BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
H
16

XXI
H.
16.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLI

MOLINÆI

FRANCIÆ ET

GERMANIÆ CELEBERRIMI

IVRISCONSVLTI, ET IN

supremo Parisiorum Senatu antiqui Aduocati,

OPERA QVÆ EXTANT OMNIA,

EX VARIIS LIBRORVM APOTHECIS, IN QVIBVS latebant, nunc primum eruta, & simul Typis commissa, permultisque mendis, quibus passim scatebant, ad exemplaria tum ab Auctore recognita, tum à viris doctissimis iurisque peritissimis inter legendum notata, & quàm fieri potuit diligentissimè purgata.

EDITIO QVARTA IV. TOMIS DISTINCTA.

Horum seriem pagina nona indicabit.

TOMVS PRIMVS.

PARISIIS,

Apud viduam MATHVRINI DV PVIS, viâ Iacobæâ sub signo Coronæ Aureæ.

M. DC. LVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

DAMVS tibi, Lector erudite, vniuersum jam Carolum Molinæum, damus Iuris Romani consultissimum, damus Iurisprudentiæ Gallicæ Dictatorem. Nam & quantarum partium apud omnes Iurisperitos, & quantæ sit apud forum authoritatis Molinæus nemo nescit, nisi cui nunquam salutatum ne à foribus quidem est jus & forum. Neque enim ferè sine isto juris forique antistite constant hæc sacra: quibus qui tantillum initiati sunt, ij sciunt heroem Molinæum & Iurisprudentiæ passim omnis clauum tenere, & esse apud forum in primario lumine collocatum. Nam & ille Tiresias, haud hercle cæcus, sed perspicacissimus ἀλλ' ἔμπαντα vt Græcus vates ait, solus sapit, cæteri velut vmbræ mouentur. Neque scripsit arroganter cum de se ipse scripsit, Ego qui nulli cedo & à nemine doceri possum. Iurisconsulti quippe omnes ad Molinæi τὸ πάνυ nomen assurgunt, deque semitâ ei decedunt: Et Patroni bene constare sibi causarum patrocinia existimant, quæ eius authoritate & testimonio adstruunt: & judices ipsi opinationes tanti viri pro solennibus præiudicijs accipiunt. Denique Gallici juris vertex, ille antistes & dictator est. Credidimus itaque bonum factum, si vniuersa eius viri opera nouis typis excusa daremus in publicum. Quæ in re instituendâ cùm communicato sæpe cum doctis aliquot & grauibus viris consilio, seriò versaremur, inuenimus sanè rem præstantissimam, maximoque ornamento huic nostræ editioni futuram: Inuenimus Molinæi fœtum posthumum qui hactenus lucem non vidit; siue quia degener ab tam illustri parente ea proles videbatur, eo quod languida necdùm succi & sanguinis satis plena ab eo præmortuo relicta erat, siue quia aliter ea charta ex incuriâ & neglectu in priuatorum scrinijs mucescebant. Scholium est in reliquum municipale jus Parisiorum à Molinæo conscriptum quod illustri illi atque admirabili De feudis & censibus commentario subnectendum præuerat. Quod posthumum opus quamuis ad justi Commentarij corpus formamque non accedit, & delineatio potius est, & quoddam ὑπόμνημα instituti operis, quàm finitus labor & suis numeris absolutus, dignissima tamen res est cui præla nostra desudarent, quamque adeo togatorum ordo omnis summo studio complecteretur & præ se ferret, sed & ægrè ferret tamdiu sè tam vtilis

Digitized by Google

ſcriptionis vſufructu caruiſſe. Nos verò litaturos bono publico, & ſaturaturos, omnium vota putauimus, ſi theſauro iſto nouo editionem noſtram bearemus, quem ab authore ipſo laudatum ſæpe & pluſculis locis indicatum, fora, muſæa, tribunalia requirebant. Damus inſuper hac noua Molinæi publicatione tractatum integrum Contra paruas datas, meritò integrum, quia pridem potior pars deſiderabatur, eò quod paucioribus, cùm olim ederetur, exemplaribus concredita jam ea pars fermè omnis interciderat; quam propè extinctam nunc luci reddimus, & publico redonamus. Addimus denique complures alias authoris lucubrationes nunquam hactenus in luce poſitas: nullâ non conquiſitione à nobis factâ, & nulla curarum omiſſâ, ne de tanti viri reliquijs tantillùm quid periret, ſed totum publico vindicaretur. Apparet tamen plura alia ſcribere eum in animo habuiſſe, quin & condere in Borboniorum conſuetudinem plenum commentarium voluiſſe: Verùm is cœpta ſua ſiue iniquâ temporum conditione ſufflaminatus, ſiue fato occurrente præcluſus adducere ad exitum non potuit, neque largiſſimam illam quam ex incredibilibus ſtudijs judicioque acerrimo Iuriſprudentiæ meſſem collegerat, toto horreo effundere. Ne vero te lateat, Lector ſtudioſe, à quibus repræſentati nobis fuerint illi poſthumi Molinæi fœtus, partem habuimus ex pluteis Mathiæ Mareſcalli, cuius De Iuribus honorificis commendabilis & notus à fama liber eſt, pridemque manibus voluitur. Potiorem vero partem à Iohanne Maria Ricardo, cujus luculenta De Donationibus tractatio eſt: qui vt Molinæi ſcriptorum omnium acer amator, ſic & ſolers conquiſitor de variorum ſcrinijs erutas pleraſque iſtarum ſcriptionum liberali causâ aſſeruit, ſitum & veternum quo obductæ pridem erant, deterſit, diligentique à ſe opera recenſitas & ad publicationem nobis datas, in lucem & ſplendorem vindicauit. Quin & exſcribere complures ſua manu neceſſe habuit, quia legentium oculos fruſtrabantur, eò quod minutulis & ſecretioribus notis ſcriptæ erant, quod facturum ſe authorem ipſe ob compilata olim ſcripta ſua aliquo loco monuerat. Contulit quoque in hanc editionem curas ſuas Franciſcus Pinſonius, qui De Beneficijs ſcriptum à ſe clarum opus vulgauit, quique præter propriam gloriam habet à maioribus hereditaria decora, imprimis à patre & materno auo viris ab eruditione & fama commendatis. Nos verò prædictis hominibus qui nobis adiumento ad editionis huius noſtræ exædificationem fuere, vt immenſum debemus, ſic eorum mentionem honorificam hîc nos facere grati animi officium poſtulauit, vt ſaltem ipſa debiti confeſſione bonum nomen exiſtimemur Sed habe tandem tu Lector, ſiue Iudex, ſiue Patronus es, ſiue quiuis Romani vel Gallici Iuris ſtudioſus, vniuerſa hæc ſummi & declamatiſſimi authoris monumenta, quæ viuent quamdiu jus & forum, arſque boni & æqui celebrabuntur. Habe, vt verbo abſoluamus, integrum Molinæum, de cuius ſcriptis ſtudijſque nihil jam vbique terrarum reſtat quod deſideres. Et nobis καὶ τῇ κοινῇ totique Reipublicæ litterariæ de noſtra hac editione, deque tam bono & vtili ignoratorum hactenus tanti viri reliquorum operum auctario gratulare. Lutetiæ Pariſiorum 4. Octobr. an. 1657.

Digitized by Google

V. C.

CAROLI MOLINÆI

VITA.

HIERONYMVS Stridonienſis vir ſanctiſſimus, vidiſſe ſe ait Paulum quendam à Concordia, quod oppidum Italiæ eſt, ſenem referre ſolitum, numquam Cyprianum abſque Tertulliani lectione vnam diem præteriiſſe, ac ſibi crebro dicere, da magiſtrum; ſignificans ſublimi ingenio virum ſub Septimio Seuero Cæſare, nec modo excellentem Theologum, ſed etiam Iureconſultum, vt opera eius indicant. Inter artifices autem longa differentia eſt, & ingenij & naturæ, & inſtitutionis. *L. inter de ſolutionibus*, vt pares minimè dici poſſint neque debeant, etſi omnes magni & præſtantes Iureconſulti fuerint. Caroli quidem Molinæi, qui ex hoc numero excellentium virorum fuit, vitam & mores ſciri publicè intereſt, ne concurſu rerum, & ſuo quiſque iudicio priuatim abductus à vero ſeipſum atque alios in præcipitem ruinam impellat: Error enim ſemper errando fit cæcus quotidie magis, æternúmq; miſer eſt. Qui hanc viam pene inuiam ſequitur non excutiens eam etiam miſer quod initio faciendum eſt errare non cupienti. De eo itaque dicturi, à patria, parentibus, & maioribus eius ordiamur. Lutetia Pariſiorum natalis locus ei fuit: In ea enim patrem eius domicilium habuiſſe conſtat, & Carolus infans natus eſt patre Ioanne noto & celebri Aduocato in Palatio & Senatu vrbis, de cuius moribus infra dicemus. Pueritiæ annos humanioribus literis debitos in patria amœniſſima ſede, ſelectiſſimáque cum æqualibus tranſegit, Græcas Latináſque litteras diligenter colens. Cum autem adoleſcentiam attigiſſet cæpiſsétque in foro verſari, blæſus eſſe & impeditioris linguæ deprehenſus eſt, quod ei naturale vitium initio obfuit, quia lites ſatis exploratas diſertè proloqui nullomodo poſſe videbatur: itaque & litigantibus, eorumque Procuratoribus diſplicebat, ineptis plerumque alienæ induſtriæ iudicibus, contemptuíque illis potius quàm admirationi fuit. Statura mediocri, capillitio & barba, in iuuentute nigris, ſed vergente ætate in decoram canitiem tranſiêre: barbam verò bifurcatam & longam habuit: cibi, viníque pauciſſimi. Erat enim huiuſmodi vt fulminare in muſæo cum paucis videretur, alibi propemodum mutus eſſet. Semel accidit vt à Chriſtophoro Thuano præſide obiurgaretur, quod cum accidiſſet præterſpem, Collegarum ſeniores Aduocati concurſu ad eum facto, quod ſe quoque vocatos exiſtimarent, per Franciſcum Portam antiquiſſimum dici ei iuſſerunt: Cum hodie Molinæum collegam verbo læſeris, quid abs te factum putas? leſiſti enim hominem doctiorem quam vnquam eris. Poſtridiéque Chriſtophorus quem facti iam pœnitebat, dixit, quod in Molinæum effudiſſet, id calore ſibi excidiſſe: tanta ille & ſummus & digniſſimus Præſes humanitate fuit, & erga illos celebres patronos, inter quos etiam ipſe floruerat, reuerentia. Imò tanta, vt aliàs viſus ſit, in æde D. Andreæ, etiam iam Præſes, aliquando noluiſſe oblationi faciendæ anteire illum, quem toties conſuluerat Matthæum Quadrigarium Iuriſconſultiſſimum probum & venerabilem ſenem. Paulus quidem Iureconſultus ait quicquid huiuſmodi calore vel fit vel dicitur, non prius ratum eſſe, quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe. Idem Carolus in Conſiliis ſuis pluribus ait. *Ego qui nemini cedo, & qui à nemine poſſum doceri:* quæ eius verba, ſi vera non eſſent, illum inſipientiæ arguerent: quod à Iureconſulto nemine ei obiectum eſt. Imò illum celebres quoque Aduocati illius temporis, vt idem Quadrigarius, Annęus Chappeus, nobilis Aruernus, Franciſcus Porta, aliíque in foro cogniti magni faciebant: Molinæus tamen etiam de ſe ſcribit ſtatuiſſe ſe conſuetudines Regionis Borbonienſium commentari, ve-

Digitized by Google

rum inſpecta Ioannis Paponis induſtria tanto labore voluntariè abſtinuiſſe, cuius hominis de Prefectura Forenſium benè meriti, & qui apud illos iudex quinquaginta annorum ſpatio fuiſſet, debuit memoria fieri. Petrus Seguierius tunc Aduocatus & prudentiſſimus vir ad Carolum mittere ſolebat honorarium aliquot aureorum, vt ex facto propoſito ſententiam ſuam ſcripto mitteret, maiori vt ferè fit conſulentis emolumento quam conſulti. Balduinus Anteceſſor ſæpè repertus eſt cum aliquo iuriſperito ad Molinæum ire ſuper aliqua quæſtione ſententiam eius habituri. De eo Argentræus in commentariis ad conſuetudines Britanniæ. Vir (inquit) incomparabilis doctrinæ Molinæus. De eodem Guido Coquillius vir in omni iure peritus, modeſtiæque ſingularis, in explicatione iuris municipalis Niuernenſium, Carolus Molinæus, inquit, bonus author, è cuius ſcriptis plurimæ deciſiones erutæ fuerunt, tranſieruntque in decreta Senatus, aut conſuetudines nouas. Et aliàs, Doctorem Francici iuris doctiſſimum eundem vocat. Domum habuiſſe Ligeri vicinam nomine de Mignaux; cognatos, & affines in Pertico & Belſia, apud quos diuerſabatur, relicta Lutetia, anno 1562. Nam & expertus eſt Carceres in ipſa Lutetia potiſſimùm, quia ſcripſiſſet in paruas datas, & aliquot alios abuſus Curiæ Romanæ temporis illius perſtringens. Expertus eſt etiam carceres in Germania. Item de ſuis liberis idem Molinæus ſic, Gratia habenda eſt primogenito filio meo Carolo Molinæo iuniori, qui in graui & periculoſo morbo die, noctéque mihi adſtitit, & nihilominus partes meas, quantùm potuit, ſuppleuit in conquirendis & deſcribendis Aduerſariis meis, & pręparandis typographo, quæ certe citius abſoluiſſet, ſi per illum acerbiſſimum & damnoſiſſimum Aſtmaticum morbum licuiſſet. De morbo quoq; ſuo ſcribit in hunc modum: Sæuiſſimus aſtmaticus morbus ſubitò me corripuit: vt à Deo pro magno beneficio celerem mortem ſingulis noctibus peterem. In opere verò collationis & vnionis quatuor Euangeliſtarum: Cum, inquit, Spiritus ſanctus voluerit habere quatuor ſeparatos Scriptores, ſeu quatuor ſeparata ſcripta, quæ eſt iſta præſumptio humana ſi omnes alij quatuor Euangelia, ſolus Caluinus tria in vnum confundere, & reiicere voluerit? Caluinum quaſi malè ſentientem adiectis rationibus perſtringit. Federico fratri ſuo quidquid bonorum habuit Molinæus dono dedit, quod tunc ſtatueret nunquam vxorem vel ſociam laboris & fortunarum ſuarum ducere fuitque annos 15. in eo ſtatu: verùm quia ſicut debuit Federicus ſorores ſuas non collocabat, nec penſiones annuas Religioſis debitas rogatus perſoluebat, coactus eſt mutare ſententiam & Ludouicam Beldoniã duxit, ex qua ei ſuperuenerunt Carolus & Ludouicus, & Anna: propterea ſcripto libello ad *l. ſi vnquam de reuocandis donationibus*, cæpit aduerſus fratrem agere, obtinuitque decretum quo donationem iampridem factam improbabat. Beldonia filia erat Ioannis Notarij & Secretarij Regij atque exceptoris publici Præſentationum in Curia, vt vocant. Hęc quotidie circa horam diei decimam ſolita erat muſeum viri adire, eumque benignè, & modeſtè abigere, vtque in Palatium iret, monere, & hortari, quòd ad neceſſarios, & domeſticos ſumptus lucrum diceret liberis neceſſarium, cui ille vltrò parens facturum ſpondebat, ſtatimq; egreſſus domo properabat in Palatium, in quo prompto iudicio, ac (vt ita dicam) reſoluto Collegis partibuſque videbatur: partibus interdùm ad eum conſulendum pręter animi voluntatem adeuntibus quòd exiſtimaretur eſſe religionis Lutheranæ: De prima illa vxore ſua ita loquitur, Deus qui ſuſceptor meus fuit, vxorem primam ſtudiorum meorum Mœcenatem nobilem Aloiſiam Beldoniam magno delectu ſelectam, mihi dedit. At illa immatura morte, & ſtudiorum meorum damno, magno meo mœrore occubuit, feriis natalitiis, anno Domini 1556. Coętaneos ſui ordinis laude dignos extollit, vt Mathęum Quadrigarium his verbis: In conſeſſu peritorum audiui conſultiſſimum totius ordinis noſtri nemine diſſentiente reſpondentem: & in Conſiliis noſtrum Coripheum eum vocari, quem, & Gabrielem Mariliacum conſulebat: Ex quo oſtenditur candor eius, qui abſq; inuidia erat, etſi, nonnunquam improbet opinionem Chaſſanei, qui tunc etiam viue-

Digitized by Google

bat, & Tiraquelli, aliorumque interdùm etiam Bartoli Iureconſultorum. De Budęo verò, & Roberto Senali, eos vocat ætate ſua omnium virtutum ac doctrinarum genere abſolutiſſimos Patriæque, Vrbis, & totius Galliæ ſplendidiſſima lumina, idem de Tiraquello quem etiam doctiſſimum vocat & de Zazio, quem eruditiſſimum appellat. Gloriatur, & quidem modeſtè, quòd plures Prouinciarum Preſides vix vnquam à reſponſo ſuo in iudicando diſcedere ſolebant, iámque viceſimum quintum annum præteriiſſent ex quo tempore in tali exiſtimatione ac iudicio mortalium viueret, vt nuper, inquit, in Carceribus Montis Belligardenſium Lutheranorũ fruſtra exprobrabam impiis illis & Barbaris Officialibus, qui me ad ſcribendum, & conſulendum pro libidine ſua adigere volebant: vtque innocentiam & iuriſprudentiam meam eorum Tyrannidi & auaritiæ proſtituerem, ſed potius mori volebam. Tractatum ſcripſerat de Muneribus, & Honoribus, in quo plenè egerat de Functionibus Principis & Reip. quem magnis laboribus compoſitum, inquit, & in mundum redactum, paratumque editioni, rapuerunt perfidi Montis Beligardi Officiales, & me carceratũ per vndecim menſes ſpoliarunt. Idem Molinæus Epiſtola ad regulas Cancellariæ, fatetur ſe, Cenſore ad vindicandum plagium à Coſma Guimerio cõmiſſum meritò vti, qui cum gloſas ſuper Pragmatica Sanctione edidiſſet, eas Iacobo Mareſchalo Aduocato vero autori longè præſtantiori detractas, velut ſuas, publicauit: ita enim publicè legitur in Poliandrio SS. Innocentium Lutetiæ. *Coſmas Guimier Inqueſtarum Præſes, patri, matrique ſibique monumentum fecit, legit, conſulit, gloſas ſuper Pragmatica, edidit, obijt. 3. die Iulij, anno 1503. ſed neque moriens pauperum oblitus eſt, eos enim hæredes inſtituit;* Mareſchalus fuit ille Aduocatus celeber, qui ob breues quaſdam, ſed tamen eruditas rationes iuris, quas Saluationes vocant, cùm imperitus Cliens impar offerret honorarium, honeſtè renuit, dicens ſe tantùm id accepturũ quod ob Clientẽ in caſum victoriæ taxaretur. Taxatæ autẽ fuerunt LX. libræ Pariſienſ. habita ratione non ad breuem, ſed ad doctam & elaboratam ſcripturam modumque litis, & eminentem ſcientiam Aduocati, & fuit ſplendidum & pro temporis more, vt ampliſ. ita rariſſimum honorarium. Molinęus autem veritus ne aliquis ſua ipſius opera ſic impudenti furto ſubſtraheret, multis rationibus plagium illud conuicit ad Regulam Cancellariæ. De Veriſim. notitia: quem locum ſatis erit curioſis indicaſſe. Et quidem in Epiſtolis, quas prefixit volumini Variorum tractatuum, & lectionum anni 1534. teſtatum reliquit, circiter viginti annis antè id tempus ſe bono publico cępiſſe ſcribere, ac iuriſprudentiam Gallicanam in oculis omniũ mortalium ponere, quo ſtudio ita affectus erat, vt recuſauerit munus Conſiliarii Regii, à Senatu Pariſienſi, ſibi vltrò delati, vt nunc moris erat, exiſtimans ſe non poſſe ſimul ei muneri, quod graue eſt, & librorum compoſitioni operam dare. Dum eſſet iuuenis & ſubſellia Senatus quotidie adiret, opiniones excellentium Aduocatorum ſæpè improbabat, vt Franciſci Montholoni poſtea Procancellarij, de quo ſæpè multa honorificè, Petri Lizeti Aruerni genere poſtea meritiſſimi Preſidis Senatus, Oliuarij Aligreti, de quibus etiã multa. Anno 538. quartana febri vexabatur, & Commentarios ſuos ad ius municipale Pariſiorum, vt ſecundò ederentur, librario commiſit. Tiraquellum iis vſum in opere quod de retractu ſcripſerat, dicit: Veritas ei in iure ciuili ac municipali charior erat, quàm oſtentatio ſui: ac gloriabatur quòd Guillelmus Poietus Cancellarius Franciæ commentarios ſuos valdè probabat, moleſtè ferens eos amplitudini ſuæ dicatos non fuiſſe. Quod prolixè aliquando ſcriberet hanc rationem reddit: Id non ego, vt ſuapte natura facilia, difficilia videantur, nec nodum, vt aiunt, in cirpo quęro, ſed fundamenta rationum, & deciſiones quęſtionum ſoluere cupio, quę leuioribus quęſtionibus nonnunquam aperiuntur, & quibus apertis fit methodus ad rectum iudicium, & reſolutionem difficilium quęſtionum. Multa ſcripſit quæ in lucem non venêre. Abſoluerat enim Cõmentaria ſua ad ius municipale Pariſienſium in quatuor tomos digeſta, vnicum editum, tres deſiderantur. Poſtremò ſcholas iuris ciuilis Tubingæ in Germania, Vezontione, Dolęque Sequanorum magno auditorũ concurſu, aperuit.

Denique vexatum curis cæca mors rapuit, ſcilicet anno 1566. die SS. Innocentium, vir ſibi tantùm, & familiæ nocens, contentionibus enim pro religionis cauſa ſuſceptis, & compoſitionibus aſſiduis dans operam, opulentam relinquere non potuit. Ad ei morienti aſſiſtendũ admiſſi ſunt; quos petierat tres viri, Claudius Eſpenſeus, nulli Theologorum ſui temporis cedens; cum quibus de Prædeſtinatione ita egit, vt ipſi mirarentur obſcuram quæſtionem, tam dilucidè ab eo tractari potuiſſe: ſecũdus fuit Curtius Paſtor S. Andreæ, in qua parochia Domicilium erat Molinæi; Tertius Renatus Bonellus Collegij Pleſſæi præfectus, ſuperſtite Ioanna Viuaria vxore ſecunda. Quieta poſtmodum Gallia ſedatoque ciuili bello, quod inter nos fuit anno 1570. Carolus Molinæus Iunior rediit Lutetiam, hydropiſi correptus, quo morbo deceſſit, menſe Februario, Regeſta ſua pater illi communicaſſe ſcribit. Demùm calamitas dira Molinæam gentem penitus afflixit, atque euertit. Ioanne Bobęo genero Molinæi abſente, ædes eius Lutetiæ ſitas propè Auguſtinianos, ſeruus, vt fertur, domeſticus genere Vaſco, in eas per ſtabuli oſtiũm ſicarios aliquot, & ſceleratos homines intromiſit, eoſq; in ſuperius cubiculum ſecum adduxit, vbi confeſtim exectis ſicis chariſſimã Molinęi filiam, & ab eo datam in matrimonium Bobæo crudeliter occiderunt, præ manibus opus fæmineum, id eſt, tapetum cœptum tenentem, mox filium ſcabello innixum ſupérque eo pingentem litteras, nutricem humi effuſam propè ignem, vt infantulo neceſſaria præberet, aliam ancillam, quæ ſtatim fugerat abdens ſe in intimam & ſecretiorem lectuli partem. Quo ſcelere per hunc modum admiſſo abacum aperiunt inuentis clauibus, vnde educta ſupellectili argentea, eam in puteum ędium abiecerunt, egreſſique oſtio, quo venerant, repentè abeunt, nec de illis ſciri vnquàm certò potuit, qui & quales fuerint, & ſi diligenter quęſitum eſt. Aurigam, & currum Helini Senatoris optimi viri fortè obuiam habuêre, dataque ei pecunia perſuasêre, vt ſe in expedito curru, extra vrbem citõ perduceret. Infœlix Bobæus cum rediiſſet, tam horrendum crimen apud Senatum proſequutus cãuſa cadit atque in ſumptus quos rei feciſſent condemnatus eſt. Hanc hiſtoriam Iacobus Auguſtus Thuanus, nunc in Senatu doctiſſimus Præſes, diligenter ſcripſit. Cum autem diu non lateant ſcelera vt Florus hiſtoricus ait, mirùm, nondum repertum, qui tantum nefas detegere potuerit, & quod ſicarij ipſi Aurigam Hellini etiam occiderunt, meru ne illius indicio caperentur. Anno, autem 1567. reuerſus ex Anglia, Franciſcus Memorantius vir nobiliſſimus cum Bobæo Molinæi genero colloqui voluit, queſtuſque eſt à genero ſibi celatum Soceri genus, quod ex ore Iſabellæ Reginæ Anglorum didiciſſet. Cum enim ſermo coram illa factus eſſet, de Molinæo, & quidam vt de Aduocato in Senatu Pariſienſi nobili, loquerentur, Iſabella Regina ſub inrulit, ita rem habere neceſſe eſt, cum is mihi conſanguineus & propinquus fuerit, ac genealogiam defuncti ſtatim diſertiſſimè explicauit: cum verò audiſſet quid filiæ eius & tenerrimis liberis, nocturno tempore accidiſſet, vtque mater vna cum liberis ſicariorum manu periiſſet, flens, Siccine, inquit, oportuit conſanguineos meos ab impiis tractari? Renatus Coſſeus, Barnabaſque Briſſonius apud illam tunc erant ob publica Regni huius negotia. Denique vt abſoluatur Molinæo pridem mortuo: Cum de Eloquentia ſcriberet Marcus Fabius Quintilianus, ille, inquit, ſe profeciſſe ſciet, cui Cicero valdè placebit: hanc laudem in iure ciuili, & Francico meretur, quicunque Molinæi ſcripta legerit. Vix enim perſuaderi poterit aliquam Molinæo parem inueniri poſſe. Et adhuc Bobæus Columniaci Bailliuus, (quod eſt nomen vrbis in regione Brienſi,) iam ætate confectus viuit, & viuit octogenario maior, non ad deponẽdam infelicis Soceri, vxoris, & liberorum, qui crudeliter periêre recordationem, ſed ad miſeriam ſui ipſius prole carentis deplorandam, ſolus enim eſt, quia Deus chariſſimos liberos ſuos, vna cum matre miſerabili cæde ſublatos videt & id facinus detegi ab hominibus non poſſe adhuc Deus patitur. Quouſque tandem id patiêre immortalis, & æquiſſimè rerum conditor?

Digitized by

ORDO ET SERIES OMNIVM TRACTATVVM,

qui in his quatuor Caroli Molinæi operum tomis continentur.

Quorum & qui de nouo huic editioni superuenerunt notati exstant asterico fronti cujuslibet noui Tractatus inscripto.

IN PRIMO TOMO.

Commentarij in Priores tres titulos Consuetudinis Parisiensis prout in prioribus Editionibus habebantur. page 1

* *Item Commentarius posthumus in reliquos titulos eiusdem Consuetudinis.* p. 1622

IN SECVNDO TOMO.

Tractatus Commerciorum, contractuum, redituumque pecunia constitutorum & monetarum. page 2.

Sommaire du liure Analytique des contracts, vsures, rentes constituées, interests & monnoyes.

Stilus Parlamenti in septem partes diuisus. p. 674

1. p. *Stilus antiquus Curiæ Parlamenti Parisiensis cum Additionibus Stephani Aufrerij & Notis Molinei.* p. 827

2. p. *Instructiones stili Parlamenti & Requestarum cum Notis eiusdem.* p. 971

3. p. *Constitutiones Regiæ antiquæ, quæ in libris Gallicè impressis non habentur cum Notis eiusdem.* p. 1003

4. p. *Jura & Priuilegia regni Franciæ cum Notis eiusdem.* p. 1107

5. p. *Quæstiones Ioann. Galli antiqui regisque Aduocati per Arresta Senatus Parisiensis decisæ, cum Notis eiusdem.* p. 1129

6. p. *Formulæ Arrestorum & 74. Arresta venerandi Senatus Tholosani cum eiusdem Notis.* p. 1277

7. p. *Plurima vetera & recentia Arresta supremi Senatus Parisiensis cum Notis eiusdem.* p. 1325

* *Annotationes in Philippi Decij Consilia.* p. 1383

* *Annotationes in Commentaria Decij ad Decretales.* p. 1543

* *Annotationes in Commentaria Decij ad Digesta & Codicem.* p. 1651

Annotationes in Consilia Alexandri Tartagni. p. 2

Annotationes in Commentaria Decij ad titulum Digestorum de Reg. Iur. p. 265

IN TERTIO TOMO.

Commentarius Analyticus in Regulas Cancellariæ Romanæ hactenus in jure receptas. page 1

Commentarius ad edictum Henrici 2. contra paruas Datas & abusus Curiæ Romanæ. p. 362

* Commentaire Analytique tant sur l'Edict des petites Dattes, que sur vn ancien Arrest de la Cour touchant les reseruations, preuentions, annates, exactions, vsurpations & abus des Papes. p. 505

* Factum pour la justification du Traicté de Maistre Charles du Moulin *contra paruas Datas.* p. 801

* *Annotationes ad jus Pontificium, quibus accesserunt veteri Editioni Annotationes in Sex-*

Digitized by Google

sum, Clementinas, Extrauagantes Ioann. 22. & communes, & in vitam Bonifacij 8. Clemens. 5. & Ioann. 22. quæ huic editioni addita sunt. p. 809. & seq.
* *Notæ in Tractatum Ioannis de Selua de Beneficio.* p. 1017.
* *Notæ in Commentarium Diui Maxellani in regulas Iuris Pontificij.* p. 1027.
Traicté de l'origine, progrez, & excellence du Royaume & Monarchie des François. p. 1037.
Tractatus de origine, progressu, & præstantia Monarchiæ regnique Francorum. p. 1079
* *Collatio & vnio quatuor Euangelistarum cum Annotationibus eiusdem.* p. 1125
* La deffense de Maistre Charles du Moulin, & autres gens de sçauoir contre les calomnies des Caluinistes par Maistre Simon Taludre Professeur des saintes Lettres. p. 1423
* Copie des articles presentez par Maistre Charles du Moulin contre les Ministres de la Religion Pretenduë Reformée de son temps pour en faire informer. p. 1451
* Copie de l'information faite à la requeste de Maistre Charles du Moulin de l'Ordonnance de la Cour en vertu de la Commission d'icelle, du 20. Fevrier 1565. par Boutheroüe Huissier de la Cour. p. 1459
* *Consilia & responsa Iuris Analytica quibus accesserunt Consilia duo super facto Concilij Tridentini, & super commodis vel incommodis nouæ sectæ & factitiæ Religionis Iesuitarum & duo alia in materia legitimationis.* p. 401. & sum.

IN TOMO QVARTO.

TRactatus Analyticus de Dignitatibus, Magistratibus & Ciuibus Romanis. page 1
Noua & Analytica rubrica & leg. 1. & 2. De Verbor. obligat. p. 127
Extricatio Labyrinthi Dividui & Individui cum noua & Analytica tam in Theoria quàm in praxi declaratione legum omnium eiusdem materiæ. p. 187.
Extricatio Labyrinthi sexdecim legum. p. 675
Nouus & Analyticus intellectus quatuor legum. 732
Intellectus nouus & Analyticus leg. si partem, quemadmodum seruit. amittantur & plurium legum annexarum. p. 759
Nouus & Analyticus intellectus leg. tribus §. sunto. de Vsufruct. earum rerum quæ vsu consum. p. 793
Scholia in leg. si vsusfructus de Iure dot. p. 803
Enarrationes nouæ in quinque leges. p. 807.
Quinque solemnes lectiones Dolanæ. p. 875
Tractatus de eo quod interest. p. 941
Explanatio leg. si totas Cod. De inoffic. donat. p. 1061
Quæstio De donationibus in contractu matrimonij factis. p. 1095.
Tractatus duo Analytici, Prior De donationibus factis vel confirmatis in contractu matrimonij. p. 1123
Posterior De inofficiosis Testamentis, Donationibus & Dotibus vbi accessit Arrestum Curiæ in fauorem Molinæi in ea materia prolatum. p. 1151
* *Commentarij in Dom. Iustin. Imp. Cod.* p. 1
Notæ solemnes ad Consuetudines Gallicas. p. 293
* *Breues Commentarij ad Consuet. Borbonensem.* p. 417.
* Commentaires & Annotations sur l'Ordonnance de 1539. p. 1

Digitized by Google

CAROLI MOLINÆI IN DVOS PRIORES TITVLOS Consuetudinis Parisiensis Commentarij, secundùm ordinem veteris Consuetudinis restituti.

SCripsit CAROLVS MOLINÆVS Commentarios in duos priores titulos veteris Consuetudinis Parisiensis: hos perturbato Authoris ordine, Dionysius Gothofredus in editione quam curauit Francofurti anno 1597. ad vsum nouæ Consuetudinis accomodare voluit; sed infelici planè operâ. Ita enim factum est, vt quæ quibus respondeant, quoue singula referenda sint, vix satis internosci queat, quod in opere præstantissimo summam vbique confusionem & obscuritatem parit. Sed quamuis Gothofredi consilium pauci admodum probauerint, exemplum tamen omnes secuti sunt in cæteris, quæ deinceps prodierunt, editionibus. Quapropter in tam diutina annorum propè sexaginta possessione, quicquam nouare religio fuit, verùm vt primæuus & naturalis Molinæi ordo aliquatenus restitueretur, quod ad conciliandas diuersarum editionum citationes, quæ recentiorum scripta legentibus negotium facessunt, summopere necessarium erat sequentem indiculum confici, atque his subscribi curauimus.

§. 1. a col. 50. ad col. 242
§. 2. a col. 242. ad col. 290
§. 3. a col. 910. ad col. 934
§. 4. a col. 290. ad col. 302
§. 5. a col. 302. ad col. 352
§. 6. a col. 352. ad col. 406
§. 7. a col. 422. ad col. 446
§. 8. a col. 446. ad col. 510
§. 9. a col. 510. ad col. 522
§. 10. a col. 522. ad col. 538
§. 11. a col. 538. ad col. 564
§. 12. a col. 568. ad col. 570
§. 13. a col. 570. ad col. 698
§. 14. a col. 698. ad col. 710
§. 15. a col. 710. ad col. 714
§. 16. a col. 714 ad col. 722
§. 17. a col. 722. ad col. 728
§. 18. a col. 728. ad col. 736
§. 19. a col. 736. ad col. 742
§. 20. a col. 564. ad col. 568
§. 21. a col. 742. ad col. 748
§. 22. a col. 748. ad col. 848
§. 23. a col. 848. ad col. 906
§. 24. a col. 906. ad col. 910
§. 25. a col. 934. ad col. 948
§. 26. a col. 568. ad col. 570
§. 27. a col. 962. ad col. 968
§. 28. a col. 948. ad col. 956
§. 29. a col. 956. ad col. 962
§. 30. a col. 968. ad col. 1064
§. 31. a col. 1066. ad col. 1082
§. 32. a col. 1082. ad col. 1088
§. 33. a col. 1088. ad col. 1102
§. 34. a col. 1102 ad col. 1108
§. 35. a col. 1108. ad col. 1126
§. 36. a col. 1172. ad col. 1176
§. 37. a col. 1176. ad col. 1222
§. 38. a col. 1222. ad col. 1226
§. 39. a col. 1226. ad col. 1228
§. 40. a col. 1228. ad col. 1232
§. 41. a col. 1126. ad col. 1174
§. 42. a col. 1234. ad col. 1264
§. 43. a col. 1262. ad col. 1266
§. 44. a col. 406. ad col. 422
§. 45. a col. 1262. ad col. 1278
§. 46. a col. 1288. ad col. 1300
§. 47. a col. 1278. ad col. 1284
§. 48. col. 1284
§. 49. a col. 1284. ad col. 1288
§. 50. a col. 1232. ad col. 1234
§. 51. a col. 1322. ad col. 1338
§. 52. a col. 1338. ad col. 1404
§. 53. a col. 1404. ad col. 1414
§. 54. a col. 1414. ad col. 1426
§. 55. a col. 1426. ad col. 1518
§. 56. a col. 1518. ad col. 1532
§. 57. a col. 1600. ad col. 1614
§. 58. a col. 1532. ad col. 1564

Digitized by Google

§. 59.
§. 60
§. 61
§. 62. a col. 1564. ad col. 1596
§. 63. a col. 1596. ad col. 1602.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR grace & Priuilege du Roy donné à Paris le vingt-deuxieſme Octobre mil ſix cens cinquante-quatre : Il eſt permis à ANTHOINE CLEMENT Marchand Libraire à Paris, d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter vn Liure intitulé, *Caroli Molinæi Opera*, en tel volume & caractere que bon luy ſemblera, pendant le temps & eſpace de vingt ans, à commencer du iour qu'il ſera acheué d'imprimer : Auec deffenſes à tous Libraires, Imprimeurs, Relieurs, & autres de le contrefaire pendant ledit temps, à peine de confiſcation des Exemplaires, de trois mille liures d'amende, & de tous deſpens, dommages & intereſts, ainſi qu'il eſt plus amplement contenu en l'Original.

Enregiſtré ſur le Liure de la Communauté le 27. Octobre 1654. conformement à l'Arreſt de la Cour de Parlement du 9. Avril 1653.

Ledit ANTHOINE CLEMENT a cedé & tranſporté le preſent Priuilege à IACQVES QVESNEL, la veufue MATHVRIN DV PVIS, & CHARLES DV MESNIL, chacun pour leur quatrieſme partie ; ainſi qu'il eſt plus amplement porté par l'accord fait entr'eux le deuxieſme Mars 1655.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 4. Decembre 1657.

Les Exemplaires ont eſté fournis.

IN NOMINE

Digitized by Google

IN NOMINE DOMINI NOSTRI

IESV CHRISTI,

AMEN.

INCIPIT PRIMA PARS

COMMENTARIORVM IN CONSVETVDINES PARISIENSES, RECOGNITA ET LOCVPLETATA.

Epitome Tituli I. de Feudis.

1. *Feuda peculiare inuentum Francorum.*
Domini feudorum etiam ſimplicium olim iuriſdictionem contentioſam, etiam gradualem habebant in vaſallos: Hodie, fundariam tantùm.
2. *Conſuetudo Pariſienſis caput omnium conſuetudinum Galliæ.*
3. *Feuda Iuri Romano incognita.* 5. 7. 11. 12. *reiectis obiecturis Lucæ à Penna, & Zaſij.* 4. 8. 11. 14. 20.
6. *Clientis mentio, in iure Romano ſit, ſed nuſquam de Clientulo.*
9. *Vaſallus habet tantùm vtile dominium & quidem debile, non directum.* 10.
10. *Prædia limitanea, quæ dabantur militibus & veteranis, non erant feuda.*
12. *Franci multis ante Chriſtum natum annis regnarunt inter Saxoniam & Alemaniam: feudorum vſum inuenerunt, & in ſubiectos Galliæ inuexerunt. Deinde Longobardi qui ab illis didicerant, inuexerunt in Italiam.* 13. 38.
14. *Quæ fuerint Inſtituta veterum patronorum & clientum primùm apud Græcos* 20.
15. *Deinde à Romulo apud Romanos inſtaurata.*
16. *Rurſus apud Romanos irrepente auaritia corrupta ſunt.*
17. *Intellectus l. in his in princi. D. ſolu. matrim.*
18. *Nihil in republica peſtilentius ſeditione.*
19. *Veteres clientelæ prorſus differunt à feudis, & curtis dominicalibus.* 21. 23.
22. *Guill. Budæi ingenium & virtus.*
Zaſius inuentum à Budæo imitatus eſt.
23. *Poſt Budæum Andreas Alciatus iuris excultor.*
24. *Origo omnium conſtitutionum libri feudorum. Et primò conſtit. do. Lotharij, qui erat filius Ludouici Pij, & nepos Caroli Magni, qui Longobardorum Regnum ſuppreſſit.*
26. *Priuilegia ab Adriano. 1. Papa Regibus Francorum data.*
27. *Imperij tranſlatio à Græcis in Francos. Florentia à Carolo Magno inſtaurata.*
Vera computatio annorum Chriſti à Natiuitate.
28. *Carolus Magnus Italis, Saxonibus & Hiſpanis dominatus eſt.*
29. *Iuſtinianus Magnus nunquam dominatus eſt Germanis, Gallis, nec Hiſpanis.*
Mendum è verſione Haloandri nouel 1. tollitur.
30. *Regnum Hiſpaniæ non ſubeſt Imperio, nec paritum fuit Carolo Magno volenti Imperialem auctoritatem exercere in Galliis.*
31. *Inſignia Imperatoris Rom. Aquila duplex nigra.*
32. *Lotharius primus Imp. Francorũ, Regis & Imperatoris filius Romæ Magiſtratus & leges ſtatuit.*
33. *Imperium plus ducentis annis collapſum, in Regibus Francorum reſtitutum eſt.*
34. *Iuſtinianus Magnus ter Romam & Italiam à Gothis vindicauit.*
35. *Francorum virtus & victoria mirabilis in Mediolano vindicando.*
Textus magni decreti emendatur.
36. *Iuſtinianus Romam & Italiam non tam liberauit quàm deſolauit.*
37. *Poſt Narſetis obitum Longobardi Italiam ingreſſi,* 204. *regnarunt ciuilius quàm Gothi.*
38. *Sic vocati ab Italis quaſi longi barbati.*
39. *Roma & Italia ſub Franc. Imperio floruit,* 49. *Decem ſucceſsiuè Francorũ Imperatores.* 40. 41.
41. *Diuiſio monarchiæ Caroli Magni poſt atrox Ciuile bellum.*
42. *Lotharingia cur, & quando ſic vocata.* 43.
44. *Subdiuiſio Regni Germaniæ.*
45. *Virtutes Arnulphi Imp. Caroli Magni abnep.*
46. *Ludouicus 4. eius filius 9. Imperator Francus ſub quo defecit Italia.*
47. *Non hic, ſed filius Boſſonis victus & excæcatus à Berengario.*
48. *Errant qui non computant Ludouicum Balbum*

by Google

huius nominis. 3. Imperatorem.

49. *Cur ægrè ferebant Romani & Itali Imperium à Francis ad Germanos transferri.*

50. *Decimus & vltimus è ſtirpe Caroli Magni Imperator Conradus. 1. 51.*

51. *Tamen ab Imperio Arnulphi Imperatoris. 8. Franci, ceſſauit Imperium in Italia vſque ad Othonem Magnum.*

52. *Conradus 1. non potuit Imperium in aliam ſtirpem transferre, ſed tantum deſtinare. 59.*

53. *Additio erronea tollitur è. c. in die de conſec. diſtinc. 5.*

54. *Caput Franciæ orientalis tandem ad Epiſcopos deuenit. 71.*

55. *Imperium propriè non fuit tranſlatum, ſed ſectum, & pars Occidentalis (cuius caput Roma) data Carolo Magno & ſucceſſoribus ſuis Francorum Regibus 56. 57. 58.*

59. *Verus Rex vel Imperator non poteſt hoc transferre in alium, ſed nouus & liber ſubditorum conſenſus requireretur.*

60. *Defecta ſtirpe Caroli Magni, opus fuit noua ceſſione Imperij, vt factum fuit Othoni. 1. & ſucceſſoribus ſuis Regibus Italiæ.*

61. *Roma caput Imperij vbi Imperator verè coronatur à populo, non à Papa, qui tantum ceremonias peragit.*

62. *Imperium non fuit propriè hæreditarium, nec corona Franciæ.*

63. *Anno 963. tempore Leon. 8. Otho. 1. Romæ factus verus Imperator cum eiſdem prærogatiuis Caroli 1. 64.*

65. *Anno 1001. per obitum Otho. 1. ſine filijs deſiit Imperium eſſe hæreditarium, & electio tandem redacta ad paucos Principes.*

66. *Errat, qui putant Henricum Bauarū à ſeptemuiris primū electum fuiſſe in Imperat. 67. 68. 74.*

69. *Ad ſeptem Electores ſenſim reſtrictum fuit ius eligendi, ſaltem tempore Friderici.*

70. *Electores 3. Eccleſiaſtici, non habent hoc ius tanquam Eccleſiaſtici vel epiſcopi, ſed tanquam Principes Imperij ratione ditionum quas tenent ab Imperio in feudum. 71.*

72. *Et à ſtatutis & ordinibus Imperij non à Papa.*

73. *Papa non eſt index electionis Imperatoris, qui ſtatim omnem habet poteſtatem ante coronationem.*

75. *Iuramentum de quo in palea 63. diſtinc. non eſt Otho. 1. nec 3. nec 4.*

76. *Imperator factus non iurat Papæ, nec eſt eius vaſſallus.*

77. *Palea quid in decreto. c. Tibi domino notū eſt 79.*

78. *Emendantur plures errores Decreti.*

79. *Non licet iurare per creaturas.*

80. *Vetuſtior lex libri vſuum feudorum eſt. Lothar. 1. Lex Imperialis de prohib. feud. alien. per Lotharium eſt Lotharij. 2.*
Emendatur erronea litera libri feudorum.

86. *Federicus. 1. dictus Ænobardus, vulgo Barbaroſſa edidit auth. habita C. ne fil. pro pat.*
Et l. Federicus. l. Imperialis. l. hac edictali in vſib. feudorum & ſtatuta pacis Conſtantiæ.

87. *Federicus. 1. Imperator. & Philippus Auguſt. Francorum Rex in Turcas & infideles mouerunt ad liberationem Hieroſolimæ à Saladino captæ.*

88. *Error Bal. & Italicorum doct. ſuper pace Conſtantiæ. 89.*

90. *Ciuitates Lombardiæ non habent aliquod merū vel mixtum Imperium, niſi ex conſtitutione Federici 1. virtute dictæ pacis.*

91. *Hiſtoria non eſt negligenda Iuriſperito.*

92. *Henricus. 6. Imperator Federici 1. filius liquit Federic. 2. ſub tutela Philippi fratris contra quem Inno. 3. eligi fecit à quibuſdam Othonem 4. quem coronauit & mox exauthoramit. 93.*

94. *Et Federico. 2. coronam negauit.*
Vetus amicitia Romanorum Imperatorum & Francorum Regum.

95. *Fed. 2. rogato Honor. 3. edidit tract. de ſtatu & conſu. contra libert. Eccleſ. in ſi. lib. feud. Et per ſe conſtitutiones Neapolitanas.*

96. *Innoc. Papa. 4. Federicum. 2. Imperio & regnis deſtituit & debellauit, qui à filio Notho ſuffocatus eſt.*

97. *Henricus ſeptimus edidit extrauag. quæ ſub tit. quomodo in læſæ maieſtatis crimine, & ſub tit. qui ſint rebelles.*

98. *Robertus vtriuſque Siciliæ Rex nepos Caroli Andegauenſis fratris Ludouici. 9.*

99. *Clemens 5. Papa ſententiam Henrici 7. poſt eius mortem reprobauit.*

100. *Noua reſolutio an liber feud. ſit authenticus.*

101. *Quid propriè authenticum.*

102. *Conſuetudines lib. feudorū locales ſunt 103. 111.*
Nec reperitur vetuſtior compilatio Oberti de horto.

104. *In regno Franciæ feuda ſunt patrimonialia.*

105. *Ad quæ iura recurrendum in hoc regno pro deciſione cauſarum feudalium. 111.*

106. *Conſtitutiones Regiæ non ſunt ius commune Francorum, ſed conſuetudines quas ſemper habuerunt peculiares. 107.*

108. *Quæ non accipiunt interpretationem à iure Romano, quod nunquam fuit hic ius commune, nec eſt ſimile de ſtatutis Italiæ.*

109. *Conſuetudines noſtræ ſunt noſtrorū ius commune, nec iura municipalia, quæ tantum concernunt iura Reip. præſtanda vel certa ſingularia.*

110. *Cur vltimo loco recurrimus ad ius Romanum?*

113. *Delphinatus an ſit de regno?*

114. *Definitio feudi.*

115. *Non eſt de ſubſtantia, ſed de natura feudi quod ſolum vtile dominum tranſeat.*

116. *Sex præcipuè diuiſiones noſtrorum feudorum.*

117. *Feuda conſiſtentia in officijs ſunt indiuiſibilia.*

Digitized by Google

TITVLVS PRIMVS
DE FIEFS.

MERITO prioré loco ponitur hic materiæ feudalis titulus, quum feuda ſint proprium & peculiare inuentum * veterum Francorum, vt mox probabo: tum quia prærogatiuam habent dignitatem & auctoritatem, propter iura & commoda dominicalia, quæ perpetuò ſecum trahunt, & iuriſdictionem * etiam contentioſam, quam olim continebant in vaſallos & ſubuaſallos gradatim, id eſt, cum gradu, ſeu reſſortum appellationum. Cuius antiqui moris adhuc hodie veſtigium eſt in prouincia & conſuetudine Andenſi & Cenomanenſi. Sed tandem deſitum eſt, ſimplicem dominum feudi iuriſdictionem contentioſam habere: niſi vltra illam feudi qualitatem accedat Caſtellaniæ vel Baroniæ, aut maior (vt Comitatus vel Ducatus) dignitas & poteſtas, vel aliter de iuriſdictione conſtaret. Relicta tamen eſt quibuſuis ſimplicibus dominis feudalibus iuriſdictio quædam fundaria, ad iura & prædia feudalia limitata: de qua ſuo loco dicemus.

* Feuda à Francis inuenta.

* Iuriſdictionum in vaſallos qui dominii habeãt.

2. ¶ Tum inter conſuetudines Franciæ & Galliæ, maior, prolixior, & vberior, & plerũque difficilior eſt tractatus de feudis. A quo proinde non immeritò debuit hæc deſcriptio conſuetudinum Pariſienſium incipere, quæ reliquas omnes totius Franciæ & Galliæ antecelluit. Et vt rectè ait doctiſſimus ille do. Andreas Tiraquellus, Pictauiæ ſuæ perpetuum decus, *in trac. conſuet. Pictonum, ſub tit. de retract. proximit.* §. 32. *num.* 100. Conſuetudo Pariſienſium eſt caput* omnium huius regni, & totius etiam Belgicæ Galliæ conſuetudinum.

* Conſuetudo Pariſienſis caput omnium.

3. ¶ Porrò ſuam antiquitatis ignorantiam prodiderunt, qui feudorum inuentionem & originem ad ius Romanum * traxerunt, & indidem emerſiſſe futilibus quibuſdam coniecturis ſcripturis ſcripſerunt: vt Parthenopæus ille doctor Lucas à Penna, in *l. quicunque* 2. *in prin.* 2. *col. C. de omn. agr. defer. lib.* 11. dicens, quòd contractus feudalis erat etiam tẽpore Iuſtiniani, ſdque conſtare *per* §. *per traditionem. Inſti. de rer. diuiſ. ver. itaque ſtipendiaria*, quod verbum exponit de prædiis datis militibus, vt ex eorum fructibus viuãt ſtipendiorum vice, ſeruiántque Reip. abſque aliis ſtipendiis. Et intelligit Lucas, quòd ad hoc oneris dabantur eis in feudum: & aſſerit hunc eſſe verum intellectũ illius literæ *d.* §. *per traditionem.* Dehinc ſubdit, quòd ſic erant fortè prædia quæ dabãtur veteranis, *in l. Lucius. D. de euiction.* Hæc Lucas. 4. ¶ Et circiter centũ & quinquaginta annis poſt eum ætate noſtra Vdalricus Zaſius (qui Lucam veriſimiliter non legit) in ſuis eruditiſſimis ſcholiis, *in l.* 2 *in prine. in ver. Curiat. D. de orig. iur.* & in ſua epitome feudor. (quæ poſt cõmentaria noſtra inchoata, ad manus meas peruenit) *par.* 1. *in prin.* opinatus eſt, vaſallos à iure Romano emerſiſſe: & aſſerit veram eſſe ſentẽtiam eorum, quos ait *in vſib. feud. in tit. de ali. feud.* hanc ſententiam tenuiſſe: cenſẽtque communem opinionem, quæ eſt in contrarium, falſam & erroneam eſſe, & ex vetuſtatis ignorantia proceſſiſſe. Eámque ſuam aſſertionem fulcit & tuetur duabus coniecturis: quarum alteram ducit ex his quæ apud Dionyſ. Halicarn. *lib.* 2. *ab vrbe Roma condita*, narrantur, de origine patronorum & clientum apud Romanos, authore Rómulo, eorúmque inſtitutis & moribus: alteram autem ducit à ſimilitudine vaſallorum (vt dicunt) huius temporis, ad priſcorum clientum iura: nullum tamen doct. nominatim aduocat huius ſententiæ. 5. ¶ Et ego quidem diligenter excuſſi omnes tractatores feudorum tam in ſummis, quàm in lecturis & repetitionib. quorũ libri extant: ſed nullum reperi huius aſſertionis: verùm omnes, vbi de hoc tractant, concorditer tenere, vaſallos, feuda, & eorum iura non eſſe de iure Romano, nec à Romanis legibus aut inſtitutis fluxiſſe: ſed ſolùm ab illo iure cõſuetudinario *, quod habetur in vſib. feudor. originaliter proceſſiſſe, ipſiſq; iuriſcõſultis, & antiquis Romanorũ Impp. penitus incognita & inuſitata fuiſſe. Et ita expreſſim tenet Andr. Iſern. *in proœ. feud. q.* 4. Et ibi in fine dicit, quòd in toto iure Romano non reperitur vllum verbũ de vaſallo: & verum dicit, quia nec in Pandectis, nec in 12. lib. C. nec in Inſtit. nec in Nouell. conſtit. Iuſtiniani (quas authenticas vocant) quicquã reperitur de vaſallo, aut feudo, ſiue de iure huiuſmodi patronorum, clientum. * & prædiorum clientelariorũ. Quod nunquam fuiſſet obmiſſum, ſi tunc tẽporis fuiſſet inuentum. Sed inquantum Iſern. ibidem excipit de clientulo, puto eſſe mendam in libro: & legendum, Excepto cliente, qui non eſt vaſallus, &c.

* Feuda conſuetudinario iure introducta.

Conjectura Zaſij.

Budæus noſter feudorũ originem ab his clientelis repetit.

* Clientes.

6 ¶ Quia notiſſimum eſt, in toto præfato corpore iuris Romani nullum verbum reperiri de clientulo. Sed bene in quibuſdam paucis locis, (nempe ſeptem tantum) fit mentio de cliente. De veteribus quidem priſcę Politiæ Romanę in quatuor locis Pandectarum: videl. * *in l. ſed & clientes. de vſu & habit. in l. ſi verò plures. Reſpon.* 2. *de his qui de iec. vel eff. in l. qui penum.* §. *Sed quod diximus de pen. legat. in l. non dubito, de capt. & poſtli. reuerſ.* & in vno loco C. vide. *in l.* 3. *de mouat.* quæ eſt Gordiani, ſcilicet iunioris, nepotis ex filia ſenioris, qui cum intermedijs non recenſetur inter Imperatores ab Eutropio, & Haloandro. Senior enim Gordianus non exceſſit Africam, vbi infra annum (vno adhuc Maximino, à Senatu depoſito ſeſe ſtrangulauit: iunior autem ſex annis regnauit, & Parthos vicit: quo tempore, anno Chriſti 145. nõdum penitus exoleuerat memoria veterum clientum: de quo nomine fit etiam mentio in duobus aliis locis C. vide. in *. *l. properandum.* §. *penult. & in l. rem non nouam.* §. *patroni autem, in prine. C. de iudi.* Sed longè alio ſenſu, quia in his vltimis legibus (quæ ſunt Iuſtiniani Græci Imperatoris, qui trecentis annis poſt Gordianum, & poſt plures inclinationes Imperij regnauit) accipitur pro litigatore, qui dicitur dominus reſpectu procuratoris ſui, & cliens reſpectu Aduocati ſui, *vt ibi.* 7. ¶ Sed nullibi dictorum locorum cliens eſt vaſallus, nec ſupponit pro clientulo vel vaſallo, de quo agitur in dictis vſib. feudorum in iſtis conſuetu. Et de quo nunquam cogitarunt veteres Nomothetæ Romani vt dictum eſt. *Et tenet ibi Andreas Iſern. Et Iacob. Ardizo. in ſumma feud. Idem tenet Iacob. Aluarot. non in d. tit. de alien. feud. per Zaſium allegato, vbi nihil per docto: ſed in proœmio feud. q.* 7. *& in tit. de content. inueſt. inter do. & vaſſal. de inueſt. feud. col.* 11. *notab.* 4. *poſt Odoffre. Nic. de Neap. & cæteros. Idem tenet do. Ioan. Bapt. Caccialupus in repet. cap.* 1. *de feudi cognitio. in* 1. *differentiarum inter iur. feud. & emphyteuticum. Claud. Seyſel in ſpecul. feud. in prine.* Et ſi hæc opinio nedum eſt crebrior, ſed vnica & concors omnium docto. in feud.

* Cliens his legibus pro litigatore accipitur.

8. ¶ Nec obſtat quod præfati * doct. in locis allegatis ad rationes & coniecturas, pro contraria parte opinantium, quòd militia de qua fit mẽtio in *l. omnimodo.* §. *imputari. C. de inofficioſo teſtam. L. vltim. & auth.*

* In his Haloander eſt, qui in Nouellis Iuſtiniani, putat feuda, à muneribus ita (quæ Romanis militia dicebatur) dimanaſſe,

d by Google

ibi posita C. de pigno. Et in aliis vulg.) erat feudum: Respondent, dictam militiam prorsus differre à feudo; idque per quamplures differentias clarè ostendunt. Quia non referunt vllum doctorem, nec nominatim, nec in genere, illam partem tenuisse: nec respondent opinioni alicuius doctoris, sed obiectionib. in genere adductis pro ratione dubitandi: & vltra interpretes consuetudinum feudalium, idem latè comprobat Andr. Barbat. *in Rubr. feud. extra.* 8. ¶ Minùs obstat coniecturæ præfati Lucæ ẽ. *num.* 3. Quia inquantum Lucas intellexit dicta prædia militum & veteranorum, tunc data fuisse in feudum, somniauit: quia quod tempore Iustiniani, vel retro fuerit aliquis inter Romanos vel Græcos quantulus vsus feudorum, nusquam relatum est, nec vsquam receptum, vt verbis iurisconsulti Vlpiani vtar *in l.* 1. *in fi. D. de senato.* Et etiamsi totius Iuris Ciuilis volumina ad verbum euoluas, simul illius temporis libros & Chronographias, nihil reperies. Nec text. d. §. *per traditionem* potest recipere feudi intelligentiam, quam propriam & germanam asserit Luc. illi literæ. Imò directè repugnat, quia d. §. loquitur de translatione veri & directi dominij, vt est manifestum, tum per rubricam *l.* 1. *Si ager. vectig. vel emphyteutic. peta.* tum ex natura illius tituli *de rerum diuisione* per quem totum à §. *singulorum*, Iustinianus tractat de acquisitione directi dominij tantùm. 9. ¶ * Certum est autem rei beneficiariæ in feudum traditæ, non transire dominium directum in clientem seu vassallum: sed remanere proprietatem penes dominum, & solùm transferri in clientulum quoddam vtile dominium, quod est adeo debile, vt in vsib. feud. reputetur vsufructus. *in quib. can. feud. amit. in fin.* imo ad comparationem directi dominij ferè nihil reputatur, vt expressim tradit Andr. Iser. *de feud. sine culpa non amitt. col. vlt. in vsib. feud.* Et infrà dicemus *in* §. 1. *gl.* 4. *q.* 1. 2. 10. ¶ Idq; videl. dominium & proprietatem rei remanere penes tradentem in feudum est requisitum de natura & definitione feudi, ita quod aliter non esset feudum propriè, *vt patet per definitionem feudi in d. tit. in qui. con. feud. amitt. Et ibi plenè per omnes docto. & per Alex. conf.* 24. *nu.* 11. *lib.* 5. Igitur liquet literam d. §. *per traditionem* non modò non admittere, sed prorsus repugnare, non solũ naturæ & qualitati, sed etiam substantiæ & definitioni feudi. Et sic non solùm non probare aduentitium cõmentum Luc. sed totum oppositum de directo, videlicet quòd prædia stipendiaria quæ dabantur militib. non dabantur in feudum.

* Dominium rei feudalis non transit, sed quasi vsufructus.

11. ¶ Verum est * quod similitudinem quandam feudorum habebat, quod Alexander Seuerus circa annum Christi 230. terras ab hostib. * captas, limitaneis ducibus & militibus donauit, ita vt eorum essent, si hæredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent: dicens eos attentiùs militaturos, si etiam sua iura defenderent. Addiditque eis & animalia, & seruos, vt possent colere quæ acceperant, vt post Iulium Capitol. refert Blondus *l.* 3. *Romæ triumphantis.* Et quæ Flauius Vopiscus scripsit Aurelium Probum circiter post 30. annos per Isauriam latrocinijs semper infamem loca quæ angustè adeuntur, priuatis donasse ea conditione, vt eorum filij ab anno ætatis decimo octauo in militiam mitterentur, ne latrocinari discerent. Sed ea exempla nullo modo erant concessio, nec inuestitura feudalis, à qua nimiùm *diu diuersum* discrepant. Itaque non est curandum de dicta opinione Lucæ multò minùs quàm de opin. illius Saturnini *in d. l.* 1. *de Senato.* sed est reiicienda, tanquam pluspiam Saturnina vt in simili inquit Bal. *in c. cæterum col.* 4. *extra de iudici.* Eámq; reiicit. d. Pyrrhus Englebermeus iurisconsultissimus, & vtriusq; linguæ peritissimus, quondam præceptor meus *in suo glossemate in consue. Aurel. c.* 1. *col. de* feud. vbi *ex in col.* 1. tenet istud ius feudorum esse ius recentissimum, non à iurisconsultis, nec antiquis Imperatoribus Romanorum ortum, sed longo post interuallo quorundam moribus introductum: & hæc est veritas, scilicet iure Romano semper fuisse incognitum: tum quia in toto Iure Romano, nullum de feudis verbum, imò nec argumentum: tum quia si quod ius feudi tunc viguisset, maximè fuisset in datione prædiorum stipendiorum militum, & veteranorum: sed hoc minimè, vt sup. ostensum est: tum per totum discursum libri feudorum (*& maximè in c. vnico. de fen. cogni.*) constat iura feudorum emersisse à variis & incertis moribus diuersorum locorum, & non Iure Romano, sed locali consuetudine iudicari. Et hæc clariora sunt & dilucidiora, quàm vt inductionibus & allegationibus prolixis indigeant. Nec me latet Guiliel. Benedic. virum Senatorium, & eruditissimum *in sua copiosa rep. c. Raynucius in ver. & vxorem nomine Adela. nu.* 524. *cum seq.* idem tacitè sentire, quod Luc. sed quia tantùm plus verborum, & non plus rationis adducit, sup. responsum est.

12. ¶ Superest vt quod sentio dicam, quod nec ex historijs Romanis, vel Græcis, vel iuribus eorum, & multò minus ex eorum commentatoribus didici: sed ex vetustis tum monumentis, tum instrumentis inueni feudorum huiusmodi & inuestiturarum authores fuisse Francorum * Reges, etiam ante Natiuitatem Christi in Francoña * Orientali regnantes, quam beatus Hieronymus (qui vixit tempore Constantini Magni, & filiorum eius) scripsit inter Saxones & Alemanos à Francis tempore suo habitari Alemaniam autem vocabant, quæ nunc dicitur Sueuia, vbi sita est Tubinga, in qua docui. Quòd autem Alemania sic limitata esset circa tempus Hieronymi, testatur Munsterus *lib.* 3. *Cosmographiæ. p.* 269. Et idem adhuc anno domini 890. Et tandem vocatam fuisse Sueuiam testatur Lupoldus Vberturgius, qui mille annis post Hieronymũ vixit, & scripsit *in tractatu de iurib. & transl. imperij.* Et Francorum nominatim meminit Cicero scribens ad Atticum quinquaginta sex annis ante natiuitatem Christi, plus quadringentis annis ante Hieronymum. Illi, inquam, Franci qui (teste Iulio Cæsare belli Gallici li. 6.) ponte super Mosam facto, irrũpentes exercitũ Cæsaris Panico terrore perculsum, ad extremum discrimen adduxerunt, donec cum opima præda redierunt. Tandem post crebras in Gallias excursiones, traiecto Rheno, in Treuiris & circumiectis finibus consederunt anno Christi 404. Deinde vlteriùs vincendo, Sequanam vsque progressi Pharamundum in Regem Franciæ è regia stirpe elegerunt, *quominus*, sedem suam, statúmque suum Regium in Gallia perenniter constituit anno Christi 410. Cuius rei fama vbique & in Africam vsque peruasit, vbi Beatus Augustinus inter Imperij Romani inclinationes scribebat Gallias à Francis occupari, *vt latè scripsi in tract. de orig. ac progress. Franc. num.* 63. *cum seq.* 13. ¶ Illi * inquam, Franci terras Marte suo occupatas, in feudum concedebant ad onus recognitionis iuramenti fidelitatis, & certorum onerum militarium pro modo redituum feudi, & ad onus renouationis inuestiturę certorúmque commodorum mutatione vassalli contingente cum exceptione mutationis in linea directa, & quandoque sine ea exceptione. Extant etiamnum vestigia * feudorum antiquorum ad onus tot ar-

* A vetustissimis Gallis feudorũ originem repetit Conanus 3. *comment.* 9. apud quos qui opib. valebant, suos clientes & soldurios habebant, quos secum in bellum ducebãt, quorum hæc erat conditio, vt omnibus in vita commodis, vná cũ iis fruerentur, quorum se amicitiæ dedissent. Quod siquid per vim iis accidisset, aut eũdem casum ferebant ipsi, aut morte sibi consciscebant. Cætera alia vide apud eundem, de Ambactis.

* Idque Lelius Taurellus libro de militiis ex eius, sensit.

* Facit l. 2. C. de fundis limitrophis.

* Francos à Germanis deriuant plerique, quorum tamen Ptolemæus vel Tacitus (qui tam diligenter populos Germaniæ descripserunt) non meminerunt: cùm tamen Anglos, Lõgobardos & Burgundiones nominẽt. Turneb. 14. *Aduer.* 17. Francos existimat fuisse Scandiæ siue Scandinauiæ ipsiusmet populos vt & Gothos, eósque esse qui corruptè Ptolemæo *Phiraisi* appellantur. Si quid in re tam occulta sentiendum, à Sarmatis (qui nunc Poloni) profectos esse suspicior. Nam & historici vetustiores, Mœotidis paludis, Francos accolas faciunt. Victoriarũm Francicarum etiam series ex Procopio Agathia & aliis ex iisdem prouinciis deprehendi potest. Est & idiomatis quædam similitudo in propriis nominibus, hic enim Marcomiri, Clodomiri, Herimiri, Odemiri, Richimiri, Tutomiri, quæ nomina vt apud Polonos hodie frequentissimo in vsu, ita apud eosdem *Mir* pacem significat. Quin L. pingue Polonicum, veteres nostri retinuerunt: scribebant enim Hlodoueum non Clodoueum. Sunt & quædam alia mihi argumenta de quibus in Francicis & Gorticis. (Horum. n. vt omnium penè veterum, fatis plenæ historiæ mihi nunc in manu sunt, à me multis annis collectæ) plenius, Deo propitio dicemus.

* Lex feudorum apud Francos qualis fuerit.

* Feuda in Gallia fuerunt ante Iustiniani tempora.

Google

migerorum, & equotum militarium conceſſorum vt A
tetigi. in. §. Et ipſe vidi antiqua inſtrumenta donationis feudorum antiquorum factæ per Childebertum primum Clodouei primi filium Francorum Regem Monaſterio S. Germani Pratenſis prope hanc vrbem (à quo domus mea, in qua hæc ſcribo, cenſualiter ab illuſtriſſimo & nobiliſſimo principe Ludouico, Cardinali Borbonio dicti Monaſterij Abbate mouetur.) facta, inquam, ante tempus Imperij Iuſtiniani magni, qui nihil vnquam imperij habuit in Galliis plus centum annis ante Imperium ſinum amiſſis, vt ipſemet fatetur *in l.2.§.* Iubemus autem ibi & omnia quæcunque in partibus Hiſpaniæ vel Galliæ ſiue Francorum aguntur, viro ſpectabili duci nunciare *C. de offi. præfec. præt. Affr.* Cuius Iuſtiniani tempore ſcribens Agathias Græcus, multis laudib. Francos euehit. ¶ Hæc B
eſt origo feudorum huiuſmodi, quæ ſunt proprium quoddam & peculiare πολίτευμα veterum Francorum non parum vtile & idoneum ad ſubditos & incolas in officio continendos, A quibus Francis primum inuectum eſt in Galliam. ¶ Deinde dimanauit in * Inſubres, & in vtramque Siciliam, Apuliam, & pleraſque alias regiones. Verum eſt Longobardos Inſubriam ingreſſos anno Chriſti 572. feudorũ vſum in Inſubriam & Italiam inuexiſſe. Sed illum vſum prius in Germania à vicinis Sicambris, qui Francos ſe nominabant, didicerunt. In vtramque autem Siciliam, & magnam (quam vocant) Græciam hunc vſum & conſuetudines huiuſmodi Francorũ feudales inuexerunt è Neuſtria parte Galliæ Occidentali, erumpentes & vincentes Galli; Normani circa annum domini milleſimum C
octauum. Hæc eſt vera feudorum origo, nec vlla antiquior inueniri poteſt. 14. ¶ Sed interim dum reſoluere feſtino prætermiſi diluere coniecturas Zaſij: de quibus ſupra num. 4 qui (vt mihi quidem videtur) * κρ πανυσιον ſed ſeriosè omnem ſuam argumẽtationem hac in re, coniecturam vocat, quæ multo minus eſt quàm ſemiplena probatio, *vt inquit Bal. in l. bona fides col. 2. verſi. Secundo modo. C. de reb. cred.* nihil enim concludit aduerſus communem: imo ab omnibus docto. in feud. receptam ſententiam, nec aduerſus noſtram. Prima coniectura eſt ex Halicarnaſſei hiſtoria, ſed ea nihil habet de feudis aut Vaſallis. At nequis cauilletur, tractu temporis, commutata eſſe vocabula, & pro Latinis, barbara ſubrogata, rei ipſius origine & ſubſtantia permanente, neque de meris nomi- D
nibus, verborúmque inani differentia diſputare: apertius reſpondeo, eam hiſtoriam loqui de ſanctiſſima, * & ſaluberrima patronorum, & plebeiorum, potentiorum & tenuiorum, locupletum & egenorum ciuium, connexione, ordinatiſſima proportione & concordia primum apud Romanos, per Romulum dexterrimè & prudentiſſimè inſtituta, in ſtabilimentum futuræ omnium amplißimæ reſpublicæ. Fueráque prius ille mos (vt autumat Halicar. *in præfato l.* 2.) olim apud priſcos * Græcos, quo & Theſſali diu vſi ſunt, & Athenienſes à principio quum melioris eſſent politiæ: ſed in ſuperbiam, libidinem, auaritiam, cæteráſque ciuitatum labes degenerantes, atque opera minime liberis conuenientia imponentes, iiſque E
ſuperbè tanquam ſeruis abutendo, eiſque modo ſeruitutem modo pauperiẽ contumeliosè exprobrando, tandem vnà cum bonis morib. reip. remp. amiſerunt. 15. ¶ Verùm Rómulus, * quod apud alios vitiis antiquatum erat, virtute apud ſuos renouans, rem ipſam & melioribus inſtitutis, & honeſtioribus decorauit cognominibus, non dominatum, non negotiationem, ſed patronatum vocans, ſuſceptum pauperum humiliúmque patrocinium: non dominos, ſed patronos vocans ditiores: non ſeruos, ſed clientes appellans tenuiores, qui in illorum fidem, & tutelam ſe & ſua cõferrent: mutua ſtatuens vtriſque humanitatis, & beneuolentiæ officia: in ſuperiorum prouida protectio-

* Quæ gẽtes Feudorum iura à Francis habuerint.

* Verum originem Feudorum ignorauit Zaſius.

* Sanctiſſima patronorum & clientum inſtitutio.

* Apud Græcos corrupta morum diſſoluitur.

* Apud Romanos Authore Romulo inſtaurata.

ne, & inferiorum fideli obſequio conſiſtentia: quorum quædam refert Zaſius. quòd ſi quis horum aliqua violaſſe argueretur, lege eum teneri prodítionis, quam Romulus ſanxerat. Sic igitur firma erat Romanorum concordia, vt nunquam ad ſanguinem, cædéſque mutuas, intra annos ſexcentos & triginta deuenerint, cum multæ interim magnæque diſceptationes de iure publico, plebi cum optimatibus fuerint. Donec T. Gracchus Tribunitiam poteſtatem nactus temperamentum illud reip. diſſoluit, vt inquit Dionyſius Halicar 16. ¶ Sed ex plurium hiſtoriarum * conſenſu comperimus, non tam ipſum Tiberium Gracchum (quanquam agrariam legem inuitis optimatibus ferentem, imo in priſtinum vſum reuocantem) ſalutarem illum ciuitatis nexum abrupiſſe, quàm potentiorum & locupletiorum auaritiam, qui primum fraudulenta perſonarum interpoſitione, deinde manifeſta etiam contrauentione legem, quæ cancellorum quorundam inſtar ſupra quingenta iugera agri ciuem Romanum habere prohibebat à Licinio Stolone (qui primus, teſte Valerio Maximo ſua lege cecidit) latam antiquauerunt: nec his contenti, agros hoſtibus adempros a priſca nobilitate Romana, pro penſione modica egenis & tenuiorib. ciuib. locari ſolitos, pauperibus ciuibus, atque adeo clientibus excluſis, aucta penſione, ſeruis, & barbaris locauerunt vt locupletiſſimus teſtis eſt Plutarchus Chæroneus, *in Gracchorum vita. 17.* ¶ Nec obſtat text. in l. *in bis, in pri. D. ſolut. matri.* vbi Iabolenus Iuriſc. ſeditionis culpam Gracchо adſcribit: quia non de T. Gracchо loquitur, qui Tribunus pl. pro debito officij, causá agens plebis, à P. Naſica, & aliis priuatis, & factioſis ciuibus occiſus eſt, ſed de C. Graccho, qui tum priuatus, Opimio Conſuli reſiſtere auſus, in ſeditione periit: vt apud Pluta. *in Gracchor. vita. adfi.* vbi etiam addit Liciniæ Caij Gracchi vxori dotem ademptam. Sed non dicit hoc factum publico iudicio: ideo intelligendum direptione populari, quæ in eo tumultu contigit, *vt ſcribit Appianus.* Cæterum, publico iudicio Publij Mutij conſtat dotem Liciniæ adiudicatam, & inſuper res dotales quæ in ea ſeditione periiſſent, eidem præſtari oportere, & conſequenter etiam ſuper prædiis C. Gracchi conſecratis ſeu publicatis, quia eius culpa id cõtigerat: quæ ſentẽtia ponitur in d. l. *in bis, in prin.* non vt reſponſum ſimplicis iuriſconſulti: ſed vt ſententia iudicis delecti. 18. ¶ Sed vt ex his maturè podem referam Gracchorum interitus nos admonet: nihil etiam communis boni præterea, in rep. cum ſeditione (qua nulla * reip. capitalior peſtis) innouandum: *& plenius diximus ſupra in prooem. gl 9. ſuper verbo ciues.* 19. ¶ Itaque vt ad inſtitutum redeam, ex his quæ elegantiſſimè perſtringit Zaſius, & quæ vtcunque ſuppleui, nulli non liquet, veterem illum patronatum * clientelámque, nunquam fuiſſe id quod vocant feudum, ſed ciuilem coniunctionem: vt etiam inquit Zaſius, eámque tam a feudo diſtare reipſa & effectu, quam diſtat vocabulo: vt nuper Iac. Spiegel in *lexico, verb. ſubinuestitus*, nimis ineptè conatus ſuerit, vocabula veterum mancipum & clientum ad feuda transferre. Similiter quoad curias dominicales, ad quas pariter Zaſius vocabula veteris patronatus & clientelæ, non ineptè, ſed ſcitè & eleganter adaptat. Iuriſdictionem enim & conſeruationem ſubditorum concernunt, & non patrimonium, vt hodie ſimplex feudalitas quæ longo temporis intertrimento vt mandrabuli more in quæſtuariam negotiationem ferè conuerſa deſiit, quicquam omnino habere commune cum iuriſdictione, *vt dicemus infra*, §.1.*gl.*1.*n.*45. Eodem modo reſpondeo, tantam vel maiorem eſſe differentiam rerum quàm nominum, neque enim in curiis dominicalibus (pietate publica rareſcente) vigent inſtituta, & mores veterum patronorum, & clientium.

* Rurſus apud Romanos clientelarum fides per auaritiã antiquatur.

* Reip. nil peſtilentius ſeditione.

* Patronatus & clientelarium iura re & effectu à feudo differunt.

20. ¶ Quòd ſicubi fortè ſuperſunt adhuc felices A quædam curiæ, quarum domini patronatum exerceãt in ſuppoſitos ſuæ iuriſdictioni clientes: nec vtantur dominio, & iuriſdictione, niſi ad protectionem, & vtilitatem ſubditorum: eáque omnia pro ſubditis faciant, quæ patres pro filiis, vtque pauca pro multis dicantur: omnem eis quietem, publicè & priuatim præſtent: & viciſſim ſubditi exhibeant dominis curiæ, vt ſuis patronis, fidelitatem, & obſequia, necnon ſubſidia * pro liberandis, & redimendis dominis, & dotandis filiabus eorum ſi indigeant: idque non coactè, nec grauatim, ſed ſponte, & prompta beneuolentia. Fateor hoc eſſe non ſimulacrum, ſed viuam & veram imaginem veteris patronatus, & clientelæ, nullámque eſſe realem differentiam. Sed ſicubi ita ſit (quod vtinam B vbique foret) Zaſius ipſe viderit. (adhuc enim dum hæc ſcribierem, & tempore primæ horum editionis anno 1538. viuebat, legebat, & ſcribebat.) Alteram coniecturam ſumit Zaſius, à ſimilitudine: ſed hæc inductio per maiorem vtriuſque diſſimilitudinem apertè reſoluitur: ſicut & Vlpi. quoddam argumentum Pedij iuriſconſulti diſſoluit *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ver.* Sed hæc diſſimilia ſunt. *ff. de verb. obl.* 21. ¶ Priſcus ſiquidem patronatus & clientela ſola beneuolẽtia inibatur, & ſtabat: feudum * autem ſola rei immobilis inueſtitura conſtituitur *c. vnico quib. mod. feu. cunſt. poteſt. c. vnico in fi. de feudi cogni. c. 1. in fi. in quib. cau. feu. amitt.* & eius renouatione conſeruatur *in ti. per quas fi. inueſti. per to. & in ti. quæ ſit prim. cau. benefi. amit. in princ. in vſib. feud.* Ille clients quõdam patronum non rerum ſuarum dominum, ſed ſui, ſuorúmque, & fortunarũ omnium protectorẽ agnoſcebat: hic verò vt * verum & directum, certæ rei beneficiariæ dominum recognoſcit: ita ſuorum, reliquorúmque bonorum, nec dominum, nec protectorem agnoſcit: illic vtrinque patrocinij, & obſequij fides, ad omnia, in perſonis, & rebus, & negotiis vniuerſis extendebatur: hic ad limites rei beneficiariæ coërcetur. Hinc infinita alia manant diſſimilia: quæ ſingulatim perſequi non eſt opus. ¶ Fateor tamen veſtigia quædam & ſimulacta ſimilitudinis ineſſe: ſed nimis remota, & exilia: vt ex his perſuaderi poſſit, hæc tam diſſimilia, ab eadem origine, & eodem Romano iure emerſiſſe. Abſit tamẽ interim ſiniſtra quæuis ſuſpicio: C nec quiſpiã arbitretur, hæc à me ſcripta ἐκ προαιρέσεως contradicendi, & non ſtudio veritatis: quum communem, & ab omnibus feu. docto. receptam ſententiam tuear: quatenus rectè tenent iura feudorum iuri Romano ſemper fuiſſe incognita: non autem quatenus ignorãtia vetuſtatis putant, diu poſt iura Romana moribus quorundam inuenta, *vt §. nu. 11.* cum etiam Romanis legibus vetuſtiora ſint. Tueor itaque communem docto. ſententiam: non * quia communis, ſed quatenus vera eſt: lõgéque magis abſit quenquam calumniari, me velle detrahere, doctiſſimo illi iuriſconſulto domino Zaſio, cuius veterem & benè fundatam iuris peritiam, ſummámque ingenij dexteritatem cum priſcorum iuriſconſultorum lepore, & elegantia coniunctam, omnes admirantur: tantúmque illi ipſe tribuo quantum qui maximè: idque etiam patebit ex ſequentibus. Nec ipſe arbitror dominum Zaſi. aliter in puncto (vt aiunt) iuris & hiſtoriæ ſentire, quàm ferat communis ſententia: ſed ἐκ τῆς προαιρέσεως priſtinæ iuris elegantiæ, & puritatis excolendæ (cuius eſt iamnunc ſtudioſus, & omnis molitæ barbariei inſolens) eò euectum, vt diſcedere videretur à communi ſententia, feuda barbarè compilata, ἐφεκτικῶς tractantium, vt ab illorum exoticis ſordibus legum ſtudioſi faciliùs ſemouerentur, & natiuam germanámque iuriſprudentiam munditiam, & dignitatem modis omnibus imitarentur. 22. ¶. Ad quod primus omnium Herculeis viribus laborauit admirabilis ille D. Gulielmus * Budæus, doctrinarum omnium ſplendor, huius patriæ, vrbis, & totius Galliæ decus: qui legum elegantiam iam plus octingentis annis, Gothorum armis primùm oppreſſam, ac captiuatam, dehinc diuturno ingenuarum artium, & literarum neglectu, temporis (vt noſtri dicunt) immemorialis præiudicio penitus ferè abſorptam ac deſperatam, præpotenter vindicauit: ac velut poſtliminio in patria regna, & iura reduxit. Quod quinquaginta propè ab hinc annis, Angelus ille Politianus Græca, Latináque eruditione inſtructiſſimus, ingeniique dexterrimi, animo conceperat, & tentauerat, ſed efficere non potuit: Budæus autem noſter felicitſſimè adimpleuit & præſtitit: ex cuius vberrimis annotationib. in Pandectas, maximè in *l. Hereunius de euictio.* vbi etiam barbara feudorũ vocabula Latinis commutauit, arbitror Zaſium ipſum ſuam illam coniecturam, de vetuſta feudorum origine primùm deſumpſiſſe: licet Budæi mentionem eo loci nullam faciat. ſiquidem gloſſema Zaſij *in d. l. 2. de orig. iur.* prodiit in lucem eodem tempore, quo & eiuſdem reſolutiones antinomiarum videlicet à Chriſto nato, anno 1518. vt ex earum data patet, iuncta nuncupatoria epiſtola in præfatione *gl. d. l. 2.* At tunc temporis iam decennium tranſierat, quod annotationes Budæi radiantis ſideris inſtar, nedum toti Galliæ, ſed vniuerſæ Europæ illuxerant, ſumma cum omnium admiratione, tum eruditorum laude: quin vel ex præfatis dilutionibus antinomiarum, conſtat ad literam Zaſium ipſum eas Budæi annotationes priùs legiſſe. Nec me fugit Claudium Cantiunculam virum eruditum, Zaſij amiciſſimum, *in Topicis legalibus in loco à feudo ad emphyteuſim*, obiter referre & ſequi: nihil præterea adducendo, coniecturam Zaſij, tanquam ab eo inuentam, nulla Budæi mentione facta, quod non poſſum non mirari virum iuris ſermoniſque nitorem profeſſum, & in iure ſcribentem non legiſſe, aut non memorari annotationes Budæi. 23. ¶ Poſt Budæum Andr. Alcia.* Mediolanenſis iuriſconſ. vtriuſque & iuris & linguæ peritiſſimus, egregiam hanc in re nauauit operam: diſpunctis ſolertiſſimè, & in lucem reſtitutis quamplurimis imperialium conſtitutionum, & Pandectarum locis, temporum calamitate deletis, aut deprauatis: ſubinde annotationes, & aſſem do. Budæi aduocans, illíque primas (vt dignum erat) ingenuè cedens, ac tribuens. ¶ Porrò vt ad rem redeam, elegantiſſimam illam veterum patronorum & clientum, ad feudorum vocabula purioris ſermonis gratiã adaptationem, à Budæo primùm inuentam, ſolertíque ſimilium nexu & inductione concinna firmatam, à Zaſio imitatam, & altera coniectura ex Halicar. auctam, & ad dominicales curias extenſam, non poſſum non magnopere poſt bonos & doctos omnes laudare: verum imitari non æquè par eſt: nec mihi paſſim licet in hoc opere, ſaltem commodè: itaque vbi commodum fuerit imitabor, vt in voce patronus pro domino feudi: quia etiam iura noſtra, dominum feudi adſcriptitij patronum vocant. *in l. vnic. C. de col. Thracen. l. 11. facit. l. vnica de bonis clerie. l. 1. Cod. Theodoſiani* Vbi verò ſecus erit, ne fortè in verborum circuitum, aut amphibologiam, aut obſcuritatem nimiam neceſſum ſit impingere: vulgarib. verbis, *brevitatis & intelligentiæ facilioris gratiã vtar. 24.* ¶ Ex prædictis conſequitur falſum eſſe, quod vulgò quidã opinantur, (refert & ſequitur Iaſ. poſt plures alios *in pralu. feu. col 2.* & in *l. præſcriptio. col. 3. C. ſi contra ius vel vti. pub.*) librum * feudorum, eſſe de corpore iuris ciuilis: nam non magis eſt de corpore iuris, quàm lex Longobarda, vel conſuetudo Aurelianẽſis. Quum enim contenta illius libri ſint conſuetudines locales, certorum municipiorum moribus introductæ, poſt ius Romanum, vt oſtenſum eſt, patet quod non ſunt ius ciuile Romanum: imò nec ius ciuile ſimpliciter ſumptum, & multò minùs de eius corpore, quamuis ſint ius ciuile particulare ſui loci *text. in §. ſed iure quidem ciuili,*

ingenium & virtus in reſtituendo lepore.

* Andr. Alciatus.

* Vaſalli domanis ſuis ſubſidia debent pro liberandis dominis & dotandis filiab.

* Feudi ſola rei immobilis inueſtitura conſtituitur: & eius renouatione conſeruatur.

* Vaſallus in re feudali dominum ſuum verum & directum recognoſcit, at non in aliis ſuis bonis.

* Communis opinio ſequenda, non quia communis, ſed quia vera.

* Lib. feudi non eſt de corpore iuris, aduerſus Iaſonem.

* Guil. Budæi

iuſti. de iure natu. gen. & ci. nec iſtud adnotaſſem, vtpote leuiculum, & dubitatione carens, niſi comperiſſem, plures etiam in iuris ſtudio prouectos huc (vt puto inaduertenter) impingere: & commentaria Iaſonis & aliorum, huic tam ſupino errori fomentum dare. Quinetiam ſcripta Bar. qui *in l. ſiquid vi. §. diffe rentia. num. 4. ff. de acquir. vel amit. poſſ.* Vocat dictum librum feudorum decimâ collationem; quod non minus eſt ineptum & ridiculum quàm falſum.

* Iuſtant omnium cõſtitutionum lib. feud. veram & verè rem originẽ diſcuſſis hiſtoriis recenter complectens.

21. ¶ Nec obſtat quòd in eo libro ſunt plures * leges latæ & promulgatæ à nonis Imperatoribus Romanis, videlicet *l. ſi quis miles, quæ eſt ſub tit. conſtit.* do. Lotha. & cõplectitur ſeptem immediatè ſequentia capitula vſq; ad c. ſi quis ſine filio. ſub ti. quem ad feudà. ad fili. pert. excluſiuè *ſecundũ gl. Iacob. Belui. Bal. Alnar. & alios in c. 1. d. ſi conſti. & in ſuperſcript. d. l. ſi quis miles.* Et eſt conſtitutio Lotharij Imperatoris, huius nominis primi, qui fuit filius Ludouici Pij imperatoris, huius nominis primi filij Carol. Magni glorioſiſſimi Franc. Regis, & Romanorum imperatoris: in cuius perſonam fuit imperium à Græcis tranſlatum, vt teſtatur Inno. 3. in c. *venerabilem de elect.* vbi gloſſ. *in ver. tranſtulit*, multum errat in deſignatione perſonarum & temporis, & eam reprehendit Iacob. Aluar. in *c. ynico quis dica. dux. co. vel Marchio. col. 3. num. 8.* ſed ipſe Aluaro. adhuc grauiùs in vtroque errans, maiori correctione indiget: dico igitur ex fide, & conſenſu veriorum hiſtoriarum generoſiſſimum ac inuictiſſimum Francorum regem Carolum Magnum, * hortatu & precibus Adriani primi Romani pontificis, *vt ex Alchuino eiuſdem Caroli præceptore habetur in c. hortatu. 23 q. 8.* bellum aduerſus Longobardos, & Deſiderium regem eorum. 23 & vltimum, ab oppreſſione pontificis, & Romæ vrbis (à qua regnum Italiæ, vel Imperium occidentale appetens; centum exigere volebat) abſtinere nolentem, ſuſcepiſſe: quem apud Verſellas cum omni exercitu ſuſum & victum, & ad Papiam ſexto obſidionis menſe captum, Lugdunum, aut ſecũdùm quoſdam Leodium relegauit: regnúmq; Longobardorum cum legibus ſuis, quarto & ducenteſimo anno poſtquam in Italia cœperat, funditus ſubuertit & extinxit: vrbéque, ac ditionem quam Longobardi pontifici Romano abſtulerant; reſtituit, * & auxit. Quamuis Paul. Diãco. *de geſtis Longobardorũ l. 3. c. 8.* ſcribat eos cum magna æquitate & iuſtitia gubernaſſe, ſed nimium amplectendo, totum amiſerunt. Aduertendum tamen quòd dictus Pau. fuerat Cancellarius Deſiderij: & cum eo captus inuenit (reuerentiâ literarum) gratiam coram Carolo victore. Et dimiſſus, factúſque monachus Caſſinenſis, otio fruens, ſcribere cepit. Facta ſunt hæc anno domini 776. annò verò regni Caroli Magni. 8 non autem tunc. & multo minus prius, facta fuit aliqua imperij. aut regni Romani tranſlatio ab Adriano, nec ab aliquo ex prædeceſſoribus ſuis; vt delirant. *d. gl. in c. venerabilem. & Alua. vbi ſupra &* Iacob. Berg. in ſupple. in Stephano 2. nulla alia auctoritate fulcitus quàm d. gloſſ. quam falſam eſſe conſtat ex approbatis hiſtoriis: quicquid Augu. Anco. *in ſum. de eccle. poteſta q. 37. ar. 14. & per to.* imperitè nimis & ſordidè pro rei magnitudine & dignitate effutierit. 26. ¶ Verùm idem Adrianus * tantis acceptus beneficiis, celeberrimam ſynodum 153. Epiſcoporum, Monachorum, & Abbatum in ædẽ Lateranenſi congregauit: & cum vniuerſa ſynodo, ius & poteſtatem Carolo Magno cõceſſit, eligendi pontificem, & ordinandi apoſtolicam ſedem, necnon & archiepiſcopos & epiſcopos regni inueſtiendi, & vt nullus conſecraretur, niſi a Francorum rege laudatus, & inueſtitus. *text. in c. Adrianus. 63. di.* Hinc Carolus Magnus & poſt eum Ludouicus Pius Francorum reges, & Romanorum imperatores, publicis legibus editis, ſtatuerunt, vt epiſcopi per electionem cleri & populi, ſecundùm ſtatuta canonum, de propria dioceſi, remota omni perſonarum & munerum acceptione, propter vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligerentur: vt exemplo, & verbo, ſibi ſubiectis prodeſſe valerent: quæ eſt verè ſanctiſſima & Chriſtianiſſima conſtitutio, *text. eſt in c. ſacrorum canonum 63. diſt.* Et licet idem Ludouicus Pius, poſteà renunciauerit præfato priuilegio, in perſona Paſchalis Papæ primi, quantùm ad electionem, & promotionem ſummi põtificis, quam Romanis liberè conceſſit: vt eo ab illis vno conſilio, atque vna concordia, ſine aliqua promiſſione electo, & more canonico conſecrato, legari ad eũdem Ludouicum, vel ſucceſſores ſuos reges Francorum, dirigerentur: gratia mutuæ amicitiæ, charitatis, ac pacis conciliandæ, *vt patet in c. Ludouicus 63. diſt.* Tamen renunciare non potuit in præiudicium imperij & ſucceſſorum ſuorum, *vt tenet Alberi. Roſates.* Et adhuc nunquam * renunciauit illi priuilegio, quantùm ad inueſtituram archiepiſcoporum & epiſcoporum, & vt nonniſi de eius conſenſu ordinarentur & conſecrarentur, *vt patet per illum text. & apertiùs per text. in c. Reatina. & c. nobis, eadem diſt.* vbi Leo Papa quartus, qui fuit quintus Papa à dicto Paſchali, & vir ſanctiſſimæ vitæ reuerẽter ſupplicauit * huic Lothario primo, de quo principaliter loquimur, & Ludouico ſecũdo eius filio a patre in conſortiũ Imperij aſſumpto, Auguſtis, pro ordinatione Reatinæ eccleſiæ, quæ eſt de ipſomet epiſcopatu, & diœceſi ſeu prouincia particulari Papæ: quatenus iidem Imperatores dignarentur eam Eccleſiam concedere regendam cuidam nomine Colono, humili diacono, vt accepta eorum licentia, poſſet ibid. ordinare Epiſcopum. Quod ſi nollẽt, vt is Colonus in d. eccleſia præficeretur epiſcopus, vt ſaltem Tuſculanam eccleſiam, eiuſdem etiam prouinciæ, tunc vacantem, dignarentur illi concedere: & accepto Imperatorum mãdato & licentia pro Reatina eccleſia, in eadem præfecit Colonum in epiſcopũ. Ad hoc c. *lecti. c. cum longè. eadem di.* Hic eſt Leo 4. qui ab æmulis ſuis læſæ maieſtatis * accuſatus, imperiique ad Græcos referendi, coram præfato Ludouico ſecundo Caroli Magni pronepote, poſt monachatũ Lotharij patris, ſolo imperante cauſam dixit: eiuſque iudicio ſe purgauit, & noxæ exẽptus eſt. *text. in c. Nos ſi competenter. 1. q. 7.* ¶ Quinetiam dudum ante, conſtat ex regiſtro Gregorij Papæ ſtatutum fuiſſe de quodam monaſterio regni Franciæ, quia per ambitiones, & contentiones quorundã non canonicè tractabatur; vt ſine regali prouiſione, & monachorum electione, nullus ibi abbas aliqua vnquam ſubreptione introduceretur. *text. in c. hinc eſt 16. q. 1.* De his latiùs ſcripſi in tractatu contra abuſus Latino & Gallico, & in tract. de origi. & progreſſu monar. Franco Latino & Gallico 27. ¶ Elapſis deinde 24. annis, a ſubuerſione regni Longobardorum, cùm Leo tertius Papa à ſuis inimicis diræ afflictus, & Roma expulſus, ab eodem Carolo Magno in ſedẽ Epiſcopalem fuiſſet repoſitus, idem Leo cum vniuerſo populo Romano, imperium * Romanum in perſonam Caroli victoriоſiſſimi Francorum Regis anno 13. regni ſui tranſtulit: eúmque imperiali diademate coronauit: & Pipinum filium eius natu maiorem, regem Italiæ declarauit, Romæ in Baſilica S. Petri, poſt ſolennia ſacra, in die ſancta Natalis domini, anno ſalutis 801. tunc incipiente * ſecundùm vſum Romanæ eccleſiæ, quæ eſt vera, & germana annorum Chriſti computatio. Vt etiam ait *Specula de inſtr. edit. in prin. col. 3. gl. c. 1. v. ex tempore in. c. 1. de ſum. trin. Iacob. Butr. Bar. in l. libell. ff. de accuſa. Rota in nouis. deciſio. 50.* Et ita ſolet obſeruari in Italia vt apud Aly. con. 23. l. 7. Guido pap. *ſuper ſtatu Delphi. Signis per literas ver. vel quaſi ad fi.* Tamẽ Hier. Gratus *conſil. 131. l. 1.* ait quod Bononiæ incipiuntur à calendis Ianuarij, qui non eſt Aſtrologorum bulliſtæ Papæ Romani incipiunt ab incarnatione, exemplo forſan Bullæ Nicol. 2. cuius tenor (quem nullo modo

* Papa à regibus Francorum diuiſi.

* Priuilegia ab Adriano 1. Papa regibus Francorũ conceſſa.

* Inueſtiendi epiſcopos ius ad reges Frãcię peruenere.

* Leo Pontifex imperat à Rege Francorum Reatinam Eccleſiam.

* Papa maieſtatis accuſatus apud regẽ Franciæ cauſam apud eũdem dixit.

* Imperij à Græcis in Francos trãſlatio.

* Annus à Natali domini incipit ex vſu Romanæ Eccleſiæ.

seruarem) extat 23. *dist. capitulo primo.* signaturas verò suas dant à natiuitate: Hispani computant ab annunciatione. ¶ Rediens Carolus Magnus Imperator in Franciam nobilissimam Florentiæ* vrbem, à Gothis destructam, & à Totila iam plus ducentis viginti annis solo æquatam, reædificauit: instauratámque, & ornatam magnificentiùs quàm vnquam fuerat, restituit. Sabellic. *Ennead. 8. lib. 9.* vbi vocat eam Fluentiam, de qua appellatione remitto ad ea quæ scripsi in abusus *per 2. gl. 5. num.* Sed mirum est Raphaelem Volaterranum *Geographiæ l. 5.* de rebus Florentinorum (quibus Volaterræ subsunt) hoc dissimulare. Nec miror Antoninum (qui è mendico factus est Archiepisc. Florentinus) hoc negare, Tit. 13. Sed magis crederem Nicolao Machiauegli patricio Florentino, qui liberiùs loquitur, & lib. 2. historiæ Florent. ait, Florentiam ducentis quinquaginta annis postquàm à Totila Ostrogothorum rege destructa fuerat, à Francis restauratam fuisse sub dicto Carolo, qui Romanum imperium, & Franciæ regnum, adhuc quatuordecim annis augustissimè rexit. 28. ¶ Imperium enim occidentis, longè amplius & latius possedit, quàm vnquam aliquis ex præcedentibus, vel postea secutis Imperatoribus. non* solùm enim Germaniæ & Italiæ imperauit: sed etiam extremos Saxones (vbi leges & statuta, quæ vsque hodie vigent, condidit: *vt testatur Bald. con. 174. præsupponendum est quod Magnus Carolus l. 5.*) & Hispanos* subditos sibi habuit, *vt omnes testantur historiæ. & est text. in cap. volumus. 11. quæst. 1.* quod nunquam contigit, nec Iustiniano magno, qui ex occidentis Imperio non nisi Italiam, eámque non integram, nec pacificam possedit: non enim vnquam imperauit Francis, qui nunquam subditi fuerunt Imperio. vt abundè satis probauit do: Io. Igneus, nunc in Rothomagensi Senatu præsidens meritissimus, in sua disputatione quam sub Ludouico duodecimo Francorum Rege, & Insubrum quarto, huius nominis primo duce, publicè habuit Ticini.

29. ¶ Sed nec ipse Iustinianus vnquam imperauit Germanis, nec Hispanis omnium χρονογράφων concordi testimonio. 30. ¶ De Hispanis autem & Gallis est text. vbi hoc apertè fatetur ipsemet Iustinianus *in l. 2. §. Iubemus* (Quamuis nonnulli text. illum incautè in oppositum adducant) *C. de offic. præf. prat. Afric.* vbi Imperator iubet, validum militum præsidium constitui in traiectu, quod est contra Hispaniam, quod Lepte dicitur, id est in illa extremitate Africæ quæ Gadibus opponitur. Iubet etiam in eodem traiectu constitui Dromones, id est naues veloces & cursorias, sic dictas ἀπὸ τοῦ δρόμου, id est à cursu: & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ, vel Galliæ siue Francorum agantur (nimirum vt ab illis tanquam finitimis, & in quos nullum imperium habebat, sibi caueret) nuntiari Mauritaniæ duci, ab eo referenda præfecto prætorio Africæ, Africæ inquam, tunc recenter à Vandalis duce Bellisario vindicatæ, & post centum quinque annos, quibus à Vandalis fuerat captiuata, pristinæ libertati restitutæ, vt idem Iustinianus verè & religiosè in Deo gloriatur *in lege prima eodem tit.* Et nouell. prima *seu Authen. de hared. & falcidia in principio*, ibi Carthaginenses (siue Carchedonij vt legit Andreas Alciatus *l. primo prætermissor. columna 2.* qui idem sunt) pristinam nobis libertatem acceptam referant. Secundùm elegantem tralationem Gregorij Haloandri: qui tamen in verbo immediatè sequenti, velut in portu impegit insigniter: sed vitio corrupti in hoc Græci exemplaris ibi, qualisque nunc primùm, &c. Quia legendum est Tzanique nunc primùm, vt patet in exemplari Augustano sub Fuggeris in lucem edito anno 1558. vbi sic habetur, Τζάνοι τε νῦν πρῶτον ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἡμέτερον πολιτείαν. Quinetiam ipsemet Gregorius Haloander, ante quatuor & triginta annos (respectu anni sesquimillesimi sexagesimi quarti, quo hæc in carcere domus nostræ, Regis beneficio, diro Palatino carceri commutato emendamus) in Græca nouella 28. conformiter ad recens illud castigatius exemplar Augustanũ legit ὧν ἡ Τζανῶν ἀνέκαθεν χώρα, νῦν πρῶτον ἐφ' ἡμῶν ὑπὸ Ῥωμαίων πεπαιδεῦται. & rectè vertit. Hæc deinde Tzanorum regio, excipit sub nostro nunc primùm Imperio Romanorũ ditioni adiuncta. Tzani sunt populi in Oriente, primùm sub Iustiniano, duce Sitta victi, & in Romani Imperij ditionem redacti, *vt attestatur Agathias l. 5.* eámque victoriam latiùs describit Procopius (qui tunc vt medicus, in castris Iustiniani versabatur) *in l. 13. ædifici. Iustinian. Meminit etiam Andreas Alciatus parerg. l. 3. c. 14.* Et illum Haloandri errorem primus retexit: & ex βασιλικῷ Græco iuris Romani scholiographo, seu interprete emẽdauit eruditissimus vir Virgilius Zuichenus Phrisius Imperatoris Caro. V. consiliarius, in præfatione in institut. Theophili antecessoris. Non tamen (vt ad tẽ redeam) intendo dicere quod Carol. Mag. tanquam Imperator, subiecerit Hispanos ipsi Imperio Romano, sicut nec illi subiecit Regnum Franciæ, quod semper mansit prout est liberum, vt *pulchrè no. Card. Flor. in Cle. 1. in prin. ad fin. oppo. 4. de iureiurand.* Et vera & cõmunis est sententia Hispanos* Imperio non subesse, *vt tenet gl. in c. Adrianus. 2. in verb. per singulas in fin. 63. dist. & gl. magna ad fin. in c. & si necesse. de donat. inter virum & vxorem. Nicol. Vbal. in tract. de successio. ab intest. char. 11. Panorm. in c. venerabilem. colum. 9. de elect. Inf. in l. cunctos populos lect. 1. colum. 2. C. de sum. tri. & in l. id quod apud hostes. D. de legat. 1.* Sed quod Vvisogothos in Hispania regnantes, fidei Christianæ inimicos, bis debellauit, & Hispaniam* ad verum Christi cultum redegit: de quo remitto ad ea quæ scripsi in d. tract. de origine & progressu Francorum Gallico & Latino *num. 27. cum seq.* & ipse Carolus Magnus cum insulis imperialibus è Roma & Italia rediens, voluit Gallias vnire Imperio, & imperiali nomine leges eis dare: sed Francis detrectãtibus, breuique oratione vnius Vasconis audita, ab incepto distitit: vt in eius vita refert Paulus Æmilius.

31. ¶ Quare nec verum, nec verisimile mihi videtur quod Maria Sosi. scripsit *in c. cùm contingat. col. 2. de for. compet.* Sigismũdum optimum Imperatorem, sed bellis infelicem, ab Eugenio Papa 4. Romæ coronatum, tunc cùm Imperator Constantinopolitanus, vix esset vnus regulus, occupato scilicet à Turcis toto ferè suo imperio, assumpsisse insignia propria Imperatoris, videlicet aquilam* cum duobus capitibus, quã Carolus Magnus, licet iure optimo creatus Imperator, timore imperatoris Constantinopolitani, non fuit ausus integram ássumere; sed solùm cum vno capite, quod falsum puto, quum non sit verisimile Carolum Magnum potentissimum & inuictissimum Francorum Regem, Saxonum, Longobardorum, & Hispanorum domitorem, imbelles Græcos timuisse. Sed potiùs, vt legitima auctoritate plenitudinem imperialis potestatis suscepit, & augustissimè gessit; ita integra* & solida imperij insignia, & non dimidiata accepit: nec esset credendum, Sigismundum qui debilius, & angustius cæteris imperium tenuit, & ab Amurate Turcorum rege Vngariam inuadente semper victus fuit, hæc de nouo accepisse. Tãdem Carol. Aquisgrani decessit. 5. Cal. Februarias anno domini octingentesimo decimo quinto, regni sui 47. Imperij 14. ætatis suæ 72. ¶ Cui filius *Ludouicus Pius* succedẽs, in imperatorem, & Francorum regem coronatus fuit à Stephano Papa 4. Aureliis in æde diui Samsonis. ¶ Deinde Lotharium filium suum primogenitum, in imperij consortium assumpsit, & ad Paschalem Papã primum, Romam transmisit, à quo in basilica sancti Petri, in die Resurrectionis dominicæ coronatus fuit 32. ¶ Et hic *est Lotharius** huius nominis primus Imperator, Caroli Magni nepos, qui tempore Eugenij

* Florentia instaurata à Francis.

* Carolus Magnus Italiæ, Saxonibus & Hispanis dominatus est.

* Hispani Francorum regibus subditi.

* Rex Hispaniæ non subest Imperio.

* Hispania ad verum Christi cultum à Francis Regibus redacta.

* Insignia Imperatoria aquila duplex nigra.

* Insignia imperatoria integra, ac solida, à Carolo Magno, Francis Regibus vsurpata.

* Lotharius 1. imperator

Francorum regis & imperatoris filius Romæ magistratus & leges statuit.

Papæ secundi, immediati successoris Paschalis primi, Romani regressus, magistratum delegit, qui populo Rom. ius diceret: quamuis Sabel. *in lib. 9. Enneæ. 8. col. antepenult.* hoc admitetur & dubitanter recitet. Sed non debuit dubitare, quum Baptista Plati. Cremonensis, qui Pontificum Romanorum auctoritati quantùm rationi fauet, & antiqua eorum regesta perscrutatus est, hoc clarè affirmet in Eugenio secundo, & quum ibi ante ianuam beati Petri, in ciuitate Romana, coram eodem Eugenio Papa, & vniuerso populo condiderit & promulgauerit dictas constitutiones feudales, quæ sunt in dicta *l. si quis miles. & sequentibus in vsib. feud.* circa annum domini octingentesimum vigesimumquintum, & sunt antiquiores * omnium quæ habentur in dicto *libro* feudorum. Et hæc est mea opinio, quam licet à nemine tactam, & fortassis inuidiâ gloriæ Francorum ab vltramontanis tractatoribus feudorum omissam, veram puto: & probo apertissimè & necessariò per tex. in proœmio Oberti, ad dictam legem, & per superscriptionem dictæ legis, nusquam enim omnium Imperatorum, & Pontificum Chronicis excussis reperietur aliquem fuisse Imperatorem Lotharium, tempore Eugenij Papæ, nisi hunc primum tempore Eugenij secundi. Tum constat hunc Lotharium primum Romam venisse tempore Eugenij secundi, & ibi magistratus ad reddendum ius populo constituisse. Igitur vero consonat, eum etiam leges, eodem loco & tempore condidisse: quinetiam * Leo Papa quartus vir sanctissimus eidem Lothario primo, Augusto, expressè profectus fuit, se leges. & præcepta imperialia Lotharij, & suorum prædecessorum Imperatorum in æuum modis omnibus conseruaturum, contestatus pro certo mendacem quemcunque aliter ausurum dicere. *tex. est in cap. de capitulis 10. dist. facit cap. vltim. eod.* Præterea non est possibile alteri attribuere dictam l. si quis miles: nec aliquid repugnans aut dissimile vero adducere. Quod etiam communi errore scribentium, hucusque opinatum est, legem imperialem cum duabus sequentibus, quæ est sub *tit. de probi feud. alien. per Lotharium*, fuisse conditam ab eodem Lothario, qui hãc l. si quis miles Romæ edidit, prorsus impossibile & incompatibile est, vt paulò post clarissimè ostendetur.

* Conferendæ Feudorum antiquissimæ a Francis.

* Leo Papa iurat Lothario regi Francorum fidelitatem.

33. ¶ Itaque in Italia * & Occidente in persona Caroli Magni, Francorúmque regum, rediuiuum surrexit Imperium, virtus, gloria & nomen Augusti: quæ quatuor & ducentis annis continuis, in Italia & Occidente cessauerant, & tanquam emortua, sine vllis viribus, honore, & effectu iacuerant: ipsoque penè obliterato nomine. Et quod Sabellicus *Ennead. 8. l. 8. in fi.* & Donatus Acciaolus Florent. vir eruditus, de honore Francorum regum, & regni optimè meritus, in vita Caroli Magni dicunt, quod Italia iam annos trecentum & triginta, sine nomine imperij fuerat; rectiùs dixissent sine præsentia ipsius Imperatoris: quia omnium chronographorum testimonio constat. 34. ¶ Iustinianum * magnum bis per Bellisarium patricium victricia signa per Romam & Italiam circumtulisse; eámque Gothis profligatis recepisse: exceptis tamen Liguriâ, & Mediolano, quæ parebant Francorum regibus. Dum enim exercitus Gothorum duce Vriarâ, & exercitus Iustiniani duce Bellisario, in procinctu belli essent, vter eorum Mediolano potiretur. 35. ¶ Subitò erumpentes Franci, quamuis aliorum respectu exigui numero, mirabili virtute, * eadem die vtrumque fuderunt exercitum, & Mediolano potiti sunt, Gothis, & Cæsarianis exclusis, & vtrorumque castris & spoliis captis: testis est Procopius medicus, qui etiam in castris Iustiniani, sub eodem Bellisario duce militauit: testis & Anthon. Flor. *in titulo duodecimo, cap. 5. §. 5.* Sabellic. *Ennead. 8. l. 3. col. 13. 14.* Hanc tamen historiam Procopius Cæsariensis, (quem illi citant) qui sub Bellisario in castris Iustiniani militabat, *lib. 2. de bello Gothorum*, aliter narrat, Francorúmque æstimationem non parum grauat: Agathias verò, qui eodem tempore sub Iustiniano & eius ducibus floruit, (tametsi Francos laudibus & fauore prosequatur) huius rei non meminit, sed eam latè describit Blondus, Burgundiones Francis adiungens, *Decados 1. lib. 3. pag 64.* Eandémque nouissimè cõfirmat Andreas Alciatus Iurisconsultus Mediolanensis, *Dispunctionum lib. secũdo, c. vigesimo secundo, in fin.* Albertus autem Krantz Hamburgensis, Sabellici synchronos *Ostrogothorũ lib. 3. c. vigesimo septimo*, scribit Iustinianum, priusquam Gothos aggrederetur, literas amicas, & maxima dona misisse ad Clodomerem, Childebertum & Clotarium Francorum reges, vt & ipsi quiescerent, & nepotem Theodebertum Ligures tenentem quiescere curarent fauore Fidei, propter Arrianæ hæreseos labem, quâ Ostrogothi vrbem Romam & Italiam inficiebant, & Francis prius sibi conciliatis emisit in Gothos Mundum, deinde Bellisarium: hic est de quo in capitulo vigesimosexto. Bellisarius (ita enim legendum est, & non Gilsarius) 23. *quæst. 4. vt ibi in annotat. dixi*, vbi etiam superscriptionem correxi, quæ in omnibus libris habet illud Syluestri, quum legendum sit Sylucrij ad Amatorem Episcopum, qui fuit anno domini quingentesimo trigesimooctauo, *vt per Platin. in eius vita.* Idem *Fely. in cap. Rodulphus, col. 22. in fin. extra. de rescript. & ante eos Blondus decad. 1. lib. 5. in princip.*

36. ¶ Iterum & tertiò recuperauit Iustinianus Romam, Totilâ & Theiâ vltimis Gothorum in Italia regibus, & eorum regno tunc ab Italia penitus exterminato per Narsetem Eunuchum, qui eam pacificè rexit, nomine Imperatoris Iustiniani, quandiu vixit Imperator ille, qui de hoc multùm gloriatur in principio suarum Institutionum, & sui C. Sed Albertus Krantz *Ostrogothorum lib. 3. c. 27.* ait Iustinianum magis Romam & Italiam deprædationibus exposuisse, quàm liberasse. Iam enim quadraginta octo annos Roma floruerat sub Regibus Gothis, videlicet sub Theodorico 38. annis, sub Amalasiunta & puero Atalarico 8. annis: sub Theodato duobus. Sed quæ illuxit ob aduentum Bellisarij spes libertatis, per Iustiniani auaritiam & socordiam in contrarium successit. Nam & libertas omnino perdita, & vrbs intus, extraque diruta & desolata, ad stupendam calamitatem redacta est. Et *lib. 4. cap. 1.* ait, tanta seruitum emunctione pecuniæ, vt omnes Gothorum imperia, etiam Itali rursum expeterent. Idem in effectu narrat Blondus *historia ab inclinatione Imperij decade prima, lib. quinto & sexto, tetigi in tractat. de dignitat. & magistrat. Rom. num. 60.* & plura quæ prætereo. sed adhuc post obitum Iustiniani primi, pacata fuit Italia vsq; ad ipsius Narsetis obitum, qui fuit circa annum domini quingẽtesimum sexagesimum nonũ. Hic est ad quem Pelag. Papa primus recursum habuit contra quosdam Istricos Episcopos & Ligures Apostolicas sedes, id est, Episcopatus suos (tunc enim adhuc anno quingentesimo sexagesimo, omnes * Episcopatus vocabantur sedes Apostolicæ) malè turbantes, vt publica potestate coërcerentur, *vt patet vigesimatertia, quæstione quinta, capite non c. de Liguribus. c. quali. ea. relegentem.* quæ sunt ex litteris Pelagij primi Narseti directis.

37. ¶ Post cuius obitum Albonus Longobardorum rex, Italiam cum omnibus copiis, vxoribus & liberis ingressus est: & tertio anno secundùm Paulum diacon. de gestis Longobardorum, * videlicet anno domini quingentesimo septuagesimosecundo, dominari & regnare in ea cœpit: & extunc omnino iacuit sine effectu, & cessauit imperium in Italia, vsque ad Carolum Magnum. Interim in ea regnauerunt reges Longobardi, longè diutius quàm Gothi, sed longè humanius & ciuilius (vt etiam testatur Paulus diaco. *vt tetigi supra num. 28.* Sed non est mirum, quum fuerit

* Francis deberi Imperiũ occidentis rediuiuum.

* Iustinianus magnus Romam & Italiam ter imperio suo subiecit.

* Francorum virtus & victoria mirabilis.

* Episcopatus olim vocabantur, sedes Apostolicæ.

* Regnum Longobardorum.

Cancellarius Deſiderij, & cum eo captus) editis etiam quibuſdam legibus quæ habentur in Longobarda * quam non legem, ſed fæcem appellandam eſſe, tan quam barbaram, & irrationabilem vult Luc. *de Pen. in l. vnica. col. prima de gladiator. lib. vndecimo C.* (quamuis Andreas Iſer. paſſim ſuper feud. eã ab æquitate commendet, & in regno Siciliæ ex ſtatuto ſeruari dicat.) & adhuc regnaſſent, niſi rebus nimium ſecundis inſolentiores facti, aduerſus pontificis populique Romani ditionem, & libertatem, populabundi ac dominaturi leſe erexiſſent.

* Longobarda

38. ¶ Ab iſtis arbitror, primum in Italia introductum vſum feudorum, quem à * Francis didicerant, *vt ſuprà num.* 13. Cùm enim prima parte Italiæ occupata, prædia aliena gratis acciperent: facilè gratis (retenta tamen fidelitate & ſeruitio) concedebant: nec eſt dabilis antiquior memoria feudorum in Italia, quàm quæ reperitur in d. l. Longobarda: quæ licet vna cum regno corruerit, tamen conſuetudines ipſæ remanſerunt. Longobardos autem Albertus Crantius *in ſuo chronico regnorum Aquilonarium, lib. 2. cap. viceſimo primo*, ait à Dacis primum exiſſe, & veloribus etymis recenſitis veriſimilius putat, ſic appellatos ab Italis quaſi longos Barbaros, eo quòd ſtatura cæteris proceriores eſſent, quum prius Daci, aut Saui, vocarentur. 39. ¶ Tandem ergo Francorum pietate & beneficentia (vel Sabellic. teſte) Roma, & tota Italia, à * longa malorum ſerie reſpirauit, quandiù ſub Francorum Imperatoribus gubernata fuit: qui fuerunt nouem: * & annis circiter octo & centum Romanum imperium poſſederunt: videlicet poſt Carolum Magnum, filius eius Ludouicus, huius nominis primus, à ſumma & admirabili pietate & clementia cognomento Pius, Francorum regnum & Romanum imperium rexit viginti quatuor annis, tribus menſibus & ſemis, partim tamen cum filio Lothario, vt diximus. ¶ Tertiò imperauit hic Lotharius huius nominis primus, quindecim annis poſt patrem ſolus, & donec filio Ludouico in conſortium Imperij aſſumpto, monaſterium ingreſſus factus eſt monachus apud Prumiam in diœceſi Leodienſi. ¶ Quartò imperauit eius filius Ludouicus ſecundus annis viginti quatuor ſcilicet in totum, ſed poſt obitum patris ſolus imperauit annis vndeuiginti: & fuit Romæ in baſilica ſancti Petri à Sergio ſecundo Papa coronatus, adhuc viuente patre. 40. ¶ Quintò Carolus Caluus huius nominis ſecundus, Ludouici Pij filius, Francorum rex, regni ſui anno trigeſimo ſecundo, poſt Ludouici ſecundi obitum, regnauit & imperauit ſex annis: & Romæ à Ioanne Papa octauo coronatus fuit. huius Caroli ſecundi, vidi exemplar Compendij ſculptum bullæ ſub ſigillo aureo ſub data tertio nonas Maij, Indictione decima, anno trigeſimoſeptimo regni in Francia & Lotharingia. 7. & Imperij ſecund. abſque annis domini. Plures etiam ſcribunt, eum duobus tantum annis imperium tenuiſſe, & inuito etiam fratre Ludouico rege Germaniæ. ¶ Sextò huius filius Ludouicus Balbus Francorum rex, & huius nominis imperator tertius, patri in regno & imperio ſucceſſus, rexit duobus annis: & ab eodem Ioanne octauo coronatus eſt in celebri Synodo, & conſeſſu epiſcoporum & procerum apud Treeas vrbem Galliæ, quo confugerat Ioannes Papa, elapſus à carceribus & vinculis quorundam factionis Germaniæ, à quibus multa fuerat paſſus, vt Carolum Germaniæ regem imperiali corona donaret: ſed pietatis & beneficentiæ Francorum memor, ſuorúmq; prædeceſſorum veſtigiis inhærens, nolebat imperium a Francorum regum domo, in quam tranſlatum fuerat aliquo modo vel tantillum ſeparari: atque ideo nullis precibus, nulla vi adduci potuit, vt ſuperſtite filio Imperatoris & regis Franciæ, alium coronaret, etiam de maſculina ſtirpe Caroli Magni deſcendentem, qualis erat dictus Carolus, filius Ludouici regis Germaniæ, filij Ludouici Pij. Et ſic pronepos Caroli Magni, ſicut & Ludouicus Balbus, qui erat in eodem gradu ad ſtirpem Caroli Magni. ¶ Septimò dicto Ludouico 3. anno ſecundo regni & imperij mortuo, anno domini octingenteſimo octuageſimo, nullo filio legitimo; & in ætate habili, ad capeſſendum imperium relicto, dictus Carolus huius nominis tertius, cognomento Groſſus, tanquam proximior habilis ad imperium gerendum, ex linea Caroli Magni proaui ſui ſucceſſit in imperio, & coronatus fuit Romæ ab eodem Ioanne octauo Papa, & imperauit decem annis: quibus lapſis à ſuis proceribus ob ſegnitiem corporis & tarditatem ingenij depoſitus fuit. ¶ Octauò in locum dicti Caroli tertij depoſiti, ſucceſſit Arnulphus, à Formoſo Papa Romæ coronatus *ſecundum Antoninum Florent. tit. decimoſexto, §. decimoquarto. & Iacobum Bergo.* & imperauit annis duodecim. Huius Arnulphi originem non reperi in annalibus regum Francorum à Gallis ſcriptis, tamen ſecundum Platin. & Iacobũ Bergo. dicitur à Ludouico rege Germaniæ, Caroli Magni nepote deſcendiſſe. Quod eſt verum mediatè: erat enim filius naturalis Caroli Magni primogeniti dicti Ludouici, & ſic abnepos Caroli Magni. 41. ¶ Sed ne, dum breuis eſſe laboro, obſcurus fiam in re tam ſeria, ſcitúque Francis neceſſaria, notandum eſt, quòd tempore imperij Caroli Magni, & Ludouici Pij eius filij, non ſolum Francia Orientalis & Occidẽtalis, Italia cum Roma, Calabriam vſque, & Prouincia: ſed etiã vniuerſa Germania vnica erant Monarchia indiuiſa: quãuis Gallia ſeu Francia Occidẽtalis non eſſet vnita imperio, ſed in iure ſuo priſtino ſtaret, *vt nuper dixi, numero trigeſimo, in fine.* Poſt mortem autẽ Ludouici Pij, facta eſt huius ingentis Monarchiæ diuiſio, & Ludouicus quidẽ Pius teſtamento, & adhuc * viuẽs Lothario primogenito filio ſuo aſſignauit imperiũ Italiæ, & vniuerſam Germaniam ſuperiorem, & etiam inferiorem, vſq; ad Moſam fluuium: excepta tamen Bauaria (quam Baioariam vocabant) quam reliquit Ludouico ſecundo genito. Carolo verò Caluo tertio, & vltimo filio ex Iuditha ſecunda vxore adhuc viuente, dedit regnũ Franciæ Occidentalis, à dicta fluuio Moſa, vna cum Aquitania. Sed mortuo Ludouico Pio, Lotharius primogenitus nolẽs ſtare diuiſioni paternæ, ſed ſuccedere in Imperio, & in toto regno Franciæ, grauiſſimum & funeſtiſſimum ciuile * bellum cum fratribus habuit anno octingenteſimo quadrageſimo primo, in agro Antiſſiodorenſi, prope pagum dictum Frontenay, in quo, die Aſcenſionis domini, Francorum vires vtrinque ad internecionem ferè conciderunt. Sed Lotharius infeliciter contra teſtamentum paternum arma expertus, victus, & Lugdunum vſque fugatus.

* Diuiſio Monarchiæ Caroli Magni.

* Ciuile bellum fatale & exitioſum liberis Caroli Magni.

42. ¶ Has anno octingenteſimo quadrageſimo ſecundo, a fratribus iunioribus & victoribus, diuiſionis leges accepit; Carolus Caluus iunior habuit regnum Occidentale Francorum, à Britannico mari, vſque ad Moſam fluuium, vt pater eius Ludouicus Pius diſpoſuerat, & vocatus eſt rex Galliæ: Ludouicus ipſius frater habuit Orientale regnum Franc. totámque Germaniam à Rheno verſus Orientem, & Sueuiam, Saxoniam Bohemiam, Pannoniam, Moraiam, Bauariam, & vocatus fuit rex Germaniæ. Lothario verò primogenito, remanſit nomen & dignitas imperij cum Italia. vrbe Roma, & Prouincia: necnon pars Belgicæ Galliæ ſita inter Moſam, & Rhenum, & fuit velut medius inter duos fratres, & extunc ea regio Belgicæ nomen Auſtraſiæ amiſit, & Lotharingia eius nomine vocata eſt, ex qua liberè in Italiam commeare poterat, non calcando ditiones fratrum ſuorum, *vt teſtatur Lupoldus, in dicto lib. cap. 2. de diuiſione regni & imperij Francorum: Sebaſtianus Munſterus lib. 3. Coſmographiæ & alij.* Iſte Lotharius primus, monaſterium ingreſſus, vt dixit, Ludou. primogenito imperiũ reliquit: *de quib. in capitulo Reatina, & capit. inter nos ſeua-*

* Roma & Italia ſub Pr̃ãrum imperio floruit.

* Nouẽ Fr̃ãcorum Imperatores. Decem tamen enumerat & quidem Cõradum Imperatorem intra num. 50.

» Longobardi ius feudorum à Fr̃ãcis didicerunt.

ſeſtuatertia diſtinctione. 43. ¶ Quos antiquos canones Ioan. Lupus Papalis protographus *in ſuo luculento tract. de libertate Eccleſiaſtica parte* 1. *quæſt.* 4. *adfinem*, *& parte* 2. *quæſt.* 14. nuper ridiculè niſus eſt, non ſolum reprehendere, ſed turpiter infamare, cuius & conſortum ſuorum veſaniæ ſatis reſpondent, quæ ſcripſi *in tractatione contra abuſus Pap. in præfat. edict. num.* 31. *cum ſequentib. & in tractatione de origine & progreſſu Francorum*, *num.* 123. *cum ſequentib.* Lothario verò ſecundo filio regnum Lotharienſe conceſſit. Is eſt cui Nicolaus primus Papa, ad primatum ſenſim aſpirans conquerebatur, quod is in regno ſuo non permitteret alios Epiſcopos eligi, niſi fauentes ſibi, *vt habetur in capit. porrò, ſexageſimatertia diſtinctione*, & eum criminabantur de laſcivia, erga Carolum Calvum eius patruum, *vt habetur in capitulo, quæ Lotharius Rex nepos veſter, & cap.* 2. *quæſt.* 1. necnon erga Epiſcopos Galliæ, Italiæ, & Germaniæ, & Tengaldum. *vndecim, quæſt.* 3. *capitulo præcipuè*. Sed eum primatum ambire, vt eius vanitas tam apertè detegatur *in c. inferior*, *cum quatuor capitulis ſequentibus*, *vigeſimaprima diſtinctione*, vt non ſit opus ad Elenchos & libros meos recurrere. Lotharius autem primus, Carolo 3. filio ſuo Prouinciam dedit, *Lupoldus in loco prafato*. Mortuo ſine liberis Ludouico 2. pronepote Caroli Magni, Carolus Caluus patruus eius iunior Galliæ rex Imperium obtinuit, inuito Ludouic. fratre ſuo ſeniore, Germaniæ rege. 44. ¶ Poſt Ludouici huius obitum ſubdiuiſio regni Germanici facta eſt inter tres eius filios, ſcilicet Carlomanum primogenitum, Ludouicum, & Carolum Craſſum, anno Chriſti octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, primus ſcilicet Carlomanus ſortitus eſt Barbariam, Pannoniam, Carinthiam, & regna Schlauorum & Bohemenſium, & Morauenſium, & appellabatur rex Barbariæ, Bauariam nũc dicunt: Ludouicus Orientalem Franciam, Turingiam, Saxoniam, Friſiam, & partem regni Lotharij; Et vocatus eſt Rex Oſtrofranciæ, id eſt, Orientalis Franciæ. Sed Carolo Craſſo Alamania, quæ hodie Sueuia nũcupatur in partẽ ceſſit, & aliquæ ciuitates ex regno Lotharij. Et vocatus eſt Rex Alamaniæ, qui non ſtatim poſt mortẽ Caroli Calui (vt putat Lupoldus in loco præfato) ſed demum poſt obitum Ludouici Baldi, vt dixi, ſucceſſit in Imperio.

* Arnulphus Imperator Francus 8.

45. ¶ Cui Arnulphus * naturalis ex Carlomano fratre nepos, vt ait Gennadius, non ſolum in regno totius Germaniæ, patre & patruis ſine liberis defunctis, ſed etiam in Italia, & in Imperio ſucceſſit. Hic Italiam ſuo tempore pacauit, diſſidia principum ſuſtulit. Normanos qui à Baltico litore Vangionum vrbem acceſſerant, & Belgicum vaſtauerant, diſſipauit, & Henetos repreſſit, autórque fuit vt Rex Bohemiæ doctrinam Eccleſiæ Chriſti reciperet: *Philippus Melanthon, Chronicor. parte* 1. *pag.* 360. tandem in Italia proditoriè intoxicatus, Ratiſponam delatus, duodecimo Imperij anno obiit, quem optimum Imperatorem malè infamat Baptiſta Platina in vita Formoſi, falsò ſcribens eum ſic à Deo punitum, quòd nimis elatus & contumax in Eccleſiaſticos. 46. ¶ Nonò, poſt hunc ſucceſſit Ludouicus quartus eius filius, &, ſecundum quoſdam, poſtquam ſex annis pro Imperatore ſe geſſiſſet, apud Veronam victus & excæcatus fuit, à Berengario primo Foroiuliani duce, à Longobardis originem ducente, & regnum atauorum armis repetẽte: vt quidam ſcripſerunt, ſed æquiuocatione nominis in perſona errant. Hic enim Ludouicus Arnulphi filius, eius nominis quartus, ſed ſolo nomine Imperator nunquam coronatus. Quippe cuius tempore defecit Italia à ſocietate regni Germaniæ, & imperium diuiſum & laceratum erumpentibus Vngaris in Germania, quos initio vicit ad Lycum amnem. Sed poſtea ab illis ad Danubium in Bauaria propè oppidum Auſburg continuo trium dierum prælio, à quinto Iduum Auguſti, vſque ad tertium Idus: tandémque victus & fugatus, perdidit præcipuam & florentiſſimam partem nobilitatis Germaniæ, & (vt ſcribit Blondus *libro* 2. *Decados*) coactus ab illis auro pacem redimere, ex animi ægritudine obiit anno duodecimo imperij, Chriſti verò, noningenteſimo vndecimo, vel duodecimo magnas turbationes in Germania & Italia relinquens.

47. ¶ Dictus autem Berengarius aduerſus Vngaros, quamquam parum fœliciter pugnaſſet: tamen in ea expeditione tantam famam conſecutus eſt, vt Imperatoris nomen vſurparet in Italia, vbi alius Ludouicus filius * Boſſonis, (quem Carolus Caluus ſororium ſuum, vtpote fratrem Iudithæ Imperatricis vxoris ſuæ Regem Prouinciæ declarauerat) filius etiam Hemengardæ (vxoris dicti Boſſonis filiæ Ludouici ſecundi Imperatoris, filij Lotharij, primi nepotis Caroli Magni) poſt obitum Lamberti Guidonis Spoletani ducis filij, (qui de Imperio Italiæ contendebat) vocatus à quibuſdam Italis, & (vt inquit Lupoldus) à Papa Romano ad regnum Italiæ (ſub annis imperij Cæſaris Conradi primi Oſtrofranci, ex genere maſculino Caroli Magni apud Germanos poſtremi) in Italiam contra Berengarium tranſcendit, & ſcribit Lupoldus, eum de Italia Berengarium expuliſſe, & in Imperatorem coronatum. quod veriſſimile non eſt: ſed certum eſt hunc poſtea victum à Berengario Veronæ captum, & excæcatum: quod accidiſſe ſcribit Lupol. anno Chriſti noningenteſimo quinto, & ſic tribus aut quatuor annis poſt Ludouicum quartum Arnulphi filium in Germania mortuum. Multum ergo in hoc errarunt Chronica Martiniana à quodam Iacobita mendici ordinis pœnitentiario Papæ, circa annum domini milleſ. trecenteſimum vigeſimum ſcripta, & Platina in vita Formoſi, qui geſta filij Boſſonis, quæque ei contigerunt, malè attribuunt Ludouico quarto Imperatori Arnulphi filio ante tres vel quatuor annos in Germania mortuo, quique eos pedibus abſque examine ſequuntur, vt Bergomenſis in ſuplemento Chronicorum. Quem meritò reprehendit Sabellic. *Ennead. nona*, *l.* 1. *columna penultima.* & vnà cum Blondo *ſecunda Decados*, *lib. ſecundo*, rectè (vt & Lupold.) attribuit Ludouico Boſſonis filio, quem Burgundionem non immeritò vocant: quia nec Francus erat, nec Germanus. Idem Paulus Æmilius, in Carolo ſimplici. 48. ¶ Quòd autem Lupoldus, Blondus, Sabellicus filium & ſucceſſorem Arnulphi vocant Ludouicum tertium: contra quam nos eum vocamus Ludouicum quartum, in cauſa eſt, quòd illi Ludouicum Balbum Caroli Calui filium, Imperij & regni Franciæ ſucceſſorem (tametſi coronatum) non computant inter Imperatores, eo quòd Gallias nunquam exceſſit, & vix biennium patri ſuperuixit, quamuis interim velut furtiuè vt putant à Ioanne 8. Papa tunc fugitiuo, & è vinculis Germanorum elapſo, in Gallia coronatum Trecis. Nos autem eum iure optimo cõputamus, vt & Bapt. Egnatius Venetus *l.* 3. *Rom. prin. computat.* Quia, quum Imperium tunc temporis eſſet hæreditarium, & Ludouicus Balbus naturalis & legitimus eſſet filius veri Impecatoris & in ætate habili, ergo verus Imperator fuit. Huius ergo nominis tertius, & filius Arnulphi huius nominis quartus, quem multi ſcribunt eſſe nonum & vltimum Imperatorem è ſtirpe Caroli Magni: 49. ¶ In qua plus centum annis pacificè manſit & floruit Imperium: & interim * Roma & Italia ab omni ſeruitute & tyrannide liberata fœliciſſimè, & quietiſſimè gubernata fuit: nec vnquam ante Francorum Imperium à tranſmigratione veterum Imperatorum apud Conſtantinopolim, nec poſt eam tanto tempore ab inteſtinis bellis & factionibus, & ab omni externo hoſte tuta & immunis permanſit: nec vnquam talem & tam diuturnam libertatem & pacem habuit

* Ludouicus filius Boſſonis Burgundi à Berengario captus & excæcatus anno 905.

* Roma & Italia ſub Francis felix.

quod omnes ferè Chronographi, etiam Italici teſtantur in queis Io. Baptiſta Egnatius Venetus *l. 3. Romanorum principum, in Arnulpho*, quo factum eſt, vt poſt obitum Ludouici 4. Arnulphi filii, & Caroli Magni trinepotis, inclinante Francorum imperio, Romani virtutem & moderationem Francorum regum, & Imperatorum vltra centũ annos recenter experti, nullum Germanorum, aut Italorum ad imperium admittere, & coronare voluerint: futurum expectantes, vt de ſtirpe Caroli Magni, & Francorum regno prodiret Rex potẽs, tantæ dignitati, & adminiſtrationi idoneus. Interim autem circiter per 60. annos varias tyrannorũ calamitates perpeſſi ſunt, inſurgentibus in Italia ab imperio d. Arnulphi, ſucceſsiuè Berẽgario primo, Berengario ſecundo, Hugone Arelatenſi, Lothario Hugonis filio & Berengario tertio. 50. ¶ Interim etiam in Germania Conradus Franconiæ dux, annis ſeptem, & poſt eum, Hẽricus Anceps Saxoniæ dux annis 17. Imperiales titulos gerebant in Germania. Hos plerique non cõputant, vt Egnatius, qui *lib. 3. Roman. princ.* ab Arnulpho deſultat ad Othonem magnum. Sed Abbas Vrſpergen. Henricus Mutius, Carion, Melanthon, & alij non computant. Et de Conrado * quidem Oſtrofranco, id eſt, è Francia orientali, multi dubitant an eſſet de ſtirpe maſculina Caroli Magni, *vt Franciſcus Germaniæ Exegeſeos l. 3. c. 24. Chronica Galliæ Belgicæ gallicè impreſſa, pag. 10. verſa. Sebaſt. Munſter. Coſmographiæ l. 2.* ſed tantùm dubitant: Alij enim affirmant fuiſſe filium fratris Ludouici tertij, & ſic de maſculina ſtirpe Caroli magni: quorũ ſententiæ ſubſcribit Lupold. *de Iuribus imperij c. 2.* Alber. Crantzius, Henricus Mutius, Ioan. Carion, Philip. Melanthon, Iacob. Spiegel *in Lexico iuris, verbo, Imperator, ad fin.* Quid quod illi qui dubitãt, vt Franciſc. Irenicus: ſcribit tamen in contineri in annalibus Gevlacenſib⁹ & Saxonum, quę eſt verior ſententia. 51. ¶ Decimo igitur loco poſt Ludou. 4. in Germania imperauit iſte Conradus 1. Frãconiæ dux, & ſecundũ omnes, vltimus Carolinæ ſtirpis: à quo, & de eius morientis voluntate, * tranſlatũ eſt imperiũ à Francis in Saxones, an. Chriſti 919. vt ſcribit Lupold. Bobemvurgius. Cæteri dicũt hoc contigiſſe anno ſequẽti, videlicet anno 920. Sed veritas eſt quòd ab imperio Arnulphi, iacere cœpit, & ceſſauit imperium in Italia, vſq; ad Othonem Magnũ. Non obſtat *cap. conſtitutio 63. diſt.* vbi Romani eorũmq, pontifices, dictum: Henricum primũ vt Othonis 1. prędeceſſorẽ Imperatorem agnoſcunt, quia eſt palea falsò conficta, & furtiuè inſerta compilationi Gratiani cuius falſitatẽ conuici ibi in annotationibus meis, certè ob migrationem meam in Germaniam à meticuloſis librarijs oblitis. Primò enim attribuitur tẽpori Leonis 4. Papę, qui tamen ante octuaginta annos mortuus erat. Secundò, falſius aſſeritur Othonem 1. iuri Pontificem Romanum eligendi & inſtituẽdi renunciaſſe. Sed oppoſitum eſſe, & hoc ius in perſona dicti Othonis 1. publicè, in celebri ſynodo Romę à Leone 8. Papa, cum toto clero & populo Romano reuocatum fuiſſe, probat ipſe Gratianus eadẽ diſt. vbi eſt text. *in c. 24. in ſynodo*, quid quod hoc ipſum etiã Platina Papalis auctoritatis fautor teſtatur in vita Leonis 8. 52. ¶ Cenſent tamen omnes ferè ſcriptores Germanici non ſolũ ſimplices Chronographi, ſed etiã inſignes Iurium, & Theologię doctores, vt Philipp. Melanthon, à Francis in Saxonię principes tranſlatũ Imperium, non per obitum d. Conradi 1. Oſtrofranci, ſed per eius ceſsionem, principum & procerum conſensũ in Henricum Aucupem Saxonię, ducem, & crebrior eſt eorum ſententia hoc anno Chriſti 920. contigiſſe. Verùm illa deſtinatio potius fuit, & pręluſio quędã, quàm vera & realis trãſlatio, vt mox probabo. Cęterũ, verisimè dixit Io. Theutonicus in *c. ergo Ludouic. in gloſſ. vlt. 63. diſt.* Imperium prius Francorũ fuiſſe, ſed poſtea à Theutonicis virtutibus promeritũ.

A Non enim in Germanos primùm, ſed in Francos fuit tranſlatum Roma. Imperium, in perſonã Caroli Magni & ſucceſſorum ſuorum: in quos vi ſucceſſionis ſanguinis, & non electionis deferebatur. Et hæc verà ſunt. 53. ¶ Quamuis poſt primam horum editionem anno ſeſquimilleſimo trigeſimo octauo factam, Henricus Mutius *rerum Germanicarum l. 9.* longo verborum molimine contendat, in Germanos tantùm initio tranſlatum fuiſſe imperium: minimè concludentia contra nimis apertam veritatem, citans & inculcans, vt *in c. vt in die. de conſecrat. diſt. 5. in clauſula illa*: Romani verò diuerſo modo agere cœperũt, maximè à tempore quo Theutonicis conceſſum eſt regimen eccleſiæ noſtræ. Sed primò illa clauſula ſubditi-
B tia eſt, nec eſt de antiquo vero textu decreti magni: nec habetur in libro meo Venetiis impreſſo, anno, 1486. nec in aliis priùs impreſſis, anno 1482. Et multò minus in antiquorum libris in membranis accuratè ſcriptis, vt diligenter inquiſiui. Inter quos vidi, & contuli vnum, qui fuit Vrbani Papæ 5. qui ante ducentos annos dedit illum vni ex ſuis Notariis, & omnes carent ea clauſula. Nec etiam ea clauſula benè congruit phraſi textus. Secundò, etiamſi eſſet de vero textu, tamen *vide quæ ſcripſi*. Tertiò, etiam ſi eſſet ad propoſitum, tamen textus ille eſt Gregorij 7. qui plus centum annis fuit poſt Othonem 1. & plus ſeptuaginta annis poſtquam Imperium deſiit eſſe hæreditarium.
C Quartò, omnium Chronographorum, etiam Mutij teſtimonio, Papa ille coniuratiſſimus fuit, & perpetuus inimicus Theutonicorum & Imperatorum, à quibus depoſitus & electus, in exilio miſerè obſtinatus periit, vtcunque Platina falſis eum laudibus vehat, *vt patet per ea quæ ſcripſi contra abuſus Paparum gloſſ. 15. num. 89. cum ſeq. in Latino. & num. 304. cum ſeq. in Gallico.* Quicquid ſcripſit Mutius, qui ſatis oſtẽdit ſeſe iuris imperitum. 54. ¶ Pro cuius opinione fortiùs vrget in *c. venerabilem §. verum. ibi, quæ Romanum imperiũ in perſona magnifici Caroli à Græcis trãſtulit in Germanos.* Sed ibi Innocent. malè refert hiſtoriam, vt in ſimili ſecundũ Hoſtienſ. errauit in *c. nouit. verb. deſcendiſſe ext. de Iudic.* Et vt *in d. c. venerabilem dixi in annotation.* Carolus ille erat Francogermanus & omnes anteceſſores ſui, qui iam ferè ante quadringentos annos regiã ſedem ſuam conſtituerãt in Galliis: duces tantùm relinquentes in Franconia, ſeu Francia
D orientali. Cuius caput Herbipolis, quæ dono ſeu fundatione cuiuſdã ducis Franciæ Epiſcopis ceſſit, qui ibi loco ducum vel comitũ Oſtrofrancorum dominantur. Gerunt enim ibi Epiſcopi Herbipolenſes vtrumq; gladiũ, ſcilicet vna manu pedum: altera enſem. *vt teſtatur Munſter. Coſmograph. l. 3. pag. 665.* Ecce in quos deuenit primaria illa & antiqua ſedes regum Francorum. ¶ Vtque infinitis narrationibus omiſſis, *ἐπίλογον* meam paucis explicem, Romanum Imperium propriè loquendo non * fuit nunc tranſlatum, ſed ſectum.
E Iam enim vltra quadringentos ſexaginta annos duo habebat capita, Romam & Conſtantinopolim, illáque æqualia, niſi quòd Roma erat vt veluſtior, ita primaria: imò etiam præcellentior & fortior pars, quæ ferè ducentis quinquaginta annis neglecta, maléve tractata ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis, qui etiam deſierant Romani vocari, ſecta eſt ſeu abſciſſa, & cum quantacunque Occidentis parte, quam Carolus Magnus occupare & tenere potuit, ei attributa. Quæ ſectio, etiamſi longa conſuetudine Pontificum Romanorum proceſſerit, non tamen à Papa facta eſt, ſed populi clerique Romani auctoritate, conſenſúque. Quinetiam totius Italiæ populorum, & principum virorum ſuffragijs: vt antè centum annos ſcriptum, teſtatúmque reliquit Blondus Forliuienſis *decad. 2. lib. 3. in princip.*

55. ¶ Conſtat autem Imperij huius occidentalis Carolo Magno attributi, ad differentiam imperij Orientalis,

* A Francis ad Saxones Imperium tranſlatum, conſenſu Cõradi Franci: quod vt intelligi oportet, v. infra num. 52.

* Conradus Imperator fuit ex ſtirpe Caroli Magni & quidem vltimus.

* Imperium non fuit trãſlatum, ſed ſectum.

talis, caput * esse Romam: verum caput veteris verique Imperij Romani, ita quòd extunc Carolus Magnus longè verius erat Imperator Romanus, & Italiæ proceres ipsi Carolo & in eum omne imperium suum & potestatem concesserunt, vt olim lege Regiâ concessit Octauiano Augusto primo Imperatori Romano. l. 2. §. *nouissimè, de orig. iur. l. 1. D. de constitution. princip.* §. *sed quod princip. Iustit. de iure natura. gen. & ciuil. Ad hoc fortius gl. 3. in c. vnico si de inuestitura inter do. & vasall. lib. oriat. in vsib. feudor.* ¶ Constat etiam concessum fuisse Carolo Magno, & successoribus suis tanquam * regibus Francorum, *vt patet in c. in synodo. in princip. & c. ego Ludouicus. in fin. 63. distinct.* Non est ergo ei attributum tanquam Germano, nec tanquam Franco simpliciter, sed tanquam regi Francorum, *vt est notissimum.* Quæ verba magnam habent emphasim, quippe quæ referuntur ad legem Regiam Francis regibus peculiarem, quæ Salica dicitur, qua regnum semper de vno masculo in vnum masculum proximiorem stirpis masculinæ defertur, *vt scripsi in tract. de orig. & progress. Monarch. Francorum, num.* 77. Porrò, notissima erat lex illa Salica, & mox Francorum regum ab ipsa prima regni origine insita: & sic eo ipso quòd datum est imperium Carolo magno & successoribus suis regibus Francorum eo ipso intellectum fuit datum esse descendentibus ex eo de vno masculo in vnum masculum proximiorem stirpis masculinæ, eâ formâ, eóque iure quo corona ipsa Francorum deuoluebatur. Nihil affingo, sed antiquitatem ipsam & textus receptos ad amussim sequor.

58 ¶ Corruit ergo argumentum Lupoldi, *de iuribus imperij.* c. 3. quod tale est. Imperium fuit translatum in personam Caroli Magni de Græcis ad reges Francorum, vt omnes historiæ testantur: Ergo etiam consequenti in Germanos: quia Carolus erat Germanus, seu Francogermanus. Ita etiam arguit Henricus Mutius *lib.* 9. sed minimè concludunt. Quandoquidem Carolus Magnus non sub contemplatione Germani, vel regni Germaniæ, sed sub contemplatione Franci, regnique Francorum vocatus est ad imperium, & consequenter reliquæ omnes denominationes, quas tunc ad tredecim vsque, vltra Franciam habebat, *vt patet in suis capitularibus, & habetur in c. volumus. 11. q.* 3. erant impertinentes. Nec illi minus errant quàm erraunt Francis. Irenicus *Germaniæ Exegel. lib. 5. c. 42.* vbi *ad c. volumus*, Theodosio magno nimis somnolentè attribuit. Erat tunc magnus ille Carolus non solum rex & dominus Francorum, sed etiam dominus Alamanorum, Baioariorum seu Bauariæ, Burgundionum, Saxonum, Toringorum, Frisonum, Gallorum, Britonum, Longobardorum, Gasconum, Beneuentanorum, Gothorum, Hispanorum, sed tamen non vt dominus Alamanorum, vel Bauarorum, vel Burgundionum, vel Saxonum, vel Gallorum, &c. sed tantum vt dominus & rex Francorum nactus est imperium: non ergo sequitur idem imperium consecutiuè translatum in Germanos, sicut nec Burgundiones vel Gallos vel alios de monarchia Caroli, qui non minus haberent iuris in imperio, quàm Germani. 59. ¶ Fuit ergo ea concessio imperij limitata ad naturalem & regiam stirpem domus & coronæ Francorum, eóque modo quo ius coronæ Francorum ex lege Salicâ deferebatur. ¶ Defecta igitur stirpe masculina Caroli Magni ad imperium habili, vacauit illud imperium: si ergo Conradus ille Franconiæ dux *de quo suprà nu.* 51. erat de vera masculina stirpe Caroli Magni, verus erat Imperator Romanus de iure, sed non de facto, quia non imperabat Romæ, nec Italiæ per tyrannos occupatis: & multò minus potuit ius imperij Romani transferre in Henricum Aucupem filium Saxoniæ ducis Othonis, qui rectè Conrado tanquam de stirpe masculina Caroli existenti cesserat, quia etiam verus rex, vel Imperator pacificus possessor non potest regnum vel imperium alienare, nec in alienum transferre, sed nouus subditorum, libéque consensus requireretur, *vt dixi supra* §. 1. *gl. 3. nu. 23. Ioan. Igneus in repetit. l. Donationes. q. 1. C. de donation. inter vir. & vxor.* & est quod dixi *sup. nu.* 52. quòd cessio illa Conradi fuit potius destinatio quædam seu præluſio. Et sic Henricus * Auceps nunquam fuit Imperator Romanus, nec de iure, nec de facto: vtcunque fuerit dux Saxoniæ, vel etiam rex Germaniæ, nec debet in catalogo Imperatorum poni: nec consequenter Otho magnus eius filius, quantumuis princeps optimus & magnificentissimus, antequam creatus * fuerit Imperator. Hinc prudenter Sebastian. Munster. *Cosmograph. lib.* 3. in Othone magno non computat annos imperij eius à tempore quo successit patri in regno Germaniæ, sed tantùm à tempore quo Romæ creatus est Imperator, scilicet regni eius vicesimo quarto. 60. ¶ Cùm enim defectâ stirpe Francorum regum Carolinâ vacaret imperium, necessaria fuit noua creatio, noua * concessio, prout de nouo, ad instar eius quæ facta erat Carolo Magno regi Francorum per vniuersum populum Romanum, authore Papa Leone; ita de nouo factum est tempore Leonis 8. Papæ, non * per eum, sed per totum populum Romanum, & Italiæ principes viros, approbante Papa, *vt testatur Blond. Dec. 2. li. 3.* Et est ex. *in c. in synodo 63. dist.* vbi Otho ille primus non vocatur rex Francorum vti non erat, sed rex Theutonicorum, vti erat: & declaratur Imperator Romanus vnà cum successoribus suis: non * tamen tanquam regibus Theutonicis, seu Germaniæ, sed tanquam regibus Italiæ in perpetuum. Ita quidem vt filij & nepotes masculi naturales & legitimi Othonis primi succederent in Imperio Romano, & haberent ius in eo: non satis erat quòd qui ex eis vellet succedere in imperio, succederet in regno Germaniæ vel Theutonicorum: nisi etiam succederet in Roma & Italia. 61 ¶ Et meritò cùm Roma sit caput huius Imperij, (vt etiam ferè post 100. annos, videlicet circa annum 1142. tempore Conradi 3. & vltimi, fatebatur Bernardus Abbas Claræ v. ad eum in fauorem Papæ scribens, Epist. 243.) hinc patet quàm putida sit vanitas canonistarum, qui iactant Romam esse Papæ, & non Imperatoris, cùm sine Roma non possit esse Imperator: qui etiam verè non coronatur Romæ à Papa, nisi pro solennitate & ceremonia externa tantùm. Quia quoad * ius ipsum, vim, & potestatem publicam & seriam, imponitur ei corona Romæ per Præfectum vrbis, qui (benedicente, & ceremonias peragente Papa) eum coronat nomine populi Romani, à quo, & non a Papa, imperium recipit; vt testatur Bartholus Perusinus in terra Papali publicus legum professor, qui ita fieri videbat tempore suo, vixdum hodie ducenti anni. In cuius signum dicit, consuetudinem esse Romæ, quòd propterea Imperator satisfacit omnibus creditoribus Præfecti vrbis coronatoris sui, & eum à debitis liberat. Et subdit Barthol. quòd propter aduentum Principis audacior factus, contrahit multa debita spe liberationis faciendæ a Principe: quòd nouus Imperator tenetur eum liberare ab istis debitis in fraudem contractis, *vt decidit Bart. in l. 1. in princi. num. 3. D. si quis testamen. lib. effectus. fuer.* 62 ¶ Redeundo ad rem, non intelligas imperium tunc fuisse hæreditarium * propriè, & stricte sumendo, *vt in Rub. & per tot. C. de hæreditar. actio.* Non enim magis erat hæreditarium, quàm corona Franciæ erat vel est hæreditaria, quæ propriè non est talis: qua Rex * nouus non est hæres decessoris, nec ei per obitum succedit in acquisitis vel patrimonialibus, nec in hæreditate ab eo derelicta in seculo sit proximior hæres, sed (*vt dicam infra.* §. 8. *gloss.* 3. q. 4.) succedit in corona iure sanguinis ad normam legis Salicæ ad differentiam dignitatum, quæ nec iure hæreditario sanguinis vt in regno Franciæ, sed per electionem deuoluuntur. 63. ¶ Cùm ergo defecisset stirps Caroli Magni, filij autem Hugonis Capeti (noui Fran-

* Roma caput Imperij occidentalis.

* Imperium concessum Carolo Magno & successoribus eius, non tanquam Francis simpliciter, sed tanquam Regibus Francorum.

* Henricus Auceps non fuit Imperator.

* Otho magnus tum demum Imperator, cùm creatus fuit Romæ: & hic electione no successione fuit Imperator.

* Noua concessio Imperij in Othone.

* Othoni Imperium concessum non à solo Leone Papa, sed à populo Romano.

* Othoni Imperium concessum, non tanquam regi Theutonum, sed tanquam regi Italiæ.

* Imperator coronatur à Præfecto vrbis Romæ, Papa ceremonias agit.

* Imperium non fuit propriè hæreditarium.

* Nouus rex Franciæ decessori suo non succedit vt hæres, sed iure sanguinis, multò minus electio in eo quidquam potest.

* Quando translatum Imperium in Germanos in Othonem 1.

corum reges) satis sua fortuna essent contenti, vt scribit Plati. Romani tum demum iam plus sexaginta annis de facto, & plus quadraginta annis etiam de iure vacans imperium transtulerunt in Germanos, in personam præfati Othonis primi, viri re & nomine magni, & Imperio dignissimi, circa annum Domini 963. computando non à regno Germaniæ per eum suscepto post mortem Henrici primi patris sui: sed ex quo tempore in verum Imperatorem assumptus & coronatus fuit: quod accidit pontificatu Leonis 8. vt frustra de actu coronationis inquirat, & dubitet Sabellic. *Ennead. 9. lib. 2. col. 6.* quia celebritas illa & consensus comitiorum populi Romani, & procerum Italiæ, de quibus *in c. in synodo. 63. distinct.* omnem ceremoniam coronationis transcendunt vel præsupponunt, quæ etiam non est necessaria. *vt per Bart. in extrauag. ad reprimendum ver. reges. & in eo nu.* 73. Ipsum tamen Leonem 8. à clero populóque Romano electum, deinde ab eisdem sufficto Benedicto quinto abrogatum, hic Otho in sedem pontificialem restituit anno domini 962.

64. ¶ Quare idem Leo ad exemplum Adriani primi, in synodo congregata Romæ in ecclesia Lateranensi, auctoritatem omnem eligendi summi Pontificis à clero populóque Romano (cui vt diximus fuerat per Ludou. Pium restituta,) iterum in Othonem Imperatorem transtulit: & (vt autumat Platin.) idem priuilegium inuestituræ episcoporum ei & successoribus suis in perpetuum concessit, quod Carolo Magno & suis successoribus datum fuerat. *text. est in c. in synodo, 63. dist.* Constat autem hunc Othonem perdomitis Berengariis & reliquis tyrannis, in Roma, Italia & Germania, cum maxima virtute & gloria circiter duodecim annis imperasse, & ætate prouectum Viennæ decessisse circa annum domini 970. & post eum successiuè, eius filium Othonem secundum, viuo patre iam sene in consortium imperij assumptum, & Romæ à Ioanne decimotertio Papa coronatum. deinde huius filium Othonem tertium, primi nepotem, à Benedicto septimo Papa coronatum: adhuc enim successione* deferebatur imperium, sicut in filiis & stirpe Caroli magni pridem obseruatum erat.

* Imperium Germanicum initiò successione delatũ.

65. ¶ Sed per obitum Otho. 3. qui (vt Lupold. *de iurib. imperij. c. 1. in fin.* scribit) caruit filiis, & (teste Abba. Vrpergensi) obiit. 5. calend. Februarij, anno millesimo primo; desiit imperium esse hæreditarium. Nec cuiquam amplius pro se, & successoribus stirpis suæ concessum fuit: vt primùm in persona Caroli Magni Franci, deinde post centum sexaginta & duos annos in personam Othonis Saxonis. Deferri autem cœpit pro potentia maiorum principium, & prævalentiori factione suffragantium. Tandem optimo & saluberrimo consilio placuit omnem huiusmodi suffragiorum authoritatem ad paucos contrahi, cósque certos * & hæreditarios Germaniæ tam superioris quàm inferioris principes, id est qui sunt principes non ascitiij tantùm, aut ratione dignitatis personalis, sed nec ratione sanguinis tantùm: sed ratione certi, stati, perpetui & immobilis membri Imperij, seu certæ ditionis principalis & regiæ, quam in feudum & regale tenebant ab Imperio. Hac arte, hoc prudentissimo & politicorum consilio infinitis factionibus, seditionibus, & bellis ciuilibus, quibus Germania pernitiosè implicabatur: coarctando etiam numerum principum electorum ad septem, non parùm tum sumptui, tum tempori compertum est, quo & celeriùs, & minori concursu, sumptúque tanta res vt Reipub. interest, confici possit. 66. ¶ Et ne deinceps imperium parum felici exemplo hæreditarium esset (vsu docente heroum filios non semper heroas esse, sed frequenter locum facere veteri Græcorum prouerbio, Heroum filij noxæ, de quo *in prima Chiliade Erasini, centuria 6. parœm. 32.*) hunc saluberrimum syndiasmum vulgò post Plat. *in Gregor. 5.* institutum putant viuo adhuc Othone 3. & eius consensu: necnon tempore Gregorij 5. pontificis Romani, qui erat Saxo, & dicti Othonis auctoritate Romanus pontifex creatus. Sed hæc opinio subsistere nequit: quicumque enim eam post Platinam minus accuratè sequuntur, vt Blond. *Decad. 2. lib. 3.* Sabellic. *Enn. 9. libro secundo, circa medium.* Ioan. Carion, sibi metipsis contradicunt. Tenent enim eam constitutionem factam esse anno millesimo secundo. Sed ergo facta esset anno quo idem Otho 3. obiit Romæ, vel in Italia vbi bellis implicitus erat, & intoxicatus fuit: sed eam tunc factam fuisse nec verum, nec verisimile est: scribunt enim iidem quod anno Christi millesimo tertio Henricus Bauariæ dux primus omnium iuxta dictam constitutionem per illos septem principes electus fuit, per obitum Othonis 3. anno præcedenti in Italia mortui. Tum secundò, secundùm eosdem, quo tempore obiit Otho 3. etiamsi liberis carebat: tamen sperabat, vtpote de nuptiis cogitans, & ætatis triginta & vnius annorum tantùm. Quare, tanto magis abest à verisimili vt cogitasset de abdicando Imperio sibi, futurísque liberis ab auo paterno quæsito.

capit sub Othone 3. tempore Gregorij V. Papæ aut Syluestri secundi, sed sub Conrado 3. Sueuiæ duce circa annum 1025.

67. ¶ Tum tertiò Gregorius ille 5. obiit anno 956. & sic sex annis ad minus ante dictam constitutionem, cuius illum dicunt authorem, eúsque tempore factam, & sic oporteret illam postea factam esse alio authore, & alio tempore, videlicet sub Ioanne 19. Papa, qui fuit quartus à dicto Gregorio. Nimis ergo aperte sibiipsis contradicunt. Sed inter eos grauiùs errare videtur Blondus, affirmans certum esse, Romanos, qui hunc Othonem 3. ob factam eo impellente de Imperatoris electione sanctionem odissent, cùm ferro armatis munitum nequirent confodere, veneno interfecisse. Hæc enim falsò, imò etiam iniuriosè Romano populo imputantur. Priuatæ enim fuerant inimicitiæ vxoris Crescentij (quem Imperator vt perduellem capitis damnauerat) quæ fictis etiam amoribus tandiu iuueni principi insidiata est, donec chirothecis veneno infectis eum necauerit. ¶ Narrat Blondus aliam opinionem, quod ea constitutio facta fuerit tempore Syluestri 2. qui fuit 2. à Gregorio quinto. Quam opinionem rectè reprobat, sed grauiùs errat, vt dixi, affirmando illam factam fuisse tempore dicti Gregorij quinti. 68. ¶ Et sic verior est opinio Franc. Zabarell. seu Cardin. Florent. qui *in c. venerabilem. § verum. col. 4. vers. ex præsupposito, ext. de elect.* tenet dictam constitutionem inuentam & factam fuisse post mortem Othonis tertij seu finita stirpe Othonis 1. Cæterùm, quo anno facta sit, & quibus authoribus, non liquet, vt etiam fatetur Ioan. Carion, & scriptores Germani, qui de decessorum negligentia valde conqueruntur. Et nuper quidam Germani scriptores certum esse dicunt, nullam dictæ constitutionis fieri mentionem ante Sueuorum imperium, quod incipere non potuit ante Conradum secundum, qui imperare cœpit anno millesimo vicesimo quinto; & sic secundùm eos potuit incipere à Conrado tertio, Sueuiæ duce, qui cœpit imperare anno millesimo centesimo trigesimo octauo. quod verisimile est ex his quæ habentur in decretali *Innoc. 3. incip. venerabilem vers. sciunt autem, extra de electio.* vbi dicitur Lotharium (scilicet secundum Saxoniæ ducem) & Conradum (scilicet 3. Sueuiæ ducem) post obitum Henrici 4. Conradi 2. Sueui pronepotis sine liberis masculis defuncti in discordia electos fuisse. quod circiter biennio post obitum dicti Henrici 5. contigit circa annum domini 1127. 69. ¶ Fuerunt ergo tunc aliqui Germaniæ principes electores, sed* partim alios, partim plures quàm septem illos suffragia habuisse, ex historiis Germanicis constat. Non ergo vna die, nec vno quidem vel altero anno constructus est ille Septemuiratus, sed sensim experientia docente, & rebus exigentibus, tandem communi, partim expresso, partim tacito ordinum imperij consensu, eo deuentum est, vt penes septem eos

* Electorum Imperij iura notanda.

* Electorum Imperij institutio non

* Electores Imperij initio alijs plures quàm qui hodie, nec vna die aut vno anno septem tantùm constituti, sed con-

principes esset, & deinceps maneret potestas & authoritas Germaniæ regem, & Romanorum Imperatorem eligendi. & hoc est quod Innoc. 3. imò etiam totus Cardinalium Senatus, in quo digesta & fabricata fuit dicta decretalis, dicunt & fatentur, eam potestatem & authoritatem eligendi ad dictos Germaniæ principes de iure & antiqua consuetudine notissimè pertinere, hoc est iure Imperiali antiqua consuetudine, seu longo otdinum imperij vsu introducto & obtento. 70. ¶ Eam autem epistolam Inno. 3. circa annum Christi 1200. ad Bertholdum Caringiæ ducem, nec non multis aliis principibus similem misit, vt eos a Philippo Sueuiæ duce Friderici Ænobarbi filio electo Imperatore, non obstante electione, & iuramento præstito, distraheret, & Othoni corriuali à se accersito coniungeret: tam impotenti odio posteritatem Ænobarbi valentissimi Imperatoris prosequebatur *vt dixi in libro contra abus. glos.* 15. Non tamen sequitur quòd ante centum annos dicta consuetudo formata esset, quia idem Innoc. Papa in suo Commentario *in c. Veniens col.* 3. *de verbor. signif. ex.* per tempus antiquum intelligit 40. annos. Et sequitur Anto. Butri. *in cap. veniens* 1. *de testi. & in c. quid per nouale, extrà de verb. signif. Alex. cons.* 4. *col.* 8. *lib.* 2. Et hunc demum Septemviratum constiturum, statutúmque fuisse tempore Friderici 1. Ænobarbi Sueuiæ ducis valentissimi Imperatoris, circa id tempus, quo ducem Bohemiæ regem creatum scribit is qui Chronicon Carionis auxit lib. 4. non leui coniecturâ, quia facientes mentionem de septem Electoribus, regem Bohemiæ inter eos nominant: Et sic non videntur fixè stati priusquam rex esset in Bohemia. Falsum est tamen & commentitium quod quidam dicunt per eam constitutionem vlu introductam imperium fuisse translatum in Germanos, vel eis affectum, vt etiam putauit Bald. in *d. c. venerabilem. col.* 1. *in fine.* vbi tamen excipit regem Francorum: sed non debet excipi, quia omnes * principes Christiani possunt eligi, prout etiam apparet ab illis septem viris sæpe electos fuisse principes non Germanos. 71. ¶ Ex dicta decretali *venerabilem*, seu potiùs ex eius fragmentis, duo maxima ad rem pertinentia colliguntur: primum, quòd quamuis iam tempore Inno. 3. stati, definitique essent septem illi electores, videlicet tres Ecclesiastici, Archiepiscopi Moguntinus, Treuerensis, Coloniensis; & quatuor laici, Palatinus comes Rheni, dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgensis, & comes Bohemiæ in Regiam dignitatem per Fridericum Ænobarbum postea sublimatus: Tamen tres illi priores, qui tamen non sunt in suffragiis priores, sed permixti, vt in bulla aurea non * sunt electores tanquam Ecclesiastici, & multò minùs tanquam Episcopi, vel Archiepiscopi, sed tantùm velut cæteri principes, videlicet, tanquam principes Imperij, & ratione ditionum regalium, & membrorum Imperij, quæ ab eo tenent in feudum. Ita quòd si ditio illa separaretur ab Archiepiscopatu, tum Archiepiscopus desineret esse elector: dignitas autem & auctoritas electoralis sequeretur eum ad quem spectaret illa ditio. Qua de re primores Germanos apud illos agens admonui, quemadmodum Episcopus ille Herbipolensis de quo *supra num.* 54. qui se ducem, imò etiam regem Francorum dicit, si ditionem sibi datam amitteret, non desineret esse Episcopus, sed desineret habere ius & titulum ducis, vel regis Francorum Orientalium: & quod non habeant illud ius, nisi tanquam Principes Imperij, probat vndecies dicta decretalis, seu potiùs octo eius fragmenta; octies enim ponitur & infra. in quibus vndecies omnes dicti electores vocantur principes indifferenter nulla mentione Archiepiscoporum, qui tamen indubitanter comprehenduntur. Apparet autem toties repetitum tanto maiore serio dictum esse, *vt infrà* §. 13. *plo.* 3 *num.* 6. Sed longè plures solo principum Imperij nomine designati sunt in integra mul-

A tò prolixiore, vtpote octies in corpore decretalium detruncata. 72. ¶ Et adhuc ex illis octo fragmentis alterum colligitur, videlicet quod Principes illi electores hoc ius habent à * statuto Imperij & antiqua consuetudine statuum & ordinum Imperij, & non à Papa, qui hoc non amisisset, si vel saltem consultor aut suasor fuisset illius constitutionis: mox enim totum ad se rapuisset, iuxta vnam ex suis legibus, quæ est, Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. *c. si Apostolicæ. de præben. in* 6. prout sectionem imperij, & delationem à populo factam Carlomano sibi soli attribuit. *prout in dicto vers. verum, in parenthesi incip. præsertim.* Certum est quod nunquam tacuisset si vnus pontificum vel sitasor fuisset dictæ sanctæ constitutionis. 73. ¶ Quod autem Innoc. 3. ibi latè contendit, & absque vlla probatione affirmat suum

B esse iudicium, examinationem * approbationem, vel reprobationem electi Regis vel Imperatoris, non est ei credendum; vt in simili Ioannes Theutonicus 9. *q.* 3. *c. patet profecto.* & Ioann. Andreæ. *in Clement. vnic. in verbo, Bonifacio. de iureiurand.* negant Papæ pro se vel alio credendum; hoc enim solius Christi est. Ioan. 8. 14. Tum omnes doct. VI. ita tenent, quòd Rex, * vel Imperator, etiam ante coronationem suam, omnem habet potestatem & administrationem. Bart. *in extranag. ad reprimendum, in verbo Reges, quomodo in læsæ maiest. crimi procedat. Alberi. in l. bene à Zenone. num.* 18. *C. de quadrien. præscr.* vbi recitat & approbat constitutionem Ludouici quarti,

C quòd Imperator non indiget confirmatione nec coronatione Papæ, sed statim ab electione omne ius habet. *Idem Martin. Laud. in tract. de princi.* §. 25. *Lupoldus de iurib. Imperij, cap.* 5 *& c.* 6. *cum seq. Anton. de Rozel. in tract. de legitimat. col.* 3. *Ludo. de Sardis eo. tract. col.* 39. *dixi in annotat. ad Philipp. Dec. c. eam te col.* 2. *ex de refer. & conf.* 194. *col.* 1. *conf.* 588. *num.* 7. Ita etiam ab antiquo, *teste Lupold.* semper practicatum fuit. Soli Aduocati consistorij Papæ contrarium scribunt, vt *Bonifac. Vitalin. Clem. vnic. de iureiur. & Clem. vlt. col. vlt. de censib.* quibus nullo modo credendum est.

74. ¶ Multùm ergo errauerunt, qui scripserunt Henricum Bauariæ ducem à ducibus Saxonibus ortum primum fuisse qui per obitum Otho. 3. virtute dictæ constitutionis ab Othone tertio, & Gregorio quinto factæ, in Imperatorem ab illis Septemuiris electus

D fuit: nondum enim nata, sed nec concepta quidem erat dicta constitutio, vt ridiculus sit Bapt. Egnatius formulam eius tanquam viuo Othone tertio, a Gregor. 5. præscriptam tradens sic finientem: Hi si discordes fuerint, Bohemiæ regem cooptanto. cùm tamen tunc non esset, nec nisi post centum sexaginta annos fuerit, rex in Bohemia. Consensu quidem præcipuorum principum & statuum Germaniæ, summa rerum tunc penes Henricum fuit ab anno Domini 1002. tandem à Romanis & Italis delatum fuitei Imperium Romæ, ceremonias peragente Benedicto 8. verus enim & castus fuit Imperator huius nominis primus veritate inspecta, secundùm quam Henricus Auceps tantùm rex Germaniæ fuit, vt supra num. 52. Tamen quia

E Germani & Galli scriptores eum numerant pro primo, & hunc Henricum castum pro secundo huius nominis, eos libenter sequor, ne receptum historiæ ordinem necessitate non cogente perturbem. 75. ¶ Cæterùm, de iuramento * illo quod habetur *in c. tibi domino.* 63. *distinct.* memini me ante 28. annos scripsisse, non esse Othonis primi, nec tertij, & multò minùs 4. sed vt excussi plures historias reuoluens, non potuit tunc minus inepte attribuere quàm Othoni secundo, qui viuo patre iam sene Theutonicorum rex, Græcos & Sarracenos vicit, & è Calabria & Apulia quam inuaserant eiecit, & Romam ad coronam Imperij, annuente patre, suscipiendam venturus, illud iuramentum Ioanni Papæ 13. præstitit, si quid sit de tali iuramento.

* Imperium & Rex ante suam Coronationē omnem habet potestatem & administrationem.

* Quo effecto iurent Pontifici Imperatores; & an sit iuramentū fidelitatis.

76. ¶ Non enim Imperator factus Papæ iurat: sed Rex in Imperatorem promouendus fidelitatem iurat Papæ & Ecclesiæ Romanæ, *vt habetur in Clem. vnica de iureiurand.* vbi alia forma iuramenti quàm in d. cap. *tibi domino*, ponitur: non * tamen est iuramentum, vt ita loquar, feudalitatis, quasi imperator futurus faciat homagium Papæ, & ab eo imperium in feudum accipiat (vt nonnulli etiam principes canonistæ) vt Egid. *Bellame. in c. lex est 2. d.* per d. cap. *tibi domino*, malè ab eo intellectum, & per Cle. *vnicam. de iureiur.* quæ nihil facit (stultè opinantur) sed est iuramentum puræ fideiChristianæ seruandæ, & ecclesiæ protegendæ, quod Deo principaliter, deinde Ecclesiæ Catholicæ & eius ministris fidem & doctrinam beati Petri & Apostolorum tenentibus *iuxta l. 1.* (*vbi in electione Tubingensi dixi*) *C. de sum. Trin.* præstatur. Itaque non est Imperator feudatarius * (vt vulgò dicunt) Papæ, sed fidelis Dei primum, deinde Ecclesiæ catholicæ. Et ita non esse vasallum Papæ sentit Cardi. Alex. *in ca. si Papa.* 40. *dist.* subobscurè reprehendens Bellameram.

* Imperator non est vasallus Papæ.

* Lege feudatarius.

77. ¶ Sed postquam diutius & melius super * *d. c. tibi domino*, cogitaui dico & censeo, esse subditiuum, meramque paleam à falsificatoribus compilationis Gratianæ, quos certum est post eius obitum fraudulenter notha & spuria quædam insperssisse, quæ docti & memores (dicti forsan Gratiani discipuli) vocarunt paleas, * ad germani natiuique textus differentiam, quasi folliculà inania sine granis, *iuxta l. vlt. in fi. C. seruit. & aq.* Et curarunt verbum (palea) subditiis illis & adulterinis additionibus superscribi, velut ad discrimen veri grani & frumenti: cuius rei vsque hodie memoria in publicis omnium codicum monumentis, etiam post quadringentos annos conseruata est. Et hæc veritas, quam nuper Canonist. quidam Volzius inuertere nisus est, corrumpendo antiquum pèr quadringentos annos receptum textum. Ait enim audaculus ille, in dictis palearum superscriptionibus legendum, non palea nominatiuo singulari sine diphthongo, sicuti perpetuò & vniformiter etiam à quadringentis annis habent omnes libri: sed legendum παλαιὰ Græco sed obsoleto plurali nominatiuo vel accusatiuo cum diphthongo, quasi adulterinæ illæ additiones essent veri & antiqui canones: & pedibus sequitur Iacobus Spiegel. *in lexico iuris ver. Palea.* Sed somnia sunt vigilantium, *vt ait Plato.* hęc autem noua nitiorum huiusmodi sciolorum somnia, facilè refelluntur scriptis & testimoniis antiquorum doctorum, qui ętati Gratiani satis vicini fuerunt, in queis Guillelmus Durandus cognomine Speculator, *in tit. de diffinit. & allegat. aduoc. in fi.* ait multas, quas designat, falsas & subditicias esse rubricas in magno illo decreto, *vt etiam testatur Archidiac. 9. dist. c. quis nescit.* Addit Ioan. Andr. *ad specula. in loco prælegato in additio. penult.* Paleas illas esse subditicias, non per Gratianum, sed postea per quendam eius discipulum, qui Palea vocabatur, additas fuisse. & Ioan. Imol. in *D. de verb. oblig. col. 1. in fin.* & post eum Ludouicus Roman. ibi dicit, quòd impostòr ille vocabatur Poca palea. Et testatur quòd libri antiqui decreti magni quos vidit, non habent illas, nisi superadditas margini: sed quòd libri nouissimè scripti habent paleas illas incorporatas cum superscriptione, palea. Alexand. Imol. Ioannis (Imolensis discipulus *in rubr. de action. in Instit. columna tertia, num. 12.* (*quem commentarium Iason. à vidua Alexandri redemptum sibi attribuit*) dicit quod impostòr ille vocabatur quota palea, & quòd erat Cardinalis, quem non puto fuisse discipulum, sed Zoilum Gratiani. Antoninus autem Episcopus Alexandrinus *in proœmio decreti* * *columna secunda*, dicit quod vocabatur Procopaleas, qui textus quosdam inseruit, quos Paleas appellamus, nec admittimus. Nimis ergo deliraruut noui illi scioli, maiorem etiam authoritatem adulterinis illis paleis quam textibus originalibus attribuentes, quos nuperus quidam lepidè deridet, interpretans superscriptiones illas palæa, hoc est antiquata & abrogata, prout passim legitur apud Aristophanem, ἀρχαῖα παλαιὰ, hoc est prisca, antiquata pro nugamentis. 78. ¶ Quod autem dict. capit. *tibi domino*, sit vera palea, hoc est adulterina additio, probo primò, quia dicta distinctio 63. quatuor & triginta duntaxat habet vera & natiua capitula. vt à quadringentis annis vsque hodie etiam notorio facti permanentis (vt scholasticorum iurisperitorum terminis vtar.) Duæ verò tantùm paleæ consecutiuè dictæ distinctioni insertæ sunt, vt eodem quoque notorio notissimum est. Atqui * caput, *inter nos*, quod immediatè sequitur caput, *Ego Ludouicus*, non est palea, sed antiquus & natiuus textus. Tum primò quia habet superscriptionem Leonis quarti, ad Lotharium & Ludouicum Augustos patrem & filium, seu nepotem, & pronepotem Caroli Magni ex Ludouico primo, de quo in capite immediatè præcedenti, cui continuatur & conformatur, & consequenter rubricæ seu titulo dictæ distinctio. Tum secundò quia conformatur & verificatur textibus indubitatis eiusdem Leonis quarti, ad Lotharium primum Augustum, *in cap. de capitulis & in cap. vestram, distinctione decima.* Et sic constat dictum cap. *inter nos*, esse verum authenticum textum & non subditium. Sequitur ergo quòd duo immediatè sequentia capitula, videlicet *c. constitutio & c. tibi domino*: esse meras paleas. Quod autem in libris ferè à centum annis scriptis palea superscribitur in dicto capite, *inter nos*, & in dicto capite *constitutio*, & non in dicto capite, *tibi domino*: altera deterior impostura est nouorum istorum: penes quos merum imperium & omnis censura * in libris erat, qui malebant dict. c. *inter nos* (quo propter alios similes textus superuacuo carere poterant (paleam censeri, quàm dict. c. *tibi domino*, quo propter singulare iuramentum indigebant. Quam impostùram corrigendo, eradenda est palea superscripta dicto capiti, *inter nos*, & adscribenda dicto capiti, *tibi domino.* 79. ¶ Iam præter id quòd probaui, dictum cap. *inter nos*, esse verum & authenticum textum, contrarium probo de duobus immediatè sequentibus capitulis, quæ sunt meræ paleæ. Et primò de dicto capite, *constitutio*, iam suprà numero clarissimè probaui textum esse falsum, supposititicium & adulterinum. Non repeto, sed de capite, *tibi domino*, idem probo quintupliciter: Primò quia incipit à manifesta blasphemia, ibi, per signum hoc vinificæ crucis, & per has reliquias sanctorum. Hoc enim est contra Decalogum & Euangelium Matthæi quinto, quo districtè prohibetur iurari per creaturas, hæc enim species est idololatriæ, *vt scripsi in tra. contract. & vsurar. Gallico*, *num. 19. in fine*, Secundò, non iuratur Ecclesiæ Catholicæ, quod est contra capit. *quæ dignior. in fine. 24. quæstione prima.* vbi ecclesia Romana labi potest. Quo secuto deserenda est, vt post Apostolum Paulum. *secund. Thessalonicen. 3. 6.* docet Ambrosius. *in Lucam, capite nono.* Tertiò, quia ibi futurus Imperator iurat, nullam penitus iurisdictionem exerceri Romæ, nec respectu laïcorum quidem, nisi ad nutum Papæ, quod nunquam factum fuit, nec tempore quidem Henricorum Papalibus armis & factionibus oppressorum. & multò minùs ante eos & adhuc minùs tempore Othonis magni, secundi vel tertij. Quartò, quia dictum cap. *tibi domino*, non congruit titulo cui subijcitur, qui tamen est de electione, de quâ nihil in dicto capite *tibi domino.* Quintò, quia dicitur esse constitutio Othonis, & nihil ibi Otho prorsus statuit, sed tantùm (vt narratur) se obligat Papæ: & sic deberet intitulari constitutio Papæ. Plura alia breuitatis causâ, & quia nimis ab huius tituli materiâ remota sunt, cogor omittere. 80. ¶ Constitutionum feudalium de quibus hic agitur, nullæ sunt antiquiores quàm

* Emendatur error in decreto.

* Censura librorum Pontificibus inuisosè exacta.

* Palea quid in decreto.

* C. tibi domino 63. distin. Notbum.

* Al. Decretum.

Lotharij primi, Caroli Magni nepotis. *de quibus ſatis ſuprà numero* 32. *diximus*. Extat in dictis vſibus feudorum Inſubriæ alia lex, ſcilicet, *l. imperialis*: quæ eſt
* Lothar. 2. Lotharij* ſecundi ſub titul. de prohibend. feud. ali. per Lotharium: hic fuit dux Saxonum, & poſt mortem Henrici quarti in Imperatorem electus, anno domini milleſimo centeſimo vigeſimoſeptimo. deinde per Innocentium ſecundum Papam Romæ coronatus, & vndecim annis imperauit, *vt narrat Iacobus Aluarot. in dicta l. imperialis. in columna prima, & concordant hiſtoriæ*. Quod* autem in ſuperſcriptione illius
* Mendum veras tollitur à lib. feud. legis dicitur, Lotharii tertij, eſt error librariorum, vel fortè ipſius Oberti, qui erat Longobardus, & habebat pro Imperatore quendam Lotharium filium Hugonis, qui in Italia titulum Imperatoris indebitè aſſum
f pſit, ante quàm deſperata Caroli Magni ſtirpe Imperium Romanum transferretur in Othonem primum. Et ſic Longobardus ille computat illum adulterinum Imperatorem pro ſecundo Lothario, & hunc verum & legitimum Imperatorem pro tertio huius nominis. Sed quum, vt ſuprà oſtenſum eſt, illi intermedij inuaſores non fuerint veri Imperatores, illis cancellatis, Otho magnus debet immediatè computari poſt Impe-
* Henricus, nuncupatus Otho magnus filius Henrici: Lotharius ſecundus. ratores Francorum, ſaltem poſt Henricum Aucupem* patrem ſuum, vt in hoc benignè deferam Germanis noſtris: ſequitur hunc Lotharium, eſſe huius nominis ſecundum. Alius eſt error *in eodem titulo, de prohibend. feudorum alienatio: per Lotharium in ſuperſcriptione capit. vltimo, ibi Eugenio Papæ*. quod eſt impoſſibile, quoniam nullus fuit Eugenius Papa tempore huius Lotharij ſecundi, quem conſtat obiiſſe tempore Innocentij ſecundi Papæ. Secundus enim Eugenius fuit tempore Lotharij primi, vt diximus & præceſſit iſtum trecentis annis. Tertius autem Eugenius fuit tertius Papa poſt obitum Innocentij ſecundi. non autem poteſt illud *c. vlt.* attribui Lothario primo, quia hoc eſſet impoſſibilius, propter datam textualem, quæ eſt trecentis annis poſt eum. Et multò minus poſſet attribui illi falſo Imperatori Lothario filio Hugonis, à quibuſdam imperitis pro ſecundo Lothario habito, hoc enim eſſet prorſus impoſſibile, vtpote ſuperſcriptione, & data dicti capitis, repugnantibus. Itaque concludo non eſſe errorem in data, nec in litera textuali, ſed ſolum in ſuperſcriptionibus dictæ legis *imperialis*, vbi falsò ponitur Lotharius tertius, vbi debet ſcribi Lotharius ſecundus. Et in ſuperſcriptione *d. cap. vlti.* vbi erroneè ponitur, Eugenio Papæ, quum ſint verba ſuperflua, falſa, & delenda Proceſſit autem hic error imperitiâ Oberti de Horto, & ſui ſimilium, qui ex ignorantia hiſtoriæ putauerunt, *d. l. ſi quis miles. cum cap. ſeq. & hanc l. imperialis cum cap. ſeq.* eſſe conditas ab eodem Lothario Imperatore, & tempore vnius & eiuſdem Eugenij Papæ, quod eſt falſum & impoſſibile, *vt clarè probatum eſt*. 81. ¶ Sed quia in
* Conradus 2. cognomento Surus. vſibus feudorum crebrò fit mentio Conradi,* iucundum erit ſcire cuius ſit. Breuiter nihil eo libro referri poteſt ad Conradum 1. qui nunquam fuit in Italia, & cuius, ſuique deceſſoris & ſucceſſoris tempore iacuit ibi imperium. Sed quod dicitur *in tit. de his quæ in feud. dari poſſ. §. cum verò Conradus*. intelligendum eſt de Conrado 2. Suevo, cùm proficiſceretur Romam ad coronam, quam ſuſcepit tempore Ioannis vigeſimi circa annum 1027. Patet, quia quod ibi petitur à vaſallis, iam poſt centum annos factum erat commune, vt patet in *l. ſatis benè*, quæ eſt Lotharij* huius
* Lothar. 2. nominis 2. *ſub tit. de prohib. feud. alienat. per Lothar.* qui præceſſit Conradum tertium etiam Suevum ſucceſſorem ſuum immediatum in imperio, cuius vltimi & tertij Conradi ſunt reliqua omnia quæ de Conrado*
* Conrad. 3. loquuntur *in vſib. feud. vt ſub tit. de lege Conradi, & de capit. Conrad.* 4. 82. ¶ Quibus in locis tantum
* Imperator non eſt, niſi Rome imperet vocatur rex, & non Imperator pro more illius temporis, quo ab Othone primo nemo* dicebatur Imperator, etiam ſi eſſet rex totius Germaniæ, niſi eſſet rex Italiæ receptus, & coronatus Romæ. *per not. 5. eodem*. Porrò iſte Conradus tertius & vltimus etiamſi cum exercitu fuit & dominatus eſt in Italia: tamen factione Pontificum etiam 14. annis imperans, nunquam fuit coronatus. 86. ¶ Tres ſunt aliæ leges, in eodem libro feudorum, videlicet *l. Federicus de pace teren. & eius viola. l. hac edictali de pace tenenda. & iura fir. l. Imperialem de prohib. feud. ali. per Federi.* quæ ſunt leges Federici primi. Is Federicus ſiue Fridericus, cognomento Ænobarbus, vulgò* Barbaroſſa, natione
* Federicus Ænobarbus, vulgo Barbaroſſa. Suevus fuit, & Imperator valentiſſimus, vt ex geſtis eius liquet: electus ad Imperium, poſt obitum Conradi tertij, etiam Suevi, anno domini 1152. deinde coronatus Romæ per Adrianum Papam quartum, & annis 37. imperauit: & ſic errauit Aluaro. inquantum *in d. l. hac edictali. de pace tenen.* dixit illum fuiſſe coronatum per Eugenium Papam tertium, *vt patet per Baptiſtam Platinam Cremonenſem, in vita Adriani Papæ quarti*. Huius Federici primi eſt noua illa conſtitutio. quam vulgò authenticam vocant, quæ incipit, *Habita*. quam Federicus, ſexto Imperij ſui anno editam iuſſit in Codicem Iuſtinianum inſeri *ſub tit. ne fi. pro patre*. Eiuſdem Federici primi, ſunt tractatus illi, fœdera & ſtatuta pacis acta apud Conſtantiam 7. Calend. Iulij, anno ſalutis 1181. patet enim per ſuperſcriptionem & diſpoſitiua verba illius tractatus, quæ huic ſoli, & non alij Imperatori conuenire poſſunt: non enim alius Federicus habuit filium Henricum ſextum: tum per prædictam datam annorum incarnationis Domini: quo tempore conſtat hunc Federicum, in Imperiali dignitate regnaſſe: & quidem tum glorioſiſſimè, pace tum Romanis pontificibus Italis, & populis ſibi ſubditis factâ & ſtabilitâ, 87. ¶ Deinde cum Saladinus Noradini ſucceſſor Sarracenorum rex fortiſſimus, Chriſtianos Paleſtinę multis cladibus afficeret: ſuperatóque & capto Guidone Hieroſolymorum* rege cum Templa-
* Hieroſolymam. riorum magiſtro, tandem ipſam Hieroſolymam cepiſſet, anno Chriſti milleſimo centeſimo octuageſimoſeptimo, poſtquam à Gotfrido Bulionenſi Idibus Iulij anno ſalutis 1099. armis recepta annis octoginta & octo ſub Chriſtianorum regum ditione manſerat. Is Federicus, zelo Chriſtianæ religionis accenſus, grandi coacto exercitu, in Turcas & Sarracenos mouens, pérque Vngariam. & Thraciam iter faciens, Conſtantinopoli, Boſphoróque Thracio traiectis, Aſiam minorem victor inuaſit: Armeniámque minorem ſibi ſubegit: quo tempore Philippus* Auguſtus
* Philippus Auguſt. & Chriſtianiſſimus Francorum rex. Francorum rex, eandem Chriſtianorum Paleſtinæ cladem miſeratus, ad eos cum delecto Francorum exercitu transfretauit, eiſque aduerſus potentiam & vim Saladini auxilio fuit, expugnatámque viriliter armis Ptolemaidem, quæ nunc Acon dicitur, eiecto validò Saladini præſidio, Chriſtianis reſtituit. At Federicus dum Aſiam minorem & Syriam, religioni & ditioni Chriſtianæ reſtituere moliretur, in quodam flumine Armeniæ inopino caſu ſubmerſus eſt, magno reipublicæ Chriſtinæ incommodo, anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimonono. De priore eius expeditione in Sarracenos aduerſus Noradinum, vide quæ ſcripſi in tract. contra abuſus Gallicè, part. 2. gloſſ. 15. numero 347. cum ſequent. 88. ¶ Prius quàm ad alia tranſeam, obiter reprehendendum mihi videtur, quod ſcripſit Bald. (quem Aluaro. Martin. Laud. Præpo. Medio. & omnes ſcrib. ſequuntur *in capit. vno. columna prima, verſic. pone imperator. de natura feud. Bald. conſ. 300. ad euidentiam lib. 5. in vſit. feud.*) obligationem conuentorum de pace fuiſſe temporalem ex
* Error Bald. & Italorum doct. ſuper pace Conſtantiæ. & an ſubſtitutionem Italiæ ciuitatibus poſſit auferre Imperator. parte Imperatoris: & non fuiſſe contractam verſus ciuitates* Lombardiæ, niſi vſque ad 30. annos: ex quo inferunt quod imperator, vel eius ſucceſſor poſſet pro libito voluntatis ſine cauſa auferre illis ciuitatibus iuriſdictionem, & alia eis conceſſa per dictum ſtatutum

pacis. ex cuius textu dicunt hoc constare: sed grauissimè errant, quia *per tex. expressum dictæ pacis*, constat quòd Federicus Imperator se, filium suum, & successores suos in regno, vel imperio in perpetuum obligauit in §. *priuilegia omnia. in fine*, & quod statutum fuit, omnia in dicta pace contenta, & concordata, debere in perpetuum rata, firma, & inconcussa haberi, & conseruari, secundum formam in ea præscriptam. §. *hanc igitur. in dicta pace*: in qua nullum est verbum de triginta annis, nec alia quæcunque limitatio temporis. Baldus autem fuit deceptus ex quadam scriptura, quæ immediatè sequitur legem pacis Constantiæ: in qua hæc verba reperiuntur (& omnia supradicta attingam à Calend. Maij, vsque ad triginta annos.) sed non potest Baldus à lata culpa, & nimis supina negligentia excusari: quia ex simplici lectura finis dictæ pacis, ibi datum, apud Constantiam, &c. & scripturæ sequentis, apparet quod illa scriptura, quæ incipit, In Christi nomine iuro ego, &c. vsque ad finem, non est de lege, nec de pace Constantiæ: sed purè priuata scriptura, referens iuramenta quorundam, qui iurauerunt seruare dictam pacem, vt per eam fuerat iniunctum, nomine tamen iurantis tacito: quia forte plures sub eadem verborum formula iurauerunt. Sed inexcusabiliùs errauit Bald. dum glossauit *d. scripturam*, putans illam esse de textu legis, & pacis Constantiæ, & quod absurdius est, putans esse verba & iuramenta Federici Imperatoris, quum ad oculum appareat esse verba & iuramenta cuiusdam (vt puto) de principibus Germaniæ, iurantis domino Imperatori Federico, & eius filio, necnon & omnibus ciuitatibus societatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ, & aliis in concordia dictæ pacis comprehensis, omnia & singula in ea præcepta & conuenta seruaturum se, & iuramenta quoto quoque quinquennio, si requisitus fuerit, renouaturum, iuxta formam dictæ pacis. Dicit tamen Bald. *in d. glo. super ver. triginta annos*, sibi more suo contrarius, quòd pax illa & omnia in ea contenea perpetuò durant: & quòd illud tempus triginta annorum soli iuramento (vtpote renouando) adiicitur: non autem concessionibus, & aliis capitulis pacis, & hoc esse tenendum. Posset tamen aliquatulum excusari Bald. quòd tunc iam senio, & laboribus fractus erat, & lecturas iuris per 47. annos continuauerat, quando commentum illud feudorum inchoauit, *vt dicit in princ. dist. commenti in colum. prima*, fuitque vltimum opus suum, *vt satis patet ibidem col. 3. vbi allegat quæ dixit in cap. quæ in ecclesiarum, de constitu. in antiquis. quas etiam iam senex commentauit.* 89. ¶ Sed nulla venia digni sunt Aluaro. Mart. Laud. Præpos. Medio. & omnes Italici doct. *in dicto cap. vno. de natu. feud.* qui non iurisperitorum, sed Andabatarum more scribentes, Baldum sequuntur: non perpenso, sed nec lecto quidem supposititio illo textu quem allegat: & præsertim in re tam graui, contra propria commoda, libertatem, & fauorem eorum patriæ, & omnium ciuitatum, & prouinciarum Italiæ, in dicta pace comprehensarum, cæcutientes, & laborantes in elusionem tam solennis, & eis vtilissimæ pacis, tam validis præsidiis per Federicum, & Henricum sextum eius filium, aliósque principes, & populos pro perpetua duratione firmatæ: quæ si temporalis, & claudicans ex altera parte fuisset, vt illi malè sentiunt, non pax Constantiæ, sed inconstantiæ dici & nominari debuisset. 90. ¶ Quòd autem illi errauerint contra propria commoda liquet, quia ciuitates Lombardiæ non habent aliquot merum nec mixtum imperium, iustum, & legitimum, nisi ex concessione Federici primi virtute dictæ pacis Constantiæ: aliæ autem non habent, nisi ex vsurpatione, & de facto, *vt tenet Bart. in l. prima. D. de dam. infect. Bald. in addi. specu. de iurisdicti. omnium iudicum. Ange. in l. imperium col. tertia, ver. sicut. conclude. D. de iurisdict. omnium iudicum post gloss. sing. in authe. de defens. ciuit. in ver. iurisd. in fin. col. tertia.* An autem & qualem simplicem & iurisdictionem habeant ciuitates de iure communi, dixi *supra in proœm. in gloss. 9. in verbo, bourgeois.* Nec possum non admirari Franciscum illum Curtium alioquin solertissimum, & excussi iudicij ad eundem lapidem offendisse *in secunda parte feudorum, quæstione secunda. in princi.* Ex quibus etiam patet malè scripsisse Signorol. de Homedeis. *in cons. 70. in quæstione versente. columna quarta, versic. Sed die quòd hoc non obst.* vbi asserit, dictam pacem magis fuisse per modum cuiusdam reductionis dictarum ciuitatum, ad gratiam & protectionem, quàm per modum contractus. Et quod imperator nullomodo per viam cõtractus voluit se astringere: & posito quòd voluisset, nullo modo potuisset, quod est falsum, & contra tenorem dictæ pacis. Malè etiam scripsit Alexand. prædictis addens imperatorem posse derogare dictæ paci, *in cons. 1. num. 17. 25. lib. 5.* Solus autem Odofredus tenebat eam pacem perpetuam, *vt refert Baldus in dict. consil. 300. lib. 5.* Vides in quot, & quanta absurda perfunctoria iurium enarratio, & neglectus accurati, & vndecunque excussi iudicij, quàm plurimos iuris interpretes abduxerit. 91. ¶ Quòd si quis prolixitatem meam incuset, & insoliti am adusque legum professionbus temporum & historiarum* discussionem: sciat earum notitiam, & maxime temporum distinctionem, bono & erudito iurisconsulto esse necessariam: ex qua (præter nuscellaneæ eruditionis aduentitium lucrum, & fastidij leuamen) resultat prompta & facilis decisio plurium inter iuris interpretes dubiorum, alioquin inextricabilium: quod vt clarè patefaciam, vnum tantùm (*exemplo Saluij Iuliani, in l. ita vulneratus: ad finem. D. ad legem Aquiliam.* & Modest. *in l. si quis obrepserit. D. ad l. Cor. de fal.*) argumenti causa proferre contentus ero. Bald. *in fin. sui glossèmatis in consti. pacis Constantiæ*, quærit, vtrum de ista pace Constantiæ debeat gaudium vel festiuitas celebrari: quasi dicat, an sit authentica & seruanda? & dictum mirum, quantum in re clarissima hallucinatur: primò arguens quòd sit adulterina ex parte Federici, quasi diceret: eum non fuisse verum Imperatorem, quod notoriè falsum est. Secundò quod sit facta in feruore discordiæ, quod etiam notoriè falsum, quum tunc cum Pontificibus, & omnibus Christianis populis haberet pacem, & nullam omnino discordiam, nisi in Turcas & Sarracenos, in quos armabatur. Tertiò, quod reputat fortissimum & insolubile, quia fuit damnatus & depositus in Concilio Lugdunensi, quod nedum falsum, sed pudendum & ridiculum: nullũ enim horum in Federicum primum competit, sed in Federicum secundum, qui plus quam 70. annis post hanc pacem imperauit, & depositus fuit, vt statim dicetur. Ecce Baldum alioquin acutissimum, & quem vulgò iactãt nihil ignorasse, dum putat pulchrè argumentari, mera effutientem ludibria, anilibus prope deliramentis similia, idque ex ignorantia historiæ. Esto istud vnum pro multis, quæ prætereo, exemplis. *adde intellec. in eum nouum. in l. Lucius Titius, D. de vulga. & pupilla. inter quinque lectiones Dolanas.* 92. ¶ Federico primo successit in imperio, filius Henricus sextus huius nominis verus Imperator, vt ex prædictis patet, tum in prædictis statutis Constantiæ vocatur Henricus sextus. Fateor dici posse, quòd ibi non nominatur tanquam Imperator, sed tanquam Rex, erat enim rex Theutonicorum seu Germanorum sextus huius nominis: quoniã Henricus Othonis primi seu Magni pater, fuit primus huius nominis, rex Germaniæ, non tamen, ad viuum exigendo fuit verus Imperator, *vt clarè probaui 3. num. 59.* nec inter Imperatores deberet stricto iure connumerari, licet bene inter Reges. Imque hic Henricus, de quo loquor, fuit sextus rex, & quintus * huius nominis Imperator (quod etiam sentit frater Laziardus, in suis Epitomatis temporum. Et Bapt. Egnatius *Rom. princ. lib. 3.* illámque legem edidit, quæ est *in c. vnico, sub*

* Historia non negligẽda iurisperito.

* Henricus quintus huius nominis.

sit, quòd testes sint necessarij ad probandum feud. infra. Hunc Cœlestinus tertius Papa Romæ coronauit, eique viginti annos nato Constantiam Rogerij Normani, vtriusque Siciliæ regis neptem, sororem Guillielmi secundi, vltimi vtriusque Siciliæ Regis filium, iam quinquagenariam, è monasterio, in quo iamdudum Deo dicata fuerat, eductam, ex dispensatione sua vxorem dedit, atque eis in dotem & feudatario iure concessit vtriusque Siciliæ (videlicet cis & vltra Pharum) regnum, quod morte dicti Guillielmi nepotis dicti Rogerij ex Guillielmo primo eius legitimo filio sine liberis legitimis defuncti, ad sedem Papalem reuersum erat: ea tamen conditione, vt illud è manibus Tancredi cuiusdam Rogerij nothi (quem iniustè illud regnum occupare Cœlestinus tertius ægrè ferebat) eximerent: referuato grandi censu annuo, Pontifici ex lege inuestituræ debito. 93. ¶ Deinde post mortem huius Henrici sexti, qui Federicum * secundum impuberem (cui à Principibus obtinuerat continuari imperium) relinquens sub tutela & administratione fratris Philippi; (qui mox ex Hetruria Germaniæ Principes adiit, qui eum iuxta testamentum defuncti Imperatoris inaugurabant.) Innocent. 3. Papa omnia turbauit, effecitque factionibus suis, vt promissa defuncto Imperatori pro filio suo facta rescinderentur. Et Philippus etiam reiiceretur à parte Principum, Othonem Saxoniæ ducis filium eligentium impulsore Papa, qui eum confirmauit, *vt in c. venerabilem, de elect.* Philippo nihilominus cum maioris partis Principum auctoritate administrante (cui etiam cesserat Bartholdus Caringiæ dux impulsore Papa à quibusdam prius electus) sed Philippo proditoriè occiso, Otho ille 4. Italiam ingressus, ab Innocentio 3. Comæ coronatur. Sed mox occupatis Monteflacone, Radicophano, multisque Ecclesiæ Romanæ oppidis, in regnum Neapolitanum mouens, id sublaturus Federico secundo, Henrici quinti & Constantiæ filio, adhuc adolescenti, & sub curatoribus agenti, iram Pontificis in se concitauit, à quo anathemate notatur, & imperio priuatur. 94. ¶ Itaque Principes Germaniæ ad electionem noui Imperatoris per hanc Othonis quarti priuationem procedentes, hunc Federicum secundum Federici illius Barbarossæ, ex patre nepotem, vtriusque Siciliæ Regem, vigesimum agentem annum, in Imperatorem elegerunt, anno Christi millesimo ducentesimo duodecimo. Hic autem Federicus 2. Romam accesserat suscipiendæ coronæ gratia, sed illam ab Innocentio 3. Federici primi & eius posteritatis hæreditario inimico, impetrare nequiuit. Profectus est in Germaniam, vbi regni Germaniæ diademate à Maguntino Archiepiscopo accepto, cum Philippo Augusto Francorum rege, amicitiam contraxit, habito apud Vallis colorem conuentu, vbi Ludouicus octauus ipsius Philippi Augusti filius, vice patris cum multis Francorum Principibus adfuit: ibique vetustissima illa inter Romanorum Imperatores, & Francorum Reges, fidei, amicitiæ, & pacis fœdera, innouata sunt. Dehinc Othone 4. graui bello à Francorum rege superato, apud Bouinas prope Tornacum, *vt refert Blond. decad. 2. lib. 6. ad finem*, Federicus Aquisgranum cepit, mortuóque Innocentio tertio, Romam reuersus, de manu Honorij tertij summi Pontificis, Imperij diadema suscepit, in festo sancti Martini, anno salutis millesimo ducentesimo vicesimo.

95. ¶ Et eadem die in fauorem & gratiam Papæ, & creaturarum eius, condidit & promulgauit Romæ legem illam, quæ incipit, *Ad decus, seu, nos Federicus, quæ habetur post lib. feud. sub tit. de stat. & consu. contr. liber. eccle.* quem legem eadem die Honorius 3. Papa approbauit & confirmauit, & decreti sui appositione communiuit, *vt patet in fin. d. l.* quam & Bonifac. Papa 8. approbauit, & in quantum hæreticorum coërtionem tangit, renouauit, siue (vt dicunt) canonizauit, *in c. inquisitionis, de hæret. in 6.* Idem

* Fridericus 2.

* Francia regum & Romanorum Imperatorum vetus amicitia.

A Federicus anno vel biennio post suam coronationem constitutiones * regni Neapolitani edidit, quas nouissimè Matth. de Afflict. Parthenopeus doctor glossemate illustrauit. Verùm non multò post idem Honorius 3. anathematis vinculo Federicum innodauit, quòd Romam rediens ditionem pontificiam vexaret: addit Platina, quòd etiam imperij dignitate priuauit; quod mihi nec verum, nec verisimile videtur. Gregorius etiam Papa nonus immediatus Honorij 3. successor, eam anathematis sententiam confirmauit, & fletibus & lacrymis populum in eum commouit, canem eum vocans, & reliquias ostendens. *Blond. decad. 2. lib. 7.* 96. ¶ Et tandem Innocentius * Papa 4. anno Domini 1246. in Concilio Lugdunensi præsidens, eundem Federicum ad se citauit, proposita pœna ni dicto obtemperaret. Vtque testatur Blondus *decad. 2. lib. 7.* quoties Innocent. 4. sermonem ad populum, homiliamque habuit, quod vnoquoque solenni die fuit, Federicum alta inclamauit voce, illum admonens, vt ea responderet, quæ aduersum se pro iuribus Ecclesiæ conseruandis habebat, Lugdunum se conferret, futurum protestatus, vt si non accessisset, satisque postulatis fecisset, ipse patrum vetere instituto concilium conuocaret. Federicus non comparuit, sed se iudicio * Curiæ Franciæ etiam Parisiis subinisit, detrectans iudicium Papæ hæreditarij inimici patris & aui sui. Innocentius 4. tametsi Regem Franciæ fauentem haberet, dedignatus est se alterius iudicio submittere, siue causæ, siue auctoritati luæ timens. Quare proprio concilio coacto anno Christi 1246. Federicum imperio & regnis, sententia lata de facto priuauit, postquam triginta quatuor annis (à sua electione computando) imperium tenuisset. eáque sententia habetur *in cap. ad apostolicæ, de re iudic. in 6.* vbi ipse Innocent. Papa in sua glossa specialiter & perpetuò memorandam inquit præfatam suam sententiam: seque infinitis terræ marisque vix enarrabilibus periculis subiecisse, vt illam ferret sententiam. Postremo Federicus 2. cum suo copioso exercitu, per legatum papalem ad Parmam victus, censuris, simul & armis, fugatus, in insulam Siciliæ se recepit. Quod si cui incredibile aut monstro simile videatur, Innocentium Papam quartum (quem principes canonistarum, organum, & patrem veritatis appellitant, *vt archid. in cap. pia. de excep. in 6. Feli. in c. cum olim. columna 6. de re iudic.*) belligerasse: seu ad bellum gerendum, legatum apostolicum vocatum ducem destinasse, audiat Ioannem Andr. grauissimum canonistarum, (& quem tubam, & fontem iuris canonici appellat Ioan. Calde. *in cap. vestra. de cohabi. clerico. & mulier.*) dicentem post boa* (χ᾽ τὰ κατάρατα δὲ δεξάμενος.) quod quidam Bononiensis episcopus, frater* prædicator, vocatus per Innocentium quartum contra Federicum, in auxilium ecclesiæ suæ coegit clerum suum ad soluendum tria millia librarum, & congregatis inde militibus, fuit in Apulia & excellentius aliis militibus pugnando, fuit vulneratus: de quo dixit Nouariensis episcopus, quòd vituperati essent omnes milites, si non inuenirent vnum militem, qui melius celebraret missam vno episcopo: quum inuentus esset episcopus, qui melius pugnasset aliquo milite. Hæc Io. And. ad verbum in *cap. cum Apostolus. colum. 2. de censib. in novel.* 97. ¶ Tandem hic Federicus secundus à Manfredo filio notho suffocatus, in æde Panormitana sepultus est cum magnifico epitaphio, quod refert Decius *in constit. cassa. in prin. C. de sacr. eccles.* quare mirandum est Andream Iser. qui fuit antiquus doctor Parthenopeus, tam supinè errasse in suo commentario in d. constit. *ad decus.* vt illam Federico primo attribuerit in rub. & etiam in verbo, *statuimus*, scripserit Innocentium tertium papam. *in cap. excommunicamus. §. 1. de hæreti.* assumpsisse ab illa constitutione, cùm sit potius & necessario è conuerso. Sed Andr. Iser. præter id, quod historiæ negligens fuit,

* Constitutiones Neapolitanæ.

* Innocent. 4. Papa Federicum 2. Imperio & regnis destituit & debellauit.

* A sententia Papæ Imperator (vtrò tamen) prouocat ad Curiam Parisiensem.

* Fortè post Ioannem.

* Monachus pugnans ad ueltus Imperatorem pro Papa.

solitus est huic Federico secundo, & suis cõstitutionibus quandoque detrahere, apertè tyrannum, & depositum illum vocans, *vt patet in suo commento super tit. quæ sint regal. columna vltima.* quandoque eius prudentiam in regendo regno, & condendis legibus summè laudat, *vt in sua peregri. in constit. prædecessorum de præsta. sacram. & in constitut. magistros. de fide mercat.* Vt ad propositum redeam, eos exoratos velim quibus hæc prolixiora videbuntur, vt attendant aliter non posse commodè intelligi, quibus factæ fuerint. *d. ll.* quæ in lib. feud. incertæ sunt sine decursu historiæ, quam fidelius & breuius quàm potui perstrinxi, multis aliis scitu dignis, sed aliud maius opus requirentibus, omissis. 98. ¶ Itaque licet illæ leges dici possint ius ciuile Romanum, quippe ab imperatoribus promulgatæ generaliter ad ligandum omnes subditos imperio. §. *sed & quod principi placuit. instit. de iure nat. gen. & ciui. l. 1. D. de constit. princi. l. 3. C. de legib.* non tamen sunt de corpore iuris ciuilis, non magis quàm illæ duæ extrauagantes, quarum altera incipit *Ad reprimendum. sub tit. quomodo. in læsæ maiestat. crim. proced.* altera incipit *Quoniam nuper. sub tit. qui sint rebell.* à Bart. Piceno antesignano nostro erudito glossemate decoratæ: quas Henricus * huius nominis septimus Imperator, edidit, & promulgauit Pisis 4. nonas Aprilis, anno 1312. à Christo nato, regni verò sui anno quinto, scilicet computando à sua electione, imperij verò, scilicet à coronatione, anno primo & vltimo, in ipso feruore hostilitatis, quam exercebat aduersus illustrem illum Robertum * Caroli primi vtriusque Siciliæ regis, fratris Ludouici noni Francorum regis nepotem, vtriusque Siciliæ regem: contra quem citatum absentem, in dicta causa procedens, iuxta formam illarum suarum constitutionum, diffinitiuam perduellionis sententiam tulit, illúmque vltimo capitis supplicio & regnorum, dignitatum, bonorúmque omnium amissione damnauit, eodem anno & mense, scilicet septimo Cal. Maij, vt patet in data illius sententiæ, cuius tenorem ad verbum refert Alberi c. in *l. quisquis, num. 11. C. ad leg. Iul. maiest.* ex quo patet eius processum & sententiam fuisse valde præcipitatam. Caue tamen ab Alberico, quia mendosus est liber, ponens in data d. sententiæ anno 1312. ex quo etiam redditur suspecta data diei, tum quia non est verisimile tam grauem & criminalem sententiam, prolatam in die festo & letaniæ magnæ sancti Marci, quæ est 7. Calen. Maij. 99. ¶ Imperatore autem paulò post repentè de vita (scelestissimo, atque adeo execrabili modo, nempe Eucharistia intoxicata die 15. Augusti. 1313. vt vel excogitare exhorrescam) sublato: statim ante subrogatum successorem, & vacante imperio, Clemens Papa * quintus præfatam sententiam omnésque processus in regem Robertum factos, & quicquid ex eis vel eorum occasione secutum esset, abrogauit, nulla & inania esse declarauit, vt patet in *Cle. pastoralis, de re iudi.* quam Bal. *in l. penul. col. vl. C. de exec. rei iudica.* ait: Cle. 5. tulisse non tanquam Papam, sed tanquam regem Romanorum vel Imperatorem, & hic meritò dicitur Henricus 7. quia quidem Henricus post sententiam ab Inno. 4. in Fridericum secundum latam, Papa impulsore electus, in obsidione Vlmæ occisus, non fuit verus Imperator, nec Imperium de iure vacabat viuo Federico secundo, quia Papa * non est superior Imperatore, nec potest eum deponere, nec spectat ad eum, sed ad principes electores non solos, sed cum ordinibus imperij, vt suo loco probaui. Certum est Clemen. 5. non fuisse ausum superstite Imperatore. Confirmantur prædicta sup. num. 93. in princ. quia noua illa & satis vulgata constitutio Federici primi, cognomento Barbarossæ, quæ incipit *Habita*, edita anno 1158. non esset de corpore iuris, nisi ipsius imperatoris iussu. *in tit. ne fili. pro patre. C.* fuisset inserta, & vt ita dicam incorporata. Secus si alicuius priuati tantum industria hoc accidisset: sicut Irnerij opera nedum nouellarum Iustiniani fragmenta in C. illata sunt, sed etiam ex *d. l. hac edictali. §. sacramenta puberum*, & integra ferè extrauagans Federic. 2. *quæ est in fin. lib. feud.* in plures velut nouas Federici constitutiones distincta, sub opportunis C. titulis sita sunt, nec tamé ob id magis sunt de corpore iuris quàm prius: sicut multæ leges. D. & C. à Gratiano decreto suo insertæ, non continuo sunt, nec censentur de corpore canonum: seu (vt dicunt) canonizatæ, *vt vult gloss. in verb. traslatas, circa medium, & ibi sequent. Gemi. colum. 3. & Philip. Franc. colum. 4. de rebus eccles. non alien. in 6. Cardin. Zabarell. in Cle. vnica. col. 4. in fi. 2. opp. de sequestra. posse & fruct. gloss. & ibi Pan. Feli. c. super. eo 1. de testib.* sed tunc demum quando ab habente potestatem condendi canones ipsi canoni sunt insertæ, *vt in c. in primis, versic de persona Ianuarij, & ibi gloss. in ver. capitali. in fi. 2. q. 1. no. Feli. late in c. 2. col. 20. extra de rescript. Philip. Dec. aut ingressi. in prin. C. de sacro. eccl.* Præfatæ tamen leges, cùm sint publicę, notorię & indubitatę, non minus habent auctoritatis & roboris, quàm si inter volumina iuris, imperatorum iussu forent insertę. *l. 1. §. Item cum contra sacras. D. quæ sentent. sine appella. rescind. no. per doct. in l. cum prolatis. D. de re iud. in c. pastoralis, de fide instr.*

100. ¶ Succedit famigerata illa quæstio, & instituto nostro satis necessaria, Vtrum liber ille feudorum habeat vim & authoritatem legis, quod vulgò dicunt, an sit authenticus. Et omissis somniis ferè omnium hac in re scribentium, quòd ille liber sit decima collatio, quasi ab aliquo imperatore fuerit approbatus, & nouem nouellarum Iustiniani collationibus ad decimam complendam annexus, quod ridiculum, & ad placitum confictum puto: in hac sum noua opinione, sic * distinguendo, Aut ille liber consideratur in se, quantum ad scripturam, & sui compilationem: aut quantum ad contenta in eo. Primum membrum subdistinguo: aut quæritur quantum ad denominationem, & vim legis: aut quantum ad vim & effectum probationis. Quantum ad primam partem subdiuisionis, in hac sum sententia contra omnes, quòd ille liber seu eius scriptura, non habet per se vim legis, nec consuetudinis, nec potest denominari lex, vel consuetudo, quia constat quòd fuit compilatus & compositus per Obertum de Horto, qui erat Aduocatus seu pragmaticus in curia Mediolanensi, *vt patet in cap. 1. in prin. ibi, sed in nostra Mediolanensi curia, quæ fuit pri. ca. benefi. amitt.* Et licet quidam teneant, vt Iason & Francisc. *in prælud. feud.* quòd fuerit compilatus per duos, videlicet per hunc Obertum, & per Gerardum Capagisti: tamen verius arbitror per solum Obertum fuisse compilatum: quia ipse solus intitulatur, vbi de authore seu scribente fit mentio, vt *patet in c. vnico. in. prin. de feud. cogni. & in c. vno. in. prin. in quib. cauf. feud. amitt.* nec per totum librum apparet Gerardum aliquid scripsisse, sed solum quandoque opinionem suam esse per Obertum recitatam. *& hoc tenent And. Iser. in proem. feud. & ibi Aluaro. in 2. c. l. Ioan. Bapt. Cacial. in rep. cap. 1. col. 1. & 2. de feud. cognitio. Claud. Seyssel. in spec. feud. in tit. de orig. & cau. col. 1.* Hic autem Obertus fuit merè priuatus: nulla auctoritate publica, seu principis, seu populi fungens: sed sui ipsius tantum priuata opera: & sic fuit, & est scriptura priuata, & nullius auctoritatis. Nec obstat quòd sic intitulatur, *Incipiunt consuetudines feudorum*: quia illa inscriptio, eodem auctoritatis defectu laborat, quo & textura totius libri. Tum vt patet per discursum illius libri, illæ cõsuetudines erant locales, & multum variæ, *vt patet in cap. 1ª de his qui feud. da. possunt. in fi. c. 1. in prin. de alie. feud. c. 1. §. fin. ibi. secundum enim morem Mediolanen. si de inuesti. inter do. & vasal. lis oriat. in c. 2. ibi, Mediolan. & Cremo. de feud. dat. in vi. legis commisso. & expressè in c. vno. in princ. de feud.*

* Henricus 7.

* Robertus vtri fque Siciliæ rex nepos Caroli Andega ẽsis fratris eius Ludouici.

* Clemens 5. Papa.

* Papa nõ est superior Imperatore, nec pot est eum deponere.

* Nota resolutio an liber feud. sit authenticus.

cogni.c. 1. *quæ fuit prin. qui ſe benefi. amitt. in prin.* Et quod fortius eſt, nedũ erat diuerſitas vſus inter diuerſas curias, vel ciuitates, ſed etiam in eadem curia, incertitudo conſuetudinis & diuerſorum ſignalium ſuper ea opiniones: & circa hoc compilator quandoq; ſolùm refert plurium varias opiniones, nullam apertè approbando vel reprobando. *vt in c.* 1. *qui teſtes ſunt neceſſa. ad no. inueſti. prob. in cap.* 1. §. 1. *in fin. & §. ſimiliter verſic. vnde quibuſdam. & §. vlt. in fi. de l. Conrad. c. vnico. de cõtro. inter maſcu. & fœmi. de beneficio in fin. c.* 1. *de cap. qui curi. vend. § queſitum. in fi. c.* 1. §. *ad hoc quantumcunque. in fi. hic fi. lex. c. vnico. an mur. vel aliàs imperfec.* quandoque alteram opinionem eligit, *vt in c. vnico hic poteſt eſſe. tit. qui ſucceſſe. tenean. & in ca. vnico. de inueſtitur. in mariti. facta. ibi, mihi & aliis placet. c. vno, an remoueri debent teſtes, qui pares eſſe deſiſtit. Ibi, ſed quamuis alij aliter ſentiant. c. vno. in fin. quali. dominus à propri. feud. pri.* Quandoque ſuã & Gerardi Capagiſti opinionem aliis præfert, *vt in ca.* 1. *in prin hic fi. lex, deinde conſu. in c. vnico de feudo fœmina.* Quandoque contradicit opinioni Gerardi Capigiſti, *vt in tit. de l. Conradi.* §. 1. *in fi. de cap. qui curi. vend.* §. *ſimiliter.* Quandoque refert alteram opinionem prævaluiſſe vel ſecundùm eam iudicatum, *vt in c. vno. in fi. de vaſall. decrepi. ata. c. vno. de contro. feudo apud patres termi. c. vno. de eo qui ſibi vel hære. ſuis. Ibi pro maſculo pronunciatum eſt, & ibi illud iudicatum ſcio. c. vno. de vaſallo milite qui ar. belli depo. ibi, ſed iudicatum eſt.* Quandoq; opinionem quorũdam tantũ refert, *vt in reb. de vſu Mediola. ſecundũ quoſdam in c. vno. de eo, qui finem fecit agna. Ibi ſapientes quidem, & alibi ſæpe.* Quandoque vſum antiquũ aſſerit à modernis immutatum, *vt in c. vno. de natura feud. in fi. cum ſimilibus*, ne ſingula perſequens prolixior ſim. Quandoque æquitatem præfert rigori, *vt in c. vnico. an maritus ſucced. vxo. in benefic. ibi, ſed ſecundum æquitatem dicamus.* Certum eſt autem, quòd ille Obertus non habebat poteſtatem decernendi, qualis penes quãque curiam, vel locum eſſet conſuetudo, nec ſuam opinionem aut aliorum aliis præponendi, nec quorundam reſponſis vel iudicatis vim iuris vel conſuetudinis conferre, nec æquitatem inſuetam vel inſcriptam rigori aſſueto, vel ſcripto præferre. *vt not. in l. C. de legib. in l. placuit. per Pau. & alios. C. de iudic.* Et ſic tanquam opinio vel ſcriptura vnius priuati, nullius eſt auctoritatis, nec meretur nuncupari conſuetudo, ſed opinio & teſtificatio cuiuſdam Oberti de conſuetudinibus & legibus imperialibus ſuper feudis. 101. ¶ Quantum ad ſecundam partem ſubdiſtinctionis, dico illum librum habere vim, & effectum probationis. Et hoc reſpectu, nunc dici poteſt authenticus, non ſtrictè ſeu à principio propter defectum authoris: (propriè * enim authenticus & græcè *αὐθεντικος*, idem eſt quod authoratus, ab authore quem Græci *αὐθεντην*, id eſt authorem ſeu dominum & ductorem vocant:) ſed largè ſumpto vocabulo, & ex poſt facto authenticus dicitur, id eſt faciens fidem de contentis in eo: ex quo longiſſimis temporibus fuit habitus, non pro condito ab habente poteſtatem ſed pro veraciter recitante cõſuetudines locorum & leges imperatorum de feudis, & ſic fides debet adhiberi, *per no. in c. cum cauſam, de probatio.* 102 ¶ Quantum ad ſecundum principale membrum, dicendum abſque dubio, quod contenta in illo libro habent vim & auctoritatem iuris, quia ſunt verum ius, videlicet non ſcriptum, conſuetudinarium & locale apud Mediolanum, & ſuo quoque loco vbi ſeruatur talis conſuetudo, ſed ius ſcriptum & generale per totum imperium, quantum ad leges Imperatorum quæ ibi inſeruntur. Quãuis dici poſſit quòd eſt ius locale, etiam quoad dict. leges Imperiales, quia tempore quo conditæ ſunt, imperium erat valde limitatum & locale. 103 ¶ Ex quo liquet, quòd præter leges Imperatorum, illius libri deciſiones ſunt locales: * & ita conſtat à principio originaliter fuiſſe. *text. in c.*

A *1. de feud. cogni. ibi, vſum tamen feudi, qui in noſtris partibus obtinet & ita tenet Hoſtien. in ſumma de immun. eccleſ. §. inquantum. verſ. ſi verò paternum. Anto. de Pra. ver. in præ. feud. col. 7. Oldra. conſ. 159. ex præſenti. in 2. dubio, quem refert. & ſeq. Alber. in rub. C. de dona. Fran. Aret. in c. quia. v. teſt. 1. col. 2. de ind. & expreſſius quidem Pet. Iacob. in ſua prac. tit. de ſucceſſ feud. in prin. & per tot.* Et conſuetudines illæ inoleuerunt non à certo ſtatuto primùm condito, vel certo vniformi more, ſed à multis actibus priuatorum, & hinc à frequentiori modo concedendi & vtendi, prout frequens actus generat habitum vel conſuetudinem. Tamen Bald. & ferè omnes, quos vide per Iaſon. & Francif. *in prælud. feud. & Cland. Seyſel. in ſpecu. tit. de orig. feu. q.* 3. tenent quòd faciunt
B ius apud omnes, & multas adducunt coloratas rationes, quæ nihil concludunt, exceptis duabus, alterâ de approbatione Federici ſecundi, quod eſt fictum commentum Odoffre. cui non eſt credendum: & alterâ, quòd ille liber ſit ab omnibus in vſu receptus & approbatus. ſed vti non apparet de aliqua approbatione Federici ſecundi, ita nec de conformi vſu curiarum ſeu ciuitatum vtẽtium feudis, imò potiùs de contrario, propter notoriam difformitatem conſuetudinis feudalis cuiuſque loci vel prouinciæ, ſuo ſenſu (iuxta vetus prouerbium) abundantis. Igitur ex quo conſtat, conſuetudines dicti libri ſemel fuiſſe locales, nec apparet quòd ſint generaliter extenſæ ad omnes, nec per conſtitutionem poteſtatem habentis, nec per conformem vſum omnium: ſequitur
C quòd locales remanſerunt. & hæc eſt veritas, quamuis Do. Io. Bapt. Caccialup. qui propiùs cæteris veritati accedit, *in repe. d. c.* 1. *in fin.* euidentialium dicat, quòd ante compilationem Oberti, illæ conſuetudines non fuerunt generales, nec habitæ pro iure, niſi in loco ſuo. Et quòd idem fuit etiam tempore dictæ compilationis, & aliquo tempore poſt; & in hoc verum dicit, ſentit tamen quòd poſtea ſucceſſu temporis & communi vſu effectæ ſunt, & habitæ generales: ita vt omnes ligent, ſicut conſuetudo generalis, ſeu ius commune feudorũ. Sed certè ſicut tempore Oberti, & ante eum, pro diuerſitate locorum difformis fuit vſus feudorum, ita deinceps fuit, & adhuc eſt hodie, experientia teſte. Verum eſt, quòd omnium conſuetudinum feudalium quorumcunque locorum prima compilatio & in ſcriptis redactio fuit Oberti: quo factum eſt, vt in pluribus locis, in
D quibus nullus, aut incertus erat vſus feudorum, obſeruari cœperit illa compilatio, & latiùs extra originalia ſua loca in vſum tradũcta fuerit: vt olim Athenienſium leges, & Lacedæmoniorum mores partim vſurpati à Romanis. §. *& non ineleganter, de iure na. gent. & cin. l.* 2. *D. orig. iur.* non tamen admitto, quòd ſit ius generale, & commune feudorum vbique, ſed demùm vbi & quatenus conſtat, in vſum eſſe receptum.

104 ¶ PROPIVS ad materiam noſtrarum conſuetudinum accedens, præmitto apud nos & in toto hoc regno, maximè in patria conſuetudinaria, feuda * eſſe patrimonialia, & patrimoniorum ſeu alaudiorum iure cenſeri, hoc eſt, in plena & libera facultate & diſpoſitione clientum, ſicut de iure communi cenſentur bo-
E na, quæ purè & ſimpliciter ſunt in patrimonio noſtro. Ita quòd in omnibus ſecundùm ius commune vel locale regulantur, & diſponuntur ſicut bona reliqui patrimonij, exceptis tantùm conditionibus, vel oneribus appoſitis ex pacto, vel tenore inueſtituræ, aut conſuetudine, vel ſtatuto ſpeciali loci. Et hæc eſt generalis conſuetudo regni. *ita tenet Romani & Gallici iuris peritiſſimus. Ioan. Fab. inſtit. de legit. patro. tut. circa fin. de rer. diuiſ. in fin. princip. & de empt. & vend. 9. col.* 11. *de actio.* §. *item Seruiana, colum.* 12. *& in auth. ingreſſi, col. vlt. C. de ſacroſanct. Eccl. Petr. Iacob. in ſumma, de cauſ. ex quibus feud. amitt. col* 5. *verſicul. hodie verò. Guid. Pap. in deciſio. Delphi. q.* 59. 133. 230. *& in conſil.* 18. *ſuper caſu, col.* 2. *verſic. ſed*

* Authenticum quid dicatur.

* In regno Franciæ feuda ſunt patrimonialia, & hæreditaria.

* Conſuetudines locales ſunt.

cùm hodie, consil. 176. pro Definitione, colum. 3. versi. vel aliter, consi. 215. Iaſ. in l. de quibus, col. 16. num. 65. D. de legibus & long. consuet. Phi. Decius in consi. 208. col. 2. num. 9. consil. 269. col. 3. num. 8. consil. 586. col. 1. consil. 690. col. 2. num. 8. Guillielm. Benedict. in repet. cap. Raynutius, in ver. duas habens filias, num. 67. 68. 69. & in ver. & uxorem nomine Adelasiam, num. 181. de testa. Franciſc. Ripa in lib. 1. de legib. resp. 1. num. 70. Stephan. Bertran. conſ. 15. ex themate, col 3. num. 16. lib. 1. Andr. Tiraquell. in tract. de retract. proximit. §. 1. gloſſ. 3. num. 11. nec hoc ſolùm locum habet in Galliis, ſed etiam* in multis aliis locis etiam in Italia, vt Mantuæ, vbi in ciuitate & eius territorio talem eſſe generalem, notoriam, & ab antiquo obſeruatam conſuetudinem, teſtatur Philip. Decius *conſ.* 586. Et in Neapoli & Sicilia, vbi poſt Neapoda Sebaſtia. dicit Matthæus de Afflict. *deciſ. Neapolitæ.* 140. Quod hodie omnia feuda ſunt hæreditaria, quod Petrus Anchara. *conſ.* 125. *col. vlt.* infert, quòd bona emphyteutica* recepta pro ſe & liberis, poſtquam per antiqua pacta poſſunt vendi, relinqui & ab inteſtato deferri, verè & propriè poſſunt dici patrimonialia, ſicut quæcunque alia: & veniunt in petitione hæreditatis. *l. item veniunt, D. de petit. hæred.* Ex quo enim aliquid fit promiſcuum & generale, neceſſe eſt quòd ſubdatur regulis promiſcuis & generalibus. Alias nihil eſſet certi, nullum eſſet ſolidum patrimonium, nec commercium, cùm omnia ferè prædia ſint feudalia, ſeu potior pars in hoc regno, prout & in vtraque Sicilia & in Allobrogibus ſeu Sabaudia, vbi ante ſexaginta annos, vſu rerum exigente, præcipuo legum exploratore & correctore, *vt Titum Liuium quintæ decad. li. 5. & ante eum Cicero, teſtantur*, principes ipſi ad aſſiduas ſubditorum patriæ Ciſmontanæ querelas, anno 1475. & deinceps ſæpius conuocato ducali concilio coacti ſunt veterem abrogare conſuetudinem, qua non licebat feuda antiqua niſi in agnatos ſtirpis transferre, ita vt vaſalli nec filias nuptum dare, nec creditoribus ſuis ſatisfacere poſſent: & ſic publico decreto conſuetudines illæ, quantumuis antiquæ, legéſque Lotharij & Friderici abrogatæ ſunt, & permiſſum non ſolùm pro dotibus filiarum, ſed etiam pro aliis quibuſcunque iuſtis debitis hypothecare & alienare in perpetuum in quibuſcumque perſonis non requiſitis & inuitis agnatis, omni iure, vendicatione, conditione, vel in integrum reſtitutione in perpetuum priuatis, idque pro bono & neceſſitate commercij publici, quantumuis feuda proauita vel antiqua eſſent. Et non ſolùm hoc permiſſum vaſallis, ſed etiam eis inuitis conceſſum creditoribus, vt debitoris bona feudalia & antiqua pro ſolutione debitorum, vt alia paganica bona, vendere poſſent, & ſic extunc inſtar patrimonialium, vt in Gallia, redacta ſunt, excepta tamen vna clauſula, videlicet, de conſenſu noſtro, ſcilicet ducis Sabaudiæ, quæ planè quæſtuaria eſt, vt patet in dictis eorum ſtatutis anni 1475. 1484. quorum exemplar habeo. A tempore enim Amedei primi Sabaudiæ ducis, qui fuit vir religioſæ conſtantiæ, & quanquam laicus, in Papam electus in concilio Baſilienſi, *vt infrà §. 1. glo. 1. num. 73. & glo. 5. num. 21.* ſucceſſores eius, quòd quæſtui haberent ſuam adminiſtrationem, malè audierunt. his ſcriptis inueni, quòd Stephan. Bertrand. (etiam ſi ſit ſub ditione Papæ) tamen fatetur feuda eſſe patrimonialia, nedum in Francia, ſed etiam in toto Delphinatu, & in Prouincia. *conſ.* 18. *num.* 15 *lib.* 2. *in prima editione facta per Simonem Vincentium, & conſi.* 15. *ex themate, num.* 16. *lib.* 1. *ſecundæ editionis facta per Portonarios.* Ex quibus infertur deciſio infinitarum quæſtionum, quas *in locis prælegatis & infrà*, vbi opus fuerit, ſatis abundè inuenies. 105. ¶ Ex præmiſſa concluſione ſequitur hæc, quòd* in præfecturis patriæ conſuetudinariæ huius regni, & in Delphinatu, Prouincia, necnon in Sabaudia, ſaltem eis Alpes, per prædicta, pro deciſione cauſarum feudalium in defectum vel ſubſidium noſtrarum conſuetudinum, non eſt recurrēdum ad vſus feudorum compilatos per Obertum, imò nec ad extrauagantes leges Imperatorum ſuper feudis in illo loco contentas, ſed omnino recurrendum eſt ad ius commune.

106. ¶ Hîc aduerte, quia vt ius commune ſcriptum dicitur reſpectu ſtatuti particularis ſcripti, ita ius commune non ſcriptum dicitur reſpectu conſuetudinis localis; & ſic propriè loquendo *in §. aliis*, ius illud commune Romanorum, quod vulgò vocatur ius ſcriptum, non eſt ius commune noſtrum, quia ſubditi non ſumus iuri Romano ſiue ſcripto. Noui quidam ſcioli (vt Petrus Rebuffus) aut adulatores aulici, ius commune* Francorum vocant conſtitutiones Regias, ſed fallunt & falluntur: regiæ enim conſtitutiones, etiamſi ſint communes toti regno, vt edicta quamuis particularia in re ſubiecta, generalia verò in perſonis: non tamen faciunt ius commune & generale reſpectu politiæ & gubernationis vniuerſalis, à qua tam longè abſunt, quàm à pandectis. Non ſunt enim aliud quàm placita particularia, pro maiore parte temporaria & momentanea, & ſæpius quæſtuaria. Cæterùm in his quæ vſus hominum in contractibus, in teſtamentis, in prædiis ſeruitutibus, in hæreditis, ſucceſſionibus teſtati & inteſtati, retractibus, & omnibus quæ neceſſitates ciuilis & humanæ vitæ concernunt, & reliquis conſuetudinibus admiſit. 107. ¶ Franci & Galli ſemper habuerunt conſuetudines* quaſdam generales & communes; præſertim in ſucceſſionibus, hæreditis, & lucris nuptialibus, feudis, cenſibus, retractibus, prorſus diſcrepantes à iure communi Romanorum, cui Franci nunquam ſubditi fuerunt. & illæ conſuetudines generales & communes erant ius peculiare & commune Francorum & Gallorum: & initiò rariores erant conſuetudines locales, vt vnicum in toto regno erat ſummum Auditorium, ſiue Parlamentum ambulatorium, & quamquam tractu temporum multiplicatæ ſint & diuerſificatæ conſuetudines locales, cuiuſque præfecturæ: tamen ſemper remanſerunt iura quædam generalia & peculiaria Francorum; vt cùm hæredia deferuntur ſtirpe ſeu linea à qua proceſſerunt, quod poſſet ipſo iure tranſire in hæredem legitimum: quum dominus feudi manu iniecta ex defectu hominis, fructus ſuos facit; quòd propinquus ſtirpis hæreditum venditum retrahat. Deficiente verò, vel dubia conſuetudine localis præfecturæ, tum in materia conſuetudinum noſtrarum non eſt recurrendum ad ius Romanum, ſed vicinas & generales, & promiſcuas conſuetudines Galliæ. Ius autem* Romanum nullo modo hîc eſt, nec eſſe poteſt commune, niſi in locis, (vt in hoc regno) quæ iure ſcripto reguntur, vbi maior adhuc pars ſcripti iuris exoleuit. 108. ¶ Porrò, nihil ineptius, quàm quòd iuuenes quidam inexperti recens à ſcholis reuerſi, ſcholaſtica Italorum doctorum argumenta adducunt, videlicet ſtatuta ſtrictè & ad verborum proprietatem intelligenda, vtque minus grauent ius commune, ad quod ſemper in dubio recurrendum, & ſecundùm illud interpretandum, *iuxta notat. in l. 4. §. quoties, D. de damn. infect. in l. vlt. §. in computatione, C. de iure deliber.* Illa enim procedunt in Italia adhuc, non in omnibus locis, ſed in illis demùm, in quibus ius ſcriptum Romanorum eſt pro regula communi. Meritò ſtatuta dictorum locorum, vel conſuetudines municipales non ſunt, nec eſſe poſſunt ius commune, ſed ſingulare vel particulare. Quod quantum fieri poteſt, reſtringendum eſt ad regulam communem, quò minus corrigatur. *l. quod verò, l. in his, l. ius ſingulare, l. quod ratione, D. de legib.* Cuius oppoſitum eſt in hoc Regno, vbi conſuetudines* locorum malè perperámque à quibuſdam iura municipalia vocantur: ſed neſciunt illi quæ dicunt, nec de quibus loquantur. Siquidem omne ius municipale in contrarium præſupponit aliud ius cōmune, *l. 1. & ibi Bald. D. ad l. municipal.* Atqui in hoc

* Feuda patrimonialia ſunt multis in locis Italiæ.

* Emphyteutica bona hæreditaria.

* Ius commune Francorum ſint conſtitutiones regiæ.

* Conſuetudines generales & communes antiquæ Galliæ tenores.

* Ius Romanum quibus prouinciis Galliæ ſit ius commune.

* In cauſis feudalibus decidendis quo iure vtētur Franci.

* Conſuetudines Galliæ locales non ſunt ius municipale, ſed cōmune cuiuſque loci.

regno non recognoſcimus hoc ius commune. Itaque apud nos conſuetudines noſtræ non ſunt iura municipalia, ſed ſunt iura communia cuiuſque loci, *vt etiam decidunt Anto. Butri. Panormit. & alij in rub. ext. de conſuet. Panorm. cap. 1. ext. vt lite penden. Iaſ. in l. omnes populi, col. 1. D. de inſtit. & iur. Phi. Dec. in c. licet cauſam. col. 2. ext. de prob. & in conſil. 685. num. 2. vbi in annotat. dixi.* 109. ¶ Præterea iura municipalia nullo modo concernunt iura agnationum, nec ſucceſſionum inteſtati, nec teſtamentorum, nec dotiũ; nec contractuum, nec retractuum, ſed tantùm munera reipubl. præſtanda, vel quædam ſingularia contra ius onerale, *vt nuper clariſſimè docui in tract. de muner. & honoribus.* Ergo conſuetudines noſtræ ſunt ius commune. Verum eſt quod quædam ſunt generaliores aliis, quædam *ſpeciæ*, ad quas cum vicinis recurrendum. 110. ¶ Vltimo verò loco è iure ſcripto Romano mutuamur, quod & æquitati conſonum, & negotio quo de agitur, aptum congruúmque inuenitur, non quòd vnquam fuerimus ſubditi Iuſtiniano magno, aut ſucceſſoribus eius: ſed quia ius illo authore à ſapientiſſimis viris ordinatum, tam eſt æquum, rationabile, & vndequaq; abſolutum, vt omnium fere Chriſtianarum gentium vſu & approbatione commune fit effectum. *vt dixi* ℣. *in proœ. in glo. nu.* 150. 111. ¶ Itaque in * feudis aut quæritur de illis, non in quantum ſunt feuda, ſed promiſcuè, in quantum ſunt fundi, *vt* ℣. §. 1. *glo.* 5. *num.* 67. res patrimoniales ſeu bona in genere: & tunc reguntur vt reliquum patrimonium. Aut quæritur de illis in quãtum feuda, vt quoad iura dominicalia reſpectu domini directi, vel etiam quoad ſucceſſiones reſpectu vaſalli, ſeu in qualitate fendi: Et tunc primò attendi debent pacta & conuentiones inueſtituræ feudalis, ſi de illis conſtare poſſit per originalem conceſſionem in feudum, vel aliàs, vt per antiquas recognitiones & dinumerámenta, *vt* ℣. *dicam, tit.* 1. §. 5. & hoc etiam vult ius commune, *l. contractus, D. de reg. iur. cum vulg.* Secundò, conſuetudo cuiuſque præfecturæ: quòd ſi in certo caſu pacta inueſtituræ & conſuetudo localis deficiant, vel ſint ambigua, tunc tertiò & vltimò ius commune & generale * cogni. & conſuetudines vicinæ. Quartò & vltimò, ius commune Romanum ſub Iuſtiniano magno redactum, quatenus rationi congruit, nec receptis moribus repugnat, debet attendi. Et ita ferè tenet Pet. Iaco. *in d. tit. de ſucceſſ. feud. per tot. maximè in col.* 6. 112. ¶ Vbi dicit, quòd conſuetudines ſcriptæ in d. lib. feud. à principio vſque ad finem, pro nihilo haberi debent, quantum ad nos in toto regno Franciæ. Et ſequitur Clau. de Seyſel. *in ſpec. tit. de orig. feud. col.* 4. *verſ. quinimo.* non tamen nego, quin de corè allegari poſſint in cauſis, in quantum ſunt conformes contractui, vel noſtræ conſuetudini, ad notoriam vel conformitatem antiquitatis, ſed non ad deciſionem. ¶ Sed obſtare videtur quod Guid. Pap. *in deci. Delph. q.* 180. dicit obſeruari ius d. libri feud. *in c. vno. quòd teſtes ſint neceſſ. ad prob. ingrat feu.* & quòd ita fuit concluſum in camera conſilij, quinque teſtes requiri ad probandum per dominum ingratitudinem vaſalli. Et fortiùs *in q.* 297. vbi tenet quòd conſuetudines clauſæ in d. lib. faciũt ius apud omnes, & quòd in Delphinatu, ſicut ius ſcriptum, ſeruantur, exceptis certis caſibus, in quibus conſuetudo localis contraria reperitur, *& in conſ.* 123. *magnificus dicit, quod ibi ſeruatur, §. callidis, de probib. feud. alie. per Fed. & in conſ.* 214. *col.* 5. *conſ.* 218. *col. fin.* dicit quòd iuxta diſpoſitionem illius §. fuit adiudicatum cõmiſſum per arreſtum Parlamenti Delphin. & ad dicta Io. Fab. reſpondet *in d. con.* 214. *&* 218. quòd procedunt quoad modum ſuccedendi, & quòd ſecus eſt in modo vendẽdi vel alienandi. 113. ¶ Iſtis non obſtantibus, tenẽdum eſt, generalem conſuetudinem huius regni eſſe qualem dixi. Nec obſtãt dicta Guid. Pap. quia procedunt in Delphinatu, qui non eſt de regno, nec legibus & conſuetudinibus regni regitur, licèt regno inſeparabiliter accedat, *vt ponit gloſſ. prag. in proœ. in ver. Delphinatum.* Et iſtud aperte ſentit Guid. Pap. *in d. conſ.* 215. *col.* 2. vbi ponit veram reſponſionem ad dicta Io. Fab. dicens, quod Fab. loquitur de conſuetudine patriæ, de qua eſt oriundus, videlicet de regno Franciæ, cuius regni conſuetudo non extenditur ad Delphinatum, & alia loca quę non ſunt de regno. Tum regio illa Delphinatus vicina eſt Inſubribus, vbi conſcripti ſunt & vigent vſus illi feudorum, & vbi ſunt ditiones feudaliter mouẽtes à Delphinatu, vt Marchionatus Saluciatum *, prout arreſto Senatus Pariſienſis prælente Carol. 6. Rege Delphino iudicatum fuit cõtra ducem Allobrogum vel Sabaudię. Et habetur in ſtylo Parlamenti *part.* 5. *q.* 201. de quo etiam Bal. *conſ.* 218. *lib.* 3. & pronũciatum fuit illud arreſtum die 11. Maij anno 1390. Ex quibus liquet, Boër. *in conſu. Bituri. de præſcri.* §. 2. *gloſſ.* 2. & Chaſſa. eius ſequacem. *in conſu. Burg. in fin. rub feud.* inconſiderãter erraſſe, cùm huius regni conſuetudines tractando dixerunt, poſt conſuetudinem localem, recurrendum ad illum librum feudorũ, & poſt ad legem ſcriptam. Ex quorum errorem poſſent infiniti abſurdiſſimi errores deduci, vt cuiuis ſtudioſo promptum eſt intelligere ex prędictis & ſequentibus.

114 ¶ Definitio * feudi variè traditur. Verior & receptior eſt illa, quam tradit Raynal. *in rep. c. imperialem. de prohi. feu. ali. per Feder.* feudum eſt beneuola, libera & perpetua conceſſio rei immobilis vel æquipollentis, cum tranſlatione vtilis dominij proprietate retenta, ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorum. Hanc referunt & latè explicãt Iaſ. *in prælud. feud. col.* 3. Franciſchi *in tract. feud par.* 1. *q.* 6. vbi videas, nolo tranſcribere. Et illa definitio debet intelligi in feudo propriè ſumpto, quia poteſt * ſubſiſtere feudum abſque obligatione ſeruitiorum, imò etiam abſque iuramento fidelitatis, *vt per quos fiat inueſti. in ſi.* nõ tamẽ abſque fidelitate in ſe, ne contineat repugnantiam: ſed tunc eſt feudum impropriè, *vt latè ad longum declarat Franciſch. in d. q.* 6. Imò quod fortius eſt, feudum poteſt ſubſiſtere ſine retentione dominij directi, ſed ſolius fidelitatis.

115. ¶ Nec eſt de eſſentia vel ſubſtantia feudi, quòd proprietas vel directum dominium retineatur, ſed ſolùm de natura. Vnde ſi in infeudatione res ſit conceſſa in feudum cum omni dominio directo & vtili, & cum omnibus actionibus directis & vtilibus, ſola fidelitate retenta, & fortè certa annua penſitatione, erit verum feudum, quamuis improprium, prout dicitur de regno Siciliæ, *de quo tactum eſt* ℣. *cod. rub. num.* 87. Feudi quim ſubſtantia in ſola fidelitate, quæ eſt eius forma eſſentialis, ſubſiſtit. Cætera verò dependent à pactis & tenore inueſtituræ. *& ita tenent Claud. Seyſel. in ſpec. de diffi. & innent. feud. col.* 8. *Vdalri. Zaſ. in epito. feud. part. vlt. conclu.* 11. & ſic præfata diffinitio, ſecundum regularem feudorum naturam procedit, & in ea * verbum feudum, pro ipſo contractu feudi accipitur: at in ſequentibus per diſcurſum harum conſuetudinum, & ferè vbiq; accipitur pro re beneficiaria, ſeu pro prædio ipſo, in feudum conceſſo. 116. ¶ De diuiſionibus * feudorum breuitatis causâ remitto ad Præpo. & alios ſcrib. *in prælud. feud.* tum quia apud nos regulariter ſuperuacuæ ſunt illæ diuiſiones & differẽtiæ: ex quo feuda à patrimonialibus bonis ferè non differũt, niſi inquantum aliter per conceſſionem feudi vel conſuetudinem inuenitur diſpoſitum. Et ſi qua vtilitas ex illis diuiſionibus, vel aliqua earum reſultet, meliùs & breuiùs tradetur infrà, in ſingulis & oportunis locis. Sed methodi causâ dico, ſex * tantùm eſſe ſummas ſeu vniuerſales diuiſiones, quarum ſingula membra diuidentia poſſunt ferè per reliquas omnes diuiſiones diſcutere. Et ſubinde prima, quoddam corporale, quoddam incorporale: Ius enim cenſus vel reditus poteſt dari vel teneri in feudum, & pariter officium ſiue hæreditarium, ſiue perſonale. Secunda, quoddam perpetuum, quoddam temporale, ſiue ad tempus incertum, vt tot vitarum; ſiue certum, vt vitæ huius hominis. Tertia, quod,

* Quid pro deciſione cauſarũ feudalium attendendum.

* Potẽs leges dare, regni.

* Saluciæ Marchionatus feudum eſt mouens à Delphino Franciæ.

* Definitio feudi propriè ſumpti.

* Feudum ſine quibus poſſit ſubſiſtere, vel nõ.

* Feudum interdum pro contractu, interdum pro re feudali.

* Diuiſiones feudorum.

* Sex diuiſiones feudorũ.

dam nobile, quoddam ignobile, *de quibus dicam* 1. §. A 9. *glo.* 3. Quarta, quoddam diuiſibile, quoddam indiuiſibile, quod quandoque contingit ratione dignitatis regalis, *vt in d. gloſſ.* 3. 117. ¶ Quandoque etiam ex neceſſitate rei natura indiuiſibili, vt in officio Cancellarij vel Conneſtabilis, quæ in feudum perſonale dantur à Rege. Sunt etiam in Neuſtria, & in præfectura Syluanectenſi (*vt in proceſſu verbali ſuper art.* 116. *&* 131.) officia quædam apparitorum, ſiue hæreditaria, ſiue perſonalia, quæ diuidi nequeunt. Omnia verò feuda in prædiis vel reditibus conſiſtentia non minùs diuidua, quàm alienabilia ſunt. Quinta, quædam tranſmiſſibilia ad hæredem, quædam non tranſmiſſibilia nec ceſſibilia. Sexta, quoddam proprium, quoddam improprium: quæ refero non ad vſus Inſubrium, ſed ad vſus noſtros. Proprium ergo eſt ſecundùm conſuetudinem vſitatam, quæ eſt altera natura. *Bal. in l. contractu. col.* 4. *de fide inſtru. dixi in annotat. ad Alex. conſ.* 17. *nu.* 9. *lib.* 2. ¶ Quæ verò ſpecialibus actis exorbitant à conſueto modo, impropria * ſunt & velut extraordinaria, & quantum fieri poteſt, reſtringi debent. Expedit enim vniformem eſſe regulam, vt liberius ſit commercium litéſque minores, vt hac ratione exorbitantes & ſupernacuas contrahendi formulas prohiberi poſſe à legiſlatore, rectè recenſuerit Io. Gerſon *in tract. de contractibus, conſider.* 10. *cum ſeq. & conſide.* 9. ait quòd nullus debet cenſeri ſapientior quam legiſlator: ſublimito, niſi inquantum feuda alleuarentur, & liberiora fuerint, quàm ſit conſuetus vſus. Feuda enim initiò libera erant ab oneribus pecuniariis, niſi pro militia publica duntaxat. Et ſic diuiſio feudi franci ſeu liberi & nõ liberi hîc includitor. ¶ Ligij* verò qualitas non eſt differentia ſpecifica, quia non eſt aliud quàm arctius vinculum. Porrò plus aut minus non faciunt differentiam ſpecificam. *Bar. in l. Imperium, col.* 3. *nu.* 9. *D. de iuriſd. om. iud. Iaſ. in l. Marcellus, col.* 1. *D. Trebell. Alex. ſub nomine Iaſonis, inſtit. de actio. in prin. col.* 4. *Tetigit infrà* §. 58. *num.* 20.

¶ Et hæc ſufficiunt. Famigeratam autem diuiſionem feudi noui * vel antiqui reiicio apud nos, vtpote impertinentem feudis inquantum feuda: ſed tantùm inquantum hæredia. De hoc tamen latè videri poteſt §. 8. *nu.* 97. *cum ſeq.* Et multò fortiùs alias diuiſiones minùs pertinentes reiicio. Sequitur §. 1.

* Impropria & extraordinaria feuda.

* Ligium feudum.

* Noui & antiqui feudi differentia apud Pariſienſes non obtinet.

§. I.

PAR la Couſtume de la ville, Preuoſté, & Viconté de Paris, le ſeigneur feodal, par faute d'hõme, droicts & deuoirs non faicts & nõ payez, peut mettre en ſa main le fief mouuãt de luy. Et iceluy fief exploicter en pure part, & faire les fruicts ſiens pendãt la main miſe: [à * la charge d'en vſer par luy, cõme vn bõ Pere de famille.]

* Inclusa addita ſunt per nouam conſuetudinem.

PAtrono feudum prehendere licet ob cauſam non exiſtentis clientuli, inſque debiti non præſtiti nec ſoluti, atque interim feudo purè & liberè frui, fructuſque lucrari. H. D.

TOTIVS huius tituli præcipuus iſte §. vniuerſam materiam prehenſionis * feudalis, ſeu manus in feudum iniectionis, quam Gallicè vocant *ſaiſie*, vel, *main miſe feodale*, breuiter & ſententiosè complectens. In qua ad perfectam intelligentiam & doctrinam, quinque potiſſimùm conſideranda ſunt: videlicet perſona, cauſa, forma, ſubiectum & effectus: quæ ſingula miro ordine & compendio in textu deciduntur.

* De prehenſione feudali.

¶ Primum in text. ibi, *le ſeigneur feodal*, hoc eſt, *patronus ſeu directus dominus feudi.* Is enim ſolus eſt qui poteſt manum iniicere, & vti hac prehenſione feudali. & declarabitur *in glo.* 1.

¶ Secundum in tex. ibi, *par faute d'homme, droicts & deuoirs, &c.* id eſt, *defectu, ſeu non ſubſiſtentiâ vaſalli, & ſolutionis debitorum iurium*, eſt ſola & vnica cauſa propter quã, & qua contingẽte poteſt vtilis prehẽſio feudi fieri. de qua agitur & declarabitur *in glo.* 2.

¶ Tertium in tex. ibi, *mettre en ſa main*, forma enim & eſſentia omnis prehenſionis feudalis eſt, quòd feudum ad manum dominicam patroni de facto & realiter ponatur vt dicetur *in glo.* 4.

¶ Quartum in tex. ibi, *le fief mouuant de luy*, hoc eſt, *feudum quod immediatè, ſeu mediatè (ſed feudo immediato prehenſo) recognoſcitur à patrono*: id enim ſolùm eſt prehenſibile, vt tradetur *in glo.* 5. *&* 6.

¶ Quintum tex. ibi, *& iceluy fief, vſque ad fin.* vbi comprehenduntur omnes effectus huius prehẽſionis, & deducuntur *in glo.* 7. 8. *&* 9. Concordiam autem, vel diſcordiam cæterarum conſuetudinum huius regni ad hũc §. *vide infr. eo* §. *in glo.* 8. *nu.* 24. *vbi aptiùs tradetur.*

SVMMARIA. GLO. I.

1. ¶ *Q.* 1. *An vſufructuarius feudi dominantis vti poſſit prehenſione feudali in ſubfeuda?*
2. *An appellatione domini contineatur?*
3. 4. *Fructuarius agit pro ſeruitutibus feudi fructilis etiam poſſeſſorio vtili.*
5. *Ius patronatus ad beneficia, tranſit cum vniuerſitate rei.*
7. *Vſufructuarius non eſt dominus.*
8. *Nona diſtinctio quando fructuarius loco domini habetur.*
9. 10. *Verbum*, intelligitur, *denotat fictionem.*
11. *Qualitas feudalis in ſola proprietate conſiſtit.*
12. *Non ſubſiſtit qualitas extra ſubiectum.*
13. *Incõpatibilitas dominicalium iurium cũ fructuario.*
14. *Fructuarius non poteſt agere confeſſoria pro ſeruititibus.*
15. *Solutio q. quòd procuratorio nomine domini & nõ proprio nomine fructuarius prehẽdere poteſt.*
16. *Fructuarius non eſt propriè procurator, ſed quo ad quædam. Tenetur ad curam & cuſtodiam eorum quæ cadunt in vſumfructum.*
17. *Tenetur cauere pro re & inſtrumentis rei.*
18. *Ampliationes ad concluſionem, quòd nomine domini poteſt prehendere.*
19. *Iura dominicalia non ſunt de ſe in fructu.*
20. *Quòd fructuarius procurator cẽſetur, ampliatur ad emphyteutã, vaſallum, ſuperficiarium.*
21. *An colonus poſſit prehendere?*
22. 23. *In iuribus dominicalibus duo conſiderãda.*
24. *Clauſula cedensactiones, &c.*
Colonus ad modicum tempus agit contra dominum vt prehendat, vel ad intereſſe.
25. *Clauſulæ generales in ſimplici locatione non ſufficiunt ad mandatum.*
Ius præſentandi non venit etiam in mandato vniuerſali.

16. Re-

tized by Google

26. *Renouationes inueſtituræ ſunt adminiſtrationis, & non alienationis.*
Sufficit ad prehenſionem mandatum generale.
Idem infrà eo. q. 8.
27. *Colonus ad longum tempus poteſt vti prehenſione feudali.*
Error imperitorum non inducit conſuetudinem.
28. *Inueſtitura facta à fructuario vel colono ad longũ tempus, excludit retractum proximitatis.*
Non autem inueſtitura facta per colonum ad modicum tempus.
29.30. *Colonus quando ſoleat præſumi deputatus ad inueſtituram.*
Inueſtituræ publicatio.
31. *Fructuarius prehendens cenſetur tanquam procurator hoc facere.*
32. *Actus dependens à voluntate vnius.*
33. *Defectus qualitatis formalis vitiat.*
34. *Ius prehendendi non poteſt cedi, nec nomine ſuo cuiquam competere, niſi directo domino.*
35. *Doaria non poteſt niſi procuratorio nomine prehendere, Sicuti multa traxerunt à moribus Francorum, qui ibi donati ſunt.*
36.37.38. *Limitationes ad regulam. Fructuarius procuratorio nomine actus dominicales exercere poteſt.*
Vigilare & dormire domino licet. Dormiente vaſallo dominus vigilat.
39. ¶ *Q. 2. Domino prehendente, an faciat ſuos fructus ſtante fructuario.*
40. *Fructuarius debet frui per manus ſuas.*
41. *Commodum defertur ad eum, cuius fauore fit. à l. priuatio.*
42. *Solutio q. quòd fructus ſubfeudorum apertorum & ſaiſitorum ſpectant ad fructuarium.*
43.44. *Subfeudum eſt de pertinentiis feudi dominantis.*
45. *Fructuarius ſua authoritate fruitur.*
46.47.48 *Priuatur ſi abutatur vſufructu.*
49. ¶ *Q. 3. An iura iam ceſſa ſpectent ad ſuperuenientem vſufructuarium.*
50. *Solutio quòd non, quia ſunt fructus ciuiles, & facti iam ſeparati.*
51.52. *Differentia fructuum quia in naturalibus ceſſio pro ſeparatione à re vel ſolo.*
Quãdo cedit ſucceſſiuè, attẽditur rata tẽporis.
53. *Quando cedunt in momento, attenditur tempus ceſſionis.*
Fructus ſeparati ſunt, proprietas ſeparata. Reditus clericorum iam ceſſi pignorati non poſſunt.
54.55 ¶ *Q. 4. Commiſſum cedit proprietario quo ad proprietatem, & fructuario quoad vſumfructum.*
56. *Quod conſolidatur, vnum & idem efficitur. idem infrà eo. num. 46.*
57.58. *Verus intellectus l. vſufructu legato. D. de vſufruct.*
59. *Iniuria facta ſeruo ſpectat ad dominum proprietarium, niſi contemplatione fructuarij illata ſit.*
Et creditor computat in ſortem pœnam quam habuit ex delicto commiſſo in rem, ſed non ob delictum commiſſum in perſonam occaſione rei.
60. *Contra Benedict. quòd fructuarius nil habet in theſauro ab alio inuento.*
61. *Contra Guid. Pap. & Tiraq. quòd non ſit hoc reſpectu differentia, an commiſſum fiat ipſo iure an per ſententiam?*
62. ¶. 5. *Fructuarius habet in commiſſis vſumfructum, ſicut in adiectis per alluuionem.*
63. *Augmentum ſit idem.*
64. *Dominus non tenetur vnire nec incorporare ſubfeudum quod iure commiſſi occupat.*
65. *Diſtinguendum, an fiat acceſſio ex cauſa inexiſtenti, an ex accidentali vel extrinſeca.*
66. *Augmentum voluntarium vel ex alia cauſa non prodeſt fructuario.*
67. *Niſi fructuarius contribuerit, vel eius contemplatione fiat.*
68.69. *Mulctæ & confiſcationes ſunt fructus iuriſdictionis.*
70. ¶ *Q. 6. Si vaſallus efficiatur vſufructuarius feudi dominantis, nihilominus tenetur ad clientelaria obſequia.*
Secus in marito vel tutore.
71. ¶ *Q. 7. An hic § habeat locum in locum in domino feudali pro parte.*
Quod commune noſtrum eſſe quomodo intelligatur.
72. *Q. 8. Procurator poteſt prehendere ex mandato generali.*
73. ¶. *Q. 9. Idem in marito & tutore.*
74. ¶ *Q. 10. Quid de poſſeſſore.*
Valet electio, præſentatio, & ſimiles actus poſſeſſorij, & non proprietarij.
Delegatio facta tali plebano non competit vero prælato, ſed poſſeſſori etiam intruſo.
75.76. *Statutum loquens in domino, verificatur in poſſeſſore.*
77.78. *Ad poſſeſſorem feudi dominantis ſpectat manus iniectio.*
Quomodo intelligatur, illud vulgatum, aduouer ou deſaduouer.
79. *Quid operatur prehenſio facta à poſſeſſore proprietario conquerente.*

GLO. I. IN VER.

Le ſeigneur Feodal.

1. * De fundo dominante, & quid fundi dominantis dominus.
* Feudum non ſemper dependet à fundo.

QVID de vſufructuario fundi * dominantis? Hîc vtar verbo fundi, & nõ feudi, quia verbum fundi eſt cõmunius. Non * enim omne prædium dominans eſt feudum, ſed quandoque alaudium, vt patet in alaudiis etiam priuatorum, quæ quandoque habent feuda à ſe dependentia, *vt infrà* §. 46. Et antonomasticè, Alaudium * eſt terra Salica, ſeu ſacrum domanium domini noſtri Francorum Regis, ſuæque coronæ patrimonium: quod eſt verè, ſimpliciſſimè, & abſolutiſſimè alaudium, natiua ſua naturalis iuris libertate, originaliter & perpetuò gaudens: nullius vnquam hominis ſeruituti aut recognitioni ſubditum. 2. ¶ Ad quæſtionem * de fructuario (quæ eſt difficilior quàm prima facie videatur) pri-

* Alaudium verum quid.
* Fructuarius fundi dominantis verùm poſſit ob defectum vaſalli manũ feudo iniicere.

mò * videtur idem, quia appellatione domini continetur, inquit text. *in l. in venditione, in prine. D. de bon. aucto. iudi. posti. l. lib. homo. 2. in princ. D. de verb. obligu. facit text. in l. 4. D. de vsufr. in l. cùm filius. §. dominus. D. de leg. 1.* Secundò quia est quasi dominus, *text. in l. si vsufructus, D. de aqua plu. arc.* vnde * tametsi non competat ei directum ius dominicum, & directa potestas prehendendi: saltem competit vtilis actio, & prehensio, etiá suo proprio nomine, sicut *in d. l. si vsufructus*, vult Iurisconsultus vtilem aquæ pluuiæ arcendæ actionem fructuario nomine proprio accommodari. Tertiò, cùm habeat vsumfructum loci dominantis, cum omnibus pertinentiis & iuribus suis, habet etiam vsumfructum omnium iurium inde dependentium: & sic habet vsumfructum iuris dominici, & potestatis prehensoriæ. Igitur iure suo, & nomine proprio potest hac prehensione feudali vti: quemadmodum iure suo, & nomine proprio, & per manus suas potest exercere rem fructuariam, & omnes fructus eius iura & commoda, siue naturalia, siue ciuilia percipere. *l. fundi Trebutiani. D. de vsufr. lega.* Nec obstat quòd conditio feudalis est quędam seruitus realis, *vt diximus infr. eo. glo. 5. in prin.* Et sic quòd fructuarius non potest habere vsumfructum iuris dominici, aut alicuius prehensionis feudalis in subfeuda, quia seruitus seruitutis esse non potest, *l. 1. D. de vsu. & vsufru. leg.* 3. ¶ Quia respondetur primò, quòd ius, dominium, & quæuis potestas feudalis non est propriè seruitus, nec competit, nec exercetur iure proprię seruitutis in rem clientelariam, vel censuariam: sed est vera proprietas, & dominium directum retentum in re concessa. vnde ius dominicũ propriè & antonomasticè appellatur, prout etiam diximus infrà. vnde non extra bona, prout de seruitute. *inquit text. in l. 1. D. de vsufruct. lega.* quod non est de bonis, nec extra bona, quod nouè declarauit, sed verè & propriè est in bonis, & ex bonis, cùm sit pars dominij rei concessæ: & sic quo iure in qua ratione fructuarius habet vsumfructum feudi dominantis: eodem iure & eadem ratione habet vsumfructum iuris dominici, & potestatis prehendendi, quæ sunt pars & portio loci dominantis *l. quæ de tota. D. de rei vend.* Et hæc est formalis responsio. 4. ¶ Posset enim responderi secundò quòd quamuis fructuarius non habeat verum & formalem vsumfructum in seruitute debita feudo fructuario, tamen habet vsum: non dico seruitutem vsus, sed ius percipiendi commodum illius seruitutis & ea per se vtendi. *text. est in l. 2. §. rectè Neratius. in fi. D. de seruit. vend.* Et si impediatur, potest vendicando vsumfructum, siue confessoria agendo pro vsufructu, per hoc in consequentiam vsusfructus feudi obtinere, vt sibi liceat vti dicta seruitute, & vt aduersarius hoc pati teneatur. *text. in l. 1. in prin. D. de vsufruct. petat.* Imò etiam pro seruitute debita fundo competit fructuario nomine suo vtile iudicium possessorium, cuius directum competit domino. *text. in ibi Bart. in d. l. 2. in fi. D. si ser. ven.* & sic patet quòd fructuarius nedum naturaliter possidet nomine proprio ipsum fundum. *l. naturaliter in princ. D. de acqui. vel amitt. possess.* sed etiam iura & seruitutes illi debitas, quasi naturaliter possidet, & possessionem suam vel quasi interdicto vtili tueri potest. Ergo quocunque se res vertat, vsufructuarius potest vti iure dominicali in feuda seruienda, & compellere nedum proprietarium, sed etiam subvasallos, aut quoscunque alios ad hoc patiendum. 5. ¶ Quartò etiam ius * patronatus ad sacerdotia, quod canonistarum more loquendo, spiritualitati est annexum, transit cum vniuersitate, & in consequentiam rei cui adhæret, in fructuarium. *per not. in c. ex literis, de iure patro.* Ita quòd præferatur præsentatus à fructuario: sic & à marito in propriis vxoris, *vt Latius diximus. j. §. 37. * glo. nu. 3. & §. 108.* Igitur multò fortiùs transit istud ius patronatus competere in subfeuda, quod est merè temporale, seu seculare, vt notat. Et quemadmodum receptum est, præsentationem esse in fructu, *vt no. in c. cùm olim, de*

* Vide tamẽ contrariam inf. nu. 7. & postremò sententiam Molinæi. nu. 8.

* Fructuario quæ iura cõpetant.

* An ius patronatus sit in fructu, & transeat cum vniuersitate?

* Qui hodie est 55.

maior. & obed. Ita eadem ratione dicendum est, exercitium huius iuris patronatus, putà prehensionem feudalem, admissionem in fidem clientelariam, renouationem, inuestituræ, & perceptionem commodorum inde dependentium, esse in fructu, & consequenter ad fructuarium etiam suo nomine & iure proprio, licet non primitiuo, sed consecutiuo pertinere. Quintò, quamuis ista de se non competant nisi vero patrono, & domino feudali, & non possint cedi, vel in alium à patrono transferri, *vt dicemus infra eod. §. gloss. 3.* Tamen transferri possunt & transmitti cũ vniuersitate feudi. *per l. in modicis. D. de contrab. empt. & vendi. l. quædam. D. de acqu. re domin. d. cap. ex literis. not scrib. in l. 1. D. de offic. eius qui mand. est iurisd.* Sed ad fructuarium totius feudi transit vniuersum feudum iure vsufructus: ergo cum feudi vniuersitate transeunt hæc feudalia iura quo ad vsumfructum: & poterit fructuarius illis vti pro tempore vsufructus, salua eorum substantia, prout semper salua remanet. 6. ¶ Iura enim feudalia in se nullo modo depereunt, sed magis conseruantur fructuario vtente, quàm si nullus vteretur. Secus esset de noua inuestitura, quia illa non est actus conseruationis, vel simplicis administrationis, sed veræ alienationis. Ideoque non potest fieri, nisi per eum qui potest alienare proprietatẽ. *c. 1. in princ. per quos fiat inuestit. in vsib. feud.* Sextò talis videtur esse communis obseruantia & modus vtendi, secundum quam possumus & debemus consuetudinem nostram interpretari. *l. si de interpretatione D. de legib.* quia licèt hodie non possit allegari pro noua, vel contraria consuetudine, tamen potest allegari pro ampliatione, restrictione, modificatione, vel alia declaratione consuetudinis in scriptis redactæ, & homologatæ, *vt plenè dicemus infrà in cõclusione totius operis.* Et ita sæpè visitatur, quòd mulieres viduæ, iure doarij, vel alij fructuarij, fruuntur honoribus & iuribus clientelaribus, tam prehendendo, quàm inuestituram renouando in subuasallos & subfeuda.

7. ¶ In contrarium forsan arguitur, quia vsufructuarius non * est dominus rei, in qua habet vsum fructum, nec appellatione domini rei continetur, *text. in l. 1. §. 1. ver. quiserunt, D. de Senatusc. Syllanian. & Clau. l. item apud Labeonem §. si vsumfructum. D. de iniur. l. 2. in prin. D. de reli. & sump. fun. in l. falsus. in fin. D. de fur.* Ad d. l. *in venditione, 5. nu. 1.* communis est solutio, *secundum Bart. & Ang. ibi.* quod appellatione domini largè & simpliciter absque eo quòd dicatur dominus rei, vel feudi, venit vsufructuarius, vt ibi: sed quãdo fit mentio rei non venit vsufructuarius, quia non est dominus rei. & hanc solutionem sequitur Alex. *in cons. 129. puto de iure, vol. 2. quod est repetitum in cons. 5. vol. 4.* vbi infert ad quæstionem statuto volente stari sacramento domini: & decidit quod habet locum etiam in vsufructuario, quia statutum non loquitur de domino rei, sed de domino simpliciter. Hæc solutio videtur autes demulcere, sed mihi non placet, quia verbis legem imponit, *contra l. fin. C. de vsur. l. 2. C. communia, de leg. c. commissa, de elect. in 6.*

* Fructuarius quæ facere non possit.

8. ¶ Ego * mentem & effectum considero, & respondeo, quo aut loquimur quantum ad dispositionem & effectum vsufructus & eorum quæ ab vsufructu dependent, & ad fructuarium pertinent, aut quando agitur de dispositione & effectu rei ipsius, in qua alter habet vsumfructum.

* Noua & subtilis distinctio, an, quando & qualiter appellatione domini veniat fructuarius.

¶ Primo casu indistinctè appellatione domini, siue fiat mentio rei, siue non, venit vsufructuarius: quia verè * & propriè est dominus sui vsufructus, quæ est res incorporalis, *vt est bonis text. in l. qui vsumfructum. in fi. D. si vsufr. peta.* An autem hoc sit propriè, an impropriè, subdistingo, aut non fit mentio rei, vel fit mentio tantùm in genere, & sub termino vniuersali & generalissimo, cùm dicitur dominus rei (indefinitè, non se referendo ad certam rem) vel dominus bonorum, & tunc appellatione domini in genere, venit

* Fructuarius verè & propriè est dominus sui vsufructus, & quibus casibus id verũ.

vſufructuarius verè & propriè, probatur clarè in d.l. *in venditione, ff. de bonis auctorit. iudicis poſſidendis*, vbi fit mentio bonorum in genere: & ibi dicit iuriſcon. quod appellatione domini ſ. bonorum, vel rerum, fructuarius continetur, ergo verè & propriè, quia verbum, continetur, * veram, germanam, & propriam ſignificationem importat, *vt dicit Bar. in l. cui eorum. § affinitates D. de poſtul.* ſed quia Areti in *l. Gallus § inſtituens.* & ibi Iaſ. in *lec. 1. col. 1. & lec. 2. col. 2. D. de lib. & poſth.* & communiter doct. reprehendunt illud dictum Bar. aliter probatur per *d.l. qui vſumfructum.* vbi habens vſumfructum, verè & propriè dicitur dominus illius, & ſic venit appellatione domini indefinitè prolati. Idem ſi fit mentio rei vel rerum indefinitè, & in genere, *per tex. in l. 1. D. de rebus cred. & per Bar. in l. final. D. de vſufruct. lega.* ¶ Aut verò fit mentio expreſſa rei in ſpecie, puta fundi, vel ſerui, vel (quod idem eſt) diſpoſitio tacitè refertur ad certam rem, vel ad certas res. Et tunc appellatione domini rei in ſpecie, venit, vt dixi. vſufruct. quantum ad diſpoſitionem & effectum ſui iuris & inde conſequentiũ: ſed tamen impropriè, quod clarè & apertè probatur in *d.l. liber homo in fin. princ. D. de verbo. oblig.* vbi fit mentio de ſeruo. & ſic deſerta re, ſiue ad rem certam verbum domini ſequens refertur, & dicit text. quòd fructuarius & bonæ fidei poſſeſſor, in quibus caſibus eis ratione vſufructus & poſſeſſionis acquiritur, domini eſſe intelliguntur: ergo impropriè. 9. ¶ Quia verbum intelligitur, * denotat fictionem & improprietatem, *text. in l. emancipatum. § ſi quis conceptus. D. de Senat. in l. qui à ſerno. in fin. D. de actio. & oblig. in l. ſi tibi homo. § cum ſeruum. D. de lega. 1. in l. hæres quoque inuſta. glo. fin. D. de acqui. vel amit. hæred. Bar. in l. ſi is qui pro emptore. in 3. oppo. D. de vſucapio. cum ſimilibus.* probatur etiam apertiſſimè in l. *cum filius. § dominum. D. de lega. 1.* vbi vſufru. venit appellatione domini, non tamen dicit tex. quòd venit appellatione domini, ſed quòd portionis inſtar obtinet: ergo impropriè, quia verbum *inſtar*, * importat ſolùm ſimilitudinem, ſed nullum ſimile idem. *l. quod Nerua. D. de poſi.* & omnis ſimilitudo eſt quoddam figmentum rei, & non propriè res ipſa, inquit Bal. *in l. 1. in fin. C. de patrib. qui filios diſtra.* ſed in *d. §. dominus*, agitur ſolum de diſpoſitione & præiudicio vſufructus: & verba ad certam rem, videlicet ad fundum legatum referuntur. Igitur appellatione domini certæ rei, vel ad certã rem relati, bene venit vſufructuarius limitatim, quãtum ad diſpoſitionem vſufructus, ſed tamen impropriè. Tamen quia iſta improprietas verborum congruit menti, & rationi materiæ ſubiectæ, verificatur etiam in ſtatutis. Vnde ſi ſtatuto cauetur, quod communitas loci teneatur emendare domino domus vel fundi damnum ei datum per incendium incerto auctore, & contingat quod ſegetes fundi, in quo alius habebat vſumfructum, exuſtæ ſint, debet emenda ſolui fructuario, & non proprietario, quia ad eum ſpectabant fructus, & damnum illi eſt illatum. Ita decidit Cy. poſt Odof. *in l. certum. col. 1. C. de rei vendi.* Idem vult Alberi. in *l. ſi vſufructuarius meſſem. D. quem ad vſufru. amitt. & in 2. par. ſtatuto. q. 74.* quod ampliatur, ſiue ſtatutum loquatur de domino ſimpliciter & in genere, ſiue de domino rei, ne dum ſi fructus eſſent à ſolo ſeparati *vt loquitur Cy.* ſed etiam ſi adhuc pendentes eſſent per prædicta. Plures alios tex. aut rationes & ſimilia poſſem adducere, ſed ne ſim prolixior omitto.

10. ¶ Venio ad ſecundum, quantum * ad diſpoſitionem & effectum ipſius rei, in qua alter habet vſumfructum, & tunc appellatione domini, etiam ſimpliciter nullo verbo etiam generaliſſimo addito prolati, nunquam venit vſufructus, nec verè, nec fictè, nec propriè nec impropriè: quia nullo modo eſt dominus rei in qua habet vſumfructum, imò hoc eſſet impoſſibile & repugnans, cùm nunquam conſiſtat, niſi in re aliena, *vt patet per ſui definitionem. inſti. de vſufruct. in princ. l. 1. & 2. D. eod. l. vtifrui. in princ. D. ſi vſufru. peta.* Et ſemper propriè & abſolutè res ipſa dicitur reſpectu fructuarij, in totum aliena *§. alienis inſti. de hære. inſti.* ita quòd fructuarius nullam communionem habet in re ipſa cum proprietario. *tex. eſt in l. ſed ſi forte D. de reb. eo. qui ſub tut. vel cura ſunt.* Et reſpectu proprietarij dicitur rectè & propriè in totum ſua. *tex. in l. reſpõdimus. D. de verb. ſignif.* 11 ¶. Igitur attento quòd noſtra conſuetudo in illis verbis, *le ſeigneur feodal*, facit mentionem de domino certæ rei, videlicet rei dominantis, & nedum de domino certæ rei, ſed etiam reſpectu certæ qualitatis, ſcilicet feudalis: quæ quidem qualitas non concernit vſumfructum ſed proprietatem ipſam, quum ſit realis & perpetua, vt infra dicetur: Sequitur * firmiſſima concluſio, quòd non habet locum, nec poteſt vllo modo verificari, nec conuenire vſufructuario. *Et ita decidit Io. Faber inſtit. de hæredib. inſtit. §. 1. in prin.* Itaque ſi quis ex legato vel emptione, aut aliàs quoquo titulo, vel forte vidua ex doario conſueto, vel conuento, habeat vſumfructum etiam totius caſtri vel loci totius dominantis, vnde plura feuda, & vaſalli dependent, quãtumcunque vaſalli mutentur & feuda aperiantur, non poterit illa prehendere, nec manum ſuam injicere. Sed iſte eſt actus ſolius proprietarij, ſicut ſolus proprietarius eſt patronus feudi, & dominus directus, *tex. eſt hic.* Et vltra textum probatur, quia iſta prehenſio fit in vim directi dominij & qualitatis feudalis: virtus enim ſeu ius prehendendi, oritur & emanat à ſolo directo dominio feudali, tanquam à ſola & immediata potentia ſuæ cauſæ originalis & productiuæ. igitur nullo modo poteſt competere, nec exerceri, per vſumfructuarium, cum nullum habeat directum dominium rei, nec per conſequens aliquam qualitatem feudalem.

12. ¶ Tum quia qualitas non poſſet ſubſiſtere extra ſuum ſubiectum. *tex. in l. eius quia in prouincia. circa fin. D. de reb. cred. l. ſi ſeruũ mihi. §. 1. D. de actio. empt. in l. Pomponius. §. acceſſiones. & ibi Alex. in 3. not. D. de acqui. vel amitt. poſſ. Bald. in l. omnium. col. 1. circa medium. C. de teſta.* Tum quia qualitas feudalis eſt realis, & perpetua, ſed vſufructus eſt contradictorie oppoſitus, vtpote perſonalis & temporalis. Igitur qualitas feudalis non poteſt in illa ſubſiſtere, ſed * in ſola directa proprietate: quæ eſt ſuum verum ſubiectum & vnicum fundamentum. Similiter in fidem recipere, ſiue ad fidelitatem & homagium (vt dicunt) admittere, & veterem inueſtituram renouare, ſpectat ad ſolum proprietarium, vt patet per rationes prædictas. 13. ¶ Et adhuc probatur neceſſariò ab vtraque parte extremorum, videlicet patroni & clientis, quia quod patronus admittit ad fidelitatem, & inueſtit, vel inueſtituram renouat, hoc eſt, quia eſt dominus directus, & vtile dominium conceſſit & renouat clienti. Et quòd cliens fidem dat patrono, hoc eſt, quia ab illo recipit vtile dominium, & illum in directum dominum recognoſcit. & iſta ſunt de ſubſtantiali eſſentia & forma cuiuſuis conceſſionis & renouationis inueſtituræ feudi, & cuiuſuis exhibitionis. & admiſſionis fidei ſiue homagij, & neceſſariò ſunt actus exiquibiles per ſolos dominos, tam ex parte patroni quam ex parte vaſalli, & omnino incompatibiles vel inexiquibiles per ſimplices vſufructuarios, ſiue ex parte patroni, ſiue ex parte vaſalli, ſiue actiuè, ſiue paſſiuè. Ita quod ſicut ſolus dominus directus poteſt in feudum concedere, inueſtire, & inueſtituram renouare, & in fidem admittere, & non vſufructuarius loci dominantis: ita ſolus vtilis dominus feudi, ſiue prædij clientelarij & ſeruientis poteſt fidem dare, homagium præſtare, & inueſtiri, & non fructuarius feudi ſeu prædij ſeruientis *vt etiam liquet ex deductis infra §. 22. & § 41.* Et idem eiſdem ferè rationibus dicendum eſſet de renouationibus inueſtiturarum cenſualium prædiorum. Et ita quòd huiuſmodi inueſtituræ & renouationes debeãt fieri per proprietarium, & non per fructuarium, *tenent Alberi Roſa. in l. vſufructu legato. D. de vſuf. & in*

* Verbum continetur veram & propriam ſignificationem demonſtrat.

* Verbum intelligitur denotat fictionem.

* Verbum inſtar.

* Domini appellatione quibus caſibus non veniat fructuarius.

* Domini appellatione fructuarius non continetur in hoc articulo, vt ſuo nomine prehendat feudũ ob defectum vaſallorũ &c. procuratorio tamen nomine, & vt procurator tacitus proprietarij de quo, vide paragr. 15. infrà.

* Qualitas feudalis in ſola proprietate conſiſtit.

rub. C. eo. Guid Pap. dec. Delphi. 477. in prin. qui ista non allegant. 14. ¶ Vlteriùs pro hac parte facit quod vſu-

*Fructuarius non poteſt nunciare nouum opus, nec agere pro ſeruitutibus, ſuo ſcilicet nomine. v. n. 15. infrà.

fructuar. non* poteſt nunciare nouum opus nomine ſuo. *tex. in l. 1. D. de op. no. nun.* & eſt ratio, quia habet tantùm ius perſonale, debile, & de facili finiturum. *vt volunt Bar. Bal. Alex. Iaſ. ibi.* Igitur multo minus poterit ſaltem nomine ſuo, quod eſt maius, videlicet iure dominico prehendere. Tum non poteſt agere confeſſoria pro ſeruitutibus debitis feudo fructuario. Sed iſtæ actiones & harum exercitium & executio ſoli domino competit. *tex. in l. ſi in ſi. D de ſeruitu. in l. 2. §. hæc autem actio. l. & ſi forte §. Hæc autem actio. D. ſi ſeruitu. vend. l. vti frui. §. vtrum D. ſi vſufru. peta l. 1. eo ti.* vbi not. doc. quòd non poteſt agere vllo modo, nec directa, nec vtili. & ratio eſt, quia nõ poteſt vllo modo illi congruere nec adaptari medium concludẽdi in iſtis actionibus, quum nõ poſſit dicere nec docere, ſe dominũ feudi dominantis, nec etiam d. ſeruitutis: quæ ratio militat omninò in iure, & executione prehenſionis feudalis, non enim poteſt cauſari ſe fore patronum, vt palam eſt. Sed iſtud vltimum facilè poſſet euitari, quoniam quòd fructuarius non poſſit agere confeſſoria ſeruitutum, ſibi non nocet, quum ei ſufficiat vendicatio ſeu confeſſoria vſufructus, medio cuius obtinebit intentum. *vt nuper diximus. ſup. eo. nu. 4.* Et ſic videtur, quòd licet non habeat proprietatem iuris prehendendi, ſufficiat habere vſumfru. Et tanto magis quanto *in d. l.* non habet nec vſumfructum quidem ſeruitutis debitæ feudo fructuario. Hic autem habet verum & formalem vſumfr. iuris dominici, & poteſtatis prehenſoriæ. Igitur & eius exercitium, honores, & commoda. Hæc enim cenſentur in fructu, cùm aptitudine renaſci poſſunt, & renaſcantur quotidie, & eorum perceptione & conſumptione nihil proprietas eorum deperit. 15. ¶ Quid dicendum? In hac ſum ſententia quod ſuo* nomine non poteſt prehendere, nec alios actus dominicos exercere, vel pati, per rationes pro hac parte adductas: Tum quia iura clientelaria non poſſunt cedi, nec in alium transferri retento patronatu, & non poteſt ius prehenſorium feudi, alij ſuo nomine competere, quàm vero patrono. Idque manifeſtam implicaret contradictionem ſeu ἀδύνατον: *vt plenè dicemus inf. eo §. gl. 3.* Sed hæc poteſt procuratorio nomine domini, ſeu proprietarij, qui ſolus eſt patronus feudi, & non fructuarius, argu. d. l. 1. §. *fi. D. de oper. no. nun. & l. 1. in fi. cum l. ſeq. D. de vſufru. quemad. caue.* vbi no. omnes ſcrib. quòd eo ipſo quod quis eſt conſtitutus vſufructuarius, videtur ſibi commiſſa cuſtodia rei & mandatum generale. Ita quod cenſetur procurator generalis proprietarij, vt poſſit exercere illa* quæ concernunt curam, cuſtodiam, & conſeruationem ipſius rei, & iurium eius: nedum extra iudicium, ſed etiam in iudicio. vnde hoc procuratorio nomine poterit nunciare nouum opus, nedum per iactum lapilli, ſed etiam per prætorem, *vt in d. §. fi.* & directis actionibus confeſſoris vti, pro ſeruitutibus feudo fructuario debitis, *vt tradit Bar. in l. apud Trebatium, in fin. D. de aqu. plu. arce.* cùm alioquin nomine ſuo nec directas, nec vtiles habeat, poterit igitur hoc procuratorio nomine, manum ſ. domini non ſuam propriam, injcere feudo aperto à feudo fructuario dependenti, ſiue per ſe, ſiue iudicis auctoritate. *ſecundùm not. inf. eo. glo. 4. q. 1.* & confortationem manus Regiæ ſuperinducere: & in iudicio ſuſtinere, & proſequi, ad excluſionem opponentium. Illi quoque hoc eodem nomine, poterunt clientelaria obſequia & iura offerri: iſque poterit ea recipere, clientes in fidem admittere, & inueſtire. Et generaliter omnia dominicalia iura exercere, & facere nomine domini, quæcunque dominus ipſe circa horum adminiſtrationem poſſet. 16. ¶ Non tamen eſt propriè procurator generalis,* ſed quo ad quædam videlicet quæ reſpiciunt cuſtodiam, defenſionem & adminiſtrationem rei, & iurium eius. *per no. in l. de die §. quidem. D. quiſatiſd. cog. Bal. in l. eum ad quem C. de*

*Procurationem feudi quam fructuarius habeat.

*Fructuarius non eſt propriè nec in omnibus procurator generalis proprietarij, ſed in quibuſdam tamen.

A *vſuf. Saly in l. 3. C. de procurat. Alex. in d. §. fi. col. 3.* vnde tenetur conſeruare iura, pertinentias, & ſeruitutes debitas, proprietati, ſeu fundo fructuario: & ſi permiſerit eas vſucapi vel præſcribi, tenetur ad intereſſe. *text. in l. 1. in fin. vſuf. quemad. ca.* igitur habet ius agendi pro illis iurib. pertinentiis & ſeruitutibus, videlicet per obliquum & in conſequentiam actione confeſſoria vſufr. nomine ſuo. *d. l. 1. D. ſi vſufr. peta.* vel per directũ procuratorio nomine domini actionibus directis illorum iurium. Itidem ſi res magna & neceſſaria indigeat impenſa, ſi nec eam (repenturus) fecerit, nec domino denunciauerit rei periculũ, tenebitur de hoc, *vt not. Paul. in l. eum ad quem. C. de vſufr. arg. l. item quæritur. §. exercitu. D. loca. l. ſi, ſi de iuſſor. D. mand. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. D. eo. l. ſi quis vina ad fin. D. deperi. & cum. rei. vend.* Quod autem dicimus eum eſſe procuratorem generalem, & teneri ad defenſionem & curam iurium, & pertinentiarum rei, & earum periculum ſi non curauerit: Intellige, in his iuribus & pertinentiis, quorum habet vſumfructum, vel vſum aut cõmodum, ſecus de aliis. vnde ſi conſtitutus ſit vſufructus retentis iuribus dominicalibus, vel certis aliis pertinentiis rei, non poteſt fructuarius ſe de illis intromittere vllo modo, nec etiã de earum cuſtodia vel cura tenebitur, quod ſenſit Ang. & Alex. poſt eum *in d. § fin. col. 1. ibi 2. not.* niſi quatenus circa ea verſaretur. Si autem ſit conſtitutus ſimpliciter, veniunt & includuntur quo ad vſumfr. omnes pertinentiæ rei, *per not. inſ. eo. glo. 5. num. 14.*

B

17. ¶ Vnde tenebitur* proprietarius de his inſtruere fructuarium, & ei ſua inſtrumenta tradere, ad perſecutionem, cuſtodiam, & perceptionem illorum iurium: quod ſi non fecerit, non erit fructuarius in culpa, nec tenebitur de eorum amiſſione, vel deterioratione. Quemadmodum autem fructuarius accipiens rem fructuariã, tenetur cauere de vtendo & fruendo, vt bonus paterfam. & de ea reſtituenda finito vſufructu: ita etiam de pertinentiis & iuribus rei, eorúmque inſtrumẽtis quæ ei traduntur. Tenebitur igitur proprietarius tradere fructuario feudi catalogum, ſeu dinumeramentum eiuſdẽ feudi, libróſque cenſuales ſeu redituales, ſaltem eorum exemplaria, retentis originalibus, edendis quoties opus erit, vt poſſit fructuarius cognoſcere, perſequi, & exigere fructus, reditus & omnes obuentiones durante vſufruct. Non autem tenebitur tradere inſtrumenta nec exempla acquiſitionum feudi, iurium & pertinentiarum eius, aut ſimilia, quæ proprietatem ſolùm, & nullo modo vſumfru. reſpiciunt. niſi ſi qua ſortè lis, vel occaſio emergat, vt ea edi & produci fructuarij interſit ad conſeruationem & tuitionem rei fructuariæ, & conſequenter vſufructus. Hic ſeſe offert ampliſſima materia, quando agere vel conueniri poſſit fructuarius, quando ſententia contra eum lata noceat proprietario, vel non, in quo contrarius ſibi reperitur. *Paul. Ca. in l. ſi. D. de ſeruit. & in l. ſæpe. D. de re iudic.* Et aliæ variæ quæſtiones, quæ ne huius. q. & §. metas excedam, ſuis locis reſeruandæ ſunt. 18. ¶ Sit igitur prima* concluſio, fructuarium nomine ſuo proprio* non poſſe manum injcere feudo ſeruienti fundo fructuario, nec fidem clientelariã, ſeu iuramentum fidelitatis & alia obſequia exigere, nec ad illa admittere, nec inueſtituras renouare, nec aliud ius dominicum exercere, quod ampliatur etiam ad inueſtituras, & recognitiones cenſuum, vel emphyteuſeon, ſeu, quos vocant, titulos nouos vectigalium prædiorum, ſeu certis reditibus annuis hypothecatorum. Et nullam limitationem patitur: quia eſt vniuerſalis negatiua. Intellige quando hoc fecit tanquam ipſe: ſecus ſi tanquam fructuarius, vel vidua tanquam doaria *vi inf. ea gloſſ. num. 34. in fine.* ¶ Secunda concluſio, fructuarius, procuratorio nomine domini poteſt hæc omnia facere.

C

D

E

*Fructuarius quæ præſtare proprietario teneatur.

*Concluſiones duæ præmiſſorum, vna negatiua: altera affirmatiua.

¶ Ampliatur primò, ſiue feudum durante vſufructu aperiatur, ſiue priuſ eſſet & adhuc inueniatur apertum, non tamen aperitur per aduentum fructuarij, ſicut aperiretur per aduentum noui domini vel proprietarij,

vnde non poteſt fructuarius ea facere quæ habentur infra §. 65. Ampliatur ſecundò ſiue ex prehenſione & fidelitate fructuarius laturus ſit commodum, vel non: puta, ſi feudum ſit apertum morte vaſalli. qui reliquit filium hæredem, hunc enim poterit fructuarius dicto nomine in fidem admittere & inueſtire: vel ſi cliens in fidem admiſſus, non attulerit catalogum feudi infra 40. dies à fidelitate admiſſa, poterit feudum prehendere, & curatorſbus regendum committere. *vt infr.* §. 5. 6. Nec obſtat quòd his caſibus fructuarius nullum commodum laturus eſt, quia ſatis eſt quòd ad eum ſpectãt fructus horum iurium, iure vſufructus feudi dominantis. & ſic etiam in iſtis cenſetur procurator generalis domini, & hoc nomine ſua intereſt hæc facere, imo etiam ſuo proprio nomine ſua intereſt (licet remotè) hæc fieri: vt clariora ſint iura, & futura releuia ſint liquidiora.

19. ¶ Non autem reddidi hanc rationem (quam multi pingui Minerua adducunt) quòd * honores, fidelitates, recognitiones & inueſtituræ ſint in fructu. Hoc enim verum eſt latè ſumpto vocabulo, & in materia proportionabili; ſed non hîc, vbi quadrare non poteſt, quia huiuſmodi fructus (ſi tamen fructus dicendus ſit) non eſt alienabilis, nec vllo modo ſeparabilis à proprietate, nec proportionari poteſt fructuario ſuo nomine nec actiuè, nec paſſiuè, vt dictum eſt. Et ſic iura dominicalia honorifica non ſunt in fructu, ſed ſolum iura vtilia, puta releuia, quintum pretij, & ſimilia.

* An iura dominicalia ſint in fructu.

¶ An autem hæc habeant locum, etiam inuito vel prohibente proprietario, quum ipſe fructuarius ſit procurator in rem ſuam: ne hîc ſim nimius, remitto examinandum: infra. *eo.* §. *gloſſ.* 3. vbi etiã dicemus an proprietarius concurrere, & præuenire poſſit fructuarium.

20. ¶ Et quod dicimus fructuarium, quoad quædam, videlicet circa cuſtodiam, & adminiſtrationem rei, in qua habet vſumfructum, cenſeri procuratorem domini: Amplia habere locum in emphyteuta,* vaſallo & ſuperficiario. Secus in inquilino, vel colono, *ſecundum Bar. in l. 1. §. fi. D. de oper. no. num. & ibi Alex. col. 2. no. 2. in fin. Bar. in l. de die. §. quidam D. qui ſatiſd. cogunt. Bal. in l. emptor. D. de hæred. vel actio vendi.* Et circa hanc vltimam ampliationem diligenter animaduerte, quia in vaſallo non eſt dubium, quin ſuo proprio nomine, & non alieno, poſſit omnes actus dominicos exercere in ſubuaſallos ſuos, & ſubfeuda, quum ſit eorũ verus immediatus dominus directus feudalis, ita quod nec ſuperior mediatus dominus, nec alius eius nomine ſe intromittere poteſt, *vt plenè dicam infr. eo. §. gloſſ. 6. & §. 68. num. 2.* Idem eſſet dicendum, ſi quis fortè teneret feudum in emphyteuſim, vel in cenſum, vel tanquam ſuperficiarius, quod eſt valde præpoſterum, & regulariter fieri non poteſt, *vt dicemus infr. §* 51. Tamen poſito caſu quo fieri poterit, & factum ſit non eſt dubium quin talis emphyteuta, cenſuarius, vel ſuperficiarius, poſſit ſuo proprio nomine omnia dominicalia iura, etiam feudalia, exequi: nedum in cenſuarios, ſed etiam in vaſallos dependentes à feudo ſuo: vel vt propriùs loquar, ab emphyteuſi, cenſu, vel ſuperficie ſua. quamuis enim reſpectu concedentis domini ſui directi ſit emphyteuta, cenſuarius, vel ſuperficiarius, aut quiduis aliud quàm vaſallus; & non teneat rem conceſſam nobiliter vel feudaliter: tamen reſpectu feudorum, & vaſallorum inde dependentium eſt verus, & immediatus dominus directus, & feudalis, *vt in d. gloſſ. 6. num* 6. Quantum autem ad colonum,* omnes doctores vbique tenent, non cenſeri in aliquo procuratorem: & rationem addunt, quia non habet aliquod ius reale inſtar domini, vel quaſi. Et per hanc rationem apparet eos loqui de colono ad modicum tempus, & diuerſum ſentire in colono ad longum tempus. & bene. fam. not. per Inno. & cano. *in cap. ex literis, de iure patro.*

* Procuratores domini, cenſentur Emphyteuta vaſallus, ſuperficiarius.

* Colonus eſt procurator domini.

21. ¶ Vnde ſi quæritur, an * colonus patroni poſſit vti prehenſione feudali? Diſtingue, aut iura & commoda dominicalia non comprehenduntur in locatione, puta limitata ad fructus naturales, vel (vt plerumque) retentis expreſsè iuribus feudalibus. Et tunc clarum eſt, quòd de illis & eorum commodo nil pertinet ad colonum: Aut vniuerſitas feudi dominantis ſeu fructuum fuit locata, ita quòd omnes obuentiones, etiam iurium dominicalium (quod quandoque fit) ſpectant ad colonum. Et tunc ſubdiſtinguo: aut eſt ad modicum tempus, aut ad longum tempus. Primo caſu ſit concluſio, colonum non poſſe, etiam procuratorio nomine domini, (niſi aliud quàm ſimplicis conductionis mandatum habeat) prehendere feudum, nec inueſtituram renouare, aut alium dominicalem actum exercere, quamuis ſua interſit: ſed poteſt agere conducto contra dominum vt agat, ſeu vtatur poteſtate dominicali, in prædia ſibi ſubiecta, feudali vel cenſuaria conditione, quæ poteſtas eſt quædam iuriſdictio prædialis, quam vulgò iuſtitiam foncianam vocant. ſic ferè in ſimili ſimplex colonus, quamuis pro fructibus (antequam eos per ſe, vel alium ſuo nomine à ſolo ſepararet, & ſic ſuos faceret) furto ſublatis, poſſit agere actione furti, ad pœnam dupli, vel quadrupli ſui intereſſe. quia furti actio datur cuicunque habenti intereſſe damni vitandi. *l. eum qui emit. §. qualis, l. ſi is cui. §. eius rei. D. de furt.* tamen non poteſt agere ad rem, ſeu fructus conditione furtiua, quia hæc actio ſoli domino competit. *text. dicto. §. qualis. & ea tit. in l. ſi quis vxori §. ſi ſulphurariæ. in text. ibi. dominus furti age.* id eſt conditione furtiua. Ita enim debet intelligi, vt etiam in ſimili text. & glo. in dict. *l. ſi is cui, in princ.* Sed poterit ex conducto agere contra dominum, vt vendicet, vel condicat: & quod inde conſecutus fuerit, colono præſtet. *d. §. ſi ſulphurariæ & l. cum in plures. §. meſſem. D. loca.* Vnde puto quòd nec etiam procuratorio nomine domini poſſet vendicare, vel cõdicere dictos fructus, niſi dominus maluerit ei cedere, vel mandare actiones ſuas, quàm ipſe agere. Hac enim via poteſt ſe hoc reſpectu liberare ab actione ex conduct. *per reg. l. quod debetur. D. de pecu. l. 2. §. labeo. D. ne quid in lo. pu. tradit Bart. in l. Iuliam. § pen. D. de actio. empt.* quo facto poterit colonus, his actionibus vti, vel nomine ſuo vtilibus iure ceſſo, vel directis nomine domini, tanquam procurator in rem ſuam.

* Colonus verum poſſit vti prehenſione feudali.

22. ¶ Et aduerte (ne dum in hac incidenti quæſt. breuitati ſtudeo, fiam obſcurus) quòd in iuribus dominicalibus duo * ſemper conſideranda, & diſtinguenda ſunt: primum videlicet ipſa ſuperioritas dominans directi dominij, ſiue ſit feudalis, vt in iure patronatus (de quo in hoc titulo) ſiue ſit cenſualis, vt in re conceſſa ſub certo cenſu. *infra. tit. ſeq.* Et eius ſuperioritas & dominij directi virtus honorifica, & executiua ſe habens per modum poteſtatis dominantis, vt manus iniectio, in fidem admiſſio, inueſtituræ renouatio. Et iſta ſunt propriè & eſſentialiter iura dominicalia, non enim competere poſſunt niſi domino, & non poſſunt exerceri niſi ab eo, vel eius nomine, nec in alium cedi, vel transferri poſſunt, *vt infr. gloſſ.* 3. nec præſcribi poſſunt à ſubdito, *vt diximus in tit. ſeq. in rub* & de his loquimur. Secundum eſt commoditas pecuniaria ſeu fructus vtiles accedentes iſtis iuribus: vt ſunt releuia, (vulgò vocantur deueria) & iſta non ſunt propriè iura dominicalia, ſed ſunt obuentiones, ſeu fructus ciuiles iurium dominicalium, & poſſunt liberè per dominũ cedi, vel transferri in alium, *vt infr. eo gloſſ.* 3. & per vaſallum, vel cenſuarium præſcribi pro tempore præterito, *vt dicemus infra §. 7. nu.* 13. Et de his non loquimur in hac q.

* Duo conſideranda in iuribus dominicalibus.

23. ¶ Sed in his abſque dubio eſt dicendum, quòd ſimplex colonus ad modicum tempus dummodò etiam hos fructus vtiles conduxerit, & in locatione includantur, poteſt nomine ſuo agere, & exigere à vaſallis, emphyteutis. vel cenſuariis releuia, vel cenſus, & alia debita pecuniaria, quæ ceſſarunt tempore locationis & hoc non actione ex conducto, ſed actionibus vel condi-

ctionibus vtilibus, quarum directæ competunt domino, etiam absque alia cessione. Sicut * enim emptor certi nominis in specie, vel hæreditatis in genere, aut alterius vniuersi, in quo nomina vel fructus ciuiles includuntur, habet eo ipso sine alia cessione actiones vtiles *l. emptor. C. de hæred. vel actio. vend. l. 2. C. de actio. & obliga.* Ita in locatione * est dicendum, si quis in specie, vel in genere conduxerit aliquos reditus, vel quid vniuersum, in quo huiusmodi præstationes, aut alij fructus ciuiles contineantur, quia emptio & conductio pari passu ambulant: & valet argumentum de emptione ad conductionem, vbi non reperitur diuerso modo dispositum. *text. Institu. de loca. in princ. li. 1. D. eod.*

* Emptor nominis, etiam sine cessione vtiles actiones habet.

* Locator vtiles actiones habet, & quomodo.

24 ¶ Ampliatur nostra conclusio, etiam si in locatione sit clausula, cedens iura sua, & actiones reales, & personales, ad iura & pertinentias rei locatæ, de qua per Bartol. in *l. si ager. D. de rei. vend. in l. si pro re. §. si pro euictione. D. de euictio. in l. Iuli. § qui fundam. D. de verb obli.* & dicemus *in loco oportuno*, quia illa clausula nõ refertur, nisi ad ea quæ possunt cedi, vt ad actiones, ad reuenia: vel alias obuentiones ciuiles: quamuis ad ea non sit necessaria hæc clausula *vt diximus*: non autem refertur, nec potest adaptari, ad ipsos actus dominicales in se, quia non sunt cessibiles, nec separabiles à proprietate: sed solùm vnà cum illa cedi possunt. Colonus igitur hoc casu benè poterit agere hac actione contra vasallos, & censuarios ad solutionem reuentorũ, censuum vel emendæ, & solutionem recipere, eósque liberare erga se, & erga dominum: sed non poterit feudum etiam apertum, vel prędium censuale prehendere: sed poterit adire dominum vel procuratorem eius, si quis sit, habens mandatum sufficiens, requirere, & virtute actionis ex conducto, si opus sit compellere, ad injiciendum manum dominicalem, vt hâc viâ promptè, & & sine alia lite soluantur. Et quamuis colonus sibi consulere possit viâ actionis ordinariæ, tamen quia ad vitandum anfractus, & prolixitates litium, sua interest feudum prehendi, poterit ad id compellere dominum, vel vt ei mandet & committat potestatem suam faciendo eum procuratorem in rem suam. vnde si in locatione, etiam vnius anni, esset clausula, quòd colonus posset saisire, seu prehendere, in fidem admittere, & inuestire: non esset dubium quin colonus hoc facere posset nomine domini, tanquam in his constitutus procurator in rem suam, aliàs non. 25 ¶ Sed vtrum ad inducendum, vel præsumendum tale mandatum sufficiant clausulæ * generales, & consuetæ, putà, cessit & mandauit actiones & procuratorem in rem suam constituit? Videtur quòd sic, quia sufficit mandatum generale, nisi vbi aliud cautum reperitur. In contrarium facit quod huiusmodi actus consistunt in quodam iure reuerentiali, & quasi iurisditionali, videlicet iustitia fonciaria, vt vulgaribus verbis vtar. Tum verba generalia debent intelligi, & restringi ad naturam & limites materiæ subjectæ. *l. si vno in princ. D. loca.* Sed de natura simplicis locationis non est vt hæc transeant. facit quod ius * patronatus etiam laici ad sacerdotia non venit sub mandato generali, vel etiam vniuersali omnium bonorum, sed requiritur speciale mandatum, *vt tradit. Io. Cald. Imol. in c. fi. de conces. præbend. Philip. Franc. in c. qui ad agendum, §. fi. fallen. 26. in 6. quicquid scripserit Car. Flor. in d. c. fi.* Ego puto sic distinguendum, aut istæ clausulæ seu limitatæ seu relatæ ad præcedentia in instrumento descripta, putà cedens mandans omnes actiones, & faciens eum procuratorem & nuntium in omnibus suprascriptis, vel in prædictis vel ad effectum præcedentium: & tunc si non sit in præcedentibus concessa potestas prehendendi, vel inuestiendi, non venit in tali mandato. Et sic requiritur mandatum speciale, non de per se, sed per accidens: quia alioquin quantum ad ista, deficit hoc casu omne mandatum, & generale, & speciale. Aut verò illæ clausulæ non sunt limitatæ, sed generales, pũta faciens eum procuratorem in generalem in prædictis, & in aliis ab illis dependentibus, vel prædicta concernentibus. Et tunc continentur in mandato, etiam si non adsint clausulæ cum libera, vel similes, nec clausulæ de requirentibus speciale mandatum. de quibus *in capitulo qui ad agendum. de procura. in sexto, in Clementina, non potest. eo titulo.* 26. ¶ Ratio, quia in feudo antiquo, seu *iam constituto*, inuestituræ, * similes actus, non sunt actus alienationis, nec actus liberalitatis, vel gratiæ: sed simplicis, & consuetæ, & quandoque debitæ & necessariæ administrationis, vnde non sunt de requirẽtibus speciale mandatarum, sed veniunt in mandato generali. *per notat. in c. 1. per quos fit inuestitu. in vsibus feud. ad de quæ dixi infra. §. 21. q. 1. nu. 9.* Et sic non obstant contraria. Et hanc distinctionem nota pro praxi quotidiana in multis. Et sic patet quòd sufficit mandatum generale. & nota quòd hos actus alieno nomine exercens, magis procedit tanquam nuntius, quàm vt procurator, *vt dicemus infra ea. glo. q. 7.*

* Vtrũ clausulæ generales sufficiant ad inducendum mandatum.

* Ius præsentandi non venit in mãdato etiam vniuersali.

* Inuestituræ, recognitiones & renouationes non sunt actus alienationis, sed administrationis.

27. ¶ Secundo casu sit conclusio, Colonum ad longum tempus non posse hos actus dominicos gerere nomine suo, sed benè procuratorio nomine domini. Ad quod mandatum probandum non erit opus alio documento, quàm instrumento suæ locationis, fructus & obuentiones horum iurium includentis, sine reseruatione actuum dominicalium. Hæc enim reseruatio derogaret tacito mandato exercitij eorum, & etiam vtilibus actionibus commodorum: quia reseruatio alicuius iuris, non censetur in dubio facta de nudo nomine vel honore, sed etiam de commodo & effectu. Nisi ipsa commoda horum iurium essent expresse locata & concessa. Tunc enim ne fit repugnantia, reseruatio eorundem iurium, intelligitur solùm de exercitio directo, & honore.

¶ Non obstat prædictis, quòd quotidie vsuenit, simplices colonos, qui ad modicum tempus feudum dominans cum pertinentiis conduxerunt, nedum vtiliter agere contra censuarios feudi, & exigere censum, & laudimia, & emendas, & efficacem horum apocham dare: sed etiam inuestire nouos emptores, & quoslibet nouiter acquirentes; quia iste est error * vulgarium & imperitorum, qui nullum facit ius, nec consuetudinem nouam, etiam non solet fieri nisi sub fiducia mandati, vel ratihabitionis domini. Ex eo autem processit error, quod inuestitura censuariorum, est res perfunctoria & voluntaria, quia non recipitur nisi à volente, *vt infra §. 78.* vnde super hoc parum sollicitantur domini & censuarij. Secus est in inuestitura feudali, quæ est magis ardua, & vtrinque debita: & in qua vltra commodum pecuniarum, semper aliquid honorificum est præstandum, videlicet fides, & homagium, vnde super ea diligentiùs aduertunt, & rarò contingit vasallos adeo errare, & imprudentes esse, vt contententur inuestiri à tali colono, sed patronum ipsum adire solent, vel eum de cuius sufficienti mandato eis constat, vel oblationes suas ritè faciunt. Et ne cui fortè videatur ineptum, de singulis esse sollicitum, sæpe leue aliquod punctum magnam dissoluit dubitationem. 28. ¶ E multis vnum proferatur exemplum. Consanguineus * venditoris, retractu experitur contra emptorem, qui ostendit ante annum se inuestitum, ab alio tamen quàm à vero domino? Solutio patet ex prædictis, quia si à fructuario * tutus est emptor. Idem si à colono ad longum tempus, secus si à colono ad modicum tempus, quantumcunque etiam census & laudimia conduxisset, & res sit censualis, nisi aliter * appareat colonum habuisse mandatum, *vt pleniùs per multas quæst. scripsi. infra. §. 172.* quò in prima editione penitus remisi (tum sperans omnia breui edere: quàm minimè suspicabar studia mea totis 26. sequentibus ann. tot, támque indignis cladibus opprimenda.) ne verò diutiùs suspensi sint studiosi promo hæc exempl.

* Error vulgarium & imperitorũ non inducit ius & consuetudinem.

* Differentia inuestituræ censuariæ & feudalis.

* Inuestitura fructuarij vel coloni ad lõgum tempus, prodest ad exclusionem retractus proximitatis.

* Inuestitura facta per fructuarium & colonum ad magnum tẽpus valet.

* Quibus casibus inuestitura facta per colonũ modici temporis valeat.

Præſumitur ſolet colonus deputatus ad inueſtituram.

29. ¶ Vt ſi tacitè vel expreſsè colonus deputatus A effet ad inueſtituras, vt præſumitur * quando habet libros ſedens in loco, tempore quo ſoluuntur cenſus, hoc enim ſufficit ſi cum hoc talis in loco reputetur. *fac. l. vlt. C. de paſt. conuen.* quia in d. §. 173. duo ſunt, videlicet; primò, ius politicum & bonum publicum, vt annus non ſtatim currat dum res eſt occulta, ſed à tempore alicuius notificationis. Quia quantum ad hoc dominus eſt publica perſona, & libri cenſuales, publici, & ſic eorum ignorantia ſupina eſt. Vnde in locis vbi per tyrannidem vel auaritiam hi libri non oſtenduntur, non ſufficit hæc publicatio vel occulta inueſtitura, niſi poſſeſſio emptoris fuerit publica. Quòd ſi ad ſit, non refert à quo relata ſit inueſtitura in libris cenſualibus. Secundò, intereſſe dominorum directorum vt citiùs adeantur, & iura eis ſoluantur, Sed primum præcipuum B eſt, domini enim locorum etiam minores habent iuriſdictionem quandam funciariam, *vt dicemus infra* §. 74. *glo.* 1. *num.* 77.

30. ¶ Et ſolebant olim huiuſmodi inueſtituræ publicæ fieri vel apud acta in prætorio iudicis, ſi dominus (vt plurimi) habebat iuriſdictionem contentioſam: vel in loco dominanti, vbi præſentibus miniſtris & teſtibus in libro vel Cartophylacio ad hoc deſtinato conſcribebantur inueſtituræ, & ſic inerat quædam ſolennis publicatio, vt etiam ſatis indicat diſputatio ſtatuum *ſuper* §. 138 in proceſſu verbali, qua publicatione ceſſante non videbatur res in aliam manum tranſlata. Hodie ergo dum quæritur an annus * retrahendi currere incipiat à data inueſtituræ, non tam inſpicienda eſt perſona quæ illam admiſit, nec eius mandatum, quàm publicatio ipſa venditionis, & notitia communis in loco & vicinia, vt iam cognati venditoris non habeant iuſtam cauſam ignorantiæ *fac. not. infra* §. 4. *q.* 4. Redeundo ad rem.

* Annus retrahendi à qua die currere incipiat.

31. ¶ Not. quòd dum fructuarius manum iniicit feudo vel alium dominicalem actum exercet: eo ipſo, quòd hoc facit tanquam fructuarius, cenſetur procuratorio nomine domini facere, & ad manum domini ponere, non ad manum ſuam, niſi vt vicariam, etiam ſi ſimpliciter dicat ſe ponere ad manum ſuam, nulla facta mentione domini, quia qualitati * vſufructuarij, ineſt ipſo iure qualitas procuratoria circa exercitium horum actuum. Sic dicens ſe procuratorem, eo ipſo cenſetur facere, in qualitate procuratoris. *l. pen. D. ſi quis cautio.* Bal. * & ibi Bart. *D. de inſtito. actio.* Alber. *in rubr. num.* 4. *C. de procur.* ſic dicens ſe maritum, cenſetur nomine vxoris facere, Bald. *conſil. ext. de procur.* Idem de tutore & aliis, Andr. Tiraq. *in tract. de retrat. proximi* §. 10. *num.* 4. Imò etiamſi non dicat ſe fructuarium, ſed ſimpliciter agat, nulla qualitate expreſſa, dummodo non exprimat repugnantem qualitatem, cenſetur procuratorio nomine domini facere, quoniam in dubio videtur celebrari actus in illa qualitate, in qua ſubſiſtere poteſt, etiamſi non ſit expreſſa, præſertim in actu dependente à voluntate vnius, *vt in ca. cum ſuper. & ibi not. Panor. de offi. & poteſt delegat. in l.* 3. *D. de mil. teſta.*

* Qualitas congrua & debita & ex qua actus ſubſiſtere poteſt, in quoq; agente ſubintelligitur, etſi nullo modo expreſſa ſit.

* l. vltima.

32. ¶ Vnde non obſtat *l. ſi quis domum* §. 1. *D. locat.* vbi locatio facta per fructuarium ſimpliciter, cenſetur E in dubio facta tanquam per proprietarium, & non tanquam per fructuarium, quia ille tex. loquitur in actu dependente à voluntate libera duorum, in quo veriſimiliter colonus vel inquilinus non fuiſſet tanti conducturus à ſimplici fructuario. Et quia actus non eſſet ſatis tutus in qualitate fructuarij ſicut in qualitate ſimplici: ideo de ſimplici qualitate, expreſſa, tuta & valida, non fit tranſitus ad qualitatem alienam, inualidam & minimè tutam, etiam aliàs tacitam, & imputet ſibi qui ſimpliciter proprio nomine ſeſe obligauit, ſed ad ſuſtinendum actum prout meliùs ſuſtineri poteſt, bene attenditur qualitas tacita, etiam in terminis *d. l. ſi quis domum.* §. *primo.*, ſi poſtea fructuarius renunciauerit iuri ſuo in manus proprietarij, qui illicò aduolat ingrediens feudum, colonus excipit, ſe debere frui ad vitam fructuarij qui erat talis tempore locationis: dominus replicat, quòd fructuarius non contraxit vt talis, ſed proprio nomine tantùm. Colonus duplicare poteſt, quòd etiam tanquam fructuarius tacitè contraxit, ex quo tunc fructuarius erat, & partem dominij habebat: & hanc locationem ad tempus ſuum, ſeu vitam ſuam facere poterat. Ad hoc faciunt omnia iura, quæ volunt eam ſemper qualitatem & interpretationem aſſumi, per quam & quatenus actus ſuſtineri poteſt. *l. vbi eſt, ibi ſemper in dubiis id agendum eſt, vt quàm tutiſſimo loco res ſit. D. de rebus dub. l. quoties in actionibus. eo tit. l. quoties. D. de verb. obli. l. quoties idem ſermo.* D. *de reg. iur.* Idem eadem ratione, in eo qui conduxit feudum dominans ad longum tempus, & in marito, & ſimilibus, vt ſubintelligatur qualitas debita, etiam nullo modo expreſſa. 33. ¶ Verum eſt, quòd vaſalli vel cenſuarij poſſunt eos cogere ad declarandum, & oſtendendum, in qua qualitate proceſſerunt; ſed non corruit actus propter illam qualitatem à principio tacitam. quod intellige de qualitate perſonali, non * autem de qualitate formali, videlicet an iure feudali, vel cenſuali fiat prehenſio: & an ratione talis feudi vel loci dominantis, & an ex defectu fidei, cenſus vel catalogi fiat? niſi enim hoc expreſſum fuerit, tanquam deficiente formâ ipſo iure non valet prehenſio, etiam quantum ad actus facti, ita quòd poſſet impunè contemni, vt infrà dicemus loco congruo. Hæc enim iure ſunt magis realia, quàm perſonalia, *vt infra eodem gloſſ.* 5. *numero ſecundo.*

* Defectus qualitatis formalis vitiat.

34. ¶ Sed vberrimæ huius materiæ diſcurſu omiſſi reſpondere obiectis: quibus vt breuiter fiat ſatis; ad primum pro parte affirmatiua adductum, patet ſolutio in primis allegationibus ſecundæ partis; numero ſeptimo, octauo. Ad ſecundum reſpondetur, quòd iſtud ius non competit quaſi domino, imò nec domino vtili, alio exiſtente domino directo, *vt diximus nuper. ſupra eodem numero vigeſimo ſecundo, vigeſimoſeptimo.* Nec poteſt in alium etiam vtilem dominum cedi. Et neceſſariò ipſum verum ius dominicum in ſe reſpectu rei ſeruientis, ſemper eſt directum, & nunquam vtile, vel obliquum, ſicut nec vera proprietas poteſt eſſe vtile dominium, & hoc implicaret contradictionem. Ad tertium quoque reſpondetur, quòd D ius dominicum in ſe non eſt in fructu, nec ſeparabile à patronatu, ſed ſolùm commoditas ſeu vtilitas pecuniaria inde procedens. Et ſic in iuribus dominicalibus hoc eſt ſpeciale, quòd non poſſidentur, nec quaſi, nec ciuiliter, nec naturaliter, à fructuario ſuo nomine, quamuis ſeruitutes & alia iura fundo fructuario accedentia, quaſi naturaliter ſuo nomine poſſideat. Ex quibus patet reſponſio ad quartum & quintum, quòd iſtud ius tranſiret cum vniuerſali ad eum, ad quem tranſit ipſum ius patronatus in ſpecie, niſi hoc impediret prædicta incompatibilitas extremorum, quæ non reperitur in iure patronatus ad ſacerdotia, & multis aliis quæ tranſeunt cum vniuerſitate, ad alium quàm dominum, puta fructuarium, vel colonum ad longum tempus etiam nomine ſuo. Et de tali colono debet intelligi dictum Io. Fab *in l. ſi quis. C. de cert. & commiſſi.* vbi etiam ſe refert ad Inno. & notat. *in d. cap. ex literis.*

35. ¶ Ad ſextum reſpondetur, quò eo ipſo quòd vidua tanquam doaria (*ἀπὸ τοῦ δοῦναι* enim de quo in *l. vlt. C. de donatio. antè nup.* vulgò vocamus doarium, quod Siculi, qui bonam partem conſuetudinum ſuarum à Gallorum Normanorum moribus, qui Græcis & Sarracenis eiectis, regnum ibi primùm fundarunt, aſſumpſerunt, vocant antiphatum) vel alius vſufructuarius tanquam talis, vel ſimpliciter exercet actus dominicos; cenſetur procuratorio nomine (vti patroni) hoc facere, *vt dictum eſt.* Ex prædictis deciſa fuit quæſt. de

qua anno 1540. non modica diſputatio erat Caſtellaniæ de Milly, domanij regij in comitatu Claromontenſi Rex Franciſcus vſumfructum dederat dominæ d'Arpaion, retentis ſolis homagiis: dubitatur an * ipſa poſſet ſubfeuda prehendere ex defectu hominis & iurium? Videbatur quod non, quia dependent ab homagio reſeruato. Contrarium reſpondi, dummodò non faciat ſolo nomine ſuo priuato, ſed nomine cedentis, expreſſo vel implicito, vt quia dicit nomine regis vel tanquam ius habens ab eo: & ſic explicitè. Implicitè verò, ſi faciat tanquam fructuaria: ſed propter dictam exceptionem vaſalli debent adire regem pro fidelitate & inueſtitura, vt priùs conſueuerant. Et afferendo apocham iurium vtilium à dicta domina, debent ab officialibus regiis in fidem admitti & inueſtiri, & non aliàs. Et interim præfata domina prehendere poteſt vt dixi. In quo faciendo, facit negotium regis & ſuum, & fructus ſuos faciet ex defectu hominis: & ſi Rex ei ceſſit reliqua iurium debitorum, ipſa poteſt prehendere feuda aperta ex præcedentib. mutationibus & fructus ſuos facere, donec & cætera vt dixi. Sed ſi rex ei non ceſſit reliqua, nihilominus ipſa poteſt prehendere, ex defectu hominis & iurium, feuda adhuc aperta ratione mutationum præteritarum, & fructus ſuos faciet, vſque ad finem vel congruam oblationem. ſed hoc caſu non ſpectat ad eam ſed ad regem, apocham dare iurium vtilium.

* Intrehendi tranſit ad vſufruct. & colonum. ad longum tempus.

36. ¶ Præfatam autem concluſionem noſtram, quòd doaria, vel alius fructuarius poſſit procuratorio nomine dominicales actus exercere, limita * primò, ſi in conſtitutione doarij vel vſufructus, hoc fuerit reſeruatum, vel ſi aliàs quomodocumque appareat de contraria voluntate proprietarij, cui liberum eſt reuocare mandatum. ſecundum not. *infra eo. glo. 3. q. 2.*

* Limitationes ad regulam: fructuarius procuratorio nomine actus dominicales exercere poteſt.

¶ Limita ſecundò, ſi de conſuetudine regionis non ſoleant hæc expediri per vſufruc. ſed per ſolos proprietarios, *vt cauetur conſuetudine Niuernenſi, titulo de douaires. §. 9.* quia tunc clarum eſt, quòd à mandato generali fructuarij excipiuntur inſolita. *l. vel vniuerſorum. D. de pig. actio.* Et tunc opus eſſet ſpeciali & expreſſo mandato. An autem iure doarij, vel vſufructus fruentes aliquo caſtro, poſſint nomine ſuo iuriſdictionem ei adhærentem exercere, officiales inſtituere, vel deſtituere: quia hoc feudalem materiam excedit, dicam infra. §. 108. 136. ¶ Limita 3. vt procedat quando doaria per manus ſuas fruitur: ſecus ſi non percipit fructus & emolumenta niſi per manum hæredis & proprietarij: quia tunc nullo modo poteſt prehendere niſi ex alio ſpeciali mandato.

37. ¶ Libet hîc tradere quæſt. quam vidi in facto à Baronia de Perreuſe, mouetur feudum de Villiers le ſecq. quod vænüit tempore quo doaria capiebat reditus Baroniæ ſeu mediam partem omnium reditum per manum Baronis, à quo petiit vt ipſe manum iniiceret feudo aperto, ad hoc, vt actrix haberet quintum & ſubquintum pretij, & interim lucraretur fructu. pendente prehenſione ex defectu hominis. Baro reſpondet ſe non teneri, quia donec emptor eum adeat & interpellet vt ab eo recipiatur in fidem & homagium, titulos exhibuerit & oblationes congruas fecerit, habet de iure & conſuetudine 30. annos ad deliberandum vtrum duorum eligere voluerit, vel retractum vel quintum pretij, & quòd priùs cogi nequit. Breuiter ex hoc themate tres inſurgunt quæſtiones: prima quæſt. an actrix ſit admiſſibilis: ſecunda, an exnunc ſibi debeatur quinta pars pretij: tertia, an per mortem vel contumaciam emptoris fructus debeantur doariæ, vel ſoli domino contempto qui ſolus tandem manum iniecit. Ad primam videtur quod non, quia vt licet domino vigilare, * ita licet ei dormire, vt verbis conſuetudinis noſtræ vtar, *infra §. 61.* Secundò per regulam *C. vt nemo inuitus agere.* Tertiò quia in præſenti ſpecie obligatio iurium vtilium non eſt ſimplex ſed alternatiua, electione ſpectante ad dominum, & non ad vaſallum. Ex parte verò domini non ſpectat ad doariam vel fructuarium, tametſi habeat partem dominij: ſed ſpectat ad proprietarium qui ſolus poteſt vnire, & feudo dominanti ſubfeudum incorporare, & ad hunc finem vti retractu, *vt infra §. 21.* & ſic ſolus habet hanc electionem *de qua j. §. 20.* Quartò, quia ſi dominus vrgeret emptorem, cogeretur infra quadraginta dies eligere, pretium cum legalibus ſumptibus refundere, vel ius retractus admittere, *vt infra §. 20.* Sed quandiu quieſcit emptor, non incipit curſus horum quadraginta dierum, & ſic ſemper dominus habet ſpatium & libertatem non ſolùm deliberandi, ſed etiam pecunias præparandi. Ita quòd hoc caſu verum eſt, quod dormiente * vaſallo dominus vigilat, hoc eſt, ſibi ipſi prorogat & ſemper conſeruat ius retractus feudalis: quo iure (quod habet à conſuetudine & lege feudali) non eſt priuandus per fructuarium, qui conſequenter non ſolùm non videtur admiſſibilis, ſed iniuſtam cauſam habere. Quintò, iſta doaria non * vera fructuaria, hoc caſu, ſed longè minus iuris habet, cùm ſibi non liceat per manus ſuas frui, ſed tantùm capere per manus domini, quod longè diſtat ab vſufructu. *l. fundi Trebatiani. & ibi Bart. Lancell. Deci. D. de vſu. & vſufr. lega.* Et ſic multò minùs cogere poteſt dominum ad eligendum & conſumendum ius ſuum, quia feſtinando perderet vtrumque & ius quinti quod cederet doaria, & ius retractus cùm nondum habeat pecuniam paratam. Cùm ergo ſuum & ius eligendi & non etiam veri fructuarij, & multò minùs huiuſmodi doariæ quæ in præſenti ſpecie per manus alienas capit, non tenetur ius ſuum præcipitare. Sextò, quia quamuis vaſalli poſſint adire fructuarium loci dominantis, qui rem * eos in fidem admittere & inueſtire, ſecundùm prædicta (niſi hoc reſeruatum & exceptum ſit, *vt ſ. eo. num. 35.*) tamen nullo modo poſſint adire hanc doariam, quæ nullam habet adminiſtrationem, nec in toto nec in parte: cùm ergo omnis adminiſtratio fuerit reſeruata, totum arbitrium remanet domini. Septimò, quia etiam ſtante vero & integro totius fructuario habente plenam per manus ſuas adminiſtrationem, nihilominus poteſt proprietarius vt per ſe inueſtire, non vocato vel etiam inuito tali fructuario, ita & inducias fidei dare nouis acquiſitoribus feudorum, & ſic præcipere vero fructuario facultatem prehendendi, & fructus ſuos ex defectu hominis faciendi. Igitur multò fortiùs in hac hypotheſi poteſt emptori expreſſas vel tacitas inducias dare. Octauò, quia dominus non ceſſat vt doariæ officiat, ſed vt ſibi proſit & ius ſuum eligendi proroget, vt ſic ceſſet obiectio de qua in *l. in ſumma. D. de aqu. plu. art. & per Io. Fab. inſt. de leg. Fuſ. cani. tol.*

* Dormiente vaſallo dominus vigilat.

* Fructuarius impropriè eſt qui non per ſuam ſed alienam manum fruitur.

* Lege qui poſitum.

38. ¶ Aduerte, hæc quæſtio diffuſior eſt & profundior, quàm prima facie videatur; implicat enim quinque principales quæſtiones. Prima, an obligatio qua tenetur emptor ſoluere quintum, vel pati retractum, *de qua infra §. 20.* ſit alternatiua vel ſimplex? Secunda, an fructuarius poſſit vti retractu feudali? Tertia, an iura quintæ partis pretij releuiorum & ſimilia cedant & acquirantur fructuario inſpecto tempore venditionis vel mutationis feudi, & extunc: an verò tempore inueſtituræ vel oblationum vaſalli? Quarta, an proprietarius vrens retractu feudali teneatur ſoluere quintam pretij fructuario? Quinta, an inuito fructuario poſſit gratiam facere vaſallis, inducias aut dilationes voluntarias dando vel prouocando? Sexta, ſi proprietarius manum iniecerit ſubfeudis ex defectu hominis, an fructus ex diligentia domini in commiſſum cadentes acquirentur ei, an verò fructuario negligenti? Quæ omnes ferè quæſtiones excedunt materiam huius §. demptâ vltimâ, quam mox tractabo, reſiquas ſuis quibuſque locis diſcuſſurus, quia non omnia ſimul dici poſſunt. Sed ne diu nimis lector ſuſpen-

* Vigilare & dormire domino licet.

ted by Google

datur in præfata hypotheſi: dico quod huiuſmodi doaria petere poteſt congruum tempus præfigi domino infra quod deliberare, eligere, & iura ſua exercere debeat, vel actricem indemnem reddere de quinta pretij ei debita: cedit eum * ex die contractus. Ad tertiam quæſtionem ſolutio liquebit ex quæſt. ſequenti. Ex prædictis apparet quod vſufr. formalis loci dominantis in alium tranſlatus, non impedit quin dominus per ſe, vel alium procuratorem ſuum poſſit ſine præiudicio iurium vtilium fructuarij iura dominicalia exercere. *de quo latius infra eod. gloſſ.* 3. Hinc emergit,

* Lege enim.

39. ¶ Secunda quæſtio principalis, eodem themate retento, Patronus proprietarius, alio habente vſumfructum, prehendit, ſeu manum ſuam iniecit feudo aperto fortè per obitum vaſalli: & hæredibus diu ceſſantibus in fidem domini ſe conferre, & debita iura ſoluere, plurium annorum fructus exciderunt. Quæro ad quem pertineant, an ad dominum proprietarium, an verò ad vſufructuarium.

B

Arg. 1. ¶ Et videtur quod ad proprietarium. ¶ Primò per iſtum text. quia ipſe ſolus eſt patronus, & dominus feudalis. Sed hæc conſuetudo non dicit fructus acquiri, niſi ſoli domino feudali, ergo non acquiruntur vſufructuario: quoniam (*vt liquet ex his quæ ſupra diximus in rubric. colum. fina.*) iſti fructus non committerentur, niſi conſuetudo diceret: & neceſſe eſt ad hoc fundare intentionem in hac ſola conſuetudine. Sed ſolus verus dominus feudalis habet intentionem fundatam in hac conſuetudine, non autem fructuarius, cui verba conſuetudinis nequeunt conuenire. Igitur nec eius diſpoſitio. *l Ita autem. in principio* D. *de adminiſt. tut. l. 4. §. toties.* D. *de damn. infec. cùm vulg. & quæ latè adducit Feli. in cap. nonnulli. circa fin. princ. colum.* C

Arg. 2. 35. *de reſcript.* ¶ Secundò, iſti fructus non proueniunt ex re in qua habet vſumfructum, ſed ex fundo cuiuſdam tertij, in quo iſte fructuarius nullum prorſus habet ius, nullamque ſeruitutem.

Arg. 3. ¶ Tertiò, hi fructus proueniunt ex fundo ſeruiente ſoli proprietario & non fructuario, & ex fundo prehenſo, poſito & manente in manu ſolius proprietarij, ergo ſpectant ad ſolius proprietarij poteſtatem, dominium, & diſpoſitionem, quæ ſignificantur per manum, *vt not. doct. in l. manumiſſiones.* D. *de inſt. & iur. &* Arg. 4. *remiſſiuè.* ℣. *in fi. glo.* 4. ¶ Quartò, iidem fructus immediatè acquiruntur ex facto, & induſtria ſolius proprietarij, qui liberè (quia erat in ſua mera facultate facere, vel non facere) & ſuo nomine, ſuáque auctoritate manum ſuam iniecit: quod non debet ſibi luctuoſum procedere, quomodo ad alium tranſlato. *l. cum oportet §. ſic & enim. C. de bo. quæ lib. inſt. per quas perſonas nob. acqui. §. 1. in fi. fa. inſt. eo. §. de his. & l. ſed. & ſiquid.* D. *de vſuf.* 40. ¶ Quintò, de natura & ratione vſuſt. eſt, quòd * vſufructuarius capiat fructus propria auctoritate, & per manus ſuas, & non per manus domini. Alioquin ſi per manus domini haberet percipere, non diceretur habere vſumfructum, nec haberet ius inhabitandi, vel accedendi ad rem, nec impediendi quominus dominus poſſet rem vẽdere, vel diſponere ad libitũ, nec haberet reliqua iura, nec nomen vſufructus. *text. eſt in l. fundi Trebatiani, vbi per glo. Bar. & omnes.* D. *de vſu. & vſufruc. leg. Alex. conſ. 214. nu. 2. lib. 6. tradit Capol. in tract de ſeruit. vrba. prad. cap. 3. col. ſuper diſ-* Arg. 5. * Vſufru. debet frui per dominum ſuum. Arg. 6. *finitione vſufruct.* ¶ Sextò per *l. arboribus. §. fi.* D. *de vſufr l. ſi vſufructuarius* D. *de quib. modis vſufru. amittat.* vbi fructus non efficiũtur fructuarij, niſi ab eo vel alio eius nomine ſeparẽtur à terra. Sed videtur fructuarium non poſſe capere iſtos fructus propria auctoritate, quum non poſſit ſua auctoritate prehendere (vt dictũ eſt) nec etiam per manus ſuas, quum res ipſa cum fructibus & pertinentiis ſit prehenſa, & poſita ad manũ domini proprietarij, cuius nomine fructus ſeparantur à fundo prehenſo, ergo haberet neceſſe habere hos fructus de manibus domini. Igitur tanquam vſufructuarius illos non capit, & ſic non ſpectant ad fructuarium, ſed ad proprietarium & eius hæredem & non ad hæredem fructuarij, qui in hoc, deterioris eſt conditionis, quàm ſimplex bonæ fidei poſſeſſor, *vt per gloſſ. Bart. Bal. in dicta l. ſi vſufructuarius meſſem.* D. *quib. mod. vſufructus amittetur. And. Tiraq. in tract. retracta. conuent.* §. 4. *glo.* 4. A

¶ Septimò, * iſti fructus committuntur propter contumaciam & indeuotionem vaſalli, ceſſantis fidelitatem & iuſta facere: ſed iſta fidelitas debetur ſoli proprietario, & eius omiſſio ſolius proprietarij domini feudalis iniuriam, & contemptum concernit, ergo commiſſum fructuum qui in pœnam iniuriæ, & contemptus ſolius domini à lege conſuetudinaria infligitur, debet ad ſolum dominum velut in propriæ iniuriæ vltionem ſpectare, & non ad vſufructuarium, vt aliunde quælibet, qui non eſt paſſus iniuriam & contemptum. Arg. 7.

41. ¶ Eſt enim maxima * in iure, Quod cùm quis ex diſpoſitione iuris, alterius contemplatione, vel fauore aliquo commodo priuatur, & maximè quando propter delictum quod reſpicit certam perſonam, tunc illud commodum applicatur illi perſonæ offenſæ. *text. in l. ſi legatarius. & ibi per omnes doct. C. de legat. in l. poſt legatum §. amittere.* D. *de his quib. vt ind. in l. 2. §. fin. verſ. duo fratres. & ibi Bar.* D. *de colla. bono. in aut. de ſanctis. epiſcop. §. ſiquis autem contra. colla. 9. & in vſi. feud. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. §. denique.* licet aliud ſit quando ex diſpoſitione hominis, ſeu teſtatoris per *text. in l. vxorem. §. hæres. & ibi Bart.* D. *de leg. 3. Lud. Rom. in ſing. 691. regula eſt Bart, Phil. Cor. Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de his quibus vt ind. Soci. in rub. D. de his quæ pœnæ nomine.* Ad hæc optimè faciunt quæ dicam infrà ea. glo. q. 4. num. 41. 42. 43. C

* Commodũ, quo quis priuatus à lege, contemplatione alterius ad tum deferens.

¶ Octauò * arg. ab abſurdo, ſi vaſallus habeat vſufructuarium ſibi gratioſum, & fortè proprietario odioſum, erit via aperta ad dominum impunè contemnendum, nullámque recognitionem, & obſequium præſtandum per vaſallum, quamdiu vinet fructuarius, qui fructus (non vſumfructum qui ceſſione expiratet) remittet, vel reſtituet vaſallo, ſi proprietarius feudum contumacis prehendat. Arg. 8.

¶ Contrarium * tamen dicendum eſt per *l. vſufru. leg.* 42. ¶ Reſpon. 1. *l. Item ſi fundi. in princ. l. arbores D. de vſufru.* vbi dicitur, quod ad vſufructuarium ſpectant, nedum omnes fructus naſcentes ex re ipſa, ſed etiam omnes obuentiones, & cætera quæcunque, & quicquid inde percipi poteſt. Sed illi fructus ſunt obuẽtiones fundi dominantis, & illius occaſione percipiuntur, igitur ſpectant ad habentem vſumfructum fundi dominantis, *& ita tenent Old. in q. 24. quod domina vſufructuaria. Io. And. in add. ad Specu. de loco. §. nũc aliqua. verſ. 93. in ver. qui tabernas. Alber. in d. l. vſufr. legato, & in rubric. C. de vſufruct. Paul. Caſt. in l. 2. C. eod. & Ioan. And. ſequen. Alex. in l. diuortio. §. ſi fundum. col. 5. D. ſolu. matri. & in vlti. addi. ad Bald. in l. fin. C. de iure emphyt. Guid. Pa. in d. q. 477. num. 2. Iaſ. in l. 3. col. 10. q. 5. C. de iure emphyt. Benedict. in d. rep. in c. Raynutius. ver. cætera bona, num. 33.* non obſtante quodam Tholoſano arreſto quod allegat, amplia hanc deciſionem, *vt* ſ. *eo. num. 34.* * Solutio. D

43. ¶ Reſpondendo ad contraria, non obſtat primò hic text. quia vſufructuarius habet causã à domino proprietario, vel eius prædeceſſore: non enim poteſt vſufructus cõſtitui niſi à domino. §. *conſtituitur. inſti. de vſufr. l. 3* D. *eod.* Igitur ipſe dominus feudalis hos fructus percipere & lucrari videtur, eo ipſo quòd percipiuntur per eum, cui vſumfructum conceſſit. Et ſic fructuarius non ex perſona ſua, ſed ex perſona proprietarij fruitur his fructibus. quamuis nomine ſuo, ſed reſpectiuè, videlicet ſuo nomine, reſpectu vaſalli, vel eius hæredum, tãquam ceſſionarius procurator in rem ſuam. *l. illam. C. de donatio.* Ex his patet ſoluno ad ſeptimum. Ad ſecundum & tertium, reſpondeo, quòd hi fructus realiter proueniunt ex fundo tertij, in quo fructuarius non habet vſumfru- E

ctum. Sed tamen ille fundus dependet à fundo dominanti, & in feudum tenetur ratione loci dominantis, & sic censetur pars primi fundi ratione dependentiæ & emanationis feudalis, & directi dominij retenti inter * iura & pertinentias fundi dominantis: & sic non censetur in totum fuisse alienatus, nec separatus à fundo dominante. *per tex. in l. talem in fi.* D. *de hæred. instit. per quem no. ibi Bald. & Ioan. Imo.* quòd vasalli continentur appellatione suorum & meorum. *Lud. Roma. cons.* 155. *in præsenti. Guillelmus Cune. Cyn. & Bal. in l.* 1. D. *statu. homin. Bal. Phil. Corne. in l.* 3. C. *de fideicomm.* Igitur qui habet vsumfructum in fundo dominante & eius pertinentiis, vel in fundo simpliciter, absque alia limitatione, habet etiam in consequentiam vsumfructum vasallorum, & aliorum iurium, & commoditatum à fundo dependentium, quia sunt pars fundi dominantis vnde dependent. & latius dicendum reseruo *infra. ea. glo. in q. sequen. & in gloss.* 3. Ad quartum respondeo, quod arg. militaret, si illud factum esset separatum à iure & proprietate fundi dominantis, quod non est in casu præsenti: quia prehensio & iniectio manus domini, fit virtute directi dominij, retenti per dominum, & prædecessores in fundo prehenso, quod quidem directum dominium est de proprietate, iure & pertinentiis fundi dominantis. Et sic quemadmodum fructuarius habet fructus nascentes ex fundo dominanti, ita debet habere fructus obuenientes ex illo iure dominij directi retenti in feudis clientelariis, fundo dominanti adhærentis. Secus si alia ratione dominus prehenderet, vel prehendi faceret illum fundum, puta virtute instrumenti guarentigiati, propter aliquod debitum priuatum, etiam ex iuribus feudalibus ortum, puta ob compositionem releuij temporis præteriti ad fructuarium non spectantis. & fortè adiudicarentur sibi fructus in solutum, vel aliàs iure pignoris feudum possideret, *vt in cap.* 1. *de feud.* quòd declarabo contra communem. *j. eod. §. glo. fin.* Idem si illos fructus emisset, aut aliàs quàm ratione feudi dominantis, aut ex natura feudi, fructus fundi seruientis, vel etiam ipsum feudum acquireret, quia tunc militaret argumentum, & etiam alia ratio, quia accessio vel augmentum accedens diuerso iure non censetur iure consolidationis, nec iure accrescendi, nec auget vsumfructum, vel partem illius cui aliàs accresceret, *vt dicam j. §.* 10.

* Feudum est de pertinentiis fundi dominantis.

45. ¶ Ad quintum respondeo, quod differentiarum, quas scitè & breuiter more suo tradit Seruidius Scæuola iurisconsul. in *dicta. l. fundi Trebatiani*, inter * vsufructuarium, & eum cui tantum fructus fundi debentur, potior hæc est, quòd vsufructuarius possidet, & propria auctoritate fruitur, & fructus capit, vel alij fruendum locat. *l. arboribus.* §. 2. D. *de vsufruct.* alter verò non, sed fructus vicè pensionis debitæ sibi soluuntur per dominum, plenum proprietarium, & possessorem. At hîc licet fructus feudi prehensi non committantur, nisi inquantum & quandiu feudum prehensum tenetur sub manu domini feudalis: tamen nihil impedit quin interim fructuarius possit nomine suo illos fructus separare à solo, & tollere, sicut posset dominus cessante vsufructuar. & censetur fructuarius possidere, vel quasi omnes seruitutes, iura, obuentiones, & commoditates, accessorias fundi dominantis eodem iure, & eadem naturali possessione, quâ ipsum fundum possidet, & contra dominum, vel extraneum si turbaretur, posset interdicto *vti possidetis* experiri. *l. naturaliter in princ.* D. *de acqui. vel amit. possess. l. fin.* D. *vti possid. l. secunda in fin.* D. *si seruit. vendi.* Ad sextum dico quòd etiam si quando non facit suos, tamen habet ditionem. Ad septimum responsum est in solutione ad primum. Ad octauum, non est præsumenda, nec suspicanda fraus, nisi appareat: nec propter opportunitatem, vel occasionem fraudis, sed propter fraudem, vel aliam culpam, aut iustam causam debet

* Differentia fructuarij ab eo cui fructus fundi alicuius debentur.

quis priuari iure suo. *cap. sine culpa. de regul. iuris in 6. Panorm. in cap. 2. col. 1. de consti. fa. c. de occidendis. 23. q. 5.*

46. ¶ Itaque si * constet fructuarium colludere cum vasallo, & ei fructus maximè futuros cedere, hac ratione, vt dominum contemnat, priuaretur fructuarius, quantum ad hoc, iure suo, quia vsufructuarius qui malè versatur, nec fruitur arbitrio boni viri, non debet percipere obuentiones, nec fructus, sed potest prohiberi vti frui. *text. est in l. item si fundi. in princ. ibi sic tamen vt boni viri arbitratu.* D. *de vsufruct. in l. hoc amplius. §. finali.* D. *de damno infecto. facit lex cognoscimus. Cod. de mancipi. & colo. lex eos de aquæ ductu. libr.* 11. *Cod. & ita expressim tenent Guil. And. Paul. Ias. in auth. qui rem. col.* 1. C. *de sacro. eccl. Iacobi. de sancto Georg. in sua inuesti. feud. vers. dicti vasal. p. omi. non commit. felo. col.* 9. Et optimè facit aut. *cui relictum.* C. *de indic. vidu. toll. & ibi Bal. col.* 2. *vers.* deinde vides quòd faciens contra cautionem præstitam, siue contra conditionem requisitam, retro non videtur cauisse nec implesse: & omne emolumentum tenetur restituere: ergo quandocunque apparebit fructuarium contra boni viri morem collusisse cum vasallo in fraudem domini, priuabitur fructibus & restituentur domino non tamen dico quod in totum priuetur vsufr. sed fructibus in quibus fraudem fecit, vt pœna commensuretur delicto, ne illud excedat. *l. rescriptum* D. *de his quib. vt indig. & in l. hæres qui. eo. tit.* vbi, in ea parte, in qua fraudem adhibuit, falcidia non vtitur. *l. Paulus respondit si certa.* D. *ad Trebellia. l.* 1. §. *si duæ res.* D. *quo. lega. l. ex facto.* §. *fin.* D. *de vulga. & pupill.*

* Vsufructuarius abutens priuatur vsufructu.

47. ¶ Sed quid si fructuarius prius sine fraude vendiderat vel locauerat fructus & conuentiones dominicales fundi fructilis vni vasallorum eiusdem fundi, postea contigit eundem vasallum, cuius feudum erat apertum, spernere dominum vel hæredem eiusdem conductoris vel emptoris, nolle fidelitatem præstare proprietario, vel eundem emptorem aut conductorem succedere vni vasallorum, & post quadraginta dies proprietarium fundi dominantis manum iniicere ex defectu hominis: sed vasallum negligere ea fortè confidentia, quòd releuium & fructus ad se iure dictæ emptionis aut conductionis spectant, quid dicendum? Breuiter: aut prehensio ipsa fit per proprietarium, qui rectà contemnitur, & tunc quamuis fructuarius sit in bona fide nec deliquerit, tamen fructus non spectant eo casu ad eum qui à vendendo vel locando sese fecit ab illis extraneum. Tum quia censetur eos eorúmve æstimationem & omne suum interesse percipere & intus habere, eo ipso quod dictum pretium vel illas mercedes habet. *l. quia qui pretio.* D. *de vsufruct. l. arboribus.* §. *vsufruct. eod. tit. l. sed si quis seruum cum l. seq.* D. *de pecul. dixi. j.* §. 8. *q.* 8. *in fine.* Et sic hoc casu proprietarius respectu fructuarij liberas ædes habet, & multò fortiùs liberas contra hunc indeuotum vasallum. *l. si ædes. de seruit. vrb. prad. l. si quis duas.* D. *communi prædio.* nec hic vasallus habiturus est regressum contra authorem suum, quia culpæ suæ sibi imputare debet: nec potest plus iuris aut immunitatis habere, quàm si * simili haberet ipse fruct. aut author eius qui si interim succederet vni vasallorum fundi fructilis prehensione ex defectu hominis à proprietario facta, fructus eiusdem feudi (quos ex lege feudali perdit) non retineret tanquam fructuarius fundi dominantis, quia in hoc abutitur: & sic in quo abutitur priuatur vsufr. *per iura prædicta* non tamen perderet sed lucraretur releuium vel quintum pretij feudi quod interim emit. Quia acquirendo non deliquit, nec est abusus, sed posteaquam manum domini spernit, quam non vult agnoscere, incipit abuti, & sic commodis inde procedentibus priuari. Idem dicendum in dicto emptore, conductore vel eius hærede, vt releuium quidem vel quintum pretij acquisitionis suæ in quo non deliquit lucretur: sed suæ culpæ

* Lege quòd in simili.

fructus perdat, & domino ſoluere debeat. Aut verò prehenſio non eſt facta per proprietarium, ſed perfructuarium (vt poteſt & debet quando dominus hoc non reſeruauit) & tunc emptor vel conductor eius commiſſum fructuum non lucratur, ſed debet ſoluere eidem fructuario qui lucratur, & qui non cenſetur eidem ceſſiſſe iura obuentura, ex culpa & delicto eiuſdem emptoris vel conductoris, nec dediſſe ei occaſionem abutendi. *l. ſi vnus. §. illud nulla. D. de pac. l. euenire. D. de pac. dotali. fa. l. vlt. C. de ſolutio.*

48. ¶ Ex his deciditur alia pulchra & quotidiana quæſtio: Vidua per manus ſuas fruens caſtro iure doarij, emit feudum inde dependens, certum eſt quod lucratur quintam & ſubquintam partem pretij: ſed ſi proprietarius prehendat ex defectu hominis, tenetur eum agnoſcere, alias fructus feudi quæſiti amittet, qui non recident in vſufr. etiam generaliſſimum omnium pertinentiarum per prædicta. Sed domino non conquerente ipſa poteſt & debet acquiſitionem illam in libros dominicales caſtri deſcribere, inter eos qui inueſtiti ſunt à domino. Poteſt etiam acquiſitionem illam publicare ſua auctoritate prout faceret proprietarius, ad hoc vt annuus retractus proximitatis curere incipiat *iuxta quæ diximus. §. 183.* Poteſt etiam proprietario ipſi literas acquiſitionis exhibere, fidelitatem offerendo & inueſtituram petendo, niſi malit ipſe retractu feudali vti ad hoc, vt lapſis quadraginta diebus non poſſit amplius eo retractu vti. *iuxta §. 20. §. eo.* Plurimæ quæſtiones ex prædictis deciduntur, in queis plura potuiſſem vtrinque adducere; ſed principale inſtitutum eſt, occurrentium quæſtionum reſolutio. Itaque (vt abbreuiem) ſi dominus in fidem notum vaſallum admittat, & tunc iura quædam, puta relenium, debeatur, ſpectabit ad vſufr. & non ad dominum, per eaſdem rationes. Et idem generaliter dicendum de omnibus ſimilibus commodis & obuentionibus, ſiue ex renouatione cenſus aut aliàs proueniant. & tenent doc. allegati. §. *ea q. in verſ. contrarium tamen, nu.* 42. ¶ An autem dominus horum iurium gratiam facere poſſit in præiudicium vſufructuarij. dico *infrà eodem in gloſſ. 5.*

* De Relatio ſeu *Releuamiis*, vtrum ea aquirantur fructuario?

49. ¶ TERTIO iuxta hæc quæro, * vaſallo mortuo abſque liberis, vel feudo vendito, incipit quis habere vſumfructum fundi dominantis, deinde lateralis hæres, vel emptor in fidem domini ſe confert, iuſta ſeu releuamenta offerens: An debeantur domino, vel fructuario? videtur quòd fructuario, ſicut fruc. qui ſeparantur à terra durante vſufructu, ad eum ſpectant indiſtinctè, ſolo tempore collectionis inſpecto, non attento tempore ſeminationis vel penſionis ſoluendæ. *l. defuncta. D. de vſufru. & appoſitiſſimus text. in l. ſi pendentes in princ. D. eo.* vbi dicitur, quòd ſtatim incipiente vſufru. fructus etiam prius maturi vel momento extantes cedunt fructuario. Tum huiuſmodi releuamenta in præmium quoddam renouationis fidei & inueſtituræ deberi videntur, nec ad illa tenetur vaſallus, niſi dominus velit eum in fidem admittere, quoniam reciproca eſt obligatio. Igitur non niſi tempore inueſtituræ datæque & acceptæ fidei cedere ac debitum iri videntur.

Qui fructus naturales & ciuiles.

50. ¶ Contrà dicendum eſt, quoniam huiuſmodi releuia ſunt fructus ciuiles ſeu ficti, qui ciuiliter producuntur immediatè à iure ſeu obligatione inducta, ſiue ex legis, ſiue ex hominis prouiſione, *text. in l. ſi nauis. in prin. ibi, non natura prouenit, ſed iure percipitur. D. de rei vend.* vt penſiones & ſalaria, & hos fructus. Bartol. *in l. ſi. in fi. D. de iur. fiſci.* vocat induſtriales ſimpliciter: & Bal. *in l. ſi traditio. in fi. C. de act. em.* vocat induſtrioſiſſimos: ſed vterque impropriè loquitur, rectiùs & clariùs nuncupaſſent hos fructus, ciuiles.

* Fructus naturales & ciuiles qui dicantur.

Naturales * autē ſunt qui immediatè producuntur a re ſeu materia rei corporalis, ſiue mobilis, ſiue immobilis, vt pecudum partus, & fruges: & hi fructus ſi non requirant notabilem hominis induſtriam, dicuntur ſimpliciter naturales: ſi requirant magnam induſtriam, vel impenſam, dicuntur induſtriales: & ſunt nomina magiſtralia, non à lege, ſed à doctoribus impoſita, causà facilioris doctrinæ. *vide plenè per glo. Bart. & alios, in l. ex diuerſo. D. de rei vend. per cano. in c. grauis de reſtitut. ſpoliat. Bald. in l. 1. de fructibus. & lit. impen. in l. 1. Cod. de vſur. & fru. lega. Aret. in conſil. 59. col. 1.* Et licèt fructus ciuiles propriè non dicantur fructus rei, ſed potiùs obuentiones, quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa proueniunt, inquit iuriſcon. in *l. vſura pecuniæ. D. de ver. ſignific. & latè Alexand. in l. diuortio. in princ. col. 9. verſi. puto tamen. D. ſol. matri.* Tamen generaliter veniunt appellatione fructuum ſimpliciter, *vt in d. l. ſi nauis. & bonus text. in l. loci corpus. §. 1. D. ſi ſerui. vendi. in l. fructus rei. D. de reg. iur.* & fructibus naturalibus æquiparantur. *text. in l. prædiorum. in l. vſuræ vicem. D. de vſur. in l. ſi is qui bona. §. ſi antiphana. aliàs ſi antichreſis ſecundum Alci. diſput. lib. 2. c. 3. D. de pign. in l. apud Iulianum. §. 1. D. de leg. 1. l. lecta. in fi.* D. *ſi cer. pet. l. ſi vrbana.* D. *de cond. indeb. l. domum. C. de rei vendica.*

51. ¶ Differunt tamen in modo producendi, quia naturales producuntur per ſeparationem à re corporaliter: * enim quàm naſcentur vel ſeparentur, non propriè fructus, ſed pars rei verè & propriè dicuntur. *text. in l. in lege falcidia placuit.* D. *ad leg. falci. in l. fin. §. pen.* D. *quæ in fraud. credi. in l. 1. §. ex hoc reſcripto. D. de vent. inſpi.* vnde *in l. fructus pendentes* D. *de rei vend.* verbū, videntur, veritatem & proprietatem deſignat ſecundum Ange. ibi inferentem, quòd repletio legitimæ filiorū, quæ debet fieri de ſubſtātia bonorum patris tantùm. *l. ſcimus. §. repletionem. C. de inofſi. teſta.* poteſt fieri in fructibus pendēntibus, quia verè ſunt de ſubſtantia fundi. hinc etiam ſtatutum loquens de fructibus, non habet locum in pendentibus. *Albert. in 2. part. ſtatu. qu. 226.* Ciuiles autem producuntur ſtatim quòd incipiūt deberi.

* Pendētium fructuum natura qua.

52. ¶ Itaque quod operatur in naturalib. fructibus ſeparatio, hoc * operatur in ciuilib. obligationis ceſſio. Et ſicut in naturalibus attenditur tempus ſeparationis quantum ad effectum acquiſitionis, & ſic loquuntur iura pro ratione dubitandi allegata: ita in ciuilibus attenditur tempus quo incipiunt deberi. Hinc eſt quòd in penſionibus * domum, vel mercedibus operarum, quæ tempus ſucceſſiuum habent, & quotidie deberi incipiunt, inſpicitur temporis rata, ad acquiſitionem inter venditorem & emptorem. *text. eſt, & ibi gl. Bart. & omnes faciunt hanc differentiam in l. Iulianus. §. ſi fructibus.* D. *de actio. empt. & pulchrè Sali. in l. fructus. Cod. eod. tit. & ita in effectu diſtinguit Bart. re-ctè intelligendo. in l. fin. in fi.* D. *de iure fiſci.* Idem eſt inter proprietarium & fructuarium, & in aliis caſibus. *text. in l. adhuc intereſſe. §. ſi operas.* D. *de vſufr.* Et ita expreſſum Bald. *in c. vnico. §. ſciendum. de feud. cognitio in cap. 1. in fin. princip. ac pace tenen. in vſib. feud.* dicens quòd fructus naturales pendentes iudicantur vt fundus, & ſunt eius pars, & quid immobile; ſi verò ſint ſeparati, ſtatim ſunt quid mobile: penſiones autem ſeu fructus ciuiles æquiparat fructibus ſeparatis à ſolo, ſi ceſſit dies penſionis ſoluendæ: ſi autem nondū ceſſit, æquiparat fructibus pendentibus: ſi pro parte temporis ceſſit, & pro parte non, iudicat de eis pro rata temporis: & nihil poſſet breuiùs & veriùs ad rem adduci.

* Separationi ſ re in fructibus naturalibus correſpondet ceſſio obligationis in ciuilibus.

* Penſiones domū & mercedes operarum inter v&. duorem & emptorem diuidūntur pro rata: & eodē modo inter proprietariū & fructuariū.

53. ¶ Ex quibus ſequitur, quod in fructibus ciuilibus qui non ſucceſſiuo tempore, ſed ſemel & in momento deberi incipiunt, debet attendi quantum ad effectum acquiſitionis, tempus quo ſemel cœperunt deberi, ſed ſtatim quòd mortuo vaſallo feudum deuenit ad hæredem collateralem, vel ſtatim quòd venditum, vel donatum eſt, incipiunt deberi, & debentur iura feudalia ſiue releuamenta, ſiue quintum ſimplex vel cum ſubquinto pretij, & illicò eorum obligatio eſt formata, & ceſſit, nec reciprocatio obligationis

impedit obligationis & actionis hincinde ceſſionem. *text. in l. Iulianus. §. offerri. D. de actio. empt.* ex quibus patet dilutio contrariorum, & ſolutio quæſtionis, quòd iſtorum* iurium obligatio ſemel & efficaciter fuit domino acquiſita, & ſic ad eum ſpectant, & non ad ſuperuenientem vſufructuarium, licet tempore vſufructus ſoluantur. Et pariter econuerſo iura huiuſmodi quæ tempore durantis vſufructus cedunt, & quouis modo deberi incipiunt, ad fructuarium ſpectant, quocunque tempore etiam poſt vſumfructum finitum fiat eorum ſolutio. Et idem cenſendum de omnibus reliquis obuentionibus fundi dominantis, vel etiam iuriſdictionis, alio habente vſumfructum: quia debet attendi tempus quo ipſo iure cedunt, ſeu deberi incipiunt: quia ſtatim quod cedunt, deſinunt eſſe de corpore ſeu re principali, *text. in l. prædiis. §. ex his. §. pater l. quæſitum. §. peto de leg.* 3. & ſunt tunquam proprietas ſeparata, ſicut fructus ſeparati ſtatim ſunt corpus mobile & ſtans per ſe, *vt eleganter inquit Bal. in cap. quæ in eccleſiarum. col. 4. verſic. ſed ſtatim quæritur. de conſt. Phil. Franc. in cap. vnico in princ. poſt Bald. ibi. de eo. qui mitt. in poſſe. cauſ. reiſer. & in c. locupletari. col. pen. de reg. iur. in 6. Andr. Tiraquel. in trac. de retrac proxim. §. 1. gloſſ. 6. num.* 10. Et etiam in ſimili determinat conſuetudo Niuer. *eo. tit. §.* 58. Et hinc eſt quòd reditus* clericorum & eccleſiarum, quorum dies ceſſit, non poſſunt prehendi, nec pignorari à iudice ſæculari. ſed benè quoad penſiones quæ nondũ ceſſerunt, ſicut & quoad fructus pendentes: quoniam clerici & eccleſiæ ſpeciali priuilegio exempti ſunt à iuriſdictione ſæculari quoad bona eorum mobilia, ſed non quo ad immobilia, ſecundùm ea quæ latè deduxi. ſ. *in præ. in gloſſ. 6.* Iſte erat antiquus ſtylus in hoc regno. ſed (vt dixi in annotat. *ad Alex. conſ. lib.* 1.) hoc priuilegium non concernit niſi mobilia neceſſaria perſonæ, vſui & conditioni clerici, vt etiam dixi *ſuprà. ſtilo Parlamenti Pariſienſis, & diu ante me Iordanus Brini in rep. §. contrahentes in cap. Romana. de for. compet. in 6.* Et ita tandem conſtitutionibus regiis ſtatutum fuit, propter nimium luxum & abuſum eccleſiaſticorum.

54. ¶ QVARTO* vlterius quæro, quid de commiſſo rei feudalis, vel emphyteuticæ, aut cenſualis, à fundo dominanti dependentis, contingente tempore vſufructus, vt quia vaſallus abnegauit dominum & conuictus fuit, vel emphyteuta, aut cenſuarius non ſoluerunt per tres annos, cùm lege contractus cautum eſſet, rem hoc caſu committendam, vel conceſſio facta erat ad certa tempora, vel generationes quæ finitæ ſunt. Quod iſtud commiſſum cedat & acquiratur vſufructuario, faciunt: Primò, quæ ſupra in duabus proximis q. adducta ſunt, & concluſa pro eo. Secundò ſa. *l. vſufructu. legato. §.* 1. D. *de vſufruct.* vbi per verba vniuerſalia dicit text. quòd quicunque rei reditus eſt, quæque obuentiones ſunt, ad fructuarium pertinent: vnde infert, quòd ſi ex cauſa damni infecti in poſſeſſionem vicinarum ædium ex primo decreto miſſus ſit, & adhuc perſeueretur, non caueri poterit ex ſecundo decreto iure dominij poſſidere eas ædes: & ſic iure proprietatis ſibi & non proprietario acquirentur, nec finito vſufructu eas reſtituet. Et ſic patet quòd omnia lucra nodum profectitia ex re prouenientia, ſed etiam aduentitia aliunde, extra rem obuenientia, cedunt fructuario, non per modum vſufructus, ſed per modum proprietatis inſeparabilis, *vt ibi dicit Bal.*

55. ¶ Tamen veritas* eſt, huiuſmodi commiſſum cedere & acquiri proprietario, quia iſtud commiſſum venit iure conſolidationis, & nihil aliud eſt quàm conceſſionis feudalis emphyteuticæ, vel cenſualis extinctio & vtilis dominij reuerſio, & conſolidatio cum directo. Et ſic neceſſe eſt quod proprietatu ipſi acquiratur, & non fructuario. *& ita tenent Oldra. in q.* 239. *ſuper eo. Ioann. And. in addi. ſpecu. tit. de locato. §. nunc aliqua. verſi. 93. Alberi in l. vſufr. legato. D. de vſufr. & in rub.*

A *C. de vſufr. Paul. in l.* 2. *C. eo. Guid. Pap. deci. Delphi.* 477. *reſpõ.* 3. *Iaſo in l. fin. col.* 10. *q* 3. *in fin. n.* 45. *C. de iure emphyt. Nicol. Boeri. in conſu. Bituri. de conſu. feud. §.* 9. *in fin. Guilel. Bened. in rep. in c. Raynutius. in ver. cætera bona. n.* 33. *in fin. de teſta. & dixi* j. §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 4. *cum ſeq.* Nec obſtant in præcedentibus q. adducta pro fructuariis, quia procedunt in cõmodis & obuentionibus, quæ vice fructuũ fundi dominãtis cenſentur, & quæ vere ſunt eius fructus ciuiles. Sed iſtud cõmiſſum nullo modo eſt, nec poteſt cenſeri eſſe in fructu: hæc enim res commiſſa tempore primæ conceſſionis in fundum, cenſum, vel emphyteuſim, fuit pars fundi dominantis plenè, & omni reſpectu, & poſt conceſſionem remanſit adhuc eius pars reſpectu directi dominij: & tempore reuerſionis & commiſſi redintegratur ſolùm reſpectu dominij vtilis, quod ad ſua initia, & primordialem ſtatum reuertitur: & ſic non dicitur de nouo acquiri; ſed in antiquam cauſam reſtitui & vniri. 56. ¶ Res enim conſolidata* vnitur eſſentiæ & ſubſtantiæ rei cui conſolidatur, & vnà & eadẽ res cum illa efficitur §. *ſi. inſtit. de vſufr* ibi, *quæ res conſolidatio appellatur.* igitur, impoſſibile eſt quòd ſit vel cenſeatur in fructu, cùm ſit res ipſa: fructus autem ſemper eſt acceſſio diſtincta à re, ex qua, vel propter quam producitur, *text. in d. l. vſufr. legato. in l. Item ſi fundi. in prin. & per to. tit. D. vſufr. l. ſi aliena. in fin. D. de vſucapio.* Tum ius vtendi fruendi nunquam abſorbet ipſam rei ſubſtantiam: ſed illa ſemper debet manere ſalua & integra ipſi proprietario. patet vel ex ipſa diffinitione vſufruct. *l.* 1. *D. de vſufr.* ſed ſi ius vſufructus extenderetur ad lucranda huiuſmodi commiſſa, & non remaneret ſubſtantia & proprietas rei ſalua & integra domino, ſed partem auferret & retineret fructuarius, quod eſſet abſurdiſſimum: quoniam hæ res quæ committuntur, ſunt de ſubſtantia & proprietate fundi dominantis, & ſunt pars directi dominij ipſius fundi.

57. ¶ Ad* d. l. *vſufructu legato*, miratus ſum doctores dicere illam multum obſtare, & ad eius ſolutionem anxiè laboraſſe: mihi videtur nullo modo obſtare. Tum primò, quia illa domus per ſecundum decretum adiudicata, non erat pars fundi in quo habebatur vſusfructus, nec de eius ſubſtantia, nec illi vnitur nec conſolidatur: ſed erat & remanet res prorſus ſeparata: & ſic patet illam legem nihil habere commune cum commiſſo rei de qua agimus. & hæc vera & concludens ſolutio. Tum ſecundò, quia in d. l. illa domus non committitur virtute proprietatis ſeu directi dominij, nec in vim legis feudalis vel emphyteuticæ, aut alterius iuris exiſtentis in proprietate domini, vt in caſu noſtro: ſed ex cauſa prorſus extrinſeca, & nullo modo dominium vel proprietatem rei concernente, ſed ſolam perſonam fructuarij concernente, videlicet contumaciam in eum factam à non cauente de damno infecto. Igitur nihil mirum ſi ibi nihil proprietario acquiritur, ſed totum ſoli fructuario cedat: hîc vero ſit è conuerſo, quum ſimus in caſu oppoſito, debet id operari quod propoſitum in propoſito operatur. *l. fin. §. fi. D. de lega.* 3. *l. & ſi contra tabulas. D. de vulg. & pupil. cum vulg.* hanc tamen ſolutionem magis ad differentiam oſtendendum, & eleuandum contrarium, quàm ad ſoluendum adduco.

58. ¶ Tum tertiò, quia illa domus non eſt, nec cenſeri poteſt fructus rei vſufructus. & in hoc fuerunt decepti doct. ad pauca aduertentes, dum putant verſi. *vnde etiam* in illa l. eſſe illationem ex vi dicti præcedentis, & eius exemplum: quod eſt falſum. ſed eſt alia ſententia, eidem (breuitatis cauſa) continuatò ſermoni inſerta. patet, quia illa domus non ex virtute vſufructus nec ex aliqua eius poteſtate, adiudicatur fructuario, ſed virtute ſententiæ ſeu ſecundi decreti & edicti prætoriij, fundati non in iuribus vſufruct. nec in iuribus proprietatis, ſed in ſola contumacia non cauentis fructuario admiſſa, & quæ ſolùm fructuarij perſonam concernit.

* Releuis, ſeu releuamenta quandoque pertinẽt ad proprietarium vel ad fructuarium.

* Clericorum & eccleſiaſtã reditus, penſiones, & mobilia quẽadmodum poſſint prehendi & pignorari per iudicem.

* Quartaquæſtio de commiſſo & pœna rei feudalis, emphyteuticæ, vel cenſuariæ, vtrum cedat fructuario, an verò proprietario.

* Quæ conſolidãtur, cedũt proprietario quoad proprietatẽ, vt hic: fructuario quoad vſumfructũ. vt quæſtione 5. infra eodem numero 62.

* Verus intellectus *l. vſufr. legato. D. de vſufruct.*

concernit. Et ſic illa adiudicatio non poteſt dici, nec cenſeri, fructus rei, vel vſusfructus, nec naturalis, nec ciuilis, quum à re vel vſufructu nullo modo dependeat, nec vllum reſpectum habeat: ſed dicitur pœna & penſatio contumaciæ factæ aduerſus fructuarium, & ſic non poteſt eſſe ille verſi. exemplum, nec illatum primi vel ſecundi reſponſi illius legis: & nihil facit ad propoſitum noſtræ quæſtionis: ſed eſt prorſus quod dicunt ἀναγκαῖόν τινων. & hæc eſt propria & punctualis ſolutio. Idémque foret econuerſo, ſi ipſe proprietarius contra dominum vicinarum ædium caueri ſibi damni infecti nomine poſtulaſſet: & contra nolentem in poſſeſſionem miſſus, tandem ex ſecundo decreto eius ædes obtinuiſſet, quod poteſt, *vt in l. damni infecti, 1. in prin. D. l. inter fructuarium. D. de dam. infec.* quia tunc * ſoli proprietario illæ ædes acquirentur, vt pœna contumaciæ, non vt fructus vel reditus qualiſcunque rei ſuæ. Ideóque nec fructuarius hoc caſu in illis ædibus quicquam, nec etiam vſumfr. habebit.

* Pœnæ commiſſæ in feudis quibus cedant.

59. ¶ Simile eſt in *l. item apud Labeonem. §. ſi vſumfructum, cum §. ſeq. D. de iniur.* vbi dicitur quòd ex iniuria facta ſeruo, in quo alius habet vſumfructum, non quæritur actio iniuriarum fructuario, nec inde capiet aliquod commodum: ſed ſoli proprietario, niſi iniuria ſpecialiter in contumeliam fructuarij eſſet facta. Ratio, quia huiuſmodi actio non eſt in aliquo fructu rei, ſed in ſolius perſonalis iniuriæ reparationem. ¶ Aliud ſimile in *l. verum autem, in fin. cum l. ſeq. D. de pet. hæred.* vbi licèt bonæ fidei poſſeſſor alienæ hæreditatis teneatur, quatenus locupletior eſt ad pretium rerum hæreditariarum quas bona fide vendidit, & etiam ad pœnas, lucra, & acceſſiones, quas intuitu venditionis vel pretij rerum hæreditariarum conſecutus eſt: tamen non tenetur reſtituere pœnam ex eo commiſſam: quòd ab alio violenter deiectus eſt, vel quòd aduerſarius die dictâ in ius non ſtetit, propterea quòd hæc acceſſio nihil habet commune cum ipſa hæreditate, nec eſt de fructibus ſeu obuentionibus illius, ſed penſatio perſonalis iniuriæ, vt ibi per Bart. Ang. & omnes. ¶ Itidem creditor pignoratitius, vel emptor rei redhibitoriæ, tenetur in ſortem computare, vel reſtituere pœnam quam conſecutus eſt propter delictum commiſſum in rem ipſam: ſed non quod conſecutus eſt propter delictum commiſſum in perſonam ſuam occaſione rei, *vt eſt bo. text. in l. bonem. §. ſi quis ſeruum. D. de ædili. edict. in l. ſi pignore. in prin. D. de pigno actio. tradit Bart. in d. l. ſi pignore. & in l. prætor ait. §. de fructibus. D. de bo. auctor. iudi. poſſid. ſeq. Ioan. And. in c. 1. col. 1. in no. 2. de vſur.*

60. ¶ Ex prædictis liquet do. Guil. Benedic. *in rep. c. Raynutius in ver. cætera bona. num* 20. dum copiæ ſtudet, iudicio lapſum, cùm dixit, theſaurum * inuentum in fundo, in quo alius habet vſumfructum, ſpectare ad fructuarium quoad vſum quandiu viuet, & vſufructu finito cum fundo reſtituendum proprietario; quod eſt erroneum: quia omiſſa media parte theſauri, quæ abſque dubio cedit fortunato inuentori, altera media ſoli domino ſemper cedit, nec eſt dubium quin ſolius domini prædij ſit. Hæc ſunt verba *text. in l. ſi ex qui. §. ſi communis ſeruus. D. de acqui. re. do.* quod autem non ſpectet ad fructuarium etiam quoad vſum tantùm pendente vſufructu, probo, quia theſaurus nullo modo eſt fructus fundi, nec naturalis nec ciuilis, *text. in d. l. diuortio. §. ſi fundum, in fin.* nec eſt etiam pars vel portio aliqualis fundi, ſed res prorſus ſeparata, nihil cum fundo habens commune, *text in l. 3. §. Neratius. D. de acquir. vel amitt. poſſ.* Et ſic vſusfructus qui habetur in fundo, non poteſt extendi ad theſaurum in eo inuentum. Igitur fructuarius nec dominium nec vſumfructũ habebit in theſauro ſeu eius media, ſed ſtatim liberè & pleno iure cedit ſoli proprietario, *per d. §. ſi ſeruum communis.* Et quod nullo modo cedat lucro fructuarij tenet Oldradus *q.* 239. *ſuper eo. in fin.* Nec obſtat quòd ſecundum opi. glo. Bar. Bal. (quæ vera eſt *in d.*

* Fructuarius nihil habet in theſauro inuento in fundo ſeruiente ſuæ fructuario.

A §. *ſi fundum.*) maritus, quandiu durat matrimonium, habebit mediam illam theſauri in fundo dotali inuenti, quia maritus de iure, fundi dotalis eſt dominus, licèt ad tempus & reuocabiliter: & ſic pro tempore ſui dominij, ſuum efficitur dominium illius theſauri; & finitur finito dominio fundi, *vt habetur in d. §. ſi fundum*, longè aliud in fructuario, *vt ſatis deductum eſt.*

61. ¶ His adde quæ dicam, *infra § 55. gl. ſi. in ſi.* & quæ dixi ad Philipp Dec. *conſ.* 160. corrigendo illud conſilium. ¶ Ex quibus etiam patet falſam eſſe illam ſolutionem (vt cæteras quæ ad rem noſtram non pertinent omittam,) in qua ſiſtit Guid. Papæ *in dict. q.* 477. & quam dominus Andr. Tiraq. (vir ætate noſtra doctiſſimus, ſuæque Pictauiæ eximium decus *in repet. l. ſi nunquam in ver. reuertatur. num.* 322.) ponit pro. 47. diſcrimine inter ea quæ ipſo iure, quæve per ſententiam fiunt: dum dicunt, rem emphyteuticam aut feudalem cadentem in commiſſum ipſo iure, domino proprietario cedere, *vt in q. noſtra*; ſin per ſententiam, fructuario dominij directi acquiri, *vt in d. l. vſufructu.* quod eſt erroneum: ſequeretur enim primò, quod regulariter commiſſum feudi acquireretur fructuario, attẽto quod regulariter feudum non cõmittitur ipſo iure, ſed demùm per ſententiam, *vt in conſti. Loth. de feud. ſine cul. non amitt. c. 1. & quo tempore miles. c. 3. no. glo. in c. imperialem. §. calidis. ver. reuertatur. & ibi Bal. Aluaro. & omnes de prohibi. feud. ali. per feud. in vſib. feud.* & dicemus in §. 30. *quæſt. 6.* Secundò quòd ſi per ſtatutum certa pœna ipſo iure committeretur in non cauentem de damno infecto, vel in violentum expulſorem, quod talis pœna non cederet fructuario denegationem cautionis, vel expulſionem paſſo, ſed proprietario: quorum vtrumque falſum & abſurdum eſſe patet per prædicta. Itaque ſtat concluſio, quod ſiue * ipſo iure, ſiue per ſententiam, prædium clientelarium, cenſuale vel emphyteuticum committatur: & directo domino conſolidetur, non fructuario, ſed proprietario fundi dominantis acquiritur, & ita vltra adducta *ſupra eo. num. 55.* expreſſe determinat *Oldra. in conſi. 148. quidam comes. in q. 1.* Quo magis miratus ſum Andream Tiraquellum virum diligentiſſimum, in ampliori ſua editione repetitionis, *l. ſi vinquam. C. de reuoc. don.* facta anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſecundo *in ver. reuertatur. in 51. diſtinctione*, eundem errorem ſecutũ eſſe poſt 14. annos. Qui error illius fuerat à nobis confutatus in prima horum editione factâ anno ſeſquimilleſimo trigeſimooctauo Et inſuper magis miror eum in ſuam ſententiam citaſſe Oldra. Io. And. & Iaſonem. qui omnes in locis per eum allegatis tenent ſententiam noſtram, *vt ſup. eadem glo. num. 55.*

* Quæ ipſo iure vel per ſententiam cenſuatia vel emphyteutica committuntur, ſoli proprietarijs domino ſiue directo adquiruntur, nõ fructuarijs.

62. ¶ QVINTO* iuxta hæc quæro, nunquid ſaltem fructuarius debeat habere vſumfructum fundi conſolidati, quandiu durat vſusfructus? videtur quod non, per text. *in l. item ſi fundi. § ſed ſi inſula, D. de vſufru.* vbi dicitur fructuarium non habere vſumfructum in inſula iuxta fundum in flumine nata, ſed quòd eſt proprium & ſeparatum prædium, ſoli proprietati accedens. ſed hoc non obſtat, quia talis inſula non eſt pars primi fundi, nec in eius fructibus vel pertinẽtiis, vt ibi dicitur. At fortiùs vrget quod ſubjungit text. *in fi. d. §.* vbi latet incrementum, vſumfructum augeri: vbi autem appareat ſeparatum, fructuario non accedere: ſed nec hoc obſtat, quia licèt incrementum commiſſi, non ſit ſucceſſiuum nec latens, ſed momentaneum & apparens, tamen non eſt ſeparatum, ſed conſolidatum & vnitum in vnam & eandem rem cum fundo dominanti, vt diximus, & hac ratione concludo, quòd in vnito & conſolidato fundo, fructuarius habebit vſumfructum: ita decidit Oldra. *in d. q. 239. col. fin. Ioan. And. in d. add. Specu. de loca. §. nunc aliqua. verſic. 93. Paul. in d. l. 2. C. de vſufr. Guil. ind. cap. Raynut. ver. cætera bona. nu.* 33. & hæc eadẽ ratione, ſicut augmentũ alluuionis * accedit proprietario, quoad proprietatem & vſufructuario

* Quinta quæſtio, vtrũ vſusfructus fundi conſolidati cedat fructuario quamdiu durat vſusfructus?

* Alluuione quæ adcreſcunt, quem-

admodum proprietario, fructuario & hypothecario creditori & fundo dominanti profint. Augmentum in vtilitatem rei.

quoad vſumfructum, *d. l. item ſi fundi*: ita etiam creditori accedit quo ad hypothecam, *l. ſi fundus, in princ. D. de pigno.* & fundo dominanti quoad ius ſeruitutis, *l. hoc iure. §. 1. D. de aq. quoti. & eſti. & not. gloſſ. in d. §. ſi fundus, in princip.* 63. ¶ Facit quod augmentum accedens per modum vnionis, & eandem rem cõſtituens, omnes qualitates & conditiones rei cui vnitur ſuſcipit, & omnino iudicatur ſicut eadem res, per *text. l. inter ſocerum. §. cùm inter. ibi, nec ſeparabitur portio dotis quæ eſt data additamenti cauſa. D. de pact. dotal. in l. etiam. C. de iure dot. vbi per doc.* & in pluribus concordant. cumulatis per do. And. Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus nu.* 281. *in fin.* in 1. editione facta per eum ante annum 1530. & vltra eum copioſiſſimè & eleganter tractat *Franc. Curt. ſeni. in conſi. 9. 56. ſuper eo, col. 4. 5. 6. & Alber. Bru. in tract. de augmen. in concl. 5. col. 27. cum pluribus ſeqq.* Adde quod pro concluſione huius & præcedẽtis quæſtionis optimè facit *l. arboribus. in prin. D. de vſufru.* quam doct. non allegant, vbi deciditur, quod ſi grandes arbores ſyluæ nõ cæduæ vi ventorum euellantur, vel deijciantur, illæ arbores non cedent vſufructuario ſyluæ, ſed proprietario: tamen in illis fructuarius habebit ſuum vſumfructum: alioquin, vt inquit tex. contingere poſſet omnes arbores auferre fructuarium. Et pariter in præſenti ſi aliter diceremus, contingere poſſet fructuarium omnia prædia à fundo dominanti dependentia auferre, & non integrã rei ſubſtantiam ſed mutilam & omnibus ſuis membris truncatam proprietatem reſtituere. Igitur commiſſa cedunt proprietati quoad dominiũ: & vſufructui, quoad vſumfructum. 64. ¶ Concluſionem huius q. amplio primò, nedum ſi fundus, vel ſubfeudum quod cecidit in commiſſum, vniatur, & incorporetur fundo fructili: ſed etiam ſi per ſe ſeorſum & ſeparatim teneatur. non enim tenetur dominus ſubfeudum ad ſe iure commiſſi reuerſum, vnire dominio feudi ſui dominantis, nec ad hoc cogi poteſt à patrono ſuperiori, vt plenè dicemus *inf. §. 20. gloſſ. 1. quæſt.* 13. Et nihilominus fructuarius loci dominãtis, in tali ſubfeudo habebit vſumfructum, quia ſatis eſt quod dependet à re fructili, & eius occaſione reuertitur. Quemadmodum in proceris arboribus vi ventorum euulſis habet vſumfructum conſequutiuum, vt nuper diximus, quanquam illæ non remaneant pars fundi, ſed efficiantur quid mobile & prorſus ſeparatum. *vt ſup. ea. glo. 1. q. 5. ad fin.* Ex quibus patet quòd concluſio quæſtionis noſtræ multò fortiùs habet locum in ſubfeudo vel emphyteuſi, quæ non cadit in commiſſum, ſed propria ſua natura finitur, quia tunc ipſo iure ſine hominis miniſterio conſolidatur, vt plenè dicemus *inf. eo. §. 43. q. fin.* 65. ¶ Nunc concluſionem quæſtionis noſtræ limito * primò procedere in commiſſo aut alia reuerſione proueniente immediatè & præcisè ex natura feudi, cenſus vel emphyteuſis, & ex veteri potentia cauſæ obligatiuæ ſiue neceſſariæ, inexiſtenti fundo dominanti ante conſtitutionem vſufructus, ex lege conſuetudinis vel contractus: ita quod tempore conſtituti vſufructus, fundus dominans habebat implicitum ſtatum ad incrementa huiuſmodi commiſſorum, & ſic acceſſione commiſſorum, non videtur eſſe in alio ſtatu, nec in alia cauſa. *l. fin D. ſi ex noxa. cauſa aga.* & (vt ibi not. docto.) quando illud quod erat in potentia, deducitur ad actum, non dicitur eſſe quid nouum: ſed (vt & ſcitè & eleganter inquit Bald. *de feud. mach. ducat. & comita. in princip.*) non cenſetur ex hoc nouum dominium acquiſitum, ſed fertilior eſt annus: ſecus ſi aliunde, vel ex cauſa voluntaria committerentur, vel reunirentur prædia, vt ſi dominus emeret ſubfeudum, vel emphyteuticum aut cenſuarium prædium, vel ſibi donarentur vel legarentur ab vtili domino: quia tunc dico quòd ſoli directo domino cederent, nec fructuarius in his haberet vſumfructum, nec aliquod aliud commodum. 66. ¶ Ratio, quia illa acceſſio * eſt extra veterem & præexiſtentem cauſam, & ius fundi dominantis: quemadmodum ſi dominus noua quædã iura acquirat fundo, vel alia prædia ei vniat ad conſtituendum eundem fundum, quod poteſt. *vt in l. quod in rer natura. §. ſi quis poſt. D. de legat. 1. in l. locum D. de verbor. ſignif.* cum ſimilibus. vel ſi non alluuione, ſed fluminis impetu pars alieni fundi adijciatur, & tanto tempore hæreat vt coaleſcat, §. *præterea quod per alluuionem. inſtit. de re di. d. l. item ſi fundi. circa med. D. de vſufructu.* His enim & ſimilibus caſibus, ſoli proprietario accedere & prodeſſe puto, & non fructuario: quia iſta adueniunt prorſus ex noua cauſa, & ſic non augent vſumfructum, qui debet contineri limitibus, actu vel potentia habituali inexiſtentibus tempore ſuæ conſtitutionis. per *tex. in l. Rutilia Polla. D. de contrab. emptio. & vendit.* tum quia dominus iſta non aſſequitur vt patronus, ſed vt quilibet priuatus, vel extraneus, & alio iure quam patronatus, igitur ſua pecunia acquiſitum, vel beneficium in ſe colatum, non tenetur communicare fructuario, per tex. optimum & clarè probantem *in l. ſi verò. §. item quicquid. D. ſolut. matri.* 67. ¶ Sublimito, niſi etiam fructuarius contribueret in pretio pro rata augendi vſufructus, vel niſi etiam eius gratiã & contemplatione fieret donatio vel legatum. per *text. in l. hinc quæritur. §. poteſt. D. de pecu. in l. profecticia. in princi. D. de iure dot. in l. facta. §. ſi hæres ante in fi. D. ad Trebellia. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. D. de vulg. & pupill. ſubſti. vt plenè per ſcrib. & in terminis vſufructuarii tex. in l. ſed & ſi quid. D. de vſufruct.* Poſſet ſecundò ſublimitari, quãdo dominus feudum per vaſallum extraneo venditum retinet pro pretio ex prærogatiua feudali. ſed de hoc dicam inf. §. 20. Sed quid eſt caſtrum, cui annexum territorium cum mero mixto imperio & iuriſdictione, & confiſcationes ſpectant ad dominum caſtri & iuriſdictionis?

68. ¶ Citra controuerſiam eſt, mulctas & confiſcationes bonorum eſſe fructus & reditus iuriſdictionis. vt tenet *Bart. in l. fin. D. ſolut. matri. per c. vnicum, quæ ſunt regal. in vſib. feud.* & omnes docto. *ſeq. in d. l. ſi & in l. diuortio, §. ſi vir in fundo. D. ſolut. matrim. Bald. in l. 1. col. 3. C. de fruct. & lit. impen. Bald. Paul. in l. 2. de epiſco. audi.* Et ſic debent pertinere ad habentẽ tempore ſententiæ vel condemnationis, vſumfructum caſtri & iuriſdictionis, vel etiam vſumfruct. imperij & iuriſdictionis tantum. Et quod pœnæ gabellarum & aliæ obuentiones ſint ipſius gabellarij, quamuis non ſit expreſſum. tenet. *Cyn. in l. creditor, in prin. per illum tex. D. de actio. empti. & ibi Bald. & Alexan. in addit. ad Bart. idem Bald. in c. 1. §. ſciendum de feud cognitio. in vſib. feudorum, in l. ſi quis. C. de vectigal. & communi. & in l. 1. C. de fruct. & lit. impenſ. in l. edicto. l. ſi aduerſ. fiſc. Ioan. de Anan. in cap. vltimo. col. 5. ver. ex prædictis, extra de malefic. Paul. Caſtren. in d. l. creditor. in princip.* & bene. quamuis contrarium teneat Angel. Peruſ. *in l. ſi quis id quod D. de iuriſd. omn. iudi.* Imo etiam actio ad pœnam ſemel quæſita durat poſt tẽpus locationis. *l. Prætor ait §. si etiam & ibi Bald. D. de eden. Frac. Lucam in tract. de priuilegio fiſci in 4. queſito. quæſt. 48. Ioan. Amic. conſil. 110. col. vlt.* & an tempus delicti inſpiciatur, dixi *in annotat. ad Phil. Dec. conſ. 4. col. 2.* nec dubium eſt, quin mulctæ & confiſcationes mobilium, perpetuò cedant fructuario: ſed non leue dubium eſt de confiſcatione bonorum * immobilium. Quidam enim tenent quod acquirantur domino quod proprietatem & dominium: & fructuario quoad vſumfructum quandiu durabit vſufructus. ita Alberic. in *d. l. vſufructu legato, poſt Iacob. Rauen. D. de vſufruct. & in l. ſi verò col. 2. D. ſolut. matrimo.* Bald. *in l. fin. D. eo. tit.* reddens rationem, quia aliter finito vſufructu non reſtitueretur integrum territorium. Et pro eis videtur facere *l. arboribus in princip. D. de vſufructu.* in ratione ſui, dum habet pro abſurdo, ſi contingeret fructuarium auferre omnes grandes arbores, vi vento-

extra veterẽ & præexiſtẽtem cauſam & ius fundi dominantis, ſoli proprietario adquiruntur, excepto duobus caſibus, de quibus inf.

* Mulctæ & cõfiſcationes & reliqui fructus iuriſdictionis quibus cedant.

* Cõfiſcationes bonorum immobilium cui cedant.

* Diſtinguitur an ex cauſa inexiſtente an ex accidentali nascatur.

* Acceſſiones nouæ fundi

rum emulſas. Et ita de facto conſului contra parentem habentem cuſtodiam liberorum, de quo *infrà tit. 2.* & multi ſubſcripſerunt, *fac. l. fundum. D. de fun. dot. glo. in l. ſi legato. D. de iur. dot.* Alij autem, vt Bart. Paul. *in d. l. ſi.* & ferè omnes ſcrib. in *d. §. ſi vir. in fundo. D. ſolut. matrimo.* tenent quòd in totum & perpetuò pleno iure cedunt fructuario: & eſt receptior opinio, ſeq. Iacob. de S. Georg. *in inueſti. feud. ver. de caſtro. rub. mont. col. 2. ver. quæro etiam mulier.* Ad rationem Baldi *in l. fin.* ſubtiliter reſpondet ibi Paul. quòd imò reſtituet integrum territorium, quia nõ diminuitur in aliquo quantùm ad iuriſdictionem. Addo quòd hoc caſu ſubiectum vſufructus eſt ipſa iuriſdictio, cuius ſubſtantiæ ſalua ſemper & integra remanet, quamuis proprietas bonorum immobilium, quæ ſubſunt iuriſdictioni, acquiratur fructuario vel alij cuicunque: ergo nullum videtur inconueniens, ex quo (vt in confeſſo eſt) huiuſmodi confiſcationes, quæ fiunt virtute iuriſdictionis, ſunt ſimpliciter in fructu iuriſdictionis. Sed ſi hoc eſt verum, ſequitur quod ad fructuarium nedum ſpectabunt prædia confiſcata, quæ non recognoſcebantur à domino caſtri iure feudi, vel aliàs ratione dominij directi, ſed ſolùm ratione ſimplicis iuriſdictionis: Sed etiam quòd feuda ipſa, & emphyteutica & cenſualia prædia ſubditorum caſtri, quæ recognoſcuntur à domino ratione proprietatis & directi dominij penès eum exiſtentis, ſi virtute iuriſdictionis propter delictum confiſcantur, acquirentur fructuario, nedum quoad vſumfructum, ſed quoad dominium, & in perpetuum: & eſſet magna & ſecunda limitatio ad præcedentium quæſtionum concluſionem. 69. ¶ Et ſi cui videtur eſſe repugnans reſolutionibus prædictis, hunc fructuarium per hanc viam auferre partem immobilium, quæ ſunt de proprietate & directo dominio caſtri in quo habet vſumfructum: poſſet reſponderi, quòd præcedentia loquuntur in commiſſis, quæ fiunt ex vi legis feudi vel dominij directi, & fiunt domino tanquam domino feudali vel directo, ſiue fiant ipſo iure, ſiue per ſententiam mediante iuriſdictione ipſiuſmet domini, vel alterius iudicis, non curo; modò ex vi, & natura legis contractus. Sed nunc loquimur in commiſſis, quæ fiunt virtute ſolius iuriſdictionis & iuris communis, putà in pœnam alicuius delicti communis, quæ poſſent adiudicari per alium quàm per dominum feudi, ſi alius haberet ibi merum imperium & iuriſdictionem & tunc non ſpectarent ad dominum directum. Et ſic in hoc caſu non cedunt huiuſmodi commiſſa domino, vt domino directo prædiorum confiſcatorum, ſed vt iudici, & vt domino iuriſdictionis. proprietas autem ſeu directum dominium prædiorum territorij, & iuriſdictio eiuſdem territorij, nihil habent commune: & ita punctualiter diſtinguit & decidit Ordrad. ſi ſubtiliter perpendatur, *in conſi. 148. quidam come.* Latiùs hinc inde diſcuterem & reſoluerem, ſed ne nimiùm [illegible] tranſiliam, hanc quæſtionem reſeruo in decadibus & centuriis meis, vbi liberè, vel non petitâ veniâ licebit excutere, ſi quando detur otium.

*Fructuarius feudi verum teneatur pendente vſufructu præſtare clientelaria obſequia.

70. ¶ Sexto pro complemento copioſæ huius materiæ circa fructuarios, quæro, * vaſallus efficitur fructuarius feudi dominantis, vtrùm teneatur pendente vſufructu ad clientelaria obſequia? Prima facie negandum videbatur: ſed ex multis compendiosè deductis, *ſupra eodem, quæſtione prima*, dicendum eſt, quòd quoniam ius dominicum in ſe, & eius virtus honorifica, non eſt in fructu, ad hoc vt alij competat quàm vero patrono: ſed bene iura vtilia, vt ibi diximus, *numer. 19. 22.* Vnde quocunque modo feudum fructuarij aperiatur durante vſufructu, vel priùs apertum ſit, ſiue ex perſona vaſalli, ſiue ex perſona domini mutata, tenetur fructuarius eius feudi nomine fidelitatem præſtare proprietario, ſicut quilibet alius vaſallus. Verum eſt quod ad nulla iura vtilia, puta relcuia tene-

A bitur: ſed illa lucratur, & ſibi compenſat pro aperturis accedentibus tempore vſufructus: vnde niſi fidem præſtiterit, poterit proprietarius illud feudum prehendere, & redigere ad manum ſuam. Sed cuius erunt fructus durante prehenſione & vſufructu? Videretur quòd fructuarij, *per notat. ſuprà eadem gloſſ. quæſtione ſecunda.* Contrà dicendum eſt, quia fructuarius hos fructus ſua culpa amittit, vnde non debet iure vſufructus eos recipere. Tum ne impunè liceat dominum, & legem feudi offendere: Tum quia meretur priuari vſufructu fructuum illius rei, qua abutitur dominum contemnendo, per *not. ſuprà ead. gloſſ. quæſt. 2. num. 46. 47.* Similiter ſi negauerit ſe tenere à proprietario in feudũ, & conuictus fuerit, cadit in commiſſum: nedum quoad
B proprietatem, ſed etiam quoad vſumfructum, quem retinere non poteſt in re in qua deliquit, & abuſus eſt. Idem dicendum in muliere vidua, iure doarij poſſidente feudum dominans, quia non eſt aliud quàm vſufructuaria. de quo tamen dicendum *vt infrà. §. 1, 6.* Secùs in marito poſſidente, vel acquirente feuda mouentia à propriis vxoris, quia magis * domini vicem, quàm fructuarij gerit, vt not. *j. §. 108.* quod eſt limitandum in multis caſibus, vt ibi ſcripſi.

* Maritus magis domini vicem quã fructuarij gerit.

¶ Idem eadem ratione in tutore: quia licèt teneatur in accepta referre omnia iura vtilia à ſe debita: tamen interim non præſtat clientelaria obſequia. Et hoc ſi ſolus ſit tutor: quoniam ſi habeat contutorem, à quo non ſit remota adminiſtratio feudi dominantis, puto, quòd is
C ab eo exigere poterit clientelaria obſequia*, & horum defectu manum injicere, & fructus pupillo acquirere: imò etiamſi pupillus indigeat, poterit ſtatim exigere iura vtilia, vel retractu feudali vti ad commodum pupilli. Et idem in ſimilibus, vt ad alia tranſeo.

71. ¶ Redeundo ad rem. Quæro ſeptimò, an habeat locum in * domino feudali pro parte? Dicendum quòd ſic: pro parte ſcilicet dominica, quam in fundo dominanti, & in iure feudali habet: pro cuius rata poteſt irrequiſitus vel inuitis condominis prehendere feudum ſeruiens, & fructus partis ratæ prehenſæ ſuos facere, & cæteris feudalibus vti iuribus, vt probatur in *l. communua libertus. D. de in ius vocan.* vbi etiam in pœnalibus & odioſis appellatione patroni, venit patronus liberti cum pluribus compatronis communis. Et in communibus pluribus vt ſingulis, quod eſt mi-
D hi cum alio * commune, dicitur meum, etiam verè & propriè loquendo, vt tenet Areti. *in l. ſerui electione, §. Labeo. D. de legat. 1. per text. in l. illud. D. de ritu nup.* vbi reprobatur opinio Iaboleni, qui dixerat libertam cõmunem non propriè dici ſuam, *text. in l. pupillum, in fin. D. de verbor. ſignif.* quia ſi verbum ſuum de propria ſignificatione ſolùm in totius rei dominio verificaretur, non eſſet ambiguum: quia vbi conſtat de certa & propria ſignificatione verbi, nulla eſt ambiguitas, *l. ille aut ille. §. cùm in verbis, l. non aliter. in princip. D. de legat. 3. aliàs textus in l. 2. in princip. D. de condi. inſti.* vbi conditio, ſi meus erit, quæ verè & propriè tantùm impletur, *l. qui hæredi, in princ. l. Meuius. D. de eſ. di. & demon.* verificatur, ſi in parte ſit meus, ergo verè & propriè dicitur meus. Et licèt receptior opinio gloſſ.
E *in l. id quod noſtrum. D. de regul. iur. & Deci. ibi. & in c. ratio. de præben. Inſ. Sozi. & ferè omnium in d. §. Labeo. l. 5. D. de legat. 1.* ſit, quod ſimpliciter loquendo cõmune nõ dicatur propriè meum, ſed ſolùm largè & impropriè: tamen omnes conueniunt, quòd vbi agitur tantum de diſpoſitione partis meæ, tunc quod commune eſt, dicitur meum, etiam in ſtatutis & aliis diſpoſitionibus, quantumcumq; ſtricti iuris, vt tenent *Bald. Angel. Saly. Alex. Inſ. in l. 1. col. 1. C. qui teſtam. fa. poſſunt, & ibi Thil. Corn.* dicens, quod res cõmunis reſpectu partis meæ, verè & propriè eſt res mea. *Paul. Caſt. in conſ. 221. in hoc paſſu. vol. 1.* An autem poſſet compatronis inuitis vel inuito emptore, totum vel partem feudi retinere ex prærogatiua feudali, dico infra *§. 20. glo. 1. quæſt. 6.*

* Dominus feudalis pro parte, vtrum poſſit irrequiſitis condominis ipſive inuitis prehendere feudũ, ſeruiens & fructus partis ratæ prehẽſæ ſuos facere, & cæteris feudalibus vti iuribus

* An quod commune eſt, dicatur propriè meum.

¶ Aduerte tamen diligenter ad id, quod dixi, vnum plurium patronorum pro parte ſua tantùm poſſe prehendere, hoc eſt ſanè intelligendum, nolentibus vel prohibentibus aliis patronis : quoniam in * dubio vnus hæredum poteſt manum inijcere toti feudo vice omnium, & omnibus pro rata fructus acquirere. *l. heredes, §. ſi vnus. D. famil. herciſcun.* ſicut poteſt nomine omnium inueſtire, & iura recipere, *vt infrà eadem glo. in fin.* ſicut & totum fundum concutere vel inhabitare. *Bald. l. ſi duo. D. de acquir. vel amitt. hæred.* & quæcunq; ſint adminiſtrationis vel vſus deſtinati, & maximè ſi habet maiorem partem, hinc eſt quòd conſuetudines huius regni crebriùs hoc deferunt primogenito qui hæc iura in ſolidũ exercendo tãquam primogenitus, cenſetur non ſolùm nomine proprio, ſed etiam nomine cohæredum vel conſortum, in quantum eos tangit, & opus eſt, facere. Nec ſpectat ad vaſallum inquirere, an * & quòd prehenderis habent cohæredes & cenſentes vel non. hoc prius declarare ad validitatem & efficiciam prehenſionis ; ſed vaſallo iuſta offerenti, & vbi de inueſtitura agitur, tenetur hoc declarare.

* Pro parte dominus poteſt toti feudo manum inijcere, & quomodo.

* Lego an qui prehenderit habeat cohæredes & conſortes vel non, & hoc prius declarer, &c.

72. ¶ OCTAVO quæro, an * procurator domini poſſit hanc prehenſionem feudi facere? & non eſt dubium quòd ſic, vt etiam notat. *infrà eod. gloſſ. 3. quæſt.* 2. quicquid enim procurator, habens ſufficiens mandatum, nomine domini faciat, ipſe dominus facere cenſetur, etiam verè & propriè, vt inquit text. *in c. mulieres in fin. de ſenten. excommunic.* quod eſt intelligendum quantum ad validitatem actus, & effectum. *text. in l. certè. §. 1. ibi, propriè habere dicor.* D. *de preca. ſuc. l. oſſa, in fin.* D. *de relig. & ſumpt. fun.* Et maximè quando eſt actus ex quo nihil procuratori poteſt acquiri, vt hîc. Ita quòd præbet nudum miniſterium facti, quia tunc dicitur potiùs nuntius quàm procurator, *l. quod meo. §. procurator.* D. *de acquiren. vel amitten. poſſeſ. l. 3. in prin.* D. *quod vi aut clàm. l. qui autem in fin. cum l. ſeq.* D. *de conſtit. pecun.* actus autem qui fit per nuncium vel per procuratorem, cùm nudum præſtat miniſterium, verè & propriè dicitur geri per dominum, vt tenet *Bart. in reper. l. ſi is qui pro emptore, col.* 13. *num.* 29. 30. *& ibi Iaſ. poſt eum, col.* 65. 66. *&* 67. nec eſt opus huc inſiſtere vel diſtinguere: quia etiãſi fictè & impropriè diceretur dominus facere, adhuc ſibi liceret per regulam iuris communis, *qui per alium facit &c.* à qua haud dubiè hæc conſuetudo recipit interpretationem. Et ſic, ſicut dominus poteſt de nouo feudum conſtituere, & inueſtire per procuratorem, *cap. 1. §. ſed vtrum, per quos fiat inueſti.* ita & in fidem admittere, & inueſtituram renouare, feudum prehendere, & reliqua omnia feudalia iura exequi. per *not. Bald. Aluar. Præpoſi. in c. vnic. quibus modis feudum conſtitui poteſt.* Requiritur tamen ante omnia, quòd præcedat, & adſit voluntas domini, ſine qua, quantumcunque caſus feudi aperti vel commiſſi contingat, nihil fit nec mutatur in feudo, vt tenui *infrà eo. glo. 5.* ¶ An autem generale, an ſpeciale, an ſingulare ſiue individuale mandatum domini requiratur in iſto procuratore vel nuncio: dicendum, quòd ſufficit mandatum generale, aliter non limitatum. per ea quæ ſcripſimus *ſupra ea. glo. q. 1. nu.* 19. *& ſeqq.* quia agitur de ſimplici adminiſtratione, & de vtilitate domini: latiùs & compendioſè in §. 67. *ij. eo.* vbi materia procuratorum in feudalibus, tam ex parte domini, quàm ex parte vaſalli, latè tractatur. dixi etiam *infrà §. 10. glo 11. nu. 2.* & vt in ſimili dixi *in fine quæſt. præcedentis.* non tenetur initio procurator oſtendere procuratorium inſtrumentum, ſatis eſt quod vaſallo iſta offerente vel ſe opponente aut inueſtituram petente doceat de mandato.

* Procurator domini verũ poſſit feudũ prehendere

73. ¶. NONO quæritur de marito, * an poſſit prehenſione feudali vti in vaſallos vxoris? quantum ad præſens, breuiter dicendum eſt, quod ſic, & etiam eos in fidem admittere, non tamen ſimpliciter nomine ſuo, ſed nomine mariti, hoc eſt, tanquam dominus, vel quaſi ad cauſam, & ratione vxoris : Adde quæ tradit do. And. Tiraq. in conſuet. Picta. *tit. de retract. proximita. §. 10. num. 3.* non enim apud nos maritus eſt dominus propriorum vxoris, (ſicut in terminis iuris matrimonio conſtante dominus eſt dotis,) nec etiam eſt ſimplex vſufructuarius propriorum : ſed eſt ſicut adminiſtrator legitimus in rem ſuam : ſicut in terminis iuris habetur de patre in aduentitiis bonis filij, *ſuc. l. fin. C. de bon. quæ lib.* Verùm quia quamplurimæ & arduæ quæſtiones hinc oriuntur, videlicet an ipſe maritus ſolus poſſit paſſiuè ſubire fidem & homagium, vt tenent Ioann. Fab. §. *fuerat. colum. 1. ver. ſed quid dices. inſtit. de actio.* & commiſſum ſiue confiſcationem de feudo vxoris : an recipere fidem & iura actiuè ſolus, & repudiare vel acceptare ſolus inuita vxore prærogatiuas feudales, puta feudum à propriis vxoris dependens venditum, retinere pro pretio, vel inueſtire emptorem, & an retentum feudum faciat vxori proprium, an communem iure conquæſtus, & plura alia, quæ non poſſunt commodè ab inuicem ſeparari, plenè & ordinatè tradam. *infrà §. 107. &* 108. ¶ Poſtremò de tutore * & curatore non ambigitur quin nomine tutorio vel curatorio poſſint prehenſioni feudali vti, quum munere fungantur auctoritate publica, ad vtilitatem pupillorum vel minorum, & ſimilium, quorum commoda dum legaliter curant, pro dominis habentur. *l. qui fundum §. ſi tutor.* D. *pro empto.* Et quòd poſſint inueſtiri & inueſtire, patet per not. Ioan. Fab. *in l. ſancimus C. de admi. tuto.* Et maximè in tutore qui habet plenitudinem poteſtatis, vt not. *in l. cùm in vna. §. tuto.* D. *de appella. in l. curatorem.* D. *de auctor. tuto.* Idem tamen in quouis alio vniuerſali adminiſtratore, vt poſſit etiam, quod plus eſt, homagia ſeu fidelitatem recipere, & inueſtituras renouare, & ita expreſſim conſu. Baldus, *in conſilio 376. ex his, libro quinto.* In domina Bona de Borbonio vidua comitis Sabaudiæ, qui in ſuo teſtamento reliquerat eãm dominam adminiſtratricẽ ac vſufructuariam Comitatus Sabaudiæ, vt poſſet homagia recipere tanquam adminiſtrans, non autem nomine ſuo tanquam vſufructuaria. Tempore Alberic. & Baldi Sabaudia, regio Allobrogum, non erat niſi comitatus. Sed poſtea per Federicum tertium fuit erecta in ducatum, in perſona Amedei primi Sabaudiæ ducis viri optimi, timorem & reuerentiam Dei habentis, qui relicto ducatu, faſtu & deliciis, ſecedens apud Ripaliam, anachoritæ vitam duxit: donec inſcius in concilio Baſilienſi in ſummum Pontificem, depoſito Eugenio quarto, electus fuit.

* Tutor & curator verũ poſſit prehẽſione feudali vti.

¶ Idem dico de cuſtode * nobili, & ciuili, de quo *j. eo. §. 32. & in tit. 8.* vbi plenè dicetur, Circa iſtos adminiſtratores plures decidentur quotidianæ quæſtiones infra in locis opportunis.

* Cuſtos nobilis & ciuilis poteſt feudali prehenſione vti.

74. ¶ DECIMO quæro, Quid de poſſeſſore * feudi dominantis?

* Poſſeſſor & putatiuus hæres feudi dominantis verum poſſit prehendere ſubfeuda aperta & fructus ſuos facere, & cætera feudalia iura exigere.

¶ Et videtur quòd abſque dubio poſſit efficaciter vti prehenſione feudali in ſubfeuda aperta, & fructus ſuos facere, & cætera feudalia iura exigere. Tum quia huiuſmodi non ſunt actus alienationis, ſed adminiſtrationis, & conſeruationis feudi & iurium eius. & hi actus nedum fieri poſſunt, ſed fieri debent per poſſeſſorem, *vt infrà §. 12. num. 24.* Tum quia ſunt fructus iuris patronatus, quod eſt ius incorporale, annexum feudo dominanti : poſſeſſor * autem cuiuſcunque iuris incorporalis, ſiue iuriſdictionis, ſiue iuris præſentandi, ſiue eligendi, debet hæc iura exercere. Idque ad eum ſpectat, & non ad proprietarium, vt not per *Inno. gloſſ. & doc. in c. noc quarelam. de electio. c. in literis, de reſtit. ſpolia. in c. conſultationibus. de iur. patro. not. Bal. in l. certum C. de rei vend. in l. col. vlt. C. de ſeruit. & aqua.* Tum ſi is qui eſt in poſſeſſione beneficij vel prælaturæ poteſt efficaciter agere pro iuribus illius, nec poſſunt debitores refricare defectum tituli, ſaltem ſi

* Ad poſſeſſorem, & non ad proprietarium ſpectat quoſcunque fructus percipere.

* Maritus virum poſſit prehenſione feudali vti in vaſallos vxoris.

poſſeſſio non ſit recens. vt decidit Oldra. *quæſt.* 312. Bald. *in capit. 5. cruciat. in prin. extra. de reſcrip.* Panorm. *in cap. nihil. col. fi. de electio.* Ioan. Imo. *Clem. 1. vt lite penden.* fa. quod not. Federi. Sene. *in conſi. 13. parrochianus, & conſ. 237. col. 2.* & quod not. Ioann. Andr. poſt. Vincent. *in c. per venerabilem. qui fil. ſunt legit.* Vbi decidit, quòd ſi Papa committat cauſam plebano ſancti Stephani, & vnus eſt verus prælatus, qui tamen non poſſidet, & alius eſt intruſus, ſed communi opinione reputatur plebanus, quòd intruſus & putatiuus plebanus, & non verus, cognoſcet de cauſa, & eius proceſſus tenebit, & non proceſſus veri plebani. Refert & ſequitur. Lap. de Caſtelho. *in allegat. 89. verſ. Et quòd omnia.* Idem Anto. Butri. *in d. c. per venerabilem, qui filij ſunt legit.* loquens de cauſa commiſſa tali Epiſcopo, vt pendente lite Epiſcopatus, is intelligatur commiſſus qui eſt in poſſeſſione dicti Epiſcopatus, pariter onus decimæ ei qui poſſidet videtur impoſitum. Ludo. Roma. *l. inter quos §. ſi dominus. D. de damn. infect.* Hinc in Gallia ab officialibus regiis obſeruatur, vt ſucceſſor in beneficio non teneatur reliqua decimarum deceſſoris vel præcedentis poſſeſſoris ſoluere: ſed contra eum vel eius hæredes agendum ſit, *vt infra §. 55. gloſſ. 5. inſ.* niſi fructus & prædia fuiſſent ob id prehenſa & commiſſariis ſuppoſita ſuper illo poſſeſſore, quia tunc ſucceſſori non fiet donatio manus niſi omnia ſoluendo. Idem in iuribus prophanis, quia ſi poſſeſſor feudi agat confeſſoria pro ſeruitutibus debitis illi fundo, non tenetur probare ſe eſſe dominum fundi, ex quo eſt poſſeſſor, ſed ſatis eſt quòd probet ſe poſſeſſorem, & haberi pro domino, quamuis huiuſmodi actio ſit talis, vt de ſe non competat, niſi vero domino. *l. 2. §. hæc autem. D. ſi ſeruit. vendi.* & ita decidit *gloſſ. quam Bart. ibi & omnes ſeq. in l. ſicuti. § ſed ſi quæratur. in verb. quia poſſeſſoris, in fin. eo tit.* idem tenent Bal. Alexan. in *l. ſi prius.* & ibi Iaſ. *col. 8. D. de oper. no. nuncia.* Igitur non videtur dubium quin poſſeſſor feudi dominantis poſſit in iudicium & extra vti ſeruitutibus & iuribus feudalibus, & aliis debitis fundo à ſe poſſeſſo. 75. ¶ Quinetiam in ſtatutis hæc habent locum. vnde decidit Speculator, *in tit. de probat. §. fin. num. 11. ver. ſed pone ſtatutum.* quòd ſi ſtatuto * cauetur, quòd de damno in vineis, prædiis vel arboribus credatur iuramento domini: quòd credendum eſt iuramento poſſeſſoris, etiamſi non ſit dominus, & ſequitur Alberi. *in 1. part. ſtatu. qu. 74.* Et per prædicta, videtur quòd licet verba huius conſuetudinis loquuntur in domino: quòd tamen verificentur etiam in nudo poſſeſſore, ex quo non agitur de dominio, nec deducitur niſi incidenter, ſaltem quòd ſufficiat eum poſſidere, & pro domino feudali reputari. *faci. no.* ĩ. §. 4. *q.* 4. Confirmatur in fortiori, quia etiam in concernentibus alienationem proprietatis, (eorum * ſcilicet quas & vt rectè adminiſtrando alienari decebat) valet & ratum eſt geſtum cum putatiuo hærede & poſſeſſore, *text. in l. ſi Titius. D. pro ſocio*, quæ generaliter loquitur ſiue ſimpliciter, ſiue cum clauſula quiſque in ſolidum, res cum alio communes cum putatiuo hærede & poſſeſſore vendiderim, etiamſi apocha incerti pretij non ſimpliciter & ſeorſum, ſed cum clauſula quiſque in ſolidum contempta ſit, vt latius in *nouis intellect. ſuper d. l. ſi Titius*, dixit ad quos, ne in parergis nimium remorer, remitto. ¶ In contrarium videtur inconueniens, vaſallum teneri per obliquum agnoſcere alium quàm verum patronum. 76. ¶ Et licèt non videatur ſua intereſſe, quando non agitur niſi de ſimplici fidelitatis exhibitione, per *no.* ĩ. §. 60. Tamen ſatis eſt quòd non teneatur homagium facere ei qui non eſt verus & naturalis patronus: ſed merus incubator feudi dominantis. Et quod fortius eſt, non poteſt etiam à volente vero domino inuitus alij delegari, *vt* ĩ. *eo. glo. 5. q. 3.* ſi autem etiam debeatur & petatur releuium, certum eſt quòd verus debitor non tenetur ſoluere niſi vero creditori.

* Suritum loquens in domino verificatur in poſſeſſore.

* eorum.

A Ita etiam quòd poſſeſſori hæreditatis defuncti creditoris non tenetur ſoluere, *l. 1. §. apud Iulianum, & ibi Paul. l. ſi quis inficiatus. C. depoſi. l. ſi debitor. D. de repetit. hæred. l. quandiu. D. de bo. libero. l. 3. §. cùm extaret. D. de carbo. edict. no. Salic. in l. ſi. col. 2.* & ibi Paul. *quæſt. 4. C. de peti. hæredit.* plura alia hinc inde latè diſputando adduci poſſent. 77. ¶ Sed pro breui reſolutione dicendum, quod quicunque feudi dominantis poſſeſſor, ſcilicet nomine proprio poſſidens, poteſt manum injicere, & fructus ſuos facere, ſecundum formam huius §. & omnia alia dominicalia iura exercere in ſubfeuda, ſicut verus dominus. Et valet eius inueſtitura etiam reſpectu tertij, putà ad hoc, vt incipiat currere annus in retractu proximitatis, vt dixi ĩ. §. 173. Et quamuis in B alia materia ſimplex poſſeſſor hæreditatis, non ſemper habeat in hoc ſolo fundatam intentionẽ contra debitores hæreditarios negantes, vel etiam tantũ ignorantes actorem eſſe hæredem. per iura prælallegata, quod latiùs examinauimus ĩ. §. 146. vbi tractaui de intellectu *d. l. fin. C. de peti. hæred.* & an & quatenus apud nos practicetur: Tamen in materia feudali, hoc eſt conſuetæ & ordinariæ iuriſdictionis, quòd alio non concurrente qui patronatum prætendat, non eſt vaſallus leuationem manus, vel mancipationem feudi aut inueſtituram petens admiſſibilis ad ignorandum patronum, ſiue ad dubitandum an prehenſor ſit patronus vel non, vt ab eo primitùs exigatur probatio: ſed tenetur vel expreſsè agnoſcere patronum, vel expreſsè denegare patronum eſſe ſub periculo commiſſi, ſi per exitum litis C actor inueniatur fuiſſe patronus, *vt* ĩ. §. 43. Et hoc eſt quod per manus in foro traditur, *qu'il faut aduouer ou deſaduouer*, hoc eſt * quod oportet vaſallum agnoſcere, vel abnegare actorem eſſe patronum, de quo pleniùs tract. ĩ. §. 60. quò remitto. Et ſi agnouerit, erit extra periculum, quia fidem & iura ei præſtando recuperabit feudum, & liberatur etiam à iuribus veilibus ei ſolutis. erga verum dominum, & patronum dummodo ſoluat poſſeſſori pacifico, & pro tali reputato, ſecundum notata ĩ. §. 55. *gl. 5.* Si verò negauerit, recuperabit quidem feudum cum fructibus per modum prouiſionis, damnis & impenſis reſeruatis in fine litis. Et tunc, & non priùs aſtringitur actor ad probandum ſe dominum feudi dominantis, & verum patronum; quod ſi præſtiterit, feudum iure commiſſi obtinebit cum fructibus à tempore prehenſionis & impenſis litis, *vt inf.* §. 45. Si verò non probauerit, prehenſio declarabitur nulla, & condemnabitur actor in damna, intereſſe, & impenſas rei, qui etiam à concluſionibus actoris abſoluetur.

* Aduoüer ou deſaduoüer, quid ſit.

78. ¶ Et aduerte, quòd quamuis poſſeſſori feudi dominantis mota ſit ab alio proprietatis quæſtio, tamen tutò poteſt vaſallus eidem poſſeſſori iura præſtare & ſoluere, & liberatur, etiamſi prætendens proprietatem verus ſit patronus, & euincat poſſeſſorem, nec tenebitur vaſallus iterum iura præterita præſtare vel ſoluere, ſed præteritis fructibus imputantur per prædicta; & ea debet victor recuperare à poſſeſſore victo, quatenus ad reſtitutionem fructuum condemnatur, & non aliter. ad quod optimè facit text. *in l. ſtatu liberi in cæteris, in fi. D. de ſtatut.* vbi ſeruus liber eſſe iuſſus *, ſi hæredi decem dederit, conſequitur libertatem ſoluendo poſſeſſori hæreditatis, etiamſi poſtea poſſeſſor ſuccumbat, & ſeuincatur à vero & legitimo hærede; nec tenebitur iterum ſoluere. ſed victus eam quoque pecuniam cum cæteris victori reſtituere debet. Benè verum eſt, quod tenetur vaſallus victori tanquam nouo domino aduenienti fidelitatem renouare, iuxta formam §. 65. ĩ. eo. Et ſic tanquam ex noua apertura feudi per mutationem ex parte patroni contingentem facta, non autem tanquam ex antiqua apertura, nec propter iura præterita, ſi vaſallus illa ſoluerit poſſeſſori, & ab eo inuitus fuerit. Si verò poſſeſſori feudi dominantis etiam poſſeſſionis intentaretur quæſtio, tunc propter

incertitudinem poſſeſſionis recurrendum eſſet ad not. j. §.60. Sin verò maluerit vaſallus abrogare prehenſionem feudi in patronum, recuperabit quidem fruitionem feudi cum fructibus ſub onere commiſſi, *vt infrà* §. 45. & nuper diximus.

79.¶ Sed quòd ſi prehenſor non poſſideat? vel is qui nullomodo locum dominantem poſſidet, manum feudo iniiciat vt dominus feudalis? hæc quæſtio non tam ad hunc, quàm ad §.60. ſpectat. Dic breuiter, quòd in materia prehenſionis feudalis ad finem prehenſionem ſiue diſtinctiuè, ſiue prouiſionaliter, tollendi, nihil conſultiùs quàm poſſeſſorem loci dominantis vocare, ſi quis ſit. Aliàs ſi ſolus vaſallus conqueratur, non curatur an prehenſor ſit poſſeſſor, vel non: imò nec curatur, an ſit verus patronus, vel non, niſi caſu quo vaſallus hoc expreſſe deneganerit, vt dictum eſt. Sed ſi ſuperueniat tertius, dicens ſe verum patronum, tunc ſi contendat ſe etiam in poſſeſſione patronatus eſſe, poterit intentare vel ſuſcipere interdictum, *vti poſſidetis*, contra prehenſorem, & tunc inter eos tantùm de poſſeſſione, vel quaſi iuriſpatronatu inquiretur: & vaſallus interim legationem manus obtinebit, vel etiam ſi velit, inueſtietur per manum ſupremam. ſecundum *not.* j. §. 60. Si verò tertius ille non difficatur prehenſorem eſſe in poſſeſſione, & declaret ſe nolle poſſeſſorem impedire, nec manum injiciat feudo, ſed tantùm controuerſiã dominij & iuris inferat in petitorio, tenebitur interim vaſallus poſſeſſorem agnoſcere, niſi malit adhærens vendicanti denegare poſſeſſorem in patronum: quod poterit facere ſub periculo commiſſi, vt dictum eſt, & latiùs in *d.* §. 45. Ratio manifeſta eſt quia nullo modo intereſt vaſalli quia agnoſcendo verum poſſeſſorem loci dominantis, conſeruat veram feudalitatem, & ſemper eſt, & erit verus antiquus vaſallus reſpectu cuiuſcunque noui poſſeſſoris, vel noui domini ſuperuenientis, *vt* j. §. 65. Semper enim manet eadem feudalitas, quando remanet eadem res & dependentia, quia feuda in Gallia magis reſpiciunt rem quàm perſonas, vt dixi j. *eo. glo. 5. nu.* 2. ſecùs ſi tertius ille prætenderet feudalitatem ratione alterius loci à ſe poſſeſſi, quem verum locum dominantem prætendit. Tunc enim iam alia eſſet feudalitas. tunc demùm propriè controuertitur, & tunc vaſallus, etiamſi tertius ille tantùm petitorij controuerſiam inferat, poteſt ſibi conſulere remedio, de quo j. §. 60. vt ibi dicam, *nu.* 54. 55. 57. Imò eo caſu, quo non eſt tam perſonarum quam rerum, & radicalis ipſius fidelitatis, incertitudo, poteſt vaſallus etiam litem præuenire, & ibi diximus *nu.* 17. & ſic eſt finis Gloſſ. 1.

SVMMARIA GLO. II.

1. *Non ſit prehenſio feudi pro iuribus pecuniariis tantum.*
2. *Admiſſio in fidem ſub conditione reſolutiua, vel ad certam cauſam limitata.*
3. *Prehenſio feudalis alijs prædominatur.*
4. *Propter ſolam* abſentiam *non ſit prehenſio.*
5. *Sed bene ſuper tertium poſſeſſorem vel occupatorem.*
6. *Nec patronus reſtituet fructus ſi fuerit in bona fide.*

GLO. II. IN VER.

Par faute d'homme, droicts & deuoirs.

* Defectus hominis, iurium & debitorũ, quãdo ſieri intelligatur.

IN ver. *ex defectu hominis & iurium.*

1.¶ id * eſt, quando patronus caret vaſallo qui ſit in fide ſua: quod accidit qualitercunque mutetur perſona vaſalli, ſeu deſinat eſſe vaſallus, ſiue morte naturali, vel ciuili, ſiue alienatione feudi non retenta fide, vt dicemus *infra* §. 51. ſiue habendo pro derelicto, exeundo de feudo animo derelinquendi: hoc enim caſu amittitur dominium & poſſeſſio, etſi alij nondum acquiratur, *l.* 1. *& per tot. D. pro derelict. ibi. in l. ſi quis vi.* §. *differentia. D. de acquir. vel amit. poſſ.* & quouis modo accidat dominum carere vaſallo qui ſit in fide ſua, feudum dicitur eſſe apertum domino, quantum ad effectum huius §. donec nouus vaſallus in fidem domini ſe contulerit, ſeu fidem & homagium fecerit. Item ſi mutatio contingat ex parte domini præmiſſa forma. §. 65. *infra eod.* ¶ Et nota quod ſatis eſt vaſallum deficere: ſeu fidem non præſtari nouo domino, ad effectum huius §. licèt nulla alia iura debeantur quàm fidelitatis recognitio. Sed ſi vaſallus iam eſſet in fidem admiſſus, ſufficeret iura quædam alia deberi, vt releuamenta vel quintum pretij, nec tunc poſſet dominus procedere per viam prehenſionis, ſe haberet petere reſidua iura via actionis: & talis eſt communis obſeruantia valde æqua non mutanda *l. minimè. D. de legib.*

2.¶ Quod limito, niſi admiſſio in fidem eſſet facta ſub conditione reſolutiua, ſi infra tale tempus non ſoluerentur reliqua iura, quoniam admiſſio in fidem iuribus nondum ſolutis, eſt gratioſa & liberalis, & ſic poteſt tunc Dominus apponere conditionem & modum quem vult, vtpote cui liceret vaſallum reijcere, & feudo frui. & hoc vide pleniùs declaratum j. *eo. glo. fin. in prin.* vbi etiam habes; an patronus poſſit prehenſum feudum retinere pro illis antiquis iuribus. Quæ autem ſint huiuſmodi iura, & an pro illis etiam hypothecaria actio competat, & quis ſit effectus, dicetur *infra* §. 47. Adde multo fortiùs, Si receptio in fidem ſit limitata ad certam cauſam, & feudum ſit apertum ex alia, tunc in nihilo prodeſt. Sed feudum iterum liberè prehendi poteſt, puta ſi vaſallus fuerit inueſtitus tanquam ex permutatione, ſed in veritate emerat: non enim clauditur apertura per inueſtituram erroneam, & ad aliam cauſam relatam, *vt infrà eod. glo. fin.* & tactum eſt *infrà* §. 26. de filio admiſſo in fidem ex cauſa donationis in anticipationem ſucceſſionis, quæ poſteà detegitur, vel incipit eſſe donatio ſimplex. ¶ Ex prædictis infertur, quòd ſi vaſallus eſt deportatus * vel bannitus (vt vulgò dicunt) fuerit, & ſic amiſſis bonis, & ciuitate relicta, nudus exulauit. *l.* 2. *l. tutelæ. in fin. D. de capi. dimi.* ſtatim, lapſis tamen quadraginta dierum induciis: Corn. *conſ.* 340. *col.* 2. *lib.* 1. *conſi.* 181. *litera q. lib.* 2. *conſ.* 204. *conſ.* 108. *litera c. lib.* 3. Aui. *conſ.* 1. *nu.* 42. (vbi in annotat. dixi) *lib.* 5. Andr. Alciat. *tract. de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 44. poteſt dominus manum feudo injicere: dummodo ea ſententia non ſit appellatione ſuſpenſa, ſiue ſit in præſentem, ſiue in abſentem, vt frequenter fit propter contumaciam, lata, etiamſi ad alium ſpectet cõfiſcatio: quia prehenſio & iniectio manus domini feudalis, tanquam ex cauſa primordiali & antiquiori procedens, debet manere & præferri omnibus alijs, vt dicetur *infra* §. 169. ¶ Idem dicendum ſi vaſallus fuerit nedum ingreſſus, * ſed etiam profeſſus, ſiue expreſsè ſiue tacitè, aliquem ex ordinibus ſiue regulis monaſticis,

* De vaſallo deportato & bannito.

* De vaſallo profeſſo vel ingreſſo monaſterium.

Digitized by Google

siue bona temporalia in communi capientibus, siue non. ¶ An autem obseruetur *auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles.* & bonorum dedicatio ipso facto fiat, dicetur infrà §. 152.

* De vasallo diu absente, qui ignoratur mortuus sit an viuus.

4. ¶ QVÆRO, vasallus diu est absens,* & ignoratur vbi sit, & an viuus vel mortuus, vtrum dominus possit feudum tanquam deficiente vasallo prehendere? Similem q. latè & doctè tractat. Ant. Corset. *in suo reperto. in ver. emphyteuta ecclesiæ.* vbi vtrinque arguit, & soluit. & iterum reciprocata hinc inde argumentatione, tandem concludit pro parte negatiua, videlicet quòd dominus directus emphyteuseos, (etiamsi sit ecclesia) non potest vendicare, nec ad mensam suam reducere prædium emphyteuticarium, prætextu diutinæ absentiæ & incertitudinis vitæ vel mortis emphyteutæ: & poterunt procuratores seu negotiorum gestores emphyteutæ remanere in possessione canonem annuum soluẽdo, nisi dominus mortem emphyteutæ, & consequenter finitam emphyteusim probet: quod est iuri & æquitati consonum, quia ex quo mors est fundamentum intentionis domini, debet eam probare, vt expressius not. Bar. & alij in *l. si quidem D. solu. matrim. in l. 2. §. si dubitetur. D. quemadmo. testa. aperi. text. in l. nec mos. C. de capti. & postli. reuer.* cum concordan. cumulatis per Corset. apud quem videas, non transcribam, sed addam quòd laso. tenet hanc partem, *in l. 2. col. 24. q. 24. C. de iur. emphit.* licèt Corset. alleget eum pro parte affirmatiua. idem tenet Phil. Deci. *in l. 1. col. 5. num. 18. C. de pact. & consi. 575. fin.* quod vult Phil. Cor. *in con. 251. in litera 1. col. 2. vol. 1.* allegantem mortem debere eam probare, si non sunt elapsi centum anni à die natiuitatis, *per l. fin. C. de sacrosan. eccl. l. an. vsufr. D. de vsufru. lega.* vel illis non expectatis statim quod alius non tanquam hæres defuncti, nec eius nomine sese intrudit, vt dicam j. §. 7. Ex quibus infertur, quòd dominus non potest feudum hoc casu prehendere, nisi probet mortem vel mutationem vasalli. intelligo (ne fortè quis cauilletur) non posse prehendere, scilicet cũ effectu lucrando fructus absque periculo restituendi cum expensis, damnis & interesse. [Remedium* est.]

* Deest aliquid in hoc exemplari.

5. ¶ Limito, si viuente vero vasallo, qui in fidem fuit admissus, feudum inciperet possideri per tertium, dicentem se hæredem, vel causam habentem ab aliquo vasallo, vel etiam si nullam prætenderet ab eo causam, modò iure & nomine suo possideret, & non nomine antiqui vasalli, quia contra iustum nouum occupatorem, putatiuum vasallum, & feudalia obsequia, & iura non præstantem, & in eius præiudicium, posset dominus prehensione feudali vti, per *text. in l. fin. uersi. sin autem ex contractibus. C. de peti. hæred.* Sed ipsi vero vasallo, qui inuestitus fuerat, quandocunque apparente, cessabit, quoad eum, effectus manus dominicæ. Et debebunt sibi etiam fructus relaxari per dominum, nisi in casu quo ille tertius occupator suos alias fecisset, putatione bonæ fidei & culturæ, quia quicquid iste occupator abstulisset à vero vasallo & vtili domino, aufert dominus directus ab huiusmodi occupatore pro tempore suæ manus iniectionis, quæ tenebit ipse in præiudicium occupatoris, & non in præiudicium vasalli, cuius respectu & in veritate feudum non est apertum domino, licèt vasallus fortè expulsus, aut aliàs quouis modo possidere desierit, modò non desierit esse vtilis dominus & vasallus. ad hoc quæ dicam j. §. 33. *nu. 2.*

6. ¶ Quod autem dixi, patronum teneri restituere fructus quos percepit feudo prehenso super malæ fidei possessore feudi, debet sublimirari, nisi patronus fuisset in bona fide, puta quia abest antiquus & verus vasallus, & apparet nouus & incognitus possessor, non possidens nomine antiqui vasalli. tunc enim patronus habet iustam causam putandi vasallum esse mutatum, & si hoc errore ductus feudum prehendat, iure suo legitimè & bona fide vtitur. Itaque fructus à se perceptos & consumptos durante eadem bona fide, id est, donec appareat antiquus vasallus, non tenebitur restituere, quum nedum sit bonæ fidei possessor; sed etiam habens titulum iustum, imo plùs quam titulum, nempe directum dominium: extantes autem vel collectos, postquam probabiliter certior factus fuit, antiquum vasallum superesse, tenebitur ei restituere, & pro consumptis à domino, male fidei intuitor, qui causam damni dedit, tenebitur vero vasallo ad fructuum æstimationem, & damna & interesse *l. si possessor. §. fin. l. illud D. de petit. hæredit. l. præterea D. de rei vendi. fac. not. in l. restituere. D. de verbor. significat. in c. pro possessore. de regul. iur. in 6. cum vulg.* Quid autem iuris sit, quando putatiua mutatio feudi contingit ex facto vasalli, vel fortè tutoris sui, qui vendidit feudum minùs solenniter, vel alienare simulauit, aptiùs dicemus j. § 33.

SVMMARIA GLO. III.

1. 2. 3. *Noua theoria super verbo* potest.
4. *Iura ad praxim expendenda ante iudicium.*
5. *An verbum* potest, *sit extensiuum.*
6. *Clausula codicillaris per verba præsentis temporis, non extenditur ad futuros casus, nisi ex vi verbi*, potest.
7. 8. *Contra communem, quòd non est magis extensiuum quàm alia verba.*
9. Futurum *subiunctiui ad omne tempus versatile.*
10. *Prehensio est ius residens in mera facultate patroni.*
11. *Q. 1. Fructuarius feudi dominantis quemadmodum agere possit, negligente proprietario.*
Iura feudalia sunt veluti quædam seruitutes reales.
12. 13. *Negligens ius acquirendum radicatum de præsenti certa spe & probabili renuntiare ei, idque donare intelligitur.*
14. 15. *Qualiter intelligendum ex non facto debitoris creditorem fraudari.*
Edictum, quæ in fraudem creditorum, & *lex*, si vnquam, *non habent locum in renunciatione hæreditatis.*
16. *Reprobatur opinio Ripensis.*
17. *Dominus feudi potest gratiam facere vasallis suis inuito fructuario in illis commodis, quæ nondum sunt quæsita.*
18. *Fructuarius non habet verum vsumfructum in subfeudis prehensis.*
19. 20. *Quomodo intelligendum, non posse proprietarium facere conditionem vsufructus deteriorem.*
21. ¶ *Q. 2. Vsufructus non impedit quin patronus prehendat.*
Pariter mora domini non impedit fructuarium, nec censetur reuocatum mandatum.
23. *Patronus fructuarium prohibere potest ab actibus dominicalibus.*
24. *An fructuarius habeat recursum in dominum inuestientem.*

25. *Patronus inueſtiens tenetur hoc denunciare A fructuario, non è contrà.*
26. ¶ *Q. 3. An ius prehendendi poſſit cedi, vel ius ingrediendi in feudum alienum.*
27. *Vaſallus inuitus non poteſt* delegari *etiam per regem, etiam cauſa pacis.*
Arturus Britanniæ minoris dux.
28. *Vaſalli non poſſunt* alienari *in inferiorem. Iura pecuniaria, & operæ mechanicæ poſſunt cedi & delegari.*
29. 30. 31. 32. *Vaſalli poſſunt alienari cum vniuerſitate.*
33. 34. *Ius dependentiæ feudalis non poteſt emi, & eius verus retractatus acquiri.*
Ius retractus non poteſt emi.
35. 36. 37. 38. 39. 40. *Dominus non poteſt mutare locum feudi dominantis, etiam de conſenſu Regis, inuito vaſallo.*

GLO. III. IN VER.

Peut.

* Poteſt, verbū quam vim habeat.

ID eſt, *poteſt*, quod verbum * quandoque ponitur diſpoſitiuè, principaliter & abſolutè, vtbic, & tunc aut ponitur negatiuè, aut affirmatiuè. ¶ Si negatiuè, importat neceſſitatem, ſeu aptiùs loquendo, vim præciſam, quia omnino excludit potentiam & iuris & facti, vt not. *gloſſ.* 1. *in cap.* 1. *de reg. iur. in* 6. cum concord. Ant. Cor. *in ſing. in verb. poteſt.* & Hippol. Marſil. in ſua pract. crim. §. *ſequitur, num.* 15. Ampliatur etiam ſi præponatur verbo *poteſt* in tempore præſenti, quamuis aliter ſentiat Bart. *in l. cùm lex. col.* 2. *verſ. ſed in extra.* D. *de fideinſſ.* ¶ Limitatur primò, quando apparet aliter eſſe diſpoſitum. Iaſ. *l. ſtipulatio iſta habere licere.* §. *alteri, col.* 6. D. *de verbo. obligat.* Limitatur ſecundò, quando materia non eſt de ſe prohibitiua, ſecundum Phil. Deci. *in l. pacta quæ contra. col.* 2. *C. de pact.* Sed hoc non ſufficit, niſi addatur quòd etiam aliud exigit ratio materiæ ſubiectæ, ſecundum quam debēt verba modificari, imò etiam impropriati & reſtringi contra propriam ſignificationem, per *l. ſi vno, in prin. D. loca.* cum ſimilib. quod ſemper debet intelligi expenſis omnibus circumſtantiis, vt reſultet tacitam mentem eſſe pro natura actus contra propriam verbi ſignificationem. Limitatur tertiò (& iſtud dependet à prædictis) quando reſultaret abſonus intellectus. Panor. in *c. quanto. no.* 1. *de præſumptio.*

2. ¶ Aut verò ponitur affirmatiuè & tunc ſiue profetatur à lege, ſiue ab homine regulariter nullam importat neceſſitatem, ſed ſolùm ius ſeu meram facultatem in perſona ad quam hoc verbum dirigitur, *l.* 1. *C. quomodo & quando iudex. l. non quicquid D. de iudic.* Limita primò ſecundum materiam ſubiectam, vt quando dirigitur ad iudicem à lege, vel ab eo qui poteſt imperare in his quæ ſunt iuſtitiæ, non gratiæ, ſed iure communi debita, quia importat neceſſitatem, ſaltem petente parte: non tamen vi huius verbi, ſed vi iuris communis. & ita poteſt ſaluari limitatio, quam ponunt Angel. & Raph. Fulgoſi. *in l.* 1. *per illum text. cum glo. in verbo poteſt. D. iuriſd. omn. iudi.* quamuis Iaſo. cum ſimpliciter reprobet, *in l. Gallus, in princip. in vtraque lectur. D. de lib. & poſt.* ex quo etiã infertur, quod ſi datur epiſcopo poteſtas diſpenſandi contra ius per verbum, *poſſit*, tamen ſi diſpenſatio ſit neceſſaria eccleſiæ, & ſic debita, vt not. 1. q. 7. *c. exigunt.* tenetur epiſcopus diſpenſare, & ad hoc poterit præciſè cogi per Superiorem. Ita tenet Archid. *in c. cùm ex eo, & ibi ſequ.* Io. An. *in nouel. de electi. in* 6. Aret. & Iaſ. *in d. l. Gallus. in prin. ita vtraque lect.* Limita ſecundò in vltimis voluntatibus, quando dirigitur ad eum qui grauari poteſt à proferente: quia quælibet verba enunciatiua ſeu præpoſitiua futuræ præſtationis ad hęredem vel onerandum à teſtatore directa inducunt legatum ſeu fideicommiſſum, *text. in l. vnum ex familia.* §. *fin. D. de legat.* 2. *in l. fideicommiſſa,* §. *hæc verba. in l. Pamphilo liberto, in princip.* D. *de legat.* 3. ſecùs ſi eſſent directa ad honorandum, ſeu ad eum, cuius commodum concernunt, quia nullam obligationem, nullam neceſſitatem inducerent. *text. in l. generali. in princip. D. de vſufruct. leg.* & not. per glo. ac doct. *in l. peto, in princ. D. leg.* 2. Ita poſt Bart. limitant & decidunt omnes ſcrib. *in d. l. Gallus in princip.*

3. Sed quicquid omnes dixerint, ego reprobo, & falſã dico hanc limitationem, quia eius ſenſus & effectus eſt, ſi dicat teſtator: hæres tu potes vel poteris dare centum Titio, quòd iſtud ſit legatũ, ſitque hæres aſtrictus ad dãdum centum, quod falſum eſt: nec vllo iure probatur. Ideo ſtandũ regulæ & proprię ſignificationi huius verbi, quæ eſt meram facultatem deſignare, & non compulſionem, *l. non aliter. in prin.* D. *de lega.* 3. Non obſtãt d. tres ll. pro fallentia allegatæ, quia loquũtur in verbis importantibus voluntatẽ tacitam ſeu deſiderium & confidentiã teſtatoris, de futuro implemento: vt hæc verba ad hæredem directa, non dubito te reſtituturum, ſcio ad talem peruenturum, *d. l. vnum, & d. l. Pamphilo.* vel curaturum vt ad talem perueniat. *d.* §. *hæc verba.*

4. Secùs ſi tantùm eſſent verba deſignantia meram voluntatem vel facultatem hæredis, vt do vel lego ſi vis, vel dare potes, quia ipſo iure non valet tale relictũ, *text. eſt in l. Senatus.* §. *legatum. D. de lega.* 1. *in l. ſi ſic. in fin. princ. eo. tit.* & ſic paralogiſati ſunt doctores, theoricas * ſuas non reſoluentes ad praxim, quod frequenter nimis ex negligentia vel inexperientia eis accidere cõperiſſimum eſt; nec mirum, quoniam, vt inquit Ioan. Fab. *inſtit. de legatis.* §. *ſed nec vſque, in fin.* hæc iuris ſcientia parum proficit, niſi benè & frequẽter negotiis applicetur, quod intelligo etiam de profectu ſcientiæ. Hinc dicebat Bal. *in repet. Æmilius. col.* 9. D. *de minoribus.* quod leges in ſcholis deglutiuntur, ſed in palatiis digerũtur; quaſi dicat, quòd earum & effectum & praxim exactè, & vndique perpendendo, tum demùm perfectè intelliguntur. Igitur in hoc verbo, *poteſt*, non eſt aliter dicendum in teſtamentis, quàm in alia materia, niſi addantur verba illa prægnantia, aut ſimilia, quæ in d. ll. *vel in d. l. ſi ſic, in pri. & in d. l. fideicommiſſa.* §. *quanquam*, aut ſimilibus habentur. 5. ¶ Quandoque autem iſtud verbum ponitur acceſſoriè vel ſubiunctiuè ad aliud verbum principale: tunc non importat neceſſitatem, imò nec actum, ſed ſimplicem poſſibilitatem ſeu potentiam. *text. in l.* 1. *iuncta l.* 3. *ver. ſed ſi ſtante.* D. *de iniuſto rup. & irrito teſta.* Fallit primò, adiecta dictione, *poſtquam*: hæc enim dictio habet emphaſim, & facit verba vberiùs & pleniùs accipiẽda, & non ex ſola prima poſſibilitate. *text. in l. inter illam.* D. *de verborum ſignificatio.* Fallit ſecundò, quando is quẽ concernit poſſibilitas, vult ex illa diſpoſitione agere, vel aliquem nouũ effectum conſequi: quia tunc non ſufficit ſimplex poſſibilitas, ſed requiritur quòd realiter exeat ad actum, & efficaciter impleatur etiam in diſpoſitione quantumcunque fauorabili, vt ſi ſit relicta libertas ſeruo cùm decem dare potuerit, non erit liber cùm primùm dare poterit: ſed tum demùm, poſtquam realiter dederit. *text. in l.* 3. §. *ſi quis ſic acceperit.* D. *de fideicomm. liberta.* & tradit Bart. *in d. l.* 1. *de iniuſt. rup. & irri. teſt.*

¶ Circa hæc not. quòd quamuis regulariter extra dif-

* Iuris theoremata praxim reſoluenda.

ſpoſitionem legis quæ ſemper loquitur. *l. Arriani. C. de hæretic.* verba præſentis temporis non extendantur * ad futura. *l. ſi ita ſtipulatus fuerim illud aut illud §. 1.* & ibi latè laſo. *de verbor. obligatio. l. ſi ita ſcripſiſſet. D. de legat. 1. l. ſi ita D. de auro & argento legat.* ſed bene verba futuri temporis cuiuſcunque modi, quæ de ſui natura ſunt extenſiua. *text. in l. filij mater. D. ad Tertullianum. in l. 1. §. ſi quis adita. D. eo tit.* & idem in futuro ſubiunctiui, quod eſt etiam præteriti temporis, vt pulchrè notat Innocent. & inferens ad plures deciſiones Feli. *in c. ſignificauerunt. col. ſi. de teſtib.* & latè laſo. *in l. 3 §. ex pluribus col. 4. nu. 23. cum ſequent. D. ne acquiren. vel amitt. poſſeſſ.* Tamen verbum *poteſt* etiam præſentis temporis & indicatiui modi acceſſorie & ordinatè poſitum, eſt extenſiuum * in futurum, & facit quòd diſpoſitio non conſumitur in primo actu vel defectu, ſed quod ſortitur effectum, quandocunq; poſteà etiam ex interuallo accidit poſſibilitas. *text. in l. ſi ita quis. D. de lega. 2.* quod non eſſet deficiente verbo *poteſt* & ita per illum text tenet Bart. *in l. ſi ita. col. 1. D. de auro & argento lega.* 6. ¶ Hinc eſt, quòd licèt clauſula codicillaris concepta per verba præſentis temporis, non operetur conuerſionem inſtitutionis directæ in fidei commiſſum, rupto poſtea teſtamento natiuitate poſthumi quia ſemel valuit: ſed ſolùm hoc caſu aut alias pro tempore futuro poſt teſtamentum, hoc operatur, quando eſt etiam concepta per verba futuri temporis: vt cùm dicitur, ſi non valet vel non valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, vt not. Dyn. *in d. l. ſi ita quis*, & omnes docto. *in aut. ex cauſa. C. de lib. præte. vel exhære.* Auffret. in addit. *ad q. Thom.* 455. Alexand. *in conſi. 30. ponderatis his. & in conſ. ſeq. lib. 3.* Phi. Franc. *in c. 1. col. 39. q. 5. de teſtam.* Saluo tamen, quod quando agnatione poſthumi rumpitur teſtamentum, neque legata, neque fidei commiſſa conſeruantur, per *d. aut. ex cauſa.* neque inſtitutio mutatur in fideicommiſſum per dictam clauſulam codicillarem, quatenus excederent virilem portionem filij poſthumi. Bald. in l. *Saluius per illum text. D. de lega. præſtan. ſeq.* Iaſ. in dict. *aut. ex cauſa, col. 10. verſi. quinto limit.* Benedic. in rep. c. *Raynutius. in ver. in cod. teſtam. relinq. 1. num. 241. verſi. ſexto. de teſtam.* Et hoc puto verum & d. l. *Saluius* non eſſe correctam, vt etiam tenet do. Io. Igneus *in repet. d. aut ex cauſa. col. 90* quamuis Bald. Ang. Alexan. & Phil. Corn. *col. 12.* ibi teneant contrarium, & in totum legata ſuſtineri & malè. vt dixi in annot. ad Alexan. *Conſil. 41. lib. 1. conſil. 26. l. 5. conſil. 50. lib. 7.* & ad Phil. Dec. *conſ. 86. conſ. 242. conſ. 369. conſ. 490.* 7. ¶ Tamen præfata opinio de clauſula codicillari eſſet limitanda, niſi verbum (poteſt) adiectum foret illi clauſulæ: quia quum ſit extenſiuum faciet hanc clauſulam codicillarem indiſtinctè operari, & teſtamentum per viam fideicommiſſi conſeruari, quandocunque ante mortem teſtatoris irritabitur. vt ſing. not. Bald. *in d. l. ſi ita quis. per illum text.* quamuis Bart. *in d. l. ſi ita. col. fin.* conetur iſtud reſtringere. Saluo tamen & excepto quòd nuper dixi in agnatione poſthumi propter veriſimilem defectum voluntatis, vt nuper dixi in intellect. quinque legum Dolæ & Veſuntij anno 1556. 8. ¶ Sed aduerte, quod licèt hæc ſit communis opinio, & omnium quotquot legi, de verbo, *poteſt*, quod ſit extenſiuum etiam quando eſt præſentis: Tamen nouiſſimè ſolus do. Fortun. Cart. Hiſpanus, ſubtilis vir ingenij & excuſſi iudicij tenuit cõtrarium, *in d. l. Gallus in princip. col. 17. 18.* & habet intentionem fundatam in communi regula, & ſignificatione verborum. & ſolùm obſtare videtur *d. l. ſi ita quis* ad quam reſpondet, quod ibi verbum, *poteſt*, non ex propria vi, ſed ex re nata, ſeu materia ſubiecta extenditur in futurum: ratio, quia legatum non poteſt tempore teſtamenti ſortiri effectum, ſed neceſſariò habet eſſe in ſuſpenſo & pendenti, ſaltem vſque poſt mortem teſtatoris. *l. fina. in fin. D. communia prædio. l. quæ-*

* De extenſitis in futuris verbis.

* Poteſt verbum an ſit extenſiuum.

ta D. de adl. l. ſi quis: in princip. D. de legat. 3.* & ſic ex conditione rei ſubiectæ verbum, *capere poteſt*, intelligitur de eo quod legatarius poſt mortem teſtatoris quandocunque capere poterit: & huic ſuæ opinioni ſubſcribo, & veritatem eſſe puto. Tum quia præfata communis eorum opinio irrationabilis eſt, tum quia nullum habet aliud fundamentum quàm meram decipulam & aucupium verborum, ſumptum ex dicta *lege ſi ita quis.* quod non eſt admittendum, ſed ſummoperè vitandum in iureconſultis: non enim alteratio nativæ & germanæ proprietatis verbi ſemel in quadam lege admiſſa, debet extendi extra limites rationis & ſubiectæ materiæ illius legis, *argum. l. ſcire leges. D. de legibus.* & vt inquit gloſſ. not. *in capit. præterea, in fine, de verborum ſignificatio.* improprietates non ſunt trahendæ ad conſequentiam, ſed excuſandæ. Quod autem ſit illa hucuſque communis opinio irrationabilis, imò falſa, clarè oſtendo: ſi enim vera eſſet, ſequeretur, quod ſi ſtipulatus eſſem centum *ſi Titius poteſt legere legem Gallus*: quod ſi nòn poſſit, nunc tamen non eſſet defecta conditio, ſed extenſiua, vt quandocunque poſtea legere poſſet, committeretur ſtipulatio: quod nemo (opinor) ſanæ mentis diceret.

9. ¶ Et ſic reiecta communi opinione: dico, quòd verbum, *poteſt*, non eſt magis extenſiuum quàm alia verba, quæ non ſunt de ſe extenſiua, niſi quando ſunt futuri temporis cuiuſcunque etiam indicatiui modi, vt in dicta *l. filij mater.* & præcipuè futurum * ſubiunctiui modi, quod eſt de ſe ad omne tempus verſatile, ſi aliud non impedit, vt dixi. Et quod verbum, quod poteſt poni in præterito & futuro, in dubio vtrumque tempus complectatur, decidit Ludoui. Rom. *in conſil. 333. quoad primum.* Alexand. Iaſ. in *l. cum ſtipulamur. D. de verborum obligati.* Iaſ. *in l. 1. §. hæc verba. columna prima.* D. *quod quiſque iur.* Fely. *in capit. ad hæc de reſcripſ.* & exemplificant per multos caſus quos ibi videas, quia tranſcribere nolo.

* Futurum ſubiunctiui.

10. ¶ Ex prædictis ſatis liquet, poteſtatem * prehendendi eſſe in mera facultate patroni, & ius in eo reſidere, & illi competens iure proprio, & non iudicis officio vel miniſterio, quum verba legis huius §. ad eum, & non ad iudicem dirigantur, *vt not. per Bart. in l. 1. col. 3. verſ. ſecundo principaliter. D. de condict. ex lege. Salicet. in rub. in fi. C. eod. fa. not. per gloſſam, & omnes Doctores ſcrib. in l. ſi ſoror. C. de collatio. Felin. in capite, exceptionem. columna tertia, de exceptio.*

* Poteſtas prehendendi eſt ius in mera facultate patroni reſidens.

11. ¶ QVÆRO quodam habente vſumfructum * fundi dominantis, feudum inde dependens aperitur fortè morte vaſalli, cuius hæres negligit debita facere obiequia: dominus quoque feudalis videns quòd non ad ſe, ſed ad fructuarium deuoluceretur commodum, non vult feudum poni ad manum ſuam: fructuarius conqueritur hoc fieri in fraudem ſui, & agit contra dominum, vt vel aperta feuda prehendat, vel ſuo nomine prehendi patiatur, & non reuocet mandatum nec directò, nec per indirectum, vel ſoluat intereſſe: an rectè? videtur quòd ſic: quia dominus qui non facit vt fructuarius fruatur commodis iurium dependentium à feudo videtur facere, quominus poſſit vti frui. ipſum enim non facere pro fato habetur. *text. in l. 2. §. item ſi in facto. iunctis gloſſ. & ibi per omnes ſcrib. D. de verb. obligat. text. in l. qui non facit. D. de regu. iur. & in l. inde quæ ni ſtrau. credi.* Tum videtur eſſe caſus in *d. l. in fraudem. vbi* iuriſconſul. exemplificat fraudem in non faciendo, in eo qui non vtitur ſeruitutibus. Sed iura feudalia, * inter quæ eſt ius prehendendi, ſunt velut quædam ſeruitutes reales in prædio clientelario, vt probauimus *in eo. gloſſ. 5. in princip.* Igitur ſi dominus non vtatur illis cùm poſſit, dicitur facere in fraudem fructuarij, qui eſt creditor de præſenti. *vt in l. corruptionem C. de vſufructu.* & hoc videtur clariſſimum, quum omittendo pergat perdere lucrum certum, ex iure formato ſibi de præſenti actualiter competenti prouenturum;

* Fructuarius feudi dominantis quemadmodum agere poſſit, negligente proprietario.

* Iura feudalia ſunt velut quædã ſeruitutes reales.

quin etiam si esset debitum non præsens, sed in diem vel sub conditione, & creditor, idémque debitor in fraudem creditorum futurorum remitteret, locus esset edicto *de his quæ in frau. cred. reuoc. l. ait prætor. §. si conditionalis. D. de his quæ in frau. credi.*

12. ¶ Confirmatur per ea, quæ longè fortioribus terminis decidit do. Franc. Naza. Ripa. in *l. si vnquam. q. 11. C. de reuoca. dona.* vbi dicit. quod quando ius acquirendum est radicatum *. de præsenti, spe certa & probabili: renunciatio talis iuris est donatio: ita quod ex superuenientia liberorum, ipso iure reuocatur: & exemplificat, quando quis renuntiat hæreditati sibi delatæ nondum aditæ, vel quando alter ex donatariis renunciat donationi nondum à se acceptatæ, in fauorem alterius, talis enim renunciatio secundum eum est donatio. & habet locum *d. l. si vnquam.* sicut quando renunciatur hæreditati patris vel matris viuentis. Sed istud lucrum fructuum ex prehensione feudi prouenturi non solùm est radicatum in certa & probabili spe de præsenti, (patet, quum feudum sit purè & liberè apertum) sed etiam in iure actualiter competenti, & iamdudum acquisito domino, quod est ipsum ius feudale, & seruitus prædio clientelario inexistens, & realiter competens domino. Igitur si nolit eo iure vti, censetur remittere & donare lucrum, nedum certæ spei de præsenti, sed etiam iuris iamdudum sibi competentis. Igitur etiam ipse vasallus tenetur, etiam si non fuerit in aliqua fraude, ad omne illud lucrum restituendum fructuario, quia cùm illud habeat ex causa lucratiua, scilicet ex gratiosa remissione domini non attenditur, sciuerit vel ignorauerit alium habere vsumfructum istorum commodorum, & an habuerit animum fraudandi vel non. *text. in l. qui autem § similique modo D. quæ in fraud. cred. l. pen. C. de reuocan. his quæ in fraud. credi. l. prima. §. dolum. D. si quid in fraud. patro. not. gloss. 2.* Ioan. Fab. Pla. Ang. Ias. *colum. 3. in §. Item si quis in fraudem, inst. de actio.*

* Negligens ius acquirendum radicatum, de præsenti, certa spe & probabili, renunciare et idque donare intelligitur.

13. ¶ Contrà dicendum est, quia ius prehendendi est in mera facultate, & sic dominus nullo modo potest ad hoc cogi: lucrum autem fructuum inde prouenies ante prehensionem, nullo modo est debitum, sed est quid merè casuale, dependens primò ab iniectione manus dominicæ; secundò à perseuerantia cessationis & negligentiæ vasalli: & sic ante horum implementum, non est in rerum natura: & sic huius rei nomine nihil debetur fructuario, nec per dominum, nec per vasallum: nec potest dici quod dominus faciat in fraudem tanquam futuri creditoris, quia omittendo vti prehensione nil perdit, nil alienat, nil de suo diminuit, sed tantùm non acquirit. & sic non potest dici fieri fraus etiam creditori præsenti, multò minùs futuro. *text. in l. qui autem in prin. & per tot. D. quæ in fraud. credit.* vbi si debitor non paret conditioni etiam merè potestatiuæ, ad hoc, vt stipulatio non committatur, non dicitur creditorem fraudare, idem si hæreditatem vel legatum (etiam postquam cessit sibi dies) repudiauerit: quia non dicitur aliquid de suo diminuere, sed duntaxat non acquirere; & vasallus quem dominus suffert, nihil acquirit de nouo nec cēsetur aliquod luctum, etiam à causa lucratiua consequi à domino cessante, sed retinere ius suum antiquum in statu suo. Tum licet domino dormire & vasallo vigilare, authoritate huius consuetudinis §. 61. Vtque tunc dominus nihil dicitur perdere nec alienare: ita vasallus nihil dicitur acquirere, sed conseruare. Tum institutum est pœnale, sed remittere pœnam non est donare, sed nolle vti lege pœnali. *l. peculium §. si eos. D. de pecul. l. diuus. D. de Senatusconsult. Sila. l. metum. §. ex hoc, vbi glo.* & Alex. *in aditio. ad Bart. D. quod metus causa.* Quantò magis in pœna nondum quæsita, sed quærenda, *vt & infrà §. 43. quæstione 6. quæst. 28.*

§ Debitor nō acquirens, quando id intelligitur facere in fraudem creditorum suorum.

14. ¶ Non * obstat *d. l. in fraudem*, quia respondetur quòd illa l. & omnes ll. illius tit. & similes intelliguntur, quando ex facto vel non facto debitoris definit aliquid ipse habere, ita quòd sibi incipit aliquid de nouo abesse, quod alteri acquiritur, & incipit illi de nouo adesse, vt pulchrè declarat Bart. *in d. l. qui autem. in pri.* In vniuersum enim tota huius edicti ratio eò reducitur, an debitor qui creditores vult fraudare, patrimonium suum diminuat? & an is, à quo creditores fraudati volunt reuocare, aliquid acquisierit? vt patet per totum illum tit. Itaque si debitor in fraudem creditorum non vtendo amittat seruitutem vsusfructus, diminuitur ius suum, & acquiritur plenius ius alteri: vel si non vtendo amittat fructus, quos permittit colligi à proprietario vsufructu iam constituto, perdit illam commoditatem quam habebat, & acquiritur proprietario ad quem non spectabat. Ex his casibus habet locum illud edictum, & ita intelligitur *d. l. in fraudem.* Sed hîc vtrumque extremorum deficit, quia neque dominus nolens prehendere perdit seruitutem suam, seu ius feudale, quum sibi semper æquè perfectum maneat, nec sibi quicquam de eo quod habeat incipit adesse, neque vasallo acquiritur, aut incipit abesse quod priùs non habeat. Et sic nulla materia fraudis consistit: sed solùm tunc demùm diceretur dominus facere vel omittere in fraudem fructuarij, quòdo alteri mandaret ius nomine domini prehendendi: vt mandatarius suos faceret fructus & commoda inde procedentia: vel quando dominus acciperet pecuniam à vasallo, vt eum expectaret, & feudum non prehenderet: quia vtroque casu dominus qui per alium percipit, vel qui pretium accipit, videtur ipse vti iure & seruitute sibi competenti, *text. in l. non vtitur. in l. quia qui pretio. D. de vsuf. fac. l. si & rem. D. de pet. hæred.* quare tenetur omne illud commodum fructuario restituere.

15. ¶ Et si fortè dominus pro modico maximum emolumentum, putà reditus omnes feudi omiserit: & constet eum ita fecisse, vt fraudaretur fructuarius toto commodo illorum fructuum, nihil tamen poterit consequi fructuarius, nisi illud modicum pretiolum domino datum: quia in illo solo dicitur fraudatus, non autem est fraudatus in fructibus & reditibus feudi, quia licuit domino etiam pro nihilo in totum liberè dimittere vasallum, *argum. dicta l. qui autem, §. si seruum ibi, quia licuit ei etiam repudiare.* Ex quo infero, quòd si debitor in odium creditorum aliquid modicum acceperit, vt simpliciter renunciaret opulentæ hæreditati, non vt eam alij cederet, creditores non possunt illam renunciationem vllo modo reuocare, sed solùm illud modicum debitori promissum, si fortè postea illud remiserit, vel alij cesserit. Et quod dixi de renunciante hæreditati vt aliis cederet, sanè intellige, id est, vt loco cederet, sine obstaculum aut impedimentum non faceret, sed eum cuius fauore renunciat, relinqueret in iure communi, cui ius defert, *vt in l. fuit quæstio. D. de acqui. vel amitt. hæredi.* Secùs si renunciaret in fauorem eius, qui aliàs non vocatur iure communi vel statuto loci, nisi renuncians acceptet & transferat in eum aliàs non habiturum: quia ista non est renunciatio, sed additio, negotium iustum & alienatio, de quo *in l. si actionem*, per Paul. Castren. *C. de pactis*, & tetigi infrà §. 9. *gloss. 4. num. 7. & j. §. 55.* & in annot. ad Alex. *cons. 149. num. 5. lib. 7.* & ad prædicta facit quod in fortioribus terminis consuluit Decius *in cons. 261.* remissionem lucri dotis, quod per statutum defertur superstiti marito, hæredi vxoris factam, non esse reuocabilem per creditores mariti, qui effectus est non soluendo, quia secundùm eum non censetur patrimonium suum diminuisse, sed noluisse acquirere. Cum quo transire videtur Andr. Tiraquell. *in repet. l. si vnquam. in ver. donatione largitus, num. 216. num. 219. cum sequ. l. de reuoca. donat.* cuius dicti veritas latiùs & magis opportunè tractabitur *infrà titul. 11. in rub.* Vbi, & in annotatio. ad Philipp. Deci. *cons. 260.* dixi distinguendum, an statutum illud post matrimonium contractum superueniisset, & propter stà-

tutum illud quod ad iam contracta extenderetur, ita quod non competeret nisi conditio ex statuto, quod magis vltimæ voluntatis quàm contractui æquiparatur, *vt dixi infra §. 3. gloss. 2. quæst. 4. numer. 11. & in additio. ad Philip. Decium consil. 9. col. 2. & quæ à iure per Anton. Rub. in l. non solum in repet. §. morte nu. 830. D. de operis noui nuncia.* vt tunc procedat opinio Philippi Decij, vt in repudiatione legati non repudiati acti. Secus si statutum præcedit, quia tunc contractui, qui ad mores & statuta loci refertur, inest. Ita quòd ad tale lucrum competat actio ex contractu, quo casu remissio donatio est. Et sic eo casu malè consuluit Philip. Deci. *vt ibi dixi.* loquitur enim in matrimonio contracto sub & sponte tali statuto.

*Consuitur opin. Fran. Rip.

16. ¶ Ex quibus falsa & erronea * esse quæ voluit Ripensis *in d. l. si vnquam. quæst.* 11. quia si creditores, quibus est verè, & ex veteri etiam onerosa causa debitum, non possunt reuocare renunciationem hæreditatis delatæ non aditæ, vel donationis non acceptatæ, *vt clarè probatum est*: multo minus filij renuntiantis qui non possunt prætendere, nisi quasi debitum, etiam in eo solo quod supereſt creditoribus. *l. cum furiosus. §. 1. ibi quasi debita. C. de cura. furio. gl. & doc. in l. si emancipata. C. de iur. & fact. igno.* Quod si dicatur, si renuncians speraſſet sibi futuros liberos, non renunciaſſet: hoc planè fateor. Sed dico quòd *d. l. si vnquam*, non emanauit ad reuocanda ea quæ quis desperatione filiorũ omisit acquirere, sed quæ iam acquisita à se & à patrimonio suo alienando in alios transtulit. Et idem, in oppositum eius quod dixit Ripa decidunt Soci. in *l. 1. ad fin. & ibi Deci. col. 3. Cod. de pact. Soci. in conſ. 53. viſo inſtrumento dõnationis, col. penult. lib. 4. Iaſ. conſi. 154. col. antepenult. verſi. 9. principaliter, lib. 2.* Rationes autem do. Ripensis, quòd portio renunciata dicatur donatio, quod quis renunciando hæreditati delatæ videtur adire, quod aliud sit renunciare, aliud repudiare, sunt magis erubescendæ in tanto viro, alioquin adprimè dõcto (cui hoc accidisse miror) quam speciatim confutandæ, nec Paul. Ca. quem aduocat in *l. si actionem C. de pact.* facit differentiam inter renũciationem & repudiationem, prout nulla est: sed solum an repudiatio siue renunciatio fiat ante aditam hæreditatem delatam, vel aditione implicando, an post eam aditam, quod directò militat contra opinionem Ripensis. Et valdè mirandum est do. Andr. Tiraq. qui in *d. repet. legis si vnquam*, tam multa etiam longè accersita congessit, & nominatim quæstiones & decisiones Franci Rip. in *d. l. si vnquam* dispunxit, in verbo *donatione largitur*. Tamen hanc q. dissimulasse & clausis oculis præteriisse non solum in prima, sed etiam in secunda & vltima editione facta priùs quatuor & viginti annis post priorem.

*Dominus feudi potest vasallis & similibus suis gratiam facere inuito fructuario in illis commodis quæ nondum sunt quæsita.

17. ¶ Ex his concludo, dominum * posse vasallis suis, emphyteutis & similibus, gratiam facere inuito fructuario: In illis videlicet commodis quæ nondum sunt acquisita, licèt de præsenti possent acquiri, si dominus vellet vti iure suo, vt de manus iniectione dictum est. Item si feudum vel emphyteusis ceciderit in commissum, fortè ob defectum solutionis canonis per triennium continuum, vel aliam causam, quia non committitur nisi domino volente, *vt decidit Bar. in l. 2. C. si ager vectig. vel emphyt. & omnes ſcrib. in l. 2. per illum text. in ver. volenti. C. de iure emphy.* quod procedit etiam si in cõcessione feudi vel emphyteusis fuisset expressè pactum, quòd talibus casibus res ipso facto cadat in commissum, *vt tenet Capol. cauſa. ci. conſil. 25. ex quæſtione prædicta. col. 2. & latius dicetur infra §. 43. q. 6 q. 28.* Itaque poterit dominus liberè gratiam commissi facere, nec poterit conqueri fructuarius: sed necesse habebit contentari pensionibus & commodis actualiter cedentibus tempore sui vsufructus: nec censetur ista facere dominus in fraudem fructuarij, sed potius in gratiam vasalli, sibi grati, vel quem more boni & liberalis patroni fouere vult, & non rigide tractare: & meritò posset fructuario conquerenti obiici illud Euangelicum, * An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Similiter prehenso feudo non posset dominus manum suam leuando, relaxare fructus iam collectos, quum sint quæsiti fructuario, sed bene potest inuito fructuario feudum restituere vasallo, etiam nondum iusta facienti in præiudicium fructuarij, quoad fructus eiusdem feudi pendentes & maturos totius sequentis temporis: & inducias fidei voluntarias & conuentionales dare maiori vrgente anno dũmodo gratis det absque vlla compensatione. Alias dicendum esset *vt nuper num. 15. diximus*, & alias non. nec potest fructuarius intercedere nec impedire relaxationem feudi, quia non habet ius in illis fructibus nisi accessoriè, & in consequentiam iuris vsusfructus quem habet in fundo dominãti & suis iuribus. 18. ¶ Non enim propriè habet vsumfructum feudi prehensi, etiam quãdiu prehensum manet, sicut nec propriè patronus habet eius vtile dominium, *vt dicemus infra eo. gloss. 4. quæst. 2.* Sed habet vsumfructum in fundo dominanti, ratione cuius consequenter & accessoriè habet vsumfructum iurium ab eodem fundo dependentium, puta iurium feudalium & dominicalium, secundum naturam & conditionem eorum, quorum ratione habet fructus & commoda feudi prehensi, quæ sunt accessorium accessorij, *bene facit. l. in ædibus. §. ex rebus. ibi, in ratione donationis non computantur. D. de donatio.* & sic non poterit huiusmodi subaccessoria commoda capere, nisi quandiu & quatenus est de natura & conditione iurium feudalium: non enim potest vsusfructus ad illa extendi nisi cum eorum qualitatibus & modis, *argum. l. lecta. verſ. ſed cum ſortis, & ibi Iaſ. col. 5. Deci. col. 3. in 6. not. D. ſi certum peta. Iaſo. in l. 1. in fin. Cod. de iudi. & omnes poſt Bart. in l. 1. §. & poſt operis. D. de oper. nou. nunc.* Prehensio autem feudalis sua natura semper pendet à mera facultate patroni, & semper habet implicitum statum resolubilitatis, nedum vasallo iusta faciente, sed etiam volẽte domino remittere: & sic vsusfructus in quantũ ad ista extenditur, eidem resolubilitati subiacebit, *arg. l. fina. & not. ibi per Alex. & Iaſ. D. ſi ex noxa. cauſa agatur. facit l. in fraudem. §. à debitore. D. de iure fiſci.*

19. ¶ Nec obstat quòd semel constituto vsufructu, non * potest proprietarius facere constitutionem eius deteriorem, *l. ſed ſi quid. §. proprietatis dominus. D. de vſufructu.* quia verũ est in eo quod principaliter & simpliciter suppositum est vsufructui: secus in eo quod non cadit in vsumfructum, nisi in consequentiam, & maximè in consequentiam consequentiæ, *vt hîc*, & sub modis & conditionibus suis pristinis: quia tunc proprietarius vtendo iure suo secundum naturam & conditionem illius iuris, potest præiudicare vsufructuario. nec dicitur conditionem vsufructus deteriorem facere, ex quo semper res principalis remanet in sua integritate & statu pristino, *facit l. ſi vnus. §. pactus nec peteret. D. de pactis.* Secus si commissa etiam pendente vsufructu obuenta semel fuissent a domino recepta, & sic principali fundo in vnitatem eiusdem rei incorporata vel simpliciter acceptata, quia tunc æquè principaliter subiacerent vsufructui, *vt ſupra eo. diximus in gloſſ. 1.* & sic amplius non posset dominus de illis disponere in præiudicium fructuarij sine illius consensu.

* Proprietarius quando possit deteriorem facere conditionem vsusfructus, vel non.

20. ¶ Amplia præfatam conclusionem, etiam si dominus tali vsufructuario mandasset iura & actiones suas, faciens eum procuratorem in rem suam, vt posset ad sui commodum, quando casus accideret, feuda a fundo dependentia prehendere. Et idem puto in vidua iure dotalij fruente, nisi casu quo pro tempore suo esset facta domina: quod quando sit, *dicemus j. §. 137.* Idem si dominus cuicumque donauerit, vendiderit, aut locauerit etiã ad longum tempus commoda & reditus iurium suorum dominicorum & feudalium, cum mandato vel etiam cessione iurium & actionum: faciendo eum procuratorem in rem suam, *iuxta præmiſſa ſupra eo. glo. 1.* Nisi forsan expressim cautum fuerit, quòd hæc non posset fa-

cere, nec aliquid adminiſtrare. Quo caſu idem eſſet dicendum, ac ſi domino prodigo datus eſſet curator: tamen hæ pactiones valdè eſſent inhoneſtæ & dedecentes in ius & honorem dominicum, & illis non obſtantibus, ſi vaſallus eas ignorans habuerit breues, nec inſolenter inducias à domino, quibus viſis abiit ad ſua negotia, & tempore meſſium emptor vſusfructûs vel cõductor manum iniecit; non valet prehenſio, ſed ipſo iure tutus eſt vaſallus contra talem redemptorem, cui tantum competit actio recurſus contra dominum, poteſt *l. vlt. & ibi Bart. in l. ſi cum emptore. D. de paſt.* huiuſmodi enim gratia maior eſt indulgentia inſueta quàm donatio. imo nullo modo donatio eſt, *vt rectè tradit Bal. in l. ſi mulier. in fi. D. de conditione cauſa data. Mart. Laud. ex præpoſitu. Mediol. in c. 1. col. 1. quid iuris, ſi poſt alienationem alie feu. in l. vſib. feudor. facit l. Modeſt. & ibi Bart. D. de donatio.*

21. ¶ QVÆRO ſecundò, vtrum* patronus poſſit vti prehenſione feudali in ſubfeuda, alio habente vſumfructum feudi dominantis? Et breuiter dicendum eſt, quod * conſtitutio vſusfructus, vel locatio etiam ad longum tempus, non impedit dominum iura dominicalia per ſe exercere poſſe: ſicut procuratoris conſtitutio non priuat dominum poteſtate & exercitio. Et ſi dominus manum ſuam iniecerit, non poſſunt amplius fructuarius, vel colonus prehendere ex eadem cauſa: ſed prehenſio domini eis prodeſt. non enim abdicat, nec abdicare potuit à ſe hæc iura, vel eorum exercitium, ſed eorum commodo dumtaxat, *per nota ſuprà. eo. glo. 1. q. 1. & infrà ea. gl. q. ſeq.* 22. ¶ Poſſunt etiam manum per ipſummet dominum appoſitam leuare inueſtiendo, vel inducias dando, etiam domino inconſulto, qui non cenſetur quoad reliquos actus reuocaſſe mandatum, per appoſitionem manus ſuæ, cùm ſit mandatum dependens à conceſſione non reuocabili & hoc niſi interſit ipſius patroni, puta ſi prætenderet feudum eſſe commiſſum, vel iure retractus feudalis ſibi adiudicandum. tunc enim fructuarius & ſimiles nihil poſſent facere in præiudicium patroni, & ſi facerent, ipſo iure non valeret, tanquam excedens limites poteſtatis mandati, quod non extenditur contra patronum, in his quæ ad eum pertinent. 23. ¶ Sed an * dominus poſt vſumfructum conſtitutum, vel locationem ad longum tempus factam, prohibere poſſit fructuarium, vel colonum, ab exercitio horum iurium? videtur quòd ſic: quia nullo modo poſſunt hæc facere nomine proprio, ſed nomine procuratorio domini duntaxat, *vt plenè dictum eſt ſup. ea. glo. prima, quæſtione prima.* Et ſic ſunt quantum ad hæc veri procuratores domini: ergo liberè prohiberi & reuocari poſſunt: nec valeret pactum contrarium. *l. cum precario D. de precar.* Contrà facit, quod huiuſmodi mandatum eſt acceſſorium conceſſionis irreuocabilis, & quæ tranſiuit in contractum, & ideo videtur irreuocabile *per ea quæ in notabili q. dixi j. §. 161. & in annotatio. ad Philip. Dec. conſi. 521. num. 15. & in l. prima. § ſed ſiniſi. num. 87. in lectura dolana. D. de verborum obligationibus*, Solue, videndum eſt quid actum ſit. 24. ¶ Simplex enim conſtitutio, vſufructus, venditio vel locatio fructuum, iurium & emolumentorum non priuat dominum iuribus honorificis, nec facultate gratiamfaciendi vaſallis & emphyt. in iuribus & commodis in pœnam vel contumaciam quærendis, *vt in quæſtione præcedenti, num. 13. 14. 17. 19.* hoc etiam congruit naturæ iurium dominicalium quæ de ſe non ſunt ceſſibilia in extraneum *vt in quæſtione ſeq.* & ſic inuito & irrequiſito fructuario vel colono, etiam ad longum tempus, cui etiam iura, & commoda feudalia locata ſunt, liberum eſt patrono vaſallum inueſtire, inducias ſeu dilationes quantumuis longas præſtandæ fidelitatis dare, nedum præueniendo fructuarium vel colonum: ſed etiam poſtquam præuenerunt, poteſt manum leuare, & feuda mancipare, etiam fidelitate non recepta, & hoc etiam in præiudicium fructuarij, vel coloni, reſpectu fructuum futurorum feudi mancipati. Qui fructus non rei perſecutionem, ſed ſolùm duritiem reſpiciunt, vtpote indignationem pœnæ non irrogatæ, & ſic non cadunt in probabile intereſſe. *l. Seruus. eod. l. in fi. D. de ſer. export.* Et omnino ſi vaſallus patroni ſui conſenſum habeat, vt fruatur feudo ſuo, poterit liberè frui: quoniam hoc dato, liberas ædes habet reſpectu fructuarij, vel coloni fundi dominantis. Vnde liberè poteſt dominus vaſallos in fidem admittere, & inueſtire, nedum cùm nulla iura vtilia debentur: vt in mutatione in linea directa: ſed etiam cùm releuia, vel quintum pretij debentur, dummodò prius videat de his ſatisfactum eſſe fructuario, putà per inſtrumentum apochæ, vel conſenſus & permiſſionis fructuarij, vel dummodò ſub conditione ſuſpenſiua, vel reſolutiua, niſi pro dictis iuribus dicto fructuario ſatisfactum fuerit, concedat inueſtituram, *vt infrà eod. gloſſ. ſin. q. 1. numer. 9.* vel aliàs prouideat ſecuritati fructuarij, pro prompta & facili exactione iurium ſibi æquiſitorum. Alioquin cauſari poſſet fructuarius, ſe turbatum & impeditum eſſe in liberè fruendo. Et tam confeſtoria quàm vtili *vti poſſidetis* agere poſſet contra dominum, & eum cogere ad deſiſtendum & permittendum liberum vſum, & ad damna & intereſſe: ſed ſi conſtet vltra proceſſum eſſe ita quod dominus omnem adminiſtrationem à ſe abdicauerit. Tunc dicendum eſt, vt in fine *quæſt. præcedentis, num. 20.* quod nihilominus iura honorifica & etiam gratias conſuetas poteſt dominus exercere, & quale fecerit, valet & tenet ſaluo ipſi fructuario vel redemptori recurſu contra dominum, niſi fructuarius vel conductor præuenerit, aut debitè denunciauerit vaſallo, iuxta not. *in l. 3. C. d. nouatio. & per gloſſ. & doct. in l. vlt. D. de tranſact.* Tunc enim non tenetur geſtum per dominum in præiudicium fructuarij, vel redemptoris vel eo nolente, ſed tunc vaſallus recurſum habebit contra dominum, niſi ſecus ſeipſum deceperit. *l. nam ſi actor. D. de rei vendica. l. 1. §. vlt. l. quaritur. §. primo. D. de ædilit. edicto. l. Imo de liberali cauſa.*

25 ¶ Circa primum membrum huius diſtinctionis *nu. 24. in prin.* aduerte, quòd ſi * patronus ſolus, ex cauſa iuſta & debita, vel ex honeſtate ciuili, ad preces vaſalli, dederit ei certas inducias fidei præſtandæ, vel eum ad ſe accedentem in fidem admiſerit, tenetur denunciare, vel notificare fructuario, ad hoc vt ſciat ſe præuentum, & non procedat ad temerariam prehenſionem. Alioquin teneretur fructuario, ad ſumptus damna & intereſſe, quæ fructuarius non admonitus ſolueret propter huiuſmodi prehenſionem. Abſtineat igitur patronus, & venientes ad ſe remittat ad fructuarium, vel alium ſi quẽ ad hæc conſtituit, vel eis tempeſtiuè notificet. *Arg. l. item quæritur §. exercitu. D. local. ſi quis vina ad ſi. D. de peric. & com. rei. vendi. l. ſi fideiuſſor. in prin. & §. 1. D. mand.* Franci. Curt. iunior in *l. ſi quis nec cauſam. in fin. D. ſi cert. peta.* Et nouiſſime And. Alcia. in *l. quod te. ad fin. eo. tit.* Si tamen patronus onerauit vaſallum, vt hoc notificet fructuario, ſecurus erit, quia niſi vaſallus ipſe notificauerit, erit in culpa, & ſic tenebitur dominum indemnem reddere & conſequenter nihil nomine damnorũ petere poterit à fructuario, qui nõ certificatus prehendit. ¶ Sed nunquid * econuerſo fructuarius tenetur denuntiare patrono quod eius nomine inueſtiuit vaſallum, vel inducias dedit ne fortè patronus incautè prehendẽs incidat in damna & intereſſe? videretur quod ſic. per not. j. *eod. gloſſ. 8. adſi.* Vbi fructuarius tenetur ad denunciationem, & non patronus. Contrarium puto quia hoc caſu patronus non habet regulariter adminiſtrationem, cuſtodiam, curam, & ſolicitudinem rei fructuariæ & iuriũ ab ea dependentium. Sed hæc omnia ſũt penes fructuariũ. Vnde fructuarius non debet præſumere nec diuinare quòd patronus de aliquo ſe immiſceat, ſed quod omnia remittat ad fructuariũ, tanquam generalem procuratorem ſuum, cuius oppoſitũ eſt è conuerſo,

26. ¶

a Proprietarius feudi dominãtis vtrũ poſſit exercere iura dominicalia inuito fructuario vel colono conductore ad longum tempus.

* Conſtitutio vſufr. nõ impedit dominum iura dominicalia exercere.

* Proprietarius feudi vtrum fructuarium & colonum ad longum tempus prohibere poſſit ab actibus dominicalibus.

* Proprietarius feudi vaſallum inueſtiens, tenetur hoc denũciare fructuario.

* Fructuarius inueſtiens vaſallum non tenetur id denunciare proprietario.

* Feudi dominus vtrum possit alij cedere ius saltè vtile feudi prehendendi.

26. ¶ Tertiò quæro, vtrum * dominus possit alicui cedere, vel in rem suam mandare ius prehendendi, & commoda inde prouenientia recipiendi: ita quod non possit in præiudicium cessionarij disponere, nec gratiam facere? videtur prima facie quod sic. *per l. in re mandata C. mandat.* quum feuda apud nos regulentur vt patrimonialia, & maximè quoad contractus, & successiones vt diximus ℨ. *in rub.* Tum quia mandatum directarum actionum, vel iurium factum alicui in rem suam cum cessione vtilium: sicut non finitur morte domini, *l. illam C. de donat.* ita nec præsentia, nec reuocatione domini: sed est irreuocabile, *vt infr.* loco opportuno deducã. Et quòd istud ius cedi possit, videtur in simili dicidere Bart. in *l. 1. §. fin. col. 1. ff. de ope. no. nunc.* vbi vult creditorem cedere posse ius ingrediendi in fundum debitoris propria authoritate, quum tale ius extra iudicium exerceatur & ibi sequuntur Ang. Imo. Roma. Paul. & Iaso. *col. 2.* Ang. in *l. quod in diem §.* Iulianus *de pet. hæred.* Franc. Aret. *in l. si ita stipul. ibi, de verbo oblig.* Quibus non obstantibus dicendum * est, quod licèt patronus possit constituere simplicem procuratorem ad prehendendum, & alia iura feudalia exequenda nomine patroni, vt diximus ℨ. *in gloss. 1.* & licèt etiam possit illi cedere commoda ipsa inde prouenientia, sicut illa in vsumfructuarium potest transferre: tamen non potest alicui cedere ipsum ius prehendendi etiam vtile tantùm, hoc est quod ille cessionarius possit nomine suo tanquam iure sibi competente, ratione cessionis prehendere feudum. Ratio, quia ius ipsum prehendendi, & ipsa proprietas siue dominium illius iuris, siue directum, vt est respectu vasalli, siue vtile respectu superioris, si quis sit à quo teneatur in feudum, est inseparabile à fundo vel feudo dominanti cui adhæret, & ab ipso integro & totali iure patronatus: ita quod dominus retento feudo siue fundo & re dominanti, à qua mouetur feudum vel subfeudum, non potest transferre in alium ius quod habet in vasallum, siue (vt vulgari sermone vtar) vasallagium * inuito vasallo. & ita debet intelligi quod not. Fab. in §. *vnico, post med. Insti. de assigna. liber.* Stepha. Aufre. *in addi. ad q. Tho.* 485. quod procedit etiam si patronus esset Francorum rex. vt tenet Petr. Iacob. *in tit. de cons. ex quib. do. deb. amitt. pro. in fin. 1. col. versic. Item dominus.* etiam quod quod fortius est, si illa cessio & translatio fieret ratione pacis obtinendæ. vt etiam decidit Io. Igne. in *repe. l. donationes q. 1. C. de don. inter. virum & vxorem*, facit Bald. *l. vlt. C. de condictione ob turpem causam*, dicens quòd per capitula pacis per se non potest ordinari.

* Vasallagium inuito suo vasallo etiam ex Francia transferre in alium minorem vel maiorem nõ potest quãcumque ratione pacis obtinendæ &c.

* Vasallus inuitus nõ potest alij delegari etiam per regem vel fauore pacis.

27. ¶ Hinc cùm post multa bella inter reges Franciæ & Angliæ, tandem pace composita & Isabella Philippi pulchri Francorum Regis filia nuptui data Edoardo regi Angliæ, inter cætera actum fuisset, quòd rex Franciæ omne ius patronatus, superioritatis &: vasalli quod habebat in ducem & ducatum Britanniæ, scilicet minoris, quæ quondam Aremorica nominabatur, cederet, & delegaret regi Angliæ: quod & facere voluit; sed non potuit, & infectum remansit, quoniam Arturus Britanniæ dux, cùm proceribus & nobilibus suis contradixit: allegans hoc non posse nec debere fieri, & quod saltem domino minus digno non poterat inuitus delegari. Cõsuluit do. Azo, fons legum, determinauit illam cessionem & delegationem non valere, & fieri non posse, vt patet in sua dispu. incip. *an dominus rex.* Et mouentur principaliter ex obligatione mutua, quæ est inter patronum & clientem. refert & seq. Cy. in *l. C. de nouat. & delega.* vbi in fin. concludit post Pet. non posse inuitum vasallum delegari in distinctè, nec in maiorem nec in minorem dominum. Ita etiam tenet Bal. *in consi. incip. pridie. num. 4. 8.* quod est secundum veterem impressionem Brixiæ *consi. 277. lib. 3.* & secundùm nouam impressionem *consi. 327. lib. 1.* Egid. Bella. *cap. 2. nu. 44. 9. 19. in fi. extra. ali. ind. mut. can. facit.* Patronus enim & cliens sunt duo correlatiua: & non potest alter subsistere sine alio, nec ab inuicem possunt separari. *l. fi. D. de accept.* prout contingeret, si verus esset patronus, & & alius posset suo nomine prehendere, vel quouis alio iure patronatus vti: ex quo inconuenienti plura alia sequerentur: primũ quòd patronus posset vasallum alteri extraneo delegare, etiam quantum ad obsequia. Secundum quod vasallus posset & teneretur facere & offerre fidem & homagium alteri quàm patrono, alioquin non posset extraneus nomine proprio feudum prehendere, nisi vasallus ei tenerentur, & esset in mora fidei præstandæ. Tertium quòd feudum posset prehendi prehensione feudali, & tamen non poneretur ad manum domini, sed ad manum extraneam: quæ quàm sint repugnantia & incompatibilia, nulli non liquet.

28. ¶ Et hæc tantò fortiùs procedunt, quantò patronus est maior & dignior, quia interest subditorum non mutare dominum. Vnde possunt alienari in inferiorem, vt not. per Host. Ioan. Andr. Feli & omnes in *c. dilecti filij. de maiorit. & obed.* Phil. Cor. *cons. 131. in hac. vol. 4.* Iaf. Philip. Deci. Andr. Alcia. in *l. debitorum. col. 3. C. de pact.* Philip. Deci. cap. 1. *nu. 4. extra de probatio.* & maximè per supremum regem: qui etiam non potest in aliquo alienare aut diminuere supremã suam iurisdictionem, & recognitionem, seu vasallagia regni sui, vt alibi latè dixi. ℨ. *in proœm. in gloss.* 5. Et sic concludo, quòd propriè & categoricè loquendo, patronus non potest alij delegare clientem, quamuis * possit alij cedere iura pecuniaria à cliente debita, vel etiam delegare cui voluerit operas, si quæ forte debeantur à cliente, non personam patroni & officium clientelæ: (qualis esset associatio domini siue in foro ad honorem, siue in bello ad defensionem) concernentes. Sed merum factum indifferens cõmodum pecuniarium afferẽs, quod secundum naturam feudi nunquam debetur, vt opinor, nullibi tale onus visitatur. possent tamen huiusmodi mechanicæ operæ deberi ex speciali pacto, contra feudi naturam, cui derogat tenor inuestituræ. *cap. 1. ibi propter tenorem inuestituræ.* vbi not. Bal. *de duob. fratrib. & ca. 1. §. præterea.* & ibi Bal. *quid sit inuestitura, in vsibus feu.* Franc. Curtetior pulchrè in *consi. 48. col. 7.* Franciſci. *in 2. par. 2. pec. feu. nu. 57. 58.* & ne à concordantiis remorer, vide effusissimè & fideliter per do. And. Tiraq. *in repet. l. si unquã. versi. libertus. num. 8. & nu. 9. cum seq. C. de revocan.* Simile tradit iurisc̃ul. in liberto, in *l. fin. non sol. §. libertus. sed & si delegatus. D. de cond. indebi.* vbi patronus, nedum obsequia: sed nec officiales operas liberti potest alij delegare. & si delegauerit, non tenetur libertus obedire: sed tamen potest fabriles siue artificiales operas liberti, etiam eo inuito delegare. Et *per illum text.* tenent omnes doct.

* Iura pecuniaria & operæ mechanicæ alij cedi vel delegari vasallo non possunt.

29. *Ibi*, vasallos non posse alienari & delegari alij, nisi * alienarentur cũ vniuersitate territorij: hoc est cũ ipsa curia, seu vna cũ re à qua feuda dependent & ita tenet Bal. in *l. plures. col. 1. C. de condit. insert. & in col. 2. C. communia. de lega.* vbi post Iacob. Aret. dicit, quòd si dominus vendat vasallũ tantũ, non tenetur vasallus iurare fidelitatem emptori, nec eum recognoscere: sed bene si dominus vendat totam rem, & omnia iura feudalia. Bal. *in ca. fin. col. 2. de offic. deleg. in l. imperialem §. præterea ducatus, col. fin. de probib. feu. alie. per Fed.* Panor. in *cap. auditum. col. 6. nu. 21. de præscrip. & in cõs. 3. visar. in præsenti causa col. 15 in quæst. 2. lib. 2.* Ludo. Roma eius synchronos cũ 26. *propositæ. col. vlt.* Alexan. *in l. 2. in fin. princ. D. soluto matrim. in cons. 25. antentis narratis, col. fin. lib. 5.* & est opinio Oberti. in *cap. 1. §. ex eadem lege. de l.* Conrad *in vsib. feud.* quæ vsu approbatur, & plenius dicam *infra* §. 35. His scriptis repeti do. Zasi *in sua epit. feu. par. 7. ad fin.* in eandem quam scripsi sententiam cõcurrere super delegatione & alienatione vasalli & feudi. Et quatuor annis post primam horum editionem Franc. Tirap. *in consuet. Pictau. tit. de retract. 9. 26. gloss. numero 75.* vbi idem con-

* Vasalli possunt alienari cũ vniuersitate.

inueſtituræ, quinti pretij vel retractus feudalis, & reliqua à vaſallagio ſeu lege feudi dependentia. Deinde ex defectu hominis iuniun prehendi fecit nomine ſuo ceſſo dictum feudum : emptor exhibet literas acquiſitionis, & offert fidem & quintum pretij. At ille retractum ſeudalem eligit. Tunc expergiſcitur emptor reuocans oblationem ſuam vt erroneam, ſaluo quinto pretij tantùm, & appellat a commiſſione prehendendi Baliui Stampenſis & eius executione, ne coram ſuſpecto iudice litigaret, vtpote vicino & forſan conductitio (penſionarium vocant) potentis aduerſarij, ſed in ſenatu fundabat appellationem : in hoc quod in cognitione erat clauſula conſueta, *la main tenante*, id eſt, vt non obſtante oppoſitione perſeueraret effectus & executio prehenſionis realis. De qua B clauſula dicam *infra* §. 74. *gloſſ.* 2. *num.* 117. quia hæc clauſula eſt contra ius commune, quo non licet ab executione incipere, *vt infra eo. gloſſ.* 4. *q.* 1. Porrò quamuis conſuetudo & lex feudi hoc concedat domino feudali, tamen non dat ſimplici ceſſionario, qui debet venire viâ actionis in terminis, dicens appellantem inadmiſſibilem, niſi prius cognoſceret vel abnegaret, quod Pragmatici dicunt, *qu'il faut aduoüer ou deſaduoüer, ſupr. eo. gloſſ.* 1. *numero* 77. appellans dicit *qu'il aduoüe*, id eſt cognoſcit verum dominum feudi, ſed non intimatum, vtpote ſimplicem ceſſionarium, cui tamen offert iura pecuniaria quintæ partis pretij quæ cedi poſſunt. Intimatus ſeu appellatus ponit in fac- C to, quod de conſuetudine Stampenſi etiam ius * retractus feudalis cedi poteſt. Et quòd ibi valida eſt & vſitata hæc ceſſio, & huiuſmodi commiſſio iudicis & executio: per arreſtum interlocutorium dictum fuit, quòd partes confuſis teſtimoniis (turbas vocant) inquirent de dicta conſuetudine, modóque vtendi. Et interim feudum mancipatum ſeu leuatio manus facta appellanti, tanquam in iure communi fundato. Neutra pars me conſuluit : ceſſionarius enim ſciebat me contra ſe ſentire, nec vænalem habere linguam aut calamum : emptor etiam hoc ſciebat, & inſuper non ſolùm opinionem meam, ſed etiam rationes meas elaboratas & exaratas gratis habebat, nec ipſe nec filius, qui per eas viceruntgratiam habuerunt. hic eſt mos.

* Ius retractus vtrum cedi poſſit.

34. ¶ Ceſſionarius potens in aula, multóſque fauentes habens (etiam Cancellarium, qui lectis ſcriptis meis quæ mirabatur, eum deſeruit) omnem mouebat D lapidem, cauſificans in Gallis feuda iure patrimonialium cenſeri, niſi quatenus conſuetudo cuiuſdam loci aliter diſponit, & quòd liberè vendi poſſunt & alienari in totum vel in parte, & quod omne ius, omnis actio cedi poteſt, *l. vlt. C. de hæredita. vel actio. vendi.* & ratio quòd ius retractus feudalis per ſe cedi non poſſet: tamen cedi poterat cum vniuerſitate vaſallagij, quando vniuerſum ius certi feudi ſeruientis, ceditur ſaltem vicino & æquè digno & potenti domino, ita quòd non intereſt vaſalli nouum æqualem habere dominum. Sed non obſtantibus allegationibus & fauoribus ſuis, viſis ſcriptis meis quæ protulit emptor in ſenatum, abſolutus eſt, excluſo ceſſionario : reſponderunt amici, quod ſi vellet emptorem excludere vel E eum in vaſallum habere, debuerat locum ipſum dominantem, ſaltem coram & æquè principalem partem emere, quia vaſalli non poſſunt alienari ſine cauſa, per prædicta.

35. ¶ His accedit pulchra quæſtio, quam vidi in facto multùm controuerſam : anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo dominus de Leſigny habens in Andegauâ duo feuda diſtincta quamuis mouentia ab eodem domino & caſtro de Baugé, & ſubuaſallos in vtroque feudo : vendit feudum de Leſigny, retentis * cenſibus & vaſalliis ab eodem feudo dependentibus : quorum tamen prædia ſita ſunt iuxta territorium de la Bernardiere: quod eſt alterum feudum, quod retinet.

* Locum dominii feudi vtrùm dominus poſſit mutare vaſallo inuito, de conſenſu etiam Regis.

A Volebat enim feudum retentum ampliare de parte cenſuum & vaſallorum feudi quod vendebat: ſed dominus Criſpinus vnus vaſallorum retentorum, diſſentit & vult ſequi emptorem & feudum de Leſigny venditum, quod eſt verum immediatè dominans feudum. Venditor autem volens retinere, hoc eſt, adjungere & transferre feudo retento, tria facit: primò offert ei, quòd pro oblationibus feudalibus non teneatur adire locum de la Bernardiere, ſed poſſit adire caſtrum venditum, vt eum reddat indemnem : ſed quod iura perpetuò ſibi & dominis de la Bernardiere ſoluentur. Secundò, facit conſentire emptorem dominij, veteris loci dominantis, qui etiam ad hoc onus emerit. Tertiò, facit conſentire non ſolùm vſufructuarium baroniæ de Baugé, B ſed etiam regem ipſum, proprietarium vltimum & ſupremum dominum loci dominantis vtriuſque feudi & vaſallorum ab vtroque feudo dependentium. Quæſtio fuit, an iſta ſufficerent vt ſubvaſallus non poſſet conqueri ; ſed teneretur obedire ?

36. ¶ Multi etiam ex primoribus togati noſtri ordinis cenſebant quod ſic : in queis Matthæus Quadrigarius, qui etiam dicebat non eſſe inconueniens locum dominantem mutari, proferens exemplum de feudo Scaturiginis : Gallicè, *de la Source*, ſic denominato in in agro Aurelianenſi ab hoc euentu, quòd anteceſſores domini omne domanium feudi dominantis particulatim alienauerant, excepto fonte ad quem ſubuaſalli, qui non fuerunt alienati, accedunt pro homagio præſtando vel iuribus offerendis, eo quòd nil aliud reſidui ſit ex feudo dominanti, & ita de facto iudicarunt Præfecti libellorum ſupplicum palatij Pariſienſis, & damnarunt vaſallum fidelitatem facere venditori, & ei iura præſtare & continuare, ratione tamen veteris caſtri dominantis alienati. Ita tamen vt poſſet vaſallus adire caſtrum alienatum, ſed non perſonam nec dominum caſtri alienati.

37. Breuiter ex prædictis, & his quæ dixi *infra* §. 51. apparet, malè iudicatum. venditor in ſententiam defendebat per hæc potiſſimùm quæ ſequuntur : videlicet quod certum eſt iura dominicalia eſſe patrimonialia; iura enim vaſallorum & vaſalli ipſi ſunt in bonis noſtris, imò reliquiæ priſtini dominij in feudum conceſſi, vt inquit Bald. in *l. talem in fine, per illum text. D. de hære. inſtitut. text. in c authoritate, ibi, aut ſuorum hominum liberorum. de priuil. in* 6. vnde appellatione rerum noſtrarum veniunt etiam vaſalli. Guil. de Cuneo. Cyn. Bal. in *l* 1. *D. de ſtat. homi* Bal. in *l. omnia* §. *vlt. per illum text. D. de leg.* 2. Bal. in *c. quanto. extra de iudi & in capit. ſignificauit. extra de teſtibus.* Sed regula iuris eſt, quod in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. Igitur dominus poteſt iura vaſallorum cedere, & ſic multò magis retinere vel aliter diſponere, *l. in re mandata. C. manda.* Præterea omne ius & omnis actio cedi poteſt. *text. in l. vlt. ac. vend.* igitur multò fortiùs retineri.

38. ¶ Nec obſtat quod non poteſt dominus transferre vaſallagium inſcito vaſallo, vt not. Io. Fab. in §. *vnico, inſt. de aſſign. libert.* Quia hoc eſt vel propter repugnantiam vel propter intereſſe vaſalli, quorũ vtrũque hîc ceſſat, videlicet primum, quia dominus non ſeparat ius vaſallitium à vaſallo, ſed vtrumque retinet, prout poteſt in re ſua. Secundum verò, quia dominus ſatisfecit offerendo, & conſentiendo quod vaſallus liberetur faciendo fidem in loco conſueto, & modo ſolito; & ſic non plus grauatur : & conſequenter ſua non intereſt Cùm igitur non interſit, nec ratione rei, vt dictum eſt, nec ratione dominij : tum quia dominus non mutatur, ſed item remanet : tum quia dominus retinet eandem, imò maiorem in feudo ſuo vicino, eiuſdem qualitatis, & ab eodem Barone mouentis, authoritatem & ſplendorem. vt priùs. Cùm igitur ſua non intereſt, non poteſt conqueri, nec impedire dominum diſponere de re ſua. Tum & tertiò, quia venditor

* Lege emptorem futurum dominum vasalli.

fecit consentire non solùm emptorem * nostralem dominum vasalli, sed etiam superiores dominos vtriusque feudi dominantis, & regem ipsum; quorsum ergo pertinacia aut superbia solius infimi vasalli, vt regalem sensum contemnat? *l. vl. post princip. C. de legibus.*

59. ¶ Nec obstat Arestum latum super dependentia feudali acquisita per dominum de sainct Cyr. ꝛ. *eo. anno.* 34. Tum quia ibi aliæ erant circumstantiæ & probationes, simulationes vel procuratæ cessiones in fraudem: tum ibi fiebat cessio extraneo. Sed hîc dominus antiquus non cedit, sed retinet, quod facilius & fauorabilius est, propter reliquias pristim dominij: tum cedendo non transfertur nisi vtilis, & cessionarius non habet directas. Sed retinendo vt hic, ipsi retinenti, seu rei donanti remanent tam directæ quàm vtiles actiones. *l. si heres. D. ad Trebell. l. ratio. C. de hared. vel act. vend.* & sic non est simile. Cæterùm omnes rationes & regulæ iuris militant pro domino, seu venditore, igitur cùm reus non doceat de exceptione, iudicandum est pro domino, qui habet ius clarum, vtpote fundatum in regula; imo in multis reg. iuris Bald. *in l. si tutor. in fi. C. de serv. pign. dato manumissô, in l. omnes populi, col.* 10. *D. de iust. & iur.* Petr. Anchar. in *rub. de reg. iuris in 6. col.* 2. Iason. in *l.* 2. *col.* 6. *D. si quis in ius voca. non ierit.*

40. ¶ Sed ad hæc omnia respondetur dupliciter: primò, quod sine consensu vasalli reciprocam inter eum & dominum obligationem & fidem, solus dominus non potest infringere, cuius obligationis inter præcipua capita, hoc est, ne dismembrari possit (vt verbis consuetudinis vtar) nec feudum à capite separari, sed nouatione & alia de integro infeudatione opus esset: cuius enim inuestitura habet duo extrema correlatiua, (videlicet locum dominantem, à quo decerpitur locus seruiturus, & locum seruiturum inde decisum & concessum, vt teneatur in feudum ratione talis certi loci dominantis:) * hæc sunt duo extrema, principalia & essentialia fundamenta omnium infeudationum realium, quæ in hoc regno reales sunt. Sed non potest vnum extremorum correlatiuorum destrui, quin aliud destruatur. *l. vlt. D. de acceptilatio.* Bald. in *l. conuenticulam C. de episc. & cleric.* Bart. Ang. Ias. & omnes in *l. vlt. C. de indicta. viduit. tollen.* & vt inquit Bal. *in l. cùm te in Gallia, C. si cert. pet.* regula correlatiuorum est regula parium. Ad quod citat *l. Iulian. §. si procurator, in fin. ibi, & per contrarium, D. de actio. empt.* Bapt. de sancto Blasio, in *tract. correlatiuorum.* Secundò principaliter respondeo, quòd omnia argumenta venditoris tendunt expresse contra consuetudinem loci, quæ *par. 5. in princ.* vult dominum eisdem casibus & modis amittere directum dominium, & illud acquiri vasallo, quibus vtile per vasallum amittitur & consolidatur patrono, nunc & in perpetuum in feudo ligio (id est, strictius astringente) nunc ad tempus in feudo non ligio, vt patet in *consuet. Andegauensi* §. 187. Quemadmodum ergo vasallus non potest diminuere feudum in præiudicium domini & futuræ commissionis feudi ex lege feudali, ita nec dominus locum dominantem diminuere potest in præiudicium vasalli, vel singulorum vasallorum. Ex quibus concludo, malè fuisse iudicatum, & quod vasallus debebat absolui. Et hoc sit finis huius glossæ.

* Lege huius etiam.

SVMMARIA GLO. IV.

1.2. Dé manus iniectione *seu prehensione. Praxis manus iniectionis feudalis, quæ congruè debet notificari.* 3.

4. *intellect. nouus* l. de pupillo. §. nunciationem, & l. operis noui D. oper. noui nunciat.

5. *Habetur manus pro iniecta quando vasallus dolosè impedit accessum.*

6. *Quid requiratur in protestatione prohibitoria.*

7. *An debeat seruari forma* Clementinæ causam. de elect.

8. *Actiones residunt in persona creditoris. Nec reditus circumscribitur loco.* 9.

10. ¶ *Quæst.* 1. Via facti *prohibita.*

11. *Solutio quòd potest patronus feudum apertum prehendere propria authoritate.*

12. *Verbis legis vel consuetudinis nihil addêdum.*

13. *Quando intelligitur viam facti esse prohibitã.*

14. *Quæ iure familiaritatis fiunt, non præiudicant etiam in possessione.*

15. *Quando vsus dicatur implicare contrarium vsum.*

16. *Pactum de ingrediendo propria authoritate, intelligitur sine violentia vel resistentia facti.*

17. *Litera confortationis manus.* 18.19.

20. *Emendatio praxis.*

21. ¶ *Q.* 2. Sequestratio *prætoria vel iudicialis possessionem non tollit.*

22. *Patronus manu iniecta possessor feudi efficitur*

23. *Feudum pendente manus iniectione censetur quasi consolidatum.*

24. *Prehensio feudalis est actus patrimonialis seu domanialis.*
Error imperitorum non inducit vsum consuetudinarium.

25. *Verba secundum subiectam materiam intelligenda sunt.*

26. *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

27. *Quod dictum est patronum esse possessorem feudi, verum est respectu qualitatis domini feudalis.*

28. *Feudum interim non est suspensum, nisi respectu dominicalium actionum.*

29. *Patronus feudum prehensum tractare non potest, nisi sub qualitate domini feudalis.*

30. ¶ *Q.* 3. *Prehensio* ex causa falsa vel iniusta *facta nulla est.*

31. *Decretum obreptitium nullum est.*

32.33.34. *Confirmatio non valet, si non sit confirmabile.*

35. ¶ *Q.* 4. *Non licet iudici* via facti *resistere, rescripta distin. docto.*

36. *Nec patrono manu feudali vtenti.*

37.38.39.40. *Secus si more depopulatoris procederet.*

41.42.43. *Fallentiæ in quibus lite pendente patronus non fruitur feudo prehenso.*

44. ¶ *Q.* 5. *Contra actum iudicis vel patroni non datur* interdictum.

Digitized by

45. *In parentes vel patronos non datur vlla perſecutio famoſa.*
46. *Cliens vel non petità veniâ patronum in ius vocare poteſt.*
47. *Non valet argumentum de libertis ad patronos aut vaſallos.*
48. *Non eſt iuſtus vaſallus antequam in fidem patroni admiſſus fuerit.*
Nec eſt ſaiſitus contra dominum.
49. *Contra actum iudicis nunquam competit interdictum* vti poſſidetis, *nec* vnde vi.
50. *Spoliatus à iudice ordine iuris non ſeruato, ante omnia debet reſtitui.*
51.52.53.54.55. *Nona diſtinctio & reſolutio quæſtionis.*
56.57.58.59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. *Si patronus tanquam proprietarius pleno iure feudum occupat, contra eum habet locum interdictum* vti poſſidetis.
66. ¶ *Q. 6. A prehenſione feudali non poteſt* appellari.
67 *Prehẽſio feudalis nõ eſt publici ſed priuati iuris*
68. *Commiſſiones generales reprobantur.*
69.70.71.72.73.74. *Solennitas non neceſſaria vitioſè appoſita non vitiat.*
75. *Verbum* manus.

GLO. IV. IN VER.

Mettre en ſa main.

* Saiſire & ſaiſina quid Gallis.

HOc eſt prehendere : Galli *ſaiſire* * dicunt, ſicut & poſſeſſionem *ſaiſinam* vocant, quod nec Cynus ignorauit, *in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam.* Refert Paul. Caſtrenſ. in *l. qui vniuerſas §. 1. fin. de acquiren. vel amitten. poſſeſſio.* Et communis modus vtendi eſt, quòd domini * merum vel mixtum imperium habentes, prehendunt feuda eis aperta, per officiales proprios iuriſdictionis ſuæ, & in vim commiſſionis ſeu mandati dati per eorum iudicem, ſeu balliuũ, aut alium iuriſdictionem eorum exercentem. Idem ſi tantùm infimam habent iuriſdictionem : hi enim etiam in poſſeſſionem mittere poſſunt, vt & de petitorio prædiorum ſuæ iuriſdictionis cognoſcere, iudicare, & ſententias exequi. Non enim in hoc à quo accepta eſt, *l. iubere cauere, D. de iuriſdictio. omn. iudic.* nec leges ſimiles, longè alias modi iuriſdictionem & graduum diſtinctionem habemus, de quo loco ſuo dixi. Sin autem nullam habent iuriſdictionem, ſolent prehendere authoritate iudicis competentis, & in vim mandati ſeu commiſſionis à iudice decretæ. Et ſic vſitatum eſt huiuſmodi prehenſiones feudales fieri non authoritate priuata, ſed publica, nec per viam facti, ſed per viam iuſtitiæ & iuriſdictionis ordinariæ. Et hoc quidem cuiuſ eſt, vt not. *in l. creditores C. de pignoribus.* Et maximè attento, quòd huiuſmodi * prehenſio, non eſt ſimplex ingreſſus feudi nec ſimplex miſſio in poſſeſſionem, ſed injectio manus dominicæ, quæ rem ipſam in ius & poteſtatem domini directi reducit, & vtile dominium vaſalli interim ſuſpendit, & quodammodò interrumpit, vt ſtatim dicam.

* Qui domini ſaiſire poſſint, id eſt, prehendere feuda vaſallorum.

* Prehenſio quam vim & quem effectũ habeat.

2. ¶ Et notandum primò, quod * an prehenſionem hanc faciendam, nullum requiritur fieri præceptum, vt in ſimili dicemus *infra §. 32. gloſſ. 1. numero* 73. nulla interpellatio vaſallo, aut exiſtentibus in feudo, vt fidelitas præſtetur, iuráque ſoluantur : ſed feudo aperto, lapſo tempore, *infra §. 7.* ſtatim nullo alio præmiſſo poteſt dominus manum ſuam inicere feudo, debet tamen incontinenti quod factum eſt, notificare * vaſallo, non tamen præcisè requiritur, quòd eius perſonæ notificet, maximè quærendo eum extra manſionem feudi : ſed ſufficit, quòd notificet vaſallo exiſtenti in feudo dominanti, vel eius domicilio, vel ſi abſit, notificet ei ad perſonas domeſticorum, vel colonorum vaſalli manentium in fundo, vel alibi, ſi nulla ſit domus in fundo, vt in ſimili tradit Vlpian. iuriſconſ. in *l. aut qui aliter. §. 1. & 2. D. quod vi aut clam.* vel ad vltimum proximo vicino. *vt in caſu commerſo inquit text. infra eodem titulo, §. 65.* vbi tractabitur de oblationibus clientum. Quamuis enim patronus non debeat adire nec rogare clientem, ſed adiri & rogari à cliente : tamen non debet aliquid clandeſtinè nec fraudulenter agere ad circumuentionem clientis : quod ſi faceret, doli exceptio vel replicatio patrono obſtaret, quominùs fructus lucraretur.

* Forma prehenſionis faciendæ.

* Denunciari vaſallo prehenſio quemadmodum debeat.

3. ¶ Et quod dixi ſufficere notificare perſonæ vaſalli, intelligendum ſi eſt capax & idonea. Ideo ſi habet curatorem, debet ei nonficari, vel bona fide his qui curatorem monere poſſunt & debent. Quòd ſi curatore caret, & tamen eo indigeat, ſiquidem eſt vaſallus minor viginti quinque annis, vel vaſalla minor quindecim annis, aut alia ætate requiſita per conſuetudinem loci, & dominus nihil agit, quod teneatur inducias dare, & dictam ætatem expectare, *vt infra. §. 41.* ſi verò vaſallus ſuperior ſit ea ætate, ſed minor vel imbecillis : ad hoc non ſufficit ſolùm tali perſonæ notificare ; ſed oportet conſanguineis & amicis & his qui defendere & prouidere poſſunt & debent, iuxta *l. hi autem §. non defendi D. ex quibus cauſ. in poſſeſſio. eatur.* Niſi malit dominus facere curatorem cæci : aliàs prehenſio (vt indebitè notificata) non eſt efficax. fac. quæ dicam *infra §. 59. glo. 1. num. 62.*

4. ¶ Non obſtat *l. de pupillo. §. nuntiare D. de operis noui nunciat. & l. operis noui. eod. tit.* Quia vt * dixi in nouis inter hæredibus loquuntur, & intelliguntur quantum ad effectum primi capitis edicti, quod eſt prohibitorium : & vt deſtruatur, quod poſtea attentatum fuerit. Et hoc, quia periculum eſt in mora, & ea nunciatio, quantum ad hanc prohibitionem, non reſpicit certam perſonam, ſed rem & opus nouum tantùm. Ideo ſi fiat extra locum operis, etiam ſi domino maiori viginti quinque annis, non valet, ſcilicet quo ad hunc effectum prohibitorium & reſtitutorium, niſi fiat in iſto opere, *d. l. de pupillo §. ſi quis fortè.* Debet tamen fieri fabris aut aliis eò loci ad finem operis exiſtentibus & intelligentibus. Et tunc ad effectum prædictum non curatur, an dominus ſit infans vel furioſus. *l. cuilibet D. de oper. nou. nuntiat.* Sed quoad alia & cauſæ cognitionem, bene curatur : quod nota ad verum intellectum dictorum iurium, quem nullus adhuc aperuit. Cur autem nondum edere potuero dictos nouos intellectus, neque epanorthoma, ſatis ſuperque colligere licet ex epiſtola liminari ad conſilia Alexand. & ad tertium iuris labyrinthum nuper extricatũ & Lugduni editum. Adde quæ circa hæc dicemus *infra §. 74. gloſſ. 1. nu. 75.*

* Locus eſt corruptus, niſi quis ita legat : quia vt dixi in nouis intellectibus iuſtæ legi loquuntur.

5. ¶ Notandum ſecundò, quod ſi feudum conſtat in re immobili * & corporali, neceſſe eſt dominum accedere, vel mittere nomine ſuo in rem * præſentem, vt prehendatur, & ad manum ſuam ponatur, *arg. d. l. pupillo. §. 1.* Alioquin ſi in abſentia rei, dominus dicat ſe prehendere, & ad manum ſuam

* Prehenſio immobilium & corporaliũ feudorum quomodo facienda.

* Miſſio in rẽ præſentem facienda, vt feudum prehendatur.

ponere, quàtùmcunque vel præſenti vaſallo conteſtetur, & re beneficiaria interdicat, nullius eſt momenti talis imaginaria prehenſio, & nihil operantur quæcunque proteſtationes aut interdictiones domini, nec cenſetur manus iniecta, nec feudum ſaiſitum (vt verbo gallico vtar) nec habet locum finis huius §. *fac. text. in d. l. de pupillo. §. ſi quis fortè. D. de operis noui nuntiatione.* Et hoc niſi * vi, fraude, & inſidiis vaſalli fieret, quominus prædio clientelario accedi poſſet. Tunc enim puto habendum pro prehenſo. *argu. l. 1. §. ſed & Ariſto.* ait eum concor. *gloſſ. D. quod. vi aut clam.* vbi habetur pro prohibito, qui cùm ſciret prohibitum iri, per vim molitus eſt ne prohiberi poſſit, & æquè tenetur interdicto, ac ſi verè & actualiter prohibitus fuiſſet, *facit l. iure ciuili. D. de condi. & demonſtrat. l. in omnibus cauſis pro facto, l. in iure ciuili. D. de regulis. iur.* quæ ſecundum Decium ibi, habet locum etiam in ſtatutis. Saltem tenebitur vaſallus ad omne intereſſe domini, & ad fructuum reſtitutionem, & omnium, quæ aſſecutus fuiſſet dominus per realem manus iniectionem à tempore impediti acceſſus. ſicut in ſimili actione in factum tenetur qui ex edicto prætoris viui in poſſeſſionem miſſum non admiſit: vel prohibuit. *text. in l. 1. §. hæc actio. in l. fin. §. Prætor eum. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſus eſt. l. dies cautioni. §. an tamen. l. prætor ait. §. in eum. l. ſi finita. §. eleganter. §. illud quæritur. & §. final. l. ſi quis miſſum, in princip. D. de damn. infect.* non enim æquum eſt eum ex dolo vel calliditate ſua commodum reportare. vt inquit text. *in l. final. in fin. C. de iureiuran. l. non fraudantur, §. nemo ex ſuo delicto. D. de regul. iur.* fac. protritum illud *cano. malitiam & dolum nemini debere patrocinari. ca. 2. de dol. & contum.* Aduerte tamen quod non eſt neceſſe ingredi principalem manſionem, ſeu prætoriam domum feudi. Sed ſufficit quamlibet partem territorij feudi prehendi, per *l. poſſideri. in princ. D. de acquir. vel amitt. poſſ. l. vulgariu. in princ. D. de fur.* etiam ſi abſque domo in diuerſis ſeorſim ſitis fundis: ſed ſub nomine vnius feudi, conſiſtat, dummodò aliàs prehenſio debitè notificetur.

* Prehenſio (vaſallo vi aut fraude prehenſionẽ feudi impedienti) habetur pro facta.

* Prehenſio feudorum incorporalium.

6. ¶ Si autem feudum conſiſtat in re * incorporali, quæ pro immobili habetur, vt annuus perpetuus reditus: tunc cùm non poſſit corporaliter prehendi, *Inſtit. de reb. corpor. & incorpor. §. incorporales l. 1. §. incorporales. D. de re. di. l. ſeruum 2. D. de acqui. ter. do. l. quotiens via. D. de ſeruitu.* ſufficit incorporalis prehenſio, ſeu reuocatio illius iuris ad manum & poteſtatem domini exteriùs declarata, & vaſallo creditori reditus notificata. Patronus enim per ſe, aut per nuncium, vel epiſtolam, non refert, notificabit clienti, ſe ad poteſtatem & manum ſuam dominicam reuocare, ſeu *faiſire* (vt dicunt) illud ius reditus, aut aliud in feudum conceſſum ex defectu clientis & iurium: nec puto aliquid requiri ad validitatem & efficaciam actus. Et hoc facto penſiones reditus deinceps cedentes, cedent ad commodum & vtilitatem domini: & ſi vaſallus exegerit, domino reſtituere tenebitur: nec puto neceſſarium eſſe notificare debitori reditus, niſi quoad hoc, vt ſoluendo creditori vaſallo non liberetur: ſed poſſit nihilominus cogi ad ſoluendum patrono, qui nulla ceſſione actionum indiget: quum ſibi ſufficiant directæ actiones, vt inquit Pompon. *in l. ſi hæres inſtitutus, in fin. princ. D. ad Senatuſcon. Trebellia.* imò cenſentur etiam vtiles interim ad eum reuerſæ, quaſi reunitæ, vt dicemus *infra eod. gloſſ. quæſt. 2.* aliàs ſi debitor antè ſoluerit creditori, quàm ſibi denunciatum eſſet à patrono, vel alio eius nomine, liberaretur. *l. 3. C. de nouat. & delegat. l. fin. D. de tranſact. l. ſi quis ſeruo, l. qui hominem, §. ſi Titium l. quod ſeruus l. cùm quis D. de ſolutio. l. eius qui in prouincia §. placebat D. de rebus credi.*

7. ¶ Non tamen ſufficeret ad hoc ſimplex & nuda denunciatio, niſi etiam debitor legitimè certificaretur de A reuocatione iuris vel reditus feudalis ad manum domini, & eiuſdem domini impenſis traderetur ſibi inſtrumentum appoſitionis dominicæ manus in bona forma & ſufficienti, vt poſſit eſſe tutus aduerſus creditorem vaſallum, cui fortè ſub diſtrictione garantigiæ eſt aſtrictus, quoniam huiuſmodi poteſtatio quæ fit debitori vaſalli, nedum eſt declaratoria, ſed etiam prohibitoria & incitatoria, & facit teneri debitorẽ ex facto alieno, videlicet ex defectu vaſalli creditoris, & ſic fieri debet cũ expreſſione cauſæ, & debita aſſecuratione denunciari, vt not. Pet. Bart. in *l. non ſolum. §. morte, col. 9. In materia proteſtationis incitatoriæ, verſic. circa. primum. D. de operis noui nunciat.* & ibi Alexand. *col. 12.* Iaſo. *col. 4.* faciunt quæ dicam *infra §. 32. gloſſ. 1. num. 73. & 74.* & B hoc habet locum in omnibus intimationibus vel proteſtationibus, in quibus denunciatus obligatur ad aliquid præiudiciale, ſecundum Cardin. Flor. *in Clem. cauſam. in fi. per illum text. de electio. & ſeq. Feli. in cap. cum Mar. Ferra. col. 21. de conſtit. & ibi Franci. Ripa. col. 40. num. 149.* niſi huiuſmodi denunciatio & inhibitio fieret iudicis authoritate, vt not. Bartol. *in l. fin. per illum text. D. de leg. commiſſo.* & Doct. in prædictis locis ad quos, vt ad rem redeam, remitto.

8. ¶ Poteſt etiam dominus non accedendo ad vaſallum, ponere feudum incorporale ad manum ſuam notificando debitori, vt diximus, ſed tunc ſi vaſallus poſſit faciliter reperiri & adiri, puto illi eſſe denunciandam appoſitionem manus domini, vel ſi non poſſit commodè inueniri, ita faciendam, vt veriſimiliter C poſſit illi renunciari, alioquin puto dominum non facere fructus cedentium interim penſionum ſuos: quia quamdiu vaſallus non interpellatur à domino, non eſt in mora: & licet ſibi vigilare, vt loquitur noſtra conſuetudo, hoc eſt, rem ſuam facere, quamdiu dominus ceſſat: quem poteſt bona fide arbitrari ceſſare, quamdiu nullo modo ſibi apparet de contrario: & ſic non eſſet æquum eum in damnum incidere, nec eſt ſimile in feudo corporali, in quo ad rem ipſam ſatis eſt accedere, vt diximus, quia vaſallus aut aliquis de eius familia debet ibi inueniri: & veriſimiliter quod palàm & publicè ibi factum erit, ei renunciabitur, quod non eſt hîc.

9. ¶ Nec obſtat, ſi quis diceret, accedendum eſſe ad locum vel prædium ſuppoſitum illi reditui: vel ſuper D quo aſſignatus eſt ille reditus, quia nullo modo puto hoc neceſſarium, cùm nomina & iura,* & quæcunque corporalia non circumſcribantur loco. *text. in l. Caius D. de legat. 2.* & latè per Phil. Corn. in *conſi. 49. in præſenti conſultatione* per tot. *volum. 3.* & ſic non opus eſt accedere ad certum locum. Tum ſi hæc iura alicubi eſſe cenſerentur, non reputarentur eſſe in re pro illis hypothecata, nec in debitoris perſona, ſed magis in perſona creditoris in quo actiuè reſident, & eius oſſibus inhærent. *l. quis ergo caſus.* & ibi gloſſ. *D. decu. l. licet. D. pro ſocio.* & ita decidit Sal. in pulchro caſu *in l. 1. colum. 7. verſic. ſi autem eſſent iura & actiones. C. de ſum. trinit. & fin. capit.* Alexand. in *conſil. 31. viſo. tit. col. 5. vol. 1.* Iacobi. de ſancto Georg. *in tract. de homagi. columna 5.* & ſit eſſet ſolùm ad perſonam vaſalli accedendum, tamen non eſt neceſſarium, E prout dixi.

* Ius reditus non circumſcribitur loco.

10. ¶ QVÆRO primò, an * hæc prehenſio poſſit fieri per ipſummet dominum vel ſuum procuratorem aut geſtorem authoritate ipſius domini tantùm: ſiue priuata authoritate domini, & via facti, an verò neceſſe ſit eam fieri via iudiciaria per miniſtrum iuſtitiæ, ſiue apparitorem, ex mandato & authoritate iudicis competentis. (Vt noua eſt hæc quæſtio & à nemine tractata, ita abſurdum nimis & inſolens videtur dubitare, quin neceſſe ſit domino via iuris procedere, & non via facti, * quæ eſt omnibus & omni iure prohibita *l. 1. in princip. D. quod vi aut clam. l. 1. in princ. verſic. ne quid autẽ D. de vi & vi ar. l. creditores D. ad legẽ Iul.*

* Prehenſio feudi (vtrùm debeat fieri via iudiciaria authoritate commiſſionis) iudicis, an nõ? de quo. conclusionẽ infrà numero 16. in fi.

* Via facti prohibita.

de vi prima. l. quemadmodum. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. A *extat. D. de eo quod met. causa. l. si ex stipulatione. D. de acquiren. vel amitten. possess. lege vnica. in fine. Cod. de suffra. & bene facit. l. dotis. C. solut. matrim.* vbi quamuis dominium rerum dotalium soluto matrimonio morte viri sit ipso iure reuersum ad mulierem, *l. in rebus. Cod. de iure dot.* tamen non potest mulier earum possessionem ingredi, sine authoritate iudicis cõpetentis. Igitur nec dominus soluta fide morte vasalli, aut aliàs, etiamsi ipso iure dominium vtile esset ad eum reuersum non potest ingredi possessionem feudi, authoritate sua propria & priuata, sed solùm iudicis competentis authoritate. Tunc etiam domino rei cuiuslibet est prohibitũ, ne sit iudex in causa propria, & ne ius sibi dicat. *lege vnica. C. ne quis in sua causa. in l. leg. 1. in princip. D. quorum lega. cum similibus.* Et hæc vsque adeo nota & trita sunt, vt vel in proverbium vulgi abierint. Tum semper fuit vsitatum, & à tempore immemorabili obseruatum, huiusmodi prehensiones fieri authoritate & mandato iudicis competentis: igitur non est aliter faciendũ, *lege minimè. D. de legibus. l. si de interpretatione. D. eod. cap. cum dilectus. de consuet.* nec debet facilè recedi ab eo quod diu æquum visum est. *l. in rebus. D. de constit. princip.* facunt quæ suprà de effectu communis obseruantiæ & praxis dixi *in proœm. gloss. 1.* Tum regula iuris est, non esse singulis seu priuatæ singulorum potestati concedendum, quod per magistratum publicè, hoc est, iudicis authoritate fieri potest. *l. non est singulis. D. de regul. iur.* & reddit rationem text. ne occasio sit tumultus faciendi. Sed si dominus omissa via iudiciaria, quæ facilis est & prõpta, sua tantùm priuata authoritate C & via facti vtatur, erit occasio vt via facti resistatur vsq; ad arma & pericula personarum. Et maximè cùm hæc via sit nbuitasinaudita & inusitata, quæ suapte natura discordiam generat. *capit. cum cõsuetudinis, de consuet.* Tum videtur de hoc casus in rubri. & in *lege prima & secunda. Cod. vt ne lic. sine iudicis authoritate signa. impri.* vbi prohibetur in rebus ab alio detẽtis, vel in fructibus signa imprimere: etiam si quis suas, vel sibi obligatas affirmet, & permittitur detẽtori illa licitè detrahere. Igitur si dominus feudũ sine iudicis authoritate prehenderit & signa sua vel alia, vt moris est apposuerit, quod fecerit nullius erit momenti: & licebit hæredibus vasalli aut aliis in feudo clientelario existentibus impunè contemnere, & apposita signa amouere.

11. ¶ His tamen non obstantibus audacter dico dominum sua tãtum, vel priuata authoritate manum suam D iniicere posse feudo aperto: siue per se, siue per familiam suam priuatam, & ex tunc facere fructus suos, sicut habetur in hoc §. licèt nec iudicis nec apparitorum suorum authoritas, vel ministerium interuenerint. Probatur primò; creditor ex simplici pacto de accipiendo & possidendo pignus vel rem hypothecatam, si ad diem solutum non fuerit, potest vel inuito debitore sua propria & priuata authoritate sine iudice nedum ingredi, sed apprehendere & nanciscì possessionem pignoris vel hypothecæ. *text. in l. penultim. C. de pignor. actio. & in l. creditores. Cod. de pignorib. cum concor. ibi per gloss.* & omnes doct. qui ita tenent. Si hoc potest simplex pactum in creditore simplicem hypothecam ha E bente, multò fortius hoc potest lex apposita in cõcessione feudi facta à domino retinente directum dominium & possessionem ciuilem rei beneficiariæ. Secundò & fortius pactum manus iniectionis in venditione appositum afficit rem ipsam: ita quòd venditor vel eius hæres potest suo priuato iure tantùm vtendo, sine aliqua iudicis authoritate manum suam iniicere, & possessionem & dominium rei acquirere, sua sola authoritate contra tertium emptorem vel detentorem. *text. in l. si quis sub hoc pacto. & ibi gloss. de contra. emptio. in l. Titius. D. de seruis expect. in l. 1. & 2. Cod. fin. serv. expor. vend.* per quotcunque manus res ambulauerit; *l. 2. Cod. si mancip ita vaneat ne prostituat.* Cyn. Ange. in d. *l. 2. Cod. si ser. expert.* vbi Angel. malè limitat. in pacto ne prostituatur, vt tunc (quia hoc occultè fuit) opus fuit permissione iudicis, per *d. l. C. si mancip. ita vaneat. ne prosti.* quod l. 2. non excludit, quin venditor possit propria authoritate manum iniicere. Ex qua hoc pactum retinuit quod est iuris realis executiui, nec opus est iudice, nisi quatenus deest potestas, vel resistentia timetur. Et ita tenent Panorm. Feli. *in cap. verùm col. pe. ex. de for. compet.* Ioan. Regneri. *de mota in rep. l. traditionibus. num. 64. Cod. de transact.* Et tamen venditor omnem possessionem & omne dominium transtulerat: Igitur multò fortiùs idem pactum operatur in domino directo feudi, vt sua priuata authoritate possit manum suam iniicere, quia virtus directi dominij retenti, semper est in actu permanenti ex vi attractiua, vt pulchrè ait Baldus *consi. 9. factum tale lib. 1. col. 1.* secundum nouam impressionem. *Et lib. 5* secundum veterem impressionem Brixiæ. Tertiò, quia ista prehensio in se est actus dominicalis & extraiudicialis. Sed quoties lex concedit aliquid explicandum actu extraiudiciali, non requiritur adiri iudicem pro actus executione. Ita Rapha. Cuman. in *lege de pupillo. §. si is cui. in fin. de operis noui nuntiat.* Quartò, & fortissimè probatur per text. *huius §.* cuius verba diriguntur ad dominum feudi, & ad merum eius factum referuntur, vt diximus in *gloss. precedent. numer. 8.* & similis text. *infrà eod. titul. §. 4. 55. 65. & 50.* & quoties consuetudo nostra de hoc loquitur, semper refert verba sua directò ad dominum, & ad eius facultatem, & factum duntaxat: nec aliud quicquam addit vel requirit. Igitur per seipsum vel ministerium suum priuatum potest dominus prehendere.

12. ¶ Et vbi verba * consuetudinis clara sunt, vt hîc, nihil aliud est subaudiendum nec addendum. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. in princi. D. de lega. 3. l. prima. §. si is qui nauem. D. de exer. actio. l. quod constitutum, ibi quantum ad verba eius.* & ibi Bartol. D. *de testa. multi.* nec debemus addere ad text. nec requirere plus quàm litera requirat *text. in lege Gallus. §. videndum est. ibi, nihil enim addidit.* vbi hoc not. Bal in *§. notab. D. de lib. & posth.* & ibi seq. Ange. vterq; Imo. & Bal. in *l. 1. in fin. D. de cura. furio. in l. omnes populi. col. 1. & col. 7. verficul. dico ergo.* D *de iusti. & iure.* & hoc maximè peculiare est in consuetudinibus & cõstitutis, quòd eorum verbis tenaciter est inhærendum, nec licet illis addere, nec aliàs interpretari, quàm loquantur, pulchrè Bal. in *lege maximum vitium. col. penult. versic. in contrarium. C. de lib. præteri, vel exhære. in capit. significante. extra de appella. in cap. 1. in fin. de alien. feud. & in tractatu statu. in versicu. citatio. in fin.* Alberi. in *prima part. statu. quæstio. 1.* & alibi tam frequẽter, vt magis tædiosum quàm vtile videatur accumulare. plura videre potes ad hoc per do. Andr. Tiraq. *in repet. legis si vnquam. in versicul. libertus. numero 4. cum sequent. numer. 12. C. de reuocan. dona. hic adde quæ dixi infra §. 15. gloss. 1. num. 25. & in tractat. regul. Cancellar. in reg. de publicandis. num. 340. & in Rebus de verborum obligat. num. 36. in lect. Tubingensi. & in not. intellec. in intellec. 4. legum num. 23.* Et licèt vbi habemus text. consuetudinis vel statuti, non sit inquirenda ratio, vt inquit Bal. in *l. 1. col. 4. C. de iure delib. in l. executorem. col. 3. C. de execu. rei iudi.* tamen de rationabilitate huius consuet. sic simpliciter vt stat, intellectæ: Constat primò per conformitatem iuris communis, vt patet ex præcedentibus: Secundò per virtutem & efficaciam directi dominij retenti, vt dicetur in sequẽtibus. Confirmatur, quia vasallus contra dominum non potest præscribere, vt est text. *infra. §. 12. & 69.* vbi dicemus. Igitur non posset præscripsisse contra dominum, vt ei non liceat sine iudicis authoritate feudum prehendere: quum in hoc habeat dominus intentionem apertissimè fundatam tam de consuetudine per hunc text. quàm de iure communi, & per le-

* Verbis cõsuetudinis nihil addẽdum.

gem & pactum conceſſionis feudi, vt dictum eſt. Et per iſta ſatis apparet reſponſio ad omnia contraria, tamen, vt clariùs liqueat.

a Qomodo intelligendū viam facti eſſe prohibitā.

13. ¶ Non* obſtat primum de via facti prohibita, quia prout diſtinguitur à via iure conceſſa & approbata procedit contrarium; & iura in eo allegata: ſecus prout diſtinguitur à via iudiciali vel iuriſdictionis: quia via facti, id eſt extraiudicialis ſæpiſſimè in iure eſt approbata, & conceſſa vtenti iure ſuo, vt probatum eſt maximè in caſu præſenti. Et etiam per hoc patet ſolutio ad ſecundum, quia dominus prehendens nullum iudicium exercet, ſed iure ſuo vtitur, vt inquit text. *in d. l.2. C. ſi ſer. expor. vaneat.* Non obſtat tertium, quia illa vſitata obſeruantia fuit ex mera ciuilitate, & ſic in nullo derogauit iuri dominico. 14. Hoc enim eſt exploratiſſimum, eá quæ

b Quæ ex vrbanitate fiūt non præiudicant.

* ex ciuilitate, vel vrbanitate fiunt, quantocunque tempore nō præiudicare iuri nec publico nec priuato, nec in petitorio nec in poſſeſſorio. *l. qui iure familiaritatis*, & ibi per Bartol. Ioan. Imol. Paul. Alexan. *D. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ. l. & habet* §. *hoſpites. D. de precar. l. ſi mulier. D. quibus modis vſufruct. amitt.* not. Inno, Panorm. in *cap. cum eccleſia ſutrina. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & in cap. abbate ſancti Sylueſtri, de verb. ſignificat.* Ancha. *in repet. cap. ſine poſſeſſione. columna* 21. *de regul. iur. in* 6. Paul. *in conſil.* 179. *in cauſa columna* 3. *verſ. Item non conſtat. volum.* 1. vbi etiam dicit non præſumi derogatum iuri ſemel quæſito, ſed ex gratia & ciuilitate factum, niſi probetur tanquam ex neceſſitate vel debito eſſe factum. per text. *in l. fin. D. quemad. ſeruit. amitt. in l.* 1. §. Iulianus *rectè ait. & l. final. D. de itine actuque priua. l.* 1. §. *Ariſto. D. de aqua quotidia. & eſti.* Imò probandum eſſet dominos volentes propria authoritate prehendere, prohibitos fuiſſe & acquieuiſſe, per not. *gloſſ.* Bartol. Ang. Flori. & omnium in *l. qui luminibus. D. de ſerui. prædio. vrba.* Igitur nullomodò fuit derogatum iuri priuato cuiuſque domini ſibi competenti ex pacto in conceſſione feudi appoſito vel ſubintellecto: & multo minùs derogatum eſt iuri publico huius conſuetudinis, quæ per ſimplicem non vſum nullo tempore tollitur, vt not. Petr. Cyn. *l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuet.* Alberi. *in rubr. C. eod.* Bal. Ange. in *l: hæc autem iura per illum text. D. de ſerui. vrban. prædio.* Ioan. And. Anton. But. Imol. Panorm. in *capit. Ioannes. de cleri. coniuga.*

15. ¶ Nec obeſt ſi dicatur illam obſeruantiam habere implicitum contrarium vſum: quia falſum eſt, attento quòd iſtud ius prehendendi eſt in mera facultate & voluntate ſolius domini: qui poteſt pro libito vti vel non vti: & nunc per vnum modum ciuiliorem ſcilicet iudicialem: nunc per alium modum, videlicet authoritate ſua priuata, & ſic etiam ſi mille annis non fuiſſet vſus, vel fuiſſet vſus tantùm per alterum modum, non tamen præſcriptum eſt, quin & vti, vel per alterum modum vti poſſit quando voluerit, quemadmodum in canonicis qui habent plures vias eligendi, (videlicet inſpirationis, ſcrutinij & compromiſſi; & vt poſſint eligere de eorum gremio, vel alieno:) ſi per tempus immemoriale elegerint tantùm per vnam viam, vel de eorum gremio, vel certo alio collegio tantùm: non tamen eſt præſcritum, quin poſſint liberè per aliam viam, vel aliunde eligere, quoniam* in actibus qui dependent à libera facultate vnius, (qui poteſt facere, vel non, & certum modum ſeruare, vel non) abſtinentia vel obſeruantia certi & determinati modi, quantūcunque diuturna, non cenſetur implicare contrarium vſum: nec inducit deſuetudinem, nec præſcriptionem, ad alium modum vtendi. ita tenet Calderi. in *conſi.* 1. *& conſi.* 3. *in fin. ſubtit. de conſuet. & in con.* 19. *de præben. & ſequ.* Rochus Curt. in *repet. cap. fin. colum.* 66. *verſic. redeundo ad primum. in fin. de conſenſu. benefaç. text. in l.* 2. *vbi per occaſionem* D. *de riuis.* Amplia, ſiue ab expreſſa, ſiue à tacita voluntate, vt ſentit. Phil. Decius in *ca. cum acceſſiſſent. col.* 9. *nu.* 14. *ex d. conſtitutio.* Idem in

* No. hanc theoriam non vulgarem, ad diſcernēdum quādo certus vſus, implicet contrarium vſum.

his quæ fiunt ad maiorem cautelam vel per errorem aſſuetudinis tantùm, vt dum ſolent inſinuare teſtamenta, codicillos & ſimilia, metu conſtitutionis Regiæ, quæ tamen de ilis non loquitur. idem tenent Cy. in *l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet.* Panorm. in *cap. ex parte.* Eſtenſis. *de conceſſi. præben. in cap. Abbate. Soſcuini. colum.* 2. *de verbor. ſignific.* Luc. de Pen. *l.* 1. *C. vt ruſtica ad null. obſeq. denocent. Lib.* 11. Matth. Affl. *in deci.* Neap. *vol.* 388. *nu.* 3. Secùs in actibus neceſſariis, & dependentibus à voluntate duarum, vel plurium partium, interuenientium pro conſeruatione priuati & ſeparati ſui cuiuſque iuris, vt in diuiſione hæreditatis inter primogenitum & ſecundogenitos, inter agnatos, & cognatos, vel inter maſculos & fœminas, vt declarant Io. Fab. Ange. Aret. in §. *ex non ſcripto. Inſti. de iure nat. gen. & ciuil.* Ioan. And. Gemi. Philipp. in *cap. fin. de conſuetud. in* 6. quia vſus talium actuum ſub certo & determinato modo, implicat & eo ipſo per ſe, tacitum contrarium vſum, ad modum diuerſum vel oppoſitum. Itaque ex actu de quo agimus, à mera facultate & facto ſolius patroni dependente, non poteſt contrarius aliquis vſus, nec aliud derogatiuum elici, niſi præcisè probaretur patronos volentes ſine iudicis authoritate prehendere, prohibitos fuiſſe per iudicem, aut aliàs, & acquieuiſſe: alioquin ſuccedit, quod dicit *gloſſ.* 1. quam ibi commendat Bal. in *cap.* 1. §. 1. *per quos fiat inueſti.* conſuetudinem perpetuò vigere, ſi non reperitur correcta. Et hodie conſuetudine noſtra in publico ciuium conſeſſu approbata regio edicto, ſupremi Senatus areſto ſacroſancta & inuiolabilis facta, non foret admiſsibilis cuiuſuis contrarij vſus allegatio aut probatio, per ea quæ latè dicam in fine & concluſione harum conſuetudinum.

16. ¶ Non obſtat quartum, quia vt volunt Bartol. Bald. Angel. Salyc. & omnes. in *dict. l. creditores. C. de pignorib.* creditor, ex pacto poſſeſſionem pignoris apprehendendi, poteſt iure ſuo vti per ſe, ſine iudicis authoritate, etiam debitore & domino inuito, imò etiam reſiſtente; modò verbaliter tantùm reſiſtat: ſecus ſi per violentiam facti, quia tunc procedit *d. l. non eſt ſingulis*, vt teneatur adire iudicem, qui eum immittat ac tueatur, & vigore publicæ poteſtatis ceſſet omnis violentia & tumultus. Itaque concludo, * quòd dominus feudi, in vim legis publicæ huius conſuetudinis & legis priuatæ conceſſionis feudi, poteſt per ſe vel ſuos, ſine iudice manum ſuam iniicere feudo aperto, & eius poſſeſſionem nanciſci, & fructus percipere, & ſuos facere ſine violentia reali: Secùs imminente reſiſtentiâ & vi maiore vaſalli, vel aliorum in fundo exiſtentium, quia tunc dominus, ad vitandam occaſionem maioris tumultus, debet alterum duorum facere.

* Concluſio ſuperioris quæſtionis.

17. ¶ Primum eſt, officium iudicis ordinarij implorarè, vt eius authoritate, & mandato feudum ad manum domini ponatur, ſi dominus nondùm prehenderit: vel ſi iam prehenderit, vt in poſſeſſione tueatur: & vtroque caſu interdicatur, ne dominus aut commiſſarij ab eo vel miniſtro iudicis ad vtilitatem domini deputati turbentur, ac impedientibus vel opponentibus dies dicatur, ad allegandum cauſas impedimenti vel oppoſitionis: interim manu domini in ſuo vigore & effectu illibatâ manente: vtque per iudicem declaretur iniectionem manus dominicæ ad inſtam cauſam factam, & validam eſſe, & plenum effectum ſortiri debere. Poteritque ipſe dominus, breuiùs & celeriùs agendo, dum ſua authoritate manum feudo iniicit, paratum habere apparitorem cum iudicis mandato, cuius vi & tenore interdicatur impedientibus, & opponentibus, eiſque dies dicatur, vt dictum eſt. Alterum eſt, ſi dominus manu ſua iniecta videat ſe minùs potentem, ac manum ſuam contemni, aut in futurum contemptum iri, vt præſidem ſeu prouinciæ præfectum adeat, à quo, etiam abſente & non vocato vaſallo, mandatum ſeu commiſsionem obtinebit, vel à regia cancellaria literas

ſigillo regio munitas, in forma, vt Gallicè dicunt, *de conforte main*, quarum tenore mandabitur regio apparatori, vt conſtito de iniectione manus dominj feudalis, manum regiam adponat feudo ad vtilitatem & corroborationem, ſeu, vt vulgò dicunt, ad confortationem manus dominicæ, prioreſque vel alios idoneos feudi & fructuum eius commiſſarios regia authoritate ſtatuat interdicendo, diémque dicendo, ſi opus ſit, ad iudicem competentem illis; & ad quæ dictum eſt, vt plenè nonnunt Pragmarici omnes qui forenſia negotia inſignium præfecturarum huius regni tractant: quorum ſtylum texere non eſt huius inſtituti, ſed ſolùm quæ inde ad quæſtionum occurrentium deciſionem neceſſaria ſunt, obiter tangere.

18. ¶ Ex his liquet, non obſtare quintum, quia procedit vbi ſigna alienæ rei imprimens, non habet aliàs à iure communi, conſuetudine, vel pacto ius manus iniectionis & prehenſionis, vt hîc non tamen nego, quin dominus nedum ciuilius, ſed etiam prudentius, & vtilius faciat prehendendo publica iudicis (vt rectè eſt vſitatum) quàm ſua tantum priuata authoritate: nec vſum illum hactenus obſeruatum amoliri nitor, ſed oſtendo quid de conſuetudine & veteri more non exoleto liceat, qui vno reſpectu ciuilior eſt, & vaſallis vtilior, quia tantò minores erunt ſumptus ſi iudex non adeatur, nec mandata ſigillata impetrentur. Ita* etiam expreſſè tradit conſuetudo de Lorriz. *eo. ti.* §. 89. Et idem de conſuetudine Aurelianenſi, quæ ſymbolizat cum conſuetudine de Lorriz, & initio fuit eadem. Patet etiam quia conſuetudo Aurelia. § 105. dat domino cenſuali (vt etiam conſuet. de Lorriz. *ti.* 2. §. 2.) poteſtatem manum iniiciendi propria authoritate. Igitur fortius idem intelligit in domino feudali. Idem de conſuetudine Rhemenſi. § 144. & ſimilibus. Idem diſertè conſuet. Carnoten. § 111. Et expreſsius conſuet. Biturigum vetus *hoc tit.* §. 13. idem de noua quæ modum prehendendi non ſpecificat. Et generaliter omnes conſuetudines regni ita intelliguntur, niſi ſi quæ ſpecialiter requirant commiſsionem & authoritatem iudicis, vt conſuet. Bleſ. §. 38. quæ tamen in hoc noua eſt, quia vt patet in proceſſu verbali, dominus directus poterat per ſe ipſum prehendere, nulla alterius iudicis vel ſuperioris commiſsione requiſita. hoc autem fuit innouatum & additum à quibuſdam fiſcalibus, cupientibus augere capturas & pretia actuariorum & redemptorum regiorum. Sed vetus mos Francorum eſt, vt dominus directus ſua ſola authoritate prehendat, prout executio eſt patrimonialis (quanquam a fundiaria quadam iuſtitia) & non iuriſdictionalis. vt etiam ſenſit. Io. Fab. *inſt. de actio.* §. *præiudiciales colum.* 9. *verſi. Quid dices de vaſallo.* vbi dicit, quod deficiente recognitione vel homagio, remedium domini directi eſt, vt capiat feudum ſuum, nec aliud requirit: & verum dicit, vt erat callentiſsimus conſuetudinum Franciæ. Iſtud etiam ſanè intelligitur vt non fiat defunctoriè, ſed ſeriò & tutò, prout actus priuatorum ſerij & extra iudiciales fieri debent teſtato. vt indicat textus *gloſſ.* & Doct. in *l. qui Romæ.* §. *coheredes.* D. *de verb. obli.* id eſt, idoneis teſtibus* adhibitis. Dominus ergo directus manum iniiciens ſua authoritate vt poteſt, debet teſtes idoneos adhibere tam in prehenſione, quàm in congrua notificatione. Et conſequenter inſtrumentum huius actus dare, quod plenam fidem faciat contra ſe ſicut pro ſe ipſo. Atque ita tabellione adhibito, vt indicat dicta conſuetudo de Lorriz, quæ omnia breuius, minoríque ſumptu expediuntur per ſeruientem commiſſionem vel infimi iudicis habentem. vt dixi j. §. 74. *gloſſ.* 1. *nu.* 78.

19. ¶ Ex quibus detegitur ſuperſtitioſa vanitas eorum, qui putarunt, & de facto iudicarunt, non valere prehenſionem factam authoritate ſuperioris in vim ſuarum literarum in forma confortationis manus, niſi appareat de ſpeciali inſtrumento ex commiſſione prehenſionis manus primitiui domini quæ confortatur. Ego enim dico, & veritas eſt, quod de ipſo, quod apparet de inſtrumento authentico confortationis manus dominicæ factæ ad requiſitionem domini, eo præſente vel minimo eius famulo, ſatis vel eo inſtanti implicita eſt manus iniectio domini, quia tunc potuit fieri. Igitur enunciatiua fidem faciunt. vt per Bar. Paul. Alexand. in *l. prædia D. de acquiren. vel amitten. poſſeſſ.* Alex. *conſil.* 98. *l.* 1. *conſi.* 191. *num.* 2. *lib.* 6. Tum per hoc inſtrumentum ſatis tutò cautum eſt de fide actus ipſi proprietario quem vocant & omnibus, quorum intereſt. Tancredi Pet. Liſetus in hoc ſenatu, hoc actus vt commiſſiones huiuſmodi generales perperam infringeret, verùm Areſti nomen non merentur iudicia, quæ iuſtum Senatus conſilium non habent. Adde quæ dicam *infra* §. 74. *gloſſ.* 1. *num.* 93. *cum ſequent. num.* 101. *& nu.* 104. *cum ſequen.* Et quæ dicta ſunt, & quæ ſequuntur ad hoc deduxi, vt appareat quæ & quanta ſit patronorum poteſtas, & authoritas in prædia clientelaria. Non enim habent ius in perſonas, vt poſt Iacob. Rauennatem & Petrum Perticum doctores Gallos decidit Ioan. Faber. *in loco prælegato* etiá ſecundum vſus Inſubriæ, cùm inuito domino poſſit liberè feudum refutare. *cap. vnico in fin. de vaſal. qui cont. conſtit. Lothar. in vſib. feudor.* & multo minus ſecundum vſus Francorum, quibus liberè poteſt cuiuis vendere vel alienare. Porro quamuis actio perſonalis ex contractu vel conſuetudine feudali ſit in rem ſcripta, tamen via ſimplicis actionis dominus nullam præ aliis prærogatiuam haberet, nec fructus ſuos faceret. Sed manu feudo iniecta coget vaſallum vel nouum poſſeſſorem, vt ſe recognoſcat ſeu *aduouet*, (verbum Gallicum* eſt quo vtitur Io. Fab.) vel vt ſinat dominum frui & fructus ſuos facere per manus ſuas, vel vt ſi velit fruitionem feudi comparare abnegando, dominus petere poſſet commiſſum feudi. hæc eſt mens Io. Fab. *in loco prælleg.*, & ipſa veritas in iure noſtro conſuetudinario & in praxi.

20. ¶ Admonendum* tamen cenſeo errorem quendam irrepſiſſe in illo ciuili & laudabili vſu: dum videlicet dominus non habet iuriſdictionem ſuper feudo: volens tamen iudicis authoritate illud prehendere, accipit literas à iudice ordinario loci, in quo feudum eſt ſitum, per quas mandatur officiali iudicis capere feudum cum pertinentiis ſuis, & ponere ad manum iuſtitiæ, ſiue ad manum iudicis, aut domini illius iudicis & iurisdictionis, & non ad manum domini feudi. Et hic eſt error contra formam conſuetudinis, naturam & conceſſionem feudi: quia inſequendo tenorem conſuetudinis, & naturam feudi, deberet & debet mandari, feudum ob defectum vaſalli & iurium prehenſum, poni in manus domini, ab illo fruendum ſecundum naturam manus iniectionis feudalis. quamuis enim dominus ad iudicis authoritatem recurrat (quod non eſt neceſſitatis ſed vrbanitatis, vt diximus) non propterea debet minus authoritate ſua propria & iure ſuo vti: nec eſſe in aliquo deterioris conditionis, nec minus obtinere, quàm ſibi iure ſuo ſine iudice liceat. *l. non ſolet. l. nemo enim proſequendo. D. de reg. iur.* Itaque deberet iudex reſcribere feudum ponendum ad manum domini iuxta conſuetudinem & legem feudi, & non ad manum ipſiuſmet iudicis aut alterius. huncque errorem non ab aduocatis forenſibus cæteriſque conſuetudinum & praxis peritis proceſſiſſe puto: ſed ab ambitione officialium qui plerumque quaſi varij ſunt (vt Gallicam iuriſdictionem meritò traducit. Albert. in *l. vlt. Co. de iuriſdict. omn. iud.*) verùm ab ignorantia quorundam circumforaneorum, qui ſcripturas actorum, & mandatorum iudicialium, quandoque regiorum reſcriptorum præparant, & vſque ad ſignum & ſigillum conficiunt inconſultis aduocatis & peritis: vnde ſæpe vidi errores emergere, & litigatores damna incurrere. Et quamuis ille error

* Teſtes idoneos aduocare debet dominus propria authoritate prehenſionem faciendo, vt & tabellionem.

* Ab *adeptâ.* de deductum vel aduocando, id eſt adhærendo.

* Emendatur error praxis de feudo ponendo in manu iudicis nō dominis

non videatur præiudicialis domino, vt certè non præiudicat, quin fructus lucretur: tamen in multis aliis nocere potest, vt satis patebit ex sequentib. & possem latè exemplificare per plura, quæ breuitatis causâ omitto.

* Prehensione feudi vtrũ dominus efficiatur possessor.

21. QVÆRO Secundò, an * per hanc manus iniectionem dominus efficiatur feudi possessor? videtur quòd non, quia si missio in possessionem authoritate iudicis non priuet regulariter possessione rei prehensę possessorem, etiam contra quem res prehenditur, vt sunt text. in *l. 3. §. fin. in l. si quis ante. ver. denique. D. de acqui. vel amit. posse. l. cum legato. D. ex quibus cau. in possess. eat. l. missio. D. pro empto. l. 2. in princ. D. pro hærede. l. is cui. in princ.* D. *vt in possessio. lega. l. 1. §. quæsitum.* D. *quorum legato. l. si duo §. creditores D. vti possid.* ita quòd sequester * necessarius rei contẽtiosæ per iudicem appositus, non possideat nec ciuiliter nec naturaliter, sed nihilominus prior possessor possidet. per text. vbi Bart. & omnes scrib. hoc tenent in *l. interesse. D. de acqui. vel amit. posse.* quod procedit nedum in sequestro prætorio, de quo omnes conueniũt, sed etiam in iudiciali misso irreuocabiliter ex causa iudicati. secundùm receptiorem opinionem per text. in *l. 3. C. qui potio. in pigno. habea.* & ita Rapha. Cu. Alex. Iason. & ferè omnes tenent in *l. à diuo Pio. §. si super rebus. D. de re iudicata.* contra Barto. Paul. & Petr. de Bexu. ibi Francis. Areti. in *l. vnica columna septima. quæstione secunda. in fin. C. de prohibitio. sequestra. pecun. idem cum communi.* Alexand. *consil. in fin. libro sexto.* hinc vulgatum illud dictum Cyn. (post Iacob. Rauen. & Petrum à Bell. Perti. *in d. l. vnica in fi. secunda quæstione*) ab omnib. celebratum & approbatum: quod manus * regis vel iudicis non priuat aliquem possessione sua. Quantò fortiùs videtur, quòd manus domini feudalis, siue sua priuata authoritate tantùm iniecta sit, siue etiam iudicis authoritate sit feudum ad vtilitatẽ domini sequestratum, vt solẽt facere, non priuabit vasallum, vel alium quemcunque possessorem feudi, sua possessione, & maximè quum hæc prehensio sit reuocabilis; & debeat relaxari fidelitate & iustis factis vel oblatis.

* Sequestratio prætoria vel iudicialis possessionem non tollit.

* Manus Regis vel iudicis non priuat aliquem possessione.

22. ¶ Sed his non obstantibus, dico vasallum possessione sua naturali priuari & dominum directum possessorem censeri feudi aperti, & prehensi, quamdiu manet sub manu sua. Probo, quia manus iniectio retenta à venditore, facit quod ipso facto euellatur omnis possessio, & etiam dominium ab emptore, vel etiam à quouis tertio & extraneo possessore, *text. cum gl. in l. si sub hoc pacto. D. de contrahend. emptio.* & verò cum aliis in præceden. quæstioni. *nu.* 11. ad hoc allegatis. ergo multò fortiùs operatur reuersionem simplicis possessionis naturalis ad dominum directum & ciuilem possessorem feudi. Verùm illa manus iniectio venditoris quæ est perpetua & reuocabilis, non est similis isti quæ est reuocabilis à vasallo quandoque iusta faciente. Ideo aptiùs probatur per *d. l. penult. C. de pign. actio. & l. creditores. C. de pignorib.* vbi creditor ex pacto rem accipiendi apprehendens verus possessor efficitur: at longè plus iuris habet dominus directus feudi, vt per se patet. & per vim attractiuam de qua ꝛ. *ea. gio. nu.* 11. Fa. Ias. *l. eam possidere §. qui ad nundinas. in fin.* D. *de acqui. vel amitt. possess.*

* Quandiu feudum est prehensum efficitur quasi consolidatũ.

23. ¶ Tum feudum * apertum & prehensum à domino directo censetur quodammodo saltem in effectu omnis commodi & emolumenti medij temporis reunitum, & quasi consolidatum domino directo, & ad sua & primordialem causam reuersum, quale exiuit & emanauit. per regulam quam elicit Bal. ex tex. *§. sed vt manifestetur. in l. vnic. C. de cadu. toll.* hinc est quòd dominus nullam interim seruitutem, nullam pensitationem, nec aliud quodcunque onus à vasallo impositum tenetur recognoscere J. §. 28. vbi dicemus: sed pleno & suo primitiuo iure liberè fruitur: & ad eum spectat exercere omnia iura dominicalia, in subfeudis dependentibus à feudo prehenso, vt J. §. 54. quæ tamen non possunt exerceri, nisi per verum dominum & proprietarium, vt diximus ꝛ. *eodem. in glo. 1. circa, fin. 1. quæstione.* Et sic videtur etiam vsile dominium feudi, interim reuersum & reunitum directo. Ex quibus patet responsum ad contraria. Hæc enim prehensio * non est missio in possessionem rei seruandæ causâ, *vt ibi*: sed manus iniectio domini directi: quæ vel ex diametro differt à manu regis, vel iudicis, quæ mouetur & agit virtute publicæ iurisdictionis. Hæc autem mouetur virtute dominij directi, quod est in patrimonio priuato domini. Et quàm latè differant dixi J. §. 74. *gl. 1. q. 2. nu.* 12. *cum seq.* 24. Et sic ista prehensio dominicalis est iuris priuati, & patrimonialis, siue (vt ita loquar) domanialis, & non iurisdictionalis, sed extraiudicialis: vt in simili ait Alex. *consi.* 105. *colum. vlt. num.* 30. *lib.* 3. & non mittitur in rem alienam custodiæ causâ, vel causâ pignorandi vt illa, sed velut in rem propriam causâ fruendi, vt sua & propria, & ad primordialem caulam reuersa: & hac ratione Canonistæ iustificant text. *capitulo primo extra de feudis*, de quo dicemus infra *eo. in gloss. fin.* Nec dicitur hoc casu rès esse sequestrata, tum quia non est litigiosa nec controuersa de se, vt sæpe nulla est oppositio: tum quia etiam si sit oppositio, res non ponitur ad manum sequestri sed ad manum domini, quæ debet interim tenere & sine eius præiudicio in calculo sententiæ diffinitiuæ: & licèt deputent aliqui commissarij vel custodes, & ministri, ad commodum & vtilitatem domini. Et hoc vult apertè Ioan. Fab. *Instit. de interdic. §. retinendæ. col. 4. ver. præterea supposita. & ver.* Quòd si iustitiarius, hoc est, habens iurisdictionem, posuerit ad manum suam aliquam rem sibi subiectam ratione iustitiæ, hoc est, iurisdictionis suæ tanquam iudex, & ipse sic tenens turbaretur in possessione rei prehensæ, sed ad manum iustitiæ positæ per aliquem, non posset contra turbantem agere interdicto *vti possidetis*, quia non detinet pro suo, sed tanquam iustitiarius causâ custodiæ, *per l. si duo §. creditor. D. vti possidetis* ciuiliter & postquam realiter posuit ad manum suam rem quæ ab eo tenetur, absque dubio tanquam verus possessor, potest agere *vti possidetis* contra quemcunque turbatorem in possessione illius rei vel iurium eius. Hæc ferè ad verbum & omnino ex mente Ioa. Fab.

* Prehensio feudi quæ fit per dominum directũ, differt à missione in possessionẽ rei seruandæ causâ, & à manu Regis vel iudicis.

* Prehensio feudalis est actus patrimonialis seu domanialis.

¶ Nec obstat quòd secundum erroneum quendam vsum in fi. q. præcedentis confutatum, solet feudum prehendi per publicum apparitorem, & non per dominum, & poni ad manum iudicis, & non ad manum domini: quia ille error quum sit imperitorum, vt diximus, non facit ius. *per l. 1. in fi. arg. à contrario & opposito casu de supellec. lega.* & quæ notat. Fab. *lib. 1. Instit. orato. c. 12.* Bal. in *c. 1. col. 3. de success. feu. in vsib. feu. & in l. 1. ad fi. de successo. edic.*

25. Sed debent verba illa impropriari secundum naturam actus & materiæ subiectæ, videlicet quod apparitor prehendit, id est dominus per ministerium seruientis prehendit: & quòd ponit ad manum iudicis, id est, ad manum domini, authorante & approbante iudice: & quòd ita * intelligi debeat, probatur primò per reg. *l. si vno, in princ.* D. *loca. l. insulam.* D. *de præscrip. ver. q. stipulatus de vsuris. l. damni infecti, vlt. in prin.* & ibi Ang. *D. de dam. infecto.* hinc dicit Bald. in *cap. ad hæc. col. fi. de postu. præla.* & si materia dictat vnum expressum, & verbo contrarium, non credam simplici verbo. & Ioan. Fab. *Instit. de interdict. §. retinendæ. colum. 3. versi. quid si materia*, quòd materia plus inspicitur quàm verbum, per *l. Mœuia.* D. *de manum testa.* quia nolo occupari in concor. vide latissimè per do. Nicolaum Euerar. iurisperitissimum virum in *locis legali. in loco 46. à subiecta materia.*

* Accipienda sunt verba pro ratione materiæ subiectæ.

¶ Secundò vltra alleg. per Euerar. *ibi*, quòd illa regula habeat locum etiam in sententiis, & verbis iudicum, quæ debent impropriari, vt reducantur ad intellectum iuris, tenent Bald. in *l. 1. in 1. oppo.* & ibi Pau.

C. de nego. gesto Bald. in *l. fin. in fin. C. de fruct. & lit. impens. in leg. 3. colum. 2. Cod. si pendente appell. mort. inter. Ludo. Roman. consi. 320. hæc istorum. colum. secunda.* Henri. Bohic. in *cap. ex literis. de constit.* Pet. Ancha. *consi. 6. colum. fin.*

26. ¶ Tertiò virtute relationis: quia tenor commissionis iudicis, & verba relationis apparitoris, expresse referuntur ad ius consuetudinis, & ad legem & naturam feudi, quæ est vt feudum ponatur ad manum domini: ergo hoc censetur expressum in ipsa commissione, & eius executione, quia relatum * virtualiter & efficaciter ineſt referenti, cum omnibus ſuis qualitatibus. *l. inſtitutio talis.* D. *de condi. inſti l. esse toto. D. de hære. inſti. lege si ita scripsero. D. de cond. & demon.* Decius in *l. certum. D. si cer. pete. & in consi.* 49. vii in annota. dixi & *infra. §. 63. num. 18.*

* Relatum est in inferente cum omnibus qualitatibus.

¶ Quartò authoritas iudicis ſolum ad commodum domini interponitur, & ad augendum vires & efficaciã prehenſionis. Igitur non debet operari in præiudicium domini, vt minus iuris habeat in poſſeſſione & fruitione rei. per text. in *lege nulla iuris ratio. D. de legibus. in lege quod fauore. Cod. eo. titulo. l. 3 duæ autem. in fi. C. de carbo. edic.* nec debent operari diminutionem *l. legata, inutiliter. D. de lega. 1. cum vulg.* & quòd recurſus ad iudicem, conſeruet poſſeſſionem. tex. eſt in *l. de pupillo. §. meminisse. D. de ope. no. nun.* per quem decidit Bal. in *l. 2. col. 2. verſi. ſed an proprietarius. Cod. de iure emphy.* quòd dominus directus qui poteſt propria authoritate ingredi, ſi metuens potentiam emphyteutæ adeat iudicem, non perdit poſſeſſionem ſuam. *fal. non ſolet deterior, cum ſeq.* D. *de reg. iur.* 27. Et ſic concludo,* quòd ſiue per ſe, ſiue per prætorem prehenderit, poſſeſſor efficitur: & vaſallus vel alius etiam tertius poſſeſſor feudi poſſeſſione priuatur, reſpectu eorum quæ ſtatim dicam, quia hæc manus iniectio afficit rem ad quemcunque peruenerit, vt ſupra probatum eſt. Hãc concluſionem declaro & limito, vt procedat reſpectu iuris dominicalis, & feudalis, & eorum quæ ad dominum ſpectant ex conſuetudine vel lege feudi, durante manus iniectione. de quibus *infra eo. in gloſſ. 8. & in §. 54.* Secus quo ad alia, in quibus vaſallus, eius hæres, aut quiſquis erat poſſeſſor feudi, remanet dominus vtilis & poſſeſſor, vt prius, maximè contra tertios & extraneos, vt & *infra §. ſecundo num. 106.*

* Prehenſio feudalis auoche poſſeſſionem, & eius tranſfert in patronũ reſpectu eorum quæ ad eum ſpectãt ex lege & conditione feudi.

20. ¶ Non * enim dominium vtile vaſalli vel poſſeſſoris feudi eſt interim extinctum, nec reuerſum ad dominum, nec conſolidatum directo, ſed eſt velut offuſcatum, & quoad iura & dominicalia & feudalia, habetur pro ſuſpenſo à vaſallo, & reuerſo ad dominum: quoad reliqua omnia non eſt in ſuſpenſo, ſed in viridi ſubſiſtentia, quia vaſallus poteſt vt prius vendere, donare & aliter diſponere feudum, & eius poſſeſſionem, qualem habet transferre, ſine præiudicio domini: quod non poſſet facere dominus. quoniam hoc non ſpectat ad eum iure feudi. 29. Sed bene poſſet dominus agere contra antiquos emphyteutas, & cenſuales & alios debentes iura incluſa in inueſtitura, vel dinumeramento feudi prehenſi, ad ſolutionem eorum quæ ceſſerunt à tempore manus iniectæ, quia hæc ſunt in fructu, qui ſpectat ad dominum iure feudali: & intelligo quòd poſſet agere tam actione perſonali, quàm (ſi opus ſit) interdicto *vti poſſidetis*, etiam contra vaſallum, ſi fortè ab eo turbaretur: dummodo quacunque actione agat, ſub denominatione & qualitate expreſsa domini feudalis experiatur, & ad cauſam feudi prehenſi, & in ſua manu exiſtentis, iure & poteſtate feudali: quia ſolùm * reſpectu huius qualitatis poſſidet & fruitur: & in hac ſola qualitate, poteſt & debet exercere, quæcunque ſpectant ad eum, tam in iudicio, quàm extra iudicium. Si autem quæſtio proprietatis alicuius rei, vel iuris dependentis à feudo principaliter reuocaretur in dubium, tunc non poſſet dominus agere, quia verè vtile dominium feudi non eſt ad eum reuerſum: Sed poteſt & debet ſolus vaſallus actionibus realibus agere: quin etiam poſſeſſoris poteſt agere contra tertios extraneos, quia remanet fundi poſſeſſor, exceptis fruitione feudi & actibus dominicalibus, vt ſunt prehendere ex defectu fidelitatis, vel ſolutionis cenſus, & in fidem admittere & inueſtituras renouare ſubuaſallorum, aut cenſuariorum feudi. dominus autem non poſſidet, niſi in qualitate domini feudalis, qui manum dominicam iniecit, & poſſeſſio ſua eſt limitata ad iura, commoda & effectus. quos conſuetudo & lex feudi tribuunt hoc caſu tali domino. Simile in pignore * tradito creditori, vel per eum ex conuentione occupato: quia debitor illud poſſidet, & definit debitor poſſidere, quod eſt verum quoad iura, & effectus hypothecæ: ſecus quoad alia, quorum reſpectu debitor cenſetur remanere poſſeſſor. tex. in *l. qui pignoris cauſa. D. de acqu. vel amitt. poſſe. in l. ſciendum. §. creditor. D. qui ſatiſda. cogan. in l. cum notiſſimi. §. ſedcum illud. C. de præſcrip.* 30. vel. 40. & ita expreſsim concludit Io. Ana. in *cap. 1. col. 1. ver. & ſolet communiter concludi. de vſur.* Hinc dicit Iuriſconſul. in *l. pignori. in prin. & l. ſerui nomine. D. de vſucapio.* quod vſucapio, vel præſcriptio pignoris contra tertium, non propter hoc interrumpitur, ſed continuatur ad commodum debitoris: & ita dicendum eſt in vaſallo. hæc ad plura alia poterit ſtudioſior extendere: non enim intendo ſingula perſequi, hoc enim infiniti eſſet negotij & ſupra modum prolixum: mihi ſat eſt principalia puncta explicare, ex quibus liquet quàm latè pateat effectus & vtilitas huius inquiſitionis.

* Pignus quemadmodum poſſideatur à creditore & debitore.

30. QVÆRO tertiò, quid ſi dominus prehenderit ex cauſa huius §. ſed falſa, * quum iam vaſallus eſſet in fidem admiſſus, vel alias indebitè & iniuſtè, puta antè lapſum 40. dierum, vel poſt oblationes ritè & debitè factas, vel pendentibus induciis, de quibus infra. §. 41. an efficiatur poſſeſſor, & conſequatur effectus memoratos in præcedentibus quæſtionibus? Breuiter dicendum quod non, quia ſiue cauſa prehenſionis ſit falſa, ſiue iniuſta, eſt ipſo iure (quoad iuris & conſuetudinis effectum) nulla: cùm non concedatur à conſuetudine, nec à conuentione feudi, niſi in caſu vero & iuſto: & ſic hoc caſu dominvs non efficitur naturalis poſſeſſor. quod procedit nedum ſi per ſe & ſua ſola authoritate prehenderit, ſed etiam ſi iudice authore & mandante manum iniecerit: imò etiam ſi manu ſuæ, regiam manum, Præſidis prouinciæ mandato, vel Regij diplomatis virtute ſuperinduxerit, indiſtinctè prehenſio nulla eſt ipſo iure. 31. De priuata domini non duditatur. De iudiciali paret, quia etiam decretum * iudicis ex falſa cauſa, puta per obreptionem latum, nullum eſt ipſo iure text. in *l. cum vero. §. ſi hæreticum. verſi. proinde. D. de fideicom. liber.* & appoſitiſſimus tex. in *l. 1. §. hæc verba. D. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſus eſt*, vbi denegatur edictum Prætoris & omnis vtilitas, ei qui ob falſam, vel nullam cauſam, vel quæ exceptione ſubmoueri poterat. in poſſeſſionem miſſus fuit. *l. Seiæ expreſſ.* & ibi Bart. *D. de rat. & cura. dat ab his.* Bart. & omnes in *l. iuſte poſſidet.* D. *de acqui. vel amitt. poſſeſſ.* Ang. in *l. cum fideicommiſſum. in fi. D. de confeſſ.* Panor. in *c. 1. col. 6. & ſeq. de re iudi.* Bart. Iaſ. in *l. diuus. col. 1* D. *de re iudi.* Alex. in *conſi. 69. in cauſa & lite. col. 1. lib. 3. & conſi. 63. ſtantibus his. colu. 6. verſi. item non obſtat. li. 4.* Phi. Cor. *conſ. 281. col. 2. li. 1.* ſed cauſa exiſtente falſa, vel iniuſta clarum eſt dominum obreptiſſe prætori. De regia manu probatur, quia præſupponitur & ſubintelligitur iniectionem manus dominicæ præceſsiſſe, & validam eſſe tanquam pro fundamento & pro confirmabili: ſed ſi confirmabile ſit * nullum, pariter vel ſupremi principis confirmatio eſt nulla. text. in *l. & quia. in fin.* vbi late per omnes doct. D. *de iuriſd. omn. iudic. in cap. examinata. extra de confirm. vti. vel inutil.* vt in annotat. ad Philip. Decium tetigi. & j. 5. *numero* 88. Oldra. in *conſil.* 164. *viſo priuilegio. in fin.* Alberi. in *prima par. ſtatut. quæſt.*

* Prehenſio feudi ex falſa vel iniuſta cauſa iuſta nulla eſt, & ideo prehendentem non facit poſſeſſorem.

* Decretum obreptitium ipſo iure nullum eſt.

* Confirmatio non tollit, ſed incurrit nullitatem confirmati.

* Patronus feudum prehenſum & iura eius tractare non poteſt, ſiue in iudicio, ſiue extra, niſi ſub qualitate domini feudalis.

21. Bald. in *ſtatut. in verſic. apoſtoli.* Paul. in *conſil.* 162. *viſis & ponderatis.* vol. 2. tum deficiente fundamento, fruſtrà ſuperædificatur. *l. ego tecum. in princip.* D. *de except. rei iudic.* 1. q. 1. *cap. cùm Paulus*, & de vtraque videtur caſus in *l.* 2. *C. ſi per vim aut alio modo. l. meminerint. C. vnde vi.* non tamen intelligas quòd prehenſio etiam iniuſta ſit nulla de facto, quia tenet & aſtringit donec aliter ſit diſpoſitum, *vt in quæſt. ſeq.* & hoc reſpectu venit per iudicem cauſa cognita annullanda, & reuocanda, cum expenſis, damnis & intereſſe. Amplio etiam ſi eſſet facta ſub finem dictarum induciarum, Et de feudo verè aperto, & dominus declaranerit quòd non vult illam habere vim, niſi poſt tempus iudiciarium lapſum. & quòd tempore præcedenti nõ vult habere effectum, niſi ſimplicis admonitionis: quia B ſi hoc initio declarauit, hoc prodeſt ad vitanda damna & intereſſe duntaxat, ſed non vt feudum remaneat prehenſum poſt tempus lapſum: ſed noua de integro prehenſione opus eſt, alioquin daretur occaſio cupidis, præſertim officialibus inuolandi præueniendo, vt ſemper in momento inductarum lapſarum, vel aperturæ feuda inuenirentur aperta, & abſentes & impediti illaquearentur, forſan etiam daretur occaſio aliud genus ſordidæ *γυμναϛικὴ* exercendi, prehendendo ſimul omnia feuda ſub dicta proteſtatione, qua omiſſa, ſemper locus eſt damnis & intereſſe, etiam ex ſimplici acceleratione, feudo quantumuis aperto, ſed nondum prehenſibili.

34. ¶ Quod dixi de confortatione, limito, ſi fiat tempore habili, quia valet vt ex tunc: C non obſtat quòd ſi confirmatio non valet vt ex tunc, nec valet vt ex nunc, per iura prælegata, quia verum eſt, quando non eſt aliud confirmabile, quàm illud præteritum nullum, ſicut eſt hîc: quia tempore dictæ confirmationis ſubeſt & ineſt nouum confirmabile, videlicet noua prehenſio de præſenti, quæ nunc poteſt de nouo fieri per dominum vel eius famulum, vt diximus ſupra *ead. gloſſ. quæſt.* 1. *num.* 19. *& infra* §. 74. *col.* 1. *glo.* 1. *num.* 78. cum ſequentibus. Nec neceſſe eſt probare, quòd dominus prętendebat de nouo prehendere vel prehendi facere, ſatis eſt quòd alleget talem fuiſſe ſuam intentionem. Sufficit enim quantum ad hoc tacita & inquiſita voluntas, quæ ſatis reſultat ex nouo mandato expreſſo, vel noua ſolenni prehenſione expreſſa: nec cenſetur dominus voluntatem ſuam limitaſſe & allegaſſe ad præteritam illam D & ſolam expreſſam prehenſionem duntaxat. *l.* 3. D. *de milita. teſtam.* Alexand. *conſil.* 53. *num.* 5. *num.* 8. *lib.* 7. Nec in dubio præſumitur voluntas limitata, ſed vt valeat omni modo, quo magis valere poteſt. vt dixi in *l.* 1. §. *ſi quis ita. num.* 2. D. *de ver. oblig. in lectione Tubingenſi.* Cùm ergo concurrant ex nunc poteſtas & voluntas, valet actus exnunc.

3. ¶ QVARTO quæro, an in caſibus præcedentis quæſtionis, liceat vaſallo de facto & priuata authoritate reſiſtere? Et vt breuiter expediam, clarum eſt quòd * non, quando iudicis vel principis auctoritate & mandato res prehenditur, quia tunc via iuris duntaxat eſt permiſſa: videlicet appellatio, vel interceſſio, & nullo caſu licet de facto reſiſtere, quum factum ſit reparabile. & ita videtur tenere Bartol. in *l. vt vim. in* 1. E *& 2. oppoſitio.* D. *de iuſtitia & iure.* & ibi Angel. quãuis alij *ibi*, & *in l. prohibitum. C. de iure fiſci. l.* 1. *& in l. denotum. de met. & expeditio. l.* 12. *& omnes Canon. in cap. ſi quando. de officio delegat. & in cap. dilecto, de ſentent. excommunicat. in* 6. diſtinguant inter actum dubium, & manifeſtè iniuſtum, & cauſam cognitam & non cognitam, & ordinem ſeruatum vel nõ: quorum ſcrupuloſa diſtinctio non placet, ſaltem in hoc florentiſſimo regno, in quo (& hæc ſcribo, anno ſeſquimilleſimo trigeſimo nono, quo tempore magnæ pacis cœpi calamum his mihi infeliciſſimis commentarius apponere, nondum ſummis & mediis tribunalibus tam fœda nundinatione & multiplicatione quæſtuario-

* Non licet iudicis vim facti reſiſtere, exceptis declarandis quibuſdam diſtinctionibus.

rum corruptis) omnibus, iudiciorum, & ſuperiorum promptus & facilis ſemper eſt aditus. Sed quando dominus ſua tantum priuata auctoritate manum iniicit ex cauſa (fortè notoriè) falſa vel iniuſta, videretur licitum vaſallo ſimiliter de facto reſiſtere: tum quia dominus nulla publica poteſtate nititur, tum quia nec iure conſuetudinario nec aliquo iure primo ſibi competenti videtur vti, quum non habeat vllum ius hoc caſu feudum fortè non apertum, iniuſtè prehendendi, nec conſuetudo permittit, ſed potiùs prohibet his caſibus prehendere: igitur dominus non dicitur niſi violentiam facere, & vim publicam vel priuatam, ſicut in ſimili dicit text. in *l. creditores, D. ad l. Iul. de vi priua.* de creditore pignus capiente ſine conuentione, vel extra caſus conuentos, & extra terminos pacti: & videtur ſuccedere diſpoſitio *l.* 1. *& 2. C. vt ne liceat ſine iudicis auctoritate ſigna impon.* vt liceat vaſallo amouere ſua auctoritate ſigna & impedimenta appoſita indebitè, & priuatim per dominum. Et ex quo ſumus extra terminos & caſus prehenſionis à conſuetudine permiſſos, videtur eſſe locus omnibus aliis iuribus & rationibus iuris communis ſupra allegatis, *in ead. gl. in princ.* 1. *quæſt.*

36. ¶ In contrarium arguitur, non licere vaſallo ſua auctoritate reſiſtere, nec ſigna aut impedimenta domini amouere: nec eius procuratores aut commiſſarios expellere, nec fructus à fundo ſeparare, nec à domino vel ſuis ſeparatos tollere. Patet quia ſi attentauerit, poterit dominus eum compellere ad reparandum omnia in priſtino ſtatu, ſtatim & antequam in cauſis ſuæ oppoſitionis, vel appellationis aliquatenus audiatur. Secundò, quando vt dominus feudalis, & ſecundum formam cõſuetudinis ingrediatur rem feudalem, non dicitur accedere ad rem alienam, ſed potiùs ad rem ſuam, cuius dominus eſt directus & poſſeſſor ciuilis. fac. not. per doct. in *cap.* 1. *extra de feud.* Et ſic non dicitur committere vim vllam, nec publicam nec priuatam: nec eſt ſimile de creditore, qui nullum habet ius pignus occupandi, niſi ex pacto, & ſic tantùm ad limites pacti: nec habet vllum dominium, nec aliquam poſſeſſionem rei: at dominus nedum ex lege priuata feudi, ſed ex lege publica conſuetudinis habet iſtud ius, & etiam quaſi poſſeſſionem huius iuris.

37. ¶ Breuiter dicendum, quòd cùm hæc prehenſio D * domini non ſolùm ſit iniuſta, ſed etiam nulla, poteſt vaſallus eam ſpernere, & iure ſuo & poſſeſſione ſua vti, quam habet ex lege inueſtituræ & conſuetudine: ſed abſque vi atrocitate verbi vel facti: probo per text. in fortioribus terminis, in *l.* 1. §. *proinde. D. ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt.* vbi quamuis quis ſit per iudicem auctoritate iudiciali & publicæ iuriſdictionis, etiam cum cauſæ cognitione, ſed ſummaria, in poſſeſſionem bonorum alterius miſſus, tamen ſi ex falſa vel indebita cauſa miſſus eſt, pucà ob falſum creditum vel falſam petitionem, prohiberi poteſt, & prohibens vel impediens non incidit in edictum, nec in pœnam. Fortiùs addit text. ſi miſſio facta eſt ob verum creditum, & veram petitionem, ſed ineffacem: quia ei contra quem facta eſt miſſio, competebat exceptio, tamen miſſo nihil prodeſſe debet dictum prætoris, nec protrahitur per illam publicam auctoritatem qua abuſus eſt, quia propter defectum iuſtæ cauſæ miſsio non valet. ad hoc etiam textus in *l. cùm verò.* §. *ſubuentum, verſic. proinde. D. de fideicommiſſ. libert.* Bart. Paul. Alexand. in *l. iuſtè poſſidet. D. de acquirenda vel amittẽd. poſſeſſ.* Ampliatur etiam, ſi exceptio illa cõpetens miſsionẽ paſſo non eſſet fauorabilis, ſed odioſa, vt ex cauſa ex qua ſolutum repeti non poteſt: quamuis gloſſa teneat contrarium, in *d. l.* 1. §. *proinde. in verbo. exceptione.* quæ prehenditur per Bartol. & bene, quia text. loquitur indiſtinctè in omni exceptione legitimò. Porrò aliud miſsio in poſſeſsionem, aliud debiti exactio: aliud pati miſsionem, aliud ſoluere. Et ſic ratio in qua fundatur dicta gloſſa,

* Iniuſta prehenſioni domini quatenus poſſit vaſallus reſiſtere.

glossa, falsa est. & eius limitatio, quanto fortius in præ- A
senti, quamuis dominus feudi missus sit auctoritate
consuetudinis, tamen non est missus mandato etiam
iudicis ordinarij vel regij, non est missus auctoritate iu-
diciali, vt in *d. §. proinde.* sed extra iudiciali, & absque
vlla causæ cognitione, siue ordinaria, siue summaria.
Nec parte quidem vocata, & sic talis missio impunè
sperni potest, præsertim cùm desit auctoritas consue-
tudinis, quæ refragatur, cùm non subsit, sed deficiat
causa à consuetudine requisita.

38. ¶ Nec obstat quod dominus potest petere ma-
num suam redintegrari: quia verum est, nisi continen-
ti appareat de defectu, vel falsitate causæ, & sic nulli-
tate prehensionis, vt mox dicam. Intellige tamen hæc
omnia sine violentia & atrocitate facti. Præsertim B
quando facta est missio vel prehensio auctoritate iu-
dicis, vel superioris: non enim licet iniuriâ afficere
ministros iudicis, nec eorum commissarios, nec illis
de facto resistere, cùm habeant prætextum consuetudi-
nis. Quo casu cessant iura allegata in principio hu-
ius quæstionis, sed viâ oppositionis, vel appellationis
prouidere sibi debet in totum ad finem definitiuam,
relaxationem cum damnis & impensis recuperandi:
& nihilominus interim si spreuerit, & sine violen-
tia frustrauerit dictam prehensionem impunis erit,
mox vt apparebit eam esse ex falsa vel nulla causa fa-
ctam.

39. ¶ Nec patronus potest conqueri de infractione
manus suæ, quam apparet iniustam, sed potiùs gratam
habere debet: quia tantò minora erunt damna & im- C
pensa, in quibus condemnarentur. *fac. l. 3. C. de pos. l.*
qui foueas, in fin. D. ad legem Aquil. vbi faciens fossas,
neque denuncians, tenetur de damno, sed non denun-
ciatus, si potuit euitare periculum exceptione repelli-
tur, quamuis culpa aduersarij præcellerit casum. ad hoc
etiam *l. sed & de damno. Ibi, sine custodire potuit ne*
damnum daretur. D. locati. vbi imputatur ei qui dam-
num vitare potest facto culpabili ab alio illatum. facit
l. 6. metum autem, D. de eo quod met. causa. vbi metum
patiens non excusatur si non cadit in constantem & pro-
uidum. *l. 2. in fi. cum l. seq. D. ex quib. causis maio.* te-
tigi remissiuè in extricatione primi labyrinthi *de eo*
quod interest nu. 213. in fin. Nec obstat si dicatur, quòd
dominus debet habere plus iuris, quàm simplex credi-
tor habens pactum iniectionis manus, vt in *d. l. creditо-*
res. Quia primò ille habet dominium directum: Secun- D
dò, legem inuestituræ: Tertiò, publicam auctoritatem
consuetudinis: quia vasallus habet vtile dominium,
quod excludit directum, & legem inuestituræ pro se ex
hypothesi & casu indiuiduo. Cæterùm auctoritas con-
suetudinis est limitata ad casus tacitè vel expressè com-
prehensos in inuestitura, extra quos consuetudo nullam
dat auctoritatem, nullam permissionem.

40. ¶ Quod autem dixi, non licere de facto resiste-
re, intelligo, dummodo patronus aliàs ciuiliter agat:
non excedendo modum, naturam, & terminos simpli-
ces prehensionis feudalis: abstinendo * ab iniuria per-
sonali vasalli, & suorum, & à mobilibus ad eos perti-
nentibus, & in breui vt iure suo vtens, & non vt vasal-
lo, & rebus suis intempestiuè insidians, alioquin * E
non video quin vasallo & suis liceat resistere aduersus
dominum, latronis & depopulatoris, magis quàm pa-
troni mori se gerentem: per ea quæ dicam circa fin.
sequen. quæstionis. facit tex. in *l. prima. §. interdictum.*
hoc, versaliter atque. D. de vi & vi arma. vbi dicitur,
quod si patronus aduersus libertum vi armata, & sic via
insolenti vsus sit, potest libertus aduersus eum dire-
ctum interdictum *vnde vi* intentare, & se gerere, sicut
erga quemuis extraneum. Idem esset dicendum, sicubi
non pateret via iustitiæ, nec aliter posset esse prouisum
clienti iniustè oppresso, quàm viâ facti: quia tunc etiam
esset locus dicto Innocen. quem canon. sequuntur in c.
olim. primò. in fin. de resti. spoliat. quod aliàs latè exa-

minabo, & textui in cap. *vnic. de milit. vasall. qui con-*
tum. est, in vsib. feudo. quibus nullus potest esse locus in
hoc regno, Deo dante, sub hac salubertima Francorum
Regum monarchia, quadraginta annos, quæstui magis
ac magis habita est iustitiæ administratio concentri-
cis & excentricis tandem furiis latus campus apertus
est.

41. ¶ Quod autem dixi * pendente lite super nullita- * Preh
te, vel iniustitia, prehensionis feudalis, dominum de- feudal
bere manere in possessione. ¶ Limito primò, nisi cliens pendue
incontinenti * doceret de eius nullitate & iniustitia, pu- fortiter
ta producto suæ in fidem receptionis instrumento. Si *seq.* &
enim dominus de falso argueret, puto quòd interim * Incon
per modum prouisionis deberet leuari manus domi- proband
ni, saltem fruitio & possessio feudi vasallo conce- ceptio
di sub manu iustitiæ, donec diffinitiua aliter ordina- debet.
retur. per textum optimum in *l. satis aperte. C. ad*
legem Cornel. de falsi. & bene fac. l. 3. §. ibidem. ibi,
si qua tam euidens sit exceptio. vt facile repellat agen-
tem. D. ad exhibend. & quæ not. per Canon in cap.
suscitata. de restitutio. in integr. per Legist. in *l. si cau-*
sa. cognita. C. de transact. Idem si promptè doceat de
inducis, vt etiam vult Consuetudo Aurelianensis §. 79.
quæ generaliter obseruatur: quia in quantumcumque
summariis & executiuis semper admittatur exceptio,
cuius probatio incontinenti offertur, *l. ille à quo, §. si*
de testamento, Et ibi Angel. vterque Imol. *D. Trebel-*
lianum, & quæ impediunt litis ingressum, impe-
diunt etiam progressum, si incontinenti probentur, Lu-
do. Roman. *cons.* 244. *cons.* 23. Iaso. *l. 3. in fin. D. de*
acquirenda vel amittenda possessione. Phil. Deci. *cum*
sit (vbi in annotat. tetigi) *extra de appellat. & cons.*
163. *num.* 6.

42. ¶ Limito secundò, * si reditus feudi essent am- * Propt
pli, & patronus non esset soluendo ad illorum resti- suspicion
tutionem in fine causæ, quia attento quòd fructus fructus
seruando non seruantur, sed dissipantur & consumun- querstran
tur, poterunt iustè & rationabiliter sequestrari extra vel alias
manum domini, vel sub illius manu, rei eiúsque fructi- in toto
bus adhiberi idonei curatores obligati ad reddendum stitutio,
rationem victori: vel saltem dominus per manus suas uderur.
vel domesticos suos fructus colligens (prout de iure
potest, vt diximus) tenetur sufficientem & idoneam
cautionẽ dare de illis restituendis in casum quo ita iu-
dicabitur. per text in *l. Imperatores. D. ad Trebellian.*
& ibi Bart. Paul. Alexand. & omnes. vbi fideicõmissum
etiam ante tempus & conditionem est restituendum,
saltem fideicommissarius assecurandus, propter dissi-
pationem & suspicionem grauati. Ita hîc cum feudum
sit subiectum restitutioni, & ipsi etiam præsentes fru-
ctus sint controuersi. per text. in *l. imperatores. in fin.*
D. de appella. in c. fin. de sequestrat. possess. & fruct.
vbi pendente appellatione, si appellans dissipat fructus,
sequestrantur & quamuis Ioan. Andr. *ibi in nouell.* di-
cat, illos text. non habere locum in prima sententia, siue
in causa principali. & Ceu. dec. *T holos.* 477. 41. Tamen
verior est opinio Steph Auffre. *ibi in addi.* & Panorm.
in d. c fin. idem esse in causa principali quando fructus
dissipans non est soluendo. & ita expresse tenet Ang. *in*
l. diuus. in fin. per illum text. ff. de petit. hared. &
in l. si seruum, §. ait prætor, D. de acqu. hared. vbi
fortius dicit, istud nedum habere locum quando fru-
ctus actualiter dissipatur, vel quãdo subest iustus timor
dilapidationis, sed etiam cum subest timor, ne possidens
conuertat fructus in alimoniam suam, vel suæ familiæ,
& bene probatus, in *d. l. diuus, ibi, sed & propter fami-*
liæ cibaria. quod dictum intelligẽdum censeo in eo, qui
non est aliàs soluendo, secundum prædicta. Itaque con-
cludo, quod controuersia super iustitia & effectu pre-
hensionis mora, si fortè patronus non est soluendo
vel aliàs non est, aut verisimiliter non erit idoneus ad
conueniendum vel exigendum medij temporis fru-
ctus, quòd illi debent sequestrari, vel idoneis & non

* Modum excedere in prehensione feudali quãdo dominus confeatur.
* Armis resistere patrono quando liceat.

Digitized by Google

ſuſpectis commiſſariis committi, qui tenebuntur victori ad reddditionem rationis, & reliquorum, vel ad bonam & idoneam cautionem aſtringetur dominus, aut aliàs causâ cognitâ per iudicis prudentiam debet prouideri ſecuritati & futuræ indemnitati vaſalli. ad hæc *l. ſi cum dotem. §. ſi autem. D. ſolut. matri.* & quod not. Bartol. *in l. ſi conſtante, in princip. in 8. quæſt. 2. part.* & ibi Imol. & Iaſ. *col. 28. nu. 196. D. ſoluto matrim.* Bart. Bald. Phil. Corn. in *l. cùm oportet. §. nõ autem. C. de bon. quæ lib.* Philip. Deci. in *c. cùm teneamur, in 4. notab. extra de appellat.* ¶ An autem debitores, vt cenſuarij, qui ſoluerunt domino, vel ſubvaſalli qui ab eo renouationem inueſtituræ acceperunt, pendente eius manus iniectione, quæ fuit poſtea declarata irrationabilis & reuocata, ſint liberati à vaſallo eorum vero & immediato domino, ne hîc ſim prolixior, latè examinabo ĩ. §. 55.

44. §. QVINTO quæro, vtrùm in caſibus præcedentis quæſtionis, vaſallus poſſit contra dominum intentare * interdictum *vnde vi*, ſi de facto expulſum ſe quæratur? ¶ Videtur quòd ſic, & maximè prehẽſione facta ſine iudice: quia etiamſi ſit facta iudiciaria authoritate, adhuc, vt dictũ eſt, in his caſibus nullitati ſubjacet, nec dominus aliquã poſſeſſionẽ acquirit, ſed vaſallus verè poſſeſſor remanet, & in ſua poſſeſſione impeditur indebitè à domino. igitur vt per tot. *D. & C. vti poſſidetis*: tum vt diximus ĩ. *circa finem rubri.* feuda noſtra patrimoniorũ iure cenſentur, & in eis ſeruandum eſt ius commune, vbi conſuetudo noſtra aliter non diſponit: ſed non apparet aliter diſponere. Tum multæ conſuetudines huius regni videntur hoc expreſſe permittere, & conformari iuri communi, vt Aurelianen. *eod. tit. §. 61.* vbi do. Pyrrus ad hoc allegat duos text. *in vſib. feud. in cap. 1. ſi de feud. fue. contro inter do. & agna. in cap. 1. ſi de inueſti. inter do. vaſalli lu oriatur.* ſed illi textus non loquuntur de aliquo interdicto, aut actione poſſeſſoria, & ſic nihil ad rem faciunt: verùm etiam de interdicto *vnde vi* ita tenet Bald. *in conſ. 323.* proponitur *vol. 2.* in nouiter excuſis, tamen ſecundum veterem impreſſionem Brixiæ eſt in ordine 190. *in 1. vol.* ita etiam concludit Iacob. de S. Georg. *in ſua inueſti. feud. ver. & dicti vaſalli pro dictis reb. feud. col. 5. verſ. aduertite.* quia licèt hîc paucis perſoluere poſſem, breuitatem à me docti flagitant: ſed quia Tyronibus quoq; conſulere volo, priùs quæ in contrariam partem faciunt adducam.

a Interdictũ *vnde vi*, vtrùm poſſit vaſallus experiri aduerſus dominum.

45. ¶ Et primò, contra * parentem vel patronum, non poteſt intentari actio de dolo, nec in factum, ex hoc edicto de calumniatoribus, nec alia actio infamans. text. in *l. non debet, D. de dolo. in l. parens, D. de obſequi. à lib. & liber.* & nedum actiones famoſæ aduerſus eos non dantur, ſed nec hæ quidem quæ doli vel fraudis habent mentionem, vt inquit Vlpianus in *d. l. parens, in fin.* imò nec officium iudicis, aut reſtitutio in integrum, vt ſanxit Iuſtinia. in *l. fi. C. qui & aduerſus quos.* Hinc eſt quod interdicta, *vnde vi, & quod vi aut clàm*, licèt infamiam iuris non inurant, *l. ceſſat, D. de action. & obligatio.* tamen quia facti atrocitatẽ, aut fraudem arguunt, & opinionem re ipſa ſugillant, prohibentur contra eos inſtitui. text. in *l. 2. & l. licet. D. de obſequi. lib. & liber. in l. 1. §. interdictum hoc, D. de vi & vi arma. l. ſed ſi hac, §. penul. D. de in ius voca. l. 2. C. de obſequi.* & quod fortius eſt, etiam exceptio doli, aut alia, æſtimationem apud bonos grauans, prohibetur obijci, nedum contra parentem vel patronum, ſed etiam contra hæredes eorum, ex illo facto, quia ſemper reuerentia & honor tam viuo quam mortuo patrono debet exhiberi, vt inquit pulcherrim. text in *l. apud Celſum, §. aduerſus, de dolo malo except.* Sed certum eſt, & iudiciorum praxis docet, quòd non ſolum interdictum *vnde vi*, ſed etiam interdictum *vti poſſidetis*, notat vim expulſiuam vel turbatiuam, dolum, malitiam & fraudem eius, contra quem intentatur. Tum ſecundò videtur de hoc caſus in cap. *vno. §. ſi verò vaſallus, de mili. vaſall. qui contu.* vbi dicitur, vaſallum ihiuſtè & præter ordinem feudo ſpoliatum per dominum, debere curiam vocare, curiæque dominum adire, eúmque ſalua reuerentia competenter cogere, vt vel poſſeſſionem reſtituat, vel iudicio curiæ ſe committat. & ibi notant Doctores. 46. Vaſallum non audiri contra dominum, niſi ſaluâ reuerentiâ. Idem de liberto dicit text. *in l. cùm affirmes C. de libera. cauſa.* Tum tertiò ita tenet Innoc. *in c. ceterum. in princi.* & ibi Panorm. *col. 5. in fin.* Felin. *col. 4.* Philip. Deci. *col. 8. extra de iudici.* Bald. in *c. imperialem. §. ſi. col. 3. verſic. dubitatur tandem. de probibi. feud. alie. per Federic. & Aluarot. ibi, & in d. §. ſi verò vaſallus, col. ſina. ver. oppo. ab extra.* Matth. de Afflict. *deciſ.* Neap. 265. *col. 4. fall.* 10. Vdal. Zaſi. in *epito. feud. part. 7. verſic. hoc tamen conſtat. & part. 11. verſ. quid ergo.* Tum quartò facit quod Specu. *tit. de feud. §. quoniam. q. 17.* Matth. de Afflict. *in d. deciſ. col. 5. fall. 14.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem. §. libertas. col. 8. D. de condict. indebi. & ibi* do. Zaſ. *col. 4.* tenent, vaſallum non poſſe * vocare dominum in ius: niſi petitâ & impetratâ veniâ.

* Dictus in ius dicere non poteſt dictus patronũ, non petitâ venia.

¶ Sed iſta opinio eſt falſa, & contrarium tenent Gloſſ. *in d. §. ſi verò vaſallus, in ver. ſalua reuerentia*, & ibi Iaco. Belloui. Nicol. de Neapol. Aluar. & alij. Ioan. Fab. *in §. & in eum, in princ. Inſtit. de actio.* Ioan. Pla. in *l. 1. C. de colo.* Thrac. *lib. 11.* Alexand. in *l. generaliter. col. 2. verſ. quid in vaſallo. D. de in ius vocan.* Iacob. de S. Georg. *in ſua inueſtit. feud. in ver. dictique vaſalli promiſe. non commit. fel. col. 11. in 24. cauſa. & in tract. de homagi. col. 6. in 6. q. princip.*

47. Et licèt communiter Doct. teneant regulariter valere argumentum de libertis ad vaſallos, & contrà, vt latè per Nico. Euerard. in *locis legal. in loco 59.* tamen non * placet, nec eſt verum, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt etiam tenet Iacob. *in d. inueſti. feud. ver. & dicti vaſalli pro dictis rebus feud. col. 5.* & Franciſ. Curt. *in tract. feud. in 2. part. 3. partis principal. num. 4.* & ſentit Zaſ. *ſuper intellect. d. §. libertus. col. ſi. verſ. quapropter.* Tum quintò Bart. *in l. 1. §. huius autem interdicti. col. 1.* expreſſim tenet, interdictum *vti poſſidetis* nunquam habere locum, quando ſubditus contradicit ſuperiori: & idem dicit de aſcripticio, & vaſallo, vt contra eos non competat, ſed bene contra tertium contendentem, aſcripticium vel vaſallum ſuum eſſe: ex quo ſequeretur, idem dicendum è conuerſo: vt nec vaſallo competeret contra dominum, ſed aliter non probat. Et iſta pars negatiua videtur tenenda ſaltem duobus ſimul concurrentibus.

* Argumentũ non valet de libertis ad vaſallos vel contrà.

48. ¶ Primum, quando vaſallus * nondum fuiſſet per dominum in fidem admiſſus, & inueſtitus, quoniam talis non eſt integrè & abſolutè vaſallus: mutatione enim prioris vaſalli, ſoluta fidelitate, in qua feudum conſiſtit: interim non videtur eſſe feudum, vt inquit gloſſ. not. *in c. 1. hic finit lex. in 1. gloſſ.* circa medium, *verſ. Item tunc non dicitur. in vſib. feud.* ſed cenſetur tunc quaſi reuerſum ad ſuam cauſam & originem, vt diximus ſupra *eadem gloſſ. quæſt. 2.* & hoc ſaltem domino vigilante (vt noſtræ conſuetudinis verbis vtar) & feudum ad manum ſuam reuocante: nec * tunc poteſt nouus vaſallus dicere, ſe poſſeſſorem feudi, ſeu ſaiſitum (vt dicunt) contra dominum, maximè attento, quòd, vt teſtatur Ioann. Fab. *Inſtit. de interdict. col. 4. verſic. præterea.* ſuppoſita tam conſuetudine regni Franciæ, quàm de iure, vaſallus non debet intrare, nec conſequi poſſeſſionem, feudi, niſi de manu domini, & de eius voluntate. Et quædam conſuetudines huius regni, hæredem vel quemuis ſucceſſorem vaſalli (niſi ſit filius, vel deſcendens in linea directa) poſſeſſionem feudi ingredientem, non obtenta inueſtitura vel licentia patroni, perpetuo commiſſo & amiſſione feudi damnant, vt conſuetud. Caluimontis §. 56. quod eſt nimis auſterum & rigidum. ad hoc vide quæ dicam *infra §. 56. num. 8. cum ſeq.* Redeundo ad materiam noſtram, idem tenet Bald. *in c. 1. §. ſi facta col. 1. ſi de feud. defunct. content. ſit inter dom. & agnat.* vbi dicit, vaſallum non poſſe tradere poſſeſ-

* Non eſt ſaiſitus vaſallus antequam in fidem admiſſus ſit & inueſtitus.

* Non eſt ſaiſitus contra dominum vaſallus.

a Ita parentes vel patronos non datur vlla perſecutio famoſa.

sionem feudi alij, putà emptori, & futuro nouo vasallo, quia hoc spectat ad dominum. fa. quod inquit Bald. in *l. si postquam, C. vt in possess. lega.* quod nulla realitas potest acquiri in feudo, sine corporali inuestitura domini, per nota. in *cap. 1. in princi. quid sit inuestitura.* refert & sequitur Alexan. in *consil. 2. ex narratu. col. 4. vol. 4.* Sed certæ istæ rationes non concludunt, vasallo iusta ritè offerente, & dominum in mora constituente per ea quæ diximus §. *ea. glo.* in duabus quæstionibus præcedentibus, & per consuetudines Biturigum, Montis Argici, & Aurelian. de quib. §. *num.* 41.

49. ¶ Secvndvm ad partem negatiuam tenendam, requisitum, *vt suprà nu. 48. in princip.* est, quando dominus iudicis authoritate feudum prehendit, quia * contra actum iudicis procedentis (vt iudex) via iurisdictionis nunquam competit interdictum *vti possidetis*, nec *vnde vi*, nec aliud possessorium interdictum, etiam si nulliter vel iniustè procedat. per text. *in c. præsentium.* & ibi glos. *fi. in fin. 7. q. 1. seq.* ibi per Archid. *in cap. præsulatus. 1. q. 4. id cap. hoc quippe. 3. q. 6. in cap. quorundam. 74. distinct.* Panorm. in *cap. dilectus 3. in 4. notab. extra de rescript. & consuluit.* Deci. *consi. 125. & in consi. 449. col. 3. nu. 16. 17. & col. 4. nu. 30.* Iaso. *cons. 158. vol. 1. & consi. 9. vol. 3. apud quos plene videas, non transcribo.* Secus si iudex non tanquam iudex, sed tanquam priuatus procederet. vt not. Ioan. de Pla. *l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. 11.* Panormit. & omnes in cap. *conquerente, de restit. spolia.* Panor. Felin. Phil. Deci. *in cap. cum causa, de offic. delega.* Felin. in *d. cap. dilectus, 1. col. 1. de rescript.* Philip. Deci. *in cap. referente. in 12. notab. de præbend.* Gemin. *in consi. 5. quia supra.* Et quamvis præfati Doctores idem dicant, quando iudex etiam tanquam iudex, sed notoriè iniustè vel nulliter, vel non ritè, iuris ordine non seruato, procedit. per *l. memineriut. C. vnde vi. cap. notum sit, 2. q. 1. cap. ex insinuatione, de procurat. d. cap. cõquerente, & d. cap. referente.* Tamen sicut iudici via iurisdictionis procedenti etiam iniustè nulliter, & ordine iuris non seruato, non licet de facto resistere, vt salubriter obseruamus in hoc regno, in quo facilis est, & quamdiu durat ad superiorem recursus, & dixi supra *eod. glos. quæst. 3. num.* 18. ita contra eum vel eius factum nullus auditur per viam alicuius interdicti possessorij: sed * nec esse habet indebitè grauatus vel spoliatus sibi prouidere per viam oppositionis, vel appellationis pro qualitate materiæ subjectæ: & ita videtur clarè probari de iure Canonico, per omnes text. canonum *supra.* & per præfatos doctores allegatos: vbi nunquam reperitur expulsum vel spoliatum de facto extra iudicium ordine non seruato per suum iudicem & superiorem, fuisse auditum per viam interdicti recuperandæ, aut aliud remedium possessorium, sed semper & solum via appellationis, vel recursus ad superiorem iudicis spoliantis. 50. ¶ Verum est tamen, quòd medio dictæ oppositionis vel appellationis, æquè promptè debet* ante omnia restitutio fieri hoc casu: sicut in interdicto *vnde vi.* vt patet in illis textibus, & hoc est rationabilius & expedientius in regimine politico, quàm facultatem de facto resistendi, vel interdicta possessoria intentandi concedere, quoniam acta publicæ iurisdictionis non debent priuatorum actibus conferri. fa. *l. ppn. D. de iusti. & iure. l. seruo inuito. §. cum prætor. T. ad Trebell.* Sed certè factum iudicis posset separari & distingui à facto & turbatione priuata domini, vt dicam infra loco opportuno. Prout quotidie factum partis separatur à facto processu vel ordinatione iudicis, etiam iudicialiter procedentis, vt contra agentem familiæ erciscundæ reus negans illum cohæredem, *capite interdictum: vti possidetis*, & suspendit iudicium inchoatum, vt *infra titu. 3. in rub.* Et sic neutra dictarum rationum, nec per se, nec simul iunctæ concludunt, quantumvis prima facie plausibiles videantur. 51. ¶ Quid dicendum? anno sesquimillesimo vigesimosexto, inuenis admodum * distinctionem quandam super hac q. compositi, quæ talis est: ¶ Aut patronus procedit tanquam dominus feudalis, & in illa qualitate, & facit actum qui spectat ad dominum feudalem, ex dispositione consuetudinis, iure & potestate dominica & feudali: vt si prehendat feudum ex defectu hominis & iurium, vt in hoc §. vel propter diuumeramentum non factum, vt j. §. 9. Et tunc vasallus indistinctè non potest aliquod interdictum possessorium intentare contra dominum: sed si se iusta præstitisse, vel obtulisse, & prehensionem nullam vel iniustam esse queratur: habet necesse venire via oppositionis, petendo retractari & manum leuari, domino interim possidente, & fruente.

52. Ratio, quia eo ipso quòd quis est dominus, & possessor feudi dominantis, est in ista quasi possessione prehendendi, & sic dicitur sua possessione vti, etiam si iniustè prehendat: quoniam in substantia & exercitio possessionis non consideratur iustum. an iniustum sit: sed hoc solum, an & quis possideat, textus in *l. 2. D. vti possidet.* At vasallus in nulla est possessione, vel quasi, ne indebitè feudum prehendatur. Sed omnino quantum ad hos dominicales actus, feudum ipsum seruiens possidetur* à domino feudali, & non à vasallo: ergo vasallus aduersus hos actus nullo interdicto possessorio vti potest: & siue iustam causam se opponendi habeat, siue non: nihil debet, nec vi, nec clam facere in præiudicium domini: sed ius suum per prætorem tueri, *l. 1. in princ. D. quòd vi aut clam.* Hæc tamen nostra conclusio non procederet in locis, in quibus consuetudo expressè concedit clienti agere hoc interdicto *vti possidetis* contra patronum, prehensione feudali, certo indebito casu vtentem, vt puta post admissionem clientis in fidem. vt expressè disponit, consu. montis Argici: seu de Lorriz, in *ti. des fiefs. art. 51.* & licet idem videatur sentire consuetudo Aurelianensis. *art. 91.* tamen quia non expressè declarat hoc licere, etiamsi in casu quo patronus sola via prehensionis feudalis procedit. Et similiter consuetudo Turonensis *art. 49.* vbi circa hunc casum est magis interminata. Tutius esset apud Aurelianos & Turonenses inquirere de modo vtendi & intelligendi. Quamuis iudicio meo satis apparet de mente d. consuet. etiam in hunc casum, & alioqui superfluerent, & nihil de nouo operarentur in dictis articulis 91. & 49.

53. ¶ Aut verò patronus apprehendit vel ingreditur feudum, vel aliquam eius partem, non tanquam dominus feudalis, & actus dominicales exercens: sed aliàs, puta quia prætendit se hæredem vltimi vasalli, vel feudum sibi donatum & traditum, vel feudum extinctum, & ad se perpetuò reuersum.: vel aliter dicit non esse feudum, sed rem suam propriam, aut aliàs quouismodo, & quacunque occasione vera, falsa non curo, extra qualitates & actus feudales, turbat, vel impedit vasallum in possessione. vel fruitione feudi vel alicuius partis, siue arando, siue metendo, siue arbores præscindendo, iura à feudo dependentia recipiendo vel exercendo nomine suo simplici, non in qualitate domini feudalis, nec præmissa prehensione feudi in forma consuetudinis. Et tunc vasallus potest contra dominum agere *vnde vi*, si expulsum se, vel *vti possidetis*, si turbatum se queratur: & alio quouis interdicto pro subiecti casus natura vti: idque indistinctè nedum si iam sit in fidem admissus & inuestitus per eundem dominum: sed etiam si nondum sit admissus, imo nec etiam oblationes debitas fecerit: quum liceat ei vigilare, hoc est, liberè frui, quandiu dominus dormit, id est, cessat feudum tanquam apertum prehendere, vt j. *eo.* §. 61. Interim enim vasallus nedum habetur pro inuestito, sed etiam est verus dominus & possessor feudi, administrator & arbiter tanquam rei suæ patrimonialis, etiam priuatiuè ad dominum feudi. vt in *l. in re mandata. C. mandat.*

54. Ratio decisiua huius membri, quia hoc casu

* Interdictū vti *possidetis*, vel vnde vi, nō datur cōtra iudicem, qui vt iudex via iurisdictionis vtitur: sed tum demum tantum, cùm vt priuatus procedit.

* Dicit hic dicere non posse dominum patronum petitā vasallum.

* Interdictis possessorijs in Gallia non vtimur aduersus iudicē iniustè notoriè procedentem, sed via tantum oppositionis vel appellationis.

* Spoliatus à iudice ordine iuris non seruato, ante omnia debet restitui.

* Nota distinctio & solutio 9.

* Non effectus vltimi antequam in fidem admissus & inuestitus.

* Nota effectus contra dominum vasallus.

* Argumentum non valet de libertate vasallorum ad contra.

nulla poſſeſſio effectualis aut diſpoſitoria feudi eſt penes patronum, ſed omnino penes vaſallum: nec dominus agit vt patronus, ſed vt extraneus: nec tractat feudum tanquam prædium clientelarium, ſed tanquam heterogeneum: nec habet vaſallum pro cliente, ſed pro extraneo: & in totum non vtitur iure dominicali patronatus, ſed more extranei inuaſoris, & in his terminis propriè loquitur Bal. in *dicto conſi. proponitur.* Iacobi de S. Geor. in *d. ver. & dicti vaſalli pro dict. reb. feu. col. 5* dum contra opinionem Inno. & communem in *dicto cap. ceterum* decidit vaſallum poſſe agere contra ſuum proprium dominum interdicto *vnde vi*, pro ſpoliatione feudi, & mouetur, quia ſi dominus non habet vaſallum vt vaſallum, vaſallus non debet habere ipſum dominum, vt dominum. per text. notab *in cap. eſto ſubiectus.* 95. *diſt.* vbi dicitur, ſcitum eſt illud oratoris Domitij, Cur ego (inquit) te habeam vt Principem, cùm tu me non habeas vt Senatorem? & vox illa honeſtiſſimæ libertatis Lucij Craſſi ad Philippum, quem refert Fab. Quinti. *inſtit. orato. lib. 8. tit. de ornatu. ad fin. & lib. 11. cap. 1.* Ego te (inquit) Conſulem putem, cùm tu me non putes Senatorem? quod etiam ſcriptum reliquit Valerius Maximus *lib. 6. cap. 2. §. 3.* & Cicero *lib. 3. dialog. de Orato, circa princip.* 55.¶ Hanc noſtram concluſionem modificabam, vt * vaſallus deberet agere in factum actione, loco horum interdictorum, ſiue verbis quantum fieri poteſt temperatis, & honeſtis, ſaluo iure vaſalli, & reuerentia domini, per text. *in l. 1 §. interdictum hoc D. de vi & vi arma. in l. non debet. in fin. D. de dolo. in l. ſi manumiſſor. in fi. C. de obſeq. in d § ſi verò vaſallus. de mili. vaſa. qui contu. eſt.* vbi ita tenent omnes doct. & Iacob. in *tract. de homag. col. 6. in fi. 6. q. princ.* Sublimitando tamen, niſi patronus vſus eſſet vi armata, aut alia via adeo ſcelerata aut impia, vt meritò eſſet omni reuerentia indignus, & pœnæ obnoxius: quia nec tunc quidem putabam eſſe temperanda verba, per *d. l. 1. §. interdictum hoc ibi, aliter atque. ea. vnico. in fin. de for. fideli. in vſibus feud.*

* Interdicti loco poteſt vaſallus actione in factum verbis temperatis & honeſtis aduerſus patronum & dominum: niſi ſcelerata via patronus vſus ſit, tunc enim verbis temperatis vti non cogitur.

56.¶ Huic iuuenili meæ diſtinctioni cauſam dederant ſplendidiſſimæ * illæ, quæ in maximo à magnis pretio habebantur cauſarum actiones, habitæ in hoc ampliſſimo Pariſiorum Senatu, anno domini 1526. quo generoſiſſimæ illæ heroides Franciſca, & Anna Alenconienſes ſorores, & hæredes defuncti vltimi Caroli Alenconij ducis, & Pertici comitis admiſſæ fuerunt agendo, & conquerendo in interdicto *vti poſſidetis*, ſiue in caſu ſaiſinæ & nouitatis (vt noſtri vocant) ratione poſſeſſionis dictorum ducatus & comitatus: contra ſereniſſimum dominum noſtrum Regem, ſeu eius procuratorem generalem, verbis tamen temperatiſſimis, & ad regiæ maieſtatis reuerentiam & fidelitatem aptiſſimis, vt videretur magis in factum actione agi: cauſam earum arduo & eleganti ſtylo orante, diſertiſſimo quondam eiuſdem ſupremæ curiæ aduocato do. Oliuerio * Aligreto, qui triennio poſt in regium fiſci patronum aſſumptus fuit. Quamuis ampliſſimus ille pragmaticorum princeps Petrus Liſetus * poſtea in eodem Senatu præſes, (ſed tunc fiſcali patronatu in eodem Senatu fungens,) quàm pluribus & mihi tum (poſt multos qui columnæ videbantur) prævalidis rationibus, pro debito officij contenderet, dictas actrices non eſſe admittendas, nec audiendas, per viam interdicti *vti poſſidetis*, ſeu ſaiſinæ & nouitatis, & neque ſubditum contra regem, neque vaſallum contra dominum, poſſe talibus actionibus formaliter vti, nec aliis ordinariis actionibus iuris communis, ſed ſolùm officio iudicis: neque vaſallum poſſe dici poſſeſſorem aduerſus dominum: fuerunt tamen, vt dixi & vidi, admiſſæ.

* Splendidiſſimæ actiones cauſæ Alenconij & Pertici.

* Oliuerius Aligret.

* Do. Petrus Liſetus.

57.¶ Ratio in promptu eſt, quia dominus noſter Rex, ſeu eius generalis procurator, dictum ducatum & comitatum cum eorum pertinentiis prehenderat, & ad manum ſuam poſuerat, non per modum prehenſionis feudalis, propter defectum fidelitatis renouandæ, nec tanquam dominus feudi, adhuc manentis: ſed tanquam plenè dominus, & proprietarius, re ad ſe perpetuò reuerſa per obitum vltimi maſculi Alenconiæ domus, & ſic feudo regali & appanagio (quod nunquam ex diſpoſitione legis Salicæ, tranſit ad fœminas) dictorum ducatus & comitatus finito prorſus, reſoluto & extincto, & ad coronam regiam reuerſo. In qua tamen reuerſione & conſolidatione, ſemper exiſtimaui particulares acquiſitiones, poſt conceſſionem appanagij & regij feudi factas, per plures ſucceſſiuè duces Alenconij, & comites Pertici, & per eoſdem annexas ſiue vnitas, ducatiui & comitatui prædictis, non eſſe comprehenſas, nec debere contineri, vt ſatis liquet per ea quæ latè deduxi *ſ. eo. gl. ſeq.* 20. Quorum ducatus & comitatus vſumfructum per modum douerij (vt Galli vocant) idem Rex noſter ſub manu ſua conceſſit, & reliquit inclytiſſimæ illi heroidi ſorori ſuæ Chriſtianiſſimæ, Margaritæ reginæ Nauarræ, tunc præfati vltimi Alenconij ducis viduæ, cui in eadem cauſa & Senatu patronus adfuit clariſſimus virtute & doctrina do. Franciſcus * Monthelon nunc in eodem Senatu præſidens meritiſſimus, tunc autem nobiliſſimi togatorum eiuſdem curiæ ordinis aduocatus conſultiſſimus ſimul ac diſertiſſimus. de quo vide quæ ſcripſi in epiſtola liminari ad *con. Alex. lib. 3. & Labyrinthum iuris extricatum.* Itaque cùm dominus noſter Rex non ſe dominum feudi, ſed ſolidè & plenè dominum, nec feudum adhuc durare, ſed extinctum eſſe aſſereret: meritò dictæ actrices auditæ ſunt, in hac formula agendi *vti poſſidetis*, temperatis tamen verbis, & velut in actionem in factum inflexis: de admiſſibilitate tamen iuſtitiæ & meritis cauſæ principalis hic non loquor, quia non eſt de hoc differendi locus. Et hæc eſt vera ratio, quamvis non fuerit hactenus apertè declarata, nec eam tangit do. Franc. Ripa. iuriſconſultus doctiſſimus, nunc Papienſis gymnaſij inſtaurator, in ſuo conſilio quod pro dictis actricibus edidit in *lib. 1. reſponſo. 1. de legib.* 58.¶ Verùm ad ampulloſas illas & phaleratas actiones, quantumuis ſummis à multis laudibus veherentur, mihi non quieſcebat animus, & quum iuuenis non auderem à ſummatibus illis diſſentire, diſtinctionem illam confignaui, de qua *ſ. num.* 51. quam per amanuenſes meos initio inſertam huic operi, in animo erat cum aliis id genus recoquere. Sed tunc aduerſa valetudine correptus, non potui, vt conqueſtus & proteſtatus ſum in fine primæ præcipitatæ horum editionis, * anno 1539. quibus autem cladibus deinde preſſus, & ſurſumverſum iactatus fuerim, nimis notum eſt. Recuperato tandem Dei gratiâ quodam ſucceſſiuo otio, reſeruandò concludo, veram eſſe partem affirmatiuam, de qua *ſ. nu. 44.* Sed aliud quid liceat, aliud quid expediat, & vtrumque confundere, nihil aliud eſt quàm doctrinam conturbare. Stare quidem expedit vaſallo vel cenſuario, contra dominum directũ iure dominicali vtentem, & manum fundo iuxta formam conſuetudinis, (ſed ex cauſa in ſpecie falſa vel indebita, vt *ſ. q. 3. in prin.*) iniicientem, capere interdictum *vti poſſidetis*, quod hîc vocant caſum nouitatis, cùm breuiùs & commodiùs, vtplurimum ſubueniatur per viam ſimplicis oppoſitionis: ſed tamen quandoque expediat. Vt enim quandoque via patet appellationis, quam contingit expeditiorem & commodiorem eſſe viâ ſimplicis oppoſitionis: vt *ſ. eo. gloſſ. 2. num. 4.* Ita contingere poteſt aliquo caſu commodiorem eſſe viam interdicti poſſeſſorij ſiue retinendæ, ſiue redintegrandæ. Omnino igitur neceſſe eſt ad complementum doctrinæ, ſcire an & quatenus ea quoque viâ pateat.

* Do. Franciſcus Monthelon.

* Vel 1538. vt inf. nu. 68.

59.¶ Vt autem mutua & correlatiua eſt obligatio. *c. 1. de noua for. fidel. in vſib. feudorum. c. infra §. 2. glo. 4. q. 2. num. 10. §. 55. glo. 7. in princip.* Ita mutua poſſeſſio vel quaſi: vt enim dominus eſt in poſſeſſione loci

dominantis, ita vasallus in possessione feudi seruientis. Vt is in quasi possessione manum iniiciendi in casibus consuetudinis: ita iste in quasi possessione liberè fouendi. Et ne inquietetur à domino nec turbetur extra casus consuetudinis & legis inuestituræ, vasalli * & censuarij non sunt adscripti glebæ, & multò minus serui, sunt enim liberi Ideo non est iudicandum vt de seruis, qui nihil & nullo modo possident, sed possidentur, & omnino sunt in ære dominorum: at iudicandũ vt de liberis. Et in fortioribus terminis verè subditi ratione iurisdictionis, siue regiæ siue aristocraticæ, vel alterius cuiusuis speciei, non tantùm possidentur, sed etiam possident, & sunt in quasi possessione contra superiores proprios, ne metæ imperij excedantur, vel perperàm administrentur: sed vt iura sua, & libertates sibi conseruentur, quemadmodum inter principem & rempub. vt inter politicos coniuges pulchrè describit Luc. à Penn. *l. in l.* 2. De vero rege & subditis dicitur 2. *Reg.* 19. *Fratres mei estis, os meum & caro mea estis.* Et rursus: *Nunquid non os meum & caro mea estis?* Quanto fortiùs vasalli & censuarij, qui, vt testatur Io. Fab. *instit. de actio. §. præiudiciales. col.* 9. non sunt subditi, sed tantùm tenentur ad quædam iura ratione fundi, vt in *l. & si forte. §. etiam. ver. Labeo. D. si seruit. vendic.* & dicemus in *glo. seq. in princ.* mutuæ quoque seruitutis realis exempla sunt in iure. *in l. inter quos Bar. & l. si duo, D. de seruit. rustic. prædio.* vbi prædium inferius debet seruitutem aquæ excipiendæ superiori: & vicissim fundus superior debet seruitutem eiusdem aquæ ducendæ & transferendæ ad vtilitatem fundi inferioris, & sic ratione eiusdem aquæ, iidem fundi mutuò dominantur, & mutuò seruiunt, vt patet per dictas duas leges simul iunctas.

60. ¶ Et sic non obstant quæ adducebam ẽ *nu.* 49. Quanquam ergo in substantia & exercitio possessionis non consideretur, iustum an iniustum sit: tamen omnino & ante omnia consideratur an possideat. Atqui extra casus à consuetudine permissos non solùm est defectus iustitiæ, sed etiam defectus possessionis, vtpote ad casus consuetudinis limitatæ. Quòd si dicas, dominus feudalis, eo ipso quod talis, est in quasi possessione prehendendi feudum totiens quotiens ex defectu hominis & dinumeramenti, secundum formam consuetudinis. Respondeo primò, non esse verum, nisi in casibus concessis lege inuestituræ vel consuetudinis. Secundò, vasallum quoque esse in quasi possessione & fruitione fundi; vtriusque enim possessio refertur ad titulum, & secundùm illum ampliatur & restringitur. *l. iure cui D. quemadmod. seruit. amit. gloss.* Ange. Perus. *l. quædam mulier. D. de rei. vendi.* Glo. Bart. Salic. *l.* 2. *C. de acquir. & retin. possess. l. cùm solus, in fin. D. de vsucapio.* Ang. *consil.* 161. *viso puncto.* Soci. *consil.* 15. *lib.* 4. Deci. *cons.* 197. *nu.* 2. Boër. *decis. Burdeg.* 77.

61. ¶ Dices, quorsum ergo ad possessionem, vel quasi non inspici iustitiam vel iniustitiam? Respondeo, latissimè hoc patere, vt quando quis non est dominus feudi dominantis, sed illum de facto possidet: siue enim iustè, siue iniustè possideat, tamen potest prehendere subfeuda in casibus concessis, & omnia administrationem concernentia facere, quæ verus dominus & possessor: sic si quis est in quasi possessione iuris feudalis infundum alaudialem, interim non curatur, iustè vel iniustè sit in ea possessione, sed ea vti dicitur, vel vti potest, donec euincatur, scilicet vtendo in casibus concessis, siue ad limites dictæ quasi possessionis, quos excedendo iam non dicitur vti possessione, sed vel errare vel vsurpare velle possessionem: quod non habet, & non solùm iniustè, sed etiam nulliter facere, & alienam possessionem vel libertatem turbare, etiamsi bona fide faciat, vt siue facti, siue iuris errore contingere potest, vt *infra* §. 35. doaria secundùm nubit: dominus feudi manum iniicit, putans sibi licere in doariam, sicut in proprietariam, quod est falsum vt ibi dicemus; & sic errore iuris turbat eam, eiúsque maritum, cui doarium illud dos est apud nos. quod si putabat eam esse veram dominam & proprietariam, tunc non errore iuris, sed facti, turbat possessionem doariæ & eius viri. ¶ Rursus exemplifica super hoc §. Tutor in fidem recepit vasallum, vel ex transactione conuentas inducias ei dedit, vel tutore vocato receptus est vasallus in fidem, per manũ supremam, *vt infra* §. 56. dominus maior factus, putans hoc non tenere nisi ad tempus tutoris, non rescindendo prius dictam transactionem, fortè acquirendo nouum, vel pacificando controuersum vasallum, factam; nec appellando à dicta sententia receptionis, per manum supremam & eius executionem, manum iniicit feudo ex defectu hominis, errat in iure. Sed si ea ignoret, errat in facto, & nihilominus turbat vasallum, nec dicitur sua possessione vti vel abuti, sed eam excedere, & vasalli possessionem vel quasi turbare.

62. ¶ Summa, vt non est contractus nec obligatio iniustitiæ. *l. generaliter, l. si plagio. de verborum obligat. l. quod autem. D. pro socio. l. si quis à no. §. vult. D. de fideiussor.* ita nec possessio vel quasi. Verior est vel prouerbialis sermo, quod aiunt, quosdã esse in quasi possessione maleficiendi: dicendum erat, in assuetudine fraudem aut vim inferendi. Iustitia ergo vel iniustitia possessionis non refertur ad substantiam ipsam vel subiectum, seu rem possessam, sed ad qualitatem vel causam. Vt autem potest quis esse verus possessor, sed iniustè: ita (licèt rarùs contingat) verus dominus, sed iniustè; vt qui recepto iam pretio, non vult dominium transferre, nec nummos quos debet, soluere.

63. ¶ Quòd si vasallus per manum supremam à iudice vel superiore (vt *infra* §. 60.) receptus, contra patronum rursus manum iniicientem, potest etiam casum nouitatis intentare, vt etiam quædam consuetudines exprimunt, & in quibus non exprimitur, satis tacitè intelligitur. Sat est, non negari: quanto fortius idem est, quando patronus ipse iam in fidem receperat vel inducias dederat, quum tunc veniat contra proprium. Idem si tutoris sui vel procuratoris factum: & quamuis crebrius sit breuiorem & commodiorem esse viam * simplicis oppositionis vel appellationis, tamen quandoque vsuvenire potest, vtiliorem esse viam nouitatis, videlicet vt perueniatur ad sequestrum: quo commissariis potentis & suspecti domini remotis, alij non suspecti per iudicem deputentur.

64. Vt autem via nouitatis sæpiùs voluntariè omittitur, alia commodiore suppetente: ita quandoque cogitur quis etiam inuitus illam omittere.

¶ Incipiam ab exemplo extrario, plenioris, per collationem similium, lucis gratiâ: cohæres agit familiæ erciscundæ, in cuius prosecutione incidit quæstio certi fundi, quem primogenitus ait feudalem esse, vt inæqualiter; alter censualem, vt æqualiter diuidatur: vel in collaterali successione, masculus ait esse feudum, vt fœminam excludat: illa contendit esse censualem, vt concurrat. Certum est hic non solùm ius, sed etiam possessionem controuerti: quoniam eo ipso dicit ille, se possessorem vel maioris partis: alter verò contrariam adstruit possessionem: an verò alteruter possit intentare casum nouitatis, vel *vti possidetis*? Respondeo: mero quidem iure potest, sed admitti non debet altero impediente. & offerente in lite cœpta sine frustratione procedere, hancque incidentem quæstionem eodem tramite discutere Cùm ergo hoc non solùm æquè commodè, sed commodiùs sic fieri possit, quàm per suspensionem vel interruptionem cœpti iudicij, inchoando nouum iudicium possessorium, præsertim ob incidentem quæstionem rei particularis ad interrumpendum iudicium maius iam cœptum. Certans enim de via vtrique parti commodiore præferendus est. *l.* 1. vbi Paul. *D. si quis cautio.* Fortiùs ergo de iam cœpta

* Vasalli & censuarij cõdario non est adscriptum, aut seruilis, sed liberæ.

* Tutere experiri fit vtilius quàm via oppositio vel appellationis

commodiore ſuo marte peragenda: & ſic non eſt admittendus contrarium ingerens, quia non certaret de explicando, ſed de intricando negotio.

65. ¶ Facit in prædictis exemplis feudalis prehenſionis, *ſuprà numero* 2. ſi ad oppoſitionem dotariæ dominus perſiſtit, contendens ſe eſſe in quaſi poſſeſſione prehendendi & reuenium exigendi, ſiue mulier nubens ſit proprietaria, vel ſimplex dotaria: hîc eſt duplex turbatio, non ſolùm poſſeſſionis, ſed etiam nouæ vſurpandæ ſeruitutis. Si ergo dotaria ob hanc geminam turbationem intentet caſum nouitatis, mero quidem iure poteſt: ſed dominus allegans hanc quæſtionem decidi poſſe, eadem iam cœpta oppoſitionis inſtantia, in qua procedere offert, audiendus eſt, prout is qui prior caſum nouitatis intentauit, impedire poteſt, ne reus eadem re conueniat, ſed conſuetò modo ſe opponat, cùm iudicium ſit commune, & ipſa vi ſeu potentia duplex, ſeu reciprocum. *l. in tribus. D. de iudi. §. pen. inſt. de interd.* Et hoc eſt quod pragmatici dicunt: *Que complainte ſur complainte ne vaut.* Id eſt, non admittitur, ne inſtantiæ de eadem re conturbentur, ſed eodem filo meliùs expediantur. *vt j. tit. 3. in rubric.*

66. ¶ Sexto quæro, (ne videar viam interceſſionis ſeu oppoſitionis & appellationis ſæpius à me coniunctim expreſſas, in hac materia vniformiter admittere.) An* à prehenſione feudali poſſit vaſallus vel alius appellare? Paucis reſpondeo, quòd non: Aut enim prehenſio facta eſt ſine iudice, & tunc quum ſit actus priuati hominis, clarum eſt, deficere materiam, & ſubiectum appellationis, quæ non interponitur niſi à iudice, vel ab actu iuriſdictionali, facto mandato iudicis, & virtute iuriſdictionis. *l. 1. D. de appella.* Aut prehenſio eſt facta iudicis auctoritate, & adhuc multo minus debet appellari, quàm ab executione facta iudicis mandato in bonis debitoris ad inſtantiam creditoris, *vt tractabimus j. §. 162.* à qua executione fruſtrà appellatur: & ſi de facto appellatum ſit, in oppoſitionem appellatio conuertitur, appellante in cauſæ appellationis expenſis condemnato, & quandoque pro ratione circumſtantiarum & materiæ ſubiectæ illis reſeruatis in diffinitiua principalis cauſæ: quoniam iudex iuxta formulam garentigiæ mandatum decernens, nullum grauamen facit debitori: qui ſi grauetur, id à creditore parte priuata procedit.

* Appellare à prehenſione virũ poſſit vaſallus.

67. ¶ Ita hoc caſu iudex iuxta legem feudi mandatum decernens, neminem grauat: & quod fortius eſt, prehenſio* feudalis etiam iudicis authoritate facta, eſt plus factum patroni quàm iudicis, quum non ad manum iudicis, ſed ad manum patroni feudum ponatur, vel poni intelligatur, vt *l. ea. gloſſ. q.* 2. Et iſte actus ſemper eſt magis actus dominicalis, ſeu (vt ita loquar) domanialis, & patrimonialis, quàm iuriſdictionalis: non enim fundatur nec iuſtificatur in iuriſdictione iudicis, ſed in virtute directi dominij, & poſſeſſionis ciuilis domini, & in lege conceſſionis feudi. Et ita in effectu reſoluit Bald. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 4. verſ. ſed dubitatur ſi poſſum. D. de officio proconſ. & lega.* vbi decidit, quòd huiuſmodi prehenſio poſſeſſionis non eſt prætoria, quia non fit in forma prætoriæ, ſed conuentionalis aut contractualis: & quòd iudex non propriè procedit vt iudex, ſed magis vt merus executor contractus. hinc vult idem Bald. *in addit. Specul. tit. de appellatio.* quòd à præcepto garentigiæ non appellatur, quia inhæret contractui, & pars eius eſt. Et tamen executio garentigiæ eſt magis iuriſdictionalis, vt dicam *infra* § 162. Igitur multò minus appellandum à prehenſione feudi.

* Prehenſio feudalis non eſt publici, ſed priuati iuris.

68. ¶ Limito tripliciter. Primò, niſi commiſſio iudicis ſit generalis, * & abſque ſpecificatione feudorum prehendendorum, quia hoc eſt contra quædam arreſta curiæ. Secundò, ſi emanauit à iudice incompetenti. Tertiò, ſi aliud vitium aut grauamen per ſe inferat. Circa primam limitationem fuit error temporarius, qui cum auctore euanuit, vt dixi j. §. 74. *glo. 1. nu.* 71. *nu.* 109. Sed quia error ille feruebat tempore primæ horum editionis, anno ſeſquimilleſimo trigeſimooctauo, coactus fui hoc exprimere, ad cauendum, & ne conſultores prætextu ſcriptorum meorum in captionem inciderent. & quamvis aliud ſentirem, tamen quia iuuenis eram, nondum audebam receptam in ſupremo tribunali errorem conuellere; reſtrinxi tamen illum quatenus potui, addens in prima illa editione facta anno * 1538. verba modificatiua ſequentia. Et adhuc iſta appellatio hoc caſu modici erit effectus, quia non proderit niſi ad obtinendum expenſas cauſæ appellationis contra dominum, caſſato ſimplici iudicis, & ſui apparitoris facto, non tamen propter hoc caſſabitur, nec reuocabitur manus iniectio domini, ſed manebit inconcuſſa. niſi etiam de iniuſtitia ipſius domini, & defectu cauſæ prehenſionis, conqueratur vaſallus: quo caſu ad oppoſitionem recipietur, & ad iudicem ordinarium remitteatur, die certa dicturus cauſas oppoſitionis contra dictam manus iniectionem: quòd autem non annulletur, nec leuetur manus donunica prætextu victoriæ appellantis à ſtulta & vitioſa commiſſione iudicis probo per hanc maximam iuris, quando aliquid non requiritur de neceſſitate in aliquo actu, ſi illud interueniat etiam ineptè vel nulliter, non habet vitiare actum, *text. in l. 1. in fin. C. de rei vxor. actio.*

* Vel 1539. vt num. 31.

* Solennitas nõ neceſſaria vitiosè apposita non vitiat.

69. ¶ Et in terminis noſtris, actus qui poteſt fieri ſine prætore, ſi fiat cum auctoritate prætoris, ſed minus ſolenniter, puta in tranſitu, theatro, vel balneo, non vitiatur, ſed remanet validus. *text. eſt iuncta glo. ſing. in §. ſerui vero. in ver. tranſitu. Inſt. de liber. ſequ.* Bald. in *c. 1. §. ſi quis verò, verſ. quæritur ſi quis. de pace iur. fir. in vſib. feud.* hinc decidit Balb. *in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 4. in ver. ſed dubitatur ſi poſſum.* quod ſi ex pacto habeo poteſtatẽ ingrediendi poſſeſſionẽ propria auctoritate, & tamen recurro ad auctoritatem & licentiam iudicis, quæ indebitè ſine ordine, & non vocata parte interponitur, nihilominus valet actus, & apprehenſio poſſeſſionis, non tanquam prætoria, cùm non ſit in forma debitè prætoriæ, ſed tanquam conuentionalis. Igitur in propoſito, ſi iniectio manus domini in feudum non valet tanquam prætoria, (quia perperam & nulliter interuenit auctoritas prætoris) tamen valet tanquam ſimplex feudalis prehenſio, ex lege & conſuetudine feudi: & multa ad hoc axiomata accumulant Alex Iaſ. & Franc. Curt. iun. *in l. vinum. in fin. D. ſi cert. peta.* Plura tamen in diuerſum addùcit ibi Phil. Deci.* ſtudio (quòd ſæpe ſolet) contradicendi Iaſoni. Sed non obſtant, & facilè & promptè ad ea ſingulatim reſponderem, niſi prolixior eſſem in re, quæ non eſt huius inſtituti. 70. ¶ Circa ſecundam limitationem idem dicendum, ſi commiſſio, medio cuius facta eſt prehenſio, tantùm laboret incompetentia iudicis, vt etiam pleniùs dixi j. §. 74. *glo. 1. num.* 106. *& ſeq.* non tranſcribam, ſed tantùm addam quæſtionem, quam dum hæc recognoſcerem vidi in publicis cauſarum actionibus huius Senatus agitari, die Martis mane 18. Ianua. an. 1563. more Gallico computando. Domina de Reſbes. in parte tenens feudum mouens à loco de Reſbes, negligens iuſta facere condomino, prehenſionem paſſa eſt eius nomine & cõmiſſionem iudicis loci, appellauit à commiſſione & executione, omnia fundituſ nulla cauſificans. Primò, quia cum ſit æquè domina loci dominantis, non debet compelli, cùm in re communi melior ſit conditio prohibentis. *l. Sabinus. D. commun. diuid. l. parietem. D. de ſeruit. vrba. prædio. Oldra. q.* 34. Secundò, quia par in parem non habet imperiũ. *l. nam magiſtratus. D. de arbitr. l. ille à quo. §. tẽpeſtiuum. D. ad Trebell.* Curia noluit decidere, ſed remiſit articulum appellationis ad conſiliarium eiuſdem curiæ, inter eaſdem partes ſuper quibuſdam incidentibus commiſſum, quod erat rectè remittere ad conſilium. Sed ex

* Phi. Decius Iaſonis antagoniſta.

* Iudicum inferiorum mandata ſpecialia non generalia eſſe debent.

his quæ 5. & *in glo. seq.* ante 24. annos edidi, facilè iudicari poterat, appellationem friuolam.

71. ¶ Potest enim condominus prehendere feuda socij à loco communi mouentia, saltem pro parte sua. Et sic impertinens est dicere potiorem causam prohibentis: tum quia non agitur de parte prohibentis, tum quia si fieret de toto, fit ad vsum destinatum. *l. si ædes.* D. *commun. diuid. Soci. l.* 5. §. 1. & ibi Ias. *col.* 3. D. *communi. diuid.* Minus obstat, quòd par in parem, quandoquidem iudex deputatus à domino loci, potest contra ipsum in solidum dominum ius reddere: & sic multo fortius contra vnum ex dominis: & illa iura quod par in parem, loquuntur in disparis diuersas habentes potestates, vel pro diuiso.

72. ¶ Præterea non opus erat commissione alicuius iudicis, & sic etiam si nulliter vel incompetenter adhibita fuisset, non vitiat prehensionem, quæ est actus domanialis. Tum vt dicemus in *glo. seq. nu.* 44. *& seq.* iurisdictio nihil habet commune cum feudalitate. Ex quibus apparet quod dicendum erat, malè & absque grauamine appellatum, & quod prehensio fortiretur effectum cum perditione fructuum, donec iusta fecisset appellans, quæ in expensis causæ appellationis damnari debebat. nec etiam huiusmodi prehensio domanialis suspenditur per appellationem, etiam si prehensor authoritate iudicis processerit. ex quo poterat actus iure priuato fieri & sustineri, vt dixi *in annot. ad Phil. Dec. l.* 1. *C. de bono. poss. secund. tabu.*

73. ¶ Aduerte, quia per prædicta videtur hæc secunda limitatio reprobari, vt & prima; sed non est ita: quamuis enim incompetentia iudicis vel executoris non vitiet hanc prehensionem, vt potiùs videretur hæc secunda limitatio extenda in ampliationem: tamen propriè procedit limitatio, quando per illum actum prehendens nouam possessionem vsurpat, vt eodem themate retento, si vasalla esset exempta à domini iurisdictione, qui non solum feudalitatem, quæ in confesso est, sed etiam si iurisdictionem quæ negatur prehenderet. Tunc enim iustè appellaretur à decreto, commissione & executione talis iudicis; imò necessaria esset appellatio, ne coram incompetenti litigaretur, vel saltem quasi possessio iurisdictionis alienæ subiretur, quod per appellationem euitatur, & periculum fructuum euitaret, licèt iusta offerendo in loco dominanti, *vt* j. §. 63. 74. ¶ Circa tertiam limitationem vilitas apparet in exemplo glo. præcedentis. ad vitandum iudicium suspectum, vel ad euitandas remoras, vt in exemplo sequenti. Iacobus de Montgommery, dominus de Lorges in agro Blesensi prehendit feudum de Fontanailles ex defectu hominis, iurium & catalogi. Deinde vasallus ab eo in fidem recipitur cum mancipatione feudi & apocha iurium vtilium solutorum, & tradit catalogum, super quo nihil per decem annos respondetur, sed iterum vt prius prehenditur, si se tantùm opposuisset, frustrà. Quia diu pertractus fuisset coram iudicibus domini, qui semper fructus percepisset, vasallo semper exuto. Ideo vt celeriorem expeditionem haberet, appellauit à decreto, commissione & executione iudicis de Lorges, ad præfectum Blesensem: vbi mox visa inuestitura & apocha, dictum fuit, malè executum, & benè appellatum. quamuis enim commissio non grauaret in forma, satis est quod grauat in materia, & re * ipsa meritò eligenda est appellatio, quando clarius vel pinguius subuenit. Et tertio vel quartò, multo fortiùs locus est appellationi, quando ipsa manus, & ipsa manus iniectio domini per se vitio aperto laboraret, vt quia inciuiliter & malo more, coactis hominibus, cum vi armata & tumultu (citra necessitatem) esset ingressus magis more hostili & prædonis, quàm patroni ius suum conseruantis: tunc enim deberet reuocari, & vasallus restitui, saluo iure domino, ciuili & rationali modo procedendi per prædicta.

* Appellatio quando eligenda sit & prætereunda oppositioni simplici.

75. ¶ Multa alia prætereo, ne singula persequens, finem amittam. Vltimo not. quod istud verbum, * *manus*, metaphoricè significat potestatem, & quandoque regiam. rex. in *l.* 2. *in princ. iuncta glo. D. de orig. iur.* quandoque paternam. *in l. fin. iuncta glo. C. de emancip. li.* quandoque possessionem & * dominium *l. manumissiones.* vbi latè Ias. *D. de iusti. & iur. l. Titius. D. de ser. expor* quandoq; possessionem & occupationē rei, vt hìc. & pro ratione subiectæ materiæ variè accipitur, & in variis quæst. j. in locis opportunis tractabitur. Quantum autem ad materiam criminalem, in qua propriè & naturaliter stat pro principaliori membrorum officialium, vt per scrib. in *l.* 2. *D. de publ. iud. in auth. sed nouo iure*, & ibi Cæpol. *in repet. C. de serv. fug.* per Angel. Aret. *in tract. de maleft. in verb. membrum*, vbi multa cumulaui, quorum insigniora tradam j. §. 197.

* Manus verbo quid intelligatur.

* Vt si quis quid alteri dederit ea lege, ne extra manum suam ponat, vel à mittat, intelligitur id ea mente dedisse, vt ne dominarius de dominio suo, aut saltem de vsu suo diminuerit, Bal. *l. sancimus, C. de rei. dem alienande. & in c. cum accessissent. de constitutio.* & ideo si rem eam locauerit, non videbitur donatarius alienasse pactum ferre Bart. *in l. manumissiones. ff. de iustitia.* quia locatio dominium non mutat, & sanè Bald. *in consil.* 131. valdè notandum hoc: eum qui nullo instituto hærede, Titio dixerit: Bona omnia mea bona in manibus tuis, intelligi his verbis Titium hæredem sibi instituisse. Has adde quæ de significatione huius verbi traduntur infra §. 30. num. 2.

* Phi. Dec. laforma ac cognitio

SVMMARIA GLO. V.

1. *Nulla manus iniectio potest fieri in personam vasalli, nec in eius bona mobilia etiam in feudo aperto inuenta.*
   Feudum est quædam seruitus.
2. *Seruitus feudi realis est, & non personalis.*
3. *An cliens possit renunciare inuito patrono.*
4. *Homagia sunt realia, & feudum magis patrimonio quàm personæ cohæret.*
5. *Feuda ligia magis sunt personalia quàm realia.*
   Duo substantialia feudi ligij.
6. 7. *Non potest esse ligius duorum, etiam ratione diuersorum, nisi ex postfacto.*
8. 9. *Vasallus ligius principaliter subiicit personam, & non competit nisi supremo principi non recognoscenti superiorem.*
10. *Vasallus ligius non potest inuito domino renunciare.*
11. *In regno Franciæ nulla propriè feuda ligia possunt esse, nisi quæ dependent à rege.*
12. *Quid sit* homagium.
13. *Mobilia non possunt prehendi à domino, quia non sunt pars feudi.*
14. *Feudo saisito veniunt omnes* pertinentiæ, *& appellatione rei pertinentiæ veniunt.*
15, 16. *Quomodo fiat fœdus destinatione patrisfam.*
17. *In legato poderis inspiciendum tempus mortis.*
18. *Pronomen* (meum) *non facit limitationem, sed demonstrationem contra communem.*
19. *Intellectus* l. si ira. D. de aur. & arg. lega.
20. *Vnita per vasallum fundo feudali, fiunt idem, sed non recipiunt qualitatem feudalem.*
21. *Quomodo alaudium transeat in feudum.*

22. ¶ Erronea recognitio rei propriæ non valet, *nec immutat qualitatem rei.*
23. *Scienter conducens vel in feudum recipiens rem propriam vt alienam nullũ perdit dominium.*
24. *Error nocet quatenus tollit consensum.*
25. 26. *An recognoscens amittat possessionem & quid si ab ecclesia.*
27. 28. *Improbatur opinio subtilis Areti.*
29. *Facta verbis potentiora.*
30. *Enunciativa non disponunt.*
31. *Si non valet principale, non valent clausulæ accedentes.*
32. 33. *Confessio in realibus non disponit, sed probat.*
34. *Conducens vel recognoscens rem suam tanquã suam, amittit eius dominium & possessionem.*
35. *Quando dicatur res tanquam sua vel tanquam aliena recognosci.*
36. 37. 38. 39. *Non est dabilis in iure* fictus titulus *contra omnium adhucusque scribentium sententiam.*
40. 41. *Quamuis in iure sit ficta traditio, tamen nullus est fictus titulus.*
Fictio tantùm à lege induci potest.
42. *Ad constitutionem feudi de nouo non requiritur inuestitura, sed sufficit æquipollens.*
43. *Ampliatio ad. l. quisquis. de dona.*
44. ¶ *Q. 1.* Iurisdictio *per se subsistit.*
45. *Iurisdictio transit cum vniuersitate castri.*
Et nihil habet commune cum proprietate prædiorum.
46. *Iurisdictio adhæret castro velut capiti.*
47. *Concesso castro transeunt territorium & iurisdictio, quatenus sunt de pertinentiis castri.*
48. *Concessio iurisdictionis intelligitur de simplici.*
49. *Suprema potestas & appellationum cognitio censentur retenta.*
Thesaurus dignitatum penes principem.
50. *In dubio non transit iurisdictio suprema, nisi pro prima instantia.*
51. *Castellani sunt fundati in duobus gradibus iurisdictionis.*
52. *Delegando non acquiritur nouus gradus iurisdictionis.*
53. *Regalia non transeunt in vniuersali.*
54. *Regalia non sunt alienabilia per principem.*
55. *Specialis & expressa mentio requiritur in regalibus.*
56. *Improbatur quoddam consilium Bal. pro episcopo & Comite Belnacensi.*
57. *Magistratus cõstitutio in se nõ est de regalibus.*
58. *Ad vsufructuarium non spectat deputare magistratum.*
59. *Magistratus non habent nisi vsum, & non possunt intentare interdictum*, vti possideris.
60. *Quid de clausula generali.*
61. *An in simplici recognitione castri veniant territorium & iurisdictio.*
62. *Qualiter iurisdictio patrimonialis esse intelligitur.*
63. *Io. Fab. Albe. Henri. Boubic. contemporanei.*
64. *Qualis iurisdictio in natiua sui puritate.*
Principes debitores iustitiæ.
65. *Quomodo omnia principis esse intelligendum.*
Pio regi subesse summa libertas est.
66. *Vera regis iura.*
67. *Quæ sint* augmenta *intrinseca feudi.*
68. *Ædificia an cedant feudo.*
69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. *Seruitutes redemptæ an cedant feudo.*
76. 77. *An meliorationes & augmenta consolidentur & cedant lucro domini directi.*
78. *An procedat argumentum de feudo ad* emphyteusim *vel contrà.*
79. *In dubiis feudalibus non est recurrendum ad ius canonicum.*
80. *Etymon emphyteuseos.*
81. *Emphyteuta culpâ suâ eiectus non perdit impensas excedentes rationem emponemáton.*
82. ¶ *An scienter ædificans in solo alieno perdat* impensas.
83. *Nouus intellectus* §. emptor. in l. fi. C. communia. de lega.
84. 85. 86. 87. 88. 89. *Regula.:* Ædificium solo cedit, *limitator.*
90. *Sumptus quomodo retineat vasallus & emphyteuta.*
91. *Cuius iure proprio sunt fructus, non tenetur eos compensare cum impensis.*
92. *Impensæ gratia fructuum, semper eos minuit.*
94. *Tertius possessor sumptus deducit hypothecario creditori.*
95. *Dominium vtile subsidiarium æquipollet hypothecæ.*
96. *Quid de melioratione casu vel fortuna contingente.*
99. *An debeant compensari fructus procedentes ex meliuratione & industria.*
100. *Labor & opera sunt species sumptus.*
101. 102. *Etiam verus malæ fidei possessor impensas repetit.*
103. 104. *Noua concordia plurium iurium.*
105. 106. *Nouus intellectus* ad l. si in area. D. de cond. indeb.
107. 108. *Specialia remedia non cẽsentur excludi.*
109. *Intellectus.* l. hęreditas. in fi. D. de pet. hęr.
110. 111. *Intellectũs.* l. in hoc iudicium. §. diuersum. D. comm. diuid.
112. *Non repetuntur sumptus quos quis tenebatur facere.*
113. *Sumptuum ratio habenda est inspecto præsenti statu rei.*
114. *Reiicitur opinio Bal. & feudistarum.*
115. ¶ *Quid de* alluuione.
116. *Alluuio auget territorium & imperium.*
117. *Auget etiam emphyteusim, sed non canonem emphyteuticum.*
118. 119. *Quid de adiectis vi fluminis.*
120. *Quid iuris in prædictis quando flumen alueũ mutat.*
121. *Quæ sunt prædia limitata.*
122. *In prædiis limitatis cessat ius accrescendi.*
123. 124. *Epilogus totius gloss. f.*

Digitized by Google

GLO. V. IN VER.

Le Fief.

HOc est, ipsam rem beneficiariam quæ tenetur in feudum, siue sit prædium rusticum vel vrbanum, siue res incorporalis, quæ pro re immobili habeatur, vt reditus annuus, vectigal, census, aut aliud ius incorporale sui naturâ perpetuum: quoniam in * mobilibus, vel nominibus debitorum ad mobilia vel temporalia iura competentium, non potest feudum consistere. vt patet per diffinitionem feudi ꝛ. *in fi. rub.* & est tex. *in c. vno, in fin. de feudi cogni.*

* Feudum in mobilibus vel nominibus non consistit.

1. CIRCA hunc text. not. Primò, quòd nulla * manus iniectio potest fieri in personam vasalli, sed solùm in feudum ipsum, vt inquit text. & in rem beneficiariam. ¶ Ex quo infero, quòd dominus nullum ius reale, nullam seruitutem habet in vasallum, sed tantùm in rem quæ ab eo tenetur in feudum. Et licet feudum* sit quasi seruitus quædam, vt inquit Glo. *in l. si vsufructus legatus. in prin. in ver oportet. D. de vsufru.* Bal. in *c. 1. §. inter filiam. si de feud. defunct. contem. sit inter do. & agna. in vsib. feud. in l. libertas in princ. D. de sta. hominum. in l. si vxore. ad fi. C. de condi infer. in l. fi. col. 1. C. de suis. & ligiti. in c. 1. in lectu. 2. col. 4. de iudici. & in consi. 51. in bonis feudalibus. num. 7. consi. 466.* Andreas Feudatarius *ad fi. vol. 1.* Luc. Pen. in *l. coloni. col. 2. in quibus causis colo. dominos accusar. poss. lib. 11. & in l. decretum. in prin. de meta. & epidemit. lib. 12. C.* Anto. Panor. *in c. veniens. in 2. notab. de accusa.* per illum text.

* Manus iniectionem in personam vasalli verum habeat dominus feudi, at verò in rem sortur feudi.

* Feudum est quasi seruitus, aut seruitutis species.

2. ¶ Corse. in *trac. de potestate regia q. 53.* Francis. Curt. sen. *consi. 49. memoriæ recolendæ. col. 53. num. 54.* Tamen huiusmodi seruitus est realis, * ratione scilicet vtilis dominij rei seruientis directo: non autem personalis, quia vasallus apud nos est merè libera persona, licet sit personaliter obligatus domino ad iura feudalia, ratione feudi quamdiu illud possidet, & ita decidit And. Iser. *quæ sit pri. causa beneficij amitt. §. sed necesse alia. vol. 2. in vsib. feud.* vbi concludit obligationem, qua tenetur vasallus seruire, esse realem, non personalem. idem Iser. *in sua peregri. super consti. Neapo. incip. siue reali*, dicit quòd seruitus feudi debetur ex re, & sequitur possessorem, sicut in *l. 1. & 2. C. sine censib. vel reli.* quod ipsa prædia, seu ipsum feudum dicitur conueniri, non in persona. text. in *l. imperatores. D. de publica. l. & si forte §. etiam. versi. labeo. D. si seruit. vendic. l. qui aliena. §. vlt. D. de nego. gest. & in l. denique. D. de iure fisci.* idem tenet Io. Fab. in *§. præiudiciales. col. 9. ver. quid dices inst. de actio.* vbi decidit post Iacob. & Pet. *ibi*, quòd actio confessoria, aut quæcũque actio præiudicialis, aut interdictum non competit contra vasallum, etiã si nolit se recognoscere in vasallum, sed inficietur: quia non vendicatur ius in persona. Et appositissimè facit quod inquit Bal. in *c. admonet de rerum.* dominus oculos suos magis habet ad feudum, quàm ad vasallum. Vnde pro realibus seruitus potest compellere quemlibet possessorem: & licet non sit obligatio personalis, nisi inter dominum & vasallum immediatum, tamen est obligatio realis, id est in rem ipsam: hæc ibi Bal. Idem decidit Luc. de Pen. *l. 2. ad fi. C. de fun. rei. pri. lib. 11.* Et appositissimè inquit Matt. de Affli. *super constit. Neap. incip. consuetudinem. sub tit. de præscrip.* quòd feudum est obligatum ad seruitium militare, & non personæ.

* Seruitus feudi realis est, nõ personalis & cur.

3. ¶ Et hinc est quod in hæc quæstione, vtrum * vasallus possit inuito domino, renunciare feudo, an non? quamuis glo. & doctores communiter distinguant inter feudum concessum ad certum & determinatum seruitium, vt non possit: & concessum simpliciter ad seruitium incertum, vt liberè possit renunciare, vt tenet. gl. ordi. *de cap. qui cura vendi. in gl. fi.* & ibi seq. And. Iser. Bal. Alicar. Card. Alex. & omnes. Andr. Iser. *de hac qui feud. da. poss. §. fi. ad fi. & in c. vnico col. 2. de vasall. qui contra consti. Lotha. in vsib. feud.* Io. And. *in add. spec. ti. de loca. §. nunc aliqua. versi. 128. in add. fi.* Alberi. in *l. cum fructuarius. D. de vsufruct.* Bal. in *c. quæ in ecclesiarum, col. 6. versi. seuertitur. Igitur. de consti. & in c. cæterum. col. 4. versi. sed statim quæritur, de iudi.* Alexand. in *l. si quis vt. inf. D. de acqui. vel omit. posse.* Iacobi. de S. Geor. *in innesti. feud. in versi in feudum. in 4. diuisio. in fi. & ver. qui quidem innesti. præsti. iura fide. col. 7. ibi. nam si quæratur & in ver. & vnus ex diff. vasall. resu. feud. in princ. deci. Tho.* 404 & ibi latè Auff. in *addi.* post Feli. in *d. cap. quæ in ecclesiarum, col.* 30. Tamen apud nos indistinctè licet vasallo renunciare feudo, etiam domino inuito, & tex. in *d. cap. vnico in fin. de vasallo, qui contra consti. Lotha.*

A

4. Et est ratio, quia apud nos * homagia (vt dicunt) non sunt personalia, sed realia: nec præstantur simpliciter, nec ratione personæ, sed ratione & contemplatione feudi concessi; & sic liberè potest vasallus renunciando illi feudo se liberare ab omni iugo homagij, & ab omni obligatione & nexu feudali, vt expressim determinat Ioan. Raynal. in *rep. cap. imperialem, § fi. in antepen. char. de probi. feudi alie.* per Feder. refert, & seq. Iaco. S. Geor. in *trac. de operis, col 12. versi. nunc est*, fa Bal. in *l. creditor. 2. C. si cert. peta.* & hanc opinionẽ firmat; & de consuet. Germaniæ seruari dicit Vdal. Zasi. in *vl. par. feud. conclu. 2* idem generaliter firmat Io. Fab. *in tit. de donati. §. vlt.* Vnde apud nos nõ procedit quod dicit Bald. in aut. *si quis ruinas col. 5. ver. 5.* Probatur quòd feudũ * magis cohæret personæ quàm patrimonio, quia causa feudi radicata est in persona, id est in seruitio personali. Sed * habet locum totum oppositum, quòd feudũ magis cohæret patrimonio quam personæ: & eius causa est radicata in re concessa in feudum, qua derelicta vel alienata, vasallus ipso iure desinit esse vasallus & obligatus domino. vt patet per prædicta. Et hæc vera in feudis priuatorum, vel inferiorum à principe: in quibus aliquis potest esse vasallus diuersorum dominorum, respectu diuersorum feudorum, & illis fidelitatem facere salua fidelitate superioris & supremi principis. *§. fin. de probi. feud. alien. per Fede. 5.* ¶ Secùs in feudis * ligiis, quæ à solo supremo principe recognoscuntur in feuda ligia: quia in istis propriè procedit illud dictũ Bal. quòd cohæreat magis personæ quam patrimonio: vnde iste non potest esse vasallus alterius, nec potest quis propriè esse ligius duorum. Non tamen intelligas, quòd ista qualitas ligia solam personam vasalli respiciat & afficiat & non feudum ipsum, prout sensit insignis ille Zasius in sua eleganti *epist. feud. par. 2. ad fin.* quia imò etiam concernit & afficit rem ipsam, semel in feudum ligium concessam, adeo vt sit necesse eam in feudum ligium teneri & recognosci, tanquàm sub qualitate feudo ipsi à sui origine impressa. Itaque hæc qualitas ligia afficit rem, & diuersam feudi speciem (ciuili modo loquendo) constituit, & meritò à doctoribus adducitur ad vnam ex potioribus diuisionibus feudorum. Ampliùs tamen & euidentiùs afficit personam: quod patet ex natura & effectu feudi ligij, ad cuius constitutionem duo * de necessitate requiruntur, vt per ea quæ tradit Iaf. in *prælud. feud. in 7. diui. col. 30. 31. & 32.* Francisc. Cur. in *1. par feud. q. 8. colum. 5. num. 22. & sequ.* quorum vtiliora dicta perstringam nonnullis additis. ¶ Primum est quòd vasallus iurat fidelitatem, nullius alterius fidelitate salua vel excepta, vt est text. in *Cle. pastoralis. §. rursus. iunct. glo. sing. in versi. homoque ligius. de re iudi.* Specu. in *tit. de feu. § 1. col. ver. & not.* Bald in *prælud. feud. in 7. diuiso. & ibi Alvaro. in 13. diuiso. 6.* & ideo non * potest quis vasallus esse & homo ligius

B

C

D

* Homagia apud Gallos realia sunt, non personalia.

* Feuda ligia magis cohærent personæ quàm patrimonio.

* Ligij feudi suo subiecto tialia.

* Ligius non potest esse vasallus

* Renunciare feudo suo simplici (aliud enim in ligio numero 4. infra) vasallus potest inuito domino & cur.

plurium etiã ratione diuersũ feudorum. vide tamen num. 7. infra.

duorum pluriumve dominorum, sed vnius tantum, vt tenet *d. gloss.* & Specu. in *d.* §. 1. *q.* 10. Bal. & Aluar. in locis allegatis. & Bal. in l. *vnica.* § 1. *col. fin. C. de cadu. tollen. & in c. inter dilectos. col.* 3. *ver. Item scias quòd in feud. de fide instru.* Iacobin. de S. Geor. in *inuestit. feuda in ver. in feudum. col.* 3. *in* 7. *diui. & in trac. de homagi. col.* 1. quod ampliatur etiam ratione diuersorum feudorum, vt tenent prædicti doc. & Guid. Pap. *dec. Delph.* 310. vbi refert Petr. Iac. *circa. fi.* 9. *distin. feud.* dicere, se vidisse vasallos facere homagium ligium diuersis dominis, pro diuersis castris: sed malè refert, quia dum Petr. Iac. dicit, quòd vidit fieri homagium diuersis dominis, & pro diuersis castris: non loquitur de homagio ligio, sed de homagio simpliciter: imò etiam dicit Petr. Iac. ibi, quòd ligius homo non potest dici, si sit homo alicuius alterius. Et dum subdit Guido, quòd quicquid sit de iure, consuetudo Delphinatus & locorum circumuicinorum seruat, quòd quis sit vasallus ligius diuersorum dominorum, pro diuersis castris, dico quòd illa consuetudo loquitur de quibusdam feudis non ligiis, quæ propter aliquam differentiam ab aliis per catachresin, id est, abusionem corrupti vulgarium sermonis, vocantur ligia: quum verè & propriè non sint talia. similis abusus sermonis reperitur apud Cenomanos & Andegauos, vbi feuda ligia priuatorum dicuntur, quibus vasalli strictiùs alligantur, & est mutua totius confiscatio in casum noxiæ. Et sic vocantur ad differentiam simplicium seu communium. Talia autem impropria feuda ligia plura teneri possunt ab eodem à pluribus. Quod si talis* consuetudo intelligatur loqui, & disponere ipsa de feudis legiis, fidelitate regia, esset nulla & abusiua, tanquam impossibilis, & repugnans veritati & substantiæ actus & rei, quæ est immutabilis. *l.* 2. §. 1. *D. de vsufruc. ea re. quæ vsui consu. text. in c.* 2. & ibi glo. in *ver. officiali. ver. patet ergo. de consuet. in* 6. vbi not. doc. non valere consuetudinem contra substantiam actus quantocunque tempore de facto obseruatam.

*Consuetudo non valet cõtra substantiã actus & rei.

7. ¶ Conclusio sic ampliata limitatur,* nisi ex post facto hoc contingat, vt ratione successionis, nam vasallus potest habere duos ligios dominos ex eodem stipite natos, vt inquit Bald. in c. *ceterum. col.* 3. *ver sed contra. de iudici.* & latissimè in *con.* 291. *ad euidentiam. vol.* 2. in nouiter impressis, quia secundum veterem impressionem Brixiæ incipit, *quæritur primò, quid est propriè in iure ligium.* & est in ordine. 159. *vol.* 1. 8. ¶ Secundum requisitum est, quòd nominatim & expressè dicatur in eius concessione, seu inuestitura quòd sit feudum ligium, vt probat Bal. in *d. ca. inter dilectos. col.* 3. *versi. Item scias quòd non est. de fid. instrumen.* quod autem Francis. Curt. *vbi supra* ponit pro tertio requisito, quòd vasallus ligius principaliter personam suam, & in consequentiam etiam bona non feudalia subiiciat potestati domini: istud non est de forma, nec de constitutione feudi ligij, sed de eius effectu. Ideo non debet connumerari inter requisita substantialia feudi ligij, sed inter effectus eius, quoniam vt inquit Specu. in *d.* §. 1. *ver.* 17. *& seq.* Mart. Laud. in *c.* 1. *col.* 9. *qui feud. da. poss. Iac. in d. inuesti. feud. in* 7. *diui.* quamuis vasallus non ligius non obliget personam nisi ratione feudi, & in consequentiam rei: tamen* vasallus ligius principaliter & absolutè obligat & subiicit personam domino, & in consequentiam personæ omnia bona. 9. Vnde non potest feudum ligium concedi, nisi à non recognoscente superiorem, nec recipi, nisi à non recognoscente alium superiorem domino, cuius efficitur homo ligius. vt tenent Bal. Alua. Iaso. *vbi s.* quamuis contrarium velit Francis. in loco prælegato, *num.* 23. *& male.* 10. Et hinc est quòd in istis feudis non licet vasallo renunciare,* nec se liberare sine voluntate domini: tum quia persona principaliter est obligata, tum quia* grauissimum est supremo principi fidem fallere. Ita Bal. in *d. s. ceterum. col.* 4. *ver. similiter. de iudi.* Mar. Laud.

*Ligius plurium esse quadamodò quia potest.

*Vasallus ligius principaliter subiicit personam suam domino & consequenter bona.

*Renunciari feudo ligio non potest sine domini voluntate & cur.

*Fidem supremo principi fallere grauissimum est.

A *in d. c.* 1. *col.* 7. *qui feud. da. possunt.* Iacobi. in *d. ver. in feudũ col.* 3. *& in d. tra. de homagi. col.* 1. *in fi.* sed in aliis feudis non ligiis habet locum. *d. c. vnicum. de vasall. qui contra. consti. Lotha. in fi.* quia in illis militat ratio, quæ tangitur in *l. cum fructuarius.* D. *de vsufruct.* videlicet quòd deficiente re, deficit onus rei. secundum Bald. *in d. consil. ad euidentiam. col. fin. num.* 13. *in fi.*

11. ¶ Ex quibus patet quòd* in toto hoc regno Franciæ nulla sunt feuda ligia, nisi quæ immediatè recognoscuntur à Christianissimo rege nostro: vt solent esse feuda magnarum & regalium dignitatum. secundum Bald. in dicta *l.* 1. §. 1. *col. fi. de carol.* Et sic infero, quòd fidelitates illæ ligiæ, & feuda ligia inferiorum dominorum, quorum fit mentio in consuetudi. comitatus Cenomanensis & Andensis circa finem 3. *partis & in consuetu. Pictu.* §. 89. non sic dicuntur, nec sunt verè, sed impropriè, & vt verbis iurisconsulti, vtar, in *l. licet* D. *de verbor. significat.* catachresticos, id est, abusiuè, imò vt pulchrè inquit Pap. in *l. inter. literas.* § 1. D. *ad l. Iul. de adulte.* catachresticoteros, id est abusiuus & magis quàm impropriè. Solus* enim rex noster habet vasallos ligios, & illi soli debetur fidelitas ligia in suo regno. 12. ¶ Et quia necesse habui loqui de* *homagio*, istud verbum est barbarius feudo, ac tempore libri feudorum adhuc erat incognitum: fuit autem postea inductum moribus quorundam, & ex quadam consuetudine faciendi se hominem alterius, vt latè per Specu. in* *d. §. 1. Iacobi. *in tract. de homagi. in princ.* Iaso. in *prælud. feud. col.* 3. hodie illa consuetudo ferè exoleuit, retento tamen nomine (quo ius canonicum frequenter vtitur) & pro fidelitate accipitur & ita istud verbum homagium exponunt gloss. & doc. vbique, *vt gloss. in cap. fi. in ver. homagium. de regu. iur.* Bald. in *cap. veritatis. de iureiur.* non enim de natura & ratione feudi est, quòd vasallus præstet homagium domino, secundum quod verbum sonat: nec quòd fiat eius homo, sed solum quòd promittat & exhibeat fidelitatem, secundum naturam & conditionem feudi. Fab. Alex. *con.* 136. *num.* 4. *lib.* 1.

*Ligia feuda quæ sint apud Gallos.

*Ligia fidelitas soli regi debetur.

*Homagium vnde dictum & quid v. ca. veritatis de iureiurando & Chassanæ *in consuetudine Burgũdiæ. Tit. des Fiefs.* §. 1 *in verbor. en hõmage.* Butelerius *in summa Rurale* facit aliud homagium obsequiale, feudale, sociale, de seruice, de Fief simple & de pais. Quidam adiciunt Vasalicum, de plegeure cũ quis pro capite patrono cogitur se dare obsidem: de quibus vide Hotomanum c. 14. *disputationum feudalium.*

13. Redeundo ad text. not. Secundò quòd dominus ipsum solum feudum potest prehendere, nec potest mittere manum ad* mobilia in prædio clientelario existentia, quia non sunt pars fundi, vel feudi, nec cedunt in venditione, vel legato fundi vel feudi. *l. Iulianus.* §. D *fin. cum quinque ll. seq.* D. *de actio. empt. l. cum fundus.* D. *de fund. instruc. & instru. lega.* Hinc appositissimè dixit Bald. in *con. incipit casus talis est. in fin. quod est con.* 422. *lib.* 1. secundum veterem & *con.* 22. *lib.* 3. secundum nouam impressionem, quòd extrinsecus acquisita, item boues & similia non sunt feudalia, sed propria. D. *de act. emp. l. fundi. nihil.* Itaque licet domino domos feudales mero iure occupare, & illis vti, & frui, etiam expulso vasallo & suis, idque propter defectum hominis & contumaciam vasalli scilicet quando de pertinacia & contumacia apparet. quia si de simplici mera dubitatione vel negligentia appareat, non debet expelli, satis est quod dominus feudi per se vel suos commissarios ciuiliter & moderatè vtendo, fructus & reditus percipiat, in quo colonos vasalli & ipsum E vasallum, si conducere vel operas præstare velint, exteris præferre debet. non enim licet infestè procedere & ad viuum resecare, nisi contra manifestè infestum. Et adhuc ciuiliùs & mitiùs procedere debet, si agatur de exactione releuij aduersus vasallum, qui iusta fecit, vt dicemus. j. §. 34. *ad fin.* non tamen licet mobilia eorum capere, nec illis vti, sed debet ea fideliter custodire, aut vasallo & suis auferenda & disponenda permittere. non tamen intelligo quòd statim ingressus dominus possit illicò vasallum & suos cum eorum bonis* expellere: hoc enim barbari, vel hostilis inuasionis magis esset quàm patroni, sed cum competenti moderamine, & opportuno temporis exspatio concesso, vt sibi & reliquis rebus suis possit

*Manum inferre mobilibus vasalli, feudi dominus non potest, & cur.

*Manum inferendo non potest dominus vasallum & eius famulos cum bonis illicò expellere.

vasallus relicto feudo consuleret, si nolit aut differat iusta facere vel auferre: nobiliores tamen, cordati, & æquiores domini, non solent ita præfractè iure suo vti, nec tam rigidè & seuerè, cum clientulis cessantibus, etiam contumacibus agere. Sed sufficit eis potiores fructus, & reditus feudi prehensi percipere, relictis vasallis eorúmque familia & bonis in fundis & domibus feudi. Et (quod frequenter pro natiua sua humanitate, & omnium ciuitatum & gentium ciuiliori comitate nostrates faciunt) ipsorummet clientum colonos, aut inquilinos custodes & curatores, feudi & fructuum, sub manu & authoritate sua committere, vt minori quàm fieri possit iactura clientulus vel indeuotus afficiatur. ¶ Ex his infertur, quòd in fructibus iam separatis à solo tempore prehensionis, patronus nihil habet iuris: idem de obuentionibus & fructibus ciuilibus rei feudalis, quorum dies iam cessit, quia sunt proprietas separata. vt dixi 5. *eo. glo.* 1. *num.* 53.

* Ligia feuda quæ sint apud Gallos.

NOTA tertio, quòd feudo * prehenso veniunt omnia accedentia feudo, siue corporalia, siue incorporalia, videlicet omnes pertinentiæ annexæ & dependentes, quæ sunt de proprietate vel iuribus feudi, quia non separantur à suo principali, sed cum illo vnum integrale constituunt, vt not. Petr. Anc. in *rep. cap. accessorium. de reg. iur. in* 6. ita quòd feudo simpliciter prehenso, omnia illius accessoria & pertinentiæ includũtur, etiam si non sit dictum, & censentur vnà cum principali esse sub manu & potestate patroni: quoniam * appellatione rei simpliciter, etiam alio non expresso, venit res cum omnibus suis accessoriis iuribus & pertinentiis & contrario in omni dispositione, siue in contractibus, vt est text. in *l. si venditor in fin. ibi, quid ergo si nihil de ea re, cum l. seq. in l. Iulianus, in fi. cum quinque. ll. seq. in l. creditor. in princ. & § fin. D. de actio empt. in l. aquæductus. ibi, etiam si nihil dictum sit. cum duabus. ll. seq. in l. fistulas. in prin. ibi, vt id quoque accederet*, licèt scriptura non contineretur *in l. Iulia in princ. in l. qui fundum. §. 1. D. de contraben. empt. & vendi. l. etiam. D. de solutio.* siue in vltimis voluntatibus, text. in *l. testatrix. §. fin. D. si ferui. vendi. in l. vxorem. § legauerat. in l. prædia. §. Titio. §. balneas. §. fin. D. de leg. 3. l. Seia. §. tyranno. D. de fun. instruc. & instru. lega.* siue in concessionibus, & beneficiis principum. text. in *l. si quando. primo ibi, continebitur cum adiacentibus & omni iure suo. C. de bon. vacan. lib.* 10. siue in vsucapione aut præscriptione. *l. si aliena. §. hoc iure. D. de vsucapio.* & etiam in legibus & statutis, vt not. Inno. Panor. & omnes in *ca. cum ad sedem de resti. spol.* Bal. in *cap. 1. col. 1 & seq. de capit. qui curi. vendi. in vsibus feud. practi.* Papi. in *for. l. in actio. real. versi. cum pertinentiis.* Sozi. in *l. 1. col. 2. not. 3. D. de reb. dub.* Et ita * intelligo, *l. rei appellatione. D. de verbo. signifi.* Ex quibus infero, quod etiam in iudiciis siue in libello, siue in sententia rei appellatione, & causæ & iura, hoc est, omnia pertinentia continentur, & consequenter etiam seruitutes, siue personali, siue reali actione agatur, quod Dyn. & Alber. ibi placuit, quamuis do. * Alciat. in glosemate. *d. l.* contrarium velit, si actione personali agatur, perquam inutili ratione nixus. quia sicut rem meam mihi restitui, vel alienam mihi dari personali actione experiri possum: ita & seruitutem, siue meam, siue alienam eidem rei debitam. Et procedit istud notabile in pertinentiis originariis feudi, & quæ accedunt feudo tanquam feudo, in eadem qualitate feudali eiusdem feudi, & simul cum feudo tenentur & recognoscuntur à domino, vt sunt subfeuda, census, emphyteuses, & reliqua iura à feudo dependentia, in concessione, inuestitura & dinumerationis feudi comprehensa: hinc potest dominus feudi prehensi, subfeuda prehendere, & eorum fructus suos facere, similiter subuasallos in fidem admittere & inuestire, vt patet. 5. *eod.* §. 54.

* Prehenso feudo quæ intelligantur prehẽsa & de pertinentiis.

* Homagium vide dicta & quæ ad versum ad versum & Chassan. in consuetudines Burgundiæ. Tit. de Fiefs. § 1. in verbis, mêmes augmentations. Bacchinus in summa Rardi. facit aliud homagium obsequiale, feudale, iuriale, iuratum, scilicet simplex & pura. Quam adiicit Tu. dicum, de pegnere cinque pro capa pecorono oppure se dar obligati: & quibus vide Hotomanum c. 24. disputationum feudalium.

* Pertinentia speculantur suo principali v. plura apud Socinum *Regula pertinentium.* 296. Rauchinum *in conclusione* 23. Bald. in *l. a precario. ver. C. mandati.* Alexan. 5. *consil.* 11. & in *l.* 3. *D. de adquir. possess.* Iasonem in *l. hæreticum. D. de conjunct. principum.*

* Intellectus *l. res appellatione. D. de verb. signifi.*

* Lege dominus Accursius.

15. ¶ Secùs de pertinentiis quæ accedunt feudo, non A vt feudo, nec in eadem qualitate eiusdem feudi: sed vniuntur vt fundo patrimoniali, ex destinatione patrisfam. non ex concessione, nec ex inuestitura feudali, puta si habens vnum feudum constistens in domo & centum iugeris terræ arabilis: quia curabat vineis, pratis, & horto, emit iugerum vineæ, hortum, & quædam iugera prati sita iuxta domum suam, & vniuit dicto feudo fortè sub eadem clausura, reditibus & rationibus confusis, sub denominatione vnius & eiusdem feudi, ex quo patet vnum & eundem ex pluribus partibus fundum esse factum. per text. in *d. l. prædiũ. §. Titio. de lega.* 2. quum * destinatione patrisfam. fundus constituatur, dilatetur & limitetur. *l. quod in rerum natura. §. si quis post. l. plane.* 1. *§. fi. D. de leg.* 1. *l. si quis duas. §. si quis partem. versi. plane si diuisit. D. commun. prædi. l. communi diuidundo. §.* 1. *D. communi. diui. l. dotale prædium. §.* 1. D. *de fun. dota. l. locus.* D. *de verbo. significa.* & vtra res cedat alteri, & eius sit accessorio, ex vsu, atque vsu rei, & consuetudine patrisfa. etiam si aliter non expresserit, æstimandum est, vt inquit text. in *l. si quando.* D. *de aur. & arg. lega.* Hinc consuluit Alex. in *consi.* 171. *accuratè perspectis. li.* 5 quod huiusmodi adiectio vel detractio facta per testatorem, auget & minuit legatum fundi, siue fiat ante testamentum, siue post, nec propter hoc cẽsetur fundus mutari in se, nec esse in alio statu. vt ibi dicit in fin. dicit etiam in versicul. *non ob.* Igitur primum: quòd in dubio sola partis detractione vel adiectione, vel destinatione, augetur, vel minuitur fundus. per *d. §. si quis post.* fallit vbi appareret detractum, vel additum causâ commodioris culturæ.

* Destinatione patrisfamilias fundi constituitur, & quomodo.

16. ¶ Sed istud dictum intellige prout dixi per *d. §. Titio.* vbi iurisconsul. Papi optimè declarat, quia non sufficit sola acquisitio vel locatio eidem colono. hoc enim posset esse gratiâ commodioris culturæ ad tempus, vnius locationis tantùm, & non ad perpetuam necessitatem, suppletionem & perfectionem veteris fundi. *arg. l. Caius. §.* 1. *D. de lega.* 1. non etiam sufficit simplex simultanea possessio, vt est text. formalis in *d. l. Seia. §. tyranno. D. de fun. instruc. & instru. lega.* vbi dicit iurisconsul. Scævola, quod fundo legato, cum omni instrumento rustico, ita demum veniunt & cedunt legato postea simul cum fundo possessa, si testator ea ita coniunxisset, vt sub vna appellatione fundi haberentur. Requiritur ergo aliquis actus facti, per quem appareat quod fundus nouiter acquisitus vnitur veteri, iure perpetuæ accessionis & pertinentiæ, ex quo colligitur animus eundem fundum constituendi: vt expressè tenet Raph. Cu. in *l. seruis electione. § fin.* D. *de lega.* 1. *& seq.* idem Alexand. in *consi.* 169. *viso themate. col* 3. *vol.* 5. Sozi. in *l.* 1. *col.* 2. *versi. primus est. & in col.* 3. *versic.* 4. *& vl casus.* D *de reb. dub.* alioquin nouiter acquisitum, & simul informiter possessum, non venit nec includitur in legato, vel alia dispositione rei, etiam si conferatur in coniunctas personas, vel in ecclesiam, quicquid dicat Sozi. in *l.* 1. *in secundo & tertio casibus.* non enim est recedendum à regula & iure communi, nisi clarè appareat & probetur de exceptione, vt latè per scrib. *in regul. iur.* D. *& in* 6 & aliquid dixi 5.

17. Ex his infertur ad q. de legato poderis, * quod est vulgare Thuscorum, vt inquit Bal. in *l. in legatis. C. de lega.* veteres Romani latine & eleganter dicebant Synthesim scilicet feudorum seu prædiorum: & extat relatũ apud Serbidium Scævolam in *l. Alumnæ. §. Titia testamento.* D. *de adimen. legat.* in qua q. Bar. in *l. si ita. in fi.* D. *de auro & argen. leg.* tenet, quòd illud quod post testamentum est additum, vt sit vnum cum eo quod prius erat, venit in legatum. idem sentit in *l.* 1. *in fi.* D. *de reb. dub.* dum dicit esse idem quod in legato certi fundi, & benè: sed inquantum subdit inspiciendum tempus præsens, scilicet testamenti, errat, & sibimetipsi repugnat, per inaduertentiam (vt puto) quia ex prædictis patet inspiciendum tempus mortis testatoris, vt per *d. §. si quis post. & §. tyranno.* & vltra per text. in *l. si ex*

* Poderis legatum quid contineat cõtra Bar. porta de poderis verbo vide Baldum Rubrica C. de verborum significatione, & in *l. legatis C. de legatis.* & in *l. si plures Co. de condictionibus furtiuis* Natam *consilio* 446. adde Barolum in *l. certarum in fi. D. de testamen. tutela.*

toto. in princ. de lega. 1. in l. cum fundus nominatim. de lega. 2. D. & per no. apud Alber. Bru. in trac. de Augmento in 15. concluſione.

18. Et hoc procedit etiam ſi in legato vel ſimili diſpoſitione fundi eſſet appoſitum * pronomen (*meum*) quia non cenſetur appoſitum ad limitationem, ſed ad demonſtrationem: ſecundum Pau. *Ca. in d. l. ſi ex toto. in princ.* niſi quando teſtator haberet ſolum partem fundi legati, quia tunc ſecundum Pau. ibi ſi pronomen (*meum*) apponatur, operatur limitationem legati, & illud reſtringit ad partem quæ tempore teſtamenti competebat teſtatori: ita quod augmentum reliquæ partis poſtea accedens non auget, nec cedit legato, & ita tenet Glo. *ſi. in princ. in l. ſerui electione. §. ſi.* D. *de lega. 1. & ibi.* Bar. & ferè omnes dòc. *ſeq.* tamen do. Iaſ. *ibi in col. 2. num.* 10. tenet contrarium, quod indiſtinctè pronomen *meum* non operatur hanc limitationem in re ſpecifica, vel vniverſali legata: ſed quod acceſſio quæ fit in vnitatem eiuſdem rei legatæ, ſemper auget legatum, & cedit legatario: Sol. Iaſ. verum dicit in legato vniverſali, ſed in legato particulari vera eſt opinio Bart. D *& communibus in dubio. l 5. in fin. de legat.* ſecus ſi apparet etiam in legato particulari voluntatem fuiſſe totum comprehendere. *l. 2. D. de condit. inſtitu. l. Iulianus. §. ſeruos communes. in fin. de lega. 3.* & per iura prælegata: inquantum tamen Iaſ. dixit ſe ita (vt eum fideliter recitem) tenere contra omnes, non aduerti, quòd Alex. ibi idem tenet, & ita reſidet contra communem in *d. l. 5. §. b ſuper d. gloſſ. ſi. non ob. l. ſi ita. & l. fin. in princ. de auro & argen. lega.* vbi legatum reſtringitur ad res & iura exiſtentia in dominio teſtatoris, tempore teſtamenti, quia loquuntur in legato generali rerum, & dicunt quòd res ſuperuenientes, per ſe & æquè principaliter ſubſiſtentes, non cedunt legato, vt declarat Alber. Bru. in *d. trac. de augmento char. 15. verſa.* Secus ſi accederent acceſſoriè ad res tempore teſtamenti exiſtentes, & vnum & idem fierent cum illis, vt nos loquimur, quia tunc cederent rebus legatis, & per conſequens includerentur in legato. *l. & ſi non ſunt. §. ſi. l. ſi quando. eod. tit. de auro & argen. leg.* & ſic data paritate terminorum illa iura non diſcordant, ſed concordant: & idem iuris eſt vtrobique. 19. Nec eſt verum quòd putant doc. in * *d. l. ſi ita*, reſtrictionem fieri ad tempus præſens confectionis teſtamenti, ex vi & natura illius ſolius pronominis *meum*, vt etiam cum communi volunt. Bal. *l. 1. col. 3. C. de alie. iud. mut. cau. fac. con. 151. lib. 2.* Phi. Cor. *con. 14. col. vlt. li. 1.* Bar. Iaſ. *l. vlt.* & ibi Hier. Cagn. *in l. nu. 197. C. de pact.* Iaſ. *l. ſi pater. col. 2. C. de inoff. teſta. deciſ. Tholoſa. 190.* quinimò hoc fit ex vi & natura diſpoſitionis, quæ eſt præſentis temporis, & regulæ communis: Quòd non fit extenſio ad futura, Pater etiã per text. in *l. ſi. §. 1. D. de lega. 2. & in l. nomen. §. 1.* D. *de lega. 3. in l. Aurelius. §. 1. 2. & l. ſi. in ſi. D. de lib. lega.* vbi non eſt pronomen *meum*, & tamen intelligitur & reſtringitur diſpoſitio ad exiſtentia tempore præſenti: ad hoc etiam *l. ſi ita ſcripſiſſet. de lega. 2. l. nuper. D. de lega. 3.* agitur enim de interpretatione voluntatis, an hoc vel illud voluerit includere. Et ſic neceſſariò tempus diſpoſitionis vel teſtamenti inſpicitur, vt nouè dixi in *l. Lucius num. 22. de vulg. & pupill. ſubſtit. in 3. lect. Do Lana. tetigi etiam in annot. ad Alex. conſ. 171. col. 1. lib. 6.* & hanc veritatem eſſe arbitror, quamuis Alber. Bru. in *d. tract. de augmen. in 6 limitat. 15. conclu.* ſequatur communem ſententiam, quam etiam limitant Iaſ. in *l. placet col. vlt. D. de lib. & poſthu.* Caro. Rin. *conſ. 30. lib. 2.* Io. Amicus *conſ. 59.*

20. Tamen vt ad rem reuertamur, huiuſmodi res ſic * additæ & vnitæ prædio feudali, licèt cum eo fiant vnus fundus, in quantum illud feudum eſt vna quædam res patrimonialis, & hæredum poſſeſſoris, ita quod diſpoſitio per eum facta de illo prædio vel fundo ſimpliciter, ſiue per venditionem, dationem in dotem, legatum, aut aliàs complectitur & includit omnes illas res vnitas, non tamen vniuntur feudo, inquantum eſt feudum: quia non vniuntur in qualitate feudali eiuſdem feudi. Imò quantum ad ipſam qualitatem feudalem, nihil habent commune cum feudo, ſed ſunt prorſus ſeparatæ & diſtinctæ, nec tenentur, nec recognoſcuntur à domino illius feudi, nec venient in quacumque diſpoſitione facta limitatim, de feudo ſuo non ſimpliciter, ſed ſub dominatione qualitatis feudalis illius feudi. Itaque feudo aperto non aperiuntur domino, nec poteſt dominus prehendens feudum, mittere manus ad illas res, nec quicquam de eis attingere. Ita etiam expreſſim tenet Bal. in *l. 1. q. 6. D. de rer. diuiſ.* vbi hanc vocat acceſſionem diſcretam. Iſta enim quæ facto * hominis feudo adiiciuntur, propriam & ſeparatam conditionem habent: & egent ſeparata poſſeſſionis apprehenſione, & ſeparata præſcriptione, vt appoſitiſſimè inquit text. optimus in *l. qui fundum. §. 1. D. pro empto.* licèt ſecus eſſet in adiectis per alluuionem. vt ibi per *glo. in ver. conditionem*, & dicemus *ſ. in vlt. q. huius gl.* 21. Itaque iſta nouiter acquiſita & adiecta, de quibus loquimur, noua indigent inueſtitura, noua & ſeparata infeudatione (vt aiunt) antequam feudum efficiatur. Hinc memini me conſuluiſſe, cùm Amedeus 1. Sabaudiæ dux (de quo *ſ. eo. gl. 1. num 57.*) inſtituto hærede vniverſali inſtituiſſet Philippum vnum è ſecundo genitis hæredem particularem in Comitatu Gebenenſi & Baronia Foucigniaci, cum onere, vt ea & omnia per eundem Philippum & ſuos acquirenda infra duodecim leucas à finibus Sabaudiæ quæ eſſent * allodalia, vel non aliàs aſtricta ad feudalitatem vel dominium directum alterius domini quàm imperij, recognoſceret ab hærede vniverſali & ſucceſſoribus eius Duce Sabaudiæ in feudum ligium & nobile. Reſpondi tamen, quod quæcunque poſtea ibi quæſita per dictum Philippum vel ſucceſſores ſuos, non ſunt effecta feuda Sabaudiæ, niſi fuerint de facto ſcienter recognita. Succedit igitur concluſioni noſtræ optima limitatio: ſi hæc nouiter addita per vaſallum fuiſſent prædia merè libera, & vera alaudia, quæ vaſallus ſciens eſſe talia, & volens ſubiicere domino, recognouiſſet ab illo acceptante, & ab eodem condedente in feudum recepiſſet, ſub denominatione eiuſdem veteris feudi, & in illius augmẽtum. Hoc enim modo prædia libera & vera alaudia, poſſunt effici feudalia: vt ſentit Specu. in *tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 252.* & expreſſe tenent Io. And. in *addi. verſi. 60. in ſi.* Paul. Ca. in *l. cum falſa. ver. breuiter iſtud. C. de iuris & fac. ignoran. & in con. 11. ſuper 1. quæſi. vol. 2.* Iac. de S. Geor. *in inueſti. feud. in ver. ſubſequenter. colum. 7. &* 8. Plurima etiam ſunt feuda in Germania, necnon in Gallia, quæ non ſunt facta feuda per conceſſionem in feudum vel originalem infeudationem: ſed per ſubiectiones & recognitiones, vt dùm eſſem in Germania vidi inſtrumentum authenticum, factum in præſentia Epiſcopi Aniciensis die Veneris 15. Auguſti, anno 1292. quô quidam affectans vicinum allaudiale caſtrum ſibi ſubiici, legauit eius domino mediam cuiuſdam villæ ad hoc onus. Quod cùm ille nollet facere, hæres defuncti dedit ei totam villam, vt totum cum dicto caſtro in feudum recognoſceret. Germani vocant hoc ſimplex & voluntarium feudum. Sed quando dominus dat de ſuo proprio in feudum, vocant illud feudum ligium.

22. ¶ Redeundo ad rem. Notanter dixi *ſciens eſſe talia*, quia ſi vaſallus * ignoranter (ſiue per errorẽ iuris vel facti, non refert in damnis amittẽdæ rei, inquit Papi. in *l. error in ſi.* D. *de iur. & fac. ignor.*) feciſſet talẽ recognitionẽ, ipſo iure non valeret, & indiſtinctè non præiudicaret, nec in proprietate, nec in poſſeſſione, vt tenent præfati docto. per tex. in *l. qui rem. l. ad probationem. C. de loca. & cond. in d. l. cum falſa. in l. ſi aliquam. in l. ſi. me in vacuam. in ſi. prin.* D. *de acqui. vel amitt. poſſe. l. neque pignus.* D. *de reg. iur.* & hæc eſt concord. omnium

* Pronomen *meum* non facit limitationem & reſtrictionem ad tempus præſens: ſed demonſtrationem contra communem.

* Intellectus l. ſi ita. D. de aur. & arg. lega.

* Vnita per vaſallũ fundo feudali, fiunt idem fundus, ſed nõ idem feudum, nec qualitatem feudalem recipiunt, & ideo feudo aperto, res huiuſmodi non aperiũtur domino, nec prehẽdi poſſunt, nec vna cum feudo præſcribuntur.

* Differentia eorum quæ facto hominis & natura vniuntur.

* Alaudium quomodo fieri poſſit feudum & res feudalis.

* De recognitione rei propriæ: & quòd erronea cognitio rei propriæ in feudum, cenſum, emphyteuſim ipſo iure non valeat nec quicquam detrahat recognoſcenti.

omnium glo. & doct. ſententia in d. locis & vbique te- A nentium, quòd error domini conducentis, vel precario, aut in feudum, cenſum, vel emphyteuſim, recipientis rem ſuam, quam putat alienam, facit actum ipſo iure nullum, & nullum dominium, nullam poſſeſſionem perdit. & ita ex conſu. Rapha. Cu. in *conſ.* 165. *Gaſpa.* & quia quantùm ad terminos materiæ, quam obiter ingredior, receptio in feudum, cenſum vel emphyteuſim, conductioni æquiparantur, vt omnes doct. conueniunt, & eſt in hoc eadem ratio: vtar in ſequentibus, verbo conductionis tanquam apud doct. frequentiori, gratiâ breuioris & clarioris ſermonis. Idem ſentiens de feudo, emphyteuſi, & ſimilibus.

23. ¶ Notanter etiam dixi *volens ſubijcere domino, &c.* quia quamvis * dominus conducens rem ſuam ab B alio ſciat ſe dominum & poſſeſſorem rei ſuæ, tamen præter id quod non valet conductio, non priuatur in aliquo dominio rei ſuæ, ſi illam conducat vel in feudum recipiat ſimpliciter ſeu tanquam pertinentem ad locatorem. Et ita quantùm ad dominium, tenent etiam omnes Gl. & doct. & probatur in d. *l. ſi aliquam circa princ. D. de acquir. poſſeſſ.* vbi tex. facit differentiam: vtrùm ſcienter conducens rem ſuam, conducat quaſi alienam, an quaſi ſuam. probatur etiam per tex. in *l.* 3. §. *ſubtilius. D. de condit. cauſa. dat.* vbi ſi verè & realiter trado tibi rem meam tanquam tuam, nullum dominium transfero. Igitur multo minùs ſi fictè trado, vt hic, in tantùm, quòd nec vſucapiendi cõditio in te transfertur. & tenet Gl. magna. Bar. & Io. Imol. in *l. non ſolum.* §. *ſimibi. D. de vſucapio.* & eſt tex. in *l. cum ſolus. De eo.* quamvis cõtradicat Glo. *l.* in d. *l. ſubtilius. in ver. non facio tuos.* C quæ reprobatur per Iacob. Butr. Alex. & Iaſ. ibi, & per bonæ memoriæ do. Pet. * Stellam, & quondam in legibus præceptorem meum, nuper ſupremi huius Senatus conſiliarium meritiſſimum, in ſua docta repet. *l. repetitio, ver.* 4. *D. de condic. indeb.* Et quod dixi, non præiudicari in dominio, idem in quaſi dominio, vt tenent præfati doctor. & expreſſim Ioannes Imol. in *con.* 57. *viſo quodam inſtrumento locationis.*

* Scienter conducēs vel in feudum recipiens rem propriā ſimpliciter, ſiue vt alienam nullum perdit dominiū vel quaſi dominium.

* Do. Petrus Stella.

24. ¶ Nec obſtat quòd Bart. videtur velle contrarium in *l.* 1. *col.* 2. *verſi. tertio caſu. D. de offi. procu. Cæſar.* vbi dicit, quòd ſi tradens rem ſuam ſcit eam eſſe ſuam, ſed tradit tanquam alienam, nihilominùs transfert dominium: vt *l. Iulianus.* §. *fina. D. de cura. furio.* quia illud dictum Bart. debet reſtringi, & intelligi ſecundùm text. quem allegat, ſcilicet quando dominus ſcienter tradit, D non tamen tanquam eius cui tradit, ſed tanquam rem alterius tertij ſeu potiùs nomine alterius tertij, cuius negotium ſcienter de ſuo proprio gerit: vt curator furioſi, ſoluens eius debita de ſuis nummis vel de proprio fundo d. *l. Iulianus.* §. *Curator in* 1. *reſponſo.* & ſic habet animum transferendi dominium in recipientem, & recipiens habet animum acquirendi dominium de nouo. Igitur ſequitur effectus: & eadem ratione multo fortiùs dicendum eſt quòd hoc caſu poſſeſſio à tradente, ſi eam habeat, transferatur in recipientem. Nec obeſt * error recipientis, putantis, acquirere dominium alterius quàm tradentis, ſicut quantùm ad acquiſitionem dominij & poſſeſſionis non obeſt error putantis eſſe debitum quum ſit indebitum *l.* 1. *& per.* E 10. *D. de condictione indebiti.* Sed ſatis eſt quòd in ipſa tranſlatione dominij non ſit error, nec diſſenſus, ſed conſenſus transferendi in tradente; & acquirendi in recipiente.

* Error nocet quatenùs tollit conſenſum.

25. ¶ Et ita illud dictum Bart. rectè declarat. Areti. licet non ita clarè in d. *l. ſi aliquam rem. col.* 2. *in princ.* quot not. quia Iaſo. in *d. l.* 1. vbi multa effundit, hoc non declarat. ¶ An autem iſte ſcienter conducens, * vel recognoſcēs ſibi præiudicet in poſſeſſione, doct. variāt. Bart. enim & Ang. in d. *l. ſi aliquam. col.* 1. tenent quòd non & hanc opi. firmat Alex. in *l.* 1. §. *ſi vir vxori. col.* 2. *verſi. D. de acquiren. vel amit. poſſe. & conſ.* 69. *num.* 13. *cum ſeq. lib.* 3. Carol. Rui. *col.* 6. *lib.* 1. Verùm idem Alex.

* Poſſeſſionē vtrùm amittat qui ſciens rem ſuam conducit vel recognoſcit ab alio.

contra morem ſuum ſui memor & pleniùs examinans in d. *l. ſi aliquam. col.* 5. *&* 6. tenet contrarium, videlicet quòd poſſeſſionem perdit: & ita tenet Glo. *ibi in ver. quaſi non meam. in fi. &* in *l. qui rem. C. de loca.* & eſt communis opi. omnium Glo. & doct. vbique. quę an ſit vera latè aliàs examinaui in collectaneis meis ſuper d. *l. ſi aliquam rem. in formam repetitionis*, & pro nunc omitto, ne nimis extra huius Glo. materiā efferar.

26. Et prædictis concluditur, quòd dominus & poſſeſſor, rem ſuam etiam ſcienter recipiens, vel recognoſcens, in feudum, cenſum, vel emphyteuſim ſimpliciter vel vt rem concedentis, non perdit aliquod dominium: ſed conceſſio, recognitio, & contractus non valet ipſo iure: nec concedenti vel recognito, etiam ſi eſſet eccleſia, acquiritur aliquis verus titulus, nec aliquod ius. & ita punctualiter & expreſſim determinat Bar. in d. *l. ſi aliquam. col.* 2. *in q. incip. quidam nobilis*, vti fortiùs iunctis his quæ ibidem dixit in *col.* 1. *nu.* 3. 5. tenet, quòd per talem actum nec amittitur, nec transfertur vlla poſſeſſio. & opi. Barto. (excepto eo, quod dixit poſſeſſionem non amitti, etiam à ſciente) ſequuntur omnes doc. vbique, vt patet per Ang. Io. Imol. Pau. Alexan. *col.* 11. Aret. *col.* 1, & alios in d. *l.* & per Bal. Ang. Sali. in d. §. *qui rem.* Angel. in §. *emphyteuſim. col.* 2. *ver. ſed quæro quidam habens. inſtit. de non alie. colla.* 2. Antho. Bur. in *c.* 2. *col.* 7. *de confeſſi.* Io. Imo. in *c. ſi cautio.* & ibi Feli. Sand. *col.* 21. *de fid. inſtru.* Rapha Cu. in d. *con.* 165. Gaſpar. Fulgo in *con.* 5. quidam Guilelmus. Pau. *con.* 11. *ſuper primo quæſito. vol.* 1. Alexan. *conſi.* 9, *ponderatis bis. col.* 3. *conſ.* 69. *circa primum. col.* 3. *vol.* 5. Areti. *con.* 14. *viſo & diligenter. col.* 5. Phi. Cor. in *conſi.* 301. *circa primum vol.* 1. ¶ Et quod dixi de poſſeſſione, ſanè intellige, quandiu partes remanent in terminis verbi dicti * actus nulli? ſecus ſi procedant ad actus facti, puta præſtationem fidelitalis, vel ſolutionem cenſus, aut canonis.

* Impr opi. Areti.

27. Aduertendum tamen quod ſubtilis Fran. Areti. in d. *l. ſi aliquam. col.* 4. *in princ. verſi. aduerte etiam diligenter:* dicit, quòd iſta concluſio videtur poſſe limitari, niſi ille à quo recognoſcitur res tanquam aliena, (id eſt tanquam recogniti:) ſciat etiam quòd res non eſt ſua ſed conductoris: tunc enim poteſt reſultare tacita donatio, quia licet locator locet rem vt ſuam, quia tamen ſcit eam eſſe conductoris, videtur tacitè conſentire in donatione, quàm videtur facere conductor, ſcienter conducens rem ſuam tanquam ſit res locatoris. & allegat in ſimili, quod quando quis ſcienter ſoluit indebitum, ſi etiam ille cui ſoluitur ſcit eſſe indebitum, propriè contrahitur donatio tacita: & tamen ille qui recipiebat, recipiebat vt debitum quantum ad verba, quia indebitum ſoluebatur vt debitum: ſed quia ſciebat indebitum, quo ad mentem & intentionem præſumitur recipere vt donatum, vt diſtinguit Bart. in *l.* 1 *in princ. D. de donat.* per text. in *l.* 1. *D. de condic. indebi. in l. cuius per errorem, D. de reg. iur.* Hæc Aret. quod multùm vrget ad dicendum, quod conducens ſcienter rem ſuam tanquam ſit locantis, videatur rem illi donare, & locans ſcienter videatur ipſo facto donationem acceptare, ſic quòd hoc caſu hinc inde ſit celebrata & perfecta donatio, & per conſequens dominij & poſſeſſionis tranſlatio, & quòd contractus locationis valeat.

29. ¶ Et iſta eſt magna, & multùm colorata limitatio, tamen * non puto eam ſimpliciter veram pluribus rationibus. Tum prima, quia eſt maxima, & ferè diametralis diuerſitas, inter iſtos duos caſus. Is enim qui ſoluit indebitum, intendit expreſſè, & eo ipſo ex natura actus ſolutionis rem ſolutam à ſe transferre, & alienare in eum cui ſoluit: & ille qui recipit, intendit de nouo acquirere ſibi a ſoluente, rem ſolutam, & ſic ſi ſoluatur indebitum vtroque ſciente, facilè actus tranſit in donationem, quia nulla ſit mutatio finalis & expreſſæ intētionis, quæ eſt hanc rem de iſto transferre ad

illum : sed solùm alteratur modus & qualitas tituli A transferendi : & propter vtriusque scientiam, res quæ vtroque agente omninò transferebatur, transfertur titulo donationis. Sed in casu nostro, ille qui rem suam à se possessam scienter conducit : non intendit expressè, & eo ipso ex natura contractus, rem aliquo modò transferre. nec aliquid alienare in locatorem, nec per hoc ex vi & natura actus intendit locator aliquid de nouo in re acquirere, imò econuerso potiùs conducens intendit acquirere detentionem rei, & locans intendit illam concedere. Et sic quantumcumque primâ facie isti casus videantur similes, tamen in veritate nedum sunt diuersi, sed prorsus oppositi : vt etiam sentit Aret. in d. *l. si aliquam. col. 2. in prin. versi. sed in casu nostro.* Tum secunda; quia in solutione indebiti par- B tes procedunt ad actum facti puta realiter soluendo, realiter recipiendo, & sic impossibile est dubitare de animo transferendæ & alienandæ rei. Sed in casu nostro partes remanserunt in simplicibus terminis verbi, nec fecerunt aliquam traditionem actualem : quia non excesserunt limites simplicis contractus. & sic quamvis vterque fuerit sciens, non tamen satis saltem æquè potest constare de animo alienandi rem, & maximè eam gratis donandi quum * 29. multò sint potentiora facta ad declarandam voluntatem, & aliquem effectum inducendum quàm verba, vt testatur Pompo. in *l. sic tamen §. ei qui. ibi*, multò enim ampliùs est id facere quàm pronuntiare. *D. de ædili. edict. text. in 6. dilecti. 2. de extra. appella. l. nostram. C. de testa.* & facta vero proximiora sunt quàm nuda vocabula, C inquit Bal. in *l. non ignorat. colum. 1. C. [illegible] accusare non possunt.* Igitur non valet illatio de actu facti ad actum verbi : & maximè in casu in quo repugnat præsumptio iuris communis, quæ est quòd nemo præsumitur donare nec iactare suum. *l. cum de indebito. D. de proba. cum vulg.* Sed ego non facio vim in hac secunda ratione, quia in collectaneis meis tenui, in deductione meæ nouæ distinctionis, quòd *l. 1. in fi. D. de condic. indebi. & d. l. cuius per errorem.* æquè habent locum quandò interuenit solùm ficta & verbalis traditio, sicut quando vera & realis traditio intercedit. Tum tertiò, quia in casu nostro non solum ipse actus & verba nihil omnino disponunt de alienando vel transferendo quovismodo, sed potius de se repugnant alienationi imò etiam verba illa quæ præsupponunt locantem esse D dominum & super quibus maximè posset fundari actus donationis si quis esset, non sunt vllo modo dispositiua : sed merè enunciatiua & præsuppositiua, vt patet ad sensum in casu quo loquor : in quo aliquis simpliciter rem conduxit, vel expressè tanquam alienam scilicet, tanquam locantis.

* Enũtiatiua non dispoũnt.

30. ¶ Certum est autem quòd verba * præsuppositiua & enuntiatiua non disponunt, etiam in testamentis vul. *l. ex facto 1. D. haredi. inst.* & maximè in contractibus, *l. publia. in fin. D. depos.* sed solùm faciunt probationem inter easdem partes, ad validitatem actus qui principaliter geritur duntaxat, vt in *l. optimam. C. de contrab. & commit. stipu. & in. §. illud quoque.* qui ita debet intelligi & restringi in *aut. vt fra. filij succed. colla. 9.* non autem si de ipso enunciato principaliter E moueatur quæstio : quia tunc non probant, etiam inter easdem partes, licet quandam præsumptionem faciant. per text. *d. c. illud de præsumptio.* vbi ita no. Hosti. Anto. But Panor. Fely. Bal. in *l. ad probationem. C. de loca.* Ludo. Ro in *sing. 446. nunquid per instrumentum, matheſi in sing. 80. nota. quod quotiescunq;* Alex. in *cons. 21.* vbi in annot. dixi. *lib. 1. con. 132. col. 5. lib. 5.* Fely. in *c. perpetuas col. 3* & ibi Phi. Deci. *col. 4.* vbi in annota. tetigi *de proba.* Phi. Deci. in *c. cum causam. col. 3. de proba. c. cũ venerabilis. col. 15. de exceptio. & in consi. 346. in fi. adde. j. §. nu. 20.* Et sic huiusmodi verba in veritate nihil inducunt, sed solùm opinione, quæ prorsus cessat probata in contrarium *veritate. l. publia. & d. l. optimam.*

* Facta verbis potentiora.

31. Nec obstat quod ex hypothesi huiusmodi verba sunt prolata à sciente. Tum primò, quia sunt accessoria contractus locationis qui est nullus ipso iure per *l. neque pignus. D. de reg. iur.* cum cæteris suprà allega. & sic eidem nullitati subiacent. quoniã * principali actu nullo existente non valent quæcunque clausulę etiam confessiones in eo appositæ, vt expresse not. Bal. in *l. si absentis ad fin. C. si sert. peta. in l. non dubium. in 10. oppo. C. de legib.* per illum text. & per *l. cum principalis. D. de reg. iur. l. Aurelius. §. legatum. D. de libera. lega. l. fi. D. de consti. pecu. l. si patronus, §. patronum.* & ibi glos. in *verb. Faniana. D. si quid in fraud. patro.* Bal. Ias. in *l. ex testamento. C. de fideicom.* Bal. in *l. vnica. C. de suff. frag.* Paul. Alexand. in *l. 1. §. si vir vxori col. pen.* & ibi Ias. *col. 3. D. de acqui. vel amit. posse.* Alexan. in *cons. 8. pen. D. solu. matrim.* & in *consil. 3. lib. 1.* Tum secundò, & fortiùs esto quòd hæc verba possint per se subsistere, & valere, non possunt ad summum plus esse nec plus efficere, quam confessio ex certa scientia facta, per quam iste conductor confessus fuisset explicite, hanc rem non esse suam, sed locantis.

* Principalis actus si non valet nec clausulæ & confessiones accedentes.

32. ¶ Sed * sic est quòd vbi de dominio, vel alio iure reali agitur, confessio etiam à sciente facta, nullam inducit immutationem dominij, nec aliam dispositionem, & nihil aliud operatur quàm simplicem probationem, donec contra probetur, text. est in *l. interrogatum. C. de libera. cau. &c. in l. cum falsa. C. de iur. & fac. ignoran.* vbi Bart. Bal. Sal. Paul. Ias & omnes ita resoluunt, & est apud omnes in confesso. Carol. Rui. *consi. 16. col. pen. lib. 1.* Imò plus vult Sali. in *d. l. cum falsa. ad fi.* non esse verum quod per hæc verba etiam simplex possessio amittatur, vel transferatur : nec quod confitens habeat animum aliquid transferendi, quum non sint verba dispositiua, sed tantùm enuntiatiua. Nec obstat quod ibi Saly. notat aliud esse si confessioni additum esset constitutum, quia tunc confitens non remansisset in terminis simplicis enunciationis : sed processisset ad dispositionem. & in casu nostro videtur quod saltem locatio tantùm valeat quantùm constitutum : quia respondeo, quòd licet verba locationis sint de se dispositiua, tamen nullius sunt valoris, & non disponunt, cùm dominus rem suam conducit, vt dictum est, & tunc locatio non adducitur ad fulciendum confessionem, sed potius è conuerso.

* Confessio etiam à sciẽte facta super iure reali nõ disponit, sed tantùm probat.

33. ¶ Tum quòd est peremptorium, hoc casu nulla est confessio explicita, seu per se subsistens, sed tantùm illa quæ tacitè elicitur ex locatione : & sic non potest ab actu locationis separari, nec distingui. Igitur nihil disponit, cum principalis actus à quo elicitur, non disponat, sed sit nullus. Et sic concludo quòd ad validitatem huius conductionis, vel recognitionis in feudum, rei suæ, aut similis actus, non sufficeret probare vtramque partem fuisse scientem, nisi etiam probaretur quod disposuerunt, & intenderunt agere & disponere quod res alienaretur, & transiret, in dominium locatoris vel concedentis. Et maximè attentò quòd eo ipso quòd iste conductor probabit se tempore contractus fuisse dominum, & sic contrarium eorum quæ supponuntur verbis enuntiatiuis contractus, habet intentionem fundatam, quòd adhuc sit dominus, & quòd contractus sit nullus : locator autem replicans & probans de vtriusque scientia, non satisfacit, nisi etiam probet deuentum esse ad dispositionem donationis, & alienationis : tum quia instrumentum contractus, seu eius forma, in se repugnat tali alienationi, & sic non præsumitur facta : tum quia in dubio facienda interpretatio contra actorem, & maximè se fundantem ad acquirendum in verbis enunciationis, quæ falsa ostensa sunt. *l. veteribus.* D. *de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus.* D. *de verborum obligat.* Bartol. in *l. sæpe* D. *de verb. signif. cum simil.* facile enim fuerat apertiùs exprimere

in inſtrumento, talis locator ſciens rem non eſſe ſuam, A ſed conducentis volentis amodò locatorem eſſe dominum, & eum recognoſcere &c. vel probare vltra inſtrumentum ita fuiſſe actum & dictum.

34. ¶. Sed hoc nihil aliud eſſet, quàm clarè probare quòd dominus non conduxit rem ſuam ſimpliciter, ſeu tanquam alienam, ſed expreſſè tanquam ſuam, quo caſu militat concluſio oppoſita: quòd * qui rem ſuam ſcienter conducit, vel in feudum, cenſum aut emphyteuſim accipit, non ſimpliciter, vel vt alienam, ſed expreſſe tanquam ſuam: & non obſtante quod ſit ſua, ſtatim illius dominium, & poſſeſſionem transfert, & validus eſt contractus, vt ſtatim probabimus. dixi autem *expreſſe*, quia in dubio etiam ſi ſciret rem eſſe ſuam, cenſetur non tanquam ſuam, ſed tanquam alienam, B ſiue concedentis conduxiſſe, vel recognouiſſe, vt eſt natura, & conditio actus & materiæ ſubiectæ, niſi expreſſe appareat de contrario, vt nominatim tenent Ioan. Imo. in *d. l. ſi aliquam col.* 2. & ibi Aret. *col.* 1. *verſi. primo quidem.*

35. ¶ * Tunc autem dicitur conducere vel recipere tanquam alienam: quando dicitur, talis dominus conceſſit talem rem ſuam, in locationem, feudum vel aliàs: vel quando dicitur, Titius accepit in locationem vel feudum, aut aliàs talem rem à tali domino concedente. Et dicitur accipere vt ſuam propriam, & à ſe poſſeſſam, quando dicitur, Titius ſciens talem fundum eſſe ſuum, & à ſe liberè poſſideri, hoc non obſtante volens transferre illum in Sempronium, & ab illo recipere in locationem, vel feudum, conduxit, vel recepit in feudum, à Sempronio concedente, vel Sempronius Titio ſcienti feudum talem eſſe ſuum, & volenti illud recognoſcere à Sempronio, eidem Titio locauit, vel aliàs conceſſit. Ita declarauit Bartolus in dicta *l. ſi aliquem col.* 1. *verſi. vlteriùs quæro.* dicens non referre ſi hæc verba contineantur in inſtrumento an non: dummodo ita actum ſit, & probetur: & ibi Alexan. *columna* 1. *verſicul.* 4. *præmitte.*

36. ¶ Et tunc in hoc vltimo caſu, ego teneo valere contractum, & quod ſeparatur dominium & poſſeſſio à recognoſcente & recipiente: & transfertur in recognitum & concedentem. ratio quia iſte effectus de transferendo dominio & poſſeſſione, non ſimpliciter enunciatur, vt in primo caſu: ſed expreſſe agitur, intenditur, & diſponitur. & ita tenet gloſſ. in dicta *l. ſi aliquam. in verſic. an quaſi meam.* Idem ſentit & tenet D Ang. ibi. *in columna ſecunda, ver. credo totum oppoſitum.* Idem ſentit. ibi Ioan. Imol. *col.* 2. licet non audeat diſcedere à communi opin. ita concludit *& reſidet Areti.* ibi. *columna* 5. *ad fin.* Antequam recitem & confutem aduerſas opiniones hanc probo, quia ex omnium vel aduerſariorum ſententiâ * quando interuenit verus titulus, & ficta traditio, transfertur dominium & poſſeſſio. *l. quadam mulier. D. de rei vendi. l. quiſquis. C. de dona.* 37. ¶ Sed vtrumque hîc interuenit. Primò, verus titulus, quoniam ſcienter rem ſuam, vt ſuam conducens, habet animum illam transferendi in locatorem, & locator animum illam acquirendi: & vterque contrahentium hoc intendit, & diſponit. conſtat perpendendo, quid ſit rem ſuam, vt ſuam ſcienter E ab alio conducere. Igitur adeſt verus titulus, ſpecificus, intentus, & diſpoſitus. ſiue enim iſte conductor intendat transferre liberaliter, eſt donatio: & eſt caſus rotundus de validitate contractus, tam in capite donationis, quàm locationis, & de tranſlatione dominij & poſſeſſionis in d. *l. quadam mulier.* ſiue intendat transferre mediante certo pretio, eſt venditio: ſiue pro alia mercede, aut ob aliam cauſam transferat, eſt alius quiuis cõtractus: & ſemper verus & legitimus titulus habilis ad tranſlationem dominij, eo ipſo quod dominus eam tradit animo transferendi dominij. textus in §. *per traditionem. inſti. de re. di. l. qua ratione. §. hæ quoque res. D. de acquire. do.*

38. ¶ Secundò interuenit * ficta traditio à iure approbata, videlicet eiuſdem rei conductio, per quam res ipſa, velut per columnam videtur tradi, vt inquit text. in d. *l. quadam mulier.* & contractus totus perfici, & conſummari per dominij & poſſeſſionis tranſlationem, & detentationis ex capite conductionis retentionem. Caſus eſt d. *l. quadam mulier.* ſimilis caſus eſt in *l. quiſquis in l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quidem. C. de dona.* vbi ſi quis donet, vel in dotem det, aut vendat, aut alia quauis cauſa tranſferat rem ſuam, * retento vſufructu, illa retentio vſufructus facit, quod ſtatim fingitur res verè tradita, ita quòd ſtatim conſummatus & perfectus eſt totus contractus, tam in capite donationis, venditionis, aut alterius tituli (quum acquirens ſtatim effectus verus ſit dominus & poſſeſſor) quàm in capite vſufructus retenti: quia ſtatim alienator eſt factus verus vſufructuarius rei quæ erat ſua, & quaſi poſſeſſor ciuilis & naturalis ſui vſufructus, & poſſeſſor rei naturalis tantùm ſecundum communem opinionem, de qua in *l. naturaliter. §. nihil commune. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſione*: nec opus eſt alia traditione, vel quaſi traditione vſufructus, de qua in *l. 3. D. de vſufruct.* ſed ſtatim habetur pro conſtituto & tradito.

39. ¶ Et quamvis iſta omnia ſimul & eodem temporis momento fiant, vt patet in *d. l. quadam mulier. & l. quiſquis*: Tamen * ordine naturæ, & intellectus, cenſetur donatio, venditio, & alia tranſlationis cauſa, & eius executio, prius fieri. deinde locationis aut vſufructus conſtitutio ſubſequi. vt etiam vult Aret. in *d. l. ſi aliquam. col.* 4. *ad fin.* Equis igitur dubitauerit, quin C hoc ſecundo & vltimo caſu valeat contractus, & dominium, & poſſeſſio tranſeat, quum ſint caſus dictarum *ll. quadam mulier. & quiſquis* & vbi caſus legis nulla eſt dubitatio. *l. illam, ibi minimè dubitatur. C. de coll. l. quod Labeo. D. de carbon. edict.* nulla quæſtio. *l. ancillæ. C. de furt. & in aut. de non eligen. ſecun. nub. multi. in prin. iuncta gloſſ. in verſic. nulla quæſt. col.* 1.

Attamen palam videre eſt * Bartol. in *colum.* 2. & Alexan. *colum.* 7. 8. in dicta *l. ſi aliquam.* in hoc eodem vl. caſu, quo quis conduxit rem ſuam, poſtquam declarauerunt quid ſit conducere rem vt ſuam, vt ſuprà diximus, tenere & concludere contra gloſſ. ibi, quòd non perditur, nec tranſfertur dominium, & ſic quòd non valet contractus, & quòd non tranſfertur poſſeſſio in locatorem, licet perdatur per conductorem ſcienter: & etiam non valere contractum, D & nullum tranſferri dominium concludit Rapha. Fulgo. in *conſilio* 5. quidam Guillelmus, *columna tertia, verſi. verum præmiſſo.* limitat tamen Bartol. in conducente ſcienter vt ſuam ab eccleſia, quia illi ex donatione dominium acquiritur ſine traditione, *l. fin. C. de ſacro eccleſ.* & eum ſeq. Alexan. ibi, *columna* 10. 11. 40. & eorum principale fundamentum eſt * famigerata illa theoria, à Dio. & Iacob. Rauen. primùm inuenta, quòd quandoque interuenit verus titulus & vera traditio & transfertur dominium, & poſſeſſio: quandoque fictus titulus & vera traditio, & idem *l. prima. D. de condict. indebi. l. cuius per errorem. D. de regulis iuris.* Quandoque verus titulus & ficta traditio & idem dict. *l. quadam, & d. l. quiſquis.* E Quandoque fictus titulus & ficta traditio, & tunc non tranſfertur dominium: de poſſeſſione variant, vt diximus. Et iſtud quartum & vltimum membrum exemplificant, & intelligunt in conducente rem ſuam etiam ſcienter, & quod plus eſt etiam ſi conducat expreſſe vt ſuam. Sed iſta theoria eſt erronea in ſecundo & quarto membro & totus error conſiſtit & fluit ab iſto erroneo termino (*fictus titulus*) & huius termini error, facit eos inſigniter paralologizare etiam in ſententia, & in apertos errores incidere, vt patet in quarto membro, & in quæſtionibus inde pendentibus. Quamuis enim ſint plures * fictæ traditiones à iure approbatæ, vt conductio. *d. l.*

* Principalis actus ſi non valet nec clauſula & confeſſionis tenebunt.

* Conducens vel aliàs recognoſcens ſuam tãquam ſuam, amittit dominium & poſſeſſionẽ.

* Quando dicatur res tãquam ſua vel tãquam aliena conduci vel recipi.

* Confeſſio etiam à ſcipſo facta ſuper iure rei ſibi diſponit, ſi tantùm probetur.

* Dominium & poſſeſſio tranſfertur interueniente vero titulo & ficta traditione.

Digitized by Google

quædam mulier. l. qui bona fide. in prin. D. de acquirenda vel amittenda possessione. Retentio vsufruct. *l. quisquis. C. de donatio.* Tamen nullus est * fictus titulus, & nusquam in iure reperitur, quòd lex fingat aliquem donare, vendere, aut alio quouis titulo transferre, vbi constat quòd hoc non facit, nisi sicubi (quod tamen verissimum est) materia subiecta: & vtilitate publica exigente, lex fingat interpositam stipulationem vbi constat eam omissam, vt in leg. *hîc verbis D. de adoptio. l. prima, in princ. C. de rei vxor. action.* Igitur malè & temerè illi antiqui doctores posuerunt fictum titulum: quia non est hominis, sed * solius legis fictionem introducere, vt decidit Bart. quem omnes sequ. in *rep. l. si in qui pro emptor. D. de vsucapio. col. 7. in fin. num* 13. plures ex illis doct. etiam assumunt fictum titulum pro præsumpto, vt latè tradit do. Andr. Tiraq. in *tract. de constituto possessio. par. 3. limita. 5.*

* Fictus titulus nullus est in iure seniè tùs Molineus.

* Fictio à lege tantùm induci potest.

41. ¶ Sed omnis titulus necessariò aut est verus & validus, aut nullus: verum est quòd titulus verus & validus, aut est expressus, aut tacitus, sub quo datiuum illud à lege quem strictum vocant comprehendo. Aut præsumptus, sufficienti præsumptione: & talis est is quem malè vocant fictum in secundo membro. vt quando quis indebitum scienter soluit scienti, tunc enim non impropria, nec ficta, sed vera licet tacita, celebratur donatio, text. est in dicta *l. cuius per errorem ibi donatio est.* ergo verè & propriè est donatio. & ita tenet Bartol. in *l. 1. col. 1. D. de dona.* dicens insinuationem requiri, sicut si expressum esset verbum, dono, & alij ibi seq. At in quarto membro grauiùs errauerunt: exemplificando tam in conductione facta ab ignorante, quàm à sciente: tam in facta tanquam de re sua, quàm vt de re aliena, inter quæ est diametralis differentia. Qua in ignoranter conducente, vel etiam scienter tanquam rem locatoris, & generaliter vbicunque locatio vel in feudum concessio, est nulla, non est aliquis, nec præsumptus, nec fictus, nec putatiuus titulus, sed nullus & funditùs defectus tituli, vt declarat Bal. in *d. l. cum falsa, ad fin. & in d. l. qui rem.* Sed in scienter conducente, vt suam non obstante quòd sit sua, non est fictus titulus, sed verus, licet tacitus vel præsumptus, sicut suprà ostendimus. Et expressè tenet Aret. *d. l. si aliquam. col. 4.* dicens quòd ille qui conducit scienter: simulatè temporis facit vtrumque simul, quia donat & tradit. Et licet traditio sit ficta, tamen donatio est vera & præsumpta: & sicut ex titulo expresso & ficta traditione transit dominium de iure communi, vt d. *l. quædam mulier & d. l. quisquis.* ita ex titulo tantùm præsumpto, & ficta traditione. Et sic non concurrit verè nisi vna specialitas. ita ad literam Aret. in *d. l. si aliquam. in fi. col. 5.* Post Lud. Roma. ibi, & dato quòd essent duæ specialitates, tamen vna venit in consequentiam alteriùs vt tradit Andr. Tiraq. in *tract. de constit. part 3. limit. 5. in fi.* Reprobando opinionem Io. de monte specillo in *l. certi condictio §. depositi. D. si cer. pet.* Aliam autem distinctionem in d collectaneis meis concinnam, inter titulum verum, præsumptum vel putatiuum, cùm traditione vera, vel ficta, & inter traditionem veram, vel fictam, omni specie tituli denudatam, quàm cùm multis aliis prolixitatem & euagationem veritus pro nunc omitto.

42. ¶ Ex his patet quòd * dominus recognoscens, vel recipiens in feudum rem suam liberam, scienter vt suã, hoc est non obstante quòd sit sua siue expressè, siue tacitè hoc agatur, & de hoc constet, vt diximus, efficit illam feudalem. Nec obstat quòd non interuenit inuestitura, vt obijcit Oldra. *q. 133.* factum tale est, & refert Bal. de *cap. qui curis vendi in prin. col. 6.* quòd certus est modus constituendi feudum, puta per inuestituram, vt *cap. vnico. quib. mod feu constit. potest* non autem hoc fit per simplicem recognitionem. vt *C.* de li. causa. *l.* liberis. *l. parentes. l. interrogatam*, quia respondeo, quòd etiam ad constitutionem feudi de * nouo non requiritur præcisa vera inuestitura, sed sufficit actus æquipollens, qui pro inuestitura reputatur, vt si dominus alicui coram paribus curiæ dixerit, vade in possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo: licet enim non intercesserit inuestitura, tamen perinde feudum verum & rectum constituitur, ac si interuenisset. text. est in *c. 1. in prin. de consuetu. restit. feudi.* & ita not. Bal. Aluaro. & alij in dicto *cap. vno. quibus modis feu. constitui potest in vsibus feu.*

Feudalis res efficitur, quàm (licet suam & liberam) dominus feudalem scienter recognoscens & recipit.

* Inuestitura in nouo feudo non requiritur præcisa sed sufficit actus æquipollens inuestituræ.

43. ¶ Apud nos autem nulla requiritur præsentia curiæ, vel parium, nec alia forma inuestituræ, sed sufficit simplex concessio, & receptio in feudum, quæ verè fit, & geritur in isto casu: nec est facienda differentia vtrùm isto modo recognoscatur ecclesia, vel priuatus, in quo ferè omnes doctores errauerunt, quia hîc adest verus titulus, & sic nulla est specialitas nisi vnica, videlicet quòd traditio est ficta: sed non est minùs efficax, vt patet in * *d. l. quisquis*, quæ solùm habet locum vt ficta traditio intercedat, quando retinetur vsusfruct. sed etiam quando vsile dominium retinetur in feudum, vel emphyteusim, animo transferendi directum in recognitum: quia hoc pro vera traditione habetur: & directum dominium cum ciuili possessione transfertur. Ratio, quia id verè & ex certa scientia agitur vt recognoscens remaneat in possessione, tanquam verus vasallus, vel emphyteuta quæ est ficta traditio possessionis translationem operans, & per consequens dominij etiam in priuato: ita decidit Bal. in *c. cum venissent, in fin. ver. idem ergo de restitu. spolia. & in rubr. extra de præscrip. col. 2. in fine versicul. quid si obsiteor.* Ex his habes clarè & resolutiuè declaratam materiam recognitionis rei propriæ, in qua confusè & prolixè nimium locuti sunt scribentes in dicta *l. si aliquam, & l. cum falsa. C. de iurisd. & fac. ignor.* quarum legum non potest vna benè intelligi si sine alia, vt patet per prædicta: quicquid dicat Paul. in d. *l. cum falsa.* & expéditam difficilem illam quæst. quam in multis locis mouit Iaso. videlicet in *l. 1. col. 3. num. 15. D. officio procura. cæsa. & in d. l. cum falsa. & in l. 2. col. 57. q. 16. C. de iure emphy.* Et tamen semper indiscussam & indecisam reliquit. Vt ad id vnde digressi sumus reuertamur.

* Ampliatio ad *l. quisquis C. de donat.*

44. ¶ Quæro, vasallus habens castrum vel amplam domum cum certis adjacentibus prædiis in feudum, acquirit * iurisdictionem in castri, vel domo & prædiis feudi, An cedat feudo? videtur quòd sic: quum videatur esse incrementum intrinsecum, & possit vasallus facere conditionem feudi, & domini meliorem, inquit text. *de inuesti. de re alie. fac. §: è contrario, in fine, vbi num. 2.* ita firmat præposit. Mediolanen. Veritas est in contrarium, quia iurisdictio potest per se subsistere, & separari, salua sui substantia à castro, prædiis & rebus feudalibus, quæ poterunt esse vnius & iurisdictio alteriùs, vt originaliter decidit Bald. in §. *è contrario de inuesti. de re alie. facit.* & ibi Iaco. Aluarot. Et bene licet Præposit. ibi contrariũ teneat & opinionem Baldi sequitur Caro. Ruin. *con. 14. lib. 1.* & not. Paul. in *cons. 56. videtur ducendum vol. 2.* Alexan in *consi. 6. in casu & lite col. 2. vol. 2.* Imò posset * territoriũ esse sine iurisdictione, & iurisdictio sine territorio, vt decla. Bar. in *l. 1. col. fi. D. de iurisd. omnium iud.* Phi. Deci. in *cons. 483. col. 2. consi. 528. col. vlt.* Nicol. Boer. *decisio. Burdegal. 227* & dicit Baldus in *l. data opera. columna 10. super prædicamento situs ad fin. C. qui accusa. non possunt*, quòd est quædam qualitas territorij, ab illo separabilis: & sic licet sit addita feudo, tamen dicitur augmentum extrinsecum: imò omnino alterius naturæ & qualitatis. Igitur non cedit feudo, per text. in dicto §. *è contrario*: vbi ita tenent Bal. Aluar. *in fine.* plus dicit ibi Baldus, quòd iurisdictio nedum est separabilis, sed parata: quod non est verum, nisi considerando iurisdictionem in se ipsa sola, & in abstracto, & prout est quid incorporale, distinctum à proprietate fundi, cùm quia nihil habet commune, vt pulchrè not. Bal. in *l. à procuratore C.*

* Iurisdictio adquisita per vasallum & adiecta feudo, non cedit feudo, nec potest in eam dominus manum iniicere nec transit ea alienato feudo.

* Iurisdictio potest esse sine territorio & è contra.

manda. Alioquin quandiu est annexa ipsi castro, non dicitur ius separatum, sed censetur de iure & pertinentiis castri, & in dubio dicitur adhærere castro & territorio, vt tenet Bartolus in *l. inter eos. D. de acquir. rerum domi.* Petr. Ancha. in *repet. c. accessorium. colum. 31. de reg. iur. in sexto*, saltem materialiter & passiuè, vt inquit Alexan. in *consi. 35. viso processu col. 2. vol. 4. & in dicta l. 1. col. fi. de iurisd. omnium iudi. vbi vide concor.*

45. ¶ Et in alienatione* & dispositione castri transit cum eius vniuersitate, per not. Inno. in *cap. cum ad sedem. col. 1. extra. de restit. spolia. in c. ex literis de iure patro.* vbi per Hosti. Ioan. Andr. & cæteros cano. quod est verum quando disponitur de ipso castro in se, vel de eius parte sub nomine quotæ. Secus si disponeretur de prædiis particularibus castri, etiam adiecta clausula vniuersali, cum omni iure: quia per eorum venditionem aut alienationem, nulla transfertur iurisdictio secundū Bartol. in dicta *l. prima in fine. D. de iurisd. omnium iudicum, & omnes seq.* sed remanent prædia sub iurisdictione castri, vt priùs* nihil enim habet commune proprietas prædiorū cum iurisdictione, vt not. decla. Oldra. in *consilio 176. factum tale est.* Bal. in dicta *l. à procuratore, & D. de rerum diuisi. in rub. columna 3. versic. sed nonne aluens.* & pulchrè in *consi. 138. considerandum est. in consi. 293. Thema integrale, & in consilio 322. in primis, vol. 4. in cap. vnico. § finali* per illum textū *quibus modis feudum amit.* & ibi sequ. Aluarot *colum. fin. numer. 4.* Ludo. Ro. *consi. 444. An dictum castrum.* Iacob. de S. Geor. in *sua inuestit. feu. in vers. de castro, rubei montis, col. 1. & 2.* Bertha. fir. *in tract. Gabell. par. 1. quæst. 13.* Andr. Barba. in *addi. ad Bal. de cap. qui curiam vendi. in fin. princ. in vsibus seu domi.* Francisci Curt. in *l. prima, columna finali. D. de iurisdictio. omnium iudicum.* Philipp. Deci. *consil. 483. num. 9.* Et sic iurisdictio acquisita & vnita feudo per vasallum, efficitur sicut vnum corpus cum castro,* velut capitè rei feudalis, cui castro & capiti, censetur adhærere tāquam digniori, & sicut accessr. principali, vt inquit Bal. in *c. ad hoc. col. 2. de Allod* post Io. Bian. in *sum. feud.* sicut destinatione patrisfamil. prædium acquisitum efficitur vnus fundus cum feudo, inquantum feudum est res patrimonialis, vt suprà declarauimus, non tamen iurisdictio vel prædia addita efficiuntur feudum, nec cedunt feudo vt feudo, quia non vniuntur ei in eadem qualitate feudali eiusdem feudi. 46. Igitur non subsunt manui domini prehenso feudo, imò nec includerentur in dispositione facta per vasallum de suo feudo in qualitate feudali talis feudi, nec etiam vbi aliàs ex circunstantiis appareret de intentione disponentis, quod non intendit comprehendere quasdam pertinentias vel annexa, vt notab. tradit Areti. in *consi. 148. paucis est agendum.* Ludo. Ro. in *consi. 166. visa diligenter. col. 2. versic. quo ad secundum, quem seq.* Sozi. in *l. si is qui ducenta. §. verum. col. 3. num 3. D. de rebus dub.* & Feli. in *cap. 2. col. 9. notab. 6. versi. & priùs nota. extra de referip.* Plus dico, quòd in dubio* iurisdictio non præsumitur esse feudalis, nec de pertinentiis castri in quantum est feudum: & sic* dominus feudalis (excepto rege) non habet intentionem fundatam in iurisdictione feudi, vt feudalis sit & à se moueatur nisi probet, vt in simili nota. Alexan. *consil. 55. numer. 18. numer. 19. lib. 4.* & not. supra *ea. gloss. nu. 20. & infra §. 46. num. 7.* fa. quòd not. Alexan. *consi. 94. num. 11. lib. 5* quod iurisdictio in dubio intelligetur concessa personæ & non territorio. Et sic Cardin. Alexand. valde errauit in *d. §. 47.* ¶ Ex his patet decisio illius quæstionis, an* concesso castro sit concessum territorium & iurisdictio? In quo dicendum est, quod sic, de territorio & iurisdictione quæ erant annexa castro tempore concessionis, non aliàs. Idem dicendum est de molendinis & aliis pertinentiis, quæ erant annexa castro, & in dominio disponentis tempore concessionis: secus de his quæ erant de dominio priuatorum, vel aliorum, vel etiam ipsius concedentis, sed ratione personæ,

* Iurisdictio transit cum vniuersitate castri.

* Amplia ad l. quinq. C. de dom.

* Iurisdictio nil habet cō mune cum prædiorum proprietate.

* Iurisdictio adhæret castro velut capiti rei feudalis.

* Iurisdictio adquisita per vasallum & adiecta feudo, non cēsetur feudo, nec potest in eam dominus manum imittere nec transire alienato feudo.

* Iurisdictio nō præsumitur esse feudalis nec de pertinentiis castri.

* In iurisdictione feudi nemo (præter Regem) sibi fundam intentionem fundatam habet: nisi probet.

* Castro cō cesso videtur concedi territorium & iurisdictio, vt & molendina & pertinētiæ omnes annexæ castro tēpore concessionis.

vel ex priuilegio, aut aliàs, & non ratione castri, nec de pertinentiis castri. Bartol. dicta *l. inter eos. D. de acquiren. re. do.* Et ita determinat Bald. post longam dispu. in *cap. 1. de ea. qui curiam vendidit.* in princ. colum. 3. *versic. soluendo dixit.* Iacob. But. & in *columna fin.* ibi alia. q. formatur à domino Dy. Idem Bal. in *l. monumenta. C. de legat. in l. cum multa. ad finem. C. de bon. quæ lib. & in l. 1. §. in intio. col. 1. versi. sed quid in donatione. D. de officio præfect. vrb.* & ibi Bartol. §. *cum vrbem & seq.* Petr. Anchar. in *rep. d. cap. accessoriū. col. 34. in fine 3. quæst. principa.* Paul. Ca. in *consi. 406. satisfaciendo. col. 2. versicul. 4. quæritur volum. 2. & consi. 187. notandum est col. 2. vol. 2.* Anto. Cor. in *tractat. de potesta. & excell. reg. quæst. 5.* & scite tradit. Fabius de monte S. Saui. *intra de empt. & vend. in quæst. 6. princip. versicul. circa tertium mēbrū.* Franc. Purpura. *l. 1. colum. penult. D. de iurisdi. om. iud.* Andr. Alciat. *cap. quod sedem num. 89. extra de offi. ordi.* Philipp. Deci. *consi. 483. numero 19.* Et ita limitanda & intelligēda sunt quæ late discutit Oldr. *q. 251. ad quæstionem.* & Bar. in *l. 1. §. vlt. & omnes post eum. D. de iurisd. omnium iudicum.* Iaco de S. Geor in *inuesti. feu. versi. de castro rubei montis, cū concord. per eos allega.*

48. ¶ Declaro primo, vt* nedum transferatur simplex iurisdictio, sed etiam merum & mixtum imperium: & maximè si concessio fiat à principe, vt not. per Bart in *d. §. cum vrbem.* Et doct in *l. fin. D. de constit. princip. in l. si quando. 1. C. de bo. vacan. lib 10.* quod intellige, vt dixi, quando merum & mixtum imperium adhærent castro vel rei concessæ, aliàs nulla transfertur iurisdictio, etiam si concedens aliàs habeat ibi omnem iurisdictionem, nisi expressè dicatur, quo casu si fiat mentio* iurisdictionis simpliciter intelligitur de simplici iurisdictione tantùm, non autem de mero, nec de mixto imperio: vt rectè tenet. Bal. in *cap. quanto col. 2. extra de iudic.* Panor. in *cap. quod sedem de offic. ordin.* (quamuis pract pap. *in lib. actio. confesso. pro fermit. in glo. plenam & omnimodam. versi per hoc autem*, tenuerit contrarium. & etiam Philipp. Deci. in *cap. licet causam. col. 1 de proba.* Andr. Alciat. in *dicto capite, quod sedem num. 41.* sed male.) quoniam in generali mandato & multo fortiùs, in noua & perpetua concessione in proprietatem non venit imperium vel mixtum, nisi expressim & specialiter dicatur. text. in *l. 1. in prin. D. de offi. eius cui manda. est iurisdi.* etiam si concessio fieret a supremo principe Francorum rege, vt in terminis decidit Specu. in *tit. de iurisdi. omnium iudic. §. 1. num. 16. versi. verum tamen.* & ibi Ioan. Andr in *addi.* Ias. in *l. imperium. col. 5. num 14. D. de iurisdi. omnium iud.* quorum dicta debent intelligi & limitari nisi ex conditione & qualitate rei concessæ vt dixi, vel ex verbis concessionis, vt* si diceretur cum omnimoda iurisdictione, vel cum plenissima iurisdictione, iuxta gloss. & doct in *cle 1. vers. omnimodam. de for. compe.* vt tenet. Bal. in *l. placet. colum. penult. C. de pedā. iudic.* Panor. in *cap. conquæstus. colum. 2. extra de iudici.* Iacob de S. Georg. in *inuesti. feud. in ver. cum mero mixto imperio col. 4. versic. sed quid si habens.* Et quòd dixi in concessione iurisdictionis venire * tantùm simplicem, maximè procedit quando non ratione loci, nec in proprietatem donatur iurisdictio, sed quando solùm committitur seu mandatur in exercitium & administrationem, vt in concessione officij, tenet Feli. in *cap. quod sedem col. fin. de offi. ordina. versi. cogitaban.* vbi primus casus Felin debet restringi secundùm prædicta cū concor. quas Feli. Decius & alij prælleg. adducunt, quia nolo in illis minutatim congerendis occupari.

49. ¶ Declaro secundò vt si concessio, vel noua infeudatio castri, seu alicuius ducatus, aut cōmitatus, fiat a supremo rege nostro. cum* translatione omnis imperij, & potestatis, etiam si expressè dicat se donare & cedere omne ius quod in eo habet: nihilominus ius superioritatis, & supremæ potestatis imperij & iurisd-

* Castro cō cesso videtur concedi territorium & iurisdictio, vt & molendina & pertinētiæ omnes annexæ castro tēpore concessionis.

* Iurisdictionis verba intelligitur simplex iurisdictio non autem merum aut mixtum imperium.

* Iurisdictio omnimoda & plenissima hæc cōcessa, intelligitur quoad exercitium & administrationem cessum.

* Imperium & potestas hæc cōcessa sit suprema potestas appellationis cognitio cēsetur cessa, & ius superioritatis remanet penes concedentem.

ditionis remaneat penes concedentem: ad quem poterit appellari à sententiis latis per donatarium vel suos iudices. Et de causis appellationum poterit concedens liberè cognoscere vt dominus supremus, vel is cui commiserit. ita Ioan. Andr. in *addi. Specul. de iurisd. omnium iudi. in addi. incip. vidisti duas. columna fin.* Angel. in *l. prima §. qui mandatum. D. de officio eius cui mãda. est iurisdi. fa. quæ dicã infrà §. sequ. glossa 4. nu.* 18. quia* à supremo principe (in quo sunt omnes thesauri dignitatum reconditi Bald. in *cap. 1. in princip. quib dica. dnr.*) velut à mari fluunt omnes iurisdictiones, & ad eum refluunt sicut flumina inquit Azo. in *sum. de iurisd. omnium iud.* Bal. in §. *ad hoc de Allod. col. 3. versicul. ex præmissis. in vsibus feudorum* Angel. in *l. 1. in princip. D. de officio eius cui manda. est iurisdi. & in rubric. D. de iurisd. omnium iud.* Carol. in *consil. 22. nu. 7. lib. 1.* non quòd sint manuales seu reuocabiles ad nutum, (vt adulatores aulici & forenses quæstuarij blaterant, sed quod vt membra dependent à capite, quod non potest sine illis subsistere, nec membra supprimere, nec* potest summus princeps in totum alienare, & abdicare seu, vt dicunt, expropriationem facere, territorij, dignitatis vel iurisdi. licet commoda, & vtile dominium concedere possit, salua superioritate, recognitione & fide. vt notat. ait Bal. in *proœm. feu. columna 8. versicul. expedita. & in proœm. C. columna 3. ibi, tertiò per modum expropriationis.* aliàs esset homicida suæ dignitatis, vt inquit idem Bal. in *c. licet causam columna tertia extra. de proba.*

50. ¶ Aduerte tamen quòd quantumcunque concessum sit merum & mistum imperium, cum omnimoda iurisdictione, etiam in proprietatem & ratione territorij* intelligitur in prima instantia, non autem de causis appellationum in secunda instantia, ita quod is cui facta est concessio non poterit deputare, vnum iudicem pro prima instantia, & alium pro secunda, nec aliter per se vel alium cognoscere de causis appellationum à sententiis suorum iudicum, quia istud ius cognoscendi de causis appellationum (quod Gallici ressortum vocant) vt patet per Io. Fab. *instit. de attilia. tuto. in prin. col. 4.* & declar. Guid. pap. in *deci. delphi. 518.* non censetur de dubio concessum, sed reseruatum. ita tenet Ang. in dicto §. *qui mandatum.* Iacob. de S. Geor. in *inuesti. feu. ver. cum mero mixto imperio. col. 2. vers. sed an ille. & sub vers. & dic. vasalli pro dict. reb. feu. col. 13. vers. vnum semper notetis*, & hoc nisi expressim concedatur, vel sit de natura & conditione rei concessæ, vt quando conceditur castrum in castellaniam, vel cum iure castellaniæ, quod secundum communem vsum & consuetudinem huius regni, importat plenam iurisdictionem in prima instantia, & vnum ressortum tantùm, id est ius primarium appellationum, à sententiis primæ instantiæ: 51. si ita quod* castellani huius regni solent habere vnum iudicem pro primo tribunali, quem præpositum vocant, qui omnem iurisdictionem exercet in prima instantia: & alium iudicem pro secundo tribunali, quem balliuum vocant, qui cognoscit in secunda instantia de causis appellationum à sententiis primi iudicis domini castri & castellani, quamuis è rep. esset, quòd vnicum tantùm iurisdictionis gradum, cúmque probè administratum haberent. vt not. j. §. 2. *glo. 3.* Nec obstat quod Franciscus Curt. in *j. & vlt. par. feu. q. 12.* videatur tenere contradict. opi. Ang. per doct. Bart. in *l. 1. ad fi. D. quis & à quo appell.* Panor. in *c. relatum. ad fin. extra de officio delega.* dicentium quod à sententia vicarij non generalis vel foranei appellatur ad eum qui commisit, & non ad superiorem committentis: quia loquuntur in meris terminis iuris communis disponentis, quòd à sententia delegati appellatur ad immediatum delegantem: non autem decidunt quòd inferior 52.* habens iurisdictionem limitatam, possit delegare semel vel pluries, vt cognoscat de vna vel pluribus causis appellationis, frustrando superiorem iure suo, quia hoc esset in fraudem appellationis ad superiorem deuoluendæ, & non valeret etiam si fieret per viam statuti abhabente potestatem statuendi per text. & no. in *c. venientes. de iureiuran.* siue directò, siue per indirectum. vt not. Lud. Ro. in *consil. 23. visis colu. 2.* & si verè est opin. Ang. & quotidie notoriè practicatur. Quinetiam in meris terminis pontificij iuris, Si Episcopus certam causam speciali vicario, & non generali delegaret, ad hoc vt ad se, & non ad superiorem appelletur: non proderit sibi huiusmodi fraus, & cautela: sed poterit ad superiorem omisso delegante appellari. Et potest superior censurâ ecclesiasticâ coercere committentes tales fraudes, etiam per viam constitutionis & canonis generalis latæ sententiæ, vt expressim tenet Specu. in *tit. de appellatione. §. 4. nunc tractemus. ver. sed secundum præmissa. nu. 6.* referunt & sequ. Io. Imo. Io. Andr. Lap. Gemi. Phi. Fran. in *c. Romana in prin. de appellatio. in 6.* & latè Firmia. in *tract. de episcopo. lib. 4. par. q. 26.* Et generaliter & absolutè quòd hoc non possit fieri, etiam de iure ciuili tenet & probat singulariter Ioan. Fab. *insti. de vulg. substit. in princ. ad fi.*

53. ¶ Declaro tertiò vt* in concessione castri, vel ducatus, aut comitatus, facta per supremum principem cum omni imperio, etiam cum hac clausula, *omni iure* quod habet nullo reseruato, non veniant nec transeant regalia, & alia reseruata regiæ maiestati in signum supremæ potestatis: sed solùm ea quæ possunt conuenire illi, cui fit concessio, seu cuilibet inferiori, & domino particulari castri. nam duplex ius habet rex in castro, vel re concessa, vnum tanquam dominus specialis & vtilis ipsius castri, quod fortè emerat, & illud censetur transferre; aliud tanquam rex, quia habet dominium directum & ius regium vniuersaliter in toto regno, & de isto iure regio, nihil transfertur, ita punctualiter decidit Albér. in *l. 1. in fin. D. de officio eius cui manda. est inrisd. & in l. fi. in fi. C. de iurisd. omnium iud.* Luc. Pen. in *l. 1. col. 7. vers. vel dicas plenius, de priuileg. schola. & l. 1. col. 2. ver. sed pone rex. de vetera. lib. 12. C. Laurent. Calca. in consi. 102.* Ratio est duplex, prima, quia huiusmodi regalia sunt de iuribus coronæ, & illi annexa, & inseparabilia: nec sunt in commercio. *l. apud Iulian. §. constat. D. de legat. 1. l. fi. D. vt in posse. lega.*

54. ¶ Ita quod* non sunt alienabilia etiam per ipsum principem ex certa scientia vel motu proprio, vt decidit And. Ise. in *c. 1. §. similiter potest. col. 2. ver. in his fundationib. de cap. qui curi. vend. & latius* Luc Pen. in *l. 2. C. de iure reipub ad fi. lib. 11. l. contra publicam. col. 5. de re mili. lib. 12.* & copiosissimè in *l. quicunque. 1. per. 4. col. de omni agro deser. lib. 11.* Ioa. Pla. in *l. prædia. C. de diuer. prædi. lib. 11.* Omphallius *lib. 1. de functio. princ.* & de facto alienata debent sine vllius assertionis obstacula, ad ius pristinum reuocari, ita vt nulli penitus audiantur, qui aut rescripto, aut annotatione dominiũ. vel emphyteusim, vel conductionem, quolibet genere largitatis se meruisse causentur. per text. in *l. omnes fundi. de fund. lib. 11.* & ibi Luc. per arg. à fortiori, quia si sic reuocatur alienatio patrimonialum, multò magis fiscalium, quæ sunt in dominio coronæ. fit quod manubia nup. conquerente alia sibi detrahi *l. 2. C. de apparito. proconsul. & lega. lib. 12.* Fortiùs probat Luc. in *l. 2. in ver. qui spiam. col. 1. de fun. limitro. eo. libro*, quod nec à priuatis possideri, nec præscribi possunt.

55. ¶ Secunda ratio, quia etiam si aliquo modo possent concedi, tamen non veniunt sub quibuscunque verbis generalibus, sed demum si* specialiter & expressè concedantur, vt nõ. omnes doct. in *c. vnic. quæ sint regal.* per illum text. in versicu. *nisi quæ specialiter*, qui tamen text. non hoc, sed aliud intendit, sed satis clarè probatur per *c. quod translationem de officio deleg. & quæ gl.* & doct. not. ibi. & in *l. 1. in prin. D. de officio eius cui manda. est iurisd.* vbi vide, ne immoter in concordant. nõ necessariis ad resolutionẽ. Itaq; in prædicta

* Iurisdictiones omnes fluunt à principe tãquam à mari, & in eum eodem modo refluunt.

* Imperium omnimodum alienãs princeps est homicida suæ dignitatis.

* Iurisdictione concessa (etiã in proprietatem) vnicus tamũ gradus iurisdictionis intelligitur cõcessus, hoc est prima instantiæ, at nõ appellationũ, nisi aliud natura rei concessæ suadeat.

* Castellani huius regni duos habent gradus iurisdictionis.

* Iurisdictionis habens certos gradus non potest eos multiplicare delegãdo vel subdelegando.

* Regalia nõ transeunt etiam sub vniuersali clausula.

* Regalia nõ sunt alienabilia per principem.

* In regalibus specialis concessio requiritur.

concessione cum omni imperio & plenissimo iure sine concedatur in proprietatem, vt in themate, sive in officium & administrationem, vt dignitas proconsultatus, velut hi quos nostrates vocant locumtenentes regios & gubernatores prouinciarum, non venit potestas legitimandi, aut restituendi famæ, & cætera reseruata, vt criminis, & damnationis capitalis gratiam facere secundum Bal. in *d. l. placet 1. col. fin. ver. secundo quæro. C. de pœn. iudi. & cautum constit. regis Ludou. 12. anno 1499. arti. 70.* nec potestas creandi notarios publicos: vt no. Inno. & alij in *c. cum p. tub. de fide instru. & consti. regis Philippi Pulchri, anno 1300. arti. 20.* & Bal. enumerat 16. reseruata in *l. imperium, columna 2. D. de iurisd. omnium iudi.* Et prædicta procedunt quantumcunque verba sint prægnantia, etiam si sit facta mẽtio quorundam regalium, & subiecta clausula generalis, quicquid dicant And. de Isern. in *rubr. quæ sint regalia. columna 2. in ver. sed.* & Paulus *consilio 63. quod dicti reditus lib. 1.* quos refert & sequitur Andreas Alciat. in *capite quod sedem, numero 41. extra de officio ordi.* & malè semper etiam excepti censentur casus, quos Regios vocant, regijs iudicibus reseruatos, puta falsæ monetæ vel violentiæ cum armis. Numquam enim horum cognitio transit, nisi filijs regum fieret concessio. & hinc est quòd in ducatibus & comitatibus, * quinetiam appanagium, vt vocant, dentur, deputentur iuuenes Regij qui de his casibus reseruatis cognoscunt. 56. ¶ Ideo puto Baldum malè * consuluisse in *cons. incip. Casus est talis*: in ordi. 64. *vol. 1.* secundum veterem impressionem, & in ordi. 201. *vol. 2.* secundum nouam, vbi consuluit pro episcopo & comite Beluacensi pari Franciæ, quod per tempus immemoriale potuit in suo territio præscribere potestatem, creandi notarios publicos, contra regem priuatiuè ad ipsum regem: & malè, quum hæc iura regia non sint præscriptibilia per inferiorem, nec etiam transibit potestas condendi leges, vel statuta, vt tenet Angelus in dicta *l. imperium col. 2. ver. ex prædictis etiam.* quamuis Iacobi. de S. Geog. in *inuesti. feud. in ver. cum mero, & mixto imperio, col. 2. ver. an nobilis contrarium teneat*: quia condere leges est ita arduum, quod etiam quibusdam speciatim regalibus concessis, sub generali clausula, non veniret: licet contrarium asserat And. Iser. in *rub. quæ sint regalia, in col. 2. ver. concedendo generaliter.* & magis est erroneum quod idem Iser. *ibidem*, dixit constituere magistratus, non esse minus quàm condere leges: & ad hunc errorem videtur impegisse Lucas in *dicta l. 1. col. 7. de priuil. schola.* dum inter potestatem leges condendi, notarios creandi, monetam cudendi, & cætera regalia, enumerat magistratuum constitutionem.

57. ¶ Verùm magistratum constituere non * est in se de regalibus: sed est effectus dominij iurisdictionis vel imperij, & sic est multo minus quàm suo iure habere iurisdictionem vel imperium. Et eo ipso quod iurisdictio in aliquem suo nomine transfertur statim in necessariam consequentiam, venit potestas constituendi magistratus idonei, ad illius administrationem & exercitium. Nec obstat quod in dicto §. *ad hoc*, inter regalia enumeratur potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam, quia ille textus loquitur de magistratibus regijs vel imperialibus, ad regiam vel imperatoriam iurisdictionem exercendam, non autem de alijs: singuli enim magistratus, nomine & vice domini iurisdictionis committuntur * nec possent committi ab vsufructuario, nisi prout distinximus, j. §. 108. hæc enim de se spectant ad proprietarium: * Nec magistratus habent aliquod ius aut dominium in iurisdictione, cuius omne ius, dominium & possessio, residet, penes principem, vel alium dominum: sed habent exercitium & administrationem tantùm. Et vera est maximè in hoc regno opinio illa Lotharij, quam scitè & eleganter refert & sequitur Andreas Alcia. *lib. Parado. 2. cap. 6. contra Azo.*

58. ¶ Et hinc est ratio, quod magistratus (vt hodie vsitatur, olim si quidem aliter obseruatum fuit, ex tolerantia regum, vt patet in *constitu. Caroli septimi, art. 105. & Caroli octaui art. 73.*) non possunt sibi constituere vicarios, vel locumtenentes, sed hoc spectat ad dominum: quoniam vsuarius alium vsuarium nequit constituere, vt inquit Alciat. & vltra eum quod etiam ipsi iudices ordinarij non sunt domini iurisdictionis, sed simplices administrantes tenet Bald. in *cap. cum viceſimum in fine col. 1. versi. quæro, quæ ætas, de offi. de legat.*

59. ¶ Et * hinc est ratio quod in hoc regno, non possũt pro titulo suorum officiorum experiri interdicto *vti possidetis*, aduersus prætendentem idem officiũ: quamuis ferè in effectu simili vtantur formulâ, coram certis iudicibus, quos Magistros requestarum hospitij vocant, qui cognoscunt non de creatione officiorum regiorum, sed inter plures de officio regio litigantes, & eadem instantia tam quasi possessorium quam petitorium decidunt. quidam enim arbitrantur esse rationem, quia domini concedentes officia, solent apponere hanc clausulam, *quandiu nobis placebit*: quod non infert, quia habens precario vel ad nutum potest vti interdicto *vti possidetis* aduersus omnes præter dominum text. in *l. qui precario D. de preca.* Vera igitur ratio est, vt dixi, quod habens huiusmodi officium, nullum habet ius in iurisdictione, nullam possessionem, sed nudum exercitium & administrationem nomine domini: vt in simili de officio iudicis delegati, & procuratoris dicit Bal. in *l. 2. col. 1. versi. aduerte quia nunquam inuenies. C. de sentẽt. & interlocu. omnium iudi.* Amplio etiam in officianjs dominorum locorum, quos subalternos vocant. Amplio 2. etiam in dependent. ab officio, vt si de priori possessione litigent, *vt dixi j. tit. 3.* Amplio etiam si promoti sint causâ remunerationis vel alias, vt non possint ad libitum reuocari. ¶ Limito in officijs * hæreditarijs, quia cùm ad successores transeunt iure patrimoniali, pro fundis vel prædijs, habentur.

60. ¶ Vt redeam ad conclusionem huius tertiæ declarationis, hanc limitant Ludo. Rom. *in consi. 271. vide rota &* Paulus in *consilio 63. quod dicti reditus salis, vol. 1.* quando * in concessione essent specificata quædam regalia, deinde subiecta clausula generalis, quia tunc veniunt reliqua regalia æqualia vel minora, sed non maiora expressis per text. *in cap. sedes apostolica, de rescript. cap. qui ad agendum, de procura. in 6. cle. non potest eo l. fi. §. cui dulcia. D. de ve. sri. lega.* quamuis aliter etiam cura aliquorum specificationem nisus sit consulere Ial. per nouem fundamenta colorata in *consilio 45. in secundo dubio, vol. 1.* & adhuc ista limitatio est intelligenda in concessione temporali, quæ non inducit alienationem, alias frustra laboraretur, quia prorsus non possunt alienari, nisi in filios masculos regum, per modum & formam appanagij, vt est lex, & modus vtendi & loquendi *ἐν ἐξαιρέτῳ* Franciæ. & latè deduxi in quodam meo consilio, Anno 1530. super quibusdam pertinentijs comitatus Claromontensis, Ludouicæ à Sabaudia matris Regis Francil. primi. 61. ¶ Ex prædictis etiam patet decisio alterius quæstionis, * an miles recognoscens castrum in feudum, videatur hoc ipso recognoscere iurisdictionem & territorium? quam quæstionem format Oldra. in *consilio 121. ad primum, in prine.* vbi vtrinque arguit, & tandem concludit quòd non, simpliciter nulla facta distinctione casuum. & eum sequitur Albericus in *l. fin. col. vltima, C. de iurisd. omnium iudi. & in l. imperium, col. 15. D. eo.* Certè primò esset recurrendum ad tenorem primæ concessionis & inuestituræ: secundò ad dinumeramenta: quòd si de nullo appareat, nisi de hac sola recognitione, de cuius errore, aut inualiditate non sit controuersum, nec an sit tanquam de nouo an tanquam de veteri feudo facta, an tanquam de re sua, an tanquam de aliena, sed solum de eius effectu: debet tertiò, & vltimò attendi, an territorium & iurisdictio sint de pertinentijs castri,

* Regibus tran. cum etiam sub generali clausula.

* Lego, qui in appanagiũ vt vocant, dantur deputantur iudices Regij. Contra Bal.

* Regalia sunt alienabilia per principem.

* Magistratus constitutio in genere suo non est de regalibus.

* Vsufructuarios non potest committere & constituere magistratum.

* Magistratus modum vsum & exercitium iurisdictionis habet nomine domini.

* In regalibus specialis concessio requiritur.

* Hæreditaria officia ad successores manscant & pro fundis, prædijs & patrimonijs censentur.

* Regalia quæ & quãdo reuniãtur & transferantur.

* Castrum ab alio recognoscens, nõ hoc ipso videtur recognoscere iurisdictionem & territoriũ.

& eodem iure & titulo teneantur ſimul, tanquam vna res, & tunc cenſetur tota recognita: cum territorio, iuriſdictione, & appẽdentiis, alioquin ſolum caſtrum muris clauſum cenſetur recognitum, & ita decidit Bal. in *cap. 1. in princ. col. 5. de cap. qui curi. vendi.* Ex quo conſequitur ſimpliciter loquendo, & in dubio, ſi non appareat de titulis nec de pertinentiis caſtri, veram eſſe opinionem Oldradi quamuis eam reprehendat Petrus Anchar. in *rep. c. acceſſorium, col. 30. in 3. quæſt. princ.* vbi tamen inclinat in dictam opinionem Bal. & opinionem Oldradi & Alberici ſequitur Iacobinus de ſancto Geor. in *inueſt. feuda. in verſicul. de caſtro rubei montis col. 1. verſicul. ſed quid ſi recognoſcat, & late in ver. dictique vaſalli promiſerunt recognoſcere dictum feudum, in col. 1. 2.* limitans, niſi recognoſcens apponeret aliquod verbum ampliatiuum, puta pleno ſtatu vel cum omni iure per *l. ſi quando. 1. C. de bo. vacan. lib. 10.* quod nihil eſt, nec prodeſt, niſi probetur iuriſdictionem & territorium eſſe de iure & pertinentijs caſtri. Facit quod vult Andr. Iſer. in dicto *cap. 1. in prin. de cap. qui curi vendi.* quòd * ſi Baro vendit baroniam, quicquid pertinet ad eam videtur vendere: & ſi quis vendit feudum omnia ad feudum pertinentia vendit.

* Pertinentiæ Baroniæ & feudi cedunt Baroniæ & feudi emptori.

62. ¶ Et hæc de * iuriſdictione dicta ſunt prout conſideratur eſſe in patrimonio & dominio noſtro: & iſto reſpectu poteſt infeudari, & ſubfeudari, & cadere ſub dominio directo vel vtili, vt not. Bal. in *cap. vno de legatorum. col. fin. verſi. Item non eſt inconueniens de officio de lega.* & iſto reſpectu dicuntur potius quoddam hereditarium, ſeu annexum & dependens à patrimonio, quàm dignitas publica, per ſe: ideo huiuſmodi dignitas, & iuriſdictio non amittitur per eum, qui non amittit patrimonium, quantumcunque efficiatur ipſo iure infamis, vt tenet Bal. in *l. 1. col. 1. verſi. pone ergo*, & ibi Alexand. in *addi. C. de ſecun. nup. fa. no. in cap. dilecti: de arb.* & per Decium, in *l. 2. num. 3. D. de reg. iur.* & iſto reſpectu procedit quod Ioan. Fab. *inſti. de actio. in §. item ſeruiana. col. 12. verſi. quid de iuriſdictione*: dicit ſe * non videre cur iuriſdictiones non poſſint pignorari ſicut nomina.

* Iuriſdictiones poſſunt, in Gallia pignorari, vendi, diuidi.

63. ¶ Similiter etiam quod Albericus ſuus * contemporaneus in *l. 1. § fin. D. offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. & in l. fin. C. de iuriſdi. omnium iudi.* dixit hodie maximè in regno Franciæ, iuriſdictionem eſſe in bonis cuiuſlibet, & quod venditur, diuiditur & aliter ſicut quælibet res corporalis & patrimonialis diſponitur, Quod autem dixi Alberi. fuiſſe contemporaneum Ioan. Fab. conſtat. quoniam ille domi. Ioannes Faber, Faber inquam dictus nõ ab opere ferrario, vt ipſemet teſtatur in §. *ex diuerſo, inſti. de re. di.* ſed propter ingenuarum artium φιλομάθειαν, Angoliſmenſis diœceſis, Burdegalenſis prouinciæ, vt idem ait in *proœ. inſt. in ver. Flaminios.* (poſt * Petr. à Bel. Per. Iaco. Rauen. Guill. Cunium doctiſſimos vtriuſq; iuris profeſſores Galliæ Belgicæ) ſubtiliſſimus & conſummatiſſimus iuris doctor, Gallus Aquitanus, quem nonnulli Cancellarium Franciæ fuiſſe autumant: floruit ante Bart. & Bald. circa annum domini. 1340 tempore Philippi ſexti Valeſij Francorum regis, & Ludouici quarti, Bauari imperatoris, vt patet ex ſcriptis ſuis ſuper *proœm. Inſtit. in ver. imperatoriam. col. 2.* vbi tum cum ſcriberet, regnate dixit præfatũ Philippum comitis Valeſij filium, qui Flamingos deuicit apud Caſellum: ibi etiam meminit Ioannem natione Caturcenſem fuiſſe Papam ſcilicet Ioann. 22. & Benedictum ſcilicet 12. poſt eum, quo tempore florebat inſignis ille Alberic. Roſatus, iuris vtriuſque necnon & theologiæ pro ſui temporis captu, doctiſſimus, apud Patmam aduocatus, & cauſarum patronus celeberrimus: qui etiam ſcribendo peruenit vſque ad tempora Bartoli Picemi ſub Carolo quarto Imperatore, vt patet in ſuo tract. *ſtatu. par. 1. quæſt. 33. in prin.* & in fi. *lecturæ ſuæ ſuper. C.* quem pro vltimo operum ſuorum in fauorem & gratiam aduocatorum compleuit in

* Ioan. Fab. & Albr. Roſatus coætanei.

* Petr. Ferticus, Iacobus Rauennas, Guillelmus Cunius doc. Galli.

A feſto Io. Bapt. anno domini 1364. vt ipſemet teſtatur in fi. C. Adde quòd tempore Ioan. Fabri, legebat & ſcribebat in alma huius vrbis academia, optimus ille Brito * Henricus Bouhic Leonenſis diœceſis, in Britannia minore, decretorum ordinarius: quem Feli. in *cap. cum quidem. in prin. de iureiur.* celeberrimum & antiquũ canoniſtam Gallum honoris gratiâ nuncupat. patet ex ſcriptis do. Henric. in *cap. ad audientiam.* in fine 1. *col.* & in *cap. in præſentia col. 2. de ſponſa. & matri.* & fine operis ſui quod compleuit anno domini 1349. Vtque è ſemita in viam redeamus, eodem reſpectu quo diximus accipitur, quod poſt præfatos Fab. & Alb. inquit Bal. in *cap. 1. col. 1. de feudo marchi. duc. & comi.* hodie vſurpatum in multis locis quòd dignitates & iuriſdictiones venduntur tanquam hæreditarium pecus & ouile, *& in cap. 1. §. ex eadem lege. col. 1. de lega. conrad.* quod ruſticus poteſt emere dignitates, & iuriſdictiones quæ ſunt proprium patrimonium venditoris, & quòd quotidie videmus caſtra & villas emi & vendi cum mero & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, quæ conſuetudo vincit legem.

* Henricus Bouhic.

64. ¶ Sed * prout iuriſdictio conſideratur per ſe in ſeipſa, in ſui origine & effectu: non eſt in patrimonio, nec in commercio, nec poteſt vendi, nec tractari, ſicut bona patrimonialia: à quibus in tantum diſtat quantum ſacra à prophanis, publica à priuatis quum ſit publici iuris text. *l. in 2. §. 1. in fine*, vbi ius publicum in ſacris ſacerdotibus & magiſtratib. & ſic non poteſt propriè eſſe in alicuius bonis, *l. 1. §. hæ autem res. D. de re di.* & nedum abſurdiſſimum, ſed & perniciоſiſſimum eſt, eam eſſe venalem tanquam vile aliquod mancipium. vt per multa clare oſtendit ſanctiſſimus & veriſſimus textus in *aut. vt iud. ſine quoquo ſuffragio, ſiue in nonnullis. vt præſi. abſque vlla datio. pecu. ad offi. mitt. col. 2. conſti. 8.* & * quicunque regno, vel alio principatu funguntur, eo ipſo debitores ſunt iuſtitiæ: nec debent difficilem facere eius aſſecutionem, ait Andreas Iſer. *de probi. feud. alie. per Lotha. c. quoniam. col. 2. & quæſint regal. in verſi. ad iuſtitiam expediendam in princ.* Matth. Affict. in *deciſ. Neapol. 265. num. 79.* nec debent priuatæ vtilitati negotiari, ſed ſe gerere tanquam res publica. Bal. *de feu. mar. duc. & comi. col. 1. verſi. vnde imperator.* 65. Et inter dominum ſuperiorem, & ſubditos, eſt mutua & correlatiua obligatio, vt tradit Bart. in *tract. de alluuio. ſuper verſi. acquiritur. verſi. 2. videndum.* & veridicus doct. Ioan. Gerſon. in *remed. contra adula. conſidera. 7. in 4. part. operum.* late Gabri. Biel. in 4. *ſentent. di. 15. quæſt. 5.* At ſarpius ita ſe gerunt, vt inter alia locum faciant veteri Græcorum prouerbio, quod refert. Dion, Rex indigens magnus calumniator, vt omittam plures valde laborare, vt cognomina moueantur: quibus notantur per Prophetas *Eſaiæ. 1.* & per Chriſtum, *Luc. 13. 32. & in Apocalypſi.* Nec obſtat quod habetur 1. *Reg. 8. cap.* ibi hoc erit ius regis, & filios veſtros tollet, filiáſque veſtras faciet ſibi vnguentarios & focarias, & agros quoque veſtros &c. Sed & ſegetes veſtras & vinearum reditus addecimabit, &c. quia ſecundum Tho. Aquinatem in *l. 3. cap. 11. de regi. prin.* Propheta Samuel ibi * non deſcripſit leges regias, ſed deſpoticas: quod patet, dum concludit, vòſque eritis ei ſerui: quod eſt contrarium regali regimini: quia viuere * ſub vnico & ſupremo rege eſt ſumma libertas in *aut. de hæred. & falc. in princ. ibi antiquam recipientes libertatem. coll. 1.* Luc. Pen. in *l. vnica. col. 2. & 3. C. de capi. ciui. cenſib. exi. lib. 11.* Hinc eleganter ait Claudia. in 3 Nuſquam libertas gratior vlla eſt quam ſub rege Pio. Ad hoc Plin. Secundus in *Panegerico Traiani imperatoris*, cui optimi cognomen à S. P. Q. R. inditũ eſt *char. 3.* & tali regi ſeruire regnare eſt, vt de Franciſco primo initio ſui principatus & Mediol. ſubacti dicebat. Io. Nemiſa. ita *inc conſi. 12. inter conſilia.* Alb. Bruni. Sed ſobriè & abſque adulatione ſcripſerunt Seneca frenis Iuſtitiæ regi, eique obtemperare ſummam eſſe

* Iuriſdictio in ea qua ſui parimus qualis ſit.

* Principes debitores iuſtitiæ.

Obligatio mutua inter ſuperiores & ſubditos.

* Expoſitio tex. 1. Reg. 8. c.

* Regi ſubeſſe libertas eſt.

libertatem. Et Propert. Libertas nulla melior, maiorve potestas quàm seruire Deo. Itaque Samuel in dicto cap. 8. loquutus est ad terrorem & dementa populi, vt declarant theologi, ibi & Sanct. Thom. Aquin. in loco prælegato: & latiùs in *prima secunda quæst. 105. arti. 1. in fin.* & admirabilis ille theologus, vniuersalis scientiæ Oceanus * Alphonsus Tostatus Abulensis episcopus. in *d. cap. 8. circa. prin.* Et nouissimè magnus Erasmus *institut. principis Christiani.* & sic verbum ius ibi stat, pro iniuria & violentia secundum præfatos & Ioan. Ger. in *d. tract. contra adula. consid. 8.*

* Alphonsus Tostatus.

66. ¶ * Veræ autem leges, & iura regis serioſæ traduntur in *Deuter. c. 17.* vbi tria sunt præcepta negatiua, & vnum affirmatiuum. Primum ibi, Non multiplicabit sibi equos: & consequenter nec multos aulicos graues populo, Secundum ibi, Non habebit vxores plurimas: ergo multo minus scorta, & curia eius, nec facultatibus, nec moribus & pudicitiæ subditorum insidietur. Tertium ibi, Neque argenti & auri immensa pondera, nempe vt opes populi foueat, magis quàm sui fisci, quem Traianus princeps ethnicus leni scitè comparabat. Quartum ibi, describat sibi Deuteronomium legis huius, id est ipsius Dei, & non inuentiones hominum, vt puram legem Dei sequet & seruari faciat in toto regno suo, nec in dexteram nec in sinistram declinando. Quòd etiam ex nostris pulchrè & doctè declarat. Bart. in *tract. de regi. ciuita. col. 2. num. 4. 5.* idem. vult. And. Ise. in *cap. 1. de cap. qui curi. vendi. §. ſi. conſi. in vſibus feud. & in proœm. conſtit. Neapol. in 3. part. num. 10. 11.* non tamen negatur quin ea quæ exprimuntur in *dicto cap. 8. primi Regum.* legitimè competant vero regi, * quando communis bonum, & reipub. necessitas hoc exposceret, tunc enim ad hunc duntaxat finem, omnia sunt regis, vt & per S. Thò. Ger. & And. Iser. in locis allegatis, & latius diximus, *sup. in proœm. in glo. 1.*

* Regis iura vera & propria quæ sint.

* Regis omnia esse quo sensu intelligendum sit.

Pro complemento huius gloss. & materiæ vidimus supra de augmento extrinseco, quod est separabile à feudo, & potest per se subsistere. & diximus quod nullomodo accrescit nec cedit feudo, nec cohæret prædio clientelario inquantum tali.

67. ¶ Quæritur nunc quid iuris de augmento intrinseco * inseparabili, & per se non subsistenti, quod Bald. *l. 1. qu. 8. D. de rerum diuiſ.* vocat emissionem contractam, quæ potest esse tam corporalis quàm incorporalis. Puta si vasallus acquisiuit seruitutem prædio clientelario, vel in eo amplum & vtile struxit ædificium. quum enim ista non possint per se subsistere, videntur haud dubiè feudo accrescere, & est casus in dicto. §. *è contrario de inueſti. de re alie. fac.* Quantum ad seruitutem scilicet. * realem, siue prædialem, probatur: quia sine prædio constitui aut subsistere nequit. text. in *l. 1. D. communia prædia inſtitu. de ſeruitu. §. ideo autem. & prædio accedunt. l. ſeruitutes. 3. in princ. D. de ſeruitu.* & est ius in fundo: non in fundo seruiente, cui tantùm passiuè & detractiuè adhæret: sed in fundo dominante, cui actiuè adhæret velut ius positiuum, & formatum, vt declarat Bartol. *l. Mœuius. §. fundo. in fin. D. de legat. 2.* & est text. in *l. arbor. §. fin. verſicu. nam aut ipſius fundi eſt runſta. glo in ver. à fundo. D communi diuid.* & ipsi prædio non seruienti, sed dominanti debetur text. in *l. vnus ex ſocijs. in fin. prin. . de ſeruitu. ruſti. prad. l. . §. 1. in fin. D. ſi ſerui. vendi.* & sententia dicitur prædio dari. *l. qui in aliena. §. fina. D. de neg. geſt.* patet etiam per diffinitionem seruitutis apud Bartol. & scrib. in *l. 1. D. de ſeruit.* Et non dicitur esse in * bonis nec extra bona. *l. 1. D. de vſu. & de vſufructu lega.* scilicet principaliter & per se, quia per se subsistit: sed est qualitas fundi, illi accedens. *l. quid aliud. D. de verborum ſignific.* not. Bart. in dicta *l. 1. in fin. de vſu. lega.* dixi in *tract. diuidui & indiuidui per l. 3. num. 85. vbi num. 320.* nouum & verum intellect. dicidi ad *d. l. 1.* & ratione fundi, dicitur accessoriè esse in bonis domini fundi dominantis, vt not. gloss. & doct. in *l. rem in bonis. D. de acquir. rer. domi.* ex quo consequitur dominium directum seruitutis, esse penes dominum directum fundi dominantis, scilicet feudi, cui est acquisita illa seruitus, & dominium eius vtile esse penes vasallum: igitur necessariò accrescit feudo, vt feudo.

* Augmentum intrinsecum inseparabile feudo accrescit.

* Seruitus prædialis an feudo cedat. v. infra. nu. 69.

68. ¶ Quantum autem ad * ædificium & similem meliorationem exploratissimum est fundo, & solo cedere. *l. 2. l. ſi quis ſciens. C. de rei. vendi. cum vulg. & late dicemus* j. §. 81. & statim necessariò acquiritur domino directo quo ad directum, & vasallo quo ad vtile dominium. Bal. in §. *ſi quis de manſo. col. 4. verſi. pone, quod vaſallus facit cluſam de contro. inueſt.* Albert. Brut. in *tract. de augmen. col. 60. conclu. 20.* Et sic concludendum videtur huiusmodi augmenta accrescere & cedere fundo feudali vt feudo: & quod illo aperto, vt in casu nostri. §. & à domino prehenso includuntur seruitutes à vasallo, vel suis prædecessoribus acquisitæ, ædificia & cætera quæcunque melioramenta in eo facta, & quod illis fruetur dominus, nec quicquam restituet inita fide quum id culpa vel mora cessantis vasalli contingat. ¶ Et multo fortius includentur seruitutes * redemptæ, quia est commodum libertatis acquisitæ feudo, cuius veterem seruitutem redemit vasallus.

* Ædificia an cedant feudo v. n. 69. infra.

* Seruitutes redemptæ an cedant feudo v. n. 69 infra.

69. ¶ Sed his non obstantibus dicendum, quod in dubio & in effecto non cedunt feudo vt feudo. Satest enim dominum directum vti feudo quale dedit illud, vel quale ab initio recognitum est & ei subiectum, nihil ad eum de augmentis postea sequutis præsertim sumptu & pecunia vasalli, & potest domino feudali dici, vt in simili ait tex in *l. ex aſſe. D. ad Trebellia.* sufficit tibi ius tuum integrum seruari, non autem meliorem tuam conditionem fieri *ſa. in l. in agris. D. de acquir. rerum domin.* Inuestitura enim implicat * limitationem. text. in *c. ſi quis de manſo.* & ibi Bal. *de contro. inueſtit. in vſibus feudor.* vt & constitutio seruituris Bald. *l. nec modus. C. de ſeruitu. & aqua.* & in specie fac vasallum emisse, vel ei legatam esse seruitutem viæ, per fundum vicinum ad flumen, vel in syluam, aut viam publicam. An dominus feudi durante hac prehensione possit hac seruitute vti? videtur quod sic per prædicta. Tum quia seruitus est acquisita ipsi prædio. *l. qui aliena. in fin. D. de negot. geſtio. l. ſed & loci. §. ſi aliter. D. finium regendor.* & non personæ: nec curatur quis sit verus dominus feudi. Competit enim vel simplici fructuario, imo etiã simplici possessori fundi dominantis, per not. *sup. eo gloſſ. 1. & vlt.* Quanto fortius domino directo, qui etiam hoc casu factus est verus possessor, vt *sup. gloſſ. 4. qu. 2.* & longè plus iuris habet quam vsufructuarius. Contrarium dicendum est, quia dominus non est factus possessor simpliciter, sed limitatum respectu iurium & commodorum feudalium sibi per consuetudinem debitorum, & tanquam dominus feudalis, sed non quo ad reliqua omnia, in quibus vasallus remanet vtilis dominus & possessor, vt diximus *sup. eo gloſſ. 4. num. 27. & infr. §. 8. num. 106.*

* Limitatum esse ius feudi. dominantis.

70. ¶ Non ergo possidet feudum vt fundum, sed duntaxat vt feudum, & in qualitate feudi a se mouẽtis, & ad limites inuestituræ extra quos est extraneus. Et consequenter dominus vicini & seruientis fundi, quoad istum dominum feudalem sicut quoad quemuis extraneum liberas ædes habet. *l. loci corpus competit. in fin. ſi ſeruit. vendicet.* eumque prohibere potest, nisi dominus feudi vel suus commissarius dicat se ea vti non iure feudali, nec vt dominus feudalis, sed ad vtilitatem fundi vt fundi, & ad conseruationem iuris ipsius fundi, & quasi. possessionis domini fundi, qui etiam consentiat vel saltem non dissentiat, quod sufficit qua sua interest, suam quasi possessionem per quemcumque conseruari: sed si velit, potest seruitutem illam in totum vel vsum eius ad tempus remittere inuito domino feudi, qui extunc nullo modo poterit vti, nec nomine proprio scilicet simplicis domini feudalis, quod nunquam potuit nec po-

mine fundi seu dominij vtilis propter eius dissensum. A Nec obstat *d. §. è contrario de inuesti. de re alien. fact. in vsib. feud.* quia de localibus illis consuetudinibus Insubriæ nihil ad nos, vt dictum est *sup. in rub. num.* 2. Idem dico de iure patronatus ecclesiastici per vasallum requisiti non de feudo, sed aliunde, nec vt feudi, sed vt fundo, vt dixi. j. §. 55. *gloss.* 10. *num.* 4. Idem si ratione eiusdem fundi (vt fundi) acquisiuit iurisdictionem in habitantes eiusdem fundi: quia non est dubium si in habitantes extra fundum quod tenet à domino qui in eo non habet iurisdictionem, vt *sup. eadem gloss. num.* 45. *cum seq.* Non est ergo dubium, quin pendente hac prehensione possit vasallus ea seruitute ad commodum fundi sui vti, etiam si maneat in fundo vt commissarius domini, vel suus colonus, quia non habet eam seruitutem vt vasallus, sed vt ipse & in ea nullum ius habet à domino feudi, sed à se ipso & ab eo a quo acquisiuit. Et pariter ipse & non dominus feudalis vtetur eo iure patronatus, & dicta iurisdictione etiam intra & super idem fundum à domino prehensum. 71. ¶ Quòd autem dixi dominum non posse vti, fallit primò, si vasallus acquisiuit eam vt vasallus, vel si legata sit ei tanquam vasallo, etiam si partim contemplatione domini directi facta sit acquisitio: quia tunc feudo vt feudo; vnde si vicinus promisit Titio vendere huiusmodi seruitutem, deinde Titius infeudauit feudum, cedendo ius dictæ promissionis vi cuius vasallus emit, acquiretur feudo vt feudo. Nec obstat quòd Alberi. post Oldra. in *l. Rutilia Polla. D. de contraben. empt.* dicit de augmento facto cum impensa acquirentis, quia loquitur in acquisitione ex noua causa, sed hîc fit ex veteri inexistente infeudationi. 72. ¶ Fallit secundò, si vasallus redimat veterem feudi seruitutem (hoc est ante originalem inuestituram impositam) aliàs non esset dubium, quia tunc dominus feudalis vtetur ea libertate tempore huius prehẽsionis, nihil refundendo vasallo qui moræ suæ imputare debet quod non facit iusta domino, vnde non videtur damnum sentire, quod culpâ suâ sentit *l. damnum. D. de regu. iur.* Non obstat quod Alberic. post. Oldra. in *d. l. Rutilia.* vult, de augmento facto cum impensa, & quod hic facta est ex noua causa & mera industria redimentis. Quia multum refert inter acquisitionem noui iuris in re aliena, quod in dubio non potest domino feudali: & inter extinctionem seruituris & liberationem feudi, quæ necessario etiam directum ipsum dominum & ius domini feudalis liberat & eximit, nedum vtile dominium vasalli. Non enim potest redimens huiusmodi seruitutem recipere possessionem actionum expressam vel tacitam contra seipsum, vel contra dominum, nec contra quemuis alium etiam ius vel partem habentem in fundo seruiente, quia huiusmodi seruitus prædialis non potest cedi, nec in alium transferri nisi cum fundo dominante, à quo est inseparabilis. *l. ergo in fi. l. & meo. l. cum essent. §. plurium. de serui. rust. prædior.* esset enim alia noua seruitus, vt latè dixi in *extricat. Labyrinthi diuidui & indiuidui. parte* 3. *nu.* 300 *nu.* 318. Sed tãtùm possunt in totũ extendi & non pro parte. *lege pro parte*, vt ibi dixi in nouis intellect. in *extricat.* 3. *Labyrin. D. de seruitu.* 73. ¶ Secùs si feudum ab antiquo ex tempore infeodationis deberet reditum alijs soluendum, quia vasallus potest vt ipse redimere, vt in dubio censetur facere, & cessionem iurium accipere: Ideo etiã pendente huiusmodi prehensione dominus non faceret fructus suos, nisi cum onere huiusmodi reditus, vt ante redemptionem eius facturus erat. Amplio etiam si dominus directus nullo modo erat alias obligatus nec personaliter, nec hypothecariè ad huiusmodi reditum vt in reditu, limitato ad fundum subiectum & eius fructus, vt in *l.* & dixi. j. §. Et etiam propriè huiusmodi reditus facit partem fundi infeudati. *l. fundi partem. D. de contrahenda emptio. & vendition. l. si sterilis. §. si tibi. D. de action. empti.* dixi j. § 33. *quæst.* 9. *num.* 90. & §. 33. *in principio.* & §. 76. *numero.*

74. ¶ Et hæc sit prima sublimitatio fallentiæ secundæ, quam sublimito secundò, vt procedat in seruitute itineris vel aquæ haustæ debita vicino tempore infeudationis quæ non est magni valoris: nec absorbet sextam partem vtilitatis fundi seruientis, vel circiter argument. not. per Bart. in *l. societatem. §. arbitrorum. D. pro socio.* Secùs si esset talis seruitus quæ absorberet maiorem ferè partem vtilitatis fundi seruientis, quia tunc non esset æquum dominum feudalem frui omnibus fructibus non deducta magna illa diminutione quam faciebat seruitus: quia tunc non solùm censeretur frui fructibus fundi à se infeudati, sed etiam pecunia ipsiusmet vasalli, qui quamuis sit in culpa non faciendo fidem vel detractando iura debita, tamen non debet inde patronus superlucrari, satis est quod faciat fructus suos rei, quatenus sua erat, & potest ei dici sufficit tibi ius tuum integrum seruari, non autem meliorem tuam conditionem fieri. *l. ex asse. D. ad Trebellianum.* Et quod hoc esset iniquissimum, ait text. in *l. Marcellus. §. quod si suspecta. eodem titulo*: patet quia non solum frueretur re à se infeudata, sed etiam pretio per vasallũ numerato, *lege quia qui pretio. D. de vsufructu. l. si vsufructus legatus*: ad hoc quæ dicemus. j. *eadem gloss. quæst.* 5. *num.* 28. & j. §. 22. *quæst.* 75. Quantum autem ad ædificium de quo supra *num.* 68. dicendum quod cedit feudo vt feudo: quia fit in fundo spectante ad directum dominum respectu directi dominij: & ad ædificantem respectu vtilis. Et sic vtrique domino respectiuè cedit, vt & redemptio seruitutis quæ non est cessibilis sed extinguibilis. Nec est simile de acquisitione C seruitutis in alienum fundum, quia illa potest acquiri soli domino vtili non tangendo directum, id est nihil acquirendo nec imprimendo respectu directi domini. Idque tam passiuè, quàm actiuè patet, quia potest vasallus imponere seruitutẽ prædialem respectu iuris sui, resoluto iure suo resoluendam *cap.* 1. §. *rursus, quemadmodum feud. amitt. in vsib. feud.* Idem de quocunq; domino vtili respectu iuris sui, vt dixi in *tract. diuidui & indiuidui.* Et est tex. in *l.* 1. *in princ. versi. Item in fundo vestigali. D. quibus modis vsufru. amitt.* & expresse tex. in *l.* 1. *in fin. D. de superficieb.* & pariter potest acquirere respectu iuris sui, tantũ, ad vtilitatem fundi sui, & quatenus suum est & quatenus ius suum durabit, vt etiam potest facere pleno iure dominus timens rem subiectã restitutioni fideicõmissi, quo non obstante interim pleno D iure dominus est, ait text. in *l. generaliter. D. qui, & à quib. manu. lib. non. fin. l.* 1. §. *serui. appellatione ad Syllani. l. non ideo minus. D. de re indiuidua.* Alex. *consil.* 162. *nu.* 5. *lib.* 6. quum etiam propter hoc minori pretio vel leniore cõditione acquirere poterit. 76. ¶ Sed quid si feudum in totũ & perpetuò reuertatur & cõsolidetur domino directo, *an debeat lucrari huiusmodi augmenta? breuiter distinguendum videtur, aut propter culpam vasalli, aut citra eius culpam primo casu puta ob ingratitudinem quam felonia vocant, & tunc augmenta incorporata vel inseparabilia nisi per sui perẽptionem cedunt lucro domini, vt expresse tenet Bal. in *cap.* 2. §. *si vasallus hic fin. lex.* & ibi Iaco. Aluaro. in *col.* 2. *versi. quæro ab extra.* Bal. in *l. si. in fin. C. cõmunia de le.* Bal. Ang. Io. E Imol. Alexan. in *l. Senatus. §. Marcellus. D. de legat.* 1. mouẽtur per *l.* 2. *versi. nulla. C. de iure emphyteutic.* vbi emphyteuta cadens emphyteusi propter canonem non solutum, aut aliam culpã, perdit omnia emponemata & textus in *auth. qui rem. in fin. C. de sacrosan. eccl. & in aut. de alie. & emphyt. §. si. vero quis. locator. colum.* 9. nec hoc est iniquũ, cum ex suo vitio hoc incõmodo afficiatur, vt inquit text. in *l. nec iniquum. D. si quis omiss. causa testa. fa. lex quod quis ex culpa. D. de reg. iur. cap. damnũ de regu. iur. in* 6. *cum ibi not.* secus tamen esset in colono, qui etiam propter culpã eiectus, necessarias vel vtiles impẽsas repetit. tex. in *l. colonus. in princ. D. loca.*

77. ¶ Secundo casu quando citra culpam, puta propter defectum lineæ masculinæ, vel temporis la-

* An augmẽta intrinseca consolidetur lucro domini resolutio huius. q. infra. *eo num.* 75. & seq.

ſum, ſi ita limitatim erat feudum conceſſum, aut aliàs ſine culpa vaſalli feudum committitur & finitur, & tunc ne ea quidem etiam incorporata augmenta cedunt lucro domini: quia timebitur vaſallo vel hæredibus eius pretium illius meliorationis ſoluere, vel pati illam auferri, vt expreſſe deciditur in dicto §. *ſi vaſallus*, quod enim ille text. refert quoſdam alios dicere, omnino ad dominum pertinere, eorum dictum non approbatur, ſed velut ineptum reiicitur à glo. Andr. Iſer. Bal. & cæteris omnibus ibi ſcrib. Raph. Cuma. Alex. in *l. domos. de legatis* 1. Caro. Rui. *conſi.* 14. *in* 2. *dubio. conſ.* 24. *num.* 10. *lib.* 1. & idem dicunt Baldus, Aluar. & alij ibi. in *emphyteuta*, argumento ſumpto à feudo ad emphyteuſim, & è conuerſo. quod argu. an * 78. ſit validum, latè diſcutiunt Iaſ. in *l.* 1. *col.* 10. 11. *C. de iure emphyteut.* Nicol. Eueraldus. vir doctiſſimus in *locis legal. loco.* 12. vbi concludunt argumentum ab emphyteuſi ad feudum procedere, quando non ſubeſt ratio diuerſitatis, nec reperitur aliter expreſſe deciſum in feudis, argumentum verò à feudo ad emphyteuſim procedere, quando ius feudorum eſt fundatum in ratione naturali, & iuſta, & non reperitur aliter deciſum à iure communi, nec ſubeſt diuerſitatis ratio alioquin non poſſe argui. Sed nec hoc quidem ſufficit, niſi adſit eadem ratio, vt dicam *inf.* §. 13. *gloſſ.* 1. *num.* 49. dixit etiam Alexan. in *l. diuortio.* §. *fundum. col.* 2. *D. ſol. matri. & in conſil.* 106. *viſo themate. col. pen. vol.* 4. quòd valet arg. de feudo ad emphyteuſim: quando diſpoſitio feudalis non eſt contra regulas iuris communis, & ſeq. Philip. Deci. in *cap. cæterùm. col.* 6. *de iudici.* adde quòd Ioan. Bap. Caccialup. in *rep. cap.* 1. *de feud. cog. par.* 5. *reg.* 32. tradit pro regula, quod vbi capitulum vel text. loquens de feudo continet ius commune, extenditur ad emphyteuſim. & hanc regulam infallibilem eſſe aſſerit Phil. Corn. in *conſi.* 67. dominus Ioan. Bapt. *col.* 2. *verſi.* 4. *præmitto. vol.* 2. Sed certè inquantum concedunt argumentum ab emphyteuſi ad feudum, eſt potiùs argum. à diſpoſitione iuris communis, quæ habet locum in feudo in caſu conſuetudine feudali non comprehenſo, vt inquit text. d. *c. vnico. de feud. cogni.* & vbi deficit ſimile conſuetudinis vel aliud argumentum emanans propriè ab eius mente, & ratione: quia demum tertio loco recurritur ad legem ſcriptam, vt tenent Iacob. Bell. Aluaro. in d. *c. vnico. col.* 3 & ibi Caccialup. in *rep. ſuper gl.* 2. *ad fi.* quamuis in hoc Iaſ. in d. *l.* 1. *col.* 11. in quadam ſua ſecunda illatione dicat contrarium, & malè faciunt quæ dixi ſupra in *proœm. gloſſ.* 1.

* 79. Et ſic de ſe non valet argumentum de feudo ad emphyteuſim vel contra vt tenet Alexan. *conſi.* 5. *nu.* 5. *nu.* 12. *lib.* 5. & dixi infr. §. 16. *nu.* 7. non autem eſt recurrendum ad ius canonicum, licet Alexand. *conſi.* 5. *nu.* 10. *lib.* 5. & Franciſ. Cur. in 2. *parte.* 2. *partis feudo q.* 2. *nu.* 60. imperitè nimis dixerit, vbicunque in materia feudali diſcrepant ius canonicum & ciuile in feudis, debere obſeruari ius canonicum. & Curtius quidem allegat Bald. in *cap. imperialem.* §. *præterea ſi inter. col.* 2. *de probi. feudali.* per Fede. & quoſdam ſequaces: ex quo ſequeretur in defectum conſuetudinis feudalis eſſe immediatè recurrendum ad ius canonicum, quod eſt falſum & contra text. dicto *cap. vnic.* vbi cauetur immediatè recurrendum ad ius ciuile Romanum. Bald. autem & ſequaces ſolùm ſe fundant in iuramento, quæ eſt friuola ratio: quia (niſi fortè in terris Papalibus) iuramentum non debet actum ſubiicere alij legi vel foro, vt dicemus *infr.* §. 166. inquantum verò præfa. doct. concedunt argum. à feudo ad emphyteuſim, eſt magis arg. à * ratione, & naturali iuſtitia, lege vel conſuetudine deficiente, quod eſt efficacius, vt diximus ſuprà in proœmio quàm argumentum à feudo, vel iure feudorum, quorum conſuetudines ſunt locales, vt *ſup.* probatum eſt in rubr. & receptior, veriórque eſt opinio, quòd iura * feudorum ſunt ſingularia, nec habent vim legis, niſi in materia feudali, nec poſſunt allegari deci-

* An procedat argu. à feudis ad emphyteuſim vel contrà.

* In dubijs feudalibus nõ eſt recurrendum ad ius canonicum.

* Argu. à ratione & naturali iuſtitia.

* Feudorum iura ſingularia ſunt nec

A ſiuè in alia materia, vt tenent Iac. Bell. in *titul. epiſcopi vel abb.* Bal. Aluaro. & omnes in dicto *cap.* 1. *de feud. cogni.* Bartol in *l. vt inſtrumentorum.* §. *ſi liberi. in princip. & circa med. D. de ope. lib.* Sali. in *dicta, l.* 1. *col.* 4. C. *de iure emphyteutico.* Petr. Anchar. in *l.* 2. *de iure patro.* Iaſo. in *l. de quibus. col.* 7. *nu.* 29. D. *de legi. & longa cõſuetudi.* quamuis ſuper hoc nimium ſe inuoluat Franciſ. *in prima parte feud. q.* 3. & quicquid etiam dixerit Iaſ. in *conſi.* 92. *col.* 5. *in fi. vol.* 1.

habent locũ niſi in materia feudali.

80. ¶ Obiter mentem ſubit vnum, ad quod pauci aduertunt incuriâ notitiæ vocabulorum, citra quam tamen ne literati quidem nomine quiſquam dignus eſt, nedum iuriſperiti: omnes ſcrib. in *dicta l. ſecunda, & in* §. *adeo inſtit. de locat.* Lancelo. Deci. in *l. Senatus.* §. *Marcellus. D. de legat.* Alberi. Brut. inter *conſi. feudalia. con.* 105. *iſta prohibitio. in fin.* & cæteri quotquot legi vbique dicunt eum qui ſuâ culpâ cadit feudo: vel emphyteuſi, perdere omnia melioramenta, * etiam ædificia, magnas meliorationes, acquiſitas ſeruitutes, & indiſtincte quicquid reparauit, conſtruxit, aut aliàs vtiliter in re impendit, tamen vbicunque text. C. vel authen. de hoc loquuntur, vt in *l. ſecunda. C. de iure emphyt. in auth. de alien. & emphyt.* §. *ſi verò quis colla.* non dicunt amitti quicquid impenſum fuerit: ſed ſolũ ipſas meliorationes, ſiue quæ Græci dicunt ἐμφυτεύματα, quæ nihil aliud ſignificant, quàm rei ſterilis & incultæ redactionem ad culturam, vt ſatis apparet per text. iuris in dicta *l.* 2. *& in* §. *adeo Inſt. de loca.* ex quo ſequitur, quòd appellatione meliorationum ſiue emponematon veniunt illæ ſolùm impenſæ, quæ reſpiciunt debitam & conſuetam culturam agri, vel ſtructuram ædificij, ſecundùm communem, & ordinarium modum, & vſum regionis, quod etiam ſatis liquet ex etymo * huius verbi Græci emphyteuſis, quod Latinè ſecundùm Nebriſſen. ſignificat inſitionem, & plantationem, ſiue vinearum ſiue arborum aut huiuſmodi; deriuatur enim ab hoc verbo Græco ἐμφυτεύω, id eſt inſero vel planto. Ex quibus ſequitur emphyteutam propter culpam, putà canonis non ſoluti ab emphyteuſi lapſum, non continuo indiſtinctè amittere quæcunque in re impendit, ſed ſolùm ea quæ concernunt ſolitam & conſuetam meliorationem prædij, & quæ ex natura conceſſionis expreſſe vel tacitè erat obligatus impendere, & hæc merito perdit. 81. ¶ Secus * de his quæ nudam & ſimplicem debitæ meliorationis formam excedunt, & quæ ex natura & lege contractus, non tenebatur facere, vt ſi emphyteuta nouas manſiones, vrbanas & ruſticas magni ſumptus, & valoris addiderit: vel ſtagnum & molendinum ampli reditus, inter anfractus, vel conflictus emphyteuticorum prædiorum graui ſumptus artificioſe conſtruxerit, non eſt, nec fuit vnquam de mente iuris rectè perpendendo, quid ſignificat emphyteuſis, & quid ſunt emponemata. quòd emphyteuta hęc ob defectum canonis amitteret, nec etiam eſſet rationabile maximè per ea quę latè dedixi, ĩ. *cod. in ſecunda ampliatione*: itaque cenſeo illos textus iuris & omnes ſimiles ad hunc nouum, ſed verum & germanum ſenſum exponendos, doctrinámque gloſſarum & doctorum omnium hactenus nimis indiſtinctam ad hunc velut gnomonem regulandam eſſe, & modificandam: dicam circa hæc plura latiùs ĩ. *in rubrica ſeq.*

* Meliorameñta & emponemata an & quãdo amittat emphyteuticarius.

* Emphyteuſeos etymon.

* Emphyteuta culpâ ſuâ electus, non perdit impẽſas excẽdentes rationem emponematon.

81. ¶ Ad id vnde digreſſus ſum rediens concludo, quòd etiam * in emphyteuſi ea finita tempore, aut alias, emphyteuta non perdit ſeruitutes acquiſitas, nec ædificiorum ſtructuras aut huiuſmodi graues impenſas, meliorationes, ſed eas ſeu earum æſtimationem poteſt retinere. quod probatur primò naturali * ratione, quæ neminem patitur cum iactura aliena fieri locupletiorem. *l. nam hoc natura. D. de condict. inde. cum vulg.* & bon. text. *l. plane.* §. *ſed benignius. D. de petitio. hæredita.* Secundò per diſpoſitionem iuris communis, quo cauetur eum qui bona fide in re aliena etiam ſcienter, (modò non adſit animus donandi,) vel in re

* Impenſas graues non amittit emphyteuticarius, & ideo eas ſeruare poteſt finita emphyteuſi.

* Natura abhorret quemquam locupletari iactura aliena. Ædificans ſcienter in ſolo alieno vtrum perdat impenſas

fua ſed reſtitutioni ſubiecta, ædificauit: vel quid aliud ad perpetuam vtilitatem fecit: poſſe ſumptus huiuſmodi vtilium vel neceſſarium impenſarum repetere. §. *certe illud. inſti. de re. diui. l. qua ratione. in prin. D. de acquir. rerum domin. l. domos. D. de legat. 1. l. ſi quis ſciens. l. ſi in area. C. de rei vendi.* cum ſimil. & ita in emphyteuta tenent. præſa. doct. in dict. §. *Marcellus. & §. ſi vaſallus*, & vltra eos idem vult. Bal. in authen. *excipitur. C. de bonis quæ liber. in l. 2. ad fin. C. de rei vendi. l. in rem. §. tignum ad fin. D. de rei vendi.* Paulus in authen. *quæ rem. C. de ſacro. eccl. & in conſi.* 237. *primo videndum eſt ad ſi vol.* 1. Rapha. Cu. latè in *conſil.* 57. *monaſterium. col.* 2. Guid. Pap. in *dec. Delphi.* 169. & Dec. 439. Iaſ. in *d. l.* 2. *col.* 6. *not.* 7. *C. de iure emphyteu.* Philip. Dec. *conſi.* 518. Alberi. Bru. in *tract. de augmen. conclu.* 20. & hæc veritas quamuis Rapha. Fulgo. aliter conſu. *in conſ.* 9. *abbas.* ¶ Aduerte tamen circa meliorationem * ædificiorum vrbanorum, quod non poteſt abradi, ſi inde ſequatur deformitas ciuitatis: ſed debet æſtimatio extantis meliorationis reddi vaſallo, emphyteutæ, aut ſimili, cui eo nomine retentio rei competit. vt not. Lancelo. *dec. in dicto §. Marcellus.*

* Meliorameta ædificiorũ quemadmodũ libi ſeruare poſſit emphyteuticarius.

83. ¶ Non obſtat §. * *emptor, & fin. in l. fina. C. communia de legat.* vbi dicitur emptorem qui fundum ſubiectum reſtitutioni vel fideicommiſſo ſcienter emit, & meliorauit, illo euicto habere aduerſus venditorem actionem tantummodo ad reſtitutionem pretij, neque dupli ſtipulatione, neque melioratione locum habente. quia ille. §. loquitur inter emptorem & venditorem tantùm, & vult emptorem nullum recurſum euictionis habere aduerſus venditorem etiam meliorationum nomine, non autem loquitur inter euincentem & emptorem, nec excludit emptorem a recuperatione meliorationum reſpectu euincentis, ad quem perueniunt ſine cauſa illæ meliorationes præſentes, ſed de hoc nihil dicit, & ſic relinquit iuri veteri & communi: quod eſt in *dicta lege domos.* & ſic dictus emptor habebit exceptionem, & etiam incerti conditionem, aduerſus legatarium vel fidei commiſſarium vendicantem, ratione huiuſmodi ſumptuum, & impenſarum inſpecto præſenti valore rei, ſicut haberet ipſe hæres & venditor per dictam legem *domos* & duas leges ſequen. *de legatis primo.* Et hoc not. ad ſanum intellectum *d. §. emptor*, quia nullus doct. ſcrib. ibi quotquot legi aduertunt, ſed ſimpliciter dicunt, illum emptorem ſuos perdere ſumptus, quod eſt falſum. Item * in §. *item quæritur ſi ſumptus in l. ſi quis domum. D. locat.* vbi ſi is qui à fructuario fundum conduxit in quinquennium, primo anno ſumptus fecerit, an vtilitatem totius temporis locationis: & primo anno moriatur locator, ait text. conductorem non recepturum ſumptus, quia hoc euenire debuit ipſe proſpicere. Quamuis etiam gl & doct. ibi, nec alibi aduertant, debet intelligi inter conductorem & hæredes locatoris, vt patet per totam ſeriem d. l. quæ non loquitur niſi in actione ex locato & conducto, non autem inter conductorem & proprietarium: quia reſpectu proprietarij poteſt ſumptus vel eorum æſtimationem recipere: quatenus res eſt melior, & proprietarius locupletior, idque non modò via exceptionis, ſed etiam actionis in factum vel conductionis, ex d. *l. ſi & me & Titium. ſi cert. peta.* quemadmodum quilibet tertius etiã malæ fidei poſſeſſor: quamuis enim iſte conductor non poſſederit, & ſcientiam rei alienæ habuerit, tamen propter iuſtam & licitam occaſionem, eadem ratio militat in eo, quæ & in bonæ fidei poſſeſſore.

* Intellectus §. emptor. *l. ſi. C. Communia de leg.*

* Intellectus *l. ſi quis domum §. item quæritur ſi locati.*

84. ¶ Præfatam * concluſionem, ſ. *num.* 68. quòd ædificium cedit ſolo: Limita * dupliciter. Primò, ſi ex primitiua conceſſione apparet, ſolum ipſum tantùm eſſe conceſſum iure feudali vel emphyteutico: ita vt recipiens poſſet (ſi ædificare volet) habere ædificium iure proprio, quia pactum valet. *per l. 2. C. de iur. emphyteut.* vt expreſſum decidit Bald. in *conſi.* 69. *ſuper ſolo. lib.* 2. ſecundùm veterem Brixię, quod eſt *conſi.* 74. *lib.* 4. ſecũdùm poſteriorem Lugduni impreſſionem. & *conſi.* 134. *quidam emit. lib.* 3. poſterioris editionis. idem tenet. Bald. in auth. *excipitur, col.* 1. vbi refert ita ſe conſuluiſſe. *C. de bon. quæ liber. & in l. 2. col.* 1. *C. de iure emphyteu. in auth. qui rem, col.* 2. *de ſacroſan. eccle.* & in *col.* §. *ſi quis de manſo. col.* 4. *verſ. extra quem, de contro. inueſti. in vſib. feu.* & eſt veritas: fac. nota. de diuiſione iuris per partem inferiorem & ſuperiorem, ſecundùm Petr. & Cyn. in *l. & ſi ſeuerior. C. de his qui not. infa.* Alberic. in *tract. ſtatuto. par.* 3. *q.* 46. & quę dixi in annotatio. ad Philippum Decium in *l. penult.* §. *ſi filius. D. quod quiſq; iur.* Non obſtat. *l. obligationum ferè.* §. *placet, in fin. D. de actio. & obligatio. Ibi, nihil proficit quominus & ſuperficies tranſeat, quæ natura ſolo cohæret. & l. vlt. ibi, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius & ſolũ. D. de ſuperficieb.* per quos text. multi tenuerunt, non valere pactum in contrarium, tanquã contra ius naturale, & nullo pacto fieri poſſe, quin ædificiũ cedat ſolo, & tráſeat in dominiũ ſaltem directũ eius cuius eſt ſolũ, vt decidit Bart. in *l. 1. nu.* 2. *& 2. D de ſuperficieb.* Ludo. Rom *ſingula.* Philip. Corne. *conſi.* 74. *ſit b. lib.* 3. Sozin. *conſil.* 138. *lib.* 2. Paulus in *l.* 3. *D. de ſeruitut.* hinc decidit Bartolus in dicta *l* 1. *nu.* 2. *de ſuperficieb.* quòd in conceſſionibus quæ fiunt ab eccleſiaſticis hoc modo, videlicet ſolùm emphyteutico, ſuperficiem verò iure proprio, quod nihilominus debet intelligi, vt tota domus ſit emphyteutica non ſolũ ſi daretur domus ædificata, ſed etiam nudũ ſolum, in quo recipiens poſſet ædificare. Et ſequitur Paul. in dicta *l.* 3. *de ſeruitut.*

85. ¶ Contrarium & melius voluit Baldus in conſilijs & locis præfatis, & ad §. *placet, & l. vlt. D. de ſuperficieb.* reſpondet Bal. in d. auth. *excipitur. col.* 1. quod loquitur de iuris ſubtilitate. Gloſſ. verò in d. §. *placet verb.* nihil proficit dicit quod de rigore, ſecus de æquitate, quæ ſolutio non valet, quia perinde eſt ac l. corrigere, vt etiam ſentit. glo. in *l. eorem. in glo. vlt. D. de publica.* dixi in nouis intellect. in *l. commodiſſimè, num.* 1. *D. de libe. & poſthu.* Vera ſolutio eſt, quòd inquãtum dicta iura dicunt, quòd ſuperficies natura ſolo cohæret, vel ciuili vel naturali iure eius eſt, cuius & ſolum: intelligenda ſunt ſicut & illud iure naturali omnia eſſe cõmunia & iure naturæ omnes homines, naſci liberos. *l. manumiſſiones, D. de inſtit. & iure.* id eſt, ius naturale non inuenit nec introduxit dominiorum diſtinctionem, nec ſeruitutem. Sed non proinde ſequitur eas eſſe nullas & reprobatas à iure naturali, ſicut nec oblationes & actiones ciuiles & prætorias, quas ius naturale nec mouit, nec introduxit, vt pleniùs dixi in nouis intellect. Regula eſt ergo, ſuperficiem & ædificium cedere ſolo, & dominum ſoli habere in hoc intentionem fundatam. *l. 2. C. de rei vend. l. adeo. §. cùm in ſuo. D. de acquirend. rerum domin. vt in l. altius. C. de ſeruitut. & acqui.* Niſi tamen de contrario apparet, vt ꝯ. *eadem gloſſ. nu.* 88.

86. ¶ Limita ſecundò ex conſuetudine. nec enim dubium eſt quòd poteſt fieri pacto, fortiùs effici poſſe conſuetudine, vel ſtatuto, vt tenent gloſſ. & doct. in *rub. C. de decret. Decurio. lib.* 10. Valet enim argumentũ de pacto ad ſtatutũ affirmatiuè. Alexan. *conſ.* 120. *in fin. lib.* 6. Philip. Deci. *l. nec ex prætorio, in fin. de regul. iur. & in cap.* 1. *lect.* 2. *nu.* 6. *extra de conſtitutio.* And. Tiraq in *tract. de iure primogenit. q.* 9. *nu.* 1. & pro hac limitatione tex in *l. venditor, ad fin. D. cõmun. præd.* quem Bald. citat in dicto *conſi. ſuper ſolo*, valde per exemplariorum traduces corrupto, vt omnia ferè Baldi conſilio, vt ſæpè mihi conqueri ſoleret doctiſſimus ille Senator, And. Tiraq. qui quãprimũ Pariſijs deſignatus Senator venit anno 1540. bibliothecam meã ingreſſus, quũ valde laudaſſet, quòd conſilia Alexandri Tartaginæ emẽdatam, quæ ſunt etiã conſilia Baldi: cui cùm duo exẽplaria exhibuiſſem vetera & noua, queſtus eſt, vtraq; nimis eſſe corrupta, & obnixè rogauit, vt manum emendationi apponerem, quemadmodum faciebam in cõſilijs Alexandri. Cõſilia quidem Alexandri, vt magis neceſſaria, expediui.

* Regula ædificium ſolo cedit, limitatur.

* Plures limitationes vide apud Soſinum, Regula ædificium. 3.

In conſilijs

In consiliis autem Baldi frequenti flagitatione præfati Tiraquelli impulsus, manum apposui, sed propter aliorum super alia negotiorum incurrentium molem non absolui. Dynum itaque in regulas, & vniuersum Philippum Decium (eo quod magis necessarius esset) recognoui. 87. ¶ Sed facilè est ex his quæ nunc scribo prædicta duo Baldi consilia suæ puritati restituere. In primo, incipiente *super solo*, duplex erat quæstio: Prima, an finita emphyteusi siue lapsu temporis, siue commisso, putà ob canonem non soluendo per triennium, ædificium esset amissum? Altera quæstio, an emphyteuta posset ædificium sine domini consensu per se vendere? Et in vtraque quæstione primò Baldus arguit contra emphyteutam, ex *d. §. placet.* Secundò ex *l. 2. C. de iure emphyt.* Tertiò ex opinione Bald. *in l. 1. §. 1. de superficieb.* contrarium decidit. Tum propter pactum, tum propter consuetudinem. & insuper addit, quòd quamvis ex instrumento antiquo primitiuæ concessionis non satis liqueat, an sit limitata ad solum, vt assolet in Italia solùm quidem concedi iure libellario, id est, emphyteutico (vt ait). Ædificium autem iure proprio, scilicet recipientis, id est, quòd si emphyteuta ædificet, ædificium erit suum proprium & liberum. Tamen dicit hoc satis apparere ex instrumentis solutionum, ex quibus apparet solutionem esse factam, & contumaciam pro solo, & non pro ædificio. Quæ præsumptio adiuuatur consuetudine vtentium, qui solent concedere solùm iure libellario: ædificium autem iure proprio, quæ assuetudo interpretationem facit *l. si seruum plurium. in fin. D. de legat. 1.* Bald. *l. contractus. C. de fid. instrum.*

88. ¶ In secundo verò Baldi consilio, incipiente, quidam fundus à monasterio datus fuerat ad libellum, seu in emphyteusim temporalem Titio, qui in eo domum ædificauit, postea vendidit iure proprio, & in perpetuum dictam domum Caio, qui ipsum solum suscepit seu recognouit in emphyteusim ab eodem monasterio, vsque ad residuum temporis, videlicet viginti nouem annorum. Accidit quod Caius per quadriennium non soluit censum libellarium, & etiam lapsi sunt viginti nouem anni: quæstio fuit, an ædificium vnà cum solo reuersum est ad monasterium: an verò solum tantùm? Ait Baldus, primò considerandum, an solum trahat de necessitate superficiem ad se: in quo Bart. tenuit quod sic, & consequenter totum reuerti. Contrarium decidit Bal. quod possunt esse duo domini & proprietarij, vnus partis superioris, alter inferioris, vt in turri sic diuisa, vel arbore retenta, si hoc apparet actum, & sic licèt ipso iure (id est, vt ipsa & regulariter) ædificium cedat solo: vt *sup. ea. glo. nu. 85.* tamen in effectum non cedit, si contrarium agitur inter partes, vt si dominus soli nolit requirere nec detinere dominium superficici. *l. si fundum. 1. qui fundum, D. de legat. 1.* vt omnino apparet actum ex hypothesi, quia Caius non solùm habet solum & superficiem diuerso iure, sed etiam ex diuersis causis, diuersis auctoribus, & sic vno amisso, non tamen perditur alterum. Et Baldus postquã distinxit opinionem Bartol. reijcit eam in totum, quia hæc sunt pacto separabilia, & tunc diuerso iure habentur, vt pulchrè inquit Bal. in *l. 3. D. de seruitut.* Et sic concludit domum non esse reuersam ad monasterium, quia in ea non habet causam à monasterio: sed idem si Bar. in vtroque causam ab eo sed diuerso iure, vt *sup. ead. num. 84.*

89. ¶ Dicit tamen Bald. in fin. dicti consilij, quòd ex quo non solum reuersum est ad dominum, non tenetur dominus ad aliud, nisi pati quod ille tollat ædificiũ: *arg. l. quæ pendentem, D. de act. empt. l. qui saxum, de domatio.* Confirmo, quia etiam in terminis *q. sup. eo. nu. 84.* quamvis sit actum, vt recipiens habeat superficiem perpetuo & iure libero: non tamen actum videtur, quod in casum reuersionis soli debeat solum remanere domino inutile. Addit Bald. quod iste cogetur accipere æstimationem ruderum & cæmentorum ex æquitate. *l. in fundo. D. de rei vendi.* quod intellige quando iste erat venditurus, secus si pro se vsurus, quia tunc vendere non tenetur, vt declarat Bald. in *d. §. si quibus de manso. col. 4 in vsib. feudor.* Et nota quod his casibus pacti vel consuetudinis, etiam in casum commissi, non sit ædificium lucro domini directi, tenet Baldus in omnibus locis præfatis, & nunquam contrarium scripsit: idem tenet Paulus in d. aut *qui rem. C. de sacrof. eccles. & in l. 3. D. de seruit. vti.* quamvis videatur stare cum Bart. tamen in effectu relabitur in sententiam Bal. quem etiam sequitur Iaso. in *l. prouinciali. §. si ego. D. de oper. nou. nunc. & in l. 1. q. 3. col. 8. nu. 45 46. 47. C. de iure emphyt.*

90. ¶. Hanc autem conclusionem de* vasallo & emphyteuta, aut simili huiusmodi sumptus retinente amplio primò etiam si per culpam vasalli vel emphyteutæ finiatur: in quantum tamen concernit impensas excedentes rationem meliorationis, & quas non tenebatur facere, ex natura, vel lege contractus per ea quæ suprà dixi, hanc ampliationem intellige de culpa in omittendo non cadente in delictum punibile, secus in culpa cadente in delictum punibile, quia tunc totum amittitur, vt dicemus *infrà § 30. q. 2.* & si illud delictum est contra legem feudi vel emphyteuseos vt *infrà §. 43.* cedit domino directo, cui committitur & acquirit. Sin verò ex delicto communi, ex quo sequitur confiscatio, tunc spectabit ad eum, ad quem spectat confiscatio cum onere iurium feudalium, censualium vel emphyteuticorum, vt *infr. § 43. q. vlt.*

* Sumptus quemadmodum retineat vasallus & emphyteuta.

91. ¶ Ampliò secundò, vt* non teneantur deducere super fructibus, nec cum eis compensare dictos sumptus: ratio, quia interim fuerunt domini saltem vtiles rei beneficiariæ vel emphyteuticæ, & sic omnes fructus ad eos pertinebant iure dominij siue iure proprio, ita quod non potuissent illi fructus ab eis peri nec auferri: & sic succedit decisio glo. sing. in *l. emptor. in princ. in ver. superfluum, in fi. D. de rei vendi* dicẽtis, quòd hoc casu fructus non debent in sumptus imputari, & seq. Bart. Bal Ang. ibi, idem Bal. Imol. Raph. Cum. Pau. Cast. Alex. Ias. in *d. l. domos, col. 1.* Bal. Ang. Imol. Alexan. in *l. insulam, §. fructus.* vbi glo. in ver. *compensatis. D. solut. matrim.* idem sentit Bald. in *c. grauis col. 2. versi. 2. si autem ædificassem, extra de restit. spoliat.* Alexan. in *cons. 123 discussis hæsitationibus. in fin. vol. 1.* Francisc. Cre. *sing. 105* Carol. Ruin. *cons. 132. lib. 1.* & hoc nedum procedit in fructibus perceptis iure dominij, sed etiã ex quauis alia iusta causa: aliàs quàm ex simplici & nuda bona fide, Alexan *cons. 154. lib. 6.* quia si sola bona fides, cultura & cura suffragetur percipienti fructus, tenebitur eos imputare in huiusmodi sumptus, *text. in l. quòd si artificẽ, in l. 18 pr. D. de rei vẽd. l. super empt. C. de euictio.*

* Cuius iura proprio sunt fructus, non censetur eos impensis cõtribuere.

92. Et intellige semper de sumptibus qui fiunt necessariò vel vtiliter ad perpetuam rei vtilitatem: non* autem de his qui fierent gratiâ quærendorum fructuum quia isti primitùs & ante omnia imputãtur fructibus: & illos minuunt, quia non dicuntur fructus, nisi deductis huiusmodi impensis, eorum gratia factis: túnc que procedit regula. *l. fructus in princi. D. solut. matrim. l. 1. C. de fructib. & lit. impen.* & bon. text. in *l. si à domino §. fin. D. de peti. hæredi.* vbi dicitur, quòd etiam prædonibus deducũtur, quia nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat, inquit Vlp. in *l. fundus qui, in fin. princ. D. famil. hercis. & decla.* Bal. in *margin. in ver. fructus, & in cons. 303. ad euidentiam vol. 1.*

* Impensæ gratia fructuum eos ipso iure minuunt.

93. ¶ Vnde in casu huius §. prehensione facta fructibus maturis, * debet dominus hos sumptus deducere, non solum colono, sed etiam ipsimet morosò vasallo per manus suas collocato, vt latè probabo *infra eo. pl. 8. q. 3.* Idẽ quando fructus capit in casum releuij, vt *infra §. 56.* vbi etiam dixi, sed quid si feudo resoluto, & penitus ad se reuerso, & idem siue in emphyteusi, vel libellario aut superficiario contractu ad vitam vel certas generationes facto, quæ fructibus maturis finiuntur. Idem si vsufructus maturis fructibus finitur, spectanp

* In maturis fructibus quemadmodum impensæ deducendæ sint.

enim ad proprietarium, ad quem ipso iure fit reuersio vt dixi ℣. §. 43. *q. vlt.* sed deduci debent vel restitui omnes sumptus fructuum gratiâ facti, *no. l. 2. ver. nulla C. de iure emphyt.* hoc tradit, nec hanc deductionem tenèt, etiam si culpa sua non soluendo canonem cedat emphyteuta. secus si culpa cadente in delictum punibile, vt in felonia vasalli: vt supra *num.* 90. Quo casu adhuc duo in sumptus debent reddi vel deduci, tertio puta colono, qui non deliquit, sed non ipsi delinquenti, qui ipsius dignus est, vt egestate laboret. *l. Vsufructus. D. depos.*

94. ¶ Tertio vt plenius habeas, amplia quod dixi de retentione melioramentorum, vt procedat etiam *aduersus creditorem hypothecarium, non tamen in ipso debitore, sed tertio possessore, qui emit vel alias acquisiuit prædium forte pro ducentis hypothecatum quamvis non valeret: nisi centum tempore quo acquisiuit, sed postea sumptibus suis, & industria in tantum meliorauit, quod nunc valet ducentum: & creditor vult ab eo euocare, & facere distrahi pro suo debito per hypothecarium: quia quamvis nedum prædium ipsum, sed etiam omne melioramentum & augmentum intrinsecum illi vnitum, sic creditori mero iure hypothecatum. *l. si fundus, in princip. & §. 2. D. de pignorib. l. si conuenerit, §. si nuda D. de pign. actio.* Tamen ille tertius possessor poterit ante omnia deducere impensas & meliorationes suas extantes, vel ei reddenti prædium debent restitui. textus est rotundus in *l. Paulus respondit §. domus in fin. D. de pignoribus & hypothec.* Addo text. in *l. cùm postulassem, §. damni infecti, D. de dam. infect.* per tex. in *l. fin. de censibus, & in l. qui agros, de omni agro deserto, lib. 11. C.* Et quod fortius, tertius hic possessor nedum potest petere sibi refundi dictas impensas: sed etiam si hoc allegare malit, potest excludere creditorem, offerendo ei æstimationem rei, quæ erat tempore quo acquisiuit, & eam soluendo liberari ab omni hypotheca, & rem liberam sibi retinere, quia respectu tertij possessoris, ad quem res peruenit, & ab eo meliorata fuit, non censetur res creditori obnoxia in effectu, nisi in quantum valebat eo tempore, quo ad tertium possessorem peruenit. peruenit. per textum in *l. in his, C. de pred. & omnibus rebus manicip. lib. 11.* & ita decidit ibi Bart. & Alexan. in *addit.* Ioan. Pla. in § *notab.* idem tenet Paul. in *l. si conuenerit, §. si fundus. D. de pignor. actio.* Soci. in *cons. 224. eleganter col. 2. lib. 1.* Anto. Cors. *in fin. in ver. meliorationes* lasin *l. creditor, 1. D. si cert. pet.* Alberi. Brun. in *tract. in augment. conclus. 14. fallen. 1.* quod nota pro his, qui emunt domos ruinosas, multis reditibus annuis hypothecatas: deinde postquam illas splendidè & vtiliter reparauerunt, aduolant vndique creditores, & publicis hastis distrahendas subijciunt: quia potest emptor, & quivis tertius possessor, se opponere distractioni & adiudicationi decreti pro suis impensis & meliorationibus, quæ debent sibi refundi. An autem & quando pro his habeat tacitam hypothecam, & prælationem, remitto ad dicenda infra ad rubric. 17. *touchant les criees.* vbi latè trado materiam hypothecarum & prælationum tam in personalibus, quàm in hypothecariis actionibus An autem etiam contra creditorem annui reditus habeat locum præfata theoria Bart. & seq. per d. *l.* in his, ne hic sim prolixior, quoniam distinctione opus est, dicam ℣. §. 12.

* Retentio & persecutio impensarum nomine etiã aduersus creditorem hypothecarium competit.

95. ¶ Subamplia hanc ampliationem dupliciter. Primò, vt nedum procedat contra simplicem creditorem, pignoratitium vel hypothecarium, sed etiam contra eum qui haberet dominium vtile * vel vtilem rei vendicationem, in subsidium tamen, & de iure speciali, sicut in re empta per virum, nomine suo, ex pecunia dotali, vel sibi donata ab vxore, constante matrimonio: quia est viri propria. text. in *l. ex pecunia, C. de iure dot.* Tamen si maritus non sit soluendo, illa res empta in subsidium efficitur vxoris, quoad vtile dominium, & vtilem rei vendicationem. text. est, & ibi Bart. in *l. vxor marito. D. de donat. inter vir. & vxo.* Et nihilominus tertius possessor qui emit à marito, poterit vxori agenti vtili rei vendicatione sicut cuilibet hypothecario creditori obijcere exceptionem discussionis, vt prius discutiatur maritus, vel hæredes. Et bona & eodem modo poterit ei facere oblationem æstimationis valoris rei, quæ erat tempore suæ acquisitionis: quamuis regulariter agenti rei vendicatione non possit aliqua oblatio fieri: sed hoc est, quia vxor agens non habet plenum & proprium dominium de iure communi, sed solùm de iure speciali, & in subsidium: & facta huiusmodi oblatione, cessat causa illius subsidiarij vtilis dominij & vendicationis, sicut in simili est text. & ibi not. Bald. Raph. Cuma. Phil. Corn. in auth. *contra rogatus, C. ad Trebell.* & ita nobiliter decidit. Socin. in *d. cons. 224. lib. 1.* Secus si actor haberet directum dominium, vel etiam vtile: tamen principaliter non in subsidium, sed proprio & communi iure, quia nedum non posset ei fieri hæc oblatio: sed etiam impensarum retentio cessaret, vel modificaretur, si alias esset re sua carituras, vt statim dicemus, per *l. in fundo D. de rei vendi.* Subamplia secundò contra habentem etiam ex statuto vel iure consuetudinario, vel ex pacto matrimonij ius doarij: vnde si hæres ita reficit, vt pluris locetur: deinde vidua vult capere iure doarij, capiet in statu quo erat tempore obitus viri. Reliquum verò reditus proueniens ex melioramento hæredis, erit hæredis, per *l. ceterum in fi. D. de rei vendi.* ad hoc ℣. *eo nu.* 99.

* Habens vtile dominium subsidiarium, creditori hypothecario conferens.

96. ¶ Prædictam ampliationem *num.* 94. sic subampliatam *num.* 95. limito vt procedat in melioratione facta sumptu & industria possessoris vt in d. *l. in his*: Secus si esset facta fortuitò vel ex ipso lapsu temporis puta per alluuionem, vel quia creuerunt pretia prædiorum, quia tunc non haberet locum oblatio æstimationis, quæ erat tempore acquisitionis, sed solùm (vt dictum est) quando omne augmentum valoris processit ex sumptu & industria possessoris, non aliàs & ita etiam debet limitari, quod voluit Soci. in d. *cons.* 224.

97. ¶ Ex quo infero, quod si tempore hypothecati fundi vsufructus erat alienus, deinde peruenit proprietas fundi ad tertium possessorem, qui vsumfructum redemit & incontinenti creditor intentat hypothecariam, poterit possessor illum vsumfructum deducere, vel veram & vltimam æstimationem proprietatis acquisitæ offerendo, rem liberam retinere: secus si morte naturali vel ciuili fructuarij esset vsufructus finitus, & proprietati consolidatus. Quid autem si renuntiatione fructuarij? Respond. considerandum an fauore & contemplatione proprietarij remiserit vsumfructum & an causa remunerationis, vel secus, secundum not. in simili. ℣. §. 124. ad quæ remitto, ne prolixior fim quàm par est. Aduerte tamen, quia non poterit vsumfructum deducere, nisi quandiu viuet ille quondam fructuarius, vel quandiu aliàs duraret vsufructus, si non redemisset: ratio, quia in tantum & eatenus extat, & remanet vtilitas illius redemptionis & impensæ: quod si iam finitus sit vsufructus, non est expedita, vt in *l. cum Titio. D. ad leg. Falcid.* Aduerte etiam quod ista ampliatio, inquantum concernit facultatem offerendi æstimationem rei quæ erat tempore acquisitionis, & rem retinendi, non procedit apud nos de consuetudine, quia possessor non habet hanc electionem, sed si velit rem retinere, habet necesse totum & integrum debitum creditori offerre, cessis sibi si opus sit actionibus: vel semper in actionibus vltimum & carius pretium offerre, alioquin debet pati rem subhastari, & adiudicari plus offerenti, & se opponere pro retentione & refusione suorum sumptuum & meliorationum, vt latè dicemus ℣. in dicta rubr. 17. & hoc est æquum & rationabile, quia vltra refusionem expensarum extantium non debet deterior. fieri hypothecæ conditio

ex eo quòd res ad tertium poſſeſſorem peruenit.

98. ¶ In quantum autem dictum eſt eum qui non ratione dominij, ſed ex ſola bona fide pro cultura & cura fructus lucratur, teneri eos compenſare cum neceſſariis & vtilibus impenſis: poteſt limitari quando per tales impenſas res nedum eſt facta maioris pretij, ſed maioris reditus, ita quòd ipſæ meliorationes nouum reditum & fructus adferunt vltra antiquum reditum rei: vt eſſet ſatio arborum fructiferarum, vel ædificatio domus ad locandum, conuerſio deſertæ terræ in vineam. Certum eſt enim quòd ſumptus ad hoc facti, ſunt reſtituendi, cùm res euincitur.

* Fructus vberiores prouenientes ex re meliorata, verùm minuant impenſas factas per poſſeſſorem, vel poſſeſſor in ſumptus ita factos imputare debeat tales fructus & ſic tantò minus petere ſumptuum nomine.

99. ¶ Sed * non eſt modicum dubium an refuſio illorum ſumptuum minuatur ex fructibus quos poſſeſſor percepit, non ex reditu antiquo rei (de quo non eſt dubium, per not. in *d. l. ſumptus. D. de rei vendi*) ſed ex reditu percepto ex melioratione facta: vt ſi res priùs ferebat in reditu ſingulis annis ducentos florenos, & poſt meliorationem attulit mille florenos, & ſic propter dictas impenſas & meliorationes fuerunt maiores fructus, & valor illorum auctus eſt in florenis octingentis in ſingulos annos: An fiat compenſatio nedum vſque ad antiquum valorem ducentorum, ſed etiam vſque ad valorem mille florenorum pro quolibet anno. Hanc quæſtionem mouet Stephan. Bertran. in *conſ. 15. ex themate in fin lib. 1.* & non ſoluit. * Ego tandem multorum doct. libris reuoluris, ſolum reperi Matthæ. de Afflict. in *decis. Neapol. 87. magnum eſt dubium. ad fin.* tenentem quòd non debent fructus meliorationis compenſari cum ſumptibus, etiam ab illo qui non fuit dominus rei. & allegat Ang. in *d. l. emptor D. de rei vendi.* vbi nil de hoc dicit: fortè voluit allegare Ang. in *l. cæterum eod. tit.* vbi dicit quòd etiam verus malæfidei poſſeſſor, non tenetur ad fructus qui percipi potuerunt, ex re meliorata ſua induſtria & artificio, per illum text. inferens ad malæfidei poſſeſſores, qui vineas plantauerunt ſuo ſumptu vel ædificia conſtruxerunt, vt non teneantur ad fructus qui ex eiſdem vineis & ædificiis vberiores percipi potuerunt: ſed tantùm ad perceptos. & verum dicit, quia propriè onus percipiendorum, vel qui percipi debuerũt fructuum, refertur ad fructus antiquæ & naturalis bonitatis, & ſtatus rei. Idem Ludo. Rom. *ſingu. 333. incip. malæfidei poſſeſſor.* vnde vnum ſing. not. tradit Lancelo. Deci. in *l. apud Iulianum. §. fructus in fin. D. de legat. 1.* Quod in omnibus caſibus, in quibus malæfidei poſſeſſor tenetur de fructibus quos potuiſſet percipere, nunquam tenetur de illis quos potuiſſet percipere ex augmento rei facto per ipſum. caſus eſt in *d. l. cæterum.* Sed ex hoc non ſequitur, ſi de facto multi fructus ex meliorationibus percepti ſint quin debeant in totum computari & compenſari, cum eorum impenſis, vt eſt regulare, ergo ſeruandum, ex quo non probatur de exceptione. Itaque hanc limitationem & opinionem Matt. non * puto veram in puncto iuris: quia ſatis commodè actum videtur cum non domino, quamvis bonæ fidei poſſeſſore, quòd impenſas ſuas accipiat, tametſi nihil lucretur de alieno. 100. ¶ Nec obſtat quod verſabitur in damno, propter deperditam induſtriam, tẽpus & occupationem ſuam: quia dico quod in iſtis ſumptibus, nedum debent æſtimari materia empta & appoſita, ſed * etiam labores & opera artificum, & colonorum. Itaque ſi ipſe poſſeſſor, boni artificis, vel colonj, munere functus ſit, puto ſuæ ipſius operæ & induſtriæ rationem habendam, & æſtimationem fiendam in quantitate ſumptuum: quod expreſsè not. Ang. in *l. ſi à non domino in fine. D. de pet. hæred.* Et ſic hoc modo recuperando ſumptus ſuos non videtur remanere in damno, licèt perdat intereſſe lucri ceſſantis: Tamen hæc opi. do. Matth. Afflict. eſt multùm æqua, in bonæfidei poſſeſſore diligenti & induſtrio, qui conſumpſit tempus & induſtriam in illis meliorationibus: & hoc faciendo non potuit interim aliunde lucrari: tunc enim non eſt irrationabile, quòd vltra refuſionem ſumptuum, quatenus eorum vtilitas manet vt ſtatim dicam, habeat omnes fructus & reditus meliorationis ſuæ vſque ad litem conteſtatam bona fide conſumptos: abſque eo quòd eos computet in ſumptus: quam in huiuſmodi perſonis, qui non habent aliunde lucrum, ceſſans lucrum propemodùm habetur pro damnò, vt de iuſtis mercatoribus dixi in *tractatu de commercijs & vſura, qu. num.* Et ſic relinquo iſtud in boni & prudentis iudicis arbitrio, circumſtantiis omnibus *ex ſtatu cauſæ*, ſiue in æqui bonique lance appenſis.

* Refellitur opi. Matthæi Afflict.

* Labor & operæ ſunt ſpecies ſumptus.

* Etiam verus malæfidei poſſeſſor impenſas deducit imò ſæpe tit.

101. ¶ Amplio quartò * etiam ſi huiuſmodi meliorationes & ædificia eſſent facta per amicum vaſalli vel emphyteutæ, (vt eſſet clarum per *l. idémque in ſi. cum l. ſeq.* & quæ ibi not. *D. manda. & in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. D. de vulg. & pupi.*) vel per bonæfidei poſſeſſorem (cui proculdubio teneatur vaſallus, vel emphyteuta reſtituere) ſed etiam ſi eſſent facta per malæfidei poſſeſſorem, ſcientem rem alienam, & ſe nihil iuris habere: quia vel malæfidei poſſeſſor non continuò cenſetur huiuſmodi impenſas velle donare, niſi aliter probetur: imò conſtat de contrario, quòd non vult donare, ſed potiùs alienum vſurpare, & ſic non perdit ſed debet recuperare, ſaltem quatenùs dominus efficeretur locupletior, tempore recuperationis rei ſuæ: & hoc nedum per modum retentionis, ſed etiam viâ actionis, poſt ſimplicem reſtitutionem rei. quod probo primò per textum apertum in l. *ſi pupilli. §. ſed & ſi quis negotia. D. de negot. geſt.* vbi dicitur quòd etiam prædo, qui ſui lucri cauſâ, & non contemplatione domini aliquid impendit, habet etiam actionem negotiorum geſtorum contra dominum, quatenus inde efficitur locupletior. nec valet expoſitio Ioan. Bul. & gloſſ. ibi; quamvis Bartolus, Baldus, Paulus, & omnes ſequantur, quòd ibi impenſam fecit nomine domini, & non nomine ſuo: quia iſtud nedum eſt diuinare ad text. ſed expreſſam eius literam & mentem deſtruere: quod eſt intolerabile. Loquitur enim expreſsè ille text. in eo, qui nomine ſuo, & ſui lucri cauſâ, non domini contemplatione ſeu nomine geſſit, & impendit. Probo ſecundò per text. in *l. planè. D. de petit. hæred.* vbi dicitur quòd etiam prædoni habetur ratio huiuſmodi impenſarum: & quod ad hoc ſufficit ſolum officium iudicis, etiam citra exceptionem, quia non debet dominus ex aliena iactura lucrum facere. Probo tertiò, per text. in *l. 2. in fin. C. de rei vendic.* vbi malafide & ſcienter in alieno ædificanti, conceditur repetitio, & vendicatio materiæ diſſoluti ædificij, niſi donandi animo ædificauerit: ergo non poteſt dici, quòd eo ipſo quod eſt in vera malafide cenſeatur donare, & non poſſit repetere, niſi aliunde probetur de animò donandi. probo quartò, per text. in *l. 14. qui alienum. D. de donation.* ponderando verba donationis cauſâ, quæ gloſſ. nimis extendit ad cauſam interpretatiuam, debebat dicere vel præſumptam excludendo fictam, quia textus clarè loquitur in eo qui fundum quem ſcit alienum colit & tamen requirit quòd donationis cauſâ facit, vt perdat retentionem propter impenſas. Et ſic non eſt verum, quòd eo ipſo præſumatur donare, niſi alia ſufficiens præſumptio accedat & in text. *ibi domini efficit*, intelligitur quod hoc caſu, quando conſtat quod cauſâ donandi, ſtatim facit rem domini non ſolo actu, ſed perpetuo effectu, quia indiſtinctè cedit ſolo ſalua retentione vel repetitione. *l. 2. C. de rei vend. l. adeò. §. cum in ſuo. & §. ex diuerſo. D. de acquir. domin.* 102. ¶ Et hæc erat opinio * Marti. antiqui gloſ. vt refert Accurſ in quinque locis: & vbicunque de hoc tractat eam reprobat: & ferè ſemper ſolitus eſt paſſim in toto ire opiniones Martini damnare. ſed cùm oportunum fuerit, oſtendemus, eas quandoque eſſe veriores: & in præſenti quæſtione opinionem

* Opiniones Marti, non tã infeliçes quàm Accurſ. viſi ſunt Opi. Mart. defendiũt contra omnes: & adeò vſque inueteratus error conuellitur.

Martini ſequimur, tanquam iuri & æquitati conſonam, contra omnes. Bar. enim in *d. l. planè*, eam ſequitur quo ad exceptionem duntaxat: cæteri omnes poſt Accur. in totum reprobant. Solùm reſtat reſpondere ad quoſdam textus, quorum litera ad reliquos text. iuris non diligenter expenſa, dedit omnibus gloſſ. & docto. à Mar. hucuſque anſam errandi, videlicet ad text. in §. *ex diuerſo. in fin.* §. *certè illud. in fin. Inſti. de re. di. in l. adeo.* §. *ex diuerſo. D. de acquir. re. do.* Ego reſpondeo dupliciter. Primò cum ſubauditione & diuinatione, non tamen cum deſtructione textus, vt ferè omnes faciunt dum reſpõdent ad *d.* §. *ſed & ſi quis negotia*, quod illi text. intelliguntur dummodo etiam aliunde quam ex ſola ſcientia appareat illum malæfidei poſſeſſorem ædificaſſe, vel impendiſſe animo donandi vero domino, vel perdendi & * hæc erat ſolutio Martini, vt teſtatur gloſſ. in d. *l. adeo.* §. *ex diuerſo. in verbo petit. in fin. ſed quia vix. vſuueniret.*

* Solutio Marc. teſte gl. Accur.

103. ¶ Secundò & * meliùs reſpondeo abſque ſubauditione & diuinatione, quòd illi text. intelliguntur & procedunt de mero rigore. Et alij text. pro opinione mea allegati loquuntur de benignitate & æquitate naturali: nec hoc eſt diuinare, quia ſatis apparet, ita eſſe ex re ipſa ad ſenſum, & intellectu cuiuſque benè organizati, & ſubtiliter intuentis. ſecundum quem iura ponderantur, vt verbis vtar do. Anto. Butr. in ca. *inter corporalia. col. 5. de tranſla. epiſcop.* apparet etiam clariſſimè ex verbis text. dictæ *l. planè. ibi, ſed benignius eſt.* vbi poſtquam dixit, prædoni non ſuccurrendũ, ſed quòd de ſe quæri debet qui ſciens in rem alienam impendit: diſcedit ab illa priore ſententiâ, non tanquam iniuſta: ſed quia benignior, & æquior eſt ſequens contraria ſententia. Ecce quòd expreſsè ille text. diſcedit à ſententia priore propter rigorem, & accedit poſteriori & noſtræ propter æquitatem. patet etiam in ratione in qua ſe fundat ille text, nempe in illa ſola æquitate naturali, ne quis aliena iactura locupletetur. *l. nam hoc natura. D. de condict. indeb. l. iure naturæ. D. de reg. iur.* Patet tertiò, dum ille text in fine dicit idipſum officio iudicis contineri, nec exceptionem deſiderari. quaſi dicat, & eſt veritas: quòd mero iure nullam habet iſte prædo actionẽ ad impenſarum repetitionem, nullam exceptionem, mero ſcilicet iure & de rigore: ſed ex ſola & mera æquitate.

* Nouus & verus ſolutio, & plurium legũ germanus intellectus.

104. Ex quibus habes verum intellectum ad *d.* §. *ſed & ſi quis negotia*, quia non eſt intelligendum quod illi prædoni mero iure oriatur, & competat actio negotiorum geſtorum, quod eſſet impoſſibile, quum nullum negotium geſſerit, & quum etiam ex animo & vt alienum negotium bona fide adminiſtranti, non oriatur nec competat contra eum ad quem ſpectat, niſi habeat animum & intentionem eius negotium gerendi text. eſt in *l. item ſi cum putaui, in fi. D. de negot. geſt.* & quum nec exceptionem quidem habere de rigore, vt eſt text. in *d.* §. *ex diuerſo. &* §. *certè illud.* ergo multo minus actionem. per *l. creditores. C. de pact. l.* 1 §. *is autem D. de ſuperfi. cum vulg.* Sed ſicut dicitur in *l. ait prætor.* § *& ſi furioſi. D. eo tit.* hanc actionem dari gerenti negotia furioſi contra ipſum furioſum, quamvis nullum negotium gerere poſſit, nec cum eo geri. *l. quod nec* §. *ſi furioſo. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. in negotiis D. de reg. iur.* nec fingitur geri. *l. qui ad certum D. loca.* Atque adeo glo. d. §. *& ſi furioſi in fi* quam ſeq. ibi Bart. & alij, exponunt actionem negotiorum geſtorum, id eſt, actionem in factum ex negotio de facto geſto, inquantum furioſus eſt locupletior ex æquitate *l. ſi & me & Titium. D. ſi cer. pet.* ita ego puto exponendum in *d.* §. *ſed & ſi quis negotia.* vt pro actione negotiorum geſtorum, intelligatur actio in factum dari prædoni contra dominũ, id quantum ad eum peruenit & locupletior eſt factus, ex æquitate *d. l. ſi me & Titium* quæ in ſpecie ſine individuo eſt illa eadem ipſiſſima æquitas naturalis, de qua in *d. l. nam hoc natura & in d. l. planè. verſi ſed benignius.* Et ſic notorium eſt pro opinione noſtra militare æquitatem, expreſſim ſcriptam in ſpecie. Igitur omnino præferri debet rigori quantumcumque in ſpecie ſcripto, vt in contrariis quæ per conſequens nullo modo obſtant, etiam ſi eſſent poſteriora, quod non eſt propter vltimam & poſteriorem editionem. *C. & d. l. 2. de rei vendica. vt per glo. & doct. in l. placuit. C. de iudic. l. 1. C. de legibus.*

105. ¶ Ex quibus do nouum & æquiſſimum intellectũ ad * *ſi in area. D. de cond. indeb.* vbi dicitur quod ſi quis etiam bona fide dominum ſe, vel hæredem exiſtimans, in aliena area ædificauerit, vel inſulam hæreditariam fulſerit, deinde cognita veritate, ex abundantia & promptitudine bonæ fidei, ſtatim domino rem ſuam reſtituerit, nulla mentione nec retentione facta expenſarum, fortè quia non fuit tunc recordatus nec cogitauit, vel per errorem iuris putabat ſe non poſſe, & ſibi non licere quacunque retentione vti: & poſteà agnoſcat ſe fuiſſe circumuentum in expenſis: quod tamen non poteſt; nec rem nec expenſas condicere, nec vllo alio modo recuperare, quia dico quod ille text. debet intelligi de mero iure, & rigore iuris ciuilis vel poſitiui, quo nullà erat prodita actionis formula ædificanti in fundo alieno tanquam in ſuo, ad expenſas recuperandas: ſed ſolum erat permiſſa retentio, & doli mali exceptio ante poſſeſſionis reſtitutionem, vt inquit Iulia. iuriſcon. in d. *l. ſi in area, & in l. Paulus reſpondit D. de doli mali except.* & adhuc illa retentio, & doli mali exceptio, ſoli bona fide poſſidenti, & impendenti, erat conceſſa, vt ſatis innuit Paulus iuriſconſult. in d. *l. planè in fin. princ. D. de petit. hæred.* & ſunt text aperti in d. *l. adeo.* §. *ex diuerſo verſ. vtique ſi neſciuerit D. de acquir. rer. dom. & inſtit. de rer. diui. in* §. *ex diuerſo ver. ſed hoc caſu. & in* §. *certè illud. ver. vtique ſi bonæ fidei poſſ.*

* Recens & quiſque intellectus ad *l. ſi in area. D. de condi. indebi.*

106. ¶ Verùm vt textus *d. l. ſi in area*, bona fide impendentem & rem reſtituentem omni actione & remedio priuat, excepta ſola retentionis exceptione quamdiu rem poſſidet, idque de rigore: ita non excludit illum à remedio æquitatis actionis negotiorũ geſtorũ, ſiue in factũ: quod probatur, primò per dict. *l. ſi in aream*, quæ in principio medio, & fi. in totum, & tantum fundatur, ſuper hoc quod inter bonæ fidei poſſeſſorẽ, qui extructas ædes reſtituit, & dominum nullum geſtũ eſt negotium id eſt nullus interceſſit contractus, nec quaſi contractus & ſic nulla obligatio, nulla actio, poteſt oriri ex contractu vel quaſi: igitur illa lex non excludit, niſi condictiones quę oriũtur ex illa iuris formula cõtractus vel quaſi; non autem excludit actiones quæ aliundè ex variis cauſarũ figuris, vel quę ex ſpeciali æquitate producuntur, & habentur à lege. Legis enim diſpoſitio reſtringitur ad limites rationis, in qua fundatur. *l. adigere.* §. *quamvis. D. de iure patro. l. ch pater.* §. *dulciſſimis.* D. *de lega. 1.*

107. ¶ Secundò, quia * etiam per verba quantũcunque generalia vel vniuerſalia non excluditur remedium cõpetens ſpeciali iure & æquitate, text. cum glo. 1. *in l. de curionibus de ſilentia. lib. 12.* Co. not. Bald. in cap. 1. *in fin. quo tempo. mil. in vſib. feu.* latè Iaſon in *l. poſtquam lit. col. fin. poſt. gloſſ. fin. ibi. C. de pact.* imò rigori quantuncunque præciſè ſcripto derogat æquitas, etiam priùs ſcripta, non autem ei derogatur per rigorem, etiã poſteriùs ſcriptũ, vt dictũ eſt, igitur illa clauſula nullo alio modo quàm per retentionem in fin. d. l. non excludit actionem in factũ ex d. æquitate. Idem dico de *l. Paulus* D. *de do. exceptio.* Tertiò non eſt veriſimile Saluiũ Iulianũ qui fuit auctor *d. l. ſi in area* & qui ciuilis ſapientiæ fuit ſtudioſiſſimus, aduſque vltimũ vitæ ſpiritum vel ſepulchrũ ipſum, vt teſtatur Pompo. in *l. apud Iulianum.* D. *de fideicom. lib.* adeo boni & æqui (quæ eſt iuriſconſultorum profeſſio. *l. 1. in princ.* D. *de iuſti. & iur.*) oblitum fuiſſe in *d. l. ſi in area*, vt remediũ d. æquitatis excludere intendiſſet. Quartò multo minus eſt veriſimile, imò incompatibile, Iulianum tantum iuriſconſultum, nedũ ſuæ profeſſionis, ſed etiã ſui ipſius fuiſſe diſſimilẽ, ſibique repugnantem: quoniam idem Iulianus auctor

* Specialis iuris aut æquitatis remedium, generalibus verbis non præciditur.

est *d. l. si pupilli, & d. §. sed & si quis negotia.* vbi in multo fortioribus terminis, actionem negotiorum gestorum, vel in factum nominatim concessit, etiam malefidei possessori, & prædoni, & non propter aliam rationem, quàm propter illam æquitatem naturalem, ne quis ex aliena iactura locupletetur, vt patet in *fin. d. §.* igitur multo magis fuisset concessurus in casu, *d. l. si in area*, bonæ fidei possessori, cuius causam & bonafides & simplicitas vtraque legibus amica, adiuuat. *l. bonafides. D. depos. c. veritatis. de iureiuran. cum vul.* Qua æquitate indignus est is qui animo vult prehendi alienum, & priuandi dominum, in alieno, vel etiam in communi nomine proprio improbè ædificauit, *l. 5. si in conu. Cod. de ædific. priuat.* quæ non loquitur in simplici malefidei possessore: *vt l. 2. & l. domos. C. de rei vendic.* Sed in eo qui animo totiùs loci dominium vsurpandi reficit, quo casu specialiter iura antiqua corriguntur. vt in text. *ibi, antiquato diui Adriani edicto.* Et sic ibi census specialis & pœnalis, qui non debet extendi, nec habet aliquid commune cum *d. §. sed & si quis negotia, & cum d. l. si in area.*

108. ¶ Et sic non obstaret dicere, quòd in *d. l. si in area*, non fit mentio nec reseruatur illud remedium æquitatis, tum per prædicta, tum quia in dict. l. de hoc non agebatur, sed nec quærebatur, sed solùm de condictione indebiti, aut alia simili actione oriente ex illa formula contractus vel quasi, vt patet per totum discursum illius legis, & per tit. sub quo sita est. Tum quia idem Iulianus in libris & responsis suis, istud remedium expressit. patet in *d. §. sed & si quis negotia*, nec fuerunt omnia eius responsa suo ordine Pandectis nostris insetta, sed frustulatim quædam in centones, pro ratione cuiusque tituli: & sic vnum debet suppleri per aliud, vt exploratissimum est in iure. Itaque firmissimè concludo in casu *d. l. si in area*, competere actionem in factum ex illa æquitate, ne quis ex aliena iactura lucrum faciat: in qua est etiam fundata, *d. l. sine & Titium.* in subsidium deficientis condictionis indebiti, & alterius remedij & formulæ stricti iuris quamvis Pau. Ca. *ibi ad fin.* dicat se ad hunc finem voluisse patrocinari cuidam Florentino, sed nihil firmat, nec decidit. Reperio etiam quòd pract. Papi. in *for. respon. rei conuenti. versic. exceptionem expensarum. in fine*, cõcedit in casu isto, bonæ fidei possessori qui simpliciter rem restituit, certi condictionem ad ipsam possessionem auocandam, quasi indebitam. per *l. quòd si nulla D. de lega.* 1. Sed errat, tum quia deberet dicere incerti condictionem, tum quia in d. l. *si cum nulla* est casus longè diuersus, & ibi restituens rem, tanquã debitam solnebat, & sic negotium gessit, contracta fuit formula quasi contractus, tanquam ex indebito vel plus debito soluto, ex qua formula oritur etiam de mero & stricto iure certi vel incerti condictio indebiti: secus in casu nostro, in quo resistuens restituit, non vt rem ei debitam, sed vt rem propriã ipsius cui fiebat restitutio. & sic omne negotium, omnis stricti iuris formula, & auxilium deficit, vt dicit text. in *d. l. si in area*, & vtrobique declarant doct. qui tamen prædictas leges non ita, vt dixi, ad boni & æqui normam interpretantur, sed cum Accurs. in variis & ineptis solutionibus (quas referre non libet) anxiè & miserè torquentur.

109. ¶. Et ita per prædicta nouiter. expono * *l. hæreditatem, ad fin. D. de peti. hæredi.* vbi bonæ fidei possessori, qui monumentum in testamento defuncti ordinatum fecit, deinde retentione omissa, hæreditatem vero hæredi restituit datur repetitio actione negotiorum gestorũ, veluti hæreditario negotio gesto, id est (vt intelligo) per actionem in factum, ex æquitate, propter negotium de facto gestum: aut si mauis, vtilem negotiorum gestorum actionem, siquidem verè nullum fuit negotium gestũ à bonæ fidei possessore: quia nõ hæredis, sed suo proprio nomine fecit monumẽtum, Et hoc etiã innuit ille text. in illo verbo *veluti*, quæ est not. fictionis & improprietatis: & fortiùs & clariùs probat ille text. in versic. immediatè sequenti ibi, *quamvis enim stricto iure nullo teneantur actione hæredes.* &c. intelligendo continuatiuè ad præcedentia, prout aptè & rectè potest intelligi quamvis glo. ibi, aliter accipiat. Et sic quamvis mero iure, & de rigore, nulla teneantur actione hæredes ad restitutionem huius impensæ: tamen ex æquitate etiam via actionis compelluntur. Ita etiam intelligo *l. at si quis. §. si quis & l. si possessor in principio. D. de religio. & sumpti fu.* 110. Similiter in * *l. in hoc iudicium. §. diuersum. D. communi diuidundo*, vbi Paulus iurisconsultus ait, cùm in re aliena aut communi, quasi in rem meam impendo, tantùm retentionem habeo, quia neminem mihi obligare volui: intelligo quòd illa taxatiua *tantùm*, excludat solùm actiones quæ mero iure competunt & oriuntur ex illa formula contractus vel quasi: patet vltra prædicta per ipsam seriem text, & rationem, in qua se fundat in *d. §. diuersum cum versi. seq.* quæ est in gestione negotij alieni, & animo alienum sibi obligandi, quę quum deficiant in eo qui nomine suo quasi in rem suam impendit, sequitur quòd impendiorum nomine nullam habet actionem, quæ sc. ex contractu vel quasi & mero iure oriatur. Et rationem reddit ibi text. quia nullum negotium gessit, neminem sibi obligare voluit, quę quidem ratio est optima & concludentissima, quamvis Accur. ibi in glo. versi. *volui* opponat, quod non sit bona, per dict. *l. at si quis. & l. si possessor.* in quibus. ll. (non valens aliter soluere) respondet esse speciale. Sed errat, quia nulla est specialitas, sed idem ius vtrobique, vt nulla fit repetitio stricto iure & directa actione, sed benè vtiliter ex æquitate, prout differuimus. Et ita in cæteris id genus (ne in singulis enarrandis prolixior sim) dicendum puto. Ex his sub paucis habens facilem, & sanum multarum legum intellectum, in vnam veritatis & æquitatis consonantiam, quam cum multis aliis in decadibus meis fusius explicandam reseruabam: sed tum inter scribendum forte se obtulit communis ille, & nimis inueteratus error, indignum duxi, tandiu non retegi & pro iure contra ius vsurpari. quare ne æquitas interpellatore careret, hæc obiter inserui. 111. ¶ Vt autem ad quartam ampliationem *suprà numero* 101. redeam huiusmodi impensæ in clientelario, aut vectigali prædio, à tertio quocunque factæ, aut sunt domini vtilis, gratiã vel animò ei donandi factæ, & perinde habentur ac si ipse fecisset: aut sunt factæ aliter quocunque modo, & adhuc idem est, ex quo tenetur eas saltem, quatenus locupletior est, restituere, vt dixi, excepto speciali & pœnali casu. *d. l. 5. C. de ædif. priuat. sup. num.* 107. *in fin.* vnde infertur semper repetendas à domino directo, cui res sine culpa domini vtilis, vel etiam cum culpa (in graui impensa & naturam concessionis excedente) committitur. 112 ¶ Conclusionem sic ampliatam limito primò, vt procedat in sumptibus perpetuæ vtilitatis, qui non spectant ad vasallum vel emphyteutam: secus * in illis quòs tenebantur, etiam pro perpetua vtilitate facere ex speciali, pacto, vt sentit do. Iaso. in *l. 1. col. 5. num. 26. & l 2. col. 7. num. 32. C. de iur. emphy.* quia si non essent facti, essent vltra restitutionem rei, ad hoc vel ad interesse compelli. 113. ¶ Limito secundò, vt * non possint solidam impensarum quantitatem retinere vel repetere, sed solùm quantum propter antiquas reparationes & meliorationes, fundus plus valet, eo tempore quo reuertitur ad dominum: per text. in *d. l. domos, ibi ædificiorum quantitatibus extantibus*, & ita tenent ibi Nicolaus Neapol. Iacobi de Aret. Barto. Bald. Ang. Paul. Imol. Alexan. Ias. *col.* 1. Idem Carol. Rui *consi. 165. num. 5. lib. 4.* Hiero. Gratus *consi. 9. num. 15. lib. 2.* facit l. *omnimodo. § imputari versi. ita tamen. C. de inoffi. testa.* quod est æquissimum, quia vltra valorem tempore restitutionis extantem, nihil peruenit ad dominum de illis impensis & meliorationibus: sed perceptæ sunt vel percipi debuerunt à vasallo vel emphyteuta, durante feudo vel

* Recur. ad quæque intellectual. *l. in hoc iudicium. §. diuersum. D. communi diuid.*

* Intellectus *l. in hoc iudicium. §. diuersum. D. communi diuid.*

* Speciale *iuris aut æquitatis remedium, & generalibus verbis non prædictum*

* Intellectus *l. hereditatem. ad fin. D. de peti. hæred.*

* Sumptus ad perpetuã rei vtilitatem facti vel speciali pacto nõ repetuntur per vasallum & emphyteutam.

* Sumptuum ratio habẽda inspecto præsenti statu, & quantũ fundus plus valet.

* Reijcitur opi. Bal. & feudiſtarum.

emphyteuſi. 114. Ex his patet* minus eſſe durum quod dicit Bald. in aut. *excipitur. Cod. de bon. qualib. & in dict.* §. *ſi vaſallus*, vbi ſcrib. ſequuntur, præcisè ſtandum eſſe literæ *d.* §. *ſi vaſallus*, videlicet quòd dominus ſoluat omnes impenſas factas in melioratione, vel quòd patiatur ædificium tolli, & quòd ita ſeruat conſuetudo. & ſeq. Iaſ. in *d. l.* 2. *col.* 7. addens dominum poſſe prohibere demolitionem & ablationem ædificij, offerendo quantum vaſallus vel emphyteuta eſſet laturus ex* rebus ablatis: quod adhuc eſt durius, quia eſſet via prompta domino ad excludendum in totum emphyteutas & vaſallos ferè pro nihilo, quia rudera & deiecta materia non valent decimam, imò nec quinquageſimam partem ſtantis ædificij: ideo puto non curandum de dicto §. *ſi vaſallus*, à barbaris & imperitis quibuſdam compilato, vt ſatis patet in princ. eiuſdem capitis, *domino guerram*, &c. Sed puto omnino recurrendum ad ſanctiſſimum & æquiſſimum illud ius Romanorum, & doctrinam ſapientiſſimorum iuriſconſultorum, Papiniani, in *d. l. domos.* & Celſi in *l. in fundo. D. de rei vendic.* vt dominus non poſſit dicere, diruite & auferte rudera, ne per huiuſmodi angariam magnam vtilitatem rapiat, pro modico vel nihilo: nec etiam è conuerſo liceat vaſallo aut emphyteutæ dominum verentem deformitatem, & opprobrium demolitionis, ad ſolidam impenſam adigere. Sed vt teneatur dominus ſecundùm quod diximus in ſecunda limita iuxta dict. *l. domos*, iuncta modificatione dict. *l. in fundo*. ſi forte ſibi non expediret tantum ædificium, nec eſſet alias venditurus, & tamen inuitus re ſua caritura, reſtantem valorem refundendo: quia tunc ſatis eſſet illum offerre, quantum ex rebus ablatis haberi poſſet, vt dicitur in *d. l. in fundo*, niſi forte maior paupertas & grauius damnum, veteribus colonis immineret, quæ omnia in boni innocentiſque iudicis arbitratu & officio conſiſtunt, ne qua nimia in alterutrum verſetur captio, vt in ſimili inquit Vlpian. in *l. cetera. D. famil. herciſc.* & aureus ille text. in *l. in ambiguis. in fi. D. de reg. iuris.* quoties æquitatem deſiderij naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res temperanda eſt.

* Id eſt ex ruderibus.

115. ¶ Sed (vt tandem finiam.) Vltimò quæro quid de augmento extrinſeco, quod in vnitatem eiuſdem rei, & ſub eadem cauſa, & qualitate vnitur, vt de adiecto per* alluuionem, vel etiam ſubito fluminis impetu, poſtquam tamen coaluit: & dicitur in §. *preterea inſti. de. re diui. & in l. adeo.* §. 1. *& 2. D. de acqui. rer. domi.* Reſolutiuè procedendo, dico accreſcere & cedere feudo Cònſtat primò quantum ad incrementum latens alluuionis, quia nobis acquiritur eo iure quo ager augmentatus primùm ad nos pertinebat, nec iſtud incrementum nouus ager, ſed pars primi. text. in *d. l. adeo* §. 1. vbi dicitur acquiri ipſi feudo, & omnino huiuſmodi incrementum efficitur ſimile ei cui accedit. inquit Vlpia. in *l. ſi ego.* §. *idem ait. verſi. quod tamen per alluuionem. D. de publi. in rem actio.* & ſic eodem iure, eadem cauſa & qualitate acquiritur & poſſidetur, ſicut ager cui adiectum eſt, ita decidit Bartol. in tract *de alluuio. in verſi. noſtro. in prin. & in ver. acquiritur nobis. in prin.* vnde habenti in prædio augmentato plenam proprietatem, iſtud incrementum acquiritur iure plenæ proprietatis *l.* 12. *& 3. C. de alluuio.* & habenti quaſi dominium accreſcit iure quaſi dominij, *d. l ſi ego.* §. *idem ait.* & habenti poſſeſſionem, titulum & vſucapiendi conditionem accedit in poſſeſſione, titulo & præſcriptione. Ita quod ſtatim poſſidetur eodem titulo & perfectè præſcribitur, eadem præſcriptione, pro ſolo tempore reſtante in primo, & principali fundo, nec opus eſt aliqua noua apprehenſione nec nouo titulo, nec noua præſcriptione, licèt ſecus eſſet in adiectis facto & deſtinatione hominis. per text. in *l. qui fundi* §. 1. & ibi gl. in *verſ. conditionem*, quam Ang. & omnes ibi ſeq. *D. de vſucapio. pro empto.* & habenti ius vſufructus, accreſcit iure vſufructus. *l. item ſi fundi.* §. *huic vicinus. l. ſi Titio. in fin. D. de vſufruct.* & habenti ius pignoris, accreſcit iure pignoris *l. ſi conuenerit*, §. *ſi nuda. D. de pignor. actio. l. ſi fundus. in princip. D. de pignor.* 116. Et habenti * territorium, iuriſdictionem, merum & mixtum imperium, accreſcit in eodem iure territorij, imperij & omnis iuriſdictionis. Ita * conſuluerunt celeberrimi & doctiſſimi illi iuriſconſulti collegij & vniuerſitatis Papienſis pro domino Lazariæ per copioſiſſimas, veràs & irrefragabiles rationes, vt patet in eruditiſſimo eorum conſilio, quod eſt inter conſi. Franciſ. Curt. ſenior. in ordine 59 quamvis eodem tempore, & ſuper eodem themate in contrarium (ſed malè) conſuluerit Iaſ. in *conſi.* 146. *lib.* 1. Et in terminis noſtris habenti dominium vtile vt vaſallo, accreſcit iure eiuſdem vtilis dominij, & ſpectat ad vaſallum, vel etiàm ad ſubvaſallum iure feudi, vel ſubfeudi, quamdiu durat feudum: quo reſoluto ſtatim totum cum incremento reuertitur ad dominum, & directo dominio conſolidatur text. in §. *ſi quis de manſo. & §. rurſus. De contro. inueſti.* vbi per Bal. Alua. & omnes ſa. quæ dicam j. §. 7. *nu.* 32. 117. ¶ Et eodem modo accreſceret emphyteutæ, nec propter hoc debet augeri canon, vel aliud onus, aut ſeruitium, ſicut nec è conuerſo diminueretur: etiam ſi eſſet res conceſſa ab eccleſia, vt expreſſim conſu. Philip. Cor. in *conſi.* 15. *licet clarum lib.* 4. & tenent glo. *ſi. & omnes ſcrib. in l.* 1. *C. de iure emphyteut.* Quid autem ſit alluuio, & de eius effectu: vide vltra locos communes vberrimo & facili ſtylo per do. Iaſ. in *conſi.* 126. *lib.* 4.

* Alluuio territorium & imperium auget.

* Collegium Tarraconæ.

118. ¶ Quantum autem ad incrementum apparens* ex fluminis impetu, poſtquam coaluit & vnitum fuit, ita vt diſcerni & ſeparari non poſſit, (non enim priùs acquiritur definendo eſſe prioris domini, vt in dicta *l. adeo.* §. *ſecundo* verſic. *planè ſi longiore*, nec in hoc requiritur aliquod lõgum temporis ſpatium, ſed ſatis eſt quod vnitatem cum terra mea fecerit, vt inquit text. in *l. hoc amplius.* §. *Alphenus. D. de dam. infec.* & declarauit Bartolus in detracta. *de alluuio.* vbi gloſſ. dict. §. *primum*, & §. *ſecundum. in d. ver. planè.*) cõſtat quod cedit feudo per text. in *d.* §. *ſi quis de manſo. &* §. *ſeq.* vbi non diſtinguitur inter incrementum latens vel apparens, prout non eſſe diſtinguendũ tenet ibi Bald. in *col.* 1. quamvis Aluar. ibi *col.* 2. contrarium velit, & malè, attento maximè quòd ille text. vtitur ſigno vniuerſali, omne incrementum, & probatur, quia huiuſmodi incrementum fit ipſi fundo. text. in d. §. 2. *inſi.* & accedit de iure gentiũ ſine facto hominis in vnitatẽ eiuſdẽ rei. *text. in d.* §. *hactenus.* vnde eodẽ iure, titulo, cauſa, & qualitate, cẽſetur acquiſitũ & poſſeſſum: vt etiam tradit Bart. in d. tract.

* Vi fluminis adiecta feudo cui accedat.

119. ¶ Vnde etiam emphyteutæ, aut alij cuicunque habẽti dominium vtile accreſcit iure eiuſdẽ vtilis dominij vt tenent Alberi. in *l.* 1. *col. vlt. C. de iure emphyt.* & ibi Bart. Sali. *col.* 2. Iaſ. *col.* 16. *nu.* 79. Idem Iaſ. in *l. de quibus. col.* 7. *nu.* 26. *D. de legib. & conſu.* Alber. Bru. in tract. *de augmen. col.* 63. *conclu.* 16. *amplia.* 7. quamvis ſecus ſit in vſufructuario. *l. item ſi fundi.* §. *ſi inſula. D. de vſufruct.* eodem modo acquiritur domino directo, reſpectu directi ſui dominij. 120. ¶ Et quæ dicta ſunt de incremento latenti vel apparenti habent locum, quando inducitur à flumine publico: ſecus ſi à priuato fluuio, vt Bart. in d. tract. *ver flumen.* Item quando incrementum fit alluuione, vel vi fluminis manentis in ſuo alueo: ſecus* ſi prorſus relicto proprio & naturali alueo, incipiat alibi fluere: quia tunc habet locum. §. *quòd ſi naturali Inſtitu. de re di. & §. quòd toto, in d. l. adeo*, quòd alueus occupatus efficitur publicus, vt flumen: alueus relictus, efficitur cõmunis eorum qui propè ripã eius prædia poſſident, pro modo latitudinis cuiuſque agri: quæ latitudo propè ripam ſit,* niſi illa prædia eſſent limitata, iuxta *l. in agris. D. de acquir. rer. do.* quia tũc ille alueus relictus fieret ſuperioris domini. non autem tali caſu aliquid immutaretur in dominio prædiorum viciniorum illi alueo relicto: nec etiam quicquam immutaretur in iure

* Alluuione feudo adiecta eodẽ feudo.

* Alueus relictus à fluuio fit communis eorum qui propè ripam prædia poſſident: nouus verò fit publicus, niſi ager (qui in nouum alueũ eſt mutatus) eſſet limitatus.

* Limitatorũ agrorum cõditio quæ.

territorij vel iurisdictionis, quæ remanet in pristino statu, vt per Phil. Com. in consi. 287. dominus Ioachimus lib. 3. quòd consi. debet ita intelligi & concordari cum præcedentibus consiliis & decisionibus in eodem lib. ¶ Sed quid de* insula in flumine nata, vt *l. inter eos ergo. l. insulam l. penult. §. Paulus.* D. *de acquir. rer. domini.* breuiter dico idem esse, quia pro qua parte accrescit fundo feudali vel emphyteutico ad commodum vtilis dominij, eadem ratione & eodem iure, pro eadem parte necessariò quæritur domino directo, respectu directi dominij. Accedit ergo feudo vt feudo, quemadmodum fundo pluribus communi, vt communi. Est enim quædam subordinata communio inter dominum directum & vtilem. Nuper his scriptis inueni quòd ita punctualiter decidit Bal. in *l. certa forma. in fine. C. de iure fisci. lib.* 10. vbi quærit nunquid * agri mensurati habeant ius alluuionis? Et respondet, quod si ciuiliter mensurantur ad perticam, non habent ius alluuionis, quia semper apparere potest quantùm accreuerit: sed si destinatione sola patrisfam. vel principis limites habent per terminos lapideos vel fossata, vbi submotis terminis quantum accreuerit, difficile discerni potest. Ideo locus est alluuioni, per *d. l. in agris*, quam ita vt diximus, vult intelligi. Ex his habes obiter verum & sincerum* intellectum, *d. l. in agris*, vt agri limitati sint, qui sub certa limitatione & taxatione mensuræ mancipati vel concessi sunt. Nec me latet Alcia. in *l. 1. præterea missò col. 5.* aliter ex Aggennio Vrbico, vt refert, interpretari, sed ea interpretatio non quadrat menti, nec literæ dictæ legis, in qua manucaptus ager, idémque limitatim militibus aut veteranis emancipatus expressim distinguitur, ab eo quod in publico relinquitur, & sic non potest censeri publicus, atque ex eo quod publicus alluuione imminuibilis. prout, Alciat. æstimauit: quoniam* alluuio quum sit iuris gentium, etiam in his quæ sunt iuris publici, & non in vsu publico, habet locum, vt tradit Bar. in tract. *de alluuio. in ver. nostro. & in ver. flumen. ad fin. per l. sed Celsus in prin.* D. *de contrab. empt.* & est text. in *l. ergo. §. alluuio. ver. flumina. Ibi, ex priuato in publicum adducat, & ex publico in priuatum.* D. *de acqui. re. do.* non igitur agrum remanere publicum populi Romani, sed agrum esse (vt suprà exposuimus) limitatum, impedit alluuionem. Quod etiam refert Alciat. nec apud Aggenium Vrbicũ, nec apud Iulium Frontinum de controuersiis agrorum reperire potui. 121. ¶ Stat igitur conclusio, quòd huiusmodi incrementum, siue latens siue apparens, cedit feudo vt feudo, & tenebitur vasallus ponere, & describere in suo denumeramento, de quo j. §. 9. idem in emphy. fallit in prædiis limitatis quibus non accrescit augmentum latens, & multominùs apparens, text. in *l. in agris.* D. *de acquir. re. do.* ¶ Et aduerte quòd * certum prædium in feudum vel emphyteusim concessum, certis limitibus designatum, non dicitur esse limitatum: vt concludit Andr. Iser. in *d. §. si quis de manso. col. 1.* ibi Bal. *col. 2. ver. concludo.* Ioan. Bap. Caccialup. in *rep. cap. 1. de feud. cogni. part. 5. reg.* 22. Phil. Cor. in *d. consi. 15. col. fin. versi. nec obstat sextum. vol. 4.* quia sequeretur quòd omnes agri possessi pro diuiso, & sic cùm suis certis terminis appositis essent limitati, & non reciperent huiusmodi augmenta, quod est falsum: & satis patet in dict. *l. in agris. versi. & Trebatius ait.* Et in diuisione agrorum quæ per triumuiros fiebat in coloniis Romanorum, vt apud Liuium 1. *Decad. lib.* 3. in princip. & ante eum apud Polybium. Sed tunc demum est limitatum, quando est certis finibus & mensura taxatum, ita vt appareat, quid, & quantum, sit concessum, vt totum residuum sit concedentis, tanquam à concedente reseruatum, vt declarat text. in *d. l. in agris. in fin.* vt sic non simplex adpositio terminorum: sed illa quæ fit expresse, & præcisè gratia taxationis, vel concessio incipiẽs non à corpore fundi, sed à certa mensura, vt quando conceduntur centum iugera in feudum, facit limitatio-

* Insula in flumine nata cuius sit.

* Alluuio verum ius habeat in agris mensuratis.

* Intellectus l. in agris ff. de adquirend. rerum dominio.

* Alluuio locum habet etiam in his quæ sunt iuris publici, & non eodem modo in his quæ sunt vsu publica.

* Limitare prædia quæ.

nem: quæ non admittit ius accrescendi per prædicta, quia tũc censetur omnis accessio prohibita & reseruata. Idem si concessio non incipiat à mensurâ, sed à corpore, etiam absque mensura, sed appositò* limite immutabili, putà vsque ad talem rupem vel montem, vel littoris metam, *l. locus in princ.* D. *de acquir. rer. do.* cæterùm de limite fixo immobili supra dixi.

* Limites immutabiles, rupes, mons, littus.

112. ¶ Et hoc est generale, quòd * in omnibus dispositionibus limitatis cessat & censetur prohibitum ius accrescendi. Bal. in *l. 1. col. vlti. C. de secun. nup.* per tex. in *l. Lucius. §. quæ habebat.* D. *adsenat. Trebell. & quod not. gl. fi. ibi alimenta taxationis loco.* & Bal. in *l. dominus. § 1. de vsufru.* Et ne ab instituto auocer, vide de hoc Felin. in *c. cum ordinem, col. 4. extra de rescript.* Non tamen intelligas huiusmodi, aut aliud incrementum hoc casu esse nullius, & fieri occupantis, vt dicitur in *l. 1. §. si insula.* D. *de statu.* quia ibi loquitur in agris limitatis, in quibus tamen concedens nihil iuris retinet: hîc autem loquimur in feudo vel emphyteusi, quæ licèt aliquando concedatur limitatim ad mensuram, tamen concedens semper retinet directum dominium, & sibi reseruat quicquid est extra mensuram taxatam, vel extra metas termino immobili taxatas: & sic augmentum accedens accrescit directo domino, eique soli, & non domino vtili, propter reseruationem & prohibitionem quæ inest limitatæ concessioni. & hoc apertè sentit text. in d. §. *si quis de manso.*

* In limitatis cessat ius accrescendi.

123 ¶ Ex his habes in summa diuisionem, differentiã, & effectum augmenti: inquantum concernit intellectum, & resolutionem materiæ huius consuetudinis: quia augmentum quoddam intrinsecum siue intensiuũ, quoddam extrinsecum siue extensiuum: quoddam corporale, quoddam incorporale. Tertiò, quoddam necessariò incorporatum, quoddam non incorporatum, nisi hoc actum sit hanc tertiam diuisionem non posui, nisi causa facilioris intelligentiæ, quia subseruit, & communis est duabus primis diuisionibus, & eas exemplificat. Potuissem etiam addere quartam diuisionem augmenti separabilis vel inseparabilis, & quintam actiui vel passiui, & sextam augmenti quod fit acquirendo, vel augmenti quòd fit in seruitutem extinguendo, & septimam eius quod accedit facto hominis, vel eius quod accedit mixtim vt perceptione Sed quia hæc sunt magis exempla vel accidentia membrorum diuidentium, quàm diuisiones per se, consultò prætermisi, & sub exemplis reliqui. Quia etiam non est bonæ methodi diuisiones multiplicare, ideo duas illas primas & *ἀνείας* tantùm reliqui, & proposui primum membrum primæ diuisionis, quandoque corporale, quandoque incorporale: De corporali intrinseco exemplum est cauea, cellarium & omnis vtilis constructio, siue hypogæorum siue superficierum, vt domuum. De* corporali* intrinseco exemplum est redemptio seruitutis prædialis quæ debebatur à feudo.

* Augmẽtum aliud intrinsecum & intensiuum: aliud corporale vel incorporale: aliud incorporatũ si hoc actum sit, aliud separabile & inseparabile: aliud passiuum & rõ passiuũ: aliud adquirens & extinguens: aliud facto hominis accedens vel minim.

* Videtur legendum de incorporali.

124. ¶ Augmentum istud voco* intrinsecum, quia statim necessariò incorporatur & acquiritur toti fundo, & tam directo, quàm vtili domino, & ideo voco intrinsecum, quia necessariò incorporatur. Nec obstat si quis dicat circa hoc exemplum intrinseci incorporalis, quòd vasallus vel emphyteuta potest redimere seruitutem respectu sui duntaxat, & non respectu domini: & sic minoris redimet, prout etiam potest nouam seruitutem prædialem acquirere sibi & non domino, vel solus imponere super suo vtili dominio, & non super directo, *vt s. cad. glo. num. 69. cum seq. quia fateor.* sed dico non esse simile in hac redemptione, quia seruitus semel constituta super toto, debet redimi à toto, quoniam non potest redimi à parte indiuisa, siue quota, siue integrali, *l. pro parte* (vbi in nouis intellect. dixi) D. *de seruitu.* Et sic si dominus vtilis redimat quoad se tantũ, valet quidem actus vt valere potest, sed non est vera redemptio, nec extinctio ipsius seruitutis, sed tantùm redemptio vsus, vel suspensio effectus. Patet quia quan-

* Augmẽtum intrinsecum corporale vel incorporale.

* Augmẽtum intrinsecum quid.

doeunque ſiue ſine temporis, ſiue commiſſo tótali, vel aliàs ius vtilis dominij reſoluetur, ſiue perpetuò vel ad tempus, vel etiam ſimplex fruitio rei, vt in caſu huius §. reuertatur ad dominum directum, ſtatim reſurget & in actum exibit non ſeruitus extincta, quia extincta non fuit, ſed vſus eius & executio, quæ ad tempus interim vallata vel impedita fuit. Pariter augmentum * extrinſecum quoddam corporale, vt vnio fundi vel alluuio, quoddam incorporale, vt acquiſitio iuriſdictionis vel ſeruitutis prædialis in fundos vicinos: hæc augmenta primâ facie videntur intrinſeca, ſed non eſt ita, quia non incorporantur, niſi hoc agatur, vt de iuriſdictione latè diximus §. *ea glo. num.* 44. vſque ad *num.* 67. Et de acquiſitione ſeruitutis §. *eod. glo. num.* 69. cum ſeq. & propterea ſunt augmenta extrinſeca & extenſiua, ſiue ſint corporalia, ſiue incorporalia, quia etiamſi iuriſdictio non acquiratur vltra, ſed tantum intra fines feudi, adhuc eſt extrinſeca: tum quia nihil habet commune cum feudo vel feudi domino, vt §. *eod. glo. nu.* 45. tum quia non incorporatur, niſi hoc agatur. Seruitus autem prædialis in fundum vicinum, manifeſtè eſt augmentum extrinſecum quantumuis incorporeum, quia agit in prædia extrinſeca quæ ſeruiunt: & licèt actiuè adhæreat fundo dominanti, tamen non omnino incorporatur, quia niſi aliud agatur, acquiſita à domino vtili ſibi tantùm: & conſequenter non feudo vt feudo, nec directo dominio acquiritur, vt §. *eod. glo. num.* 70. & ſic ad duas illas diuiſiones, imò ad primam ſubdiuidendo per ſecundam, omnia exempla reduci poſſunt. ¶ Quicquid autem cadit in augmentum intrinſecum, prodeſt domino directo, quia ei quoque quæritur ſaluâ recompenſatione in caſum reuerſionis vtilis dominij, ſecundum nota. ſupra *eadem gloſſ. numer.* 2. Idem de extrinſeco, quando contingit illum incorporari, etiam reſpectu ſuperioris directi dominij, & ſic intrinſecum fieri: circa ſeptimam autem illam ſubdiuiſionem ſatis ſuprà diximus de augmento facto hominis, & de eo quod fit diſpoſitione legis. At de eo quod fit mixtim, partim facto hominis, partim diſpoſitione legis, vt eſt per vſum & præſcriptionem temporis, ne hîc ſim prolixior, dicam §. §. 12. *num.* 32. *cum ſeq.*

* Augmentũ extrinſecum corporale vel incorporale.

SVMMARIA GLO. VI.

1. *Patronus nil poteſt in feudum mediatum, niſi immediato aperto & prehenſo.*
2. 3. *Vtrũ vaſallus vaſalli mei ſit vaſallus meus?*
4. *Subordinatè & diuerſo reſpectu poſſunt plures eſſe domini eiuſdem rei, directò vel vtiliter.*
5. *Dominium directum vniuerſale & particulare.*
6. *An rex Siciliæ ſit dominus directus vel vtilis?*
7. *Vtile dominium non eſt ſeruitus, ſed quædam inferior proprietas.*
8. *Poſſeſſiones quædam ſubordinatæ, quædam oppoſitæ.*
9. 10. *Noua ſententia.*
Quælibet proprietas habet poſſeſſionem vel quaſi correſpondentem.
11. *Solus dominus immediatus eſt requirendus.*
12. *Omnes vaſalli regni Franciæ magis ſubſunt regi quàm proprio & immediato patrono.*
13. *Armorum vſus penes ſolum regem.*
14. *Cur in regno Franciæ ceſſant quæſtiones illæ, vtrum vaſallus iuuare debeat dominũ ſuum contra patrem?*

GLO. VI. IN VER.

Mouuant de luy.

* Immediatè & mediata feuda quæ, & quæ poſſit dominus prehendere.

INtellige* immediatè, quia dominus non poteſt prehendere feudum ſui ſubuaſalli, quod à ſe mouetur ſeu dependet, mediante vaſallo ſuo: & vocatur ſubfeudum, ſiue, vt vulgò dicunt, rettrofeudum. Sed ſolùm poteſt prehendere feudum immediatum, niſi poſtquam feudo immediato aperto & prehenſo, ſubfeuda aperiuntur, vel inueniuntur aperta: tunc enim poteſt etiam illa ad manum ſuam ponere, & omnia dominicalia iura in illis exequi, quæ vaſallus ſeu dominus immediatus poſſet, quoniam interim quoad exercitium & commoda horum iurium, feudum prehenſum habetur pro reuerſo ad dominum, vt diximus §. *eod. gloſſ.* 4. *q.* 2. & latiùs videbitur §. 54. 55. itaque non poteſt prehendere, niſi ſit patronus immediatus, vel habeat iura patroni immediati: quoniam * virtus per ſe non agit, niſi in ſuum proprium & immediatum obiectum: & regulariter clientis mei cliens, clientulus * 2. mihi non eſt, quod eſt abſolutè & ſine exceptione verum in vaſallo vaſalli mei ratione alterius rei, quàm eius, quæ à me recognoſcitur in feudum à vaſallo meo: quia ex quo ipſe meus cliens immediatus, non eſt meus vaſallus, ratione talis rei, quam à me in fidem non accepit, & quam à me nullo modo recognoſcit, neceſſariò ſequitur clientem, quem cliens meus ratione illius rei habet, nullo modo mihi eſſe vaſallum, nec ſubuaſallum: ſed prorſus extraneum. Illud enim feudum, nihil habet commune cum feudo, quod accepit vel recognouit à me vaſallus meus, nec à me, vel feudo meo dominanti deriuatur, nec dependet, mediatè aut immediatè, & ita intelligitur & procedit illud vulg. dictum glo. in *l. de acceſſionibus, in ver. debet. verſ. item ſi ego. D. de diuer. & temp. præſcript. in l. Modeſtinus, in fin. D. de verb. ſignif. in c. legitur.* 81. *diſt.*

* Immediatorum vis & poteſtas.

* Vaſallus vaſalli mei, non eſt meus vaſallus, quomodo intelligatur.

Secùs in vaſallo vaſalli mei ratione eiuſdem rei: putà, Titius feudi à me accepti partem ſubinfeudauit Caio, qui recognoſcit Titium pro illa parte, & Titius me recognoſcit pro toto, videlicet tam pro parte quam retinuit, quàm pro iure ſubuaſalli. Et ſic iſto modo, clientis mei cliens, clientulus meus eſt, & ita tenet & declar. Andr. Iſern. in *c. imperialem*, §. *illud. col.* 1. *de probi. feud. alie.* per Fed. Batt. in *l. Claudius, ad fin. D. quò potio. in pig. hab. & in d. l. de acceſſionibus*, idem ſentit Bonifa. de Vitali. *in Cle. vnica. quia ergo. col.* 1. *de iureiur.* Guid. Pap. in deci. *Delphi.* 551. *in* 2. *quæſito.* Phi. Deci. in *l. conſilij.* §. *ſocij. D. de reg. iur.* ſeq. do. And. Alciat. in *d. l. Modeſtinus*, dicens illud procedere πλουσιώτερον, id eſt craſſiùs, & pingui minerua, ſiue largo modo, quod Iulian. dixit ἐν πάχει in *l. ratum. D. de ſolutio.* & rectè, quia vaſallus vaſalli mei etiam ratione eiuſdem rei, non abſolutè, nec propriè, & ſimpliciter eſt meus vaſallus: ſed ſolùm mediatè, & propriè loquendo non debet dici meus vaſallus: ſed meus ſubuaſallus: nec propriè & ſimpliciter dicor eius dominus, ſed dominus mediatus, ſeu dominus domini ſui, vt inquit text. in *d.* §. *illud.* vbi ſolus prior vaſallus, & non ſuperior dominus, vocatur dominus ſubuaſalli, idem tex. in *ca. vnico de allod. adfi. ibi, aut ſub rege dominum ſuum.*

Google

3. ¶ Itaque dico, quod dominus feudi, nedum dicitur dominus directus, seu patronus aut dominus feudalis, clientis sui immediati, & hoc propriè & absolutè: sed etiam dicitur dominus directus omnium clientum & subuasallorum eiusdem feudi, & hoc mediatè, & ratione rei beneficiariæ à se profectæ, quæ implicitum habet statum reuersionis, in casum reuersionis aut prehensionis, feudi immediati Quandoque tamen subfeudum reuertitur pleno iure, vt quando subinfeudatio non fuit approbata à superiore domino: quandoque non reuertitur, nisi quo ad iura feudalia. secundùm ea quæ dicemus. j. §. 43. *in fi.* & §. 51. vbi videas: Interim autem superior & mediatus dominus, non potest à mediatis vasallis aliqua iura dominicalia exigere, vt per multa dicta Iacobi. de S. Georg. in *inuestit. feud. in vers. ita etiam quod ipsi vasalli. col. 2. vers. item quæro.* & *in vers. qui quidem inuestit. præst. iur. fideli. col. 3. vers. moueo vobis.* & *omnes scrib. in cap. vno. §. fin. de allod.* & *in d. §. illud ad quos remitto.* Et idem clarè sentit Bal. in *l. 2. col. 2. ver. quæro testator. C. communia de lega.* vbi dicit vasallum vasalli mei, non esse meum vasallum, inspecta obligatione personali: nec tenetur mihi seruire, aut iurare fidelitatem, quod intellige quandiu stat medium, sed benè dicitur meus inspecta re, quæ semper est propriè in dominio meo directo, & in aptitudine, & potentia saltem remota, ad me redeundi, & tanto remotiora, quanto plura intercedunt media. Rursus aduertè quòd etiam inter subuasallos ratione eiusdem rei reperitur differentia: quia si Titius vasallus meus subinfeudauit partem feudi sui à me mouentis Caio sine consensu meo, Caius non est propriè subuasallus meus, nec ego sum illi propriè patronus mediatus: patet quia feudo Titij aperto, tantum prehendere possum, etiam partem Caij, nec teneor Caium recognoscere in vasallum vel subuasallum, sed tanquam extraneum expellere possum, per not. j. §. 51. 54.

4. ¶ Tamen quodammodo, sed impropriè & imperfectè dicitur subuasallus, ratione videlicet vtilis dominij subalterni, quod feudaliter habet in parte eiusdem feudi. Sed si ego dictam subinfeudationem approbauero, tunc Caius verè, plenè & propriè subuasallus meus est, vtpotè vinculo & obligatione subclientelari concurrente, quæ in præcedenti casu deficit.

Sed ad maiorem euidentiam quæro, quum idem * dominium non possit in solidum esse apud plures, *l. si vt certo §. si duobus. D. commoda. l. hæreditate. §. pater. D. de castren. pecu.* qui fit vt eiusdem feudi sint duo vel plures domini directi, vnus immediatus, alter & superiores mediati, & pariter duo vel plures domini vtiles, scilicet vasallus primus, & omnes subuasalli? Respondeo, quòd * plures possunt esse directi domini vel vtiles: vel vnus directus tantum, & vtilis tantum, simul eiusdem rei, diuersis respectibus, vnde primus auctor feudi, dicitur esse dominus directus, respectu primi vasalli immediatè, & respectu subuasallorum mediatè: idem dicendum de primo vasallo, & respectu secundi vasalli, & viteriorum, & sic de aliis, pariter primus aut alter medius vasallus dicitur dominus vtilis, respectu domini superioris: & dominus directus, respectu inferioris vasalli. nec est inconueniens, propter diuersas relationes: quia d. regula loquitur nedum de dominio eiusdem speciei, sed etiam eiusdem relationis, & respectus, & ita in nostris terminis tenet Ioan. Fab. *instit. de loca. §. adeo. col. 2.* & sic * reperitur directum dominium superioris domini, & directum inferioris, & vtile dominium superioris domini, & vtile inferioris, *vt in eisdem terminis tradit Franciscus Cur. in quarta parte, in princip. feud. col. 22. num. 83.*

5. ¶ Sicut alibi reperitur * dominium directum vniuersale totius apud vnum, & dominium directum particulare rerum illius vniuersi apud plures alios, vt not. Bart. Ang. & alij in *l. 1. §. fin.* per illum text. *D. de rei vendi.* Lasi. in *l. 3. §. ex contrario. col. 16. 17. D. de acquir: vel amit. poss.* Et apud eundem reperitur dominium vtile in toto vniuerso: & dominium directum in rebus singularibus eiusdem vniuersi, vt patet in bonorum possessore, qui non est hæres, sed loco hæredis de iure prætorio quod non potest facere verum & directum hæredem, sed vtilem. §. *nos autem Instit. de bo. poss. l. 2. D. eo.* vnde non habet directum dominium hæreditatis, sed tantum vtile, & vtilem hæreditatis petitionem, non directam, quæ competit soli hæredi de iure ciuili: vt not. in *l. 1.* & *2. D. de possess. hæred. petitio per glo. in rubr. C. quorum bo.* Et tamen habet directum dominium rerum particularium hæreditatis, vt tenent Bart & Alex. in *l. ex asse. D. ad senat. Treb.* idem tenent glo. Bal. Io. Fab. Alexan. Phi. Deci. in *l. 1. Cod. vnde legi.* & *vnde cogna.* Et idem dicunt, de * fideicommissario vniuersali, cui per hæredem directum, siue institutum, siue ab intestato facta est hæreditatis restitutio ex senatusconsulto Trebelliano, quia solum vtile dominium, & actiones vtiles transferuntur, text. in §. *restituta.* cum seq. *Instit. de fideicommissa. hæred. in l. pen. in fin. ibi, vtiles actiones transferuntur. C. ad senatusconsul. Trebell.* quod est verũ in vniuerso: quia particularium rerũ & actionum dominium directum trãsit in eum, secundũ præfa. doct. & glo. & Bart. in *l. 2. D. de bon. poss.* & idem Alexan. in *l. 1. in princip.* & ibi seq. Iaso. in *lect. 1. col. 2.* & *in lect. 2. col. 4. D. ad Trebell.* & est cũmunis opinio.

6. ¶ Hîc dicunt Bald. in *præm. D. col. 2.* Bal. Phi. Deci. in *d. l. 1. C. vnde leg.* & *consi. 517. in fin.* Alexan. in *consi. 2. col. 10. vol. 5.* quòd licet * directum dominium regni Siciliæ in vniuerso, sit penes ecclesiam Romanam, & non penes regem, qui illud tenet in feudum ab eadem ecclesia: & sic habet solum dominium vtile, scilicet in vniuerso: tamen in singulis feudis, castris, & rebus particularibus illius regni, habet directum dominium, & plenitudinem regiæ potestatis: & directè & nomine suo possidet, & exercet omnem iurisdictionem, & dominium in singulos, licèt habeat solum vtile dominium, respectu vniuersitatis regni, quod vice exempli ab aliis relatis dictum sit: quia dici potest etiam directum dominium directi regni Siciliæ esse translatum, vt actum est 5. *in Rub. ad fi.*

7. ¶ Ex quibus liquet, errare eos qui dicunt primum vasallum infeudantem secundo transferre omne vtile dominium & ius quod habet, & nihil penes eum remanere, vt tenuit And. Iser. in *cap. 1. §. præterea. col. 2. de cap. Conrad.* Bal *in cap. fauè, col. fin. vers. sed mirum videtur. extra de renunc.* vbi etiam dicit quòd sicut nõ inuenitur seruitus, *l. 1. D. de serui. lega.* ita non inuenitur vtile dominium vtilis domini: quibus non obstantibus tenendum, vt dixi: nec est simile de seruitute, quia * dominium vtile non est seruitus, sed quædam inferior proprietas, vt melius inquit idem Bal. in *cap. vno aelegatorum, col. fin. vers. item non est inconueniens extra de officio delega.* & idem Bald. expressius dixit, in *cap. ceterum col. fin. vers. secus est si vasallus, extra de iudic.* reperiri vtile dominium superius, & vtile dominium sub illo, per *d. §. illud.* & *per glo. subtilem in d. l. ex asse,* vbi etiam Alexand. in *col. fin.* respondit, non esse inconueniens, quòd * duo sint domini vtiliter, diuersis respectibus: & eadem ratione dicendum, non esse inconueniens, quod duo vel plures sint directi domini, diuersis respectibus, hinc etiam dicunt Bal. & Iacob. Aluar. in *cap. 1 §. fin. ad fin. de controu. inuesti* quòd penes primũ vasallum infeudantem secundo, remanent quædam reliquiæ & iura seruitutum, vnde quodammodo dominus dici potest, & dicit Bal. in *con. 16. facti euidentia. vers. porro. ad fin lib. 1.* quòd magnæ sunt illæ reliquiæ, & * quod non definit esse vasallus, ille, qui acquisiuit alium vasallum, per *l. talem in fin. D. de hære. instit.* & expressius vult Ioan. Raynal. in dicto §. *illud* remanere quoddam quasi vtile dominium: & sequitur Iacobi. de S. Georg. in *inuesti. feu. ver. ita etiam quòd ipsi vasalli. col. 2. verfic. quæro an aliquid:* & *in vers. dictique vas.*

* Quomodo intelligendũ quòd per manus traditur, non posse idem dominiũ esse in solidum apud plures.

* Per subordinationẽ & diuersitatem respectuum possunt plures esse eiusdem rei domini, tam in eadem quàm diuersa specie dominij.

* Dominium directum superius, directũ inferius, vtile superius, vtile inferius.

* Dominium directum vniuersale, directum particulare.

* Bonorum possessor rerũ in vniuerso vtile dominium habet: particulariũ verò directũ.

* Fideicommissarius vniuersalis quale dominium habeat.

* Rex Siciliæ est dominus vtilis in vniuerso, directus in particulari.

* Vtile dominium non est seruitus, sed quædam inferior proprietas.

* Domini duo esse possunt vtiliter vel directo diuersis respectibus.

* Vasallus subinfeudans remanet vasallus.

falli primi non commi. col. 2. sed hæc non satisfaciunt: quare plenius dicendum est, vt supra post Ioann. Fab. in dicto §. *adeo*, nec posset melius aut aptius dici. Dicere enim quod medius vasallus habeat directum dominium feudi vltimi vasalli: & quòd superior dominus habeat directum dominium feudi vasalli sui: in quo includatur quoddam directum dominium, directi dominij quod habet medius vasallus in vltimum: & sic quòd primus dominus nullo modo habeat directum dominium feudi possessi per vltimum, non placet, nec est tolerabile, esset enim constituere proprietatem proprietatis, quod in toto iure est inauditum & nusquam receptum, quare tanquam Saturninum *pérmapa* venit reijciendum, *l.* 1. *D. de senato.*

8. ¶ Dicendum est ergo, vt dixi etiam, primum dominum verè habere directum dominium in vltimo ipso feudo, sed mediatum, & ligatum respectu vltimi vasalli, donec sublatis vel cessantibus mediis, fiat debita & tanta approximatio, vt possit exire in actum. Ex his apparet, an vera sit Glo. *fin. circa medium, ibi item cum feudatarius, in l. vnica. C. vti possideris*, quæ dicit quòd * primus dominus feudi possidet ciuiliter, vltimus naturaliter, medius nullo modo, quam sequun, ibi Bart. & Sali. ad fin. tamen Alberi. & Bal. ibi tacitè eam reprobant, quantum ad dominium dominij medij. Alberic. inquam *col.* 5. *vn.* 10. inquantum dicit quod illud dictum glo. intermedium nullam habere possessionem, debet intelligi dissentiuè non assentiuè, & paulo post dicit, primùm, & secundum qui medius est, possidere ciuiliter. Sed quid Alber. sentiat per illa duo verba, *dissentiuè*, *assentiuè*, non intelligo, quia nec Græca nec Latina sunt, nec Gallica, nec apud logicos aut iurisperitos, vsitata. Bal. autem in *col.* 2. *in fi.* subtiliùs intuens dicit, quod possessiones quædam sunt * subordinatæ, quædam oppositæ: deinde subdit subordinatas esse in proprietario fructuario, emphyteuta, feudatario, & vsuario, & similibus respectiuè: oppositas verò, quando duo aut plures simul possidere vellent insolidum eodem iure, & eodem respectu, vt duo proprietarij, vel duo fructuarij, quod est repugnans, & impossibile. Sed benè quòd plura iura, & plures possessiones subordinatæ possunt concurrere: nec est inconueniens, quum hoc diuersis iuribus, & diuersis respectibus fiat. hæc ferè ad verbum, sed omnino ad mentem Bal.

9. ¶ Ego autem dico, quòd primus directus dominus possidet ciuiliter, vera & propria ciuili possessione: sicut solus propriè siue antonomasticè, est dominus directus: Vltimus autem dominus, siue sit vltimus vasallus, siue sit censuarius, aut emphyteuta vltimi vasalli, non curo: dummodò sit vltimus vtilium dominorum: habens realem fruitionem, & verum & naturale commodum rei, possidet naturaliter, vera & propria perfecta naturali possessione, sicut ipse solus propriè & perfectè dicitur dominus vtilis, quem Gallici vulgò proprietarium vocant, prout declaro. ĵ. §. 55. *in glos.* 1. super verbo *proprietaires.* * domini autem intermedij, habent sua dominia subordinata, & respectiua, quæ sunt directa respectu inferioris, non tamen ita directa sicut primordiale illud, propriissimè directum primi domini: respectu autem superioris sunt vtilia, non tamen ita vtilia, sicut illud propriissimè vtile vltimi domini. Et quemadmodum, vt inquit Bal. in *l. vnica. col.* 2. * quælibet proprietas (largè sumpto vocabulo) habet possessionem vel quasi, sibi correspondentem: ita domini intermedij habent possessiones vel quasi, iuribus & dominiis suis correspondentes: quia respectu inferioris dicuntur possidere vel quasi ciuiliter, & respectu superioris dicuntur possidere vel quasi naturaliter. 10. ¶ Itaque inquantum d. glo. dicit, primum dominum possidere ciuiliter & vltimum naturaliter, optimè & propriissimè loquitur: sed inquantum vult quòd medij domini nullo modo possident (tametsi do. Pyrrhus, *in consue. Aurelia. co. tit.* §. 48. eam sequatur) * displicet mihi illud verbum, *nullo modo*, nisi restringatur, ad propriam & strictam possessionem ipsius rei, vt statim dicam: quia domini medij subordinatè, & diuersò respectu pro sui cuiusque iuris, & dominij qualitate, & conditione possident, vel quasi: & dico *quasi*, propriè loquendo, possessiones mediorum dominorum (inquantum medij) sunt potius quasi possessiones iuris feudalis, quàm veræ possessiones fundi: sicut eorum dominia sunt potiùs subordinata quædam iura feudalia, quàm vera dominia fundi: fundi inquam ab vtili dominio primi domini decisi, & per medios dominos deriuati, vsque ad vltimum vasallorum & possessorum: sicut enim hic solus, & non superiores domini, realiter tenet & fruitur: ita solus eum fundum, verè naturaliter possidet: & verus dominus vtilis est: patronus autem immediatus huius vltimi vasalli, dicitur eius respectu fundum ciuiliter possidere, sed in veritate solum quasi possidet ius suum feudale immediatum: quod habet similitudinem quandam & virtutem directi dominij, & ciuilis possessionis, respectu huius vltimi vasalli: vera autem & propria ciuilis possessio, huius fundi est penes primum dominum, sicut penes eum solum est verum & proprium directum dominium fundi: domini autem mediati, sicut verè & propriè habent dominia iurium suorum feudalium (quum etiam * simplex vsufructuarius, verè habeat dominium iuris sui, text. in *l. qui vsumfructum, in fin. D. si vsufruct. petat.*) ita verè & propriè quasi possident eadem iura sua. Non possum meliùs nec clariùs dependentiam, & subordinationem, dominiorum feudalium, quibus vtimur, explicare, nec video quòd veriùs possint ad terminos, & veritatem iuris reduci.

11. ¶ Ex prædictis infero, quòd superior dominus, nullum ius, nullum commodum, potest percipere ex subfeudo vel subuasallo, etiam ratione eiusdem rei, quandiu stat ius feudi primi, & immediati vasalli, sed omnia spectant ad hunc primum vasallum. Et sic euacuantur omnes illæ sinuosæ, & intricatæ quæstiones, an immediatus, an verò primus dominus sit adeundus, pro authoramento alienationis, & laudimio: & vtri eorum soluenda releuia, & cui cedat commissum feudi, quia hæc omnia pertinent ad immediatum dominum feudi, vel vasalli, ex cuius facto vel casu accidunt. Saluo quod dixi de alienatione, si fieret in potentiorem, vel ecclesiam, seu vt vulgò dicunt, in manum mortuam, quia omnes domini vsque ad dominum nostrum Regem inclusiuè essent requirendi, & eis satisfaciendum, pro eorum interesse: de quo latè & decisiuè tractamus ĵ. §. 51. vbi etiam & in §. 51. planè videbitur an & quomodo liceat vasallo sine consensu domini subinfeudare, vel in censum, aut aliter concedere. ¶ Quid autem sit de censuariis & emphyteutis an possint similiter concedere, & quale ius retineant, & quis sit effectus, tradetur. ĵ. *tit.* 1. *in rub. & §.* 76.

12. ¶ Istud illatum limito in vniuersali & supremo domino, qualis est sereniſſimus noster Francorum Rex, quia in toto regno suo, nedum sui vasalli immediati, sed subuasalli omnes, & eorum domini (nullo excepto) sunt clientes, & subditi sui, nedum primariò & prælatiuè, sed etiam (si opus sit) exclusiuè, ad quemcunque alium dominum. quum in omni fidelitate & sacramento semper nominatim excipiatur, vel excipi intelligatur fidelitas supremo regi nostro debita: non solum debita vt supremo domino feudali, sed multò magis vt regi. Multa enim sunt feuda non dependentia a Rege, sed ab allaudiis quæ à nullo mouentur nec à rege quidem, sed nullus est locus in hoc regno, qui non subsit supremæ iurisdictioni & maiestati regiæ, nec * sacer quidem, vt dixi. §. 51. *num.* 65. Aliud iurisdictio & maiestas regia, aliud dominium directum feudale vel censuale & eorum recognitio. hæc enim nihil habent commune vt in glo. præcedenti, *nu.* 45. sed

* Glossa rei probata, *l. vnica. Cod. vti possideris.*

* Medij domini possessio est potius quasi quam vera possessio.

* Dominus iuris sui habet vsufructuarius.

Regni Franciæ omnis clientela primariò & immediatè subest Regi.

* Sacra etiam loca subsunt Regi Franciæ in suo regno.

* Plures domini Feudi gradatim quemadmodù possidere intelligendi sint.

* Possessiones quædam subordinatæ, quædam oppositæ.

Opinio authoris.

* Medius dominus respectu inferioris est directus: superioris, vtilis dominus.

* Proprietas quælibet habet possessionem vel quasi, sibi correspondentem.

maior pars feudorum in hoc regno à rege dependet: multa quidem immediatè, ſed plura mediatè, quæ vocant retrofeuda, pauciora in gradu inferiori, quæ vocant ſubretrofeuda: Fidelitas autem ſupremi domini ſemper intelligitur excepta. Ad quod textus in *l. imperialem. §. ſi inter duos, inſt. de probi. ſeu. alie. per Fed.* Et tenentur Regi, tam vaſalli quàm ſubvaſalli ſui, ſecundùm conditionem feudi, auxilium præſtare contra omnes, * etiam contra eorum dominum immediatum, ſi illum infidelem aut perduellem eſſe contingat, pro defenſione regni, vtilitate, & neceſſitate reip. tunc enim nedum habentes feuda, ſed ſubditi omnes tenentur de iure naturali, & gentium, obedire & ſubuenire regi non erranti, nec excedenti. ab omni enim poteſtate & auctoritate ſemper excipiuntur error & exceſſus, per not. in *l. veluti. D. de iuſti. & iure.* Et fallit illa regula vulgata quòd vaſſallus vaſalli mei, vel homo hominis mei, non eſt vaſallus, nec homo meus, quia omnes ſubditi magis ſunt clientes & homines regis, quàm cuiuſuis alterius, etiam proprij domini. & ita concludit Specu. in *tit. de feu. §. quoniam. verſ.* 14. 15. *&* 16. Iacobi. de S. Georg. in *inueſti. feud. ver. & promi. eidem domino ſuo præſta. ſer. col.* 4. *&* 5. *quæſ.* 91. *&* 10. Guid. Pap. in *d. deciſ.* 551. *in* 2. *quæſtio.* Matt. Affict. in *deciſ. Neapoli.* 265. *verſ.* 30. Franciſc. Curt. Iuni. in *conſ.* 137. *col.* 2. *verſi.* 3. *præmittendum.* vbi pluta ad hanc rem effuſe videas, non tranſcribo.

* Regis Franciæ vaſalli tenentur Regi auxilium præſtare etiã contra dominum ſuum immediatum ſi perduellis ſit.

15. ¶ Magis autem aſtringuntur nobiles & prædia beneficiaria poſſidentes, pro quorum redditibus tenentur ad ſubſidium quod vulgò vocant bannum & retrobannum, vt latè deduxi 3. *in prooe. in plo.* 7. *verſi. nobiles.* vbi remitto, hoc addens, quod ſubſidia certorum armigerorum & equorum, ad vſum belli (quæ ſæpè multiſque locis debentur à ſubvaſallis, dominis ſuis immediatis) in hoc regno, intelliguntur more antiquo Francorum, qui non vtebantur externo nec conducti tio milite, nec exigebant tributa à prouincialibus & incolis ſiue vrbanis, ſiue ruſticis, quæ tempore Ludouici noni, circa annum domini milleſimum ducenteſimum quadrageſimum quintum, inuenta ſunt ad tempus: tamen & ſubfeudalibus conteſtationibus ſupprimendis, quæ nunquam, finem ſed ſuppreſſuum tantum augmentum inuenerunt: A quo tempore domini locorum non protegentes ſubditos ab huiuſmodi nouis tributis, & multo minus ab augmentatione & multiplicatione eorum, deſierunt ab illis more priſtino honorari. Iura quoque illa feudalia certorum militum & equorum, cœperunt in pecuniam conuerti ſoli ſupremo principi vel monarchæ, aut ducibus ſuis armorum & bellorum vſum, congregatione ductúque militum reſeruato, iuxta *l. vnicam*, deberi dominis immediatis formaliter: ſed ſolùm ad certam ſummam pecuniæ. * Soli enim ſupremo principi vel monarchæ, tanquam rempub. repræſentanti, pro eius tuitione debetur omne auxilium belli. Vnde in hoc regno ad ſolius Regis authoritatem & poteſtatem ſpectat * armorum vſus & congregatio militum, *l. vnica, & in rub. ne armorum vſus lib.* 11. C. vbi illa verba, *Inſcio principe*, intelliguntur, id eſt, non mandante: non enim ſufficeret ſola ſcientia & patientia principis, ſed expreſſum & ſpeciale mandatum requiritur, vt determinat And. Iſer. in *tit. hieſt. l. in vſibus feu.* Luc. Pe. in *d. vnica. ſuper ver. inconſultis*, *col.* 1. per text. in *l.* 3. *verſic. eadem lege. D. ad legem Iuliam maieſta.* 14. ¶ Ceſſant igitur apud nos tam multæ & perplexæ quæſtiones, an clientulus debeat iuuare dominum in armis contra fratrem, vel patrem proprium, an contra alium dominum, an contra ſuperiorem domini ſui patronum: in quibus quamplurimi celebres iuris profeſſores Italici, ſummo quidem ingenio & labore, ſed maiore patriæ calamitate, variè agitati ſunt. Sed has iurium & doctor. allegationes rident agentes in rebus, qui eas niſi in rem ſuam dumtaxat, & ad pompam curant. Cæterùm hæc feudorum ſubordinatio fuit vetus quoddam Francorum πολίτευμα non parum vtile ad ſtatum eorum retinendum & propagandum, ſed præcipuum πολίτευμα, Francorum erat ſtatuum & ordinum regni decretum.

* Subſidia clientelaria ad vſum belli on debentur ſi Regi.

* Armorum vſus penes ſolũ Regem.

SVMMARIA GLO. VII.

1. *Patronus non debet malè verſari in re beneficiaria.*
2. Tempus *petendæ inueſtiturę non currit, niſi à die ſcientiæ.*
3. 4. *Vaſallis non debet rigor ſeruari.*
5. *Aduerſus prehenſionem feudalem, non eſt locus* reſtitutioni in integrum *etiam ex capite minoris ætatis.*
6. *Generale ſtatutum non excludit reſtitutionem in integrum.*

GLO. VII. IN VER.

Exploitter en pure part.

INOVIT textus, *& iceluy fief exploitter* hoc eſt, *en vertu de l'exploict de ſaiſie & main miſe, iouyr dudit fief.* Sequitur in text. *en pure part*, hoc eſt in purum & merum damnum vaſalli, qui interim purè & irreuocabiliter perdit omnem feudi ſui commoditatem, quæ cedet lucro & commodo patroni, quandiu feudum erit ad manum ſuam, ſine aliqua diminutione ſortis principalis, iurium debitorum patrono.

* Verbo exploitter quænam intelligenda.

1. ¶ * Non autem intelligitur, quòd patronus poſſit demoliri aliquid in re beneficiaria, aut malè verſari, quia impiè & prædonis non patroni more ageret, & ad intereſſe teneretur. Sed intelligitur quod poteſt non abuti, ſed vti, ſicut dominus re ſua, & exequi omnia iura feudalia, ad ſui ſolius vtilitatem; & interim vaſallus purè perdit omnem vtilitatem, honorem, & adminiſtrationem feudi & iurium eius. Iſta ſunt declarata ſuprà, & latiùs in gloſſ. ſeq. ¶ Sed quæro an hic text. adeo præcisè procedat, vt ſit excluſum omne remedium, puta * reſtitutio in integrum ſiue ratione minoris ætatis: *D. de minoribus per tot.* ſiue ex cauſis ſpecificatis in edicto prætoris, cuius verba ponuntur in *leg.* 1. *D. ex quibus cauſ. maio.* ſiue ex clauſula generali, quæ eſt in fine illius edicti, *ſi quæ alia iuſta cauſa*, &c. quam doct. ibi exemplificant in iuſta ignorantia hæredis per *l. qui in alterius. D. de reg. iur. cap. cum quis de regulis iuris, in* 6.

* Reſtitu. in integrum vetitum conceditur vaſallo aduerſus detinentem.

2. ¶ Et * videtur reſtitutio in integrum ex dictis cauſis non excluſi, primò *per nom. in c.* 1. §. *preterea ſi quis de probi. feud. ali. per Fed.* vbi vult text. maiorem quatuordecim annis, non petentem inueſtituram à domino per annum & diem, amittere feudum, & tamen gloſ. ibi in verb. *annis.* Andr. Iſer. Bald. Nicol.

* Pro vaſallo argumentum.

Digitized by Google

de Neapoli. Alua. & omnes tenent, minorem viginti quinque annis aduerſus hanc caducitatem negligentia ſua commiſſam poſſe reſtitui in integrum, ex capite minoris ætatis, & text. in *l. ex cauſa. §. fideicommiſſum. D. de minoribus.* Imò nedum negligenti minori ſubuenitur, *l. 1. & pe. C. de in integ. reſti. minor.* ſed etiam contumaci, *l. in minor vigintiquinque annis etiam. D. de minorib.* imò etiam aduerſus dolum eius præſumptum de præterito, vt not per gloſſ. 2. & doct. in *l. vbi exigitur. D. de eden.* per Bar. in *l. auxilium. D. de minoribus.* Idem tu net Ioan. And. in *addi. Specul. de feud. § quoniam, verſi. 27.* in gloſſ. incip. *ſi minor.* fortiùs tenent doct. etiam maiorem vigintiquinque annis eodem caſu reſtituendum ex d. clauſula generali propter iuſtam ignorantiam, vt quia hæres, ita Bal. in *conſi. 429. quidam nobilis, libro 1.* vbi etiam ſubdit, quòd* 3. erga vaſallum potius debet ſeruari æquitas, quàm turis rigor: nec eſſe cum feudatariis, tanquam cum infeſtis agendum, ſed benignè: nam origo feudorum eſt quædam benignitas & gratioſitas, inquit Bal. & Paul. Cà. in *conſi. 311. circa fin. idem volum. 1.* tenet tunc hæredem reſtituendum infra quadriennium à tempore ſcientiæ: niſi appareat quòd penes eum fuerint inueſtituræ prædeceſſorum, vel aliter de ſcientia probetur, fac. not. per ſcrib. in *l. ad diem. D. de verborum obliga. gloſſ. fin. & omnes in l. 1. C. de iure emphyt.* imò fortiùs dixit Bald. in *fin. C. ſi penden. appellat.* quòd æquitas conſuetudinis feudorum ipſo iure conſeruat illæſum vaſalli hæredem, qui propter ignorantiam non petiit inueſtituram infra annum & diem, ſeq. Alua. in *cap. 1. in princ. col. fi. num. 12. quæ ſuit prima cau. benefi. amitt.* & eſt text. in c. fi. *de probib. feud. ali. per Lotha.* vbi dicitur, quod nec ipſo iure amittit feudum, niſi fuerit in dolo, dolum autem abeſſe ſi iuſta cauſa impediente ceſſauerit petere inueſtituram, idem text. in cap. 1. *quo tempore mi.* vbi inter iuſtas cauſas, gratia exempli enumerat iuſtam abſentiam, ex quo ſequitur idem dicendum, in iuſta ignorantia, & hic hærede ignorante, vt ipſo iure abſque reſtitutione ſit tutus à pœna, *d. cap. 1. in princ.* quæ ſuit pri. cau.

4. ¶ Et eſt veritatis, quia* ipſe iure non incipit ei currere tempus petendæ inueſtituræ, niſi à die ſcientiæ probabilis, & aditæ hæreditatis, vt tenet gloſſ. 2. in d. *cap. 1. quo tempore miles*, & ibi omnes ſequuntur, & expreſsè decidit Petr. Ancha. in *conſil. 174. dominus Lazarius. col. 2.* imò expreſſiùs dicit Bald. in cap. 1. *in fin. princip. de cap. Conrad.* quòd dominus prætendens filium vaſalli priuandum per lapſum anni & diei, tenetur primò probare immiſſionem hæreditatis paternæ præceſſiſſe, vel malitiosè dilatam eſſe per *l. 1. C. ſi vt hæredi. abſti. l. pe. C. ad Syllan.* Et ſecundo tenetur probare ſcientiam feud. & ſeq. Alexand. in *conſi. 70. circa primum, colum. fin. volum. 1. conſi. 14. col. 2. lib. 2. conſi. 92. in fin. nu. 6.* fac. Philipp. Deci. *cap. 2. teſt. 2. num. 6. de conſtit. Carol. Rui. conſi. 1. nu. 5. lib. 1.*

5. ¶ Et* hæc quando agitur de commiſſo perpetuo legali, de quo & quid iuris ſit in commiſſo conuentionali, latè dicemus ſ. § 43. Quando autem non agitur de amiſſione fructuum & commoditatum, donec iuſta facta ſint, in §. *noſtro* ſic diſtinguo, Aut mutatio ſeu apertio feudi (vt dicunt) contingit ex parte domini, & dicam ſ. §. 63. ne hic ſim prolixior. Aut mutatio contingit ex parte vaſalli, & ſubdiſtinguo, aut tempore prehenſionis nouus vaſallus erat habilis ad fidelitatem præſtandam & adminiſtrationem feudi, & in ætate legitima, quæ quoad hoc, eſt viginti annorum in fœmina, vt ſ. §. 32. & lapſum erat tempus legitimum 40. dierum, vt ſ. §. 7. & tunc non reſtituetur in integrum, nec vllo modo recuperabit fructus, aut commoda feudi, nec ex capite minoris ætatis vigintiquinque annorum ex capite iuſtæ abſentiæ aut ignorantiæ, aut cuiuſuis alterius cauſæ, dummodo non proceſſerit impedimentum ex facto vel culpa domini. Ratio, quia prehenſio eſt iuſtè & debitè facta, & ſic debet fortiri plenum effectum, idque præciſe per hunc §. & §. 61. ſ. *eo.* qui non admittunt reſtitutionem in integrum.

6. ¶ Nec* obſtat, quod expreſſe eam non excludunt, & quod quantumcunque lex vel ſtatutum generaliter loquatur, non cenſetur excludere beneficium reſtitutionis in integrum, quod competit de iure ſpeciali & iudicis officio, per gloſſ. fin. in *l. poſtquam liti.* vbi Salic. in *q. 13.* Iaſ. Phili. Deci. ad fin. firmant gloſſ. fin. in *l. vnica. C. ſi de moment. poſſe. fin. appel.* Socin. in *l. qui duos, col. 6. nu. 19. D. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſi infanti, in fin. C. de iure delib.* quia præter id, quod dominus dicitur percipere ex re ſua, *cap. 1. de feud.* & dictum eſt ſ. *eo. in glo. 4.* & quòd vaſallus poteſt dici non lædi, ſed vti iure communi, *l. fin. C. de in integ. reſtit.* & quòd iſtud eſt onus, natura & conditio rei. Reſpondeo, quòd dominus interim caruit vaſallo, & ſibi abfuit, & abeſt ſeruitium, honos, reuerentia, & fidelitas debita, quæ non poſſunt pro tempore præterito reſtitui, nec etiam eorum æſtimatio, quum non recipiant æſtimationem, *vt dicemus infra §. 67.* & ſic non eſt æquum vaſallum reſtitui ad fructus medij temporis, quia hoc non poſſet fieri abſque captione domini, qui non poſſet ex parte ſua in iure ſuo integrè reponi: ſed remaneret læſus & fruſtratus, Reſtitutio autem non debet concedi, niſi vtræquè ex vtraque parte ceſſet omnis captio, & vnuſquiſque integrum ius ſuum recipiat, *l. quod ſi minor. § reſtitutio. D. de minoribus, in l. vnica, C. de reputa. quæſi. in indic. reſtit.* aut verò tempore prehenſionis feudalis non erat lapſum tempus legitimum, & tunc eſt ipſo iure nulla, ſaltem annullanda, per §. 7. *infra eo.* Aut erat lapſum, ſed nouus vaſallus nondum erat in ætate habili: & tunc quamuis prehenſio hoc caſu non ſit ipſo iure nulla, tamen eſt reuocanda, quia nouo vaſallo competit quædam legitima exceptio dilatoria, videlicet induciarum, de quibus infra §. 41. & ſic interim non poteſt dominus prehendere feudum, ſaltem in effectu. Igitur mero iure non debet dominus conſequi inde aliquod commodum, vt latiùs dicemus in *d. §. 41.* vbi etiam tracto, quid iuris, ſi nouus vaſallus illum ætatem attigerit, tamen alias ſit inhabilis, putà furioſus & ſub curatore. Et iſtud intellige, dummodo iſte nouus vaſallus nulla alia iura debeat domino, quàm fidelitatis exhibitionem: quia ſi alia iura, puta quæ vocantur releuia, eſſent debita, teneret prehenſio ſub moderatione, de qua in dicto §. 26. *quæſt. 7.*

* Erga clientes benigne non ſeuere agendum ad infra gl. ſeq. nu. 55.

* Ipſo iure non incipit currere tempus petendæ inueſtituræ, niſi à tempore ſcientiæ.

* Reſolutio quæſtionis.

* Generale ſtatutum non excludit reſtitutionem in integrum.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. VIII.

1.2. Fructus *appellatione quid veniat.*
3. *Patronus æquatur fructuario, non è contrà.*
4. *Axioma adæquationis.*
5. *Differentia fructuarij & patroni.*
6. *Patronus non potest deteriorare proprietatem.*
7. *Fructuarius etiam instrumentorum fundi vsum habet.*
8.9.10. *Appellatione fundi non venit nisi quod incorporatum fundo.*
11.12. ¶ *Q.* 2. *Attendi debet tempus collectionis fructuum.*
13. ¶ *Q.* 3. *Verbum* fructus, *prolatum à lege deductis impensis accipitur.*
14. *Dies etiam legalis interpellat.*
15. *Patronus sumptus deducit, & ei deducuntur.*
16. *Intellectus* l. 2. ver. nulla, C. de iure emphyteut.
17. *Interpretatio benignior præferenda.*
18. ¶ *Quæst.* 4. *Pisces an sint pars fundi, an verò quid immobile.*
19. *Corpora perpetuantur per subrogationem.*
20.21. *Confirmatur opinio Guid. Pap.*
22.23. ¶ *Q.* 5.
24.25. *Resolutio, an, & quando in lucrandis fructibus debeat attendi momentum collectionis, vel rata temporis.*
26. *Moram suam vasallus potest purgare in continenti, boni vini arbitrio.*
Mora malitiosa punitur.
27. *Sumptus facti per patronum pendente prehensione feudi quomodo ei præstandi.*
28. *Multa commissa vasalli non debet excedere prouentum vnius anni.*
29. *Vasallo deducendi sunt sumptus per dominum.*
30. 31. *Declaratio artic.* 127. *consuetudinis Meldensis.*
32. ¶ *Q.* 6. *Patronus non debet abuti nec præcolligere fructus.*
33. *Qua actione teneatur præfectator fructuum.*
34. *Intellectus* l. si absente. §. fi. D. de vsufr.
35. ¶ *Q.* 7. *Futuri hæredes sub obitum parochi fructus immaturos secantes, tenentur restituere.*
36. *Maturitas accipitur secundùm commodum & vsum regionis.*
37.38. ¶ *Q.* 7. *de columbario.*
39. *Parisiensium patronorum benignitas.*
40.41. ¶ *Q.* 8. *de Nemoribus.*
42.43.44.45 46.47.48. *Fructus maturi & parati colligi, habentur pro collectis.*
49. *Q.* 9. *Finita prehensione, non tenetur vasallus stare colono qui conduxit à patrono.*
50. *An patronus teneatur de euictione colono expulso.*
Attendi debet qualitas in qua contrahitur.
51. *An generalis clausula euictionis sufficiat.*
51. *Præcisio euictionis ex certa causa, etiam pretij repetitionem ex eadem causa excludit.*
53.54. *Quis sit debitus modus vtendi fructibus.*
55. *Modus magis attenditur quàm quantitas.*
56. *Plenius quod principaliter, quàm quod accessoriè.*
57. 61.69. ¶ *Q.* 10. *An patronus teneatur ad sarta tecta?*
Patronus suo primitiuo iure fruitur.
58. *Bonæ fidei possessor hæreditatis non tenetur fulcire, nec colere.*
59. 60. *Idem in creditore misso in possessionem.*
61. *Patronus non tenetur ad sarta tecta.*
Fructuarius tenetur de omni culpa, etiam in omittendo, secus in patrono.
62. *Lata culpa dolo æquiparatur.*
63. *Naturalis ratio lex est.*
64. *Quæ sit ratio culpæ in legatis & fideicommissis.*
65.66.67. *Patronus tenetur de dolo & lata culpa tantùm.*
68. *Patronus antecedere debeat actiones pro deterioratione à suis facta.*
70. *Fructuarius tenetur periculum rei nuntiare, non patronus.*

GLO. VIII. IN VER.

Faire les fruicts siens.

* Fructus proprièt extensè qui dicantur.

FRVCTVS * propriè & strictè sunt qui ex re proueniunt, vt dixi ī. eo. glo. 1. §. 3. Largè autem comprehenduntur etiam fructus ciuiles, & omnes reditus, prouentus & obuentiones, de quibus verbis latè videre potes per dō. Chassa. in *consuet. Burgund. tit.* 4. §. 17. *glo.* 5. & omnis vtilitas & commoditas rei, quæ largo modo dicuntur fructus, secundùm Bald. in *l. si traditio. in fin. C. de actio. empt.* & non strictè secundùm Alex. *in l. diuortio. in princip. columna nona. versic. puto tamen.* D. *soluto matrimon. per l. cum autem.* §. *cum redhiberetur ibi. fructus percepit mercedesve.* D. *de ædil. edict. & l. mercedes. ibi, loco fructuum* D. *de petitio. hæredit.* & similis text. in *l. prædiorum.* D. *de vsur.* quum aliud sit esse tale, aliud haberi pro tali *l. mercis* 2. *de verborum significationibus. l. maritus* §. *legis vbi* Barto. D. ad legem Iuliam, de adul. Et dicit Alexander in loco alleg. hoc esse no. pro statutis & aliis dispositionī-

Digitized by Google

bus ſtrictè accipiendis : tamen hic capitur largè ratio. Tum propter communem vſum loquendi, qui in omni diſpoſitione etiam ſtatutaria dominatur, vt plenè perſcrib. in *proœm. Gregor.* Tum ciuiliter accipiendo, & vt rectè ſcripſit Barto. in *l. cum plures. in princip. D. loca.* fructus fundi non dicuntur ſolum ea quæ ex fundo percipiuntur, ſed etiam ea quæ fundi occaſione recipiuntur vt feræ, aues, & ſimilia. Et tunc diceretur fructus aucupationis & venationis *l. item ſi fundi §. aucupiorum. D. de vſuſr.* Sed & tunc licet etiam clericis in ſuo venari: *hoſtì*: Henrici Boich. *capit. vnico. col. 2. extra de clericis venato.* Cardi. Flor. *Cle. in cè. Varro. de ſtatu. monach.* & extraneus ſine iniuſſu domini, committeret furtum. Floria. de Sancto Petro, in *l. diuus D. de ſerui. ruſti. prædi.* Cæpol. in tract. *de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 21. de aucupio.* Tum & eſt potior ratio, quia dominus percipit hos fructus tanquam ex re ſua, quæ verè eſt ſua quantum ad directum dominium. Et quantum ad vtile, habetur interim pro ſua, & velut pro conſolidata vt diximus §. *eo. glo. 4. q. 2.* meritò poteſt & debet generaliter omnes fructus, & reditus, percipere, & lucrari, ſicut poteſt verus dominus. Quod eſt intelligendum primò de fructib. nondum lapſis, vel correptis, vt diximus §. *gloſſ. 1. q. 3.* Et ita debet exponi conſuetudo Pictonum §. 104. Secundò, de fructibus & vtilitatibus quæ percipiuntur adminiſtrando & vtendo ſicut bonus paterfamil. ſecus de commoditate proueniente ex actu inducente alienationem. vel tendente ad eam, quale eſt poſſe rem pignori vel hypothecæ ſubijcere quod appellatione fructus, ſed craſſius & *γενικωτερον* continetur. *l. fin. D. de vſur. l. fructus rei. D. de regulis iur.* & idem puto de poteſtate vendendi ſub pacto redimendi. Hæc enim non ſpectant ad dominum feudalem, qui non poteſt alienare, nec pignorare, nec ſeruitutem imponere, nec aliud quicquam facere in præiudicium vtilis domini, ſeu (vt aiunt proprietatis fundi, ſed benè poteſt locare quamdiu manet ſub manu ſua, quia tandiu ad eum pertinet omnis vtilitas, quæ de iure, & ſecundũ communem vſum loquendi intelligitur eſſe in fructu, vſu, & adminiſtratione patris famil.

3. ¶ Et vt paucis multa complectar, quæcunque ſpectant ad vſumfructuarium (de quibus in *l. vſufructu legato in l. item ſi fundi.* cum ſeq. & per tot *D. de vſufruct.* & alibi in toto iure) ſpectant ad dominum feudalem, & vltra, ad eum ſpectat honor, & exercitium iure & nomine domini feudalis, omnium iurium feudalium, & dominicalium, quæ non habet fructuarius vt diximus §. *eo. glo. 1.* quæcunque autem concernunt proprietatem, ſeu dominium vtile feudi, non ſpectant ad eum, ſe ad vaſallum, vel eius hæredes, aut cauſam habentes. Et hæc ſufficerent pro hac glo. ſed vt latius pateat, Nota* dominum feudalem exæquari fructuario: ſed non è conuerſo, quia fructuarius non habet omnia quæ ſpectant patrono feudi, ſeu domino feudali, & ſic non adæquatur illi.

* Patronus exæquatur fructuario, non è conuerſo.

* Adæquatorum natura.

4. Quoties enim vnum * adæquatur alteri, tunc rei ad quam fit adæquatio nihil adijcitur: ſed bene è contra, ipſi adæquato attribuitur, quicquid eſt plus iuris in re ad quam fit adæquatio. per text. in *l. illud in princ. C. de donation. cau. mor. l. 1. §. 1. D. ſi quid in fraud. patro.* Secus ſi duo adæquãtur ad inuicem: quia tunc hinc inde vires vnius, attribuuntur alteri. *l. 1. C. communia. de legat. aut. inſucceſſione. C. de ſuis & legiti.* per glo. & doct. in *ca. vnico. ne ſede vacan. in ca. & temporis qualitas. 16. q. 1.* ita decidit Bart. in *l. 1. col. 2. D. de legat. 1.* & ibi Angel. Paul. *col. 2.* Alex. laſ. *col. 5.* & omnes ſeq; exceptoRapha. Cu. cuius obiecta pulchrè diluit Iaſo. ibi *nu. 27.* Et idẽ cũ Bart. tenet Caro. Rui. *conſ. 54. lib. 3 conſ. 43. lib. 5.* Philip. Deci. *conſ. 46. in fi.* vbi in annot. tetigi.

* Differentia patroni, & fructuarij.

5. ¶ Differunt* igitur patronus, & fructuarius. Primò quia fructuarius fruitur re, vt proꝛſus & verè aliena *l. 1. D. de vſufruct. l. rectè dicimus. D. de verbor. ſignific. cum ſimil.* At dominus feudalis fruitur re vt ſua, & propria, & hæc eſt potiſſima differentia è qua cæteræ dependent. Secundò, vſufructuarius tenetur cauere, & ſatisdare de duobus, videlicet de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituenda finito vſufructu, textus in *l. prima, in principio. D. vſufructua. quemadmodum ca. in l. prima & quarta. C. de vſufructu.* At dominus ad nullam cautionem tenetur: ſaluo caſu de quo ſupra eodem *gloſſ. 4. quæſt. 4. ad fin.* Et infra §. 33. *quæſt. 12.* Tertiò fructuarius non facit fructus ſuos, niſi eos perceperit, vel à ſe, vel ſuo nomine, ab alio ſint ſeparati à ſolo, textus in *l. ſi vſufructuarius meſſem. D. quibus mod. vſufruct. amitt.* quod intellige eſſe verum in fructibus naturalibus, ſecus in ciuilibus, quia iſti indiſtinctè fiunt fructuarij ſtatim quod cedunt tempore vſufructus, vt declaraui ſuprà *eodem gl. 1. quæſt. 3.* At patronus indiſtinctè facit ſuos à quocunque ſeparantur: ſi enim bonæfidei poſſeſſor à quocunque & quouiſmodò ſeparatos fructus, omnes ſtatim ſuos facit, vt in dicta *l. ſi vſufructuarius meſſem, in fin.* & expreſſius in *l. qui ſcit. §. præterea. D. de vſur.* & hoc ideo, quia quo ad fructus attinet, domini loco penè eſt, vt inquit text. in *l. bonæfidei emptor. in princip. D. de acquirendo rerum domi.* quantò fortius patronus qui verè eſt dominus. Quartò, fructuarius feudi, non poteſt ſaltem proprio nomine inueſtire ſubvaſallos, cenſuarios, aut emphyteutas feudi, nec ſubfeuda aperta prehendere, quæ omnia & ſimiles actus dominicales & omnia iura feudalia poteſt patronus exercere, & commoda inde prouenientia lucri facere, vt diximus §. *ea. gloſſ. 1. quæſt. 2. etiam j. §. 54. 55.*

6. ¶ Tamen quia feudum prehenſum, quantocunque tempore ſub manu dominica poſſeſſum, eſt ſubiectum reſtitutioni, quandocunque vaſallus, eius hæres, aut cauſam habens, fidelitatem, & iuſta obtulerit. * non poteſt patronus in aliquo diminuere, nec deteriorare vtile dominium, ſeu (vt aiunt) proprietatem feudi, & iurium eius, nec aliquem actum facere in eius rei præiudicium. Solum enim tantiſper dum ad manum ſuam tenet, habet iurium feudalium honorem, & exercitium in qualitate domini feudalis, & lucrum omnium commoditatum inde procedentium, & cæterorum omnium fructuum & prouentuum fundi clientelarij. vt §. *eo. gloſſ. 4. quæſt. 2. numer. 27.*

* Patronus nil facere poteſt in præiudicium vtilis domini vaſalli.

7. ¶ Sed contra id quod dixi patronum fructuarib exæquari, fortiter opponitur. quia vſufructu fundi legato, vel aliàs conſtituto, fructuarius nedum habebit vſum & commodum ipſius fundi, ſed etiam totius inſtrumenti fundi, putà equorum vel boum aratoriorum, fructuum paratorum ad ſeminandum, ligonum, aratrorum, & * omnium ruſticorum inſtrumentorum: quæ proprietarius habebat in fundo, ad exercitium, culturam, & inſtructionem ipſius fundi. text. eſt in *l. ſed & ſi quid §. proprietatis dominum, in fin. D. de vſufruct. & eodem titul. l. item. ſi fundi. §. inſtrumenti.* vbi Ange. exemplificat in bobus aratoriis. & eadem lege, §. *ſeminarios.* ſecundum glo. Accurſ. & omnium doct. * intellectum, quem Budæus noſter ibi in annotatio. doctè & eleganter more ſuo reprobat, probans illum §. intelligi de frumento ſeminario, ſeu ſerendi cauſa parato, quod verè eſt inſtrumentum fundi, vt inquit Vlpianus *l. quæſitum §. item nonnullis. D. de fund. inſtruct. & inſtru. lega.* ſed de ipſo fundo ſeminario, vbi plantulæ & viui radices ad tempus ſeruntur, vt cùm excreuerint, in fundum principalem perpetuò transferantur: non tamen ipſum ſeminarium (quum ſit fundus per ſe, vel pars fundi) eſt inſtrumentum fundi. per text. in dicta *l. quæſitum. §. ea vero quæ ſolo.* Sed ipſi fructus ſeminarij, vt ſunt viui radices, plantulæ, & id genus propagines poſtquam cæſæ ſeu à ſolo ſeparatæ ſunt, ſunt inſtrumentum fundi, ſcilicet principalis dict. §. *ea verò.* & ſic hi fructus quamvis antequam vſufructus ceſſerit

* Fructuarius etiam inſtrumentorum feudi vſum habet.

* Intellectus §. *ſeminarias in l. item ſi fundi. D. de vſufru.*

& conſtitutus fuerit, ſint ſeparati à ſolo, & ad mobilia redacti, tamen fructuario cedunt tanquam inſtrumentum fundi, in quo habet vſumfructum, vt eſt caſus & verus & germanus ſenſus dicti §. *ſeminarios*, ſi autem intelligerentur de fructibus cæſis tempore conſtituti vſufructus, nullam haberet dubitationem, quod eſſet abſurdum. Sed nos vniuerſaliter negauimus etiam inſtrumentorum fundi prehenſi vſum & commodum patrono competere, ſupra eadem *gloſſ. 4. & in gloſſ. 5. no. 2. nu.* 14. diximus patronum non poſſe mittere manum niſi in feudum ipſum clientelarium clientelariæ conditioni obnoxium: & non poſſe vllo modo contingere quæcunque mobilia vaſalli, vel eius hæredum, in fundo exiſtentia, putà ſupellectilia vel equos, aut boues aratorios. Sed vaſallo, aut ſuis, permittendum ea libe- B rè referre.

8. ¶ Ad hoc ergo reſpondeo paulò latiùs declarando, vt omnes intelligant quòd regulariter quæcunque diſpoſitio de fundo, vel domo, ſiue venditio, ſiue donatio, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, non comprehendit niſi illud tantum quòd verè eſt fundus vel pars fundi, vel domus, & eius appellatione continetur textus in lege *Iulianus. in fine*, cum legib. ſequentibus. *l. fundi in principio. D. de action. empti. lege cùm fundus. D. de fundo inſtruct.* Ita quòd in venditione vel legato * fundi, vel domus, non veniunt inſtrumenta, neque rei, neque patriſfamil. niſi expreſſe dicatur. *lege finali. D. de ſupellec. lega.* ſicut nec comprehenduntur ruta & cæſa, niſi ſpecialiter venerint, vel legata ſint text. in d. *l. fundi* §. *ſi ruta*. Hæc autem regula fallit in vſufructu, in quo tacitè, etiam alio non expreſſo, venit inſtrumentum patriſf. niſi hoc eſſet expreſſum, vel niſi eſſet conceſſus vſusfructus fundi inſtructi. *d. l. quæſitũ.* § *ſed ſi fundus. D. de fun. inſtru. l.* 2. vbi per glo. & omnes. *C. de verb. ſignifi.* quia tunc accederet vtrumque inſtrumentum. 9. ¶ Eſt autem * inſtrumentum fundi quod nuper eſt declaratum in formatione contrarij, inſtrumentum domus declaratur in *d. l. quæſitum* §. *ſi domus.* inſtrumentum patriſfamil. habetur eadem *l.* §. *ſed ſi fundus.* Verùm hæc fallentia fuit ex mera poſitiua iuris ciuilis Romani diſpoſitione introducta, ideo in multis locis non ſeruatur, Et apud nos non practicatur & meritò, quia ſub hoc prætextu poſſent homines decipere & decipi, dum vendentes, vel legantes vſumfru. nihil minus aduerterent, quàm ſubtilitatem illius fallentiæ: confidentes in regula communi omnibus nota, & D quæ ſolet omni caſu eſſe vniformis, & quæ regula apud nos æquè ſeruatur in vſufructu, ſicut in cæteris diſpoſitionibus, & ſic ceſſat contrarium. Ex his ſatis liquet quæ ſit mens & effectus huius conſuetudinis: operæ pretium tamen viſum eſt præcipuas quaſdam quæſtiones breuiter & reſolutiuè diſcutere: ex quibus quid in cæteris quotidianam hanc materiam concernentibus dicendum ſit, faciliùs clareſcet.

10. ¶ Thema igitur plurium q. tale ſit. Poſtridiè Kalendas Octobris prehenſum fuit feudum quoddam apertum, conſiſtens in pluribus prædiis arabilibus, vineis, ſtagnis, & ſyluis, necnon cenſibus ſoluendis Kalendis Octobris, & aliis penſionibus ſoluendis Kalendis Nouembris: & durauit prehenſio cum effectu, vſque ad diem ſecundam Nouembris, immediatè ſequentis: quia tunc demùm vaſallus iuſta debitè obtulit, interea dominus vindemiauit, & partem cenſuum, & dictorum redituum recepit, partem non: aliquot ex ſtagnis expiſcauit, ſyluarum cæduarum abſcindenda ligna vendidit, & iam aliquam partem abſciderant mercatores, reliqua ſtante. nunc quæritur primò quid * de penſionibus ſiue mercedibus debitis à colonis, quæ ceſſerunt Kalendis Nouembris, & ſic intra tempus manus dominicæ, ratione tamen frugum, meſſium, & aliorum fructuum, collectorum ante prehenſionem?

11. ¶ Reſpondetur, exploratiſſimum eſſe quòd ſpectant ad vaſallum, & non ad dominum: & eſt caſus in *l. defuncta. D. de vſufruct.* vbi præcisè attenditur * tempus collectionis & ſeparationis fructuum, inter fructuarium & proprietarium: & idem dicendum eſt indiſtinctè inter vaſallum & eius hæredes, & dominum: etiam ſi feudum eſſet finitum, & perpetuò ad dominum reuerſum, vt pulchrè conſuluit Petrus Ancha. in *conſilio* 163. *ſubtiliter.* Nec obſtat, §. *hic conſequenter in tit. hic ſi. text. in vſibus feud.* vbi diſtinguitur, an ſi vaſallus decedat, & feudum finiatur ante Kalendas Martij, tunc omnes fructus illius anni ſpectent ad dominum: ſi verò decedat poſt Kalendas Martij vſque ad Auguſtum, ſpectant ad hæredes vaſalli. Tum quia illa diſtinctio ibi non præcisè approbatur per compilatorem, ſed ponitur vna alia ſubſequens opinio, *in verſic. quidam tamen dicunt*, quod quandocunque conſolidatur feudum, omnes fructus pendentes ſpectant ad dominum: & ſic innuunt fructus iam collectos ſtante adhuc feudo, pertinere ad vaſallum, vel eius hæredes, ſicut de iure diſponitur. Hæc eſt vera & rationabilis opinio: præcedens autem diſtinctio eſt falſa in iure, & irrationabilis, vt ibi etiam expreſsè not. And. Iſer. *col.* 2. & Baldus. nec poſſet obtinere, niſi ſicubi inoleuerit talis conſuetudo localis, de qua in aliis locis minimè eſſet curandum, vt etiam decidit Alberic. in dicta. *l. defunct. in fine prin.* & expreſſiùs And. Iſer. in *d.* §. *hic conſequenter. col.* 2.

¶ Et idem dicendum * de cenſibus qui ceſſerunt pridie prehenſionis, quia ex quo cedente die cœperunt deberi, fuerunt fructus ſeparati, vt latè probaui ſupra *eo. in gloſſ.* 1. *quæſt.* 3. non repeto & ſic ea quæ recepit dominus de huiuſmodi penſionibus, cenſibus, debet reſtituere. ¶ Et generaliter * omnia commoda quæ ſpectant ad fructuarium pro tempore vſufructus, quorum aliqua ſpecificaui ſupra *ea gloſſ.* 1. ſpectant ad dominum pro tempore prehenſionis.

12. ¶ QVÆRITVR ſecundò, quid *de vindemiis*? & conſtat per prædicta omnino ſpectare ad dominum, nec obſtat ſi fortè feudum in ſola vinea conſiſtat, quòd totius anni fructum auferet dominus, vel in vno menſe ſi per vnum menſem tantùm plus vel minus durauit manus iniectio, & celeri diligentiâ vindemiauit omnes fructus, maturos tamen, à ſolo ſeparauit: quia non eſt inconueniens, quum liceat ei diligenter & oportunè vti iure ſuo, & vaſallus de ſe queri debet, quòd non adiit dominum, quum ad hoc competentes habeat inducias, vt dicemus *infra* §. 4. Itaque non erit hoc caſu locus diſtinctioni, *l. diuortio. D. ſolu. matri.* nec fiet diuiſio fructuum pro rata temporis: ſed ſolum attenditur tempus ſeparationis fructuum factæ tempore debito: ſicut in vero & ſimplici vſufructuario habetur.

13. ¶ SED quæro tertiò, * nunquid vnà cum fructibus, amittet vaſallus impenſas fructuum cauſa factas? videtur quòd non. Tùm primò, quia dominus non facit huiuſmodi fructus ſuos, niſi vigore huius conſuetudinis, quæ non loquitur niſi de fructibus ſimpliciter & indeterminatè: ſed in diſpoſitione legis vel ſtatuti verbum *fructus* (etiam ſi dicatur, integri fructus, vel alia pleniſſima verborum forma) accipitur deductis impenſis fructuum gratiâ factis: licèt regulariter aliud ſit in diſpoſitionibus hominis: rata fructus pendentes vendentis vel donantis, vt not. per Bart. & alios in *l. fructus. D. ſolu. matri. in l.* 1. *C. de ſumpt. & lit. impenſ.* Tum ſecundò, quia etiam prædoni deducuntur, per eum, qui ſolidè & integrè dominus eſt. *l. ſi à domino in fin. D. de petit. hære. l. fundum qui. in fi. prin. D. familiæ hercisc.* And Tiraq. in tract. *de retra. proximitat.* §. 15. *glo.* 1. *num.* 2. Tum tertiò per §. 38. *infra eo.* in contrarium videtur, quum id accidat culpa negligentis, & indeuoti vaſalli, cuius culpa, ſi ſciat non vacat dolo in omittendo, *per textum in l. procuratorem.* §. *dolo. in l. dolus. D. mand.*

* Fundi appellatione quid veniat.

* Infrumentum fundi quid.

* Petrus nil facere poteſt in præiudicium vaſalli domus vaſallo.

* Fructuarius etiam inſtrumentorum fundi vſum habet.

* Tacitè ſeu §. ſeminarios in l. item à fundo. D. de vſufru.

* De penſionibus ſiue mercedibus debitis à colonis quid ſit prehenſo fundo.

* De cenſibus quæſtio.

* De omnibus aliis modis feud quæſtio.

* Verbũ fructus pro latum à lege dedu ctis impenſis recipitur.

* Dies conuentionalis & legalis etiã tacita interpellat pro homine.

24. ¶ Tum saltem absque dubio est in mora saltem habituali, lapsis induciis quadraginta dierum, quæ* interpellant pro homine, iuxta not. in *l. magnam C. de contra. & commit. stipul. in l. si insulam. D. de verb. oblig.* text. in *l. traiectitia § de illo. D. de actio. & obligat.* quod procedit etiam in die legali & tacita. secundum *glo.* 1. Bar. Ioan. Imo. Paul. Ias. in *l. si mora. D. solu. matri.* Bal. in *l. si pacto quo pœnã. C. de pact.* per text. in *l. 2. ad fi. C. de iure emphyt. in l. vnica. § ex actio C. de rei vxo. act. in ca. licet canon. de elect. in* 6. Bar. in *l. ita stipulatus magna. in 2. q. princ. D. de verborũ oblig.* Bal. in *l. quoties in diem.* per illum text. cum *l. seq. eo. tit.* & in *rub. C. de consti. pecu. in 2. qu.* Phil. Cor. *consi. 26. in hac col. fi. lib. 1.* vbi hoc ampliat etiam si tacitum illud tempus sit breue. Tum videtur, & legem, & dominũ contemnere: igitur B etiam huiusmodi impensas perdit, vt in emphyteuta cauetur. *l. 2. § fin autem. C. de iure emphyt.* & diximus supra *gloss. 5.* Tum quia consuetudo non stat in simplici addictione fructuum: sed adijcit illa verba, *exploitter en pure part*, id est patronus potest in meram & puram perditionẽ, & detrimentũ vasalli vti, & frui, vt diximus in glo præceden. quæ verba denotant enixam voluntatem, & emphasim quandã. Igitur debent aliquid operari vltra id, quod operaretur simplex verbum fructus.

15. ¶ Primam partem teneo tanquam veram & æquã, per primam, & tertiam, eius rationem, non per secundam, quæ non militat inter eos qui habent causam ad inuicem. Et ita expressim decidit consuet. Aurelianensis §. 22. §. 69. §. 74. Item generaliter de aliis consuetudinibus etiam si non exprimant. Addo aliam rationem, quia C si dominus prehensum fundum colat suis sumptibus, & paulò ante tempus colligendorum fructuum, vasallus iusta offerat, & sic debet relaxari manus dominica, saltem ex tunc in effectu cessat: & spectant fructus omnes ad vasallum, tenebitur vasallus restituere, aut* deducere patrono huiusmodi impendia: ergo è conuerso patronus debet deducere vasallo sumptus huiusmodi, ante prehensionem factos: vt quod ipse in clientis persona æquum esse crediderit, id in ipsius quoque persona valere patiatur. *l. 1. in fin. princ. D. quod quisque iurís.* Sicut ergo vult deducere clienti, ita pati debet ab illo sibi deduci, fac. *l. cum in eo. in fi. D. de pac. l. cum hæreditas. D. de admini. tuto. l. 1. D. de solut.* non enim debet petere, quod in casu conuerso non vellet præstare. *l. pe. C. de solut.* cum simi. Imò æquissim. est, creditorem ita agere rem debitoris, vt suam ageret, *lib. 1. D. de solut.* fac. *l. frater. à fratre D. de condi. indebi. l. si negotia mea. D. mandati. l. quoties tutor. §. item si temporali. D. de administ. tuto.* Ias. d *l. frater.* & bonus text in *cap. iustum est. 1. distinctio.* quod superest, etiam principes non possunt in se damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Et quod huiusmodi sumptus debeãt restitui, vel deduci vasallo, vel eius vinitori, aut colono est text. infra §. 86. vbi dicemus. Non obstat quòd ob culpam & cessationem vasalli, fit prehensio, quia contenti esse debemus pœna lege comprehensa. *l. si ita stipulatus. D. de verborum obliga.* Hæc autem consuetudo non afficit vasallum nisi damno fructuum, & commoditatum contingentium, durante manus injectione: nec intendit eum grauare pro tempore præterito, quo quieuit dominus, & licuit vasallo sibi vigilare, & rem suam facere, vt j. §. 61. At si perderet impendia gratia fructuum facta, retrotraheretur pœna, ad tempus quo sibi licuit frui, permittente domino, & consuetudine: imò sæpe etiam ad tempus quo feudum nullo modo erat apertum, & nulla sub sistebat culpa vel morã vasalli. 16. ¶ Nec obstat. *d. l. 2. C. de iure emphyt. vers. nulla* quia non excludit horum sumptuum deductionem alioquin multæ captiones sequi possent. Cùm enim ob non solutionem non sit commissa emphyteusis, nisi domino volente, & quando declarare voluerit, si differat vsque dum fructus sunt maturi, lucrarentur labores & impensas interim factas per emphyteutam vel eius hæredem quod esset iniquum & præter mentem iuris, nisi expressim hoc cautum fuerit in concessione priuatiua. Aliud est de meliorationibus conuentis, quas etiam si non feciisset, teneretur facere non obstante commisso. Et idem esset de sumptibus temporariis fructuum si esset cautum: sed in dubio non intelligitur quòd debeant amitti, nisi ex culpa cadente in delictum punibile, & ita vt pœna teneat auctorem suum. *l. sancimus C. de pœnis.* nec extendatur ad colonum, vt dixi j. *eod. gloss. 5. nu. 93.* quia loquitur in totali & perpetuo commisso rei, hîc autem in simplici manus injectione, quæ non extinguit feudum, nec ius vasalli, imò illud in se conseruat, vt dicemus j. §. 12. tum in dubio, non videtur esse in dolo, nec delinquere, quãdiu dominus eum patitur, quia huius consuetudinis auctoritate licet sibi tandiu vigilare, id est, ad suum commodum vti feudo, nõ autem debet decipi sub auctoritate consuetudinis. *l. 1. C. de his qui ven. æta. impetr. Cle. vnica de re. permut.* Tũ in l. commissaria resoluitur ipso iure venditio, ex culpa & mora emptoris, qui ad diem præstitutum pretium non exoluit: fructusque omnes interim perceptos debet restituere, quia nihil penes eum residere oportet, ex re in qua fidem rescilit, inquit Neratius in *l. lege fundo. D. de lege commissõ.* & tamen nemo dixerit huiusmodi sumptus & cætera iusta impendia, non esse illi deducenda. *argu. l. imperator. D. de in diem addictio.*

17. ¶ Nec obstat quod hîc text. dicit dominum in merum vasalli damnum frui quia ad maiorem expressionem hoc adijcitur, & ad tollendam omnem occasionem dubitandi de virtute & efficacia manus dominicæ, & ex hoc ius commune non lædituir. *l. qui mutuam in fi. prin. D. de manda. l. quæ dubitationis. D. de regul. iur.* & ista verba stant intensiuè, & non extinsiuè: vt etiã dixi j. *eo. glos. 7. in princip.* Tum* in ambigua voce legis accipienda est significatio benignior. *l. benignius. D. de legib. l. proximè, vers. sed in re dubia D. de his quæ in test. delen. l. semper in dubiis. D. de regu. iurís.* cum similibus, & quæ vitio & captione caret. *l. in ambiguæ. D. de leg. l. quoties nihil. D. de reg. iur.* & quæ neutri partium est onerosa: sed per quam consulitur vtrique. *l. 1. in fin.* & ibi glo fi. & Pau. *D. si quis cautio.* Sed interpretatio nostra, sumptus vtrinque esse deducendos, est huiusmodi, alioquin aperta esset via alterutrum insidiandi, & frustrandi laboribus & impensis, puta differendi prehensionem, vel iustam oblationem vsque ad horam collectionis fructuum. quod quàm longissimè abesse oportet à patronis & clientibus, inter quos nulla fraus nec vllum malum ingenium debet interuenire, inquit text. in *l. fin. de probib. feud. alie. per Lotha.*

* Patronus sumptus deducit, & ei deducuntur.

* In dubio benigniori & æquior interpretatio vtenda.

18. ¶ QVÆR. quartò, quid de stagnis expiscatis? Et primo videndum est, an pisces* qui sint in stagnis nostris, censeantur esse pars fundi, & quid immobile: an verò quid mobile, & aliud à fundo. & resolutiuè dicendum est: si in stagno habeantur, & multiplicentur & crescant, censentur pars fundi, & quid immobile, & sunt veri fructus pendentes illius stagni: si autem habeantur inclusi in certa parte stagni, vel seorsum in piscina, non refert quo loco, modo ibi sint tantùm causa simplicis custodiæ, non censentur pars fundi, sed quid nobile. Ita concludit Guid. Pap. *Decis. Delphi.* 91. Bertrand. Capri. post. Iaco. Albi. in *c. 1. §. sciendum. de feud. cognit. in vsib. feud. in fi. seq.* Nicol. Boeri. in *consu. Biturig. de feud. §. 5.* & Chassa. in *consu. Burg. tit. 4. §. 2. glos. pen. col. fi.* Probari videtur in *l. limes alias funes* secundum do. Bud. in annotat. *D. de actio. emp. cum l. seq.* vbi dicitur, pisces qui sunt in piscina, non esse ædium, nec fundi, sicut nec pulli, aut cætera animalia, quæ in fundo sunt: & sic Vlpianus & Pomponius sentiunt aliud esse, si non in piscina, sed in stagno aut viuario essent ad multiplicandum, & reddendum fructum fundi ad hoc destinati.

* Pisces, qui in stagnis, vtrum sint pars fundi.

19. ¶ Quæ enim ponuntur in fundo, vt sint fructus seu redditus ipsius fundi, non habentis aliunde fructum,

efficiuntur pars fundi, quum ſint ad perpetuam eius vtilitatem: perpetuam, inquam, non quo ad ſingula corpora piſcium, aut aliarum rerum, quæ tempore ſuo expiſcantur vel colliguntur vice fructuum: ſed quo ad ſpeciem rei immiſſæ, quæ per ſubrogationem corporum eiuſdem ſpeciei continuatur, & perpetuatur, nec aliter poſſet res conſeruari, vt eſt elegans textus in *l. eum debere. D. de ſerui. vrba. prædio.* Et * licet ſpatio temporis ſingula corpora mutentur, tamen mediante ſubrogatione, ſemper dicitur eadem res, puta eadem columna, *d. l. eum debere*, idem populus. *l. proponebatur.* D. *de iudi. l. ſicut.* §. *pe.* D. *quod cuiuſque vniuer. nom.* eadem nauis, *l. quid tamen* §. *in nauis quoque.* D. *quibus modis vſufruct. amitta.* idem ædificium, *l. ſeruitutes* §. *ſi ſublatum.* D. *de ſerui. vrba. prædio. l. ſi ita legatum.* §. *fin.* D. *de lega.* 1. idem grex, *l. ſi grege.* D. *de lega.* 1. cum ſi. & ſic idem viuarium, vel ſtagnum. Itaque doctrina quam tradit Bar. in *l. Iulianus*, *in fin.* per illum text. cum ll. ſeq. D. *de actio. empti.* verificatur in piſcibus ſtagni vel viuarij, licèt de illis expreſſe non loquatur.

* Temporalia corpora per ſubrogationē in eadem ſpecie perpetuāntur, & idem corpus cenſentur.

* Quod opin. Guid. Pap. (tametſi vſu noſtro approbata) de iure poſitiuo non procedat.

20. ¶ Aduerte* tamen, vt verum fatear, & ne decipiaris, quòd in terminis iuris ciuilis Romani, iſta probatio eſt magis colorata, quàm neceſſaria, aut vera, quoniam præfata reſolutio non procedit de illo iure ſcripto, in quo licèt reperiatur, feras viuariis incluſas, & piſces in piſcina collectos, eſſe in dominio noſtro & poſſeſſione. *l.* 3. § *item feras. D. de acquir. re. do.* tamen nullum textum, nullam gloſſ. nullum doct. in aliqua lectura iuris reperies, qui dicat vel ſentiat quòd ſint, vel cenſeantur pars fundi, & quid immobile, ſed benè quod ſint quid mobile, & à fundo ſeparatum. Nec obſtat quòd in *l. vſumfructuarium* §. *ſi in viuariis D. de vſufruct.* dicitur fructuarium fundi poſſe de feris viuario fundi incluſis capere, & ſuas facere, dummodo eundem numerum: per ſingula quæque ferarum genera, finito vſufructu domino proprietatis aſſignet, qui fuit cœpti vſufructus tempore. Et quòd tales feræ ſint in dominio & poſſeſſione proprietarij, vt ibi clarè probatur. Et quòd id non facit fructuarius, vt quilibet primus occupator, de generali iure gentium, (provt in alio caſu dicitur de venatione aprorum, & ceruorum in ſaltibus vel montibus fundi. *in prin. l. vſufructuarium*) ſed proprio iure vſufructus: quia reſpondeo quòd ex hoc non ſequitur, quòd in caſu *d.* §. *ſi in viuariis*, illæ feræ ſint, aut cenſeantur pars fundi. ſed bene quòd ſaltem ſunt inſtrumentum fundi. fructuarius enim nedum habet vſumfructum & commoda fundi, ſed etiam in dubio, & niſi contraria voluntas appareat, habet vſumfructum & commoditatem totius inſtrumenti fundi: vt ſupra diximus. patet in ſimili per text. *in l. de grege. in fin.* cum duabus ll ſeq. *D. de fund. inſtruct.* vbi dicitur quòd grex comparatus gratia ſaltus, ex qua aliter fructus percipi non poteſt: ſimiliter aluei, apéſque fundi, cuius reditus in melle conſiſtit: & aues quæ in inſulis maritimis aluntur, ſunt inſtrumentum fundi. & ſic eadem ratione feræ incluſæ in viuario gratia fundi, vt inde aliquis reditus percipiatur, ſunt inſtrumentum illius fundi. Igitur non ſunt, nec poſſunt cenſeri fundus, nec pars fundi, per text. in *l. quæſitum* §. *ea vero D. de fund. inſtru. fac. text. in* § *ſi in agro ea. l.* Et ita in terminis iuris ſcripti eſſet dicendum, piſces in fundo ſeu viuario poſitos & deſtinatos, vt inde reditus percipiatur non cenſeri partem fundi, nec quid immobile, ſed eſſe & cenſeri inſtrumentum fundi: ex quo multæ deciſiones ſequerentur a noſtris moribus & conſuetudine abhorrentes.

21. ¶ Et quia conſuetudines tractamus, tenenda eſt pro conſtanti, præfata diſtinctio Guid. Pap. quæ nedum apud Pariſios, ſed per vniuerſum ferè regnum Franciæ tenetur & obſeruatur, & etiam in ſe rationabiliſſima eſt, & æquiſſima. Memini tamen quod de conſuetudine Vitriaca. §. 114. iſtud limitatur & modificatur, niſi piſcationis ſolitum tempus aduenerit, quia tunc naturam mobilium ſortiuntur, quod eſt rationabile in ſe, ſed locale. Cæterum apud nos tanquam fructus pendentes, & maturi, hoc caſu iudicabuntur, ſecundum præfatam diſtinctionem, quæ procedit nedum in ſtagnis, ſed etiam in auiariis, leporariis, & aliis viuariis: quum ſit eadem ratio. itaque ſicut *d.* §. *ſi in viuariis.* practicatur apud nos in fructuario, ita etiam in domino feudali: non quia illæ feræ ſint inſtrumentum fundi, ſed quia cenſentur pars fundi, ſicut fructus fundi, ſecundum noſtrum rationabilem vſum. & his ſcriptis, nouiſſimè reperi doctiſſimum illum iuriſconſultum dominum Zaſium idem in effectu tenere quod Guid. Pap. in ſua epit. *feu part.* 4. *col.* 1. Sentio interim arduum eſſe contrarium inter l. 3. §. *item feras D. de acquiren. vel amitt. poſſeſ. & d.* §. *ſi in viuariis*, quòd malè ſoluitur ab omnibus ſcriben. in dict. §. *item feras.* vbi Iaſ. *in fin.* illud ſentit, ſed non ſoluit in collectaneis meis nouum intellectum dedi ad illum §. *item feras.* Sed quia hoc nimis excedit à propoſito, reſeruo in decadibus. de diſtinctione autem, appellatione & effectu mobilium & immobilium rerum & iurium latius & plenè tracto. *J.* § 145 *in gloſ.* 3 ſuper verb. *biens meubles, & conqueſts immeubles.* Nunc ad reſolutionem quæſtionis: omnium ſtagnorum ſeu viuariorum piſcationes cedunt lucro patroni, ſicut fructus fundi clientelarij: ſecus de piſcibus tempore prehenſionis feudi iam collectis, & in piſcina, vel in concauo cimbæ, aut alibi cauſa cuſtodiæ repoſitis: in quibus ſicut nec in cæteris mobilibus nihil iuris patronus habet per prædicta. Et hæc ſimilia intellige ſub modificationibus ſequentibus *J. eadem glo. num.* 24.

22. ¶ QVINTVM ad vberiorem doctrinam quæro, conceſſum fuit in feudum quoddam prædium, tunc villæ & inutile, fortè propter deſcenſus aquarum: vaſallus cœpit incontinenti de eo facere grande & optimum * ſtagnum quod nouis aggeribus muniuit, & piſcibus repleuit magnis ſumptibus: deinde in fine quinque annorum relicto filio moritur, quum nullum omnino fructum percepiſſet, ſed erat tempus piſcandi, & erat piſcatura maximi valoris, accidit fortè propter abſentiam, impedimenta vel inaduertentiam filij 40. dies elabi non adito patrono, qui ſtatim manum iniecit feudo, & eadem die expiſcatur totum ſtagnum die ſequenti adeſt filius, fidem & obſequia debita offerens: eſtne rationabile, & de mente conſuetudinis, patronum lucrari & retinere vniuerſos piſces? videtur quòd non, quia nedum in vna die lucratur fructus totius anni, vt dictum eſt ſupra *eadem q.* 2. Sed etiam totorum quinque annorum, vel etiam plurium & totius præteriti quanticunque temporis. Tum dominus non conceſſit ſtagnum in feudum: ſed nudum & vile prædium, & ſic videtur quòd non deberet conſequi fructus ſtagni, ſaltem omnes, ſed ſolum pro rata prædij ſeu areæ in feudum conceſſæ, & quantum fructuum & commoditatum potuiſſet tempore prehenſionis habere ille ager ſi manſiſſet in forma agri, in qua erat tempore conceſſionis: alioquin non videretur capere fructus rei à ſe conceſſæ, ſed alterius rei. & bene ſa. not. *J. eod.* §. *gloſ.* 5. *in* 3. *amplia. nu.* 38. Tum etiam ſi feudum fuiſſet tantum ad vitam conceſſum, & ſic nunc eſſet reuerſum ad dominum, tamen ſtagnum non cederet eius lucro: ſed omnes impenſæ eſſent reſtituendæ hæredi vaſalli, quantum nunc res plus valet & locupletatur dominus, vt fuit concluſum ſupra *eadem* §. *gloſſ.* 5. *verſic. limito.* 2. *nu.* 93. Sed hæres vaſalli debet eſſe melioris conditionis, quando feudum eſt ſimpliciter apertum, quam cum perpetuò eſt extinctum.

* Si in ſtagno vile prædium mutauerit vaſallus vtiliter & id prehendat dominus eius tempus piſcationis, vt dominus omnes eius ſtagni piſces ſuos faciat.

23. ¶ In contrarium videtur dicendum, dominum vniuerſos hos piſces, & fructus omnes ſtagni lucraturum, vigore huius conſuetudinis: quia ſunt fructus pendentes. & parati collectioni in die prehenſionis, & ſic dominus eadem die colligēdo ſuos facit: & ſolùm iure ſuo vtitur. Et ſicut non attenditur, an ſint fructus totius

* In dubio benignè æquor mare intelligitur vacuū.

* Piſces, q. in ſtagno, verum ſint pars fundi.

vnius anni, vt dictum est ꝛ. *eadem gloss. 4. 2. nu.* 11. Ita non est in consideratione, an sint fructus plurium præcedentium annorum. ¶ Pro * generali resolutione præmitte regulam & modificationem.

*Notationē decisiuā iuncto num. 25. *infra ea. glo.* nō sciendum quando momentum & quando rata temporis debeat attendi.

24. Regula & maxima est, quandocunque patronus iure prehensionis seu manus iniectionis, ex defectu clientis, fructus percipit, tunc distinctè lucratur, quotcunque ciuiliter cedunt, vel à solo maturitatis tempore quomodocumque, & à quocunque separentur, durante manus iniectione: siue longo, siue breui tempore duraverit. Ratio, quia isti fructus non spectant ad dominum pro rata anni, mensis, hebdomadæ, vel diei, vel alterius certi temporis, nec pro rata seu portione certorum fructuum, aut pro rata oneris, vel culturæ, nec sub alia quacunque limitatione, aut relatione restringente: sed purè, simpliciter & absolutè: solùm ideo quia dominus est, & censetur re propria frui: quæ ratio concludit ad omnes quotcunque fructus extantes, & qui extabunt, quandiu feudum in eodem statu (videlicet sub manu dominica) manebit.

*1. Modificatio.

25. ¶ Hæc est regula, * modificatio autem est triplex. Primo, quòd non debet abuti, sed secundùm modum regionis, & boni patrisfamilias, vnde cædendo syluam cæduam non potest cædere, nec vendere arbores quæ secundùm numerum vel distantiam solent reseruari, Galli vocant, *Les balliueaux*, sic nec terram cultam immutare aut deteriorare, nec columbarium euacuare. vt *infra ad gloss. nu.* 35. nec piscando stagnum penitus exhaurire, non relinquendo solita relinqui vel apponi, sed terram modo consueto reficere, & seminarios istos relinquere, vt etiam in consuetudine Cenomanensi. §. 131. & in summa, sicut vsufructuario vti & frui liceret: & vt bonus paterfamilias, vt expressè volunt consuetudo Pictonum antiqua. §. 100. Cenomanensis. 117. Andegau. §. 104. Et idem de cæteris, etiam si non exprimantur intelligendum.

*2. Modificatio.

26. ¶ Secunda * est, quòd si fructus tempore prehensionis erant maturi, & apti collectioni, & nouus vasallus non fuerat interpellatus, nec aliàs in mora actuali præstandæ fidei, tunc huiusmodi fructus non spectant ad patronum, si vasallus * incontinenti, hoc est infra triduum aut quatriduum, boni viri arbitrio, & quàm citò potuit dominum adiuit, & clientelaria iura & obsequia debitè obtulit. Et ad hanc modificationem summa moueor æquitate, & vt puto concludente, propter tria: primò quia quandiu patronus cessat, & nullo modo vasallum interpellat, vasallus non est in mora, & ei liberè frui licet auctoritate legis feudalis *infra* §. 61. Secundò quia patronus non debet insidiari vasallo suo. Tertiò etiam citra insidias non debet ei merum rigorem seruare. Si igitur prehensione facta nulla alia interpellatione, & actuali mora præcedente, statim vasallus obsequatur patrono, constat quòd non est, nec fuit in vera mora obsequendi, nec in mala fide. Et è diuerso attenta qualitate & breuitate temporis, videtur patronum vel officiales eius insidiatos esse vasallo. Igitur non debet hoc casu locus esse amissioni fructuum, & magis fauendum est deuoto & diligenti vasallo certanti de damno vitando, quàm subdolo præsumptuóque insidiatori patrono, certanti de lucro captando. Nec pœna caducitatis fructuum in hoc §. introducta est ad circumueniendum alterutrum, sed potius ad contumaciam puniendam, quamvis non requiratur vera contumacia, nec negligentia, vt hæreditate iacente: tamen ex parte patroni debet abesse omnis species fraudis, & circumuentionis. Et sic in proposita quæst. & omnibus similibus concludo, diligenti vasallo fructus, restituendos, deductis sumptibus à patrono, & suis factis tam in prehendendo feudo, quàm colligendo & custodiendo fructus: secùs si vasallus fuerit in alia præcedenti actuali * mora vel malitia, puta si dudum interpellatus de fide præstanda recusauit, vel diu sine iusta causa procrastinauit, & fortè cùm pro iuribus vtilibus, puta relenio composuisset cum patrono, ad certam minorem summam, quam promisit soluere certo termino, & non soluit, ideòque patronus videns vasallum gratiâ sua abuti, cœpit iure suo vti prehenso feudo, tunc enim puto quòd omnes fructus, etiam tunc maturos & ilicò collectos suos faciat: & nihilominus summam illam compositionis relenij exigere possit, antequam oblationes admittat, & pro rectè factis habeat: idem si vasallus scienter alium in patronum recognouerit, vel aliter infideliter versatus; quamvis enim non sit causa sufficiens ad commissum, & amissionem totius feudi, est tamen causa sufficiens, vt doloso & ingrato rigor seruetur: & dignum est vt malè meritus egestate laboret. *l. bona fides D. depos.* 27. ¶ Sed quid è contrario, * si patronus feudum prehensum vacuum seminauerit, coluerit, & omnes sumptus & laborem præstiterit vsque ad tempus maturitatis, & collectionis fructuum, túnc & non prius accesserit vasallus ad obsequia, & iura præstanda? & videtur quòd quia non tenebitur patronus leuare manum, nisi fructibus illis collectis vel illis reseruatis, vt eos suos faciat: tum quia nedum fructus qui iam ceperunt colligi, de quibus non esset dubium, sed etiam fructus maturi & parati ad colligendum, habentur pro collectis, vt not. Bart. Ange. Paul. Alexand. in *l. diuortio. §. interdum* per glo. & ibi latè Ias. *col.* 4. *D. solu. matr.* Tum ne patronus eludatur, & ne liceat vasallo eum frustrari impunè, & non oportet frustrationem esse impunitam, inquit text. in *l. in fideicommiss. §. fin. D. de vsur.* Si autem ante tempus maturitatis, & collectionis accedat, sufficit sumptus prehensionis, & culturæ refundi patrono, vt dictum est ꝛ. *ea. gloss. num.* 15. Solue etiam si non accedat nisi tempore maturitatis fructuum, adhuc item dicendum, & ita etiam plures consuetud. specialiter exprimunt, & vbi non exprimūt, idem intelligitur, nec est in hoc articulo paritas inter patronum & vasallum, quia vasallus certat de damno vitando, patronus autem de lucrando. Et de pœna quæ potiùs restringenda est & benignior sententia eligenda. *l. penul. D. de pœn. l. benignius, D. de legibus.* ¶ Quod autem nuper dicebatur de maturis & paratis colligi, nō obstat, tum quia ibi loquitur in casu quo fructus diuidendi sunt pro rata temporis, in *d. l. diuortio.* Tum quia ibi de rei persecutione & recompensatione certatur, hîc autem de pœna: & sic non est simile, nec ad propositum. Fateor tamen quòd si patronus tam messores, vel vindemiatores in messem aut vindemiam maturam immisisset: tunc fructus loci ipsius dumtaxat, in quo operarij de facto actualiter secabant, lucro domini cederēt, qui etiam solueret sumptus dictorum operariorum & culturæ pro rata, reliquos refunderet vasallus: & sic non esset impunita eius negligentia. Et in ista regula, & modificationibus puto verum consuetudinis nostræ sensum cum æquitatis temperamento consistere. Si autem patronus tempore maturitatis fortè obseruato, manum iniecerit, & statim fructus collegerit, tamen vasallus non festinauerit, sed aliquandiu distulerit adire patronum, & sic fuit in vera & actuali mora, huiusmodi mora trahitur ac tempus prehensionis, & sic locus erit dictæ regulæ, & non modificationi nostræ, & hæc nostra modificatio, non potest habere locum in locis vbi consuetudo de alia modificatione prouidet, vt consuetudo Aurelianensis. §. 23. de Lotriz *eod. tit.* Bituricensis *eod. tit.* Carnotensis. §. 136. & consue. Vitriaca. §. 54. & multæ aliæ disponunt quòd patronus non faciat fructus suos statim à prehensione, congruè confiscata, sed demum post quadraginta dies: tunc enim si quadragesimo primo die patronus vniuersos maturos fructus collegerit, iure suo vsus est, & illios lucri fecit, nec aliquid, exceptis sumptibus culturæ, recuperabitur à vasallo, etiam eadem die serò accedenti.

*Sumptus facti per patronum pendente prehensione feudi quemadmodum ei præstandi.

*Mora actualis & maliciosa vasalli punitur.

*Moram sua vasallus potest purgare incontinenti, id est intra triduum aut quatriduum boni viri arbitrio.

28. ¶ Tertiam do * modificationem, vt si huius-

*Tertia modificatio.

modi prehensio, diem vnum aut alterum, hebdomadam vnam vel alteram, aut menses aliquot tantum infra annum duraverit,* non debet lucrum domini fructus & prouentus vnius anni excedere. Quid enim iniquius & absurdius, quàm vt biduo vel triduo possit fructus plurium annorum absorbere? vt in themate, de quo ſ. *eod. gloſſ. num.* 22. hoc enim est contra mentem huius consuetudinis in hoc §. *ibi, pendant ladiſte maimiſe.* Et sic tacitè limitat lucrum fructuum ad tempus, seu durationem prehensionis. Quædam etiam consuetudines expressim limitant à die prehensionis, adusque congruas oblationes, vt consuet. Cenomanensis. §. 116. Viromandensis, §. 184. Fateor quòd isti limites limitant spatium lucrandi, non autem quantitatem lucri, sed dico quod lucrum non debet exorbitanter & absque vllo fræno intelligi, & sic non debet extendi vltra metas communi vsu receptas & approbatas. *l. ſi interpretatione, D. de legib.* Frequenter quidem vsitatum est, vt paucis diebus totius messis vel vindemiæ fructus lucretur patronus, sed non est saltem frequenter vsitatum & receptum, vt paucis diebus hoc prætextu lucretur fructus multorum annorum. Cùm ergo hoc sit exorbitans, nec iure nec consuetudine fundatum, & sic reiiciendum. Non obstat quod ſ. *num.* 12. *& num.* 24. diximus in hoc lucro fructuum ex defectu hominis non fieri diuisionem, pro rata temporis, iuxta *c. diuortio, D. ſolut. matr.* sed tantùm in lucro releuij: quia vera est & vsitata hæc distinctio & differentia: quia lucrum prehensionis semper est incertum. Si enim superueniat vasallus ante fructus collectos, nihil lucratur patronus, sed tantùm sumptus prehensionis culturæ & custodiæ, si qui sint, recipit, & deinceps nihil pro illa vice: lucrum autem releuij semper habet limites certos ad ratam fructuum anni. Porrò quamuis prehensio vius diei possit tantundem quandoque prehendere, nunquam tamen vltrà, quandoquidem frequenti vsu receptum non est, vt minori spatio anni vltra annum lucretur: satis est pœnam perditionis fructuum vnius anni imminere breui temporis spatio, quia sæpe fuit vsitatum. Non ergo debet extendi ad prouentus plurium annorum, quantumuis vulgò quidam ita opinentur, sed opinio non facit consuetudinem: nec error quidem vnius aut alterius sententiæ, sed oportet esse frequenti diuturnóque vniformi vsu receptum, vt inducatur ius consuetudinarium. *l. de quibus. D. de legib.* Quod de illo casu exorbitanti dici nequit.

* Molta commiſſa vaſalli non debet excedere prouentum vnius anni.

29. ¶ Quartam* insuper addo modificationem, vt de* lucro illo & commisso fructuum deduci debeant, recentes & nondum repleti sumptus vtiles vasalli, quibus fit vt antiquus reditus fuerit notabiliter, & maiori ferè parte auctus, quia tunc diceretur aliàs patronus percipere fructus, non solùm feudi à se concessi, sed etiam pecuniæ vasalli etiam nondum per eum recuperatæ, vt nuper tetigi *num.* 2. & probaui ſ. *glo.* 5. *nu.* 74. Necessitas autem & vtilitas prædictarum modificationum, præsertim illiusætiæ, liquet ex sequentibus, præsertim ex *q.* 8. ĵ. *num.* 40.

* Quarta modificatio.
* Ex multa committenda aduersus vasallum deducendi ei sunt sumptus per dominum.

30. ¶ Et præfata distinctio, vt regulariter non inspiciatur rata temporis in patrono fruente, ex defectu hominis: sed benè in fruente iure releuij, seruatur in maiori parte præfecturarum patriæ consuetudinariæ huius regni, quæ ferè omnes nostræ consuetudini (quæ est cæteris vniuersalior & æquior, vt diximus ſ. *in proœm. in glo.* 1.) quantum ad dispositionem huius §. conformantur, vt patet in consuet. Meldensi, *artt.* 124 125. 126. 127. aduerte tamen ad *art.* 117 vbi litera in multis libris habetur malè & erroneè punctuata & transposita, & indicio meo verus sensus illius § est, & esse debet, quòd vasallus euacuando stagnum in tempore congruo, ante prehensionem patroni, facit piscationem suam, etiam post prehensionem collectam, quia eo ipso quòd stagnum corpit euacuari, censentur pisces præoc-

* Declaratio artic. 117. consuetudinis Meldensis.

A cupati, & effecti quid mobile, vt ibi dicitur in fin. Secus in inciperet euacuari post prehensionem domini, vt latè probarem per inductionem illius §. præcedentium & sequentium, sed prolixitatem & instituti excessum vereor. Concordat enim consuetudo Meldensis, quando prehensio fit ex defectu fidei & clientis, vt patet in *artt.* 140. 145. 176. 210. Quando autem agitur solùm de fructibus vnius anni pro releuamento, idem expresse disponit *artt.* 171. approbando distinctionem, quam ſ. *num.* 24. & in *num. ſeq.* fecimus. ita etiam expresse distinguit consuet. Senonensis. *art.* 166. iuncto *art.* 18. in veteri, & in noua anno 1556. reformata, aut 180. iuncto *art.* 194. & *conſuet. Caluimontis, apud Baſſiniacum, artic.* 25. 26. Vitriaca, *art.* 37. 41. Aurelianensis, *art.* 70. 71. 81. 82. 93. Montis Argici in *tit.* 1. *des fiefs. art.* 70. 71. 72. Ita etiam debent intelligi consuetudines Trecensis. *art.* 22. 26. Carnotensis in tit. *quand le ſeigneur feodal peut ſaiſir & faire les fruicts ſiens*, per tot. Turonensis in *cap.* 1. *art.* 21. & in *cap. des rachapts & rentes.* per tot. Aluernensis in *cap.* 22. *artic.* 3. 4. 31. Blesensis, *art.* 76. 77. 78. 160. *& art.* 71. & in sua particulari consuetudine Dunensi, *artic.* Bituricensis in *tit.* 4. *des fiefs.* §. 5. 13. & ibi. per do. Boëri. consuet. Marchiæ, *artit.* 183. Niuernensis, in *tit. des fiefs, art.* 57. *& 58.* Antisiodorensis, *arti.* 198. Syluanectensis in *tit. de ſaiſine. artic.* 8. Viromandensis in 3. *part. artic.* 46. & 62. Valesiensis, *artic.* 37. 38. & 40. & idem ferè vult consuetudo Pictauiensis, *art.* 73. 145. saluò quod in quibusdam particularibus fructibus aliter disponit, in *art.* 135. cum multis sequentibus. Consuetudo autem Borbonensis, & similiter Burgundiæ, non disponunt nisi de fructibus ex capite deficientis fidei & clientis, in quo idem in effectu volunt quod consuetudo nostra & communis vsus regni, vt in *art.* 373. & seq. alia autem onera, vt releuamenta, nescit. Idem consuetudo Engolismensis, *art.* 20. consuetudo Rupellæ, *art.* 7. Aliter tamen circa vtrumque caput disponunt consuetudo Ambianensis, vt in generalibus. *art.* 18. 19. & in particularibus Belliquesni, *art.* 26. Discordant etiam à nostra consuet. & communi vsu, quantum ad modum fructuum releuamentorum attinet, consuetudo Cenomanensis, *art.* 124. & in seq. Andegauensis *art.* 115. & in seq. vbi videas, ne videar etiam cæteras consuetudines commentari.

31. ¶ Ex prædictis concludo in themate, de quo ſ. *num.* 22. quòd omnibus subductis, dominus feudalis nihil penitus lucratur, nec lucrari potest pro hac vice, sed tantùm recuperat sumptus prehensionis & piscaturæ: fundus enim datus vel recognitus in feudum erat inutilis & sterilis, & si talis mansisset, nihil lucrus erat dominus per hanc prehensionem. Non obstat quod est augmentum intrinsecum & quòd potest vasallus meliorem facere feudi & dominij directi conditionem, hoc enim verum est, sed etiam verum est, quod vasallus non debet solùm recipere, sed etiam præcipere quod impendit, in quo omnem etiam priorem conuentum & hypothecam antecedit. *l. interdum. D. qui potior in pig. hab.* Quandiu ergo aliquid superest de hac impensa, & donec vasallus illam recuperauerit, non potest nec dominus directus, nec antiquior creditor hypothecarius, vel alius aliquid percipere ex istis meliorationibus, & augmentis contra ipsum meliorantem, qui debet in hoc omnibus anteferri per ea quæ latè diximus ſ. *glo.* 5. *num.* 63. cum seq. Sed boni consulere, imò etiam gratulari debet dominus directus, quòd in futurum postquam iste meliorator vel eius successor impensas recuperauerit: tunc deinceps poterit patronus habere casu occurrente releuium anni feudi fructuosissimi, iuxta not. ĵ. § *vigeſimo ſecundo, quæſt.* 1. Et prehendendo ex defectu hominis lucrari vberes prouentus, sub tribus prædictis modificationibus, ſ. *nu.* 25. 26. 28. quarta modificatione cessante, vpotè consumpta per longam fruitionem

vasalli, qui sumptus præteritos recuperauit.

§ Ex prædictis etiam apparet quid dicendum sit, si dicta prehensio vnam hebdomadam, vel vnum aut plures menses durauit. Si enim tam vile erat prædium, vt sine vlla melioratione nullum attulisset reditum: idem dicendum vt dictum est. Sufficiet ergo nouo vasallo innouationem inuestituræ, & mancipationem feudi petenti offerre fructus, qui tempore quo prehensio durauit, colligi potuissent, si fundus in pristino statu mansisset, & in casum releuij offerre fructus vnius anni obolum, aut dictum prudentium habita ratione ad statum feudi, qui erat & esset absque dicta melioratione: cuius sumptus nondum recuperati sunt. Ex quibus patet solutio ad plurimas quæstiones inde dependentes.

32. § SEXTO quæro, quid si patronus * præuenit tempus messis, vindemiæ, piscationis, aut collectionis cæterorum quorumcunque fructuum? Distingue, aut accedit vasallus iustâ offerens infra tempus quo solent fructus esse maturi, seu parati collectioni: aut accedit lapso illo tempore.

* Vtrum dominus possit antevertere tempus messis, vindemiæ, piscationis & collectionis fructuum, & immaturos fructus ita suos facere.

§ Primo casu dico patronum non lucrari, nec suos facere fructus, quia * non debet abuti rebus clientelariis, sed secundùm earum conditionem vti. *l. sed si quid §. mancipiorum.* & in §. *& generaliter.* Ibi dicendum est ita eum vti debere ne abutatur. *D. de vsufructua.* & debet frui arbitrio boni viri, vt bonus & prudens paterfamilias, licet non teneatur de hoc cauere, seu satisdare, sicut fructuarius. *l. 1. D. vsufruct. quemadmodum caueat.* Sed hoc casu abutitur fructibus, dum ante debitum tempus colligit, idque in fraudem vasalli, & contra officium patroni, qui nulla fraude, nullo malo ingenio debet vti erga clientem & rem clientelariam. *cap. fin. de prohibit. feud. alien. per Lotha.* Igitur illa accelerata collectio non debet prodesse patrono, nec nocere clienti, sed habetur pro non facta, ad hoc vt fructus ac si essent pendentes cedant vasallo. Et tenetur patronus illos restituere, cum interesse quantitatis & valoris ad quem verisimiliter ascenderent. si nondum fuissent collecti tempore quo accessit vasallus, aut si fructus non extant, vel sint inutiles, tenetur tantum præstare vasallo quantum verisimiliter consecuturus fuisset, ex fructibus adseruatis, & debito tempore collectis, deductis (quod semper intelligo) sumptibus quærendorum & colligendorum fructuum. bon. text. est in *l. & hæc distinctio. §. fin. ibi, præstabitur à te mihi damnum. D. locat.* per quem decidit gloss. 1. in fine, in *l. penult. D. de vsu. & vsufruct. lega.* quod si ille qui nummis colit, in vltimo mense locationis colligit immaturos, vt dominus non habeat maturos, tenetur.

* Patronus non debet abuti, sed vt bonus paterfamilias.

33. § Non tamen intelligas * quod teneatur patronus actione legis Aquil. vel furti. vt in *l. si seruus seruum §. si oliuam. D. ad legem Aquiliam*, quia quod fecit, non in re aliena, sed in sua fecit: nec dicitur etiam iniuria damnum dedisse, nec furtum fecisse, nec alio nominato delicto deliquisse. Cessat etiam mero iure actio doli, quæ in sua forma non debet intentari contra patronum. Sed competit condictio ex moribus, seu alia actio ex contractu & lege feudali, in qua actione venit quod dolo, fraude vel culpâ domini admissum est. per not. in *l. & eleganter. §. non solum. D. de dolo malo.* & in *l. etiam.* D. *de solu.* vt in simili decidit Alberic. post Iacob. Ra. in *l. si vsufructus legatus. D. de vsufruct.* quòd si hæres ante aditam hæreditatem decerpsit fructus immaturos, in fraudem eius cui legatus erat vsufructus, tenetur ei, non actione legis Aquiliæ, nec dolo, sed ex testamento per text. apertum in dicta *l. & eleganter. §. item si seruum.* Idem dicendum puto de hærede grauato restituere hæreditatem vel fundum in diem certam vel incertam, qui aduentante die immaturos fructus secuit, deinde infra tempus maturitatis & collectionis solitæ, dies fideicommissi vel legati cessit, quia tenebitur exsectos fructus restituere, cum omni damno & interesse, vel eorum æstimationem, & hoc non actione legis Aquiliæ, quia priùs quàm fierent legatarij vel fideicommissarij secti sunt, & tunc cum pleno iure essent hæredis, vt est text. sing. in *l. generaliter. §. sub conditione. D. qui & à quibus manumi. lib. non fi.* nec etiam actione de dolo, sed ex testamento dicto *§. item si seruum.* in dicta lege *& eleganter.*

* Cùm actione tenetur præmaturè lectas fructus rei restitutioni subiecta.

34. § Secundo casu quando accedit vasallus elapso toto tempore maturitatis, & collectionis fructuum: dico patronum non teneri, quia anticipando collectionem fructuum, nullum præiudicium fecit vasallo, æquè fructus maturos perdituro, & qui saltem tempore maturitatis collecti fuissent à domino, qui maturè colligendo sibi potius, quàm alij iniuriam feciſſe videtur. vt est text. appositissimus. in *l. legis Aquiliæ. in fi. D. ad l. Aquil.* Itidem dicendum est in hærede grauato fideicommisso, & in omni alio simili casu. * text. est in *l. si absente. §. fi. D. de vsufruct.* vbi sylua cædua intempestiuè cæsa & fœnum immaturum cæsum à fructuario in fructu sunt & ad eum spectant, & tamen constat quod plus habent valoris & reditus si maturè legantur. Itaque ille text. licèt prima facie videatur obuiare primo membro nostræ distinctionis, non tamen vllo modo discrepat, sed sanè intelligitur, quando vsufructus erat duraturus & durauit, vsque ad inclusionem temporis illorum fructuum, quia quum tunc non interfit proprietarij, potest fructuarius ante tempus vel immaturos fructus colligere, & pro libito disponere: secus si in fraudem finiturj vsufructus accelleraret, quia finito vsufructu ante lapsum iustæ collectionis tempus, teneretur in quantitate & bonitate, quæ verisimiliter futura fuisset restituere. & ita illum text. *d. l. si absente. §. intelligunt.* Iac. Ra. & Albe. ibi Lancelo. Deci. in *l. pen. not. 1. D. de vsufru. lega.* inferentes ad q. 35. Quidam parochus infirmabatur, ita quòd hæredes dubitantes de eius morte collegerunt * fructus immaturos ecclesiæ, & decidunt quod tenentur pretium fructuum restituere successori in ecclesia, quia ille *§. fi.* loquitur quando certum erat fructus spectare ad fructuarium, tunc enim potest de illis facere ad libitum. Secus quando certum est, vel postea apparet fructus non pertinere ad eum, puta si est ei legatus vsufructus vsque ad decem annos, & exeunte vltimo anno vult colligere fructus immaturos, non potest. *d. l. hæc distinctio. §. si fundum.* D. *locat.* Quod autem nuper dictum est de hæredibus parochi, sanè intellige, quando parochus ille præcedentis anni fructus perceperat: alioqui si fructibus collectis curam ingressus per aliquot menses administrasset, & infra annum fructus ferè maturos obiisset, tunc hoc casu debent eius hæredes capere, de fructibus etiam nondum collectis pro rata temporis, quo defunctus ministrauit, iuxta *l. diuortio. in princ. D. sol. matri.* Et alioquin esset iniquitas, quia fructus dantur propter officium & ministerium: sed quando aliquot annis fruitus est, tunc obseruatur. *l. defuncta. D. de vsufru.* nec initur calculus ab initio, quia receptum est, vt in istis sacerdotiis titularij vel commendatarij æquiparentur vsufructuariis, vt dixi§. 151. & in annotat. ad Alex. *consi. 161. num. 1. lib. 7.* & super stilo Parlamenti Parisiens. *par. 5. q. 46.*

* Intellectus §. fi. in l. si absente D. de vsufru.

* Si fructus immaturos, hæredes defuncti parochi collegerint, qua actione teneãtur.

36. § Et aduerte * quòd non attenditur ipsa maturitas præcisè naturalis, sed tempus quo communiter magis expedit fructus colligere ad vsum & commoditatem hominum, quorum gratia fructus omnes à natura comparantur * text. est in *l. pen. D. de vsufruct. & vsufruct. lega.* exemplificans in olea seu olina quæ immaturè collecta plus habet reditus & plus deseruit vsibus hominum, quàm si matura legatur. Itaque fructuarius potest securè illam immaturam colligere, & suam facere, absque metu finiturj vsufructus maturitatis naturalis tempore. Itidem dicendum in patrono in similibus casibus. In quantum

*Maturitatis tempus quemadmodum attendatur.

* Intellectus l. pe. D de vsufruct. lega.

autem ille text. se refert ad id tempus quo magis colono dominóve eum fructum tollere expedit, intelligendum puto non de singulari interesse personæ, coloni vel domini, sed de interesse communi cuiuslibet boni patrisfam. vt sic se referat textus ad id quod communiter cuilibet colono vel domino expedit: patet quia immediatè text. exemplificat in reditu oleæ, vel alterius rei, nisi ex communi, & non ex singulari vtilitate acciperetur text. in *l. pretia rerum. in princip. D. ad legem Falcid.* Et sic maturitas & tempus collectionis quorumcunque fructuum accipitur secundùm vsum regionis & commoditatem hominum, etiam accidentalem, & si superuenientibus hostibus vel alia communi clade necesse sit, vel vtile fructus immaturos præcipere. Tunc enim licet cuilibet, cuius interest, vigilare, & hac occasione vti, quæ habetur pro tempore maturitatis. Idem si aliàs in re particulari fructus erant casu quodam fortuito perituri, & vbicunque alia iusta ratio præsumptionem fraudis excludit.

37. ¶ SEXTIMO quæro* de *columbario*. Dicendum quod si sit à fundamentis extructum, perpetuo destinatum in fundo clientelario ad afferendum reditum columbarum, tunc censetur esse pars fundi, vna cum columbis in eo existentibus ad crescendum & multiplicandum, & hoc casu columbæ, habentes consuetudinem euolandi & reuolandi, nedum sunt in dominio nostro. *l. naturalem §. pauonum quoque.* D. *de acquir. rer. do.* & in possessione nostra. *l. 3. §. item ferar. in fin.* D. *de acqu. vel amit. posse.* sed etiam censentur non instrumentum fundi: sed pars fundi, & habentur pro re immobili, sicut fructus fundi, donec capiantur prout suprà diximus de piscibus stagni, secus si haberentur columbæ in quadam summitate tecti accessoriè, non in ædificio principaliter & perpetuò ad hoc destinato, quia etiam si euolarent & reuolarent, & essent in dominio & possessione patrisfami. non censerentur pars, nec reditus fundi, sed puræ res mobiles. *l. limes. in fi.* cum *l. seq. D. de actio. emptio.* Intellige quando recens ibi positæ sunt causa custodiæ. secus si ad multiplicandum & continuandum reditum columbarum: quia tunc idem dicendum, vt de maiore columbario, quia istud est diminutiuum, seu paruum columbarium: & ita vtimur in hoc regno, & est rationabile, ex quo sequitur quod legatarius, vel hæres mobilium, non poterit petere, nec capere pullos columbarum existentes in tali columbario, nec cæteras euolantes & reuolantes ad illud, sed spectant ad hæredem immobilium, & generaliter transeunt ad eum ad quem transit fundus & columbarium.

38. Æstimantur enim & appretiantur columbaria huiusmodi, & stagna, cum his quæ continent, in approbatione fundi, sicut æstimatur vnus particularis ager, cum fructibus in eo pendentibus & contentis. & sic patet quòd patronus poterit capere, & suas facere columbas columbarij feudi ad manum suam positi, tanquam fructum & reditum feudi, non tamen poterit vnquam euacuare totum columbarium, nec etiam capere maiores columbas, quæ fructificant: nec primos puta mensis Martij fœtus, qui solent relinqui ad multiplicandum, & reditum afferendum per totum annum: quoniam istud non esset fructus inaturos durante manus oppositione emergentes colligere, sed fructus futuros funditus destruere, & ipsum fundum, & quasi proprietatem deteriorare, & sterilem reddere, quod est illicitum & nimis dedecens patrono. Et quod dixi de columbis, idem intelligendum de armento & pecuario, quando feudalis fundus est ad hoc destinatus, vt fructum & reditum afferat ex istis, puta ex equitio, vel etiam ex leporario aut venatione. In Neustria pars agrorum destinata est pecuariis, & in vicina Cenomania, ita etiam expressim cauetur consuet. Cenomanen. §. 116. & Andegauen. §. 105. Debet ergò capere secundùm modum regionis, & vsum boni patrisfam. & non aliter vti, nec abuti: interim autem mero iure non liceret vasallo illas contingere, sicut nec pisces stagni, nec alios fructus pendentes feudi. Sed vt* ciuiles & benigni sunt apud nos patroni, non solent hæc minuta persequi, sicut nec à laribus propriis vasallos, vel eorum hæredes expellere, aut habitationis mercedes exigere, pro tempore quo durauit manus iniectio.

* Parisiis patronorum benignitas liberalitas.

39. ¶ Sed contenti maioribus & certioribus fructibus, vel eorum pretio, reliqua permittunt, vel morosis clientibus, & rectè, & laudabiliter faciunt. nec aliter in cæteris prouinciis fieri puto, à nobilioribus, & cordatis patronis. eorum enim grauitatem & officium decet, non ad viuum (quod aiunt) clientes exigere, & summo iure vti, sed mitiùs & non acerbè, tanquam cum infestis agere, vt etiam ꝫ. dixi: non enim iura hæc dominicalia seu feudalia debent inter patronos & clientes exerceri amarè, tanquam inter infestos, vt in simili tex. in *l. si id quid*, §. *si quas.* seu quasi inter maleuolos, *l. sed si vir.* §. *quod legaturus.* D. *de donat. inter vir. & vxo. fa.* quod nec vel ab extraneo venditote affirmatum, amarè ab eo exigendum est: sed cum quodam temperamento inquit text in *l. si quid venditor.* D. *de ædil. edict.* An aut in hoc regno, & maximè in præcellenti huius vrbis præfectura, liceat cuilibet de nouo peristerotrophium, hoc est, columbarium ædificare, vel antiquum ampliare, quia altiùs extra materiam huius §. excurrit inquisitio huius quæstionis, & non potest commodè discuti seorsum à seruitutibus & iurib. curiarum dominicalium, de quibus latè tracto ꝫ. §. 169. & ita remitto ab ibi dicenda.

40. ¶ OCTAVO quæro de* *nemoribus?* & satis patet ex septem quæst. præcedentibus, & ex nona seq. quid sit dicendum quoad lucrum fructuum, commoditatem & vsum, tam in cæduis, quæ sunt in fructu & spectant ad patronum secundùm præfatam regulam & modificationem: præsertim §. ꝫ. *num.* 28. quàm in non cæduis, quæ non sunt in fructu, & non possunt deiici à patrono, licèt ad eum spectent pro tempore fructus glandium, & huiusmodi: quemadmodum non licet ei arbores proceras vel fructiferas feudi scindere, licèt earum fructus interim lucretur. *l. ex sylua cædua. l. seq. D. de vsufr.*

* Adde Chassanæ. in consuet. Burgund. rubri. *des forests*, §. 12. nu. 23. vers. de vsagio vero nemoris videndum est.

¶ Sed ad ampliorem doctrinam & vtilitatis præcedentium examinationem quæro, quid* si dominus prehenso feudo statim vendidit ligna scindenda sylvæ cæduæ, quæ erat in tempore scindendi, & recepit promptè quartam partem pretij, puta 300. libras. Emptor verò se obligauit ad soluendum aliam quartam pretij post tres menses, & totum residuum post alios tres menses, infra quos tenebitur omnia ligna scindere & exportare, vt sylua sine impedimento reuirescat: vel aliter fuit conuentum, vt solent huiusmodi contractus multifariàm fieri. Et accedit quòd post tres menses à prehensione, quum emptor iam abscidisset quartam partem lignorum, & erat paratus ad totum residuum scindendum, vasallus (antiquus vel nouus, non refert) accessit ad dominum, fidem & iusta debitè offerens, renouationem inuestituræ, & leuationem manus dominicæ postulans. quæritur cuius sit hæc lignorum sectio vel eorum pretium. Sed circumscripta dicta nostra modificatione, ꝫ. *num.* 28. hæc q. valdè esset ambagiosa, & insuper in magnam duritiem & multa inconuenientia exiret & experiendi causa. 41. Primo, dicta modificatione cessante dicendum esset, quòd ligna iam scissa & ad mobilia redacta per patronum vel suos, essent ei irreuocabiliter acquisita, saltem attento, quòd vasallus non purgauit moram incontinenti, secundùm not. *supra ea. gl. nu.* 24. Deinde superesset longa, triceps, perplexa & intricata quæstio, de eo quod restat abscindendum, an scindi possit ad commodum patroni, an verò debeat relinqui vasallo. Et an teneatur stare venditioni factæ per

* Si prehenso feudo vasalli dominus ligna sylvæ cæduæ statim vendiderit, & partem pretij receperit, & post superuenerit vasallus iusta ei offerens, vtrum venditione illi facta stare teneatur.

patronum, ne patronus teneatur emptori de euictione. Quinetiam quæstio communis est ad inchoatam piscationem stagni, & ad multa alia similia. Et arguitur quòd illud quod restat abscindendum, debeat relinqui vasallo, quia est pars feudi. *l. fructus pendentes, D. de rei vendic. l. fin. §. fructus autem, D. quæ in fraud. credito.* Et ritè factis oblationibus, statim cessare debet prehensio feudalis, & omnis effectus pro tempore sequenti, vt dicemus ĩ. in §. seq. & latius in §. 15. Et videtur casus in *l. qui saxum. D. de donatio.* vbi si vendidero vel donauero saxum eximendum, vel actionem cædendam, quamuis post exemptionem vel scissionem, non possim pœnitere, nec impedire euehi & absportari: tamen antequam lapis exemptus sit, vel arbor cæsa, possum pœnitendo impedire exemptionem & scissionem: quia non obstante destinatione ad eximendum vel cædendum etiam deducta in contractum, tamen antequam actualiter consensu meo scindatur, vel eximatur, res remanet mea, & pars fundi, & non habetur pro re separata. Et hanc partem tenendo, insurgit duplex quæstio. Prima, an vasallus teneatur stare venditioni factæ per patronum, & an in totum, An verò tantùm pro parte, sylua iam scissa, & ad mobile redacta. Secunda quæstio, An & in quantum patronus teneatur emptori de euictione, quatenus vasallus non tenetur ei stare, nec ei stat. Vtraque quæstio hinc inde disputari potest, sed his posterioribus capitibus omissis, quia etiam explorandi gratiâ formatur tota hæc quæstio.

* Fructus maturi & colligi incœpti habentur pro collectis.

42. ¶ Redeo ad primum, & præcipuum eius caput, in quo contrarium arguitur, quia * ex quo huiusmodi ligna sint fructus nedum maturi & parati ad colligendum, sed etiam incœpti colligi, habentur pro collectis. per not. ĩ. *ea glo. num.* 25. Et alioqui tam mercatores quàm patroni prætextu & authoritate huius §. possent decipi: quia patroni manu iniecta, existimarent iure suo facere, vendendo collectionem fructuum maturorum vineæ, vel messium, vel stagni, aut sylvæ. Deinde in medio collectionis accederet vasallus, & si posset impedire collectionem perfici, fraudarentur mercatores, qui bona fide contraxerunt cum patrono, & patronus teneretur eis de euictione, & fieret prehensio iusta (quamuis ritè facta) damnosa. Quare dicendum videtur, quòd fructus maturi & incœpti colligi habentur pro collectis, tam ex parte patroni, quàm ex parte vasalli. Vnde si vasallus postquam incepit messem aut vindemiam facere, vel stagni clauem resignare, si vendat vel donet feudum, non transeunt huiusmodi fructus (etiam pro residuo adhuc stante) in emptorem scientem vel donatarium, sed tanquam mobilia & fructus collecti iudicantur, & sic remanent vel donatori, ab eo tamen auferendi infra tempus competens, ne impedimentum faciant nouo requisitori, iuxta *l. Proculus, in fi. D. de vsufru. l. prætor, §. fi. D. de dam. infect.*

43. ¶ Vnde hoc vltimo cap. si patronus statim manum iniiciat feudo per venditionem vel donationem, sub clausula constituti factam aperto, non potest colligere residuum dictorum fructuum, sed debet veteri vasallo permittere collectionem cœptam, quia præuentus est. Idem pariter videtur, si feudum prius erat apertum. Et dum vasallus, qui nondum iusta fecerat, instaret collectioni fructuum, patronus manum iniecit, & commissarios deputauit: quia patronus non debet impedire perfici collectionem cœptam, & in ea sui commissarij nihil habent facere, sed in aliis fructibus, si qui sint in feudo non cœpti colligi. Idem etiam iuris seruandum videtur ex parte patroni, vt si dum ipse aut sui commissarij instant collectioni fructuum, vasallus accedat iusta offerens, non debent dicti commissarij desistere à perficienda collectione cœpta ad commodum patroni. Hinc est quod consuetudo Meldensis. §. 117. & consuetudo Aurelianensis, §. 81. expresse disponunt, quòd piscatura stagni claue resignata, censetur quid mobile. Et quia istud est æquum & rationabile, & ad vitanda multa inconuenientia expediens, seruandum videtur. Et cessabit illa quæstio, an saltem vasallus teneatur stare contractui bona fide facto per patronum, accipiendo pretium pro rata residui, per nota. in *l. filiofamil. §. si vir in quinquennium. D. solut. matrim.* & quod ibi singulariter not. Alexan. *col. 4. vers. item fallit, quando, & col. penul. ver. limita etiam in venditore, in vim pacti. de retrouendo redimente.* Item cessat alia difficultas, An patronus teneatur de euictione, iuxta *l.* 1. & per tot. *C. de euictio.* at non iuxta *l. si quis domum, §.* 1. *D. loca.*

44. ¶ Sed quòrsum multas difficultates euitare, velut è Charybdi in Scyllam & maius iniquitatis præcipitium recidatur? Quid enim iniquius, quàm quòd infra trimestre dominus feudi lucretur, non modò vnius integri anni, sed nouem vel duodecim annorum fructus diuersos, si sylua hæc erat nouem vel duodecim annorum, solita nono vel duodecimo quoque anno scindi? Vt omittam huius partis argumenta, aliis argumentis euerti posse, & priorem partem nouis fulciri; resoluendo dico, quòd in hac hypothesi, ĩ. *nu.* 40. nec illas quidem 300. libras lucrabitur dominus, & vix tertiam partem illius summæ, sed tantùm lucrari debet pro rata vnius anni, videlicet nonam partem pretij, si sylua sit nouem annorum, vel duodecimam, si sit duodecim. Et hoc per tertiam illam nostram modificationem, ĩ. *nu.* 28. quam vtilem, æquam & necessariam ostendit. non solùm viua ipsa ratio, quam supra tetigimus, sed etiam ipsa rerum experientia. Quâ nostra moderatione contentari debet patronus, vtpotè capiens notabile lucrum, notabiliter excedens tempus prehensionis suæ: nec vasallus conqueri debet, quia non supra modum grauatur. & hoc est quod ait *l. in ambiguis, in fin.* quoties æquitatem desiderij, naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est, *D. de religios. l. non sine. §. quamuis. C. de bon. quæ lib.*

45. ¶ Sed quid ĩ si vasallus caussificetur, quòd nondum erat venditurus, sed seruaturus dictam syluam vsque ad viginti annos. Respondi post factum, non potest hoc caussificari in damnum patroni, qui fecit hoc secundum morem regionis, & consuetudinem patriæ familiæ, vt fieri solet in actu simili, & in re ad talem vsum destinata: sed ante factum, id est stante sylua, antequam vlla arbos secta sit, potest impedire, refundendo sumptus. vt dixi ĩ. *eod. gloss. num.* 31. Nec est inconueniens quòd hoc casu careat patronus omni lucro pœnali, vt quoties maturis fructibus, post prehensionem ferè etiam annalem superuenit vasallus, patronus etiam abit indemnis, nec tenetur de euictione superueniente vasallo, cùm tantum dominus feudalis sub prehensione taliter resolubili, feudum tenens contraxerit, *d. l. si quis domum. §.* 1.

46. ¶ Vnde in præfata hypothesi dico, quod vasallus potest in nondum secto emptorem impedire, & residuum sectionis aliis vendere, vel differre sectionem in annos sequentes: & nihilominus exigere pretium pro rata sectionis, relinquendo domino partem contingentem ratam vnius anni tantùm. Nec habet emptor recursum iniectionis, per *d. l. si quis domum.* Nec obstat quòd vasallus non potest pro parte approbare, & pro parte improbare contractum, quia propriè non capit hanc partem pretij in vim contractus, sed tanquam æstimationem à secante factam lignorum suorum, quæ poterat auferre vel vendicare, sicut fructus suos maturos ab aliis dissectos: *l. si seruus seruum §. si olinam. D. ad legem Aquiliam.* videlicet quatenus patronus vltra debitum secuit, vel secare fecit. Quatenus enim vltra debitum secuit, vel secare fecit patronus (vt per aduentum vasalli apparet) non fecit fructus suos.

47. ¶ Quod si vasallus iuxta facere dissuisset per biennium, lucraretur dominus pro rata biennij per rationem eiusdem modificationis nostræ, nec tenebitur emptor facti, etiam si abstulerit, vt in *d. §. si olim.* cùm haberet iustum titulum, quamuis resolubilem. Quod si emptor vili pretio emerit, & dominum deceperit, potest vasallus ligna secta (parte cedente domino omissa) vendicare, nisi reus iustàm æstimationem dare malit, quam etiam tenetur vasallus accipere pro lignis sectis, cùm esset destinata ad vendendum, & venditio facta sit per habentem potestatem: nesciebatur enim, an in fine anni, vel post plures annos venturus esset vasallus.

48. ¶ Sed quid si ante prehensionem vasallus sectionem vendiderat? Respondo, si * sectio erat portabiliter inchoata, habetur pro perfecta, fauore debitoris & pœnæ euitandæ. *l. Arrianus, D. de actio. & obligatio.* quamuis non ex parte patroni odio pœnæ, vt ff. *eo. num.* Sed si nondum est inchoata. nihil ad patronum de hac venditione, sicut nec de locatione, vt j §. 56. nisi in locis in quibus tenetur patronus stare colono, vt in consuetu. Pictauien. § 100. Cenoman. §. 119. Andegauen. §. 104. Senonen. 184. *in fin.* Tunc enim sub illis & similibus consuetudinibus valdè æquis tenebitur patronus * stare contractui. Recipiet etiam pretium, sed venienti vasallo restituet, retinendo partem anni, vel prorata biennij, si veniat paulò post annum, vel triennij, si paulò post biennium, & sic de aliis. Idem de piscaturis stagnorum, & sic breues multæ quæstiones æquabiliter & dilucidè soluuntur: sed quia de euictione tetigi, nec plenè resolui, quia non omnia simul possunt dici, & explicatione indiget, formo hypothesim sequentem.

49. ¶ Nono iuxta hæc quæro, pone quòd patronus tenens feudum ex defectu hominis ad manum suam locauerit colono vsque ad tres, vel quatuor annos: deinde in secundo vel tertio anno accedat vasallus iusta offerens, & fecit cessare vim prehensionis pro tempore futuro, Verum vasallus teneatur ad hoc, vt obtineat leuationem manus, cauere de non expellendo dicto colono. Et si non teneatur & eum expellat, an patronus teneatur de euictione? Ad primum videretur quòd sic, supposito quod locatio sit aliàs ritè & vtiliter facta, quum facta sit à legitimo administratore, cui officium non debet esse damnosum. *l. sed si quis. D. quemadmod. testa. aperia.* Igitur per not. in simili, per text. & ibi Bart. Paul. Alexand. in *d. §. si vir in quinquennium.* Contrarium est verum, quia patronus non habet ius nec administrationem nisi ad tempus, & non nomine vasalli, sed nomine suo proprio duntaxat. Et sic non potest obligare vasallum qui non tenetur de factis & gestis à patrono, sicut & patronus prehendens non tenetur de factis & contractibus vasalli. j. §. 28. 50. Et sicut potest expellere colonum vasalli, ita & vasallus sublata prehensione colonum patroni, & ei relinquere solum impensas seminis & laboris, prout in simili habetur. *infra* §. 56.

50. ¶ Ad secundum breuiter respondeo, distinguendum in qua qualitate patronus contraxerit; quoniam non tenebitur, si locauerit tanquam dominus feudalis, prout * in illa qualitate feudum prehensum exercere debet, vt diximus. ff. *eo. glo.* 4. *qu.* 2. *num.* 24. *per text. in l. si quis domum.* §. 1. *D. loca.* vbi expressè notant Alber. Bald. in *lectu. ante. in fin.* Bar. & Pau. differentiam esse, an quis vendat, vel locet rem simpliciter, sed tanquam proprietarius: an verò limitatim tanquam vsufructuarius, vel emphyteuta, quia hoc vltimo casu secuta euictione, sine sua culpa secundùm naturam illius iuris vel qualitatis in qua contraxit, non tenetur de euictione. Ita dicendum in patrono, quia siue locauerit feudum prehensum, siue eius fructus pendentes vendiderit, sub qualitate domini feudalis, non tenetur secuta euictione per aduentum vasalli, superuenientis antequam fructus inciperentur colligi, quia hoc inerat ab initio contractus, & debuit præuideri à contrahente.

51. ¶ Secus si patronus simpliciter, seu tanquam proprietarius contraxerit, quia tunc secum contrahentem decepit: & teneri debet. Item secus si expressè se obligauit * de euictione: in quo nota quòd non sufficeret generalis, & solita clausula euictionis: quando contrahit, in qualitate expressa domini feudalis, quia illa generalis clausula intelligitur secundum naturam actus per *l. fin.* & quæ ibi not. *C. de non nu. pecu.* Sed tunc opus esset quod specialiter promitteret euictionem, etiam si propter aduentum vasalli sequeretur euictio. Tamen quo casu dixi patronum non teneri de euictione, debet intelligi de damnis & interesse: quia ad restitutionem pretij tenetur secum contrahenti pro rata scilicet, quia ille contrahens, non potuit frui, per text. & not. in *l. emptorem.* § *fin. D. de act. empt.*

52. ¶ Sed * quid si specialiter esset conuentum non præstari euictionem propter aduentum vasalli? Tunc aliud prima facie videretur, ex quo ad certam & specialem causam euictionis est deuentum: & sic quod excluditur etiam pretij repetitio, sicut si de pretio non repetendo expressè esset conuentum, per text. in *l. qui libertatis. in princip. D. de euictio.* vbi ita tenent Bar. & Bal. Salic, *l.* 1. *Cod. de peri. & com. rei vendi.* Ludo. Rom. in *sing.* 582. *si venda.* Paul. in *d. l. emptorem.* §. *fi.* Ange. Aret. in §. *actionum. col.* 16. instit. *de actio.* Hippo Martil. in *nota.* 656. Andr. Tiraquel. in *consuetud. Pict.* 12. *gloss.* 1. *num.* 14. *tit. de retract. proximit.* Sed dico primò quòd etiam si hoc cõmune dictum esset verum, adhuc intelligendum esset, & limitandum procedere in venditione fructuum pro certo pretio à principio semel soluendo. Secus in locatione, vel venditione fructuum, pretio per singulos annos pro rata distributo, quæ est vera locatio, vt tradit Bar. in *disp. publicanus.* In locatione autem indistinctè fienda est remissio mercedis, pro annuis quibus non licèt frui, per iura vulga. *l. qui insulam.* §. *ædilis. l. si fundus. & per tot. D. loca.*

53. ¶ Decimo, quia sapè diximus patronum debere vti ad modum boni patrisfamil. Et quis sit ille modus, satis apparet ex prædictis in fructibus & reditibus, qui certo tempore totaliter colliguntur: sed non quantum ad * illos qui certum collectionis tempus non habent: nec simul, sed successiuè, & quotidie secundum exigentiam aut voluntatem patrisfamil. colliguntur, putà in nemoribus, non destinatis ad scindendum, sed ad vsum domini, pro ministrando igne necessario familiæ ex lignis superfluis, fortè veterum aut demortuorum ramorum, vel arborum: in stagnis vel lacubus, qui non solent in totum euacuari, sed quandocunque opus est ibi piscatur: tum in columbariis, tum in viuariis ferarum, in his & omnibus similibus, quæritur quis sit modus vtendi? Respondeo, ille est debitus * modus, qui fit secundum consuetudinem regionis, qualitatem & conditionem rei, & destinationem patrisfam. Declaro primum, quia si consuetudo & communis vsus certum tempus, & modum ostendat, hoc debet obseruari, & non est excedendum. Declaro secundum, quia non debent tali tempore, nec tam frequenter, nec in tanta quantitate, reditus colligi, quòd res vnde colligitur, non possit sustinere, sed in se deterioretur, & arescat, fiatque præiudicium notabile fructibus futuri temporis, aut proprietati vel substantiæ rei ipsius, quæ semper debet esse salua. Declaro tertium, quia si viridiarium, salictum, sylua, vel stagnum, sunt destinata ad certum vsum vel modum, putà viridarium ad voluptatem: * salictum ad vsum vinearum, & hortorum est enim (vt quid frequentius vsurpatur) locus salicibus consitus, & ita accipit Marcus Cato, de re rust. *cap.* 9. & Columel. de re rust. *l.* 4. *cap.* 30. iurisc. in *l. item si fundi.* §. *nam &c.*

* Secta ligna per vasallum ante prehensionem feudi iacentia tamè vtrũ prehendi possint per dominum.

* Contractui facto per vasallum vtrum patronus stare teneatur.

* Locationi feudi factæ per dominum vtrum vasallus superueniens & iusta ei offerens stare teneatur.

* Qualitas attenditur in qua actus geritur.

* An generalis sponsio euictionis sufficiat.

* Promissio euictionis ex certa causa, etiam pretij repetitionem excludit ex eadem causa.

* Fructibus certum collectionis tẽpus habentibus quemadmodum vti debeat dominus feudo vasalli prehenso.

* Modus vtẽdi fructibus debitus ex tribus circõstantiis colligitur.

* Salictum.

* Dies conuentionalis & legalis etiã tacita interpellat pro homine.

24. ¶ Tum saltem absque dubio est in mora saltem habituali, lapsis induciis quadraginta dierum, quæ* interpellant pro homine, iuxta not. in *l. magnam C. de contra. & commit. stipul. in l. si insulam. D. de verb. oblig.* text. in *l. traiectitia § de illo. D. de actio. & obligat.* quod procedit etiam in die legali & tacita. secundum *glo.* 1. Bar. Ioan. Imo. Paul. Ias. in *l. si mora. D. solu. matri.* Bal. in *l. si pacto quo pœnã. C. de pact.* per text. in *l. 2. ad fi. C. de iure emphyt. in l. vnica. § ex actio C. de rei vxo. act. in ca. licet canon. de elect. in* 6. Bar. in *l. ita stipulatus magna. in* 2. *q. princ. D. de verborũ oblig.* Bal. in *l. quoties in diem.* per illum text. cum *l. seq. eo. tit.* & in *rub. C. de consti. pecu. in* 2. *qu.* Phil. Cor. *consi.* 26. *in hac col. fi. lib.* 2. vbi hoc ampliat etiam si tacitum illud tempus sit breue. Tum videtur, & legem, & dominũ contemnere: igitur B etiam huiusmodi impensas perdit, vt in emphyteuta cauetur. *l.* 2. § *fin autem. C. de iure emphyt.* & diximus supra *glos.* 5. Tum quia consuetudo non stat in simplici addictione fructuum: sed adijcit illa verba, *exploitter en pure part*, id est patronus potest in meram & puram perditionẽ, & detrimentũ vasalli vti, & frui, vt diximus in glo præceden. quæ verba denotant enixam voluntatem, & emphasim quandã. Igitur debent aliquid operari vltra id, quod operaretur simplex verbum fructus.

15. ¶ Primam partem teneo tanquam veram & æquã, per primam, & tertiam, eius rationem, non per secundam, quæ non militat inter eos qui habent causam ad inuicem. Et ita expressim decidit consuet. Aurelianensis §. 22. §. 69. §. 74. Item generaliter de aliis consuetudinibus etiam si non exprimant. Addo aliam rationem, quia C si dominus prehensum fundum colat suis sumptibus, & paulò ante tempus colligendorum fructuum, vasallus iusta offerat, & sic debet relaxari manus dominica, saltem ex tunc in effectu cessat: & spectant fructus omnes ad vasallum, tenebitur vasallus restituere, aut* deducere patrono huiusmodi impendia: ergo è conuerso patronus debet deducere vasallo sumptus huiusmodi, ante prehensionem factos: vt quod ipse in clientis persona æquum esse crediderit, id in ipsius quoque persona valere patiatur. *l.* 1. *in fin. princ. D. quod quisque iuris.* Sicut ergo vult deducere clienti. ita pati debet ab illo sibi deduci, fac. *l. cum in eo. in fi. D. de pac. l. cum hæreditas. D. de admini. tuto. l.* 1. *D. de solut.* non enim debet petere, quod in casu conuerso non vellet præstare. *l. pe. C. de solut.* cum simi. Imò æquissim. est, creditorem ita agere rem debitoris, vt suam ageret, *lib.* 1. D *D. de solut.* fac. *l. frater. à fratre D. de condi. indebi. l. si negotia mea. D. mandati. l. quoties tutor. §. item si temporali. D. de administr. tuto.* Ias. d *l. frater.* & bonus text in *cap. iustum est.* 1. *distinctio.* quod superest, etiam principes non possunt in se damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Et quod huiusmodi sumptus debeãt restitui, vel deduci vasallo, vel eius vinitori, aut colono est text. infra §. 86. vbi dicemus. Non obstat quòd ob culpam & cessationem vasalli, fit prehensio, quia contenti esse debemus pœna lege comprehensa. *l. si ita stipulatus. D. de verborum obliga.* Hæc autem consuetudo non afficit vasallum nisi damno fructuum, & commoditatum contingentium, durante manus injectione: nec intendit eum grauare pro tempore præterito, quo quieuit dominus, & licuit vasallo sibi vigilare, & rem suam facere, vt j. §. 61. At si perderet impendia gratia fructuum facta, retrotraheretur pœna, ad tempus quo sibi licuit frui, permittente domino, & consuetudine: imò sæpe etiam ad tempus quo feudum nullo modo erat apertum, & nulla subsistebat culpa vel mora vasalli. 16. ¶ Nec obstat. *d. l.* 2. *C. de iure emphyt. versi. nulla* quia non excludit horum sumptuum deductionem alioquin multæ captiones sequi possent. Cùm enim ob non solutionem non sit commissa emphyteusis, nisi domino volente, & quando declarare voluerit, si differat vsque dum fructus sunt maturi, lucrarentur labores & impensas interim factas per emphyteutam vel eius hæredem quod esset iniquum & præter mentem iuris, nisi expressim hoc cautum fuerit in concessione priuatiua. Aliud est de meliorationibus conuentis, quas etiam si non feciisset, teneretur facere non obstante commisso. Et idem esset de sumptibus temporariis fructuum si esset cautum: sed in dubio non intelligitur quòd debeant amitti, nisi ex culpa cadente in delictum punibile, & ita vt pœna teneat auctorem suum. *l. sancimus C. de pœnis.* nec extendatur ad colonum, vt dixi §. *eod. glos.* 5. *nu.* 93. quia loquitur in totali & perpetuo commisso rei, hîc autem in simplici manus injectione, quæ non extinguit feudum, nec ius vasalli, imò illud in se conseruat, vt dicemus j. §. 12. tum in dubio, non videtur esse in dolo, nec delinquere, quãdiu dominus eum patitur, quia huius consuetudinis auctoritate licet sibi tandiu vigilare, id est, ad suum commodum vti feudo, nõ autem debet decipi sub auctoritate consuetudinis. *l.* 1. *C. de his qui ven. æta. impetr. Cle. vnica de re. permut.* Tũ in l. commissaria resoluitur ipso iure venditio, ex culpa & mora emptoris, qui ad diem præstitutum pretium non exoluit: fructusque omnes interim perceptos debet restituere, quia nihil penes eum residere oportet, ex re in qua fidem refellit, inquit Neratius in *l. lege fundo. D. de lege commissõ.* & tamen nemo dixerit huiusmodi sumptus & cætera iusta impendia, non esse illi deducenda. *argu. l. imperator. D. de in diem additio.*

17. ¶ Nec obstat quod hîc text. dicit dominum in meum vasalli damnum frui quia ad maiorem expressionem hoc adijcitur, & ad tollendam omnem occasionem dubitandi de virtute & efficacia manus dominicæ, & ex hoc ius commune non lædit. *l. qui mutuam in fi. prin. D. de manda. l. quæ dubitationis. D. de regul. iur.* & ista verba stant intensiuè, & non extinsinè: vt etiã dixi §. *eo. glos.* 7. *in princip.* Tum* in ambigua voce legis accipienda est significatio benigniot. *l. benignius. D. de legib. l. proximè, versi. sed in re dubia D. de his quæ in test. delen. l. semper in dubiis. D. de regu. iuris.* cum similibus, & quæ vitio & captione caret. *l. in ambigua. D. de leg. l. quoties nihil. D. de reg. iur.* & quæ neutri partium est onerosa: sed per quam consulitur vtrique. *l.* 1. *in fin.* & ibi glo fi. & Pau. *D. si quis cautio.* Sed interpretatio nostra, sumptus vtrinque esse deducendos, est huiusmodi, alioquin aperta esset via alterutrum infidiandi, & frustrandi laboribus & impensis, puta differendi prehensionem, vel iustam oblationem vsque ad horam D collectionis fructuum. quod quàm longissimè abesse oportet à patronis & clientibus, inter quos nulla fraus nec vllum malum ingenium debet interuenire, inquit text. in *l. fin. de probib. feud. alie. per Lotha.*

18. ¶ QVÆRO quartò, quid de stagnis expiscatis? Et primo videndum est, an pisces* qui sint in stagnis nostris, censeantur esse pars fundi, & quid immobile: an verò quid mobile, & aliud à fundo. & resolutiuè dicendum est: si in stagno habeantur, & multiplicentur & crescant, censentur pars fundi, & quid immobile, & sunt veri fructus pendentes illius stagni: si autem habeantur inclusi in certa parte stagni, vel seorsum in piscina, non refert quo loco, modo ibi sint tantùm causa E simplicis custodiæ, non censentur pars fundi, sed quid nobile. Ita concludit Guid. Pap. *Decis. Delphi.* 91. Bertrand. Capri. post. Iaco. Albi. in *c.* 1. §. *sciendum. de feud. cognit. in vsib. feud. in fi. seq.* Nicol. Boeri. in *consu. Biturig. de feud.* §. 5. & Chassa. in *consu. Burg. tit.* 4. §. 2. *glos. pen. col. fi.* Probari videtur in *l. limes aliàs fines.* secundum do. Bud. in annotat. *D. de actio. emp. cum l. seq.* vbi dicitur, pisces qui sunt in piscina, non esse ædium, nec fundi, sicut nec pulli, aut cætera animalia, quæ in fundo sunt: & sic Vlpianus & Pomponius sentiunt aliud esse, si non in piscina, sed in stagno aut viuario essent ad multiplicandum, & reddendum fructum fundi ad hoc destinati.

19. ¶ Quæ enim ponuntur in fundo, vt sint fructus seu reditus ipsius fundi, non habentis aliunde fructum,

* Pisces, quã in stagnis, vtrum sint pars fundi.

* In dubio benigniot & æquior interpretatio vincit.

* Patronus sumptus deducit, & ei deducendi.

efficiuntur pars fundi, quum ſint ad perpetuam eius vtilitatem: perpetuam, inquam, non quo ad ſingula corpora piſcium, aut aliarum rerum, quæ tempore ſuo expiſcantur vel colliguntur vice fructuum: ſed quo ad ſpeciem rei immiſſæ, quæ per ſubrogationem corporum eiuſdem ſpeciei continuatur, & perpetuatur, nec aliter poſſet res conſeruari, vt eſt elegans textus in *l. eum debere. D. de ſeruit. vrba. prædio.* Et* licet ſpatio temporis ſingula corpora mutentur, tamen mediante ſubrogatione, ſemper dicitur eadem res, puta eadem columna, *d. l. eum debere.* idem populus. *l. proponebatur. D. de iudi. l. ſicut. §. pe. D. quod cuiuſque vniuer. nom.* eadem nauis, *l. quid tamen §. in nauis quoque. D. quibus modis vſufruct. amitta.* idem ædificium, *l. ſeruitutes §. ſi ſublatum. D. de ſerui. vrba. prædio. l. ſi ita legatum. §. fin. D. de lega. 1.* idem grex, *l. ſi grege. D. de lega 1.* cum ſi. & ſic idem viuarium, vel ſtagnum. Itaque doctrina quam tradit Bar. in *l. Iulianus, in fin.* per illum text. cum ll. ſeq. *D. de actio. empti.* verificatur in piſcibus ſtagni vel viuarij, licèt de illis expreſſe non loquatur.

a Temporalia corpora per ſubrogationē in eadem ſpecie perpetuātur, & idem corpus cenſentur.

b Quod ego in Guid. Pap. (tametſi vſu noſtro approbata) de iure poſitiuo non procedat.

20. ¶ Aduerte* tamen, vt verum fatear, & ne decipiaris, quòd in terminis iuris ciuilis Romani, iſta probatio eſt magis colorata, quàm neceſſaria, aut vera, quoniam præfata reſolutio non procedit de illo iure ſcripto, in quo licèt reperiatur, feras viuariis incluſis, & piſces in piſcina collectos, eſſe in dominio noſtro & poſſeſſione. *l. 3. § item feræ. D. de acquir. re. do.* tamen nullum textum, nullam gloſſ. nullum doct. in aliqua lectura iuris reperies, qui dicat vel ſentiat quòd ſint, vel cenſeantur pars fundi, & quid immobile, ſed benè quod ſint quid mobile, & à fundo ſeparatum. Nec obſtat quòd in *l. vſumfructuarium §. ſi in viuariis D. de vſufruct.* dicitur fructuarium fundi poſſe de feris viuario fundi incluſis capere, & ſuas facere, dummodo eundem numerum: per ſingula quæque ferarum genera, finito vſufructu domino proprietatis aſſignet, qui fuit cœpti vſufructus tempore. Et quòd tales feræ ſunt in dominio & poſſeſſione proprietarij, vt ibi clarè probatur. Et quòd id non facit fructuarius, vt quilibet primus occupator, de generali iure gentium, (provt in alio caſu dicitur de venatione aprorum, & ceruorum in ſaltibus vel montibus fundi. *in prin. l. vſufructuarium*) ſed proprio iure vſufructus: quia reſpondeo quòd ex hoc non ſequitur, quòd in caſu *d. §. ſi in viuariis*, illæ feræ ſint, aut cenſeantur pars fundi, ſed bene quòd ſaltem ſunt inſtrumentum fundi. fructuarius enim nedum habet vſumfructum & commoda fundi, ſed etiam in dubio, & niſi contraria voluntas appareat, habet vſumfructum & commoditatem totius inſtrumenti fundi: vt ſupra diximus. patet in ſimili per text. *in l. de grege. in fin.* cum duabus ll ſeq. *D. de fund. inſtruct.* vbi dicitur quòd grex comparatus gratia ſaltus, ex qua aliter fructus percipi non poteſt: ſimiliter aluei, apéſque fundi, cuius reditus in melle conſiſtit: & aues quæ in inſulis maritimis aluntur, ſunt inſtrumentum fundi. & ſic eadem ratione feræ incluſæ in viuario gratia fundi, vt inde aliquis reditus percipiatur, ſunt inſtrumentum illius fundi, Igitur non ſunt, nec poſſunt cenſeri fundus, nec pars fundi, per text. in *l. quæſitum §. ea vero D. de fund. inſtru. fac. text. in § ſi in agro ea. l.* Et ita in terminis iuris ſcripti eſſet dicendum, piſces in fundo ſeu viuario poſitos & deſtinatos, vt inde reditus percipiatur non cenſeri partem fundi, nec quid immobile, ſed eſſe & cenſeri inſtrumentum fundi: ex quo multæ deciſiones ſequerentur à noſtris moribus & conſuetudine abhorrentes.

21. ¶ Et quia conſuetudines tractamus, tenenda eſt pro conſtanti, præfata diſtinctio Guid. Pap. quæ nedum apud Pariſios, ſed per vniuerſum ferè regnum Franciæ tenetur & obſeruatur, & etiam in ſe rationabiliſſima eſt, & æquiſſima. Memini tamen quod de conſuetudine Vitriaca. §. 114. iſtud limitatur & modificatur, niſi piſcationis ſolitum tempus aduenerit, quia tunc naturam mobilium ſortiuntur, quod eſt rationabile in ſe, ſed locale. Cæterum apud nos tanquam fructus pendentes, & maturi, hoc caſu iudicabuntur, ſecundum præfatam diſtinctionem, quæ procedit nedum in ſtagnis, ſed etiam in auiariis, lepotariis, & aliis viuariis: quum ſit eadem ratio. itaque ſicut *d. §. ſi in viuariis.* practicatur apud nos in fructuario, ita etiam in domino feudali: non quia illæ feræ ſint inſtrumentum fundi, ſed quia cenſentur pars fundi, ſicut fructus fundi, ſecundum noſtrum rationabilem vſum. & his ſcriptis, nouiſſimè reperi doctiſſimum illum iuriſconſultum dominum Zaſium idem in effectu tenere quod Guid. Pap. in ſua epit. *feu part. 4. col. 1.* Sentio interim arduum eſſe contrarium inter l. 3. §. *item feras D. de acquiren. vel amitt. poſſeſ. & d. §. ſi in viuariis*, quòd malè ſoluitur ab omnibus ſcriben. in dict. *§. item feras.* vbi laſ. *in fin.* illud ſentit, ſed non ſoluit in collectaneis meis notum intellectum dedi ad illum *§. item feras.* Sed quia hoc nimis excedit à propoſito, reſeruo in decadibus. de diſtinctione autem, appellatione & effectu mobilium & immobilium rerum & iurium latius & plenè tracto. ℣. § 145 *in gloſ. 3* ſuper verb. *biens meubles, & conqueſts immeubles.* Nunc ad reſolutionem quæſtionis: omnium ſtagnorum ſeu viuariorum piſcationes cedunt lucro patroni, ſicut fructus fundi clientelarij: ſecus de piſcibus tempore prehenſionis feudi iam collectis, & in piſcina, vel in concauo cimbæ, aut alibi cauſa cuſtodiæ repoſitis: in quibus ſicut nec in cæteris mobilibus nihil iuris patronus habet per prædicta. Et hæc ſimilia intellige ſub modificationibus ſequentibus ℣. *eadem gloſſ. num. 24.*

22. ¶ QVINTO ad vberiorem doctrinam quæro, conceſſum fuit in feudum quoddam prædium, tunc villæ & inutile, fortè propter deſcenſus aquarum: vaſallus cœpit incontinenti de eo facere grande & optimum* ſtagnum quod nouis aggeribus muniuit, & piſcibus repleuit magnis ſumptibus: deinde in fine quinque annorum relicto filio moritur, quum nullum omnino fructum percepiſſet, ſed erat tempus piſcandi, & erat piſcatura maximi valoris, accidit fortè propter abſentiam, impedimenta vel inaduertentiam filij 40. dies elabi non adito patrono, qui ſtatim manum injecit feudo, & eadem die expiſcatur totum ſtagnum die ſequenti adeſt filius, fidem & obſequia debita offerens: eſtne rationabile, & de mente conſuetudinis, patronum lucrari & retinere vniuerſos piſces? videtur quòd non, quia nedum in vna die lucratur fructus totius anni, vt dictum eſt ſupra *eadem 9.* 2. Sed etiam totorum quinque annorum, vel etiam plurium & totius præteriti quanticunque temporis. Tum dominus non conceſſit ſtagnum in feudum: ſed nudum & vilo prædium, & ſic videtur quòd non deberet conſequi fructus ſtagni, ſaltem omnes, ſed ſolum pro rata prædij ſeu areæ in feudum conceſſæ, & quantum fructuum & commoditatum potuiſſet tempore prehenſionis habere ille ager ſi manſiſſet in forma agri, in qua erat tempore conceſſionis: alioquin non videretur capere fructus rei à ſe conceſſæ, ſed alterius rei. & bene ſa. not. ℣. *eod. §. gloſ. 5. in 3. amplia. nu. 38.* Tum etiam ſi feudum fuiſſet tantum ad vitam conceſſum, & ſic nunc eſſet reuerſum ad dominum, tamen ſtagnum non cederet eius lucro: ſed omnes impenſæ eſſent reſtituendæ hæredi vaſalli, quantum nunc res plus valet & locupletatur dominus, vt fuit concluſum ſupra *eodem §. gloſſ. 5. verſic. limito. 2. nu. 93.* Sed hæres vaſalli debet eſſe melioris conditionis, quando feudum eſt ſimpliciter apertum, quàm cum perpetuò eſt extinctum.

* Si in ſtagnū vtile prædiū mutauerit vaſallus vtiliter & id prehendat dominus eius ad tempus piſcationis, vt ſibi dominus omnes eius ſtagni piſces ſuos faciat.

23. ¶ In contrarium videtur dicendum, dominum vniuerſos hos piſces, & fructus omnes ſtagni lucraturum, vigore huius conſuetudinis: quia ſunt fructus pendentes. & parati collectioni in die prehenſionis, & ſic dominus eadem die colligēdo ſuos facit: & ſolùm iure ſuo vtitur. Et ſicut non attenditur, an ſint fructus totius

vnius anni, vt dictum est ī. *eadem gloss. q.* 2. *nu.* 12. Ita non est in consideratione, an sint fructus plurium præcedentium annorum. ¶ Pro * generali resolutione præmitte regulam & modificationem.

*Nō rationē decisiuā jungo num. 25. *infra ea. glo.* ad sciendum quando oportunorum & quando rata temporis debeat attendi.

24. Regula & maxima est, quandocunque patronus iure prehensionis seu manus iniectionis, ex defectu clientis, fructus percipit, tunc distinctè lucratur, quotcunque ciuiliter cedunt, vel à solo maturitatis tempore quomodocumque, & à quocunque separentur, durante manus iniectione: siue longo, siue breui tempore durauerit. Ratio, quia isti fructus non spectant ad dominum pro rata anni, mensis, hebdomadæ, vel diei, vel alterius certi temporis, nec pro rata seu portione certorum fructuum, aut pro rata oneris, vel culturæ, nec sub alia quacunque limitatione, aut relatione restringente: sed purè, simpliciter & absolutè: solùm ideo quia dominus est, & censetur re propria frui: quæ ratio concludit ad omnes quotcunque fructus extantes, & qui extabunt, quandiu feudum in eodem statu (videlicet sub manu dominica) manebit.

* 1. Modificatio.

25. ¶ Hæc est regula, * modificatio autem est triplex. Primò, quòd non debet abuti, sed secundùm modum regionis, & boni patrisfamilias, vnde cædendo syluam cæduam non potest cædere, nec vendere arbores quæ secundùm numerum vel distantiam solent reseruari, Galli vocant, *Les balliueaux*, sic nec terram cultam immutare aut deteriorare, nec columbarium euacuare. vt *infra ad gloss. nu.* 35. nec piscando stagnum penitus exhaurire, non relinquendo solita relinqui vel apponi, sed terram modo consueto reficere, & seminarios istos relinquere, vt etiam in consuetudine Cenomanensi. §. 131. & in summa, sicut vsufructuario vti & frui licere: & vt bonus paterfamilias, vt expressè volunt consuetudo Pictonum antiqua. §. 100. Cenomanensis. 117. Andegau. §. 104. Et idem de cæteris, etiam si non exprimantur intelligendum.

* 2. Modificatio.

26. ¶ Secunda * est, quòd si fructus tempore prehensionis erant maturi, & apti collectioni, & nouus vasallus non fuerat interpellatus, nec aliàs in mora actuali præstandæ fidei, tunc huiusmodi fructus non spectant ad patronum, si vasallus * incontinenti, hoc est infra triduum aut quatriduum, boni viri arbitrio, & quàm citò potuit dominum adiuit, & clientelaria iura & obsequia debitè obtulit. Et ad hanc modificationem summa moueor æquitate, & vt puto concludente, propter tria: primò quia quandiu patronus cessat, & nullo modo vasallum interpellat, vasallus non est in mora, & ei liberè frui licet auctoritate legis feudalis *infra* §. 61. Secundò quia patronus non debet insidiari vasallo suo. Tertiò etiam citra insidias non debet ei merum rigorem seruare. Si igitur prehensione facta nulla alia interpellatione, & actuali mora præcedente, statim vasallus obsequatur patrono, constat quòd non est, nec fuit in vera mora obsequendi, nec in mala fide. Et è diuerso attenta qualitate & breuitate temporis, videtur patronum vel officiales eius insidiatos esse vasallo. Igitur non debet hoc casu locus esse amissioni fructuum, & magis fauendum est deuoto & diligenti vasallo certanti de damno vitando, quàm subdolo præsumptiuéque insidiatori patrono, certanti de lucro captando. Nec pœna caducitatis fructuum in hoc §. introducta est ad circumueniendum alterutrum, sed potius ad contumaciam puniendam, quamvis non requiratur vera contumacia, nec negligentia, vt hæreditate iacente: tamen ex parte patroni debet abesse omnis species fraudis, & circumuentionis. Et sic in proposita quæst. & omnibus similibus concludo, diligenti vasallo fructus, restituendos, deductis sumptibus à patrono, & suis factis tam in prehendendo feudo, quàm colligendo & custodiendo fructus: secùs si vasallus fuerit in alia præcedenti actuali * mora vel malitia, puta si dudum interpellatus de fide præstanda recusauit, vel diu sine iusta causa procrastinauit, & fortè cùm pro iuribus vtilibus, puta releuio composuisset cum patrono, ad certam minorem summam, quam promisit soluere certo termino, & non soluit, ideóque patronus videns vasallum gratiâ sua abuti, cœpit iure suo vti prehenso feudo, tunc enim puto quòd omnes fructus, etiam tunc maturos & illicò collectos suos faciat: & nihilominus summam illam compositionis releuij exigere possit, antequam oblationes admittat, & pro rectè factis habeat: idem si vasallus scienter alium in patronum recognouerit, vel aliter infideliter versatus; quamvis enim non sit causa sufficiens ad commissum, & amissionem totius feudi, est tamen causa sufficiens, vt doloso & ingrato rigor seruetur: & dignum est vt malè meritus egestate laboret. *l. bona fides D. depos.* 27. ¶ Sed quid è conuerso, * si patronus feudum prehensum vacuum seminauerit, coluerit, & omnes sumptus & laborem præstiterit vsque ad tempus maturitatis, & collectionis fructuum, túncque & non prius accesserit vasallus ad obsequia, & iura præstanda? & videtur quòd quia non tenebitur patronus leuare manum, nisi fructibus illis collectis vel illis reseruatis, vt eos suos faciat: tum quia nedum fructus qui iam ceperunt colligi, de quibus non esset dubium, sed etiam fructus maturi & parati ad colligendum, habentur pro collectis, vt not. Bart. Ange. Paul. Alexand. in *l. diuortio.* §. *interdum* per glo. & ibi latè Ias. *col.* 4. *D. solu. matr.* Tum ne patronus eludatur, & ne liceat vasallo eum frustrari impunè, & non oportet frustrationem esse impunitam, inquit text. in *l. in fideicommiss.* §. *fin. D. de vsur.* Si autem ante tempus maturitatis, & collectionis accedat, sufficit sumptus prehensionis, & culturæ refundi patrono, vt dictum est ī. *ea. gloss. num.* 15. Solue etiam si non accedat nisi tempore maturitatis fructuum, adhuc item dicendum, & ita etiam plures consuetud. specialiter exprimunt, & vbi non exprimūt, idem intelligitur, nec est in hoc articulo paritas inter patronum & vasallum, quia vasallus certat de damno vitando, patronus autem de lucrando. Et de pœna quæ potiùs restringenda est & benignior sententia eligenda. *l. penul. D. de pœn. l. benignius, D. de legibus.* ¶ Quod autem nuper dicebatur de maturis & paratis colligi, nō obstat, tum quia ibi loquitur in casu quo fructus diuidendi sunt pro rata temporis, in *d. l. diuortio.* Tum quia ibi de rei persecutione & recompensatione certatur, hîc autem de pœna: & sic non est simile, nec ad propositum. Fateor tamen quòd si patronus tam messores, vel vindemiatores in messem aut vindemiam maturam immisisset: tunc fructus loci ipsius dumtaxat, in quo operarij de facto actualiter secabant, lucro domini cederēt, qui etiam solueret sumptus dictorum operariorum & culturæ pro rata, reliquos refunderet vasallus: & sic non esset impunita eius negligentia. Et in ista regula, & modificationibus puto verum consuetudinis nostræ sensum cum æquitatis temperamento consistere. Si autem patronus tempore maturitatis fortè obseruato, manum iniecerit, & statim fructus collegerit, tamen vasallus non festinauerit, sed aliquandiu distulerit adire patronum, & sic fuit in vera & actuali mora, huiusmodi mora trahitur ac tempus prehensionis, & sic locus erit dictæ regulæ, & non modificationi nostræ, & hæc nostra modificatio, non potest habere locum in locis vbi consuetudo de alia modificatione prouidet, vt consuetudo Aurelianensis. §. 23. de Lotriz *eod. tit.* Bituricensis *eod. tit.* Carnotensis. §. 136. & consite. Vitriaca. §. 54. & multæ aliæ disponunt quòd patronus non faciat fructus suos statim à prehensione, congruè confiscata, sed demum post quadraginta dies: tunc enim si quadragesimo primo die patronus vniuersos maturos fructus collegerit, iure suo vsus est, & illios lucri fecit, nec aliquid, exceptis sumptibus culturæ, recuperabitur à vasallo, etiam eadem die serò accedenti.

* Sumptus facti per patronum pendente prehēsione feudi quemadmodum ei præstandi.

* mora actualis & malitiosa vasalli punitur.

* Morem suū vasallus potest purgare incontinenti, id est intra triduum aut quatriduum boni viri arbitrio.

28. ¶ Tertiam do * modificationem, vt si huiusmodi

* Tertia modificatio.

modi prehenſio, diem vnum aut alterum, hebdomadam vnam vel alteram, aut menſes aliquot tantum infra annum duraverit, * non debet lucrum domini fructus & prouentus vnius anni excedere. Quid enim iniquius & abſurdius, quàm vt biduo vel triduo poſſit fructus plurium annorum abſorbere? vt in themate, de quo ſ. *eod. gloſſ. num.* 22. hoc enim eſt contra mentem huius conſuetudinis in hoc §. *ibi, pendant Ladiſle mainmiſe.* Et ſic tacitè limitat lucrum fructuum ad tempus, ſeu durationem prehenſionis. Quædam etiam conſuetudines expreſſim limitant à die prehenſionis, aduſque congruas oblationes, vt conſuet. Cenomanenſis. §. 116. Viromandenſis, §. 184. Fateor quòd iſti limites limitant ſpatium lucrandi, non autem quantitatem lucri, ſed dico quod lucrum non debet exorbitanter & abſque vllo fræno intelligi, & ſic non debet extendi vltra metas communi vſu receptas & approbatas. *l. ſi interpretatione, D. de legib.* Frequenter quidem vſitatum eſt, vt paucis diebus totius meſſis vel vindemiæ fructus lucretur patronus, ſed non eſt ſaltem frequenter vſitatum & receptum, vt paucis diebus hoc prætextu lucretur fructus multorum annorum. Cùm ergo hoc ſit exorbitans, nec iure nec conſuetudine fundatum, & ſic reiiciendum. Non obſtat quod ſ. *num.* 12. *& num.* 24. diximus in hoc lucro fructuum ex defectu hominis non fieri diuiſionem, pro rata temporis, iuxta *c. diuortio, D. ſolut. matr.* ſed tantùm in lucro releuij: quia vera eſt & vſitata hæc diſtinctio & differentia: quia lucrum prehenſionis ſemper eſt incertum. Si enim ſuperueniat vaſallus ante fructus collectos, nihil lucratur patronus, ſed tantùm ſumptus prehenſionis culturæ & cuſtodiæ, ſi qui ſint, recipit, & deinceps nihil pro illa vice: lucrum autem releuij ſemper habet limites certos ad ratam fructuum anni. Porrò quamuis prehenſio vius diei poſſit tantundem quandoque prehendere, nunquam tamen vltrà, quandoquidem frequenti vſu receptum non eſt, vt minori ſpatio anni vltra annum lucretur: ſatis eſt pœnam perditionis fructuum vnius anni imminere breui temporis ſpatio, quia ſæpe fuit vſitatum. Non ergo debet extendi ad prouentus plurium annorum, quantumuis vulgò quidam ita opinentur, ſed opinio non facit conſuetudinem: nec error quidem vnius aut alterius ſententiæ, ſed oportet eſſe frequenti diuturnóque vniformi vſu receptum, vt inducatur ius conſuetudinarium. *l. de quibus. D. de legib.* Quod de illo caſu exorbitanti dici nequit.

* Multa commiſſa vaſalli non debet excedere prouentum vnius anni.

29. ¶ Quartam* inſuper addo modificationem, vt de* lucro illo & commiſſo fructuum deduci debeant, recentes & nondum repleti ſumptus vtiles vaſalli, quibus fit vt antiquus reditus fuerit notabiliter, & maiori ferè parte auctus, quia tunc diceretur aliàs patronus percipere fructus, non ſolùm feudi à ſe conceſſi, ſed etiam pecuniæ vaſalli etiam nondum per eum recuperatæ, vt nuper tetigi *num.* 2. & probaui ſ. *glo.* 5. *nu.* 74. Neceſſitas autem & vtilitas prædictarum modificationum, præſertim illiustertiæ, liquet ex ſequentibus, præſertim ex *q.* 8. ĵ. *num.* 40.

2 Quarta modificatio.
* Ex multa committendo aduerſus vaſallum deducendi ei ſunt ſumptus per dominum.

30. ¶ Et præfata diſtinctio, vt regulariter non inſpiciatur rata temporis in patrono fruente, ex defectu hominis: ſed benè in fruente iure releuij, ſeruatur in maiori parte præfecturarum patriæ conſuetudinariæ huius regni, quæ ferè omnes noſtræ conſuetudini (quæ eſt cæteris vniuerſalior & æquior, vt diximus ſ. *in proœm. in glo.* 1.) quantum ad diſpoſitionem huius §. conformantur, vt patet in conſuet. Meldenſi, *artt.* 124. 125. 126. 127. aduerte tamen ad *art.* 127 vbi litera in multis libris habetur malè & erroneè punctuata & tranſpoſita, & iudicio meo verus ſenſus illius § eſt, & eſſe debet, quòd vaſallus euacuando ſtagnum in tempore congruo, ante prehenſionem patroni, facit piſcationem ſuam, etiam poſt prehenſionem collectam, quia eo ipſo quòd ſtagnum cœpit euacuari, cenſentur piſces præoc-

* Declaratio artic. 127. conſuetudinis Meldenſis.

cupati, & effecti quid mobile, vt ibi dicitur in fin. Secus in inciperet euacuari poſt prehenſionem domini, vt latè probarem per inductionem illius §. præcedentium & ſequentium, ſed prolixitatem & inſtituti exceſſum vereor. Concordat enim conſuetudo Meldenſis, quando prehenſio fit ex defectu fidei & clientis, vt patet in *artt.* 140. 145. 176. 210. Quando autem agitur ſolùm de fructibus vnius anni pro releuamento, idem expreſſe diſponit *artic.* 172. approbando diſtinctionem, quam ſ. *num.* 24. & in *num. ſeq.* fecimus. ita etiam expreſſe diſtinguit conſuet. Senonenſis. *art.* 166. iuncto *art.* 18. in veteri, & in noua anno 1556. reformata, aut 180. iuncto *art.* 194. & *conſuet. Caluimontis, apud Baſſiniacum, artic.* 25. 26. Vitriaca, *art.* 57. 41. Aurelianenſis, *art.* 70. 71. 81. 82. 93. Montis Argici in *tit.* 1. *des fiefs. art.* 70. 71. 72. Ita etiam debent intelligi conſuetudines Trecenſis. *art.* 22. 26. Carnotenſis in tit. *quand le ſeigneur feodal peut ſaiſir & faire les fruicts ſiens*, per tot. Turonenſis in *cap.* 1. *art.* 21. & in *cap. des rachapts & ventes.* per tot. Aluernenſis in *cap.* 22. *artic.* 3. 4. 31. Bleſenſis, *art.* 76. 77. 78. 160. *& art.* 71. & in ſua particulari conſuetudine Dunenſi, *artic.* Binricenſis in *tit.* 4. *des fiefs.* §. 5. 13. & ibi. per do. Boëri. conſuet. Marchiæ, *artic.* 183. Niuernenſis, in *tit. des fiefs, art.* 57. *& 58.* Antiſſiodorenſis, *arti.* 198. Sylvanectenſis in *tit. de ſaiſine. artic.* 8. Viromandenſis in 3. *part. artic.* 46. & 62. Valeſienſis, *artic.* 37. 38. & 40. & idem ferè vult conſuetudo Pictauienſis, *art.* 73. 145. ſaluò quod in quibuſdam particularibus fructibus aliter diſponit, in *art.* 135. cum multis ſequentibus. Conſuetudo autem Borbonenſis, & ſimiliter Burgundiæ, non diſponunt niſi de fructibus ex capite deficientis fidei & clientis, in quo idem in effectu volunt quod conſuetudo noſtra & communis vſus regni, vt in *art.* 373. & ſeq. alia autem onera, vt releuamenta, neſcit. Itidem conſuetudo Engoliſmenſis, *art.* 20. conſuetudo Rupellæ, *art.* 7. Aliter tamen circa vtrumque caput diſponunt conſuetudo Ambianenſis, vt in generalibus. *art.* 18. 19. & in particularibus Belliqueſni, *art.* 26. Diſcordant etiam à noſtra conſuet. & communi vſu, quantum ad modum fructuum releuamentorum attinet, conſuetudo Cenomanenſis, *art.* 124. & in ſeq. Andegauenſis *art.* 185. & in ſeq. vbi videas, ne videar etiam cæteras conſuetudines commentari.

31. ¶ Ex prædictis concludo in themate, de quo ſ. *num.* 22. quòd omnibus ſubductis, dominus feudalis nihil penitus lucratur, nec lucrari poteſt pro hac vice, ſed tantùm recuperat ſumptus prehenſionis & piſcaturæ: fundus enim datus vel recognitus in feudum erat inutilis & ſterilis, & ſi talis manſiſſet, nihil lucrus erat dominus per hanc prehenſionem. Non obſtat quod eſt augmentum intrinſecum & quòd poteſt vaſallus meliorem facere feudi & dominij directi conditionem, hoc enim verum eſt, ſed etiam verum eſt, quod vaſallus non debet ſolùm recipere, ſed etiam præcipere quod impendit, in quo omnem etiam priorem conuentum & hypotheeam antecedit. *l. interdum. D. qui potior in pig. hab.* Quandiu ergo aliquid ſupereſt de hac impenſa, & donec vaſallus illam recuperauerit, non poteſt nec dominus directus, nec antiquior creditor hypothecarius, vel alius aliquid percipere ex iſtis meliorationibus, & augmentis contra ipſum meliorantem, qui debet in hoc omnibus anteferri per ea quæ latè diximus ſ. *glo.* 5. *num.* 63. cum ſeq. Sed boni conſulere, imò etiam gratulari debet dominus directus, quòd in futurum poſtquam iſte meliorator vel eius ſucceſſor impenſas recuperauerit: tunc deincepa poterit patronus habere caſu occurrente releuium anni feudi fructuoſiſſimi, iuxta not. ĵ. § *vigeſimo ſecundo, quæſt.* 1. Et prehendendo ex defectu hominis lucrari vberes prouentus, ſub tribus prædictis modificationibus, ſ. *nu.* 25. 26. 28. quarta modificatione ceſſante, vtpotè conſumpta per longam fruitionem

* Terris non ſtificatis.

vasalli, qui sumptus præteritos recuperauit.

¶ Ex prædictis etiam apparet quid dicendum sit, si dicta prehensio vnam hebdomadam, vel vnum aut plures menses durauit. Si enim tam vile erat prædium, vt sine vlla melioratione nullum attulisset reditum: idem dicendum vt dictum est. Sufficiet ergo nouo vasallo innouationem inuestituræ, & mancipationem feudi petenti offerre fructus, qui tempore quo prehensio durauit, colligi potuissent, si fundus in pristino statu mansisset, & in casum releuij offerre fructus vnius anni obolum, aut dictum prudentium habita ratione ad statum feudi, qui erat & esset absque dicta melioratione: cuius sumptus nondum recuperati sunt. Et quibus patet solutio ad plurimas quæstiones inde dependentes.

32. ¶ Sexto quæro, quid si patronus * præuenit tempus messis, vindemiæ, piscationis, aut collectionis cæterorum quorumcunque fructuum? Distingue, aut accedit vasallus iustà offerens infra tempus quo solent fructus esse maturi, seu parati collectioni: aut accedit ipso illo tempore.

* Vtrum dominus possit anteuertere tempus messis, vindemiæ, piscationis & collectionis fructuum, & immaturos fructus ita suos facere.

¶ Primo casu dico patronum non lucrari, nec suos facere fructus, quia * non debet abuti rebus clientelaribus, sed secundùm earum conditionem vti. *l. sed si quid* §. *mancipiorum.* & in §. *& generaliter.* Ibi dicendum est ita eum vti debere ne abutatur. *D. de vsufructua.* & debet frui arbitrio boni viri, vt bonus & prudens paterfamilias, licet non teneatur de hoc cauere, seu satisdare, sicut fructuarius. *l. 1. D. vsufruct. quemadmodum caueat.* Sed hoc casu abutitur fructibus, dum ante debitum tempus colligit, idque in fraudem vasalli, & contra officium patroni, qui nulla fraude, nullo malo ingenio debet vti erga clientem & rem clientelariam. *cap. fin, de probibit. feud. alien. per Lotha.* Igitur illa accelerata collectio non debet prodesse patrono, nec nocere clienti, sed habetur pro non facta, ad hoc vt fructus ac si essent pendentes cedant vasallo. Et tenetur patronus illos restituere, cum interesse quantitatis & valoris ad quem verisimiliter ascenderent, si nondum fuissent collecti tempore quo accessit vasallus, aut si fructus non extant, vel sint inutiles, tenetur tantum præstare vasallo quantum verisimiliter consecuturus fuisset, ex fructibus adseruatis, & debito tempore collectis, deductis (quod semper intelligo) sumptibus quærendorum & colligendorum fructuum. bon. text. est in *l. & hæc distinctio.* §. *fin. ibi, præstabitur à te mihi damnum. D. loca.* per quem decidit gloss. 1. in fine, in *l. penult. D. de vsu. & vsufruct. lega.* quod si ille qui nummis colit, in vltimo mense locationis colligit immaturos, vt dominus non habeat maturos, tenetur.

* Patronus non debet abuti, sed vt bonus paterfamilias.

33. ¶ Non tamen intelligas * quod teneatur patronus actione legis Aquil. vel furti. vt in *l. si seruus seruum* §. *si olivam. D. ad legem Aquiliam*, quia quod fecit, non in re aliena, sed in sua fecit: nec dicitur etiam iniuria damnum dedisse, nec furtum fecisse, nec alio nomine delicto deliquisse. Cessat etiam mero iure actio doli, quæ in sua forma non debet intentari contra patronum. Sed competit condictio ex moribus, seu alia actio ex contractu & lege feudali, in qua actione venit quod dolo, fraude vel culpâ domini admissum est. per not. in *l. & eleganter.* §. *non solum. D. de dolo malo.* & in *l. etiam.* D. *de solu.* vt in simili decidit Alberic. post Iacob. Ra. in *l. si vsufructus legatus. D. de vsufruct.* quòd si hæres ante aditam hæreditatem decerpsit fructus immaturos, in fraudem eius cui legatus erat vsufructus, tenetur ei, non actione legis Aquiliæ, nec dolo, sed ex testamento per text. apertum in dicta *l. & eleganter.* §. *item si seruum.* Idem dicendum puto de hærede grauato restituere hæreditatem vel fundum in diem certam vel incertam, qui aduentante die immaturos fructus fecit, deinde infra tempus maturitatis & collectionis solitæ, dies fideicommissi vel legati cessit, quia tenebitur exactos fructus restituere, cum omni damno & interesse, vel eorum æstimationem, & hoc non actione legis Aquiliæ, quia priùs quàm fierent legatarij vel fideicommissarij secti sunt, & tunc cum pleno iure essent hæredis, vt est text. sing. in *l. generaliter.* §. *sub conditione.* D. *qui & à quibus manumi. lib. non fi.* nec etiam actione de dolo, sed ex testamento dicto §. *item si seruum.* in dicta lege *& eleganter.*

* Qua actione teneatur prætaturè fecis fructus rei restituendi subiecta.

34. ¶ Secundo casu quando accedit vasallus elapso toto tempore maturitatis, & collectionis fructuum: dico patronum non teneri, quia anticipando collectionem fructuum, nullum præiudicium fecit vasallo, æquè fructus maturos perdituro, & qui saltem tempore maturitatis collecti fuissent à domino, qui maturè colligendo sibi potius, quàm alij iniuriam feciſſe videtur. vt est text. appositissimus. in *l. legis Aquiliæ. in fi. D. ad l. Aquil.* Itidem dicendum est in hærede grauato fideicommisso, & in omni alio simili casu. * text. est in *l. si absente.* §. *fi. D. de vsufruct.* vbi sylua cædua intempestiuè cæsa & fœnum immaturum cæsum à fructuario in fructu sunt & ad eum spectant, & tamen constat quod plus habent valoris & reditus si maturè legantur. Itaque ille text. licèt prima facie videatur obuiare primo membro nostræ distinctionis, non tamen vllo modo discrepat, sed sanè intelligitur, quando vsufructus erat duraturus & duravit, vsque ad inclusionem temporis illorum fructuum, quia quum tunc non interfit proprietarij, potest fructuarius ante tempus vel immaturos fructus colligere, & pro libito disponere: secus si in fraudem finituri vsufructus acceleraret, quia finito vsufructu ante lapsum iustæ collectionis tempus, teneretur in quantitate & bonitate, quæ verisimiliter futura fuisset restituere. & ita illum text. *d. l. si absente.* §. *intelligunt.* Iac. Ra. & Albe. ibi Lancelo. Deci. in *l. pen. not.* 1. D. *de vsufru. lega.* inferentes ad q. 35. Quidam parochus infirmabatur, ita quòd hæredes dubitantes de eius morte collegerunt * fructus immaturos ecclesiæ, & decidunt quod tenentur pretium fructuum restituere successori in ecclesia, quia ille §. *fi.* loquitur quando certum erat fructus spectare ad fructuarium, tunc enim potest de illis facere ad libitum. Secus quando certum est, vel postea apparet fructus non pertinere ad eum, puta si est ei legatus vsufructus vsque ad decem annos, & exeunte vltimo anno vult colligere fructus immaturos, non potest. *d. l. hæc distinctio.* §. *si fundum.* D. *loca.* Quod autem nuper dictum est de hæredibus parochi, sanè intellige, quando parochus ille præcedentis anni fructus perceperat: alioqui si fructibus collectis curam ingressus per aliquot menses administrasset, & infra annum fructus ferè maturos obiisset, tunc hoc casu debent eius hæredes capere, de fructibus etiam nondum collectis pro rata temporis, quo defunctus ministrauit, iuxta *l. divortio. in princ. D. sol. matri.* Et alioquin esset iniquitas, quia fructus dantur propter officium & ministerium: sed quando aliquot annis fruitus est, tunc obseruatur. *l. defuncta. D. de vsufru.* nec initur calculus ab initio, quia receptum est, vt in istis sacerdotiis titularij vel commendatarij æquiparentur vsufructuariis, vt dixi ¶. 151. & in annotat. ad Alex. *consi.* 101. *num.* 1. *lib.* 7. & super stilo Parlamenti Parisiens. *par.* 5. *q.* 46.

* Intellectus §. *fi. in l. si absente D. de vsufru.*

* Si fructus immaturos, hæredes defuncti parochi collegerint, qua actione teneantur.

36. ¶ Et aduerte * quòd non attenditur ipsa maturitas præcisè naturalis, sed tempus quo communiter magis expedit fructus colligere ad vsum & commoditatem hominum, quorum gratia fructus omnes à natura comparantur * text. est in *l. pen. D. de vsufruct. & vsufruct. lega.* exemplificans in olea seu olina quæ immaturè collecta plus habet reditus & plus deseruit vsibus hominum, quàm si matura legatur. Itaque fructuarius potest securè illam immaturam colligere, & suam facere, absque metu finituri vsufructus maturitatis naturalis tempore. Itidem dicendum in patrono in similibus casibus. In quantum

*Maturitatis tempus quemadmodum attendatur.

* Intellectus *l. pe. D de vsufruct. lega.*

autem ille text. se refert ad id tempus quo magis colono dominóve eum fructum tollere expedit, intelligendum puto non de singulari interesse personæ, coloni vel domini, sed de interesse communi cuiuslibet boni patrisfam. vt sic se referat textus ad id quod communiter cuilibet colono vel domino expedit: patet quia immediatè text. exemplificat in reditu oleæ, vel alterius rei, nisi ex communi, & non ex singulari vtilitate acciperetur text. in *l. pretia rerum. in princip. D. ad legem Falcid.* Et sic maturitas & tempus collectionis quorumcunque fructuum accipitur secundùm vsum regionis & commoditatem hominum, etiam accidentalem, & si superuenientibus hostibus vel alia communi clade necesse sit, vel vtile fructus immaturos præcipere. Tunc enim licet cuilibet, cuius interest, vigilare, & hac occasione vti, quæ habetur pro tempore maturitatis. Idem si aliàs in re particulari fructus erant casu quodam fortuito perituri, & vbicunque alia iusta ratio præsumptionem fraudis excludit.

37. ¶ SEPTIMO quæro* de *columbario*. Dicendum quod si sit à fundamentis extructum, perpetuo destinatum in fundo clientelario ad afferendum reditum columbarum, tunc censetur esse pars fundi, vnà cum columbis in eo existentibus ad crescendum & multiplicandum, & hoc casu columbæ, habentes consuetudinem euolandi & reuolandi, nedum sunt in dominio nostro. *l. naturalem §. pauonum quoque.* D. *de acquir. rer. do.* & in possessione nostra. *l. 3. §. item ferar. in fin.* D. *de acqu. vel amit. posse.* sed etiam censentur non instrumentum fundi: sed pars fundi, & habentur pro re immobili, sicut fructus fundi, donec capiantur prout suprà diximus de piscibus stagni, secus si haberentur columbæ in quadam summitate tecti accessoriè, non in ædificio principaliter & perpetuò ad hoc destinato, quia etiam si euolarent & reuolarent, & essent in dominio & possessione patrisfami. non censerentur pars, nec reditus fundi, sed purè res mobiles. *l. limes. in fi.* cum *l. seq. D. de actio. emptio.* Intellige quando recens ibi positæ sunt causa custodiæ. secus si ad multiplicandum & continuandum reditum columbarum: quia tunc idem dicendum, vt de maiore columbario, quia istud est diminutiuum, seu paruum columbarium: & ita vtimur in hoc regno, & est rationabile, ex quo sequitur quod legatarius, vel hæres mobilium, non poterit petere, nec capere pullos columbarum existentes in tali columbario, nec cæteras euolantes & reuolantes ad illud, sed spectant ad hæredem immobilium, & generaliter transeunt ad eum ad quem transit fundus & columbarium.

38. Æstimantur enim & appretiantur columbaria huiusmodi, & stagna, cum his quæ continent, in approbatione fundi, sicut æstimatur vnus particularis ager, cum fructibus in eo pendentibus & contentis. & sic patet quòd patronus poterit capere, & suas facere columbas columbarij feudi ad manum suam ponsti, tanquam fructum & reditum feudi, non tamen poterit vnquam euacuare totum columbarium, nec etiam capere maiores columbas, quæ fructificant: nec primos puta mensis Martij fœtus, qui solent relinqui ad multiplicandum, & reditum afferendum per totum annum: quoniam istud non esset fructus immaturos durante manus oppositione emergentes colligere, sed fructus futuros funditus destruere, & ipsum fundum, & quasi proprietatem deteriorare, & sterilem reddere, quod est illicitum & nimis dedecens patrono. Et quod dixi de columbis, idem intelligendum de armento & pecuario, quando feudalis fundus est ad hoc destinatus, vt fructum & reditum afferat ex istis, puta ex equitio, vel etiam ex leporario aut venatione. In Neustria pars agrorum destinata est pecuariis, & in vicina Cenomania, ita etiam expressim cauetur consuet. Cenomanen. §. 116. & Andegauen. §. 103. Debet ergo capere secundùm modum regionis, & vsum boni patrisfam. & non aliter vti, nec abuti: interim autem mero iure non liceret vasallo illas contingere, sicut nec pisces stagni, nec alios fructus pendentes feudi. Sed vt* ciuiles & benigni sunt apud nos patroni, non solent hæc minuta persequi, sicut nec à laribus propriis vasallos, vel eorum hæredes expellere, aut habitationis mercedes exigere, pro tempore quo durauit manus iniectio.

* Parisiēsium patronorum benignitas & liberalitas.

39. ¶ Sed contenti maioribus & certioribus fructibus, vel eorum pretio, reliqua permittunt, vel morosis clientibus, & rectè, & laudabiliter faciunt. nec aliter in cæteris prouinciis fieri puto, à nobilioribus, & cordaris patronis. eorum enim grauitatem & officium decet, non ad viuum (quod aiunt) clientes exigere, & summo iure vti, sed mitiùs & non acerbè, tanquam cum infestis agere, vt etiam 3. dixi: non enim iura hæc dominicalia seu feudalia debent inter patronos & clientes exerceri amarè, tanquam inter infestos, vt in simili tex. in *l. si id quid, §. si quas.* seu quasi inter maleuolos, *l. sed si vir. §. quod legatarius.* D. *de donat. inter vir. & vxo. fa.* quod nec vel ab extraneo venditore affirmatum, amarè ab eo exigendum est: sed cum quodam temperamento inquit text in *l. si quid venditor.* D. *de ædil. edict.* An aut in hoc regno, & maximè in præcellenti huius vrbis præfectura, liceat cuilibet de nouo peristerotrophium, hoc est, columbarium ædificare, vel antiquum ampliare, quia altiùs extra materiam huius §. excurrit inquisitio huius quæstionis, & non potest commodè discuti seorsum à seruitutibus & iurib. curiarum dominicalium, de quibus latè tracto 3. §. 169. & ita remitto ab ibi dicenda.

40. ¶ OCTAVO quæro de* *nemoribus?* & satis patet ex septem quæst. præcedentibus, & ex nona seq. quid sit dicendum quoad lucrum fructuum, commoditatem & vsum, tam in cæduis, quæ sunt in fructu & spectant ad patronum secundùm præfatam regulam & modificationem: præsertim §. 3. *num.* 28. quàm in non cæduis, quæ non sunt in fructu, & non possunt deiici à patrono, licèt ad eum spectent pro tempore fructus glandium, & huiusmodi: quemadmodum non liceret ei arbores proceras vel fructiferas feudi scindere, licèt earum fructus interim lucretur. *l. ex sylua cædua. l. seq. D. de vsufr.*

* Adde Chassan. in consue. Burgund. rubri. *des forests*, §. 2. nu. 23. vers. de vsagio vero nemoris videndum est.

¶ Sed ad ampliorem doctrinam & vtilitatis præcedentium examinationem quæro, quid* si dominus prehenso feudo statim vendidit ligna scindenda sylvæ cæduæ, quæ erat in tempore scindendi, & recepit promptè quartam partem pretij, puta 300. libras. Emptor verò se obligauit ad soluendum aliam quartam pretij post tres menses, & totum residuum post alios tres menses, infra quos tenebitur omnia ligna scindere & exportare, vt sylua sine impedimento reuirescat: vel aliter fuit conuentum, vt solent huiusmodi contractus multifariàm fieri. Et accedit quòd post tres menses à prehensione, quum emptor iam abscidisset quartam partem lignorum, & erat paratus ad totum residuum scindendum, vasallus (antiquus vel nouus, non refert) accessit ad dominum, fidem & iusta debita offerens, renouationem inuestituræ, & leuationem manus dominicæ postulans. quæritur cuius sit hæc lignorum sectio vel eorum pretium. Sed circumscripta dicta nostra modificatione, 3. *num.* 28. hæc q. valdè esset ambagiosa, & insuper in magnam duritiem & multa inconuenientia exiret & experiendi causa. 41. Primò, dicta modificatione cessante dicendum esset, quòd ligna iam scissa & ad mobilia redacta per patronum vel suos, essent ei irreuocabiliter acquisita, saltem attento, quòd vasallus non purgauit moram incontinenti, secundùm not. *supra ea. gl. nu.* 24. Deinde superesset longa, triceps, perplexa & intricata quæstio, de eo quod restat abscindendum, an scindi possit ad commodum patroni, an verò debeat relinqui vasallo. Et an teneatur stare venditioni factæ per

* Si prehenso feudo vasalli dominus ligna sylvæ cæduæ statim vendiderit, & partem pretij receperit, & post superuenerit vasallus iusta ei offerens, vtrum venditione illi facta stare teneatur.

47. ¶ Quod si vasallus iuxta facere dissimisset per biennium, lucraretur dominus pro rata biennij per rationem eiusdem modificationis nostræ, nec tenebitur emptor facti, etiam si abstulerit, vt in *d. §. si olimam.* cùm haberet iustum titulum, quamuis resolubilem. Quod si emptor vili pretio emerit, & dominum deceperit, potest vasallus ligna secta (parte cedente domino omissa) vendicare, nisi reus iustàm æstimationem dare malit, quam etiam tenetur vasallus accipere pro lignis sectis, cùm esset destinata ad vendendum, & venditio facta sit per habentem potestatem: nesciebatur enim, an in fine anni, vel post plures annos venturus esset vasallus.

48. ¶ Sed quid si ante prehensionem vasallus sectionem vendiderat? Respondo, si * sectio erat portabiliter inchoata, habetur pro perfecta, fauore debitoris & pœnæ euitandæ. *l. Arrianus, D. de actio. & obligatio.* quamuis non ex parte patroni odio pœnæ, vt *ff. eo. num.* Sed si nondum est inchoata. nihil ad patronum de hac venditione, sicut nec de locatione, *vt* ff. §. 36. nisi in locis in quibus tenetur patronus stare colono, vt in consuetu. Pictauien. § 100. Cenoman. §. 119. Andegauen. §. 104. Senonen. 184. *in fin.* Tunc enim sub illis & similibus consuetudinibus valdè æquis tenebitur patronus * stare contractui. Recipiet etiam pretium, sed venienti vasallo restituet, retinendo partem anni, vel prorata biennij, si veniat paulò post annum, vel triennij, si paulo post biennium, & sic de aliis. Idem de piscaturis stagnorum, & sic breues multæ quæstiones æquabiliter & dilucidè soluuntur: sed quia de euictione tetigi, nec plenè resolui, quia non omnia simul possunt dici, & explicatione indiget, formo hypothesim sequentem.

49. ¶ Nono iuxta hæc quæro, pone quòd patronus tenens feudum ex defectu hominis ad manum suam locauerit colono vsque ad tres, vel quatuor annos: deinde in secundo vel tertio anno accedat vasallus iusta offerens, & fecit cessare vim prehensionis pro tempore futuro, Vtrum vasallus teneatur ad hoc, vt obtineat leuationem manus, cauere de non expellendo dicto colono. Et si non teneatur & eum expellat, an patronus teneatur de euictione? Ad primum videretur quòd sic, supposito quod locatio sit aliàs ritè & vtiliter facta, quum facta sit à legitimo administratore, cui officium non debet esse damnosum. *l. sed si quis. D. quemadmod. testa. aperia.* Igitur per not. in simili, per text. & ibi Bart. Paul. Alexand. in *d. §. si vir in quinquennium.* Contrarium est verum, quia patronus non habet ius nec administrationem nisi ad tempus, & non nomine vasalli, sed nomine suo proprio duntaxat. Et sic non potest obligare vasallum qui non tenetur de factis & gestis à patrono, sicut & patronus prehendens non tenetur de factis & contractibus vasalli. *ff. §. 18. 50.* Et sicut potest expellere colonum vasalli, ita & vasallus sublata prehensione colonum patroni, & ei relinquere solum impensas seminis & laboris, prout in simili habetur. *infra §. 56.*

50. ¶ Ad secundum breuiter respondeo, distinguendum in qua qualitate patronus contraxerit, quoniam non tenebitur, si locauerit tanquam dominus feudalis, prout * in illa qualitate feudum prehensum exercere debet, vt diximus. *3. eo. glo. 4. qu. 2. num. 24. per text. in l. si quis domum. §. 1. D. loca.* vbi expressè notant Alber. Bald. in *lecta. anei. in fin.* Bar. & Pau. differentiam esse, an quis vendat; vel locet rem simpliciter, sed tanquam proprietarius: an verò limitatim tanquam vsufructuarius, vel emphyteuta, quia hoc vltimo casu secuta euictione, sine sua culpa secundùm naturam illius iuris vel qualitatis in qua contraxit, non tenetur de euictione. Ita dicendum in patrono, quia siue locauerit feudum prehensum, siue eius fructus pendentes vendiderit, sub qualitate domini feudalis, non tenetur secuta euictione per aduentum vasalli, superuenientis antequam fructus inciperentur colligi, quia hoc inerat ab initio contractus, & debuit præuideri à contrahente.

51. ¶ Secus si patronus simpliciter, seu tanquam proprietarius contraxerit, quia tunc secum contrahentem decepit: & teneri debet. Item secus si expressè se obligauit * de euictione: in quo nota quòd non sufficeret generalis, & solita clausula euictionis: quando contrahit, in qualitate expressa domini feudalis, quia illa generalis clausula intelligitur secundum naturam actus per *l. fin.* & quæ ibi not. *C. de non nu. pecu.* Sed tunc opus esset quòd specialiter promitteret euictionem, etiam si propter aduentum vasalli sequeretur euictio. Tamen quo casu dixi patronum non teneri de euictione, debet intelligi de damnis & interesse: quia ad restitutionem pretij tenetur secum contrahenti pro rata scilicet, quia ille contrahens, non potuit frui, per text. & not. in *l. emptorem. § fin. D. de act. empt.*

52. ¶ Sed * quid si specialiter esset conuentum non præstari euictionem propter aduentum vasalli? Tunc aliud prima facie videretur, ex quo ad certam & specialem causam euictionis est deuentum: & sic quod excluditur etiam pretij repetitio, sicut si de pretio non repetendo expressè esset conuentum, per text. in *l. qui libertatis. in princip. D. de euictio.* vbi ita tenent Bar. & Bal. Salic, *l. 1. Cod. de peri. & com. rei vendi.* Ludo. Rum. in *fing. 582. si venda.* Paul. in *d. l. emptorem. §. fi.* Ange. Aret. in *§. actionum. col. 16. instit. de actio.* Hippo Martil. in *nota. 656.* Andr. Tiraquel. in *consuetud. Pictu. 12. gloss. 1. num. 14. tit. de retract. proximit.* Sed dico primò quòd etiam si hoc cõmune dictum esset verum, adhuc intelligendum esset, & limitandum procedere in venditione fructuum pro certo pretio à principio semel soluendo. Secus in locatione, vel venditione fructuum, pretio per singulos annos pro rata distributo, quæ est vera locatio, vt tradit Bar. in *dispu. publicamus.* In locatione autem indistinctè fienda est remissio mercedis, pro annuis quibus non licèt frui, per iura volga. *l. qui insulam. §. ædilit. l. si fundum. & per tot. D. loca.*

53. ¶ Decimo, quia sæpè diximus patronum debere vti ad modum boni patrisfamil. Et quis sit ille modus, satis apparet ex prædictis in fructibus & reditibus, qui certo tempore totaliter colliguntur: sed non quantum ad * illos qui certum collectionis tempus non habent: nec simul, sed successiuè, & quotidie secundum exigentiam aut voluntatem patrisfamil. colliguntur, puta in nemoribus, non destinatis ad scindendum, sed ad vsum domini, pro ministrando igne necessario familiæ ex lignis superfluis, forte veterum aut demortuorum ramorum, vel arborum: in stagnis vel lacubus, qui non solent in totum euacuari, sed quandocunque opus est ibi piscatur: tum in columbariis, tum in viuariis ferarum, in his & omnibus similibus, quæritur quis sit modus vtendi? Respondeo, ille est debitus * modus, qui fit secundum consuetudinem regionis, qualitatem & conditionem rei, & destinationem patrisfam. Declaro primum, quia si consuetudo & communis vsus certum tempus, & modum ostendat, hoc debet obseruari, & non est excedendum. Declaro secundum, quia non debent tali tempore, nec tam frequenter, nec in tanta quantitate, reditus colligi, quòd res vnde colligitur, non possit sustinere, sed in se deterioretur, & arescat, fiátque præiudicium notabile fructibus futuri temporis, aut proprietati vel substantiæ rei ipsius, quæ semper debet esse salua. Declaro tertium, quia si viridiarium, salictum, sylua, vel stagnum, sunt destinata ad certum vsum vel modum, putà viridarium ad voluptatem: * salictum ad vsum vinearum, & hortorum est enim (vt quid frequentius vsurpatur) locus salicibus consitus, & ita accipit Marcus Cato, de re rust. *cap. 9.* & Columel. de re rust. *l. 4. cap. 30.* iurisc. in *l. item si fundi. §. nam &c.*

* Secta ligna per vasallum ante prehensionem feudi iacentia tamen vsu prehendi postea possunt per dominum.

* Contractui facto per vasallum vtrum patronus stare teneatur.

* Locationi feudi facta per dominum vtrum vasallus superueniens & iusta ei offerens stare teneatur.

* Qualiter restituitur in qua actus geritur.

* Angelis spon euictionis sufficit.

* Promiss euictionis certa cau etiam pre repetitio excludit eadem ea

* Fructibus certum coll tionis tẽp habentibus quemadmo dum vti de beat domin feudo vasal prehenso.

* Modus vtẽ di fructibus debitus ex tribus circu stantiis colli gitur.

* Salictum

ſi fundi. D. de vſufr. in *l. quæſitum. §. ea verò. D. de fund. inſtruct. lega.* quandoque tamen pro ipſa arbore accipitur: vt in *l. item. D. arb. fur. Cæſari.* Sylua, vt decimo quoque anno, decima eius pars cædatur: vel, vt non cædatur, ſed creſcat in nemus procerum, & ſolùm pedalia & ſuperflua, pro igne familiæ euellantur. Idem de arundineto, olineto & ſimilibus. Stagnum quoddam, non vt piſcatura vendatur, ſed vt in maioris ſtagni multiplicationem immittatur, non poteſt patronus ad alium vſum conuertere, nec alio tempore, aut alio modo, quàm deſtinato vti, nec poteſt excedere aliquod horum trium, quin arbitrium boni viri excedat, quod conſiſtit in his tribus: hæc probantur in *l. item ſi fundi. l. æquiſſimum. §. ſed ſi quid. dict. l. vſufructuarium. D. de vſufruct.*

54. ¶ Iuxta hæc ad maiorem declarationem quæro, eſt in fundo lacus, in quo quandocunque libet domino patrif. piſcari: & Sylua non deputata ad cædendum, ſed ad ſuperflua ligna capiendum: vaſallus modicè & parcè ſolitus erat vti, * pro ſe & ſua familia tantùm, & non vendere: An patronus iniecta manu ſua, habeat ſolum taliter vti? reſpondeo quòd non: ſed poterit nedum pro ſe accipere, ſed de piſcaturis piſcium, & de mortuis & ſuperfluis lignis vendere, ſi lacus, & ſylua ad hoc ſufficiant: & in ſui ſubſtantia non deteriorentur, nec fiat notabile præiudicium futuri temporis reditibus, tex. in *d. l. item ſi fundi, in fi. ibi. & vendere licet*, paterfa, non ſolebat vendere, ſed ipſe vti, ad modum enim referendum eſt, non ad qualitatem vtendi, id eſt, non debet præcisè, & formaliter, ſeu in individuo. attendi, qualiter & quatenus vtebatur paterfa. ſed modus ipſe, deſtinatio, & conditio rei, in ſuo genere, quibus ſeruatis dicitur patronus, vel vſufructuarius, aut ſimilis moderatè & rationabiliter vti: licet aliqualiter in ſimplici quantitate, vel qualitate, excedat ſpecificam formam & circumſtantias conſuetudinis vltimi patrisfa. & per illum text. infert Alberic. ibi, quòd quoties in teſtamento, lege vel contractu dicitur, aliquem debere vti vel facere ſecundùm conſuetudinem patrisfamil.

* Vſi ſylua, & lacu vaſalli prehenſis ad eum modum quo modo vtebatur vaſallus vtrũ dominus teneatur.

55. ¶ Iſta * verba non referuntur ad quantitatem, ſed ad modum, id eſt, qualitatem vtendi. vnde ſi paterfam. vtebatur nemore incidendo ſolùm vnum plauſtrum in anno: ego qui vti debeo, poſſum incidere decem, ſi ſunt mihi neceſſaria: ſed ſi conſueuerat cædere de quinquennio in quinquennium, iſtud benè reſpicit modum, ideo debeo ſeruare. Et aduertè quod Alberi. videtur in pe. verbo. text. legere quantitatem, & non qualitatem: prout habet communis litera quam recitaui, & eam ſeq. gloſſ. *ſi. ibi*: & litera Norica, necnon Piſana, Riuen. Florentina: & licet litera Alberi. videatur aptior, tamen vtraque benè quadrat, & exponenda eſt, vt dixi.

* Modus magis attenditur quàm quantitas.

56. ¶ Quod autem dixi de ſalicto, arundineto, vel alio ſimili, limita vt procedat quando illud accedit fundo clientelario * principali, quia tunc ſi illud ſalictum vel arundinetum ſit deſtinatum ad commoditatem, & culturam fundi principalis tantùm, non poteſt patronus, aut fructuarius, ad alium vſum vti: & ſic non poterit inde aliquid vendere. Secus ſi feudum conſiſtebat ſolum vel principaliter in illo ſalicto, vel arundineto, quod forte vaſallus deſtinauit ad vſum & culturam alterius fundi ſui, qui non eſt de illo feudo, quia tunc poterit patronus vti, & frui illo ſalicto, & arundineto liberè, & non habita ratione illius extraneæ & impertinentis deſtinationis, reditus omnes debito tempore & modo collectos vendere. Idem de eo cui ſpecialiter ſeu per ſe & principaliter, illius ſalicti aut arundineti vſufructus eſſet legatus vel donatus. text. eſt in *d. l. item ſi fundi. §. nam & ſi fundi. ver. niſi forte.* vbi glo. & Ang. not. plenius eſſe legatum vſufructus ſalicti, ſyluæ, vel arundineti, quantum ad hæc, & cum per ſe principaliter relinquitur, quàm cùm legatus eſt vſufructus fundi, cui ſalictum, ſylua vel arundinetum accedunt. Nam primo caſu omnis fructus ſalicti, ſyluæ vel arundineti ad legatarium pertinet. Secundò id ſolum quod eſt neceſſarium ad culturam fundi, quia efficaciora ſunt quæ principaliter relinquuntur, quàm quæ in conſequentiam. Sublimito tamen niſi fructus ſalicti ſuperfluerent, quia puto id quod ſupereſt à cultura fundi, & vſu deſtinato, poſſe vendi, vel aliàs diſponi ad lucrum & commodum fructuarij, vel patroni, re poſita ad manum ſuam. Ex his ſatis apparet, quantum & qualiter viuariis, leporariis, arundinetis, & ſimilibus, ne ſingula ſigillatim perſequar, poſſit & debeat patronus vti, & reditus ſuos facere, & idem dicendum de vſufructuario vel ſimili, puta de vidua habente *ἀντέγγρα*, quod vocant doerium in bonis propriis prædefuncti viri.

57. ¶ Abunde ſatis diximus de modo fructus colligendi ad commodum patroni: vt aliqua videamus de modo adminiſtrandi ad onus patroni.

Decimo quæritur, an quandiu re ad manum ſuam poſita fruitur, ſortè tam vrbanis quàm ruſticis prædiis feudi, teneatur * ad ſarta tecta ædificiorum, & rectam culturam agrorum? Videtur * quod non.

* An patronus teneatur ad ſarta tecta & idoneam culturam.

¶ Primò, quia patronus nullam habet cauſam à vaſallo, ſed à ſeipſo, & * re fruitur tanquam ſua, non per modum tranſlationis iuris vaſalli in ſe, ſed per modum puræ extinctionis, vel quaſi iuris vaſalli. & hoc eſt quod vult Bald in *l. & ſi dotis. in fi. C. de iure do.* rem emphyteuticam & clientelariam, ſubiectam eſſe amiſſioni, & non reddditioni: vtitur enim patronus non iure nouiter quæſito, ſed antiquo ſuo & primordiali, quale erat ante conceſſionem feudi, vt latius v. eod. *gloſſ.* 4. & ſic non eſt ſimilis fructuario, qui habet cauſam & ius à proprietario, imò veriùs aſſimilatur proprietario, ad quem velut vſufructu vaſalli finito, vel quaſi vt hic, fit conſolidatio. Igitur iura quæ fructuarium onerant ſartorum tectorum, & culturæ impenſa, non videntur poſſe adaptari patrono, nec ad illum extendi.

* Aliud poſſet concludi author numero 91. in §.

* Patronus fruitur non iure accepto à vaſallo, ſed ſuo primitiuo.

58. ¶ Secundò * bonæ fide poſſeſſor hæreditatis, ſi huiuſmodi ſumptus omiſerit, nulli querelæ ſubiacet: ſed ſibi permittitur quaſi rem ſuam negligere. text. in *l. quid poſſeſſor. §. ſicut. D. de peti. hære.* vnde ſi prædia vrbana & ruſtica negligentiâ ſuâ peiora facta ſunt: veluti quod vineæ, pomaria, horti, extra conſuetudinem patrisfa. & malè culta ſunt, non tenetur ad vllam æſtimationem deteriorationis. text. in *l. ei qui. §. fi. iuncta glo. fi. ibi eo. tit.* Imò poteſt velut re ſua abuti, nedum in omittendo, ſed etiam in committendo: ita quod quemcunque ſumptum ex hæreditate fecerit, ſi quid dilapidauerit vel perdiderit etiam, vel donauerit, nihil ex his præſtabit, nec reſtituet. text. in *l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. eo. tit.* ſi viliſſimo pretio res hæreditarias diſtraxerit, non tenebitur niſi ad pretiolum illud quod recepit: & adhuc ſi illud perdiderit, conſumpſerit vel donauerit, in nullo tenetur. text. in *l. verum. D. eo. tit.* Sed patronus eſt multò plus quam bonæ fidei poſſeſſor, quia eſt verus dominus, non iure accepto à vaſallo, ſed ſuo & primitiuo: igitur multominus ſaltem non plus teneri debet de abuſu ſiue in committendo, ſiue in omittendo, quàm bonæ fidei poſſeſſor.

* Bonæ fidei poſſeſſor hæreditatis non tenetur ſulcire, nec colere.

Tertiò, nullum ius, nulla conſuetudo reperitur obligans patronum ad huiuſmodi curam & ſumptus. imò videtur conſuetudo noſtra ei expreſſe permittere abuti ſeu perdere, & adhuc non ſimplici, ſed mera perditione, vt in text. ibi, *& iceluy fief exploitter en pure perte*, quæ verba ſonant, quod poteſt patronus tractare prehenſum feudum nedum perdendo, ſed etiam merè & purè perdendo. poſtquam igitur lex ita ſcripta eſt, ſeruanda eſt, etſi perquam dura, inquit Vlpianus in *l. proſpexit. in fi. princi. D. qui & à quib. ma.*

Quartò, etſi videatur rationabile limitare dicta verba conſuetudinis, vt non procedant quantum ad deterio-

deteriorationem & malam verſationem, quæ fieret committendo, vt diximus. 5. eo. glo. 7. in expoſitione dictorum verborum, tamen non videtur rationabile, adeo limitare & reſtringere, vt non liceat patrono in aliquo feudum negligere, & pati deteriorari ſimplici omiſſione, quia nedũ eſſet obligare dominum vaſallo, à quo nihil iuris accipit, quod eſt abſurdum: ſed etiam eſſet conſtituere ipſum velut procuratorem, aut negotiorum geſtorem vaſalli, quod eſt abſurdius, maximè cùm tunc res non dicatur eſſe vaſalli, ſed patroni.

59 ¶ Quintò, caſus eſt legis in fortioribus terminis, puta in ſimplici creditore, qui iudicis auctoritate miſſus in poſſeſſionem bonorum, vel certæ rei debitoris, vel quaſi debitoris, poteſt negligere curam & refectionem rei, ita quòd ſi nullum ſumptum, nullam refectionem fecerit, & deteriora facta fuerint prædia vel iura eorum amiſſa, vel ædificia diruta, vel exuſta, & cæterorum acta cura non ſit, non tenetur in aliquo: dummodò non ſit in dolo. text. in *l. ſi finita. § ſi quis damn. D. damn. infect.* in *l. prætor ait. §. eſt præterea. D. de bo. aucto. ind. poſſid.* Igitur multo minus debet teneri patronus, qui non tanquam creditor in rem alienam ſeruandam, ſed tanquam dominus in rem propriã fruendam, eſt miſſus auctoritate conſuetudinis, & legis feudalis, & fortè etiam ex ſuperabundanti auctoritate iudicis, vt eſt vſitatum.

60. ¶ Sextò, quâ fronte, quâ ratione poterit negligens, & indeuotus, & fortè malitioſus vaſallus exigere à patrono procurationem, & ſumptus ſartorum tectorum, & culturæ pro tempore, quo à lege per lapſum temporis indicatum, & iterum à patrono per prehenſionem realem, eiuſque notificationem debitè interpellatus, noluit iuſta ſubire obſequia, ſed in contemptu legis & domini permanſit & ſorduit. Si enim interim feudum, omiſſione domini ſit deterioratum, non videtur eſſe culpa, aut negligentia patroni ſed culpa & negligentia vaſalli, ſalrem conſtat culpam vaſalli longè præponderare, vt in ſimili Ioan. Imol. *l. ex damni. §. 1. D. de dam. infect. fa. l. item ſi obſtetrix. in fi.* & ibi *glo. D. ad legem Aquil.* Igitur de ſe tantum quæ debet, imò videtur expreſsè noſtra conſuetudo hanc pœnam contumaciæ & indeuotioni vaſalli infligere, & huic pœnæ contemnendo legem & dominum cenſetur ſe ſubdidiſſe. *l. imperatores. D. de iure fiſci.* & maximè attento, quòd non erat in facultate domini feudum ad manum ſuam quandiu vellet retinere: ſed ſemper erat incertus: ſciens quandocunque debitè accedenti vaſallo feudum reſtituendum, imò poterat veriſimiliter credere quotidiè vaſallum aduenturum, ne fructus & vſum rei perderet, & ſic quotidiè iuſtam habuit cauſam differendi ſumptus culturæ, per vaſallum arbitrio ſuo melius fiendæ: at è conuerſo ſemper erat in facultate vaſalli, iuſta obſequia offerendi, & agnito domino inueſtituram feudi conſequendi, & quolibet momento ceſſationis ſteterit in continua culpa, & mora. Igitur non videtur vllo modo audiendus procurationem, & ſumptus ſartorum tectorum, & culturæ à patrono repoſcens, quum illi & legi ſummè deberet gratulari, quòd feudum quale eſt ſibi reſtituitur, & renouatur & commodè ſatis longéque mitiùs ſecum agitur, quam pro vetuſto iure feudorum, quo in perpetuum feudum amittere merebatur, vt in *cap. 1. in princip. quæ ſunt pri. cau. benefic. amit. in vſib. feu.* Hæc poſſem multis legum & ſimilium inductionibus dilatare, ſed reſolutionis & breuitatis gratiã ſatis habui potiora quædam dubitandi puncta tetigiſſe.

61. ¶ Iſtis tamen & aliis quantumcunque vrgere videantur non obſtantibus, præpõderante apud me æqui bonique lance, puto patronum* teneri ad curam, & impenſam ſartorum tectorum, & congruæ culturæ, & vt ſe gerat ad modum boni patrisf. nedum in colligendis fructibus & reditibus præſentibus rei, vt diximus, ſed etiam in re & eius bonitate conſeruanda ſub modificatione, vt infrà dicam. Ad hoc autem probandum non adducam, *l. baſilenus. l. item ſi fundi. l. ſed cum fructuarius.* & ſimilia iura. *D. de vſufruct.* quæ loquuntur in fructuario, ad hoc plenè & aduſque ſatisdationem obligato: quoniam * nimis lata eſt differentia, inter patronum & fructuarium, tum quia fructuarius à proprietario capit cauſam & ius, quæ nullo modo accipit patronus à vaſallo: tum quia vſufructus in totum eſt gratiã ſolius fructuarij, qui ideo tenetur * de omni culpa, etiam leuiſſima, in omittendo, vt probatur per text. ſing. in *l. ſi vſufructus legatus. §. denique. D. de vſuf. iuncta l. in l. Aquilia. & leuiſſima. D. ad legem Aquiliam.* & omiſſis argumentis, & inductionibus eſt text. apertus in *l. 1. in fi. ibi, omnem enim rei curam ſuſcepit.* & in *l. ſequen. iuncta glo. D. vſufructu. quemadmodum ca.* & quod teneatur ad omnem cuſtodiam & defenſionem tradit, Alber. in *l. quamuis alie. num. 2. D. de dam. infec.* ſecus in patrono, vt ſtatim dicam.

62. ¶ Probatur autem concluſio noſtra, primò, quia patronus nihil * doloſè admittere debet in clientem, vel rem clientelariam. *cap. fi. de probi. feud. alie. per Lotha.* Igitur nec per latam culpam, quæ in contractibus & negotiis, etiam qui fiunt gratia alterius tantùm, dolo * æquiparatur. text. in *l. 1. ad fi. verſi. ſed ſi negligenter.* D. *ſi menſor. fal. modo dixe. l. 1. § non autem. D. ſi quis teſta. lib. eſſe inſſ. fu. l. ſi fideiuſſor. in prin.* D. *mandat. l. magna negligentia. D. de verb. ſign.* Hinc depoſitarius, quem de dolo tantum teneri cùm dictione taxatiua, dicit regula iuris in *l. contractus in princ. D. de reg. iur.* tamen etiam de lata culpa tenetur, text. in *l. 1. C. depoſit.* quoniam magna negligentia in doli crimine cadit, inquit text. in *l. 1. § ii quoque in fin. de actio. & obligat.* & appellatione doli, venit etiã lata culpa. *l. is cui. §. dolũ accipere. D. vt in poſſe. lega. ſeu fideicommiſ.*

63. ¶ Probatur ſecundò, quia etiam ſi nulla eſſet lex ſcripta, * naturalis ratio & æquitas ſatis hoc indicat, & in defectum legis ſufficeret, per *l. cum ratio. in princip. D. de bo. damna. l. 3. §. ſi liberi. ibi, naturali æquitate motus. D. de condic. cau. dat.* & ita decidit Glo. in *cap. conſuetudo.* in *verſi. ratione diſtinc. 1.* Glo. in *c. ex eo. in ver. rationis. de elec. in 6.* Andr. Iſer. in *proœ. feud. colum. vlti. ad fix. verſi. nam rationabile dictum debet monere, ſicut lex, &c.* Iaſ. latè in *d. §. ſi liber.* & vltra eum Alber. in *d. l. cum ratio. in princ.* Bal. in *cap. paſtoralis. in fin.* ſuper text. *in verſ. æquitate, de cauſa poſſ. & proprij.* & in diſpu. *incip. accuſatus de vi turbatiua. colum. pen.* Car. Flo. Cle in princip. de *electione.* Panor. in *cap. nulla ratio. in pr. notab. de præben. & in rep. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colum. 4. nu. 15. in fi. de eſtitu.* Feli. in ca. *tua nos colum. 1. in fin. de iureiuran.* Hipp. de Marſi. in *rep. rub. de proba. chart. 23.* Stephanus de Phedricis in *tract. de interpretatione iuris par.*

64. ¶ Probatur vlteriùs, *per l. mulier. §. ſed enim. D. ad Senat. Trebellian.* vbi hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali, tenetur nedum de dolo, ſed etiam de culpa dolo proxima, quamvis interim ſit pleno iure & ſofidè dominus, vt ſuprà dixi, & latiùs infrà §. 92. & quamuis etiam nullum inde retineat commodum, ſed totum fideicommiſſum ſit gratiã ſolius fideicommiſſarij, per quem textus. & *l. ſeruus legatur. §. cum quid. D. de lega. 1. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. D. commoda.* tenet Bart in *l. quod Nerua. in fi. D. depoſi.* Petr. à Bel. Per. Ray. Alberi. Bart. Paul. Alex. in *l. cum res. §. culpa. D. de legat. 1.* Bal. in *l. quæ fortuitis. col. fin. verſi. ſequitur videre. C. de pignor. actio.* Pet. Ancha. Io. Imol. in *c. bonæ fides. depoſ.* Ang. Areti. in *§. ſi res legata. verſi. tu diſtingue, inſtit. de legat. do.* Pyrth. Ang. in *rep. l. contractus in 11. par. gloſſ. verſi. item quid in legatis. D. de regi. iur.*

* quòd ſi hæres maiorem vtilitatem ſit percepturus ex teſtamento, quam fideicommiſſarius, vel legatarius, tenetur de culpa etiam leuiſſima: ſi autem parem de leui: ſi autem minorem, de lata tantum. vt in d. §. *ſed enim.* vbi grauatus erat, de tota hæreditate reſtituenda.

* Differentia patroni & fructuarij.

* Vſufructuarius tenetur de omni culpa, etiam in omittendo.

* De dolo & culpa patroni & quẽmodo ea ſit præſtanda.

* Lata culpa dolo æquiparatur.

* Naturalis ratio, in defectum legis ſufficit ad. l. 11. §. ſi enim ff. de excuſa. tutorum.

* Patronus poſſeſſo feudo vaſalli tenetur ad farta tecta & cõgruam culturam, & vt ſe gerat ad modum optimi patrisfamiliar.

* Quæ ſit ratio culpæ in legatis fideicommiſſi.

Ita dicendum in propoſito, quum feudum ſit principaliter datum, ad vtilitatem vaſalli: patronus non tenetur niſi de lata culpa, etiam pro tempore quo tenens feudum ad manum, fecit omnes fructus ſuos: quia hoc non eſt, niſi ad tempus incertum, & finiturum volente vaſallo officio ſuo fungi, penes quem ſtatim reuertetur in perpetuam vtilitatem & dominium.

65. ¶ Et ſic concludo quòd in themate noſtro patronus* tenetur res clientelarias tenere in eadem bonitate, & ſtatu, hactenus tamen, vt non niſi de dolo & lata culpa, tam in committendo quàm in omittendo teneatur: de leui autem vel leuiſſima culpa, nullo modo tenetur. per text. in *d. §. ſed enim. Ibi. lata culpa non leui.* Et per text. optimum in *l. prætor ait §. eſt prætera. & §. in eum quoque ad fin.* in ratione in text. expreſſa, *ibi, cum voluntarium, & ſuum potius negotium creditor gerat.* vbi loquitur text. de creditore miſſo in poſſeſſionem bonorum debitoris ex cauſa iudicati, qui non tenetur de negligentia, ſiue de leui culpa: ſed ſolum de dolo, & lata: & hoc ideo quia ſuum & non debitoris negotium gerit: quæ ratio punctualiter quadrat in patrono, qui prehendendo feudum non venit ad negotium vaſalli gerendum, ſed ſuum proprium; vnde negligentia ſeu leuis culpa non debet ei imputari, ſi non diligenter fulcit domos, vel ſtagna, & ſi non ſatis aptè coluit, aut curauit coli agros clientelarios, vt veriſimiliter feciſſet vaſallus, aut diligens paterfam. ob idque deteriores ſunt effecti; ſibi & ſuæ negligentiæ, & indeuotioni debet vaſallus imputare, cuius negligentia longè præponderat negligentiæ patroni. Si autem patronus prorſus abſque vlla cultura agros deſeruiſſet, & domos abſque vlla cuſtodia vel futura latâ, & inexcuſabilis eſt culpa, & dolo proxima, tenebitur ad intereſſe talis deteriorationis. Et contrarium dicere eſſet iniquum, & occaſionem aperire malitiis, quibus eſt obuiandum, *l. in fundo.* D. *de rei vendi.*

* Patronus tenetur de dolo & lata culpa tenet.

¶ Quæ autem ſit differẽtia culparum, & earũ exempla, vide per Bart. in *l. quod Nerua.* D. *depoſi.* Bal. in *l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio.* & effuſe per Sali in *l. ſi nulla. C. eo. titu.* Hæc enim in facto conſiſtunt, ideo certis regulis, per ſingula determinari non poſſunt. *l. mora, verſi diuus quoque.* D. *de vſur.* ſed relinquuntur arbitrio boni viri, ſeu iudicis, qui ſummam æquitatem ante oculos habere debet, inquit Vlpianus in *l. quod ſi ephesi. in fin.* D. *de eo quòd cer. lo.*

66. ¶ Ex his patet ſolutio ad primum, quia etiam in *d. §. ſed enim*, hæres nullam omnino cauſam habet à fideicommiſſario: non obſtat ſecundum, quia bonæfidei poſſeſſor hæreditatis alienæ quandiu nec lis, nec controuerſia ſibi mouetur, putat ſe dominum incommutabilem, & ſic abutendo rebus quas ſuas incommutabiliter putat non eſt in mala fide, nec committit dolum, nec culpam per *l. in re mandata.* C. *mand. l. etiam §. 1. ſolu. matri.* Atqui patronus licet ſit dominus directus, & interim habeatur pro vtili domino, tamen ſcit rem ſubjectam reſtitutioni, quandocunque debitè accedente vaſallo, & ſe nihil debere facere in præiudicium dominij vtilis, & futurorum fructuum. Itaque ſi prorſus, vel in caſu manifeſto omnibus eius conditionibus, omittat curam & cuſtodiam rei, non poteſt excuſari à dolo vel culpa lata.

* Exploitter en pur part, quid.

67. ¶ Non obſtat tertium, quia vt declaraui. *3. eo. glo. 7.* & in hac *gloſſ. num. 16.* illud verbum* *exploitter en pure part*, non refertur ad qualitatem exercendi rem beneficiariam, nec eſt ſenſus quod patrono liceat eam perdere, vel aliàs malè verſari, ad diminutionem perpetuæ vtilitatis rei: ſed referuntur ad effectum manus injectionis, & eſt ſenſus, quod illa durante vaſallus purè & irreuocabiliter perdit omnem reditum, & omnem vtilitatem, & honorem rei prehenſæ: & quod omnes fructus & reditus interim accedentes, cedunt in perpetuum lucro patroni. Non obſtat quintum. & primò *d. §. ſi quis damni*, quia loquitur in pignore prætorio ex cauſa damni infecti, in quo miſſus in poſſeſſionem domus ruinoſæ vicini, ad nullam eius curam tenetur, ſed ipſe vicinus ſeu dominus, cui poſſeſſio & adminiſtratio rei per talem miſſionem non aufertur, ad hoc tenetur, & eſt in mora: vnde improbè poſtularet idem ipſum quod debet ſibi præſtari à miſſo, vt inquit text. in *l. qui bona. §. ſi quis quia. D. de dam. infect.* & ſic non eſt mirum, ſi tali miſſo nihil poſſit imputari, nec in aliquo teneatur, niſi ſiquid dolo malo commiſerit, vt per Bart. Paul. & omnes ibi. At hîc & poſſeſſio, & adminiſtratio auferuntur vaſallo. Secundò, ad §. *eſt prætera* qui loquitur in pignore iudiciali, concordat, quia ſecundum gloſſ. & omnes ſcrib. ibi ſub dolo malo includitur lata culpa per prædicta: non obſtat quòd in dictis. §. §. dicitur creditorem pignus conuentionale poſſidentem teneri etiam de leui culpa; & quòd prehenſio dominica, de qua agitur, eſt magis conuentionalis, ſeu patrimonialis, quàm prætoria aut iuriſdictionalis, vt diximus. 5. *eo. glo. 4. nu. 19. & nu. 45.* quia verum eſt quo ad originem; ſed quo ad effectum prehenſio dominica eſt multò efficacior, quàm poſſeſſio ſimplicis pignoris conuentionalis, vel miſſio & detentio pignoris prætorij, & habet multò plus commodi & honoris. patet ex deductis ſup. hoc. §. ex quibus abundè ſolutio colligitur ad reliqua.

68. ¶ Quod autem dixi vaſallum nullum habere recurſum contra patronum, nomine deteriorationũ, quæ acciderunt citra dolum & culpam latam ipſius patroni, * limita, niſi earum nomine patronus ipſe haberet actionem contra procuratores, vel colonos ſuos, aut alios quos ad regimen rei prehenſæ deputauit, qui erga eum tenetur de dolo, lata culpa & leui, mandati, locati, vel negotiorum geſtorum actione. *l. ait prætor. §. ſi executor, iuncta glo. ſi. ibi in ſolutione ſi.* quam ſeq. Alberi. Bar. Bal. Ang. ibi. *D. de nego. geſt.* vaſallus autem contra tales procuratores vel geſtores nullam habet actionem, quia nihil eius contemplatione geſſerunt, niſi quid iniuriosè, vel vero dolo commiſerint, quia tunc vaſallus poſſet ex perſona ſua, ſine aliqua ceſſione contra eos, actione legis Aquiliæ, vel de dolo, vel arborum furtim cæſarum, aut alia quauis competenti actione ex delicto experiri, ſicut contra quemlibet extraneum delinquentem, per text. in *l. ſi pignora. in fin. D. de exilio.* Patronus igitur actionem quam habet contra geſtores ſuos, vſque ad leuem culpam, vel etiam quandoque vſque ad leuiſſimam, ſecundum circunſtantias negotij, inquantùm concernit fructus & reditus qui acciderunt, vel accidere debuerunt tempore quo res ſtetit ad manum ſuam, non debebit cedere, ſed ad ſuum commodum exercere, & exigere. Sed inquantùm concernit rei ipſius, & fructuum futurorum deteriorationem, aut diminutionem, tenebitur eam cedere clienti ſuo iuſta præſtanti obſequia. per text. in *l. huic ſcripturæ in prin. D. ad l. Aquil. l. quod ſæpe, §. ſi res, D. de contrab. empt. & vend. l. eúmque D. de peri. & commod. rei vendi. l. eum qui, in princ. D. de fur. not.* per Bartol. & omnes in *l. ſi Stichus certo die, D. de verbor. obligu.* & plenè per Ioan. Fab. in *§. ſi res legata, Inſtit. de lega.*

* Quãdo patronus actiones ſuas cedere debet clienti.

¶ Idem cenſeo de actionibus quas habet patronus cõtra curatores rei ſeu commiſſarios (quos vocant) ad eius inſtantiam à iudice vel apparitore iudiciaria auctoritate, vt (ciuiliùs agendo) fieri ſolet deputatos. An autem hi curatores teneantur de dolo & lata culpa tantùm, an etiam de leui, dicam j. §. 6. ne hîc ſim prolixior.

69. ¶ DVODECIMO ad complementum huius quæſtionis quæro, * Domus clientelaria vetuſtate, aut alio vitio ruinam minabatur: vel ſtagnum imminente maiori aquarum inundatione, egebat nouis, vel reparandis aggeribus; patronus appoſuit fulcimenta ſolita tantùm, cum modica & conſueta impenſa, quæ non ſuffecerunt, quia res grauiore refectione & impenſa indigebat, concernente perpetuam vtilitatem

* Ad quæ ſarcta tecta tenetur dominus, an ad conſueta, & modica tantùm, an verò ad alia.

ideò tandem concidit domus, vel ſtagnum vi aquarum deſtructum eſt. An in aliquo teneatur patronus? Et ex prædictis apparet, quòd non: quia non tenetur niſi ad communia & ſolita fulcimenta, quæ ſartorum tectorum nomine comprehendi poſſunt, & ad modicam impenſam, & adhuc in his non tenetur niſi de dolo & latâ culpâ. Ad grauiores autem impenſas, & reparationes maiores non tenetur, quia nec fructuarius quidem ad hoc teneretur, *l. haſtenus, D. de vſuf.* longè autem plus honoris, & minus oneris debetur patrono, qui venit vt ad rem ſuam; quam fructuario, qui ad rem prorſus alienam. Ideo plus habet oneris, & minus honoris, vt ſatis patet ex prædictis.

*Fructuarius tenetur periculum rei denũciare proprietario, ſed non patronus clienti.

70. ¶ Hinc etiam in hoc vltimo caſu, * ſi fructuarius non denuntiauerit, cùm potuerit, proprietario probabiliter ignoranti, periculum ruinæ vel inundationis, aut aliud neceſſariò fiendum impensâ proprietarij, & damnum ſecutùm fuerit, tenebitur ipſi proprietario ad intereſſe arg. *l. ſi fide iuſſor, D. mand.* eſt enim velut procurator proprietarij, *l. 2. in fi. D. de op. no. nunc.* & tenetur ei ad omnem curam & cuſtodiam, *l. 1. in fi. D. quemad. can. vſufruct.* quam non præſtat, ſi ſaltem denuntiare huiuſmodi periculum neglexerit. Fac. *l. item quæritur, §. exercitu. D. loco.* & ita decidit Paul. in *l. eum ad quem, C. de vſufruct.* Atqui patronus ad nullam huiuſmodi denuntiationem clienti ſuo tenebitur, nec ad aliquod intereſſe: quoniam cliens eſt in mora continua, & ſemper tenetur ad dominum obſequioſiùs accedere, & rebus & commodis ſuis prouidere: quod ſi non fecerit, ſuæ ipſius tantùm ignauiæ aut ſegnitiæ imputare debebit.

SVMMARIVM GLO. IX.

1. *Patronus non litigat, niſi manu plena.*
2. *Prouiſio fit neganti feudum, & non manus leuata.*
3. *Manus leuatur, quando plures contendunt de patronatu.*
4. 5. *Q. 1. Patronus pendente prehenſione poteſt exigere fidem.*
Feudum contractus eſt nominatus.
6. *Q. 2. ¶ Quot modis finitur prehenſio.*
7. *Poteſt fidelitas admitti ſub conditione reſolutiua.*
8. *¶ Quando receptio in fidem eſt nulla.*
9. *Admiſſio in fidem quibus modis fiat.*
10. *Prehenſio merè conuentionalis.*
11. *¶ Q. 3.*
12. *Recommendatio quando fieri poſſit.*
13. *Fructus pignoris etiam percipiendi, ſorti imputandi.*
14. *Vaſallo in fidem admiſſo, ipſo iure ad eum reuerſa eſt poſſeſſio feudi.*
15. *Liberalitas actiua non iuſtificat vſuram.*
16. *Vſuræ licitæ veniant propter moram reipſa.*
17. *Valet pactum de lucrandis fructibus rei conceſſæ, donec pretium ſoluatur.*
18. *Omne lucrum appoſitum dationi quantitatis, eſt vſura.*
19. *Nil prodeſt auctoritas Papæ Iudæis fœneratoribus.*
20. *Vſuræ quædam lucratiuæ, & quædam compenſatoriæ.*
21. 22. *Vera lex contractuum.*
23. 24. *Confutantur intellectus Canoniſtarum ſuper c. 1. de feud.*
Obligatio antidotalis de ſe non obligat, nec poteſt in obligationem deduci in mutuo.
25. 26. *Nouus intellectus c. 1. de feud. & c. conquæſtus, de vſuris.*
27. 28. *Q. 4. An feudum retineri poſſit pro antiquis turbis.*
29. *Cauſa productiua prehenſionis eſt interruptio fidei.*
30. 31. 32. *Prehenſio ſemel extincta nunquam reuiniſcit.*
33. *Speciale eſt, quod non verificatur niſi in una ſpecie.*
34. *Miſſio in poſſeſſionem ceſſare debet ceſſante cauſa propter quam facta eſt.*
35. 36. *Retentio ex l. 1. C. etiam ob chirographum pecu. pig. eſt perſonalis.*
37. 38. *Ceſſante vna ex pluribus cauſis integris, non ceſſat diſpoſitio.*
39. *Abſolutio vel relaxatio ex vna cauſa, nil operatur quantùm ad aliam.*
40. *Emancipatio feudi ex vna cauſa, non liberat ab alia.*
41. 42. *Quando prehenſio feudi ipſo iure reſoluitur.*
An reſtitutio principis trahatur ad alienata.
43. *Vtrùm prehenſio partis feudi indiuiſæ, reſolui poſſit per diuiſionem ſequentem? & decidi-tur quod non.*
44. *Secùs in iure retractus, ſine feudali, ſine proximitatis.*
45. *Hypotheca verò nequit per diuiſionem ſequentem alterari.*
46. *Idem in vſufructu acquiſito in parte fundi indiuiſa.*
47. *Prehenſio feudalis eſt realis, & inducit ius in re.*
48. 49. *Reſtitutio in integrum non extenditur ad fidelitatem, per alienationem mero iure validam, interceptam.*

Digitized by Google

GLO. IX. IN VER.

Pendant ladite mainmiſe.

HOc eſt, 1. pendente manus iniectione, quæ* quandiu durat, adeo valida & efficax eſt, vt debeat de facto ſtare cum effectu, etiam pendente lite ſuper eius nullitate vel iniquitate, per ea quæ diximus ꝛ. *eo. glo. 4. q. 3. in fin. & q. 4. col vlt.* ita quod* ſi vaſallus infregerit manum domini, vel aliquid occupauerit, aut abſtulerit de re prehenſa, vel fructibus in ea pendentibus: non debebit audiri, nec admitti ad proponendum, nec proſequendum aliquas cauſas oppoſitionis vel appellationis, donec occupata & ablata reſtituerit, & redintegrata ſit ſeu repleta manus domini. Et hoc eſt, quod pragmatici dicunt,* dominum feudalem *non teneri ligare manu vacua.* Fallit primò, quando clerus vel poſſeſſor denegat clientelariam conditionem, ſeu negat ſe vaſallum prehendentis, eúmque eſſe patronum ſeu dominum feudalem rei prehenſæ: quia tunc ſtatim conceditur vſus & fruitio rei negatori, pendente lite.

a Manus iniectæ per dominum vtilitas quæ ſit.

a Manus iniectionem infringentis vaſalli pœna.

a Patronus non tenetur cauſam dicere, niſi manu repleta.

2. ¶ Non tamen intelligas, quod verè tollatur manus domini, quod Gallicè vocant, *bailler mainleuée*, hoc enim reſeruatur in fine litis, cum periculo damnorum & intereſſe contra dominum, ſi talem ſe eſſe non probet, vel commiſſi feudi, cum reſtitutione fructuum à die prehenſionis contra poſſeſſorem de mendacio conuictum: ſed interim ſolùm per modum prouiſionis (vt forenſi verbo vtar) permittitur poſſeſſori per manus ſuas vti re, & frui, ſicut poterat ante prehenſionem, vt *infra* §. 35. Quanquam tamen & vulgò ſimpliciter vocat *main leuée*, ſeu mancipatio feudi, quia fit realiter & de facto, ſed in veritate non eſt definitiua, ſed tantùm prouiſionalis, quia acta iudicialia referuntur ad materiam ſubiectam, & ſecundùm illam intelliguntur. Bald. in *l. 1. in 3. oppo.* & ibi Paul. *C. de nego. geſt.* Et aduerte, quòd vt poſſeſſor poſſit iſtud obtinere, requiritur expreſſa denegatio & iudicialis, & per ipſummet poſſeſſorem, vel per procuratorem, habentem ad hoc mandatum expreſſum & ſpeciale, imò etiam in individuo, & alias per legitimam perſonam: ita quòd ſit efficax vt ſufficiat ad commiſſum, & amiſſionem feudi, ſi per dominum conuincatur de mendacio. alioquin ſi poſſeſſor dicat ſe neſcire, an actor ſit dominus feudi, etiam ſi neget ſe ſcire, non tam ſe contradictoriè opponendo, vt declaratur ſ. 9. *gloſſ. 2. num. 3. nullus*, erit locus huic prouiſioni: & hoc eſt quod pragmatici dicunt, *qu'il faut aduoüer, ou deſaduoüer*, id eſt, agnoſcere dominum, & iuſta etiam præſtare: vel prorſus abnegare; vt rei prehenſæ fruitio recuperetur.

3. ¶ Fallit ſecundò, quando alius venit prætendens ſe patronum, ita quod plures de patronatu eiuſdem rei contendunt: quia tunc vaſallus offerendo ſe paratum fidem & obſequia præſtare illi qui verus patronus declarabitur, & deponendo in iudicio iura pecuniaria, ſi qua debeat, debet à iudice in fidem recipi, ſub manu iuſtitiæ, quod dicunt, *eſtre receu par main ſouueraine*, & obtinere nedum ſimplicem prouiſionem, ſed etiam plenam ablationem, ſeu leuationem manus dominicæ, ſiue vna, ſiue plures ſint manus injectiones, vt latè declaro *infra eo.* §. 60. nec tunc tenetur clerus, *aduoüer ou deſaduoüer*, id eſt, agnoſcere vel abnegare aliquem ex contendentibus, nec ſe committere ancipiti periculo litis cuius euentus eſt incertus. *l. quod debetur. D. de pecu.* ¶ Fallit tertiò, quando inconteſtè conſtaret de nullitate vel iniuſtitia manus injectionis, vt dixi ꝛ. *eo. gl. 9. 3. adfin.* ¶ Fallit, ſeu potiùs modificatur quartò, propter notabilem ſuſpicionem diſſipationis, vt ibidem dixi, non repeto.

a Pendente prehenſione virum poſſit dominus cogere vaſallum ad fidem exhibendam.

4. ¶ QVÆRO primò, an* pendente hac prehenſione poſſit patronus, non obſtante quod interim feudum poſſideat, & faciat fructus ſuos, compellere vaſallum ad fidem exhibendam, & ad omne clientelare obſequium, & aliud ſeruitium debitum? Videtur quod non, quia dominus non debet frui & vti re principali, & obſequio, & ſeruitio: hoc enim eſſet iniquũ, vt inquit Vlpian. in *l. apud Celſ. §. Labeo ait, D. de doli mali except. l. 1. in prin. l. ſi duo, §. 1. D. ſi quis cautio. l. reſcripta §. ſi pacto. D. de pact. l. ſi quis à ſocio, D. pro ſocio. l. prædia, D. de actio. emp. ſu.* quæ de excuſatione clientis emphyt. aut cẽſuarij nõ poſſidẽtis, latiſſimè dixi §. 12. *q.* 41.

¶ Contrà dicendum eſt, quia patronus habet actionem ex feudo, cùm* ſit contractus legitimus & nominatus à cõſuetudine, vt expreſsè decidit Bart. in *l. iuris gentium, §. quinimo. col. fi. nu.* 17. D. *de pact.* Bal. in *l. legitima col. 1. & ibi Ang. col.* 2. D. *eo tit.* Bal. in *c. quia in eccleſiarum, col. 5. verſ. eſt ergo contractus nominatus*, & ibi Imol. *de conſtitu. Bapti. Cacciar. in rep. c. 1. extra in 5. part. reg. 5. de feud. cognitio.* & latè Iaſ. in *prælud. feud. col.* 10. *q.* 4. Claud. de Seyſſel. in *ſpecul. feud. tit. de diffi. & inuen. feud. col.* 9. *q.* 4. *Franciſc. Curt. iunio. in tract. feud. part. 1. q.* 9. & nedum habet perſonalem, ſed etiam hypothecariam, vt probaui ſ. §. 47. & ſ. *tit. 2. in rubric.* quibus poteſt compellere vaſallum ad fidem ſibi præſtandã obſequia, ſeruitia, & iura debita, vel ad purè & abſolutè ſeu definitiuè renuntiandũ feudo: ſecundum ea quæ diximus ꝛ. *eo. gloſſ. 5. nu. 3.* & etiam pendente lite ſuper illa actione, poteſt prehẽdere feudũ & fructus lucrari, quamdiu in mota eſt vaſallus, &* 5. nihilominus dictam actionem intentatam, vel intentandã proſequi, cum effectu, offerendo mancipiũ dare, ſeu relaxare feudum vaſallo, iuſta facienti. Item dico in cenſu, ſi poſſeſſor negligit permittens dominũ fructus capere, quia domini intereſt ius ſuum liquidare, & per ſententiam definiri curare. Quod facere poteſt, ſemper tenendo rem ad manum ſuam, donec recognoſcatur, vel prouiſio petatur, conſignando cenſum, vt ſ. §. 52. Idem ſi dominus feudi poſſideat feudum ex defectu catalogi: quia nihilominus poteſt compellere vaſallum ad illum præſtandum: quo ſequuto mãcipabit feudum, & diſpunget catalogum. Idem dico ſi dominus velit ſolum agere ad ſolutionem relemiorum, quia poteſt cum effectu, & cõpellere ad eorum ſolutionem, & nihilominùs re beneficiaria ad manum ſuam redacta, frui, ſine aliqua eorum diminutione, quandiu fidelitas non præſtatur: quamvis rarò vſueniat, patronum feudo prehenſo fruentem, velle compellere clientem ad obſequiorum & iurium (vtpote cùm interim non depereant, nec minuantur, nec præſcribantur) ſolutionem: poteſt tamen hoc facilè accidere, vt ſi feudum conſiſtat in ſola ſpecioſa domo, quæ magno pretio vendatur, & quintum pretij debitum patrono, aſcendat ad magnam quantitatem, quam patroni intereſt prompte habere, non autem frui tali domo, ex qua cultus & decus vrbis potiùs, quàm fructus poſſeſſoris prouenit, vt inquit text. ſing. in *l. in hæc circa med. de prædi. & omnibus rebus nauicula lib.* 11. *C.* De cumulatione autem plurium remediorum, inquantum praxim & quotidianum vſum concernit, dixi latè & deciſiuè infra §. 166.

* Feudum eſt contractus nominatus.

* Cumulatio actionis & prehẽſionis.

6. ¶ SECVNDO quæro, quibus* modis tollatur ſeu finiatur hæc manus iniectio & eius effectus? Reſpondeo, duobus modis. ¶ Primò per fidelitatis exhibitionem, & receptionem clientis in fidem patroni: & qualiter fiat tractabitur in §. *ſeq.* & ſtatim quòd patronus habet vaſallum in fidem ſuam, deſinit poſſe prehendere feudum ex hoc capite, & ſi ſit prehenſum, deſinit extunc facere fructus ſuos, etiam ſi nondum manus ſit leuata, & nondum emancipauerit ſiue reſtituerit feudum clienti.

* Quibus modis tollitur prehenſio ſeu manus iniectio.

¶ Limita primò, niſi patronus in fidem ad-

miſerit & inueſtierit clientem, ſub conditione reſolutiua, niſi reliqua debita iura, putà releuamenta non ſoluantur ad terminum, quem patronus gratioſè conceſſit: tunc enim extante conditione, poſſet iterum cum effectu lucri fructuum feudum prehendere, ex cauſa & capite huius §. videlicet ex defectu clientis & iurium, quia prior receptio habetur pro non facta, vt diximus ẽ. *eo. glo.* 2. *num.* 2. Et quod fortius eſt virtute huius reſolutionis, fructus retro percepti à cliente à tempore reſolubilis inueſtituræ, eſſent domino reſtituendi, & eius lucro cederent, quia perinde habetur ac ſi res ſemper manſiſſet ad manum domini, & nulla in fidem receptio facta fuiſſet, per text. in *l. eum qui. l. item quod* & per to. *D. de in diem addictio.*

8. ¶ Limita ſecundò, ſi receptio in fidem eſſet ipſo iure nulla, vt facta per procuratorem patroni iuribus non receptis, vel aliàs ſine ſufficienti mandato, de quo tractatur ẽ. *eod. gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. Et j. §. 20. *gloſſ.* 1. *q.* 2. vel per patronam, ſine ſui mariti auctoritate, de quo j. §. 10. & multis aliis modis qui habentur j. locis opportunis, tunc prior prehenſio cum effectu manet, vel ex integro prehendere licet per reg. cap. *non præſtat impedimentum, de regul. iur. in* 6.

¶ Quid autem iuris ſit, cùm admiſſio in fidem eſt limitata ad certam cauſam falſam vel nullam, vel quando eſt facta prætextu acquiſitionis noui vaſalli, quæ eſt nulla, vel ſimulata, vel reſcindenda, an prehenſio & in fidem admiſſio ſit nulla vel annullanda: Et an patrono volenti de nouo prehendere ex cauſa vera, ſit neceſſarium diploma regium reſtitutionis in integrum, vel reſciſſionis, prout in hoc regno eſt vſitatum, quandocunque aliquis facto proprio contrauenit: quoniam multi caſus ſunt diſtinguendi, nec poteſt vnus ſine alio diſcuti, reſeruo dicendum infra §. 67.

¶ Secundo modo finitur prehenſio feudalis per ratam & debitam iuſtorum oblationem clientis, de qua latè dicemus infra §. 63. vbi eſt peculiaris locus.

9. ¶ Quid ſi admiſſio in fidem non ſit facta ſub conditione reſolutiua, ſed * tantùm ſub reſeruatione, & ſine præiudicio fructuum, & reliquorum iurium? Reſpondeo, hoc poteſt fieri dupliciter. Primo * modo, non reſtituendo, ſed retinendo feudum, non vt cùm patronus recipit in fidem nouum clientem putà emptorem feudi, ſed non relaxat feudum, ſed retinet ad manum ſuam donec quintum pretij ſit perſolutum, quod abſque dubio poteſt facere. * Secundo modo leuando purè manum dominicam, & mancipando feudum clienti inueſtito: ſub onere tamèn, quòd niſi cliens infra terminum præfixum reliqua iura ſoluerit, patronus poterit iterum feudum prehendere, & ad manum ſuam reducere. An autem pactio & reſeruatio hoc ſecundo modo facta valeat, dicendum eſt quòd ſic. tamen quia noua prehenſione hoc caſu opus eſt, talis prehenſio non erit propriè feudalis, quia non fit aliquo modo virtute conſuetudinis, nec ſecundùm naturam feudi.

* Admiſſio in fidem quibus modis fiat.
* 1. Modus.
* 2. Modus.

10. ¶ Eſt eſt * prehenſio merè conuentionalis ex mera prouiſione hominis, præter naturam feudi: non enim fiet ex defectu hominis, ſeu fidelitatis clientelariæ, quum patronus habeat vaſallum, & non ſit prior inueſtitura re ſoluta: ſed fiet ex defectu obſeruantiæ pacti, & conditionis appoſitæ, & nihil aliud eſt quàm pignoratio creditoris, quia non fit à patrono propriè inquantum patronus, ſed inquantum creditor pignoratitius, & eſt ſicut apprehenſio pignoris, quam quiuis creditor ex pacto poteſt propria auctoritate facere, debitore volente, ſeu de facto non reſiſtente, quamuis melius & ciuilius facere poſſit cum iudicis auctoritate, vt eſt text. in *d. l. creditores. & ibi latè per Bart. in repet. & alios poſt eum. C. de pignori.* & ſic iſta prehenſio non egreditur vires & limites pacti: Ideo diligenter eſt aduertendum qualiter pacta ſint concepta, an quòd poſſit dominus ingredi, an quòd poſſit dominus ingredi, an quòd poſſit etiam poſſidere, an quòd etiam fructus lucrari: quod tam ex vi expreſſionis, quàm relationis verborum colligitur, vt not. per Bart. in *repet. d. l. creditores. col.* 2. *ver. hoc præmiſſo.* Sed conſuetudo localis comitatus Dunenſis, non vult valere pactum, niſi ad viam actionis. §. 28.

* Prehenſio merè cõuentionalis ſeu pignoratiua.

11. ¶ Tertio quæritur, vtrùm quando admiſſio in fidem eſt facta primo modo qu. 2. videlicet feudo adhuc retento, perſeueret prior prehenſio cum effectu, ita quòd patronus faciat fructus ſuos, ſine diminutione ſortis principalis quintæ partis pretij, vel releuamenti? vel an hæc noua conuentionalis prehenſio in ſecundo caſu d. qu. 2. habeat eundem effectum, poſito etiam quòd ita expreſsè vel tacitè actum & conuentum fuerit tempore receptionis in fidem: alioquin non præſumitur de tanto præiudicio præter naturam actus cogitatum? Et videtur quòd non. Tum primò, quia patronus non poteſt feudum prehendere, niſi ſoluta & deficiente fidelitate, ita quòd illa præſtita non poteſt manum injcere prætextu iurium debitorum, *vt dictum eſt.* ẽ. *eo. glo.* 2. *num.* 1. Igitur etiam prehenſum feudum non poterit fide inita retinere prætextu aliquorum iurium, quia huiuſmodi retentio eſt quædam executio, & non videtur poſſe fieri, niſi ex cauſa requiſita ad prehenſionem, & executionem feudi. ſicut in ſimili dicitur. 12. Recommendationem ad retinendum aliquem in carcere non poſſe fieri, niſi ex cauſa qua poſſet recommendatus de nouo incarcerari, vt not. per Bart. in *diſput.* 6. *incip. Lapus* hinc dicit Bald. in *l. quibus in princ. D. de in ius vocan.* quod quicquid poteſt opponi carcerationi, poteſt opponi recommendationi, quum ſit ſpecies incarcerationis. de quo latius tractamus *infra* §. 162. Tum ſecundò, quia conſtat quod hoc caſu non poteſt prętendere fructus eſſe ſuos in vim conſuetudinis & legis communis, & naturæ feudi: quum habeat clientem in fidem, ſed ſolum in vim pacti ſpecialis.

* Recõmendatio, ſpecies incarcerationis.

13. ¶ Sed iſtud pactum videtur illicitum, * & vſurarium: quia pro releuamentis vel ſimilibus pecuniariis debitis retinere feudum, nihil aliud eſt quàm retinere pignus vel hypothecam pro debito: quo caſu neceſſario fructus, * nedum percepti, ſed etiam percipiendi, ſunt imputandi in ſortem. text. in *l.* 1. *&* 2. *C. de pignor. actio.* vbi ſunt textus aperti de percipiendis, *quorum vis* in his aliter ſenſerunt Hoſti. in *ſum. tit. de pignorib.* §. *quando efficaciter. ver. ſed nunquid creditor. & malè* text. in *l.* 2. *C. de par. pigno. & omni cauſa. cap.* 1. *&* 2. *de vſur.* & quatenus ſunt conſumpti, vel functionẽ recipiunt, ipſo iure minuunt ſortem, text. in *l. fin. de pigno. actio. in cap. cum contra, de pignorib.* nec valeret pactum etiam iuratum in contrarium, vtpotè vſurarium, *cap. ſignificante in fin. de pignorib.* Contrarium tamen expreſsè reſcripſerunt Alexan. 3. in *cap. conquæſtus, in fin. de vſur.* & Innoc. 3. in c. 1. *de fend.* & quidem in fortioribus terminis, nempe in fundo clientelario principaliter à cliente tradito, in pignus formale patrono, pro certo debito, etiam ex mutuo, & aliunde quàm occaſione ipſius fundi debito, vt adhuc non teneatur patronus, idémque creditor, fructus imputare in ſortem, etiamſi hoc expreſsè non ſit conuentum. Atqui in caſu noſtro hoc fuit expreſsè actum & conuentum, nec feudum fuit formaliter in pignus conceſſum, ſed ex honeſta & licita cauſa & tanquam res propria prehendentis prehenſum retinetur, non pro mutuo vel alio extraneo debito, ſed pro eo quod ex natura feudi, atque ab ipſa re feudali deberi cenſetur: igitur multis rationibus nempe tribus vltra caſus dictarum decretalium ad iuſtificationem huius pacti in præſenti concurrentibus, videtur à fortiori dicendum, hanc reſeruationem & pactionem valere.

* De vſurario pacto.
* Fructus pignoris etiam percipiendi ſorti imputãdi.

14. ¶ Séd adhuc iſta non excludunt dubium, quia ſtatim quòd patronus admiſit clientem in fidem,

omninò renouatum cenſetur feudum, quod fidelitate ſoluta, fuerat quodammodò ceſſans, & interruptum, vt diximus §. *eod. glo. 4. q. 2. poſt glo. ſing. in cap. primo circa med. hic ſi, lex. in vſib. feudo.* & ſtatim cliens eſt verus dominus, & poſſeſſor feudi ſui etiam reſpectu domini, abſque alia inueſtitura, vel reſtitutione, aut traditione facti, quæ non eſt neceſſaria hoc caſu, quum non ſit feudum nouum, id eſt, de nouo conceſſum, ſed antiquum, & cuius ipſe cliens erat verus dominus & poſſeſſor contra omnes ante prehenſionem, quinetiã ea durante, tam contra alios quàm contra dominum, & extra actus dominicales, vt patet in *d. glo. 4. q. 2.* ita quòd hoc caſu, etiam ſi adhuc patronus vel officiales ſui de facto teneant feudum, tamen non ſpectat ad patronum, ſed ad clientem omnes actus dominicales, ſeu domini feudalis exercere liberè, nomine ſuo in ſubvaſallos, & ſubfeuda feudi ſui, vt dixi *inf. eo. §. 55. glo. 3. in fin.* Et ſic non poteſt negari, quin amodò patronus percipiat fructus non ex re ſua, ſed ex re verè aliena: idque non aliam ob cauſam, quàm ratione certæ quantitatis pecuniæ ſibi debitæ a clientulo: igitur punctualiter & adæquatè militant iura & rationes adductæ pro prima parte: nec prodeſt dicere, *prout cano. in d. c. 1. de feud.* quod hoc ſit ratione directi dominij, quòd ſemper habet patronus in re beneficiaria, & ſic quòd videtur percipere ex re ſua: quia hæc ratio non valet, vt ſtatim probabo: nec etiam videtur obſtare, quòd huiuſmodi admiſſio in fidem eſt gratioſa & liberalis: & ſic poteſt patronus, quam vult legem & modum apponere, vt diximus §. *eod. gloſſ. 2. num. 1.* quia verum eſt de modo & pacto licito, non de illicito, vt vſurario: imò hoc eſſet abominabilius & nefandius inter patronum & clientem, quàm inter extraneos. *ar. c. fin. 14. q. 4.* de cuius intellectu & an ſit text. Diui Ambroſ. vide Conta Summenh. in tract. *de contract. q. 42.* Gabriel. Biel. in *4. ſentent. diſtinct. 15. q. 11. ſub litera. l.* vbi poſt Alex. Ales, *par. 3. q. 66.* dicunt, illud ca. non eſſe beati Ambroſij, ſed Ambroſij Adoperti cuiuſdam hæretici, qui ſub nomine beati Ambroſij multa falſa dixit: ſentientes quòd nec hoſtibus aut inimicis fœnerari licet.

A

B

C

* Vſuras non excuſat actus liberalitatis.

15. ¶ Quod* autem exercita liberalitas, non purget nec excludat vitium vſuræ, dilucidius eſt quàm vt probatione egeat. Patet in mutuante, qui liberalitatẽ exercet, & tamen omni iure vſuram ſtipulari vel exigere prohibetur, vt Euangelica lex, *Luc. 6. Mutuum date, nihil inde ſperantes. & 14. q. 3. & 4. per tot.* non etiam videtur iſtud pactum poſſe iuſtificari, ex eo quod patronus in fidem admittendo, impleuit contractum ex parte ſua: cliens autem nondum perfectè impleuit, non ſolutis iuribus. 16. Et ſic vſura ſiue lucrum horum fructuum, videretur licitum, tanquam intereſſe eius qui impleuit * contra morioſum, per text. glo. & doct. in *l. curabit C. de actio. empt.* quia iſtud benè congrueret in feudo nouo, quando aliquis concedit alaudium ſuum, vel aliud prædium, etiam clientelarium; vt dicemus §. *eo. §. 51.* in feudum vel ſubfeudum, mediante certa ſumma pecuniæ in præſenti ſemel ſoluenda, vt nonnulli faciunt. poſtquam enim impleuit ex parte ſua, & cliens eſt in mora, ſaltem re ipſa ſoluendi dictam pecuniam: poterit patronus petere vſuras dictæ pecuniæ, quæ licitè poterunt aſcendere vſque ad quantitatem fructuum feudi conceſſi, quos cliens percipit; vt notabi. tradunt Salic. in *l. 2. C. de vſur.* Paul. Caſt. in *l. Iulianus. §. ex vendito. D. de actio. empt.*

D

E

* Vſuræ licitæ veniunt propter moram ipſa.

* Pactum de lucrãdis fructibus vel pẽſione loco fructuum rei conceſſæ ſine deductione ſortis valet.

17. ¶. Et quòd valeat pactum* de lucrandis fructibus, vel penſione loco fructuum rei conceſſæ, ſine deductione ſortis principalis, & donec integraliter ſoluatur, eſt caſus in terminis, *in l. ſicut empti. in fi. cum l. ſeq. D. loca.* quod procedit etiam de iure Canonico, & in foro conſcientiæ, vt pulchrè deducit Alex. *in conſ. 121. viſis & ponderatis, lib. 5.* quamvis Bart. Cæpoll. aliter opinetur, & malè, in *cauté. 173. incip. qui vult vendere.* plus dico, quòd hoc nedum procedit, ſi dominium eſſet retentum, vti in *d. l. ſicut empti.* ſed etiam ſi eſſet tranſlatum, quia ſemper eſt eadem ratio & æquitas, ex parte concedentis, cui res ſua, & eius fructus, & pretium abeſt, & alteri adeſt, & tenent Salic. Paul. in locis prælegatis. Ioan. Imol. in *cap. ſalubriter, de vſur.* & ita expreſsè conſului anno 1531. in cauſa tunc pendente in Parlamento Aquenſi, quod cõſilium incip. *Illuſtris virique Siciliæ Rex Renatus Prouinciæ Comes, &c.* & extat in 1. Tomo conſiliorum meorum, *conſ. 41.* vbi multa ad hoc adduxi, quæ breuitatis causâ omitto, quamuis in ſimili contrarium ſentiat Gabriel Biel. in *4. ſentent. diſt. 15. q. 11. col. 17.* & quamvis contrarium *conſu.* Decius *conſ. 119. col. 3. nu. 2. dubitat.* & malè iudicio meo, provt ibi in annotat. meis eum reprobaui. & latius in *tract. commercio. & vſur. q. 77.* & contra Decium *conſi. 3.* in *d. meo tract. num. 522.*

18. ¶ Sed iſta non videntur quadrare in renouatione inueſtituræ feudi antiqui, de qua loquimur: quo caſu patronus propriè rem ſuam non transfert in clientem, ſed magis alienam rem domino reſtituit, vt patet per ea quæ diximus §. *eo. gloſſ. 2. quæſt. 2.* & alibi ſæpè & maximè in hoc regno: in quo feuda ſunt noſtra patrimonia, vt dictum eſt §. in *rubr. ad fin.* & ſic cùm non reſtet, niſi debitum in quantitate, non videtur quicquam quoquomodo poſſe exigi, quandiu differtur ſolutio. eſt enim maxima* in iure, quòd omne pactum de aliquo lucrando, vel percipiendo, appoſitum debito, vel dationi quantitatis, ſiue per ſucceſſiuam dinumerationem temporis, quandiu ſolutio differtur, ſiue ſemel, ſi ad certum terminum non ſoluatur: eſt formaliter vſurarium, vel in fraudem vſurarium, & illicitum, vt tenent Io. And. in *addi. ad Specu. de actio. & oblig in princ. nu. 4. Bald.* Sali. & omnes in *l. cum alegas. C. de vſur.* Ang. in *l. ſciendum. D. de euictio.* Alexan. in *l. 5. §. fi. col. 2. in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. alteri. col. 4. D. de verb. oblig.* & plenè in *conſi. 46. pauciſ vtar. l. 4.* & ita communiter & indiſtinctè tenẽt omnes doct. vtriuſque iuris, vt non remorer in eis citandis.

* Omne lucrum dationi quantitatis ad poſtrum eſt vſurarium.

19. ¶ Quid dicendum ergo? dico huiuſmodi pactum & reſeruationem eſſe validam, & licitam, non pet dict. auctoritates *Alexand. 3. & Innoc. 3* (quia etiam ſummi* Pontificis auctoritas non poteſt facere, quin vſura ſit vſura, nec illã ex quauis cauſa etiã Iudæis permittere vt eſt text. in *cap. ſuper eo. de vſur.* & latè Ioã. And. in *ca. peccatum de reg. iur. in 6. in mercuria.* And. Claua. in *ver. vſura. 2. §. 14.* & latiſſimè do. *Alex. de Neuo. diuini & humani iuris peritiſſimus in ſuo con. contra Iudæos fœnerantes,* vbi confutat rationes dom. Ang. de Caſtro, & magiſtri Gualuani, qui conſuluerant poſſe per Papam diſpenſari, vt communitas concedat Iudæis licentiam fœnerandi; & nouiſſimè magiſter Conradus Theologiæ, & iuris ciuilis, & canonici peritus *in ſuo ſeptempertito. de contract. tract. 2. qu. 25. 26. 27. & 28.* quamvis aliter (quod miror) conſuluerit Alex. in *conſ. 1. 2. & conſi. 107. lib. 2.* ſed* in hanc ſententiã adduco, quia res de qua patronus inueſtit clientem, affert fructũ & reditum, & omnis ille reditus, iure optimo debetur, & ſpectat ad patronum, per hunc text. quandiu iura debita ſibi non præſtantur: itaque ſi clientem admittit in fidem iuribus non ſolutis, multum honoris & gratiæ ei facit: etiam fructus & commoda retinendo quouſque, quia interim poterit cliens ſe dicere plenè vaſallum, & dominum vulem, & omnia dominicalia iura exercere in ſubvaſallos, ac ſatis abundéque ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore vel gratiã conſulatur, vt inquit text. in *l. tutori. C. de neg. geſt.* igitur ſicut dominus tempore receptionis vaſalli, poterat eum in totum repellere, & fructus iure ſuo lucrari vſque ad integram iurium ſolutionem, ſine ſortis diminutione: ita minùs agendo cum cliente, poteſt eum recipiendo in fidem, facere pactum quòd retineat feudum cum eodem lucro fructuum vt priùs: donec iura ſoluantur: vel reſeruationem cum pacto apponere,

* Auctoritas Papæ nõ patſunt vſuræ etiã ex quauis cauſa ipſis etiam Iudæis permitti.

* Vera & deciſio iuris.

quòd ſibi liceat iterum cum eodem effectu prehendere, ſi ad terminum præfixum non ſoluerit, vel aliquam penſionem: aut pœnam, vel quid aliud ſtipulari: ſiue ſucceſſiuè per dinumerationem temporis: ſiue ſemel ſoluendum, ſi non ſoluatur aut quandiu differatur: dummodò illud non excedat quantitatem & valorem fructuum quos dominus fuiſſet percepturus. & lucraturus, quia quatenùs excederet, eſſet illicitum & vſurarium: ſed quatenùs concurrit, nihil aliud eſt quàm penſatio eius quod domino abeſt, vel abfuturum eſſet, & clienti adeſt, vel adeſſet, ex gratia liberali patroni. Et totum iſtud fit in fauorem clientis, qui in fidem admittitur, & non patroni, qui alioquin pleniùs erat fruiturus. Et ſic impoſſibile eſt dicere quòd ſit vſura, nec quòd aliud capiatur vltra ſortem, quia * ſors penſionis ſtipulatæ à domino, non eſt ipſa quantitas quinti pretij, vel releuamenti: ſed ipſi fructus & commoda medij temporis, quæ iure in actu exiſtente, & formato purè debentur domino: & ſunt vna alia ſors per ſe, omnino diſtincta à releuamento vel alio iure, & ſic poteſt ſortem illorum fructuum retinere, vel iuſtam eorum compenſationem accipere, quando gratioſè anticipat admiſſionem fidei: & hoc eſt quod Bald. Salic. Paul. in *l.* 2. *C. de vſur.* Ioan. And. in *cap.* 1. *col. pen. verſic.* 7. *quando. de vſur.* 20. volunt quaſdam eſſe vſuras * lucratorias, & omninò illicitas: & quaſdam recompenſatorias, & omni iure licitas, quia non ſunt vſuræ, ſed penſatio eius quod iuſtè competebat, & debitum erat, & aliàs amitteretur. Et his caſibus & ſimilibus in quibus huiuſmodi vſuræ rei perſecutoriæ, id eſt propriæ & debitæ ſortis compenſatoriæ habent locum, valet pactum etiam in pignore, fructibus non computandis in ſortem principalem, ſed in tales vſuras permiſsis imputandis. ita tenet Bald. in *l.* 1, *C. de diſtrac. pigno. poſtglo. fin. ibi*, quæ ita debet intelligi: & iſta æquitate motus aliàs ſuſtinui quendam contractum in forma expreſſa pignorationis cum clauſula de non imputandis fructibus in ſortem conceptum, vt fuſiùs habetur, in d. conſilio meo. nec facio differentiam, an transferatur, an verò retineatur dominium, prout facit Cæpol. in *d. caut.* 173. Alexan. *conſi.* 119. *conſi.* 120. *conſi.* 121. *lib.* 4. *conſi.* 121. *lib.* 5. Soci. *conſi.* 174. *lib.* 2. quod repetitur *conſi.* 103. *lib.* 3. & plures alij, nec an detur dilatio ad ſoluendum, an verò debitor in mora detineatur, licet in hoc ſiſtat Soci. in *conſi.* 179. *lib.* 2. & *conſ.* 88. *lib.* 4. nec reliquas id genus purè poſitiuas, & ad ſuperſtitionem vſque ſcrupuloſas quorundam diſtinctiones moror.

* Sortis differentia.

* Vſuræ quædam lucratiuæ, quædam compenſatoriæ.

21. ¶ Sed * conſidero vter alterum in negotio ſupergrediatur, aut circumueniat. 1. ad Theſ. 4 *ca.* vter alteri quod ſibi nolle deberet fieri faciat, aut è contra: Matthæi 7. & Lucæ 6. iuxtà ſacræ ſcripturæ gnomonem indeniabilem, naturalis rationis, & æquitatis dictamen. ſpecto etiam rei ipſius effectum, in cuius gratiam & cõmodum vertatur, & an cum alterius iniuria & iactura, vel non. hæc eſt mihi lex, in diſcernenda contractuũ iuſtitia vel iniuſtitia. quamfuſiùs exagitaui in *tract. commer. & vſura. in prin. & qu.* 2. contra imperitos eccleſiaſtas, ſuperſtitioſa hypocriſi laqueum rectis conſcientiis iniicientes.

* Vera & ſecundùm ſe iuſtitiæ vel iniuſtitiæ conſtitutum.

22. ¶ Ex prædictis patet, quòd poſtquam patronus ſimpliciter admiſit clientem in fidem, hoc eſt, ſine reſeruatione lucri & commodi fructuum, qui ſibi debebantur, donec reliqua iura perſoluerentur, ſed tantum reſeruauit actionem ſuam, (quæ etiam tam in perſonali, quàm in hypotheca ſatis tacitè reſeruata intelligitur) ad dicta iura, & ſic non poteſt amplius vti prehenſione feudali, de qua in hoc §. vt ſatis dictum eſt, nec habet ampliùs aliquod ius ad faciendum fructus ſuos, tunc ſi poſteà propter dicta iura non ſoluta nanciſcatur poſſeſſionem feudi, quod poteſt contingere, vel ex voluntate clientis debitoris, vel ex pacto ingrediendi & poſſeſſionem nanciſcendi ex interualo appoſito vel permiſſionem in poſſeſſionem iudicis auctoritate, ſiue per executionem inſtrumenti guarantigiati continentis obligationem ad dicta iura, ſiue executionem rei iudicatæ pignoribus captis: quia cliens ad ſolutionem dictorum iurium condemnatus non ſatisfecit. his omnibus & ſimilibus caſibus patronus non poterit facere fructus feudi ſuos: ſed neceſſariò debent computari in ſortem dictorum iurium, vel alterius cuiuſcunque debiti, ratione cuius feudum pignoratur.

* Intellectus Canoniſtarũ.

23. ¶ Sed * reſpondendum eſt ad *ca.* 1. *de feud. & c. conqueſtus. in fi. de vſur.* quæ directo repugnare videntur huic vltimæ noſtræ concluſioni. Hoſti. Ioan. And. Card. Floren. Panorm. in *d. cap.* 1. intelligunt illos text. procedere ex natura feudi, & virtute directi dominij retenti à patrono, ad quem vtile dominium reuertitur ex voluntate vaſalli pignorantis, & conſolidatur directò: vnde patronus non dicitur percipere fructus ex re aliena, ſed ex re propria: ſuſpenſa interim obligatione feudali inter dominum & clientem contracta, quum interea non ſit vaſallus aſtrictus ad ſeruitia feudi. & hic eſt receptior eorum intellectus (reliquis breuitatis cauſa omiſſis) vt non ſit ibi ſpeciali fauore eccleſiæ, ſed ſit ius commune in directo domino. idque approbant quidam legiſtæ, vt Marti. Laud. & Card. Alexand. in *cap.* 1. §. *item ſi delator. col.* 1. *quæ fuit pri. cauſ. beneſi. amitt.* & Iacob. in *feu. in ver. quiqui. inueſti. præſti. iura fideli. col.* 4. *ver. quarta diſparitas. & in ver. & promiſe. eid. domi. præſta. ſerui. quæſt.* 25. *verſi.* 4. *excuſatur.* Sed nonnulli etiam theologi, quos Summiſtas vocant, ſequuntur, vt Ang. Claua. in *ver. feudum.* §. *pen. & fi. Sum. Sylueſtri. in ver. feudum. ad fin.* quorum acerbitatem exaſperans Ludo. Rom. *in ſing.* 375. *incip. creditor.* extẽdit ad omnem dominium directum, reſpectu emphyteutæ & idem vult Imol. in *d. cap.* 1. *col.* 3. *verſic. an autem.* & quod grauius eſt Ang. Cla. in loco prælegato, & in *ver. vſura.* 1. §. 11. & 12. extendit ad proprietarium, reſpectu vſufructuarij hypothecantis ius ſuum proprietatio, vt ſic non teneatur dominus directus, qui mutuauit certam ſummam ſuo clienti, emphyteutæ, vel fructuario, à quo accipit in pignus fundum clientelarium, emphyteutecarium, vel fructilem, eius fructus imputare in ſortem: quia (inquiunt) ex quo res pignoratur ipſimet domino directo, cenſetur fructus percipere, non ratione mutui, ſed ratione dominij, & ex re ſua interim ad ſe reuerſa & conſolidata: ita vt hoc habeat locum etiam ſi feudum ſit franchum ſeu liberum. ex quo nulla onera, nec ſeruitia debeantur. Adde quòd Ioan. Imol. in *d. cap.* 1. *col.* 2. *verſi. vnde alij dixerunt. num.* 8. ſequendo communem opinionem, vbi eam iuſtificat ratione antidotalis obligationis, quia tenetur cliens patrono, vltra onera, & communem legem & naturam feudi, *per l. ſed & ſi lege.* §. *conſuluit.* D. *de petit. hære.* tanquam dominus iuſtè lucretur illos fructus, in remunerationem illius obligationis antidotalis: & propterea non ſit vſura.

* Confutatur ſcientiæ & rationes Canoniſtarum & communis ſchola poſt eos.

24. ¶ Atqui ſi verum amamus iuxta iuriſconſ. in *l. cum ita legatum.* D. *de cond. & demon.* horum * interpretationes ſunt palliatæ excuſationes in peccatis, & nihil aliud agunt, quàm quod in ſimili ait Luc. Pen. in *l.* 2. *col.* 5. *verſi. parcant mihi. de tabula. lib.* 10. *Cod.* cautelatis conſcientiis ex herbarum foliis texere perizomata, & non adhibere medicamen, ſed velamen. Prima enim eorum ratio eſt purè ſophiſtica, quoniam ex eo quòd cliens tradit patrono feudum in pignus, non perdit ſuum vtile dominium, & quando perderet & conſolidaretur patrono obueniens, ratione mutui, vel alterius debiti, vltra debitum, & ſic ipſa conſolidatio cum lucro eam conſequente eſſet reſtitutioni ſubiecta: ſicut quælibet alia ſuperabundantia. non enim poteſt rationabiliter dici quòd illud inſit feudo ratione feudi, in quo Conradus (alioquin perſpicacis & acris ingenij) fuit deceptus, in *d. ſua tract. de contrac.*

vbi cum communi errore Canoniſtarum tranſit in *q.* 32. *concl.* 3. ſed illud lucrum prouenit ratione mutui vel extranei debiti vltra ſortem: ergo mera vſura. Secunda autem ratio Imol. eſt apertè friuola: quia obligatio* antidotalis non obligat, nec aſtringit, & ſic non concludit, nec facit quòd inuito cliente debitore fructus non computentur in ſortem. Tum ſi illa ratio procederet, quum accipiens liberale mutuum naturaliter obligetur mutuanti ad antidota, ſequeretur quòd ab eo aliquid poſſet exigi, in remunerationem citra vſuram: quod eſt notoriè falſum, quia etiam illam obligationem antidotalem, non liceret deducere in ſimplex pactum obligatiuum, vt expreſſe firmant *glo.* 1. *in fin. in cap. ſi fœneraueris. col. primo* 4. *qu.* 3. Alber. in *d.* §. *conſuluit.* Philip. Dec. in *l. rogaſti.* §. 1. *ad fin.* D. ſi cer. pet. Panor. & cano. & in *c. conſuluit. de vſur.* & theologi. in 4. *ſentent. diſt.* 15. vt Gabriel. *ibi*, *q.* 11. *col.* 3. Summa Sylueſtri. in *ver.* vſura. 1. q. 2. & latius ſi opus ſit dicemus j. §. 94. Itaque dico, quòd illi text. ſecundum quòd eos communiter interpretatur Canoniſtæ præfati, non poſſunt defendi ab vſuraria prauitate.

* Obligatio antidotalis de ſe nõ obligat, nec poteſt in obligationem deduci.

25. ¶ Sed* debent ſinè intelligi, quando onus ſiue ſeruitium quod interim remittitur à patrono, æquipollet fructibus, vel quatenus cum illis concurrit. patet quia text. *d. cap.* 1. ſe fundat in illa remiſſione, tanquam in ratione finali & expreſſa. Igitur quum illa ratio ſit iuſta & rationabilis quatenus commenſuratur fructibus: non eſt alia phantaſtica ratio, vltra textum, & contra ius naturale & diuinum ſommianda. Sed ad limites illius expreſſæ & iuſtæ rationis debet reſcriptum ſummi Pontificis intelligi & determinari, per *l. cum pater.* §. *dulciſſimis.* D. *de lega.* 2. *cum vulgo.* & potiſſimum cùm non poſſit aliter iuſtè exponi: & ita nonnulli pridem interpretati ſunt, vt refert Ioan. Imol. pro tertia lect. & Panor. pro ſecundà lect. *d. cap.* 1. quod ſecundum hæc non eſt contra, ſed ſecundum regulas iuris, quicquid ibi dicant Anton. Bu. & Card. Flo. in *q. pe. inſi.* quos ſequitur Sum. Sylu. in *ver. feudum qu.* 30. quamuis modeſtiùs loquantur, quàm communiter cæteri. Ita ſentit do. meus Pyrrhus ſuper conſu. Aurelia. *eod. tit. cap.* 3. & ita rectè decidit Iacob. Almain Senonenſis, huius academiæ doctor theologus ſcholaſticus per quam doctus *ſuper* 4. *ſenten. diſt.* 15. *in ar. de vſura. col.* 9. vbi *q.* 2. multum delirauit, vt dixi *in tract. commercio. & vſura. q.* 74. *num.* 514. Sed in art. de *vſur. col.* 9. communem ſententiam ſaluat, quando ab initio feudum eſſet conceſſum ſub tali onere: quòd quoties impignorabitur domino, ad eum redeat dominium vtile, & non teneatur fructus imputare in ſortem, & tunc cenſet non eſſe vſuram, ſed eſſe licitum. quia non ſit (inquit) vi mutui poſtea ſubſequuti: ſed ratione contractus præteritæ infeudationis. Et ſic iſtud pactum, in libera conceſſione rei ſuæ adpoſitum facit ceſſare formalem rationem vſuræ.

* Nouus & ſonus intellectus, cap. 1. de feud. & cap. conquæſt. in fi. de vſus.

26. ¶ Multum tamen illiberale, & ſordidum eſſet tale pactum, & forſan in æquitatis conſiſtorio reprobaretur, non tam propter malum vſuræ, quàm propter ſpeciem mali, prout ferè in ſimili diſpoſitionem quandam teſtatoris reprobat Iuriſcon. in *l.* 3. *in fin. & ibi Bart. & Lancelo. Deci. D. de an. legat.* Et hoc niſi illud pactum referatur & reſtringatur ad onera impoſita tempore conceſſionis feudi, ab ipſo feudo procedentia & delata: puta quod ſi non ſoluantur releuia, vel alia feudalia iura, patronus poſſit occupare vel retinere feudum, etiam fidelitate renouata, eiuſque fructus lucrari, non imputando in ſortem debitorum iurium feudalium. Id enim fauorabiliter eſſet admittendum: ſed extendere tale pactum etiam ad mutuum vel aliud extraneum futurum poſteà debitum aliunde, quàm ex primitiua natura feudi emergens, nimis odioſum & pudendum videtur. Imò puto eſſe illicitum, & contra bonos mores. Ex his, etſi paulò materiam huius §. excedentibus, tamen pro vbertate & vtilitate rei breuibus, habes redi-

uium & excuſſum, verum & legitimum *d. c.* 1. *& c. conquæſtus*, intellectum, hactenus nimia poſitiuorum & literæ mortificanti inſeruientium commentariorum congerie ſepultum.

27. ¶ Quarto quæro, feudo prehenſo cliens offert domino fidem & iura debita, pro hac vltima mutatione ſeu apertura feudi, dominus petit etiam ſibi offerri & ſolui quædam alia iura, ex præteritis mutationibus feudi reſtantia vel debita: nec aliter vult recipere clientem in fidem ſuam: Verum dominus benè dicat, ita quòd ſemper perſeueret cum effectu prehenſio feudalis, & faciat fructus ſuos: Et ſi non perſeueret prehenſio tanquam feudalis cum lucro fructuum, ex capite huius §. An ſaltem poſſit dominus cliente in fidem admiſſo, vel non, feudum de facto retinere, tanquam pignus & hypothecam antiquorum iurium, non tamen faciendo fructus ſuos, ſed eo imputando in ſortem debiti, ſicut quiuis creditor? Et primò videtur, prehenſionem feudalem cum ſuo pleno effectu perſeuerare, quia eſt debitè & ritè facta, cliens verò non offert plenè & integrè, quicquid domino debetur, ergo non debet admitti in fidem, quia non conſtituit dominium in mora per imperfectam oblationem, imò ſemper moroſus & culpabilis remanet. Et verum eſt ſemper, & clientem & iura deficere, igitur ſemper durat effectus huius §. Tum verba huius §. ſunt generalia & indefinita, ibi, *droicts & deuoirs*, quæ non diſtingunt inter iura noua, vltimæ mutationis vaſalli: & vetera, præteritarum mutationum: ergo indiſtinctè debent intelligi. *l. de pretio*, D. *de publi. in rem actio*, & verbo generali omnia complectuntur. *l. ſi ſeruitus*, D. *de ſeruitu. vrba. prædio. cum vulgo.* & verba huius conſuetudinis æquè conuenient præteritis, vt nouis debitis, & mens congruit & diſpoſitio. *l. ab omnibus, in fin. princ.* D. *de legat.* 1. not. Paul. in *l.* 4. §. *totiens*, D. *de damn. infect.* & maximè cùm hîc ſint duo verba copulatiuè* geminata; quæ tanto magis debent aliquid & plenius operari, per nota. Bartol. & Alexand. in addit. per illum text. in *l. cum ſimus*, C. *de agricol. & cenſib.* Bald. in *l. fructus*, C. *de actio. empt.* & in *cap. eam te*, *col.* 1. *de reſcript.* & plenè Anto. Corſ. in *tract. de excellen. & poteſt. regia. in q. de geminatis.*

* Geminata verba.

28. ¶ Et iſta pars abſque dubio videtur vera, tribus aut quatuor concurrentibus. Primum, quòd manus iniectio ſit ritè & debitè facta in forma huius §. ex vero defectu clientis & iurium: alioquin ſi eſſet facta feudo non aperto. vel præter formam. aut indebitè, eſſet nulla, aut annullanda, & reuocanda, nec poſſet dominus aliqua retentione vti prætextu præteritorum aut aliorum iurium: ſed cliens veniret ante omnia reſtituendus, tanquam indebitè ſpoliatus, per not. Bart. in *diſput.* 6. Lapus, Ioan. Imol. in *l. qui à Latronibus, in princi.* D. *de teſta.* & pulchrè Petr. Anchar. in *conſil.* 292. *videretur.* plenius dicemus j. §. 65. & ſimiliter. ſecus in manus iniectione facta ex cauſa de qua j. *eo.* §. 16. quia illa eſt limitata ad aliam cauſam, & non habet, nec poteſt extendi ad hunc effectum. Secundum requiſitum, quòd illa iura antiqua ſint efficaciter debita, & non ſint præſcripta triginta vel quadraginta annorum ſpatio, quo iura particularia feudi præſcribi poſſunt, vt dixi *infra eo.* §. 12. pro debito enim præſcripto non habet locum actio nec compenſatiò, nec retentio, ſed benè ſoluti repetitio, vt per *gloſſ.* & Barto. in *l. fin. in fin.* D. *rem ra. habe.* & latè dicetur *infra* §. 68. an autem in effectu requirantur quadraginta anni ratione hypothecæ, dixi *infra* §. 68. *in gloſſ.* 2. *ſuper ver. heritage.* Tertium requiſitum dummodò iſtæ nouus cliens ſit debitor horum iurium, vt quia eſt hæres antiqui clientis ad illa obligati, vel eſt antiquus vaſallus qui fuerat in fidem admiſſus & inueſtitus ſalua actione iurium, deinde mutatio contigit ex parte domini, & nouus dominus feudum prehendit, ſecundùm formam §. 56. *infra eod.* quia ſi vaſallus nudam fidem offerat, videtur poſſe repelli, & feudum cum effectu reci-

neri, niſi iura quæ debet, & quorum fuit ſibi hucuſque facta gratia, perſoluat: Secus in nouo emptore, donatario, aut alio quouis particulari titulo ſuccedente, qui non eſt perſonaliter obligatus ad reliqua auctoris ſui: & ſic ſi offerat quod ex capite ſuo, & noua mutatione debet, videtur quòd teneatur dominus eum admittere & inueſtire, & quòd non poſſit feudum retinere, prætextu antiquorum iurium: ſaltem ad hoc, vt faciat fructus ſuos, nec imputet in ſortem, quum illud ſit odioſum, & reſtringendum. Quarum, dummodo conſtat, vel incontinenti poſſit probari & liquidari: quæ & qualia ſint illa iura, quorum nouus vaſallus eſt debitor, ratione præteritarum mutationum. Secus ſi eſſent controuerſa, & promptè non poſſent decidi: quia rationabile eſſet vaſallum interim admitti & dominicam manum leuari, ſaltem datâ cautione antiquorum iurium, & hoc vt via precludatur fraudibus & techuis quorundam, ſemper aliquid veterum iurium ſupereſſe cauſantium, & litem diu protrahentium, vt interim fructus feudi prehenſi lucrifaciant, vel à nouo vaſallo indebitum quid torqueant.

29. ¶ Pro* ſolutione ſic diſtinguo: aut prior & immediatus vaſallus fuit aliàs in fidem admiſſus, & inueſtitus, ſalua actione iurium, ita quòd (vt pragmaticorum verbis vtar) prior immediata apertura feudi, & conſequenter omnes præcedentes fuerunt clauſæ: nec eſt feudum vllo modo apertum, niſi ex hac ſola & vltima mutatione. Aut* verò feudum pluries fuit apertum & nulla fuit renouata fidelitas, nec admiſſio in fidem facta pro illis antiquis mutationibus. Primo caſu cenſeo patronum nulla retentione feudi vti poſſe, prætextu antiquorum iurium: nec feudali retentione, de quâ in hoc §. faciendo fructus ſuos: nec ſimplici pignoratitia retentione, tanquam ſimpliciter pignori incumbens. Probo, quia manus iniectio, de qua in hoc §. eſt præciſe limitata ad cauſam in hac conſuetudine, & in forma actualis prehenſionis expreſſam: videlicet propter defectum clientis & iurium: & * cauſa principalis & productiua eſt ipſa interruptio fidelitatis, & vaſalli: defectus autem ſolutionis iurium, non eſt cauſa effectiua, nec productiua poteſtatis prehendendi, ſed ſolum acceſſoria, & concomitans cauſam principalem, vt patet per deducta ī. *eo. glo.* 1. 30. Et ſic, quamuis conſuetudo loquatur ſimpliciter de iuribus, tamen non debet indiſtinctè intelligi de quibuſcunque iuribus, ex quacumque antiqua mutatione feudi debitis, ſed ſolum de his quæ debentur ratione illius mutationis, ſiue interruptionis, ex qua feudum poteſt prehendi: non autem de illis, ſi quæ fortè reſtant, ex præteritis interruptionibus, quæ fuerunt ſublatæ dudum redintegratâ fide. cùm enim conſuetudo non permittat prehendere pro iuribus, niſi acceſſoriè & dependenter, ad interruptionem & aperturam feudi: meritò non debet intelligi, niſi de iuribus quæ accedunt & dependent ab eadem apertura feudi, ex qua oritur, & competit ius prehendendi: non autem de illis quæ dependent à præteritis mutationibus, quarum ratione nullo modo licet manum feudo iniicere: & quæ iura non dependent ab apertura feudi, de qua eſt quæſtio, & nihil cum ea habent commune: acceſſorium enim debet naturam & conditionem ſui principalis ſequi. *cap. acceſſorium. de regul. iur. in 6. cum vulgo.*

31. ¶ Tum per vltimam renouationem fidei præteritæ interruptiones feudi clauſæ fuerunt: & poteſtas prehendendi feudum ratione illarum & iurium ab illis dependentium, fuit funditus & * perpetuò ſublata, & extincta, & pro dictis iuribus ſi qua non ſoluta fuerunt: non remanſit domino, niſi ius agendi. Et ſic quamuis poſtea accidat noua mutatio feudi, non tamen recidunt in poteſtatem prehendendi. Tum quia ſemel fuerunt ab illa perpetuò ſeparata, & excluſa: igitur argument. *l. ſi. quæ eſt ſingul. C. de remiſſio pigno.* quæ tamen non concludit, quia *dſ. fin.* non debet extendi extra terminos ſuos.

Tum quia illæ mutationes antiquæ, nihil habent commune cum hac noua mutatione: ſed poteſtas prehendendi, & ipſa prehenſio, eſt limitata ad hanc nouam mutationem, iura ab eadem dependentia. Igitur limitata, tum ad ea tantùm habet effectum, per regulam *l. in agris. D. de acqui. rer. do. cum vulg.* & eſt concludens ratio: & hunc puto verum & ſanum intellectum noſtræ conſuetudinis. 32. ¶ Ex quo ſequitur, quòd vaſallo offerente fidem & integra iura debita, ratione huius vltimæ mutationis debet in fidem admitti, inueſtiri, & feudum recuperare: nec poterit patronus illud retinere prætextu antiquorum iurium: etiam ſi ſolum vellet pignori incumbere, non faciendo fructus ſuos. Patet* ad maiorem euidentiam, ipſam facti ſpeciem cum ſuis circunſtantiis, ad intellectus examen renouando. Aut enim patronus prehendendo feudum, cauſam ſpecificam ſeu individuam exprimit, putà manum iniicio tali feudo mihi aperto, ex tali venditione, propter defectum vaſalli, & non ſolutionem iurium ratione dictæ venditionis debitorum: Et tunc clarum eſt hanc manus iniectionem eſſe formaliter limitatam ad expreſſa in ea, & ſic ceſſare debet ceſſantibus cauſis in ea expreſſis, ad quas fuit limitata: Aut patronus nihil expreſſit, niſi cauſam genericam in hoc §. expreſſam, non enim tenetur aliud exprimere, vt diximus. Et tunc ſi non ſit apertum, niſi ex vna cauſa, puta ex tali certa venditione, quæ eſt vltima mutatio, idem eſt quod in caſu præcedenti, quia æquè cenſetur ad illam limitata, ac ſingulariter expreſſa fuiſſet.

33. ¶ Hæc eſt enim maxima in iure, quòd* licet aliqua diſpoſitio ſecundùm figuram verborum ſit generalis, & poſſit comprehendere plura ſubiecta: tamen ſi in veritate non venit verificanda, niſi in vna ſpecie, dicitur ſpecialis, & non venit verificanda, niſi in vno certo indiuiduo, dicitur verè & propriè ſingularis. text. eſt in *l. ſi domino, vbi Dyn. Bar. Bal.* D. *de lega. 1. in l. ſi heres, l. ſi optio. D. de optio lega.* in cap. *ex parte 1. iuncta glo. fin. de reſcript.* ubi hoc no. *Card. Flor. Panor. Feli. Deci.* qui ad multa exemplificant, & in *c. paſtoralis. §. quoniam extra. de reſcript.* Franc. Areti. in *l. 1. col. 5. num. 8.* D. *de vulga. & pupil.* & in *l. 2. §. & harum, col. pen. verſ. & adde.* D. *de verbo. oblig. Iaſ. in l. 2. in prin.* per illum text. & in *l. gallus. §. 1. col. 1. lect. 1.* D. *de lib. & poſthu.* & in *conſ. 15.* & in *conſ. 16. col. pen. ver. tertio* & fortius, *lib. 1.* Franc Curt. ſen in *conſ. 49. memoriæ recolendæ, col. 18. Aymo Cravet. conſ. 161. nu. 4.* dixi in *regu. de inſtr. reſignantib. nu. 235.* Sed iſta prehenſio non poteſt fundari nec iuſtificari, niſi in ſola vltima mutatione feudi, & iuribus inde dependentibus: igitur cenſetur in ſpecie, imò ſingulariter ad illa referri, & conſequenter atque in præcedenti caſu limitari.

34. ¶ Confirmatur per id quod decidit Bald. in *aut. ei qui iurat. col. 6. verſ. ſed tunc quæro.* vbi determinat, quod miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, comparante debitore & offerendo ſtare iuri, & ſatiſdare de expenſis, & ſic facere ea, ob quorum defectum facta eſt miſſio, non poteſt retinere poſſeſſionem prætextu hypothecæ conuentionalis, quia non eſt eo nomine miſſus, ſed miſſio eſt limitata, & ſic debet recedere de poſſeſſione,* ceſſante cauſa miſſionis. & ſequitur ſubti. Areti. in *l. ſi aliquam. col. 3. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* vbi reddit rationem quia tenuta, quæ fuit data à iudice, videtur data modificatiuè, & ſic limitatim, vnde non poteſt detentio retineri ex alia cauſa. Idem vult Bald in *l. pen. in fin. C. de pigno. actio.* vbi dicit, quod mulier miſſa in poſſeſſionem ventris nomine, non poteſt intertuertere poſſeſſionem alio reſpectu. Idem Bald. appoſitiſſimè decidit in *addi. Specu. tit. de ſenten. col. 4. ver. ſed an miſſus*, quod miſſus per prætorem, non poteſt rem retinere ex dominio vel pignore conuentionali: quia non fuit iſta intentio prætoris. ita in præſenti dicendum, quod patronus miſſus in poſſeſſionem feudi, auctoritate conſuetudinis huius §. non poterit ali-

* Solutio. 1. membrum.

* 2. Mẽbrum.

* Sola cauſa principalis & productiua prehenſionis vaſti eſt interruptio fidei.

* Prehenſio reſpectu certarum mutationũ feudi ſemel remiſſa nunquam eaſundem reſpectu reuiuiſcit.

* Specifica elucidatio.

* Speciale eſt quod nõ poteſt verificari, niſi in vna ſpecie.

* Miſſionis poſſeſſionem, omnino ceſſare debet ceſſante cauſa, cuius contemplatione facta eſt.

qua retentione vti ex alia cauſa, quàm ex qua formaliter eſt facta miſſio & prehenſio, quia iſta non eſſet intentio conſuetudinis. Nec obſtat quod diximus *3. eo. glo. 4. q. 2. nu. 9.* prehenſionem feudalem eſſe magis conuentionalem, quàm iuriſdictionalem: quia eſt verum reſpectu pignorationum, quæ directò fiunt, ſiue auctoritate publica iudicis: tamen non eſt merè conuentionalis, quum magis procedat ex poteſtate legis, quàm ex voluntate clientuli: & eſt quædam ſpecies iuriſdictionis & executionis, competentis patrono in clientem, & rem beneficiariam; tum eſt præcisè limitata ad certam cauſam: Igitur illa ceſſante, neceſſariò ceſſare debet.

* Declarat l. vnic. C. etiam ob chirogr. pecu. pig.

35. ¶ Sed noſtræ reſolutioni fortiter obſtare* videtur *l. vnica. C. etiam ob chirogra. pecu. pig. reti.* & quidem in fortioribus terminis, vbi dicitur creditorem, cui res eſt data in pignus, pro certo debito, pro quo ſolùm, & non pro aliis debitis eiuſdem debitoris erat hypothecata, non teneri rem illam reſtituere debitori, pro luitione offerenti vniuerſum debitum, pro quo res eſt pignorata: Sed poſſe retinere etiam pro aliis debitis merè chirographariis, pro quibus nullam habet hypothecam in re quam retinet. At patronus habet hypothecam in feudo prehenſo, pro omnibus iuribus ratione eiuſdem feudi debitis, quantumcumque antiquis, ſaltem infra 40. annos: Igitur multò fortius poterit retentione vti, quum debitum procedat à re ipſa: imò ipſa res debere videtur, vt ſæpè diximus. Reſpondeo, ſi quidem iſte nouus vaſallus ſit tertius ſeu ſingularis ſucceſſor, non perſonaliter obligatus ad illa iura, non eſt locus *d. l. vnica*, quia d. l. inducit ius retentionis in creditore poſſidente pignus, ſeu rem quæ fuit in pignus data, licèt nunc, oblato debito pignoratitio, ceſſet ipſo iure pignus, idque contra ipſammet debitorem duntaxat: & eam excludit reſpectu ſecundi creditoris, etiam poſſeſſioni pignoris incumbentis; vt patet per *text. d l. in fin.* ex quo conſtat quòd illa retentio eſt perſonalis, vt tenent *glo. Iaco. Rauen. Bal. Ang. Io. Fab. ibi*, vnde vult glo. fi. *ibi*,* illam retentionem non habere locum, contra tertium emptorem pignoris, vel alium extraneum non obligatum ad ſummam propter quam creditor vult vti retentione: & ſeq. præfa. *doct. quamuis Cy. ibi q. 14. in fin.* & Sali. *col. 3. q. 6. in fin. aliter ſentire videantur. vt dicam infra §. 77. titul. 5.*

* Retentio ex d. l. vnica. eſt perſonalis.

36. ¶ Nec obſtat quòd iſtud feudum eſt hypothecatum pro illis iuribus, quia patronus debet priùs diſcutere perſonaliter obligatos, quàm emptorem feudi *aut. hoc ita. C. de pignorib. aut. ſed hodie. C. de action. & obliga.* Nec obſtat quòd illud beneficium nouii iuris, non eſt inductum contra creditores detinentes ſeu poſſidentes pignora vel hypothecas, ſed ſolùm contra volentes auocare à tertiis poſſeſſoribus, vt patet in corpore *auth.* quia ex quo patronus non poſſidebat, nec detinebat, ſed à poſſeſſore auocauit, ex certa ſpeciali & ſpecifica cauſa, & nunc vult tetinere ex alia cauſa, videtur de nouo auocare. Sin autem idem vaſallus ſit ad illa iura perſonaliter obligatus ſiue ex facto ſuo, ſiue prædeceſſoris ſui, cuius eſt hæres: tunc omnia prædicta videntur obſtare. Sed eſt reſpondendum quòd non habent locum in prehenſione rei ad certam ſpecificam cauſam limitata, & ex ſpeciali & ſingulari quodam iure conceſſa, contra voluntatem poſſeſſoris, quod ſingulare & ſpeciale ius non debet extendi, nec incrementum recipere. *l. ius ſingulare. l. quod vero. D. de legibus. l. mulieri.* & ibi *Soci. D. de cond. & demon.* & hæc eſt propria ſolutio.

37. ¶ Secundo caſu principali, quando ſunt plures mutationes clientum, & nullis fuit renouata fidelitas. Tunc dico patronum poſſe feudum prehenſum retinere, pro omnibus iuribus illarum mutationum non renouatarum, idque efficaciter, faciendo interim fructus ſuos, *ex. ca. huius.* §. Ratio, quia ante ſecundam, tertiam, vel nouiſſimam mutationem, poterat manum feudo inijcere, & fructus ſuos facere, donec iura illius mutationis ſoluerentur. Igitur ſi nulla ſit facta fidelitas, ſed ſemper manſit feudum apertũ, idem poterit, quamuis feudum 1. 3. vel vlterius mutetur, abſque vlla exhibitione fidei, quia quanto frequentiùs mutatur, tantò magis & pluries contemnitur dominus, qui non recognoſcitur: & ſicut ratione vnius ſolius mutationis poteſt prehendere, ita ratione plurium: & quamuis pro omnibus ſufficiat vna fidelitas, vtpotè perſonalis & indiuidua, & in tantum debita ab vno quantum à pluribus, vt dixi 7. §. *ſeq. glo. 4. q. 3. 6.* Tamen ad defectum omnium mutationum non renouatarum, & omnium iurium dependentium refertur prehenſio: & ſic cum effectu tenet & perſeuerat, donec omnia illa iura integrè ſint perſoluta: Salua modificatione, quam ex æquitate poſui 5. *eo. glo. 4. q. 4. nu. 31 32. & in prin. huius gloſſ.* & ſic hoc caſu non ſufficeret offerre iura vltimæ mutationis, quia quando ſunt duæ cauſæ æquè principales, & ſufficientes inducendæ diſpoſitionis, vna earum 38.* ceſſante, non ceſſat diſpoſitio, prohibitio vel impedimentum. text eſt in *l. ſi non lex Æmilia. ſententia.* vbi hoc no. Bal. & expreſſius *Io. Imol.* D. *de hæred. inſtit.* text. in *l. ſi ventri.* §. *in bonis. & ibi gl. in ver. credere in fi.* D. *de priuil. credi. in c. quoniam frequenter.* §. *porro iuncto* §. *ſi autem.* vbi Panor. in *fin. vt lite non conteſt. glo. in* §. *affinitatis. ineſt. de nupt. in liberorum.* § *not. anter. in verſi. collocare. D. de his qui no. infra* Bal. in *l. generaliter.* in 2. opp. vbi de pluribus cauſis quarum quælibet per ſe influit. *C. de epiſco. & cler.* Iaſ. in *l. lex Cornel. nu. 7. D. de vulg. & pupil.* Sic vna ſeruitute ſublata remanet alia. tex. in *l. ſi dominus. D. de ſerui. vrba. prad. l. ſi mihi. in prin. D. de ſeruit. vrb. prad.* & vna hypotheca extincta, poteſt res retineri & diſtrahi pro alia *l. cum prior. l. cum ſecundus. D. de diſtract. pign. l. ſi. D. quibus mod. pig. vel. hypo. ſol.* & diſpenſatio ſuper vno defectu non extenditur ad alium. text. in *cap. non poteſt. de præb. in 6. Oldr. conſilio 247. factum tale. Dom. de S. Gem. conſil. 33. pro examinatione. col. 2. ver. item licet.*

* Ceſſante vna ex pluribus cauſis integris non ceſſat diſpoſitio.

39. ¶ Et* excommunicatus pluribus excommunicationibus, ſi abſoluitur ab vna, remanet ligatus ex aliis: imò etiam vna & eadem excommunicatione imodatus ex pluribus cauſis, ſi ſit abſolutus ex vna tantùm cauſa expreſſa, remanet adhuc excommunicatus tex. eſt in *cap. cum pro cauſa. vbi gloſſ. Imol. Areti. Cardi. Panor. Feli. de ſentent. excommuni. c. officij. in fin. eo. tit. cap. ex parte de offi. ord.* Idem dicendum de bannito pluribus bannis, vel ex pluribus cauſis, per *l. cancellauerat. D. de his quæ in teſta. delen.* quod intellige procedẽtibus ex diuerſis factis. *l. 1. §. ſi plura D. ad Turpillia.* quia plures excommunicationes vel banna ex eodem factó, habentur pro vno, & ſufficeret vna abſolutio ſimpliciter facta, vt not. Bal. in *l. ſi. C. de nup. l. 2. vt intra certum tempus eri. quæ ter.* latè per Bar. Paul. Alex. Iaſ. in *l. de pupillo*, §. *ſi in plurib. D. de ope. no. num.*

* Abſolutio excommunicationis vel banni ex vna cauſa, non extenditur ad aliam ex diuerſo facta.

40. ¶ Ex quibus infero, quòd in ſecundo membro, ſi patronus manumiſſionem feudi faciat clienti limitatim ex* vna cauſa: remanet tamen feudum prehenſum & ſub manu dominica cum effectu ex aliis cauſis, quæ ſufficiebant per ſe ad prehenſionem: etiam ſi clientem admittat in fidem, modò etiam limitatim ex ea tantùm cauſa admiſerit, vel ius ſuum etiam quo ad lucrum fructuum reſeruauerit, per ea quæ diximus, 5. *ea glo. num.* 37. Idem multò fortiùs, quando patronus ex pluribus cauſis idem feudum etiam exiſtens ad manum ſuam pluries prehendit. quod poteſt facere, vt tradam infra §. 65. quia ſi vnam manus iniectionem remittat, remanent aliæ cum effectu per prædicta, & per text. in *l. nec ſe* §. 1. *D. de acquir. vel amit. hæredit.* vbi omnes dict. notant* repudiatione vel remiſſione vnius iuris, aliud non eſſe remiſſum. text. in *l.* §. *ſed videndum D. de ſucceſſo. edict. in l. ſi filius, qui patri, in prin. ibi, & qui alio iure venit, quã eo quod amiſit, nõ nocet id quod perdidit, ſed prodeſt id quod habet. D. de bon. lib.* & ap-

* Manicipatio feudi ex vna cauſa non liberat illud tantùm, ſed etiã ex alia.

* Vnoiure ſublato remanet aliud.

poſitiſſimè text. in *d. l. de pupillo* §. *ſi in pluribus* vbi remiſſa vna nuntiatione noui operis pro vno opere, non cenſetur remiſſa nuntiatio alterius operis reſpectu: Secus ſi pro vno & eodem opere, vt ibi no. Et ſi pro vna & eadem mutatione ſiue apertura feudi, patronus pluries, ſiue per ſe, ſiue per alios prehendiſſet feudum, omnes huiuſmodi prehenſiones non reputarentur, niſi pro vna, & ſufficeret vna remiſſio vel manumiſſio feudi. Ex his habes quomodò & quando tollatur manus iniectio feudalis facto patroni, vel clientis.

* Quādo prehenſio feudi ipſo iure reſoluitur.

41. ¶ Adde quòd aliquando neutrius facto, * ipſò iure reſoluitur & extinguitur, vt ſi cliente bonis ademptis deportato, patronus feudum morte ciuili clientis apertum prehenderit, deinde clients principis beneficentiâ, non ſimplicem pœnæ indulgentiam, ſed plenam & integram reſtitutionem conſecutus fuerit: quia tunc ipſo iure ciuiliter reuiuiſcit, & recuperat bona, etiam in tertium alienata, * dummodò alienatio immediatè ex ſententia & confiſcatione proceſſerit, per *l.* 1. *&* ſi. *C. de ſentent. paſſ.* & not. ibi doct. Bal. in *l. ſed ſi hæc.* §. *ſed & ſi per pœnam. in fi. D. de in ius vocan.* & omnes in *l. gallus.* §. *& quid ſi tantum. D. de lib. & poſthu.* Feli. in *cap. inter quatuor. de maiori. & obedi.* & conſequenter ipſo iure reſoluitur manus iniectio, per patronum facta ex capite mortis ciuilis. An autem fructus, quos interim percepit, & ſuos fecit, & fortè largius vtendo bona fidę conſumpſit teneatur reſtituere, iſtud dependet ab effectu talis reſtitutionis: de qua latè tracto *infra arg.* 168. *vbi remitto.* Quid autem ſit iuris quando alienatio feudi facta per vaſallum, poſtea per ſententiam nulla declaretur vel reſcindatur, dicam j. §. 33. Et quid ſi vaſallus, contra quem fidelitatem non facientem, feudum fuit prehenſum, deceſſerit relicto filio impubere, vel minore viginti annis. An prior prehenſio pro tempore futuro ipſo iure deſinat, vel ope exceptionis, quoniam dominus tenetur precarium ſeu tolerantiam fidei facere huic minori, dicam j. §. 41. Addo alium quotidianum caſum, in quo prehenſio ipſo facto reſoluitur. Fac donatarium vel venum hæredem aut vaſallum inueſtitum à domino, qui nihilominus ſuper poſſeſſore prehendit ex defectu hominis, prout poteſt. ex quo ille non incumbit poſſeſſioni nomine inueſtiti, qui poſtea etiam poſt multos annos poſſeſſorem euincit, certè eo veniente & recuperante feudum, prehenſio ipſo iure reſoluitur niſi reſpectu extranei inuaſoris, & in eius præiudicium, videlicèt reſpectu fructuum, quos poſſeſſor non tenetur reſtituere victori, vt quando condemnatur ſine fructibus, vel à tempore litis conteſtatæ tantùm. Plus dico contingere poſſe vt reſtituat fructus vtrique: quantumuis enim dominus habeat verum vaſallum in fide manentem, tamen quandiu is realiter non poſſidet, non cenſetur in effectu habere. Tum tertius qui nomine proprio poſſidet; non poteſt inueſtituram alterius, quam non approbat, allegare: & multò minùs de iure tertij quem impugnat excipere. Tum intereſt domini recognoſci à poſſeſſore. Cùm ergo tertius iſte non prætendat ſe tenere in ſubfeudum, vel in cenſum ab inueſtito, nec aliàs ſub eo nec eius nomine, tenetur patronum cognoſcere, qui alioquin poteſt manu iniecta fructus ſuos contra eum facere. Ideo ſi poſſeſſor non curauerit ſibi manum leuari, & poſtea condemnetur reſtituere fructus euincenti, tenebitur nihilominus tantundem reſtituere domino feudi, qui culpâ ſuâ illos amiſit vel prodegit. Poterat enim homagium offerre domino, & congruas oblationes: & ſic inefficacem reddere prehenſionem, ſi fortè dominus admittere noluiſſet, vel eum in fidem admittere, vel inducias dare vſque ad finem litis, vel aliter manum leuare, addito inſtrumento oblationis, per quam ius ſuum & quaſi poſſeſſio contra omnes conſeruatur. Poteſt etiam dominus, ſi velit, vt piè debet (*c. vnic. de for. fideli. in vſib. feud.*) gerere negotium fidelis vaſalli abſentis, fortè captiui vel pauperis, contra violentum inuaſorem. Poteſt enim ei denegare inueſtituram, tanquam iniuſto occupatori, ſubeundo onus hoc probandi ſi opus ſit, poſtquam inuaſor titulos & auctoritates ediderit, prout tenetur & cogi poteſt à domino, non ſolum viâ actionis, ſed etiam prehenſionis, antequam in fidem eum admiſerit, & ſe contra fructus lucrari, vel fideli clienti conſeruare. Idem in ſimilibus.

43. ¶ Circa hæc de reſolutione prehenſionis quæ ſit ipſo iure: Hoc menſe Nouemb. anno 1538. dum quartana & autumnali febre laborans, à ſolidioribus ſtudiis feriatus, intendo impreſſioni huius primæ partis, & ſingulas chartas antequam Typographo tradam relego, eodem fermè tempore dum ſi. huius gloſſ. relegerem, oblata eſt in conſilio peritorum, quo aderam, appoſitiſſima quæſtio, cuius reſolutionem continuò & paucis hîc inſerendam & addendam vtile duxi. Thema eſt; feudum poſſidebatur pro * indiuiſo à quatuor hæredibus; ad primogenitum ſpectabat dimidia, ad reliquos cuilibet tertia pars in altera dimidia, ſiue ſextans totius deducta manſione principali: quamuis totum feudum eſſet apertum, tamen patronus ſolùm prehendit vnum ſextantem, ſiue portionem pro indiuiſo, ſpectantem ad quendam ſecundogenitum duntaxat, quem fortè non habebat gratum. Hoc facto fratres proceſſerunt ad diuiſionem hæreditatis, & totum illud feudum obuenit primogenito: illi autem ſecundogenito adiudicatum fuit aliud feudum mouens ab alio patrono. Quæſitum fuit, an prehenſio feudalis dicti ſextantis per ſuperuenientem diuiſionem eſſet reſoluta? Hæc q. eſt magni effectus & ad multa alia protenditur: tamen (quia nullam mihi videtur habere dubitationem) penitus omiſiſſem, niſi comperiſſem etiam doctos quoſdam & expertos dubitare, imò in affirmatiuam partem inclinare, reſolutam eſſe ipſo iure prehenſionem. Et mouebantur arg. *l. Iulianus.* §. *idem Celſus.* D. *de act. empt.* Et quod portio prehenſa erat ante prehenſionem ſubiecta huic caſui & euentui diuiſionis & adiudicationis, ad hæc quæ no. in *l. fin. D. ſi ex noxa. cauſ.* Et ſic iudicium diuiſionis intentatum poſt prehenſionem, facit eam eſſe in ſuſpenſo, & pendere à futuro euentu diuiſionis; Sentientes quòd ſi illo ſecundogenito, loco ſextantis indiuiſi fuiſſet adiudicata certa portio in eodem feudo pro diuiſo, quòd prehenſio ſubſiſteret in iſta portione, nedum prout ex nunc, à tempore diuiſionis, ſed etiam prout extunc à tempore prehenſionis: quaſi illa portio diuiſa tanquam eiuſdem naturæ, & ſubrogata ſortiatur ipſo iure eandem naturam & conditionem, velut ab initio prehenſa, iuxta gloſſ. & doct. in *l. certi conditio. in princip. D. ſi cert. petat. in l. cùm in fundo*, §. *ſi fundus*, *D. de iur. dot.* ita quòd cæteræ partes feudi ſint ipſo iure etiam retrò liberæ ab huiuſmodi prehenſione, ſicut & à venditione, *in d.* §. *idem Celſus*, idem etiam inferebant ad hypothecam (vt error ſemel admiſſus latè ſerpit) & dicebant areſto deciſum fuiſſe, creditorem qui mediam certæ hæreditatis habebat ab altero hæredum pro indiuiſo hypothecatam, poſtea diuiſione certis regionibus inter hæredes facta, teneri hypothecam ſuam perſequi & exercere ſuper portione debitori ſuo pro diuiſo adiudicata tantùm: Et non poſſe inquietari alterum hæredem, non debitorem, nec portionem illi pro diuiſo remanentem. Inducebant etiam pro ſimili, quòd retractu proximitatis intento contra extraneum emptorem, dimidiæ vel alterius partis domus antiquæ, quæ pro indiuiſo poſſidetur, partim à propinquis, partim ab extraneo: ſi contingat inter eos diuiſionem fieri, & totam domum peruenire ad propinquos, vel vnum ex propinquis, reſoluitur & euaneſcit ipſo iure actio, & ius retractus: Et ſi tota domus adiudicetur extraneo, tota cadit in retractum erga dictum actorem, qui iure præuentionis præferetur omnibus aliis proximis in retractu totius

* Reſtitutio principis tollitur quādoque id alienata.

* Prehenſio portionis feudi indiuiſi, nō reſoluitur nec alteratur per diuiſionem feudi ſequētem.

domus. 44. ¶ Nunc aduerte, ego dixi, & dico, quòd quantum ad illud vltimum de retractu proximitatis, verissimum dicunt. Sed multum differt ad hypotheca, & prehensione feudali: Tum quia ius retractus non est ius in re, sed solùm ius ad rem, & actio personalis: & sic in eo habet locum dispositio *d. l. Iulianus, §. idem Celsus*, quæ loquitur in habente ius personale, secundum Bart. & doct. ibi. tum quia diuisio superueniens in casum, quo tota res adiudicatur vni propinquo, facit cessare omnem rationem & causam finalem retractus, vt plenè scripsi *j. §. 184.* vbi hoc ampliaui primò ad retractum feudalem, quia est etiam eadem ratio, quum de se non sit ius in re: sed actio personalis ad rem auocandam, vt infra. §. 20. Secundò amplio, etiam si diuisio fieret post actionem retractus intentatam, & litem super eo contestatam: quia diuisio est alienatio necessaria, & permissa, etiamsi res ipsa propriè sit effecta litigiosa. text. in *auth. de litigi. in prin. col. 8.* Tum quia etiam antequam retractus intentaretur, res ipsa statum implicitum habebat ad onus & euentum huiusmodi diuisionis: igitur per nota. Bart. Alexand. in *l. fin. D. si ex noxa cau. aga.* Tertiò amplio etiam, si diuisio fiat absente & non vocato agente ad retractum, dummodò aliàs ritè & verè fiat, & non sit simulata.

Actio retractus per diuisionem etiam post litē contestatam subsecutam resolui potest.

Hypothe. per diuisionem sequentem in nullo mutatur.

45. ¶ Sed longè aliud est in hypotheca, quum sit ius formatum in re hypothecata: & non est alterabile nec auferibile per debitorem, nedum per alienationem merè voluntariam, sed etiam prætextu diuisionis, quæ hoc non obstante, siue res tota vni adiudicetur, siue æquis regionibus diuidatur, semper remanet hypotheca in statu suo, & portione indiuisa, vt prius. text. in *l. si quis putans, §. si fundus. D. commu. diui. in l. 3. in fin. D. qui potio. in pig. habe. in l. si consentit, in fin. vbi Barto. D. quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* Bald. Salic. in *l. vnic. C. si commu. res pign. dat. fit*, quodautem iactabant de aresto, nihil est: imò accepi à viris senatoris, pluries in hoc supremo Senatu iudicatum conformiter ad hanc dispositionem iuris communis, etiamsi constitisset diuisionem rei hypothecatæ esse probè & æqualibus portionibus factam: quo casu videbatur esse quædam apparentia, quasi non interesset creditoris, qui etiam ad diuisionem potuisset prouocari & compelli: Sed imò creditoris interest, quia quanto plures inquietabuntur, citius festinabitur ad soluendum debitum. Et vltimò satis est, quod iuri suo non potest facto alieno derogari.

Idem in vsufr. æquisio super parte indiuisa

46. ¶ Hinc est etiam, si socius in fundo communi pro indiuiso legauerit vsumfructum, & post mortem testatoris eius hæres ab altero socio prouocatus fuerit ad diuisionem, etiamsi æquis regionibus diuidatur fundus, tamen legatarius habebit & percipiet vsumfructum suum super dimidia parte pro indiuiso totius fundi, nec tenetur assumere fruitionem partis diuisæ hæredi testatoris assignatæ. text. in *l. si qui*, D. *de vsufru. lega.* Et est ratio, vt ibi declarat Lancelo. Deci. Bart. Lancelot. in *l. si vsufructus, eo tit.* quia vsufructus legatus transit ipso iure & rectà in legatarium à morte testatoris, sine aliqua traditione vel quasi. *l. si partem* D. *quemadmo. serui. amit.* Et sic tempore diuisionis legatarius erat verus vsufructuarius, & habebat ius in re: Secus si tantùm habuisset ius personale, puta si cui venditus vel donatus fuerit vsufructus à socio fundi communis, qui vel eius hæres ante traditionem vel quasi diuisionem fecit cum socio, quia tunc non erit locus *d. l. si qui*, sed habebit locum dispositio *d. l. Iulianus, §. idem Celsus.* qui loquitur in re vel portione tantùm vendita: Secus si esset tradita & translatum dominium. Vnde dico, quòd si in venditione partis pro indiuiso, esset apposita clausula constituti vel similis, non haberet locum *d. §. idem Celsus*, & etiam extunc non poterat ampliùs fieri diuisio cum venditore, sed solum cum emptore. Et quòd *d. §. idem Celsus*, procedat solum ante traditionem, est text. in *l. communi diuidendo. §. si debitor, versi nam & si partem*, D. *communi diuidund.* An autem dispositio *d. §. idem Celsus*, habeat locum in dimidia pro indiuiso, legata à socio in diem vel sub conditione: si eius hæres ante diem legati cedentem prouocatus veniat ad diuisionem dixi *j. §. 91. vbi remitto.*

47. ¶ Ex his clarissimè patet resolutio propositæ quæstionis. Et concludendum esse in præfato themate pro parte negatiua, videlicet prehensionem feudalem partis indiuisæ feudi nullo modo resolui, nec alterari per quantamcunque subsequentem diuisionem. Vnde eodem themate retento, siue totum feudum adiudicetur primogenito, siue ipsi secundo genito, contra quem facta est prehensio, siue æquis regionibus diuidatur, non resoluitur, nec augetur, nec diuiditur prehensio patroni: Sed remanet in eodem sextante pro indiuiso, semel prehenso, quoniam manus iniectio feudalis non est personalis, sed realis: nec fit in personam, sed * in rem ipsam, quam solùm & non personam afficit. Et auocat possessionem rei seu portionis prehensæ, imò facit eam interim censeri quasi reunitam, & quasi consolidatam dominio directo: Et sic non inducit ius personale, sed ius in re. per not. *supra eod. gloss. 2. quæst. 2. & glo. 5. in princ.* Item resoluitur prehensio ipso iure, in casu de quo supra eodem glossa secunda, ad fin. Tamen in illo casu prehensio non erat propriè & simpliciter realis sed solum tenebat respectu extranei inuasoris feudi, & in eius præiudicium, quoniam feudum ipsum in se non erat apertum, sed superierat verus vasallus, qui recuperata possessione feudi sui, siue per viam extraiudicialem, siue per iudicium possessorium, aut petitorium, non indiget aliqua manus leuatione, sicut nec noua inuestitura: sed in vim præcedentis vltimæ inuestituræ suæ, liberè frui potest, nec impediri potest à patrono.

* Prehensio feudalis est realis & inducit ius in re.

48. ¶ Rursus ad maiorem declarationem quæro, quid si minor vendidit & tradidit feudum solenniter & cum decreto, Deinde infra vigintinouem ætatis annos impetrauit restitutionem in integrum, qua mediante feudum recuperauit: Sed medio tempore, patronus feudum prehenderat super emptore iusta non faciente, & ex defectu hominis, & iurium iuxta hunc §. possidebat, vtrum per * restitutionem adiudicatam resoluatur ipso iure feudalis prehensio? Breuiter respondeo quòd non. Aut enim minor nunquam se contulerat in fidem patroni, nec ab eo inuestitus fuerat, & non resoluitur, sed perseuerat prehensio. quia etiam modò respectu minoris inuenitur feudum apertum: necesse igitur habet patrono adito iusta offerre, & leuationem manus petere, iuxta not. infra. §. 63. Alioquin semper fructus cedunt lucro patroni. Aut verò antequam venderet, fuerat in fidem admissus & inuestitus à patrono. Et prima facie videretur dicendum, quòd eo feudum recuperante continuò resoluatur, prehensio, quasi non dicatur nouus vasallus aduenire, sed potius antiquus vasallus ad feudum suum reuerti, quoniam restitutio in integrum retrotrahitur. *l. quod si minor. §. restitutio.* D. *de minoribus.* Contrarium tamen dicendum est, quòd imò est nouus aduenies vasallus. Ratio quia dicta venditio & alienatio, mero iure tenuit & valuit, & feudum verè mutatum, & in aliam manum translatum fuit, & defuit dictus minor esse vasallus, & in fide patroni. Et sic noua inuestitura & renouatione fidelitatis indiget. Verum quidem est, quòd nullum releuium, nulla noua iura vilia soluere tenetur patrono, *per ea quæ dicemus* infra §. 33. *quæst. 6.* sed tamen tenetur ad nouum fidelitatis sacramentum.

* Restitutio in integrum non extenditur ad fidelitatem per alienationem mero iure validam interpositam.

49. ¶ Et si dictus emptor non præstiterit iura patrono, sed manus iniectionem passus fuerit, fructus omnes sunt patroni, qui, nec eius commissarij minimè tenentur recedere, licet sententia restitutionis in integrum per iudicem exequatur contra emptorem, imò

imò ſemper poteſt dominus frui & fructus deinceps lucrari, donec victor iuſta obtulerit: non tamen propter hoc liberabitur emptor à fructibus, ſed æquè tenebitur reſtituere æſtimationem, quia culpâ ſuâ amiſit, ex quo prehenſio patroni iuſta fuit, ꝛ. *ea. gloſſ. num.* 42. Si verò dictus emptor fuiſſet à patrono inueſtitus: per adiudicationem & executionem huius reſtitutionis, feudum de nouo aperitur, & de nouo prehendi poſſet, tanquam ex vera & noua vaſalli mutatione. Vnde quantum ad prehenſionem feudi, & eius effectum, idem dicendum, quòd in primo membro. Secùs ſi minor vendidiſſet ſine decreto, ita quòd alienatio fuerit nulla, & ſic nulla vera mutatio manus fuerit facta: quia tunc eſſet diſtinguendum, an aliàs ipſe minor fuiſſet inueſtitus & tunc reſpectu euincentis, ceſſet prehenſio ſuper mero & iniuſto poſſeſſore facta, & in vim vltimæ & non interruptæ fidelitatis minor fruipoſſit: An verò nunquã fuiſſet inueſtitus, vt tunc prehenſio ſemper perſeueret, donec dictus minor, nũc fortè factus maior, iuſta fecerit. Ex his patet, quòd quamvis quantũ ad hoc, vt non ſit locus nouo releuio, vel vtilibus iuribus, non ſit differentia, an contractus ſeu alienatio ſit ipſo iure nulla, an verò ſit mero iure valida, ſed reſolubilis, deinde retro reſoluatur, & ad non cauſam reducatur, vt latè tract. *infra* §. 33. *queſt.* 3. 7. *& ferè per tot.* Tamen eſt differentia quantum ad effectum prehenſionis feudalis, medio tempore factæ, & quantum ad ſacramentum fidelitatis quod renouandum eſt, quoties mutatio facta eſt, & fidelitatis interruptio. Reſolutio enim & annullatio contractus nihil de ſe habet commune cum fidelitate & nexu clientelari. Plura alia omitto quæ occurrunt, vt tradam infra locis opportunis, vt ſic finem inueniam huius §.

§. II.*

* Hic articulus nouus eſt conſuetudinis Pariſienſis.

L'VSVFRVICTIER d'vn fief peut à ſa requeſte, perils, & fortunes, faire ſaiſir le fief ou fiefs & arriere fiefs ouuerts, mouuans ou dependans du fief dont il iouyt par vſufruict, à faute d'hommes, droicts & deuoirs non faicts & non payez. Pourueu qu'en l'exploict qui ſera faict, le proprietaire du fief ſoit mis & appoſé: ſommation toutesfois prealablement faicte audit proprietaire à ſa perſonne, ou au lieu du fief dominant, de faire ſaiſir. Et ne peut le proprietaire bailler mainleuée, ſinon en payant les droicts audit vſufructier.

§. III.*

* Hic articulus olim fuit ſecundus.

QVAND aucun fief eſchet par ſucceſſion de pere, mere, ayeul, ou ayeule: il n'eſt deu au Seigneur feodal dudit fief, par les deſcendans en ligne directe, que la bouche & les mains auec le ſerment de feauté, quand leſdits pere, mere, ayeul, ou ayeule ont faict & payé les droicts & debuoirs en leur temps; en ce non compris les fiefs qui releuent, & ſe gouuernent, ſelon la couſtume du Vulquecin François. [Eſquels* fiefs, qui ſe gouuernent ſelon la couſtume dudit Vexin, eſt deu relief à toutes mutations: Et auſſi ne ſont deux quints.]

* Inclusa adiecta ſunt per nouam conſuetudinem.

HÆres per lineam directam deſcendentem in feudo ſuccedens, non tenetur patrono, niſi oris profeſſione, manuúmque porrectione, clientelare officium agnoſcere, ſponderéque, cum fidelitatis ſacramento: dummodo parentes & aſcendentes ſui feudalia iura tempore ſuo ſoluerint. Exceptis feudis, quæ renouantur & reguntur ſecundum conſuetudinem Vulquecini Gallici. H. D.

PRÆSVPPONENDVM quòd per omnes ferè conſuetudines huius regni, exceptis tamen ad minus 26. *ad fin.* quæ vſibus feudorum, Inſubriæ, Prouinciæ, Nauarræ confirmantur in hoc, quatuor deſignatis, ꝛ. §. 1. *gloſſ.* 8. *qu.* 5. *num.* 14. quandocunque feuda aperiuntur, ſeu quando accidit mutatio vaſallorum, feudo tranſeunte ad aliam perſonam: debentur patronis vltra recognitionem fidelitatis, quæ eſt inſeparabilis à feudo (vtpote eius ſubſtantia & forma) quædam iura & commoda pecuniaria, quæ communiter vocantur releuia, ſeu aptiùs releuamenta, vt traderur ꝛ. §. 33. Idque diuerſimodè pro moribus cuiuſque loci, hîc autem dicitur, quando tranſlatio feudi fit per ſucceſſionem in linea directa deſcendentem, illa iura non deberi de iure communi conſuet. noſtræ: ſed ſolam fidelitatis exhibitionem & recognitionem: quam fidem & homagium vocant. Idem abſolutè & ſine exceptione cautum eſt, quando non perſona vaſalli, ſed ſolùm perſona patroni mutatur *infra* §. 48.

SVMMARIA GLO. I.

1. *Filius cenſetur eadem perſona cum patre.*
2. *Verbum natus ex corpore verificatur in nepote, etiam ex filia.*
3. 4. *In ſucceſſione liberorum ceſſat vectigal & gabella.*
5. *An hic §. habeat locum in feudis, quæ lege contractus vel ſubſtitutionis deferuntur.*

Digitized by Google

GLO. I. IN VER.

Par ſucceſſion.

* Filius eadē persona cum patre.

NATVRALIS & ciuilis eſt ratio huius conſuetudinis, quoniam 1.* filius cenſetur vna & eadem perſona cum patre *l. fin. inſtit. C. de impube. & ali. ſubſtit. §. ei qui. Inſtit. de inutil. ſtipu. l. cum ſcimus. §. fin. de agric. & cenſ. lib.* 11. *C.* & vel patre viuo quodammodo dominus bonorum patris, à quo moriente non dicitur de nouo in filium transferri, ſed continuari dominium, nec cenſetur filius rem acquirere, ſed eius liberam adminiſtrationem conſequi, *l. in ſuis. D. de lib. & poſthu. in §. ſui autem, Inſtit. de hereditā. quæ ab inteſtat. defer.* Igitur quando vaſallus moritur relicto filio, vel alio naturali & legitimo deſcendente, non videtur mutata perſona vaſalli, nec fieri tranſlatio feudi in alium, ſed continuatio in eundem. Et quamvis quilibet etiam extraneus hæres fingatur eadem perſona, cum defuncto, quem adita hæreditate repræſentat, vt in *auth. de iureiurand. & morien. præſtit. in princip. colla.* 5. & hodie per conſuetudinem regni, & ferè vbique per ſtatuta ipſo iure fit dominus, & poſſeſſor ſine alia apprehenſione facti, vt latè habetur j. §. 132. tamen non habet iura ſuitatis, 2. quæ ſolis cōpetunt liberis, in quibus longè perfectiùs, & euidentiùs apparet continuatio dominij, ait Iuriſconſ. in *dicta l. in ſuis*, quæ non ſolum in filiis procedit, ſed etiam in omnibus liberis vtriuſque ſexus in infinitum: nimirum concurrente ſanguinis continuatione: ex qua vnum & idem & immediatè dicitur quicquid * naturali ſanguine continuatur, inquit Bald. in *l. 1. col. 1. verſic. quæro quid. C. de condit. infer.* vbi vult quòd nepos ex filiâ, dicatur natus ex corpore aui ſui materni, quòd faciat deficere fideicommiſſum, quo idem auus erat grauatus, ſub hac præciſa conditione, ſi decederet ſine filiis ex ſuo corpore natis, & omnes docto. ibi ſeq. probatur in *l. libertorum, in fin. D. de verb. ſignificat.*

* Sanguinis naturalis continuatio quandò operetur.

3. §. Hinc eſt quòd ſtatutum * ſoluendæ gabellæ, de acquiſitione hæreditatis, vel cuiuſcunque dominij; (addo etiam poſſeſſionis, quia eadem eſt ratio:) non habet locum in filio ſuccedente patri, nec in alio quouis deſcendente ex liberis, vt decidit Ang. Io. Imol. Rapha. Cu. *d. l. in ſuis*, quamvis Alexan. ibi, contrarium velit & malè, quinimo etiam ſi ſtatutum loquatur de lucro obtingente, idem dicendum eſt, vt ibi tenet Lancelo. *Deci. reprobata diſtinctione* Areti. ibi, idē ſentit. Ang. in *l. cum in adoptiuis, col. 2. verſic. nota quòd pater*, vbi in adoptiuis fatetur locum eſſe ſtatuti, *C. de adoptio.* & firmat Ioan. Pla. in *proœ. Inſtit. in ver. Alemanicus*, & in *l. vnica. not. 2. C. de impo. lucra. deſcript. lib.* 10. per illum text. clarè probantem Barba. in ſua Ioannina. (ita glorioſus ille *Siculus vocat verboſum quoddam ſuum commentum*) *col.* 36. *Philip.* Decius in *l. fin. col. 3. notab. 2. C. de edict. diui Adrian. col. Phil.* Cor. in *conſi.* 268. in hac conſultatione, *col. 1. vol. 3. Phi-*

* Vectigal acquiſitorum ceſſat in ſucceſſione deſcendentis.

lipp. Decl. aut. præterea. nu. 20. *C. vnde vir & vxor.* Guillielm. Benedict. in *repet. c. Raynutius. ver. mortuo itaque teſtatore 2. nu.* 52. quia in filiis non dicitur hæreditas parentum obuenire titulo * lucratiuo, quum ſit quaſi debita. Alexan. *conſ.* 144. *num.* 15. *conſi.* 198. *col. fin. lib.* 10.

* Lucratiuo titulo hæreditas liberis obuenire non dicitur, ſed vt debita.

4. ¶ Et propiùs ad terminos noſtri §. dicit glo. *fin. in fin. in cap. vnico de feud. cogni.* quòd filij ſuccedentes patri in feudo, non acquirunt feudum: ſed adquiſitum capiunt, & ſeq ibi Iacob. Bel. Bal. Marti. *Laud. Aluar. Cardi. Alexan. & Ioan. Bap. Caccia. in repet. in 6. parte, in vlt. differ. Bal. in cap. 1. col. vlt. an mut. vel aliàs imperfect. in vſib. feud.* & latiſſimè *Andr. Tiraq.* in *repet. l. ſi vnquam*, in *præfatio. num.* 22. *C. de reuocan. donat. Adde Bald.* in *cap. quæ in eccleſiarum, col.* 8. *verſi. extra quæro. de conſti.* vbi appoſitiſſimè ad materiam noſtram decidit, quòd quando fit renouatio feudi, in perſona filiorum, non debet ſolui laudimium ſeu capſoldum. Idem Alexan. *conſi. 5. nu. 3. lib. 5.* Et quod ex donatione feudi facta in deſcendentes non ſit ſoluendum laudimium, decidit Alber. Bru. in *conſi. 43. col. fin. verſic. 3. videndum, inter conſilia feudalia.* Et ſic optimo iure & æquiſſima ratione ſtatutū eſt in hoc §. quod filiis, vel nepotibus, ſuccedentibus patri vel matri, aut auo ſeu auiæ, in feudo, nulla laudimia, nulla releuamenta, nulla alia oneroſa iura debeantur patronis: ſed ſolùm honorifica iura agnitionis & ſponſionis clientelaris obſequij, quæ propriè & eſſentialiter ſunt feudalia. ¶ Idem * dicendum ſi ſuccederent pro auis, & indiſtinctè in tota linea recta deſcendenti. Quòd enim pater & auus hic nominantur, gratiâ exempli eſt maioriſque frequentiæ, & ſic non reſtringit, per not. Anto. Cor. in *ſing. ver. frequentia.* ¶ Quod autem hic dicitur de obuentione feudi per ſucceſſionem: * idem ſi obueniat per donationem in anticipationem ſucceſſionis, *vt j. §. 17.* Secus ſi per donationem abſolutam, vel virtute ſubſtitutionis, ſiue conuentionalis, ſiue teſtamentariæ, aut aliam quamcunque viam, *vt dicemus j. §. 33.* ¶ Sed occurrit valde neceſſaria quæſtio. 5. Certum eſt quod diſpoſitio huius. §. habeat locum, in feudo hæreditario: Sed dubitatur an habeat locum in feudo, * quod lege contractus defertur: ſiue hoc procedat ex lege inueſtituræ, & infeudationis, ſiue ex pacto appoſito in donatione vel legato per vaſallum factis? quia hæc quæſtio maiori diſcuſſione indiget: & ad plura vtilis eſt, quàm prima facie videatur: nedum enim ſpectat ad releuia, ſed etiam ad ius primogenituræ, nedum quando liberi ſuccedunt gradatim poſt patrem, ſed etiam quando veniunt ad doarium maternum: quæ omnia melius ſimul expedientur, non tradam in hoc. §. nec in §. 13. qui ſatis onuſti ſunt, ſed j. §. 137. quantum ad ſucceſſiones & primogenituras, & §. 33. quæſtione 26. quantum ad releuia.

* Ad eum & aſcendentes extenditur ſæpe quod de patre dicimus.

* Donatio in anticipationē ſucceſſionis differt à ſimplici donatione.

* De feudo quod lege, contractus defertur.

SVMMARIA GLO. II.

1. *Liberis hæreditas parentum quaſi debita, non è diuerſo.*
2. *Tamen etiam in parentibus liberis ſuccedentibus habet locum beneficium huius §.*
3. *Generaliter dictum generaliter intelligendum.*
4. *Qualiter vtendū argumento à contrario ſenſu.*
5. *An à diſpoſitionibus negatiuis, ſumi poſſit arg. à contrario ſenſu?*
6. *Vera ratio, & vis arg. à contrario ſenſu.*
7. *Pars alternatiuæ declaratur ab alia.*
8. *In dubio regulæ ſtandum.*
9. *Concluſio:*
10. *Cognatio legalis tantùm nihil operatur ad ſucceſſionem, nec ad retractum.*

GLO II. IN VER.

Descendans.

VIO è conuerso 1.* de ascendentibus in eâdem directâ lineâ ? videtur secus esse, quia licet ascendentes quandoque ordine turbato succedant descendentibus, tamen non dicuntur venire ad rem suam, seu debitam vel quasi, text. in *l. nam & si parentibus, in prin. D. de inoffi. testa. l. scripto. in fi. D. vnde lib.* quemadmodum è conuerso dicitur, in filiis & aliis liberis *d. l. in suis. D. de lib. & posthu.* quod iam sunt domini; & alibi, quod eis naturali iure hæreditas parentis debita est vel quasi, *d. l. vnica de impo. lucra. descript. lib.* 10. *C. l. cum furiosus* §. 1. *C. de curato. furio. l. fi.* §. *pen. C. de codicil l. pe.* §. *omnia. ibi, naturalia debita. C. de adoptio. l. & quia. D. pro socio. l. cum ratio. in princi. D. de bo. damna.* hinc ex quocunq; capite succedant, semper sunt sui hæredes parentibus, text. singu. in *l. de bonis.* §. *huic autem, ibi, quoniam sui sunt, vel ex illa quæ cognatis datur. D. de carbo. edict.* secùs in parentibus, quibus repugnaret esse suos hæredes liberorũ, vt patet per text. & not. in §. *sui autem. Ista de hæred. qua. & diffe. in l. sifilius hæres. D. de lib. & posthu.* nisi tamen in rebus profectitiis, seu à parentibus donatis, *l. quòd scitis. C. de bo. quæ lib.* & dicam infra §. 128. Cæterùm doct. vulgo tenent, quod statutum de gabella vel lucro hæreditatis, acquisitionis, aut lucri cuiuscunque habeat locum quando parentes succedunt liberis, per no. dpc. in *d. l. in suis.*

2. ¶ Contrarium tamen puto verius, vt sit idem in parentibus quod in liberis, & stet regula vniformis, in omni successione lineæ directæ, siue descendentis, siue ascendentis, vt nulla iura vtilia seu onerosa, sed solùm honorifica debeantur: probo per text. clarũ *infra* §. 35. in clausula *fi.* vbi simpliciter & indistinctè ab onere & iure releuamentorum excipitur successio lineæ directæ, nec distinguitur, an sit descendens, an ascendens: igitur simpliciter absque alia distinctione est intelligendum.

3. ¶ Lex non enim est ab homine distinguenda, sed* generaliter intelligẽda, per regu. *l. d pretio. D. de public. in rem actio. l.* 1. §. *& generaliter. D. de lega. præstan. l. regula. in fi. D. de iur. & fac. ign.* quod procedit etiam, dato quod maior esset ratio in vna specie generis quàm in alia, quia nec in hac debet fieri restrictio, sed generaliter obseruari: per text. in *l.* 1. §. *quod autem. D. de ale. lu. & alea. l. in fraudem, in fi. D. de testa. mili. in dicto* §. & generaliter. Philip. Deci. in *rubr. D. si certum petatur, nu.* 19. *in lect.* 1. *& l.* 1 *col.* 2. *eo. in l. fin col.* 7. *C. vnde lib. in l. si emancipati, col.* 1. *C. de colla. in l. vnica, col.* 4. *C. de sentent. quæ pro eo quod interest, in cap.* 1. *col.* 3. *de probat. in cap. cũ sit Romana, col.* 9. *de appellat. in cap. non liceat, col.* 2. *de prebend.* Optimè facit, quod immunitas lucratiuæ descriptionis data liberis succedentibus parentibus, æquè vice versa datur parentibus succedentibus liberis, *l. vnica*, & ibi hoc tenent Bart. Bal. Angel. Perusi. Luc. *de Penna. Ioan. Platea. Andreas Alciat. & omnes. C. de impo. lucrat. descript. lib.* 10. Et in specie, quod linea ascendens non minus libera sit à releuiis feudalibus, quàm linea descendens, exprimit consuet. Trecensis. § 25. Sed idem intelligitur in aliis consuetudinibus, in quibus non est expressum, vt infra *eod. gl. nu.* 9.

4. ¶ Non obstat quod in hoc §. vbi principaliter tractatur de immunitate successionis directæ, fit solum mentio de linea descendenti, & non de ascendenti, quia hinc non sequitur solam lineam descendentem esse immunem, nec ad hoc potest hic §. induci à * contrario sensu, quia vt not. Anton. Butr. in *cap. cum apostolica, in vlt. nota. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. cap.* argumentum à contrario sensu debet

* Ascendentes liberis suis succedant in feudo, quæ iura patronis feudi sui debeant, an vtilia seu onerosa, an verò solũ honorifica.

* Generaliter dictum generaliter intelligitur, & quomodo.

* Argumentũ à contrario sensu quomodo valeat, & verum in feudis liceat argumentari ex aduerso seu à contrario sensu? Vide Curtil. tractatum de feudis parte 1. quæst. ca. 4. & Euerardũ in Topicis, loco à contrario sensu.

A strictè assumi ad limites verborum, & dispositionis sensus directi, & per istud arg. cessat duntaxat illud quod in sensu directo disponitur, non autem indicitur dispositio contraria in oppositum in casu conuerso: & sic tunc demum procedit quando non potest dari medium, inter sensum qui directo habetur, & illum qui à contrario colligitur, ita not. determinat Philip. Dec. in *l.* 1. *col.* 8. *& 9. num.* 38. *& col.* 15. *num.* 53. *D. de offic. eius cui manda. est iurisdictio. & in consi.* 216. *col. fi. consi.* 364. *per tot. consi.* 386. *col.* 2. sic in proposito iste §. disponit, quod non debeantur iura onerosa à descendentibus in linea directa: benè sequitur quod non negat expressè in B casu conuerso scilicet in ascendentibus: & ita immediatè ad verborum limites est arguendum. Sed non sequitur, quod disponat ascendentes ad illa teneri: quia esset inferre aliam dispositionem de nouo, quam textus non intendit, & sic illud relinquitur iuri communi: quo non debentur huiusmodi releuamenta: hinc decidit Bal. post Iacob. Bel. *in l.* 1. *ad fin.* C. *de inuti. stipu.* quod statutum dicens minorem quindecim annis non posse se obligare sine certa solennitate, non censetur post illam ætatem habitare maiorem quindecim annis vltra ius commune: sed solum cessat dispositio statuti. Sed certè hæc theoria Butrij & Decij nihil aliud est quàm destructio & explosio argumenti à contrario sensu.

C 5. ¶ Aliter posset responderi, quòd argum. à contrario sensu nõ potest assumi à dispositionibus negatiuis, qualis est dispositio huius. §. & tenet Bald. in *l.* 2. C. *de condi. infer. sequitur Petr. Anchar. in repe. cap. canonum statuta. ad fi. col. pen. versic. alibi etiam dicit Bald. de constitu. Iason. in l.* 1. *in princip. col.* 12. *versi. quarto limita.* Sed istud reprobat Alexander, & benè, in dicta, *l.* 1. *in not.* 4. *in fi.* 1. *col. & in col.* 12. *in fi. & in d. l.* 2. *in addit. ad Bal. per text. in l. si quis ita libertatem.* §. *fin. D. de statu. lib.* & latè recitat Euerar. in *loco legali. in loco à contrario sensu, col.* 12. & contrarium tenuit Bal. sibi contrarius in pulchro casu in *l. voluntas, col.* 2. *versi. pone concessum. C. de fideicommi.* & etiam vt vult Philip. Decius in *d. l.* 1. *col.* 19. *nu.* 54. datâ paritate terminorum, æquè procedit argum. à contrario sensu ex verbis & dis- D positionibus negatiuis, sicut ex affirmatiuis, quãuis malè conetur reprehendere Alexan. 6. ¶ Ideo melius & breuius respondetur, quòd per dispositionem expressam *d.* § 31. constat simpliciter non deberi releuamenta in translatione feudi, quæ fit in successione directa, igitur ex quo habetur dispositio expressa cessat tacita, qualis est illa quæ resultaret ex argum. à contrario sensu: vt not. per omnes in *d. l.* 1. & maximè attento, quòd huiusmodi onera sunt contra ius commune, non debet esse locus argument. à contrario sensu ad correctionem iuris communis, per. text. in *d. l.* 2. C. *de conditio. infer.* Vlterius * ergo dico, quod argument. à contrario sensu ni- * Vera ratio & vis arg. à contrario sensus. hil est aliud quàm tacita & verisimilis mens de contrario, in casu opposito: & sic hoc argumentũ non proce- E dit, nisi demum quando in casu opposito est contraria ratio, & tacita contraria mens, & nulla alia concurrit verisimilitudo, aut tacita præsumptio hoc impediens: alioquin nullòmodo procederet, quia non satis, nec sufficienter constaret, de illa tacita & opposita mente in casu opposito seu contrario, & ita intelligo & modifico omnia latè super hoc argum. notata in *l. conuenticulam. C. de Episcopis & Cleri.* Et in d. l. 1. At in nostro §. licèt in casu opposito videlicet in ascendentibus, non sit tam fortis ratio eximendi ab hoc onere, sicut in descendentibus: per allegata in *gloss. præceden. & in princ. huius glo.* Tamen non est ratio opposita, & sic non debet

nec poteſt inferri oppoſitum caſus directi: imò appa- A
ret quòd quodammodo ferè eadem vel ſimilis eſt ratio propter magnam conjunctionem, & vnionem perſonarum, quam ob rem vult text. non minus ſubueniri aſcendentibus, quàm deſcendentibus: in *l. nam & ſi parentibus. in prin. D. de inoffi. teſta.* vnde rationabiliùs & meliùs poſſet inferri, idem eſſe in caſu conuerſo, videlicet in aſcendentibus ex ſucceſſione liberorum, etiam citra expreſſam & generalem expreſſionem *d.* §. 35.

7. ¶ Sed aduerte quod dict. §. 35. quem pro ſententia noſtra principaliter adduximus, videtur eam funditùs ſubuertere, quia ibi ponitur regula vniuerſalis in omni mutatione, ſiue per obitum, ſucceſſionem, donationem, aut aliàs quouiſmodò, ſemper debetur releuium: Sed nec ibi, nec hîc, nec alibi, per totam hanc conſuetudinem excipitur caſus lineæ directè aſcendentis, videlicet quando parentes ſuccedunt liberis Igitur remanet in diſpoſitione directæ regulæ vniuerſalis. Nec obſtat ſi dicatur quòd imò excipitur in dicto §. 33. per illa verba, *Fors que en ſucceſſion*, iunctis verbis finalibus: quia reſpondetur quòd illa clauſula, *Fors que en ſucceſſion*, non ſtat per ſe, nec eſt perfecta & determinata in ſe: ſed iungitur in eadem oratione & conceptione ſermonis, cum alternatiua immediatè ſequenti, *Ou en donation*: Et ſimul cum illa pariter determinatur ad caſum lineæ directæ: Sed iſta ſecundà pars alternatiuæ, de donatione non poteſt intelligi nec verificari, niſi de donatione collata in deſcendentes, vt patet per illum textum, quia non donat aſcendentibus in anticipationem ſucceſſionis, ſed deſcendentibus tantùm. Igitur etiam prior pars alternatiuæ nòn debet intelligi, niſi de ſucceſſione collata in deſcendentes; *argum. l. 1. vbi Bart. & Soci. D. de re dubi.* facit quòd clauſula quæ non ſtat per ſe, ſed ſuppletur & perficitur à ſequenti, recipit qualitatem & modificationem ſequentis, per not. Bart. in *l. in repetendis. D. de lega. 3. & quæ not. doct. in l. potens, ſuper verbo ſtatim. C. de pact.* Præterea illa vltima verba, *en ligne directe*: ventunt ad ſimultaneam determinationem vtriuſque præcedentis ſallentiæ, videlicet ſucceſſionis, & donationis: Igitur pariter & æqualiter vtramque determinare debent, *l. iam hoc iure. D. de vulg. & pupil. l. in teſtamento. C. de teſta. milit. l. fi. C. de ſentent. & interlo. omni iud.* Sed illa vltima verba, non poſſunt determinare ſallentiam donationis, niſi in in donatione facta deſcendenti duntaxat, vt ibi patet. Igitur non determinat ſallentiam ſucceſſionis, niſi in ſucceſſione directa & deſcendenti duntaxat.

8. ¶ Tum ſaltem non poteſt negari obſcuram eſſe exceptionem reſpectu aſcendentium: igitur in * dubio ſtandum dictæ regulæ vniuerſali. Bal. in *l. ſi tutor. in fin. C. de ſer. pig. da. manu. & in l. omnes populi col. 10. D. de iuſti. & iure. Petr. de Ancha. in rubr. de reg. iur. in 6. Philip. Deci. in l. certum, in prine. D. ſi cert. petu. & l. 1. num. 8. D. de reg. iur.* Vnde cùm patronus petens releuium ab aſcendente habeat intentionem fundatam in regula dict. §. 33. ſienda videtur interpretatio contra nouum vaſallum, qui habet ſe fundare in verbis, *l. veteribus. D. de pactis.* Alexan. in *l. ſi paſcenda. C. de pact.* Decius in *cap. in præſentia, col. 17. de probatio.* cum ſimilibus. Et exceptio obſcura non relevat. Bart. in *l. 1. de except. D. l. 1. §. Labeo. D. de fin. l. Titia textores, & ibi Iaſ. per illum text. D. de legat. 1.* Poſtremò tota illa clauſula. *Fors, &c. in dicto* §. 33. videtur adpoſita ad vitandam repugnantiam dictorum in præcedentibus, videlicet in hoc §. & *in* §. 20. §. *ea.* ad quos §§. videntur tacitè referri & concordari.

* In dubio ſtandum regula.

9. ¶ Sed in hoc §. & in §. 26. ſiue in ſucceſſione, ſiue in donatione, nulla immunitas datur aſcendentibus, ſed ſolùm deſcendentibus, in linea directa: & ſpectata ſerie, & diſcurſu huius conſuetudinis, hæc videtur eius mens: quoniam ſi voluiſſet eandem immunitatem intelligi in linea aſcendenti, facilè expreſſiſſet, vt in ſimili inquit text. in *l. vnic. §. ſi vero. C. de cadu. tollen. cap. ad audientiam, de decl.* Sed his adhuc non obſtantibus ſto in priore ſententia. Quia cùm ſucceſſio filij ſatis de ſe luctuoſa eſt, & dura fortuna patri & matri, inquit text. in *l. ſi qua mulier. ad ſi. C. ad ſena. Tertullia.* & ſic & parenti & afflicto non eſt æquum huius oneris afflictionem ſuperaddere maximè cùm ſit onus odioſum, & reſtringendum, vt diximus *infra* §. 33. *in princip.* Vnde multùm rationabilis eſt conſuetudo Turonenſis, *in tit. des rachapts & ventes.* §. 2. Vbi vult, non deberi releuia in omni ſucceſſione directa, nec etiam in collaterali inter fratres vel ſorores. Et communiter reliquæ conſuetudines vel expreſsè diſponunt, releuium non deberi in linea directa, ſiue aſcendenti, ſiue deſcendenti, *vt Trecenſis.* §. 25. *& Caluimontis.* §. 16. *& §.* 40. vel ſimpliciter dicunt non deberi in linea directa, *vt Aurelianenſis* §. 36. *& de Lorris eo. tit* §. 33. Nec eſt aliqua conſuetudo in hoc regno (excepto Vulquecino, quòd propriè non eſt conſuetudo, vt dicam *infra eo. glo. ſi.*) quæ exigat releuia ab aſcendentibus in linea directa: quare non cenſeo admittendum, quòd exigantur de noſtra conſuetudine: quum id expreſsè non diſponat. Potuiſſem vnico verbo quod ſentio exprimere: Sed vt liqueat me non neglectim ſuſceptum munus tractare: & quia audiui quoſdam nedum in dubium reuocare, ſed etiam contrarium durè opinari, quàm breuiùs & clariùs potui, diſſerui.

10. ¶ Sed quæro, vtrùm hîc text. habeat locum in filio* adoptiuo, vel arrogato tantùm? Dico breuiter quòd non quia, vt diximus *infra* §. 122. huiuſmodi cognitione legali tantùm non vtimur ad effectum ſuccedendi, vel retractus proximitatis, vt dicemus *infra tit. 16. ad ſi.* §. 186. Et latè tenent do. Andr. Tiraq. in *tract. de retract. proximita.* §. 1. *glo.* 8. *num.* 16. nec poteſt legitimus tantùm quicquam habere vi ſucceſſionis: ſed ſolum vi donationis, aut contractus: nec erit ſaiſitus per hanc conſuetudinem, ſed ſolum ſi qua præceſſerit traditio vera vel ficta. Et ſic omnino debebuntur patrono iura ſua, ac ſi in extraneos feuda eſſent tranſlata: quòd amplio, etiam ſi eſſet arrogatio auctorata à principe, *per l. nec anum. C. de adopt. cum ſimilibus.* Amplio etiam ſi eſſet tanquam filius cum onere nomen & inſignia familiæ deferendi, donatarius vniuerſalis vel vniuerſaliter inſtitutus, deficientibus naturalibus & conſentientibus collateralibus, adhuc non eſt ſaiſitus per conſuetudinem, ſed tantùm apprehenſione, *vt in l. cum heredes. D. de acquir. vel amit. poſſeſſ.* & de conſenſu vel permiſſione eorum, ad quos aliàs ſpectaret, vt dixi *infra tit.* 11. §. 120. vtque anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſeptimo reſpondi Do. Ioanni Plateano, ſubſidiorum & tributorum regiorum præſidi primo digniſſimo, Adoptio peculiare ius eſt Romanorum, ſicut & patria poteſtas, *inſtit. de patro. poteſt.* §. 1. Nec Græcis quidem competit niſi vſurpatione, vnde apud eos *υἱοθεσία* (quo etiam beatus Paulus vtitur *Epheſ.* 1.) compoſitum nomen eſt, cùm apud Romanos adoptio ſit ſimplex. Et quemadmodum Galli quadamtenus tantum vtuntur patria poteſtate, ita & adoptione. Patria poteſtas non dat. nec tollit ius ſuitatis vel ſuccedendi apud nos, vt nec inter emancipatos & multominùs adoptio. Reliquum dicam infra §. 122.

* De adoptiuo filio & qua ſint adoptiuorum iura apud Gallos: adde de adoptiuorum ſucceſſione in feudis, Addizionem tractatu de feudis c. 15. verſ. adoptiui verò filij, & Cur. crac. de feudis parte 3. tractatu 1. membro 2. vſq. vndecimò quæro an *filius adoptiuus.*

SVMMARIA GLO. III.

1. 2. Homagium *tripliciter accipitur.*
3. *Qui ſint liberi? ſed conditionatæ ſeruitutis.*
4. 5. *Serui quos vocant* manus mortuæ, *reliquiæ ſunt veteris paganiſmi.*
6. *Iuriſdictio eſt ad tuitionem & commodum ſubditorum.*
Subditi non tenentur ad homagium vel ſacramentum erga dominum iuriſdictionis.
7. *An domeſtici teneantur iurare fidelitatem domino ſuo?*
De poteſtate œconomica & caſtigatoria in domeſticos.
8. *Quando poſſit dominus inter ſe & domeſticos iudicare.*
9. *Intellectus.* §. ſi verò forſan. *in fin.* de quæſto. colla. 6.
10. *Solus rex fundatam ipſo iure habet intentionem in omni iuriſdictione & imperio in toto regno.*
11. *Solus iudex regius antonomaticè eſt ordinarius.*
12. *Subditi inferiorum nequeunt per ſe declinare iudicem regium.*
13. *Iuriſdictio ordinaria non devoluitur ad ſuperiorem ex negligentia: ſed benè iuriſdictio competens de iure ſpeciali.*
14. *Homagium idem eſt quòd fidelitatis ſponſio.*
Quomodò accipiendum, homagium pro ſpiritualibus præſtari, vel non.
15. *Homagium tertio modo ſumptum, duplex eſt.*
16. *Forma & ſolennitas homagij.*
17. *Quàm reuerenter & obſequioſè patronus adeundus à cliente.*
18. *An fidelitas inueſtituram præcedere debeat, vel contrà?*

GLO. III. IN VER.

La bouche & les mains.

ISTA verba cum his duobus ſequentibus in text. *ferment de feaulté*, ſignificant id, quod vulgò Galli vocant fidem & homagium: ſiue vnico verbo breuiùs & aptiùs loquendo, fidelitatem facere. 1. ¶ Homagium autem vox eſt barbara, non ſolùm iure ciuili etiam tempore Iuſtiniani vltimi auctoris incognita, ſed etiam adhuc tempore compilationis libri vſuum feudorum: vbi nulla omnino fit mentio de hoc verbo, ſed vſitatum Francis & Gallis in Italiam irrepſit, & à iure canonico paſſim vſurpatur, vt tradunt Mar. de Fa. in *ſuo trac. de homa.* (quem inſeruit ſpecu. *in tit. de feud.* §. *quoniam*) Andr. Iſer. in *cap. vnico; de no. fid. fideli. col.* 2. Iacob. de S. Georg. in *tract. de homag. in princip.* *Iaſ. in proœ. feud. col.* 3. *numero* 7. Et not. quòd homagium * tripliciter accipitur, Primò ratione ſeruitutis, vel quaſi ipſiuſmet perſonæ. Secundò, ratione ſimplicis iuriſdictionis. Tertiò, ratione feudi. Primo modo propriè dicitur, ſecundo, & tertio modis impropriè & metaphoricè.

* Homagium quid v. Chaſſ. in conſuetud. Burgundiæ, *rub. des fiefs* §. 2. in verbo, *en hommage* & Boërium in conſuetud. Bituricenſes *titulo des fiefs* § 3. in verbis, *foy & hommage.*

* Homagium trifariàm accipitur.

2. ¶ Tunc enim verè dicitur homagium, quando quis eſt homo alterius, & ſe talem recognoſcit, idque perſonam ipſam afficit: quia ſeruili cuidam conditioni ſubijcitur, non tamen propriè & abſolutè eſt ſeruus, veteri illa & miſera iuriſgentium ſeruitute, de qua in *l. & ſeruorum. D. de ſtatus. ho. in l.* 1. *&* 2. *D. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris*, & in locis vulg. ſed perſonali quadam conditione eſt aſtrictus, ſicut ferè in ſimili ſerui * illi aſcriptitij ſeu colonarij, glebæ aſtricti, qui dicuntur ſerui, vt eſt text. in *l. quemadmodum, in princ. in l. diutius, vbi glo. pen. C. de agric. & cenſi. lib.* 11. & fugiendo dicuntur ſeſe furari text. in *l. cum ſatis, in princ. eo. tit.* ſunt ergo ſerui, ſcilicet reſpectu conditionis aſcriptitiæ, & ſic largè & impropriè, quia verè ſunt liberi, *c.* 2. *de Iudæis.* Imò etiam ingenui; licet habeant libertatem conditionatam, text. in *l. cum ſatis.* §. *cum autem. eo. tit. l.* 2. *ibi. pene eſt*; *vt quadam dediti ſeruitute videantur. in quibus cauſ. colo. do. accu. poſſ. & bon. text. in l. vnica. ibi*, *licet conditione videantur ingenui, ſerui tamen terræ ipſius cui*

* Aſcriptitij qui.

natiſunt exiſtimantur, de colo. Trecen. lib. 11. *Cod.* cenſentur enim quid immobile & pars fundi, text. in *d. l. quemadmodum, & in d. l. cum ſatis, in princip. de agric. & cenſib. l. ſi quis inquilinos, in princ. D. de lega.* 1. quamvis reliqua inſtrumenta fundi ſint, & cenſeantur mobilia, *l.* 1. *&* 2 C. *de verborum ſignificatio. tradit Bald. in l.* 1. *col.* 5. *verſi.* 3. *oppo.* C. *de ſeruis fugiti.* Ita ſunt adhuc hodie quidam * 4. ſerui conditionatæ libertatis, qui verè ſunt liberi, quia poſſunt poſſidere, & habere bona propria ſicut aſcriptitij, *l. bi penes* C. *de agric. & cenſib.* & teſtamenturi facere, citra domini præiudicium, *l. ſi quis presbyter. C. de Epiſcopis & Cleri. glo.* & doct. in *d. l.* 2. *in verſi. alienare. in quibus cauſ. colo. do. ſpecul. in tit. de inſtru. edi.* §. *compendioſæ, col.* 2. *verſ. quid de aſcripti. Bald. in l. ſi quæramus*, *col.* 1. *num.* 4. *D. de teſta.* hinc de his loquens Ioan. Fab. non vocat eos ſeruos, ſed homines aſcriptitios ſeu conditionatos, *inſti. de interdict.* §. *retinendæ, col.* 3. *ver. ſed quid ſi homines*, differunt tamen ab aſcriptitiis, quia poſſunt renuntiare glebæ, ſeu omnibus bonis quæ tenent ab eorum domino, & ſub eo, in conditione ſeruili, & illis domino reſignatis, ſibi deinde liberè acquirere, & iure plenæ & perfectæ libertatis potiri. Alioquin tenentur ſeruilem hanc conditionem recognoſcere, quod vulgò dicunt *aduocare.* Et iſtud, verè & propriè loquendo, eſt homagium facere, nempe ſe hominem alterius recognoſcere, & ſubiectum iure ſeruitutis perſonalis, quæ diuerſimodè in pluribus iuribus conſiſtit, pro more cuiuſque regionis, vt poteſt videri in conſuetudinibus ducatus Burgundiæ, & præfecturarum Trecenſium, & Bleſenſium, & quorundam aliorum locorum huius regni.

* Serui conditionatæ libertatis qui hodie dicantur, vide Chaſſaneum in conſuetu. Burgundiæ, Rubrica *des mains mortes.*

4. ¶ Vbi etiamnum reperiuntur nonnulli huiuſmodi ſerui, ſeu veriùs homines conditionatæ libertatis, quos Galli vocant, *gens ou ſerfs de main morte.* Sunt tamen magis liberi, quàm illi quondam aſcriptitij, vt dixi, & hodie minùs aſtricti, & longè melioris, & liberioris conditionis, quàm olim fuerunt tempore Barbariæ illius impreſſionis, quæ vbique terrarum viguit ante aduentum domini noſtri IESV CHRISTI, & Chriſtianiſmum ſuſceptum; cuius antiquæ barbariei, puto

huiuſmodi perſonales ſeruitutes eſſe quaſdam qualeſquales reliquias, quarum nullæ ſuperſunt, in hac felici Pariſiorum prouincia, ſed omnes vel infimi ruſtici, ſunt plenè ingenui, & vera integra naturalis iuris libertate gaudent. Ideo de his ampliùs tractare ſuperſedeo & remitto ad Iacob. in *tract. de homagi. & in tract. de operis, & ad glo. Chaſſ. in conſue. Burgun. tit. 9. des mains mortes, in rub. & per tot.* Solitus eram dicere, quos vocant ſeruòs mainmortuæ, * reliquias eſſe veteris paganiſmi, donec recens hiſtoria me docuit, etiam recens eſſe refugium & aſylum contrà tolerandam tyrannidem, vt à tempore Franciſci primi, qui exactiones illas (quas tales vocant) pluribus ſæculis, poſt ſæculum Caroli Magni inuentas, & initiò ad tempus tantùm receptas, mirum in modum auxit, vſque adeo vt ingens multitudo à Picardiâ & Neuſtriâ multiplicata exactionum, & nouorum exactorum, & quæſtuariorum iudicum, onera ferre non valens, ſolum vertere coacta ſit etiam extra regnum, cladem illam fugiens, barbarica incurſione non minorem, & in nemoribus, & deſertis Sequanorum (*Comitatum Francum vocant*) ad culturam reducendis, huiuſmodi ſeruili conditioni, quam *manus mortuæ vocant*, ſeſe ſubijcere, vt anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſexto, non ſine magno dedecore Galliæ vidi.

* Seruî quos vocant manus mortuæ, reliquiæ ſunt veteris paganiſmi.

5. ¶ Sunt tamen * duæ ſpecies huiuſmodi ſeruitutis: vna quam perſonalem vocant, quæ ſequitur ſeruum quocunque locorum profugerit, & bona acquiſiuerit: adhuc viget in paucis locis Galliæ. Alteram realem vocant, quia ſeruî, cedendo domino præſidis, quæ ab eo tenent in hanc conditionem, liberi ſunt, *vt S. ea. glo. nu. 3.* frequentiores ſunt in Burgundia, quàm in vlla parte Galliæ, in qua vide *conſuet. Trecenſem. tit. 1. & Calimontis Baſſignaci ſub Lingonibus tit. 1.*

* Manus mortuæ duæ ſpecies.

6. ¶ Secundo modo, ratione iuriſdictionis, domini locorum, habentes territorium & iuriſdictionem, ſolent ſubditos ſuos, & inhabitantes, vocare homines & hoſpites ſuos, qui tamen purè liberi ſunt, quia poteſtas iuriſdictionis libertatem ſubditorum non minuit, ſed auget, & tuetur, quum ad eorum protectionem, & communem vtilitatem ſit introducta; * alioquin non eſſet iuriſdictio, ſed tyrannis, aut barbarica impreſſio. debent autem ſubditi, obedientiam, & fidelitatem domino, ſub cuius iuriſdictione degunt, idque iure diuino, *vt Matth. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. & ad Romanos cap. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, &c. *& 1. Petr. cap. 2. Subiecti igitur eſtote*, &c. *Deum timete, regem honorificate, & 1. Reg. 15. Qui non obedierit principi, morte moriatur.* Et habetur *in cap. 1. de maiora. & obedi.* iure naturali gentium & ciuili. *l. veluti D. de inſtit. & iur.* non tamen de iure ſcripto tenentur ad præſtationē alicuius homagij, vel * iuramenti; niſi in locis vbi hoc habet conſuetudo, vt Mediolani, & apud Inſubres, patet per text. conſuetudinis in *cap. vnico, in fin. quali. iura deb. vaſ. in vſibus feu.* & ita in quantum Bald. Alua. & alij ibi, *Bald. de pace. Conſt. in v. vaſſalliq; noſtri.* Iac. de S. Georg. in *inueſti feud. in ver. quicqui inueſti. præſti. iura. fideli. col. 2. & in tract. de homag. col. 7. verſ. 8. Guid. Pap. in deci. Delph. 307.* dicunt iuramentum fidelitatis debitum & præſtandū à ſubditis ratione iuriſdictionis dominis ſuis, debere intelligi, ſuppoſito ſtatuto vel conſuetudine particulari loci.

* Homines pro ſubditis.

* Iuriſdictio eſt ad tuitionem & commodum ſubditorum.

* Iurare ſubditi domino ſuo fidelitatē verſi tenentur.

Cæterùm quamvis ſatis ſit rationi conſonum huiuſmodi iuramentum à ſubditis præſtari, tamen citra ſpecialem conſuetudinem, non puto ab eis exigendum, nec eos poſſe compelli, niſi à ſupremo domino, nullum in ſuperiorem recognoſcente, qui * in ſuo regno *νόμος ἔμψυχος*, i. lex animata à Deo hominibus demiſſa, inquit text. in *auth. de conſulib. ad fi. colla. 86.* cui plenaria nemine excepto debetur fidelitas, *cap. 1. §. præterea ſi inter.* & ibi Bald. *ad fi. de probib. feu. ali. per Fed.*

Rex *νόμος ἔμψυχος.*

7. ¶ Huc accedit, quòd præfati docto. in *diſt. c. vni. co. quali. deb. iura. vaſal.* per illum text. dicunt familiares, domeſticos ſeu miniſtros, colonos, & reliquos teneri, ad præſtandum iuramētum fidelitatis domino ſuo, qui in eos videtur habere iuriſdictionem & coërtionem temperatā, ſecundùm Bal. Alua. & alios in *d. cap. vnico*, per text. in *l. Federic. §. ſi miniſterialis, de pace tene. in vſib. feud. l. ſi quis fortè. §. ſi quos. D. de pœnis*, qui non probant, qui loquuntur in miniſtris comitis vel proconſulis, habētis in eos publicam & ordinariam iuriſdictionem. Ideo dicendum, quòd propriè nullam iuriſdictionem ſeu publicam poteſtatem dominus in ſuos domeſticos habet, ſed œconomicam poteſtatem, & correctionem ſeu emendationem priuatam, quæ etiam vſq; ad mediocrem, ſeu leuem coërtionem & caſtigationem extenditur, vt habetur in *titu. de emendat. ſeruo.* & in *tit. de emend. propinq. C.* text. eſt in *auth. de nupt. §. aſcriptitio ibi, per ſe caſtigare plagis mediocribus, colla. 4. & in l. fin. ibi, moderata corrigere caſtigatione. C. de agric. & cenſi. lib. 11. l. ſervi & filij in princip. D. de furt. l. prætor. §. præterea. l. non ſolum. §. lenis enim correctio etiam in nuptam. D. de iniuri.* & hæc in merè priuato domino.

8. ¶ Secus in eo qui haberet iuriſdictionem, qui pro modo iuriſdictionis ſuæ, poſſet inter ſuos domeſticos iudicialiter cognoſcere, & iudicare, & in delinquentes animaduertere. Et de tali domino debet intelligi, quod dicit Ioannes Faber. in *lege vnica, C. ne quis in ſua cauſa iudica.* * dominum cognoſcere inter ſe, & agricolas ſuos, & allegat. *l. quiſquis. C. de Epiſcopis, & Cleri.* quæ nihil facit, ſed debuit aduocare text. formalem, *in auth. de quæſtore §. ſi vero forſan. collat. 6.* vbi Accurſ. hoc not. *in ver. domini.* vbi clarè probatur, dominos olim habuiſſe iuriſdictionem in prima inſtantia in ſuos agricolas: quòd autem etiam in propria cauſa contra ſuos agricolas, vel alios ſubditos poſſint cognoſcere, probatur *argument. l. proxima. D. de bis quæ in teſta. delen.* quod tamen intelligitur, dummodò cauſæ cognitionem & deciſionem permittant iudici ab eis publicè deputato, vel ſi ex iuſta cauſa recuſetur, idoneo & non ſuſpecto, vt iudicium abſque vlla ſuſpicione procedat, & ita in hoc regno vtimur.

* Iudex inter ſe, & agricolas ſuos quando quis dominus eſſe poſſit.

9. ¶ Et * nota ex *d. §. ſi verò forſan.* tria, ad quæ nunquam reperi à quoquam illum textum expenſum. Primum, quòd etiam tempore Iuſtiniani, & veterum Imperatorum, domini locorum ſolebant habere publicam iuriſdictionem in ſuos domeſticos, agricolas, & alios homines & incolas ſubditos: & ad hoc habere ſuos magiſtratus, cognitores litium, & iudices in prima inſtantia. Secundum, quòd illam iuriſdictionem, & iudices habebant in prima tantùm inſtantia, non autem in ſecunda, aut vlteriori, patet, quia ibi fit mentio de interpellatione domini, vel ſui cognitoris litis, pro iure reddendo, ex cuius prima negligentia, immediatè cognitio cauſæ ab eo euocatur per magiſtratum imperialem: ad quem deuolvitur negotium examinandum & iudicandum, vt ibi ſtatuit Imperator, quod nunquā feciſſet, ſi vltra primum litis cognitorem, ille dominus habuiſſet alios mediatos iudices, priùs enim illi fuiſſent adeundi, & non immediatè recurrendum ad magiſtratus Imperatoris, qui nullam vult cauſam ad ſe, aut iudices ſuos omiſſis mediis deuolui, *l. Imperatores. D. de appellat.* Tertium, * quòd ex ſola negligentia vel dilatione domini inferioris & ſuorum iudicum, in iure ſuis ſubditis reddendo, facta interpellatione debita, puta ſub vno competenti termino, pro perſonarum & negotij qualitate à magiſtratu imperiali moderando ad eum cauſæ, ſiue conteſtatæ, ſiue non, deuoluebantur: & eaſdem cum litigantibus poterat ad ſe euocare, & examinatione & deciſione negotij celeriùs diſpoſita, ad proprias ſedes lite perfunctos remittere, omni in hoc priuilegio, & fori præſcriptione ceſſante. Et ad hæc tria iuri & æquitati conſona. & bono reipub. ſummè vtilia, nota illum tex-

* Intellectus §. ſi verò forſan. in aut. de quæſtore &c. Apud Iulianum tamen ſimplicior extat interpretatio, quæ vide Conſtitutione 74.

* Iudice inferiore negligente, qualiter ſuperior ſe interponat.

tum ſingularem nouiter à me inductum & expenſum. Et ad tertium illud collimant, ſi benè inſpiciantur, *cap. ceterum.* & ibi Panorm. Felyn. *extra de iudic. & c. verum.* & ibi Panarm. *num. 16. de foro & compet.* ante decretales text. in *l. Fredericus. de pace tenenda, & eius violen. §. quicunque adeo etiam.* & ibi Bal. in *vſibus feudor* Iacobi de ſancto Georg. *in tractat. de homagijs.* Thomas Gramma. *voto* 28.

10. Quis enim non viderit vtile futurum reip. ſi barones, caſtellani, & reliqui temporales domini, ſiue ſæculares, ſiue eccleſiaſtici, qui ex munificentia & conceſſione regia habent iuriſdictionem omnimodam in terris & dominijs ſuis, vnum tantùm iuriſdictionis gradum haberent, cúmque longè melius & diligentiùs adminiſtrandum, quam duos aut plures, oppoſitum notoriè cedere in nimiam dilationem, ne dicam priuationem iuſtitiæ, cuius ſummus ipſe rex eſt debitor, & in damnum & depauperationem ſubditorum, atque adeo collatorum regis? Rurſus ſi negligenter aut perperàm vtantur: cur non facilè & prompte ad priorem naturàm & exordium ſuum reuertatur? * Conſtat enim in toto hoc regno, & qualibet eius parte, regem eſſe fundatum de iure communi in omni iuriſdictione & imperio, quũ ſit ſummus monarcha regni ſui *fac. l. 1. in princip. ibi, ei, & in eum omne imperium* D. *de conſt. prin. l. vnica. ibi regimẽtis reipubl. ad imperatores perpetuo tranſlatũ.* D. *de offic. præfec. prætor.* & in hoc eſt fundatus ſpecificè & diſpoſitiuè de iure gentium, *l. ex hoc iure.* D. *de inſtit. & iure.* ex quo liquet delirare eos qui putant regem ſolum eſſe fundatum in vltimo gradu appellationis, ſiue (vt eorum verbo vtar) *in vltimo reſorto:* quia imò in omni gradu & ſpecie iuriſdictionis eſt fundatus in toto regno & in qualibet eius parte, ſicut intentio epiſcopi eſt fundata ad ſpiritualia in tota diœceſi & qualibet eius parte. *gloſſ. in Clem. paſtoralis. in verſ. diſtinct. de ſentent. & re iudicat.* Hoſti. Ioan. And. in *cap. fin. de offic. Archid.* & ita iure communi, & gentium omnis iuriſdictio regni eſt regis, quod nec minima iuriſdictio poteſt exerceri, niſi ab eo, vel eius nomine & auctoritate. Bald. in *cap. ad hoc. col. 1. de pace iura. firm. in vſib. feud. Angel. in rubr. in fin. ff. de iuriſd. omnium iudic.* Et nullus alius poteſt habere dominium alicuius iuriſdictionis ſeu iuriſdictionem iure & nomine proprio, niſi ſolum de iure ſpeciali, ex inueſtitura & conceſſione regis mediata vel immediata. Et adhuc oſtenſo de iure ſpeciali inferioris cuiuſcunque domini, remanet, rex fundatus in recognitione & dependentia illius iuriſdictionis à ſe, mediatè vel immediatè & in iure vltimæ appellationis ab vltima ſententia inferiorum dominorum ad ſe, vel iudices ſuos deuoluendæ, vt diximus ſupra §. 1. *gl. 5. num. 49.*

* Rex ſolus fundatum ipſo iure habet intentio. em in omni iuriſdictione & imperio in toto regno.

11. Igitur * ſolus iudex regius, eſt vere ordinarius & fundatus de iure communi nomine regio in omni iuriſdictione totius ſui territorij, vt præfectus vrbis, ſeu præſes prouinciæ Pariſienſis in tota vrbe, comitatu & prouincia. Inferiores autem domini, habentes iuriſdictionem nomine proprio, in terris & dominijs ſuis, quæ poſſident infra eandem prouinciam, ſunt fundati ſolùm de iure ſpeciali: & ſic de iure ex ſola eorum negligentia iuriſdictio eorum deberet reuerti ad ordinariam & regiam à qua emanauit per text. in *d. §. ſi verò forſan. & in ſimili. in c. irrefragabili. in fi. in prin. de offic. ord.* vel ſaltem diceretur interim ceſſare & deficere, vt iuriſdictio regia quæ ſemper vbique remanſit integra in ſe & in habitu, tunc tanquam remoto vel ceſſante obſtaculo exiret in actum. quia ſecundum Hoſti. Pan. Fely. in *d. c. irrefragabili.* in hoc caſu non propriè fit deuolutio, ſeu tranſlatio poteſtatis, de vno ad alium: ſed potius recuperatio ſeu reuerſio ad priſtinã naturã & ſtatũ.

* Iudex regius ſolus autonomus ac ordinarius.

12. Et hinc eſt quod * domino inferiore, vel ſuo procuratore non conquerente, poteſt iudex ordinarius regius cognoſcere, etiam inter homines ſubditos dicti domini, & iuriſdictionem ſuam exequi, nec poterunt dicti homines per ſe declinare iudicem regium, quum ſit verus & naturalis ordinarius eorum de iure communi. Si tamen dominus inferior aut auditor ſuus cœperit cognoſcere, non poterit apud nos, etiam propter eius dilationem, adiri iudex regius per viam querelæ, ſed ſolùm viâ appellationis, quâ ſecundum conſuetudinem & conſtitutiones huius regni ſemper eſt vtendum, nec aliter poterit iudex regius ſeſe interponere, vt not. *Io. Fab. inſtit. de Attilla tut. in princ. col. 4. verſ.* Sed an ſuperior. poterit autem appellari etiam ante diffinitiuam, etiam ante litis conteſtationem, ab omni grauamine, ſiue in committendo, ſiue in omittendo, vt à nimia negligentia, vel denegatione iuris. Et ſi iudex regius inueniat benè appellatum, poterit negotium principale, ſiue conteſtatum, ſiue non, ad ſe euocare, & eius cognitionem & deciſionem retinere, & per hanc viam in effectu practicare. *d. § ſi verò forſan.* quia ſi iudex inferioris domini, quem nonnulli vocant ſubalternum, poſſit de iure priuari cognitione, & iudicio cauſæ, in qua expedienda fuit negligens, multò fortiùs quando de facto in ea malè verſatus eſt, iniquè agendo. Secus in vtroque in ſubditis iudicis inferioris regij, quia quo ad primum poſſunt regulariter per ſe, ſuperiore non requirente, declinare forum iudicis regij mediati, & petere ſe remitti ad immediatum ſuum iudicem. Et quo ad ſecundum, ſi iudex regius immediatus, in quadam interlocutoria malè iudicauerit, non poteſt iudex regius ſuperior corrigendo iudicatum, cauſam principalem penes ſe retinere, ſed neceſſe habet remittere ad tribunal inferioris iudicis regij, non tamen coram eadem perſona quæ iudicauit, quum ſit ſuſpecta propter verificatum grauamen. *c. ad hæc prima & ibi Panor. de appell.* ſed coram alio vices eius in eodem tribunali, quantum ad illam cauſam gerente, niſi inferius illud & pedaneum tribunal, ſit perſonis idoneis quæ loco iudicis poſſint ſubrogari, prorſus deſtitutum: & ita ſemper vidi practicari, & per plura arreſta ſupremi huius ſenatus iudicari, donec paulo poſtquam hæc ſcripſeram, ſupertenit inſigne illud edictum regium datum apud Cremiolium, 19. Iunij anno 1536. publicatum in ſupremo hoc ſenatu 16. die Aprilis, anno 1537. quo inter cætera in §. 33. iſtud ſecundum fuit correctum, iuſtiſſimè & æquiſſimè ſancitum: quòd ſi præpoſitus, aut alius inferior iudex regius, inueniatur malè iudicaſſe, etiam in articulo vel incidenti cauſæ, tunc præſes prouinciæ, ſeu ſuperior iudex ad quem retineat cognitionem totius negotij principalis, quod hoc caſu ad eum deuoluitur. Ad rem redeundo. 13. Adde quòd in terminis iuris iuriſdictio eius qui iure communi eſt ordinarius, ex ſui negligentia regulariter non deuoluitur ad ſuperiorem, quamuis ſuperior poſſit & debeat eum cogere ad iuſtitiam miniſtrandam. per text. in *ca. paſtoralis. in princ. ibi.* exceptis quibuſdam articulis nullam habent poteſtatem, quamuis gloſ. *ibi* & glo. in *ſum. 9. quæſt. 3.* contrarium teneant, & male. Secus in iuriſdictione illius qui eſt iudex tantum de iure ſpeciali, quia non cenſetur habere iuriſdictionem: niſi inquantum eſt vigil & ſollicitus in ea benè adminiſtranda. Ideo ex ſola eius negligentia facilè aperitur via ordinario communi. vt patet in *dicto cap. irrefragabili*, & in ſimili *in cap. ceterum de iudic.* & ita declarauit Cart. Flor. in dicto *cap. paſtoralis in princ.* & Panor. ibi, & latius in *rep. cap. ſi quis contra clericum. col. 15. nu. 40. 41. de for. compet.* Ioan. An. Panor. in cap. *nullus de iure patronat.* Archid in cap. 1. *de ſupplen. neglig. prælat. in 6. gloſſ. prag. in tit. de concub. §. quòd ſi hi. in verſ. illos.* Philipp. Dec. *cap. caprum. col. 4. de iudic.* Ex quibus liquet iudices regios longè maiori prærogatiua cæteros antecellere, ſicut & in multis aliis quæ ad præſens omitto, quia non eſt locus principalis. Sed obiter hæc dixi, vt exemplo *d. §. ſi verò forſan.* certior fias, nullos text. iuris tranſitorio ſtudio prætereundos, id quod accidit nonnullis ὀψιμαθέσι, quos

* Iudicem regium ſubeant inferiorum nequeant per ſe declinare.

meritò reprehendit Accur. in *eod. tit. de quæstore. ad* A *ff. in verſ. tranſitorio.*

b Homagium quid ſit ſecũdum vulgarẽ modum loquendi & ius canonicum.

Tertio & vltimò modo accipitur* homagium ratione feudi; & hic eſt frequens & vſitatus modus loquendi vulgaris Gallici ſermonis & iuris canonici, & nihil aliud eſt quàm fidelitatis ſponſio. Ideo paſſim doct. in iure canonico exponunt præſtationem homagij, id eſt fidelitatis. in *c. veritatis de iureiurand.* vbi Bald. no. quòd homagium, idem eſt quòd fidelitas. non tamen quæuis fidelitas, ſed illa quæ debetur & præſtatur ratione feudi, rei profanæ, ſeu temporalis. Hinc eſt

b Quomodo accipiendum homagiũ pro ſpiritualibus præſtari, vel non.

quòd* homagium prohibetur præſtari pro beneficio eccleſiaſtico, ſeu alio iure ſacrorum miniſteriorum vſui deputato, quod ſpirituale vocant, *c. fin. de regu. iur.* alioquin incurritur ſimonia, *c. ex diligenti. de ſimo.* Et tamen promiſſio, imò etiam iuramentum fidelitatis vel obedientiæ, nedum non prohibetur, ſed etiam expreſſe permittitur exigi à clericis quibus beneficia, ſacerdotia, & eccleſiaſtica miniſteria conferuntur, vel committuntur. text. in *c. quanquam* 23. *di. c. dilecti filij. de maiori. & obed. c. ego. N. c. nullus de iure iurando.* Et aduerte quia gloſſ. & Panor. in *d. c. ſi. & in d. c. ex diligenti*, videntur facere vim in verbis. Sed vera & realis eorum mens eſt, quod inquantùm homagium accipitur ſecundùm communem vſum loquendi, videlicet pro fidelitate & obſequio temporali; quaſi illud præſtans efficiatur homo concedentis, obligatus ei ad temporale ſeruitium, & omnino prohibetur nedum iurari, ſed etiam promitti, pro eccleſiaſticis, ſeu ſpiritualibus. Inquantùm verò accipitur impropriiſſimè, & præter communem vſum, pro ſimplici fidelitate, obedientiâ, aut reuerentiâ debita ſecundùm naturam & qualitatem rei conceſſæ, vt capitur in *c. grauem. de exceſſib. præla.* & tunc poteſt pro eccleſiaſticis promitti & iurari.

B

C

15. Et hoc tertio modo iuxta communem vſum, intelligitur in toto noſtro tractatu, & vbique ferè apud

a Homagium duplex.

omnes. Et hoc modo* aliquando ſtat ſtrictè ſecundùm etymon verbi, aliquando largè. Primo caſu eſt illud quod præſtatur imperatori, ſeu ſupremo regi, ſuperiorem non recognoſcenti à ſuo vaſallo ligio, tunc propriè & ſecundùm ſui etymologiam eſt homagium, quod dicitur quaſi hominis ligium, & illud præſtans efficitur quaſi homo recipientis, & ligatur ei contra omnes nemine excepto, vt tradit Panor. in *d. c. ex diligenti.* & hæc ſoli clienti ligio conueniunt, qui in perſona & bonis etiam non feudalibus ſubijcitur iuriſdictioni patroni, vt diximus *ſupra* §. 1. *gloſſ.* 5. *nota.* 1. *& 2.* Et hinc eſt quòd tale homagium facientes, ſolent recognoſcendo & promittendo fidelitatem cum iuramento ſolenni flexis genib. ponere manus ſuas intra manus domini, in ſignum ſummæ ſubiectionis, reuerentiæ, & fidei, & à domino admitti ad oſculum pacis, in ſignum ſpecialis confidentiæ & amoris, vt narrat Specu. in *tit. de feud.* §. *quoniam quæſt.* 2. *in fin. & in verb. porro num.* 66. quæ forma & ſolennitas non ſeruatur, nec congruit id præſtatione homagij inferioribus dominis, quoniam ſoli ſupremo principi debetur fidelitas abſoluta, & ligia, & ſumma abiectio & reuerentia ſumma puta cum flexu genuum, & iunctione manuum: vt enim inquit Andr. de Baruto. & poſt eum Io. de Plat. *in l.* 1. *de c. ſilentior. lib.* 12. nullus debet genua flectere coram alio, quàm coram ſupremo principe; inferioribus autem, aut nimis ambitioſum, aut ineptum eſſet tantam reuerentiam exhibere, maximè cùm apud iſtos, ſola beneficentia certæ quantitatis terræ reuereatur, in illis etiam ſuprema dignitas & poteſtas, vel per ſe ſummè reuerenda. Itaque in inferioribus maximè priuatis, non propriè, ſed largè, & magis abuſiuè dicitur homagium quum prædicta omnia deficiant. Sed quia vulgò vſurpatur, eo vtemur pro ſimplici fidelitate clientelaria.

a Forma & ſolennitas homagii.

16.* Forma autem homagij eſt agnitio & ſponſio fidelitatis clientelariæ. Id enim ſolùm eſt de propria & intrinſeca ſubſtantia & eſſentia feudi ſeu patronatus & clientelæ. vt patet in *ca. vnico in ſ. per quos. ſ. inueſti. in vſib. feud.* Solennitas autem in ſummis & legijs eſt ea ferè quam diximus, eámque proximi ſacrorum ſcrutiniorum, & agentes in rebus meliùs nouerunt. In inferioribus & priuatis eſt ea quæ exprimitur in hoc §. *in tribus*, primum in text. ibi, *la bouche.* Secundum ibi, *les mains.* Tertium ibi, *le ſerment de fealte.* ¶ Primum* expono de recognitione ſeu modo faciendi recognitionem, quia debet ore proprio vaſallus, & ſic à præſente, & loquente fieri in propria perſona. non igitur tenetur patronus admittere clientem per procuratorem vel nuncium, niſi iuſtè impeditum, vt infra *eod.* §. 67. vbi dicemus nullo modo teneri admittere per ſimplicem ſcripturam. ¶ Secundum* expono de modo ſponſionis & promiſſionis fidei, quæ debet fieri per porrectionem manus vel manuum, ſicut antiquitùs ſolebant, & adhuc hodie frequenter iniri & firmari pacta *leg.* 1. *D. de pact.* & iſtud ſignum denotat ſtabilitatem & eximiam quandam firmitatem pacti clientelaris, & requirit præſentiam perſonalem, & ſic ferè in idem recidit cum primo. Tertium* congruentiùs exponetur per ſe. in glo. ſequenti. ¶ Non me fugit nonnullos opinari hæc verba text. *La* bouche, & les mains*, ſignificare indifferenter oſculum oris, porrectionem ſupplicum manuum, & fortè earum ſimul iunctarum immiſſionem in manus domini, flexis interim & in terram ſuppliciter aduolutis genibus, quod non puto verum; & nimis eſſet indecens, imò reprehenſibile, niſi in fidelitate ligia, quæ debetur ſoli principi; vnde apud nos rarò practicatur, quamuis alibi in quibuſdam locis etiam conſuetudo ſcripta certam huiuſmodi formam præſcribat à vulgi fæce & ſuperſtitione magis quàm à ratione ſumptam: quorum ineptiis omiſſis apparet Pariſiorum conſuetudines plus cæteris habere ciuilis rationis & honeſtæ gratitatis. Vera igitur & ſana mens noſtri §. eſt qualis dixi veteri illi originariæ feudorum conſuetudini conformis.

D

E

* Denote, La bouche au Seigneur. quid.

* Denote, les mains au Seigneur. quid.

* Denote, le ſerment de fidelité au Seigneur. quid. * La bouche & les mains quid nonnulli.

17. Dico tamen quòd* humiliter, reuerenter, & obſequioſè, debet cliens accedere ad patronum, maximè dum in eius fidem ſeſe confert, non ſuperbè, nec contemptim, aut negligenter; ſed ſicut inter bonos & graues ſolet accedi ad ſalutandum & gratias agendum amico & benefactori ſuo: in quo tria potiſſimùm interueniunt. Primum, honeſta & ciuilis reuerentia. Secundum, beneficij accepti commemoratio, & obuinctæ amicitiæ & fidei recognitio. Tertium, grati & fidelis animi ſponſio: nec eſt neceſſe ſcrupulosè, aut ſigillatim iſta velut præſcriptis verbis obſeruare, quia ſicut hæc ſingula ſimul implicitè continentur in vna decenti & honorabili gratiarum actione, ita & in vna debita & reuerenti cliẽtelaris obſequij exhibitione, prout ex naturalibus & bonis ciuitatis moribus poteſt meliùs percipi, quàm certa lege aut ſcripto aliquo cõprehendi, vt rectè ait Obert. in *c. vnico, circa medium. in quib. cau. feud. amitta.* Quod autem dicit gloſſ. *ſi. in prin. in d.* §. *nulla. per quot fit inueſtitur.* de vocatione, expectatione, & præſentia pariũ curiæ, in inueſtitura facienda vel petenda, & fidelitate præſtanda non ſeruatur in hoc regno, nec in conceſſione noui feudi nec in renouatione antiqui, nec alia cuiuſuis pompæ ſolemnitate, vt etiam Iacob. Bel. ibi narrat ſe vidiſſe ea omitti in regno Siciliæ, in quo conſuetudines Francorum multùm inualuerunt. Et nota quòd quamuis ſecundùm conſuetudines illas feud. quæ ſunt in compilatione Oberti petitio & conceſſio inueſtituræ debeat præcedere fidelitatem, quæ in conceſſione feudi noui, ſiue in renouatione veteris, vt in *c. vnico. quid proced. debeat. inueſt. an fid. in c.* 1. *in prin. quæ ſit prim. cauſ. beneſi. amitt. gloſſ. fin. & doc. in d.* §. *nulla*: tamen hoc non eſt de ſubſtantia, nec vitiaret* præpoſtera-

* Quam reuerenter & obſequioſè patronus adeundus à cliente.

* Præpoſte-

ratio non sit per nocet, sed interdum reducitur ad ordinem rationis & intellectus.

tio, ſed reduceretur ad ordinem rationis & intellectus ſecundùm Bal. in *d. c. vnico, quem Alua. ibi in fin. & alij ſeq.* Et apud nos hoc non ſeruatur niſi in conceſſione feudi noui, in * quo rationabiliter debet præcedere conceſſio domini, & inueſtitura verbalis ſeu abuſiua, deinde exhibitio fidelitatis clientis, poſtremò inueſtitura realis, quæ eſt traditio actualis feudi. At in renouatione feudi antiqui, ſeu prius conceſſi, debet præcedere oblatio, & exhibitio fidelitatis per clientem, deinde ſequi admiſſio patroni in fidem ſuam, nec opus eſt vlla alia inueſtitura, ſed ſolum ſublatione manus dominicæ, ſi fortè iniecta fuit, quæ eſt ſicut remotio obſtaculi, imò adhuc non eſt neceſſaria quia ſequitur ipſo iure, de quo alibi infrà. Hæc & nonnulla alia quæ mihi videntur leuiſſima prorſus attingerem, niſi comperiſſem gloſſematarios aliarum conſuetudinum, ſæpe in his recitare & ſimpliciter ſequi doctrinam & theorias gloſſ. & ſcrib. in *d. li. feud.* non aduertendo ad diuerſum, & rationabiliorem vſum huius regni.

* An fidelitas inueſtituram præcedere debeat, vel contra.

SVMMARIA GLO. IV.

1. *Actualis præſtatio iuramenti* fidelitatis, *non eſt de ſubſtantia feudi.*
2. *In omni iuramento fidelitatis, ſubintelligitur clauſula, ſicut iurari debet.*
3. *An in ſacramento fidelitatis debeat excipi dominus ſuperior vel antiquior.*
4. *Verus & clarus intellectus.* c. ſatis benè, de prohi. feud. alie. per Lotha.
5. *Forma & qualitas feudo originaliter adhærens permanet & attendi debet.*
6. *Iuramentum intelligitur ſecùndùm naturam & conditionem rei ſubiectæ, & rebus ſic ſtantibus.*
7. *Idem vaſallus non poteſt iurare fidelitatem duobus contra omnes.*
8. *Omnia feuda à rege dependent, & ad illum terminantur.*
   Diuerſa feudorum conſuetudo Galliæ Comatæ, & Galliæ Togatæ.
9. ¶. *Q. 1. Sacramentum fidelitatis. 6. continet.*
10. ¶. *Q. 2. Patronus reciprocam debet fidelitatem clienti.*
11. *Patronus enormiter offendens vaſallum, priuatur dominio feudi ſeruientis & omni iure & poteſtate feudali.*
12. *Intellectus.* §. domino. ſi de feu. defunct cõtent. ſit inter domi. & agna. in vſib. feud.
13. *Subuaſallus enormiter offenſus à ſuo domino immediato, liberatur ab illo, & remanet vaſallus domini mediati.*
14. *Dominus malè tractans ſubditos aut vaſallos ſuos, priuandus iure ſuo.*
15. *Quando vaſallus grauiter offenſus à patrono incipiat tenere in alaudium.*
16. *Qua ratione demanium regis inſeparabile eſt à corona.*
   Suprema iuriſdictio, tam eſt inſeparabilis à corona, quàm eſſentia rei à re ipſa.
17. *Supremus princeps nec contrahendo, nec delinquendo poteſt iura dignitatis ſuæ minuere.*
18. *Rex nequit ſubditum à ſua iuriſdictione quacunque de cauſa eximere.*
19. *Prælati eccleſiæ non ſunt domini, ſed adminiſtratores.*
20. *Delictum prælati non redundat in damnum eccleſiæ, ſed ſolùm ipſius delinquentis.*
21. *An prohibitus alienare poſſit delinquendo amittere?*
22. *Aſtrictior eſt cliens patrono, quàm patronus clienti.*
   Facilius redit dominium vtile ad directum, quàm directum ad vtile.
23. *Patronus non debet clientem criminoſum fouere, vel occultare.*
24. *Patronus non tenetur iurare clienti.*
   Cliens patronum offendens, proditor appellatur, non è diuerſo.
25. ¶ *Q. 3. Quotquot ſunt hæredes vaſalli, ſingulis ad fidelitatem tenentur.*
26. ¶ *Q. 4. Fidelitatem offerens tenetur deſignare rem & cauſam.*
   Appellatione rei quando ſolùm pars venire poſſit.
27. *Inſtrumenta confici debent de geſtis clientelaribus.*
28. 29. ¶ *Q. 5. Tenetur patronus quemlibet hæredem vaſalli pro parte ſua in fidem admittere, nec per hoc fit vlla diuiſio feudi.*
30. *Sicut fundus deſtinatione vnius patriſfa. ita feudum deſtinatione patroni clientiſque ſimul conſtituitur.*
31. 32. *Plures vaſalli eiuſdem feudi non poſſunt illud inter ſe diuidere, ſed benè in partes quotas vel integrales diſtribuere, remanente ſemper eodem & vnico titulo feudi.*
33. ¶ *Q. 6. Reſolutio, an onera feudi inter plures vaſallos diuidantur, vel quemque teneant in ſolidum?*
34. *An & quo reſpectu iuramentum fidelitatis ſit indiuiduum?*
35. *Quando ſit vt plures conſiderentur collectiuè, an verò ſingulariter & diſtributiuè?*
36. *Etiam in indiuiduis plures hæredes non tenentur collectiuè, ſed diſtributiuè.*
   Verbum omnes.
   Virtus legum in inductione.
37. *Verus intellectus.* §. omnes filij ſi de feud. defunct. conten. ſit inter domi, & agna.
   Dictio maximè, *etiam præſertim.*
38. *Dictio reſpiciens plura determinabilia debet ea determinare vniformiter.*
39. *Improbatur opinio doct. tenentium hæredes poſſe eligere vnum ex ipſis causâ præſtandæ fidelitatis.*
40. *Onera quæ ſingulos hæredes inſolidum obligant, nec tamen multiplicantur.*
41. *Beneficium nouæ conſtitutionis de duobus reis, non habet locum in obligationibus indiuiduis ſed ſolùm in omni reſpectu diuiduis.*
42. 43. *Quomodo conuentio inſolidum conſulatur contra coobligatos.*

Digitized by Google

44. *Vniuersalis* (omnes) *in plurali regulariter fiat collectiuè.*
45. *Semper inspicienda forma obligationis ab origine impressa.*
Indefinita æquippollet vniuersali collectiuè, non distributiuè.
46. 47. *Et deinceps: Quamuis expressio nominis proprij faciat orationem singularem, non tamen quo ad omnia distribuit eam.*
48. 50. Ερμηνία *verbi qualibet explicatur.*
49. *Restituta litera* l. si hæredi plures ff. de condit. instituт.
51. *Indiuidua iura pro qua parte cedant.*
52. *Obligatio dandi omni respectu diuidua.*
53. *Patronus circa idem relenium licet à pluribus hæredibus debitum variare non potest.*
54. *Hypotheca afficit rem & quamlibet eius partem in solidum.*
55. *Q. 7. Non prodest iurare fidelitatem pro successoribus suis.*
56. *Nec etiam pro successoribus patroni, sed debet vtrinque tanquam personale renouari.*
57. 58. ¶ *Q. 8. Vtrùm singulis hæredibus patroni iurandum sit?*
59. *Resolutio q.*
60. *Vasallus in fidem admissus à primogenito tutus est ab omnibus cæteris dominis.*

GLO. IV. IN VER.

Serment de feauté.

a Fidelitas pro iuramento fidelitatis.

DE est iuramentum fidelitatis, quod in dicto libro feudorum passim vocatur fidelitas, & est text. in *c. vnico, in fi. quid præce. debe. an inuest. vel fideli.* Huius autem * actualis præstatio non est substantia feudi, sed de eius natura, & communi feudorum consuetudine debita, *vt hic.* Ideo in noua & simplici concessione feudi nunquàm intelligitur remissa nisi expressè dictum sit. *cap. vnico §. nulla, in fi. per quos fiat inuest. c. 1 §. est & alia, quæ tuit pri. can. benefi. amitt.* Si tamen perpetuò fuerit remissa, vel semel, puta pro vna renouatione fidei. siue scienter aut inaduertenter omissa, nihilominus tacitè inest & venit omnis fidelitatis effectus, ac si expressè iuratum fuisset. *vt not. Aluaro. præpo in cap 1. §. nulla per quos fiat inuest. c. 1. in princi. de cap. corrad. cap. 1. §. 1. quæ fuit pri. can. benefi. amitt. Hdalri Zas. in epito feu. par. 12. conclu. 12. And. Iser. in cap. vnico.* & ibi Aluaro. *num. 8. in quibus causis feud. amitt.* vbi tenent ijsdem causis & culpis amitti feudum ac si specificè in singulis capitulis fidelitatis iuratũ esset. nec in hoc iuramento requiritur Euangeliorum tactus, aut alia certa iurandi formula. Sed sufficit simplicibus verbis iurare, puta, Iuro fidelitatem clientelarem, vel facio fidem & homagium sub sacramento fidelitatis, nec est necesse sigillatim exprimere capitula fidelitatis, quia satis subintelliguntur per tacitam relationem ad ea quæ de iure & consuetudine feudorum, & speciali lege recognita feudi debentur. & ita vtimur. nec obstant. cap. *vnicum, in princ. quali. iura. debe. vasall. & cap. vnicum de no. for. fidelib. in vsibus feud.* quia sunt consuetudo localis; de qua apud nos non est curandum, nisi inquantum est conformis nostris moribus, vel nititur boni & æqui ratione concludenti, vt suprà diximus in rub. Posset etiam responderi quòd expressiones particulares quæ in illis. c. c. fiunt, sunt ad maiorem expressionem, & non ad necessariam formam, quod expressè tenet *Andr. Iser. in dicto cap. vnico. de no. for. fideli. in princ.* & sentit Bal. *in dicto cap. 1. quali. debe. iura. vasal. in prin. super illis verbis, text. sicut debet esse vasallus domino.*

* Actualis præstatio iuramenti fidelitatis non est de substantia feudi, sed de eius natura tantùm.

2. ¶ Ex quibus notat tanquam aureum verbum quod in * omni iuramento fidelitatis intelligitur clausula, sicut debet iurari. & sic quòd sufficit iuramentum referre ad id quod est iuris, quamuis Aluaro. (quem nil moror) aliter ibi sentiat. non etiam in hoc sacramento necesse erit nominatim excipere dominum nostrum regem, nec alios superiores & mediatos dominos, quia satis re ipsa iuxta conditionem rei, & naturam actus censentur excepti, potest tamen & rectè faciet vasallus, à quo expressum iuramentum exigitur, excipere superiores dominos, seu patronos domini sui immediati, ratione huius feudi, vsque ad superiorem dominum regem inclusiuè: non autem potest nec debet vllo modo excipere patronos, quibus ratione diuersorum feudorum, priùs est fidelitati astrictus, quia nihil habent commune cum feudo de quo agitur; & nullius fidelitati, per fidelitatem alterius derogatur in aliquo, in feudis inferiorum à rege nostro, seu non verè ligijs vt satis supérque liquet per ea quæ dixi *supra §. 1. gloss. 5. no. 1. 2.* & ita vtimur in hoc regno.

* In omni iuramento fidelitatis subintelligitur clausula, *sicut debet iurari.*

3. ¶ Quod vt clariùs liqueat, propono hanc q. Seius tenebat castrum in feudum antiquum, à duce Aurelianensi, cui iurauit fidelitatem solo rege Francorum excepto, Titius tenebat aliud castrum à duce Bituricensi, cui similem præstitit fidelitatem solo rege excepto, moritur Seius, & succedit ei Titius in illo feudo antiquo * Vtrùm Titius teneatur iurare fidelitatem duci Aurelianensi contra omnes, solo rege excepto, præferendo ducem Aurelianensem duci Bituricensi, an vero excipere ducem Bituricensem, cui priùs erat astrictus fidelitatis iuramento, quàm succedere Seio? Hanc quæst. mouet Iacob. de S. Georg. *in inuest. feud. ver. & promit. eidem do. suo. præsta. fer. colla. 11. vers. vltra quæro.* Et primò arguit quòd Titius debeat iurare, solo rege excepto, sicut iurauit Seius, cui successit in illo castro. Primò quia ex persona hæredis non mutatur nec variatur obligatio. *l. 2. §. ex his D. de verborum obligati.* Secundò, quia res transit cum sua causa, & onere suo. *l. traditio. §. quotiès D. de acquir. rer. dom.* quæ sunt duæ rationes insolubiles, tamen nescio quo erroris fascino velut excæcatus Georgius contrarium decidit, quòd debeat excipere & præponere ducem Bituricensem antiquiorem dominum ipsius Titij, per duos textus feudorum malè à se intellectos, dein præfatis rationibus tam insciè, & deploratè respondet, vt indignum sit referre.

* An in iuramento fidelitatis debeat excipi dominus superior vel antiquior.

4. ¶ Ego autem dico primam partem esse verissimam & indubitatam etiam stante in hac parte iure d. libri feudorum, non obstat primus text. *in cap. 2. de prohib. feudor. alie. per Loth.* vbi est casus de milite, qui acquisiuit duo beneficia à duobus dominis, diuersis temporibus, puta à priore domino castrum Virtutis, à posteriore domino castrum S. Martini, & sic primo domino iurauit fidelitatem nullo antepositio, posteriori vero iurauit antiquiore excepto, deinde decessit relictis duobus filiis, videlicet Titio & Seio, qui deuiserunt paterna beneficia, & prius scilicet castrum Virtutis obuenit Titio, posterius vero scilicet castrum S. Martini obuenit Seio. Itaque Titius habens prius feudum, iurauit antiquiori domino patris sui nullo antepositio, sicut quondam pater suus

Verus & clarus intellectus, *c. satis bonè de prohib. feud. alie. per Loth.*

Digitized by Google

iurauerat, vt inquit ibi text. quod no. *ne videar diuinare*. Seius autem quamuis haberet feudum posterius, tamen posteriori domino iuranit simpliciter nullo antepositо. Ideo quia tunc nullum alium dominum habebat, quem exciperet, vt etiam inquit text. *contingit Seium habentem posterius feudum mori sine filijs, succedente sibi in hoc posteriore feudo (vtpote patrono) fratre suo Titio, à quo dominus huius posterioris feudi petit sibi talem fidelitatem iurari*, qualem eius frater Seius fecerat, quod recusat Titius, volens præponere seu priùs excipere antiquiorem suum, & patris sui dominum, sicut fecerat pater suus. Quæsitum fuit quid iuris, & statuit Loth. 2. imperator nihil Titio obesse quod defunctus frater fecit, scilicet fidelitatem simpliciter iurando posteriori domino, addens quòd etiam, si in secundam & tertiam, vel vlteriorem generationem Seij, feudum posterius peruenisset, adhuc idem iuris esset, videlicet quòd non noceret superstiti antiquiori fratri, & suis factum posterioris fratris & suorum, sed * 5. attendenda esset primordialis forma, & origo horum feudorum, qualis fuit in eorum constitutione in primo acquirente quod est æquissimum, & omni iuri & rationi consonum, vt etiam dixi *infra* §. 5. *num.* 95. *& latius* §. 35. *num.* 10. *& §.* 52. *gloss.* 2. *num.* 4. & hic est verus casus & clarus intellectus illius text. & non alius rectè perpendendo verba & contextum illius c. quem seq. Andr. Iser. Bald. & Aluar. ibi, ex quo tantùm abest, vt aliquid faciat contra meam opinionem, vt etiam illam apertissimè probet. Si enim forma & qualitas quæ feudo à sui origine adhæsit, non mutetur ex contrario continuato facto vnius aut etiam plurium successiuè hæredum, vt patet ibi, quo modo poterit alterari ex sola superuenientia vnius noui hæredis re adhuc existente integra? Si pauper miles, nihil habens donetur beneficio à quodam domino vt ei fidelitatem nullo antepositо, nec excepto (nisi solo imperatore) faciat, idémque miles non possit aliud beneficium ab inferiore imperatore acquirere, in quo dominum primi feudi postponat, imò semper necesse habebit illum excipere in deinceps constituendi & quærendis feudis, aut illa non acquirere, vel primum dimittere, vt est clarum: quomodo hæres militis hoc poterit facere, in præiudicium dicti domini, & dicti feudi? ex quo patet nimium desipuisse Georgium qui ita sensit, nec hæc forma & qualitas feudi, videlicet quòd dominus concedens nulli, nisi imperatori postponatur personalis est & respiciens personam vasalli, sed realis, afficiens feudum ipsum, & respiciens ius & honorem concedentis domini, & sic liquet quòd etiam in terminis dictarum consuetudinum feudalium, prioritas & posterioritas dominorum iudicatur, non ex persona vasalli qui iurat, vt in his omnibus merè delirat ille, sed ex persona domini, qui prius aut posterius feudum concedit, & ex ipsa forma & qualitate originali constitutionis feudi. Ita quòd si in casu *d. c. satis benè*. Titius qui habebat prius feudum, decessisset, relicto & succedente sibi Seio, iste Seius debuisset priori domino iurare simpliciter, & etiam deinceps iurando fidelitatem posteriori domino vel suis successoribus præferre, & excipere illum antiquiorem dominum, non obstante iuramento per se simpliciter præstito posteriori domino, pro tempore quo solum posterius feudum tenebat, nec potest causari posterior dominus de alteratione formæ vitimi iuramenti, quia ius suum non diminuitur, sed priori naturæ & qualitati restituitur, vt expressè decidit Iacob. Aluaro. in *dicto ca. col.* 2. *versi. quæro ab extra. & benè fa. l. si vnus.* §. *pactus ne peteret. D. de pact.* Tum quia forma primæ infeudationis & inuestituræ semper debeat attendi, & secundum illam renouationes sequentes regulari, quamuis Iacob. bel. ibi in fi. postquam concludentes pro hac parte rationes adduxit, illis non respondendo contra-

* Forma & qualitas feudo originaliter adhærens permanet & attendi debet.

A rium concludat, fundans se in solo periurij metu, qui vanus est hoc casu; quia iuramentum aut fuit simpliciter præstitum, & intelligitur & restringitur secundum conditionem & naturam rei subiectæ. *6. l. fi. C. de non numer. pecu.* aut fuit præstitum in tali forma quæ de se non posset compati cum exceptione prioris domini, & tunc quia iuramentum nedum est personale, sed etiam rebus suis stantibus intelligitur, debet restringi & intelligi quandiu istud feudum separatim tenebitur ab vno solo. Sed non postquam vtrumque feudum ad eundem reuersum fuerit, prout erat tempore primæ inuestituræ, & fidelitatis huius posterioris feudi, & sic ipso iure cessat obstaculum iuramenti, & periculum periurij, nec opus est aliqua dispensatione. *cap. nequis. & ibi gloss. fin.* 22. *quæst.* 2. *in ca.* quemadmodum, & *ibi gloss. in versi. conditio. de iureiur. Io.* And. in *c. in malis, de reg. iur. in 6. in mercur.*

7. ¶ Non obstat secundus text. *in cap.* 1. *in fin. hic fin. lex.* quia probat opinionem meam. ex quo (etiam si desit lex) viua ipsa ratio probat, prioritatem domini attendi ex parte feudi concessi, & domini concedentis. Et vt clariùs liqueat, nota quòd qui accepit beneficium à primo domino recognoscendum *nullo excepto*, non potest posteà acquirere nec inuestiri de secundo beneficio, nisi cum hoc quòd fidelitatem secundo domino faciet, excepto & antepositо prioti domino, nisi primum beneficium dimitteret, alioquin vtrumque dominum, & priorem & posteriorem deciperet. Itaque illa iura feudorum quæ dicunt antiquiorem dominum, in iuramento fidelitatis excipiendum, & in seruitio præferendum, ita quod vasallus illum iuuare tenetur etiam directè contra posteriorem dominum, vt expressè tenet Andreas Iser. in *d. cap. satis benè, de prohiben. feud. alien.* per Lothar. Aluar post Iacob. ardiso. in *d. cap.* 1. §. *fin. ad fin. hic fin.* lex. præsupponunt quod posterior dominus beneficium scienter contulerit habenti priorem dominum qui debeat proponi & excipi. & sic se & beneficium suum prioritati, & prælationi primi domini subiecerit, consentiendo sibi fidelitatem iurari & obsequium exhiberi illo antepositо, alioquin libere posset beneficium reuocare à vasallo alium anteponente contra legem concessionis feudi, nec in terminis illarum consuetudinum, posset stare absque contrarietate & repugnantia: quod idem vasallus iuraret fidelitatem duobus contra omnes, neutro eorum excepto. Ex quo etiam fortificatur opinio mea quam supra §. 1. *gloss.* 5. *numero* 6. tenui, non posse eundem esse vasallum verè ligium duorum. Itaque ad quæstionem apparet quod Titius tenetur duci Aurelianensi iurare fidelitatem solo rege excepto, & nullo alio antepositо, prout priùs iurauit Seius, supposito etiam quod hæc talis sit forma & conditio originaria feudi, quod fuit tempore concessionis datum sub hac conditione, vt ab eodem Aurelianensi duce solo rege excepto recognosceretur: esset enim absurdissimum & iniquissimum, ex qualitate vel fortuna vasalli, conditionem feudi deteriorem fieri, & honorem domini diminui.

8. ¶ Sed vt appareat quorsum tendat hæc quæstio, quæritur vtrùm ille Titius poterit vtrumque castrum simul retinere, & illud à duce Bituricensi, solo rege excepto, recognoscere, istud à duce Aurelionum, pariter solo rege excepto? Videtur quod non per ea quæ nuper dixi declarando. *d.* §. *fin. instit. hic fi. lex.* Tamen dicendum est quod sic, quia * in hoc felici regno Franciæ omnia fere feuda emanant & dependent à supremo rege nostro tanquam ab vno crebriore principio, & fonte ad quem redeunt & terminantur per recognitiones, tam immediatas quam mediatas: & vasalli inferiorum suorum, non tenentur seruire patronis immediatis in bellis priuatis,

* Omnia ferè feuda à rege dependent, & ad illum terminantur.

sed solùm in bello publico pro seruitio regis & communi bono totius reipub. Franciæ, vt dixi *supra* §. 1. *gloss.* 6. *num.* 13. Et sic cessant repugnantiæ, & cætera inconuenientia. de quibus in *d.* §. *fi.* quum multo salubriùs, & stabiliùs ordinatæ sint clientelæ in hoc regno, quàm in locis consuetudinum dicti libri feudorum: & vt firmiora sint feuda in hoc regno, vt diximus §. *in fi. rub.* ita firmior concordia & fidelitas. Hanc itaque q. quam breuiùs & clariùs potui discussi, vt liqueret qualiter de consuetudine Galliæ Togatæ compilata per Obertum, * qualiter de consuetudine huius nostræ Galliæ Comatæ seu regni Franciæ intelligendum sit antiquiorem dominum esse excipiendum in fidelitate feudi præstanda, simul & de vero intellectu. text. feudorum obiter occurrentium reliquos cum cæteris multis. q. doctorum prætereundo, quæ ad praxim, & vsum nostrarum consuetudinum minùs accedunt. Vlteriùs pro explicatione sacramenti fidelitatis.

* Differentia consuetudinis Galliæ huius Cisalpinæ, & Galliæ Transalpinæ.

9. ¶ QVÆRO primo quid saltem virtualiter in eo contineatur? respon. * sex scilicet *incolume*, *tutum*, *honestum*, *vtile*, *facile*, *possibile*, quæ non possunt clariùs & meliùs exponi quàm ab ipso text. *in c. vnico. de for. fideli. ad quem remitto.* Si vis latiùs vltra doc. ibi videre potes Iacob. in *inuesti. feud. in ver. qui quidem vasal. præst. iura. fide verf.* Sed videndum est de effectu. *col.* 45. Et *Matt. de afflict. in decis. Neap.* 265. *a num.* 39. *vsque ad num.* 47. non tamen approbo singula quæ dicunt addendo vltra text. *d. ca. vnic. de for. fid.* non curo tamen illa referre, & ad iuris & veritatis limam excutere, quia parum ad causarum decisionem & nostrarum consuetudinum intelligentiam conducerent. Ideo cum multis huiusmodi missa facio. nec tamen æquo animo prætereire possum, quod vult Accur. *in cap. vnico quali iura deb. vasall. in glo.* 1. in hoc sacramento contineri, quòd vasallus ipsummet dominum suum exaltabit in quantum poterit, quod falsum & nimis ambitiosum iudico. licet hoc aggrauans *Alu.* ibi in *nota.* 1. dicat teneri vasallum in iuramento fidelitatis specialiter exprimere singula quæ specificantur in *d. c.* 1. *qualiter iurat. debet vasall. & nisi duob. tit. & c. seq.* & quòd vnum debet supleri per aliud, & plus quòd vltra contenta in formis dictorum capitulorum teneatur in suo iuramento adijcere ea omnia quæ ponuntur in iuramento, quod fecit rex Otho Ioanni Papæ. de quo in *d. glo. & in c. tibi domino* 63. *dist.* quæ sunt erronea: non tamen intelligas quòd ex qualibet omissione, vel leui contrauentione alicuius ex illis sex possit vasallus tanquam periurus & ingratus priuari feudo, quia vt est text. nota in *cap. vnico. circa. medium*, *in quib. caus. feud. amitt.* non sufficit ad hoc omnis occasio per quem fidelis accepti beneficij videretur ingratus, sed requiritur grauis & enormis causa ingratitudinis, ex qua secundum mores illius ciuitatis seu curiæ beneficium solet adimi, de quo *tract. infra* §. 30.

* Sacramenti fidelitatis. 6. continet.

10. ¶ QVÆRO secundo, * an patronus reciprocè teneatur clienti suo ad eandem fidelitatem & ad contenta in illis sex capitulis iuramenti fidelitatis? Respondeo sic. text. est in *c. vnico. in fi. de for. fidel. in ca.* 1. § *domino. si de feu. defuncti. cons. sit inter. do.* & agn. in *c. ex facto quali. do. propr. feud. pri.* & hoc est diuino, & naturali iuri, & æquitati consonum. *cap.* 1. *dist.* 1. *ibi quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri: & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri*, hoc etiam est de natura, imò de substantia patronatus & clientelæ, quæ ex mutua benignitate & correlatione officiorum subsistit per ea quæ suprà diximus in *rub. & hoc sit pro regula.* Amplia in tantum quòd patronus priuandus est proprietate feudi, si in clientem enormem offensam commiserit, ex qua cliens priuaretur feudo ad dominum reuertente, si eam in patronum perpetrasset text. in *d.* §. *domino. & in d. c. ex facto.*

* Patronus vtrum reciprocam debeat fidelitatem clienti.

11. Non tamen intelligas, quòd priuetur patronus proprietate feudi sui dominantis, sed priuatur proprietate, directo dominio, & omni iure feudali, quod retinuerat & habebat tanquam patronus in re clientelaria, & eius iuribus & pertinentiis. Ita quod efficitur liber erga eum: & offendens desinit esse patronus, & offensus desinit esse vasallus eius, nedum ad vitam offendentis, vel offensi, sed in perpetuum, vt not. per doct. in d. locis. Nisi vbi consuetudo loci aliter disponit vt Cenomanensis *part.* 5. §. 206. Andensis *part.* §. 185. Et aduerte, notanter dixi offensam, ex qua cliens nedum feudo priuaretur, sed etiam feudum ad dominum reuerteretur, quia si esset tale delictum ex quo cliens priuaretur feudo, sed feudum non reuerteretur ad dominum, sed ad alios, puta agnatos, vt quando cliens in alium delinquit, quàm in patronum. *c.* 1. §. *denique quæ fuit pri. caus. benef. amitt. c. vnico. an alle. qui inter se fra. do. sua gloss.* & And. Iser. in *imperialem* §. *insuper col.* 1. *de probib. feud. alie. per Fed.* tunc si patronus in simili deliquerit, puta in alium quàm inclientem, licet forte propter hoc priuetur dominio directo, & omnibus bonis, non tamen liberatur cliens à conditione feudali, nec ei acquiritur dominium directum feudi, alioquin plus haberet cliens quàm patronus, quod esset absurdum.

12. ¶ Nec obstat. * *d.* §. *domino. ibi siue peccauerit in vasallum, siue in alium*, quia debet intelligi de alio, in quo tamen sit offensus cliens, vt si in eius odium sæuierit patronus in familiares clientis. ita decidit & exponit And. Iser. in *d.* §. *domino* per aliam rationem quòd cliens strictiùs tenetur, sed ratio quam dedi est concludentior, ne excedatur æqualitas à cliente, & ne plus habeat quàm patronus, quamuis Bald. *ibi in fi.* aliter sentiat & malè. Et istud intelligo procedere, etiam si feudum esset nouum, quamuis Alua. *ibi col.* 1. inscitè glorietur se egregiè soluere contrarium intelligendo. *d.* §. *domino* in feudo nouo, vt eius proprietas directa acquiratur vasallo, patrono delinquente in quemlibet, sicut à conuerso rediret tale feudum ad patronum vasallo delinquente in quemlibet. Sed hæc solutio est dignior scholare, quàm doctore: quia vasallo nouo delinquente in extraneum, feudum nouum redit ad dominum, non quia vasallus delinquit, nec propter vltionem iniuriæ domini, quæ nulla est, sed quia finitum est feudum, ex defectu vasalli, & alterius personæ quæ illud capere possit. Et si hæc opinio Alu. nedum est diuinatoria ad text. sed etiam falsa in terminis illius iuris feudorum, quod interpretandum assumpsit.

* Iurisdictio § domino fit feud. defunct. contra. fit. inter do. & agna.

13. HANC ampliationem limito primo, vt procedat respectu ipsius patroni offendentis, & suorum hæredum, vel causam habentium in infinitum, sed non respectu alterius, puta superioris & mediati domini, vel patroni. Tum primò, quia pœna debet tenere suos auctores, *l. sancimus. C. de pen. cum concord. glo. ibi. c. si compromissarius*, *de elect. in* 6. Tum quia vasallus non potest vllo modo deteriorem domini conditionem facere, sed meliorem. *c.* 1. §. *econtrario. in fin. de inuest. dare. alie. facit.* Ex quo infertur quòd si subuasallus enormiter offensus fuerit à suo domino immediato, efficitur liber ab illo sed non efficitur liber à conditione feudali, quia in illa suberit domino mediato, & tenebitur ab illo feudum recognoscere, & feudalia iura illi præstare, & remanebit eius vasallus immediatus. nec obstat quod ex delicto offendentis, plus videtur consequi superior immediatus offendentis quàm ipse offensus, quia non est absurdum quantum ad aliquid, videlicet quantum ad dominium & dependentiam iuris feudalis, quod magis est in superiore domino; in quo est tanquam in capite, & in causa agente, & influente, quàm in domino inferiori. vt enim suprà diximus *in* §. 1. *gloss.* 6. dominus immediatus

* Subuasallus enormiter offensus à suo domino immediato liberatur ab illo, & remanet vasallus domini mediati.

mediatus reſpectu ſuperioris domini, non dicitur propriè habere dominium directum ſubfeudi à ſe immediatè dependentis. nec etiam dominium vtile eiuſdem. Sed potius quoddam ius feudale, quod magis habet inſtar cuiuſdam ſeruitutis, quàm veri dominij rei. Igitur tanquam ſublato medio illius ſeruitutis per delictum immediati domini, remanet ſubuaſallus ſub dominio directo, & iure feudali ſuperioris domini, cuius efficitur immediatus cliens. Et ſic huic offenſo in duobus circa iura feudalia conſulitur præter priuatam & ſeparatam perſecutionem delicti. 14. ¶ Primò, * quòd deſinit ſubeſſe offendenti, & ab illo in perpetuum liberatur. Secundò, quòd deinceps ſuperiorem & altiorem dominum immediatè recognoſcit. Simile videmus, quod ſi habens caſtrum in feudum cum iuriſdictione malè tractat homines & ſubditos ſuos, & monitus à domino non deſiſtat, priuatur iuriſdictione ſua, quæ reuertitur ad dominum; & ſic illi ſubditi non liberantur à iuriſdictione, ſed à perſona malè ſæuiente, & mutant dominum, & efficiuntur immediati ſubditi ſuperioris domini. text. eſt in *l. Federic. §. quicunque aduocatiam. de pace tenen. & eius viola.* vbi hoc not. Bal. quem. Alu. & alij ſeq. Idem dicentes de feudo, quod propter malam tractationem & abuſum poteſt vaſallus priuari, & feudum domino applicari, quod ſeq. Paul. poſt Guil. Ang. in *aut qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ.* Sed vaſallus enormiter offendens ſubuaſallum, illo abutitur & notoriè malè tractat. Igitur debet priuari iure quòd habet in eum, & illud ius reuerti ad ſuperiorem dominum. Et quod non ſola adminiſtratione nec tantum ad vitam ſuam ſit priuandum, ſed etiã proprietate illius iuris in perpetuum concludit Alber. in *idemque*. D. *de vſufruct.* quando ita acriter ſæuiret quod eſſet crimen capitale in alio quolibet per *l. indicet. C. de dignit. lib.* 12. *l.* 2. *in fi. C. in quib. cau. colo. do. accuſa. poſſ. lib.* 11. An autem mala tractatio & abuſus ſit cauſa ſufficiens, & qualiter ad priuandum vaſallum feudo, dicam latè j. §. 43

15. ¶ Sed iuxta hæc quæro, quando erit locus huic ampliationi in hoc regno? videtur quòd nunquam: quum ſereniſſimus rex noſter ſit ſuperior & ſupremus dominus directus in regno ſuo in quo (vt etiam ait Panor. in *cap. veniens extra de accuſat.*) fundatus eſt in temporalibus etiam ratione dominij ſeu proprietatis terrarum & prædiorum regni ſui, non quod ſit dominus directus omnium & vbique. Sed quod omnium fere ditionum & prædiorum particularium regni ſit ſupremus dominus directus, ſic omnia ferè feuda ab illo mediatè vel immediatè teneantur, & ad illum tanquam ad vnum primum, ſummum & directum dominum terminentur, vt ſæpè diximus. Reſpondeo, quod habebit locum in eo qui tenet predium ſuum in alaudium, cuius partem vel etiam totum in feudum conceſſit, quia ſi enormiter offendat vaſallum ſuum tali offenſione, ex qua ſi vaſallus eam commiſiſſet in patronum, priuaretur feudo, priuabitur etiam hic patronus proprietate feudi, ſeu directo illo & alaudiali dominio quod retinuerat in re in feudum conceſſa, quam deinceps qui erat vaſallus, tenebitur liberè tanquam verum alaudium, in illa dominij plenitudine & integritate in qua conſtituta ſeu veriùs diuiſa & diſtributa fuerunt dominia de iure gentium. in *l. ex hoc iure. D. de iuſti. & iur.* & iſtud eſt rem tenere in *. 16. Verum, ſeu, vt dicunt in Francum alaudium, & ſicut tenebat patronus ſuus ante conceſſionem feudi, nec obſtat quod diximus omnia feuda dependentia à rege quia hoc eſt verum de regulari & communi iure huius regni ſeu in ipſo vniuerſo, in quo rex habet fundatam intentionem quantum ad hoc, tamen excipiuntur ſpecialiter quædam prædia quæ remanſerunt alaudia, ut dicemus j. §. 68. nec eſt inconueniens quãtum ad hoc quædam excipi à directo dominio regis quia proprietas ſeu directum dominium, vel etiam vtile, prædiorum ſeu aliorum bonorum temporalium,

* Dominus male tractans ſubditos aut vaſallos ſuos priuandus eſt iure ſuo.

non eſt de ratione & ſubſtantia regni ſeu regiæ dignitatis; ſed quid accedens quod quandoque eſt inſeparabiliter vnitum regiæ dignitati ſeu coronæ, vt ea quæ ſunt de ſacro domanio regio. &* quod dixi inſeparabiliter intellige non de ſe formaliter. Sed quia rex ipſe tanta dignitate pro tempore fungens non poteſt illud alienare nec diminuere, nec expropriare, ſeu in totum ſeparare à corona & dignitate regia, penes quam eſt vera proprietas, & dominium domanij. *vt alibi ſatis diximus.* Secus eſt de* ſuprema iuriſdictione, & poteſtate regia, quæ eſt ipſa forma, & ſubſtantialis eſſentia, maieſtatis regiæ. Ideo impoſſibile eſt in regno & de regno aliquem eſſe exemptum vel exceptum ab illa. 17. ¶ Dictam regulam ſic ampliatam limito, primo vt non procedat in rege, ſeu alio ſupremo domino ſuperiorem non recognoſcente, qui ſi vnum ex vaſallis ſuis enormiter & iniuſtè offenderet, (quod non eſt præſumendum,) ſi tamen ita de facto contingeret, ita quòd ſi offenſus nedum in regem, ſed etiam in quemuis alium idem commiſiſſet, nedum feudo, ſed etiam omnibus bonis priuaretur, non tamen haberet locum pœna priuationis dominij directi, nec iuris feudalis, quia pœna *d. c. domino, & c. ex facto* ſolum habent locum in inferiorib. dominis ſuperiorem recognoſcentibus, non autem in ſupremo rege. ita expreſsè decidit Luc. pen. in *l. in ſacris. 3. col. pen. verſ. verſ. ſed pone rex Siliciæ, de proxi. ſacro. ſer. lib.* 12. *C.* Idem tenet Bald. in *d. c. ex facto. verſ. pone* quod prælatus, dum dicit illud. c. non habere locum in Papa. *Mar. afflict. in deciſ. Neap.* 265. *nu.* 13. *in* 3. *fallen. ad hanc regulam.* Ratio quia illud * dominium directum & ius feudale eſt de domanio coronæ ſeu maieſtatis regiæ, & ſic inalienabile & inabdicabile per ipſum regem, qui non cenſetur dominus ſeu proprietarius regni ſui, ſed adminiſtrator, vt inquit Paris put. in *ſuo conſuſaneo tract. Syndica. ſub rub. de exceſſib. impera. nu.* 15. *char.* 4. vel aptiùs ſecundum Luc. pe. in *l. quicunque col.* 3. *& 4. de omni agro deſer. lib.* 11. *C.* ſe habet erga bona & iura regni & reip. ſicut maritus erga dotem vxoris, ideo ſiue contrahendo, ſiue delinquendo non poteſt illa in aliquo diminuere: de quo etiam dixi 3. §. 1. *gloſ. nu.* 54. Fortiùs dico quòd nedum proprietate in perpetuum, ſed nec etiam ad vitam, nec etiam ſimplici adminiſtratione priuabitur. quia hoc eſſet contra vtilitatem publicam, vt ſtatim dicam, & ita ſentit. Bal. in *d. c. ex facto. ad fi.* dum facit differentiam inter Papam. vt in eo nullo modo habeat locum pœna, *d. c.* & ſic nec ad vitam eius, & inter inferiores prælatos vt non habeat locum niſi ad eorum vitam, & in eorum præiudicium ſecundũ non. in *l. iubemus nullam. C. de ſacr. eccl.* aliter tamen ſine læſione iurium regiorum & coronæ ſatisfieri debet offenſo, & etiam de pecunijs & fructibus bonorum fiſci, ſi rex non habeat alia bona. Et aduerte quòd hæc planè procedunt in principatu quod electionem, vt imperium & regnum Romanorum, vel iure ſanguinis, vt in regnum Franciæ defertur, ſed non æquè in regno merè hæreditario, de quo aliqua dicam j. §. 13.

* Dominum regis eſſe inſeparabile à corona, & quomodo id intelligendum ſit.

* Suprema iuriſdictio, tam eſt inſeparabilis à corona quam eſſentia rei, à re ipſa.

* Supremus princeps nec contrahendo nec delinquendo poteſt iura ac ſplendorem ſui minuere.

18. Ex his multo fortius infero, quòd * rex non poteſt in aliquo priuari iuriſdictione regia quam habet in offenſum, quia formalis & eſſentialis virtus regis eſt iuriſdictio, quæ prorſus de ſe eſt inabdicabilis à rege manente rege, nec eſt ſeparabilis à regia dignitate, ſine ſui velut ſubiecti corruptione. Igitur ſicut non poteſt rex diuidere, nec corrumpere regnum ita nec aliquem de regno à ſua iuriſdictione eximere, & ita tenet Luc. in *d. l. in ſacris.* & eadem ratione non poteſt rex abdicare totam adminiſtrationem iuriſdictionis ſeu poteſtatis regiæ, etiam quo ad aliquem locum, vel aliquam perſonam regni, licet poſſit aliquem locum vel aliquos ſubijcere vni domino ſub ſe in primo gradu iuriſdictionis, dummodo ius appellationum & ſupremæ poteſtatis, etiam quo ad adminiſtrationem & executionem realem, quando & quoties opus erit penes eam remaneat. Et alioquin eſſet tales exẽptos facere reges, vt in ſenatu Neapolitano tempore

* Rex nequit ſubditũ à ſua iuriſdictione quacumque de cauſa eximere.

* In alaudiũ verũ & Francum tenere quid.

Caroli VIII. Franciæ & Siciliæ regis dicebat quidam advocatus magnus fisci, vt refert Mattheus Afflictus *in prælud. constit. Neapolit. q. 2. col. vlt. num. 9.* Etsi factum fuerit etiam in Ecclesiam nullum & reuocandum esse censet *ibi Matth. Afflict.*

A

19. SECVNDO limito, in * patrono ecclesiastico, qualis Episcopus aut quiuis alius prælatus ecclesiasticus, quia vt pertritum est, non est dominus, sed solum procurator, seu administrator rerum Ecclesiæ: text. in *c. 2. de donat. in c. vlt. 12. quæst. 1. c. 1. 14. quæst. 1.* ita tenet Bald. in d. §. *domino* & Aluaro. ad fin. Matth. Afflict. in d. *decis. num. 24. in fall. 4. dixi in tract. reg. cancellar. Reg. 18. de infir. resignan. nu.* Tamen licet Ecclesia non priuetur proprietate & iure suo, ipse prælatus quandiu viuet, seu quandiu illâ prælaturâ fungetur, perdet administrationem illius iuris, & omnem commoditatem quam interim potuisset lucrari & percipere à feudo. ita quòd non poterit vti aliqua potestate dominica in vasallum, nec etiam in eius hæredes vel causam habentes, & penes eos perpetuo remanebunt, quæcunque commoda quæ fuissent debita, ex mutationibus interim contingentibus; non autem spectabunt ad superiorem mediatum dominum feudi, & immediatum dominum seu patronum illius prælati, vel Ecclesiæ, ratione dicti feudi. quamvis text. in *c. 1. §. fi. de capi. Conrad. in vsib. feud.* videatur decidere contrarium. quem §. latè discutiam & declarabo. ĩ. §. 43. vbi reseruo dicendum. &c. ¶ Ex his patet quòd si administratio huius feudi vel eius commoda spectarent ad collegium, seu aliud corpus Ecclesiæ in toto, vel in parte, eatenus, nihil immutaretur, nec liberaretur vasallus offensus in aliquo, sed solum quatenus ea spectant ad administrationem, & commodum offendentis, nec obstat quod nuper dixi in prima limitatione, omne ius dominicale seu feudale cum omnibus commodis & obuentionibus futuris, redire statim ad superiorem immediatum dominum offendentis, quia ibi offendens ipsius iuris feudalis proprietate & possessione priuatur, & sic liberè redit, vel potius liberè remanet (tanquam obstaculo quod in medio fuerat remoto) ad superiorem dominum, qui ex tunc est & remanet immediatus dominus feudi. At hîc verus immediatus patronus quæ est Ecclesia nullomodo priuatur, nec proprietate, nec possessione iuris sui feudalis & patronatus, sed solum prælatus delinquens priuatur administratione, & commodo quod ad eam deuenisset, quandiu prælatum gereret, & sic nullum ius, nullum commodum potest deuolui, siue aperiri superiori domino qui semper remanet mediatus & remotus, vt prius, & sic nihil potest agere nec exigere in subfeudum vel subvasallum per ea quæ nota. ĩ. § 1. *gloss. 6. in ver. mouuant de luy.*

B

C

D

* Prælati Ecclesiæ nõ dominj, sed administratores.

21. TERTIO videretur posse limitari in omnibus qui * non possunt seu prohibentur rem suam alienare, etiam si esset eorum plenè propria, & verum alaudium, vt declarauimus in *fin. quæst. incidentis ad finem ampliationis.* Intelligendo tamen quando alienare prohibetur non propter se vel fauore suo sed fauore tertij, vt contingit in rebus peculij aduentitij, filijfam. qui prohibetur eas alienare fauore patris habentis vsumfructum. *l. fin. §. filius autem. C. de bo. quæ lib.* quia tunc excluditur omnis alienatio, non solum voluntaria, sed etiam necessaria & non solum hominis, sed etiam legis, vt quando fieret propter factum, vel delictum prohibiti, ne sit in sua potestate alteri præiudicare, & tunc verum est quòd qui non potest alienare, non potest etiam delinquendo, vt etiam patet in duabus præcedentibus limita. Secus quando alienatio prohibetur fauore prohibiti; vt in minore vel prodigo, quia tunc non excluditur alienatio quæ fit delinquendo, sed propter delictum perdit delinquens fauorem suum. ita pulchrè not. Bartol. in *l. si quis in tantam. col. 3. versic. quæro an dominus. C. vnde vi.* & fuit inuentum suum, vt ibi, testatur idem Bar.

E

* Prohibitus alienare an possit delinquendo amittere.

in *l. si finita. §. si de vectigalib. col. fi. ff. de dam. infect.* quem seq. ibi Pau. ad fi. Alex. in *cons. 23. oportune con. sideratis. col. 2. lib. 1. Areti. cons. 14. viso & diligenter considerato. col. 4.* vers. pro quibus facit Fabia. à monte S. Saui. in *tract. de empt. & vendi. in 4. parte princ. q. 14. ad fi. tangit deci. in l. furiosi nu. 2. ff. de reg. iur.*

Sed certè ista limitatio non posset verificari nec quadrare ex parte vasalli per ea, quæ dixi, ĩ §. 43. ergo non videtur posse congruere, nec adaptari ex parte domini, cum patronus & cliens non sint iudicandi ad imparia. d. *c. vnico in fin. de for. fideli.* quod est expeditum & in confesso quantum ad commissum procedens ex delicto in alterutrum de quo agitur. d. § *domino. & c. ex facto.* Ideo hanc limitationem hîc non posui, nisi ad maiorem declarationem, & ad cautelam, ne fortè quis legens præfatas duas limitationes incautè labatur in errorem, credens eadem ratione limitandum in omni casu, in quo saltem fauore alterius esset prohibita alienatio, vt in feudis quæ essent in peculio aduentitio filijfamilias, vel in dote vxoris, loquendo in terminis iuris, de quorum veritate plenè discussi in d. §. 43.

22. ¶ QVARTO limito, vt * strictius teneatur cliens patrono quàm patronus clienti, quoniam cliens subest patrono, & ab eo beneficium accepit, non econtra. ita decidit And. Iser. in d. *c. 1. in fin. de for. fideli. in d. §. domino* & in *d. c. ex facto. in fi.* Iacobinus de sancto Georgio in *inuestitura feudali, verbo. qui quidem inuestit. præstit. iuramen. fideli. col. 4.* vbi tradit. quatuor disparitates, vide apud eum, non transcribo. Adde Marth. Affli. *decis. Neapol. 265.* Ex quo infertur primo, quòd si aliquo casu ex delicto clientis feudum ipso iure committeretur patrono, de quo ĩ. §. 30. tamen ex delicto patroni nunquam ipso iure deuoluetur proprietas seu directum dominium ad clientem, sed semper demum per sententiam, quia nunquam est tanta nec tam expedita ratio caducitatis committendæ de patrono ad clientem, sicut de cliente ad patronum, & * longè facilius est vtile dominium consolidari directo & pristinæ formæ & naturæ restitui, quàm directum deuolui ad vtile, vt no. And. Iser. d. *c. ex facto. in fin.* Secundo infero quòd si aliqualiter dubitetur an offensa sit sufficiens ad amissionem feudi, vel directi dominij, graniores circumstantiæ aggrauantes requirentur ex parte patroni, ad eum priuandum, quàm ex parte clientis: & difficilius debebit priuari patronus, & facilius absolui, quàm cliens quia cæteris paribus eadem offensa est grauior illata à cliente in patronum, quàm econuerso. *fa. l. 2. in prin. C. de liber. & eorum lib.*

* Afflictus est cliens & vasallus patrono quàm patronus clienti.

* Facilius consolidatur vtile dominij, quàm amittatur directũ.

23. INFERT aliud Matth. Afflic. in d. *decis. 265. nu. 4.* videlicet quod dominus non tenetur adiuuare vasallum, nisi ex vrbanitate. *arg. l. creditores, & l. ancillæ. C. de pig.* quæ nihil prorsus faciunt. aptius allegasset, *l. eum affirmes. C. de lib. cau.* Sed hoc est falsum, imo vero iure ad hoc tenetur in terminis istius iuris feudorum *per text. præcisum. d. c. 1. de for. fid. in fi.* non tamen approbo quod posset * receptare seu occultare vasallũ criminosum, vt quidã allegant Bal. in §. *conuentionales in prin. de pace iura. fir* vbi Bal. hoc non intẽdit. Sed benè vult non teneri patronum tradere vasallum suum eius inimico, etiam si fecisset mille delicta: quod intelligo de inimico priuato, non de ministris iudicis nec etiam aliàs licet ei vllo modo fauere delictis, aut malitiæ vasalli, ne eorumdem criminum & pœnæ reus efficiatur, dum turpitudinis magis quàm feudi patronus efficitur.

* Patronus non debet clientem criminosum occultare, vel ei fauere.

24. QVINTO limito, quantum ad ea quæ sunt * humilis reuerentiæ, quæ debentur à cliente patrono, non econuerso, & ratio differentiæ per se patet. ex quo infertur primo, quod licet teneatur cliens iurare se fidelem fore patrono: non tamen tenetur patronus idem illi iurare, quamvis re ipsa sine vllo iuramento æquè teneatur ad mutuam fidelitatem, & mutuum amorem. ita decidit And. Iser. in *l. imperialem. §.*

* Patronus non tenetur iurare clienti.

by Google

illud quoque, in fi. de probi. seu. ali. per Fed. quamvis gl. *pe. ibi in ver. sacramento. contra sentiat.* quã reprehendit Alu. *ibi & in* d. *c. 1. col. 2. nu. 7. de for. fideli. Iacob. in investit. feudo. in ver. quiq. investit. præsti. iura fideli. col. 4. ver. sed numquid è contra. Matt. Afflic in d. decis. fall. 1. fa.* quod libertus non debet petere iuramentum à patrono. *l. iusiurandum, & ad pecuniam. §. qui iusiurandum. ff. de iureiuran. l. de die §. iubetur. ff. qui satisd. cogan. l. qui bona. §. pe. ff. de dam. infect.* quia ei patroni persona semper honesta & sancta videri debet. *l. liberto. & filio. ff. de obseq. à lib. hinc, dicunt Luc. pen. in l. 2. q. 4. 5. col. fin. in quib. caus. col. do. accusa. poss.* Phi. Deci in *c. cæterum col. 8. vers.* Secundò quod dictum est, de iudici. quòd in his quæ concernunt reuerentiam & honorem, patronus non adæquatur liberto, nec vasallo. hinc pulchrè dicit Io. And. in *c. de feud.* quòd vasallus offendens patronum dicitur perfidus, id est proditor & periurus, quia fidelitatem expressam & iuratam violat: patronus autem clientem offendens nõ dicitur proditor *, nec periurus, sed malefidus, id est simpliciter malæfidei, quia fidelitatem quam tacitè promisisse intelligitur, non seruat. Et hæc sunt intelligenda de reuerentia quæ concernit dignitatem, prælationem personæ, non autem de reuerentia quæ concernit principaliter amorem, beneuolentiam & confidentiam, quoniam hanc etiam reuerentiam debet patronus clienti. Hinc lege Federici primi cautum fuit, patronum non debere exigere à cliente iuramentum calumniæ, sicut nec cliens a patrono, vt refert Ober. *de consuet. reti. feudi. §. in quib.* Plures aliæ fallentiæ enumerantur per varios doct. sed quæ ad institutum nostrum conducunt multis additis adduxi, reliquis omissis.

* Clients patronũ offendẽs proditor appellatur, non è diuerso

25. TERTIO quæro, vasallus decessit relictis plutibus * filiis, vel aliis hæredibus, aut aliàs quouismodo feudum peruenit ab vno ad plures, an singuli teneantur fidelitatem facere? Respondeo quod sic, siue singuli possideant pro indiuiso, siue pro diuiso. §. *omnes filij si de feu. conten. sit inter do. & agna.* Tamen sæpè solitum est solum primogenitum pro omnibus omnium nomine admitti & inuestiri, quid parum interest patroni omnes accedere. Et dicit Vdalri. Zas. in *epito. feud. par. 7.* quod plures hæredes vnius vasalli, possunt eligere vnum ex eis qui omnium nomine inuestituram petet & iurabit. Et ita seruari asserit de consuetudine Germaniæ, quod est valde æquum. Et crebriùs in Galliis habens maiorem partem feudi potest nomine omnium fidelitatem facere, & patronus tenetur admittere vt in consuet. Cenomanensi. § 13. nisi vbi consuetudo nec expressè nec tacitè hoc dicit, vt Parisiis vbi hoc non tenetur, vt J. *eadem glo. num.* 39. nisi cum cæteri sint minores, tunc enim tenetur antiquiorem vice omnium recipere, vel minoribus inducias dare, vt videbimus J. §. 41. Et no. quod quantum ad formam siue actum fidelitatis vnusquisque faciet seu iurabit illam insolidum, quia fidelitas in se non diuiditur, sed quantum ad rem, seu subiectum, pro quo præstatur, facient pro parte, quam prætendunt in re, vel feudo. huiusmodi enim fidelitas magis concernit ac afficit rem quàm personam, & dominus dicitur magis habere oculos suos ad rem, seu ad feudum quàm ad vasallum. *Bald. in c. admonet. de renum. & dictum est. 3. §. 1. gloss. 5. in prin.* Quod si feudum ad vnum tantùm vel ad aliquos remaneat, ille vel illi, tantum fidelitatem debent d. §. *omnes.* Vide quæ statim latius dicam. *q. 5.*

* Quotquot sunt clientes vasalli, singuli ad fidelitatem tenẽtur.

26. QVARTO quæro, * an vasallus accedens ad dominum causà fidelitatis præstandæ, & renouationis inuestituræ teneatur exprimere rem & causam? Et dicendum quod sic. debet enim exponere cuius feudi ratione, & an pro toto, an pro parte, & si pro parte, an pro diuisa, an pro indiuisa, & pro quota. Et si sit admissus pro parte, tunc ad illam partem tantùm fidelitas & admissio in fidem limitata: pro reliquis autem partibus remanet feudum apertum Domino, quantum ad illum qui pro parte tantùm fuit admissus. Si autem fidelitas simpliciter pro certo feudo facta sit, intelligitur pro toto, quoniam appellatione rei simpliciter, in dispositione hominis, seu quando profertur ab homine, * venit totum præcisè, & non pars tantùm. *l. de pupillo. §. qui nunciat. & ibi Bar. Ang. ff. de ope. no. nu. glo. 2. in verbo totam, & ibi Bar. in l. si firem. ff. de rei vend. Bart. in l. legatis vxori. ff. de leg. 2. Bal. in l. Titia cum testamento. §. Lucius Titius. in 2. notab. ff. de leg. 2. & in l. Pomponius. §. sed & si. reprobata glo. ibi. ff. de procura. Ang. in l. si quis cum totum. in princ. per illum tex. ff. de excep. rei iudi. Alex. consi. 195. nu. 1. lib. 6.* Secus regulariter quando profertur à lege, quia tunc potest venire etiam sola pars *l. ait prætor. §. in prin. & ibi Saly. Alex. Ias. ff. de iureiur. l. appellatione rei ff. de ver. sig.* Si autem cliens offerret fidelitatem in genere, pro omnibus quæ tenet in feudum, vel pro his pro quibus debet, non aliter declarando & specificãdo rem seu alias obscurè, vt non appareat certò, pro qua re in indiuiduo, vel pro qua parte fides offertur, non teneretur dominus admittere; sed posset ius dominicum exequi cum effectu, quia dominus debet effici certus, pro qua re, & quota parte, habet vasallum, alioqui frustraretur nedum honore debito, sed etiam iure suo, quia sua interest specificè clarè & determinatè recognitionem feudi fieri, ad cõseruationem iuris sui & possessionis. Similiter interest vasalli, pro certa & determinata re in fidem recipi Et in istis omnis incertitudo vtrique est captiosa: neutri enim suborta lite prodesset agnitio, aut admissio fidei, n si certo constaret de corpore feudi. posset tamen incertitudo agnitionis aut admissionis, per relationem ad aliud, aut alias sufficientes demonstrationes, si adsint, probari, *l. certum. & ibi Decius. ff. si cert. per.*

* Rei appellatione an pars solùm venire possit?

27. HINC non tenetur patronus admittere in fidem nisi idoneo loco, vt J. dicetur, & coram idoneis testibus potest etiam petere publicum de hoc confici * instrumentum, suis tamen & non vasalli impensis. Sicut econtra si velit vasallus, instrumentum publicum de admissione sua, habebit impensis suis: magnum est enim interesse quandocũque controuersum fuerit, posse statim ostendere ius suum, vt glo. quam ibi multum not Ang. in *l. si pupillus in prin. in ver. habet. D. de nova.* Ideo creditores & debitores tenentur inuicem facere instrumentum crediti & solutionis vt tenet Ang. & est text. in *l. plures apochas. C. de fid. instr. Bar in l. si finita. §. eleganter. D. de dam. infect.* & ibi latissimè Alexan. per *tres vlt. col. Fely. c. accedens, 1. col. 2. vt lit. non contest. Ias. l. 2. in fin. prin. D. de solut. matr. in l. ex ea parte in prin. & in fin. D. de verb. obli.* Similiter tenetur vasallus exprimere causam sed immediatam tantùm, & etiam in indiuiduo, videlicet ex successione tali directa, vel collaterali, tali gradu, vel ex tali emptione, vel alia acquisitione: quo vltimo casu quando scilicet venit ex titulo particulari, tenetur domino ostendere instrumẽta si qua sint acquisitionis, vel quæ & qualis sit illa acquisitio, verè & dilucidè domino ex opere, vt possit certior fieri, quæ & qualia iura sibi debeantur, *vt infrà §. 20. gloss. pen. & fi.*

* Instrumenta clientelarium gestorũ conficienda & cuius impensis.

28. QVINTO quæro in themate. §. nostri. vnus * solus filiorum vel liberorum accedit, offerens fidelitatem pro sua tantùm parte, fortè indiuisa, petens admitti seu inuestiri: dominus dicit quòd feudum nondum est diuisum, sed vnicum, ad vnam fidelitatem & homagium tantùm, & offert omnes simul admittere, recusans fidelitatem vnius solius, an iure agat dominus? Respondeo, non, quia daretur occasio malignandi contra vasallis, vel vni eorum forte colludenti cum domino, qui vel ob vnius sõlius contumaciam, siue veram, siue simulatam vel iustam absentiam, reliquos omnes iusta offerentes sperneret, & vniuerso feudo prehenso omnes fructus suos faceret. Ideo dico hanc responsionem Patroni cancellariam esse & captatoriam, & quòd singulos accedentes, etiam vnum solum tenetur pro portione vel portionibus eorum admittere, nec sufficeret pa-

* Tenetur patronus quemlibet hæredẽ vasalli pro parte sua in fidem admittere, nec per hoc fit vlla diuisio feudi.

* Fidelitatem offerens vtrũ teneatur designare rem quotam & causam.

tronum offerre inducias fidei donec omnes conuaſalli A ſimul accedant. Poſſunt enim huic vaſallo multa deinde ſuperuenire impedimenta vt finitis induciis adeſſe non poſſit & in captionem incidat. Cùm ergo faciat & offerat quicquid debet, plenam viciſſim ſecuritatem referre debet, & per hanc oblationem alias congruè vt §. j. 63. factam. Iam tutus eſt quoad ſe dummodò ſaltem inſtrumentum ſuæ oblationis capiat ne forte confidat reſponſionibus illuſoriis quorundam officialium curiarum dominicalium vt ſæpè vidi ſimplices & fideles vaſallos in captiones incidiſſe. Poteſt inſuper vnus hæredum cogere patronum ad ſe inueſtiendum de parte ſua vel eo recuſante aut differente inueſtiri per iudicem ordinarium *per not.* j. 60. Et hæc procedunt non ſolum in linea directa vbi ſola fidelitas debetur, ſed etiam B vbi debetur releuium. Quanquam enim dominus non teneatur eligere donec omnes obtulerint. 29. Tamen quilibet debitè offerens interim debet eſſe in tuto. nec ex hoc præiudicatur patrono, in vnitate feudi, nec inducitur vlla diuiſio feudi, licet vnus ex hæredibus recipiatur in fidem expreſſe pro parte, ſeu quota, aut rata ſua, imò per hoc magis fortificatur & conſeruatur vnitas feudi, quia eo ipſo quod vnus recipitur pro parte ſua feudi, oſtenditur quòd pars ſua non eſt feudum integrum, nec feudum per ſe, ſed pars veteris feudi: ergo non diuiditur feudum in ſe, ſed ſemper neceſſariò remanet vnum, & idem feudum. quia commemoratio partis feudi, neceſſariò præſupponit, & infert perſeuerantem vnitatem vnius totalis feudi. non obſtat. *l. ſi creditores. C. de pact. l. liberum. C. de fideiuſſ.* vbi creditore petente vel recipiente ab vno ex correis inſolidum, ſine diuiſionis beneficio obligatis, partem ſuam ratam debiti, ſub expreſſa commemoratione partis virilis, inducitur diuiſio obligationis in viriles, inter omnes debitores ex tacito pacto, quod etiam abſentibus & ignorantibus prodeſt, ex diſpoſitione illarum legũ, vt ibi per omnes doct. quia ibi creditor non petiit, nec recepit totum quod ſibi debebatur ab eodem debitore (quum poſſet) vtpote quum inſolidum ſine diuiſione eſſet obligatus, ſed partem duntaxat virilem voluit petere: vel recipere ſub commemoratione virilis partis: & ſic præſumitur tacitum pactum diuiſionis feciſſe. At hìc patronus recipiendo vnum ex clientibus in fidem pro parte ſua feudi, recipit totum & ſolidum quod ſibi ab eodem debetur, nempe ſolidum obſequium & integram fidelitatem, contemplatione tamen illius partis feudi, D quia plus non poſſet offerre, nec præſtare iſte cliens, nec patronus plus ab eo petere vel exigere. Et ſic nullus relinquitur locus diuiſioni præſumendæ. Tum quòd attinet ad titulum feudi, apparet de expreſſa voluntate, eius vnitatem conſeruandi. Et ſic d *l. ſi creditores*, & liberum, benè intellectæ nihil faciunt ad propoſitum, ad quod redeundo, vt omnes intelligant, apertiſſimè loquar. 30. Sicut * fundus conſtituitur ſolius patriſfam. deſtinatione à qua dependet, *l. quid in rerum* §. 1. *D. de leg.* 1. Ita feudum conſtituitur deſtinatione patroni & clientis ſimul, & non alterius eorum tantùm, quia non dependet à voluntate vnius, ſed duorum, & à vero contractu vltro citróque obligatorio. *l labeo.* §. *contractum. D. de ver. ſig.* Et ſicut fundus deſtinatione patriſfa. conſtitutus, eſt integrum aliquod, ita quod partes fundi, non coniunctim, ſed ſingulæ per ſe conſideratæ non ſunt fundus, ſed loca fundi, niſi de nouo acceſſerit voluntas patriſfa. vt fundo diuiſo ſingulæ partes ſint fundus per ſe text. eſt in *l. locum. D. de verb. ſign.* ita feudum ſemel conſtitutum, per primam inueſti. ſeu infeudationem, eſt vnum quid integrum, & ſinguli fundi & portiones feudi, non ſunt feudum per ſe, ſed partes feudi, nec poteſt ſolus patronus ſine cliente, nec ſolus cliens ſine patrono, feudum multiplicare, ſeu de vno feudo facere plura, & ſingulas partes pro ſingulis feudis per ſe habendo, quia conſtitutio & titulus feudi non dependet, à voluntate & poteſtate vnius, ſed duorum vel plurium. & omnium dominorum dominantis & ſeruientis feudi ſimile in *l. per fundum. D. de ſer. ruſt. prædio. l. vult. D. communia prædio.* & ita debet declarari quod dicit And. Iſer. in *c. vnic. col. 2. quali. vaſal. iura. deb.* quòd poteſt rex, vel alius dominus qui conſtituit feuda ſicut vult, dare mihi feudum in pluribus terris & locis, ſiue diſtantibus, ſiue cohærentibus, quia deſtinatione voluntatis domini hoc fit, ſicut & fundi fiunt: hoc enim eſt intelligendum ratione principij diſpoſitionis quæ incipit à domino, qui poteſt conceſſioni ſuæ ab initio adhibere quem vult modum. *l. in traditionibus. D. de pact. l. legem C. eo.* Sed non reſpectu perfectionis & ſubſtantiæ diſpoſitionis, quæ non deducitur ad eſſe, niſi ſecuto conſenſu vaſalli e quo facto non licet alterutri quicquam immutare aut derogare. *l. ſicut. C. de adim. & oblig. l. perfecta. C. de dona. quæ ſub. modo. l. velles. C. de reuocand. dona.* Sed derogaretur titulo feudi & formæ conceſſionis rei, ſi de vno plura principalia per ſe & ſeparata feuda conſtituerentur. 31. Itaque non poſſunt ſiue vnus & idem vaſallus, ſiue plures ab initio inueſtiti, aut ex poſtfacto hæredes, vel emptores (non refert) eiuſdem feudi, multiplicare feudum in plura feuda: quod eſt propriè diuidere ipſum feudum in ſe, ſeu titulum ipſum & formam feudi ſine conſenſu domini. Sed benè poſſunt feudum diuidere inter ſe in partes ſingulis aſſignandas, pro diuiſo non tamen tanquam feuda ſeparata, ſed tanquam partes feudi, & ſub denominatione, forma & titulo eiuſdem feudi, ſicut ab initio vnum conſtitutum fuit. Et iſtud propriè non eſt diuiſio feudi, ſed diſtributio partium feudi proportione & iure cuiuſlibet vaſallorum, ſiue ſint partes quoteæ, ſiue partes integrales. Et hoc modo poteſt ſine conſenſu patroni feudum, ſiue conſtet in re corporali, ſiue in re incorporali diuidi, tam pro diuiſo, quàm pro indiuiſo, tam æqualiter, quam inæqualiter. An autem inde aliqua iura debeantur patrono? dicendum quòd non, vt plenè *infrà* §. 33. *queſt.* 22. Sic è diuerſo ſi ab initio vnus vaſallus, aut plures fuerint inueſtiti de pluribus fundis, tanquam diuerſis & ſeparatis per ſe feudis: non poterunt illos fundos vnire, nec confundere in vnum feudum, ſed ſemper debebunt poſſidere tanquam diuerſa, & ſeparata feuda, niſi in his omnibus tam vniendo, quàm ſeparando titulum feudi, domini conſenſus & auctoritas interuenerit. multum enim intereſt domini titulos, formam & denominationem rei antiquam conſeruari, vt iurium ſuorum probationes ſucceſſiua & continua conformitate titulorum conſeruentur in promptu & in expedito, quæ per contrarium obſcurarentur, & poſſent in totum interire. Et hac eadem ratione intereſt vaſallorum, & ſine illorum conſenſu non poteſt dominus vnionem aut diuiſionem titulorum feudi facere. Sed manente vno & eodem titulo feudi, poteſt pro parte aperiri, vel etiam in totum tomnitti domino, pro parte non, puta vaſallo partem feudi à domino teneri denegante, vt dicetur infra §. 43. pro parte prehendi, pro parte à manu dominica relaxari, recognoſci, & inueſtitura renouari, & pro parte non.

E 32. Itaque concludo in terminis noſtri. §. & ſimilibus, patronum teneri vnum ex vaſallis eiuſdem feudi pro parte ſua in fidem admittere, & inueſtituram pro parte renouare, & injectam feudo manum dominicam pro parte leuare. non ergo poteſt repellere vnum ex vaſallis nec tenere diu in ſuſpenſo prætextu abſentiæ reliquorum, niſi de proximo veriſimiliter eſſent venturi, & vellet dominus eos ſimul obſequium facere, & ſimul à ſe inueſturi, quia tunc deberet vaſallus modicùm expectare: & illud modicum æſtimandum puto ex breuitate temporis, & modicitate intereſſe: interim tamen patronus debet ſaltem acceptare oblationem præſentis vaſalli, hoc eſt habere oblationem ſuam pro rectè & debitè facta, nequid interim à

* Quomodo plures vaſalli eiuſdem feudi ipſum inter ſe diuidere poſſunt.

* Sicut fundus *deſtinatione* vnius patriſfa. ita feudum deſtinatione patroni clientiſque ſimul conſtituitur.

patrono vel ſuis officialibus, poſſit innouari in præiudicium diligentis & deuoti vaſalli, quanquam etiam omnino recuſante domino eſſet mero iure tutus, & fructus perceptos ſeu retentos poſt oblationem cum omni damno recuperaturus à domino à tempore debitæ, & iuſtæ oblationis. Et aduerte quòd hæc procedunt in terminis noſtri. §. videlicet quando ſola fidelitas patrono abſque aliis pecuniariis iuribus debetur, vt in hæredibus directæ lineæ deſcendentis. Idem in ſimili caſu, puta in donatione facta vni ex liberis in anticipationem ſucceſſionis, vt j. §. 26. vel quando contingit mutatio ex parte patroni, vt j. §. 66. Quid autem quando releuamenta, ſeu alia iura feudalia debentur, vt in ſucceſſione collaterali? Reſpon. in effectu idem vt etiam dixi ſ. *eod. gloſſ. num.* 28. *in fi.* quilibet enim congruè offerens, ſtatim capere poteſt inſtrumentum ſecuritatis ſuæ. Sed dominus poteſt electione iurium ſuorum & inueſtituram differre, donec omnes venerint; & ſatis apparet quòd non facit animo captandi, quando offert omnes conſortes ſimul per procuratorem vel per vnum eorum inueſtire. Aduerte etiam quòd licet teneatur patronus vnum ex his vaſallis fidelitatem offerentem pro parte ſua admittere, vel ſecurum facere, poteſt tamen compellere omnes hæredes, vel alios eiuſdem feudi vaſallos, ad ſimul conficiendum & tradendum, vnum inſtrumentum vnius agnitionis feudi, & denumeramenti prædiorum, iurium & pertinentiarum feudi, Gallici dicunt, *par vn ſeul aueu & denombrement*. quoniam non eſt niſi vnum feudum, & vnicus titulus feudi: quod ſi non præſtiterint vnum & idem denumeramentum, poterit iterum prehendere feudum, ſed non faciet fructus ſuos, & de hoc latiùs dicam j. §. 9.

31. SEXTO. quia ſ. dixi idem feudum poſſe in partes poſſideri à conuaſallis: Quæro * an ſeruitium & onus feudi inter eos diuidatur? R[illegible] duplex poteſt eſſe ſeruitium ſiue onus. Quæ [illegible] non minuit reddituum rei nec patrimonium debentis. Quoddam minuens reddituum rei & patrimonium. Et iterum iſtud duplex, quoddam non præſtabile pro parte, & ſic indiuiduum: quoddam præſtabile pro parte, ſeu omni reſpectu diuiduum. Primum non diuiditur, ſed multiplicabitur; & ab vno quoque inſolidum debitum & ſoluendum eſt. Secundum non diuiditur nec multiplicabitur, ſed ab omnibus ſimul inſolidum debetur, nec pro parte ſolui poteſt, tamen vnica integra ſolutio pro omnibus vaſallis ſufficit. Tertium non multiplicabitur, ſed diuiditur pro rata portionis cuiuſque, & à quolibet pro ſua parte ſolui poteſt, dummodò ſolutionis difformitas non ſequatur. Declaro primum quod eſt recognitio domini cum fidelitatis ſponſione, ſiue ſacramento, quæ omnia vno verbo fidelitatis continentur: hæc enim nullum damnum inferunt, nec aliquem ſumptum pecuniarium: ſed in obſequio clientelari & grati animi benevolentia conſiſtunt, & ex iſtorum reiteratione ſeu multiplicatione non efficeretur patronus locupletior, nec cliens pauperior, & ſic ab vno quoque clientum eiuſdem feudi debent perſonaliter præſtari. *vt ſ. eo. q.* 3. nec poſſent de rigore committere vnum, qui vice omnium hoc faceret, quum ſint vaſalli tanquam ſinguli, & ſingulariter ad hoc obligati. Salua modificatione de qua ſ. *ea. gloſſ. q.* 3. Et frequentiori vſu conſuetudinum huius regni poteſt ſenior vel maiorem partem habens vice omnium hoc facere, & dominus tenetur admittere & vice omnium inueſtire. Et quando plures conuaſalli committunt vnum ex ſe non requiritur tam excepta excuſatio impedimenti ſecuti ſi committerent extraneum procuratorem de quo j. §. 67.

* Seruitia & onera feudi vtrùm inter plures vaſallos diuidantur, vel minuantur.

34. Non autem adduxi rationem illam vulg. quæ eſt in ore omnium, quòd * iuramentum fidelitatis eſt quid indiuiduum, vt tenent Andr. Iſer. & omnes in d. §. *omnes, ſi de feu. defunct. contin. fit.* Ang. in *l. locu*

* Iuramentū fidelitatis an ſit quo reſpectu ſit indiuiduum.

corpus. §. ſi fundus. D. ſi ſeruit. vend. & in l. 2 §. *ex his. D. de verb. oblig.* Iacob. in inueſt. ſeu. in *ver. qui quidem. inueſt. præſt. iura. fid. col.* 5. *ver. nunc quæro.* Tunc quia licet ſit indiuiduum in ſe, ſeu formaliter, & quo ad actum perſonæ, tamen reſpectu rei ſeu materiæ ſubiectæ eſt diuiduum, quia limitatur ad partem rei pro qua præſtatur, ita quòd parte illa alienata renouanda eſt fidelitas illius partis, & ſimiliter pro alia parte eiuſdem feudi acquiſita noua fidelitate & iuramento opus eſt per ea quæ ſ. § 1. *gloſſ. c. in prin.* & ſic non eſt vſque quaque indiuiduum. Tum quia hęc ratio ſolùm concluderet quemlibet vaſallum eſſe ad hoc obligatum inſolidum, ſed non concluderet ab vnoquoque inſolidũ præſtandum, vt dicetur in ſeq. membro. Ego autem dico, quemque eorum perſonaliter, æqualiter, & inſolidum, contemplatione tamen, ſeu ſub cõmemoratione partis ſuæ, ad hoc teneri ſiue poſſideant feudum ſiue pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo, ſiue æqualiter ſiue inęqualiter. eod. ipſo enim quòd quiſque hæredum tenet partem ſuam feudi, ſiue diuiſam, ſiue indiuiſam, ſiue maiorem, ſiue minimam, non refert, eſt vaſallus pro eo quod tenet. ergo quilibet æqualiter quantum ad ipſum obſequium fidelitatis eſt aſtrictus. & ita concludit And. Iter in d. §. *omnes col.* 1. *ver. ſed certe. quamuis Alua. ibi alleget eum in diuerſum.* 35. Ex quibus * friuola oſtenditur dubitatio Io. Blanch. Marſi. in ſum. feudo. in *tit. de facra. fideli. §. Item dubitari conſueuit. & doct.* in d. §. *omnes.* dum quando plures hæredes vaſalli poſſident feudum pro indiuiſo, dicunt eſſe magnam dubitationem, vtrùm omnes ſimul teneantur præſtare vnum iuramentum, an verò quilibet ipſorum? & addunt iſtud eſſe magnæ vtilitatis, quia ſi omnes ſimul ſeu collectiuè teneantur, erit ſolum (vt eorum verbis vtar) vnum ius vaſallaticum. Si verò quilibet inſolidum ſingulariter ſeu diſtributiuè teneatur iurare fidelitatem, erunt plura iura vaſallitica. Quia dico primò, quòd illi qui iura diſcuſſerit, & viuam legum radicem attenderit, nulla poteſt eſſe dubitatio. Tunc enim in iure plures conſiderantur collectiuè, quando faciunt collegium, vel aliud corpus repræſentant, & quando commodum ſpectat ad eos vt ad vniuerſos, non ad ſingulos. vt habetur in *l. quod maior. D. ad munici. in l. aliud. §. refertur. D. de reg. iur. in c. cum omnes de conſti.* Quando autem plures non faciunt collegium, & rei commodum, & incommodum ad eos ſpectat vt ſingulos, non ad vniuerſos, nunquam conſiderantur collectiuè, ſed diſtributiuè & ſingulariter quilibet per ſe. *l. per profundum, & ibi per Bar. D. de ſeruit. ruſt. prad.* hæreditas autem non pertinet ad plures hæredes, vt ad vniuerſos ſeu tanquam ad facientes vel repræſentantes vnum corpus, ſed vt ad ſingulos, vt notorium eſt, & quilibet ſingulariter per ſe, pro parte ſua hęreditaria; conſiderantur: & pro ea parte tantum dicitur repręſentare defunctum: in reliquis cenſetur extraneus text. & ibi. Bald. & alij in *l. cum à matre. C. de rei vend. gloſ. ſi. verſ. ſed huic poteſt dici. in l.* 2. *D. de pretor. ſtipu. Bart. in l.* 2. §. *item ſi in facto. D. de verb. oblig.*

* Diſſolutur dubitatio de §. *omnes ſi de fen. defunct. contin. fit. eod. de feud.*

36. Et hinc eſt quod * in his quæ ſunt indiuiduæ obligationis, lex voluit, quod obligatio deſcendat in hæredes inſolidum, non collectiuè, ſed ſingulariter, & diſtributiuè, ita quòd nedum obligatio deſcendit in eos inſolidum, ſed etiam multiplicatur in quolibet eorum æqualiter; ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter ſint hæredes: & mero iure hæres in minima parte æquè tenetur per ſe inſolidum, atque hæres in maxima parte. Ita nor. doct. in *l.* 2. §. *ex his, & præcipuè Iaſ. notab* 3. *num.* 4. *in fin.* Et miror quomodo aliqui iuris periciam profeſſi, auſi ſint de hoc dubitare, vt Andr. Alciat. in *l.* 2. § *ex his nu.* 29. *in fi* dũ Iaſonem malè reprehendit. *de ver. oblig.* Et Vldar. Zaſ. in *l ſtipulat. nõ dini. nu.* 22. vbi ita tacitè ſentit, quum ſint textus aperti vbique hoc expreſsè dicentes. videlicet in d. §. *ex his.* Ibi, ſinguli inſolidum tenentur. ergo non omnes ſimul

* Etiã in indiuiduis plures hæredes non tenentur collectiuè ſed diſtributiuè.

meritò reprehendit Accur. in *eod. tit. de quæstore. ad fi. in verſ. tranſitorio.*

b Homagium quid ſit ſecũdum vulgarẽ modum loquendi & ius canonicum.

Tertio & vltimò modo accipitur * homagium ratione feudi; & hic eſt frequens & vſitatus modus loquendi vulgaris Gallici ſermonis & iuris canonici, & nihil aliud eſt quàm fidelitatis ſponſio. Ideo paſſim doct. in iure canonico exponunt præſtationem homagij, id eſt fidelitatis. in *c. veritatis de iureiurand.* vbi Bald. no. quòd homagium, idem eſt quòd fidelitas. non tamen quæuis fidelitas, ſed illa quæ debetur & præſtatur ratione feudi, rei profanæ, ſeu temporalis. Hinc eſt

b Quomodo accipiendum homagiũ pro ſpiritualibus præſtari, vel non.

quòd * homagium prohibetur præſtari pro beneficio eccleſiaſtico, ſeu alio iure ſacrorum miniſteriorum vſui deputato, quod ſpirituale vocant, *c. fin. de regu. iur.* alioquin incurritur ſimonia, *c. ex diligenti. de ſimo.* Et tamen promiſſio, imò etiam iuramentum fidelitatis vel obedientiæ, nedum non prohibetur, ſed etiam expreſſe permittitur exigi à clericis quibus beneficia, ſacerdotia, & eccleſiaſtica miniſteria conferuntur, vel committuntur. text. in *c. quanquam* 23. *di. c. dilecti filij. de maiori. & obed. c. ego. N. c. nullus de iure iurando.* Et aduerte quia gloſſ. & Panor. in *d. c. fi. & in d. c. ex diligenti*, videntur facere vim in verbis. Sed vera & realis eorum mens eſt, quod inquantùm homagium accipitur ſecundùm communem vſum loquendi, videlicet pro fidelitate & obſequio temporali; quaſi illud præſtans efficiatur homo concedentis, obligatus ei ad temporale ſeruitium, & omnino prohibetur nedum iurari, ſed etiam promitti, pro eccleſiaſticis, ſeu ſpiritualibus. Inquantùm verò accipitur impropriiſſimè, & præter communem vſum, pro ſimplici fidelitate, obedientiâ, aut reuerentiâ debita ſecundùm naturam & qualitatem rei conceſſæ, vt capitur in *c. grauem. de exceſſib. prælа.* & tunc poteſt pro eccleſiaſticis promitti & iurari.

15. Et hoc tertio modo iuxta communem vſum, intelligitur in toto noſtro tractatu, & vbique ferè apud

c Homagium duplex.

omnes. Et hoc modo * aliquando ſtat ſtrictè ſecundùm etymon verbi, aliquando largè. Primo caſu eſt illud quod præſtatur imperatori, ſeu ſupremo regi, ſuperiorem non recognoſcenti à ſuo vaſallo ligio, tunc propriè & ſecundùm ſui etymologiam eſt homagium, quod dicitur quaſi hominis ligium, & illud præſtans efficitur quaſi homo recipientis, & ligatur ei contra omnes nemine excepto, vt tradit Panor. in *d. c. ex diligenti.* & hæc ſoli clienti ligio conueniunt, qui in perſona & bonis etiam non feudalibus ſubijcitur iuriſdictioni patroni, vt diximus *ſupra* §. 1. *gloſſ.* 5. *nota.* 1. *& 2.* Et hinc eſt quòd tale homagium facientes, ſolent recognoſcendo & promittendo fidelitatem cum iuramento ſolenni flexis genib. ponere manus ſuas intra manus domini, in ſignum ſummæ ſubiectionis, reuerentiæ, & fidei, & à domino admitti ad oſculum pacis, in ſignum ſpecialis confidentiæ & amoris, vt narrat Specu. in *tit. de feud.* §. *quoniam quæſt.* 2. *in fin. & in verb. porro num.* 66. quæ forma & ſolennitas non ſeruatur, nec congruit id præſtatione homagij inferioribus dominis, quoniam ſoli ſupremo principi debetur fidelitas abſoluta, & ligia, & ſumma abiectio & reuerentia ſumma puta cum flexu genuum, & iunctione manuum: vt enim inquit Andr. de Baruto. & poſt eum Io. de Plat. *in l. 1. de c. ſilentior. lib.* 12. nullus debet genua flectere coram alio, quàm coram ſupremo principe; inferioribus autem, aut nimis ambitioſum, aut ineptum eſſet tantam reuerentiam exhibere, maximè cùm apud iſtos, ſola beneficentia cerræ quantitatis terræ reuereatur, in illis etiam ſuprema dignitas & poteſtas, vel per ſe ſummè reuerenda. Itaque in inferioribus maximè priuatis, non propriè, ſed largè, & magis abuſiuè dicitur homagium quum prædicta omnia deficiant. Sed quia vulgò vſurpatur, eo vtemur pro ſimplici fidelitate clientelaria.

a Forma & ſolennitas homagii.

16. * Forma autem homagij eſt agnitio & ſponſio fidelitatis clientelariæ. Id enim ſolùm eſt de propria & intrinſeca ſubſtantia & eſſentia feudi ſeu patronatus & clientelæ. vt patet in *ca. vnico in fi. per quos. fi. inueſti. in vſib. feud.* Solennitas autem in ſummis & legijs eſt ea ferè quam diximus, eámque proximi ſacrorum ſcrutiniorum, & agentes in rebus melius norunt. In inferioribus & priuatis eſt ea quæ exprimitur in hoc §. *in tribus*, primum in text. ibi, *la bouche.* Secundum ibi, *les mains.* Tertium ibi, *le ſerment de fraute.* ¶ Primum * expono de recognitione ſeu modo faciendi recognitionem, quia debet ore proprio vaſalli, & ſic à præſente, & loquente fieri in propria perſona. non igitur tenetur patronus admittere clientem per procuratorem vel nuncium, niſi iuſtè impeditum, vt infra *eod.* §. 67. vbi dicemus nullo modo teneri admittere per ſimplicem ſcripturam. ¶ Secundum * expono de modo ſponſionis & promiſſionis fidei, quæ debet fieri per porrectionem manus vel manuum, ſicut antiquitùs ſolebant, & adhuc hodie frequenter iniri & firmari pacta. *leg. 1. D. de pact.* & iſtud ſignum denotat ſtabilitatem & eximiam quandam firmitatem pacti clientelaris, & requirit præſentiam perſonalem, & ſic ferè in idem recidit cum primo. Tertium * congruentiùs exponetur per ſe. in glo. ſequenti. ¶ Non me fugit nonnullos opinari hæc verba text. *la * bouche, & les mains*, ſignificare indifferenter oſculum oris, porrectionem ſupplicum manuum, & fortè earum ſimul iunctarum immiſſionem in manus domini, flexis interim & in terram ſuppliciter aduolutis genibus, quod non puto verum; & nimis eſſet indecens, imò reprehenſibile, niſi in fidelitate ligia, quæ debetur ſoli principi; vnde apud nos rarò practicatur, quamuis alibi in quibuſdam locis etiam conſuetudo ſcripta certam huiuſmodi formam præſcribat à vulgi fæce & ſuperſtitione magis quàm à ratione ſumptam: quorum ineptiis omiſſis apparet Pariſiorum conſuetudines plus cæteris habere ciuilis rationis & honeſtæ gratuitatis. Vera igitur & ſana mens noſtri §. eſt qualis dixi veteri illi originariæ feudorum conſuetudini conformis.

* Denoir, la bouche au Seigneur. quid.

* Denoir, les mains au Seigneur. quid.

* Denoir, le ſerment de fidelité au Seigneur. quid.

* L a bouche & les mains quid ſignificent.

17. Dico tamen quòd * humiliter, reuerenter, & obſequioſè, debet cliens accedere ad patronum, maximè dum in eius fidem ſeſe confert, non ſuperbè, nec contemptim, aut negligenter; ſed ſicut inter bonos & graues ſolet accedi ad ſalutandum & gratias agendum amico & benefactori ſuo: in quo tria potiſſimùm interueniunt. Primum, honeſta & ciuilis reuerentia. Secundum, beneficij accepti commemoratio, & obuinctæ amicitiæ & fidei recognitio. Tertium, grati & fidelis animi ſponſio: nec eſt neceſſe ſcrupulosè, aut ſigillatim iſta velut præſcriptis verbis obſeruare, quia ſicut hæc ſingula ſimul implicitè continentur in vna decenti & honorabili gratiarum actione, ita & in vna debita & reuerenti clientelaris obſequij exhibitione, prout ex naturalibus & bonis ciuitatis moribus poteſt melius percipi, quàm certa lege aut ſcripto aliquo cõprehendi, vt rectè ait Obert. in *c. vnico, circa medium. in quib. caus. feud. amitta.* Quod autem dicit gloſſ. *fi. in prin. in d.* §. *nulla. per quos fit inueſtitur.* de vocatione, expectatione, & præſentia pariũ curiæ, in inueſtitura facienda vel petenda, & fidelitate præſtanda non ſeruatur in hoc regno, nec in conceſſione noui feudi nec in renouatione antiqui, nec alia cuiuſuis pompæ ſolemnitate, vt etiam Iacob. Bel. ibi narrat ſe vidiſſe ea omitti in regno Siciliæ, in quo conſuetudines Francorum multùm inualuerunt. Et nota quòd quamuis ſecundùm conſuetudines illas feud. quæ ſunt in compilatione Oberti petitio & conceſſio inueſtituræ debeat præcedere fidelitatem, que in conceſſione feudi noui, ſiue in renouatione veteris, vt in *c. vnico. quid proced. debeat. inueſt. an fid. in c. 1. in princ. quæ ſit prim. cauſ. beneſ. amitt. gloſſ. fin. & doc. in d.* §. *nulla*: tamen hoc non eſt de ſubſtantia, nec vitiaret * præpoſtera-

* Quam reuerenter & obſequioſè patronus adeundus & colendus.

* Præpoſte-

ratio non ſemper nocet, ſed interdum reducitur ad ordinem rationis & intellectus.

* An fidelitas inueſtituram præcedere debeat, vel contra.

tio, ſed reduceretur ad ordinem rationis & intellectus ſecundùm Bal. in *d. c. vnico. quem Alua. ibi in fin. & alij ſeq.* Et apud nos hoc non ſeruatur niſi in conceſſione feudi noui, in * quo rationabiliter debet præcedere conceſſio domini, & inueſtitura verbalis ſeu abuſiua, deinde exhibitio fidelitatis clientis, poſtremò inueſtitura realis, quæ eſt traditio actualis feudi. At in renouatione feudi antiqui, ſeu prius conceſſi, debet præcedere oblatio, & exhibitio fidelitatis per clientem, deinde ſequi admiſſio patroni in fidem ſuam, nec opus eſt vlla alia inueſtitura, ſed ſolum ſublatione manus dominicæ, ſi fortè iniecta fuit, quæ eſt ſicut remotio obſtaculi, imò adhuc non eſt neceſſaria quia ſequitur ipſo iure, de quo alibi infrà. Hæc & nonnulla alia quæ mihi videntur leuiſſima prorſus attingerem, niſi comperiſſem gloſſematarios aliarum conſuetudinum, ſæpe in his recitare & ſimpliciter ſequi doctrinam & theorias gloſſ. & ſcrib. in *d. li. feud.* non aduertendo ad diuerſum, & rationabiliorem vſum huius regni.

SVMMARIA GLO. IV.

1. *Actualis præſtatio iuramenti* fidelitatis, *non eſt de ſubſtantia feudi.*
2. *In omni iuramento fidelitatis, ſubintelligitur clauſula, ſicut iurari debet.*
3. *An in ſacramento fidelitatis debeat excipi dominus ſuperior vel antiquior.*
4. *Verus & clarus intellectus.* c. ſatis benè, de prohi. feud. alie. per Lotha.
5. *Forma & qualitas feudo originaliter adhærens permanet & attendi debet.*
6. *Iuramentum intelligitur ſecùndùm naturam & conditionem rei ſubiectæ, & rebus ſic ſtantibus.*
7. *Idem vaſallus non poteſt iurare fidelitatem duobus contra omnes.*
8. *Omnia feuda à rege dependent, & ad illum terminantur.*
   Diuerſa feudorum conſuetudo Galliæ Comatæ, & Galliæ Togatæ.
9. ¶. *Q. 1. Sacramentum fidelitatis. 6. continet.*
10. ¶. *Q. 2. Patronus reciprocam debet fidelitatem clienti.*
11. *Patronus enormiter offendens vaſallum, priuatur dominio feudi ſeruientis & omni iure & poteſtate feudali.*
12. *Intellectus.* §. domino. ſi de feu. defunct cõtent. ſit inter domi. & agna. in vſib. feud.
13. *Subuaſallus enormiter offenſus à ſuo domino immediato, liberatur ab illo, & remanet vaſallus domini mediati.*
14. *Dominus malè tractans ſubditos aut vaſallos ſuos, priuandus iure ſuo.*
15. *Quando vaſallus grauiter offenſus à patrono incipiat tenere in alaudium.*
16. *Qua ratione demanium regis inſeparabile eſt à corona.*
   Suprema iuriſdictio, tam eſt inſeparabilis à corona, quàm eſſentia rei à re ipſa.
17. *Supremus princeps nec contrahendo, nec delinquendo poteſt iura dignitatis ſuæ minuere.*
18. *Rex nequit ſubditum à ſua iuriſdictione quacunque de cauſa eximere.*
19. *Prælati eccleſiæ non ſunt domini, ſed adminiſtratores.*
20. *Delictum prælati non redundat in damnum eccleſiæ, ſed ſolùm ipſius delinquentis.*
21. *An prohibitus alienare poſſit delinquendo amittere?*
22. *Aſtrictior eſt cliens patrono, quàm patronus clienti.*
   Facilius redit dominium vtile ad directum, quàm directum ad vtile.
23. *Patronus non debet clientem criminoſum fouere, vel occultare.*
24. *Patronus non tenetur iurare clienti.*
   Cliens patronum offendens, proditor appellatur, non è diuerſo.
25. ¶ *Q. 3. Quotquot ſunt hæredes vaſalli, ſinguli ad fidelitatem tenentur.*
26. ¶ *Q. 4. Fidelitatem offerens tenetur deſignare rem & cauſam.*
   Appellatione rei quando ſolùm pars venire poſſit.
27. *Inſtrumenta confici debent de geſtis clientelaribus.*
28. 29. ¶ *Q. 5. Tenetur patronus quemlibet hæredem vaſalli pro parte ſua in fidem admittere, nec per hoc fit vlla diuiſio feudi.*
30. *Sicut fundus deſtinatione vnius patriſfa. ita feudum deſtinatione patroni clientiſque ſimul conſtituitur.*
31. 32. *Plures vaſalli eiuſdem feudi non poſſunt illud inter ſe diuidere, ſed benè in partes quotas vel integrales diſtribuere, remanente ſemper eodem & vnico titulo feudi.*
33. ¶ *Q. 6. Reſolutio, an onera feudi inter plures vaſallos diuidantur, vel quemque teneant in ſolidum?*
34. *An & quo reſpectu inramentum fidelitatis ſit indiuiduum?*
35. *Quando ſit vt plures conſiderentur collectiuè, an verò ſingulariter & diſtributiuè?*
36. *Etiam in indiuiduis plures hæredes non tenentur collectiuè, ſed diſtributiuè.*
   Verbum omnes.
   Virtus legum in inductione.
37. *Verus intellectus.* §. omnes filij ſi de feud. defunct. conten. ſit inter domi, & agna.
   Dictio maximè, *etiam præſertim.*
38. *Dictio reſpiciens plura determinabilia debet ea determinare vniformiter.*
39. *Improbatur opinio doct. tenentium hæredes poſſe eligere vnum ex ipſis cauſa præſtandæ fidelitatis.*
40. *Onera quæ ſingulos hæredes inſolidum obligant, nec tamen multiplicantur.*
41. *Beneficium nouæ conſtitutionis de duobus reis, non habet locum in obligationibus indiuiduis ſed ſolùm in omni reſpectu diuiduis.*
42. 43. *Quomodo conuentio inſolidum conſulatur contra coobligatos.*

Digitized by Google

iurauerat, vt inquit ibi text. quod no. *ne videar diuinare.* Seius autem quamuis haberet feudum posterius, tamen posteriori domino iurauit simpliciter nullo antepositо. Ideo quia tunc nullum alium dominum habebat, quem exciperet, vt etiam inquit text. *contingit Seium habentem posterius feudum mori sine filijs, succedente sibi in hoc posteriore feudo (vtpote patrono) fratre suo Titio, à quo dominus huius posterioris feudi petit sibi talem fidelitatem iurari*, qualem eius frater Seius fecerat, quod recusat Titius, volens præponere seu priùs excipere antiquiorem suum, & patris sui dominum, sicut fecerat pater suus. Quæsitum fuit quid iuris, & statuit Loth. 2. imperator nihil Titio obesse quod defunctus frater fecit, scilicet fidelitatem simpliciter iurando posteriori domino, addens quòd etiam, si in secundam & tertiam, vel vlteriorem generationem Seij, feudum posterius peruenisset, adhuc idem iuris esset, videlicet quòd non noceret superstiti antiquiori fratri, & suis factum posterioris fratris & suorum, sed * 5. attendenda esset primordialis forma, & origo horum feudorum, qualis fuit in eorum constitutione in primo acquirente quod est æquissimum, & omni iuri & rationi consonum, vt etiam dixi *infra* §. 5. *num.* 95. *& latius* §. 35. *num.* 10. *& §.* 52. *gloss.* 2. *num.* 4. & hic est verus casus & clarus intellectus illius text. & non alius rectè perpendendo verba & contextum illius c. quem seq. Andr. Iser. Bald. & Aluar. ibi, ex quo tantùm abest, vt aliquid faciat contra meam opinionem, vt etiam illam apertissimè probet. Si enim forma & qualitas quæ feudo à sui origine adhæsit, non mutetur ex contrario continuato facto vnius aut etiam plurium successiuè hæredum, vt patet ibi, quo modo poterit alterari ex sola superuenientia vnius noui hæredis re adhuc existente integra? Si pauper miles, nihil habens donetur beneficio à quodam domino vt ei fidelitatem nullo antepositо, nec excepto (nisi solo imperatore) faciat, idémque miles non possit aliud beneficium ab inferiore imperatore acquirere, in quo dominum primi feudi postponat, imò semper necesse habebit illum excipere in deinceps constituendi & quærendis feudis, aut illa non acquirere, vel primum dimittere, vt est clarum: quomodo hæres militis hoc poterit facere, in præiudicium dicti domini, & dicti feudi? ex quo patet nimium desipuisse Georgium qui ita sensit. nec hæc forma & qualitas feudi, videlicet quòd dominus concedens nulli, nisi imperatori postponatur personalis est & respiciens personam vasalli, sed realis, afficiens feudum ipsum, & respiciens ius & honorem concedentis domini, & sic liquet quòd etiam in terminis dictarum consuetudinum feudalium, prioritas & posterioritas dominorum iudicatur, non ex persona vasalli qui iurat, vt in his omnibus merè delirat ille, sed ex persona domini, qui prius aut posterius feudum concedit, & ex ipsa forma & qualitate originali constitutionis feudi. Ita quòd si in casu *d. c. satis benè*, Titius qui habebat prius feudum, decessisset, relicto & succedente sibi Seio, iste Seius debuisset priori domino iurare simpliciter, & etiam deinceps iurando fidelitatem posteriori domino vel suis successoribus præferre, & excipere illum antiquiorem dominum, non obstante iuramento per se simpliciter præstito posteriori domino, pro tempore quo solum posterius feudum tenebat, nec potest causari posterior dominus de alteratione formæ vltimi iuramenti, quia ius suum non diminuitur, sed priori naturæ & qualitati restituitur, vt expressè decidit Iacob. Aluaro. in *dicto ca. col.* 2. *versi. quæro ab extra. & benè fa. l. si vnus.* §. *pactus ne peteret. D. de pact.* Tum quia forma primæ infeudationis & inuestituræ semper debeat attendi, & secundum illam renouationes sequentes regulari, quamuis Iacob. bel. ibi in fi. postquam concludentes pro hac parte rationes adduxit, illis non respondendo contrarium concludat, fundans se in solo periurij metu, qui vanus est hoc casu; quia iuramentum aut fuit simpliciter præstitum, & intelligitur & restringitur secundum conditionem & naturam rei subiectæ. *6. l. fi. C. de non numer. pecu.* aut fuit præstitum in tali forma quæ de se non posset compati cum exceptione prioris domini, & tunc quia iuramentum nedum est personale, sed etiam rebus suis stantibus intelligitur, debet restringi & intelligi quandiu istud feudum separatim tenebitur ab vno solo. Sed non postquam vtrumque feudum ad eundem reuersum fuerit, prout erat tempore primæ inuestituræ, & fidelitatis huius posterioris feudi, & sic ipso iure cessat obstaculum iuramenti, & periculum periurij, nec opus est aliqua dispensatione. *cap. nequis. & ibi gloss. fin. 22. quæst. 2. in ca.* quemadmodum, & *ibi gloss. in versi. conditio. de iureiur. Io.* And. in *c. in malis, de reg. iur. in 6. in mercur.*

7. ¶ Non obstat secundus text. *in cap. 1. in fin. hic fin. lex.* quia probat opinionem meam. ex quo (etiam si desit lex) viua ipsa ratio probat, prioritatem domini attendi ex parte feudi concessi, & domini concedentis. Et vt clariùs liqueat, nota quòd qui accepit beneficium à primo domino recognoscendum *nullo excepto*, non potest posteà acquirere nec inuestiri de secundo beneficio, nisi cum hoc quòd fidelitatem secundo domino faciet, excepto & antepositо priori domino, nisi primum beneficium dimitteret, alioquin vtrumque dominum, & priorem & posteriorem deciperet. Itaque illa iura feudorum quæ dicunt antiquiorem dominum, in iuramento fidelitatis excipiendum, & in seruitio præferendum, ita quod vasallus illum iuuare tenetur etiam directè contra posteriorem dominum, vt expressè tenet Andreas Iser. in *d. cap. satis benè, de prohiben. feud. alien.* per Lothar. Aluar post Iacob. ardiso. in *d. cap. 1. §. fin. ad fin. hic fin.* lex. præsupponunt quod posterior dominus beneficium scienter contulerit habenti priorem dominum qui debeat proponi & excipi. & sic se & beneficium suum prioritati, & prælationi primi domini subiecerit, consentiendo sibi fidelitatem iurari & obsequium exhiberi illo antepositо, alioquin libere posset beneficium reuocare à vasallo alium anteponente contra legem concessionis feudi, nec in terminis illarum consuetudinum, posset stare absque contrarietate & repugnantia: quod idem vasallus iuraret fidelitatem duobus contra omnes, neutro eorum excepto. Ex quo etiam fortificatur opinio mea quam supra §. 1. *gloss. 5. numero 6.* tenui, non posse eundem esse vasallum verè ligium duorum. Itaque ad quæstionem apparet quod Titius tenetur duci Aurelianensi iurare fidelitatem solo rege excepto, & nullo alio antepositо, prout priùs iurauit Seius, supposito etiam quod hæc talis sit forma & conditio originaria feudi, quod fuit tempore concessionis datum sub hac conditione, vt ab eodem Aurelianensi duce solo rege excepto recognosceretur: esset enim absurdissimum & iniquissimum, ex qualitate vel fortuna vasalli, conditionem feudi deteriorem fieri, & honorem domini diminui.

8. ¶ Sed vt appareat quorsum tendat hæc quæstio, quæritur vtrùm ille Titius poterit vtrumque castrum simul retinere, & illud à duce Bituricensi, solo rege excepto, recognoscere, istud à duce Aureliorum, pariter solo rege excepto? Videtur quod non per ea quæ nuper dixi declarando. *d. §. fin. intit. hic fi. lex.* Tamen dicendum est quod sic, quia * in hoc felici regno Franciæ omnia * fere feuda emanant & dependent à supremo rege nostro tanquam ab vno crebriore principio, & fonte ad quem redeunt & terminantur per recognitiones, tam immediatas quam mediatas: & vasalli inferiorum suorum, non tenentur seruire patronis immediatis in bellis priuatis,

à Forma & qualitas feudo originali adhærens permanet & attendi debet.

* Omnia ferè feuda à rege dependent, & ad illum terminantur.

zed by Google

sed solùm in bello publico pro seruitio regis & communi bono totius reipub. Franciæ, vt dixi *supra* §. 1. *gloss. 6. num.* 13. Et sic cessant repugnantiæ, & cætera inconuenientia. de quibus in *d.* §. *fi.* quum multo salubriùs, & stabiliùs ordinatæ sint clientelæ in hoc regno, quàm in locis consuetudinum dicti libri feudorum: & vt firmiora sint feuda in hoc regno, vt diximus 5. *in fi. rub.* ita firmior concordia & fidelitas. Hanc itaque q. quàm breuiùs & clariùs potui discussi, vt liqueret qualiter de consuetudine Galliæ Togatæ compilata per Obertum, * qualiter de consuetudine huius nostræ Galliæ Comatæ seu regni Franciæ intelligendum sit antiquiorem dominum esse excipiendum in fidelitate feudi præstanda, simul & de vero intellectu. text. feudorum obiter occurrentium reliquos cum cæteris multis. q. doctorum prætereundo, quæ ad praxim, & vsum nostrarum consuetudinum minùs accedunt. Vlteriùs pro explicatione sacramenti fidelitatis.

* Differentia cõsuetudinis Galliæ huius Cisalpinæ, & Galliæ Transalpinæ.

9. ¶ QVÆRO primo quid saltem virtualiter in eo contineatur? respon. * sex scilicet *incolume*, *tutum*, *honestum*, *vtile*, *facile*, *possibile*, quæ non possunt clariùs & meliùs exponi quàm ab ipso text. *in c. vnico. de for. fideli. ad quem remitto.* Si vis latiùs vltra doc. ibi videre potes Iacob. in *investi. feud. in ver. qui quidem vasal. præst. iura. fide verf.* Sed videndum est de effectu. *col.* 45. Et *Matt. de afflict. in decis. Neap.* 265. *à num.* 39. *vsque ad num.* 47. non tamen approbo singula quæ dicunt addendo vltra text. *d. ca. vnic. de for. fid.* non curo tamen illa referre, & ad iuris & veritatis limam excutere, quia parum ad causarum decisionem & nostrarum consuetudinum intelligentiam conducerent. Ideo cum multis huiusmodi missa facio. nec tamen æquo animo prætereire possum, quod vult Accur. *in cap. vnico quali iura deb. vasall. in glo.* 1. in hoc sacramento contineri, quòd vasallus ipsummet dominum suum exaltabit in quantum poterit, quod falsum & nimis ambitiosum iudico. licet hoc aggrauans *Alu.* ibi in *nota.* 1. dicat teneri vasallum in iuramento fidelitatis specialiter exprimere singula quæ specificantur in *d. c.* 1. *qualiter iurar. debet vasall. & nisi duob. tit. & c. seq.* & quòd vnum debet supleri per aliud, & plus quòd vltra contenta in formis dictorum capitulorum teneatur in suo iuramento adijcere ea omnia quæ ponuntur in iuramento, quod fecit rex Otho Ioanni Papæ. de quo in *d. glo. & in c. tibi domino* 63. *dist.* quæ sunt erronea: non tamen intelligas quòd ex qualibet omissione, vel leui contrauentione alicuius ex illis sex possit vasallus tanquam periurus & ingratus priuari feudo, quia vt est text. nota in *cap. vnico. circa. medium, in quib. caus. feud. amitt.* non sufficit ad hoc omnis occasio per quem fidelis accepti beneficij videretur ingratus, sed requiritur grauis & enormis causa ingratitudinis, ex qua secundum mores illius ciuitatis seu curiæ beneficium solet adimi, de quo *tract. infra* §. 30.

* Sacramentũ fidelitatis. 6. continet.

10. ¶ QVÆRO secundo, * an patronus reciprocè teneatur clienti suo ad eandem fidelitatem & ad contenta in illis sex capitulis iuramenti fidelitatis? Respondeo sic. text. est in *c. vnico. in fi. de for. fidel. in ca.* 1. § *domino. si de feu. defuncti. cont. sit inter. do.* & agn. in *c. ex facto quali. do. propr. feud. pri.* & hoc est diuino, & naturali iuri, & æquitati consonum. *cap.* 1. *dist.* 1. *ibi quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri: & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri*, hoc etiam est de natura, imò de substantia patronatus & clientelæ, quæ ex mutua benignitate & correlatione officiorum subsistit per ea quæ suprà diximus in *rub. & hoc sit pro regula.* Amplia in tantum quòd patronus priuandus est proprietate feudi, si in clientem enormem offensam commiserit, ex qua cliens priuaretur feudo ad dominum reuertente, si eam in patronum perpetrasset text. in *d.* §. *domino. & in d. c. ex facto:*

* Patronus verum reciprocam debeat fidelitatem clienti.

11. Non tamen intelligas, quòd priuetur patronus proprietate feudi sui dominantis, sed priuatur proprietate, directo dominio, & omni iure feudali, quod retinuerat & habebat tanquam patronus in re clientelaria, & eius iuribus & pertinentiis. Ita quod efficitur liber erga eum: & offendens desinit esse patronus, & offensus desinit esse vasallus eius, nedum ad vitam offendentis, vel offensi, sed in perpetuum, vt not. per doct. in d. locis. Nisi vbi consuetudo loci aliter disponit vt Cenomanensis *part.* 5. §. 206. Andensis *part.* §. 185. Et aduerte, notanter dixi offensam, ex qua cliens nedum feudo priuaretur, sed etiam feudum ad dominum reuerteretur, quia si esset tale delictum ex quo cliens priuaretur feudo, sed feudum non reuerteretur ad dominum, sed ad alios, puta agnatos, vt quando cliens in alium delinquit, quàm in patronum. *c.* 1. §. *denique quæ fuit pri. caus. benef. amitt. c. vnico. in alle. qui inter se fra. do. sui gloss.* & And. Iser. in *imperialem* §. *insuper col.* 1. *de prohib. feud. alie. per Fed.* tunc si patronus in simili deliquerit, puta in alium quàm inclientem, licet forte propter hoc priuetur dominio directo, & omnibus bonis, non tamen liberatur cliens à conditione feudali, nec ei acquiritur dominium directum feudi, alioquin plus haberet cliens quàm patronus, quod esset absurdum.

12. ¶ Nec obstat. * *d.* §. *domino. ibi siue peccauerit in vasallum, siue in alium*, quia debet intelligi de alio, in quo tamen sit offensus cliens, vt si in eius odium sæuierit patronus in familiares clientis. ita decidit & exponit And. Iser. in *d.* §. *domino* per aliam rationem quòd cliens strictiùs tenetur, sed ratio quam dedi est concludentior, ne excedatur æqualitas à cliente, & ne plus habeat quàm patronus, quamuis Bald. *ibi in fi.* aliter sentiat & malè. Et istud intelligo procedere, etiam si feudum esset nouum, quamuis Alua. *ibi col.* 1. inscitè glorietur se egregiè soluere contrarium intelligendo. *d.* §. *domino* in feudo nouo, vt eius proprietas directa acquiratur vasallo, patrono delinquente in quemlibet, sicut à conuerso rediret tale feudum ad patronum vasallo delinquente in quemlibet. Sed hæc solutio est dignior scholare, quàm doctore: quia vasallo nouo delinquente in extraneum, feudum nouum redit ad dominum, non quia vasallus delinquit, nec propter vltionem iniuriæ domini, quæ nulla est, sed quia finitum est feudum, ex defectu vasalli, & alterius personæ quæ illud capere possit. Et si hæc opinio Alu. nedum est diuinatoria ad text. sed etiam falsa in terminis illius iuris feudorum, quod interpretandum assumpsit.

* Intellectus § *domino feud. defunct. contin. sit. inter do. & agn.*

13. HANC ampliationem limito primo, vt procedat respectu ipsius patroni offendentis, & suorum hæredum, vel causam habentium in infinitum, sed non respectu alterius, puta superioris & mediati domini, vel patroni. Tum primò, quia pœna debet tenere suos auctores, *l. sancimus. C. de pen. cum concord. glo. ibi. c. si compromissarius, de elect. in* 6. Tum quia vasallus non potest vllo modo deteriorem domini conditionem facere, sed meliorem. *c.* 1. §. *econtrario. in fin. de inuest. dare. aliæ. facit.* Ex quo infertur quòd si subuasallus enormiter offensus fuerit à suo domino immediato, efficitur liber ab illo sed non efficitur liber à conditione feudali, quia in illa suberit domino mediato, & tenebitur ab illo feudum recognoscere, & feudalia iura illi præstare, & remanebit eius vasallus immediatus. nec obstat quod ex delicto offendentis, plus videtur consequi superior immediatus offendentis quàm ipse offensus, quia non est absurdum quantum ad aliquid, videlicet quantum ad dominium & dependentiam iuris feudalis, quod magis est in superiore domino; in quo est tanquam in capite, & in causa agente, & influente, quàm in domino inferioti. vt enim suprà diximus *in* §. 1. *gloss.* 6. dominus immediatus

* Subuasallus enormiter offensus à suo domino immediato liberatur ab illo, & remanet vasallus domini mediati.

mediatus reſpectu ſuperioris domini, non dicitur propriè habere dominium directum ſubfeudi à ſe immediatè dependentis. nec etiam dominium vtile eiuſdem. Sed potius quoddam ius feudale, quod magis habet inſtar cuiuſdam ſeruitutis, quàm veri dominij rei. Igitur tanquam ſublato medio illius ſeruitutis per delictum immediati domini, remanet ſubuaſallus ſub dominio directo, & iure feudali ſuperioris domini, cuius efficitur immediatus cliens. Et ſic huic offenſo in duobus circa iura feudalia conſulitur præter priuatam & ſeparatam perſecutionem delicti. 14. ¶ Primò, * quòd deſinit ſubeſſe offendenti, & ab illo in perpetuum liberatur. Secundò, quòd deinceps ſuperiorem & aliorem dominum immediatè recognoſcit. Simile videmus, quod ſi habens caſtrum in feudum cum iuriſdictione malè tractat homines & ſubditos ſuos, & monitus à domino non deſiſtat, priuatur iuriſdictione ſua, quæ reuertitur ad dominum; & ſic illi ſubditi non liberantur à iuriſdictione, ſed à perſona malè ſæuiente, & mutant dominum, & efficiuntur immediati ſubditi ſuperioris domini. text. eſt in *l. Federic. §. quicunque aduocatiam. de pace tenen. & eius viola.* vbi hoc not. Bal. quem. Alu. & alij ſeq. Idem dicentes de feudo, quod propter malam tractationem & abuſum poteſt vaſallus priuari, & feudum domino applicari, quod ſeq. Paul. poſt Guil. Ang. in *aut qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ.* Sed vaſallus enormiter offendens ſubuaſallum, illo abutitur & notoriè malè tractat. Igitur debet priuari iure quòd habet in eum, & illud ius reuerti ad ſuperiorem dominum. Et quod non ſola adminiſtratione nec tantum ad vitam ſuam ſit priuandum, ſed etiã proprietate illius iuris in perpetuum concludit Alber. in *idemque. D. de vſufruct.* quando ita acriter ſæuiret quod eſſet crimen capitale in alio quolibet per *l. iudicet. C. de dignit. lib. 12. l. 2. in fi. C. in quib. cau. colo. do. accuſa. poſſ. lib. 11.* An autem mala tractatio & abuſus ſit cauſa ſufficiens, & qualiter ad priuandum vaſallum feudo, dicam latè j. §. 43

15. ¶ Sed iuxta hæc quæro, quando erit locus huic ampliationi in hoc regno? videtur quòd nunquam: quum ſereniſſimus rex noſter ſit ſuperior & ſupremus dominus directus in regno ſuo in quo (vt etiam ait Panor. in *cap. veniens extra de accuſat.*) fundatus eſt in temporalibus etiam ratione dominij ſeu proprietatis terrarum & prædiorum regni ſui, non quod ſit dominus directus omnium & vbique. Sed quod omnium ferè ditionum & prædiorum particularium regni ſit ſupremus dominus directus, ſic omnia ferè feuda ab illo mediatè vel immediatè teneantur, & ad illum tanquam ad vnum primum, ſummum & directum dominum terminentur, vt ſæpè diximus. Reſpondeo, quod habebit locum in eo qui tenet predium ſuum in alaudium, cuius partem vel etiam totum in feudum conceſſit, quia ſi enormiter offendat vaſallum ſuum tali offenſione, ex qua ſi vaſallus eam commiſiſſet in patronum, priuaretur feudo, priuabitur etiam hic patronus proprietate feudi, ſeu directo illo & alaudiali dominio quod retinuerat in re in feudum conceſſa, quam deinceps qui erat vaſallus, tenebitur liberè tanquam verum alaudium, in illa dominij plenitudine & integritate in qua conſtituta ſeu veriùs diuiſa & diſtributa fuerunt dominia de iure gentium. in *l. ex hoc iure. D. de iuſti. & iur.* & iſtud eſt rem tenere in *. 16. Verum, ſeu, vt dicunt in Francum alaudium, & ſicut tenebat patronus ſuus ante conceſſionem feudi, nec obſtat quod diximus omnia feuda dependentia à rege quia hoc eſt verum de regulari & communi iure huius regni ſeu in ipſo vniuerſo, in quo rex habet fundatam intentionem quantum ad hoc, tamen excipiuntur ſpecialiter quædam prædia quæ remanſerunt alaudia, ut dicemus j §. 68. nec eſt inconueniens quãtum ad hoc quædam excipi à directo dominio regis quia proprietas ſeu directum dominium, vel etiam vtile, prædiorum ſeu aliorum bonorum temporalium,

A non eſt de ratione & ſubſtantia regni ſeu regiæ dignitatis; ſed quid accedens quod quandoque eſt inſeparabiliter vnitum regiæ dignitati ſeu coronæ, vt ea quæ ſunt de ſacro domanio regio. & * quod dixi inſeparabiliter intelli-
B lige non de ſe formaliter. Sed quia rex ipſe tanta dignitate pro tempore fungens non poteſt illud alienare nec diminuere, nec expropriare, ſeu in totum ſeparare à corona & dignitate regia, penes quam eſt vera proprietas, & dominium domanij. *vt alibi ſatis diximus.* Secus eſt de * ſuprema iuriſdictione, & poteſtate regia, quæ eſt ipſa forma, & ſubſtantialis eſſentia, maieſtatis regiæ. Ideo impoſſibile eſt in regno & de regno aliquem eſſe exemptum vel exceptum ab illa. 17. ¶ Dictam regulam ſic ampliatam limito, primo vt non procedat in rege, ſeu
C alio ſupremo domino ſuperiorem non recognoſcente, qui ſi vnum ex vaſallis ſuis enormiter & iniuſtè offenderet, (quod non eſt præſumendum,) ſi tamen ita de facto contingeret, ita quòd ſi offenſus nedum in regem, ſed etiam in quemuis alium idem commiſiſſet, nedum feudo, ſed etiam omnibus bonis priuaretur, non tamen haberet locum pœna priuationis dominij directi, nec iuris feudalis, quia pœna *d. c. domino, & c. ex facto* ſolum habent locum in inferiorib. dominis ſuperiorem recognoſcentibus, non autem in ſupremo rege. ita expreſsè decidit Luc. pen. in *l. in ſacris, 3. col. pen. verſ. verſ. ſed pone rex Siciliæ, de prox. ſacro ſcr. lib. 12. C.* Idem tenet Bald. in *d. c. ex facto. verſ. pone* quod prælatus, dum dicit illud. c. non habere locum in Papa. *Mat. afflict. in deciſ. Neap. 265. nu. 13. in 3. fallen. ad hanc regulam.*
C Ratio quia illud * dominium directum & ius feudale eſt de domanio coronæ ſeu maieſtatis regiæ, & ſic inalienabile & inabdicabile per ipſum regem, qui non cenſetur dominus ſeu proprietarius regni ſui, ſed adminiſtrator, vt inquit Paris put. in *ſuo conſuſaneo tract. ſyndica. ſub rub. de exceſſib. impera. nu. 13. char. 4.* vel aptiùs ſecundum Luc. pe. in *l. quicunque col. 3. & 4. de omni agro deſer. lib. 11. C.* ſe habet erga bona & iura regni & reip. ſicut maritus erga dotem vxoris, ideo ſiue contrahendo, ſiue delinquendo non poteſt illa in aliquo diminuere: de quo etiam dixi ſ. §. 1. *gloſ. nu. 50.* Fortiùs dico quòd nedum proprietate in perpetuum, ſed nec etiam ad vitam, nec etiam ſimplici adminiſtratione priuabitur. quia hoc eſſet contra vtilitatem publicam, vt ſtatim dicam, & ita ſentit. Bal. in *d. c. ex facto. ad fi.* dum facit
D differentiam inter Papam. vt in eo nullo modo habeat locum pœna, *d. c.* & ſic nec ad vitam eius, & inter inferiores prælatos vt non habeat locum niſi ad eorum vitam, & in eorum præiudicium ſecundũ non. in *l. iubemus nullam. C. de ſacr. eccl.* aliter tamen ſine læſione iurium regiorum & coronæ ſatisfieri debet offenſo, & etiam de pecunijs & fructibus bonorum fiſci, ſi rex non habeat alia bona. Et aduerte quòd hæc planè procedunt in principatu quod electionem, vt imperium & regnum Romanorum, vel iure ſanguinis, vt in regnum Franciæ defertur, ſed non æquè in regno merè hæreditario, de quo aliqua dicam j. §. 13.

18. Ex his multo fortius infero, quòd * rex non poteſt
E in aliquo priuari iuriſdictione regia quam habet in offenſum, quia formalis & eſſẽtialis virtus regis eſt iuriſdictio, quæ prorſus de ſe eſt inabdicabilis à rege manente rege, nec eſt ſeparabilis à regia dignitate, ſine ſui velut ſubiecti corruptione. Igitur ſicut non poteſt rex diuidere, nec corrumpere regnum ita nec aliquem de regno à ſua iuriſdictione eximere, & ita tenet Luc. in *d. l. in ſacris.* & eadem ratione non poteſt rex abdicare totam adminiſtrationem iuriſdictionis ſeu poteſtatis regiæ, etiam quo ad aliquem locum, vel aliquam perſonam regni, licet poſſit aliquem locum vel aliquos ſubijcere vni domino ſub ſe in primo gradu iuriſdictionis, dummodo ius appellationum & ſupremæ poteſtatis, etiam quo ad adminiſtrationem & executionem realem, quando & quoties opus erit penes eam remaneat. Et alioquin eſſet tales exẽptos facere reges, vt in ſenatu Neapolitano tempore

* Dominus male tractans ſubditos aut vaſallos ſuos priuandus eſt iure ſuo.

* Dominum regi eſſe inſeparabile à corona, & quomodo id intelligendum ſit.

* Suprema iuriſdictio, tam eſt inſeparabilis à corona quàm eſſentia rei, à re ipſa.

* Rex nequit ſubditos à ſua iuriſdictione quacunque de cauſa eximere.

* Supremus princeps nec contrahendo nec delinquendo poteſt iura dignitatis ſuæ minuere.

* In alaudiũ verũ & Francum tenere quid.

Caroli VIII. Franciæ & Siciliæ regis dicebat quidam advocatus magnus fiſci, vt refert Mattheus Afflictus *in præludiis conſtit. Neapolit. q. 2. col. vlt. num. 9.* Etſi factum fuerit etiam in Eccleſiam nullum & reuocandum eſſe cenſet *ibi Matth. Afflict.*

*Prælati Eccleſiæ nō domini, ſed adminiſtratores.

19. SECVNDO limito, in * patrono eccleſiaſtico, qualis Epiſcopus aut quiuis alius prælatus eccleſiaſticus, quia vt pertritum eſt. non eſt dominus, ſed ſolum procurator, ſeu adminiſtrator rerum Eccleſiæ: text. in *c. 2. de donat. in c. vlt. 12. quæſt. 1. c. 1. 14. quæſt. 1.* ita tenet Bald. in d. §. *domino* & Aluaro. ad fin. Matth. Afflict. in d. *dec. num. 24. in fall. 4. dixi in tract. reg. cancella. Reg. 18. de inſtr. reſignan. nu.* Tamen licet Eccleſia non priuetur proprietate & iure ſuo, ipſe prælatus quandiu viuet, ſeu quandiu illâ prælaturâ fungetur, perdet adminiſtrationem illius iuris, & omnem commoditatem quam interim potuiſſet lucrari & percipere à feudo. ita quòd non poterit vti aliqua poteſtate dominica in vaſallum, nec etiam in eius hæredes vel cauſam habentes, & penes eos perpetuo remanebunt, quæcunque commoda quæ fuiſſent debita, ex mutationibus interim contingentibus; non autem ſpectabunt ad ſuperiorem mediatum dominum feudi, & immediatum dominum ſeu patronum illius prælati, vel Eccleſiæ, ratione dicti feudi. quamvis text. in *c. 1. §. fi. de capi. Conrad. in vſib. feud.* videatur decidere contrarium. quem §. latè diſcutiam & declarabo. j. §. 41. vbi reſeruo dicendum. &c. ¶ Ex his patet quòd ſi adminiſtratio huius feudi vel eius commoda ſpectarent ad collegium, ſeu aliud corpus Eccleſiæ in toto, vel in parte, eatenus, nihil immutaretur, nec liberaretur vaſallus offenſus in aliquo, ſed ſolum quatenus ea ſpectant ad adminiſtrationem, & commodum offendentis, nec obſtat quod nuper dixi in prima limitatione, omne ius dominicale ſeu feudale cum omnibus commodis & obuentionibus futuris, redire ſtatim ad ſuperiorem immediatum dominum offendentis, quia ibi offendens ipſius iuris feudalis proprietate & poſſeſſione priuatur, & ſic liberè redit, vel potius liberè remanet (tanquàm obſtaculo quod in medio fuerat remoto) ad ſuperiorem dominum, qui ex tunc eſt & remanet immediatus dominus feudi At hîc verus immediatus patronus quæ eſt Eccleſia nullomodo priuatur, nec proprietate, nec poſſeſſione iuris ſui feudalis & patronatus, ſed ſolum prælatus delinquens priuatur adminiſtratione, & commodo quod ad eam deueniſſet, quandiu prælatum gereret, & ſic nullum ius, nullum commodum poteſt deuolui, ſiue aperiri ſuperiori domino qui ſemper remanet mediatus & remotus, vt prius, & ſic nihil poteſt agere nec exigere in ſubfeudum vel ſubvaſallum per ea quæ nota. ſ. § 1. *gloſſ. 6. in ver. mouuant de luy.*

*Prohibitus alienare amittit delinquendo amittere.

21. TERTIO videretur poſſe limitari in omnibus qui * non poſſunt ſeu prohibentur rem ſuam alienare, etiam ſi eſſet eorum plenè propria, & verum alaudium, vt declarauimus in *fin. quæſt. incidentis ad finem ampliationis.* Intelligendo tamen quando alienare prohibetur non propter ſe vel fauore ſuo ſed fauore tertij, vt contingit in rebus peculij aduentitij, filijfam. qui prohibetur eas alienare fauore patris habentis vſumfructum. *l. fin. §. filiis autem. C. de bo. quæ lib.* quia tunc excluditur omnis alienatio, non ſolum voluntaria, ſed etiam neceſſaria & non ſolum hominis, ſed etiam legis, vt quando fieret propter factum, vel delictum prohibiti, ne ſit in ſua poteſtate alteri præiudicare, & tunc verum eſt quòd qui non poteſt alienare, non poteſt etiam delinquendo, vt etiam patet in duabus præcedentibus limita. Secus quando alienatio prohibetur fauore prohibiti; vt in minore vel prodigo, quia tunc non excluditur alienatio quæ fit delinquendo, ſed propter delictum perdit delinquens fauorem ſuum. ita pulchrè not. Bartol. in *l. ſi quis in tantum. col. 3. verſic. quæro an dominus. C. vnde vi.* & fuit inuentum ſuum, vt ibi, teſtatur idem Bar. in *l. ſi finita. §. ſi de veſtigalib. col. ſi. ff. de dam. infect.* quem ſeq. ibi Pau. ad ſi. Alex. in *conſ. 23. oportune conſideratis. col. 2. lib. 1. Areti. conſi. 14. viſo & diligenter conſiderato. col. 4.* verſ. pro quibus facit Fabia. à monte S. Saui. in *tract. de empt. & vendi. in 4. parte princ. q. 14. ad ſi. tangit deci. in l. furioſi nu. 2. ff. de reg. iur.*

Sed certè iſta limitatio non poſſet verificari nec quadrare ex parte vaſalli per ea, quæ dixi, j §. 43. ergo non videtur poſſe congruere, nec adaptari ex parte domini, cum patronus & cliens non ſint iudicandi ad imparia. d. *c. vnico in fin. de for. fideli.* quod eſt expeditum & in confeſſo quantum ad commiſſum procedens ex delicto in alterutrum de quo agitur. d. § *domino. & c. ex facto.* Ideo hanc limitationem hîc non poſui, niſi ad maiorem declarationem, & ad cautelam, ne fortè quis legens præfatas duas limitationes incautè labatur in errorem, credens eadem ratione limitandum in omni caſu, in quo ſaltem fauore alterius eſſet prohibita alienatio, vt in feudis quæ eſſent in peculio aduentitio filijfamilias, vel in dote vxoris, loquendo in terminis iuris, de quorum veritate plenè diſcuſſi in d. §. 43.

*Afflictus eſt cliens & vaſallus patrono quàm patronus clienti.

22. ¶ QVARTO limito, vt * ſtrictius teneatur cliens patrono quàm patronus clienti, quoniam cliens ſubeſt patrono, & ab eo beneficium accepit, non econtra. ita decidit And. Iſer. in d. *c. 1. in fin. de for. fideli. in d. §. domino* & in *d. c. ex facto. in fi.* Iacobinus de ſancto Georgio in *inueſtitura feudali. verbo. qui quidem inueſtit. præſtit. iuramen. fideli. col. 4.* vbi tradit. quatuor diſparitates, vide apud eum, non tranſcribo. Adde Matth. Affli. *deciſ. Neapol. 265.* Ex quo infertur primo, quòd ſi aliquo caſu ex delicto clientis feudum ipſo iure committeretur patrono, de quo j. §. 30. tamen ex delicto patroni nunquam ipſo iure deuoluetur proprietas ſeu directum dominium ad clientem, ſed ſemper demum per ſententiam, quia nunquam eſt tanta nec tam expedita ratio caducitatis committendæ de patrono ad clientem, ſicut de cliente ad patronum, & * longè facilius eſt vtile dominium conſolidari directo & priſtinæ formæ & naturæ reſtitui, quàm directum deuolui ad vtile, vt no. And. Iſer. d. *c. ex facto. in fin.* Secundo infero quòd ſi aliqualiter dubiteretur an offenſa ſit ſufficiens ad amiſſionem feudi, vel directi dominij, grauiores circumſtantiæ aggrauantes requirentur ex parte patroni, ad eum priuandum, quàm ex parte clientis: & difficilius debebit priuari patronus, & facilius abſolui, quàm cliens quia cæteris paribus eadem offenſa eſt grauior illata à cliente in patronum, quàm econuerſo, *fa. l. 2. in prin. C. de liber. & eorum lib.*

*Facilius conſolidatur vtile dominio, quàm amittatur directum.

23. INFERT aliud Matth. Afflic. in d. *deci. 265. nu. 4.* videlicet quod dominus non tenetur adiuuare vaſallum, niſi ex vrbanitate. *arg. l. creditores, & l. ancillæ. C. de pig.* quæ nihil prorſus faciunt. aptius allegaſſet, *l. eum affirmes. C. de lib. can.* Sed hoc eſt falſum, imo vero iure ad hoc tenetur in terminis iſtius iuris feudorum *per text. præciſum. d. c. 1. de for. fid. in fi.* non tamen approbo quod poſſet * receptare ſeu occultare vaſallũ criminoſum, vt quidã allegant Bal. in §. *conuenticulae in prin. de pace iura. fir.* vbi Bal. hoc non intẽdit. Sed benè vult non teneri patronum tradere vaſallum ſuum eius inimico, etiam ſi feciſſet mille delicta: quod intelligo de inimico priuato, non de miniſtris iudicis nec etiam aliàs licet ei vllo modo fauere delictis, aut malitiæ vaſalli, ne eorumdem criminum & pœnæ reus efficiatur, dum turpitudinis magis quàm feudi patronus efficitur.

*Patronus non debet clientem criminoſum occultare, vel ei fauere.

24. QVINTO limito, quantum ad ea quæ ſunt * humilis reuerentiæ, quæ debentur à cliente patrono, non econuerſo, & ratio differentiæ per ſe patet. ex quo infertur primo, quod licet teneatur cliens iurare ſe fidelem fore patrono: non tamen tenetur patronus idem illi iurare, quamvis re ipſa ſine vllo iuramento æquè teneatur ad mutuam fidelitatem, & mutuum amorem. ita decidit. And. Iſer. in *l. imperialem. §.*

*Patronus non tenetur iurare clienti.

illud quoque,in fi. de probi. feu. ali. per Fed. quamvis gl. *pe.ibi in ver.ſacramento. contra ſentiat.* quã reprehendit Alu.*ibi & in* d.*c.1.col.2.nu.7.de for.fideli.Iacob. in inueſtit.feudo.in verſ.quiq.inueſt.præſti.iura fideli. col.4.ver.ſed nunquid è contra. Matt. Afflic in d.deci. ſull.1.fa.*quod libertus non debet petere iuramentum à patrono.*l. iuſiurandum,& ad pecunias.§.qui iuſiurãdum.ff. de iureiuran. l. de die §. iubetur.ff.qui ſatiſd. cogan. l.qui bona.§.pe.ff.de dam.infect.* quia ei patroni perſona ſemper honeſta & ſancta videri debet.*l.liberto. & filio.ff.de obſeq.à lib. hinc,dicunt Luc.pen.in l.2.q. 4.5.col.fin.in quib.cauſ.col.do.accuſa.poſſ.* Phi. Deci in *c.caterum col.8.verſ.* Secundò quod dictum eſt,de iudici. quòd in his quæ concernunt reuerentiam & honorem, patronus non adæquatur liberto, nec vaſallo. hinc pulchrè dicit Io.And. in *c.de feud.* quòd vaſallus offendens patronum dicitur perfidus, id eſt proditor & periurus, quia fidelitatem expreſſam & iuratam violat:patronus autem clientem offendens nõ dicitur proditor *, nec periurus,ſed malefidus,id eſt ſimpliciter malæfidei, quia fidelitatem quam tacitè promiſiſſe intelligitur, non ſeruat. Et hæc ſunt intelligenda de reuerentia quæ concernit dignitatem, prælationem perſonæ, non autem de reuerentia quæ concernit principaliter amorem, beneuolentiam & confidentiam, quoniam hanc etiam reuerentiam debet patronus clienti. Hinc lege Federici primi cautum fuit, patronum non debere exigere à cliente iuramentum calumniæ, ſicut nec cliens à patrono, vt refert Obert. *de conſuet.reti. feudi.§. in quib.* Plures aliæ fallentiæ enũmerantur per varios doct. ſed quæ ad inſtitutum noſtrum conducunt multis additis adduxi, reliquis omiſſis.

* Cliens patronũ offendẽs proditor appellatur, non è diuerſo

25. TERTIO quæro; vaſallus deceſſit relictis pluribus * filiis, vel aliis hæredibus, aut aliàs quouiſmodo feudum peruenit ab vno ad plures, an ſinguli teneantur fidelitatem facere? Reſpondeo quod ſic, ſiue ſinguli poſſideant pro indiuiſo, ſiue pro diuiſo. §. *omnes filij ſi de feu. conten. ſit inter do. & agna.* Tamen ſæpè ſolitum eſt ſolum primogenitum pro omnibus omnium nomine admitti & inueſtiri, quid parum intereſt patroni omnes accedere. Et dicit Vdalri. Zaſ. in *epito. feud. par.7.* quod plures hæredes vnius vaſalli, poſſunt eligere vnum ex eis qui omnium nomine inueſtituram petet & iurabit. Et ita ſeruari aſſerit de conſuetudine Germaniæ, quod eſt valde æquum. Et crebriùs in Gallis habens maiorem partem feudi poteſt nomine omnium fidelitatem facere, & patronus tenetur admittere vt in conſuet. Cenomanenſi. § 13. niſi vbi conſuetudo nec expreſsè nec tacitè hoc dicit, vt Pariſiis vbi hoc non tenetur, vt J. *eadem glo. num.* 39. niſi cum cæteri ſint minores, tunc enim tenetur antiquiorem vice omnium recipere, vel minoribus inducias dare, vt videbimus J. §. 41. Et no. quod quantum ad formam ſiue actum fidelitatis vnuſquiſque faciet ſeu iurabit illam inſolidum, quia fidelitas in ſe non diuiditur, ſed quantum ad rem, ſeu ſubiectum, pro quo præſtatur, facient pro parte, quam prætendunt in re, vel feudo. huiuſmodi enim fidelitas magis concernit ac afficit rem quàm perſonam, & dominus dicitur magis habere oculos ſuos ad rem,ſeu ad feudum quàm ad vaſallum. *Bald. in c.admonet.de renum. & dictum eſt.3.§.1.gloſſ.5. in prin.* Quod ſi feudum ad vnum tantùm vel ad aliquos remaneat, ille vel illi, tantum fidelitatem debent d.§. *omnes.* Vide quæ ſtatim latius dicam. *q.5.*

* Quotquot ſunt clientes vaſalli, ſinguli ad fidelitatem tenẽtur.

26. QVARTO quæro, * an vaſallus accedens ad dominum causâ fidelitatis præſtandæ, & renouationis inueſtituræ teneatur exprimere rem & cauſam? Et dicendum quod ſic. debet enim exponere cuius feudi ratione, & an pro toto, an pro parte, & ſi pro parte, an pro diuiſa, an pro indiuiſa, & pro quota. Et ſi ſit admiſſus pro parte, tunc ad illam partem tantùm fidelitas & admiſſio in fidem limitata: pro reliquis autem partibus remanet feudum apertum Domino, quantum ad illum qui pro parte tantùm fuit admiſſus. Si autem fidelitas ſimpliciter pro certo feudo facta ſit, intelligitur pro toto, quoniam appellatione rei ſimpliciter, in diſpoſitione hominis, ſeu quando profertur ab homine, * venit totum præcisè, & non pars tantùm. *l. de pupillo.§.qui nunciat. & ibi Bar. Ang.ff.de ope. no. nu. glo.2.in verbo totam, & ibi Bar.in l.ſi ſirem.ff. de rei vend.Bart.in l.legatis vxori.ff.de leg.2.Bal.in l.Titia cum teſtamento.§. Lucius Titius.in 2. notab.ff. de leg. 2.& in l.Pomponius. §.ſed & ii.reprobata glo. ibi.ff. de procura. Ang.in l.ſi quis cum totum.in princ.per illum tex.ff.de excep.rei iudi. Alex.conſi.195. nu.1.lib. 6.* Secus regulariter quando profertur à lege, quia tunc poteſt venire etiam ſola pars *l. ait prætor . in prin. & ibi Saly. Alex. Iaſ.ff. de iureiur. l. appellatione rei ff. de ver. ſig.* Si autem cliens offerret fidelitatem in genere, pro omnibus quæ tenet in feudum, vel pro his pro quibus debet,non aliter declarando & ſpecificãdo tem ſeu alias obſcurè,vt non appareat certò,pro qua re in indiuiduo, vel pro qua parte fides offertur, non teneretur dominus admittere; ſed poſſet ius dominicum exequi cum effectu, quia dominus debet effici certus,pro qua re,& quota parte, habet vaſallum, alioqui fruſtraretur nedum honore debito, ſed etiam iure ſuo, quia ſua intereſt ſpecificè clarè & determinatè recognitionem feudi fieri, ad cõſeruationem iuris ſui & poſſeſſionis. Similiter intereſt vaſalli,pro certa & determinata re in fidem recipi Et in iſtis omnis incertitudo vtrique eſt captioſa: neutri enim ſuborta lite prodeſſet agnitio, aut admiſſio fidei,n ſi certo conſtaret de corpore feudi. poſſet tamen incertitudo agnitionis aut admiſſionis, per relationem ad aliud,aut alias ſufficientes demonſtrationes,ſi adſint, probari,*l. certum. & ibi Decius.ff.ſi cert. pet.*

* Rei appellatione an pars totũm venire poſſit?

27. HINC non tenetur patronus admittere in fidem niſi idoneo loco,vt J. dicetur, & coram idoneis teſtibus poteſt etiam petere publicum de hoc confici * inſtrumentum,ſuis tamen & non vaſalli impenſis. Sicut econtra ſi velit vaſallus, inſtrumentum publicum de admiſſione ſua, habebit impenſis ſuis:magnum eſt enim intereſſe quandocũque controuerſum fuerit, poſſe ſtatim oſtendere ius ſuum,vt glo.quam ibi multum not Ang. in *l.ſi pupillus in prin.in ver.habet.D.de noua.* Ideo creditores & debitores tenentur inuicem facere inſtrumentum crediti & ſolutionis vt tenet Ang. & eſt text. in *l.plures apochas.C.de fid.inſtr. Bar in l.ſi finita.§.eleganter.D. de dam. infect.* & ibi latiſſimè Alexan. per *tres vlt. col. Fely.c.accedens,1.col.2.vt lit.non conteſt. Iaſ.l.2.in fin. prin. D. de ſolut. matr. in l. ex ea parte in prin. & in fin.D.de verb. obli.* Similiter tenetur vaſallus exprimere cauſam ſed immediatam tantùm, & etiam in indiuiduo, videlicet ex ſucceſſione tali directa,vel collaterali, tali gradu,vel ex tali emptione,vel alia acquiſitione:quo vltimo caſu quando ſcilicet venit ex titulo particulari, tenetur domino oſtendere inſtrumẽta ſi qua ſint acquiſitionis,vel quæ & qualis ſit illa acquiſitio,verè & dilucidè domino ex opere,vt poſſit certior fieri,quæ & qualia iura ſibi debeantur, *vt infra* §.20. *gloſſ. pen. & fi.*

* Inſtrumenta clientelarium geſtorũ conficiẽda ſunt cuius impenſis.

28. QVINTO quæro in themate. §. noſtri. vnus * ſolus filiorum vel liberorum accedit, offerens fidelitatem pro ſua tantùm parte, fortè indiuiſa, petens admitti ſeu inueſtiri: dominus dicit quòd feudum nondum eſt diuiſum, ſed vnicum, ad vnam fidelitatem & homagium tantùm, & offert omnes ſimul admittere, recuſans fidelitatem vnius ſolius, an iure agat dominus? Reſpondeo, non, quia daretur occaſio malignandi conuaſallis, vel vni eorum forte colludenti cum domino, qui vel ob vnius ſolius contumaciam, ſiue veram, ſiue ſimulatam vel iuſtam abſentiam, reliquos omnes iuſta offerentes ſperneret,& vniuerſo feudo prehenſo omnes fructus ſuos faceret. Ideo dico hanc reſponſionem Patroni cancellariam eſſe & captatoriam,& quòd ſingulos accedentes, etiam vnum ſolum tenetur pro portione vel portionibus eorum admittere; nec ſufficeret pa-

* Tenetur patronus quẽlibet hæredũ vaſalli pro parte ſua in fidem admittere, nec per hoc fit vlla diuiſio feudi.

* Fidelitatem offerens vtiq; tenetur deſignare rem quotam & cauſam.

tronum offerre inducias fidei donec omnes conuaſalli A ſimul accedant. Poſſunt enim huic vaſallo multa deinde ſuperuenire impedimenta vt finitis induciis adeſſe non poſſit & in captionem incidat. Cùm ergo faciat & offerat quicquid debet, plenam viciſſim ſecuritatem referre debet, & per hanc oblationem aliàs congruè vt §. ſ. 63. factam. Iam tutus eſt quoad ſe dummodò ſaltem inſtrumentum ſuæ oblationis capiat ne fortè confidat reſponſionibus illuſoriis quorundam officialium curiarum dominicalium vt ſæpè vidi ſimplices & fideles vaſallos in captiones incidiſſe. Poteſt inſuper vnus hæredum cogere patronum ad ſe inueſtiendum de parte ſua vel eo recuſante aut differente inueſtiri per iudicem ordinarium *per not.* ſ. 60. Et hæc procedunt non ſolum in linea directa vbi ſola fideliſtas debetur, ſed etiam B vbi debetur releuium. Quanquam enim dominus non teneatur eligere donec omnes obtulerint. 29. Tamen quilibet debitè offerens interim debet eſſe in tuto. nec ex hoc præiudicatur patrono, in vnitate feudi, nec inducitur vlla diuiſio feudi, licet vnus ex hæredibus recipiatur in fidem expreſſe pro parte, ſeu quota, aut rata ſua, imò per hoc magis fortificatur & conſeruatur vnitas feudi, quia eo ipſo quod vnus recipitur pro parte ſua feudi, oſtenditur quòd pars ſua non eſt feudum integrum, nec feudum per ſe, ſed pars veteris feudi: ergo non diuiditur feudum in ſe, ſed ſemper neceſſariò remanet vnum, & idem feudum. quia commemoratio partis feudi, neceſſariò præſupponit, & infert perſeuerantem vnitatem. vnius totalis feudi. non obſtat. *l. ſi creditores. C. de pact. l. liberum. C. de fideiuſſ.* vbi creditore petente vel recipiente ab vno ex correis inſolidum, ſine diuiſionis beneficio obligatis, partem ſuam ratam debiti, ſub expreſſa commemoratione partis virilis, inducitur diuiſio obligationis in viriles, inter omnes debitores ex tacito pacto, quod etiam abſentibus & ignorantibus prodeſt, ex diſpoſitione illarum legũ, vt ibi per omnes doct. quia ibi creditor non petiit, nec recepit totum quod ſibi debebatur ab eodem debitore (quum poſſet) vtpote quum inſolidum ſine diuiſione eſſet obligatus, ſed partem duntaxat virilem voluit petere: vel recipere ſub commemoratione virilis partis: & ſic præſumitur tacitum pactum diuiſionis feciſſe. At hic patronus recipiendo vnum ex clientibus in fidem pro parte ſua feudi, recipit totum & ſolidum quod ſibi ab eodem debetur, nempe ſolidum obſequium & integram fidelitatem, contemplatione tamen illius partis feudi, D quia plus non poſſet offerre, nec præſtare iſte cliens, nec patronus plus ab eo petere vel exigere. Et ſic nullus relinquitur locus diuiſioni præſumendæ. Tum quòd attinet ad titulum feudi, apparet de expreſſa voluntate, eius vnitatem conſeruandi. Et ſic d *l. ſi creditores*, & liberum, benè intellectæ nihil faciunt ad propoſitum, ad quod redeundo, vt omnes intelligant, apertiſſimè loquar. 30. Sicut * fundus conſtituitur ſolius patrisfam. deſtinatione à qua dependet, *l. quid in rerum* §. 1. *D. de leg.* 1. Ita feudum conſtituitur deſtinatione patroni & clientis ſimul, & non alterius eorum tantum, quia non dependet à voluntate vnius, ſed duorum, & à vero contractu vtroque citróque obligatorio. *l. Labeo.* §. *contractum. D. de ver. ſig.* Et ſicut fundus deſtinatione patrisfa. conſtitutus, eſt integrum aliquod, ita quod partes fundi, non coniunctim, ſed ſingulæ per ſe conſideratæ non ſunt fundus, ſed loca fundi, niſi de nouo acceſſerit voluntas patrisfa. vt fundo diuiſo ſingulæ partes ſint fundus per ſe. text. eſt in *l. locum. D. de verb. ſign.* ita feudum ſemel conſtitutum, per primam inueſti. ſeu infeudationem, eſt vnum quid integrum, & ſinguli fundi & portiones feudi, non ſunt feudum per ſe, ſed partes feudi, nec poteſt ſolus patronus ſine cliente, nec ſolus cliens ſine patrono, feudum multiplicare, ſeu de vno feudo facere plura, & ſingulas partes pro ſingulis feudis per ſe habendo, quia conſtitutio & titulus feudi non dependet, à voluntate & poteſtate vnius, ſed duorum vel plurium. & omnium dominorum dominantis & ſeruientis feudi ſimile in *l. per fundum. D. de ſer. ruſt. prædio. l. vult. D. communia prædio.* & ita debet declarari quod dicit And. Iſer. in *c. vnic. col. 1. quali. vaſal. iura. deb.* quòd poteſt rex, vel alius dominus qui conſtituit feuda ſicut vult, dare mihi feudum in pluribus terris & locis, ſiue diſtantibus, ſiue cohærentibus, quia deſtinatione voluntatis domini hoc fit, ſicut & fundi fiunt: hoc enim eſt intelligendum ratione principij diſpoſitionis quæ incipit à domino, qui poteſt conceſſioni ſuæ ab initio adhibere quem vult modum. *l. in traditionibus. D. de pact. l. legem C. eo.* Sed non reſpectu perfectionis & ſubſtantiæ diſpoſitionis, quæ non deducitur ad eſſe, niſi ſecuto conſenſu vaſalli: quo facto non licet alteruti quicquam immutare aut derogare. *l. ſicut. C. de adim. & oblig. l. perfecta. C. de dona. quæ ſub. modo. l. velles. C. de reuocand. dona.* Sed derogaretur titulo feudi & formæ conceſſionis rei, ſi de vno plura principalia per ſe & ſeparata feuda conſtituerentur. 31. Itaque non poſſunt ſiue vnus & idem vaſallus, ſiue plures ab initio inueſtiti, aut ex poſtfacto hæredes, vel emptores (non refert) eiuſdem feudi, inultiplicare feudum in plura feuda: quod eſt propriè diuidere ipſum feudum in ſe, ſeu titulum ipſum & formam feudi ſine conſenſu domini. Sed benè poſſunt feudum diuidere inter ſe in partes ſingulis aſſignandas, pro diuiſo non tamen tanquam feuda ſeparata, ſed tanquam partes feudi, & ſub denominatione, forma & titulo eiuſdem feudi, ſicut ab initio vnum conſtitutum fuit. Et iſtud propriè non eſt diuiſio feudi, ſed diſtributio partium feudi proportione & iure cuiuſlibet vaſallorum, ſiue ſint partes quotæ, ſiue partes integrales. Et hoc modo poteſt ſine conſenſu patroni feudum, ſiue conſtet in re corporali, ſiue in re incorporali diuidi, tam pro diuiſo, quàm pro indiuiſo, tam æqualiter, quam inæqualiter. An autem inde aliqua iura debeantur patrono? dicendum quod non, vt plenè *infra* §. 33. *queſt.* 22. Sic è diuerſo ſi ab initio vnus vaſallus, aut plures fuerint inueſtiti de pluribus fundis, tanquam diuerſis & ſeparatis per ſe feudis: non poterunt illos fundos vnire, nec confundere in vnum feudum, ſed ſemper debebunt poſſidere tanquam diuerſa, & ſeparata feuda, niſi in his omnibus tam vniendo, quàm ſeparando titulum feudi, domini conſenſus & auctoritas interuenerit. multum enim intereſt domini titulos, formam & denominationem rei antiquam conſeruari, vt iurium ſuorum probationes ſucceſſiua & continua conformitate titulorum conſeruentur in promptu & in expedito, quæ per contrarium obſcurarentur, & poſſent in totum interire. Et hac eadem ratione intereſt vaſallorum, & ſine illorum conſenſu non poteſt dominus vnionem aut diuiſionem titulorum feudi facere. Sed manente vno & eodem titulo feudi, poteſt pro parte aperiri, vel etiam in totum committi domino, pro parte non, puta vaſallo partem feudi à domino teneri denegante, vt dicetur infra §. 43. pro parte prehendi, pro parte à manu dominica relaxari, recognoſci, & inueſtitura tenuari, & pro parte non. E

31. Itaque concludo in terminis noſtri. §. & ſimilibus, patronum teneri vnum ex vaſallis eiuſdem feudi pro parte ſua in fidem admittere, & inueſtituram pro parte renouare, & injectam feudo manum dominicam pro parte leuare. non ergo poteſt repellere vnum ex vaſallis nec tenere diu in ſuſpenſo prætextu abſentiæ reliquorum, niſi de proximo veriſimiliter eſſent venturi, & vellet dominus eos ſimul obſequium facere, & ſimul à ſe inueſtiri, quia tunc deberet vaſallus modicùm expectare: & illud modicum æſtimandum puto ex breuitate temporis, & modicitate intereſſe: interim tamen patronus debet ſaltem acceptare oblationem præſentis vaſalli, hoc eſt habere oblationem ſuam pro rectè & debitè facta, nequid interim à

* Sicut fundus *deſtinatione* vnius patrisfa. ita feudum deſtinatione patroni clientiſque ſimul conſtituitur.

* Quomodò plures vaſalli eiuſdem feudi ipſum inter ſe *diuidere* poſſunt.

patrono vel ſuis officialibus, poſſit innouari in præiudicium diligentis & deuoti vaſalli, quanquam etiam omnino recuſante domino eſſet mero iure tutus, & fructus perceptos ſeu retentos poſt oblationem cum omni damno recuperaturus à domino à tempore debitæ, & iuſtæ oblationis. Et aduerte quòd hæc proceedunt in terminis noſtri. §. videlicet quando ſola fidelitas patrono abſque aliis pecuniariis iuribus debetur, vt in hæredibus directæ lineæ deſcendentis. Idem in ſimili caſu, puta in donatione facta vni ex liberis in anticipationem ſucceſſionis, vt j. §. 26. vel quando contingit mutatio ex parte patroni, vt j. §. 66. Quid autem quando releuamenta, ſeu alia iura feudalia debentur, vt in ſucceſſione collaterali? Reſpon. in effectu idem vt etiam dixi ſ. *eod. gloſſ. num.* 28. *in fi.* quilibet enim congruè offerens, ſtatim capere poteſt inſtrumentum ſecuritatis ſuæ. Sed dominus poteſt electione iurium ſuorum & inueſtituram differre, donec omnes venerint; & ſatis appareat quòd non facit animo captandi, quando offert omnes conſortes ſimul per procuratorem vel per vnum eorum inueſtire. Aduerte etiam quòd licet teneatur patronus vnum ex his vaſallis fideliratem offerentem pro parte ſua admittere, vel ſecurum facere, poteſt tamen compellere omnes hæredes, vel alios eiuſdem feudi vaſallos, ad ſimul conficiendum & tradendum, vnum inſtrumentum vnius agnitionis feudi, & denumeramenti prædiorum, iurium & pertinentiarum feudi, Gallici dicunt, *par vn ſeul aueu & denombrement.* quoniam non eſt niſi vnum feudum, & vnicus titulus feudi: quod ſi non præſtiterint vnum & idem denumeramentum, poterit iterum prehendere feudum, ſed non faciet fructus ſuos, & de hoc latiùs dicam j. §. 9.

31. Sexto. quia ſ. dixi idem feudum poſſe in partes poſſideri à convaſallis: Quæro * an ſeruitium & onus feudi inter eos diuidatur? R: duplex poteſt eſſe ſeruitium ſiue onus. Quæ non minuit redditum rei hoc patrimonium debentis. Quoddam minuens reddicum rei & patrimonium. Et iterum iſtud duplex, quoddam non præſtabile pro parte, & ſic indiuiduum: quoddam præſtabile pro parte, ſeu omni reſpectu diuiduum. Primum non diuiditur, ſed multiplicabitur; & ab vno quoque inſolidum debitum & ſoluendum eſt. Secundum non diuiditur nec multiplicabitur, ſed ab omnibus ſimul inſolidum debetur, nec pro parte ſolui poteſt, tamen vnica integra ſolutio pro omnibus vaſallis ſufficit. Tertium non multiplicabitur, ſed diuiditur pro rata portionis cuiuſque, & à quolibet pro ſua parte ſolui poteſt, dummodò ſolutionis difformitas non ſequatur. Declaro primum quod eſt recognitio domini cum fidelitatis ſponſione, ſiue ſacramento, quæ omnia vno verbo fidelitatis continentur: hæc enim nullum damnum inferunt, nec aliquem ſumptum pecuniarium: ſed in obſequio clientelari & grati animi benevolentia conſiſtunt, & ex iſtorum reiteratione ſeu multiplicatione non efficeretur patronus locupletior, nec cliens pauperior, & ſic ab vno quoque clientum eiuſdem feudi debent perſonaliter præſtari. *vt* ſ. *eo. q.* 3. nec poſſent de rigore committere vnum, qui vice omnium hoc faceret, quum ſint vaſalli tanquam ſinguli, & ſingulariter ad hoc obligati. Salua modificatione de qua ſ. *ea. gloſſ. q.* 3. Et frequentiori vſu conſuetudinum huius regni poteſt ſenior vel maiorem partem habens vice omnium hoc facere, & dominus tenetur admittere & vice omnium inueſtire. Et quando plures conuaſalli committunt vnum ex ſe non requiritur tam excepta excuſatio impedimenti ſecuti ſi committerent extraneum procuratorem de quo j. §. 67.

* Seruitia & onera feudi vtrùm inter plures vaſallos *diuidantur*, vel multiplicentur.

34. Non autem adduxi rationem illam vulg. quæ eſt in ore omnium, quòd * iuramentum fidelitatis eſt quid indiuiduum, vt tenent Andr. Iſer. & omnes in d. §. *omnes*, *ſi de feu. defunc. contin. fit.* Ang. in *l. loci*

* Iuramenti fidelitatis an & quo reſpectu ſit indiuiduum.

A *corpus.* §. *ſi fundus. D. ſi ſeruit. vend. & in l.* 2 §. *ex his. D. de verb. oblig.* Iacob. in inueſt. feu. in *ver qui quidem. inueſt. præſt. iura. fid. col.* 5. *ver. nunc quæro.* Tunc quia licet ſit indiuiduum in ſe, ſeu formaliter, & quo ad actum perſonæ, tamen reſpectu rei ſeu materiæ ſubiectæ eſt diuiduum, quia limitatur ad partem rei pro qua præſtatur, ita quòd parte illa alienata renouanda eſt fidelitas illius partis, & ſimiliter pro alia parte eiuſdem feudi acquiſita noua fidelitate & iuramento opus eſt per ea quæ ſ. § 1. *gloſſ. c. in prin.* & ſic non eſt vſquequaque indiuiduum. Tum quia hæc ratio ſolùm concluderet quemlibet vaſallum eſſe ad hoc obligatum inſolidum, ſed non concluderet ab vnoquoque inſolidũ præſtandum, vt dicetur in ſeq. membro. Ego autem dico,

B quemque eorum perſonaliter, æqualiter, & inſolidum, contemplatione tamen, ſeu ſub cõmemoratione partis ſuæ, ad hoc teneri ſiue poſſideant feudum ſiue pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo, ſiue æqualiter ſiue inęqualiter. eod. ipſo enim quòd quiſque hæredum tenet partem ſuam feudi, ſiue diuiſam, ſiue indiuiſam, ſiue maiorem, ſiue minimam, non refert, eſt vaſallus pro eo quod tenet. ergo quilibet æqualiter quantum ad ipſum obſequium fidelitatis eſt aſtrictus. & ita concludit And. Iter in d. §. *omnes col.* 1. *ver. ſed certe. quamuis Alua. ibi alleget eum in diuerſum.* 35. Ex quibus * friuola oſtenditur dubitatio Io. Blanch. Marſi. in ſum. feudo. in *tit. de facra. fideli.* §. *Item dubitari conſueuit. & doct.* in d. §. *omnes.*

* Diſſoluitur dubitatio doct. in §. *omnes ſi ad ſuc. deſunc. cont. ſi ind. do. &c.*

dum quando plures hæredes vaſalli poſſident feudum

C pro indiuiſo, dicunt eſſe magnam dubitationem, vtrùm omnes ſimul teneantur præſtare vnum iuramentum, an verò quilibet ipſorum? & addunt iſtud eſſe magnæ vtilitatis, quia ſi omnes ſimul ſeu collectiuè teneantur, erit ſolum (vt eorum verbis vtar) vnum ius vaſallitium. Si verò quilibet inſolidum ſingulariter ſeu diſtributiuè teneatur iurare fidelitatem, erunt plura iura vaſallitica. Quia dico primò, quòd illi qui iura diſcuſſerit, & vtiam legum radicem attenderit, nulla poteſt eſſe dubitatio. Tunc enim in iure plures conſiderantur collectiuè, quando faciunt collegium, vel aliud corpus repræſentant, & quando commodum ſpectat ad eos vt ad vniuerſos, non ad ſingulos. vt habetur in *l. quod maior. D. ad munici. in l. aliud.* §. *refertur. D. de reg. iur. in c. cum omnes de conſti.* Quando autem plures non faciunt collegium, & rei commodum,

D & incommodum ad eos ſpectat vt ſingulos, non ad vniuerſos, nunquam conſiderantur collectiuè, ſed diſtributiuè & ſingulariter quilibet per ſe. *l. per profundum, & ibi per Bar. D. de ſeruit. ruſt. præd.* hæreditas autem non pertinet ad plures hæredes, vt ad vniuerſos ſeu tanquam ad facientes vel repræſentantes vnum corpus, ſed vt ad ſingulos, vt notorium eſt, & quilibet ſingulariter per ſe, pro parte ſua hęreditaria, conſiderantur: & pro ea parte tantum dicitur repreſentare defunctum: in reliquis cenſetur extraneus text. & ibi. Bald. & alij in *l cum à matre. C. de rei vend. gloſ. ſi. verſ. ſed hoc poteſt dici. in l.* 2. *D. de prætor. ſtipu. Bart. in l.* 2. §. *item ſi in facto. D. de verb. oblig.*

36. Et hinc eſt quod * in his quæ ſunt indiuidua obligatione, lex voluit, quod obligatio deſcendat in

E hæredes inſolidum, non collectiuè, ſed ſingulariter, & diſtributiuè, ita quòd nedum obligatio deſcendit in eos inſolidum, ſed etiam multiplicatur in quolibet eorum æqualiter; ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter ſint hæredes: & mero iure hæres in minima parte æquè tenetur per ſe inſolidum, atque hæres in maxima parte. Ita nor. doct. in *l.* 2. §. *ex his, & præcipuè Iaſ. notab* 3. *num.* 4. *in fin.* Et miror quomodo aliqui iuris peritiam profeſſi, auſi ſint de hoc dubitare, vt Andr. Alciat. in *l.* 2. §. *ex his nu.* 29. *in fi.* dũ Iaſonem malè reprehendit. *de ver. oblig.* Et Vldar. Zaſ. in *l ſtipulat. nõ diui. nu.* 22. vbi ita tacitè ſentit, quum ſint textus aperti vbique hoc expreſsè dicentes. videlicet in d. §. *ex his.* Ibi, ſinguli inſolidum tenentur. ergo non omnes ſimul

* Vtiã in indiuiduis plures hæredes non tenentur collectiuè ſed diſtributiuè.

collectiuè insolidum, sed quilibet singulariter per se. & similis text. in *l. hæredes. §. an ea. D. famil. herciscun.* quin & reg. iur. l. ea quæ in partes diuidi non possunt solida à singulis hæredibus debentur. Ecce quod text. non dicunt omnes teneri, seu ab omnibus deberi: in quo posset super verbo vniuersali * *omnes*, dubitatio probabilis fieri, quum etiam in plurali aliquando stet collectiuè, vt in *l. non distinguemus. §. cum in plures. D. de arbi.* aliquando distributiuè, vt in *l. 2. D. de sta. ho.* Et cum articulum plenè explicaui cum resolutione plurimarum qq. *infra* §. 93 *glos. 1.* & latiùs in *tract. diui. & indiui. part. 2. nu. 317 cum seq. & nu. 427. & nu. 458. scribendo opinionem Sozini consil. 207. num. lib. 4. & Carol. ruin. de repetit. §. Cato. num. 78. num. 79. l. 4. de verb. oblig.* Sed vtuntur præfati text hoc verbo singuli, & à singulis; quod nullam dubitationem, nullam cauillationem admittere potest, quin necessariò distribuat, & in quolibet per se obligationem solidam multiplicari faciat. Secundò dico textum esse in indiuiduo aperum & ineuitabilem in d. § *omnes.* inducendo dupliciter, quoniam * virtus legum consistit in inductione & explicatione: *text. in l. non solum. §. qui primipilum. in ver. adaptans. vbi ad hoc not.* Bal. *D. de execu. tuto. Idem Bal. in l. petens. col. 8. insi. C. de pact. in l. athletas. § ait prætor. in fi. D. de his qui not. infa.* Ludo. Ro. in *sing. 651. ea sic bene.*

* Verbum omnes.

* Virtus legum in inductione consistit.

37. Primò in illis * verbis, maximè si indiuisum habent, vbi dictio *maxime* implicat casum quando possident pro diuiso. Et sic ille textus vult euidenter, quòd omnes filij vasalli debeant facere fidelitatem, quando possident pro diuiso. Et vltra idem vult multo fortiùs quando possident pro indiuiso, quoniam ea est propria virtus & natura huius * dictionis, *maximè*, quòd implicat casum magis dubitabilem, & explicat minùs dubitabilem: & sic facit in casu explicito illationem à fortiori: & tantum valet quantum *dictio multo magis. text. in l. qui se patris. C. unde lib. & ibi Fulg.* Lud. Ro. & pulchrè Decius in *not. 1. col. 3.* Idem dicens de dictione *etiam. text. in l. 1. C. de rescin. emp. & ven. in l. si quis pro uxore. in princip. D. de donat. inter vir. & uxor. in l. & si maximè D. de seruit. leg. in cap. cum contingat. extra. de for. compet. in cap. sponsam, de sponsa.* & idem de verbo præsertim, *glo.* Panor. in *cap. per tuas. in ver. præsertim. de simoni.* Sed omnes præfati doct. in *d. §. omnes. & in summis, & tract. feu.* fatentur, quòd quando plures hæredes possident idem feudum pro diuiso, absque dubio tenentur non collectiuè simul, sed singuli per se insolidum facere fidelitatis iuramentum, ergo necessariò habent confiteri, idem esse absque dubio, & multò magis quando possident pro indiuiso.

* Dictio maximè.

* Dictio respiciens plura determinabilia debet ea determinare vniformiter.

38. Secundò vniuersalis, *omnes* determinat verbum *filij*, cui adijcitur in illo textu distributiuè & non collectiuè, quando filij possident feudum pro diuiso, vt ex omnium sententia liquet. Ergo debet eodem modo idem verbum determinare quando filij possident pro indiuiso. Est enim vulgatum axioma iuris, quod * quoties vna determinatio respicit plura determinabilia, debet ea pariter & vniformiter determinare, & non difformiter, text. in *l. iam hoc iure. §. sed si aliter* vbi Ias. & omnes hoc not. & in *l. Titius D. de vulg. & pup. text. in l. in testamento.* & ibi Ias. in *not. 2.* & Decius *col. 4. in not. 3. C. de milit. test. l. quamuis. l. hæreditatem. C. de impub. & ali. subst.* Et quando duo verba, vel duæ dispositiones recipiunt vnam determinationem, intelliguntur eam vniformiter recipere. *text. est in l. fin. C. de sent. & interloc. omn. iudic. in l. si legatarius. §. fi. D. de leg. 3.* vbi hoc expressè not. Dyn. Petr. Alberic & Bartol. inferens ad decisionem huius quæst. quòd si vir reliquit vxori omni anno ex tali feudo decem corbes frumenti, & decem libras, ex quo de iure frumentum non debet solui initio anni, sed eo tempore quo recolligitur. *l. firmio. § pater. D. quando dies legat. cep.* Idem dicendum est in decem libris, vt debeant solui simul eodem tempore, vt vniformiter intelligatur. & hanc decisionem Bart. seq. Lud. Ro. in *l. qui hoc anno. D. de verb. oblig.* Igitur multo fortiùs quando non est nisi vnum determinabile, duos casus in eadem oratione & constructione verborum complectens (vt patet in *text. d. §. omnes filij*) debet eodem modo & vniformiter in vtroque determinari, igitur supina nimis fuit dubitatio doct. hactenùs feuda tractantium.

39. Quòd autem Aluar. & Card. Alexand. in d. §. *omnes* (quos sequuntur Iacob. in *insessit. seu. ver. qui qui. insessit. præsti. fide. versi. nunc quæro.* & Chassa. recitando, non examinando *in consuet. Burgun. ca. tit. §. 7. nu. 3.* & nouissimè Zasi. in *tract. feu. part. 7. versic. possunt tamen.*) concludunt, istos hæredes eligere posse vnum ex eisqui iuret fidelitatem nomine suo & aliorum, non * puto de iure verum, quia, vt dixi, huiusmodi fidelitas à singulis debetur, & personaliter est præstanda, non autem per procuratorem, etiam habentem speciale mandatum, inuito domino, nisi ex iusto & sufficienti impedimento. *vt j. §. 49.* quod etiam *de iure feudo. compilato per Obertum procedit.*

* Improbatur opinio doct. tenentium hæredes posse eligere vnum ex ipsis præstandæ fidelitatis ergo.

¶ Et sic concludo quòd de antiquo iure feudorum, & hac nostra consuetudine, non * est verum, posse fidelitatem fieri per alium, nisi in illis qui haberent feudum, non tanquam singuli, sed tanquam vnum corpus repræsentatum, puta collegium. quia tunc non singulariter, sed collegialiter hanc deberent, & non deberet præstari nisi vnicum iuramẽtum tempore renouationis per eos, vel vnum eorum, aut alium vice & nomine collegij, per not. in *l. in tantum. §. vniuersitatis. D. de rer. diuis. l. sed si hac. §. qui manumittitur. D. de in ius vocan. l. 2. l. sicut in princip. D. quod cuiusquam vniuer. not. l. sed senatus. D. de reb. dub. l. 1. §. si autẽ D. ad Treboll. l. 1. §. seruum municipum. D. de quæst.* Ioan. Rey. in *l. imperiale. §. præterea ducatus. de prob. feu. ali. per Feder. Iacob. in dicto versi. qui qui. insessit. præstit. iura. fide. col. 7. versic. sed cessat.* Item nisi quando filij, aut plures alij, conuasallo, siue pro diuiso, siue pro indiuiso sunt minores excepto vno, ille solus tam suo, quàm cõfortiũ nomine potest totius feudi fidelitatem offerre. Et debet admitti, nisi patronus malit inducias dare respectu minorum, *vt dicemus* j. §. 28. Limita secundum maiorem & frequentiorem partem consuetudinum huius regni, vt tetigi ẽ. *ea glo. num. 25. & num. 33. in fin.*

* Per alium fidelitas fieri non potest.

40. DECLARO * secundum, vt est certum & determinatum seruitium personale, puta esse in exercitu cum domino per tres menses, vt in regno Siciliæ, teste Andr. Iser. in dicto. §. *omnes.* vel aliud onus in facto consistens. Ea enim quæ in facto consistunt, regulariter sunt diuidua contractu, sed indiuidua obligatione, seu petitione, & solutione, & sic pro parte solui, seu præstari non possunt, imò à quolibet hæredum mero iure insolidum debentur. text. in *l. stipulationes non diuiduntur. & ibi Bart. in 6. oppos. D. de ver. oblig. in l. in executione. §. secunda. D. eo tradunt omnes script. in l. 2. §. 1. eo. tit.* Hoc autem vltimum de regula obligationis factæ scripsi anno sesquimillesimo trigesimo quinto sequendo communem errorem, quem postea confutaui in extricatione tertij labyrinthi diuiduorum & indiuiduorum part. Redeundo ad rem, patet istud secundum non diuidi: quod autem dixi non multiplicari, debet intelligi quod ad effectum, quia quum iuris subtilitate singuli hæredum insolidum teneantur, igitur obligatio quantum ad formam & petitionem multiplicatur, tamen non dicitur in effectu multiplicari, quia non debet nisi semel exigi, & sufficit omnes hæredes simul, vel vnum ex eis, tantum præstare, quantum eorum pater, vel prædecessor fuisset præstiturus; cum succedant loco vnius, *l. qui fundum. D. de condit. & demonstr.* & sufficere debet domino quod habet æquè idoneum. *l. iam tamen §. si plures. D. iudicat. sol. l. qui autem. §. 2. D. de constit. pecu.* Nec debet conditio domini melior aut deterior esse, siue vasallus re-

* Quæ onera quemqi hæredum insolidum obligant, sed non multiplicantur.

quirit vnum, siue maiores vel plures hæredes; sicut si habeant vnum siue plures tutores. Ita etiam in effectu tenet Alberic. Brun. in *tractat. de augmento. col. 46. in 11. conclus. principal.* Et hoc habet locum etiam in illis quæ sunt omni respectu indiuidua, videlicet contractu, obligatione seu petitione, & solutione, seu executione: vt sunt omnes seruitutes tam merè reales, quàm mistæ, excepto solo vsufructu, text. rotundus in *l. 1. §. si vsufructus. D. ad leg. falcid.* Bart. in d. *l. stipulationes non diuiduntur. quæst. 4. quod scripsi dicto anno* 1535. sequendo præiudicantem omnium vbique sententiam, quam tandem correxi in d. *tract. diuid. & indiuid. part.* Redeundo ad rem: Sufficit vnum solidum soluere, & habebit recursum contra alios iudicio familiæ herciſc. vel alia competenti actione, text. in d. *l. 2. §. ex his. versic. sed quo casu. l. hæred. §. an ea in fin. D. famil. herciſc.* & ita tenet Andr. Iser. in dicto. §. *omnes. col. 1. versic. sed certè.* & omnes script. nisi in illis indiuiduis quæ consistunt in obsequio & honore, siue sumptu & labore personali minuente patrimonium, vt dictum est de fidelitate, quæ est velut quasi seruitus indiuidua personalis, sed verius realis, vt probauimus ẽ §. 1. *gloss. 5. in prin.* Sed iuxta hæc quæro.

41. Quòd si patronus conueniat vnum ex hæredibus, aut vasallis, fortè minorem partem feudi habentem, & contra eum insolidum concludat, ad integrum seruitium, seu onus facti subeundum & præstandum, an saltem possit reus conuentus petere beneficium diuisionis, nominando cohæredes, aut conuasallos præsentes, & idoneos ad conuentionem & exactionem? videretur quòd sic, quia dato quòd plures sint obligati, singuli insolidum, & singuli mero iure pro solido exigibiles, tamen habent beneficium diuisionis, ex beneficio nouæ constitutionis in *auth. de duob. reis. in prin. & §. seq. col. 7. & auth. hoc. ita. C. de duob. reis.*

a Notab. limitatio ad beneficium diuisionis ex noua const. in authent. de duob. reis.

Contrarium respondeo, quia* non habet locum, nisi in obligationibus, simpliciter seu omni respectu diuiduis. patet per text. d. *nouellæ constitutionis de duob. reis*, vbi fit mentio quòd simpliciter obligati tenentur tantum in viriles, & non singuli insolidum nisi fit actum, & casu quo hoc sit actum expressè, vel etiam tacitè, secundum Bartol. & communem in d. *auth. hoc ita.* & Bartol. in *l. reos. 2. D. eod. tit.* tunc datur eis beneficium diuisionis inter præsentes & idoneos, & sic patet quòd illud nouum beneficium non fuit concessum, nisi in obligationibus per se diuiduis: Secus in obligationibus indiuiduis in quibus remanet ius antiquum D. & C. Tum quia non apparet immutatum, tum quia beneficium in istis non congruit, nec posset adaptari, quia præsupponit rem esse diuisibilem, ergo si sui naturâ sit indiuidua, cessat, & non habet locum, quia diuisio corrumperet subiectum. Et ita resoluit Bartol. in *l. in duobus. §. vbi duo col. 2. quæst. 2. insi. D. de duobus reis.* Ex quibus, & his quæ plenius dixi in *tractat. diuidui & indiuidui. part. 3. num. 66. num. 165. num. 167.* apparet frivolam esse dubitationem doct. in *l. 4. §. Cato. de verb. oblig.* super comparatione & conciliatione textus in *l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. D. commodat. & l. 2. §. si apud duos. D. depos.* præsertim Franciſ. Aret. in dicto. §. *Cato.* & Carol. Ruin. *nu. 47.* scilicet an commodatarij & depositarij habent beneficium diuisionis, vt tutores?

* Quomodo condemnato solidum consulatur, contra coobligatos. & de recursu & summatione cohæredũ.

42. Dico tamen quòd iste* reus insolidum solus conuentus poterit eiusdem iudicis authoritate, sine tamen aliqua processus retardatione, hoc est nulla dilatione propter hoc impetrata, summare cohæredes, aut conuasallos suos, & ad hoc commissionem iudicialem accipere, vt veniant ad se defendendum pro communi negotio, vel ad videndum litem agitari, & ad contribuendum, si opus sit, in onere communi. Et hoc proderit reo in hoc, quod vbi aliàs solum haberet via actionis per nouum processum, & nouam fortè prolixam instantiam, experiri contra cohæredes aut conuasallos, ad recuperandum quæ soluerit pro rata portionis eorum: nunc contra eos comparantes, & assistentes iudicio, vel etiam contumaces (si hoc vltimum stylus curiæ vbi lis agitatur habeat, vt est plurimum in hoc regno) obtinebit sententiam ex eodem processu, & in eadem instantia: & vt in simili solet rectè fieri, ex eadem sententia: in qua pro solido condemnabitur erga dominum, & vicissim sui cohæredes erga se ad exonerandum pro rata. Quemadmodum quotidie vsitatur, quando vnus solus ex insolidum obligatis conuenitur, siue principaliter, siue accessoriè, sed sine beneficio diuisionis, cui renunciauerunt tam nouæ constitutioni, vt principales correi, quàm epistolæ diui Adriani, vt fideiussores.

43. An autem hoc casu illi qui ad contributionem vel recursẽ vocantur, summanter possint vti priuilegio fori, aut alijs exceptionibus declinatorijs? dicam alibi j. vbi oportunum fuerit, quia pro nunc hoc esset nimis remotum à materiâ nostrâ.

Contra hanc vltimam decisionem de recursu absque retardatione, oppono d. *l. fideicommiss. §. penult. D. de legat.* vbi vni hæredum insolidum conuento ratione obligationis indiuiduæ danda est dilatio ad consortes vocandos, vt etiam dixi *in tract. diui. & indiui. part. 2. num. 465. & part. 3. in 6. modificatione. num. 90.* vbi dixi hoc esse verum, non solùm inter plures hæredes obligati, sed etiam inter plures hæredes testatoris qui sunt principales. Quia ab eis obligatio incipit, imò etiam inter plures principales ex contractu suo inter viuos ad indiuiduum obligatos, simpliciter non tanquam correos, & quòd isti hæredes ratione fundi in solidum obligati, non ob id dicuntur, nec sunt correi quibus denegaretur dilatio, vt dixi in tract. diuid. & indiuid. part. 3. in 5. modificatione, num. 89. quia fateor quòd illi. cohæredes non sunt correi ex formula personalis obligationis correorum debendi, de qua *D. & C. de duobus reis.* Sed tenetur personali actione in rem scripta, quæ magis realis est quàm personalis, quia reus renunciando rei eximitur in futurum ab omni obligatione personali. Itaque hæc obligatio quemlibet hæredum, & dedemptorum obligat insolidum absque beneficio recursus, vel dilationis respectu actoris, quamuis sine retardatione quoslibet vocare possit, vt plenius dicam infra *tit. 5. §. 70.* Vnde si isti hæredes non conuenirentur tanquam detentores, puta vnus hæredum duntaxat tanquam hæres & non tanquam possessor rei immobilis suppositæ, haberet locum dicta sexta modific. de qua dixi in d. *tract. diui. & indiui. part. 3. num. 90. per d. l. fideicommissa. §. pen.* Sed nos loquimur, quando vnus hæredum non simpliciter tanquam hæres, sed etiam tanquam possessor feudi totius vel partis, maioris vel minoris, non refert, conuenitur: quia tunc habent locum quæ de actionibus personalibus in rem scriptis ratione onerum realium, diximus. j. § 70.

44. ¶ Iterum iuxta hæc ad maiorem euidentiam quæro, quid si ab initio istud onus fuit impositum pluribus? vt in quæstione quam format. Dyn. in *l. si pluribus, 44. in princ. D. de leg. 2.* si duobus fratribus fundus fuerit concessus in feudum, vt præstent quaternum bouis & quatuor operas singulis annis: vel ponamus concessum castrum, vt præstent singulis annis subsidium quatuor equitum cataphractorum pro spatio trium mensium ad arbitrium domini: vtrum quilibet eorum teneatur ad quatuor operas, & vnum quaternum, vel ad quatuor cataphractos: ita quòd quilibet teneatur integrum præstare cum effectu? Accipe primam solutionem meam iuuenilem secundùm communem doctorum sententiam, videlicet quòd aut est dictum quòd omnes præstent, aut quòd singuli, seu quilibet eorum: aut concessio est, quantum ad hoc indefinita, seu aliàs dubia. Primo casu, quamuis semper teneantur singuli insolidum sine diuisione, ex natura obli-

gationis facti, tamen non tenentur omnes, niſi ad vnam integram præſtationem: & ſolutio integra vnius cæteros liberat, quia iſtud * ſignum vniuerſale *omnes* in plurali numero regulariter ſtat collectiuè & non diſtributiuè. text. eſt opt. gloſſ. 1. in dicta. *l. ſi pluribus. in princ. in ver. ſed omnes. Bart. in l. hoc articulo, coll. 1. nu. 3. D. de hær. inſt. in l. moſchis adfin. D. de iure fiſc.* 45. Secundo caſu tenentur ſinguli per ſe, ſeu ad tot integra facta, quot fuerint perſonæ à principio inueſtitæ: ſiue poſteà ſucceſſione, ceſſione, aut alias feudum deuenerit ad vnum, vel ad plures, quia * ſemper attenditur forma obligationis ab origine impreſſa, quam conſtat fuiſſe diſtributam, & cum effectu multiplicatam in ſingulos recipientes in feudum. quod etiam probatur in d. *l. ſi pluribus. in prin. in ver. quilibet. D. de leg. 2.* Tertio caſu idem quod in primo, quia oratio * indefinita æquipollet vniuerſali collectiuæ, & non diſtributiuæ, vt in eod. text. probatur ibi, hæres meus damnas. Idem ſi aliàs ſit dubium, quia in obligationibus accipitur, quod eſt minimum, vt eſt regula iuris. in *l. ſemper in obſcuris. cum concord. gl. Alber. & Dec. ibi*, & fit interpretatio contra eum, nempe dominum, qui legem dicere potuit apertiùs, & qui ſe fundat in verbis, *l. veteribus. D. de pact. l. Labeo ſcribit. D. de contrab. empt. & vend. l. ſtipulatio iſta habere. §. in ſtipulationibus. D. de ver. obl. c. in præſentia & ibi Dec. col. 17. de pro. & mandat. conſil* 41. *in prin.* ita in effectu ſentit. Dyn. & ſeq. Alber. Bar. in d. *l. ſi pluribus. in fi. prin.* 46. Amplio etiam ſi expreſsè eſſet concepta obligatio per nomina propria ſingulariter expreſſa, putà & dicti Titius, Seius, & Caius, inueſtiti tenebuntur talia præſtare, &c. vt eſt tabellionum ſtylus nomina repetere: quia adhuc non tenebuntur niſi ſimul, ſeu collectiuè: quia * licet expreſſio nominis proprij faciat orationem ſingularem, vt tradit Bart. in *l. ſi ita in prin. D. de leg. 2.* non diſtribuit eam omni reſpectu: nec facit vt ſinguli nominati ſolidum per ſe debeant, niſi expreſſe dicatur, vel niſi iſtud diſtributiuum ſinguli vel quilibet apponatur text. eſt in *l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſentent.* & ita etiam in dubium eſt accipiendum: 47. Hactenùs ante viginti quinque annos ſecùndum communem doctrinam quam tunc non poteram, nec auſus fuiſſem conuellere, ſcripſi: nunc autem poſtquà longâ experientiâ & aſſiduis ſtudijs edoctus, nouam & veram doctrinam diuiduorum & indiuiduorum obligationum, diſpunctis omnium ad vſque gloſſ. & doct. erroribus detexi in ſecundo iuris extricato labyrintho, nuper in lucem edito, vera ſolutio ad thema de quo ſ. *nu.* 44. Eſt quod circa quaternum bouis multum refert an intelligatur de quadriga boum ſemel, ſeu tunc danda & ſoluenda, an verò de præſtandis operis quatuor boum, an verò de præſtandis operis vnius quadrigæ quatuor boum, hæc tria multũ differunt. Præterea priuſquà iſtud & duo reliqua exempla diſcutiam, diſtinguẽdum eſt inter viam actionis ſeu petitionis perſonalis & inter perſecutionem realem, puta per manus iniectionem incumbendo pignori proprio, non ſimplici, ſed, vt preſſiùs loquar, prætogato. Quantum autem ad perſecutionẽ perſonalem, ſi agatur de quadriga boum, equorum vel mularum ſemel ſoluenda: idem in propoſito dicendum, quod de obligatione hominis vel bouis in genere, vt ſit obligatione diuidua, ſed ſolutione tantùm indiuidua *vt l. 2. §. & horum. in fi. l. in executione. §. pro parte. D. de verb. obli. l. ſi ſtipulatus. §. qui decem. l. hominem. §. ſi duo. in fi. D. de ſolut.* in qua non refert, ſiue vnius, ſiue plures ſint hæredes vel vnius debitoris plures hæredes, d. §. *ſi duo*, non enim in hac hypotheſi intelligitur de certa certorum animalium quadriga, ſed de quadriga in genere. Et ſic creditor ab altero principalium debitorum vel hæredum, non tenetur recipere partem eum contingentem. Et ſi receperit, non tamen ſequitur aliqua liberatio, nec in parte quidem ſoluta per dicta iura. vt dixi in tract. *diui. & indiuid. part. 2 nu. 244.*

48. Et aduerte circa iſtud verbum * *quilibet*. Eſt enim ſignum particulare, non autem vniuerſale, nec facit terminum cõmunem, cui adijcitur; ſtare pro omnibus ſuis inferioribus ſimul, prout eſt naturà vniuerſalis: ſed ſolum pro aliquo ex illis, prout eſt naturà particularis: & ſignificat vnum cum optione ad cætera. Et ita vſi ſunt, & vtuntur omnes Latinæ linguæ probati authores, & periti, quos hìc citare non libet. Ita etiam & noſtri iuriſconſulti, vt patet. *D. de adopt. l. ſi paterfami. §. 1. & l. ſi pluribus. in princip. de legat. 2. Ibi non qualiter, ſed omnes, in l. non diſtinguimus. §. cum in plures. D. de recept. arbitr. ibi vt ſi qualiter, vel vnus, id eſt, ſi quinis ex illis vel vnus certus, & ibi, & ſi ea conditione, vt omnes.* Ergo dictio *quilibet* non eſt collectiua, ſed tantum diſtributiua de vno incerto. *ff. de acquirer. vel amit poſſeſſ. in l. poſſideri. in princip. ibi. ſed ſufficit quamlibet partem, id eſt, quamuis, ſiue vnam quam voles. & ff. de condit. Inſtit. l. ſi heredi plures. in hoc vltim. verbo cuilibet, id eſt vni de pluribus conditionibus cui voles.* Eodem modo. Iuſtin. in §. *ſi plures. Inſtit. de hær. inſtit. in l. fœminæ. C. de ſecun. nupt.* Ex quibus patet hanc eſſe veram, propriam, & Latinam & legalem ſignificationem huius verbi: quam latinitatis inſcitiâ corruperunt dialecticæ tractatores, & eos ſecuti theologi ſcholaſtici, eorúmque (malum) magis quàm veterum Iuriſconſultorum imitatores iuris noſtri profeſſores: dum latinitatis imperitiâ vſurpant hoc verbum *quilibet*, pro hoc verbo *omnis*.

49. Quin * vſque adeo vel ad ſacrilegium inualuit error, vt Accurſ. auſus ſit vim inferre literæ legis, & eius textum diuidere in d. *l. ſi heredi plures. in dicto vltimo verbo cuilibet*: quod Accurſ. (quem cæteri, etiam noſtra exemplaria, ſecuti ſunt) legit per duo vocabula, ſcilicet per nomen *cui*, & per verbum *libet*, cum tamen vera litera, & lectura ſit per hoc vnicum nomen, cuilibet: hęc tantominùs ſolui, quantò nullus profeſſorum iuris aduſque animaduertit. ¶ Cauſa autem (vt vel hoc obiter adijciam) erroris fuit, neglecta, & malè perſpecta energia huius vocis, quæ cùm genuinâ ſui naturâ ſit particularis, vt dictum eſt, habet tamen ſemper vim quandam diſtributiuam, idque non vna, ſed varia & difformi ratione.

50. Quandoque enim diſtribuit, non ſingula ſubiecta termini communis cui adijcitur, ſed eorum electionem & optionem, ita quòd non comprehendit ſingula, ſed electionem in ſingulis. Et hæc eſt regularis acceptio, & crebrior vis & proprietas huius verbi, vt patet in orationibus enunciatiuis & latinis, maximè de futuro aut præterito. Quandoque verò diſtribuit ſingula ipſa ſubiecta, vt frequenter accidit in orationibus diſpoſitiuis de præſenti, vt patet in *l. omnes. in princ. Cod. de præſcrip.* 30. *vel* 40. *annor.* vbi vox *quibuſlibet* idem pollet, quod quibuſcunque: quo vltimo caſu, videlicet cùm diſtribuit ſingula ipſa ſubiecta, affinis eſt vniuerſali, in hoc quòd in ſingulis debet verificari: & ſi deficiat in vno, falſa eſt oratio, ſicut & vniuerſali accidit: *l. ſi is qui ducenta. §. verum. ff. de reb. dubijs.* hinc dialectici vocem hanc vniuerſalem putauerunt & ab his ad alios error dimanauit: non tamen etiam hoc vltimo caſu vniuerſalis eſt verè & propriè, ſed particularis, compendio ſermonis multiplicata, & velut repetita in ſingulis; vtriuſque acceptionis habes pulchrum exemplum in *l. fœminæ. C. de ſecun. nupt.* Ex hac varietate diſtributionis ſcitè perſpectâ, quàm plurimæ quæſtiones ſubtiliter & nouè decidi poſſunt & plures congeſſi in miſcellaneis meis. ſed quia propoſitum nimis excederem, neceſſe eſt eas, & dictæ acceptionis rationem & diſtinctionem alibi reſeruare. Regreſſus igitur, vnde eſferri cœperam:

51. Aduerte circa iſtud ſecundum membrum, de quo ſ. *ea gloſſ. nu. 33. & nu. 40.* quòd ſi feudum non aperiatur, niſi pro parte, quod frequenter poteſt contingere; *vt diximus. ſ. ea gl. quæſt. 5.* tunc huiuſmodi iura vtilia, quãtumcunque etiam omni reſpectu indiuidua, non cedunt nec debentur, niſi pro rata, ſeu parte feudi aperti, &

* Vniuerſalis *omnes* in plurali ſtat collectiuè, non diſtributiuè.

* Forma obligationis ab origine impreſſa ſemper inſpicitur.

* Indefinita æquipollet vniuerſali collectiuæ, non diſtributiuæ.

* Expreſſio nominis proprij facit orationem ſingularem, ſed non quoad omnia diſtributiua eius.

* Ratio literæ *l. ſi heredi plures. ff. de cond. inſtit.*

* Ratio verbi *quilibet*.

tunc deueniendum erit ad æſtimationem, vt in ſimili dicit Iuriſcon. quando teſtamentum pro parte rumpitur. in *l. cum filius. in princ. ff. de leg.* 2. & per ea quæ prius dixi *in tract. diui. & indiui. part.*

52. Declaro tertium, vt ſi ex lege inueſtituræ, aut aliàs, quinto quoque anno teneantur dare vnum vel plures equos, aut libras centum, vel aliam certam ſummam in qualibet mutatione, ſeu apertura feudi, ſiue ex parte domini, ſiue ex parte vaſalli contingente: ea enim * quæ conſiſtunt in dando, regulariter ſunt omni reſpectu diuidua, quod eſt expeditum in obligatione certi indiuidui, vel quantitatis. *l. in executione. §. prima ſpecies. iuncta glo. in verſ. pecuniæ certæ. ff. de verb. oblig.* Sed obligatio alternatiua, vel generis non recipientis functionem, licet ſit diuidua contractu, & obligatione, ſeu petitione, eſt tamen indiuidua, quo ad ſolutionem: quia pars equi in genere debiti, vel pars vnius ex rebus alternatiuæ debitis, ſoluta non parit liberationem in illa parte, ne ſequatur inconueniens, quòd creditori inuito fiat ſolutio in diuerſis rebus. Sed ſolutio & liberatio eſt in pendenti, ſeu potius pars ſoluta, vt dixi in *tract. diuid. & indiuid. part.* 1. *nu.* donec reliquæ partes in eadem reſoluantur, & tunc ſequatur liberatio: vel alia res integra præſtetur, & tunc pars quæ ſoluta fuit, tanquam indebita repetatur, per conditionem indebiti. *l.* 2. §. *& horum. ff. de verb. oblig. l. ſi non ſortem. §. ſi decem. ff. de cond. indeb.* Et ſic patet quòd quantum ad debitum certæ ſummæ, quiſque hæredum vaſalli tenetur ſolùm pro parte hæreditaria, ſi feudum proportionibus hæreditarijs deferatur, vt in linea collaterali: Si autem inæqualiter, vt in directa exiſtente maſculo, tenebuntur ſolum pro parte quam habent in feudo, quia eſt onus vaſalli habentis feudum, per text. in d. §. *prima ſpecies.* Si autem debeantur equi, debent omnes conuenire, vt patrono ſoluant eoſdem equos, quorum pretiũ partes inter ſe partientur pro rata, ſiue quota cuiuſque partis feudi. Itidem in ſimilibus. Et ſic quando apud nos debentur releuamenta, patet quòd ſiue dominus eligat fructus anni, ſiue arbitramentum proborum, ſuppoſito tamen quòd illud arbitramentum non ſit, niſi de re diuidua; an autem illi probi viri poſſint arbitrari ſoluendos tot equos, vel perſonale factum præſtandum, & præcisè obligare (explicabo ĩ. §. 33.) ſiue eligat certam ſummam, ſemper iſtud onus quemlibet vaſallorum pro portione ſua feudi tantùm, afficit, tam in obligatione, quàm in ſolutionis effectu.* 53. Tunc enim non poteſt contingere varietas, aut ſuſpenſio propter alternationem releuamentorum, quum eorum electio eſt patroni, qui non poterit reſpectu vnius hæredum eligere vnum, & reſpectu alterius aliud, in eorum præiudicium & illis inuitis: ſed tenebitur tantum alterum de tribus eligere, vt dicemus. ĩ. §. 33. Et hoc quando eſt vna tantum apertio feudi, ſecus ſi eſſent diuerſæ, ſiue totius feudi, ſiue diuerſarũ partium feudi, ſeparatim apertarum; quod poteſt contingere, vt ĩ. *ea. glo. quæſt.* 4. *ad fin.* quia pro qualibet apertura habet vnum diuerſum ius, & diuerſam electionem.

54. Limita quæ dixi circa iſtud tertium membrum, vt procedant reſpectu actionis & obligationis perſonalis de iure communi: ſed non reſpectu * hypothecæ, quæ quamlibet partem rei inſolidum afficit, *l. quandiu. C. de diſtract. pignor. l.* 1. *& 2. C. de luitio. pig. l. hæredes. §. idem obſeruatur. ff. fam. hercis. l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. l. ſolutum. §. ſi creditori. D. de pign. actio.* nec etiam reſpectu obligationis * datiuæ à conſuetudine inſolidum, contra quemlibet proprietarium & detentorem ſiue totius, ſiue alicuius partis rei hypothecatæ, vt ĩ. §. 70. Quid igitur, quando vltra fidelitatem iura quædam vtilia, etiam omni reſpectu diuidua debentur: An ſufficiat, & tutum ſit vni ex nouis vaſallis vel hæredibus, partem ſuam quotam horum iurium tantùm offerre, ad impediendam vel amoliendam manum dominicam reſpectu ſui, & portionis quam habet in feudo? dicam infra. §. 45. vbi eſt propria ſedes.

55. SEPTIMO pro complemento huius gloſſ. quæro, an hic text. habeat locum, quando pater aut auus, vel quiuis eius prædeceſſor præſtiterat, & iurauerat fidelitatem * pro ſe & ſucceſſoribus ſuis: an nihilominus ſucceſſor & nouus vaſallus, teneatur ad ſacramentum fidelitatis, ſiue ad fidem & homagium? Bal. in *l. vnica. §. excepto. circa medium. C. de cadu. toll.* quem ſeq. Iaſ. in *conſil.* 159. *col.* 3. *verſic. quod autem lib.* 2. tenent quòd non, ſed malè, cùm iuramentum ex parte iurantis ſit perſonale. *c. veritatis de iureiur.* tum licet ipſum iuramentum poſſit remitti. *c. vno. in fi. per quos fiat inueſtit. in vſib. feud.* tamen ipſa fidelitas remitti non poteſt. Franciſc. Curt. *in primo part. feud. quæſt. vlt.* & ideo nouus vaſallus indiſtinctè tenetur de nouo feudum recognoſcere, fidelitatem exhibere, & etiam iurare, ſi iuramentũ non ſit remiſſum. Et quòd ſucceſſor vaſalli non releuetur ex præfato iuramento vel fidelitate prædeceſſoris, tenet idem Bal. in *cap. quæ in eccleſiarum. col. penult. verſic. ſed numquid de conſtit.* & omnes canon. in d. *c. veritatis.* Aluar. in *cap* 1. *in prin. nu.* 7. *quæ fuit prima cauſa beneficij amit.* Iac. de S. Geor. *in ſua inueſtit. ſeu. ver. qui quidè inueſt. præſtit. iur. fid. col.* 9. *ver. amplius dico.* Sed quid ſi è cõuerſo vaſallus iurauit & fidelitatem præſtitit domino, pro ipſo domino & eius ſucceſſoribus, an idem vaſallus teneatur nouo domino iterum iurare, & fidelitatem & homagium præſtare? licet hæc quæſt. melius quadraret, ĩ. §. 48. tamen ne materia diuidatur, hîc explicabitur: & videtur quòd non, per text. in d. *cap. veritatis. de iureiur.* & ita expreſſe decidit Specul. in *tit. de feud.* §. *quoniam. verſic. hoc etiam no. nu.* 68. *Alexan. conſil.* 79 *circa primum. de quo col. vlt. nu.* 11. *lib.* 1. hinc dicunt Bal. Iacob. de Bell. Aluar. Cardin. Alexan. & omnes in cap. 1. *in prin. quæ ſit prima cauſa beneficij amit.* quòd pœna illius cap. non habet locum in vaſallo qui iurauit domino recipienti * pro ſe & ſucceſſoribus ſuis.

56. Tamen idem vaſallus tenetur ſaltem inueſtituram renouare à nouo domino, & ſe vaſallum recognoſcere, vt expreſſe tenent Bal. & Henric. Bolic. in dicto *cap. veritatis.* ſed hoc in effectu nihil aliud eſt quàm fidem & homagium facere. Si tamen nouus dominus exigat expreſſum fidelitatis iuramentum ab antiquo vaſallo, puto quòd tenetur iterum illi iurare, quantumcumque ſemel iurauerit vltimo prædeceſſori domini, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis recipienti. Et hoc per noſtram conſuetudinem, ĩ. *artic.* 65. 66. vt etiam tetigi in annot. marginal. *ad text. diſt. cap. veritatis.* Et quamuis conſuetudo in *dicto.* §. 65. 66. expreſſim non loquatur de ipſa iuramento, tamen tacitè ex natura actus ineſt. Tum ex hoc non magis grauatur, nec magis aſtringitur vaſallus quàm priùs. Et ſic concludo, quòd iſta iura obſequialia & honorifica, videlicet agnitio fidei & ſacramentum, indiſtinctè debentur, & renouari debent à quolibet inſolidum, in qualibet mutatione feudi, ſiue ex parte domini, ſiue ex parte vaſalli procedente. Et ex defectu iſtorum iurium, poterit feudum prehendi, cum amiſſione fructuum, vt in §. præcedenti etiam contra antiquum vaſallum, qui prædeceſſori domini præſtiterat fidelitatem & iuramentum conceptum in rem, videlicet domino & ſucceſſoribus.

57. SED iuxta hæc occurrit alia & octaua quæſt. Quid è conuerſo ſi patronus deceſſerit relictis pluribus filijs vel alijs hæredibus, vtrum vaſallus teneatur ſingulis eorum præſtare ſacramentum fidelitatis? Hæc queſt. multùm fuit agitata à doctoribus, quare primùm ſolam deciſionem ponere volui, remiſſione facta ad loca ordinaria. ſed animaduerti fundamenta & puncta huius deciſionis neceſſaria eſſe ad plurium aliarum queſt. huius materiæ elucidationem & ſolutionem: quę cauſa fuit vt pleniùs, paucioribus tamen verbis quàm poſſem, hanc queſtionem reaſſumerem. Et primò videtur ſingulis hęredibus præſtandum eſſe iuramentum fidelitatis, quia ſinguli ſunt patroni, &

* Obligatio dandi omnia reſpectu diuidua.

* Iuramentũ fidelitatis nõ poteſt præſtari pro ſucceſſore iurante.

* Nec etiam pro ſucceſſore eius cui iuramus.

* Patronus tenetur eligere alteram de tribus releuamentis, nec poteſt variando eligere partem de vno, partẽ de alio, etiam reſpectu pluriam ſucceſſorum vaſalli.

* Hypotheca afficit rem & quamlibet eius partem inſolidum.

* Obligatio datiua à conſuet.

singulis competit ius patronatus. Non tamen dico quicquid alij dicant quòd competat eis istud ius patronatus cuilibet insolidum* tanquam sit indiuisibile: quia teneo quod est diuisibile, sicut feudum ipsum dominans est diuisibile & diuiditur: ideo non competit ius patronatus, nisi cuique proportione sua, quam habet in feudo dominanti, illud tamen cum And. Iser. & omnibus feudistis. in *c.* §. *omnes. si de feu. defun. cont. sit. in vsib feu.* fateor iuramentum fidelitatis in se esse indiuiduum, secundum tamen quod nuper dixi 5. *ea. glo. q.* 6. *nu.* 32. & eodem modo, quo dixi deberi insolidum cuilibet hæredum patroni: sicut debetur insolidum à quolibet hæredum vnius vasalli: *vt probatum est in d. q.* 6. hæc est enim maxima & vniuersalis in indiuiduis, quòd solida à singulis hæredibus debentur, *l. ea quæ D. de reg. iur.* Et è conuerso insolidum cuilibet hæredum debentur. *l. hæredes.* §. *an ea. D. famil. herc. l.* 2. §. *ex his. D. de verb. obli. cum similibus.* ad hoc optimè facit text. in *l. stipulatio.* §. *quæsitum. D. de oper. no. nunc.* quòd si pluribus nuncietur nouum opus, singuli cauere debent de demoliendo & restituendo, & sufficit vnica cautio, si in vnam conueniant, & si plures nunciauerint, (quamuis si consentiant quòd vni ex eis nomine omnium caueatur, sufficiat) tamen illis nolentibus non sufficit, sed omnibus vna tamen cautione cauendum est. Igitur si plures patroni eiusdem feudi consentiant vni ex eis vice omnium præstari iuramentum fidelitatis, sufficit, de quo non est dubium. Sed si non consentiant, videtur necesse quod omnibus præstetur iuramentum. & ita tenet glos. in *l. vsufructus legatus. in princ. in ver. oportet. D. de vsufruct.* Bal. in *l.* 1. *q.* 22. *D. de rer. diuis.* Ang. in *l. loci corpus.* §. *si fundus.* D. *si seruit. vendi. & in l.* 2. §. *ex his. & ibi*, Ludou. Rom. *co.* 3. D. *de verb. oblig.* Ioan. de Imol. in *l.* 4. *in fi. prin. eod. tit.* Et fuit opinio Pylei, quem in effectu sequuntur Iacob. Aluar. in *cap.* 1. §. *omnes. not.* 4. *si de feud. defunct. cont. fuer. inter domin. & agnat.* Dyn. Ray. Batt. in *l. cum vnus. in princip. D. de aliment. & cibar. legat.* & per illum text. Aluar. in *ca.* 1 §. *præterea ducatus. in* 1. *oppositione. de prohib. feud. alien. per Feder.* Iaso. in *l. de pupillo.* §. *si plurium col.* 3. *&* 4. *D. de oper. no. nunc. Chassa. in consuet. Burg. eo. tit.* §. 1. *gl.* 2. 58. In contrarium quia ex personis hæredum patroni non debet durior effici cõditio vasalli, seu obligatio feudalis. *l.* 2. §. *ex his.* D. *de ver. obl. l.* 2. §. *incertum. D. de prætor. stipula. l. damni.* 1. §. *si in qui vicinas.* D. *de dam. inf. l. cui fundus. in fin.* D. *de cond. & demonst.* Vnde vasallus qui ex lege feudi non tenetur, nisi ad vnam fidelitatem & homagium, non debet astringi ad plura homagia, ex eo quòd patronus decesserit relictis pluribus hæredib. facit *l. ne in plures.* D. *de exercito action. l. quod si nolit.* §. *si plures.* D. *de ædil. edict. l. iam tamen. in fi. D. iudic. solui.* & est text. in *l. imperialem.* §. *præterea ducatus, ibi. Ita tamen vt vasallus pro vno feudo plures dominos habere non compellatur: de prohib. feud. alien. per Feder. in vsib feu.* Et ita tenet gl. in dicto §. *omnes. si de feud. defunct. controuer. sit inter domin. & agnat.* & And. Iser. Iacob. de Bel. Bal. ibi, Hostien. in *sum. tit. de feu.* §. *fin.* Spec. in *tit. de feud.* §. 1 *quæst.* 29. & ibi Ioan. And. Ioan Fab. *cap. quædam. col.* 4. *Instit. de action.* Alberic. in *l. cum vnus. in fin. princip. de alimen. & cibar. legat. in l. de pupillo.* §. *si plurium. in l. stipulatio.* §. *quæsitum. D. de oper. noui. nunc. in l.* 2. §. *ex his. D. de verb. oblig.* Guid. Pap. in *con.* 207. *dominus Ioan. Coras. in l. via in fin. D. de seruitut.* & tenet. glos. in dict. §. *præterea ducatus.* quod est electio vasalli, cui ex hæredibus patroni fidelitatem præstet. quod est verum secundum Iacob. Belu. ibi *&* Io. Andr. in dict. *addit. speculi.* nisi hæredes de vno ex eis consentiant, quod etiam sequitur Francisc. Aretin. in dict. §. *ex his. D. de verb. oblig.* nisi vnus si antiquior, quia illi in dubio debet fidelitas exhiberi, quod vult Felyn. in *cap.* 1. *de maioris. & obedien.* Nicol. Boer. in consuet. *Burg. de consuet. feud.* §. 10. *fac.* quod Andr. Iser. in *cap.* 1 §. 1. §. *ex eadem lege, de l. Corn. in vsib. feud.* tenet patronum non posse partem feudi dominantis vendere, partem retinere, & quod vasallus non tenebitur seruire emptori, & quòd non potest facere patronus, vt qui erat vasallus vnius, sit vasallus plurium. Iacob. autem *in tractat. feu. in ver. qui quidem inuestit. præstit. iura fide. colum.* 7. *vers. quid autem è contra.* distinguit an feudum inceperit ab vno patrono & concedente, an à pluribus? sed non placet, ex quo concessio est facta ad vnum titulum vnius feudi, & sic vnius fidei & homagij.

59. Pro* resolutione dico, quòd licet patronus non possit vllo modo diuidere, siue separare patronatum & clientelam, vt plenè diximus, 5. §. 1. *gloss.* 3. *quæst.* 3. Tamen potest diuidere feudum suum dominans, simul cum vniuersitate & pertinentijs suis, nedum ex necessario euentu, vt quando reliquit plures hæredes, sed etiam ex facto merè voluntario, puta totum locum dominantem cedendo pluribus, aut vendendo vel donando partem vni vel pluribus, aut vnum vel plures associando: ita quòd loco vnius incipiant esse plures patroni, vt tradit Panor. in *cap. auditis. col.* 8. *de præscript.* pulchrè Alexand. in *cons.* 25. *attentis narratis. col. fi. lib.* 5. Iaso. in *l. si non fortem.* §. *libertus col.* 9. *D. de condict. indeb.* Sed nullo modo præiudicabitur vasallo, nec fit deterior eius conditio: tenebitur enim ad vnam fidem & homagium vt priùs, sed non tenebitur pluries & pluribus separatim id præstare, quocunque modo contigerit esse plures patronos Sed vel omnibus patronis, si simul conueniant, semel & vnico actu, iurabit fidelitatem, vel vni ex eis vice & nomine omnium recipienti. Et ita obseruamus. Et reperio quòd hæc fuit opinio Mart. Lauden. in dict. §. *omnes* & Vdalr. Zasi. in *epicom. feu. in* 7. *parte*, *vbi dicit ita apud Germanos obseruari. Idem Iaf. in l.* 2. *si in facto, in fin. de verb. oblig.* Et sic in effectu secunda opinio coniungitur cum prima.

60. Ex quibus infero, quòd si nouus vasallus adierit primogenitum filiorum patroni, & ei fidelitatem præstiterit, nomine suo, & fratrum recipienti, totus est vasallus ab omnibus & tenentur reliqui filij vel patroni habere gratum, & ampliùs non possunt pro portionibus, quas habent in feudo dominanti prehendere, ex defectu hominis vel iurium, quia nullus est defectus, ex quo vasallus fecit quod debuit, imò si fidelitatem solidam præstiterit soli primogenito simpliciter nomine suo recipienti in fidem totius feudi, satis est, quia etiam aliorum non interest, & æquè ius eorum conseruatur, ac si nomine communi recepisset. Plus dicam, quòd si sint plures hæredes æqualiter, puta in linea collaterali, & vasallus ab vno tantùm inuestitus fuit, cui solidam fidelitatem fecerit, hoc sufficit, quia non tenetur plures dominos adire, nec pluries iurare. Tum eo ipso, quòd sub commemoratione totius & vnici feudi dominantis est facta obligatio, & receptio fidei, videtur oblata & recepta pro omnibus, & nomine omnium dominorum feudi dominantis, & æquè eorum iura conseruantur, ac si omnibus esset iuratum, & omnibus astrictus est vasallus iuramento fidelitatis. Et iura vtilia quæ inuestitor recepit, tenetur alijs pro rata communicare, iudicio familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo. *l. hæredes ff. famil. herciscund.* cum similibus. Et hæc intellige, quandiu plures patroni in communi, & pro indiuiso possident, quod etiam in simili haberur de consuet. Dunensi. *eo. tit.* §. 24. *Reliqua. vide.* j. §. 63.

* Ius patronatus est diuisibile sicut ipsum feudū dominans.

* Solutio 1. quæst.

* Vasallus ta fidem admissus à primogenito, totus est ab omnibus reliquis patronus.

GLO. V. IN VER.

Ont fait ou payé.

* Iura vtilia releuia, & quinta pretij.

ISTA verba intelliguntur de* iuribus vtilibus feudi, puta releuijs, vel quinto pretij: quia si qua debita fuerint à parentibus, & non soluta, proculdubio tenentur liberi soluere. Et istud tacitè intelligeretur, etiam si non esset hîc exceptum: quia immunitas successionis directè nihil infert ad iura, quæ ex successione collaterali vel particulari acquisitione prædecessoris debentur.

¶ Amplia etiam, si liberi non sint hæredes, sed ex substitutione testamentaria, vel contractuali, aut alias feudum capiant: quia non tenetur patronus eos in fidem admittere, nisi etiam soluant iura à tempore vltimæ inuestiturę debita, alioquin feudo fruetur, vt ſ. §. 1.

¶ Fallit primo, si illa iura spatio triginta annorum præscripta sint vt j. §. 7. Fallit secundò, si parentes fuerint inuestiti iuribus non solutis, sed habita fide, vel dilatione soluendi data, quia quamuis adhuc sint debita, tamen non remorantur inuestituram filij vel nepotis, nec feudi mancipationem, sed solum superest patrono via actionis pro dictis iuribus, vt dictum est ſ. §. 1. *gloss. fin. qu.* 4. Verùm si qua honorifica iura non fuerint exhibita, per patrem, auum, & cæteros antecessores clientis, non tamen tenebitur pluries hæc clientelaria obsequia præstare, vel offerre, seu vice & nomine maiorum suorum, qui illa nunquam fecerunt, fidelitatem facere: sed solùm semel pro se, & nomine suo, quoniam fides & homagium est quid personale, tam pro parte patroni, quam clientis: & alterutrius persona mutata interrumpitur, & feudum aperitur, vt patet in *quæstione fin. gloss. præcedentis*, nec potest in se solui successoribus, quum sit factum & obsequium personalissimum, *l. si non sortem. §. libertus, D. de cond. indeb.* nec recipit interesse, æstimationem, aut aliam commutationem, vt sentit. Bald. in *cap. quæ in ecclesiarum, col. pen. vers. sed nunquid, de constit.*

Fidelitas personalis est & inæstimabilis.

SVMMARIVM GLO. VI.

1. *Quid sit mos* Vulquecini?
   Non est ius consuetudinarium, sed ius particulare & priuatum.
2. *Patronus prætendens feudum Vulquecini more, regi tenetur hoc probare.*
3. *Vasallus negans feudum more Vulquecini regi, & conuictus, non punitur.*
   Quæ probationes ad hoc requirantur?
4. *Vtrùm quasi possessio in feudalibus releuet ab onere probandi.*
5. *Etiam in Vulquecino non attenditur mutatio ex parte patroni.*
6. 7. 8. *Ad probandum certum feudum regi more Vulquecini, non sufficit ostendere, quòd cætera omnia feuda eiusdem patroni, & vicinia eodem modo regantur.*

GLO. VI. IN VER.

*Vulquecini.**

* Fortè Bellocassij, vel à Bellocassijs deducti.

SCIENDVM quædam esse feuda ex lege infeudationis & inuestiturę concessa & affecta ad onus *de relever à toutes mains*, hoc est, soluendi releuium in omni mutatione manus: taliter quòd quamuis filius succedat patri veteri vasallo, tamen non minus debet releuium patrono, quàm si per successionem collateralem remotissimam succederet.

1. Et huiusmodi forma & conditio inuestiturę vocatur mos seu consuetudo Vulquecini. Et frequentatur in quibusdam locis situ j. ambitum huius præsidatus, versus fines Neustriæ seu Normaniæ, vt apud Pontisaram & vallem Galliæ: & in Comitatu Caluimontis, qui cognominatur ad Vulquecinum Gallicum, ad differentiam Comitatus Caluimontis apud Bassigniacum. Dico tamen* quòd istud ius exigendi releuia in omni mutatione more Vulquecini, non est ius consuetudinarium, nec potest peti aut exigi per modum legis, nec in vim huius consuetudinis in toto hoc præsidatu: Sed est ius particulare & priuatum quorundam particularium feudorum & patronorum, qui feuda sua sub hoc onere concesserunt, quorum particularibus iuribus consuetudo nostra noluit derogare. Et ne fortè per generalitatem vniuersalem huius § viderentur abrogata, nominatim fuerunt hîc excepta, non tamen confirmata, nec inducta de nouo, sed inquantum alias iustè debentur.

* Mos Vulquecini non est publici, sed priuati iuris.

2. Vnde patroni huiusmodi releuia & iura exorbitantia prætendentes, clarè probare debent, puta per tenorem infeudationis, seu primæ inuestiturę & concessionis feudi ad hoc onus, vel non apparente prima inuestitura, tam per renouationes inuestiturarum, quàm per testes: prout in simili decidit Andr. Isern. in §. *præterea ducatus. col. 2. de prohib. feud. alie. per Fede. & in sua peregrin. in constit. incip. puritatem.* quod quamuis in multis locis regni Siciliæ viuatur iure Francorum, vt Neapoli & Auersæ. tamen quia istud ius non est commune, sed speciale in illo regno, allegans tenetur probare. Alioquin stabitur iuri communi & generali quo filij æqualiter succedunt. Sed extra hunc præsidatum quædam sunt loca, in quibus viget mos Vulquecini iure localis consuetudinis: vt in castellania Caluimontis, sita sub præfectura Syluanectensi, vt in §. 244. consuetudinis Syluanectensis, post primæ huius partis editionem primam reductæ & publicatæ, & consuetudo Claromontensis. §. 64. Nota etiam quòd more illo Vulquecini releuium semper est vniforme: quia etiam in casum venditionis non soluitur quintum vel subquintum pretij, sed simplex releuium, de quo j. §. 76. vel certa compacta summa adhuc non soluitur pro diuisione vel adiudicatione etiam totius feudi ex causa diuisionis. Quia hoc non dicitur mutatio manus, sed distributio, vt j. §. 33. *q.* 22.

3. Sed quid si vasallus negauerit feudum suum regi hoc Vulquecini more: Vtrum conuictus amittat feudum, vel aliter puniatur? Respondeo, non nisi in impensis litis: quia iure non cauetur. Et per *not.* j. §. 43. Et aduerte quòd mos Vulquecini nihil aliud est quàm ius particulare exigendi releuia, in omni vera & efficaci mutatione manus, etiam in linea directa, siue

Digitized by Google

aſcendenti, ſiue deſcendenti, & ad aliud non extenditur: quod etiam ſatis innuit hic text. Vnde in feudis quæ illo priuato more reguntur, non aliter ſub hoc præſidatu Pariſienſi ſucceditur, nec aliter habet locum ius primogenituræ. quàm dicta noſtra conſuetudo. Et generaliter, excepto caſu de quo in fine huius §. in cæteris omnibus locus eſt generali legi & iuri communi huius conſuetudinis. Et ſic non eſt patrono probandum in quo conſiſtat, & qualis ſit hic mos Vulquecini, ſed ſolùm probare habet, feudum de quo agitur, illo more regi, ſeu verius illi oneri ſubditum eſſe. Quomodo autem hoc probetur, patet etiam per ea quæ tradit Iſern. in d. §. *præterea ducatus, col. fin.* Primò probari poſſe per teſtes vel inſtrumenta, conceſſionem & inueſtituram huius feudi factam ad hoc onus. Secundò per præiudicia iudiciorum, quibus iudicatum hoc feudum ita debere regi & releuari. Tertiò probando ita de facto fuiſſe rectum & releuatum iuxta illum morem, pluries à triginta annis. Sed iſtud tertium non prodeſſet, ſi appareret de conceſſione feudi pura & ſimplici, vel quòd tempore præcedenti regebatur hac noſtra conſuetudine generali, quia hoc oſtenſo, detegeretur, patronum non fundari conſuetudine illa vel titulo particulari, ſed mera præſcriptione, quæ non habet locum inter patronum & clientem, vt j. §. 12. 4. Quartò ſecundum And. Iſern in loco prælegato, probando, quaſi poſſeſſionem vtendi hoc more, transfertur onus probandi in aduerſarium. Sed videtur iſtud eſſe falſum, tum quia iſtud onus exorbitans eſt quædam ſeruitutis realis, vt probaui 5. §. 1. *glo. 5. in princip.* & ſic quaſi poſſeſſio non releuat ab onere probandi, vt deciditur per *glo. 5. & doct. in l. circa. D. de probat. Bart. in l. ſi prius. colum. 2. in 7. oppoſi.* Et ibi Alexand. *col. 4. Iaſo. col. 6. num. 23. & colum. 10. nu. 35.* reprobata opinio Dyn. *D. de operis no. nunciat. Præſ. Papien. in lib. actio. conſeſſ. proferuit. in verb. pleno iure. colum. 2.* Tum quia conſuetudo noſtra generalis, & ius commune reſiſtunt. Et ſic ſola quaſi poſſeſſio non releuat, per text. in *cap. cùm perſonæ. & ibi Gemin. & Philip. Franc. col. penult. de priuileg in 6.* Ex quibus fortius videretur, quòd etiam in ſimplici poſſeſſorio iudicio non ſufficeret patrono ſola quaſi poſſeſſio, niſi eſſet immemorialis; quia huic quaſi poſſeſſioni nedum reſiſtit generalis noſtræ conſuetudinis præſumptio, & fauor iuris communis, & odioſitas huius releuij in linea directa, vt 5. *eod. glo.* ſed etiam ſpecialis diſpoſitio prohibitoria conſuetudinis, *infra* §. 12. vbi prohibetur patronus aliquod ius, vel aliud acquirere contra clientem in feudo per præſcriptionem, cui prohibitioni facilè illuderetur; ſi quaſi poſſeſſio, quæ non valet ad præſcriptionem, prodeſſet ad tranſlationem oneris probandi negatiuam contrariam. Puto tamen iſtum quartum modum probandi And. de Iſern. eſſe verum, etiam in petitorio tribus concurrentibus: Primum quòd probetur continua quaſi poſſeſſio triginta annorum ad minus. Secundum quòd aliter non appareat de primitiua inſtitutione & cõſtitutione feudi. Tertium, quòd patronus non innitatur ſimplici poſſeſſioni nec præſcriptioni, ſed alleget conceſſionem feudi ad hoc oneris eſſe factam, alioquin ſuccumbet, ſecundùm ea quæ dixi j. *eo.* §. 12. *nu.* 14.

Vtrum quaſi poſſeſſio in feudalibus releuet ab onere probãdi.

5. ¶ Sed quæritur, vtrum conſtito de infeudatione ad onus releuandi ab omni manu, debeatur releuium contingente mutatione ex parte patroni? Dico breuiter quòd non, ſiquidem alia ratione non debetur hoc caſu, quia propter caſum contingentem ex parte patroni, ſiue voluntariè, ſiue à caſu, non debet conditio vaſalli aggrauari. arg. not. in *l. ſi vno* §. *item cum quidem* D. *locat.* Alioquin eſſent duo ſpecialia, videlicet quod deberetur releuium etiam in linea directa: & nedum ex parte vaſalli, ſed etiam, quod eſſet abſurdius, ex parte patroni. Tum conſuetudo noſtra, infra, §. 67. generaliter reſpondit, nullum ius vtile deberi, propter mutationem contingentem ex parte patroni: nec excipit feuda quæ reguntur more Vulquecini, quæ aliàs veriſimiliter excepiſſet, ſicut & hîc. Et ſecundum prædicta puto intelligendam in ſimili conſuetudinem Syluanectenſem. *in titul. des ſucceſſions des fiefs.* §. 45. vbi dicit, quod in toto bailliuatu Syluanectenſi nulla debentur releuia in ſucceſſione directa, niſi in duabus tantùm caſtellanijs, Gallicè nuncupatis *de Mello, & de Moucy le chaſtel*, & earum dependentijs. vbi releuia debentur ab omni manu: quod intelligo de mutatione efficaci ex parte vaſalli tantum. Et ita obſeruatur quod mos Vulquecini ſolum habet locum in mutationibus vaſallorum. Sed nunquid habeat locum etiam ſi fiat mutatio per diuiſionem? dicam j. §. 33. *qu.* 22. *in fin.*

6. Sed* pone in hoc præſidatu, patronus probat reliqua omnia feuda à ſe dependentia, & omnia conuicina ſubeſſe oneri Vulquecini, & eodem illo more regi: Vtrum hoc ſufficiat ad probandum, quod certum feudum, de quo eſt quæſtio, eidem oneri ſubiaceat, poſito quòd alias reſpectu huius feudi controuerſi nihil appareat, nec in ſpecie probatum ſit, per aliquod de deductis 5. *eod. gloſſ. num.* 2. 3. Videretur quod ſic: *per text. gl. & no. in c. cum olim de conſuet. in c. 2. de capel. mona. in c. eccleſiæ, c. ſopitæ. c. ſuper eod. de cenſib.* Contrarium dico, quia, *vt etiam tango* j. §. 8. *nu.* 22. *in fi.* dicta iura loquuntur vbi non eſt quæſtio nec controuerſia de iure ipſo, ſed ſolùm de quantitate & modo: vt ſi conſtet feudum eſſe cenſuale: ſed ſolum dubitatur, quanta quantitas cenſus ſoluenda ſit. tunc enim ad eam verificandam ſufficit conſuetudo regionis & locorum circumuicinorum. Secus ſi de aliquo alio onere extraordinario imponendo ageretur, quia etiam ſi maximè cæteri omnes circumuicini fundi illud pendant, nihil concludit ad onerandum certum intermedium prædium, niſi aliàs de titulo vel longiſſima perceptione particulari doceatur. Vnde ſæpè reſpondi incolis Bleſenſibus circa certum quoddam, exorbitans, odioſum & barbaricum onus, quod vocatur releuium cenſus cari pretij, *de quo* 5. §. 76. *num.* 12. *cum ſeq.* quod quantumcunque dominus directus probaret cætera omnia territorij ſui prædia eidem oneri affecta eſſe, tamen ne quicquam hoc concludit ad onerandum certum eiuſdem territorij cenſuale prædium, circa quod de titulo particulari, vel longiſſima præſcriptione non conſtat. Et hoc niſi cum poſſeſſione generali & indifferenti oſtenderetur generalis vel vniuerſalis titulus de prætenſo onere ſuper vniuerſo territorio, nolo vlterius in his extendi. Sed dico, ſimile eſſe de hoc onere Vulquecini, quod profectò eſt valde odioſum & illiberale, & à quodam fortè ſordido & auaro inuentum, cui non ſufficiebant onera ordinaria & regularia feudorum noſtrorum, tametſi ſatis oneroſa, atque ideo non ſolebat infeudare, niſi cum onere releuiorum ab omni manu.

* Pendum nõ præſumitur onere Vulquecini affectum. quamuis cætera vicina feudalia ſint.

7. Vltimò aduertendum, quòd in huiuſmodi feudis, ſi contingat vaſallum mori, relictis pluribus filijs minoribus, qui non habent aliunde vnde viuant tunc debent priùs alimenta accipere de fructibus illius anni pro illo anno, & dominus pro ſuo releuio contentus eſſe debet reliquo fructuum dicti anni, deductis illis alimentis. Hunc caſum habui de facto anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſeptimo, dum vaſallus obiiſſet in bello, relictis tribus pupillis: dominus feudi ſiti in Comitatu Caluimontis, volebat capere omnes fructus vnius anni, & negabat ſe teneri ad alimenta, nec conſuetudines Inſubriæ quantum ad hoc receptas in Gallia; & ad ſummum dicebat, quòd mater tutrix poterat hypothecare aut vendere partem proprietatis feudi pro alimentis. Ego verò ſcripſi & obtinui pro dictis pupillis, & primùm allegaui vulgatam illam iuris ſcripti deciſionem: Quòd* ſicut vaſallus tenetur alere dominum pauperem, ita & dominus tenetur alere vaſallum pauperem, ſicut & filius patrem, &, è conuerſo. ita decidit Bart. in *l. alimenta*, §. *imperator. D. de liber. agn. & in*

* Correlatiorum eadẽ diſciplina & ratio inter dominum, & vaſallum.

& in tract. de alimentis. feudiſtæ *in cap. licet. ſi de feud. cont. fuer. inter dom. & agnat. in vſib. feudo.* Ioan. Fab. Angel. Aret. in §. *ſed & ſi quis cum parente. Inſti. de actio.* Dominus enim & vaſallus mutua fide inuicem obligati ſunt. Et eandem vicem debet dominus vaſallo, quam vaſallus domino, & in eiſdem habet dominus vaſallum obligatum *l. imperialem, in fin. & ibi* Andr. de Iſern. *de probib. feud. alien. per Federic. in vſib. feudor.* Sunt enim iſta correlatiua, dominus & vaſallus, & diſpoſitum in vno, cenſetur diſpoſitum in alio, vt notatur per Iacob. Aluarot. in *cap. 1. §. præterea, in 2. nota. quid ſit inueſti.* Ideo dicit text. *in cap. 1. de for. fidel. circa fin.* quando dominus & vaſallus iudicantur ad paria. Idem text. *in cap. de forma 22. quæſt. 5. ad hoc text. in c. 1. §. ſi enim, in fin. quid ſit inueſti. in c. 1. §. vlt. de milit. vaſall. qui contum. eſt, in vſib. feud.* & in ſpecificis terminis, quòd ſicut vaſallus tenetur alere dominum pauperem, ita dominus tenetur alere vaſallum, & filios vaſalli pauperes, decidit Ioan. Baptiſt. de Caccialup. de Sancto Seuerin. *in repet. cap. 1. art. 6. concordant. 25. de feud. cognit. in vſib. feud.* Benè fateor, quod hæc regula inſolens eſt in Gallia, in qua feuda, maximè poſt exoletam Caroli Magni ſtirpem, non ſunt ampliùs perſonalia, ſed regalia, vt diximus *ſupra §. 1. gloſſ. 5. in princ.* Ità quòd vaſalli impropriè & abuſiuè vocantur Clientes, & domini feudorum abuſiuè vocantur Patroni, vt dixi *ſuprà in rubric. num. 12.* Hodie enim magis eſt negotiatio limitata, quàm fidelitas vel homagium, vt vocant: quomodo enim mobilibus & prædiis vir locupletiſſimus, cenſebitur cliens alterius, ratione vnius iugeri terræ feudalis, vel cliens tot patronorum, quot iugera à diuerſis in feudum tenebit: non eſt ergo vaſallus, niſi reſpectiuè, videlicet ratione rei feudalis tantùm, & contra: cæterùm quoad omnia alia, extraneus eſt: etſi hæc ratio non tam perſonas quàm res reſpicit, ad quas limitata eſt.

8. Quia tamen adhuc veſtigium quoddam manet reſpectu rei, debet vetus illa theoria & æquitas manere ad limites rei, videlicet vaſallus pro modo feudi ſeruientis duntaxat alimentis inopis domini contribuere tenetur, & contra dominus feudi pro modo feudi dominantis, non quod debeat vendi vel hypothecari proprietas, ſed pro modo fructuum & emolumentorum dicti temporis tantùm. Quia in materia alimentorum non eſt alienanda proprietas: debent enim capi de fructibus tantũ. text. & ibi Bart. Ang. Peruſ. in *l. qui bonis. D. de ceſſion. bonor.* Paul. Alexan. in *l. maritum, in fin. D. ad legem Falci.* Angel. Imol. Alex. in *l. imperator, D. ad Trebell. Alex. conſil. 72. col. 17. lib. 5.* vbi in annotat. dixi, & in annotat. ad Philip. Deci. *l. diuus de regul. iur.* Lancelot. Deci. *l. apud Iulianum, §. hæres. D. de legat. 1.* Philip. Deci. *auth. præterea, col. vlt. num. 22. C. vnde vir & vxor.* & in *cap. Epiſcopus. num. 13. cap. de præbend.* Adde Bald. in *conſ. 30. lib. 5.* hanc ergo æquitatem ad rationem fructuum reſtrictam, omnino in hoc caſu obſeruandam conſului, quo agitur de liberis vaſalli, qui cenſentur vna & eadem perſona cum patre, veteri vaſallo. *l. vlt. in fin. C. de impube. & alia ſubſtit. §. ac necte, Inſtit. de inuti. ſtipulat.* & patre viuo domini, vt in eos non dicatur transferri, ſed continuari dominium. *l. in ſuis. de liber. & poſthum. §. ſui autem, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. defer.* Faciunt not. *ſupra eod. §. 2. gloſſ. 1. num. 4.* Tum quia agitur de releuio valde exorbitanti & odioſo, & merito præfata noſtra æquitate temperando: & ita iudicatum fuit. Ex quibus apparet, valde iniquam eſſe contrariam conſuetudinem Senonenſem, §. 204. *in veteri &* §. 210. *in noua*, vbi nimis ſeruiliter ſeſe geſſerunt delegati, quòd hanc duritiem tranſmiſerunt, nec corrigendam admonuerunt. Sciunt quanto hac re pectore, & quanto honore ab extens vocatus fui. Cur ergo hîc patriæ neglectus fui? In promptu cauſa eſt: nolui quæſtu habere rempublicam, nec iudicaturas emere.

§. IV.*

* Hic articulus cum duobus ſequentibus noua reformatione Conſuetudinis additus fuit.

PAREILLEMENT aux ſucceſſions venans à pere, mère, ayeul, ou ayeule, de leurs enfans & deſcendans; n'eſt deu au ſeigneur feodal que la bouche & les mains, auec le ſerment de fidelité, quand leſdits enfans ont fait l'hommage, & payé les droicts; fors & excepté les fiefs du Vexin, comme deſſus.

§. V.

N'EST deu foy & hommage relief, ne profit feodal par la femme acceptant communauté pour le fief acquis par le mary, durant ladite communauté. Auſſi n'eſt deu relief ne profit feodal par les heritiers dudit mary, aduenant que ladite vefue renonce à ladite communauté: encores que par le moyen de ladite renonciation le total dudit fief demeure aux heritiers du mary. Pourueu qu'eſdits cas ledit mary ait fait la foy & hommage, & payé les droicts.

§. VI.

N'EST auſſi deu droict de relief par la renonciation faicte par aucuns des enfans à l'heredité de leurs pere & mere, ayeul ou ayeule, encores que par ladite renonciation, il y ayt accroiſſement au profit des autres enfans: pourueu toutesfois que pour faire ladite renonciation n'y ayt argent baillé, ou autre choſe equipollente.

§. VII.*

* Hic articulus in veteri conſuetudine quartus fuit.

* In veteri conſuetudine legebatur, *in pure pari.*

LE SEIGNEVR feodal, apres le treſpas de ſon vaſſal, ne peut ſaiſir le fief mouuant de luy, ne exploicter en *pure perte, iuſques à quarante iours apres ledit treſpas.

Patronus mortui clientis feudum nequit prehendere, nec exequi, niſi poſt quadrageſimum diem mortis. H. D.

SVMMARIVM §. VII.

1.2.3. ¶ *Q.1. Hæ inducie 40. dierum non habent locum niſi in feudo aperto per obitum. Tamen in feudo aliàs aperto datur modicum temperamentum nouo vaſallo.*

4. ¶ *Q.2. Hi quadraginta dies currunt ſtatim ab hora obitus, de momento ad momentum.*

5. ¶ *Q.3. Tempus petendæ inueſtituræ non incipit niſi à die ſcientiæ, & hæreditatis aditæ.*

6. *Tamen hi quadraginta dies currunt ſtatim ab obitu, nec curatur, an aliquis ſit hæres vel nō. Quæcunque dicuntur de hærede, intelliguntur adita hæreditate.*

7. *Conſuetudo noſtra nullo modo refertur ad conſuetudines Inſubriæ.*

8. ¶ *Q.4. Hi quadraginta dies nō currunt contra ignorantes, niſi à tempore notitiæ obitus vaſalli, in loco aut vicinia feudi ſeruientis.*

9.10. ¶ *Q.5. Quamuis hæres vaſalli moriatur infra quadraginta dies, tamen hæredi hæredis non renouantur inducie, ſed ſolùm habet quod ſupereſt.*

11. *Notab. limitatio ad hunc text. Vaſallus propriè non dicitur, niſi poſt fidelitatem.*

12.13. ¶ *Q.6. Pendentibus his inducijs, fructus maturos licet colligere, non præripere immaturos.* 13.

14. ¶ *Q.7. Quid ſi à prædone fuerint ſublati.*

15. ¶ *Q.8. Prehenſio ab initio nulla non conualeſcit.*

16. ¶ *Q.9. An valeat ſecunda collatio, primâ non reuocata.*

17. *Secūda prehenſio fieri nō poteſt, prima inualida non reuocata. ſed benè poſt primam validè.*

18. *Sed in prehenſione verbali ſufficit remiſſio abſque alia reuocatione vel teſtatione facta.*

19. ¶ *Q.10. Lapſus horum quadraginta dierum non conſtituit in mora.*

20. ¶ *Q.11. Pendentibus his inducijs, non poteſt contra hæredem aliquo modo procedi.*

21. ¶ *Q.12. Niſi propter alia iura, ſi quæ debentur, non ratione aperturæ feudi.*

240. dierum.

HÆ inducie * (quas fatales, ſeu aptiùs legitimas nuncupare poſſum, quia à lege ſine miniſterio hominis conceduntur,) dantur hæredibus vaſalli, vt commodiùs interim, & citra præcipitationem fungi poſſint officio debito erga patronum.

* Dilatio hæc in quibus aperturis feudi locum habeat.

1. QVÆRÒ primò, vtrùm hæ inducie * habeant locum generaliter in qualibet apertura feudi, & mutatione vaſalli, puta per venditionem vel donationem? Et videtur quòd ſic, ne infeſtum ſe patronus exhibeat vaſallis contra naturam feudi, quæ in benignitate conſiſtit. Vnde patronus non debet ſeruare merum iuris rigorem, *inquit Bald. conſil. 49. quidam nobilis, lib. 1.* Et quum iſta poteſtas prehenſoria ſit valde rigoroſa, vtpote meram amiſſionem omnium fructuum importās: rationabile eſt, vt quadam velut fræni temperie moderetur; quod ſolùm videtur intendiſſe hæc conſuetudo, ne fortè patronus aut eius officiales inſidiantes feudo, ſtatim contractu facto, & fide dimiſſa inſiliant, & fructus vniuerſos fortè maturos in momento lucrentur, priuſquam nouus vaſallus, quantumcunque diligens, potuerit adire patronum, & iuſta offerre. Hæc autem ratio militat in omni apertura feudi, ita vt ſpecies obitus hîc expreſſa, videatur ſolum gratiâ exempli, & maioris frequentiæ. Facit quod de * iure quantumcunque obligatio ſit pura: tamen non tenetur debitor illico venire cum ſacco paratus, nec illico interpellari poteſt, ſed aliquo modico temporis interuallo adhibito puta decem dierum, vt eſt text. *in l. promiſſor, §. 1. D. de conſtit. pecu.* vel alio competenti ſpatio, quod magis intellectu quàm locutione exprimi poſſit, vt in ſimili text. in *l. ratum. D. de ſolut.* Vnde licèt nouus ſucceſſor in feudo ſtatim teneatur patronum agnoſcere, & pura ſit obligatio: tamen non videtur illico cogendus ſaltem ſub pœna. Vnde apud Inſubres datur ſpatium anni & diei ad inueſtituram petendam, & quandoque anni & menſis, *cap. 1. in princip. quæ ſint prima cauſ. benefic. amitt. cap. 1. quo tempore miles. in vſib. feudo.* Et in hoc regno conſuetudo Vitriaca, vult indiſtinctè quod patronus non faciat fructus ſuos ſtatim à prehenſione, ſed demum poſt quadraginta dies. Ita quod nullæ ſunt ſimplicis prehenſionis, quæ ſemper ſtatim à feudo, etiam per obitum aperto fieri poteſt, ſed reſpectu effectus ſemper ſunt inducie quadraginta dierum à die prehenſionis, ſiue feudum ſit apertum & prehenſum per obitum, *vt §. 41.* ſiue per venditionem, vel aliàs, *vt §. 53. dictæ conſuetud. Vitriacæ.* Idem videtur velle conſuetudo Dorcenſis (vbi olim Druidæ) §. 136. Sed certè verba *d.* §. 136. valde ſunt amphibola. Ideò vt concordentur cum articulo immediatè præcedenti, & immediatè ſequenti eiuſdem conſuetudinis Dorcenſis, & cum § 31. conſuetudinis Carnotenſis, quæ ferè eadem eſt: dico quod *d.* §. 136. Dorcatum debet intelligi de feudo aperto per obitum vaſalli. Crebriùs autem reliquæ conſuetudines regni concordant cum noſtra in hoc quòd ſtatim à prehenſione patronus facit fructus ſuos, ſed adhibent frænum celeritati prehenſionis, vt Niuernenſis, *eo. tit.* §. 1. vbi diſponit in apertura per obitum non poſſe prehendi, niſi poſt 40. dies, & in alia apertura poſt 20. dies. & Cenomanenſis *eo. tit.* §. 114. *& §. ſeq.* in apertum per obitum idem, in alia verò requirit ſpatium 15. dierum. Reliquas breuitatis cauſâ omitto. Sed certè hæ conſuetudines locales ſunt. 2. ¶ Et pro reſolutione dico in terminis noſtræ conſuetudinis, quòd inducie huius §. non habent locum niſi in caſu in quo loquitur, videlicet quando feudum aperitur per obitum: quando autem alio modo aperitur, nullum tempus præfigitur nec fidelitati, nec prehenſioni faciendæ, ſed relinquitur locus diſpoſitioni §. 1. ſ. *eo.* Et quamuis eſſet æquum extendere, tamen non eſt noſtrum, quum non ſit ratio ad hoc neceſſariò cogens, imò alia ratio eſt in hærede, alia in ſingulari ſucceſſore. Tum quia hæres habet iuſtam cauſam ignorantiæ. *l. qui in alterius. D. de reg. iur.* Tum quia eſt hæc punctualis ratio de generali obſeruantia huius regni: Quilibet hæres habet 40. dies ad deliberandū, an velit acceptare, vel omittere hereditatem? *vt diximus* j. §. 121. Hoc autem beneficium auferretur, ſi patronus ſtatim ab obitu manum inijcere poſſet, & cogere hæredem ad alligandum ſe hæreditati, vel amittendum fructus temporis deliberandi, quæ ratio ceſſat in alio ſingulari ſucceſſore, puta emptore, vel donatario, ſiue feudi particularis, ſiue hæreditatis, in qua ſint feuda: quia dum contrahit, deliberatum & certum ſe eſſe, vel eſſe debere oſtendit. Ideò ſtatim videlicet à traditione vera vel ficta, vel dimiſſione fidei, non autem à ſimplici contractu, poteſt pa-

* Dilatio modici temporis debitori ad ſoluendum ſemper competere intelligitur.

tronus manum inijcere, & fructus suos facere, secundum formam §. 1. ſ. e. & ita obſeruatur. Et idem dicendum in terminis cæterarum conſuetudinum, quæ nullas inducias concedunt feudo aliter quàm per obitũ aperto, vt Trecenſis, *eo. tit.* §. 28. Et Caluimontis §. 18. *de Lorriz. e. tit.* §. 93. Et Aurelianenſis *eo. tit.* §. 7. *&* §. 8. vbi apertè diſtinguit inter aperturam obitus & alias, ſecundùm quod diximus, & ſimiles. ver. *quòd ſi pro hærede.* 3. Quod ego modifico, niſi ſingularis ſucceſſor quàm citiùs fieri poteſt, adeat patronum. Et fortè dum eſt in itinere, vel dum ſe præparat, officiales patroni fructibus naturis inſidiantes prehendant, & fructus à ſolo ſeparent: hoc caſu, attenta temporis breuitate, & noui vaſalli deuotione & diligentia, puto fructus ei reſtituendos. ¶ Poſſet tamen obijci, quòd nouus vaſallus non debebat ingredi vel acceptare poſſeſſionem feudi, antequam eſſet à patrono inueſtitus. Sed reſpondeo hoc non eſſe apud nos, licet de conſuet. Caluim. in quodam loco deſignato in §. 56. *de quo dixi inf.* §. 56. *num.* 32. *cum ſeq.* prohibitum, & non debere has feudales conſuet. tam amarè accipi inter patronos & clientes, velut inter infeſtos, ſed cum quodam æquitatis temperamento, vt in fortioribus eſt text. in *l. ſi id quod.* §. *ſi quæ. D. de do. int. vir. & vxo. l. ſi quid venditori. D. de ædil. ediƈt.* Cùm igitur taxatio 40. dierum, de qua in hoc §. ſit limitata ad caſum hîc expreſſum, infertur quòd quomodocunque ſiue per confiſcationem, ceſſionem bonorum, aut aliàs quam per obitum feudum aperiatur, poteſt patronus, ceſſante interceptione diligentis vaſalli, apponere manum ſuam, & fructus ſuos ſtatim facere, non expectato lapſu quadraginta dierum. Et nota, quòd hi quadraginta dies de naturalibus intelliguntur, vt eſt regulare per not. in *l. more Romano. D. de feriis.*

4. Sed quæritur ſecundò, an incipiant ſtatim currere ab * hora vel inſtanti obitus, an verò à die obitus? In hoc enim non modica differentia verſatur, ad multa etiam alia grauiora vtilis: quia primo caſu, reſiduum diei feudi aperti computatur in termino. Secundò caſu tota dies feudi aperti non computatur, ſed excluditur. Et videtur, quòd ſtatim ab hora vel inſtanti aperti feudi, currere incipiunt de momento ad momentum. Tum quia hoc eſt vulgare in iure, tempus * de momento ad momentum debere computari, niſi de contrario doceatur, vt eſt text. in *l. denique.* §. *minorem. D. de minor. l.* 1. §. *dies. iuncta gl. in verb. ſubtraxiſſe. D. quand. appellan. ſit.* Bar. Bald. Ang. Paul. Alexan. Iaſ. in *l.* 1. *D. ſi quis caut. Rayner.* Ang. in *l. huiuſmodi.* 2. *de verb. oblig.* Bald. in *l. eos.* §. *ſin autem. C. de appel.* Ioan. And. Bald. Anton. Panorm. Phil. Dec. in *c. ſuper eod.* 2. *in gl. fin. de appel. dom. de ſancto Gemin. in conſ.* 91. *præmitto. verſic. tertio excluditur.* tum ſatis clarè hoc innuit text. huius §. dum concedit quadraginta dies poſt obitum: non enim dicit poſt diem obitus: quo caſu nihil de die aperturæ in termino computaretur, ſed dicit ſimpliciter poſt obitum, ergo ſimpliciter & ſtatim ab obitu debent hi quadraginta dies computari. Si enim voluiſſet conſuetudo excludi diem obitus, facilè expreſſiſſet à die obitus, vel poſt diem obitus, vel adpoſitis aliis dictionibus excluſiuis. *Alex. conſ.* 87. *in fin. lib.* 7. *Ludoui. Gomeſius in regul. cancellar. in tit. de inſtr. aſſignat. q.* 37. quod quia non fecit, intelligitur noluiſſe excludere à termino, ſed includere & comprehendere reliquum diei aperturæ. Tum omne tempus in dubio non vtile, ſed continuum intelligitur. Hieronymus Gratus *conſ.* 137. *lib.* 2. ¶ Quibus non obſtantibus dicendum, nec diem obitus, nec diem prehenſionis computari in hoc termino, ſed hos 40ã dies eſſe liberos, per ea quæ latiùs tracto *infra* §. 44. *q.* 1. *&* §. 172. *Vbi propria ſedes:* ad quod etiam facit *thema huius* §. *ibi. Iuſques à quarante iours apres le treſpas, id eſt, donec quadraginta dies lapſi ſint poſt*

a A quo momẽto hi dies currere incipiant.

b Vtrum curritur ſingulariter de momẽto ad momẽtum.

obitum: hæc etiam interpretatio fauorabilior, æquior & receptior eſt. Tum quia, *vt nuper nu.* 2. *dixi*, quadraginta dies temporis deliberandi debiti hæredi debent eſſe integri & liberi, vt practicatur: quod non eſſet ſi pars diei obitus vel prehenſionis computaretur in teſtamento. Facit quod ex parte noui patroni quadraginta dies debent eſſe liberi, vt nec dies proclamationis, nec dies prehenſionis computarentur.

5. ¶. Tertiò quæro, an * iſtud tempus 40. dierum nedum regulariter (vt vidimus in præcedenti quæſt.) ſed etiam ſemper & indiſtinctè incipiat currere à puncto mortis vaſalli? Videtur quòd non, & primò quòd non incipiat niſi à die aditæ hæreditatis, vel ex quo hæres ſe immiſcuit, etiam ſi eſſet filius & ſuus hæres, quia quantum ad onera non dicitur hæres, niſi poſt immiſſionem realem. text. in *l.* 1. *C. ſi minor. ab hæredit. ſe abſti. & ibi gl. Cy. Io. Fab. Bal. Salic. gl. in l. ſi cum dotem.* §. *tranſgrediamur. in ver. extiterit* & ibi Dy. Alex. *D. ſolut. matr. gl. in l. neceſſarijs. in ver. teneantur. & ibi Alex. D. de acquir. hæred.* ita * quod tempus anni & diei, quod datur hæredi vaſalli, ad dominum adeundum & petendum renouationem inueſtituræ, non currit, niſi poſtquã filius, aut alius hæres ſe immiſcuit, & patronus dicens hæredem feudo priuandum per lapſum anni & diei, tenetur probare tria ante principium anni & diei contigiſſe: videlicet hæredem ſciuiſſe mortem defuncti, & qualitatem feudi, & ſe immiſcuiſſe hæreditati, vel malitiosè diſtuliſſe, vt concludit Bal. in *c.* 1. *in prin. per illum text. de cap. Conrad. ſeq.* Aluar. & Cardin. Alex. in *c.* 1. *in princ. col. fi. quæ fuit pri. cauſ. benef. amit. Iac. in inueſtit. feud. in ver. qui quidem inueſtit. præſtit. iura. fide. col.* 9. *verſic. aduertite tamen. vbi dicit ita ſe obtinuiſſe in quæſt. facti. Franciſ. in* 4. *part. feudi. ex quib. cauſ. feud. amit. quæſt.* 24. *in fi.* & latiſſimè Iaſ. *conſ.* 64. *col.* 3. *lib.* 3. Videtur ſecundò, quòd non incipiat currere, niſi poſtquam hæres, aut nouus vaſallus eſt in ætate habili, ad huiuſmodi obſequium præſtandum, ſicut illud tempus anni & diei ipſo iure non currit durante pupillari ætate. text. in l. *imperialem* §. *præterea ſi quis. de probib. feud alie. per. Feder.* Tum futurus vaſallus antequàm adierit hæreditatem defuncti, & quàm ſit in ætate habili, non poteſt per patronum interpellari, nec cogi ad præſtationem fidelitatis, igitur non poteſt eſſe in mora, nec ei poterit currere tempus huius §. quod videtur ſubrogatum loco dicti anni & diei in non milite; vel anni & menſis in milite. *vt in cap.* 1. *quo tempor. milet. in vſib. feud.*

a Di'atin hæc verba indiſtinctè ſemper curat à puncto mortis vaſalli.

a Quando incipit currere tempus petendæ inueſtituræ.

6. His non obſtan. concludendum puto, vt dixi, quia conſuetudo certum & determinatum principium præfigit curſui huius temporis, videlicet diem mortis vaſalli, vel alterius nouæ aperturæ feudi, atque in eo figitur, nec aliud conſiderat, igitur præcisè ſtandum, *iuxta glo. pen. in fi. l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio. cum ſimili.* Tum hîc §. ponitur ad modificationem. §. *ſupra eo.* vbi ſimpliciter & abſolutè permittitur patrono, feudum apertum prehendere, eóque frui. quod hîc temperatur, vt non liceat niſi poſt 40. dies ab obitu. Igitur in reliquo liberæ relinquuntur habenæ patrono: non obſtat illud dictum Bal. quia ſolutionem ſecum adfert. vt eum inquit Bal. illi tex. feudorum in *cap.* 1. *quo tempor. miles. & in cap.* 1. *in prin. quæ ſit prim. cauſ. benefic. amit & in cap.* 1. *in princ. de cap. Conrad.* loquuntur expreſsè in hærede & ſucceſſore vaſalli negligente, & hoc tantùm intendunt, vt illius negligentiã & ingratitudinem puniant, meritò non poſſunt habere locum, niſi priùs ſit hæres, idémque negligens & ingratus, ad quæ neceſſe eſt præcedere ſcientiam & additionem hæreditatis. quæcunque * enim dicuntur de hærede ex ipſa hypotheſi, neceſſariò intelliguntur adita hæreditate. *vt no. Imol. in l.* 3. §. *ſi quis ita. per illum text. D. de hæredib. inſtit. Alex. conſ.* 36. *num.* 11. (vbi in annot. dixi) lib. 4. Phil. Dec. in *l. eius.* §. *vlt. num.* 8.

a Quæcunque dicuntur de hærede, intelliguntur adita hæreditate.

Digitized by Google

D. ſi cert. pet. in l. 1. num. 20. C. de paſt. in l. hæredem. num. 9. de reg. iur. in conſ. 633. nu. 3. Addo text. in *l. Celſus. §. quod alicuius. de leg. 2. & in l. ſtatu. liberos. §. ſi quis hæredi. de ſtatu liber.* At noſtra conſuetudo nullomodò loquitur de hærede, vel alio quouis ſucceſſore vaſalli, nec ſe fundat ſuper illius negligentiâ vel ingratitudine : Sed hoc ſolum intendit & diſponit, domini poteſtatem ſtatim à feudo per obitum aperto exertam, quadraginta dierum inducis à nimia feſtinatione coërcere. Et ſic verbis huius §. non congruit, nec adaptari poteſt illa determinatio Bald. alioquin multo fortiùs adaptaretur modificatio text. in *dicto. c. 1. quo temp. miles.* vbi à curſu anni & menſis expreſſim excipitur iuſta abſentia vaſalli, & generaliter quæuis alia iuſta cauſa. quod ſi eſſet verum, ſequeretur quòd iuſta abſentia vel ignorantia, & quodvis aliud fortuitum impedimentum noui vaſalli æquè polleret, ac fides & homagium, & quòd interim etiam mero iure non poſſet patronus prehendere feudum, ex defectu hominis & iurium, nec fructus ſuos facere, ſecundùm formam §. 1. quod tamen vſque adeo falſum eſt, vt nedum hoc mero iure patrono liceat, ſed in tantum liceat, vt vaſallus, nec tanquam minor, nec tanquam maior, poſſit aduerſus hoc reſtitui, vtclarè probauimus *ſuprà* §. 1. *gloſſ.* 7. Ex his apparet ſolutio ad ſecundum de dicto § *præterea ſi quis.* quia vbi directè agitur de negligentia & ingratitudine punienda, meritò non includitur pupillus, nec perſona aliàs inhabilis, in quam vitium, quod eſt ſubiectum, & finale obiectum diſpoſitionis, punitiuè non cadit.

7. Ex quo infertur, quòd ſi hæres vaſalli ſit pupillus, ſtatim quòd maſculus compleuerit viceſimum annum, vel fœmina quindecimum, poterit patronus non expectatis 40. diebus prehendere cum effectu : & omnino quantum ad hunc §. ſatis eſt quod inter diem obitus & prehenſionis ſint 40 dies. Quod autem etiam poſt 40. dies non poteſt patronus cum effectu occupare feudum hæredum qui non peruenerunt ad præfatam ætatem, hoc palam eſt, non eſſe propter inducias fatales & legitimas huius §. ſed propter inducias à patrono huic ætati debitas, *vt infrà* §. 41. Non obſtat vltimum, quia mora futuri vaſalli nihil hîc facit ad rhumbum, per prædicta, nec eſt verum has inducias eſſe ſurrogatas loco illius anni & diei, vel anni & menſis, quum noſtra conſuetudo nullo modo referatur ad conſuetudines Inſubriæ, quæ ſunt in dicta compilatione Oberti, nec habemus illas pro iure communi feudorum, prout nec ſunt, nec vnquam fuerunt, vt ſuprà diximus *ad fin. rubr.* tum iſta tempora prorſus diſparata ſunt: illud prolixius tendit ad puniendam negligentiam & ingratitudinem, iſtud ad executionem manus dominicæ paratamper velut freni temperie retardandam. Vnde etiam nulla negligentia, nulla culpa futuri vaſalli ſubſiſtente præterfluit, citra ſpem reſtitutionis cuiuſcunque. Illud tendit ad perpetuam totius feudi, Iſtud ad temporariam fructuum amiſſionem, quas ob res de vno ad aliud minimè licet argumentari. *l. Papinianus. D. de minoribus cum vulg.* Si tamen nunc vaſallus eſſet minor, vel de illis quibus debentur inducíæ, patronus non faceret fructus ſuos, de quo **ſuprà* §. 41.

*Lege infrà. * Si in prouinciis remotis mortuus ſit vaſallus, quemadmodùm dilatio hæc reperit commumerandi ſit, maximè ſi prius innotuerit dominus quàm hæredibus vaſalli.

8. ¶ QVARTO quæro de quæſt. valde vtili in praxi. Vaſallus * Romæ vel Neapoli obiit Kal. Maij, dominus feudi, qui infra menſem vel ſeſquimenſem per quendam illicò ad ſe benè verſum ſcinit, vel forſan ipſe dominus, qui in locis illis erat: ſtatim reuerſus vndecima Iunij : & ſic poſt integros 40. dies ab obitu feudum prehendit, & colonis aut habitantibus notificauit, *vt ſupra* §. 1. *glo.* 4. *n.* 2. ignorantibus hæredibus eius vt in loco remotiore commorantibus, aut aliis occupatis, nec ſollicitis de hæreditate eius, quem putabant viuere : & eius fortè redium expectantibus, donec de eius obitu inopina nuntia habuerunt ad medium Auguſti : & ſic omnibus fructibus iam collectis, quos dominus feudi cœpit, cogens commiſſarios ſibi reddere, & ab hæredibus accedentibus etiam ſequentis anni fructus pro releuio petit & eligit: An iure ? videtur quod ſic, per verba huius conſuetudinis, cuius formam dominus ſeruauit. Tum quia, vt diximus *ſuprà* §. 1. *gloſſ.* 5. *in princip.* huiuſmodi prehenſiones ſunt reales, nec perſonas reſpiciunt, ſed rem. Tertiò, quia non conſideratur ſcientia hæredis vel noui vaſalli. Quid enim ſi is in regionibus remotis abſit fortè carceribus detentus, & cui non poteſt infra trimeſtre vel ſemeſtre denunciari ? nihil ad dominum, qui poſt 40. dies ab obitu ius ſuum exequi poteſt, ſciat hæres, vel non, impeditus ſit vel non, ſiue poſſit vel non. Quibus non obſtantibus, contrarium in hac ſpecie dicendum eſt : quia vtcunque non exigatur ſcientia, culpa, aut negligentia noui vaſalli, huius aut alterius perſonæ : tamen exigitur notitia in communi, ita quòd quamdiu per rerum naturam ſciri non poteſt feudum eſſe apertum, vel communiter ignoratur, non incipiunt hi 40. dies currere : quamvis enim hæ indiciæ non propriè reſpiciant certam perſonam, tamen omnes quos id contingere poteſt reſpiciunt. Vero enim & propinquiori hærede abſente, propinquior poſt eum vel diligentior, ea quæ hæredis ſunt, gerere poteſt. Nec tenetur probare ſe proximiorem vel ſolum, vt dixi *infra* §. 33. *nu.* 90. Et latiùs §. 145. quamvis aliter ſentiat Alexand. *conſil.* 124. *col.* 1. *lib.* 7. vbi hoc *in annotat.* reprobaui. Sufficit ergo & requiritur obitum notum eſſe in communi, vt hi quos hoc contingit vel concernere poteſt ſibi conſulere poſſint. Hoc autem eſt quando obitus notus eſt in loco ſeu vicinia feudi, iuxta id quod in ſimili deciditur *in Clement. vnic. in fin. de conceſſ. prebend. Aretin. conſi.* 29. *num.* 7. *Dominic.* de ſancto Geminia. Phil. Franc. in *cap.* 1 §. *ſanè. in fin. de cenſ. in 6. Philip. Dec. conſil.* 135. Hieronym. Gratus *conſi.* 49. *num.* 8. *lib.* 1. Etſi quamdiu non eſt notum in loco, ita quod nullus ſcire poteſt, non incipiunt currere hæ indiciæ : Limito reſpectu ſcientis & præſentis, hîc enim non amplius nec in communi nec in particulari, certificandus eſt *l.* 1. *in fi. D. de actio. empt. cap. cum qui certus. de reg. iur. in 6.* Quando igitur non eſt notum in loco, dominus curare debet id in loco ſeu vicinia notum fieri, ſi omnibus præiudicare velit, aut certificare omnes, contra quos vult has inducias currere; non ex communi loco, ſed ex particulari ſeu perſonali notitia. Alioquin ſi vnum etiam propinquiorem hærédum certificauit de eo, quod non erat notum in loco, ſi poſt 40. dies à notificatione manum injiciat, poteſt eius prehenſio eludi per quemlibet de cognatione, qui ſe vt hæredem offerret, quíque alio non apparente nec concurrente, minimè tenetur probare ſe proximiorem, & ſic leuanda erit ei manus cum fructibus, vtpote cuius reſpectu hæ inducíæ non currerunt.

9. ¶ QVINTO quæro, hæres vaſalli infra hos * quadraginta dies moritur, an hæredis hæres, & idem de ſucceſſore ſucceſſoris habeat aliud integrum tempus 40. dierum, vel ſolum reſiduum temporis quod ſupererat defuncto ? Et videtur quod integrum tempus habeat, quia amodo non poteſt fieri prehenſio ſuper defuncto, ſed ſolùm ſuper nouo hærede vel ſucceſſore, nec poteſt exigi fidelitas prædeceſſoris, ſed ſolùm præſentis ſucceſſoris. Et ſic cùm principaliter eius perſona contempletur, & afficiatur in prehenſione, videtur principaluer conſideranda in præambulis prehenſionis, vt ſic ex perſona ſua habeat has inducias integras. Saltem non videtur dubitandum quando feudum deuolueretur non iure hæreditario, ſed iure contractus, quum tunc ſucceſſor

*Dilatio hæc quousque nodum detur hæredis hæredi.

zed by Google

nullum ius capiat à prædeceſſore, ſed à domino concedente; vt in ſimili inquit Bar. in *l. mortis cauſa capitur. in prin. D. de mort. cauſ. donat. & in l. ſi mihi & Titio.* vbi Alex & alij. *D. de verborum obliga.* Franciſ. Aret. in *cap. in præſentia. col. 7. de proba. & in conſ. 53. diligenter. col. 2.* Hinc decidit Ioan. Andr. in *addit. ſpec. de feud. §. quoniam. verſicul. 27.* quòd in feudo antiquo, nouus & vltimus ſucceſſor habebit integrum tempus anni & diei, vel anni & menſis, de quo in *d. c. 1. quo temp. milet.* Sed in feudo nouo habebit ſolum quod ſupereſt de tempore, & hoc ſeq. Iac. de Bel. Nicol. de Neapo. Aluar. in *dict. cap. 1.* Iacob. in *inueſt. feud. ver. qui qui. inueſt. præſti. iura. fid. col. 9. verſic. ſed iterum.* Franciſ. in 4. *part. feud. quæſt. 23. in 4. limit.* & elegantiſſ. dom. Vdal. Zaſ. in *tract. feud. par. 7.* 10. Verùm indiſtinctè puto ſolùm omnibus ſucceſſoribus id temporis ſupereſſe, quod reſtat à prima apertione feudi non clauſa. quia conſuetudo noluit vltra 40. dies executionem manus dominicæ ſuſpendere. Igitur fines ab illa præfixi, nullo ingenio ſunt prorogandi. Non obſtat primum, quia eſt phantaſia fallax, non enim prehenſio vtilis de qua agitur, fit (propriùs preſſiúſque loquendo) ſuper vaſallo, vel eius hærede vel ſucceſſore, ſed ſuper ipſo feudo aperto, cuius (quod ad patronum & legem clientelæ attinet) nullus ſubſiſtit cliens, nullus vaſallus, nec fit propter defectum, vel moram perſonæ præſentis vel præteritæ, ſed abſolutè & incircunſcriptè propter ipſum ſolum merè abnegatiuum defectum, ſeu carentiam clientis. Et hoc eſt quod conſuetudo noſtra dicit & ſentit, per illa verba, *par faute d'homme*;* non enim ad certum hominem referuntur, ſed ad puram carentiam & negationem infinitam (vt obiter dialecticè loquar) clientis, vt etiam dictum eſt *ſupra quæſt. 1. gloſſ. 2.* Hæc igitur prehenſio rem, non perſonam de ſe reſpicit & afficit. fac. no. *ſupra § 1. gloſſ. 5. in princip.* non igitur curandum quantum ad vim & executionem manus dominicæ, quoties perſonarum mutatio interuenerit. Sed an de facto apertum ſit feudum, & iam quadraginta diebus apertum manſerit, & maneat. Et ſic an feudum fortè mera lege contractus, & inueſtituræ deferatur, nihil hîc variat, quia huic onera res ipſa ab initio conſtitutionis feudi ſubiecta eſt.

* Prehenſio feudi non fit ſuper perſonam.

11. Ex quibus infero limitationem, ſeu potiùs declarationem ſummoperè notandam ad hunc §. vt procedat, quando vaſallus vltimus mortuus erat in fide domini, & tempore mortis eius feudum non erat apertum, aliàs ſecus, vnde ſi quis diu ſteterit in feudo non præſtando fidelitatem, ſed ſibi vigilando, prout licet patiente ſiue dormiente domino, deinde moriatur, ſtatim & incontinenti poterit dominus cum effectu prehendere feudum. Ratio, quia ante mortem vel alienationem hoc ſibi licebat, nec debet ſua conditio morte vel facto vaſalli deterior fieri. Tum huiuſmodi prehenſio non innititur ſolum huic nouæ & vltimæ aperturæ, quo caſu expectandæ eſſent inducíæ huius §. ſed veteri & adhuc perſeueranti aperturæ, à cuius initio iamdudum 40. dies fatales lapſi ſunt. Igitur auctoritate conſuetudinis, vel huius §. libere licet patrono ius ſuum exequi. Hoc etiam probatur in ipſo text. ibi, *apres la mort ſi dit vaſſal*, ponderando illud verbum *vaſſal*, quod * propriè & adæquatè loquendo in materia clientelari, non ſupponit pro ſimplici proprietario (vt vocant) feudi, ſed pro eo qui nexum clientelarem ſubiit, & in fidem patroni admiſſus eſt. ante enim propriè non dicitur reſpectu patroni eſſe cliens, vel vaſallus, ſed extraneus. quod patet in *dicto §. 1. ibi, par faute d'homme*, quod intelligitur, id eſt per defectum clientis vel vaſalli. Et ſic patronus dicitur carere vaſallo, quandòcunque caret homine, qui ſit in fide ſua, vt ſatis patet per contextum & ſeriem huius tituli. Si igitur propriè verba expendamus hîc

* Vaſallus quando propriè dicatur.

text. præfixit principium curſus 40. dierum, non à morte vel mutatione cuiuſuis poſſeſſoris vel incubatoris feudi, ſed à morte vel mutatione veri & perfecti clientis à quo feudum, fidelitatis nexibus obtinctum, nunc primum incipit reſolui, interrumpi & aperiri: nec clariùs aut penitiùs poſſum adaperire verum (vt puto) & germanum ſenſum huius §. Nec obſtat ſi dicatur hæredem non poſſe conuenire, nec exequi pendente tempore deliberandi: quia fateor, quòd ſi patronus vellet via actionis compellere hæredem ad fidelitatem vel ſolutionem releuij, teneretur expectare lapſum dicti temporis. Idem ſi vellet prehendere virtutem vltimæ aperturæ per obitum: ſecus quando nititur ex apertura veteri, quia de illa hæc conſuetudo nihil diſponit. Et ſic remanet virtus prehenſoria illo reſpectu, non obſtante ſuperuento obitu, quia prehenſio iſta fit in rem & non in perſonam, vt dictum eſt.

12. Sexto quæro, pendentibus iſtis 40. diebus, hæres, aut ſucceſſor vaſalli, collegit omnes * fructus feudi, & contempſit fidelitatem debitam offerre patrono, qui poſt 40. dies manum apponens feudo nihil inuenit: An poſſit petere prædictos fructus tempore medio ſublatos? Hæc quæſtio parum in ſe habet dubitationis, tamen quia nihil vſque adeo indubitatum, vt non ſollicitam quandam dubitationem ſuſcipere poſſit, vt inquit text. in *auth. de tabellio. col. 4.* quod frequenter accidit quibuſdam ſupra modum anxiis, & omnimodæ certitudinis κακοζήλοις, tum ob præparationem q. ſequentis omittere nolui. Et videretur, quamvis quamdiu patronus dormit (ſcilicet voluntariè) liceat clienti ſibi vigilare *infra §. 61.* tunc enim cenſetur cliens de conſenſu patroni fructus colligere. Tamen quando patronus lege cogente ceſſat, quum in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat, *l. rem legatam. D. de adi. lega. cum vulg.* non videtur velle nec conſentire, quòd non vaſallus quo ad ſe, vtpote non inueſtitus & inauctoratus, fructus feudi aperti & velut interrupti percipiat, & lucretur, nihilominus reſpondetur proculdubio peti non poſſe, quoniam nihil iuris habet patronus in fructibus, imò nec in toto feudo aut aliqua eius parte, niſi in caſibus à conſuetudine expreſſis, vel permiſſis, quum in reliquis feuda regantur, vt patrimonia, dixi §. *in rub. ad fi.* At pro illo tempore medio, conſuetudo nedum non permittit, ſed expreſsè prohibet patronum feudum exequi, & fruſtra deſideratur eius aſſenſus, in quo nihil habet quod petat vel remittat. 13. Limito, niſi ſucceſſor clientis aut geſtores ſui, præpropere fructus immaturos in fraudem imminentis manus dominicæ præripuiſſent, quia tenerentur condictione ex moribus, vel contractu feudali, reſtituere, ex quo deteriorem feudi conditionem, malo more & in præiudicium domini fecerunt, nec cauſari poſſunt ante prehenſionem hæc ſibi licuiſſe, non magis quàm ſi poſſidens rem ex teſtamento vel contractu reſtitutioni ſubiectam, ſub diem reſtitutionis immaturos fructus decerpat in fraudem eius cui res venit reſtituenda, tenetur enim reſtituere vna cum illis fructibus vel eorum æſtimatione. Et diximus §. § 1. *glo. 81. qu. 6.* hoc procedere etiam reſpectu patroni, qui non falſus nec iniuſtus, ſed verus & iuſtus eſt creditor in omnibus iuribus & commodis feudalibus, nihil ergo in fraudem vel diminutionem ſuorum iurium, & commodorum fieri licitum eſt: ſed maturè clientelaribus obſequiis exhibitis conſulere debent clientes commodis ſuis. Secus ſi ſolùm maturos fructus diligenter & feſtinanter, etiam ſub aduentum patroni colligerent, quia nihil facerent prohibitum, nec improbè re clientelaria abuterentur, ideo nihil reſtituere tenerentur, etiam ſi ſolum malitiosè in odium patroni hoc feciſſent. Similiter ſi caſu fortuito fructus vel immaturi dejcerentur, cederent hæredibus

* Pendentibus inductis fructus maturos licet colligere, nó præripere immaturos.

& ſucceſſoribus defuncti, qui verè domini fundi ſunt, nec quicquam in illis prætendere poſſet patronus, ſicut nec in cæteris mobilibus in fundo repertis, vt dictum eſt *ſupra* §. 1 *gloſſ.* 5.

14. ¶ SEPTIMO iuxta hoc quæro, quid ſi extraneus (fortè prædo) interim fructus abſtulerit? Reſpondeo, aut non fecit animo anteuertendi patrono & exquiſita machinatione nocendi: aut ſic: primò caſu, nihil iuris habet patronus in fructibus nec vllam actionem in prædonem, quum tunc temporis non eſſet dominus vtilis fundi, nec prehenſio etiam immediatè ſequens trahatur retro: Sed omne ius fructuum, actio & omnis perſecutio eorum ratione ſpectat irreuocabiliter ad dominos vtiles, ſicut res mobilis, vel actio ad mobile. Secundo caſu teneturB prædo patronio actione de dolo in id quod intereſt, per not. in *l. & elegantèr. D. de dolo.* etiam ſi iam maturos fructus abſtulerit, dummodo veriſimiliter fuiſſent pendentes in feudo tempore prehenſionis, ſi non fuiſſet anticipata collectio. fa. no. *d.* § 1. *gloſſ.* 8. *q.* 6. Et nihilominus tenebitur dominis vtilibus, actione legis Aquiliæ, in id quod eorum intereſt, huiuſmodi damnum non eſſe datum.

15. ¶ OCTAVÒ quæro, quid ſi pendentibus his induciis, patronus manum iniecit certum eſt quòd fructus infra quadrageſimum diem feudi aperti perceptos non lucratur, ſed quid de deinceps perceptis non facta fidelitate? breuiter idem dico, quia illa manus iniectio ab initio nulla fuit ipſo iure, iniqua & iniuſta, patet per hunc text. ibi, *nè pent*, hoc eſt, non poteſt. quæ verba excludunt poteſtatem de iure & de facto. per gl. & doct. in *c* 1. *de reg. iur. in* 6. *dixi* 5. §. 1. *gl.* 3. *nu.* 1. & quod in * initio vitioſum eſt, tractu temporis non conualeſcit, etiam ſi ceſſat cauſa, propter quam actus fuit nullus *l. quod in initio.* & ibi Deci. *D. de reg. iur. c. non firmatur eo. in* 6. vnde etiam ſi decem annis à cliente contemneretur patronus, tenens ad manum ſuam feudum nulliter (vt tempore harum induciarum) prehenſum, non purgaretur nullitas prehenſionis, ſed eſſet quandocunque nulla, reclamante vaſallo, declaranda & reuocanda, cum reſtitutione feudi, & fructuum: nec prodeſſet patrono excipere de fidelitate non facta, niſi à tempore quo de integro, tempore & caſu permiſſo, ritè rectéque manum iniecilſet. An autem via oppoſitionis aut actionis conſulatur clienti, *dictum eſt ſupra* §. 1. *gloſſ.* 4. *queſtione* 6.

* Præproperè facta prehẽſio poſtea nõ conualeſcit.

16. ¶ NONO quæro, an patronus lapſis induciis poſſit de nouo validè prehendere, priore prehenſione illicitè & tempore prohibito facta, non * caſſata nec reparata? Videtur quod ſic, tum cùm ſit nulla, non præſtat impedimentum, tum actui valido ſe non præſtat, *de reg. iur. in* 6. tum licèt ſecunda electio vel collatio facta poſt primam, quæ non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda, antequam prima retractetur & annulletur non valeat. *c. conſideranimus de electio.* Tamen * ſecunda facta poſt primam ipſo iure nullam, etiam nondum de facto reuocatam, vel nullam declaratam, valet & efficax eſt. *c. conſtitutus* 1 *de appellat. c. cùm terra. de election. Panorm. in c. auditis. eo. tit. Franciſc. Ripa reſponſ.* 15. *ſub tit. de reſcript.*

* An ſecunda collatio primâ nõ caſſatâ valeat.

* Prehenſio ſecunda fieri non poteſt, primâ inualida non reparata, ſed benè poſt primam validam.

17. Contrarium puto, ratio, quia patronus illicitè & indebitè occupauit & poſſidet feudum clientelatium, & in legem feudi commiſit, ideo beneficio & commodo eiuſdem legis non debet frui, donec quod malè fecit, in priſtinum ſtatum repoſuerit. qui enim permiſſis aut priuilegiis malè vtitur, illa amittit. *l. qui ſine, in fin. D. de negot. geſt. c. tnarum. de priuileg.* Tum ex quo patronus indebite feudum mutauit, & à vaſallo abſtulit, & habet illud apud ſe, eſt in continua mora feudi cum fructibus reſtituendi. *arg. l. fin. D. de condict. furt.* Igitur non poteſt obſequium petere à vaſallo, & ſi peteret, exceptione repelleretur, nec audiretur, fidem ſibi ſeruari poſtulans in eo ipſo feudo, in quo legem contractus violat. *l. cum proponat* 2. *C. de pact. c. ſtultra ſibi fidem, de reg. iur. in* 6. Igitur multo minùs poteſt via executiua prehenſionis procedere, ob defectum fidelitatis præſtitæ, & legis eiuſdem feudi non ſeruatæ. Tũ vaſallus verè hoc caſu ſpoliatus eſt, & licèt formula interdicti *vnde vi*, ceſſet contra patronum, qui vt patronus proceſſit, licèt indebitè, & in caſu non permiſſo, *vt diximus* 5. §. 1. *gloſſ.* 4. *queſt.* 5. *num.* 40. tamen æquè via oppoſitionis aut actionis ex lege feudi, ante omnia debet diens reſtitui. *l. meminerit. C. vnde vi.* Et ſic concludo, quamdiu patronus feudum illicitè occupatum iniuſtè detinet, non poteſt de nouo validè, nec efficaciter prehendere, prout nec vllum obſequium aut ſeruitium à diente petere; nec tenetur diens etiam interpellatus illi offerre, donec ante omnia ſit redintegratus, vel per eum ſtet quominùs plenè redintegretur: quo facto, liberè poterit patronus (modò aliud non obſtet, & fidelitas, & iuſta non præſtentur, manum efficaciter inijcere, & fructus ſuos facere, iuxta §. 1. Secus ſi diens eſſet ab extraneo ſpoliatus, vt diximus in *d.* §. 1. *gl.* 2. *nu.* 3. 18. Item ſecùs, ſi patronus ſolo verbo prehendiſſet, etiam ſi vaſallum ipſum, vel eius colonos & inhabitantes commiſſarios deputaſſet, nihil realiter innouando: quia talis prehenſio ſolo verbo remitti poteſt, nec opus eſt redintegratione facti, quum non præcedat ſpoliatio facti. Et ſic nihil impedit, quin abſque reali redintegratione de nouo validè prehendat: prædicta verò procedunt, quando patronus non ſolùm verbo, ſed etiam facto prehendit, expulſo vaſallo vel eius colonis. Secùs etiam & tertiò, ſi ipſemet patronus feudum ex alia iuſta cauſa poſſideret, puta in pignus traditum, vel fortè etiam conductum, quia quolibet caſu mutationis vaſalli occurrente, poſſet manum inijcere, & hoc debitè notificare vaſallo, vt in *d.* §. 1. *gl.* 4. *in princ.* & deinceps iure dominico frui. Quin etiam dum ex iuſta & vera cauſa prehenſum feudum penes ſe habet adhuc, ſi libeat (quamvis neceſſe non ſit) poteſt quoties de nouo aperitur, & mutatur vaſallus, de nouo prehendere, vt latiùs traditur 5. §. 61. atque etiam interea clientem ad fidelitatis, & alterius ſeruitij debiti præſtationem, & iuſtum ſolutionem, actionibus competentibus ex feudi contractu compellere, vt dixi in *d.* §. 1. *gloſſ. fi. q.* 4.

19. ¶ DECIMO quæri poteſt, an * per lapſum harum induciarum hæres aut ſucceſſor clientis conſtituatur in aliqua mora? Quod videtur, quum dies etiam legalis interpellet pro homine. *l.* 2. *C. de iure emphyt. c. potuit. de locat. gloſſ.* & doct. in *l. ſi mora. D. ſolut. matri.* vbi Iaſ. *nu.* 21. notat fortiùs & potentiùs per lapſum temporis à lege, quàm ab homine appoſiti moram cõſtitui. etiam ſi eſſet tempus indultum miſetationis gratiâ. *l.* 1. §. *ex actio, C. de rei vxo. actio. l. promiſſor.* §. 1. & ibi Bal. *D. de conſti. pecu. Mathef. in nota.* 122. Tamen abſq; dubio tenendum, nullam moram per huius temporis moram incurri, quum non ſit præfixum ad finem interpellandi, ſed poteſtatem patroni ſuſpendendi: quæ etiam quando non eſt ſuſpenſa, quandiu tamen non deducitur ad actum, licet clientibus & eorum ſucceſſoribus liberè & bona fide frui, auctoritate conſuetudinis. 5 §. 43. & ſic non ſunt in aliqua mora, donec per patronum interpellentur verbo vel facto.

* Harum inducierũ lapſus non conſtituit in mora.

20. ¶ Vndecimò quæro, vtrùm pendente hoc tempore, poſſit patronus citra prehenſionem & executionem feudi, cogere ſucceſſorem vaſalli ad præſtationem fidelitatis, ſeu renouationem inueſtituræ. Videretur quod ſic, vt ſublata vel potiùs ſuſpenſa via executionis, remaneat via actionis. *arg. l. ſi domus, D. de ſerui. vrba. prad. cum vulg. fac. nor.* 5. §. 1. *gl. fi. q.* 2. Contrarium puto ex mente huius cõſuetud. quæ has inducias concedit fauore ſucceſſoris clientis, vt deliberet & ſe præparet ad conditionem clientelarem ſubeundam. Et clarè probatur per ea quæ diximus 5. §. 171. non poſſe contra hæredem

* Pendẽtibus his induciis non poſſunt iura feudalia peti.

zed by Google

procedi, nec viâ actionis, nec viâ executionis, pendente tempore deliberandi. Sic econuerſo, quando accidit mutatio ex parte patroni, nouus patronus nedum non poteſt infra 40. dies à proclamatione prehendere, ſed nec alia via ad fidelitatem vel renouationem cogere. Et eadem ratione decidunt Laco. Ardizo. *in tit. quib. mod. feud. amit. ſub rub. ſi non peti. vaſall. inueſti. infra. ann.* And. Iſern. Nicol. de Neapo. Aluaro. *in c. 1. in princi. qua fuit pri. cau. benefi. amit.* non poſſe hærodem vaſalli infra tempus anni & diei, de quo ibi, cogi ad fidelitatem iurandam, vel inueſtituram renouandam.

21. ¶ DVODECIMO quæro, quid de aliis iuribus & * ſeruitiis? Doct. *in d. c. 1.* variant. Ego, quantum ad conſuetudinem noſtram, dico, quòd interim non tenebitur ad ſoluenda releuia, ex hac vltima apertura deberi cœpta, nec ſiqua alia ſint oneſa in ſingulis vel certis mutationibus feudi præſtanda. Et intelligo in effectu, quia ſtatim hæres mero pure iurè obligatus eſt, ſed habet exceptionem dilatoriam pro omni fidelitate, ſeruitio, & alio onere ratione huius nouiſſimæ mutationis debito. Secus de ſeruitiis ordinariis, ſi qua fortè quotidie, vel ſingulis annis, aut certis temporibus deberentur, non habito reſpectu ad aperturam vel mutationem feudi: ad illa enim teneretur cum effectu, nec ad ea huius §. inducię extenduntur, quia reſpiciunt ſolum iura debita ratione vltimæ aperturæ. Tenetur nihilominus interim hæres vaſalli, fidelis eſſe patrono, eúmque obſeruare & reuereri, & ſi interim eum offenderet enormiter, vel patronum eſſe ſcienter pernegaret, caderet à feudo, vt dicetur infra §. 43. Sed quid econuerſo, an interim hæres vaſalli poſſit cogere patronum ad renouationem inueſtituræ? quod dubio procul fatendum eſt, quum hæc dilatio in fauorem clientis, non patroni ſit introducta.

a Verum poſſunt peti pendente hoc tempore.

§. VIII. *

a In veteri conſuetudine fuit quintus.

LE vaſal qui a eſté reçeu en foy & hommage par ſon Seigneur, eſt tenu de bailler ſon denombrement [en * forme probante & authentique eſcrite en parchemin paſſé par deuant Notaire ou Tabellion,] dedans quarante iours, à compter du iour de ladite reception.

a Incluſa adduas fuerunt per nouam conſuetudinem.

TEnetur clients infra quadraginta dies, à die admiſſionis ſuæ in fidem, tradere patrono rerum clientelarium ſubclientelariúmque catalogum. H. D.

SVMMARIA §. VIII.

1. *De editione inſtrumentorum facienda patrono: duo ſolent fieri* inſtrumenta: *primum agnitionis fidei, ſecundum catalogi.*
2. *Ad quem finem fiant denumeramenta.*
3. *Vaſallus antiquus non tenetur tradere nouum catalogum.*
4. *Tenetur vaſallus ad clientelarium rerum & iurium declarationem.*
   Idem in emphyteuta.
5. ¶ *Q. 1. An patronus teneatur clienti ves feudales oſtendere.*
6. ¶ *Q. 2. Mutua eſt editio inter patronum & clientem.*
7. *Vtrum originalis infeudatio debeat oſtendi.*
8. ¶. *Q. 3. Quæ fides catalogis adhibenda? Inſtrumenta publica probant rem geſtam contra omnes.*
9. *Quod eſt verum ad limites factli, tempore inſtrumenti geſti.*
10. *Inſtrumentum publicum probat enunciata inter eaſdem partes ad finem principalis, non ſi de his ſeorſum & principaliter quæratur. Eiſdem præiudicant* inſtrumẽta inter alios acta. *quibus actus præiudicaret.*
11. Nuda ſcriptura *priuata, nullum gradum probationis facit.*
    Falſum committitur etiam in priuatis ſcripturis.
12. ¶ Sigillum *de ſe non probat.*
    Sigillum non operatur niſi ad finem, gratiâ cuius apponitur.
13. *Sigillum ſine ſubſcriptione vel æquipollenti nil operatur.*
14. *An præſumatur voluntate domini ſigillum impreſſum.*
15. *Sigilla principum probant.*
16. ¶ *Scriptura priuata recognita quid operetur.*
17. *Scriptura priuata* antiqua.
18. ¶ *Martyrologia, Panchartæ, cenſuales libri.*
19. *Non poteſt fides eiuſdem ſcripturæ diuidi.*
20. *Quandoque libro rationum fides adhibetur pro ſcribente.*
20. ¶ *Libris* antiquis *& ordinatè ſcriptis magis creditur.*
22. *Quæ dicantur ſcripturæ antiquæ.*
23. ¶ *Libri confecti à* publicis officialibus *in concernentibus eorum officium plenè probant.*
24. *Præſumptio qualis qualis.*
25. *Quid de libris qui in certo loco reputantur authentici.*
26. *Scriptura* archiui publici *plenè probat.*
    Tria requiruntur in archiuo publico.
    Quando requiratur teſtimonium præfectiæ archiuo.
27. *Quando requiratur ſolennis exemplatio.*
28. *Exempla extracta à præfectis ſacrorum ſcriniorum regis, etiam nemine vocato, plenè probant.*
29. *Scriptura* archiui *vbique probat, reprobata communi ſententia.*
30. *Cuius authoritate erigendum archiuum.*
31. *Scripturæ archiui non faciunt fidem, niſi ibi tanquam authentitè repoſitæ ſint & aſſeruatæ.*
32. *Quandoque authentica eſt oblatio inſtrumenti, ſed non eius tenor.*
33. *Vberrima reſolutio, an & quàntùm* exempla *probent.*
    Exemplum exempli non probat.

Digitized by Google

34. *Exemplum poteſt iterum ad finem plenæ probationis inter eaſdem partes, earúmve hæredes exemplari.*
35. *Exemplum exemplí poteſt inducere præſumptionem hominis, & cauſare bonam fidem.*
36. *Producens ſcripturam, cenſetur eo ipſo fateri omnia in ea contenta.*
Sed ea confeſſio ipſo iure reſoluitur, ſi inſtrumentum productum reperiatur falſum.
37. *Exemplum ſolenne non probat, nec retrotrahitur contra tertium.*
38. *Exemplationes ſententiæ, & reliqua in alios etiam ſolenniter acta, non probant etiam ſemiplenè tantum contra tertium, etiam ſubſiſtente ratione connexitatis: ſed ſolùm præſumptionem qualem qualem faciunt.*
39. *Qualiſqualis præſùptio duos effectus operatur.*
40. *Præſumitur contra detrectantem producere originale,*
Not. quando exemplum ſemiplenè probat contra tertium.
41. *Exemplum ſolenne antiquum plenè probat contra omnes.*
42. *Exemplum confectum ab eodem notario cum omni tenore & ſolennitate, eſt verum originale.*
Differentia Notarij & Tabellionis.
43. *Logomachiæ doctorum ſuper Bartholo cum ſeipſo concordando.*
44. *Vera conciliatio.*
45. *Paria ſunt, totum ſcribere vel ſubſcribere.*
46. *Annotarius debeat pluries eidem parti confícere inſtrumentum. arreſtum, 47. 53.*
48. *Quando tenor procurationis contractui inſertus probet mandatum. Quantum referat exemplum fieri ab eodem vel alio Tabellione, 42. 43.*
49. *Relatio præteriti inſtrumenti etiam ab eodem Tabellione facta, non plenè probat, niſi quatenus actus potuit tunc repeti. 50. 52. 55. 56.*
51. *Gabella ſoluta de contractu non ſoluitur de contractu facto in prioris executionem. 56.*
54. *Tabellioni vel teſti atteſtanti de facto ſuo magis creditur, quàm ſi de alieno.*
57. *Antiquitas facit præſumi pro poſſidente contra non poſſidentem.*
58. *Nouus intellectus* ad l. fin. C. de fid. inſtru. & c. accepimus, extra eod. tit.
60. *Limitatio* ad l. fi. C. ſi ex falſ. inſtru.
61. *Exemplum omni carens ſolennitate, non iuuatur antiquitate.*
62. *Idem ſi ſit aliquatenus ſolenne, ſed recuſatur productio originalis.*
63. *Quatenus & quantum probet exemplum non planè ſolenne.*
64. *Notarius non poteſt inſtrumentum conficere, niſi de his quæ in eius præſentia geruntur à partibus, & quorum notitiam habet propriis ſenſibus.*
65. *Iudicis præſentia & authoritas eſt de forma publicationis.*
66. *Statur exemplo, quando culpâ aduerſarij periit originale.*
67. *Quàm exactum æquilibrium in probationibus expendendo. 68.*
69. *Exemplum habens vnius ſolius notarij ſubſcriptionem, non facit iudicium.*
70. *Quomodo accipiendum, quòd exemplum conſenſu partium factum probet. 71.*
72. *An exemplum minus ſolenne parte non opponente probet.*
73. ¶ *Præſumitur* ſolennitas extrinſeca *enunciata, cuius defectus non opponitur.*
74. *Sufficit in genere opponere.*
75. ¶ *Qualiter intelligendum*, in antiquis *ſufficere probationes quales haberi poſſunt.*
76. *Antiquitas non inducit, ſed coadiuuat repetitam probationem.*
77. *Enunciatiua in antiquis probant.*
78. *Nedum acta litis, ſed etiam compromiſſum probatur per verba enunciatiua ſententiæ antiquæ.*
79. *Antiquitas in materia probationum duo operatur.*
Præſumptio quæ oritur propter antiquitatem, tollitur ſi per ipſammet ſcripturam appareat de contrario.
81. *Reſolutio quando dicatur eſſe in antiquis. 82.*
83. *Vbi agitur de grani præiudicio alterius, non ſufficit minus ſpatium triginta annorum, ad præſumendum ſolennitatem, vel coadiuuandum probationem.*
84. *An vnicum vltimum inſtrumentum renouatæ inueſtituræ probet abſque originali infeudatione.*
85. *Dictio*, ſicut ſecundum, *& ſimiles, ſtant cauſaliter.*
87. *Niſi in confirmationibus in forma communi, vbi ſtant conditionaliter.*
88. *Aliud tamen in confirmatione cum cauſæ cognitione, vel ex certa ſcientia, quia hæc quod nullum eſt validat.*
Confirmatio etiam ex certâ ſcientiâ, *reſtringitur ad limites confirmati.*
89. *Quomodo cognoſcatur an confirmatio ſit in forma communi. an verò ſit ex certa ſcientia & diſpoſitiua.*
90. *Confirmatio etiam ex certa ſcientia non retrahitur ad datam confirmati in præiudicium tertij.*
91. *Imò non tollit ius tertio acquiſitum.*
Clauſula ex certa ſcientia nil operatur, niſi in his quæ apparet confirmantem vel reſcribentem certò ſciuiſſe.
92. *Infeudatio ſimpliciter facta refertur ad conſuetudinem loci.*
Natura actus debet accipi ſecundum conſuetudinem loci, quæ eſt ibi ius commune.
93. *Niſi conſtet de relato, relatio etiam diſpoſitiua eſt nulla, niſi quatenus in ſe eſt certa & ſpecifica.*
94. *Renouationes regulantur & reformantur ad originalem conceſſionem, ſi de illa appareat.*
95. *Confeſſio relata ad aliud non valet, ſi aliter*

Digitized by Google

pareat in relato.

96. *Eo ipso quòd recognitio discrepat à prima concessione, apparet erronea, nisi probetur de certa scientia, & animo primam concessionem immutandi.*

97. *Quid feudum nouum paternum vel antiquum?*

98. *Propriè non differunt feudum nouum, antiquum vel paternum, quia semper soli descendentes primi investiti à quo cœpit feudum, succedunt.*

99. *Quid operatur clausula*, Iure feudi paterni vel antiqui, *in noua concessione apposita.*

100. *Clausula*, Iure feudi auiti, tam paterni quàm materni, *facit quòd descendentes vel coniuncti per fœminam possunt succedere.*

101. *Clausula*, Iure feudi antiqui, *nouiter exposita.*

102. *Fallit in non habente potestatem, vt in Prælato ecclesiæ.*

103.104. *Sola confessio Prælati & Capituli sufficit ad obligandum ecclesiam in mutuo.*

105. *Renouatio feudi quid in dubio probet.*

106. *Renouatio investituræ facta à Prælato, fundat intentionem vasalli contra ecclesiam.*

Prehensio patroni conseruat ius & possessionem vasalli.

107. *An feudum præsumatur nouum vel antiquũ.*

108. *Simplex renouatio vel investitura non facit fidem contra ecclesiam pro vasallo, qui non est in aliqua possessione.*

109. *Secus si sit in possessione, quia tunc confessio Prælati fulcitur iuris præsumptione.*
Tutius est nullam, quam defectiuam ostendere titulum.

110. *Clausula*, Iure feudi paterni, *operatur, vt etiam feudum nouum possit in agnatos domino inuito transferri.*

111. *Sed nihil minus potest investitus alienare in remotiorem agnatum. Sed si in merè extraneum, redit ad dominum. Nec potest renouari nisi per masculos descendentes investiti.* 112.

112. *Etiam in feudis nihil speciale in fratre cui vt extraneo non potest quis stipulari, nisi secuta satisbabitione, re integra, & tempore congruo.*

113. *Pacta dotalia intelliguntur fauore mulierũ, nec patiuntur ius retractus etiam cognatis.*

HOc est, dinumeramentum (vt crassiùs & apertiùs loquar) in qualibet autem renouatione investituræ possunt & conducit fieri duo instrumenta Primum de fidelitate facta per clientem, & admissione in fidem facta per patronum, ratione talis rei, quæ ab eo tenetur in feudum seruiens, ratione talis feudi, vel loci dominantis. Et istud est verum instrumentum renouatæ investituræ, & contractus feudalis. Et si debeantur quædam reuelamenta, solet ibi inseri clausula de eorum solutione facta vel promissa. Tum solet inseri clausula de dinumeramento præstando infra 40. dies immediatè sequentes, iuxta hunc §. vel in longius tempus, prout placebit patrono prorogare. Solet etiam communiter inseri clausula illa vulgaris, *saluo iure nostro & alieno*, de cuius effectu tractabitur j. §. 66. Secundum instrumentum, in quo specificè declaratur, in quo consistat res feudalis, eius situs, & singula pertinentia minutatim describuntur. Primo loco describendo principalem mansionem, si qua sit, cum suis accessoriis & reliquis ædificiis, & quot iugera soli contineant. Secundo loco singula prædia cum eorum situ, qualitate, quantitate, & confinibus. Tertio loco censualia & vectigalia prædia, cum eorum situ, quantitate, qualitate, a quibus detineantur, & quantum census, vectigalis & oneris debeant. Quarto loco cæteræ seruitutes, aut iura alia quæcunque debita vasallo ratione talis feudi, ex concessione & investitura feudi. Vltimo loco subfeuda ab hoc feudo dependentia cum eorum particulari declaratione: pro qua tutiùs & faciliùs facienda, solent dinumeramenta subuasallorum ad contextum inseri in catalogis quos vasalli immediati patroni, tradunt superioribus patronis. Nec refert, si dictus ordo conuertatur, dummodò minutatim, clarè & verè singula, in quibus consistit feudum, declarentur. Quandoque tamen diligentiores vasalli simul cum fidelitate dinumeramentum offerunt, & fit vnum solum instrumentum de oblatione fidei & dinumeramenti, & de amissione vtriusque vel solius fidei. Si (vt frequentius & tutius est) patronus velit super dinumeramento deliberare, vt infra §. 10. 2. Et fit istud dinumeramentum ad optimum finem, vt sciat patronus quæ sint sua, quæ verò clientis, & econuerso. Et inter res clientis, quæ sint feudales patrono subiectæ, in clientelari condition: A quæ verò ab eo liberæ, vt etiam promptiùs cognoscatur, quantum debeatur reuelamentorum nomine. Vnde licèt semel vel pluries idem dinumeramentum fuerit traditum per prædecessores vasalli, & hodie adhuc nihil sit immutatum, expedit tamen causa iuris & probationis conseruandæ, vel idem dinumeramentum iterum a nouo vasallo offerri, signari & recognosci: vnde non sufficeret solis verbis se referre ad dinumeramenta prædecessorum, sed saltem vnum ex illis debet realiter produci & approbari. Et illud quod diximus primum instrumentum, vocant Gallici, *aueu*, & simpliciter vel aptius, *reception en foy & hommage*. Istud verò secundum vocant *aueu & denombrement*, eo quòd in isto cliens dinumerat singulas res & iura feudi, & eadem agnoscit se tenere à patrono in tale suum feudum seruiens, ratione talis feudi vel loci dominantis patroni, & sic continet agnitionem & dinumerationem.

B 3. Et aduerte, quòd hic §. & §. sequens, intelliguntur in nouo vasallo. Si enim sit mutatio solum ex parte patroni, tunc* antiquus vasallus, qui semel in fidem admissus fuit, & catalogum tradidit, non tenetur iterum tradere, sed solum debet fidelitatis obsequium, vt j. §. 10. Et intellige quod antiquus cliens non tenetur tradere, ad vitandum manum dominicam, vt in §. *seq.* Sed si ex qua iusta causa patronus petat editionem, debet fieri, *vt dicam statim* j. *eo. quæst.* 2. Sed ad hoc debet patronus venire via actionis vel implorationis officij iudicis, non autem possit compellere via prehensionis, quia non habet locum nisi in casibus expresse a consuetudine permissis. 4. ¶ No. in tex. ibi, *est tenu.* clientem teneri propriis impensis conficere & tradere huiusmodi catalogum. Ratio, quia quamuis illud fiat ad commodum patroni & clientis, tamen est principaliter ad vtilitatem clientis, qui habet vtile dominium, vt not. *supra* §. 1. *gloss.* 8. Et quod* ad claram & particularem declarationem & ostensionem rerum feudalium teneatur vasallus, de iure etiam circumscripta speciali consuetudine, tenet gloss *in l. pen. in ver. intrata. C. quando & quib. quarta pars lib* 12. C. & ibi Bart. Luc. Ioan. de Pla. in *fin.* Hostien. in *summ. titul. de feud* § *quibus mod. feud. amitt. verf. quid si vasallus.* Alberic. in *l. si certis annis. col.* 3. *nu.* 10. C. *de pact.* & in *l. si fitius* 2. D. *de actio. empt.* Ioan. Faber. §. *præiud ciales. Instit. de actio.* Angel. in *l. si rem.* D. *de rei vendicat.* Iarè Iacobin.

* Vasallus antiquus non tenetur tradere nouum catalogum.

* Tenetur vasallus ad clientelarium rerũ & iurium declarationem.

Digitized by Google

in inueſtit. feud. verſi. dictique vaſalli primi. col 5. 6. 7. Io. Petr. de Ferrar. in *lib. quo agitur ad fidei. præſtat. gloſ. verſ. ſuper ſoluterra. ver quod autem.* Præpoſ. in §. *vaſallus. col.* 2. *ſi de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat.* Ludo. Roma. *conſi* 163. *conſtitutio curiæ, col. vlt. Iaſ. in l.* 2. *ad fin. glo. magnæ. q.* 15. *col.* 57. *C. de iure emphyt.* Idem dicendum * in emphyteuta, Alberic. in locis prælega. & in *l. plures apochæ. C. de fid. inſtrum.* Bal. *in conſi.* 225. *q. eſt de terra. lib.* 1. Alciat. *l.* 1. *col.* 8. *ſuper* 6. *caſu, C. de eden.* poſt Iaſo. in dict. §. 2. *col.* 57. Angel. *in c. prætor ait*, §. *ie etiam. D. de eden.* vbi malè addit, *quòd ſi non edat, præſumitur finita*: quod eſt falſum, niſi conſtet de dolo & aliis circumſtantiis. Vide quæ ad hæc cumulauit Boeri. in *conſuet.* Biturí. 12. *Chaſſan. in conſuetud. Burgund.* §. 4. *eod. tit.* Quod ſi vaſallus aut emphyteuta nolit declarare & oſtendere, tenent præfati Doct. poſt Specul. *in tit. de locat.* §. *nunc aliqua. verſ.* 69. omnia eius bona præſumi feudalia vel emphyteutica, & ſeq. Iaſ. in *l.* 2. *q.* 13. *num.* 173. *C. de iur. emphyt.* Fran. Curt. in 2. *par.* 2. *feu. q.* 6. Idem voluit Bal. *conſ.* 225. *quæſtio eſt de terra. lib.* 1. Carol. Rui. *conſ.* 50. *nu.* 14. *lib.* 1. quod vltimum non eſt ſimpliciter verum, vt etiam ſenſit Bal. in *addit. ad Specu. tit. de loca. in ver. eccleſia conceſſit.* ſed prædia pignoranda ſunt, & tunc ſi vaſallus neget, & conuincatur de mendacio, cadet à feudo: ſi autem confiteatur, cogetur recognoſcere, vt tradunt Bal. Præpoſi. in *d.* §. *vaſallus* 1. *ſi de feu. fue. contr. int. do. & agna.* Aduerte quòd hęc pœna non habet locũ in cenſu, vt plenè dicã *infrà* §. 74. *glo.* 1. *nu.* 169. & in feudis non eſt æquum, æquè periclitari dominum, vt negantem vaſallum, videlicet vt dominus directus omnino ſemper perdat ius ſuum, niſi determinatè probet, ſingulas glebas prehenſas à ſe feudaliter moueri. Ideo opinio Spec. Alb, Bal. & communis poteſt ſaluari, ſanè intelligendo non de omnibus terris diffitentis, ſed tantum de prædiis, quæ vaſallus, emphyteuta, vel cenſuarius poſſidet in certo loco, pro quibus in genere recognouit homagium, canonem, vel cenſum, quia ſiue declarare nolit, ſiue etiam velit. Sed ob mutationem confinium, quæ temporis lapſu contigit, non poteſt determinatè oſtendere, quid & quantum (ex his quæ ibi poſſidet) in feudum, cenſum, vel emphyteuſim ab actore teneat. Tunc præſumitur, quòd omnia prædia, per eum ibi poſſeſſa, ſint feudalia, emphyteutica vel cenſualia reſpectiuè videlicet eius conditionis, ſub qua ſolitus eſt in genere recognoſcere ab actore, qui habet intentionem fundatam, exceptis his quæ reus doceret ſe nouiter alio iure acquiſiuiſſe, vel ab iis moueri, aut alterius conditionis eſſe, & ita propriè loquuntur Alberic. Bald. & alij in locis præfatis Carol Rui. *conſil.* 50. *lib.* 1.

5. ¶ QVÆRO primò, * an è diuerſo teneatur patronus declarare & oſtendere clienti, res feudales, earum fines, & in quibus conſiſtat feudum? Reſpondeo ſic, ita tenet gl. Aluar. Præpo. in *l. imperialem.* §. *illud quoque de probibi. feud: ali per Feder.* Quod ego intelligo in feudo de nouo conſtituto, vel iam diu poſſeſſo per patronum, forrè ex defectu vaſalli, quia nouus vaſallus debita obſequia & iura præſtans, iuſtè petit oſtendi, quibus in rebus feudum conſiſtat. Secùs in vaſallo exiſtente in poſſeſſione, qui quum ad rerum feudalium, curam & cuſtodiam teneatur, non debet eandem requirere à patrono. *argu. l. ſi quis ex argumentariis.* §. *prohibet. D. de eden.* & hoc niſi ex iuſta cauſa, puta propter abſentiam, vel inſtrumentorum amiſſionem, notitia obſcurata, vel ſi ſit hæres probabiliter hæc ignorans tunc enim tenebitur patronus facere, quod ſibi non noceret, imò ſibi & clienti prodeſt, impenſis tamen clientis, ſi qua huiuſmodi negotium deſideret. Quòd ſi fortè patronus æquè ignoret, iuramento ſe purgabit, vt in *q. ſeq.*

6. ¶ SECVNDO quæro; vaſallus offert dinumeramentum, patronus deliberaturus petit edi & oſtendi ſibi vetera dinumeramenta & inſtrumenta feudi, an teneatur vaſallus? Breuiter reſpond. Aut quantum ad exhibendam manum dominicam, ſeu ad effectum obtinendi leuationem manus dominicæ, & impediendi prehenſionem feudi, de qua in §. *ſeq.* Et non tenetur, ſed ſatis eſt vnum & vltimum dinumeramentum offerri: quo facto ceſſat conſuetudo concedens prehenſionem feudi. Aut quæritur an teneatur ex bona fide, & natura contractus, & poſſit compelli viâ actionis. Et dicendum quòd ſic, & * è conuerſo patronus tenetur edere clienti, quod procedit etiam reſpectu, veterum renouationum, & originalium inſtrumentorum conceſſionis feudi, vt quoties opus fuerit, viciſſim debeant non tradi, ſed edi. Et idem iuris eſt inter dominum & emphyteutam, vel cenſuarium. probat per tex. in *d. l. Titius hæres.* & ibi Alberic. *D. de actio. empti. in l. creditor. in fi. prin. D. eod. tit. in l. inſtrumenta.* & ibi Baldus. *C. de fideicomm.* Bald. in *l.* 2. *C. quomodo, & quand. iudex. & in addit.* Specul. *titul. de loca. ver. emphyteuta cogitur.* Iaſ. in *d. l.* 2. *quæſt.* 15. *C. de iure emphyteut. in prælud. feud. col.* 15. *nu.* 51. Nec obſtat regula neminem cogi dicere vel edere, titulum rei ſuæ vulg. *l. cogi. C. de petit. hæred.* quia loquitur in poſſeſſore nomine proprio, & nihil recognoſcente ab actore. Secùs in eo qui fatetur ſe vaſallum, vel emphyteutam. doct. in præfatis locis. Decius in *conſi.* 61.

7. Nec etiam pbſtat quod do. Pyrrh. in *conſuet. Aurel.* §. 63. *eo.* ſcripſit, non teneri originalem infeudationem oſtendere, quia hoc debet intelligi, quantum ad neceſſitatem probationis feudi, vel emphyteuſis, quæ ſufficienter fit per inſtrumenta vltimarum renouationum. vt ſtatim dicam in §. *ſeq.* Secus quantum ad vtilitatem alterutrius partium habentium cauſam ad inuicem, vt hic, quo certior fiat patronus, vel clíens, de conditionibus, & oneribus inueſtiturę, & an quid indebitè addatur, vel detrahatur in vltima renouatione, vel dinumeramento. quia tunc nedum vltima, ſed etiam omnia vel originalia inſtrumenta edenda ſunt, & exemplum ſeu copia danda. quod debet intelligi affirmanti etiam cum iuramento (ſi poſtulatur iuramentum) ſe non calumniosè poſtulare: vt not. Specu. in *tit. de loca.* §. *nunc aliqua. ver.* 141. per text. in *l. ſi quis ex argentariis.* §. *exigitur. D. de eden. ſeq.* Angel. in *l. prætor ait* §. 1. *eod. tit. Iaſ. in l.* 2. *eo.* Et ab habente faculatem hanc editionem faciendi, in qua is à quo petitur editio, ſi non habeat, nec dolo deſierit habere poterit ſe purgare iuramento. Et ita decidit Bald. & alij in *cap.* 1. §. *vaſallus.* 1. *in fin. ſi de feud. defunct. contem. ſit inter do. & agna.* Iacob. in dict. *verſi. dictique vaſalli primi. recogn. col.* 6. & quæ plenè tradunt ſcrib. in *l. ſi quis ex argentariis.* §. *fin.* D. *de eden. in l. fi. de fid. inſtru.* Pau. *l.* 2. *in fi.* & ibi Alexan. & Phi. Cor. C. *de teſta.* Areti. *in conſi.* 120. *procedendo.* Et iſtud eſt generale, tam in locis quæ iure Romano, quàm quæ iure Gallorum conſuetudinario reguntur. ¶ Non obſtat conſuetudo Aluerniæ, *eo. tit.* §. 9. quia intelligitur ſecundum ſex § præcedentes & §. immediatè ſequentem, videlicet quando feudum eſt deprehenſum ex defectu vaſalli, & poſſeſſor non vult abnegare, nec agnoſcere dominum, ſed pendente lite frui vt priùs, vel habere manus leuationem ſaltem prouiſionalem, donec actor docuerit de iure ſuo. Quod eſt inſolens, & contra omnes conſuetudines feudales regni, *vt dixi* ¶. *in* §. 31. Secùs ſi poſſeſſor dubius & timidus ſufferens interim prehenſionem, petat ab actore, ſibi titulos & auctoritates edi, offerens ius ex illis capere, vel illis ſtare, quia tunc actor ad hoc tenetur, abſque eo quod reus teneatur priùs, *adueüer ou deſaueüer*; id eſt agnoſcere vel abnegare, dummodò manum interim domini redintegret, ſi eam ſpoliauit, videlicet ſtante interim prehenſione feudali, & ita etiam contra ducem Niuernenſem iudicatum fuit, pro quodam decano de Mehim per prefectos libellorum palatij.

vidcas in emphyteuta.

* Mutua editio inter patronum & clientem.

* Patronus tenetur clienti oſtendere res feudales.

by Google

Catalogis quæ fides tribuenda.

8. TERTIO quæro, an * hi catalogi probent? Reſponde ſic, inter quos confecti ſunt, dummodo ſint recogniti, vel aliàs in forma authentica. Et idem dicendum de libris cenſualibus, & aliis conceſſiones ſeu renouationes inueſtiturarum continentibus. Et vt plenius & reſolutiné habeas, diſtingue. Aut iſte catalogus eſt confectus ab altera partium tantùm, puta à ſolo cliente, nec adhuc fuit admiſſus, nec approbatus per patronum, & tunc nihil operatur, vtpote deficiente ſubſtantia actus, qui conſiſtit in voluntate & conſenſu vtriuſque partis ſimul & non alterutrius tantùm. Vnde vaſallus ſiue agendo, ſiue excipiendo, non poteſt ſe iuuare iſtis dinumeramentis, niſi conſtet de acceptatione, vel approbatione patroni, verbo, ſcripto, vel facto, vt ſi ea patronus inſeruerit in ſuis dinumeramentis ſuperiori domino traditis. Aut iſte catalogus ſecundùm ſui formam & tenorem, eſt confectus & acceptatus inter clientem & patronum. Et tunc, aut eſt in forma publici inſtrumenti, putà continens ſubſcriptionem duorum notariorum, vel inſcriptionem duorum teſtium cum ſubſcriptione vnius notarij, & datam temporis, vel aliàs in forma authentica, de quo infra §. 66. Aut caret forma publica & authentica. primo caſu nihil aliud requiritur, ſed ſtatim plenè probat. Et aduerte, aut quæritur, quo ad veritatem ſeu probationem rei geſtæ, ſiue actus & facti in eo contenti. Et plenam fidem facit quoad omnes, nedum inter patronum & clientem, & eorum hæredes, vel cauſam habentes, ſed * etiam contra quoſcunque extraneos: quoniam acta vel quæcunque ſcripta publica probant ſeipſa, id eſt rei taliter geſtæ fidem faciunt inter quoſcunque vt decidit Bartol. in *l. cum lite mortua. col.* 1. *D. iudi. ſolu. in l.* 2. *col.* 2. *C. de eden.* & ibi Bal. *col.* 3. Angel. Salic. *col.* 1. Decius *col.* 9. *num.* 51. Andr. Alci. in *commen. d. l.* 2. *gloſſ. ſi. col.* 1. Idem Bal. in *rub. col.* 2. *verſ. ſequitur videre. C. de fide inſtru.* 9. Decius in *c.* 1. *col. fin. num.* 24. *de fide inſtru.* Soci. *conſ.* 205. *difficultas. col.* 3. *ver. non obſtat ſecundum. lib.* 2. quod ego intelligo & limito eſſe verum, ad limites & ſubſtantiam facti, tempore inſtrumenti geſti, & in eius tenore contenti & affirmati. ſecus quoad facta vel circumſtantias quæ tunc non fiunt, nec diſponuntur, ſed tantùm recitantur: vt ſi inſtrumentum contineat talem procuratorem patroni, inueſtiuiſſe clientem, de tali feudo antiquo. Si tale inſtrumentum ſit publicum, probat quo ad omnes ipsũ factum inueſtituræ, & quòd inueſtitor dicebat ſe procuratorem, & quòd vterque dicebat feudum eſſe antiquum. Sed non probat qualitatem procuratoris, & antiquitatis feudi, niſi inter quos confectum eſt inſtrumentum: & hoc etiam non eſſet probare nudum factum, ſed effectum.

10. Aut quæritur quo ad ius & effectum actus geſti, & tunc aut inter quos confectum eſt, eorum hæredes, vel cauſam habentes, inquantum cauſam habet, aut inter penitus extraneos. In primo membro plenè probat, & præiudicat, nedum in tenore & diſpoſitiuis inſtrumenti, ſed etiam in enunciatiuis, & quo ad omnem ſolennitatem & præſumptionem reſultantem ex inſtrumento, & contentis in eo, & quo ad omnem ſuam virtutem & efficaciam: inquantum tamen reſpicit vires & effectum actus principalis geſti. *vt no. in l. optimam. C. de contra. & commit. ſtipula.* Secus ſi * de enunciatis. & præſumptionibus inſtrumenti, per ſe principaliter, ſeorſum à principali actu diſputaretur: tunc enim tale inſtrumentum non facit plenam fidem, ſed ſolum præſumptionem, vel ſemiplenam probationem, etiam inter eaſdem partes, *vt no. omnes cano. in c. illud, de præſcript.* Alex. *conſ.* 21. (vbi in annot. dixi) *lib.* 1. *Math. Matheſi. ſing.* 8. Phi. Deci. in *c. per tuas. nu.* 7. *& conſ.* 213. *in fi. conſ.* 348. *in fin. & dicemus alibi plenius.* Secundo membro, videlicet inter extraneos. Et illis non præiudicat, quia res inter alios acta, non nocet, nec obligat, nec facit ius inter alios. *in rub. & per tot.*

A *C. res inter alios acta. l. ſi vnus. §. ante omnia. D. de paſt. cum ſimilibus*, & in terminis noſtris ita decidit *Franc. Curt. in tract. feud.* 2. *part.* 2. *par.* 9. 6. quod limito, niſi inquantum ex diſpoſitione iuris actus geſtus eis præiudicaret, puta quoad acquiſitionem tituli, & conditionis vſucapiendi, vel præſcribendi, nec non bonæ fidei fructuſúmque lucrandorum, quia quo ad hæc & alia huiuſmodi, inſtrumentum extraneis præiudicat. ex regul. vul. eiſdem * nocere acta vel inſtrumẽta actus, quibus & quatenus actus ipſe noceret, ſiue in iudicialibus, ſiue in extraiudiciariis, vt tradunt Bart. & omnes ſcrib. in *d. l.* 2. *C. de edend. in d. l. cum lite mortua, D. iudi. ſol.* Innoc. & cano. *in ca. cauſámque. de teſtibus.* Et ita exponenda ſunt dicta docto. vbicunque perfunctoriè, & craſsè (vt plerumque ſolent) loquendo, B dicunt inſtrumentum publicum inter extraneos non probare, quia ibi verbum *probare* per *καταχρησιν*, ſiue impropriè pro, ius efficere, ſiue præiudicare, accipitur: cæterùm verè & propriè loquendo, publicum inſtrumentum erga omnes eſt æquè publicum, & probans, vt dictum eſt.

* Effectus inſtrumẽtorum cõtra eos extenditur quibus actus noceret.

11. SECVNDO principali caſu, quando catalogus non * habet formam publicam & authenticam, & tunc quum ſit ſcriptura priuata de ſe, neque probat, neque præiudicat etiam inter eaſdem partes. *l. inſtrumenta. C. de proba. aut ſi quis vult. in fin. C. qui potior. in pignor. habe. cum ſimi.* Et ſi * eſt omni alio adminiculo deſtituta, teneo quòd nullum gradum probationis facit, nec C etiam ſimplicem præſumptionem, *per l. rationes, l. exemplo. C. de proba. & tenet. in authen. de inſtru. cau. & fid. §. ſi verò quiſquam. col.* 6. vbi dicitur, confidentem nudæ ſcripturæ priuatæ, totum in aduerſarij fidem ſuſpendere: igitur deficiente illius fide, nihil remanet. quamuis gloſſ. & ibi Bartol. Angel. in *d. §. ſi verò quiſquam. in verſic. inuenerit.* Alberic. in *l. admonendi. col.* 2. *D. de iureiuran.* & ibi Bartol. *col.* 4. quem Alexand. ibi *col.* 12. Iaſ. in *lect. & repet.* & omnes ſequuntur, Alex. *conſi.* 139. *nu.* 8. vbi in annotat dixi *lib.* 6. Panorm. Felin. & alij cano. in *c.* 2. *de fide inſtr.* Hyppo. de Marſi. in *rep. rubr. Cod. de proba. verſic. vlteriùs dico.* Iaſ. *conſil.* 129. *col.* 2. *verſic. Secundò moneor.* & ferè omnes ſcrib. quotquot legi, tenent contrarium, vt ſaltem faciat præſumptionẽ qualem qualem, & aliquem modicum probationis gradum. Sed quòd nõ ſit alicuius firmitatis, eſt text. in *dict. cap.* 2. *de fide inſtru. ibi, non videtur nobis alicuius firmitatis*, quod verbum alicuius etiam minimam excludit, vt ibi declarat Phil. Deci. tenens in no. 4. *col.* 1. *& col.* 3. *verſic. & vlterius.* quòd nullam præſumptionem facit. & idem ſenſit Angel. in *d. l. admonendi. col.* 3. quamuis autem increbeſcente hominum malitiâ, & rareſcente fide, huiuſmodi priuatæ ſcripturæ iamdudum cœperint eſſe nullius fidei: non tamen ſunt omnino inutiles, quoniam multis modis, & adminiculis verificari poſſunt, *vt in d. l. inſtru. & locis prælegatis*, ad quæ remitto quum non ſit hîc locus differendi. vnde ex quo verificatæ præiudicarent qui * eas falſificaret, vel falſis ſcienter vteretur, incideret in legem Corn. de falſ. & tanquam falſarius eſſet puniendus. vt eſt text. gloſſ. & doct. in *l. qui veluti. in l. damus.* C. *de falſ. text. in l.* 1. *§. rationes. D. eod. tit.* Angel. Areti. in tract. *maleficiorum*, in verſic. *falſarius. colum.* 3.

* Catalogus forma publica deſtitutus fidem non facit.

* Nuda ſcriptura priuata nullum gradum probationis facit.

12. Hanc concluſionẽ amplio, etiã ſi ſit * ſigillata ſigillis & armis, ſiue inſignibus patroni, & clientis, quia (principibus & magnis dominis exceptis) eorũ ſigilla non ſũt authentica, ſed priuata, & ſic non magis probant, quam ſcriptura, vel ſubſcriptio priuata, quæ nullius eſt fidei, niſi ſit recognita, aut aliàs verificata. ita tenent Alber. Barto. Paul. Ioan. de Prato. in *l. ſi procuratorem.* per illum text. *ibi hoc caſu literæ eius approbatis. D. de procura. fa. l. fin. ibi, ſi de earum fide conſtiterit. D. de proba.* Roma. *conſi.* 305. *hæc ſcriptura.* Ad duo tamen potiſſimùm prodeſt ſigilli priuati impreſſio. Primum

* Falſum cõmittitur etiã in priuatis ſcripturis.

* Ennunciatiua inſtrumenti.

* Inſtrumẽta publica probant rem geſtam contra omnes.

* Sigillum de ſe non probat. vide plura apud Craueram libro de antiquitatibus temporum part. 2. ca. Quæritur etiam num. 44. & ſeq. ad de Socinum regula ſigillis ignotis. 874.

vt faciliùs & promptiùs ſcriptura priuata verificari poſſit, quia quantò plura ſigna & ſolennia adhibentur, tantò maior & plenior habetur ratio certitudinis & veritatis detegendæ, & minor occaſio falſitatis vel erroris. Secundum vt verificato ſigillo appareat intenſiùs de complemento actus, & ſolenni conſenſu & approbatione ſigillantis, contra quem plenè probat, & præiudicat pro ratione finis, gratiâ cuius ſigillum eſt appoſitum, ſi enim * ad finem teſtimonij, non probat contra ſigillantem, niſi eum teſtem fuiſſe: nec quantum ad vim & effectum actus geſti præiudicat. *l. Caius. D. de pignor. action. l. Titio*, § *Lucius.* D. *de legat.* 1. Secùs ſi ad diſpoſitionem & ſubſtantiam actus apponatur. *l. fideiuſſor.* §. *pater. D. de pignori. l.* 2. & ibi Ioan. Fab. Alberi. Bald. Salic. *C. de reb. ali. non al.* Bartol. in *l. ſi cui.* §. *non videtur.* D. *quibus modis pign. vel hypoth. ſol. in l. tribunus.* §. 1. & ibi Angel. *D. de teſtam. milit.* Angel. in *l. Titius. in fi.* D. *quibus mod. pigno. vel hypoth. ſol.* Bartol & Alexand. in *l. quæ dotis. in fin. D. ſolut. matrimon.* Bald in *l. mutuæ. C. ſi cert. petat. in l. ſi pater.* per illum text. *C. de fideiuſſor.* Firmia. in *tract. de epiſcopo.* 1. *par.* 3. *lib. num.* 13. 13. Sigillum enim per ſe nihil loquitur, & ſine ſubſcriptione, vel æquipollenti, nihil operatur, inquit Bald. in *l. falſus in fi. C. de fur.* & eſt teſtis mutus, & incertus, ait idem Bald. *de pace conſtan, in verſic. imperialis col.* 1. vnde ſecundum. Innocen. & Panorm. in *c.* 2. *col. fi. de fide inſtrum.* quandocunque ſigillum imprimitur, debent exprimi tria, videlicet cuius eſt ſigillum, & à quo apponitur, & propter quid apponitur, & niſi iſta appareant, vel ex aliis circumſtantiis poſſint deprehendi, ſigillum nihil operatur. Et ita debet concordari quod vult Bartolus *in proœm. D. vet. num.* 5. *& in l. ad teſtium.* §. *ſi quis ex teſtibus. D. de teſtam.* ſigillum ſine ſubſcriptione non operari, cum eo quod in oppoſitum ſcribit Baldus, in dicta *l.* 2 C. *de rebus alien. non alien.* dummodò ſcilicet aliunde apparet à quo, & ad quod ſigillatum ſit. Ita etiam ſentit Phil. Deci. in *ca. tertio loco. in prin. de probatio.* reprobando opinionem Angel. in *l. conſentaneum. colum. penult.* C. *quomodo & quando iudex.*

14. Si igitur contra patronum producatur inſtrumentum dinumerationis, vel inueſtituræ, ſignis ſuis & armis ſigillatum: & neget ſua eſſe ſigilla, vel voluntate ſua appoſita, probandum * erit, ab eo, vel eius voluntate ſigillatum eſſe: quo probato non erit neceſſe probare ſua eſſe arma, vel ſigilla; quum alieno ſigillo, vel annulo quis ſignare poſſit. *l. ad teſtium.* §. *ſi ab ipſo. D. de teſta.* nec etiam ſufficeret patronum confiteri, vel aliter probare ſua eſſe arma & ſigilla, ſi neget voluntate ſua appoſita, quia ſigna priuata facilè ſubripi vel fingi poſſunt. *l.* 1. §. *ſed ne furandi.* C. *de lati. lib. tol.* Ita expreſſe tenet Albet. in *l.* 1. *ad fin. D. quemadmodum teſta. aperian. & in d. l. ſi procuratorem. col.* 2. *vbi. ſeq. Io. de Pra.* Et quamuis Bal. in *d. l. ſi procuratorem.* q. 3. *& in d. l.* 1. aliter dicat & velit, quòd ſi agatur contra eum, qui tanquam principalis, & non tanquam teſtis ſigillauerit, & non apparet eius eſſe ſigillum, quòd tunc magis præſumatur pro ſigillo, quàm pro negante ſua voluntate ſigillatum, prout etiam in teſte. gl. in *d. l.* 1. *in ver. neget. in fin.* Tamen in iſtis ſigillis priuatis & non authenticis, verior eſt præcedens opinio, quòd licet ſola confeſſio & approbatio ſigilli ſufficiat, contra non negantem impreſſionem voluntate ſua factam, tamen ſi ipſemet cuius eſt ſigillum, & qui illud recognoſcit, negat voluntate ſua impreſſum, non ſufficit ad plenam probationem, niſi approbetur impreſſio. Secus dicerem, ſi is ſolitum ſigillum ſuum eſſe negaſſet, & conuictus allegaret, non à ſe, ſed ab alio furtiuè, & ſine voluntate ſua factum, vel appoſitum, quia tunc onus hoc probandi ei incumberet, & interea ſigillum plenam fidem faceret. *authent. contra qui propriam. C. de non num. pecu.*

15. At in hærede, vel quouis etiam ſingulari ſucceſſore patroni, eo ipſo quod approbatur ſigillum eſſe proprium, vel conſuetum illius qui dicitur ſigillaſſe, ſatis probatum puto voluntate eius impreſſum, ſi non adducantur probationes vel vrgentes præſumptiones in contrarium. Et idem omnino dicendum è conuerſo, ſi contra clientem vel eius ſucceſſorem agatur. Si autem eſſent ſigilla nota & authentica, vt ſunt ſigilla principum, ducum, comitum, vel baronum maiorum, quoniam ſub fida cuſtodia aſſeruari ſolent, multùm habent fidei, & authoritatis, & ſtatim plenè probant, vt in cap. 2. *de fid. inſtrum.* dummodo adſit inſtrumento ſubſcriptio domini, vel ſui ſecretarij, & alia in talibus obſeruari ſolita: alioquin ſolum ſigillum, quantumuis notum & authenticum, non ſufficeret; prout latiùs hanc ſigillorum materiam reſoluendo, dicemus *infrà.* §. 166. *in gloſſ.* 2. *in verſic. ſeel.*

16. CONCLVSIO ſic ampliata; ¶ Fallit primò, quando talis priuata * ſcriptura eſt recognita, quia plenè probat & præiudicat contra confitentem, à ſe ſcriptam, vel ſubſcriptam. *l. Publia. in fin. D. Depoſi. l. cum indebito. in fin. D. de proba. in authentic. de inſtrum. can. & fid.* §. *ſi quis igitur. & ſequen. coll.* 6. *in authen. de tri. & ſemiſſe.* §. *hæc autem diximus. coll.* 3. *cap. ſi quorundam. de ſolut.* non tamen probat contra tertium, niſi ſimplicem confeſſionem recognoſcentis, ſiue hoc nudùm factum quòd ille contenta in tali ſcriptura, vel ipſam ſcripturam confeſſus eſt, & hoc probat recognitio contra omnes. Sed * non præiudicat tertio, niſi inquantum de iure talis confeſſio poteſt tertio præiudicare, ex die confeſſionis factæ: vnde hæc recognitio nullo modo trahetur retrò ad tempus & datam ſcripturæ recognitæ, niſi contra ipſum recognoſcentem, & non contra tertium, puta habentem medio tempore hypothecam, in qua remanebit prior & potior. Et hoc niſi veritas & data illius ſcripturæ, aliter probetur per probationes legitimas cùm eo factas. Et hæc eſt materia. *l. ſcripturas. C. qui potior.* de qua latius & opportunius tractabitur. *ff. tit.* 5. *in rub.* Et ita dicendum ſi hæc ſcriptura eſſet in totum ſcripta vel ſubſcripta per tertium de partium voluntate & mandato, & is contrà quem agitur, id confiteatur, vel hoc probetur. vt tenet gloſſ. 1. *in dict. capit.* 2. *Ludouic.* Roman. in dicta *l. admonendi*, & in *conſ.* 204. *pro diſcutienda. colum.* 1. *Felyn. in dict. ca.* 2. *colum.* 2. *verſic. ſexta declaratio.*

Nolo pro limitatione ponere quando ſcriptura teſtibus, comparatione literarum, vel aliis adminiculis verificatur, quia tunc propriè loquendo, non ipſa ſcriptura probat, ſed probatur, & de his latiùs dicam *in dicta rubrica quinta.*

17. ¶ Fallit ſecundò in ſcriptura veteri, & de facto * antiquo, vt tunc ſaltem faciat præſumptionem, vel ſemiplenam probationem, vt tenent Felyn. & omnes in *dicto cap.* 2. Iaſon. in *lect. dict. l. admonendi, num.* 77. *in fin. & in rep. num.* 90. *Hippolyt. de Marſil. ſingul.* 436. quod ſublimito, vt procedat, dummodo à perſona & loco non ſuſpectis proferatur, & in ſui forma appareat confecta, vel approbata ab vtraque parte. Secus ſi eſſet ſcripta vel ſubſcripta ab illo ſolo, qui eum producit à domo ſua: non enim poteſt eius ſcriptura vllo caſu, plus quàm vox ſua, & ſic nullum penitus indicium faceret: plus dico, quòd hæc tunc prodeſſet hæredi ſuo, quia à principio ipſo iure non valuit, nec vnquam conualeſcit, ſicut teſtimonium vnius in re ſua; alioquin ſequerentur inconuenientia, de quibus per Panorm. & alios in *cap. cum cauſam. de probat.* quòd quis poſſet ſibi ipſi probationes cum lapſu temporis fabricare.

18. ¶ Fallit tertiò, quando huiuſmodi ſcriptura eſt ſumpta * ex libro & chartophylacio eius, contra quem producitur, quia contra eum; & in eius præiudicium, fidem

a Sigillo non operatur niſi ad finem gratiâ cuius apponitur.

a Quando ſtatur cuius eſt ſigillum, an præſumatur eius voluntate impreſſum.

* Scriptura priuata recognita plenè probat.

* Scriptura priuata recognita quatenus præiudicet tertio.

* Scriptura priuata antiqua facit præſumptionem vel ſemiplenam probationem.

* Scriptura priuata ſumpta ex chartophylacio ſcribentis: contra eum plenè probat.

fidem plenam facit. quod intellige quando apparet scripta vel approbata ab illo, penes quem reperitur, vel à prædecessoribus suis, & ab eis pro vera custodiebatur vt sunt libri quos vulgò vocant * martyrologia, vel panchartas, terragiorum computorum, qui in castris & cùriis dominantibus conficiuntur, & asseruantur à dominis vel eorum procuratoribus, & in quibus describuntur, siue vt vulgò dicunt, registrantur prædia, & pertinentię, illius castri vel curię, cum feudis, subfeudis, inuestituris, renouationibus, & cęteris huiusmodi. Similiter & libri censuales, in quibus prędia censuaria, concessiones, recognitiones, renouationes, & solutiones censuum describuntur. Huiusmodi enim libri, & in eis contenta, plenè probant contra eos qui scripserunt, vel scribi fecerunt, & asseruant: non autem in eorum commodum, nec in prędudicium tertij, vt plenè not. *Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic.* 56. 57. Panormit. Aretin. Fely. Decius in cap. *cum causam de proba.* Petrus Anchar. in *cons.* 44. *pro viribus, colum.* 2. Marth. de Afflict in Decis. *Neapol.* 364. *in fin.* vnde per huiusmodi libros, vel scripturas inde debitè exemplatas, benè probabit vasallus, vel censuarius, dominium suum vtile contra dominum. Sed non probabit contra tertium, nec etiam dominus pro se, contra quemcunque, si non sint in forma publica, vel authentica instrumenti. vt sunt quidam libri, quos prudentiores faciunt confici manu duorum notariorum de recognitionibus singulorum, à se prędia vel alia iura tenentium, ad huiusmodi publicam recognitionem compul. sorum iudicis authoritate, id quod solent mediantibus litteris regiis, quas Gallicè vocant *de papier terrier*, de quo dicendum, vt supra diximus, de catalogo habente formam publici instrumenti. Ita expressè decidit Alexander. in *cons.* 187. *visa copia libri secundi.* vbi loquitur de * libris Episcoporum, vel Canonicorum, Ecclesiarum, ciuitatum, & similium. Socin. in *cons.* 205. *difficultas lib.* 2. Nicol. Boeri. *Decis. Burdegal.* 105.

19 ¶ Sublimito primò, vt * probet contra vasallum, vel tertium, qui ex eodem libro se fundat, & probationem sumit cõtra dominum; quoniam etiam rationibus vnius mercatoris, vtens contra scribentem, tenetur easdem recipere contra se, quod non est dubium, si agatur de eodem făcto, vel capitulo connexo, quod non potest commodè separari, per no. Bar. & alios. in *l. quædam. §. nummularios. D. de eden.* per Bald & omnes in *l. 1. C. de eden. cano. in c. 2. de fide instru.* Si autem agatur de articulo separabili, tenuit Panorm. in *d. ca. 2. col. 8. versic. sed non vltra alios.* quod sit separatio, & statur contra scribentem & non pro eo. etiam si sit factum, concernens easdem personas, & idem negotium: vt receptio depositi, & eiusdem restitutio: quod ego puto falsum, vt etiam sentit Ias. & benè in *rep. l. admonendi. col. 46. num. 119. versf. quid tenendum. D. de iureiur.* Secus si esset negotium, non solum separabile, sed etiam prorsus separatum, quia tunc vtens contra scribentem in alio articulo non tenetur acceptare contra se, in re prorsus diuersa. Andr. Alciat. in *l. 1 gl. 2. versic. quintus casus. C. de eden.* & circa hæc Marth. Mathesil. *sing.* 79. *not.* malè facit differentiam inter epistolam & librum rationum, quibus quis vtitur contra scribentem. Et plenè examinaui contra communem, j. §. 78.

Si igitur liber rationum vnius mercatoris probat pro eo, in prædudicium vtentis eodem libro contra mercatorem, etiam in articulo separato, eiusdem tamen negotij: Quanto fortiùs eodem casu fidem faciat pro patrono liber dominicalium iurium & clientelarium rerum, vtpote quum sit longè maioris authoritatis, & ponderis, quã rationes vnius mercatoris, tum ratione personarum nobilium & insignium: tum ratione loci, in quo asseruatur: tum ratione antiquitatis, continuationis, & successus plurium temporum. Ex quo infertur, quòd si vasallus probet tale prædium esse de suo feudo per librum patroni, poterit patronus ex eodem antiquo libro, contra eundem vasallum, probare aliud prædium, quòd forte vasallus contendit alaudium, esse de eodem feudo, vel idem feudum aliis certis subesse oneribus. Sed non leuis est quæstio; An patronus, contra quemlibet eius (quẽ coactus est edere) producitur, possit ex eodem probare, contra vtentem respectu alterius omnino diuersi feudi, non distinguendo de separatione, vel connexitate capituli? Solue: non potest absolutè responderi propter varietatẽ & librorũ, & rerũ, & personarũ, & locorũ & aliarũ circũstantiarũ, quæ possunt fidẽ addere, demere, auferre, minuere: ideo iudicis est arbitriũ, *vt* decidit Salic. in *l. 9. 2. col. 2. versic. sed dominus meus. C. de eden. Philip. Deci. in d. l. 1. col. 1. in fi. & in ca. 2. col. 6. n. 21. de fid. instr.* & in maiores fidei adhibendæ circumstantias, hanc meritò ponderat Salic. *in d. l. 2. col. vlt.* quãdo cursus publicus ad aliquorum fidẽ non cessat: id est, quando passim & publicè ad talem librũ rationũ, vel censuum, vel terragiorũ recurri solet. Quo casu non dubitò, quin bonus iudex ita arbitrari debeat, in tam solenni rerum feudalium, vel censualium libro, diligenter scripto, & asseruato ab antiquis patronis vsque ad vltimum, per multos varióque personarum & temporum successus.

20. Facit quòd etiam in * simplici libro mercatoris, tẽpore negotiationis suæ tantùm recenter cœpto & confecto fides adhibetur pro scribente, quando in plurimis capitulis, vbi descriptis verificatur, & inuenitur conformis veritati, vt decidit Panorm. *in consilio* 310. *ad benè examinandum in fi. col. 1. versi potissimè lib. 1. seq.* Ang. Aret. §. *actionum col. 18 in materia tutel. quæst. 13. Inst. de act.* Phil. *Cor. cons.* 81. *quanquam in hac col. fi. vers. & saltem lib. 1. Ias. in repet. d. l. admonendi col. 45. nu. 128.* Dec. in d. *l. 1. nu. 4. de edend. cons.* 510. *num. 2.* Quod autem dixi de simplici libro mercatoris, intellige de vero libro rationum quem quis tenetur etiam contra se edere siue agendo, siue defendendo in negotiis communibus editionem petente, vt dixi in *l. non est nouum. & in l. vult. C. de eden. in lectione Tubingensi, anno* 1554. secus in aduersariis vel memorialibus (vt vocant) quæ non continent data & accepta. Quia non probant etiam contra scribentem Bald. in *rubr. col. 8. & 9. versic. sed quæro si in libro. & versic. interdum. & vers. viso de scripturis C. de fid. instrum. l. ludouic.* Roman. in *l. nuda col. 3. D. de donation.* Philip. Deci. *l. 1. C. de edend. & in cap. 1. de probation.* Ias. in *l. admonendi. charta.* 13. & ante eum Franc. Cur. senior. *D. de iureiur.* Hieron. Grat. *consil.* 122. *nu.* 10. *& consi. seq. lib.* 2. vbi tenet quod liber secretus canonicorum contra eos fidem non facit. Sed certè imò iudicis est arbitrium. facit Felin. in cap. ▪ *col. 7. de fide inst.* Cardin. Haren. in *Clem. 1. §. cæterùm de vsur.* Stat igitur conclusio, quòd liber feudalis vel censualis patroni, facit fidem pro patrono contra clientem, qui eodem libro vtitur in aliquo contra patronum: quod ego limito esse verum cæteris paribus. Quid enim si vasallus producit antiqua capitula dicti libri contra patronum, retorquet noua & recentia quædam capitula, siue circa idem, siue circa penitus diuersum feudum, tunc enim non puto continuò standum recentibus scripturis eiusdem libri, in fauorem patroni (nisi aliud accedat,) tametsi vasallus in fauorem sui vtatur antiquis scripturis illius libri, siue aliis adminiculis. Idem in similibus.

21. ¶ SVBLIMITO secundò, quando illi libri essent antiqui, & ordinata serie conscripti, quia magnam præsumptionem facerent etiam pro dominis, contra tertios volentes se in illis aliquo modo fundare, quamvis alias non essent authentici: imò etiam facerent, sub iudicis tamen arbitrio, semiplenam probationem, respectu antiquorum capitulorum, vt *per Spec. de instrum. edi. §. nunc dicendum, ver. regulariter. nu. 5.* Ant. Butr. in *cap. 2. col. 4. versic. tertium censur. de fide instrum.* per omnes *can. ind. cap. cum causam.* vbi Dec. *nu. 5. de probat.* Et inter plures vasallos vel censuarios eiusdem domini, puto quod per facerent plenam fidem, nisi in diuersum

* Martyrologia pâchartę, censuales libri Galli appellãt, à Terra, *Terriers.*

* Liber rationum mercatoris, quẽadmodum fidem faciat. adde Capellã Tolozan. am quæstione 199. & ibidẽ Auferium.

a De hic vide plenissimè Cranetam libro de Antiquitatibus temporum.

b Non potest fides eiusdem scripturæ dari.

aliud probaretur. Sicut enim ille liber fidem plenã facit contra dominum, ita & contra prætendentem cauſam ab eo, vt eſt bo. text. in *l. ex ſextante. §. Latinus D. de excep. rei iudi. no.* Hen. Boh. in *d. c. fi. col. 1. de fide inſtrum.* Quod eſt verum etiam ſi nullã habet ſubſcriptionem teſtium, de qua in *l. ſcripturas. C. qui potior. in pign. hab.* quicquid dicat Heuric. in *d. c. vlt.*

22. Dicuntur autem capitula * antiqua arbitrio iudicis per ea quæ ſtatim tradam *infra eod. nu. 63.* puto tamen quòd ad minus debent eſſe triginta annorum, quia non minus temporis ſpatium ſufficit ad præſumendum in graue præiudicium tertij, *per text.* & ibi not. Ant. But. & Imol. *col. 5. in c. peruenit. de empt. & vend. cano. in c. Albericus. de teſtibus.* Alex. *conſil. 79. num. 6. lib. 6.* Felin. *in c. ſicut nobis, col. 15. verſ. ſecundo aduerte. de re iud.* & ita intelligitur quod decidit Lud. Rom. in *conſ. 127. poſito quod dominium*, vbi dicit per librũ cenſualem Eccleſiæ, probari dominium contra tertium, quando ſcilicet apparet de ſolutione cenſus vltra triginta annos, nec adhuc vult illum ſolum librum cenſualem plenè probare contra tertium, quia ibi (ſcilicet in themate in quo Rom. conſulebat) concurrebant fama per duos teſtes probata, & alia adminicula, & ſic ille liber de ſe præſumptiuè, vel ſemiplenè tantum probat contra extraneum non obſt. cap. *ad audientiam de præſcriptione*, quia ille text. reprobata gloſſ. ibi. in *verſic. librum*, per omnes doct. in *d. c. & in d. c. cum cauſam* intelligitur in libro reperto in publico archiuo, & inter ſcripturas authenticas in manu officialis. nec obſtat quod ſolet obijci quoddam dictum Bald. in *l. fi. col. pen. C. ſine cenſib. vel reliq.* ſi per libros cenſuales appareat ita eſſe conſuetum per decennium, nihil aliud inquirendum, quia Baldus ibi loquitur, quando quæritur, non an prædium ſit cenſuale vel liberum, vel alij ſubiectum ſed quantum ſolitum ſit ſolui pro cenſu. quod liquere poteſt per præfatos libros cenſuales, vniformem præſtationem decem annorum continentes, niſi contra probetur, ſa. *ſuprà §. 2. gloſſ. vlt. num. 6.*

* Antiquæ ſcripturæ quæ dicãtur. Quidam putant ſufficere tẽpus 40. annorum: alij tempus excedens centum annorum: alij quod excedit memoriã hominum: alij contrarium faciunt. de quo vide Cravettã lib. de Antiquitatibus temporum in principio: & Monochium 2. de arbitrariis iudicis caſu 3. & 4. Vbi latè examinat quod antiquũ in probationibus & ſententiis.

23. Si autem tales * libri eſſent confecti per officiales publicos, ad hoc publicè ſuperioris authoritate conſtitutos, ſtatim pro publicis haberentur, & plenam fidem facerent. *arg. l. in fraudem. §. quotiens. D. de iure fiſci. & in l. quædam. §. nummularios.* Vbi Angel. dicit eſſe caſum. *D. de eden. &* ibi Bart. & omnes. ita tenent Signoro. de Homod. *conſ. 22. col. 6. verſ. venio ad quartum.* Paul. in *authen. ad hæc. C. de fi. inſt.* Firmia. in *tract. gabel. in 4. par. quæ. 2.* quod ſanè intelligo in concernentibus officium dictorum officialium. vnde licet per libros * præpoſitorum gabellis, probetur ſolutio, vel non ſolutio, gabellæ non tamen plenè probatur contractus, ſi de eo principaliter agatur, vt pulchrè decidit Alexan. in *conſil. 36. viſo proceſſu. col. 1. lib. 5. ſeq. Dec. d. cap. cum cauſam. in fi. col. 1. nu. 3. Socin. conſ. 28. viſis actis. col. 2. lib. 2.* Vnde liber * æſtimi confectus ab officialibus a publico conſtitutis, non probat hunc vel hunc eſſe dominum vel poſſeſſorem, ſi de hoc principaliter inter alios agatur, vt tenet Bal. in *l. quidã in ſuo inſt. D. de cond. inſtit.* Bal. Sali. Paul. *in l. ſolennibus. C. de re. vdẽicat.* Bal. in *l. ſi pater. C. de act. emp. ſa. cenſualis. C. de dona.* Soci. in *d. conſil. 205. lib. 2.* Et ſecundũ prædicta debet intelligi quod Ioan. Fab. arguit in *l. fi. C. ne rei domin. vel templo.* antiquum * librum cenſualem fidem facere, poſſet tamen eſſe tanta antiquitas, & veriſimilitudo & contrariæ probationis defectus, quòd fidem plenam faceret, ſine aliis adminiculis.

* Libri confecti à publicis officialibus in cõcernentibus eorum officium plenè probãt

* Libri publicanorum probant ſolutam vel debitam gabellã.

* Liber æſtimi vt probet.

* Libri Cenſuales quem admodum probent.

24. ¶ Sublimito tertiò, quantum ad præſumptionem qualemqualem, quam inducunt etiam in fauorem domini, vt tradit Panor. in dict. *cap. cum cauſam.* & ibi Dec. *col. 2. nu. 5.* quod intelligit ſecundum circumſtantias, & veriſimilitudinem rei ſubiectæ, quinimo ſi ſcriptura illius libri, de qua agitur, eſſet nimis recens, & fortè non antiquior quæſtione ſiue controuerſiã mota de contentis in ea, quia tunc putarem quòd nullum indicium, nullam præſumptionem de ſe faceret, per not. *ſu-*

A *pra eo. num. 19. in fi.*

25. ¶ Sublimito quartò, quando tales libri publicè reputarentur authentici in loco, & illis ſolitum eſſet fidem adhiberi, in iudiciis, & extra: tunc enim plenè probant, ſiue pro domino, ſiue pro alio, vt tenent Bal. Salic. in *l. exemplo. C. de fi. inſtru. fa. cap. cum dilectus. eo. tit.* & iſtud procederet ſolum inter ſubditos illius loci vel territorij, vbi viget talis cõſuetudo: quæ inter eos, etiam extra territorium ſeruanda eſſet, vt no. Bal. in *d. l. exemplo & in rub. C. eo. col. fi.* Ioan. Andr. in addit. *Specul. de inſtru. edi. §. nunc dicendum. in 7. ſupplemento.* Et aduerte quòd doct. communiter idem dicunt de ſcripturis ſumptis ex archiuo publico: & malè, vt infrà *nu. 29.* Et tamen vt patet per exempla quæ tradunt, non intelligunt B niſi de libris Eccleſiarum, collegiorum, vel communitatum, in quo eorum dictum eſt verum, quia tales libri nõ continuo cenſentur eſſe in archiuo publico & authentici: licet ſint in chartophylacio cuiuſdam Eccleſiæ, caſtri, vel collegij, cuius ſcripturis conſuetũ eſt in illo loco fidẽ adhiberi, cui conſuetudini intra fines vel ſubditos ſuos tantum eſt ſtandum. Illud enim cartophilacium, non eſt publicum, ſed priuatum; nec eſt authenticum archiuum, niſi publica authoritate poteſtatem habenti ſit inſtitutum, vt ſtatim dicam. Et ſic doct. ad propriam vocem non aduertentes, paralogiſati ſunt.

26. ¶ Fallit quartò principalis concluſio, Si illa ſcriptura * eſſet ſumpta ex archiuo publico: tunc enim plenè probat, etiam ſi careat ſubſcriptione notarij, teſtibus, C & aliis ſolennibus publici inſtrumenti, text. in *auth. ad hæc. C. de fi. inſtru. in cap. audientiam. de præſcrip. l. moris. §. ſolet. D. de pœnis. ibi, quo in publico inſtrumenta deponuntur archiuo fortaſſe, vel grammatophila. Clem. vnica in fi. de iureiur. cap. peruenit. 30. quæſt. 1. Angel. conſi. 104. ſtatutum. Lu. Rom. in conſi. 165. liber regiſtri. conſil. 319. in cauſa. Ioan. Paul. in conſi. 344. in præſenti caſu. libr. 1.* nec aliud requiritur quàm hæc tria, * quæ important archiuum publicum. Primum quòd aduerſetur in loco publico. Secundum in loco vbi ſolum authenticæ ſcripturæ reponuntur. Tertium ſub cuſtodia officialis publici ad hoc deputati, vt tenent Panor. Aret. *in c. cauſam col. 2.* & ibi Feli. Dec. *col. 3. de proba.* Feli. in d. *cap. ad audientiam. col. 4.* Socin. *conſil. 258. in cauſa vicariæ. col. 2. lib. 2.* Dec. *in conſi. 458.* Et aduerte quòd ſi producatur ipſamet originalis ſcriptura, reperta in præfato archiuo, de- D bet * habere publicum teſtimonium, ſiue ſubſcriptionem illius qui præeſt archiuo, atteſtantis eam eſſe ſcripturam archiui inter authenticas inuentam & ſeruatam, *text. in §. ſancimus ſi quando*, & ibi Bart. in *auth. de hũ qui ingred. ad appell. col. 5.* Aug. Paul. in d. *authent. ad hæc*, alioquin ſine prædicta teſtificatione non probat vt tenent. doct. *in d. locis & expreſſim.* Phil. Cor. in *conſ. 141. videtur prima facie. col. 3. verſ. inſtrumm. li. 3.*

27. Si autem producatur exemplũ illius ſcripturæ, tunc non ſufficit teſtimonium præpoſiti archiui, ſed cum hoc requiritur quòd iudicis authoritate & parte vocata ſit facta exemplatio, per not. in authent. *ſi quis in aliquo documento. C. de edend.* & ita decidit Paul. in *d. authent ad hæc.* Et ſic quod inquit Gemin. *in conſ. 82. 6.* E fidem adhiberi quando præpoſitus archiui atteſtatur ſic contineri in libro archiui, debet intelligi quando extractum fuit exemplum in præſentia, vel contumacia aduerſarij, iudice authore: alioquin illud dictum eſſet falſum. Ita etiam reſoluit Cardin. Zabar. in *conſil. 72. Titius col. 3. in tertio dubio.* Nec obſtat quod inquit Bal. *in cap. 1. in fi. de fid. inſtr.* ſumptum ex archiuo publico ex authoritate officialium fidem facit contra omnes propter authoritatem archiui, fortè etiam aliquo non citato refert & videtur ſequi Felin. in *d. c. audientiam col. 5. concluſ. 6.* Tũ quia loquuntur dubitanter, & ſic illud dictũ non poteſt habere ſtabilem authoritatem apud alios, quum non ſit firmum dicenti. Tum quia illud dictum eſt contra rationem & diſpoſitionem iuris in d. *authen. ſi quis in aliquo. & in c. fi. de fid. inſtr.*

* Scriptura priuata ex archiuo publico deſumpta probat.

* Tria requiruntur in archiuo publico. vt hic aliã quædã ãplura requirit notat Cravetta libro de Antiquitatibus temporum; & quidẽ primò, vt archiuo præſit officialis publicus: ſecundò vt ſcripturæ ſint poſitæ inter ſcripturas authẽticas: Tertiò, vt fides ex conſuetudine talis ſcripturæ detur: Quartò, vt habeat teſtimonium commentarienſis autofficialis deputati ad cuſtodiam ipſius archiui.

* Quando ſufficit teſtimoniũ præfecti archiui.

* Quando requiritur ſolennis exemplatio.

Quamvis And. Alciat. in *l. procurator. col. 6. C. de eden.* absolutè teneat, nec citationem quidem requiri, & malè. A

* Prærogatiua supremæ curiæ ratiociniorum regis & eius Archiui.

28. Potest * tamen saluari & habere locum specialiter in supremo regio archiuo supremæ curiæ: quale est sacrum illud scrinium, seu archiuum ratiociniorum regni Franciæ in basilica huius vrbis: cui præsunt præfecti sacrorum scriniorum, & ratiociniorum regis, qui sunt iudices supremi, quorum attestatio & subscriptio tantæ est authoritatis, vt plenæ fidei robur tribuat contra omnes, exemplis eorum iussu confectis, de contentis in libris & scripturis præfati archiui, sine alterius cuiuscunq; iudicis authoritate, & sine vlla partis vocatione, & hoc est speciale priuilegium, & prærogatiua supremæ illius curiæ sacrorum scriniorum. Et eandem præeminentiam B habet in regno Siciliæ suprema curia vicariæ illius regni, vt testatur Matth. de Afflict. in comment. *constit. Neapolit. in l. 1. cum vniuersis. col. 2. in 5. notab. de homic. affida. non tenen. lib. 3.* Item de facto seruant in hoc regno in exemplis extractis & aliis curiis ratiociniorũ à rege electis, vt quas vocant cameras computorũ Diuioni & Blesis, etiam si Blesia non sit domanium (quod vocant) coronæ, sed priuatum principis patrimonium, vt dicam infra § 19. *ad fin.* Secus esset in archiuis curiarum inferiorũ etiam regiarũ, quibus præsunt officiales regij, sed non iudices supremi vt in archiuo præfecturæ Aurelianensis & similibus: non enim fidem faciunt exempla ab illis confecta & testificata, nisi etiam iudicis competentis authoritate, & parte vocata essent secundum formam iuris communis extracta. Et adhuc huiusmodi exempla, quia pura exempla sunt, non facient nisi inter C quos solenniter confecta sunt.

29. Hanc quartam fallentiã doctor cõmuniter sublimitant procedere inter subditos illorum qui præsunt archiuo, & infra eorum territorium: intra quod est deputatũ archiuũ, & adseruantur scripturæ tanquam authenticæ: Secus inter non subditos, & extra territorium. Ita determinat Ioan. Andr. in *addit. Spec. de instrum. edit. §. nunc dicendũ in glo. magna in 5. & 6. supplemẽto.* sequitur Bal. in *rub. C. de fid. instr. col. fi.* Ant. Butr. in *cap. penul. vers. octauum casus. de fid. instru.* Flor. *in l. census. D. de probat.* Alexan. in *d. authent. si quis in aliquo documẽto. col. 2. vers. 6. fallit. & in cons. 138. nu. 5. lib. 1. cons. 16. in causa & iure col. 2. lib. 5.* Andr. Alc. in *l. procurator. gl. vult. ad fi. C. de eden.* Francis. Purpurat. in *d. authen. si quis in aliquo. nu. 31. eod. tit.* Sentiunt tamen Bal. Salic. D *in l. exemplo. C. de probat.* quod * virtus probandi extẽditur extra territoriũ, sed inter subditos, quod approbat Feli. in *d. c. ad audientiam. col. 4.* quorũ dicta procedere possent limitando rei fidem in vim dicti statuti, vel aliũ effectum haberet virtute dicti statuti localis tantũ. Secus dum quæritur an probet de iure cõmuni, quum scriptura archiui publici cum testimonio officialis ad hoc deputati, vel eius exemplum solenniter confectum, faciat plenam fidem de iure cõmuni. tex. in dict. authent. *ad hæc* & in *authent. de his qui ingred. ad appell. §. sancimus si quando.* vnde sequitur, quod hoc debet æquè, habere locum vbique etiam inter non subditos præpositi archiuo. Et hoc tenet Aret. in *d. cap. cum causã.* & verũ puto.

* Scriptura archiui vbique probat inter omnes reprobata cõmuni sententiã.

* Cur authoritate erigendum archiuum.

30 Intellige tamen in * archiuo publicè erecto, authoritate superioris potestatem habentis, & in quo non nisi scripturæ publicæ & imbreuiaturæ defunctorum tabellionum, & aliæ scripturæ, solent reponi & adseruari: quale est insigne illud archiuum præfecturæ Aurelianensis, vnde promuntur documenta plenæ fidei, nedum inter Aurelianenses subditos illi præfecturæ, sed inter omnes regnicolas, imò inter quoscunque: quum instrumenta à notariis supremi regis Franciæ, intra regnũ suum confecta, fidem faciunt vbique, & quo ad omnes, per not. Bar. in l. 1. *C. de sum. trin. & fide catholica.* Igitur & scripturæ vnius archiui authentici regni sui. Secus si de facto quoddam archiuum erigeretur à non habentibus potestatem supremam legem condendi, & notarios publicos creandi: quia illud esset potiùs priuatum chartophylacium, vel bibliotheca, quàm publicum archiuum, nec esset authenticum, nec scripturis inde prolatis crederem fidem adhibendam, nisi essent in forma, & haberent solennia publici instrumenti, & maximè quando ageretur de vtilitate eorum qui constituerunt illud archiuum: ad quod optimè facit quod not. Innoc. in *c. 1. in fi. de procurator.* vel nisi, sicut nuper dictum est, de libris antiquis in quibusdam Collegiis, Ecclesiis vel castris aduertatis. ℣. *eod. fol. 3. num. 18. vsque ad num. 25.*

31. Sublimito secundò, vt procedat inquantum instrumenta ibi aduersantur, vt publica & authentica, aliàs secus. vnde si baro, castellanus, miles, aut alius regis vasallus, regem patronum agnoscat coram summis præfectis ratiociniorum in hac vrbe, & dinumeramentũ suum offerat, quod recipiatur & in registris agnitionum feudalium, præfecturæ in qua situm est feudum reponatur, cum elogio à præfectis subscripto de agnitione, præsentatione, & receptione talis vasalli, pro tali feudo, tali die, in curia ratiociniorum facta. Tale dinumeramentum faciet fidem contra omnes quod fuit agnitum & præsentatum per talem. Sed non faciet fidem de contentis in eo, nisi contra ipsum qui præsentauit, & successores suos, non autem contra alios. Quid enim si in suo dinumeramento expressit & à rege recognouit certum fundum, quem Titius tanquam alaudium possidet vel in feudum, vel in censum tenet ab alio domino, faciétne fidem aliquam contra Titium, vel alium dominum? certè non. Quid si inter subfeuda inseruit chartam vel scripturam continentem dinumeramentum sibi traditum à Sempronio subvasallo, in quo exprimitur Semproniũ talia prædia à se recognouisse in subfeudũ. Num faciet fidem contra Sempronium? vel contra aliũ à quo eadem prædia tenentur vel mouentur in vtili vel directo dominio? nequaquam. Ratio quia sola agnitio, præsentatio & admissio dicti militis facta in regiis ratiociniis est publica & authentica, non autem contenta in scripturis & dinumeramentis per eum traditis, quæ remanent priuatæ scripturæ vt priùs, & non probant veritatem contentorum in eis, sed solum confessionem & recognitionem de contentis factam fuisse per talem militem. Tum scripturæ & catalogi oblati per talem militem, si non sunt publica & authentica, sed priuata, non recipiuntur vt publica, sed vt priuata, quamvis recipiantur publicè: & sic non reconduntur, nec obseruantur, in archiuo, vt publica instrumenta in se, sed vt scripturæ priuatæ, vel quales sunt recognitæ publicæ per eum qui eas præsentauit. Igitur scripturæ illæ non efficiuntur, nec sunt publicæ nec authenticę in se, sed tantum ipsa oblatio & confessio de eis facta. Idem dico, si miles dicat se emisse feudum commilitonis à rege dependens, & coram præfectis ratiociniorum fidelitatem faciat, releuamenta soluat, & nouum dinumeramentum tradat, cum literis acquisitionis suę, quę fortè solo suo & commilitonis priuato sigillo munitę sunt: nullam enim fidem faciunt, etiam contra illum commilitonem, nisi recognitę sint per eum, aut aliàs verificatę, & multominùs contra tertium idem in similibus.

* Declaratur dictũ Innoc.

E 32. Et hoc est quod notab. vult * Innoc. & omnes seq. in *ca. cum in iure periti. in fi. de offic. deleg.* quando offertur in iudicio instrumentum procuratoris, vel aliud simile, licet oblatio fit de actis, non tamen tenor instrumenti: vnde nisi aliàs solenniter, hoc est parte vocatã publicetur, semper oportet ostendi originale. Ex quo infertur eodem themate retento, si similes ostenderet acquisitiones suas & dinumeramenta per instrumenta publica, tamen non relinqueret ibi originalia, sed sola exempla, idem dicendum esset, quia hæc exempla nullam fidem faciunt, nisi contra illum militem qui ea præsentauit, vel cum quo exempla sunt per not. in d. auth. *si quis in aliquo documento.* Nec obstat quòd Ang. *ibi col. 1. Alex. col. 2. Ias. col. 3.* volunt

exemplum etiam non ſolenne plenè probare, quando reperitur in archiuo publico: quia iſtud non eſt verum, quum non ſit ibi repoſitum velut ſcriptura authentica, ſed velut exẽplum, vt vult Dec. ibi *col. 4. nu. 23. & benè.* Et quia frequenter in iudiciis vſuenit dinumerationum. & renouationum noua & antiqua exempla produci, videndum eſt quando, & quantum exempla probent. quod vt compendioſiùs & reſolutiùs habeatur, vnam ex theoricis à me dudum memoriæ & reſolutionis peculiaris gratiâ collectis, hîc ſubjungam, multis breuitatis cauſâ reſecatis, & paucis additis.

*Exempla an & quemadmodum probent, adde Decium 1. conſiliorum 24. Gloſſam in Authentic. procurator. C. de edend. Bald. auth. ſi quis. C. de edend. & c. 1. de fide inſtr. cap. 1. de teſtib. Iaſonẽ 1. conſiliorum 114.

53. Dvm quæritur,* an exemplum probet? uit eſt exemplum alicuius ſcripturæ priuatæ, vel alterius minus authenticæ, quæ ſi nunc oſtenderetur in tali forma & qualitate, in qua deſcribitur in exemplo, non probaret, & tunc generaliter exemplum quantumvis ſolenne non probat. nec plus operari poteſt quàm originale, per c. *cum dilecta. de conſtr. vtil. vel inutil.* & Henric. Boh. in *cap. fi.* & ibi Feli. *col. 3. not. 5. de fid. inſtr.* Aut eſt * exẽplum exempli, quod videlicet non eſt ſumptũ de originali authentico, ſed de mero exemplo originalis prætenſi authentici, & nullo modo probat, ſicut nec teſtimonium de auditu auditus, vel de auditu alieno. Bald. in *l. in bonæ fidei, col. 3. ver. dubitatur de exemplo. C. de iureiur.* Cyn. Alber. Bart. Bald Salic. Paul. in *l. ſancimus. C. de diuerſ. reſcript.* Bald in *l. 2. D. de fid. inſtrum. Specul. de inſt. editio. §. 1. verſ. ſed obijcitur §. nunc dicemus. verſ. penult.* Alex. *conſ. 138. oportunè conſideratu. col. 4. lib. 1.* Dec. in auth *ſi quis in aliquo. col. 5. nu. 30. C. de eden. in cap. 1. in princip. de fid. inſtr.*

* Exemplum exempli non probat.

Amplio primò etiam ſi eſſet ſumptum ab exemplo ſolemniſſimè exemplato cum vero, publico & indubitato originali, & iudice authore, etiam partibus præſentibus & expreſsè conſentientibus vel non contradicentibus: quicquid velit Bar. in d. *authen. ſi quis in aliquo. col. 2.* quem alij reprobant, & expreſſim Dec. ibi *col. 6. num. 30.* Phi. Cor. in *conſil. 24. licet in themate. col. 4. ver. ſed licet exemplum. lib. 4.* Etiam ſi Andr. Alciat. idem quod Bart. incautè voluerit in *l. procurator. gloſſ. vlt. col. 3. verſi. ex huiſmodi. quàm exemplo. C. de edend. 34.* Ego autem iſtud dictum Bar. ſaluo, vt procedat inter eaſdẽ pàrtes: ſiue cõtra eum, cum quo primum fuit ſolenniter exemplatum, vel cõtra eius hæredes; tunc enim puto quòd iſtud primum exemplum poſſit iudice authore exemplari contra eos vocatos, etiam inuitos, ſi iuſtam aliam cauſam contradictionis non allegent & doceant, & eadem ratione, in eorum contumaciam. æquè faciet iſtud exemplum exempli plenam fidem contra eos atque primum exemplum, vel originale ipſum. Quid enim ſi prototypon ſolenniſſimè exemplatum, caſu perierit num exemplum, quod cum eadem parte eſt inſtrumentum authenticum & indubitatum, poterit efficaciter exemplari, ne ſimili caſu probatio funditus depereat? quod tam verum puto, quàm eſt æquum, & nonniſi ex proteruia & iniquitate poſſet cõtrouerti. Secus ſi qua iuſta cauſa contradictionis ſupereſſet fortè tẽpore primæ exẽplationis omiſſa, vel poſteà ſuperuẽta. Quid enim ſi quis peteret à me decem, ex legato, in prætenſis codicillis facto, ad quorum confirmationem produxit, & exemplari fecit prætenſum teſtamentum, vocato meo procuratore, qui parum aduertit, neque etiam ſollicitus fuit, quia tantum de decem ſemel ſoluendis agebatur. Poſteà verò me mortuo contra hæredem meum vendicat omnium bonorum fideicommiſſum ex eodem prætenſo teſtamento, cuius originale non producit, ſed tantum exemplum illud in alia parua cauſa factum. Certè non ſufficit etiam inter eoſdem, ſed omnino edendum originale, quamvis actor ſolenniter iuret ſe ſine culpa perdidiſſe. Et quamvis etiam hæres meus non auſit affirmare ſe conuicturum de falſo. Et ſic ſub hac modificatione etiam inter eoſdem procedit ampliatio. Quæ procedit planè & ſimpliciter reſpectu extraneorum, contra quos non poteſt exemplum quantumvis aliàs ſolenne exemplari: quum iuſtam cauſam contradictionis habeant eo ipſo quòd eſt exemplum alienum: & contra eos non probans, vt ſtatim dicam. Quod hanc procedere, ſiquis contenderit exemplari ad finem & vim probationis, quam de iure & qualitate rei & ſubiecti argumenti facere iuſtè poterit, quia puto debere & poſſe exemplari: quum tale exemplum contra extraneos præſumptionem qualemqualem, quandoque etiam ſemiplenam probationem faciat, vt in ſequentibus. Et nedum quæ ad plenam fidem proſunt, vel prodeſſe valent: ſed etiam quæ ad ſimplex indicium vel adminiculum proſunt, exemplari poſſunt, ad tales fines qui iuris & rationis ſunt (vt aiunt) ſaluis obiectionibus & dilutionibus partium hinc inde.

35. Amplio ſecundò, vt nec ſimplicem præſumptionẽ faciat quod intellige de præſumptione iuris, ſine facientе aliquem vel modicum gradum probationis: tamen exemplum * exempli benè poteſt inducere præſumptionem, non legis, ſed hominis, hoc eſt, quòd aliquis prætextu contenti in tali exemplo, quandoque poterit præſumere ita eſſe de facto vt in eo continetur & ille error cauſabit bonã fidem, & excuſabit a dolo, vnde etiã poterit ſufficere ad lucrum fructuum, imò etiam ad præſcriptionem, vt *ſing. no.* Bald. in d. *l. 2. ſeq.* Alex in *add. ad Bald. in d. l. in bonæ fidei.* & in *conſ. 191. nu. 4. lib. 6.* Quod ego intelligo de præſcriptione longiſſimi temporis, quæ currit ſine titulo de effectu, etiam de iure canonico, dummodo abſit mala conſcientia, ſeu poſitiua mala fides, *vt dicam infra §. 68.* Secus ad præſcriptionem longi temporis: tum quia talis error non fundatus in alia cauſa credulitatis, quam in dicto exemplo eſt magis error iuris quàm facti, & non prodeſt ad huiuſmodi præſcriptionem. *l. nunquam in princ. l. ſi fur. in princ. D. de vſucap. l. 2. §. ſi à pupillo. D. pro empt. l. iuris ignorantia. D. de iuris & fac. ignor.* Tum quia certum eſt quòd non poteſt tale exemplum producere titulum, nec verum, nec putatiuum, cum iuſto errore facti, igitur ceſſabit præſcriptio longi temporis. *l. Celſus.* & ibi Bar. *de vſucap.* Fallit primò hæc concluſio in exemplo procurationis ad reſignandum extracto, parte vocata, ab exemplo, exrante in manu trapezitæ, vt in edicto contra patuas datas. §. 12. vbi dixi gloſſ. litera f. 36. Fallit ſecundò, dicta conclusio in producente, vel eo qui iſtud exemplum, ſeu copiam tradidit: contra quem plenè probat ſaltem donec reuocata ſit productio, tanquam erronea. *iuxta l. error. C. de iuris & fac. ignor.* Sed adhuc hæc eſt impropria fallẽtia, quia talis probatio non oritur ex exẽplo producto, ſed ex cõfeſſione producẽtis,* qui eo ipſo cenſetur cõfiteri omnia cõtẽta in ſcriptura quã producit, etiam ſi eſſet mèrè priuata. vt no. in Innoc. & omnes in *c. cum venerabilis. de except. c. cum olim in fi. de cenſib.* Bar. & omnes in *d. l. admonendi. D. iureiur.* & in d. auth. *ſi quis in aliquo.* Rõ. *cõſ. 104. pater. in fi. cõſ. 329. præſens conſ. col. fi.* ad hoc ĵ. *eod. nu. 45 in fi.*

* Exemplum exempli poteſt inducere præſumptionem hominis & bonam fidem cauſare.

* Producens exemplũ fateri intelligitur contenta in exemplo.

Et aduerte * ad Innoc. in *d. c. cum olim in fi.* vbi vult quòd licet cõtra confeſſionẽ ſuã expreſſam quis admittatur ad probandum contrariũ: tamen contra tacitã quę reſultat ex inſtrumentis quæ produxit non admittitur: quia iſtud debet intelligi, id eſt, non ita de facili admittitur, tum quod tacita cõfeſſio ex productione reſultans: eſt magis deliberata, quam expreſſa momentanea, tum quòd vt plurimũ inſtrumenta quæ producuntur, ſunt in aliqua forma probante, & ſic durior exigitur probatio in diuerſum. *l. non eſt veriſimile in prin. D. de eo quod met. cau.* Tamen ſiue inſtrumentum productum reperiatur falſum, ſiue minus ſolenne, ſtatim ipſo iure reſoluitur confeſſio, nedum tacita ex productione reſultans, ſed etiam expreſſa ad illud tamen relata, vt not. idem Innoc. in *d. ca. cum venerabilis. col. 2.* & ibi omnes can. ſeq. Bar. in *l. poſt. legatum. D. de hìs quib. vt indig.* Bal. Sali. in *l. alia. C. eo. ti.* vel illud dictum Inno. debet intelligi quod ad ea ſuper quibus inſtrumentũ productũ remanet in vigore ſuo faciens fidem, vt declarat, *Gid. Belle. in Dec. 495.* itaque licet errorem productionis &

* Declaratur dictum Inno. in c. cũ olim, in fi. de cenſib.

confeſſionis inde reſultantis corrigere, vt tenet Bal. in *l. cum precum ver. extra quæro. C. de lib. cau.* Phil. Franc. in *c. fi. col. 4. de iureiu. in 6.* & ita vulgò practicatur. hinc teſtatur, Gui. Pap. in deci. *Delph.* 11. contra opinionem Innoc. in *d. c. cum olim.* iudicatum fuiſſe.

* Exemplum publici & authentici inſtrumenti quemadmodum probet. » De hoc caſu, vide infrà num. 61. » Exemplum ſolenniter exemplatum iudice authore, & vocata parte, plenè fidem facit de ſuo originali, & contentis in eo.

37. A V T eſt exemplum * publici vel alterius authentici inſtrumenti: quod probaret, ſi in forma in exemplo deſignata proferretur. Et tunc aut eſt & apparet ſolenniter exemplatum, puta iudice authore, & vocatâ parte, aut* non. Primo* caſu ſit concuſio, quod plenam fidem facit de ſuo originali, & contentis in eo, & tantum probat quantum originale *d. authent. ſi quis d. cap. fin. de fid. inſtru.* Philip. Deci. *conſi.* 36.

Hanc concluſionem limito, vt procedat contra eum, cum quo vel quo vocato ſolenniter facta eſt exemplatio, contra quem plenè probat ſicut originale, & retrotrahitur ad datam originalis. Secùs contra alium, quia non faceret fidem. Aut enim eſt actus iudicialis authoritate iudiciaria geſtus, & non extenditur ad eos qui non fuerunt in iudicio, nec eis nocet. *l. ſæpè. D. de re iudic. l. 1. de præſcript. long. temp. cum ſi.* Aut eſt actus extraiudicialis, vt cùm exemplatio ſine iudice, ſolo conſenſu partium facta eſt: & tunc cùm non poſſit valere, niſi in vim pacti, multominùs aliis præiudicabit *l. ſi vnus §. ante omnia. D. de pact. cum vxig.* & ita ſimpliciter tenet Innoc. in *c. fi. de fid. inſt.* & ibi Imol. Panor. Henric. Boh.

Hanc limitationem amplio, vt nedum non probet nec retrotrahatur contra alium, habentem principale, vel æquè principale intereſſe, qualis eſt cohæres: ſed nec etiam contra habentem minus principale intereſſe, qualis fideiuſſor, vel poſterior creditor, vel etiam omnino extraneus, cui poſſet indirectè præiudicari: puta ſi ad probandum priorem hypothecam contra Titium creditorem, producam exemplum inſtrumenti publici, hypothecæ prioris, debitè exemplatum cum debitore, vel eius hæredibus, tamen hæc exemplatio nuper, ſeu poſt hypothecam Titij facta fuit: tunc enim non puto quòd ſufficienter probet contra Titium, nec quòd retrotrahatur quantum ad eum. Idem ſi agatur de probando priorem titulum ad rem euincendam ab habente titulum poſteriorem. Sed* quid ſi agatur ſolum de probando præcedenti titulo ad fundandum præſcriptionem? Et videretur exemplationem retrotrahi, quia propter aliqualem præſumptionem reſultantem ex longa & pacifica poſſeſſione non requiruntur ita exactè probationes tituli. Tum ſaltem ſufficere videretur ad cauſandum iuſtum errorem facti & titulum putatiuum, per not. in *l. Celſus. D. de vſucapion. in l. iudicia. C. de rei ven.* Contrarium puto, quòd indiſtinctè non retrotrahatur. Ratio, quia in præſcriptione longi temporis neceſſariò præcedere debet verus titulus, vel putatiuus, cum iuſto vel iuſtiſſimo errore facti, & ſic neceſſe eſt quod allegans hanc præſcriptionem probet & doceat ſe habuiſſe verum titulum, vel putatiuum cum iuſto errore ab ipſo initio cœptæ præſcriptionis. Et ſic paret exemplum, ſolenniter & bona fide cum authore vel eius hæredibus, poſt cœptum tempus ad præſcriptionem requiſitum, exemplatum, non ſufficere nec retrotrahi ad probationem principij tituli.

* No. ſingulariter.

38. Limitationem ſic ampliatam ſublimitò. Primò vt contra alium faciat præſumptionem ſeu qualemqualem probationem: imò etiam ſub boni iudicis arbitrio expenſis circumſtantiis quæ nõ poſſunt certâ regulâ comprehendi, ſemiplenam fidem, per not. gloſſ. & doct. in *l. a ſententia. in princ. D. de apellat. in l. ſi duo patroni. in princ. D. de iureiuran.* Et quod ſemiplenè probet ſi allegatur originale deperditum, tenet Bart. in dicta *l. admonendi col. 5. ver. ſed quæro quid de exemplo.* Sic in ſimili decidat Bar. *ibi col. 7. verſ. quid ſit dicta teſtium,* quod teſtimonia inter certas perſonas recepta, ſi nunc amplius teſtes examinari non poſſunt, faciunt fidem ſemiplenam contra alium, & idem tenet in ſententia

A concordat Angel. in *l. 2. ad fin. C. de eden. quando ratio connexitatis includit.* Ant. But. in *pecul. col. 4. de re iudic.* Imol. in *c. fin. col. 3.* & ibi Panor. *in fin. de iureiur.* Sed hæc opinio Bar. & ſeq. de teſtimoniis & ſententia iure non probatur, nec eſt vera, & eam reprobat Aretin. in *c. cauſam in col. 4. de teſtib. & in conſ. 163 ſicut Ioan. col. 2. & latè Franci. Cur. ſen. conſ. 72. col. 2.* vbi concludunt, quòd contra alium, etiam quem ratio connexitatis attigit, non faciunt niſi præſumptionem, ſiue* qualequale præiudicium, quod eſt minùs quàm ſemiplena probatio. *& ita tenent.* Alberi. Bald. Ang. Rom. in *l. ſi duo patroni in princ. D. de iureiur.* Vbi Bald. vult poſt Guill. Cug. 39. quòd iſta qualiſqualis præſumptio ſolum operatur duos effectus: primus, vt faciat præualere parem & æqualem probationem: ſecundus, vt in deletione iuramenti neceſſarij. iudex faueat ei cui vltra ſemiplenam probationem accedit huiuſmodi præſumptio. Et hoc puto verum ſimpliciter & regulariter loquendo. alioquin poteſt eſſe tanta cauſæ connexitas & teſtimoniorum copia, veriſimilitudo & claritas, quòd præſumptio inde ſurgens contra tertium, aſcenderet vſque ad ſemiplenam probationem, plus vel minus; æqui bonique iudicis arbitrio. Et ita concludo in iudicando, intantum hæc operari contra tertium, quantum omnibus plenè conſideratis, bonus & prudens iudex æſtimabit. Ita etiam reſoluit Panor. in *d. cap. penul. col. 1. quæſt. 3. de re iudic.* And. Alciat. in *comment. l. 2. gloſſ. fi. col. 2. C. de eden.* 40. Et ſuper hoc exemplo ſolenniter confecto cum alio, vt clarius liqueat, quatenus contra alium probet, diſtinguo, aut producens exemplum contra tertium habet originale, & requiſitus non vult producere: & tunc (quamvis ille tertius non alleget ſe velle arguere originale de falſo) exemplum nihil probat, nec etiam indicium facit propter ſuſpicionem fraudis degenerantem contra producentem, quod ſentit Bar. in *d. l. admonendi. col. 5 ver. ſed quæro quid de exemplo.* Deci. in d. authent. *ſi quis in fin. 5. fal.* & in *conſil. 36. col. 1. ver. 5.* ad hoc ſ. *cod. nu. 49.* Nec obſtat quòd loquuntur in caſu diuerſo, videlicet in exemplo minus ſolenni, producto contra eum, cum quo confectum eſt originale: nos autem loquimur in exemplo cum aliquo ſolenniter confecto, ſed * contra alium producto, quia ſolennitas cum vno ſeruata non afficit alium, & ex quo occultatur originale præſumitur in aliquo contra intentionem occultantis laborare. Aut non extat originale, vel non eſt in facultate producentis, ſeu de eo producendo non requiritur. & ſaluo meliori iudicio, puto quod per ſe faciat ſemiplenam probationem vnde in caſibus, in quibus *ſupra eo. nu. 37.* dixi non ſufficere ad probandum, maximè ad retrotrahendum, ad datam originalis in præiudicium tertij, debet intelligi ad plenè probandum, ſed benè ſufficit ad ſemiplenè probandum. Ratio quia habet teſtimonium authenticum, & ſolenne publicæ perſonæ atteſtantis, diligenter vidiſſe & diſcuſſiſſe originale authenticum, integrum, non vitiatum, talis tenoris provt in exemplo deſcribitur. Et iſtud teſtimonium quantum ad huiuſmodi teſtificationem eſt publicum, & verum originale, & plenam fidem facit contra omnes quod tabellio, qui eſt teſtis publicus & approbatus, ita atteſtatur. Igitur ſaltem ſemiplenè probat, quia duo teſtes integri & probi, ſic atteſtantes de tenore originalis, plenè probarent deficiente originali, ſine facto & culpa probare volentis amiſſi, probata etiam amiſſione & veriſimilitudine, vt per Bart. & omnes in *l. ſicut iniquum. C. de fide inſtru.* per text. *in c. cum olim. 1.* (vbi omnes canoniſtæ) *extra de priuileg.* Bar. in *l. 1. col. 6.* Et ibi Franc. Ripa. *num. 86.* cum ſeq. Franciſc. Purpurat. *num. 177. D. de rebus cred.* Alexand. *conſil. 196. num. 9. libr. 2.* vbi in annotat. dixi Panor. in cap. *Albericus col. 2.* & ibi Felin. *de teſtibus.* Felin. in cap. *ſcient. in princip. de re iudic.* Henric. Boh. in ca. *dudum de cõuerſ. coniug.* Guido Papa ſuper ſtatuto *ſi quos per lites*

* Qualiſqualis præſumptio.

* Exemplum quando facit ſemiplenam probationem contra tertium.

ras. Charta. 20. *colum.* 4. Philip. Dec. dicta authent. *si quis in aliquo num.* 18. & *consil.* 82. *num.* 3. vbi in annot. tetigi. aliàs non articulata nec probata amissione, testimonium integrum & peritorum testium non plenè probaret, sed tantum semiplenè arbitrio iudicis. Sed contra eum qui dolo subtraxisset, sufficeret assertio iurata verisimilis. *l. si de possessione. C. de probat iuncta l. si quando. C. vnde vi.* Et sic redeundo ad rem præfatam, exemplum cum aliis adminiculis, vsque ad aliam semiplenam probationem adductis plenè probaret, per not. glos. & doct. in *l.* 2. *in prin. in vers. legitimis. V. de excus. tutor. & in d. l. admonendi.*

41. Vnde principalem limitationem sublimito secundò, si exemplum* esset antiquum. & de facto & instrumento antiquo non enim hîc sufficeret originale esse vel fuisse antiquum, si exemplum esset recens, vt in simili vult Areti. consi. 42. *viso consilio in fin. col.* 1. *vers. nec arbitror.* sed requiro etiam exemplũ esse antiquum. Et tunc ratione antiquitatis puto, quod plenè probauit, contra omnes, quantum ipsum originale probaret. Ratio, quia habet authenticum testimonium, de authoritate & tenore originalis quondam solenniter confectum, cui antiquitas loco cæterarum probationum, quarum copiam sustulit, authoritatem plenæ fidei & probationis supplet, vt *Ias. co. nu.* 59. *& sequent. idem Alex. conf.* 101. *col.* 2. *lib.* 7.

* Exemplum solennè antiquum plenè probat cõtra omnes.

42. Sublimito tertiò in* exemplo scripto & confecto ab eodem tabellione qui excepit, & confecit originale. Et hoc dummodo tale exemplum contineat omnem tenorem, & omnia solemnia originalis, videlicet datam, testes, & subscriptionem eiusdem tabellionis. Sic enim Latine & iuridicè vocatur hæc publica persona, vel tabularij, vt *C. de tabular. lib.* 10. Notarius enim nomen est priuatæ personæ per abbreuiaturas celeres (quas boni authores & iura nostra *notas* vocant) vt latè docui in *l.* 1. §. *vlt. nu.* 13. *D. de ver. obl.* quibus addo Hieron. in *præfatione Chronici Eusebiani*, & Aug. *lib.* 2. *c.* 26. *de Doct. Christiana.* Tunc enim quamvis nõ sit primum originale, & quamvis tabellio intitulet illud exemplũ siue copiam certi originalis dudũ à se recepti: Tamen in effectu & virtute probandi est verũ originale, vtpote quum in primo originali nõ sit aliud, nec plus authoritatis vel solennitatis, quàm in isto nouissimo. Et sic æquè & plenè probat contra omnes, pro quo optimè facit text. in *ca. dudum de conuers. coniug. in l. vnũ.* & ibi glos. & Bald. *D. de testa.* & text. in *l. qui tabul.* §. *inde quæri potest. Ibi si binis tabulis. D. de fur.* ibi decidit Bartol. in *l. si quis ex argentariis.* §. *prætor ait. in prin.* & ibi Alex. Ias. *D. de eden.* Bart. in *l. in fraudem.* §. *neque instrumenta. D. de iure fisci.* Bart. Bal. Salic. Alexan. Ias. Dec. in d. authent. *si quis glo.* Bald. Angel. Paul. *in l. vnam. D. de test.* Bald. in *addit. Specul. de instru. edit. col.* 1. *& in l.* 2. *quæst.* 9. vbi Ias. *col.* 2. in *l. nostram. col.* 3. *C. de testa.* Bald in *l.* 2. *D. de fid. inst.* Ant. Butr. in *cap.* 1. *char. vlt. de fid. instrum.* Cardin Pandr. in cap. *Albericus. de testib.* Cardin. in *consil.* 72. *figillatim. col.* 3. *num.* 16. Roman. *consil.* 105. *viso themate. in fin.* Rota in *tit. de fid. inst. decis.* 1. *in nouis.* Et latissimè Lapsus *alleg.* 77. *tabellio.* cum duobus consiliis seq. videlicet Francis. Aret. & Richard. de Sali. Egid. Belleme. Decis. 58. *incip. intimatio.* Angel. Aretin. *in* §. *nihil autem Instit. de testa. Felin. in cap. fin. fol.* 2. *de fid. instrum. Philip. Cor. consil.* 316. *col. penult. lib.* 3. Andr. Alciat. in *l. procurator. glos. vlt. col.* 1 *C. de eden.*

* Exemplum eiusdem notarij, an sit originale & originalis seu authentici loco habendum.

43. Aduerte, doct. hîc nedum ad inuicem, sed etiam sibimetipsis valde contrarij. Et præcipuè Bart. qui in *d. l. si quis ex argẽtarijs.* §. *prætor ait. & in dicta authent. si quis in aliquo. col.* 1. diserte & indistinctè tenet affirmatiuã, sed in *l.* 1. §. *si quis in duobus. D. de bon. possess. secund. tabul.* diserte tenet negatiuam. Ludouic. autem Roman. *consil.* 105 *in fin.* ideo dicit sequendam primam opinionem Bart quia Bart. idem tenet in dicta authent. *si quis in aliquo.* Sed hoc non satisfacit: & propterea Alexand. Philip. Deci. in *dicta authen. si quis in aliquo.* Ias *in l. vltim. nu.* 4. *Cod. de edict. diui Adriani toll.* melius videtur concordare Bart. cũ Bart. seipso, dicentes quòd eius opinio negatiua tunc procedit, quando aliqua substantialia deficiebat: aliàs procedit eius opinio affirmatiua. Sed hoc non tollit, quin Bart. fuerit sibi ipsi formaliter contrarius: quia in dicto §. *prætor ait.* dicit quod si notarius dicit in instrumento, hoc est exemplũ cuiusdam instrumenti scripti manu mei notarij, quod licet exemplum sit, tamen facit fidem: quia notarius qui exemplauit, est de hoc instructus, & instrumento suæ professionis. Sed in d. §. *si quis in duobus.* eadem omnino verba ponit. Et tamen contrarium decidit, & hanc opinionem negatiuam tuetur Paul. Castren. *in d. authen. si quis in aliquo. col.* 2. *& in l. vlt. C. de edict. diui Adriani toll.* Et hanc sequi maluit Phil. Deci. in *d. l. vlt. num.* 14. reprehendens *Ias. num.* 4. Quid dicendum? Solue, opinio negatiua Bar. (vt ipse quæst. simpliciter tradit) verior est, & probatur in text. *notandus in l.* 1. §. *sed est vnum. D. de bonor. possess. secund. tab.* vbi idem author potest de eadem scriptura facere originale vel exemplar, aut etiam plura exemplaria, aut facere exemplum tantum. At illud quod fecerit, quasi exemplum, non est sufficiens ad fidem nec ad executionem. Igitur idem in tabellione, qui si expedierit instrumentum, dicens esse simplicem copiam, vel exemplum sui instrumenti, non faciet hæc copia plenam fidem, nec habebit executionem quam alias haberet. Ratio manifesta est, quia hoc casu noluit fidem suam interponere, seu testificari, & se obligare quod sit verum, integrũ, perfectum, absolutum originale omnino conformè matrici, nullum habens vitiũ, nec defectũ: sed magis quod sit quædã copia defunctoriè sumpta & non exactè collata & adequata matrici. Facit tamen aliquã fidem, si habet potiora substantialia, videlicet datam, nomina testium, & subscriptionem tabellionis, sed non plenariam quia tabellio non testificatur nec certificat, de plena fide adhibenda. Si igitur in hac copia adderet, quod est omnino conformis originali seu matrici, vel alia verba æquipollentia, tunc apparet quod vult valere vt originale, vel tandem testificatur, quod de ipso originali, tunc procederet opinio affirmatiuè. Ita etiam debet intelligi & limitari *d.* §. *sed & si vnum.* Quia si testator quoddam scriptum vocat exemplũ. si tamen addit illud esse omnino conforme suo originali, & velle eandem vim habere, satis est, quia lex non est imponenda verbis, sed rebus *l.* 2. *in fi. C. communia. de legat.*

44. Sed quando quis facit exemplum vel copiam ad differentiam exemplaris vel originalis. Satis apparet, quod non habet hanc copiam pro completa: & quod potest aliquid deesse, vel variatum esse ab exemplari, ideo non subsistit. *l. si is. D. de testa.* & quod sint hæc verba mens Bart. (quam nemo adhuc explicauit) probo ex verbis eiusdem. Quia vbi tenet affirmatiuam, addit quod qui exemplauit, est de hoc instructus in instrumento suæ professionis. Et sic loquitur quando exemplans non procedit defunctoriè, sed seriò tanquam benè instructus, cuius oppositum est in loco vbi Bar. tenet negatiuam, vt in *d.* §. *si quis in duobus*, vbi se refert ad text. qui text. loquitur in eo, qui faciebat simplex exemplum, non vt esset eiusdem auctoritatis cùm exemplari. Ideo limitat expressim, nisi exempletur ex protocollo notarij mortui, quia tunc habetur pro instrumento publico & authentico, & meritò. Quia illa exemplatio quæ fit iudice authore, & parte vocata, vt in *c. pen. de fide instr.* ad quod Bart. se refert, sit valde bona seriò. Quo casu limitat sententiam suam negatiuam, quam adhuc clarè restringit, vt procedat in simplici exemplo defunctoriè facto ad differentiam, non autem ad æquipollentiam exemplaris, vt patet in vltimis verbis. Bart. ibi not. bene text. ibi. Si verò id quod exemplum appositum sentiens in exemplo facto ad æquipollentiam, de quo loquitur in *d.* §. *prætor ait.* Et

ſic qnicquid omnes aduſque dixerint, Bart. non fuit ſibi ipſi contrarius. Sed, vt dixi, deberet concordari: & ita etiam ſeruatur in praxi. Et quod dixi de exemplatione parte vocata facienda, intelligendum de particulari, non præcedente alio communi reipubl. decreto. Secus ſi cuidam tabellario ex generali decreto municipali, hoc eſt ſtatuum, ſeu ordinum reip. data eſſet poteſtas tranſcribendi inſtrumenta defuncti tabellionis, quia tunc valerent exẽpla tanquam originalia, etiam nemine citato facta. Ita decidit Bal. in d. authen. *ſi quis col.* 3. Et dicit ſe vidiſſe quod Io. And. *in antiquis addit. ff. c. eũ tabellio. de fid. inſt.* ita tenebat. Sed nec in Nouella quidem hoc inuenio, quia Ioan. And. *ibi in fin.* ſe refert ad Hoſtien. qui præſupponit vocationem partis. Sed dictum Bal. verum eſt per aliam rationem: quia tale decretum eſt lex, & conuentio publica, *l. 1. D. de legib. l. legitima. D. de pact.* Quod dictum Bal. refert Alexan. *conſ.* 106. *nu.* 18. *lib.* 5. vbi dicit hoc conceſſum officialibus armarij (vult dicere archiui) Peruſini, ſed vt dixi ad Alexand. in *annot.* ad dictum *conſ.* 106. *lib.* 5. tunc non agitur de conficiendo exemplo, ſed de conficiendo vero originali, quod nedum confectum fuit, nec traditum parti, quod poteſt fieri, non ſolum per ſubrogatum per officiales armarij, penes quos matrices & notæ defuncti tabellionis deferri, vt tradunt Paul. & Alexand. in *l. 2. C. de eden.* ſed etiam per eum qui ad hoc eſt generaliter ſubrogatus à iudice, ad quem ſpectat, vt per Bar. in *l. ſi quis ex argentariis. §. cogentur, verſic. vltimo ſciat. D. de eden.* Philip. Dec. in d. authent. *ſi quis in aliquo. nu.* 6. Sed quid de copiis ſeu exemplis, quæ quandóque iubentur notarij facere ſub ſigno ſuo, & transferre in manus aliarum publicarum perſonarum, vel apud magiſtrum cenſus aut præfectum loci, ad hoc, vt fides conſeruetur, vt ſimile habetur in edicto Henric. 2. lato contra abuſus paruarum datarum, & cutiæ Romanæ anno 1550. menſe Iunio, reſpond. de ſe plenam fidem, quia fiunt ad finem fidei. Sed quia non eſt intentio, vt deinde ſumantur exempla pro priuatis, ſi priuatus ex illo exemplo exemplari faceret, non faceret plenam fidem propter ſuſpicionem ordinis omiſſi, niſi in ſubſidium, vel in antiquis, vt dixi ſ. d. *edict. §. 4 gloſſ.* 2.

45. Opinionem autem Bart. affirmatiuam ita declaratam, amplio procedere, nedum ſi idem tabellio totum exemplum per ſe ſcripſerit: ſed etiam ſi alio ſcribente & exemplante ſubſcripſerit, quia* paria ſunt totum ſcribere, vel ſubſcribere, vt tradit Bart. in *l. empror. §. Lucius. D. de pact.* & plenè per Iaſ. & Dec. in d. authentic. *ſi quis col.* 2. & benè quicquid cæteri ſcrib. ibi, & in *d. cap. fi. poſt Bald. controuertant.* Imò Bald. ipſe in *d. authent. ſi quis, col.* 2. tenet, quód licet tabellio non poſſit alteri delegare ſubſcriptionem & ſignum: Tamen poteſt reliqua facere ſcribi per alium, ſi morbo vel caſu impeditur: & quod ita ſeruat conſuetudo. Sed Pariſiis, vbi duo tabellarij ſine teſtibus adhibentur, iubetur alter eorum totum inſtrumentum manu ſua perſcribere: alias mulctatur, & conſequenter inſtrumentum eſſet ſuſpectum. Quia ſi tantum ſubſcribat, tunc de vigore ſola ſubſcriptio & teſtificatio eſt inſtrumentum huius notarij. Debet enim (vt Pariſiis eſt eis ſtatutum) per ſe manu ſcribere ipſum ſuum originale (etiam quod in forma dat parti) alias non valet, ſecundum Hoſtien. & Ant. Butr. in c. *quoniam contra falſam, col.* 6. *de probat.* Ant. Butr. Ioan. Imol. Felin. *cap. inter dilectos, col. vlt. de fid. inſtr.* Alexand. *l. quædam. §. nihil. D. de eden.* Et eſt communis ſententia. Hieronym. Grat. *conſil.* 67. *num.* 24. *lib.* 1.

46. Aduerte tamen, quod* poſtquam tabellio ipſe, vel alius loco eius ſubrogatus, ſemel dedit inſtrumentum parti in forma publica, vt per Ioan. Fab. *Inſtit. de empt. & vend. in princ. col.* 2. non debet eidem parti iterum reficere, & tradere aliud inſtrumentum: niſi de conſenſu alterius partis, vel illa citata, & iudice authore cauſa cognita. Et hoc propter præiudicium quod poſ-

* Paria ſunt totum ſcribere, vel ſubſcribere.

* Notarius nõ debet pluries conficere inſtrumentũ eidem parti.

ſet fieri alteri parti: quæ fortè ſatisfecit, prout apparere poſſet per cancellationem vel apocham ſcriptam in dorſo primi inſtrumenti, ita decidit Spec in *tit. de inſtr. edit. §. poſtquam, verſ. ſed nunquid*, vbi Ioan. Andr. in *addit. & verſ. ponè ergo. verſ. vbi autem.* Alber. Bart. Bal. Ang. Paul. Alex. Iaſ. in *d. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. verſ. prohibet. & ſeq.* Paul. in *l. Sempronius Proculo. D. de leg.* 2. Et hoc niſi in inſtrumentis actorum iudicialium, quæ ſunt omnib. publica. Et in inſtrumentis quorum effectus pendet à ſola voluntate petentis iterari inſtrumentum: vnde non imminet alij præiudicium, vt tenent omnes ſcrib. in d. locis. Et extra hos caſus, ſi notarius inconſultè iterum eidem parti traderet inſtrumentum, & altera pars damnificaretur, haberet recurſum in ſubſidium ad intereſſe contra notarium, qui etiam veniret mulctandus à iudice pro noxia in officio admiſſa. Guilielmus* ille* Poictius, de quo *j. §. 59. in fin.* tunc Franciæ Cancellarius, qui commentationes meas magnoperè admirabatur, grauiter ferens ſibi non dicatas, hanc ſententiam meam in publicam legem tranſtulit conſtitutione anni 1539 art. 178. vbi quod addit de teſtamentis, intelligendum eſt poſt obitum teſtatoris & adhuc niſi ſint publicata, iuxta *l. publicati C. de teſtam.* vt aſſolet in locis, quæ iure ſcripto reguntur, vel niſi ſint inſinuata quia tunc vt acta publica omnibus vel nemine vocato præſtant.

* Guilielmus Poictius Cãcellarius Franciæ. * Lege Poictius.

47. Addo arreſtum die Iouis vltimo Aprilis in publicis actionibus huius ſenatus, anno 1524. contractæ Creditor iterum confici inſtrumentum petit mortuo iam debitore: cuius hæres interſedit cauſificans ſolutiones ex more ſcriptas in epiſtographo prioris inſtrumenti (quod creditur amiſſum) dicebat: per ſententiam præſidis Pariſienſis dictum fuit, quod iterum conficeretur ſine præiudicio defenſionum rei qui appellauit. Sed non obſtante appellatione, refectum eſt inſtrumentum, & hæres per prouiſionem condemnatus & exactus, non obſtante appellatione, & ſine eius præiudicio vi conſtitutionum quibus cauetur, publica inſtrumenta ſine præiudicio appellationum exequuntur prouiſionaliter dum cauſa agitur in ſenatu. Illuſtris Petrus Seguierius, tunc regius patronus, etiam nomine Regio appellauit, quia creditor non docuerat de caſu perditionis. Et ſic prius oportebat audiri defenſiones ſeu probationes prætenſarum ſolutionum. Senatus pronunciauit per omnia malè iudicatum. Condemnauit creditorem in expenſas, damna & intereſſe, & remiſit partes ad Præſidem Pariſienſem, incluſo tamen eo qui iudicauerat, vt prius inquireretur de dictis ſolutionibus. Et ſic per viam actionis ordinariæ executionis & prouiſionis beneficio auuiſo, imò potius ſuſpenſo: quia dico, quod ſi reus dilationibus habitis non probauit, de ſolutionibus, vel quatenus non probauit iudex poteſt non ſolum decernere inſtrumentum publicum guarentigium reficiendum, quod prouiſionalem executionem habebit, non obſtante appellatione. Sed etiam poteſt ex ſimplici matrice condemnatione diſtinctiuè prouiſionalem addere, quę prouiſionalis non obſtante appellatione exequetur, quod no. in prax.

48 Ex his emergit vtiliſſima & frequentiſſima quæſt. in praxi. Titius conſtituit procuratorem ad vendendum coram duobus ſcribis: poſtea procurator coram eiſdem vendit Caio, cui tabularij tradunt inſtrumentum emptionis, in quo (vt eſt vſitatum) inſertus eſt ad longum tenor ſiue copia integra inſtrumenti mandati procuratoris qui vendidit, an iſtud inſtrumentum emptionis faciat plenam fidem de mandato, nedum contra eum qui tanquam procurator vendidit, ſed etiam contra ipſum Titium, & contra omnes quoſcunque? videtur quod ſic, quia exemplum inſtrumenti mandati eſt integraliter inſertum & ſubſcriptum ab eiſdem ſcribis. Et ſic iſtud inſtrumentum eſt verum originale: non ſolum quantum ad venditionem & emptionem, ſed etiam quantum ad mandatum, & ita videtur punctualiter de-

Nor. in praxi.

cidere in ſimili Egid. in *d. Deciſ.* 38. Secus ſi illud inſtrumentum mandati, quod eſt in inſtrumento emptionis exemplatum, nõ fuiſſet receptum ab eiſdem, ſed ab aliis ſcribis: quia tunc eius exemplum non poſſet dici ſubſcriptum, nec teſtificatũ ab eiſdem, ſed ab aliis, & inter alios, vnde non eſſet, niſi merũ & purum exemplum: & non probaret contra alios à procuratore vendẽte, niſi ſemiplenè, ſecũdũ ea quæ ſ. *co. nu* 40. *& j. co. nn.* 59. Ideò nõ plenè probaret mandatũ etiam contra ipſum mandatorem, quicquid dixerit Ant. de Alex. in d. auth. *ſi quis in aliquo.* vbi eũ reprobat Phil. Dec. *col. fi. verſ. præterea & ſecundo.* Sed prædictis non obſtantibus, dicendum etiam in primo membro & veris terminis huius q. quod plenã fidem non facit de mandato relato, & ab eiſdem tabellionibus recepto, etiam toto tenore inſerto, niſi eodem tẽpore quo fit ſecundus actus, vel ſecundũ inſtrumentũ, poſſit primus actus iterum repeti, & fieri ab eadẽ parte, vel eiſdẽ partibus, comparente vel cõparentibus, rogante vel rogantibus, ſecundum inſtrumentum, puta ab eadem parte, ſi quis fecit teſtamentum coram tabellione ab eo receptum, & poſtea fecit codicillos coram eodẽ, in quibus addendo vel retrahendo teſtamento repetit, & inſerit eius exemplum. Certe inſtrumentũ iſtud, ſecundum codicillorum, facit æquè plenam fidem de teſtamento in eo relato, atque primũ originale etiam ſi perierit, vel non appareat inſtrumentum teſtamenti: quia vterque actus dependet à voluntate eiuſdem diſponentis, qui poterat de nouo vtrumq; actum æquè facere tempore vltimi inſtrumenti. Amplio, etiam ſi ſecundum inſtrumentum fiat coram alio tabellione, quia omnino ſecundum iſtud authenticum inſtrumentum facit plenã fidem, de omnibus quæ poterant ab eodem comparente fieri, vel reuocari, prout actus vltimarum voluntatum liberè, & per omnia reuocari vel innouari poſſunt, quãdocunque ab eodem diſponente, etiam reſpectu omnium acceſſionum, prout omnia pendent, ad vſque obitum. Nunc promo duo exempla in duabus partibus. Primum, ſi quis donauit inter viuos præſenti & acceptanti. Poſtea idem eidem præſenti & accepranti dat mortis cauſa, inquantum prior donatio defectu minoris ætatis donatoris, vel inſinuationis aut aliter conuelli poſſet. Certè ſecundũ inſtrumentum continens tenorem prioris etiam ab alio tabellione recepti plenam fidem facit, quia tempore vltimi actus poterat etiam prior actus fieri voluntate & poteſtate diſponentium concurrente. Et ſic indiſtinctè ſecundum inſtrumentum eſt authenticum etiam de priori actu ex interuallo præcedenti. ¶ Amplio etiam ſi non totus tenor, ſed tantum diſpoſitiua repetantur in ſecundo inſtrumento. 50. Quintò vt procedat, vt in vim ſolius vltimi inſtrumenti valeat prior actus, vt ex nunc, non autem vt ex tunc. quia non valet quoad hypothecã ex data prioris actus, ſi fortè de ea opus ſit: Sed tantum ex data inſtrumenti referentis, niſi originale authenticum primi actus proferatur, vel niſi ad fidem ſemiplenam, vel indicium iudicis arbitrio. Secundum *Bald. in l. ſi quis habens* prædia ſub conſuetudine Ambianenſi vel ſimili (quam vocant patriam *de nantiſſemẽt*, vbi non acquiritur ius reale ſine ſolenni inueſtitura, vel apprehenſione reali) conſtituit Seium præſentem, acceptantem, procuratorem ſuum ad hypothecandum, vendendum, alienandum vel realiſandum, id eſt, ſolennitatem ad ius in re transferendum, obſeruandum in contractibus per ſe vel dominum faciendis, deinde fortè in remotis abſens vendit, & conſtituit reditum ſuper prædio in dicto loco ſito, vtque creditor pro ſecuritate ſua poſſit inueſtiri per Seium procuratorem ſuum, habentem ad hoc mandatum, cuius inſtrumenti tenor recitatur. Hæc relatio, etiamſi non ſit ad longum, nec ab eodem tabellione, plenam fidem facit, ita vt Seius poſſit exequi & ius reale transferre in partibus contra omnes, etiamſi non exhibeat, nec in manibus habeat procuratorium ſuum originale forſan amiſſum. Sufficit enim ſecundum inſtrumentũ, quod eſt vt ex nunc, id eſt, ex data, verum originale non ſolum de principali cõtractu, ſed etiam de mandato, quia potuit tunc dari mandatum abſenti. Nec obſtat, quod dominus non intendebat dare nouũ mandatum, quia ſatis eſt quod intendebat illud continuare & vlti eſſe ad hunc actum: hoc enim inquantũ opus eſt, operatur nouũ, & inſuper ſpecificum & indiuiduũ mandatũ, quod omnibus modis quibus de volũtate cõſtat, fieri poteſt, *l.* 1. §. 1. *ff. mandati.* 51. Hæc conſideratio vtilis eſt in locis, in quibus per ſtatuta quæſtuaria de ſingulis contractibus in publicam formã contractis, ſoluenda eſt gabella, de quibus per Bart. in *l. vlt.* §. *quotiens. ff. de publica.* & in *conſ.* 67. *ſatis dubiè conſ.* 226. *canetur ſtatuto montis Politiani.* Alex. *conſ.* 78. *conſ.* 143. *nu.* 6. *lib.* 6. Bertach. in *trac. gabel. in* 3. *part.* 8. *part. principal. col.* 1. Quia non ſoluetur iterũ de hoc mandato, quod eſt magis executio & ſpecificatio primi, quã nouum mandatũ, & quãuis nouum mandatũ ſit, tamen ſatis eſt ſemel ſolutã eſſe gabellã de primo inſtrumento non reuocato, ſed indicato & continuato. Sed ſi creditor velit cogere Seium ad exequẽdum mandatum, non poteſt hoc facere ex hoc ſolo ſecundo inſtrumento authentico, niſi doceat de priori mandato vel inſtrumẽto à Scio ſuſcepto. quod tantò faciliùs fieri, & eo detectante vocato à matrice primi tabellionis exemplari, quantò fideliùs & pleniùs recitatum & tranſcriptũ erit in ſecundo inſtrumento. Quo facto, Seius ad impenſas & intereſſe nomine proprio tenebitur, vt enim ab initio liberum ei fuit non acceptare mandatum: ita eo ſuſcepto tenetur exequi. §. *mandatum non ſuſcipere. Inſti. de mandat.* probat ergo ſecundum inſtrumentum mandatum ipſum, ſed vt ex nunc, & ſic non acceptationem præteritam, nec conſenſum abſentis, niſi aliud habeatur.

52. ¶ Addo tertium exemplum, videlicet caſum ipſum dictæ deciſionis 58. *Rotæ Auinionenſis, de qua* ſ. *nu.* 48. Procurator ad agendum, defendendum & appellandũ, & ſubſtituendũ coram officiali Pariſienſi, Senonenſi, vel Lugdunenſi, vel alibi. Kalend. Martij rogauit inſtrumẽtum appellationis nomine domini interpoſitę ad Papam Auinionenſem, in quo inſeruit procuratorium ſuum, receptum & confectum prius ad eodem tabellione, qui nunc conficit inſtrumentum appellationis. & mandauit exequi, & ſubſtituit Caium. Ita facit procurator, non valens procuratorium ſuum mittere, quo in ſua curia quotidie indiget. Sed medio huius ſecundi inſtrumenti ad partes & iudices appellationum tranſmiſſi cum libellis & apoſtolis appellationum, appellans intimatus fuit, Et Caius ſubſtitutus coram auditoribus Rotæ proſequitur nec producit aliud mandatum. Dubitauit Rota, an ſufficeret & decernere poſſet contra appellatum, vt bene intimatum & contumacẽ: hæc eſt hypotheſis dictæ deciſionis Bellemeræ, qui decidit quòd ſic, ex quo tenor procuratorij eſt inſertus in inſtrumento appellationis & ſubſtitutionis per eundem tabellionem, qui procuratorium ipſum recipit, ſecus dicens, ſi per alium notarium fuiſſet confectum hoc ſecundum inſtrumentum. Quia tunc non teſtificaretur de auditu & facto proprio, ſed de auditu & facto alieno, nec intimatus teneretur procedere, nec comparere, niſi pleniùs conſtaret. Subdit tamen, quòd ſi appellatus comparet & conqueritur de procuratorio, debet originale edi, vel ſe vocato exemplari, & ſi non conqueritur, videtur approbare. Ego verò dico quòd etiamſi per eundem tabellionem hoc factum ſit, tamen non probat procuratorium primum alio tempore factum, vtpote cùm domino abſente non potuerit tunc actus repeti. 53. Nec obſtat quod eſt idem tabellio, & ſic quod iſtud eſt verum originale mandati, quia non eſt ita, ex quo apparet originale fuiſſe confectum & traditum procuratori. & ſic non poteſt ampliùs cõfici, niſi domino vocato, vt nuper diximus, *nu.* 46. & ſic non obſtat, quod idem tabellio tranſcripſit valde ſeriò, etiam ſi addiderit ſe velle eſſe verum originale, & plenã fidem facere. quia ipſemet illud recepit. *iuxta not.* ſ. *co. nu.* 43. 44. Quia hoc verum eſt ante-

quã parti tradidiſſet,& officio ſuo functus eſſet,ſed poſtquam ſemel tradidit vera originalia partibus, non eſt amplius in ſua poteſtate, conficere rurſus, & toties quoties alia originalia, ſed tantùm exẽpla, niſi parte vocata, vt dixi in 1. *annot.* ad Phil. Dec. *conſ.* 512. Et alioquin cõtingere poſſent multa pericula, quibus prætextu fidei publicæ homines deciperentur: poſtquã enim originalia ſemel ſunt partibus tradita, poſſunt partes de illis facere quod volũt, inuicem remittere, vel in epiſtographo apochas, aut alias modificationes ſcribere, quæ tabellio ignorat: & in terminis mandati potuit poſtea procurator eſſe reuocatus expreſsè vel tacitè, vel mutaſſe mores vel mandatum in epiſtographo limitatum, vel dominus mortuus, & ſic mandatum extinctum, *l. mandatum. C. mandat.* dico tamen quòd illa deciſio Belleme. poteſt ſuſtineri propter duo: 54. Primum, quia totũ confectũ eſt ab eodẽ tabellione. Secundum, quia iſte ſubſtitutus habet inſuper acta cauſæ, quæ non præſumitur ſubſtraxiſſe, quia apparet de inſtrumẽto authẽtico ſubſtitutionis ſuæ, & ſic hæc eſt alia notabilis præſũptio mandati, *l. vlt. C. de pact. conuent.* quæ non ſufficeret, ſi illud tranſumptũ, actũ eſſet per alium tabellionẽ, quia iſte non de ſuo, ſed de alieno facto, vt de alieno auditu teſtificaretur: magis autem creditur teſtificãti de proprio facto ad vtilitatẽ alienã, adeò vt tunc dicat Paul. Caſtr. in *l. quicunq; col. vlt. C. de ſeru. fugi.* quòd hoc caſu vnus ſolus probus teſtis facit plenũ probationẽ, & idem tenet in *conſ.* 84. *Viſa dicta. nu.* 6. *lib.* 1. *per l. quæro. in fin. D. de edil. edict. & conſ. prinſquã col.* 1. *in fin. l.* 1. Idẽ tenet Sal. in *l. ſi quis decurio. col.* 1. *in fi.* 4. *oppoſit. c. ad l. Corn. de falſ.* & ſequũtur Phil. Dec. *conſ.* 56. Hipol. de Marſi in *tract. criminali, verb. diligenter, nu.* 131. verũ eſt quòd hęc opinio reprobatur per Alex. in *l.* 2. §. *ſi abſens*, & ibi per Ias. *nu.* 9. *D. ſi ex noxa cauſa agat.* per Alex *conſ.* 192. *nu.* 13. vbi in annotat. dixi, *lib.* 6. Ias. in *lect. l. admonendi, col.* 20. *de iureiur.* & Alex. Ias. in *l. ne quis, D. de acquir. hared.* Phil. Deci. *conſ.* 550. And. Tiraq in *tract. de retract. proxim.* §. 1. *glo.* 14. *nu.* 50. *& bene*, ſed tamẽ illud verum eſt, quòd deponẽti de facto proprio, nõ ad ſui vtilitatẽ magis creditur, quã deponẽti de facto alieno: ſicut fortius & vehemẽtius eſt teſtimoniũ deponẽtis de proprio, quã de alieno auditu. ita tenet Socin. *conſ.* 16. *nu.* 4. *verſ.* 3. *quia ille, lib.* 3 Deci. in *d. conſ.* 550. *nu.* 7. Aymo. Crauet. *conſi.* 71. *nu.* 30. hæc iã sũt ſatis elucidata, ſed quia materia valde vtilis eſt & quotidiana, atq; ideo plenius attingenda, teſte Iuriſcõſ. Paulo, in *l. leguni* 25. *de liberat. legat. D.*

55. ¶ Addo aliud 4. exemplũ, inter eaſdem partes præſentes, vt ſoluto matrimonio inuenitur inſtrumentum donationis fundi alteri coniugum factæ, in quo narratur, quòd donator prius (videlicet ante matrimonium) promiſerat donare dictum fundum. Cuius promiſſionis ab alio tabellione receptæ tenor tranſcribitur Certè hoc non obſtante, fundata eſt intentio dicentis eſſe conqueſtum, & petentis diuiſionem, quia apparet de donatione facta conſtante matrimonio. Sed quòd ſit acquiſita ex cauſa veteri, non apparet per illud tranſumptum, quod non facit plenam fidem, niſi aliter iuſtificetur. Sed quid ſi ab eodem tabellione? Tunc videretur fidem eiuſdem tabellionis in ſuo facto non debere diuidi, tum propter concurſum confeſſionis vtriuſque partis: tum quòd agitur de lucro, quia per hanc exquiſitionem (etiamſi de communione eximeretur) ſocietas coniugum non ſolũ non fuit diminuta, ſed potiùs in aliquo aucta. quod ſufficere videtur, *l. tutori*, C. *de nego. geſt.* Tamen cùm ſit notabile interuallum inter prætenſam promiſſionem. de qua non plenè cõſtat per prędicta, & inter donationẽ de qua plenè cõſtat, intentio diuiſionem impedientis, aliis adminiculis tueri debet, puta vno teſte de auditu dictæ promiſſionis ſi matrix nequeat haberi. Secus ſi inſtrumẽtum factum conſtante matrimonio non eſſet inſtrumentum donationis, ſed traditionis poſſeſſionis & executionis donationis præcedentis, vel contractus facti ante matrimonium, etiamſi de eo non apparet, niſi per exemplum in eodem tranſcriptum, ſiue ab eodem, ſiue ab alio tabellione. Imò etiam ſi tantùm ſunt verba tradentis, hoc narrantis & confitentis, quia petens diuiſionem non habet intentionem fundatam ex hoc inſtrumento, quòd res ſit acquiſita conſtante matrimonio & ſocietate, niſi aliter conſtet: nec eſt iniuſtum, imò oppoſitum eſſet iniuſtum. cùm non appareat circa hoc ſocietatem fuiſſe grauatam, ſed potius auctam beneficio vel occaſione eius, qui rem ſibi debitam tempore ſocietatis exegit, nec in longius tempus diſtulit, & multo minus poteſt allegari fraus vel ſimulatio ex parte donatoris, quia poterat conſtante matrimonio donatarij, ita ei dare, vt non quereretur eius coniugi, vt probabo j. §. 104.

56. ¶ Addo rurſus aliud quintum exemplum, eodem themate ſocietatis finitæ retento Inuenitur inſtrumentum acquiſitionis domus venditæ marito per hæredem Titij, qui ait ſe hoc facere implendo vel exequendo teſtamentum vel codicillos Titij, iuxta *l. ſi fideiuſſ.* §. *meminiſſe, l. & ſi ego, de legat.* 1. *l. ſi fundus*, D. *ad l. falcid.* Conſtat autem Titium obiiſſe ante dictũ matrimoniũ, & in inſtrumento venditionis tranſcribuntur teſtamentum vel codicilli. Breuiter dico primò, quòd petens diuiſionem domus, habet in hoc intentionem fundatã: nec tranſcriptũ illud facit plenã fidem de teſtamento vel codicillis trãſcriptis, etiãſi fuiſſent ab eodem tabellione recepti, niſi cum hoc aliud notabile indicium concurrat, & multominus ſi fuiſſent recepti per eundem tabellionẽ vel ſcribam: & adhuc minus ſi eſſet ſimplex aſſertio vel confeſſio cõtrahentium. Sed adhuc caſu quo fides dicti tranſumpti vel narrati approbetur, petens diuiſionem, fundatã habebit intentionem non ad diuiſionẽ domus, ſed ad mediã pretij & ſumptuum. Et tũc in locis vbi ſoluitur gabella de contractu, ſemel tantum ſoluetur in priore exemplo, quia non debetur de executione: *ſic. no. in* §. 33 *q.* 3 *nu.* 15. 23 24 in vltimo verò exemplo neq; de primo actu deberetur, quia eſt teſtamentũ vel codicillus, & non contractus, neque de cõtractu venditionis, quia non eſt volũtarius, ſed executio & dependentia vltimæ voluntatis, vt poſt Iac. Butri. recte decidit Bal. in *conſ.* 440. *ſecundum ea. in fin. lib.* 5. hæc duo vltima exẽpla leuius attigi, quia ſpectãt ad materiã § 104. j. *nu.* 1. vbi pleniùs tracto. 57. Accipe 6 & vltimũ exẽplum. Emptor cedit ius ſuum Caio, & in inſtrumẽto ceſſionis narratur vel tranſcribitur inſtrumentum venditionis Breuiter reſpond. ſi per eundem tabellionẽ qui vtrunq; recepit, facit ſemiplenam fidem de venditione: ſed ſi per aliũ tabellionẽ, non facit niſi indicium, niſi in antiquis, vt poſtea dicam. quod eſt verũ Caio poſſedente per ſe, ſuos, vel authorẽ ſuum, ſed de diu non poſſedente, & maximè ſi prętenſus emptor nunquam poſſiderit, tũc antiquitas non pro eis, ſed contra eos militat: præſcriptiones enim temporũ poſſidentibus pro quibus introductæ ſunt, fauent, & contra non poſſidentes militant ex prædictis, præſertim ex his quæ ſcripſi *nu.* 48. Ante 15 ann. illuſtris & valẽtiſſimus dux Niuernenſis Franciſcus victoriã obtinuit per arreſtum in Pariſienſi Senatu, vt clariſſimus do. Petr. Seguierius mihi narrauit, de graui reditu conſtituto nomine Anguilberti Cleuenſis, per eius aſſertum procuratorem tenore procuratorij ſpecifici, ad longum inſertum in contractu conſtitutionis reditus, quam creditor petebat à præfato duce Anguilberti ſucceſſore. Sed quia nõ producebat aliud originale mandati, præfatus dux per ſcripta mea iudicibus oblata, abſolutus fuit, ita tenent Bal. in d. auth *ſi quis in aliquo, ad fin.* Franciſc. Zabar. in *c. vlt. de fid. inſtrum.* Alex. *conſi.* 81. *lib.* 3. Phil. Deci. *conſ.* 122. *nu.* 3. vbi in annot dixi. 58. Redeundo ad rem concluſionẽ noſtrã principalẽ, de qua ſ. *nn.* 37. *in prin. verſ. primo caſu*, limito ſecundò in caſu * *l. vlt. de fid. inſtrum.* videlicet quãdo originale fuit productũ. & facta debita & ſolenni exemplatione producenti reſtitutũ (vt eſt vſitatum) exemplo relicto apud acta: poſtea aduerſarius petit originale iterum produci, dicens & iurans ſe nõ calumniosè hoc petere, ſed quia vult & credit ſe poſſe redarguere de falſo: tunc enim ſi is qui produxit, nolit iterum producere, ſi facultatẽ habeat, vel nolit iurare

* No. ad intellectum *l. fi. C. de fid. inſtrum. & c. accepimus eo. tit.*

Google

se sine omni dolo perdidisse, vel non posse producere, A nulla fides adhibebitur originali tanquam falsæ vel adulterinæ scripturæ, vt est ibi text. ex quo infero, quòd nec etiam exẽplo, quantumuis solẽniter inter easdem partes confecto, fides adhibebitur, quia non est exemplum instrumenti authentici, sed reprobi & nullius fidei. Et hoc dummodo hæc iterata productio petatur pendente adhuc negotio, & nondum per diffinitiuã, quæ in rem trãsierit iudicatam termino: tunc enim non potest qui produxit & victoriam perfectam obtinuit, amplius cõpelli ad procedendũ, nec ad iuramentũ de admissione vel impossibilitate productionis, vt est ibi text. *in fin.* 59. Sed contra istud vltimũ est casus expressus; de quo nullus vnquam doct aduſque aduertit, in *c. accepimus, de fid. instru.* vbi abbas S. Augu, in Anglia obtinuerat sententiã B diffinitiuam obtentu quorundam priuilegiorum contra Cantuariẽsem Archiepiscopũ, qui postmodò volebat illa arguere falsitatis, & cogere præfatum abbatem ad illa iterum exhibenda, super quo aditus Alex. 3. præcepit ea iterum exhiberi eidem archiepiscopo infra certum tempus, & in loco congruo & tuto, coram personis idoneis, & Eboracensi episcopo iudice ad hoc a se delegato: statuitque vt interim illa priuilegia nullatenus vacillarent, sed præfata sententia eorum vigore obtenta inuiolabiliter obseruaretur. Et quia illa decisio est valde æqua & rationabilis, puto eam obseruandam, & secundum eam limitandam *d. l. fin. in fin.* vt procedat quantum ad hoc, vt non possit executio rei iudicatæ iã facta retractari: vel nondum facta differri, vel suspendi, prætextu interiectæ C quæstionis falsi, de quo nondum liquet: non quin victor teneatur non obstante re iudicata, in qua de falso nõ fuit cognitum, iterum exhibere semel producta instrumenta, quæ nunc arguuntur de falso, nisi eadem exhibere non possit, nec sit in culpa vel dolo, quominus possit, idque iureiurando attestetur. Quòd si iurare recuset, vel si iurare offerat, sed probatio in contrarium offertur, & probatur de occultatione, culpa, vel fraude in non exhibẽdo, ex tunc habebuntur illa instrumenta pro falsis, & tanquam falso probato retractabitur res iudicata, inquantũ super illis fuit fundata. Et hæc limitatio & declaratio ad d. l. fin. etiam iure ciuili probatur, *in l. diuus. D. de re iudic. in rub. & per tot. C. si ex falsi. instrum.* 60. Nec ei quod dixi interim instrumenta & sententiã manere in vigore suo, obstat * *l. fin. C. si ex falsi.* vbi dicitur iudicati D executionem suspendi solere, quia hoc debet intelligi, quando apparet saltem in suspicione vehemẽti de falso, vel cũm incõtinenti offertur prompta probatio falsi, & possunt instrumenta infra modicum tempus exhiberi, & falsum liquidari: vel quando executio esset grauis & irretractabilis: alioquin non suspenderetur, sed fieret executio *per d. c. accepimus*, saltem data cautione, quam victor commodè dare poterit, per text: & not. in *c. suscitata, de in integ. resti.* Et hoc ne via fraudib⁹ & malitiis aperiatur: Et ita debet limitari *d. l. fin. C. de falsi.* quod etiam iure ciuili probatur *in l. satis apertè. C. de falsi.* & not. per gloss. penul. & doct. in cap. *cum venerabilis, de exceptio.*

* Limitatio ad *l. fi. C. si ex falsi. instr.*

61. SECVNDO casu principali, de quo *supra nu.* 37: videlicet quãdo non apparet debitè exẽplarũ, subdistinguo, aut prorsus omni solennitate caret, vt quia est simplex copia à nemine subscripta, nec testificata: & tunc E quũ sit merè priuata scriptura, nullum gradũ probationis, nec vllum indiciũ facit. ¶ Ampliatur, etiã si esset antiquissima: quia quod nullum est, suppleri non potest: & antiquitas nõ efficit, sed adiuuat probationẽ, *vt* ℨ *eo nu.* 59. *in fin.* & hoc nisi non ageretur de cõmodo scribẽtis, & proferretur scriptura antiqua è loco nõ suspecto, puta ex archiuo publico: tunc enim secundum materiã subiectã posset facere aliquod indicium arbitrio iudicis, per no. *l. admonendi. D. de iureiur.* non tamen puto quòd per se faciat aliquam probationem, plenam vel semiplenã, quantumcunq; antiqua, & in archiuo publico asseruata, quia ab initio non fuit ibi reposita tanquam authẽtica, sed tanquam merè priuata scriptura. Et sic non sufficit quòd in archiuo reperiatur, vt decidit Phil. Deci. in *d. auth. si quis. col. 4. nu. 23.* Phil. Cor. *cõsi. 142. videtur prima facie, col. 3. versic. restarent, lib. 3.* And. Alcia. in *l. procurator, glo vlt. col. vlt. C. de eden.* & benè, quãuis Ang. in d. auth. *si quis, col. 1.* Alex. *col. 2.* Ias. *col. 3.* limitẽt simpliciter d. auth. nõ procedere in exẽplo minus solẽni reperto in publico archiuo, & malè. Cõclusio sic ampliata fallit cõtra producentẽ, vel tradentẽ talem scripturã, per ea quæ ℨ *eo. nu. 36.* Steph. Bertran. *in cons. 7. ex themate, in prin. & cons. 23. ex themate, col. fin. lib. 1.* vbi tenet quòd nõ probat pro producẽte, sed benè cõtra eum. 62. Aut verò habet * aliquã solennitatẽ, sed non plenam, vt quia apparet sumptũ per actuariũ, vel aliũ notarium, qui testibus adhibitis & inscriptis, subscripsit se contulisse cũ vero & sano originali: sed non apparet neq; de authoritate iudicis, neq; de præsentia, aut vocatione partis: Et tunc aut producens requiritur de producendo originali, quod potest exhibere, & non vult, & exẽplum nullam fidem facit, siue sit recens, siue antiquum, siue enunciãs solennit, siue non, & qualecunq; sit, *vt dictũ est* ℨ. *nu.* 40. Et tradit Bal. in *l. publicati, q. 8. C. de testa.* Ias. in d. aut. *si quis in aliquo, col. 3. vers. 7. fal.* & ibi Deci. in 5. fall. Steph. Bertran. *cons.* 23. *ex themate, col. fin. nu. 77. lib. 1.* & hoc nisi iam in eodẽ iudicio esset approbatũ per aduersariũ, quia tunc non sufficeret allegare producentem habere & occultare originale, nisi arguretur de falso, & practicaretur, *l. fi. C. de fid. instru.* vel nisi ex aliqua iustã causa de nouo superuenta, vel aliqua, sed aduſq; ignota: vt si allegaret, in dorso originalis esse scriptã solutionem vel nouationẽ. Aut producẽs non potest producere originale, vel de hoc non requiritur, & tũc tenuit Bart. in *d. l. admonẽdi, col. 5. versi. sed quæro quid de exẽplo*, quòd allegando perditionẽ originalis faciat semiplenã probationẽ: quod est nimis indigestũ, nec probatur per ea quæ allegat, quantũuis Alex. & alij *in d. auth. si quis*, And. Alciat. in *d. l. procurator. in fin.* sequũtur Bart. 63. Ideo sic subterdistinguo. Aut * est de recenti confectũ, aut de antiquo. Si de recẽti, & sit cõclusio, quòd per se non plenè probat. ¶ Amplio primò, etiam si esset de facto & originali antiquo, per ea quæ ℨ *eo. nu.* 41. ¶ Amplio secundò, etiã si in eo reliquæ solẽnitates enũciarentur, parte tamẽ absente, vel cõtradicente: vnde instrumentũ etiã primariũ, id est, nondũ leuatũ, id est, extensum per tabellionem de protocolis alienis, non plenè probat, nisi cõstet de cõmissione iudicis sibi facta, etiãsi asserat se habere talem cõmissionem, vt per cano. in *c. cũ p. tab. de fid. instru. c. quoniã cõtra falsam. de probat.* Guid. Pap. in *deci. Delphi.* 404. ¶ Amplio tertiò, etiãsi esset exemplatũ per tres, quatuor, aut plures tabelliones, simul cõcordãtes, & subscribẽtes, esse verũ tenorẽ originalis authẽtici & integri, à singulis eorũ visi, & examinati: adhuc per tale exẽplum multis scribis publicis testificatũ, non plenè probatur de veritate contentorum in originali, ita decidit Specu. *de instru. edi.* §. *ostenso. nu.* 4. *ver. no. tamen*, & *num.* 9. *vers. sed nunquid auditur*, & ibi Bal. in *addit. col. 1.* Alber. Bar. Pau. Ias. Deci. in d. auth. *si quis in aliena.*

* Exemplũ in parte solenne vtrũ probet.

* Exemplũ de recenti confectum, & in parte tantũm solenne, per se non plenè probat.

64. Ratio est, quia * scriptura publici tabellionis nõ potest fieri nisi de eo de quo rogatur à partibus. Et nõ potest rogari à partibus, nisi de eo quod tunc partes faciũt: text. est in *auth. de tabel.* §. *nos autem. col. 4.* Bar. Bal. in *d. auth. si quis.* Alia ratio: quia tabellarius non potest cõficere instrumentũ, nisi de eo tãtùm, quod in sui præsentia geritur à partibus, & ab eorum consensu pẽdet, cuius notitiã & scientiam habet, propriis sensibus, visus & auditus, vt probatur in d. §. *nos autem.* & ponit. Io. Andr. post Nicol. Matarel. in *additio.* Specul. in *rubr. de instru. edi. col. 4. versi. de secundo quod agnitio.* & *in* §. *restat videre, nu. 37. in add. inci. audinerit*, & *in Mercurial. c. semel manus, de re. iur. in 6.* Bal. in *rub. col. 1. C. de fid. instr. in l. vnica. col. 6. C. de cõfes. in l. eadẽ oratione, in fin. D. de feriis, l. in eo. D. de testa.* Paul. Alex. Ias. *l. prætor ait. in prin. D. de eden.* Ant. Butr. in *cõsil. 31. in quæsto.* Panor. in *c. cũ causã, col. 5. de testib.* Areti. in *c. series, col. 2. eo. tit.* Alex. *cõsi. 119. viso processu, col. 5. l. 2. cõsi. 198. nu. 8.* vbi in annot. dixi, *lib. 7.* Phil. Deci. & omnes in

* Tabellio nõ potest conficere instrumentum, nisi de eo quod rogatur à partibus, & ab eisdem in sui præsentia geruntur.

§ Exemplum destituens omni solennitate nullã probationem inducit, etiã si sit antiquũ.

d.auth.*si quis,col.6.&* in *c.1.col.pen.de fid.instru.& cons.* 118.*col.*2.Phil. Corn.in *cons.*154.*licet in themate,in litera* 9.*lib.*3.*consi.*216.*licet in hac,lib.*4.*Socin.consi.*120.*cum in præsẽti.col.*1. *lib.*1.Ias.*consi.*168.*col.*8.*lib.*4. quibus in locis pleniſſimè per multos caſus deciſũ reperies. Aduerte tamẽ quod etiã de his quæ aliis ſenſibus corporeis,vt tactus,odoratus,guſtus,percipiũtur,cõfici poteſt (licèt rariùs cõtingat) publicũ inſtrumentũ,adhibita cautione & relatione idonea, vt tradit Bal. in *rub.col.*5. *verſ.ſed non quid C.de fid.inſtru.&* ſequitur Felin.*in c.ſeries,col.*2. *extra de teſti.* Non eſt etiã dubiũ,quin fieri poſſit inſtrumẽtum publicũ nò ſolũ de facto ipſius rogãtis tãtum,vt teſtatoris: ſed etiã mixtim de facto vel dicto rogãtis,& facto,dicto,vel ſilẽtio tertij. vt quãdo petitur inſtrumẽtũ de denunciatione vel proteſtatione alteri facta, & de eius reſpõſo vel ſilẽtio,faciunt not.in auth *ſi quis ei quẽ, C.de adulter.* Quia non eſt dubiũ,denunciantẽ poſſe de hoc,& numero teſtiũ,reſpõſo & geſtu denunciati rogare publicũ, vt poteſt priuatũ inſtrumẽtũ,etiã quandoq; de nudo euentu & cõtingentia facti,vt per Phil.Dec.in *c.1. col 8.nu.22.extra de fid.inſtru.* 63. Redeundo ad rationem noſtrã *in prin.nu.* 64. Sed tẽpore exẽplationis non fit inſtrumentũ originale, nec geritur actus in eo cõtentus, nec poſſunt tabelliones eſſe rogati de veritate facti in eo cõtenti, nec illius habere notitiã propriis ſenſibus, & hoc eſt impoſſibile cùm actus tranſierit, & ſic non eſt poſſibile exẽplum eſſe inſtrumentũ authenticũ de veritate facti vel actus, in originali cõtenti. Et hæ ſunt potiſſimæ & perẽptoriæ rationes:alias rationes ponũt Alber. Bal.*in d.auth.ſi quis,&* Specu, *de inſtru.edi.* §.*oſtenſo, verſ.vnde ſi tabellio*,quod licèt tabularij exemplãtes ita ſcripſerint, prout in originali cõtinetur,nec ſint ibi cancellationes vel interlineaturę,tamen poſſunt ibi eſſe alia, propter quæ fides non adhiberetur, vel propter perſonã primi tabellionis,vel propter perſonã eius qui confici fecit,& tradit gloſ. in *c.abbate S. Syluani,in verſ.fiat fides de verbo ſignif.* addo quòd alia poſſunt eſſe conſcripta in epiſtographa. Aliam ſubdit rationẽ Specul. *in d.* §.*verſi.ſed nũquid creditur*,quòd ſuſpicio eſt,originale fuiſſe vitioſũ,& ideo exemplatũ, quæ eſt materia fabricãdi vel occultãdi falſum. Aliam addit rationem in *d.* §. *verſi.porro.* quoniã * iudicis præſentia & authoritas eſt de ſubſtãtia formę publicationis,ideo nõ valet quod agitur ea omiſſa: ad iudicẽ enim ſpectat examinare, approbare vel reprobare,non ad tabellionem,*dict.cap.fin. de fid,Inſtru.l.2.C.de teſta.* & ita intelligitur §. *illud*, in auth.*vt frat.filij.col.*9. Hinc tenet idem Specul. in *d.* §. *nu.*43.*verſi. hoc etiam not.* quòd ſi ambæ partes exẽplationi conſentiant ſine iudice, non valet, & ſequitur Io. Fab. in *d.auth.ſi quis. De quo vltimo die,verſ.* 9.*nu.*56.

66 ¶ Amplio quartò,etiã ſi originale non poſſet reperiri,etiam ſi probaretur ſine vlla culpa producẽtis deperditũ, quã ampliationem non ponerem, vtpote ſatis per prædicta euidentem, niſi reperiſſem Doct. *in d. auth.ſi quis*,incautè & negligẽtim (vt ſolent) iſtud annotare pro fallentia,& malè,quum ex ſolo caſu originalis, exemplũ ſaltem non antiquũ,non debeat maiorem vim fidei recipere. Fateor quòd ex probatione caſus, ceſſat ſuſpicio malitioſæ occultationis derogatiua exẽpli,ſed propterea non adeſt noua vis extenſiua vel intenſiua fidei. Et eorũ fallentiã deſtruit quod allegant no. *in l.ſicut iniquũ, C. de fid.inſtr.&* in *c.cum olim,de priui.*quia ibi requiritur vltra probationem caſualis amiſſionis originalis,clara & exacta probatio tenoris eiuſdẽ.* Cõuenientiùs autẽ limitaſſent in caſu *l.ſi de poſſeſſione,C.de proba.l.ſi quando,C.vnde vi.cap.fin.de hẽ quæ vi met.vel.cau.* quãdo fraude vel culpa aduerſarij originale eſt perditũ, vt tunc ſteturexẽplo etiã aliàs minus ſolenni,ſaltẽ mediãte iuramẽto damnũ originalis paſſi. Et in hoc proderit huiuſmodi exemplũ, vt quãdo pro perſonatũ & rei qualitate & valore, veriſimilitudo ſeu fama, aut aliud adminiculũ probandũ eſt,ad obtinẽdum cõdemnationem de re, vel quantitate prætenſa,ſufficiat pro adminiculo huiuſmodi exemplũ,dummodo tale ſit, vt præſumptionẽ probabilem facere, & diſcretum iudicẽ ad veriſimilem æſtimationem adducere poſſit. 67.Sed redeũdo ad cõcluſionẽ, quòd nõ plenè probat: an ſaltem ſemiplenè plus vel minus probet? aduertendum puto ad ſolennitatem exempli,& qualitatem actus,rei,& perſonarum. Si enim eſſet ſubſignatũ & teſtificatum per vnum tabellionem, cum duobus inſcriptis teſtibus idoneis & peritis, vel per duos tabellarios,atteſtãtes ſe vidiſſe & diligenter contrectaſſe originale authẽticum i.õ vitiatum,cuius tenorem ad lõgum deſcripſerunt, puto quod faceret ſemiplenam probationem, dummodo eſſent ſcribæ noti, periti (vt eſſe debent) & eorum ſubſcriptiones vel ſigna nota. Ratio, quia iſtud exemplum eſt inſtrumentũ publicum & authenticum, de viſione,perſcrutatione,integritate,lectura & tenore originalis: & ſic facit plenam & publicam fidẽ, quòd originale authenticum talis tenoris fuit, tunc contrectatum,viſum & lectum ab illis ſcribis: & quamuis iſtud non tantum probet,ac ſi ipſemet tabellarij tanquam teſtes periti, in iudicio ſingulatim & ſub iuramẽto examinati hoc deponerent, vt inquit Bart. in d. auth. *ſi quis col.* 2. & benè, tamen puto quòd ſemiplenè probent. 68. Aduerte * tamen, quod iſtud dictum meum, ſi ruditer, generaliter & indiſtinctè intelligeretur, eſſet valde periculoſum:Ideo non intelligo hoc ſemper & abſolutè, tanquam certam & infallibilem regulam verum eſſe, ſed tanquam quid in ſuo genere probabile, quod cùm ad ſpecifici caſus deciſionem ventum eſt, non eſt continuò pro certo aſſumẽdum, niſi ſanè & cum magna animaduerſione omnium circumſtantiarũ,videlicet,perſonarum,loci,temporis,negotij,& dummodo in tali exẽplo declaretur, quæ eſt,qualia ſint ſigna, ſubſcriptiones, & ſigilla prætenti originalis,& dummodo talia ſigilla & ſigna ſint notata:ita quod ſi nũc appareret originale in forma, in exemplo deſcripta, ſtatim ſine aliis adminiculis plenè probaret Si enim eſſent ignota, & illi qui in exemplo narrantur ſubſcripſiſſe originale, & illud ſigillaſſe, ignoti,non puto quòd tale exemplum ſemiplenè probaret, quantumuis exemplantes atteſtarentur, ſe ea omnia probè cognoſcere, & pro verè authentico habere. Et hoc ne tot ſpecialia ſimul concurrant, & ne detur occaſio falſa inſtrumenta fabricandi, vel minus authentica ad vim probandi, per obliquum legitimandi, iudice nõ adito (id eſt, vito bono, *l. vir bonus. ff. iudica. fol.* non enim de quæſtuariis iſtis, iniquis, indoctis officiorum emptoribus loquor) & parte non vocata: multa ſiquidem latere poſſunt ſiue debita cauſæ cognitione exemplantes, & multæ ſuppoſitiones vel captiones in his poſſunt committi,vt not.Alber. in *d.auth.ſi quis.* Intelligo etiam dictum meum, dũmodo ſi originale petatur, allegetur perditio, & non ſit ſuſpicio de occultatione, nec alia ſiniſtra præſumptio in contrarium. Et ita puto ſanè intelligi & procedere illud dictum Bart. in *d. l.admonendi,verſi.ſed quæro quid de exemplo.* quod nota, quia nullus doc. (etſi quamplurimi ſcrib. ibi) declarat.

69.Itaq; ſi vltra prędicta cõcurreret vnus peritus teſtis de diligenti perſcrutatione, lectura, integritate, & eodem tenore originalis: & idem teſtis vel alius, de amiſſione originalis: vel alia probabilis coniectura amiſſionis ſine dolo & culpa producentis, putarem abſque dubio ſufficere ad plenam fidem, per not. Bart. in *l. ſicut iniquum, C. de fid. inſtru.* text. & cano. in *c. cum olim, de priuileg.* Quòd ſi præfatum exemplum eſſet ſubſcriptum & teſtificatum à pluribus quàm duobus tabellionibus, qui eſſent notæ, peritæ,& notabiles perſonæ,puto quod faceret pluſquam ſemiplenam fidem,imo quicquid Ias. animosè *ἐπὶ πλεῖον αὔξειν* dicat,*in d. auth.ſi quis,col.*1.& 3.de decẽ,viginti,vel centũ tabulariis,puto quod poſſet eſſe in tam ſolenni conuentu notabiliũ perſonarum publicatum & confectum,etiã citra iudicis authoritatem, partiũmq; vocationem,ſine aliis adminiculis facere plenã fidem. 70. Sed quid ſi eſſet ſubſcriptum & confectũ per vnum ſolum notarium peritũ & notũ, ſed ſine teſtibus? & videretur quod ſaltẽ faceret indicia vel qualemqualem præſumptionem, per id quod dixi ſe-

* Quam exactum æquilibrium in expendẽdis probationibus.

* Iudicis præſentia & authoritas eſt de forma & ſubſtãtia publicationis.

* No.in prax.

miplenè probare à duobus notariis ſubſcriptum. Contrarium puto quòd nullum gradum probationis facit, nec ſimplicem præſumptionem, cuius habenda ſit in iudicando ratio, quia licèt teſtimonium ſolius notarij vitæ vocis, cùm à iudice ſolenniter examinatur, tanquam teſtis ſemiplenè probet: tamen eius ſcriptura & ſubſcriptio ſine teſtibus, nihil omninò probat, quia caret ſolennitate & formâ ſubſtantiali, & eſt funditùs nulla, text. in auth *de inſtrum. caut. & fid.* §. *ſed & ſi inſtrumenta*, *col.* 6. Nec obſtat ſi dicatur aliquam qualem qualem præſumptionem oriri ex teſtificatione & ſubſcriptione notarij, quia negatur. Et ſi qua oriatur, contrariis pluribus & fortioribus præſumptionibus eliditur: videlicet ex eo, quòd proceſſit non aduocatâ præſentiâ teſtium peritorum, qui poſſint legere & intelligere an originale ſit authenticum & non vitioſum, & talis tenoris. Vnde magna ſuſpicio fraudis inſurgit. Tum ex eo, quòd tabularius officio ſuo abutitur, dum contra debitum officij, & præceptum legis, tanquam tabularius attentat ſubſcribere, & ſic adhuc minùs, ſaltem non plus videretur confidendum, quàm de ſimplici priuata cõpia, *vt diximus* §. *eod. nu.* 10. Et eadem ratione dico, quòd ſi huiuſmodi exemplum eſſet confectum ab actuario apud acta, ſed abſente aduerſario, & non vocato, quòd nullam fidem, nullum indicium, nec præſumptionem facit, propter ſiniſtrã ſuſpicionem ex hoc inſolito, clandeſtino & prohibito ſubrependi modo procedentem. 71. Sit igitur concluſio, quòd exemplum non antiquum, teſtificatum & ſubſcriptum etiam à pluribus peritis tabellionibus, regulariter non probat plenè, ſed ſemiplenè, vel plus aut minus, pro boni prudentiſque iudicis arbitrio, rei veriſimilitudine, & circumſtãtiarum quantitate & qualitate moderando. Hanc concluſionem vltra limitationes, in quibus diximus priuatam copiam plenè probat. ¶ Primo limito in exemplo confecto in præſentia & de conſenſu partium à ſolo actuario apud acta (vt ſæpè vſuuenit) vel à tabellione cum inſcriptis teſtibus: tunc enim plenè probat inter eaſdem partes. Bart. in d. auth. *ſi quis*, *col.* 1. *verſi. ſed verum*, & ibi Alex. Iaſ. in 4. *fallen.* Et in hoc Deci. *ibi col.* 4. poſt Bartol. requirit expreſſam approbationem & conſenſum. Sed Areti. *ibi poſt Imol. in cap.* 1. *de fid. inſtrum.* tenet ſufficere tacitum conſenſum. Ego puto mentem Bartol. eſſe, quòd pars aduerſa non* ſimplici exemplationi conſentiat: ſed veritati, probationi & efficaciæ originalis & exempli approbando exemplum tanquam verum, & de vero originali confectum, ſiue tacitè, ſiue expreſſe, ita approbetur: quod puto verum, & ſatis apparet eo ipſo quòd ab vtraque parte exemplatio rogatur. Non obſtat, quod Imol. in *d. c. fin.* Specul. in *d.* §. *oſtenſo. ver. hoc etiam not.* Ioan. Fab. in *d. auth. ſi quis*, dicunt, quòd etiam ſi vtriuſque partis conſenſu ſine iudice fiat exemplatio, non valet: quia debet intelligi, quòd non valet vi exemplationis, & tanquam exemplum ſolenne, tamen benè valet vi confeſſionis, & approbationis partium, factæ de veritate & ſolennitate originalis, vt ſubtiliter declarat Bald. in d. authen. *ſi quis*, *col.* 1. *verſic. circa ſecundum*, quoniam per tale ſimplex exemplum, à notario, præſentibus & inſcriptis teſtibus confectum, ad rogationem vtriuſque partis, plenè & publicè conſtat, partes confeſſas eſſe, omnem tenorem & ſolennitatem originalis deſcriptam veram eſſe. Et quantùm ad hoc, huiuſmodi exemplum eſt propriè & verè authenticum & originale, & probat contra omnes, & poteſt de eo aliud exemplum ſumi, *vt tenent Bartol. Bald. ibi*, & conſequenter ex tunc præiudicat quibuſcunque, & quatenùs confeſſio illarum partium poteſt præiudicare, & non vlteriùs, ita etiam not. decidit Henric. Bouh. in *d. c. fin.* Card. Zabar. Panor. Felin. in *c. Albericus*, *de teſtib.* vnde non procedit niſi in his, in quibus partes libetam habent diſpoſitionem. Secùs quoad ea, quibus non poſſunt renunciare, vt in ſolennibus alienationibus rei eccleſiæ vel minoris, vt tradit Auge. in d. authen. *ſi quis*

* Non ſufficit conſentire ſimplici exẽplationi.

adſi. & omnes poſt eum, vel reſpectu ante hanc exemplationem ius habentis. Et circa hoc de exemplo teſtamenti iuſſu teſtatoris præſentis facto. vide Carol. Ruin. *conſ.* 131. *lib.* 5. vbi nimis generaliter loquitur, quia niſi conſtet de originali, debent in hac exemplatione, quæ viuo teſtatore fit, ea interuenire, quæ requiruntur in confectione teſtamenti, vt dicam *infrà* §. *quamuis mortuo teſtatore*, quum iam non agatur niſi de præiudicio conſentientium, & qui habituri ſunt cauſam ab eis, fieri poſſit exemplatio plenam fidem habitura inter eos per vnicum tabellionem & duos teſtes tantùm.

72. LIMITO ſecundò concluſionem, quòd exemplum non antiquum, de cuius ſolennitate plenè non conſtat, non plenè probet, vt ſimpliciter procedat, quãdo in eo non enunciantur omnes ſolennitates requiſitæ, tunc enim etiam * parte non opponente in ſpecie nec in genere defectũ ſolennitatis, non plenè probat: tum quia per ipſummet exemplum ſatis apparet de defectu ſolennitatis, per not. ĩ. *eo. nu.* 62 Tum quia iudici ipſi fides eſt facienda, & illi debet probatio concludere, *text. in l. quingenta*, & ibi glo. *fin. D. de proba. in l.* 1. *C. de condic. ob tur. cau. in l.* 1. & ibi glo. *fin. C. de reb. alie. non alien.* Sed tale exemplum non probat iudici interuentum ſolennitatis, ſed potius oppoſitum, & ſic non eſt neceſſe opponi, quum clarè appareat ex actis, per ea quæ appoſitiſſimè not. Dec. in *l. cum quid col.* 6. *nu.* 26. D. *ſi cert. pet.* Si verò in exemplo enunciarentur omnes ſolennitates requiſitæ, putà commiſſarius narrat tali die ad hoc data parti quæ contumax fuit, ſe de iudicis mandato exemplaſſe: quamuis enim huiuſmodi ſolennitates non probentur per hoc inſtrumentum, per not. in *d. c. quoniam cõtra falſam*, tamen ſi pars ipſa, quã vocatã fuit exemplatum, nihil opponat, puto præſumi interueniſſe, & exemplum plenè probare, nedum inter quos apparet fuiſſe confectum, ſed etiam inter alios, vbi & quatenus diximus exemplum ſolenne inter aliquos confectum, probare vel præiudicare inter alios.

* No. diſtinctionem, an exẽplum minus ſolenne parte non opponente probet.

73. Et hoc iuxta illud quod per manus traditur* extrinſecam ſolennitatem (cuius defectus non opponitur) præſumendam, ſecundum Ioan. And. Compoſt. Bart. Imol. in cap. *cùm dilectus*, *de conſuet. in cap. ea noſcitur*, *de hĩs quæ fiũ. ampla. ſine conſenſu*, *cap.* Imol. in *c. in præſentia*, *col. fin. de probat.* Butr. Imol. Felin. in cap. *ſicut col.* 14. *verſi. fallit ſecundò*, *de re iud.* Rota. in *deciſ. incip. licet alia*, *de offic. ordin. in antiq. Matheſ. not.* 12. Ludouic. Alexand. Iaſ. in *l. ſciendum. D. de verb. oblig.* Butr. Felin. in *c. fi. col.* 1. *de lib. obla.* Socin. *conſ.* 270. *conſideratis*, *col.* 3. *lib.* 2. Quod dictum tametſi per doctores ſimpliciter traditum, non eſt ſimpliciter verum, ſed ſecundum prædicta ſanè intelligendum.

* Præſumitur ſolẽnitas extrinſeca cuĩciata cuius defectus non opponitur. Plures huiuſmodi exceptiones: vide apud Socin. Regu. ſolennitas extrinſeca 376.

74. Et limitandum primò, dummodò talis defectus nec in genere, nec in ſpecie opponatur. Secus ſi ſaltem * in genere opponeretur, puta ſi pars dicat, inſtrumentum non eſſe ſolenne, vel non probare, ſed fidem non adhibendam, hoc enim ſufficit vt propter tacitam approbationem vel conſenſum, qui aliàs reſultaret ex taciturnitate, non debeat pro inſtrumento præſumi, vltrà quàm de ſe probet: non enim tenetur quis in ſpecie, vel in indiuiduo, detegere defectus probationis aduerſario incumbentis, nec eum inſtruere. Et ita debet intelligi decima fall. quam ponit Dec. *in d. authent. ſi quis*, *nu.* 27. Ex his habes reſolutum illud, de quo dubitant Ioan. de monte Specello, & Socin. *in d. auth. ſi quis*, *col. fin.* Secundò limitandum eſt, niſi fortè per ipſummet inſtrumentum, vel aliter appareat, ſolennitatem non interueniſſe, *per not.* ĩ. *eo. num.* 81.

* Sufficit in genere opponere.

75. Quando verò exemplum minus ſolenne eſt de antiquo confectum, tunc ſi omni formâ & ſolennitate caret, vt quia ſit ſimplex copia priuata, & iam dictum eſt, nullam ſcripturæ fundicus nullæ accreſcere authoritatem prætextu antiquitatis: Si tamen eſſet teſtificata ab aliquo, ſiue cognito, ſiue ignoto: & fortè tanquam à notario ſine teſtibus atteſtãte, ſe vidiſſe eiuſdem

tenoris authenticum & integrum originale; quamvis A tale exemplum fuerit à sui principio funditùs nullum, vt dixi: tamen non audeo simpliciter dicere, quòd si sit de antiquo & factis antiquis, nullam præsumptionem, nullum indicium faciat. Quid enim si è loco non suspecto, & à persona non suspecta prolatum sit, & ex re ipsa, vel aliis circumstantiis, verisimilitudinem contrahat? quare an & quantum probet, æqui bonique iudicis arbitrio relinquo. Facit quod vulgò per manus traditur, *in c. cum causam de probat. in c. illud, de præsum. cum simili*, in antiquis sufficere probationes quales haberi possunt: quod sanè intelligendum est, non vt qualiacumque, etiam aliàs nihil per se probantia, sufficiant ad probandum in antiquis. 76. Sed quòd illa quæ per se aliquam fidem faciunt, non tamen plenam, ratione antiquitatis pleniorem fidem faciant. * Non enim potest antiquitas de nouo inducere in totum probationem, quæ nulla est, sed eam demum quæ aliqua est, coadiuuare, vt pulchrè tradit Phil. Cor. in *cons.* 19. *videtur in hac. col. fin. lib.* 2. Deci. in *consil.* 36. *col.* 4. *num.* 8. In quantum autem coadiuuet, totum id, quum non sit à iure determinatum, in arbitrio iudicis situm est; secundum Corn. in *d. consil.* 77. Sed quando habet aliquam solennitatem & fidem per se, puta apparet confectum & testificatum à duobus notariis, vel ab vno cum testibus, ad rogationem vnius partis tantùm, quæ non est illa, nec auctrix illius contra quam producitur: vel ab actuario in contumaciam alterius partis, vel ea præsente, sed instrumentum impugnante, & idem si à commissario iudicis, tamen non appareat, nec de authoritate, vel mandato iudicis, nec de præsentia vel citatione aduersarij. Et tunc sic distinguo, aut istæ reliquæ solennitates enunciantur in exemplo, vt quia commissarius, apparitor, aut alius qui exemplauit refert se hoc fecisse de mandato iudicis & parte vocata, quam fortè non venientem contumacem declarauit. Et tunc propter antiquitatem stabitur his verbis enunciatiuis, & plenam fidem facient, etiam si aliter non appareat, neque de commissione iudicis, neque de vocatione partis, quoniam in antiquis * verba enunciatiua plenè probant, etiam contra alios, & in præiudicium tertij, vt per omnes scrib. in *l. cum aliquis. C. de iure delib. in cap. cum causam. de proba. in cap. Albericus de testib.* etiam si essent incidenter & propter aliud prolata, vt enunciatio confiniũ. Antho. Butr. in cap. *cum dilectus. de successio. ab intesta.* & in *cle. si summus pontifex.* per illum text. *de senten. excommun.* latè Ias. in *repet. l. admonendi. col.* 80. *num.* 124. *D. de iureiur.* Quanto fortiùs in his quæ principaliter & propter se enunciantur, & ex conditione actus verisimile est interuenisse, vt hic.

78. Vnde licet pro actis litis non præsumatur quamvis in sententia enuncientur *cap. quoniam contra falsam de proba.* hoc fallit in sententia antiqua, vt est tex. in cap. *bonæ memoriæ. de electio.* firmat Antho. in cap. *in præsentia de rerum.* Bartol. in d. *l. admonendi col.* 7. *nu.* 30. & Bal. in *l. emancipatione. C. de fid. instru.* & omnes cano. in d. *c. quoniam contra falsam.* & in cap. *cum in iure peritus. de offi. delega.* Et potestas arbitrorum, siue compromissum, probatur per verba enunciatiua instrumenti sententiæ arbitrorum latæ vltra quadraginta annos. ita decidit Guid. Pap. in *consil.* 241. *incip. quadraginta anni.* fa. Deci. in *consil.* 375. Nec obstat quod Pau. Cast. in hoc contrarium tenet quantum ad præiudicium tertij, etiam concurrente antiquitate temporis. in *consil.* 139. *pro declaratione. col.* 2. *lib.* 1. & idem voluit Ioan. de monte Speeello, quem seq. Socin. in *d. authen. si quis in fi. colum.* 1. quia contrarium verius est, provt plenè comprobat Felin. in cap. *sicut col.* 17. *in* 6. *declara. de iudi.* plenius & exactius Fran. Curt. senior. *consi.* 76. *col.* 2. *& seq.* Et sequitur dom. Alciat. in *d. auth. si quis. in sua glos. verf. veteribus.* hinc dicit Steph. Bertran. in *cons.* 40. *ex testamento lib.* 1. quòd in antiquissimis fides adhibetur instrumento, de assertione & enunciatione, nedum quòd illa assertio facta fuerit, sed etiam de veritate ipsius assertionis. Aut non enunciantur, nec fit de illis vllum verbum, & sic per ipsummet exemplum, apparet ea non interuenisse: Et tunc propter solam antiquitatem non producetur ad plenæ fidei vigorem. Ita not. sentit. Phil. Deci. in *d. authen. si quis. col.* 5. *fall.* 7.

79. Ratio est, quia * antiquitas in materia probationum duo operatur: Primum facit præsumi solennitatem requisitam interuenisse, quamvis non appareat, & omnia præsumi solenniter acta. *l. si filius. C. de petitio. hæredit. l. qui in aliena.* §. *sed & si non adierit. D. de acquir. hæred.* & vtrobique per doct. & plenè in *l. sciendum. D. de verb. oblig.*

Secundùm probationem minus perfectam supplet, & perfectam corroborat, credibiliorémque facit: non autem eam quæ nulla est, de nouo inducit, vt suprà dixi. At in isto casu primum deficit, quia præsumptio quæ insurgit propter antiquitatem, tollitur per ipsum exemplum quod exhibetur; in quo apparet illa requisita non interuenisse, vt concludit Pau. *consil.* 81. *in causa quæ vertitur colum.* 3. *versic. tertio inducit lib.* 2. refert. & seq. Alexand. *consil.* 1. *col. penult. lib.* 4 Deci. in *d. authen. si quis fall.* 7. *in l.* 1. *col.* 3. *num.* 7. *C. qui admitti ad bon. poss. & in consi.* 13. *consil.* 445. *colum. fi. nu.* 68. *consi.* 564. *num.* 13. Ias. in *l.* 1. *col.* 5. *verf.* 5. *limita. C. qui admitti. & l. sciendum. col.* 7. *de verb. oblig. & in consil.* 148. *colum. fi. verf. secundo respondetur lib.* 4. Matth. de Afflict. *in decis. Neap.* 107. Ideo huiusmodi exemplum non potest plenè antiquitatis prætextu adiuuari.

80. Tamen quia non deficit secundum quum sit in forma aliquatenus (puta semiplenè) probante, propter antiquitatem in qua non tam exactæ probationes requiruntur, faciet pluſquam semiplenam fidem: siue pleniùs probabit quàm si esset recens & suspectum de recenti occultatione originalis. Et adhuc plus probabit si enuncientur solennitates, quàm si non enuncientur, & in summa iudex ex omnibus circumstantiis debet arbitrari, & ita puto modificanda quæ dicunt Paul. & Deci. in consiliis nouissimè adductis, quibus repugnare videtur Phil. Deci. *cons.* 341. *num.* 13. & concordanda quæ in diuersum idem Paul. tradidit & Alexand. in alterutrum desultans in locis allegatis per Feli. in cap. *sicut col.* 17. *in* 7. *declara. de re iudi.* vbi videas, quia ab aliis cumulata non transcribo. Et sic intelligenda limitatio quàm tradunt communiter scrib. in *d. authen. si quis.* dum eam limitant non procedere in exemplo antiquo, quod etiam tradunt Floria. in l. 2. *D. de fid. instrum.* Raph. Cu. *consi.* 158. *col.* 2. Areti. *consil.* 36. *col. penult.* Deci. *consil.* 36. *col.* 1. 2. Ias. *l.* 2. *num.* 5. *C. de testa. & in consi.* 114. *col.* 3. *lib.* 1. Ex quibus infertur quòd antiquum exemplum semisolenne, in quo reliqua solennia deficientia non enunciantur, facilè, adminiculo probabili adiuncto, plenam fidem faciet; puta si reperiatur in archiuo publico, vbi iam diu inter authentica asseruatum fuit. Si enim de recenti esset receptum in archiuo non putarem ex hoc solo eius fidem augeri per ea quæ dixi supra *eo. nu.* 24.

81. Quando * verò tempore dicatur antiquitas in hac probationum materia, multùm variarunt doct. sententiæ. Quidam enim voluerunt antiquum tẽpus dici quadraginta annorum, vt refert Inno. in *c. veniens col.* 3. *de verbor. signific.* & tenet Antho. in capit. *veniens* 2. *de testib.* in cap. *quid per nouale. de verbor. signific.* Alex. in *cons.* 9. *circa primum de quo quæritur. col.* 5. *lib.* 1. *consil.* 4. *inspectis his. col.* 8. *in consil.* 70. *in causa vertente. col.* 2. *lib.* 2. *vel.* 56. *annorum.* Alexand. *consil.* 90. *nu.* 8. *lib.* 6. Alij septuaginta annorum, vt Areti in *consil.* 36. *casus est talis. colum. fi.* Imò vetustissimum videtur tempus 58. annorum in *l.* 2. §. *initium. D. de orig. iur.* vbi vindiciæ dicuntur vetustissima iuris obseruantia.

* Antiquitas non inducit, sed corroborat probationem.

* Antiquitas, quid operetur in probationibus, adde Socinum, *Regula, liber, seu scriptura quarumcumque antiquissima* 238.

* Enunciatiua in antiquis probãt, de qua regula vide plura apud Craueam tractatu de Antiquitatibus temporum, vbi hĩc quæstionem plenissimè tractat.

* Vide Menochium 2. de arbitrariis iudicis 5.

Et tamen non fuerant ante 58. annos inuenta, quando Virginius conquerebatur eam in filia sua defecisse, vt ibi no. Hieron. Cagnol. *num.* 360. Sed facile est respondere, quòd ibi dicitur vetustissima respectu Pomp. iurisc. qui hoc scribebat tempore Imperatoris Seueri, tractans vetera Romanorum iura, inter quæ illud erat vetustius.

Crebrior est & communis via centum annorum; vt videtur residere Inno. in *d. c. veniens*, & tenet Imol. in *l. 2. §. idem Labeo. D. de verb. signif.* Imo. Panor. in *d. c. veniens. 1. de testib.* Paul. *consi.* 139. *pro declaratione inst. lib. 1.* Alexa in *l. cùm aliquis. C. de iure delibe.* & in *con. 6. viso themate in fi. lib. 1. consilio* 209. *viso summario. col. penult. lib. 2. consi.* 83. *num.* 8. *lib. 3. consilio* 12. *viso processu. ad fi. consilio* 75. *visis & ponderatis num. 3 lib. 4 consil.* 89. *excellentissimi. col. 1. lib. 5 consilio* 139. *num. 11. consi.* 218. *nu. 12. lib. 6. consi.* 94. *in fi. lib. 7.* Cepol. in tract. *de serui. vrba. prædio. c.* 19. Franc. Cur. sen. *consil.* 82. *col. fi.* Deci. in *cap. 1. col. 4. de appella. consi.* 13. *num.* 8. Iaſ. in *rep. l. admonendi. col.* 80. *num.* 146. *D. de iureiur.* & in *d. l. cum aliquis*; vbi ita dicit se consuluisse, prout etiam consulit. in *consil.* 81. *col. 2. lib. 1. consi.* 24. *col. pen. lib. 3. consi.* 148. *in fi. lib. 4.* Steph. Bertran. *consil.* 283. *viso processu cause cepte. col. 1. nu. 4. & col. 2. nu.* 10. *lib. 3.*

* Antiquum aut in antiquis quid dicatur.

Sed* pro aliqua resolutione hanc vltimam & communem opi. non puto veram, nisi in his in quibus requiritur tempus immemoriale, quale secundùm communem doctrinam dicitur esse tempus centum annorum, vt tradit Cy. Bal. in *l. 2. C. de seruit. & aqu.* Cepol. in *d. tract. de serui. vrba. c.* 19. Franc. Bal. in tract. *de præscrip. in c. par. 1. par. q. 6. nu.* 24. quamvis aliud velit Car. Zaba. in *c. si diligenti de præscrip.* quem seq. Felin. ibi in *fi. & in c. ad audientiam. col. fi. eo. tit.* de quo aliàs oportunius dicemus.

82. Vbi autem non requiritur probatio temporis immemorialis, puto absque dubio tempus 70. annorum dicendum antiquum: imò etiam tempus quod est vltra 30. vel 40. annos: provt secundùm casus subiecti conditionem probationes certę non facilè reperiuntur vltra triginta, quadraginta, vel sexaginta annos. Et sic quotiens notabile temporis spatium probationes reddit difficiles, dicitur esse tempus antiquum, tam ad effectum præsumendi solennia interuenisse, quàm ad effectum probationes minùs perfectas supplendi & corroborandi. Quare cùm illud tempus non sit à iure determinatum, nec possit determinari, cùm à singularibus & variis factorum circumstantiis dependeat. *l. mora. D. de vsur.* Concludo iudicis esse arbitrium, vt tenet Antho. Butr. & alij. cano. in *c. illud de præsum. per reg. l. 2. D. de iure delib. c. de causis. de offi. delega.*

* Antiquum non dicitur minus 30. annis vbi agitur de graui præiudicio.

83. Saluo quòd vbi agitur* de graui præiudicio alterius, non sufficit ad præsumendam solennitatem vel aliud requisitum interuenisse tempus minus triginta annis, vt no. Io. Imol. in *c. peruenit de empt. & vendi. & infra* § 7. *num.* 20. *cum seq.* Sed vbi ageretur de modico vel nullo præiudicio, sufficerent decem anni ad solennitatem præsumendam. *l. si filium. C. de petit. hæred. l. qui in aliena. §. 1. D. de acqui. hæred.* qui tex. ita intelliguntur secundùm Bart. in *diff. 7. mulier habens col. fi.* Et ita distinguit & resoluit Alexan. *d. l. qui in aliena. in princ. colum. 3. versicul. vel respon. in l. sciendum. colum. 4. D. de verbor. obligat. in consilio 1. col. penult. consil. 12. viso processu col. fi. consilio 17. viso instrumento. col. 3. lib. 4.* Felin. in *d. c. Alberic. in fi. de testib. in ca. ficut col. 15. versicul. 2. aduerte. de re iudi.* Iaſo. in *l. 1. col. 5. vers. 4. limita. C. qui admitti.* Fran. Balb in tracta. *de præscrip. in 1. par. 3. par. nu.* 10. 11. Circa solennitatem autem exempli, quæ consistit in duobus; primum authorimas iudicis; secundum, præsentia vel citatio partis; habeo in collectaneis resolutionum mearumduas regulas cum multis declara. & fallen. quas ad præsens omitto; tum ne sim iusto prolixior, tum ne hîc videar texere repetitionem dictæ *authent. si quis. vel cap. 1. pennl. & fi. de fide instrum. & similium.* Sed vt materiam inuestiturarum feudalium citiùs absoluam.

* An instrumentum renouatæ inuestiturę probet feudum.

84. Vltimo quæro, * an instrumentum vltimæ renouationis inuestiturę probet? Et præsuppono, illud esse in forma authentica, vel aliàs recognitum, & verificatum in se: nec quæro an probet factum vltimæ renouationis in eo contentum, de quo non est dubium per not. supra *eo. nu.* 7. Sed an probet veteres inuestituras, & plenam & efficacem fidem faciat de feudo, & iure feudi: absque eo quòd præcedentes inuestituræ, & originalis inuestitura seu concessio in feudum producantur? hæc quæstio latiùs patet quàm prima facie videatur. Et vt clariùs & breuiùs procedam, facio conclusionem affirmatiuam, quòd sic; quoniam istud instrumentum est verum originale in se, quum non sit transcriptum ab alio, sed confectum, vel iussum confici animo disponendi, ab eodem qui potest disponere. Et quòd sit relatio certa & dispositiua per eum qui habet potestatem disponendi, dispositio valet, quamvis relatio aliter non verificetur: vt patet ex sequentibus. Ex quo infertur primò, quòd instrumentum renouationis huius tenoris *sicut prædecessor noster tale feudum concessit ita & nos concedimus*: plenè & sufficienter probat originariam concessionem feudi, & illam rem esse feudalem, ita vt idem vasallus vel eius successor, debeat in omnibus iuribus feudalibus, obtinere, admitti, & tractari ab eodem domino, vel eius successore, etiam si non possit aliter docere de antiquis inuestituris, vel de ipsa originaria concessione feudi relata in dicto instrumento renouationis, ita decidit Oldra. in *cons.* 121. *col.* 3. *vers. ad secundum.* Ioan. Andr. in *addit.* Specul. *de feu. concess. in versic. instrumentum Alberi.* Angel. Paul. Iaſ. in *l. pennlt. C. de institut. & substitu. sub condit.* Carol. Ruyn. *consi.* 31. *nu.* 5. & latiùs *consi. vlt. lib.* 1.

* Dictio *sicut* & *prout* & similes stant causaliter & non conditionaliter; interdum limitatiuè, vel adseritiuè, adde, Alciatum 1. *consiliorum* 1. *nu.* 37. & quid si fuerit dictum *prout iuris fuerit.* v. eundem Alciatum &. *consi.* 16. *nu.* 10. vel *prout sibi placuerit*, vtrùm hæc verba importent absolutã voluntatem vel arbitrium boni viri. v. Corneum 3. Consi. 173. Ranchinum lib. Conclus. parte 5. conclus. 91. per l. *Thais* §. *fin. ff. de fideicom. libert.*

85. Et sic ista* dictio *sicut* & idem de dictione *prout*, *secundùm*, vel alia simili, non stat conditionaliter: sed causaliter. vnde ista oratio *sicut prædecessor concessit*, vel *secundùm quod prædecessores tui vsi sunt*, vel *secundùm præteriti temporis morem*, exponitur, id est, quia prædecessor concessit, vel quia prædecessores tui sic vsi sunt, vel quia mos præteriti temporis sic obtinuit. tex. est in cap. *Abbate S. Syluani de verbor. significa.* Et hoc habet locum in omnibus dispositiuis, hoc est, in illis quæ fiunt animo aliquid disponendi, vt expressè declarat Barto. in *extrauag. ad reprimendum in vers. provt & in l. eum qui §. Iulianus 2. D. de constit. pecu.* & pulchrè Felin. in *cap. 2. col. 4. vers. sciat etiam. de rescript.* siue in contractibus, siue in sententiis, siue in priuilegiis, siue etiam in rescriptis, inquantum emanarent ex certa scientia, animo disponendi, vt statim dicam. Et ab habente potestatem disponendi, aliàs secùs Franc. Curt. senior in *l. admonendi char. 3. D. de iureiuran.* Hiero. Grat. *con. 122. num. 20. lib. 2.* vnde per dicta verba *provt, sicut, secundum*, & similia, dispositio nõsuspenditur, nec conditionalis redditur, sed remanet pura & efficax: etiam si aliter non appareat de causa ad quam dicta verba referuntur, nec opus est eam probare, hinc condemnatus ad aliquid annuum soluendum secundũ quòd antecessores sui consueuerunt, dicitur purè & simpliciter condemnatus, vt tenet Bartol. & ibi seq Paul. in *d. l. eum qui §. Iulianus de constit. pecu.* idem sentit. Bartol in *l. admonendi col. 2. num. D. de iureiur.* & ibi expressè Paul. *col. 3. versic. sed quæritur.* Alex. & pulchrè Paul. loquens de inuestitura in *consil. 17. in causa decimali lib. 2.* Iaſo. in *lect. col. 6. 7.* & in repet. *col. 10. & in §. præiudiciales in fi. instit. de actio.* & per omnes scrib. in *dict. l. pe. C. de institut. & substit.* Phil. Dec. *consil.* 169. *col. 2.*

86. Et istud procedit reciprocè, nedum ex parte domini seu contra ipsum, sed etiam pro ipso contra vasallum, emphyteutam, vel censuarium, qui talem renouationem acceptauit, & sic in ea contenta

& ſpecificata recognouit. ſi enim poſtea cauſari vellet ſe non teneri ad quædam iura ſpecificata, & prædeceſſores ſuos nunquam ita feciſſe, vel ſoluiſſe, teneretur probare & docere de errore recognitionis, cui interim ſtandum tanquam puræ confeſſioni & probationi, quia præfata verba non faciunt conditionem, nec ſuſpendunt, vt dictum eſt. ¶ Et quòd huiuſmodi * recognitiones etiam ſimplices, probent dominium & enunciata in eis contenta, latè comprobant Guido Pap. in *deciſ. Delphin.* 272. vbi dicit ita practicari in iudicio, & extra: quod verum eſt. Idem tradit. in *conſil.* 147. *conſilium in primo dubio.* & latè Gulielm. in *repet. capit. Raynut. in verſ. & vxorem nomine Adela. nu.* 1006.

* Recognitiones ſimplices probãt dominiũ

87. Secus in * confirmationibus quæ fierent ſine cauſæ cognitione, ſiue in forma communi: tunc enim dicta verba ſtant conditionaliter, vt tenet Bartol. in *l. extranag. ad repri. in verſ. prout. Bald. in margarita in verb. literæ.* Ludo. Rom. in *conſ.* 328. *præſens conſultatio col.* 5. *verſi. breuiter ſciendũ.* Feli. in *dict. ca.* 2. *col.* 4. 5. & doc. in locis præfatis. Ratio, quia huiuſmodi * confirmatio nihil dat, nihil noui iuris confert, nec inualidum validat; non enim fit ad finem diſponendi, ſed ſolum ad finem approbandi confirmabile, tale quale eſt, & inquantum eſt verum, validum & efficax ſi tale eſt, & non aliter text. in capit. *examinata. de confir. vtl. vel inuti. in cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. prab. in capit. inter dilectos. §. porro. de fide inſtrum. c. penult. de cõſtit. c. illa ne fede. ver.* & pulchrè not. Oldra. in *cõſ.* 164 *incip. viſo priuilegio Ludouic. Franc. Regis.* Alberi. in *pri. par. ſtatu. quæſt.* 21. Alex. in *conſ.* 59 *viſo inſtr. col.* 7. *lib.* 1. Deci. *conſ.* 639 *adſi.* Si * autem fieret confirmatio cũ cauſæ cognitione, ſed ex certa ſcientia confirmãtis, ad quem ſpectat diſponere; tunc illa verba non ſtarent cõditionaliter, ſed cauſaliter. text eſt in cap. *penult. vtl Antho.* Panor. *de cõfirm. vtl. vel inuti. in capit. quoniam abbas*, & ibi gloſſ. *ſi.* & Feli. *ad ſi. de offic. delega.*

* Prædicta verba *ſicut* & *prout* quomodo accipiantur in confirmationibus.

* Confirmatio nihil noua iuris dat.

* Confirmatio in forma communi, vel ex certa ſcientia, differentia.

88. In tantum quòd etiam ſi confirmatum eſſet nullũ vel inualidum, validaretur per confirmationem poteſtatem habentis, ſcientis nullitatem & vitiũ confirmati, vt *l. adoptio non iure facta. D. de adopt. in cap. quotiens de paſt. c.* 1. *& 2. de tranſact. & in c. veniens*, & ibi in *gloſſ. in ver. confirmatã cod. tit. c. dudũ de deci.* Oldr. in *conſil.* 256. *factũ tale col.* 5. Batt. in *l. priuilegia. C. de ſacroſan. Eccl. & in l. more. cum l. ſeq.* vbi pleniſſimè per omnes ſcrib. *D. de iuriſd. omniũ iudic.* Card. in *conſ.* 44. *quod ratificatio.* Panor. *conſ.* 42. *illud. col.* 2. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 39. *viſo. lib.* 4. & *conſ.* 1. *col.* 14. *lib.* 5. Phi. Deci. *conſ.* 341. *nu.* 3. Sed tunc propriè non dicitur confirmatio, ſed noua & principalis diſpoſitio, vt no. ſcrib. in *dict. l. more.* Phil. Deci. in *rubr. col.* 2. *de confir. vtl. vel inuti.* adhuc hæc non videtur confirmare in præiudicium tertij. Bald. in proœmio *feudo col.* 14. *verſic. ité dicit.* Andr de Izer. Phil. Deci. *cap. vlt. de conſ. vtil. vel inutil.* quoniã natura cõfirmationis, ſiue in forma cõmuni, ſiue ex certa ſcientia, non eſt de nouo diſponere, nec nouũ ius dare, ſed antiquum & præexiſtens approbare, & ſemper præſupponit aliquid prius ineſſe quod confirmetur. Deci. in *rubr. de confir. vtl. vel inuti.* vnde * vtrique confirmationi propriè conuenit quòd qui confirmat nihil dat. *l. ſi donatæ. inſi. D. de donatio. inter virum & vxorem. & dict. l. & quia* hæcque tantum intereſt inter confirmationem in forma communi, & confirmationem * ex certa ſcientia propriè loquendo: quòd illa tanquam cõditionalis & præſuppoſitiua non probat confirmatum: hæc tanquam pura & certa fidem de eo facit, non tamẽ illud in aliquo auget, vel extendit; ſed ad illud commenſuratur, & ad eius fines & limites reſtringitur. *l. Aurelius §. teſtamento. D. de lib. lega.* ita no. Bald. in *l. falſus col.* 1. *C. de fur. in tract. ſtatu. in verſ. Apoſtoli. & in l. nominationes. in fi. C. de appella. & dicit. in ea.* 1. *col.* 1. *qui ſucceſſo. ſeu. dare tene*, quod * confirmatio eſt ad aliud relatio & pendet ex illa vel tanquam ſubſtantialis, vel tanquam præambula. dicit etiam in *l. aduerſus. in fine C. ſi aduer. rem iudic.* quòd natura confirmationis, eſt * robur addere confirmato & non * extendere, & ſequitur Paul. *conſil.* 162. *viſis & ponderatis. col.* 1. *lib.* 2. *conſil.* 187. *notandum eſt. in princ. eod. lib.* Rapha. in *conſil.* 97. Alex. *conſil.* 137. 122. *viſo puncto. col.* 6. *lib.* 4. Cor. *conſil.* 278. *lib.* 1. Iaſ. *conſil.* 148. *cap.* 3. *lib.* 4. Philip. Dec. in *d. rubr. de confirm. vtil. vel inutil. col.* 1. Franciſc. Ripa. *lib.* 2. *de reſcript. reſpon.* 30. *col.* 2. Sic in ſimili inquit Vlp. in *l. heredes palam. §.* 1. *D. de teſta.* quòd * declaratio nihil dat, nihil addit, nihil diſponit, ſed datum ſignificat & oſtendit. adde quæ diximus ſupra §. 1. *gloſſ.* 4. *numer.* 27. Dicitur autem confirmatio facta in forma * communi, quando non exprimitur ad longum tenor confirmati, ſed confirmans ſe refert ad illud, & confirmat ſicut ſine prauitate, vel ſicut iuſtè & legitimè obtentum & poſſeſſum fuit. Tunc enim non apparet confirmantem habere animum purè & ſimpliciter approbandi: ſed ſolum præſuppoſitiuè & conditionaliter ſi ita ſit.

* Confirmatio nihil dat.

* Confirmatio etiam ex certa ſcientia ſtringitur ad ſi antes conditionati.

* Confirmatio eſt ad aliud relatio.

* Confirmatio robur addit confirmato, non tamen extendit.

* Interdum ſupplet defectum formæ, perſonæ, ſolennitatis. vt Bald. in l. vlt. ff. de teſt. mil. ad Oldradũ conſil. 217. Marſil. in ſingulari 79. incipiente *confirmatio*; & *ſingulari* 711. incipiente *iuramentum*; & *ſingulari* 1. incipiente *Approbatio.*

* Declaratio nihil dat, ſed datum ſignificat.

* Cõfirmatio in forma cõmuni.

* Confirmatio in forma ſpeciali.

89. Dicitur autem confirmatio facta in forma * ſpeciali & diſpoſitiua, quando enarrato toto tenore confirmati, approbatur, recognoſcitur, & confirmatur, à poteſtatem habente. Tunc enim ex quo fuit plene informatus de facto, & facti veritate & circumſtantiis per inſtrumentum originale confirmati narratum in confirmatione, non intelligitur confirmans conditionaliter & præſuppoſitiuè loqui, ſed purè, ſimpliciter & præciſè: etiam ſi apponantur illæ clauſulæ *prout ſicut vel ſecundum quod ſine prauitate, iuſtè & legitimè per te vel prædeceſſores tuos obtentum* & poſſeſſum fuit. Ita declarant Ant. Butr. & Panorm. in *cap. examinata.* & in *cap. ſeq. de confir. vtil. vel inutil.* ſeq. Phil. Dec. in *rub. col.* 2. *cap.* 1. *&* 2. *col.* 2. *& in d. cap. pen. in princ. eod. tit.* vnde in primo caſu inſtrumentum confirmationis in forma communi non probat nec facit fidem de donatione, priuilegio, vel alio quouis iure confirmato: ſed neceſſe eſt de illo docere per inſtrumentum originale, authenticum vel alia legitima documenta niſi quatenus legitima poſſeſſione ſe tueri poteſt. Secundo verò caſu ſufficit producere inſtrumentum confirmationis ex certa ſentẽtia, & plenè probat, etiam ſi aliter non doceatur de originali confirmato. ita notab. decidit Specul. in *tit. de inſtru. edit. §. nunc autem videndum. verſic. ea die*, Panor. *cap. inter dilectos. col.* 7. *num.* 5. *ad fin.* & ibi latè Felin. *col.* 5. *de fid. inſtr.*

90. Quod autem hi generaliter dixerunt confirmationem in forma communi non probare, limito niſi eſſent plures confirmationes & aliquæ antiquæ, vel etiam vna antiqua cum poſſeſſione vel aliis adminiculis, quia plenè probant per ea quæ diximus ſupra *eo. num.* 16. 28. 70. Quod etiam dixerunt confirmationem ex certa ſententia per ſe ad plenam probationem ſufficere: limito procedere, vt ex nunc, ſiue ex data confirmationis, reſpectu tertij, cui verba narratiua confirmationis non poſſunt præiudicare, nec operari retractionem ad datum confirmati: niſi de illo appareat per ea quæ dixi ſupra *eo. num.* 16 37. Item limito niſi appareat de contrario, puta præteritum confirmatum nunquam fuiſſe conceſſum, vel habuiſſe aliquod vitium quod in confirmatione non fuit expreſſum: quia tunc confirmatio propter obreptionem & ſubreptionem, ipſo iure non valeret, vt tradit Felin in *cap. inter dilectos. col.* 4. *in fi. de fid. inſtr.* & doct. Andr. Alciat. in *l. lege obuenire. in ſua fin. gloſ. in fin. D. de verb. ſign.* hinc not. decidit Paul in *conſil.* 84. *quæſtio iſta. ad fi. libr.* 2. quòd confirmatio inueſtituræ * facta per Papam, etiam cum clauſula ex certa ſcientia, non validat eandem inueſtituram, nec præiudicat tertio; quoniam confirmans ignorabat inualiditatem inueſtituræ, & præiudicatum iri tertio. 91. Nec operatur clauſula ex * certa ſcientia in his

* Clauſula *ex certa ſcientia* non operatur in his quæ ignorata ſunt.

quæ apparent ignorata, vt no. Bartol. in *l. fi.* §. *idem quæſiit. D. de condict. indeb.* imò non operatur niſi his quæ apparet ſcribentem certò ſciuiſſe, vel quæ in iure conſiſtunt, vt not. Bald. in *l. fi. l. C. ſentent. reſcindi non poſſe.* Alexand. *conſil.* 122. *in fi.* vbi dixi *lib.* 4. Et ſecundum prædicta debet intelligi quod vult Specul. in *dicto* §. *nunc autem videndum. num.* 3. *verſic. quod ſi conceſſum.* Quòd ſi cui aliquod priuilegium à principe eſt conceſſum, puta iuriſdictio, vel poteſtas creandi tabelliones & proceſſu temporis, quum priuilegium reuocatur in dubium, nec poteſt oſtendi originale, quòd ſit credendum confirmationibus factis per ſuccedentes principes.

Quòd autẽ dixi in confirmationibus, illa verba *prout ſicut & ſecundum* ſtare conditionaliter, niſi aliter de certa ſcientia & intentione confirmantis appareat.

* Reſcripta iuſtitiæ continens tacite clauſulam illam *ſi preces veritate nitantur.*

¶ Idem dicendum in reſcriptis, ſi enim ſint reſcripta* iuſtitiæ proculdubio illa, imò omnia verba facti narratiua, ſtant conditionaliter, & ſemper ineſt tacita vel expreſſa conditio, *ſi preces veritate nitantur. l. fin. C. de diuerſ. reſcript. capit.* 2. *de reſcript.* non enim emanant ad noui iuris publici vel priuati diſpoſitionem: ſed ad iuris communis obſeruantiam, & ita tenet Ludouic. Rom. in *conſ.* 336. *circa propoſitam. col.* 2. Secus ſi eſſent reſcripta gratiæ, vel alia, & appareret de certa ſcientia & intentione reſcribentis, ad purè & ſimpliciter diſponendum de narratis & contentis in reſcripto, vt ſentit. Felin. in *dict. cap.* 2. *col.* 4. *de reſcript.*

92. Redeundo ad primam noſtram illationem, quæ vltra prædicta multis declarationibus indiget: declaro primò, vt procedat dummodo huiuſmodi renouatio non ſit omnino incerta, & relatiua, ad originalem conceſſionem, ſed contineat & ſpecificet ſaltem ſubſtantialia actus, vel ea ex quibus ſubſtantialia actus colligi poſſint. Et ſic hæc relatio debet eſſe explicita, & continere certitudinem de ſubſtantia actus, & voluntate diſponentis, vt in exemplo poſito: *ſicut prædeceſſor noſter, prædeceſſori tuo conceſſit talem rem in feudum, ita & nos concedimus.* hoc enim ſufficit ad intelligendum ſubſtantiam, naturam, & qualitatem actus, quæ intelligitur ſecundum communem & regularem naturam feudi quam habet conſuetudo * loci. Simplex enim feudi conceſſio intelligitur ſecundum regularem eius naturam vt tradit Bald. in *cap.* 1. *col.* 1. *de capi.* Corrad. Iacob. Bel. Bald. Aluar. Præpo. in *cap.* 1. §. *fin. quid ſit inueſtit.* Iacob. de ſancto Georg. in *inueſtit. feud. in verſ. quiquidem inueſtit. præſtit. iura fideli. col.* 17. *verſ. item notetis.* Et idem in feudo præſcripto, quia ſecundum * naturam actus cenſetur, vt decidit Bald. in *l. liberti libertæque col. pen. in fin. C. de oper. lib.* Et idem in omni actu, vbicunque aliter non apparet determinatus, intelligitur ſecundum naturam actus, quæ debet accipi ſecundum conſuetudinem loci, quæ eſt ibi ius commune, vt tradit Panor. in *rub. de conſue. per l. quòd ſi nolit.* § *quia aſſidua. D. de edil. edict. cum vulg.* Itaq; ſi cliens vel patronus velint aliquod ius præter communem naturam feudi obtinere debent illud probare per præcedentes inueſtituras, vel aliàs legitimè.

* Ad loci cõſuetudinem in feudalio ſimpliciter facta refertur & ab ea lucem & interpretationẽ ſumit.

* Ex loci cõſuetudine natura actus debet accipi.

93. Si autem huiuſmodi renouatio eſſet indeterminata reſpectu rei vel contractus, vel alicuius ex ſubſtantialibus actus, nihil operaretur, niſi per præcedentes inueſtituras vel originalem conceſſionem determinaretur. Relatio * enim etiam diſpoſitiua, ſi non apparet illud ad quod fit relatio, nihil operatur, niſi quatenus in ſe eſt certa & ſpecifica. *Inſtit. de legat.* §. *ſed ſi vxori. ver. ſed ſi quam acceperit. l. ſi non deſignata. C. de falſ. cauſ. leg. adiect. l. ſi ſic legatii.* §. 1. *D. de leg.* 1. *l. legaui. D. de libera. lega.* Bald. Patu. in *l.* 1. *in fin. C. de Epiſc. & Cleric.* Paul. in *conſ.* 17. *in cauſa decimali. lib.* 2. Aretin. *conſil.* 76. *diligenter viſis col.* 2. *Capol. conſi. crim.* 69. *in fin.* Barbat. inter *conſ.* Alex. *conſi.* 55. *num.* 6. *lib.* 4. Felin. *cap.* 2. *col.* 5. *de reſcrip.* Iaſ. in *l. pen. num.* 7. *C. de inſtit. & ſubſtit.* in *l. admonendi in lect. colum.* 7. & *in repet. col.* 10. *D. de iureiur.* Phil. Dec. in authen. *ſi quis in aliquo documento. col. fi. de edend.* Franciſc. Ripa. *libr.* 2. *de reſcript. reſpond.* 6. *colum.* 3. & ita debet intelligi gloſſ. 1. Alciat. in *dict. authent. ſi quis.* vt loquatur in relatione non cauſata vel incerta, aliàs generaliter accipiendo malè dixerit.

* Si non conſtet de *relato*, relatio etiam diſpoſitoria nihil operatur niſi, &c.

94. Declaro ſecundò, vt ſi appareat originalis conceſſio, ad quam refertur hæc renouatio, debet renouatio omnino ſecundum illam regulari & determinari: quoniam huiuſmodi relatio intelligitur facta limitatiuè ad relatum, ſi de illo conſtet & appareat: quamuis ſi non appareat, ſtet merè cauſatiuè in diſpoſitiuis, & dummodo in hac diſpoſitione referente habeatur certitudo de ſubſtantia actus, & voluntate diſponentis, vt dictum eſt. Hæc eſt ſententia Bart. in *d. extranag. ad reprimendum. in verſ. prout.* circa medium *& in l. edita. col. penul. C. de eden. ſeq.* Alex. in *conſil.* 46. *viſis. col.* 6. *lib.* 1. Dec. in *d. l. edita. col. pen. num.* 95. *& in conſ.* 374. *col.* 2. *num.* 4.

Ex quo ſequitur, ſi per originalem conceſſionem ad quam fit relatio apparet non eſſe feudum, ſed emphyteuſim, locationem, vel quid aliud, non valet huiuſmodi renouatio tanquam erronea, & errore detecto & verificato. Idem ſi in renouatione ſpecificantur plures certæ qualitates, conditiones, & pactiones feudi: & per conceſſionem originalem appareat alias eſſe conditiones, qualitates, & pactiones; quia ſtabitur originariæ conceſſioni. Alexand. in conſi. 9. *ponderatis his, col. pen. lib.* 5. vbi concludit ſi quis fecerit ſe inueſtiri nomine fratris & ſororum ſecundum tenorem aliarum inueſtiturarum, ſi appareat ex inueſtituris antiquis, ad quas facta eſt relatio, quòd ſorores non erant inueſtiendæ, nullum ius illis quæſitum fuit per vltimam inueſtituram tanquam erroneam. hinc etiam vult Cardin. *conſi.* 92. *fauendo pupillis. in princ.* quòd noua inueſtitura etiam habens aliam formam quàm antiqua, non facit feudum deſinere eſſe paternum, ſi appareat tale eſſe ex antiquis inueſtituris, ad quas refertur.

95. Et ſic quamuis diſpoſitio relatiua probet & valeat ſecundum ſui formam, & quatenus eſt certa & ſpecifica. Tamen apparente originali relato. non valet quatenus ab illo diſcrepat. fac. *l. in teſtamento* 1. & ibi Socin. *D. de cond. & demon.* Felin. Dec. *in. quoniam abbas. in fi. de offic. deleg.* Dec. *in c.* 2. *colum.* 3. *de reſcri. in l. edita. colum. pen.* in auth. *ſi quis in aliquo documento. colum. fi. C. de eden.* in *conſi.* 63. *col.* 3. fa. quæ dixi. 1. §. 1. *gloſſ.* 5. & plenius infra §. 35. 4. *num.* 10. *& §.* 52. *gloſſ.* 2. *numer.* 4. *ad primam inueſtituram eſſe recurrendum.* facit quod vult Bal. in *l.* 2. *verſ. vlterius not. C. de error. adnoc.* quòd ſi * quis reſpondit confitendo poſitionem, addit tamen *prout in tali inſtrumento continetur*, quòd ſi ibi non ſic contineatur, illa poſitio non habetur pro confeſſata, licet dixerit confiteor. & ſequ. Paul. ibi Ludouic. Rom. in *conſ.* 294. *hæc confeſſio.* Alexand. *conſ.* 3. *in cauſa & lite. in princip. lib.* 2. *conſil.* 8. *videtur fortaſſe. in fin. l.* 4. *Cor. conſi.* 9. *prætermittendum eſt. in fi. lib.* 1.

* Conceſſio relata ad aliud non valet, ſi aliter appareat in relato.

96. Ex his patet nimis indiſtincte locutum Oldra. *in d. conſil.* 121. & eius compilatorem Ioann. And. *in d. addit. Specul. de feu. in princ.* dum dixerunt non vitiari renouationem, etiam ſi originaria conceſſio in ea relata vera non eſſet, niſi concedens illa non exiſtente non fuiſſet conceſſurus, quod habet neceſſe probare, quia imò non tenetur probare ſe non fuiſſe conceſſurum. Sed eo ipſo quòd apparet de defectu, nullitate, vel diuerſitate primæ conceſſionis, detegitur recognitio fuiſſe erronea, & retro nulla, quamuis enim non ſit conditionalis conditione ſuſpenſiua, nec etiam ſit aliquo modo conditionalis in ſui forma, quatenus eſt certa & ſpecifica, & quandiu non apparet de relato: habet tamen conditionem, & limitationum implicitam, ad ſubſtantiam & tenorem primæ conceſſionis

ad quam tacitè vel expreſſe refertur. fa. quod hæ recognitiones non ſunt titulus, vt dicam infra §. 12. *nu.* 22. Et hoc niſi conſtaret quòd concedens ſciens nullam eſſe præcedentem conceſſionem vel inueſtituram, vel non tanta includere, faceret huiuſmodi renouationem animo de nouo diſponendi vt in ea continetur: quia tunc valeret non tanquam renouatio, ſed tanquam noua & originalis conceſſio, attenta mente & intentione contrahentium magis quàm forma verborum. Et idem ex parte clientis eſſet dicendum, ſi ſub grauioribus oneribus, vel aliarum rerum ſuarum adiectione ſcienter recognoſceret per ea quæ latè diximus ſupra *eo.* §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 34. *& ſeq.*

97. SECVNDO principaliter infertur ex quæſtionis ſolutione, quòd ſicut inſtrumentum renouationis probat principalem conceſſionem feudi, ita etiam probat extrinſecas qualitates & conditiones feudi, quatenus in eodem inſtrumento exprimuntur. Vnde ſi in eo fiat mentio quòd feudum ſit paternum vel antiquum, hoc ſufficit ad plenè probandum quòd ſit tale, ad hoc vt collaterales & agnati ſuccedere poſſint, excluſo patrono, qui eos excluderet in feudo nouo, in locis in quibus vigent conſuetudines compilatæ per Obertum: quia apud nos non* habent locum hæ differentiæ per ea quæ diximus ſuprà ad fin. rubr. quum tamen horum terminorum quandoque mentio ſit fienda in hoc opere. ¶ Feudum* nouum eſt, quod de nouo conceſſum, ſiue infeudatum fuit in perſonam primi inueſtiti, in quo initium cœpit. *cap.* 1 *in ver. nouam inueſtituram dico, quot teſtes ſint neceſſ. ad nouam inueſtit. prob. in vſib. feu.* Paternum dicitur quod incœpit à parte vel alio aſcendente, vſque ad quartum gradum, incluſiuè, puta auo, proauo, ab auo. Antiquum verò quod incœpit ab aſcendentibus vltra quartum gradū, puta ab atauo, tritauo, vel ſuperioribus. Non me latet quoſdam modernos tenere feudum prouentum ab atauo eſſe paternum: ſed errant, quoniam atauus eſt in quinto gradu, & ſic vltra quartum aſcendentium: hæc traduntur in vſib. feu. in ca. 1. §. *hoc quoque* vbi declarat Bald. *de ſucceſſ. feu. in ca.* 1. *de grad. ſucce. in feu. in ca.* 1. *de natur. fœc. feu.* Vide Alex. *conſ.* 30. *num.* 5. cum ibi additis per me *lib.* 2.

98. In feudo nouo non ſuccedunt etiam fratres inueſtiti, ſed ſoli deſcendentes maſculi, non autem fœminæ, niſi ſint in inueſtitura expreſſe comprehenſæ, quibus deficientibus reuertitur ad dominum. Inter* feudum paternum & antiquum non eſt differentia, niſi ſicut inter antiquum & magis antiquum, quæ non differunt ſpecie. Sed vniformiter ſuccedunt etiam fratres vel alij proximiores agnati vltimo defuncti vaſalli, dummodo ſint deſcendentes à communi parente, a quo primo cœpit feudum. Et ſic in effectu ſubtiliter intuendo quantum ad hoc non differunt feudum nouum antiquum vel paternum, quia ſemper ſoli deſcendentes primi inueſtiti, à quo cœpit feudum ſuccedunt: aliàs feudum reuertitur ad dominum, vt rectè conſiderat Franciſc. in *tract. feu. part.* 1. *quæ* 8. *verſi. primum effectum.* verùm eſt quòd quanto feudum eſt antiquius, tanto veriſimiliter ſuperſunt plures lineæ & perſonæ deſcendentium à primo & communi ſtipite à quo cœpit feudum, omnes habiles ad ſuccedendum feudo, & ſic tantò difficiliùs à communitet accidentibus feudum eſt reuertibile ad dominum quanto antiquius.

Itaque verba* enunciatiua renouationis probant iſtam qualitatem in ea expreſſam. *l. optimam. C. de contrahend. & commit. ſtip.* Sed illam non diſponunt, nec de nouo imprimunt feudo, ſi non adſit vnde poterit patronus probare contrarium per originatam conceſſionem feudi per prædicta.

99. Et hoc niſi conſtet de certa ſcientia & intentione patroni tempore renouationis, ita vt colligatur adfuiſſe animum diſponendi, quòd feudum licet nouum habere vim & naturam paterni, vel auiti, aut antiquioris feudi. Hoc enim eadem ratione tempore renouationis inueſtituræ vel ex interuallo fieri poteſt. Sicut ab initio in conceſſione noui feudi poteſt infeudare* *iure paterni, vel antiqui feudi*, & tunc aſſumit vim & effectū paterni & antiqui. Et vt clariùs & pleniùs quàm cæteri hactenus declarem, vbi ſi ſimpliciter eſſet conceſſum moriente vaſallo ſine maſculis ex ſe natis feudum rediret ad dominum. Si ſit conceſſum iure paterni feudi, ſuccedunt fratres vaſalli ex latere paterno, vel illis præmortuis eorum filij, vel nepotes, ſeu quicunque deſcendentes maſculi à patre vaſalli, & excludent patronum perinde, ac ſi feudum cœpiſſet à patre vaſalli. Sed deſcendentes ſolum ab auo vaſalli, puta patrui & progeniti ab eis, non admittentur, vt pote extranei & alieni ab inueſtitura feudi. Similiter ſi ſit conceſſum iure feudi auiti, ſuccedent omnes deſcendentes ab auo paterno vaſalli. Idem dicendum ſi ſit conceſſum iure feudi proauiti, & ſic de ſingulis. Et notanter dixi *ab auo paterno*, de quo ſolum in materia feudali (ſecundùm tamen prædictas conſuetudines feudorum) intelligitur, quando ſit mentio de auo ſimpliciter. Idem ſi de proauo vel de aliis. Fruſtrà enim intelligeretur feudum cœpiſſe ab auo materno, quia deſcendentes ab auo materno non poſſunt ſuccedere eidem auo in feudo, nec aliis maſculis progenitis ab eodem auo per lineam virilem, ſicut nec mater iſtorum poſſet ſuccedere, & ſic nec deſcendentes ab eis. Sed ſoli ſuccederent agnati per virilem ſexum coniuncti, alioquin rediret ad dominum.

100. Et hoc niſi expreſsè eſſet conceſſum feudum* *iure feudi auiti, tam aui paterni, quàm materni.* Hæc enim nedum important perinde eſſe ac ſi infeudatio prima fuiſſet facta auo paterno, & auo materno. Sed etiam quòd deſcendentes per fœminam poſſunt ſuccedere, & patronum excludere; idque ex neceſſaria conſequentia & aperta mente, ex quo conceditur vel renouatur feudum huic vaſallo, tanquam ſi idem feudum cœpiſſet à ſuo auo materno, & ſic neceſſariò præſupponitur & diſponitur matrem fuiſſe habilem; & hunc filium fœminæ eſſe habilem, ad ſuccedendum matri vel auo materno, in eodem feudo. Idem poſſet argumentari in primo gradu aſcendentium, quando expreſsè eſſet conceſſum iure feudi paterni & materni. Sed hæc longiori diſputatione & diſcuſſione indigerent, & nihil ad conſuetudinum noſtrarum interpretationem conducerent: quare ne nimis auocer à propoſito, ad illud redeo.

101. Si autem ſit additum *etiam** *iure feudi antiqui*, tunc etiam deſcendentes ab atauo vaſalli ſuccedent quoniam atauus eſt in quinto aſcendentium gradu, & ab illo incipit feudum denominari antiquum; ſed non puto quòd deſcendentes à tritauo vel vlterioribus admittantur, quia non eſt dictum quòd feudum ſit antiquiſſimum, ſed ſimpliciter quòd ſit vel cenſeatur antiquum. Et ſic ſufficit attingere & verificari vſque ad primum gradum antiquitatis tantum, qui eſt in atauo, nec debet vlteriùs fieri extenſio: quoniam huiuſmodi clauſula in feudo verè nouo, contra naturam actus adpoſita, ex quo ſemel in aliquo efficaciter operatur, debet in reliquis reſtringi, vt minus lædatur ius commune & natura actus. *l. ſi quando in princip. C. de inoffic. teſta. not. in l. fin. §. ſi in computatione. C. de iure delibera. & in l.* 4. §. *toties. D. de damn. infect.* Tum in dubio debet fieri interpretatio contra captantes, lucrum ex verbis. *l. veteribus. D. de pact. cum ſimil.* Et in dubiis & generalibus quod minimum eſt accipitur. *l. apud Iulianum.* §. *ſcio. D. de legat.* 1. *l. ſemper in obſcuris. D. de reg. iuris.*

101. Et quòd hæc verba iure feudi paterni vel antiqui, faciant feudum quantumvis nouum ſortiri vim & effectum paterni vel antiqui, tenet And. Iſer. in *cap.*

* Idem teſtatur Molineus ſupra in fine prooemij nu. 117.

* Nouum feudum vel paternum vel antiquū quid ſit: de ſuo vide plura apud Ioannē Thomam de Marinis tractatu *de generibus & qualitate feudorum*, vbi multis explicat quid ſit feudū ex pacto & prouidentia antiquum ſitē ex pacto & prouidentia nouum: adhæc quid ſit antiquum ſiue paternum.

* Eſt propriè differentia inter feudum paternū, & antiquum.

* Enunciatiua verba renouationis feudi probāt qualitatē in ea expreſſam.

* Clauſula, *iure feudi paterni vel antiqui* expoſita.

* Clauſula *iure feudi auiti, tam paterni quam materni.*

* Clauſula *iure feudi antiqui* nouiter expoſita.

2. *de contrab. feu. apud parester.* Bald. Martin. Laud. Præpo. in *c. 1. de alien. feu. pater.* Bald in *cap. 1. col. penult. an. agnat. vel fili.* Alua. post Iacob. Ardizo. in *cap. 1. col. fin. de vasallo decrepi. etat. & in ca. 1. de gradib. succed. in feu. prælli.* Papin. in *for. lib. quo agi. ad revoca. feu. in glos. nec superstit. ex eo lib. masculi. in fin. in versic. rursum quæritur.* Iacob. de sancto Georg. in *inuest. feu. in versic. nobiles in fi.* & effusissimè Franc. Cur. senior. *consi. 48. memoriæ recolendæ. col. 3. 4. 8. 13.* & in *repetitione eiusdem consi. 49. col. 24. 25.* & in *consi. 50. col. 1. 2.* Franciſci in *tractu. feu. part. 1. quæst. 8. col. 1.* vbi opiniones & rationes vtriusque partis amplissimè cumulant, nolo transcribere: sed vltra eos addo quòd hanc eandem opinionem tenent Bartol. Socin. inter *consi.* Alberic Bru. in *consi. 10. visa. qu. col. 4.* doct. Zas. in *epi. feu. part. 3.* Idem etiam consuluit Las. in loco in quo exactius & fidelius scripsit, videlicet in *consil. 1. lib. 3.* & *consil. 136. lib. 4.* quamvis in contrarium desultauerit, & malè, in *cons. 57. col. 5. lib. 1.* & *consil. 180. col. 6. lib. 2.* & quamvis in prælud. *feu. col. 25. num. 83.* tractet hanc quæstionem, sed tanquam dubius & in aqua hærens, nihil decidere audeat. Et hæc est vera & communis opinio, quoniam * legi & naturæ feudorum derogat tenor inuesticuræ, & feuda magis dependent à lege conuentionis, quàm à iure scripto vel consuetudinario, vt sæpè dictum est.

* Tenor inuestituræ derogat legi & naturæ feudorum.

103. Contraria autem opinio, quam tenuit Oldra. *cons. 178. quidam nobilis.* Alberic. *in dictionario, in versicul. nouum.* & plures alij relati per præfatos doct. ad quos remitto, non est vera, quamvis Andr. Tiraquel. qui post primam nostram editionem eos cumulauit, videatur eos sequi *in tract. de retract. proxim. §. trigesima secund. num. 37.* cum sequentibus. Sed eorum opinio non potest procedere, nisi quando dicta verba essent inserta, non per modum clausulæ principalis, nec seriosè, nec in principali narratione & dispositione actus, sed solùm incidenter in verbis executiuis, breuiter & velut inaduertenter elapsa. Tunc enim puto quòd non inducerent nedum dispositionem, sed nec simplicem probationem per se sine aliis adminiculis. *argum. clement. 1. in fin.* & quæ ibi notat. *de præbend.* Et ita limito primò resolutionem nostram. Secundò limito & saluo opinionem contrariam, quando talis clausula esset apposita inter non intelligentes eius effectum quod non est præsumendum, sed esset probandum. Tertiò, quando esset simpliciter apposita in renouatione, & non esset dictum non obstante quòd feudum sit nouum, vel non sit adeo antiquum, vel aliàs non appareat de certa scientia & animo ita de nouo disponendi, & cum hoc per præcedentem inuesituram vel originariam infeudationem ostenderetur de contrario, & sic appareret dictam clausulam fuisse appositam per errorem.

104. Vel quartò quando etiam ex certa scientia & animo disponendi esset apposita, sed à non habente potestatem immutandi & deteriorandi conditionem feudi, vt in Episcopo. Abbate, vel alio prælato ecclesiastico, qui non possunt nisi ex causa iusta, & seruatis solennibus de nouo infeudare, nec etiam solita infeudari renouare, vel de nouo concedere, mutatâ formâ solitâ, contra vtilitatem eccles. *cap. 2.* & ibi canon. *de feud.* vnde si in renouatione feudi noui, vel non adeo antiqui, apponerent dictam clausulam etiam ex certa scientia, & animo disponendi nihil agerent, Idem si in noua etiam solenni, nisi etiam respectu dictæ clausulæ esset seruata omnis solennitas requisita. ita tenent Bald. in *prælud. feud. in 3. diuisi. col. 11.* Laud. in *cap. 1. col. 7. qui feud. da. possunt.* Imol. in *d. cap. 2. col. antep. de feud.* Paul. *cons. 253.* de vtroque *lib. 2.* & tetigi supra *nu. 85.* Alex. latè in *cons. 10. ponderatis his quæ in themate lib. 3.* Iacob. in *inuesti. feud. in versic. in feudis. col. 24. vers. ponamus Episcopus.* Hanc quartam limitationem amplia etiam si prælatus diligens cum toto capitulo, in quo essent viri prouidi, apponeret dictam clausulam iure feudi, paterni, & antiqui cum iuramento: quia nec hoc sufficit sine debitis solennitatibus; de quibus in cap. *sine exceptione 12. q. 2. per to. in fin. de reb. Eccles. non alie. in antiq. & in 6. per text. in l. iubemus nulli in prin. ibi nec si omnes. C. de sacro Eccl.* Bald. in auth. *hoc ius porrectum. C. eod. tit.* quamvis contrarium velit in *d. 3. diuisi. feu.* in quo reprobatur ab omnibus, vt per Marti. Laud in *d. cap. 1. qui feud. poss.* Iacob. in dicto versic. *in feudum col. 2.* & ne singulos doct. prolixè recenseam, latè per Las. *in prælud. feud. col. 26. num. 91.* Franciſ. in *1. part. feud. quæst. 8. col. 3.* & nouissimè per Zas. in *epi feu. par. 3. col. pr.* Nec obstat gl. *fi. in d. aut.* hoc ius porrectum allegata per Bald. quia loquitur in * mutuo, quod per Episcopum vel alium prælatum cum suo capitulo efficaciter contrahi potest & obligare Ecclesiam, vt nec sit necesse creditori vlterius probare pecuniam versam in vtilitatem Ecclesiæ, vt not. præfati doct. & habetur per can. in *c. 1. de depos.* per legistas in *l. ciuitas. D. si certum petat.* quia in mutuo non agitur de alienatione rei prohibitæ, nec de actu probito.

* Confessio sola prælati & capituli sufficit ad obligandum Ecclesiam in mutuo.

Eandem quartam limitationem sublimitant prædicti doct. quando talis clausula esset in instrumento antiquo, & istud non habet dubium per ea quæ diximus suprà *eo. nu. 59. 60.* & ea quæ sequuntur.

105. Ego vlteriùs sublimito quantum ad probationem: Si * enim vasallus Ecclesiæ ostendit vnum simplex instrumentum ab Episcopo vel alio prælato acceptum renouationis inuestituræ de suo feudo, quod fortè ibi enunciatur esse paternum vel antiquum: dico quòd per illud instrumentum plenè probatur primò concessio ipsa feudi, quæ præsumitur præcessisse valida & solennis. Secundò probantur qualitates & conditiones feudi in eo explicitæ, etiam si faciant pro vasallo contra Ecclesiam, vt hîc. Et sic etiam in feudis ecclesiasticis procedit solutio, & resolutio quæstionis nostræ. Nec obstat quòd præfata renouatio est facta fortè per solum Episcopum, vel prælatum, ad quem tamen spectat, vtpote in his quæ spectant ad eius mensam, vel administrationem, vel per solum capitulum ad quod solum spectat, vt in his quæ spectant diuisim ad eius administrationem, vt not. per Parnor. & alios in *c. edoceri. de rescrip.* Et quòd assertio vel confessio facta per prælatum vel capitulum maximè seorsum, non præiudicat, imò nec probat, quum sit persona prohibita, non habens potestatem illud disponendi, & sic est necesse per alias probationes legitimè probari; iuxta doctrinam Bar. in *l. si fortè.* per illum textum. *D. de castrens. pecul.* & in *l. donationi.* vbi latè per Bald. Salic. Paul. Alexand Las. Dec. Philip. Corr. *de collat. C.*

* Renouatio feudi quid in dubio probet.

106. Quia respondeo, quòd ex quo vasallus est in possessione feudi, & illarum qualitatum feudalium in renouatione enunciatarum, non tenetur aliud probare, sed debet in sua possessione tueri; quod procedit etiam si non vasallus, sed Ecclesia possideret feudum, sed virtute prehensionis feudalis etiam quantocumque tempore sic possedisset, quia talis possessio exceptis iuribus dominicis, non est ad commodum Ecclesiæ, sed vasalli, & per eam omne ius, & omnis possessio vasalli conseruatur, qualis erat tempore prehensionis, sicut in creditore, qui extra ius & executionem pignoris, non sibi, sed debitori possidet, vt latè declarauimus supra *eodem, §. 1. gloss. 4. quæst. 2.* Vnde quandocunque iusta offerenti vasallo debet feudum restitui, in eadem qualitate, iure & possessione, in quibus erat prehensionis tempore, nec habet Ecclesia fundatam intentionem contra vasallos suos, vel emphyteutas, & similes, quòd omnis proprietas & dominium vtile ad eam spectet, nisi doceant & ostendant de valida infeudatione vel concessione, vt latè trado *infra §. 73.* Tuendi ergo sunt in eorum possessione donec prælatus si possit probet de contrario. Et

*Sufficiet à vasallo eccleſia vltimam inueſtituram oſtendere.

* quòd ſufficiat etiam vaſallo eccleſiæ, vel vnam ſolam A
puta vltimam inueſtituram ſeu renouationem feudi tanquam antiqui oſtendere epiſcopo, ad hoc vt teneatur epiſcopus eum inueſtire tanquam de feudo antiquo, ſiue ſecundùm qualitatem vltimæ renouationis, etiam ſi nec precedentes inueſtituras, nec originalem conceſſionem feudi oſtendat. decidit expreſſe Alberic. in *l. non eſt nouum. D. de legibus.* & in ſuo dictionario, *in ver. nouum.*

* Feudum in dubio non nouum, ſed antiquum præſumitur.

107. Et optimè facit quòd ſi * vaſallo mortuo ſine liberis, patronus vel alius feudum defuncti nouum eſſe dicat, & illud vendicet, agnatus autem defuncti proximus, paternum eſſe contendat, tunc onus probationis incumbit ei qui nouum dicit, & pendente quæſtione agnatus in poſſeſſione feudi conſtituendus & conſer- B
uandus eſt text. ſunt expreſſi in *cap. vnico. ad fin. de gradib. ſucced.* & in *c. 1. in princ. ſi de feud. defunct. conſen. ſit int. do. & agnat. vaſall. in vſibus feud.* Et ſic patet quòd in dubio feudum præſumitur eſſe paternum vel antiquum, non autem præſumitur nouum niſi probetur. Philip. Dec. *conſ.* 252. *num.* 6. *conſ.* 269. *nu.* 5. Si enim eſſet nouum, facilè haberi & oſtendi poſſent inſtrumenta, vel aliæ probationes nouæ & vltimæ infeudationes, quæ ſi non poſſent recuperari vel oſtendi, non immeritò præſumeretur infeudatio antiqua, vtpote de cuius recenti principio doceri non poteſt. Et hoc propriè & indubitanter procedit, quando vaſallus vel eius hæredes reperiuntur in poſſeſſione feudi. & ita expreſsè loquuntur præfati text. & hoc tenent Iacob. de Bchui. Aluar. in *d. cap. vnico. de grad. ſucceſſ. in feu.* Almar. in *d. cap. 1. ſi de feud. defunct. conſen.* & ibi Cardin. Alex. inferens magis fauendam agnatis quàm domino, quia dominus non negabat feudum, ſed qualitatem feudi, & confitendo feudum confitebatur vaſallum poſſediſſe tempore mortis. Sed certè etiam ſi negaret feudum idem eſſet, ex quò vaſallus vel eius hæres reperitur in poſſeſſione, ſecus ſi ipſe dominus poſſideret, vt not. Alex. *conſil.* 10. *ponderatis hic. in fi. col. 1. lib.* 3. quod intellige quando dominus poſſidet non iure prehenſionis, nec tanquam patronus ſiue dominus feudalis, ſed pleno iure tanquam rem de menſa ſua, per ea quæ ſ. dixi. & ita ſenſit Franciſc. in *tract. feud. par. 1. q.* 8. *col. 4. verſic. Illud tamen.* & etiam quòd præſumatur antiquum, & non nouum, tenet laſ. *conſi.* 114. *col. 2. nu. 2. lib. 1.* Vdalri. Zaſi. in *epito. feu. par.* 11. *cap. 2. concl. 2.* quod eſt ſanè intelligendum ſecundum prædicta. Adde quæ latè dixi ſ. §. 145. *in il. a q. An bona immobilia relicta à defuncto præſumantur eſſe de conquæſtu, an verò de antiquo patrimonio?*

108. Non obſtant adducta in oppoſitum, quia primò poſſunt procedere, ſi vaſallus nullo modo poſſideret, ſed prælatus nomine eccleſiæ eſſet in vera poſſeſſione feudi, tanquam proprij & de menſa, nec haberet vaſallus vllum remedium ad recuperationem poſſeſſionis, ſed vendicaret certa prædia, quæ prætendit eſſe feudum ſuum, ad quod probandum produceret d. inſtrumentum renouationis, quia tunc nec præiudicaret, nec probaret contra eccleſiam, ſed eſſet neceſſe oſtendere originalem infeudationem validam & ſolennem, vel alias legitimè fidem de ea facere. Se E
cundò poſſent procedere in inſtrumento originalis infeudationis; ratio, quia per illud apparet rem quæ conceditur eſſe pleno iure eccleſiæ conceſſionis tempore, quum aliter non poſſit res de nouo ab eccleſia in feudum concedi. Et ſic iam eccleſia habet per hoc intentionem fundatam. Et tamen per illud inſtrumentum non apparet, nec de cauſa iuſta alienationis, nec de ſolennitatibus ad hoc requiſitis; ſed ſolum de confeſſione prælati vel capituli, quæ non probat, nec diſponit. Itaque conſtat conceſſionis tempore vaſallum nondum fuiſſe vaſallum & nullum ius, nullam poſſeſſionem in re habuiſſe, nec etiam quicquam acquiſiuiſſe per talem contractum, de cuius defectu &

nullitate apparet: ex quo neceſſariò ſequitur rem remanſiſſe in iure, & pleno dominio eccleſiæ, vt priùs. Longè alia ratio in inſtrumento renouationis, per quod apparet vaſallum eſſe poſſeſſorem feudi, & nihil in vaſallum de nouo confertur, nihil de nouo diſponitur, ſed dudum diſpoſitum præſupponitur. Et ſic fundata eſt intentio vaſalli & non eccleſiæ, niſi in ſolo iure feudali & dominico. Et ſic debet vaſallus in omnibus ſecundùm naturam feudi obtinere, & tractari tanquam vaſallus.

109. ¶ Ex quo enim non agitur de feudo nouo conſtituendo, ſed de feudo olim conſtituto renouando vaſallo, vel eius hæredi in poſſeſſione exiſtenti, reſultat præſumptio iuris, quòd feudum ſit antiquum, vel paternum, vt dictum eſt, & ſic confeſſio & recognitio de hac qualitate antiquitatis feudi, facta etiam per ſolum prælatum, ſine capitulo vel alia ſolennitate, eſt valida, & efficax: quoniam habet iuris præſumptionem pro ſe: quo caſu non procedit, quod allegatum fuit, confeſſionem prælati, vel eius verba enunciatiua, non præiudicare eccleſiæ. vt not. Panorm. in *cap. ſi diligenti. in 3. notab.* per illum text. *de præſcriptio.* Ex quibus patet quòd vaſallis, emphyteutis, vel cenſuariis eccleſiæ, exiſtentibus in poſſeſſione, longè vtilius eſt ſolum inſtrumentum renouationis oſtendere, vel potius ſolam poſſeſſionem allegare, quàm oſtendere titulum originalem defectiuum, & minus ſolennem. Et quandoque * deterius eſt malum titulum habere, quàm prorſus carere titulo. vt not. Innoc. in *cap. dudum ſuper* C
ver. confirmatio. in fin. de deci. An autem huiuſmodi titulus nullus poſſit iuuari præſcriptione, vel ſolennitatum præſumptione, & quantum temporis ad hoc requiratur, pro præſenti ſubſiſto, ne videar diuerſarum materiarum velut ſyluam quocunque loco, & quauis occaſione congerere, latius & opportunius declaraturus. infrà ſuo loco. Et quæ dicta ſunt de huiuſmodi renouatione feudi, eadem intelligenda ſunt de renouationibus & recognitionibus emphyteuſeos, cenſus, & ſimilium. quum ſit eadem ratio.

* Tutius eſt nullum oſtendere titulum quàm defectiuum.

111 ¶ Sed hîc ſeſe offert pulchra quæſtio. An dicta clauſula (de * qua ſupra *num.* 101.) operetur vt feudum etiam in agnatos inuito patrono alienari poſſit. Et an eo excluſo admittantur agnati ad ſucceſſionem feudi? hanc bicipitem quæſtionem per effuſas allegationes tractat. do. Andr. Tiraquell. in *tract. de retract. proximita.* §. 32. *à nu.* 31. vſque ad *num.* 40 quam inducit ad deciſionem quæſtionis de fundo quæſito ex pecunia dotali, qui ex pactis dotalibus proprius eſt, vt hæredum mulieris quæ poſtea illum extraneo vendit. An cognatus mulieris retrahere poſſit? Et cum tam multos hinc inde reſpectu feudi citauerit, mirum eſt eum præteriiſſe Carol. Ruyn. *conſilio* 5. *lib.* 1. vbi hanc quæſtionem de feudo ſpecialiter & latè diſcutit. Nos autem quia hæc biceps quæſtio conſuetudines Inſubriæ (quæ ad nos vti feuda ſunt patrimonialia non pertinet) reſpicit breuiter & ἀναλυτικῶς procedendo ad primum caput quæſt. diximus quòd operatur vt feudum in agnatos proximiores alienari poſſit dummodò deſcenderint ex patre, auo, proauo, vel abauo recipientis ſi eſt conceſſum iure feudi paterni per no. ſupra *eo. nu.* 97. vel etiam ab atauo per lineam ſemper maſculinam ſi eſt conceſſum etiam iure feudi antiqui. Quia quilibet ſtipulari* poteſt non ſolum hæredibus: ſed etiam ſucceſſoribus ſuis vel cauſam habituris aut etiam iam habentibus mediatè vel immediatè, & ſic haud dubiè vera eſt opinio Baldi in *cap. 1. col. 1. verſ. extra not.* & ibi Mart. Laud. & Card. Alex. *tit. de alie. feudi patern. fac. l. quicunque deſertum.* & ibi Luc. à Penna, *c. de omni agro deſer. lib.* 11. idem Bal. in *c. 1. col. 5. verſic. demum quærit glo. in tit. an agnat. vel ſil. & in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feu.* vbi Aluarot, & præpoſitus Mediolanen. idem tenent & *cap. 1. adfin. de vaſſa. decrep. etat. & in cap. primo de ſucceſſ. frat. ſine de grad. ſucceſſ. in feu.* Idem Max-

* Cum dominus dicit, ſe dare feudum, iure feudi antiqui.

* Stipulari quiſq; poteſt ſucceſſoribus ſuis etiam mediatis.

tin. Land. & Præpo. Mediolanen. in *cap.* 1. §. *porro. qualiter olim feud. alien. poterat.* Cæteros prætereo, quia hoc eſt indubitatum contra ipſum patronum, cui ſufficiet emptori vel cauſam habenti vaſalli vel eius hæredis oſtendere ſe eſſe de linea verbis dictæ clauſulæ comprehenſa: valet enim hæc clauſula indiſtinctè quido non agitur de præiudicio tertij vt per Steph. Bertran. *conſil.* 1. *num.* 99. *lib.* 2. impreſſorum per Simonem Vincentium.

* Proximior ab poſſit retrahere & reuocare feudi alienatum remotiori.

111. Sed ſupereſt dubium ſi vaſallus alienauit in * remotiorem de dicta linea. An proximior ab eo auocare poſſit? De quo non eſt dubium in feudo verè paterno vel antiquo, vt *c.* 1. §. *Titius filios ſi de feu. defunct. cont. fis int. dom. & agna.* & ibi præpoſiti. Mediolanen. Bal. in *l. imperialem. col.* 3. *de prohib. feu. alien. per Federic. in vſib. feu.* Caro. Ruyn. *conſil.* 8. *num.* 4. *lib.* 2. Sed in feudo nouo conceſſo ſub præfata clauſula contrarium dicendum eſt, quia dicta clauſula prodeſſe non poteſt his qui non ſunt hæredes nec cauſam habentes ab inueſtito, qui non potuit extraneis qui non ſunt de deſcendentibus ſuis ſtipulari vel requirere. *l. ſtipulatio iſta* §. *alteri de verb. oblig. l. quo tutela* §. *nec paciſcendo. D. de reg. iur. vbi in annot.* hoc ampliaui etiam in feudis, etiam in fratre ipſius inueſtiti vt etiam tenet Alex. *conſ.* 22. vbi in annot. dixi: idem Alex. *conſi.* 10. *nu.* 5. *lib.* 3. vbi dicit quod etiam ſi eſſet facta mentio de agnatis, habentur pro non adiectis *l. ſi mihi & Titio. D. de verb. obligat.* niſi inueſtitus nomine illorum recepiſſet tanquam procurator & negotium geſtor & ſecuta eſſet ratihabitio l. ſi ego. *l. penul. D. de neg. geſt.*

112. Et quamuis Bal. in *c.* 1. *col. vlt. ſi vaſal. feu. primet. cui deferat. in vſib. feu.* Bal. Salicet. in *l. vlt. C. ves iur. alios acta.* Iacob. Auar. *c.* 1. *de frat. de no. benef. inueſt.* Iacob. de ſancto Georg. in *tract. feu. verſi. mobiles.* Franc. Curt. Senior *conſ.* 48. *col.* 4. *col.* 14. *cum ſeq. conſi.* 49. *col.* 36. *cum ſeq.* teneant ſpeciale eſſe in fratre inueſtiti. Tamen hoc nominatim refellit Alex. in *d. conſi.* 10. *col.* 2. & ad iura allegata per Bal. reſpondet quod ibi non acquiritur fratri ex conuentione fratris facta ſuper feudo, ſed acquiritur ſibi ex ſuo proprio pactò facto inter fratres, & ibi in annotat. hoc comprobaui. Ita etiam latè tenet Franciſc. Curt. iunior. *tract. feud. par.* 2. *q.* 7 *verſi. Secunda cadit dubitatio*, ita etiam latè tenet Carol. Ruyn. *conſi.* 5. *lib.* 1. Ego etiam in annotat. ad Alexan. *conſi.* 22. *lib.* 5. dixi quod in feudis, quia habent obligationem mutuam & oneroſam, tanto magis exigitur ratificatio. Idem Alexan. *conſi.* 24. *colum.* 2. *lib.* 5. Addit Ruynus in dicto *conſi.* 5. *lib.* 1. quod ratificatio ſequi debet ante mortem concedentis. Anthon. Butri. *in c. vltimo. de conſeſſ.* & ibi Ioan. Imol. dicens quòd licet ſcriptura ſemper loquatur, tamen non poteſt acceptari poſt mortem ſcribentis. Quamuis ergo vi dictæ clauſulæ feudum accipiat omnes qualitates feudi antiqui etiam reſpectu agnatorum à ſtirpe deſcendentium, verum eſt in caſibus in quibus valere potuit conceſſio etiam quoad agnatos, vt quia feudum præſentes & accipientes vel præſens recipit pro eis qui re integra & intra tempus congruum ratum habuerunt iuxta not. per Philip. Deci. in *l. contractus numero* 21. *de reg. iur. & in conſilio* 226. vbi in annot. dixi, Nihil enim in hoc ſpeciale eſt in feudis nec in fratre, ita quod ſi rectè inueſtitus alienaret penitus extraneo, nullus eius agnatorum haberet ius reuocandi. Sed reuerteretur ad dominum qui non poſſet excludi niſi per maſculos deſcendentes inueſtiti qui eis ſuccedere potuit, & ſatis tacitè ſupputatus eſt. Cæterùm dicta clauſula remanet ad modum inueſtiti quatenus expreſſe vel tacitè vult vti cedendo vni dictorum agnatorum cui voluerit, vel relinquendo proximiores ſub genere dictæ clauſulæ comprehenſos hæredes ſuos ex teſtamento vel ab inteſtato. Cæteroquin nequeunt dominum excludere.

113. Nunc obiter ad incidentem illam quæſtionem de retractu proximitatis. Andr. Tiraq. in loco præfato *numero* 42. rectè decidit non eſſe locum retractui. Quia dicta clauſula * quòd *fundus emptus habeatur pro hæredio*, non valet in præiudicium tertij: hæc ratio parum pungit, quia tempore pacti dotalis tertius ille emptor nullum ius habebat. Ideo punctualis ratio eſt, quia dictum pactum factum eſt ad commodum ipſius mulieris ad excluſionem mariti, vtque mulier poſſet liberiùs diſponere & teſtari. & ſic non poteſt trahi modium eiuſdem *l. quod fauore. C. de legibus. l. nulla iuris. D. eo.* Et ſic pactum non debet contra eam retorqueri fac. quę dixi infra. §. 78. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 7. *numero* 104. & plenius. §. 184. omnia etiam pacta dotalia intelliguntur ad argumentum dotis & fauorem mulieris *l.* 1. *D. ſolut. matrimo. l. debite col. ſequen. de pact. dotalibus.* Et his habes reſolutam hanc quæſtionem multo dilucidiùs, quàm ſi per formam ſinuoſæ, & implicitæ diſtinctionis eam conteuiſſem, vt priùs animo conceperam. Et ſic finis vberrimæ materiæ huius. §.

* Clauſula, fundus habeatur pro hæredio quid importet.

---

§. IX.*

* Olim fuit ſextus.

SI le vaſſal ne baille ſon denombrement dedans quarante iours, apres qu'il aura eſté reçeu par ſon Seigneur en foy & hommage, iceluy Seigneur peut ſaiſir ledit fief, & y commettre Commiſſaires, iuſques à ce que ledit denombrement luy ait eſté baillé: mais il ne fait les fruicts ſiens, & en doit rendre compte le commiſſaire, apres iceluy denombrement baillé.

SI vaſallus non tradat catalogum feudi, infrà quadraginta dies poſtquàm in fidem patroni admiſſus eſt, poteſt patronus prehendere feudum, & commiſſariis regendum committere, donec ſibi traditus fuerit catalogus. Non tamen faciet fructus ſuos, ſed eorum rationem reddere tenetur commiſſarius, catalogo patrono tradito. Hoc dicit.

Epitome.

HIc propriè non ponitur pœna vaſalli catalogum non offerentis ſecundùm legem feudi, & § præcedentis, quum nihil amittat de ſuo, niſi fortè interuſurium feudi & fructuum, & temporis intertrimentum, aut ſi quod aliud emergat damnum in conſequentiam, quod non habet rationem pœnæ: Sed in hoc. §. ponitur modus quo patronus authoritate ſua, & manu dominica, poteſt compellere vaſallum, ad confectionem & editionem catalogi.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. I.

1. *Catalogi editio duo complectitur, & in vtroque est indiuidua.*
   Pluralis numerus verificatur in singulari & è diuerso.
2. ¶ *Q. 1. Plures vasalli eiusdem feudi tenentur insolidũ collectiuè præstare vnum catalogum.*
3. ¶ *Q. 2. Quid si ab vno ex vasallis integer catalogus offeratur?*
4. *An conditio* indiuidua *possit ab vno ex pluribus impleri?*
5. *Solutio quæst.*
6. *Difficultas impedit commissionem pœnæ quæ incipit à præcedenti obligatione facti.*
7. ¶ *Q. 3. Cæteri vasalli possunt imputare catalogum traditum ab vno ex eis.*
   Possunt tamen singuli singulos integros vel diuersos catalogos offerre.
8. 9. ¶ *Q. 4. An catalogus prosit ad obtinendum manum leuatam etiam de re non comprehensa in catalogo?*
10. *Solutio quòd non,*

GLO. I. IN VER.

Denombrement.

MOn repetendo quæ dicta sunt in princip. §. præcedentis, aduerte quòd obligatio qua tenetur cliens tradere catalogum secundum legem feudi, * duo importat. Primum est dinumeratio, videlicet vt res omnes clientelarias & subclientelarias, & vniuersa iura feudi, clarè & sigillatim in scriptis exprimat. Secundum est agnitio, videlicet vt omnia in illis scriptis contenta, agnoscat, se tenere à patrono in feudum, ratione huius feudi, & ea esse omnes res & omnia iura quæ sciat eiusdem feudi. Et huiusmodi obligatio in vtroque capite est facti indiuidui, quod inter plures vasallos, vel varios vasalli hæredes non diuiditur, etiam si feudum inter se diuiserint, vt possunt: sed nec in effectu multiplicatur, vt statim dicemus; quia etiam post diuisionem vasallorum remanet semper vnum feudum, vt prius, & dixi s. §. 2. *gloss.* 4.

* Catalogi editio duo complectitur, & in vtroque est indiuidua.

¶ QVÆRO primò, certum est quòd text. huius & præcedentis. §. loquens singulariter * in cliente & patrono, habet etiam locum pluraliter, siue sint plures vasalli vnius domini, vel contra, siue sint plures & patroni & clientes, & semper ratione vnius feudi: quia sicut dispositio concepta verbis pluralis numeri, quando vis non consistit in numero, verificatur etiam de proprietate sermonis in singulari per iura allegata *infra* §. 35. *glo.* 3. *in fi.* Ita dispositio singularis numeri etiam in pluribus propriè procedit. text. in *l. in vsu iuris. D. de verbor. significat.* not gloss. & doct. in *l. ex duobus. in princ.* per illum text. *D. de vulg. & pupill. in l. cum inter veteres.* & ibi Bal. *C. de fideicommissa. liber.* & maximè in verbis legis, vt not. Bartol. in *l.* 1. §. *sed & si incertum in fi. D. de vent. in posse. mitt.* not. Ias. in *l. qui filiabus.* §. 1. *in princ. D. de leg.* 1.

* Pluralis numerus verificatur in singulari, & econtra.

2. ¶ Vnde quæstionis est an singuli vasalli teneantur singulis patronis dare huiusmodi catalogum? breuiter respondeo quòd huiusmodi obligatio est facti, & indiuidua obligatione & solutione. Et sic * siue sint plures vasalli à primordio inuestituræ, siue ex post facto, vt vnius vasalli plures hæredes, tenentur omnes simul conficere & præstare vnum integrum catalogum totius feudi. Et licet ex vi obligationis indiuiduæ teneantur singuli insolidum, tamen ex natura actus quantum ad formam seu modum solutionis, tenentur omnes simul, siue collectiuè. Itaque ad perfectam liberationem, non sufficit vnum ex eis præstare insolidum totum & integrum catalogum totius feudi. Sed debent omnes simul præstare & agnoscere, vt diximus supra. §. 2. *gloss.* 4. *quæst.* 5. *in fi.* Ratio quia interest patroni catalogum ab omnibus vasallis approbari, & vt articuli controuersi cum omnibus discutiantur & decidantur: quia dispunctio & conclusio facta cum vno aliis non noceret, nec præiudicaret in portionibus eorum. Et sic impossibile est integrum & solidum catalogum cum effectu offerri & præstari ab vno solo ex vasallis eiusdem feudi. Et si sint plures patroni tenentur vasalli singulis insolidum, stricto iure obligationis, non tamen in effectu tenentur vni soli ex eis in solidum præstare, nec singulis ex eis singulos totos catalogos. Sed omnibus simul siue collectiuè vnum catalogum, qui debet ab omnibus recipi & approbari, & articuli si qui sint controuersi cum omnibus discuti & diffiniri. Quamuis enim huiusmodi obligatio propter indiuidui naturam, iuris subtilitate multiplicetur in singulis actiuè & passiuè. Tamen in præstatione & effectu non multiplicatur, sed est vnica obligatio ab omnibus vasallis simul tanquam ab vno, omnibus patronis simul tanquam vni, soluenda: quum non sit nisi vnicum feudum, & vnius tituli feudi. Hæc probantur per ea quæ latè. *supra* §. 2. *glossa quarta quæst. 6. non repeto.* fa. quæ dixi in *extricat. labyrinthi diuidui & indiuidui par.*

* Plures vasalli eiusdem feudi tenentur in solidũ collectiuè præstare vnũ catali gum.

3. ¶ SECVNDO quæro, Quid si vnus ex vasallis fidelitatem patrono præstitit pro parte sua feudi, (quod potest, vt diximus in *d. gloss.* 4. *q.* 1. *&* 5.) Sed lapsis quadraginta diebus, vel alio tempore in renouatione feudalitatis præstituto, cæteri vasalli adhuc remorantur, & nolunt cum illo conuenire in vno & integro catalogo, & fortè omnia clientelaria obsequia detrectant, iste ne ex defectu dinumerationis iterum manum dominicam patiatur, vel vt ab ea iniecta liberetur, adit patronum, & offert integrum totius feudi catalogum, fortè eundem vel omnino similem, quem quondam à patre suo tunc vnico vasallo oblatum. idem patronus approbauerat subscriptionibúsque & sigillis suis munierat: patronus recusat ab isto solo recipere, & petit ab omnib. vasallis simul præstari & recognosci. Vtrùm interim ex defectu catalogi possit totum feudum etiam huius diligentis & deuoti vasalli partem ad manum suam reuocare, vel retinere iuxta hunc? §. Videtur quòd sic per prædicta, quia non est verum quod offeratur integer catalogus cum effectu, ex quo non offertur nisi ab vno habente partem solum, & qui pro portionibus reliquorum non potest offerre, nec validare, agnoscere & confirmare hunc catalogum, & ex persona vel difficultate hæredis vel hæredum, non debet obligatio immutari, nec patroni conditio deterior fieri. 4. Tum conditio * indiuidua, pura consistens in facto pluriũ, si requirat factum omnium simul, siue ex natura actus, vt redditio rationum gestionis communis, siue ex voluntate dispo-

* An conditio indiuidua possit ab vno ex pluribus impleri.

Digitized by

nenis, qui noluit factum, puta structuram templi, monumenti, vel nauis, per alterum tantum: etiam insolidum, sed per omnes simul fieri, non potest per alterum, etiam solidum præstare nitentem, in aliquo impleri. Ita quòd alterius mora, vel quæuis cessatio, alterius conatum in totum impediet, & consequenter alterius liberationem, imò etiam libertatem quantumcunque fauorabilis sit. text. in *l. pen. in prin. D. de condi. & demon. in l. si ita fuerit. §. item quæri potest. & §. seq. D. de manu. test. in l. si quis ita. §. si duo D. de statu lib.* no. glo. & doct. in *l. si plures. C. de condi. insert.* At conditio præstandi huius catalogi, nedum est alterò, sed vtroque modo indiuidua, & ab omnibus simul implenda. Primò ex natura actus, quia si feudum est pluribus commune, necessariò ipsa recensio iurium feudi, est communis & inseparabilis, & non potest totum feudum per alterum tantùm recenseri. Et licet rationes gestionis communis, possint quandoque per alterum (solida reliqua soluere offerentem) insolidum reddi, tamen impossibile est totum feudum per alterum insolidum recenseri cum effectu, quum non possit ab eo solo, vel cum eo solo, discuti & approbari catalogus feudi, cuius discussio & conclusio est effectus, scopus, & velut plenum implementum, & satisfactio huius obligationis. Secundò, quia concedens feudum ad onus huius catalogi, verisimiliter noluit quòd alter ex vasallis vel hæredibus posset solus solidum catalogum præstare, quum id non possit cum effectu fieri: sed:e esset inutile, & in totum patroni interest ab omnibus simul præstari. Igitur vno non præstante, à nullo præstari videtur, & omnium conatus vtilitas & liberatio impeditur, prout in simili in obligationibus facti indiuidui, vno ex hæredibus debitoris contrafaciente, omnes contrafacere videntur, & tenentur, licet aduersus contrafacientem habeant recursum, & actionem in id quod eorum interest. text. in *l. 2. §. Item si in facto. & in l. seq. & l. 4. §. Caio. D. de ver. oblig.*

5. ¶ His* non obstantibus contrarium puto, quia licet inspecta tenui iuris subtilitate, & forma obligationis, non offerat quod debetur, vtpote quod in facto omnium vasallorum simul consistit. Tamen inspecto præsenti statu, & eo de quo agitur, videlicet in implendo conditionem huius. §. ad effectum manus dominicæ iniectionem euitandi, constat quòd eam propriè & verè implet insolidum quantum ad primum caput, quod est agnitio mutuam & reciprocam implicans obligationem, inter patronum & clientem: verum est quòd propriè non implet, nisi pro parte sua, sed cùm facit quicquid in se est, etiam respectu totius feudi cuius offert integrum catalogum, nec possit vlteriùs, censetur insolidum conditionem huius §. implere, saltem eatenus vt ex illius defectu non possit, nec debeat portio sua prehendi, nec retineri. Quia omnino id agit vt non sit nec dici possit esse in mora respectu huius §. cuius consequenter conditio in more fundata deficit respectu sui. Et sic concluditur quòd si hic vasallus offerat catalogum pro parte tantùm, nihil agit, nec poterit in aliquo tutus esse à manu dominica. Si autem offert integrum catalogum totius feudi, nec per eum stat quominus secum respectu portionis suæ, vel vna cum cæteris vasallis totius catalogi discussio fiat, sufficienter paret conditioni & legi feudi. Probatur, quia satisfacit verbis & menti huius. §. De verbis constat; quum de sola traditione dinumeramenti sonent, sed hìc integrum tradidit dinumeramentum: de mente constat, quia facit quicquid in se est, nec remanet in aliqua culpa vel mora, & sic contra eum non potest esse locus huius prehensioni, quæ permittitur & conceditur solum ad compulsionem cessantis & negligentis vasalli.

6. Tum hæc conditio huius. §. *si cliens non tradat catalogum*, incipit a præcedenti dispositione & obligatione §. præcedentis quæ est facti, & sic* difficultas impedit & morâ & pœnam commutu. *l. si vehenda. §. pen.*

* Difficult. impedit cõmutationem

* Solutio.

D. de leg. Rho. de iact. l. 1. §. libet. versi. si frater de collat. dot. cum simil. Et istud implementum prodest huic soli vasallo implenti, non autem cæteris negligentibus, quorum portiones siue diuisæ, siue indiuisæ, poterunt prehendi vel retineri à patrono. *arg. l. penul. C. de cond. infer.* Nec obstat quòd d. *l. penul.* loquitur in dispositione incipiente à mera conditione: hìc autem loquimur in dispositione incipiente à præcedenti obligatione, in qua in oppositum regula est, implementum siue solutionem vnius omnes liberare, & omnibus prodesse, quia istud implementum est huiusmodi vt respectu aliorum non habeat effectum, nec satisfaciat patrono. Nec mihi succenseat doctior aliquis, quòd hæc quæstio nullam habeat dubitationem, etiam prima facie in sensu cuiuslibet ratione vtentis, prout & multæ sunt huiusmodi in hoc opere, quæ maiore fortasse opera & anxietate tractari videntur, quàm sit. non enim id ago, vt suapte naturâ facilia difficilia appareant, nec nodum (vt aiunt) in scirpo quæro; sed fundamenta ipsa & radices decisionum euoluere omni cura & inquisitione labore, quæ in leuioribus quæstionibus clariùs nonnunquam aperiuntur, & quibus apertis fit methodus ad rectum iudicium & resolutionem arduorum & difficilium dubiorum, quorum aditum penitus occlusum necesse est, nisi quibus contingit nedum in leuioribus quæstionibus rectum ferre iudicium, sed etiam iudicij & decisionis veram causam & radicalem rationem intelligere & reddere posse. Imò sine istis experientiâ docente videre est alioquin doctos & expertos fœdè in leuioribus quibusdam labi & hallucinari.

* Amicus.

pœna quæ incipit à præcedenti obligatione facti.

7. ¶ TERTIO quæro, An* cæteri vasalli possint imputare integrum catalogum patrono traditum ab vno ex eis? Dicendum indubitanter quòd sic, etiam si tradens nomine suo limitatim pro se duntaxat tradidisset, quia catalogus continens res communes, in effectu est communis eorum quorum res sunt, volentium eo vti, eúmque approbare. ¶ An autem possint singuli diuersos dare catalogos? Dicendum quòd particulares, putá portionum suarum non possunt inuito patrono. Sed tenentur in vnum integrum conflare, etiam si possideant portiones suas pro diuiso, etiam si patronus tali diuisioni consenserit, sine diuisione feudi, & sine alio præiudicio iuris sui; vniuersales autem catalogos possunt singuli offerre, etiam in aliquibus discrepantes. Et hoc quantum ad effectum huius §. ad obuiandum prehensioni feudi. Sufficit enim oblatum esse catalogum, integri formam præ se ferentem, cuius dispunctio tam in excessu, quàm in defectu, & aliis circumstantiis in causa ordinaria reseruatur. vt j. §. 10. alioquin sequeretur magnum inconueniens, videlicet quòd ignorantia vnius ex vasallis, defectuosum catalogum offerentis, fortè malitiâ colludentis cum patrono, noceret aliis vasallis pleniorem catalogum offerentibus: non sunt igitur compellendi ad concordandum in vno vniformi catalogo, ad euitandum prehensionem feudi. de qua in hoc §.

* Quæ Catalogi dâdi patrono si plures sint hæredes: an plures, vel vnus sufficiat?

8. QVARTO quæro, lapsis istis quadraginta diebus vasallo adhuc cessante in oblatione catalogi patronus secundùm formam huius. §. manum suam & commissarios adhibet feudo, postea vasallus tradit patrono catalogum. sed* defectiuum, quia certum prædium feudi, puta quoddam pratum non est in catalogo expressum, siue per malitiam vasalli, siue ex simplici obliuione & inaduertentia, siue ex errore scriptoris: patronus hoc aduertens non leuat manum simpliciter, sed relatiuè ad catalogum, & mandat commissariis feudi, vt rationem reddant vasallo totius feudi, eúmque liberè frui sinant secundùm catalogum per eum datum, excepto. d. prato in eo non comprehenso. An hoc possit facere & ad manum suam d. pratum retinere? videtur quòd sic. primò, quia respectu huius prati in catalogo non comprehensi, non est verum dinumeramentum esse datum, nec esse satisfactum dispositioni & conditioni

* Catalogus non plenus seu defectiuus vitiat. facit locum exceptioni feudi, vt tamdiu per dominus lucretur fructus.

huius & præcedentis. §. Et sic hoc respectu non cessat, sed semper perseuerat causa huius prehensionis feudalis. Igitur saltem eatenùs debet perseuerare prehensio, & retineri potest pratum sub manu dominica. Tum sicut totum feudum potest retineri, quamdiu in totum differtur præstatio catalogi: & ita quælibet pars feudi videtur posse retineri, quamdiu illius non datur descriptio *argu. l. quæ de tota. D. de rei vend. cum vulga.* imò fortiùs videretur totum feudum retineri, imò etiam de nouo prehendi posse, propter omissionem vel defectum catalogi in aliqua re vel parte feudi: quoniam obligatio catalogi conficiendi & præstandi est indiuidua, vt dictum est, & sic nisi insolidum & integraliter præstatur, nihil factum videtur, sed omissio cuiuslibet partis totum vitiat. *l. 4. §. Cato. D. de verbor. obl.* & aliis suprà allegatis. Præterea nullam iniuriam facit patronus, qui clienti catalogum offerenti feudum manumittit conformiter & limitatim ad catalogum per eum oblatum, & contenta in eo, imò ad plenum satisfacit voluntati & petitioni clientis, qui offerendo certum catalogum, eo ipso asserit in eo totum feudum descriptum. Et sic petendo manumissionem feudi, solùm petit de descriptis in catalogo: nec videretur vllomodò ferendus, si ampliorem relaxationem rerum feudalium peteret, quàm ferat catalogus per eum descriptus & oblatus. Igitur iustè facit patronus retinendo pratum in catalogo non comprehensum, saltem donec in eo describatur per vasallum, tum ratione consuetudinis & legis feudalis, tum propter factum & culpam vasalli, qui de se tantùm queri, & sibi tantùm imputare potest.

9. In contrarium tamen argumentari potest, quoniam huiusmodi prehensio non conceditur à consuetudine, propter vitia, errores, & alios defectus oblati catalogi, siue in exprimendo, siue in tacendo, sed solùm propter defectum confectionis & traditionis catalogi, quo semel tradito vel oblato, statuit consuetudo cessare prehensionem dominicam. Et quantùm ad vitia, errores, excessus, vel defectus catalogi, de quibus potest esse contentio inter patronum & clientem, consuetudo aliter prouidet, disponendo quod infrà quadraginta dies à die traditi catalogi, teneatur patronus illum discutere, & ea describere in quibus corrigi, suppleri, vel emendari vult, alioquin lapsis 40. diebus, si non tradatur emendatio, cliente eam postulante, habetur catalogus pro approbato in sui forma, vt infra *eo.* §. 10. vbi latiùs dicetur. Et sic videtur quòd quantùm ad dispositionem §. nostri, veritas, perfectio, seu approbatio catalogi non sit in consideratione; sed solùm ipsa traditio vel oblatio catalogi, qui saltem prima facie sit in forma generalis vel vniuersalis catalogi totius feudi. Et quandiù post hos 40. dies cessat huiusmodi traditio vel oblatio, licet patrono prehendere & retinere feudum. Et illâ traditione vel oblatione semel factâ, statim manumitti & restitui debet, imò ipso iure liberatur totum feudum, & quicquid prehensum fuit, & nihil retineri potest prætextu contentionis futuræ, super expressis vel tacitis in catalogo. Et per hæc respondetur ad allegata pro prima parte, quia sola traditio catalogi postea dispungendi satisfacit dispositioni huius §. & facit in totum cessare causam huius prehensionis feudalis. Et hoc nisi respectu vasallorum, qui contumaces sunt plures vasalli, secundùm ea quæ nuper diximus in *q.* 2. Si igitur mera oblatio catalogi facit cessare prehensionem iam factam, multò fortiùs impedit faciendam, vt dicemus infra. §. 10.

10. Sed his non obstantibus concludendum est pro prima parte, duplici peremptoriâ ratione; primâ, quia respectu huius prati non est verum dicere vllum catalogum esse datum, vt dictum est; secundâ, quia vt ex hypothesi colligitur, cliens non agnoscit patronum ratione huius prati. Igitur debet manere prehensum, nec debet vllo modo manus dominica leuari, quia per prius necesse est, *aduouer ou desaduouer*, id est (vt sæpe dictum est) agnoscere vel abnegare patronum, nisi in certis casibus fallentialibus tactis *supra. §. 1. gloss. fi. in princ.* in quibus non sumus. Vnde fortiùs dico quòd si vasallus non ex errore amanuensis omiserit illud pratum, sed ex eo quod dicat illud non esse de feudo, nec moueri feudaliter ab isto patrono, poterit patronus de nouo prehendere idem pratum ex defectu hominis, & fructus suos facere secundùm formam. §. 1. *supra eo.* Secus si vasallus poneret in catalogo illud pratum tanquam subfeudum. Patronus autem contenderet esse de domanio feudi, vel alias controuersia inter eos oriretur super iuribus, oneribus, & qualitatibus feudi vel partium eius. Huiusmodi enim controuersia non impedit quin interim & statim à catalogo oblato manus leuari debeat, prout latiùs tractaui & distinxi *infra* §. 10. vbi videas.

* Solutio.

SVMMARIA GLO. II.

1. *Hi 40. dies possunt ex pacto breuiari.*
2. *Potest dominus petere catalogum statim vià actionis.*
3. *An vasallus teneatur statim* aduoüer *ea* desaduoüer?
4. ¶ *Q. 1. de prehensione facta ex defectu hominis & catalogi.*
5. ¶ *Q. 2. An hic §. habeat locum, si vasallus non per patronum, sed per Iudicem manu suprema fuerit receptus.*
6. *Factum Iudicis censetur factum partis.*
7. *Verba in dubio demonstrant, non limitant.*
8. *Solutio q. 1.*
9. ¶ *Q. 3. Fatalia huius §. non currunt quandiu pendet lis de patronatu; nisi litigantes consentiant.*
10. 11. *Imò nec ea finita, donec sit certificatus vasallus à victore patrono.*
12. *Quid noua mutatione superueniente infra hos 40. dies soluitur.* 13.
14. *Qui cum alio contrahit scire debet, quid cauſa, imò qualiter.*

Digitized by Google

GLO. II. IN VER.

Dedans quarante iours.

1 HI quadraginta dies incipiunt continuè currere ab * ipſa admiſſione in fidem, & non priùs, *vt hic & §. precedenti*, & hoc vi conſuetudinis, ſed benè ex pacto, *vt infrà eod. nu.* Et ſic ſi vaſallus debitas oblationes fidelitatis fecerit, nec admiſſus quacunque cauſa fuerit, non tenetur eſſe ſollicitus de conficiendo vel tradendo catalogo. Idem ſi eas non fecerit, quia nondum ad eas tenetur, vt quando inducię ſibi debentur. Idem ſi dominus inducias fidei voluntarias, ſeu conuentionales ſimpliciter dederit vaſallo, quia in conſequentiam tacitè cenſetur inducias catalogi dediſſe, ſed liberali conceſſioni ſuæ poteſt legem, quam vult, apponere. *l. legem. C. de pact.* dando enim inducias ad ſe cauſa fidelitatis veniendi vſque ad annum, ſiue propter ſui, vel vaſalli impedimentum, vel alias, poteſt apponere clauſulam, quòd mittatur catalogus infra 40. dies continuos vel longiùs, aut de conſenſu vaſalli breuius tempus, quo lapſo poterunt officiales domini prehendere ex defectu catalogi, tantum etiam ſi expreſsè non cauerit dominus, vt poſſet ex hac cauſa prehendere. Hæc enim obligatio pura eſt, non in diem, vt etiam text. indicat ibi, *s'il ne baille dedans 40. iours.* Et ſic tempus non apponitur differendæ obligationi, ſed compulſioni per viam prehenſionis. Et in §. præcedenti tempus apponitur ſimplici executioni facti. 2. ¶ Poteſt enim dominus omiſſa prehenſione ſtatim agere, vt vaſallus condemnetur catalogum cum agnitione fidei præſtare. Et ſi reus non reuocat in dubium actorem eſſe ſuum feudatarium dominum, non poteſt impedire, quin ad hoc condemnetur, habita tamen congrua dilatione, non minori conſuetudinaria, & abſque impenſis, ſi non fuit in mora. Nec poteſt excipere priùs ſe recipiendum in fidem, quàm petitio actoris oſtendit cum eſſe paratum, imò etiam contentari homagio, quod ipſi traditioni catalogi ineſt. Cuius etiam approbationi ineſt vera inueſtitura vaſalli, ſeu receptio in fidem: ad hunc etiam finem fiunt duo catalogi originalia, vnum penes dominum, alterum penes vaſallum remanens.

* Terminus 40. dierum quando & à qua die curtere incipiat.

3. ¶ Sed ſi reus velit defendere aut alium laudare, an teneatur ſtatim *aduoüer ou deſaduoüer*, id eſt, abnegare vel cognoſcere? Reſpondeo non, quando dominus venit per viam actionis. Idem ſi per viam prehenſionis, quam interim reus patitur non petens prouiſionem, aduſque deciſionem litis, vt dicemus *infra* §. 45. Quid enim ſi reus prætendit fundum eſſe cenſualem vel allodialem, & actor metuens damna & intereſſe, non audet à prehenſione incipere? Tunc ergo reus poteſt ſine periculo commiſſi dubitare de libello actoris, vel etiam ſimpliciter negare libellum: aliud eſt enim Gallicè *nier*, aliud *deſaduoüer*; ſimplex enim negatio ſimplex abnegatiuum eſt, ſiue nuda dubitatio ſit, ſiue etiam poſitiua & actualis negatio, *vt l. inter ſtipulantem in princip. de verb. oblig.* Sed *deſadueu*, ſubabnegatio, de quo loquitur conſuetudo infra §. 30. non eſt ſimplex abnutiuum, ſed implicat refutationem & actualem contradictionem facti, & reiectionem quæ impedit efficaciam prehenſionis. Habet enim hanc emphaſim, qua negat etiam quaſi poſſeſſionem feudalem actoris, & affirmat abnegantem eſſe in actuali contraria poſſeſſione libertatis. Id quod non facit ſimplex negatio, quæ vt non impedit prehenſionem, ita non inducit periculum commiſſi, ſed abnegatio tollit interim prehenſionem, ſaltem prouiſionaliter, ita periculo commiſſi diffinitiuo ſubiicit domino probante. Quòd ſi reus tantum alleget cenſum vel homagium ab alio prætendi, contra gruam dilationem ad eum vocandum habebit.

4. ¶ QVÆRO ergo primò, quid ſi initiò facta eſt prehenſio ex defectu fidei & dinumeramenti vt ſæpè fit? Reſpond. adiectio dinumeramenti inutilis eſt, niſi in caſu inducianum conuentionalium ſub hoc onere finitarum, vt nuper *num.* 1. quia tunc ſtatim tenet prehenſio ex vtroque capite, quia hoc caſu contingit inducias quoque dinumeramenti dandi lapſas eſſe. Quòd ſi hæc prehenſio fiat poſt lapſas inducias dinumeramenti, ſed adhuc pendentibus induciis fidei conuentis, ſufficit dominum declarare, quod hanc prehenſionem non ſuſtinet niſi ex ſecundo capite, & quòd non prætendit lucrum ſed impedimentum fructuum: in iſtis enim prehenſionibus patrimonialibus non ita rigidè proceditur contra exequentem, vt in executionibus forenſibus, de quibus j. Sed extra dictum caſum ſi non valet prehenſio ex capite defectus fidei, nullo modo valet, & ea mentio dinumeramenti inutilis eſt, nec vitiat, ſed vitiatur. Amplio etiam ſi iam feudum fuiſſet plures annos apertum etiam tempore poſſeſſionis huius vaſalli. Quia quandiu dominus ceſſauit, licuit vaſallo ſibi vigilare. *infra* §. Sed interim antequam vaſallus ſit in fidem admiſſus, an poſſit catalogum offerre & cogere dominum, vt infra quadraginta dies impugnet, vel pro approbato habeatur *vt* j. §. 44. Reſpondeo, non niſi ex iuſta cauſa & cognita, hoc enim ſine captione domini fieri debet.

5. ¶ QVÆRO ſecundò, patrono iniuſtè recuſante, vaſallus authoritate regij diplomatis, & iudicis competentis, fuit in fidem admiſſus per manum ſupremam, an haberet locum hic text. vt infra 40. dies ab iſta admiſſione teneatur catalogum tradere, alioquin poſſit feudum prehendi? videtur quòd non. Tum primò, quia illa admiſſio in fidem facta eſt inuito & diſſentiente patrono, in vim ſententiæ contra eum latæ, quæ eidem prodeſſe non debet. *l. euidenter. D. de excep. rei iud.* Tum ſecundò quia illa admiſſio non fuit facta à ſuo & proprio patrono, prout videtur requirere hic text. ibi, *Apres qu'il aura eſte reçeu par ſon Seigneur*, vnde quia non adaptantur verba, non videtur adaptari diſpoſitio; nec conſonat huit §. quòd hi 40. dies incipiant curtere contra vaſallum ad commodum patroni, qui eum non admiſit, ſed recuſauit admittere in fidem. Reſoluendo dico, aut in ſententia diſponitur de præſtatione catalogi, & illud eſt obſeruandum, quod eſt clarum; aut nihil fuit de hoc dictum: & tunc videtur indiſtinctè habere locum diſpoſitio huius § Ratio, quia illa ſententia de recipiendo vaſallo in fidem per manum ſupremam, fuit lata & miſſa executioni cum patrono, vel eo vocato, qui non appellauit, vel alias in rem iudicatam tranſiuit, & ſic ſententiæ & executioni acquieuiſſe videtur, & vaſallus voluntate ſua taliter receptus cenſetur. text. in *l. ab eo. C. quomodo & quand. iud. in l. fi. C. de ſent. quæ ſi. cert. quanti. in l. bi qui C. de appella.*

6. Et talis admiſſio facta à iudice, æquipollet admiſſioni patroni, & illi attribuitur, ſicut * factum iudicis cenſetur factum partis. *l. 1. C. ſi in cau. iudic. pign. cap. ſit. l. profectitia dos. § ſed & ſi proponas. D. de iur. dot. l. ſi ob cauſam. C. de euictio.* Alexand. in *conſi.* 11. *viſo proceſſu. lib.* 5. vnde per dictam admiſſionem æquè conſeruatur & renouatur feudum, tam ex parte patroni, quàm ex parte vaſalli, & ad conſeruationem iuris & poſſeſſionis vtriuſque, ac ſi ipſemet patronus per ſeipſum in fidem admiſiſſet. Et ſi qua iura de conſuetudine loci, vel ſpeciali conuentione feudi debeantur, quoties vaſallus in fidem admittitur per patronum, & æquè cedunt vel debentur hoc caſu, nec ſententia contra patronum lata

* Factum iudicis cenſetur factú partis.

lata ei prodeſt: quia hoc non eſt directò, nec vi ſententiæ, ſed in neceſſariam conſequentiam, & ex vi & naturâ actus. Ex quibus concludi videtur, quod à dicta admiſſione facta per iudicem incipiunt currere hi 40. dies ad conficiendum & præſtandum catalogum ipſi patrono, qui propter non datum catalogum poterit validè & efficaciter prehendere feudum, ſecundum formam huius §. Et eiſdem mediis reſpondetur ad primam rationem contrariæ partis, & etiam ad ſecundam. Sed vt plenius reſpondeatur ad ſecundam, dico quòd hæc verba text. *perſon ſeigneur*, non faciunt limitationem, nec nouam diſpoſitionem, ſed ſimplicem demonſtrationem, quoniam ad ſolum proprium, & immediatum patronum ſpectat, ſimpliciter & iure proprio, in fidem admittere, vt diximus. 5. *eod.* §. 1. *gloſſ.* 6. Ideo in contextu, & ſerie ſermonis, in quo de hoc fit mentio, non ſolet communiter exprimi, niſi ipſe proprius patronus. Sed non per hoc excluditur procurator eius, ad hoc ſufficiens habens mandatum, nec tutor vel curator, nec dominus mediatus ſuperior, quandiu ad manuum ſuam tenet feudum ab eo dependens, nec etiam iudex in caſu noſtro, vel alius quiuis quocunque caſu vicem veri patroni, quantum ad hunc actum, gerens. In ſingulis enim his caſibus idem iuris ſeruatur in omnibus, ac ſi per ipſummet patronum actus eſſet geſtus, & hoc niſi aliqua alia ratio impediat, vt in q. ſeq.

* Verba in dubio demõſtrant, non limitant.

7. Ad hoc optimè facit, quod * in dubio, expreſſio cenſetur facta cauſa demonſtrationis, vel tollendæ dubitationis, & non cauſa taxationis, niſi hoc exprimatur, vel clarè de mente appareat. *l. fin. §. Titia in fin. D. de libera. legat.* & ita tenent And. Iſer. in *cap. 1. col. 1. quo tempo. mil. in vſib. feud.* Bar. in *l. Centurio. col. 9. verſic. ſed quid ſi dixi.* & in *col. penult. verſic. quæro in ſecta. D. de vulga. & pupill.* quem ibi ſeq. ſcribent. & latè Iaſo. *col. 20. num. 50.* & ſequ. Paul. in *conſi. 417. quod dicti. col. 2. lib. 1.* Phil. Deci. in *l. age. C. de tranſact. in cap. ſedes. col. fin. de reſcript. in cap. quoniam abbas. col. 9. de offic. de lega.* Et quando verba ſtant demonſtratiuè, quando taxatiuè, vide pulchram theoriam Paul. in *conſi. 338. quia exceptiones col. 2. in fin. lib. 1.* Et iſta pars poteſt ſimpliciter teneri de rigore.

* Solutio.

8. ¶ Tamen * æquius & rationabilius puto ſic diſtinguere. Aut patronus non approbauit, nec acceptauit expreſsè dictam ſententiam & executionem, ſed tantum tacuit; aut expreſsè eam acceptauit. Primo caſu dico, non eſſe continuò locum huic §. & curſui horum quadraginta dierum. Sed tunc demum incipient currere, poſtquàm patronus interpellauerit vaſallum de catalogo præſtando; & ſic conſequenter expreſsè approbauerit dictam ſententiam & admiſſionem in fidem. Et eſt ratio, quia ex quo dicta ſententia ſemel eſt lata in inuitum, non præſumitur patronus velle eâ niti. Saltem vaſallus habet iuſtam cauſam, ex facto patroni procedentem, credendi eum non velle eâ vti, & conſequenter non eſt in mora, nec currit ei tempus. Nou obſtat, quod non appellans conſentire videtur, quia verum eſt fictè & interpretatiuè: non autem vero conſenſu, vt patet per not. glo. & omnium doc. in *l. Iulianus verum debitorem. D. de condic. indeb.* Secundo vero caſu clarum eſt, continuo locum eſſe diſpoſitioni huius §. quod eſt ſanè intelligendum à tempore, quo dicta acceptatio peruenit ad notitiam vaſalli: huiuſmodi enim manifeſta acceptatio vel approbatio, ipſo facto interpellat vaſallum ad faciendum omne id, ad quòd iuxta legem feudi de iure vel conſuetudine tenetur.

9. SECVNDO quæro, quòd ſi duobus de patronatu feudi, ſeu de feudo dominanti contendentibus, vaſallus recipiatur per manum ſupremam? vt 7. §. 60. videtur idem dicendum, tum quia talis receptio attribuitur vero patrono, qui declarabitur per exitum litis, & cenſetur per eum facta per prædicta, per ea quæ diximus. 5. §. 1. *gloſ. 4. quæſt. 2.* Tum quia omnium iurium feudalium præſtatio & conſignatio fieri debet per vaſallum; vt vult. text. in *d.* §. 60. Igitur præſtatio & conſignatio catalogi fieri debet in manus iuſtitiæ infra 40. dies à die d. admiſſionis, quum hoc ſit de iuribus feudi. His non obſtantibus, dico indiſtinctè non teneri hunc vaſallum ad præſtationem vel conſignationem catalogi, quamdiu de patronatu litigatur, & incertum eſt quis ſit patronus, duplici ratione; prima, quia catalogus præſtatur ad hunc finem, vt diſpunctione facta inter patronum & clientem, approbetur vel reformetur ab vtroque ad communem vtriuſque vtilitatem: ſed hoc non poteſt fieri, quamdiu litigioſus eſt patronatus, & fruſtrà feret conſignatio catalogi. Secunda ratio, quia quando cliens eſt obligatus ad præſtationem realem catalogi, ſtatim illo tradito obligatur patronus ad diſcuſſionem & approbationem vel emendationem infra quadraginta dies, qui ab ipſa traditione ſtatim incipiunt continuè currere, quibus lapſis debet haberi, & habetur catalogus pro approbato, ſi patronus interpellatus emendationem tradiderit, & hæc eſt mutua & correlatiua obligatio. Sed hæc obligatio ſuſpenditur hoc caſu ex parte patroni, quum non ſit certus patronus, qui poſſit diſpungere, approbare & emendare infra quadraginta dies à præſtatione catalogi. Et ſic non poteſt incipere curſus illorum quadraginta dierum contra patronum Igitur etiam ex parte vaſalli ſuſpenditur obligatio tradendi catalogi quamdiu durat illa lis & incertitudo, per regulam correlatiuorum. *l. cum emptor. D. de reſcind. empt. & vend. l. fi. D. de accepti.* Et ſic concludo interim non teneri clientem tradere vel conſignare catalogum, ſed ſufficit quòd offerat & tradat poſt exitum litis illi qui verus apparet patronus.

10. ¶ Fallit ſi ambo litigantes conſentiant & petant catalogum edi, diſcuti & concludi communiter, ſiue nomine litigantium ad commodum futuri victoris, vt conſultum eſt facere, ne pendente lite iura depereant aut conturbentur. Amplio non ſolum ſi lis perſonalis eſt, ſed etiam realis, hoc eſt, ſiue vterque contendat ſe dominum loci dominantis, ſiue ſinguli prætendant ratione diuerſorum ſuorum locorum dominantium. 11. ¶ Sed hoc quæro, an à die litis finitæ habeat cliens quadraginta dies ad conficiendum & tradendum catalogum? breuiter reſpondeo quòd ſic, quoniam hi 40. dies non potuerunt incipere currere durante lite & incertitudine patroni, vtpote deficiente certa perſona cui poſſet & teneretur vaſallus offerre & tradere catalogum; & propter hanc impoſſibilitatem & defectum perſonæ non incipient currere ab admiſſione in fidem per manùm ſupremam, ſed demum finitâ lite & certificatâ perſonâ vaſalli, per not. in fin. quæſtionis præcedentis. Facit. *l. contra maiores. & quæ ibi not. C. de inoffi. teſt.* & hæc ſit ſecunda limitatio ad hunc textum.

11. ¶ Tertio quæro, quid ſi vaſallus infra hoc tempus puta die viceſimo ab admiſſione in fidem moriatur; item ſi donet, vendat, vel alias quouiſmodo alij cedat? & videtur primò dicendum, quod hæres, non quiuis ſucceſſor, non habeat niſi reſiduum tempus, cùm iſtud tempus ſit continuum, per not. §. 7. *q.* 1. 2. 3. 4. in contrarium quod debeat habere integrum tempus de nouo à die hæreditatis delatæ, vt fundi acquiſiti, per ea quæ tradit in ſimili Ioan. Andr. in *addi.* Spec. *de feu.* §. *quoniam. verſ. 27. adfin ſupra verbo circa princ.* vbi dicit, quod ſi vaſallus qui habet annum & diem ad petendam inueſtituram, decedat intra tempus, puta menſe decimo non petitâ inueſtiturâ, eius filius vel hæres non habet reſiduum temporis, ſed integrum tempus de nouo, quoniam venit ex perſona ſua; & ſequuntur feudiſtæ in *ca. 1. quo tempore miles inueſt. pet. deb. in vſibus feudorum*, Alex. in *conſ. 79.* & ſeq. *conſ. 134. lib.* quod eſt verum in terminis dictorum vſuum feudalium.

by Google

vt fructus ſuos faciat. *l. bonæ fidei. §. de acquir. rer. dom. l. qui ſic. §. de vſur.* Bal. in *conſentaneum col. penult. in 5. oppoſ. C. quom. & quando iud.* Alexand in *l. ſi finita §.* Iulianus. *col. 31. D. de dam. infect.* Ita videtur quando tunc demum patronus efficitur poſſeſſor, quando prehendit ex defectu hominis, & facit fructus ſuos, vt dictum eſt, 3. §. 1. *gloſſ. 4. queſt. 2.* ſecùs quando prehendit ex defectu catalogi: nec facit fructus ſuos, ad quos peruenitur ex vera poſſeſſione, per not. in *l. 3. §. ex contrario. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* & in dict. *l. bonæ fidei & §. non ſolum. inſtitut. de rerũ diuiſ.* multò plura pro negatiua induci poſſent, ſed breuiter reſpondeo quod ſic: quoniam non eſt ſimplex miſſio in poſſeſſionem, ſed manus iniectio domini directi, & ciuilis poſſeſſoris, ab eo retenta ex pacto inueſtituræ & infeudationis, & iure publico huius conſuetudinis approbata & conceſſa. Igitur eſt multò potentior & efficacior quàm apprehenſio rei ſimpliciter hypothecatæ à creditore hypothecario facta, ex ſimplici & priuato pacto rem accipiendi & poſſidendi, quæ tamen à debitore omnem poſſeſſionem auocat, & in creditorem transfert, tametſi talis creditor non faciat fructus ſuos. text. in *l. pen. C. de pignora. actio. l. creditores. C. de pignorib.* Et ſic quamvis hæc ſecunda prehenſio, non ſit ita vtilis domino ſicut prima, non tamen eſt minùs efficax ad dominum poſſeſſorem conſtituendum, ſub eiſdem tamen limitationibus & modificationibus, quas deduxi in *dict.* §. 1. *glo.* §. 4. *queſt.* 2. non repeto. Dominus autem directus, longè plus iuris habet, quàm creditor hypothecarius. Sed tamen quamvis in priore prehenſione poſſit colonos expellere, non tamen hoc poteſt in hac ſecunda, ſed tantùm penſiones, & omnes alios reditus ordinarios recipere, aut recipi facere ſuo nomine, in qualitate tamen domini feudalis, feudum ex defectu catalogi prehenſum tenentis, non obſtat quod dixi dominum effici poſſeſſorem, quia hoc eſt ſub qualitate limitata. Tum etiam plena & non limitata poſſeſſio non impediet, quin ſinat colonos, quibus ſatis eſt quod prohibet alij, quàm ſibi vel commiſſario ſuo ſoluere, tum alias non eſſet accipere, ſed mergere vel abſorbere fructus, quorum pars ſunt damna, & intereſſe colonorum quæ illos abſorberent, Alex. *conſ.* 118. *num.* 10. *lib.* 5.

3. ¶ SECVNDO quæro, Certum eſt quòd adminiſtratio feudi quæ ſit quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum, & non abſorbendorum fructuum causâ, auferatur à cliente, & ſuis per hanc prehenſionem, & tranſit in patronum vel deputatos per eum. Sed quid de adminiſtratione quæ concernit iura * incorporalia feudi, & maximè iura feudalia & dominicalia ſubfeudorum? videtur hæc non tranſire ad patronum. Tum quia vbicunque conſuetudo diſponit & exprimit hæc ſpectare ad dominum. vt 3. §. 54. & §. 55. ſemper loquitur in prehenſione facta ex defectu clientis & iurium, in qua facit fructus ſuos, & non quando eſt facta ob ſolum catalogum non traditum. ¶ Tum ſecundò magna, imò maxima eſt ratio diuerſitatis inter primam illam prehenſionem, & hanc ſecundam, quoniam in prima verè & propriè feudum eſt apertum patrono, quum non habeat vaſallum, & ſic interrupta fidelitas, quæ eſt vinculum formale & ſubſtantiale feudi, & eſt feudum quaſi reunitum, & conſolidatum dominio directo patroni. At in iſta feudum non eſt aliquo modo apertum, nec interruptum, quum ſit repletum de perſona certi clientis, qui à domino in fidem admiſſus & inueſtitus fuit, & eſt verus eius vaſallus, & ſic nulla eſt interim conſolidatio, nec quaſi conſolidatio, quum ſubſit verus vtilis dominus actu permanens, idémque verus directus dominus, actu permanens reſpectu ſubvaſallorum, emphyteutarum, & cenſuariorum feudi ſui, per ea quæ latè diximus in *d.* §. 1. *gl.* 6. quum igitur vaſallus non obſtante hac ſecunda prehenſione, ſit verus vaſallus, verus & immediatus dominus directus ſubuaſallorum feudi ſui, ſequitur neceſſariò, quòd ad eum ſpectat iura dominicalia & feudalia adminiſtrare & exercere in ſubfeuda, & in ſubuaſallos, & non ad patronum: quum ſit ſolùm dominus mediatus, per deducta in *de gloſſ.* 6. & quum feudum immediatum non ſit ei apertum, non poſſunt ſubfeuda cenſeri eidem aperta, ergo non poterunt per eum prehendi, nec prætextu huius prehenſionis poteſt interim cenſeri dominus immediatus. ¶ Tum tertiò quia non poſſunt ſimul eſſe duo domini feudales immediati inſolidum, reſpectu eiuſdem feudi, vel ſubfeudi, iura ſunt vulg.

4. ¶ Tum quartò quia huiuſmodi prehenſio non fit ad hunc finem, vt patronus poſſit feudo & eius iuribus frui tanquam re ſua, vel ad eum quaſi reuerſa, ſed ſolum ad finem inquietandi vaſallum, & propter moleſtiam vitandam compellendi ad editionem catalogi, vt in ſimili vult text. *in l. is cui. in prin. D. vt in poſſeſſio. legat.* text. in *c. quoniam frequenter. §. in aliis. in princ. vt lit. non conſtet.* actorem mittendum in poſſeſſionem rei petitæ, vt tædio affectus reus contumax veniret reſponſurus. Et ſatis patet ex mente & verbis huius §. huiuſmodi prehenſionem eſſe ſimplicem pignorationem rei alienæ, propter aliquod debitum non præſtitum, quoniam patronus non inſiſtit feudo, ſic prehenſo tanquam ſuo, vel quaſi ſuo, ſed tanquam verè alieno. ¶ Vnde (& hæc. 5. ratio) hoc caſu non poteſt aptiùs comparari quàm creditori (donec ſoluatur) hypothecam poſſidenti.

5. ¶ Sed licet vi * hypothecæ poſſit proprietatem ipſam, & rem totam cum iuribus ſuis alienare: tamen non poteſt iura patronatus, vel iuriſdictionis, fundo hypothecato à ſe etiam poſſeſſo annexo adminiſtrare. (Aduerte tamen quòd pro præſenti non intendo deciſiuè loqui de creditore, quid enim ſi poſſideat in antitheſim, vel pro tanta ſumma quam res valet? *vt no. in l. de leg. 3.* hoc enim plenam & peculiarem diſcuſſionem requirit, quam reſeruo infra loca opportuno.) vnde non potest creditor præſentare ad beneficia. caſus eſt ſecundùm receptiorem intellectum in *c. cum Bartholdus.* & ibi Panor. in 1. *notab.* Fely. in *col. ſi. de re. iudi. firmat.* Imol. Panorm. in *cap. ſi. in ſi. de conceſſio. præb.* Bald. & ibi Iaſ. *nu.* 5. *in l. creditoris. D. de ope. no. nunc.* Rochus Cur. *in repet. rubr. de iure patro. in ver. ipſe vel is à quo queſtio.* 27. Ratio eſt duplex, prima, quia ad creditorem non tranſit res, nec quantum ad dominium directum, nec quantum ad dominium vtile & ſic in illum non transfertur res, nec vniuerſitas rei, ſed ſimplex poſſeſſio quantum ad vim & effectum hypothecæ: in reliquo enim non creditor, ſed debitor poſſidere cenſetur; vt ſatis dictum *ſupra* §. 1. *gloſſ. 4. num.* 18. meritò non tranſit in eum patronus. per no. in *cap. ex literis de iure patro.* & quæ pulchrè not. Paul. in *con.* 361. *venerabilis vir. col.* 1. *lib.* 1. Secunda, quia creditor tenetur omnes fructus rei ſeruare, & reſtituere, vel in ſortem imputare *l.* 1. 2. *& per tot. C. de pignor. actio.* Sed huiuſmodi fructus iuris patronatus non poſſet reſtituere, nec imputare, & ſic eorum perceptio & adminiſtratio non ſpectat ad creditorem, licet aliàs poſſeſſorem rei: ſed ad debitorem verum patronum, & iuris patronatus verum quaſi poſſeſſorem. Et iiſdem rationibus non tranſiret in creditorem, ſaltem iure & nomine ſuo, adminiſtratio & exercitium iuriſdictionis fundo hypothecato annexæ; quamvis in hoc contrarium teneant Ludouic. Roma. *in ſing. 554. quæritur à me, per l. eleganter. §. fin. qui nihil facit. D. de pignor. actio.* Philip. Deci. in *l. debitorum. C. de pact.* Igitur idem dicendum hoc caſu in domino feudali. Et maximè cùm in eo concurrant ambæ illæ rationes: tum quia (vt in ratione 2.) feudum prehenſum non interrumpitur, nec quaſi conſolidatur, & remanet vaſallus omnino dominus vtilis & verus immediatus patronus, & dominus directus ſubuaſallorum feudi.

* Creditor non poteſt iura patronatus & iuriſdictionē feudi hypothecati exercere.

* Quæ ſpectent ad ius feudi per quem adminiſtretur feudo vaſalli prehenſo.

6. ¶ Tùm sextò quia fructus saltem honorifici huiusmodi iurium dominicalium non possunt restitui, provt vult hic text. de omnibus fructibus à patrono, vel suis commissariis perceptis; verbo enim *fructus* indefinitiuè probato, omnes vniuersaliter intelliguntur, & indefinita, maximè in dispositione legis æquipollet vniuersali, per iura vulg. Et quantumvis non congruunt verba legis, nec eius dispositio; vt diximus j. §. 10. *gloss. 3. num. 5.*

7. ¶ Tum septimò, dato quòd administratio iurium dominicalium feudi prehensi ad patronum non transeat, sed remaneat penes vasallum: tamen non frustratur, sed satis adimpletur intentio huius text. quum latis inquieretur vasallus per occupationem prædiorum, & corporalium fructuum feudi. Et id verisimiliter satis est, vt vasallus acceleret quantùm poterit catalogum offerre. Ad hæc appositissimus text. in *l. 3 §. missum. de carbo. edict.* vbi quamvis missus in possessionem ex carboniano edicto efficiatur verus possessor hæreditatis, non tamen potest actiones hæreditarias eo ipso, videlicet inquantùm missus, exercere, nec hæreditatem aut res singulas vendicare: sed contentus esse debet hac prærogatiuâ, quòd possessorem eum Prætor tantisper constituit: igitur à simili in hac prehensione contentus esse debet patronus hac prærogatiuâ, quòd possessor interim feudi constituitur tantisper dum catalogus offeratur. Nec est vero dissimile confidentes in reductione huius consuetudinis ita responsuros fuisse si interrogati fuissent aut animaduertissent per prædicta, provt etiam vult *consuetudo de Lorriz. eod. tit. §. 68. Aurelia. §. 68.*

8. ¶ Nunc in contrarium argumentor, & probo administrationem non solùm corporalium rerum & fructuum feudi: sed etiam incorporalium pendente hac prehensione non spectare ad vasallum, sed ad patronum. Et hoc triplici ratione. ¶ Primâ, quia hæc consuetudo disponit & concedit prehendi feudum. Sed simplex enunciatio vel dispositio feudi, importat omnes eius pertinentias & iura, vt sunt iura feudalia & dominicalia, quæ ratione talis feudi competunt in subvasallos, censuarios vel emphyteutas: quod latè comprobatum est ꝛ §. 1. *gloss. 5. in prin.* Ergo ea omnia in hac prehensione includuntur. ¶ Secundâ, nedum commoda pecuniaria iurium dominicalium, sed etiam ipsa iura dominicalia, vt sunt prehendere & exequi feuda aperta, & nouos vasallos inuestire, similiter inuestituras emphyteutarum vel censuariorũ renouare: sunt in fructu, & veri fructus incorporales feudi, à quo hæc iura dependent; igitur spectant ad patronum, ad quem spectat administratio & collectio fructuum pendente prehensione. 9. ¶ Tertiâ, alioquin sequeretur quòd dispositio & prouisio huius. §. esset ridicula & eluforia, vt in feudo consistente tantum in his iuribus, puta vniuerso domanio de consensu superioris alienato, partim per subfeudationem, partim per concessionem in censum, vel emphyteusim; de quo dicemus j. §. 51. Tunc enim maximè, quando omnia essent subinfeudata, patronus & sui commissarij nihil possent administrare. Et vasallus negligens & contumax, si ad eum, non obstante huiusmodi prehensione, spectaret subuasallos suos in fidem admittere, & eorum subfeuda aperta prehendere, posset gratiam eis facere, & sic non cederet nec veniret dies aliquorum iurium soluendorum. Et prehensio superioris patroni inanis & vacua maneret; quod esset absurdissimum. Non obstant similia de creditore hypothecario, & missione in possessionem ex primo decreto: quia patronus originalis dominus in feudo suo iure feudali prehenso longè plus iuris & auctoritatis habet, & laxiores habenas propter originem feudi ab illo emanantis, & vim dominij directi ab eo in toto feudo & singulis iuribus illius vniformiter retenti, quàm exterus aduentitius: quid dicendum.

10. ¶ Concludo pro prima parte per septem rationes pro ea adductas. Addo octauam, quia talis est communis obseruantia, igitur per *l. minimè. l. si de interpretatione. D. de legib. c. dilectus. de consuet.* Non obstant duæ primæ rationes secundæ partis, quia dissoluuntur per contrariam nostram obseruantiam, tum superantur per septem fortiores rationes, primæ partis. 11. ¶ Ad tertiam rationem fateor quòd procedit pars secunda, quando contingit in feudo non esse alias res, nec alios reditus notabiles. Quo casu dico limitari debere præfatas consuetudines Aureliæ. & de Lorriz, vt tunc subfeuda etiam illic vel sub simili consuetudine sita prehendi possint, quando aperta inueniuntur à superiore ad manum suam ex solo catalogi defectu, tenente feudum medium quod solum in iuribus subfeudorum consistit, & hoc ne inanis sit prehensio: & patet etiam in text. *d. §. 68. ibi, Et exploitant*, vbi consuetudines illæ præsupponunt aliquid esse quod cum effectu pignorari possit, quo cessante cessat dispositio dicti §. 68. & similis per no. j. §. 15. *gloss. 3. num. 5 ad fi.*

12. ¶ Et hoc casu tradito catalogo restituet patronus iura pecuniaria duntaxat, siquæ receperit: iura verò honorifica non restituet, nec reiteranda erunt gesta, sed stabunt. Tum quia magis consistunt in simplici administratione quàm in lucro: tum quia censetur ea restituere restituendo rationes & scripta gestorum quæ cedunt in commodum vasalli, & ad conseruationem iuris & possessionis suæ & illi attribuuntur, & per eum facta censentur, quæ gesta sunt per eius patronum in qualitate feudalis & superioris domini prehensione feudali durante, tum quia secundum naturam actus & visum destinatum statim consumuntur, non sunt aliter restituenda *l. vtique. §. culpa. D. de rei. vendi. l. arboribus. §. munus. D. de vsufru.* 13. Extra hunc fallentialem casum, confirmo priorem partem. Quia si in hac prehensione transiret tota administratio etiam iurium, sequeretur maius absurdum; videlicet quòd patronus ea durante (quamvis sit potiùs simplex impedimentum.) posset lites omnes etiam petitorias ratione feudi & pertinentiarum resumere, seque subrogari facere, & consequenter quòd posset eas passiuè suscipere vel deserere, quod non solum periculosum est & absurdum, sed etiam contra mentem huius consuetudinis, communem obseruantiam, quâ nihilominus vasallus actiuè & passiuè agit in iudicio & extra, vel transigit, vel de nouo mouet instantias etiam possessorias: provt manet verus possessor contra omnes alios à domino; vt in fortioribus terminis diximus supra §. 1. *gloss. 4. num. 22.* 14. ¶ Non obstat quòd dominus plus iuris habet, quàm creditor hypothecarius, quia verum est in se. Sed quantum ad executionem, restringitur ad casus & mentem consuetudinis, qua limitatione & mente inspecta optimè conueniunt similia de missione ex primo decreto ꝛ. *ea. gloss. nu. 4. num. 7.*

15. Vlteriùs not. quòd sicut in simili diximus in *d. gloss. 4. quæst. 3. 4. & 5.* huiusmodi prehensio si fiat ex* causa falsa, puta catalogo iam tradito, vel debitè oblato, vel alias indebitè, vt ante lapsum quadraginta dierum, vel alterius temporis, ad hoc, tempore admissionis in fidem, conuenti, & præfixi, est ipso iure nulla: etiam si esset facta iudicis authoritate, & hoc quantùm ad effectum iuris & consuetudinis. Sed non quantùm ad ipsum factum, quoniam vasallus non debet propria authoritate resistere, nec spoliare, vel turbare commissarios deputatos à patrono, vel eius nomine: sed solum viâ iuris puta oppositionis, & non per viam appellationis, nec casus nouitatis, deducere ius suum, cassationem & retractationem dictæ prehensionis obtinere, cum damnis & omni eo quod interest & impensis, manente interim & stante cum effectu facti, dicta prehensione.

* Prehensio ex falsa vel indebita causa facta ipso iure nulla est.

lized by Google

11. ¶ TERTIÒ iuxta hæc quæro, quid si pendente prehensione siue ex capite clientis deficientis, siue ex capite catalogi non dati, sed ex causa falsa, vel aliàs iniustè, & sic nulliter, super quo fortè lis pendet inter clientem opponentem & reum, petentem nullam & iniustam declarari manus iniectionem, & patronum actorem & eam sustinentem, vasallus de facto, quendam * ex suis subuasallis in fidem admittat & inuestiat. An iste actus valeat? videtur quòd sic: quia est actus iuris magis quàm facti, & sic dependens à veritate rei: * vnde quum prehensio quantum ad ius nulla sit ipso iure, non potest impedire validitatem huius actus. *cap. non præstat impedimentum. de reg. iur. in 6. cum vulg.* Nec obstat quod interim deprehensio debet sortiri effectum donec sit cognitum de causa & iudicatum, quia verum est ad limites facti ad quod processit. Et quantum ad hoc vt de facto non debeat vasallus expellere patronum, nec suos, nec eos turbare in possessione feudi per eos occupati, & de facto detenti. Sed non quantùm ad cæteros actus qui consistunt magis in iure, quàm in facto, & quorum interuentu non fit aliqua turbatio facti in possessione & occupatione feudi quam habet patronus, vt est verbalis, vel literalis admissio subclientis in fidem, prout in simili.

* Pendente lite prehensionis vtrùm vasallus possit in fidem admittere vnum ex vasallis suis: & si admiserit, vtrùm actus sit nullus an non?

* Quod nullum est, quãdoque impedit executionem facti, sed non executionem iuris.

12. ¶ Cùm quis beneficio priuatur ipso iure, statim id beneficium conferri potest nulla expectatâ sententiâ, nec vocato quodam possessore. Sed non potest collatio de facto exequi, nec nouus collatarius in possessionem realem induci, nisi priùs vocato & audito possessore, & causâ cognita. text. est in *cap. licet Episcopus. de præ. in 6.* Tradit Oldra. *in cons.* 126. de toto Bald. in *consilio* 136. *quæstionis libro quarto.* Lapus. *allegat.* 191. Anastasius & in *allegat.* 112. *Sæpe mihi.* Maria. Socin. in *tractat. de cita. artic. 5. quæst. septima.* Reliquas concordantias videre potes fusissimè ad hoc congestas per dominum Andream Tiraquel. in *repe. l. si vnquam, in verfic. reuertatur num.* 275. *& seq.* Similiter si propter canonem non solutum emphyteuta priuatus sit ipso iure, statim potest dominus alij concedere, verbaliter. inuestire, sed non realiter & de facto, nisi citato veteri emphyteuta, & possessore, & sententia declaratoria præcedente, vt tenet Ludouicus Rom. in *consilio* 111. *quo ad primam.* Franc. Curt. iunior. in *l. fi. num.* 22. *C. de pact. fact. c.* 2. & ibi Panorm. in 3. *notab. de fem.* Igitur si prehensio superioris patroni sit ipso iure nulla, nihil impedit quin vasallus possit subuasallum nouum in fidem admittere, & verbaliter inuestire, non corporaliter, nec in possessionem realem subfeudi inducere, si modò illud subfeudum sit iam prehensum & occupatum tanquam apertum à superiori patrono, donec causa cognita per sententiam declaratum sit, prehensionem superioris patroni nullam. Et hæc veritas.

13. Concludo igitur valere mero iure talem actum, quod intelligo inter ipsum vasallum & subuasallum, sed non respectu superioris patroni quandiu lis pendet, & sua manus iniectio de facto perseuerat: quia non obstante renouatione inuestituræ facta per vasallum, poterit subfeudum tanquam apertum ex defectu clientis & iurium, ex eo quòd sibi non est facta fidelitas, prehendere, & possidere, eóque frui de facto: & eodem errore quo superius feudum prehensum iniustè tenet. Et similiter si quæ releuamenta vel alia iura debeantur, poterit ea de facto exigere, non obstante quòd subuasallus ea vasallo soluerit post prehensionem feudi superioris, sub onere tamen & periculo damnorum & interesse & futuræ sententiæ. Quicquid enim circa hæc administrat vasallus durante prehensione etiam nulla & iniusta, habetur pro nullo respectu patroni. Sed respectu vasalli & in eius præiudicium valet, & cessante prehensione effectum sortiri debet. Vnde quantùm ad vim & effectum horum actuum inter vasallum & subuasallum, vel emphyteutam aut censuarium, non refert in effectu: an prehensio superioris domini sit valida vel nulla, quia quandiu durat, omnes actus vasalli sunt inefficaces respectu patroni, illo conquerente, qui etiam poterit facere illos retractari, vt etiam dicetur j. *eo.* §. 19. Sed quantùm ad ipsum vasallum obligandum, & in eius præiudicium sunt validi, & sublata prehensione efficaces.

14. ¶ QVARTO quæro, prehensione iuxta formam huius §. facta, vasallus catalogum tradit vel debitè offert patrono. An statim cesset & resoluta sit ipso* iure huiusmodi prehensio? videtur quòd sic: quantum ad ius, sed non quantum ad factum, donec patronus de facto manum iniectam sustulerit. Sed non attenta nec expectata hac formalitate, puto ex tunc statim ipso iure, & ipso facto, omnino resolutam esse prehensionem, feudúmque omnino esse liberum vasallo; probo primò per hunc text. ibi. *iusques à ce que iceluy denombrement luy ait esté baillé:* id est, donec vel quousque dinumeramentum fuerit tradirum. Et sic patet quòd consuetudo non permittit fieri hanc prehensionem, nisi sub hac limitatione, & resolutiua conditione, quandocunque tradetur catalogus. Secundò per text. in fi. ibi. *apres celuy denombrement baillé*, vbi disponit consuetudo commissarium teneri rationem fructuum vasallo reddere catalogo tradito. Igitur statim eo tradito potest vasallus agere ad redditionem rationum, etiam non facta, nec habita alia manumissione feudi per patronum, nec alio expectato: quia consuetudo illud non dicit: nec aliud requirit. Igitur nec nos dicere vel requirere debemus. Baldus in *l. in fin. D. de cura. furio. in l. Gallus.* §. *pen. D. de lib. & posth.* cum similibus quæ allegaui ī. §. 1. *glo.* 4. *num.* 9. Tertiò, quia huiusmodi prehensio fit expresse sub hac conditione resolutiua & extinctiua, donec catalogus tradatur: & sub eadem conditione curatores feudo apponuntur. Et dato quòd aliquo casu non esset expressa hæc conditio, tamen necessariò subintelligitur, & pro expressa habetur, quum prehensio referatur ad hanc consuetudinem, & etiam cessante relatione hæc consuetudo tacitè inest, tanquam forma innata actus. *l. quod si nolit.* §. *quia assidua. D. de edili. edict. cum vulg.* Igitur adueniente conditione, videlicet tradito catalogo, statim ipso iure & ipso facto resoluta & extincta est manus iniectio, & esse desinit, quum sit facta limitatim & resolutiuè ad hunc euentum.

* Catalogo tradito vel oblato ipsi patrono, an ipso iure statim extinguatur feudi prehensio.

15. Hæc enim aduerbia, *donec, quousque, quoad, quandiu*, & similia adposita ad limitationem beneficij iam concessi, seu dispositionis præambulæ, scilicet vt id duret in euentum alicuius casus, inducunt conditionem extinctiuam dispositionis præcedentis, & si apponatur à lege, vt hìc, extinguunt ipso iure: idem si ab homine, in his quæ possunt resolui & extingui ex voluntate & dispositione hominis, vt est etiam in casu nostro. Hæc est expressa theoria & resolutio Bart. in *rubr. de condi. & demon. D. col.* 4. *probatur in l. ambiguitatem. ver. fin. autem.* & ibi Bar. Pau. *C. de vsufruct. in l. fœminæ. D. de senato. l. in delictis.* §. *si detracta. D. de noxa. actio. l. sufficit.* & ibi latè laf. *D. de condict. indebi. l. siue manifestum.* §. *tandiu. D. de condic. furti. l.* 1. *in fi. D. de vèd. in poss. mit. l. pen. in princ.* & ibi Nico. de Neap. *D. de execra. tuto. l. qui concubinã.* §. *vxori.* vbi Albet. *D. de lega.* 3. *l. pater Seuerinam.* §. *fi. D. de condi. & demonstra glo. in Cle. vt bi qui. in ver. donec de ætat. & qual. ordi.* quod no. Bart. in *l. fi.* §. 1. *D. ad Tertullia. & in l. centesimũ. adfi. D. de verb. oblig.* Philip. Deci. *cons.* 621. hinc est quòd suspensus donec satisfecerit, quàm primum satisfecerit statim ipso iure est solutus, & desinit esse suspensus, etiam absque alia absolutione, vt tenet glossa in cap. *quia sæpè. in verbo donec. de elect. in* 6. *glossa penult. in cap.* 4. *de censib. in* 6. *glo. in Clem. in ver. donec.* & ibi Panor. Cardi. *q.* 30. *de decimis.* quamvis glo. 3. & Zenzeli. in *extrauag. suscepi. To.* 22. *de elect. in ver. donec.* tenuerit contrarium, & malè,

Aduerbia resolutiua.

* Differentia inter ſuſpenſionem & excommunicationem.

16. Idem tenent cano. in interdicto* ſecùs dicentes in ſententia excommunicationis lata, donec ſatisfecerit, vel ſub ſimili conditione reſolutiua, qua extante non ceſſat ipſo iure excommunicatio, ſed requiritur abſolutio: & eſt ſpeciale in ſententia excommunicationis propter certam formam olim ſeruari ſolitam (non enim eſt de ſubſtantia, nec hodie obſeruatur) in abſolutione à ſententia excommunicationis, de qua vide ſi vis Claua in *ver. abſolutio* 3. ita tenent Canoniſtæ, vt Gemi. in *c. 2. col. 1. de hæret. in 6.* Panor. in *cap. non eſt. de ſponſa. in c. cum tu. de vſur. in c. fi. de matri. contract. con. interd. eccle. & in cap. 1. in fi. col. ſecunda*, vbi Feli. *columna ſecunda*, Philip. Deci. *colum. 4. in 6. notab. de iudici.*

¶ Et ſic concludo quòd catalogo tradito, vel debitè oblato patrono, ſtatim reuocata eſt, & ceſſat prehenſio, & vaſallus liberam habet fruitionem & adminiſtrationem feudi vt priùs, & poteſt contra curatores feudi agere ad redditionem rationum, etiam non oſtenſa, nec habita aliqua manumiſſione, ſeu manus leuatione patroni, docendo tamen de traditione vel debita oblatione catalogi: in hoc tamen prodeſt habere inſtrumentum ſublatæ manus dominicæ, vt ſtatim commiſſarij, ſi qui ſint appoſiti, obediant, & liberam fruitionem vaſallo permittant, eique rationem geſtionis ſuæ reddant, quæ alioquin non tenerentur facere, nec ad ea condemnarentur, niſi probationibus ſolenniter factis, oſtenſum eſſet de huiuſmodi reſolutione manus iniectionis, quæ probationes etiam vocato patrono deberent fieri, alioquin ſimplex ſententia pro vaſallo contra curatorem lata, non exoneraret, nec tueretur eos erga patronum.

SVMMARIA GLO. IV.

1. *Notab. differentia inter curatores, & commiſſarios.*
2. *Numerus commiſſariorum, pro quantitate & difficultate adminiſtrationis feudi metiri debet, nec debet eſſe exceſſiuus.*
3. *In caſu prehenſionis ex defectu catalogi, poteſt vaſallus cogere patronum, vt idonei commiſſarij iudicis authoritate deputentur.* 4.
5. *Quorum officium quandoque tranſit in hæredē.*
6. *Curatoris vel commiſſarij officium morte finitur, nec poteſt petere ſe exonerari, niſi ex iuſta ſuperueniente cauſa.*
7. *Quandoque vnius plurium hæredum inſolidum tenetur.*
8. *Commiſſarij non poſſunt actus dominicales, exercere.*
9. *Quid ſi ipſemet vaſallus ſit commiſſarius?*
10. *Iſti cōmiſſarij non tenentur locare nec licitare.*

GLO. IV. IN VER.

Commiſſaires.

* Commiſſarij feudales qui dicuntur & à curatoribus quemadmodum differant.

HI* ſunt curatores deputati cuſtodiæ feudi, & quærendis, colligendis, & ſeruandis eius fructibus, ad inſtantiam patroni. 1. Et aduerte quòd hi propriè non ſunt curatores, ſed commiſſarij. Et ita vulgò rectéq; vocantur. Et cùm iſta communis locutio magnum habeat myſterium, nolui eam mutare etiam in ſummario huius §. Eſt enim multùm notanda inter hos differentia: quia curator propriè is eſt qui gerit vicem perſonæ ſeu domini, ſiue rei, ſiue perſonæ detur: vnde non datur niſi perſonæ minus legitimæ, vel rei, loco perſonæ abſentis, ſeu non exiſtentis: vt quando bona vacant, vt *D. de cura. bo. dan. per to.* Et habet adminiſtrationem iuris, quū ſit loco domini. Commiſſarius autem non eſt loco domini, nec eius perſonam repræſentat, ſed eſt vice ſimplicis geſtoris & cuſtodis; vt in *l. ei apud. l. licet. D. depoſi.* vnde licet ad eſſentiam & validitatem ſubhaſtationis certi prædij, non ſit neceſſe rem ſequeſtrari, nec adhibere commiſſarios: (niſi per conſtitutionem regiam poſt primam horum editionem anno 1539. editam.) Tamen ſi perſona ſuperquam fit ſubhaſtatio, ſit minus legitima, vel non ſubſiſtat, neceſſè eſt curatorem adhiberi, vt diximus *infra* §. 190. Hinc eſt etiam quod ſimplex * commiſſarius, qualis eſt ſequeſter, non poteſt conferre beneficia, vel ad ea præſentare: quamvis cūrator hoc poſſit, vt pleniùs ibi diximus, & 3. §. 64. Redeundo ad materiam noſtram, no. quod patronus ſua tantum, vel iudicis authoritate poteſt deputare quos vult, ciuiliores tamen patroni ſolent colonum vel alium domeſticū vaſalli committere, vt minus grauetur.

* Commiſſarius ſimplex ſeu ſequeſter quæ poſſit facere.

2. Quin etiam ipſummet vaſallum, vt ſub manu patroni tanquam commiſſarius, & extranea perſona feudum adminiſtraret: & poteſt patronus vnum ſolum curatorem deputare. Sæpiùs (niſi feudum ſit valde paruum) ſolent committi duo, Quandoq; plures ſi magnitudo, vel diſtantia rerum feudalium plurium curam requirat: debet enim pro quantitate, valore, & ſitu rerum feudalium & pro ratione oneris, & difficultate adminiſtrationis numerus curatorum metiri. Si enim plures quàm feudi cura & adminiſtratio requirat apponerentur, non teneretur vaſallus in redditione rationum approbare numerum exceſſiuum, nec ſubire ſumptus eorum qui ſuperfluè appoſiti ſunt. Et quamvis ſit in libera facultate patroni apponere quos vult, tamen nonniſi idoneos; videlicet prouidos, & diligentes, & qui ſunt ſoluendo, & cum hoc vicini feudo, ſi idonei ibi inueniantur: alioquin ex vicinioribus locis apponere debet, alioquin vaſallus iuſtè poſtulabit, vt idonei & non ſuſpecti deputentur, remotis ſuſpectis, vel minùs integris, diligentia, facultatibus, vel alia qualitate aut circumſtantia, ad fidelem & tutam curam feudi requiſita.

3. ¶ Quòd ſi nullo curatore appoſito, patronus aut ſui, negligenter, & diſſipando verſentur in feudo, poterit vaſallus petere vt fidi & idonei curatores deputentur. Plus dico, quòd etiam non allegata neè probata aliqua diſſipatione, ſi vaſallus habeat probabiles cauſas oppoſitionis aduerſus prehenſionem patroni, vel aliquod iuſtum impedimentum tam cito conficiendi catalogi, poterit implorare iudicis officium, & obtinere vt patronus teneatur idoneos & non ſuſpectos commiſſarios apponere, ſub iudiciaria authoritate, vel vt ad eius recuſationem ponantur per iudicem quantum ad cuſtodiam & regimen feudi, & fructuum pecuniariorum (dominicalia enim iura non poſſunt auferri patrono) vel obtinere poterit, vt curatores priuata patroni authoritate appoſiti, iterum à iudice conſtituantur, vel ſub manu iuſtitiæ obligentur. Et ratio eſt, quia id non nocet patrono, qui nihil debet lucrari ex illis fructibus, & prodeſt vaſallo pro integra cuſtodia rei, & eius reſtitutione cum fructibus: quo-

by Google

niam tunc huiuſmodi commiſſarij tenebuntur rationem reddere etiam de leui culpa, vt in *gloſſ. ſeq. q. 5.* & tenebuntur tam ad rationum redditionem, quàm ad reliquorum ſolutionem, præcisè per incarcerationem perſonæ, quorum vtrumque non haberet locum contra patronum, & vltimum non procederet contra curatores, ſine aliqua iudicis authoritate, ſed priuatim deputatos: nec inuidioſum eſſe debet ſi vel pendente prehenſione conſulatur vtilitati vaſalli, fortè verè contumacis, quia ſatis eſt eum carere vſu & poſſeſſione feudi, vt vult hic §. & contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis. *l. ſi ita ſtipulatio. D. de verb. obligat.*

* Suſpecti commiſſarij qui.

4. Inter ſuſpectos * autem commiſſarios maximè ſunt hi, qui circa hæc ius ceſſum prætendunt à domino, vt conſului & iudicatum fuit in hac ſpecie. Quidam ratione vxoris Dux vel Comes Stamparum vendidit cuidam ſuo procuratori pro quingentis aureis quæ recepit, omnia iura & commoda vaſallorum, ità vt poſt annum teneretur rationem reddere, & ea quæ vltra ſexcentos aureos exegiſſet, inter ſe & dominum diuidere: feudo aperto manus iniicitur, & ille procurator commiſſarius deputatur. Reſpondeo, quòd ad petitionem eorum quorum intereſt, remoueri debet non ſolùm ipſe, ſed etiam nominatim per eum vel colludentes cum eo. Et ita per ſententiam præfectorum theſauri regij dictum fuit, quòd colonus priſtinus deputaretur commiſſarius ad onus ſoluendi penſionem conductionis ſuæ tantùm, & benè, quia locatio rectè facta erat. Plus dico, quòd eo caſu dominus malè & inhoneſtè tractat vaſallos, ſubiiciendo illos tam vili redemptori: & ſi vellent vaſalli, iuſtè peterent ſe libèrari pro pretio. *l. per diuerſas, C. mandat.* Poteſt etiam procurator regius ſordidum hoc *κερδαλεον*, & quæſtum indignum & inſolitum impedire, maximè cùm iſti verè ſint vaſalli Regis. Comitatus enim ille de domanio eſt Coronæ, & cedens ille non habet niſi vſumfructum ratione vxoris ſuæ. Quare debet modeſtè vti, nec inſolenter abuti. Alioquin priuari poſſet vſufructu.

5. ¶ Et nota, quòd officium & poteſtas horum curatorum non tranſit ad hæredes, ſed morte extinguitur. text. in *l. cuius bonus, D. de cura. furio.* prout etiam maius vel vniuerſalius officium tutorum vel curatorum, quod morte tutoris vel curatoris expirat, §. *ſimili modo. inſtit. quib. mod. tut. vel cur. ſit. &* §. *ſeq.* vt etiam maxima vel media capitis diminutione finitur: durat autem quandiu viuunt, & perſeuerat prehenſio, nec poſſunt ſemel acceptatam commiſſionem repudiare, vel compellere patronum, aut alium ad quem ſpectat ad * ſe exonerandum, etiam ſi adducant alios idoneos & paratos hoc onus ſuſcipere. *l. ſicut, C. de actio. & obliga.* quod vltimum limito, ex ſuperueniente cauſa iuſta & neceſſaria: puta ſi longam infirmitatem, vel ſenectutem incurrat; tunc enim iuſtè & rationabiliter petit ſe exonerari rationem geſtorum offerendo, tum quum nequeat amplius commodè officium exercere, tum vt fideliùs rationes ſuas reddat & comprobet, & caueat ſecuritati ſuæ & hæredum ſuorum; plus poteſt dici, quòd ſi tempore commiſſionis veriſimile erat prehenſionem modico tempore (vt plerumque ſolet) duraturam, tandem litibus & inimicitiis fortè gliſcentibus inter patronum & clientem, vel propter perſonarum crebram mutationem, aut varios caſus res in longum protrahitur, nec ſit ſpes de proximo finituram prehenſionem, & commiſſarius iam diu plus quàm ſperaſſet in commiſſione fuit, & multum incommodatur; vt interpellatis patrono & cliente, vel eorum hæredibus, adhuc in eodem ſtatu rem relinquentibus & nolentibus conſentire mutationem curatoris, poſſit offerendo rationem, & aliqua reddere, & alios idoneos & paratos hoc onus ſuſcipere nominando, cauſa cognita per iudicem à commiſſione liberari. *arg. l. Lucius. D. mandat.*

* An curator poſſit exonerari.

6. ¶ Quòd autem dixi non tranſire ad hæredes, verum eſt mero iure, vtque hæres ipſo facto teneatur continuare. Sed dico primò, quòd eo ipſo quòd eſt hæres, tenetur de præterito, & ad id quod bona fides exigit de præſenti, videlicet vt denunciet domino commiſſionem morte finitam: ſeque non poſſe illam ſubire, ſed paratum aduſque rationem reddere ipſi domino, vel nouo commiſſario per eum deputando: & ſic interim tenetur de cuſtodia rationum defuncti & rerum ad hoc pertinentium. Et ſi omiſſa denunciatione maneat in adminiſtratione, cenſetur eo ipſo eidem commiſſioni ſe ſubiicere. *arg. l. qui impleto, D. locati.* Amplio, etiam ſi non maneat tanquam commiſſarius, ſed tanquam hæres, vt quia colonus vaſalli fuerat deputatus commiſſarius, tunc enim hæredes eius manens de facto in locatione, ſiue ad eum ipſo iure tranſierit, vt eſt de iure *l. viam veritatis. C. locati.* ſiue finitam tacitè reconducendo continuet, oneri eiuſdem commiſſionis ſeſe ſubiicit & alligat, niſi domino denunciet, vt de nouo commiſſario prouideat. Tenetur enim vt hæres denunciare, & non denunciando ſeſe alligat, & adhuc ſi denunciauerit, & eſt idoneus vt quis per ſe eandem locationem adminiſtrat. Poteſt inuitus cogi ad eandem commiſſionem expreſſim ſuſcipiendam, niſi iuſtam cauſam excuſationis habeat, & ſimul à locatione de facto, & interim diſcedat cedendo locum nouo commiſſario, eique vel domino de præterito rationes reddere.

7. ¶ Quod autem nuper dixi, hæredem teneri denunciare domino, vt prouideat intelligendum de hærede maiore viginti quinque annis, ſciente & præſente: ſecùs de minore, ſecùs de abſente, ſecùs de præſente, ſed iuſtam cauſam ignorantiæ ſemper habente.

¶ Quid ſi ſint plures hæredes, & vnus ſolus ſit maior, præſens & ſciens? Reſpond. Ille tenetur denunciare inſolidum, alias ex ſua culpa non proportione hæreditaria tantùm, ſed inſolidum ad damnum domini obligatur, nec habet recurſum contra cohæredes culpâ vacantes, ea enim quæ ſimplicis bonæ fidei ſunt, nec in diminutione patrimonij verſantur, obligant vnum plurium hæredum quem contingit inſolidum, vt nouè docui & probaui *in tract. diuidui & indiuidui part. 3. num. 6.* Quid ſi vnus ſolus plurium hæredum ſeſe huiuſmodi adminiſtrationi immiſcuerit? Reſpond. Is ſolus inſolidum domino tenetur pro futuro, cohæredes autem non tenentur niſi de præterito pro partibus ſuis, & etiam non poſſunt ab eo qui ſolus adminiſtrauit, petere communicari ſandalia vel commoda, ſi quæ ſint: quia non eſt ſimile de conductione conuentionali, quæ tranſit in hæredes. *l. viam veritatis. C. de locat.* & de huiuſmodi adminiſtratione, quæ etiam inuito imponitur, quæ mero iure non tranſit in hæredes, vt §. *ea. glo. nu. 5. in princ.* Multùm ergo delirat vulgus pragmaticorum, qui putant hæc officia in hæredes tranſire, ex eo quod ſæpè vſuuenit, hæredes ſiue voluntariè, ſiue errore, ſiue coactè adminiſtrationem continuare.

8. ¶ Vltimo quæro an * hi commiſſarij poſſint ineſtituras ſubuaſallorum, emphyteutarum, aut cenſuariorum feudi prehenſi renouare, prehendere, in fidem admittere, ſiue actus feudales & iura dominicalia exercere? Reſpond. quòd non: quia in caſu huius §. debent hæc vaſallo vero domino & poſſeſſori relinquere, niſi in caſu fallentiali, de quo *ſupra eo. glo. 3. num. 10.* ſed in caſu §. 1. *ſupra eo.* debetur domino ſuperiori, cuius nomine commiſſi ſunt denunciare, vel ad eum quo ad hæc remittere, niſi ſpeciale mandatum habeant. Hi enim actus non ſunt de eorum commiſſione & poteſtate, in qua venit ſolum cura rei quantùm ad eius cuſtodiam, culturam fructuum, & iurium pecuniariorum debitorum receptionem, & conſeruationem, & ſimilia quæ reſpiciunt opus œconomi, vel procuratoris; & eis congruere poſſunt. Vnde poſ-

* Commiſſarij nō poſſunt actus dominicales exercere.

sunt, & ad eos spectat, exigere & recipere releuamenta, laudimia, & alia pecuniaria iura, ratione mutationum, venditionum, vel inuestiturarum debita. Secus de actibus dominicalibus in se, qui non possunt geri nisi per dominum proprietarium, vel qui loco domini & proprietarij habetur, qualis superior patronus pendente prehensione feudi, vel tutor, aut curator generalis personæ & omnibus bonis datus, vt dictum est §. §. 1. vnde non posset patronus ista transferre. nec committere his curatoribus, nisi sicut posset vni procuratori, vt plenè in *d.* §. 1. *glo.* 3. *q.* 2.

9. ¶ Et sic patet, quòd si ipsemet vasallus, vel eius tutor, curator, aut generalis administrator in casu huius §. si commissionem hanc acceptasset patrono deputante, posset hos actus exercere non vt commissarius, sed vt ipse in qualitate priori, nisi in casu fallentiali, de quo §. *eo. glo.* 3. *nu.* 10. Sed in casu §. 1. §. *eo.* non posset hoc facere in præiudicium patroni, siue eius respectu, quia non transeunt in huiusmodi commissione: & hoc nisi patronus vteriùs procedendo constituisset eum procuratorem ad huiusmodi actus nomine patroni, tanquam domini superioris & feudalis exercendos. Tunc enim hoc nomine per eum facta valerent, etiam pendente prehensione, & contra patronum. Nec est insolens, ipsummet vasallum deputari commissarium, vt extraneum in prehensione quæ fit ex defectu hominis, vt quando prætendit conuentas fortè inducias durare, vel oblationes suas sufficientes esse, vel ab alio moneri, aut aliàs ad vitandum periculum maiorum damnorum & interesse. *fa.* §. *eod. glo. nu.* 4.

10. ¶ Cæterùm errant Pragmatici, qui prætextu nouæ constitutionis Francisci I post primam horum editionem factæ anno 1539. putant huiusmodi commissarios * teneri locare, & plus offerenti licitare, quia §. 82. 83. & 84. dictæ constitutionis, quamuis incipiant à signo vniuersali ibi, *Que tous les sequestres, commissaires, & depositaires, &c.* id est, omnes sequestri, cõmissarij & depositarij: tamen ex præcedentibus & sequentibus apparet, quòd non loquitur de commissariis vel curatoribus prehensionum huiusmodi patrimonialium, siue feudalium, siue censualium, quæ fiunt à domino directo in vim iurisdictionis fundiariæ, de qua §. §. 1. *gl.* 1. *nu.* etiam si iudicis vel etiam regis confortantis manum superimponet, sed * tantum de commissariis, qui fiũt in vim iurisdictionis contentiosæ ad instantiam creditorum vel prætendentium dominium, possessionem vel diuisionem, secus in istis prehensionibus patrimonialibus, in quibus dominus directus non possidet nisi secundum quid, vt §. §. 1. *glo.* 4. *num.* 22. nec dicitur propriè res sequestrari, vt ibi dixi *num.* 19.

* Locare an debeat hi commissarij.

* Commissariorum differentia.

EPITOME GLO. V.

1. Fructus separati per feudarium in casu huius §. vel per creditores possidentem fiunt vasalli.
2. Etiam iure pleni directi dominij.
3. Tamen possessor ille perituros vendere potest.
4. Et vetus possessor possidere videtur & conseruatur.

GLO. V. IN VER.

Ne fait les fruicts siens.

INTELLIGÒ quòd non faciat fructus suos, nedum respectu lucri (vtpote restituendos) sed etiam neq; respectu simplicis acquisitionis dominij: ita quòd patronus non efficitur aliquo modo dominus fructuum, qui pendente huiusmodi prehensione separantur à feudo, sed remanent in pleno dominio vasalli, siue casu fortuito, siue facto hominis per ipsum patronum vel suos, vel per commissarios deputatos, vel quemuis extraneum quomodocunque separentur à solo, quemadmodum habetur in fructibus fundi hypothecati à creditore possessi. Et quamuis vasallus non habeat in feudo, & fructibus pendentibus in eo, nisi vtile dominium, directum autem notissimè resideat penes patronum: *vt* §. *in rub. ad fin.*

2. ¶ Tamen statim quòd quocunque modo separantur à solo, habet in eis plenum dominium directum & vtile, etiam in casu nostri §. Ratio, quia licèt quandiu pendent, sint pars fundi, & eodem iure necessariò censeantur, tamen statim quòd sunt quouismodò separati, sunt proprietas separata, inquit Bald. in *l. quæ in ecclesiarum, colum.* 4. *vers. sed statim quæritur de constit.* & plenè diximus §. §. 1. *glo.* 1. *q.* 13. *nu.* 17.

3. ¶ Quandiu tamen durat hæc prehensio iustè & verè possidentur vnà cum feudo à patrono, vel suis, aut commissariis existentibus in possessione nomine patroni, à quibus non potest clients vendicare, nec ab habentibus causam ab eis, quum non minus possit patronus aut sui commissarij * vendere hos fructus, saltem perituros, & dominium transferre ad onus rationis reddendæ, quàm hypothecarius creditor, aut sequester & similis, *l. fin. C. de requi. reis.* & quod in fortuitis terminis decidit Paul in *l. si pretium, C. de procurato.*

* Commissarii fructus vendere possunt.

4. ¶ Et hic text. subtiliter perpendendo, habet locum nedum in fructibus pecuniariis siue naturalibus siue ciuilibus, sed etiam in fructibus honorificis, vt sunt dominicalia, quæ quamuis (casu quo feudum non habet alia iura) patronus interim exerceat, percipiat, & consummat irreuocabiliter, vt diximus §. *eo. glo.* 1. *q.* 2. Tamen propriè ea non lucratur, nec sua facit, quia exerceat ad conseruationem iurium feudi prehensi, & ad vtilitatem clientis, cui illud factum attribuitur, vt dictum est in *d.* §. 2. *num.* 12.

Digitized by Google

SVMMARIVM GLO. VI.

1. *Curator etiam certæ singulari rei datur, sed loco personæ.* 2.
3. ¶ *Q.* 1. *Cõmissarij inuiti deputari non possunt.*
4. *Fallit propter necessitatem.*
5. *Non tamen potest quis cogi ad suscipiendum hoc officium per statorem, sed demum per iudicem, & causa cognita.*
6. *Missus executor de quibus possit cognoscere.*
7. *Meri executoris potestas augetur in casu magnæ necessitatis.*
8. *Etiam aliàs incompetens iudex procedere potest, vbi periculum est in mora.*
Quatenus & quandiu subest necessitas, dispositio iuris remittitur vel suspenditur, sed non in totum tollitur.
9. *Ad mandatũ principis interim cogitur inuitus.*
10. *Tum demum cura est munus publicum & necessarium, quando datur personæ ad eius legitimationem.*
11. *An curator ad lites vel litem detur inuitus?*
12. *Concluditur quòd sic.*
13. 14. ¶ *Q.* 2. *An curatores particulares vel cõmissarij teneantur facere inuentarium?*
15. ¶ *Q.* 3. *Rationum redditio duo complectitur, secundùm Callistrat. & Vlpia. Et quatuor secundùm Bal.*
16. *Omnis administrator tenetur librum rationum conficere, & rationem reddere.*
17. *Rationes debent omnia recepta & impensa clarè & sigillatim complecti.*
18. *Rationum duo principalia capitula.*
19. *A cõsanguineis non exigitur scrupulosa ratio.*
20. *Quando constat de opere facto, fit æstimatio, licèt rationarius non possit impensam minutatim declarare.*
21. *Analogistes solùm à leui culpa, & scrupulosa inquisitione relenatur.*
22. 23. *Rationarius verificare debet contenta in rationario.*
24. 25. *Statur rationibus in recepto contra rationarium, & tamen non statur pro eo in impensa etiam circa idem negotium. Quamuis secus sit in libro rationum mercatoris.*
26. *Vnus notabilis articulus rationum non iustificatur ex veritate aliorum.*
27. *Modicæ impensæ iuramento probantur.*
28. *Et hoc dummodò specificentur.*
29. *Et sint verisimiles & rationabiles.*
Statutum quòd stetur iuramento alicuius, nõ habet locum si sit præsumptio in oppositum.
30. 31. *Præsumitur opus factum ab eo, & cuius impensa, qui tenebatur facere.*
32. 33. *A consanguineis non tam exacta impensarum probatio exigitur.*
34. *Contra eum qui non fecit, vel non exhibet librum rationum iuratur in litem.*
35. *Idem in proferente obscurum & intricatum librum rationum.*
36. ¶ *Q.* 4. *Plures commissarij tenentur insolidum.*
37. *Quod verum est in deputatis authoritate iudicis secùs regulariter in deputatis à priuato.*
38. *Formula procedendi aduersus commissarios, vel alios rationarios.*
39. ¶ *Q.* 4. *Triplici viâ succurritur ei, qui ex pluribus solus conuenitur.*

GLO. VI. IN VER.

Rendre compte.

CIRCA commissarios, de quibus in hoc §. & alibi sæpè, vt plenius rem hanc quotidianam attingamus, non repetendo dicta in præcedentibus.

* Commissarij qui. 1. ¶ Hi* intelliguntur quibus iudicis vel superioris authoritate committitur aliqua res, siue vniuersalis, vt hæreditas: siue generaliter plures res, vt mobilia & actiones Titij, vel mobilia talis castri, vel domus: siue certa res singularis, vt equus, vel fundus; ad eam rem, vel res, sub manu iustitiæ fideliter, prouidè, & diligenter regendum & custodiendum, administrandum, & rationes, quando & quibus opus erit reddendum. Hos curatores vocare possumus, non propriè, vt diximus ff. *eo. glo. 4. in prin.* sed prout in iure curator vocatur cõmissus nedum rei vniuersali, *vt D. de cura. bo. dan.* sed etiam certæ singulari rei vt in authen. *vt liceat matri cum filio. §. 1. collo. 6.* not. glo. in *l. fin. §. fin autem, 2. in ver. hæreditati.* & ibi Bald. Ioan. Fab. Salic. & Paul. *C. de bon. quæ lib.* Aduerte tamen quòd text. *in d. §. 1.* loquitur de curatore dato ad legitimationem personæ minoris viginti quinque annis, cui aliàs non poterat dari iustus & generalis curator, quum esset filius familias, & in patris potestate. At in præsenti non loquimur de curatoribus datis propter illegitimitatem personæ, sed propter possessionem, saltem detentionem & administrationem certæ rei vel rerum, iudicis vel superioris authoritate ablatam priori possessori. Et hi propriè non sunt nec vocantur curatores, sed meri & nudi commissarij, vt contingit quando res debitorum, siue mobiles, siue immobiles, pignorantur per executionem guarentigiæ, vel rei iudicatæ, vel quando res controuersæ sequestrantur, vel quando feuda per prehensionem feudalem ad manum patroni reducũntur.

2. ¶ In quo vltimo est speciale, quòd prehensio & commissariorum appositio, solius patroni mandato fieri potest, etiam si aliàs sit merus priuatus, quia quantùm ad hos actus feudales & dominicos censetur superior, & habere in hoc quoddam vestigium iurisdictionis feudalis, siue prædialis, in res clientelarias, siue feudales, siue censuales no. tamen non parùm refert sola priuata authoritate rem prehendi & commissariis subiici, vel authoritate iudicis, siue præsidialis, siue ipsius domini habentis iurisdictionem contentiosam in loco: quia primo casu non opus est scripturam (vtpote priuatam) arguere solenniter de falso, cum inscriptione. Sat est eam negare, vt de testamento facto coram quatuor testibus, *vt dicemus infra §.* Secundo verò casu per constitutiones, fides adhibetur commissioni & relationi seruientis publici, nisi redarguens falsi sese de falso inscribat. In quo etiam onere probandi grauantur.

3. ¶ QVÆRO primò, an possint etiam* inuiti constitui vel compelli ad suscipiendam huiusmodi curam? Et intelligo quando fit compulsio à superiore

* An cõmissarij inuiti deputari possint

habente in eos iurisdictionem, vel eius authoritate & mandato. *l. neque à præside, C. qui dare tuto. vel cur a.* alioquin si fieret deputatio per patronum iurisdictione, carentem, certissimum est quòd neminem posset ad hoc oneris adigere. Et dicendum est pro regula, quòd inuiti etiam à suo iudice non debent assumi, nec compelli, sed voluntarij quærendi sunt. *text. est in l. 2. §. quæritur. D. de cur. bon. dan. Bald. Salic. in l. tutor. C. de negot. gest. Et not. Bald. in l. fi. §. sed & si quis, col. 3. per text. ibi in ver. noluerit. C. commun. de legat.* quòd cõmissarius non tenetur acceptare cõmissariam. Hinc etiã decidit Bart. *in l. litibus. ad fi. C. de agric. & censit. lib.* 11. quòd officium sequestri est voluntarium, & non necessarium, per text. *in l. fin. §. fin. autem, in fi. C. de bo. auct. iudi. possid.* qui parum facit, quia tantùm prohibet cimiliarchos, seu alios dispositarios, vel sequestros aliquod detrimentum vel dispendium substinere: non autem prohibet inuitos constitui, sed hoc satis cauetur *in d. §. quæritur.* & idem cum Bar. tenent Angel. Paul. Iaſ. in *l. si fideiussor. §. si satis datum. col. 1. D. qui satisd. cogan.* Fran. Curt. in *tract. de sequest. q. 2.* Fortius idem tenet Bal. in curatoribus minorum in *l. sed & si milites. §. qui autem, D. de excus. tutor. per text. in §. item inuiti. Instit. de curator. qui non probat.* Nec hoc vltimum verum est, & contrarium obseruatur, vt dicam *j. tit. 8. in rubr.* 4. ¶ Fallit primò ex necessitate, vt quia res sunt in periculo, & non potest aliter commodè prouideri, quàm per deputationem curatoris, & nullus voluntarius inueniatur, tunc enim cogitur etiam inuitus tex. est in *d. §. quæritur. & ibi gl. & Angel.* Idem puto nedum propter necessitatem, sed etiam propter commoditatem, vt si non sit idoneior quàm Titius, qui est vicinus, qui habet notitiam rei prehensę, & pertinentiarum eius, & peritiam gubernãdi, nec habet aliquam rationabilem excusationem, puta quòd sit consanguineus vel affinis illius contra quem proceditur, vel multis litibus aut tutelis, aut aliis negotiis valde implicatus. Tunc enim, licèt perquirendo fortè possent alij voluntarij idonei, sed non æquè reperiri, puto commoditatem administrationis, cũ cessatione alterius incommoditatis Titij, esse causam sufficientem, vt iudex ex officio possit, si velit, & vlterius de aliis inquirere grauatur, deputare Titium etiam inuitum, ad huiusmodi curam: sic tamen vt ponat solùm operam, & non impensam aliquam de suo. & ita videtur sentire Bald. in *l. 1. in fin. D. vbi pupil. edu. deb. seq.* Fran. Curt. in *d. tract. de sequest. q. 2.*

5. ¶ Et intelligo * posse inuitum cogi demum à iudice, & causâ cognitâ. Et ideo apparitor siue officialis iudicis habens commissionem ad exequendum, prehendendũ; & commissarios deputandum, non posset inuitos deputare, etiam si nullos voluntarios inueniret: sed debet opponẽtes vel recusantes ad diem certam euocare, coram iudice dicturos causas oppositionis & recusationis, & compellendos ad commissionem suscipiendam. Et hoc quia compellere inuitum & iurisdictionis contentiosæ, & requirit causæ cognitionem: cùm is qui compellitur inuitus, possit habere plures iustas causas, propter quas debeat excusari, & alius deputari. quæcunq; autem causæ cognitionem desiderãt, expediri non possunt per simplicem apparitorem, siue merum* executorem, qui aliàs dicatur executor facti, & nullam habet iurisdictionem. Bald. & alij in *l. & si non cognito, C. contra ius vel vtil. publ.* omnis enim etiam summaria & modica causæ cognitio eis est * interdicta tam per constitutiones regias, aresta supremæ curiæ, quàm de iure cõmuni *l. si vt proponis §. executorem, C. de exec. rei iudica. c. pastoralis. §. quia verò. de offi. & potest. iud. deleg.* 6. ¶ Secùs in executore * misto, qui est iudex delegatus. *Cle. vnic. de offi. & potest. iud. deleg.* & habet summariam causæ cognitionem & iurisdictionem. vnde executio mista nõ debet nec solet committi nisi iudici perito, vt vni ex consiliariis supremæ curiæ, in causis magnis & arduis eiusdem curiæ, vel iudici regio loci, seu proximiori, aut suo locum tenenti. Et talis executor potest partibus vocatis & auditis, cognoscere & pronunciare de exceptionibus quæ respiciunt executionem, & non infringũt sententiam. text. in *l. penu. t. D. de confess.* & sic poterit audire causas excusationis curatoris deputandi, & de earum legitimitate & veritate cognoscere, & absoluere ad hoc onere, vel illud imponere etiam inuito, & compellere de facto ad illud suscipiendum & exercendum, nisi appelletur: de exceptionibus autem concernentibus merita causæ principalis, & retractationem sententiæ, siue per viam falsitatis, nullitatis, aut aliam quouismodo præponantur, non potest cognoscere, nec pronunciare, sed ad superiorem delegantem remittere. text. in *d. l. fi. l. si prætor, in prin. D. de iudi.* & quamuis Bar. ibi, & in *l. à diuo Pio, in prin.* & fere omnes post eum. Panor. & omnes canon. *in c. de cætero, de re iudic.* Steph. Auffr. *in addit. q. Tholosa.* 345. teneant quòd possit cognoscere, sed non pronunciare: *per d. l. si prætor. in prin. & d. l. in fin.* tamen illi textus potiùs probant oppositum, quod nec cognoscere possit, & videtur de iure verius, & ita apud nos obseruatur. 7. ¶ Quod autem dixi de mero executore, vt non possit inuitum deputare. limito, nisi deputatio curatoris esset magnæ * necessitatis, & non posset pati dilationem, & ageretur de periculo magnæ rei, tunc enim necessitati parẽdum est, quantùm saluo iuris ordine fieri potest: ideo quòd etiã merus executor facti, poterit si nullum idoneum voluntarium reperiat, deputare & constituere inuitum vel inuitos eisq; hoc onus imponere, propter præsentem necessitatem, & donec aliter per superiorem prouisum fuerit, & super hoc diem eis dicere cõram superiore, præcipiendo eis authoritate superioris, vt interim administrent. Probatur arg. *l. 1. D. de offi. consul.* vbi necessitas facit, quòd efficaciter iurisdictio & potestas competat non habenti, vel habenti litigatam. *l. ait prætor. §. debitorem, D. quæ in fraud. credi.* vbi propter necessitatem & moræ periculum licitum est priuato capere debitorem fugientem, vel fugam adornantem, etiam die feriatâ ad honorem Dei *gl. 1. in l. fi. C. de feriis.* etiam si feriæ sunt solennissimæ, puta Natiuitatis, vel Paschæ Domini Bal. *c. fi. col vlt. de feriis.* vide, ne remorer, Hyppolit. de Marsil. in *sing.* 43. 282. & 639. 8. ¶ Hinc consuluit Petr Anchara. *cons.* 192. *in auxilium veritatis.* quòd * captus & de fuga suspectus, nunquã ad inualidandã capturã potest opponere exceptionẽ incõpetentiæ iudicis. *seq.* Ludo. Rom. *cons.* 241. *vnum est.* Alex. Iaſ. in *l. de pupillo. §. si binos. D. de oper. non. nunci. & in l. 2. D. de iurisd. omn. iud. &* ibi Socin. *col. fin.* Alex. in *cons.* 205. *ad fin* vbi in annot. tetigi, *lib. 6.* Alcia. in cap. *cùm non ab homine. nu. 73. de iud.* Et quãuis Franc. Areti. *in cons. 95. respondeo.* reprehendat opinionẽ Ancha. & distinguat, an captus habeat bona sufficiẽtia in loco domicilij, vel alio idoneo, vt tunc non potuerit etiã in actu fugę capi, ab incõpetenti, aliàs sic, eamque distinctionẽ sequatur Phil. Deci. in *d. l. 2. col. 1.* Tamen veritas est, quod quando est in actu fugæ, vel est pẽriculũ instantis fugæ, aliud non requiritur, & valeat captura à quocunq; facta. Et sufficit eam ex probationibus postea factis iustificari, vt tradit Angel. in *l. nemo careret. de exact. trib. lib. 10.* C. & latè Maria. Socin. in *tract. de cita. artic. 20. q. 24.* Ioan. Bapt. in *tract. de debi. fugi. in 6. q. prin. seq.* Phil Deci. in *cons 75.* & *sic Anchar.* non meruit reprehendi. fac. quod vult. Bart. in *l. 1. in prin. col. 2. verſ. vnum tamen scias*, D. *de offic. eius cui manda. est iurisd.* & ibi Iaſ. pol. alios *col. 19. nu. 70.* quòd delegatus, qui aliàs non habet potestatem, potest ratione necessitatis & periculi imminentis, punire insignem latronem vltimo supplicio, *per l. si quis filio exhæredato. §. hi autem* D *de iniusto rup. testa.* & latè Hyppo. de Marsi. in *l. pen. D. ad l. Cor. de sica.* & in sua criminali, Auerol. in *ver constante.* Facit quod vbi * periculũ est in mora, recedit à regulis iuris communis, & remittitur iuris dispositio etiam prohibitiua, vt tradunt Alex. Iaſ. & omnes in *d. l. de pupillo. §. si quis vinos,*

* Necessitas quasi multa permittit.

* Iudicis incompetentia non attenditur, vbi periculum est in mora.

* Propter pericula & necessitatẽ dispositio iuris remittitur.

* Curator nõ potest cogi inuitus, nisi à iudice, & causâ cognitâ.

* Merus executor quis, & an habeat iurisdictionem.

* Nisi necessitas accidat. vide nu. 7. infra.

* Mistus executor.

& in d. l. 1. & ibi Deci. *col.* 19. *D. de offi. eius cui mandat. eſt iuriſd.* quod intelligo quatenus, & quandiu ſubſunt & durant neceſſitas & periculum. *cap. quod pro neceſſitate.* 1. *q.* 1. tradit Deci. in *d. l.* 1. *col.* 7. & in *c. cum ceſſante. de appellat. in l. quæ propter. D. de reg. iur.* & optimè fa. tex. in *l. caſus.* & ibi Bal. Sali in 1. *nota. C. de teſta.* vbi propter neceſſitatem diſpoſitio iuris interdum ſuſpenditur, ſed non in totum tollitur.

9. ¶ Fallit ſecundò ad mandatum vel præceptum ſpeciale ſupremi principis, cui omnes ſubditi obedire tenentur. cap. 2. de maiori & obed. & detrectans grauiter delinquit, & qualiter debeat puniri contemptor vel inobediens mandati regis, vide eleganter per Bal. in *conſ.* 367. *venerabilis in Chriſto pater. col.* 2. *lib.* 3. Tenebitur itaq; etiam inuitus hoc caſu eſſe volens, & ſuſcipere cõmiſſionem ſi imponatur, ſcilicet quãdo ſpecialiter eſt nominatus in cõmiſſione principis, quia hoc ſine cauſa factum non fuit. Sed ſi ſe minùs idoneum, vel impotentem, aut alia neceſſitate præpeditũ ſentiat, debet reuerenter notificare & ſupplicare principi pro exoneratione ſua. Tũmque princeps qui eſt iuſtitiæ vigor, *l. prohibitum. in fi. de iure fiſci. lib.* 10. C. & ipſa iuſtitia, & lex animata, *in auth. de conſu. ad fi. coll.* 4. non patietur quẽquam ſupra vires onerari. Sed ſi non eſt nominatus in commiſſione principis, locus eſt diſpoſitioni iuris communis. Cui etiam iudices delegati principis ſubiiciunt, & multò magis ſimplices & adhuc forſuàs fortuiti executores. Et hæc dicta intelligantur de commiſſariis ſeu curatoribus aut gubernatoribus, quocunque nomine vocantur, appoſitis rebus tantùm ad earum cuſtodiam & adminiſtrationem, de quibus loquimur.

10. ¶ * Secus de his qui dantur perſonis ſeu rebus, puta cauſæ, ſed ad legitimationem & integrationem perſonarum, quæ propter ætatis defectum, vel aliam incapacitatem, non habent legitimam perſonam in iudicio, vel extra vt ſunt tutores & curatores, ſtrictè capto vocabulo qui pupillis, adultis, prodigis, aut furioſis dantur. Hic enim cùm publico munere fungantur, etiam inuiti, niſi habeant excuſationem legitimam, conſtituuntur, textus *Inſti. de excuſa. tuto. vel cura. rub* & per tot. *l.* 1. *& in prin.* ibi. *nam & tutelam & curam placuit publicum munus eſſe. l.* 2. *in prin. l. ſatis oportet. in princip. l. Caius D de excuſ. tu. &* C. *eo. titu. in rubr.* & per *to. l.* 1. & per to. C. *ſi tu. vel cura fal. excuſa. l. tulori.* C. *de neg. geſt. & bon.* text. in *l. fin. in princ.* C. *de admin tuto. & cura.* vbi ſatis probatur tum demũ curam eſſe munus publicum & neceſſarium. quum datur perſonis, vel propter perſonarum imbecillitatem, vel incapacitatem. Secùs ſi propter aliam cauſam committatur cura rerum tantum, vt in præcedentibus, tunc enim eſt officium priuatum, & per ſe voluntarium. Ratio, quia perſonæ neceſſitas maiori indiget prouiſione & ſubuentione.

* Quando cura ſit munus publicum.

11. ¶ Sed quid in * curatore dato fortè adulto actori vel reo ad lites, vel ad litem? doctores controuertunt. Bald. Sali. Alex. in *d. l. tutori. col.* 1. Ang. Areti. *Inſtit. de curato. in prin. col. fi. ver. quid è contra.* tenent non dari inuitum: *per l. qui habet. §. ſi pupillus. d. de tutel.* vbi dicitur talem curatorem neminẽ dari poſſe niſi præſentẽ; ex quo innuitur quòd nonniſi volens, & acceptans dari poteſt, alioquin fruſtra requireretur eius præſentia: quia qui inuitus deputari poteſt, eius præſentia, non curatur, tunc enim etiam abſens deputatur. *l. illud. D. de tuto. & curato. datis ab hoſ.* Ille tamen text. loquitur ſolum de curatore ad certam litem, non autem de curatore generali ad lites: ideo non benè infertur ſimpliciter etiam ad generalem curatorem ad lites: neque enim deſunt qui ſtatuant differentiam inter curatorem generalem ad lites, & curatorem ſpecialem ad certam litem, vt Albert. in *rub. circa medium.* C. *de in lit. dan. tutor vel curato.* quæ differentia mihi non placet, quantùm ad id de quo agitur, vt ſtatim dicam. pro hac ſententia optime facit tex. quem non allegant, in aut. *vt liceat matri & auiæ. in prin. v. ſi vero forſan. collat.* 8. vbi loquitur de gubernatore ſiue curatore dando certæ rei filij fam. minoris, & clarè innuit ille tex. nolentem non committi. Et ſic videtur quòd iura de coactione tutorum vel curatorum, intelligantur prout etiam loquuntur, de tutoribus vel curatoribus generalibus ſiue vniuerſalibus tantùm. & non de curatore ſpeciali ad rem certam. Et ſic nec de curatore ad lites tantùm, vel ſaltem ad vnam certam litem tantùm, quoniam in defectu iſtorum non eſt tantum periculum, ſicut in defectu generalis adminiſtrationis, vnde dicta iura non debent ad iſtos extendi, vt punctualiter decidit Aret. *conſi.* 29. *diligenter & maturè. col.* 3. *verſi. præterea ſicut.*

12. ¶ Contrariam ſententiam tenet Alber. poſt Oldr. in *d. rub. & eſt conſ.* Oldr. 59. *vertitur in dubium. in fin.* Idem tenet Spec. in *trac. de curatori. §. cum autem. verſi. ſed nunquid inuitus.* & ibi Ioan. And. in *addi. in ver. ſpecialem*, cum quo tranſit Angel. in *d. l.* 2. *§. quæritur. D. de cura. bon. dan.* firmat Ioan. Fab. in *§. item inuiti. Inſti. de curator.* Bal. in *d. §. ſi pupillus.* ita ſentit. Bar. in *l. eundem. q.* 6. *ver. ſecundo caſu. D. de duobus reis.* ¶ Et hanc puto de iure veriorem, & procedere, ſiue ſit curator generalis ad omnes lites, ſiue ſingularis ad vnam certam litem tantum, ſiue etiam ad certũ actum vel contractum tantum, vt in *l. non tantum C. de tuto. & cura. dat. ab his.* Nec in hoc facio differentiã quantum ad hunc articulum: tum quia in vtroq; agitur de neceſſitate & ſubuentione perſonæ & eius legitimatione, tum quia text. eſt apertus in *l. munerum. §. defenſores. D. de muner. & bono.* defenſionẽ certæ cauſæ agendæ vel defendendæ, æquè eſſe munus publicũ, perſonale & neceſſarium, ac defenſio generalis, quæ committitur ſyndico. * Ad hoc ergo vt cura ſit munus publicũ & neceſſarium, ſufficit quod detur ad legitimationem ſiue integrationem perſonæ. Non obſtat caſus in *dict. §. ſi pupillus*, quia clarè reſpondeo, non fruſtra ibi deſiderari præſentiam deputandi curatoris, non tamen deſideratur propter intereſſe futuri curatoris, nec ad hoc vt conſentiat, ſed propter iuramentum à curatore præſtandum, & propter intereſſe pupilli, & cauſæ iam actu motæ, egentis actuali & præſenti defenſore, qui ſtatim poſſit inſtrui, & ſtatim agere vel defendere, quæ non poſſunt fieri nec obtineri ab abſente. Ad d. verſ. *ſi vero forſan.* reſpondeo, quòd non concludit nec probat, ideo debet intelligi ſecundùm alia iura. Et ita quotidie in iudicio practicatur, cùm fortè obiicitur minoritas adulti agentis vel defendentis, ſtatim iudex ex officio ſolet procuratorem vel aduocatum illius deputare curatorem in litem, & iuramentum fideliter & diligenter adminiſtrandi exigere. & ita facilitèr & promptè ſolet fieri in talibus aduocatis vel procuratoribus iam inſtructis de illa lite, & quorum eſt officium talia gerere: Si enim ageretur de extraneo quopiam dando curatore ad lites vel ad litem, puto quòd non ita celeriter procederetur, ſed ſaltem excuſanti deberet dari breuis terminus, ad videndum & allegandum ſi quas haberet rationabiles excuſationes. Quamuis enim admittam huiuſmodi curatores, etiam particulares, qui ad ſupplendam illegitimitatem perſonæ dantur, etiam inuitis dari poſſe, non tamen id ita procliue eſt, ac ſi de generali curatore ageretur, in quo verſatur maior neceſſitas, & maius periculum, & ſic cautius & aſtrictius agendum in eo deputando quàm in particulari.

* Omnis cura quæ datur ad legitimationẽ perſonæ eſt munus publicum.

* An curator ad lites, vel ad litem detur inuitus.

13. ¶ SECVNDO quæro, an * teneantur facere inuentariũ? Reſp. non, in caſu noſtri §. vbi deputantur ad certã rem vel certas res immobiles. Idem in his qui deputantur ad certã vel certas res mobiles, vt per Spec. in *tit. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua. ver.* 46. Idem de * curatore ad litẽ, vel etiã generaliter ad lites, cùm talis nihil recipiat, nec ei ſolui poſſit *l. hoc iure. D. de ſolu.* Specul. in *tit. actio. ab vniuer. ſeu tu. vel cura. conſtit. numer.* 9 & ibi Io. And. in *addi. gloſſ. in l. de creationibus. in verſic. conſcripto.* & ibi Pet. Cy. Alb. Io. Fab. Sali.

* Commiſſarius inuentarium verũ facere teneatur.

* Curator ad litem non tenetur facere inuentarium.

oogle

C. de epiſc. audi. Bar. in *l. tutor. qui repertorium col.* 1. *D. de admin. tutor. in l. & ſi ad ſpecies. D. rem pupill. fal. fo.* Alber. Bar. in *l.* 1. *D. de cura. bo. dan.* Bald. in *l. qui habet. §. ſi pupillus. D. de tutel. prae.* Papi. in *lib. ad red. rat. tu. in ver. & curatores. col.* 1. idem de conſtituto ad authorandum diuiſioni, vel alij actui; quia ex quo hi non habent adminiſtrationem, nec detentionem bonorum, nec ſe intromittunt niſi de actu verbi, non tenentur facere inuentarium, & ita ſeruatur ſecundum Bal. in *conſil.* 146. *premiſſis. col.* 2. *lib.* 2. *ſu. l. ad protegendam. C. de in lit. dan. tu.*

14. Secus in his qui deputantur ad cuſtodiam plurium rerum quæ occultari poſſent, vt puta omnium mobilium Titij, vel mobilium talis domus, quia nedum tutores & curatores vniuerſales, hoſpitalarij, orphanotrophi, & ſimiles publicum gerentes officium, tenentur confi- B cere inuentarium: *d. l. tutor. qui repertorium. l. orphanotrophos. C. de epiſc. & cler. cap. contigit. §. vt autem. de religio. domib.* ſed etiam merè priuatum gerentes officiũ, qui licet ad hoc non teneantur ex forma officij, tenentur tamen pro ratione reddenda, ſaltem deſcriptionem quaſi inuentarium facere, vt eſt text. in *l. ſi. in princ. D. de bo. auth. iudi. poſſid.* Et tradit Bal. in *auth. ſed cum teſtator. in ſi. C. ad leg. falcid.* & ita debet intelligi & modificari quod indiſtinctè voluit Bald. in *conſi. 137. quædam vidua in fin. li.* 5. vbi dicit quòd omnis adminiſtrator, vel negotiorum geſtor, tenetur facere inuentarium, & quòd caput rationum eſt inuentarium. *l. cum ſeruus. l. cum tali in prin. D. de condit. & demon.* quoniam ſine illo non poteſt confici nec verificari primum & principale caput libri rationum, quod C eſt de receptis. Gemi. in *cap. generali. col.* 2 *de elect. in* 6.

15. ¶ TERTIO quæro, quid importent hæc verba in text. *rendre* compte*, id eſt, reddere rationem? Bald. in *l. cum teſtamento. C. de manumiſſ. teſta.* quem ſequen. Iaſo. *conſi.* 4. *col.* 2. *lib.* 3. *& conſilio* 100. *lib.* 4. dicit contineri quatuor, ſcilicet codices edi, calculum poni, reliqua reddi, culpam purgari ſolutione eius quod debetur, *vt D. de condi. & de l. cum ſeruus. D. de fidei. liber. l. ſi pure. §. ſi. l. ſi pater. §. ſiſticho.* mihi magis arridet doctrina iuriſcon. in d. ll. *maximè in l. cum ſeruus, & l. qui ſub conditione. eo. tit. l. ſi ſtatu libera. §. ſi. D. de ſtatu libe. l. ſi ita fuerit. 1. §. quæſtio hæc. D. de manu. teſta.* quòd duo tantum complectatur, primum in facto, videlicet rationum volumina, cautiones, D inſtrumentáque actus ſui exhibere & tradere, & rationes legendas, percontandas & diſpongendas atque excutiendas offerre. Secundum in dando, videlicet reliqua ſolnere: Vt clarius breuius & reſolutius habeatur hæc vtilis materia, facio quatuor concluſiones.

* Rationum redditio quæ cõplectitur.

16. ¶ Prima, Omnis* adminiſtrator tenetur fidelitet & diligenter librum rationum conficere, rationem reddere, & reliqua ſi qua ſint ſolnere. patet in tutore vel protutore. *l.* 1. *§. officio. §. de rationibus. D. de tutel. & ratio. diſtrah.* in curatore *l. aduerſus. l. rationes. C. de admin. tuto.* in hoſpitalario vel orphanotrophio. *l. orphanotrophi.* 1. *C. de epiſco. & cleri. cle.* 2. *§. vt autem de religio. do.* in executore teſtamenti. *l. nulli. C. de epiſc. & cleri. c. tua nobis. c. Ioannes. de teſta.* in procuratore ſiue ad lites, ſiue ad negotia. *l. qui proprio.* E *§. procurator. D. de procura.* Siue in ſimplici negotiorum geſtore. *text. in l.* 2. *D. de nego. geſt.* Et generaliter ſiue neceſſarius, ſiue voluntarius, ſiue à lege, ſiue à iudice, teſtatore, vel parte priuata commiſſus, ſiue ſine vllo mandato & commiſſione adminiſtrauerit, ad hæc tenetur, vt tenent Iacob. de Aret. Nico. de Neapo. in *d. §. officio.* Bart. in *d. l.* 2. Bald in *d. conſil.* 137. *lib.* 5. Ludouic. Roman. *conſil.* 414. quo ad primum in prin. latè Soci. *conſil.* 46. *cum in præſenti. lib.* 1. quod eſt duplicatum in *conſil.* 213. *lib.* 2. idem Soci. *conſi.* 73. *circa primam lib.* 1. *conſil.* 159. *in præſenti conſ.* 190. *memini. lib.* 2. Decius. in *c. ſi quando colum.* 2. *de reſcript.* & conſ. 192. *conſil.* 174. Iaſ. *conſil.* 111. *colum.* 1.

* Rationem fidelem reddere compellitur omnis alienæ rei adminiſtrator.

lib. 1. Steph. Bertrand. *conſil.* 136. *non eſt dubium. col.* 1. *lib.* 1. Andr. Alciat. *l. in ſi. C. de eden.* Et hæc loca adduxi non ad confirmandam rem indubitatam: ſed vt illis qui in ampliſſimis & vberrimis tractatibus materiæ effundi delectantur, eximia quædam inſigniora loca (interim dum propero) velut digito oſtendam: quod eſt mihi frequens in hoc opere: hanc concluſionem intelligo in adminiſtratore vniuerſali vel generali plurium rerum, vel etiam vnius rei, quæ tamen redditus vel impenſas habet. Secus ſi vtroque careat, tunc enim inuentario, nec libro rationum, nec calculo opus eſt. Idem ſi fortè vtilius erat, vel omnino expediebat ei cuius res adminiſtratur, nec inuentarium, nec rationum libros confici. per *l.* 2. *§. tractari. D. ad Tertul.* Bar. in *l. tutor. qui repertorium. col.* 3. *nu.* 16. D. *de admi. tuto.* & quo. no. Ludou. Rom. in *ſing.* 104. *incip. ſecundò quæro.* Hippol. de Mar. *not.* 302 *mater.*

17. ¶ Secunda concluſio. In libris rationum, debent omnia ſigillatim, clarè & explicatè deſcribi, & exprimi tam in receptis quàm in impenſis, & in capitulis ab eis dependentibus: ad hoc enim edi & legi debet ratio, vt fiat per ſingula particularis percontatio & computatio: vt explicari poſſit computationes probè an improbè referantur, accepta rectè relata, an non rectè, vt inquit text. in *l. cum ſeruus, D. de conditionib. & demonſtrationib.* cùm enim per ſingula & clarè fit declaratio & computatio, facilè veritas aut falſitas deprehendi poteſt, non quando generaliter & ſub inuolucro: vnde non ſufficeret in genere complecti tantum receptum vel tantum impenſum, nec talis ratio eſſet admiſſibilis, ſed debet continere nominatim à quo receptum, cui datum, & quantum: & ex qua cauſa, & qua die, vt not. Bartol. & Ioan. de Plat. in *l. comperimus. per illum text. de nauicu. lib.* 11. & per. *l. apparitores. de exactio. tribut. l. neminem. de ſuſcepto. & arcar. lib.* 10. *C. adde l. ſiue ex prætoriano. de execut. & exacto. libr.* 11. C. quod autem dictum eſt de die, intellige ſanè quando ſine expreſſione diei, non poteſt intelligi, quid ſit illud quod datum refertur, vel acceptum. Sed eſſet incertitudo: vt nauicularij continuè ſpecies transferentes vel inferentes: niſi enim diem illationis edoceant, non poterit illatio, nec quid illatum ſit, verificari. vt loquitur *d. l. comperimus*, quæ dicit expreſſionem requirit. Secus ſi ex omiſſione diei non emergit incertitudo nec ambiguitas, quia tunc ſufficit deſignare, annum, menſem, vel aliud tempus accepti vel dati, puta tempus vindemiarum vel meſſium. Et ſufficit quòd ratio æquè poſſit diſpungi: & ita debent intelligi dicta doct. ibi, & Paridis de puteo, eos ſequentis, in ſuo confuſaneo tracta. *ſyndica. ſub rubr. reddi. ratio. officia.* Adde pro concluſione noſtra Bartol. in *conſil.* 150. cum prædicta. ad fin. Petr. Anchatan. *conſil.* 316. *in cauſa colum.* 1. Socin. in *dict. conſil.* 46. *colum.* 2. *lib.* 1. Iaſ. *conſil.* 4. *colum.* 2. *conſi.* 14. *col.* 4. *lib.* 3.

18. ¶ Et aduerte quòd in rationibus non ſunt niſi duo principalia capitula: primum de acceptis, ſiue receptis, & ab iſto debet incipere benè ordinata ratio, non tamen vitiaret ordinis peruerſio, quia reduceretur ad ordinem intellectus, vt not. Alberi. in *l. quamuis, D. de condi. & demonſtr.* Secundum de datis ſiue impenſis: vtrumque tamen ſubdiuidi poteſt in plura capitula, ſiue in plures rubricas, pro materia ſubiecta, & arbitrio conficientis rationes, puta ſub capite acceptorũ ponetur vnum capitulum de rebus acceptis ab initio contentis in inuentario. Item aliud capitulum de rebus additis vel repertis ex poſtfacto, item aliud de fructibus aridis, aliud de fructibus liquidis, aliud de canone emphyteuſeon vel cenſuum, aliud de redditu inueſtiturarum, & alia pro vnoquoque genere redditus rei. Sub capite impenſarum capitula de impenſis horum & aliorum fructuum, de reparatione rei, & ſarcis rectis, de ſolutis vel traditis domino vel alij eius

volun-

voluntate, de impensis extraordinariis: fortè etiam capitulum aliud de computatis & non receptis, id est, de his quæ debuerant recipi, & in capitulo receptorum descripta sunt, sed sine culpa curatoris, vel administratoris, non fuerant ab eo recepta. Et in istis singulis capitulis & articulis contentis in eis habet locum conclusio, quam tamen ego modifico.

* Quid de consanguineo.

19. ¶ Primò in * consanguineis, maximè inter nobiles & egregias personas: vnde si frater vel soror administrauit bona communia, quamvis teneantur reddere rationem claram & distinctam, non tamen ita strictè nec ita scrupulosè est exigenda ab eis, vnde sufficiet si exprimant, quantum verisimiliter in anno expenderint pro familia, vel pro cultura agrorum, aut custodia territorij, nec adigendi sunt ad minutam specificationem, vt pulchrè decidit Panor. *conf.* 12. *vt clarè in 6. dubio. vers. tertius casus, lib. 1. seq.* Soci. in *d. conf.* 73. *circa primum, col. 1. lib. 1.* & in *conf.* 40. *circa primum, num. 2. lib. 4.* quod sanè intellige, dummodo illud generale capitulum sit verisimile, & non sit aliqua sinistra præsumptio in contrarium, siue ex qualitate rei & impensæ, siue ex qualitate personæ, aut aliunde. Item nisi ad onus strictæ redditionis rationum suscepta fuerit administratio.

* Quid quãdo constat de opere & non de quantitate impensæ.

10. ¶ Secundò modifico * quando apparet certùm opus & impensam factam esse: nec commodè potuit, aut nunc non potest rationarius eam impensam per minuta declarare: tunc enim sufficiet dicere in tali puta ædificio tantum impensum, idque per inspectionem & verisimilitudinem operis, aut per æstimationem peritorum probare, secundum Bart. in *l. qui sub conditione. D. de condi. & demonstr.* & plenius dicetur statim in limita. 2. conclusionis sequentis.

* Quid de eo qui analogista esse iussus est.

21. ¶ Tertiò modifico in * eo cui in testamento vel aliàs esset legata vel prælegata liberatio rationum reddendarum, quia nihilominus tenetur libros & codices rationum exhibere, & restituere vnà cum reliquis, & his quæ peruenerunt ad manus suas, & damna eorum quæ dolo & culpa lata fecit, vel omisit, *l. quidam decedens. in prin. l. qui plures. D. de admin. tut. l. non solum. §. si hæres. l. fi. §. inter cætera. D. de libera. lega.* vnde de his omnibus necessariò rationem reddere tenetur, non obstantibus dicto testamento vel legato: Ita expressè decidunt. Ang. in *conf.* 175. *viso dicto statuto.* Alex in *conf.* 74. *in causa & lite. lib.* 7. Pract. Papien. in *lib. ad red. ratio. tuto. in ver. analogistæ.* Francis. Cremen. inter cõsilia Alex. *conf.* 62. *lib.* 4. Alex. *conf.* 164. *lib.* 5. Carol. Ruin. *conf.* 69. *lib.* 2. Phil. Deci. *cõs.* 349 *in fin.* Hiero. Grat. *conf.* 23. *lib.* 1. vbi etiam in matre loquitur. In hoc autem operabitur tale legatum, quòd scrupulosa specificatio, vel probatio non debebit exigi, nec ratione negligentiæ, siue leuis culpæ poterit condemnari, vt est pulcher text. in *l. si seruus vetitus. D. de legat.* 1. Et ibi Bart. & pulchrè Salicet. in *l. cum necessitatem. C. de fideicommiss.* vbi Philipp. Corn. expressim vult latam culpam non esse remissam. Aymo. Crauet. *conf.* 193. *num.* 9. Idem de eo qui promisit & iurauit non petere rationem administrationis, sed stare simplici verbo fratris sub ampla forma. Carol. Ruin. *conf.* 54. *nu.* 13. *lib.* 3. Ampliori tamen tractatu indiget hic locus de liberatione legata tutori vel alij administratori, ideo infrà fusius dicam vbi opportunum erit.

* Rationarius id est, rationibus redditis obnoxius, qui rationes suas exhibet aduersario, contenta in rationario probare tenetur.

22. ¶ Tertia conclusio, * obligatus ad redditionem rationum illis traditis, & computatione inita, tenetur probare, quæ in illis scripsit se gessisse vel impendisse, vera esse sicut in rationario scripta sunt, si in dubium reuocentur, text. in *l. qui sub conditione. D. de condi. & demonstr.* Et sic quantum ad comprobationem contentorum in rationibus suis habetur pro actore, & * in hoc fundatur stylus quo vtimur in hac vrbe in prætorio præsidis Parisiensis, qui talis est, cùm quis puta dominus feudi vel alius agit contra suos commissarios, vel suos tutores aut curatores, vt condemnentur, & cogantur offerre & exhibere librum rationum, & calculum inire: talis dominus est actor, quantum ad hoc, alij autem sunt rei. Et hoc quandiu disputatur, an illi teneantur offerre libros rationum & computare, vel non: & etiam quandiu disputatur de admissibilitate rationum oblatarum, si fortè dominus præcisè insistat non esse satisfactum exhibitioni rationum, & chartas pro rationibus oblatas peccare in forma, & non habere formam nec figuram rationis administrationis, de qua est quæstio. Sed postquam rationibus editis & admissis, incipiunt legi siue examinari, de veritate & clausura earum quærendo, simul & qui eas offerunt incipiunt esse veri actores, & dominus deinceps defensoris locum obtinet; vnde si coram auditore, siue calculatore rationum controuersiæ oboriantur super certis capitulis vel articulis, pro quibus remittuntur ad iudicem, isti habent assumere qualitatem actorum in redditione, seu verius in approbatione, verificatione & clausura rationum, & vt dominus condemnetur illis stare, & omnino perinde, ac si agerent contraria actione mandati negotiorum gestorum tutelæ, vel simili: dominus autem qualitatem rei, seu defensoris assumit ad earum improbationem: & vt defectiuæ declarentur, tam in accepto quàm in dato, respectu articulorum controuersorum, vtque absoluatur ab approbatione petita per actores, sicut si actionibus contrariis conuentus se defenderet. Et hic stylus iure & ratione fundatur, quia aliud est ratiocinium (computum vocant) aut librum rationum esse nullum vel inadmissibilem: aliud esse defectuosum.

Tunc enim nullum est, quando peccat in forma, vt quia deest inuentarium (quod est caput & præambulum administrationis, *l. tutor qui repertorium. C. de administrat. tutor. l. cap. eodem tit.*) & exhibitio instrumentorum. Tunc autem est defectiuum, quando tantum contenditur minus esse in recepto, vel plus in impensa. Quandiu enim super primo capite admissibilitatis disputatur, semper sumus in initio, quia non est verum liquere rationes esse oblatas vel exhibitas. Et sic tandiu necessariò is cui debetur redditio, rationum est actor. Et qui eam debet, reus est.

23. Sed postquam satisfactum est primo capiti, admissæ rationes cum inuentario, verum est dicere eas exhibitas, sed nondum dispunctas. In qua dispunctione, quæ est secundum caput, rationarius est actor, quia petit iustificari capita suarum rationum, & reliqua prætensa sibi solui. Is autem cui rationes oblatæ sunt, quas impugnat, non de inadmissibilitate generali, sed de insufficientia videtur reus. Sed certè stylus iste loquendi videtur inoleuisse, ex eo quod frequentiùs contingit, rationarios non solum negare, sed reliqua seu originalis actor petit ducentum, tunc rationabilius est originalem actorem manere actorem, & originalem reum manere talem: vt neglecto stylo præfecturæ Parisiensis seruatur in aliis locis, retenta primitiua qualitate: præsertim in auditorio generalium iuuaminum seu collectarum, quas Tallias vocant: ex vna tamen aut alia styli forma, nihil in iuris censura & dispositione variatur, per ea quæ dixi ẽ. *in præam. glo.* 1. Probatio autem in hac materia, non semper exigitur per testes vel instrumenta authentica, sed quandóq; per syngrapha priuata, quandoque per rei vel operis euidentiam, aut per alias coniecturas, arbitrio iudicis approbandas, vt per Bal. in *rub. C. de fid. instr. col. pen. ver. vti est considerandum.* Phil. Cor. *l. fin. in computatione. col.* 1. *C. de iure de lib.* & vt inquit Feder. de Senis, *conf.* 119. *nulli dubium*, iura nolunt angariare probationes, sed contentantur his, quæ conuenienter secundùm materiam subiectam haberi possunt.

24. Conclusio ampliatur primò, etiam in articulis impensæ concernentibus certos articulos recepti, non impugnatos per dominum, sed acceptatos & comprehensos ad augmentationem summæ recepti, quia

quamvis de contentis in illis articulis recepti, aliter non A constet, quàm per scripturam siue confessionem reddentis rationes in suis rationibus factam, tamen tenetur per legitima documenta probare contenta in articulis impensarum eiusdem recepti, nec poterit allegare quòd quantum ad eandem rem vel summam in toto debeat stari suæ scripturæ vel confessioni, tam in recepto quàm in impenso, & quòd non possit pro parte acceptari, videlicet quantum ad receptum, & pro parte negari, videlicet quantum ad impensam, nisi saltem dominus non velit se iuuare articulo vel confessione recepti, sed assumere in se onus probandi, illud receptum fuisse, vel debuisse recipi, perinde ac si nihil de hoc scriptum fuisset in rationibus. Et ad ita dicendum mouetur, non per quandam theoricam Bart. B in *l. Aurelius. §. idem quæsit. D. de libera. leg.* vbi ait* confessionem posse diuidi in facto seu capitulo separato, siue facto ex interuallo, quem omnes legistæ & canonistæ sequuntur: quoniam eam confutabo, infrà loco oportuno. Sed quia iste administrator debuit & verisimiliter potuit curare, vt apparet de contentis in recepto, & de causa recepti, vel per inuentarium in quo summa illa in dicto articulo recepti designata debebat esse expressa, tanquam inuenta in bonis: vel si erat nomen debitoris, debuit in eodem inuentario exprimi chirographum, vel aliud instrumentum debiti. Nec verisimile est quòd gratis, & nisi detegi potuisset eam, adscripsisset in accepto.

* An confessio diuidi possit

25. Præterea citra inuentarium, si superueniat debitor offerens administratori solutionem, & petens apocham tenetur administrator retinere vel instrumentum debiti cancellatum, vel antopacham de debito. doct. *l. cum de indebito. D. de proba. l. plures apochis. C. de fid. instr.* & hoc ne possit causari debitor, indebitum se soluisse, & condicere ab administratore, vel eius domino, qui ratificauit receptionem, eo ipso quòd permisit manere in rationibus recipientis, *l. si procuratori. D. de con. indeb.* Et eas cautiones vel documenta tenetur administrator cum cæteris instrumentis & gestis administrationis restituere domino pro sua securitate: alioquin dominus faceret eum securum de articulo impensæ, & tamen ipsemet dominus non remaneret securus de articulo recepti, quia posset ab eo condici, quod esset inæquale & iniquum. Nec obstat quod inquit Bald. in *rub. C. de fid. instr. col. 9. vers. sequitur videre*, quòd vbi administrator scripsit per se in recepto, non est amplius D inquirendum, quia ex sola scriptura damnatur, nec requiritur causa: Sed in expensis requiritur expressio causæ, deinde probatio: quia Bal. loquitur, quantum ad obligandum & condemnandum administratorem, in in quo sufficit, in rationibus suis tantùm referri receptũ. Sed si dominus ex illa generalitate capi & conueniri posset, tenetur etiam causam, & à quo receptum, exprimere & docere, ita quòd prouisum sit securitati domini. Et sic patet, quòd vbi expedit domino, debet constare de veritate & causa debiti & recepti, aliter quàm per simplicem confessionem administratoris, & ad hoc tenetur inuigilare administrator, eo ipso quod scit se rem alienam administrare, & ad redditionem rationum E obligatum esse, Quòd si non curauerit, est in culpa, *fac. l. etiam. §. licet in princ. l. si constante. §. si maritus, in fi. D. solu. matri.* Ideo non est mirum, si confessio eius de recepto, possit ab illa de impensa diuidi: tametsi propter vnitatem libri rationum videatur vna confessio eodem contextu facta. * Secus in alio, puta mercatore, qui pro seipso, & ad sui instructionem, non vt alij rationem reddat, librum rationum conficit, vt tetigi ꝛ. §. præcedenti, *nu.* 20. & latius tradam ꝛ. *tit* 8. Ex quibus habes notabilem limitationem ad doctrinam quàm ibi tradam contra omnes.

* Differentia est inter rationes administratis rem alienam, & inter rationes mercatoris.

26. Ampliatur secundò, etiam si rationes continerent multa alia vera & verisimilia, etiam si in reliquis omnibus essent clarè verificatæ, excepto certo articulo impensæ, de quo solùm remansit disceptatio: quamvis enim non modicam habeat præsumptionem veritatis, approbatione omnium cæterorum, tamen quia ex separatis non infertur, & non probat hoc esse, quod ab hoc vel hoc contingit abesse, per iura vulg. debet etiam hæc impensa, si modò sit notabilis & non modica, probari. Nec obstat, quòd supra in §. præcedenti, *num.* 20. dixi libro mercatoris pro ipso fidem adhiberi, quando in multis capitulis inuenitur conformis veritati: tum quia hoc debet sanè intelligi secundum ea quæ ibi & locis ibi allegatis traduntur. Tum quia longè alia ratio est mercatoris, qui sibiipsi rationes conficit, quarę licèt ei neglectim & quolibet modo eas scribere, nullámque aliam cautelam adhibere: & administratoris rei alienæ, qui non sibi sed domino eas conficit, & restituere tenetur. Vnde vt de singulis sufficienter secundum rationem rei subiectæ appareat, curare tenetur id, quod nisi fecerit, in culpa est, vt diximus in præcedenti ampliatione.

27. Conclusionem cum sua ampliatione limito primò in his quæ sunt* modicæ quantitatis, in quibus sufficit iuramentum rationem reddentis, vt tenet Specu. in *tit. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. vers. 20. quid si executor.* Barto. *l. diuus in fin. D. si cui plus quàm per leg. fal.* Nicol. de Neap. in *l. 1. §. officio. D. de tut. & ratio. distra.* Bart. & omnes scrib. in *l. fi. §. in computation. C. de iure delib.* Phil. Franc. in *c. vnico, §. fi. de cler. ægrot. in 6.* Ang. Aret. *§. fin. instit. de verb. oblig.* Socin. *consil. 40. circa primam, nu. 2. lib. 2.* Dicuntur autem paruæ siue minutæ impensæ, de quibus commodè non possunt parari instrumenta & probationes, puta quòd hæc essent maioris sumptus, vnde propter modicitatem præiudicij, & difficultatem, & maiorem sumptum probationis statur iuramento. Secus in quibus quilibet diligens parasset sibi probationes, vt in magnis expensis ita Bald. in *l. id quod pauperibus, in fin. in l. nulli. col. 2. vers. sed verius est. C. de Episcop. & Cleric. in l. si quis pro redemptione, ad fin. C. de donatio.* æstimauit autem Bald. in *d. l. id quod pauperibus. in fin. C. de Episc. & Cleri.* expensam quinque solidorum esse modicam, vt non debeat fieri instrumentum, nec alia probatio parari, sed sufficiat iuramentum & hoc vsu in omni ferè materia receptum est, plurium etiam consuetudinum præscripto ita expressim cauetur, vt collegi *infra* §. 95. & in hac tamen rationum reddendarum materia etiam longè maior quantitas posset dici modica, & iuramento comprobari secundùm multiplices & varias circumstantias, vndè generaliter quæ sunt modicæ vel magnæ impensæ, boni iudicis est arbitrari ex rei, actus, & personæ qualitate, vt tenent Angel. Phil. Cors. in *d. §. in computatione, col. 1.* Anth. Cors. in tract. *de minimis, in prin. & in col. 3. vers. 16.* Declaro rem scilicet quæ fuit administrata, si sit ampla vel exigua, pretiosa aut vilis. Actum, id est, factum impensæ si sit verisimile & rationabile, & cõmodè potuerint haberi probationes, vel secus. Personam, si notæ spectatæque fidei sit, vel secus.

* Modicæ impensæ iuramento probantur.

28. Hanc limitationem sublimito. Primò dummodò hæ impensæ minutæ in scriptura rationum specificentur, scilicet cui, quàm ob causam, quantum singulariter datum est, & sic affirmatæ iuramento probantur, vt voluit Io. Andr. in *addi. Spec. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. vers. 21. quid si executor.* Bart. in *l. qui sub conditi. in fi. D. de condi. & demonst.* Esset enim periculosum & falsitatis occasio dicere simpliciter sine specificatione stari iuramento, sicut magni papalardi volunt, inquit Io. Andr. in d. loco post Iacob. de ra. referens de quodam, qui volebat sibi credi expendisse duo millia in minutis distributionibus, aliter non declarando. Hanc tamen sublimitationem modifica per ea quæ dicentur statim in limita. 3. *num.* 29.

29. ¶ Sublimito secundò, dummodo hæ impensæ minutæ & specificatæ sint rationabiles & verisimiles, alioquin si non essent rationabiles, vt quia non debuerunt

fieri etiam probatæ non deberent approbari. Paul. Iaſ. in *d.l.ſi.§.in computatione,col.1.C. de iure delib.* Quod ſi rectè potuerunt fieri, ſed non conſtat;imò veriſimilitudo aut præſumptio arguit factas non eſſe,& non probantur iuramento : ſaltem ſi ſimul vnitæ aſcendant ad magnam vel notabilem quantitatem, ſecundum Bald. in *conſ.* 117. *inter. lib.*2. Eſt enim maxima, quòd * vbicunque de iure, ſtatuto vel conſuetudine ſtandum eſt iuramento alicuius, intelligitur, dummodò veriſimilia aſſerat:ſecus ſi præſumptio ſit in contrarium,ſecundum Barto.*l.inter omnes,§.rectè,nu.3. D.de fur. in l. quemadmodum,in fin.1.col.de agrico.& cenſib.lib.*11. C. Ludo.Rom.*conſ.*480.*præſentis dubitationis,col.fin.* Alex. *l.1.§. per procuratorem,col.2.D.de acqui. poſſeſſ.& in conſ.* 47. *in cauſa & lite. col.2. verſ.tertia cauſa,lib.6. Inſt.§.ſed iſta, col.*18.*nu.*92. *Inſtit.de action.* Anton. de Pet. in *reper. l.* 1. *de iureiur. in* 72. *effectu. verſi.* 9.14.

30. ¶ Concluſio tertia limitatur ſecundò, * ſi appareat id eſſe factum, cuius impenſa rationibus infertur : tunc eo ipſo præſumitur factũ opera & impenſa adminiſtratoris, ad cuius curam & officium ſpectabat hoc facere,vt eſt doct.Bar.in *l.cum ſeruus,D.de verbo.obligat.* quando id quod requirit ſumptum apparet factum, eo ipſo præſumi factum ab eo & eius expenſis,ad quem facere ſpectabat,ſiue quantum ad obligationẽ & actionem acquirendam, ſiue quantum ad pœnam euitandã, text. in *l.2.C.de alim.pu. præſta.* Idem Bartol. in *l. nomina.C.arbit.tutel.* vbi infert,ſi teſtator iniunxit hæredi ſuo,vt faceret pingi certam figuram in quodam loco ſub certa pœna, & poſtea reperitur picta, ſed non apparet per quem, præſumitur per hæredem, qui ad hoc tenebatur. ſeq.Bald. in *d.l.2. & in l.id quod pauperib. in fin.C.de Epiſcop.& Cleri.* vbi refert, quòd ſi executor conſtitutus eſt ad ſacellum conſtruendum, & appareat conſtructum, præſumitur factum ab executore, & impenſis ſuis, & in *conſi.* 378. *ſequitur aliud. lib.*1. vbi vult hoſpitale præſumi ædificatum per eum qui tenebatur,per doctrinam Bart. *d.l.cum ſeruus*,quẽ ibi ſeq. Imol.Paul.Alexand.Aret.Iaſ. idem Aret.in *cap.1.col.*4. *per. tu autem, de iudic.* & ibi Felin. *col.*1. *Deci. col.* 3. Frãc Cur.ſen.in *conſi.*76.*col.pen.* Ex quibus patet,quod in hoc caſu, nõ tenebitur rationes reddens aliter probare à ſe vel ſua impenſa factum eſſe, quod ſanè intelligo, quando ſunt de hoc veriſimiles coniecturæ,aliàs ſecus, quia tunc teneretur probare à ſe vel alio pro ſe factum eſſe:ita d.doct.Bart.limitat,& declarat. Ioan.Imol. in *l. quiſ ab conditione.D.de condit.& demonſt.ſeq.* Alex.in *d.l.cum ſeruus.* Anth.Corſe.in *reperto. in verſi. actum, in fin.* Et ita tenendũ eſt,quamvis Phil.Cor.in *conſi.*45. *licet in hoc,col.pen.& fin.lib.*4 nitatur doctrinã Barto. impugnare & reſtringere ad terminos *d. l.2. C. de all. pup.* Probato autẽ à quo factum ſit,ſemper præſumitur eius impenſa & pecunia.Bal.in *l.reſtituẽda.C. de petit. hered.l.fin.§.ſi in cõputatione,col.*1.*C.de iure delib.vbi ad hoc alleg.l.ſi vetri.in fi.D.de priuil. cred.ſed melius facit.l.cum proponas.C.pro ſocio.& in l.fin. C. de pig.*

31. ¶ Et quamvis de quantitate impenſæ,ad liquidum & per minuta non appareat, & fortaſſis nec rationarius minutatim per ſingula exprimere poſſit, non tamen reiicitur articulus huiuſmodi impenſæ, ex quo non eſt dubium, niſi de ſola quantitate, ſed ſatis erit probare, quòd in ea re bonus paterfamiliàs tantum expendiſſet : vel fiet æſtimatio per duos in tali opere peritos, ſecundum Bart.in *d.l. id quod pauperibus, in fin. ſe.* quod vult Bart.in *l.ſi quod ex Pamphil. D.de legat.* 2. quòd licet valor rei vel quantitas intereſſe nõ ſit probata, tamen iudex ex officio debet æſtimare,*l.ſemper. §. officio, in fi. D. quòd vi aut clam.* & per omnes ſcribent.in *l.vnic. C.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.*

32. ¶ Limitatur ſeu modificatur tertiò * in conſanguineis, à quibus ſicut non exigitur tam ſtricta ſpecificatio, vt ab extraneo, vt dictum eſt ſ. *eo. in* 2. *conclu.* Sic nec tam ſtricta probatio, vt decidit Paul. in *d. conſi.* 12. *in* 6.*dubio.in fi.lib.*1.*Soci.in d. conſi.*73. *lib.*1. vti allegat Bal. in *conſi.incip.ad primum*,quod ſecundum nouam impreſſionem eſt in ordine 418. *lib.* 3. vbi Baldus dicit, quòd etiam in non modicis ſtatur iuramento, ſi perſonæ qualitas, veriſimilitudo & iudicis motus cum hoc concurrant. Socin. tamen in *conſi.* 46. *cum in præſenti. lib.*1.*col.*1. intelligit iſtud procedere quando conſanguineus, puta frater, adminiſtraſſet tantum iure fraternitatis. Secus ſi vt tutor vel curator: tunc enim vult eum teneri diligentem & exactam reddere rationem,quod verum puto hactenus, & exactius & ſtrictius teneatur, quoniam expreſſa & ſolennis obligatio,forma & vis publici officij magis obligant, & plus operantur, quam priuatim ſuſcepta negotiorum geſtio : quod intelligo niſi illi,quorum bona adminiſtrauit erant minores,quorum tutelam vel curam ſuſcipere, vel prouidere tenebatur : tunc enim puto non debere eum in aliquo releuari, nec melioris conditionis eſſe, pro eo quod neglecta contra ius qualitate tutelari, & authoritate iudicis, adminiſtrationi ſe immiſcuit priuatim, ratione conſanguinitatis tantum, vt liquebit per ea quæ tradam ĩ. 99. Puto tamen hanc limitationem & illud dictum Baldi, nedum poſſe verificari in adminiſtrante bona maioris iure fraternitatis : Sed & ſi bono iudici æquum videri poſſit, in adminiſtrante bona minoris nomine tutorio vel curatorio, licet non ita promptè & faciliter propter vinculum ſacramenti & publici officij.

33. ¶ Limitatur ſeu modificatur quartò in eo qui rationum reddendarum prælegata eſſet liberatio, non enim teneretur rationem ponere, nec probare, niſi hactenus, vt dolus & lata culpa ab eo excludantur, vt ſ. *ea. glo. ad fin.*2. *conclu. nu.*20. & latius ĩ. §.99. & ſecundum Phil. Deci.cui totum quod debebit legatur, liberatur etiam à dolo in omittendo Ita Deci. *conſi.*178. *conſi.*192. *conſi.* 148. *col. vlt.* Ego verò in 2. *annot. ad Decium d. conſi.* 178. opinionem eius in hoc reprobaui, tenendo communem ſententiam, de qua ſ. *ea. gloſſ. nu.* 21.

34. QVARTA concluſio, contra eum qui non confecit, vel non exhibet librum rationum, iuratur * in litem,tex. in *l.*1.§ *officio.D.de tutel.& ratio.diſtra.* qui licet loquatur in tutore, habet tamen locum in omni adminiſtratore ſecundum omnes doct.ibi Soci.*conſ.*46. *cum in præſenti lib.* 1. cum aliis allegatis. ſ. *ea. concl.*1. *circa med.* quoniam, vt nota. Bal.poſt Ray. de for. in *d.* §. *officio.* ita * præſumitur contra illum qui non fecit librum rationum, ſicut contra illum qui non fecit inuentarium, qui enim non facit id, ad quod ſcit, vel ſcire debet ſe teneri, ratione officij, ſiue publici ſiue priuati, eo ipſo eſt in dolo ſaltem præſumpto. *l.ſi procuratorem.* §. *dolo.l.dolus.D.mandat.l.dolo. D.ad legem Falci.* vnde ſicut non faciens inuentarium eo ipſo conuincitur de dolo,& propter dolum & difficultatem probationis tenetur ad omne id quod intereſt, declarandum per iuramentum in litem veritatis, quod aduerſario deferetur per iudicem præmiſſa taxatione, pro perſonarum & negotij qualitate, ſecundum ea quæ leguntur & notantur in *l.in actionibus.D.de in lit.iuran. in l.ſi quando. C. vnde vi.ea.fin.de his, qui vi met.ve.can.text.eſt in l. tutor qui repertorii, in princip.D.de admi.tuto.* Idem iuris eſt in non conficiente, vel non exhibente cum effectu computationis & plenæ examinationis librum rationum, & vltra doct. ſ. allegatos ita expreſſim decidit Bar.in *conſi.*150.*cum prædicta. Aug.in conſi.* 277. *tutor alimentauit. ad fin.* vbi loquitur in voluntario negotiorum geſtore. Ludo.Rom.*in conſil.* 518 *quo ad primum*, vbi loquitur etiam in matre relicta domina & vſufructuaria.

35. ¶ Et hoc nedum procedit in eo qui nullum penitus inuentarium, vel librum rationum fecit:ſed qui obſcurum, ita quòd non poteſt apparere de rerum quidditate & valore, vel de quantitate redditus & impenſæ, nec ratio diſpungi aut concludi poteſt, vt in inuentario tradit Bart. in *d. l. tutor qui, in prin. col. pen. num.* 18.

a Beneficium iuris di excluditur à contraria præſumptione.

a Præſumitur opus factum ab eo & eius impenſa, qui ad hoc tenebatur.

* Leuius neque exactè expenditur ratio cum cõſanguinitis.

* Iuratur in litem aduerſus eum qui non confecit vel non exhibet librum rationum.

* Ita præſumitur contra non facientẽ librum rationum, ſicut cõtra non facientem inuentarium.

Digitized by Google

& in rationibus Pet. Ancha. *in con.* 316. *in cauſa quæ vertitur*, vbi concludit, ſtandum iuramento filij de redditibus poſſeſſionum ſuarum contra matrem quæ eis adminiſtrauerat, ſed rationes reddituum paſſim & perfunctoriè reddiderat, vt non poſſet apparere, accepta an data, probè referrentur. * Ex quibus patet, quàm ſit legalis & iure optimo fundata practica curiarum Galliæ, quæ eſt, vt commiſſarius appoſitus, fortè prædio in vim garantigiæ prehenſo, ſi non edat nec reddat rationem creditori, condemnetur nomine proprio ad ſoluendum, quod creditori debetur, propter quod facta eſt executio, nec hoc caſu locus eſt dilationi iuramenti, quum res ſit liquida. Si autem rationem non reddant creditori, ſed domino prædij, quoniam fructus & cæteri reddſtus non ſunt liquidi, ſtabitur de illis iuramento domini, taxatione à iudice præmiſſa, attenta qualitate fundi, & vbertate anni.

* Praxis.

36. ¶ QVARTO quæro, cùm plures ſunt adminiſtratores, an ſinguli teneantur in ſolidum? hæc quæſtio latiſſimè patet, & tractatur per Bart. in *l. cum alicuius. D. de nego. geſt. in l. eadem. quæſt. 6. D. de duobus reis.* Imol. & alios ibi poſt eum, per Areti in *conſ. 19. diligenter, conſ. 66. viſi puncto.* Et ne nimium extra materiam huius § diuertam, ſolum dicam de commiſſariis deputatis adminiſtrationi rei, vel rerum prehenſarum: In quo concludo, quòd hi * curatores iudicis authoritate deputati (cùm habeant munus authoritate publicâ, licet vtilitate priuatum,) tenentur ſinguli in inſolidum, ſicut & ſinguli poſſunt agere, & gerere inſolidum, text. eſt in *l. 2. in fin. cum l. ſeq. D. de curat. bon. dan.* niſi in ipſa commiſſione eſſet diuiſa adminiſtratio, vel aliter cautum, *d. l. 2 §. ſi plures.* vnde ſiue feudo prehenſo, ſiue pignoribus pro executione rei iudicatæ, vel garantigiæ captis, ſiue aliis bonis quacunque cauſa ad manum iuſtitiæ poſitis, deputati ſint, idem eſt dicendum: & erit in electione domini, ſiue eius cui reddenda eſt ratio, quamvis maluerit etiam eum, qui nihil geſſit eligere & compellere, nec poterit opponere beneficium ordinis, ſiue executionis, nec diuiſionis, quæ non habent locum hoc caſu: *text. in d. l. 2 in fin.* Aret. in *d. conſi. 29. col. 4.* habebit tamen difficultatem & dilationem conſortes ſumendi: & ſi ſolus ſatisfacere paratus ſit, habebit beneficium cedendarum actionum, quod nunquam denegatur, *l. in creditore. D. de euictio. 57.* § * Secus ſi à domino feudali, ſiue iudice, ſed ſua tantum priuata authoritate committerentur: tunc enim nullum publicum gerunt officium, ſed priuatum, & idem iuris eſt, ac de procuratoribus à priuato commiſſis, vt non teneantur in ſolidum, ſed tantum pro parte. Et hoc niſi ex qualitate rei, vel aliis circumſtantiis appareret, datam eſſe poteſtatem cuilibet eorum inſolidum adminiſtrandi: tunc etiam inſolidum ſinguli eſſent obligati ad ſolidam adminiſtrationem, & ratiocinia, idque ex natura actus tacitè venit, quamvis non ſit in commiſſione expreſſum. Bartol. in *l. ſi plures de cura. bo. dan. & in l. 1. §. ſed ſi duo. D. depoſi.* Quòd autem dixi inter curatores iudiciaria authoritate conſtitutos, non eſſe locum beneficio ordinis, Limitatur per text. in *d. l. 2. in fin.* in eo qui inuitus per ſuperiorem conſtitutus eſſet, vnà cum alio qui ſolus geſſit, tunc enim prius debet vrgeri & excuti qui geſſit: & qui non geſſit non tenetur niſi in ſubſidium, vt glo. fin. in *d. l. 2.* Aliam differentiam adduco inter curatores iudice authore commiſſos, & deputatos à priuato. Illi enim tam ad afferendum librum rationum, quàm ad calculum ponendum & reliquum ſoluendum, velo leuato nedum pignoribus captis. Sed etiam ſtatim vel ſine vlla bonorum & mobilium diſcuſſione, per captionem & incarcerationem perſonæ compelluntur. Hi autem ſolum via actionis compelluntur, quamvis in ea propter ſubiectam materiam ſummariè procedendum ſit.

* Commiſſarij tenentur ſinguli in ſolidum.

* No. differentiam inter adminiſtratores deputatos à iudice vel à priuato.

38. Aduerte * tamen quòd huiuſmodi curatores à iudice deputati, non poſſunt in primo congreſſu, & præcepto de offerendo libro rationum ſtatim carceribus mancipari, ſi non tradant, ſicut fit in debitore ſub ſigillo authentico, ad certum & liquidum debitum obligato, vt dicemus j. §. 166. Sed prius debent coram iudice vocari ad offerendum computum, ſiue librum rationum. Et ſi non compareant, datur defectus, atque iterum ſuper illo defectu ad finem afferendi rationes citantur: qui ſi adhuc contumaces ſint, datur ſecundus defectus. Et virtute horum duorum defectuum debitè obtentorum, & per tres dies vel aliud, pro fori conſuetudine moderatum tempus dilatorum, ſi interim nulla ſint comparatione circumducti, viſa etiam commiſſione, condemnantur abſentes, & inaudiri, ad rationem reddendam, & librum rationum afferendum, etiam per capturam, ſiue incarcerationem perſonæ, & in expenſis defectuum. Quòd ſiue carcerati, ſiue non, adhuc librum rationum non offerant, duo alij defectus exiguntur, vt ad ſummam actori debitam, vel in id quod eius intereſt, iuramento in litem (præmiſſa taxatione) probandum, proprio nomine condemnentur, & ad manendum in carcere, vſque ad ſatisfactionem. Et aduerte quòd huiuſmodi coërtio perſonalis per carcerationem, non debet fieri pro expenſis litis vel defectuum, ſed ſolum pro principali obligatione. Quòd ſi à principio vel poſtea refuſis defectuum expenſis compareant, & confiteantur ſe commiſſarios fuiſſe, vel id conſtet ex actis, datur eis vna vel duæ dilationes, ad afferendum librum rationum, quibus lapſis ad hoc compelluntur per incarcerationem perſonæ. Et ſimiliter ad ſolutionem reliquorum, poſtquam liquidata ſunt. Si autem à principio negarent commiſſionem ſuſcepiſſe, & de hoc per acta non conſtaret, tunc partes ſuper contrariis factis ad articulandum & probandum regularentur, ſicut in lite & proceſſu ordinario. Et hæc obiter circa ſtylum dixiſſe ſufficiat. Ex his apparet longè magis ex re patroni eſſe feudo prehenſo curatores iudicis, quàm ſua tantum priuata authoritate deputari.

39. ¶ QVINTO iuxta hæc quæro, ſi alter ex commiſſariis qui nihil geſſit; ſed de ſocio gerente confidit, pro rationibus reddendis, & reliquis ſoluendis fortè iam captus & incarceratus fuit: an poſſit ei aliqua via iuris ſuccurri? Reſpondeo, triplici * viâ: Prima ſatisfaciendo actori mediante ceſſione actionum, & ſic ſtatim liberabitur. Et d. ſocium ceſſis actionibus per incarcerationem perſonæ, velo leuato vrgebit & compellet, ſicut fieri poſſet à domino. Secundâ interpellando & requirendo eum qui adminiſtrauit ad reddendas rationes vel ſe exonerandum, & ad hoc poterit habere breuem dilationem, ſine alia retardatione proceſſus. Et poterit ad hoc coram eodem iudice, & per eandem viam, & capturam perſonæ, per quam compellitur, vrgere ſocium qui ſolidum adminiſtrauit, *arg. l. 2. C. vbi can. fiſca.* Et hoc iudicis officio, etiam ſine ceſſione actionum actoris, etiam ceſſante cautione, qua adminiſtrans ſpecialiter obligatus fuerit, non gerenti ad omne onus rationis reddendæ, eúmque exonerandum, & indemnem reddendum, provt ſolent ſibi cauere, qui omnem adminiſtrationem ſociis relinquunt. Tertiâ ex æquitate, *l. vnde quæritur. D. commoda.* quòd offerat actori. Et requirat illum qui geſſit ſuo periculo, & impenſis vrgeri & compelli, & ad hoc offerat & ſubminiſtret impenſas. Hoc enim remedium debet admitti, & habet locũ etiã vbi ceſſat beneficium ordinis, vt not. Bart. Bal. Pau. in *d. l. vnde quæritur.* Paul. in d. *ſed Iulianus. D. ad Macedo. & in l. ſi pro parte in fi. D. de in rẽ verſo.* Et nominatim quòd habet locũ in caſu noſtro in terminis *d. l. 2. in fi. D. de cura. bo. dan.* decidit ibi Bart. *& in l. duobus. §. vel duo. q. 7. in fin. D. de duobus reis*, quod ego intelligo, dummodo id fiat cum ſecuritate actoris, & ſine aliquo eius incommodo, vnde is qui non geſſit, hoc pra-

* Triplici viâ ſuccurritur ei qui explicitus ſolas conſtituit.

* Praxis

textu non liberabitur à carcere, niſi alter qui geſſit ſit ſoluendo, & ſit captus vel cœperit quod rationum redditio expoſcit facere, ita vt æquè plenè ſit conſultum actori. Vide quæ ſuper hoc remedio latius dixi *infra tit.* 15.

¶ SEXTO quæro an hi commiſſarij debeant habere dilationem ad prius vocandum, aut denunciandum proprietarios, quos vocant dominos vtiles, quàm rationem reddant? Videretur quod ſic, cum eorum intereſſit, vel intereſſe poſſit. Igitur vt not. *in l. denuo quoque. D. de re iudic.* breuiter dico quod non, ſi illi non interceſſerint, ſeu ſeſe non oppoſuerint, nec ſint in aliqua lite vel inſtantia contra dominum. Quia commiſſarius nullum habet ius nec cauſam ab eis, & ſic non poteſt allegare prætenſum ius tertij, præſertim conuentus ab eo, cui perſonaliter obligatus eſt. Tum hoc caſu ius tertij non eſt manifeſtè excluſiuum iuris agentis: nihil impedit, quin ſine retardatione legis & redditionis rationum, vocet aut denunciet quos velit; amplio etiam ſi commiſſarius iſte eſſet colonus veteris poſſeſſoris, cui prius obligatus erat, quia non conuenitur vt colonus, nec vt ipſe, ſed tanquam commiſſarius: & præcisè obligatus ex cauſa quæ præcedentem cauſam ipſo iure extinguit & reſoluit, *l. ex vectigalia. D. de pignor.* & patet infra §. 50. Secus ſi poſſeſſor ille ſe oppoſuiſſet & eſſet in lite, quia tunc dominus debet ſimul eos, ſeu omnes colligantes vocare, aut dilationem eò ad hoc concedere: ex quibus dicitur quæſtio, quàm vidi in facto; Dominus caſtri Rufi poſt biennium à prehenſione feudi ex defectu hominis vocat in ius per ſe procuratorem vel ceſſionarium ſuum feudi commiſſarium ad redditionem rationum, qui paratum ſe offert, vocando proprietarium. Dominus vel eius ceſſionarius replicat quod nulli ſunt, quia nullus apparet vaſallus, reus condemnatur reddere rationes ad onus, quod actor exonerauit eum, erga proprietarios, & alios appellat. Confirmatur ſententia per Balliuum de Berry apud Yſſodunum. Reus rurſus appellat Senatum Pariſienſem. Reſpond. benè iudicatum, & quod ſuperfluà erat replica illa actoris.

SVMMARIA GLO. VII.

1. *Patronus non poteſt conueniri ad reſtitutionem fructuum vel redditionem rationum, quando commiſſarij fuerunt deputati.*
2. *An patronus teneatur commiſſarios apponere ad hoc vt valeat prehenſio ex capite huius §. Quando* copula *inter orationes requirat concurſum?*
3. *Valet prehenſio, etiam non appoſitis commiſſariis.*
   Copula, &, repetit verbum præcedentis orationis, ſeu copulati.
4. *Quamvis nulli commiſſarij appoſiti ſint feudo prehenſo, tamen vaſallus eius adminiſtratione priuatus eſt, niſi conſentiente patrono.*
5. *Debet patronus vaſallo notificare deputationem commiſſariorum in prehenſione facta ex defectu catalogi.*
6. *Patronus poſt notificationem non poteſt huiuſmodi commiſſarium deſtituere inuito vaſallo.*
7. *Commiſſarius poteſt inuitus conſenſu partium deſtitui.*
8. *Quibus obligentur commiſſarij ad ratiocinia.*
9. *Vtrùm commiſſarij teneantur de leui culpa? Solutio quòd ſic.*
10. *Nonus intellectus.* §. eſt præterea. in l. Prætor ait. D. de bon. auth. iudi. poſſiden.
11. *In caſu huius §. patronus qui non adhibuit commiſſarium, nec paſſus eſt vaſallum colere, tenetur ei rationem reddere, etiam de leui culpa.*
12. *Intellectus* l. in venditione. & l. Prætor ait. D. de bo. autho. iud. poſſiden.
13. *Patronus qui commiſſarios adhibuit, non tenetur de aliquo, nec principaliter nec in ſubſidium.*
    Tenetur tamen ſi dolo malo adhibuit.
14. 15. 16. *Patronus circa electionem & deputationem commiſſariorum non tenetur de leui culpa, ſed ſolum de dolo & lata.*
17. *Si prehenſio ſit iniuſta, tenetur patronus nomine proprio ad redditionem rationum: & etiam ad omnia damna & intereſſe vaſalli.*
18. *Quod eſt intelligendum de intereſſe propinquo.*
    Pulchra diſcretio intereſſe propinqui & remoti.
19. *Mora magis aſtringit, quàm alia culpa.*
    In caſu quo prehenſio feudalis declarata eſt nulla, non tenetur patronus de caſu fortuito, qui aliàs æquè accidiſſet.
20. *Quid ſi patronus non adhibuit commiſſarios, ſed feudum locauit?*
21. *Differentia inter colonum & commiſſarium.*
    Pactum appoſitum in commiſſione, vt non teneatur curator vltra certam ſummam, non valet, nec releuat contra omnes ad quos res ſpectat abſentes: Secus in pactis concernentibus qualitatem & modum exactionis.

GLO. VII. IN VER.

Le Commiſſaire:

* Commiſſarius feudalis ſtatim catalogo tradito per vaſallum, cogitur ei rationem reddere.

VT text. ſtatim catalogo *tradito curatorem feudi teneri, & poſſe cõpelli ad redditionem rationum: & hoc ipſo iure: nec opus eſt alia leuatione manus dominicę, vt diximus ſ. *eo. glo. 3. quæſt. fi.* ¶ Ex hoc text. not. 1. Quando curator fuit deputatus feudo, vaſallus non poteſt agere contra patronum ad reſtitutionem fructuum vel rationem eorum: ſed ſolum poteſt agere contra curatorem, ſiue iudicis, ſiue priuata domini authoritate tantum commiſſus fuerit. Et idem dicendum ſi vaſallus prætendat deterioration em prædiorum, aut ædificiorum feudi, vel iurium eius perditionem. Ratio. 3. patebit. Si verò nullus curator deputatus fuerit, rectè eorum omnium nomine conuenietur patronus,

Digitized by Google

* Distributio dicendorum.

¶ Vt* quàm ordinatius & breuius procedam ad resolutionem vberrimæ huius materiæ curatorum feudalium: diuido eam in tres partes principales. Prima respicit deputationem curatorum. Secunda eorum obligationem. Tertia obligationem patroni. Circa primam iam satis dictum est, hos curatores deputari posse à solo patrono, sua priuata authoritate, siue feudum prehendatur ex defectu clientis, siue ex defectu catalogi: quamvis ciuilius & vtilius faciat cum iudicis authoritate.

* Commissarios vtrũ adponere teneantur patronus feudo prehẽso?

2. ¶ Sed quæro * an teneatur patronus adponere curatorem feudo prehenso? Respondeo, siquidem ex defectu clientis, certum est quòd non: quum tunc faciat fructus suos, in merum & perpetuum damnum deficientis clientis. Si verò ex simplici defectu catalogi, vt hîc, secus videtur: tunc per hunc text. qui copulatiuè loquitur ibi, *Peut saisir ledit fief, & y commettre commissaires*, potest inquit text. prehendere & commissarios apponere. Et sic * non videtur consuetudo permittere vnum simplex, sed vnum copulatum, siue qualificatum. Igitur non poterit hoc casu patronus simpliciter prehendere, sed tenebitur etiam simul curatores apponere alioquin non seruabit formam ab hac consuetudine præscriptam, hîc enim ponitur copula inter duas orationes, scilicet potest prehendere, & commissarios apponere: quæ ponuntur respectiuè, quia altera, videlicet hæc, commissarios apponere, non venit principaliter propter se: sed accessoriè, & per modum accidentis, seu qualitatis ad præcedẽtem. Patet, quia appositio curatoris rei prehensæ accedit in consequentiã prehensionis, imò videtur eius pars: igitur stat propriè & copulatiuè, & requiritur concursus vtriusque, vt est theoria Barto. quem omnes sequun. in *l. si is, qui ducenta. §. vtrùm, col. fin. ver. tertio casu. D. de reb. dub.* Et maximè quum ista concessio incipiendi à prehensione reali sit contra ius commune, & restringenda, vt procedat demum dato concursu omnium copulatorum simul, vt in simili vult. Ias. *in l. 1. col. 3. D. de iusti. & iure*, & latius Imol. Card. in *Cle. in plerisque. de elect.* quos seq. Socin. *conf. 33. circa præsentem, col. 3. lib. 3.* præterea ista particula de appositione curatorum, est copulatiuè apposita in fauorem clientis & non patroni: patet quia hoc casu fructus non debentur patrono, nec illius interest, sed solius clientis, cui talis curator obligatur ad redditionem rationum. Igitur dum consuetudo addit curatorum appositionem, intendit soli clienti, & non patrono consulere & prouidere. Et per consequens vtrumque copulatiuè fieri debet, nec potest patronus vti beneficio consuetudinis, nisi seruata eius forma & qualitate, iuxta, not. Bart. in *l. 1. §. ait Prætor. per illum text. D. ne quid in loc. publ.* Ang. in *l. Prætor ait. §. decerèque, per illum text. D. vi bono.* Bart Ias. in *l. si extraneus, in fin. D. de condi. cauf. dat.* Phili. Deci. in *l. fin. col. 12. C. de edic. diui Adri. tol.* nec consequenter prehendere ad sui commodum, nisi etiam curatores apponant, ad securitatem & commodum clientis.

* Copula inter orationes quãdo requisita concursum.

3. ¶ Ista valde vrgent: puto tamen patronum ad hoc non teneri præcisè, nec prehensionem esse vllam sed inualidam: imò efficacem quamvis nullum curatorem apposuerit: inconsultè tamen facit hoc omittendo; quia tenebitur ipse fructuum & deteriorationis feudi (secundum quod statim dicam) rationem reddere, vnde si hoc onus velit euitare, & sic causatiuè, tenetur curatores apponere. Hæc enim verba huius §. diriguntur ad patronum, & vtrumque copulatum, siue vtraque oratio ponitur in mera eius facultate: patet in verbo *potest*, quod per copulam, * *&*, (quæ est verbi orationis præcedentis repetitiua, *l. ea tamen addictio. D. de leg. 3.*) censetur repetitum in consequenti copulata oratione: vnde perinde est, ac si dictum esset, potest prehendere, & potest commissarios apponere. Et sic * omnia sunt in mera patroni facultate, per not. *supra §. 1. gloss. 3.* Et verum est illam oratio-

* Copula, & repetit verbũ præcedentis orationis, seu copulæ.

* Potest, verum merę facultatis.

nem esse appositam ad vtilitatem clientis, sed non ad astrictionem patroni, cùm in eius voluntatem & facultatem conferatur.

* Azò. Et ne * fortè formularij quidam practici, sed iuris imperiti, hanc meam resolutionem, & plures sequentes quæstiones irrideant, dicentes illam clausulam, curatorum apponendorum, esse ad incommodum vasalli, quòniam (vt ipsi, nisi quod viderunt accidere, in praxi nihil esse putant) si dominus non apponat feudo prehenso curatores, licebit vasallo administrare feudum, & illo vti gaudereve vt prius: & sic dum quæro an patronus prehendens teneatur curatores apponere, tam frivola sit dubitatio, ac si dubitaretur, an teneatur iure suo vti, & vt vasallo rigorem seruare, eúmque molestare. Similiter dum laboriose vestigo, cuius culpæ rationem reddere teneatur patronus, qui curatores non adhibuit: quasi inaniter torqueat, vtpote administratione non sublata vasallo, nisi per actualem curatorum appositionem, vt vulgo putant.

4. ¶ Quibus cunctisque vt obiter satisfaciam, dico non esse verum, clientem habere feudi prehensi administrationem, donec curatores deputati sint: imò eo ipso quòd prehensio facta est, siue manus iniecta, statim feudum est redactum ad manum domini, & administratio omnis, imò etiam possessio sublata, & interdicta vasallo, & translata in dominum: cui licet per se vel suos feudum exercere, ita quod etiam nullo commissario adhibito, non licet clienti se immiscere feudo. Et hoc nisi expressè vel tacitè sub manu sua permittat clienti colere, fructus colligere, & aliter administrare feudum. Et intelligo dominum tacitè id permittere duobus concurrentibus. Primò, quòd non deputet curatorem, nec per se, nec per suos se immisceat de custodia & administratione feudi. Secundum, quod sciat nihilominus vasallum eo vti, & administrare, & eum aliter non prohibeat, sed sciens patiatur. Et his casibus, illam quæstionem de ratione culpæ non disputo. Sed tum quum patronus noluit clientem accedere feudo prehenso, sed ei expressè interdicit, siue verbo, siue facto: puta domesticos suos mittendo ad illud insolidum gubernandum nomine suo, nec tamen aliter prouidet de certis commissariis, tunc enim, vt patet per ea quæ infrà dicam, multum interest vasalli idoneos curatores constituí: id tamen si vasallus non conqueratur, remanet in mera facultate patroni, vt dixi.

* Patronus non tenetur curatores deputare feudo, nisi quando vult; tenetur tamen eam deputationẽ notificare.

5. ¶ Vnde infero, quòd quamvis * ab initio curatores non constituerit, potest tamen quomodocunque libuerit durante prehensione constituere, siue per se, siue per iudicem: dico tamen quòd sicut tenetur debitè notificare vasallo suam manus iniectionem, vt dixi supra *quæst. 1. gloss. 4. in princip.* alioquin effectus prehensionis non assequetur: ita tenetur debitè notificare curatorum deputationem, quomodocunque illam faciat, vel fieri faciat, alioquin non consequetur in præiudicium clientis effectus, quos ex curatorum deputatione intendit & posset assequi, puta releuationem ab onere reddendi rationem fructuum, & custodiæ feudi ex defectu catalogi prehensi. Si enim esset prehensum ex defectu clientis, ad nullum effectum prodesset notificatio deputationis curatorum, quia tunc nulla commoda feudi pertinent ad vasallum. Et hoc nisi ad aggrauandum culpam & pœnam vasalli si fortè d. curatores turbauerit vel expulerit. Et eadem facultatis ratione puto quòd poterit limitare officium & commissionem curatoris, tam in rebus vel negotiis, quàm in tempore. Et commissione finita, morte, vel tempore, poterit per se vel suos, si velit administrare, & consequenter ab eo tempore ad rationum redditionem per se ipsum obligari, vel administrationem sub manu sua concedere clienti, vel

nouum curatorem deputare, id notificando clienti vt dixi.

6. ¶ Sed quæro in casu huius §. deputauit curatorem, idque notificauit clienti, * vtrum possit curatorem etiam inuitum destituere, non vocato vel inuito vasallo? videtur quòd non, cùm per deputationem & notificationem, gestum sit negotium siue mandatum inter curatorem & clientem, & iam vterque vicissim in alterutrum obligatus sit, secundum naturam actus, puta curator ad probè gerendum, cliens ad sumptus restituendum. Et hæc veritas, nedum si iudice authore deputatus fuit, sed etiam si sola authoritate patroni, quia ex quo semel consensu patroni contractus est gestus inter clientem & curatorem, non potest patronus illum dissoluere, & hoc nisi ex causa, puta si talis curator colluderet cum cliente, eique fructus vel redditus feudi restitueret: tunc enim causa cognita per iudicem remoueri potest, & in id quod patroni interest condemnari.

* Patronus non destituit curatorē inuito vasallo.

7. ¶ Sed an * ipse curator inuitus, de consensu patroni & clientis, etiam prehensione durante, possit sine alia causa destitui, & ad rationes reddendas, & reliqua soluenda ipsis partibus, vel nouo curatori adigi? Et clarum est quòd sic, si sit deputatus sine iudicis authoritate, quemadmodum liberè & quandocunque potest quiuis procurator reuocari, vel negotiorum gestor prohiberi. *l. cum precario. D. de prec.* sumptus tamen, & indemnitatem ei præstando. Si autem sit commissus à iudice, vel iudice authore, secus videtur, per reg. *l. nihil tam naturale D. de regul. iur. cap. 1. extra eod.* hinc volunt Guil. Alb. Bar. Ias. in *l. fin. in fin. ff. de offic. procu. cæsar.* quòd damnum illatum debitori, ad instantiam creditoris, non potest communi consensu partium amoliri, sine iudicis authoritate. Et in simili Petr. Ancharan. *consil. 340. viso themate, ad fin.* quod sequestrum iudicis authoritate factum, non potest sine eiusdem licentia à partibus etiam concordantibus tolli. Et decidunt Angel. Iacob. de sancto Geor. Socin. in *l. neque impuberes. §. 1. D. de in ius vocan.* quod custos carceris, non potest debitorem ad instantiam creditoris carceratum liberare, sine mandato iudicis. His non obstantibus, puto indistinctè posse inuitum liberè sine causa, ac sine iudicis mandato remoueri, quia regula *dict. l. nihil naturale*, & prælegata procedunt in his, in quorum constructione erat necessaria iudicis authoritas, vnde regulariter est necessaria in dissolutione. *authentic. contra si filij, in fi.* & ibi Bart. *C. de repud.* Secus in alijs, secundum Bart. in *l. heredes palam. §. si si quis post. D. de testament.* Deci. in *d. l. nihil tam naturale.* vt hic ad constitutionem huius curatoris non erat iudicis authoritas necessaria, vt sæpè dictum est. Præterea allegata in contrarium procedunt in actu principaliter & radicaliter fundato, & dependente à iurisdictione publica & iudicis authoritate. Nos autem loquimur in prehensione feudali, quæ dominialis est & iuris primati. Et in deputatione commissariorum, quæ etiam per se & principaliter fundatur, & dependet à feudali potestate & facultate patroni, iudicis autem authoritas nonnisi accessoriè, & per modum simplicis conformationis interponitur, vt patet per not. supra §. 1. *glossa quarta, quæstione tertia.*

* An curator inuitus destitui possit?

8. ¶ VENIO ad secundam partem, circa obligationem horum curatorum. Quæro primo * quibus ex gestione obligentur ad ratiocinia & reliqua? Respondeo, aut sunt deputati feudo prehenso ex defectu clientis, & tunc soli patrono obligantur, eius enim solius negotium suscipiunt, & gerunt, quum feudum exerceatur ad commodum solius patroni, & in irreparabile damnum vasalli: vnde in gestione sua nullo modo conueniri possunt à cliente, etiam postquam in fidem admissus est, nisi actionibus cessis à patrono, vt diximus supra §. 1. *glossa octaua, num. quinquagesimo sexto.* Si quid tamen de dolo malo commiserit, possunt actione de dolo, vel alia congrua ex delicto, vel quasi conueniri à cliente, sicut extranei delinquentes: vnde idem est dicendum in nudo executore ad certum actum, puta ad prehendendum vel distrahendum, qui ex actu obligatur actione mandati, vel negociorum gestorum, illi soli cuius negocium exequitur, non autem illi cuius res prehendit vel distrahit: cum quo non contrahit nec quasi. Ex dolo tamen teneri poterit, sicut quilibet delinquens. *l. si pignor. D. de euiction. & tener gloss.* Alberic. Bartol. Bald. Angel. in l. 3. §. *interdum. D. de negotijs gestis. & in l. si tibi mandauero. §. curator. D. mandat.* Aut sunt deputati feudo ex defectu catalogi prehensi. Et tunc obligantur, tam patrono quàm clienti, & vtrique directis actionibus, prout ad quemque eorum negotium spectat: vnde quandiu durat dicta prehensio, non potest conueniri à cliente, nisi de consensu patroni, sed à solo patrono: cui vel nouo curatori nomine patroni recipienti post reuocationem sui factam consensu clientis, vel sine eius consensu ex causa & authoritate iudicis, vel aliàs commissione finita tempore in ea præfixo, vel morte ipse curator vel eius hæres tenetur rationem reddere, & reliqua restituere, & non clienti, ad quem non pertinet quandiu prehensio durat. Sed resoluta prehensione tenetur reddere clienti & non patrono, ad quem amplius non spectat, vel si iam rationes reddiderit patrono, vel nouo curatori, patronus vel nouus curator eiusdem tenetur rationem reddere clienti.

9. ¶ Secundò quæro, an huiusmodi curatores teneantur etiam * leuis culpæ rationem reddere? videtur quod non, per *l. Prætor ait. §. est prætereà. D. de bo. aut. iudi posit.* vbi est text. rotundus in clausula, eadem causa est in curatoribus. nam & isti tenentur vt creditores, referendo verbum creditores ad creditores missos: & non ad creditorem conuentionalem, prout gl. & omnes doct. ibi intelligunt, & certè ipsa series text. phrasis & numerus sermonis ita videtur referre & idem tenet glo. & doct. in *l. 2. in ver. rata habebuntur. D. de cur. bo. dando gloss. & scrib. in l. 1. D. de pig. actio.* Bar. Ang. Imol. Pau. *in l. si finita. §. si quis damni. D. de dam. infect.* Et est opinio omnium, quæ & maximè procederet in curatorib. inuitis ex causa factis, *arg. l. 8. in fi. D. de curat. bo. dam. l. si fideiussor. §. si necessaria. D. qui satisda. cog.* in contrarium facit communis regula quod tutor, curator, & generaliter omnis administrator rei alienæ de leui culpa tenetur. *l. tutori. C. de negot. gest. Inst. de oblig. quæ quasi ex contrac. §. 1. si negotia. D. de neg. gest.* & quod curator datus bonis teneatur sicut curatores ac tutores pupillorum, est *text. apertus. in l. 1. §. item si periculum D. de ven. in poss. mit.* sed loquitur in curatore generali. Super hoc consent. Alber. & Ang. in *d. §. est prætereà*, primam opinionem procedere respectu debitoris seu illius contra quem facta est missio, cuius negotia hic curator gerere non proposuit. Secundum respectu creditoris, cuius negotium gerere proposuit. Sed hæc concordia primam opinionem confodit; & in secundam recidit, quia præsupponit curatorem non esse obligatum debitori, nec ei teneri reddere rationem, vnde ex illa parte cessaret quæstio. Sed respectu illius cui tenetur rationem reddere concedit eum teneri de leui culpa, & sic stat pro 2. opinione.

* Cōmissarij feudales vtrū teneantur de leui culpa?

10. Ego indistinctè puto quemcunque curatorem, siue administratorem, siue generalem, siue particularem, siue priuatum officium, siue publicum munus gerentem, teneri tam in gerendo, quam rationem reddendo, de leui culpa, ex regula generali. Tum eo ipso quod suscepit tale officium, scit se suscipere curam rei alienæ, ad commodum alienum, & sic se obligat ad custodiam & gubernationem fidam & diligentem, & culpam à se exigendam. *l. etiam §. licet. l. si constante. §. si maritus D. sol. matr.* & hoc semper importat natura actus, etiam si non exprimatur: non obstat

zed by Google

* Intellectus §. *eſt præterea.* vel. aut *præter. ff. de bon. auct. iud. poſſidend.*

text. in *d.* §. *eſt præterea.* quia * d. clauſula eadem cauſa est &c. debet referri ad proximum dictum, de creditore conuentionali, & non ad remotum de creditore miſſo in poſſeſſionem, contra gl. & communem. Ita quod verus ſenſus illius clauſulæ non eſt quòd curatores bonorum teneantur ſolum velut creditores in poſſeſſionem miſſi, videlicet de dolo malo tantum, & non de culpa, prout Accur. ibi & cæteri omnes aduſque malè interpretati ſunt. Sed verus & germanus ſenſus d. clauſulæ eſt, quòd curatores bonorum tenentur ſicut creditores conuentionales res pignoratas vel hypothecatas ex pacto poſſidentes, & ſic nedum de dolo, ſed etiã de culpa ſcil. leui. quod probo neceſſariò per illum tex. in eadem *l.* §. *in eum in fi.* vbi eſt idem continuatus ſermo; & ibi text. reddit rationem, cur creditores miſſi non teneantur de culpa, ſcil. ideo quod ſuum proprium & non alienum negotium gerunt, quæ ratio non poteſt quadrare nec adaptari curatori, etiam ad inſtantiam creditori miſſi adpoſito: imò in eo habet locum contraria ratio, videlicet quòd iſte curator non venit ad ſuum, ſed ad purè alienum negotium gerendum. Igitur contraria debet intelligi diſpoſitio in curatore, per locum à contrarijs & hoc omnino neceſſarium eſt, dũm text. dicitur eandem rationem eſſe in curatoribus referre & intelligere ad creditorem conuentionalem, de quo immediatè ſermo præcedit & non ad miſſum, in quo non eadem, ſed contradictoria eſt ratio, vt patet. & hic eſt verus & neceſſarius intellectus illius text. qui formalis eſt pro hac noſtra æquiſſima, & in praxi & vſu recepta ſententia. Reliqua de exigendis & compellendis his curatoribus dicentur in glo. ſeq

11. ¶ VENIO ad tertiam partem circa obligationem patroni. Et facio duas concluſiones principales. ¶ Prima * patronus qui feudo ex defectu catalogi prehenſo, nullum curatorem appoſuit, nec clientem adminiſtrare permiſit, tenetur ipſe nomine proprio, præſtito vel oblato catalago, rationem cuſtodiæ & fructuũ feudi reddere, & reliqua ſoluere, necnon damna deteriorationis ſi quâ culpâ ſua acciderit. Et iſtud in ſe non habet dubium per hunc text. Sed non modica difficultas eſt, an hoc caſu circa curam & adminiſtrationem feudi & fructuum teneatur ſolum de dolo & culpa, an verò etiam de leui? Et primò videtur teneri ſolum de dolo & lata, per ea quæ diximus ſ. §. 1. *glo.* 8. *quæſt.* 10. Et ſic dicitur qñod ibi erat feudum apertum, & ex defectu clientis prehenſum, & patronus eo fruebatur tanquam re ſua, faciendo fructus ſuos: hic autem contraria eſt ratio, quum feudum ſit repletum, nec faciat fructus ſuos, ſed vice pignoris detineat, catalogo præſtito integraliter reſtituendos: replicari poteſt, quod etiam ſimplex creditor miſſus in poſſeſſionem ex cauſa iudicati, qui non debet lucrari fructus, ſed in ſortem debitam imputare, & reliquum debitori reſtituere, tamen non tenetur circa cuſtodiam & curam rei & fructuum niſi de ſolo dolo & lata culpa, quæ ſub dolo implicatur. text. eſt in *l. in venditione.* §. *de tempore. l. Prætor ait.* per to. maximè in §. *eſt prætered. D. de bo. aut indi. poſſid.* igitur nec patronus qui ratione directi dominij, potius eſſe deberet melioris conditionis, nec vllo modo eſt adæquandus creditori conuentionali, ex conuentione priuata poſſidenti, quum (vt ſæpè dictum eſt) nitatur lege publica, & ſit in poſſeſſionem miſſus authoritate conſuetudinis. 12 ¶ His non obſtantibus puto hoc caſu patronum etiam de leui culpa teneri. Ratio, quia aut nullo modo, neque per ſe, neque per ſuos adminiſtrat, & nihilominus prohibet clientem ab adminiſtratione feudi, nec tunc curatorem aliquem deputat, & eſt in manifeſto dolo quum tendat ad deteriorationem rei, & fructuum perditionem, quæ tamen ſit cuſtodienda & integrè reſtituenda, vnde tenetur clienti ad omne id quod eius intereſt, tam in deterioratione feudi quàm in amiſſione fructuum: & ſi probatio ſit difficilis, ſtabitur ſacramento in litem clientis, præmiſſa taxatione. ſecundum no. in *l. in actionibus. D. de in lit. iuran.* Aut patronus per ſe vel ſuos curæ & adminiſtrationi feudi ſe ingerit & eo ipſo incipit gerere officium curatoris ſiue negotium agere clientis. quoniam non poteſt hoc facere, niſi rem alienam & fructus alienos adminiſtrando. & ſic tanquam cũrator, vel negotiorum geſtor obligatur reipſa actione negotiorum geſtorum: igitur negligentiæ ſeu leuis culpæ rationem reddere tenetur. Et hoc veriſſimum & æquiſſimum puto. * Non obſtant, *d. l. in venditione, & l. Prætor ait*, quia non loquuntur in creditore, rei in quam miſſus eſt adminiſtrationem ſuſcipiente: ſed in eo qui tantum eſt miſſus non ad poſſidendum nec adminiſtrandum, ſed ad inquietandum contumacem, & nihil aliud agit quàm negotium ſuum: curæ autem & gubernationi rei ſe non immiſcet, ſed vel eam permittit debitori, vel facit curatores in eam rem conſtitui, meritò non tenetur de culpa ſi res deterioretur, eius iura amittantur, & fructus depereant, & hoc ideo quia non ſuſcepit huiuſmodi negotium debitoris gerendum, ſed ſuum tantum, vt expreſsè inquit text. *d. l. Præt. ait.* §. *in eum quoque in fi.* Igitur ſecus ſi adminiſtrationi ipſi ſe ingereret, quia non poſſet hoc facere niſi negotium alienum ſuſcipiendo, tanquam curator, geſtor vel adminiſtrator rei alienæ, & ſic ad diligentiam & omnia quæ ſunt de natura geſtionis rei alienæ obligaretur. Et ita puto ſanè intelligenda & limitanda dicta iura, alioquin ſi intelligerentur etiam in eo qui adminiſtrationem rerum ſuſcepit, manifeſtam continerent iniquitatem, & non eſſent habenda pro lege.

* Intellectus *l. in venditione. & l. Prætor ait. D. de bon. auct. iudi. poſſ.*

13. ¶ Secunda concluſio ſub eodem themate, Patronus qui curatorem adhibuit, non tenetur neque principaliter, neque in ſubſidium de deterioratione feudi, reſtitutione, vel amiſſione iurium aut fructuum eius, nec horum tenetur vllam rationem reddere, ſed ſolus curator ad hæc tenetur, niſi fortè patronus circa hæc dolum vel latam culpam commiſerit *d.* §. *eſt præterea*, & ſatis innuit hic text. *in fi.* Ratio, quoniam hoc caſu nullum negotium alienum ſuſcipit, nec gerit, vnde non poteſt teneri tanquam negotiorum geſtor, ſed ſolum tanquam dominus feudalis, in qua qualitate nunquam tenetur niſi de dolo & lata culpa, *vt ſupra.* §. 1. *gl.* 8. *q.* 10. Et idem multo fortius quando patronus non adminiſtrauit, nec curatorem deputauit. Sed expreſsè vel tacitè adminiſtrationem reliquit ipſi vaſallo. Hinc concluſionem limito: primò ſi * patronus perditos quoſdam aut ignaros appoſuit, qui re malè geſta reperiuntur non ſoluendo, tunc enim perinde habetur ac ſi nullos deputaſſet, & illud damnum dediſſet *l. quoties. D. qui ſatiſd. cogan. l. quod ſi nolit.* §. *ſi mancipium. D. de edili. ed.* vnde tenebitur ipſe nomine proprio rationem fructuum, & damna deteriorati feudi reddere. Et hoc in ſubſidium, & probato dolo vel culpa patroni in electione & deputatione talium curatorum. Si autem fuit in culpa, nullo modo tenetur. *d.* §. *ſi mancip. Ibi vel malum adhibuit, ſed culpa ſua.*

* Si commiſſarios perditos quoſdam & ignaros patronus adhibuerit, tenetur.

14. Sed quæro, de qua culpa intelligitur? & videtur etiam de leui, vt ſentit text. & expreſſe gl. in *d.* §. *ſi mancip.* Tum licet in prehenſione facta ex defectu clientis, nunquam teneatur patronus niſi de dolo & lata, quia tunc feudum eſt verè apertum, & velut interruptum, & quaſi reunitum, & illo velut re ſua fruitur patronus ad lucrum ſuum & in merum detrimentum vaſalli. §. 1. *ſupra eo.* vbi plenè diximus in *glo.* 8. *q.* 10. *nu.* 54. Tamen in hac prehenſione ex defectu catalogi contrariæ militant rationes, quæ contrarium ius operari debent non enim fit ad lucrum patroni, nec ad damnum vaſalli, ſed ad compellendum eum tradere catalogum: nec tunc patronus inſiſtit feudo prehenſo velut rei ſuæ, ſed tanquam alienæ, & pignoratæ ad onus fructus conſeruandi & reſtituendi domino, ſcilicet

* Patronus ipſe an tenetur de leui culpa?

vasallo, qui etiam interim est verus dominus vtilis actu manens, quum non sit feudum apertum, sed de sua persona repletum. vnde hac prehensione videtur habere instar pignorationis conuentionalis factæ per creditorem donec debitum sibi soluatur: qui, siue ex traditione debitoris; siue manu iniecta ex pacto, pignus vel hypothecam possideat, tenetur indistinctè de dolo, lata & leui culpa. §. *fi. inst. quib. mod. re. contra. ob. l. si. cum venderet. cum l. seq. D. de pig. actio. l. Prætor ait. §. est præterea. D. de bo. autho. iudi. posti. l. si credito. l. si nulla. C. de pig. actio.* Tum deputando curatores ad administratonem feudi & fructuum videtur se immiscere administrationi, saltem quantum ad actum electionis & deputationis curatorum, igitur saltem respectu illius actus, siue in eo quod, & quatenus administrauit, deberteneri etiam de leui culpa, per deducta in conclusione præcedenti.

* Patronus circa electionem commissariorum nō tenetur nisi de dolo & lata.

15. His* tamen non obstantibus, teneo patronum etiam circa huiusmodi electionem & deputationem curatorum, siue sua sola priuata, siue iudicis authoritate, ad solam sui nominationem, non vocato nec consentiente cliente facta, non teneri de leui culpa, sed solum de dolo & lata. Ratio, quia patronus non facit huiusmodi deputationem nomine clientis: sed nomine suo, & iure proprio: nec illam facit ad commodum clientis, sed ad commodum suum, & sui exonerationem, & ne de administratione teneatur, quod per consuetudinem sibi conceditur, vt patet in hoc §. Et sic hoc faciendo non alienum, nec clientis negotium susicipit aut gerit, sed suum proprium tantum: vnde non debet inde in aliquo teneri, nisi in dolo, vel ad summum in lata culpa deprehendatur, vt in simili text. in *d. l. Prætor. ait. §. in eum quoque. in ff.* Nec obstat quòd huiusmodi curatores obligatur reddere rationem vasallo, quia hoc verum est resoluta prehensione, præstito catalogo, ex dispositione huius consuetudinis, & ex tacito negotio, quod re ipsa geritur inter curatores & vasallum, in euentum præstiti catalogi. Sed circa hoc inter patronum & vasallum nullum geritur negotium. Tum huiusmodo deputatio est pars prehensionis. Sed clarum est prehensionem, etiam quæ fit ex defectu catalogi, nullo modo esse actum administrationis negotij alienj, sed exercitium & vsum negotij & iuris proprij. Et sic eiusdem iuris & qualitatis censeri debet hæc deputatio quod procedit nedum si fiat in continenti in ipso actu prehensionis, sed etiam si fiat ex interuallo, quia quandiu prehensio durat non potest dici fieri ex interuallo, siue seorsum à prehensione, sed semper incontinenti, quum prehensio actualiter perseueret. 16. ¶ Non obstant adducta de creditore conuentionali, quia vt sæpe dictum est quæuis prehensio feudalis non est adæquanda priuatæ manus iniectioni simplicis creditoris, sed est longè maioris prærogatiuæ & authoritatis, nedum ex vi directi dominij actu retenti, sed etiam quia iure publico & authoritate huius consuetudinis principaliter & immediatè nititur, & sunt vestigia, seu reliquiæ cuiusdam iurisdictionis feudalis, & prædialis (*quam funciariam vulgo vocant*) quæ adhuc residua mansit patronis, in res clienclarias: vnde magis venit æquiparanda pignorationi prætoriæ vel iudiciali, quàm meræ priuatæ & conuentionali. Ex quib. patet quòd si patronus in actu huius prehensionis, vel post, adhuc ea durante, curatores etiam per se solum, non vocato vasallo deputando, non diligenter inquisierit de eorum fidelitate, peritia & facultatibus; vel pluribus occurrentibus non elegit, nec adhibuit meliores & idoneiores quos potuisset prout diligens paterfa. in committenda administratione rei suæ fecisset, non tamen etiam in subsidium tenebitur patronus, si curatores malè gesserint, & minus soluendo reperti fuerint. Sufficit enim, quod tempore commissionis prima facie præsumebantur & reputabantur satis idonei ad tale onus. Secus, si tunc manifestè apparebant deplorati, non soluendo, vel alterius artis, & ad hanc rem imperiti, aut aduenæ & prorsus ignoti. Tunc enim non posset patronus deputans, excusari à dolo, saltem à lata culpa. Idem si idoneitas non esset publica, sed ipsi patrono nota: ideò tenetur ad satisfaciendum rationibus & reliquis damnis & interesse debitis per tales à se electos. Quod si patronus ipse non elegerit, forte apparitor à iudice deputatus seu procurator patroni dolosè versatus sit, is solum tenebitur, non patronus, aut iudex qui culpa vacant. arg. *l. si pignora. D. de euictio.* Vigilet igitur & curet vasallus idoneos & vtiles commissarios apponi, si non vult aut nequit ptomptè mancipationem feudi obtinere.

17. Secundò limitatur secunda conclusio, vt procedat quando prehensio est valida. Secus si sit nulla, puta facta ex causa falsa, vel ante tempus, aut alias indebitè, vt diximus supra eo *glo. 3. nu. 9.* Tunc enim patronus, propter iniustam & irrationabilem executionem facti tenetur * nomine proprio ad restitutionem omnium, cum omni damno & eo quod interest, vnde non sufficit quod diligentissimè fidos & idoneos curatores adhibuerit, ita quòd extra culpam vel errorem malæ prehensionis in nulla etiam leuissima culpa reperiatur, quia nihilominus si qua sit deterioratio vel amissio feudi iurium vel fructuum eius etiam à commissarijs siue alia culpa patroni inducta, vel si qua reliqua ab eis debeantur, & non sint soluendo, patronus ipse exoluere tenebitur. Et quod fortius est, si qua vtilitas adsit clienti, siue quia erat diligentissimus, siue quia omnia ex longo tempore habebat instructa & ordinata. Commissarij autem quia solum mediocrem diligentiam præstiterunt: vel quod non haberent in præparato singula requisita ad nouam administrationem, plus sumptuum fecerunt, & minus fructuum collegerunt, quàm fecisset vasallus: & sic probè gestis rationibus, & reliquis solutis an commissarijs, qui non tenentur nisi de leui culpa: adhuc multa desunt clienti, quæ verisimiliter consecutus fuisset, non facta prehensione, puta fructus quos percipiendos vocant, & commoditates quas vasallus sua industria solitus erat percipere, & verisimiliter percepisset, ea omnia tenetur patronus resarcire de suo. Et hoc importat condemnatio damnorum & interesse: pro quorum liquidatione, in executione sententiæ poterit vasallus in libello suo declarationis damnorum & interesse hæc & alia huiusmodi sigillatim articulare. Et aduerte circa hanc materiam interesse, quæ à multis copiosè magis inuoluta, quam resolutiuè explicata fuit: vt id solum quod punctum nostrum concernit, pro præsenti tradam. 18. Quod dicimus in hac secunda limitatione nostra, patronum teneri ad omne id quod interest, debet subaudiri ad causam, seu ratione prehensionis factæ.

* Patronus nomine proprio ad omnia tenetur quando prehensio est iusta.

* Et sic non venit interesse remotum: sed solum interesse propinquum, quod est circa rem prehensam vsum & administrationem eius sublatam per prehensionem, & sic solum consideratur interesse emergens immediatè propter prehensionem: siue sit commune siue singulare ipsius clientis, siue consistat in damno incurso, siue in lucro cessante, dummodò cessatio lucri, alias certi, immediatè causetur à prehensione.

* Interesse propinquum æstimatur nō remotum.

* Vnde si vasallus colonis suis, propter huiusmodi prehensionem expulsis, vel impeditis, damna & interesse soluit, vel debeat, vel si prædia feudalia deteriorata sunt, vel si in illis alebat greges, & partim perierint, partim aliena pascua conducenda fuerint, hæc & reliqua id genus, resarcienda sunt à patrono: quum sint damna immediatè propter prehensionem incussa. Idem de fructibus percipiendis, seu aptiùs loquendo, qui vltra perceptos percipi potuissent, accuratissima vel singulari industria clientis: hos enim quum futuri fuissent pars rei damno magis quàm cessanti lucro adscribo, pro quò factum no. Dec. in *cap.* C. de

* Interesse propinquū à remoto quomodò diuersificetur.

ſentent. quæ pro eo quod inter. ad ſi. Si autem vaſallus fortè mercator pecuarius, vltra intereſſe damni incurſi in grege ſuo ablegando, & aliena paſcua conducendo & interim propter hanc caulam grege diminuto, vellet petere intereſſe lucri ceſſantis, ex eo quòd non potuit tam numeroſum, & ſucculentum gregem ducere ad forum, & mercatum ſolitum, non deberet audiri; quia ceſſatio talis lucri, non prouenit præcisè & immediatè, propter ſolam prehenſionem, ſed habet admixtas alias cauſas, cum inſidijs, vel incertitudine fortunæ: & ſic non eſt propinquum, ſed remotum, & non conſiderandum, ſicut nec eſſet conſiderandum ſi quereretur, ſe ex redditibus feudi, ſi eos in tempore medio percepiſſet, potuiſſe plurima in negotiationibus, vel emptionibus prædiorum ſuperlucrari: & ſe amiſiſſe occaſionem illerum lucrorum, & commodorum, & fortè ſe perdidiſſe occaſionem & facultatem redimendi prædium à ſe prius venditum ſub pacto retrouendendi, & tempus interim lapſum, vel retrahendi prædium auitum à conſanguineo medio tempore, vili fortè pretio venditum extraneo. Hæc enim remota, & ab alijs ſimul cauſis dependentia non veniunt æſtimanda. Secus in lucris quæ aliàs veriſimiliter erant certa, & euentura, & iam in ſuo curſu, quorum ſpes deficit immediatè propter ſolam prehenſionem, quorum etſi rariora, quàm damnorum, ſint exempla, ſunt tamen aliqua, puta ſi nouum columbarium, vel ſtagnum, interim diu durante prehenſione, quamuis non fuerit deterioratum, tamen non fuit in valore augmentatum, prout fuiſſet, ſi in manu diligentis vaſalli remanſiſſet. Huius enim lucri ceſſantis puto habendam rationem: quia iam erat inceptum in actu, & ſola prehenſio immediatè illud impediuit. Idem ſi vaſallus erat mercator pecuarius, & poſuerat gregem impinguandum in feudo, quod non habuit effectum, propter prehenſionem ſtatim ſecutam, quamuis aliter non ſit grex deterioratus. 19. ¶ Idem in cæteris ſimilibus dicendum. ¶ Sed quid de damno * fortuito caſu illato fructibus, aut aliis reb. feudi? videtur ſpectare ad patronum, quum ſit in continua mora: imò eo ipſo quòd rem clientis eo inuito, & indebitè occupauit: pluſquam fruſtrator, ſeu pluſquam moroſus effectus eſt. *l. pe. in fi. D. de vi & vi. ar.* Et ſic patronus nedum eſt in culpa, ſed etiam in mora, & pluſquam in mora. Vnde quamuis ſola culpa citra moram, non ordinata ad caſum, non faciat teneri de caſu fortuito: ſed ſuperuentu caſus fortuiti, purgatur & abſorbetur. *l. in qui. D. de act. & obl. l. non omne. D. de ſtatu. lib. l. fi. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iact.* tradit Alber. Bar. Bal. in *l. ſi vt certo. §. ſed interdum. D. commod.* Tamen * mora etiam ſola facit moroſum teneri omnimodò de caſu fortuito. text. *in l. filioſa. §. ſi poſt. diuortium. D. ſol. matr. in l. cum res in fin. D. de leg. 1.* per quos text. communis eſt opi. gl. & doct. in *d. locis. & in l. quod te. D. ſi cer. pet. l. mora D. de vſur.* & vbique non eſſe diſtinguendum an æque penes eum cui debet reddi, fuiſſet peritura, vel non. Quibus non obſtantibus, puto patronum tum demum teneri de caſu fortuito, ſi acciderit, & effectum habuerit, occaſione prehenſionis iniuſtæ, qua ceſſante veriſimiliter obuiatum fuiſſet periculo, & ſaluata res per clientem. Secus ſi conſtat quòd omnino ceſſante prehenſione, vel eodem modo peritura erat penes clientem, quia tunc cliens non habet inde aliquod intereſſe, prouenies ex culpa, mora, vel facto patroni, vel eorum occaſione, & ſic non eſſet admiſſibilis ad allegandum & petendum emendationem talis damni, ſiue in ipſo corpore feudi, aut eius ruribus, ſiue in fructibus pendentibus, aut ſeparatis contigerit. Et hæc fuit in effectu opi. Matt. quam ſecuti ſunt Paul. in *l. ſi plures. in fi. D. depoſi. & in d. l. cum res. in fi. de lega. 1.* Raph. Ful. in *l. memb. §. 1. D. de verb. obl. & in l. quod te.* & ibi Iaſ. *col. 9. dec. col. fi. D. ſi cer. pet.* Et nos latiùs contra Accur. & communem probabimus, ſicubi principaliter diſcutiendum occurrerit, *infrà vel in decadibus.*

20. PRO complemento huius tertiæ partis quæro: Quid * ſi patronus nullum curatorem deputauit feudo, ſed illud pro certa penſione locauit? breuiter reſpondeo, non habere locum verba, & mentem huius §. in fi. nec is colonus vllo modo tenetur clienti, etiam ſi expreſsè conduxerit à patrono locante in qualitate domini feudalis, prehenſum feudum ad manum ſuam tenentis, nec à vaſallo conueniri poteſt ad præciſam rationum redditioriem, vt clarum eſt, imò nec ad penſionis ſolutionem. Et hoc niſi actionibus ceſſis per patronum, vel eo mortuo ſine hærede in ſubſidium iuxta *l. 1. in fi. C. de act. & obl.* Et etiam patronus per talem locationem, nullomodo exoneratur erga vaſallum: ſed tenetur ei rationem, & reliqua præſtare, vt diximus in prima concluſione huius tertiæ partis; nec liberaretur offerendo cedere actiones, contra colonum. Et hæc procedunt, etiam ſi patronus appoſuiſſet pactum, quòd colonus teneretur catalogo præſtito per vaſallum, ei ſoluere dictam penſionem. per reg. l. *ſi vnus. §. ante omnia D. de pact.* Si tamen eundem colonum commiſſarium ſuum conſtituiſſet, haberent locum quæ dicta ſunt de commiſſario, & teneretur iſte colonus in qualitate commiſſarij feudi, ipſi vaſallo rationem integram reddere, non habita ratione penſionis conuentæ in locatione: quam non teneretur vaſallus acceptare: nec etiam poſſet eandem exigere, ab inuito commiſſario offerente (ideo fortè quòd annus ſterilis fuit) rationcinia ponere, & reliqua ſoluere. Et hoc niſi tanquam commiſſarius fuiſſet oneratus à patrono in ipſa commiſſione ad ſoluendum penſionem locationis loco redditionis rationum, ei ad quem ſpectabit, quia tunc poterit ad illam ſummam cogi per vaſallum: quamuis vaſallus poſſit ſi velit, præciſam redditionem rationum exigere: nec teneatur ſtare illi taxationi factæ ſine conſenſu ſuo. 21. ¶ * Ratio differentiæ eſt aperta: quum priore caſu colonus conducendo, nullum negotium gerat cum vaſallo, ſicut nec cum quouis extraneo, meritò non tenetur vaſallus ſtare æſtimationi conuentæ, in locatione facta cum alio. At poſteriore caſu, quum tanquam commiſſarius ad certam quantitatem ſe obligat, tacitè contrahit vel quaſi, cum quocunque ad quem ea res ſpectat, vel ſpectabit. Sed quæro quid ſi curator vel commiſſarius curam ſuſcepit, ſed limitatam: & ſub hoc expreſſo pacto, quòd non teneretur ſoluere vltra tantam ſummam, pro quolibet anno vel toto tempore? Reſpondeo illud * pactum etiam ſi per modum conditionis eſſet appoſitum, reiiciendum & eundem curatorem ſeu commiſſarium plenè & efficaciter eſſe obligatum, reſpectu eorum qui tali pacto non conſenſerunt. vnde meritò non tenentur ſtare tali pacto reſpicienti ſubſtantiam obligationis & debiti. Sed benè tenerentur ſtare pactis reſpicientibus qualitatem, & cæteras circumſtantias obligationis, ſine diminutione ſortis, ſeu debiti principalis, in ſe: puta ſi eſſent plures curatores deputati, cum hoc pacto, quòd non tenerentur niſi in viriles, vel quòd non poſſent cogi per capturam perſonæ. Tunc enim puto primò talem commiſſionem proficere patrono ad ſui exonerationem, modò circa hoc non fuerit in dolo, vel lata culpa: & prehenſio non ſit nulla, ſed valida. Et ſecundò clientem teneri, illis pactis ſtare: poterit tamen pro tempore futuro poſtulare aſtrictiores, & viliores ſibi curatores deputari, per deducta ſupra *ea. gloſſ. 4.*

* Quid ſi patronus non expoſuerit curatorem, ſed locauerit feudum.

* Differentia inter colonū & commiſſarium.

* Pactum recipiens ſubſtantiam debiti in commiſſione appoſitum non prodeſt reſpectu eorum ad quos reſpectat.

* De caſu fortuito cùm iniuſtè prehendit an patronus teneatur.

* Mora magis aſtringit quàm alia culpa.

§. X. *

APres que le vaſſal a baillé ſon denombrement au Seigneur feodal, ledit Seigneur feodal eſt tenu de blaſmer ledit denombrement dedans quarante iours apres iceluy (denombrement) baillé; autrement (ledit denombrement) eſt tenu pour reçeu. Toutesfois ledit vaſſal eſt tenu d'aller ou enuoyer querir ledit blaſme au lieu du principal manoir, dont eſt mouuant le fief.

§. XI.*

* Hic articulus additus fuit per nouã conſuetudinẽ.

NEantmoins le vaſſal qui a fait ſes foy & hommage & offres au deſir de la couſtume, peut bailler ſondit denombrement quand bon luy ſemble, & n'eſt tenu attendre leſdits quarante iours, ny la reception en foy.

POſtquam vaſallus catalogum feudi tradidit patrono, tenetur patronus diſpungere catalogum, & improbare ſi quid in eo cenſeat reprobandum, idque infra quadraginta dies à traditione catalogi, alioqui catalogus pro recepto & approbato habetur: tenetur tamen vaſallus ire vel mittere poſtulatum dictam diſpunctionem à patrono in loco principali loci dominantis. Hſ. D.

SVMMARIA §. X.

1. ¶ *Q. 1. An dies termini computetur in termino?*
2. *Reſp. non de communi obſeruantia.*
   Dies appellationis non computatur in tribus menſibus datis ad relevandum.
3. *Inſpicienda ratio ſubiectæ materiæ magis quàm verba.*
4. *Tempus horum quadraginta dierum non currit ante ætatem ad feudalia munia requiſitam licet minor inueſtiens ſit.*
5. *Idẽ ſi eius tutor, curator, vel cuſtos inueſtitus ſit.*
6. *Sed tunc incipit hoc tempus currere ſtatim ab ætate legitima ſine alia interpellatione.*
7. ¶ *Q. 2. Tempus in hoc §. præfixum ad impugnandum catalogum non præcidit ipſo iure.*
8. *Nec excludit beneficium reſtitutionis in integrum.*
9. *Tacitum non debet plus operari quàm expreſſum. Expreſſum eſt fortius & extenſilius tacito.*
10. ¶ *Q. 3. Si patronus oblatum catalogũ nolit recipere incontinẽti currũt hi quadraginta dies, ſed patronus re integra morã purgare poteſt.*
11. ¶ *Q. 4. Septem modis impugnari poteſt catalogus.*
12. *Iudicium deſcriptionis catalogi eſt duplex.*
13. ¶ *Q. 5. Vtrum poſt inueſtituram & oblationem catalogi poſſit eſſe locus prehẽſioni ex defectu hominis reſpectu omiſſorum in catalogo.*
14. *An quis agendo contra tia allegans audiatur?*
15. *An iudicium latum ſuper diſcuſſione catalogi præiudicet in alio iudicio.*
16. ¶ *Q. 6. An pendente lite ſuper diſcuſſione catalogi debeat leuari manus in totum, an vero in articulis non contentioſis duntaxat?*
17. *Quod ſolum in non contentioſis, faciunt duo arreſta.*
18. *Quod in totum faciunt duo alia.*
19. *Solutio.*
20. ¶ *Q. 7. Tenetur vaſallus in catalogo cuncta ſigillatim declarare, quamuis à prædeceſſoribus hoc non fuerit exactum.*
21. 22. ¶ *Q. 8. Quid ſi vaſallus nouus non poſſideat nec dolo deſierit poſſidere quæ in veteribus catalogis continentur, an teneatur ea ſpecificare & agnoſcere?*
23. ¶ *Q. 9. An patronus teneatur vaſallo* de euictione?
24. *Feudum improprium regulatur ſecundum naturam contractus, cui aſſimilatur.*
25. *Quandoque locus eſt euictioni omiſſa denunciatione & iudicio.*
26. *Præſumitur contra differentem agere, donec probationes rei dependeant.*
27. ¶ *Q. 10. Quid operetur clauſula*, ſaluo iure noſtro.

VLpianvs ſuprà in §. 9. materiam conficiendorũ & tradendorũ catalogorũ feudalium. Hic autem de diſcuſſione & diſpunctione eorum agitur, quæ quandoq; reſpicit formam ſeu qualitatem agnitionis, quæ eſt caput & fundamentũ catalogi, de quo exẽplum habes infra §. 45. *quæſt.* 1. *nu.* 5. quandoq; & ſæpius reſpicit deducta & omiſſa in catalogo circa exceſſũ, vel defectum. Nota quod ſicut vaſallus tenetur cõficere & tradere patrono catalogũ feudi infra quadraginta dies ab admiſſione in fidẽ, ita infra alios quadraginta dies à traditione catalogi (niſi inter eos de citeriori vel longiori tempore conuenerit) tenetur patronus diſcutere catalogũ, notaſque ſeu improbationes ſi quas prætendat in catalogũ tradere vaſallo id poſtulãti. 1. ¶ Circa quod quæro primo, vtrũ hi quadraginta dies currãt ſtatim ab ipſa traditione catalogi, an verò à die traditionis, ita vt dies traditionis non cõputetur in termino? Et primò videtur quod ſtatim ab ipſa traditione per hũc tex. præfigẽtẽ hic quadraginta dies ab ipſa traditione, nõ à die, vel poſt diẽ traditionis,* igitur totũ cõputatur in termino, & nõ excluditur dies termini cõceſſi. Et ſi conſuetudo voluiſſet excludi, facilè expreſſiſſet: Et ſic inſequẽdo terminos conſuetudinis eſt dicendũ, quòd ab ipſa traditione currete incipiũt de momẽto ad momentum prout regulare eſt in iure, vt tẽpus de momento ad momentum continuò currat & computetur. Facit quod ferè in ſimili ſcripſimus ſ. §. 7. 9. 2. *nu.* 4. quod inducię 40. dierũ poſt obitũ vaſalli ſtatim à pũcto & inſtanti obitus currere incipiũt.

* An dies termini computetur in termino?

2. Pro breui reſolutione aduerte, quòd quamuis de iure regulariter tempus ſtatim currat de momento ad momentũ: tamen de conſuetudine cõmuniter obſeruatur quod dies à quo præfigitur terminus non computetur in termino, vt tradit Bald. in *l. eos* §. *ſin autem colon.*

Digitized by Google

2. *C. de appell.* Alex. in *l.* 1. *D. si quis caut.* Guid. Pap. in *dec.* Delphin. 270. Philip. Dec. in *c. super eo.* 2. *glos. fin de appellat.* Et ita semper vidi communiter obseruari tam in præfectura Parisiensi, quàm in hoc supremo Senatu, siue terminus esset concessus à lege, puta à constitutione regia; vt in tribus mensibus datis appellanti ad releuandum appellationem in hoc senatu, in quibus dies interiectæ appellationis non computatur in termino. sa. tex. in *leg. vbi lex duorum mensium D. de regulis iuris.* Vnde si quis ad supremam hanc Curiam * appellarit die vltima Iulij, & aduersarius literas in forma desertionis obtineat die vltima Octobris, non proderunt, nec valebunt ad finem desertionis, etiam si non sint missæ executioni, nisi in medio Nouembris, sed resoluetur in anticipationem, quia attenditur data literarum siue commissionis (à quo citatio quam expletum vocant, iustificatur vel infirmatur, & tanquam accessorium dependet) quæ præmaturè est impetrata, videlicet die vltima releuandi, & sic infra tempus datum ad releuandum appellationem & ante desertionem & ita sæpe vidi iudicari in hoc Senatu. Siue etiam terminus sit concessus ab homine, puta à iudice, notoriè practicatur quod dies concessi termini non computetur. Sed aduertendum quod ista consuetudo & obseruantia & interpretatio inde resultans habet locum in dubio. Et quando non est alias præfixum certum principium cursus temporis. Alioquin clarum est standum esse expressè dispositioni, sed tam in dicto §. 7. quàm hîc præfigitur certum initium cursui termini. videlicet ibi post obitum vasalli, hîc post traditionem catalogi; ergo vtrobique pariter debet currere tempus latum ab obitu, vel à traditione.

* Dies interiectæ appellationis non computatur in termino releuandi.

3. Quibus non obstantibus dicendum puto, quod in hoc §. non computantur dies catalogi traditi vel accepti in termino. Et hi 40. dies non incipiunt currere à puncto traditionis, sed à die traditionis, & sic illa die exclusa. Et moueor, quia iste terminus conceditur ad inquirendum & faciẽdum aliquid quod de se est laboriosum, & sub pœna priuationis & exclusionis, nisi j. terminum fiat, vnde si hodie traditus sit catalogus ex natura actus & materiæ subiectæ, non intelligitur quòd patronus eadem die incipiat legere & discutere contenta in catalogo, sed infra alios 40. dies, & sic exclusa die traditionis & termini cedentis, quia agitur de onere eius cui pœna conceditur, & sic mitior interpretatio assumenda est. *l pen. D. de pen* & maximè cùm reducatur ad regulam communis obseruantiæ & consuetudinis, arg. no. per *gl. & doct. in cap. statutum de prabend. lib.* 6. Secus in dicto § 7. vbi non conceduntur certæ inducíæ, vt interim nihil fiat, sed retardetur executio manus dominicę, & sic ibi computatur tempus statim de momento ad momentum. Non obstat quòd æquè in vtroque. §. præfigitur certum initium cursui temporis, quia respondetur quòd ratio subiectę materiæ magis quam verborum formula debet attendi, vt per Bal. in *c. ad hæc de postul. prælat. & s. §. 1. gl. 4 num.* 20. Et eadem ratione dico, quòd in terminis §. 8. *& 9. supra eo.* dies admissionis in fidem non computatur in termino quadraginta dierum dato vasallo, ad conficiendum & tradendum catalogum. Et sic concludo quòd vtroque casu & respectu vtriusque scilicet patroni & vasalli illi quadraginta dies currunt à die admissionis in fidem, vel à die traditi catalogi, & sic die termini exclusa.

4. Et aduerte quòd illud regulare est, vt currat ab illa die; quæ regula quandoque fallit vt non incipiant tam cito currere, respectu enim vasalli & traditionis catalogi, fallit primo & secundo in casibus primæ & secundæ quæst. s. §. 9. *gl.* 2 Fallit tertio, si vasallus sit minor viginti annis, vasalla minor quindecim annis, & in fidem fuerit admissus, & inuestitus à patrono, quia valet & tenet in effectu huiusmodi admissio & inuestitura in præiudicium patroni & ad commoditatem & securitatem minoris vasalli, qui nullo modo tenebitur maior factus fidelitatem eidem patrono renouare, nec vnquam ab eo poterit pati prehensionem ex defectu hominis & fidei per not. s. 21. *q.* 3. Et tamen non tenetur vasallus vel vasalla conficere vel tradere catalogum j. 40 dies à die huiusmodi admissionis & inuestituræ, nec incipiunt hi 40. dies ad hoc currere nisi post ætatem legitimam 20. vel 25. annorum, ita quod prehensio feudi ex defectu catalogi interim quantumcunque post d. quadraginta dies facta esset nulla, & retractanda; & ratio est, quia vasallus minor hac ætate habet à consuetudine has inducias, vt non possit patronus interim ab eo clientelare obsequium exigere, & consequenter nec confectionem seu traditionem catalogi. j. §. 41. Si igitur vasallus minor obsequutus fuerit patrono quantum ad fidelitatis sacramentum, & quantum ad hoc euacuauerit inducias, non tamen sequitur quòd inducíæ sint peremptæ quantum ad confectionem & traditionem catalogi. Tum quia attenta persona minoris, est magna & euidens diuersitatis ratio, inter simplicem agnitionem, seu verbalem fidelitatis oblationem, & inter realem confectionem, & traditionem catalogi: tum minor non renunciauit expressè inducijs, imo etiam si expressè renuntiasset. non valeret renuntiatio propter illegitimitatem personæ in actis feudalibus, & damnosis. infra §. 32. Sed tacita omissio exceptionis, vel iuris in vno actu non extenditur ad alium actum, nec impedit quin excipi possit circa alium actum, nisi expressè & validè renuntiatum fuerit exceptioni ex iure competenti, vt diximus s. §. 40. *num.* 3. *per glo. in Clem. sæpe in fi. in verbo, partibus de verb. signi.* quæ singul. est secundum Ioan. de Imol. & ibi Barba. in *cap. de libell. obla. cli. in c. quis contra de foro compet.*

5. Et hanc tertiam fallentiam ampliò, primo siue vasallus minor sic admissus & inuestitus, habebat curatorem, siue non: quia sine authoritate tutoris vel curatoris, potest sibi vtilia facere, per iura vulgata. Ampliò secundo, siue minor fuerit inuestitus in persona propria, siue in persona tutoris sui, siue curatoris, siue custodis, nobilis, aut paganici: quia valet & tenet admissio in fidem & inuestituram, quamuis vtraque sit merè voluntaria: quia sicut minor vel eius tutor, curator, aut custos, non tenetur fidelitatem præstare patrono, ita patronus non tenetur illam ab istis recipere, si tamen fecerit valet cùm sit vtile moueri, vt dictum est j. §. 41. *in fi.*

6. Sed retentis terminis huius tertiæ fallentiæ emergit necessaria quæstio, quando videlicet incipiant currere hi quadraginta dies ad catalogum conficiendum, & tradendum patrono, & videretur dicendum attento quod hi quadraginta dies non possunt incipere à die admissionis in fidem, & quantum ad hoc non est locus dispositioni nostræ consuetudinis. s. §. 8. 9. nec aliter à consuetudine prouidetur, quando hoc casu debeat incipere cursus huius temporis, quòd hoc relinquatur in iure communi iuxta not. in *l. si cum dotem in prin. de sol. matr. cum vulg.* & consequenter quòd non incipiat currere nisi post debitam interpellationem de præstando catalogo factam vasallo post d. legitimam ætatem ab eo adeptam: & adhuc quòd si post illam ætatem vasallus adhuc sit sub curatore, quòd non sufficiat vasallum interpellari sine authoritate curatoris. per. no. in *l. fi. ex legati causa cum l. seq. de ver. obl. & sup.* §. 21. *q.* 2. *in fi.* prout etiam ferè in simili dictum est in casibus primæ & secundæ fallentiæ præmittendam esse denunciationem vel notificationem à patrono antequam incipiant currere hi 40. dies s. §. 9. *glo.* 2. *quæst.* 1. 2. *in fi.* Quibus non obstantibus dicendum puto quòd hi quadraginta dies currere incipiant statim finitis præfatis inducijs, & sic illico vbi vasallus adeptus fuerit 20. aut vasalla 15. annos completos, ita quod ex tunc lapsis proximis 40. dieb. possit patronus validè manum iniicere feudo, & commissarios apponere ex defectu catalogi nulla alia præcedente renunciatione, aut interpellatione, quamuis ciuilis faceret prius denunciando

denunciando, ſed non tenetur & iure ſuo vtendo nemini facit iniuriam: *l. nullus videtur dolo. D. de reg. iur.* Et ratio eſt euidens, cùm præfatæ induciæ ſint ad hanc ætatem limitatæ, & ſic impleta hac ætate ipſo iure finiantur, & per conſequens præſcriptio horum 40. dierum quæ interim per d. inducias ſuſpenſa fuit ipſo iure ſine alio hominis miniſterio currit finitis induciis. fac. not j. §. 42. *qu.* 3. quòd ſuſpenſus ad tempus, lapſo tempore ipſo iure habilis eſt abſque alia ſolutione. Tum alioquin ſequeretur liberalitatem ſuam vltra in ea contentam eſſe damnoſam & captioſam patrono, quia clarum eſt, quòd ſi non admiſiſſet in fidem vaſallum ante ætatem legitimam, ſtatim illa ſecuta ſine alia interpellatione poſſet prehendere feudum cum mero lucro fructuum. Cur igitur poſt liberalitatem conceſſam non poterit facere quod eſt minus, videlicet poſt 40. dies à legitima ætate vaſalli prehendere feudum ex defectu catalogi ſine lucro fructuum, illibata manente inueſtitura quam ante legitimam ætatem liberaliter vaſallo conceſſit. Tum clarum eſt quod ſi patronus inueſtiens vaſallum, det ei inducias conficiendi & tradendi catalogi vſque ad duos vel plures annos, quod illis finitis ſtatim abſque alia interpellatione prehendere poteſt. Igitur eſſet dicendum, quandocunque liberaliter inueſtit vaſallum ante ætatem, quia cenſetur ei tacitè dare vel relinquere reſpectu confectionis & traditionis catalogi tam inducias ætatis quàm inducias 40. dier. poſt illam ætatem, & hoc virtute conſuetudinis tacitè exiſtentis & informantis quemlibet actum *vt no.* §. Igitur illis finitis ſtatim & ipſo iure poteſtate ſua vti poteſt, & has fallentias & quæſtiones nota ad materiã §. 9. *in gl.* 2. ℨ. vbi fuerant omiſſæ: illa gl. 2. iam vltra ſeptẽ mẽſes typis excuſa eſt, de hac. q. hactenus remitto j. ad §. 172. vbi plenius.

7. SECVNDO principaliter quæro, vtrùm* lapſus horum 40. dierum ipſo iure præcidat patrono omne ius & remedium impugnandi contenta in catalogo? Reſpon. Non, ſed ſub pluribus modificationibus illud eſt intelligendum. Prima colligitur ex hoc text. videlicet quòd poſt lapſum d. temporis, tunc demum habetur catalogus pro approbato, quando vaſallus addit & interpellat patronum pro reſtitutione & approbatione catalogi. Patronus autem adhuc negligens eſt, quia tunc habetur pro approbato, & poteſt vaſallus in ius vocare patronum, vt declaretur catalogus approbatus in vim huius conſuetud. & vt teneatur patronus reſtituere catalogum (copia ſi velit retenta) tanquam approbatum; quandiu autem negligit vaſallus ad hoc interpellare patronum, ſemper poteſt patronus notas expunctiones catalogi conficere: vel ſi nondum confecerit, ſufficit quod interpellante vaſallo verbaliter exponat in quibus & ob quæ catalogum vult improbare eáque promptè in ſcriptis tradat vaſallo vel inſcribat ſuper articulis improbatis eiuſdem catalogi. Et probatur hæc modificatio in fin. clau. huius §. ex qua apparet quòd per ſolum lapſum horum quadraginta dierum, non præciditur patrono, nec ipſo iure, nec ope exceptionis, nec conſtituitur in mora, donec poſt lapſum huius termini interpellatus à vaſallo recuſet vel in longum differat. Et licet alioquin dies tacita & legalis interpellet pro homine, & in mora conſtituat. vt tradit Alex. in *l. ſi ita ſtipulatus eſſem col.* 2. *D. de verb. obl.* Alex. in *l. ſi mora.* & ibi Iaſ. *col.* 4. *D. ſolut. mat.* & memini dixiſſe. ℨ. Illud non procedit hic vbi lex requirit poſt lapſum temporis expreſſam interpellationem hominis ſcil. vaſalli, non tamen requiritur quòd vaſallus pluries adeat vel interpellet patronum, ſed ſufficit quod ſemel per reg. *l. boues.* §. *hoc ſermone. de ver. ſig.* & per no. in *l. ſi ex legati cauſa. D. de ver. obl.* Et hoc dummodo interpellet poſt lapſum horum quadraginta dierum, quia non prodeſſet pendente termino per hunc tex.

8. ¶ Secunda modificatio eſt quod per hunc tex. non excludatur beneficium reſtitutionis in integrum, nec obſtat, quòd patronus per ſilentium & negligentiam quadraginta dierum cenſetur approbare catalogum & renuntiare iuri reprobandi ex notoria lege feudi, & non poteſt cenſeri læſus, ſed iure noſtro communi feudorum vſus fuiſſet. *l. non vtique. C. de in integ. reſt.* provt patronus etiam minor non reſtituitur aduerſus lapſum quadraginta dierum, de quibus j. §. 20. quia vtibi diximus in *gl.* 2. & ℨ 1. *glo.* 7. *&* §. 32. *q. fi.* illud procedit in his quæ concernunt adminiſtrationem feudi, vel in acquirendis in vim conſuetudinis, vel in temporali admiſſione fructuum. Secus in comprobatione, vel reprobatione catalogi, & ſimilibus, vbi agitur de proprietate & perpetuo præiudicio rerum & iurium feudalium quæ ſint patrimonia noſtra, quia tunc locus eſt reſtitutioni in integrũ provt aliàs de iure cõmuni in cæteris rebus patrimonialibus. Quare dico & hîc reſtitutionẽ dari poſſe nedum patrono minori viginti quinque annis. *vt C. ſi aduer. confeſ. per totũ.* ſed etiam maiori ex clauſula generali. *l.* 1. *D. ex quib. cau. maior. vt in l. cum falſa. l. error facti. C. de iur. & facti ignor. l. de ætate.* §. *ex cauſa. D. de interrog. act.* huiuſmodi enim tacita approbatio catalogi quæ inducitur ſecundum formam huius §. tacitam confeſſionem implicat, quod omnia contenta in catalogo ſint vera, provt vbi ſunt deſcripta.

9. * Tacita autem approbatio vel confeſſio non debet habere plus roboris, nec plus operari quam expreſſa approbatio & confeſſio. Imò expreſſum eſt fortius & extenſilius quàm tacitum. vt no. in *l. precib. de impub. & al. ſubſt. in l. pen. D. in quib. cau. pig. taci. contrab. in c. quod à te de cleric. coniug.* Pan. in *c. dilecto. de for. com.* Pau. Caſt. in *l. aduerſus C. de vſur. Soc. in l. nu.* 33. *D. quod quiſque iur.* Iaſ. & alij in *l. cũ quid. D. ſi cert. pet. Iaſ. in l. ſeruũ filij.* §. *ſi iam ſeruum in fi. in l. ſi res oblig. col.* 1. *D. de lega.* 2. Phil. Deci. in *c. clerici. col. fin. de iudic.* Certum autem eſt quod expreſſa approbatio & confeſſio, vel etiam realis impreſſio ſigilli ipſius patroni, non impediunt quin probato errore, & rem aliter ſe habere patronus reſtitui poſſit peritura prælegata. Sed hîc incidit multum vtilis quæſtio, an ſicut maior ita & minor teneatur docere de errore, & rem aliter ſe habere antequam reſtituatur aduerſus expreſſam vel tacitam confeſſionem de qua per Bald. in *l. vnica. col.* 15. *ver. pone minor.* & ibi Sal. *char. pen. C. de confeſſ.* Sed quia accelerare cogor, nec vacat in incidentibus immorari, remitto ad ea quæ plenius tractantur. §. 117.

10. ¶ TERTIO quæro, vaſallus debitè obtulit patrono catalogum feudi ſui, ſed patronus indebitè recuſauit recipere, vtrùm ſtatim ab huiuſmodi recuſatione incipient currere hi 40. dies aduerſus patronum. Dubium facit quòd non verificantur verba huius conſuetudinis, quia non eſt catalogus traditus, & ſic videtur ceſſare diſpoſitio per rationes vulgatas in *l.* 4. *D. de damno infect.* ſaltem attento quod diſpoſitio huius conſuetudinis eſt pœnalis & * ſic liquidiſſimè conſtare debet impleta eſſe verba huius §. per id quod nota. Bald. in *l. in teſtor.* 1. *D. de condi. & demonſt. in l. Titius. in fin. delibe. & poſthu. & in vſibus feud. quali. dom. a propr. feu. pri. cap. vnico. col. fi.* Iaſ. in *l. vnica. C. de his quæ pœnæ nom. col.* 2. Phil. Deci. in *rubr. de prob. col. pen.* facit quod decidit Bart. in d. *l. in teſtor.* 1. quod vbi variatur modus implendi, non cenſetur pœna repetita. In contrarium arg. quia quoties per eum cuius intereſt, & qui obligandus eſt, ſtat quo minus aliquid impleatur, habetur pro impleto, & æquè obligatur ac ſi verè impletum eſſet. *l. iure ciuili. D. de condi. & demon. l. iure ciuili. D. de reg. iur.* Tum vbi agitur de fraude & fruſtratione legis euitandæ fit extenſio vltra verba etiã in pœna lib. vi not. j. §. 20. *gl.* 3. *n.* 9. Sed fruſtratoriè ſcriptus eſſet hic §. ſi patronus recuſando accipere catalogum faceret, quominus currerent cõtra eum hi 40. dies, & pro hac parte concludendum eſt. Debet tamen vaſallus lapſis 40. diebus ab huiuſmodi recuſatione adire patronũ, & petere ſibi tradi impugnationes, & ad hunc finem iterum offerre catalogum, & ſi patronus iterum recuſet,

* An tempus in hoc §. præfixum ſit peremptorium.

* Tacitum nõ debet plus operari quàm expreſſum.

* In pœnis ſi quidò tunc ſtare debet.

& in rationibus Pet. Ancha. *in con.* 316. *in cauſa quæ vertitur*, vbi concludit, ſtandum iuramento filij de redditibus poſſeſſionum ſuarum contra matrem quæ eas adminiſtrauerat, ſed rationes reddituum paſſim & perfunctoriè reddiderat, vt non poſſet apparere, accepta an data, probè referrentur. * Ex quibus patet, quàm ſit legalis & iure optimo fundata practica curiarum Galliæ, quæ eſt, vt commiſſarius appoſitus, fortè prædio in vim garantigiæ prehenſo, ſi non edat nec reddat rationem creditori, condemnetur nomine proprio ad ſoluendum, quod creditori debetur, propter quod facta eſt executio, nec hoc caſu locus eſt dilationi iuramenti, quum res ſit liquida. Si autem rationem non reddant creditori, ſed domino prædij, quoniam fructus & cæteri reditus non ſunt liquidi, ſtabitur de illis iuramento domini, taxatione à iudice præmiſſa, attenta qualitate fundi, & vbertate anni.

* Practica.

36. ¶ QVARTO quæro, cùm plures ſunt adminiſtratores, an ſinguli teneantur in ſolidum? hæc quæſtio latiſſimè patet. & tractatur per Barto. in *l. communiter. D. de negot. geſt. in l. eadem. quæſt. 6. D. de duobus reis.* Imol. & alios ibi poſt eum, per Areti in *conſ. 29. diligenter, conſ. 66. viſi puncto.* Et ne nimium extra materiam huius § diuertam, ſolum dicam de commiſſariis deputatis adminiſtrationi rei, vel rerum prehenſarum: In quo concludo, quòd hi * curatores iudicis authoritate deputati (cùm habeant munus authoritate publicâ, licet vtilitate priuatum,) tenentur ſinguli in inſolidum, ſicut & ſinguli poſſunt agere, & gerere inſolidum, text. eſt in *l. 2. in fin. cum l. ſeq. D. de curat. bon. dan.* niſi in ipſa commiſſione eſſet diuiſa adminiſtratio, vel aliter cautum, *d. l. 2 §. ſi plures.* vnde ſiue feudo prehenſo, ſiue pignoribus pro executione rei iudicatæ, vel garantigiæ captis, ſiue aliis bonis quacunque cauſa ad manum iuſtitiæ poſitis, deputati ſint, idem eſt dicendum: & erit in electione domini, ſiue eius cui reddenda eſt ratio, quamvis maluerit etiam eum, qui nihil geſſit eligere & compellere, nec poterit opponere beneficium ordinis, ſiue executionis, nec diuiſionis, quæ non habent locum hoc caſu: *text. in d. l. 2. in fin.* Aret. in *d. conſi. 29. col. 4.* habebit tamen difficultatem & dilationem conſortes ſumendi: & ſi ſolus ſatisfacere paratus ſit, habebit beneficium cedendarum actionum, quod nunquam denegatur, *l. in creditore. D. de ceſſio.* 37. ¶ * Secus ſi à domino feudali, ſiue iudice, ſed ſua tantum priuata authoritate committerentur: tunc enim nullum publicum gerunt officium, ſed priuatum, & idem iuris eſt, ac de procuratoribus à priuato commiſſis, vt non teneantur in ſolidum, ſed tantum pro parte. Et hoc niſi ex qualitate rei, vel aliis circumſtantiis appareret, datam eſſe poteſtatem cuilibet eorum inſolidum adminiſtrandi: tunc etiam inſolidum ſinguli eſſent obligati ad ſolidam adminiſtrationem, & ratiocinia, idque ex natura actus tacitè venit, quamvis non ſit in commiſſione expreſſum. Bartol. in *l. ſi plures de curat. bo. dan. & in l. 1. §. ſed ſi duo. D. depoſi.* Quòd autem dixi inter curatores iudiciaria authoritate conſtitutos, non eſſe locum beneficio ordinis; Limitatur per text. in *d. l. 2. in fin.* in eo qui inuitus per ſuperiorem conſtitutus eſſet, vnà cum alio qui ſolus geſſit, tunc enim prius debet vrgeri & excuti qui geſſit: & qui non geſſit non tenetur niſi in ſubſidium, vt glo. fin. in *d. l. 2.* Aliam differentiam adduco inter curatores iudice authore commiſſos, & deputatos à priuato. Illi enim tam ad afferendum librum rationum, quàm ad calculum ponendum & reliquum ſoluendum, velo leuato nedum pignoribus captis. Sed etiam ſtatim vel ſine vlla bonorum & mobilium diſcuſſione, per captionem & incarcerationem perſonæ compelluntur. Hi autem ſolum via actionis compelluntur, quamvis in ea propter ſubiectam materiam ſummariè procedendum ſit.

* Commiſſarij tenentur ſinguli in ſolidum.

* No. differentiam inter adminiſtratores deputatos à iudice vel à priuato.

* Punct.

38. Aduerte * tamen quòd huiuſmodi curatores à iudice deputati, non poſſunt in primo congreſſu, & præcepto de offerendo libro rationum ſtatim carceribus mancipari, ſi non tradant, ſicut fit in debitore ſub ſigillo authentico, ad certum & liquidum debitum obligato, vt diximus *j. §. 166.* Sed prius debent coram iudice vocari ad offerendum computum, ſiue librum rationum. Et ſi non compareant, datur defectus, atque iterum ſuper illo defectu ad finem afferendi rationes citantur: qui ſi adhuc contumaces ſint, datur ſecundus defectus. Et virtute horum duorum defectuum debitè obtentorum, & per tres dies vel aliud, pro fori conſuetudine moderatum tempus dilatorum, ſi interim nulla ſint comparatione circumducti, viſa etiam commiſſione, condemnantur abſentes, & inaudiri, ad rationem reddendam, & librum rationum afferendum, etiam per capturam, ſiue incarcerationem perſonæ, & in expenſis defectuum. Quòd ſi ſiue carcerati, ſiue non, adhuc librum rationum non offerant, duo alij defectus exiguntur, vt ad ſummam actori debitam, vel in id quod eius intereſt, iuramento in litem (præmiſſa taxatione) probandum, proprio nomine condemnentur, & ad manendum in carcere, vſque ad ſatisfactionem. Et aduerte quòd huiuſmodi coërtio perſonalis per carcerationem, non debet fieri pro expenſis litis vel defectuum, ſed ſolum pro principali obligatione. Quòd ſi à principio vel poſteà refuſis defectuum expenſis compareant, & confiteantur ſe commiſſarios fuiſſe, vel id conſtet ex actis, datur eis vna vel duæ dilationes, ad afferendum librum rationum, quibus lapſis ad hoc compelluntur per incarcerationem perſonæ. Et ſimiliter ad ſolutionem reliquorum, poſtquam liquidata ſunt. Si autem à principio negarent commiſſionem ſuſcepiſſe, & de hoc per acta non conſtaret, tunc partes ſuper contrariis factis ad articulandum & probandum regularentur, ſicut in lite & proceſſu ordinario. Et hæc obiter circa ſtylum dixiſſe ſufficiat. Ex his apparet longè magis ex re patroni eſſe feudo prehenſo curatores iudicis, quàm ſua tantum priuata authoritate deputari.

39. ¶ QVINTO iuxta hæc quæro, ſi alter ex commiſſariis qui nihil geſſit; ſed de ſocio gerente confidit, pro rationibus reddendis, & reliquis ſoluendis fortè iam captus & incarceratus fuit: an poſſit ei aliqua via iuris ſuccurri? Reſpondeo, triplici * viâ: Prima ſatisfaciendo actori mediante ceſſione actionum, & ſic ſtatim liberabitur. Et d. ſocium ceſſis actionibus per incarcerationem perſonæ, velo leuato vrgebit & compeller, ſicut fieri potuiſſet à domino. Secundâ interpellando & requirendo eum qui adminiſtrauit ad reddendas rationes vel ſe exonerandum, & hoc poterit habere breuem dilationem, ſine alia retardatione proceſſus. Et poterit ad hoc coram eodem iudice, & per eandem viam, & capturam perſonæ, per quam compellitur, vrgere ſocium qui ſolidum adminiſtrauit, *arg. l. 2. C. vbi tan. fiſca.* Et hoc iudicis officio, etiam ſine ceſſione actionum actoris, etiam ceſſante cautione, qua adminiſtrans ſpecialiter obligatus fuerit, non gerenti ad omne onus rationis reddendæ, eúmque exonerandum, & indemnem reddendum, provt ſolent ſibi cauere, qui omnem adminiſtrationem ſocijs relinquunt. Tertiâ ex æquitate, *l. vnde quæritur. D. commoda.* quòd offerat actori. Et requirat illum qui geſſit ſuo periculo, & impenſis vrgeri & compelli, & ad hoc offerat & ſubminiſtret impenſas. Hoc enim remedium debet admitti, & habet locũ etiã vbi ceſſat beneficium ordinis, vt not. Bart. Bal. Pau. in *d. l. vnde quæritur.* Paul. in d. *ſed Iulianus. D. ad Macedo. & in l. ſi pro parte in fi. D. de in rẽ verſo.* Et nominatim quòd habet locũ in caſu noſtro in terminis *d. l. 2. in fi. D. de cura. bo. dan.* decidit ibi Bart. *& in l. duobus. §. vel duo. q. 7. in fin. D. de duobus reis*, quod ego intelligo, dummodo id fiat cum ſecuritate actoris, & ſine aliquo eius incommodo, vnde is qui non geſſit, hoc præ-

* Triplici viâ ſuccurritur ei qui ex pluribus ſolus conuenitur.

rextu non liberabitur à carcere, niſi alter qui geſſit ſit ſoluendo, & ſit captus vel cœperit quod rationum redditio expoſcit facere, ita vt æquè plenè ſit conſultum actori. Vide quæ ſuper hoc remedio latius dixi *infra tit.* 15.

¶ SEXTO quæro an hi commiſſarij debeant habere dilationem ad prius vocandum, aut denunciandum proprietarios, quos vocant dominos vtiles, quàm rationem reddant? Videretur quod ſic, cum eorum intereſſit, vel intereſſe poſſit. Igitur vt not. *in l. denuo quoque. D. de re iudic.* breuiter dico quod non, ſi illi non interceſſerint, ſeu ſeſe non oppoſuerint, nec ſint in aliqua lite vel inſtantia contra dominum. Quia commiſſarius nullum habet ius nec cauſam ab eis, & ſic non poteſt allegare prætenſum ius tertij, præſertim conuentus ab eo, cui perſonaliter obligatus eſt. Tum hoc caſu ius tertij non eſt manifeſtè excluſiuum iuris agentis: nihil impedit, quin ſine retardatione legis & redditionis rationum, vocet aut denunciet quos velit; amplio etiam ſi commiſſarius iſte eſſet colonus veteris poſſeſſoris, cui prius obligatus erat, quia non conuenitur vt colonus, nec vt ipſe, ſed tanquam commiſſarius: & præcisè obligatus ex cauſa quæ præcedentem cauſam ipſo iure extinguit & reſoluit, *l. ex veſtigalia. D. de pignor.* & patet infra §. 50. Secus ſi poſſeſſor ille ſe oppoſuiſſet & eſſet in lite, quia tunc dominus debet ſimul eos, ſeu omnes colligantes vocare, aut dilationem eò ad hoc concedere: ex quibus dicitur quæſtio, quàm vidi in facto; Dominus caſtri Rufi poſt biennium à prehenſione feudi ex defectu hominis vocat in ius per ſe procuratorem vel ceſſionarium ſuum feudi commiſſarium ad redditionem rationum, qui paratum ſe offert, vocando proprietarium. Dominus vel eius ceſſionarius replicat quod nulli ſunt, quia nullus apparet vaſallus, reus condemnatur reddere rationes ad onus, quod actor exonerauit eum, erga proprietarios, & alios appellat. Confirmatur ſententia per Balliuum de Berry apud Yſſodunum. Reus rurſus appellat Senatum Pariſienſem. Reſpond. benè iudicatum, & quod ſuperflua erat replica illa actoris.

SVMMARIA GLO. VII.

1. *Patronus non poteſt conueniri ad reſtitutionem fructuum vel redditionem rationum, quando commiſſarij fuerunt deputati.*
2. *An patronus teneatur commiſſarios apponere ad hoc vt valeat prehenſio ex capite huius §. Quando* copula *inter orationes requirat concurſum?*
3. *Valet prehenſio, etiam non appoſitis commiſſariis.*
   Copula, &, repetit verbum præcedentis orationis, ſeu copulati.
4. *Quamvis nulli commiſſarij appoſiti ſint feudo prehenſo, tamen vaſallus eius adminiſtratione priuatus eſt, niſi conſentiente patrono.*
5. *Debet patronus vaſallo notificare deputationem commiſſariorum in prehenſione facta ex defectu catalogi.*
6. *Patronus poſt notificationem non poteſt huiuſmodi commiſſarium deſtituere inuito vaſallo.*
7. *Commiſſarius poteſt inuitus conſenſu partium deſtitui.*
8. *Quibus obligentur commiſſarij ad ratiocinia.*
9. *Vtrùm commiſſarij teneantur de leui culpa? Solutio quòd ſic.*
10. *Nouus intellectus.* §. eſt præterea. in l. Prætor ait. D. de bon. auth. iudi. poſſiden.
11. *In caſu huius §. patronus qui non adhibuit commiſſarium, nec paſſus eſt vaſallum colere, tenetur ei rationem reddere, etiam de leui culpa.*
12. *Intellectus* l. in venditione. & l. Prætor ait. D. de bo. autho. iud. poſſiden.
13. *Patronus qui commiſſarios adhibuit, non tenetur de aliquo, nec principaliter nec in ſubſidium.*
    Tenetur tamen ſi dolo malo adhibuit.
14. 15. 16. *Patronus circa electionem & deputationem commiſſariorum non tenetur de leui culpa, ſed ſolum de dolo & lata.*
17. *Si prehenſio ſit iniuſta, tenetur patronus nomine proprio ad redditionem rationum: & etiam ad omnia damna & intereſſe vaſalli.*
18. *Quod eſt intelligendum de intereſſe propinquo.*
    Pulchra diſcretio intereſſe propinqui & remoti.
19. *Mora magis aſtringit, quàm alia culpa.*
    In caſu quo prehenſio feudalis declarata eſt nulla, non tenetur patronus de caſu fortuito, qui aliàs æquè accidiſſet.
20. *Quid ſi patronus non adhibuit commiſſarios, ſed feudum locauit?*
21. *Differentia inter colonum & commiſſarium.*
    Pactum appoſitum in commiſſione, vt non teneatur curator vltra certam ſummam, non valet, nec releuat contra omnes ad quos res ſpectat abſentes: Secus in pactis concernentibus qualitatem & modum exactionis.

GLO. VII. IN VER.

Le Commiſſaire.

* Commiſſarius feudalis ſtatim catalogo tradito per vaſallum, cogitur ei rationem reddere.

VVLT text. ſtatim catalogo * tradito curatorem feudi teneri, & poſſe cõpelli ad redditionem rationum: & hoc ipſo iure: nec opus eſt alia leuatione manus dominicę, vt diximus §. *eo. glo. 3. quæſt. fi.* ¶ Ex hoc text. not. 1. Quando curator fuit deputatus feudo, vaſallus non poteſt agere contra patronum ad reſtitutionem fructuum vel rationem eorum: ſed ſolum poteſt agere cõtra curatorem, ſiue iudicis, ſiue priuata domini authoritate tantum commiſſus fuerit. Et idem dicendum ſi vaſallus prætendat deteriorationem prædiorum, aut ædificiorum feudi, vel iurium eius perditionem. Ratio. 3. patebit. Si verò nullus curator deputatus fuerit, rectè eorum omnium nomine conuenietur patronus,

Digitized by Google

nouum curatorem deputare, id notificando clienti vt dixi.

6. ¶ Sed quæro in casu huius §. deputauit curatorem, idque notificauit clienti, * vtrum possit curatorem etiam inuitum destituere, non vocato vel inuito vasallo? videtur quòd non, cùm per deputationem & notificationem, gestum sit negotium siue mandatum inter curatorem & clientem, & iam vterque vicissim in alterutrum obligatus sit, secundum naturam actus, puta curator ad probè gerendum, cliens ad sumptus restituendum. Et hæc veritas, nedum si iudice authore deputatus fuit, sed etiam si sola authoritate patroni, quia ex quo semel consensu patroni contractus est gestus inter clientem & curatorem, non potest patronus illum dissoluere, & hoc nisi ex causa, puta si talis curator colluderet cum cliente, eique fructus vel redditus feudi restitueret: tunc enim causa cognita per iudicem remoueri potest, & in id quod patroni interest condemnari.

* Patronus non destituit curatorē inuito vasallo.

7. ¶ Sed an * ipse curator inuitus, de consensu patroni & clientis, etiam prehensione durante, possit sine alia causa destitui, & ad rationes reddendas, & reliqua soluenda ipsis partibus, vel nouo curatori adigi? Et clarum est quòd sic, si sit deputatus sine iudicis authoritate, quemadmodum liberè & quandocunque potest quiuis procurator reuocari, vel negotiorum gestor prohiberi. *l. cum precario. D. de prec.* sumptus tamen, & indemnitatem ei præstando. Si autem sit commissus à iudice, vel iudice authore, secus videtur, per reg. *l. nihil tam naturale D. de regul. iur. cap. 1. extra eod.* hinc volunt Guil. Alb. Bar. Ias. in *l. fin. in fin. ff. de offic. procu. cæsar.* quòd damnum illatum debitori, ad instantiam creditoris, non potest communi consensu partium amoliri, sine iudicis authoritate. Et in simili Petr. Ancharan. *consil. 340. viso themate. ad fin.* quod sequestrum iudicis authoritate factum, non potest sine eiusdem licentia à partibus etiam concordantibus tolli. Et decidunt Angel. Iacob. de sancto Geor. Socin. in *l. neque impuberes. §. 1. D. de in ius vocan.* quod custos carceris, non potest debitorem ad instantiam creditoris carceratum liberare, sine mandato iudicis. His non obstantibus, puto indistinctè posse inuitum liberè sine causa, ac sine iudicis mandato remoueri, quia regula *dict. l. nihil naturale*, & prælegata procedunt in his, in quorum constructione erat necessaria iudicis authoritas, vnde regulariter est necessaria in dissolutione. *authentic. contra si filij. in fi.* & ibi Bart. *C. de repud.* Secus in alijs, secundum Bart. in *l. hæredes palam. §. si si quis post. D. de testament.* Deci. in *d. l. nihil tam naturale.* vt hic ad constitutionem huius curatoris non erat iudicis authoritas necessaria, vt sæpè dictum est. Præterea allegata in contrarium procedunt in actu principaliter & radicaliter fundato, & dependente à iurisdictione publica & iudicis authoritate. Nos autem loquimur in prehensione feudali, quæ dominialis est & iuris priuati. Et in deputatione commissariorum, quæ etiam per se & principaliter fundatur, & dependet à feudali potestate & facultate patroni, iudicis autem authoritas nonnisi accessoriè, & per modum simplicis conformationis interponitur, vt patet per not. supra §. 1. *glossa quarta, quæstione tertia.*

* An curator inuitus destitui possit?

8. ¶ VENIO ad secundam partem, circa obligationem horum curatorum. Quæro primo * quibus ex gestione obligentur ad ratiocinia & reliqua? Respondeo, aut sunt deputati feudo prehenso ex defectu clientis, & tunc soli patrono obligantur, eius enim solius negotium suscipiunt, & gerunt, quum feudum exerceatur ad commodum solius patroni, & in irreparabile damnum vasalli: vnde in gestione sua nullo modo conueniri possunt à cliente, etiam postquam in fidem admissus est, nisi actionibus cessis à patrono, vt diximus supra §. 1. *glossa octaua. num. quinquagesimo sexto.* Si quid tamen de dolo malo commiserit, possunt actione de dolo, vel alia congrua ex delicto, vel quasi conueniri à cliente, sicut extranei delinquentes: vnde idem est dicendum in nudo executore ad certum actum, puta ad prehendendum vel distrahendum, qui ex actu obligatur actione mandati, vel negociorum gestorum, illi soli cuius negocium exequitur, non autem illi cuius res prehendit vel distrahit: cum quo non contrahit nec quasi. Ex dolo tamen teneri poterit, sicut quilibet delinquens. *l. si pignor. D. de euiction. & tenet glossa.* Alberic. Bartol. Bald. Angel. in *l. 3. §. interdum. D. de negotijs gestis. & in l. si tibi mandauero. §. curator. D. mandat.* Aut sunt deputati feudo ex defectu catalogi prehensi. Et tunc obligantur, tam patrono quàm clienti, & vtrique directis actionibus, prout ad quemque eorum negotium spectat: vnde quandiu durat dicta prehensio, non potest conueniri à cliente, nisi de consensu patroni, sed à solo patrono: cui vel nouo curatori nomine patroni recipienti post reuocationem sui factam consensu clientis, vel sine eius consensu ex causa & authoritate iudicis, vel aliàs commissione finita tempore in ea præfixo, vel morte ipse curator vel eius hæres tenetur rationem reddere, & reliqua restituere, & non clienti, ad quem non pertinet quandiu prehensio durat. Sed resoluta prehensione tenetur reddere clienti & non patrono, ad quem amplius non spectat, vel si iam rationes reddiderit patrono, vel nouo curatori, patronus vel nouus curator eiusdem tenetur rationem reddere clienti.

9. ¶ Secundò quæro, an huiusmodi curatores teneantur etiam * leuis culpæ rationem reddere? videtur quod non, per *l. Prætor ait. §. est prætereà. D. de bo. aut. iudi posti.* vbi est text. rotundus in clausula, eadem causa est in curatoribus. nam & isti tenentur vt creditores, referendo verbum creditores ad creditores missos: & non ad creditorem conuentionalem, prout gl. & omnes doct. ibi intelligunt, & certè ipsa series text. phrasis & numerus sermonis ita videtur referre & idem tenet glo. & doct. in *l. 2. in ver. rata habebuntur. D. de cur. bo. dando gloss. & scrib. in l. 1. D. de pig. actio.* Bar. Ang. Imol. Paul. *in l. si finita. §. si quis damni. D. de dam. infect.* Et est opinio omnium, quæ & maximè procederet in curatorib. inuitis ex causa factis, *arg. l 8. in fi. D. de curat. bo. dam. l. si fideiussor. §. si necessaria. D. qui satisda. cog.* in contrarium facit communis regula quod tutor, curator, & generaliter omnis administrator rei alienæ de leui culpa tenetur. *l. tutori. C. de negot. gest. Inst. de oblig. quæ quasi ex contrac. §. 1. si negotia. D. de neg. gest.* & quod curator datus bonis teneatur sicut curatores ac tutores pupillorum, est *text. apertus. in l. 1. §. item si periculum D. de ven. in poss. mit.* sed loquitur in curatore generali. Super hoc consent. Alber. & Ang. in *d. §. est prætereà*, primam opinionem procedere respectu debitoris seu illius contra quem facta est missio, cuius negotia hic curator gerere non proposuit. Secundum respectu creditoris, cuius negotium gerere proposuit. Sed hæc concordia primam opinionem confodit; & in secundam recidit, quia præsupponit curatorem non esse obligatum debitori, nec ei teneri reddere rationem, vnde ex illa parte cessaret quæstio. Sed respectu illius cui tenetur rationem reddere concedit eum teneri de leui culpa, & sic stat pro 2. opinione.

* Cōmissarij feudales vtrū teneantur de leui culpa?

10. Ego indistinctè puto quemcunque curatorem, siue administratorem, siue generalem, siue particularem, siue priuatum officium, siue publicum munus gerentem, teneri tam in gerendo, quàm rationem reddendo, de leui culpa, ex regula generali. Tum eo ipso quod suscepit tale officium, scit se suscipere curam rei alienæ, ad commodum alienum, & sic se obligat ad custodiam & gubernationem fidam & diligentem, & culpam à se exigendam. *l. etiam §. licet. l. si constante. §. si maritus D. sol. matr.* & hoc semper importat natura actus, etiam si non exprimatur: non obstat

* Cōmissarij quibus obligentur ad ratiocinia.

* Intellectus §. *eſt praterea. vnd. aut praterea. ff. de bon. auct. iud. poſſidendis.*

text. in *d.§. eſt praterea*. quia* d. clauſula eadem cauſa eſt &c. debet referri ad proximum dictum, de creditore conuentionali, & non ad remotum de creditore miſſo in poſſeſſionem, contra gl. & communem. Ita quod verus ſenſus illius clauſulæ non eſt quòd curatores bonorum teneantur ſolum velut creditores in poſſeſſionem miſſi, videlicet de dolo malo tantum, & non de culpa, prout Accur. ibi & cæteri omnes adusque malè interpretati ſunt. Sed verus & germanus ſenſus d. clauſulæ eſt, quòd curatores bonorum tenentur ſicut creditores conuentionales res pignoratas vel hypothecatas ex pacto poſſidentes, & ſic nedum de dolo, ſed etiã de culpa ſcil. leui. quod probo neceſſariò per illum tex. in eadem *l.§. in eum in fi.* vbi eſt idem continuatus ſermo; & ibi text. reddit rationem, cur creditores miſſi non teneantur de culpa, ſcil. ideo quod ſuum proprium & non alienum negotium gerunt, quæ ratio non poteſt quadrate nec adaptari curatori, etiam ad inſtantiam creditori miſſi adpoſito: imò in eo habet locum contraria ratio, videlicet quòd iſte curator non venit ad ſuum, ſed ad putè alienum negotium gerendum. Igitur contraria debet intelligi diſpoſitio in curatore, per locum à contrarijs & hoc omnino neceſſarium eſt, dũm text. dicunt eandem rationem eſſe in curatoribus referre & intelligere ad creditorem conuentionalem, de quo immediatè ſermo præcedit & non ad miſſum, in quo non eadem, ſed contradictoria eſt ratio, vt patet. & hic eſt verus & neceſſarius intellectus illius text. qui formalis eſt pro hac noſtra æquiſſima, & in praxi & vſu recepta ſententia. Reliqua de exigendis & compellendis his curatoribus dicentur in glo. ſeq

11. ¶ VENIO ad tertiam partem circa obligationem patroni. Et facio duas concluſiones principales. ¶ Prima * patronus qui feudo ex defectu catalogi prehenſo, nullum curatorem appoſuit, nec clientem adminiſtrare permiſit, tenetur ipſe nomine proprio, præſtito vel oblato catalago, rationem cuſtodiæ & fructuũ feudi reddere, & reliqua ſoluere, necnon damna deteriorationis ſi quâ culpâ ſua acciderit. Et iſtud in ſe non habet dubium per hunc text. Sed non modica difficultas eſt, an hoc caſu circa curam & adminiſtrationem feudi & fructuum teneatur ſolum de dolo & culpa, an verè etiam de leui? Et primò videtur teneri ſolum de dolo & lata, per ea quæ diximus ſ. §. 1. *glo. 8. quæſt.* 10. Et ſic dicitur quòd ibi erat feudum apertum, & ex defectu clientis prehenſum, & patronus eo fruebatur tanquam re ſua, faciendo fructus ſuos: hic autem contraria eſt ratio, quum feudum ſit repletum, nec faciat fructus ſuos, ſed vice pignoris detineat, catalogo præſtito integraliter reſtituendos: replicari poteſt, quod etiam ſimplex creditor miſſus in poſſeſſionem ex cauſa iudicati, qui non debet lucrari fructus, ſed in ſortem debitam imputare, & reliquum debitori reſtituere, tamen non tenetur circa cuſtodiam & curam rei & fructuum niſi de ſolo dolo & lata culpa, quæ ſub dolo implicatur. text. eſt in *l. in venditione. §. de tempore. l. Prætor ait.* per to. maximè in §. *eſt prætereà. D. de bo. aut iudi. poſſid.* igitur nec patronus qui ratione directi dominij, potius eſſe deberet melioris conditionis, nec vllo modo eſt adæquandus creditori conuentionali, ex conuentione priuata poſſidenti, quum (vt ſæpè dictum eſt) nitatur lege publica, & ſit in poſſeſſionem miſſus authoritate conſuetudinis. 12 ¶ His non obſtantibus puto hoc caſu patronum etiam de leui culpa teneri. Ratio, quia aut nullo modo, neque per ſe, neque per ſuos adminiſtrat, & nihilominus prohibet clientem ab adminiſtratione feudi, nec tunc curatorem aliquem deputat, & eſt in manifeſto dolo quum tendat ad deteriorationem rei, & fructuum perditionem, quæ tamen ſit cuſtodienda & integrè reſtituenda, vnde tenetur clienti ad omne id quod eius intereſt, tam in deterioratione feudi quàm in amiſſione fructuum: & ſi probatio ſit difficilis, ſtabitur iuramento in litem clientis, præmiſſa taxatione. ſecundum notata in *l. in actionibus. D. de in lit. iuran.* Aut patronus per ſe vel ſuos curæ & adminiſtrationi feudi ſe ingerit & eo ipſo incipit gerere officium curatoris ſiue negotium agere clientis. quoniam non poteſt hoc facere, niſi rem alienam & fructus alienos adminiſtrando. & ſic tanquam cũrator, vel negotiorum geſtor obligatur reipſa actione negotiorum geſtorum: igitur negligentiæ ſeu leuis culpæ rationem reddere tenetur. Et hoc veriſſimum & æquiſſimum puto. * Non obſtant, *d. l. in venditione, & l. Prætor ait*, quia non loquuntur in creditore, rei in quam miſſus eſt adminiſtrationem ſuſcipiente: ſed in eo qui tantum eſt miſſus non ad poſſidendum nec adminiſtrandum, ſed ad inquietandum contumacem, & nihil aliud agit quàm negotium ſuum: curæ autem & gubernationi rei ſe non immiſcet, ſed vel eam permittit debitori, vel facit curatores in eam rem conſtitui, meritò non tenetur de culpa ſi res deterioretur, eius iura amittantur, & fructus depereant, & hoc ideo quia non ſuſcepit huiuſmodi negotium debitoris gerendum, ſed ſuum tantum, vt expreſsè inquit text. *d. l. Prætor. ait. §. in eum quoque in fi.* Igitur ſecus ſi adminiſtrationi ipſi ſe ingereret, quia non poſſet hoc facere niſi negotium alienum ſuſcipiendo, tanquam curator, geſtor vel adminiſtrator rei alienæ, & ſic ad diligentiam & omnia quæ ſunt de natura geſtionis rei alienæ obligaretur. Et ita puto ſanè intelligenda & limitanda dicta iura, alioquin ſi intelligerentur etiam in eo qui adminiſtrationem rerum ſuſcepit, manifeſtam continerent iniquitatem, & non eſſent habenda pro lege.

* Patronus ipſe an teneatur de leui culpa?

* Intellectus *l. in venditione. & l. Prætor ait. D. de bon. auct. iudi. poſſ.*

13. ¶ Secunda concluſio ſub eodem themate, Patronus qui curatorem adhibuit, non tenetur neque principaliter, neque in ſubſidium de deterioratione feudi, reſtitutione, vel amiſſione iorium aut fructuum eius, nec horum tenetur vllam rationem reddere, ſed ſolus curator ad hæc tenetur, niſi fortè patronus circa hæc dolum vel latam culpam commiſerit *d.§. eſt prætereà*, & ſatis inuit hic text. *in fi.* Ratio, quoniam hoc caſu nullum negotium alienum ſuſcipit, nec gerit, vnde non poteſt teneri tanquam negotiorum geſtor, ſed ſolum tanquam dominus feudalis, in qua qualitate nunquam tenetur niſi de dolo & lata culpa, *vt ſupra. §. 1. gl. 8. q.* 10. Et idem multo fortius quando patronus non adminiſtrauit, nec curatorem deputauit. Sed expreſsè vel tacitè adminiſtrationem reliquit ipſi vaſallo. Hinc concluſionem limito: primò ſi * patronus perditos quoſdam aut ignaros appoſuit, qui re malè geſta reperiuntur non ſoluendo, tunc enim perinde habetur ac ſi nullos deputaſſet, & illud damnum dediſſet *l. quoties. D. qui ſatisd. cogan. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. D. de edili. ed.* vnde tenebitur ipſe nomine proprio rationem fructuum, & damna deteriorati feudi reddere. Et hoc in ſubſidium, & probato dolo vel culpa patroni in electione & deputatione talium curatorum. Si autem fuit in culpa, nullo modo tenetur. *d. §. ſi mancip. Ibi vel malum adhibuit, ſed culpa ſua.*

* Si commiſſarios perditos quoſdam & ignaros patronus adhibuerit, tenetur.

14. Sed quæro, de qua culpa intelligitur? & videtur etiam de leui, vt ſentit text. & expreſſe gl. in *d. §. ſi mancip.* Tum licet in prehenſione facta ex defectu clientis, nunquam teneatur patronus niſi de dolo & lata, quia tunc feudum eſt verè apertum, & velut interruptum, & quaſi remitum, & illo velut re ſua fruitur patronus ad lucrum ſuum & in merum detrimentum vaſalli. §. 1. *ſupra eo.* vbi plenè diximus in *glo. 8. q. 10. nu. 54.* Tamen in hac prehenſione ex defectu catalogi contrariæ militant rationes, quæ contrarium ius operari debent. non enim fit ad lucrum patroni, nec ad damnum vaſalli, ſed ad compellendum eum tradere catalogum: nec tunc patronus inſiſtit feudo prehenſo velut rei ſuæ, ſed tanquam alienæ, & pignoratæ ad onus fructus conſeruandi & reſtituendi domino, ſcilicet

vasallo, qui etiam interim est verus dominus vtilis actu manens, quum non sit feudum apertum, sed de sua persona repletum. vnde hac prehensione videtur habere instar pignorationis conuentionalis factæ per creditorem donec debitum sibi soluatur: qui, siue ex traditione debitoris; siue manu iniecta ex pacto, pignus vel hypothecam possideat, tenetur indistinctè de dolo, lata & leui culpa. §. *fi. inst. quib. mod. re. contra. ob. l. si. cum venderet. cum l. seq. D. de pig. actio. l. Prætor ait. §. est præterea. D. de bo. autho. iudi. posti. l. si credito. l. si nulla. C. de pig. actio.* Tum deputando curatores ad administrationem feudi & fructuum videtur se immiscere administrationi, saltem quantum ad actum electionis & deputationis curatorum, igitur saltem respectu illius actus, siue in eo quod, & quatenus administrauit, deberteneri etiam de leui culpa, per deducta in conclusione præcedenti.

* Patronus circa electionem commissariorum eò tenetur nisi de dolo & lata.

15. His* tamen non obstantibus, teneo patronum etiam circa huiusmodi electionem & deputationem curatorum, siue sua sola priuata, siue iudicis authoritate, ad solam sui nominationem, non vocato nec consentiente cliente facta, non teneri de leui culpa, sed solum de dolo & lata. Ratio, quia patronus non facit huiusmodi deputationem nomine clientis: sed nomine suo, & iure proprio: nec illam facit ad commodum clientis, sed ad commodum suum, & sui exonerationem, & ne de administratione teneatur, quod per consuetudinem sibi conceditur, vt patet in hoc §. Et sic hoc faciendo non alienum, nec clientis negotium suscipit aut gerit, sed suum proprium tantum: vnde non debet inde in aliquo teneri, nisi in dolo, vel ad summum in lata culpa deprehendatur, vt in simili text. in *d. l. Prætor. ait. §. in eum quoque. in fi.* Nec obstat quòd huiusmodi curatores obligatur reddere rationem vasallo, quia hoc verum est resoluta prehensione, præstito catalogo, ex dispositione huius consuetudinis, & ex tacito negotio, quod re ipsa geritur inter curatores & vasallum, in euentum præstiti catalogi. Sed circa hoc inter patronum & vasallum nullum geritur negotium. Tum huiusmodo deputatio est pars prehensionis. Sed clarum est prehensionem, etiam quæ fit ex defectu catalogi, nullo modo esse actum administrationis negotij alieni, sed exercitium & vsum negotij & iuris proprij. Et sic eiusdem iuris & qualitatis censeri debet hæc deputatio quod procedit nedum si fiat in continenti in ipso actu prehensionis, sed etiam si fiat ex interuallo, quia quandiu prehensio durat non potest dici fieri ex interuallo, siue seorsum à prehensione, sed semper incontinenti, quum prehensio actualiter perseueret. 16. ¶ Non obstant adducta de creditore conuentionali, quia vt sæpe dictum est quæuis prehensio feudalis non est adæquanda priuatæ manus iniectioni simplicis creditoris, sed est longè maioris prærogatiuæ & authoritatis, nedum ex vi directi dominij actu retenti, sed etiam quia iure publico & authoritate huius consuetudinis principaliter & immediatè nititur, & sunt vestigia, seu reliquiæ cuiusdam iurisdictionis feudalis, & prædialis (*quam funciariam vulgo vocant*) quæ adhuc residua mansit patronis, in res clientelarias: vnde magis venit æquiparanda pignorationi prætoriæ vel iudiciali, quàm meræ priuatæ & conuentionali. Ex quib. patet quòd si patronus in actu huius prehensionis, vel post, adhuc ea durante, curatores etiam per se solum, non vocato vasallo deputando, non diligenter inquisierit de eorum fidelitate, peritia & facultatibus; vel pluribus occurrentibus non elegit, nec adhibuit meliores & idoneiores quos potuisset prout diligens paterfa. in committenda administratione rei suæ fecisset, non tamen etiam in subsidium tenebitur patronus, si curatores malè gessetint, & minus soluendo reperti fuerint. Sufficit enim, quod tempore commissionis prima facie præsumebantur & reputabantur satis idonei ad tale onus. Secus si tunc manifestè apparebant deplorati, non soluendo, vel alterius artis, & ad hanc rem imperiti, aut aduenæ & prorsus ignoti. Tunc enim non posset patronus deputans, excusari à dolo, saltem à lata culpa. Idem si idoneitas non esset publica, sed ipsi patrono nota: ideò tenetur ad satisfaciendum rationibus & reliquis damnis & interesse debitis per tales à se electos. Quod si patronus ipse non elegerit, forte apparitor à iudice deputatus seu procurator patroni dolosè versatus sit, is solum tenebitur, non patronus, aut iudex qui culpa vacant. arg. *l. si pignora. D. de euictio.* Vigilet igitur & curet vasallus idoneos & vtiles commissarios apponi, si non vult aut nequit promptè mancipationem feudi obtinere.

17. Secundò limitatur secunda conclusio, vt procedat quando prehensio est valida. Secus si sit nulla, puta facta ex causa falsa, vel ante tempus, aut alias indebitè, vt diximus supra eo *glo. 3. nu. 9.* Tunc enim patronus, propter iniustam & irrationabilem executionem facti tenetur * nomine proprio ad restitutionem omnium, cum omni damno & eo quod interest, vnde non sufficit quod diligentissimè fidos & idoneos curatores adhibuerit, ita quòd extra culpam vel errorem malæ prehensionis in nulla etiam leuissima culpa reperiatur, quia nihilominus si qua sit deterioratio vel amissio feudi iurium vel fructuum eius etiam à commissarijs siue alia culpa patroni inducta, vel si qua reliqua ab eis debeantur, & non sint soluendo, patronus ipse exoluere tenebitur. Et quod fortius est, si qua vtilitas adsit clienti, siue quia erat diligentissimus, siue quia omnia ex longo tempore habebat instructa & ordinata. Commissarij autem quia solum mediocrem diligentiam præstiterunt: vel quod non haberent in præparato singula requisita ad nouam administrationem, plus sumptuum fecerint, & minus fructuum collegerunt, quàm fecisset vasallus: & sic probè gestis rationibus, & reliquis solutis an commissarijs, qui non tenentur nisi de leui culpa: adhuc multa desunt clienti, quæ verisimiliter consecutus fuisset, non facta prehensione, puta fructus quos percipiendos vocant, & commoditates quas vasallus sua industria solitus erat percipere, & verisimiliter percepisset, ea omnia tenetur patronus refarcire de suo. Et hoc importat condemnatio damnorum & interesse: pro quorum liquidatione, in executione sententiæ poterit vasallus in libello suo declarationis damnorum & interesse hæc & alia huiusmodi sigillatim articulare. Et aduerte circa hanc materiam interesse, quæ à multis copiosè magis inuoluta, quam resoluriue explicata fuit: vt id solum quod punctum nostrum concernit, pro præsenti tradam. 18. Quod dicimus in hac secunda limitatione nostra, patronum teneri ad omne id quod interest, debet subaudiri ad causam, seu ratione prehensionis factæ. * Et sic non venit interesse remotum: sed solum interesse propinquum, quod est circa rem prehensam vsum & administrationem eius sublatam per prehensionem, & sic solum consideratur interesse emergens immediatè propter prehensionem: siue sit commune siue singulare ipsius clientis, siue consistat in damno incurso, siue in lucro cessante, dummodò cessatio lucri, alias certi, immediatè causetur à prehensione. * Vnde si vasallus colonis suis, propter huiusmodi prehensionem expulsis, vel impeditis, damna & interesse soluit, vel debeat, vel si prædia feudalia deteriorata sint, vel si in illis alebat greges, & partim perierint, partim aliena pascua conducenda fuerint, hæc & reliqua id genus, refarcienda sunt à patrono: quum sint damna immediatè propter prehensionem incussa. Idem de fructibus percipiendis, seu aptiùs loquendo, qui vltra perceptos percipi potuissent, accuratissima vel singulari industria clientis: hos enim quum futuri fuissent pars rei damno magis quàm cessanti lucro adscribo, pro qub faciunt no. Dec. in *cub. C. de*

* Patronus nomine proprio ad omnia tenetur quando prehensio est iusta.

* Interesse propinquum æstimatur ab remotum.

* Interesse propinquum à remoto quemodò discernatur.

ſentent. quæ pro eo quod inter. ad ſi. Si autem vaſallus fortè mercator pecuarius, vltra intereſſe damni incurſi in grege ſuo ablegando, & aliena paſcua conducendo & interim propter hanc cauſam grege diminuto, vellet petere intereſſe lucri ceſſantis, ex eo quòd non potuit tam numeroſum, & ſucculentum gregem ducere ad forum, & mercatum ſolitum, non deberet audiri; quia ceſſatio talis lucri, non prouenit præcisè & immediatè, propter ſolam prehenſionem, ſed habet admixtas alias cauſas, cum inſidijs, vel incertitudine fortunæ: & ſic non eſt propinquum, ſed remotum, & non conſiderandum, ſicut nec eſſet conſiderandum ſi quereretur, ſe ex redditibus feudi, ſi eos in tempore medio percepiſſet, potuiſſe plurima in negotiationibus, vel emptionibus prædiorum ſuperlucrari: & ſe amiſiſſe occaſionem illerum lucrorum, & commodorum, & fortè ſe perdidiſſe occaſionem & facultatem redimendi prædium à ſe prius venditum ſub pacto retrouendendi, & tempus interim lapſum, vel retrahendi prædium auitum à conſanguineo medio tempore, vili fortè pretio venditum extraneo. Hæc enim remota, & ab alijs ſimul cauſis dependentia non veniunt æſtimanda. Secus in lucris quæ aliàs veriſimiliter erant certa, & euentura, & iam in ſuo curſu, quorum ſpes deficit immediatè propter ſolam prehenſionem, quorum etſi rariora, quàm damnorum, ſint exempla, ſunt tamen aliqua, puta ſi nouum columbarium, vel ſtagnum, interim diu durante prehenſione, quamuis non fuerit deterioratum, tamen non fuit in valore augmentatum, prout fuiſſet, ſi in manu diligentis vaſalli remanſiſſet. Huius enim lucri ceſſantis puto habendam rationem: quia iam erat inceptum in actu, & ſola prehenſio immediatè illud impediuit. Idem ſi vaſallus erat mercator pecuarius, & poſuerat gregem impinguandum in feudo, quod non habuit effectum, propter prehenſionem ſtatim ſecutam, quamuis aliter non ſit grex deterioratus. 19. ¶ Idem in cæteris ſimilibus dicendum. ¶ Sed quid de damno * fortuito caſu illato fructibus, aut aliis reb. feudi? videtur ſpectare ad patronum, quum ſit in continua mora: imò eo ipſo quòd rem clientis eo inuito, & indebitè occupauit: pluſquam fruſtrator, ſeu pluſquam moroſus effectus eſt. *l. pe. in fi. D. de vi & vi ar.* Et ſic patronus nedum eſt in culpa, ſed etiam in mora, & pluſquam in mora. Vnde quamuis ſola culpa citra moram, non ordinata ad caſum, non faciat teneri de caſu fortuito: ſed ſuperuentu caſus fortuiti, purgatur & abſorbetur. *l. is qui. D. de act. & obl. l. non omne. D. de ſtatu. lib. l. fi. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iact.* tradit Alber. Bar. Bal. in *l. ſi vt certo. §. ſed interdum. D. commoda.* Tamen * mora etiam ſola facit moroſum teneri omnimodò de caſu fortuito. text. *in l. filioſa. §. ſi poſt. diuortium. D. ſol. matr. in l. cum res in in fin. D. de leg. 1.* per quos text. communis eſt opi. gl. & doct. in *d. locis. & in l. quod te. D. ſi cer. pet. l. mutuo D. de vſur.* & vbique non eſſe diſtinguendum an æque penes eum cui debet reddi, fuiſſet peritura, vel non. Quibus non obſtantibus, puto patronum tum demum teneri de caſu fortuito, ſi acciderit, & effectum habuerit, occaſione prehenſionis iniuſtæ, qua ceſſante veriſimiliter obuiatum fuiſſet periculo, & ſaluata res per clientem. Secus ſi conſtat quòd omnino ceſſante prehenſione, vel eodem modo peritura erat penes clientem, quia tunc cliens non habet inde aliquod intereſſe, prouenies ex culpa, mora, vel facto patroni, vel eorum occaſione, & ſic non eſſet admiſſibilis ad allegandum & petendum emendationem talis damni, ſiue in ipſo corpore feudi, aut eius ruribus, ſiue in fructibus pendentibus, aut ſeparatis contigerit. Et hæc fuit in effectu opi. Matt. quam ſecuti ſunt Paul. in *l. ſi plures. in fi. D. depoſi. & in d. l. cum res. in fi. de lega. 1.* Raph. Ful. in *l. memb §. 1. D. de verb. obl. & in l. quod te.* & ibi Laſ. *col. 9. deci. col. fi. D. ſi cer. pet.* Et nos latiùs contra Accur. & communem probabimus, ſicubi principaliter diſcutiendum occurrerit, *infrà vel in decadibus.*

* De caſu fortuito cùm iniuſtè prehendit an patronus teneatur.

* Mora magis aſtringit quàm alia culpa.

10. PRO complemento huius tertiæ partis quæro: Quid * ſi patronus nullum curatorem deputauit feudo, ſed illud pro certa penſione locauit? breuiter reſpondeo, non habere locum verba, & mentem huius §. in fi. nec is colonus vllo modo tenetur clienti, etiam ſi expreſsè conduxerit à patrono locante in qualitate domini feudalis, prehenſum feudum ad manum ſuam tenentis, nec à vaſallo conueniri poteſt ad præciſam rationum redditionem, vt clarum eſt, imò nec ad penſionis ſolutionem. Et hoc niſi actionibus ceſſis per patronum, vel eo mortuo ſine hærede in ſubſidium iuxta *l. 1. inſt. C. de act. & obl.* Et etiam patronus per talem locationem, nullomodo exoneratur erga vaſallum: ſed tenetur ei rationem, & reliqua præſtare, vt diximus in prima concluſione huius tertiæ partis; nec liberaretur offerendo cedere actiones, contra colonum. Et hæc procedunt, etiam ſi patronus appoſuiſſet pactum, quòd colonus teneretur catalogo præſtito per vaſallum, ei ſoluere dictam penſionem. per reg. *l. ſi vnus. §. ante omnia D. de pact.* Si tamen eundem colonum commiſſarium ſuum conſtituiſſet, haberent locum quæ dicta ſunt de commiſſario, & teneretur iſte colonus in qualitate commiſſarij feudi, ipſi vaſallo rationem integram reddere, non habita ratione penſionis conuentæ in locatione: quam non teneretur vaſallus acceptare: nec etiam poſſet eandem exigere, ab inuito commiſſario offerente (ideo fortè quòd annus ſterilis fuit) ratiocinia ponere, & reliqua ſoluere. Et hoc niſi tanquam commiſſarius fuiſſet oneratus à patrono in ipſa commiſſione ad ſoluendum penſionem locationis loco redditionis rationum, ei ad quem ſpectabit, quia tunc poterit ad illam ſummam cogi per vaſallum: quamuis vaſallus poſſit ſi velit, præciſam redditionem rationum exigere: nec teneatur ſtare illi taxationi factæ ſine conſenſu ſuo. 21. ¶ * Ratio differentiæ eſt aperta: quum priore caſu colonus conducendo, nullum negotium gerat cum vaſallo, ſicut nec cum quouis extraneo, merito non tenetur vaſallus ſtare æſtimationi conuentæ, in locatione facta cum alio. At poſteriore caſu, quum tanquam commiſſarius ad certam quantitatem ſe obligat, tacitè contrahit vel quaſi, cum quocunque ad quem ea res ſpectat, vel ſpectabit. Sed quæro quid ſi curator vel commiſſarius curam ſuſcepit, ſed limitatam: & ſub hoc expreſſo pacto, quòd non teneretur ſoluere vltra tantam ſummam, pro quolibet anno vel toto tempore? Reſpondeo illud * pactum etiam ſi per modum conditionis eſſet appoſitum, reiiciendum & eundem curatorem ſeu commiſſarium plenè & efficaciter eſſe obligatum, reſpectu eorum qui tali pacto non conſenſerunt. vnde meritò non tenentur ſtare tali pacto reſpicienti ſubſtantiam obligationis & debiti. Sed benè tenerentur ſtare pactis reſpicientibus qualitatem, & cæteras circumſtantias obligationis, ſine diminutione ſortis, ſeu debiti principalis, in ſe: puta ſi eſſent plures curatores deputati, cum hoc pacto, quòd non tenerentur niſi in viriles, vel quòd non poſſent cogi per capturam perſonæ. Tunc enim puto primò talem commiſſionem proficere patrono ad ſui exonerationem, modò circa hoc non fuerit in dolo, vel lata culpa: & prehenſio non ſit nulla, ſed valida. Et ſecundò clientem teneri, illis pactis ſtare: poterit tamen pro tempore futuro poſtulare aſtrictiores, & vtiliores ſibi curatores deputari, per deducta ſupra *ea gloſſ.* 4.

* Quid ſi patronus non exposuerit curatorem, ſed locauerit feudum.

* Differentia inter colonum & commiſſarium.

* Pactum reſpiciens ſubſtantiam debiti in commiſſione appoſitum non prodeſt reſpectu eorum ad quos reſpectat.

§. X. *

APres que le vaſſal a baillé ſon denombrement au Seigneur feodal, ledit Seigneur feodal eſt tenu de blaſmer ledit denombrement dedans quarante iours apres iceluy (denombrement) baillé; autrement (ledit denombrement) eſt tenu pour reçeu. Toutesfois ledit vaſſal eſt tenu d'aller ou enuoyer querir ledit blaſme au lieu du principal manoir, dont eſt mouuant le fief.

§. XI.*

* Hic articulos addicus fuit per nouã cõſuetudinẽ.

NEantmoins le vaſſal qui a fait ſes foy & hommage & offres au deſir de la couſtume, peut bailler ſondit denombrement quand bon luy ſemble, & n'eſt tenu attendre leſdits quarante iours, ny la reception en foy.

POſtquam vaſallus catalogum feudi tradidit patrono, tenetur patronus diſpungere catalogum, & improbare ſi quid in eo cenſeat reprobandum, idque infra quadraginta dies à traditione catalogi, alioqui catalogus pro recepto & approbato habetur: tenetur tamen vaſallus ire vel mittere poſtulatum dictam diſpunctionem à patrono in loco principali loci dominantis. H. D.

SVMMARIA §. X.

1. ¶ *Q. 1. An dies termini computetur in termino?*
2. *Reſp. non de communi obſeruantia.*
   Dies appellationis non computatur in tribus menſibus datis ad relenandum.
3. *Inſpiciẽda ratio ſubiectæ materiæ magis quàm verba.*
4. *Tempus horum quadraginta dierum non currit ante ætatem ad feudalia munia requiſitam licet minor inueſtitus ſit.*
5. *Idẽ ſi eius tutor, curator, vel cuſtos inueſtitus ſit.*
6. *Sed tunc incipit hoc tempus currere ſtatim ab ætate legitima ſine alia interpellatione.*
7. ¶ *Q. 2. Tempus in hoc §. præfixum ad impugnandum catalogum non præcidit ipſo iure.*
8. *Nec excludit beneficium reſtitutionis in integrum.*
9. *Tacitum non debet plus operari quàm expreſſum. Expreſſum eſt fortius & extenſilius tacito.*
10. ¶ *Q. 3. Si patronus oblatum catalogũ nolit recipere incontinẽti currũt hi quadraginta dies, ſed patronus re integra morã purgare poteſt.*
11. ¶ *Q. 4. Septem modis impugnari poteſt catalogus.*
12. *Iudicium deſcriptionis catalogi eſt duplex.*
13. ¶ *Q. 5. Vtrum poſt inueſtituram & oblationem catalogi poſſit eſſe locus prehẽſioni ex defectu hominis reſpectu omiſſorum in catalogo.*
14. *An quis agendo contraria allegans audiatur?*
15. *An iudicium latum ſuper diſcuſſione catalogi præiudicet in alio iudicio.*
16. ¶ *Q. 6. An pendente lite ſuper diſcuſſione catalogi debeat leuari manus in totum, an vero in articulis non contentioſis duntaxat?*
17. *Quod ſolum in non contentioſis, faciunt duo arreſta.*
18. *Quod in totum faciunt duo alia.*
19. *Solutio.*
20. ¶ *Q. 7. Tenetur vaſallus in catalogo cuncta ſigillatim declarare, quamuis à prædeceſſoribus hoc non fuerit exactum.*
21. 22. ¶ *Q. 8. Quid ſi vaſallus nouus non poſſideat nec dolo deſierit poſſidere quæ in veteribus catalogis continentur, an teneatur ea ſpecificare & agnoſcere?*
23. ¶ *Q. 9. An patronus teneatur vaſallo* de euictione?
24. *Feudum impropriũ regulatur ſecundum naturam contractus, cui aſſimilatur.*
25. *Quandoque locus eſt euictioni omiſſa denunciatione & iudicio.*
26. *Præſumitur contra differentem agere, donec probationes rei depereant.*
27. ¶ *Q. 10. Quid operetur clauſula*, ſaluo iure noſtro.

VIdimvs ſuprà in §. 9. materiam conficiendorũ & tradendorũ catalogorũ feudalium. Hic autem de diſcuſſione & diſpunctione eorum agitur, quæ quandoq; reſpicit formam ſeu qualitatem agnitionis, quæ eſt caput & fundamentũ catalogi, de quo exẽplum habes infra §. 45. *quæſt.* 1. *nu.* 5. quandoq; & ſæpius reſpicit deducta & omiſſa in catalogo circa exceſſũ, vel defectum. Nota quod ſicut vaſallus tenetur cõficere & tradere patrono catalogũ feudi infra quadraginta dies ab admiſſione in fidẽ, ita infra alios quadraginta dies à traditione catalogi (niſi inter eos dẽ citeriori vel longiori tempore conuenerit) tenetur patronus diſcutere catalogũ, notaſque ſeu improbationes ſi quas prætendat in catalogũ tradere vaſallo id poſtulãti. 1. ¶ Circa quod quæro primo, vtrũ hi quadraginta dies currãt ſtatim ab ipſa traditione catalogi, an vero à die traditionis, ita vt dies traditionis non cõputetur in termino? Et primò videtur quod ſtatim ab ipſa traditione per hũc tex. præfigẽtẽ hic quadraginta dies ab ipſa traditione, nõ à die, vel poſt diẽ traditionis,* igitur totũ cõputatur in termino, & nõ excluditur dies termini cõceſſi. Et ſi conſuetudo voluiſſet excludi, facilè expreſſiſſet: Et ſic inſequẽdo terminos conſuetudinis eſt dicendũ; quòd ab ipſa traditione currete incipiũt de momẽto ad momentũm prout regulare eſt in iure, vt tẽpus de momento ad momentum continuò currat & computetur. Facit quod ferè in ſimili ſcripſimus 5. §. 7. 9. 2. *nu.* 4. quod inducix 40. dierũ poſt obitũ vaſalli ſtatim à pũcto & inſtanti obitus currere incipiũt.

* An dies termini computetur in termino?

2. Pro breui reſolutione aduerte, quòd quamuis de iure regulariter tempus ſtatim currat de momento ad momentũ: tamen de conſuetudine cõmuniter obſeruatur quod dies à quo præfigitur terminus non computetur in termino, vt tradit Bald. in *l. eos* §. *ſin autem ſolgat.*

Digitized by Google

2. *C. de appell.* Alex. in *l. 1. D. si quis caut.* Guid. Pap. in *deci.* Delphin. 270. Philip. Deci. in *c. super eo. 2. glos. fin de appellat.* Et ita semper vidi communiter obseruari tam in præfectura Parisiensi, quàm in hoc supremo Senatu, siue terminus esset concessus à lege, puta à constitutione regia; vt in tribus mensibus datis appellanti ad releuandum appellationem in hoc senatu, in quibus dies interiectæ appellationis non computatur in termino. fa. tex. in *leg. vbi lex duorum mensium D. de regulis iuris.* Vnde si quis ad supremam hanc Curiam * appellarit die vltima Iulij, & aduersarius literas in forma desertionis obtineat die vltima Octobris, non proderunt, nec valebunt ad finem desertionis, etiam si non sint missæ executioni, nisi in medio Nouembris, sed resoluetur in anticiparionem, quia attenditur data literatum siue commissionis (à quo citatio quam expletum vocant, iustificatur vel infirmatur, & tanquam accessorium dependet) quæ præmaturè est impetrata, videlicet die vltima releuandi, & sic infra tempus datum ad releuandum appellationem & ante desertionem & ita sæpe vidi iudicari in hoc Senatu. Siue etiam terminus sit concessus ab homine, puta à iudice, notoriè practicatur quod dies concessi termini non computetur. Sed aduertendum quod ista consuetudo & obseruantia & interpretatio inde resultans habet locum in dubio. Et quando non est alias præfixum certum principium cursus temporis. Alioquin clarum est standum esse expressè dispositioni, sed tam in dicto §. 7. quàm hîc præfigitur certum initium cursui termini. videlicet ibi post obitum vasalli, hîc post traditionem catalogi; ergo vtrobique pariter debet currere tempus latum ab obitu, vel à traditione.

* Dies interiectæ appellationis non computatur in termino releuandi.

3. Quibus non obstantibus dicendum puto, quod in hoc §. non computantur dies catalogi traditi vel accepti in termino. Et hi 40. dies non incipiunt currere à puncto traditionis, sed à die traditionis, & sic illa die exclusa. Et moueor, quia iste terminus conceditur ad inquirendum & faciẽdum aliquid quod de se est laboriosum, & sub pœna priuationis & exclusionis, nisi j. terminum fiat, vnde si hodie traditus sit catalogus ex natura actus & materiæ subiectæ, non intelligitur quòd patronus eadem die incipiat legere & discutere contenta in catalogo, sed infra alios 40. dies, & sic exclusa die traditionis & termini cedentis, quia agitur de onere eius cui pœna conceditur, & sic mitior interpretatio assumenda est. *l pen. D. de pen* & maximè cùm reducatur ad regulam communis obseruantiæ & consuetudinis, arg. no. per *gl. & doct. in cap. statutum de prabend. lib. 6.* Secus in dicto § 7. vbi non conceduntur certæ inducæ, vt interim nihil fiat, sed retardetur executio manus dominicę, & sic ibi computatur tempus statim de momento ad momentum. Non obstat quòd æquè in vtroque. §. præfigitur certum initium cursui temporis, quia respondetur quòd ratio subiectę materiæ magis quàm verborum formula debet attendi, vt per Bal. in *c. ad hæc de postul. prælat. & j. §. 1. gl. 4 num. 20.* Et eadem ratione dico, quòd in terminis §. 8. *& 9. supra eo.* dies admissionis in fidem non computatur in termino quadraginta dierum dato vasallo, ad conficiendum & tradendum catalogum. Et sic concludo quòd vtroque casu & respectu vtriusque scilicet patroni & vasalli illi quadraginta dies currunt à die admissionis in fidem, vel à die traditi catalogi, & sic die termini exclusa.

4. Et aduerte quòd illud regulare est, vt currat ab illa die; quæ regula quandoque fallit vt non incipiant tam cito currere, respectu enim vasalli & traditionis catalogi, fallit primo & secundo in casibus primæ & secundæ quæst. j. §. 9. *gl. 2* Fallit tertio, si vasallus sit minor viginti annis, vasalla minor quindecim annis, & in fidem fuerit admissus, & inuestitus à patrono, quia valet & tenet in effectu huiusmodi admissio & inuestitura in præiudicium patroni & ad commoditatem & securitatem minoris vasalli, qui nullo modo tenebitur maior factus fidelitatem eidem patrono renouare, nec vnquam ab eo poterit pati prehensionem ex defectu hominis & fidei per not. j. 21. q. 3. Et tamen non tenetur vasallus vel vasalla conficere vel tradere catalogum j. 40 dies à die huiusmodi admissionis & inuestituræ, nec incipiunt hi 40. dies ad hoc currere nisi post ætatem legitimam 20. vel 15. annorum, ita quod prehensio feudi ex defectu catalogi interim quantumcunque post d. quadraginta dies facta esset nulla, & retractanda; & ratio est, quia vasallus minor hac ætate habet à consuetudine has inducias, vt non possit patronus interim ab eo clientelare obsequium exigere, & consequenter nec confectionem seu traditionem catalogi. j. §. 41. Si igitur vasallus minor obsequutus fuerit patrono quantum ad fidelitatis sacramentum, & quantum ad hoc euacuauerit inducias, non tamen sequitur quòd inducię sint peremptæ quantum ad confectionem & traditionem catalogi. Tum quia attenta persona minoris, est magna & euidens diuersitatis ratio, inter simplicem agnitionem, seu verbalem fidelitatis oblationem, & inter realem confectionem, & traditionem catalogi: tum minor non renunciauit expressè inducijs, imo etiam si expressè renuntiasset, non valeret renuntiatio propter illegitimitatem personæ in actis feudalibus, & damnosis. infra §. 32. Sed tacita omissio exceptionis, vel iuris in vno actu non extenditur ad alium actum, nec impedit quin excipi possit circa alium actum, nisi expressè & validè renuntiatum fuerit exceptioni ex iure competenti, vt diximus j. §. 40. *num. 3. per glo. in Clem. sæpe in fi. in verbo. partibus de verb. signi.* quæ singul. est secundum Ioan. de Imol. & ibi Barba. in *cap. de libell. obla. cli. in c. quis contra de foro compet.*

5. Et hanc tertiam fallentiam amplio, primo siue vasallus minor sic admissus & inuestitus, habebat curatorem, siue non: quia sine authoritate tutoris vel curatoris, potest sibi vtilia facere, per iura vulgata. Amplio secundo, siue minor fuerit inuestitus in persona propria, siue in persona tutoris sui, siue curatoris, siue custodis, nobilis, aut paganici: quia valet & tenet admissio in fidem & inuestituram, quamus vtraque sit merè voluntaria: quia sicut minor vel eius tutor, curator, aut custos, non tenetur fidelitatem præstare patrono, ita patronus non tenetur illam ab istis recipere, si tamen fecerit valet cum sit vtile moueri, vt dictum est j. §. 41. *in fi.*

6. Sed retentis terminis huius tertiæ fallentiæ emergit necessaria quæstio, quando videlicet incipiant currere hi quadraginta dies ad catalogum conficiendum, & tradendum patrono, & videretur dicendum attento quod hi quadraginta dies non possunt incipere à die admissionis in fidem, & quantum ad hoc non est locus dispositioni nostræ consuetudinis. j. §. 8. 9. nec aliter à consuetudine prouidetur, quando hoc casu debeat incipere cursus huius temporis, quòd hoc relinquatur in iure communi iuxta not. in *l. si cum dotem in prin. de sol. matr. cum vulg.* & consequenter quòd non incipiat currere nisi post debitam interpellationem de præstando catalogo factam vasallo post d. legitimam ætatem ab eo adeptam: & adhuc quòd si post illam ætatem vasallus adhuc sit sub curatore, quòd non sufficiat vasallum interpellari sine authoritate curatoris. per. no. in *l. fi. ex legati causa cum l. seq. de ver. obl. & sup.* §. 21. *q. 2. in fi.* prout etiam ferè in simili dictum est in casibus primæ & secundæ fallentiæ præmittendam esse denunciationem vel notificationem à patrono antequam incipiant currere hi 40. dies j. §. 9. *glo. 2. quæst. 1. 2. in fi.* Quibus non obstantibus dicendum puto quòd hi quadraginta dies currere incipiant statim finitis præfatis inducijs, & sic illico vbi vasallus adeptus fuerit 20. aut vasalla 15. annos completos, ita quod ex tunc lapsis proximis 40. dieb. possit patronus validè manum iniicere feudo, & commissarios apponere ex defectu catalogi nulla alia præcedente renunciatione, aut interpellatione, quamuis ciuiliùs faceret prius denunciando

denunciando, ſed non tenetur & iure ſuo vtendo nemini facit iniuriam: *l. nullus videtur dolo. D. de reg. iur.* Et ratio eſt euidens, cùm præfatæ induciæ ſint ad hanc ætatem limitatæ, & ſic impleta hac ætate ipſo iure finiantur, & per conſequens præſcriptio horum 40. dierum quæ interim per d. inducias ſuſpenſa fuit ipſo iure ſine alio hominis miniſterio currit finitis induciis. fac. not j. §. 42. *qu.* 3. quòd ſuſpenſus ad tempus, lapſo tempore ipſo iure habilis eſt abſque alia ſolutione. Tum alioquin ſequeretur liberalitatem ſuam vltra in ea contentam eſſe damnoſam & captioſam patrono, quia clarum eſt, quòd ſi non admiſiſſet in fidem vaſallum ante ætatem legitimam, ſtatim illa ſecuta ſine alia interpellatione poſſet prehendere feudum cum mero lucro fructuum. Cur igitur poſt liberalitatem conceſſam non poterit facere quod eſt minus, videlicet poſt 40. dies à legitima ætate vaſalli prehendere feudum ex defectu catalogi ſine lucro fructuum, illibata manente inueſtitura quam ante legitimam ætatem liberaliter vaſallo conceſſit. Tum clarum eſt quod ſi patronus inueſtiens vaſallum, det ei inducias conficiendi & tradendi catalogi vſque ad duos vel plures annos, quod illis finitis ſtatim abſque alia interpellatione prehendere poteſt. Igitur eſſet dicendum, quandocunque liberaliter inueſtit vaſallum ante ætatem, quia cenſetur ei tacitè dare vel relinquere reſpectu confectionis & traditionis catalogi tam inducias ætatis quàm inducias 40. dier. poſt illam ætatem, & hoc virtute conſuetudinis tacitè exiſtentis & informantis quemlibet actum *vt no.* §. Igitur illis finitis ſtatim & ipſo iure poteſtate ſua vti poteſt, & has fallentias & quæſtiones nota ad materiã §. 9. *in gl.* 2. ℨ. vbi fuerant omiſſæ: illa gl. 2. iam vltra ſeptẽ mẽſes typis excuſa eſt, de hac. q. hactenus remitto j. ad §. 172. vbi plenius.

7. SECVNDO principaliter quæro, vtrùm* lapſus horum 40. dierum ipſo iure præcidat patrono omne ius & remedium impugnandi contenta in catalogo? Reſpon. Non, ſed ſub pluribus modificationibus illud eſt intelligendum. Prima colligitur ex hoc text. videliçet quòd poſt lapſum d. temporis, tunc demum habetur catalogus pro approbato, quando vaſallus addit & interpellat patronum pro reſtitutione & approbatione catalogi. Patronus autem adhuc negligens eſt, quia tunc habetur pro approbato, & poteſt vaſallus in ius vocare patronum, vt declaretur catalogus approbatus in vim huius conſuetud. & vt teneatur patronus reſtituere catalogum (copia ſi velit retenta) tanquam approbatum; quandiu autem negligit vaſallus ad hoc interpellare patronum, ſemper poteſt patronus notas expunctiones catalogi conficere: vel ſi nondum confecerit, ſufficit quod interpellante vaſallo verbaliter exponat in quibus & ob quæ catalogum vult improbare ràque promptè in ſcriptis tradat vaſallo vel inſcribat ſuper articulis improbatis eiuſdem catalogi. Et probatur hæc modificatio in fin. clau. huius §. ex qua apparet quòd per ſolum lapſum horum quadraginta dierum, non præciditur patrono, nec ipſo iure, nec ope exceptionis, nec conſtituitur in mora, donec poſt lapſum huius termini interpellatus à vaſallo recuſet vel in longum differat. Et licet alioquin dies tacita & legalis interpellet pro homine, & in mora conſtituat. vt tradit Alex. in *l. ſi ita ſtipulatus eſſem col.* 1. *D. de verb. obl.* Alex. in *l. ſi mora.* & ibi Ial. *col.* 4. *D. ſolut. mat.* & memini dixiſſe. ℨ. Illud non procedit hic vbi lex requirit poſt lapſum temporis expreſſam interpellationem hominis ſcil. vaſalli, non tamen requiritur quòd vaſallus pluries adeat vel interpellet patronum, ſed ſufficit quod ſemel per reg. *l. bonæ.* §. *hoc ſermone. de ver. ſig.* & per no. in *l. ſi ex legati cauſa. D. de ver. obl.* Et hoc dummodo interpellet poſt lapſum horum quadraginta dierum, quia non prodeſſet pendente termino per hunc tex.

8 ¶ Secunda modificatio eſt quod per hunc tex. non excludatur beneficium reſtitutionis in integrum, nec obſtat, quòd patronus per ſilentium & negligentiam quadraginta dierum cenſetur approbare catalogum & renuntiare iuri reprobandi ex notoria lege feudi, & non poteſt cenſeri læſus, ſed iure noſtro communi feudorum vſus fuiſſet. *l. non vtique. C. de in integ. reſt.* provt patronus etiam minor non reſtituitur aduerſus lapſum quadraginta dierum, de quibus j. §. 20. quia vt ibi diximus in *gl.* 2. & ℨ 1. *glo.* 7. *&* §. 32. *q. ſi.* illud procedit in his quæ concernunt adminiſtrationem feudi, vel in acquirendis in vim conſuetudinis, vel in temporali admiſſione fructuum. Secus in comprobatione, vel reprobatione catalogi, & ſimilibus, vbi agitur de proprietate & perpetuo præiudicio rerum & iurium feudalium quæ ſint patrimonia noſtra, quia tunc locus eſt reſtitutioni in integrũ provt aliàs de iure cõmuni in cæteris rebus patrimonialibus. Quare dico & hîc reſtitutionẽ dari poſſe nedum patrono minori viginti quinque annis. *vt C. ſi aduer. confeſ. per totũ.* ſed etiam maiori ex clauſula generali. *l.* 1. *D. ex quib. cau. maior. vt in l. cum falſa. l. error facti. C. de iur. & fact. igno. l. de ætate.* §. *ex cauſa. D. de interrog. act.* huiuſmodi enim tacita approbatio catalogi quæ inducitur ſecundum formam huius §. tacitam confeſſionem implicat, quod omnia contenta in catalogo ſint vera, provt vbi ſunt deſcripta.

9. * Tacita autem approbatio vel confeſſio non debet habere plus roboris, nec plus operari quàm expreſſa approbatio & confeſſio. Imò expreſſum eſt fortius & extenſilius quàm tacitum. vt no. in *l. precib. de impub. & al. ſubſt. in l. pen. D. in quib. cau. pig. taci. contrah. in c. quod à te de cleric. coniug.* Pan. in *c. dilecto. de for. com.* Pau. Caſt. in *l. aduerſus C. de vſur.* Soc. *in l. nu.* 33. *D. quod quiſque iur.* Ial. & alij in *l. cũ quid. D. ſacer. pet.* Ial. *in l. ſeruũ filij.* §. *ſi iam ſeruus in fi. in l. ſi res oblig. col.* 1. *D. de lega.* 2. Phil. Deci. in *c. clerici. col. fin. de iudic.* Certum autem eſt quod expreſſa approbatio & confeſſio, vel etiam realis impreſſio ſigilli ipſius patroni, non impediunt quin probato errore, & rem aliter ſe habere patronus reſtitui poſſit peritura prælegata. Sed hîc incidit multum vtilis quæſtio, an ſicut maior ita & minor teneatur docere de errore, & rem aliter ſe habere antequam reſtituatur aduerſus expreſſam vel tacitam confeſſionem de qua per Bald. in *l. vnica. col.* 15. *ver. pone minor.* & ibi Sal. *char. pen. C. de confeſſ.* Sed quia accelerare cogor, nec vacat in incidentibus immorari, remitto ad ea quæ plenius tractantur. §. 117.

10. ¶ TERTIO quæro, vaſallus debitè obtulit patrono catalogum feudi ſui, ſed patronus indebitè recuſauit recipere, vtrùm ſtatim ab huiuſmodi recuſatione incipient currere hi 40. dies aduerſus patronum. Dubium facit quòd non verificantur verba huius conſuetudinis, quia non eſt catalogus traditus, & ſic videtur ceſſare diſpoſitio per rationes vulgatas in *l.* 4. *D. de damno infect.* ſaltem attento quod diſpoſitio huius conſuetudinis eſt pœnalis & * ſic liquidiſſimè conſtare debet impleta eſſe verba huius §. per id quod nota. Bald. in *l. in teſtor.* 1. *D. de condi. & demonſt. in l. Titius. in fin. delibe. & poſthu. & in vſibus feud. quali. dom. propr. feu. pri. cap. vnico. col. fi.* Ial. in *l. vnica. C. de his quæ pœnæ. not. col.* 2. Phil. Deci. in *rubr. de prob. col. pen.* facit quod decidit Bart. in d. *l. in teſtor.* 1. quod vbi variatur modus implendi, non cenſetur pœna repetita. In contrarium arg. quia queties per eum cuius intereſt, & qui obligandus eſt, ſtat quo minus aliquid impleatur, habetur pro impleto, & æquè obligatur ac ſi verè impletum eſſet. *l. iure ciuili. D. de condi. & demon. l. iure ciuili. D. de reg. iur.* Tum vbi agitur de fraude & fruſtratione legis euitandæ fit extenſio vltra verba etiã in pœna lib. vt not. j. §. 20. *gl.* 3. *n.* 9. Sed fruſtratoriè ſcriptus eſſet hic §. ſi patronus recuſando accipere catalogum faceret, quominus currerent cõtra eum hi 40. dies, & pro hac parte concludendum eſt. Debet tamen vaſallus lapſis 40. diebus ab huiuſmodi recuſatione adire patronũ, & petere ſibi tradi impugnationes, & ad hunc finem iterum offerre catalogum, & ſi patronus iterum recuſet,

* An tempus in hoc §. præfixum ſit peremptorium.

* Tacitum nõ debet plus operari quàm expreſſum.

* In pœnis liquidò conſtare debet.

tunc potest vasallus instare coram iudice vocato patrono vt catalogus declaretur approbatus & acceptatus. Si verò patronus saniori consilio ductus recipere velit catalogum dispungendum, puto quòd competẽs aliquod tempus debet ei concedi ad illum perspiciendum & tradendum impugnationes si ei bonum videbitur. Non enim dispositio huius §. (cùm agatur de proprietate & magno præiudicio) est adeò præcisa, quin istud tempus debeat prorogari, vel etiam eo lapso aliud moderatum tempus concedi patrono volenti facere quod in se est, idque si opus sit à iudice etiam inuito vasallo, dummodo ius eius non sit factum deterius iuxta no. *in l. & si post tres. D. si quis caut.* Et sic re hoctenus integra etiam ante sententiam licitum est patrono incontinenti * purgare moram, non enim præcisè committitur hæc pœna ipso iure, sed demum post sententiam, & declarationem iudicis, & ita certè practicatur.

* Moram purgare licet patrono.

11. QVARTO, pleniùs complectendo materiam huius §. visum est ẽ. §. 8. *in princ. de forma catalogi*, nunc quæritur de forma reprobationis seu impugnationis catalogi? Respon. nullam esse certam formam, quia nihil aliud est quàm nota eius quod displicet patrono tam circa excessum, quàm circa defectum catalogi. Et hoc circa excessum tripliciter, & circa defectum quadrupliciter contingere potest, & in effectu vt clariùs procedam * septem modis potest catalogus impugnari; primo in eo quòd vasallus in catalogo descripsit & confirmauit certum prædium tanquam feudale, quod tamen non est de illo feudo, vt prætendit patronus, sed vel est de alio feudo eiusdem vasalli, vel est prorsus alienum, vel est de domanio ipsius patroni, & ad eum non ad vasallum spectat. Secundo modo ex eo quòd vasallus quædam prædia descripsit, tanquam subfeuda vel censualia feudi sui, quæ tamen prætendit patronus esse domanialia eiusdem feudi, & iure pleni feudi immediatè à se moueri, vel ecouerso ex eo quòd vasallus quædam descripsit inter domanialia, quæ tamen debent describi inter subfeuda vel censualia eiusdem feudi in quo vltimo rarò contingit improbationes fieri, quia maior est vtilitas patroni quòd res feudi sint dominicales quàm subfeudales vel censuariæ, vt patet ad censum, tamen potest patronus si velit ex hoc respectu iustè improbare si casus accidat, quia sua interest non recipere falsum catalogum, sed vndequaque verum & excussum, ne fortè ipse vel eius successor prætextu talis catalogi decipiatur in futurum prehenso feudo & litem indebitam incurrendo cum antiquis subvasallis & censuariis feudi. Tertio modo ex eo quòd vasallus in catalogo certam qualitatem indebitam assumpsit, puta assumendo similem titulum & nomen domini loci cum patrono, quod non debet facere; nec tenetur patronus superior & directus dominus tolerare vasallum sibi in titulo & honore nominis præiudicantem iuribus patroni, vel quædam iura libertatum aut seruitutum, quæ non debet habere, puta si expressit quòd feudum non regitur more Vulquecini, vel quòd eius ratione non præstatur nisi certa præfixa summa pro releuiis occurrentibus, vel quod habet vsum vel etiam per maneria aut prædia loci dominantis, quæ patronus negat, & hæc respiciunt excessum. Quarto modo, ex eo quòd vasallus omisit inscribere, quæ sunt & prætenduntur de domanio feudi. Quinto, ex eo quòd omisit quædam, quę sunt de subfeudis vel censualibus feudi. Sexto modo ex eo quòd omisit certum ortus, qualitatem aut seruitutem feudi. Septimo, ex eo quòd vasallus omisit demonstrationes seu confirmationes rerum feudalium vel pertinentiarum, siue propter obscuritatem vel incertitudinem catalogi vel ex eo quod falsas confinationes seu demonstrationes opposuit, de quo infra *eo. quæst.* 7. Et hęc concernunt defectum.

* Catalogus septẽ modis impugnatur.

12. ¶ Modò ad intelligentiam * praxis, & resolutionem compendiosam multarum quęst. aduerte quòd postquam vasallus tradidit catalogum, & patronus eo perspecto certas notas, vel impugnationes tradidit vasallo, si vasallus nolit illis acquiescere, sed catalogum suum in sui forma sustinere. Tunc super modo tam in iudicio quàm extra iudicium procedendi, distinguendum est: aut feudum tempore catalogi, vasallo diligenter præueniente prehensionem: aut verò iam erat, & adhuc tenetur à patrono prehensum. Primo casu non potest patronus procedere per viam prehensionis ex defectu catalogi prætextu impugnationum suarum, tam in excessu, quàm in defectu, quia ad impediendum & tollendum huiusmodi prehensionem, sufficit catalogum in forma catalogi feudi, de quo agitur, offerri per no. suprà §. 6 *gloss.* 1. *quæst. fin.* Si igitur vasallus vtpote possessor non persequatur homologationem catalogi coram iudice, debet patronus (si iura sua clarificari velit) vasallum in ius vocare ad hoc, vt catalogus feudi emendetur, & vt teneatur vasallus stare emendationi prætensæ à patrono. Notandum tamen est, quòd propter huiusmodi prouocationem, patronus nihilo magis actor efficitur quantum ad onus probandi, quàm antea, sed quantum ad hoc inspicienda est materia subiecta cuiuslibet articuli controuersi vt prius. * Huiusmodi enim iudicium inter patronum & clientem super dispunctione catalogi & articulis controuersis est in effectu duplex, prout in simili scribit Iurisconsultus in *l. in tribus. D. de iudic.* quemadmodum etiam iudicium de distrahendis rationibus in effectu duplex est, quia vtraque vicissim petit & defendit, quinimò ipse vasallus qui catalogum qualis est confecit, tradidit & sustinet, magis, licet prouocatus actoris vices gerit, sicut in simili de reddente rationes & sustinente contenta in lib. rationum per eum oblato, diximus suprà §. 9. *gloss.* 6. *num.* 21. Secundo casu, quando post prehensionem feudi ex defectu catalogi vasallus tradidit catalogum, & patronus impugnationes catalogi, & recusat manum leuare vasallo, debet vasallus contra patronum in ius euocatum concludere ad homologationem catalogi sui, non obstantibus impugnationibus & interim dominicam manum leuari feudúmque prehensum cum fructibus restitui cum damnis & interesse denegatæ & retardatæ manumissionis feudi à tempore catalogi traditi.

* Iudicium dispũctionis catalogi est duplex.

13. QVINTO quæro, in primo casu distinctionis vltimò præcedentis, an aliquo casu locus esse possit prehensioni ex defectu hominis cum lucro fructuum? Pone vasallum post admissionem in fidem & inuestituram catalogum tradidisse, sed defectuosissimum puta omissis principalibus prędiis quæ sunt de domanio feudi. Patronus hac ratione impugnat catalogum, vasallus sustinet, vtrùm patronus, quem tædet prolixæ litis euentum expectare, possit manu iniecta in d. prędia, illis frui ex defectu hominis, & fructus lucrari videtur quod non, quum nulla sit apertura feudi attenta fidelitate & inuestitura precedente. Pro breui resolutione distinguo, aut illa prędia possidentur à tertio nomine eius proprio: aut à vasallo, vel eius nomine. Primo casu statim potest etiam cessante oblatione catalogi vitiosi, manum inijcere ex defectu hominis aduersus illum tertium possessorem, & eius respectu fructus suos facere in eius prędiudicium, & quantum attinet ad eum, quem nullo modo protegit fidelitas & inuestitura veri domini & vasalli, per ea quæ plenè diximus ẽ. § 1. *gloss.* 2. *& fac. no.* 1. §. 31. *q.* 45. Secundo casu dico quòd nullo modo potest esse locus huic prehensioni, cùm possessor in fide nec ex solo vitio catalogi desinit in fide esse. Amplio primò, siue vasallus replicando ad impugnationes patroni causetur illa prædia esse subfeudalia, vel censualia eiusdem feudi, prout inter subfeuda, vel census ea descripsit, vel describere differt in catalogo. Et hoc est clarum, quia semper vasallus remanet in fide eorundem prædiorum tanquam subalternarum partium eiusdem feudi. Amplio secundò,

* Praxis

ſiue vaſallus cauſetur illa prædia eſſe de pertinentiis alterius feudi mouentis ab eodem patrono, vel ſe ab eo tenere immediatè in cenſum. Amplio tertiò, ſiue dicat illa moueri ab alio domino directo feudaliter vel cenſualiter. Amplio quartò, ſiue etiam dicat eſſe ſuum proprium alaudium: nec obſtat quòd duobus vltimis caſibus, & maximè in hac vltima ampliatione, replicatio vaſalli implicat manifeſtam confeſſionem & affirmationem quod non eſt vaſallus, & quod patronus non eſt patronus, & quod res non eſt feudalis, vnde reſultat iudiciaria abnegatio patroni. Quia dico primò, quòd huiuſmodi conceſſio, vt tacita, ſed non formalis abnegatio non eſt de ſe ſufficiens ad cauſandum nouam aperturam; imò etiam formalis abnegatio non ſufficeret ad cauſandum commiſſum, vel aperturam feudi ipſo iure. per not. j. §. 43. *quæſtio.* 7. Secundò, quòd ipſum ius vim & effectum prehenſionis metiri debemus ex perſona ipſius prehenſoris, qui in hoc eſt actor & pluſquam actor. *l. penult. in fin. D. de iuriſd. omn. iud.* Sed iſte patronus principaliter intendit & affirmat id quod etiam cõſtat ex ipſa ſerie litis principalis, ipſum ſcilicet vaſallum eſſe inueſtitum, & in fide ratione horum prædiorum quæ patronus affirmat eſſe de domanio feudi, de quo vaſallum inueſtiuit, prehendendo autem ex defectu hominis contrarium & repugnans ſupponeret & affirmaret, ſed nemo contraria allegans agendo audiendus, aut admiſſibilis eſt; igitur inadmiſſibilis prehenſio. *l. 2. C. de furca, ſollicitudinem de appellat.* Tum huiuſmodi facultas incipiendi à prehenſione fructuum lucratoria ex defectu hominis, exorbitat à iure communi, vnde nullo modo debet extendi, ſed potius tanquam odioſa reſtringi ad cauſam in quo introducta, & ſcripta eſt j. §. 1. provt extra illum caſum non habet locum, vt ſæpe dictum eſt.

§ Contraria allegans an audiatur.

14. Nec obſtat quod etiam agendo poteſt quis allegare * contraria non cumulando, ſed in diuerſis inſtantiis, & quod inſtantia prehenſionis ex defectu hominis erit inſtantia ſeparata ab inſtantia diſcuſſionis catalogi, quia illud de diuerſis inſtantiis, verum eſt ſucceſſiue, & altera inſtantia prius finita & deciſa, ſed ſimul & eodem tempore non poteſt quis proſequi contraria etiam ſeparatis libellis & inſtantiis, vt probatur in *l. eum qui. l. contra maiores.* & ibi Petr. Byn. Bal. Salic. *C. de in offic. teſtam.* vbi hæres ab inteſtat. non poteſt ſimul & eodem tempore agere petitione hæreditatis & querela inofficioſi teſtamenti, nec auditur dicens teſtamentum falſum & inofficioſum etiam in diuerſis inſtantiis, quum hæc ſint contraria & repugnantia, ſed benè poſtquam ſuccubuerit in petitione hæreditatis & falſo prætenſo, tunc demum & non prius poterit intentare querelam inofficioſi teſtamenti (in qua tempore medio tanquam non valenti agere non cucurrit præſcriptio.) Et idem econuerſo ſi prius cœperit agere inofficioſè, & ſuccubuerit, illa inſtantia finita, & non prius poterit allegare falſitatem teſtamenti, & agere petitione hæreditatis, & ita ferè dicendum eſt in propoſito, & quòd quandiu patronus proſequitur prætenſum defectum catalogi dicens hæc prædia eſſe de domanio feudi, non poteſt eadem prædia prehendere ex defectu hominis, ſiue enim prehendat illa tanquam partem eiuſdem feudi, & non valet prehenſio propter inueſtituram eiuſdem feudi præcedentem, & actu perſeuerantem, ſiue prehendat illa tanquam feudum ſeparatum & nen eſt admiſſibilis tanquam ſibi ipſi eodem tempore contrarius.

15. Quod ſi contingat patronum ſuccumbere in impugnatione catalogi, non tamen continuò ſequitur quod patronus poſſit redire ad prehenſionem feudalem ex defectu hominis dictorum prædiorum, ſed inſpicienda eſt cauſa, cur ſuccubuit, ſi tantum ideo ſuccubuit quia cauſa cognita probatum, & intentum replicationem vaſalli eſſe veram. Et ſic etiam de proprietate rei & iuris controuerſi plenè cogni-

tum fuit, & tunc non poteſt patronus redire ad dictam nouam prehenſionem feudalem, quia obſtat exceptio rei iudicatæ & eorum qui inter eaſdem partes in alio & connexo iudicio acta & deciſa fuerunt, vt per Bart. Paul. & alios in *l. Iulianum verum debitorem. D. de condit. indeb.* Aut ex defectu probationis ſuccubuit, & ideo vaſallus obtinuit, quia apparuit de eius poſſeſſione, vel quaſi, licet non de ipſa proprietate, & tunc quia per illud iudicium non præiudicatur in alio in quo prõprietas ipſa principaliter deduceretur, nihil impedit quin patronus ex defectu hominis manum iniicere poſſit in caſibus tertiæ & quartæ ampliationis ſupra *eo. num.* 13. & ita ſecundum hæc debet intelligi quod incidenter dixi ſupra §. 9. *gloſſ. 2. ad fin.* locum eſſe prehenſionis ex defectu hominis. Vides quàm multa diſputationibus & allegationibus indulgendo deducere potuiſſem, ſed conſultiùs ratus ſum ſub compendioſa reſolutione tranſire.

16. Sextò quæro, in ſecundo caſu diſtinctionis, quæſt. 4. ſupra eodem quando poſt prehenſionem ex defectu catalogi, catalogus offertur: & ſuper eius diſpunctione lis conſtituitur, vtrùm pendente lite debeat ſimpliciter & in totum manus leuari vaſallo: an verò ſolum reſpectu deſcriptorum in capitulis vel articulis non controuerſis. Semper mihi placuit pars affirmatiua, vt prehenſio facta ex defectu catalogi, illo oblato tanquam ceſſante cauſà ceſſare debeat, & vaſallus redintegrari in ſtatu in quo erat tempore prehenſionis non obſtantibus impugnationibus patroni, quarum prætextu non debet vaſallus deturbari à prehenſione ſua, nec pendente lite aliquid innouari, in *rub. & cap. 2. & lite pen. nib. inno. glo. fi.* & doct in *cap. non ſolum de appellat.* in 6. Innoc. in c. 2. in ver. *inhibentes de reſtit. in integr.* & ita breuiter concludo. Multa tamen hinc inde argutando adduci poſſent, quæ prolixitatem veritus omitto. Et ſcio hanc quæſt. ſæpe multúmque fuiſſe diſcuſſam in hoc ſupremo Senatu: pluráque interuenerunt arreſta. quæ prima facie cauſas ignorantibus contraria videntur, ſed nulla diſſonantia, nulla contrarietas, verum omnimoda conſonantia & veritas eſt in dictis arreſtis inſpectis caſibus eorum, & diuerſis meritis cauſarum ſuper quibus lata ſunt, & vt habeas quædam inſigniora per do. Claudium le Voix doctiſſi. & integerrimum Senatorem mihi communicata.

17. Pro parte negatiua quod non debeat interea manus leuari in capitulis, vel articulis controuerſis faciunt * duo arreſta. § Primum ſuper appellatione verbali latum die prima Auguſti anno 1531. *inter Nicolaum de Mouy appellantem à baillivo Bellouacenſi, & Epiſcopum & Comitem Bellouacenſem intimatum.* Appellans habens feudum ſitum in Comitatu Bellouacenſi, catalogum ſuum tradidit intimato, cui negligenti impugnationes ſuas tradere, curauit terminum menſis ad hoc ei per iudicem præfigi, quo lapſo petebat appellans catalogum ſuum haberi pro approbato, & manum leuari nihilominus iudex iterum ſimilem alium terminum menſis dedit intimato ad impugnandum catalogum vnde fuit appellatum. Curia appellationem & id a quo extitit appellatum annullauit, & intimato terminum quindecim dierum pro omni dilatione præfixit ad tradendum ſuas impugnationes aduerſus dictum catalogum, quo non facto infrà dictos quindecim dies ex nunc provt ex tunc manum leuatam totius feudi fecit appellanti, & caſu quo intimans impugnationes ſuas traderet infra dictos quindecim dies, ſtatuit quod appellans haberet manum leuatam de rebus non controuerſis ſeu deſcriptis in articulis non impugnatis impenſis, damnis, & intereſſe reſeruatis in definitionibus articulorum impugnandorum.

* Ne à arreſta. Parmentier.

* § Secundum arreſtum latum die 17. Auguſti anno 1532. *inter fratrem Philippum de Villiers l'Iſle-Adam magnum magiſtrum Rhodenſium, & Petrum de Cluys magnum priorem Franciæ commendatarium*

* Secundum.

de Laulnay, qui certam incidentem ſupplicationem præſentarunt contra Franciſcum le Clerc militem Balliuum, & Capitaneum Senonenſem & conſortes ad finem, quòd pendente proceſſu ſuper receptione vel reprobatione catalogi à reis traditi, manus iniectio per ipſos actores facta ſuper feudo ad reos ſpectante ex defectu catalogi, teneret & effectum haberet, non obſtante catalogo poſtea à reis tradito, & hoc reſpectu rerum deſcriptarum in articulis impugnatis, & quòd rei condemnarentur ad reſtituendum omnes fructus ab eis perceptos ex dictis rebus controuerſis à tempore dictæ prehenſionis, & quod illis inhiberetur infringere dictam prehenſionem in rebus controuerſis: Curia ſtatuit quod dicta prehenſio teneret pendente dicto proceſſu, reſpectu deſcriptorum in articulis controuerſis, & quod commiſſarij appòſiti feudo per dictos actores fruerentur pendente proceſſu rebus controuerſis ex die prolationis præſentis arreſti ad onus reddendarum rationum, quando & quibus decebit; & inhibuit reis ne turbarent aut impedirent dictos commiſſarios in facto eorum commiſſionis, & declarauit quòd quantum ad præſens rei non tenerentur redintegrare ſeu reſtituere fructus rerum controuerſarum ab eis perceptos ante prolationem præſentis arreſti, ad onus tamen eoſdem fructus redintegrandi in manus dictorum commiſſariorum, & actoribus reſtituendi, ſi in diffinitiua inueniatur, & dicatur ita fieri debere, & abſque impenſis præſentis incidentis. Ex quibus duobus arreſtis apparet, quod prehenſio ex defectu catalogi non ceſſat, nec leuatur per oblationem & traditionem catalogi, niſi poſt traditas impugnationes à patrono, & reſpectu articulorum concordatorum ſeu non impugnatorum dumtaxat. Sed quod durat & perſeuerat prehenſio reſpectu articulorum impugnatorum vſque ad diffinitiuam.

* Tertium. 18. In contrarium eſſe videntur duo alia arreſta *, Primum latum die 23. Decembris anno 1534. inter magiſtrum Ioannem de Vrſinis dominum Rouſſiaci, appellantem à præſide Pariſienſi, *& Ioannam de Tremblay intimatam.* Intimata habens feudum mouens à D. de Vrſinis ratione loci Rouſſiaci obtulit certum catalogum feudi ſui patrono, qui videns dictum catalogum eſſe exceſſiuum, & non conformem antiquis catalogis, noluit retinere, ſed lapſis quadraginta diebus ab admiſſione in fidem prehendit feudum ex defectu catalogi, vaſallámque in ius vocauit coram præſide Pariſienſi, concludens vt ſua manus iniectio declararetur bona & valida; plenúmque ſuum ſortiretur effectum, donec vaſalla tradidiſſet catalogum in bona & debita forma, qualem prædeceſſores vaſallæ tradiderant. Cauſabatur enim actor vaſallam nullam habere iuriſdictionem in toto territorio Rouſſiaci, ſed quòd ipſe ſolus erat dominus iuſtitiarius, & tamen quod vaſalla in catalogo oblato de nouo addiderat ſe iuriſdictionem habere in locis feudi ſui ſiti in dicto territorio: quamvis in dinumerationibus antiquis nihil de hoc dicatur, & ſic ſe iuſtè recuſaſſe receptionem dicti catalogi non exiſtentis in forma antiqua & debita, & iuſtè manum inieciſſe feudo ex defectu catalogi in bona debita, & antiqua forma exiſtentis. Ediuerſo vaſalla concludebat dictam prehenſionem iniuſtam & nullam declarari, & manum leuari, feudúmque cum fructibus, damnis & intereſſe reſtitui. Per ſententiam die quinta Septembris anno 1530. dicta prehenſio tanquam iniqua & irrationabilis retractata fuit, & actor condemnatus in expenſis, damnis & inter eſſe, ſaluo illi & reſeruato iure damni impugnationes ſuas aduerſus dictum catalogum infra quadraginta dies introductos à conſuetudine: reſeruatis etiam dictæ vaſallæ defenſionibus ſuis in contrarium. Et hæc ſententia fuit arreſto confirmata in principali, in quantum tamen iudex à quo actorem in damnis, & intereſſe ſimpliciter & indiſtinctè condemnarat, præ-

dicta ſententia cum appellatione fuit abſque emenda & expenſis cauſæ appellationis annullata, & corrigendo & emendando iudicium quantum ad hoc Curia condemnauit præfatum actorem appellantem in damnis, & intereſſe per d. vaſallam ratione & ob cauſam dictæ manus iniectionis pacis duntaxat. * Secundum arreſtum pronunciatum Kalendis Februarij anno 1534. inter tutores filiorum inſignis viri Odeti de Fuxo appellantis à certa ſententia dom. præfectorum ſupplicibus libellis palatij, & Hugonem de Quinquempoix Domicellam viduam, & venerandam ſocrum meam, quæ exiſtens domina Alneti in Bria, quod eſt feudum propriè nobile, *iuxta no. 3. §. 15. gloſſ. 3. num. 2.* mouens feudaliter à filiis d. Fuxenſis catalogum ſuum obtulit cuidam tutori d. filiorum qui noluit manum leuare, nec impugnationes tradere infra tempus conſuetudinis, ſed aliquanto poſt aliquas impugnationes obtulit, tenendo ſemper feudum ad manum ſuam & inſigniter fructus diſſipando. Tandem per ſententiam interlocutoriam dictum fuit quòd impugnationes per dictos tutores præſentatæ reciperentur, nec eſt mirũ quamvis lapſum eſſet tempus, quoniam patroni erant minores, & ſic per not. 3. *eò. §. 2. nu.* 8. ad quas d. vidua reſpondere poſſet. Et quòd interim pendente lite ſuper articulis impugnatis dicta vidua manum leuatam haberet de rebus ſaiſitis, & in d. impugnationibus declaratis, de quibus ante ſaiſiam gaudebat expenſis in diffinitiua reſeruatis. Præfati tutores appellarunt, ſed per dictum arreſtum fuerunt in emendam, & impenſas cauſæ appellationis condemnati, & ſententia confirmata.

* Quartum arreſtum.

19. ¶ Et his duobus vltimis arreſtis apparet quòd prehenſio ex defectu catalogi fieri non poteſt poſt catalogum oblatum, quantumcunque prætendatur vitioſus, & defectiuus, vel exceſſiuus, ſed patronus ſibi prouidere debet per traditionem impugnationum ſecundum formam huius §. & quod catalogo oblato non obſtantibus impugnationibus patroni, & proceſſu ſuper eis pendente debet plenè redintegrari in feudo, & fructibus pertinentiis & rebus ablatis per prehenſionem, ita vt quicquid abſtulerit eiuſmodi prehenſio, reſtituatur oblato catalogo. Et ſic pendente lite, debet vaſallus liberè frui rebus controuerſis quibus fruebatur ante prehenſionem, non autem debet poni in poſſeſſione rerum quas non poſſidebat, licet eas inſeruerit in catalogo ſuo, quia eſſet præiudicare poſſeſſioni, & iuri alieno, quod eſſe non debet. Et hæc eſt mera veritas, æquitas & verus ſenſus conſuetudinis noſtræ, prout etiam per præfata duo vltima arreſta declaratum fuit, quorum primum de die 23. Decembris, eſt in terminis noſtræ conſuetudinis, & de feudo ſito ſub noſtra cõſuetudine. Secundum verò datum Kalendis Februarij eſt in terminis conſuetudinis Meldenſis, & de caſtro ſito ſub illa conſuetudine, quæ quantum ad id de quo agitur, eſt conformis noſtræ, vt patet in *conſ. Meldenſ.* § 135. Non obſtant præfata duo prima arreſta; quia primum de anno 1531. loquitur de feudo ſito ſub conſuetudine Syluanectenſi, & ſic in terminis illius conſuetudinis per quã *in fin. tit. de ſaiſine, & deſſa. ſine.* §. 7. expreſsè diſponitur quòd prehenſio facta ex defectu catalogi durat nedum vſque ad catalogum traditum, ſed etiam vſque ad approbationem vel concordiam catalogi & manus leuationem patroni. Et quia per illam conſuetudinem non præfigitur tempus patrono ad dandum impugnationes, vel approbandum dictum catalogum, hoc in arbitrio & diſpoſitione iudicis relinquitur *iuxta reg. l. 1. D. de iure delib. c. de cauſis de offic. de leg.* Et quamvis regulariter ad eundem actum non debeat dari dilatio, niſi ſemel *l. leges in fi. C. de dilatio.* Non tamen dilatio ſemel data, & accepta ita præcidit, quin ex cauſa ſaltem ad breuius tempus debeat iterum concedi. *oratione. D. de feriis. l. interdum. D. de iudic.* Secundum autem arreſtum de anno 1532. loquitur in terminis conſuetudinis Senonenſis, vtpote de feudo ſub ea ſito,

quæ consuetudo in §. 176. vult manum leuari vasallo demum postquam patrono tradiderit catalogum in forma debita, in quibus vltimis verbis non facio magnam vim, quia puto quod debeant intelligi de forma in genere provt diximus 5. §. 8. *in princ. & §. 9. gloss. 1. num. 9.* non tamen de forma specifica, & individua, quæ remansura est discussione & dispunctione particulari facta. Sed dicendum est quod in terminis dicti arresti repertum fuit vasallum similem in culpa, calumnia vel frustratione super discussione catalogi, quod satis colligitur ex verbis dispositiuis dicti arresti, in quo dicitur, quod vasallus non tenebitur redintegrare, nec restituere fructus præteritos rerum controuersarum feudi à tempore prehensionis vsque ad pronunciationem arresti: sed solum pro futuro tempore, & à die pronunciationis arresti. Et sic satis infertur quod merito iure non debeat teneri prehensio pro rebus controuersis post catalogum & pendente lite, provt etiam per d. arrestum non tenuit, nec tenet pendente lite, nisi post tempus prolationis dicti arresti, quod ex quadam iusta & speciali causa factum fuit à prudentissimis illis Senatoribus. Cæterùm generaliter obseruandam puto consuetudinem nostram in toto hoc regno tanquam æquissimam, iuri & rationi conformem, nisi sicubi per consuetudinem particularem loci aliter determinetur.

20. SEPTIMO quæro pone vetera & antiqua dinumeramenta feudi adusque sine specificatione & confinatione rerum oblata, & à patronis recepta & comprobata fuisset, provt sæpè vidi plura, in quibus vasalli agnoscebant se tenere in feudum centum iugera, item sexdecim denarios census (sine alia declaratione) item tria subfeuda inscriptis catalogis subfeudorum æquè vagis & incertis, modò in vltima oblatione catalogi nouus vasallus offert catalogum in illa incerta & veteri forma. Patronus impugnat ratione incertitudinis, & petit vasallum cogi apponere certos & veros limites, & confinationes terrarum domanij, & similiter censualium, & subfeudalium, & à quibus personis teneantur. Et videretur vasallum ad hoc non teneri, quasi non possit patronus reprobare formam catalogi quam ipse & prædecessores sui in similibus catalogis approbarunt. *l. Pompo. D. de neg. gest. in authen. de exhib. re. §. si vero. col. 5.* Contrarium dicendum est, quia vasallus certum, clarum, & cum singularium rerum particulari designatione & confinatione dare debet catalogum, vt dictum est 5. §. 8. *in princ.* & licet patronus se contentauerit, & de incertitudine non obiecerit pro vna vel pluribus vicibus: tamen alia vice potest obiicere, quia non renunciauit expresse iuri suo, nec fecit pactum cum vasallo quod non teneretur clariorem, nec in alia forma tradere catalogum, *per not.* 3. §. 58. *quæst.* 1. Et hoc nisi in magnis feudis consistentibus partim in montibus & saltibus, aut terris lapidosis, quæ non solent coli, nec mensurari, quia harum respectu non puto vasallum assumendum ad mensurandum & quantitatem solum designandum. Sed sufficere aliquot confines exprimere ad designandum situm loci. Cæterùm principalem conclusionem huius quæst. amplio, vt nedum teneatur vasallus domanialia & censualia feudi sui sigillatim, & cum confinationibus specificare, sed etiam subfeuda, & cogi potest à patrono suo, vt pariter cogat vasallos suos dare catalogos subfeudorum in forma debita & specifica. Verum est quod patronum suum compellere potest ad editionem documentorum feudalium si qua habeat ad hanc rem facientia, per notat. 5. §. 8. *quæst.* 1. *numer.* 5.

12. OCTAVO consequenter quæro de q. quæ frequenter euenire potest in dispunctionibus catalogorum: Vasallus in catalogo scribit inter cætera à se teneri in feudo octo denarios census cum iure laudimiorum, & mulctæ, super talibus prædiis sic confinatis à talibus personis possessis: Patronus impugnat de effectu, dicens quòd debent scribi & designari sexdecim denarij census cum iure laudimiorum & mulctæ: ad quod verificandum, profert antiqua dinumeramenta & documenta feudi in forma authentica à prædecessoribus vasalli tradita, in quibus sexdecim denarij census exprimuntur: Petit patronus vt catalogus oblatus corrigatur, & ponantur & à vasallo recognoscantur in feudum sexdecim denarij census, sicut in antiquis documentis; & vltra quòd vasallus teneatur in præsenti catalogo specificare prædia & possessores à quibus debentur illi octo denarij census restantes. Et quod ex quo constat vasallum vel eius prædecessores semel tenuisse & recognouisse sexdecim denarios census, præsumatur hodie possidere nisi de contrario probet & appareat de iusta dismembratione. *arg. l. si creditor. C. de pignor. act. l. non ignorabit. C. ad exhib.* & ibi per glo. & doct. & maximè cùm recipiens in feudum obligatur ipse & hæredes sui ad conseruationem rerum sibi infeudatarum vt concedenti de iuribus à se retentis satisfiat. Alioquin magnum sequeretur inconueniens, videlicet quòd vasalli possent dismembrare & alienare partes feudi, & in alios transferre tanquam alaudia vel cum patrimonio eorum confundere; & post successum temporis allegare se non possidere: & sic successu temporis defraudarentur patroni, & vasalli perfidi locupletarentur cum aliena iactura. Vasallus autem sustinendo catalogum excipit primo, quod non habet nec possidet nec dolo fecit, quominus possideat dictos octo denarios census, & sic quòd non tenetur eos agnoscere patrono, nec in catalogo ponere. Alioquin sequeretur quod teneatur nedum iura honorifica agnitionis, sed etiam iura vilia releuiorum soluere pro rebus quas non possidet, quod est absurdum & falsum, quia non tenetur ad onera huiusmodi realia, quandiu non possidet nec dolo fecit quominus, vt plenè diximus 5. §. 33. *quæst.* 46. *num.* 153. Secundò quod patronus debet prius implere pro parte sua iuxta. *l. Iulianus. §. offerri. D. de act. empt.* faciat ergo patronus vasallum frui, & quod ei habere liceat dictos octo denarios, tunc libenter in catalogo addet, & iura pro eorum rata præstabit. Tertio, quod instrumenta à patrono producta sunt valde antiqua, & recentius est vltra 40. vel 50. annos, à quo tempore non fuit facta aliqua renouatio feudi, quo tempore medio multa iura feudi potuerunt deperire, vel etiam ab extraneis vsurpari & præscribi contra ipsum & patronum per not. 5. §. 12. *num.* 9. quòd si prædecessores vasalli fuerunt negligentes, pariter negligentes fuerunt patronus & prædecessores sui, & sic compensatio fieri debet & in omnem euentum, ex quo nescit quid sint, nec in quo consistant, nec à quibus debeantur illi octo denarij, & sibi impossibilis est declaratio, non tenetur: quod videtur indubitatum, si vasallus sit tertius & singularis successor, quid dicendum, super hac quæstio. & similibus multos vidi hæsitare.

22. Pro * breui resolutione dico, quod in termi. huius quæst. vel similis, cùm apparet ab antiquo fuisse in feudo sexdecim denarios census, nec apparet de aliqua dismembratione vel alienatione eius de quo queritur vel vbi sit, nec etiam de aliquo dolo nec culpa vasalli, quòd vasallus tenetur inscribere in nouo catalogo sexdecim denarios census, de quibus in antiquis renouationibus & catalogis, & quantum ad dimidiam quam fatetur possidere, tenetur designare prædia, eorum confinia & personas super quibus & à quibus percipitur ille census, & in hoc supplere defectum veterum catalogorum per not. in q. præcedenti: quantum autem ad aliam dimidiam quam non possidet, non tenetur aliquid addere veteribus catalogis, id est ad nullam designationem vel specificationem tenetur, & adhuc non potest cogi inscribere in nouo catalogo dictam dimidiam de qua agitur, simpliciter & purè secundum formam precisam veterum catalogorum, sed demum cum hac additione &

* Solutio.

desiguatione, quòd dimidiam partem non possidet, A puta sic scribendo in nouo catalogo, item sexdecim denarios census, de quorum dimidia fruitur, & percipit super talibus prædiis sic confinatis & talibus possessis, de altera autem dimidia non fruitur nec possidet vel quasi; & moueor, quia per hanc viam vtrique parti consulitur & vtriusque ius quantum commodiùs fieri potest, conseruatur. iuxta *l.1. & ibi Paul. D. si quis caut.* Consulitur patrono ad conseruationem iuris sui, quoniam si approbasset catalogum in quo solum fit mentio de octo denariis census, resultaret contra eum præsumptio reliquam partem census fuisse eius consensu dismembratam & alienatam, quod ei aliqualiter nocere posset, si postea inuenirentur possessores dictæ partis census, qui fortè non haberent B aliàs contra verum dominum à quo mediatè mouentur, sufficiens tempus præscriptionis. Consulitur etiam eadem viâ ipsi vasallo immediato domino dicti census aduersus dictos extraneos, ne ex eius proprio catalogo contra ipsummet resultet præsumptio. Consulitur etiam vasallo aduersus patronum, vt in casum releuij non teneatur nec fiat æstimatio pro rata census non possessi, iuxta not. in d. *quæstio.* 46. j. §. 33. Ex his habes breuem satis methodum ad multorum decisionem in simili.

23. Nono quæro, expuncto & comprobato hinc inde catalogo, An patronus teneatur in futurum ipsi vasallo de euictione contentorum in eo? Dic. breuiter quod non, siue vasallus imperatur in iudicio siue extra, in petitorio siue in possessorio: aut enim iniustè impetitur, & agat contra impetentem, & ius suum deducat: aut iustè, & idem, quia huiusmodi renouationes inuestiturarum semper intelliguntur fieri, saluo iure alieno, & hoc solet in illis exprimi, & omissum tacitè subintelligitur. Fallit tamen quantùm ad ea quæ patronus recepit à vasallo, si enim vasallus fidelitatem fecerit & releuium ei soluerit, deinde veniat alius prætendens patronatum & manum inijciens feudo, tenetur patronus qui iura recepit hactenus vt ea consignet in iudicio, vt vasallus leuatam manum obtineat, & ei frui & habere feudum suum liceat, si verò debitè interpellatus deficiat in consignando quod recepit, tenetur vasallo ad omne damnum & interesse prehensionis per vasallum passæ, & ad restitutionem fructuum à quibus vasallus à tertio euincitur; non autem tenetur patronus qui fortè partem iurium vtilium remisit, plus consignare quàm recepit, nisi fortè ad hoc expresè se obligarit, & ad defendendum in totum vasallum contra omnem, & ad soluendum vel consignandum de suo integraliter quod erit consignandum vel soluendum.

24. Sed quid diceres, si appareat de ipsa primitiua & propriè vera inuestitura, videlicet de originali concessione in feudum quod in totum vel in partē euincitur? distingue, aut est facta gratis & liberaliter: prout est natura feudi, & tunc non est locus recursui euictionis, sicut nec in donatione. *l.2. C. de euict. l. Aristo. D. de donat. l. ad res donatas. D. de ædil. edict.* Sed solum pro futuro tempore releuatur vasallus ab omnibus oneribus feudalibus pro rata respectu rerum euictarum; aut apparet infeudationem esse factam mediante pretio vel æquipollenti compensatione, & tunc locus est euictioni nisi culpa vasalli interuenerit, quemadmodum in contractu venditionis, permutatis & similibus locus est euictioni secundùm dispositionem iuris communis, feudum enim inquantum non habet propriam naturam feudi regulatur secundum naturam contractuum, quibus hactenus accedit, no. per feudistas. in *cap. 1. de feud. non habent. prop. nat. feu.* & per Francis. Curt. in *tract. feud. part. 1. quæst. 6.* debebit igitur tempestiuè interpellari patronus & omnia obseruari quæ in materia euictionis à iure disponuntur, alioquin cessabit euictio: *l. emptor fundi. C. de euict.*

25. Quam legem ego limito, si aliàs est notorium de iustitia euincentis, vel si emptor per viam actionis procedere velit aduersus patronum & suscipere in se onus probandi iustitiam euincentis, & se fuisse inuestitum de re aliena, & hoc probato locus est in effectu euictioni, etiā si nec denunciatio nec sententia in præsentem præcesserunt per text. in *l. emptorem in princip. ibi, siue quia non manifestum fuit. C. de actio empt.* vbi ita tenet Alber. dicens emptorem, & idem de alio quoque in simili posse bonam fidem agnoscere, adde bonos text. in *l. si vendideris. & in l. non tamen. D. de euict.* vbi etiam secuta euictione sine aliquo iudicio locus est actioni exempto licet nō sit locus stipulationi ad duplam, idem tenet Bald. & Angel. in *l. si cum quæstio. C. de euict.* Angel. Paul. in *l. at qui natura. §. cum absente. D. de nego. gest.* vbi tamen Angel. inaduertenter errat, dum dicit emptorem posse agere ad duplam, quod est falsum & cōtra text. in d. *l. si vendideris.* eandem sentent. tenet Rapha. Fulgos. in d. *l. emptorem in princip.* Ludou. Roma. in *l. non solum §. morte.* & ibi Alex. *col. penult. D. de oper. no. nunc.* Alex. in *consil. 67. fortificatur lib. 5.* & in *cons. 67. diligenter inspectis lib. 6.* Egid. Bellimera. in *Decis. 658. incip. conclusio. col. 2. vers. hinc est.* Auffre. in *addit. ad quæst. Tolo. 407. vers. 6. nisi* Soc. in *l. 2. §. volentem. D. solut. matrim.* Ias. in *l. si dominus. §. de euict. col. 2. de lega. 1.* Feli. in *cap. cum olim. col. 7. de re iud. in c. cum Bartholdus. col. 1. eod. tit.* Et hæc sententia si in ius deduceretur, seruaretur, prout memini, sunt plus decem anni mihi respondisse clariss. illum iureconsul. * Do. Ioannem Iacobum nunc præsidis Parisiensis suppræfectum æquissimum. C

* Do. Io. Iacobus.

26. Aduertendum ad huiusmodi limitationem, de emptore euicto qui denunciationem omisit, & nunc vult suscipere onus probandi de iustitia euincentis, vt sanè debeat intelligi quando non multum post euictionem differt agere contra authorem, secus si diu distulerit, & medio tempore probatio quam habere potuisset author, deperierit, quoniam dolus * præsumitur contra eum qui distulit agere, donec periit probatio rei conuentæ, vt tradit Bald. *consilio triginta-septimo, quidam tabellio. lib. 1.* Matth. de Afflict. in *Decis. Neapo. 13. col. 6. vers. noua coniectura, facit gloss. in Clem. sæpe. §. & quia in verb. non obstante. versiculo tertij dicunt.* quam ibi sequuntur Cardi. Floren. Panor. Lanfra. *de Oria. de verborum significat.* D

* Præsumitur dolus contra differentem agere.

19. Decimo quæro de* clausula *saluo iure nostro & alieno.* quæ apponi solet in fine catalogorum siue in fine approbationis & subscriptionis quæ fit à patrono, an & quid operetur? & videtur multum operari, quia cōmuniter tradunt doct. hanc clausulam saluo iure esse conseruatiuā & reseruatiuā per tex. in *l. si debitor. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypo. solui. glos. in l. item Labeo. §. 1. in verbo, si parē. D. famil. hercisc.* Angel. *cons. 27. pro decisione in fin.* Anth. Cors. in *tract. de excell. & potest. reg. quæstio. 73. col. 7. & in singul. in verbo saluo iure. vbi ad hæc cōgerit.* Breuiter resoluendo dic. aut clausula *saluo iure* refertur ad certū quid reseruatū, & tunc operatur cōseruationē iuris reseruati, vt inquit Bal. in *consil. 96. decreto cauetur lib. 1.* secundùm nouam impressionem, & tantum operatur quantum expressa protestatio reseruatoria in eodem casu secūdùm subiectam materiam operari potest, & ita procedit d. *l. si debitor. §. ibi salua causa pignoris.* ita etiam intelligitur glo. 3. d. *l. item Labeo.* quæ dicit, saluo eo quod j. dicam. & sic se refert & præsupponit aliquod certum reseruatum de quo constat. Aut verò dict. clausula *saluo iure* est vaga, & non refertur ad aliquid certum & determinatum, & tunc nihil omnino operatur, tum quia generalis clausula non derogat dispositioni præcedenti, nec refertur ad ea de quibus specialiter est dispositum. *l. dolli clausula, de verbor. obligat. l. coheredi. §. qui partem. D. de vulgat. & pupil. substitu.* tum quia propriè illa generalis & incerta clausula saluo iure refertur ad exclu-

* Clausula saluo iure nostro & alieno.

denda ea de quibus in diſpoſitione præcedenti, non fuit actum nec cogitatum, quæ de ſe etiam ſine dicta clauſula cenſentur excluſa: & ſic illa vulgaris clauſula, in inueſtituris & renouationibus apponi ſolita, ſaluo iure noſtro in alijs à prædictis, & alieno in omnibus, nihil operatur, quod etiam voluit Zaſ. in *epit. feud. part. 6. in verſ. iſta tamen verba.* De his clauſulis vide Feli. in *cap. inter monaſterium. col. 2. de re iudica.*

§. XI. *

* Hic articulus additus fuit per nouã cõſuetudinẽ, vt dictum eſt ſupra.

NEantmoins le vaſſal qui a fait ſes foy & hommage & offres au deſir de la couſtume, peut bailler ſondit denombrement quand bon luy ſemble, & n'eſt tenu attendre leſdits 40. iours, ny la reception en foy.

§. XII. *

* Hic articulus olim fuit ſeptimus.

LE Seigneur feodal ne peut acquerir preſcription contre ſon vaſſal, ny le vaſſal contre ſon Seigneur, de la choſe tenuë en fief.

NOn poteſt patronus præſcribere contra clientem, nec cliens contra patronum rem clientelarem. h. d. ſed plenior eſt poſtea factus hic §. per nouam conſuetudinem, vt mox ſequitur.

XII.

LE Seigneur feodal ne peut preſcrire contre ſon vaſſal le fief ſur luy ſaiſy ou mis en ſa main, par faute d'homme, droicts & deuoirs non faicts, ou denombrement non baillé, ny le vaſſal la foy qu'il doit à ſon ſeigneur, pour quelque temps qu'il en ait iouy, encores que ce fuſt par cent ans & plus. Toutesfois les profits des fiefs eſcheus, ſe preſcriuent par trente ans, s'il n'y a ſaiſie ou inſtance pour raiſon d'iceux.

SVMMARIA §. XII.

1. 2. *Rationes huius §. Generalis proteſtatio non prodeſt dato contrario actu in ſpecie.*
3. *Ampliatur 1. hic text. ſiue agatur de præſcribenda parte feudi ſiue de toto feudo.*
4. 5. *Ampliatur 2. 3. 4. 5. ſecus ſi præſcriptio completa fuiſſet. Quia non poteſt illam incipere domino iure feudi ex defectu hominis poſſidente.*
6. *Limito primò, vt procedat quando præſcriptio tendit ad derogandum feudo.*
Secus ſi ad cõſtitutionem vel augmentũ feudi.
Idem ſi ad conſeruationem contra commiſſum.
7. *Non eſt locus commiſſo poſt 30. annos.*
8. *Declaratio* l. in agris. ff. de adquir. rer. do.
9. *Clarus intellectus huius §.*
10. *Quod apud nos iure communi præſcribatur in feudalibus, extra caſum à noſtra conſuetudine prohibitum.*
11. 12. *Et tunc probari debet poſſeſſio formalis & qualificata.*
In dubio præſumitur quis pro ſuo poſſediſſe.
Sufficit à principio vnus actus feudalis vt præſumatur continuata poſſeſſio in eadẽ qualitate.
Secundò fallit hic text. reſpectu tertij ad hoc vt præſcribat contra vaſallum, non requiritur quòd poſſederit in qualitate feudali, nec quòd patronus ſciuerit.
13. *Verus intellectus §. 11.* in conſuet. Aurel. eod. titul.
14. *Tertiò fallit in præſcriptione centum annorum, ſeu temporis immemorialis quæ nunquam cenſetur excluſa.*
15. *Sublimitatur niſi patronus poſſideret feudum iure feudali: quia etiam mille annis non præſcriberet.*
Non poteſt quis ſibi ipſi ſolo animo mutare cauſam poſſeſſionis.
16. *Quartò fallit in reſcuiis & ſimilibus iuribus quæ 30. annis præſcribuntur.*
17. *Quintò fallit quantum ad præſumptionem vbi non apparet de contraria veritate.*
18. *Conſtitutio remouens præſcriptionem intelligitur conſtito de Veritate, cæterum in dubio non derogat præſumptioni inſurgenti ex diuturnitate temporis.*
19. *Titulus allegatus præſumitur ex conformi præſtatione decennali.*
20. *Quantum operatur poſſeſſio in feudalibus.*
21. *Explicatio* l. cum de in rem verſo. ff. de Vſur. & l. ſi certis. C. de pact.
22. *Quod feudum ſit titulus lucratiuus.*
23. *Ad præſcribendum in re aliena ius feudi ſiue dominans, ſiue ſeruiens, ſine titulo non ſufficit minus tempus 30. ann.*
24. *Renouationes non ſunt tituli, ſed actus & exercitia poſſeſſionis.*
25. *Titulus putatiuus quando & contra quem valeat ad præſcribendum.*
26. *Trium legum intellectus.*
27. *Titulus putatiuus non operatur ad præſcribendum contra eundem à quo traditio habetur.*
28. *Differentia inter propriam inueſtituram & renouationem.*
29. *Intellectus* l. cum tutorem. de condit. indebi.
30. *Titulus putatiuus non debet tantùm valere ad præſcribendum quantùm titulus verus.*

Digitized by Google

31. *In obligatione ſucceſſiuè non ſequitur liberatio per primum implementum.*
32. *Augmentum ſequitur naturam augmentati.*
33. *Reprobatur quædam opinio Bal. & ſeq. Intellectus* l. debitor. in fi. D. ad Trebell.
34. *Tantum & tale præſcribitur: quantum & qualiter poſſidetur.*
35. *Conſuetudo loci eſt regularis natura feudi.*
36. *Frequens contingentia facti non eſt conſuetudo vel ius.*
37. *Conſuetudo feudi ſeruientis inſpicitur.*
38. *Celebris quæſtio. Vſque ad finem gloſſ.*

SIMILIS text. habetur ſ. *tit.* 4. §. 69. quem pro maiori parte ſimul cum iſto declaramus quàm breuius & reſolutiùs fieri poteſt explicando præſcriptionis materiam inquantum feudalia concernit dumtaxat. Sic *κατ' ἐξοχὴν* concluſio.

¶ Patronus non præſcribit contra clientem, nec cliens contra patronum. Et huius ſpecialitatis contra regulam communem plures poſſunt reddi rationes. Prima, propter mutuam recognitionem, & proteſtationem, quæ ſemper fit, & interuenit, inter patronum & clientem nedum interpolatim in qualibet renouatione inueſtituræ: Sed etiam perpetuò & continuò, dum reſpectiuè in hac qualitate poſſident: quæ eſt continua interruptio naturalis *l. cum notiſſimi. §. imò. C. de præſc ip.* 30. *vel* 40. *anno.* Tum quandocunque renouatur inueſtitura, ſolet cliens poſt dinumerationem rerum clientelarium apponere hanc clauſulam: & ſi plus ſit plus recognoſcit, ſi minus minus, quæ clauſula prodeſt vtrique parti: & virtute acceptationis factæ per patronum, eſt reciproca, & cenſetur ab vtroque reſpectiuè prolata, & ſe refert ad veritatem & originem conceſſionis feudi. Igitur abrogat, & interrumpit omnem præſcriptionem, & vſurpationem, quæ ab alterutro eorum aliàs fieri poſſet in rebus clientelaribus, vltra vel citra originariam inueſtituram & conſtitutionem feudi. Sed hæc ratio non eſt bona. Tum quia non eſt æquè generalis vt concluſio: non enim reſpicit præſcriptionem totius feudi in ſe, ſed ſolum particularium rerum vel iurium feudi.

2. ¶ Tum quia nec in particularibus rebus feudi concludit, quoniam illæ generales clauſulæ, & proteſtationes nihil operantur, vbi eſt actus contrarius in ſpecie, cui non per eas, ſed per hunc illis derogatur. *l. in toto iure. D. de reg. iur.* vnde ſi non eſſet hæc conſuetudo, poſſet alter contra alterum certum prædium feudi poſſidendo bona fide tanquam proprium & non feudale præſcribere & acquirere longo vel longiſſimo tempore non obſtantibus dictis proteſtationibus & clauſulis. Alia ratio: feudum ſemel conſtitutum, eſt ſicut ager limitatus finibus in prima inueſtitura præfixis, qui non debent augeri nec minui, *l. in agris. D. de acquir. rerum do.* Sed nec hæc ratio valida eſt. & reprobabitur ſtatim in prima ampliatione. Veræ rationes, ſuaſiuæ tamen & non neceſſariæ ſunt duæ quas eleganter & ſuccinctè tradit do. Pyrrhus, in *conſuet. Aurel. eo. tit. in* §. 10. Prima propter ſummam & ſinceram fidem: quæ debet ſeruari inter patronum & clientem in feudo. Vnde non congruit locum eſſe præſcriptioni, quæ quum ſit vſurpatio alieni, repugnat veritati & fidelitati quæ eſt peculiaris & ſubſtantialis feudo. Secunda, ius feudi ſimile eſt iuri ſuperioritatis, & obedientiæ: in quo ceſſat præſcriptio. *cap. cùm non liceat. de præſcrip.* hanc etiam rationem tradit Ludou. Rom. *conſi.* 371. *in propoſita col. fi. verſ. dum autem quæritur.*

3. ¶ Concluſio text. noſtri ampliatur, Primò ſiue agatur de præſcribenda parte feudi, ſiue de toto feudo. d. *l. quæ de tota. D. de rei vendi. l. rei appellatione. D. de verb. ſignific.* vnde ſi patronus prædium aliquod feudi in antiqua conceſſione & inueſtitura comprehenſum poſſederit, non iure feudi, quia non eſſet dubium: ſed iure plenæ proprietatis, ſeu tanquam (vt aiunt) de proprio domanio, quandocunque tempore ſic poſſederit: nec paſſus fuerit, in catalogis ſeu dinumerantis clientelaribus deſcribi non acquiſiuit in eo dominium vtile: nec illud prædium fuit vllo modo exemptum à natura, conditione, & qualitate feudali. Sed tanquam tale poteſt quandocunque vendicari à cliente, vti rei vendicatione, vel condici ex lege & contractu feudi: vnà cum fructibus, docendo quod aliquando fuerit feudale & de ſuo feudo. Idem ſi patronus eodem modo poſſederit totum feudum, quamuis ceſſante noſtra vel ſimili conſuetudine contrarium eſſet dicendum, vt legitur & no. in §. *ſi quis per triginta*, per Bald. *præpo. ſi de feudo defunct. conten. ſit inter do. & agna.* Vdalri. Zaſ. in *tract. feud. in par. 6. cap. 1. in fin.* Et hæc procedunt ſiue patronus totum feudum aut partem quotam vel integralem poſſederit, tanquam nunquam fuerit feudum. Siue poſſederit, tanquam rem ad ſe reuerſam, iure prætenſi commiſſi, vel finitæ inueſtituræ, vel repudiationis, aut ex alia quacunque cauſa non refert. ſi enim illa cauſa non ſit iuſta & ſufficiens, vel non ſit vera, non poterit prætextus cuiuſuis præſcriptionis iuuari nec defendi aduerſus clientem vendicantem vel condicentem. Ideo neceſſe habebit patronus, veritatem & iuſtitiam cauſæ probare, vel rem iudicatam oſtendere. Idem econuerſo ſi cliens, & aliqui prædeceſſores ſui quantocunque tempore poſſederint totum feudum vel quamuis partem tanquam alaudium, ſeu aliàs tanquam nunquam ſubiectam, vel ex poſt facto exemptam, à conditione clientelari. Vendicante enim patrono, vel condicente, aut exæquante iſtra feudalia, & de conditione feudali quantumcunque antiqua docente, non poterit cliens iuuari nec tueri vlla præſcriptione.

4. ¶ Amplio ſecundò, nedum in præſcriptione longi temporis, ſed etiam longiſſimi & pluſquam triplicati, infra tamen centum annos, vt ſ. *eod. limit.* 3.

¶ Amplio tertiò etiam ſi patronus habeat titulum à vaſallo: puta ſi vaſallus minor viginti quinque annis vendidit vel donauit feudum ſuum domino ſuo à quo mouetur, quia etiam cum hoc titulo, per tempus etiam pluſquam longiſſimum poſſidendo, non poterit patronus præſcribere. Ratio, quia nulla fit alienatio, & non obſtante dicto contractu, vendens vel donans eiúſvè hæres vel ſucceſſor ſemper remanſit vaſallus, cùm non fuerit ab eo ſeparatum dominium vtile & feudatarium. Igitur nunquam potuit nec incipere, nec continuari nec perfici præſcriptio obſtante hac conſuetudine. Amplio quartò, etiam ſi dominus eſſet in bona fide, puta quia ignorabat venditorem eſſe minorem vel vaſallum ſuum: imò etiam ſi cum hoc iuſtum habeat titulum, non à vaſallo, ſed ab extraneo, qui poſtquam emerat à veto vaſallo, minore vendidit patrono: adhuc idem puto, vt non procedat præſcriptio. Amplio quintò: etiam ſi præſcriptio eſſet inchoata per tertium extraneum, qui iuſto titulo & bona fide cœperat longo tempore præſcribere feudum contra verum vaſallum, & iam fortè lapſi erant quinque vel octo anni inter præſentes, & non reſtabant niſi duo anni. Tamen ſtatim quòd peruenit ad patronum nomine proprio & patrimoniali non feudali poſſidente ceſſat præſcriptio. Et nullomodo poteſt patronus eam complere, ſicut nec inchoare, quia hæc conſuetudo habet negatiuam vniuerſalem ante verbum poteſt. Et ſic excludit omnem præſcriptionem cuiuſcunque temporis, ſiue cum bona fide, ſiue non, ſiue cum titulo, vel ſine titulo: ſiue inchoandam, ſiue per alium

a Generalis proteſtationē prodeſt ſtato cōtrario actu ſa ſpecie.

ized by Google

inchoatam. Et hæ ampliationes etiam ex parte clientis erga patronum intelligendæ sunt.

5. Secus si extraneus iam præscripsisset contra verum vasallum omne dominium vtile, & ius & dominium feudatarium, & sic completa præscriptione esset effectus verus vasallus vel tertius contra patronum ius patronatus, & effectus esset verus patronus, quod non prohibet hæc consuetudo, vt dicemus ℣. *eo. num.* 11. Tunc enim valeret venditio vel donatio facta patrono, vel econuerso, per eum qui quacunque specie præscriptionis legitime præscripsit. Tum quia amplius non agitur de præscribendo: Tum is contra quem præscriptum est, non potest amplius causari se fuisse quod esse desiit, nec patronum præscripsisse vel contra, quum antequam peruenisset ad alterutrum iam præscriptum esset, & conditio & qualitas rei immutata à tertio. Subampho etiam si ante completam præscriptionem tertij, dominus possedisset iure feudali; hoc enim non interrumpit, sed potius confirmat possessionem & præscriptionem tertij, super quo iam publicè possidente & exercente actus feudales per not. 5. §. 1. *gloss.* 4. *num.* 22. Secus si antequam tertius ille possidere inciperet, dominus injceret manum ex defectu hominis, quandiu enim dominus in ea qualitate possidet, verus vasallus vel sui gestores cogitare possunt ius suum conseruatum iri in posterum: Respondendúmque redhibentem quandocunque iura feudalia efferant, quod est notandum. Sed quid si ex defectu catalogi? aliud est si tertius ille interim inuestituras & alia iura exercuerit, vt potest per ea quę diximus in §. 9. *gloss. quæst.* 2. *num.* 9. Sed si nec per se nec colonum aliquo modo possederit, dicendum in præcedenti casu, oportet etiam possessionem præscribentis fundum alienum talem esse quę nota sit in loco, vt dicam ℣. *tit.* 4. Alioquin dominus feudalis possidet ad commodum etiam veteris vasalli & possessoris.

a Conclusio ex. intelligitur in derogatione feudi non autem in augmento vel constitutione.

6. Conclusionem sic ampliatam * limito primò vt procedat quando præscriptio tendit ad derogandum feudo iam constituto: secus si tendat ad augmentum feudi, vel ad constitutionem noui feudi: quod vt plenius liqueat; Quæro si quis per triginta annos rem aliquam vt feudum possederit, seruitium & iura domino exhibuit & soluit, quamuis ipli & prædecessoribus suis nunquam fuerit facta vlla concessio in feudum, & hoc constat. Constat etiã quòd ante triginta annos erat propria, siue de domanio illius domini, qui nunc vendicat, vtrum possessor possit se tueri præscriptione? Videtur quod non, per hunc text. simpliciter & generaliter prohibentem præscriptionem in feudalibus. Contrarium dico, quia consuetudo loquitur vbi præscriptio tendit ad destructionem vel derogationem feudi constituti. idque prohibet, tam ex parte patroni, quàm clientis. & vult quòd patronus non possit præscribendo acquirere feudum siue vile dominium à se concessum clienti. nec versa vice cliens dominium directum patroni & iura feudalia. Ita quòd forma ius & status feudi, non possunt inter eos alterari, per alterutrius præscriptionem. Et hoc est quod intendit ista consuetudo, & non aliud. Sed in hac quæst. loquimur in oppositis terminis, videlicet cum agitur non de feudo semel constituto destruendo, vel minuendo, seu de feudo de nouo inducendo, quod consuetudo non prohibet per præscriptionem fieri & induci. Sed in hoc deficiunt verba & mens consuetudinis. De mente iam ostensum est, de verbis patet, quia consuetudo loquitur de præscriptione inchoanda, inter patronum & clientem, super re feudali, & sic præsupponit feudum & personas principales iam subsistere, quæ omnia deficiunt, & adaptari non possunt, in quæstione nostra.

7. ¶ Idem puta si agatur de feudo in statu suo conseruando. Vnde si forte feudum totum vel partim ceciderit in commissum, siue legale siue conuentionale, de quo ℣. §. 43. & vasallus super hoc non inquietetur à domino sæculari * per triginta annos, vel ecclesiastico per quadraginta, præscribit omne ius & actionem commissi, vel consolidationis, aut cuiuscunque reuersionis, ab eadem vel fortiori ratione. Et in terminis quòd dominus non possit prætendere commissum feudi post triginta annos tenet Iacob. Aluar. *inter consi.* Alber. Brun. *cons.* 61. *in causa feudali.* Idem dico vbi agitur de feudo semel constituto augmentando, quia consuetudo nostra solum prohibet feudum præscriptione tolli, vel minui: non autem de nouo constitui, vel constitutum augeri. vnde nedum inter extraneos poterit alter in re alterius præscribere directum dominium & iura feudalia, vel dominium vtile sub conditione feudali. Sed etiam inter clientelari nexu obuinctos poterit patronus in alia re libera clientis præscribere directum dominium feudale, sub conditione clientelari: siue separatim in aliud feudum per se siue coniunctim, vt vnitum & tanquam partem veteris feudi. 8. ¶ Nec obstat quando præscribitur in augmentum, quòd constabit feudum ab initio in sui concessione certis finibus fuisse limitatum. Et quòd agri limitati non recipiunt augmentum * *l. in agris. D. de acq. rer. do.* quia *d. l. in agris.* loquitur in limitatione facta gratia taxationis. Sed in dubio limites non ad taxationem: verum ad demonstrationem, censentur exponi, vt dixi 5. § 1. *gl.* 5 *nu.* 101. Et adhuc quando constaret esse appositos ad taxationem, non excluderetur augmentum procedens ab expressa, vel tacita voluntate, aut permissione limitantis: quale illud quod prouenit mediante præscriptione: quoniam censetur alienare qui patitur præscribi, *l. alienationis verbum. D. de verb. signif.* Sed bene excluderetur augmentum extrinsecum & fortuitum, de quo loquitur d. *l. in agris.*

* Non est locus commissi post 30. annos.

* Declara, ius *l. in agris. D. de acquir. rer. do.*

9. Ex his habes verum & clarum intellectum huius §. qui est quòd patronus & cliens non possunt ad inuicem præscribere feudum ipsum, vel rem aliquam feudi, & sic nec abrogare, nec derogare, præscribendo, & hoc solo respectu disponit nostra consuetudo, & corrigit ius commune, quod in cæteris remanet in vigore suo, vnde in aliâ re extra id quod tenetur in feudum posset liberè alter contra alterum præscribere rem alterius, siue iure proprio, aut emphyteutico, aut aliàs, siue etiam iure feudali, siue vt teneatur in feudum separatum per se, siue vt pars veteris feudi. Non est etiam dubium, quin tertius siue extraneus possit indistinctè præscribere, tam contra patronum, quàm contra clientem, siue in totum siue in partem directum dominium, & omne ius feudi dominantis, vel vtile dominium, & omne ius feudi seruientis & clientelæ, nedum transferendo ius feudi dominantis, vel seruientis, de persona in personam, sed etiam penitus extinguendo, & in ius emphyteuticum aut censuale transmutando, puta si iure emphyteutico, aut censuario, rem quæ inter alios feudalis erat, possederit. An autem extraneus possit præscribere tanquam liberum siue iure alaudij, dicemus in §. 68. 10. ¶ Sed quæro extra casum à nostra consuet. prohibitum, * quantum temporis requiratur ad præscribendum in feudalibus? Et videtur quòd requirantur triginta anni, siue in ex parte præscribentis de nouo in feudum seruiens contra dominum, text. in *d. q. si quis per* 30. *ff. de feu. defunct. consen. si inter do. & agna.* siue ex parte præscribentis de nouo directum dominiũ & ius feudi dominantis contra alium in re aliena & libera. vt tenent Bar. in *l. solent. q.* 1. *D. de offic. proconf. & legat. in l. cum de in rem verf. D. de vsur.* And. de Batu. Bart. Ange. Ioan. de Plat. in *l. litibus. C. de agricol. & censit. lib.* 11. Anthon. But. in *c. peruenit. de censib.* Cyn. Bal. Iaso. in *l. si certis annis. col. fi. C. de pact. in l.* 2. *col.* 52. *num.* 138. *C. de iure emphy. & Iusti. de actt. §. præiudiciales. col. pen. num.* 60. & rationem reddunt, quoniam agitur de mutatione status & subiectione personæ. & sic volunt non sufficere longum tempus etiam cum titulo pet *l. cum satis. C. de*

* Quo tempore præscribitur in feudalib.

agricol. & conſit lib. 11. Ex quo ſequitur quod etiam probatio veri & iuſti tituli cum poſſeſſione decem annorum inter præſentes, aut viginti inter abſentes, non ſufficeret vt quis præſcripſerit fundum alienum à ſe teneri in feudum. Similiter videntur requiri triginta anni ſi ageretur de præſcribendo per tertium, vel extraneum in feudo iam formato, ſiue velit præſcribere contra patronum, ſiue contra clientem, ſiue contra vtrumque, ſiue in qualitate feudi, vel alia, *per.* §. *preterea in cap.* 2. *de cap. Conrad. iuncto.* §. *porro. quali. olim feu. poſſ. alie. in vſib. feu. glo.* Nico. de Neapo. Bald. Alu. Præpo. in *d.* §. *preterea.* Et quòd in feudalibus ſit ſpeciale vt indiſtinctè non præſcribatur minori tempore quàm triginta annis contra priuatum, vel quadraginta contra eccleſiam; tenet Panor. in *c. ad audientiam, col. pen. de præſcrip.* Deci. Tholo. *qu.* 396. & ibi Auffre. in *addit. Philip. Deci. conſ.* 144 *col.* 2. *nu.* 3. Franc. Bal. in *tract. de præſcrip. in* 4. *part.* 4. *partis princip. in* 12. *qu. princip. per to.* Sed iſta poſſent procedere in terminis conſuetudinis Inſubrium compilatę per Obertum quę non haber vim legis in hoc regno, in quo feuda patrimoniorum iure cenſentur, & iure communi regulantur, niſi inquantum aliter per conſuetudinem ſui cuiuſque loci diſponitur, vt ſ. diximus ad *fin. rub.* Et ſic concludo extra caſum huius §. indiſtinctè locum eſſe præſcriptioni iuris communis, vnde patronus & cliens ad inuicem poſſunt præſcribere in nouum feudum, vel augmentum veteris feudi præſcribendo decem annis inter præſentes aut viginti inter abſentes cum titulo iuſto & vero, vel putatur cum iuſto errore facti, & bona fide, vel ſine titulo per triginta annos: tamen ſemper cum bona fide, quicquid dixerit Bald. in d. §. *ſi quis per triginta annos:* cuius opinio latius confutabitur ſ. *tit.* 4. §. 69. Nec obſtat quòd vbi agitur de mutatione ſtatus & ſubiectione perſonę non ſufficit tempus minus triginta annis per d. l. cum ſatis. quia in feudis noſtris non perſonę propriè, ſed res ſubijciuntur & afficiuntur, vt diximus. ſ. §. 1. *glo.* 5. *in princ.*

11. ¶ Et aduerte ſecundum Bal. Aluaro. & omnes in d. §. *ſi quis per triginta.* Alex. in *conſi.* 169. *viſo themate. col.* 2. *lib.* 2. *conſi.* 113. *viſo, & diligenter. col. fi. lib.* 4. Franc. Bald. in d. *loco q.* 1. & dixi in *tract. de commercio & vſura q.* 20. *nu.* 205. Requiritur * quod toto tempore præſcriptionis poſſeſſio fuerit formis, vt more cęterorum loquar, id eſt in hac forma & qualitate. non enim ſufficit ſimpliciter probare rem feudalę poſſeſſam per vaſallum, quia in dubio præſumitur poſſeſſa pro ſuo vt pulchrè not. Alex. in *conſil.* 136. *viſo & examinato. vol.* 3. *lib.* 1. *per text. optimum. in l. filius fa.* §. *diuus. ver. idem princeps. in fi. D. de leg.* 1. Sed etiam neceſſe eſt probare poſſeſſam fuiſſe formaliter tanquam feudalem, & tanquam à vaſallo, & etiam ſeruitia fuiſſe præſtita vel alios actus tanquam per vaſallum, ratione talis rei, tanquam feudalis. ſufficit tamen ſemel clientelare obſequium eſſe exactum, vel præſtitum, ratione rei præſcribendæ, deinde tempus longum vel longiſſimum eſſe lapſum, quia ſucceſſiuè * præſumitur poſſeſſio continuata in eadem qualitate per not. in *ca. cum Sistrina. de cau. poſſeſ. & propri. in ca cum de beneficio. de præben. in* 6. Et huiuſmodi præſcriptio quæ fit ad feudum conſtituendum vel augendum reciproca eſt, & neceſſariè operatur, & acquirit, ex parte vtriuſque extremi, videlicet patroni & clientis, vt tradunt Bal. Præpo. in d. §. *ſi quis per* 30. Fran. Bal. in loco prælegato. 12. ¶ Et multo fortius procedit præſcriptio reſpectu tertij, vt ſi Titius poſſederit feudum Sempronij veri vaſalli, vtrum patronum recognoſcendo, & alia clientelaria munia ſubeundo longo tempore cum titulo effectus eſt verus vaſallus, & acquiſiuit vtile dominium, & omne ius clientelæ excluſo Titio, & ita expreſſe tenet Signora. de homed. *conſ.* 10. *in fi.* & ſentit. Io. Fabr. *Inſtit. de iure perſo.* §. *pen. col. fi.* Plus dico quòd etiam ſi Titius interim patronum nullomodo recognouerit, nihilominus poſſidendo fundum bona fide tanquam ſuum præſcripſit, & acquiſiuit omne ius quod competebat vaſallo, etiam ignorante vel diſſentiente patrono, qui tenebitur deinceps iſtum qui præſcripſit admittere in verum vaſallum quicquid dixerit Hoſti. in d. *c. ad audientiam.* cuius opinio reprobatur ibi per Panor. *col. pen.* Feli. *col.* 6. quos refert. & ſequitur Franc. Cur. Iunior. *conſ.* 177. *nu.* 8. & pulchrè per Ludo. Rom. in *conſ.* 166. *viſa diligenter. col.* 5. *verſ. ſecundo per text.* & ratio eſt, quia omne ius patroni remanet intactum, & nihil præſcribitur contra ipſum, ſed ſolum contra vaſallum. Ideo non attenditur ignorantia vel diſſenſus patroni, cui non præiudicatur per hanc ſimplicem mutationem vaſalli, quòd etiam vult gloſſ. in d. *cap. ad audientiam in ver. principaliter.* Idem ſi non patronus à vaſallo alieno clientelaria iura exegerit & poſſederit, vel quaſi, quia verum patronum non poſſidentem excludit, directum dominium, & omne ius feudi dominantis acquirit. Et quod in ſimplicibus dicimus, æque procedit in miſtis ſiue duplicibus præſcriptionibus, vt ſi non vaſallus poſſederit feudum alienum recognoſcendo à non patrono, qui tamen fuerit in poſſeſſione, vel quaſi patronatus, vt eodem actu, & tempore, currat duplex præſcriptio. Nec prædictis obſtat quod contrarium conſuluiſſe videtur Alex. *conſil.* 169. *nu.* 4. *cum ſeq. lib.* 2. quia vt ibi dixi loquitur in terminis conſuetudinis veteris Inſubriæ ſecundum quam feudum non poteſt à tertio acquiri ſine conſenſu patroni. Nos autem loquimur in terminis conſuetudinis quæ fere vbique inualuit, vt ſaluo iure patroni feudum liberè poſſit transferri in alium, & ſic per eum præſcribi etiam patrono ignorante, quia feudum non dicitur præſcribi, ſed transferri in alium, vt in ſimili loquitur Panor. in *c. irrefragabili. ſuper glo.* 2. *de offic. ordinar.*

13. Ex quibus patet altera limitatio, ſeu veriùs declaratio ad text. noſtrum, vt non procedat reſpectu tertij. Sed duntaxat in caſu in quo loquitur videlicet inter iſtos duos correlatiuos, patronum & clientem, & in re in qua inter eoſdem conſiſtit mutua correlatio nexus clientelaris. Vnde abſurdè nimis locutus eſt Pyrrhus * in *conſue. Aurel.* §. 11. *tod. tit.* vbi cenſet illum text. poſſe intelligi in duobus vaſallis mutuis ratione diuerſorum feudorum, vt ſicut ad inuicem agere poſſunt, ita ad invicem præſcribere, ob æqualitatem, & ſic vult quod hoc caſu alter contra alterum poterit præſcribere directum vel vtile dominium feudale, & omne ius feudalitatis & feudi in totum, vel in parte, quod eſt falſum, & contra tex. §. 10. *eo. tit.* conſu. Aurel. quæ eſt conformis noſtræ. non tamen negauerim quin ille §. 11. loquēs in duobus dominis directis, æquè habeat locum in duobus vaſallis & vtilibus dominis, ceſſante videlicet correlatione mutua nexus feudalis, quæ eſt ſola & præciſa ratio prohibitæ præſcriptionis. vnde verus ſenſus d §. 11. eſt quod duo patroni, ſiue duo domini directi eiuſdem feudi, poſſunt alter contra alterum, ſolidum feudū ſiue ſolidum directum ius & dominium feudale præſcribendo acquirere. Ratio, quia hoc caſu non præſcribit patronus contra vaſallum, nec econuerſo. Et eadem ratione idem dicendum de duobus vaſallis, ſiue dominis vtilibus feudi, vt alter contra alterum poſſit præſcribere, vt ſit ſolus vaſallus & vtilis dominus inſolidum, quoniam plures patroni inter ſe, & ſimiliter plures vaſalli inter ſe, nullam habent correlationem nexus clientelaris, quæ ſolum cadit inter propria ſua extrema correlatiuè oppoſita, quæ ſunt patronus & cliens, vnde vbicunque huiuſmodi correlatiua oppoſitio reperitur, ſiue ſit ſimplex, vt inter patronum & clientem ratione vnius feudi tantum, ſiue ſit mutua & reciproca, vt inter duos qui ſint ſibi inuicem patronus & cliens ratione diuerſorum feudorum, nunquam habebit locū præſcriptio, alioquin liberè præſcribitur. Et ita debet intelligi noſtra conſuetudo, ſimiliter & Aurelianenſis, & cæteræ conſuetudines huius regni, quæ in hoc conformantur. Non omittam dum recolo, ne quis fortè

* Poſſeſſio debet eſſe formis ſiue qualificata. Et in dubio præſumitur pro ſuo.

* Præſumitur continuatio eiuſdem qualitatis.

* Verus intellectus. §. 11. in conſu. Aurel. eſt.

decipiatur, alium errorem Pyrrhi, in d. §. 11. *inf.* dum dicit illum text. debere intelligi de præscriptione longiſſimi temporis, quod eſt falſum, quia per ea quæ nuper diximus, debet ſimpliciter intelligi de quacunque præſcriptione, aliàs de iure communi conceſſa, ſicut in rebus patrimonialibus. Hos autem lapſus accidiſſe Pyrrho exiſtimauerim non ex defectu iuris peritiæ & ingenij, in queis plurimum valuit, ſed quòd eius rei profeſſionem ſuſceperit, in qua nunquam fuerat verſatus, nec exercitatus.

14. TERTIUM, limito text. noſtrum, & hæc eſt ſola propria & adæquata limitatio, cæteræ potiùs ſint declarationes, vt* non procedat in præſcriptione centum annorum, ſiue temporis immemorialis, ſiquidem huiuſmodi præſcriptio habet vim conſtituti vulg. *l. hoc iure. §. ductus aquæ. D. de aqu. quotid. & æſti.* vnde nunquam cenſetur excluſa, etiam per legem prohibitiuam, & per vniuerſalia negatiua & geminata verba, omnem quamcunque præſcriptionem excludentia, vt latè tenent Franc. Ripa. in *l. quominus. nu.* 100. *D. de flumi.* Phil. Dec. *conſ.* 496. *nu.* 10. & planè tradam ſ. *tit.* 6. §. 8. vbi meliùs quadrabit. Et ita quòd ſpatio centum annorum vaſallus preſcribat omne ius feudi contra patronum, apertè ſentit conſuetudo Aurelianenſis. *eo. tit.* §. 80. vbi per inueſtituram centum annos excedentem, non probatur nunc eſſe feudum: & hoc quia medio tempore potuit præſcribi. Cæterùm quamcunq; aliam præſcriptionem nedum longi, ſiue etiam longiſſimi tẽporis, etiam duplicati, vel triplicati, vt ſexaginta vel nonaginta annorum, ſublatam puto per conſuetudinem, in caſu noſtro, vt nequeat vaſallus contra patronum, vel à diuerſo preſcriptione aliqua propria vti in re feudali contra conſtitutionem feudi, de qua conſtat, aliud ſi preſcriptum eſſet tertium.

* Præſcriptio temporis immemorialis nunquã cenſetur excluſa.

Nec obſtat quòd ſublata preſcriptione per legem vel ſtatutum, in dubio ſaltem in realibus ſolum ſublata intelligitur preſcriptio longi temporis, decem vel viginti annorum, non autem preſcriptio longiſſimi temporis triginta, vel ſaltem quadraginta annorum, vt tenent gloſſ. & omnes feudiſtæ, excepto ſolo Andr. de Iſer *ibi in c. 1. §. præterea dec.* Corrad. *in vſib. feu.* Io. And. in *addi.* Speci. *tit. de feu. in rubr.* Panor. *c. fi. col. 6. n. 35. ver. quid ſi ſtatuta vel conſuet. de præſc. i.* Iaſo. in *l. 1. col. 8. nu.* 43. *C. de ſer. fugiti.* Franc. Bald. in *tract. præſcri. in 5. par. 5. partis qu.* 9. quia iſtorum ſententia fundatur ſolùm in duobus; primò, in *l. omnes C. de præſcri.* 33. *vel* 40. *anno.* ſecundò in illo vulgato, ſufficere nouam legem, vel ſtatutum aliquid de nouo operari, cæterum debere reſtringi, vt minùs corrigat ius commune quàm fieri poſſit. Ad quæ paucis reſpondeo, quòd conſuetudo noſtra clarè & geminatè excludit preſcriptionem inter patronum & clientem, & ſic non indigemus ſuppletione. d. *l. omnes.* nec debemus in hoc recurrere ad ius commune Romanorum, quum nulla æquitas hoc exigat. Tum ex ipſa ſerie text. ſ. §. 69 qui immediatè & continuatiuè ſequitur. §. 68 precedentem, vbi ſtatuitur preſcriptio triginta annorum longiſſimi temporis, ſatis apparet quòd *in* §. 69 ſequenti, vbi ſimpliciter prohibetur preſcriptio in caſu noſtro, intelligitur etiam de preſcriptione longiſſimi temporis Et eadem ratione de quacunque preſcriptione minori centenaria, quum ſit eadem ratio Tum conſuetudo noſtra eſt prohibitiua & negatiua, etiam ad principium acquiſitionis & preſcriptionis, ergo ex quo nunquam poteſt patronus vel cliens incipere preſcribere, ſequitur non poſſe dari locum alicui, etiam longiſſimæ preſcriptioni. Non autem prohibet conſuetudo aliter ſuper feudo diſponi per contractum, vel teſtamentum, inter patronum & clientem, ſine præiudicio ſuperioris, aut alterius. Vnde non excluditur preſcriptio centenaria, quæ habet vim conſtituti & veri tituli, vt dictum eſt.

15. Hanc limitationem ſublimita, vt procedat, quando* patronus feudum vel partem feudi poſſedit centum annis, non tanquam patronus nec iure feudali, ſed iure proprio, tanquam rem ſui domanij, & non feudalẽ: Secus ſi tanquam rem feudalem iure dominico & feudali poſſederit, puta ob carentiã vaſalli, vel non præſtationem catalogi prehenſam, & ad manũ ſuam redactam. Quandiu enim ex hac cauſa, & in hac qualitate poſſidet, etiam per ſpatium mille annorum, nunquam præſcribit, quia tardiu continuè ſe patronum eſſe, & rem feudalem ad futurum vaſallum quandocunq; iuſta offerentem reuerſuram recognoſcit, ſicut in ſimili emphyteuta colonus, creditor hypothecarius, quãdiu in illa qualitate poſſident, vel detinent, etiam ſi nihil ſoluant, nec aliter recognoſcant, nullo tempore præſcribunt, nec vnquam incipiunt præſcribere, niſi à die qua poſſeſſione priori interuerſa cœperint pro ſuo poſſidere. *l. malè agitur. l. cum notiſſimi. §. eodem iure.* & ibi per omnes ſcrib. *C. de præſcri.* 30. *vel* 40. *annor.* & pulchrè Iaſ. in *l. 2. col.* 52. *nu.* 159. *C. de iure emphyteu.* dixi in tract. commercio. & vſuræ. *qu.* 61. *nu.* 409. Vnde ſi patronus & ſui prædeceſſores quietè & continuè poſſederunt feudum vltra centum annos: ſi ſucceſſor quantumcunque mediatus antiqui vaſalli iuſta offerẽs petens renouationem inueſtituræ, probet iſtud feudum quondam vltra centũ annos fuiſſe prehenſum ob carentiam vaſalli, per prædeceſſorem poſſeſſoris, obtinebit, nec proderit poſſeſſori allegare poſſeſſionem ſiue præſcriptionem etiam plus quàm centenariam, quia præſumitur habita & continuata in eadem cauſa & qualitate in qua cœpit & maximè quum non poſſit aliquis ex ſola animi ſui deſtinatione* mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, ſed ad hoc requiratur cauſa iuſta, vera, vel putatiua extrinſecùs ſuperueniens. *l. non ſolum. §. quod vulgo. D. de vſucap. l. cum nemo. C. de acquiren. & reti. poſſeſſ.* Et quòd in dubio præſumatur poſſeſſio continuata, & non interuerſa, etiam ſi diu nihil factum nec præſtitum fuerit, decidit Bald. in *l. Pomponius. per illum tex. D. quibus mod. vſufruct. amit.* & ſequitur Soci. in *conſ.* 109. *libenti animo. nu.* 3. *li.* 3. Tenebitur igitur reus poſſidens hoc caſu probare anno centeſimo ante huiuſmodi controuerſiam motã vel vlterius, denegatam fuiſſe inueſtituram, & reſtitutionem feudi prędeceſſori actoris. Ex eo quòd non eſſet feudum, vel quòd propter ingratitudinẽ ſiue feloniam cecidiſſet in commiſſum, aut aliàs, taliter quòd appareat ante centum annos poſſeſſionem illam feudatariam, ſine iure & poteſtate feudali obtentam, interuerſam, & incœptum eſſe rem poſſideri pleno & proprio iure poſſidentis tanquam non feudalem. Ex his patet parum iudicij habuiſſe Chaſſa. in *conſuetud. Burg. eo. ti.* §. 1. *gl.* 4. *col. fi.* dum prolixè argumentatus decidit vaſallum qui tenuit feudum per triginta annos non petita renouatione, nec exhibita fidelitate præſcripſiſſe contra dominum, ita vt non poſſit dominus poſt dictos triginta annos ponere feudum in manibus ſuis, & facere fructus ſuos, quod eſt ſimpliciter falſum, tam de iure communi, quam de conſuetudine per prædicta & contra vulg. doct. omnium in d. *l. male agitur.*

iure feudali poſſidens etiã mille annis non præſcribit.

* Patronus

* Non poteſt quis ſibi ipſi mutare cauſã poſſeſſionis.

16. QVARTO limito, vt procedat quo ad ipſum corpus feudi, & iura illius perpetua, & immobilium vicem habentia, ſed momentanea* iura, ſiue, (vt vulgo dicunt) deuteria, puta releuamenta & ſimilia, benè præſcribuntur per clientem contra patronum laicum ſpatio 30. annorum, vel 40. ſi patrona ſit eccleſia, ſicut cæteræ actiones perſonales: & contra regem & fiſcum ipſum regium ſpatio triginta annorum, quia fiſcus iure communi vtitur. *l. 1. C. de petitio. hæredit.* & ita ſæpe vidi per primores togati noſtri ordinis teneri & concludi. Et ratio, quia huiuſmodi iura non ſunt feudum, nec pars feudi: ſed ſunt ſicut fructus à ſolo ſeparati, qui non ſunt pars fundi, ſed proprietas ſeparata, vt diximus ſ. §. 1. *gloſſ. 1. quæſt. 3. ad fi.* vnde hæc limitatio intelligitur de præteritis, quorum dies ceſſit & venit, non autem de futuris, quia tunc ipſum ius obligationis, & ſeruitutis illorum iurium præſcriberetur, quod non

* Præterita iura (vulgo deuteria), præſcribuntur.

de Laulnay, qui certam incidentem ſupplicationem præſentarunt contra Franciſcum le Clerc militem Balliuum, & Capitaneum Senonenſem & conſortes ad finem, quòd pendente proceſſu ſuper receptione vel reprobatione catalogi à reis traditi, manus iniectio per ipſos actores facta ſuper feudo ad reos ſpectante ex defectu catalogi, teneret & effectum haberet, non obſtante catalogo poſtea à reis tradito, & hoc reſpectu rerum deſcriptarum in articulis impugnatis, & quòd rei condemnarentur ad reſtituendum omnes fructus ab eis perceptos ex dictis rebus controuerſis à tempore dictæ prehenſionis, & quod illis inhiberetur infringere dictam prehenſionem in rebus controuerſis: Curia ſtatuit quod dicta prehenſio teneret pendente dicto proceſſu, reſpectu deſcriptorum in articulis controuerſis, & quod commiſſarij appoſiti feudo per dictos actores frueretur pendente proceſſu rebus controuerſis ex die prolationis præſentis arreſti ad onus reddendarum rationum, quando & quibus decebit; & inhibuit reis ne turbarent aut impedirent dictos commiſſarios in facto eorum commiſſionis, & declarauit quòd quantum ad præſens rei non tenerentur redintegrare ſeu reſtituere fructus rerum controuerſatum ab eis perceptos ante prolationem præſentis arreſti, ad onus tamen eoſdem fructus redintegrandi in manus dictorum commiſſariorum, & actoribus reſtituendi, ſi in diffinitiua inueniatur, & dicatur ita fieri debere, & abſque impenſis præſentis incidentis. Ex quibus duobus arreſtis apparet, quod prehenſio ex defectu catalogi non ceſſat, nec leuatur per oblationem & traditionem catalogi, niſi poſt traditas impugnationes à patrono, & reſpectu articulorum concordatorum ſeu non impugnatorum dumtaxat. Sed quod durat & perſeuerat prehenſio reſpectu articulorum impugnatorum vſque ad diffinitiuam.

* Tertium. 18. In contrarium eſſe videntur duo alia arreſta *, Primum latum die 23. Decembris anno 1534. inter magiſtrum Ioannem de Vrſinis dominum Rouſſiaci, appellantem à præſide Pariſienſi, *& Ioannam de Tremblay intimatam.* Intimata habens feudum mouens à D. de Vrſinis ratione loci Rouſſiaci obtulit certum catalogum feudi ſui patrono, qui videns dictum catalogum eſſe exceſſiuum, & non conformem antiquis catalogis, noluit retinere, ſed lapſis quadraginta diebus ab admiſſione in fidem prehendit feudum ex defectu catalogi, vaſallamque in ius vocauit coram præſide Pariſienſi, concludens vt ſua manus iniectio declararetur bona & valida; plenúmque ſuum ſortiretur effectum, donec vaſalla tradidiſſet catalogum in bona & debita forma, qualem prædeceſſores vaſallæ tradiderant. Cauſabatur enim actor vaſallam nullam habere iuriſdictionem in toto territorio Rouſſiaci, ſed quòd ipſe ſolus erat dominus iuſtitiarius, & tamen quod vaſalla in catalogo oblato de nouo addiderat ſe iuriſdictionem habere in locis feudi ſui ſiti in dicto territorio: quamvis in dinumeramentis antiquis nihil de hoc dicatur, & ſic ſe iuſtè recuſaſſe receptionem dicti catalogi non exiſtentis in forma antiqua & debita, & iuſtè manum iniecciſſe feudo ex defectu catalogi in bona debita, & antiqua forma exiſtentis. Ediuerſo vaſalla concludebat dictam prehenſionem iniuſtam & nullam declarari, & manum leuari, feudúmque cum fructibus, damnis & intereſſe reſtitui. Per ſententiam die quinta Septembris anno 1530. dicta prehenſio tanquam iniqua & irrationabilis retractata fuit, & actor condemnatus in expenſis, damnis & inter eſſe, ſaluo illi & reſeruato iure damni impugnationes ſuas aduerſus dictum catalogum infra quadraginta dies introductos à conſuetudine: reſeruatis etiam dictæ vaſallæ defenſionibus ſuis in contrarium. Et hæc ſententia fuit arreſto confirmata in principali, in quantum tamen iudex à quo actorem in damnis, & intereſſe ſimpliciter & indiſtinctè condemnarat, præ-

A dicta ſententia cum appellatione fuit abſque emenda & expenſis cauſæ appellationis annullata, & corrigendo & emendando iudicium quantum ad hoc Curia condemnauit præfatum actorem appellantem in damnis, & intereſſe per d. vaſallam ratione & ob cauſam dictæ manus iniectionis pacis duntaxat. * Secundum arreſtum pronunciatum Kalendis Februarij anno 1534. inter tutores filiorum inſignis viri Odeti de Fuxo appellantis à certa ſententia dom. præfectorum ſupplicibus libellis palatij, & Hugonem de Quinquempoix Domicellam viduam, & venerandam ſocrum meam, quæ exiſtens domina Alneti in Bria, quod eſt feudum propriè nobile, *iuxta no. 1. §. 15. gloſſ. 3. num. 2.* mouens feudaliter à filiis d. Fuxenſis catalogum ſuum obtulit cuidam tutori d. filiorum qui noluit manum leuare, nec impugnationes tradere infra tempus conſuetudinis, ſed aliquanto poſt aliquas impugnationes obtulit, tenendo ſemper feudum ad manum ſuam & inſigniter fructus diſſipando. Tandem per ſententiam interlocutoriam dictum fuit quòd impugnationes per dictos tutores præſentatæ reciperentur, nec eſt mirũ quamvis lapſum eſſet tempus, quoniam patroni erant minores, & ſic per not. 3. *eò. §. 2. nu. 8.* ad quas d. vidua reſpondere poſſet. Et quòd interim pendente lite ſuper articulis impugnatis dicta vidua manum leuatam haberet de rebus ſaiſitis, & in d. impugnationibus declaratis, de quibus ante ſaiſiam gaudebat expenſis in diffinitiua reſeruatis. Præfati tutores appellarunt, ſed per dictum arreſtum fuerunt in emendam, & impenſas cauſæ appellationis condemnati, & ſententia confirmata.

* Quartum arreſtum.

19. ¶ Et his duobus vltimis arreſtis apparet quòd prehenſio ex defectu catalogi fieri non poteſt poſt catalogum oblatum, quantumcunque prætendatur vitioſus, & defectiuus, vel exceſſiuus, ſed patronus ſibi prouidere debet per traditionem impugnationum ſecundum formam huius §. & quod catalogo oblato non obſtantibus impugnationibus patroni, & proceſſu ſuper eis pendente debet plenè redintegrari in feudo, & fructibus pertinentiis & rebus ablatis per prehenſionem, ita vt quicquid abſtulerit eiuſmodi prehenſio, reſtituatur oblato catalogo. Et ſic pendente lite, debet vaſallus liberè frui rebus controuerſis quibus fruebatur ante prehenſionem, non autem debet poni in poſſeſſione rerum quas non poſſidebat, licet eas inſeruerit in catalogo ſuo, quia eſſet præiudicare poſſeſſioni, & iuri alieno, quod eſſe non debet. Et hæc eſt mera veritas, æquitas & verus ſenſus conſuetudinis noſtræ, prout etiam per præfata duo vltima arreſta declaratum fuit, quorum primum de die 23. Decembris, eſt in terminis noſtræ conſuetudinis, & de feudo ſito ſub noſtra cõſuetudine. Secundum verò datum Kalendis Februarij eſt in terminis conſuetudinis Meldenſis, & de caſtro ſito ſub illa conſuetudine, quæ quantum ad id de quo agitur, eſt conformis noſtræ, vt patet in *conſ. Meldenſ.* § 135. Non obſtant præfata duo prima arreſta; quia primum de anno 1531. loquitur de feudo ſito ſub conſuetudine Sylueſtrenſi, & ſic in terminis illius conſuetudinis per quæ *in fin. tit. de ſaiſine, & deſſaiſine.* §. 7. expreſsè diſponitur quòd prehenſio facta ex defectu catalogi durat nedum vſque ad catalogum traditum, ſed etiam vſque ad approbationem vel concordiam catalogi & manus leuationem patroni. Et quia per illam conſuetudinem non præfigitur tempus patrono ad dandum impugnationes, vel approbandum dictum catalogum, hoc in arbitrio & diſpoſitione iudicis relinquitur *iuxta reg. l. 1. D. de iure delib. c. de cauſis de offic. de leg.* Et quamvis regulariter ad eundem actum non debeat dari dilatio, niſi ſemel *l. leges in fi. C. de dilatio.* Non tamen dilatio ſemel data, & acceptata ita præcidit, quin ex cauſa ſaltem ad breuius tempus debeat iterum concedi. *oratione. D. de feriis. l. interdum. D. de iudic.* Secundum autem arreſtum de anno 1532. loquitur in terminis conſuetudinis Senonenſis, vtpote de feudo ſub ea ſito,

quæ conſuetudo in §. 176. vult manum leuari vaſallo demum poſtquam patrono tradiderit catalogum in forma debita, in quibus vltimis verbis non facio magnam vim, quia puto quod debeant intelligi de forma in genere prout diximus 3. §. 8. *in princ. & §. 9. gloſſ. 2. num. 9.* non tamen de forma ſpecifica, & indiuidua, quæ remanſura eſt diſcuſſione & diſpunctione particulari facta. Sed dicendum eſt quod in terminis dicti arreſti repertum fuit vaſallum fuiſſe in culpa, calumnia vel fruſtratione ſuper diſcuſſione catalogi, quod ſatis colligitur ex verbis diſpoſitiuis dicti arreſti, in quo dicitur, quod vaſallus non tenebitur redintegrare, nec reſtituere fructus præteritos rerum controuerſarum feudi à tempore prehenſionis vſque ad pronunciationem arreſti: ſed ſolum pro futuro tempore, & à die pronunciationis arreſti. Et ſic ſatis infertur quod mero iure non debeat tenere prehenſio pro rebus controuerſis poſt catalogum & pendente lite, prout etiam per d. arreſtum non tenuit, nec tenet pendente lite, niſi poſt tempus prolationis dicti arreſti, quod ex quadam iuſta & ſpeciali cauſa factum fuit à prudentiſſimis illis Senatoribus. Cæterùm generaliter obſeruandam puto conſuetudinem noſtram in toto hoc regno tanquam æquiſſimam, iuri & rationi conformem, niſi ſicubi per conſuetudinem particularem loci aliter determinetur.

20. SEPTIMO quæro pone vetera & antiqua dinumeramenta feudi aduſque ſine ſpecificatione & confinatione rerum oblata, & à patronis recepta & comprobata fuiſſet, prout ſæpè vidi plura, in quibus vaſalli agnoſcebant ſe tenere in feudum centum iugera, item ſexdecim denarios cenſus (ſine alia declaratione) item tria ſubfeuda inſcriptis catalogis ſubfeudorum æquè vagis & incertis, modò in vltima oblatione catalogi nouus vaſallus offert catalogum in illa incerta & veteri forma. Patronus impugnat ratione incertitudinis, & petit vaſallum cogi apponere certos & veros limites, & confinationes terrarum domanij, & ſimiliter cenſualium, & ſubfeudalium, & à quibus perſonis teneantur. Et videretur vaſallum ad hoc non teneri, quaſi non poſſit patronus reprobare formam catalogi quam ipſe & prædeceſſores ſui in ſimilibus catalogis approbarunt. *l. Pompo. D. de neg. geſt. in authen. de exhib. re. §. ſi vero. col. 5.* Contrarium dicendum eſt, quia vaſallus certum, clarum, & cum ſingularium rerum particulari deſignatione & confinatione dare debet catalogum, vt dictum eſt 3. §. 8. *in princ.* & licet patronus ſe contentauerit, & de incertitudine non obiecerit pro vna vel pluribus vicibus: tamen alia vice poteſt obiicere, quia non renunciauit expreſsè iuri ſuo, nec fecit pactum cum vaſallo quod non teneretur clariorem, nec in alia forma tradere catalogum, *per not. 3. §. 58. quæſt. 1.* Et hoc niſi in magnis feudis conſiſtentibus partim in montibus & ſaltibus, aut terris lapidoſis, quæ non ſolent coli, nec menſurari, quia harum reſpectu non puto vaſallum aſſumendum ad menſurandum & quantitatem ſolum deſignandum. Sed ſufficere aliquot confines exprimere ad deſignandum ſitum loci. Cæterùm principalem concluſionem huius quæſt. amplio, vt nedum teneatur vaſallus domanialia & cenſualia feudi ſui ſigillatim, & cum confinationibus ſpecificare, ſed etiam ſubfeuda, & cogi poteſt à patrono ſuo, vt pariter cogat vaſallos ſuos dare catalogos ſubfeudorum in forma debita & ſpecifica. Verum eſt quod patronum ſuum compellere poteſt ad editionem documentorum feudalium ſi qua habeat ad hanc rem facientia, per notat. 3. §. 8. *quæſt. 1. numer. 5.*

12. OCTAVO conſequenter quæro de q. quæ frequenter euenire poteſt in diſpunctionibus catalogorum: Vaſallus in catalogo ſcribit inter cætera à ſe teneri in feudo octo denarios cenſus cum iure laudimiorum, & mulctæ, ſuper talibus prædiis ſic confinatis à talibus perſonis poſſeſſis: Patronus impugnat de effectu, dicens quòd debent ſcribi & deſignari ſexdecim denarij cenſus cum iure laudimiorum & mulctæ: ad quod verificandum, profert antiqua dinumeramenta & documenta feudi in forma authentica à prædeceſſoribus vaſalli tradita, in quibus ſexdecim denarij cenſus exprimũtur: Petit patronus vt catalogus oblatus corrigatur, & ponantur & à vaſallo recognoſcantur in feudum ſexdecim denarij cenſus, ſicut in antiquis documentis; & vltra quòd vaſallus teneatur in præſenti catalogo ſpecificare prædia & poſſeſſores à quibus debentur illi octo denarij cenſus reſtantes. Et quod ex quo conſtat vaſallum vel eius prædeceſſores ſemel tenuiſſe & recognouiſſe ſexdecim denarios cenſus, præſumatur hodie poſſidere niſi de contrario probet & appareat de iuſta diſmembratione. *arg. l. ſi creditor. C. de pignor. act. l. non ignorabit. C. ad exhib.* & ibi per glo. & doct. & maximè cùm recipiens in feudum obligatur ipſe & hæredes ſui ad conſeruationem rerum ſibi infeudatarum vt concedenti de iuribus à ſe retentis ſatisfiat. Alioquin magnum ſequeretur inconueniens, videlicet quòd vaſalli poſſent diſmembrare & alienare partes feudi, & in alios transferre tanquam alaudia vel cum patrimonio eorum confundere; & poſt ſucceſſum temporis allegare ſe non poſſidere: & ſic ſucceſſu temporis defraudarentur patroni, & vaſalli perfidi locupletarentur cum aliena iactura. Vaſallus autem ſuſtinendo catalogum excipit primo, quod non habet nec poſſidet nec dolo fecit, quominus poſſideat dictos octo denarios cenſus, & ſic quòd non tenetur eos agnoſcere patrono, nec in catalogo ponere. Alioquin ſequeretur quod teneatur nedum iura honorifica agnitionis, ſed etiam intra vtilia releuiorum ſoluere pro rebus quas non poſſidet, quod eſt abſurdum & falſum, quia non tenetur ad onera huiuſmodi realia, quandiu non poſſidet nec dolo fecit quominus, vt plenè diximus 3. §. 33. *quæſt. 46. num. 153.* Secundò quod patronus debet prius implere pro parte ſua iuxta. *l. Iulianus. §. offerri. D. de act. empt.* faciat ergo patronus vaſallum frui, & quod ei habere liceat dictos octo denarios, tunc libenter in catalogo addet, & iura pro eorum rata præſtabit. Tertio, quod inſtrumenta à patrono producta ſunt valde antiqua, & recentius eſt vltra 40. vel 50. annos, à quo tempore non fuit facta aliqua renouatio feudi, quo tempore medio multa iura feudi potuerunt deperire, vel etiam ab extraneis vſurpari & præſcribi contra ipſum & patronum per not. 3. §. 12. *num. 9.* quòd ſi prædeceſſores vaſalli fuerunt negligentes, pariter negligentes fuerunt patronus & prædeceſſores ſui, & ſic compenſatio fieri debet & in omnem euentum, ex quo neſcit quid ſint, nec in quo conſiſtant, nec à quibus debeantur illi octo denarij, & ſibi impoſſibilis eſt declaratio, non tenetur: quod videtur indubitatum, ſi vaſallus ſit tertius & ſingularis ſucceſſor, quid dicendum, ſuper hac quæſtio. & ſimilibus multos vidi hæſitare.

22. Pro * breui reſolutione dico, quod in termi. huius quæſt. vel ſimilis, cùm apparet ab antiquo fuiſſe in feudo ſexdecim denarios cenſus, nec apparet de aliqua diſmembratione vel alienatione eius de quo queritur vel vbi ſit, nec etiam de aliquo dolo nec culpa vaſalli, quòd vaſallus tenetur inſcribere in nouo catalogo ſexdecim denarios cenſus, de quibus in antiquis renouationibus & catalogis, & quantum ad dimidiam quam fatetur poſſidere, tenetur deſignare prædia, eorum confinia & perſonas ſuper quibus & à quibus percipitur ille cenſus, & in hoc ſupplere defectum veterum catalogorum per not. in q. præcedenti: quantum autem ad aliam dimidiam quam non poſſidet, non tenetur aliquid addere veteribus catalogis, id eſt ad nullam deſignationem vel ſpecificationem tenetur, & adhuc non poteſt cogi inſcribere in nouo catalogo dictam dimidiam de qua agitur, ſimpliciter & puè ſecundum formam præciſam veterum catalogorum, ſed demum cum hac additione &

* Solutio.

denda ea de quibus in diſpoſitione præcedenti, non fuit actum nec cogitatum, quæ de ſe etiam ſine dicta clauſula cenſentur excluſa: & ſic illa vulgaris clauſula, in inueſtituris & renouationibus apponi ſolita, ſaluo iure noſtro in alijs à prædictis, & alieno in omnibus, nihil operatur, quod etiam voluit Zaſ. in *epit. feud. part. 6. in verſ. iſta tamen verba.* De his clauſulis vide Feli. in *cap. inter monaſterium. col. 2. de re iudica.*

§. XI. *

* Hic articulus additus fuit per nouã cõſuetudinẽ, vt dictum eſt ſupra.

NEantmoins le vaſſal qui a fait ſes foy & hommage & offres au deſir de la couſtume, peut bailler ſondit denombrement quand bon luy ſemble, & n'eſt tenu attendre leſdits 40. iours, ny la reception en foy.

§. XII. *

* Hic articulus olim fuit ſeptimus.

LE Seigneur feodal ne peut acquerir preſcription contre ſon vaſſal, ny le vaſſal contre ſon Seigneur, de la choſe tenuë en fief.

NOn poteſt patronus præſcribere contra clientem, nec cliens contra patronum rem clientelariam. h. d ſed plenior eſt poſtea factus hic §. per nouam conſuetudinem, vt mox ſequitur.

XII.

LE Seigneur feodal ne peut preſcrire contre ſon vaſſal le fief ſur luy ſaiſy ou mis en ſa main, par faute d'homme, droicts & deuoirs non faicts, ou denombrement non baillé, ny le vaſſal la foy qu'il doit à ſon ſeigneur, pour quelque temps qu'il en ait iouy, encores que ce fuſt par cent ans & plus. Toutesfois les profits des fiefs eſcheus, ſe preſcriuent par trente ans, s'il n'y a ſaiſie ou inſtance pour raiſon d'iceux.

SVMMARIA §. XII.

1. 2. *Rationes huius §. Generalis proteſtatio non prodeſt dato contrario actu in ſpecie.*
3. *Ampliatur 1. hic text. ſiue agatur de præſcribenda parte feudi ſiue de toto feudo.*
4. 5. *Ampliatur 2. 3. 4. 5. ſecus ſi præſcriptio completa fuiſſet. Quia non poteſt illam incipere domino iure feudi ex defectu hominis poſſidente.*
6. *Limito primò, vt procedat quando præſcriptio tendit ad derogandum feudo.*
   Secus ſi ad cõſtitutionem vel augmentũ feudi.
   Idem ſi ad conſeruationem contra commiſſum.
7. *Non eſt locus commiſſo poſt 30. annos.*
8. *Declaratio* l. in agris. ff. de adquir. rer. do.
9. *Clarus intellectus huius §.*
10. *Quod apud nos iure communi præſcribatur in feudalibus, extra caſum à noſtra conſuetudine prohibitum.*
11. 12. *Et tunc probari debet poſſeſſio formalis & qualificata.*
   In dubio præſumitur quis pro ſuo poſſediſſe.
   Sufficit à principio vnus actus feudalis vt præſumatur continuata poſſeſſio in eadẽ qualitate.
   Secundò fallit hic text. reſpectu tertij ad hoc vt præſcribat contra vaſallum, non requiritur quòd poſſederit in qualitate feudali, nec quòd patronus ſciuerit.
13. *Verus intellectus §. 11. in conſuet. Aurel. eod. titul.*
14. *Tertiò fallit in præſcriptione centum annorum, ſeu temporis immemorialis quæ nunquam cenſetur excluſa.*
15. *Sublimitatur niſi patronus poſſideret feudum iure feudali: quia etiam mille annis non præſcriberet.*
   Non poteſt quis ſibi ipſi ſolo animo mutare cauſam poſſeſſionis.
16. *Quartò fallit in releuiis & ſimilibus iuribus quæ 30. annis præſcribuntur.*
17. *Quintò fallit quantum ad præſumptionem vbi non apparet de contraria veritate.*
18. *Conſtitutio remouens præſcriptionem intelligitur conſtito de Veritate, cæterum in dubio non derogat præſumptioni inſurgenti ex diuturnitate temporis.*
19. *Titulus allegatus præſumitur ex conformi præſtatione decennali.*
20. *Quantum operatur poſſeſſio in feudalibus.*
21. *Explicatio* l. cum de in rem verſo. ff. de Vſur. & l. ſi certis. C. de pact.
22. *Quod feudum ſit titulus lucratiuus.*
23. *Ad præſcribendum in re aliena ius feudi ſiue dominans, ſiue ſeruiens, ſine titulo non ſufficit minus tempus 30. ann.*
24. *Renouationes non ſunt tituli, ſed actus & exercitia poſſeſſionis.*
25. *Titulus putatiuus quando & contra quem valeat ad præſcribendum.*
26. *Trium legum intellectus.*
27. *Titulus putatiuus non operatur ad præſcribendum contra eundem à quo traditio habetur.*
28. *Differentia inter propriam inueſtituram & renouationem.*
29. *Intellectus* l. cum tutorem. de condit. indebi.
30. *Titulus putatiuus non debet tantùm valere ad præſcribendum quantùm titulus verus.*

Digitized by Google

31. *In obligatione ſucceſſiuè non ſequitur liberatio per primum implementum.*
32. *Augmentum ſequitur naturam augmentati.*
33. *Reprobatur quædam opinio Bal. & ſeq. Intellectus* l. debitor. in fi. D. ad Trebell.
34. *Tantum & tale præſcribitur: quantum & qualiter poſſidetur.*
Præſcriptio ſimplex æquiparatur conceſſioni ſimpliciter factæ.
35. *Conſuetudo loci eſt regularis natura feudi.*
36. *Frequens contingentia facti non eſt conſuetudo vel ius.*
37. *Conſuetudo feudi ſeruientis inſpicitur.*
38. *Celebris quæſtio. Vſque ad finem gloſſ.*

SIMILIS text. habetur ſ. *tit.* 4. §. 69. quem pro maiori parte ſimul cum iſto declaramus quàm breuius & reſolutiùs fieri poteſt explicando præſcriptionis materiam inquantum feudalia concernit dumtaxat. Sic *καθ' αὐτὸ* concluſio.

¶ Patronus non præſcribit contra clientem, nec cliens contra patronum. Et huius ſpecialitatis contra regulam communem plures poſſunt reddi rationes. Prima, propter mutuam recognitionem, & proteſtationem, quæ ſemper fit, & interuenit, inter patronum & clientem nedum interpolatim in qualibet renouatione inueſtituræ: Sed etiam perpetuò & continuò, dum reſpectiuè in hac qualitate poſſident: quæ eſt continua interruptio naturalis *l. cum notiſſimi. §. imò. C. de præſc ip.* 30. *vel* 40. *anno.* Tum quandocunque renouatur inueſtitura, ſolet cliens poſt dinumerationem rerum clientelarium apponere hanc clauſulam: & ſi plus ſit plus recognoſcit, ſi minus minus, quæ clauſula prodeſt vtrique parti: & virtute acceptationis factæ per patronum, eſt reciproca, & cenſetur ab vtroque reſpectiuè prolata, & ſe refert ad veritatem & originem conceſſionis feudi. Igitur abrogat, & interrumpit omnem præſcriptionem, & vſurpationem, quæ ab alterutro eorum aliàs fieri poſſet in rebus clientelaribus, vltra vel citra originariam inueſtituram & conſtitutionem feudi. Sed hæc ratio non eſt bona. Tum quia non eſt æquè generalis vt concluſio: non enim reſpicit præſcriptionem totius feudi in ſe, ſed ſolum particularium rerum vel iurium feudi.

2. ¶ Tum quia nec in particularibus rebus feudi concludit, quoniam illæ generales clauſulæ, & proteſtationes nihil operantur, vbi eſt actus contrarius in ſpecie, cui non per eas, ſed per hunc illis derogatur. *l. in toto iure. D. de reg. iur.* vnde ſi non eſſet hæc conſuetudo, poſſet alter contra alterum certum prædium feudi poſſidendo bona fide tanquam proprium & non feudale præſcribere & acquirere longo vel longiſſimo tempore non obſtantibus dictis proteſtationibus & clauſulis. Alia ratio: feudum ſemel conſtitutum, eſt ſicut ager limitatus finibus in prima inueſtitura præfixis, qui non debent augeri nec minui, *l. in agris. D. de acquir. rerum do.* Sed nec hæc ratio valida eſt. & reprobabitur ſtatim in prima ampliatione. Veræ rationes, ſuaſiuæ tamen & non neceſſariæ ſunt duæ quas eleganter & ſuccinctè tradit do. Pyrrhus, in *conſuet. Aurel. eo. tit. in* §. 10. Prima propter ſummam & ſinceram fidem: quæ debet ſeruari inter patronum & clientem in feuge. Vnde non congruit locum eſſe præſcriptioni, quæ quum ſit vſurpatio alieni, repugnat veritati & fidelitati quæ eſt peculiaris & ſubſtantialis feudo. Secunda, ius feudi ſimile eſt iuri ſupetioritatis, & obedientiæ: in quo ceſſat præſcriptio. *cap. cùm non ſimus. de præſcrip.* hanc etiam rationem tradit Ludou. Rom. *conſi.* 371. *in propoſita col. fi. verſ. dum autem quæritur.*

3. ¶ Concluſio text. noſtri ampliatur, Primò ſiue agatur de præſcribenda parte feudi, ſiue de toto feudo. d. *l. quæ de tota. D. de rei vendi. l. rei appellatione. D. de verb. ſignific.* vnde ſi patronus prædium aliquod feudi in antiqua conceſſione & inueſtitura comprehenſum poſſederit, non iure feudi, quia non eſſet dubium: ſed iure plenæ proprietatis, ſeu tanquam (vt aiunt) de proprio domanio, quandocunque tempore ſic poſſederit: nec paſſus fuerit, in catalogis ſeu dinumeramentis clientelaribus deſcribi non acquiſiuit in eo dominium vtile: nec illud prædium fuit vllo modo exemptum à natura, conditione, & qualitate feudali. Sed tanquam tale poteſt quandocunque vendicari à cliente, vtili rei vendicatione, vel condici ex lege & contractu feudi: vnà cum fructibus, docendo quod aliquando fuerit feudale & de ſuo feudo. Idem ſi patronus eodem modo poſſederit totum feudum, quamuis ceſſante noſtra vel ſimili conſuetudine contrarium eſſet dicendum, vt legitur & no. in §. *ſi quis per triginta*, per Bald. *præpo. ſi de feudo defunct. contem. ſit inter do. & agna.* Vdalri. Zaſ. in *tract. feud. in par. 6. cap. 1. in fin.* Et hæc procedunt ſiue patronus totum feudum aut partem quotam vel integralem poſſederit, tanquam nunquam fuerit feudum. Siue poſſederit, tanquam rem ad ſe reuerſam, iure prætenſi commiſſi, vel finitæ inueſtituræ, vel repudiationis, aut ex alia quacunque cauſa non refert. ſi enim illa cauſa non ſit iuſta & ſufficiens, vel non ſit vera, non poterit prætextus cuiuſuis præſcriptionis iuuari nec defendi aduerſus clientem vendicantem vel condicentem. Ideo neceſſe habebit patronus, veritatem & iuſtitiam cauſæ probare, vel rem iudicatam oſtendere. Idem econuerſo ſi cliens, & aliqui prædeceſſores ſui quantocunque tempore poſſederint totum feudum vel quamuis partem tanquam alaudium, ſeu aliàs tanquam nunquam ſubiectam, vel ex poſt facto exemptam, à conditione clientelari. Vendicante enim patrono, vel condicente, aut exæquante infra feudalia, & de conditione feudali quantumcunque antiqua docente, non poterit cliens iuuari nec tueri vlla præſcriptione.

4. ¶ Amplio ſecundò, nedum in præſcriptione longi temporis, ſed etiam longiſſimi & pluſquam triplicati, infra tamen centum annos, vt ſ. *eod. limit.* 3.

¶ Amplio tertiò etiam ſi patronus habeat titulum à vaſallo: puta ſi vaſallus minor viginti quinque annis vendidit vel donauit feudum ſuum domino ſuo à quo mouetur, quia etiam cum hoc titulo, per tempus etiam pluſquam longiſſimum poſſidendo, non poterit patronus præſcribere. Ratio, quia nulla fit alienatio, & non obſtante dicto contractu, vendens vel donans eiúſve hæres vel ſucceſſor ſemper remanſit vaſallus, cùm non fuerit ab eo ſeparatum dominium vtile & feudatarium. Igitur nunquam potuit nec incipere, nec continuari nec perfici præſcriptio obſtante hac conſuetudine. Amplio quartò, etiam ſi dominus eſſet in bona fide, puta quia ignorabat venditorem eſſe minorem vel vaſallum ſuum: imò etiam ſi cum hoc iuſtum habeat titulum, non à vaſallo, ſed ab extraneo, qui poſtquam emerat à veto vaſallo, minore vendidit patrono: adhuc idem puto, vt non procedat præſcriptio. Amplio quintò: etiam ſi præſcriptio eſſet inchoata per tertium extraneum, qui iuſto titulo & bona fide cœperat longo tempore præſcribere feudum contra verum vaſallum, & iam fortè lapſi erant quinque vel octo anni inter præſentes, & non reſtabant niſi duo anni. Tamen ſtatim quòd peruenit ad patronum nomine proprio & patrimoniali non feudali poſſidente ceſſat præſcriptio. Et nullomodo poteſt patronus eam complere, ſicut nec inchoare, quia hæc conſuetudo habet negatiuam vniuerſalem ante verbum poteſt. Et ſic excludit omnem præſcriptionem cuiuſcunque temporis, ſiue cum bona fide, ſiue non, ſiue cum titulo, vel ſine titulo: ſiue inchoandam, ſiue per alium

A

B

C

D

E

F

a Generalis proteſtationi prodeſt dato contrario actu in ſpecie.

ized by Google

inchoatam. Et hæ ampliationes etiam ex parte clientis erga patronum intelligendæ sunt.

5. Secus si extraneus iam præscripsisset contra verum vasallum omne dominium vtile, & ius & dominium feudatarium, & sic completa præscriptione esset effectus verus vasallus vel tertius contra patronum ius patronatus, & effectus esset verus patronus, quod non prohibet hæc consuetudo, vt dicemus j. *eo. num.* 11. Tunc enim valeret venditio vel donatio facta patrono, vel econuerso, per eum qui quacunque specie præscriptionis legitime præscripsit. Tum quia amplius non agitur de præscribendo: Tum is contra quem præscriptum est, non potest amplius causari se fuisse quod esse desiit, nec patronum præscripsisse vel contra, quum antequam peruenisset ad alterutrum iam præscriptum esset, & conditio & qualitas rei immutata à tertio. Subampho etiam si ante completam præscriptionem tertij, dominus possedisset iure feudali; hoc enim non interrumpit, sed potius confirmat possessionem & præscriptionem tertij, super quo iam publicè possidente & exercente actus feudales per not. 5. §. 1. *gloss.* 4. *num.* 22. Secus si antequam tertius ille possidere inciperet, dominus injceret manum ex defectu hominis, quandiu enim dominus in ea qualitate possidet, verus vasallus vel sui gestores cogitare possunt ius suum conseruatum iri in posterum: Respondendúmque redhibentem quandocunque iura feudalia offerant, quod est notandum. Sed quid si ex defectu catalogi? aliud est si tertius ille interim inuestituras & alia iura exercuerit, vt potest per ea quę diximus in §. 9. *gloss. quæst.* 2. *num.* 9. Sed si nec per se nec colonum aliquo modo possederit, dicendum in præcedenti casu, oportet etiam possessionem præscribentis fundum alienum talem esse quę nota sit in loco, vt dicam j. *tit.* 4. Alioquin dominus feudalis possidet ad commodum etiam veteris vasalli & possessoris.

a Conclusio ex. intelligitur in derogatione feudi non autem in augmento vel constitutione.

6. Conclusionem sic ampliatam * limito primò vt procedat quando præscriptio tendit ad derogandum feudo iam constituto: secus si tendat ad augmentum feudi, vel ad constitutionem noui feudi: quod vt plenius liqueat; Quæro si quis per triginta annos rem aliquam vt feudum possederit, seruitium & iura domino exhibuit & soluit, quamuis ipsi & prædecessoribus suis nunquam fuerit facta vlla concessio in feudum, & hoc constat. Constat etiã quòd ante triginta annos erat propria, siue de domanio illius domini, qui nunc vendicat, vtrum possessor possit se tueri præscriptione? Videtur quod non, per hunc text. simpliciter & generaliter prohibentem præscriptionem in feudalibus. Contrarium dico, quia consuetudo loquitur vbi præscriptio tendit ad destructionem vel derogationem feudi constituti. idque prohibet, tam ex parte patroni, quàm clientis. & vult quòd patronus non possit præscribendo acquirere feudum siue vtile dominium à se concessum clienti. nec versa vice cliens dominium directum patroni & iura feudalia. Ita quòd forma ius & status feudi, non possunt inter eos alterari, per alterutrius præscriptionem. Et hoc est quod intendit ista consuetudo, & non aliud. Sed in hac quæst. loquimur in oppositis terminis, videlicet cum agitur non de feudo semel constituto destruendo, vel minuendo, seu de feudo de nouo inducendo, quod consuetudo non prohibet per præscriptionem fieri & induci. Sed in hoc deficiunt verba & mens consuetudinis. De mente iam ostensum est, de verbis patet; quia consuetudo loquitur de præscriptione inchoanda, inter patronum & clientem, super re feudali, & sic præsupponit feudum & personas principales iam subsistere, quæ omnia deficiunt, & adaptari non possunt, in quæstione nostra.

7. ¶ Idem puta si agatur de feudo in statu suo conseruando. Vnde si forte feudum totum vel partim ceciderit in commissum, siue legale siue conuentionale, de quo j. §. 43. & vasallus super hoc non inquietetur à domino sæculari * per triginta annos, vel ecclesiastico per quadraginta, præscribit omne ius & actionem commissi, vel consolidationis, aut cuiuscunque reuersionis, ab eadem vel fortiori ratione. Et in terminis quòd dominus non possit prætendere commissum feudi post triginta annos tenet Iacob. Aluar. *inter consi.* Alber. Brun. *cons.* 61. *in causa feudali.* Idem dico vbi agitur de feudo semel constituto augmentando, quia consuetudo nostra solum prohibet feudum præscriptione tolli, vel minui: non autem de nouo constitui, vel constitutum augeri. vnde nedum inter extraneos poterit alter in re alterius præscribere directum dominium & iura feudalia, vel dominium vtile sub conditione feudali. Sed etiam inter clientelari nexu obuinctos poterit patronus in alia re libera clientis præscribere directum dominium feudale, sub conditione clientelari: siue separatim in aliud feudum per se siue coniunctim, vt vnitum & tanquam partem veteris feudi. 8. ¶ Nec obstat quando præscribitur in augmentum, quòd constabit feudum ab initio in sui concessione certis finibus fuisse limitatum. Et quòd agri limitati non recipiunt augmentum * *l. in agris. D. de acq. rer. do.* quia *d. l. in agris.* loquitur in limitatione facta gratia taxationis. Sed in dubio limites non ad taxationem: verum ad demonstrationem, censentur exponi, vt dixi 5.§ 1.*gl.* 5 *nu.*101. Et adhuc quando constaret esse appositos ad taxationem, non excluderetur augmentum procedens ab expressa, vel tacita voluntate, aut permissione limitantis: quale illud quod prouenit mediante præscriptione: quoniam censetur alienare qui patitur præscribi, *l. alienationis verbum. D. de verb. signif.* Sed bene excluderetur augmentum extrinsecum & fortuitum, de quo loquitur d. *l. in agris.*

* Non est locus commisso post 30. annos.

* Declara ut *l. in agris. D. de acquir. rer. do.*

9. Ex his habes verum & clarum intellectum huius §. qui est quòd patronus & cliens non possunt ad inuicem præscribere feudum ipsum, vel rem aliquam feudi, & sic nec abrogare, nec derogare, præscribendo, & hoc solo respectu disponit nostra consuetudo, & corrigit ius commune, quod in cæteris remanet in vigore suo, vnde in aliâ re extra id quod tenetur in feudum posset liberè alter contra alterum præscribere rem alterius, siue iure proprio, aut emphyteutico, aut aliàs, siue etiam iure feudali, siue vt teneatur in feudum separatum per se, siue vt pars veteris feudi. Non est etiam dubium, quin tertius siue extraneus possit indistinctè præscribere, tam contra patronum, quàm contra clientem, siue in totum siue in partem directum dominium, & omne ius feudi dominantis, vel vtile dominium, & omne ius feudi seruientis & clientelæ, nedum transferendo ius feudi dominantis, vel seruientis, de persona in personam, sed etiam penitus extinguendo, & in ius emphyteuticum aut censuale transmutando, puta si iure emphyteutico, aut censuario, rem quæ inter alios feudalis erat, possederit. An autem extraneus possit præscribere tanquam liberum siue iure alaudij, dicemus in §. 68. 10. ¶ Sed quæro extra casum à nostra consuet. prohibitum, * quantum temporis requiratur ad præscribendum in feudalibus? Et videtur quòd requirantur triginta anni, siue in ex parte præscribentis de nouo in feudum seruiens contra dominum, text. in *d. q. si quis per* 30. *ff. de fen. defunct. conten. si inter do. & agna.* siue ex parte præscribentis de nouo directum dominiũ & ius feudi dominantis contra alium in re aliena & libera. vt tenent Bar. in *l. solent. q.* 1. *D. de offic. proconf. & legat. in l. cum de in rem verf. D. de vsur.* And. de Batu. Bart. Ange. Ioan. de Plat. in *l. litibus. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Anthon. But. in *c. peruenit. de cenſib.* Cyn. Bal. Iaſo. in *l. ſi certis annis. col. ff. C. de pact. in l.* 2. *col.* 52. *num.* 138. *C. de iure emphy. & Iuſti. de actt.* §. *præiudiciales. col. pen. num.* 60. & rationem reddunt, quoniam agitur de mutatione status & subiectione personæ. & sic volunt non sufficere longum tempus etiam cum titulo per *l. cum ſatis. C. de*

* Quo ipſo præſcribitur in feudalib.

agricol. & cenſit lib. 11. Ex quo ſequitur quod etiam probatio veri & iuſti tituli cum poſſeſſione decem annorum inter præſentes, aut viginti inter abſentes, non ſufficeret vt quis præſcripſerit fundum alienum à ſe teneri in feudum. Similiter videntur requiri triginta anni ſi ageretur de præſcribendo per tertium, vel extraneum in feudo iam formato, ſiue velit præſcribere contra patronum, ſiue contra clientem, ſiue contra vtrumque, ſiue in qualitate feudi, vel alia, *per.* §. *preterea in cap.* 1. *de cap. Conrad. iuncto.* §. *porro. quali. olim feu. poter. alie. in vſib. feu. glo.* Nico. de Neapo. Bald. Alu. Præpo. in *d.* §. *preterea.* Et quòd in feudalibus ſit ſpeciale vt indiſtinctè non præſcribatur minori tempore quàm triginta annis contra priuatum, vel quadraginta contra eccleſiam; tenet Panor. in *c. ad audientiam, col. pen. de præſcrip.* Deci. Tholo. *qu.* 396. & ibi Auffre. in *addit. Philip. Deci. conſ.* 144 *col.* 2. *nu.* 3. Franc. Bal. in *tract. de præſcrip. in* 4. *part.* 4. *partis princip. in* 12. *qu. princip. per to.* Sed iſta poſſent procedere in terminis conſuetudinis Inſubrium compilatę per Obertum quę non habet vim legis in hoc regno, in quo feuda patrimoniorum iure cenſentur, & iure communi regulantur, niſi inquantum aliter per conſuetudinem ſui cuiuſque loci diſponitur, vt ꝫ. diximus ad *fin. rub.* Et ſic concludo extra caſum huius §. indiſtinctè locum eſſe præſcriptioni iuris communis, vnde patronus & cliens ad inuicem poſſunt præſcribere in nouum feudum, vel augmentum veteris feudi præſcribendo decem annis inter præſentes aut viginti inter abſentes cum titulo iuſto & vero, vel putatur cum iuſto errore facti, & bona fide, vel ſine titulo per triginta annos: tamen ſemper cum bona fide, quicquid dixerit Bald. in d. §. *ſi quis per triginta annos*: cuius opinio latius confutabitur ꝫ. *tit.* 4. §. 69. Nec obſtat quòd vbi agitur de mutatione ſtatus & ſubiectione perſonę non ſufficit tempus minus triginta annis per d. l. cum ſatis. quia in feudis noſtris non perſonę propriè, ſed res ſubijciuntur & afficiuntur, vt diximus. ā. §. 1. *glo.* 5. *in princ.*

11. ¶ Et aduerte ſecundum Bal. Aluaro. & omnes in d. §. *ſi quis per triginta.* Alex. in *conſi.* 169. *viſo themate. col.* 2. *lib.* 2. *conſi.* 113. *viſo, & diligenter. col. fi. lib.* 4. Franc. Bald. in d. *loco q.* 1. & dixi in *tract. de commercio & vſura q.* 20. *nu.* 205. Requiritur* quod toto tempore præſcriptionis poſſeſſio fuerit formis, vt more cęterorum loquar, id eſt in hac forma & qualitate. non enim ſufficit ſimpliciter probare rem feudalę poſſeſſam per vaſallum, quia in dubio præſumitur poſſeſſa pro ſuo vt pulchrè not. Alex. in *conſil.* 136. *viſo & examinato. col.* 3. *lib.* 1. *per text. optimum. in l. filius fa.* §. *dinus. ver. Idem princeps. in fi. D. de leg.* 1. Sed etiam neceſſe eſt probare poſſeſſam fuiſſe formaliter tanquam feudalem, & tanquam à vaſallo, & etiam ſeruitia fuiſſe præſtita vel alios actus tanquam per vaſallum, ratione talis rei, tanquam feudalis. ſufficit tamen ſemel clientelare obſequium eſſe exactum, vel præſtitum, ratione rei præſcribendæ, deinde tempus longum vel longiſſimum eſſe lapſum, quia ſucceſſiuè* præſumitur poſſeſſio continuata in eadem qualitate per not. in *ca. cum Sutrina. de cau. poſſeſ. & propri. in ca. cum de beneficio. de præben. in* 6. Et huiuſmodi præſcriptio quæ fit ad feudum conſtituendum vel augendum reciproca eſt, & neceſſariè operatur, & acquirit, ex parte vtriuſque extremi, videlicet patroni & clientis, vt tradunt Bal. Præpo. in d. §. *ſi quis per* 30. Fran. Bal. in loco præallegato. 12. ¶ Et multo fortius procedit præſcriptio reſpectu tertij, vt ſi Titius poſſederit feudum Sempronij veri vaſalli, vtrum patronum recognoſcendo, & alia clientelaria munia ſubeundo longo tempore cum titulo effectus eſt verus vaſallus, & acquiſiuit vtile dominium, & omne ius clientelæ excluſo Titio, & ita expreſſe tenet Signora. de homed. *conſ.* 10. *in fi.* & ſentit. 10. Fabr. *Inſtit. de iure perſo.* §. *pen. col fi.* Plus dico quòd etiam ſi Titius interim patronum nullomodo recognouerit, nihilominus poſſidendo fundum bona fide tanquam ſuum præſcripſit, & acquiſiuit omne ius quod competebat vaſallo, etiam ignorante vel diſſentiente patrono, qui tenebitur deinceps iſtum qui præſcripſit admittere in verum vaſallum quicquid dixerit Hoſti. in d. *c. ad audientiam.* cuius opinio reprobatur ibi per Panor. *col. pen.* Feli. *col.* 6. quos refert. & ſequitur Franc. Cur. Iunior. *conſ.* 177. *nu.* 8. & pulchrè per Ludo. Rom. in *conſ.* 166. *viſa diligenter. col.* 5. *verſ. ſecundo per text.* & ratio eſt, quia omne ius patroni remanet intactum, & nihil præſcribitur contra ipſum, ſed ſolum contra vaſallum. Ideo non attenditur ignorantia vel diſſenſus patroni, cui non præiudicatur per hanc ſimplicem mutationem vaſalli, quòd etiam vult gloſſ. in d. *cap. ad audientiam in ver. principaliter.* Idem ſi non patronus à vaſallo alieno clientelaria iura exegerit & poſſederit, vel quaſi, quia verum patronum non poſſidentem excludit, directum dominium, & omne ius feudi dominantis acquirit. Et quod in ſimplicibus dicimus, æque procedit in miſtis ſiue duplicibus præſcriptionibus, vt ſi non vaſallus poſſederit feudum alienum recognoſcendo à non patrono, qui tamen fuerit in poſſeſſione, vel quaſi patronatus, vt eodem actu, & tempore, currat duplex præſcriptio. Nec prædictis obſtat quod contrarium conſuluiſſe videtur Alex. *conſil.* 169. *nu.* 4. *cum ſeq. lib.* 2. quia vt ibi dixi loquitur in terminis conſuetudinis veteris Inſubriæ ſecundum quam feudum non poteſt à tertio acquiri ſine conſenſu patroni. Nos autem loquimur in terminis conſuetudinis quæ fere vbique inualuit, vt ſaluo iure patroni feudum liberè poſſit transferri in alium, & ſic per eum præſcribi etiam patrono ignorante, quia feudum non dicitur præſcribi, ſed transferri in alium, vt in ſimili loquitur Panor. in *c. irrefragabili. ſuper glo.* 2. *de offic. ordinar.*

13. Ex quibus patet altera limitatio, ſeu verius declaratio ad text. noſtrum, vt non procedat reſpectu tertij. Sed duntaxat in caſu in quo loquitur videlicet inter iſtos duos correlatiuos, patronum & clientem, & in re in qua inter eoſdem conſiſtit mutua correlatio nexus clientelaris. Vnde abſurdè nimis locutus eſt Pyrrhus* in *conſue. Aurel.* §. 11. *eod. tit.* vbi cenſet illum text. poſſe intelligi in duobus vaſallis mutuis ratione diuerſorum feudorum, vt ſicut ad inuicem agere poſſunt, ita ad invicem præſcribere, ob æqualitatem, & ſic vult quod hoc caſu alter contra alterum poterit præſcribere directum vel vtile dominium feudale, & omne ius feudalitatis & feudi in totum, vel in parte, quod eſt falſum, & contra tex. §. 10. *eo. tit.* conſu. Aurel. quæ eſt conformis noſtræ. non tamen negauerim quin ille §. 11. loquēs in duobus dominis directis, æquè habeat locum in duobus vaſallis & vtilibus dominis, ceſſante videlicet correlatione mutua nexus feudalis, quæ eſt ſola & præciſa ratio prohibitæ præſcriptionis. vnde verus ſenſus d §. 11 eſt quod duo patroni, ſiue duo domini directi eiuſdem feudi, poſſunt alter contra alterum, ſolidum feudū ſiue ſolidum directum ius & dominium feudale præſcribendo acquirere. Ratio, quia hoc caſu non præſcribit patronus contra vaſallum, nec econuerſo. Et eadem ratione idem dicendum de duobus vaſallis, ſiue dominis vtilibus feudi, vt alter contra alterum poſſit præſcribere, vt ſit ſolus vaſallus & vtilis dominus inſolidum, quoniam plures patroni inter ſe, & ſimiliter plures vaſalli inter ſe, nullam habent correlationem nexus clientelaris, quæ ſolum cadit inter propria ſua extrema correlatiuè oppoſita, quæ ſunt patronus & cliens, vnde vbicunque huiuſmodi correlatiua oppoſitio reperitur, ſiue ſit ſimplex, vt inter patronum & clientem ratione vnius feudi tantum, ſiue ſit mutua & reciproca, vt inter duos qui ſint ſibi inuicem patronus & cliens ratione diuerſorum feudorum, nunquam habebit locū præſcriptio, alioquin liberè præſcribitur. Et ita debet intelligi noſtra conſuetudo, ſimiliter & Aurelianenſis, & cæteræ conſuetudines huius regni, quæ in hoc conformantur. Non omittam dum recolo, ne quis fortè

* Poſſeſſio debet eſſe formis ſiue qualificata. Et in dubio præſumitur pro iure.

* Præſumitur continuatio eiuſdem qualitatis.

* Verus intellectus §. 11. in conſu. Aurel. ibi.

decipiatur, alium errorem Pyrrhi, in d. §. 11. *in fi.* dum dicit illum text. debere intelligi de præscriptione longiſſimi temporis, quod eſt falſum, quia per ea quæ nuper diximus, debet ſimpliciter intelligi de quacunque præſcriptione, aliàs de iure communi conceſſa, ſicut in rebus patrimonialibus. Hos autem lapſus accidiſſe Pyrrho exiſtimauerim non ex defectu iuris peritiæ & ingenij, in queis plurimum valuit, ſed quòd eius rei profeſſionem ſuſceperit, in qua nunquam fuerat verſatus, nec exercitatus.

14. TERTIO, limito text. noſtrum, & hæc eſt ſola propria & adæquata limitatio, cæteræ potiùs ſint declarationes, vt* non procedat in præſcriptione centum annorum, ſiue temporis immemorialis, ſiquidem huiuſmodi præſcriptio habet vim conſtituti vulg. *l. hoc iure. §. ductus aquæ. D. de aqu. quotid. & æſti.* vnde nunquam cenſetur excluſa, etiam per legem prohibitiuam, & per vniuerſalia negatiua & geminata verba, omnem quamcunque præſcriptionem excludentia, vt latè tenent Franc. Ripa. in *l. quominus. nu.* 100. *D. de flumi.* Phil. Dec. *conſi.* 496. *nu.* 10. & planè tradam ſ. *tit.* 6. §. 8. vbi meliùs quadrabit. Et ita quòd ſpatio centum annorum vaſallus preſcribat omne ius feudi contra patronum, apertè ſentit conſuetudo Aurelianenſis. *eo. tit.* §. 80. vbi per inueſtituram centum annos excedentem, non probatur nunc eſſe feudum: & hoc quia medio tempore potuit præſcribi. Cæterùm quamcunq; aliam præſcriptionem nedum longi, ſiue etiam longiſſimi tẽporis, etiam duplicati, vel triplicati, vt ſexaginta vel nonaginta annorum, ſublatam puto per conſuetudinem, in caſu noſtro, vt nequeat vaſallus contra patronum, vel è diuerſo preſcriptione aliqua propria vti in re feudali contra conſtitutionem feudi, de qua conſtat, aliud ſi preſcriptum eſſet tertium.

* Præſcriptio temporis immemorialis nunquã cenſetur excluſa.

Nec obſtat quòd ſublata preſcriptione per legem vel ſtatutum, in dubio ſaltem in realibus ſolum ſublata intelligitur preſcriptio longi temporis, decem vel viginti annorum, non autem preſcriptio longiſſimi temporis triginta, vel ſaltem quadraginta annorum, vt tenent gloſſ. & omnes feudiſtæ, excepto ſolo Andr. de Iſer *ibi in c. 1. §. præterea dec.* Corrad. *in vſib. feu.* Io. And. in *addi.* Speci. *tit. de feu. in rubr.* Panor. *c. fi. col. 6. n. 35. ver. quid ſi ſtatuta vel conſuet. de præſc.* Iaſo. in *l. 1. col. 8. nu. 43. C. de ſer. fugiti.* Franc. Bald. in *tract. præſcri. in 5. par. 5. partis qu. 9.* quia iſtorum ſententia fundatur ſolùm in duobus; primò, in *l. omnes C. de præſcri. 33. vel 40. anno.* ſecundò in illo vulgato, ſufficere nouam legem, vel ſtatutum aliquid de nouo operari, cæterum debere reſtringi, vt minùs corrigat ius commune quàm fieri poſſit. Ad quæ paucis reſpondeo, quòd conſuetudo noſtra clarè & geminatè excludit preſcriptionem inter patronum & clientem, & ſic non indigemus ſuppletione. d. *l. omnes.* nec debemus in hoc recurrere ad ius commune Romanorum, quum nulla æquitas hoc exigat. Tum ex ipſa ſerie text. ſ. §. 69 qui immediatè & continuatiuè ſequitur. §. 68 precedentem, vbi ſtatuitur preſcriptio triginta annorum longiſſimi temporis, ſatis apparet quòd *in* §. 69 ſequenti, vbi ſimpliciter prohibetur preſcriptio in caſu noſtro, intelligitur etiam de preſcriptione longiſſimi temporis Et eadem ratione de quacunque preſcriptione minori centenaria, quum ſit eadem ratio Tum conſuetudo noſtra eſt prohibitiua & negatiua, etiam ad principium acquiſitionis & preſcriptionis, ergo ex quo nunquam poteſt patronus vel clients incipere preſcribere, ſequitur non poſſe dari locum alicui, etiam longiſſimæ preſcriptioni. Non autem prohibet conſuetudo aliter ſuper feudo diſponi per contractum, vel teſtamentum, inter patronum & clientem, ſine præiudicio ſuperioris, aut alterius. Vnde non excluditur preſcriptio centenaria, quæ habet vim conſtituti & veri tituli, vt dictum eſt.

15. Hanc limitationem ſublimita, vt procedat, quando* patronus feudum vel partem feudi poſſedit centum annis, non tanquam patronus nec iure feudali, ſed iure proprio, tanquam rem ſui domanij, & non feudalẽ: Secus ſi tanquam rem feudalem iure dominico & feudali poſſederit, puta ob carentiã vaſalli, vel non præſtationem catalogi prehenſam, & ad manũ ſuam redactam. Quandiu enim ex hac cauſa, & in hac qualitate poſſidet, etiam per ſpatium mille annorum, nunquam præſcribit, quia tandiu continuè ſe patronum eſſe, & rem feudalem ad futurum vaſallum quandocunq; iuſta offerentem reuerſuram recognoſcit, ſicut in ſimili emphyteuta colonus, creditor hypothecarius, quãdiu in illa qualitate poſſident, vel detinent, etiam ſi nihil ſoluant, nec aliter recognoſcant, nullo tempore præſcribunt, nec vnquam incipiunt præſcribere, niſi à die qua poſſeſſione priori interuerſa cœperint pro ſuo poſſidere. *l. malè agitur. l. cum notiſſimi. §. eodem iure.* & ibi per omnes ſcrib. *C. de præſcri. 30. vel 40. annor.* & pulchrè Iaſ. in *l. 2. col. 52. nu. 159. C. de iure emphyteu.* dixi in tract. commercio. & vſuræ. *qu. 61. nu.* 409. Vnde ſi patronus & ſui prædeceſſores quietè & continuè poſſederunt feudum vltra centum annos: ſi ſucceſſor quantũmcunque mediatus antiqui vaſalli iuſta offerẽs petens renouationem inueſtituræ, probet iſtud feudum quondam vltra centũ annos fuiſſe prehenſum ob carentiam vaſalli, per prædeceſſorem poſſeſſoris, obtinebit, nec proderit poſſeſſori allegare poſſeſſionem ſiue præſcriptionem etiam plus quàm centenariam, quia præſumitur habita & continuata in eadem cauſa & qualitate in qua cœpit & maximè quum non poſſit aliquis ex ſola animi ſui deſtinatione* mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, ſed ad hoc requiratur cauſa iuſta, vera, vel putatiua extrinſecùs ſuperueniens. *l. non ſolum. §. quod vulgo. D. de vſucap. l. cum nemo. C. de acquiren. & reti. poſſeſſ.* Et quòd in dubio præſumatur poſſeſſio continuata, & non interuerſa, etiam ſi diu nihil factum nec præſtitum fuerit, decidit Bald. in *l. Pomponius. per illum tex. D. quibus mod. vſufruct. amit.* & ſequitur Soci. in *conſ.* 109. *libenti animo. nu.* 3. *li.* 3. Tenebitur igitur reus poſſidens hoc caſu probare anno centeſimo ante huiuſmodi controuerſiam motã vel vlterius, denegatam fuiſſe inueſtituram, & reſtitutionem feudi prędeceſſori actoris. Ex eo quòd non eſſet feudum, vel quòd propter ingratitudinẽ ſiue feloniam cecidiſſet in commiſſum, aut aliàs, taliter quòd appareat ante centum annos poſſeſſionem illam feudatariam, ſine iure & poteſtate feudali obtentam, interuerſam, & incœptum eſſe rem poſſideri pleno & proprio iure poſſidentis tanquam non feudalem. Ex his patet parum iudicij habuiſſe Chaſſa. in *conſuetud. Burg. eo. ti. §. 1. gl. 4. col. fi.* dum prolixè argumentatus decidit vaſallum qui tenuit feudum per triginta annos non petita renouatione, nec exhibita fidelitate præſcripſiſſe contra dominum, ita vt non poſſit dominus poſt dictos triginta annos ponere feudum in manibus ſuis, & facere fructus ſuos, quod eſt ſimpliciter falſum, tam de iure communi, quam de conſuetudine per prædicta & contra vulg. doct. omnium in d. *l. male agitur.*

iure feudali poſſidens etiã mille annis non præſcribit.

16. QVARTO limito, vt procedat quo ad ipſum corpus feudi, & iura illius perpetua, & immobilium vicem habentia, ſed momentanea* iura, ſiue, (vt vulgo dicunt) deueria, puta releuamenta & ſimilia, benè præſcribuntur per clientem contra patronum laicum ſpatio 30. annorum, vel 40 ſi patrona ſit eccleſia, ſicut cæteræ actiones perſonales: & contra regem & fiſcum ipſum regium ſpatio triginta annorum, quia fiſcus iure communi vtitur. *l. 1. C. de petitio. hæredit.* & ita ſæpe vidi per primores togati noſtri ordinis teneri & concludi. Et ratio, quia huiuſmodi iura non ſunt feudum, nec pars feudi: ſed ſunt ſicut fructus à ſolo ſeparati, qui non ſunt pars fundi, ſed proprietas ſeparata, vt diximus ſ. §. 1. *gloſſ. 1. quæſt. 3. ad fi.* vnde hæc limitatio intelligitur de præteritis, quorum dies ceſſit & venit, non autem de futuris, quia tunc ipſum ius obligationis, & ſeruitutis illorum iurium præſcriberetur, quod non

* Non poteſt quis ſibi ipſi mutare cauſã poſſeſſionis.

* Præterita iura (vulgo *deuria*) præſcribuntur.

* Patronus

poteſt fieri, quum ſit pars feudi. & ita in ſimili decidunt. gloſſ. Cyn. Alber. Bart. Bald. in *l. male agitur col. 2. C. præſcrip.* 30. *vel* 40. *anno.* & expreſſe Nico. Boer. in *conſu. Bitur. tit. præſcri.* §. 3. Et iſtud procedit etiam ex parte patroni: ſi quod enim releuamentum, vel aliud indebitum exegerit à vaſallo, præſcribit conditionem ſiue repetitionem receptorum in præteritum. Sed non poterit præſcribere ius ipſum recipiendi vel exigendi aliquid in futurum ratione feudi, quod non ſit debitum per conſuetudinem, vel quod per conſtitutionem feudi appareat indebitum. Vnde ſi appareat ex originali conceſſione feudi, vel alio iuſto titulo ex ſpeciali pacto feudum eſſe vel fuiſſe liberum à releuamentis etiam ſi poſtea patronus probet ſe exegiſſe releuamenta contingentia per ſpatium 30. 40. vel 80. annorum, puto quòd non prodeſt ſibi pro futuro tempore; ſed quod etiam tenebitur reſtituere quæ percepit à triginta annis citra, nec proderit nuda & ſimplex præſcriptio, niſi eſſet centenaria, vt ſi oſtenderet ſuos prædeceſſores illud percepiſſe centeſimo anno retro, & ex tunc in quaſi poſſeſſione illius iuris fuiſſe, tunc enim ſibi quæſitum eſſet illud ius, non obſtante quòd per vetera inſtrumenta centum, ducentum, vel trecentum fortè annorum, clarè probaretur de immunitate feudi: quia ex ſubſecuti tanti temporis vſu & patientia præſumitur, id oneris legitimè fuiſſe impoſitum.

17. QVINTO limito, vt procedat quando conſtat de veritate ſubſtantiæ, aut conditionis feudi, cui præſcriptio aduerſatur; tunc enim non prævalet præſcriptio, ſaltem minor centenaria, ſed ſtatur veritati. Secus quando non conſtat clarè & certò de contraria veritate. Ratio, quia præſcriptio propriè eſt acquiſitio dominij alieni, vel iuris in re aliena per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, ita finit iuriſcon. in *l. 3. D. de vſucapi.* vnde non poteſt dici alter contra alterum præſcribere, niſi vbi conſtat vſurpari alienum vel indebitum. Et tunc eſt locus huic textui qui ſtrictè & propriè debet accipi, alioqui ceſſat diſpoſitio huius §. & ſufficiet ad victoriam etiam in petitorio, poſſeſſio vel quaſi per tempus ad præſcriptionem de iure communi ſufficiens continuata, non * tam vi præſcriptionis, quàm vi præſumptionis, & ceſſantis diſpoſitionis huius §. eo ipſo quod non probatur veritas oppoſita: poſſeſſio tamen vel quaſi minoris temporis non ſufficeret ad obtinendum in petitorio, ſed ſolum in ſimplici poſſeſſorio: & in hac materia intelligo tempus ſufficiens ad minus triginta annorum, vt dixi §. §. 5. *nu.* 62. Exempli gratiâ, ſi patronus prætendat ſuper feudo aliquod onus extraordinarium, præter communem naturam & conſuetudinem, puta releuamenta in omni mutatione, & apertura feudi more Vulquecini, cui ſubeſſe feudum contendit, nec apparet per inueſtituras qualis fuerit: & ſit conditio feudi ſuper hoc, probat tamen patronus ſe & prædeceſſores ſuos releuamenta percepiſſe in qualibet mutatione, etiam lineæ directæ à quadraginta vel triginta annis & citra hoc ſufficiet ad victoriam, etiam agenti petitorio. Sed ſi probaret quaſi poſſeſſionem minoris temporis, puto, quòd poſſet obtinere & tueri in poſſeſſorio. Verum in petitorio, nedum agēs, ſed etiam defendens, vaſallo negatoria agente ſuccumbet, & condemnabitur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, à tempore litis conteſtatę in * petitorio: abſorbente poſſeſſorium pro tempore futuro iuxta no. in *cap. cum ſuper. de cau. poſſeſſ. & propri.* At ſi plenè conſtaret ſemel, quantumuis antiquo tempore, iſtud feudum fuiſſe liberum ab hac ſeruitute & conditione Vulquecini, vel alia prætenſa, nullius temporis poſſeſſio, vel quaſi prodeſſet patrono, niſi centenaria. Et ita intelligo conſuetudinem noſtram, vt excludat ſoltim meram & puram præſcriptionem ſtrictè & propriè ſumptam: quando ſcilicet apparet de contraria veritate, non autem vt excludat præſumptionem reſultantem ex præſcriptione, ſiue præſcriptionem cum allegatione tituli, quando non conſtat de contrario.

18. Et his ſcriptis reperi dom. Andr. de Iſern. idem omnino in ſimili decidentem in ſua peregri. ſuper conſtit. Neapo. incip. *ſi dubitatio. col. 2. & col. fi.* & ſuper conſtit. incip. *quadragenalem. in fi.* vbi dicit, quod conſtitutio Neapol. remouens præſcriptionem contra fiſcum, intelligitur quando poſſeſſor innititur tantum præſcriptioni, & confitetur defectum tituli, vel de defectu conſtat: non autem quando innititur donationi, ſeu inueſtituræ, aut alio iuſto titulo, quem probat per præſcriptionem triginta annorum, tunc ſufficit & præſumitur contractum præceſſiſſe per no. in *ſimili per glo. magnam. in fi. & doc. in l. 2. C. de iure emphyt.* & expreſſe in feudo per Alex. *conſi.* 136. *viſo & examinato col. 1. & 3 lib. primo*, & ſic dicta conſtitutio non remouet donationes & inueſtituras præſumptas ex diuturnitate poſſeſſionis & præſtationis cenſus vel ſeruitij. Idem latè comprobat Matth. de Afflict. in *dict. conſtit. quadragenalem. column. 2. ſub titu. præſcrip.* vbi notab. in fortioribus terminis decidit, quòd quamuis contra regium fiſcum, in bonis incorporatis fiſco & de domanio, nulla currat præſcriptio niſi centum annorum: tamen ſi fiſcus agat. contra tenentem feudum dicens illud ad ſe pertinere, quia tenens nullum habet titulum, conuentus poteſt ſe defendere, dicendo patrem ſuum vel eius prædeceſſorem fuiſſe inueſtitum per regem, & probando ſe cum auctore ſuo poſſediſſe dictum feudum annis triginta, continuatis temporibus, & præſtitiſſe ſeruitium regiæ curiæ quando fuit indictum, quia iſta defenſio non conſiſtit in præſcriptione, ſed in præſumpta inueſtitura, quæ præſumitur præceſſiſſe, ex continuata poſſeſſione triginta annorum, cum præſtatione ſeruitij. Vnde* dicit poſt And. quod virtus ſtat in opponendo, vt ſi conuentus opponat ſe vel ſuos anteceſſores inueſtitos, & probet continuatam præſcriptionem triginta annorum, cum præſtatione ſeruitij, iſta non eſt oppoſitio præſcriptionis, ſed præſumptæ inueſtituræ, quæ habet locum contra fiſcum. Secus ſi opponat ſimplicem exceptionem præſcriptionis, & probat de poſſeſſione triginta annorum, cum præſtatione ſeruitij, iſta probatio nihil nocet fiſco, cui nulla obeſt præſcriptio niſi centenaria. Et ſubdit Mat. ibi, quòd ipſa doctrina fuit per ſapientes regni Siciliæ approbata & laudata Ita dicendum cenſeo de conſuetudine noſtra, nec video melius aut conformius quicquam adduci poſſe.

19. VLTERIVS ad ampliorem declarationem & praxim præcedentium quæro, Titius poſſedit fundum Sempronij per decem annos inter præſentes tanquam feudum, & tanquam vaſallus Sempronij, & ei clientelaria obſequia exhibuit & obuenientia iura ſoluit: poſtea Sempronius cognoſcens illud feudum eſſe ſibi proprium & de ſuo domanio vendicat, & probat de pleno dominio; Titius excipit ſe fuiſſe debitè inueſtitum vel infeudatum de illo fundo in feudum, à Sempronio vel eius prædeceſſore, non tamen oſtendit, nec probat titulum allegatum primæ & diſpoſitiuæ inueſtituræ vel infeudationis, ſed ad hoc probandum allegat & probat, ſe ſciente & patiente Sempronio poſſediſſe per decem annos continuos inter præſentes firmiter tanquam feudum, & tanquam vaſallum, ſeque obſequia & iura feudalia præſtitiſſe Sempronio tanquam patrono, & ſe habitum & tractatum ab eo tanquam verum vaſallum: an ſufficiat? & videtur quòd ſic. Primò, per diſpoſitionem iuris communis. text. in *l. ſi certis annis. C. de pact. in l. cum de in rem verſo. D. de vſur.* vbi * probata præſtatione decennali, ſi allegatur titulus illi præſtationi conformis, præſumitur præceſſiſſe abſque alia probatione, etiam ad obligandum ad præſtandum in futurum, etiam in materia odioſa, qualis eſt obligatio fortis, continuatio vſurarum, quod procedit etiam

* Hic §. excludens præſcriptionem non excludit præſumptionem.

a Petitorium abſorbet poſſeſſorium.

b No. prim

c Præſtatio decennalis.

zed by Google

dit etiam in rusticis subiectis præstantibus dominis suis aliqua seruitia per decem annos, vt expressè tenet Bart. in *l. litibus, de agric. & censit.* per illum text. *lib.* 11. *C.* Bald. in *d. l. certis annis col. pen. ver. iuxta hoc.* & ibi Ias. *col. pen.* Anth. But. in *c. significauit de censi.* Paul. de Cast. in *consi.* 51. *in causa spectabilium. col. fi. lib.* 2. Alexand. in *consi.* 124. *super primo. col.* 1. *lib.* 4. Et in terminis quòd hoc casu præsumatur titulus inuestituræ, tenet Bart in *d. l. litibus.* & quod in vasallo ad præscribendum feudum contra patronum, & probandam infeudationem sufficiat longum tempus, & quod habeat locum. *l. cum de in rem verso*, ad commodum vasalli sentit Bar. in *d. l. cum de in rem verso. in fi.* tenet Alex. *cons.* 113. *nu.* 11. *col vlt. lib.* 4. *cons.* 124 *nu.* 3 9. *lib.* 5. Idem in emphyteuta Bal. *l.* 1. *C. de fideicom. & in vtroq;* Iaso. in *d. l. si certis annis. col. pen. nu.* 9. & in *d. l.* 2. *col.* 52. *C. de iure emphyt.* quamvis in dictis locis teneat quòd non habeat locum contra vasallum, nisi lapsis triginta annis, ex eo quod agatur de mutatione status personæ, vt 5. allegatum est.

20. SECVNDO probatur per iura feudorum etiam in longè fortioribus terminis, quia si dominus venditet fundum, negando feudum & inuestituram: contra vasallus alleget se debitè inuestitum fuisse, nec tamen appareat de aliqua inuestitura: vasallus autem possidebat, tunc aut possessio sua est longa, & statur iuramento suo de inuestitura & infeudatione non facta distinctione de scientia & ignorantia domini, nec tenetur vasallus ad aliud quàm ad probationem longæ possessionis, & iuramentum. tex. est in *cap. vnico in fi. de consuet. rec. feud.* Aut verò possessio vasalli est recens, vel etiam vnius anni tantum. Et tunc si probat per annum ad minus in possessione feudi permansisse, sciente domino, & non contradicente, stabitur suo iuramento, de infeudatione & inuestitura per eum allegata. tex. in *c. vni. in fi. si de inuestit. int. do. & vasal. lis oriat. in vsib. feud.* Quanto magis vtroque simul concurrente, videlicet probatione possessionis decennalis & probatione scientiæ & patientiæ domini, & vltra probatis actibus reciprocis solis patrono & clienti conuenientibus, præsumi debet legitima inuestitura, & infeudatio præcessisse, saltem super hoc, iuramentum deferendum est vasallo reo & possessori. Tertiò per consuetudinem nostram, quæ in feudalibus solum excludit præscriptionem feudo constituto derogantem, non autem impedit feudum præscriptione iuris communis acquiri, & constitui, vt interpretati sumus.

21. ¶ His tamen non obstantibus dico inuestituram siue infeudationem non præsumi, nec super hoc iuramento Titij stãdum contra dominum probantem de suo vel prædecessorum pleno dominio. Ratio. quia in realibus. vbi agitur de præscriptione dominij rei solius, non sufficit probatio continua longæ possessionis sciente & patiente domino, sed requiritur probatio tituli. text. in *l. diuina. l. nec petentem. C. de præscript. longi tempo.* Nec sufficit quòd error domini agentis, causam longæ possessionis reo sine vero titulo præstiterit, vt est pulcher. text. in *d. l. nec petentem.* Igitur ita dicendum in proposito, quum agitur de præscribendo dominio. Non obstat * *d. l. cum de in rem verso.* Tum primò, quòd loquatur in personalibus obligationibus vnde non debet extendi ad realia & præscriptiones dominiorum, alioqui confunderetur omnis ferè materia præscriptionum. requirentium probationem tituli, quando fuit possessum minus triginta annis, vel possessionem totorum triginta annorum quando non probatur de titulo. Tum secundò, quod loquatur contra agentem, videlicet in præscriptione quæ oritur ex proprio facto illius contra quem præscribitur, & vbi agitur de incommodo facientis, vnde non habet locum in præiudicium patientis tantum, vt ibi notat. per glos. Bart. Salic. & omnes. At in præsenti casu vasallus qui possidet, & per possessionem suam vult præscribere, plus agit quam dominus, qui tametsi in ipsa prima concessione & infeudatione gerat vicem agentis, & influentis, tamen in sequentibus renouationibus fidei & inuestituræ, quæ tanquam debitæ & necessariæ præstantur, magis habet instar patientis quàm agentis, quum nihil intendat de nouo agere aut influere; vnde præscriptio in feudum quæ fit contra eum, magis videtur fieri contra patientem, quàm contra agentem, saltem hoc constat quòd magis fundatur & consistit in facto & possessione vasalli, quàm in facto & admissione domini. Igitur contra dominum non est locus dispositioni *d. l. cum de in rem verso.* Tum tertiò, quòd illa l. requirit præstationem decennalem quolibet anno per se & separatim factam esse, & hoc debet probari, nec sufficeret probare solutum pro pluribus annis simul; vt tenent omnes doct. ibi. *& in d. l. si certis annis.* At in casu proposito non fuit facta recognitio seu renouatio feudi singulo quoque anno illius decennij, sed fortè semel tantum.

22. Tum quartò, quòd dicta l. loquitur quando allegatur titulus onerosus, & probatur continuata præscriptio conformis illi titulo per decem annos: non autem habet locum si prætenderetur titulus lucratiuus, quia tunc allegans haberet præsumptionem iuris contra se, quòd nemo præsumitur donare vel iactare suum. *l. cum de indebito. D. de proba.* vnde ad præsumendum talem titulum præcessisse, non sufficeret simplex præscriptio, de qua in *d. l. cum de in rem verso*, vt decidit Bal. in *l. fi. C. ne de sta. defunc.* & idem Io. Maria Riminal. *col. vlt.* & ibi Ias in *d. l. si certis annis. in vlt. fallen.* Sed * allegare infeudationem est allegare donationem & causam lucratiuam, & liberalem, à qua tanquam à præponderante, feudum iudicatur secundum Bald. in *prælud. feud. col. 6. versic pro intellectu horum. & in c. 1. ad fin. de no. for. fid.* vbi Aluar. Præpo. & omnes scrib. in *vsib. feud. per l. quæritur. D. de sta. bo. l. Titius puerum. D. de obseq. liber.* Iacobi. in *inuestit. feud. in ver. præsen. & recipi. col.* 1. Igitur d. l non facit ad propositum, vt valde delirauit Iason ausus dictam l. extendere ad præscriptionem feudi contra dominum. An autem rectè senserit idem Ias. extendens ad præscriptionem emphyteusis contra dominum, dicam alibi in loco opportuno. Non obstant d. iura feudorum, quia sunt consuetudines locales, quæ nullam vim habent extra locum suum. Ita respondet Andr. Iser. in sua peregri. super constit Neapol. *constit. quadragenalem ad fin.* vbi concludit quòd requiruntur triginta vel quadraginta anni, ad hoc vt aliquis possidendo rem alterius velut infeudatam, & tanquam eius vasallus, eadem seruitia feudalia exhibendo præscribat in feudum, non oftenso titulo concessionis feudi.

23. ¶ Et hæc veritas. Et ita in simili decidit Bartol. in *l. comperit. C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *anno.* Bald. in *l. male agitur. ad fin. eod. tit.* in emphyteuta, vt soluendo canonem singulis annis per triginta vel quadraginta annos, illi qui erat pleno iure dominus, præscribat aduersus eum vtile dominium, & omne ius emphyteuticarium acquirat, licet nulla vnquam præcesserit concessio in emphyteusim. Et sic manifestè sentiunt quòd mutuę prestationes & recognitiones non habent vim tituli & concessionis ad inducendum conditionem prescribendi longo tempore: & quòd tanquam cessante omni titulo requiritur ad minus spatium triginta annorum Et est verissimum. Et sequitur Franc. Balb. in tract. *de præscri. in 4. part. 4. partis princ. quæst.* 9. vbi tamen difficultates istas non ingreditur, nec materię fundamenta aperit, ex quibus insignis repetitio (in quam hęc olim meditatus eram) oriri posset. Et idem dico econuerso respectu patroni, vt requiratur & sufficiat continuata possessio triginta annorum ad hoc, vt ciuiliter possidendo

* Feudum est titulus lucratiuus.

* Explicatio *l. cum de in rem verso. & l. si certis an.*

liberum feudum alterius, tanquam feudum à se profectum, & in eo, vel in verum dominum & possessorem, tanquam vasallum suum, iura dominicalia & feudalia exercendo præscribat dominium directum, & iura patronatus, non docto de titulo acquisitionis directi dominij & iurispatronatus in illa re, quæ postea detegitur fuisse purè aliena, & ab hac conditione libera; docendo verò de iusto titulo sufficit saltem in locis vbi feuda patrimoniorum iure censentur, ad institutionem noui feudi, vel augmentum veteris per præscriptionem, spatium longissimi temporis tam ex parte patroni, quàm ex parte vasalli, vt diximus. Quis autem sit titulus quo res libera efficitur, feudalis, & sub iure patronatus alterius, satis liquet ex plenè deductis. 3. §. 1. *gloss. 5. num.* 21. Hæc iam videntur satis clara. 24. ¶ Sed ad vberiorem declarationem, & vt appareat quantum difficultatis lateat in multis, quæ pauca respiciendo plana & perspicua videntur, oppono, contra solutionem huius quæstionis, & probo quòd Titius verè præscripserit. Cùm enim ex hypothesi præstita à se obsequia, & per Sempronium admissa probauerit, siue per instrumentum agnitionis fidei & renouationis inuestituræ, siue per testes. Igitur probauit titulum, nempe admissionem in fidem, & inuestituram renouatam, ergo exinde satis est ostendere possessionem longi temporis, & bonam fidem allegare. Ad hoc facilè respondetur quod admissio in fidem, & inuestitura, * renouatio, & similes actus, & tractatus feudalitatis, non sunt titulus feudi, sed actus executionis, exercitij & possessionis feudi, non autem sunt actus dispositiui, nec inducunt nouum feudum, nec nouam qualitatem in feudo, prout nec etiam ad hunc finem fiunt, sed vetus feudum præsupponunt: quia tamen reciprocam recognitionem & confessionem implicant, inducunt probationem inter eosdem donec contrarium probetur, vt dictum fuit. 3. §. 1. *gloss. 5. num.* 33. Titulus autem est ipse contractus feudi, & originalis concessio siue infeudatio. Et quod simplex recognitio non sit titulus expressè firmat Guid. Pap. *in dec. delphi.* 272. & sentit Paul. Castren. *cons.* 417. *in fin. lib.* 2. dicens quod per reuocationes inuestituræ non renouatur vtile dominium, sed continuatur. fac. quæ dixi in *tract. vsur. q.* 19. *nu.* 203. *supra* §. 8. *nu.* 96. Sed adhuc in idem fortius oppono.

*Renouationes non sunt titulj, sed actus possessionis.

25. Saltem Titius habet titulum putatiuum, quia putat se vel prædecessorem suum legitimè accepisse in feudum, habet iustum vel iustissimum errorem facti, patet, quia hic error sibi causatur ex facto aduersarij Sempronij, qui dixit se patronum, & asseruit Titium in suum vasallum ratione dicti feudi; & fortè primus incœpit prehendere feudum tanquam feudum sibi apertum ex defectu vasalli. Et aduenientem Titium pro vasallo in fidem suam recepit, dictúmque feudum prehensum, tanquam verum feudum restituit, nec sunt hæ iustæ causæ Titio putandi, ita esse, etiam si putet à se infeudationem incepisse, quòd si etiam à prædecessore suo feudum incepisse audiuerit, proculdubio * iustissimum facti errorem tituli putatiui habet, qui sufficit ad omnem speciem præscriptionis longi temporis, vt plenè tradunt Bar. Ioan. de Imol. in *l. Celsus. colum.* 1. *D. de vsucapi* Bald. Sali. in *l. super longi. col.* 1. 2. *C. de præscrip. longi temp.* & probant text. in *l. si existimant. D. pro soluto. l. quod vulgo. D. pro empto. in l. fina. D. pro leg. in l. si ancillam.* §. *fi. D. pro suo.* Et aduerte quòd titulus verus non potest regulariter operari ad præscriptionem contra illum à quo habetur titulus, sed solum contra tertium, quia si is à quo habetur titulus sit verè dominus, siue ipse tradat, siue acquirens alias possideat, statim transit dominium. *l. clauibus. D. de contra. empt. & vend.* Et sic cessat præscriptio. Si autem non sit dominus, sed putetur, tunc non contra ipsum, sed contra tertium verum dominum præscribitur. Titulus autem putatiuus prodest ad præscribendum, nedum contra ipsummet à quo putatur haberi titulus, si ipse sit dominus, vt est text. in *d. l. quod vulgo.* sed etiam contra tertium, si res sit aliena, & in dominio tertij, vt sunt text. in *d. l. si existimans. in prin. in d. l. fi. & in d. l. si ancillam. in fi.*

*Titulus putatiuus cum iusto errore facti quando sufficiat ad præscriptionem.

26. ¶. Quæ tria * iura necessariò intelligi debent quando res est aliena siue in dominio tertij. Et quando agitur de præscribendo contra illum tertium, non autem vt vllo modo præscribatur, vel vsucapiatur contra illum, à quo causa vel titulus haberi putatur: patet primum, quia in singulis illis tribus si tradens ex causa illa putatiua fuisset dominus, statim acquisitum fuisset dominium recipienti, & sic cessaret vsucapio, ergo necessariò intelliguntur, vt præscribatur res aliena tertij, contra ipsum tertium, non autem quod vsucapiatur res tradentis contra eundem, in tantum quòd recipiens præscribat condictionem indebiti, qua ad restitutionem rei obligatus fuit tradenti, & soluenti erronee ex causa falsa & putatiua; patet quia ipsa est actio personalis, cui non præscribitur cum titulo, nec longo tempore, sed tantum silentio triginta annorum, de qua præscriptione non loquitur, nec intelligi vllo modo possunt d. ll. Tum quia loquuntur expressè in vsucapione & acquisitione dominij, & non in acquisitione liberationis à condictione indebiti: tum quia licet condictio indebiti esset illo iure introducta, tamen contra eam * non erat prodita triginta annorum præscriptio, vtpote illo iure prorsus incognita. Ex quibus habes notare duo ad perfectum intellectum d. ll. Primum, quod in illis ll. recipiens vsucapit triennio, vel præscribit longo tempore, ex illo titulo putatiuo contra tertium. Secundum, quòd non tamen præscribit condictionem indebiti, quia obligatus est ei à quo recipit, sed etiam rem præscriptam vel vsucaptam, & sic dominium ipsum rei vnà cum possessione tenebitur perpetuo restituere. Similiter habetur in *l. si alienam in princ. & in l. qui alienam. D. de donat. cau. mort. in l. indebiti. versi. pen. D. de condic. indebiti.* vbi de hoc sunt tex. ad literam. 27. ¶ Quod autem dixi titulum putatiuum operari ad vsucapiendum, vel præscribendum, etiam contra illum à quo habetur titulus putatiuus, intelligo sanè quando aliunde quam ab illo habetur traditio & possessio rei; puta quia acquirens iam erat possessor, vel possessionem nactus est ab alio, ita intelligitur *d. l. quod vulgo*, aut saltem quando idem dominus ex causa putatiua tradens, non tradit tanquam rem suam, sed tanquam rem recipientis, quasi ipso iure, vel alias esset iam in eum translatum dominium. Et sic non habet animum illud transferendi, & ita intelligitur *dict. l. pro legato. 1. D. pro leg. vt etiam decla. gloss. magna. ibi in fi.* Alioquin quum traditione (etiam circa veritatem causæ & tituli,) erronea, animo tamen dominium transferendi facta, translatum sit dominium in recipientem, frustra de vsucapione vel præscriptione talis rei disputaretur. §. *per traditionem Instit. de rer. diui.* Sed quorsum hæc? inquiet aliquis. Respondeo ad resolutionem analyticam subtilis huius & difficilis quæstionis: quum enim hic Titius habeat iustum titulum putatiuum à vero domino, videri posset frustra disputari de præscriptione, quasi ab initio esset effectus dominus, saltem ex quo dominus prehensum fortè feudum tanquam feudum illi mancipauit, & nedum verbaliter inuestiuit, sed etiam realiter & de facto, dominicam manum suam, & omne aliud impedimentum remouendo, remque tradendo, vel restituendo, per manum suam, vel suorum, reducendo Titium in corporalem possessionem, vel consentiendo, seu permittendo Titium realiter possidere. *l. 2. C. de acquir. vel reti. poss.* Sed non est ita. Tum primò, quia vt dictum est, dominus nullum habuit animum, dominium vel aliquod nouum ius transferendi in Titium: vnde etiam si corporaliter per

*Intellectus trium regularum.

*Præscriptio 30. annorum iure Digestorum inaugurata.

se ipsum traderet, quia tamen tradit tanquam rem ipsius Titij ex causa veteri putatiua, nihil transfert. *l. 3. §. subtilius. D. de condic. sine caus.*

28. ¶ Tum secundò, quia si subtiliter attendatur per huiusmodi renouationem inuestiturę, & emancipationem etiam corporalem veteris feudi, non dicitur fieri nec permitti, traditio vel occupatio feudi, sed retentio & continuatio veteris infeudationis & primæ inuestiturę corporalis, & per huiusmodi actus, antiquus vasallus non censetur adipisci aliquam possessionem de nouo, sed veterem continuare. Secus esset de prima ipsa inuestitura, quæ fit tum primum cum concessio in feudum est facta, sed nondum fuit executa. Et ideo si verus dominus putans concessionem præcessisse, sed nullam inuestituram adhuc esse factam, seque obligatum ad illam præstandum inuestiat verbo & facto per hanc primam inuestituram (quæ * sola propria & adæquata est inuestitura, sequentes enim non sunt nisi renouationes & confirmationes ipsius inuestituræ) transit dominium vtile, & omne ius feudi sequentis in inuestitum, ratio, quia tunc inuestitor, & inuestitus, ita agunt & intendunt respectiuè de nouo verè transferre, acquirere & disponere. Et tunc non est inquirendum de præscribendo dominio vtili, quod iam est acquisitum, sed benè posset quæri an inuestitus præscribat condictionem indebiti quia tenetur rem & possessionem restituere ei qui per errorem putans se ex contractu infeudationis ad hoc obligatum inuestiuit & tradidit animo se liberandi ab illa putatiua obligatione, vt habetur in *l. indebiti. & per to. D. de condic. indebit.* in quo proculdubio dicendum esset quod posset huic actioni præscribere, sed lapsu triginta annorum duntaxat. Sicut ferè in simili si verus pro solido hæres, putans habere cohæredem, diuiserit, & mediam bonorum partem illi tradiderit, citra transactionem, vel rem iudicatam, potest condicere. text. est in *l. cum putarem. D. famil. hercisc.* verùm hic non est casus, nec scopus quæstionis propositæ, in qua videtur dicendum è conuerso, quia in hac q. agitur de simplici renouatione pretensæ veteris inuestituræ, in qua nullum transfertur ius, nec dominium. Et per quam dominus non intendit de nouo tradere, nec de nouo inuestire. Sed tantum confirmare & pati, vt infeudatio & traditio, quæ quondam dicitur facta, continuetur & habeat effectum suum antiquum duntaxat, vnde nec videtur negotium aliquod gerere, nec quasi contrahere, cum putatiuo vasallo, qui per consequens non videtur obligari aliqua condictione indebiti, sicut nec quasi contrahitur, nec huiusmodi condictio oritur, quando res alicui restituitur tanquam sua. text. *l. si in area. D. de cond. indeb.* 29. ¶ Ex quibus facilè respondetur ad * d. l. cum putarem de cuius intellectu plenius alibi tradam, quia ibi verus hæres, verè contraxit animo principaliter diuidendi, & aliquid de nouo disponendi, deinde quasi contraxit tradendo solutionis vice dimidiam hæreditatis animo se liberandi ab obligatione contracta ex pacto diuisionis, qua efficaciter non tenebatur propter errorem & exceptionem doli. At hic inuestitor non habuit animum principaliter inuestiendi, sed prætensam veterem inuestituram confirmandi & patiendi, nec aliud actum vel dispositum fuit. Vnde non videtur vllo modo quæri posse de præscribendo condictioni indebiti. Sed benè de præscribendo dominium vtile & ius feudi sequentis, quod ratione tituli putatiui cum iusto errore facti videtur præscriptum, per lapsum decem annorum irreuocabiliter absque vlla spe condicendi per dominum condictione indebiti vel sine causa, aut alia actione, siue remedio quocunque, nisi fortè subesset iusta quædam causa, puta absentia reipublicæ aut similis ex qua aduersus prætatam præscriptionem dominij vtilis posset in integrum restitutio concedi. Sed rursus istud videtur absurdum & inconueniens, quoniam renouans inuestituram non habet animum aliud transferendi vel disponendi, nec in aliquo sibi præiudicandi, & tamen magis sibi præiudicaret quàm primo inuestiens & infeudans animo feudum constituendi de nouo, & dominium transferendi: patet, quia illi præscriberetur in totum, & irreparabiliter spatio decem annorum tantum, huic autem propter condictionem indebiti, non præscriberetur nisi spatio triginta annorum. Viden in quot angustias & perplexitates nos traducat, pronunciatum illud iuris Romani ab omnibus approbatum, titulum putatiuum sufficere ad inducendam præscriptionem longi temporis, de quo fusius dicemus j. §. 66. *gloss. 2. in verbo, Iuste titre.*

30. ¶ Tandem concludendo resideo in hac sententia, Sempronio adiudicandas esse petitiones suas, tum quia constat de defectu tituli Titij. Et si non constaret adhuc ad præsumendum titulum vel præscribendum sine titulo, non sufficit tempus minus triginta annorum cum agatur de graui præiudicio per no. ſ. *eo. nu. 15. fa. no.* Antho. Bu. Panor. in *cap. peruenit. de emp. & vend.* per Felin. *& in omnes. in cap. Alibertus. de sepibus.* * nec mihi rationabile videtur quòd titulus putatiuus tantum valeat quantum titulus verus & iustus in hoc casu, vbi constat de veritate in contrarium. Cum quòd titulus ille putatiuus fundatur in errore facti veri domini cui pro regula iuris communis licet errorem suum reuocare perpetuò donec iudicatum vel transactum sit. *l. error facti. C. de iur. & fac. ignora.* Tum dato & non concesso quòd Titius præscripserit dominium longo tempore, contra ipsum à quo prætendit titulum putatiuum, tamen non præscripsit condictionem indebiti, vel sine causa qua obligatus fuit ad restitutionem & repositionem in pristinam causam, ipsi domino erroneè, indebitè & sine causa inuestienti extraneum de re sua. Et quamvis in renouatione inuestituræ non reperiatur adeo formalis solutio, vel quasi contractus, sicut in prima inuestitura: tamen non potest negari quin dominus renouans inuestituram dicatur soluere quod debet, & fidem suam liberare ab obligatione qua tenetur in fidem admittere & inuestire.

31. ¶ Quamvis enim per primam inuestituram liberatus sit ab * obligatione illa momentanea: non tamen fuit liberatus ab obligatione successiua, qua tenetur ad continuam renouationem fidei & inuestituræ, quoties casus accidit, vt in simili no. per glo. & doct. in *l. corruptionem. C. de vsuf. in l. pluribus in fi. D. de verb. oblig. text. in l. 3. §. dare. D. de vsuf. in l. si hæres ex testamento. D. de actio empt. quos non inducam ne sim prolixior,* & quæ not. doct. in *l. si de iust. §. meminisse. D. de lega. 1.* & maximè Ang. ibi dicens, quòd veritas est vbicunque aliquis obligatur ad actum, qui de sua natura habet successiuos effectus, nunquam ille actus impletur momento, nec tollitur obligatio per vnum actum *per d. iura. & l. inter Castellianum. D. de arbitris.* nec proposito nostro vllo modo obstat communis opinio de qua in d. §. *meminisse.* quia illa non procedit, nisi respectu alicuius extrinseci, & dispositionis separatæ, vt clarè ostendi j. §. 92. & latiùs in nouis intellect. quos circa hoc nuper edidi in *extricatione 3. Labyrinthi iuris super. l. corruptionem nu. C. de vsuf.* Et sic verus patronus renouans inuestituram, verè & propriè debitum impendit, & intendit se liberare ab hac obligatione successiua, pro hoc actu, vnde si putat se patronum, & rem esse clientelariam quum non sit, sed sit res pleno iure sua, putat se soluere, & impendere debitum. Igitur tacitum gerit negotium, & quasi contrahit, & per condictionem indebiti repetere poterit, huiusmodi admissionem in fidem & inuestituram, & putatiuum titulum inde resultantem, cum omni effectu inde secuto siue recipiens medio tempore præscripserit siue non,

* Quia sola propria inuestitura.

* Titulus putatiuus non debet tantum valere quantum titulus verus.

* Obligatio successiua.

* Intellect. *l. cum putarem. & famil. erciſc.*

per *l. indebiti, in fi. D. de condict. indeb.* Clarum eſt autem huiuſmodi condictionem non excludi minori tempore triginta annorum. Ex iſtis liquet deciſio quàmplurimarum notab. q. vt in ſimili dicam j. §. 16.

A

31. ¶ Finaliter pro coronide huius § quæro cuius naturæ & effectus ſit feudum* præſcriptione inductum vel auctum? Reſpondeo aut præſcribitur in augmentum vel additamentum veteris feudi, & indiſtinctè iſtud additum eſt eiuſdem conditionis & naturæ, & in omnibus eodem modo regulatur, ſicut id cui additur. Et hæc eſt maxima inure in omni augmento, ampliamento, ſiue ſupplemento quod venit ad conſtituendum ſimpliciter & vnum & idem cum primo, & ſic accеſſoriè, ſiue fiat per contractum, ſiue per teſtamentum, ſiue per legem text. in *l. inter ſocerum. §. cum inter. ibi. nec ſuperabitur portio dotis quæ data eſt adaugmenti cauſa. D. de pact. dot. in l. etiam. C. de iure dot. l. ſi ego. §. penul. D. de publi. in rem actio. l. ſi conuenerit. § ſi nuda. D. de pigno. actio. l. ſi fundum. in princ. D. de pigno. in authen. de æqua. dot.* §. 1. vbi Ang. notat quòd omne priuilegium datum principali porrigitur ad eius augmentum. Inferens *ad q.* 51. quod ſi princeps conceſſerit caſtrum certo territorio mero & miſto imperio, deinde auxerit territorium, nihil dicendo de imperio, tamen ad imperium extenditur. Vide do. Andr. Tiraq. in *rep. l. ſi vnquam. in ver. donatione larg. num.* 181 vbi multos fideliter ad hoc citat, & vltra eum addo And. de Iſer. *in cap.* 1. §. *ſi quis de manſo. de contro. inueſti. in vſib. feud.* Ludo. Roma. *conſi.* 345. *circa primum. col.* 9. *ver. quo ad ſecundum*, vbi vult quòd diſpoſitio quæcunque augmentatiua diſpoſitionis præcedentis, etiam ſi ſit ſtricti iuris, ex tacita iuris repetitione continet in ſe eas omnes qualitates & limitationes, quæ continentur in diſpoſitione augmentata, idem Roma. *conſ.* 383. *in propoſito. col. fin.* Et quod ait Bald. *in rub. de cau. poſſe. & propri.* ad finem ſi ſtatutum venit ad ampliandum ius commune. Idem erit in ampliante, quod in ampliato: hinc decidit Calderi. *in conſi.* 32. *ſub rub. de teſta.* quòd ſi ſtatutum augeat legitimam filiorum, habebunt in augmento locum iura communia diſponentia de legitima non onerandæ. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta.* & ſeq. Alexan. in *l. ſi quis prior col.* 3. *ver. pro hoc adduco. D. ad Trebell.* & in add. ad Bald. in *l. maximum vitium. C. de liber. præter. vel exhæred.* add. Paul. *conſ.* 292. *videtur dicendum libro* 1. *conſ.* 418. *dubitatio conſiſtit. libr.* 2. Cepol. *conſi.* 8. *inter concriminalia.* Soci. *conſil.* 254. *viſa & conſiderata. ad fi. conſil.* 296. *lib.* 2. quem ſeq. Deci. conſi. 331. *col. fi.* latè Fran. Cur. *ſecon.* 56. *col.* 4. *&* 5.

B

C

D

E

* Præſcriptione feudum æquiſitum vel actum, cuius ſit natura.

33. Ex quibus patet quàm ſupinè errauerit Bal.* in *c.* 1. §. *rurſus. col.* 2. *de contro. inueſti.* dum dixit illud quod vaſallus ex facti ignorantia præſcribit vltra terminos conceſſionis feudi, non fiuiri nec reuerti ad dominum finito feudo, & ſeq. Aluaro. ibi ad fi. Fran. Cur. *in tract. feud. part.* 4. *q.* 1. *principali. in fi.* ſed eſt falſum per prædicta, nec valet ratio Bald. quòd in ea non habet vaſallus ius per titulum authoris, ſed per errorem, quia non poteſt error vel fictio plus operari quàm veritas, nec facit ad thumbum §. *fin.** *in l. debitor. D. ad Trebell.* allegatus per Bal. quia ibi adiudicatio erronea facta matri, non fuit illi facta tanquam hæredi, nec ex cauſa hæreditaria, ſed tanquam extraneæ perſonæ, prætextu pacti invalidi. Vnde ex hac cauſa adiudicatum non debet imputari in Trebellianicam, quæ eſt quota pars hæreditatis, at hic vaſallus licet acquirat illud augmentum per errorem, tamen non tanquam tertius extraneus, ſed tanquam vaſallus, & ratione eiuſdem feudi acquirit, referendo ad titulum conceſſionis vel amplıationis feudi: & ſic neceſſario in eadem cauſa, & ſub eiſdem conditionibus acquirit. Et eo ipſo quòd præſcribendo acquirit, vt habeat in idem feudum, eadem præſcriptione patronus acquirit, vt à ſe teneatur & reuertatur ſub eiſdem oneribus eiuſdem feudi, quoniam in hac materia præſcriptio hinc inde reciprocatur, vt dixi §. eod. nu. 8. in fi. non ergo ſimplex & nudus error, ſed cauſa, qualitas, & titulus erroris debet inſpici. & ita debet intelligi. *d. § fi. l. debitor.* quod etiam præuidit Accur. ibi in ver. *hæreditatis*, dicens in illo text. eſſe no. de tanquam, ex quo patet fallacia arg. Bal. quia debebat ponere quod vaſallus præſcripſerat vltra terminos conceſſionis, non tanquam vaſallus, nec ex cauſa & titulo feudi, ſed tanquam extraneus, & ex alia cauſa & titulo, & illo caſu benè dixiſſet. Et contra Bal. in hoc tenent Matt. Laud. Præpo. Medio. in *d. §. rurſus per illum text.* quòd indiſtinctè feudum reuertatur cum omnibus ſuis incrementis.

* Contra Bal. & ſeq.

* Intellectus l. debitor. in fi. D. ad Trebell.

34. ¶ Ex* quibus concludo, quòd ſiue alter ex vaſallis præſcribat partem conuaſalli, & ſic intra terminos conceſſionis, ſiue primus vaſallus aut ſubvaſallus præſcribat vltra terminos conceſſionis, rem quandam alienam in augmentum feudi, finito feudo ſiue reſoluto iure datoris, aut alias reuerſo, totum ſimul cum augmento reuertitur. Aut præſcribitur in feudum per ſe: & tunc ſi ex forma & modo recognitionum, inueſtiturarum, ſolutionum & iurium, & cæterorum actuum, & exercitiorum poſſeſſionis feudi, appareat certis conditionibus & qualitatibus fuiſſe poſſeſſum, tale cenſetur præſcriptum, quia tantum & tale præſcribitur quantum & qualiter poſſidetur per text. in *l.* 1. §. *Iulianus ait*, & ibi Bart. *D. de iti. actuque priua. c. cum contingat. de deci.* Inno. in *c. tua.* 1. *in fi. eo. tit.* Io. And. in *c. cū ex iniuncto. in gl. fi. de hæreti.* Lud. Roma. in *con.* 368. *præſens conſultatio col.* 3. latè Fely. in *c. auditis. col.* 5. *&* 6. *de præſcri.* Si verò clarè non conſtet de certo modo vſus & poſſeſſionis, iudicatur ſecundum naturam regularē feudi. Bal. in *l. liberti, libetaque col. pen. verſic. quæritur de eo. ff. de ope. libert.* vbi dicit quòd cum præſcriptio feudi non continet quid diffinitum ab homine, continetur id quod eſt diffinitum à iure vel à conſuetudine.* quę equiparatur pacto facto ſimpliciter. Bal. in *l.* 1. *q.* 31. *D. de rei. dt. in l.* 2. *col.* 2. *C de iure emphyt. l. fi. C. de lib. cau. in c.* 1. *col.* 1. *de capi.* Corrad idem Bal. Alu. in *c. fi. de feudo dat. in vi. le. commiſſo. & in d. §. rurſus. & in c. ſi quis per triginta. ſi de feud. defun. conten. ſit.* Alex. in *con.* 15. *viſis narratis. col. fi. lib.* 5. Iacob. de S. Georg. in *inueſti. verſic. ita quod ipſi inueſtiti. ad fin.* Vdalr. Zaſi. in *tract. feudio. par.* 8. *ad fin.*

* Reſoluto q.

* Præſcriptio æquiparatur diſpoſitioni factæ ſimpliciter.

35. Vera autem & regularis natura alicuius feudi, eſt illa quę determinatur a conſuetudine loci, in quo ſitum eſt feudum. text. in *c.* 1. *de feudi cogni. in vſib. feu. fit. l. quòd ſi nolit. §. quia aſſidua. D. de edili. edic. l. licet. l. circa. C. de locat. cum vulgar.* ſicut enim natura non præſumitur ſeparata à ſubiecto, ita nec communis vſus & conſuetudo, cui natura inest, inquit Bal. in *l. contractus col. pe. C. de fi. inſtr.* & informat contractus Bal. in *l. ſed ea. D. de legib.* & omnem diſpoſitionem. Petr. de Anch. in *rep. ea. ſi propter. in fi.* 4. *oppo. de reſcrip. in* 6. Ia. Phi. Deci. in *l. certi conditio. §. ſi numos. D. ipſi cer. peta. & in l. vt liberis. C. de colla.*

36. ¶. Et circa iſtud aduertendum ad duo. Primum, quòd ego intelligo de conſuetudine iuris, ſcilicet quæ tanquam lex obſeruatur in loco, non autem de conſuetudine hominis ſeu facti tantum, vt ſi circumuicini ſoliti eſſent ſic, vel ſic infeudare, vel circumuicina feuda communiter talibus oneribus ſubiecta eſſent. Hæc enim conſuetudo, ſeu potius contingentia facti, non afficit aliud feudum, in quo expreſsè non reperitur. Et hoc quando in loco eſt certum ius commune vel conſuetudo determinata de conditionibus & qualitatibus feudi. Illi enim preciſe ſtandum eſt, niſi quatenus ſpecialiter conſtet aliter diſpoſitum. Secus ſi in loco non ſubſiſtat aliqua conſuetudo

Google

iuris, aut aliud ius commune vel locale, ex quo possit haberi determinatio certa alicuius conditionis, oneris vel qualitatis feudi, tunc enim recurrendum est ad communiter solita fieri, vel præstari in feudis circumvicinis. Et illud debet in dubio obseruari, & ita debet intelligi quod in simili habetur *in cap. sopitæ, c. super eo de censibus*. de quo etiam tetigi 5. §. 2. *gloss. fi.* 37.

37. ¶ Secundum, quod non debet attendi consuetudo loci dominantis * sed loci feudi seruientis, quia in dubio dominus dans in feudum non censetur concedere secundum consuetudinem suam, vel loci in quo commoratur, vel situm est feudum dominans, sed secundum consuetudinem loci, in quo sita est res in feudum concessa, quia de iure in his quæ concernunt rem, vel onus rei, debet inspici consuetudo loci vbi sita res est, sicut in concernentibus contractum, & emergentibus tempore contractus, locus in quo contrahitur, & in concernentibus meram solennitatem cuiuscunque actus, locus in quo ille actus celebratur, vt plenè per Bartol. & omnes in *l. 1. C. de fum. tri.* & in terminis nostris expressè decidit Bal. in *con. pacis Constan. in ver. quia controuersia.* quod in feudis attenditur consuetudo loci, vbi res est inferens: quod si Imperator concessit mihi Tusco feudum cuiusdam castri Alamaniæ, videtur concessum secundum consuetudinem Alamaniæ. Et si Alamanico concessit in Tuscia, videtur concessum secundum consuetudinem: refert & sequitur Matthæ. Afflict. *decis. Neapolit.* 226. *num.* 5. Tusciæ. Et sic quòd alio non apparente debeat inspici consuetudo loci seruientis, & non loci dominantis quantum ad onera debita à re seruiente. tenet Chassa. in *consuet. Burgund. eod. tit.* §. 7. *gloss.* 2. *colum.* 1. *quamuis ipse non alleget.* Et hæc est veritas, tametsi Ioan. Faber. dubitasse videatur in *d. l.* 1. *col.* 5. *versic. quid si quis tenet feudum. C. de fum. tri.* fac. quæ dixi. 3. §. 33. *qu.* 26. *num.* 86. *&* §. 76. *num.* 11. & pro sententia facit optimè *cle.* 1. *de reseri.* vbi de membris agendum est in foro vbi sita sunt & non in foro loci superioris à quo dependent, & per illum text. decidit Franc. de Zabarel. *in cle* 1. *de iure patr.* decimas soluendas esse secundum taxam quæ est in loco seruiente. Et ita ad primam horum editionē respondernnt antiquiores Aduocati togati nostri ordinis, qua do. de Merinuille loci dominantis siti sub consuetudine Stamparum iuxta rigorem dictæ consuetudinis (postea cognitæ vt dicemus 3. §. 61.) vellet lucrari omnes fructus feudi de Villepreux in agro Parisiensi situ à tempore aperturæ siue realis prehensione, & obtinuit sententia nostra contra dominum directum. Et pariter conuerso casu pro domino directo: cum do. Cœnecobius ratione feudi dominantis siti Ambiani, vbi de consuetudine loci non debetur releuium de nuptis mulieris, sed vnicum ratione proprietatis vt in *d. consue.* §. 16. *in fi.* qui seruatur spreta oppositione: de qua ibi. Tamen etiam contra Cardinalem Ferrariensem exegit duplex releuium à feudo sito in agro Mōsterolij inspecta consuetudine loci seruientis de qua in consuet. Monsterolij. §. 35. 36. fa. l. *forma.* §. *si verò quis. P. de censib.* Et ita etiam arresto Senatus nostri iudicatum est secundum sententiam nostram vt superuacua sit disputatio & dubitatio. Petri Rat. *in consuetud. Pictonum.* §. 260. Et hinc est quod in reformandis consuetudinibus locorum in quibus hæc etiam iura moderari possunt, vocandi sunt edicto generali, & comparere possunt & debent domini directi vlterius prouinciæ à quibus dependent prædia, sita in loco vbi consuetudines reformantur: & si non comparebunt, sibi imputent. Idem expressè cauetur *consuetudine Catalaunensi.* §. 224. & consuet. *Rhemensi.* §. 138. Sed illæ consuetudines de se non faciunt ius nisi in municipiis & locis sibi subiectis. Nos autem in ratione ipsa & generali obseruantia vim facimus, & in hoc quod etiam exteri iura prætendentes in locis, vocantur in reformatione consuetudinum eiusdem loci vt diximus.

* Consuetudo feudi seruientis inspicitur.

38. ¶ His scriptis alia pulchra & hic satis apposita superuenit quæstio. * Maria Fretin è successione patris habuit feudum sub hac consuetudine, nupsit anno 1516. obiit anno 1516. relicto filio minore: Cuius pater diu sine impedimento, domino silente possedit, & obiit anno sesquimillesimo quinquagesimo sexto: tunc mense Decembri, dominus feudi manum injecit ex defectu hominis, valet prehensio etiam si facta esset infra quadraginta dies ab obitu patris: quia non est feudum paternum, sed maternum iam dudum per obitum matris apertum, filius adest offerens fidelitatem & fructus à tempore prehensionis cum impensis prehensionis: dominus ait feudum regi more Vulquecini, & proinde oblationes non valere, quia debentur duo releuia quæ non fuerunt oblata. Primum per obitum aui materni ex speciali iure Vulquecini. Secundum, ex nuptiis matris iure communi huius consuetudinis §. 35. Et sic quod omnes fructus à die prehensionis semper ceciderunt & cadunt sibi in commissum, filius excipit primum releuium annis quadraginta, secundum vero annis triginta præscriptum. Et insuper ait, quod etiam si non sit præscriptum his releuiis, saltem secundo releuio, quod dominus pro isto secundo releuio quod deberi cœpit à marito matris suæ personalem tantum habet actionem contra hæredes mariti & patris sui qui plures sunt, & quod quando contra eos iure actionis veniet, tunc docebitur de solutione, si temporis præscriptio non sufficiat; sed certè (vt abbreuiem) hæc vltima confiscatio nihil valet: quia etiam matrimonio soluto, etiam post obitum mariti, vel etiam eo superuiuente vxori, non tenetur dominus via actionis agere contra maritum, & multo minus contra eius hæredes: sed potest rectà manum injecere feudo, & venire per viam prehensionis, nec est simile de decimis anniuersariis, & passiuis odiosis decimis quæ à parochis exiguntur, quia nunquam exigi solent anno sequenti. Ideo successor non tenetur de tempore decessoris, nec res quidem: secus hic dominus rescriptum regium impetrat narrans se eo tempore annis minorem fuisse quo tempore deducto, non supercesset tempus præscriptionis nec pro vltimo quidem releuio.

* Thema

39. ¶ Hinc plures insurgunt quæstiones: Prima, An minor ætas domini, horum iurium præscriptionem impediat. Secunda, si impediat, an operetur fructus omnes à tempore prehensionis, domino deberi, saltem pro tempore quo per beneficium restitutionis in integrum admittitur. Tertia, quia filius habet apocham vltimi releuij soluti per patrem suum domino feudi patri actoris manu eius scriptam, Sed non audet producere, ne fortè pariat probationem contra se quod feudum petitum sit sub conditione Vulquecini, quia in ea apocha est clausula ratione talis feudi à me mouentis vsu & more Vulquecini: quæritur an illa clausula faciat fidem contra producentem?

¶ Ad primum videretur quod non, quia * in feudalibus non attenditur alia minor ætas, quam quæ à consuetudine feudali determinatur, quindecim annorum in fœmina, & viginti in masculo, *infra* §. 21. Contra quam determinationem non datur in integrum restitutio, etiam puellæ quindecim annorum certanti de damno vitando, & indefensæ tutore & curatore carenti, vt diximus 3. §. *primo. gloss.* 7. *numero* 5. & infra. §. 202 *gloss.* 2. *num.* 2. *&* §. 32. *quæstione* 5. quibus in locis omnem in integrum restitutionem siue ex capite minoris, siue ex capite maioris denegandam docuimus, etiam si agatur de damno vitando; vt in dicto §. 1. *glossa* 7. nedum si de lucro captando vt in dicto §. 20. *gloss.* 2.

* Aetas minor domini, verùm impediat homm iurium præscriptionem.

40. Quibus non obstantibus dicendum dominum

feudi in propoſita ſpecie reſtitui poſſe in capite mino- A ris ætatis, quia agitur de reſtitutio quæſito, & ſic de lucro iam quæſito & radicato, quod perdere damnum eſt, *lege prima. §. ſi quis propter. iuncta. gl. in verbo. per in integrum reſtitutionem. D. de itiner. actuque priuat.* Ias. *lege ſi huic in conſcribendo. col. 3. C. de pact. lege reprehendenda. C. de inſt. & ſubſti. ſub condit. fact.* Philipp. Deci. *lege 1. col. 2. C. eod. tit.* Alexand. *conſil. 89. num. 13.* vbi in annotat dixi *lib. 2.* & vt ſit merum lucrum, tamen erat certum & ſimpliciter quæſitum, & ſic minor reſtituitur: imò etiam maior reſtitueretur dicta iuſta cauſa ex clauſula generali. *legis 1. D. ex quibus cauſ. maior.* & dixi infra §. 21. *colum. vlt. verſicul. ſecundo caſu.*

41. Secus ſi ageretur de quærendo lucro incerto, vel B de lucro à conſuetudine vel ſtatuto limitato, cuius conditio deficit vel de pœna non irrogata vt in lege, *ſed ea lege. D. de ſer. export.*

¶ Ex quibus patet ſolutio ad ſecundam quæſtionem, videlicet * fructus non deberi à tempore dictæ oblationis quantumvis beneficio reſtitutionis in integrum domini, oblatio vaſalli declarata ſit inſufficiens. Quia interim ante reſtitutionem in integrum petitam & obtentam aduerſus præſcriptionem releuiorum, oblatio erat ſufficiens: non enim tenebatur offerens aduerſario offerre reſtitutionem in integrum. 42. Inſpicitur enim ſtatus præſens nec curatur de reſtitutione in integrum donec ſic adiudicata. text. in *lege ergo. §. primo ſi is qui in integrum. D. de fideic. liberta. lege exceptiones quæ in fin. D. de exception. & præſcription.* Bald. C *lege vlti. in fin. C. de compenſat.* Paul. *conſilio 52. in ſine libri primi.* Ias. *lege 2. in fin. C. qui admitt. l. non quocunque. §. primo in fine. D. de leg. 1.* Alciat. in *tractation. de præſumption. Reg. 3. præſumption. 36.* & And. Tyraq. in *tract. retra. proximita. §. 32. n. 58.* & quæ dixi infra §. 189. faciunt pulchrè quod not. Bartol. & omnes in *l. 1. in primo effectu vulgarii. D. de vulgari & pupillari ſubſtitio.*

* Ætate minore domini impediente præſcriptionem, vtrùm fructus percepti, reſtituendi ſint.

43. Aduerte, hæc ratio benè procedit quoad primum releuium, à quo vſque ad manus iniectionem lapſi ſunt quadraginta anni, & ex hypotheſi etiam deducto tempore pupillaris ætatis domini ſuperſunt triginta anni, & ſic neceſſe eſt eum niti mero beneficio reſtitutionis in integrum ad deducendum reliquum tempus minoris ætatis, quo ipſo iure præſcriptio tricenaria currit, quamvis ſub beneficio reſtitutionis *l. vlt. C. in quibus cauſis reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* & ſic aliud videtur reſpectu releuij ſecundi à quo formato vix ſunt triginta anni vſque ad prehenſionem, & ſic deducto tempore quo dominus impubes fuiſſe probatur, quo ipſo iure præſcriptio non cucurrit, nulla erat præſcriptio, nec dominus aliqua reſtitutione in integrum indigebat. Cum ergo mero iure & effectu releuium ſecundum deberetur tempore oblationis, & tamen non fuit oblatum: ſequitur omnes fructus à tempore prehenſionis mero lucro patroni cedere.

44. Quibus non obſtantibus idem dico quia cum lapſi eſſent circiter triginta anni, vaſallus iuſtam cauſam habuit releuium illud ignorandi, vel exiſtimandi E antiquatum eſſe ſolutione vel præſcriptione: nec tenetur eſſe ſollicitus de replicationibus, quæ domino ex ſpeciali cauſa vel circumſtantia competere poſſunt, exceptionem in iure & regula communi fundatam, & hoc tam iuſtum quàm æquum eſſe dico: præſertim ad euitandam pœnam odioſam commiſſi fructuum. In quo ſatis eſt probabilem culpam vel moram offerenti imputari poſſe: ſed non eſt mora nec culpa obmiſſione eorum quæ ante triginta annos contigerunt; quorum non modo iuſta eſt ignorantia, ſed iuſta cauſa putandi antiquatum vel remiſſum eſſe: vbi enim actio ex regula communi deficeret, multo magis prehenſio aut ius ab executione inchoandi: excuſatur enim is, qui in regula communi fundatam habet intentionem. Petr. Ancharan. in *repetitione Rubr. de regul. iur. in 6.* late Ias. *lege ſecunda, col. ſexta, Digeſt. ſi quis cautio.* Philip. Deci. *cap. in præſentia. col. ſeptima, de probationibus*: vbi inannotat. tetigi, & ad eundem Deci. *conſilio 517. numero quint.* & ad Alex. *conſilio 79. numero 5. libro 7.* fac. Alexand. *conſ. 76. in fin. eo lib. 7.*

45. ¶ Ad tertiam quæſtionem quamvis reo opus ſit * apocha, quoad euitandum commiſſum fructuum, tamen opus eſt quantum ad releuium illud ſecundum: ſed ſi eam producat, videtur in futurum perpetuum ſibi præiudicium facere reſpectu oneris & conditionis Vulquecini, per ea quæ diximus 1. §. 8. *numero 36.* etiam nudum exemplum vel mere priuatam ſcripturam fidem facere contra producentem. Quibus nonobſtantibus dico, quod nullam fidem, nullum præiudicium, faciet contra producenten, de hoc prætenſo onere Vulquecini, & hoc quadruplici peremptoria ratione. Prima, quia dicta clauſula adiectitia eſt prorſus impertinens ad apocham releuij, de quo in dicta apocha, non enim in ea agebatur de liberatione aut ſecuritate ſoluti vel gratis remiſſi releuij ex capite ſucceſſionis matris patri ſuo in linea directa morte Vulquecini. Quo caſu rebus & factis ipſis, dicta apocha implicat recognitionem factam à vaſallo de dicta qualitate & ſeruitute Vulquecini: ſed tantum agebatur de liberatione & ſecuritate releuij debiti ex capite nuptiarum matris in quo primo qualitas Vulquecini prorſus eſt impertinens. Secundo non impliceat, nec factum nec conditionem vaſalli, ſed duntaxat ſimplicem incidentem & impertinentem aſſeuerationem patroni.

* De apocha vltimi releuij, eiuſque viribus & effectu.

46. Iàm ergo ſtat prima ratio quæ peremptoria eſt etiam ſi ſola eſſet de impertinentia: qualitates enim impertinentes & verba enunciatiua quæ non faciunt ad rem qua de tunc agitur nullam fidem faciunt, etiam contra ipſum ſcribentem vel loquentem. Et conſequenter nec contra producentem. tex. in *l. non epiſtolis C. de probatio.*

47. Secunda ratio peremptoria, quia etiamſi ea clauſula & enunciatio pertinens eſſet ad negotium dictæ apochæ, id quod non: tamen non probaret etiam contra ipſum ſcribentem & affirmantem, niſi ad finem & validitatem actus in dicta ſcriptura contenti tantum, & qui tunc principaliter gerebatur. text. D in *lege penultima. C. de contrahend. & committend. ſtipulation.* Secus ſi de ipſo enunciatio poſtea & principaliter & per ſe agatur, quia tunc enunciatio illa quamvis pertinens fuerit, non tamen facit plenam fidem contra ipſum enunciantem vel ſcribentem: ſed duntaxat indicium vel quandoque ſemiplenam probationem, *c. illud vbi Hoſti.* Anto. Burr. Panor. Felin. hoc tradunt. Alexand. latè *conſ. 21.* (vbi annotat. dixi) *lib. 1.*

48. Tertia ratio peremptoria, quia iam hîc eſt vna alia & longè diuerſa inſtantia in qua de alia re agitur, & ſic vtcunque dicta apocha ſolennis fuiſſet etiam ſi coram publicis perſonis confecta fuiſſet: tamen plenam fidem non faceret reſpectu dictorum verborum enunciatorum, in alia & diuerſa inſtantia. *l. ſed an eandem. D. de exceptione rei iudi.* Quanto minus enunciatio impertinens priuatæ ſcripturæ extrà iudicialis.

49. Quarta ratio peremptoria, quia vt iam tetigi in dicta apocha ſolus dominus loquitur: & ſic contra eum & non pro eo quod contentũ eſt interpretatur, *l. veteribus. Digeſt. de pact. lege Labeo ſcribit. Digeſt. de contrahend. emptione & venditione. l. ſæpe. D. de verbor. ſignificat.* & inſuper ſolus aſſerit, ipſe enim ſolus eam clauſulam Vulquecini appoſuit, & conſequenter reus eam producendo nullo modo fatetur veritatem dictæ clauſulæ ſeu ſeruitutis Vulquecini: ſed duntaxat

fatetur quòd tempore dictæ apochæ dominus feudarius qui eam dictabat vel ſcribebat, aſſeruit ſe habere ius vel ſeruitutem Vulqueccini, quæ confeſſio nihil eſt: quia ſicut referens blaſphemiam, non blaſphemat. *glo. in lege gallus. §. idem credendum. verb. pronepos in fin.* & ibi Angelus Imol. Alexander. *Digeſt. de liber. & poſthum.* Ita vaſallus qui tunc non approbauit dictã aſſertionem feudarij prout non præſumitur approbaſſe: multo minus confitetur hodie eam eſſe veram, quantumuis producat ſcripturam in qua continetur quod feudarius ita affirmabat.

50. Ex quo enim non apparet reum conſenſiſſe, vt non præſumitur, feudarius non fuit conſtitutus in aliqua quaſi poſſeſſione, niſi forte prout ait Innocen. *in c. olim de reſtitutione ſpoliat.* quod poſſidebat labia ſua, quod eſt liquidum: Ita enim moriones & mendaces ſunt in quaſi poſſeſſione irridendi & mentiendi: & ſic productio dictæ apochæ reum liberabit à releuio vltimo: alioquin iure communi huius conſuetudinis debito, nec tamen ei præiudicabit in qualitate & onere Vulqueccini, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio. Succubuerat reus in prætorio Caſteleti Pariſienſis: appellauit Senatum in quo cum diuiſæ fuiſſent æqualiter ſententiæ iudicum, tandem in claſſe quam vocant conſilij abſolutus fuit.

51. Accipe aliam deciſionem practicam, dominus de ſainct Cyr habens latifundium in feudum dedit membrum vnum ſeu partem domanij in dotem filiæ, cuius hæredes & deſcendentes fidem fecerunt, & iura ſuperiori tanquam de feudo ſeparata: nunc poſt centum annos membrum illud ſucceſſione vel aliàs reuertitur ad hæredes concedentis, à quo dominus feudi petit relenium, ſiue iure actionis ſiue viâ prehenſionis, non refert in præſenti: hæres ait ſe tantum recuperaſſe partem antiqui feudi ſui, & reuniuiſſe, & docet de origine totius vnum & idem feudum fuiſſe, & ſic habet intentionem fundatam in antiquo ſtatu rei, & antiquis inueſtituris quæ ſunt de nonaginta vel centum annis, quid iuris? Breuiter, multum refert an patronus fundet ſe in præſcriptione temporis vt per notationem quinquageſimam ſecundam, an verò in diſmembratione de qua expreſsè vel tacitè doceat. Expreſsè quidem ſi auus vel proauus huius hæredis filiæ ſuæ dederit, ad onus quòd ratione huius portionis diuiſim in dotem aſſignatæ, filia faceret fidem & iura patrono, iam enim eſt diſmembratio expreſſa ex parte vaſalli, quam conſecuta eſt approbatio patroni, qui ſeorſim in fidem recepit dictam filiam & eius deſcendentes ſucceſſiuè, & ſic expreſſo conſenſu vtriuſque partis de hoc membro factum eſt feudum vnum ſeparatum, & ſic non poteſt amplius reuniri nec confundi cum antiquo feudo, ſolo facto vaſalli, ſiue facto vel conſenſu patroni qui poteſt hoc impedire & fidelitatem & iura ſeorſum exigere. Idem ſi de tacita diſmembratione probet, vt quia non apparet quomodo, nec quo onere membrum iſtud conceſſum olim fuerit filiæ: ſed hæredes concedentis fidelitatem & iura fecerunt de reſiduo tantum: non facientes mentionem de illo membro, nec ponentes illud in ſuo catalogo: hæredes autem filiæ homagium fecerunt de hoc membro vt de feudo ſeparato.

52. Iam iſtud non eſt allegare nudam præſcriptionem temporis, quam ſolam hic paragraphus excludit: ſed verum titulum & negotium geſtum, quod ex iſtis tacitis actibus iuncta præſumptione, quæ reſultat ex longo tempore, ſatis probatur. Secus ergo ſi vtroque & expreſſo & tacito deficiente titulo, patronus contra hæredem concedentis ſolam præſcriptionem temporis alleget, vel non probet expreſſam aut tacitam diſmembrationem concedentis qui ſemper reſpectu patroni tenuit titulum feudi in antiquo ſtatu ſuo, nihil mutando de inueſtituris & catalogis antiquis, & ſic remanſit tanquam vaſallus totius, & multo fortius ſi appareat quod concedens dederat filiæ vt teneret in feudum, vel in cenſum à ſe vel aliàs retinendo fidelitatem totius, & recognoſcendo ſuperiorem de toto tanquam de vnico ſolito feudo vt prius: tunc enim manſit vnicum feudum, nec ipſe hæres tenetur ad noua iura ratione huius recuperationis. Tamẽtſi interim patronus ſeorſim à ſucceſſoribus dictæ filiæ, qui non potuerunt concedenti præiudicare, nec contra veterem vaſallum ſuum potuit dominus feudi lapſu temporis vſurpare. Faci. not. *infra* §. 51. *q.* 6. 7. hæres ille erat præſes libellorum ſupplicum palatij Senator antiquus qui me de hac q. ante 24. annos conſuluit.

---

§. XIII. *

*Olim hic articulus fuit octauus. valde tamen per nouam conſuetudinem immutatus.

LE fils aiſné prend pour ſon droict d'aiſneſſe, le principal manoir, auec le iardin ſelon ſa cloſture tenuë en fief. Et s'il n'y a point de iardin vn arpent de terre, ou le vol d'vn chapon tenu en fief, au ioignant de ladite maiſon.

Filius primogenitus capit pro iure ſuo primogenituræ, principalem manſionem, vnà cum horto annexo, ſecundum clauſuram ſuam: & horto deficiente capiet tantum terræ feudalis, contiguæ dictæ manſioni, quantum iugerum terræ, aut caponis volatus complecteretur. H. D.

Verùm hic articulus per nouã conſuetudinem ita mutatus legitur.

AV fils aiſné appartient par preciput le Chaſteau ou manoir principal & baſſe courtatenant & contigue audit manoir deſtinée à iceluy: encores que le foſſé du Chaſteau ou quelque chemin fuſt entredeux. Et outre luy appartient vn arpent de terre de l'enclos ou iardin ioignant ledit manoir, ſi tant y en a: & ſi ledit enclos contient dauantage, l'aiſné peut retenir le tout en baillant recompenſe aux puiſnez de ce qui eſt outre ledit arpent en terres du meſme fief, ſi tant y en a: ſinon en autres terres ou heritages de ladite ſucceſſion à la commodité des puiſnez le plus que faire ſe pourra, au dire de preud'hommes. Et s'entend l'enclos ce qui eſt fermé de murs, foſſez, ou hayes viues.

Epitome.

IN hoc §. & quatuor immediatè ſequentibus & in §. 19. 68. ĩ. eod. & ĩ. tit. 11. §. 126. 134. & in tit. 13. §. 148. tractatur de iure primogenituræ. Et cum non habeat locum niſi in materia ſucceſſionis directæ, mirum videtur cur in maiori parte tractatur ſub hoc tit. & non potius ſub tit. 11. de ſucceſſorib. Sed ratio in promptu eſt, quoniam iſtud ius non conſiſtit niſi in rebus feudalibus duntaxat, vel in alaudio habente iuriſdictionem cenſum vel ſubfeudum adhærentia. Non intendo iuſtum * tractatum, neq; vniuerſam materiam huius

*De iure primogenitura ſcripſit Matthæus de Canaſius.

Digitized by Google

prærogatiuæ huc deducere, quum ſuper hoc præ manibus extent domini * Ioannis Cirij in ſupremo Pariſiorum Senatu conſiliarij meritiſſimi libri tres: Et nouiſſimè doctiſſimus ille Andreas Tiraquellus tractatum primogenitorum longè (quod reor nec enim vidi) locupletiſſimum abſoluerit, & propediem in communem omnium vtilitatem editurus ſit. Ea vero quæ ad horum §§. intellectum & quæſtionum occurrentium reſolutionem pertinebunt quàm breuius & dilucidius licebit proſequemur: quod vt ordinatiùs fiat, expediemus primo concernentia perſonam ipſam primogeniti, in glo. 1. deinde concernentia ipſum ius primogenituræ, in glo. 3. Reliquum apparatus & quæſtionum in cæteris gloſſis, & §§.

* Do. Io. Cirij. do. And. Tiraq.

SVMMARIA GLO. I.

1. ¶ *Q. 1. Quis ſit primogenitus & quomodo accipiatur.*
2. *Sex requiſita vt ſit locus huic iuri primogenituræ.*
3. ¶ *Q. 2. Quid ſi neſcitur vter duorum filiorum prior natus ſit?*
4. *Si diſpoſitio de vno tantum loquatur, plures concurrentes mutuò ſe impediunt.*
   Gratificatio non habet locum niſi in caſibus à iure expreſſis.
5. *Reſolutio q. 2.*
6. *Quaſi poſſeſſio primogenituræ liberat ab onere probandi, & illud transfert in aduerſarium.*
   Dummodo ſit quæſita de conſenſu vel patientia eius ad quem pertinet.
7. *Cæteris paribus ad iudicium ſortis deuenitur.*
8. *Reprobatur communis diſtinctio de quæſtione iuris & facti.*
9. *Qui vult admitti vt talis, prius talem ſe eſſe probare debet.*
   Qualitas perſonæ eſt magis ſubſtantia quàm qualitas.
10. *Æqualitas fratrum fauorabilius.*
11. *Conſuetudo refertur ad primogenitum qui tempore ſucceſſionis inuenitur.*
12. *Qui debeant admitti ad ſortis iactum.*
13. *Varia ſortis acceptio in iure.*
14. *Triplex ſortis ſpecies apud Theologos.*
15. *Sortilegium ſemper in malum accipitur.*
16. *Sorti vel fato fidem adhibere, illicitum.*
17. *Fatum ethnicè acceptum quadruplicem implicat errorem, primus in attribuendo ſyderibus defectus inferiorum ex neceſſitate.*
18. *Secundus, in ſubiiciendo illis actus voluntatis hominum.*
19. *Tertius, in abrogando liberum arbitrium.*
20. *Quartus, derogando poteſtati & prouidentiæ Dei.*
21. *Certitudo & infallibilitas præſcientiæ & prouidentiæ Dei, non excludit libertatem ab arbitrio hominis, nec contingentiam à rebus.*
22. *Sors ſeptimò accipitur pro gratia diuinæ electionis.*
23. *Sors ſecundum noſtram & communem acceptionem regulariter permiſſa.*
   Vbi delectus eſt, ſors ceſſare debet.
24. *Quæſtio contendentium de Papatu ſorte finiri poteſt.*
   Non eſt locus ſorti quando agitur de præiudicio tertij.
25. ¶ *Q. 2. Etiam furioſus ſuccedit in iure primogenituræ,*
26. *Quid in regno vel imperio?*
27. ¶ *Q. 3. Si primogenitus ſit inhabilis, habetur pro mortuo, ſecus ſi incapax.*
28. ¶ *Q. 4. Quid ſi primogenitus abſtinet ab hæreditate?*
29. *Quo iure portio abſtinentis accreſcat.*
30. *Primogenito abſtinente cæteri æqualiter diuidunt. Primogenitus abſtinens retinet verum & integrum ius primogenituræ exceptis rebus hæreditariis.*
31. ¶ *Q. 5. Quid ſi primogenitus poſt obitum patris ante aditam hæreditatem moriatur abſque liberis?*
32. *Tempus obitus & debitæ ſucceſſionis præciſè attenditur quantum ad ius & modum ſuccedendi.*
33. ¶ *Q. 6. Quid in adoptatis vel arrogatis?*
   Quid de dato in adoptionem extranei.
34. ¶ *Q. 7. De legitimatis per ſubſequens matrimonium.*
   Matrimonium intermedium non impedit legitimationem prolis.
   Nimia & rigoroſa ſubtilitas non admittitur contra æquam & communem ſententiam.
35. *Legitimatio etiam per ſequens matrimonium non trahitur retro in præiudicium tertij.*
   In illo radicatur ius primogenituræ qui prior tura legitimationis & agnationis aſſecutus eſt.
36. *Etiam ad dignitates & regna & ea quæ iure contractus vel inueſtituræ deferuntur, prodeſt legitimatio per ſubſequens matrimonium.*
   Sed nõ prodeſt vbi requiritur eſſe legitimè natũ.
37. *Inter plures ſimul legitimatos antiquior habet ius primogenituræ.*
   Legitimatio trahitur retro in quibus non eſt alij ius quæſitum.
38. ¶ *Q. 8. Quid de legitimato per reſcriptum?*
   Legitimatus ſpecialiter ad feuda non cenſetur legitimatus ad dignitates feudales.
39. *Quòd naturalis non poſſit legitimari ad feuda, contra glo. & communem.*
   Niſi in feudis hæreditariis, in quibus ſufficit generalis legitimatio.
40. *Nulla legitimatio (excepta ea quæ fit per ſubſequens matrimonium) prodeſt in feudo vel emphyteuſi, quæ lege contractus deferuntur.*
41. *Legitimatus per reſcriptum, non habet ius primogenituræ, imò non poteſt plus capere, quàm ex legitimis minus habens.*
42. *Differentia inter legitimatos per oblationem curiæ, & legitimatos per reſcriptum.*

Digitized by Google

43. *In hoc regno non solent concedi plenæ legitimationes.*
44. *Legitimatus est verè legitimus, & excludit substitutum in defectum filiorum legitimorum.*
45. *An legitimatus comprehendatur in statuto excludente filias stantibus filiis legitimis. Dic quod non, ꝙ. eo. nu. 47. 50.*
46. *Naturalis non potest iure communi legitimari per principem stantibus legitimè natis.*
47. *Etiã plenissimè legitimati non debent præferri, nec quidquam habere vltra legitimatos. Legitimati debent reuerentiã legitimè natis.*
48. *Nona resolutio. Quando interpretatio passiua locum habeat in statutis.*
49. *Statutum loquens de filiis legitimis debet intelligi de legitimis iure communi. Quidam enim sunt legitimati de iure communi, quidam iure speciali, quidam contra ius.*
50. *Improbatur opinio Alber. Bru. super statu. exclu. fœminas.*
51. ¶ *Q. 9. Legitimato per rescriptum, si solus sit, competit ius primogenituræ.*
52. *Ampliatur nedum in plenè legitimato, & natalibus restituto sine restrictione, sed etiam in legitimato sub modificationibus solitis in cancellaria. Augmentum legitimæ habet locum etiam in filiis legitimatis.*
53. *Quàm sit debile ius primogenituræ legitimati per rescriptum etiam deficientibus legitimis.*
54. *In omnibus concernentibus futuram successionem voluntas est ambulatoria.*
55. ¶ *Q. 10. Legitimè natus habet ius primogenituræ, priuatiuè ad prius legitimatum, & prius natum.*
56. ¶ *Q. 11. Natus ante regnum à patre adeptum propriè filius regis dicitur.*
57. *Natus ante inuestituram, tamen in ea comprehenditur. Natus ante nobilitationem patris, non est nobilis.*

GLO. I. IN VER.

Le fils aisné.

CIRCA personam quæritur primò, quis sit primogenitus? 1. ¶ Etymon verbi indicat * eum esse qui primò natus est: & hoc vult Bald. in *l. cum antiquioribus. col. 4. vers. 1. præmitto. C. de iure de lib.* vnde verè & naturaliter is est primogenitus ante quem nemo natus est, siue alius post eum natus sit, siue non. text. in c. *Ioseph. de verb. sign. l. proximus. l. proximi.* D. *eo. tit. l. qui duos.* D. *de reb. dub.* Et verbum primogenitus per se sumptum in genere & incomplexè, supponit pro quocunque qui natu antiquior sit alio vel aliis, siue sint ab eodem parente geniti, siue genitus extranei: & idem est quod ætate maior. Et refertur oppositiuè & immediatè ad posteriores & inferiores ætate. Et non sic accipitur hîc. Iunctum verò cum hoc verbo, filius, & sic coarctatum ad speciem, stat pro antiquiore natu inter eos, vel respectu eorum duntaxat, qui sunt ab eodem patente geniti, non tamen principaliter refertur ad secundò, tertiò, vel posteriùs genitos, quia siue sint aliqui posterius geniti, siue non, nil refert: non igitur refertur ad prioritatem: sed ad ipsam simplicem (vt ita loquar) prioritatem natiuitatis. Itaque sufficit nullum extare prius natum, vel genitum ab eodem patente. Vnde etiam vnicus filius benè dicitur primogenitus, & habet ius primogenituræ in bonis & successione parentis sui, quod non est sine magno effectu, vt patet ꝙ. *eo. gl. 13. q. 3. nu* 22. Et si ad esse primogeniti requiritur quod hæc negatiua neminem in priori natiuitate præcedere, sit vera actu. 2 ¶ Et sufficit quod hæc affirmatiua, alios esse posteriores in natiuitate, sit vera vel actu, vel habitu, seu aptitudine.

* Primogenitus quis dicatur.

¶ Et pro summariò totius materiæ primogenitorum consuetudinis nostræ no. quod ad hoc vt habeat locum ius primogenituræ, de quo in hac consuetudine, * sex requiruntur. Primum, quòd agatur de hæreditate alicuius descendentis in linea directa, quia in successione descendentis vel cuiuscunque collateralium non est locus huic prærogatiuæ, quæ etiam non habet locum, nisi in his quæ iure hæreditario, & vniuersalis successionis acquiruntur. Secundum, quòd sit filius illius ascendentis, vel nepos ex filio cum repræsentans, veniens ad successionem. Tertium, quòd sit masculus, ne quispiam causari possit, masculinum concipere fœmininum. Quartum, quòd sit primus natus, siue quòd non habeat aliquem prius se natum ex defuncto patente, de cuius successione agitur. Quintum quòd non sit adoptiuus, legitimatus, vel arrogatus, sed naturalis & legitimus filius. Sextum, quòd in illa hæreditate sint feuda. Septimum addi potest vt illa bona feudalia sint sita intra præsidatum huius vrbis & fines huius consuetudinis: quia notorium est quòd determinatio certi iuris primogenituræ facta per hanc consuetudinem, non potest habere vim respectu bonorum quæ sunt extra territorium suum, sicut nec determinationes primogenitorum aliarum consuetudinum habent locum in bonis in hoc præsidatu sitis. Sed sui cuiusque loci consuetudo seruanda est, quoad bona in eo sita, vt satis amplè diximus. ꝙ. *in præ. glo.* 1. Et eleganter tradit Io. Ciri. in *tract. primogen. l. 2. q. 7. 8. 9. &* 10.

* Sex requisita in hoc §.

3. ¶ QVÆRO secundò, si sint duo filij æqualis ætatis * eodem conceptu & partu editi, sed nescitur vter prior ventrem maternum exierit? In hac q. tantum resolutiuè procedam, sine relatione opinionum & conflictu argumentorum, quum id copiosissimè præstiterit Ioan. Ciri. in *d. tract. lib. 1. à q. 6. vsque ad 11. inclusiuè.* vbi quatuor diuersas refert opiniones, quibus hinc inde discussis & reprobatis tandem in quæstione 11. concludit per 4. conclusiones. Prima, quòd vbi in geminis est qualitatum, naturalium disparitas, is præferendus est, qui melius à natura dotatus est, eo quod is citius vterum matris præsumatur exiuisse, puta masculus, si sint disparis sexus, & robustior, si ambo sint masculi. Secunda, quòd si sint pares in qualitatibus & dotibus naturalibus, vtérque primogenitus sit censendus in rebus diuisibilib. vt sunt regulariter omnia feuda, regalib. & dignitatibus exceptis. Tertia, quòd in diuisibilibus, vt sunt regnum & feuda dignitatum præferendus sit possessor. Quarta, quòd neutro possidente sit locus gratificationi. Iudicium autem sortis prorsus abhorret. Ego verò vt liberè quod verum sentio proferam, secundam & quartam conclusionem puto non posse subsistere;

* Primogenitus quis censeatur ex duobus eodem partu editus.

*Quælo diſpoſitio non ſonat niſi de vno: plures concurrentes mutuo ſe impedient.

4. ¶ Secundam non,* quia conſuetudo non intendit vocare niſi vnum duntaxat, & priorem natu filiorum ad ius primogenituræ: cæteros autem excludit. vnde ſi inter plures filios duo ſint eiuſdem ætatis, & ſit incertum vter prior natus ſit, non debet vterque admitti, cum hoc ſit contra intentionem conſuetudinis, ſed potius deberet vterque excludi cum neuter habeat intentionem fundatam, nec poſſit oſtendere ſe ille vocatum à conſuetudine. Et ſic illi duo abſque vlla prærogatiua ſuccederent æqualiter, cum reliquis natu minoribus, & de hoc videtur text. expreſſus in *l. ſi fuerint ibi vel ei qui maximus natu eſt & duo pares ætate ſint. D. de rebus dub.* & expreſſa theoria. Bar. poſt Cuil. de Gug. in *l. idem erit. D. de ſta. ho.* dum reſpondent obiectioni. *l. cum inter. C. de fideicommiſſ. liber. ad hoc l. cum ex pluribus. D. de manu. teſta. l. duo ſunt Titij. D. de reb. dub. l. qui ſoluendo. cum l. ſeq. D. de hæred. inſti.*

*Cautiſſimo regularites non habet locum.

Quartam non, quia* gratificatio non conceditur vni inter alios, niſi vbi in iure eſt expreſſum. Io. And. in *c. in noſtra. in no. de teſti.* Franc. Aret. *con.* 342. *ex facto. col. pen. nu.* 15. ſed nec iure, nec conſuetudine cauetur patrem vel matrem, aut alium aſcendentem poſſe gratificari inter duos filios æqualis ætatis, & alteri ius primogenituræ adiudicare, cum incertum eſt vter prior natus ſit, imò videtur potius prohibitum per noſtram conſuetudinem, quę vetat patrem aut matrem vnum ex filiis ſibi ſuccedentibus, præ alio, vel aliis quocunque modo honorare *infra* §. 124. Cum igitur ſtante dubio iſti duo filij ſint æquales, ſi parens alterum prę-ligeret, non poſſet negare quin alterum alteri præferret, quod non poteſt, de quo plenius dicimus in *d.* §. 124. Eadem ratione non obſtat quod ſcribit Io. Andr. *in addit.* Spec. in *rub. de feud. colum. 4. verſic. ego autem hoc caſu*, vbi vult quòd in feudo indiuiſibili, ſi dubitetur vter ſit primogenitus, recurrendum ad patronum, qui poterit honeſtiori & prudentiori illud aſſignare, & ſi partes ſint alteri cui libuerit gratificari. Refert & ſequitur Io. Lup. vir doctus Hiſpanus *in repet. cap. per veſtras char. 99. col. 4. ver. ad prædicta rum.* Idque confirmat exemplo regis Dauid qui Salomonem iuniorem prętulit regno, excluſo Adonia filio maiore natu. 1. *Regu.* 3. Parique exemplo Roboam, qui Abiam conſtituit in capite ducem ſuper omnes fratres ſuos, & regnare poſt ſe fecit. *ſecundo Paralipom.* 11. 12. 13. vbi tamen non apparet dictum Abiam non fuiſſe primogenitum. Sed certè, vt inquit Ioan. Imol. in *l. ſtipulatio hoc modo concepta. D. de verbo. obl.* exempla ſacræ ſcripturæ non ſunt in iudicando pro lege alleganda: Cum ex ſpeciali placito, & prouidentia Dei proceſſerint, vt quando Iſaac præpoſuit Iacob Eſau, *Geneſis* 27. Rurſus dum Iacob præpoſuit minorem maiori, *Geneſis* 48. vbi cancellatis ſeu tranſpoſitis manibus tranſtulit iura primogenituræ à Manaſſe filio primogenito Ioſeph in Ephraim minorem natu. Teſtantur enim theologi, hoc factum occulto inſtinctu Spiritus ſancti: quod Ioannes Andreas & alij ſequuntur *in cap. licet de voto.* hinc ait Bald. *in conſi. incip. Quod pro regula, quod eſt conſi.* 143. *lib.* 1. ſecundum veterem impreſſionem. *& conſi.* 175. *lib.* 2. ſecundum nouam. *ad fin. col.* 1. quòd ſi non eſſemus in terminis diuinæ diſpoſitionis, ius eſſet dicere, quòd teſtamentum Iſaac non valuiſſet, ſed quòd Eſau remanſiſſet ius ſuum. Præterea formaliter reſpondeo, quòd in veteri teſtamento regnum ita ptoprium regum reputabatur, vt in quem vellent eis transferre liceret. Cum igitur d. opin. Ioannis Andreæ iure non probetur, quamuis aliàs in ſe ſatis rationabilis ſit, tamen in iſtis patrimonialibus feudis de quibus loquimur, non puto ſtandum niſi de conſenſu expreſſo vel tacito partium: Tum quia non tenetur quis ius ſuum committere voluntati alienæ, tum quia qui ad gratificationem patroni, & ſic certi hominis prior prouocat, ſuſpectum ſe patroni præoccupari fauoris aduerſario facit. In feudis autem regalibus à ſupremo monarcha immediatè mouentibus procedere poteſt opinio Andreæ, vt dicto caſu tanquam ſupremus iudex gratificari poſſit, ſiquidem in eo, quum ſit ſummus iuſtitiæ vigor, ceſſat omnis ſuſpicio. *l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib.* 10. Itaque in hac noſtra q. feudiſque patrimonialibus ſic* puto dicendum.

* Reſolutio q. 2.

5. Aut apparet vter ſit habilior, fortior & robuſtior, aut non. Primo caſu, ille præſumitur prior natus *arg. d. l. ſi fuerit. in fi. D. de reb. dub.* Bal. in 1. *conſt. D.* §. *itaque. col.* 2. Feli. in *c. capitulum S. Crucis col.* 6. *de reſcrip.* quod intelligo primo, dummodo differentia habitudinis ſit magna vel notabilis, ſecus ſi modica, quia modicus exceſſus, vel defectus non eſt in conſideratione. *l. quamuis. D. de condi. & de.* & parum, & nihil æquiparantur *Inſti. ad legem Fal. in princ.* vbi nullo vel modico lucro in *c. licet cauſam.* §. *quanquam verſic. nulla vel modica. de proba. gloſſ.* 1. *in princ. c. ſi præponente. de reſcrip.* Bal. in *rub. An mut. vel alias imperfec. in vſib. feud.* Hippo. de Marſi *ſing.* 276. Secundo, intelligo dummodo illa habitudo bona vel malà procedat à natura: non autem à caſu, vnde ſi alteri contigerit deterior habitudo vitio nutricis, vel lapſu, aut alio caſu, & hoc conſtet: non debet ſibi nocere, nec alteri prodeſſe, quantum ad hanc præſumptionem, quoniam habitudo ex qua præſumptio prioris, vel poſterioris natiuitatis elicitur, debet conſiderari veriſimiliter habita ratione ad tempus natiuitatis ad quod refertur, & de quo diſputatur. *arg. l. Titius. de mili. teſta. cum ſimilibus.* Secundo verò caſu, quando non apparet de illa habitudine, & tunc ſubdiſtinguo. Aut alter eſt poſſeſſor, ſiue in * quaſi poſſeſſione primogenituræ: Aut neuter eſt in illa quaſi poſſeſſione. Primo caſu, poſſeſſor vel quaſi præfertur, quoniam eo ipſo quòd poſſidet, etiam ſi nihil aliud doceat, plus iuris habet alio non poſſidente, & remanere debet in poſſeſſione cum effectu, donec aduerſarius ſe prius natum probet. §. retinendæ. in fi. Inſti. de interdic. *l.* 2. *D. vti poſſid. l. fin. C. de rei ven.* Et hoc videtur tenere glo. in *d. l. idem erit. in fi.* & fuit opi. Iaco. de Are. & Iacob. But. ſecundum Alber. ibi quod amplio, nedum ſi iam delata & adita hæreditate, ſit poſſeſſor principalis manſionis & iuris præcipui tanquam primogenitus, ſed etiam ſi tantum habeat ſimplicem quaſi poſſeſſionem iuris primogenituræ, ante aditam hæreditatem, vel adhuc viuo communi parente. Hæc enim quaſi poſſeſſio in dubio ſufficiet, ad accipiendum in hæreditate delata vel deferenda omne ius primogenito attributum.

* Quaſi poſſeſſio iuris primogenituræ.

6. ¶ Ratio, quia hæc quaſi poſſeſſio quum conſiſtat in iumbus circa perſonam, ſufficit ad transferendum onus probandi contrarium in aduerſarium. text in *l. cum ea. & ibi Bar.* D. *de proba. l. liberis in fi.* D. *de lib. cau.* & maximè attento quòd huic quaſi poſſeſſioni non repugnat originalis ſtatus perſonę vel rei, nec aliqua præſumptio iuris, ſed hic ſtatus ſeu qualitas primogenituræ ineſt, vel apta eſt ineſſe ab origine perſonæ, vel non: vnde etiam in realibus liberaret ab onere probandi, & illud transferret in contradicentem, vt decidit Bar. in *l. ſi prius. col. 9. in* 5. *op.* 3. *partis. ver. vt igitur* & ibi Pau. Alex. Iaſ. *col.* 10. *n.* 35. D. *de ope. no. nu.* Iaſ. in *l. is poteſt. col.* 8. *nu.* 57. *D. de acqui. vel amit. hæred.* Bal. *cv.* 351. *in bonis feudalib. col.* 1. *lib.* 1. & fuſius diximus 1. *tit.* 3. *in rubr. fa. no.* dictum Salic. in *l. non epiſtolis. in fi. C. de proba.* quòd ſola quaſi poſſeſſio fraternitatis ſufficit ad obtinendum hæreditatem alicuius defuncti, ſine liberis, de cuius veritate dicemus 1. *tit.* 15. §. 63. Hanc concluſionem limito, ſeu potius declaro, dummodo iſta quaſi poſſeſſio primogenituræ ſit quæſita de conſenſu vel patientia eius ad quem pertinet; puta iudicio & contractu parentis communis qui alterum ſemper habuit, & reputauit pro antiquiore & prius nato. Vel ſi parens indifferenter ſe habuit ex recogni-

tione vel patientia aduersarij qui recognouit istum tanquam primogenitum, vel scientes passus est eum pro tali se gerere serioſe, & in actib. qui non possunt fieri citra ius, & nomen primogeniti, non per modum familiaritatis, aut simplicis honorificentiæ, vel alterius ciuilitatis prout latius de acquisitione, amissione, & effectu quasi possessionis, diximus *infra rub. 3.*

7. ¶ Secundo vero casu subdistinctionis quando neuter est possessor, nec in quasi possessione primogenituræ, nec volunt inuicem cedere, aut aliter conuenire. Et tunc dico quod sorte dirimendum est. per text. in *l. si qui sunt. versi. si autem. ibi. sortiri oportet, aut ex consensu vel suffragio &c. D. sa. bar. l. si. §. sancimus. C. communia. de lega. l. generaliter. §. proinde versic. quid ergo statuet. D. de fideicom. liber. Inst. de leg. §. optionis fa. l. sed cum unibo. D. de iudic.* in tantum quod etiam altero prouocante ad diuisionem, tamen nisi vtroque consentiente non debet (etiam in rebus diuisibilibus) diuidi ius primogenituræ, hoc enim esset cum contra naturam iuris primogenituræ, quod vnum tantum primo natum præsupponit, & illi soli debetur, tum contra substantiam seu veritatem naturalem ipsius primogenituræ, quæ non potest accidere, nec competere nisi vni, quum per naturam impossibile sit ambos simul vno impetu de vtero matris processisse *l. Arethusa. D. de stat ho.* tum contra intentionem consuetudinis, quæ noluit istud ius deferri, nisi vni soli. Itaque prouocantem ad iudicium sortis audiendum puto, & alterum ad hoc compellendum, etiam si offerat diuidere per medium, & alioquin fieri possit diuisio. Hanc conclusionem amplio etiam si alter haberet simplicem electionem & gratificationem parentum, quia in terminis huius consuetudinis non attenditur per ea quæ plenè dixi *supra ea gl. num. 4.* quicquid voluerit Ioan. Ciri. in *loco prælleg.* post Bal. in *l. in quib. ad fin. C. de secun. nup.* Card. Alex. in *c. per venerabilem. §. cum autem. col. 27. nu. 44. vers. & nota. qui si. sint legi.* & alios quos citare non libet; qui non loquuntur in terminis nostræ consuetudinis. Et aduerte, notanter dixi simplicem electionem & gratificationem, quæ præsupponit dubium, & cadit in aduantagium (vt vulgari sermone vtar.) Secus si parentes * attestati fuissent pro certo hunc prius fuisse natum; hoc enim (modo aliud in contrarium non appareat) sufficere puto ad probationem prioris natiuitatis: & sic non essemus in dubio. Amplio etiam si dicta affirmatio parentum non fuisset facta in iudicio solenniter, sed extra iudicium coram honestis personis, iuxta text. & quod ibi no. Ang. in *l. quæro. D. de edili. edict.* In istis enim sufficiunt probationes (modo probabiles) quales haberi possunt iuxta Lap. de Castello. *alleg. 94.* Alexan. *consil. 53. lib. 2. consil. 122. lib. 3.* 8. ¶ Sed contra hanc meam conclusionem fortiter opponitur. Primo, quod ista quæstio facti potius est quam iuris, inquit Vlpi. in *l. idem erit. D. de ſta. hom.* vbi verbum, potius, electiuè non comparatiuè ponitur. Et quòd quæstio vel dubium facti * nunquam sorte dirimitur, sed tantum quæstio iuris, vt tenet glos. in *l. vnica. in ver. prohibebit. in fi. C. vt possid-tis.* quam seq. Cy. Bar. Bald. Salic. Ange. & omnes scrib. *ibi* Alber. Ias. in *l. si. in princip. col. 1. C. communia de legat.* Bartol. in *l. si duo. in princip. col. 2. D. vti possi.* Imo. Paul. Alex. in *l. huiusmodi. §. si. D. de lega. 1.* & omnes ferè cano. in *c. licet causam de proba.* Feli. in *c. capitulum S. cruciſ. col. fin. de reſcript.* Steph. Constant. in *tract. de Ludou. col. 25.* Respondeo, primam partem huius distinctionis, videlicet quæstionem facti sorte non dirimendam, nullo iure probari, imò eædem rationes quibus in dubio iuris ad iudicium sortis recurritur, æquè militant in dubio facti, quod aliter non potest ita commodè explicari, puta vt ambitionis vel gratiæ suspicio auferatur, quam rationem reddit text. in *d. l. generaliter versic. quid ergo. D. de fideicom. liber.* & vt altercatio finiatur *d. l. si. C. communia. de lega.* Igitur sicut volunt doct. in d. locis dubium iuris sorte dirimendum saltem altero ad id prouocante, quando discordant in præiudicium ipsorum, & non in præiudicium tertij: idem eodem casu, vt in conclusione nostra dicendum est in dubio facti, & ita tenent Philip. Deci. in d. c. *licet causam. col. 18. num. 28.* & verum puto, turbæ vero contra opinantium oppono. *c. ego solis. 9. di.*

9. SECVNDO opponitur, qui * vult admitti vt talis, necessario prius docere debet se esse talem. *text. in l. non ignorat. C. de his. qui accuſa. non poſſ.* Et maximè quando qualitas nedum est causa introducendæ petitionis, sed etiam pronunciationis diffinitiuæ, *vt hic.* Sic qui fundat intentionem suam in determinato natiuitatis tempore, nisi illud probet succumbit. *l. matrem. C. de proba.* Et quandocunque certa qualitas est productiua alicuius effectus ad hunc consequendum, necesse est, vt illa qualitas articuletur & probetur. *l. 4. §. docere.* vbi not. Ang. *D. vi bo. rapto. l. 1. §. ait. Prætor. D. ne quid in loco publ. l pe. §. docere. D. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi. l. eum actum. D. de neg. geſt. l. ſi forte inſi. vbi Bar. D. de caſtren. pecu. lo.* And. in *c. 1. de homici. in 6.* Bar. in *l. 1. §. idem quæſitum. D. de aqua quotid. & eſti. in l. non ſolum. §. ſed vt probari.* & ibi Ias *D. de oper. nó. nun.* Igitur cum esse prius natum, sit * qualitas non multiplicabilis, singulariter & præcisè prærequisita ad obtinendum beneficium primogenituræ: necessario ante omnia probari debet. Et maximè quum iuxta Bal. in *c. ſeries de teſtib.* sit potius substantia quàm qualitas, quia respicit electionem & designationem vnius certæ tantum personæ. Vnde non ante quærendum est de re & iure primogenituræ, quam persona certa appareat cui detur, *l. quidam referunt. D. de iure codicil.* Cum igitur neuter doceat se esse illam personam, vterque debet excludi per dict. l. si fuerit. D. de rebus dub. cum aliis nuper allegatis suprà eod. num. 3.

10. Confirmatur, quia consuetudo de iure primogenituræ est exorbitans & contra ius commune, & videtur tam otiosa & restringenda, quàm fratrum concordia & æqualitas (cui derogat) est fauorabilis & ampliandа, vt dicetur *infra eo. glo 4. q.* Igitur vt habeat locum, liquidissimè constare debet de terminis & personis in quibus loquitur, vt in simili ait Bal. in *l. in testamento. 1. D. de condi. & demonſt.* per illum text. in *l. Titius, in fi. D. de lib. & poſtu. in l. vnica. in 3. opp.* & ibi Ias. *col. 2. C. de his quæ pœnæ nomi.* alioqui procliuiores * esse debemus ad filiorum æqualitatem per quam reducimur ad naturam & ius commune. *arg. gloſſ. & doc. ibi in c. ſtatutum de præben. in 6. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. D. de pact.*

Hæc mutuum vrgent, nec possent etiadi dicendo, quòd hìc certum est vnum primum natum, & illi istud ius ipso iure per hanc consuet. acquisitum, vt infr. *in gl. leg.* vt sic non agatur de acquisitione, sed de conseruatione iuris. quia etiam in *d. l. ſi fuerit. & l. cum ex pluribus*, agitur de legato directæ libertatis, quæ ipso iure acquiritur. *§. qui autem Inſt. de ſing. reb. perfideic. relict.* & testator sensit de certo homine, & tamen non sufficit in rerum natura constare quis ille sit, *vt §. pe. Inſtit. de verb. oblig.* si nobis incertus sit, ita quòd pereat libertas, res omnium rerum longè fauorabilissima. *l. libertas omnibus. D. de regul. iur.* quanto magis satius sub eadem incertitudine personæ petibit ius primogenituræ.

11. Tamen sustinendo conclusionem, dico quòd consuetudo non præcisè respicit illum tantum, qui primo natus est, nec sentit omnino de certo homine ab ipso initio natiuitatis, sed de certificando tempore delatæ hæreditatis, & iuris primogenituræ cum effectu acquirendi. Dum ergo instatur sic, in hoc casu duo simul concurrunt, & consuetudo de vno certo tantum ex illis sentit, isque nobis incertus est.

A

B

C

D

E

* Affirmatio parentum probat.

* Incerto de dimittur dubium facti vt iuris.

* Talem se probare debet qui vult admitti vt talis.

* Qualitas persona est magis substantia quam accidens.

* Aequalitas inter filios quam fieri potest tuenda.

Respondeo, consuetudo non præcisè sentit de illo quem in rerum natura certum est prius natum fuisse, sed de illo etiam qui fuit posterior natu, sed priore deficiente efficitur primus. Si enim deficiente illo quem priorem natu constat, sequens obtineat ius primogenituræ, multò fortiùs cedente vel gratificante illo de quo dubitatur prior sit, necne, sed iudicio sortis victus cedat alteri. Igitur non perit ius primogenituræ, sed victori remanet.

* Sors inter quos hic admittenda.

12. Et no. quòd * sors mittenda est inter ipsos duos tantùm de quibus dubitatur vter sit prior, non autem debent ad sortem admitti reliqui filij quos constat esse posteriores; nec est simile de præmio proposito primo peruenienti ad brabeum, quando duo simul ante alios peruenerunt: quo casu iterum est currendum, & nedum illi duo, sed etiam reliqui omnes debent æque admitti ad cursum, vt est opi. Cyn. in *proœm. D.* Angel. Alex. in *l. cum qui nouissimus. D. ad Senat. Trebel.* Feli. in *c. capitulum S. crucis. col.* 18. *de rescript.* Antho. Cor. in *tract. de brauio.* vbi hanc dicit communem esse sententiam quam (tametsi do. Ioan. Ciri. *in tract. primog. lib.* 1. *quæst.* 9. *colum. fin.* eam reprobet) veram puto quia tunc constat ambos simul peruenisse, & neutrum alterum præcedere. Et quum præmium vni soli, & omnes præcedenti, sit propositum, & certò constet nullum hoc fecisse, nullum cæteros omnes post se reliquisse, apparet conditionem nullo modo esse impletam, & nullum victorem, nullum victum esse, nulli ius brabei quæsitum, & sic nihil cæteris obstare. At in casu nostro certo constat alterum amborum prius natum, & à consuetudine vocatum. Et illi soli hoc ius acquisitum esse, reliquos autem ætate posteriores constat esse exclusos à iure primogenituræ, vnde non debent admitti ad sortem, sed soli illi debent admitti, de quorum prioritate & acquisito iure dubitatur, & sic patet ratio differentiæ.

* Sortium vsus an licitus sit.

13. TERTIO opponitur à quibusdam * sortem execrandam, & illicitam esse, & à probis viris alienam. Et vt plenius intelligatur hæc materia, atque in præparationem plurium circa sortem quæstionum, quas infra in locis opportunis tractabo: paulò altiùs attingam, quàm legum aut canonum interpretes hactenus soliti sint, qui ex ignorantia theologiæ, cæterarúmque bonarum artium incuriâ, sæpe in errore deprehenduntur. ¶ Et præmitto ad intellectum verbi, & præcauendam fallaciam æquiuocationis, & analogiæ, quòd * sors quatuor modis accipitur secundùm glo. *in proœm. Clemen. in verf. sortis.* Et Henr. Bo. in *cap.* 1. *in* 2. *quæst. de sortilegi.* Et plenius cæteris declarando reperio in iure accipi quinque modis.

* Sortis vocabulum ambiguum.

* Prima sortis acceptio.

¶ Primò, pro particulari & fortuito casu vel euentu, eius quod fit ab homine ad discernendum per euentum fortunæ, quid cui sit adhibendum vel assignandum. Et hæc est propria, & magis communis significatio. Et ita accipimus hîc in q. nostra, & sic capitur in d. l. fi. *C. communia. de lega. & aliis allegatis supra eod. num. 7. & in d. c. sors.* 26. *q.* 2. Et hanc vocant theologi scholastici * sortem diuisoriam: dicunt * enim (vt obiter istud declarem) triplicem esse sortem, videlicet prima diuisoria, cùm inquiritur quid cui sit adhibendum, siue agatur de patrimonio, siue de honore, siue de alia re. Et de hac loquimur in hac prima acceptione. Secunda consultoria, cum inquiritur quid sit agendum vel fugiendum, tanquam bonum, vtum, vtile, vel contra, sub ratione consilij. 14. Tertia diuinatoria, cum inquiritur cognitio futurorum, vel alicuius futuri sub ratione simplicis scientiæ vel prudentiæ, & idem si alicuius occulti de præsenti vel præterito. Et harum sortium euentus expectari vel inquiri potest à triplici causa, scilicet cælo, fortunâ, vel spiritu. Cùm autem expectatur à cælo, siue ab astris, vel à spiritu diuigente, nihil ad præsens institutum, & nimis etiam prolixum foret,

* Sors diuisoria, consultoria, diuinatoria.

* Sors triplex apud theologos.

quare remitto ad S. Tho. in 2. 2. *quæst.* 95. *art.* 6. & eius compilatores, Alberic. in *dictiona. ver. sortilegium. sum. Siluestri. in ver. superstitio.* q. 9. Cùm autem expectatur à simplici æqualis fortunæ casu, tunc aut agitur de sorte consultoria, vel diuinatoria, & palam est tali modo quærere consilium in dubiis agibilium, vel cognitionem occultorum, vanum & superstitiosum esse, & sortilegio accedere, nec vltra de hoc loquor, quia nec ad rem nostram pertinet. Aut agitur de sorte diuisoria, & de illa loquimur in q. nostra & in hac prima acceptione. & dicemus explicatis acceptionibus termini. ¶ Secundo modo accipitur generaliter pro * fortuna conditione vel statu cuiusque, bono vel malo, prospero vel aduerso: & ita capitur in *d. proœm. Cl. ver. & licet. & in l. fi. ibi, quos sors damnauerit humilior. C. de spectac. lib.* 11. *& in auth. quibus modis natu. effi. sui. §. generaliter. ibi tanquam sortem metuentem paternam.* In Græco enim Nouellarum Iustiniani Codice in titulo, *περὶ τῶν νόθων*, id est, de spuriis siue naturalibus: qui est titulus, qui in nostris authenticis inscribitur *quib. mod. natu. effi. sui. in §.* allegato ita scriptum est, *τοῦτο δὲ πάλιν διδόντα τὸν πάτερα.* id est forte paternam etiam reuerentiam fortunam. vt eleganter *& ad verbum vertit. Grego. Haloander.*

* Sors pro fortuna.

15. ¶ Tertiò pro sortilegio, * aut diuinatione, quod est damnatum, illicitum, & prohibitum, siue fiat pro præterito, siue pro futuro agnoscendo, cum tacito vel expresso dæmonis pacto. 26. *q.* 2. *c. hi qui. c. illud. c. qui sine saluatore.* 26. *q.* 3. 4. 5. *& 7. per to. ca.* 1. *& 2. de sortileg. l. nullus. l. nemo. C. de malef. & mathema.* Et huiusmodi sortilegia tanto sunt execrabiliora, & periculosiora, quanto sanctius, & religiosius obseruari videntur, & quanto plura miscentur bona de se sancta & honesta, vt ieiunium, castitas, oratio dominica, euangelij lectio, vel dilatio, vt inquit Io. Gerson. *in trilog. astrolog. theologi. propo.* 21. dicens post beatum Augustinum, huiusmodi sortilegia & obseruationes superstitiosas, tanto magis suspectas & fugiendas esse, quanto sæpius videntur suum sortiri effectum. Hæc autem expedit nescire potius quàm scire. *l. pen. C. de malef. & mathemat.*

* Sors pro sortilegio & diuinatione.

Quartò pro * capitali, siue pro pecunia prima & summa principali quæ mutuatur, vel in societatem aut aliam conuentionem deducitur, *vt c.* 1. 2. *cap. conquestus. de vsur. l. acceptam, & per tot. C. eod.* Quintò pro parte seu portione * hæreditatis vel patrimonij. *ca. cleros.* 21. *d. c. cum secundum Apostol. de præben.* vnde sortes vocabantur, partes terræ Palestinæ, tribubus filiorum Israel distributæ, & tribus Leui iussa est non habere sortem inter fratres suos. Eo quòd ipse dominus eius sors & hæreditas esset, & quòd Leuitæ cæterarum tribuum decimis & oblationibus sustentari & contentari debebant, vt textualiter habetur *Numer.* 18 *& Deutero.* 18. Vnde consortes dicuntur qui fundum, hæreditatem vel aliam rem communem habent. *l.* 1. *& 2. C. de confor. eiusdem lit.* 16. Extra materiam iuris capitur aliquando, & sextò pro * fato seu fatali necessitate secundum Papiam, quem refert Luc. de Pen. in *l.* 2. *col.* 2. *C. quando & qual. quar. pars lib.* 10. Et sic fidem adhibere sorti vel fato, peccatum est & erroneum in fide. 26. *q.* 7. *non obseruaris & c. seq.* Et erat error gentilium, & quorundam philosophorum ethnicorum, qui putabant cuncta etiam particularia subdi & fieri fato, quod reducebant ad vim positionis siderum & constellationum, secundum quam asseuerabant omnia necessariò euenire in his inferioribus. quod est alienum à fide catholica, & acerrimè cónfutatur per beatum Augustinum in *lib.* 3. *de ciuit. dei. & latissimè S. Tho. in lib.* 3. *contra Gentil.* quia hoc modo accipiendo * fatum nihil est in veritate, sed est quadruplex error. 17. ¶ Primus in attribuendo corporales effectus istorum inferiorum corporibus cœlestibus, ex necessi-

* Sors pro pecunia primo capitali respectu vsurarij.

* Sors pro hæreditatis portione.

* Sors pro fato.

* Fatum ethnicè acceptũ quadruplicem implicans errorem.

neceſſitate & incommutabili euentu. Licet enim cœli & aſtrorum influxus operentur in corpora inferiora diſpoſitiuè & inclinatiuè, ita vt S. Tho. concedit in *d. lib. c.* 52. quod ex diſpoſitione relicta in corpore ex fœlici radiatione ſyderum in genitura, aliquis dicatur nedum benè aut malè fortunatus, ſed etiam benè aut malè natus, tamen negat & clariſſimè refellit in *c.* 86. *d. libr.* vllam induci neceſſitatem, quia nedum illi ſyderum influxus non operantur neceſſariò, ſed ſæpe partim fruſtrantur effectu ſuo, partim aliud etiam quandoque contrarium operantur caſualiter, propter concurſum & impedimenta concurrentium cauſarum inferiorum, *vt probat S. Tho. in c.* 86. *d. lib.* 3. 18. ¶ Secundus in ſubijciendo illis etiam actus voluntatis & electionis hominis in quam nihil poſſunt imprimere etiam ſubſtantiæ ipſæ ſeparatæ, vt ſunt Angeli. Sed * ſolus Deus poteſt mouere voluntatem noſtram, quod intelligitur per modum agentis & imperantis etiam ſine nobis, quàmvis illam non moueat abſque electione noſtra, ſed per modum ſuadentis benè poteſt moueri ſiue allici ab Angelis per modum intellectionis, & indirectè à corporibus cœleſtibus inclinari ad aliquid per modum motus & paſſionis, quam cauſant influendo, & fœliciter vel ſecus alterando in corporibus noſtris, organis & potentiis nedum naturalibus & vegetatiuis, ſed etiam ſenſitiuis, vt ſunt imaginatio, vis memoratiua, & cogitatiua, quæ conſiſtunt in vi & organo corporeo, & ſine quibus intellectus noſter, licet non ſit virtus corporea, non poteſt operari. *S. Thom. cap.* 84. *d. lib.* 3. 19. ¶ Tertius conſequenter in abrogando liberum noſtrum arbitrium quod eſt * liberum ad bonum & malum: ad bonum tamen auxilio gratiæ Dei, vt plenè & catholicè per S. Aug. in lib. *de ſpiri. & litera.* & in *epiſtola aduerſus Pelagianos.* & in *lib. de gratia & lib. arb. patet Eccl.* 15. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui, *& ibi glo.* 1. id eſt in libertate arbitrij. Et ne extra metas inſtituti nimis extendar, remitto ad Magiſtrum ſentent. *lib.* 2. *d.* 24. 25. *& 26. Ad S. Tho.* 1. *par. d.* 83. *art.* 1. 2. 3. Et ad piam & eruditam diatribam magni Eraſmi aduerſus Lutherum.

20. Quartus, in derogando ſummæ poteſtati & vniuerſali * prouidentiæ Dei, quæ *Sap.* 8. attingit à fine vſque ad finem fortiter, id eſt primis creaturis, vſque ad infima earum, & omnia & ſingularia contingentia, etiam electiones & voluntates hominum immediatè complectitur, & * eius nihil eſt fortuitum, nihil cenſuale, nihil neceſſarium, vel fatale. S. Tho. *d. lib.* 3. *c.* 75. 85. *& 95.* Io. Gerſo. *pa.* 3. *de conſo. Theo. lib.* 2. *pro.* 4. Hinc Aug. 3. *de trin.* dicit, nihil fit, nec viſibile, nec intelligibile in mundo, quod non de aula ſummi imperatoris (ſcilicet Dei) aut iubeatur, aut permittatur ſecundum ineffabilem iuſtitiam pœnarum & præmiorum, gratiarum, & meritorum. Idem 9. *de ciuit. Dei.* dicit prouidentia Dei ſummi, & non fortuita temeritate regitur mundus: *&*, 10. *de ciuit. Dei* refert Platonem dixiſſe, omnia etiam terrena pertingit Dei prouidentia. 21. ¶ * Nec tamen certitudo & infallibilitas eius præſcientiæ & prouidentiæ excludit libertatem ab arbitrio hominis, nec contingentiam à rebus. Quæcunque enim liberè à nobis fiunt vel contingenter accidunt, Deus ab æterno præuidit & præordinauit, ſic liberè vel contingenter fieri: ita S. Thom. contra Gentil. *lib.* 1. *c.* 86. *& lib.* 3. *c.* 73. 94. Io. Picus ſui ſæculi lux *lib.* 4. *c.* 4. *contra Aſtrolo.* & de iſta æternæ præcognitionis, & præordinationis Dei liberique noſtri arbitrij concordia, lege ſi vacat locum vbertrimum apud antiquum & celebertrimum Eccleſiæ doct. Euſebium Cæſari. *de præpa. Euangel. lib.* 6. *c.* 5. Itaque ſors vel fatum in hac 6. acceptione nihil eſt. Sed accipiendo provt ſummus ille καὶ ἐνθεόξος φιλοσοφος, Seuerinus Boëtius, *de conſo. Philo. lib.* 4. *proſa* 6.

A quod fatum ſit inhærens rebus mobilibus diſpoſitio, per quam prouidentia, ſuis quæque nectit ordinibus nullus eſt error, ſed veritas amplectenda; quum nihil aliud ſignificet quàm ordinem cauſarum à Deo prouiſum & ordinatum. Sed quia cum infidelibus, nec nomina debemus habere communia, ne ex conſortio nominum poſſit ſumi erroris occaſio, nomen fati non eſt à fidelibus vſurpandum, ne videamur illis aſſentire, qui malè de fato ſenſerunt, omnia neceſſitati ſubijcientes; vnde propter hanc æquiuocationis fallaciam & periculum ait Aug. *in* 5. *de ciuit. Dei.* Si quis virtutem vel poteſtatem Dei nomine fati appellat, ſententiam teneat, linguam corrigat. hæc S. Tho. *d. li.* 3. *c.* 93. *& in par.* 1. *q.* 116. per tot. Bonauent. *lib.* 2. B *ſentent. di.* 14. *q. fi.* 22. ¶ Aliter & * ſeptimo ſors accipitur metaphoricè pro gratia Dei, qua ſaluamur, vt *in Pſal.* 30. *circa medium*, *ibi*, *in manibus tuis ſortes meæ.* (Aduerte tamen quia non ignoro nuper Ioan. Campenſem Hebraicæ linguæ peritiſſimum *in ſuo Pſ. Enchiridio*, loco dictorum verborum vertiſſe, in manu tua fata mea ſunt, quæ eſt catholica fati relatio per prædicta, cæterum de litera non eſt præſentis ſpeculationis.) quem locum enarrans Auguſt. in *ſerm.* 2. *col. fi.* ait non in manibus hominum, ſed in manibus tuis, & ſtatim quærit, quæ ſunt iſtæ ſortes? Et reſpondet, ſortes, dixit, quantum exiſtimo, gratiam, qua ſaluati ſumus; quare ſortis nomine appellat gratiam Dei? quia in ſorte non eſt electio, ſed voluntas Dei. Nam vbi dicitur, iſte facit, iſte non facit, merita conſiderantur. C Quando autem Deus nulla merita noſtra inuenit, ſorte voluntatis ſuæ nos ſaluos facit; quia voluit, non quia digni fuimus, hæc eſt ſors, &c. Et ibidem exponens Auguſt. illud Petri in Simonem Magum *Actor.* 8. quia exiſtimaſti donum Dei pecuniâ comparari, non eſt tibi ſors, neque pars in fide hac, id eſt, non pertines ad iſtam gratiam, quam gratis omnes accepimus, qui pecunia te putas poſſe emere quod gratis datur: ex eo autem quod gratis datur, ſors vocatur; hæc beatus Auguſt. Eccleſiæ illuſtrator, & clarè oſtendit Apoſt. *ad Epheſ. c.* 1. *b.* dicens in qua etiam & nos, ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. Hæc habui de ſortis acceptionibus ſemel differere; in quibus ſi ſubcepti inſtituti metas quadam- D tenus exceſſero, nihil tamen oſtentationis, aut multiloquij cauſa ſcripſi, ſed per occaſionem impulſus quàm breuius potui ſelectiora quædam ex multis complexus ſum.

23. Vt tamen ad oppoſitionem tertiam reuertamur, * ſors de ſe ſit mala aut prohibita? ex prædictis patet non ſupereſſe quæſtionem, niſi in prima acceptione, videlicet in diuiſoria, in qua ſimplex fortunę caſus ad aliquid eligendum accipitur. In qua breuiter dicendum quod de ſe nihil habet mali, nec illicitum eſt ea vti, vt declarat Auguſt. in *d. Pſal.* 30. *& tranſumptiue in c. ſors* 26. *q.* 2. & ita tenent Theologi; nec eſt vanum ſed prudens conſilium ſorte determinare dubitationem quę alias commodè dirimi nequit; vt de facto conſulunt Auguſt. in Epiſtola ad Honoratum, cum dubitaretur inter Sacerdotes tempore E perſecutionis, qui deberent fugere, qui verò reſidere vt refert *gloſſ.* 26. *quæſt.* 2. *in ſumma.* an autem ſi non ſit de ſe mala, ſaltem ſit prohibita? & Bald. in *l.* 2. *C. quand. & quibus. quarta pars. lib.* 10. tenet generaliter & regulariter quòd ſic; niſi in caſibus à iure expreſſis, & ſeq. Iaſo. in *l. fi. col.* 2. *C. communia de leg.* ſed hoc nullo iure probatur. Et meritò reprobatur per Alex. *in l. huiuſmodi* §. *fi. D. de legat.* 1. Et eſt communis & vera opinio * licere vti ſorte, etiam de iure canonico, niſi in caſibus à iure prohibitis vt tenet Ioan. Fabr. *d. l. fi. in prin. glo. & doct. in d. c. fin. de ſortil.* vbi prohibetur in * electionibus eccleſiaſticis. Ratio, tum ne aſſumatur indignus, tum ne

* Solus Deus in mentem & voluntatē hominis poteſt.

* Liberum arbitrium.

* Prouidētia Dei.

* Dei reſpectu nihil fortuitum vel caſuale, nihil neceſſarium

* Præſcientia Dei non excludit libertatem arbitrij nec contingentiam rerum.

* Sors pro gratia electionis ſeu prædeſtinationis.

* Sortium vſus an prohibitus.

* Sors regulariter permiſſa.

* In eccleſiaſticis prohibita.

inde oriatur & ſerpat ſuperſtitio apud imperitos, quaſi ille ſupra quem ceciderit ſors, ſit electus & approbatus à Deo ſicut Mathias: cuius oppoſitum poteſt contingere, nec priuilegium primorum Apoſtolorum quos conſtat Spiritus ſancti gratiâ afflatos & inſpiratos fuiſſe, pro communi lege ab aliis vſurpandum eſt *c. non ſtatim. c. non exemplo. 26. quæſt. 2.* Nec obſtat quod ſcribitur Prouerb. 17. Sortes mittuntur in ſinu, ſed à Domino temperantur: quia hoc verum eſt reſpectu ineffabilis prouidentiæ Dei, penes quam nihil eſt fortuitum, vt diximus, ſed ex hoc non innoteſcit nobis quæ ſit voluntas Dei, vel veritas eius quod inquiritur, & tali modo eam inquirere ſine ſpirituali reuelatione eſſet tentare Deum, & illicitum; nec exempla veteris Teſtamenti in quibus occulta veritas, ſorte fuit deprehenſa, vt Ioſue 7. 1. *Regum* 14. & Ionæ 1. trahenda ſunt in conſequentiam, vt in ſimili ait Io. de Imol. in *l. ſtipulatio hoc modo concepta. D. de ver. oblig.* Tum quia * quæ intellectu & rationis delectu fieri oportet, non debent caſui & fortunæ ſubijci, vt per Bald. *in conſt. D. §. Itaque ad finem.* Et quod in beneficialibus & eccleſiaſticis non ſit locus ſorti, tenet Cardi. Zaba. in *c. licet cauſam col. fi. de proba.* 24. Sed extra ea, & ceſſantibus prædictis inconuenientibus, & vbi reliqua omnia ſunt æqualia rationabiliter ſorte diſcerni poteſt.

* Sors ceſſare debet, vbi delectus eſt.

24. Imò etiam ſubortum * ſchiſma inter contendentes de Papatu, data paritate probationum ſorte dirimi poſſet, vt tenet Cardi. Zab. in *cap. licet ex quadam de elect. & in conſil. 150. quæſitum ſæpè. in fi.* quem ſeq. Petr. de Monte. in monarchia in 6. & vltimo modo tollendi ſchiſmatis: & Feli. in *c. capitulum S. Crucis in fi. de reſcrip.* quod ego intelligo de conſenſu vniuerſalis Eccleſiæ, ſeu concilij generalis, vel dominorum cardinalium Eccleſiam quantum ad hoc repræſentantium, cuius principaliter intereſt, per ea quæ tradunt Alb. Io. Fab. Bar. Bal. Sal. Phil. Cor. Iaſ. in *d. l. fi. in princ. C. communia de lega. & omnes ſcri. in d. l. huiuſmodi in fi. D. de leg. 1.* & in *d. licet cauſam de proba.* * Tunc locum eſſe iudicio ſortis inter aliquos, quando contendunt in eorum præiudicium tantum. Secus ſi agatur de præiudicio tertij; vnde ex eo quod dixi locum eſſe ſorti inter priuatos, & in patrimonio priuatorum, non debet continuò idem intelligi ſi ageretur de regno inter duos eiuſdem ætatis & paritatis filios regis, quum enim magis verſetur intereſſe ſubditorum ac regni & reip. rationabile eſt non ſore locum ſorti, niſi ſaltem de conſilio & aſſenſu procerum & ſtatuum regni, vt ſentit Bal. in *l. ex hoc iure. quæſt. 5. D. de inſti. & iure.* & alibi ſæpe, non tamen quæſtiones regnorum (altius ingenium & profundius examen requirentes) tam breui & incidenti verbo decido. An autem iudicio ſortis læſus prouocare, aut alio remedio ſibi conſulere poſſit, *dixi infra* §. 147. Non me fugiebat interea, ſortem vltra prædicta alio etiam modo vulgò accipi: videlicet pro ludo talorum vel aleatum. Sed hanc acceptionem, quòd à propria & genuina ſignificatione, & a doctorum vſu ſit aliena contempſi: nec enim imperitorum vſus conſuetudinem ſermonis facit teſte Fabio. *Inſtit. orato. lib. 1. c. 2.* Tum ludus ille tametſi vilis, ſub ſorte diuiſoria, & in prima acceptione ſatis continetur, non enim de ſe malus eſt, nec illicitus, ſed propter vanitatem inepiam luxúmque nimium abutentium iuſtè prohibitus eſt in *l. fi. C. de impen. & ſum. fu.* & ſicubi infra locus inciderit, concluſiones reſolutiuas illius materiæ trademus.

* Schiſma dirimi poteſt.

* Sorti non eſt locus quando agitur de præiudicio tertij.

25. § SECVNDO quæro, Quid ſi * primogenitus ſit mente captus vel furioſus? Et videtur quod non habeat iſtud ius primogenituræ, quum non conſiſtat niſi in feudis in quibus non ſuccedit penitus inhabilis. *c. vnico, an mut. vel alias imperfec. in vſib. feu.* Contrarium eſt dicendum, quia feuda regulantur apud nos ſicut patrimonialia. Sed in ſucceſſione patrimonialium, furioſus etiam à natiuitate, aut aliter imperfectus, non eſt in aliquo deterioris conditionis, ſed habet etiam iura ſuitatis. text. in *l. 1. & per to. de bono. poſſeſſ. infan. D. in §. ſui. Inſti. de hæred. quæ ab inteſt. defer l. fi. §. tali C. de curato. furio.* Ergo ſicut ſuccedit in hæreditate etiam reſpectu feudalium: ita ſuccedet in iſto iure primogenituræ quod iure hæreditario defertur, & eſt perſona habilis, ſiue ius primogenituræ conſiſtat in feudalibus tantum, vt in noſtra conſuetudine, ſiue etiam in aliis patrimonialibus. Et hæc eſt veritas, quicquid ſcripſerit Soci. *in conſ. 47. Facti narratione col. 1. lib. 3.* vbi tenuit quòd demens ſeu mente captus, licet aliter non furioſus, non ſuccedat in iure maioritatis ſeu primogenituræ, nedum in feudalibus aut aliis habentibus dignitatem annexam, ſed nec in cæteris bonis patrimonialibus ſeu allodialibus: quod vltimum etiam in terminis iuris communis eſt falſum, & contra opinionem Inno. Gemi. Phi. in *c. grandi. de ſupplen. negli. præla.* & omnium docto. vbique. Quare hanc opinionem Soci. merito reprehendit Io. Ciri. in *d. tract. primogen. lib. 3. q. 6. vbi etiam in lib. 1. q. 5.* tranſeundo cum communi doct. opinione ſentit aliud eſſe in regno vel principatu, in quo vult procedere opin. Bald. in *d. c. vnico. an mut. vel aliæ imperfect.* quod ſi vitium ſit natale, hoc eſt natiuum, & perpetuum, ſecundogenitus ſit rex vel princeps, & ſic habeat ius primogenituræ: Si verò ex poſtfacto accidentaliter ſuperuenerit, poſtquam ius primogenituræ in perſona ſua fuit radicatum, nihilominus ſuccedat etiam in regno, ſed detur curator iuxta *cap. grandi. de ſupplen. negli. præla. in 6.* Idem Bald. in *c. 1. in fi. prin. de ſucceſſ. feu. in vſib. feud.* & in *auth. hoc amplius col. 2. C. de fideicom.* Aluaro in §. *mutus. ad fi. verſic. quid ſi ſtatutum. in tit. Epiſc. vel Abba. in vſib. feu.* Mart. Laud. in *tract. primogenit. char. vlt. verſic. Rurſus quærendum.* Iacob. in *inueſt. feu. verſi. 1. col. 3. verſi. ſed quid ſi.*

* Primogenitus virum eſſe deſinat quis ob furorem & mentis alienationem.

26. Fortius tenet & ſe conſuluiſſe dicit Zaſi. *in tract. feud. par. 8.* conſuetudinem, quod primogenitus ſolus in dignitatibus ſuccedat, debere intelligi ſi ſit aptus: alioquin non præcisè ſecundogenitum, ſed aptiorem, & ſaluti Reip. & quieti ſubditorum vtiliorem præferendum, & poſſe deligi à patre. Et iſtud conſilium quod in ſe eſt optimum & ſanctum poſſet planè forſan procedere, in dignitatibus Germaniæ, dependentibus ab Imperio, quod non eſt hæreditarium nec ſucceſſiuum ſed electiuum. * Sed in ſupremo regno Franciæ firmat do. Io. Igne. *in diſput. an Rex Franc. recognoſ. Imper. colum. 3. 8.* quod etiam à natiuitate demens ſuccedat, & quòd propter hoc regnum & ius primogenituræ non auferantur ab eo: ſed detur curator: quia licet regnum Franciæ non ſit hæreditarium, patrimoniale, vel feudale: eſt tamen ſucceſſiuum, nec iure hæreditario, ſed iure ſanguinis & agnationis maſculinæ defertur, & debetur proximiori ſanguinis maſculini in infinitum, licet non ſit hæres ſicut iura competentia agnatis in *l. vel quæ. D. de religio. & ſumpti. fu. l. Iubè ſepulchri. C. eo. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. D. de aqui. vel omitt. hæred. l. ſi operarum D. de oper. lib.* Et mero iure verius videtur & etiam vtilius: quo lex regni, qua ſtat triumphans corona Franciæ, nec huius tantæ cauſæ prætextu alterabilis, immota perpetuò inuiolabiliſque vigeat & proſperetur. Si qua tamen neceſſitas reip. vrgeret, non puto illo furioſo ſuperſtite ius ipſum, titulum vel regnum, etiam ad ſecundogenitum (nedum ad extraneum) deferendum: niſi de conſenſu & authoritate procerum, & ſtatuum totum regnum repræſentantium, *vt in c. alias. 15. q. 6.* Sed bene adminiſtratio nomine officij vel regentis, ad proximiorem ad hoc idoneum deferetur, nec quantum ad hoc regulariter niſi propter emergens dubium, aut diſcordiam requiritur aduocatio ſtatuum regni. Si quæris de his latiùs

* Quo iure Imperium, quo iure regnum Franciæ deferatur.

audire, remitto ad Io. de Ter. Rub. con. Rebel. Franc. *tract. 2. art. 1.*

27. ¶ TERTIO quæro quid si non sit furiosus, sed taliter * inhabilis quod non potest venire ad successionem ? Et proculdubio secundogenitus siue immediatè sequens filius, obtinebit solidum & verum ius primogenituræ, quia consuetudo loquens de primogenito, intelligitur de habili ad succedendum. Et sic * inhabilis non facit numerum, sed habetur pro mortuo vel nullo, text. in *l. 1. §. fi.* & ibi Bar. *D. de bo. poss. contra tab.* Bal. *in consi. 2. viso statuto. lib. 2.* secundum veterem impressionem, & secundum nouam est *consi. 3. lib. 4.* vbi decidit quòd statutum ciuitatis Cortonæ, quòd mulier à patre vel matre dotata neutri succedat superstite fratre, intelligitur de fratre successibili ; vnde frater consanguineus tantum, non excludet sororem dotatam à successione matris ipsius sororis. Siue igitur prior natu sit inhabilis, propter delictum, siue propter ingratitudinem, siue religionis professionem, siue aliàs quouismodo, dummodo ipso iure sit incapax : fit locus posteriori natu, qui obtinebit verum & solidum ius primogenituræ, puta si prior natu ante mortem patris, passus sit mediam vel maximam capitis diminutionem, vel si ex vera & iusta causa exhæredatus sit, vt dicemus j. *eo. gloss. 3. 4. 5. nu. 12.* Si autem non esset inhabilis ipso iure, sed indignus & per sententiam priuandus, non fieret locus posteriori natu : sicut nec cæteris liberis accresceret portio prius nati, quæ non deficit ipso iure, sed ab eo aufertur, & in fiscum tota deuoluitur, vt plenè dicemus infra. §. 122. & §. 127.

28. QVARTO, quærò, primogenitus est habilis, tamen non venit ad successionem, ideo quia vult * abstinere & de facto abstinet à successione patris vel matris : verùm ius primogenituræ transeat ad filium secundo genitum immediatè venientem & succedentem? Et videtur quòd sic : & quòd verum solidúmque ius primogenituræ obtineat plurib⁹ rationibus. Primò, quia si antiquior abstinet : clarum est quòd nullomodo habet istud ius primogenituræ : quoniam non potest competere nisi hæredi & iure hæreditario. Igitur ille abstinens nullomodo potest dici, nec censeri primogenitus ; si enim re & effectu careat, carere debet & nomine. *l. à nullo. C. de feriis gl. 1. in c. admonere* 33. *q.* 2. Secundò filius immediatè sequens & succedens patri vel matri, nullum habet ante se in ista successione, ergo est antiquior & primus filius genitus & succedens : & sic quantum ad hanc successionem verificatur in eo nomen & qualitas primogeniti expressa per hanc consuetudinem : & per consequens habet verum & solidum ius primogenituræ, & secundum verba, & secundum mentem huius consuetudinis, quæ defert istam prærogatiuam soli antiquiori natu filiorum masculorum venientium ad successionem cum effectu ; vt patet in *text. huius §. & sequentium.* sed iste est antiquior natu filiorum & succedentium, igitur, &c. In contrarium videtur quòd primo abstinente non transeat ad secundogenitum vel alium filiorum ius primogenituræ, sed quod hoc casu omnes cæteri filij & filiæ succedant æqualiter omni primogenitura cessante per text. j § 127. vbi dicitur quòd vno ex filiis abstinente, ius quod ad alium pertineret si non abstineret, accrescit cæteris succedentibus. Ex ille text. simpliciter & generaliter loquitur, & sic simpliciter & generaliter debet accipi. Igitur quodcunque ius aliàs competiturum cuicunque abstinenti : simpliciter & indistinctè accrescit cæteris succedentibus. Igitur necessario fatendum est quòd omne ius & omnis portio deficiens, non accrescit vni, siue secundogenito, siue alij, sed pariter omnibus succedentibus, omnes enim ad portionem deficientem, debent admitti per illum text. igitur secundogenitus non subrogabitur nec succedet solus in iure primogenituræ & portione primogeniti abstinentis, sed omnes simul confusa primogenitura succedent. Et videtur ille text. sufficiens & inuitabilis ad decisionem huius quæstionis. 29. ¶ Sed rectè & subtiliter perpendendo text. *d.* §. 127. nullo modo obstat, & illi facillimè potest responderi, quod illa verba, *Accroist aux autres*, id est accrescit cæteris, intelliguntur ciuiliter, & secundum regulas iuris communis, id accrescit ipsi hæreditati, & massæ successionis, ad quam remoto abstinente de medio soli vocantur cæteri qui successionem agnoscunt, vt succedant secundum qualitatem & conditionem suam, & secundum naturam successionis deuolutæ, perinde atque ille abstinens nunquam fuisset in numero, vel rerum natura, prout etiam abstinens habetur pro mortuo quantum ad illam successionem, vt not. scrib. in *l. 1. §. fi. D. de bonor. possess. tab.* Ita quod portio * abstinentis accrescit cæteris, non aliquo iure transfuso vel transmisso ab abstinente, sed tanquam iure derelicto à defuncto iacente & reperto in sua successione, & sic in iure & portione deficiente, ipsi soli defuncto immediatè succeditur, & non ipsi abstinenti. Igitur liquet quod ista portio deficiens accrescens cæteris, non intelligitur illis accrescere, nisi illo & eodem modo quo succederent defuncto, si abstinens non esset in rerum natura : ad quod facit textus in *l. cum ex filio. §. fi. D. de vulg. & pup. sub.* sed si ille abstinens non fuisset tunc in rerum natura, isti cæteri succederent sub forma huius §. videlicet iure primogenituræ spectante ad filium maiorem natu inter eos, quæ est forma succedendi ab intestato secundum quam generalitas *d.* §. 127. debet intelligi vt etiam diximus *infra eodem* §. 9. *in gl. 4. num.* 2. & facit fa. migerata illa theorica. Petr. de Ancha. in *l. tres frat. D. de pact. quam plane explicauimus. inf.* §. 137. Rursus pro isto secundo genito facit quod primus nullum præstat obstaculum in hac successione, vt est notum, & sic secundus habetur pro primo, imo est verè primus, ex quo nullum habet ante se. Nec obstat quod primus est naturaliter primogenitus, quia ex quo non agnoscit successionem, & per consequens nec ius primogenituræ agnoscit, sed abstinet : nedum nomen primogeniti non est in consideratione, sed relinquit locum vacuum sequenti per text. in *simili in l. 2. §. sed si non sint. D. ad Tertull.* vbi dicitur quod nudum nomen sui hæredis non tenet locum, nec impedit quin mater succedat, quamvis suo hærede abstinente, remaneant aliquæ reliquiæ suitatis, vt not. doct. in *l. si filium. D. de libe. posthu.* Et hanc partem tenet Gill. Benedic. in *repet. ca.* Raynutius in *ver. in test. relinq. 1. n. 156.* Et videtur tenuisse Marti. Laud. in *tract. primogen. sbar. 3. verse. quæro an primogenitus.* vbi aduocat. Bal. in §. *præterea. quib. mod. feu. amitta.* vbi Bald. loquitur in longè diuersis terminis.

30. Quibus non obstantibus veritatem puto in hoc themate reliquos filios, & filias, æqualiter siue aliqua prærogatiua primogenituræ succedere : quia quum esset primogenitus habilis, nullus reliquorum potest dici nec censeri primogenitus. Nec obstat quod abstinendo ab hæreditate habetur pro mortuo quantum ad ius primogenituræ : quia verum est quantum ad effectum consistentem in iure hæreditario, non autem quantum ad alios effectus, puta quo ad honores, insignia integra familiæ, & alia quæ citra ius & nomen hæredis haberi possunt. Et sic * remanet verè re & nomine primogenitus : quamvis omittendo hæreditatem omittat lucrum in hæreditate duntaxat consistens, si enim esset concessum feudum vel emphyteusis alicui & liberis, ita vt primogenitus totum obtineret, deuolueretur ad primogenitum, tametsi paternam hæreditatem repudiantem. Cum igitur nulli cæterorum competat vera appellatio primogeniti, cessat inter eos ius primogenituræ, non ex eo quod nihil accreuerit singulis vel singulis non vni soli accreuerit : sed ex eo quod nullus eorum est primogenitus

* Primogenito inhabili secundogenitus fit primogenitus.

* Inhabilis habetur pro mortuo, nec facit numerum.

* Quo iure portio abstinentis accrescit.

* Primogenito abstinente à successione, an primogenitura soli secundogenito proximo accrescit, an verò cæteris altis omnib.

Solutio.

* Primogenitus remanet licet abstinet ab hæreditate.

defuncti, nec ſufficit ſecundogenitum eſſe primogenitum reſpectiuè ad ſequentes ſe: quia huiuſmodi relatio debet fieri ad parentem de cuius ſucceſſione agitur inſpecto tempore mortis, vt patet per hunc *text* & diximus in *princ. huius §. ad hæc faciunt quæ diximus* ʃ. *eod. glo. 3. q. 5. num. 26.* fortaſſe multis abſurda videbitur hæc mea noua opinio. Quare in mentem venit eam confirmare per locum ab * abſurdo, quod ferè ſemper neceſſe erit incurrere, ſi priori opinioni locus ſit. Non enim ſolet accidere primogenitum aliàs habilem, abſtinere ab hæreditate parentis ſaltem opulenta: niſi cum amplam habuerit donationem ab eodem parente: quæ longè excedet, ſaltem adæquabit portionem omnem, vna cum iure primogenituræ, quam laturus erat ſuccedendo & conferendo. Et ſic tum demum abſtinebit, cum integrum ius primogenituræ, & vltra, vel æquipollens, iam conſecutus eſt. Et nihilominus ſecundogenitus adhuc integrum aliud ius primogenituræ perciperet in reſiduo: & ſic in effectu ius præcipui & primogenituræ, bis euelleretur in eadem ſucceſſione, contra mentem & intentionem huius conſuetudinis, & in exinanitionem reliquorum liberorum, quod eſt abſurdum & iniquum: & latius refelli poſſet hæc iniquitas, præſertim ex his quę ſcripſi in pulchra *q. infra* §. 114. Super donatione magna aui, alteri ex nepotibus præmortui filij, non veniente ad ſucceſſionem: contendente tamen altero nepote ſolidam & integram portionem, in locum præmortui patris, quem in ſolidum vult repræſentare. Sed quia iſtud argumentum, licet militet vt plurimum non tamen generaliter, prout generalis eſt noſtra concluſio, ſiſtendum eſt in ratione quam dixi.

* Argumentum ab abſurdo neceſſarium.

31. ¶ QVINTO iuxta hæc quæro. Quid ſi eodem themate retento, ille primogenitus medio tempore moriatur abſque liberis, id eſt poſt obitum patris, & antequam reliqui filij hæreditatem patris adierint? Et videtur ſaltem hoc caſu locum eſſe priori ſententiæ; quia deficit ratio fundamentalis deciſionis noſtræ: quæ eſt quòd ipſe ſecundogenitus habet alium ante ſe, qui eſt verus & naturalis primogenitus, & qui per abſtentionem paternæ hæreditatis non deſinit eſſe filius primogenitus, nec in ſe, nec quo ad omnia alia iura & honores primogenituræ: Modò mortuo illo primogenito ceſſat hæc ratio, quia iam iſte quondam ſecundus eſt primus: & nullum habet ante ſe, in quo reſideat aliquod ſiue ius, ſiue nomen, ſiue veſtigium primogenituræ: & ad eum recidit & inſigniorum plenorum honos, dignitas, & antiquitas domus & familiæ. Igitur ſine riuali, & controuerſia eſt verus primogenitus per rationes ſuprà pro hac parte adductas. Quibus non obſtantibus adhuc idem puto quòd in præcedenti q quantum ad bona dictæ ſucceſſionis paternæ vt debeant diuidi æqualiter, ſine aliqua prærogatiua primogenituræ. Aut enim d. primogenitus antequam moreretur expreſsè abſtinuit ab hæreditate patris, & illi renunciauit; aut deceſſit ante abſtentionem & aditionem. Primo caſu vt eſt in themate, & tunc extunc omnis portio quam habiturus erat in hæreditate defecit, & accreuit æqualiter cæteris, quibus extunc fuit acquiſitum ius incommutabile in viriles, & æqualiter ſuccedendi, quod non poteſt in aliquo mutari vel alterari, per ſuperuenientem mortem abſtinentis vel renuntiantis. Tum non ſufficeret aliquem factum eſſe primogenitum poſt obitum patris etiam ſtatim, ſed neceſſario requiritur quòd illa qualitas inſit tempore mortis patris, & delatæ ſucceſſionis 32. ¶ Tempus * enim obitus & delatæ ſucceſſionis ſemper præcisè attenditur quantum ad ius & modum ſuccedendi, per iura vulgata, & etiam ad tempus obitus referuntur verba huius conſuetudinis, vt patet *in §§. ſequentibus*. Et ſic qualitas iuncta verbo intelligitur, ſecũdum tempus verbi. iur. vulga. benè verum eſt, quòd quantum ad actus futuros, & iura de nouo acquirenda, iſte ſecundogenitus amodò cenſebitur primogenitus, & habebit, ſi qua ſint, & obueniant alia iura primogenituræ. Vnde ſi poſtea contingat fortè matrem, vel alium aſcendentem decedere, produldubio erit verus & effectualis primogenitus, inſpecto iſto tempore mortis; vel ſi caſtrum, aut aliud ſit legatum primogenito d. domus, ſpectabit ad iſtum, ex quo tempore mortis teſtatoris, præmortuo dicto quondam primogenito, & ſic inſpecto tempore quo dies legati cedit, iſte inuenitur primogenitus. Idem in his quę iure contractus ad primogenitum deferuntur, vt debeat inſpici tempus extantis conditionis, & deuolutionis. Similiter de cętero inſignia plena, & dignitas antiquitatis, quæ habent effectum ſucceſſiuum, & quæcunque de iure, vel de conſuetudine publica, vel priuata familiæ, ſpectant ad primogenitum, vel ad antiquiorem ad hunc deuoluuntur. Sed de his quæ habent velut actum momentaneum, & iam radicata & acquiſita ſunt, nihil poteſt immutari. An autem illud quod deuoluitur ex legato, vel contractu, ſi primogenitus non ſit præmortuus, ſed ſuperuiuat & repudiet, efficiatur caducum, vel ad quem deuoluatur? dicam infra ſuo quoque opportuno loco, ne ſim hic nimius & exuperans. Secundo verò caſu quando ille primogenitus deceſſit poſt patrem, neque repudiata, neque adita hereditate patris, & tunc cum ipſo iure fuerit hęres & ſaiſitus, portionem ſuam, vel ignorans tranſmiſit ad quoſcunque hęredes *vt dicemus infra* §. 132. Et ſic ſua portio non eſt de ſucceſſione patris, ſed de ſucceſſione collaterali iſtius, & feudalia portionis ſuę debent inter fratres diuidi æqualiter: vel ſi ſuperſit vnus tantum frater illè totum illud obtinebit (excluſis ſororibus) non tanquam hæres patris ſed tanquam hæres fratris vt infra §. 25. Reliqua viriliter diuiduntur. Quæri poſſet quid de clerico, vel religionem profeſſo? Sed cum hodie notum ſit omnibus, illum eodem iure quo laicus quantum ad iſta cenſeri? hunc verò omnino eſſe inhabilem vt infra §. 151. non opus eſt aliis verbis, quibus tamen audire libet, videant Io. Cirium in *tract. primog. lib. 1. q. 24. & lib. 2. q. 11.*

a Qualitas primogenituræ debet ineſſe tempore obitus patris.

33. SEXTO quæro, quid de filio * adoptato indicis authoritate, vel arrogato principis authoritate? Et cum iſtud ius primogenituræ reguletur ſecundum habilitatem ſuccedendi, videtur quod intantum ſint capaces iuris primogenituræ in hæreditate ciuilis parentis, inquantum ſunt illi ſucceſſibiles, ſed iure communi ſuccedere poſſunt, & ſuccedunt ab inteſtato etiam vna cum naturalibus & legitimis liberis, dummodo ante mortem parentis ciuilis non fuerint emancipati. §. *ſed ea omnia Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. ſi. C. de ado.* ergo ſunt capaces iuris primogenituræ ſicut alij, & ſic ſi antiquiores ſint adoptione quàm alij natiuitate, obtinent ius primogenituræ, quaſi prius geniti ſcilicet ciuiliter. * Contradicendum eſt: quòd conſuetudo loquens ſimpliciter de filio, intelligitur de naturali, non autem de legitimo tantum & ficto, *l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetra. l. fideicommiſſum. D. de condi. & de.* nec adoptiuus nec arrogatus venit appellatione filij ſimpliciter, quum non ſit natus ex viro & vxore. *l. filium definimus. D. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.* Quanto fortiùs hic vbi non loquitur ſimpliciter de filio, ſed de primogenito, quæ qualitas præcisè eſt naturalis, nec poteſt conuenire adoptato vel arrogato, qui non poteſt dici genitus, ſed per fictionem aſcitus; facit quod Georg. Nata. in *tract. ſtatu. excl. fœmi. part. 3. q. 3.* & Albert. Bru. *eo. tract. art. 12. quæſtio. 1.* concludit ſtante ſtatuto quòd ſtantibus filiis legitimis; filiæ non ſuccedant: filius adoptiuus vel arrogatus non excludet eas, quia non comprehenditur in ſtatuto. Sed ſuccedent ſimul ſicut in caſu relicto diſpoſitioni iuris communis. Et ſic concludo, quod ſi eſt vnus maſculus naturalis & legitimus quantumcunque poſt adoptionem alterius genitus, obtine-

* Adoptatus vtrum ſuccedat in ius primogenituræ.

* Adoptati vel arrogati nullũ habent ius primogenituræ.

by Google

bit verum ius primogenituræ, & ſi non ſint niſi filius adoptatus, quantumcunque primo loco etiam expreſsè cum omni iure primogenituræ hæres inſtitutus, & filiæ naturales & legitimæ etiam poſt adoptionem genitæ, ceſſabit ius primogenituræ, & omnes ſuccedent æqualiter. Et ſic eſt caſus in quo in ſucceſſione directa ſuccedit maſculus, & tamen nullum eſt ius primogenituræ; ſimile vidiſti .5. *ea.gl. 9.4. & 5.* alium caſum videbis infra *ea.gl. 9.7.* Et æquè eodem caſu ſuccederet adoptiuus in feudis, etiam antiquis hæreditis, ſicut in reliquis mobilibus aut acqueſtis provt & naturalis ſimpliciter legitimatus, de quo latiùs dicemus *infra* §. 122. non obſtat §. *adoptiuus. ſi de feud. defunct. conten. ſit inter do. & agna. in vſib. feud.* quia apud nos non habet locum, quum feuda ſint patrimonialia. Et hoc in feudis hæreditariis: ſecus in feudo vel emphyteuſi conceſſa alicui & eius liberis, & ſic iure contractus devoluitur ad comprehenſos in inueſtitura, etiam ſi non ſint hæredes: quia in iſtis adoptiuus nullomodo ſuccederet, quum non comprehendatur in verbis contractus, quæ de naturalibus & legitimis intelligũtur non de legitimis tantum vt pleniùs dicemus infra d. §. 122. Vbi etiam reſolutiuè tractamus an & quando adoptiui ſeu legitimi tantum ſuccedant, & an ſint ſaiſiti ſeu in eos continuetur poſſeſſio per conſuetudinem. ¶ Sed è conuerſo quæri poſſet, an hæc conſuetudo haberet locum in filio, nedum emancipato, ſed dato in arrogationem * extraneo patri? Et dicendum eſt indubitanter quòd ſic: quia non ideo minus ſuccedit patri naturali, & propinquis conjunctis per eum, & ibi ſucceditur: & omnia iura ſucceſſionis agnationis & cognationis hinc inde integra ſeruantur. §. *ſed ea omnia Inſti. de hæredi. quæ ab inteſta. deferunt. l. penul. §. ſed ſiquidem. C. de adop. in auth. de hæred. ab inteſt. §. nullam coll. 9.* hinc vult Alber. Bru. in *d. tract. ſtat. exclu. fœmi. art. 12. q. 1.* filiam excludi per filium ab extraneo arrogatum ſtante præfato ſtatuto.

b De arrogatione ab extraneo patre.

34. SEPTIMÒ quæro quid de naturali prius nato, * deinde poſt natiuitatem legitimorum per ſubſequens matrimonium legitimato? hæc queſtio habet duo principalia capita: Primum an aliud matrimonium intermedium impediat iſtam legitimationem prolis. Secundum dato quòd non impediat, an iſta legitimatio trahatur retro, ita quod prius naturaliter nati, ſed poſtea legitimati præferantur legitimè natis in quocunque iure primogenituræ vel maioratus? Et quia hæ quæſtiones pleniſſimè & vtrinque ab anteceſſoribus diſputatę ſunt, vt per Io. An. in *mercuria. c. ſine culpa de re iur. in 7.* Antho. de Roſell. & Ludo. de Sar. in *tract. legitimatio.* Prępo. in *c. per venerabilem. §. quod autem. qui fil. ſint legit.* Et nouiſſimè per do. Ioan. Ciri. *in tract. primogen. lib. 1. q. 14.* omiſſis argumentis reſolutiuè breuiterque procedam.

b Legitimatus vtrùm cõſequatur ius primogenituræ & præferatur legitimis.

¶ Et quantum ad primum ſit concluſio, quòd * matrimonium intermedium non impedit legitimationem prolis per ſubſequens matrimonium, hanc enim vim, priorem legitimandi prolem, iura concedunt matrimonio indiſtinctè, non diſtinguendo an aliquod medium matrimonium interceſſerit vel non: vel an alia ſubſit legitima proles vel non, vt patet in *l. diui Conſtantini. C. de natura. li. in aut. de inceſt. & nepha. nupt. §. dubitatum. coll. 2. in c. tanta. qui fi. ſint legi.* imò videntur expreſsè & determinatè concedere etiam ſtantibus legitimis interim, & ſic ex matrimonio intermedio natis; vt eſt text in *authen. quib. mod. natu. effi. legi. §. ſi vero ſolum modo. in fi. col. 6.* Sed quia ille text. poſſet cauillari, ſi quis ſubtiliter argutari vellet quòd clauſula *niſi forſitan. in D. §.* non eſt diſpoſitiua ſed merè relatiua ad conſtitutiones vel leges præcedentes, ſufficiunt iura præallegata cum ipſius rei æquitate & communi ſententia, * contra quam nimia & rigore ſa ſubtilitas non eſt à conſulentibus & iudicantibus admittenda te-

b Matrimonium intermedium non impedit legitimationẽ.

c Contra cõmunem & æquam ſententiam non eſt ſubtilitas admittenda.

ſte iuriſco. in *l. ſicut §. ſi debitori. D. quib. modo pig. vel hyp. ſol. & Accurt. in tit. Epiſcop. vel Abba. in verb. feudum in vſib. feud.* Et hęc eſt vera, communis & in vſum recepta ſententia, quam tenent Goffri. in *ſum. de fil. presb. verb. quid ſit natus.* Hoſti. in *ſum. eod. tit. §. 2. in fin.* Richar. Malumb. in *diſpu. incip. in quibuſdam prouinciis.* Ioa. An. Phi. Fran. in *d. c. ſine culpa.* Anthon. But. & cęteri in *d. ca. tanta bar. in l. cum quis. C. de natura libr.* Bart. & omnes ſcri. in *l. gallus. §. & quid ſi tantum. D. de lib. & poſthu.* Antho. de Roſcl. in *d. tract. char. 4.* Foria de S. Petr. in *diſpu. incip.* Baro. in *1. dub. col. 5. 6.* & omnes quotquot legiſſe recordor excepto. Lud. de Sar. in *tract. de legitimatio. in cap. de legitim. per matri. q. 2. char. 5. 6.* cuius opi. tanquam minus æqua & ſaturnina reijcienda eſt, & omnino ſecundum opinionem cano. & communem ad huiuſmodi legitimationem ſufficiunt duo extrema videlicet coitum potuiſſe per cõſenſum eſſe vxorium: & matrimoniũ poſtea ſecutum vt tradunt in locis prędictis. 35. ¶ Quantum ad ſecundum ſit concluſio, quòd huiuſmodi * legitimatio non trahitur retro, in prędudicium eorum qui iam fuerunt nati vel effecti legitimi, & quibus hac ratione fuit aliquot ius quæſitum: vnde ſi filij Titij eſſent ſubſtituti, & tempore parificatæ conditionis extent filij Titij ex legitima vxore, & naturalis ex concubina ante matrimonium habita, ſoli tunc legitimè nati vocabuntur ad hęreditatem vel fideicommiſſum, ſiue ad ſubſtitutionem directam, vel obliquam naturalibus in perpetuum excluſis, etiam ſi poſtea legitimarentur mortua vxore Titij, & vetere concubina per eum in vxorem aſſumpta. Et eſt ratio quia quamvis ſequens matrimonium, facit eos, verè & propriè legitimos, verum eſt vt ex nunc tempore ſcilicet contracti matrimonij: non autem facit eos verè legitimos retro, ſiue in prętęritum, à tempore natiuitatis. text. in *d. c. tanta.* ibi poſt contractum matrimonium, tum conſtat quòd verè aduſque fuerunt illegitimi, & impoſſibile eſt facere quin tales fuerint, quum ad prætęritum ſtatum immutandum nulla ſit potentia etiam diuina ſecundum Philoſophum, & in *l. in bello. §. facta autem. D. de capti. & poſt limin. reuer.* Sed benè poteſt lex ex nunc fingere, provt fingit, retrò in prętęritum eos fuiſſe legitimos in *aut. quib. mod. natu. effici. legi. §. ſit igitur colla. 6. l. interdum. l. fi. D. de nata. reſtitue.* & eſt * fictio tranſlatiua de tempore ad tempus: hæc autem fictio nihil immutare vel auferre debet de iure aliis quæſito. *cap. quamuis de reſcript. in 6.* & expreſsè patet per *text. in auth. quib. mod. natu. effi. legiti. §. liceat. ibi de cætero & §. ſic igitur ibi. & hoc facto ex inde coll. 6. & in d. §. ſit igitur ad fin. ibi quo facto ex hoc.* Et hęc eſt potiſſima & punctualis ratio deciſiua in qua cęteris omiſſis reſideo.

a Legitimatio non trahitur retro in prædudicium tertij.

a Fictio trãſlatiuè.

¶ Et ſic patet deciſio. q. noſtrę quòd iſti legitimato etiam per ſubſequens matrimonium, quod legitimat quoad omnia: vt no. in §. *naturales ſi de feu. defunct. cont. ſit inter. do. & agna. in c. innotuit. de elect.* non cõpetit ius primogenituræ: quamuis ętate ſit antiquior, ſed legitimè nato, qui primus ſuus & legitimus natus eſt patri ſuo. Et ſic in eo primum radicatum eſt ius primogenituræ, quod ſemel quæſitum non auferetur, ſed tranſmittitur ſecundum ea quę dicemus infra §. 124. Nec obſtat quòd non eſt primogenitus naturaliter, * quia quantum ad effectum & aſſecutionem iuris de quo agitur, eſt verè & non fictè primogenitus, id eſt, primo legitimus & agnatus, genitus & prioriura legitimitatis, agnationis & ſuitatis aſſecutus, in qua prioritate iurium radicatur iſtud ius, & ſic non obſtat quod alter prius natus fuit naturaliter: quia hoc non ſufficit ad obtinendum ius primogenituræ, ſed requiritur quòd etiam priùs fuit legitimus ſuus hęres & ſucceſſibilis patri. 36. ¶ Et hæc verà ſunt nedum in patrimoniis priuatorum, ſed etiam in * dignitatibus regalibus, & regnis, nedum in his quę iure hæreditario, ſed etiam multo fortiùs in his quę iure inueſtiturę vel ſanguinis deferuntur, & ita tenent Bar. Brixi. *in dominica. q. 55. incip. aliqua habuit.*

a Quis verè primogenitus.

a Legitimati in dignitatibus & Regalibus vtrùm ſuccedant.

Bartol. Bal. Ang. Pau. Alex. Iaſ. Fort. Grat. *coll.* 98. *& omnes in dict. §. & quid ſi tantum* Io. And. Phi. in *c. ſine culpa* & ipſius Io. And. compilator Alb. in *l. cum quis C. de natura. lib.* Bald. in *tract. ſtatu. in ver. primogenitus.* Pet. Ancha. Card. Flo. & omnes in *d. cap. tanta. Bald. in l. eam quam col. 9. de fideicommiſſ.* Bal. Saly. Paul. in *l. quotiens. C. de rei vend.* & ibi Iaſ. *col.* 8. *nu.* 40. Panor. *conſ.* 4. *videtur li.* 1. Matt. Laud. *intra. primogen. char.* 4. *ver. ex quib.* & plurimi alij quos præfati adducunt ne ſuperuacuis allegationibus chartas expleam; & ita dicendum eſt quamvis contrarium teneat Bart. ſibi contrarius in *d. auth. quibus mod. natur. effi. ſui §. trib. in fi. Florian. de ſanct.* Petr. in *incip. baro. in* 2. *dubio.* Nec eſt differentia, an ſtatutum vel conſuetudo dicat primogenitus ſimpliciter, vel primogenitus legitimus; quamvis Anthon. Roſell. in *tract. legiti. lib.* 1. *in c. de cauſa finali in fi.* magnam differentiam faciat, & velit in primo caſu, prius naturaliter genitum poſt natiuitatem legitimi, legitimato præferri, quod falſum eſt, & irrationabile; quia verbum *filius*, aut verbum *primogenitus*, prolatum à lege, intelligitur de legitimo, & non de naturali tantum: licet non exprimat verbum legitimus. text. in *l. generaliter §. cum autem. de inſti. & ſubſti.* Secus autem ſi ſtatutum loqueretur de * legitimè nato: tunc enim legitimatus etiam per ſubſequens matrimonium nunquam admitteretur ad tale ius, contra ius commune delatum, quia non eſt legitimè natus ſecundum Anthon. de Roſell. in *d. loco.* Ludo. de Sa. *eod. tract. char.* 7. Super quo reſolutionem nouam tradam ad concordiam multarum opinionum infra §. 122. *gloſſ.* 1. nec eſt ille articulus de legitimè nato præſentis ſpeculationis: quia noſtra conſuetudo loquitur ſimpliciter de filio primogenito. Vnde ille eſt primogenitus qui prior legitimitatis & ſucceſſibilitatis iura habuit: & ſic ſi ſtante maſculo legitimo, antiquior naturalis legitimetur, non habent ius primogenituræ quia erat præoccupatum per legitimæ natum & ei acquiſitum. Si autem erant tantum filiæ ſine dubio acquirét ius primogenituræ; quum nulli adhuc ſit quæſitum. Nec cenſetur auferri aliquid à ſuperuenientibus maſculis legitimè natis: quia & in natiuitate & in legitimitate ille eſt prior iſtis.

* Legitimati & legitimè nati differentia.

37. ¶ Sed quid ſi non ſuperſunt filij legitimi, vel non ſunt niſi filiæ, ſed ſunt * plures maſculi naturales eiuſdem matris, qui per ſubſequens matrimonium eodem momento ſimul legitimantur, an antiquior natu habebit ius primogenituræ? videtur quòd non, ex eo quod diximus attendi prioritatem legitimitatis, & non ſufficere ſolam proprietatem natiuitatis naturalis. Sed iſte licet antiquior, non eſt prior alijs in legitimitate. Et quum conſtet neminem eorum eſſe in ea priorem alio, ſed omnes ſimul concurrere, videntur ceſſare termini conſuetudinis, ex quo conſtat nullum eorum priorem, alio: & ſic quod nec iudicio ſortis ſit locus, ſed omnino deficiat ius primogenituræ, & æqualiter ſit ſuccedendum & diuidendum. Et ita tenet Antho. de Roſel. *in loco proximè allegato in fine.* Quibus non obſtantibus contrarium puto quòd antiquior ſit primogenitus & verum ſolidúmque ius primogenituræ obtineat. Ratio quia huiuſmodi legitimatio retrahitur & fingit legitimè natum in commodum legitimati quando alij non eſt ius quæſitum, vt ſ. annotaui, & tenent omnes ſcrib. in *l. Gallus §. & quid ſi tantum.*

* An ſit reperire ius primogenituræ inter plures ſimul legitimatos.

* Legitimatio trahitur retro in quibus alij ius quæſitum.

* Sed tempore legitimationis nulli eſt quæſitum ius primogenituræ: ergo acquiritur prius nato naturaliter, quia fingitur prior & ante alium fuiſſe legitimus & ſucceſſibilis, & hoc ſufficit ad obtinendum omne ius quod habuiſſet ſi tempore natiuitatis fuiſſet legitimè natus dummodo illud ius non ſit alij acquiſitum vt in præſenti caſu.

38. OCTAVO quæro quid de * legitimo per reſcriptum principis? Et primò videndum eſt an legitimati per reſcriptum ſint ſucceſſibiles? ſed videtur fruſtra de his diſputari: ſaltem reſpectu bonorum feudalium, in quibus naturales non ſuccedunt, etiam ſi ſint plenè legitimati per reſcriptum principis tex. in §. *naturales. ſi de feud. defun. conten. ſi inter do. & agna.* & hoc niſi ſpecialiter & expreſsè legitimetur ad feuda; & ſi legitimetur per Comitem Palatinum vel alium habentem poteſtatem ab Imperatore vel Principe, requiritur ſpecialis clauſula legitimandi ad feuda, in priuilegio ſeu conceſſione poteſtatis, & in ipſa legitimatione: alioquin talis legitimatus non eſt ſucceſſibilis niſi ad alaudialia, & paganica & non ad feudalia, & ita determinat Signoro. de Homed. in *conſ.* 218. *quidam*, vbi dicit in *col.* 2. quod in priuilegio ſui comitatus apponi fecit nominatim de ſpecialitate & poteſtate legitimandi quoad ſucceſſionem feudorum cum derogatio. *d. c. naturales*, & idem voluntglo. And. de Iſer. Bal. Aluar. Præpo. in *d. c.* Alex. *conſ.* 2. *viſis codicillis. col.* 14. *lib.* 1. quod eſt repetitum *conſ.* 87. *lib.* 2. Fran. Aret. *con. pe. in fine.* Franc. Cur. in *conſ.* 1. *col.* 6. *cum tribus ſeq.* & eſt communis opinio. Aduerte tamen quod legitimatus * ſimpliciter ad feuda, non cenſetur legitimatus ad dignitatem feudalem, & legitimatus ad dignitates, non tamen cenſetur legitimatus ad regales, nec ad regnum ſecundum Bald. in *l. eam quam. colum.* 9. *C. de fideicom.* quem ſequitur Mart. Laud. in *d. §. naturales arg. cap. ad aures de reſcriptis. c. fi. de præb. extra cap. cum in illis. de præb. in* 6. Aduerte etiam quod ſecundum Bald. & Barba. in *addit. ad eum. d. §. naturales* non requiritur ſpecialis derogatio ſine clauſula non obſtante de §. naturales: ſed ſufficit quod expreſsè, & ſic ex certa ſcientia legitimetur ad feuda, quia ille §. non continet clauſulam derogatoriam ad reſcripta iuxta no. in *l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. in cap. nonnulli.* per Fel. & Cano. *de reſcrip.* & in *l. ſi quis in prin.* teſtamenti per di. Bar. & alios. *D. de leg.* 3. & idem volunt Marti. Laud. Aluaro. præpo. in *dict. §.* Rapha. Cuman. in *conſ* 158. *col.* 2. Franciſc. Cur. in *tract. feud. part.* 3. *quæſt.* 17. vbi falſo allegat Baldum in diuerſam ſententiam.

* Legitimatus ſpecialiter ad feuda non cenſetur legitimatus ad dignitates feudales.

* Naturalis non poteſt legitimari ad feuda contra communem.

39. ¶ Sed certè cum deficientibus legitimis, feudum ſit reuerſurum ad dominum cui competit iſtud ius tanquam ius formatum & cauſatum è contractu & infeudatione cui non poteſt etiam Imperator aut ſummus princeps derogare, etiam cum clauſula non obſtante per no. in *l. quoties. Cod. de precibus imper. offeren.* ſequitur * falſam eſſe glo. in *d. §. naturales.* & communem opinionem, & quod non poteſt illegitimus ſuccedere in feudis, etiam ſi expreſsè ad ea, & cum clauſula derogatoria ſit legitimatus, niſi fuerit legitimatus de conſenſu domini, vel niſi ipſe legitimus ſit dominus directus feudi, & ita tenent Saly. in *conſi. incipiente Comes Palatinus.* & in quadam diſputatione incip. *Mediolanenſis.* refert & ſequitur Alex. in *conſi.* 60. *viſa legitimatione. col.* 1. *lib.* 2. Anth. de Roſel. in *d. tract. de legit. lib.* 2. *col. pen. ver. ſed vlterius.* Card. Alex. in *c. per venerabilem. §. quod autem col.* 28. *num.* 61. *verſic. ſed quæro ſub hac.* vbi adducit glo. in *c.* 1. *de natu. fuc. feud. in vſib. feud.* quæ nihil facit. Sed adhuc eadem ratione dicendum eſt non ſufficere conſenſum ſolius domini, niſi quando agitur de ipſius tantum præiudicio vt puta in feudo nouo. Secus ſi feudum eſſet antiquum, quia tunc requireretur conſenſus filiorum & agnatorum legitimorum, quorum intereſt, quia ad eos feudum eſſet reuerſurum, alioquin eis non præiudicaret legitimatio: & ita tenet Ludou. de Sar. in *d. tract. col.* 59. *q.* 10. & expreſſius Vdal. Zaſi. in *tract. feud. par.* 8. *col. antepen.* niſi ex aliqua cauſa iuſta vel reip. neceſſaria: ex qua princeps poteſt auferre ius alienum. Et verum puto in terminis d. iuris feudalis. Et ſic concludo quod glo. *d. c. naturales*, non eſt vera, niſi in feudis impropriam naturam habentibus, quæ aliter tranſirent ad quoſcunque extraneos hæredes; vnde

* Legitimatus per reſcriptū prin. cipis vtrùm conſequatur ius primogenituræ.

Digitized by Google

decidit Rapha. Cuma. *in conſ.* 168. *reuerendus pater*, quod in feudo recepto pro ſe & ſuis hæredibus, ſuccedit legitimatus per reſcriptum, *ſeq.* Iaſo. in *l. quiſe patris, col.* 3. *num.* 14. C. *vnde lib.* Idem vult Soci. in feudo conceſſo alicui, pro ſe & ſuis hæredibus, vel quibus dederit, quo * caſu videtur data generalis & libera poteſtas alienandi ſecundum Albert. in *l. fi.* C. *de iure emphyt.* Ita Soci. in *conſi.* 3. *in cauſa domini Guid. col. fi. lib.* 3. & tunc puto quod ſufficit legitimatio generalis, etiam nulla facta mentione de feudis, vel iure feudorum, ex quo talia feuda in ſucceſſione non differunt, nec habent diſcretam naturam ab aliis rebus patrimonialibus; quapropter ita dicendum eſt apud nos legitimationem generalem extendi etiam ad feudalia, quum regularentur vt patrimonialia.

* In feudis hæreditariis ſufficit legitimatio generalis.

40. ¶ Non tamen præfata inquiſitio eſt inutilis, ſed eam propter feuda quædam, quæ non ſunt hæreditaria, ſed lege contractus & inueſtituræ deferuntur ad aliquos de certa linea. In his enim nulla prodeſt legitimatio niſi obtenta de conſenſu nedum patroni, ſed etiam omnium de linea, quorum intereſt. Et hoc excepta ſola legitimatione per ſubſequens matrimonium, quia pleniſſimè & mero iure reſtituit, & habilitat ad omnia vt dictum eſt in q. precedenti, & idem * in emphyteuſi conceſſa alicui & liberis vel deſcendentibus, etiam ſi non ſit dictum legitimè natis: imò etiam ſi nulla mentio legitimitatis facta ſit: & etiam ſi ſit emphyteuſis nedum ab eccleſia, ſed etiam à priuato conceſſa, vt latius ſi opus ſit loco opportuniori deducam, pro nunc dotibi ad hoc duo pulchra conſilia. Pet. Ancha. videlicet *conſi.* 308. *prima facie. & conſi.* 427. *circa primum.* His incidenter & breuius, vt mihi videtur, quàm pro magnitudine par erat prælibatis.

* Etiam emphyteuſis primi non tranſit ad legitimatos per reſcriptum.

41. ¶ Accedendo ad reſolutionem quæſtionis noſtræ videtur, legitimato per reſcriptum competere ius primogenituræ, quum ſit æquè ſucceſſibilis in feudis noſtris, atque in ceteris bonis. Et hoc in eiſdem caſibus duntaxat, in quibus in queſtione precedenti dictum eſt legitimato per matrimonium ius iſtud competere, videlicet quando tempore legitimationis nullus ſubeſt filius maſculus & legitimus à quo ius primogenituræ ſit præoccupatum: vel ſi quis tunc adfuerit, tamen poſtea ante delatam & aditam per eum hæreditatem ſublatus eſt de medio quocunque modo. Contrarium decidit ſubtiliter & acutè Io. Citi. in *d. trac. lib.* 1. *q.* 13. *col. pen.* per accuratiſſimam vtrinque diſputationem quod * taliter legitimatus nullam habeat prærogatiuam primogenituræ, nec plus poſſit capere in quibuſcunque bonis ſucceſſionis, quàm vnus ex legitimis minus habens accipiat: & mouetur per tex. ad hoc expreſſum in §. *& quoniam varie. verſi. ita tamen in auth. quib. mod. nat. effician. ſui. col.* 7. & adducit Bal. in *c. per tuas. de maio. & obed.* vbi dicit quòd legitimati non ſunt de ſtirpe, nec toti ſtirpi attinent in *d. auth.* §. *filium vero.* ideo non ſunt nobiles, nec eis poteſt relinqui, niſi quantum vbi legitimato cui minus relinquitur, *d.* §. *& quoniam.* Et ſic debere intelligi priuilegium Imperatoris quod ſuccedant cum legitimis: ſi enim ſtatuto cauetur quòd filia non ſuccedat niſi in vnica, iſta fœmina limitat maſculum legitimatum, vt non poſſit plus conſequi, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: refert & ſequitur Alex. in *l. neceſſariis, col. fin. D. de acquir. hared.* Et hæc opinio eſt æqua & rationabilis in ſe & ſummè notanda, adde quod idem dictum Bald. refert Alex. in *l. ex facto.* §. 1. *in fi. D. ad Trebellia.* vbi tamen dicit ſe hoc non ponere pro conſtanti.

* Legitimatus per reſcriptum non habet ius primogenituræ.

42. ¶ Et etiam eiuſmodi opinio prima facie non videtur iuri conſona, nec meruit allegari d. §. & quòniam variæ; quia non loquitur in legitimatis per principem, ſed ſolum per oblationem curiæ. Multo minus adduci poſſunt Bald. & Alexan. *vbi ſupra* quia expreſsè limitant & reſtringunt dicta ſua ad legitimatos per oblationem curiæ tantum, vt etiam intelligit Iaſ. in *l. vnic. col.* 11. *C. quan. non peten. part. pet. accre.* ſentientes * aliud eſſe in legitimatis per reſcriptum principis, nec mirum, quum inter eos ſit maxima differentia. Nempe legitimatus per oblationem curiæ ſoli patri agnaſcitur, non auo, nec cæteris aſcendentibus, nec aliis agnatis vel cognatis, quorum reſpectu remanet prorſus illegitimus vt prius, text. in §. *filium vero. d. Auth. quib. mod. natur. effi. ſui.* At legitimatus per reſcriptū legitimus eſt nedum patri, ſed omnibus aſcendentibus agnatis, cognatis & propinquis per tex. in §. *illud tamen eo. tit. in* §. *ſit igitur licentia. in Aut. quib. mod. natur. effic. legit. col.* 6. *ibi nihil à legitimis differentes, &c.* Ita tenet. Specu. in *tit. de ſucceſſ. ab inteſta. verſi. quid de legitimatis*, & ibi Io. And. in *add. Auth.* Roſe. in *d. tract. char. pe. verſi. ſed quæro an legitimatus per reſcriptum agnaſcatur.* Ludo. de Sard. *eo. trac. char.* 15. *q.* 8. Ille non efficitur verè legitimus, ſed ſolum fictè, & quo ad quid *d.* §. *filium vero. ibi, per machinationem.* At iſte reſtituitur illi legitimitati, quam legitimè nati habent, (ſicut libertus qui reſtitutus natalibus redditur naturali ingenuitati) & verus legitimus efficitur, *vt in tex. præallegatis*, & vt decidit Bart. in *rep. l. ſi is qui pro emptore. col.* 8. *num.* 17. *& ibi Iaſ. col.* 47. *& ſequent. D. de vſucapio.* Bald. in *l. manumiſſiones col. prima. D. de inſti. & iure.* & patri agnaſcitur ſuus hæres, ſibíque debetur legitima, & de neceſſitate debet inſtituti, alioquin tanquam præteritus rumpit teſtamentum. Alexand. Iaſon in *rubr. D. de lib. & poſthum.* quæ non habent locum in legitimato per obligationem curiæ. Et fuſius dixi. *infra* §. 122. Vnde ex dicto §. & quoniam variæ, loquente in legitimato per oblationem curiæ & ſic in fictè legitimato tantum, vt tradit idem Citi. *in dicto tractatu lib.* 1. *quæſt.* 15. nihil poteſt inferri ad legitimatum, & reſtitutum per reſcriptum. Quid igitur dicendum.

* Differentia inter legitimatum per oblationē curiæ & legitimatum per reſcriptum.

43. Et pro clariori reſolutione, fingamus patrem duas puellas ex legitimo matrimonio habentem, & quendam ſpurium vel naturalem tantum, qui legitimationis diploma obtinet à principe, dicemuſne huic tanquam à conſuetudine vocato, acquiri ius primogenituræ in bonis patris, cum illud ius non reperiatur ab alio tunc præoccupatum? quid ſi illæ filiæ præclaros ſponſos inuenerint, ſpe futuræ ſucceſſionis paternæ, quæ fortè non conſiſtit niſi in multis opulentis feudis? Et certè durum iniquúmque videtur earum ſpem per hunc modum à dimidia redigi infra quartam. Quod ſi negemus legitimato per reſcriptum acquiri ius primogenituræ, quaſi de tali conſuetudo noſtra non intelligatur: eadem ratione idem dicendum erit, etiam ſi tempore legitimationis nulli ſuberant filij legitimi nec maſculi nec fœminæ: ita quod ſuperueniens maſculus legitimè natus præferatur ei in iure primogenituræ, quod abſurdum videtur: quum ille ſit prior & in natiuitate & in legitimitate, ſuitate & quaſi debito legitimæ. Ius autem primogenituræ inſtar legitimæ habet, vt dicemus *infra eodem. glo.* 3. *q.* 1. Et ne diutius ſuſpenſum lectorem detineam in hac argumentoſiſſima quæſtione. * Concludo legitimato per reſcriptum nunquam competere ius primogenituræ, ſtantibus liberis legitimè natis, ſiue maſculis, ſiue fœminis tantùm: ſiue natis tempore legitimationis, ſiue poſtea conceptis & natis; & hoc in hoc regno eſt indubitatum ſecundum communem curſum huiuſmodi legitimationum, quæ nunquam conceduntur in forma plenæ reſtitutionis natalium, ſed potius diſpenſatiuè, ſaltem cum clauſulis modificatiuis videlicet dummodo ſi ſint aut ſuperueniant legitimè nati non cœquentur eis: vel dummodo de eorundem parentum vel hæredum procederit voluntate, de quorum tenoribus & effectu dicemus in *d.* §. 122. vbi proprius eſt locus: verum quia principis poteſtas non eſt alligata formis & limitibus aſſuetis: quin poſſit ſi libeat plenè legitimi-

* Concluſio.

tati reſtituere, ſine vlla modificatione & reſtrictione: ideo remanet dubium quæſtionis noſtræ diſcutiendum in puncto iuris quid ſi eodem retento themate plena & integra legitimatio, ſine limitatione concedatur à principe? Et ſupponitur eam validam, & non ſurreptitiam vt mentione facta de duplicitate illegitimitatis, vel aliis filiis legitimis, ſi qui ſint, & aliis qualitatibus notabiliter retrahentibus à legitimatione vt dicem⁹ in *d.* §. 112.

44. Et primò videtur quòd habeat ius primogenituræ, nedum quando non ſunt niſi filiæ, vt in themate, ſed etiam concurrentibus aliis maſculis poſtea legitimè natis, & quòd ſit illis iuræ primogenituræ præferendus quia poſt * legitimationem ſtatim & naturalia & ciuilia iura in eo concurrunt, *l. cum adoptiuis.* §. *omnia igitur. C. de adopt.* Et eſt vere filius legitimus, & prior natiuitate & legitimitate. Et comprehenditur in omni diſpoſitione loquente de filio vel filiis ſimpliciter, vel etiam addito verbo legitimo vel legitimis, vel etiam verbo naturalibus & legitimis. Siue enim ſit teſtamentum continens ſubſtitutionem ſi quis deceſſerit ſine filiis naturalibus & legitimis, legitimati per reſcriptum faciunt deficere fideicommiſſum & in totum excludunt ſubſtitutum, vt tenent Iacob. de Aret. quem ſeq. Ioan. And. in *addition.* Spec. *de ſucceſſ. ab inteſta. ad fin.* Alberic. Alexand. Iaſo. in *l. generaliter.* §. *cum autem. C. de inſt. & ſubſtit. ſub condit. facti.* Angel. in *diſput. incip. nobilis quidam genere. col.* 2. 3. Petr. Ancha. de in *repet. c. canonum ſtatuta. q.* 14. *col.* 37. vbi dicit ſe bis ita conſuluiſſe, vt patet in *ſuo conſilio* 225. *prima facie* Io. de Imol. in *l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus. D. ad Senat. Trebel.* vbi atteſtatur hanc eſſe communem ſententiam, latè Alexand. *conſilio* 2. *viſis codicillis. lib.* 1. quod eſt repetitum in *conſilio* 87. *lib.* 2. *conſilio* 92. *viſo themate in fin. lib.* 4. *conſilio* 5. *attentis narratis, lib.* 7. Card. Alexan. poſt Anthon. de But. *in c. per venerabilem.* §. *quod autem nu.* 102. *col.* 89. *& ſequent. qui filij ſint legiti.* vbi etiam *col.* 94. *num.* 104. dicit aliud eſſe in ſubſtitutione facta ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis legitimè natis, & benè: ſiue in contractu aut ſententia arbitri: vt decidit Angel. *conſilio* 71. *arbiter.* quòd ſententia arbitri de ſoluendo penſionem annuam alicui ● filiis ſuis legitimis & naturalibus, intelligitur etiam de legitimatis per Comitem Palatinum: ſiue de lege ſtatuto aut conſuetudine.

45. Hinc in fortiotibus terminis tenet Bald. in *l. eam quam, col.* 6. *verſicul. item fuit quæſitum, l. cum acutiſſimi, col.* 1. *verſicul. quæro nunquid. C. de fideicommiſſ.* quòd * ſtante ſtatuto vt extantibus maſculis naturalibus & legitimis fœminæ non ſuccedant: excludantur etiam per legitimatum: nec dicitur tale ſtatutum extendi ad legitimatos, ſed potius ipſa legitimatio ab habente poteſtatem facta, extendi ad ſtatutum, quod ab ea recipit interpretationē paſſiuam. Idem vult Paul. in *l. ſed ſi hæc.* §. *patronum.* 1. & ibi Soci. not. 8. *col.* 3. & Iaſ. *D. de in ius vocand.* Paul. in *l. ſi ita quis.* §. *ſi ceni. D. de legatis ſecundo. Et in rubric. C. de iur. aur. annu. & in conſilio* 27. *dicendum eſt colum.* 1. *& fin. conſilio* 34. *ſuprà* 1. *columna* 2. *&* 3. *conſilio* 101. *videndum eſt lib.* 2. Alexand. in *conſilio* 60. *viſa legitimatione. colum.* 2. *verſicul. iſtud*, idem *libro ſecundo.* Antho. Roſel. in *d. tract. lib.* 1. *de cauſa finali colum.* 1. *verſic. ſed hic quæro an ſtante ſtatuto.* Et in lib. 2. *de cauſ. effect. colum.* 6. *verſic. vlterius quæro:* vbi ſe referendo ad dictum librum primum, expreſsè & determinatè tenet quòd ſuccedat & præferatur in iure primogenituræ, quamuis nonnulli (ſed erroneè & forte ex auditu aut non perſpecto libro) aduocent eum in oppoſitum. Franc. Aret. Phil. Cor. in *l. liberos. C. de coll.* Aret. in *l. gallus.* §. *ſi eius, adſi. D. de lib. & poſthu.* Socin. *rep. l. cum anus, col.* 27. *verſ. præterea ſtatutum. D. de condit. & dem.* & in *conſi.* 63. *col. antepen. conſi.* 65. *ſuper propoſita. col.* 3. *lib.* 3. *Iaſ. in l.* 2. §. *prætor ait in fi. D. de in ius vocand. l. cum filiaſa. col. vlt. D. de*

* Legitimatus eſt verè legitimus, & in omni diſpoſitione venit appellatione filij legitimi.

* An legitimatus habeat beneficiū ſtatuti excludēs filias? die quod non, vt infra eo. nu. 42.

legat. 2. *l. generaliter.* §. *cum autem, col. ſi. C. de inſtit. & ſubſt. l.* 1. *col.* 3. *verſicul. hoc eſt quod ſtante C. de bo. poſſeſſ. contra tabul. & in dicta l. cum acutiſſimi*, vbi dicit ſe bis ita conſuluiſſe & iudicatum fuiſſe: tamen inter ſua conſilia non reperi niſi vnum conſ. ad hoc videlicet, *conſi.* 68. *lib.* 3. Phil. Deci. *conſi.* 365. *col.* 2. *num.* 7. Et pleniſſimè Albert. Bru. in *tractatu. ſtatu. exclu. fœmi, art.* 12. *quæſt.* 4. Secus ſi ſtatutum loqueretur de filiis legitimè natis, & ſic requireret legitimum ſtatum tempore natiuitatis vt not. in *locis præall.* maximè per Alex. in *d. conſ.* 5. *lib.* 7. Igitur multo fortius plenè legitimatus per reſcriptum comprehenditur in conſuetudine noſtra: quæ ſimpliciter loquitur de filio primogenito, cui tantum confert certum limitatum ius præcipui in honorem primogenituræ nullomodo excludendo reliquos filios ſiue maſculos ſiue fœminas à ſucceſſione, nec eorum legitimam minuendo.

46. Contrarium tamen nedum mera æquitate, ſed etiam mero iure verius puto, quia quamuis legitimatio per ſubſequens matrimonium etiam extantibus aliis filiis legitimis ſit fauorabilis tanquam à iure communi conceſſa & approbata, vt per ſcrib. in *d. cap. tanta & in d.* §. *naturalis*, * tamen legitimatio per reſcriptum ſaltem concurrentibus aliis filiis legitimis eſt odioſa, & à iure reprobata & prohibita text. in §. *ſi quis ergo filios legitimos non habens*, cum ſeq. in *Auth. quibus modis natu. effi. ſui. & in* §. *liceat igitur. Ibi ſi legitimam non habeat ſobolem, & in* §. *ſequ. in Auth. quib. modis natu. effi. legi.* Et adhuc ſi non ſuperſint niſi ſoli filij naturales prohibentur legitimari per reſcriptum, ſi honeſtè poſſint legitimari per ſubſequens matrimonium, vt volunt *text. præfati.* Ita quòd vnà cum legitimis non debent admitti naturales, niſi per oblationem curiæ à patre factam, vel per ſubſequens matrimonium tantum ſint legitimati. §. *ſi vero plurimis. verſic. omninò. quib. mod. natu. effi. ſui.* Et ita quòd etiam viuente patre, ad eius ſupplicationem legitimati, non poſſint ſuccedere extantibus legitimè natis, tenent Bart. in *Auth. Item ſi quis. C. de natur. libe.* Bald. in *Auth. præterea. C. eod.* Alexand. *conſi.* 187. *videretur, col.* 2. *lib.* 5. Iaſ. in *l. gallus.* §. *& quid ſit tantum. lect.* 2. *col.* 26. *D. de lib. & poſthum.* & ad hoc vt poſſint concurrere cum legitimis requiritur quòd legitimatio contineat clauſulam derogatoriam & correctiuam ad dicta iura. Et ſic talis legitimatio eſt valde exorbitans & odioſa, vnde quàm ſtrictiſſimè fieri poteſt interpretari debet dummodo aliquid operetur per not. in *l.* 4. §. *totiens. D. de dam. infect. in l. ſi.* §. *in computatione. C. de iure delib.* Cum autem ſatis operetur ſi concurrant cum legitimis, abſque eo quòd eis præferantur: ſed obtinendo tantum quantum legitimorum minus habens: ita debet intelligi & accipi vt plus capere non poſſint: quum enim per ius cōmune in totum hoc caſu repelluntur, & contra ius per ſpecialem diſpenſationem vel derogationem admittantur, ſatis eſt eos tantum conſequi, quantum conſequuntur legitimati per oblationem curiæ, qui de iure communi ad ſucceſſionem inteſtati vocātur, & tamen prohibentur plus capere quàm vnus legitimè natorum minus capiens. §. *& quoniam variæ quib. mod. effi. ſui.* Et ita non per nudum text. dict. §. & quoniam variæ. Sed per inductionem prædictam dicendum puto. Et quod diſpoſitio dict. §. & *quoniam varie verſ. ita tamen*, loquens in legitimatis per oblationem curiæ, æquè habeat locum in legitimatis per reſcriptum, caſu quo poſſunt concurrere cum legitimis tenet Angel. *expreſſe in d.* §. *quoniam variæ. & ſentit in* §. *tribus in fin. eod. tit.* Ludo. Rom. in *l. neceſſarium. D. de acquirend. hared.* Anthon. Roſel. in *dicto tract. lib.* 3. *col. fin.* Fran. Curt. *ſenior conſi.* 16. *col.* 3. *conſi.* 35. *col.* 4. *conſi.* 73. *col.* 16. Iaſo. in *rep. l. ſi it qui pro emptore, col.* 54. *D. de vſucapio. in conſi.* 68. *col. & ſi lib.* 3. Guilielmus Benedictus in *rep. cap.* Raynutius in *verſic. & vxo. nomine Adela. nu.* 205.

* Naturalis non poteſt iure communi legitimari per principē ſtantib. legitimè natis. Inductio deciſiua.

47. Ex quibus concludo quòd plenè legitimatus per rescriptum nedum legitimatione collatiua, vt loquitur Anthon. Rosell. in *d. Lib. 3. colum. fin.* sed etiam plenissima & restitutoria * natalium non potest in bonis & hæreditate parentis aliquod ius primogenituræ, vel aliam meliorem conditionem habere, vltra filios legitimè natos siue iam nati fuerint tempore legitimationis, siue postea superuenerint. Nec absurdum est quòd ius primogenituræ acquisitum huic legitimato qui tunc solus erat auferatur ei per superuenientiam masculi, vel etiam solius fœminæ legitimæ. Tum quia satis fauorabiliter & benignè secum agitur, quòd legitimatio sua natiuitate legitimi non reuocatur, sed conseruatur, vt cum eo æqualiter admittatur, vt dicemus in *d.* §. 122. Tum quia multo absurdius esset eum legitimè natis præferri. §. *tribus in fin. quibus modis natu. effi. sui.* plus voluit Baldus in *cap. per tuas de maiori. & obedient.* quod * omnes, legitimitati debent reuerentiam legitimè natis nec debent eis æquari, nec sedere ad vnam mensam: vnde falsa est opinio dicentium statutum vel consuetudinem excludentem fœminas stantibus masculis naturalibus & legitimis verificari & habere locum, etiam in filio legitimato per rescriptum. * Nec obstat quòd hæc consuetudo vel statutum potest recipere interpretationem passiuam à legitimatione, quod est fundamentum Bald. quia fateor hoc esse verum, quando ex hoc nihil sequeretur absurdum, vel contra ius commune: secus quando absurditas vel iuris communis derogatio induceretur & multiplicaretur vt in casu præsenti, quia primò derogatur iuri communi per huiusmodi legitimationem, inquantum legitimatus admittitur cum legitimè natis, quod erat à iure prohibitum: si autem eis adhuc præferretur iam secundo & grauius derogaretur iuri communi, vnde consuetudo non debet extendi etiam passiuè ad tam multiplicem iuris communis correctionem: sed potius restringi, ne tot specialia, & iuri repugnantia, in eadem persona admittantur.

48. Et super hoc notabili puncto dum quæritur, quando * interpretationi passiuæ locus sit, distinctionem quandam in regestis & theoriis meis collegi: quæ omisso apparatu breuiter induci potest ad resolutionem conclusiuam præsentis materiæ, sic ad casum subiectum applicando vt sequitur: Aut statutum vel consuetudo loquens de filio vel filiis simpliciter, non est exorbitans, nec contra ius, vt dum disponit quòd inter filios & filias sit æqualis successio, & repræsentatio in linea directa: & tunc recipit extensionem passiuam à legitimatione, vt habeat locum in legitimato, dummodo sit plen[a], & sic verè & non fictè & quo ad quædam tantum legitimatus, tunc enim non extenderetur passiuè, nisi in his duntaxat in quibus data est legitimatio, seu potius dispensatio. Aut est iuris correctoria & exorbitans: & tunc aut extensio passiua non inducit nouam correctionem iuris, & sit hæc extensio, vnde nullis extantibus filiis legitimè natis, legitimatus per rescriptum, intelligitur contineri in hac consuetudine, & habebit locum iuris primogenituræ, sub modificatione eorum quæ dicam infra §. 122. *gloss.* 1. & infra *eadem gloss. in fin. quæst. sequentis*, quod non est sine effectu vt dicetur in *eo. gloss.* 3. Aut per extensionem passiuam inducitur noua iuris correctio: & tunc ne multiplicetur inconueniens, non debet fieri vt in casu præsenti legitimatio concessa stantibus filiis legitimè natis, in hoc eo ipso corrigit ius commune: si autem extenderetur ad prælationem & prærogatiuam datam ab ista consuetudine adhuc amplius corrigeret, & esset secunda & multiplicata derogatio iuris, quod est euitandum per iura vulgata. Et sic concludere soleo, quod * de exorbitanti ad exorbitans, non fit passiua interpretatio, vel extensio, quod singulariter nota ad materiam, *l. omnes populi. D. de iusti. & iure. & l. prima, C. de summa Trinitate & cap. 1. de consti.* nondum enim legi nec audiui ab aliquo dictum aut scriptum, & quamuis do. Iac. Zochus, *in cap. per venerabilem, qui fi. sint leg.* post longam disputationem, in sua distinctione videatur idem sentire, tamen non attingit quod breui compendio ex hac consideratione nostra habes expressum.

49. ¶ Ad hæc facit optimè quod consuetudo vel statutum loquens de filiis legitimis,* debet intelligi de legitimis de iure communi, vt sunt nati ex viro & vxore, qui antonomasticè sunt legitimi: & etiam per subsequens matrimonium legitimati, qui verè & de dispositione communi vtriusque iuris, sunt quod ad omnia legitimi: sed non de legitimis de iure speciali tantum: quales sunt per rescriptum principis legitimati: saltem concurrentibus aliis legitimè natis, tunc enim illi legitimati non tam sunt de iure speciali, quàm contra ius legitimati: deficientibus enim legitimè natis, tunc legitimati censentur legitimi de iure speciali, siue ex priuilegio specialiter concesso. Extantibus verò legitimè natis sunt legitimi contra ius & prohibitionem iuris. Vnde de talibus non debent verba consuetudinis vel statuti intelligi: sed benè intelliguntur de legitimatis per subsequens matrimonium, & sic de iure communi. Et hæc est ratio Antho. But. *d. c. per venerabilem, char. pri.* vbi ita optimè decidit per hanc rationem: quæ indubitanter procedit quando illud statutum vel consuetudo est exorbitans à iure communi, vt in casu nostro. Et hoc modo capiendo veram mentem Anth. reducitur & concordat cum theoria & distinctione nostra. Facit quod verba consuetudinis, vel statuti, debent intelligi in potiori significato, videlicet in filio qui est verè naturalis & legitimus ex origine & non ex accidenti, *l. fi. C. de bis qui veni. ætа. impet.* Et secundum nostrum vsum loquendi, qui est, quod appellatio filiorum intelligitur de natis ex viro & vxore, & non de legitimatis. Et ita in dispositionibus testatorum decidit Cardi. Alexand. in *d. c. per venerabilem. §. cum autem, col.* 90. Et hæ duæ fuerunt rationes Pauli Castrensis, qui sibi contrarius sed melius examinans tenet hanc partem in *d. l. fin. & in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. ex facto. §. si quis v. patui. D. ad senatusconsult. Trebell. & in consil.* 180. *super eod. column. fin. lib.* 1. *consil.* 252. *quæstio ista, lib.* 2. *consilio* 343. *circa primum. column. fin. lib.* 2. Tamen rationes suæ per se non sufficerent quia *d. l fin. de his qui veniam ætа.* loquitur in eo qui etiam secundum statum de præsenti, non est verè, sed fictè tantum, & quo ad quædam, legitimæ ætatis, sed iste legitimatus quod ad statum de præsenti, est verè & non fictè legitimus. Et no. quòd istud de communi vsu loquendi, deberet ita plene & clarè probari, vt appareret etiam statuentes verisimiliter in hoc facere vim & differentiam. Sed quæ adduxi satis supérque sufficere videntur, etiam citra allegationem & probationem communis vsus loquendi.

50. ¶ Eandem partem quod huiusmodi statutum vel consuetudo non habet locum in legitimato per rescriptum tenet Bald. in *consil.* 214. *quidem habet lib.* 2. Ang. *cons.* 76. *posito pro constanti. column.* 2. *versi. venio ad tertium.* Bened. Plumbi, in *disputatio. incipi.* Statuto Pisano. in 4, *dubio.* Anto. But. in *c. tanta. & in ca. per venerabilem char. pen. qui fi. sint legiti.* & ibi Cardin. Alex. §. *quod autem char.* 27. *Imol.* Rapha. Cu. in *l. si ita quis* §. *vlt. D. de lega.* 2. Rapha. ful. in *l. fin. D. de iusti. & iur. & con.* 62. *stante statuto.* Ludou. Rom. in *l. necessariis. D. de acquirenda hæred. & in l. si is qui pro emptore col.* 10. *D. de vsucap.* Alex. in *cons.* 60. *visa. legitimatione col.* 3 *lib.* 2. *in l. gallus.* §. *si eius in fi. D. de lib. & posth.* & Socin. *eadem, l.* §. *& quid si tantum col. penult. cons.* 246. *eleganter col. penult. lib.* 2. quod repetitur inter con. Fran. Cur. senioris *cons.* 18. & idem Cur. plenissimè & accuratissimè in *cons.* 13. 16. 35. & 74. Vincen. para. *inter consilia.* Cur. *cons.* 17. Georg.

* Etiam plenè natalibus restituti per principem non debent præferri nec aliquid habere vltra filios legitimè natos.

* Quidam legitimati de iure communi quidam de iure speciali, quidam contra ius.

* Legitimati debent reuerentiam legitimè natis.

* Mo. de statuto excludéte fœminas.

* Quòdo passiua interpretatio locum habeat in statutis.

* De exorbitante ad exorbitans non fit passiua interpretatio.

Digitized by Google

Nata. in *cap. quamuis col. 44. verſical. Secundo quæro, de pactis in 6.* Iaſon. latiſſimè in *rep. d. l. ſi in qui pro emptore col. 62. cum tribus col. ſequent. vbi melius & preſtius examinat & præcedentes ſuas lectiones conſilia que contraria* expreſsè retractat Phil. Deci. in *l. liberos, in fin. C. de colla. l. 1. col. 4. verſ. tertio, intelligitur. C. de bonor. poſſeſſ. contra tab. & conſil. 52. per totum conſil. 155. col. 3. conſil. 275. col. penult. & ſeq. cum addi. ad illud con.* vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam, Guilliel. Benedic. in *rep. c.* Raynutius, in *verb. & vxorem nomine* Adela. *num. 206. do.* And. Tiraq. in *rep. l. ſi vnquam in ver. ſuſceperit liberos nu. 81.* vbi dicit tenentes hanc ſententiam numero & ratione vincere. Et verum eſt vt ſatis liquet per prædicta, quicquid quantumuis abundè & accuratè ſcripſerit Alb. Bru. in *d. tract. ſtatu. exclud. firmi.* Et quamuis Geor. Nata. in *eodem tract. par. 1. q. 2.* & Ioan. Campez in *eodem tract. q. 39.* nihil affirmare auſi fuerint. Et ſic eſt expedita hæc quæſtio. In qua ſi prolixior fui, ſcio tamen me nonnulla reſecaſſe, eo quod ad reſolutionem non videbantur neceſſaria: tametſi non eſſent inutilia: niſi forte vtiliorem aliarum. q. reſolutionem prolixitate ſui impedirent.

51. NONO ſubſequenter quæro, quid ſi legitimatus * per reſcriptum eſt ſolus, an habeat iſtud ius primogenituræ? Id enim etiam in vnico filio eſt efficax, vt infra eod. gloſſ. 3. Et videretur quod non, primò propter communem ſententiam tenentium huiuſmodi ſtatuta loquentia de filiis ſimpliciter, vel de legitimis filiis debere intelligi in potiori ſignificato de legitimis origine & non ex accidenti, pro quo optimè omnium facit tex. in *l. filium. D. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*, vbi Iuriſconſ. definit filium, eum qui ex viro & vxore eius naſcitur. Sed conſtat iſtum non fuiſſe natum ex viro & vxore: imò parentes ſui nunquam fuerunt inuicem vir & vxor, definitio autem maximè legis dat propriam ſignificationem & acceptionem verbi Bald. in *l. maximum vitium, colum. 2. C. de lib. præt. vel exhæred.* Et ſic huic legitimato, non conuenit, nec nomen nec appellatio filij. Tum per id quòd quidam volunt augmentum legitimæ de quo in *Authentica, nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.* non habere locum in filiis arrogatis, nec in naturalibus legitimatis, vt refert Albert. Brun. in *d. tract. art. 12. q. 4.* Sed iſtud ius primogenituræ de quo agitur, nihil aliud eſt quàm quoddam argumentum legitimæ filij primogeniti, vt infra *eo. glo. 3. 4.* Quibus non obſtantibus dicendum quod habet verum & ſolidum ius primogenituræ. Ratio patet per theoriam meam præcedenti quæſtioni inſertam: quia ex quo non ſunt alij legitimè nati: iſte eſt legitimus de iure communi, vel melius de iure ſpeciali à iure communi approbato, cui nulla opponitur prohibitio iuris communis. Et ſic quum hæc legitimatio non ſit exorbitans, nec derogatoria iuris communis, extenditur ad conſuetudinem noſtram, quæ ab ea accipit interpretationem paſſiuam.

52. ¶ Amplio nedum in plenè natalibus reſtitutis per legitimationem reſtitutoriam: ſed etiam in habilitato, vel diſpenſato ad ſucceſſionem per legitimationem modificatam: quæ eſt in vſu communi & ſtylo ordinario ſeu protocollo (vt vocant) cancellariæ regiæ, quamuis enim talis abſolutè loquendo, non ſit vere, ſed fictè tantum legitimus: tamen quod ad eum qui eſt legitimatus, habetur pro vere legitimo. Et conſuetudo noſtra in illo verificatur hoc caſu. Tum in iſto caſu conſuetudo iſta non ita videtur exorbitans, ex quo deficientibus aliis filiis nullam inter eos inducit inæqualitatem. Tum hoc caſu ceſſant omnia inconuenientia, de quibus in quæſtione præcedenti, vnde patet falſam eſſe opinionem, quod * augmentum legitimæ factum per iura Authenticorum, non habeat locum in legitimatis: quia imò habet locum: & eis debetur iure naturæ, ex quo in eis concurrunt vtraque iura & naturæ, & legis ciuilis, *l. fin. §. ante omnia. C. de adopt.* quia augmentum legitimæ non eſt exorbitans, ſed fauorabile. Non obſtat, *d. l. filium*, quia ibi non ponitur definitio, ſed quædam deſcriptio à præſumptione ſumpta. 53. ¶ Hic autem ſupponitur de veritate filiationis conſtare. Aduerte tamen ad hanc ampliationem ad modificatè legitimatum: vt ponderes illa verba *quo ad ea*, ſiue *quatenus*, quia communiter apponitur illa clauſula, dummodo de eorundem ſcilicet parentum vel aliorum ad quorum ceſſionem habilitatur, voluntate proceſſerit: & ſic non fit legitimus nec ſuus hæres patri vel matri niſi voluerint. Vnde nedum inter viuos, ſed etiam vltima voluntate, poſſent eum excludere à bonis ſuis & ſucceſſione & etiam ſi ſemel conſentiſſent conſenſum reuocare ſiue in toto, ſiue in parte. * Et per conſequens poterunt in teſtamento vel codicillis de iure primogenituræ diſponere tam tacitè quàm expreſsè: tam directo, quàm per indirectum legando res illi iuri ſubiectas, vel hæreditatem legatis exhauriendo quòd non poſſent facere reſpectu legitimè nati, vt infra *eò. gloſ. 3. q. 3.* Et ſic ius primogenituræ in taliter legitimato, eſt multum debile, & carens omni virtute & effectu, niſi fingantur alij caſus ab extrinſeco: puta ſi ſtatuto vel pacto maiorum eſſet cautum quòd ſemel deputatum iuri primogenituræ non poſſet alienari, ſed reſeruaretur futuris primogenitis, vel ſi per ſtatutum portio iuris primogenituræ eſſet immunis ab omni onere & peræquatione, aut ſimile, alioquin in terminis noſtræ & ſimilis conſuetudinis fruſtratorium eſt inquirere de iure primogenituræ legitimati per reſcriptum ſecundum formam cancellariæ Franciæ, etiam deficientibus aliis liberis. In omnibus enim quæ concurrunt futuram alicuius ſucceſſionem, conſenſus & voluntas eiuſdem mutabilis eſt & ambulatoria vſque ad mortem *per l. ſi. C. de pact. l. 4. D. de adi. lega. & plenè deduxi* j. §. 122. in reliquo materiæ legitimationum, celeriter hic tranſeo quia plenè traditur in d. §. 122.

54. DECIMO ſubinnectim quæro, concluſimus ſupra in q. 8. indiſtinctè ſtantibus filius legitimè natis; ſupple & venientibus ad ſucceſſionem, nullum ius primogenituræ competere legitimato per reſcriptum. Quid ſi ſuperſit maſculus legitimè natus, ſed * poſt legitimationem naturalis natus; an iſte habet ius primogenituræ? Et videtur quòd non: quia non eſt primogenitus nec natiuitate, nec legitimitate, quippe qui in vtroque præcedatur à legitimato, cum ergo in eo non verificentur verba conſuetudinis, non videtur vocatus, nec poſſe prætendere hoc ius, quamuis enim non competat legitimato, hoc nihil eſt, ex quo non apparet competere huic ſecundogenito, & ſic remanebit ſucceſſio in terminis & diſpoſitione iuris communis: vt æqualiter diuidatur. Tum in dubio venit iudicandum pro iſta æqualitate, per quam reuertimur ad ius commune. Contrarium puto: iſte enim genitus poſt dictam legitimationem, eſt verè primogenitus reſpectu dicti legitimati: patet, quia iſte legitimatus nunquam fuit legitimè natus, nec de iure communi pro talihabitus. Et ſic * ipſe ſecundogenitus ſolus eſt primus legitimè natus, cum nullum talem habeat ante ſe: ergo eſt verus primogenitus ſecundum verba & mentem huius conſuetudinis, quæ loquitur & intelligitur ſolum de primo legitimè nato, vel qui de iure communi habetur pro primo legitimè nato, vt eſt legitimatus per ſubſequens matrimonium indiſtinctè, vel qui de iure ſpeciali, & permiſſione iuris communis, pro tali habetur vt legitimatus non extantib. legitimè natis. Nec obſtat quod legitimatus ſit prior in natiuitate & legitimitate, quia non eſt prior in legitimitate * originaria, & naturali, imò nec legitimitate ſuperinducta de iure communi, vel de iure ſpeciali abſque derogatione iuris communis: quarum legitimitatum vna eſt requiſita ad mentem & effectum huius conſuetu-

* An legitimato per reſcriptum ſi ſolus ſit competat ius primogenituræ.

* Augmentū legitimè habet locū etiā in filiis legitimatis.

* In omnibus concernentibus futuram ſucceſſionem voluntas eſt ambulatoria.

* Legitimatus per reſcriptum verum in iure primogenituræ legitimis poſtea natis præferatur.

* Legitimè natus habet ius primogenituræ licet ſuperſit alius prior natu & legitimatione.

* Quadruplex legitimatus.

dinis. Sed eſt legitimus ſiue verè ſiue fictè, legitimitate quadam extraordinaria, & odioſa contra iuris expreſſam prohibitionem, ex diſpenſatione vel derogatione legum ſuperintroducta: quæ non ſufficit ad aſſequendum beneficium huius conſuetudinis, nec ad legitimandum vel iuſtificandum qualitatem primogenituræ ab ea requiſitam, & intentam: non autem adduxi illam rationem quod legitimatus per reſcriptum, eſſet inhabilis ad ius primogenituræ, & ſic minimè computandus in numero ſuitatum ad hoc: quia falſum eſt eum eſſe inhabilem quum ſit ſucceſſibilis: non igitur excluditur à iure primogenituræ propter inhabilitatem ſed ne nimium præiudicetur legitimè natis, & quod eorum fauore prohibeatur plus capere, quam vnus eorum minus habens: multúmque fauorabiliter ſecum agatur: ſi ſit eis, vel vni eorum æqualis. Et hæc deciſio procedat nedum in legitimato modificatè, ſed etiam in plenè reſtituto natalibus.

55. VNDECIMO quæro ſi ſunt duo filij legitimè nati, vnus natus * ante feuda acquiſita à patre, alter natus poſt: Vtri competat ius primogenituræ an illis feudis? quia hæc quæſtio modicam vel nullam habet dubitationem, & copiosè diſputata & optimè reſoluta eſt per do. Ioan. Cir. in *d. tract. lib. 1. queſt. 12.* Solum concludam cum eo poſt Saly. & Ioan. Fab. in *l. imperialis. C. de nuptiis*, indiſtinctè ius primogenituræ ad primonatum pertinere, ſiue feuda ſint antiqua, ſiue nouiter quæſita, ſiue inter priuatos, ſiue inter principes etiam de regno: quia * natus ante regnum patri acquiſitum nihilominus dicitur primogenitus filius regis & præferetur natis poſt adeptam dignitatem regiam. Et vltra allegata per Ciri. ibi quæ nolo tranſcribere, adde quod idem tenent Franc. Naza. de ripa. in *c. inter cæteras, col. 3. num. 15. de reſcript.* Guilhelm. Benedic. in *rep. cap.* Raynutius in *verb. in eodem teſtamento relinquens 1. num. 201. verſicul. alij dicunt.* Et reddunt rationem, quia ſufficit quod ſit & dicatur primogenitus vaſalli, Baronis, vel Regis, tempore mortis, vel ſucceſſionis delatæ, quoniam quando qualitas adiicitur verbo à quo diſpoſitio ſumit effectum, ſufficit talem qualitatem adeſſe tempore quo illa diſpoſitio ſortitur effectum per Bart. in *l. ex facto. D. de vulg. & pupill.* Verùm quia ius primogenituræ ſortitur aliquem effectum, & radicatur etiam viuente patre, melior eſt ratio, quia ſtatim quod pater acquirit etiam de nouo, feudum, ducatum, vel regnum, ſtatim filius antiquior, quem tunc habet, & qui eſt ſuus primogenitus, incipit eſſe primogenitus vaſalli ducis vel regis, & ſic ſtatim in eo primitus & ante alios radicatur, ſiue iam radicatum ius primogenituræ qualificatur & informatur à ſuperueniente patris dignitate. Et hanc rationem ſolitus ſum opponere nimium * ſcrupuloſis, nec valentibus ſequeſtrare intellectum à phantaſia, nec diſcernere abſtractum à concreto, non enim ipſa dignitas vel alia qualitas perſonæ, ſed perſona ipſa generat. Et ſic * ad eſſe primogeniti non concurrit aliud, quam prioritas genituræ, ſeu natiuitatis legitimæ: idiplum ergo ſolum attenditur, dum quæritur quę ſit perſona primogeniti: dum autem quæritur quod ſit obiectum primogenituræ, & in quibus bonis vel rebus effectum ſuum operetur, attenditur tempus quo debet ſortiri effectum, puta mortis patris & delatę ſucceſſionis.

56. ¶ Quid enim ſi rex de nouo aliquem militem inueſtiuit de baronia vel comitatu pro ſe & filiis ſuis naturalibus & legitimis, ita vt primogenitus præferatur: nunquid in hac inueſtitura comprehenditur primogenitus inueſtiti dudum legitimè natus? Et proculdubio dicendum eſt quòd ſic, vt merito reuicienda ſit opinio Bartol. Bald. & ſeq. in *d. l. Imperialis.* Phil. Deci. in *d. c. inter cæteras. column. 1.* Fran. Cre. in *notab. 50.* vidi pulchram, Boni. de Curtil. in *tract. nobilita. par. 3. ad fin.* Vdal. Zaſ. in *epito. feud. par. 8.* & ſequacium, qui tenuerunt illum excludi: & immediatè poſt adeptã dignitatem genitum præferri. Nec etiam admittenda eſt diſtinctio inter feudum vel regnum antiquum vel nouiter acquiſitum, quam tradunt Petr. Cy. in *d. l. imperialis*, quamuis eos ſequantur Anthon. Cor. in tract. *de excel. & pot. regia. q. 26.* Iacobi. in *tra. feu. ver. 1. col. 4. ver. ſed ſi iuxta*, & Coſ. Guy. in *glo. prag. in proœ. ſuper ver. primogenito. col. 4.* ¶ Aduerte * tamen quod ſecus eſt in nobilitate non originaria, ſed datiua: primogenitus enim pagani, natus ante quàm pater per principem ſimpliciter nobilitaretur, non efficitur nobilis, niſi ſibi etiam datiua nobilitas conferatur expreſsè per principem. Ratio, quia illa vulgaris & natiua nobilitas, nunquam adeſſe poteſt, niſi perfectè adfuit tempore natiuitatis, vt diximus ſupra in *proœ. gloſ. 7. in ver. Nobles.*

a Natus ante feudũ adquiſitum à patre virũ præferatur iure primogenituræ in feudo aliis poſt feudum adquiſitum patris.

b Natus ante regnũ à patre adeptum propriè filius regis dicitur.

c Natus ante nobilitatem patris non eſt nobilis.

SVMMARIA GLO. II.

1. *Primogenitus iure ſuo ipſo ſaiſitur à conſuetudine.*
Verbum capio *eſt directum.*

2. *Eius eſt* electio *ad quem verba executiua dirigantur.*
An in beneficiis ſit electio beneficiati.

GLO. II. IN VER.

Prend.

ID eſt capit. 1. ¶ Nota primò quod primogenitus non tenetur petere à fratribus cohæredibus traditionem vel reſtitutionem huius primogenituræ: nec habet accipere de manu eorum ſed per ſe ipſum manu propria, adeo quòd mortuo patre ſtatim ipſo iure eſt ſaiſitus ſiue verus poſſeſſor, & conſequenter dominus huius præcipui, probatur primò per hunc textũ, verbum * enim *capio* in omnibus ſuis modis & temporibus eſt merè directum, & ſignificat per ſe immediatè accipere, & non per alium, & in teſtamentis facit ſubſtitutionem directam & non obliquam, quia ſimpliciter poſitum vt hic, excludit miniſterium alterius, imò includit diſpoſitionem, & executionem diſpoſitionis, & ſic eſt directum, per doctrinam Baldi in *leg. fin. col. pen. C. de ſacro. eccleſ.* per Barth. & alios in *l. centurio D. de vulg. & pupill.* Probatur ſecundò, quia iſtud præcipuum acquiritur & competit iure hæreditario & ſucceſſiuo vt patet per ſeriem & contextum, §. 15. & 16. *infrà eod. & dicemus in gloſſ. ſequenti.* vnde eodem iure regulatur, quo ipſa ſucceſſio, & quota hæreditaria, in qua hæres ipſo iure à morte defuncti, eſt ſaiſitus *J. §. 132.* 2. ¶ Nota ſecundò, quod * deficiente horto circa manſionem principalem, primogenitus habet electionem, an loco horti capiat iugerum terræ: an verò volatum caponis, & ita tenet Ioan. Ciri. in *tract. primogeniti l. 2. quæſt. 4. art. 1 glo. penuſt.* & probatur in hoc text. cuius verba ad primogenitum diriguntur, & ſic

a Verbũ *capio* eſt directum.

* Horto deficiente, quod (præcipui iure) eius loco primogenitus capere poſſit.

Digitized by Google

eius est electio quia vbi in alternatiuis verba executiua diriguntur ad aliquem, eius est electio, siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus, *l. planè §. penult.* & ibi Bal. & alij. *D. de lega. 1. si sic stipulatus fuero per text. D. de verbo. obligat. glo. sing.* & ibi Bar. Bal. Paul. in *l. Lucio. D. de lega. 2.* Probatur etiam per tres §. seq. in quibus semper datur electio primogenito in simili, videlicet circa res subiectas huic iuri; facit quod decidit Bal. *in l. qui duos, in fin. D. de legat. 1.* in beneficiis gratiis & priuilegiis etiam si verba ad neutrum dirigantur esse electionem beneficiati, per text. in *l. 2. C. de castren. & mini. iuncta gloss. ibi. lib. 12. seq.* Ang. Aret. Ias. in §. *huic autem. Insti. de actio.* quod procedit secundum Imol. & Lancelo. *dect. in d. l. qui duos in fin.* quando gratia motu proprio concessa est, vt est text. in *c. si pluribus de præb. in 6.* Sed huiusmodi prærogatiua est beneficium consuetudinis non ad postulationem sed motu legis introductum *vt in glo.* Sed *ueia* ratio est quia hæc alternatim dantur primogenito non solum causa commodi, sed etiam causa honoris: quo honore & parte commodi fraudaretur si non esset sua electio, vt esse debet, & ita obseruatur.

SVMMARIA GLO. III.

1. *Ius primogenituræ est ius formatum.*
2. ¶ *Q. 1. Finitio iuris primogenituræ.*
   An ius primogenituræ sit dignitas?
3. *Quomodo accipiendum primogenitum debere sedere à dextris patris.*
4. ¶ *Q. 2. Vtrum filio, viuente patre, proprium sit ius primogenituræ.*
   Spes successionis dupliciter accipitur.
5. *Ius primogenituræ etiam ad filium viuo patre vel ano transmittitur.*
6. *In linea directa spes cum sua qualitate transmittitur.*
   Primogenitus viuo patre nullomodo potest disponere de hoc iure præcipuo. Quod si citra consensum patris attentauerit meretur eius successione priuari.
7. ¶ *Q. 3. Vtrum pater possit derogare iuri primogenituræ?*
   Ius primogenituræ non est beneficium patris sed legis.
8. *Etiam supremus Rex non potest priuare filium suum iure primogenituræ in regno.*
   Regnum Franciæ non iure hæreditario, sed iure sanguinis defertur.
   Non potest Rex Franciæ testari de regno etiam in fauorem primogeniti.
9. *An rex deficientibus agnatis & sanguine regio possit de regno disponere?*
10. *Filius non amittit ius primogenituræ propter inobedientiam, vel non impletum patris testamentum.*
11. *Taxatio legitimæ est de iure positiuo.*
    Pœna Auth. hoc amplius. C. de fideicommis. *non habet locum in his quæ beneficio legis, vel consuetudinis percipiuntur.*
12. *Filius propter ingratitudinem priuatur iure primogenituræ.*
    Sic & perduellis cum sua posteritate, spe regni & coronæ priuatur.
13. *Quid sit feudum regi iure Francorum?*
14. *Ius primogenituræ respectu maioris portionis bonorum est hæreditarium.*
15. *An querela inofficiosæ donationis habeat locum ad conseruationem iuris primogenituræ?*
16. *Respondeo quod non. Et quòd ius præcipui nō est propriè legitima, sed velut prælegatum.*
17. *Quando donatio patris præsumatur consilio in fraudem primogeniti.*
18. *An filius habeat reuocatoriam in rebus venditis per patrem?*
19. *Confessioni patris non fiatur in præiudicium legitimæ.*
20. *Filio datur reuocatoria contra eum qui participata fraude acquisiuit à patre titulo oneroso.*
21. *Not. differentiam inter querelam & reuocatoriam.*
22. *Hæres non tenetur de gesto in ipsius fraudem à defuncto.*
23. *Pater potest feudalia permutare, vendere, aut in censualia consensu domini conuertere, vt filij sint æquales.*
24. *Pater nullomodo potest in testamento præiudicare iure primogenituræ.*
25. *Ampliatur etiam per viam pœnæ vel conditionis.*
    Testator nullum onus vel grauamen imponere potest in quatuor partib. hæreditorum, nec in portione iuris primogenituræ.
    Ampliatur etiam per donationem causa mortis.
26. ¶ *Q. 4. Noua resolutio. An primogenitus de hoc iure disponere possit?*
27. *Quid de simplici renunciatione?*
28. *Cui competit, vel à quo speratur ius primogenituræ in re certa, ex pacto vel substitutione potest de eo disponere.*
29. ¶ *Q. 5. Vtrum huic iuri præscribi possit?*
30. ¶ *Q. 6. Vtrum ius primogenituræ sit fauorabile vel odiosum?*
    Ius præcipui latè debet interpretari quantum ad vim comprehensiuam sed non quantum ad vim extensiuam.

GLO.

GLO. III. IN VER.

Pour ſon droict d'Aiſneſſe.

ID eſt pro ſuo iure primogenituræ. ¶ Ex hoc text. not. quòd ius primogenituræ eſt ius * formatum competens primogenito: & illi ſoli proprium; hoc enim pronomen, ſuum, denotat dominium ſeu proprietatem text. in *l. quintus. §. argento. §. cui legatum. D. de auro & argen. legat. in l. ſolum. in fin. D. de rei vend.* Probatus etiam *Geneſ. 25. c. ibi primogenita tua, & cap. 42. ad fi. ibi primogenitus iuxta primogenita ſua.* & clarius *Deut. 21. cap. ibi, & huic debentur primogenita*, vide tamen infra *ea. gl. num. 4. 9. 2.*

* Formata iuris quæ.

2. ¶ QVÆRO primò. Quid * eſt ius primogenituræ? Eſt ius prioris ætatis honorificum & vtile competens filio, quia primus eſt in ordinem naſcendi: ita definit Ioan. Ciri. poſt. Luc. de Pen. in *li. 1. q. 1. de iure primogenituræ, & declaratur vt ibi per eum ad quem remitto.*

* Definitio primogenituræ.

* De origine, palam eſt ius iſtud ortum habuiſſe à iure gentium antiquiſſimo, & primitiuo, imò à conſuetudine & iure Patriarcharum *Geneſ.* 25. 27. 43. confirmatum eſſe à iure diuino *Deuter. 21. c.* & à iure canonico & conſuetudinario. Effectus autem huius iuris conſiſtit partim in honore & præcellentia, ante reliquos filios: vnde nonnulli dicunt quòd * eſt dignitas, quod poſſet procedere extenſo & largo modo ſumpto dignitatis vocabulo non autem ſtrictè & propriè capiendo, niſi in primogenitis regum, & principum habentium dignitatem ad primogenitum tranſmiſſibilem. Tunc enim ius primogenituræ ad dignitatem, competens eſt dignitas; hinc dicit Bald. *in l. ex hoc iure. col. 2. q. 6.* quòd primogenitura in filio regis eſt prima dignitas poſt regem, iure inſeparabili ipſius ſanguinis proueniens. Et tales primogeniti in tantum radius paternæ & futuræ dignitatis corruſcant, vt vel viuo patre, nomine dignitatis paternæ nominẽtur reges, duces, & comites, vt eſt tex. & ibi gl. 1. in *c. fi. 24. q. 1. in c. Adrianus 1. & ibi gl. 2. 63. di. & latè Anth.* Corſe. in *tract. de excell. & po. reg. 9. 25.* non tamen ſic propriè vocantur, ſed impropriè ſecundum Iacob. de S. Georg. in *tract. feu. col. 1. verſic. dubitatur etiam*, quod eſt verum *per ea quæ diximus ſupra §. 2. gl. 1.* Conſiſtit etiam iſtud ius partim in vtilitate: quæ ſecundum varias locorum, & regionum conſuetudines, & leges varia eſt. Et ſecundum noſtram conſuetudinem eſt illa tantum quæ deſcribitur in hoc §. & duobus ſequentibus. Quare pro ratione noſtri inſtituti hæc ſolum venit examinanda; de excellentia igitur iuris primogenituræ & variis aliis eius commodis prærogatiuis & vtilitatibus remitto ad do. Io. Ciri. in *ali. tract. lib. 2. quæſt. 1. 2. 3.* Et qui fuſiorem ſuper hoc ſermonem deſiderauerit, legat ſi vacet Ioan. de Ter. Rub. contra Rebel. ſuo reg. Ea enim ſolum perſequi intendo quæ ad rationem inſtituti conducent, vt ſæpe teſtatus ſum.

* An primogenitura ſit dignitas.

3. ¶ Vnum tamen omittere non poſſum, in quo omnes qui ſcripſerunt hactenus, imperfectè locuti videntur, dum dicunt filium primogenitum debere ſedere ad * dexteram patris, quod ſimpliciter (provt tradunt) acceptum eſt falſum; quia pater ſederet à ſiniſtris filij, & ſic tanquam inferior filio. * Qui enim ſedet vel incedit dexter, ſedere vel incedere dicitur altiori & digniori loco, videlicet ſupra alios quos habet ad ſiniſtram ſuam; & ſic infra ſe: vt patet per experientiam & not. Bal. in *l. decernimus in 2. not. C. de ſacro. eccl. gloſſ. ſi in c. quàm periculoſum 7. q. 1* Feli. in *rub. de. maioritate & obedientia, col. 4. fa.* illud cantico. 8 Læua eius ſub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Vbi manifeſtè patet dexteram eſſe longè digniorem, & præſtantiorem ſiniſtra: ex quo applicatur ad excellentius & charius officium. Verum eſt quod Cyrus monarcha ille maximus ſolebat (vt teſtatur Xenophon) comitas honoris gratiâ à latere * ſiniſtro iuxta ſe ponere hoc ſchemate fideliores, chariorésque illos declarans qui in parte cordis ſui (quæ læua eſt) diſcumberent. Sed fuerit temporaria & particularis illius opinio. A nobis ſtat omniũ gentium etiam perpetua ſententia, imò etiam Sanctorum, Prophetarum, & Regum, Euãgelij & ſacri Symboli. *Pſal. 110. Matt. 25. d. Marc. in fi.* Igitur abſurdiſſimũ foret patrem ſedere à ſiniſtris filij. Itaque illud dictum debet intelligi de patre principe, qui ſedet in culmine vel throno majeſtatis ſuę elevato ſupra aliorũ ſedes, quę circumſtant à latetibus, inter quas dignior & honorabilior eſt illa ſedes quæ eſt propinquior, & à latere dextro principis, vt declarat Petrus Bellug. in *Spec. princ. in rub. de ſeſſ. & ordin. ſeden.* & ibi ſedere debet primogenitus regis, à dextris patris, inferius tamen à patre.

* Idem mos apud Turcas hodie, apud quos honorarior locus ſiniſtra, vt Busbequius refert in Epiſtolis.

* Quæ ſpes cõpetat filio in bonis patris viuentis.

4. QVÆRO ſecundò vtrùm iſtud ius actualiter competat, & ſit proprium ipſi primogenito, etiam viuente patre? Reſpondeo ſic, quantum ad ipſum ius in ſe: ſed non quantum ad omnem eius effectum, quia effectus vtilis videlicet præcipuũ in hæreditate paterna, de quo in noſtra conſuetudine nõ competit filio viuente patre, nec re, nec ſpe. * Quandiu enim pater viuit, nullum ius habet filius in bonis patris, nec ei debetur eius ſucceſſio, imò nec legitima, vt not. Barto. Paul. & omnes in *auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccle.* imò nec ei competit aliqua ſpes probabilis vel iuſta. *l. 1. §. ſi impuberi. D. de collat. bono. l. poſt emancipationem. §. 2.* & ibi Bar. *D. de lib. lega.* Bar. Alexan. Iaſ. in *l. is poteſt. D. de acquir. hared.* Bart. Phil. Deci. & omnes in *l. fi. C. de pact.* Bart. in *l. qui Romæ. §. duo fratres. D. de ver. oblig.* Phil. Deci. loquens de iure primogenituræ in *c. Eccleſia S. Mariæ col. 25. de conſtit.* quod eſt verum provt ſpes accipitur pro aliquo iure formato, quod poteſt vendi, cedi, vel aliter diſponi *vt in l. ſpem. C. de donatio. in l. 1. C. de pact. cum ſimilibus.* Sed * provt accipitur pro ſimplici expectatione: nullum ius in re, vel ad rem, in præſenti quod vendicari, peti, vel diſponi poſſit attribuente: dico filiũ habere ſpem probabilem & conſiderabilẽ à iure naturali gentium, vel ciuili introductã & approbatam, in bonis & ſucceſſione futura patris viuentis; maximè in legitima *l. ſcripto. D. unde lib. l. eſt ratio in princ. D. de bon. damna.* & latius diximus infra. §. 122. *in glo. 1. in verſic. Les enfans.* Sit in propoſito, quum iſtud præcipuum de quo hoc §. & ſeq. non ſit niſi velut legitima primogeniti: quandiu patet viuit, primogenitus nullum ius habet in eo, nec in re, nec ad rem: ſed ſolam ſpem ſimplicis expectationis, ſicut in reliqua ſucceſſione patris.

* Spes ſimplicis expectationis.

* Qomodo intelligẽdum primogenitũ debere ſedere à dextris patris.

* Aliter eſt locus dexter.

* Ius primogenituræ an & ad quos tranſmittatur.

5. Ex quibus infero primò quòd ius primogenituræ eſt * tranſmiſſibile ad filium primogeniti: imò etiam ad eius filiam, ſi primogenitus moriatur ante patrem. Ratio quia eſt ius formatum à filiatione diſtinctum; vt tradunt Bar. Aret. Alex. Iaſ. in *l. is, poteſt de acquir. hared.* vnde moriente filio, & filiatione extincta non extinguitur: ſed tranſmittitur ad liberos, nedum maſculos, ſed etiam fœminas, vt tetigi infra §. 35. *glo. 1. q. 5. nu. 8.* non autem ad extraneos. Aduerte tamen ad duo. Primò, quòd propriè non eſt tranſmiſſio, quia filius præmoriens nunquam in eo ius habuit. Non ergo nepos ex eo venit iure tranſmiſſi à patre, ſed iure repræſentationis, & ſuo nomine & iure proprio. Et ſi repudiet hæreditatem patris, quamvis non ſolus repræſentet ſi habet fratres & ſorores concurrentes, ſed ſimul cum eis, faciunt enim partem ſi velint admitti, inter quos eodem modo ſubdiuiditur portio iuris primogenituræ quæ fuiſſet patris prædefuncti auo vel auiæ, atque ſi ſuperuixiſſet & tranſmiſiſſet, vt plenius dicemus infra §. 134. Et quod neptis repreſentet in iure

primogenituræ etiam patronis ſuis filiis aui vel auiæ excluſis ſub hac conſuetudine iudicatum fuit in hoc Senatu per arreſtum ſolenne in purpura pronunciatum die vicéſimatertia Maij, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo in ſucceſſione Theobaldi de Vitri. Ciuis Pariſienſis prędiuitis, qui plures filiós reliquerat & neptem ex prædefuncto primogenito qua repræſentauit partem in ſolido iure primogenituræ. Aduerte ſecundo quòd ſubtiliter perpendendo non probatur præcisè in hoc text. quòd ius primogenituræ in ſe, viuo patre ſit ius formatum competens filio prius nato: quamvis prima facie text. id innuere videatur: quia ſi benè conſideres, reperies quòd ſe refert ad caſum & tempus ſucceſſionis deuolutæ poſt mortem patris: patet per coniunctionem & ſeriem. §§. ſequentium; tum per iſtummet text. in illo verbo *Prend*, quod eſt executiuum de præſenti, & principale verbum & diſpoſitiuum potius orationis: & ſic non poteſt adaptari ad tempus vitæ patris, ſed ſolum ad tempus poſt mortem patris, & eius ſucceſſionem filiis delatam. Et per conſequens tota vis & diſpoſitio huius §. debet intelligi & referri ſolum ad tempus poſt mortem patris, cui rectè congruit verbum principale; & non ad tempus vitæ cui non conuenit per doct. *vulg. glo.* & doct. in *l. mancipia in ver. adnocandum. C. de ſer. fugit.*

6. Veruntamen etiam ſi non eſſet ius formatum viuente patre, nihilominus tranſmitteretur ad nepotes. quia in linea directa * ſpes ſimplicis expectationis futuræ ſucceſſionis tranſmittitur in deſcendentes in ſtirpes. §. *cum filius Inſtit. de hered. quæ ab inteſta. defer.* Et ſic tranſmittitur cum omnibus ſuis modis, conditionibus & qualitatibus *videlicet* vna cum iure primogenituræ & ſpe huius præcipui, vtpote cum ſperetur iure hæreditario, & ſucceſſiuo. Et ſic eſt portio ſucceſſionis, quæ ſperatur, & tranſmittitur, ergo pariter cum futuro iure ſuccedendi tranſmittitur vt plenius deduxi *infra* §. 134. vbi etiam declaraui an & qualiter inter plures nepotes primogeniti diuidatur ius primogenituræ in bonis aui. Et ne materias è propria ſede transferam remitto ad ibi dicta.

* Spes tranſmittitur.

¶ Infero ſecundo quòd viuo patre, * non poteſt primogenitus vendere, donare, hypothecare, alio quouiſmodo diſponere, de iſto iure præcipui, non magis quàm de legitima, vel futura ſucceſſione patris. Ratio, quia licet ius primogenituræ ſit ei proprium & competens de præſenti, tamen ius præcipui quod eſt vnum, & apud nos potiſſimum, de effectibus huius iuris primogenituræ, non eſt ei proprium nec competens de præſenti, ſed ſolum ſpe probabilis expectationis ſperatur competiturum, poſt mortem patris iure hæreditario, & ſucceſſiuo: & interim manet in primo iure, & dominio patris. Et ſic non poteſt filius, de eo nec in totum nec in parte diſponere, quòd ſi attentauerit, non valet ipſo iure, nec confirmabitur, etiam ſi poſtea ſit hæres patris: & hoc niſi ſeruata forma *l. ſi. C. de pact.* videlicet conſenſu patris interueniente & perſeuerante vſque ad eius mortem.

* Primogenitura an poſſit alienari per filium viuo patre.

¶ Sed * an ex hoc attentato priuetur filius iure primogenituræ? Reſpondeo quòd non priuatur ipſo iure: nec poterit obijci per reliquos filios cohæredes gloſſ. & text. in *l. his conſequenter* §. 1. *& ibi gloſſ. quum omnes ſequun. D. fa. herciſcun.* Sed eſt priuandus tanquam indignus proſequente procuratore fiſci, nedũ iure primogenituræ, ſed etiam tota & vniuerſali portione, quæ ad eum fuit deuoluta ex ſucceſſione patris, & propter delictum in parte priuabitur tota hæredita. text. in *l. 2. in fi. D. de his quib. vt indig. in l. quidam in fi. cum l. ſeq. D. de dona.* Et hoc niſi interuenerit, vel quandocunque ante mortem ſuperuenerit conſenſus patris, quia ceſſaret & purgata eſſet indignitas ſecundùm Bal. in *d. l. ſi. C. de pact.* & ibi Philip. Deci. *col. 4.* Et plenius dixi infra. §. 122. *gloſſ. 2.*

* An primogenitus alienãs viuo patre priuetur ex eo iure primogenituræ.

9. ¶ Sed interim aduerte diligenter in praxi quod in hoc regno nec ex illo tiru. D. & C. *de his quib. vt indig. nec ex tit. Si quis alig. teſtari prohibuerit*, nihil ad fiſcum deuoluitur: ſed offerenti vel eius hæredibus aut dignis totum applicatur. Primum enim in hoc regno per conſtitutiones regias pœnis fiſcalibus, locus non eſt niſi per ſententiam & cauſa cognita. Et quum ea indignitas non ſit crimen publicum, ſed tantum priuatum propriè non cadit in crimen, ſed in ſimplex delictum priuatum. Ideo non poteſt fiſcalis procurator ſiue Regis, ſiue ſubalterni inferioris ſe intermittere niſi parte priuata (cuius iuſtè intereſt) conquerente. Hinc eſt quod omnes illæ pœnæ fiſcalis quæſtus & caducorum, quæ non oriuntur ex veris criminibus, ſed ex euentis vt caduca vltimarum voluntatum vel ex culpis ciuilibus exoleuerunt. Imò nunquam receptæ fuerunt in hoc regno. 10. ¶ Et præfata de iure primogenituræ procedunt in iure primogenituræ vniuerſali, quòd à lege vel conſuetudine, iure hæreditario defertur: Secus in iure primogenituræ particulari ad certam rem, quæ ex lege contractus, conceſſionis, vel inueſtituræ defertur ad primogenitum: tunc enim verum eſt quod voluit Panor. *in conſ. 85. in præſenti colum. 1. lib. 1.* quod ius ſuccedenti in talire, illico cum primogenitus venit ad lucem, in habitu & in ſpe conſequitur, & eſt ſpes firma, & inuariabilis, cum per patrem aut alium tolli non poſſit, cum tranſierit in contractum. & tunc poteſt dici ius formatum. §. *ex conditionali Inſtit. de verbor. obligat. l. 1. C. de pact. l. ſpem. C. de donat.*

7. QVERO tertiò, * vtrùm pater poſſit auferre, transferre, vel diminuere ius primogenituræ? Videtur quòd ſic, quia iure hæreditario defertur, nec poteſt acquiri quantum ad prędipuum de quo agitur niſi hæredi. Igitur non poterit contrauenire facto defuncti. *per iura communia vulga. & per noſtram conſuet. infra artic. 76.* Dum reſoluere propero, ſentio hanc q. multiplicem eſſe, ac in multos & varios caſus ſeſe effundere, & neceſſario diſtinguendam antequam reſolui poſſit. Aut enim reſpectu ſubiecti quæritur, an diſponat de iure primogenituręin ſe, an vero de iure prędipui, vel bonis quæ iuri primogenituręſubiici poſſunt. Aut reſpectu diſpoſitionis, quęritur an diſponat inter viuos, an in vltima voluntate? Primo caſu quando vellet diſponere de ipſo iure primogenituræ in ſe facio concluſionem generalem negatiuam. Quòd pater non poteſt vllo modo illud auferre, transferre, diminuere, vel alterare, vel aliter de illo directo diſponere, in præiudicium primogeniti, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate. Ratio, quia * iſtud non eſt beneficium patris, ſed legis, vel conſuetudinis, vnde non poteſt à patre auferri ſecundum Baldum in *conſil. 360. quantum ad punctum lib. 2. allegantem.* text. in *l. ſi arrogato. §. ſed ſi impuberi. D. de adopt.* vbi habetur quòd in quarta filio arrogato debita non poteſt pater arrogator ſubſtituere per fideicommiſſum, nec aliud onus apponere, quoniam non iudicio patris ad filium peruenit, ſed principali prouidentia ſa. optimè text. *in auth. de nupt. §. ſed hæc quidem in fi. col. 4.* ibi licet decies millies contrarium aliquid velint morientes: quod enim ex lege datum eſt lucrum, priuatus auferre modis omnibus non poteſt. Idem tenet Cardin. Alex. *in d. c. per venerabilem. §. quod autem col. 28. num. 45.* Similiter non poteſt pater nec per viam contractus, nec per viam vltimę voluntatis diſponere de ipſo iure ſuccedendi in hæreditate ſua competenti filio, vel alij deſcendenti: ſed neceſſe habet vel relinquere ſucceſſionem ab inteſtato, vel in aliquo inſtituere *in authen. vt cum de appella. cognoſci §. aliud quoque collat. 8.* Et tamen illud ius ſuccedendi, ante ſucceſſionem deuolutam, non eſt ineſſe, nec eſt ius formatum. text. in *l. 1. D. de here. vel act. vend. iuncta l. nihil aliud. D. de ver. ſignific.* Igitur nec de ipſo iure primogenituræ poterit diſponere, ſiue dicamus quod ſit ius formatum viuo

* Vtrùm pater poſſit derogare iuri primogenituræ.

* Primogenitura r. G. eſt beneficium patris ſed legis.

patre, ſiue non. Ita etiam lege diuina per Moſen ſanA citum fuerat Deuteron. 21. vbi dicitur, ſi habuerit homo duas vxores; vnam dilectam, & alteram odioſam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, voluerítque ſubſtantiam ſuam inter filios diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ: filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. Is enim eſt principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.

8. ¶ Iſta concluſio ampliatur primo, etiam in regnis: & regalibus dignitatibus, etiam ſi ſit rex non recognoſcens ſuperiorem, quæ eſt lex animata, & ſicut quidam corporalis Deus in regno ſuo, vt de rege Franciæ, inquit Bald. *de prohib. feudali.* per Feder. §. *illud col. fin.* non B poteſt rex offerre primogenito ius primogenituræ, ſiue ſpem regni, & dare ſecundogenito, vt expreſsè decidit Ioan. Andr. in *ca. licet de voto.* Panor. in *conſil. 3. nitur. in præſenti. in 2. dubio. lib. 2.* Iaſ. in *l. nemo poteſt col. 1. D. de legat. 1.* quia lege diuina conſuetudinaria, & canonica, & lege particulari cuiuſque regni eſt inductum vt primogenitus ſuccedat in regno. Et hoc ſemper fuit, & ſemper erit, ſecundum Baldum in *l. ex hoc iure. col. 1. quæſt. 4. D. de iuſt. & iure.* ita vt videatur tranſiſſe in quoddam ius genitum. Et hoc maximè & indiſtinctè procedit in hoc potentiſſimo * regno Franciæ, quod non iure hæreditario, ſed ſolummodo iure ſanguinis, & legis, ſiue conſuetudinis regni defertur, vt ſentit Baldus *in vnico c. de feud. mar. du. & comi. col. 2.* C dum dicit quòd in hoc regno ſuccedit agnatus de ſanguine regis, etiam ſi diſtet gradu milleſimo, ſi non ſit alius agnatus proximior, & hoc iure ſanguinis, & perpetuæ conſuetudinis regni. & latè comprobat Ioan. de Ter. tub. *in lib. conſ. Trebell. reg. tract. 1. art. 1. concluſione nona* 19. 11. *&* 12. vbi tenet quòd in regno Franciæ non habetur ſucceſſio hæreditaria, ſiue patrimonialis, ſed ſimplex ſucceſſio, ſiue ſubrogatio primogeniti vel proximioris agnati, cui regnum debetur, ex ſola lege, vel conſuetudine regni à qua ſola ius accipit, & non à patre; vel alio prædeceſſore, & ſic ius primogenituræ quantum ad tale regnum, non habetur à patre, ſed à lege regni, vnde nec eſt hæreditarium, nec patrimoniale, ſed mero iure filiationis vel ſanguinis competit.

* Regnum Franciæ non iure hæreditario, ſed iure ſanguinis defertur.

9. Ita quòd * rex non poſſet de regno teſtari, etiam D primogenitum, vel proximiorem cui regnum debetur inſtituendo: quia nullo modo poſſet inſtitutus capere regnum vi teſtamenti, vel alterius diſpoſitionis paternæ, quæ non valuit, ſed ſolum virtute legis immutabilis regni à qua vocatur, quod eſt veriſſimum & ſeq. Guill. Benedic. *in repet. Raynutius, in verſic. in eodem teſt. relinq. 1. num. 148.* vnde non valuit, nec vllum effectum ſortiri potuit, tractatus ille matrimonij olim habitus apud Trecas vrbem Campaniæ Celticæ inter Carolum ſextum Francorum regem, & Henricum quintum Angliæ regem anno domini 1420. per quem Catharina dicti Caroli filia, nuptui dabatur dicto Henrico cum pacto quod idem Henricus, vel eo præmortuo eius filius ſuccederet in regno Franciæ, & illud obtineret poſt mortem dicti Caroli, nulla mentione E facta Caroli ſeptimi primogeniti Francorum regis, cui iure ſanguinis & legis regni, regnum debitum & affectum erat: provt illo mortuo Carolo ſexto patre ſuo mirabiliter Deo authore, & puella duce, eripuit de manibus Anglorum, & glorioſiſſimè rexit, filióque Carolo octauo pacificum dereliquit: reprobato dicto tractatu vtpote nullo & abuſiuo. Ex quibus etiam liquet quod ſi deficerent omnes maſculi ſanguinis regii: deberet per proceres & ſtatus regni, noua electio fieri. Nec poſſet rex vltimus etiam de ſanguine ſuo, puta ex cognatis ſucceſſorem ſibi diligere, nec aliter de regno diſponere. * Si autem eſſet regnum quod iure hæreditario deferetur, qualia ſunt regnum Arago-

* Rex non poteſt teſtari de regno.

* Quid in regno hæreditario.

num, regnum Maioricarum, vt patet per Oldra. in *conſilio 94. elegenter. & conſil. ſequente conſil. 230. vt huius de quo quæritur.* In quibus conſiliis tractatur de teſtamento, donatione, & diuiſione factis, per Iacobum olim Regem Aragoniæ, & Maioricarum. Tunc ius primogenituræ ad tale regnum, competeret etiam filio, iure hæreditario; & ita de talibus regnis loquitur, & intelligi debet Oldra. in dictis conſiliis, & alij qui eum referunt & ſequuntur videlicet Alber. in *proœ. D. §. diſcipuli. col. 5. & ſeq. in l. fi. C. de donat. inter vir. & vxor.* Pet. Ancha. in *c. licet de voto.* Marti. Laud. in *d. tract. primog. in fi.* Panor. in *conſ. 3. nitur in præſenti. col. 1. lib. 2.* Et nihilo magis poſſet rex etiam ſuperiorem non non recognoſcens, diſponere de ipſo iure primogenituræ, in præiudicium primogeniti, ſicut nec exhęredare, nec legitima priuare, ſine iuſta cauſa: puto tamen quod deficientibus liberis, poſſet in præiudicium agnatorum & quorumcunque collateralium, de regno diſponere, vtpote patrimoniali, non tamen diuidendo, vel in alienigenam transferendo, aut ſeruituti ſubijciendo ſeu aliter agendo, in præiudicium reipub. ſuę & ſubditorum, ſine eorum libero conſenſu, vt per ea quę dixi 3. *in proœ. gloſſ. 1.* II

10. ¶ Præfata concluſio ampliatur ſecundò, etiam ſi primogenitus eſſet mente captus, vel aliàs inhabilis, ſecundum ea quę diximus. 3. *eo gloſſ. 1. q. 2.* Ampliatur tertio etiam ſi primogenitus fuerit inobediens patri, ſiue in eius vita, ſiue poſt mortem, non adimplendo teſtamentum, vel votum injunctum, propter hęc non poteſt priuari per patrem vel alium iure primogenituræ; vt rectè concludit Io. Ciri. in *d. tractatu. li. 3. q. 6.* Idem voluit Io. Lup. in *rep. c. per veſtras. char. 83. col. 1.* Nec obſtat *c. licet, De voto.* quia non procedit ex ſolo præcepto patris, & inobedientia filij, ſed ex promiſſione & obligatione ſponte facta per filium. Tum loquitur in regno hęreditario, vt patet per *ſeriem. c. illius.* ſed quia etiam in regno hęreditario; teneo non habere locum, *auth. hoc amplius. C. de fideicom.* Non placet iſta ſolutio, ſed præcedens; in regno autem quod non iure hęreditario, ſed iure ſanguinis defertur, non eſt dubium filium non poſſe priuari propter aliquam inobedientiam voluntatis paternę, quia non capit illud à patre. Et idem de ducatu, baronia, vel alio feudo, quando non iure hęreditario, ſed iure ſanguinis; vel lege inueſtiturę deferrentur. quoniam in talibus non habet locum *d. l. licet. nec d. authen. hoc amplius.* vt ibi tenet Bald. *col. 1.* Iaſ. *col. fi. limit. 7.* Guillel. Bened. in *repet. c. Raynu. in verſi. ſi abſque lib. morer. 2. num. 216.* Si autem ſit feudum hęreditatium, tunc in terminis conſuetudinis noſtrę, vel ſimilis quę non totum feudum primogenito attribuit, ſed ſolum partem iure præcipui, dico non eſſe locum *d. authen. hoc amplius*, reſpectu huius iuris, primogenituræ in feudo conſiſtentis.

* Primogenituræ ius nõ amittit filius propter ſuam inobedientiam.

11. ¶ Ratio quia iſtud præcipuum ex mente cano. in *d. c. licet*: eſt vera legitima primogeniti, quæ excipitur à pœna *d. auth. hoc amplius.* vt eſt ibi text. Nec obſtat quod excipit debitum naturale tantum, & quod iſtud præcipuum non eſt introductum à lege naturæ, ſed a lege conſuetudinaria, & pure poſitiua. quia dico quod * penes legem poſitiuam conſiſtit taxatio portionis legitimæ quæ iure naturæ debetur in genere, & indeterminatè, filio vel filiis, vnde per legem poſitiuam ſtatuti, vel conſuetudinis. poteſt augeri vel minui, vt plenè per Steph. Auffre. in *addi. quæſt. Thom. 437.* & plenius dixi. 3. §. 92. *&* §. 93. Et hoc nedum vniformiter, ſed etiam diſformiter, plus attribuendo antiquiori filio, quàm iunioribus. plus maſculo, quàm fœminæ. & illud augmentum eodem iure naturæ cenſetur debitum, vt patet in *auth. noviſſima. & quæ ibi not. C. de inofi. teſtam. faciunt in materia augmenti. no. 3. §. 1. gloſſ. 1. num. 46.* Tum & hæc potior ratio. tect. *in corpore authent. de hæred. & falci. §. ſi quis autem non impius. coll. 1.* (cui

* Taxatio legitimæ eſt de iure poſſitiuo.

ſtandum eſt;& non verbis Imerij,qui authoritate & ſenſu ſuis tranſtulit *d. auth.hoc amplius in C.*) nihil exprimit de debito naturali,vel de legitima iure naturæ debita. Sed ſolum dicit illud,quod lex dari vult & neceſſario ex legæ percipitur,manere integrum,& non auferri propter inobedientiam, vel contemptum voluntatis ſupremæ teſtatoris,& ad monitionis indicis.* Igitur indiſtinctè pœna *d. anth. hoc amplius.* non habet locum in his quę beneficio legis vel conſuetudinis percipiuntur, ſiue ſint de legitima,ſiue præter legitimã,ſed illa pœna concluditur in his dumtaxat quæ alias libere auferri poterant per teſtatorem. Ex quibus infero, quod ſi per conſuetudinem loci, totum feudũ ſpectet ad ſolum primogenitum,vt diximus §. *ſequenti.* vel ſi ex natura rei indiuiſibilis,tota ſoli primogenito debeatur, vt ducatus,comitatus, baronia, in iſtis nõ habebit locum diſpoſitio d. auth.hoc amplius,etiam ſi non iure contractus, ſed iure hæreditario deferantur; quia ſatis eſt quod lex ſpecialis, vel communis totum defert & afficit primogenito, ita vt non poſſit teſtator contrarium diſponere,nec ad alios transferre, vt ceſſet pœna & diſpoſitio d. auth. quod eſt de directo contra gl. *ſi. in ſi. d. c. licet.* quam reprobandam puto tamẽtſi omnes ſcribentes ibi & alibi quotquot legi eam ſequantur, ſed malè & indigeſtè iudicio meo.

A

B

* Pœna authentice hoc amplius, non habet locum in his quæ beneficio, l. vel conſuetudinis percipiuntur.

12. Concluſio ſic ampliata fallit primò, propter* ingratitudinem; & intelligo de illa ex quia filius poteſt in totum exhæredari, & per conſequens priuari iure primogenituræ, imò etiam legitima iure naturæ debita. *in auth. vt cum de appel. cognoſci. §. cauſas autem coll. 8.* Si igitur in totum, multo fortius in parte ſeruata forma. *d. §. cauſas.* à patre priuari poteſt. Vnde dico quòd poteſt talis filius in vncia inſtitui, ita vt plus petere non poſſit, vel iure primogenituræ priuari, & vocari ad æqualitatem cæterorum filiorum dumtaxat; quod plenius deductum videbis *infra* §.122. Et hæc fallentia non habet dubium in omnibus feudis,& dignitatibus, vel regnis, (ſalua eorum indiuiſibilitate) quæ iure hæreditario deferuntur: quamvis enim in iſtis, propter ſimplicem inobedientiam filius non priuaretur, vt nuper dixi, tamen propter huiuſmodi ingratitudinem, quæ cadit in delictum, benè poterit priuari; vt latè deducit Guillel.Bened. in *rep.c.Raynut. in ver. in eodem.* teſta. relinquens. 1 *nu.* 203. *cum ſq. ſeq. vbi videas*, quia aliena non tranſcribo. In regnis autem & feudis, vel aliis rebus quibuſcunque, quæ non iure hæreditario,ſed ſanguinis, vel inueſtiturę deferuntur,non poſſet filius priuari prætextu ingratitudinis, etiam in iure expreſsè,quoniam non accipit ius à patre offenſo,ſed aliunde. Vt etiam in primogenito regis Franciæ decidit Io. de ter Rub. *in tract.contra rebel.reg.tract.1.conclu.* 19. Et hoc niſi talis ingratitudo caderet in delictum, de quo conuictus & eodem natus infamis & inhabilis redderetur ad talia bona, vel dignitates, vt not. in *c. vnico an ille qui inter ſe. infra do.ſui.in vſib.feud.* vnde propter crimen læſæ majeſtatis in regiam coronã, & remp. Franciæ commiſſum per aliquem de ſanguine regio poſſet ille* perduellis, etiam cum futura ſua poſteritate, priuari omni ſpe, & iure futuro, in ſucceſſione coronæ & regni Franciæ; vt olim factum fuit per arreſtum ſupremi huius Pariſiorum ſenatus & Parium Franciæ prolatum anno domini 1457. in Ioannem ducem Alenconij in præſentia regis Caroli 7. Fallit ſecundò de conſenſu libero, & ſpontaneo filij ætate maioris quo accedente poſſet etiam ſine alia cauſa & ſolennitate in totum exhæredari,etiam à legitima iure naturæ debita, vt per Cy. in *l. ſi pater. §. ſi. C. de inſti. & ſub.ſubſtitu. fac.* Bat poſt Guill. de Cug.in *l ſi quando.§.ſi.*& ibi laſ. *ad ſi.C. de inoff. teſta.* Io. de Imol. in *l. filio præterito. D. de iniuſto rupto. teſta.* Guil. Bened. in *repet.c.Raynut. in ver.in eodem teſtamento reli. 2. num.* 18.

C

* Ingratus priuari poteſt iure primogenituræ.

* Perduellis ſpe regni & coronæ cum ſua poſteritate priuatus.

13. Secundo caſu principali,quando pater vellet diſponere de rebus vel bonis, in quibus ius primogenituræ, vel præcipui huius conſiſtit vel conſiſtiturum ſperatur. Et videretur idem, primò ne præcedens concluſio & conſuetudo noſtra videatur impoſita verbis & non rebus contra *l. ſi. C. de vſur. cap. commiſſa. de elect. in* 6 Tum ſecundò,per id quod expreſsè decidit Andr. de Iſer.in *c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ.* Et alibi ſæpe quod feudum in quo viuitur iure Francorum, non poteſt alienari per patrem in præiudicium filij primogeniti. Et ſequitur Matth. de Afflict. *in dec. Neapol.* 112. Et illud viuere* iure Francorum importat; quod ſolus primogenitus in feudo ſuccedat; vt teſtatur And. Iſer. in *d. §. hoc quoque col. 2. & in c. 1. §. omnes filij. col. pen. de feud.ſu.contro.inter do. & agna.& in l.imperialem. §.præterea ducatus.in prin.de probi.feud.alie.* per Feder.in *vſib.feud.* Matth.de Afflict.in *conſt. Neap.lib.3. rub.de adiuto.pro mili. conſti. incip. Comitibus* Notab. 5. Philip.Deci. in *conſil.445.col.2.* Sed ad primum breuiter & fixè reſpondetur quod apud nos vtile ius primogenituræ non eſt introductum niſi in rebus repertis in hæreditate,vel in ſucceſſione parentis, *vt infra eo.§.ſeq. in prin.* ex quo patet reſponſio ad ſecundum, quod loquitur ſecundum mores regni Neapolitani, & in feudo antiquo quod ſecundum vſus Francorum qui ibi ſeruatur, non poteſt alienari per patrem in præiudicium filiorum, vel agnatorum. Et ſic nec in reliquos filios in præiudicium primogeniti, in feudis quæ plurima ibi reguntur more Francorum nobilium, qui quondam diu ibi dominati ſunt, quod primogenitus ſolus in feudo ſuccedat, qui mos nec ibi, nec in Armorica, nec in Neuſtria, & pluribus partibus huius regni adhuc exoleuit. Cæterùm apud nos feuda ſunt patrimonalia, nec prædictos vſus feudorum Oberti recepimus, vt dictum eſt 3. *in rub. ad ſi.* Et vt omiſſo latiori apparatu ad reſolutionem properem ſubdiſtingo.

D

E

* Quid feudum regi iure Francorũ.

14. ¶ Aut pater vult diſponere inter viuos, aut in vltima voluntate. Primo caſu ſit concluſio affirmatiua, quòd liberè poteſt ad libitum diſponere, ſiue vendendo, ſiue permutando, ſiue donando manſionem principalem vel feudum? ita quòd ſi vendiderit, vel cum prædiis cenſualibus permutauerit, & ſtatim mortuus fuerit, filius primogenitus nullam prærogatiuam vendicare poteſt, nec in pretio inde redacto, nec in prędiis ſubrogatis: quę cum ſint alterius naturę, nempe cenſualia, non ſortiuntur naturam feudalium, quorum loco ſubrogantur. *l. cum in fundo §. ſi fundum. D. de iure dot.* hanc concluſionem declaro; vt procedat in iure primogenituręs,* quod iure hęreditario defertur, vt eſt illud de quo loquitur noſtra conſuetudo, & regulariter omne ius primogenituręs, eo modo, velut legitima defertur, niſi de contrario appareat. Iuxta Oldr. *conſi.* 94. c. eleganter. Albe. in *proœ. D. §. diſcipuli.* Marti. Laud. in *tract. de iure primog. in fi.* Et ſic non poteſt obtineri, niſi ab eo qui ſe gerat pro hærede. Secus autem in eo iure primogenituræ, quòd defertur iure ſanguinis, vel inueſtiturę, ſubſtitutionis, aut ſimilis diſpoſitionis, per ea quæ nuper dicta ſunt. Item limito ſi pater diſponeret per viam donationis, quæ eſſet inofficioſa re vel conſilio, in quo eſt dicendum ſecundum plenè notata per Bar. & alios in *l. Titia §. imperator D. de lega. 1. in l. 1. & per to. C. de inofficio. donat.* ad quæ te mitto; quia non intendo omnes theorias iuris ab anteceſſoribus plenè & eruditè ſuis locis traditas huc tranſplantare, ne plus temporis deteram, quàm nouæ vtilitatis afferam. Quia tamen huiuſmodi remiſſio per ſe non ſufficit ad reſolutionem multarum quæſtionum, quæ in hac materia occurrere poſſunt.

* Ius primogenituræ regulariter eſt hæreditarium.

15. ¶ Pone, pater habens vnicum feudum, donat illud vni ex filiis ſecundogenitis, vel extraneo, habet tamen alia bona, tam mobilia, quàm immobilia, non feudalia, in quibus abundè reſeruatur legitima filiorum, ita quòd mero iure communi inſpecto nullo modo reuocari poteſt hæc donatio tanquam inoffi-

cioſa, nec aliter, vtrùm attenta noſtra conſuetudine, & iure primogenituræ quo fraudatur filius, ſibi aliquo * remedio conſuli poſſit? videturque non, quia de iure communi excluditur, nec per conſuetudinem vllum remedium datur, imò etiam per hanc conſuetudinem videtur excludi, eo quòd non dat hoc ius primogenituræ, niſi in feudis repertis in bonis, & ſucceſſione parentis tempore mortis, vt patet per contextum §§. *ſeq.* Sed illud feudum non reperitur in bonis & ſucceſſione. Igitur primogenitus nihil poteſt in eo, nec ad illud prætendere. Nec obſtat quod primogenitus habebat ius primogenituræ reſpectu illius feudi viuente parente, & tempore donationis, quia *vt diximus ſupra ea. glo. q. 2. num. 4.* nullum habebat ius formatum, nec ſpem firmam, ſiue incommutabilem reſpectu talis feudi, & ſimilium bonorum patris, ſed ſolum nudam expectationem, non impedientem liberam facultatem diſponendi per patrem. In contrarium videtur; quia quamvis filij viuo patre, non habeant etiam reſpectu legitimè, niſi ſpem ſimplicis expectationis, tamen non licet patri illam defraudare per donationes in alios collatas, ſed erit locus querelæ inofficioſæ donationis. Iſtud autem ius præcipui eſt vera legitima primogeniti, aucta & data per conſuetudinem. Igitur non licuit patri diminuere, & multominus in totum fraudare ſpem huius præcipui, quin ſit locus querelæ inofficioſæ donationis; quamvis enim non ſit inofficioſa reſpectu legitimæ aliorum filiorum, eſt tamen inofficioſa reſpectù legitimæ primogeniti. Imò videtur talem alienationem ipſo iure nullam, tanquam factam nedum in fraudem primogeniti, ſed etiam in fraudem conſuetudinis: nempe ad euertendum diſpoſitionem huius & ſeq. §. de iure primogenituræ, ab hac lege introductam. *per text. in l. ſi libertus. in princ. ibi ad hoc vt præceptum legis euertat. D. de iure patro.*

* An querela inofficioſæ donationis habeat locum ad conſeruationem iuris primogenituræ.

16. Pro breui reſolutione primam partem veriorem puto, quia querela inofficioſæ donationis, nunquam fuit introducta, niſi pro conſeruatione legitimæ iure naturæ debitæ, ad quam expreſſim limitatur, per *l. 1. ſi totus. l. ſi liqueat. & ſimiles ff. C. de inofſ. do.* vnde non poteſt extendi ad debitum vigore cõſuetudinis. Quamvis enim * iſtud præcipuum dicatur legitima quædam primogeniti, non tamen propriè eſt legitima debita iure naturæ, ſed prælegatum, ſeu beneficium quoddam, à legitima ſeparatum quod extenſo vocabulo poteſt dici legitima primogeniti: non quòd ſit legitima ſimpliciter loquẽdo, ſed ex eo quod non à parẽte, ſed à lege conſuetudinaria conceditur, ſicut conuentio legitima appellatũ, quæ à lege ſcripta, vel conſuetudinaria introducitur, vel cõfirmatur. *l. legitima. C. de pact.* Et ita debet intelligi & interpretari quod poſt gl. fi. in *c. licet de voto.* per manus traditur regnũ vel ducatũ totum eſſe legitimã primogeniti; nõ enim eſt eius legitima propriè & ſimpliciter, ſine iure naturæ debita, cum palam ſit, nuſquam iuri naturali contentaneum fuiſſe, vt ſolus primogenitus totum haberet, vt patet per *l. vt liberis. C. de collat. l. maximum vitium. C. de libe. præter. ex vel hared. l. pen. C. de legitim. hared.* Sed largo modo dicitur legitima primogeniti, ex eo quod lege conſuetudinaria ad conſeruationem talium dignitatum, inductum eſt, vt ſoli primogenito debeantur.

* Ius præcipui non eſt propriè legitima.

¶ Et ſic concludo quòd donatio feudi facta per patrem, retinentem in mobilibus, vel aliis bonis, vſque ad legitimam iure naturæ debitam, vel quaſi taxatum, *in auth. nouiſſima. C. de inofſ. teſta.* non poteſt dici inofficioſa, nedum reſpectu cæterorum filiorum, ſed nec etiam reſpectu primogeniti, quamvis per hanc viam fruſtretur omni ipe & effectu iuris primogenituræ, quia non obſtante illa ſpe, licuit patri de bonis ſuis liberè diſponere, tam per ius commune, quàm per hanc conſuetudinem noſtram. *infra* § 97 & ſic cum iure ſuo vtatur, nec præiudicet alicui habenti ius in re, vel cui ſit obligatus, non cenſetur facere fraudem, nec iniuriam, nec legi nec homini. *l. nullum videtur. D. de reg. iur.* & ſic patet reſponſio ad contraria. Vnde ampliatur concluſio nedum in feudis nouiter per patrem ex ſua induſtria acquiſitis, ſed etiam in antiquis, & à progenitoribus relictis.

17. Limitatur tamen * vbi conſtaret donationem eſſe factam nedum re ipſa, ſed conſilio, in fraudem primogeniti, vt in themate, quando patet dedit omne feudum ſecundogenito, ſine alia cauſa; tunc enim ex eo quòd donat omne feudum ſecundogenito, puto ſatis apparere hoc factum ad fruſtrandum primogenitum ſuo iure primogenituræ, *per l. omnes §. Lucius. D. quæ in fraud. credi. in l. data. C. de donat.* Vnde mortuo patre, tametſi filius donatarius non ſit hæres, puto poſſe reuocari tanquam inofficioſam, ſeu exemplo inofficioſæ, vt ſtatim dicam, reſpectu primogeniti, quatenus ad ipſum erat iure primogenituræ peruẽturum dumtaxat. Si autem appareret de aliqua iuſta vel probabili & motiua cauſa, ex qua veriſimiliter facta eſſet donatio, puta propter inſignes nuptias ſecundogeniti, vel propter eius inſignem virtutem, aut dignitatem: puto ceſſare præſumptionem fraudis etiam in caſu præfato. Quòd ſi non appareat de aliqua cauſa huiuſmodi, ſi tamen pater non dat niſi partem feudi, vel vnum feudum, cum plura alia haberet, puto non eſſe præſumendum factum animo fraudandi primogenitum. Si autem donatio facta ſit extraneo, etiam ſi de omni feudo, non puto ex hoc ſolo præſumi animum fraudis, tametſi non appareat de alia iuſta cauſa, quia vehemens amor & conſilium patris in filios. *l. quidam cum filium. D. de hared. inſtit. l. fin. in prin. C. de cura. furio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* excludit huiuſmodi præſumptionem, & facit præſumi inſigne quoddam meritum, vel amorem in illum donatarium. Tum ex quo liberum fuit patri donare extraneo inter viuos, quid & quantum vellet, *vt infra* §. 97. non videtur fraudaſſe filium, vt ferè in ſimili ait Vlpia. in *l. 1. §. quod autem mortis. D. ſi quid in fraud. patro.* Et hoc niſi euidenter probetur de animo, & machinatione nocendi primogenito. Non enim ſufficit fraudem ſubeſſe re ipſa, ſed requiritur quod certo conſilio, ex quo non agitur propriè de legitima iure naturæ debita.

* Donatio patris quando dicatur in fraudem primogeniti.

18. ¶ Sed quid ſi pater in fraudem primogeniti * vendiderit feudum? Et videtur nullo modo ſubueniri poſſe, quia communis eſt opinio nullam querelam, nullam reuocationem competere poſſe filio, in bonis patris titulo oneroſo alienatis, etiam ſi acquirens, probauerit fraudem; ita tenet Bar. poſt. Dy. in *l. hæreditarium. D. de bo. auct. iud. poſſi.* Bal. in *c. Papiniam. §. quarta col. 1. D. de inofſ. teſta. gloſſ. 1.* Bar. Bal. Angel. Salic. Paul. in *l. 2. C. ſi quid in frau. patr.* Cy. in *l. 1. inſi. C. eo.* Bal. in *l. 1. col. pen. C. de in offici. donatio.* Hẽri bo. *in c. Raynutius. col. 3. de teſta.* Aug. Aret in *§. Item ſi quis in fraudem. col. ſi. q. pen. inſtitu. de actio.* vbi volunt eſſe ſpeciale in filio arrogato *l. ſi. D. ſi quid in frau. patro.* quia non fit arrogatio niſi contracta fiducia. Et eius legitima tranſit in contractum, vt inquit Bal. in *d. l. 2.* Et hoc niſi venditio eſſet ſimulata, vel facta pro minori pretio, quia quatenus res plus valet recidit in dominationem, & ſic aperitur locus querelæ inofficioſæ donationis, quam ſolam communiter admittunt in filiis, denegantes eis omnia alia remedia reuocatoria.

* Vtrũ reuocatoria detur in venditione facta à patre.

19. ¶ Et ſimiliter ſi non appareret de ſolutione pretij, niſi per * confeſſionem patris, admittunt querelam, vſque ad legitimam, cuius reſpectu non poteſt pater præiudicare per ſimplicem confeſſionem etiam in contractu, ſicut nec per donationem, vt tenet Spec. in *tit. de confeſſio §. nunc videndum. verſicul. ſed nunquid patris confeſſio.* & ibi Io. Andr. in *addi.* Antho. But. Panor. *in c. pe. de re. iudi.* Io. de Pla. in *§. item ſi quis. ad fi. Inſtit. de inutil. ſtipul.* Alex. in *rep. l. ſæpe col. pen. D. de re. iudi. & in conſi. 26. viſo & conſiderato. lib. 2. quòd eſt repetitum in conſi. 143. l. 5.* Idem Alex. *conſi. 18.*

* Confeſſioni patris non ſtatur in præiudicium legitimæ.

non minuitur in fi. l.1.4. conſ.57. viſa breui. lib.5. Cæpol. in *cautel.6.* Lancelo. Deci. in *l. ſi conſtante. in prin. col. 8. D. ſoluto matrimonio.* Iaſ. in *l. ſi arrogator. nu. 24. D. de adopt. l.1. col.1. D. de eo per quem fact. erit. l. nam poſteaquam §. ſed etſi quis in fraudem. in prin. D. de in. rein. & in auth. vnde ſi parens. col.1. C. de inoff. teſtam.*

20. ¶ Tamen contra communem tenet Alex. in addit. ad Bal. *d. l.2.* * dari actionem filio de dolo, contra eum qui participato fraudis conſilio emit. Bart. autem in *l. non vſque adeo. D. ſi à paren. quis manu. fu.* Vlterius tenet dari filiis, & cæteris deſcendentibus, in bonis aſcendentium, actionem reuocatoriam contra eum qui fraude participata acquiſiuit, vero titulo oneroſo, quamvis non detur patri, vel aſcendentibus in bonis liberorum, quia non ita debetur eis hæredibus, ſicut deſcendentibus. Et per hoc *l. fi. D. ſi quid in fraud. patro.* vbi filio arrogato, & legitimo tantum, datur vtilis actio reuocatoria, ad exemplum Caluiſianæ. Igitur multò fortius debet dari filio naturali & legitimo. Idem tenet Hoſti. *in d. cap. Raynutius.* & ibi Pano. *col 9. nu. 22.* Et hanc partem contra communem, æquiſſimam & vetiſſimam iudico; quamvis Iaſo. vacillet, & magis in oppoſitum inclinet in *d. l. ſi arrogator. col.9. num.23.* facit quod patrono ad bona liberti, vero titulo oneroſo alienata, datur actio Caluiſiana ad reuocationem, vſque ad quotam ſuæ legitimæ, quæ eſt triens. *l.1. §. ſi quis in fra. D. ſi quid in fraud. patron.* Et tamen certũ eſt quòd patrono nõ debetur illa legitima iure naturæ, ſed merè iure poſitiuo ſecundum Bal. in *l.1. C. eod. tit.* Igitur multo fortius debet ad exemplum Caluiſianæ vtilis. reuocatoria dari filio, nedum pro legitima debita naturæ iure, taxata nouiſſimo iure auct. Sed etiam pro iſto præcipuo & iure primogenituræ in quo primogenitus eſt fauorabilior, quàm ſit patronus in ſua legitima, attento quod de primitiuo iure naturali legitima filiorum erat de omnibus bonis, vt teſtatur Bal. poſt Richar. Malumb. in *d. l.1. col.1. C. ſi quid in fraud. patro.* & probatur in *l. nihil intereſt: ibi, cum omnia quæ noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paremus. D. de bon. li. ber. l. fin. in prin. D. de bo. damna.* Et quando non eſſent hæc veſtigia iuris naturæ, ſufficit quod beneficio merè poſitiuæ conſuetudinis debeatur hæc prærogatiua filio primogenito, vt non debeat in ea fraudari, & ſi fraudetur debeat ſubueniri etiam nulla lege hoc dictante.

* Reuocatoria dãtur filio in alienata à patre.

21. ¶ Quare intrepidè concludo alienationem feudi in fraudem primogeniti factam reuocandam, nedum ſi titulo lucratiuo facta ſit, ſed etiam ſi titulo oneroſo, nedum ſi facta ſunt in ſecundogenitum, quæ eſt perſona ſuſpecta, & prohibita, ſed etiamſi in extraneum qui non eſt ita ſuſpectus, nec prohibitus, & hoc conſtito de fraude ſecundum ea quæ dixi. * Quamvis enim (& ad hoc aduerte, quia nondum reperi ab aliquo declaratum) in querela inofficioſæ donationis, non ſit neceſſe allegare, nec probare animum fraudandi, quia quum illa querela non competat, niſi ad reuocanda donata, & ſic titulo lucratiuo, & vſque ad limites legitimæ iure naturali debitæ tantum, ſufficit talem legitimam fraudari ſolum re ipſa. Secus eſt in actionibus reuocatoriis alienatorum in fraudem creditorum, vel in fraudem patroni, inter vitos, quia præcisè allegari & probari debet animus eos fraudandi. *l. qui autem & per totum. D. quæ in fraud. cred. in l.1. D. ſi quid in fraud. patro. l. patronus. D. de probat.* nec ſufficit euentus fraudis re ipſa, abſque conſilio. Vnde quum pro ipſo iure primogenituræ, quatenus excedit legitimam iure naturæ debitam, non ſit introducta, nec competat querela inofficioſæ donationis, vt dictum eſt, ſed recurrendum ſit ad extenſionem vtilium actionum reuocatoriarum, debebit hîc ſicut in illis fraus allegari & probari. Et ad reuocationem alienati feudi titulo lucratiuo, aut quatenus titulus eſt lucratiuus, ſufficit conſtare de animo fraudandi primogenitum in alienante; ſed in alienatione oneroſa, debet conſtare fraudem hanc participatam ab acquirente. Et adhuc illi quatenus fit reuocatio refundendum erit pretium, vel alia res per eum ſoluta patri alienatori. *arg. d. l.1. §. ſi quis in fraudem. D. ſi quid in fraud. patro.*

* Differentia inter querelã & reuocatoriam.

22. ¶ Non obſtat quod primogenitus agens reuocatoria eſt hæres patris. Vnde non videtur admiſſibilis contra factum defuncti, quod non arguit de nullitate, vel ſimulatione, ſed ſolùm de fraude. *l. filios C. de reuocand. his quæ in fraud. cred. l. rem alienam. D. de pignora. act.* Et factum defuncti præſtare tenetur, nec poteſt contrauenire, etiam ratione iuris quod habet ex capite ſuo, & non tanquam hæres. *l. cùm à matre. C. de rei vendi. cum vulg. & per hanc conſuet. infra §. 76.* * quia illæ argutiæ non procedunt quando factum defuncti tendit ad fraudandum hæredem, beneficio à lege conceſſo in bonis defuncti. Et hoc ne publicis legibus per priuatum illudi poſſit, text. eſt in *auth. de nupt. §. ſed hæc quidem col. 4.* tex. in *l.2. C. ſi quid in fraud. patro.* vbi Bar. Bal. & omnes hoc no. Cy. in *l.1. C. eo.* Bal. in *l.1.* & ibi Sali. *q.9. C. inof. dona.* Bar. Io. de Imo. in *l. Titia. §. licet imperator. D. de leg.2.* Franc. Curt. Senior. *conſi.1. in fin.* Iaſ. *conſi.7. col.7. conſil.64. col.3. lib.3. conſil. 154. in fi. lib.4.* Nec valeret ſtipulatio pœnalis per defunctum appoſita. *gloſſ. not.* quam omnes ſequuntur in *l. ſi patronus §. patronum in ver. Fauiana D. ſi quid in fraudem patron.* Circa hanc materiam plurimæ aliæ quæſtiones vtiles occurrunt. Sed prolixitatem & nimiam digreſſionem veritus, reſeruo eas infra locis opportunis, vel in alio tractatu. Sed antequam aggrediar, ſecundum principale membrum ſubdiſtinctionis noſtræ, non poſſum æquo animo præterire certam quæſtionem mihi propoſitam, quæ neceſſaria videtur ad rectum & verum intellectum membri præcedentis.

* Hæres non tenetur de facto defuncti in fraudem ſui.

23. ¶ Pone mercatorem aut ruſticum tenere quandam terram in feudum. Et cùm habeat plures filios & filias, quos cupit æqualiter ſibi ſuccedere, rogat dominum vt conditionem & qualitatem feudalem mutet in cenſualam, offerens recognoſcere ſub annuo cenſu & laudimiis, quod dominus acceptauit & fecit. Et ſic breui manu cenſetur feudum refutatum, ſiue reſignatum domino, & ab eodem prædia quondam feudalia, conceſſa in cenſum; vt in ſimili not. Bal. in *c.1. verſic.3. iſtud videtur. de alien. feud. in vſib. feud.* Franc. Aret. *conſ.3. conſultatio ad fi.* Ex quo tria dubia oriuntur. Primum, an hoc fieri potuerit? de quo dixi. §. §. 51. Et ſi ſic. Secundum eſt, an res retineat reliquas qualitates, vt prius, puta proprij & antiqui hæredij? in quo dixi quod ſic. §. §. 147. *gloſ.1. in verſic. les propres.* Tertium eſt, an primogenitus poſſit illam mutationem reuocare, & priorem qualitatem reduci facere, vel æſtimationem iuris primogenituræ, quod habuiſſet quocumque modo recuperare, ſiue in eiſdem prædiis, ſiue in pecunia, quod ſpectat ad præſentem materiam? Et breuiter dico quod non, quia principalis cauſa qua pater motus eſt ad hoc faciendum non fuit iniquum odium vel fraus in primogenitum, ſed æqualis amor & pietas paterna in omnes liberos iuri & æquitati naturali conueniens. Et hoc affectu licitum eſt, patri in feudis hereditariis, quę lege contractus non deferuntur prouidere, ſiue per donationem bonorum æqualem inter filios & à titulo ſucceſſionis abſtenturos ſiue per permutationem feudorum in cenſualia prędia, venditionem, aut aliàs, vt æquales ſint. Vnde plus cęteris primogenitum decet reuerenter obſeruare parentem & præcipuum demereri amorem. Adde quę ſuper his, & ſimilibus fuſius dixi *infra §.124.*

24. Secundo caſu, videlicet quando pater diſponeret * per viam vltimæ voluntatis, de rebus vel bonis in quibus cadit ius primogenituræ; ſit concluſio negatiua, quod non poteſt, imò ipſo iure non valet, nec reſpectu poſſeſſionis, nec reſpectu proprietatis, nec reſpectu obligationis perſonalis, vel realis, vel alio quouiſmodo, quia talis diſpoſitio nullum omnino fortiri

* Pater per viam vltimæ voluntatis nullo modo poteſt minuere ius primogenituræ.

by Google

poteſt effectum niſi poſt mortem. Sed ſtatim in tempore mortis, proprietas & poſſeſſio rerum quæ cadunt in ius primogenituræ, tranſit ipſo iure in primogenitum, eique incommutabiliter acquiritur, non obſtante quauis contraria diſpoſitione vltimę voluntatis per ea quæ plenè dixi j. §. 132. Et quod contraria diſpoſitio teſtatoris ſuper iuribus primogenituræ ſit nulla, tenet alibi glo. in *conſtit. Neapol. incip. conſtitutionem.* & ibi late Matth. de *Affli. col.* 2. *&* 3. *in tit. de renoca. aliena. lib.* 3. Et iſtud ius primogenituræ, quamuis non ſit legitima iure naturę debita, quatenus trientem vel ſemiſſem virilis ab inteſtato portionis excedit. Eſt tamen quędam legitima conſuetudinaria, & beneficium legis, quod non poteſt auferri per patrem teſtantem, nec aliquod onus imponi, & quantum ad hoc æquiparatur legitimæ iure naturæ debitæ, cui nullum grauamen poteſt apponi. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta.* Et ita circa ius primogenituræ tenẽt Io. And. & alij in *d. c. licet* de voto. Egidi. Belleme. in *deci.* 718. *col.* 3. Præpo. *in c. per venerabilem. §. quod autem. col.* 28. *num.* 45. *qui filij ſint legi.* Feli. in *c. prudentiam. columna* 2. *de offic. de leg.* Iaſo. in *l. nemo poteſt. colum. prima, D. de leg.* 1.

25. ¶ Ampliatur primò, ſiue per viam diſpoſitionis, ſiue per viam pœnæ, aut alterius conditionis. Vnde ſi grauauerit primogenitum dare etiam eccleſiæ, vel pauperibus centum, niſi feuda æqualiter diuideret, talis pœna & diſpoſitio ipſo iure nulla eſt. *l. Seius Augerius. &* ibi per Bar. Ang. Imo. Paul. D. ad leg. Falci. per Bal. & alios. in *l.* 1. *C. de his quæ pœna. no.* ſiue directo, vt legando prędia feudalia: ſiue alias per indirectum, vt plures ſummas pecuniarum vltra vires bonorum legando, quia nedum debebit ante omnia defalcari legitima naturę iure debita; ſed etiam omne ius primogenituræ, etiam in feudis quæ ſunt de mero conqueſtu vel acquæſtu teſtatoris; ſi enim eſſent hæredia antiqua, non eſſet dubium, *per not. infra* §. 92. Et ſic * concluditur teſtatorem nullum onus poſſe imponere, ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione, in quatuor partibus prædiorum quæ propria vocant, nec in his quæ ſpectant ad ius primogenituræ, quæ debent remanere libera ab omnibus legatis, oneribus & diſpoſitionibus vltimarum voluntatum. Ampliatur ſecundò, etiam ſi per * donationem cauſa mortis, quia æquiparatur legatis, & patitur omnes prohibitiones, & falcidias, quas & legata. *l. fi. C. de donatio. cau. mort. tradunt ſcrib. in l.* 2. *D. de lega.* & plenè dixi j. §. 92. Tamen ſi de facto donans tradidiſſet, præiudicaret primogenito, reſpectu poſſeſſionis tantum, quæ ipſo iure non reuertitur, nec propria authoritate poſſet recuperari, nec poſſet tranſire vel continuari in filium, quum non eſſet penes defunctum. Concluſio ſic ampliata limitatur propter ingratitudinem, vel conſenſum filij, ſecundum ea quæ diximus eadem quæſt. num. 12. Et ille conſenſus ſemel per filium maiorem vigintiquinque annis ſponte præſtitus, non poſſet amplius per eum reuocari, ſiue ante mortem patris, ſiue poſt mortem, per notab. in *locis* ꝛ. *allegat.* & in *l. fi. C. de pact.*

26. QVARTO quæro an ipſe primogenitus poſſit de hoc iure diſponere, donando, vendendo, vel aliter cedendo? Solutio patet ex *no.* ꝛ. *ea. gl. q.* 2. Et ſi plenius inquirere velis pro parte affirmatiua *ſtat c. quam periculoſum. 7. q.* 1. *& tenet* Panor. in *c. licet, col.* 2. *de voto.* Marti. Laud. in *tract. de primogen. char. pen. ver. amplectemur.* Soci. *conſi.* 47. *facti narratione. in q.* 4. *li.* 3. Iaſ. in *l. is poteſt. co.* 4. *D. de acquir. hared. in l. pactum. C. de colla.* Sentit Pyrrh. in *conſu. Aurelia. tit. de feu.* §. 26. *in fi.* Ioan. Ciri. in *tra. pri. li.* 3. *q.* 1. *&* B. Guill. Bened. in *repet. c. Raynutius. ver. in teſta. relinq.* 1. *n.* 189. & alij numero multi, ſed ratione & examine pauci. Pro * reſolutione dico, quod ius ipſum in ſe, ſiue quo ad titulum & honorem, non poteſt cedi, nec in alium transferri. Ratio, quia non eſt conceſſum à conſuetudine niſi habenti illam qualitatem naturalem primogenituræ, quæ non poteſt reperiri, nec verificari in ceſſionario. Et hoc procedit ſiue viuente, ſiue mortuo patre. Et hanc veritatem eſſe puto, quamuis Deci. in *conſil.* 443. *verſic. vnde primo*, contrarium dixerit, ſed perfunctorie ſequendo, gl. in d. *c. quam periculoſum.* Effectus autem primogenituræ, videlicet ius iſtud præcipui, de quo in hoc. §. & ſeq. vel ius totius hæreditatis, aut maioris partis ſecundum conſuetudinem ſui cuiuſque loci, viuo quidem patre nullo modo poteſt cedi vel aliter diſponi, quum nondum competat, nec in re, nec in ſpe firma. Et hoc niſi de conſenſu patris, in eadem voluntate perſeuerantis vſque ad mortem ſecundum formam. *l. fi.* C. *de pact.* ſed patre defuncto libere poteſt cedi, vendi, vel aliter diſponi, tam vniuerſaliter, quam particulariter, ſicut vnus hæredum partem hæreditariam ſibi quæſitam vendere poteſt, vniuerſaliter nomine quotæ, vel particulariter per ſingulas res. Et ita circa hoc vltimum decidit Phil. Deci. in *d. l. pactum. col.* 5. *n.* 17. *& in d. conſ.* 443. *col.* 3. *& hæc veritas.*

27. ¶ An autem poſſit renunciari, ſimplici ſcilicet renunciatione, non per viam ceſſionis vel pacti? Reſpondeo quod non in vita patris, niſi forte quo ad effectus honorum, tunc occurrentes, vel niſi patre conſentiente, & in conſenſu perſeuerante vſque ad mortem, vel aliis caſibus & modis, quibus futuræ ſucceſſioni poteſt renunciari. de quibus plenè tractabimus j. §. 122. Sed mortuo patre abſolute & irreuocabiliter renunciari poteſt, ſicut abſtinere poteſt filius à tota hæreditate, vel ei renunciare. An autem tunc tranſiret ius primogenituræ in ſecundogenitum vel alium, dico quod non. Sed deficit omnino, & eſt locus iuri communi, vt diximus ꝛ. *eo. glo.* 1. *q.* 4. *nu.* 30.

28. Et hæc de illo iure primogenituræ intelligantur de quo loquimur, quod videlicet defertur iure hæreditario. * Secus in eo quod in certa re iure particulari contractus vel inueſtituræ defertur, quia etiam viuo patre, eſt ius formatum in perſona primogeniti, & poteſt per eum cedi, vendi viuo patre. Sicut ius conditionale ex contractu vel ſubſtitutione dependens. §. *ex conditionali. Inſtit. de verb. oblig. l.* 1. C. *de pact.* Et hoc dummodo ex natura rei vel tenore contractus, vel teſtamenti, alienatio non ſit prohibita. Et ita procedit quod voluit Panor. hoc ius cedi poſſe. *in conſ.* 85. *in præſenti. col. fi. lib.* 1. Et Phil. Dec qui eum refert & ſeq. *in conſ.* 397. *in fi.* vnde non eſt ſibi contrarius ad ea quæ ſcripſit in *d. l. pactum.* Et ſecundum prædicta intelligi debet quod Bal. poſt Iacob. de Bel. decidit in §. *præterea. in fi. quib. mod. feud. amitt.* & ſeq. Aluaro. & Præpo. *ibi.* ſecundogenitum præferri quando primogenitus conſentit illum inueſtiri. Mart. Laud. in *tract. primogen. char.* 3. *verſi. nunquid autem.* Iaſo. in *l. ſi fundum per fidei commiſſum. col.* 6. *nu.* 34. *D. de legat.* 1. Si autem talis inueſtitura fieret patre feudum donante ſecundogenito, de conſenſu primogeniti, tunc etiam ſi non eſſet feudum hæreditarium, ſtatim irreuocabiliter valet, nec poteſt per ſuperuenientem diſſenſum ſiue patris, ſiue primogeniti, reuocari. Et ſic non eſſet recurrendum ad præfatam noſtram diſtinctionem, quia ex quo de re particulari per dominum diſponitur, patet quod non agitur de futura ſucceſſione viuentis in totum vel partem, & ſic non ſumus in terminis *d. l. fi.* C. *de pac.* nec cõſenſus primogeniti ad aliud adhibetur, quàm ad excludendum inofficioſitatem donationis, vel præſumptionem fraudandi primogenitum, cui ſcienti & conſentienti non fit dolus, nec iniuria. *l. nemo fraudare. D. de reg. iur. cum concord. gl. &* Deci. *ibi.* Non autem requiritur ille conſenſus ad hoc, vt primogenitus renuncict iuri ſuo, quum nullum adhuc habeat ius, in re vel ad rem, in hoc feudo, vt ꝛ. diximus. Si autem eſſet feudum quod lege inueſtituræ deferretur ad primogenitum, tunc etiam diceretur renunciare iuri

* Teſtator non poteſt onerare quatuor partes hæreditorum, nec portionem primogenitu.

* Quid de donatione cauſa mortis.

* Quid de ſimplici renunciatione.

* Quid de iure primogenituræ citra partem.

* Nota reſolutio.

suo, videlicet ad rem sibi formaliter competentem, ex contractu vel iquestitura.

29. QVINTO quæro, an istud ius præscribi possit? Hanc q. tractant Soci. in *cons.* 47. *facta narratione in 4. q. lib.* 3. vbi simpliciter tenet huic iuri primogenituræ, seu maioritatis inter consanguineos contra dispositionem statuti præscribi posse. Ioan. Ciri. *in d. tract. primog. in fi.* vbi tenet quòd ab vno ex filiis cum bona fide triginta annis præscribi potest, ab extraneo autem nunquam. Rationes suas vide apud eum. Ego autem dico quod ipsum ius primogenituræ in se, est * impræscriptibile: & non potest prescribi, nec per vnum ex filiis, nec per extraneum. Moueor, quia est datum, & concessum præcise ipsi genituræ, seu natiuitati primæ, vnde sicut iura sanguinis, & agnationis sunt immutabilia, & nullo iure ciuili dirimi possunt. *l. ius agnationis. D. de pact. l. iura sanguinis. D. de regu. iu. l. abdicatis. C. de patri. pot.* sic nec iura præcise & immediatè data à lege, ipsi sanguini vel naturæ. Tum quod non potest fieri per verum & expressum consensum, non potest induci per præscriptionem, quum non possit plus operari fictio, quàm veritas. Sed nullo pacto, nullo consensu fieri potest, vt is sit primogenitus qui non est, sed alium habet ante se, vel est prorsus extraneus. Igitur nullo pacto, nullo consensu fieri potest, vt is habeat ipsum & verum ius primogenituræ quod à lege concessum est præcisè naturæ ipsi, & veritati primæ natiuitatis. Vnde sicut filiatio ipsa non potest pacto, nec præscriptione induci, sic & suitas, siue ius suitatis filiationi à lege datum, non potest nec pacto, nec præscriptione induci, transferri, vel acquiri, vt expresse decidit Bal. in *l. vnica, col.* 3. *C. quan. non peten. par.* Similiter nec ingenuitas *gloss. in l. nemo. D. de vsucapio.* & hæc est viua ratio quod ius primogenituræ non potest vendi, cedi, nec aliter transferri in alium: etiam fratrem secundogènitum, vt diximus in q. præcedenti, quia personæ ipsius primogenitj inseparabiliter adhæret. vnde nec ad hæredem transmittitur, nisi sit de liberis primogeniti, qui cum eo eadem persona censentur, vt dixi *infra* §. 133. Effectus autem vtilis iuris primogenituræ, vt ius ipsum præcipui, vel maioris partis hæreditatis, nullo modo potest præscribi, vel per alium acquiri, viuente patre: sed bene eo mortuo: sicut tunc quota vel res hæreditaria potest per hæredem vendi, cedi, vel per alium præscribi longo vel longissimo tempore. Sed istud non est prescribere ius primogenituræ, sed res primogenito quæsitas, in vim suæ primogenituræ. Qualiter autem & quo tempore præscribantur à secundogenito scripsi. j. §. 127.

* Ius primogenituræ in se imprescriptibile.

30. SEXTO quæro, vtrum istud ius sit fauorabile, vel odiosum? super hoc multa laboriosa magis, & supervacanea, quàm vtilia, possem inuoluere. Ideo paucis concludo, quod simpliciter & regulariter loquendo est fauorabile, vtpote non odio aliquo secundogenitorum, sed mero fauore primogenitorum & familiæ conseruandæ inductum. Ad * iudicandum autem dispositionem fauorabilem, vel odiosam, debet principalis eius intentio attendi. no. Bar. Paul. & omnes, in *l. qui exceptionem. in princ. D. de condic. indeb. facit text. in c. 2. §. statuimus. ibi, cum non sit dicendum asperum de deci. in 6. glo. in c. sciant cuncti. in verſi. alios in fi.* & ibi Gemi. *de elec. in* 6. Phili. Deci. in *l. 2. col. 2. C. de in ius vocan. & in l. fin. col. 1. C. vnde legi.* Curt. senior. *consil.* 9. *col.* 5. Curtius iunior. *cons.* 9. *per totum.*

* Ius primogenituræ in se est fauorabile. * Fauorabilia & odiosa quæ censeatur.

Et vt resolutius habeas dico quòd ipsum ius in se, & per se consideratum est meè, absolutè & indistinctè fauorabile: consideratum autem in suis effectibus, quantum ad honorificos, idem dicendum: quantum ad vtiles distinguo, inter temperatos & non multum lædentes reliquos filios, vt illa duplex portio hæreditatis, primitiuo hominum iure primum introducta, vt patet *Genes.* 25. 27. 43. *c. & confirmata lege diuina per Moysen. lata. Deuteron.* 21. *ca. ibi. Dabitque ei cuncta duplicia.* Et similiter ille effectus est fauorabilis. Sed alij effectus seu iura, per diuersas consuetudines primogenituræ attributa, multum reliquis filiis præiudicantia, puta etiam in parte legitimæ, vel quandoque in tota hæreditate, addicta soli primogenito. Et horum quidem effectuum respectu, puta ius primogenituræ (tametsi simpliciter secundum se) attento principali legis fine (consideratum sit fauorabile) non esse merè fauorabile, sed esse partim odiosum, videlicet inquantum exorbitans: & tanto odiosius, quanto magis exorbitat, & à debito naturæ reliquos liberos excludit. ¶ Et hoc casu mentem subit consideratio Accur. in simili dicentis ius patronatus ex parte patroni esse fauorabile & ampliandum: ex parte vero liberti odiosum esse & restringendum. Ita glo. in *l. sed si hac. §. fi. in ver. interueniat D. de in ius vocan. l. 2. in ver. liberis. C. de in ius vocand. in l. qui bona. §. si alieno. in verſ. debet iurare. D. de dam. infect. in l. apud Iulianum. §. aduersus. in ver. exhiberi. D. de do. except.* & communiter seq. omnes scrib. in *d. locis & vbique.* Solus autem Decius (quòd meminero) in *d. l. 2. C. de in ius vocan.* nititur improbare eam considerationem, quæ mihi rationabilis & sustentabilis videtur, verius tamen puto dicendum quòd quatenus est temperatum, sit etiam respectu omnium, & absolutè fauorabile: quatenus est nimis excessiuum & exorbitans sit odiosum, etiam respectu primogenitorum: volo dicere quòd hoc casu, omni respectu sit restringendum, & interpretandum, vt quanto minus fieri possit, lædatur legitima reliquorum filiorum. Ex quibus patet, quòd quum ius vtile primogenituræ, per nostram consuetudinem introductum, sit multum moderatum, vtpote consistens solum in vna specie bonorum, videlicet immobilium feudalium: neque in illa tota sed in quodam præcipuò duntaxat, merito debet iudicari in totum, & omni respectu fauorabile. Et hoc nisi ex accidenti contigerit reliquos filios multum lædi, vt si hæreditas non consisteret, nisi in vno feudo forte per principalem mansionem in totum occupato, vel hæreditas multum debitis onerata esset, de quibus j. §. 11. dicetur quid iuris. Aduerte tamen pro regula quod omne præcipuum, siue ius maioris partis in hæreditate, quum præiudicet æqualitati, quam ius cõmune fouet, & non competat nisi iure speciali, vbi & quatenus lex vel consuetudo loci disponit, non debet extra limites consuetudinis extendi, nec etiam restringi. * Et potest dici quod illud ius vtile primogenituræ, (vbi agitur de virtute comprehensiua) late debet interpretari, sed vbi ageretur de virtute extensiua, strictè, vt ferè in simili volunt Panor. in *c. episcopi in fi. de reb. Eccl. alienan.* Feli in *rub. col.* 2. *de rescript.* id est respectu rerum de quibus loquitur, puta mansionis principalis, debet mansio principalis latè accipi, cum omnibus appendentiis mansionis, etiam si non sit aliud quàm mansio, vt per multos casus in glo. seq. Sed alias res vel iura, de quibus non loquitur, nullomodo potest extendi.

* Ius præcipui late interpretari non oportet quantum ad vim comprehensiuam, sed non quantum ad vim extensiuam.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. IV.

1. *Plurium manſionum feudalium* primogenitus *eligere poteſt quam vult, etiam minus principalem.*
2. ¶ *Q.* 1. *Quo ad manſionem & horti ſuplementum non attenditur aliud, quàm an ſolum ſit feudale nec curatur an cõſiſtat in diuerſis feudis.*
3. *Q.* 2. *Nec refert an manſio cum ſuis appendentiis ſit antiqua vel noua.*
4. *Non prohibetur aduantagium quod venit in conſequentiam remotam.*
   Status manſionis & appenditiorum tempore mortis inſpicitur.
5. ¶ *Q.* 3. *Si totum feudum ſit manſio, totum debetur primogenito.*
6. *Ordo & ratio deductionis legitimæ & iuris primogenituræ.*
7. *Ius primogenituræ non eſt legitima, ſed præter legitimam.*
   Legitima præfertur iuri primogenituræ, & ius primogenituræ omnibus legatis & fideicõmiſſis.
8. 9. *Omnis lex ſemper ita debet interpretari vt ſit bona & æqua.*
10. *Æquitas ſpecialiter ſcripta non extenditur quando eſt rigor ſcriptus in genere.*
11. *Ratio certa & euidens, legi ſcriptæ æquipollet.*
12. 13. ¶ *Q.* 4. *Vtrum primogenitus ſolus ſit ſaiſitus de principali manſione, etiamſi non ſuperſint alia.*
14. ¶ *Q.* 5. *Primogenitus poteſt cæteris legitimam ſupplere in quantitate.*
15. *Et hic no. ſin. limitationem ad* §. *repletionem in* l. ſcimus, C. de inoffic. teſt.

GLO. IV. IN VER.

Principal manoir.

IT ſic nota quòd ſi in vno & eodem feudo, ſiue in pluribus feudis vnius ſucceſſionis directæ, ſint plures manſiones, non debet primogenitus iure præcipuo, habere plures manſiones, vel vnam in vno quoque feudo. Sed vnam ſolam in feudo conſiſtentem in vna ſucceſſione. Et dicitur hic principalis * manſio, non ad limitandum ius primogenituræ, ſed ad illud ampliandum, quia ex omnibus manſionibus in feudis conſiſtentibus maior, amplior & principalior debetur, ſi tamen velit illam eligere. * Si enim ſit vna minùs principalis, ſed fortè melior vel vtilior, aut plus cæteris ei placens, poterit illam eligere, & præcipuam habere, vna cum horto eidem manſioni in eadem clauſura adhærente, vel cum iugero terræ, & ſpatio volatu caponis emenſo, dummodo hæc iuxta manſionem electam, in feudali poſſeſſione inueniri poſſint. Si enim deficiat hortus in manſione electa, nec ſit ei aliquid terræ feudalis adhærens, non poterit defectus terræ ſuppleri ex poſſeſſionibus feudalibus non contiguis, nec ex aliis manſionibus in quibus hæc abundè reperiuntur, & imputet ſibi eligens. Non igitur attenditur an ſit manſio quam defunctus, aut anteceſſores habitare conſueuerunt, nec an ſit manſio à qua ſubfeuda, cenſus, & emphyteuſes dependent, aut vetus caſtrum, aut turris antiqua, ſed ſolum an ſit locus ad habitandum factus: ſiue enim ſit ruinoſus, dummodo non ſit deſtructus animo non reficiendi, nec ad alium vſum converſus, iuxtà *l. qui aream. D. de ſolu.* ſiue ſit ſumptuoſus, & voluptuarius, poterit eum omiſſa principali habitatione defuncti eligere.

* Principalis mãſionis cur hic fiat mentio.

* Primogenitus habet electionem mãſionis.

2. Sed primò quæritur, quid in ſucceſſione defuncti, ſunt quatuor aut quinque diuerſa feuda, fortè etiam à diuerſis dominis mouentia, contigua, & ſimul confinata: in quorum finibus, defunctus manſionem ſuam principalem ædificauerat, ſatis amplam, ita vt ſuper quolibet feudo partim eſſet ſita, vtrum tota manſio cedat primogenito? nuper vidi ſuper hac q. de facto ſuborta dubitari, quia primogenitus non debet habere præcipuum manſionis in pluribus feudis, ſed tantum ex vno feudo. Sed hoc verum eſt ſi vellet habere plures ſiue diuerſas manſiones, vnam autem ſemel accipere poteſt ſiue ſita ſit ſuper vno feudo, ſiue ſuper pluribus, & ſatis eſt quòd ſit in rebus feudaliter poſſeſſis. Et ſimiliter ſi ſit vnum feudum conſiſtens in * vno nudo ædificio, poterit eligi pro præcipua manſione. Et ſi ſit vnum aliud feudum, etiam ab alio domino dependens, illi ædificio contiguum, poterit ſupplementum horti fieri ex illo contiguo feudo, in quo primogenitus primitus iure præcipui capiet quantum continebit illud ſupplementum, deinde in reliquo duas partes, vel dimidium, pro numero reliquorum filiorum. Si autem nulla terra feudalis eſſet contigua illi ædificio, nullum fieret ſupplementum, quia conſuetudo noſtra circa iſtud non conſiderat vnitatem, vel dependentiam feudi. Sed ſolùm an ipſum ſolum in quo capitur manſio cum horto contiguo, vel horti ſupplementum, ſit feudaliter poſſeſſum, & cohærens vel non; & ita à peritioribus huius curiæ togatis reſponſum fuit. Et quod dixi de ſupplemento fiendo etiam ex diuerſo cohærente feudo, intellige dummodo feudum cohærens ſit hæreditarium. Secus ſi iure contractus & inueſtituræ deferretur ad filios, etiam non hęredes, quia ex tali feudo nullum ſupplementum fieri poſſet, ſicut nec de qualibet alia re, quæ non eſt de ſucceſſione, nec ſuper tali feudo poſſet capi manſio, nec aliud quicquam ratione huius iuris primogenituræ hæreditarij, & limitati ad ea quæ ſunt de ſucceſſione vniuerſali. An autem competat aliud ius primogenituræ in deuolutis lege contractus dicemus in §. ſeq. Vnde ſi primogenitus eligeret manſionem ædificatam ſuper finibus plurium feudorum defuncti, quorum vnum non eſſet hęreditarium, deberet deduci & ſeparari portio manſionis, quæ ſita eſſet, ſuper feudo non hęreditario.

* Satis eſt manſionem eſſe ſitam in ſolo feudali.

3. SECVNDO quęro, quid ſi feudum ab antiqua conceſſione conſiſtat in certis agris, ſine aliquo ædificio: ſed vltimò defunctus vaſallus, domum ibi de nouo conſtruxit. An debeatur primogenito vna cum horto, & ſuis appendentiis, ſecundum clauſuram prout hic dicitur?

¶ Videtur quòd non. Saltem ſi hæc noua manſio, non concludatur iugero terræ, quod aliàs deberetur primogenito, *vt* j. §. 18. ſed complectatur vltra octo iugera, & fere totum feudum. Primò, quia pater videretur per indirectum, vnum ex filiis ſuccedentibus, videlicet primogenitum, præ cęteris ditare, vltra antiquam naturam rei, contra §. 124. j. tit. 11. ex quo vo-

Digitized by Google

luntarie, & ſine cauſa, veterem formam agrorum mutat in ædificium, & antiquum ſtatum feudi & inueſtituratum mutat, patrono inſcio. quum enim ab initio conceſſi ſint ſoli agri, & hactenus ſecundum conceſſionem recogniti, nunc & de cætero diſformiter fiet recognitio, videlicet de manſione, & reſiduo agrorum. Et licet hæc noua immutatio non præiudicet patrono, & eo inuito regulariter fieri poſſit per no. j. §. 51. tamen valde præiudicat filiis ſecundogenitis. Secundò, quia hæc conſuetudo videtur loqui de manſione antiqua. text. j. §. 16. ibi. *ainſi qu'il ſe comporte d'ancienneté*. ergo neceſſario præſupponit manſionem debere eſſe antiquam, ad hoc vt ſit præcipua & affecta ſoli primogenito.

*Noua manſio eligi poteſt.

¶ His non * obſtantibus puto etiam nouiter conſtructum ædificium, vel caſtrum cum ſuis appendentiis, ſoli primogenito præcipuum, quia conſuetudo noſtra frequenter loquitur de manſione, & non diſtinguit inter antiquam, & nouam ſed indiſtinctè illam adiudicat primogenito. Et ſi ſint plures in eadem ſucceſſione, dat ei liberam optionem, ita quòd omiſſa veteri & principali, poterit eligere nouam per prædicta, nec defert iugerum terræ, niſi in caſu quo nulla eſt manſio in feudo, ſed nudus ager, vt j. §. 18. Igitur quæcunque ibi reperiatur manſio, ſiue vetus, ſiue noua, ſiue ampla, ſiue anguſta, debetur primogenito. 4. ¶ Non obſtat primum, quia * non eſt prohibita vnius ſuccedentium filiorum præhonoratio: quæ accedit in conſequentiam remotam, ſicut nihil prohibet patrem per emptionem, aut permutationem, mobilia & vectigalia prædia conuertere in feuda, in fauorem primogeniti, vel feuda immobilia, & cenſualia, in cæterorum liberorum fauorem, alioquin eſſet diſpoſitionem bonorum ſuorum interdicere patri, contra *l. non vſque adeo. D. ſi quis à parent. manu. fu* nec eſt ſimile de ſumptuoſo ædificio conſtructo à viro ſuper feudo vxoris, quia directè & immediatè donare nititur vxori, & in rem eius conuertit. Hic autem nihil facit niſi in rem ſuam, & de qua ſtatim liberè poterit diſponere, & plenius declarabitur in *d.* §. 124. & 156. Non obſtat ſecundum, quia illa verba, *ainſi qu'il ſe comporte d'ancienneté*, id eſt, ſecundum conſiſtentiam ſuam antiquam, non inferunt neceſſariò manſionem debere eſſe antiquam: ſed oſtendunt quòd ſi manſio ſit antiqua. debetur vna cum finibus ſuis, & adhærentiis quæ ſubſiſtunt ab antiquo, quamuis forte vltimus paterfamilias anguſtius habitaret, & partem forte caſtri, vel hortorum ruinoſam, & incultam dimitteret, nihilominus debetur manſio integra, ſecundum antiquas ſuas adhærentias. Et hoc dummodo adhuc ſubſint. Secus ſi nulla reſtarent veſtigia, ſed in alium vſum, puta in agrum, vel vineam eſſent conuerſa. Secus etiam ſi vltimus paterfa. partem hortorum vel etiam ædificiorum caſtri, penitus à principali manſione ſeparaſſet, & pro diuerſa domo & habitatione quamuis contigua habuiſſet, tunc enim portio ſeparata deſiit eſſe de appendentiis primæ domus. Et incipit eſſe ſeparata domus per ſe. patet per not. *in l. quod in rerum natura.* §. *ſi quis poſt. D. de lega.* 1. *& ſ.* §. 1. *glo.* 5. *num.* 15. vnde non poſſet primogenitus capere caſtrum ſecundum antiquam conſiſtentiam mutatam, ſed ſolum ſecundum eam quæ reperitur tempore mortis patris, ſed poſſet alterutram habitationem eligere. Idem ſi paterfa. partẽ antiquæ manſionis demolitus eſſet animo non reficiendi, vel iam ad alium vſum conuertiſſet, eodem modo ſi paterfam. antiquam manſionem multum ampliaſſet & auxiſſet, ſiue augmento intrinſeco, puta eleuando ædificia, vel ſeruitutes extinguendo, aut acquirendo, ſiue augmento extrinſeco puta extendendo ſpatia hortorum, cortium & annexorum ædificiorum ſub eadem clauſula, ſed multum ampliata, totum cederet in præcipuum primogenito. Et ſic concludo quòd * quantum ad amplitudinem, connexa, & dependentia, huius manſionis, non inſpicitur ſtatus antiquus, ſed ſtatus in quo reperitur tempore mortis. Et quod illa clauſula. §. 10. *ainſi qu'il ſe comporte d'ancienneté.* non eſt limitatiua, nec diſpoſitiua, ſed demonſtratiua, & ſecundum prædicta iuxta mentem aliorum §§. huius conſuetud. intelligenda, facit quod in dubio verba minus principalia non intelliguntur appoſita ad taxationem, ſed ad demonſtrationem vt diximus ſ. §. 9. *gloſſ. nu.* 3.

*Non prohibent aduocatum venientem in conſequentiam remotam.

5. ¶ Tertio quæro, quid ſi manſio cum horto & ambitu ſuo & clauſura totum integrum feudum includat, & nulla ſint alia feuda in ſucceſſione? Reſpondeo breuiter, ſolum primogenitum, totum & ſolidum feudum iure præcipuo habiturum, patet per hunc text. vbi tota manſio attribuitur primogenito. Sed totum feudum eſt manſio. igitur patet etiam in text. verbalis proceſſus ſiue concluſionis trium ſtatuum factæ ſuper hoc. §. vnde non eſt argutandum quòd hæc conſuetudo non intendit addicere totum feudum primogenito, ſed ſolum partem præcipuam in feudo. Tum quia ſunt illi text. clari, quòd imò intendit totum illi addicere, ſi portio ſit præcipua totum. Tum quia hic agitur de virtute comprehenſiua, vnde largiſſimè debemus interpretari in fauorem primogeniti, & nullo modo reſtringere per ea quæ ſupra eod. gloſſ. 3. ad fin. limita vt procedant quando feudum non conſiſtit, niſi in manſione & eius clauſura. Secus ſi etiam conſiſteret in iuribus ſubfeudorum, vel cenſuum inde dependentium. vt dicemus. in §. *ſeq.* Limito ſecundo, ſi non ſupereſſent alia bona in hac ſucceſſione, puta quia non eſt niſi illa manſio, vel ſi ſint aliæ res, exhauriuntur ære alieno, vel funeris impenſa, aut alias, non ſufficiunt ad legitimam reliquorum filiorum.

* Legitima præfertur iuri primogenituræ.

6. ¶ Sciendum * enim quòd poſt æris alieni, & impenſæ funebris deductionem, ante omnia debet deduci legitima filiorum iure naturæ debita. Et ſuper reſiduo, ante reliqua omnia, capiet primogenitus ius ſuum primogenituræ, poſtremo ſuper eo quod reſtabit, ſoluentur legata & fideicommiſſa ſiue in piam cauſam, ſiue in aliam quamcunque relicta. Saluo adhuc & excepto quòd ſi qua ſint hæredia, ſine antiqua prædia, quæ vocant propria non ſubiacebunt legatis niſi pro quinta parte propriorum, quia reliquæ quatuor partes, debent manere in ſucceſſione liberæ & immunes à legatis, & ab omni onere & diſpoſitione vltimæ voluntatis. *vel j.* §. 92. Si igitur in bonis defuncti non ſit niſi vna manſio feudalis, & ſint quatuor filij tantum, computato primogenito, prout debet in numero computari: ex quo venit ad ſucceſſionem, legitima eorum ſimul eſt triens, ſiue tertia pars dictæ manſionis, & legitima cuiuſlibet eſt quarta pars tertiæ partis, ſiue vnica vncia, i. duodecima totius. Et tres filij poſterius geniti, capient ſinguli ſingulas vncias quæ ſimul iunctæ faciunt quadrantem, id eſt, quartam partem totius. Totum autem reſiduum videlicet dodrans, ſiue nouem vnciæ ſpectant ad primogenitũ ſolum, quia capit vnam vnciam pro ſua legitima debita iure naturæ, & octo reliquas vncias pro ſuo iure primogenituræ. Si autem (computato ſemper primogenito) eſſent quinque vel plures filij, aut filiæ, legitima eorum ſimul eſſet ſemis *auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſtam.* Et ſic primogenitus pro ſuo iure primogenituræ capiet ſemiſſem: vtpote hoc caſu liberum ab huiuſmodi legitima. & in reliquo ſemiſſe, capiet virilem ſuam, ſicut vnus filiorum, pro ſua legitima iure naturæ debita.

* Ordo & ratio deductionis legitimæ & iuris primogenituræ.

7. ¶ Ex his patet primò quod legitima * debita iure naturæ præcedit & vincit ius primogenituræ. Secundò, quòd ius primogenituræ non eſt legitima primogeniti propria & ſtrictè loquendo, ſed eſt ius competens præter legitimam iure naturæ debitam, & ab illa diſtinctum, vt etiam diximus. ſ. *eo. in gloſſ. præced. num.* 16. Tertiò quod ad cognoſcendum quanta ſit

* Status & forma manſionis quæ reperitur tempore mortis & non antiquior attenditur.

filiorum legitima, nedum filius primogenitus computatur in numero filiorum, ſed etiam ius ſuum primogenituræ computatur in bonis defuncti vel ſucceſſionis, & auget legitimam omnium filiorum. Quarto, quòd primogenitus non tenetur computare ius ſuum primogenituræ, in ſuam legitimam iure naturæ debitam, reſpectu quorumcunque legatariorum ſeu fideicommiſſariorum, aut aliorum prætendentium ius ex diſpoſitione vltimę voluntatis, vel donatione cauſa mortis. Sed reſpectu fratrum, & cohæredum ſuorum, bene tenetur illud computare & conferre, nedum in ſuam legitimam, ſed etiam in legitimam cohęredum, quando & quatenus non ſuperſunt alia bona ex quibus poſſit capi & perfici legitima. Si autem ſuperſunt bona ex quibus ſatisfieri poſſit legitimę, habebit omne ius ſuum primogenituræ pręcipuum: nec tenebitur aliquid de illo conferre vel computare, nec in legitimam ſuam, nec in legitimam cohęredum. Sed vltra ius ſuum primogenituræ in omnibus reliquis bonis concurret viriliter cum fratribus & cohæredibus ſuis. Sed dicet quiſpiam, cum conſuetudo ſimpliciter, & velut pręcisè loquatur, ita iuxta iura vulg. intelligi debeat, vnde hęc interpretatio? Qui probas legitimam, locum ſibi vendicare, in rebus, primogenito debitis, & ipſi iuri primogenituræ præferendam? Reſpondeo *omnis eius, & omnia*, id eſt, æquitas ad hoc me impellit.

a Omnis l. ſemper debet ita interpretari vt ſit bona & æqua.

8. ¶ * Omnis enim lex, ſtatutum vel conſuetudo debet ita intelligi ſecundum bonum & æquum, & ita interpretari, etiam ſi opus ſit verba eius diſpoſitiua reſtringendo, vel impropriando, vt non contineat aliquid iniquum vel abſurdum. *l. ſcire oportet. §. aliud autem. D. de excuſat. tuto. l. nam abſurdum. D. de bo. liber. cum concord. glo.* ibi Bald. Et pulchrè Lancelo. Deci. in *l. omnes populi. col. 9. D. de iuſti. & iur.* Bal. in *l. non dubium. C. de legib.* facit. *l. ſi cui. D. de ſeruitu. ibi, ciuili tamen modo*, nam quædam in ſetmone tacita excipiuntur. *& l. pen. D. ad exhib. Ibi., reſpondi non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari, ſed qua mente id diceretur animaduertere*, & taliter debent leges & dicta temperari, vt non poſſit à ſapiente reprehendi, inquit Iulia. *in l. Saluius. D. de lega. præſt.* quem ad hoc ſæpius aduocabat. Bald. ſecundum Socin. *conſ. 84. viſa prædicta. col. 2. lib. 1.* Et inquit Alberi. poſt Oldra. in *l. qui duos. §. 1. per illum text. D. de manu. teſta.* quòd interdum vis eſt inferenda literæ, vt ſanum & iuri conſonum intellectum capiamus, & verba legis vel ſtatuti quantumcunque præciſa, recipiunt interpretationem legalem, & temperamentum æquitatis. Bar. Bald. Paul. in *l. ſtipulatus ſum damna. D. de verb. oblig. vbi* vide Iaſ. multa ad hoc accumulantem, quæ non tranſcribo. Sed vltra prædicta addo Lancelo. deci. in *l. cætera. §. item hoc prohibetur. in fi. D. de lega. 1.* vbi vnum notat ſingulariter quòd quando cortex verborum legalis diſpoſitionis, vel ſtatuti, ſonat in aliquam abſurditatem, recedendum eſt à verbis & mens amplectenda. Igitur fortius cum hæc conſuetudo ſimpliciter loquatur, abſque alia verborum pręciſione, debet hanc interpretationem (ad vitandum abſurditatem, & duritiam) recipere: verba enim legis quantumcunque latiſſima, non debent accipi vt duritiam, contineant, ſed benignè. not. Ang. in *l. illud quoque per illum text. . depen. hæredi.*

* Mens noſtra conſuluit.

9. ¶ Imò hæc interpretatio nedum * non excluditur à verbis, ſed etiam fundatur in mente conſuetudinis, quæ noluit primogenitum omnia bona habere, ſed ſolum quoddam prærcipuum limitatum ad certam quotam, & ad certum genus bonorum, videlicet feudalium. vt in hoc §. *& ſequentibus* Et ſic apertè liquet, quòd non fuit de mente & intentione conſuetudinis, fraudare alios filios legitima, propter fauorem primogeniti. Igitur ſi ex accidenti contingat quòd filij priuarentur legitima, ſi verba huius conſuetudinis ad rigorem ſeruarentur, debent ita modificari, & temperari, vt ſalua ſit eis eorum legitima: facit quod iſtud prærcipuum iuris primogenituræ non eſt addictio totius hæreditatis, ſed quoddam velut prælegatum legale in ſucceſſione, & ſic debet recipere paſſiuam interpretationem legis Falcidiæ à iure communi pro conſeruanda legitima per tex. & omnes ſcriben. in *l. 1. § lex. Falcidia. D ad leg. Falcid.* Quòd ſi alius dicat, non eſſe magnam æquitatem, vel ſubuentionem, vocare tres filios ad quadrantem, dodrante relicto vni primogenito; reſpondetur ſatis eis conſultum vſque ad limites legitimæ, & æquanimiter ferre debent ſi per conſuetudinem eis auferatur, quod pater in teſtamento auferre poterat, etiam in extraneos conferendo, nec eſt iniquum tantum tribui legi, quantum tribuitur homini: imò abſurdum eſſet diſpoſitionem legis, minus poſſe, & maiori Falcidiæ ſubeſſe quàm diſpoſitio hominis.

10. Sed vlteriùs contra ſecundam limitationem fortiter oppono, de text. proceſſus verbalis, & ſententia trium ſtatuum, ſuper reformatione §. 68. *hoc eo. tit.* vbi aperte tota congregatio ſentit, & præſupponit, quòd ſi in hæreditate non ſit niſi vna manſio, vel vna domus feudalis, quòd rata ſpectat ad primogenitum, abſque eo quod aliquid teneatur dare reliquis filiis. Et quòd ipſi priuabuntur omni hæreditate, & legitimà portione. Et iſtud emendauerunt in domo vel re alaudiali duntaxat, in domo autem feudali nihil diſpoſuerunt, ſed eam reliquerunt in diſpoſitione conſuetudinis huius §. quæ totum addicit primogenito. Igitur hoc caſu nihil debetur reliquis filiis, etiam intuitu legitimæ. Nec obſtat quòd eſt eis aliqualiter ſubuentum in domo alaudiali: hoc enim contra eos facit in hoc caſu, tum * quia æquitas ſpecialiter ſcripta in alaudio, non debet extendi ad hunc caſum, ſed debet manere rigor ſcriptus huius §. in vigore ſuo. vt in ſimili not. Bartol. dum reſpondet ad obiectionem. *l. poſthumus. D. de iniuſt. rup. & irr. teſta. in l. Titia. l. Imperator. q. penult. D. de lega. 3.* & alibi Gemi. Phi. Franc. in *c. vnico. de re. permuta. in 6.* Dum impugnant opi. Io. Andr. in *c. ſi beneficia. de præb. eod. lib.* Tum quia * exceptio & modificatio facta in illo ſpeciali caſu alaudij, fortificat & firmat regulam huius §. in aliis, videlicet feudalib. per text. in *l. tribunus ad fi. D. de teſt. mili. l. quæſitum. §. denique Neratius. D. de fund. inſtru. lega. §. vt autem. in auth. de non alienan. col. 2.* Bald. in *tract. ſtatu. in ver. caſſatio. in fin. & in ver. confirmare. nu. 1.* Et hoc videtur indubitatum attento quod ſolenniter congregati ſuper hoc, patres noſtri expreſsè cogitauerunt, & pręuiderunt totalem excluſionem ſecundogenitorum à domo feudi, & in domo eis non ſubuenerunt. Et certe ad hæc non poteſt bene reſponderi ſine difficultate. Tamen attento quòd eadem æquitas ſubuentionem deſiderat hoc caſu, & non eſt æquitas poſitiua, ſed naturalis, neceſſaria, & debita, puto primogenitum teneri, ſiue in hac ſpecie hæreditaria, ſiue in quantitate, ſiue in alia re ſubuenire fratribus, vſque ad ratam eorum legitimæ. Et ad propoſita & allegata in d. proceſſu verbali, quatenus innuunt totam domum feudalem eſſe ſolius primogeniti, reliquis filiis à legitima excluſis. Reſpondeo quod in hoc ſunt verba pręſuppoſitiua, & non diſpoſitiua, vnde non faciunt legem, nec conſuetudinem, nec derogant iuri communi, nec interpretationi noſtræ in iure communi, & in iure naturali fundatæ. *arg. l. ex facto. 1. D. de hære. inſti. clem. 1. in fin. de præb. cum ſimil.* Tum excluſio reliquorum filiorum à legitima, viſa eſt illi congregationi irrationabilis, & emendatione digna. Igitur & nobis videri debet, & emendari ne lex noſtra huius §. reprehenſione digna inueniatur. *iuxta l. Saluius. D. de lega. præſtan.* Quod ſi quis dicat poſt Accur. Ibi in *ver. decreto*. quod iſta emendatio non poteſt fieri per hominem, ſed per aliud edictum, id eſt, per legiſlatorem, vel ſimilem ſtatuum congregationem.

* Aequitas ſpecialiter ſcripta non extenditur quando eſt rigor ſcriptus in genere.

* Exceptio firmat regulam.

* Ratio certa & euidens legi scriptæ æquipollet.

11. ¶ Respondeo, quòd* ratio viua, id est fundata in naturali iustitia, certa & manifesta, tantum valet, & mouere debet, quantum lex scripta. *l. cum ratio. in princ.* & ibi Alberi. *D. de bon. damna. glo. in c. ex eo. in ver. rationis de elec. in 6.* Bald. in *c. pastoralis, in fin. de cau. poss. & proprie.* And. *l. fer. in præ. feudo. col. fin.* & latè Iaso. in *l. 3. §. si liber. per text. ibi naturali æquitate motus. D. de cod. canf. dat.* Præterea respondeo quòd ille prætensus rigor neque est scriptus, saltem in specie, nec intentus in hoc. §. qui loquitur generaliter & secundum quod vt plurimum accidit superesse alia bona, vt diximus; vnde nullo modo excludit, sed potius subintelligit interpretationem nostram tum ad supremum hic. §. solum generaliter loquitur, & sic non continet rigorem, nisi ex verbis generalib. Sed interpretatio nostra, est fundata in æquitate specialissima casus indiuidui. Igitur præferenda per tex. & no. Bartol. Bald. Paul. & omnium *in l. placuit. Cod. de iudic.*

12. Quarto iuxta hæc quæro, vtrùm primogenitus sit saisitus de tota hac mansione, etiam cum non supersunt alia bona, saltem sufficientia ad reliquorum filiorum legitimam? videtur quòd sic; quia huiusmodi saisina non dependet nisi à virtute & dispositione solius huius consuetudinis. *infra articul.* 132. Sed consuetudo non defert hanc principalem mansionem, nisi ad solum primogenitum. Igitur ad eum solum defert saisinam, & solus de ea saisitus erit. Tum verba dispositiua & executiua consuetudinis respectu mansionis, ad solum primogenitum expressè referuntur & diriguntur. Igitur is solus sua authoritate potest mansionem apprehendere, & possidere. Tum incerta pars ratione loci & quotæ non potest possideri. *l. 3. §. incertam. D. de acqui. vel amitt. poss.* Sed quum non possit continuò esse certum, an supersint in hæreditate alia bona, vel actiones: & quantum à mansione sit detrahendum pro legitima secundogenitorum, eorum pretio, quantum ad portiones prætensas in mansione, est omnino incerta, & ratione loci, & ratione quotæ. Igitur non possunt censeri possessores, nec saisiti in aliquo dictæ mansionis. Sed ad istud vltimum posset responderi quòd & si sit aliquandiu incertum nobis, non tamen est incertum respectu legis, quæ saisinam defert argum. not. in *§. fi. Insti. de verbo. oblig.* Et ad duo præcedentia posset dici, quod intelliguntur in terminis simplicibus consuetudinis, quæ loquitur secundum quod communiter, & vt plurimum accidit superesse alia bona, & legitimam nullo modo lædi per hoc præcipuum. Quando autem inopinatus iste & inolitus casus accidit, quòd nihil aliud supereft, ita quòd per prælegatum præcipui, tota legitima filiorum absorbetur: Tunc saltem hactenus hæc consuetudo de qua in hoc §. non censetur loqui, nec aliquid disponere, vel conferre in primogenitum: & sic nec proprietatem, nec possessionem in eum conferre, quatenus læditur legitima. Sed hactenus relinquit illud præcipuum in dispositione iuris communis, & reliquorum articulorum huius consuetudinis, puta illius §. *de saisina. infra* §. 132.

13. ¶ Verùm huiusmodi responsiones, magis consistunt in subtilitate, quàm in mente consuetudinis. Igitur non sunt admittendæ, vt in simili inquit tex. in *l. si cui. §. si debitor. D. quib. mod. pig. vel hypo. sol.* Et sic verba consuetudinis insequendo, puto solum primogenitum saisitum, dominum videlicet & possessorem dictæ mansionis, ipso iure, pro toto, sed non incommutabiliter, si detegatur legitimam reliquorum filiorum lædi: tunc enim tenetur eis præstare, vel supplere legitimam in pretio & quantitate, *vt j. q. sequenti*, quo facto, vel oblato, puto eum incommutabiliter de toto esse saisitum. Si autem recuset, puto fauorabiliter & rationabiliter admittendum, vt reliqui fratres nedum actione personali condicere possint legitimam, vel eius supplementum à primogenito, sed etiam vt eo nomine aduersus eum, & possessoriis, & realibus, & mistis iudiciis experiri possint.

14. Quinto quæro; retento illo themate, quòd sint quatuor filij, & vnica mansio feudalis pro omnibus bonis, in qua posterius geniti debeant habere quadrantem tantum, pro sua legitima, vtrùm* debeant habere in specie, an verò possint cogi à primogenito accipere æstimationem? Videtur quòd debeant habere in specie, vtpote quum ille quadrans sit vera legitima iure naturæ debita, ergo debetur in specie, & in ipso corpore hæreditario, text. est in *l. scimus. in prin. in ver. repletionem. C. de inoffic. testam.* Et omnes doc. vbique; facit quòd non possunt recta cogi vendere per iura vulga. sed solum pati diuisionem, si commodè diuidi possit: sin secus licitationem. Et sic si commodè possit separari quadrans à quadrante, quamuis quadrans in se non possit commodè diuidi, videtur primogenitum cogi posse ad diuisionem à secundogenitis, inter quos quadrans indiuisibilis licitabitur. Quibus non obstantibus puto primogenitum hoc casu non teneri pati vllam diuisionem, aut licitationem, si iustam æstimationem quadrantis velit offerre fratribus suis, eòsque teneri pretium recipere. Et moueor, non ex eo quod primogenitus habet maiorem partem, nempe triplam ad reliquos fratres simul, & nonuplam ad singulos eorum: quoniam hæc sola ratio non esset sufficiens ad infringendum communes iuris regulas, nec ex eo quod per tria media nuper dicti eum solum esse possessorem, & dominum ipso iure, totius mansionis: id enim, nisi sequenti ratione attenta facilè disputando euinci posset. Sed moueor propter mentem, & intentionem expressam consuetudinis, quæ vult principalem mansionem esse præcipuam soli primogenito.

* An secundogeniti teneatur accipere legitimam in quantitate & æstimatione.

15. ¶ Et ratio est, non tam propter honorem ipsius primogenituræ, quàm propter conseruandum nomen & dignitatem familiæ, quod non potest melius fieri quàm per studium vnitatis, ad sublationem diuisionis, quantum salua iustitia fieri potest: & hæc* est potissima & finalis ratio huius consuetudinis. arg. *l. 1. §. pen. D. de ventre inspi.* & eorum quæ plc. tradunt. Io. And. in *ad Specu. in Rub. de suc. ab intest.* Iaco. de Are. Cyr. Saly. in *l. 1. C. de adul.* per omnes scrib. in *l. 2. C. de in ius vocan.* per Cur. patrem *consi. 9. colum. 5.* Curtium filium. *consi. 9. per to.* Albert. Bru. *super statu. exclu. fœmi. artic. 5.* Ideo vt seruetur intentio expressa huius consuetud. quantum salua æquitate & naturali iustitia fieri potest: dicendum est primogenitum integram mansionem retinere, & consolidare sibi posse, soluendo fratribus legitimam eorum in pecunia. Hoc enim modo & consuetudini, & æquitati naturali, quantum vtrique melius potest satisfit. Et vt diximus, satis est hanc consuet. in se fauorabilem, restringi per rationem naturalem, hactenus vt iniquitas & iniustitia excludatur. Non obstat quòd consuetudo non censetur loqui in hoc casu, & quòd cessat eius dispositio quatenus legitima læderetur, quia imò non desinit loqui, nec cessat, sed ita attemperatur, vt desiderium rationis naturalis de legitima saluetur, quod fit præstando reliquis filiis æstimationem legitimæ quotæ & portionis, alioquin per diuisionem, aut licitationem, vel in extraneum transituræ. Et hæc no. pro singulari limitatione ad *d. verfi. repletionem*: quia etiam limitandus est, vbicunque consuetudo totam hæreditatem addicit primogenito: tunc nihilominus tenetur aliquid fratribus præstare vice legitimæ, non tamen præcisè in corporibus hæreditariis, ne dignitates, feuda, hæredia, quæ consuetudo vni conseruari voluit, diuidantur, & sectionem patiantur, sed sufficit in quantitate. Et ita quod dicitur de toto quoad totum, debet etiam dici de parte respectu partis, vt in isto præcipuo quod consuetudo ista solidum simpliciter addicit soli primogenito, potuissem super singulis punctis

* Causa finalis primogenituræ est honor & conseruatio familiæ.

huius

huius gloſſæ effuſe argumentari, & allegare. Sed inſtituti noſtri modum excedere veritus, quam breuiori, & æquiori reſolutione potui, tranſegi.

SVMMARIA GLO. V.

1. ¶ *Q.* 1. *Idem de pluribus hortis intelligendum quod de vno.*
2. ¶ *Q.* 2. *Idem de* corte *&* foſſatis. *Appellatione manſionis veniunt cohærentia & appendentia in omni genere diſpoſitionis.*
3. *Quis ſit* hortus *contiguus?*
4. *Quid de horto ſpatioſo afferente redditum? Quid de* leporariis?
5. *Quid de* molendino?
6. *Quid de* apothecis, *ſtabulis, lociſque meritoriis domus feudalis?*
7. *Domus ſeu manſio hic accipitur largè, quandoque ſtrictè, vt in materia odioſa.*
8. *Verba ſimplicis confinationis ſtant demonſtratiuè, & non excludunt cellaria deſtinata domus legatæ, ſecus in verbis importantibus perpendicularem confinationem.*
9. *Hæc verba text.* ſelon la cloſture, *non inducunt limitationem.*

GLO. V. IN VER.

Le Iardin.

ISTVD verbum cum ſequentibus ſatis in ſe declaratur in gloſſ. præcedenti. Sed ad vberiorem doctrinam.

* Quid ſi plures horti.

1. Quæritur primò, quid ſi * ſint plures horti? Reſponde, ſi ſint ſub eadem clauſura, vel etiam ſine clauſura ſub eadem cohærentia, & dependentia manſionis illius gratiâ parati, eiúſque vſui deſeruientes, & deputati per patrem fa. idem eadem ratione dicendum, quod de vnico horto, quia pars domus & manſionis cenſentur, & eius appellatione veniunt. Et ſic nedum actualis clauſura & parietes ipſi, ſed etiam deſtinatio patrisfa. ex accommodatione & actuali modo vtendi reſultans, ampliationem iuris primogenituræ operatur; vt patet per ea quæ diximus 5.§.1.*glo.*5. *num.* 14.15.

* Appellatione manſionis veniunt omnia appendicia.

2. SECVNDO quæro, quid de ſuperiore, & inferiore corte, & foſſatis, quæ ſunt extra clauſuram in eius circuitu? Dic breuiter quod cedunt ſoli primogenito, vnà cũ manſione, cuius * appellatione veniunt omnia illi cohærentia & appenditia in omni diſpoſitione, ſiue in contractibus. *l. teſtatrix. in fi. D. ſi ſeruus. vendi. l. ſi venditor. in fi. l. ſi creditor. in fi. D. de actio. empti.* ſiue in vltimis voluntatibus. *l. vxorem.* §. *legauerat. l. prædiis.* § *penult. D. de legat.* 3. vbi Barthol. poſt Iaco. Rau. ita expreſſim determinat in conſuetudine vel ſtatuto, principalem domum attribuente primogenito, & vult Ioan. Cyri. *in tractat primogeni. lib.* 2. *q.* 4. vbi ſic interpretatur hunc textum. Secus ſi hortus non eſſet cohærens, nec acceſſorius manſioni. *l. Olympico in prin.* quæ ita intelligitur ſecundum gloſſ. & omnes ſcribentes *ibi D. de ſerui. vrbano. prædio.* Et ibi Baldus Angel. Foria. decidunt legata habitatione, vel proprietate domus, venire habitationem, vel proprietatem horti acceſſorij, aliàs non. Idem volunt Archi. Gemi. in *c. fi.* 12. *q.* 2. Alb. Bart. Ludo. Roma. & alij in *l. quod conclaue. D. de damno. infect.* Io And. & alij in *cap. Raynutius de teſta. Io. de Pla. in l.* 2. *C. de meta. & epidemit. lib.* 12. Petrus de Ancha. Phi. Franc. in *ca. vnico. col.* 1. *de conſecra. eccleſia vel alta. in* 6 Alexan. in *conſi.* 225 *viſis verbis. lib.* 2. *conſil.* 64. *ponderatis verbis. lib.* 3. *conſ.* 26. *conſideratis verbis lib.* 4. Et pulchrè in *conſ.* 204. *col.* 1. *lib.* 6. Iaſ. in *l. ſi. col.* 4. *D. de conſtitu. princ.* Matth. de Affict. in *tract. de iure Prothoma. notab.* 3. *col.* 14.

* Hortus cõtiguus quis dicatur.

3. Et dicitur hortus * cohærens, ſiue acceſſorius, nedũ ſi ſub eadem clauſura continetur, ſed etiam ſi ſit extra clauſuram, habens tamen aditum per domum, & eius gratiâ paratus textus in *dict. l. prædia.* §. *balneas, & in l. ſicui ædes. eodem titulo. D. de legatis tertio.* Et ita tenet Cepol. in *tractatu de ſerui. vrb. prædi. c.* 76. *de horto.* Benedict. in *repet. d. c. Raynutius in verb. & hor-*

* Quid de horto afferẽte reddit.

tum. & alij præallegati. vnde nedum villa vrbana, quæ eſt habitatio ipſius patrisfam. ſed etiam ruſtica, vt habitatio coloni, & fructuaria, vt horrea & cellaria, quæ vrbanę accedunt, ſoli primogenito iure præcipui cedũt, puta nedum prætorium ipſum, ſed etiam ſtabula, columbaria, horrea, & cætera id genus domus gratiâ conſtructa, etiam ſi in illa appenditia, omniũ fundorum, & prædiorum fructus, & redditus reponantur, etiam ſi illa ſtabula, columbaria, horrea, non ſint ſub clauſura domus principalis, contigua tamen, & parata gratiâ domus, non habentis clauſuram ab his omnino ſeparatam & diſtinctam, tota ſunt præcipuum primogeniti. Secus ſi huiuſmodi appenditia nedum non eſſent ſub communi & totali clauſura domus, ſed etiam ſeorſum à totali clauſura domus, & fortè ſub clauſura ſeparata per hunc text. & appoſitiſſimè fa. text. in *l. quis ſit fugitiuus.* §. *apud Cel. Ibi ſic vt ſub vna claue tota eius habitatio eſſet* D. *de ædili. edic.*

4. ¶ Sed quid de horto * ſpatioſo, vineas fortè aut ſimilia includente, & magnum afferente redditum? Et ego puto, quamvis etiam non habeat aditum, niſi per domum cui cohæret, non deberi primogenito, iure præcipui, ſed debere diuidi ſicut alia prædia feudalia; ratio, quia ex quantitate, qualitate, & applicatione redditus, apparet quod habetur loco prædij ruſtici clauſi & non loco prædij vrbani merito inter ruſtica iudicatur, & non venit appellatione vrbanorum prædiorum nec cenſetur pars principalis manſionis, vel domus, & ſic non eſt præcipuus primogenito. text. eſt in *l. vrbana prædia. D. de verb. ſign.* per quem text. dico quod ingentia * leporaria, quæ vulgò vocant *guarenas*, quamvis caſtro, vel manſioni principali adhærentia, & fortè non habentia, aliunde apertum aditum, non cedunt primogenito: tum quia principaliùs habentur propter fructum venationis, & ſyluæ, vel arbuſti, quàm propter neceſſitatem vel commoditatem ipſius habitationis, aut voluptatem ipſius domus. Tum quia nimis elongantur, & extenduntur à corpore ipſius manſionis, hic autem vt cenſeantur venire aliqua tanquam neceſſaria domus, debẽt eidem eſſe vicina, contigua, & coniuncta, & hoc expreſsè requirit conſuetudo illa in fine huius. §. in illis verbis, *au ioignant d'icelle maiſon*, id eſt iuxta & coniunctim ad domum. Secus eſſet ſi in horto domui contiguo factæ eſſent foſſæ, pro cuniculis, Gallici vocant *glappiers*. huiuſmodi enim vnà cum horto accederent manſioni: Idem vt ſuprà iudico dicendum de magnis ſaltibus, quos Gallici uocant parcos, vt non comprehendantur. Satis enim amplum eſt præcipuum primogeniti, ſi illi cedat manſio principalis, vt optima maximáque eſt, cum ſuis annexis & appenditiis, quæ tamen ſunt appen-

* Quid de leporariis.

ditia, tanquam partes, & velut membra corporis ipſius domus. Alioquin etiam vineæ, nemora, & omnia prædia accederent, quia quodammodo gratiâ principalis domus acquiruntur, & habentur, & ab illa dependent velut à capite, ſed non ſufficit illa connexitas faciens vnitatem corporalem, & integralem eiuſdem manſionis.

* Molendi. mẽtio.

5 ¶ Quid de molendino * domui contiguo & annexo, puta in extremitate horti, vel parietis domus ædificato? Dic, aut eſt factum gratiâ domus, & ad molendum patriſa. & domeſticis, & cedit domui; & iuri primogenituræ, aut eſt factum principaliter cauſa lucri, & redditus, magis ad molendum pro extraneis quibuſlibet quæſtus cauſa & velut ſpecie quadam negociationis, quàm pro vſu & neceſſitate patriſa. & non eſt præcipuum primogenito, ſed diuidi debet cum reliquis feudalibus. Quod limito primo; ſi eſſet ſitum intra ipſam mãſionem, ſuper ſolo ipſius manſionis principalis, tunc enim neceſſariò includeretur appellatione domus, tãquam eius pars, & cederet ſolo, per ea quæ plenè diximus j. §. 81. vnde eadem ratione ſi ipſa principalis manſio eſſet principaliter vnum molendinum, & ad vſum, quæſtum & exercitium molendi ædificata principaliter, provt vidi in quodam molendino cum certis prædiis à prædeceſſoribus meis infeudato, in ſubfeudum dependens à feudo paterno & proauito, quod literis ſtudiiſque immerſus iuniori fratri donaui. Tamen abſque dubio quantumcunque ſit meritorium, ſiue principaliter ad locandum, & operandum extraneis ſit deputatum, & rota extra manſionem, per aquam voluatur, tamen cedet præcipuo iurique primogenituræ, quia nedum eſt pars manſionis, ſed ipſamet manſio principalis. Nec deſtinatio quæſtus obſtat, vt patet ſi feudum conſiſtat in domo, quòd ſit inſigne diuerſorium.

* Apotheca cœnacula.

6. Quid ſi in huiuſmodi manſione principali, quæ fortè ſita eſt in vrbe, ſunt * apothecæ, cœnacula, ſtabula, aut huiuſmodi ad quæſtum deſtinata, & meritoria loca, quæ locari ſolent extraneis? Reſpondeo, quòd ſi contineantur ſub eiſdem parietibus, ſicut partes vel pertinentiæ eiuſdem domus cedunt primogenito, vnà cum domo ſicut vendita vel legata tali domo ſimpliciter tranſirent, vt expreſsè decidit Panor. in *conſ.* 453. *de eod. lib.* 1. & Alex. in præfatis conſiliis. Idem puto ſi illa meritoria vel locatilia eſſent domus perfectæ, videlicet quantum ad exigentiam habitationis, etiam ſi haberent exitum & ingreſſum ab extra, & non per principalem domum, & hoc dummodo conſtet quod parietibus principalis domus contineantur, & ſint ab antiquo portio domus, non ſeparata ad faciendum diuerſam domum, ſed ad lucrum temporarium retinendo ſub antiquo iure & denominatione eiuſdem domus, alioquin in dubio hoc caſu præſumerentur domus ſeparatę per ſe, & non accederent, nec tranſirent cum principali mãſione.

* Mentiam quid.

7. ¶ Ex his patet quod in hoc text. * *manerium*, vt vulgò vocant, ſiue domus principalis, non accipitur ſtrictè, pro illa tantum parte quæ inhabitatur ab ipſo patriſa. vel familia, qualiter accipitur in diſpoſitione expreſsè reſtricta, & limitata ad partem in qua morari conſuetum, vt in *l. vxori in princ. D. de leg.* 3. Et in materia odioſa relictorum. vt in *l. lex Cornelia. §. domum. D. de iniu.* tradit Bar. in *l. meminiſſe. D. de offi. Procon.* And. Sicu. in *conſ.* 48. *præclare ſcribitur. col.* 2. *lib.* 2. Sed accipitur largè pro vniuerſo complexu & accinctu ędificiorum curtium, & hortorum, & ſimilium eidem domui deſtinatorum, tanquam ad perfectionem vnius integralis velut inſulæ; vt in ſimili declarat Pano. in *d. conſ.* 453. *li.* 1. *de hoc verbo caſamentum, quod eſt vulgare Italicum*, nec mirum: cum enim hic agatur de virtute comprehenſiua, latè & fauorabiliter debent verba interpretari; non autem ad alias & ſeparatas res extendi per not. 3. *gloſſ.* 3. *quæſt.* 6. *in fin.* Hæc autem interpretatio comprehenſiua non eſt extenſio, ſed declaratio, quia etiam, vt dictum eſt, regulariter habet locum de iure communi in omni diſpoſitione ſimpliciter facta, de domo, manerio, vel caſamento, vel limita niſi appareret de contraria voluntate, ex verbis reſtrictiuis, vel alias ſufficienter, vt diximus in caſu. *d. l. vxori in princip.* Et in pulchro caſu, in quo conſuluit do. Stephan. Bertrand. *conſil.* 185. *viſo caſu lib.* 1.

8. ¶ Vbi teſtator legauerat totam apothecam ſpeciariæ ab alto vſq; ad baſſum confrontatam ab occaſu cum alia domo teſtatoris eiuſdem, de alto in baſſum, accidit quod erat vnum penu (ſic enim ille loquitur, intelligit autem de penario hypogeo ad reponendam penum) ſitũ partim ſub apotheca legata, partim ſub vna alia apotheca non legata, ſed relicta hæredi, cum domo, ſed ad illum hypogeum penarium non erat aditus, neque exitus, niſi per apothecam legatam, cui conſequenter fuerat deſtinatum, & deſeruiens, quæſtio fuit inter legatarium volentem habere integrum penarium tanquam acceſſorium, & deſeruiens apothecæ ſibi legatæ, & inter hæredem, volentem retinere partem penarij, quæ erat ſub apotheca non legata, & præſtare legatario ſolam illam penarj portionẽ, quæ erat ſita ſub apotheca legata. Conſultus do. Bertr. reſpondit pro hærede, videlicet non deberi penarium: niſi quatenus protenditur ſuper ſolo, & ſubtus ſuperficiem apothecæ legatæ, & hoc propter illa verba confrontata de alto, vſque ad baſſum, quæ ſunt limitatiua, & non poſſunt ſtare purè demonſtratiuè, vt ſimplex confrontatio domus, ſiue confinatio ad domum teſtatoris ab occaſu, ſed neceſſariò limitant & præcidunt legatum, ad lineam * perpendicularem. Et excludendo ſuperna cœnacula & inferna, cellaria, & hypogea, in domo teſtatoris protenſa, alioquin non fieret recta præciſa, & perpendicularis confrontatio, ſiue confinatio, provt expreſsè voluit teſtator per illa popularium & tabellionum verba ab alto vſque ad baſſum, quod nota. Illud enim ex multis inſerui, vt diſcas cautè attendere vires, & effectus verborum, varióſque caſus prudenter diſcernere, & provt cuiuſque differentia exigit decidere, non autem eadem (quod aiunt) fidelia præcipitanter denigrare potiùs quàm dealbare.

* Perpendicularis confinatio.

VLTIMO quæro, quomodo ſtant illa verba text. *ſelon la cloſture*, id eſt, ſecundum clauſuram ſuam? Videtur quod limitatiuè, quum ſunt verba conſuetudinis, quæ eſt ſtricti iuris, & agatur de inducenda inæqualitate inter filios, quæ eſt odioſa. Dicendum tamen quod ſtant demonſtratiuè, duplici ratione. Prima, quia hic agitur de virtute comprehenſiua iuris primogenituræ, quod hoc reſpectu eſt fauorabile & extendendum, vt diximus. Secunda, quia nulla opus eſt extenſione, nec aliter aut latiùs accipitur hic, verbum principalis manſionis quàm de iure communi accipi debeat. Et ſic illa verba *ſelon la cloſture*, ſtant exemplificatiuè, & declaratiuè, nec reſtringunt. Vnde ſi nulla ſit clauſura, venit tamen hortus, & alia acceſſoria, imò etiam ſi ſit clauſura, veniunt appenditia gratia domus ad eius vſum facta, quamvis ſint extra clauſuram, contigua tamen, vt diximus; & idem tenet in effectu do. Io. Ciri. & benè, ſuper expoſitione horum verborum; in d. tract.

* Hic articulus est nouæ cõsuetudinis.

§. XIV. *

SI dedans l'enclos du preciput de l'aisné y a moulin, four, ou pressoir; le corps dudit moulin, four, ou pressoir appartient à l'aisné: mais le profit du moulin bannal ou non bannal, & du four, ou pressoir, s'ils sont bannaux, se partira comme le reste du fief: Et sont tenus les puisnez de contribuer aux frais des moulans, tournans ou trauaillans dudit moulin, corps du four, ou pressoir, & vstancilles d'iceux, pour portion du profit qu'ils y prennent. Peut toutesfois auoir l'aisné ledit droict de profit & bannalité, en recompensant lesdits puisnez, comme dessus.

* Olim fuit nouus.

§. XV. *

QVAND pere & mere ayans fiefs & heritages tenus noblement, vont de vie à trespas, delaissans deux enfans seulement venans à leur succession; au fils aisné pour son droict d'aisnesse appartient par preciput en chacune desdites successions, tant de pere que de mere, vn hostel tenu en fief, tel qu'il veut choisir pour son manoir principal, * [auec l'enclos & bassecourt, comme dessus est dict,] & les deux tiers desdits fiefs & heritages tenus noblement; Et à l'autre desdits enfans, compete & appartient l'autre tiers & residu desdits fiefs & heritages noblement tenus estant desdites successions.

* Inclusa aldita sunt per nouam consuetudinem.

CVM pater & mater habentes feuda & prædia nobiliter possessa decedunt è vita, relictis duobus tantùm filiis venientibus ad eorum successionem, filio primogenito pro suo iure primogenituræ competit iure præcipui, in vtraque dictarum successionum tam patris quàm matris, domus vna feudalis, qualem vult eligere pro mansione principali, cum duobus trientibus dictorum feudorum, & prædiorum nobilium. Alteri autem filio competit alius triens seu reliquum dictorum feudorum, & prædiorum nobilium earum successionum. H. D.

GLO. I. IN VER.

Pere & Mere.

* Patris & matris appellatione hic intelliguntur ascendentes.

IDEM * de auo, proauo, auia, proauia, & omnibus ascendentibus lineæ directę: nec personę primi gradus ascendentium hîc exprimuntur, nisi gratia frequentię, ad hoc facit in text. nostro verbum, * *enfans*, quod de se latiùs patet, quàm verbum Gallicũ, *fils*, id est, filius quod de sua propria significatione supponit tantum de filio primi & immediati gradus, nec stat pro cęteris descendentibus, nisi ex interpretatione. *l. iusta. D. de verborum significatione.* Sed verbum Gallicum *enfans*, non est de se restrictum ad primum, vel alium gradum, sed indifferenter supponit quosuis descendentes, sicut verbum, liberi, in lingua & lege Romana. Quę annotatio, tametsi leuiuscula videatur, magnum tamen quandoque in rebus dubiis poterit habere momentum. ¶ An autem inter nepotes ex filio prędefuncto succedentes auo per repręsentationem vnà cum patribus suis sit locus iuri primogenituræ dixi sub distinctione trimembri. j. §. 134.

* Verbum Enfans latius patet quàm verbum, fils.

GLO. II. IN VER.

Heritages.

VERBVM istud pro Gallico nostro communi vsu loquendi significat quascunque res soli, vel iura incorporalia, quæ immobilibus comparantur, siue sint res ab antecessoribus obuentæ, siue de nouo acquisitæ, & hoc verbo vtimur ad differentiam mobilium, & iurium quæ mobilibus cõparantur, vnde in summario nõ transtuli verbum hæredia, quia propriè significat ab antecessoribus obuenta tantum. Et sic nimiùm restringeretur sensus text. nostri, ad quod vitandum appositi verbum prędia, quia nullum aptius occurrit, quanquam non ignorem nullo casu appellatione prædij venire aliqua incorporalia, sed identitate rationis hoc casu intelligi possunt. Itaq; candidus Lector penuriam dictionis, ratione & intellectu suppleat. Si enim reditus, iurisdictio, ius census & laudimiorum, aut aliud simile, quasi possideatur in feudum, habet locum hic text.

SVMMARIA GLO. III.

1. *Concessio in feudum nobilior concessione incensum vel emphyteusim.*
2. *Quæ sunt feuda nobilia vel non.*
3. *An feudum nobile nobilitet possessorem.*
   Mutatione personæ mutatur priuilegium rei.
   Nobilitas non nascitur in momento, quod est verum iure communi.
   Feudum est nobile & nobilitat quando habet iurisdictionẽ annexã cum territorio & subditis.
4. *Non tamen nobilitat nouum possessorem, nisi infeudatio fiat à principe habente potestatem nobilitandi.*
   Ignobiles non possunt acquirere nec retinere feuda nobilia.
   Tamen longissima possessio & continuatio vitæ nobilis facit præsumi collationem nobilitatis.
5. *Ad effectum huius §. requiritur quòd prædium verè sit feudale, nec sufficit quod tanquam feudale possessum & reputatum fuerit à defuncto.*

Digitized by Google

GLO. III. IN VER.

Tenuis noblement.

APVD hos omnia cenſentur teneri nobiliter, quæ poſſidentur in feudum; ſeu quorum ratione poſſeſſor tenetur alij tanquam patrono, ad fidelitatem & obſequia clientelaria; & vulgò omnia feuda vocantur nobilia.

* Quæ feuda nobilia.

1. ¶ * Non tamen intelligas quòd rectè & propriè ſint nobilia, ſed impropriè, reſpectiuè & ſecũdum quid, videlicet reſpectu prædiorum, vectigalium, vel cenſualium, quæ dicuntur teneri ignobiliter aut paganicè, ſiue vt Gallici dicunt *en roture*. Feuda enim infima ſiue valuaſinorum, nullo modo ſunt nobilia. *c. 1. quis dica. dux. co. mar. in vſib. feud.* tamen quia honeſtiori titulo poſſidentur, quàm cenſualia prædia, iſto reſpectu dicuntur aliqualem habere nobilitatem, ſicut appoſitiſſimè Bal. in *conſi.* 353. *præſupponendum lib.* 1. *circa med.* infert *in fi.* quod * via feudi eſt nobilior, altior, vtilior, & elegantior, quàm via conceſſionis in emphyteuſim, aut per alium modum. Iſtud igitur verbum, nobiliter, in hoc text. reſpicit rem, & non perſonam, & exponitur, id eſt feudaliter, quamvis enim ſit ruſticus, qui feudum infimum teneat, & ignobiliter viuat, tamen habebit locum hæc conſuetudo.

* Conceſſio feudi nobilior eſt quàm alia.

2. ¶ Sed quæro, quod dicatur feudum propriè * & de ſe nobile? Reſpondeo primò, feuda regalia, vt Ducatus, Comitatus, Marchionarus, qui ſunt prærogatæ nobilitatis, vt ait Zaſius id eſt, antecellentis, de his enim inueſtiti, propriè regni, vel regis * Capitanei dicuntur *in vſibus qui feud. da. poſſ. in princ.* Secundò feuda non regalia, ſed ab illis immediatè dependentia, & maioris & nominatioris nobilitatis poſt illa, vt Baronia vel alia ſimilis & inſignis dignitas feudalis. Et de his inueſtiti ſecundum præfatum vſum feudi: vocantur valuaſores * maiores. *c. 1. quis dica. dux. co. mar.* Tertiò feuda ab his dependentia, ſub ſe vaſallos * valuaſinos, * & alios ſubditos habentia, cum iuriſdictione mero & mixto imperio, vt caſtellania; & de his inueſtiti in *d. vſu. feud.* vocantur *valuaſores minores.* Quæ autem ab his feuda tenentur, & recognoſcuntur, velut inferiora iuriſdictione & dignitate carentia, ſunt ignobilia; quod intellige purè abnuitiuè, id eſt, non propriè & de ſe nobilia, ſed vt alij vocant *burgenſia*, aliquid tamen participant de ſplendore nobilitatis feudorum, à quibus dependent, vnde dicuntur aliqualiter nobilia plus vel minus, vel prorſus ignobilia, provt magis vel minus accedunt vel recedunt à feudis nobilibus; ſecundum Iac. de Bell. in *prælud. feudo. in 6. dini.* quem referunt & ſeq. Ioan. And. in *addi.* Spec. in *rub. de præſcrip. col. fin.* Aluaro. Præpo. in *proœm. feud. in 2. dini. & indict. cap. 1. quis dica. dux. com. march.* Clarius & elegantius cæteris deſcribit Zaſius in *tract. feud. par. 5.* vnde inter valuaſinos, qui huiuſmodi inferiora feuda tenent, à minoribus valuaſoribus (quamvis per iſta feuda non nobilitentur, ſed inter plebeios remaneant) ſunt tamen aliqui gradus mediocris, vel infimæ ſortis. Aduerte tamen quòd feuda non ſemper ita de facto ſubordinantur, ſed ſæpe contingit nedum baronias, & caſtellanias, ſed etiam infima feuda, teneri immediatè à rege: quod vt plurimum accidit ratione ducatus, comitatus, vel baroniæ, aut alterius feudi ad regem reuerſi, & coronæ ſuæ ſeu dominio reuniti; poteſt tamen ſummus princeps immediatè à ſe infeudare in baroniam, caſtellaniam, vel etiam in infimum feudum, aut aliter diſponere provt vult: ſimiliter duces vel barones in ſimplicia & infima feuda concedere. Itaque præfata ſubordinatio debet intelligi ſecundum aptitudinem, & non ſecundum neceſſitatem actus & exercitij.

* Feuda propriè nobilia quæ dicãtur.

* Capitanei regni.

* Valuaſores maiores.
* Valuaſores minores.
* Valuaſini.

3. ¶ An autem * ignobilis per adoptionem & inueſtituram feudi nobilis nobiliteretur? videtur quòd non: quoniam res à perſona ſumere debet honorem, & conditionem, non è conuerſo. *arg. l. iuſtiſſimè. D. de adi. edic.* vnde decidit Luc. de Pen. in *l. cum neque. in fi.* per illum text. de *incol. lib.* 10. *C.* quòd ruſticus emens feudum nobile, non ex hoc fit nobilis; quod dictum in ſe eſt veriſſimum. ¶ In contrarium videtur text. in *d. c.* 1. *qui dica. dux. marchi. com.* per quem And. de Iſer. *ibi & in c.* 1. *in princ. col.* 1. *d. c. qui curi. vendi.* & cæteri feudiſtæ dicunt quòd feudum nobile poſſeſſorem ſuum nobilitat. Pro breui reſolutione dicendum, quòd feudum propriè, & de ſe non nobile, non nobilitat à quocunque infeudetur; vnde ſi ruſticus, vel vt vocant Burgenſis, aut alias ignobilis, infeudetur de tali feudo, vel illud acquirat ab antiquo, & alias nobili vaſallo, non efficitur nobilis, nec gaudebit aliquo priuilegio, aut immunitate nobilitatis; ſed tenebitur ſoluere & contribuere in ſubſidiis, ſiue collectis, aut talliis vt vocant plebeiorum vt prius, etiam pro ratione feudi acquiſiti, ſicut habito reſpectu ad omne reliquum ſuum patrimonium; quamvis illud feudum ab hac deſcriptione fuiſſet immune, in perſona priſtini nobilis vaſalli, quemadmodum ſi nobilis nobiliter viuens acquireret huiuſmodi feudum à ruſtico, nullomodo eiuſdem feudi ratione contribueret, in quibus contribuebat ruſticus; * quia mutatione perſonæ, mutatur conditio rei, à perſona deſcendens. vt not. Bart. poſt Dy. in *l. Paulus reſpondit per procuratorem in fi. D. de acquir. hæred.* plenè per ſcrib. in *l. placet. C. de ſacr. eccle.* Gui. Pap. in *deci. Delph. q.* 382. Feudum autem propriè, & in ſe nobile, vt caſtellania vel aliud ſimile, habens certum territorium cum iuriſdictione, & mero imperio in eo, & in ſubditos ibi commorantes nobilitat poſſeſſorem, nedum poſſeſſorem antiquum, id eſt cui à ſuis progenitoribus obuenit, vt voluit Bald. in *prælud. feud. in pe. dini.* vbi vult antiquitatem requiri in nobilitate, quia * non naſcitur in ictu oculi, *arg. l. ſtemmata. D. de grad. affi.* Sed etiam nouum poſſeſſorem, puta aliàs ignobilem, de nouo infeudatum tali feudo, quod eſt intelligendum quando eſt infeudatus à ſuperiore, & nobiliter viuit. Et ita diſtinguit & reſoluit Guid. Pap. *in deci. Delph. qu.* 385. 386. idem ſentit. Bald. in *d. c.* 1. *quis dic. dux. mar. co. §. ceteri in fi.* vbi vult quòd omnis qui præeſt cognitioni villæ vel caſtri dicitur habere dignitatem, igitur & nobilitatem, quia nobilitas propriè ſumpta, nihil aliud eſt quàm dignitas, vt tradit Bar. in *repet. l.* 1. *col.* 3. *q.* 2. *de digni. lib.* 12. *C.* Et * quòd tunc demum dicatur feudum nobile, & nobiliter poſſeſſorem, quando habet iuriſdictionem annexam cum territorio & ſubditis, tenet Luc. Pen. in *l. mulieres. col.* 2. *in quarta cauſa nobilitatis de ligni. lib.* 12. Bo. de Curti. in *tract. nobili. part.* 3. *num.* 190. *cum ſeq. Chaſſ. in conſu. Burgund. co. tit. §.* 7. *col.* 3. *verſic. inter alias. & in conſil.* 64. *col.* 4.

* An feudum nobile nobilitet.

* Nobilitas non naſcitur in momento ſcilicet iure communi.

* Feudum nobile, & nobilitatio.

4. ¶ Aduerte dum dixi nouum poſſeſſorem (id eſt acquiſitorem, non enim ſufficeret nuda poſſeſſio) feudi nobilis nobilitari, notanter dixi quando eſt infeudatus à ſuperiore. Intelligo enim ſuperiorem, nedum ratione feudi, ſed etiam in poteſtate nobilitandi, quæ ſpectat * ad ſolum regem, ſeu dominum ſupremum; ſi enim, dux, comes, vel baro infeudaret ruſticum de caſtellania, non efficeretur nobilis, quia infeudans non habet poteſtatem eum nobilitandi directè, & ſic non poteſt per indirectum. Et ita notabiliter tenet do. Zaſi. *in d. tract. feud. part.* 5. Nec ſufficit conditio vel qualitas feudi nobilis cum infeudatione immediati patroni, quamvis hoc ſentiat text. *in d. c.* 1. *quis*

* Mutatione perſonæ mutatur conditio rei.

* Ad ſolum principẽ ſpectat poteſtas faciũ nobilitandi.

dici. dux. mar. co. sed etiam requiritur in infeudante authoritas & potestas nobilitandi, vel saltem quòd infeudatus obtinuerit à principe nobilitatem, vel indultum obtinendi huiusmodi feuda nobilia. Ratio, quamvis Zas. non exprimat est quia * huiusmodi de se nobilia feuda non congruunt nisi nobilibus, ita quòd non possunt acquiri nec retineri per ignobilem, sed poterit cogi ad dimittendum extra manus suas, vel transferendum in nobilem; & poterit, non obstante tali acquisitione & inuestitura inferioris, cogi ad contributionem subsidiorum & collectarũ inter plebeios, vt latiùs dixi ĩ. *in proœ. in gloss. 7. in ver. Nobles.* quamvis contrarium consuluerit Aluar. in *quodam consi. incip. dilecte nepos.* & malè, vt dixi in *d. gl.* 7. Si * autem aliquis & sui primogenitores diu possedissent aliquod feudum nobile, tunc quamvis fortè primus eorum fuisset rusticus, nec appareat de aliqua collatione nobilitatis facta per principem, tamen ex quo diu nobiliter vixerunt, & nobiles reputati fuerunt, præcessisse præsumitur: Et ita debet sanè intelligi dictum Bal. *in prælud. feud. in pen. diui.* dum innuit nobilitatem per antiquitatem acquiri, hoc verum est, & requisitum quando deficit, saltem non apparet de nobilitate collatiua principis, & ita non meruit Bald. ab aliis feudistis *ibi & in d. c.* 1. reprehendi. Alia autem feuda simplicia, hoc est non habentia annexam iurisdictionem & dignitatem, possunt per quoscunque etiam rusticos possideri & acquiri, etiam ab antiquis nobilibus vasallis, sicut & ignobiles patrimonia sua liberè quibuscunque infeudare possunt. *c.* 1. §. *noui. vero. per quos fiat inuesti. in vsib. feu.* Et hoc nisi specialis consuetudo loci prohibeat, & ignobiles reddat feudorum incapaces, vt in præfectura Trecensi & Caluimontis & aliis locis recitatis per do. Io. Citi. in *d. tract. lib.* 2. *quæst.* 4. *super hoc versic. huius text.*

* Ignobiles non possunt acquirere nec retinere feuda nobilia.

5. ¶ Vltimo not. quòd ista verba tex. nostri *nobiliter*, siue *feudaliter possessa*,* non referũtur ad nudam possessionem seu reputationem quasi possessionis feudalis, quamvis enim sufficiat ad transferendum onus probandi in contradicentem, tamen si appareat quòd sit emphyteuticum vel censuale, vel merum alaudium sine iurisdictione & subfeudis, debebit æqualiter diuidi, vel iam per errorem facta diuisio reformari, absque vlla prærogatiua primogenituræ. Et hoc nisi lapsi essent triginta anni, à diuisione facta & executa; tunc enim primogenitus, vel eius hæres qui maiorem partem habuit in hoc prædio prætextu erroris quo putatur feudale, non tenebitur ad iterandam diuisionem, nec poterit ab eo condici quod plus accepit indebitè tanquam primogenitus, etiam si diuisio extra iudicium, nudo pacto sed executo facta fuerit: quemadmodum nec posset condici ei qui non erat primogenitus sed putabatur, & hoc errore tulit & triginta annis possedit præcipuam & maiorem partem, dummodo mala fides positiua & alia impedientia vel interrumpentia præscriptionem absint, vt diximus ĩ. §. 13. *glo.* 3. *q. fi.* Sed quid si sunt lapsi tantum decem anni à die diuisionis, an obstet constitutio regia promulgata anno 1502. *art.* 46. dicemus *infra eo. tit.* §. 16. *vbi plenè videbis.*

* Non sufficit reputatio aut q. possessio. sed requiritur veritas qualitatis feudalis.

* Diuturna possessio nobilitatis.

SVMMARIA GLO. IV.

1. *Vbi lex loquitur de facto cum qualitate, non sufficit factum nisi probetur qualitas.*
2. *Vnde primogenitus non reducitur à besse ad semissem si sint tres filij, nisi etiam singuli veniant ad successionem.*
3. *Quod accrescit, eodem & directo iure habetur.*
4. *Ampliatur etiam si abstinens hoc faciat aliquo recepto, modò mera sit abstentio.*
5. *Idem quando filia viuo patre dotata renuntiauit futuræ successioni.*
6. *Quomodo intelligendum statutum prohibens parentibus meliorem facere conditionem vnius filiorum succedentium.*
7. *Differentia inter renunciationem successionis & cessionem.*
8. *Consuetudo, mortuus saisit viuum, tale ius transmissionis operatur quale ius suitatis.*
9. *Hæredibus accrescit portio morientis cohæredis à nemine agnita.*
10. *Quantum referat an iure accrescendi, an verò tanquam hæredes cohæredis illam agnoscãt. Quarta Falcidia & Trebellianica non habent locum in patria consuetudinaria.*
11. *Verbum* enfans, *eandem vim habet quam verbum* liberi.

GLO. IV. IN VER.

Deux enfans venans.

ET sic notandum quòd ad excludendum primogenitum à besse feudorum, de quo in hoc. §. & reducendum eum ad semissem de quo in §. sequenti, non sufficit quòd sint plures filij quàm duo, puta tres aut sex; sed requiritur quòd omnes, saltem tres, & sic plures quàm duo, habiles ad succedendum, de facto agnoscant successionem.

* Non sufficit factum sine qualitate.

1. ¶ Quoties * enim lex, vel statutum, ponit vel requirit factum cum qualitate, non sufficit adesse factum, nisi adsit & probetur qualitas text. in *l.* 1. §. *ait prætor.* & ibi Bart. *D. ne quid in loc. pub. in l. Fulcinius.* §. *cum autem. D. ex quib. cau. in posse. eat.* Ang. *in l. prætor ait.* §. *docereque per illum text. D. vi bono. rap.* Io. And. in *c.* 1. *de homici. in no. lib.* 6. Ias. *l.* 1. §. *in eum. D. ne quis eum qui in ius.* latè Cur. *consil.* 73. *col.* 2. Sed tunc demum primogenitus reducitur ad semissem feudalium quando sunt tres vel plures filij quàm duo, venientes ad successionem, text. est in §. *seq.* Igitur ad hoc vt habeat locum dispositio §. sequentis & excludatur dispositio huius §. non sufficit probare quòd sunt tres, aut plures filij, nisi etiam probetur quod illi tres vel plures sunt habiles, & de facto agnoscunt hæreditatem.

¶ Vtque velut oculis pulchra hæc * quæstio subijciatur, pone tres esse filios; secundò vel tertiò genitus abstinet, primogenitus & alter soli adeunt hæreditatem, in qua herciscunda primogenitus vltra præcipuum, prætendit bessem reliquiorum feudalium, ex dispositione huius, §. secundo genitus controuertit, dicens quod non sumus in terminis huius §. sed §. sequentis; quia extant tres filij habiles ad successionem, & ad illam ipso iure venientes virtute suitatis & virtute consuetudinis. *Le mort saisit le vif.* ĩ. §. 132. Et quod quamvis tertius filius abstinens medio beneficij abstinendi à prætore introducti fingatur retro nunquam fuisse suus hæres; tamen in veritate fuit, imò mero iure

* Quæstio prima.

Digitized by Google

ciuili remanet ſuus hæres vel inuitus. §. *fui inſt. inſti. de hæred. quali. & differ.* Nec eſt iſta ſimplex ſuitas, ſine effectu, quia confirmat tabulas pupillares ad commodum abſtinentis. *l. filius qui. l. ſi pupillus. D. de acqui. vel omitt. hæred.* præterea ſaltem portio ſua fuit ei debita ſtatim ex morte defuncti; ergo ex tunc ab initio fuit facta à iure (ſaltem iuncta hac conſuetudine ſ. §. 132.) diuiſio, in ſingulos filios & acquiſitio portionum cuique eorum ſecundum terminos §. ſequentis: igitur non debet ex poſtfacto illo tertio abſtinente rediri ad hunc §. Sed debet eſſe locus. §. 127. vbi dicitur ſimpliciter quòd portio abſtinentis accreſcit adeuntibus, ergo accreſcit æqualiter, quia ſimplex locutio intelligitur in viriles. Sic in ſimili diximus. ſ §. 8. *glo.* 1. *q.* 4. *num.* 30. quòd primogenito abſtinente portio ſua, cum omni prærogatiua primogenituræ, accreſcit cæteris æqualiter etiam reſpectu feudalium virtute d. §. 127. ita quod antiquior poſt primogenitum, non poteſt in portione accreſcente prætendere quicquam vltra vnum ex aliis filiis. Igitur & hoc caſu in parte accreſcente, non poterit primogenitus capere plus quàm alter frater: vltimo ſatis videtur tribui huic conſuetudini, de iure primogenituræ, quæ eſt contra ius commune, vt procedat & verificetur ſemel, in directo & primitiuo iure ſuccedendi, ab initio delato, abſque eo quòd extendatur iterum ad alium caſum, videlicet ad ius accreſcendi ſuperueniens ex poſt facto.

a Solutio.

2. ¶ His tamen* non obſtantibus concludendum eſt, vt dixi, pro primogenito per rationem in prin. huius gloſſ. Non obſtat quòd abſtinens ipſo iure fuit hæres, quia fateor reſolubiliter, provt eo abſtinente facta eſt ipſo iure reſolutio, & eo re lapſum, ac ſi nunquam fuiſſet. Minus obſtat quòd mero iure ciuili remanet ſuus, tum quia hoc non ſufficit, ſec expreſsè requirit text. §. ſequentis actualem vel effectualem aditionem trium filiorum ad minimum: & hic §. aliud non requirit quàm quòd ſint duo tantum cum effectu adeuntes, quod accidit tertio abſtinente, & ſic liquet nos in hac quaſi eſſe in terminis huius §. & non §. ſequentis. Tum illa meta ſubtilitas iuris ciuilis, & nudum nomen ſui hæredis, non debet officere iuri primogenituræ, nec eſſe in conſideratione vt in ſimili vult text. in *l.* 2. §. *liberi. in fi. D. ad ſenat. Tertull.*

3. ¶ Non obſtat §. 127. & deciſio. *d. q.* 4. *in gl.* 1. §. *precedentis.* quia illa deciſio non procedit virtute *d.* §. 127.

a No. de modo accreſcendi.

cui poterat facillimè & verè reſponderi quòd illa* verba *accreſcit cæteris*, intelliguntur ſecundum modum ſuccedendi ab inteſtato, quemadmodum etiam intelliguntur ſecundum modum ſuccedendi ex teſtamento, vbi & quando ex inſtitutione teſtamentaria ſucceditur; text. in *l. cum ex filio.* §. *fi. D. de vulg. & pup. cum ſimili.* Et portio abſtinentis vel repudiantis magis accreſcit portioni quàm perſonæ. *l. cui totum. D. de acqui. vel amit. hæred.* Et breuiter illa verba, *Accroiſt aux autres*, id eſt accreſcit cæteris, intelliguntur ſecundum intellectum iuris communis, id eſt, ipſi hæreditati, & maſſæ ſucceſſionis accedit, inter ſuccedentes pro iure, rata, & portione cuiuſque diuidendum; ſicut ſi ab initio illis ſolis tota hæreditas delata fuiſſet, vt plenius diximus in *d.* §. Vera ergo & radicalis ratio deciſionis fuit, quia primogenitus per abſtentionem non deſinit verè & effectiuè eſſe filius primogenitus, quamvis ſuus hæres abſtinens verè & effectiuè deſinat retro eſſe hæres: & ſic primogenito abſtinente nullus reperitur primogenitus veniens ad ſucceſſionem, quia impoſſibile eſt ſecundogenitum dici & cenſeri talem: ex quo realiter ſubeſt primus, quid eſt, & cenſetur primogenitus nil mirum ſi in d. caſu ceſſat ius primogenituræ, & omnia diuiduntur æqualiter. At in iſta. q. ſubeſt vnus filius primogenitus veniens ad ſucceſſionem, cum prærogatiua iuris primogenituræ: ergo debet ei integra ſeruari. Non obſtat vltimum. Tum quia quod iure accreſcendi capitur, ipſo eodem iure directo, & primitiuo capitur, quo accipitur portio delata, cum qua implicitè, nedum portio defecta ab initio delata fuit, ſed etiam portiones omnium aliorum filiorum, in caſu & conditione, qua omnes illi abſtinuiſſent, vt diximus in *d.* §. 127. Tum quia iſtud ius primogenituræ eſt fauorabile, nec agitur de vi extenſiua, ſed de comprehenſiua, vtpote comprehenſa in hoc §. cuius termini apertè in hac. q. militant & verificantur: nec huius diſputationis leuis effectus, quia ſi in q. propoſita pars abſtinentis accreſceret per omnia æqualiter, primogenitus non haberet beſſem feudalium vltra præcipuum, ſed ſolum ſemiſſem feudalium ex capite ſuo, & vnciam cum dimidia ex capite iuris accreſcendi. Et ſic fraudaretur in ſemiuncia contra text. & mentem huius §. ſecundogenitus autem haberet quadrantem feudalium ex capite ſuo, & vnciam cum dimidia iure accreſcendi. Et ſic vltra trientem, ad quem ſolum vocatur per hunc. §. caperet vnam ſemiunciam, & haberet plus quàm velit hæc conſuetudo, quod eſſet abſurdum & iniquum. Et hanc partem ſequitur do. Io. Citi. in *d. tract. lib.* 2. *q.* 4. *ſuper ver. venientibus.*

4. ¶ Hanc deciſionem noſtram amplio primò, etiam ſi ſecundogenitus aliquid dediſſet illi tertio, vt ille tertius abſtineret; quia primogenitus vltra præcipuum capiet integrè beſſem reſidui feudalium, & in reliquo diuidentur bona æqualiter, nec tenebitur contribuere in eo quod dedit eius frater illi tertio abſtinenti, vel renuncianti etiam ſi dixerit ſe abſtinere & renunciare in fauorem illius ſecundogeniti, dummodo ſemper ſit mera abſtentio, etiam ſi fortè illud quod numeratum eſt à ſecundo genito, tantum valeat quantum portio abſtinentis ex quo enim primogenitus etiã in parte accreſcente, nullum ius capit, nec à numerante pecuniam renuncianti, nec à renunciante, ſed ſolum à iure communi, & à conſuetudine vt diximus in *d.* §. 127. nihil ſoluere, nec deducere tenetur ob eam cauſam illi ſecundogenito qui ſibi ipſi debet imputare. Et hanc ampliationem limito primò procedere dummodo ille tertius abſtinens in totum abſtineat vt in *l. fuit quæſtionis. D. de acqui. vel omitt. hæred.* Secus ſi cedat ius ſuum illi ſecundogenito, quia cedendo tacitè pro hærede gereret, ſiue illa geſtio & ceſſio fiat expreſsè, ſiue tacitè, vt per Paul. *c. in l. ſi actionem. C. de pact. in l. pactum quod dotis. C. de coll.* Soci. in *con.* 34. *viſa renunciatione lib.* 4. de quo, remitto ad ea quæ latè ſcripſi. ſ. §. 122. *gl.* 1. Limito ſecundò niſi ad preces, vel mandatum primogeniti, ſecundogenitus hoc dediſſet, tunc. n. haberet actionem mandati, aliàs omni careret remedio. Amplio ſecundò etiam ſi ſint duo filij, & vna filia, quæ viuis patre & matre, eorum ſucceſſionibus futuris mediante certa ſumma pro dote renunciauit cum iuramento iuxta formam *c. quamvis de pact. in 6.* Et ſic mortuo vtroque parente, inhabilis ad vtriuſque ſucceſſionem propter præfatam renunciationem vt latius dicemus in *d.* §. 122. Tunc enim ſumus in terminis huius §. reſpectu vtriuſque ſucceſſionis, ex quo non ſunt niſi duo venientes ad ſucceſſiones parentum per rationes prædictas.

5 ¶ Hic tamen pluſculum eſt difficultatis, quia quamvis d. filia* æquiparetur abſtinenti mediante aliqua pecunia, propter abſtentionem data, tamen non fuit data à ſecundogenito, vt in amplia: præcedenti, ſed fuit data ab vtroque parente, quorum vterq; filius ſunt hæredes, & per conſequens quia factum defuncti eſt factum hæredis, cenſetur data ab vtroque filiorum, vel vtriuſque voluntate vel mandato; ergo inquantum primogenitus habet exinde maius commodum, in tantum debet plus reputare fratri ſuo. Quod autem inde plus habeat commodi patet, quia ſi filia ſucceſſiſſet, feciſſet redigi primogenitũ ad ſemiſſem feudalium, & nihilominus accepiſſet in reliquis bonis æqualem virilem & tertiam partẽ, nunc autem quia renunciauit, feuda remanſerunt integra, in quibus adduntur primogenito duæ vnciæ ad

* De portione filiæ quæ renunciauit.

complendum beſſem, loco ſemiſſis. Et tamen ſumma data filiæ, pro qua renuntiauit, fuit accepta de mobilibus, vel de alijs prædijs non feudalibus. Et ſic patet quòd in effectu idem eſt, ac ſi filia vendidiſſet primogenito duas partes eius quod habitura erat in feudalibus, & ſecundogenito reliquam tertiam partem, & tamen quòd media tantum pars ſoluta fuiſſet de parte primogeniti, & alia media de parte ſecundogeniti, & ſic videtur manifeſta læſio ſecundogeniti: & ſi dicamus quòd non læditur in legitima iure naturæ debita, imò quòd in nullo læditur, quia hoc factum à parentibus viuentibus & tempore quo nec ius, nec ſpes probabilis competebat huic ſecundogenito, ſaltem videtur non poſſe negari, quin ſit indirectum (vt vulgò dicunt) aduantagium: ſiue melior conditio facta per parentes ipſi primogenito, inquantum anticipauerunt filiæ omnem portionem ſuam, vel dotem portionis loco, in pecunia, mobilibus vel cenſuarijs prædijs, vt ſic augeretur ius primogenituræ, primogenito, in feudis quod eſt prohibitum. j. §. 124.

6. Quibus non obſtantibus veram puto ampliationem noſtram, nec eſt quicquam quod reſponſionem mereatur quàm præſumptio fraudis contra diſpoſitionem dicti §. Ad quam breuiter reſpondeo, quòd ex quo apparet de cauſa iuſta dotandi filiam, ceſſant omnes præſumptiones generales fraudis, & oporteret allegare ſpeciales & individuas machinationes ad fraudandum exquiſitas; quib. ceſſantibus prout ceſſant, relinquitur quòd non poſſunt argui parentes, qui liberam bonorum ſuorum habebant diſpoſitionem, ſi hoc magis quàm alio modo diſpoſuerunt *l. non vſque adeo. D. ſi quis à parent. ma. fu.* imò erubeſceret lex ſi adeo ſeueros caſtigatores filios genitoribus ſtatueret vt plenius diximus in *dicto* §. 124. Sic etiam à conuerſo ſi parentes dotaſſent filiam de ſuis feudalibus non poſſet primogenitus conqueri ſe prærogatiua primogenituræ fraudatum, & ad æqualitatem redactum: igitur non debent ſecundogeniti à primogenito exigere, quod eis in conuerſo non eſſent præſtituri. *l. frater à fratre. D. de condict. indeb. l. 1. de ſolut. matr.* Amplio tertiò per eaſdem rationes etiam ſi parentes dediſſent tertio filiorum, in mobilibus, & prædijs vectigalibus, quantum, vel plus quàm aſcenderet portio ſua, ita quod ſe contentans donatione abſtinet à ſucceſſione. Quamuis hic adhuc pluſculum ſit difficultatis quàm in præcedenti, ex eo quod huiuſmodi donatio non eſt facta ex cauſa iuſta, ſiue debita, ſed ex libito voluntatis, in quo faciliùs poſſet fraus præſumi: ſed tamen dico quod nec ex hoc ſolo fraus eſt præſumenda, per ea quæ diximus ſupra §. 8. *gloſſ. 3. q. 3. num. 17. 23. & in dicto* §. 124. quod enim ibi dicitur de meliori conditione vnius filiorum quocunque modo prohibita, intelligitur de modo & via, ſiue directa, ſiue indirecta, ſiue expreſſa, ſiue tacita, ad hoc tamen immediatè tendente, & ad hoc exquiſita, quæ duo hic ceſſant.

7. ¶ Concluſio noſtra ſic ampliata fallit primò, ſi retento themate primæ ampliationis, ille abſtinens * cedere, portionem ſuam vel iura ſua & actiones d. ſucceſſionis ſecundogenito: tunc enim etiam ſi exprimeret, abſtineo, renuntio, tamen neceſſariò deberent impropriari, ex quo conſtat de intentione cedendi, & transferendi iura in ſecundogenitum, & eum ſubrogandi in locum renunciantis, quod impoſſibile eſt fieri, niſi prius aditione facta, imò idipſum eſt vera agnitio & aditio hæreditatis, & adhuc non eſt opus impropriare illa verba, abſtineo, renuntio, quia etiam ſi ab illis incipiat diſpoſitio, tamen ordine intellectus, & naturæ cenſentur ſequi aditionem & ceſſionem, & perinde habetur ac ſi expreſsè adiret & cederet: deinde iuri agnito, ceſſo & tranſlato, in ceſſionarium, renuntiare & abſtinere ſe diceret, ad declarandum irreuocabilitatem ceſſionis & enixam voluntatem cedentis,

* Differentia renunciationis & ceſſionis.

hoc probatur ex not. theoria Ioan. Andr. *in addit. Specul. tit. de teſtam.* §. 1. vbi adducit Dyn. *in conſi. incip. Ex teſtamento domini Albert. quod eſt conſil. 6. in lib. meo.* Sed Dy. ibi loquitur in duobus fideicommiſſ. quibus (vtpote mortuo teſtatore) actio ex teſtamento acquiſita erat ſub conditione, de quo alibi dixi. Clarius autem probatur ex not. per Bald. in *l. pactum. quod dotali. queſt. 8. C. de collat.* Pau. Alex. Philipp. Deci. in *l. ſi actionem col. 1. C. de pac.* vbi in terminis loquitur de filia quæ vni ex fratribus aliqua ſumma ab eo accepta renunciauit hæreditati paternæ vel maternæ delata: quia ex hypotheſi præſupponunt hæreditatem delatam, & ſic mortem parentum, & dicunt quòd ſi iſta renuntiatio fiat hæreditate alias non adita, prodeſt omnibus fratribus, & ſic ipſa nihil transfert in d. fratrem, ſed tantum abſtinet & renuntiat, *vt in l. fuit quæſtionis. D. de acquir. vel omitt. hære.* Si autem fuit facta poſt hæreditatem aditam, prodeſt illi ſoli fratri, cui cenſetur ceſſa portio acquiſita filiæ, & ſic tunc non accreſcit cæteris fratribus: eodem modo hic eſt dicendum quod ſi eſt ſimplex abſtentio, & renunciatio, accreſcit omnibus capientibus à defuncto, & à lege non à renuntiante. Si autem cum hoc eſt facta ceſſio & ſic ex antecedente neceſſario hæreditatis aditio, nihil poteſt primogenito accreſcere, cùm portio ſit adita & ceſſa, non autem defecta, ſed tota ſpectat ad ſecundogenitum iure ceſſo. Et intellige nedum de ceſſione expreſſa, ſed etiam de tacita puta facta renuntiatione in fauorem & commodum ſolius ſecundogeniti pro ſe & ſuis acceptantis, & non alias, vt per Socin. in *conſil. 34. Viſa renuntiatione. lib. 4.* Et plenius declaraui *infra* §. 222. vbi remitto.

8. ¶ Fallit ſecundò, ſi ille tertius filius non abſtineret, nec renuntiaret, ſed ante aditionem verbo vel facto declaratam moreretur ſine liberis: tunc enim portionem ad ſe delatam tranſmitteret ad hæredes ſuos collaterales, nedum in vim conſuetudinis mortuus ſaiſit viuum, de qua dicemus *infra* §. 131. cuius virtute etiam cuicunque collateralis & extraneus hæres tranſmitteret, etiam in extraneos etiam poſt annum deliberandi, ſed etiam ceſſante hac conſuetudine in caſu noſtro filius ad quoſcunque tranſmittit de iure communi, virtute ſuitatis *per l. vnicam. C. de his qui ante apertas tab.* Et ſic ambo ſuperſtites fratres haberent capere portionem defuncti fratris, eis de iure delatam & per conſuetudinem etiam in poſſeſſione acquiſitam, tanquam eius hæredes, æqualiter etiam in feudalibus illius portionis, quia in collaterali ſucceſſione ceſſat omne ius primogenituræ, *vt infra* §. 20.

9. ¶ Sed ego quæro, quid ſi repudiarent hæreditatem fratris? dico quòd non poſſunt repudiare, quin etiam repudient portionem hæreditatis paternæ ad eum deuolutæ, ſeu ius immiſcendi ex cap. d. fratris defuncti: quoniam ex quo ius illius tanquam tranſmiſſorium fuit derelictum in eius hæreditate, non poteſt acceptari repudiata hæreditate, cuius factum eſt pars: ſed vna cum hæreditate repudiata, tranſibit ad quoſcunque hæreditas perueniet, ſiue ad creditores, vel ad curatorem hæreditatis iacentis ad eorum inſtantiam conſtitutum, vel ad habentem merum imperium in loco, ad quem ſpectant bona vacantia.

¶ Quid* ſi illi creditores, curatores, domúſve loci, & omnes & ſinguli ad quos quocunque modo pertinere poſſit hæreditas defuncti repudient, vel contemnant, illud ius adeundi, quotam illam hæreditatis patris defuncti, vel fortè etiam totam hæreditatem dicti fratris defuncti, ita quod de iacente, vacans; de vacante facta eſt deſtituta? Reſpondeo quòd tunc apparet illam portionem hæreditatis paternæ, tametſi ſemel tranſmiſſam, nulli tamen acquiſitam, ſed omnino defectam, & conſequenter accreſcere ambobus ſuperſtitibus fratribus ſicut portio deficiens. *l. vnica,*

* Quidſi portio non accrescit coheredi à nemine agnoſcatur.

C. quando non pet. part. Et ſic in illa portione accreſcente habebit primogenitus ſuum in primogenitura, prout diximus ſecundum formam huius §.

10. ¶ Sed quid ſi duo præfati fratres hęreditatem quidem defuncti tertij fratris agnoſcant, ſed repudiant illud ius adeundi, vel immiſcendi in illa repertum, ex capite fratris defuncti, quod poſſunt facere; *vt in l. ſi quis filium ſu. §. 1. l. ei qui. D. de acquir. vel omit. hære.* Tunc dico quòd ſi ambo repudiant vel abſtineant, tanquam hæredes fratris, eis etiam inuitis accreſcit ex proprio eorum capite tanquam hæredibus patris, & ſic primogenitus in ea portione habebit ius primogenituræ, vt ſupra diximus. Si autem ſolus ſecundogenitus repudiat, tunc illa portio non deficit, nec accreſcit dictis hæredibus paternis: ſed illud ius adeundi quatenus repudiatum à ſecundogenito remanet in hæreditate fratris, & accreſcit, ſiue conſolidatur in totum primogenito, qui quamuis non ſit hæres fratris, niſi pro parte, tamen tam ex hoc capite, tanquam iure partim tranſmiſſo à fratre, partim accreſcente propter repudiationem ſecundogeniti, poterit adire & obtinere totam illam tertiam portionem hæreditatis paternæ, & ſic in illa portione non habebit vllum ius primogenituræ. ſed capiet illam totam tanquam hæres hæredis patris: nec eſt inutilis hæc ſubtilis & exacta diſquiſitio, quo iure quamque portionem quiſque habeat, ſi enim habeat in illa ius primogenituræ, non poterit in hoc grauari aliquibus legatis, vel diſpoſitionibus vltimæ voluntatis fratris defuncti, quibus alioquin in totũ, etiam vſque ad euacuationem totius portionis poterit grauari, nec poterit quicquam defalcare, nec tanquam primogenitus, quia hoc ius non habet locum in linea collaterali,* nec tanquam in hæres ex lege Falcidia vel Trebellianica, quia etiam huiuſmodi quartæ nõ habent locum in patria conſuetudinaria, ſaluo per conſuetudinem noſtram, ſi ſint hæredia antiqua, ſiue vt vocant, propria, non valebit in illis, quæcunque diſpoſitio vltimæ voluntatis, niſi vſque ad quintam eorum partem duntaxat, *vt infra §. 92.* Et in aliis locis pro ſua cuiuſq; conſuetudine. Et eodem modo ſi ſolus primogenitus repudiat iſtud ius immiſcendi, repertum in hæreditate fratris defuncti, accreſcit in totum alteri fratri cohæredi, qui habebit hanc partem tanquam hæres hæredis patris, & ſi in illa poterit etiam in totum grauari per teſtamentum, vel codicillos defuncti fratris, ſalua prædicta prærogatiua propriorum vel antiquorum hæreditorum. Si autem tanquam omnino defecta à tota ſucceſſione fraterna & collaterali, accreſceret vtrique ſuperſtiti fratri tanquam hæredibus patris, non tenerentur in hoc ex aliqua diſpoſitione teſtamentaria fratris defuncti, ad quem media huius hæredum repudiationis fingitur retrò nunquam fuiſſe deuoluta. *l. proinde, D. ſi cert. peta.* quod intellige de diſpoſitione generali vel aliarum rerum, etenim ſi ſpecialiter diſpoſuiſſet, vel aliquid legaſſet de bonis paternis, eo ipſo hærede geſſiſſet, & cum ſuis bonis illam portionem confudiſſet. *l. ſi plures, §. filio impuberi, D. de vulga. & pupill.* Sed quæro, nunquid hi duo fratres, teneantur hanc portionem computare in bonis defuncti fratris reſpectu creditorum eiuſdem fratris? Videretur quod non, quum liceat eis eandem portionem ex capite fratris repudiare. *l. qui autem, D. quæ in fraud. cred.* Contrarium puto, quia ex quo ad eoſdem alio medio deuoluitur eadem portio, cenſeretur fraudulenta repudiatio ex capite fratris, & ſic non poteſt, nec æquum eſt hoc caſu fieri ſeparationem in præiudicium creditorum, de quo plenius dixi *infra §. 130.*

11. ¶ Vltimo palam eſt hoc verbo, *enfans*, de ſui propria ſignificatione pariter ſignificari, nedum filios, nepotes, & reliquos omnes deſcendentes, vt dictum eſt *ſ. eod. glo. 1.* ſed etiam tam maſculos quàm fœminas, non per interpretationem, ſicut verbum filius, concipit fœmininum, ſed ex propria vi & natura, ſicut verbum generis vel appellationis communis. Et in effectu idem importat quod verbum liberi in iure. *l. liberorum, D. de verb. ſignif.* vnde ſi pater decedat relictis tantum filio & filia, locus eſt huic §. etiam ſi filia ſit maior natu, & filius habebit ius primogenituræ. Idem ſi deceſſerit relicto vno filio, & pluribus filiis ex alio filio præmortuo, quia illi omnes filij ſuccedunt ſolùm in ſtirpes, & habentur pro vno in locum eorum patris, imò etiam ſi ſint plures nepotes ex vno filio, plures ex alio, omnes ſuccedunt in ſtirpes, §. *cum filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer.* & diximus *infra §. 122.* Et nepotes ex primogenito eum repræſentant in iuræ primogenituræ, ſecundum ea quæ latiùs not. *infra §. 134.*

* Quarta Falcidia & Trebellianica nõ habẽt locum in patria cõſuetudinaria.

GLO. V. IN VER.

Par preciput.

ID eſt per præciputum, ſiue iure præcipuo, & prærogato. ¶ Iſtud autem præcipuum * ſecundum quid, quale, & quantum deſcribitur, *ſ. in §. 13. iuncto §. 18. & §. 68. infra eo.* & plenè expoſuimus in *d. §. 13. glo. 4.* ſoli enim primogenito competit, ideo non debet diuidi, neć conferri, ſed * ante omnia eximi, antequam procedatur ad diuiſionem bonorum feudalium. Quoniam duæ partes feudalium, quæ ſpectant primogenito in caſu huius §. quando ſunt duo liberi, & dimidia feudorum quando ſunt plures, *vt § ſeq.* non accipiuntur de tota ſubſtantia feudali, videlicet etiam computato eo quod cedit in præciputum primogeniti, ſed accipiuntur de reſiduo, ſiue de eo quod reſtat, deducto prius & ſegregato præcipuo ipſi primogenito, patet in *text. huius §. Ibi, Auec les deux parts.* Et ſic prius capit & ſegregat ſibi integrum præcipuũ, deinde accipit duas partes & in text. ibi, *& l'autre tiers & reſidu*, id eſt, tertia pars reſidui, deducto priùs præcipuo, & non tertia pars totius ſubſtantiæ feudalis. Et expreſſius in §. ſeq. ibi, *auec la moitié de tous les autres heritages tenus en fief*, id eſt cum dimidia aliorum, & ſic illa dimidia non accipitur aliquatenus de præcipuo, ſed præcisè de aliis prædiis à præcipuo: quia * verbum *aliis*, denotat neceſſariò diuerſum in ſe, & ſubſtantia eius cui aduerſatur vel opponitur; licet regulariter ſimile in qualitate, vt nota. in *l. ſi fugitiui, C. de ſerv. fugit. in cap. ſedes apoſtolica. de reſcript.* Reliqua huius §. ſatis ſunt declarata ſupra, & in §. ſequenti.

* Præcipuum varie conſideratur.

* Tus præcipui prius deducitur & capitur vltra tertiam vel dimidiam feudalium.

* Verbum aliis.

Digitized by Google

§. XVI. *

* Olim fuit decimus.

QVand pere & mere ayans fiefs & heritages tenus noblement, vont de vie à treſpas, delaiſſans pluſieurs enfans excedans le nombre de deux enfans, & iuſques à trois ou autre plus grand nombre, venans à leur ſucceſſion; au fils aiſné par preciput pour ſon droict d'aineſſe, appartient en chacune deſdites ſucceſſions, tant de pere que de mere, vn hoſtel tenu en fief, tel qu'il veut choiſir pour ſon principal manoir, ainſi qu'il ſe comporte d'ancienneté, auec la moitié de tous les autres heritages tenus en fief; & à tous les autres enfans enſemble, l'autre moitié & reſidu deſdits fiefs & heritages tenus noblement.

CVm pater & mater habentes feuda & prædia nobiliter poſſeſſa, decedunt relictis pluribus quàm duobus liberis, venientibus ad eorum ſucceſſionem, filio primogenito in præcipuum, pro ſuo iure primogenituræ, competit in qualibet dictarum ſucceſſionum domus vna feudalis qualem vult eligere, pro manſione principali, prout ab antiquo confinatur, cum dimidia omnium aliorum prædiorum feudalium: omnibus verò aliis liberis ſimul altera dimidia, ſeu reſiduum dictorum feudalium. H. D.

Hic articulus limitatus eſt per nouam conſuetudinem hunc in modum.

S'Il y a pluſieurs enfans excedans le nombre de deux, venans à leur ſucceſſion, au fils aiſné par preciput, pour ſon droict d'aineſſe, appartient en chacune deſdites ſucceſſions tant de pere que de mere vn hoſtel tenu en fief tel qu'il veut choiſir pour principal manoir, auec l'enclos & baſſecourt, ainſi que dit eſt, & la moitié de tous les autres heritages tenus en fief; & à tous les autres enfans enſemble, l'autre moitié & reſidu deſdits fiefs & heritages tenus noblement.

SVMMARIA §. XVI.

1. *Ius præcipui non augetur nec minuitur falua legitima.*
2. ¶ *Q. 1. An & quando ius* eligendi *tranſmittatur in hæredem.*
3. ¶ *Q. 2. Electio perſonalis eſt, nec poteſt cedi.*
4. *Quoniam cohæret perſonæ ex verisimili mente diſponentis.*
   Primogenitus poteſt eligere manſionem à tertio nominatam, vel nominandam.
5. *Patet in eo cui venditum eſſet ius præcipui.*
6. ¶ *Q. 3. Procurator generalis etiam cum libera non poteſt electionem facere.*
   Clauſula cum libera & ſimiles, non operantur ſpeciale mandatum in præiudicialibus.
7. 8. *Sufficit ſpeciale mandatum, nec requiritur ſingulare.*
9. *No. caſum in quo ſingulorum expreſſio non facit mandatum ſingulare.*
10. ¶ *Q. 4. Habens electionem ex lege variare poteſt, niſi electio traxerit ſecum executionem.*
11. *Electio erronea vel inutilis non conſumit ius eligendi.*
12. *Exhibendæ vel oſtendendæ ſunt res eligendæ.*
    Error circa accidentia, non vitiat, ſecus in errore circa ſubſtantiam.
13. *Minor aduerſus electionem incommodam reſtituitur.*
14. *Habenti eligere tempus à iudice præfigitur.*
15. *Electioni locus eſt etiam inter omnino æqualia.*
16. *Vtrum electio fiat per hæc verba, Volo eligere.*
17. ¶ *Q. 5. Vtrum à ſolo primogenito debeant renouari ſubfeuda dependentia à caſtro vel manſione quam elegit.*
18. *Non poſſunt vaſalli monentes à manſione principali adiudicari ſecundogenito qui nihil habet in eadem manſione.*
19. 20. *Solutio quod iura ſubvaſallorum non ſunt de corpore manſionis principalis à qua dependent, nec cedunt primogenito iure præcipui.*
21. *Secundogeniti habent partem in titulo & honore & ſubvaſallis feudi, etiam in quo primogenitus præcipuum capit.*
    Secundogeniti non tenentur portiones ſuas recognoſcere à primogenito.
22. *Subfeuda non à ſola manſione, ſed toto corpore feudi dominantis dependent.*
23. *Secundogeniti habent partem in iuribus ſubfeudorum, nedum in commoditate, ſed etiam in proprietate, & quaſi poſſeſſione.*
24. ¶ *Q. 6. Iuriſdictio caſtri non eſt præcipua ſolti primogenito.*
25. *Iuriſdictio meſt toti territorio, quamuis potiſſimùm reſplendeat in caſtro.*
    Iuriſdictio nõ poteſt per loca diuidi, nec multiplicari per plures filios aut hæredes vaſalli.
26. ¶ *Q. 7. Qualiter iuriſdictio, ſubfeuda, & iura dominicalia debeant diuidi.*
27. *Non ſucceditur in iuriſdictione prorata territorij.*
28. ¶ *Q. 8. Vnius paretis non poſſũt ſimul eſſe duo primogeniti, etiam reſpectu diuerſi matrimonij.*
29. ¶ *Q. 9. Si primogenitus deceſſerit ante patrem; ſiue accepta portione, ſiue non, ius primogenituræ tranſit ad ſequentem.*
30. ¶ *Q. 10. Idem ſi tempore mortis patris quõque, modò inhabilis reperitur.*

Digitized by Google

NOta ergo quòd ipſum præcipuum ſemper eſt vniforme, nec augetur nec minuitur propter paucitatem vel multitudinem filiorum: ſed ſolum, quando contingit legitimam iure naturæ debitam lædi, modificatur, vt diximus *ſupra* §. 13. *gloſſ.* 4. *gloſſ.* 3. ius autem maioris partis reliquorum feudalium, quando ſunt tantum duo filij ſuccedentes, aſcendit ad beſſem, *vt in* §. *præcedenti*, quando autem ſunt plures quàm duo ſuccedentes, puta tres vel decem, coarctatur ad ſemiſſem, vt in *hoc.* §. & nullo caſu ad minus reducitur. Per hunc text. & præcedentes & ſequentes. §. patet, primogenito competere electionem ſui præcipui, ſiue circa manſiones, ſiue iugera in defectu manſionum, & ad complementum eorum quæ ſuper hoc diximus *in* §. 13. *gloſſ.* 2. *& gloſſ.* 4.

2. PRIMO quæro, vſque ad quod tempus habeant hanc electionem? Reſpondeo in perpetuùm, donec electio ſit facta, & ſortita effectum. Et ſic tantum durat, quantum ius adeundi vel immiſcendi, vel petitio hæreditatis. Et eſt ratio, quia iſtud ius ſeu facultas eligendi competit ei iure & nomine proprio, per mòdum iuris, & ad ſui commodum, & ſic eſt perpetua, & * tranſmittitur ad hæredem, & in quemcunque ipsũ ius à quo dependet ſcilicet ius primogenituræ tranſire & tranſmitti poteſt. *l. illud aut illud. D. de optio. vel electio. leg.* §. *opinionis. inſti. de lega.* Secus in facultate eligendi, quæ competeret alicui iure alieno, & pro alio, quia ſiue conſiſtat in mera & libera voluntate, & ſic per modum nudi & meri facti, ſiue in arbitrio boni viri, & ſic nõ eſt meri facti, quia ad mentẽ & diſpoſitionem iuris refertur, nunquam tranſmittitur etiam ad hæredem. *l. ſi.* §. *ſed & ſi quis. C. communia de lega. l. ſi. C. de contrab. empt, & vend. l. ſi quis arbitratu. D. de verb. obliz.* per practi. Papien. in *lib. pro leg. rei ſing. ver. nunc deſcendo ad tertium. art.* per Bar. Paul. Alex. Iaſ. & omnes ſcrib. in *l. ſi ſtipulatus fuerim, in prin. D. de verb. oblig.*

* Quando ius eligendi tranſmittitur in hæredem.

3. SECVNDO quæro, vtrum hæc electio poſſit transferri in extraneum per viam ceſſionis, venditionis, aut ſimilem? Et videtur quòd ſic, ſaltem ipſum ius præcipui cedendo, vel vendendo, prout poſtquam eſt acquiſitum ſibi, & poſt mortem patris, & agnita ſucceſſione, *vt hic.* poteſt liberè in extraneum alienari. & cedi per primogenitum quocunque genere alienationis, vt diximus 5. §. 13 *gloſſ.* 3. q. 4. Cum igitur hæc electio ſit factum executiuum illius iuris, & ab illo dependeat & ſit eius pars acceſſoria, videtur cum eo tranſire, ad quem tranſit illud ius. ¶ Contrarium * eſt dicendum per text. in *d. l. ſi ſtipulatus fuerim, in prin, & in l. fin. in princ. D. de verb. oblig.* vbi facultas eligendi in alternatiuis competens creditori ex ſtipulatione, perſonæ cohæret, & non tranſit in alium viuente ſtipulatore: idem ſentiũt ibi doct. & benè; in electione competente ei cui legata eſt optio vel ſpecies in genere. Rationem autem reddunt, quia huiuſmodi electio eſt meri facti, & non competit per modum iuris: quæ ratio mihi non placet, quia licet huiuſmodi electio in ſui exercitio ſit facta, tamen prout conſideratur in ipſa facultate, & poteſtate eligendi, eſt verum & merum ius, & non factum, ipſi ſtipulatori, vel legatario competens, iure & nomine proprio, ratione legati vel ſtipulationis principalis, à qua iſtud ius acceſſorium, & huius iuris factum executiuum dependent. 4. Vera igitur ratio eſt, quia iſtud ius eligendi cohæret perſonæ ſtipulatoris, vel legatarij ex ſui natura, & ex tacita & veriſimili intentione contrahentium, vel teſtatoris vnde ſicut præfati doct. ibi reſpondendo ad *l. ſi mulier*, §. *ex aſſe. D. de iure dot.* vbi dicitur ius reſtituendi fideicommiſſum vniuerſale ex Trebelliano, non poſſe in alium cedi, vel delegari, nec alij reſtitui: rationem reddunt, quia reſtitutio non fieret ſecundum quod teſtator diſpoſuit, eodem modo dicendum eſt quòd electio competens ſuperiori vel legatario, non poteſt alij cedi, nec per alium fieri, quia non fieret, nec procederet electio ſecundùm veriſimilem intentionem & mentem contrahentium, vel teſtatoris. Ita eſt dicendum in text. noſtro, quia ſi primogenitus poſſet in extraneum cedere & transferre hanc facultatem, vel ius eligendi, non fieret electio ſecundum quod intendit conſuetudo, quæ attribuit iſtud ius perſonæ primogeniti, & per ipſius, & non alterius electionem vult poſſe præiudicari reliquis filiis. Sed dicet quiſpiam, praxis quàm iuris callentior, quorſum ſcrupulosa iſthæc & inutilis indagatio! nunquid primogenitus poteſt eligere eam manſionẽ quam, puta Titius, aut quiuis extraneus elegerit? Reſpondeo, * poteſt primogenitus eam eligere, quam extraneus nominauit, vel nominabit. Sed per hoc extraneus nullam habet vel exercet electionem etiam mera facti, ſed (etiam tali caſu) ipſe primogenitus ſolus de facto cenſetur eligere, & elegit nominatam, vel nominandam miniſterio alterius manſionem: ita quòd nedum ius, ſed etiam actus, & ipſum factum electionis, penes primogenitum reſidet, & ab eo exercetur relatiuè ad rem per alium nominatam, vel nominandam, quemadmodum nedum purè poteſt eligere: ſed etiam ſub qualibet conditione præterita, præſenti vel futura, nec iſtud eſt omnino in praxi vanum aut inutile.

* Electio eſt perſonalis, & non poteſt cedi.

* Primogenitus poteſt eligere manſionem à tertio nominatam vel nominandam.

5. ¶ Pone enim primogenitum vendidiſſe ſuum ius præcipui, quòd libere poteſt mortuo patre, vtrum emptor poſſit, quam voluerit manſionem pro principali eligere; dicendum per prædicta, quòd non, ſed ſolus venditor, penes quem remanſit iſtud ius & facultas, tanquam inceſſibilis, non obſtantibus quibuſcunque ceſſionibus cum clauſulis prægnantibus: etiam ſi per venditionem vendiderit & ceſſerit expreſsè ius & facultatem eligendi manſionem, hoc non valet, quantum ad ipſam electionem certæ manſionis. Sed fienda erit determinata electio, per primogenitum, etiam ſi conſtituerit emptorem procuratorem ſuum ad eligendum nomine conſtituentis vnam ex manſionibus quia reſpectu cæterorum fratrum non valet electio emptoris, etiã hoc nomine facta, niſi iterum eligatur, vel notificetur per primogenitum, vt in *q. ſeq.* Quid ſi contractus venditionis habeat hanc clauſulam, quòd primogenitus vendit præcipuum ſuum, cum iure & facultate eligendi principalem manſionem. & in præſenti ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc eligit & acceptat illam quam emptor voluerit, & velle ſe, & eligere declarauerit: poſtea emptor (fortè diligenti interim inquiſitione valoris & ſitus præmiſſa) certam manſionem elegit, vel optauit: an valeat hæc electio, ſine alia noua approbatione, vel ratificatione primogeniti venditoris? Breuiter dico quòd ſic, non virtute electionis alicuius factæ per emptorem quia nulla cenſetur per eum facta. Sed virtute electionis dudum factæ per primogenitum, ſub præfata conditione, quæ per nominationem & optionem emptoris purificata & liquidata fuit. An autem medio tempore, hoc eſt, ante declarationem factam per emptorem poſſit venditor pœnitere, reſpectu ſaltem ſolius electionis, & certam aliam manſionem deligere, in præiudicium d. clauſulæ & nominationis collatæ in emptorem, patet j. *eod. q.* 4. *num.* 10.

6. TERTIO quæro, vtrum huiuſmodi electio poſſit ſaltem procuratori mandari & commiti, ſeu fieri per procuratorem eligentem nomine primogeniti? & videtur quòd non. ex eo quòd ſimilis cauſa intereſſe videtur militare in procuratore, quæ & in ceſſionario, videlicet quòd non poterit eligere in duriorem, vel damnoſiorem cauſam filiorum, quàm primogenitus, vt videatur iuſtè poſtulari poſſe, electionem potius fieri per ipſummet primogenitum, *arg. d. l. generaliter, in fi. D. de fideic. lib.* Et hoc ſaltem quando eſſet tantum procurator generalis: quia tunc non poſſet electio per eum, nec eius miniſterium fieri, ſed oportet quòd habe-

bat ſpeciale mandatum, vel quòd ſequatur ratificatio ipſius primogeniti; ita expreſſim decidit Bart. in *ſimili, in d. l. ſtipulatus fuerim, in fi. quem ſeq. communiter ſcrib. ibi.* Pro breui reſolutione dico, aut eſt procurator generalis tantum, puta bonorum, iuxta *l. procurator totorum, D. de procura.* Et tunc dico quòd non poteſt facere hanc electionem, ſed procedit d. theorica Bart. quod amplio vltra Bart. & ſcrib. ibi, etiam ſi eſſet procurator generalis cum libera, vel cum aliis clauſulis æquipollentibus, puta cum poteſtate faciendi quicquid dominus poſſet ſi eſſet præſens. Non obſtat, quòd talis procurator poteſt ea quæ ſpeciale mandatum requirunt. *l. procurator cui generaliter, D. de procurat. * c. qui ad agendum, in fi. de procura. in 6.* quia iſta iuris cenſura de extenſione poteſtatis procuratoris inſtituti cum libera, non eſt recepta in vſum in præiudicialibus, & hoc propter abulum notariorum, paſſim inferentium dictam clauſulam, cum libera, & ſimiles, cuius vires & effectus non declarant mandatoribus, & fortè nec ipſi notarij intelligunt, vnde quia abierunt in formulam & conſuetudinem ſcribendi, magis accipiuntur pro verbis ſtyli communis, quàm pro verbis diſpoſitiuis, vnde parùm operantur, vt in ſimili decidit Bar. *in l. 2. D. de iure codicil.* & plenius infra diximus.

* No. pro fimil. ca. qui ad agendum de procura. in 6.

7. Aut eſt procurator ſpecialis, non dico ad eligendum manſionem, ſed ad agendum petitione hæreditatis, vel familiæ herciſcundæ, & ad faciendam diuiſionem bonorum huius ſucceſſionis, & accipiendam portionem ſpectantem ad primogenitum, & tunc dico, quòd * quamuis iſtud mandatum non ſit formaliter ſeu expreſſè ſpeciale ad eligendum, tamen virtualiter & effectiuè eſt ad hoc ſpeciale. Ratio, propter neceſſarium antecedens quod includitur in mandato ſeu voluntate conſequentis, *l. illud, D. de acqui. vel omit. hæred. l. pen. C. de neceſſa. ſer. her. inſti. cum vulg.* Sed electio & declaratio certæ manſionis eſt antecedens neceſſarium ad faciendum diuiſionem bonorum, & accipiendum certam portionem iuris ſpectantis ad primogenitum, igitur & id cenſetur tacitè & ſpecialiter mandatum, non autem in indiuiduo: quia ex quo non eſt expreſſa certa manſio, non poteſt dici tale mandatum eſſe indiuiduum ad certam & determinatam manſionem, nec expreſsè, nec tacitè, dico tamen tale mandatum ſufficere ad eligendum. Et multò fortius ſi procurator habeat expreſſum mandatum ad eligendum manſionem principalem, poterit vnam certam & determinatam, quam volet eligere, & valebit electio, & præiudicabit tam reliquis filiis, quàm ipſi primogenito mandatori, qui talem procuratorem elegit, quamuis non habeat mandatum indiuiduum, ad eligendum. Et ita expreſsè decidit Bar. in loco prælegato, vbi non facit mentionem de mandato indiuiduo, ſed ſolum de ſpeciali. Non obſtat quòd militat idem inconueniens & intereſſe filiorum in procuratore ſpeciali tantùm, ſicut in ceſſionario: quia poterit aliter eligere, quam fuiſſet electurus primogenitus, de quo lex magis confidit quòd benignius agat erga fratres, quàm extraneus, vt contra Bar. obiiciunt & tenent Angel. *in l. cum debitorem. D. rem ra. habet.* Rapha, Cu. *in d. l. ſi ſtipulatus fuerim, in fi.* quia defendendo Bart. ſecundum. Petr. de Bexu & Ial. *ibi in fi.* dicendum eſt, quòd ex quo eſt procurator ſpecialis ad actum huius electionis, vel ad actum qui eam neceſſariò præſupponit, ſatis veriſimiliter informatus præſumitur ad plenum, & in indiuiduo de voluntate domini. Et vltra eos reſpondeo, quòd in procuratore non limitat tanta nec æqualis ratio, intereſſe filiorum, ſicut in tertio volente eligere ad ſui commodum, quia procurator non eligit ſibi ſed domino, & ſic præſumitur quòd non erit affectatus ad eligendum in detrimentum reliquorum filiorum vilioſem manſionem, ſed ad intentionem domini illam quæ plus veriſimiliter placebit, & placere debet domino.

* Speciale non ſingulare mandatum requiritur.

Ex quibus ego infero, quòd ſi iſte procurator eſſet procurator in rem ſuam, qualis eſſet emptor præcipui, cum mandato & procuratorio eligendi nomine primogeniti, ſed non ad illius, ſed emptoris commodum, vnam ex manſionibus pro præcipuo, non haberet locum hæc deciſio Bart. & noſtra, ſed procederet opinio contraria, Angel. & Raph Cu. Ratio, quia in tali procuratore in rem ſuam, omnino æquè per omnia tanta militat ratio ſuſpicionis & intereſſe, ſicut in ceſſionario extraneo. Tum ſi hæc via haberet locum, facilè fieret fraus ceſſioni prohibitæ, & per indirectum liceret quod non licet directo contra regulam *c. cum quid vna via de reg. iur. in 6.* Itaque in hoc vltimo caſu eſſet neceſſe quòd ratificatio ſequeretur electionem talis procuratoris in rem ſuam, vel quod præceſſerit conditionaliter, vt ſupra dictum eſt, vel quòd haberet mandatum in indiuiduo, ad eligendum talem certam manſionem: quo vltimo caſu nulla eſt difficultas, quia conſtat quòd ſtatim à principio talis indiuidui mandati, facta fuit electio manſionis expreſſæ per ipſummet primogenitum, quum ſit actus conſiſtens in ſola determinatæ voluntatis expreſſione: igitur vt in ſimili notatur *l. Paulus reſpon. per procuratorem, D. de acquir. vel omit. hæred.* Et hoc dummodo aliàs electio non ſit erronea, ſed facta ab habente notitiam manſionum feudalium, *vt ſ. eo. nu.* 11. 12.

9. Sed quid ſi cedendo vel mandando emptori ſuo facultatem eligendi qualem manſionem vellet, ſingulas exprimat, puta talem vt talem, vel illam, & ſic de aliis? Et videretur iſtud mandatum eſſe in indiuiduo, reſpectu ſingularium, ex quo ſingulæ exprimuntur: tamen verius eſt quod non eſt niſi mandatum in genere ſubalterno iſtarum manſionum. Ratio, quia nulla certa & determinata eligitur, nec mandatur eligi, ſed vna incerta de illis. Et ſic mandatum non eſt ſingulare: igitur non eſt de indiuiduo certo, ſed de incerto de certis & ſic in quodam genere ſubalterno. Sed nunquid hoc caſu, & in verſ. præcedenti, ſatis apparet primogenitum ex nunc eligere velle illam quam eliget vel nominabit emptor, & mandatarius? Reſpondeo, illa verba quodammodo præſupponunt ita eum velle. Sed tamen non diſponunt, nec apparet quòd primogenitus ex nunc de facto talem, quæ eligitur, eligat: vnde non ſufficit apparere ita velle, niſi ita diſponat, *l. quidem. in fin. D. de hared. inſt.* & in propriis terminis non ſatis eſt velle eligere, niſi eligatur. *glo.* Bart. & omnes doct. in *l. ſerui electione. in prin. D. de leg. 1.*

10. QVARTO quæro, vtrum primogenitus in huiuſmodi electione * variare poſſit? Omiſſis aduentitiis & peregrinis quorundam argumentis, rem ipſam radicitus, ex propriis & ſubſtantialibus fundamentis reſoluemus. Et primò videtur, quòd poſſit quandocunque variare, quia is cui competit electio ex diſpoſitione legis, poteſt variare, nedũ poſt litem cõteſtatam, ſed etiã poſt ſententiam. text. in *l. eum qui certarum, in fi. ibi licebit tibi quoties voles mutare voluntatem. D. de verb. obligat. in l. qui ex pluribus, in fin.* & ibi Aret. in 3 *not. ea. tit. l. item veniunt. §. cùm prædiximus, D. de peti hære.* Primogenitus autem habet hanc electionem ab hac lege conſuetudinaria: In contrarium facit quòd vbicunque electio trahit ſecum executionem, non admittitur vlla variatio. text. in *l. ſerui electione, in princip. in l. huiuſmodi, §. Stichum, D. de legat. 1. l. ſtatu. liberum, in fi. D. de lega. 2. l. apud. Anſidium, D. de opt. leg.* vbi videtur caſus pro quæſt. noſtra, dum ratione ſublatæ variationis reddit text. quoniam continuò eius fuit, ſimul ac elegerit, quæ ipſiſſima ratio militat in præſenti, vbi cõſuetudo dat primogenito optionẽ manſionum, qua optione facta, ſtatim manſionis electæ dominium in eum trãſit, imò etiam poſſeſſio, quum iſtud ius præcipui iure hæreditario habeatur, & vt noſtrate verbo vtar, ſaiſiat primogenitum, *per no. §. 8. gl. 2.* Igitur quum iſta ele-

* Vtrum habens eligere variare poſſit.

ctio trahat ſecum executionẽ de iure & de facto, in proprietate & in poſſeſſione, nullus relinquitur locus variationi. Idem ſi ſolùm trahat ſecum executionem in proprietate. *d. l. apud Auſidium.* vt ſi elegerit manſionem feudi, quod erat in dominio defuncti, ſed ab alio iniuſtè poſſideatur. Et hæc pars ſimpliciter & concluſiuè loquendo eſt vera, quia fundatur in ratione ſpecifica, per quam derogatur regulæ in genere, pro prima parte adductæ, quæ limitatur, vbicunque electio trahit ſecum executionem, ſiue à lege, ſiue ab homine, vt not. per glo. Bart. & omnes in *d. l. eum qui certarum, in fi. Bar. in d. l. ſerui electione.* Hanc concluſionem limita, niſi fortè cohæredes huiuſmodi electionem de facto controuerterent, per not. in ſimili *gl. ſing. in c. cum veniſſent in ver. obtulit de eo. qui mitti. in poſſeſſ.* quem ſeq. ibi Panor. & alij. Ludo. Rom. *ſing.* 150. Felin. in *c. capitulum, col.* 13. *de reſcri.* Item ſecundò limita, vt procedat, dummodo electio ſit valida & efficax, ad quod multa requiruntur, ſecundùm glo. & doct. in *d. l. ſerui electione, in princ.*

11. Sed quantum ad præſentem materiam, in effectu duo tantùm requiruntur; primum quòd electio fiat de manſione feudali, non quæ fuerit in nuda poſſeſſione, ſed quæ fuerit in dominio defuncti, per text. in *l.* 2. *D. de opt. legat.* vnde ſi * elegerit certam manſionem quæ euicta fuit, vtpote aliena, poterit iterum aliam eligere, nec iſtud ius eligendi conſumptum fuit per optionem quæ non valuit, nec ſecum aliquam executionem traxit, inquit text. in d. l. 2. quod procedit, nedum ſi ſolo verbo electio eſſet facta: ſed etiam ſi diuiſione facta, & de facto executa, reliquæ manſiones aliis filiis adiudicatæ & traditæ eſſent, etiam iudice authore: quia nihilominus hinc inde debetur euictio. Et hoc niſi eligens fuiſſet ſciens, *per l. ſciphi, D. de optio. lega. l. ſi fratres, C. communia vtriuſque iud. l. ſi fundum ſciens, C. de euictio.* Similiter ſi elegerit manſionem cenſuariam ignoranter, aliam poterit feudalem eligere, & vendicare, reſtituendo electam per errorem: qui autem ſcienter alienam rem eligit, videtur eam in ſolutum accipere, & de iure ſuo tranſigere. Quid ſi elegerit manſionem feudalem, quæ erat in dominio defuncti, ſed reuocabiliter, puta à defuncto acquiſitam ſub pacto redimendi: deinde poſt eius obitum, optionem & diuiſionem hæreditatis factam, redempta fuit per veteres dominos à primogenito? Et videtur quòd non poſſet ad aliam manſionem redire, nec aliam eligere, ſaltem aſſignatam ex diuiſione minori fratri in portionem ſuam: quia ex quo manſio redempta erat feudalis, & in bonis, & ſucceſſione defuncti tempore electionis, & ex virtute electionis, & huius conſuetudinis, acquiſita fuit primogenito iure præcipui, videtur electio ſemel ſortita effectum, & diſpoſitio huius conſuetudinis ſemel impleta & conſumpta. Tum non videtur primogenitus catere manſione electa, cuius habet pretium, quod loco rei ſubrogatur, in his quæ pro hæreditate poſſidentur, vt iſtud ius præcipui text. in *l. ſi & rem & pretium, D. de peti. hæred.* Et re ipſa principali vti & frui videtur, qui eius pretio fruitur, *l. quia qui pretio, D. de vſufruct.* Tamen dicendum eſt, niſi ſcienter rem redimibilem, vel alias reuerſioni ſubiectam elegerit, poſſe aliam eligere, pretium quod ex redemptione recepit reſtituendo: vnde in hoc & præcedenti caſu debebit in cauſa euictionis & redemptionis cohæredes vocare ſecum defenſuros, & ſi euictio ſequatur, per idem iudicium condemnandos, & præſtationem alterius manſionis, quam primogenitus volet eligere: vel ſi non ſit alia manſio, ad præſtationem vnius iugeri terræ feudalis, quale voluerit eligere: non enim dicitur electio conſumpta, ex quo non perſeuerat, & aliud ſupereſt, vnde plena & irreuocabilis electio fieri poſſet. Et hæc conſuetudo dans huiuſmodi optionem, intelligitur plenè & cum effectu: & cùm agatur de vi comprehenſiua, debet, ſi opus ſit, latè interpretari in fauorem primogeniti. Plus dico, quòd non tenetur primogenitus expectare, donec electa manſio euicta vel redempta ſit: ſed ſi docere poſſit eam talem eſſe, ſéque ignoraſſe, ſtatim poterit aliam, vel iugerum feudale eligere & vendicare, offerendo reſtitutionem rei electæ. Ratio, quia ex quo tale onus rei electæ nõ fuit manifeſtatum, ſed occultatum, non cenſetur facta debita exhibitio, ſiue manifeſtatio rerum; vnde de integro poteſt eligi, quia prior electio non valuit. *arg. d. l. ſciphi. de opt. lega.* 12. Secundum requiſitum, vt quemadmodum in mobilibus debet præcedere * exhibitio omnium rerum, in quibus competit ius optandi: ita eadem ratione in immobilibus debet præcedere manifeſtatio & declaratio, & (ſi petatur) oſtenſio omnium manſionum feudalium: vel illis deficientibus, omnium prædiorum feudalium, ex quibus eligi poterit iugerum terræ. Alioquin facta electio certæ manſionis, vel certi iugeri, cùm eligens ignoraret alias eſſe manſiones, vel prædia, non valeret. text. in *d. l. ſciphi.* niſi ſcientia ſecuta ratificauerit, ſecundùm Bald. in *l. fin.* §. *communia, C. de lega.* Si autem, cùm ſciret alias eſſe manſiones vel prædia, proceſſerit ad electionem fortè deterioris, in valore & reditu, etiam ignorans hanc æqualitatem minoris valoris vel commoditatis, non puto poſſe variare, nec illi ſubueniendum eſſe, ſed ſuæ facilitati & negligentiæ debet imputare, quòd diligenter non inquiſiuit, nec inueſtigauit de commodo & valore rerum, quum ſibi liceret hoc facere, & electionem deferre. Secus igitur ſi fuiſſet impeditus ſcire valorem rerum per cohæredes, vel alias eorum mendacio, dolo, vel fraude in hanc captionem incidiſſet. Quid ſi dolo, affirmatione, & mendacio tertij, ſine vlla fraude cohæredum? puto electionem nõ poſſe mutari, ſed ſolùm aduerſus doloſum illum tertium de dolo experiendum, in id quod intereſt. *per l. ſi quis affirmauerit, D. de dol. malo.* Ex quibus corollariè infertur, quòd error eligentis in valore & commoditate rei non vitiat electionem, nec facit eam variabilem, niſi intercedente fraude eorum, qui ex tali electione commodum capiunt, quia hic error non eſt niſi in accidenti. Error autem in ignorantia ſubſiſtentiæ aliarum rerum quæ poterant eligi, vel qualitatis cenſuariæ, & non feudalis, vel euincibilitatis rei, vitiat electionem, & facit locum de integro alij electioni, quia hic error concernit ſubſtantiam ipſam rei eligendæ, ſeu illud quod potiſſimùm in illa conſideratur. *fi. l. in venditionibus, D. de contrab. empt. & vend.*

13. Limita tertiò principalem concluſionem, ſi electio facta ſit * per minorem: quia quomodocunque captus ſit, ſiue eligendo deteriorem, ſiue cæteris paribus omittendo antiquam maiorum manſionem, nouam quandam elegerit, poterit in integrum reſtitui, & ſic de integro eligere. text. in *l. & ſi ſine. in princip. l. ſi emptionem. D. de minorib.* Si autem electio ſit facta per ſolum pupillum, ipſo iure non valeret. *arg. pupillus, D. de acquirend. hæred. l.* 1. *ad fin. C. de ſal. mone.* vt tenent Bart. Ial. & cæteri in *d. l. ſerui electione, in princ. D. de legat.* 1. Et hoc niſi in quantum eſſet vtilis pupillo.

14. Pro complemento huius materiæ electionis inquantum diximus ſ. *eod. q.* 1. facultatem hanc eligendi perpetuã eſſe, intellige de ſe, & aptitudine; poteſt enim ex cauſa abbreuiari, pacto & conſenſu partium, vel per iudicem, qui iudicio diuiſionis, primogenito differenti eligere, poterit certum moderatum tempus præfigere, infra quod eligere tenebitur. *l. mancipiorum, D. de optio. lega.* quo termino lapſo amplius non poterit eligere, niſi res ſit integra: res autem deſinit eſſe integra, nedum per diſpoſitionem & adiudicationem ipſarum rerum, *vt in d. l. mancipiorum, cum l. ſeq.* ſed etiam ſi pactum partium, decretum, vel interlocutio iudicis, nedum præfigat terminum, ſed etiam electionem in iudicem vel aduerſarium tranſferat, vel electionem minoris & deterioris rei contineat, caſu quo infra terminum non ſit electum, prout ſtatui poteſt, vt tradit Bar. & alij in *l. eum qui certarum*, §. *fi. D. de verb. oblig.*

15. Ad-

* Electio erronea vel inutilis non conſumit ius eligendi.

* Exhibitio rerum eligendarum.

* Minori ſubuenitur in electione quã fecit.

15. Aduerte etiam, quòd electio quæ competit primogenito, inter manſiones vel iugera, competit etiam * ſi in illis ſit omnimoda æqualitas, quia conſuetudo indiſtinctè dat ei liberam eligendi facultatem : vnde falſa eſt deciſio Ludo. Roma. *ſing.* 487. *legat. teſtator.* vbi dixit, legatum optionis, in rebus omnino conformibus, & in nihilum differentibus, nihil valere per text. ſing. cum gl. in *verſi. optio in l. cùm aurum. verſ. vnde eſt quæſitum. D. de auro & arg. lega.* inferens ſtatutum optandi prębendas per antiquiorem canonicum, de quo in *c. fin. de conſuet. in 6.* non habere locum in prębendis omnino conformibus, refert do. Pet. Rebuf. in hoc ampliſſimo Senatu aduocatus eximius, vtriuſq; Iuris Doctor, Canonúmque ordinarius in hac Vniuerſitate, in ſuo tractatu nomina. *q.* 15. *num.* 36. vbi dicit, ſe non paſſim hoc approbare, in ſuis additionibus ad *d. c. ſi. quæ non vidi.* Ego autem ſimpliciter dico, illud dictum Rom. eſſe falſum, non obſtat *d. verſ. vnde eſt quæſitum*, quia loquitur continuatiuè & relatiuè ad verſ. præcedentem : vbi agitur de legato quantitatis, de quo intelligitur *d. verſ. vnde eſt quæſitum*, & ſic non eſt mirum, ſi ibi legatum optionis non valeat, quum in quantitatibus eiuſdem generis & quantitatis, nedum nullus cadat delectus, ſed nec vlla affectio. *l. nummis. D. de in lit. iuran.* ſed omnimodam functionem inter ſe recipiunt, *l.* 2. §. 1. *D. de reb. credit.* Plures autem ſpecies, licèt contingat quòd ſint omnino conformes, & ſic non ſit propriè dabilis delectus, eſt tamen dabilis affectio, nec functionem recipiunt ad inuicem. Et ſic inter eas poteſt propriè locum habere electio, & valeret legatum, ſtatutum, conſuetudo, & quæuis diſpoſitio optionis, & ita concludo. Ita etiam ſentit do. Ioan. Cir. *in d. tract. primogeniti lib.* 2. *q.* 4. *ſuper.* §. 9. *col. penult.* licèt non ſic explicet, ſed relinquat cogitandum.

Electio procedit etiã inter omnino æqualia.

16. ¶ Vltimò nota, quòd cùm huiuſmodi electio dependeat à ſola & mera voluntate primogeniti, quibuſcunque * verbis exprimat certam & actualem voluntatem, inducitur electio, & executio inuariabilis ; ſiue dicat, talem manſionem volo, vel eligo, vel accepto, ſiue habere aut obtinere volo, aut alia æquipollentia, videlicet voluntatem in actu exiſtentem, vel executionem actus deſignantia : ſecùs ſi tantùm eſſent verba deſignantia voluntatem in via ad actum, vt iſta verba, volo eligere talem manſionem : nondum enim elegit in præſenti, ſed ſignificat velle eligere in futurum, vt tenet glo. Bart. Bald. Ang. & communiter doct. in *d. l. ſerui electione in princ. D. de lega.* 1. *in l.* 1. *C. de ſum. trin. & fide cath. cano. in c. ex literis.* 1. *de ſponſal.* Nec obſtat, quòd illa verba, volo eligere, ſignificant aliquam voluntatem de præſenti, ergo actum, quum omnis voluntas ſit actus, quia verum eſt quòd ſignificant & important voluntatem præſentem actus eliciti, quem diſponunt ; ſed non ſignificant voluntatem præſentem actus imperati, nec aliquid de ipſo actu imperato (quæ eſt ipſa realis electio) diſponunt, ſed illum annunciant duntaxat ; vnde ex vi illorum verborum non colligitur actualis electio, ſed quædam tendentia in futuram electionem. Ex circumſtantiis autem poſſunt illa verba ſuppleri & perfici, vt actum conſummatum importent, puta quando cum deliberatione ad hoc exquiſita, vocatis teſtibus, vel amicis, vel tractatu ſuper hoc habito, tanquam concluſio actus proferuntur : tunc enim intelliguntur diſpoſitiuè & perfectè proferri : & inducunt actualem electionem inuariabilem, *l. Pamphilo.* §. *propoſitum. D. de lega.* 3. no. Bart. in *l. gerit. colum.* 3. *D. de acquir. hæred.* & omnes ſcrib. in *d. l. ſerui electione. & in l.* 1. *C. de ſum. tri. & fide cath. & in d. ca. ex literis.* Et not. quod non requiritur interrogationem præcedere, & teſtes accerſitos eſſe, vt in *d.* §. *propoſitum.* Imò ſufficit alterum, vt tenet Bart. in *d. l. gerit.* nec quantum ad iſtud, videlicet an verbum volo, iunctum infinitiuo, inducat diſpoſitionem : eſt differentia inter contractus & vltimas voluntates,

* Quibus verbis fiat electio.

vt eſt communis & vera ſententia (quicquid ſcripſerit Bald. in *d. l. ſerui electione.*) & ita tenent Angel. Imol. Paul. Alex. in *d. l. ſerui electione*, Paul. in *d. l.* 1. & ibi Iaſ. *lect.* 2. *col.* 4. *C. de ſum. trin. Imo.* vtrobique in hoc ſufficit conſtare de certa & deliberata voluntate, vt per Soci. in *l.* 1. §. *ſi quis ita, col.* 1. *D. de verb. obligat. & conſil.* 86. Viſis, *col.* 1. 2. *lib.* 3. vbi in hærede grauato reſtituere illi de tali familia quem elegerit, & hæres coram fide dignis dixit ſe velle eligere Paulum, & non conſtat de alia electione, nec de voluntatis mutatione. Conſuluit Socin. Paulum eſſe electum, & poſſe petere fideicommiſſum. Idem cenſeo in præſenti, ſi primogenitus ſemel & ſeriosè dixerit, ſe velle eligere talem manſionem, non poteſt alia eligi ab eius hærede, imò nec ab ipſo primogenito, quia electio trahit ſecum executionem, dummodo apparet deliberate, & à ſciente factam eſſe. Et hæc nota, quia vix inuenies alibi ita breuiter & apertè declarata. Adde quæ dixi j. §. 142. Quàm autem ſit vtilis & neceſſaria etiam in praxi, inueſtigatio & reſolutio præfatæ materiæ electionis, liquebit vlteriùs ex plurimis quæſtionibus per prædicta decidendis, in d. §. 142. vbi explicantur multæ dubitationes emergentes ſuper illa ſolita alternatiua dotis ſiue dotarij conſuetudinarij & præfixi in voluntatem & electionem futuræ vxoris.

17. ¶ QVINTO pro pleniori reſolutione materiæ huius §. & duorum præcedentium, quæro ; Videmus primogenitum iure primogenituræ in ſucceſſione cuiuſque parentis habere manſionem principalem, cum ſuis connexis iure præcipui, & vltra omnium reliquorum *feudalium* beſſem, vel ſemiſſem, pro numero filiorum : quid de *ſubfeudis*, & iuribus ſubvaſallorum, à feudo vel feudis dependentium? & primò de dependentibus & mouentibus à feudo, in quo accipit principalem manſionem ? Et videtur prima facie quòd ſpectent ad ſolum primogenitum, eodem iure præcipui, quoniam huiuſmodi ſubfeuda verè dependent & tenentur ab ipſo caſtro, ſiue à manſione principali, tanquam à capite feudi dominantis : non autem dependent nec mouentur à reliquo territorio, vel terris feudi : ſed ſunt pars & portio territorij, terrarúmque loci & manſionis dominantis, ſaltem reſpectu dominij directi actu retenti, * quod habet vim attractiuam dominij vtilis, inquit Bald. *in conſ.* 9. *factum tale, col. lib.* 1. ipſum autem territorium, ſiue ambitus terrarum caſtri, ſe * habet ad caſtrum, quemadmodum acceſſorium ad principale, & ipſi caſtro ſubiacet, vt not. Oldra. in *conſ.* 121. *ad primam*, Bald. *in cap.* 1. *de capita curi. vend. col.* 4. *in vſib. feud.* Pet. Anchar. *in Repet. cap. acceſſorium, col.* 30. *de reg. iur. in 6.* Igitur ſi pars territorij, vel terrarum caſtri infeudetur, retento directo dominio, & iuribus feudalibus & dominicalibus ; omne illud ius feudale retentum in d. conceſſione, remanet acceſſorium caſtri, ſubiectum & dependens à caſtro, vt priùs dependebat res conceſſa. facit not. dictum Bald. in *l. talem in fi. D. de hæred. inſtit.* Vtque rem ipſam velut oculis ſubijciamus, pone tres aut plures filios ſuccedentes parenti, qui reliquit amplum feudum, à quo plura ſubfeuda mouentur, olim conceſſa in feudum ratione talis caſtri, vel loci dominantis, ſub cuius denominatione ſolita ſunt recognoſci & renouari : primogenitus accipit illud caſtrum, vel manſionem principalem cum ſuo circuitu iure præcipui, & cum hoc mediam partem reliquorum prædiorum illius feudi, dimidium autem reſidui diuiditur inter reliquos filios viriliter : nunc quæritur à quo filiorum debeant ſubvaſalli renouare fidelitatem & inueſtituram accipere ? Et multis magniſque rationibus videtur, quòd à ſolo primogenito, qui ſolus eſt dominus manſionis principalis, non autem à ſecundogenito, vel aliquo eorum, quum nihil habeant in ipſa manſione, à qua feuda dependent : igitur in ſubfeuda nullum ius dominicale, vel feudale habent, nec in totum ; nec in parte, nec poſſunt

* Dominium directum habet vim attractiuam vtilis.

* Territorium acceſſ. & ſubeſt caſtro.

in illa, vel in ſubvaſallos aliqua prehenſione, vel poteſtate dominica vti. Sed id totum ſpectat ad ſolum primogenitum. 18. ¶ Patet quia * etiam primogenitus, remanens in ſolidum dominus caſtri, vel manſionis, non poſſet facere etiam expreſſo pacto, quòd ſubfeuda dependeant ab aliquo ex ſecundogenitis, qui haberet aliquam partem terrarum feudi, ſed nihil haberet in manſione principali? nec etiam poſſet illi ſubijcere vaſallos ſine eorum conſenſu, imo etiam de eorum conſenſu, non poſſet hoc facere, ſine conſenſu & authoritate ſuperioris domini feudalis: cuius intereſt ſtatum feudi quantum ad ipſa iura infidelitatis, non immutari, vt dicemus j. §. 35. *g.* 3. Idque eſſet diſmembrare feudum, & ſeparare vaſallum à loco dominanti & alienari vaſallagium (vt ita loquar) ſine patronatu: quod eſt prohibitum, impoſſibile & repugnans, vt diximus ſupra, §. 1. *glo.* 3. *num.* 16. *&* 17. Si igitur ad primogenitum ſolum ratione manſionis principalis ſpectat ipſum ius & exercitium poteſtatis feudalis in ſubvaſallos & ſubfeuda: igitur ad eum ſolum ſpectant laudimia, & reliqua commoda illius iuris & poteſtatis: & ſic ſecundogeniti nihil poſſunt prętendere in iſtis, ſaltem reſpectu feudi, in quo primogenitus capit iſtud principuum, & principalem manſionem elegit. Si autem ſint alia feuda in eadem ſucceſſione, tunc quia in illis primogenitus non capit præcipuum, ſed ſolùm medietatem, tam manſionis principalis, quàm reliquorum prædiorum, reliqua medietatè, tam in manſione, quàm in prædiis, ad reliquos filios viriliter pertinente: non eſt dubium quin ſecundogeniti ex quo concurrunt cum primogenito in dominio principalis manſionis, concurrant etiam in dominico iure, & in omni poteſtate feudali, in ſubfeuda, & ſubvaſallos inde dependentes. Et idem eſſet ſi primogenitus non eligeret principalem manſionem, à qua titulus & denominatio feudi, & ſubfeuda dependent, ſed aliam ſimplicem domum eiuſdem feudi, loco principalis manſionis eligeret, provt ſibi licet per deducta circa principium huius §. Et tunc eſſet dicendum, ſicut concurrentibus pluribus patronis diximus j. §. 2. *glo.* 4. *g.* 8. 19. ¶ In contrarium videtur quòd * non ſint præcipua ſoli primogenito, etiam in feudo, in quo accipit præcipuum. Primò quia conſuetudo non dat ei, iure præcipui, niſi ipſam domum & manſionem principalem, vel quam elegerit, vnà cum ſuis appendentiis, quæ tamen ſunt de corpore & vnitate corporali ipſius manſionis, vt declarauimus j. §. 13. *gloſſ.* 4. Sed iura feudalia ſubvaſallorum, quamvis videantur principaliter dependere à principali manſione, velut a capite, & ſicut aqua ex caſtello, vt ait Bald. *in d.* §. *de capi. qui curi. vend. col.* 4. tamen non ſunt pars nec portio corporalis ipſius manſionis, ſed res dicta ab ipſa manſione. Quemadmodum iura reddituum, cenſuum, vectigalium, & ſimilia: quæ debentur à pluribus ſubditis, cenſuariis, emphyteutis, & ſimilibus ſoluenda quolibet anno, certo die, ſub pœna mulctæ, in dicto loco caſtri vel principalis manſionis, tanquam debita domino, ratione talis caſtri, vel manſionis, tamen clarum eſt, quòd non ſunt pars corporalis manſionis, nec propriè illius appellatione veniunt, nec cedunt primogenito eligenti dictam manſionem iure præcipui: ſed remanent diuidenda, ſicut reliqua prædia, & iura feudalia. Eodem modo dicendum videtur de iſtis iuribus dominicalibus ſubvaſallorum, alioquin ſi ius præcipui, quod per conſuetudinem limitatur ad manſionem principalem: extenderetur ad huiuſmodi iura dominicalia, de quibus conſuetudo inducens præcipuum, non loquitur: eſſet vti virtute extenſiua, videlicet à re expreſſa, ad rem in verbis non comprehenſam; quod non licet in hac materia iuris primogenituræ, quod non recipit interpretationem extenſiuam, ſed illius reſpectu debet ſtrictiſſimè interpretari, vt diximus j. §. 13. *gloſſ.* 3. *quæſt. fi.*

20. ¶ Secundo hoc probatur *per* §. 68. *infra eod.* iuncto textu proceſſus verbalis, ſuper reformatione veteris articuli: vbi clarè probatur, quòd ſi prædio alaudiali adhæreant iuriſdictio, cenſus, vel ſubfeuda ab illo dependentia: tunc in eo ſuccenditur, & fit diuiſio, ſicut in feudo nobili, & primogenitus habet ius præcipui, & maioris portionis reſidui. Sed tamen iuriſdictio, & ius cenſuum, & ſubfeudorum non cedunt in præcipuum primogeniti, etiam ſi illud alaudium non conſiſteret niſi in vna domo, à qua dependent cenſus & ſubfeuda. Et quamvis illa domus cedat in præcipuum ſoli primogenito: tamen illa iuriſdictio, cenſus, & ſubfeuda debebunt diuidi inter omnes filios, ſicut prædia feudalia ſeparata à manſione principali. Igitur idem dicendum eſt de iuriſdictione & iure cenſuum, & ſubfeudorum, adhærenti caſtro, vel manſioni principali feudali electæ per primogenitum. Et per illum textum patet irrefragabiliter de mente & intentione huius conſuetudinis pro hac parte. Tertiò, quamvis primogenitus ſit principalis dominus huius feudi, propter ius præcipui, in eo quod ſolus habet, & propter maiorem portionem reſidui: tamen non eſt ſolus dominus, ſeu dominus inſolidum totius feudi dominantis, ſed habet fratres cohæredes, ſocios & condominos eiuſmodi feudi, qui poſſunt verè & propriè vocari domini feudi in parte, vt in pulchra quæſtione diſtinguendo ſcripſi j. §. 64. quamvis primogenitus propter ius prærogatum, & maiorem portionem, ſit principalis dominus. Si igitur ſecundogeniti ſint verè domini, in parte feudi dominantis: igitur merè & propriè pro eadem parte ſunt domini feudales, & patroni ſubvaſallorum, & ſubfeudorum inde dependentium.

21. ¶ Quod autem * ſecundogeniti ſint verè & propriè pro portione ſua domini ipſius feudi dominantis, patet primò per hanc conſuetudinem in hoc §. & præcedenti, vbi dat ſecundogenitis non certum, feudum vel rem ſingularem feudi, ſed partem & quotam certam vniuerſalem ipſius feudi, ibi, *& l'autre moitié deſdits fiefs*, ergo habent ius & partem in ipſo feudo, honore, nomine, & titulo feudi. Patet ſecundo, quia in terminis conſuetudinis noſtræ primogenitus non poteſt facere domino ſuperiori fidelitatem pro toto feudo: ſed ſolum pro tanta parte quam habet. Et ſecundogeniti poſſunt & tenentur ſe confetre in fidem eiuſdem ſuperioris domini pro portionibus quas habent in eodem feudo, vt latè dictum eſt j. §. 2. *glo.* 4. *g.* 3. *nu.* 35. *&* §. 35. *glo.* 2. *nu.* 45. Igitur ſunt domini eiuſdem feudi, in honore, & titulo, tanquam conſortes ſiue concurrentes cum primogenito, non autem tanquam ſubditi, vel dependentes ab illo, quia non * tenentur portiones ſuas recognoſcere à primogenito, ſed à ſuperiori domino ipſius feudi. Et pro hac parte tanquam veriore & æquiore concludo. Et ſæpiſſimè à duodecim annis & citra in conſeſſu peritorum audiui conſultiſſimum illum totius ordinis noſtri Dominum Matthæum Charterium, nemine diſſentiente reſpondentem, ſubfeudorum iura non eſſe præcipua primogenito, ſed inter filios diuidenda. Ad hoc optimè facit quod vult Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. incip. comitibus. in tit. de adiuto. pro mili. lib.* 3. *col.* 4. *q.* 6. vbi decidit, quod militia ſiue victus, ſecundogenito præſtandus à primogenito, totum feudum capiente iure Francorum, debet præſtari, nedum de fructibus domanij, ſeu prædiorum feudi, ſed etiam de laudimiis, quartariis ſiue releuiis ſubfeudorum vel cenſuum à feudo dependentium: & ſic habita ratione fructuum ſeu obuentionum à iuribus dominicalibus præcedentium.

22. Nec obſtat quod * ſubfeuda non dependent, nec recognoſcuntur à territorio, & reliquis terris feudi dominantis, ſed ab ipſo caſtro vel manſione principali: quia poteſt reſponderi, quod non dependent à territorio, vel terris, per ſe, & ſeorſum, nec à caſtro, vel principali manſione tantum, per ſe & ſeparatim, nec ratione alterutrius tantum recognoſcuntur, ſed ratione

* Vaſalli mouentes à manſione principali nõ poſſunt alij eſdicere.

* Iura ſubvaſallorum non ſunt de corpore manſionis principalis, à qua dependent, vnde non cedũt ſoli primogenito.

* Secundogeniti habent partẽ in vniuerſitatem titulo & honore feudi.

* Nec tenentur portiones ſuas recognoſcere à primogenito.

D. Matth. Charter.

* Subfeuda nõ à ſolo caſtro, ſed à toto feudo dominanti dependent.

totius feudi, dominantis ſimul, à quo toto ſimul integraliter & vnicè conſiderato, dependent & mouentur. Nec obſtat, quòd in conceſſione ſubfeudorum, eorúmque renouationibus & inueſtituris, dicuntur concedi, vel recognoſci in feudum mouens vel dependens à tali domino, ratione & ad cauſam talis ſui caſtri, vel manſionis dominantis, quia reſpõdetur quòd caſtrum, vel manſio ibi exprimuntur, non tanquam tota res dominans: ſed tanquam caput & inſignior pars rei, vel feudi dominantis, in quo caſtro, vel domo, tanquam in capite, totum feudum dominans repræſentatur & expreſſum cenſetur. Non obſtat, quòd antequam iſtud ſubfeudum ſubinfeudaretur, erat portio terrarum feudi, dependens à caſtro, ſicut acceſſorio, & principali, illique ſubiecta, ſicut territorium caſtro, & loco principali ſubijcitur; igitur poſt ſubfeudationem, non debet intelligi aliquo modo dependere & moueri, à terris caſtri, nec in totum nec in parte, ſed à ſolo caſtro, vt priùs, quia reſpondetur quòd terræ domanij (vt verbo vulgari breuitatis & intelligentiæ gratiâ vtar) accedunt quidem caſtro, vel loco principali: non vt purum acceſſorium, ſed vt membra, & res æquè principales, ſaltem integrales, vnum & idem feudum dominans conſtituentes: cuius caput & inſignior pars eſt caſtrum vel manſio. Et ſic ſubfeudum ex aliqua terrarum domanij conſtitutum, non debet intelligi dependere, & moueri à ſolo caſtro, vel à ſolo capite, ſed à toto corpore, totius integri feudi dominantis. Non obſtat dictum Bald. *in d. l. talem in fin.* quia apertè facit pro hac parte, quoniam ſicut ſecundogeniti habuiſſent partem ſuam in terris ſubfeudi, ſi remanſiſſent in domanio: ita debent eandem portionem habere in iuribus directi dominij, & poteſtatis feudalis, & dominicæ, retentis in terris ſubinfeudatis.

23. Ex quibus patet, quòd ſecundogeniti habent partem in iſtis iuribus ſubfeudorum, & in omni iure dominicali: nedum quo ad commoditatem, vt nonnulli arbitrantur, ſed etiam quantum ad proprietatem: alioquin ſequeretur abſurdum, quòd non haberent trientem, vel ſemiſſem reſidui feudalium, ſecluſa manſione, in proprietate & vſufructu: provt intendit conſuetudo, ſed partim in proprietate, partim quandóque totum in vſufructu vel nuda commoditate, quæ eſt minus quàm vſusfructus: videlicet reſpectu iurium dominicalium, quæ quandóque ſunt totum reſiduum, vel melior pars reſidui feudi, modicum vel nullum domanium habentis, ſed plura ſubfeuda, vel cenſus, a ſe dependentia: & adhuc triens vel ſemis commoditatis horum iurium, longè abeſſet à triente vel ſemiſſe huiuſmodi fructuum, qui magis conſiſtunt in honore, quàm in commodo pecuniario. Et ſic concludo, quòd ſecundogeniti concurrunt in proprietate, honore & pleno & directo iure & quaſi poſſeſſione horum iurium, ſicut concurrunt in proprietate, honore, & pleno iure feudi: ita quòd pro portione ſua quam habent in feudo dominanti, poſſunt inueſtire, & in fidem admittere ſubvaſallos: quemadmodum primogenitus poteſt eos inueſtire & in fidem recipere pro portione ſua tantum nomine ſuo, & non inſolidum niſi adducto vel ſubintellecto nomine communi. Non tamen admitto quòd ſecundogeniti poſſint ſoli vti prehenſione feudali, ſicut nec ſolus primogenitus, aut vnus ex pluribus patronis hoc poteſt, niſi ſecundum ea quæ diximus in *d.* §. 2. *gl.* 4. *n.* 1. vbi videas, non repeto. adde quæ dicam *j.* §. 51. *n.* 3. Vereor ne in prædicta quæſtione videar multum iuſtò prolixior, quàm gloſſematarium deceat. Sed excuſari poſſum primò propter vtilitatem & neceſſitatem dictæ quæſtionis, quam à nullo adhuc ſcribentium tactam, nedum diſcuſſam reperi. Secundò quòd breuiori quàm potui tramite proceſſi: quum potuiſſem per multa membra diuidere, & ſingula latè diſcutere. Tertiò quod hinc patet breuis & dilucida reſolutio, plurimarum aliarum quæſtionum: videlicet dum,

24. § SEXTO quæritur * de iuriſdictione annexa caſtro vel manſioni principali, de qua videretur maius dubium, ex eo quod videtur eſſe in caſtro vel manſione principali, actiuè, & in reliquo territorio paſſiuè, & iuriſdictio in territorio depẽdet à iuriſdictione in caſtro, quaſi à capite, ſicut aqua quæ ex caſtello ducitur, à caſtello dependet. *D. de aqua. quoti. & æſti. l.* 1. §. *ait prætor.* 2. *&* §. *hoc interdictum*, inquit Bald. in *d. c.* 1. *col.* 4. *de cap. qui cori. vendi.* Et ſic videtur in ſui virtute actiua tota ineſſe ipſi caſtro, vel manſioni: & ſic tota cedere illi, cui totum caſtrum vel manſio cedit. Tamen veritas eſt, quòd non eſt præcipua primogenito, ſed cedit omnibus filiis, pro portionibus quas infra dicemus. Idq; nedum quoad commoda, mulctas, emendas, & alias obuentiones iuriſdictionis: ſed etiam quo ad proprietatem & dominium ipſius iuriſdictionis: nedum ſi iuriſdictio non ſit feudalis, vel teneatur in feudum ſeparatum ab eodem, vel diuerſo domino: provt ſæpè contingit, quũ de ſe nihil habeat commune cum feudo, vt diximus *j.* §. 2. *gl.* 5. *num.* 45. ſed etiam ſi teneatur ab eodem domino, in vnum & idem feudum, cum caſtro vel manſione, ex vna conceſſione & infeudatione. Ratio, quia quantumcumque iuriſdictio ſit annexa vel vnita caſtro vel manſioni: tamen non eſt eius pars integralis, ſed res diuerſa, vnde ius præcipui limitatum ad manſionem non poteſt ad iuriſdictionem, vtpote rem diuerſam, & in verbis conſuetudinis non comprehenſam extendi.

* Iuriſdictio caſtri non eſt ſuscipua primogeniti.

25. Tum * iuriſdictio regulariter & in dubio non ineſt ſoli caſtro vel manſioni, ſed toti feudo & territorio: quamvis potiſſimùm reſplendeat in caſtro, tanquam in capite totius corporis feudi, & territorij. Hinc eſt quod diuiſo territorio per habentem poteſtatem, diuiditur iuriſdictio, & remanet in qualibet parte, non autem in ſola parte in qua ſitum eſt caſtrum, non tamen admitto quod quiſque filiorum poſſit per ſe iuriſdictionem ſeparatim ſuo nomine, etiam in parte feudi ſibi diuiſim aſſignata tantum exercere: nec etiam quòd primogenitus ſolus poſſit ſuo ſolo nomine eam exercere in caſtro, tametſi ſibi ſoli præcipuo, & multominus admitto multiplicationem tribunalium vel iuridicorum: ſed dico * quòd debet iuriſdictio remanere, & exerceri in illa forma & in illis terminis, in quibus fuit conceſſa à ſuperiore, nomine tamen omnium dominorum illius iuriſdictionis, cuius commoda & fructus & obuentiones debent inter eos diuidi, pro rata domini, & portionis, quam quiſque habet in ea, per ea quæ plenè diximus *j.* §. 121. Patet etiam ex prædictis, idem dicendum de iure cenſuum, à feudo dependentium, ratione caſtri, vel loci principalis, & in eo loco ſoluendorum: & de mulctis, ſiue emendis, & laudimiis, & inueſtituris inde dependentibus, ſicut diximus de ſubfeudis & ſubvaſallis: de cæteris autem redditibus aut penſitationibus, à feudo dependentibus, pro quibus non competunt iura dominicalia, nullum eſt dubium, quin eodem modo debeant diuidi, ſicut reliqua feudalia, ſegregato præcipuo: quia ex quo non debentur iure dominicali, non habent maiorem connexionem cum caſtro, vel manſione principali, quàm vnus aut alter fundus deſcriptus in catalogo feudi.

* Iuriſdictio ineſt toti territorio quamuis potiſſimũ reſplẽdeat in caſtro.

* An iuriſdictio in plures dominos diuidi poſſit.

26. § SEPTIMO quæro, diximus quod * iuriſdictio etiam feudalis, & eiuſdem feudi, ſimiliter iura ſubfeudorum, & cenſuum feudi, non ſunt præcipua primogenito, eligenti principalem manſionem, in illo feudo: ſed diuiduntur inter omnes filios & hæredes, etiam quantum ad proprietatem, neceſſarium eſt inueſtigare, pro quibus partibus inter eos diuidatur. Et primò videtur primogenitum habere vltra beſſem, ſi vnum tantum habeat cohæredem: vel vltra ſemiſſem, ſi habeat plures cohæredes. Ratio, quia quamvis in reliquis feudis eiuſdem ſucceſſionis, in quibus non eligit manſionem ſit expeditum, eum non habere vltra beſſem, & ſemiſſem reſpectiuè, cum in illis non habeat ius præcipui: tamen in iſto feudo, in quo eligit

* Quæritur iuriſdictio, ſubfeuda, & iura dominicalia debeant diuidi.

principalem manſionem, clarum eſt quòd habet vltra A beſſem vel ſemiſſem totius feudi: quum ante omnia præcipuum ſegregeret & auferat: & in reſiduo eiuſdem feudi accipiat beſſem vel ſemiſſem. Secus nos diximus quòd iuriſdictio, ſubfeuda, & cenſus, & omnia iura dominicalia, non dependent à ſola manſione principali, nec à ſolo reſiduo, ſed ab vniuerſo feudo ſimul, integrè conſiderato: igitur hæc iura ſpectant ad filios, dominos huius feudi, pro rata portionum, quas habent in hoc feudo. Et ſic quum præcipuum primogeniti, iunctum cum beſſe vel ſemiſſe reſidui huius feudi, longè excedat beſſem, vel ſemiſſem huius feudi, videtur quòd debeat in iſtis iuribus habere longè vltra beſſem, vel ſemiſſem horum iurium, videlicet quantum facta æſtimatione præcipui, & habita ratione totius feudi, B inuenietur habere in toto feudo, vltra beſſem vel ſemiſſem.

27. Quibus non obſtantibus, puto quòd debeat habere ſolum beſſem vel ſemiſſem horum iurium & non plus: ſed integrum reſiduum trientem, vel ſemiſſem, pleno iure ſpectare ad alium, vel alios filios: & inter eos prout diuidi poteſt, diuidendum viriliter. Ratio, quia hîc agitur de vi extenſiua, ſiue extenſione iurium attributorum primogenituræ: vnde contra primogenitum debet fieri interpretatio: ita vt non plus nec aliud habeat, quam diſponit conſuetudo: ſed conſuetudo dat ei manſionem principalem, & beſſem, vel ſemiſſem totius reſidui duntaxat: vnde ſicut prætextu manſionis electæ, non poteſt habere totam iuriſdictionem, nec iura dominicalia, ita nec poteſt in illis quicquam C habere vltra beſſem, vel ſemiſſem. Et quod hîc dico circa iuriſdictionem: amplia primò nedum ſi ſit feudalis, & vnum, & idem feudum, cum iſto de quo agitur, ſed etiam ſi haberetur per ſe, in feudum ſeparatum, & hæc ampliatio eſt abſque dubio per prædicta. Amplio ſecundo, etiamſi iuriſdictio quæ habetur in hoc feudo, non eſſet feudalis, nec alaudialis, ſed in cenſum, vel aliter quaſi poſſideretur, prout vſuvenire poteſt, quia quamvis primogenitus habeat in hoc feudo, & toto eius territorio, & ambitu, longè vltra beſſem, vel ſemiſſem, propter præcipuum: tamen * non habebit in iure & proprietate talis iuriſdictionis, aliquid plus quàm vnus vel minimus filiorum, ſed viriliter & æqualiter in ea ſuccedet, cum reliquis fratribus. Ita quòd ſi ſint decem, non habebit niſi decimam partem in hac iuriſdictione: quum enim non ſit feudalis, nec D alaudialis, debet more cenſualium & paganicarum rerum diuidi. Nec obſtat, quòd primogenitus in proprietate territorij, cui adhæret illa iuriſdictio, habet ſolus plus quàm reliqui nouem fratres, quia iuriſdictio nihil habet commune cum proprietate territorij, vel fundorum quibus adhæret, nec ſecundùm illam, ſed iure proprio regulatur, vt per Bald. in *l. à procuratore C. mandat.* & plenè diximus ſupra §. 1. *glo.* 5. *num.* 45. Vltimo ex hoc & præcedenti §. not. quòd nunquam niſi vnicum ius primogenituræ in eadem ſucceſſione, ſuper quo recordor cuiuſdam quæſtionis mihi propoſitæ, & quæ adhuc pendet.

* Non ſuccedit in iuriſdictione pro modo territorij.

28. ¶ Octava quæſtio, vetus conſuetudo de Lotris, quæ Aureliis & apud montem Argiuum obſeruabatur, addicebat & affectabat filiis primi matrimonij omnia immobilia propria, ſiue antiqua prædia, cum omnibus acquiſitis à parente conſtante primo matrimonio: & erat parenti interdicta * venditio, donatio hypotheca, & quæcunque diſpoſitio, in præiudicium dictæ conſuetudinis, & filiorum primi matrimonij. Filiis autem ſecundi vel vlterioris matrimonij competebant ſolum conquæſtus facti conſtante matrimonio, in quo geniti erant. Prædura ſanè conſuetudo, & meritò abrogata concorditer in ſolenni trium ſtatuum conuentu, habito tam in præfectura Aurelianenſi die vigeſimoſecundo Octobris anno Domini ſeſquimilleſimo nono, quàm in præfectura Montis Argiui, die nona Septembris, anno domini ſeſquimilleſimo tricesimoprimo, & ſtatutum quòd deinceps omnes filij cuiuſcunque matrimonij ſuccederent æqualiter parenti, ſalua ſola prærogatiua primogenituræ, quódque hoc nouum ſtatutum inciperet ex die præfato dicti conuentus, & nullo modo traheretur retro quoad ſucceſſiones quæſitas: imò nec etiam in quærendis haberet locum reſpectu parentis, qui iam eſſet viduatus primo coniuge, ſed ſolum haberet locum in ſucceſſionibus futuris eorum qui nondum contraxerant matrimonium, vel qui adhuc erant in primo matrimonio, vt colligitur in *conſuetudine Aurelianenſi, art.* 41. *& ex conſuetudine montis Argiui, tit.* 1. *art.* 39. iunctis actis publicationum. Accidit autem in ſucceſſione ſubiecta antiquæ conſuetudini eſſe plures filios eiuſdem patris ex prima vxore, & plures ex ſecunda: primæ vxoris filij obtinuerunt omnia antiqua hæredia vtriuſque parentis, & acquiſita primi matrimonij. & inter ſe æqualiter diuiſerunt, ſaluo quòd primogenitus eorum habuit præcipuum & prærogatiuam iuris primogenituræ ſine controuerſia: ſecundæ vxoris filij obtinent conquæſtus ſecundi matrimonij, ſed inter ſe diſcordant de modo diuidendi, quia antiquior eorum contendit ſe primogenitum inter eos, & vult prius accipere ius primogenituræ, in dimidia latifundij feudalis acquiſiti à patre tempore ſecundi matrimonij: cæteri controuertunt dicentes, quòd debet æqualiter diuidi abſque aliquo iure primogenituræ. Dubium faciebat, quòd ratione dictæ antiquæ conſuetudinis videbatur ſeparatum patrimonium authoritate legis, & ſic non vna, ſed diuerſa videbatur ſucceſſio, altera filiorum primi, altera filiorum ſecundi matrimonij, imò duorum hominum duæ hæreditates intelliguntur, vt inquit text. in *l. fin. certarum, de milita. teſta.* quum igitur nedum ſint duæ ſucceſſiones diuerſæ, ſed etiam cenſeatur ſuccedi diuerſis hominibus, nihil impedire videtur quominus ſit locus iuri primogenituræ inter filios ſecundi matrimonij: ſicut locus eſt inter filios primi matrimonij. Et conſuetudines non excludunt pluralitatem iuris primogenituræ, niſi in vna & eadem ſucceſſione, & expreſsè admittunt in diuerſis. Contrarium reſpondi abſque dubio, quia quantumcúmque ſint diuerſarum matrum, tamen omnes ſunt æqualiter filij eiuſdem patris, vt eſt pulcher text. in §. *fin. in authen. de nupt. collat.* 4. *not.* 3. §. 35. *glo. fin. ad fin.* Et ſic reſpectu patris non habent niſi vnum primogenitum. Et incompatibile * eſt dicere, quòd idem parens habeat duos primogenitos: quia dato primo, neceſſe eſt omnes ſequentes carere hac qualitate, & conſequenter prærogatiua. Nemini enim ſequentium poteſt competere appellatio filij primogeniti eiuſdem patris: benè verum eſt, quòd in altera dimidia, quæ ſpectat ad ſucceſſionem ſecundæ vxoris, antiquior iſtorum filiorum habebit ius primogenituræ, dummodo dicta vxor non habeat filios ex aliquo precedenti matrimonio, tunc enim antiquior omnium filiorum eius eſt propriè, verè & ſimpliciter primogenitus matris ſuæ, & ſic in eius ſucceſſione capiet ius primogenituræ, ſed non in ſucceſſione patris ſui, qui alium habet verum primogenitum, fac. not. 3. §. 13. *glo.* 1. *q.* 4. *num.* 85. An autem prefata noua conſuetudo, E que non poteſt habere locum reſpectu filiorum primi matrimonij diſſoluti tempore reformatæ conſuetudinis, habeat locum reſpectu filiorum ſecundi & tertij matrimonij poſt reformatam conſuetudinem diſſolutorum, ita vt eiuſdem hominis hereditas difformi iure & conſuetudine iudicetur, eſt ardua quæſtio, & feudalem materiam excedens, & dicetur j. §. 122. Sed iuxta not. in *d. q.* 4.

* Conſuetudo interdictionis.

* Vnius patrisnõ poſſunt ſimul eſſe duo primogeniti.

29. ¶ Nona quero, quid ſi primogenitus mortuus eſt ante patrem, ſed prius renuntiauerat futuræ ſucceſſioni patris, & omni iuri primogenituræ, & cum iuramento, accepta certa ſumma, iuxta *c. quamuis, de pact. in 6.* Vtrùm is qui tempore mortis patris reperitur anti-

quior filiorum, debeat habere ius primogenituræ? Videtur quòd non, saltem vtile de quo in hac consuetudine, quia iam ab eadem paterna successione separatum est, & ablatum vnum ius primogenituræ datum filio defuncto. Igitur iterum non debet accipi in eadem authoritate eiusdem parentis per hanc consuetudinem formalem, fac. not. *infrà* §. 122. *de filia quæ renunciauit*, iuxta *d. c. quamuis*, vbi diximus eius posteritatem magis excludi vi perceptionis portionis, quàm vi renunciationis. Secus si dictus filius tantum renunciasset futuræ successioni patris, & omnibus eius bonis, & omni iuri primogenituræ, etiam specialiter patri stipulanti ad commodum omnium reliquorum filiorum, sed nihil accepisset. Tamen veritas est in contrarium, quòd nunc antiquior filiorum tempore mortis patris, habet ius primogenituræ in reliquis bonis patris in eius successione demissis, quia tunc reperitur, & est verus & naturalis filius primogenitus. Quod amplio, nedum si portio vel summa data illi filio prædefuncto, fuisset per eius obitum reuersa ad patrem, vel ad dictos filios eius fratres: sed etiam si eam penitus consumpsisset, nec habet dicta renuntiatio præiudicare, nec operari, nisi contra, & ad excludendum renunciantem & suos. Non autem dicta renunciatio potest quicquam operari contra alios, quia ad hunc finem non fuit interposita, nec etiam potuisset à solo patre & dicto renũciante interponi in preiudicium illius, ad quem consuetudo delatura esset ius primogenituræ mortuo patre, per not. ẽ. §. 13. *glo. 3. q. 3.* Tum præfata renuntiatio iuris futuri implicitam habet conditionem, si illud ius ad renunciantem deuoluatur, vt not. Fulgo. Alex. Decius in *l. punctum quod dotali. C. de colla.* Cùm igitur non fuerit deuolutum ad dictum renunciantem, vtpote præmortuum, perinde ac si absque vlla renuntiatione decesserit ante patrem, quo casu indubitatum est ad hunc spectare omne ius primogenituræ, qui tempore mortis patris reperitur maior natu. Et hoc est clarum, si dictus renuntians prædecesserit sine liberis.

30. ¶ DECIMO eodem themate retento quæro; quid si reliquerit filium, vel etiam vnicam filiam superstitem? Hæc est per se satis argumentosa quæstio, absque eo quòd arduam illam & effusam disceptationem ingrediamur, an filij seu nepotes excludantur per renuntiationem factam à patre vel matre, mortuis ante auum, de cuius successione agitur? quod distinguendo resoluimus j. §. 122. vbi remitto. Sed præsupponendo nepotes excludi, & non posse etiam ex propria persona venire ad hanc successionem, remanet difficultas non modica: An inter patruos seu reliquos filios defuncti locus sit iuri primogenituræ, an verò æqualiter succedant? Et primò videntur æqualiter succedere, quia quemadmodum primogenitus superstes patri, sed abstinens vel renuntians hæreditati paternæ, remanet naturaliter primogenitus, & facit quòd inter reliquos filios succedentes nullum sit ius primogenituræ, *vt* ẽ. §. 13. *glo. 1. q. 4.* Idem videtur iudicandum in filiis dicti primogeniti præmortui, imò in eius filia, per not. j. §. 134. * Sed certè istud procedit in primogenito capaci & habili ad successionem, & ius primogenituræ, quamvis post deuolutionem voluntariè abstineat. vel renuncier, & idem in nepote ex præmortuo primogenito, qui non renuntiauit iuxta d. c. quamvis; & sic iste nepos est habilis in successione & repræsentatione iuris primogenituræ, quia licet voluntariè abstineat, tamen facit inter patruos suos cessare ius primogenituræ, per not. in *d. gl. 1. q. 4.* An autem idem esset in nepte ex primogenito, alia est difficultas, quam resolui in *d.* §. 134. An sic nos loquimur in primogenito inhabili propter dictam renuntiationem. Vnde breuiter resoluendo, dico quòd siue sit superstes patri, siue præmoriens relinquat liberos superstites quum tempore mortis patris vel aui reperiantur inhabiles, nullum præstant impedimentum secundogenito, ad quem, (vtpote nullum habilem habentem ante se, & sic in effectu primogenitum) defertur ius primogenituræ statim à morte patris, per hanc consuetudinem, quę se refert ad illum, qui tempore mortis parentis reperitur maior natu & habilis, vt ẽ. diximus. Idem quocunque modo primogenitus reperiatur inhabilis tempore mortis patris, siue quia iustè causa expressa exhęredatus, vel quia maiór annis consensit se exhęredari. Quid autem si tempore mortis patris erat inhabilis propter sententiam depórtationis in eum latam, à qua postea liberatus, & in integrum restitutus fuit à principe? Remitto ad ea quæ scripti latè simul cum multis aliis quęst. ad hoc j. §. 122. *gloss. 1.*

* si primogenitus viuo patre renuntiauit, aut alias inhabilis reperiatur, ius primogenituræ transit ad sequentem.

§. XVII.

SI esdites successions de pere & mere, ayeul ou ayeule, y a vn seul fief consistant seulement en vn manoir, bassecourt & enclos d'vn arpent, sans autre appartenance, ny autres biens; audit fils aisné seul appartient ledit manoir, bassecourt & enclos, comme dessus; sauf toutesfois aux autres enfans leur droict de legitime, ou droict de doüaire coustumier ou prefix, à prendre sur ledit fief. Et où il y auroit autres biens qui ne fussent suffisans pour fournir lesdits droicts aux enfans, le supplément de ladite legitime ou dudit doüaire se prendra sur ledit fief. Et toutesfois audit cas, le fils aisné peut bailler aux puisnez recompense en argent, au dire de preud'hommes, de la portion qu'ils pourroient pretendre sur ledit fief.

* Hic §. additus est per nouam consuetudinem.

§. XVIII.

ITEM, quand en vn fief appartenant à deux ou plusieurs enfans par la succession de leur pere ou mere, n'y a point de manoir principal, & n'y a que terres labourables, le fils aisné peut auoir vn arpẽt de terre, en tel lieu qu'il voudra eslire par preciput, au lieu dudit manoir.

* Olim fuit 22. artic.

QVando in feudo pertinente duobus aut pluribus liberis, ex successione patris aut matris, deest mansio principalis, nec adsunt prædia, nisi rustica; sine arabilia; primogenitus potest accipere ingerum terræ feudalis in eo loco quem diligere voluerit, iure præcipui, vice deficientis mansionis. H. D.

Hic tamen articulus mutatus fuit per nouam consuetudinem sequentem in simul.

S'IL n'y a manoir principal en vn fief appartenant à deux ou plusieurs enfans par la succession de leur pere ou mere, ains seulement terres labourables, le fils aisné peut auoir vn arpent de terre en tel lieu qu'il voudra eslire par preciput, pour & au lieu dudit manoir.

Digitized by Google

SVMMARIA §. XVIII.

1. *Manſio non verificatur in caſula villici vel paſtoris.*
2. *Præcipuum non poteſt capi niſi in rebus ſoli, & ceſſat in iuribus feudalibus.*
3. *Si non ſit niſi vnum iugerum feudale, totum cedit primogenito, ſaluâ aliorum legitimâ.*
4. *Quid de feudo quod eſt de communi conqueſtu patris & matris?*
5. *Quæ menſura debet attendi?*
   In dubio nobilior & regia.
6. *Etymon & quantitas iugeri antiqua.*
7. *Moderna iugeri menſura.*
8. *Primogenitus non tenetur creditoribus niſi pro quota hereditaria.*
9. *Ius primogenituræ non propriè capitur iure hæreditario.*
10. *Perſonalis obligatio, & non acceſſoria hypotheca attenditur.*
11. *Æs alienum reſpicit vniuerſum patrimonium.*
12. *Quid de reddito ſimpliciter aſſignato ſuper feudo?*
13. *Item vt non teneatur primogenitus pro rata feudi, ſed ſolum pro quota hæreditaria.*
14. *Ampliatur etiam in redditu non redimibili & infeudato.*
    Ceſſio peti poteſt etiam contra cohæredes.
15. *Fallit autem in redditu limitato ad ipſum feudum.*
16. *Item fallit in redditu debito ex ipſa infeudatione.*
17. *Item fallit in redditu debito ratione poſſeſſionis, & quamdiu res poſſidetur tantùm.*
18. *Differentia inter oblationem actiuam & datiuam.*
19. *Recognitio ſeu titulus nouus non alterat, nec immutat qualitatem oblationis.*
20. *Quid ſi fructus feudi alicui debeantur, an primogenitus teneatur pro rata feudi ſoluere?*
21. *Quando fundus dicatur exprimi gratiâ demonſtrationis, & quando gratiâ taxationis & limitationis.*
22. *Quid de mera hypotheca?*
23. *De clauſula, obligans, &c.*
24. *Quid ſi hypothecæ accedat obligatio legalis, vel officium iudicis?*
25. *Quid de pretio refundendo pro recuperatione feudi communis?*
    Limitatio ad l. 1. & 2. C. ſi plures.
26. *Imprudentia iudicis, caſui fortuito annumeratur.*
27. *Impenſæ litis ſunt perſonales.*
    Secus in impenſis factis in rem.
28. *Quid de actionibus competentibus ad feuda?*
29. *Ius redimendi eſt pars rei, & facit quòd non cenſetur in totum res alienata.*
    Actio ad redimendum hæredia tranſit ad hæredes antiquorum prædiorum.
    Statutum verificatur in caſu filio, quando filio tranſit in eandem rem de qua agitur.
30. *Differentia eſt, an recuperatio rei fiat per viam veræ redemptionis & noui contractus, an verò fiat per viam meri diſtractus?*
31. *Quid è conuerſo, ſi pater ſub pacto redemptionis emit feudum quod redimitur à filio?*
32. *An actio empti ex ſtipulatu & ſimiles ad feuda cadant in ius primogenituræ?*
33. *Feudo euicto per dominum ceſſat ius primogenituræ in recurſu euictionis.*
34. *Vtrùm ſit locus iuri primogenituræ in feudo, quod tempore mortis erat alienum, ſed poſtea ſupernenit dominium?*
35. *Ius primogenituræ valde moderatum eſt ſub hac conſuetudine.*

GLO. I. IN VER.

Manoir principal.

INTELLIGE hunc textum, quando non eſt niſi vnum feudum in vna ſucceſſione: vel ſi ſint plura feuda, ſingula carent manſione principali, ſeu manſione deſtinata ad habitationem patrisfamilias; non enim tugurium paſtorum, vel caſula villici, pro manſione habetur in hoc text. Alioquin ſi reperiatur vna principalis mãſio feudalis, ceſſat diſpoſitio huius §. & tenetur illam acceptare primogenitus ſi velit, alioquin carebit iure præcipui, nec poterit omiſſa manſione & inuitis cohæredibus eligere iugerum terræ. Item intellige textum de manſione habitabili, ad vſum patrisfamilias, non dico ſecundum qualitatem tunc temporis vaſalli, qui fortè erat ſenator, ſed ſecundum qualitatem feudi, & regionis. Si autem in feudo reperiatur caſula paſtoria, vel ſtabulum, aut horreum, ſeu ſimile ædificium, aptum & deputatum principaliter operis, & fructibus ruſticanis & non habitationi domini, vel patrisfamilias, non deberet computari pro manſione, & eſſet locus huic §. Et not. quòd iſtud iugerum debet eſſe feudale; nullum enim præcipuum, nulla prærogatiua primogenituræ habet locum apud nos, niſi in rebus feudalibus dumtaxat, vel alaudialibus ſecundum determinationem §. 46. ſ. *eod.*

¶ Aduerte etiam diligenter, quòd quamvis deficiente manſione, & in caſu huius §. primogenitus poſſit eligere, melius & fœlicius iugerum terræ feudalis, in quacunque parte feudi, puta in pratis &c. reſtibili & fœcunditate, bis ſingulo quoque anno ferax; & in vineis orientalem, & fortunatiorem locum, pruiniſque vorationi & ſyderationi minùs obnoxium: in agris molliorem & leniorem glebulam, iugerúmve lectiſſimo tritico ferendo vberrimum: in montuoſis medij collis, poſitionem paululùm intumeſcentem, domui fortè villæ, vt neceſſario cõſtituendæ aptiſſimam, vt apud *Columel. de re. ruſti. lib.* 1. etiam in loco & tempore, herciſcundæ hæreditatis & electionis, cultiſſimo & maturis fructibus pleno, etiam ſi illo anno fructus illi rariſſimi ſint & pretioſiſſimi, puta iugerum optimis vuis ad ſelectiſſimum vinum grauidum, cæteris vineis qua latè patet regio, grandinibus, tempeſtatibus, aut ſyderatione contritis; quàm vim maiorem vocat Caius in *l. ſi merces*

Digitized by Google

§. *maior vis loca.* refusis tamen sumptibus, si qui illorum fructuum gratiâ à cæteris cohæredibus post obitum parentis, facti sint. (huiusmodi enim electio retro ad tempus obitus parentis trahitur) & in summa, siue natura loci, aut cœli temperie aut cultura, aut casu, iugerum electum in duplo, aut quadruplo superualeat singulis iugeribus totius terræ feudalis: tamen non potest aliud quàm iugerum terræ eligere, nec consuetudo dat primogenito hanc præceptionem nisi in simplici spatio terræ ad quantitatem iugeri limitato: vnde si in certo iugero terræ feudalis sit stagnum, vel molendinum, non potest illud eligere, quia haberet longè plus quàm iugerum terræ, quod esset contra mentem & intentionem huius consuetudinis, quæ voluit hoc casu, ius præcipui esse limitatum ad vnum iugerum terræ. & sic sit ratione terræ, & consequenter debet intelligi de spatio simplicis terræ: faciunt verba consuetudinis ibi, *terres labourables*, & sic apertè intelligit quòd istud iugerum terræ sit de terra arabili, vel de spatio simplicis terræ, non autem quando certo fundo alia notabilis qualitas accederet excedens valorem & rationem simplicis terræ, facit quod in statutis, & materia stricta appellatione simplicis, non venit simplex qualificatum *c. statutum* & ibi Ioan. And. Ancha. Gemi. Phi. *de elec. in 6. l. vim passam. §. præsumptione. de adult.* Panor. in *Rub. de vita & ho. cleri.* Imol. Panorm. in *capit. 2. de cohibi. cleri. & muli.* Felin. in *cap. graue de officio ordi. in cap. non dubium. de sentē.* ex communi Philipp. Deci. *in Rub. de proba. columna vndecima.* Et quod in statutis sub * simplicibus maximè sub altero simplici, non comprehenditur casus mistus vt tradit Bart. Alexan. Ias. Deci. & omnes in *l. certi conditio. §. 1. si cer. peta in l. 2. in princ. de verbor. obligat.* Alexan. *consil. 116. lib. 2.* Multa in hanc rem possem adducere, sed non est moris mei niti alienis, præsertim remotis & adùentitijs argumentis: mihi satis est mentem non esse consuetudinis dare primogenito vltra tantum spatij simplicis terræ, & ita in simili expressim declarat *consuet. Blesen. §. 143.* Tamen etiam hoc non expresso idem dicendum puto in omni consuetudine, in istis aut similibus terminis loquente. Quare si in agro feudali sit lapidicina cretæ ferri, argenti, aut alterius metalli fodina, non poterit à primogenito, sub colore iugeri, eligi, & auferri: idem dico de horreo, torculari aut alio tugurio fundi feudalis, idem de spheristerio vel hypocaulto, quorum meminit Vlp. *in l. si quis mihi munda.* idem in similib. Hæc tamen limito vel potius declaro, nisi primogenitus vellet molendinum, stagnum, horreum, torcular, aut aliud terræ feudalis instrumentum, in alio iugero, vel loco æquè commodo & idoneo impensis suis transferre, vel construere: & illud iugerum ad formam soli redactum eligere, quia potest cum habeat electionem iugeri in quàlibet parte terræ feudalis, per hunc text. dummodo non grauet successionem communem, vltra rationem vnius simplicis iugeris terræ. Idem puto si velit cohæredibus pro eorum parte debiti refundere, deducere æstimationem superficiei stagni, horrei, aut molendini, vel similis instrumenti quando illud instrumentum non est in fundo, pro necessitate aut vtilitate prediorum eiusdem successionis, sed ad alium vsum, puta patris fa. vel ad locandum vicinis aut aliis. Sed quid si inter iugera agri feudalis, sit vnicum proceris arboribus consitum? Prima facie videtur posse eligi, quum vnica fortè vel raræ præcursitatis vinea eligi possit, cuius reditus (vt apud *Colum. de re. rustic. lib. 3. c. 3.*) longè præ cæteris est vberrimus. Quin & in hoc agro Parisiensi quædam sunt vinearum iugera, quæ ducentis aureis iusto pretio vendi possunt, quum procerorum nemorum iugera etiam oportuno & parabili loco sita, puta secus flumen nauigabile nusquam tanti vænire possint etiam si arbores simul cum solo væneant vt est notum: in contrarium videtur quia alta nemora non sunt in fructu. *l. diuortio. §. si fundum. solu. matri. l. sed si grandes. l. arboribus. de vsufru.* sunt enim pars fundi, non tamen tanquam fructus colligibiles &c. sed tanquam superimposita & permanens superficies quale molendinum, aut ædificium: ergo non possunt cadere in hanc electionem, quoniam non sunt simplex spatium terræ; non obstat quod de vineata terra adducitur, quia aut est sine fructibus & est simplex spatium terræ quantumuis aliàs cultæ & propter loci & cœli salubritatem pretiosæ, aut est maturis fructibus plena, & non sunt nisi vnius anni fructus, qui non sunt hic in consideratione, nisi quo ad refusionem sumptuum post obitum parentis factorum, vt dictum est. Secus in alto nemore, quia continet fructus centum aut trecentum fortè præcedentium annorum, & sic apparet maximam esse diuersitatis rationem: & pro hac parte, concludo in quæstione proposita. Secus si tota terra feudalis sit in alto nemore, quia tunc dico, quod poterit primogenitus eligere quodcunque voluerit iugerum eiusdem terræ, donec bessem aut semissem residui, pro numero cohæredum acceperit: nec tenebit æstimationem alius nemoris, pro rata iugeri electi cohæredibus, pro portionibus eorum refundere: quia ex quo primogenitus non eligit dissimile ab aliis iugerum, & secundogeniti in simili & eiusdem valoris terræ, portionem suam habent. Sed quid si pars terræ feudalis sit in alto nemore, pars in terra arabili, aut fortè pascuis distincta, & parum vtili? Ad hoc puto posse primogenitum cum effectu, eligere iugerum in meliori terra videlicet in alto nemore, nedum sit maior aut dimidia, sed etiam si minor pars terræ sit huiusmodi. Et sufficit quod per electionem iugeri nemorosi non frustrentur primogeniti in totum a terra nemorosa, quin saltem eis remaneat tantum quantum iure præcipui per hanc electionem auferetur: vnde si inter centum aut mille iugera terræ, sunt solum decem aut tria iugera altæ syluæ, poterit primogenitus vnum ex his pro præcipuo eligere: secus si solum essent duo huiusmodi iugera, & vellet iure auferre, & adhuc in semissem aut bessem accipere sicut in residuum terræ, quia nimis cohæredes læderentur: ideo hoc casu debet abstinere ab electione iugeri, in nemore vel alterum iugerum cohæredibus pro tanto reliquæ terræ relinquere aut aliter eorum incommoditatem pensare: nec video quod penitius & ciuilius discuti & tractari possint mens & verba huius consuetudinis vlteriùs penetrando materiam huius §. 2. ¶ Quæro quid si in successione * nulla sint bona feudalia, nisi vna iurisdictio certi loci, possessa vel quasi in feudum mouens à rege, vel alio patrono: vtrùm habeat locum ius primogenituræ? Respond. secundum ius consuetudinis nostræ ius primogenituræ non consistit, nisi in iure præcipui & in iure maioris portionis residui: ius autem præcipui non est introductum per hanc consuetudinem, nisi in rebus soli, in quibus dat mansionem principalem, vel in eius defectum, iugerum terræ. Cum autem iurisdictio non sit res soli, sed ius incorporale, sequitur deficere terminos consuetudinis, & consequenter eius dispositionem de præcipuo. Et non habebit locum, nec in defectum illius quicquam subrogabitur, nec fiet extensio de rebus soli, ad incorporalia, quia, vt sæpe diximus in hac materia, cessat omnis interpretatio extensiua. Item si feudum consistat in quodam iure dominicali, vel in iure redditus vectigalis, aut pedagij aut in alia quacunque re incorporali: non enim erit locus iuri præcipui: sed benè locus erit iuri maioris portionis; & accipiet primogenitus bessem, vel semissem pro numero cohæredum feudi incorporalis, & nihil aliud, quia hoc ius maioris portionis datur in reliquo omnium feudorum indistinctè, patet in duobus §§. precedentibus. 3. ¶ Quid si non sit nisi vnum iugerum feudale vel minus? Respond. totum id spectat soli primogenito iure præcipui

a Mistus casus non continetur simplicibus in dubio.

* Præcipuum nō potest capi, nisi in rebus soli, & cessat in aliis.

ctio trahat ſecum executionẽ de iure & de facto, in proprietate & in poſſeſſione, nullus relinquitur locus variationi. Idem ſi ſolùm trahat ſecum executionem in proprietate. *d. l. apud Anſidium.* vt ſi elegerit manſionem feudi, quod erat in dominio defuncti, ſed ab alio iniuſtè poſſideatur. Et hæc pars ſimpliciter & concluſiuè loquendo eſt vera, quia fundatur in ratione ſpecifica, per quam derogatur regulæ in genere, pro prima parte adductæ, quæ limitatur, vbicunque electio trahit ſecum executionem, ſiue à lege, ſiue ab homine, vt not. per glo. Bart. & omnes in *d. l. eum qui certarum, in fi. Bar. in d. l. ſerui electione.* Hanc concluſionem limita, niſi fortè cohæredes huiuſmodi electionem de facto controuerterent, per not. in ſimili *gl. ſing. in c. cum veniſſent in ver. obtulit de eo. qui mitti. in poſſeſſ.* quem ſeq. ibi Panor. & alij. Ludo. Rom. *ſing.* 150. Felin. in *c. capitulum, col.* 13. *de reſcri.* Item ſecundò limita, vt procedat, dummodo electio ſit valida & efficax, ad quod multa requiruntur, ſecundùm glo. & doct. in *d. l. ſerui electione, in princ.*

11. Sed quantum ad præſentem materiam, in effectu duo tantùm requiruntur; primum quòd electio fiat de manſione feudali, non quæ fuerit in nuda poſſeſſione, ſed quæ fuerit in dominio defuncti, per text. in *l.* 2. *D. de opt. legat.* vnde ſi * elegerit certam manſionem quæ euicta fuit, vtpote aliena, poterit iterum aliam eligere, nec iſtud ius eligendi conſumptum fuit per optionem quæ non valuit, nec ſecum aliquam executionem traxit, inquit text. in d. l. 2. quod procedit, nedum ſi ſolo verbo electio eſſet facta: ſed etiam ſi diuiſione facta, & de facto executa, reliquæ manſiones aliis filiis adiudicatæ & traditæ eſſent, etiam iudice authore: quia nihilominus hinc inde debetur euictio. Et hoc niſi eligens fuiſſet ſciens, *per l. ſciphi, D. de optio. lega. l. ſi fratres, C. communia vtriuſque iud. l. ſi fundum ſciens, C. de euictio.* Similiter ſi elegerit manſionem cenſuariam ignoranter, aliam poterit feudalem eligere, & vendicare, reſtituendo electam per errorem: qui autem ſcienter alienam rem eligit, videtur eam in ſolutum accipere, & de iure ſuo tranſigere. Quid ſi elegerit manſionem feudalem, quæ erat in dominio defuncti, ſed reuocabiliter, puta à defuncto acquiſitam ſub pacto redimendi: deinde poſt eius obitum, optionem & diuiſionem hæreditatis factam, redempta fuit per veteres dominos à primogenito? Et videtur quòd non poſſet ad aliam manſionem redire, nec aliam eligere, ſaltem aſſignatam ex diuiſione minori fratri in portionem ſuam: quia ex quo manſio redempta erat feudalis, & in bonis, & ſucceſſione defuncti tempore electionis, & ex virtute electionis, & huius conſuetudinis, acquiſita fuit primogenito iure præcipui, videtur electio ſemel ſortita effectum, & diſpoſitio huius conſuetudinis ſemel impleta & conſumpta. Tum non videtur primogenitus carere manſione electa, cuius habet pretium, quod loco rei ſubrogatur, in his quæ pro hæreditate poſſidentur, vt iſtud ius præcipui text. in *l. ſi & rem & pretium, D. de peti. hæred.* Et re ipſa principali vti & frui videtur, qui eius pretio fruitur, *l. quia qui pretio, D. de vſufruct.* Tamen dicendum eſt, niſi ſcienter rem redimibilem, vel aliàs reuerſioni ſubiectam elegerit, poſſe aliam eligere, pretium quod ex redemptione recepit reſtituendo: vnde in hoc & præcedenti caſu debebit in cauſa euictionis & redemptionis cohæredes vocare ſecum defenſuros, & ſi euictio ſequatur, per idem iudicium condemnandos, & præſtationem alterius manſionis, quam primogenitus volet eligere: vel ſi non ſit alia manſio, ad præſtationem vnius iugeri terræ feudalis, quale voluerit eligere: non enim dicitur electio conſumpta, ex quo non perſeuerat, & aliud ſupereſt, vnde plena & irreuocabilis electio fieri poſſet. Et hæc conſuetudo dans huiuſmodi optionem, intelligitur plenè & cum effectu: & cùm agatur de vi comprehenſiua, debet, ſi opus ſit, latè interpretari in fauorem primogeniti. Plus dico, quòd non tenetur primogenitus expectare, donec electa manſio euicta vel redempta ſit: ſed ſi docere poſſit eam talem eſſe, ſéque ignoraſſe, ſtatim poterit aliam, vel iugerum feudale eligere & vendicare, offerendo reſtitutionem rei electæ. Ratio, quia ex quo tale onus rei electæ nõ fuit manifeſtatum, ſed occultatum, non cenſetur facta debita exhibitio, ſiue manifeſtatio rerum; vnde de integro poteſt eligi, quia prior electio non valuit. *arg. d. l. ſciphi. de opt. lega.* 12. Secundum requiſitum, vt quemadmodum in mobilibus debet præcedere* exhibitio omnium rerum, in quibus competit ius optandi: ita eadem ratione in immobilibus debet præcedere manifeſtatio & declaratio, & (ſi petatur) oſtenſio omnium manſionum feudalium: vel illis deficientibus, omnium prædiorum feudalium, ex quibus eligi poterit iugerum terræ. Alioquin facta electio certæ manſionis, vel certi iugeri, cùm eligens ignoraret alias eſſe manſiones, vel prædia, non valeret. text. in *d. l. ſciphi.* niſi ſcientia ſecuta ratificauerit, ſecundùm Bald. in *l. fin. §. communia, C. de lega.* Si autem, cùm ſciret alias eſſe manſiones vel prædia, proceſſerit ad electionem fortè deterioris, in valore & reditu, etiam ignorans hanc æqualitatem minoris valoris vel commoditatis, non puto poſſe variare, nec illi ſubueniendum eſſe, ſed ſuæ facilitati & negligentiæ debet imputare, quòd diligenter non inquiſiuit, nec inueſtigauit de commodo & valore rerum, quum ſibi liceret hoc facere, & electionem deferre. Secus igitur ſi fuiſſet impeditus ſcire valorem rerum per cohæredes, vel aliàs eorum mendacio, dolo, vel fraude in hanc captionem incidiſſet. Quid ſi dolo, affirmatione, & mendacio tertij, ſine vlla fraude cohæredum? puto electionem nõ poſſe mutari, ſed ſolùm aduerſus doloſum illum tertium de dolo experiendum, in id quod intereſt. *per l. ſi quis affirmauerit, D. de dol. malo.* Ex quibus corollariè infertur, quòd error eligentis in valore & commoditate rei non vitiat electionem, nec facit eam variabilem, niſi intercedente fraude eorum, qui ex tali electione commodum capiunt, quia hic error non eſt niſi in accidenti. Error autem in ignorantia ſubſiſtentiæ aliarum rerum quæ poterant eligi, vel qualitatis cenſuariæ, & non feudalis, vel euincibilitatis rei, vitiat electionem, & facit locum de integro alij electioni, quia hic error concernit ſubſtantiam ipſam rei eligendæ, ſeu illud quod potiſſimùm in illa conſideratur. *ſic. l. in venditionibus, D. de contrab. empt. & vend.*

13. Limita tertiò principalem concluſionem, ſi electio facta ſit* per minorem: quia quomodocunque captus ſit, ſiue eligendo deteriorem, ſiue cæteris paribus omittendo antiquam maiorum manſionem, nouam quandam elegerit, poterit in integrum reſtitui, & ſic de integro eligere. text. in *l. & ſi ſine. in princip. l. ſi emptionem. D. de minorib.* Si autem electio ſit facta per ſolum pupillum, ipſo iure non valeret. *arg. pupillus, D. de acquirend. hæred. l.* 1. *ad fin. C. de ſal. mone.* vt tenent Bart. Ial. & cæteri in *d. l. ſerui electione, in princ. D. de legat.* 1. Et hoc niſi in quantum eſſet vtilis pupillo.

14. Pro complemento huius materiæ electionis inquantum diximus ſ. *eod. q.* 1. facultatem hanc eligendi perpetuã eſſe, intellige de ſe, & aptitudine; poteſt enim ex cauſa abbreuiari, pacto & conſenſu partium, vel per iudicem, qui iudicio diuiſionis, primogenito differenti eligere, poterit certum moderatum tempus præfigere, infra quod eligere tenebitur. *l. mancipiorum, D. de optio. lega.* quo termino lapſo amplius non poterit eligere, niſi res ſit integra: res autem deſinit eſſe integra, nedum per diſpoſitionem & adiudicationem ipſarum rerum, *vt in d. l. mancipiorum, cum l. ſeq.* ſed etiam ſi pactum partium, decretum, vel interlocutio iudicis, nedum præfigat terminum, ſed etiam electionem in iudicem vel aduerſarium transferat, vel electionem minoris & deterioris rei contineat, caſu quo infra terminum non ſit electum, prout ſtatui poteſt, vt tradit Bar. & alij in *l. eum qui certarum, §. ſi. D. de verb. oblig.*

15. Ad-

* Electio erronea vel inutilis non conſumit ius eligendi.

* Exhibitio rerum eligendarum.

* Minori ſubuenitur in electione quã fecit.

15. Aduerte etiam, quòd electio quæ competit primogenito, inter manſiones vel iugera, competit etiam * ſi in illis ſit omnimoda æqualitas, quia conſuetudo indiſtinctè dat ei liberam eligendi facultatem : vnde falſa eſt deciſio Ludo. Roma. *ſing.* 487. *legat. teſtator.* vbi dixit, legatum optionis, in rebus omnino conformibus, & in nihilum differentibus, nihil valere per text. ſing. cum gl. in *verſi. optio in l. cùm aurum. verſ. vnde eſt quæſitum. D. de auro & arg. lega.* inferens ſtatutum optandi præbendas per antiquiorem canonicum, de quo in *c. fin. de conſuet. in 6.* non habere locum in præbendis omnino conformibus, refert do. Pet. Rebuf. in hoc ampliſſimo Senatu aduocatus eximius, vtriuſq; Iuris Doctor, Canonúmque ordinarius in hac Vniuerſitate, in ſuo tractatu nomina. *q.* 15. *num.* 36. vbi dicit, ſe non paſſim hoc approbare, in ſuis additionibus ad *d. c. fi. quas non vidi.* Ego autem ſimpliciter dico, illud dictum Rom. eſſe falſum, non obſtat *d. ver. vnde eſt quæſitum*, quia loquitur continuatiuè & relatiuè ad verſ. præcedentem : vbi agitur de legato quantitatis, de quo intelligitur *d. ver. vnde eſt quæſitum*, & ſic non eſt mirum, ſi ibi legatum optionis non valeat, quum in quantitatibus eiuſdem generis & quantitatis, nedum nullus cadat delectus, ſed nec vlla affectio. *l. nummis. D. de in lit. iuran.* ſed omnimodam functionem inter ſe recipiunt, *l.* 2. §. 1. *D. de reb. credit.* Plures autem ſpecies, licèt contingat quòd ſint omnino conformes, & ſic non ſit propriè dabilis delectus, eſt tamen dabilis affectio, nec functionem recipiunt ad inuicem. Et ſic inter eas poteſt propriè locum habere electio, & valeret legatum, ſtatutum, conſuetudo, & quæuis diſpoſitio optionis, & ita concludo. Ita etiam ſentit do. Ioan. Cir. *in d. tract. primogeniti lib.* 2. *q.* 4. *ſuper.* §. 9. *col. penult.* licèt non ſic explicet, ſed relinquat cogitandum.

16. ¶ Vltimò nota, quòd cùm huiuſmodi electio dependeat à ſola & mera voluntate primogeniti, quibuſcunque * verbis exprimat certam & actualem voluntatem, inducitur electio, & executio inuariabilis ; ſiue dicat, talem manſionem volo, vel eligo, vel accepto, ſiue habere aut obtinere volo, aut alia æquipollentia, videlicet voluntatem in actu exiſtentem, vel executionem actus deſignantia : ſecùs ſi tantùm eſſent verba deſignantia voluntatem in via ad actum, vt iſta verba, volo eligere talem manſionem : nondum enim elegit in præſenti, ſed ſignificat velle eligere in futurum, vt tenet glo. Bart. Bald. Ang. & communiter doct. in *d. l. ſerui electione in princ. D. de lega. 1. in l. 1. C. de ſum. trin. & fide cath. cano. in c. ex literis. 1. de ſponſal.* Nec obſtat, quòd illa verba, volo eligere, ſignificant aliquam voluntatem de præſenti, ergo actum, quum omnis voluntas ſit actus, quia verum eſt quòd ſignificant & important voluntatem præſentem actus eliciti, quem diſponunt ; ſed non ſignificant voluntatem præſentem actus imperati, nec aliquid de ipſo actu imperato (quæ eſt ipſa realis electio) diſponunt, ſed illum annunciant duntaxat ; vnde ex vi illorum verborum non colligitur actualis electio, ſed quædam tendentia in futuram electionem. Ex circumſtantiis autem poſſunt illa verba ſuppleri & perfici, vt actum conſummatum importent, puta quando cum deliberatione ad hoc exquiſita, vocatis teſtibus, vel amicis, vel tractatu ſuper hoc habito, tanquam concluſio actus proferuntur : tunc enim intelliguntur diſpoſitiuè & perfectè proferri : & inducunt actualem electionem inuariabilem, *l. Pamphilo.* §. *propoſitum. D. de lega.* 3. no. Bart. in *l. gerit. colum.* 3. *D. de acquir. hæred.* & omnes ſcrib. in *d. l. ſerui electione. & in l. 1. C. de ſum. trin. & fide cath. & in d. ca. ex literis.* Et not. quod non requiritur interrogationem præcedere, & teſtes accerſitos eſſe, vt in *d.* §. *propoſitum.* Imò ſufficit alterum, vt tenet Bart. in *d. l. gerit.* nec quantum ad iſtud, videlicet an verbum volo, iunctum infinitiuo, inducat diſpoſitionem : eſt differentia inter contractus & vltimas voluntates,

* Electio procedit etiã inter omnino æqualia.

* Quibus verbis fiat electio.

A vt eſt communis & vera ſententia (quicquid ſcripſerit Bald. in *d. l. ſerui electione.*) & ita tenent Angel. Imol. Paul. Alex. in *d. l. ſerui electione*, Paul. in *d. l.* 1. & ibi Iaſ. *lect. 2. col. 4. C. de ſum. trin. Imo.* vtrobique in hoc ſufficit conſtare de certa & deliberata voluntate, vt per Soci. in *l.* 1. §. *ſi quis ita, col.* 1. *D. de verb. obligat. & conſil.* 86. Viſis, *col.* 1. 2. *lib.* 3. vbi in hærede grauato reſtituere illi de tali familia quem elegerit, & hæres coram fide dignis dixit ſe velle eligere Paulum, & non conſtat de alia electione, nec de voluntatis mutatione. Conſulunt Socin. Paulum eſſe electum, & poſſe petere fideicommiſſum. Idem cenſeo in præſenti, ſi primogenitus ſemel & ſeriosè dixerit, ſe velle eligere talem manſionem, B non poteſt alia eligi ab eius hærede, imò nec ab ipſo primogenito, quia electio trahit ſecum executionem, dummodo appareat deliberate, & à ſciente factam eſſe. Et hæc nota, quia vix inuenies alibi ita breuiter & apertè declarata. Adde quæ dixi ĩ. §. 142. Quàm autem ſit vtilis & neceſſaria etiam in praxi, inueſtigatio & reſolutio præfatæ materiæ electionis, liquebit vlteriùs ex plurimis quæſtionibus per prædicta decidendis, in d. §. 142. vbi explicantur multæ dubitationes emergentes ſuper illa ſolita alternatiua dotis ſiue dotarij conſuetudinarij & præfixi in voluntatem & electionem futuræ vxoris.

17. ¶ QVINTO pro pleniori reſolutione materiæ huius §. & duorum præcedentium, quæro ; Videmus primogenitum iure primogenituræ in ſucceſſione cuiuſque parentis habere manſionem principalem, cum C ſuis connexis iure præcipui, & vltra omnium reliquorum *feudalium* beſſem, vel ſemiſſem, pro numero filiorum : quid de *ſubfeudis*, & iuribus ſubvaſallorum, à feudo vel feudis dependentium? & primò de dependentibus & mouentibus à feudo, in quo accipit principalem manſionem ? Et videtur prima facie quòd ſpectent ad ſolum primogenitum, eodem iure præcipui, quoniam huiuſmodi ſubfeuda verè dependent & tenentur ab ipſo caſtro, ſiue à manſione principali, tanquam à capite feudi dominantis : non autem dependent nec mouentur à reliquo territorio, vel terris feudi : ſed ſunt pars & portio territorij, terrarúmque loci & manſionis dominantis, ſaltem reſpectu dominij directi actu retenti, * quod habet vim attractiuam dominij vtilis, D inquit Bald. *in conſ. 9. factum tale, col. lib.* 1. ipſum autem territorium, ſiue ambitus terrarum caſtri, ſe * habet ad caſtrum, quemadmodum acceſſorium ad principale, & ipſi caſtro ſubiacet, vt not. Oldra. in *conſ.* 121. *ad primam*, *Bald. in cap.* 1. *de capita curi. vend. col.* 4. *in vſib. feud. Pet. Anchar. in Repet. cap. acceſſorium, col.* 30. *de reg. iur. in* 6. Igitur ſi pars territorij, vel terrarum caſtri infeudetur, retento directo dominio, & iuribus feudalibus & dominicalibus ; omne illud ius feudale retentum in d. conceſſione, remanet acceſſorium caſtri, ſubiectum & dependens à caſtro, vt priùs dependebat res conceſſa. facit not. dictum Bald. in *l. talem in fi. D. de hæred. inſtit.* Vtque rem ipſam velut oculis ſubijciamus, pone tres aut plures filios ſuccedentes parenti, qui reliquit amplum feudum, à quo plura ſubfeuda mouentur, olim conceſſa in feudum ratione talis caſtri, vel loci dominantis, ſub cuius denominatione ſolita ſunt recognoſci & renouari : primogenitus accipit illud caſtrum, vel manſionem principalem cum ſuo circuitu iure præcipui, & cum hoc mediam partem reliquorum prædiorum illius feudi, dimidium autem reſidui diuiditur inter reliquos filios viriliter : nunc quæritur à quo filiorum debeant ſubvaſalli renouare fidelitatem & inueſtituram accipere ? Et multis magníſque rationibus videtur, quòd à ſolo primogenito, qui ſolus eſt dominus manſionis principalis, non autem à ſecundogenito, vel aliquo eorum, quum nihil habeant in ipſa manſione, à qua feuda dependent : igitur in ſubfeuda nullum ius dominicale, vel feudale habent, nec in totum, nec in parte, nec poſſunt

* Dominium directum habet vim attractiuam vtilis.

* Territoriũ accedit & ſubeſt caſtro.

* Vasalli mouentes à mansione principali nõ possunt alij addicere.

in illa, vel in subvasallos aliqua prehensione, vel potestate dominica vti. Sed id totum spectat ad solum primogenitum. 18. ¶ Patet quia * etiam primogenitus, remanens in solidum dominus castri, vel mansionis, non posset facere etiam expresso pacto, quòd subfeuda dependeant ab aliquo ex secundogenitis, qui haberet aliquam partem terrarum feudi, sed nihil haberet in mansione principali? nec etiam posset illi subijcere vasallos sine eorum consensu, imo etiam de eorum consensu, non posset hoc facere, sine consensu & authoritate superioris domini feudalis: cuius interest statum feudi quantum ad ipsa iura infidelitatis, non immutari, vt dicemus j. §. 35. *g.* 3. Idque esset dismembrare feudum, & separare vasallum à loco dominanti & alienari vasallagium (vt ita loquar) sine patronatu: quod est prohibitum, impossibile & repugnans, vt diximus supra, §. 1. *glo.* 3. *num.* 16. *&* 17. Si igitur ad primogenitum solum ratione mansionis principalis spectat ipsum ius & exercitium potestatis feudalis in subvasallos & subfeuda: igitur ad eum solum spectant laudimia, & reliqua commoda illius iuris & potestatis: & sic secundogeniti nihil possunt pretendere in istis, saltem respectu feudi, in quo primogenitus capit istud principuum, & principalem mansionem elegit. Si autem sint alia feuda in eadem successione, tunc quia in illis primogenitus non capit præcipuum, sed solùm medietatem, tam mansionis principalis, quàm reliquorum prædiorum, reliqua medietatè, tam in mansione, quàm in prædiis, ad reliquos filios viriliter pertinente: non est dubium quin secundogeniti ex quo concurrunt cum primogenito in dominio principalis mansionis, concurrant etiam in dominico iure, & in omni potestate feudali, in subfeuda, & subvasallos inde dependentes. Et idem esset si primogenitus non eligeret principalem mansionem, à qua titulus & denominatio feudi, & subfeuda dependent, sed aliam simplicem domum eiusdem feudi, loco principalis mansionis eligeret, provt sibi licet per deducta circa principium huius §. Et tunc esset dicendum, sicut concurrentibus pluribus patronis diximus j. §. 2. *glo.* 4. *g.* 8. 19. ¶ In contrarium videtur quòd * non sint præcipua soli primogenito, etiam in feudo, in quo accipit præcipuum. Primò quia consuetudo non dat ei, iure præcipui, nisi ipsam domum & mansionem principalem, vel quam elegerit, vnà cum suis appendentiis, quæ tamen sunt de corpore & vnitate corporali ipsius mansionis, vt declarauimus j. §. 13. *gloss.* 4. Sed iura feudalia subvasallorum, quamvis videantur principaliter dependere à principali mansione, velut a capite, & sicut aqua ex castello, vt ait Bald. *in l.* §. *de capi. qui curi. vend. col.* 4. tamen non sunt pars nec portio corporalis ipsius mansionis, sed res dicta ab ipsa mansione. Quemadmodum iura reddituum, censuum, vectigalium, & similia: quæ debentur à pluribus subditis, censuariis, emphyteutis, & similibus soluenda quolibet anno, certo die, sub pœna mulctæ, in dicto loco castri vel principalis mansionis, tanquam debita domino, ratione talis castri, vel mansionis, tamen clarum est, quòd non sunt pars corporalis mansionis, nec propriè illius appellatione veniunt, nec cedunt primogenito eligenti dictam mansionem iure præcipui: sed remanent diuidenda, sicut reliqua prædia, & iura feudalia. Eodem modo dicendum videtur de istis iuribus dominicalibus subvasallorum, alioquin si ius præcipui, quod per consuetudinem limitatur ad mansionem principalem: extenderetur ad huiusmodi iura dominicalia, de quibus consuetudo inducens præcipuum, non loquitur: esset vti virtute extensiua, videlicet à re expressa, ad rem in verbis non comprehensam; quod non licet in hac materia iuris primogenituræ, quod non recipit interpretationem extensiuam, sed illius respectu debet strictissimè interpretari, vt diximus j. §. 13. *gloss.* 3. *quæst. fi.*

* Iura subvasallorum non sunt de corpore mansionis principalis, à qua dependent, vnde non cedũt soli primogenito.

20. ¶ Secundo hoc probatur *per* §. 68. *infra eod.* iuncto textu processus verbalis, super reformatione veteris articuli: vbi clarè probatur, quòd si prædio alaudiali adhæreant iurisdictio, census, vel subfeuda ab illo dependentia: tunc in eo succeditur, & fit diuisio, sicut in feudo nobili, & primogenitus habet ius præcipui, & maioris portionis residui. Sed tamen iurisdictio, & ius censuum, & subfeudorum non cedunt in præcipuum primogeniti, etiam si illud alaudium non consisteret nisi in vna domo, à qua dependent census & subfeuda. Et quamvis illa domus cedat in præcipuum soli primogenito: tamen illa iurisdictio, census, & subfeuda debebunt diuidi inter omnes filios, sicut prædia feudalia separata à mansione principali. Igitur idem dicendum est de iurisdictione & iure censuum, & subfeudorum, adhærenti castro, vel mansioni principali feudali electæ per primogenitum. Et per illum textum patet irrefragabiliter de mente & intentione huius consuetudinis pro hac parte. Tertiò, quamvis primogenitus sit principalis dominus huius feudi, propter ius præcipui, in eo quod solus habet, & propter maiorem portionem residui: tamen non est solus dominus, seu dominus insolidum totius feudi dominantis, sed habet fratres cohæredes, socios & condominos eiusmodi feudi, qui possunt verè & propriè vocari domini feudi in parte, vt in pulchra quæstione distinguendo scripsi j. §. 64. quamvis primogenitus propter ius prærogatum, & maiorem portionem, sit principalis dominus. Si igitur secundogeniti sint verè domini, in parte feudi dominantis: igitur merè & propriè pro eadem parte sunt domini feudales, & patroni subvasallorum, & subfeudorum inde dependentium.

21. ¶ Quod autem * secundogeniti sint verè & propriè pro portione sua domini ipsius feudi dominantis, patet primò per hanc consuetudinem in hoc §. & præcedenti, vbi dat secundogenitis non certum, feudum vel rem singularem feudi, sed partem & quotam certam vniuersalem ipsius feudi, ibi, *& l'autre moitié desdits fiefs*, ergo habent ius & partem in ipso feudo, honore, nomine, & titulo feudi. Patet secundo, quia in terminis consuetudinis nostræ primogenitus non potest facere domino superiori fidelitatem pro toto feudo: sed solum pro tanta parte quam habet. Et secundogeniti possunt & tenentur se conferre in fidem eiusdem superioris domini pro portionibus quas habent in eodem feudo, vt latè dictum est j. §. 2. *glo.* 4. *g.* 3. *nu.* 35. *&* §. 35. *glo.* 2. *nu.* 45. Igitur sunt domini eiusdem feudi, in honore, & titulo, tanquam consortes siue concurrentes cum primogenito, non autem tanquam subditi, vel dependentes ab illo, quia non * tenentur portiones suas recognoscere à primogenito, sed à superiori domino ipsius feudi. Et pro hac parte tanquam veriore & æquiore concludo. Et sæpissimè à duodecim annis & citra in consessu peritorum audiui consultissimum illum totius ordinis nostri Dominum Matthæum Charterium, nemine dissentiente respondentem, subfeudorum iura non esse præcipua primogenito, sed inter filios diuidenda. Ad hoc optimè facit quod vult Matth. de Afflict. *in const. Neapol. incip. comitibus. in tit. de adiuto. pro mili. lib.* 3. *col.* 4. *g.* 6. vbi decidit, quod militia siue victus, secundogenito præstandus à primogenito, totum feudum capiente iure Francorum, debet præstari, nedum de fructibus domanij, seu prædiorum feudi, sed etiam de laudimiis, quartariis siue reuentis subfeudorum vel censuum à feudo dependentium: & sic habita ratione fructuum seu obuentionum à iuribus dominicalibus præcedentium.

* Secundogeniti habent partẽ in vniuersitatem titulo & honore feudi.

* Nec tenentur portiones suas recognoscere à primogenito.

D. Matth. Charter.

22. Nec obstat quod * subfeuda non dependent, nec recognoscuntur à territorio, & reliquis terris feudi dominantis, sed ab ipso castro vel mansione principali: quia potest responderi, quod non dependent à territorio, vel terris, per se, & seorsum, nec à castro, vel principali mansione tantum, per se & separatim, nec ratione alterutrius tantum recognoscuntur, sed ratione

* Subfeuda nõ à solo castro, sed à toto feudo dominanti dependent.

totius feudi, dominantis ſimul, à quo toto ſimul integraliter & vnicè conſiderato, dependent & mouentur. Nec obſtat, quòd in conceſſione ſubfeudorum, eorúmque renouationibus & inueſtituris, dicuntur concedi, vel recognoſci in feudum mouens vel dependens à tali domino, ratione & ad cauſam talis ſui caſtri, vel manſionis dominantis, quia reſpõdetur quòd caſtrum, vel manſio ibi exprimuntur, non tanquam tota res dominans: ſed tanquam caput & inſignior pars rei, vel feudi dominantis, in quo caſtro, vel domo, tanquam in capite, totum feudum dominans repræſentatur & expreſſum cenſetur. Non obſtat, quòd antequam iſtud ſubfeudum ſubinfeudaretur, erat portio terrarum feudi, dependens à caſtro, ſicut acceſſorio, & principali, illique ſubiecta, ſicut territorium caſtro, & loco principali ſubijcitur; igitur poſt ſubfeudationem, non debet intelligi aliquo modo dependere & moueri, à terris caſtri, nec in totum nec in parte, ſed à ſolo caſtro, vt priùs, quia reſpondetur quòd terræ domanij (vt verbo vulgari breuitatis & intelligentiæ gratiâ vtar) accedunt quidem caſtro, vel loco principali: non vt purum acceſſorium, ſed vt membra, & res æquè principales, ſaltem integrales, vnum & idem feudum dominans conſtituentes: cuius caput & inſignior pars eſt caſtrum vel manſio. Et ſic ſubfeudum ex aliqua terrarum domanij conſtitutum, non debet intelligi dependere, & moueri à ſolo caſtro, vel à ſolo capite, ſed à toto corpore, totius integri feudi dominantis. Non obſtat dictum Bald. *in d. l. ſalem in fin.* quia apertè facit pro hac parte, quoniam ſicut ſecundogeniti habuiſſent partem ſuam in terris ſubfeudi, ſi remanſiſſent in domanio: ita debent eandem portionem habere in iuribus directi dominij, & poteſtatis feudalis, & dominicæ, retentis in terris ſubinfeudatis.

25. Ex quibus patet, quòd ſecundogeniti habent partem in iſtis iuribus ſubfeudorum, & in omni iure dominicali: nedum quo ad commoditatem, vt nonnulli arbitrantur, ſed etiam quantum ad proprietatem: alioquin ſequeretur abſurdum, quòd non haberent trientem, vel ſemiſſem reſidui feudalium, ſeclusa manſione, in proprietate & vſufructu: provt intendit conſuetudo, ſed partim in proprietate, partim quandóque totum in vſufructu vel nuda commoditate, quæ eſt minus quàm vſusfructus: videlicet reſpectu iurium dominicalium, quæ quandóque ſunt totum reſiduum, vel melior pars reſidui feudi, modicum vel nullum domanium habentis, ſed plura ſubfeuda, vel cenſus, a ſe dependentia: & adhuc triens vel ſemis commoditatis horum iurium, longè abeſſet à triente vel ſemiſſe huiuſmodi fructuum, qui magis conſiſtunt in honore, quàm in commodo pecuniario. Et ſic concludo, quòd ſecundogeniti concurrunt in proprietate, honore & pleno & directo iure & quaſi poſſeſſione horum iurium, ſicut concurrunt in proprietate, honore, & pleno iure feudi: ita quòd pro portione ſua quam habent in feudo dominanti, poſſunt inueſtire, & in fidem admittere ſubvaſallos: quemadmodum primogenitus poteſt eos inueſtire & in fidem recipere pro portione ſua tantum nomine ſuo, & non inſolidum niſi addito vel ſubintellecto nomine communi. Non tamen admitto quòd ſecundogeniti poſſint ſoli vti prehenſione feudali, ſicut nec ſolus primogenitus, aut vnus ex pluribus patronis hoc poteſt, niſi ſecundum ea quæ diximus in *d. §. 2. gl. 4. 9. 1.* vbi videas, non repeto. adde quæ dicam *j. §. 51. 9. 3.* Vereor ne in prædicta quæſtione videar multum iuſtò prolixior, quàm gloſſematarium deceat. Sed excuſari poſſum primò propter vtilitatem & neceſſitatem dictæ quæſtionis, quam à nullo adhuc ſcribentium tactam, nedum diſcuſſam reperi. Secundò quòd breuiori quàm potui tramite proceſſi: quum potuiſſem per multa membra diuidere, & ſingula latè diſcutere. Tertiò quod hinc patet breuis & dilucida reſolutio, plurimarum aliarum quæſtionum: videlicet dum,

24. § Sexto quæritur * de iuriſdictione annexa caſtro vel manſioni principali, de qua videretur maius dubium, ex eo quod videtur eſſe in caſtro vel manſione principali, actiuè, & in reliquo territorio paſſiuè, & iuriſdictio in territorio depẽdet à iuriſdictione in caſtro, quaſi à capite, ſicut aqua quæ ex caſtello ducitur, à caſtello dependet. *D. de aqua. quoti. & æſti. l. 1. §. ait prætor. 2. & §. hoc interdictum*, inquit Bald. in *d. c. 1. col. 4. de cap. qui curi. vendi.* Et ſic videtur in ſui virtute actiua tota ineſſe ipſi caſtro, vel manſioni: & ſic tota cedere illi, cui totum caſtrum vel manſio cedit. Tamen veritas eſt, quòd non eſt præcipua primogenito, ſed cedit omnibus filiis, pro portionibus quas infra dicemus. Idq; nedum quoad commoda, mulctas, emendas, & alias obuentiones iuriſdictionis: ſed etiam quo ad proprietatem & dominium ipſius iuriſdictionis: nedum ſi iuriſdictio non ſit feudalis, vel teneatur in feudum ſeparatum ab eodem, vel diuerſo domino: provt ſæpè contingit, quã de ſe nihil habeat commune cum feudo, vt diximus *3. §. 2. gl. 5. num. 45.* ſed etiam ſi teneatur ab eodem domino, in vnum & idem feudum, cum caſtro vel manſione, ex vna conceſſione & infeudatione. Ratio, quia quantumcumque iuriſdictio ſit annexa vel vnita caſtro vel manſioni: tamen non eſt eius pars integralis, ſed res diuerſa, vnde ius præcipui limitatum ad manſionem non poteſt ad iuriſdictionem, vtpote rem diuerſam, & in verbis conſuetudinis non comprehenſam extendi.

* Iuriſdictio caſtri non eſt præcipua primogenito.

25. Tum * iuriſdictio regulariter & in dubio non ineſt ſoli caſtro vel manſioni, ſed toti feudo & territorio: quamvis potiſſimùm reſplendeat in caſtro, tanquam in capite totius corporis feudi, & territorij. Hinc eſt quod diuiſo territorio per habentem poteſtatem, diuiditur iuriſdictio, & remanet in qualibet parte, non autem in ſola parte in qua ſitum eſt caſtrum, non tamen admitto quod quiſque filiorum poſſit per ſe iuriſdictionem ſeparatim ſuo nomine, etiam in parte feudi ſibi diuiſim aſſignata tantum exercere: nec etiam quòd primogenitus ſolus poſſit ſuo ſolo nomine eam exercere in caſtro, tametſi ſibi ſoli præcipuo, & multominus admitto multiplicationem tribunalium vel iuridicorum: ſed dico * quòd debet iuriſdictio remanere, & exerceri in illa forma & in illis terminis, in quibus fuit conceſſa à ſuperiore, nomine tamen omnium dominorum illius iuriſdictionis, cuius commoda & fructus & obuentiones debent inter eos diuidi, pro rata domini, & portionis, quam quiſque habet in ea, per ea quæ plenè diximus *j. §. 121.* Patet etiam ex prædictis, idem dicendum de iure cenſuum, à feudo dependentium, ratione caſtri, vel loci principalis, & in eo loco ſoluendorum: & de mulctis, ſiue emendis, & laudimiis, & inueſtituris inde dependentibus, ſicut diximus de ſubfeudis & ſubvaſallis: de cæteris autem redditibus aut penſitationibus, à feudo dependentibus, pro quibus non competunt iura dominicalia, nullum eſt dubium, quin eodem modo debeant diuidi, ſicut reliqua feudalia, ſegregato præcipuo: quia ex quo non debentur iure dominicali, non habent maiorem connexionem cum caſtro, vel manſione principali, quàm vnus aut alter fundus deſcriptus in catalogo feudi.

* An iuriſdictio in plures dominos diuidi poſſit.

26. § Septimo quæro, diximus quod * iuriſdictio etiam feudalis, & eiuſdem feudi, ſimiliter iura ſubfeudorum, & cenſuum feudi, non ſunt præcipua primogenito, eligenti principalem manſionem, in illo feudo: ſed diuiduntur inter omnes filios & hæredes, etiam quantum ad proprietatem, neceſſarium eſt inueſtigare, pro quibus partibus inter eos diuidatur. Et primò videtur primogenitum habere vltra beſſem, ſi vnum tantum habeat cohæredem: vel vltra ſemiſſem, ſi habeat plures cohæredes. Ratio, quia quamvis in reliquis feudis eiuſdem ſucceſſionis, in quibus non eligit manſionem ſit expeditum, eum non habere vltra beſſem, & ſemiſſem reſpectiuè, cum in illis non habeat ius præcipui: tamen in iſto feudo, in quo eligit

* Iuriſdictio ineſt toti territorio quamvis potiſſimùm reſplẽdeat in caſtro.

* Qualiter iuriſdictio, ſubfeuda, & iura dominicalia debeant diuidi.

principalem manſionem, clarum eſt quòd habet vltra A beſſem vel ſemiſſem totius feudi : quum ante omnia præcipuum ſegreget & auferat : & in reſiduo eiuſdem feudi accipiat beſſem vel ſemiſſem. Secus nos diximus quòd iuriſdictio, ſubfeuda, & cenſus, & omnia iura dominicalia, non dependent à ſola manſione principali, nec à ſolo reſiduo, ſed ab vniuerſo feudo ſimul, integrè conſiderato : igitur hæc iura ſpectant ad filios, dominos huius feudi, pro rata portionum, quas habent in hoc feudo. Et ſic quum præcipuum primogeniti, iunctum cum beſſe vel ſemiſſe reſidui huius feudi, longè excedat beſſem, vel ſemiſſem huius feudi, videtur quòd debeat in iſtis iuribus habere longè vltra beſſem, vel ſemiſſem horum iurium, videlicet quantum facta æſtimatione præcipui, & habita ratione totius feudi, B inuenietur habere in toto feudo, vltra beſſem vel ſemiſſem.

27. Quibus non obſtantibus, puto quòd debeat habere ſolum beſſem vel ſemiſſem horum iurium & non plus : ſed integrum reſiduum trientem, vel ſemiſſem, pleno iure ſpectare ad alium, vel alios filios : & inter eos provt diuidi poteſt, diuidendum viriliter. Ratio, quia hîc agitur de vi extenſiua, ſiue extenſione iurium attributorum primogenituræ : vnde cõntra primogenitum debet fieri interpretatio : ita vt non plus nec aliud habeat, quam diſponit conſuetudo : ſed conſuetudo dat ei manſionem principalem, & beſſem, vel ſemiſſem totius reſidui duntaxat : vnde ſicut prætextu manſionis electæ, non poteſt habere totam iuriſdictionem, nec iura dominicalia, ita nec poteſt in illis quicquam C habere vltra beſſem, vel ſemiſſem. Et quod hîc dico circa iuriſdictionem : amplia primò nedum ſi ſit feudalis, & vnum, & idem feudum, cum iſto de quo agitur, ſed etiam ſi haberetur per ſe, in feudum ſeparatum, & hæc ampliatio eſt abſque dubio per prædicta. Amplio ſecundo, etiamſi iuriſdictio quæ habetur in hoc feudo, non eſſet feudalis, nec alaudialis, ſed in cenſum, vel aliter quaſi poſſideretur, provt vſuvenire poteſt, quia quamvis primogenitus habeat in hoc feudo, & toto eius territorio, & ambitu, longè vltra beſſem, vel ſeniſſem, propter præcipuum : tamen * non habebit in iure & proprietate talis iuriſdictionis, aliquid plus quàm vnus vel minimus filiorum, ſed viriliter & æqualiter in ea ſuccedet, cum reliquis fratribus. Ita quòd ſi ſint decem, non habebit niſi decimam partem in hac iuriſdictione : quum enim non ſit feudalis, nec D alaudialis, debet more cenſualium & paganicarum rerum diuidi. Nec obſtat, quòd primogenitus in proprietate territorij, cui adhæret illa iuriſdictio, habet ſolus plus quàm reliqui nouem fratres, quia iuriſdictio nihil habet commune cum proprietate territorij, vel fundorum quibus adhæret, nec ſecundùm illam, ſed iure proprio regulatur, vt per Bald. in *l. à procuratore C. mand.* & plenè diximus ſupra §. 1. *glo.* 5. *num.* 45. Vltimo ex hoc & præcedenti §. not. quòd nunquam niſi vnicum ius primogenituræ in eadem ſucceſſione, ſuper quo recordor cuiuſdam quæſtionis mihi propoſitæ, & quæ adhuc pendet.

* Non ſtatuitur in iuriſdictione pro modo territorij.

28. ¶ Octava quæſtio, vetus conſuetudo de Lorris, quæ Aureliis & apud montem Argiuum obſeruabatur, addicebat & affectabat filiis primi matrimonij omnia immobilia propria, ſiue antiqua prædia, cum omnibus acquiſitis à parente conſtante primo matrimonio : & erat parenti interdicta * venditio, donatio hypotheca, & quæcunque diſpoſitio, in præiudicium dictæ conſuetudinis, & filiorum primi matrimonij. Filiis autem ſecundi vel vlterioris matrimonij competebant ſolum conquæſtus facti conſtante matrimonio, in quo geniti erant. Prædura ſanè conſuetudo, & meritò abrogata concorditer in ſolemni triũ ſtatuum conuentu, habito tam in præfectura Aurelianenſi die vigeſimoſecundo Octobris anno Domini ſeſquimilleſimo nono, quàm in præfectura Montis Argiui, die nona Septembris, anno domini ſeſquimilleſimo tricesimoprimo, & ſtatutum quòd deinceps omnes filij cuiuſcunque matrimonij ſuccederent æqualiter parenti, ſalua ſola prærogatiua primogenituræ, quódque hoc nouum ſtatutum inciperet ex die præfato dicti conuentus, & nullo modo traheretur retro quoad ſucceſſiones quæſitas : imò nec etiam in quærendis haberet locum reſpectu parentũ, qui iam eſſet viduatus primo coniuge, ſed ſolum haberet locum in ſucceſſionibus futuris eorum qui nondum contraxerant matrimonium, vel qui adhuc erant in primo matrimonio, vt colligitur in *conſuetudine Aurelianenſi, art.* 41. *& ex conſuetudine montis Argiui, tit.* 1. *art.* 39. iunctis actis publicationum. Accidit autem in ſucceſſione ſubiecta antiquæ conſuetudini eſſe plures filios eiuſdem patris ex prima vxore, & plures ex ſecunda : primæ vxoris filij obtinuerunt omnia antiqua hæredia vtriuſque parentis, & acquiſita primi matrimonij. & inter ſe æqualiter diuiſerunt, ſaluo quòd primogenitus eorum habuit præcipuum & prærogatiuam iuris primogenituræ ſine controuerſia : ſecundæ vxoris filij obtinent conquæſtus ſecundi matrimonij, ſed inter ſe diſcordant de modo diuidendi, quia antiquior eorum contendit ſe primogenitum inter eos, & vult prius accipere ius primogenituræ, in dimidia latifundij feudalis acquiſiti à patre tempore ſecundi matrimonij : cæteri controuertunt dicentes, quòd debet æqualiter diuidi abſque aliquo iure primogenituræ. Dubium faciebat, quòd ratione dictæ antiquæ conſuetudinis videbatur ſeparatum patrimonium authoritate legis, & E ſic non vna, ſed diuerſa videbatur ſucceſſio, altera filiorum primi, altera filiorum ſecundi matrimonij, imò duorum hominum duæ hæreditates intelliguntur, vt inquit text. in *l. fin. certarum, de milita. teſta.* quum igitur nedum ſint duæ ſucceſſiones diuerſæ, ſed etiam cenſeatur ſuccedi diuerſis hominibus, nihil impedire videtur quominus ſit locus iuri primogenituræ inter filios ſecundi matrimonij : ſicut locus eſt inter filios primi matrimonij. Et conſuetudines non excludunt pluralitatem iuris primogenituræ, niſi in vna & eadem ſucceſſione, & expreſsè admittunt in diuerſis. Contrarium reſpondi abſque dubio, quia quantumcúmque ſint diuerſarum matrum, tamen omnes ſunt æqualiter filij eiuſdem patris, vt eſt pulcher text. in §. *fin. in authen. de nupt. colla.* 4. *not.* 5. §. 35. *glo. fin. ad fin.* Et ſic reſpectu patris non habent niſi vnum primogenitum. Et incompatibile * eſt dicere, quòd idem parens habeat duos pri- * Vnius parentis nõ poſſunt ſimul eſſe duo primogeniti. mogenitos : quia dato primo, neceſſe eſt omnes ſequentes carere hac qualitate, & conſequenter prærogatiua. Nemini enim ſequentium poteſt competere appellatio filij primogeniti eiuſdem patris : benè verum eſt, quòd in altera dimidia, quæ ſpectat ad ſucceſſionem ſecundæ vxoris, antiquior iſtorum filiorum habebit ius primogenituræ, dummodo dicta vxor non habeat filios ex aliquo precedenti matrimonio, tunc enim antiquior omnium filiorum eius eſt propriè, verè & ſimpliciter primogenitus matris ſuæ, & ſic in eius ſucceſſione capiet ius primogenituræ, ſed non in ſucceſſione patris ſui, qui alium habet verum primogenitum, fac. not. 5. §. 13. *glo.* 1. *q.* 4. *num.* 85. An autem præfata noua conſuetudo, quę non poteſt habere locum reſpectu filiorum primi matrimonij diſſoluti tempore reformatę conſuetudinis, habeat locum reſpectu filiorum ſecundi & tertij matrimonij poſt reformatam conſuetudinem diſſolutorum, ita vt eiuſdem hominis hęreditas difformi iure & conſuetudine iudicetur, eſt ardua quæſtio, & feudalem materiam excedens, & dicetur j. §. 122. Sed iuxta not. in *d. q.* 4.

* Conſuetudo interdictionis.

29. ¶ Nono quęro, quid ſi primogenitus mortuus eſt ante patrem, ſed prius renuntiauerat futuræ ſucceſſioni patris, & omni iuri primogenituræ, & cum iuramento, accepta certa ſumma, iuxta *c. quamuis, de pact. in 6.* Vtrùm is qui tempore mortis patris reperitur anti-

quior filiorum, debeat habere ius primogenituræ? Videtur quòd non, ſaltem vtile de quo in hac conſuetudine, quia iam ab eadem paterna ſucceſſione ſeparatum eſt, & ablatum vnum ius primogenituræ datum filio defuncto. Igitur iterum non debet accipi in eadem authoritate eiuſdem parentis per hanc conſuetudinem formalem, fic. not. *infrà* §. 122. *de filia quæ renunciauit*, iuxta *d. c. quamuis*, vbi diximus eius poſteritatem magis excludi vi perceptionis portionis, quàm vi renunciationis. Secus ſi dictus filius tantum renunciaſſet futuræ ſucceſſioni patris, & omnibus eius bonis, & omni iuri primogenituræ, etiam ſpecialiter patri ſtipulanti ad commodum omnium reliquorum filiorum, ſed nihil accepiſſet. Tamen veritas eſt in contrarium, quòd nunc antiquiòr filiorum tempore mortis patris, habet ius primogenituræ in reliquis bonis patris in eius ſucceſſione dimiſſis, quia tunc reperitur, & eſt verus & naturalis filius primogenitus. Quod amplio, nedum ſi portio vel ſumma data illi filio prædefuncto, fuiſſet per eius obitum reuerſa ad patrem, vel ad dictos filios eius fratres: ſed etiam ſi eam penitus conſumpſiſſet, nec habet dicta renuntiatio præiudicare, nec operari, niſi contra, & ad excludendum renunciantem & ſuos. Non autem dicta renunciatio poteſt quicquam operari contra alios, quia ad hunc finem non fuit interpoſita, nec etiam potuiſſet à ſolo patre & dicto renũciante interponi in præiudicium illius, ad quem conſuetudo delatura eſſet ius primogenituræ mortuo patre, per not. ẽ. §. 13. *glo. 3. q. 3.* Tum præfata renuntiatio iuris futuri implicitam habet conditionem, ſi illud ius ad renunciantem deuoluatur, vt not. Fulgo. Alex. Decius in *l. punctum quod dotali. C. de collat.* Cùm igitur non fuerit deuolutum ad dictum renunciantem, vtpote præmortuum, perinde ac ſi abſque vlla renuntiatione deceſſerit ante patrem, quo caſu indubitatum eſt ad hunc ſpectare omne ius primogenituræ, qui tempore mortis patris reperitur maior natu. Et hoc eſt clarum, ſi dictus renuntians prædeceſſerit ſine liberis.

30. ¶ Decimo eodem themate retento quæro; quid ſi reliquerit filium, vel etiam vnicam filiam ſuperſtitem? Hæc eſt per ſe ſatis argumentoſa quæſtio, abſque eo quòd arduam illam & effuſam diſceptationem ingrediamur, an filij ſeu nepotes excludantur per renuntiationem factam a patre vel matre, mortuis ante auum, de cuius ſucceſſione agitur? quod diſtinguendo reſoluimus ĩ. §. 122. vbi remitto. Sed præſupponendo nepotes excludi, & non poſſe etiam ex propria perſona venire ad hanc ſucceſſionem, remanet difficultas non modica: An inter patruos ſeu reliquos filios defuncti locus ſit iuri primogenituræ, an verò æqualiter ſuccedant? Et primò videntur æqualiter ſuccedere, quia quemadmodum primogenitus ſuperſtes patri, ſed abſtinens vel renuntians hæreditati paternæ, remanet naturaliter primogenitus, & facit quòd inter reliquos filios ſuccedentes nullum ſit ius primogenituræ, *vt* ẽ. §. 13. *glo. 1. q. 4.* Idem videtur iudicandum in filiis dicti primogeniti præmortui, imò in eius filia, per not. ĩ. §. 134.* Sed certè iſtud procedit in primogenito capaci & habili ad ſucceſſionem, & ius primogenituræ, quamvis poſt deuolutionem voluntariè abſtineat. vel renunciet, & idem in nepote ex præmortuo primogenito, qui non renuntiauit iuxta d. c. quamvis; & ſic iſte nepos eſt habilis in ſucceſſione & repræſentatione iuris primogenituræ, quia licet voluntariè abſtineat, tamen facit inter patruos ſuos ceſſare ius primogenituræ, per not. in *d. gl. 1. q. 4.* An autem idem eſſet in nepte ex primogenito, alia eſt difficultas, quam reſolui in *d.* §. 134. An ſic nos loquimur in primogenito inhabili propter dictam renuntiationem. Vnde breuiter reſoluendo, dico quòd ſiue ſit ſuperſtes patri, ſiue præmoriens relinquat liberos ſuperſtites quum tempore mortis patris vel aui reperiantur inhabiles, nullum præſtant impedimentum ſecundogenito, ad quem, (vtpote nullum habilem habentem ante ſe, & ſic in effectu primogenitum) defertur ius primogenituræ ſtatim à morte patris, per hanc conſuetudinem, quę ſe refert ad illum, qui tempore mortis parentis reperitur maior natu & habilis, vt ẽ. diximus. Idem quocunque modo primogenitus reperiatur inhabilis tempore mortis patris, ſiue quia iuſtè cauſa expreſſa exheredatus, vel quia maiòr annis conſenſit ſe exheredari. Quid autem ſi tempore mortis patris erat inhabilis propter ſententiam depórtationis in eum latam, à qua poſtea liberatus, & in integrum reſtitutus fuit à principe? Remitto ad ea quæ ſcripſi latè ſimul cum multis aliis quæſt. ad hoc ĩ. §. 122. *gloſſ. 1.*

* ſi primogenitus viuo patre renunciauit, aut alias inhabilis reperiatur, ius primogenituræ tranſit ad ſequentem.

§. XVII.

SI eſdites ſucceſſions de pere & mere, ayeul ou ayeule, y a vn ſeul fief conſiſtant ſeulement en vn manoir, baſſecourt & enclos d'vn arpent, ſans autre appartenance, ny autres biens; audit fils aiſné ſeul appartient ledit manoir, baſſecourt & enclos, comme deſſus; ſauf toutesfois aux autres enfans leur droict de legitime, ou droict de doüaire couſtumier ou prefix, à prendre ſur ledit fief. Et où il y auroit autres biens qui ne fuſſent ſuffiſans pour fournir leſdits droicts aux enfans, le ſupplément de ladite legitime ou dudit doüaire ſe prendra ſur ledit fief. Et toutesfois audit cas, le fils aiſné peut bailler aux puiſnez recompenſe en argent, au dire de preud'hommes, de la portion qu'ils pourroient pretendre ſur ledit fief.

* Hic §. additus eſt per nouam conſuetudinem.

§. XVIII.

ITEM, quand en vn fief appartenant à deux ou pluſieurs enfans par la ſucceſſion de leur pere ou mere, n'y a point de manoir principal, & n'y a que terres labourables, le fils aiſné peut auoir vn arpẽt de terre, en tel lieu qu'il voudra eſlire par preciput, au lieu dudit manoir.

* Olim fuit 14. artic.

QVando in feudo pertinente duobus aut pluribus liberis, ex ſucceſſione patris aut matris, deeſt manſio principalis, nec adſunt prædia, niſi ruſtica, ſiue arabilia; primogenitus poteſt accipere iugerum terræ feudalis in eo loco quem diligere voluerit, iure præcipui, vice deficientis manſionis. H. D.

SI'L n'y a manoir principal en vn fief appartenant à deux ou pluſieurs enfans par la ſucceſſion de leur pere ou mere, ains ſeulement terres labourables, le fils aiſné peut auoir vn arpent de terre en tel lieu qu'il voudra eſlire par precipur, pour & au lieu dudit manoir.

Hic tamen articulus mutatus fuit per nouam conſuetudinem ſequentem in modum.

Digitized by Google

SVMMARIA §. XVIII.

1. *Manſio non verificatur in caſula villici vel paſtoris.*
2. *Præcipuum non poteſt capi niſi in rebus ſoli, & ceſſat in iuribus feudalibus.*
3. *Si non ſit niſi vnum iugerum feudale, totum cedit primogenito, ſaluâ aliorum legitimâ.*
4. *Quid de feudo quod eſt de communi conquæſtu patris & matris?*
5. *Quæ menſura debet attendi?*
   In dubio nobilior & regia.
6. *Etymon & quantitas iugeri antiqua.*
7. *Moderna iugeri menſura.*
8. *Primogenitus non tenetur creditoribus niſi pro quota hereditaria.*
9. *Ius primogenituræ non proprie capitur iure hæreditario.*
10. *Perſonalis obligatio, & non acceſſoria hypotheca attenditur.*
11. *Æs alienum reſpicit vniuerſum patrimonium.*
12. *Quid de reditu ſimpliciter aſſignato ſuper feudo?*
13. *Item vt non teneatur primogenitus pro rata feudi, ſed ſolum pro quota hereditaria.*
14. *Ampliatur etiam in reditu non redimibili & infeudato.*
    Ceſſio peti poteſt etiam contra cohæredes.
15. *Fallit autem in reditu limitato ad ipſum feudum.*
16. *Item fallit in reditu debito ex ipſa infeudatione.*
17. *Item fallit in reditu debito ratione poſſeſſionis, & quamdiu res poſſidetur tantùm.*
18. *Differentia inter oblationem actiuam & datiuam.*
19. *Recognitio ſeu titulus nouus non alterat, nec immutat qualitatem oblationis.*
20. *Quid ſi fructus feudi alicui debeantur, an primogenitus teneatur pro rata feudi ſoluere?*
21. *Quando fundus dicatur exprimi gratiâ demonſtrationis, & quando gratiâ taxationis & limitationis.*
22. *Quid de mera hypotheca?*
23. *De clauſula, obligans, &c.*
24. *Quid ſi hypothecæ accedat obligatio legalis, vel officium iudicis?*
25. *Quid de pretio refundendo pro recuperatione feudi communis?*
    Limitatio ad l. 1. & 2. C. ſi plures.
26. *Imprudentia iudicis, caſui fortuito annumeratur.*
27. *Impenſæ litis ſunt perſonales.*
    Secus in impenſis factis in rem.
28. *Quid de actionibus competentibus ad feuda?*
29. *Ius redimendi eſt pars rei, & facit quòd non cenſetur in totum res alienata.*
    Actio ad redimendum hæredia tranſit ad hæredes antiquorum prædiorum.
    Statutum verificatur in caſu ficto, quando fictio tranſit in eandem rem de qua agitur.
30. *Differentia eſt, an recuperatio rei fiat per viam veræ redemptionis & noui contractus, an verò fiat per viam meri diſtractus?*
31. *Quid è conuerſo, ſi pater ſub pacto redemptionis emit feudum quod redimitur à filiis?*
32. *An actio empti ex ſtipulatu & ſimiles ad feuda cadant in ius primogenituræ?*
33. *Feudo euicto per dominum ceſſat ius primogenituræ in recurſu euictionis.*
34. *Vtrùm ſit locus iuri primogenituræ in feudo, quod tempore mortis erat alienum, ſed poſtea ſuperuenit dominium?*
35. *Ius primogenituræ valde moderatum eſt ſub hac conſuetudine.*

GLO. I. IN VER.

Manoir principal.

INTELLIGE hunc textum, quando non eſt niſi vnum feudum in vna ſucceſſione: vel ſi ſint plura feuda, ſingula careant manſione principali, ſeu manſione deſtinata ad habitationem patrisfamilias; non enim tugurium paſtorum, vel caſula villici, pro manſione habetur in hoc text. Alioquin ſi reperiatur vna principalis maſio feudalis, ceſſat diſpoſitio huius §. & tenetur illam acceptare primogenitus ſi velit, alioquin carebit iure præcipui, nec poterit omiſſa manſione & inuitis cohæredibus eligere iugerum terræ. Item intellige textum de manſione habitabili, ad uſum patrisfamilias, non dico ſecundum qualitatem tunc temporis vaſalli, qui fortè erat ſenator, ſed ſecundum qualitatem feudi, & regionis. Si autem in feudo reperiatur caſula paſtoria, vel ſtabulum, aut horreum, ſeu ſimile ædificium, aptum & deputatum principaliter operis, & fructibus ruſticanis & non habitationi domini, vel patrisfamilias, non deberet computari pro manſione, & eſſet locus huic §. Et not. quòd iſtud iugerum debet eſſe feudale; nullum enim præcipuum, nulla prærogatiua primogenituræ habet locum apud nos, niſi in rebus feudalibus dumtaxat, vel alaudialibus ſecundum determinationem §. 46. ĩ. *eod.*

¶ Aduerte etiam diligenter, quòd quamvis deficiente manſione, & in caſu huius §. primogenitus poſſit eligere, melius & fœlicius iugerum terræ feudalis, in quacunque parte feudi, puta in pratis &c. reſtibili & fœcunditate, bis ſingulo quoque anno ferax; & in vineis orientalem, & fortunatiorem locum, pruiniſque vorationi & ſyderationi minùs obnoxium: in agris molliorem & leniorem glebulam, iugerúmve lectiſſimo tritico ferendo vbertimum: in montuoſis medij collis, poſitionem paululùm intumeſcentem, domui fortè villæ, vt neceſſario cõſtituendæ aptiſſimam, vt apud *Columel. de re. ruſti. lib.* 1. etiam in loco & tempore, herciſcundæ hæreditatis & electionis, cultiſſimo & maturis fructibus pleno, etiam ſi illo anno fructus illi rariſſimi ſint & pretioſiſſimi, puta iugerum optimis vuis ad ſelectiſſimum vinum grauidum, cæteris vineis qua latè patet regio, grandinibus, tempeſtatibus, aut ſyderatione contritis; quàm vim maiorem vocat Caius in *l. ſi mercea*

Digitized by

§. *maior vis loca.* refusis tamen sumptibus, si qui illorum fructuum gratiâ à cæteris cohæredibus post obitum parentis, facti sint. (huiusmodi enim electio retro ad tempus obitus parentis trahitur) & in summa, siue natura loci, aut cœli temperie aut cultura, aut casu, iugerum electum in duplo, aut quadruplo superualeat singulis iugeribus totius terræ feudalis: tamen non potest aliud quàm iugerum terræ eligere, nec consuetudo dat primogenito hanc præceptionem nisi in simplici spatio terræ ad quantitatem iugeri limitato: vnde si in certo iugero terræ feudalis sit stagnum, vel molendinum, non potest illud eligere, quia haberet longè plus quàm iugerum terræ, quod esset contra mentem & intentionem huius consuetudinis, quæ voluit hoc casu, ius præcipui esse limitatum ad vnum iugerum terræ. & sic sit ratione terræ, & consequenter debet intelligi de spatio simplicis terræ: faciunt verba consuetudinis ibi, *terres Labourables*, & sic apertè intelligit quòd istud iugerum terræ sit de terra arabili, vel de spatio simplicis terræ, non autem quando certo fundo alia notabilis qualitas accederet excedens valorem & rationem simplicis terræ, facit quòd in statutis, & materia stricta appellatione simplicis, non venit simplex qualificatum *c. statutum* & ibi Ioan. And. Ancha. Gemi. Phi. *de elec. in 6. l. vim passam. §. præsumptione. de adult.* Panor. in *Rub. de vita & ho. cleri.* Imol. Panorm. in *capit. 1. de cohibi. cleri. & muli.* Felin. in *cap. graue de officio ordi. in cap. non dubium. de senten.* ex communi Philipp. Deci. *in Rub. de proba. columna vndecima.* Et quod in statutis sub * simplicibus maximè sub altero simplici, non comprehenditur casus mistus vt tradit Bart. Alexan. Ial. Deci. & omnes in *l. certi conditio. §. 1. si cer. pet. a in l. 2. in princ. de verbor. obligat.* Alexan. *consil.* 116. *lib.* 2. Multa in hanc rem possem adducere, sed non est motis mei niti alienis, præsertim remotis & adventitijs argumentis: mihi satis est mentem non esse consuetudinis dare primogenito vltra tantum spatij simplicis terræ, & ita in simili expressim declarat *consuet. Blesen. §.* 143. Tamen etiam hoc non expresso idem dicendum puto in omni consuetudine, in istis aut similibus terminis loquente. Quare si in agro feudali sit lapidicina cretæ ferri, argenti, aut alterius metalli fodina, non poterit à primogenito, sub colore iugeri, eligi, & auferri: idem dico de horreo, torculari aut alio tugurio fundi feudalis, idem de spheristerio vel hypocausto, quorum meminit Vlp. *in l. si quis mihi manda.* idem in similib. Hæc tamen limito vel potius declaro, nisi primogenitus vellet molendinum, stagnum, horreum, torcular, aut aliud terræ feudalis instrumentum, in alio iugero, vel loco æquè commodo & idoneo impensis suis transferre, vel construere: & illud iugerum ad formam soli redactum eligere, quia potest cum habeat electionem iugeri in qualibet parte terræ feudalis, per hunc text. dummodo non grauet successionem communem, vltra rationem vnius simplicis iugeris terræ. Idem puto si velit cohæredibus pro eorum parte debiti refundere, deducere æstimationem superficiei stagni, horrei, aut molendini, vel similis instrumenti quando illud instrumentum non est in fundo, pro necessitate aut vtilitate prædiorum eiusdem successionis, sed ad alium vsum, puta patrisfa. vel ad locandum vicinis aut aliis. Sed quid si inter iugera agri feudalis, sit vnicum proceris arboribus consitum? Prima facie videtur posse eligi, quum vnica fortè vel raræ præcursitatis vinea eligi possit, cuius reditus (vt apud *Colum. de re. rustic. lib. 3. c. 3.*) longè præ cæteris est vberrimus. Quin & in hoc agro Parisiensi quædam sunt vinearum iugera, quæ ducentis aureis iusto pretio vendi possunt, quum procerorum nemorum iugera etiam oportuno & parabili loco sita, puta secus flumen nauigabile nusquam tanti vænire possint etiam si actores simul cum solo væneant vt est notum: in contrarium videtur quia alta nemora non sunt in fructu. *l. diuortio. §. si fundum. solu. matri. l. sed si grandet. l. arboribus. de vsufruct.* sunt enim pars fundi, non tamen tanquam fructus colligibiles &c. sed tanquam superimposita & permanens superficies quale molendinum, aut ædificium: ergo non possunt cadere in hanc electionem, quoniam non sunt simplex spatium terræ; non obstat quod de vineata terra adducitur, quia aut est sine fructibus & est simplex spatium terræ quantumuis aliàs cultæ & propter loci & cœli salubritatem pretiosæ, aut est maturis fructibus plena, & non sunt nisi vnius anni fructus, qui non sunt hîc in consideratione, nisi quo ad refusionem sumptuum post obitum parentis factorum, vt dictum est. Secus in alto nemore, quia continet fructus centum aut trecentum fortè præcedentium annorum, & sic apparet maximam esse diuersitatis rationem: & pro hac parte, concludo in quæstione proposita. Secus si tota terra feudalis sit in alto nemore, quia tunc dico, quod poterit primogenitus eligere quodcunque voluerit iugerum eiusdem terræ, donec bessem aut semissem residui, pro numero cohæredum acceperit: nec tenebit æstimationem alius nemoris, pro rata iugeri electi cohæredibus, pro portionibus eorum refundere: quia ex quo primogenitus non eligit dissimile ab aliis iugerum, & secundogeniti in simili & eiusdem valoris terræ, portionem suam habent. Sed quid si pars terræ feudalis sit in alto nemore, pars in terra arabili, aut fortè pascuis distincta, & parum vtili? Ad hoc puto posse primogenitum cum effectu, eligere iugerum in meliori terra videlicet in alto nemore, nedum sit maior aut dimidia, sed etiam si minor pars terræ sit huiusmodi. Et sufficit quod per electionem iugeri nemorosi non frustrentur primogeniti in totum a terra nemorosa, quin saltem eis remaneat tantum quantum iure præcipui per hanc electionem auferetur: vnde si inter centum aut mille iugera terræ, sunt solum decem aut tria iugera altæ syluæ, poterit primogenitus vnum ex his pro præcipuo eligere: secus si solum essent duo huiusmodi iugera, & vellet iure auferre, & adhuc in semissem aut bessem accipere sicut in residuum terræ, quia nimis cohæredes læderentur: ideo hoc casu debet abstinere ab electione iugeri, in nemore vel alterum iugerum cohæredibus pro tanto reliquæ terræ relinquere aut aliter eorum incommoditatem pensare: nec video quod penitius & ciuilius discuti & tractari possint mens & verba huius consuetudinis vlteriùs penetrando materiam huius §. 2. ¶ Quæro quid si in successione * nulla sint bona feudalia, nisi vna iurisdictio certi loci, possessa vel quasi in feudum mouens à rege, vel alio patrono: vtrùm habeat locum ius primogenituræ? Respond. secundum ius consuetudinis nostræ ius primogenituræ non consistit, nisi in iure præcipui & in iure maioris portionis residui: ius autem præcipui non est introductum per hanc consuetudinem, nisi in rebus soli, in quibus dat mansionem principalem, vel in eius defectum, iugerum terræ. Cum autem iurisdictio non sit res soli, sed ius incorporale, sequitur deficere terminos consuetudinis, & consequenter eius dispositionem de præcipuo. Et non habebit locum, nec in defectum illius quicquam subrogabitur, nec fiet extensio de rebus soli, ad incorporalia, quia, vt sæpe diximus in hac materia, cessat omnis interpretatio extensiua. Item si feudum consistat in quodam iure dominicali, vel in iure redditus vectigalis, aut pedagij aut in alia quacunque re incorporali: non enim erit locus iuri præcipui: sed benè locus erit iuri maioris portionis; & accipiet primogenitus bessem, vel semissem pro numero cohæredum feudi incorporalis, & nihil aliud, quia hoc ius maioris portionis datur in residuo omnium feudorum indistinctè, patet ex duobus §§. præcedentibus. 3. ¶ Quid si non sit nisi vnum iugerum feudale vel minus? Respond. totum id spectat soli primogenito iure præcipui:

* Minus est non contineri simplicibus in statuto.

* Præcipuum nõ potest capi, nisi in rebus soli, & cessat in iuribus.

Saluo nisi inquantum deficientibus aliis bonis læderetur reliquorum filiorum legitima secundum ea quæ diximus 3. §. 13. *glo.* 4. *q.* 3. 4. Quid si ex successione patris & matris non sit nisi vnicum feudum, de communi eorum conquæstu? Et disputatione omissa breuiter respondeo media pro indiuiso huius feudi attribuitur successioni patris: altera dimida successioni matris. Ideo si sint in hoc feudo duæ mansiones, primogenitus poterit vtramque eligere, & habere iure præcipui, vnam respectu successionis patris, alteram respectu successionis matris. Et si non esset nisi vna mansio, posset illam eligere pro vna successione, & vnum iugerum terræ feudalis, pro alia. Et si nulla esset mansio posset eligere duo iugera feudalia siue contigua, siue separata non refert. Nec obstat quod feudum est indiuisum. Et tamen reputatur pro duobus feudis diuersarum successionum, antequam aliqua diuisio facta sit, quia hoc non est inconueniens ex quo liberi sunt communes, vtriusque defuncti, & vniformiter veniunt ad vtriusque successionem: secus si singuli filij essent ex singulis matrimoniis, vel aliqui eorum ex diuerso matrimonio, quia tunc ex quo possent esse plures primogeniti, & primogenitus in vna successione, non esset primogenitus sed extraneus in alia. Et etiam quia difformiter esset fienda diuisio, aliter secundum circumstantiam subiecti casus esset dicendum.

* Mensura quæ debeat metiendi.

5. QVÆRO cuius * mensuræ debet esse iugerum? Respondeo, propter varietatem mensurarum agri Parisini non possum certò definire, sed debet inspici mensura domini iurisdictionis, cui subest feudum, in quo iugerum istud accipitur; nec est dubium debere inspici consuetudinem & modum mensuræ particularis, in quo res mensuranda est sita, quando agitur de dispositione legis, *vt hîc*, Quid autem sit in dispositione legis dixi. j. §. 91. Quid si feudum consistat in pluribus agris, sitis sub iurisdictione diuersorum dominorum, diuersis mensuris vtentium? Respondeo, erit in electione primogeniti, deligere de quocunque agro voluerit, secundum mensuram vigentem in loco, vbi situs erit ager & iugerum electum. Quid si in eodem loco concurrant diuersæ mensuræ puta vsus mensuræ regiæ, & vsus alterius mensuræ domini subalterni, fortè concurrentis in iurisdictione cum rege? Respondeo, attendendam mensuram regiam, tanquam præpotentem & nobiliorem; vbicumque enim emergit ambiguitas æquiuoci, vel analogi debet (alia potentiori præsumptione cessante) determinari secundum potentius, & * nobilius significatum; vulg. §. *sed iure quidem ciuile. instituț. de iure natț. geț. & ciț.* Quid si concurrant in iurisdictione loci, duo inferiores domini diuersas habentes mensuras? Respondeo electionem esse primogeniti, qui liberè poterit eligere iugerum ad latiorem, & maiorem mensuram: hic enim sumus in vi comprehensiua, vnde in eius fauorem debemus interpretari.

* Nobilior significatio, attendenda.

6. ¶ IN text. ibi, *vn arpent*, id est vnum iugerum, quod nos arpennum appellamus: nuncupatum * autem fuit iuger siue iugerum, à diurna iugalium boum opera; quod tantum spatij vno die ab vno pari boum arari posset, secundum Plin. natur. *hiſtor. lib.* 8. quod etymum vix hodie congruit, propter variam, & mensurarum, & soli, & temporis conditionem. * Refert autem Colum. *de Re. ruſt. lib.* 5. *c.* 1. appellatum esse iugerum, ab eo quod esset iunctum, quoniam duo actus quadrati simul iuncti iugerum efficiunt. * Actus autem quadratus est parallelogrammum, quadrilaterum, id est planum, siue superficies quatuor habens lineas æquales, æquè distantes, quarum quælibet pedibus 120. finitur, & sic siue in solo, siue in arena complectitur 14400. pedes quadratos. Iugerum autem constat ex duplicato actu videlicet ex 28800. quadratis pedibus, vt etiam pulchrè differit *Fab. Quintil. inſt. oratori. lib.* 1. *capit.* 18. & plenius *Colum. in loco prælegato*. Iugeri longitudo constat. 240. pedibus, latitudo verò dimidio longitudinis siue centum viginti pedibus; quod si alterum altero multiplicaueris, inuenies mensuram, & quantitatem iugeri, quadratorum pedum millia viginti octo & octingentos complecti; qui hic pedum numerus quatuor mille & octingentas * hexapedas quadratas constituit, siue decempedarum quadratarum duo millia octingentum & octoginta, vt patet per iustum & verum calculum; quamuis in erudito tractatu, de vera mensurarum ponderúmque ratione, nouissimè edito per religiosissimum & doctissimum præsulem dominum Robertum Senalem Parisiensem, scriptum sit præfatum iugerum octingentas hexapedas quadratas constituere quod puto mendam & omissionem esse Typographi. Iugerum * autem (vt as) diuiditur in duodecim partes, siue vncias, quarum quælibet duo millia & quadringentos quadratos pedes continet. Rursus quælibet vncia in sex sextulas, quarum quælibet quadringentos pedes habet: * sextula autem diuiditur in scrupula quatuor, & sic integrum iugerum septuaginta duas sextulas, siue ducentum octoginta octo scrupula complectitur. Est autem * scrupulum minima pars iugeris, centum quadratorum pedum spatium ambiens, quod spatium veteres Galli, supra mille quingentos annos, videlicet ætate Columellæ, qui Claudij Imperatoris, & Senecæ temporibus scripsit, Cauderum appellabant in ateis vrbanis; in agrestibus autem pedum centum quinquaginta spatium, siue sesquiscrupulum Cauderum nominabant; semiiugerum quoque arpennem. 7. ¶ Et hæc de iugere Romano & antiquo. * Hodie verò quod arpennum vernacula nostra lingua vocamus, ferè duplum continet illius iugeri Romani, plúsve, minúsve dupla, pro varia cuiusque loci mensura, cuius rationem cumulatissimè & elaboratissimè reperies explicatam per eruditissimum & clarissimum illum, * Guillielmum Budæum libro quinto locupletissimi sui assis; præfatúmque reuerendum patrem dominum *Robertum Senalem in dicto tractatu mensurarum, viros hac ætate nostra, omnium virtutum ac doctrinarum genere absolutissimos, patriæque huius vrbis, & totius Galliæ splendidissima lumina: vt autem in compendio habeas nostratium mensurarum aliquam rationem, centum perticis iugerum siue arpennum nostrum metimur: Et in hoc perticarum numero, non solet esse varietas, sed multum vbique variatur perticarum longitudo, ita vt nedum quælibet præfectura, sed quæuis fere dominicalis curia, seu particulare territorium, peculiarem & differentem perticæ mensuram habeat. Esset autem reipublicæ vtilissimum, vt in toto hoc florentissimo regno, vniformis esset omnium mensurarum & ponderum ratio, quod Ludouicus huius nominis 5. Francorum rex tentauit, sed morte præuentus non perfecit. Quibusdam in locis, vt in castro & territorio Marliano, quod est hæredium. dom. Bud. & in prædio Mouciaco sitis in speciali illa & fertilissima Francorum Francia, agróque Parisino, longitudo perticæ est viginti quinque pedum, quæ est maior omnium mensura: in alijs autem locis viginti pedum, in aliis duodeuiginti, & hæc est minor: in aliis duorum & viginti pedum, quæ frequentior est & communior. Et hæc vsitatior pertica quadrata, id est, in quatuor æque distantia latera, eiusdem viginti duorum pedum longitudinis ducta, ad formam parallelogrammi, ex spatio intercluso producit quadringentos octoginta quatuor pedes quadratos, tot enim pedaneæ mensuræ resultant multiplicato vno latere huius parallelogrammi per aliud. Hic autem numerus centies multiplicatus, quadringenta octo millia & quadringentos pedes efficit. Et * hæc est

* Hexapeda; Decempeda.

* Iugerum in duodecim vncias.

* Sextula.

* Scrupulum.

* Iugeri etymon & mensura.

* Methodus mensurarum.

* Actus quadratus.

* Do. Guillm. Budæus.

* Do. Rob. Senalus.

* Mensura regia.

mensura iugeri nostri, siue arpenni frequentioris, quòd centum quadratis perticis vicenum binum pedum cõstat. Et talis solet esse mensura regia. Ex his habes breuem methodum ad colligendum quot pedes efficiat vnumquodque iugerum, ad rationem cuiusuis mensuræ. Quomodo autem colligatur quantitas cuiusque prædij quadrati, siue rotundi, siue triquetri, siue poligoni, hoc docet geometer & agrimensor ostendit. Quod autem nos vocamus arpennum, Neustri, siue Normani. & Angli vocant acre, cuius mensuram vide in dicto tractat. de vera pond. mensura. ratione. Quid si in eodem territorio diuersa sit variaque metiendi ratio, cui mensuræ in dubio sit standum aliquid diximus supra *eod. num. 4. & latius* j. §. 141.

a Primogenitus non tenetur creditoribus vltra quotam hæreditariam.

8. ¶ QVÆRO vtrum * primogenitus qui beneficio huius §. & trium præcedentium habet quandoque vltra dodrantem successionis, quæ forte tota consistit in feudis, & adhuc multis est onerata debitis, teneatur creditoribus, saltem cohæredibus soluere, vel exonerare debita, pro rata bonorum & lucri quod facit ex hæreditate, an vero pro portione & quota hæreditaria duntaxat? breuiter, quia quæstio mihi videtur indubitabilis, Respond. non teneri nisi pro quota hæreditaria. Vnde si sint quatuor filij succedentes, non tenebitur nisi ad quartam partem debitorum. Ratio, quia non est hæres, nisi pro quarta parte tantum. Igitur quia non pro ratione vel quantitate emolumenti, sed pro quota hæreditaria diuiditur, & debetur res alienum, per iura vulga. Quamuis enim habeat ius præcipui vna cum maiori parte residui feudalium, etiam si hoc excedat in effectu & valore dodrantem hæreditatis: non tamen dicitur habere maiorem portionem hæreditariam, tanquam hæres propriè & adæquatè loquendo. Ius enim præcipui, & maior pars feudalium non sunt quota hæreditatis, sed solum portio certarum rerum singularium, videlicet feudorum à defuncto relictorum: Et quocunque titulo relinquatur, vel detur alicui, talis particularis portio, nunquam tenetur creditoribus in aliquo, nec ante præstationem debet fieri aliqua deductio æris alieni. text. est in *l. fi. D. de vſu & vſufruct. leg.* vbi Bartol. & Lancelo. Deci. Barto. in *l. non amplius. in fi. D. de legat.* 1. Bart. Paul. in *l. ſi quis ſeruum. §. fi. D. de legat.* 2. pulchrè Alexand. *in conſi.* 12. *viſo themate. colum. penult. lib.* 2. *Deci. in conſi.* 387. 9. ¶ Non * obstat quod secundum Oldra. *conſ.* 94. *eleganter.* Albet. *in præc. D. §. diſcipuli.* Matti. Laud. *in tract. primogen. in fi.* Soc. *in conſil.* 47. *facti narratione. colum.* 1. *num.* 4. *lib.* 3. quòd ius primogenituræ iure hæreditario competit, quia hoc est verum in terminis in quibus loquuntur, videlicet quando per ius primogenituræ defertur tota, & vniuersalis successio. Idem si deferretur pars vel quota hæreditatis. Item illud dictum procedit quantum ad hoc vt non possit istud ius obtineri, nisi mediatè additione hæreditatis, regulariter & ab eo qui se gerat pro hærede. non autem quod istud præcipuum propriè & adæquatè tanquam portio hæreditaria habeatur. Secus in terminis nostræ consuetudinis, quæ pro omni iure primogenituræ, non defert hæreditatem, nec eius partem, vel quotam, sed solum partem certarum rerum. Et sic non potest dici quòd habeatur iure hæreditario, quum non sit pars nec quota hæreditatis, sed solum quòd habeatur iure prærogato, & veluti quoddam prælegatum à consuetudine introductum. vnde propter hoc prælegatarius seu primogenitus non tenetur in aliquo creditoribus hæreditarijs, vt sunt casus clari in simili in *l. ex facto* 2. *D. de hære. inſt. in l.* 1. *C. ſi cert. pet. cum concor. allegatis. ibi, per gloſſ.* Non obstat quòd non potest assequi istud ius primogenituræ, nisi sit hæres, quia fateor: sed non propterea dicitur illud habere iure hæreditario, nec ex beneficio patris: sed beneficio legis, & iure prærogato, particulari & speciali: ex quo tale prælegatum, in certis rebus particularibus tantum consistit. casus est à fortiori in d. l. ex facto, vbi etiam institutus in certo feudo, quod excedit dodrantem hæreditatis, non dicitur institutus, nisi pro sua virili. Illud autem quod virilem, & quotam hæreditariam excedit, assequitur non iure nec titulo hæreditario, nec tanquam hæres, sed iure particulari prælegati tanquam legatarius. Et tamen non potuisset habere illud prælegatum, nisi fuisset hæres. Ità dicendum in proposito citra dubium, vt apprimè miretur do. Ioan. Cirium contrarium scripsisse, in suo tractatu primogenituræ, lib. 2. q. 5. Et optimè facit sententia, quam firmaui in simili. j. §. 145. in duobus æqualiter succedentibus, in linea collaterali, in mobilibus & conquæstis. vt æqualiter teneantur ad debita, quamuis alter eorum solus succedat in solidum, in omnibus proprijs siue hæredijs. Et hæc procedunt in omni debito vel obligatione, ex quacunque causa vel dispositione procedat, siue ex contractu, siue ex delicto, aut alias, siue consistat in pecunia, siue in alio genere quãtitatis, siue in specie mobili vel immobili. 10. ¶ Ampliatur primo etiam si patet mutuum receperit, vel ad aliquid aliud se obligauerit. Et solum feudum ad hoc specialiter * hypothecauerit, siue hypotheca, reliquorum bonorum, quia non attenditur hypotheca, quæ est accessoria: sed obligatio ipsa personalis, quæ est principalis, & in omnes hæredes ex æquo descendit. Ampliatur secundo, nedum in debito semel soluendo, sed etiam successiuo, etiam cum hypotheca generali omnium bonorum, vt si defunctus constituerit certum redditum, etiam perpetuum, etiam non redimibilem, & ad eius solutionem & continuationem se obligauerit. & generaliter omnia bona sua: tunc enim tenentur singuli hæredes soluere, & continuare pro quota hæreditaria, Et quamuis primogenitus habeat forte etiam vltra dodrantem bonorum, tamen non tenetur in plus, quàm minimus hæredum. Et quamuis tanquam possessor rei hypothecatæ, possit solus vrgeri & cogi per creditorem, ad totius solutionem, sine beneficio diuisionis aut discussionis cohæredum, pro eorum portionibus, vt dicemus j. §. 76. Tamen poterit cohæredes summare, & contra eos concludere, nedum actionibus sibi cessis, à creditore si illi soluerit. sed etiam sine cessione, iure & nomine proprio, antequam soluat; ad hoc vt teneantur pro suis partibus hæreditarijs soluere, & contribuere in d. credito. Et hoc est indubitatum in omni redditu generaliter constituto super omnibus bonis. Quid autem de constituto specialiter & nominatim super feudo, & principali manerio, dicetur statim.

* Personalis obligatio & non accessoria hypotheca attenditur.

b Nus primogenituræ non capitur iure hæreditario.

11. ¶ QVÆRO, pater emit quoddam amplum feudum, sibi traditum fide habita de pretio, quo non soluto decessit, relictis quatuor filijs hæredibus suis, vtrum primogenitus qui accepit maiorem partem feudi, teneatur soluere maiorem partem, d. pretij? Videretur quòd sic per tex. *l. ſecundùm naturam. D. de reg. iur.* quæ videntur specificè quadrare in hoc casu, in quo illud pretium est onus immediatè concernens, & effectiuè causans acquisitionem dicti feudi, & commodum primogeniti. Contrarium dico, quòd non tenetur soluere nisi pro quota hæreditaria videlicet quartam partem pretij integri, vel restantis duntaxat. Ratio est, quia illud * est debitum hæreditarium, quod non respicit certam rem, vel facultates certi loci sed vniuersum patrimonium. *l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum. D. de iudi.* Ampliatur etiam si in contractu venditionis illud feudum specialiter & nominatim hypothecatum fuisset pro pretio, quia nihilominus attenditur obligatio personalis, quæ non sequitur rem, sed personam, & portionem hæreditariam. tex. in *l.* 1. *§. ſi hæres percepto fundo. D. ad ſenat. Trebel.* nec est quod secundogeniti iustè causari possint, quia si pater vixisset, verisimiliter soluisset pretium de pecuniis, aut mobilibus suis, quæ remanserunt in eius hæreditate, & ad omnes filios æqualiter peruenerunt;

* Aes alienũ respicit vniuersum patrimonium.

12. ¶ VLTERIVS quæro paterfam. ex venditione, legato, vel donatione, non refert, constituit * decem vel centum libras annui redditus, specialiter & nominatim, super certo prædio suo feudali, deinde generaliter, super reliquis omnib. bonis suis, prout passim vsitatum est: deinde decedit relictis pluribus filiis. Certum est quòd pensitationes huius redditus, elapsæ viuo patre, æqualiter debentur à singulis filijs hæredibus, sicut quodlibet æs alienum. Sed quæritur de pensitationibus elapsis post mortem patris, & in futurum continuandis? Et videntur debere solui, & continuari per primogenitum, pro rata portionis quam habet in feudo. Tum primò, quia ex quo est specialiter hypothecatum, videtur redditus super illo principaliter assignatus, effectum speciale onus dicti feudi. Et prius exigendum super eo, & suo possessore, quàm possit perueniri ad reliqua bona, solum generaliter hypothecata: quia non videntur teneri nisi in subsidium, & facta discussione rei specialiter hypothecatæ. *l.* 2. *C. de pignor.* Tum secundò talis redditus videtur quodammodo esse pars, & portio feudi, perinde atque si paterfamilias vendidisset, legasset, vel donasset tantam portionem feudi, quantum valet redditus, & pro securitate portionis alienatæ, aliqua bona alienasset: patet, quia creditor potest accedere ad patronum feudi, & in eius fidem se conferre & vasallus fieri, ratione dicti redditus, ac si partem soli feudali acquisiuisset, secundum ea quæ dicemus infra §. 28. Et pariter si illud prædium non esset feudale, sed censuale soli domino directo dicti prædij, deberentur integra iura laudimiorum venditionis d. redditus. quemadmodum si pars prædij censualis venderetur; dominis autem directis, reliquorum prædiorum, quæ generaliter tantum vt accessorium hypothecantur, nulla iura debentur, Sed solum attenditur quorsum cadat specialis hypotheca, *vt j. eit. seq.* §. 60. Tum tertiò fructus fundi specialiter, & primitiuè obligati videntur destinati ad solutionem, & continuationem dicti redditus, qui consequenter videtur pars fructuum saltem decrementum fructuum. Nec est dubium quin licuerit patrifa. in præiudicium primogeniti fructus feudi alienare in totum, vel in parte, sicut & de toto feudo liberè poterat. Tum quartò, præstatio* annua est quædam seruitus rei, vt tradit. Cyr. *in rub. C. de vsufruct.* Io. Fab. in §. *æque si agat. & in* §. *præiudiciales. col.* 12. *ver. præterea talis inst. de actio.* Guid. pap. in Deci. Delph. 4. 2. *in fi.* vnde videntur pro rata feudi subeunda à vasallis, sicut diximus 5. §. 2. *gloss.* 4. *g.* 6. de oneribus feudi patrimonium, siue redditum minuentibus. 13. ¶ Quibus non obstantibus dicendum dictum redditum debere solui & præstari per omnes filios æqualiter pro quota hæreditaria. Ratio, quia obligatio personalis d. redditus descendit in quemque eorum æqualiter pro quota hæreditaria. Et ipsum ius obligationis debet attendi, quum sit principale, non autem hypotheca, quæ est accessorium, vnde etiam si solum feudum fuisset hypothecatum, & reliqua bona nec specialitet, nec generaliter fuissent hypothecata, adhuc idem esset dicendum. Non obstat primum cum *l.* 2. *C. de pignori.* quia illud procedit respectiuè inter primum & posteriorem creditorem, vt ibi not. per glo. & doct. Sed respectu debitoris vel eius hæredum, talis creditor liberas habet actiones & potest si velit incipere insolidum à rebus generaliter obligatis tantum, omissa speciali hypotheca, *l. creditoris. D. de distract. pign.* Non obstat secundum, quia est fictio imaginatiua. Et quod quandoque permittitur creditori redditum suum infeudare à patrono feudi, hoc est propter inesse solius creditoris, & ne feudo aperto & prehenso contingat illum interim fraudari reddita suo, vel hypotheca, *vt in d.* §. 28. Et quod conceditur domino censuali exigere laudimia reddituum, hoc est propter suum interesse, ex eo quod posthac ille fundus tantominùs vendetur. Et sic dominus in futuris laudimiis defraudaretur, nisi sibi subueniretur in laudimiis redditus; Et sic patet quòd illi casus nihil habent commune ad præsentem speculationem. Ad tertium respondetur, hoc non esse nisi pro securitate solius creditoris: Et non pro aliqua limitatione redditus, vel obligationis ad rem specialiter & primitiuè hypothecatam. Ad quartum negatur esse seruitutem formalem, siue propriè captam. Sed, vt per Alexan. cons. 18. col. 1. lib. 5. est solum obligatio & actio personalis cum hypotheca, quæ symbolicè potest dici quædam species vel genus seruitutis, extensè & impropriè sumpto vocabulo. Quæ autem diximus in *d.* §. 2. §. *glo.* 4. *g.* 6. respiciunt solum onera feudalia feudi, quæ debentur à feudo, inquantum est feudum, sub ratione & qualitate feudali, ex infeudatione ex inuestitura. Istud autem onus non est huiusmodi, nec debetur super feudo, nisi prout est vnus fundus, & res patrimonialis debitoris. Et ita nuper vidi iudicari per * arestum supremæ huius Curiæ in huiusmodi specie facti: defunctus probus mercator & ciuis huius vrbis dictus, *le Lorrin*, per suum testamentum, legauit ecclesiæ suæ parrochiali sanctorum Gerualsij & Prothasij, certum annuum redditum redimibilem, pro certa summa ad rationem vnius pro duodecim, & illum redditum constituit, & assignauit specialiter & nominatim super feudo suo, ab auicula nuncupato, & generaliter super omnibus bonis suis, & decessit relictis pluribus liberis. Primogenitus dicebat cohæredes suos teneri ad contribuendum in solutione, continuatione, vel redemptione dicti redditus, pro quota hæreditaria, & non pro partibus quas habebant in feudo, & quod pro eijsdem quotis hæreditarijs tenebantur exonerare primogenitum, & dictum feudum ab illo redditu. Illi ex aduerso contendebant se non teneri nisi pro partibus quas habebant in feudo, vtpote specialiter hypothecato, & affecto destinatione testatoris, & prius discutiendo, *l.* 2. *C. de pig.* Et offerebant pro rata feudi soluere, & exonerare causantes primogenitum pro rata feudi teneri ad solutionem, vel exonerationem redditus. Super hæc compromiserunt in delectos arbitros, qui pro primogenito sententiam dixerũt, quam præsidens Parisiensis homologauit. Secundogeniti appellauerunt, ad supremam hanc curiam, vbi in publicis causarum actionibus partes auditæ fuerunt die lunæ 18. Februarij anno Domini 1535. nec fuit causa tunc decisa, quia hora sonuit, sed octauo die, scilicet Lunæ 6. Martij prolatum est arestum in effectu continens bene fuisse iudicatum, & appellantes condemnati in expensis causæ appellationis absque tamen emenda.

14. Aduerte tamen quòd in d. aresto ille redditus erat redimibilis, & sic quodammodo in effectu illud legatum videbatur resolui in vnam summam pecuniæ. Tamen idem dicendum fuisset, etiam si expresse constitutus fuisset perpetuus, absque facultate redemptionis, ex quo militat eadem ratio, quum principaliter sit obligatio & actio personalis, descendens in hæredes pro quotis hæreditariis. Ampliatur etiam si ille redditus esset infeudatus à patrono creditori: hoc enim respicit solum factum & interesse patroni, & creditoris, non autem ius vel factum debitoris, vel eius hæredum: quamobrem quo ad eos nihil immutatur. Ex quibus etiam infertur quòd si filij velint redimere huiusmodi redditum, tenentur æqualiter contribuere in refusione sortis principalis, prout æqualiter sunt obligati, & æqualiter liberantur: nec censetur primogenitus respectu cohæredum assequi maiorem liberationem, vel maius commodum ex redemptione & luitione redditus, quàm minimus cohæredum, quum non sit in plus obligatus. Quid si secundogeniti nolint redimere? Respondeo, non possunt ad hoc cogi, quum sit facultatis, nec primogenitus potest redimere pro

* Quid de redditu specialiter super feudo assignato.

* Præstatio annua est quædam seruitus.

* Arestum.

parte, inuito creditore. *l. tutor. §. 1. D. de minorib. l. fistulas. §. qui fundum. D. de contra. emp. & vend. l. quod autem. l. cum in diem. D. de in diem addict.* Sed poterit ſolus redimere totum, & cogere creditorem ad * cedendum ſibi actiones ſuas aduerſus reliquos hæredes, quos deinceps compellet pro partibus ſuis ad ſoluendum & continuandum ſibi reliquum reddi, donec ſimul redemerint. *l. in creditore. D. de euict. cum vulg.* Et hoc niſi ille primogenitus eſſet tutor, vel cuſtos nobilis cæterorum cohæredum ſecundum not. j. §. 99. *vbi remitto.*

* Ceſſio peri poteſt contra cohæredem.

15 ¶ Quid ſi * redditus fuerit aſſignatus, ſuper prædio feudali tantum, & fortè ſuper ipſo manerio, vel principali manſione tantum, nulla facta obligatione, vel hypotheca reliquorum bonorum? Diſtingue, aut redditus fuit conſtitutus ſuper tali prædio limitato ad illud, ita quod conſtituens, & eius hæredes, non tenentur ad ſoluendum & continuandum illum redditum, niſi ratione rei, & quandiu illam poſſident: quod quando ſit plenè declarauj *infra* §. 70. Et tunc tenetur primogenitus, non pro portione hæreditaria, ſed pro portione quam habet in fundo hypothecato, & eatenus tenetur, cohæredes indemnes reddere. vnde ſi limitatim aſſignatus ſit, ſuper manſione quam elegit iure præcipui, ſolus tenebitur illud onus ſubire, nec cohæredes ſui tenebuntur in aliquo contribuere. Aut redditus fuit à conſtituente ſuper ſe, & hæredibus ſuis, vel ſimpliciter conſtitutus: deinde ſolum feudum, vel ſola eius manſio hypothecata, & tunc quum in dubio obligatio non iudicetur ad rem hypothecatam limitata, ſed perſonalis, prout eius natura protendit: hypotheca autem iudicetur acceſſoriè adpoſita, ad maiorem ſecuritatem creditoris, debet inſpici quod principale eſt, & debebit redditus præſtari ab hæredibus pro quota hæreditaria. *ſic. l. creditor qui non idoneum D. de reb. cred.*

* No. de reddit. ad certam rem limitario.

16 ¶ Quid ſi * prædium ſit conceſſum Titio in feudum, ad onus fidelitatis & iurium feudalium, & vltra ad onus certi redditus annui, ſiue in fructibus eiuſdem prædij, ſiue in pecunia, aut alio genere conſiſtentis, quod fieri poteſt ex tenore infeudationis, derogantis omni naturæ feudorum: deinde moritur Titius, relictis pluribus filiis hæredibus? Videretur ille redditus æqualiter ſubeundus à filiis pro quota hæreditaria. Ex quo patet erat perſonaliter ad hoc obligatus, quæ obligatio deſcendit ad hæredes. Tamen verius eſt quòd debet præſtari pro portionibus quas habent in feudo. Ratio, quia eſt onus feudale, impreſſum feudo tanquam feudo, quod ſequitur poſſeſſorem, & non hæredem vel contrahentem. Si enim Titius alienaſſet feudum, ſicut deſijſſet eſſe vaſallus, ita deſijſſet teneri ad illum redditum feudalem, qui magis à re deberi cenſetur, quàm à perſona per no. 5. §. 1. *gloſſ.* 5. *in princ.* vnde dicendum prout de cæteris oneribus feudalibus ſcripſimus ſupra §. 2 *gloſſ.* 4. *quæſt.* 6.

* Quid de reddito debito ratione incellituræ.

17. ¶ Quid ſi vaſallus conſtituit redditum, pro quo ſpecialiter hypothecauit feudum, quod poſtea vendit, & tradit Titio, ementi ad onus d. redditus, deinde Titius moritur relictis pluribus filijs? Breuiter reſpondeo: quamuis in q. præcedenti ſit onus feudale, hic autem ſit onus aduentitium, & non feudale, tamen idem puto quod in q. præcedenti. Ratio, quia de iure communi, Titius non erat obligatus creditori ad d. redditum, & ſic nullam veram & propriam perſonalem obligationem tranſmiſit ad hæredes, ſed ſolum erat obligatus hypothecariè & realiter: quæ quidem realis obligatio rem ipſam ſequitur & afficit: & non perſonam, niſi quandiu poſſidet, & ſic ratione rei. Vnde quamuis cuiuſlibet partis poſſeſſor, teneatur inſolidum ipſi creditori, tamen ad inuicem debēt ſupportare onus, pro modo & quantitate poſſeſſionis, vt diximus *infra* §. 70. Non obſtat quòd Titius emit ad onus d. redditus; quia per hoc non fuit perſonaliter obligatus creditori, cum quo nullum negotium geſſit, ſed fuit obligatus venditori, qui cum eo duntaxat contraxit, ad exonerandū eum in futuro, a. d. redditu. text. eſt in ſimili. *in l. ſiſilia. §. ſi pater. l. ſi vni §. idem Papi. D. ſa. here. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. l. ſi ſeruus. §. qui margaritam. D. de legā. 1. & de effectibus. d. clauſula ad onus talis redditus, &c.* Plenè dixi in *d.* §. 72. Non obſtat quòd virtute conſuetudinis noſtræ *d.* §. 70. *& ſeq.* Titius perſonaliter obligatus fuit ipſi creditori ad ſolutionem & continuationem redditus. 18. ¶ Quia d. obligatio non eſt natiua, ſed datiua, à lege conſuetudinaria introducta, ſub certis modis & limitationibus, quas non poteſt egredi, videlicet quandiu Titius poſſidebit, & nihil operatur vltra id quod à conſuetudine exprimitur. vnde non deſcendit (pro futuro ſcilicet tempore) in hæredes poſſeſſoris; nec eos vllomodo aſtringit, tanquam hæredes, ſed ſolum tanquam extraneos quoſcunque poſſeſſores, ſi & quandiu poſſident, contra naturam omnium obligationum perſonalium. in *l. ſi. in ſi. D. de contrab. empt. in l. 1. §. ſi hæres. D. ad Trebell. cum vulgar.* Vnde talis * obligatio non eſt naturalis, ſed accidentalis? nec eſt propriè & ſimpliciter perſonalis, ſed ſolum ſecundum quid, magis autem & principaliter realis eſt, & ſic pro modo rei, inter poſſeſſores eorum duntaxat reſpectu, diuiditur. Ampliatur huius quæſt. concluſio prima, ſiue ille redditus ſit redimibilis ſiue non: ſiue vna cum feudo reliqua bona conſtituentis, tempore creationis redditus fuerint generaliter obligata: ſiue quædam alia bona fuerint æque principaliter, ſpecialiter, & nominatim hypothecata cum d. feudo, ſiue non. Iſta enim nihil variant in q. præſenti, non tamen formaui q. in reddītu limitatim conſtitutio, ad d. prædium, quia tunc non eſſet dubium, ſed in reddītu conſtituto ſimpliciter, ſiue ſuper perſona & hæredibus: deinde adiecta hypotheca. quamuis enim talis redditus, ſit verè & propriè perſonalis, in conſtituente & ſuis hæredibus, tamen penes Titium, & quemcunque tertium, aut ſingularem ſucceſſorem eſt realis, & eius obligatio, ad rem ipſam eiuſque poſſeſſionem limitata, vt pote ſub hac limitatione, à conſuetudine contra ius commune data.

* Obligatio natiua & accidentalis.

19. Ampliatur ſecundo, etiam ſi Titius titulum nouum (vt aiunt) d. redditus * creditori fecerit, & ſic ex proprio conſenſu, & ſtipulatione creditoris, ceperit illi perſonaliter obligari, quia dico quòd ille titulus nouus recognitio, ſtipulatio, & promiſſio redditus, non plus, nec magis obligat vel afficit, in ſubſtantia obligationis ipſum Titium, aut quemuis alium ſimiliter recognoſcentem, quam prius virtute conſuetudinis & poſſeſſionis tenebatur. Tum quia interponitur ex neceſſitate legis huius conſuetudinis, ad hoc compellentis *infra* §. 70. & ſic non cenſetur liberaliter fieri, ſed ſolum inquantum neceſſitas poſtulat, videlicet ad terminos & limites, huic obligationi à conſuetudine datos duntaxat vulga. *l. rem legatam. D. de adi. lega.* Tum quia expreſsè ad d. terminos & limites ſe refert & reſtringit. Tum quia nec interponitur animo faciendæ nouæ diſpoſitionis, vel obligationis, ſed ſolum animo recognoſcendi, & declarandi obligationem iam diſpoſitam, & ſubſiſtentem vnde ſimplex titulus nouus, non eſt diſpoſitorius, ſed declaratorius, ſeu probatorius, prout ſupra diximus in ſimili. *de renouationibus inueſtiturarum. §. 12. num. 21.* nec aliquid de nouo inducit circa ſubſtantiam obligationis, ſed benè circa quædam extrinſeca, & accidentalia, videlicet circa probationem, & vim executiuam. Et ſic huiuſmodi titulus, duo tantum operatur: primum confeſſionem & probationem in præiudicium recognoſcentis, ſecundum vim guarentigiam. Et hæc duo dummodo ſit expeditus ſub ſcriptura authentica in forma probante, & ſub ſigillo ſæculari authentico, habente vim guarentigiæ. Sed quæro, nonne etiam aliud tertium operatur, videlicet nouam hypothecam

* Recognitio ſeu titulus nouus non ip plus obligat.

omnium bonorum recognoſcentis, in vim clauſulæ generalis & ſolitæ ſub obligatione omnium & ſingulorum bonorum, &c. ne prolixè nimis extra propoſitum efferar, dicam j. §. 70. Per hæc videtur ſufficienter expeditum, quæ ſit ratio diſſoluendi æris alieni, inter primogenitum & ſecundogenitos, ita vt vix circa hoc (quòd nunc perſpiciam) poſſit occurrere aliqua dubitatio, quin per præcedentem noſtram inueſtigationem clarè diſtingui & reſolui poſſit. Quàm plurimæ etiam dubitationes reſolui poterunt in ſimili inter duos vel plures hæredes æqualis gradus, in linea collaterali, quorum vſus ſolus habet omnia hæredia, prout contingit. j. §. 145. vbi multa alia circa hæc Deo dante reſoluemus: non repetendo hîc dicta. Inter feſtinandum ad alia, duæ adhuc occurrunt quæſtiones, quæ non videntur contemnendæ, nec in alium locum differendæ.

* Quid ſi fructus feudi alicui debeãtur.

20. PRIMA, quid * ſi paterfa. futuros fructus feudi ſui vendiderit, legauerit, donauerit, aut alias diſpoſuerit, & ante collectionem & ſolutionem vita functus ſit? Breuiter reſpondeo, quod aut fundus eſt appoſitus gratiâ demonſtrationis, vel deſignationis, vnde fructus poſſunt accipi, & tunc debent ſolui ab hæredib. pro portionibus hæreditarijs. Et quamuis totum, vel maior pars fundi deſignati, perueniat ad primogenitum, in linea directa, vel in linea collaterali, ad hæredem ex latere, vnde fundus defuncto obuenit: tamen non tenetur aliquid ſoluere de illis fructibus vltra virilem ſuam, & quotam hæreditariam. text. eſt *in l. Paulo Calimacho in fi. D. de legat.* 3. Aut verò eſt appoſitus gratiâ taxationis, & limitationis, & tunc debent ſolui per illum ad quem fundus peruenit *text. in l. Lucius. §. ciuibus. D. de lega.* 2. vnde ſi perueniat ad plures, ſed inæqualiter, debet ab eis ſolui pro rata portionis quam habent in fundo. Nec obſtat quod primogenitus, vel hæres à latere vnde proceſſit fundus, habeat totum fundum vel maiorem partem, non propriè titulo hæreditatio, ſed iure prærogato, vice prælegati, quia quocunque modo ad aliquem perueniat tranſit cum illo ſuo onere, cui cenſetur affectus per aſſignationem animo taxandi factam, nec quantum ad hoc diſtinguitur, an fructus ſint relicti, vel promiſſi ſimpliciter, vel ſub conditione expreſſa ſi naſcentur, vel tacita quinaſcentur, nec an ſemel vel annuatim, nec in genere vel in certa ſpecie vel quantitate. Sed horum diſtinctio fit quando quæritur an diſpoſitio expiret in primo anno, an verò debeat ſuppleri ex annis ſequentibus: de quo quia non eſt materia noſtra, dic. vt per Petr. Cyn. Ioan. Fab. in *l. ſi quis argentum. in princi. C. de dona.* Ioan. And. *in addit.* Specu. *tit. de fructibus verſi.* 3. Bartol. & alios in *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. col.* 3. *D. de verb. obli. pract.* Papi. in *for. lib. ad ſic. præſta. & relaxa. glo.* 2. *col. fi. & in lib. pro legat. rei ſing. col.* 11. *verſic. nunc hic. peractis.*

* Quando verba ſint taxatiua, vel demonſtratiua.

21. ¶ Dicitur autem fundus * deſignatus apponi gratiâ demonſtrationis, quando exprimitur in executione, ſiue in oratione ſeparata, poſt diſpoſitionem fructuum per ſe factam & perfectam, vt ſi quis vendat, leget, vel donet decem modios tritici, deinde ſubiiciat fundum vel locum vnde capientur, vel præſtabuntur. Tunc enim diſpoſitio per ſe ſtat, & propter adiectionem fundi, vel loci, non augetur, vel minuitur, nec attenditur an ex loco deſignato poſſint accipi, vel non, quum non ſit obligatio limitata ad locum, ſed vel vndecunque debentur per diſponentem vel eius hæredes pro portionibus hæreditariis. text. eſt in *d. l. Paulo Calimacho in fi. in l. Lucius. D. de ali. & cibar. legat. in l. quidam in teſtamento. in prin. D. de lega.* 1. Dicitur autem fundus apponi gratiâ taxationis & limitationis, quando apponitur in ipſa diſpoſitione, ſiue in eadem oratione, vel ante diſpoſitionem perfectam, in eadem verborum conceptione, vt in themate noſtræ quæſtionis. text. eſt in *dict. l. Lucius. §. ciuibus in l. ſi quis ita legauerit. D. de legat.* 2. *l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. D. de lega.* 2. *in l. nomen debitoris. §. vni ex hæredibus.*

D. de legat. 3. ita diſtinguit & reſoluit Bat. in *d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. col.* 3. Dy. Bal. in *d. l. quidam in teſtamento in prin.* Bal. in *conſi.* 151. *dubium iſtius quæſt. lib.* 7. Pulchrè Paul. in *conſi.* 338. *quia exceptiones. col.* 2. *lib.* 1. Decius. *conſ.* 324.

22. ¶ SECVNDA occurrens quæſtio. Quid ſi paterfa. non ſe obligauit perſonaliter, ſed ſimpliciter manſionem feudalem, vel feudum ſuum hypothecauit, vel hypothecari conſenſit pro debito alieno? Et certè quum nulla obligatio deſcendat in hæredes, ſed ſit merum onus reale: puto primogenitum teneri hypothecaria, quatenus poſſidet rem hypothecatam, & cohæredes ſuos non teneri ad eum exonerandum, vel luendum hypothecam pro portionibus hæreditarijs, nec habet contra eos aliquem regreſſum nomine euictionis, quia res tranſiuit ad eum cum ſua cauſa, & cum onere impoſito à defuncto. Igitur ſolum agere poterit vi mandati vel negotiorum geſtorum, vel actionibus ceſſis contra debitorem pro cuius debito hypothecaria conuentus fuit. Limito primò, ſi paterfa. etiam fideiuſſiſſet, & perſonaliter ſe obligaſſet pro illo debitore, quia tunc ab obligatione perſonali deſcendente viriliter in hæredes, regularetur onus hypothecæ tanquam acceſſorium: Limito ſecundò, ſi citra perſonalem ſui obligationem, ſeu vltra hypothecam ſpecialem fundi ſubiecciſſet generalem bonorum hypothecam, quia tunc ex quo primogenitus luendo hypothecam ſpecialem fundi, liberat etiam reliqua bona & portiones hæredum, tenentur & ipſi contribuere, non tamen pro quota hæreditaria, ſed pro rata bonorum, quemadmodum plures poſſeſſores rerum pro eodem debito hypothecatarum tenentur contribuere ad inuicem pro luitione hypothecæ pro rata bonorum, vt plenius diximus j. §. 70. Hoc enim caſu non tenentur hæredes tanquam hæredes, nec aliàs perſonaliter, ſed ſolum tanquam poſſeſſores. Ideo concurſus hæreditariæ qualitatis eſt prorſus impertinens & inconſiderabilis quantum ad hoc. 23. ¶ Ex quibus animaduertis quàm magni effectus ſit illa parua & generalis clauſula notariorum * *obligans bona*, &c. Et quantam iuris varietatem, idque ſæpe ex inopinato inducat. De cuius effectibus abundè ſcripſi j. §. 70. & per ibi. no. Sublimita hanc limitationem vt procedat quando generalis bonorum obligatio refertur ad debitum, ita quòd nedum res ſpecialiter expreſſa, ſed etiam reliqua bona generaliter obligantur pro debito extranei. Secus ſi generalis hypotheca non referretur ad illud debitum, ſed ad hypothecam ſpecialem, puta ſi ſeorſum apponeretur, tanquam in conſeruationem, & ſubſidium hypothecæ ſpecialis duntaxat, vt ſi dicatur; Seius pro debito Sempronij hypothecauit feudum ſuum Seianum. Et huic ſuo facto & hypothecationi promiſit non contrauenire ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum. Tunc enim apparet reliqua bona non eſſe obligata niſi in caſum deficientis, vel non ſufficientis ſpecialis hypothecæ. Quemadmodum ſi hypothecaſſet feudum Seianum, & caſu quo non ſufficeret, hypothecaſſet reliqua prædia cenſualia. Tunc enim hi ſoli ad quos pertineret feudum, tenerentur pro rata feudi, quandiu ſufficere poteſt ad ſolutionem debiti, nec debent exonerari, nec indemnes reddi, ab habentibus cenſualia prædia, idem in ſimilibus dicendum.

* Clauſula obligans, &c.

24. Item limitatur tertiò, concluſio huius q. ſi pater ſe non obligaret, ſed aliàs etiam ex nuda diſpoſitione legis, vel ſimplici officio iudicis, ſed efficaci obligatus eſſet, puta ſi filia nubens vel aliàs forte tutor pro ea promitteret ſponſo mille libras dotis nomine, ſeu nuptiarum gratiâ, & pater feudum ſuum ſpecialiter obligaret, pro ſecuritate & ſolutione illius debiti, vel ſolam manſionem feudalem hypothecaret abſque alia quacunque hypotheca, adhuc nihilominus tenerentur ſinguli filij hæredes patris, exonerare primogenitum ab illa hypotheca, pro eorum portionibus hæreditariis,

hæreditariis. Ratio, quia pater erat obligatus obligatione legali efficaci ad dotandam filiam & illa obligatio descendit viriliter in hæredes, & ab illa obligatione regulatur. d. hypotheca tanquam accessoria. Et suppono nos esse in casu in quo pater tenetur dotare filiam, & in quo suæ facultates patiebantur tantam dotem filiæ dari: quod quando sit dicemus. j. *tit.* 12. *in rub.* Secus autem si illa summa fuisset promissa per extraneum animo donandi, qui fuisset obligatus ad solutionem dictæ summæ, & non pater. Idem si filia habebat in bonis suis sufficienter vnde tantam dotem promittere & dare poterat, & forte erat dos sua antiqua primarum nuptiarum. His enim casibus pater nullo modo est obligatus creditori siue sponso ad solutionem d. summæ: sed merè hypothecariè tenetur, & exactus à creditore per hypothecariam, debet obtinere cessionem actionum contra promissorem & debitorem d. summæ eiúsve hæredes & sic patet quòd tunc in patris hæredes nulla descendit obligatio, nec tenentur nisi tanquam quicunque extranei possessores & sic dicendum, vt in prin. q.

25. Adhuc obtrudit se alia q. quam vidi in facto. Quidam vendidit feudum filij sui minoris, deinde filius decessit, relictis quinque filiis, cui ad declarationem nullitatis & cassationem, d. venditionis, & feudi restitutionem, literas regias impetrauerunt, quæ per sententiam arresto confirmatam, homologatæ sunt, ad onus tamen restituendi pretium modo in arresti executione, non modica surgit contentio inter victores, quorum primogenitus prætendit ius primogenituræ in d. feudo. Et in hoc non est dubium, quia dominium non recesserat ab eorum parte, sed derelictum fuerat in eius hæreditate, & sic non ambigitur quin fuerit, & sit locus primogenituræ, Sed est quæstio de modo refusionis pretij. Et videbatur debere refundi pro rata commodi, quod quisque refert ex victoria, siue proportione quam quilq; assequitur in feudo. *per l. secundum naturam. D. de reg. iur. cum vulg.* Nec obstaţ, quod illud gerundium *refundendo* pretium, in arresto positum importat effectualem condemnationem refundendi pretium, & sic cum simpliciter facta sit condemnatio intelligitur in viriles per regulam * *l. 1. & 2. C. si plur. vna sentent.* quia respondetur primo quod hæc regula non habet locum in condemnatione, quę non fit per se principaliter, sed in consequentiam certæ adiudicationis, quia tunc secundum formam modum & effectum adiudicationis, cui accedit & subseruit, regulatur vt hic. Adiudicatio enim feudi simpliciter facta actoribus, non intelligitur præcisè in viriles, sed proportionaliter, pro iure & portione quam quisque habuit in actione intentata & re euicta. Et sic ad eundem modum & proportionem debet accipi refusio pretij. Respondetur secundo, quòd dicta regula procederet inter victores & condemnatos: non autem inter ipsosmet victores, vel inter ipsosmet condemnatos, vt clarè probarem, ni nimiam prolixitatem & digressionem vererer. Subtilius tamen perspiciendo videtur distinguendum, aut filij successerant patri venditori, qui forte tanquam tutor sine decreto distraxerat: & tunc quum isti victores per medium patris, sint hæredes aui venditoris, & sic ex persona venditoris personaliter obligati ad restitutionem pretij, tenentur viriliter & æqualiter restituere. Idem si præmoriente vel abstinente filio, fuerint hæredes aui. Aut nec mediatè nec immediatè fuerunt hæredes aui & tunc cum nulla descenderit in eos obligatio personalis, debet inspici quantitas & emolumentum rei, quia tunc hæc conditio pretij refundendi non potest ad aliud referri quàm ad persecutionem & recuperationem rei, & sic secundum eam debet mensurari & intelligi.

26. Tamen verius est indistinctè. quòd tenentur refundere in viriles, siue pro qua parte sunt hæredes patris à quo ius agendi acceperunt. Ratio, quia autem hac condemnatione pretij refundendi, fuit benè iudicatum, ergo præsupponitur defunctum patrem fuisse obligatum ad pretij restitutionem, si vendicare vellet, vel spontanea obligatione (quod quandoq; vsuvenit) se ad hoc obligasset. Et sic illa obligatio descendit in eius hæredes æqualiter. Aut fuit malè iudicatum, & quum imprudentia iudicis æquiparetur casui fortuito, non tenetur primogenitus ob hoc reddere indemnes cohæredes suos, sed quisque damnum suum pro virili sua ferre debet. *arg. si l. per imprudentiam. in prin. D. de euictio.* Cum autem res iudicata pro veritate habeatur. *l. ingenuam* D. *de fla. homi. cum vulga.* nec sint victores audiendi causantes malè iudicatum. *l. si seruus plurium* §. 1. *in fi.* D. *de lega.* 1. Sequitur quòd tanquam à defuncto debitum, velut fortè in eius vtilitatem conuersum, debent pro hæreditariis portionibus agnoscere. Imò videtur prorsus inepta eorum causatio, quasi velint melioris conditionis esse, quam si pater eorum egisset, & huiusmodi arrestum obtinuisset: tunc enim pretium refusisset de mobilibus & reliquis bonis, & liberum ius primogenituræ in hoc feudo reliquisset. Et sic accidit in præfato themate, quòd victoria erit secundogenitis damnosior, quàm vtilior, quia quilibet eorum tenebitur refundere quintam partem pretij, & tamen non accipiet nisi quartam partem in dimidia residui à mansione principali feudi, & fortè sola mansio tantum valet quantum reliquum feudi, & quod capiet vnus secundogenitorum, non ascendet vltra decimam sextam partem feudi.

27. ¶. Nunquid ergo secundogeniti possint renuntiare executioni arresti? Ego dico quòd poterunt illud facere exequi, quantum ad impensas litis, in quibus victus condemnatus fuit, & pro suis virilibus, videlicet pro quota parte cuiusque eas exigere. Sunt enim huiusmodi * expensæ personales, vt plenius dicemus. j. §. 145. Ita quòd si actores succubuissent & condemnati essent in expensis, rei absoluti tenerentur eas pro virilibus æqualiter soluere, nec plus soluet primogenitus quamuis in actione & iure intentato plus iuris habuisset vel speraſſet. In residuo autem & principali arresti, in qua secundogeniti plus haberent damni quam lucri, possunt liberè renuntiare, nec possunt cogi aliquomodo per primogenitum vel condemnarum ad perseuerandum in instantia executionis. Sed an primogenitus poterit petere executionem arresti pro sua parte, quæ continet mansionem & semissem residui feudi, offerendo pretium, solum pro sua virili, videlicet pro quinta parte? Respondeo, quòd non, nisi de consensu condemnati, alioquin tenetur totum offerre: etiam si non peteret executionem, nisi pro eo cespite terræ, & in residuo renuntiaret. Tum quia istud gerundium *refundendo pretium* importat conditionem, quæ debet perfectè & specificè impleri. vt not. j. §. 35. *gloss.* 2. *num.* 1. tum quia non tenetur reus, rem vno pretio emptam diuidere. *l. tutor* § 1. D. *de minorib. cum alijs* j. *allegatis*. Sed poterit primogenitus totum pretium refundendo, totum feudum consequi, & sibi accrescent portiones secundogenitorum, ex quo nec per eos nec per condemnatum agnoscuntur. posset enim condemnatus repellere primogenitum petentem executionem pro toto, etiam constito de renuntiatione secundogenitorum, nullaque cessione iuris sui ab eis facta. Sed hoc non expediret condemnato, quia tunc teneretur pati executionem pro parte primogeniti, à quo solum recuperaret quintam partem pretij.

¶ Sed quid eodem themate retento, si victores essent condemnati ad refusionem impensarũ * necessariarum & vtilium in feudo factarum à condemnato? Et puto inter eos debere solui pro rata portionis quàm singuli habent in feudo. vnde si essent factæ solum in mansione principali: primogenitus eam acceptans, teneretur omnes illas impensas cognoscere. Ratio, quia huiusmodi impensarum refusio æquipollet emptioni, vel acquisitioni impensarum, & sic ab eo ad quem

* Limitatio l. 1. & 2. C. si plures vna sententia.

* Impensę litis sunt personales.

* Impensę in rem, sunt reales.

perueniunt, debet eatum pretium vel æſtimatio refundi. Plures huiuſmodi quæſtiones occurrunt. Sed aliquando finiendum eſt, & ad ad alia tranſeundum.

28. ¶ Vidimus in hoc §. & in tribus præcedentibus, ius & prærogatiuam à noſtra conſuetudine datam primogenito in rebus feudalibus, inuentis in ſucceſſione patris vel matris, ſiue illæ res feudales ſint corporales ſiue incorporales: Quæro * de actionibus competentibus ad feuda aliena? pone patremfam. vendito feudo & tradito ſub pacto redimendi deceſſiſſe relictis quinque filiis, qui virtute dicti pacti redimunt feudum. An primogenitus habeat in eo ius primogenituræ, & prærogatiuas huius conſuet. Et videtur quòd non. Quamuis enim feudum virtute talis pacti redemptum, cenſeatur feudum paternum, auitum, vel antiquum, & proprium hæredium, vt priùs ſecundùm ea quæ diximus j. §. 147. *gloſſ.* 1. tamen non erat in bonis patris, tempore mortis: nec eſt inuentum in eius ſucceſſione. Igitur non habet locum ius primogenituræ. Tum non habent iſtud feudum immediatè & propriè iure hæreditario & ſucceſſiuo. ſed titulo particulari redemptionis, & hæc immediata cauſa, & non remota, videtur, conſideranda, vt per multa probat Bald. in *l. ex placito. colum.* 1. 2. *C. de rer. permut.* & plus operatur quàm cauſ. mediata. *l. ſi mulier. D. rerum amota.* Bald. in *l. ſub prætextu. C. de tranſact.*

Tum hæc conſuetudo eſt odioſa & reſtringenda reſpectu virtutis extenſiuæ, quæ eſt quando fit progreſſus de re expreſſa ad aliam non expreſſam. Sed conſuetudo non loquitur niſi de rebus feudalibus, & ad eas dumtaxat reſtringit ius primogenituræ. Ius autem redimendi, vel actio ad hoc competens, derelicta & inuenta in ſucceſſione patris, non eſt res feudalis, quum à nemine teneatur in feudum, nec ei congruit vllo modo definitio feudi. Igitur in iſto iure, & in ſimilibus actionibus competentibus ad feuda aliena non poteſt verificari hæc conſuetudo, nec prætendi vllum ius primogenituræ.

* Primogenitus verùm in ius primogenituræ habeat in actionibus competentibus ad feuda aliena.

29. ¶ Contrarium verius puto, quia * ius & actio redimendi, retenta à vendente, quodammodo eſt pars rei venditæ, quæ non cenſetur omnino alienata, ex quo ſpes eſt recuperationis, in iure formato, puro, & de præſenti conſiſtens. Et quamuis recuperatio, & reuerſio rei, non fiat hoc caſu per viam meræ reſolutionis, ſed per viam noui contractus: tamen quia ille contractus redemptionis non eſt propriè contractus per ſe, ſed magis executio primi contractus, quum non fiat voluntariè, ſed neceſſariò, ex debito & neceſſitate primi contractus, cenſetur in effectu potius reſolutio primi contractus, & in priſtinam cauſam & ſtatum reductio quàm nouus contractus, vel noua acquiſitio, in tantum quòd pro huiuſmodi redemptione non debentur laudimia in re cenſuaria, quicquid ſcripſerit Paul. in *l. qui ea lege. C. de paſt. inter empt. & vend.* Quid autem ſit de releuiis in re feudali, diſtinximus j. *eo.* §. 33. *qu.* 3. Hinc eſt quòd res ſic redempta, eodem modo tranſit ad hęredes proximorum ac ſi nunquam fuiſſet vendita, vt pulchrè ſcripſit Phi. Doci. *con.* 88. Imò quod fortius eſt, ſi venditor prius vita functus ſit, quam redemerit, actio & ius redimendi tranſit in hæredes propriorum ad quos tranſiuiſſet ipſa res, vt probauimus in d. §. 147. *gloſſ.* 1. quia eodem iure cenſetur actio atque res ad quam competit, imò fingitur ipſa eadem res *l. qui actionem. D. de reg. iur.* Et ſic cenſetur remanſiſſe in bonis, & hæreditate patris. Nec obſtat quod iſtud eſt * fictio, & quod conſuetudo non debet extendi, nec verificari in caſu ficto, quia verum eſt quando remanet ſemper caſus fictus. Secus quando tranſit in ipſam eandem veritatem, & reſoluitur in ipſam rem, de qua loquitur ſtatutum vel conſuetudo. Sicut in præſenti ius redimendi feudum tendit ad ipſum feudum, & in illud tranſit, & reſoluitur, non fictè, ſed verè & realiter. Ideo conſuetudo habet locum quia non extenditur ad alia in rem, ſed terminatur ad eandem rem, de qua loquitur, videlicet ad feudum in effectu verè & realiter.

* Ius redimendi eſt pars rei, & facit quod non cenſetur omnino res alienata.

* Quando ſtatutum verificetur in caſu ficto.

30. ¶ Qualiter autem ſit refundendum pretium? Et videtur quod pro quota hæreditaria eadem ratione qua & in q. præcedenti, & in alia q. ſ. *eo. nu.* 25. quia eſt æs alienum hæreditarium quum procedat ex contractu, & obligatione defuncti. Contrarium dicendum puto, quia imò ſubtiliter cauſam ipſam immediatam conſiderando, non eſt æs hæreditarium, nec debitum ſolo remanente contractu defuncti & titulo hæreditario. Sed ita demum ſi hæredes redimere velint, & redimunt, ad quod non coguntur, ſed eſt eis mera facultas, vnde non obligantur ad illud pretium, niſi redimere, & ſic de nouo contrahere velint. Et ex hoc nouo, & voluntario redemptionis contractu, oritur obligatio & actio ad illud pretium. ergo illud debent in tantum & quatenus emunt, vel redimunt. & ſic pro portionibus quas acquirunt in re redempta. Nec obſtat quòd arguebat dictam redemptionem eſſe potius executionem, & diſtractum, quàm contractum, quia verum eſt quo ad quoſdam effectus: tamen verè per ſe & adæquatè eſt verus & nouus contractus. * Secus quando non per viam contractus, ſed ipſo iure, vel per meram reſolutionem diſceditur à priore contractu. vnde ſi paterfa. vendiderit feudum, & vltra dimidiam iuſti pretij deceptus fuerit, & eo mortuo, filiis & hæredibus ſuis agentibus ex *l. 2. C. de reſcin. empt. & vend.* ſuppleatur pretium: certum eſt quod illud ſupplementum diuiditur inter eos pro quota hæreditaria: ſicut diuideretur totum pretium ſi adhuc eſſet dubium; ſed ſi res reſtituatur: certum eſt etiam in ea locum eſſe iuri primogenituræ per rationes præcedentes à fortiori. Et tamen pretium à patre receptum debebit reſtitui pro portionibus hæreditariis. Ratio, quia debetur ex negotio geſto, cum defuncto ſine nouo contractu hæredũ. & eſt merè hæreditaria obligatio, deſcendens in hæredes pro quota hæreditaria. Hinc enim diſceditur à priore contractu per viam ſimplicis reſolutionis, & meri diſtractus.

* Quando referat rem recuperare per viam reſtractus, an per viam diſtractus.

15. ¶ Quid igitur conuerſo themate, ſi paterfam. emerit feudum ſub pacto * de retrouendendo, & interim moriatur relictis pluribus filiis? Non eſt dubium quin inter eos, quandiu non redimitur, ſit locus iuri primogenituræ. Cum autem redimitur, pretium debebit inter eos diuidi, non pro quota hæreditaria, ſed pro portione quam quiſque habet in feudo, quia verè portiones ſuas reuendunt, & diſſoluitur prior contractus per nouum contractum. Ad quod optimè facit text. in mente ſui in *l. codicillis. §. inſula. D. de leg.* 2. vbi ſi plures legatarij conſentiant venditioni feudi legati, debent percipere pretium, pro portionibus conditis, quas percepturi erant, venditione non facta. ¶ Si vero paterfa. emerit feudum, minus * dimidia iuſti pretij, quandiu venditor non aget ex *l.* 2. *C. de reſcin. empt.* certum eſt inter filios & hæredes emptoris locum eſſe iuri primogenituræ. Venditore autem agente, ſi eligant ſupplere pretium, tenebuntur ſupplere æqualiter, & non pro rata feudi, quemadmodum diximus ſ. *eo. nu.* 11 ſi totum pretium reſtaret ſoluendum. Si autem eligant feudum reſtituere, & pretium à patre ſolutum recipere. recipient illud pro portionibus hęreditariis. Et quamuis primogenitus plus dimittat de feudo, tamen non plus recipiet de pretio, per prędicta. quum non ex noua venditione recipiatur, ſed nuda reſolutione contractus paterni.

* In feudo retrouẽdito ex pacto quãtum percipiat primogenitus.

* In feudo manus dimidia iuſti pretij empto. quãtum ſupplere debeat primogenitus.

32. ¶ Quid ſi paterfam. empto * feudo, ſed dominio non acquiſito, puta ante vllam traditionem deceſſerit, ſiue ſoluto pretio, ſiue non? Breuiter puto locum eſſe iuri primogenituræ. Quod ego declaro & limito eſſe verum, quando * actio ex empto competebat cum effectu & prędisè ad ipſum feudum, vt quia venditor erat dominus, & habebat facultatem rei tradendę.

* In feudo empto, nõdũ tamen patri tradito, verũ iuri primogenito competat ius primogenituræ.

* An actio ex empto cadat in ius primogenituræ.

Et ſic præcisè poterat cogi. vt not. in *l. in conuentionibus. D. de verb. oblig. in l. 1. in princ. D. de act. empt. & in §. actionum. inſt. de act.* Tunc enim eſt actio verè competens ad feudum, quæ cenſetur eiuſdem naturæ, ſicut res quam euocare poteſt, aliàs ſecus, puta ſi venditor non erat dominus feudi, vel non haberet poteſtatem tradendi: & ſic reſolueretur ad intereſſe. Tunc in hac actione nullus locus eſſe poteſt iuri primogenituræ quum non contineat feudum, nec actu, nec potentia propinqua vel effectiua, vt latiùs habetur. j. §. 147. *vbi examinauimus quæſt.* in qua Bald. & Fulgo. diſcrepant. in *l. ea. demum. C. de collat.* Et per ea quæ ibi dixi iunctis præcedentibus, patet quid dicendum de reſuſione pretij, quando feudum retrahitur a filiis, & hæredibus emptoris, per conſanguineum venditoris. Et quid in venditione, vel alia quavis acquiſitione conditionali, quando poſt mortem ſtipulantis extat conditio. Et quid eodem caſu in legato, vel ſubſtitutione conditionali, in caſu in quo ad hæredes tranſit. Ruſus quid in feudo acquiſito à non domino, ſed poſt mortem acquirentis approbatione ſecura, per ius ſuperueniens authori, vel per ratificationem domini, & aliis infinitis, quæ cogitationi occurrunt. Sed quia materiæ, d. §. 147. permiſtæ ſunt, ibidem reſeruantur. Vnum tamen fragmentum illius §. foliorum & aſteriſcorum miſtura (quam amanuenſis meus non bene diſcreuit) fortè huc incidit, nec relegenti mihi delendum viſum eſt, & illud fragmentum eſt tale.

33. Vnde etiam infero, quòd ſi feudum alienum eſſet à non domino venditum, & traditum, pretiúmque acceptum: deinde mortuo emptore, ab eius filiis qui iam morè feudali illud diuiſerant * euincatur, actio euictionis nomine, ad æſtimationem damni & intereſſe, competit filiis non pro portionibus feudi euicti, ſed æqualiter, inſtar cuiuſlibet actionis hæreditariæ, nec plus aſſequetur primogenitus, quàm ſecundogenitus in hoc regreſſu euictionis. Nec obſtat quòd longè plus ſua intereſt non eſſe euictum quàm omnium reliquorum filiorum ſimul, ex eo quòd iure primogenituræ plus quàm dimidiam obtinebat & habiturus erat: quoniam reſpondeo quòd non debemus iſtud intereſſe metiri, ex perſona vnius ex hæredibus, nec ex ſingulari qualitate ei adhærente, ſed ex perſona defuncti, qui contraxit, vel omnium eius hæredum ſimul defunctum repræſentantium: Tum non eſt verum quod in veritate plus interſit primogeniti: Aut enim conſideramus tempus à morte defuncti, ante diuiſionem, & nullum ius primogenituræ competebat, nec in feudo, vtpote alieno, nec in actione exempto, vtpote ad fructificationem vel intereſſe tantum competente in effectu. Aut conſideramus tempus poſt diuiſionem; & adhuc idem, ſaltem poſtquam conſtitit de errore diuiſionis, tunc enim ante tempus præſcriptionis lapſum patefactæ veritati cedit opinio: nec noceret ſecundogenitis per errorem admiſſe indebitum ius primogenituræ.

* In retruſa propter euictionem ceſſat ius primogenituræ.

34. ¶ Rurſus poſſet quæri, qui ſi poſtquam pater emit & accepit feudum à non domino, deceſſit: * inde dominium ſuperuenit venditori, & ſic confirmatur venditio, vel dominus approbat, & ratificat venditionem, nec apparet quòd hoc faciat fauore primogeniti, ſed vel fauore filiorum ſimpliciter, vel fauore venditoris tantum. An ſit locus primogenituræ? Et videtur quòd non, quia non habet locum, niſi in re quæ erat in dominio defuncti tempore mortis. Sed quantum ad acquirendum, & imprimendum effectum iuris primogenituræ, de quo in hac conſuetudine, debet attendi præcise tempus mortis. Hic autem defunctus non erat dominus, ſed poſtea ex noua cauſa ſuperuenit dominium. Tamen pro breui reſolutione ſic puto diſtinguendum. Aut cauſa ex qua ſuperuenit dominium eſt talis, quę de ſe & iuris diſpoſitione trahitur retro, & habet effectum retroactiuum, aut ex cauſa quæ non trahitur retro: primo caſu locus eſt iuri primogenituræ, quia fingitur res fuiſſe in bonis & dominio defuncti tempore mortis, puta ſi defunctus emiſſet illud feudum à falſo procuratore, ſine mandato vendente, & tradente nomine veri domini, & poſt mortem emptoris dominus ratificauit: hoc enim trahitur retro, & operatur nedum vt ex nunc, ſed etiam vt ex tunc, quia habet effectum retroactiuum. *cap. ratihabitio, de reg. iur. in 6. cum vulgo.* Secundo caſu, puta quando defunctus emit à non domino vendente nomine ſuo, & poſt mortem emptoris verus dominus venditionem approbauit, tunc enim non valet, vt ex tunc, ſed vt ex nunc, & ex hac noua cauſa, quæ non fingit nec operatur retro, dominium acquiritur de nouo hæredibus, qui in dominio huius feudi nullam cauſam habet à defuncto, nec verè, nec fictè ſed tantum à domino approbante, & de nouo transferente, & ſic cum nullo modo habeant iure hæreditario, nullus poteſt eſſe locus iuri primogenituræ, niſi apparet dominum hoc facere principaliter fauore d. primogeniti argum. nota. in *l. ſed ſi plures §. in arrogato. D. de vulg. & pupi. ſubſti.* Finis fragmenti,

* Quid de feudo tempore mortis, alieno ſed poſtea ſuperuenit dominium.

35. Ex his quatuor §§. præcedentibus apparet ius primogenituræ valde moderatum eſſe apud noſtrates, vtpote quod non habet locum niſi in parte bonorum feudalium, & adhuc ſine præiudicio legitimæ reliquorum filiorum. In Armorica autem ſiue Britannia minore, & in Neuſtria ſiue Normania, Turonia, Andegauia, Cœnomania, & Ambiani, omnia feuda nobilia, ſunt præcipua ſoli primogenito, qui non tenetur ſecundogenitis, niſi ad prouiſionem per modum vſufructus, vel alimentorum duntaxat, ſaluo quod quandoque illa portio efficitur perpetua, quando mediante petitione libellata conceditur in feudum recognoſcendum ab eodem primogenito. Similiter in regno Siciliæ ſunt multa feuda in quibus ſolus primogenitus ſuccedit & dicuntur legitima ſolius primogeniti vt per glo. & doct. in *c. licet de voto.* Et * Siculi vocant iſtud ſuccedere, more, vel iure Francorum: quando autem ſuccedunt filij æqualiter vel in vſibus feudo, vocant ſuccedere iure Longobardo. vt eſt text. in *conſti. Neapol. de adiuto. pro milit.* & ibi latè Matth. de Afflict. *lib.* 3. Et paſſim Andr. Iſer. in *vſib. feud.* & in ſua peregrin. in *conſtit. ſiculas.* Philip. Deci. in *conſi.* 445. *num.* 15. Reliquas autem conſuetudines huius regni quæ varié diſponunt, & communiter durius agunt cum ſecundogenito, quàm noſtra conſuetudo, non refero. Id enim plus haberet laboris & prolixitatis quam vtilitatis.

* Quid ſuccedere iure Francorum vel iure Longobardo.

Digitized by Google

§. XIX. *

* Olim. 10.

ENTRE filles, & quand il n'y a que filles, venans à ſucceſſion de pere & mere, droict d'aiſneſſe n'a point de lieu: mais viennent toutes, & partiſſent également les biens deſdites ſucceſſions de leurſdits pere & mere, tant en fiefs & heritages tenus noblement, comme autres.

Sed hic articulus ita reformatus fuit per nouam conſuetudinẽ vt mox ſequitur.

CVM non ſunt niſi filiæ venientes ad ſucceſſionem patris aut matris, ceſſat ius primogenitura; & ſuccedunt & diuidunt æqualiter bona dictarum ſucceſſionum patris aut matris, tam in feudis & prædiis poſſeſſis nobiliter, quàm in aliis. H. D.

QVAND n'y a que filles venans à ſucceſſion directe ou collaterale, droict d'aiſneſſe n'a lieu, & partiſſent égallement.

SVMMARIA §. XIX.

1. *Statutum vel conſuetudo loquens de primogenito, non extenditur ad primogenitam, etiam deficientibus maſculis.*
   Fallit in nepte ex primogenito præmortuo, quæ patrem repræſentat etiam in commodo primogenituræ.
2. *An in contractibus maſculinum concipiat fœmininum?*
   Interpretatio ſit contra eum qui ſe fundat in verbis.
3. *Fœminæ veniunt appellatione generationis.*
4. *Contra communem quòd filiæ includantur in conceſſione facta alicui & filiis.*
   In legatis non fit latior interpretatio quàm in contractibus.
5. *Liquidum eſt à quo ſtat regula.*
6. *Licet in contractibus appellatione filiorum non veniunt nepotes, veniunt tamen filiæ.*

IDEM vult. § 29. *infra eod. tit.* & §. 126. 5. *tit.* 11. Et hi §§. ſunt inſerti ad tollendam dubitationem.

§ Quia etiam ſi non eſſet expreſſum, ius primogenituræ ceſſare inter fœminas, ceſſaret tamen, nedum extantibus & non ſuccedentibus, ſed etiam prorſus deficientibus maſculis: quamvis contrarium voluerit Bald. in *l. in multis in princip. D. de ſta. homi.* quem ſequitur Rom. *con.* 98. *quoad id colum. fin.* & malè, quia conſuetudo loquitur in termino appellatiuo, & maſculino, & non communi. Ibi, *Le fils aiſné.* Et ſic non * poteſt concipere fœmininum, niſi per interpretationem extenſiuam, ſecundum Bar. & Alcia. in *l. 1. & in l. pronuntiatio in prin. D. de verb. ſignif.* Bald. in *c. ad audientiam de reſcript.* Quum autem huiuſmodi conſuetudo, vtpote inducens inæqualitatem inter liberos ſit exorbitans & correctoria iuris communis, non patitur hanc interpretationem extenſiuam quod tenet Philip. Deci. in *l. fœmina. num.* 122. *D. reg. iur.* vbi videas multa ad hæc cumulata, non tranſcribo: ita tenet etiam Io. Ciri. in *de tract. primogeniti. lib.* 1. *quæſt.* 20. *& lib.* 2. *quæſt.* 4. *ſuper hoc* §. Non obſtat quod ius primogenituræ eſt fauorabile, quia verum eſt in ſe, & in vi comprehenſiua, ſed non in vi extenſiua, vt ẽ. diximus. Hîc autem fieret extenſio de perſona ſcilicet maſculina expreſsè, ad aliam, videlicet fœmineam non expreſſam, quod non eſt admittendum, ſed remanendum in diſpoſitione iuris communis. Et hoc no. pro conſuetudinibus quæ expreſsè non denegant hoc ius fœminis, ſed ſimpliciter loquuntur de filiis primogenitis.

* Maſculinũ quemadmodum concipiat fœmininum.

§ Limita hunc text. in * fœmina repræſentante maſculum: puta nepote ex filio primogenito præmortuo, ſiue enim concurrat ex perſona ſua cum neptibus ex aliis filiis vel filiabus præmortuis, ſiue medio repræſentationis concurrat cum patruis vel amitis ſuis, habet ius in primogenitura, in ſucceſſione aui vel auiæ paternæ. Si autem ſint plures neptes ex primogenito, habent tamen ſimul ius primogenituræ paternum reſpectu patruorum, vel amitarum, ſeu nepotum ex eis, ſed inter ſe ipſas, & ſic ex propriis perſonis diuident æqualiter ſine aliqua prærogatiua primogenituræ. vt j. §. 134. vbi ſcripſimus ſub diſtinctione trimembri, & ſic eſt expeditus hic §. & ſimiles. Nec ſuperſunt alia ad declarationem, ampliationem, vel limitationem huius conſuet. Poſſem hîc cumulare ih quibus fœminæ deterioris ſint conditionis, quàm maſculi, vel contrà; de quo in d. *l. in multis. & in d. l.* 2. *D. de reg. iur.* & diffuſam illam inſerere materiam quando maſculinum concipiat fœmininum; deſcriben. in d. *l.* 1. *D. de verb. ſign. in l. ſi quis id quod. D. de iuriſ. omn. iudi. in c. generali. de elect. in* 6. *& aliis locis & conſiliis infinitis.* Sed ne ſuſcepti inſtitutum, modum & rationem nimis excedam, ad præfata loca remitto.

* Fœmina repræſentat maſculinum in iure primogenituræ.

2. ¶ Quæro tamen de vna quotidiana & ſummè neceſſaria q. An * in contractibus maſculinum concipiat fœmininum? Pone patremfam. accepiſſe prædium in feudum pro ſe, filiis, & nepotibus, & idem de emphyteuſi, an includantur filiæ, & neptes? Et videtur quòd non, quia fœminæ volentes admitti, habent ſe fundare in verbis conceſſionis & inueſtituræ. In quibus non continentur filiæ, nec neptes: ſed * tantum filij, & nepotes, quorum verborum appellatione, quum ſint maſculina, & non communia non comprehenduntur fœminæ, vt eſt clarum ex vi verborum. text. in *l. iuſta interpretatione. D. de verb. ſignif. in l. pronuntiatio. in verb. porripitur. eo. tit.* Alberic. in 2. *part. ſtatu. qu.* 107. Iaſon in *l. filiæfam. lec.* 1. *col. penult. & in lec.* 2. *col.* 21. *D. leg.* 1. *in l. ſi cum procuratore col. fi. D. de re iudic.* Et ſi eſſet dubium; adhuc contra fœminas interpretandum quæ ſe fundant in verbis, *per regu. l. veteribus.* vbi Alberic. *col.* 1. *D. de pact. l. ſi in emptione. in prin. l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecã. D. de contrah. empt. & vend. not.* Philip. Deci. in *cap. in præſentia. col.* 12. *de proba. & in conſ.* 41. *in prin.* Secus eſſet in conceſſione facta * *liberis*, quia verbum liberi ex propria ſignificatione, tam fœminas, quàm maſculos comprehendit. *l. liberorum. D. de verbor. ſignific.* & ita declarant Bald. Alex. in *l. ſed ſi hac. §. liberos. D. de in ius vocan.* Pet. de Ancha,

* An in contractibus maſculinum concipiat fœmininum.

* Verbum filij.

* Verbum liberi.

conſ. 125. *viſis.* Alex. in *conſ.* 80. *viſo. col. fi. lib.* 1. Et hanc partem tenuit Guydo de Suza in *l. quicunque. C. de ſcr. fug.* Arch. in *c. ſi quis ſuadente.* 17. *queſt.* 4. *per d.l. veteribus. & l. quicquid. aſtringendæ. de verbo. obliga ſeq.* Io. de Imol. *l. ſi ita ſcriptum ſit. in prin. D. de legat.* 2. *in l. cū vir. D. de cond. & demonſtr. in l. quod dicitur col.* 19. *D. verb. obliga. in c. potuit in fi. de loca.* vbi refert ita ſe conſuluiſſe, quod eſt verum, vt patet in iſi ſtio *conſ.* 38. *in caſu præmiſſo.* Ludo Roma. Alex. Iaſ. in d. *l. ſed ſi hæc. §. qui manumittitur. verſi. liberos. D. de in ius voc.* Roma. *in conſ.* 55. *viſa facti ſerie.* Rapha. Cu. in *conſi.* 167. Et in terminis expreſſis. Alexand. *conſi.* 61. *ſuper eodem lib.* 1. *& conſil.* 113. *viſo inſtrumento. conſil.* 204. *conſideratis. col.* 2. *lib.* 2. *conſi.* 11. *ponderatis bis. col.* 13. *lib.* 3. *conſil.* 125. *attentis verbis. in princip. lib.* 7. Philip. Franc. in *c. generali. columna* 1. *de electi. in* 6. Feli. in *c. quoniam de ſimo.* Philip. Cor. in *con.* 74. *de duobus. colum.* 4. *litera. ℨ. lib.* 1. *& in lib.* 4. *conſ.* 233. *in hac conſultatione.*

A

B

* Filiæ veniunt appellatione generationis.

3. Vbi tamen concludit * fœminas appellatione generationis includi, quod eſt verum & indubitatum. & ad hoc vide pulchrè Paul. *conſi.* 316. ℨ. *ſcriptas. lib.* 2. *& conſi.* 300. *ſuper quinto. eod. lib.*

¶ Redeundo ad materiam eandem partem tenet Iaſ. in *l. ſi quis id quod. colum.* 4. *D. de iurif. omn. iudi. l.* 1. *col.* 3. *D. ſi quis in ius voca. non ierit. l. veteribus. l. pactum inter hæredem. D. de pact. l. quæ de legato, col.* 2. *D. de leg.* 1. *l. Gallus. teſt.* 2. *colum.* 10. *D. de libe. & poſthum. l.* 2 *in fin. princ. poſt Rome. ibi. l. ſtipulatio iſta habere licere. §.* 1. *l. in ſtipulationibus. D. de verb. oblig. l. vt liberis col.* 3. *C. de colla. conſi.* 39. *conſi.* 115. *colum.* 4. *lib.* 2. Philip Deci. in *c. in præſentia. colum.* 17. *de probat. & in conſi.* 171. 236. 333. 367. Hippoly. de Marſy. in *ſing.* 191. And. Alcia in *lib.* 3. *de verbo. ſignif.* vbi hoc non examinat. ſed incidenter tranſit cum communi opinione quę talis eſt per prędicta. Et nouiſſimè cum ea tranſit Franc Rip. in *l. ex facto. §. ſi quis rogatus. col.* 14. *num.* 59. *D. ad Trebell.*

C

* Improbatur communis opinio.

4. Nunquam * tamen vera mihi viſa eſt, quia regulariter maſculinum concipit fœmininum, licet non è diuerſo. *l. ſi ita ſcriptum ſit. in princ. D. de leg.* 2. *l. ſi quis ita in princ. D. de teſta. tut. l. qui duos. l. ſemis legatis. l. Lucius. §. quæſitum. D. de leg.* 3. *l. Lucius. §. Mœnia. D. ad Trebellia. cum vulg.* & licet dicta iura loquantur in vltima voluntate, idem tamen dicendum in contractibus. *per reg. l. quæ de legato. D. de leg.* 1. *in l. pactum inter hæredem. D. de pact. cum ſimilibus.* Non obſtat quòd dicta iura loquuntur in teſtamentis in quibus fit larga interpretatio. *l. in teſtamentis. D. de regu. iur.* & hęc fuit cauſa Alex. in d. *conſi.* 61. *lib.* 1. * Quia replicatur quòd regula. *d. l. in teſtamentis* loquitur quando agitur de conſeruando, vel rumpendo ipſum teſtamentum, puta de validitate inſtitutionis hęredis, à qua totū dependet, quia tunc latè in fauorem teſtamenti debemus interpretari. *l. ſiue pars. D. de inofſi. teſta. c. ſi de re iudi.* Et dicitur agi de intereſſe publico vt teſtamenta conſeruentur. *l. vel negare. D. quemadmodum teſtam. aperi. l. Gallus. §. quòd ſi is.* vbi Bald. *D. de liber. & poſthum.* Sed d. regula non loquitur quando agitur de vno legato particulari, tunc non lata, ſed ſtricta fit interpretatio, vt minimum debeatur, & vt hæres minus grauetur. *l. apud Iulianum. §. ſcio. D. de legat.* 1. *l. nummis. D. de lega.* 3. ita declarat Bart. in *l. cum annis. D. de condit. & demon.* Iaſ. in *l. ſi pluribus, colum.* 2. *D. de leg.* 1. *in l. non ſolum. §. fi. col.* 20. *D. de op. no. nunc.* Philip. Deci. in *l.* 1. *in fi. l. ſi creditores, in fi. l. ſi certis annis, col.* 2. *C. de pact. in l. in teſtamento, col. fi. C. de teſta. milit. in l.* 1. *col.* 1. *C. inſti. & ſubſt. l.* 1. *in fi. C. de impu. & aliis ſubſt. & in d. l. in teſtamentis.* Et nihilominus in legatis maſculinum concipit fœmininum, per d. iura. Ergo hoc procedit magis virtute regulę communis quòd maſculinum regulariter concipit fœmininum, quàm ſpeciali iure vel fauore legatorum. Et ſic idem erit in contractibus.

D

* Quomodo accipiendum in teſtamentis largè fieri interpretationem.

5. Nec obſtat quod in dubio ſit interpretatio contra eum qui ſe fundat & nititur in verbis d. *l. veteribus*, Bart. in *l. ſæpe*, D. *de verb. ſignif.* Tum quia ex quo * regula eſt, maſculinum concipere fœmininum, non dicitur res obſcura, nec ambigua, ſed clara & certa, pro eo qui fundatur in regula, vt not. Bart. in *l. quoties*, D. *ſi quis cautio. l.* 2. *colum.* 1. D. *ſi quis in ius voc. ierit.* Bald. *in l. omnes populi, colum.* 10. D. *de iuſtit. & iure. in l. ſi tutor. in fin. C. de ſer. pig. dato. ma.* Petr. de Ancha in *repetit. rubr. de reg. iur. in* 6. *colum.* 2 Feli. in *cap.* 1. *col.* 3. *cap. ſicut, col.* 9. *de re iud.* Deci. *l. habere cauere, col.* 1. D. *de iurif. omn. iud l. certum, in prin. D. ſi certum pet. in l.* 1. *num.* 8. *de regul. iur.* Tum quia etiam ſi eſſet dubium, adhuc potius deberet fieri interpretatio contra dominum directum & actorem, qui prętendit commiſſum & conceſſionem finitam, & ad hoc ſe fundat in verbis, & in quibus potuit legem dicere apertiùs, cùm fuerit author & principalis agens conceſſionis, quàm contra recipientem vel eius hęredem reum & in poſſeſſione fundatum, concurrente ad hoc fauore abſolutionis, prout in debilioribus terminis Philip. Corn. limitat. & retorquet regul. d. *l. veteribus. in conſil.* 171. *poſt redditum conſilium lib.* 3. Et hanc partem veriſſimam puto, videlicet quod in contractibus maſculinum regulariter concipiat fœmininum. Et quod in conceſſione feudi, vel emphyteuſeos facta alicui, pro ſe, filiis & nepotibus ſuis, veniunt, & comprehenduntur filię & neptes, ſiue extantibus, ſiue deficientibus maſculis. Ita quod cum eis ſimul concurrunt, & maſculis deficientibus, dominum excludunt. Saluo quod reſpectu feudi, prę-ſuppono conſuetudinem noſtram, ſecundùm quam reputantur patrimonialia, alioquin ſecundùm vſus feudorum Inſubrium nunquam appellatione filij continerentur fœminę. *c. vnico, de alie. feud.* Imo etiam fœmina ſimpliciter expreſſa, non cenſeretur vocata, niſi quo caſu non extaret maſculus, *cap.* 1. *§. quinetiam in ſit. epiſcopum, vel abbat. c.* 1. *§. filia vero de ſucceſſi. feud. in vſib. feud.*

E

6. Et huius ſententiæ videtur eſſe Bart. *in l.* 1. D. *de verb. ſignificat.* vbi hoc apertè ſentit: dum vult quòd ſi maſculinum proferatur ſub nomine appellatiuo in materia indifferenti, quæ ſcilicet congruit maſculo & fœminæ, quòd tunc concipit fœmininum, nedum in fauorabilibus, vt in *l. ſi quis ita. C. de teſta. tu.* ſed etiam in odioſis, vt in *l. ſi quis id quod*, D. *de iuriſdict. omn. iudic.* dummodo odium non ſit irrationabile. Sed hic ſumus in materia indifferenti & minimè odioſa. Et licet contractus ſit ſtricti iuris, tamen recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, & non debet magis reſtringi, quàm ſi materia eſſet odioſa. Et quicquid aduerſarij dicant, nullibi reperietur quòd Bartolus diuerſum dixerit vel ſenſerit, quamuis idem Bartol. ſcripſerit, *in l. liberorum, col.* 3. D. *de verbor. ſignificat.* quòd in contractibus appellatione filiorum non veniunt nepotes, quod eſt verum, ſed nihil infert ad propoſitum. Et d. theoria in Bart. ſequitur. & expreſsè intelligit Dō. de S. Geni. in omni diſpoſitione hominis, ſiue in teſtamentis, ſiue in contractibus, in d. *c. generali. col.* 3. & ita expreſſim in terminis noſtræ quæſt. tradit Sallcet. in *l.* 2. *quæſt.* 17. C. *de iure emphyteut.* Ibi confirmo, quia ex illo verbo, filij, patiter veniunt filij & fœminæ, idem manifeſtè vult Dom. And. Alciat. in *l.* 1. *gloſſ. fin.* D. *de verbor. ſignificat.* vbi dicit, in contractibus appellatione filiorum filias comprehendi indiſtinctè, ſiue patet ſtipuletur ſibi vt filiis, ſiue vt hæredibus, & bene. Idem tandem reſoluit Decius in *l. fœmina, num.* 105. D. *de regul. iuris.* vbi vir factus Valentiæ longè maturiùs examinauit, quàm quondam iuuenis, tametſi concurrens Felini Piſis in lectura, d. *c. in præſentia de pro-*

bat. Stat ergo regula, quòd in contractibus maſculinum comprehendit fœmininum. Hinc decidit Angel. in *conſ.* 118. *auia*, quod ſtipulatio auię dotem reſtitui ſi neptis ſine filiis deceſſerit, expirat ſi neptis deceſſerit relicta filia. Et voluit Philip. Corn. *conſ.* 171. *poſt reditum, lib.* 3. quod ſi filia dotata renuntiauit hęreditati patris in fauorem fratris, ſub hac tamen proteſtatione & pacto, quod ſi contingeret d. fratrem mori ſine filiis, renuntiatio eſſet nulla: quod ſi dictus frater decedat ſine filiis maſculis, ſed relicta filia, renuntiatio non reſoluitur, ſed remanet renuntians excluſa in perpetuum. Hinc etiam decidit Deci. *conſ.* 32. *&* *conſ.* 607. *nu.* 13. quod in contractu donationis appellatione filiorum veniunt filię. Facit quod pulchrè conſuluit Socin. *conſil.* 55. *viſis conſiliis lib.* 3. quod filiæ fœminę grauatę ſi deceſſerit ſine liberis, faciunt deficere conditionem huiuſmodi fidei commiſſi, etiam filiis maſculis teſtatoris relicti. Plura alia ſimilia breuitatis cauſa omitto.

---

§. XIX. *

* Hic §. fuit in antiqua conſuetudine articulus 20. Hodie patet facit articuli 19. in hac noua reformatione conſuetudinum.

PAR ladite Couſtume en ligne collaterale n'y a point d'aineſſe.

IN linea collaterali non eſt locus iuri primogenituræ. H. D.

SVMMARIA §. XIX.

1. *Maioritas regulariter penes ætatem accipitur.*
2. *Noua reſtituta natiua vox Conneſtabilis Franciæ, quem corrupto vocabulo haſtenus Conneſtabularium vocant.* 3.
4. *Iuriſdictio non poteſt ſubinfeudari nec multiplicari ſine authoritate ſuperioris.*
5. *Baronia non eſt de regalibus: ſed eſt inferior Comitatu.*
6. *Feudum etiam vno ex conſortibus pronocante diuidi poteſt.*
7. *Omnia feuda, etiam Ducatus & Comitatus diriguntur & regunntur ſecundùm conſuetudinem loci in quo ſita ſunt.*
   Ioannes Galleatius primus Mediolani dux.
8. *Comitatus Bleſenſis non eſt de domanio Franciæ, ſed priuatum patrimonium familiæ Valeſiorum.*

SIMILIS text. habetur infrà. §. 148. Et hęc materia plenius fuit expedita ſuprà §. 13. *cum* 4. *ſeqq.* Vt tamen aliquid non inutile addatur;

* Verbum *Aiſné*, aut potius *Aiſné* eſt idem quod ante natus: id eſt, ante alios

1. NOTA quod iſtud vulgate * *aiſné* propriè ſignificat illum qui eſt prior ſiue àntiquior ætate, vt clarè patet dict. §. 148. Et regulariter aſſumitur maioritas ſecundùm ætatem, vt tradit Alexand. in *conſil.* 4. *ponderatis verbis. colum.* 1. *lib.* 1. *per l. fin. C. de hũ qui bon. ætat.* Felin. in *rubric. col. fin. de maior. & obed.* Vnde quamuis verbum, primogenitus, propriè non quadret niſi in linea directa, quum dicatur reſpectiuè ad genitorem, tamen iſtud verbum *aiſné*, * æquè verificatur in linea collaterali, ſicut in linea directa, quum in vtraque æquè reperiantur maiores natu. Tamen regulariter conſuetudines Franciæ nullam prærogatiuam maiori natu attribuant in ſucceſſione lineæ collateralis exceptis paucis, videlicet Turonenſi *de ſucceſſione feudi.* §. 11. Cænomanenſi, §. 247. Andegauenſi, §. 219. & Pictauienſi, §. 221. quæ ſimilem primogenituræ prærogatiuam tribuunt maiori natu maſculo in linea collaterali. Ambianenſis autem §. 40. nedum maſculo, ſed etiam maiori natæ fœminæ idem attribuit, in defectum tamen omnium maſculorum. Idem in regione Bearnenſi, quæ ſubeſt Regi Nauarræ vbi ſenior ſororum habet omnia etiam mobilia.

* Primogenitura vtrùm conſideretur in linea collaterali.

¶ Sed hóc ànno 1537. magna dubitatio fuit inter ſupremos iudices ſuper intellectu dict. §. 40. an intelligatur inter plures hæredes, qui ſunt eiuſdem gradus, cellulæ, & lineæ dumtaxat. Et ſic ad inuicem ſunt fratres vel ſorores, quod eſt rationi conformius & veriſimilius. An verò intelligantur etiam inter plures hæredes diuerſarum linearum & cellularum: puta ſi concurrant patruus defuncti, & nepos ex fratre vel ſorore defuncti, pro quo facit generalitas verborum dicti §. Et ordinatum fuit quòd partes informarent * per turbas (ſic enim placet proprius & rectius dici, quàm quòd nonnulli dicunt, confuſa teſtimonia) de modo vtendi & practicandi: & anno 1538. D. Iacob. de Ligueris præfectus Ambianenſis, cauſam ad me miſit, & provt ei reſcripſi, iudicauit. Et tandem ſententia mea confirmata fuit in omnibus & ſingulis articulis ſolenni arreſto, de quo remitto 1. ad §. 147. *&* §. 153. vbi plenè tractaui de iure repræſentationis, & duplicis vinculi, & excluſionis Thij defuncti, per filios fratris in linea collaterali. Interpretando ſuper his conſuetudinem noſtram, Ambianenſem, Tiecenſem & Bleſenſem nolo huc transferre, quia non eſt hic locus. Sed ad materiam huius §. quæro, vtrùm habeat locum in baronia in hoc præſidatu ſita? Sunt enim in hoc præcellenti præſidatu, præter vnum comitatum, plures inſignes baronię, quarum prima, antiquior & nobilior eſt Baronia de monte Morenciaco, in inſula Francię ſita, antiquum hęredium illuſtriſſimi illius hęrois * Annę à monte Morenciaco, primi baronis, magni Magiſtri, ac Conneſtabilis Franciæ, vulgò Conneſtabularium vocant, ſed vernacula voce (quod plerumque fit) corrupta Non enim Conneſtabularius (quod corruptum verbum eſt) ſed Cuneſtabilis, ſeu *κορυνεῶν* Conneſtabulis (quam natiuam in Francorum monarchia & rectam appellationem eſſe puto) dici debet, quaſi cuneus ſtabilis, ſeu melius quaſi caput cunei ſtabulis, hoc eſt, conſtantis & fortis, vt pridem rectè nuncupauit & expoſuit Sanct. Thomas Aquin. in *lib.* 4. *cap. vltim. ad fin. de regimin. principum.* Et ſic etymon natiuæ vocis poſt longiſſimam temporum obliuionem nunc à nobis reſtitutę, aptiſſimè ſignificationi rei congruit * Eſt enim Conneſtabilis primus & ſummus poſt Regem in armis & rebus bellicis, huiuſque ſuę illuſtriſſimę & prętogatę dignitatis proprium & pe-

* Per turbas informatio.

* Annes à monte Morenciaco.

* Excellentia Conneſtabilis Franciæ.

Digitized by Google

culiare est, præesse exercitui, & cunctis legionibus, in quois, & inde dependentibus superior est omnibus Ducibus, Comitibus, Baronibus, Mareschallis, & Capitaneis Franciæ, vt continetur in primo articulo iurium & prærogatiuarum Conestabilis, quarum copiam habeo transumpti olim è registris sacrorum scriniorum regis, & traditi valentissimo illi Franciæ Conestabili Oliuario* Clissono, anno Domini 1381. mense Ianuario. Similem sub aliis nominibus antiqua ætas habuit potestatem, qualem sub priscis Romanorum Regibus Tribunus celerum: sub Dictatoribus Magister equitum, vt Polybius, Lucius, Dion. Halycarn. Plinius & cæteri testantur. Et est text. apertus in *l.* 2. §. *post deinde*, *D. de orig. iur.* vbi inquit Iurisconsul. quòd Dictatoribus Magistri equitum iungebantur sic, quomodo Regibus Tribuni celerum. Dictator, cuius noctu creatus, statim Magistrum equitum sibi deligebat, qui associatus principali curæ militiæ gratia secundam post dictatorem gerebat potestatem, vt est text. in *l. vnic. in princip. D. de offic. præf. prætor.* quemadmodum in dict. *l.* 2. §. *in initio*, inquit Pomponius, tempore Regum fuisse Tribunum celerum, qui equitibus præerat, & veluti secundum locum à Regibus obtinebat, eumque magistratum gessisse Iunium Brutum, qui author fuit Reges eiiciendi lege Tribunitia, ab eodem Bruto vltimo celerum Tribuno legis authore, sic dicta. *in dict. l.* 2. §. *exactis*, quod & Liuius *lib.* 1. *in fin. & lib.* 2. *in princip.* & Dionys. Halycarn. *lib.* 4. tradunt. sub Cæsaribus autem florente imperio, præfectus Prætorio vocari cœpit. Nam (vt ait Aurelius Arcadius qui ante tempora Alexandri Seueri floruit, vt lib. singulari de offic. præfect. prætor. vnde sumpta est dict. *l.* vnica) ad similitudinem Magistrorum equitum præfecti prætorio à principibus electi sunt: data etiam eis pleniore licentia ad disciplinæ publicæ emendationem. quod etiam testatur Pompon. qui tempore Alexandri filij Manissæ scripsit, dum in dict. *l.* 2 §. *post deinde. in fine* scripsit, quod Tribunorum & Magistrorum equitum officium ferè tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio. Ferè autem dixit, quoniam his ab Imperatoribus plenior data est potestas, quàm illis olim à Regibus vel Dictatoribus, vt dict. *l. vnica.* Igitur Repub. in Imperatores translata, sub veteribus Imperatoribus dicebantur Præfecti prætorio. *l.* 1. *in princip. D. de offic. præfect. prætor.* Et post Imperium Constantinopolim translatum, Iustinianus Magn. *nouell.* 38. *&* 69. quo tempore Procopius *lib.* 1. *belli Persi.* refert de Cambyse in regnum Persarum restituto, qui Sorsen constituit Salomen, id est, Magistrum militum. Adde *l.* 1 *&* 2. *C. de comitib. rei milit. lib.* 12.

3. Tandem imperio in Francorum Regum domum translato, vt dictum est supra in rubrica, hæc præfectura nomen Conestabilis (quod apud Francos semper eidem dignitati peculiariter inditum esse constat) suscepit, & ex tunc vsque hodie permansit: vt supinè nimium erauerit Pomponius Lætus in lib. de magistra. Rom. dicens, quòd hic magistratus sub inclinationem Imperij nomen mutauit, de Præfecto prætorio Magister stabuli dictus, quo nihil absurdius aut ineptius. Sed hunc errorem hausit Pompon. à corrupto vulgi sermone, quo Conestabularium imperiti dicunt. Verum vt ea potestas præcellentem semper authoritatem, ita & elegans, & adpositum nomen habuit. Et translato in Francos Imperio, Francia hanc Conestabilis appellationem meruit, eamque vnicam & peculiarem Francorum more sortita perpetuo retinet. In sacra autem Scriptura, tam apud Hebræos, quàm apud Assyrios, princeps militum vel Imperatoris dicebatur, qualis erat Phutiphar in Ægypto, qui dicebatur Eunuchus Pharaonis, non quòd castratus esset, habebat enim vxorem, *Genes.* 37. *in fi.* 39. *a.* sed inoleuerat vsus loquendi ab his qui solebant præferre Eunuchos, *Actor.* 8. Talis erat princeps militiæ Holophernes sub Nabuchodonosore Assyriorum rege, *Iudith.* 2. *c.* & Nabuzardam *Hier. cap. vltim.* Et sub Saule primo Hebræorum Rege Abner. 1. *Reg.* 17. *c.* Et sub Dauide Ioab 2. *Reg.* 5. Ex quibus infert Guiliel. Bened. *in repet. c. Raynutius in ver. & vxo. no. Adela. num.* 500. neminem ad tale officium assumendum, qui non prius militauerit, & reipub. profecerit in salutem populi. Multa tamen vidi & antiqua & recentia monumenta, quibus magnus Franciæ magister Conestabili Franciæ præponitur: nec tam certa harum dignitatum prærogatiua, quin à nutu Regis & aulæ fluctibus pendeat.

4. Sed his interim quæ alium tractatum requirunt omissis, vt maturè ad propositum quæstionis redeam, videtur, Baroniam non posse diuidi, cum sit dignitas feudalis, nedum nobilis, sed etiam nobilitans possessorem, per ea quæ diximus supra §. 15. *gloss.* 3. *num.* 3. Habent enim Barones territorium cum iurisdictione, mero & misto imperio, nedum in duplici instantia, seu, vt vulgò dicunt, ressorto, sed etiam quandoque in quadruplici, vt dum habent sub se Castellanos, vel alios vasallos, & subuasallos cum iurisdictione ab eis antiquitus infeudata. (Non enim possent sola propria authoritate de nouo subinfeudare iurisdictionem, eiusque gradus multiplicare, quia superiori præiudicaretur reip. & subditis, per not. supra §. 1. *gloss.* 5. *num.* 52. *&* §. 10. *num.* 25.) Feuda autem dignitatum non possunt diuidi, vt not. in *l. imperialem*, §. *præterea Ducatui. de probib. feud. alien. per Feder.* quum autem communio non possit esse perpetua, *l. in hoc iudicium*, §. *si conueniat*, *D. commun. diuid. l. nulla*, *D. pro socio.* nec diuisio admitti possit, necesse est vt ad vnum semper perueniat, & sic ad maiorem natu, siue in linea directa, siue in linea collaterali, iuxta not. in *c. licet*, *de voto.* Et si dicatur quòd istud demum procedit regno, & cæteris dignitatibus regalibus, quæ non admittunt consortem, *c. quod autem.* 23 *quæst.* 7. *l. fin. D. de rerum diui.* Not. Bald. in *l. si plures*, *col.* 2. *C. de cond. infer. in auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.* Replicandum videtur quòd etiam Baronia sit de regalibus & maioribus dignitatibus, patet in superscriptione *cap. grandi, de supplenda negli. prælat. in* 6. Vbi Barones præferuntur Comitibus in ordine literæ, & ab ordine literæ sumitur validum argumentum, *c. si quis iusto.* §. *verum. in fin.* & ibi gloss. in *verb. nominatus*, *de elect. in* 6. *l. cum pater*, §. *à te*, *D. de legat.* 2. *l. quotiens*, *in princip. D. de vsufruct.*

5. Resoluendo dico istud esse falsum, quia Baro* est inferior Comite, vnde in litera textuali *c. fundamenta*, §. *proinde*, *&* §. *fin. de elect. in* 6. postponitur Comiti, & vltimo loco refertur. Vnde non obstat superscriptio *dict. c. grandi.* quia ibi non apparet per præcedentia vel sequentia, quòd Baro. ibi seriosè præponatur, sicut postponitur in dict. §. *proinde.* Præterea in *dict. c. grandi*, non fit mentio nisi de Comitibus regni Portugalliæ, cuius rex mercaturam exerceat, & est maior quæstus regni sui, quare Comites (quorum magis est nomen officij & ministerij, quàm ditionis & patrimonialis potestatis. vt patet. *C. lib.* 1. *titul.* 35. 36. 37. 39. 40. *&* *lib.* 12. *titul.* 10. 11. 12. 13. 14.) in dicto Regno longè sunt inferiores cum Baronibus, qui habent ditionem hæreditariam. Tum eò tempore etiam in Italia Comes accipiebatur pro simplici magistratu, vt in *l. Federicus*, §. *si vero violator*, *&* §. *quicunque*, *&* §. *post natale*, *&* §. *si ministeriales.* Ibi Comes siue Iudex, quæ est *sub tit. de pace tenend. & eius violat. in vsib. feud.* dixi in tracta. de dignitat. magistrat. Rom. Et vidi instrumenta publica tempore Pipini in præsentia Papæ, vbi prohibetur cuicunque Iudici & Comiti. Patet etiam apud Gregorium Episcopum Turonensem *lib.* 10. *cap.* 15. & per tot historias Francorum.

6. Plus dico, quòd licet Baronia sit feudum dignitatis, non tamen regalis, nec illius prærogatæ dignitatis, cuius sunt Ducatus, Marchia, Comitatus, à quibus

* Oliuarius Clissonus.

* Baro. est inferior Comite.

Baronia tanquam inferior differt, vt sentit Dom. de S. Gemin. in d. §. *proinde*. Et vt dixi ī. §. 1. *gloss.* 3. *nu.* 2. Barones dicuntur maiores valuasores, vt expressim not. Bald. in *cap.* 1. §. *sunt & alij. de his qui feud. dare poss.* quem sequitur Aluarot. in *cap. vnico. colum.* 2. *quis dica. Dux, Comes, March. in vsib. feud.* Zas. in *epito. feud. par.* 5. Et sic patet quòd secundum dictos vsus feudorum, permittitur diuisio Baroniæ, & similis feudi à regalibus inferioris, inter consortes, text. in d. §. *præterea Ducatus*. Et hoc* nedum omnibus consentientibus, sed etiam vno ex alijs prouocante. quamuis post Panorm. *consil.* 82. *lib.* 1. contrarium velit Hipolyt. de Marsil. in *sing.* 9. Et malè, vt alibi plenius dixi, *infra* §. 51. *quæst.* 1. Imò etiam regalia feuda, Ducatus & Comitatus diuidi possunt, si talis sit consuetudo loci, vt tenent Andr. Isern. & omnes in dict. § *præterea Ducatus. Alexand. consil.* 18. *col.* 1. *lib.* 2. *consil.* 60. *lib.* 3. Francisc. Curt. senior. *cons.* 68. Iaso. in *l. stipulationes non diuiduntur. col.* 18. *D. de verbor. oblig.* Quòd autem etiam in dictis feudis regalibus antiquis plures hæredes siue in linea directa, siue in linea collaterali succedant æqualiter, est indubitatum, nedum de iure communi, sed etiam secundum dictos vsus feudorum, vt patet in text. in *cap.* 1. *in fin. de alien. feud. in dict.* §. *præterea Ducatus. gloss. & dict. in cap.* 1. *in princip. de feud. March. Duca. & Comi.* Et quod dictum est, vnum tantum, videlicet maiorem natu debere succedere, non procedit de se, & regulariter, nisi in solo ipso regno, vt not. in d. *c. licet de voto.*

* Feudum etiam vno prouocante diuidi potest.

7. Et sic concludo, quòd dispositio §. nostri habet locum nedum in feudis inferioribus, sed * etiam in Baronia & Comitatu, imò etiam in Ducatu, si quis à Rege nostro exigeretur in hoc præsidatu. Similiter in illis habebit locum dispositio §. 19. ī. *c.* ita quòd duæ filiæ æqualiter succedant patri in Baronia, Comitatu, vel etiam Ducatu. Nec primogenita plus capiet, tantum abest, vt totum hoc feudum habeat. Et generaliter dico, quòd in hoc Regno Ducatus, Comitatus, & Baronia deferuntur & reguntur secundùm consuetudinem sui cuiusque loci, quemadmodum & quælibet inferiora feuda, nedum in successionibus, sed etiam in aliis: vnde patrimoniorum iure censentur & vendi possunt, vt in Comitatu Blesensi, quem Guido Blesensis Comes, & Maria Namurcensis eius vxor, anno Domini 1391. mediante pretio ducētarum millium librarum vendiderunt Ludouico Valesio, Regis Caroli Sexti, tunc regnantis fratri, & Aurelianensium Duci, qui ante duos annos in vxorem duxerat Valentinam filiam Ioannis

* Consuetudines nostræ habēt locum etiam in feudis regalibus.

* Galeacij, primi & illustrissimi Mediolanensium Ducis, quem propter heroicas virtutes doctrinarumque & doctorum amorem Blondus Forliuiensis in lib. 7. Italiæ illustratæ, regno aut imperio, potius quàm eo solo Ducatu dignum attestatur.

* Ioannes Galeacius primus Mediolani Dux.

8. Ex quibus patet, Comitatum * Blesensem non esse de domanio Regio & coronæ Franciæ, sed aduenticium, & patrimonium nobilissimæ Valesiorum principum familiæ. Quamuis enim inclytæ memoriæ Ludouicus Valesius, præfati Ludouici nepos, Aurelianensium Dux, & Blesensis Comes, rex Franciæ huius nominis duodecimus effectus, præfatum Comitatum simul cum regno (etiam si hoc fecisset sine vlla discretione administrationis & reddituum, *iuxta l. prædiis*, §. *Titio*, *D. de leg.* 3.) possederit, non tamen ex hoc facta est vnio, nec incorporatio præfati Ducatus domanio Regio, nisi aliàs de solemni vnione & incorporatione probaretur, quantominus quum reddituum distinctos officiales instituerit, & præfectos rationum à domanio separatos, vt alibi latius deducam si opus sit. Sed vt ex historia rursus obiter irrepēte ad eam redeam, præfatam generalem conclusionem amplio, tametsi consuetudo loci non loquatur specialiter de Ducatu vel Comitatu, sed simpliciter de feudo, quia generaliter intelligitur de quocunque feudo. Et quæcunque infeudatio censetur facta secundum consuetudinem loci rei infeudatæ. vt nota. ī. *eod.* §. 7. *in fin.* Tum æque vocati sunt, & consenserunt in descriptione & homologatione singularum harum consuetudinum, Duces, Comites, & Barones, sicut etiam alij inferiores vasalli & subditi. Nec limitationem recipit hæc conclusio, nisi in feudis quæ iure contractus vel substitutionis deferuntur, vel certam legem habent inuestituræ. Et in his quæ de sacro domanio Regis concessa sunt in appanagium, in quib. nunquam fœminæ succedunt, & inter masculos seruatur appanagij forma, si qua determinata sit in succedendo: cæterum consuetudo loci, quandiu stirps masculina & regia, perseuerat. Prædicta modificanda sunt, vt quatenus salua consuetudine & successionis iure fieri potest, feuda dignitatum, nedum Regalia, vt Ducatus & Comitatus, sed etiam inferiora, vt Baronia, Castellania, non diuidentur, sed integra & indiuisa penes vnum remaneant, etiam inter fœminas, cæteris fratrib. vel sororibus de portionibus suis in aliis rebus satisfactis, prout æquum est tardius diuidi, quæ minus commodè diuidi possunt, & quæ magis expedit integra seruari, vt plenius dicam ī. §. 322. 146. *quò remitto.*

* Comitatus Blesensis non est de domanio.

---

* §.

* Hic §. in antiqua consuetudine fuit 24. Hodie partem facit huius articuli hoc est 19.

ITEM entre filles, soit en succession de ligne directe ou collaterale, il n'y a point d'aineſſe.

INter fœminas, siue in successione directa, siue in collaterali, non est locus iuri primogenituræ.

SVMMARIA §.

1. *In quo fœmina maior natu præhonorari debeat.*
2. *Terra Salica est sacrum domanium regis & coronæ Franciæ.*

Lex Salica à Pharamundo Salico authore nuncupata.

Digitized by Google

EXPEDITVS eſt 3. §. 12. §. 20. Et quòd ſuperfluo hic & infra §. 126. tertio repetatur idem text. amanuenſium errore non proceſſit. Et not. quod quamuis hæc conſuetudo loquatur de anagio ſiue antiquitate, & ſic videtur excludere omnem præeminentiam antiquitatis.

1. Tamen non debet ita præcisè intelligi: ſed eius ſenſus eſt loqui de prærogatiua primogenituræ, de qua meminit in præcedentibus. Et ſic non excluditur præeminentia, quæ alias iure communi competit antiquiori. Vnde non negat conſuetudo, quin in diuidenda hæreditate primogenita filiarum præhonoretur ſeu præferatur in domo paterna, vel feudo nobiliori, ſeruata tamen portionum hæreditariarum æqualitate, pariter penes primogenitam deponi debent inſtrumenta hæreditaria, ſub communi vel duplici claue. *iuxta l. fin. D. de fid. inſtr. l. cætera, D. famil. erciſc.* Et in cæteris ſimilibus, non per modum maioris portionis, ſed per modum cuiuſdam præhonorantiæ, non diminuentis iura aliarum, ſecundum ea quæ plenius ſcripſi j. §. 122. Sic & in veteri teſtamento nulla primogenitura attribuuntur fœminis, etiam deficientibus maſculis, ſed ſoli primogenito dantur cuncta duplicia, id eſt, virilis portio ſemel duplicata, *Deut.* 21. Vnicus tamen caſus dabilis eſt, in quo non ſunt niſi fœminæ venientes ad ſucceſſionem, & tamen inter eas eſt ius primogenituræ, videlicet in nepte ex vnico & præmortuo filio ſimul cũ amitis vel neptibus ex prę̃mortuis alijs filijs vel filialib⁹ concurrente, obtinet enim (quia ius & gradum patris repræſentando ſubintrat) verum & ſolidum ius primogenituræ, iuxta not. 1. §. 134. quod habet locum etiam in maioribus & regalibus feudis per not. 3. *eod.* §. 20.

2. Exceptis ſemper illis quæ ſunt in appanagio & ſacro domanio coronæ Franciæ, quæ proprio & ſingulari ſuo iure reguntur, videlicet Salica lege: qua fœminæ & deſcendentes ex eis omnino à terra Salica (id eſt, fiſcali propriè & regia, quod patrimonium ſeu domanium ipſius coronæ & maieſtatis regiæ appellatur) exhæredes & incapaces perpetuò eſſe iubentur. Eamque primam & antiquiſſimam Francorum regum legem non à Sale, vel à Salijs ſacerdotibus, ſed ab ipſius authoris Pharamundi Salici nomine (quem maiores Salicum cognominarunt) Salicam eſſe nuncupatam autumat Io. Ferrarius Montanus vir doctus & excuſſi iudicij, *in l. 2. in prin. col. 4. ff. de reg. iur.*

De his hactenus, ne præſentis inſtituti metas excedam. Vide, ſi vacat, *addit. ad tract. Io. de Ter. rub. contr. rebel. reg. tract.* 1. *art.* 1. *ſuper concl.* 8. & Io. Pyrrh. in *tract. de leg. Sal. & reg. ſucceſſ.*

§. XX.*

*Olim. fuit §. 15.

ITEM le ſeigneur feodal peut prendre, retenir, & auoir par puiſſance de fief, le fief tenu & mouuant de luy, qui eſt vendu par ſon vaſſal, en payant le pris que *l'acqueſteur en a baillé & payé, & les loyaux couſtemens, dedans quarante iours apres qu'on luy a notifié ladite vente, & exhibé les contracts, [ſ'aucuns en y a par eſcrit.]* & d'iceux baillé copie.

*L'acqueteur ita legit noua conſuetudo.

* Inclusa addita ſunt per nouam conſuetudinem.

PAtronus iure & poteſtate feudi, capere & retinere poteſt feudum ab eo dependens, à cliente venditum, refundendo pretium ab emptore ſolutum, cum legalibus expenſis, infra quadraginta diet, poſt notificationem venditionis, & inſtrumentorum (ſi qua confecta ſint) exhibitionem. H. D.

*De Retractv.

PRo pleniori* tractatu vtiliſſimæ huius & quotidianæ materiæ, præmitto ſub paucis;

*Duplex retractus.

1. Quòd duplex eſt* *Retractus*, ſcilicet legalis & conuentionalis. Legalis item, quod ad noſtras conſuetudines attinet, duplex: ſcilicet feudalis, de quo in hoc §. & duobus ſequentibus. Et is qui conſanguineis venditoris competit, de quo j. *tit.* 16. *per tot.* Doctiſſimus ille Andr. Tiraquell. (vt per eius epiſtolam cognoui) tractatum de duplici retractu locupletiſſimum quidem illum pro ingenij & doctrinæ ſuæ vbertate ſcripſit, ſed nondum in lucem emiſit. De retractu conuentionali nihil intendo tractare in hoc opere, niſi ſiquid incidenter occurrat in diſcurſu noſtri inſtituti. Sed remitto ad tit. & repe. *l. 1. & ibi. per Hieron. Cagnol. C. de pact. inter. empt. & vendit.* & alios Doct. vtriuſque Iuris: circa retractum iſtum feudalem aduerte,

*Retractus feudalis partim legalis,

2. Quòd* non eſt merè legalis, quia tacitè ineſt infeudationi, & inueſtituræ, quæ cenſetur celebrata & conuenta ſecundum conſuetudinem loci, & naturam actus per iura vulg. Et ſic iſtud ius retractus eſt partim (etiam propriè) conuentionale, tanquam inexiſtens ipſi infeudationi, & pacto feudi contracto inter dominum concedentem, & clientem recipientem, & ita tacitè contractum eſt inter eos ab initio. Et ad id agitur nedum condictione ex hac noſtra conſuetudine: ſed etiam condictione, ſeu alia perſonali actione, orta ex iſto particulari contractu & conceſſione feudi. Retractus autem proximitatis eſt merè legalis, & nullo modo conuentionalis, vtpote cùm inter emptorem & proximum venditoris retrahentem, nullum vnquam circa hoc geſtum fuerit negotium. Et hæc conſideratio non eſt ſine effectu, prodeſt enim ad oſtendendum retractum feudalem eſſe firmiorem, & ſolidiorem, & magis noſtrum, quàm ſit retractus proximitatis. Ex quo apparet ratio differentiæ, cur iſte tranſmittit, & ſecundum multorum non contemnendam ſententiam cedi poſſit: ille non. Et in pluribus alijs, vt infra locis opportunis deducetur.

partim conuentionalis.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. I.

1. *Prima ampliatio ad text.* etiam in patrono eccleſiaſtico.
Quid ſit quod vulgò vocant admortizamentum?
2. *Tenetur tamen eccleſia extra manus ſuas ponere feudum iure feudali retentum.*
Nec ad hoc poteſt compelli ab alio, quàm à procuratore fiſci regij.
3. *Ad quæ extendatur confirmatio caſtri cum iuribus & pertinentijs?*
4. *Semel admortizatum durat, niſi prorſus in laicum transferatur.*
5. *Secundo amplia text. etiamſi ex infeudationis pacto vaſallus poſſet vendere, donare, quibus voluerit.*
Tolerabilius eſt verba nihil operari, quàm contra naturã actus, ad quam poſſunt reduci.
6. *Tertio amplia text. etiamſi vaſallus prius obtulerit vendere patrono, vel pretio quod inuenit ab alio.*
7. *Fallit autem primò, ſi venditio fieret ei cui competeret retractus proximitatis.*
8. *Rurſus amplia, etiamſi venditio facta ſit conſenſu patroni.*
9. *Etiamſi de iure ſuo proteſtatus non fuerit.*
10. *Conſenſus quidam ſimplex & permiſſiuus, quidam diſpoſitorius.*
11. *Etiam diſpoſitorius conſenſus non excludit patronum vel propinquum à iure retractus.*
12. *Niſi author ſit venditionis, vel inſit clauſula, aut qualitas derogans & repugnãs retractui.*
13. *Vendẽs nomine alieno etiã fidẽ ſuã aſtringens, poteſt nomine proprio vtroque retractu vti.*
14. *Si plures ſimul vendunt eandem communem rem ſinguli ab vtroque retractu in totum excluduntur.*
15. *Reſolutio quando diſtributio pretij facit eſſe plures venditiones, vel non.*
16. *Quantumcunq; patronus excludatur à retractu, nunquã tamen excluditur à quinto pretij.*
17. *Quid de venditione facta ſub conditione, ſi dominus emptorem inueſtire voluerit, & an interim feudum prehendi poſſit?*
18.19. *Reſpondeo: Si ad traditionem realem feudi proceſſum fuerit, quòd ſic, & retractui locus eſt, & d. conditio tanquam captioſa reiicitur.*
20. ¶ *Q. 1. Vtrũ ius retractus feudale cedi poſſit?*
Ius redimendi cedi poteſt.
Secus de retractu proximitatis.
21. *Conſuetudo reſtringitur ad limites rationis intentæ & vſus facti.*
22. *Fondatior & approbatior eſt ſententia hoc ius cedi non poſſe.*
23. *Ius retractus non eſt ius redimendi, ſed ius prælationis.*
Ius prælationis eſt perſonale, ſed non perſonaliſſimum, ideo benè tranſit ad hæredem.
24. *Ius retractus feudalis eſt plus quàm ius ſimplicis prælationis.*
25. *Nihil addendum literæ textuali.*
26. *Quibus conſuetudinibus cautum, hoc ius cedi non poſſe.*
27. *Magis tamen accedit hic retractus iuri prælationis, quàm iuri redemptionis.*
Diction, pro, denotat cauſam finalem & immediatam.
28. *Ratio poſita in lege vel ſtatuto præſumitur finalis.*
29. *Solutio, quòd non poteſt cedi ante retractum conſummatum, ſed illo exacto liberum eſt patrono feudum retractum alij concedere vel infeudare.*
30. *Niſi probetur fraus præmeditata, quo caſu emptor feudum repetere poteſt.*
31. *Tenetur patronus emptore poſtulante affirmare, an pro ſe tempore retractus retrahat, & ſine fraude?*
32. *Patronus poteſt vti retractu pro filio cohærede vel ſocio.*
Sed nõ pro extraneo cui cariùs eſſet redditurus.
33. ¶ *Q. 2.* Vſufructuarius *nõ proprio, ſed procuratorio nomine domini retractu feudali vti poteſt.*
34. *Et finito vſufructu reſtituet etiam feudum retractum, cuius pretium non compenſatis fructibus repetet.*
35. *Nec tenetur fructuarius feudi dominantis ſolvere aliqua iura ratione ſubfeudorum & aliorum prædiorum à feudo fructili dependentium, quæ pendente vſufructu acquirit.*
Fructuarius propriè non eſt procurator domini, nec habet actionem mandati.
Fructuarius qui de pecunia propria retraxit ſubfeudum, poteſt ſtatim non expectato fine vſufructus, cogere dominum ad declarandum, an velit acceptare pro ſe, vel non?
36. *Fructuarius non poteſt nomine ſuo, vel pro ſe, retrahere.*
37. *Et cogi poteſt à domino indiſtinctè, vt ei dimittat pretio quæcunque ſubfeuda acquiſiuit in feudo dominanti.*
38. *Ius retractus in ſe non eſt in fructu, adde* ¶. eo. nu. 61. 65.
39. ¶ *Q. 3.* Fructuarius *non poteſt retrahere feuda vendita ante vſumfructum conſtitutum.*
Procurator generalis poteſt retrahere etiam vendita ante mandatum.
40. *Proprietarius poteſt prohibere fructuarium retractu feudali vti.*
41. *Emptor non tenetur agnoſcere fructuarium ad retractum, niſi ſub hac conditione, ſi dominus ratum habuerit.*
42. *Sed huiuſmodi conditio vel proteſtatio nõ habet locum aduerſus verũ procuratorem domini de cuius ſaltem generali mandato plenè cõſtat.*
43. *Sed repelli poſſet procurator, de cuius mandato plenè non conſtaret per literas, etiamſi offerret cauere de rato, quia illa cautio reſpicit proceſſum & non meritum.*

Digitized by Google

44. *Fructuarius non habet vſumfructum in ſubfeudo pecunia proprietarij retracto.*
45. 46. ¶ *Q.* 4. *Habebit tamen quintum pretij indiſtinctè, etiam ſi pecunia ſua emerit, & interim fructus fuerit.*
47. ¶ *Q.* 5. Maritus *in qualitate mariti poteſt ius retractus & omne ius dominicum exercere in feuda & vaſallos vxoris.*
48. *Feudum mouens à propriis vxoris iure feudali retentum à marito, efficitur proprium vxoris, ſecus ſi tanquam priuatus emiſſet, quia eſſet conquæſtus.*
49. ¶ *Q.* 6. *Quid ſi ſint plures patroni, & vnus velit inueſtire, alter retrahere?*
50. 51. *Solutio, quòd non poſſunt variare.*
Idem in retractu conuentionali, quia non poteſt peti pro parte.
52. *Tamen vnus ſolus ex patronis aliis volentibus inueſtire emptorem, poteſt inuitis emptore & illis totum feudum retrahere, totum pretium refundendo.*
53. *Soluere etiam iura feudalia compatronis pro portionibus eorum, niſi maluerit emptor retractum pati pro parte.*
54. ¶ *Q.* 7. *Si ſit vnus patronus, à quo plura feuda, ſimul ab vno vni, vno pretio vendita dependent. poteſt reſpectu vnius quinum denarium. reſpectu alterius feudi retractum eligere.*
55. *Reprobatur opinio Gui. Pap.*
56. ¶ *Q.* 8. *An ius retractus ſemel* conſulum *ceſſante poſtea cauſa confuſionis reuiuiſcat? Reſpondeo non.*
57. *Similiter nec vetus apertura, ſed ſimplex noua apertura cauſatur.*
58. 59. 60. *Ampliatur etiam ſi feudum dominans venditum fuerit emptori ſubfeudi cum pacto de retro vendendo, & in vim dicti pacti redimatur.*
Si fundus dominans ſub pacto redimendi domino feudi ſeruientis venditus redimatur, reſtitui deſiit confuſa ſeruitus, ſecus ſi ſimplex fuiſſet venditio.
61. *Qualiter accipiendum ius retractus feudalis eſſe in fructu vel non.*
62. *Ius feudalitatis magis accedit proprietati quàm ſeruituti.*
63. *Quando vaſallus emit feudum dominans, & poſtea cuicunque illud reuendit vel cedit, an renouetur feudalitas in ſubfeudo extincta?*
64. ¶ *Q.* 9. *Qui tenetur reuendere, vel ex fideicommiſſo aut alias reſtituere feudum dominãs, non tenetur reſtituere* ſubfeuda *tempore medio iure retractus aut aliis acquiſita, ſed ſolum eorum feudalitatem, velut ſublata confuſione pro tempore futuro.*
65. ¶ *Q.* 10. *Ius retractus eſt in fructus ſolum reſpectu veri domini, non autem reſpectu* putatiui, *etiam bona fide, & cum titulo poſſidentis.*
66. ¶ *Q.* 11. *Ampliatur reſpectu eius, qui pro tempore dominus eſt, etiamſi poſtea reſoluatur eius dominium.*
Repetens vel redimens feudum dominans, non tenetur retrahere ſubfeuda medio tempore à poſſeſſore retracta.
67. ¶ *Q.* 12. *Vaſallus retrahens, aut quoquo modo acquirens* ſubfeuda, *nulla inde iura debet patrono ſuo.*
68. ¶ *Q.* 13. *Vtrum teneatur vaſallus* ſubfeuda *vnite menſæ feudi ſui, & in catalogo tanquam partes integrales feudi deſcribere.*
Non poteſt quis tenere cum eccleſia maiori, aliâ dependentem ab ea, ſine diſpenſatione Papæ.
69. *Solutio quæſt. quod non.*
70. *Non poteſt quis eſſe vaſallus ſui ipſius.*
71. *An feudo prehenſo poſſit vaſallus ſub feudum deducere, offerendo fidelitatẽ ratione ſubfeudi.*
72. *An hodie comes Penthieuriæ ſit immediatus vaſallus regis & coronæ Franciæ.*
73. *Britones ſunt veri regnicolæ, nec amplius indigent diplomatis naturalitatis in regno.*
74. ¶ *Q.* 14. *Si feudum & ſubfeudum per venditionem eodem tempore aperta ſint, vtrum ſuperior patronus poſſit vtrumque prehendere, iure feudali retinere?*
75. ¶ *Q.* 15. *Vtrum patronus retrahens debeat habere* fructus, qui pendebant *tempore venditionis, vel eorum æſtimationem?*
76. *Fructus pendentes ſunt pars rei, & ſpectant ad emptorem fundi citra aliquam moram venditoris.*
77. *Solutio per diſtinctionem.*
78. *Retractus non eſt reuenditio, ſed venditionis tranſlatio.*
79. ¶ *Q.* 16. *Quid de poſterioribus fructibus, pendentibus tempore retractus?*
Reſpondeo, diuidendos pro rata temporis.
80. ¶ *Q.* 17. *Si feudum maturi fructus venditum fuerit certo pretio diſtributo pro fructibus, non poteſt patronus inuito emptore retrahere etiam fructus.*
81. *Fallit ſi de fraude appareat: hinc eſt quòd non tenetur ſtare locationi paulò ante venditionem factæ eidem emptori.*
82. ¶ *Q.* 18. *Licet feudum ſubſit retractui feudali, tamen poteſt emptor cædere alta nemora. Quomodo accipiendum, alta nemora non eſſe in fructu.*
83. ¶ *Q.* 19. *Non tenetur emptor patrono retrahenti ratione fructuum, vel proceri nemoris extantium tempore venditionis, niſi quatenus locupletior factus eſt.*
84. *Venditor ante traditionem tenetur ad cuſtodiam rei.*
85. *Emptor, qui in fraudem patroni conſumpſit fructus & nemora, tenetur æſtimationem deducere ſuper pretio retractus.*
86. ¶ *Q.* 20. *An patronus prohibere poſſit emptorem à* deiectione *nemorum?*
87. ¶ *Q.* 21. *Augmentum medij temporis inter emptionem & retractum intentatum cedit lucro emptoris.*
88. ¶ *Q.* 22. *Decrementum autem vel damnum fortuitum ſpectat ad retrahentem.*

Digitized by Google

GLO. I. IN VER.

Le Seigneur feodal.

ASSVMO concluſionem §. noſtri quæ eſt in ſummario. 1. ¶ Quam amplio primò reſpectu perſonæ patroni, etiam ſi eſſet * eccleſia, quæ non poteſt acquirere nec retinere prædia in hoc regno, ſine licentia ſuperioris domini immediati, & etiam principis, atque indemnitate præſtita vel remiſſa: quòd vulgò *admortizationem vocant*, vt diximus ſ. *in proœ. gloſſ. 6. & j.* §. 41. Tamen ſi poſſideat feudum taliter confirmatum, ſiue admortizatum, à quo ſubfeuda dependent: ſi vendantur, poterit eccleſia patrona immediata, vti hoc iure retractus feudalis, vtpote quum ſit venum de iuribus dominicis inhærentibus, & dependentibus à feudo confirmato. Et hæc conſuetudo hoc iuris tribuens, eſt communis, nedum ſecularium, ſed etiam eccleſiæ, vt patet in proœmio, & in proceſſu verbali. Sed an eccleſia poſſit tale ſubfeudum ſic retractum menſæ ſuæ perpetuò vnire, & tanquam conſolidatum poſſidere, iure & nomine feudi ſui principalis confirmati? videtur quòd ſic, quia hoc iuris conceditur patrono, per text. huius §. *& ſeq.* ſed eccleſia eſt patrona, & in hac conſuetudine comprehenſa. Non obſtat quòd iſtud ſubfeudum non eſt ſpecialiter confirmatum, ſiue admortizatum eccleſiæ, quia feudum principale fuit illi confirmatum, cum omnibus iuribus, honoribus, & commodis, & pertinentiis ſuis. Et per conſequens vnà cum iure retractus feudalis in ſubfeudis. Et veriſimiliter contemplatione horum iurium & ſubfeudorum, maior ſumma fuit perſoluta ſuperiori: prout hac ratione maiorem indemnitatem exigere potuit. Igitur in hunc euentum ſubfeuda videntur confirmata eccleſiæ, etiam ſpecialiter & nominatim, ſi fuerint nominatim expreſſa in confirmatione, per ſe vel per relationem ad aliud certum in quo nominatim deſcribuntur, puta ad catalogum, prout in talibus ſolitum eſt fieri. Et ſic propter ſubfeudum iure feudali acquiſitum, eccleſia non cenſetur aliquid tenere, vltra limites primæ acquiſitionis, & admortizationis, quia ab initio & tempore primæ acquiſitionis hæc ſubfeuda ſaltem implicitè continebantur in ea, nedum quo ad iura dominicalia quæ tunc erant in actu, & quæ habent cauſam ſucceſſiuam continuam vel quaſi, vt ſunt iura releuiorum, & laudimiorum: ſed etiam quo ad iura dominicalia, quæ tunc non ſuberant, niſi in habitu, & quæ habent cauſam momentaneam, & reſolutiuam, vt ius retractus feudalis in ſubfeuda, non enim poteſt negari quin acquiſitio & confirmatio feudi principalis includat iſtud ius retractus, quum ſit de proprietate & pertinentiis illius feudi. 2. ¶ Quibus non obſtantibus, contrarium dicendum eſt, eccleſiam poſſe cogi ad dimittendum, & extra manus ſuas ponendum hoc ſubfeudum: non ab emptore, ad quem non ſpectat, & cui hoc prætextu nulla competit defenſio aduerſus eccleſiam iure retractus feudalis agentem, quum non poſſit excipere de iure tertij non excluſiuo actionis ipſo iure. vt per text. in *gloſſ. in l. bis conſequenter.* §. 1. *D. famil. herciſcun.* * Nec etiam ad hoc cogi poteſt à ſuperiore immediato patrono eccleſiæ, & feudi principalis, nec à ſuperioribus dominis mediatis, vtpote quum nullum habeant intereſſe, ſed magis commodum: ſed à ſupremo principe noſtro vel procuratore ſui fiſci cuius intereſt ſubfeuda & ſolita teneri à laicis, onera ſubuenientibus, conſeruari & non vniri menſæ eccleſiæ. Et ita deciſum per arreſtum amplißimi ſenatus, latum die prima Februarij, anno 1518. inter Epiſcopum Carnot. actorem in materia prehenſionis feudi de Brou. ad hoc vt prehenſio declararetur valida, & quòd feudum prehenſum ſibi adiudicaretur iure retractus feudalis: & dominum Florentinum Girardum equitem reum, emptorem dicti feudi, immediatè mouentis à baronia de Pontgoing, quæ eſt de menſa epiſcopali. Fuit enim illud feudum de Brou, cum ſuis * pertinentiis adiudicatum dicto Epiſcopo iure & poteſtate retractus feudalis, refundendo dicto Girardo reo, ſortem principalem, cum legalibus impenſis dictæ acquiſitionis, ſalua & reſeruata procuratore regis actione contra dictum Epiſcopum, ad finem vt dimitteret, & extra manus ſuas poneret dictum feudum j. tempus conſtitutionum regiarum, & vicißim reſeruatis dicto Epiſcopo ſuis defenſionibus in contrarium, hoc habet illud arreſtum in ſumma. 3. ¶ Non obſtant contraria, quia ſubtiliter conſiderandum eſt, quòd ius ipſum retractus feudalis eſt admortizatum in ſe, tanquam in genere pertinentiarum, & iurium feudi principalis comprehenſum: ſed non propterea ipſa proprietas ſubfeudi retrahibilis eſt admortizata. Alioquin ſequeretur quòd poſſet Epiſcopus, habens baroniam admortizatam, emere omnia ſubfeuda, & omnia cenſualia, & vectigalia prædia, ab eadem baronia dependentia, eaque perpetuò ſine noua confirmatione, & ſine alterius indemnitatis præſtatione poſſidere, quod non eſt verum, niſi verba cõfirmationis, & acquiſitionis feudi principalis, eſſent adeo lata & ſpecifica, quòd comprehenderent etiam futuras acquiſitiones perpetuas ſubfeudorum, & aliorum prædiorum inde dependentium. ¶ Sed quæret aliquis, ſuppoſita ſimplici admortizatione feudi principalis cum iuribus & pertinentiis ſuis, quid proderit iſtud ius retractus feudorum cenſeri admortizatum, ſi proprietas ſubfeudi retracti non cenſeatur admortizata? Reſpondeo, multum operatur, quia poterit ſubfeudum retrahi, & reuocari ab emptore inuito, deinde poterit prælatus procurare admortizationem proprietatis, non eſt autem inutile, poſſe rem emere, vel iuſto pretio, vt patet in *l. & ſi aquâ D. de legat.* 2. Et ſi non poſſit ſtatim admortizationem impetrare, poterit fortè benignitate principis obtinere tolerantiam ſeu precarium, quòd huiuſmodi negotiorum periti vocant *ſouffrance d'admortir.* Hoc eſt, vt vſque ad beneplacitum principis, vſque ad certum tempus non teneatur, nec cogi poſſit vacuare manus ſuas. Interim autem fructus lucrabitur, & fortè ex illis ſummam indemnitatis, quam financiam vocant, præparabit, vel poterit alteri, cui placuerit, infeudare: non eſt autem leue commodum, poſſe eligere vaſallum gratum, & gratificari cui libitum fuerit: vel poterit j. tempus conſtitutionum, vel prorogationum quæ fieri ſolent, alij cariori pretio reuendere. Hæc enim ſubinfeudatio ſiue gratis, ſiue mediante rei pretio, poteſt fieri per patronum, iure feudi ſubfeudum venditum retrahentem, ſecundum multorum probabilem admodum opinionem: quod an verum ſit, dependet ab ardua illa quæſtione j. *ead. gloſſ. num.* 20. vbi diſcutiendum reſeruatur.

4. ¶ Sic in ſimili ad propoſitum redeundo, prælatus habens altam iuſtitiam, ſeu rerum imperium admortizatum, & per conſequens ius ipſum confiſcationum, tamen ſi contingat immobilia confiſcari, acquiruntur quidem prælato: ſed non erunt admortizata, imò tenebitur extra manus ſuas ponere, quod facere poterit vendendo alicui ſubdito regis: alioquin à fiſco occupabuntur, niſi prælatus ad nouam admortizationem indemnitate præſtita vel remiſſa obtineat. ¶ Quod autem dixi eccleſiam teneri ſubfeudum ſic retentum ponere extra manum ſuam, limito, niſi fuiſſet de domanio eccleſiæ admortizato, & ab illa infeudato. * Si enim contingat eccleſiam partem domanij ſui in feudum concedere

a Patronus eccleſiaſticus retractu feudali vtitur, ſed retinere non poteſt.

* De confirmatione caſtri cum iuribus ſuis & pertinentiis.

* Eccleſia nõ poteſt hoc caſu cogi ab inferiore, ſed ſolum à procuratore fiſci, vt ponat extra manus ſuas.

* An confirmatio prædiorum eccleſiæ duret, ſi alienentur.

concedere, etiam in manum laicam, non tamen amittit qualitatem admortizationis, nec reassumit veterem qualitatem & conditionem rerum laicarum quantum ad hoc, intantum quòd quomodocunque finiatur & resoluatur hoc feudum, siue tempore, puta ad vitam vassalli concessum, siue commisso, puta ob ingratitudinem vassalli, siue propter delictum commune iure confiscationis, eadem Ecclesia hoc ius, & merum imperium in loco habente, aut aliàs quomodocunque redeat, & consolidetur: liberum est ab omni onere admortizationis, vtpote semel liberatum, & in eandem libertatis causam reuersum. Idem si Ecclesia non infeudauerit, sed in censum vel emphyteusim concesserit, & ex lege pacti vel commissi ad eam reuersum fuerit: imò quod fortius, idem dico etiam si ex causa voluntaria, puta liberæ venditionis, donationis vel legati ad eam rediret, res ab eo præfato vel simili titulo etiam perpetuò concessa. Secus si solenniter & totaliter fuisset alienata & expropriata ab ecclesia, in priuatum & sæcularem: vel etiam in ecclesiasticum, nomine proprio, & pro patrimonio acquirentem. Si enim vel totaliter transferret in aliam ecclesiam, vel similem (quam vulgò mortuæ manus vocant) manum, maneret idem priuilegium, & conditio rei, vt latè comprobarem, sed nimiam *extra* veritus, oportuniori loco reseruo. Et sic patet quantæ sit vtilitatis inquisitio, & resolutio huius ampliationis.

5. ¶ Amplio secundò, etiam si instrumentum infeudationis habeat clausulam, quòd recipiens & sui possint vendere, permutare, donare, quibus voluerint: licèt hoc casu patronus excludi videatur ab ipso iure retractus, vt illa verba vendere de aliquo operentur, *arg. l. si quando in prin. C. de inoffi. testa. cum vulg.* puto non excludi, quia potius debent intelligi ad abundantiorem cautelam, & causa tollendæ dubitationis. *l. dubitationis. D. de regul. iur. cum vulg.* quàm ad corrigendam consuetudinem, & alterandam naturam feudi. Et * tolerabilius est verba nihil operari, vel superflua esse, quàm contra naturam actus accipi, si ad naturam actus reduci possint. *l. fin. vno. in princip. D. locat.* vnde quemadmodum non sufficit clausula, tibi & quibus dederis, vel tibi & habentibus causam: tametsi etiam emptores videantur comprehensi in inuestitura: ita ad derogandum iuri retractus non sufficit clausula licentiæ vendendi, nisi expresè vel per relationem ad consuetudinem derogetur iuri retractus: vt si dicatur, non obstante quòd alias concedens posset retrahere, vel non obstante consuetudine retractus feudalis. Facit quòd præcedente prohibitione alienandi, si superuenit consuetudo, statutum, vel decretum principis, quòd vassalli alienare possint, intelligitur saluo iure redimendi patrono æquali pretio, nisi speciali renuntiatione, vel tempore excludatur: in quo iure agnati præferuntur patrono, vt tenet Aluaro. Præpo. *in d. §. porro.* vbi etiam volunt, quòd sicut patronus habet ius redimendi post venditionem, ita habet ius prohibendi ante venditionem, sed istud ius prohibendi nullam nouam vtilitatem affert, & apud nos non haberet locum, quia liberè licet vendere, vel inuito, vel prohibente patrono, saluo omni iure illius.

* Tolerabilius verba superfluere, quam à natura actus deuiare.

6. ¶ Sed pro tertia ampliatione quæro, quid si vassallus reperto emptore, antequam vendat adit patronum, & offert ei vendere pro pretio quod ab alio inuenit, & expectat responsionem per duos menses, & vltra: An patronus negligens priuetur iure retractus, feudo alij vendito? Videretur quòd sic, per no. in *l. fi. C. de iur. emphyt. in l. qui Rom. §. cohæredes. D. de verb. oblig.* Contrarium verum est, quia non tenetur emere, nec retractui renuntiare. Et contraria loquitur in diuersis terminis, videlicet in prohibito vendere nisi certæ personæ, quæ si debite requisita negligat, videtur prohibitionem remittere: nos autem loquimur in vasallo qui pro consuetudine nostra non est prohibitus vendere, * & in patrono, qui non habet ius impediendi venditionem, nec prætendendi commissum, si eo irrequisito vendatur, sed solum habet ius retrahendi ab extraneo emptore, quod non oritur nec competit nisi venditione facta & consummata, *vt j. ea. gl. nu.* 20. Reliquas ampliationes collige ex j. deducendis.

* Quid de venditione facta cum consensu patroni.

7. ¶ Conclusio nostri §. fallit primo, si venditio fieret personæ coniunctæ venditori, à latere vnde feudum processit: quum enim iste haberet actionem ad excludendum & euincendum patronum, *vt* j. § 15. multo fortius exceptionem: *l. inuitus, §. cui damnum, D. de reg. iur. l.* 1. *§. ius autem, D. de superfi. cum vulg. adde* j. *eod. glo.* 5. *fallen.* 3.

8. ¶ Fallit secundo, quando venditio esset facta * consensu patroni. ita limitat Nicol. Boër. *in consuet. Bitur. tit. de consu. re. feud. §.* 1. *gl. vnica in fi.* & se fundat in dicto Paf. in *l.* 3. *col.* 9. *num.* 40. *C. de iur. emphyt.* vbi vult, quòd quando secundus futurus emphyteuta emit à primo de consensu domini, non requiritur alia renouatio, nec debet solui laudimium: & ita refert consuluisse Io. de Ana. *cons.* 90. *quia dubium.* post Pet. de Anch. *cons.* 63. *notitia iudicis.* sed certè istud indiget limatiori examine. Istud enim dictum Io. de Ana. & Iaf. quantum ad laudimium, est falsum & contra text. 2. *l.* 3. quæ vult expresè dominum posse exigere quinquagesimam partem pretij vel æstimationis rei à nouo emphyteuta, quando alienatio est valida, puta consensu domini, vel eo debite requisito & expectato facta. Si enim aliter sit facta, ipso iure erit nulla, & dominus nullum laudimium caperet, sed rem ipsam ad se reuersam iure commissi. & Pet. Ancha. *d. cons.* nihil loquitur de laudimio. Tum perperam arguitur de iure emphyteutico, ad ius nostrum consuetudinarium feudorum, quia illo iure non potest fieri alienatio domino requisito, & si fiat, non valet, & res cadit in commissum, *d. l.* 3. Sed iure nostro potest libere feudum vendi domino irrequisito, & valet venditio, & quæuis alienatio: tamen in casum venditionis, etiam illa perfecta & consummata, competit patrono ius redemptionis, vel retractus ab emptore extraneo, non autem à proximo venditore. Et simile competit ius patrono apud Insubres, in locis in quibus est consuetudo, quòd feudum possit vendi sine consensu patroni. quam consuetudinem Ober. de Orto. vocat prauam, *in ca.* 1. *§. porro qual. olim pote feud. alie. in vsib. feud.* Et sic in terminis iuris emphyteutici, non competit domino directo ius redemptionis, vel retractus, proprie loquendo, quia non potest redimere, nec retrahere, si semel venditio valida facta fuerit, sed solum habet ius prælationis, quando ante venditionem aditur & requiritur. Alioquin eo non adito, re vendita, non est locus redemptioni, sed commisso. Verum in terminis nostris istud ius non competit patrono, nisi venditione facta, imò ex ipsa venditione valida oritur: vnde sequitur, quod patronus consentiendo venditioni sibi non præiudicat in hoc iure, sed potius viam sibi ad illud aperit.

9. Nihil igitur infert iste consensus ad renuntiationem retractus, sed disponit ad illum. Tum ex quo patronus sciebat se inuito venditionem fieri posse, non videtur adhibere consensum, ad renuntiandum alicui iuri suo: sed solum ideo, quia non poterat, nec debebat talem actum impedire, vel quòd ille actus esset sibi placens & vtilis: quòd sciret inde, videlicet propter mutationem vassalli, plura iura sibi acquiri: vnde non videtur necesse, quod consentiendo protestetur ius suum saluum iri: cùm enim actus venditionis non tendat in aliquod præiudicium iurium patroni, consensus ad simplicem actum venditionis relatus, non potest vltra extendi ad remissionem alicuius iuris patroni, de quo non agebatur. Nec obstat, quod ille consensus nihil operabitur: quia id tolerabilius est, quàm quod vltra intentionem

agentis vel conſentientis operetur. *l. non omnis. in princip. D. ſi cert. petatur.* Et pro dicta opinione Nicol. Boër. melius faceret, quod Iac. de Are. Cyn. Bald. tradunt *in d. l. dotalem. D. ſoluto matrimonio*, quòd ſi dominus conſentit vaſſallo vendenti feudum, videtur remittere totum ius ſuum. Sed hoc non eſt verum, niſi prout diximus *infra* §. 33. *num.* 7. *in fin.* Et ſic concludo fallentiam hanc eſſe falſam. Et amplio text. noſtrum, etiam ſi venditio facta ſit conſenſu expreſſo patroni.

10. ¶ Sed hæc eſt ardua deciſio, & latiſſimè patens, quia multiplex poteſt eſſe conſenſus, videlicet permittendo, approbando, fideiubendo aut alias diſponendo. Et hæc omnia etiam ad retractum proximitatis applicari poſſunt. Et ſuper his in veteribus collectaneis meis multa ſtudendo congeſſi: ex quibus non inutile viſum eſt vnam diſtinctionem, priuſquam perfectè reſoluam, referre. Diſtinguebam enim * inter conſenſum ſimplicem & permiſſiuum, & conſenſum diſpoſitiuum, qui videlicet tranſit ſeu deducitur in diſpoſitionem & contractum ſpecificum. Et primo caſu dicebam non præiudicari patrono, nec conſanguineo in iure retractus, puta ſi in genere conſenſit feudum vendi, vel etiam ſi hoc proſecutus fuerit: vt ſi ratione debiti fecerit illud ſubhaſtari, & proſecutus fuerit venditionem, & adiudicationem per decretum vltimo plus offerenti, quod factum fuit: tum enim poteſt patronus ab emptore reuocare, & retrahere, iure & poteſtate feudali, etiam ſi patronatus (& idem de conſanguineo) præſens fuerit omnibus auctionibus & adiudicationi, & expeditioni decreti, etiam ſi vnus ex licitatoribus fuerit, fortè penultimus, & victus ab illo extraneo emptore, etiamſi aliàs tanquam iudex decretum illud adiudicauerit, vel tanquam actuarius in ſcriptis actiſve publicis redegerit, vel extra iudicium tanquam notarius aut teſtis interuenerit. *l. Caius, D. de pign. actio. l. Titia. §. Lucio, D. de legat.* 2. Plus etiam, ſi nedum conſenſerit venditioni in genere, ſed ſpecificè tali certæ perſonæ: Si tamen remanſerit in meris terminis conſenſus, & non ſe obligauerit, nec proceſſerit ad contractum, vel diſpoſitionem, poterit iure contractus experiri contra illum emptorem, cui taliter conſenſit vendi, etiam nulla proteſtatione facta: idem de ſimplici permiſſione, quæ non tranſiuit in contractum, ſiue vaſſallo permiſerit vt venderet Titio: ſiue aditus à Titio permiſerit ei ſimpliciter emere à vaſſallo, non enim ſufficit ad inferendum, quòd iuri retractus renuntiauerit. Hæc enim non ſonant in agere, ſed in pati. At in ſecundo caſu dicebam ſufficere, quia conſenſus diſpoſitionis, & obligationis non videtur compatibilis cum retentione iuris retractus, puta ſi vnà cum vaſſallo vendiderit. *l. vendicantem, D. de euiction.* Vel ſi pro vaſſallo vendente fideiuſſerit. *l. exceptionem, C. eo. tit.* ſine aliqua proteſtatione & reſeruatione iuris retractus, vel proteſtatione facta, ſed clam ab emptore. Idem ſi ſcienter approbauerit contractum, in quo venditor aſſerebat feudum non poſſe retrahi iure feudi, vel eſſe de proprio conquæſtu, tunc enim patronus aut conſanguineus vel tacitè renunciat, vel emptorem decepit, & ſic vel ipſo iure, vel exceptione doli à retractu repellitur. Ex quibus manifeſtè apparet, aliam eſſe rationem in conſenſu nudo & permiſſiuo: aliam in conſenſu diſpoſitiuo & obligatiuo. Et quòd per ſimplicem conſenſum à conſanguineo præſtitum venditioni non excludatur à retractu, niſi renuntiauerit expreſsè, vel aliàs ſe obligauerit, tenet Io. Lup. in *repet. rub. de don. int. vir. & ux. char. 27. col.* 3. Hæc fuit (reliquo apparatu omiſſo) priſtina mea ſententia.

11. ¶ Sed poſtquam maturius cogitaui, concludo indiſtinctè, locum eſſe vtrique retractui nedum præcedente ſimplici conſenſu permiſſiuo, ſed etiam obligatiuo & diſpoſitiuo. Ita quòd etiam is qui pro venditore * fideiuſſit, & ſe nomine proprio de euic. obli. nihilom. poteſt retrahere tam iure feudi quàm iure proxi. Ratio, quia ex hoc retractu nulla debetur euictio, nec generalis cautio euictionis ad hoc extenditur, vt ſcripſi j. §. 175. Et ſic non poteſt impediri retractus, prætextu huius fideiuſſionis & cautionis tanquam impertinentis, quantum ad huiuſmodi retractum attinet. Idem ſi non fideiuſſerit, ſed mandauit vendi, ſcilicet nomine vendentis: ſecus ſi nomine ipſius mandantis, ſeu ſi ipſemet nomine ſuo vendidit, vt ibi dixi.

* Etiam fideiuſſor poteſt vti iure retractus.

12. ¶ Vnde concluſionem noſtram limito: primò ſi patronus feudum fortè ad ſe reuerſum nomine ſuo vendiderit, vel per nuncium aut procuratorem ſuum vendi fecerit: nulla enim iura feudalia præter ſimplicem fidelitatem ex hac venditione, ſicut nec ex noua infeudatione habebit. Limito ſecundò, ſi venditio contineat clauſulam, vel qualitatem repugnantem vel derogantem retractui feudali, vel proximitatis, puta ſi vendatur res tanquam cenſualis, vel alaudialis, vel tanquam de conquæſtu vendentis, vel ſi venditor affirmat, quòd res non ſubeſt huic retractui: vel ſe obliget curaturum, quòd non retrahetur, & ad euictionem & euentum huius retractus: tunc enim locus eſt præfatæ diſtinctioni noſtræ, quia ſi patronus vel conſanguineus, ſcienter conſentiat tali venditioni ſiue in ipſo actu, ſiue ante, ſiue poſt, debet diſtingui inter ſimplicem conſenſum permiſſum, qui non præiudicat per prædicta, dummodo alias non ſit in dolo: & inter conſenſum diſpoſitiuum & obligatiuum (puta mandati formati in præfata qualitate vel fideiuſſionis) quæ præiudicat. Et hoc niſi taliter conſentiens iuſtam habuiſſet ignorantiam qualitatis inducentis retractum: quia probato errore reſtitui poſſet, & retractam obtinere, prout aliàs conceditur reſtitutio de diſpoſitione iuris communis, ad quod breuitatis cauſa remitto, & ad nouam diſtinctionem meam ſuper hoc j. §. 177.

* Differentia inter conſenſum permiſſiuum & diſpoſitiuum.

13. ¶ Ex prædictis apparet, quòd * ſi quis nomine alieno, ſiue procuratorio, ſiue tutorio, vendat feudum, etiam ſi nomine ſuo de euictione caueret, poteſt nomine ſuo venire ad vtrumque retractum, niſi in caſu dictæ ſecundæ limitationis. Sed quæro quid ſi partim nomine ſuo, partim procuratorio vel tutorio vendiderit, vel partim vendenti conſenſerit, vel cum alio ſimul vendiderit, qui cum forte habebat rem communem. Et vt diſputatione omiſſa quàm clarius & breuius licet procedam, dico quòd ſi vendiderit partem ſuam ſeparatim, ſiue diuiſam, ſiue indiuiſam, poterit abſque dubio petere retractum vel iura dominicalia partis ſeparatim venditæ à ſocio, quum ſint duæ & ſeparatæ venditiones: idem ſi ipſemet vendiderit aliam partem, ſed nomine ſocij. Si vero ſimul vnico pretio, tam ſuo quàm ſocij nomine, vel vnà cum ſocio vendiderit, dubium facit, quòd vnica eſt venditio vnius rei, pretióque non diſtributo: vnde non poteſt diuidi, nec pro parte retrahi. *l. cum eiuſdem. D. edil. edict. & plene* j. *ea. gloſſ. q. 6. & ſeq.* In contrarium videtur diſtinguendum: aut vendiderint quilibet inſolidum, & tunc vterque ſit principalis venditor & auctor venditionis, & vterque nomine ſuo inſolidum principaliter teneatur de defenſione & euictione totius rei, attento quod ab vtroque æquè principaliter & inſolidum contractum eſt, & vtriuſque fides pro toto ſecuta, ſatis videtur clarum, neutrum poſſe retrahere, nec pro parte, nec pro toto. Aut vero vendiderint ſimpliciter, & tunc quilibet videtur tantum venditor partis quæ eum tangit. *per regul. l. reos. §. cum in tabulis, D. de duob. reis.* Sed ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quod ſi duo fratres habentes domum communem pro indiuiſo, vendiderunt eam ſimul vno pretio & ſimpliciter abſque clauſula, quilibet inſolidum, quod nihilominus ipſi venditores poſſent retrahere eandem domum ab

* Vendit nomine alieno, poteſt vtroq; retractu vti nomine ſuo.

emptore infra annum & diem saisinæ, quia quilibet dicerer se retrahere partem quæ fuerat socij sui, quod est absurdum. Tum quia ipsemet venditor non debet admitti ad retractum, tum quia etiam in venditione eiusdem rei à pluribus simpliciter facta sine clausula insolidum, singuli venditores insolidum de defensione & euictione obligantur, quia venditionis natura indiuisa est, inquit text. in *l. cum ex causa. D. de verbor. obligat. l. in executione §. insolidum, & in l. 4. §. fin. D. eo. tit.* 14. ¶ Et sic in hoc membro, quando * plures scienter simul vendiderunt eandem rem, vel vnus tam suo quàm socij nomine. Concludo quòd vterque excluſus est pro toto ab vtroque retractu. Amplio primo nedum quando vendiderunt expressè singuli insolidum, sed etiam si simpliciter. Amplio secundo, nedum quando vendiderunt vnico confuso pretio, sed etiam si pretio distributo inter se, quod tamen sine intelligendum est, dummodo distributio pretij non apponatur ad diuisionem & distributionem actus venditionis, sed solum ad designandum modum solutionis, & sciendum quantum cuique soluendum sit; secus si apponatur ad diuidendum & separandum actum venditionis, quod quando sit, breuiter explanabo.

* Si socij simul vendunt singuli à retractu in toto excludantur.

15. ¶ Et primo dico, quòd quoties* inter plures venditores apponitur expressa clausula, quod singuli vendunt, & obligantur insolidum, tunc semper est vnica ex forma contractus indiuisa venditio, & sic quantumcunque pretium distribuatur inter eos per eundem contractum, etiam si cuilibet assignetur certum separatum pretium, correspondens portioni quam habet in re, adhuc est vnica venditio, & vnica obligatio passiua omnium venditorum. *l. in duobus, in fi. D. de duob. reis.* Quod procedit nedum si venditores habeant rem communem pro indiuiso: sed etiam si pro diuiso. Imò etiam si venderent singuli diuersos separatos fundos, in diuersis locis sitos, etiam pretio pro singulis fundis distributo: adhuc ex quo actum est quòd omnes simul insolidum vendunt, & sic insolidum singuli obligantur ad traditionem & defensionem omnium feudorum venditorum. Puto omnes & singulos excluſos esse ab vtroque retractu, in singulis portionibus, vel aliis separatis rebus venditis. Ecce quàm multum vna aut alia forma contrahendi operatur. Aut vero non est expressè actum, quod singuli insolidum vendant & obligentur, & tunc aut vendiderunt vnico confuso & non distributo pretio, & tunc vnica censetur venditio, & sic singuli excluduntur à retractu: quod procedit nedum si vendiderunt eandem rem diuisam vel indiuisam, sed etiam si vendiderunt plures res separatas. *arg. l. quòd si vno, D. de in diem addict. cum vulgo.* Aut vero vendiderunt pretio inter se per eundem contractum distributo, siue æqualiter, siue inæqualiter, non curo, & tunc subterdistinguẽdum est: aut vendiderunt quilibet rem separatam, puta Titius, Seius, Caius, singulos diuersos fundos ad se separatim spectantes & pertinentes, & tunc quamuis eodem tempore & eadem charta, tamen sunt diuersarum & personarum & rerum distinctæ venditiones, nihil tamen inuicem commune habentes: vnde nihil impedit, quin vnus in re ab alio vendita quouis retractu vtatur. Aut vero vendiderunt simul eandem rem, puta eandem insulam, vel syluam, certo pretio cuique pro rata portionis suæ distributo: & tunc ego non distinguam, an res spectet ad eos pro diuiso vel pro indiuiso, quamuis sit maior ratio pro vnitate venditionis in portionibus indiuisis, quam in diuisis, quæ propemodum faciunt singulos & diuersos fundos: sed subquater distinguo in forma contractus, quia aut venduntur plures portiones rei diuisæ vel indiuisæ, sub ratione portionum separatarum, ita quod actus siue verbum vendendi distribuitur in singulas cuiusque portiones: puta si non incipiat venditio à denominatione & venditione eiusdem rei: sed à venditione & denominatione diuersarum portionum: vt quando dicitur, Titius vendidit portionem suam, puta dimidiam partem quam habet in tali insula, & Caius quadrantem, quam habet in eadem, & Seius alium quadrantem, & tunc manifestè apparet, plures esse contractus, & tot separatas venditiones & actus vendendi, tametsi in eadem charta, quot specificatæ de per se portiones. Quamuis enim venditores habeant portiones suas eiusdem rei pro indiuiso, tamen possunt singuli vendere de per se portiones suas duntaxat, & non singuli portiones aliorum, nec omnes totum. Et ita videtur actum duobus concurrentibus. Primò quòd incipiat & concipiatur actus venditionis, non à tota re, sed à singulis portionibus. Secundò quòd non est vnicum pretium, sed singula pretia distributa. Et consequenter nihil impedit, quin vnus vtatur retractu in portione alterius. Aut verò venditio & actus vendendi incipit à tota re, puta, Titius, Caius, Seius, vendiderunt talem syluam ad eos pertinentem pro certis portionibus, siue diuisis, siue indiuisis, non curo, & tunc quantumcunque sub forma non vnius pretij, sed diuersorum pretiorum distinctorum pro ratione portionis cuiusque, tamen puto vnicam esse venditionem, ex quo fit venditio non sub ratione diuersarum portionum, sed concipitur sub ratione vnius rei, ita quòd actus vendendi, & ipsa venditionis forma & substantia, non cadit super portionibus singulis seorsum, sed super re tota simul. Dinumeratio autem portionum rei, & pretij distinctio, subsequens actum vendendi formatum die & super tota re, videtur apponi ad demonstrationem portionum rei, & solutionis pretij. Et sic omnes & singuli à retractu rei vel singularum eius portionum excludantur. Et ad hanc vltimam distinctionem optimè facit distinctio Oldr. *in consil. 196. in concessione*, quem sequitur Ioan. And in *addit. Spec. de empt. & vend. in princ.* Bal. in *rub. C. de contrab. empt. & vend. q. 22.* Panorm. in *c. per tuas, de dona.*

* Quando diuersi pretij facit esse plures venditiones, vel non.

16. ¶ Nota tamen quòd vbicunque ex prædictis infertur, patronum cum alio vendentem excludi à retractu feudali, patronus tamen indistinctè habebit quintum pretij, pro rata portionum, ad alium vel alios vendentes spectantium, etiam si simul totum vendiderit vnico non distributo pretio, & cum clausula venditionis & obligationis insolidum, quia respectu eius qui vendit, & non est patronus, verum est vassallum vendidisse, & sic ab eo potest patronus quintum pretij conuenditorem contingentis exigere, vel etiam si malit ab acquirente, & partem feudi venditi contingentem dictum conuenditorem prehendere, vel tenere ad manum suam, donec satisfactum sit de dicto pretio & subquinto, si opus sit. Et sic expedita est secunda fallentia ad §. nostrum. Quòd si quis prolixitatem hanc auersetur, attendat quot & quantas quæstiones discurrendo, & non excedendo eandem materiam comprehendi & resolui, quas singulas diffusè variis in locis disputare potuissem. Et tunc opinor fatebitur compendiosam breuitatem meam.

17. Tertiò fallit principalis conclusio, * si venditio fiat sub conditione, si patronus emptorem inuestire voluerit: tunc enim aut patronus vult & excludit se à retractu: aut non vult, & non est venditio, deficiente conditione; ita tenet Guid. Pap. in *dec. Delphi. q. 47. q. 411.* Nicol. Boër. in *consuetu. Bitu. de consuet. retract. re. fend.* §. 1. Sed an interim dicatur feudum apertum, vt possit à patrono prehendi? Distingue: Aut venditor remansit possessor, & non processit ad aliquam executionem venditionis, & tunc quum non sit feudum venditum, nec translatum, nec de iure nec de facto, nulla est mutatio, nulla apertura feudi: nec locus est prehensioni. Aut venditor nihilominus pendente

* Quid in venditione facta si patronus inuestire voluerit.

conditione proceſſit ad executionem, & anticipauit traditionem feudi ſine conditione, & tunc cum dominium ſit tranſlatum in futurum emptorem. *l. ſub conditione in fin. D. de ſolutio.* patet de alienatione rei, & mutatione & apertura feudi, tametſi nondum ſecuta venditione: & locus eſt prehenſioni ex defectu vaſſalli & iurium, *ſecundum formam* §. 1. ℸ. *eo.* Ad quod euitandum non deberet traditio ſimpliciter fieri, ſed ſub * eadem conditione. Ita quòd etiam ipſam traditionem & tranſlationem poſſeſſionis reſpiciat, & ſuſpendat in euentum conditionis: tunc enim nulla interim fieret mutatio dominij vel vaſſalli. *l. qui abſenti*, §. *ſi quis. D. de acqui. vel amit. poſſeſſ.* Idem ſi non traderet titulo pro ſoluto, purè vel ſub eadem conditione, ſed titulo locationis, vel precarij, duraturi donec extaret conditio: & ſic retenta interim fide per venditorem: tunc enim nulla fiet mutatio perſonæ, vel apertura feudi, niſi conditio extet: & ſic interim non eſt locus prehenſioni. Alioquin præhendens patronus facit fructus ſuos.

* Conditio quandoque ſoli contractui, quandoque cedit conditioni apponitur.

18. Sed an emptor cui anticipata eſt pura traditio, poſſit ad vitandam vel leuandam manum dominicam, offerre patrono clientelare obſequium, vnà cum quinta parte pretij, & an patronus teneatur eum in fidem admittere, & ſic venditionem purificare, & feudum mancipare? Hæc eſt ſubtilis & argumentoſa quæſtio. Quid enim ſi emptor obtineat diploma regium, vt patrono recuſante recipiatur in fidem à iudice, per manum (vt aiunt) ſupremam, prouiſionémque, & manum leuatam feudi obtineat, conſignando quintam partem pretij: an huiuſmodi reſcriptum debeat homologari? Et omiſſa sinuoſa argumentorum deductione, punctualiter attingendo, videtur quod ſic: attento quòd emptor, idémque poſſeſſor feudi, anticipato titulo pro ſoluto acquiſiti, facit & offert totum quicquid in ſe eſt: non enim videtur quòd teneatur patrono dimittere feudum pro pretio. Nec quòd patronus iuſtè id poſſit poſtulare, quum nulla adhuc facta ſit venditio, imò hoc poſtulante patrono, fieri non poſſit, nec ſequi venditio, & ſic nullum competit ius retractus patrono, nedum actu, ſed nec ſpe, nec habitu, ex hac venditione: ſiue enim deficiat, ſiue extet eius conditio, vtroque caſu certum eſt, non poſſe dari locum retractui, pro hac vice. In contrarium videtur, quòd patronus non teneatur emptorem in fidem admittere: tum quia non poteſt hoc facere ſine captione ſua, quum per hoc excluderetur à iure retractus ſibi dato à conſuetudine, quando feudum venditur: accideret enim feudum eſſe venditum, & tamen non eſſe redimibile per patronum, ſine eius facto, & culpa. Et ſic patronus inuitus & innocens per huiuſmodi technam illuderetur, & iure ſuo priuaretur, & videtur res machinata in fraudem huius conſuetudinis & patroni.

9. Igitur illa conditio, ſi patronus inueſtire voluerit, potuerit ab illo reijci * tanquam captioſa & fraudulenta, & venditio acceptari tanquam ab initio pura, ſaltem tanquam purificata, ex quo tempore venditor proceſſit ad traditionem puram. Videntur enim contrahentes exequendo contractum ante conditionis euentum recedere à conditione, maximè à conditione captioſa, ſaltem reſpectu eius in cuius fraudem videtur machinata & compoſita. Et hanc partem (ne fraudibus & malitiis tanta feneſtra aperiatur) veriorem puto. Itaque attenta ſuſpicione fraudis, qua per ſe laborat illa captioſa conditio, & maiori ſuſpicione, quæ reſultat ex eo, quòd proceſſerunt ad realem & puram executionem: puto patronum prehenſionem ſuam ſuſtinere poſſe, & oblationes emptoris iuſtè recuſare, offerendo ei refundere pretium cum legalibus impenſis, ſéque abſolui debere à dictis literis regiis ab emptore obtentis, & iure, & poteſtate feudali feudum retinere, menſæque ſuæ vnire non poſſe, non reſtitutis, nec in pretium, vel impenſas legales, imputatis fructibus à tempore manus iniectionis perceptis, ſed illis tam iure dominico, ex defectu vaſſalli, ante oblationem pretij à patrono cauſa retractus factam: quàm iure retractus poſt oblationem pretij retentis. Ex prædictis apparet qualiter ſit intelligenda hæc fallentia, quam alij ſimpliciter & indigeſtè tradunt. Tunc enim procedit, quando venditor non proceſſit ad traditionem puram, & tranſlationem poſſeſſionis & dominij, alioquin ſecus.

* Reijcitur captioſa conditio.

20. ANTEQVAM altiùs copioſiſſimam hanc materiam ingrediar, neceſſarium duxi, arduam illam quæſtionem præmittere, & diſcutere: Vtrum ius * retractus feudale cedi poſſit? Hæc eſt valde dubia & argumentoſa quæſtio, & à nemine adhuc quod ſciam, tractata, nec iure, nec conſuetudine apertè deciſa: vtrinque tamen, tam à iure, quàm à conſuetudine rationes inducendæ ſunt, non remotæ, ſed velut natiuæ, & viuæ, vt earum collatione breuius & lucidius, velut oculis expoſita, veritas appareat. Et primo videtur iſtud ius cedi poſſe, quia non eſt mera facultas perſonalis, ſed formatum, & patrimoniale, nempe in bonis patroni, & regulariter omne ius, & omnis * actio poteſt cedi, nec iſta actio reperitur excepta. Igitur, *vt in l. ſi. C. de hæred. vel actt. vendi.* Tum iſtud ius non eſt mere legale, ſed partim conuentionale, & incluſum tacitè in conceſſione feudi: ſed ius redimendi conuentionale, abſque dubio poteſt cedi in quemlibet, vt decidit Paul. de Caſt. *conſ.* 1. *videtur dicendum quòd dictum Chriſtoforus, lib.* 2. *Barba. conſ.* 31. *col.* 18. *lib.* 1. Deci. *conſ.* 164. *in fi. conſ.* 614. *col.* 2. *conſ.* 680. Hieron. Cagnol. in *repet. l.* 2. *col.* 8. *q.* 1. *C. de pact. inter empt. & vend.* Ergo idem dicendum de retractu feudali, nec eſt ſimile de retractu ſanguinis, * quia is fuit introductus fauore conſanguineorum, cui fauori derogaretur, ſi poſſet cedi extraneo. Sed retractus feudalis eſt inductus fauore directi domini: cui fauori non contrauenitur, ſed magis obtemperatur, ſi liceat cedere cuilibet. Nec eſt iniquum id tribui patrono, authori feudi, vt poſſit diligere quem vult vaſſallum ſibi gratum, ſine præiudicio veteris vaſſalli, cui tantum pretij numeratur, quantum ab alio conſequi poſſet.

* Vtrum ius retractus feudalis cedi poſſit.

* Ius redimendi cedi poteſt.

* Secus de retractu proximitatis.

21. In contrarium fortius arguitur. Primò, quia hoc ius cenſetur & eſt conceſſum, fauore reunionis, & reconſolidationis vtilis dominij cum directo, vt in §. ſeq. ibi. *Pour l'vnir & mettre à ſa table.* Id quod non fit, ſi cedatur & ſic feudum ad extraneum perueniat, & non ad dominum. Tum ſecundo quia fauorabilior eſt retractus conſanguinitatis, quàm feudi, & tamen ius retractus ſanguinis non poteſt cedi, vt dicemus ℸ. § 175. Igitur multominus retractus feudalis. Tum tertio iſtud ius retentionis, ſiue prælationis, eſt ſpeciale, & inductum à conſuetudine quæ eſt ſtricti iuris, ergo debet manere in terminis ſuis, videlicet quando patronus verè vult retinere pro ſe, non ſi pro alio, ſeu quando ipſemet vult præferri extraneo emptori, non quando vult alium extraneum præferre emptori. Non enim conſuetudo dedit patrono ius gratificandi, vel eligendi futurum vaſſallum: ſed ius retinendi pro ſe, & menſæ ſuæ vniendi, ergo tantum videlicet ad finem vnionis habet, quæ videtur fauorabilis vt res redeat ad priorem naturam & ſtatum. *l. ſi vnus* §. *pactus. D. de pact.* non autem debet extendi vt nedum poſſit poſſe retinere, ſed etiam vt poſſit alij tale ius cedere quod eſt durius: quia eſſet excedere & verba, & mentem conſuetudinis. Et extendere diſpoſitionem reſtringibilem & ſtricti iuris, ad id quod eſt minus fauorabile & minus rationabile, quod non eſt admittendum. Imo eſſet nouum ius (videlicet gratificandi, vel transferendi feudum) dare patrono: quod nunquam fuit, nec de iure, nec de conſuetudine, datum vel inuentum. Tum quarto conſuetudo eſt facti, & ad * limites vſus & facti ex quo inducta eſt, reſtringitur, vt diximus ℸ. *in prooemio gloſſ.* 1. Satis

* Cõſuetudo reſtringitur ad limites vſus, & facti.

autem constat per verba huius §. & §. seq. consuetudinem nostram recitantia, quòd patroni non fuerunt aliter vsi hoc iure retractus, quàm retinendo pro se, & mensæ suæ vniendo: ergo consuetudo nostra ex illo vsu orta & creata, non egreditur limites dicti vsus, sed necessario ad illos restringitur. Tum quinto istud ius retractus est ius dominicum, & potestas feudalis, igitur non potest cedi nec transferri in alium: sicut ius patronatus non potest cedi retento feudo dominanti, vt diximus 3. §. 1. *gloss.* 3. *q. fi.*

22. ¶ Et hanc partem quòd ius retractus feudale cedi non possit, etiam amico, expressè tenet Petr. Iacob in *tit. de actio. in rem. pro re. emphy. col.* 9. *versic. quid si directus.* Nicol. Boër. in *consuetu. Bitur. tit. de reten. re. feud.* §. 1. *circa medium. & in tit. de retract. consang.* §. 3. *col.* 6. ita in simili decidit Guid. Pap. in *iure prælationis quod conceditur domino in re emphyteutica. per l. fin. C. de iur. emphyt. Dec. Delphi.* 411. Et ante eum idem tenuerunt Cy. Petr. Alber. Salic. Pau. in *l. ad officium. in fi. C. communi diui.* Albet. *in* 3. *par. statu. q.* 88. Et in retractu proximitatis, siue ratione cognationis, siue ratione vicinitatis, aut consortij, hoc est indubitatum, vt diximus 3. §. 175. Et idem in iure retractus rei censualis voluit Bocrius *in modo prælegato.* Chassa. *in consuetud. Burg. tit. des censes.* §. 11. *gloss.* 3. *in princ.* Et hæc pars videtur melius fundata & approbata à peritis. Nullum enim scribentium adhuc reperi, qui teneat pro parte affirmatiua.

23. Non obstat quòd istud ius non est mera facultas, sed ius formatum: quia esto, tamen non est ius euocandi feudum, quacunque de causa, sed solum causa vniendi, & conciliandi suo principio. Nec est ius expellendi emptorem, pro alio æque extraneo subrogando, nec est ius redimendi, vt redimens carius possit reuendere, sed ius pro se redimendi. vnde minùs obstat quòd de iure redimendi conuentionali allegatum fuit, quoniam * inter ius redimendi, & ius prælationis, permultum interest: iure enim redimendi cogitur retrouendere, etiam aliàs nolens vendere: non autem iure prælationis, qui enim ius prælationis habet, non habet ius nec actionem vt sibi res vendatur: sed duntaxat vt ipse extraneo emptori præferatur, quando contingit possessorem velle rem vendere. Et sic videmus in patrono, quòd non potest petere vt vassallus sibi vendat, vel reuendat feudum, sed eo vendente iuste petit se eadem conditione præferri extraneo emptori. Et sic patet quòd patronus non habet propriè ius redimendi, sed solum ius prælationis, sicut in simili directo domino emphyteuticos, hoc ius prælationis duntaxat concedit. *l. fi. C. de iur. emphyt.* Idem si cui iure conuentionis, & contractus competat ius prælationis, puta si vendens vel donans rem suam, non adposuit pactum formale de retrouendendo, sed pactum simplicis prælationis, vt si non sit stipulatus quod emptor teneatur inuitus reuendere: sed quod dum voluerit vendere præferatur stipulator, æque bonam conditionem offerens. Clarum est quod * ille non habet ius redimendi, sed simplicis prælationis, quod de se importat personalitatem singularem, & in sui substantia & effectu, est limitatum & restrictum ad personam cui competit. Vnde siue sit emere conuentionale, siue legale, siue mistum, non potest alij cedi, sed bene transit in hæredem, nisi esset pactum personalissimum, secundum not. in *l. iurisgentium.* §. *pactorum. in l. & hæredi. in l qui in futurum. D. de pact.* quinimo etiam in verò & formali iure redimendi, idem foret dicendum, si esset limitatum ad personam; puta si esset reseruatum pro se tantum, tunc enim non posset cedi, vt rectè tradit Hiero. Cagno. in *repet. d. l.* 2. *num.* 90. *C. de pact. inter empt. & vend.*

24. ¶ Hæc multum vrgent, sed nec adhuc animus quiescit, quia vt mihi videor alicubi dixisse, * ius retractus, quod hæc consuetudo dat patrono, non est simile iuri prælationis, quod d. l. fi. dat directo domino emphyteuticos. patet illud ius prælationis, oritur enim statim atque emphyteuta præparat se ad vendendum, & competit, estque in actu, antequam venditio concludatur, saltem antequam consummetur: consummata autem venditione, non est amplius locus iuri prælationis, sed benè locus est commisso si dominus fuerit contemptus: quia emphyteuta destinans vendere, tenetur antequam vendat, denuntiare domino, se velle vendere, & quantum pretium reperit à volente emere, prælaturus dominum si eandem conditionem velit acceptare, & responsionem domini per duos menses expectare, quòd si omiserit, & rem tradiderit, cadit à iure suo, & non amplius agitur de prælatione, sed de commisso. Hoc autem ius retractus de quo in hoc §. est in oppositum, quia non oritur quamdiu venditio est in fieri, sed tantum ea perfecta, non dico consummata. Ea autem consummata & re tradita, tunc plenè & perfectè est in actu. Nec id agitur vt dominus sub initium contractus præferatur futuro emptori, sed vt auocet rem à vero emptore, cúmque cogat, ad sibi dimittendum pro eodem pretio. Et sic istud ius non est ius personale simplicis prælationis, in re vendenda: sed ius reale auocandi & retrahendi rem verè venditam, & in alium translatum. patet in hoc text. qui non dicit dominum habere ius prælationis, sed ius apprehensionis & retentionis, ibi, *peut prendre, retenir, & auoir.* Et non dicit text. quòd dominus habeat pro se tantum, nec aliter limitat hoc ius ad eius personam, sed simpliciter concedit. Ergo nec nos limitare debemus. Sed benè erit locus interpretationi passiuæ iuris communis. *d. l. fi. C. de hæred. vel actio.* vendita vt possit cedi, quamuis aliud sit in iure simplicis prælationis de quo in *d. l. fin. C. de iur. emphyt.*

25. Non obstat quòd est ius dominicum in text. ibi, *par puissance de fief.* & quod ius dominicum, sine patronatu & feudo, cedi non potest: quia verum est de ipso iure dominico perpetuo in se, & de eius virtute honorifica, secus de vno momentaneo & vtili effectu iuris dominici, quale est ius retinendi pro pretio semel & pro vna vice, per no. 3. §. 1. *glo.* 1. *q.* 1. *num.* 17. Nec obstat quòd dicitur concessum fauore vnionis, & ad hoc specialiter vt patronus pro se, & non pro alio retineat. quia text huius §. hoc non dicit * & non licet nobis addere ad literam textualem, inquit Bald. in *l. in fin. D. de curat. furio l. gallus.* §. *pen. D. de liber. & posthu. facit l.* 1. §. *loquitur. D. de aqua. quoti. & æsti. l. si seruum* §. *non dixit. D. de acquir. vel omitt. hæred.* Non obstat quod in §. sequenti dicitur, patronum venditione semel approbata, non posse amplius retinere feudum ad vniendum mensæ suæ, quia per illa verba non infertur necessario, quod patronus nunquam possit vti retractu, nisi pro se, & ad finem vniendi mensæ suæ: sed bene infertur quod approbata venditione amplius non posset vti retractu, etiam si pro se & ad finem consolidationis dumtaxat velit vti.

26. ¶ Hinc est quod patronus qui potestate feudali feudum retraxit, potest statim alij vendere, vel infeudare, nec propter hoc potest retractus reuocari, vt est vsitatum & expressè disponunt consuetudo Andegauensis sub *tit. des retraicts art.* 399. & consuet. Cænomanensis *eo. tit. art.* 409. Nec est aliqua consuetudo in hoc regno quæ hoc prohibeat, exceptis paucis, vt Turonensis, *sub tit. des retraicts. art.* 32. quæ quia localis est, non egreditur fines territorij sui. Et hoc etiam apertè prohibet consuetudo de Lorris, apud montem Argicum *tit.* 1. §. 5. vbi ius retractus feudalis conceditur tantum domino Castellano, prouiso quod pro se retrahat, & sine fraude. Et eadem consuetudine. *eo. tit.* §. 91. in certis quibusdam locis, ibi designatis, denegatur omnino ius retractus patrono ecclesiastico, etiam si castellanus sit, quod ideo denegari videtur,

* Nos redimendi & ius prælationis differunt.

* An ius prælationis vel redimendi transeat ad hæredem.

* Nolle retractus feudalis non est ius simplicis prælationis.

* Nihil addendum literæ textuali.

quia talis patronus non poteſt retrahere pro ſe, nec menſæ ſuæ venire, prout diximus ꝛ. *ea. glo. nu.* 2. Denegatur etiam patrono eccleſiaſtico à conſuetudine Borbonienſi in *tit. des retraicts.* §. 479. facit quòd conſuetudo Carnotenſis apertiùs videretur limitare retractum feudalem ad fidem conſolidationis, quàm conſuetudo noſtra, quia illa in ipſo principio & principali articulo videlicet §. 66. *ſub titul. de retraict. feud.* & eodem verborum conceptu, copulat cauſam & finem conſolidationis, & ſic non videtur apud Carnotes, competere patronis eccleſiaſticis, qui ſunt incapaces nouarum acquiſitionum, & non poſſunt menſæ ſuæ aliquid vnire: ſed poſſunt cogi ad ponendum in manum extraneam & laicam, & tamen per arreſtum ſupremi ſenatus, fuit adiudicatus retractus feudalis Epiſcopo Carnotenſi, vt diximus ꝛ. *eo. nu.* Tum cum forte de hac quæſtione ſententiam rogarem conſultiſſimo togatorum, Reſpondit hoc iamdudum ante triginta annos deciſum per arreſtum adiudicatiuum retractus feudalis cuidam ceſſionario dominæ Borbonienſis patronæ feudi. Sed certe hoc parum obſtat, quia in prouincia Borbonienſi, in qua veriſimiliter ſitum erat illud feudum à domina Borbonienſi dependens, vigebat & viget conſuetudo quòd retractus dominicalis, ſiue feudalis, ſiue cenſualis, cedi poteſt in quemcumque, quamuis retractus proximitatis cedi non poſſit, niſi in aliquem de eodem genere, quod eſt rationabile, & patet in reductione præfatæ conſuetudinis facta anno 1523. menſe Februario, vt ibi in *titul. des retraicts* §. 458. Quid dicendum? vt tenuitatem meam impune fatear, in hac quæſtione diu hæſitaui.

27. ¶ Tandem conſideraui, quòd iſtud ius non eſt ſimplex ius prælationis, nec ius redemptionis proprie per prædicta, ſed eſt aliud ſpeciale ius introductum per hanc conſuetudinem, cui fere omnes conſuetudines regni in hoc conueniunt, ad hoc vt patronus venditione facta & executa poſſit rem à ſe feudaliter mouentem capere, retinere, vel auocare, & emptorem cogere ad ſibi relinquendum pro eodem pretio, * magis tamen accedit iuri prælationis quàm iuri redemptionis. Fuit enim ad hoc introductum (& hic iacet punctus deciſionis) vt patronus præferatur extraneo emptori, & vt ſibi, & pro ſe habeat feudum à ſe auocatum, & menſæ ſuæ vnire poſſit, & fauore reuerſionis in priſtinam cauſam & ſtatum rei. & quamuis iſte §. id expreſsè non dicat, tamen quòd hæc ſit cauſa, ſeu ratio finalis, & cohærens conceſſioni huius retractus, ſatis apparet ex qualitate perſonæ retrahentis, & rei retrahendæ, & ex clauſula expreſsè poſita *in fin. §. ſequentis*, ibi. *Pour l'vnir & mettre à ſa table.* Tum quia illa dictio* *pro*, de ſe denotat cauſam immediatam & finalem. Bal. in *c. 1. de teſt. per l. dominus ſticho. D. de pecu. lega.* Bal. *l. 1. col. penul. verſic. venio ad ſecundam. C. per quas perſo. nob. acq.* maxime quando adijcitur cauſæ de futuro, vt hic text. eſt in *l. penult. §. ſi. ibi ſi pro alimentis. D. de ali. lega.* tradit Philip. Decius. *conſil.* 46. Franc. Ripa. in *c. cum mar.* Ferra. *num. 7. de conſt.* qua ceſſante ceſſat diſpoſitio *l. adigere. §. quamuis. D. de iure patro. l. cum mulier. D. ſolu. mat. cum vulg.*

28. ¶ Tum quia regulariter quælibet * ratio expreſſa in lege vel ſtatuto cenſetur finalis, & non impulſiua vt vulg. gl. Bald. *imo in l. cum tale. §. falſam cauſam. D. de cond. & demonſt.* Imol. Card. Feli. *c. ex parte. in fi. de cleric. coniuga.* Philip. Franc in *c. quoniam de immunita. eccle. in 6.* ſaltem quando illa ratio eſt de futuro vel diſpoſitioni cohæret. vt decidit Bartol. in *l. demonſtratio. §. quod autem. col. fi. D. de condit. & demonſt.* Paul. in *d. l. §. falſam cauſam.* quorum vtrumque in hac ratione concurrit ¶ quia eſt de futuro & diſpoſitioni cohæret. Igitur ſiue vocetur cauſa, ſiue ratio, de nomine non refert. ſed operatur quòd ea ceſſante ceſſat diſpoſitio, non conſummata. Tum ſi fuiſſent interrogati confeſſus trium ſtatuum, dum in ſcriptis redigebatur hæc conſuetudo, veriſimiliter reſpondiſſent ſe intelligere, vt patronus pro ſe retrahere, & emptorem excludere poſſit, non autem pro extraneo. Igitur hoc habendum eſt pro expreſſo, vt not. gloſſ. & omnes ſcrib. in *l. tale pactum. §. fi. D. de paſt.* Tum quia iſtud ius eſt onus in re, quæ eſt patrimonialis, & libera, niſi quatenus reperitur aliter diſpoſitum: eſtque odioſum, niſi quatenus res reuertatur ad cauſam à qua exiuit, quod eſt fauorabile. *l. ſi vnus. §. pactus ne petetret. D. de pa.* Igitur cum veriſimiliter iſtud ius ſit introductum hac finali ratione, vt patronus præferatur extraneo, & ſibi habeat, non debet fieri extenſio de perſona patroni ad ceſſionarium: nec de iure prælationis patroni ad ius prælationis cuiuſuis extranei, nec de onere & ſeruitute fauorabili, ad onus & ſeruitutem odioſam.

29. Et ſic* concludo pro parte negatiua. Ita etiam puto debere intelligere omnes conſuetudines huius regni in hac materia. Nec obſtat quòd conſuetudo Andegauenſis & Cænomanenſis expreſsè permittunt patrono qui retraxit, ſtatim alij donare, vel vendere, quia hoc non prohibetur fieri per noſtram conſuetudinem, nec per reliquas conſuetudines regni, etiam incontinenti, excepta ſola conſuetudine Turonenſi, quæ loco ſuo clauditur, quia ſola temporis breuitas non ſufficit ad arguendum fraudem niſi per alia appareat patronum tempore retractus, vel parum ante retractum, tractaſſe de retrahendo, ad commodum alterius. poteſt enim ſine fraude fieri quod patronus retrahat animo habendi pro ſe, & hoc facto ſtatim incipiat habere animum alienandi, prout & liberum eſt cuilibet in re ſua.

Vnde infertur quòd primus emptor non poteſt propter hoc condicere, & repetere feudum à ſe retractum, ſed benè probando fraudem tempore retractus, niſi per ſententiam à qua non prouocauit, fuerit condemnatus ad dimittendum per retractum, in quo tamen puncto eſſet diſtinguendum inter ſententiam voluntariam, & contradictoriam, & cauſæ cognitionem ſuper fraude habitam, vel non: quæ non eſt hic diſcutiendi locus, ſed huius reſolutionem colligere poteris ex his quæ ſcripſi ꝛ. §. 162. ſuper glo. in *verb. condemnat.* Agente autem ceſſionario nomine ceſſo debet emptor abſolui: ſimiliter quocúnque agente procuratorio nomine domini: ſed in rem ſuam, & non in rem patroni, nec ad acquirendum patrono, de quo etiam infra. quæſtio. ſequenti.

31. An autem teneatur patronus ab emptore requiſitus * affirmare ſub ſacramento, quòd pro ſe, & non pro alio, pro tunc, & ſine fraude retrahit? puto quòd ſic (ſaluo meliore iudicio) per ea quæ dixi fere in ſimili ꝛ. §. 176. *in fin.* Non autem tenetur affirmare quod non intendit vnquam in futurum alienare, hoc enim eſſet captioſum & præiudicans iuri & facultati liberæ in re ſua *l. in re mandata C. manda.*

32. ¶ Hanc autem concluſionem noſtram limito * quando patronus non vult hoc ſubfeudum vnire menſæ feudi dominantis, ſed tenere ſeparatum & concedere alteri ex filiis in appanagium, vt vocant, ad hoc forte vt feudum dominans remaneat integrum primogenito. Tunc enim puto quòd non cenſetur abuti hac conſuetudine, nec finem huius §. eludere: ex quo retrahit pro filio, qui cenſetur eadem perſona, *l. fi. C. de impub. & ali. ſubſti.* Non autem induco iura patronatus in libertos, quæ extenduntur ad liberos patroni. in *l. 2. C. de in ius vocan.* quia nihil habent commune cum his clientelis, nec procedit inuicem argumentum, vt diximus ꝛ. §. 1. *gloſſ. 4. num. 36.* Sed bene facit quòd primus caſu *l. eadem. C. de loca.* * habet locum in filio locatoris, vt dixi ꝛ. §. 195. præterea in effectu, ſeu æquipollentur, videtur vniri menſæ feudi dominantis, ex quo dicta menſa inde remanet amplior. Vnde idem

* Retractus feudalis magis accedit iuri prælationis quàm iuri redemptionis.

* Dictio pro, denotat cauſam immediatam & finalem.

* Ratio poſita in lege, vel ſtatuto præſumitur finalis.

* Solutio pro parte negatiua.

* Patronus retrahens tenetur iurare.

* Patronus poteſt vti retractu pro filio.

* Locator poteſt expellere inquilinum pro filio.

dicendum puto si primogenitus retrahat subfeudum, non vt sibi retineat, sed vt det fratri iuniori & cohæredi, loco tertiæ partis feudi principalis, quam tenetur ei tradere secundum formam. §. 15. ẽ. *eod.* Fortius idem puto inter quoscunque extraneos cohæredes, vt socios feudi dominantis. tunc enim huiusmodi retentio non fit ad finem principaliter præferendi extraneum emptori, sed ad finem principaliter proficiendi patrono, & ad vtilitatem & integritatem conseruandam feudi dominantis, secus si vtilitas quam prætendit patronus, nullomodo concerneret feudum dominans, * puta si cauisetur se reuenditurum & maius pretium inuenturum ab alio: hoc enim prætextu puta quòd non possit denegare inuestituram emptori, nec ab eo retrahere vt alij vendat, sed si de hoc constet debet cogi recipere emptorem in fidem.

* Patronus nõ potest retrahere pro alio cui carius vendere vult.

23. ¶ SECVNDO quæritur vtrum istud ius retractus competat * vsufructuario feudi dominantis? distingue, aut nomine procuratorio domini, aut nomine proprio. Primo casu non est dubium, quin fructuarius hoc iure vti possit, cum sibi liceat meliorem proprietatis causam facere. *l. æquissimum. §. fructuarius. §. proinde. D. de vsufructu.* Tum procurator generalis censetur habere in mandatis vt meliorem domini sui conditionem faciat *l. quacunque ratione. D. de procura.* Sed fructuarius est velut generalis procurator domini circa rem fructuariam: ita quòd hoc nomine potest omnes dominicales actus exercere. Ergo & hoc ius retractus, quum sit vnum de iuribus dominicalibus, *per no.* ẽ. §. 1. *q.* 1. Et erit effectus quòd dominium vtile feudi seruientis, perpetuo consolidabitur, & acquiretur feudo dominanti & proprietario, & fructuarius in re consolidata habebit idem ius vsufructus, quod in re principali cui fit consolidatio, & non plus. Sed iuxta hoc quæro vtrum finito vsufructu, possit ipse vel eius hæres repetere pretium à domino? Et videtur quòd non, saltem si tandiu durauit vsufructus, quòd fructus percepti à feudo retracto tantum valent, quantum pretium. Per id quod not. Bal. in *l. procuratorem. §. si tutores. ad fi. D. manda.* Et in tub. *quæst. 15. C. de contrab. empt. & vend.* quod procurator, qui nomine domini emit, & de suo pretium soluit, tenetur fructus ex re empta perceptos computare in sortem pretij. Sequitur Ias. *in l. 2. §. mutui datio. colum. fi. D. si cert. petat.* Tho. Ferra. *in can. 54.* quod latius examinare intendo infra loco opportuno.

* Fructuarius procuratorio nomine domini retractu feudali vtitur.

34. ¶ Contrarium est dicendum, quia facit fructus suo iure vsufructus, vnde * non debet eos compensare, vt in simili not. *gloss. & scriben. in l. emptor. D. de rei vend. & ẽ. §. 1. glo. 5. num. 78.* Vel subtilius & clarius examinando distingue: Aut fructuarius retrahit de sua propria pecunia, aut de pecunia domini. Primo casu facit fructus suos, non tam ratione interusurij pecuniæ suæ quæ abest, iuxta no. in *l. curabit C. de actio. empt.* quam iure & ratione vsufructus, quoniam illud tacitum mandatum generale, virtute cuius fructuarius retraxit, dependet ab vsufructu, & non est propriè mandatum, sed quædam species aut similitudo mandati, vsufructui adhærens. Vnde fructuarius magis censetur retrahere ratione vsufructus, quàm ratione veri mandati, & quodammodo magis proprium negotium quàm domini gerit. Secundo casu non facit fructus suos, *vt j. q. seq. num.* 40. tunc enim nullo respectu retrahit vt vsufructuarius, sed solum tanquam verus procurator, seu negotiorum gestor domini. Vnde nec ratione vsufructus, nec ratione pecuniæ, quicquam habet in fructibus. In proposita autem quæstione cum de propria pecunia retrahit; concludo quòd siue statim, siue tarde finiatur vsufructus, semper potest solidum pretium repeti à domino. Ratio, quia istud est genus impensæ grauioris, & perpetuam rei vtilitatem concernentis, quæ non spectat ad fructuarium vnde eam repetit. *l. cum ad quem. C. de vsufruct.* non tamen poterit dominus præcisè cogi ad eam restituendam, quia non erat impensa necessaria, sed vtilis & voluntaria. Sed si nolit dominus habere ratum & pretium restituere, tenetur permittere fructuario, vel eius hæredi illud feudum retinere, eúmque in fidem admittere & inuestire. *arg. l. Iulianus. §. si quis colludendo. D. de act. emp. l. cum quæritur. D. de admin. tuto.*

* Fructuarius nulla relevia, nulla iura debet ratione subfeodorum &c.

35. * Nec poterit in hac inuestitura exigere quintum pretij, quia illud fuit acquisitum ipsi fructuario. quia habetur hoc casu perinde ac si non iure feudali nomine domini retraxisset, sed ex quo dominus non habet gratum, ac si nomine suo priuato emisset, tanquam primarius emptor: quo casu clarum est quòd efficitur proprietarius & vassallus domini, & non fructuarius respectu huius feudi, & tamen nulla iura debet, sed sibi confundit. Vnde nec etiam poterit peti aliquod relevium, finito vsufructu, quasi de nouo aperiatur hoc feudum: quia ex quo dominus ratam non habet hanc retentionem, etiam nomine suo factam, retro non censetur, prout nec fuit facta vlla consolidatio. Et sic non est noua apertura. Est enim aduertendum quòd * fructuarius propriè non est procurator domini: sed magis gestor. ideo ad repetitionem magnarum impensarum, non agit mandati, sed in factum, vel vtili negotiorum gestorum, vt per glo. Bal. & alios in *d. l. cum ad quem. C. de vsufru.* Etiamsi expressè procuratorio nomine domini retinuerit, quia non spectat negotium ad dominum absentem, nisi ratum habuerit, vnde rehabitione secuta non est locus actioni mandati, sed actioni negotiorum gestorum, *l. ex mandato. in fi. D. mand. text. in l. si pupilli. §. item quæritur. versic. idem ait, & ibi gloss.* Bart. Bal. *D. de nego. gest.* Et sic patet quod dominus non tenetur habere gratam retentionem etiam nomine suo, per fructuarium factam. Sed vtrum fructuarius possit statim agere contra dominum, vt declaret voluntatem suam, an velit acceptare dictam retentionem nomine suo factam, an non? dico quod sic. Et istud non est modici affectus: quia * si dominus declararet se ratum habere, statim fiet consolidatio, & statim cogi poterit restituere pretium fructuario, quia non tenetur mutuare domino: sed etiam fructuarius pretio recepto nullum vsumfructum, nullum commodum habebit in feudo retracto, *vt j. eadem gloss. num.* 44. Exceptis iuribus quinti denarij, *vt j. eod. gloss. quæst. 4. num.* 45. Si autem declaret se ratum non habere, nulla fiet consolidatio, sed remanebit in perpetuum penes fructuarium tanquam vassallum, qui statim iure debebit fide accepta inuestiri, nulla iura vtilia propter hoc soluendo. 36. ¶ Secundo casu * quando fructuarius nomine proprio, non ad acquirendum domino, & consolidandum proprietati, sed ad acquirendum sibi ipsi vult retinere. Et videtur quod possit, quasi istud sit in fructu, sicut reliquos fructus iure & nomine proprio, percipere & sibi acquirere potest. Contra puto Tunc per hunc text. ibi, *Le Seigneur de fief*, & ibi, *par puissance de fief*, & ibi, *le fief mouuant de luy*, quæ non possunt conuenire fructuario nomine suo. Clarum est enim fructuarium non esse dominum, nec habere ius dominicum, & ab eo non moueri subfeuda, sed solum à proprietario, qui solus est dominus directus, iura dominicalia habet, & exercere nomine suo potest, & non fructuarius, vt plenè deduximus ẽ. §. 1. *gl. 1. q. 1. & 4.* Tum quia ius retractus feudalis non potest cedi, igitur nec in fructuarium potest transferri, quia non debet vassallus erga duos vel erga alium quàm patronum huic seruituti & oneri subiici. *vt j. eod. quæst. seq.*

* Fructuarius propriè non est procurator domini.

* Fructuarius potest cogere dominum declarare voluntatem suã super retractu.

37. Ex istis deciditur pulchra quæst. * fructuarius retinuit subfeudum, refuso pretio emptori: deinde finito vsufructu, vult subfeudum retinere, & fidem

* Finito vsufructu repetet pretium, nec compensabitur cum fructibus.

* Fructuarius qui habet retractũ nomine proprio.

* Dominus potest retrahere à fructuario quicquid is iure retractus acq; quirit.

facere domino. Contra, dominus illud habere contendit & offert pretium & legales ſumptus: vtri deferendum? Reſponde domino, omni caſu, & in omnem euentum. aut enim conſtat quòd fructuarius retinuit, vi & medio huius §. videlicet ratione poteſtatis feudalis, & tunc domino deferendum eſt: quia non potuit illud fieri, niſi procuratorio nomine domini, & ad eius, & feudi dominantis vtilitatem, reſpectu proprietatis & conſolidationis, & ad vtilitatem fructuarij, reſpectu ſimplicis vſufructus. Et not. quod eo ipſo quòd fructuarius retinet hoc ſubfeudum tanquam fructuarius, cenſetur id facere procuratorio nomine domini, ſicut cum ſimpliciter tanquam fructuarius, vel ad cauſam tacitam vel expreſſam vſufructus prehendit vel renouat inueſtituram, vt diximus ẽ. §. 1. *gloſſ. 1. quæſtio. 1. ad fin.* Aut conſtat quòd fructuarius non retinuit vi huius §. ſed pure & liberè emit ab emptore ſpontaneo, illud vendente fructuario, hoc enim fieri poteſt ſi expreſſe & ſine ſimulatione agatur, & adhuc idem dicendum eſt. poteſt enim fructuarius nomine ſuo vt quilibet extraneus emeret, & ſibi quocunque titulo acquireret ſubfeuda, vel alia à feudo dominanti mouentia: ſed etiam dominus eodem retractu, vel alio iure feudali, aduerſus eum vtetur, ſicut aduerſus quemuis extraneum. Aut eſt dubium quo nomine quoue iure retraxit. Et adhuc idem in terminis præfatæ q. per not. in *l. quod ſi dubitet. D. de acquir. vel omitt. hæred.* 38. ¶ Quo ad alia tamen eſt differentia, quia cum nomine domini ſui vi huius §. retraxit, ſtatim ſecuta fuit executio, & conſolidatio, & non poteſt amplius ſibi prouidere fructuarius ad retinendum ſubfeudum pro ſe. Sed cum nomine ſuo à ſpontaneo vendente emit, poteſt ſtatim hæc notificare domino, & inſtrumenta exhibere iuxta formam huius §. quo facto ſi dominus per quadraginta dies refuſionem pretij differat, tenebitur eum inueſtire perpetuo iure domini poſſeſſurum. Et adhuc nullum quintum pretij, aut aliud commodum petere poterit; quia ſi exigeret, teneretur illud eidem, tanquam fructuario reſtituere. Et aduerte diligenter quòd * ius retractus feudalis differt à cæteris iuribus feudalibus vtilibus. Hæ enim ſunt in fructu, & eorum commoda omnino fructuario cedunt: ſecus in iure retractus, quod non eſt in fructu, nec cedit in ſe fructuario, ſed ſolum quo ad vſumfructum rei retractæ. Et ratio eſt, quia iſte retractus non poteſt peti niſi nomine domini, & ad finem conſolidationis, & reuerſionis ad menſam domini, vt ſupra ea. *gloſſ. num.* 27. 28. Quid ſi non appareat quo iure, quoue nomine fructuarius iſtud ſubfeudum habuerit? Reſponde ſi tunc erat in ea cauſa, vt vi poteſtatis feudalis retinere poſſet, præſumitur eo iure obtentum & habitum à fructuario nec cenſetur nouus emptor voluntariè, ſed ex neceſſitate id feciſſe, ad quod poterat cogi, *arg. l. rem legatam. D. de adi. lega.*

* Retractus feudalis differt à cæteris iuribus vtilibus feudalib.

39. ¶ VLTERIVS iuxta hoc tertiò quæro,* Quoddam ſubfeudum fuit venditum, deinde conſtitutus fuit vſufructus in feudo dominanti, & pertinentiis ſuis: Vtrum fructuarius poſſit præfato nomine retrahere dictum feudum? Videtur quòd ſic, quemadmodum poteſt eodem nomine tale feudum prehendere, ex defectu hominis, vel fidei, ex eo quòd nedum domini, ſed ſua intereſt propter fructus, quos pendente prehenſione & vſufructu lucrabitur. iſtud enim quaſi mandatum, extenditur ad ea quæ concernunt intereſſe domini, & fructuarij, vt diximus ẽ. §. 1. *glo. 1. quæſt. 1. nn.* 11. Sed nedum domini reſpectu proprietatis: ſed & fructuarij reſpectu fructuum intereſt ſubfeudum retineri, igitur & in hoc cenſetur procurator domini, quamuis ſubfeudum fuerit apertum ante conſtitutionem vſufructus. ¶ Contrarium puto, quia faceret domino nouum præiudicium vltra quam vſufructus de ſe præiudicare poſſit, vel debeat. patet quia dominus priuaretur iure vtili quinti: & forte etiam ſubquinti pretij, quod ſibi fuit acquiſitum ante vſumfructum, & nullomodo ſpectat ad fructuarium: vnde non cenſetur habere mandatum ad id faciendum, per quod dominus indebitè priuaretur iure ſuo: ſed hoc caſu neceſſe eſſet alio ſpeciali & expreſſo mandato, & non ſufficeret etiam expreſſum mandatum generale, puta ſi in conſtitutione vſufructus, fructuarius conſtitutus eſſet procurator domini in rem ſuam, id enim ciuiliter & ſine alio præiudicio intelligitur. Non eſt igitur ſimile, ſed longè diuerſum in ſimplici prehenſione. quia hæc nullo modo præiudicat domino, ſed vtique prodeſt. Secus autem in * procuratore generali, vel ſpeciali, quia retrahere poteſt, nedum venditum poſt mandatum, ſed etiam prius venditum, quoniam nihil ſibi, ſed totum domino acquirit, tam in proprietate, quàm in vſufructu cauſali. An autem requiratur mandatum ſpeciale, an verò ſufficiat generale, patet ex deductis *in §. ſeq. quæſt. 1. num.* 12. Quid autem ſi eodem themate retento, dominus ipſe retrahat, an fructuarius habebit fructus dicti ſubfeudi pro tempore vſufructus, dicam ſtatim *ad ſi. huius quæſtionis principalis. num.* 44.

* Procurator generalis indiſtinctè retrahit.

40. Ex prædictis nota, quòd dominus poteſt prohibere fructuarium vti retractu feudali ſubfeudi, etiam tempore vſufructus venditi. nec mirum, quia etiam poteſt prohibere in ſpecie, ne tale ſubfeudum apertum prehendat conſulendo reliquis iuribus, ſi qua debeantur fructuario, vt diximus ẽ. *eo.* §. 1. *glo.* 3. *quæſt.* 2. Igitur multò fortiùs prohibebit retractum, reuocando mandatum vel quaſi mandatum generale quo ad hoc, quia huiuſmodi retractus non conceditur, niſi vt res feudo dominanti, à quo exiuit, reuniatur. Igitur ex quo conſtat hoc domino non placere, & ſic fieri non poſſe, non eſt locus retractui. Sint igitur emptores ſolliciti inquirere an domino placeat.

41. Plus dico, quòd quamuis fructuarius procuratorio nomine domini, ſit admiſſibilis ad petendum hunc retractum in iudicio, & extra per prædicta, ita quòd non teneatur docere de ſpeciali, vel expreſſa voluntate vel mandato domini, nec id ab eo exigi poſſit: Tamen emptor poteſt adire dominum, vt hoc ſciat, vel in iudicio petere dilationem breuem, vt ſibi liceat ſummare, vel interrogari facere dominum, vt declaret an è ſui animi ſententia ſit, ſubfeudum ſuo nomine retrahi, ſibi acquiri, & adiudicari, vel non. Et ſi fortè dominus abſit in remotiſſimis partibus, aut non poſſit commodè inueniri, * non tenebitur ſubfeudum dimittere fructuario, etiam ſub expreſſo nomine procuratorio domini, niſi ſub hac expreſſa conditione, ſi dominus ratum habuerit. & ſub proteſtatione, de repetendo ſi dominus non habuerit ratum. Et magnus erit effectus, quia ſi poſtea contingat dominum de hoc certificatum, non habere gratum, nec velle acquirere, & conſolidare ſubfeudum, nec ſe iuuare dicto retractu, poterit emptor illud etiam cum fructibus medij temporis repetere, conditione indebiti, vel ſine cauſa, vel tanquam à procuratore reprobato vendicare à fructuario, offerendo reſtituere pretium ab eo receptum, & iura quinti, & ſubquinti quæ erant debita. An autem hoc caſu precisè teneatur offerre promptam reſtitutionem pretij: an verò poſſit offerre modificatè, videlicet deducendo ſuper fructibus, vel tantum conſignare, vel petere cautionem fructuum reſtituendorum liquidatione facta: quia hoc ſeparatam habet materiam, diſcutietur principaliter infra loco opportuno.

* Fructuarius non poteſt vti retractu in feuda ante vſumfructum vendita, licet poſſit vti prehenſione.

* Emptor nõ tenetur dimittere feudum fructuario niſi ſub hac expreſſa conditione ſi dominus ratũ habuerit.

42. ¶ Aduerte tamen diligenter, quòd iſta proteſtatio, vel condicionalis dimiſſio, non habet locum in vero procuratore domini, de cuius mandato ſufficienti plenè conſtat. Is enim poteſt oblationibus fidei, & quinti & ſubquinti reiectis ſubfeudum retrahere inter-

formam huius §. Nec tenetur admittere aliquam conditionem ſuſpenſiuam, vel reſolutiuam, ſicut nec ipſe dominus, quia iſtud ius purè competit & debetur. Quòd ſi cauſetur emptor in fraudem fieri retractum, non vt domino acquiratur, vel eius mentè vniatur, ſed vt alij extraneo concedatur, contra intentionem huius conſuetudinis, debebit hoc probare. Sufficit enim quòd tempore retractus, dominus per ſe, vel per procuratorem ſuum, habeat animum ſibi acquirendi, & ſe ipſum emptori, non autem extraneum præferendi, nec attenditur ſi poſtea aliter diſponat, *vt j.* dicemus.

43. Si autem non conſtaret plenè, & per inſtrumentum authenticum de mandato, vel eſſet probabile dubium, an eſſet mandatum reuocatum: non teneretur emptor agnoſcere retractum; etiam oblata * cautione dotato, quia huiuſmodi cautio non habet locum, niſi ad fundandum iudicium, & vt in eo procedatur, non autem ad exequendum iudicatum, & ſolutionem recipiendum. *l. hoc iure.* D. *de ſolut. l.* 1. *C. de procurat.* Soluenti autem debet prompta & plena fides fieri de mandato, imò etiam plena ſecuritas. vt tenet Bal. in *l. falſus. col. pen. verſi. ſiſcus tamen. C. de fur.* Bart. Bal. Alex. Iaſ. in *d. l.* 1. *C. de procurato.* de quo art. fuſius diximus j. §. 166. Nec obſtat quòd ſatis efficitur ſecurus, dum pretium & legales impenſæ ei numerantur: quia plus his ſua intereſt re empta non euinci, ſub falſa, vel inſufficienti qualitate, à non habente poteſtatem. Et ne fortè numuli extantes venditentur à domino recuſante ſubfeudum: conſequenter infertur, quòd ſi ad hunc retractum concurrant dominus & fructuarius, proculdubio dominum præferendum eſſe.

* Quando cautio de rato non habet locum.

44. Sed hoc caſu, quando ipſe dominus de propria pecunia retrahit, quæritur an vſufructuarius habeat vſumfructum in feudo ſic reunito? Videtur quod ſic. Tum quia vtitur per modum acceſſionis, feudo principali, cuius & ſuarum pertinentiarum, fructuarius habet vſumfructum. Tum quia hæc conſolidatio non fit à noua cauſa, & extrinſeca, ſed virtute & poteſtate feudali, quæ eſt cauſa vetus & intrinſeca, inexiſtens feudo dominanti & ſeruienti, ante vſumfructum conſtitutum. Et ſic videtur quod ſicut accedit proprietario, quoad proprietatem, ita & fructuario quoad vſumfructum, vt in his quæ ratione commiſſi, vel temporis finiti, redeunt ad dominum, dictum eſt 3 §. 1. *gl.* 1. *q.* 5. Contrarium puto, quia quamuis patronus aſſequatur illud feudum non tanquam priuatus, vel extraneus, ſed tanquam patronus, ita quod ius patronatus, ſiue poteſtas feudalis, eſt cauſa agens & efficiens, tamen illa cauſa non eſſet ſola per ſe ſufficiens: ſed requiritur numeratio pretij, & impenſarum legalium quæ eſt tanquam cauſa materialis, quæ adæquatur feudo retracto, quod tanti cenſetur, quanti venditum fuit. *l. mortis cauſa capimus. in fin.* D. *de donat cauſ. mort.* Vnde patronus non debet carere re, & pretio, ſed ſicut onus ita & commodum eum ſequitur. *l. ſecundum naturam.* D. *de regul. iur. cum vulgo.*

45. ¶ QVARTO quæro, * nonquid fructuarius fruſtrabitur commodis feudalibus talis venditionis? dico quod non. Sed tenebitur patronus quintam partem pretij cum ſubquinta, in caſu quo ſubquinto locus eſſet, ſoluere fructuario. Ratio, quia à principio venditionis iſtud ius fuit formatum, & ceſſit: & ſic vſufructuario ſtatim acquiſitum fuit, vt plenè diximus §. 1. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 3. Et facto proprietarij non debet iure ſuo priuari. Si igitur patronus velit iure retractus vti, debet fructuarium indemnem ſeruare, nec huiuſmodi iura confundi poſſunt ex perſona patroni, ex quo non debentur patrono, ſed fructuario. Et ſic eſt caſus in quo patronus non percipit, ſed ſoluere tenetur quintum, fortè etiam ſubquintum pretij. Et hoc non habet dubium, quando patronus per ſe, vel per alium procutatorem ſuum de propria pecunia feudum retrahit: ita quod fructuarius nihil habet in fructibus feudi retracti.

* Quando fructuarius debet habere quintam pretij, cùm dominus retrahit.

46. Sed non eſt leue dubium, quando fructuarius de propria pecunia feudum retrahit: quo caſu interim fructus dicti feudi ſuos facit, tunc enim finito vſufructu, dum reſtituit feudum retractum patrono, accipiendo ab eo pretium & legales ſumptus, videtur quod non poſſit à patrono petere, ſibi vltra hæc dari quintum vel ſubquintum pretij: quia illud non expendit nec numerauit. Et clarum eſt quod in ſimili caſu verus procurator non poſſet illud exigere à domino: igitur nec fructuarius, quia circa actum retractus procurator domini cenſetur, & eo nomine retraxit. Nec videtur aliter dicendum, quàm cùm dominus per verum procuratorem de pecunia procuratoris retrahit. Tum fructuarius nullomodo tenetur facere huiuſmodi retractum nomine domini, ſed poteſt hoc omiſſo, ſuo nomine exigere quintum pretij. Sed non poteſt ſimul locus eſſe retractui, & quinto pretij per hunc text. iuncto. §. 22. *infra eod.* Ergo eligendo viam retractus, ſemetipſum iure ſuo excludit, & de ſe quæri debet. Tum videtur de hoc iure ſuo quinti pretij tranſegiſſe; cum ſpe lucri fructuum, qui tametſi fortè non ſequantur, tamen ſatis eſt quòd potuerunt ſequi. In contrarium, quia quod fructus ſuos facit, ſatis videtur penſatum interuſurio pecuniæ ſuæ, nomine domini erogatæ. Igitur domino approbante retractum nomine ſuo factum, non debet amittere quintum pretij, alioquin nihil lucraretur ratione vſufructus. Quod enim retrahit, non facit tanquam ipſe, ſed tanquam procurator domini, & in hoc habetur tanquam alius & extraneus, igitur non amittet ius quinti, quod lucrari debet tanquam ipſe. Tum alioquin ſequeretur, quòd fructuario retrahente, tantum commodum ferret, & eſſet æque bonæ conditionis patronus, ac ſi nullus eſſet fructuarius, quod eſt abſurdum. quia deterioris conditionis eſſe oportet dominum, durante vſufructu. Quare pro hac parte concludo. Idem in ſimili puto, ſi patronus locauerit feudum dominans, etiam ad modicum tempus, cum commodis feudalibus, & cum clauſula vel mandato ſpeciali exercendi actus feudales, & retentionem feudalem: ſi talis colonus retrahat de pecunia ſua, quia hoc facit tanquam procurator, habebit fructus pro interuſurio, donec pretium ſibi reſtituatur, & nihilominus etiam quintum, vel etiam ſubquintum debebit ei reſtitui, quia hoc illi debetur tanquam colono, propter venditionem tempore locationis factam. Idem de cæteris id genus.

* Merlinus extra dotalia in vaſallos vxoris & retractu vtitur.

47 ¶ QVINTO quæro, vtrum competat * marito in ſubfeudis mouentibus à feudo proprio vxoris? Reſpondeo ſic, non tamen ſimpliciter nomine ſuo: ſed nomine, ſeu in qualitate mariti, & ad cauſam vxoris ſuæ ſicut in poteſtate prehendendi, & inueſtituram renouandi diximus *ſupra* §. 1. *glo.* 1. *quæſt.* 9. Sed vtrum maritus ſolus ſine mandato vel conſenſu vxoris, poſſit vti iure retractus feudalis, & in iudicio experiri: emptore controuerſiam faciente, qui fortè fidelitate & quinto pretij oblatis, ſe opponit prehenſioni feudi, petit inueſtiri, negat retractum fieri debere à marito? & videtur quòd non: quoniam huiuſmodi actio ad retractum dependet à proprio hæredio vxoris, & non eſt mobiliaris, nec poſſeſſoria. Igitur non poteſt iudicium deduci à viro ſine conſenſu vxoris. *arg. infra* §. 113. Hoc non obſtante puto maritum debere admitti, & obtinere: quia ex hoc iudicio, ſiue vincat, ſiue obtineat, non poteſt ſequi aliqua alienatio, vel deterior conditio propriorum vxoris, ſed bene poteſt fieri melior conditio. Vnde etiam inuita vxore poſſet agere & euincere: non enim poſſet authorari à iudice, nec audiri ad contradicendum

marito in hoc, quùm non haberet inſtam cauſam contradicendi Si tamen non ſola qualitas, vel poteſtas mariti, vel factum ſeu qualitas venditionis impugnaretur: ſed ipſum ius retrahendi in dubium reuocaretur, cauſante emptore illud fuiſſe perpetuo remiſſum, & iſtud ſubfeudum non ſubeſſe tali oneri, tunc iudicium à ſolo viro agitatum non præiudicaret vxori, nec iuribus feudi ſui dominantis, niſi vxor vnà cum marito ageret, vel agenti conſentiret: tunc enim agitur de proprietate huius iuris, & perpetuo præiudicio propriorum vxoris. Vnde etiam emptor maritum agentem repellere poſſet à proceſſu, & limine iudicij, niſi appareat de conſenſu vxoris, penes quam eſt proprietas & principale intereſſe. per ea quæ diximus in *d.* §. 113.

* An feudum à marito recentiũ ſit propriũ vel conquæſtus.

48. ¶ Et not. quòd * feudum iure & poteſtate feudali à viro retentum, non cenſetur inter conquæſtus vel acquæſtus, nec efficitur commune inter coniuges: ſed proprium ſolius vxoris, à cuius propriis dependet, quoniam vi retractus feudalis vnitur & incorporatur menſæ feudi dominantis. Nec in eo habet maritus niſi vſumfructum & adminiſtrationem ſicut in reliquis propriis vxoris: Tamen ſoluto matrimonio, media pars pretij, & legalium impenſarum, ſolutarum à marito, debent ipſi vel eius hæredibus reſtitui. Quemadmodum è diuerſo, ſi maritus ſubfeudum proprio ſuo feudo dependens iure feudali redemerit, ſibi ſoli acquiritur, & proprium efficitur, ſed ſoluto matrimonio reſtituenda erit vxori vel eius hæredib. dimidia pretij & impenſarum acquiſitionis. Secus ſi maritus ſubfeudum à propriis vxoris dependens non iure feudali, ſed tanquam quilibet priuatus emiſſet, vel inſolutum accepiſſet, quia cenſeretur inter conquæſtus, & eſſet commune inter coniuges, & ſola dimidia pro indiuiſo vniretur feudo dominanti, altera remaneret viro, & ſoluto vel ſeparato matrimonio vir, vel eius hæres, remaneret vaſſallus vxoris, vel eius hæredis, pro illa dimidia, & ex tunc non autem matrimonio conſtante, teneretur clientelaria obſequia & iura effertre & ſoluere, vt plenius j §. 107. vbi opi. quandam Ioan. Fabr. & ſequacium reprobauimus. Et tunc à die debitæ notificationis, vidua vel eius hæres, haberet quadraginta dies, ad eligendum ſi velit retractum feudalem, & refundendum mediam pretij & legalium impenſarum dictæ dimidiæ partis. An autem maritus recipiendo emptorẽ in fidem præiudicet vxori in hoc iure retractus, dicam in §. *ſeq. q.* 3. adde *quæ ſcripſi.* j. §. 43. *q.* 15. *& 16. in fi.*

* An plures domini directi inuitem variare poſſint.

49. ¶ Sexto quæro, ſunt* plures domini directi feudi venditi, ad quos accedens emptor inſtrumentum emptionis exhibet, fidelitatem & quintum pretij offert, & ab aliquibus quidem recipitur, alij vero reſpondent ſe velle iure retractu feudali vti, & infra quadraginta dies pretium cum legalibus impenſis, pro portionibus ſuis refundere. Vtrum teneatur emptor acquiſitionem ſuam diuidere: partim clientelam ſubeundo, partim dimittendo recepto pro rata pretio? Guido Pap. in *Deci. Delph.* 411. *ad fi.* tenet quòd ſic per *l.* 1. §. *ſi alter ex hæredibus. D. quo legato.* Item fortius tuetur Alberi. in ſpecie huiuſmodi. Quidam tenens molendina à capitulo cuiuſdam eccleſiæ, pro octaua parte, & à quibuſdam nobilibus, pro ſeptem partibus indiuiſis: vendidit dicta molendina cum conſenſu eccleſiæ, & etiam dictorum nobilium, vno tantum excepto, qui noluit conſentire, ſed volebat retinere partem ſuam, quæ non eſt niſi octaua pro indiuiſo: quæſitum fuit an hoc poſſet facere? Et videbatur quòd non, ſed ſtandum eſſe maiori parti, *arg. l. ſancimus.* §. *ne autem & ibi gloſſ. C. de dona. l.* 2. *de meta. l.* 2. *in prin. quand. & quib. quar. part. li.* 10. *C. l. maiorem. D. de pact.* Contrarium decidit & ſe obtinuiſſe atteſtatur in *l. per fundum. col. ſi per illum tex. D. de ſeruit. ruſtica. prædio.* & per text. in *l. parietem. D. de ſeruit. vrba. prædio. l. Sabinus. D. communi diuid. l. hæredes.* §. *ſi incerto. D. famil. herciſcund.* addit Alber. quòd huic domino octauæ partis, daretur rei vendicatio, portionis ſuæ indiuiſæ licet incertæ. *l. quæ de tota.* §. *incerta. D. de re vendic.* Ergo fortius prohibere poteſt venditionem, & ſuam partem retinere. Idem ante Alber. tenuit Io. And. *in addit. ſpe. tit. de loca.* §. *nunc aliqua verſ.* 72. Et ambo ſubtraxerunt ab Oldra. cuius fuit originaliter etiam ad literam determinatio. *in con.* 34. *q. talis eſt.* Ne mireris ſi * argumenter de emphyteuſi ad feudum, & econuerſo: quia hoc caſu procedit argumentum, quùm ſit eadem ratio, ſuppoſita conſuetudine retractus ſiue prælationis. Idem voluit Ioan. Barberi. in *ſuo viatico inſt. tit. de loca. verſi. quæritur etiam.* Chaſſa. in *conſuetud. Burgund. tit. des cenſet.* §. 1. *gloſſ.* 1.

* Argumentũ de emphyteuſi ad feudum & econuerſo valet. adde Oldendorpium Topicis, argumẽto à feudo ad Emphyteuſim & Eneardum Topicis in loco a feudo ad Emphyteuſim, vbi inter cæteta in 41. caſibus exæquat feudo Emphyteuſim adde eũdem loco ab Emphyteuſi ad feudum. Imò contrariũ tenet Molineus inſ. §. 73. nu. 40.

5. ¶ Sed * contrarium & longè in fortioribus terminis: videlicet quando ſunt diuerſæ res feudales, vel emphyteuticæ, à diuerſis dominis mouentes, tenet Guid. Pap. in *deciſ. delph.* 508. Et in terminis quæſtionis noſtræ videlicet in vna re à pluribus dominis mouente ſequitur doctiſſimus Nicol. Boeti. *in conſuetu. Bituri. tit. de conſuet. retra. re feud.* §. 1. *& in tit. de conſuet. retract.* §. *ſi.* Et fundantur potiſſimum in *l. quod ſi vno. D. de in diem addict.* quæ optimè facit, ibi enim dicitur ſi eadem res vnico pretio, à tribus vni vendatur, ſub pacto quòd ſi quis intra illas calendas meliorem conditionem attulerit, res ſit inempta: quòd meliori conditione allata, & acceptata per duos ex vendentibus, qui addixerunt poſteriori emptori: tertio ex venditoribus nolente addicere, ſed ſtante priori venditioni, tota res manet empta priori, & prior venditio in nullo reſoluitur: ſed in totum firma remanet. Tum quia vnus & idem contractus, non debet diuidi. Tum quia prior emptor non erat pro parte empturus, nec pro parte ab emptione diſceſſurus. Vnde non debet admitti addictio partis: quia prior emptor nimium grauaretur, vltra quam fuiſſet cogitatum, & vltra quam extendatur virtus pacti addictionis: quod non intelligitur, niſi de addictione totius, & non etiam partis tantum, ad hoc *l. fiſtulas.* §. *qui fundum. D. de contrab. empt. l. tutor.* §. *curator. D. de minorib. l. cum eiuſdem. D. de ædilit. edict.* Guid. Pap. in *dict. q.* 508. addit aliam bonam rationem: quia propter ius prælationis directi domini, non debet in alio præiudicari emphyteutæ: tantundem enim debet conſequi à domino iure prælationis vtente, quantum conſequeretur ab extraneo emptore. text. in *l. ſi.* ibi & ſi quidem dominus hoc dare maluerit, & tantam præſtare quantitatem, quantam ipſe re vera emphyteuta ab alio accipere poteſt. *C. de iur. emph.* Sed ſi res poſſet pro parte retineri, pro parte non: non tanti venderetur, quia non tantum valet pars fundi reſpectu partis, quantum totum reſpectu totius. *l. Mæuius. in fi. D. famil. herci. l. Mæuius.* §. *in fundo.* D. *de legat.* 1. imo vix vna emphyteuſis vel vnum feudum reperiret emptorem partis. Et ſic non poſſet emphyteuta aut vaſſallus, pluribus dominis extantibus vendere niſi pretio viliſſimo, vel niſi prius ſingulorum dominorum redempta concordia.

* Quòd non poſſint variare.

51. Et hanc partem veriſſimam & æquiſſimam eſſe puto. Ex quo enim eſt vnicum feudum, & vnicus titulus feudi, ſequitur quòd eiuſdem feudi non eſt niſi vnicum ius patronatus, & ſic plures patroni non habentur niſi pro vno, vnde ſicut in confeſſo eſt vnum & eundem patronum non poſſe pro parte vti hoc retractu, & pro parte non, ſed neceſſe habere pro toto inueſtire emptorem, vel totum retrahere: idem dicendum eſt, ſi tempore venditionis acciderit, plures eſſe patronos forte hæredes primi infeudatoris, quemadmodum ex perſona hæredum vaſſalli non debet conditio domini deterior fieri: ita nec conditio vaſſalli ex perſonis hæredum domini. *l.* 2. §. *& harum.* D. *de verb. oblig.* & diximus 3. §. 2. *glo.* 4. *nu.* 4. Alioquin ex pet-

ſona hæredum noua ſeruitus, nouum onus adderetur: quia nedum tota res vendita ſimul eſſet retractabilis, ſed etiam quælibet eius pars per ſe, ſolum pro parte vnius hæredum. Idem dicerem in ipſiſmet originariis infeudatorib. ſi plures ſimul in feudum conceſſiſſent: non enim poſſet vnus eorum partem tantum retinere: ſed totum, vel nihil. Hæc enim conſuetudo quæ dat ius retinendi feudum venditum, intelligitur ſimpliciter prout loquitur, & ſic de toto feudo vendito, non autem de parte rei venditæ. Nec in hoc valet argumentum de toto ad partem: quoniam non eſt eadem ratio, ſed grauior ſeruitus, ampliatio, & multiplicatio oneris, ſi extenſio fieret ad partem vnius: igitur non debet fieri, vt not. Bart. & alij. in *l. quæ de tota. D. de rei vend.* Nic. Eueral. in *locis legal. loco. So. de toto ad partem.** Idem in ſimili in pacto redimendi conuentionali: ſi enim vnus ex hæredibus venditoris, qui vendidit ſub pacto de retrouendendo, ageret ad retrouendendum pro parte ſua hæreditaria, non eſſet audiendus, niſi offerret totum redimere, & totum pretium refundere: quo caſu recte ageret. & electio eſſet rei conuenti. vt trad. Bar. in *l. cui vſufructus. D. de vſu. & vſufr. leg.* Ial. & alij in *l. ſtipulationes non diuiduntur. col. 12. D. de verb. oblig.* Et pleniſſimè & deciſiue Soci. in *conſi. 16. anno domini. lib. 4. hunc articulum examinaui* j. §. 184. *vbi remitto.*

* Idem in retractu conuentionali.

51. ¶ Quid igitur in themate quæſtionis noſtræ ſi cæteris dominis volentibus inueſtire, vnus ſolus velit retractu vti, & totum feudum habere, totúmque pretium refundere? An poſſit? Dubium facit quod non poteſt totum vnire menſæ ſuæ: ſed ſolum pro parte ſua iuris feudalis, quem habet in re vendita: ſiue pro parte quam habet in iure patronatus, & feudo dominanti, pro reliquis autem partibus eſt tanquam extraneus, & in illis remanebit vaſſallus compatronorum. Tamen dicendum eſt * poſſe retrahere, ſi hoc malit emptor, quàm pati retractum partis tantum, non enim prohibetur alter ex dominis partem tantum retinere, niſi propter intereſſe vaſſalli, vel emptoris, & propter nouum detrimentum emergens ratione diuiſionis rei, quæ non fuiſſet pro parte æque, ſeu tanto pretio vendita vel empta; quod intereſſe & damnum ceſſat, domino parato totum retrahere: vnde quum non debeat vnus ex dominis, etiam à maiori parte cogi ad remiſſionem iuris ſui. *d. l. per fundum. D. de ſeruitu. ruſtic. prædio.* nec ad redemptionem *l. nec emere. C. de iur. delib.* poteſt mero iure agere ad retractum pro parte ſua duntaxat: ſed ne grauiori ſeruitute prematur feudum, quàm intenderit conſuetudo, poteſt emptor offerre totum dimittere, & hoc erit in electione ſua, vel partem tantum actorem concernentem, vel totum dimittere. Et niſi actor velit oblationem accepere, repelletur à retractu partis, & cogetur emptorem inueſtire.

* Vnus ex patronis vtrum retrahere poſſit.

52. ¶ Et caſu quo totum retrahat: clarum eſt quòd partem tantùm, ius ſuum concernentem vnit, & conſiderat: hanc enim ſolam iure feudi obtinet, reliquas autem partes non habet iure & poteſtate feudali: ſed ex voluntate emptoris, & ſic in illis omnino tanquam priuatus, & extraneus emptor cenſetur. Et tenebitur in fidem compatronorum ſe conferre, eíſque quintum pretij, & cætera feudalia iura ſoluere, & præſtare. Sed an hoc caſu pro reſpectu illarum partium debebitur duplex quintum? Videtur quòd ſic, quia primo venditæ ſunt extraneo emptori, deinde emptor cenſetur iterum & ſecundo vendidiſſe huic actori, ex quo voluntariè ei dimiſit, & non ex neceſſitate, & ſic videntur bis venditæ. Contrarium puto, quia licet iſta dimiſſio ſit aliquo reſpectu voluntaria, quia non eſt abſolute neceſſaria, eſt tamen partim neceſſaria & coacta, videlicet cauſatiuè, & niſi voluiſſet emptor damnum diuiſionis rei & contractus ſufferre, vnde ſatis dicitur alienatio neceſſaria, & non debentur pro hoc aliqua noua iura. vt dicemus j. *eo.* §. 22. Tum hæc dimiſſio verè non eſt nouus contractus, nec noua venditio, ſed totius venditionis tranſlatio, & ſubrogatio actoris in totam emptionem, & ex parte emptoris non fit ab eo animo contrahendi, ſed animo diſtrahendi, vnde ex parte ipſius non eſt noua venditio, ſed diſceſſio ab emptione, cedendo & relinquendo totum locum vacuum actorque inter legales ſumptus tenetur refundere emptori portiones quinti denarij, ſi quas ſoluerit aliis compatronis. Et ſi non ſoluerit, ipſe retrahens ſoluet eis, & ſic ſemel tantum.

54. ¶ Redeundo ad quæſtionem noſtram, Septimo quæro, quid econuerſo, ſi * ſit vnus dominus feudalis, ſed ſunt plura feuda vendita, vtrum reſpectu vnius feudi poſſit inueſtire emptorem, reſpectu alterius vti retractu feudali? Et videtur quòd non, ſed idem dicendum quòd in præcedenti themate, ex quo omnia feuda vendita mouentur ab eodem patrono, & ſunt vendita vnico pretio, non diſtributo, ſed ſimul & collectim, & ſic eſt vnica tantum venditio, quæ non poteſt diuidi, ſaltem inuito emptore, qui non erat vnum ſine alio empturus, ergo non tenetur redemptionem vnius, ſine alio pati. *d. l. quòd ſi vno.* D. *de in diem addictio. d. l. cum eiuſdem.* D. *de ædi. edict.* & maximè ſi iſta feuda teneantur ab eodem patrono non ratione diuerſorum feudorum dominatium, ſed ratione vnius feudi, vel fundi dominantis. Et ſic habito reſpectu ad identitatem corporis à quo pendet, videntur vnum & idem corpus, ſiue eiuſdem corporis membra. Quibus non obſtantibus contrarium puto, quia ex quo ſunt diuerſa feuda, neceſſario ſunt diuerſæ fidelitates, diuerſa iura feudalia, & diuerſæ, diſtinctæ & ſeparatæ actiones, tam ad iura quinti pretij quàm ad ius retractus. Ergo poteſt patronus reſpectu vnius actionis & feudi exercere ius ſuum, & reſpectu alterius dimittere. Et quum in ſingulis actionibus ſit electio patroni, poteſt in vna aliter, in alia aliter eligere. Hoc enim ius ſibi competit tam ex conſuetudine, quàm ex conceſſione feudi ab ipſa origine infeudationis dictorum feudorum, vnde non debet deterior effici ſua conditio ex eo quòd iſta feuda peruenerunt ad vnam & eandem perſonam. Nec etiam ex eo quòd vaſſallus plura feuda ſimul & vnico pretio vendidit. Sed debet potius imputari venditori, quòd ſic vendat, & emptori quòd ſic vnico non diſtributo pretio emat, vtpote cum ſciant diuerſa eſſe feuda, & patronum habere ius prehendendi, ius fidelitatis, & ius releuamenti, & ius prælationis ad ſuam liberam electionem in vnoquoque dictorum feudorum per ſe, & ſeparatim. Vnde ſi contrahendo illa adunauerint, ad hoc vt patronus non poſſit amplius ſeparatam in quolibet feudo habere electionem, ſed vnam tantum in omnibus, conuincuntur hoc feciſſe in fraudem patroni, vnde non patrocinatur eis, etiam dato quòd eſſet fraus conſilij, ſatis eſt fraudem fieri patrono re ipſa & euentu. Igitur ius ſuum ſibi manere debet integrum, in quolibet feudo per ſe, non obſtante quacunque forma contrahendi adinuenta per vaſſallum & emptorem.

* Quid ſi dominus feudalis ſit vnus & feuda ſint vendita?

55. Ex quibus patet * malè ſcripſiſſe Guid. Pap. *in d. deciſ. delphi.* 508. vbi tametſi in latiorib. terminis tenuit, quod ſi plures & diuerſæ poſſeſſiones, de directo dominio diuerſorum dominorum mouentes, vendantur vno pretio, quod alter dominorum directorum non poteſt retinere rem quæ eſt de ſua emphyteuſi, niſi etiam retineat omnes alias res venditas, etiam ſi non à ſe ſolum, ſed ab aliis dominis moueantur, quia, inquit, omnium rerum vna eſt venditio de facto de omnibus in ſimul facta: quod ego ingenuè fateor. Sed dico quòd vnitas contractus & venditionis facto & voluntate contrahentium inducta non habet locum quo ad tertium, & non poteſt præiudicare tertio, qui habet ius diſtinctum, & actionem diſtinctam

* Guido pap. reprehenditur.

& ſeparatam in vnaquaque rerum venditarum. Et A multo minus poteſt præiudicare pluribus & ſeparatis patronis. Et ſic illa opinio Gui. Pap. prout loquitur, eſt prorſus irrationabilis, quamuis illi conformetur conſuetudo Aluerniæ, *eo. tit.* §. 23. *& ſeq.* Sed fuiſſet in ſe rationabilis, ſi ſe reſtrinxiſſet ad plures res ab eodem domino mouentes. Tamen etiam hoc vltimo caſu militant argumenta mea. Itaque concludo quòd * quoties ſunt plures tituli feudi, & plura diſtincta feuda vendita, tunc ſiue vnico, ſiue diſtributo pretio, ſiue à diuerſis, ſiue ab eodem patrono moueantur, ſiue reſpectu diuerſorum feudorum dominantium, ſiue reſpectu eiuſdem feudi dominantis, ſemper poteſt fieri variatio, non in eodem, ſed in diuerſis feudis. Et reſpectu vnius poterit emptor cogi ad fidelitatem & alia iura inueſtituræ. Et reſpectu alterius, ad dimittendum pro pretio & legalibus impenſis, & hoc caſu debet arbitrio peritorum in hoc, fieri æſtimatio omnium feudorum venditorum particulariter, vt ſciatur quantum de pretio conuento cuique correſpondeat: & ſic quantum ſit refundendum ratione illius in quo ius prælationis eligitur: & quantum iure quinti denarij pro aliis feudis non retentis pendendum. Quid autem ſi ſit vnus tantum patronus: ſed ſunt plures. puta tres emptores, ſimul eodem contractu ementes idem feudum ab eodem vaſallo; ¶ An patronus poſſit vnum ex emptoribus in fidem admittere, & ab aliis duobus feudum retrahere, dicam ff. §. *ſeq.* vbi melius quadrat hæc q. Ex his habes materiam iſtam reſolutam, quod alibi non reperies. Et poteris inducere ad multa alia decidenda.

* Circa plura feuda licet patrono variare.

56. ¶ VLTERIVS circa neceſſariam interpretationem huius § ſed ad vberiorem vtilitatem, *oclauo* quæro, vaſſallus vendidit & tradidit feudum ſuum Titio, & ſic apertum eſt feudum, & ius fidelitatis, & quinti denarij, vel ius retractus quæſitum patrono ad eius opinionem. Patronus autem antequam alterum petat, vel eligat, vendit & cedit, vel aliter transfert feudum dominans, & omne ius ſuum patronatus eidem Titio: poſtea Titius reuendit eidem, & reſtituit feudum dominans, & ius patronatus quod acceperat: modo redintegratus antiquus patronus manum iniicit feudo quondam empto à Titio, nec contentatur fidelitate & quinto denario forte oblatis: ſed vult illud habere iure retractus feudalis, an poſſit? Videtur quòd ſic, quia feudum eſt ſibi æque apertum, vt erat ante alienationem feudi dominantis: nec Titius fuit receptus in fidem, nec ſoluit quintum denarium, & ius retractus remanſit integrum. *vt in* §. *ſequen.* Contrarium tamen dicendum eſt, quia per acquiſitionem feudi dominantis, Titius effectus eſt patronus, & confuſa eſt & extincta actio retractus, quæ competebat veteri patrono ex dicta venditione, ſicut confuſa fuit & extincta apertura dicti feudi facta per dictam venditionem, quod procedit nedum ſi dictum feudum fuerit vnitum & incorporatum feudo dominanti per Titium, etiam ſi Titius acquirendo feudum dominans non habuerit intentionem vniendi illi & incorporandi dictum feudum ſeruiens: ſed nihilominus tenuerit, & poſſederit illud tanquam ſeparatum. quod potuit facere, quia hoc non obſtante, ex quo idem Titius erat dominus feudi dominantis, & ſic non poterat eſſe vaſſallus ſuiipſius, quoniam * actio & paſſio maximè in iſtis correlatiuè oppoſitis, non poſſunt concurrere in eodem, reſpectu eiuſdem, neceſſarium fuit, quod dictum feudum deſierit eſſe apertum, & quod omnis actio quæſita ex veteri apertura confuſa & extincta fuerit *l.* 1. *D. quemadmodum ſeruit. amitta. l. quicquid. D. communia prædio. l. tria prædia in fi. D. de ſeruit. ruſtic. prædi.* Vnde ſemel confuſa & extincta, non reuiuiſcit, licet poſtea vtraque res dominans & ſeruiens reuertatur ad priſtinum ſtatum *l. ſi quis ædes. in princip. D. de ſeruitu. vrba. prædio.*

* Actio & paſſio contrariæ reſpectu eiuſdem.

57. Verum eſt quod quando reuertuntur ad priſtinum ſtatum, puta quando feudum dominans ſeparatur, & redit ad veterem patronum, tunc neceſſariò feudum ſeruiens retentum per Titium aperitur, non tamen reincidit in priſtinam aperturam, quæ ſemel irreuocabiliter eſt extincta: ſed eſt noua apertura, ex noua cauſa de recenti contingens. Patet, quia iſto caſu feudum ſeruiens non dicitur aperiri ex parte ſui, nec ex parte vaſſalli, vtpote quum non mutet manum vaſſalli, ſed aperitur ex parte feudi dominantis, & propter mutationem contingentem ex parte patroni qui mutatur, vnde ſiue hæc mutatio & reſtitutio feudi dominantis fiat per donationem, ſiue per venditionem, aut alias quouiſmodo, tametſi partim ex facto & voluntate vaſſalli, tamen nulla iura vtilia debentur patrono, ſed B ſolum iura honorifica, videlicet fidelitas & obſequium clientelare, quale ab antiquo vaſſallo præſtari debet *vt ff.* §. 48. Vnde in caſu propoſito nec quintum pretij, necalind onus, ſed ſimplex fidelitatis renouatio debetur.

58. ¶ Hanc determinationem in veteribus tyrocinij mei collectaneis limitabam, vt procederet quando feudum dominans fuit tranſlatum ſimpliciter, ſecus ſi fuiſſet venditum Titio ſub pacto de retrouendendo, vel ei ceſſum ſub pacto de recuperando facto incontinenti, vel in ipſa traditione, & in vim illius pacti, antiquus patronus fundum ſuum & patronatum recuperaret, quia tunc redintegraretur vetus apertura feudi ſeruientis, & iura fidelitatis quinti pretij, vel retractus ex dicta venditione orta, non enim fuerunt C confuſa. ſed remanſerunt ſaltem in habitu, ex quo Titius non fuit factus patronus irreuocabiliter, ſed commutabiliter: & ſic commutatione ſequuta, habitus ille redit ad actum, & ad eandem cauſam priſtinam, quia iſta reuerſio fit ex cauſa veteri & neceſſaria, *Argum. leg. fi. ff. de exceptio. rei iudic.* tum ſicut vetus patronus vendidit vel ceſſit commutabiliter tamen Titio feudum ſuum dominans, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, & ſic cum iuribus competentibus ad dictum feudum ſeruiens tũc apertum: ita oportet quod Titius reſtituat cum eiſdem iuribus & pertinentiis in ſpecie, & per conſequens quòd reſtituat contra ſe actionem quinti denarij, & actionem retractus quæ competebant veteri patrono ad eius optionem. ratione feudi dominantis. Alioquin non fieret reſtitutio plena, & D cum omni ſua cauſa, prout fieri debet, *l. reſtituere. D. de verb. ſignific. cum vulgar.* Secus quando fit reſtitutio ex noua & voluntaria cauſa, quia tunc inſpicitur ſtatus exiſtens tempore huius nouæ cauſæ & reſtitutionis.

59. Sic in * ſimili, ſi vendidi & tradidi tibi prædium meum, cui tuum ſeruiebat, extincta eſt ſeruitus. & dato quòd mihi reuendas, non reuiuiſcit, nec teneris de nouo imponere: niſi in reuenditione expreſſe cautum fuerit, quod procedit quando rem meam ſimpliciter vendidi. *d. l. ſi quis ædes. in princ. D. de ſeruit. vrbano. prædio.* Secus ſi vendidi tibi ſub pacto de retronendendo. tunc enim cum mihi ex pacto præterito reuendis, quamuis ipſo iure non reſurgat ſeruitus, tamen E teneris illam de nouo imponere. quoniam id agitur, vt talis res reſtituatur, qualis vendita fuit. *Argum. l. Pap. D. de ſeruitu. l. ſi ei cuius. D. communia prædio. l. 2. ad fin. D. de hæred. vel actio vendi.* Et per hæc præfata limitatio videtur multùm probabilis, quinetiam multis peritis & prouectis viſa eſt rationabilis & vera.

* Seruitus confuſa quãdo debet reſtitui.

60. Nunc autem dum maturiùs & circumſpectius cogito, falſam eam puto Si enim dum feudum dominans venditur cum clauſula vulgari cedens omnia iura & actiones dependentes, feudum ſeruiens poſſideatur à tertio, & ſit apertum ex parte vaſſalli, aliter quàm per ſucceſſionem directam, & ſic debeatur releuium: Clarum eſt quòd ius prehendendi & exigendi

by Google

exigendi releuium acquiritur emptori, qui fecit illud releuium ſuum, nec tenetur reſtituere, etiam ſi feudum dominans reuendat ex neceſſitate pacti in venditione adpoſiti, ſicut fructus interim perceptos lucratur, nec tenetur reſtituere cum reuendit. Illud enim releuium eſt in fructu. Eodem *modo ſi illud feudum ſeruiens ſit apertum ex cauſa venditionis, & ſic comperit patrono prehenſio, & ad quintum pretij vel ad retractum ſua optio: Hæc actio tranſit in emptorem feudi dominantis ſub pacto de retrouendendo. Vnde ſi elegerit quintum pretij prout potuit, fecit illud ſuum, nec tenebitur reuendens reſtituere, ſicut nec reliquos fructus aut obuentiones, nec poterit redimens retractu vti, quia fuit conſumptus. Ergo idem dicendum in q. noſtra, cùm idem eſt dominus feudi ſeruientis, & emptor feudi dominantis. Illa enim actio ad quintum prætij, vel retractum competens venditoti, tranſit ad emptorem & ſic per eum conſumpta fuit, quaſi à ſeipſo alterutrum exegerit. Quod ſi dicas eum neutrum elegiſſe, aut exegiſſe cùm non appareat: dico quòd illa actio ſtatim quod peruenit ad emptorem, fuit confuſione extincta. Et dum poſtea res reuenditur, non reuiniſcit ipſo iure, nec per nouam conſtitutionem debet renouari à reuendente, quia conſiſtebat in fructu, & ſic ceſſit perpetuo in lucrum emptoris, ſicut cæteri fructus & obuentiones.

* Quando ius retractus conſiſtat in fructu.

61. ¶ Nec obſtat, quod dixi dum feudum ex pacto in venditione appoſito reuenditur, debere etiam ſeruitutem confuſam reſtitui, & de nouo conſtitui. quia verum eſt quantum ad ipſam ſeruitutem in ſe non autem quantum ad commoda ſeu fructus, ſi qui fuerint illius ſeruitutis medio tempore, quia veniunt lucro emptoris, vt notiſſimum eſt. Et ita eſt in propoſito. quia cum feudum dominans ex neceſſitate pacti reuenditur, ſubiectio ſeu feudalitas feudi tempore venditionis ſeruientis, quæ medio tempore velut confuſa & extincta fuerat, reſurgit & redintegratur in ſe, ſed non quantum ad commoda & fructus quæ medio tempore ex illa feudalitate competiſſet, & ſic non reſurgit, nec reſtitui debet hæc actio retractus, ſicut nec actio releuij, cum ſit in fructu: ſed ipſum ius feudalitatis tantum, in quo includitur ſolida & integra proprietas omnium iurium vtilium in ſe, puta etiam ius retractus feudale, pro futuris venditionibus & aperturis. Nec obſtat quod *ſupra ea. gloſſ. nu.* 38. dixi actionem & ius retractus in hoc differre à cæteris iuribus vtilibus feudalibus quod non eſt in fructu: quia verum reſpectu vſufructuarij & ſimilium, quia non poteſt conuenire finalis cauſa retractus, quæ eſt vnio menſæ feudi dominantis, quum non habeant illius dominium. Et his terminis ibi loquebar. Secus in eo qui pro tempore eſt verus proprietarius feudi dominantis & patronus, quia huius reſpectu actio, vel jus retractus in ſpecie eſt in fructu: patet, quia pro hac vice poteſt remitti vel omitti ab ipſo domino, cui eſt interdicta bonorum & iurium immobilium alienatio, & ſimiliter ab eius tutore vel curatore, vel etiam in prælato eccleſiæ, vt patet per not. *infra eo gloſſ.* 2. 11. *& in* §. 14. *nu.* 7. *&* §. 21. *adde infra ea glo.* 9. 10. 62.. ¶ Modo ſuboritur adhuc vnus ſcrupulus hoc caſu, quod hæc* feudalitas ipſo iure reuiuiſcit, etiam ſi non dicatur, nec de nouo conſtituatur, quod non eſt in ſeruitute, ad quod dico apertam eſſe differentiæ rationem, quia iſta feudalitas, quum ſit directum dominium, magis conſiſtit in proprietate & ſubſtantia rei venditæ, & reuenditæ, quam in ſeruitute, & magis eſt pars eſſentialis dominij rei, quàm ſeruitus accidentalis, & ſic ipſo iure reuenditur & reuiuiſcit, quia etiam medio tẽpore magis fuit adumbrata & ſopita quàm extincta. Ex quo etiam maior ſcrupulus diſcutitur. Quid enim ſi feudum dominans eſt ſimpliciter venditum poſſidenti feudum ſeruiens: deinde ex cauſa libera & voluntaria emptor reuendit, donat, vel reſtituit quondam venditori. Vtrum exſurgat feudalitas feudi ſeruientis? Videtur quod non, per *d. l. ſi quis ædes, in prin. D. de ſeruit. vrb. prad.* Et hoc ſimpliciter loquendo eſt verum, quia per venditionem & traditionem ſimpliciter ſeu perpetuo factam, huiuſmodi feudalitas non fuit ſuſpenſa nec ſopita: ſed prorſus extincta.

* Feudalitas magis conſiſtit in proprietate quã in ſeruitute & ipſo iure reſurgit.

63. Tamen diſtinguendum eſt: aut* reuendens vel cedens, vendit vel cedit feudum dominans, cum ſuis membris quę cum eo poſſidet, vel vna cum dicto quondam feudo ſeruiente, & ceſſat quæſtio. Aut vendit & cedit ſolum illud feudum dominans quod acquiſiuit. & tunc aut per dinumerationem ſubfeudorum, vel etiã expreſſionem, aut relationem ad priorem acquiſitionem vel aliud certum, apparet quòd iſtud ſubfeudum retinetur tanquam ſeruiens: & tunc ipſo facto renouata, & de nouo conſtituta eſt fidelitas: aut vero per dinumerationem pertinentiarum & ſubfeudorum rei venditę vel ceſſę apparet, quòd vendens vel cedens, non vult comprehendere illud quondam ſeruiens feudum, ſed retinere ſibi præcipuum, & non recognoſcere ab emptore vel ceſſionario: & tunc non eſt feudalitas renouata, ſed poſſidebitur iſtud quondam ſubfeudum liberum ab emptore, ceſſionario & ſuis. An autem remaneat liberum ab omni conditione feudali? Dico quòd non, ſed ſtatim remanebit & efficietur immediate ſubditum in conditione feudali domino ſuperiori feudi quondam dominantis venditi, tanquam exemptum à ſubiectione medij, vt pleniùs notaui j. §. 41.

* Quid inrit, quando emptor feudi dominantis illud voluntariè reuendit

64. ¶ NONO iuxta hoc quæro, ſub pacto redimendi venditum eſt feudum dominans, à quo mouetur feudum per venditionem apertum: non eſt dubium, quin emptor feudi dominantis, vtpote verus patronus, poſſit vti prehenſione & omni iure & poteſtate feudali, in dictum ſubfeudum, & accepto quinto denario inueſtire emptorem, vel ſi malit retinere pro pretio. Sed caſu quo retinuit pro pretio, vtrum cum cogitur reuendere feudum dominans, teneatur etiam reuendere ſeu dimittere pro pretio iſtud ſubfeudum? Videtur quod ſic, cùm ſit acceſſorium, vt ſequatur naturam principalis & dominantis feudi à quo dependet, & cui eſt vnitum & incorporatum per retractum feudalem. Tum quia ius retractus eſt de iure & poteſtate feudi dominantis: & conſequenter ſubfeudum retractum & iam vnitum. Tum quia vnio huius ſubfeudi inerat ab initio, in potentia cauſæ efficientis, feudi dominantis, Igitur effectus vnionis poſtea ſecutus trahitur & attribuitur primordio cauſæ & titu. *l. 1. C. de impo. lucra. deſcript. lib.* 10. *C.* Et ſic vna cum feudo dominanti videtur vendita facultas retrahenda ſubfeuda, & in eundem caſum ſubfeuda videntur virtualiter venditа, & per conſequens in vim eiuſdem pacti de retrouendendo reuendenda vna cum feudo dominanti. Contrarium puto, quia verè non ſunt vendita ſubfeuda: ſed ſolum in cõſequentiam feudi dominantis eſt venditum ipſum ius feudale: & retractus feudalis in ſubfeuda, quod ius in ſui ſubſtantia reſtituitur in venditione: non autem requiritur quod effectus medio tempore ratione illius iuris acquiſiti reſtituantur: ſicut nec reliqua commoda & fructus. Et ſic iſte emptor non tenetur vi pacti de retrouendendo reſtituere feudum dominans: niſi tale quale emit. Retinebit igitur* ſubfeuda iure prælationis redempta: & pro illis remanebit vaſſallus illius qui feudum dominans redemit nec tenebitur ad aliud ex mutatione redemptionis quàm ad fidelitatem, ſicut antiquus vaſſallus, quum mutatio contingit ſolum ex parte patroni. Ex his infinitæ aliæ quæſtiones in ſimili decidi poſſunt, puta in hærede grauato fideicommiſſo, vel legato particulari, poſt certum tempus reſtituendi caſtrum, vel in donatario grauato ſubſtitutione contractuali & conuentionali, de quo dicemus infra loco opportuno. Si enim tempore medio feuda inde dependentia acquiſierit, quoquo titulo etiam feudali retinendo quando venditа fuerunt: noſi

* Quid de ſubfeudis retentis à fideicommiſſario.

tenetur ea restituere extante conditione vel die substitutionis, sicut nec fructus medij temporis quos suos fecit: sed pro eis remanebit vassallus illius cui castrum restituit: sufficit enim quòd in eo statu illud restituat, in quo cum onere substitutionis ad se perueniat.

65. DECIMO quæro, quid in specie huiusmodi mihi proposita dum hæc scriberem. Quidam super se castro suo & reliquis omnibus bonis constituit octingenta libras annui redditus redimibiles pro nouem mille sexcentûm libris sortis principalis. Et decessit relicto filio minore viginti quinque annis: qui non valens redimere, nec commodè continuare dictum redditum, dedit creditori insolutum vel in permutationem redditus id castrum cum suis pertinentiis, sine decreto & causæ cognitione. Deinde minor factus, forte maior, sed ante expressam vel tacitam ratihabitionem de qua tractauimus j. §. 97. decessit, vnde eius hæres obtentis literis regiis prosecutus est, & per arrestum obtinuit, annulationem dictæ permutationis, vel dationis insolutum, & creditor condemnatus fuit ad restitutionem dicti castri cum pertinentiis, sine aliqua restitutione fructuum, refusa tamen sibi sorte principali dicti redditus cum eius reliquis, quæ debebantur tempore dictæ permutationis duntaxat: & sic suprema curia summa æquitate mota compensauit fructus castri cum reliquis seu pensitationibus redditus quæ tempore medio fluxissent, si non fuisset dicta permutatio, forte enim constitit quòd verisimiliter illi fructus cum reddito proportionabantur, & curia voluit parcere maioribus sumptibus & laboribus partium, super inquisitione, valore & liquidatione fructuum. Et eadem curia nullum habuit respectum ad hoc quod actor à principio litis, & per suas literas regias obtulerat creditori sortem principalem cum reliquis: (vnde videbatur ex tunc redditum haberi debere pro redempto, & nullomodo cucurrisse, ex quo stabat per creditorem qui noluit rescindere, sed sustinere dictum contractum, & impedire homologationem dictarum literarum) quia iusto errore ductus institerat, ignorans defectum ætatis dicti minoris, qui cum bona fide contraxerat. Accidit autem quod tempore medio, forte etiam post litem contestatam super dictis literis, creditor iure feudali retinuit quædam feuda vendita ab eodem castro mouentia. Modo in executione dicti arresti dubitabatur, an huiusmodi feuda veniant vnà cum castro restituenda, refundendo eidem creditori pretium & legales sumptus in retractu impensos? Et prima facie videbatur quòd non, quia virtute dicti arresti creditor retinet & lucratur omnes fructus vsque ad tempus arresti. Igitur etiam suos facit fructus iurium feudalium & consequenter iuris retrahendi potestate feudali. Igitur sua fecit dicta feuda per eum retracta, vt in simili dictum est supra quæst. proxima de eo qui emit feudum dominans sub pacto de retrouendendo ad certum tempus. ¶ Contrarium respondi, quia inter hunc casum & quæst. præcedentem lata est differentia. Illic * enim emptor tempore medio erat verus dominus & patronus. Hîc autem putatiuus, vnde vere non habebat ius retrahendi, sed habere putabatur. Vnde retractus ab initio tanquam à non habente potestatem mero iure non subsistit, saltem tanquam retractus feudalis, sed benè tanquam quæuis secunda quædam emptio, vel alia acquisitio mediante pretio facta à quouis extraneo. Vnde tanquam à quouis extraneo emptore, posset victor verúsque patronus de nouo retrahere secundum formam huius §. ¶ Et si dicatur quòd ille retractus potest valere etiam tanquam retractus feudalis, quemadmodum alij actus administratorij gesti per bonæ fidei possessorem, qui rati esse debent: Respondeo quod tunc illi actus, vtpote gesti innixu & in qualitate domini feudalis, fingitur quoddammodo nomine veri domini feudalis gesti. Et sic verus dominus feudalis, potest feuda in illa qualitate retenta petere & habere tanquam nomine suo retenta, quemadmodum s. *eaglosſ. 9. 2. num.* 37. diximus in retentis per fructuarium pendente vsufructu. Hæc autem cessant in eo qui dum retrahit, est verus patronus, vnde iure substitutionis vel pacti de retrouendendo retrahens feudum principale, non potest retrahere hæc feuda, etiam offerendo pretium eorum & legales sumptus, sed solum fidelitatem & ius feudale in eis euocabit, de quo & supra *ea. glosſ. quæst.* 8. *& in fine quæst. præcedentis.*

* Ius retractus est in fructu, respectu illius qui est dominus, & non alius.

66. ¶ VNDECIMO iuxta hæc quæro, quid si reuocatur alienatio feudi dominantis, non per viam nullitatis, sed per viam simplicis rescissionis, puta quia minus dimidia iusti pretij distractum fuerat. Vnde sententia victus emptor recipiens pretium quod soluerat, restituit feudum emptum, sed medio tempore, & ante litem contestatam, quædam subfeuda inde dependentia tunc vendita iure feudali retraxerat. An & hæc tenebitur inuitus restituere, eorum refuso pretio cum legalibus impensis? Videtur prima facie, quod non, quia erat verus dominus & patronus. Igitur, vt diximus in emptore sub conditione redempta, in contrarium, quia huiusmodi rescissio habet effectum retroactiuum, & non fit per viam noui contractus, seu nouæ venditionis, sed per viam putæ & meræ resolutionis & distractus primæ venditionis. Breuiter primam partem veriorem puto, quia huiusmodi rescissio etsi trahatur retro quo ad hypothecas, seruitutes, & similia onera medio tempore imposita ab emptore, ad hoc vt res integra, & in eodem statu, quo vendita & tradita fuit, restituatur, vt dixi infrà §. 33. *quæst.* 9. *num.* 45. Tamen non trahitur quo ad fructus medio tempore perceptos ab emptore, qui eos lucratus est, & retinet iure veri dominij. Vnde non trahitur retro quo ad iura feudalia consumpta: Tunc non tenetur victus emptor restituere nisi id solum quod emit à victore: sed non emit ab eo proprietatem (vt vocant) seu dominium vtile dicti subfeudi: sed solum emit ius feudale in eo. Igitur hoc solum tenetur restituere, & sic remanebit vassallus sui venditoris ratione subfeudi sic retracti: & tenetur fidelitatem præstare tanquam aduenienti nouo patrono, non autem tenebitur ad aliquod quintum pretij, vel releuium, aut aliud ius vtile, provt diximus in emptore sub facultate redimendi. ¶ Sed iuxta hæc quæritur vtrum * possit cogere victorem ad accipiendum huiusmodi subfeudum, & restituendum eius pretium & legales sumptus? Breuiter respondeo quòd non, nec potest causari se non fuisse retenturum iure feudali, si futurum sciuisset fore, vt feudum dominans ab eo auferretur. Tum quia in sua facultate est retinere supplendo iustum pretium, vnde si eligit restitutionem rei, & distractum sibi imputet. Tum quia & hæc generalior & potior ratio, nihil hoc spectat ad victorem, vnde puto quòd etiam in quæstione præcedenti dictus creditor, & etiam de quouis alio iusto & bonæ fidei possessore, à quo feudum dominans euincitur, non potest cogere verum dominum vendicantem ad accipiendum feuda iure feudali, siue minimo siue nimio pretio à se medio bonæ fidei tempore retenta, & ad refundendum pretium & legales sumptus, sed tantum licet ea retinere, si victor nolit pro pretio accipere, sicut & cætera vtiliter annexa auferre sine læsione rei principalis. iuxta not. in *l. in fundo. D. de rei vendica.*

* Verum reperens feudi dominans teneatur etiam accipere sub feuda medio tempore retracta.

67. ¶ DVODECIMO quæro vtrum * patronus iure feudali feudum retinens, teneatur ad aliqua iura patrono suo, à quo feudum dominans mouetur? Respondeo non, nec vtilia, nec honorifica: quia exinde nulla mutatio contingit circa fidelitatem feudi principalis, cui retentum feudum annectitur. Solum autem pro

* Vassallus requisitus feuda à se mouentia nulla iura debet superiori.

tempore futuro mutabitur forma catalogi ſiue iura-
menti : quia vbi in catalogo ſolebat illud feudum inter
ſubfeuda & à ſubuaſſallis poſſeſſa dinumerari: nunc deſ-
cribetur inter domanialia feudi: non tãquam feudũ per
ſe, ſed tanquam fundus, & pars principalis & integralis,
feudi, nec poterit patronus impedire quo minus in ca-
talogo fiat mentio, quòd ille fundus quondam erat ſub-
feudum à tali poſſeſſum. Sed hæc ſanè intellige dum-
modo velit, aut conſentiat vaſſallus ſubfeudum à ſe ac-
quiſitum, ſic vniri & confundi cum feudo principali, po-
teſt enim meliorem feudi & patroni conditionem face-
re. Quod manifeſtè fit ſumptibus & impenſa vaſſalli
augendo domanium feudi, illíque acquirendo & vnien-
do domanium ſubfeudorum. Hac autem vnione ſemel
facta, non poteſt amplius diſſolui ſine conſenſu patroni
de quo tractamus j. §. 35.

68. ¶ Sed decimotertio huc inſurgit ardua quæ-
ſtio, quam intendebam reſeruare j. §. 45. vel §. 51. Sed
ſeries & continuatio materiæ non patitur commo-
de differri. Vtrum vaſſallus * poſſit inuito patrono,
tenere hoc ſubfeudum non vnitum nec incorpora-
tum, ſed ſeorſum & per ſe tanquam ſubfeudum, vt
prius tenebatur, à ſubuaſſallis, videretur quod non,
& quòd idem non poſſit eſſe vaſſallus & ſubuaſſal-
lus, reſpectu eiuſdem patroni, ne confundatur ordo
clientelæ. Imo videtur repugnans : quia ſequeretur
eundem eſſe patronum, & vaſſallum ſuiipſius, & ſic
extrema eiuſdem correlationis cadere in eodem ſub-
iecto, quod eſt impoſſibile. Vnde non poteſt quis
eſſe debitor vel creditor ſuiipſius, inquit textus *leg.
Trannius*. ibi non poſſunt pro eodem apud eundem
obligari eſſe. *l. hæres. §. ſeruo. in fin. D. de fideiuſſ. l.
qui hominem §. quidem. D. de ſolut. l. tutor. D. ad ſe-
natuſconſ. Velleian.* Et ſi ex poſtfacto hæc correlatiua
ad eundem deueniant, neceſſariò fit confuſio. *l. Stichum
§. additio. D. de ſolu. l. debitori. C. de pact. cum vulgo.*
Sic in iure patronatus eccleſiaſtici, diſtinctio debet eſſe
inter patronum, & prælatum Eccleſiæ, vel beneficij pa-
tronati, nec admittitur concurſus in eadem perſona. *cap.
per veſtras. de iure patronat.* Et ſic in ſimili in inſtitu-
tione *c. fin. de inſtitu.* fac. tex. *in l. 1. §. autem* & ibi
Soci. *D. ad ſenatuſconſ. Trebell. l. 2.* & ibi Bar. in *fin.
D. ſte ſtipula. ſeruo.* latè Iaſ. in *l. cum filiofam. col. 1.
D. de legat. 1.* Vnde non * poteſt quis tenere cum ſacer-
dotio ſuperiori vel maiori aliud ab eo dependens ſine
ſpeciali diſpoſitione Summi Pontificis, vt caſus eſt in *c.
vlt. e. extra. de inſtit. & in c. ad aures, extra. de exceſſ.
prælat.* vt not. in *c. literæ extra de con. præb. in c.
cum in eccleſia.* & ibi Arch. de *præb. in 6.* Et ita practi-
catur, quamuis gl. vlt. *in di. c. vlt. extra de inſtitu.*
contrarium ſentiat. ita quòd generalis diſpenſatio ad
plura incompatibilia, vel generales non obſtantiæ non
ſufficerent, niſi expreſſim ſuper huiuſmodi dependen-
tia diſpenſetur : ceſſante vnione, alioqui ſufficeret vul-
gata illa cancellariæ Romanæ vna cum annexis, quæ
tamen non eſt neceſſaria *per cap. ſuper eo. de præbend.
in 6.* Et ſic reijcienda eſt diſtinctio Panor. & aliorum
vt Dec. vult. vbi diſtinguit an quis tranſtulerit in alium
omnem poteſtatem conferendi beneficia, an vero fe-
cerit eum ſuum vicarium vel commiſſarium, vt primo
caſu poſſit : ſecundo vero caſu non poſſit ab eodem be-
neficij collationem recipere, quia non valet in caſu *d.
c. vult.* vbi collatarius retinet ſuperiorem dignitatem,
quia illa tranſlatio vel diſmembratio fictio eſt. ma-
ximè ſi eſt facta ad vitam, & ſic ad priuatarum ne-
gotiationum libidinem. Plura dicerem ſed nolo diſ-
fundi ad extranea. Et vltra prædicta, poteſt patronus
ſuperior prætendere particulare intereſſe : quoniam
feudo immediato prehenſo, poteſt inijcere manum
in ſubfeuda, quæ reperiuntur aperta, vel interim ape-
riuntur, & eorum fructus, vel iura à ſubuaſſallis de-
bita percipere & lucrari, quo commodo fruſtrari vi-
detur, quandiu ſubfeudum ab eodem vaſſallo imme-

* Verum vaſſallus teneatur vnire & incorporare ſubfeuda acquiſita.

* Non poteſt quis tenere eccleſiã maiorem cum inferiori.

diato ſeparatim tenetur. Hinc eſt quod ſuperiori domi-
no, etiam ſi eſſet rex Franciæ, non permittitur tenere
ſubfeudum dependens à vaſſallo ſuo, ſed tenetur po-
nere extra manum ſuam. vt dicemus j. *eod gloſſ. 4. nu.
3.* In contrarium facit quod diximus *ſupra eadem gloſſ.
queſt. 1. num. 32.* quod patronus qui feudum à ſe
dependens retraxit, poteſt illud ſeparatim & ſeorſum
tenere à feudo ſuo dominanti ſi velit. Et ſuper hac q.
prima facie videretur diſtinguendum. Aut ſubfeudum
peruenit ad immediatum patronum iure feudali, &
ſic virtute inſita & inhærente feudo principali, vt in
hoc §. Et tunc videtur quòd non poſſit illud tenere
ſeorſim & ſeparatim, ſed quòd teneatur vnire &
confundere cum feudo principali, cuius fauore & ad
vniendum eidem menſæ conceditur. & Et huiuſmodi
reuerſio & retractus. *vt in d. q. 1. & in § ſeq. in fin.*
Aut peruenit ad eum iure donationis, legati ſeu volun-
tariæ emptionis, aut aliàs tanquam ad quemlibet priua-
tum, vt tunc poſſit ſeorſum habere, & non teneatur
vnire.

69. Reſoluendo * puto indiſtinctè, quod non re- * Reſolutio.
netur vnire, ſed poteſt ſeparatim poſſidere, quoniam
quilibet eſt moderator & arbiter in re ſua, *l. in re man-
data. C. mandat.* Et feuda apud nos ſunt patrimonialia,
& libera, niſi quatenus aliter reperiatur diſpoſitum à
conſuetudine loci, vel ſpeciali lege inueſtituræ. Vnde
non debet regulariter coarctari libera facultas diſpo-
nendi. *l. nemo externus C. de Iudæis l. 2. D. ſi à parent.
quis manumiſ.* ad obiecta primo de repugnantia extre-
morum : Reſpondeo, quòd qualitates, & correlatio-
nes feudales magis ſunt reales, quàm perſonales, & res
ipſas propriè, & non perſonas afficiunt. vt dictum eſt
j. §. 1. gloſſ. 5. in prine. Vnde quandiu res dominans,
& res ſeruiens remanent ſeparatæ & diſtinctæ, etiam
ſi ſpectant ad eandem perſonam, non eſt inconue-
niens : quia non gerit vtrumque extremum correlatio-
nis reſpectu eiuſdem rei, ſed reſpectu diuerſarum
& ſeparatarum rerum ſuper quibus propriè, & non
ſuper perſona illa relationes fundantur, ſed ſimul
vniuntur in vnam & eandem rem, & tunc neceſſario
confunduntur illæ correlationes. Et res vnita deſinit
eſſe ſubfeudum, & efficitur pars integralis, & æque
principalis rei, vel feudi principalis. Et incipit immè-
diatè teneri & moueri à feudo ſuperiori, à quo de-
pendet feudum cui facta eſt vnio. 70. ¶ Minus ob-
ſtat illud de particulari intereſſe domini ſuperioris,
quia quamuis non aſſequatur commodum procedens
ex vnione, quando vaſſallus non vnit ſubfeudum,
ſed ſeparatim tenet ; tamen nullum ex hoc incurrit
damnum, ſed magis nouum aſſequitur commodum,
quia feudo immediato aperto & poſito ad manum
ſuam poterit etiam prehendere illud ſubfeudum tan-
quam apertum, & fructus ſuos facere, quandiu du-
rat apertura & prehenſio feudi medij. Ratio, quia il-
lud ſubfeudum nullum habet proprium vaſſallum, qui
ſit in fide vaſſalli immediati * qui non poteſt quan-
tum ad ſe, ſiue quantum ad actus reſpicientes perſo-
nam, eſſe vaſſallus ſuiipſius, nec in fide ſuiipſius. Si
autem ſubfeudum eſſet alij iufeudatum, & ſic haberet
proprium vaſſallum, raro contingeret illud inueniri
apertum feudo medio aperto, & ſi contingeret, fa-
cilè eſſet claudi apertura ſubuaſſallo iuſta offeren-
te ſuperiori domino tenenti feudum medium ad ma-
num ſuam. Et ſic reſpectu lucri fructuum feudo-
rum apertorum, melior eſt conditio patroni ſupe-
rioris, quando ſubfeuda tenentur ab immediato vaſ-
ſallo, quàm ſi teneantur à ſubuaſſallis, nec in reli-
quis eſt deterioris conditionis, ſi qua forte iura ſibi
debeantur à ſubuaſſallis, quum æque penſitari debeant
à quocunque tuo poſſeſſore. Concluditur igitur quòd
patronus poteſt feudum venditum iure feudali retra-
here, etiamſi non intendat vnire ipſi menſæ feudi do-
minantis, dummodo retrahat pro ſe, vel ſuis & non

* Non poteſt ius eſſe vaſſallus ſuiipſius.

vt vendat vel cedat extraneo, vt dixi 5. *q.* 1. *ad fin.* Nec à ſuperiori patrono cogi poterit ad vniendum, & recognoſcendum in idem feudum cum principali, vel ad ponendum extra manum ſuam. Quod intelligo niſi ex qualitate perſonarum, vel feudorum vel conditione inueſtituræ, ſuperior patronus prætendere poſſit aliud particulare intereſſe, vel aliquam iuſtam cauſam vltra ſupradicta. Non enim poſſum præuidere omnium feudorum naturas & conditiones, propter multiplices eorum varietates, quæ ſunt facti, & certa regula determinari non poſſunt. iuxta no. *in l. mora. D. de vſur.* 71. ¶ Sed iuxta hoc quod dixi patronum ſuperiorem, feudo immediato aperto, poſſe immittere manum etiam in ſubfeudum poſſeſſum à vaſſallo contumace, quæro quid ſi vaſſallus adit dominum, & offert fidem facere ratione dicti ſubfeudi, an teneatur dominus admittere? Breuiter diſtinguo, aut vaſſallus omnino recuſat, vel contumaciter differt fidem præſtare feudi principalis, & non tenetur patronus eum admittere in fidem ratione ſubfeudi, ſed poteſt eum iuſtè repellere: & velut vero contumaci audientiam, & ius denegare. *argum. l. ſed & ſi per prætorem §. ait prætor. in fi. D. ex quibus cauſis maior. cap. vnico. de mili. vaſſal. qui contu. eſt in vſib. feud.* Aut non eſt manifeſtè contumax in fidelitate facienda feudi principalis, puta quòd fidem obtulit, ſed quia patronus plura iura vtilia prætendit quàm offerat vaſſallus, qui forte ſuſtinendo oblationes ſuas, prehenſioni ſe oppoſuit: ſuper quo & ſuper leuatione manus, lis inter eos pendet. Et tunc puto quòd ſi offerat fidem præſtare ratione ſubfeudi, debet admitti & ſubfeudum relaxari, ſiue alio iure vtili ratione ſubfeudi. Nec puto dominum hoc iuſtè denegare poſſe prætextu prætenſæ per eum contumaciæ, cum non ſit manifeſta, nec eo prætextu quòd pendente lite frui debet, vt dictum eſt ſupra §. 1. *gloſſ.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 28. quia ſatis eſt quòd fruatur principali feudo, de quo ſolum eſt quæſtio, nec etiam eo prætextu quòd non debeat tenere feudum & ſubfeudum, ſed extra manus ſuas ponere per prædicta.

72. ¶ Ex quibus hodie dici poteſt, illuſtrem dominum Ioannem de Britannia * Comitem Penthieuriæ eſſe immediatum vaſſallum ſupremi domini noſtri Regis & coronæ Franciæ, & de *his qui in vſibus feudo. De his qui feud. dar. poſſ. in prine.* capitanei regis vel regni appellantur, nedum ratione Ducatus Stempanſis, quem nuper munificentia regia obtinuit: ſed etiam ratione dicti ſui comitatus, quod erat feudum nobiliſſimum illuſtri Guidoni de Britannia à quo præfatus comes ducit originem, conceſſum in feudum immediate dependens a ducatu Britanniæ minoris, tunc feudo regali, immediate mouenti à rege & corona Franciæ, cui dictus ducatus nuper vnitus fuit. Et ipſe præſens vidi & audiui in hoc ſupremo ſenatu legi, publicari, & in publica monumenta & acta referri literas Regias reunionis ducatus Britanniæ ad coronam, conſeruando tamen omnia priuilegia & libertates dicti ducatus: Idque die lunæ 18. Nouembris anno ſaluis ſeſquimilleſimo trigeſimo ſecundo. Et vt ſub paucis longam rerum ſeriem comprehendam: * Arturius huius nominis 2. qui & ſucceſſione Ioannis ſecundi patris ſui, (apud Lugdunum in pompa coronationis Clementis Papæ quinti ruina muri oppreſſi, (dictum ducatum obtinuit anno domini milleſimo trecenteſimo quinto, & de quo locuti ſumus ſupra §. 1. *gloſſa* 3. *quæſt.* 3. *num.* 23. Ex Beatrice vicecomitiſſa Lemouicenſi, priore vxore ſua, duos ſuſcepit filios, ſcil. Ioannem, & dictum Guidonem, quorum mentionem facit Henricus Bouhic, qui tunc legebat & ſcribebat in hac Vniuerſitate, in *cap. ad audientiam. in fi.* 1. *col. de ſponſo. & matrim.* Ex hoc Iolante filia Almarici comitis Montis fortis, ſecunda vxore ſua ſuſcepit Ioannem vltimum filiorum ſuorum & ratione dictæ Iolantis comitatus Montis fortis, in dioceſi Carnotenſi, cui cognomen eſt Almarici, ab eodem Almarico in dotem filiæ datus Arturio, peruenit, & ex tunc ſemper permanſit ad duces Britanniæ. mortuo Arturio, Ioannes huius nominis tertius vtpote filius primogenitus, ſucceſſit ſolus in ducatu anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo. Et conceſſit prædicto Guidoni fratri ſuo germano & ſecundogenito, prædictum comitatum Penthieuriæ in feudum comitatus, cum loco de Goello. Et hoc vice certæ permutationis (per Philippum Pulchrum regem Pariſiis homologatæ menſe Aprili anno domini 1317.) ad vicecomitatum Lemouicenſem, quem dictus Arturius in diuiſione teſtamentaria aſſignauerat, & dederat Guidoni ſecundogenito pro portione ſua: prædeceſſit autem Guido relicta Ioanna vnica filia ſua & hærede: præfatus autem Ioannes tertius dux, fidelis & amator coronæ Franciæ, carens liberis & metuens ne forte poſt eius obitum (quod poſtea contingit) Ioannes comes Montis fortis poſtremus ex alia matre frater, ducatum inuaderet, & prædictam Ioannam neptem ex fratre priore, vtpote ſecundogenito & vtrinque coniuncto expelleret, voluit & tentauit vt ducatus ſuus vniretur coronæ Franciæ, quod tunc factum non fuit, ſed obtinuit prædictam Ioannam neptem ſuam ex germano fratre, in vxorem dari domino Carolo Bleſenſi, nepoti ex ſorore Philippi Valeſij Francorum regis, cui Carolo & deſcendentibus ex illo matrimonio ducatum ſuum viuens deſtinauit, eiúſque conſenſu plures barones ducatus Britanniæ ſacramentum fidelitatis præſtiterunt dicto Carolo Bleſenſi. Nihilominus mortuo dicto Ioanne tertio duce, anno domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo, Ioannes de Monte forti ſtatim ducatum inuaſit, & ad regem acceſſit cauſa inueſtituræ fidelitatem offerens & admitti poſtulans. Eadem obtulit & petiit Carolus Bleſenſis. rex determinandum negotium remiſit coram ſe, & ſupremo hoc ſenatu ſuo Paribus Franciæ munito, vt ſolitum eſt in ſimilibus, & tandem partibus plenè auditis per arreſtum regis Philippi Valeſij in hac ſua Parlamenti curia Paribus Franciæ munita, prolatum apud Conflanum die ſeptima Septembris, anno domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo primo, ducatus Britanniæ adiudicatus fuit Carolo Bleſenſi, qui ad cauſam vxoris ſuæ in fidem admiſſus, & inueſtitus fuit per regem, excluſo Ioanne de Monte forti, qui tamen noluit parere arreſto. Sed auxilio Anglorum poſt multa prælia tandem vicit, & occidit dictum Carolum die 16. Octobris, anno domini 1364. & eodem anno ex tractatu facto apud Guerandam concordauit de iuribus ducatus cum vidua dicti Caroli, ſub certis conditionibus in dicto tractatu contentis, quas cum reliquis omitto. Tandem omnium prætendentium iura in dicto ducatu multis cauſis peruenerunt ad dominum noſtrum regem modernum, qui præfatum ducatum coronæ ſuæ inſeparabiliter vniuit à quinque annis citra. Et dict. comitatum, quo proauus præfati moderni comitis iniuſtè ſpoliatus fuerat, à Franciſco ſecundo huius nominis duce reſtituit moderno comiti per ſuas patentes literas datas apud Cremiolium die 23. Martij anno domini 1535. homologatas in hoc ſupremo ſenatu omnibus claſſibus congregatis, die 26. Auguſti, anno domini 1536.

73. ¶ Ex quibus etiam patet quod * Armorici, ſiue Britones tanquam veri regnicolæ, non amplius indigent diplomatis legitimatoriis, quas literas naturalitatis vocant, quæ natis extra regnum neceſſariæ ſunt, ad hoc vt in bonis intra regnum Franciæ ſitis ſuccedere valeant actiuè & paſſiuè, & in eo ſacerdotia, ſiue beneficia eccleſiaſtica obtinere, de

* Comitatus Penthieuriæ.

* Vnio Ducatus Britanniæ.

* Britones non indigent literis naturalitatis.

quibus abundè diximus j. §. 186. Redeundo ad id vnde digreſſi ſumus, reſolutio noſtra confirmatur ex his quæ diximus *infra* §. 122. de patrefamilias habente feudum à quo multa dependent prædia cenſualia, quæ acquiſiuit, quòd in dubio dicta prædia debent diuidi æqualiter inter filios, ſicut cenſualia, & non ſicut feudalia, excepto iure cenſuali, quod eſt de pertinentiis feudi vt prius, cum certis ampliationibus, & limitationibus, de quibus ibi, adde quæ dixi *infra* §. 33. *g.* 13.

DECIMOQVARTO, ex prædictis patet quid iuris in hac ſpecie, Titius emit à Lucio feudum à quo dependet feudum poſſeſſum à Sempronio ſubuaſſallo: interim dum ceſſat patronus Tirij, Sempronius vendit ſubfeudum ſuum Caio, & ſic aperitur Titio, qui B inueſtituram denegat Caio: ſed refuſo pretio cum legalibus impendiis, illud retinet, quo facto expergiſcitur patronus, & manum inijcit feudo. Ex quo tria dubia oriuntur. Primum, an in huiuſmodi prehenſione includatur etiam ſubfeudum? Et ſupponitur prehenſionem eſſe factam ſimpliciter de feudo mouente à patrono, non facta mentione ſpecifica de ſubfeudo, ſed forte appoſita illa generali & ſolita clauſula cum ſuis pertinentiis. Secundo, an patronus poſſit exigere quintum pretium, tam de feudo, quàm de ſubfeudo. Tertio, ſi non velit inueſtire, ſed retrahere, an poſſit vtrumque, videlicet feudum & ſubfeudum retrahere? Ad primum dicendum quòd illa ſimplex prehenſio non extenditur ad ſubfeudum duplici ratione. Prima, quia eſt feudum ſeparatum & diſtinctum à feudo principali prehenſo, cui non cenſetur vnitum, nec incorporatum, eo ipſo quòd etiam poteſtate feudali retentum eſt à Titio. Et in dubio non præſumitur facta vnio, vel confuſio, quia in obſcuris aſſumitur quod eſt minus damnoſum facienti vel loquenti. *lege in obſcuris. D. de reg. iur. l. ſi quis intentione ambigua*, & ibi Angel. *D. de iudici. cum ſimilib.* Imò etiam ſi conſtaret Titium redemiſſe ſubfeudum animo vniendi & confundendi cum feudo principali, adhuc eſſet res integra reſpectu ſuperioris patroni, cui quantum ad hoc, nullum ius acquiritur, donec vnio ſit cum eo facta vel ab eo approbata, & acceptata. Et interim libere poteſt potius mutare conſilium. Secunda ratio, quia dicta prehenſio refertur ad aperturam feudi principalis prehenſi, quæ eſt venditio Lucij, ſeu traditio per eum facta Titio, ex cauſa venditionis, in qua nullo modo D includitur ſubfeudum, ſed ſolum ſuperioritas feudalis in ſubfeudum. Verumtamen ex quo ſubfeudum reperitur non habere proprium vaſſallum, qui ſit in fide, poteſt ſuperior patronus illud prehendere, & eo frui tanquam de ſubfeudo aperto, durante prehenſione feudi principalis, vt infra 54. Sed ad hoc requiritur ſpecifica & ſeparata prehenſio, vt ibi diximus. Et poterit incontinenti ſiue ſimul fieri, dummodo tamen incipiatur à prehenſione feudi principalis quæ eſt præambula. Ad ſecundum dicendum nullum aliud commodum exigere poſſe patronum quàm lucrum fructuum pendente prehenſione obuenientium. Iura autem ſubfeudorum vtilia, ante huiuſmodi prehenſionem ceſſa, etiam nondum percepta, non ſpectant ad E eum, ſed debent reſeruari vel reſtitui vaſſallo feudi principalis, ſicut cæteri fructus præteriti temporis, vt diximus infra §. 55. Ad tertium iiſdem rationibus dicendum, non poſſe retineri niſi feudum principale, id enim ſolum retineri poteſt quod fuit venditum, & traditum per vaſſallum immediatum, vt hoc §. *infra eod. glo. g.* 17. *nu.* 80. *& glo.* 6. Et ſic remanebit Titius immediatus vaſſallus huius ſubfeudi, & de eo debebat inueſtiri nullis aliis iuribus ſolutis.

75. ¶ DECIMOQVINTO quæro tempore* venditionis, & traditionis, feudum erat plenum fructibus: quos quieſcente patrono, collegit emptor. Deinde

* Quid de fructibus tempore venditionis pendentibus.

A inſurgit patronus, & vult vti retractu, offerens pretium cum legalibus impenſis. An poſſit retinere dictos fructus, nuper forte collectos in area vel horreo feudali repoſitos & exiſtentes? Videtur* quòd non, quia tempore collectionis emptor erat verus dominus, imò etiam quandiu dormiebat, ſeu ceſſabat patronus, erat verus vaſſallus, etiam reſpectu patroni, & ſic licuit ſibi vigilare, & fructus ſuos facere & lucrari, nedum titulo emptionis, ſed etiam pro titulo ſuo, tanquam dominus, vnde nunquam tenetur reſtituere, nec compenſare cum magnis impenſis à ſe medio tempore factis in re. per not. glo. *magna in fin. in l. emptor. in prine.* & ibi hoc not. Bar. Bal. Angel. *D. de rei vend.* Tum patronus videtur hoc permittere, & concedere vaſſallo quandiu differt vti iure & poteſtate feudali, vtpote cum non ignorat conſuetudinem, de qua *infra* §. 61. Præterea, ſicut in patrono receptum eſt, vt indiſtinctè quandiu tenet feudum præhenſum ad manum ſuam ex defectu vaſſalli: faciat ſuos, & lucretur omnes fructus, qui illo tempore cedunt, & quocunque modo ſeparantur à ſolo, ſine aliqua diſtinctione, vel reductione pro rata temporis, vt diximus ſupra §. 1, *gloſſ.* 8. *qu.* 5. *num.* 23. 25. eodem modo recipiendum in vaſſallo, vt faciat omnes fructus ſuos, qui cedunt, & quocunque modo, puta etiam per extraneum, non nomine ſuo, antequam patronus manum inijciat vel alias iure ſuo experiri incipiat, non habito reſpectu ad ratam temporis, quoniam patronus & cliens non debent indicari ad imparia, ſed quantum fieri poteſt excepto reuerentiali iure inter eos æqualitas ſeruanda, C *argum. cap.* 1. *inſi. de for. fide. & c.* 1. *quali. domi. proprie. feud. prine. in vſibus feud.* & dixi ſupra §. 2. *gloſſ.* 4. *g.* 2. *nu.* 10. Et ſi dicatur quòd tempore venditionis, illi fructus erant pars rei, & ſic quòd fuerunt in venditione comprehenſi: Reſponderi poteſt quòd iſtud ius retractus non ſtatim oritur feudo aperto, niſi in potentia propinqua: non autem eſt in actu, niſi domino hanc viam eligente & declarante voluntatem ſuam, & pretium offerente vel conſignante, quo facto iſtud ius pure competit. prius autem magis dicitur in pendenti, & ſub conditione poteſtatiua domini quàm purum, patet in textu, ibi *en payant*, id eſt, ſoluendo, quod eſt gerundium reſpiciens actum futurum, & ſic verbum futuri temporis vnde facit & inducit conditionem, vt tradit Bartholus & alij in *l. ſi ita ex parte in fine. D. de acquirend. & omitten. hæredit.* ſaluis dicendis infra *eodem gloſſa* 7. Huius autem conditionis purificatio maximè quum ſit poteſtatiua, non trahitur retro, nec poteſt operari niſi vt ex nunc, *l. qui balneum. l. potior. D. qui potior in pig. habe.* tum in venditione conditionali, vel in diem emptor nullo modo debet habere fructus qui erant pendentes tempore contractus, ſed ſolum pendentes tempore conditionis exiſtentis, & diei cedentis, & ſic purificatæ venditionis. Patronus autem retrahens feudum iure feudali cenſetur emere, tunc cùm pretium numerat & refundit implendo conditionem huius §. & non prius. Igitur nihil ad eum de fructibus præteritis.

76. In* cõtrarium videtur, quia tempore venditionis & aperturæ feudi, illi fructus erant verè & propriè pars feudi. *l. fructus pendentes. D. de rei vendi. cum vulgari.* & verè & propriè vna cum feudo fuerunt venditi. Ita quòd quamuis emptor non poſſit petere fructus natos poſt venditionem, & à venditore perceptos ante moram regularem vel irregularem, & adhuc perceptos poſt moram, non petit mero iure actionis, ſed officio iudicis, *vt in l. curabit. C. de act. empt. in l. videamus. D. de vſur.* tamen fructus pendentes venditionis tempore, indiſtincte petere poteſt, vel eorum eſtimationẽ, ſi conſumpti ſint à venditore. Idque vi & iure actionis ex empto, tanquam partem rei emptæ. *l. Iulianus.*

* Arg. pro negatiua.

* Arg. pro affirmatiua.

§. *si fructibus. D. de actio. empt. l. fi. §. pen. D. quæ in fraud. credit.* nota. Bal. in *l. fructus C. de actio. empt.* Fabia. de monte ſanct. Saui in *tract. de empt. & vendi. in 6. q. princ. verſic. circa quintum.* Igitur quamuis patronus non habeat fructus natos & perceptos per emptorem poſt venditionem, & ante manus iniectionem vel litem motam, tamen debet habere fructus pendentes tempore venditionis & traditionis, & maximè attento quod patronus venit ex cauſa oneroſa, cum refundat pretium. Ergo debet habere rem qualis vendita fuit, & ſic cum fructibus tunc pendentibus, quorum contemplatione proculdubio pluris venit, alioquin non haberet totam rem venditam, & tamen totum precium refunderet, quod eſſet iniquum, & videtur caſus in *d. l. fin. §. pen. quæ in fraud. cred.* vbi creditores agentes reuocatoria alienatorum in ſui fraudem, auocant rem cum fructibus qui pendebant tempore alienationis: & hoc, quia erant pars rei quamuis non habeant fructus poſtea ab emptore perceptos ante indicium inchoatum.

* Reſolutio. 77. Pro reſolutione diſtinguo, aut feudum fuit venditum, vnà cum fructibus pendentibus nedum ſimpliciter vel vti optimus maximus, vel ſub expreſſa connumeratione fructuum, ſed etiam ſub certa æſtimatione illorum fructuum, certaque parte pretij pro illis diſtributa, aut fructus non fuerunt æſtimati, nec certum pretium pro illis diſtributum, ſiue illorum facto ſit expreſſa mentio, ſiue non: primo caſu clarum eſt, quòd ſi patronus non retineat illos fructus, non tenetur refundere pretium, niſi quòd reſpicit ipſum feudum. Non autem tenetur refundere partem illam pretij reſpicientem fructus, & pro illis taxatam: ſi autem etiam fructus retineat, certo certius eſt omne pretium debere refundi, & cum hoc impenſas in colligendis & conſeruandis illis fructibus ab emptore factas, an autem poſſit inuito emptore etiam fructus illos retinere, dicam infra *ea. gl. q.* 17. Secundo caſu cum ſit vnica venditio & vnicum precium, debet patronus refuſo toto pretio illos fructus habere ſi extant, vel ſi iam ſint per emptorem conſumpti, eorum æſtimationem de pretio deducere, deductis ſemper impendiis collectionis & conſeruationis fructuum. Aduerte tamen quòd iſtud non eſt ſine exceptione, non enim in omnibus æquiparo patronum retrahentem emptori. ſed ſolum quo ad quędam. Ideo hanc deciſionem noſtram modifica, ſecundum ea quæ dicam ſtatim. *j. ea. gl. nu.* 79. 78. ¶ Ad allegata in contrarium reſpondetur quòd procedunt quantum ad fructus medio tempore perceptos, non autem quantum ad prudentes tempore venditionis, & in venditione & adæquatione pretij comprehenſos. Minus obſtat quod dicebatur huiuſmodi retractum eſſe conditionalem, & non trahi retro. quia etiam ſi hoc maxime verum eſſet, bene poteſt procedere quantum ad fructus natos & perceptos medio tempore, ſed non quantum ad pendentes tempore venditionis, quia huiuſmodi retractus expreſsè ſe refert ad rem venditam, & ſic neceſſariò complectitur quicquid erat de eſſentia rei venditæ, venditionis tempore, & conſequenter dictos fructus, & proprièiſte* retractus non eſt noua vel ſecunda emptio, quæ fiat per patronum ab emptore, ſed eſt tranſlatio emptionis per emptorem factę & inquantum patronus habetur pro emptore, non cenſetur emere ab iſto nouo emptore, ſed ab antiquo vaſſallo, ex cuius venditione & traditione fuit hoc ius cauſatum. nec eſt verum quòd iſtud ius ſit conditionale. nec illud gerundium, *en payant*, facit conditionem, ſed modum, vt dicam. *j. eod. §. gloſſ.* 7.

* Retractus non eſt noua emptio ſed tranſlatio.

* Quid de fructibus pendentibus tempore retractus.

79. ¶ Decimosexto quæro, conuerſo* fructibus collectis feudum vacuum fuit venditum. Emptor coluit, ſeminauit, & fecit reliquas impenſas quærendorum fructuum, quibus maturis imminet patronus, volens vti retractu feudali, offerens pretium, & omnes legales impenſas, inter quas labores, ſemina, & reliqua quærendorum fructuum impendia: an debeat etiam hos fructus retinere? Videtur quòd ſic, cùm ſint pars feudi, & per text. *in* §. 41. & 59. Sed certe illi text. loquuntur in diuerſis terminis, videlicet cùm dominus fructus lucratur inre-prehenſionis feudalis, ex defectu fidelitatis, quo caſu facit indiſtinctè omnes fructus ſuos, iure ſuo prærogato tanquam dominus, quum feudum ſit interruptum, & quaſi commiſſum, vt vidimus 5. §. 1. Hîc autem agitur ſolum iure retractus feudalis, & non propter aliquem defectum fidelitatis, vel vaſſalli, quæ maximè differunt. quia iſto caſu non agitur de aliquo commiſſo, nec quaſi commiſſo, nec de aliqua pœna infligenda propter dolum vel culpam non parentis legi feudi, ſed de præferendo domino loco extranei emptoris in emptione feudi, in quo patronus habetur tanquam emptor ſiue redemptor, vnde minus & ciuilius eſt agendum. nec eſt ſeruandus præfatus rigor, qui non eſt ſcriptus in hoc caſu, ſed debet idem ius, & eadem æquitas ſeruari, quæ in eo qui habet ius redimendi, niſi vbi ſpecialiter apparet de alia concludendi ratione differentiæ. & hoc caſu concludo hos* fructus debere diuidi inter emptorem & patronum, pro rata temporis. vnde ſi tempore quo patronus obtulit refundere precium, & conſtituit emptorem in mora fructus, erant maturi & parati collectioni, ſunt omnes emptori relinquendi per ea quæ plenè in ſimili quæſtione dixi *infra* §. 184. ſuſtinendo opinionem Rapha. Cug. Socin. & Iaſo. in *leg. qui Romæ in fi. princip. D. de verbo oblig.*

* Debent diuidi pro rata temporis.

80. ¶ Decimoseptimo quæro, venditum eſt feudum fructibus maturis plenum qui fuerunt æſtimati, & certum pretium pro illis diſtributum. vtrum patronus inuito emptore poſſit etiam fructus retrahere? Dicendum quòd non; quia illa ſeparata eſt venditio fructuum, ex quo pro illis certum pretium eſt taxatum. *l. quod autem in fin. D. de in diem addict. l. cum eiuſdem. D. de ædil. edic. l. cum quidem §. præter. ibi, pro ſingulis.* & ibi Bal. *col.* 2. C. *de iure dot.* venditio autem quorumcumque fructuum pendentium, vel futurorum ſiue vnius anni, ſiue plurium, non ſubiacet alicui retractui feudali, nec pro ea debentur aliqua iura patrono, vt dixi infra *ea. gloſſ.* 4. *& infra* §. 51. Nec obſtat quòd non eſt niſi vna venditio, ſi emptor non erat empturus fructus per ſe, ſine fundo. *d. l. cum eiuſdem §. interdum*: quia hoc eſt verum reſpectu ipſius emptoris, & in eius fauorem pro ſuo intereſſe, cui poteſt renunciare. 81. ¶ Hanc deciſ. limito, niſi appareat de fraude commentitia in præiudicium patroni ad reddendum ius ſuum retractus inutile, dum carebit toto pretio & fructibus: fraus autem ſatis apparet, ſi fructus vberes & maturi modico pretiolo ſint venditi eodem tempore cum feudo: vel ſi die ſequenti aut infra aliud modicum tempus, feudum eidem vendatur, tanto pretio quantum valeret cum fructibus: ceſſante autem temporis breuitate, & pretij modicitate, vix poteſt de fraude conuinci venditio fructuum pendentium vnius anni tantum: ſed facilius poteſt conuinci venditio fructuum 10. vel 30. annorum, ſimiliter & locatio præcedens venditionem eidem factam, vel alij ſi appareat de interpoſitione perſonæ, quæ omnia relinquo in iudicis arbitrio, iuris rationibus & facti præſumptionibus informando, quæ ſpecialem tractatum exigerent, nec eſt hic locus ſimulationum materiam, & nodos explicandi.

¶ Quid autem ſi vaſſallus prius* locauit fundum, aut ad certum redditum conceſſit ad 9. vel 10. annos, & die ſeq. vel infra breue tempus eidem vendidit, & ſic confuſa fuit locatio vel conceſſio ad reddi-tum. An patrono retrahente reſurgat locatio vel conceſſio redit. videretur quòd ſic, per not. *j. eo. gl. 5. q. 6. nu. 36.* & quæ in ſimili dixi *infra* §. 172. de conſanguineo

* Patronus retrahens nõ cenſetur ſtare locationi in fraudem facta.

retrahente hæredium venditum fructuario. Tamen contra putò, quòd dominus poteſt retrahere ſine illo onere, vtpote in eius fraudem appoſito, prout ex vicinitate temporis præſumitur, vt latius ſcripſi in ſimili j. §. 172.

82. ¶ DECIMOOCTAVO quæro, vtrum emptor poſſit incontinenti cædere alta nemora feudi, dubium facit quod diximus j. 184. in materia retractus proximitatis, & conuentionalis, & quod iſtud ius retractus traditione facta ſtatim eſt ortum & purum competens patrono. Tamen dicendum eſt poſſe, quia eſt dominus & moderator & arbiter cum libera, ſicut in re ſua, non tam virtute legis, *in re mandata. C. mandat.* quam virtute §. 41. *iuncto.* §. 43 j. *eod.* Nec obſtat quòd non cenſeatur eſſe in fructu, *l. diuortio.* §. *ſi fundum*, & ibi per ſcribentes. *D. ſolut. matri. l. ſed ſi grandes*, *l. arborib. D. de vſufruct.* quia verum eſt. Sed hoc quod * non ſint in fructu conſideratur reſpectu ſimplicis vſufructuarij, vel emphyteutæ, ſuperficiarij, aut alterius habentis ius temporale, qui non debet percipere niſi ea quæ ſunt propriè in fructu, & renaſcuntur, ſalua ſubſtantia & integritate rei, ſed non reſpectu domini, etiam vtilis, cuius tamen ius non eſt temporale, ſed perpetuum & patrimoniale. Cum enim talis libere poſſit diſponere, tanquam de re ſua, prout apud nos in vaſſallo non eſt conſiderandum: an id de quo diſponit, ſit in fructu: ſed ſolum an ita diſponere prohibeatur. vnde ſatis eſt quòd per hoc feudum non diuiditur, nec fidelitas dimittitur, nec aliud ſit contra legem feudi noſtræ conſuetudinis: vt enim ſæpè dictum eſt, in hoc regno feuda ſunt patrimonialia, & poſſunt vaſſalli libere diſponere ſicut domini, de proprio & libero alaudio, niſi quatenus ſeruitus eſt impoſita per conſuetudinem loci, vel ſpecialem conuentionem conceſſionis feudalis.

* Quando percipiendum alta nemora non eſſe in fructu.

83. ¶ DECIMONONO iuxta hoc quæro, vtrum patronus nemore deiecto veniens ad retractum feudi debeat habere ligna nemoris, vel eorum æſtimationem? Videtur omnino dicendum quòd ſic, per id quod nuper diximus ſ. *eod. §. 15.* de fructibus pendentib. tempore venditionis. Alioquin ſequitur abſurdum: pone feudum continens amplum & altum nemus, (idem de ſtagno & ſimilibus) væniſſe decem millibus nummûm. Ex emptorem nemus deieciſſe, quo facto patronus manum iniicit nudo ſolo, non enim poteſt amplius prehendere nemus quod deſiit eſſe, nec lingua quæ ſunt redacta ad mobile, per not. ſ. §. 1 *gloſſ. 5. in prin.* Quod ſi velit retinere iure feudali, eſſet ne iniquiſſimum eum dare myriadem, pro nudo ſolo, quòd forte non valet quartam partem? Igitur etiam omnia ligna, vel æſtimationem retinere, aut deducere de pretio poterit, quod * lanè ſub hoc temperamento verum eſſe puto, dummodo patronus veniat infra breue, & opportunum tempus, ita quod ligna adhuc extent, & non ſint vendita, nec conſumpta, vel ſi ſint vendita, extat eorum pretium, vel in tantum eſt emptor locupletior factus. Secus ſi tantum differat quoad ſint conſumpta, nec emptor locupletior ſit factus. Ratio, quia nedum eſt bonæ fidei poſſeſſor, ſed etiam verus dominus, & ſic fructus colligendo vel diſſipando, ſuo iure vtitur, & licet ſibi abuti, vnde non tenetur reſtituere patrono fructus qui tempore venditionis pendebant niſi inquantum locupletior factus eſt. Imò ſi rei curam neglexerit, ita quod prædia quæ tempore venditionis in bono ſtatuerant, mala vel nulla cultura deteriora ſunt, vel ædificia non reficiendo collapſa, non tenetur emptor in aliquo: quia non gerit, nec gerere tenetur negotium patroni, nec illi vigilare, ſed re ſua abuti poteſt. *Arg. l. ſed & ſi lege.* §. 1. §. *conſulit cum ſeq. D. de petit. hæred. l. verum, l. ſi quid poſſeſſor.* §. *ſicut. l. ei qui.* §. *ſi. iuncta glo. D. eo. l. prætor ait.* §. *eſt præterea. D. de bo. auctо. iud. poſſid.*

* Emptor non tenetur patrono retrahenti ratione fructuum vel ſyluarum pendentium tempore venditionis niſi quatenus locupletior factus eſt.

* Venditor tenetur reſtitutionem tenetur a l cuſtodiam rei.

84. ¶ Nec eſt ſimile de venditore, * qui antequam cadat nedum eſt bonæ fidei poſſeſſor, ſed etiam verus dominus, & tunc etiam quamuis medio tempore non fuerit in mora, tenetur fructus qui pendebant tempore venditionis, vel eorum valorem reſtituere, niſi caſu fortuito, vel leuiſſima culpa perierint. Similiter tenetur ſi res culpa ſua deteriorata ſit, quia hic ex proprio contractu ad rei cuſtodiam obligatus eſt, de dolo, lata culpa, & leui tenetur, *l. ſi vendita. l. quod ſi neque. D. de peri. & com. rei vend. l. quod ſæpè.* §. *ſi res vendita. D. de contrab. emp. & vend.* Secus in emptore feudi, qui nondum vllum negotium cum patrono geſſit, nec tenetur ei ex aliquo contractu, vel quaſi, ſed ex natura rei, quæ eſt vt quandiu patronus ceſſat vel differt, poſſit ſibi vigilare, non autem quod teneatur vigilare patrono, vt plenius declarabimus infra *eod.* §. 61. Nec obſtat quòd tenetur oſtendere patrono inſtrumentum emptionis, eique pro pretio dimittere, & quod emptor hoc ius non ignorat, quia verum eſt quod tenetur, ſi tamen & quando patronus voluerit in cuius hæc ſunt facultate, quandiu autem dominus non petit, ſcit emptor ſe non teneri, neque eſſe in mora vigore huius conſuet. Quid enim ſi triceſimo anno à venditione patronus incipit expergiſci & viſo inſtrumento venditionis vult retrahere feudum, & ſibi reſtitui nemora vel ædificia medio tempore demolita, non puto in hoc temere audiendum. Imo etiam ſi infra biennium veniret, ſed iam emptor formam rei mutauerat, fortè in deterius; fructúſque & grandes arbores ſuccideratt, & donauerat, vel aliter quàm in rem ſuam conſumpſerat, non tenebitur reſtituere nec deducere. Et nihilominus deberet patronus integrum pretium refundere, vel abſtinere à retractu, & quintum pretij præſtita inueſtitura recipere. Nec poterit quicquam petere ab his quibus emptor donauit vel modico diſtraxit. Et hoc niſi emptor contra eos aliquas actiones vel conditiones haberet; ſiue ad res ſiue ad pretium, quoniam tenebitur eas cedere patrono, ſicut & pretiolum vel aliud emolumentum quod inde percepit. In tantum enim locupletior factus eſt.

85. ¶ Hanc deciſionem noſtram limito ſi emptor hoc fecerit doloſè, & in fraudem. *Arg. l. ſi non ſortem.* §. *liberius, ibi, & hunc ſine fraude modico diſtraxiſti. D. de condit. indeb. l. in ſumma.* § *ſi ſeruum, eo. tit.* Cenſetur autem fraudem committere, ſi iam erat requiſitus à patrono, ad dimittendum ei iure feudali, vel ſi conſtat ſtudioſè occultatam venditionem, & curaſſe emptorem, ne veniret ad notitiam patroni, vel forte maius pretium finxiſſe (quod vltimum raro accideret in retractu feudali) vel permutationem ſimulaſſe: tunc enim quandocunque detecta fraude, patronus retrahere poſſet, & teneretur emptor rem in eodem, vel æquè bono ſtatu quo emit reſtituere, vel decrementum de pretio deducere, non habita ratione an eſſet locupletior factus, quin etiam poſſet teneri patrono ad intereſſe dilati retractus; *vt dicam infra eo. gloſſ. ſ.* Quod ſi de his non conſtet, poſſet eſſe tanta celeritas & feſtinatio emptoris, vt ſufficiat ad præſumendum eum voluiſſe patrono anteuertere: puta ſi nec patronum, nec locum dominantem adiuit, nec vllas oblationes fecit, & infra 40. dies vel duos menſes, aut aliud breue tempus, iudicis arbitrio, ſyluas deiecit, ſtagna expiſcauit: deinde non diu differt patronus venire ad retractum, alioquin diuturna dilatio vel patientia patroni, abſorberet præſumptionem reſultantem ex feſtinatione emptoris. Quod ſi adiuit patronum & inſtrumentum emptionis exhibuit & patronus forte deliberabundus nihil reſpondet, tenetur expectare lapſum 40. dierum, vel ſi fructus collectione indigeant, debet eos tuto colligere, vel conſeruare, vel iuſto pretio diſtrahere, alioquin veniente patrono ad retractum, etiam vltimo 40. dierum, tenetur fructus, niſi ſine dolo, culpa lata, & leui perirent, reſtituere, vel iuſtam æſtimationis eorum deductionem pati. Et ſi quid diſſipauerit, vel rem deteriorauerit, ſuo periculo, & damno fecerit. Ex cir-

cunſtantiis autem facti, rerum & perſonarum, quæ in- A finitæ ſunt, variæ aliæ fraudis coniecturæ emergere poſſunt, quibus ceſſantibus, aut non ſufficientibus, non puto emptorem circa prædicta in plus teneri quàm bonæ fidei poſſeſſorem hæreditatis, vel eum qui indebitum recepit.

* An patronus poſſit prohibere emptorem ne deiiciat arbores.

86. ¶ VICESIMO quæro, an* patronus prohibere poſſit emptorem deiicere altam & antiquam ſyluam? puto quòd non, ſi omnino nuda & ſimplex ſit prohibitio: hæc enim non officiet quominus emptor & dominus poſſit iure ſuo vti. *Argu. l. ſi maior. C. de reſcind. vend. l. 2. C. cred. vendi. pignor. imped. non poſſ.* Seù benè ſi expreſsè vel tacitè ſit cauſata, ex eo quod vult retrahere. Si autem incipiat à prehenſione, clarum eſt quòd non requiritur alia prohibitio, ſed ſolum no- B tificatio prehenſionis, *ſecundum not. 5. §. 1. glo. 4. num. 2.* promptum autem habet remedium emptor notificando venditionem patrono, & inſtrumentum ſi quod ſit exhibendo, quo facto lapſis 40. diebus ſecurus erit ab hoc retractu, & ſi cum hoc offerat fidem & quintum pretij, ſtatim ſecurus erit à prehenſione feudali. Et not. quod ſi patronus prehendens feudum venditum, ex defectu hominis vel fidelitatis, perceperit & lucratus fuerit fructus, qui pendebant tempore venditionis, poſtea quandocunque accedat emptor inſtrumenta exhibens & iuſta offerens, quæ patronus recuſat volens vti retractu, non poteſt patronus iterum petere vel deducere dictos fructus, qui pendebant tempore venditionis, quaſi fuerit eos lucratus diuerſo iure, & C cauſa, videlicet ex negligentia fidei præſtandæ vel offerendæ, & non ex cauſa lucratiua, ſed onerosa, nempe propter infeudationem: quia ſicut feudum eſt patrimonium vaſſalli, ita iura & commoda feudalia ſunt de patrimonio domini, ne ſibi obiiciatur duas cauſas lucratiuas circa idem concurrere poſſe. §. *ſi res aliena. inſt. de legat. l. omnes. D. de act. & obl. l. quotiens. 2. D. de ſolutio. l. non quocunque. D. de legat. 1.* Sed punctualiter reſpondetur quòd non dicitur eos percepiſſe diuerſo iure, nec diuerſa cauſa, ſed eodem iure, & eadem qualitate, ſcilicet tanquam patronus. Vnde non debet bis percipere, ſed integrum pretium refundere.

* Emptori cedit augmentum medio tempore.

87. ¶ VICESIMOPRIMO quæro, quid ſi diu quieſcente patrono, ſylua cædua facta ſit procera, quia emptor* medio tempore noluit cædere, vtrum cedat lucro patroni, nunc retractu feudali vtentis? Breuiter reſpondeo quòd augmentum quod ſuperuenit à tempore venditionis, antequam emptor fuerit conſtitutus in mora ſuper iſto retractu, cedit lucro emptoris, & debet vel eius æſtimatio refundi per patronum, per ea quæ ſupra *eo. q.* 16. diximus, fructus tempore retractus extantes debere diuidi pro rata temporis, quod eſt in effectu idem, ac ſi dicatur quòd omne commodum, ſiue fructuum de nouo natorum, ſiue augmenti fructuum, quod ſuperuenit inter venditionem & retractum intentatum, debet remanere emptori. & per hæc apparet quod ſit dicendum de ſtagnis medio tempore multiplicatis in piſcibus, & de cunctis aliis ſimilibus, ſa. quod ĵ. *eod. glo. 9. addſſ.* dicemus de aliis neceſſariis vel vtilibus impenſis.

88. ¶ VICESIMOSECVNDO, pro caſu converſo, quæro, quid ſi tempore medio res ſit deterior facta? pone feudum conſiſtere in pulchra domo quæ fuit combuſta, an ſit locus retractui? Et ſi ſic, ad quem ſpectet ille caſus? Ad primum Boëri. *in conſuet. Biturig. de conſuetud. retract. §. 4. in fine*, tenuit in ſimili de retractu proximitatis non poſſe aream retrahi. Quod plenè examinaui ĵ. *tit.* 16. §. 174. vbi contrarium tenui. Eadem ratione dico locum eſſe retractui feudali: ſed in vtroque retractu debet retrahens integrum pretium refundere, alioquin abſtineat à retractu. Ad ſecundum tenuit poſt moram periculum eſſe emptoris: aliàs non & in hoc bene. Remitto ad ea quæ ſcripſi in *d.* §. 174.

SVMMARIA GLO. II.

1. *Damnum eſt amittere lucrum acquiſitum. Minor ad lucrum omiſſum reſtituitur.*
2. *Sed non reſtituetur ad retractum feudalem vel proximitatis.*
3. *Quia conceditur ius retractus ad limites certa forma & temporis.*
4. *Tenetur tutor ad intereſſe omiſſi opportuni retractus.*

GLO. II. IN VER.

Pent.

* Verbum poteſt, eſt verbum mixtę facultatis.

IN verbo *poteſt*. Eſt igitur hoc* in mera facultate patroni, vide quæ de eodem verbo ſcripſi 5. § 2. *glo.* 3. ſuper eodem verbo, non repeto.

1. ¶ Quæro, patronus eſt pupillus, habens tutorem, & pecuniam otioſam, vtrum tutor teneatur retrahere feudum venditum fortè viliſſimo pretio, & mouens à ſuo pupillo: ita quod ſi non fecerit, ſed emptorem in fidem tutorio nomine admiſerit, pupillus reſtitui poſſit, & ſi non poſſit, an quod ſua intereſt conſequi poſſit à tutore rationes reddente? Ad primum videtur pupillum reſtituendum ad retractum, qui erat ius formatum, & pupillo iam acquiſitum. Igitur reſtitui debet. Et ſi dicatur quod hîc agitur de lucro, & de acquirendo: Reſpondetur primo quod imo agitur de damno, & de conſeruando, quia erat lucrum iam ra- * Damnum eſt, amittere lucrum iam radicatum. dicatum, ergo illud* dimittere damnum eſt, vt vult *glo. ſing. in l 1. §. ſi quis propter inundationem, in verbo per in integrum reſtitutionem. D. de iti. actúque priua.* laſ. in *repeti. l. quominus*, col. 8. *D. de flumi. l. 3. §. Labeo. D. de acquir. vel amit. poſſ. l. non amplius. §. 1. D. de lega. 1.* Philipp. Deci. in *l. 1. col. 1. C. de inſti. & ſubſti.* Secundo feudum venditum emanauit à rebus pupilli, & anteceſſorum ſuorum, cum onere reuerſionis in hunc caſum, & ſic non eſt quæſtio de acquirēdo de nouo: ſed de recuperando iure antiquo, præterea etiam* in lucris & in acquirēdis ſubuenitur minori. tex. in *l. ait prætor. in fi. cum l. ſeq. D. de mino.* Vbi dicitur quod ſi in legato optionis elegit deterius, vel in debito alternatiuo ſoluit pretioſius, debet reſtitui, quæ videtur punctualis deciſio huius quæſtionis. Hic enim pupillus, vel tutor eius habebat optionem, vel inueſtiendi emptorem, quinto pretij accepto, vel retrahendi pro pretio. Et ſupponitur in facto quod ſecundum longè erat vtilius, igitur ſi primum elegit, adhuc poterit reſtitui ad ſecundum, hinc eſt quod ſi quod emolumentum acquirere potuerint minores, & omiſerint, reſtituuntur ad illud acquirendum, *l. non omnia. D. de minori. l. pen. C. de in integ. reſtit. l. 2. & 2. C. ſi vt omiſſ. hære. vel bono. poſſ. l. fi. C. de repud. hæred.* Et maximè in re quæ fuit maiorum ſuorum, prout & iſtud feudum ab illis emanauit, *l. ſi in emptionem. D. de minor.*

* Minor ad lucrum reſtituitur.

Digitized by Google

Et ſi vlterius obiiciatur quòd hîc agitur de præſcriptione quadraginta dierum, quæ nedum videtur legalis, ſed etiam conuentionalis ex eo quòd tacitè ineſt infeudationi: Reſpondetur quod etiam aduerſus præſcriptionem conuentionalem ſubuenitur minori, ſi quid cum eo fuerit geſtum, quòd hic fuit eo ipſo quòd emptor denuntiauit & notificauit venditionem minori, vel eius tutori, & ab eo inueſtituram recepit, igitur vt *in l. Æmilius. D. de minoribus.*

2. His non obſtantibus concludo* reſtitui non poſſe: quia in acquirendis tutor, prælatus, vel ſimiles, poſſunt præiudicare minoribus, vel eccleſiæ. Hîc autem non agitur de præiudicando iuri retractus in ſe: quia ſemper remanet vt prius, quotiens feudum vendetur: ſed agitur de acquirendo dominio vtili d. feudi, & hîc de acquirendo, proqt in ſimili in caducitate, vel commiſſo, emphyteuſeos eccleſiaſticæ, quamuis res emanauerit ab eccleſia cum hoc onere: tamen dicitur agi de acquirendo, ita quòd ſolus prælatus, etiam in eccleſia collegiata, ſi tamen ſolus habeat adminiſtrationem, poteſt ſolutionem recipiendo remittere commiſſum, & in hoc præiudicare eccleſiæ, vt tenent Car. Io. Imol. Panor. in *c. potuit de loca.* reprobata diſtinctione glo. ibi, & eſt communis opinio, quam etiam veram & tenendam puto: ſaltem quando ſolus prælatus adminiſtrare poteſt, vt dixi. quicquid ſcripſerit Barba. in *d. c. potuit circa columnã* 11. *faci. no. in l. ſeruus creditoris per gloſſ. & doc. C. de pact. & quæ ſcripſi infra* §. 93. *in illa quæſt.* An ſolus prælatus poſſit repudiare legatum factum eccleſiæ, adde quæ dicam *in* §. *ſeq. in princip.* Hanc concluſionem noſtram amplio Primo, etiam ſi pupillus non poſſit habere efficacem regreſſum ad intereſſe contra tutorem qui non eſt ſoluendo. Amplio ſecundo etiam ſi pupillus, vel alter eius tutor veniret ad retractum infra quadraginta dies ab inueſtitura, vel fidei tolerantia conceſſa per alium tutorem, vel receptione quinti denarij per eum facta, quia per horum alterum, ipſo facto pro hac vice conſummata eſt facultas retrahendi.

3. Amplio tertio, etiam ſi tutor nondum inueſtierit emptorem, nec receperit quintum pretij, nec inducias fidei conceſſerit, ſed tantum ipſi notificata fuit venditio, & inſtrumenta ſi qua ſint exhibita per emptorem, deinde quadraginta dies lapſi, currunt enim ſine vlla ſpe reſtitutionis in integrum: quoniam feuda noſtra ſunt noſtra patrimonia vnde non ſunt ſubiecta alicui oneri, niſi quatenus diſpoſitum repetitur. Sed iſta facultas retrahendi non fuit adinuenta nec conceſſa per hanc conſuetudinem, niſi ad limites modi & temporis hîc expreſſi, vnde hi* limites pariter reſpiciunt & afficiunt minores & abſentes, & quoſcunque alios. Nec poteſt quis vti hac conſuetudine, niſi ad eius limites, & ſtatutis modis & temporibus ab ea requiſitis. Hæc punctualis eſt ratio, vt infra diximus in ſimili de *retractu conſanguinitatis.* §. 173. Limito, ſi emptor colluſiſſet cum tutore, vel quid aliud doloſe commiſiſſet ad fruſtrandum patronum hoc iure retractus, vt dicemus j. *eo. in gloſſ. ſi.* Limito ſecundo, ſi notificatio venditionis, aut alij actus facti & geſti ſint, cum tutore vel curatore non habente hanc poteſtatem, puta electo & deputato ad actiones vel lites tantum, vel ad mobilia, vel ad materna bona, cum feudum dominans ſit paternum.

4. ¶ Ad ſecundum membrum q. noſtræ id dependet à copioſa illa q. An tutor vel curator teneatur pecuniam otioſam minoris conuertere in emptionem prædiorum. ſi occurrat opportunitas, vel ſi non occurrat, ſaltem ad honeſtum ſeu licitum lucrum. An vero ſufficiat ei tuto illam velut talentum abſconditum conſeruare, quam plenè explicui j. §. 99. cuius materia non debet huc transferri. Ex his autem quæ ibi diximus apparet tutorem vel curatorem contraria tutelæ, vel vtili negotiorum geſtorum actione teneri, quanti pupillo vel minori intereſt, retractum vtilem & opportunum non eſſe factum. Quid autem in vſufructuario, vel marito, an poſſint inueſtiendo, aut quantum pretij exigendo, præiudicare proprietario, vel vxori in iure retractus feudalis, dicemus j. §. *ſeq.* vbi melius quadrat.

* Minor non reſtituitur ad retractum.

* Minor non poteſt vti beneficio ſtatuti niſi infra tẽpus & tenõ. à ſtatuto præfixum.

SVMMARIA GLO. III.

1. *Ius retractus de ſe non competit per viam executionis, ſed actionis.*
2. *Triplex via retractus feudalis.*
3. *An contra quemlibet agi poſſit ad afferendum literas acquiſitionis? Reſpon. ſic, exprimendo certum prædium.*
4. *An poſſit agi ad retractum ante rem traditam?*
5. *Omnia verba ſtatuti debent conuenire & verificari, vt locum habeat eius diſpoſitio.*
6. *Frequenter repetitum, videtur ſerioſe & præciſè dici.*
7. *An verba præſuppoſitiua diſponant & qualificent?*
8. *Actio iudicatur ſecundum qualitatem rei ad quam competit.*
9. *Fundata intentione actoris, vires exceptionis metimur ex eius perſona.*
   Ampliatur diſpoſitio pœnalis, vt fraus vitetur.
10. *Solutio quòd ſolo contractu venditionis facto poteſt agi ad vtrumque retractum.*
    Interpretatio ſumenda non à verbis ſed potius ab effectu & mente.
11. *Feudum venditum ſtatim ante traditionem prehendi poteſt.*
12. *Secus in donatione & aliis contractibus.*
13. *Item ſecus ſi venditio non ſit pura, ſed conditionalis, vel in diem.*

GLO. III. IN VER.

Prendre, retenir, & auoir.

IN verb. *capere, retinere, & habere.*

¶ Ex quibus verbis, quæ immediatè ſonant in executionem facti, videretur quòd poſſet propria auctoritate ingredi *& occupare* feudum venditum, cauſa retrahendi, & ſuæ menſæ vniendi.

1. ¶ Sed non eſt ita, niſi incipiendo à prehenſione feudi, ex defectu hominis & fidei: ſed non incipiendo à retractu, quoniam ius * retractus de per ſe, non competit niſi per viam actionis, vt emptor condemnetur ad dimittendum pro pretio: Vel per viam exceptionis, vt patronus offerendo pre-

* Ius retractus de ſe non competit per viam executionis ſed actionis.

Digitized by Google

tium infra quadraginta dies notificatæ venditionis, A non teneatur petitam inueſtituram concedere, ſed medio mutationis vaſſalli, & interruptæ fidei poteſt patronus manum ſuam iniicere ex defectu hominis. Quo facto virtute huius §. retinebit, & menſæ ſuæ vniet. Vnde quantumcunque emptor fidem & quintum pretij offerat, non tenetur ceſſare à prehenſione, ſed poteſt oblationes recuſare, & prehenſio remanebit valida & efficax, dummodo infra quadraginta dies notificatæ venditionis ſatisfiat conditioni huius §. Alioquin ſi deficiat conditio, retro detegitur iniuſta, & reuocatur prehenſio facta poſt iuſtas oblationes. Et debebit inquantum de facto proceſſit reuocari, & patronus in damna & intereſſe inde procedentia erga emptorem vel vaſſallum condemnari. Not. hunc tex. B ponderando hæc verba, *retenir*, *& auoir*, pro opinione noſtra quòd iſtud ius non poſſit cedi, non enim dicit ſimpliciter patronum poſſe capere, ſed copulatiuè & eodem contextu, quòd poteſt retinere & habere. Igitur pro ſe, & non pro alio, quia non eſſet retinere & habere, ſed oppoſitum ad hoc, & facit text. §. ſeq. in fin. Et ſic concludendum, quod feudum ſi vendatur, ſubeſt oneri reuerſionis erga patronum, pro ſe retinere volentem. Sed non ſubeſt oneri & ſeruituti, vt pro alio, vel ad alterius commodum retrahi poſſit, *vt ſupra eo. gloſſ. 1. quæſt. 1. num. 19.*

Triplex via retractus.

2. ¶ Ex prædictis patet retractum feudalem triplici via poſſe practicari, & exigi, ſcilicet prehenſionis, exceptionis, & actionis, quarum duæ primæ ſunt notæ, & ſatis expeditæ in aliis gloſſis. Sed tertiam nondum vidi practicari, non tamen eſt inutilis. Quid enim ſi patronus probabiliter ſuſpicetur feudum extraneo venditum, vel permutatum, aut donatum, & dum veteri vaſſallo adhuc poſſeſſioni incumbente, dubitat an feudum ſit venditum vel apertum, & abſtinet à prehenſione metu retractationis, & damnorum & intereſſe. Et emptor fraudulenter occultat, ſecurus à commiſſo & ab omni mulcta, hoc caſu non introducto à conſuetudine noſtra, vt interim patronus forte tunc habens pecuniam otioſam, lapſu temporis amittat occaſionem retractus: nunquid vtilis eſt, & neceſſaria via actionis? Dicamus igitur competere patrono condictionem ex hoc. §. *per doctri.* Barto. in *l. vnica. D. de condict. ex l. & ſcrib. in c. 1. de cogni. feud. in vſib. feud.* Et non eſt dubium, quin poſſit agere contra eum quem ſcit emiſſe, allegando & probare offerendo venditionem ei factam, concludendo ad exhibitionem literarum venditionis, & demiſſionem rei iure retractus feudalis.

3. ¶ Sed dubitari poteſt an pertinenter agat patronus contra quemlibet, ad efferendum & exhibendum literas acquiſitionis, ſi quas fecerit in feudali, vel cenſuali territorio actoris, vt hoc facto concluſiones pertinentes eligat. Hoc autem examinaui *infra* §. 75. Vbi teneo debere exprimi certum prædium feudale, vel cenſuale. Alioquin non admitti libellum tanquam vagum & captioſum limitando, vt ibi. Et tunc niſi reus neget prædium deſignatum moueri feudaliter vel cenſualiter ab actore, tenetur declarare an acquiſiuerit vel non. Et inſtrumenta, ſi qua ſint acquiſitionis, edere, vel ſi non ſint, declarare, quæ & qualis ſit acquiſitio ¶ Circa hæc plurimæ quæſtiones occurrunt ſuper variis libellis, & forma procedendi, quas conſulto omitto, ne formulas connectere, & non cauſarum merita diſcutere videar. Et pro fundamento deciſionum, in ſequentibus gloſſis tractandarum, neceſſarium duxi examinare quæſtionem vtrique retractui communem, quæ prima facie meris practicis videbatur indigna diſputatione, prout nunquam vidi ſuper eo diſputari. Sed an hæc curioſa ſtudioſitas profit iuuenibus, docti iudicabunt.

4. Patronus agit & concludit contra emptorem vt teneatur ei dimittere feudum pro pretio, quod offert, iuxta hunc §. Emptor vero * excipit ſe nondum aſſecutum dominium, & traditionem realem feudi, & patronum non eſſe admiſſibilem, ſed præmature agere. Et idem in retractu conſanguinitatis. Quæritur, quid iuris? Et prima facie videtur patronum non eſſe admiſſibilem, nec eſſe locum retractui feudali, niſi feudum fuerit nedum venditum, ſed etiam traditũ, taliter quòd mutauerit manum, tranſeundo in dominium emptoris, & ſic apertum ſit patrono ex cauſa venditionis. Probatur primo in hoc text. in principio & in medio, vbi præſupponit pretium iam eſſe ſolutum ab emptore, & conſequenter traditionem factam, per locum à communiter accidentibus, quia non contingit (vt plurimum) pretium eſſe ſolutum, quin traditio ſit facta. Dum etiam tex. ait, *peut prendre, retenir & auoir*, manifeſtum eſt intelligi prehenſionem feudalem, & manus iniectionem. Sed hæc manus iniectio non habet locum, niſi poſtquam feudum eſt apertum, & ſic text. non loquitur, niſi quando feudum per traditionem, ex cauſa venditionis mutauit manum. Secundo probatur, j. §. 33. *in duob. locis, ibi. quand le fief eſt vendu ou aliene.* Secundo ibi. *le vendeur doit payer.* Primum enim reſoluitur in hæc verba. Id eſt quando feudum eſt per venditionem alienatum, per not. in *l. vbi pactum. C. de tranſact. D.* culpa poſita inter genus & ſpeciem quæ reſoluitur in expoſitiuam. Venditio autem eſt ſpecies, & alienatio eſt genus. Et ſi dicatur quòd non eſt interpoſita copulatiua, &, ſed alternatiua, aut: Reſpondebitur, quòd vna pars alternatiuè declaratur per aliã, *l. 1. D. de rebus dub.* Et ſic verbum, *vendu*, quæ eſt pars prior alternatiuæ, debet intelligi de venditione conſummata per traditionem veram, vel fictam, ita quod res ſit alienata. Secundum etiam verbum præſupponit venditorem recepiſſe totum pretium. Alioquin quomodo ſolueret patrono quintam partem pretij? & ſic per communiter accidentia præſupponit rem traditam. Igitur ſi patronus venditione nedum per traditionem impleta, non ſit admiſſibilis ad petendum quintum pretij. multò minus videtur admiſſibilis ad petendum retractum quod eſt maius.

* Vtrum poſſit agi ad retractum ante rem traditam.

5. Tertio probatur in §. 33. *in princip. ibi, Quand vn fief change de main*, quod reſpicit & determinat omnia ſequentia, & ſic vniformiter debet determinare, videlicet vt non debeatur releuium, vel aliud ius patrono propter quamcunque diſpoſitionem accidentem feudo, niſi feudum mutet manum, & ſic oportet quod ſaltem prior vaſſallus deſinat eſſe vaſſallus, & amittat dominium, vel ius feudi ſeu vaſſallagij, & aperiatur feudalitas, vel fidelitas, quod non contingit magis per venditionem, quàm per donationem, vel permutationem, niſi res tradatur vere vel fictè. Quantumcunque enim vaſſallus vendiderit vel donauerit, tamen remanet dominus vtilis & vaſſallus vt prius, niſi ad traditionẽ proceſſerit, iura ſunt vulga. Quarto probatur §. 31. vbi cõſuetudo expreſſim permittit vaſſallo ludere & facere quicquid libuerit de feudo, & ſuper feudo, citra dimiſſionem fidei, abſque eo quod poſſit patronus petere aliquod ius vel commodum, donec dimiſſa ſit fides, & apertura feudi facta. Sed per vẽditionem ante traditionẽ, non eſt dimiſſa fides, nec apertum feudũ, quia adhuc habetur, & retinetur à venditore, qui eſt & remanet verus dominus & vaſſallus quãdiu non tradit. Cum igitur patronus æque ſemper habeat hominem & clientem vt prius, nihil videtur iuſte petere, aut cauſari poſſe. Quinto, omnia * verba ſtatuti debent conuenire & verificari, ad hoc vt habeat locum eius diſpoſitio. Et hoc pro regula tradit Lancelo. Deci. *in materia interpretationis ſtatutorum in l. omnes populi. column. 11. verſic. quinta regula. D. de iuſti. & iur.* Et fuit ſententia. gloſſ. ſingul. in *l. mancipia. in verb. adnocandum*, & ibi Bartol. Salic. Fulgo. *C. de ſeruit. fugit.* Ludouic.

* Omnia verba ſtatuti debẽt verificari.

Roman. in *singu.* 449. statutum Felin. in *c. nonnulli. in princ. col.* 35. *de rescript.* Philipp. Deci. in *l.* 1. *col.* 4. *C. de eden.* Franc. Cur. in *l.* 1. *col.* 1. *D. si cert. peta.* Hippol. de Marsil. in *pot.* 339. cui non conueniunt And. Alcia. *de verb. sig. lib.* 1. *pag.* 10. *in fi.* Sed ex prædictis apparet non quadrare, nec adaptari verba consuetudinis nostræ, nisi in feudo venditio & tradito taliter quòd mutauerit manum.

6. Sexto, & fortiùs ex quo consuetudo nostra sæpius* facit mentionem de pretio soluto, videtur hoc seriosè dicere & præcisè requirere per doc. gloss. sing. in *Cle.* 1. *in ver. diocesanis, de iure patro*, quem refert & seq. Gemi in decisione pulchræ q. & seq. Phili. Fran. in *c. duobus*; *super glo. in ver. præsentauerit, de rescript. in* 6. imò fortius, etiam si traditio realis facta sit, tamen non transiuit dominium, nec mutauit manum, nisi pretium fuerit realiter solutum, vel constet habitam fidem de solutione. §. *vendita, instit. de rer. diuis.* imo controuerti potest sufficere fidem haberi de pretio, quia si emptor non soluat, sed fallat, poterit venditor rem vendicare, & alij de nouo vendere. iuxta not. Bald. Angel. Ioann. de Imol. Paul. de Castr. in *l. si cum dotem.* §. *fin. D. solut. matr.* Et sic prima venditio redditur inefficax, & ex ea nulla iura debebuntur patrono; de quo puncto plenius dicturus sum loco opportuno.

* Verbum sæpe repetitum.

Septimo, ex simili retractus consanguinitatis, cui nondum videtur esse locus in præfato themate: nec esse admissibilem consanguineum, ad petendum prædium venditum sibi adiudicari, vel dimitti per retractum, antequam traditio sit facta emptori. Tum quia priusquam res sit translata in extraneam manum, siue extra cognationem, non videtur ortum ius vel actio retractus. Tum quia emptor non potest dare, dimittere, nec transferre, quod non habet, & nondum assecutus fuit, vt patet ad sensum, & est tex. j. §. 174. *in prin. ibi. quand aucun a vendu & transporté.* Et sic non sufficit venditio, nisi etiam secuta fuerit rei translatio, quia vtrumque copulatiuè requiritur, per illum tex. & ita videtur velle Io. Fab. *instit. de emp. & vend. in prin. col.* 1. Et tenet Nitol. Boer. in *consu. Bitur. ti. de consu. retract.* §. 1. *verf. sed quæritur.* Sed omnino eadem ratio militat in retractu feudali, quia ante traditionem res non mutauit manum, sed manet in eodem pristino statu. Et emptor non potest dimittere, nec relaxare patrono quod non habet. Igitur nec ortum est, nec exerceri potest ius vel actio retractus feudalis. Et valet argumentum de vno retractu ad alium, in his quæ vtrique proportionantur, vt hic, & diximus infra tit. 16. *in rub.*

7. In contrarium fortiter arguitur. Primo, quia verba dispositiua huius §. simpliciter & clarè dicunt feudum venditum capi, & retineri posse. Et sic satis est feudum esse venditum. Et cum consuetudo nihil aliud requirat, nec nos debemus requirere, nec addere, vt sæpe dictum est, venditione autem solo consensu facta statim verum est feudum propriè & omnino venditum esse, *l. alienatum. D. de verb. signif.* Non obstat quod quædam verba huius §. & sequentis videntur præsupponere de solutione pretij, & de traditione rei, quia verba* quæ præsupponunt, non disponunt. *l. ex facto.* 3. *D. de hære. instit.* Et si dicatur quòd saltem dispositionem qualificant, & limitant, hoc est verum quando principaliter super illis fundatur dispositio: Secus si gratia exempli, vel maioris frequentiæ inseruntur: tunc enim non restringunt. gloss. *Cle.* 1. *in verfi. præsidentes, infi.* & ibi Imol. *de rescrip.* Feli. *c. coram. col.* 1. *de officio deleg. c. pastoralis, col.* 1. *de iudi.* Ias. *col.* 3. *de legib. l. quicquid astringendæ, col.* 3. *D. de ver. oblig.* fa. quod verba narratiua vel enunciatiua in lege posita super quibus non fundatur dispositio, non disponunt. *glo. in Cle literis. de probat.* Ias. *instit. de actio. in rubr. col.* 2.

* An verba præsuppositiua disponant vel qualificent.

¶ SECVNDO supponitur in themate quòd venditor habeat facultatem rei tradendæ, & sic potest ad hoc statim præcisè cogi per emptorem, iuxta no. in *l.* 1. *per* Bar. Bal. Paul. *D. de actio. emp.* per Ang. Aret. Ias. in §. *actionum. inst. de actio.* Bar. *in l. stipulationes non diuiduntur, col.* 12. *D. de verb. obli.* Vnde cum emptor actionem puram & præcisam habeat ad rem ipsam, rem habere videtur, *l. qui actionem.* D. *de reg. iur.* Et si dicatur, quòd istud procedit fictè: Respondetur, quòd si emptor non habeat verè, stat per eum, vnde si causetur se non verè possidere, allegat culpam suam, imò dolum, si saltem actiones suas cedere recusat, vnde non est audiendus, arg. *l. parem.* D. *de reg. iur.* vbi par est conditio eius qui possidet, & eius qui dolo non possidet, etiam si nondum cœpit possidere, sed non vult possessionem acquirere, tex. in *l.* 1. §. *toties, ver. sed & si non possideat.* D. *si quis omiss. causa test.* Et qui tenetur ad rem præstandam si habeat, dolo facit si recusat cedere actiones suas. Et tenetur cedere quales habet, *l. quod debetur.* D. *de pecu. l. quod sæpe.* §. *si res.* D. *de contrab. emptio. & vendi. l. si vt certo.* §. *idem Labeo recte ait.* D. *commod. l.* 3. §. *idem Labeo ait.* D. *de in rem verso.*

8. ¶ TERTIO, actio* iudicatur secundum qualitatem rei ad quam competit. Bart. in *l. potest.* D. *de autho. tuto. in l.* 1. *C. si aduer. transact. l. si ad resoluendam. C. de præd. mino.* Et sic idem debet iudicari de actione competente ad feudum, sicut de feudo, saltem quando est pura & præcisa, vt hîc. Igitur si nihil aliud causetur emptor, quam se nondum assecutum dominium per traditionem, & non habere facultatem immediatam rei dimittendæ per retractum, saltem non potest impedire quin teneatur cedere, siue patrono, siue consanguineo, petenti retractum, & actiones quales habeat contra venditorem, vt saltem agnoscat retractum & rem dimittat, quatenus habet, & quatenus potest.

* Actio iudicatur secundum qualitatem rei ad quam competit.

¶ QVARTO, eo ipso quòd feudum putè & absolutè est venditum, satis est fundata intentio patroni agentis ad retractum per hunc tex. ibi, *le fief vendu*, quia verum est propriè & omnino esse venditum. Emptor autem solum defectum traditionis allegando, nihil aliud videtur proponere, quam exceptionem quandam moratoriam, & dilatoriam quæ non elidit actionem retractus in se: sed solum respicit eius executionem. Et sic non potest impedire, quin ex tunc condemnetur ad dimittendum patrono iure retractus statim postquam traditio erit facta. Igitur si ex nunc potest condemnari ad restituendum, postquam venditor ei sponte tradiderit, vel per actionem ex empto ad hoc coactus fuerit, sequitur quòd potest compelli ad cedendum actiones quas habet contra venditorem, soluenti patrono pretium & sumptus legales.

9. ¶ QVINTO, quod attinet ad emptorem, non debet expectari traditio, cuius euentus nihil ad commodum emptoris hoc respectu operatur & non expectatur casus, cuius nihil operatur euentus, *l. cum hæres.* §. 1. *l. si quis hæres.* D. *de acquir. vel omitt. hæred.* Et cùm patronus offerat pretium solutum, & sumptum factum refundere, contentus cessione actionum, palam est nihil interesse emptoris expectare traditionem, aut denegare aut differre agnitionem retractus, à quo nec liberari potest simplici actionum cessione. Igitur hoc casu non est audiendus, excipiens traditionem non factam: quia* postquam fundata est intentio actoris de iure communi, tunc vires exceptionis metimur ex persona actoris, vt inquit Papinia. *in l. militis.* §. *veteranus.* D. *de testa. milita.* vbi Barto. ita quòd non auditur reus ad excipiendum nisi eius interfit, *l. ille à quo* §. *si de testamento.* & ibi Alex. in *prin.* D. *ad Senat. Trebel.* Ang. in *l.* 2. D. *de dol. except.* Aret. *instit. de except. in princ. col.* 5. *verfi. veniamus ad tertium.* Dec. in *l. ex conuentione, in princip. C. de pactis.*

* Fundare intentionem actoris iura exceptionis metimur ex eius persona.

¶ SEXTO, etiam* odiosa & pœnalis dispositio ampliatur ne fiat illusoria, & vt fraudes euitentur, *l.* 1. §.

* In pœnalibus & odiosis fit extensio, vt fraus vitetur.

ff. D. de colum. l. seq. Iulianus. §. mutui dationem. D. ad senat. Maced. c. si cinitas, & ibi Gemi. in 2. *not. de senten. excommuni. in 6. glo. ff. in c. quanquam* & ibi Gemi. *col. pen. de vsur. in 6.* Felin. in *c. Rodulphus, col. 2. & 3. de rescrip.* Iaso. *l. ait prætor, in princ, col. 14. D. solut. mat.* Decius. in *l. factum fuum. §. in pœnalibus. D. de reg. iur. & in cons.* 660. quod procedit etiã in correctoriis iuris communis, Bal. in *tractat. statu. in verb. confinati.* Phili. Cor. in *auth. ex causa. col. 5. C. de liber. præteri. vel exhared.* Sed si emptor forte iam passus repulsam inuestituræ à patrono volente retrahere posset excipere de re nondum tradita, haberet apertam viam ad eludendum patronum colludendo cum venditore, & causando rem nondum sibi traditam, donec patronus non valens commodè pecuniam otiosam diu seruare, consumeret & maneret frustratus retractu. Sed huiusmodi malitiis non est indulgendum, sed obuiandum, *l. in fundo. D. de rei vendica.* quod non potest melius fieri quàm omnem fraudandi facultatem & materiam adimendo, *l. 1. de fabricen. lib. 11. Cle. ne Romani. §. cæterum de electio.* Igitur constito de venditione pura & perfecta in se, nulla causatio emptoris admitti debet: patrono ex parte sua quod in se est faciente. Ita vt præter prælationis effectum, & commodum nihil interfit emptoris.

10. ¶ Et hanc partem veriorem puto, & satis apparet, non obstare contraria. Tamen ad *l. 2. 3. & 5.* respondetur * legem consistere, non in verbis, sed in mente & effectu, *l. scire leges. D. de legib.* & verba legis non esse captanda contra id quod verisimiliter intendit, *l. pe. D. ad exhib.* Et maximè in legibus prævalet, quod interrogati statuentes verisimiliter respondissent glo. & scrib. in *l. tale pactum, in fin. D. de pact.* quod si procedat in sacris pandectis, & responsis prudentissimorum iurisconsultorum, quanto fortius in his nostris consuetudinibus, quæ non tanto studio & meditatione in scriptis redactæ sunt. Sed ex plurium pragmaticorum diuersis regestis, à certis deputatis prout melius pro temporis breuitate potuerunt, conflata fuit, & in trium statuum publico consessu lecta & promulgata hæc reductio. Nec fuit assistentibus spatium singula verba ponderandi. Vnde mentem consuetudinis metiendam puto, non à meris verbis, temerè forte quandoque & parum aduertenter scriptis, sed ab effectu quem intendit consuetudo. Ad quartum respondetur, quòd ille §. 51. *in illis verbis, insques à demission de foy.* nedum excludit actualem dimissionem fidei. Sed etiam actus tendentes sufficientes ad dimissionem fidei, vt est venditio, donatio, permutatio, & similes, vt ibi plenius dicemus. Ad septimum dicemus etiam retractui proximitatis locum esse, nec obstat *d. §. 174.* per adducta pro parte ista. Tum quia per reliquos articulos illius *tit. 16.* maximè §. 172. & §. 182. satis apparet ex solo contractu venditionis, vel adiudicationis per decretum citra omnem traditionem veram vel fictam fundatam esse intentionem petentis retractum. An autem annus currat ante traditionem, dicam ibi. Ex his patet quòd ex simplici venditione, citra vllam traditionem acquisitum est domino feudali ius quinti denarij, vel domino censuali ius laudimiorum. Et quid iuris sit quando emptore fallente venditio remanet inefficax, dicemus ℣. §. 33. Nec obstat quòd re non secuta, resolui potest venditio mutuo consensu, etiam in præiudicium domini direct, vt est verior opinio de qua ℣. *eo. gloss. 5. 9. 1. numer. 14.* quia verum est præueniendo dominum, Secus postquam dominus præuenit, vt ibi dicemus. Hanc resolutionem nostram amplia & limita, *vt infra eo. gloss. 5. no. 1. num. 9. 10.* Expedita est praxis retractus feudalis per viam actionis, via autem exceptionis per se liquet.

11. Sed circa hanc viam prehensionis necessario videndum est, vtrum * possit fieri venditione solo consensu facta? Et videtur quod non, donec secuta fuerit traditio vera, vel ficta per locationem, precarium constituum, retentionem vsufructus, aut similem modum quia secluſa prehensione ex defectu catalogi, de qua non agitur, non potest feudum prehendi nisi ex defectu hominis, seu clientis, siue quando vetus cliens desiit esse, quod non contingit, nisi amisso feudo vel eius vtili dominio per antiquum vassallum, sed nudo contractu dominium non amittitur, nec transfertur, *l. traditionibus. C. de pact. & ℣. §. 170.* Et antiquus vassallus semper remanet vassallus, & in fide patroni vt prius. Quod tamen limitari posset, quando venditio est prægnans, puta facta sub illis clausulis, quæ de communi stylo notariorum apponi solent, quòd venditor se dessaisinauit, & dessaisinat ad commodum emptoris, volens & consentiens quòd ex nunc intrare possit in fidem patroni, & ab eo recipi & inuestiri. Tunc enim satis apparet, quòd venditor sic vendendo pure exuit clientelam, & non retinet fidem siue fidelitatem, sed eam statim deponit, & desinit esse vassallus saltem quantum in se est. Ideo amplius non expectatur quòd realiter tradat, vel quod emptor actualiter ingrediatur feudum, & incipiat habere verum dominium, sed patronus approbando, & gratam habendo dictam venditionem desinit habere venditorem in vassallum. Et libere potest manum iniicere feudo, vtpote fidelitate cessante aperto, & si non esset, nisi scriptum nostræ consuetudinis, ita dicendum esset, prout olim per multa deduxi in collectaneis meis, quæ omitto, quia propriè feudum non incipit esse apertum, donec antiquus vassallus desierit esse dominus vtilis feudi, & sic in terminis simplicis venditionis necessaria esset via actionis tam ad retractum feudalem, quam ad quintum pretij exigendum.

11. Veruntamen aliter obseruatur, videlicet quòd statim venditione facta patronus manum suam iniicere potest tam pro fidelitate quàm pro iuribus feudalibus. Vnde non audeo discedere ab ista communi obseruantia, quia necessariam facit interpretationem in casu suo, *l. si de interpretatione. D. de legib.* Sed eam limito primo, vt procedat in casu suo duntaxat, videlicet in venditione: * secus in donatione, permutatione, vel aliis contractibus. Quamuis enim vtrobique non mutetur vassallus nec feudum ante traditionem: Tamen in hoc est differentia, quod in venditione statim contractu concluso acquisitum est ius quinti denarij, vel retractus patrono ad eius electionem, & illud statim petere & exigere potest, & facere vt amplius in eius præiudicium pœniteri non possit, per no. in *9. præcedenti. Et ℣. §. 33. & §. 35.* Secus in aliis contractibus, in quibus ex solo contractu nullum omnino ius acquiritur patrono, quia releuium non oritur nisi ex mutatione manus, & non ex contractu, imò nec ex simplici dimissione fidei, vel apertura fidei, *vt in d. §. 22. quæst. 1.* Vnde facile admissum est, vt in casu venditionis statim dominus potestate prehensoria vti possit, ne dominus directus & ciuilis possessor redigatur ad viam actionis ordinariæ pro iuribus sibi acquisitis, quæ ratio cessat in cæteris contractibus, in quibus nullum ius patrono acquisitum est, cessante omni traditione & translatione feudi. Secundo limito, vt procedat in venditione omnino pura, secus in venditione facta sub conditione suspensiua, in qua non est dubium.

13. ¶ Item secus in venditione * in diem, quod patet omnes casus discurrendo: aut enim est venditio vtrinque in diem, & tunc clarum est, quod interim feudum non potest prehendi, neque ratione aperturæ, neque ratione iurium, quia neque apertum est, nec mutauit manum, neque adhuc ius quinti efficaciter debetur. Aut est in diem respectu solutionis pretij tantum, puta quia tenetur venditor statim tradere, sed emptor habet dilationem soluendi vsque ad annum, & tunc idem

a Interpretatio huius consuetudinis nõ à verbis sed ab effectu quem intendit assumenda.

a Vtrum feudum vendiũ statim ante traditionem prehendi possit.

a Differentia inter aperturam feudi ex venditione vel alia causa.

a Quid de venditione in diem.

idem dicendum videlicet feudum non posse prehendi ex sola venditione vel contractu, nisi die secura & anno lapso, & hoc nisi interim ad traditionem feudi procedatur ita quod vere aperiatur. Aut est in diem respectu traditionis tantum, puta quia emptor tenetur statim soluere, sed venditor habet dilationem anni ad tradendum & interim fruendum, ita quòd interim non dimittit fidem, & tunc licet ex capite apertura non possit prehendi, quum nondum sit apertum. Tamen ratione iurium quinti denarij statim acquisitorum videretur posse prehendi, iuxta dictam obseruantiam quum simus in casu venditionis. Sed contrà puto, quia nedum feudum non est apertum, sed nec aperiri potest infra annum etiã volente emptore, & hoc est vi & tenore venditionis. vnde quum patronus volens prehẽdere, non possit fundare intentionem suam nisi in venditione (vtpote deficiente alia traditione & admissione fidei) necesse habet sequi limites venditionis, nec potest eos anticipare. Et sic erit casus in quo quintum pretij est debitum, & tamen non potest exigi via prehensionis, sed via actionis duntaxat, *sic in simili not. infra* §.6.*nu.*5.*& infra* §.33. Et præfata obseruantia non militat hoc casu, & etiam esset omnino irrationabilis & absurda, & satis est quòd illa regula quæ habet, quòd excepto capite catalogi non traditi, nõ habet locum prehensio feudalis nisi feudo aperto, limitetur in casu venditionis omnino puræ, cùm tunc duo concurrant. Primum iura quinti iam acquisita patrono. Secundum quòd venditor statim cogi potest ab emptore ad traditionem & apertură feudi, & sic quodammodo habetur pro aperto: saltem quod feudum prehendatur, non censetur interesse venditoris, cuius amplius non est periculum, nec erit admissibile interesse emptoris, quia debebat sibi consulere maturè adeundo patronum, alioquin sibi imputet. Ex prædictis patet quòd sæpe ad retractum feudalem necessaria est via actionis, puta quando venditio est facta in diem, & patronus non vult expectare, sed statim retrahere, quod potest secundum ea quæ dicemus ĩ. *eo. gloss.* 5. *num.* 9. quia necesse habet actionem retractus intentare, per quam etiam præcludet contrahentibus facultatem pœnitendi & distrahendi.

SVMMARIA GLO IV.

1. *Retractus non competit pro venditione arborum alti nemoris, nec pro venditione vsufructus, nec pro constitutione redditus.*
2. *Ius retractus competit superiori patrono tenenti feudum prehensum iure feudali.*
3. *Superior etiam Rex Franciæ tenetur extra manum suam ponere prædia à subditis suis mouentia.*
4. *Thema notab. q.*
5. Arg. à sufficienti partium enumeratione.
- *Venditio iuris redimendi feudum non cadit in retractum feudalem, licet cadat in retractum proximitatis.*
6. *Arg.* à consequenti destructo fortissimum.
7. *Solutio q. Reprobatur vana subtilitas: quæ in captione verborum consistit.*
8. *Retractus feudalis est fauorabilis, nec exorbitat à iure cõmuni sicut retractus proximitatis.*
9. *Patronus, qui emptorem inuestit, approbat venditionem cum omnibus qualitatibus suis.*

GLO. IV. IN VER.

Le fief tenu & mouuant de luy.

IN ver. feudum à se dependens. 1. ¶ Igitur mobilia feudi etiam simul vendita non veniunt in retractum, inuito scilicet emptore, & secundum not. in simili *supra. eo. glo.*1.*q.*15.17. Quid si fructus pendentes in proceta sylua separatim vendantur? Idem, quia remanet solum integrum. Idem si vsufructus feudi vendatur, modo non fiat in fraudem retractus. faciunt not. infra.§.33. ¶ Quid si vassallus vendat & * constituat perpetuum redditum super feudo? Respondeo non est locus retractui feudali: quia venditor remanet vassallus totius feudi vt prius: nec præiudicat patrono constitutio redditus, quia prehenso feudo non tenebitur agnoscere. *infra* §. 28. Non potest igitur cogere emptorem redditus ad sibi dimittendum pro pretio vel recognoscendum in feudum, nec aliud commodum exigere, quantumcumque pluries vendatur, & varias mutet manus. In quo quædã consuetudines regni conformantur. Reliquæ multum variant: sed nunquam esset finis, nec est instituti nostri differentias eorum prosequi: & in hoc apud nos differt retractus feudalis à retractu consanguinitatis, quia si quis super hæredio suo vendat redditum, poterit eius consanguineus retrahere ab emptore. *vt* ĩ.§.171 Quid si pars soli, vel rei feudalis venditur? Respondeo locum esse retractui siue per modum quotæ, siue per modum alterius portionis, puta certus fundus, vel aliud membrum feudi. *l. quæ de tota. D. rei vendi.* Non est enim prohibita venditio partis feudi vt dicemus ĩ.§.50. Ex his patet, quòd si creditor habens redditum constitutum super feudo, vendat illum, locus erit retractui si sit infeudatus, alias nihil pertinet ad patronum. Not. etiam ex hoc text. quòd patronus debet esse immediatus ad hoc vt habeat ius retractus. *patet per no.* ĩ.§.1.*glo.*6. Quid si volẽs retrahere, nõ est verus patronus, sed possessor feudi, vel fundi dominãtis? Recurre ad ea quæ dixi ĩ.§.1.*gl.* 9.*f.*2. ¶ Sed quid si feudum dominans sit in manu superioris domini ex defectu fidelitatis. vt ĩ.§.54. Verum ille superior dominus possit iure feudali retinere subfeudũ venditum depẽdens à feudo prehenso: videretur quòd non, tum quia consuetudo in *d.* §. 54. & sequenti hoc non dicit, nec alibi expressè attribuit superiori domino. Tum quia superiòr dominus non potest mensæ suæ vnire illud subfeudum, sed debet vniri mensæ feudi, à quo immediate dependet, & sic in superiori domino cessat ratiocontem plata à consuetudine nostra: vnde non videtur nomine suo retrahere. Contrarium puto, quia eo ipso quòd feudum immediatum est prehensum, & ad manum suam redactum ex defectu hominis, censetur quasi commissum, & quasi reunitum. Et facit dominus omnes fructus suos iure proprio, tanquam dominus, & tanquam de re sua, ad suam primordialem causam reuersa. Vnde iure proprio potest solus, & non hæres vassalli, omnes actus dominicos exercere in subfeuda: in qualitate tamen domini feudalis, ad manum suam feudum medium tenentis: vt sæpius diximus. Et sic eodem iure & eadẽ qualitate poterit retractu feudali vti. Quis autem sit effectus vide ĩ.§.55.*glo.*10.*q.*6. 3. ¶ Nota tamen quòd quandocunq; postea vassallus erit admissus in fidem feudi immediati: non poterit amplius ipse patronus tenere subfeudum, sed tenebitur ponere extra manus suas dictum subfeudum, siue vendendo, siue donando, aut alio modo. Quoniam non potest respectu eiusdem dependentiæ & subordinationis feudalis, esse patronus & cliens, nec potest esse vassallus vassalli sui, respectu rei mouentis à feudo, quod ab eo mouetur. Imo etiam * si ad regem Franciæ quocunque modo

* An constitutio redditus cadat in retractum.

* Etiam res Franciæ tenetur ponere extra manus suas, prædia feudaliter vel censualiter mouentia à subditis suis.

peruenian̄t ſubfeudum dependens à vaſſallo regis : non debet vniri dominio regis: ſed extra manum eius poni & transferri in priuatum idoneum clientelari conditioni ſubeundæ. Et ita pridem cautum eſt conſtitutione regia regis Ioannis, quæ habetur in regiſtris ſacrorum ſcriniorum, & ratiociniorum regis. Et iſtud originaliter tradit Specu. *in tit. de feud. §. quoniam q. 40. verſic. vel ſaltem princeps dat vel vendit.* Et hæc conſtitutio habet locum nedum in prędiis ſubfeudalibus, ſed etiam in cenſualibus mouentibus à ſubditis. Et eſt ratio, quia rex non debet ſubditis ſuis præiudicare, ſed magis eorum iura conſeruare. Secus ſi ad fiſcum regium ſiue lege feudi, ſiue per confiſcationem aut aliàs quoquomodo peruenient alaudia, vel prædia ab eo mouentia, quia ceſſat dicta conſtitutio. Et eſt in libera facultate regis alienare, & alij concedere, vel coronæ ſuæ ſeu fiſco & domanio inſeparabiliter vnire, de quo plenius per plures caſus diſtinguendo dicemus *infra* §. 43. *q. fi.*

* Thema.

4. Sed * occurrit valde neceſſaria quæſtio, quam vt melius diſcutiatur, formabo ſub hac ſpecie. Vaſſallus feudum ſuum valens mille aureos, vendidit Titio pro quingentis, ſub facultate redimendi vſque ad ſeptem annos. Poſtea adhuc indigens pecunia, vendidit Caio pro aliis quingentis dictum ius & facultatem redimendi: cuius virtute Caius recuperauit feudum à Titio: & ſupponatur Titium nunquam fuiſſe à patrono inueſtitum, & forte nunquam ei notificaſſe venditionem, nec patronum ab eo recepiſſe quintum denarium, nec compoſuiſſe, nec inducias dediſſe, aut aliud quicquam feciſſe per quod à retractu feudali excludi poſſit. Modo accedit Caius inſtrumenta contractuum exhibens, inueſtiri petens & offerens centum duntaxat aureos pro quinta parte pretij venditionis feudi factæ Titio. Patronus autem viſis dictis contractibus, & quod omnes illę acquiſitiones ſunt per formam veratum venditionum & emptionum, vult præferri Caio, & iure retractus feudalis vti. Vtque Caius indemnis abeat, offert ei refundere nedum pretium venditionis feudi factæ Titio, ſed etiam pretium venditionis dictæ facultatis factæ Caio, quæ ſimul aſcendunt ad mille aureos, & cum hoc legales ſumptus, nedum venditionis, ſed etiam redemptionis, & omnium contractuum & ſumptuum cauſa acquiſitionis factorum: Vtrum patronus rectè fundatus ſit in hoc retractu feudali? Dices prima facie hanc q. eſſe de indubitabili vtpote omnibus quaquauerſum conſideratis, quæ quoquo te vertas concludunt pro patrono: ſiue enim ex parte Caij, quum ſit extraneus emptor vel redemptor, hoc eſt non coniunctus venditori ex latere vnde feudum proceſſit vt poſſit excludere patronum. *iuxta no. §. 22. ĩ. eo.* Sed poteſt excludi & euinci à quocunque propinquo venditoris quum tota ſua acquiſitio ſit per emptionem & venditionem: ſiue ex parte patroni, qui & ratione & iure debet præferri extraneo emptori: ſiue inſpectis contractibus, qui omnes nedum in venditionem effectualem recidunt, quod ſufficeret vt dicemus ĩ. *eo. gl. ſeq. q.* 10. Sed etiam nihil aliud ſunt quàm veræ venditiones & emptiones, titulo, forma, & ſubſtãtia, precio in pecunia numerata intereueniente factæ: igitur ſi vſquam aliàs, maximè in hac ſpecie protetractu feudali iudicandum eſt, idque nedum euidens ſuadet æquitas, ſed etiam & verba & mens huius conſuetudinis adeo apertè diſponere videntur, vt hoc controuertere quàm ſit ridiculum nulli non pateat, vt verbis Mar. iureconſ. vtar. *in l. iam dubitari. D. de hæred. inſti.* Verum vt intelligas quantum vitium habeat ἀνάλυσις & exacta inquiſitio, non remotis nec emendicatis argumentis, ſed ex re nata & imis velut radicibus penitus quæſita, in contrariam partem paucis experiamur.

* Arg. à ſufficienti partium enumeratione.

5. ¶ Et quòd non poſſit eſſe locus retractui feudali, patet * à ſufficienti enumeratione partium, quod eſt argumentum validiſſimum in iure. *inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. in princ.* Et late Nicolaus Euerar. in *locis legal. loco* 51. quoniam nec ex capite venditionis factæ Titio, nec ex capite venditionis factæ Caio, neque ex capite redemptionis. Et primo de venditione iuris redimendi facta Caio, conſtat quia non eſt facta à vaſſallo, nec de feudo, quamuis de actione ad feudum competente, ſed hæc conſuetudo non inducit retractum feudalem niſi ad ipſum feudum & in venditione ipſius feudi, vt patet in hoc text. vnde non debet extendi ad venditionem actionis competentis ad feudum. Et ratio diuerſitatis eſt in promptu, quia per venditionem feudi aperitur feudum & mutatur vaſſallus, & ſic iura feudalia oriuntur: ſed per venditionem & tranſlationem actionis competentis ad feudum, non mutatur vaſſallus, *nec feudum vllomodo aperitur, & ſic nulla iura feudalia oriri poſſunt. vt patet per text. ĩ. §. 33. 35. Hinc eſt quod emptor qui emit feudum vel donatarius aut ſimilis, ante traditionem cedat iura & actiones, vel relinquat hæredem à latere, non erit locus releuio, vt dicemus in *d.* §. 22. *q.* 36. Et pariter venditor qui retinuit ius redimendi, vel manus iniectionem in certum euentum, ſi cedat, vel vendat alij iura ſua, nulla ſit apertura feudi, nec vllum releuium, nec etiam quintum pretij debetur de dicta ceſſione, vel venditione actionum, vt in *d.* §. 33. *q.* 8. 9. Sed ſi diceretur retractum feudalem habere locum in venditione actionis perſonalis competentis ad feudum eadem ratione imo neceſſario, ex conſequentia iuris eligendi inter retractum vel quintum pretij, dicendum eſſet locum eſſe etiam iuri quinti denarij, ſi illud patronus mallet eligere, ſed iſtud conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. 6. ¶ Quod argumentum à * conſequenti deſtructo eſt frequens & validum iure. *l. apud antiquos.* & ibi per Cy. & Alb. *C. de ſur. c. & ſi Chriſtus. ad med. de iureiuran. ca. tua* & ibi Cardi Alex. no. *de ſponſa. l. 1. & ibi gloſ.* Io. de Pla. *C. de dela. lib.* 10. Quod autem ex capite redemptionis quam Caius fecit ab emptore, non poſſit peti retractus, indubitatum eſt. Tum quia hæc non eſt venditio, nec emptio, ſed neceſſaria reuenditio, ex qua nullum ius feudale oritur, vt not. *infra* §. 33. 47. Tum quia per huiuſmodi redemptionem (quum ſit retractus conuentionalis) excluditur retractus feudalis & proximitatis vt tangetur infra §. 22. *nu.* 4. & latius infra §. 184. Quòd autem nec ex capite venditionis feudi factæ ab antiquo vaſſallo ipſi Titio, emptori debeatur retractus, patet propter concurſum retractus conuentionalis excludentis feudalem, nec hoc videtur iniquum, quemadmodum ſi dicta facultas redimendi non fuiſſet vendita, ſed donata vel permutata Caio, clarum eſt quòd nullum hac ratione deberetur releuium *d.* §. 33. *q.* 36. Et eſt ratio, quia nulla inde procedit noua apertura vel mutatio feudi, & ſic non oritur nouum ius feudale, ſed omnino eadem eſt ratio ſi dicta facultas vendatur, quia non propter hoc magis mutatur feudum de manu in manum, igitur ſicut non eſt iniquum in releuio, ita nec erit iniquum in retractu. Et quum huiuſmodi retractus videatur exorbitans, eo quòd apud nos feuda ſunt patrimõnialia, ſatis eſt quod habeat locum vbi termini cõſuetudinis vere & adæquate verificantur. Nec obſtat quòd Caius poteſt pati retractũ à quolibet propinquo venditoris, ex eo latere vnde feudum proceſſit, quia retractus proximitatis eſt fortior & fauorabilior, retractu feudali, vtpote quum illum excludat *infra* §. 15. Et latius patet quàm retractus feudalis, qui non eſt niſi ad feuda, & in caſu venditionis feudi dumtaxat competit, ſed retractus proximitatis nedum competit ad omnia antiqua hæredia, ſed etiam ad iura & actiones ad illa competentes vt dicemus ĩ. §. 171. Et hoc dummodo non appareat de fraude, ſimulatione & interpoſitione perſonæ: quoniam ſi vel probabilibus coniecturis de hoc appareat, ſatis eſt ad fundandam intentionem patroni, cuius iura occultis ſimulationibus ſunt obnoxia. vnde ſufficiunt probationes quales haberi poſſunt, etiam per coniecturas, dummodo probabiles & veriſimiles, proximas & non remotas. Cæterum ceſſante fraude & ſimulatione concludendum videtur pro hac ſecunda parte.

* Venditio iuris redimẽdi feudum non vadit in retractum feudalem.

* Arg. 3 cõſequenti deſtructo.

* Solutio.

7. ¶ Sed his * non obſtantibus ſto in prima tanquam veriore ſententia, ex eo potiſſimum quòd pro illa militant natura & conditio rei feudalis, & mens huius conſuetudinis, nec verba repugnant, imo potius conueniunt: ex quo Caius nihil habet niſi per modum emptionis. Nec obſtat quòd proprie adæquate non emit feudum, ſed ius redimendi feudum: quia huiuſmodi & ſimilia pro parte ſecunda adducta, non conſiſtunt niſi * in mera ſubtilitate & captione verborum: patet quia quantum ad id de quo quæritur, ſubiectámque ſpeciem, alia eſt mens conſuetudinis, ab eo quod ex mera verborum formula infertur: ius autem ciuile, ſiue municipale non debet captari in verbis, ſed qua mente quodque dicatur animaduertendum. *l. pen. D. ad exhiben.* Alioquin prætex. ſubtilitatis pernicioſe quandoque in iuris interpretatione erratur. *l. ſi ſeruum §. ſequitur.* quem Alberi. ibi no. in *doct. & aduocatus. D. de verborum oblig.* Et de his ſubtilitatibus ſcilicet quæ circa verba, & non circa mentem & rationem verſantur, intelligitur ille pulcher tex. in *l. ſicut §. ſi debitori. D. quib. mod. pig. vel hypo. ſol.* dicens quòd à iudicibus non admittuntur, non enim illud eo pertinet vt iudices nudæ verborum formulæ craſsè & prout iacet ſemper inhærere debeant, ſed vt aduerſus mentem & rationem non debeant admittere huiuſmodi meras ſubtilitates, ſeu aucupia verborum. Præterea niſi primam partem teneamus, ſequeretur quod promptum eſſet & facile fruſtrare patronum iure retractus, quia emptor faceret prius vendi feudum alteri ſub facultate redimendi, dedeinde illam facultatem emeret: ſed ſtatutum etiam odioſum ampliatur etiam vltra vim verborum ne fiat eluſorium, vt nota. in gloſ. præcedenti num. 9.

* Vana ſubtilitas in captione verborum verſatur.

8. ¶ Quantomagis in præſenti cum ius retractus feudale in ſe ſit fauorabile. Et licet retractus * proximitatis ſit fortior & fauorabilior, tamen inſpecta conditione materiæ ſubiectæ, & antiqua feudorum natura, retractus feudalis eſt minus exorbitans, imo nullomodo exorbitat, quum ſit connaturalis ipſi feudo originaliter illi inexiſtens à primis conſtitutionibus feudorum, quare dummodo mens & ratio adſit (vt hîc eſt manifeſta) verba ſi opus ſit adiuuanda ſunt, vt retractui locus ſit. *argum. l. hoc modo. D. de condi. & demonſt.* Secus dicerem in releuio, vel quinto pretij, quia hæc iura ſunt odioſa, & contra naturam recti feudi. *vt j. §. 23. in pr.* ideo nullum fauorem, nullam extenſionem, ſed magis reſtrictionem merentur, vnde horum reſpectu non recederem à verbis conſuetudinis. Itaque ſi in propoſito themate patronus eligeret quintum denarium, non haberet illud niſi de venditione feudi facta Titio, quia illud eſt totum quintum venditionis feudi, non enim debetur, nec de venditione iuris redimendi, nec de redemptione, vt latius j. §. 33. dummodo abſit ſimulatio vt ibi dixi. Secus ſi appareret de proloquio emptionis inter vaſſallum & Caium. deinde perſonam Titij interpoſitam fuiſſe ad emendum ſub dicto pacto redimendi, quod venditor deberet cedere Caio, vt ſic fraudaretur patronus dimidia parte quinti pretij, huiuſmodi enim commentum probabilibus coniecturis euictum non proderit. Ex prædictis autem patet ſolutio ad adducta pro d. parte ſecunda.

* Retractus feudalis eſt fauorabilis & conformior iuri communi quam retractus proximitatis.

9. ¶ Sed quid ſi ipſe Titius emptor fuerit inueſtitus à patrono qui recepit ab eo quintum pretij, poſtea venditor vendit ius redimendi Caio qui redimit feudum à Titio, vtrum patronus poſſit recuſare clientelam Caio, offerendo ei pretium per eum ſolutum, tam pro emptione quàm pro redemptione, cum legalibus ſumptibus, & iure retractus feudalis feudum retinere? Videtur quòd ſic, vtpote cum Caius non ſit niſi emptor, & per oblationes patroni (quem extraneo præferri æquum eſt) reddatur indemnis. Contrarium tamen in hoc caſu dicendum eſt, ratio, * quia patronus inueſtiendo emptorem, & quintum pretij recipiendo, ſemel approbauit venditionem cum omnibus ſuis modis & qualitatibus, videlicet vna cum pacto redimendi, & ſeipſum excluſit à iure retractus ratione dictæ venditionis & dependentium ab ea. Præterea antequam poſſet retrahere, oporteret eum reſtituere dictum quintum pretij receptum, & ſic facto proprio contrauenire, quod non eſt admittendum, per text. in §. *ſeq.* Nec obſtat quòd per venditionem vel contractum æquipollentem iterum de nouo mutatur perſona vaſſalli, quia illa mutatio contingit in vim primæ venditionis, vel clauſulæ illi exiſtentis ſemel approbatæ à patrono: ſecus quando venditio nullo modo fuit approbata à patrono vt in caſu præcedenti. Item ſecus ſi emptor ſemel inueſtitus, alij ſpontaneè vendat, quia eſſet noua venditio nihil habens commune cum prima, & conſequenter noua & integra iura feudalia inde orirentur, ſed in caſu noſtro nullum ius vtile peti poteſt à Caio, neque retractus, neque releuium, ſed ſimplex fidelitas, quod prima facie mirandum videtur, quum ſit vera & effectualis mutatio manus, & tranſlatio feudi in extraneum nouum vaſſallum. Sed reſpondeo, quod huiuſmodi tranſlatio non ſtat per ſe, ſed eſt executio & pars præcedentis mutationis, cuius ratione iura feudalia ſemel exacta ſunt, igitur per no. *infra §. 33. 9. 3.* Sed quæro nunquid perſpiceax patronus ſubodorans & præuidens hunc euentum, iuſte poſſit ab initio differre vel recuſare clientelam Titio emptori, niſi ſoluatur vel caueatur in hunc euentum de ſoluendo integrum quintum totius pretij feudi? Reſpondeo, non niſi velit fraudem & ſimulationem probare quibus ceſſantibus nihil debetur patrono vltra ea quæ dixi. Et prætextu iurium dominicalium quærendorum ex contractibus, nullomodo debet libera ſic vel ſic vere contrahendi facultas impediri nec coarctari *ſa. l. ſicut. C. de actio. & obliga. l. pen. C. proſo.* Cæterum ſi patronus fraudem & ſimulationem probare velit, hoc facere poterit, & iura ſua plenarie proſequi etiam poſt inueſtituras Titij & Caij, quarum reſciſſionem ex hac cauſa (quæ eſt de iure communi) mediantibus literis cancellariæ regiæ obtinere poterit, quamuis in iſtis ceſſet vera & propria in integrum reſtitutio quæ eſt de iure ſpeciali, vt dixi ſupra *eod. gloſſ. 2. & infra §. 32. queſt. ſi.*

* Patronus inueſtiens emptorem approbat vēditionem cū omnibusqualitatib

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. V.

1. *Qualiter pro vſibus feudo, prohibita erat feudorum alienatio.*
2. *Feudum per venditionem aut aliâ alienationis ſpeciem non amittitur niſi ſecuta traditione.*
3. *Idem dicendum in emphyteuſi.*
4. 5. *Non ſufficit ſola ficta traditio ad amiſſionem feudi vel emphyteuſis.*
6. *Item non eſt locus commiſſo in ignoranter alienante.*
7. *Non eſt locus commiſſo niſi pro parte alienata.*
8. *Poſſeſſor eo ipſo tenetur ad onus rei.*
9. *Nouem ampliationes ad §. 13.*
10. *Fallentiæ 7.*
11. § *Q. 1. An pœnitere poſſint contrahentes in præiudicium iuris retractus.*
12. *Licet pœnitere re integra.*
13. *Ampliatur etiam ex intervallo.*
14. § *Q. 2. Res dicitur integra triplici reſpectu.*
Qualiter accipitur per traditionem inſtrumentorum dominium transferri.
15. *Reſolutio quando liceat pœnitere.*
16. *Clauſura vulgaris ſaiſiens deſſaiſiuans non facit deſinere eſſe integram.*
17. § *Q. 2. Etiam ſi vendatur eccleſia adhuc res eſt integra.*
18. *Datio arrharum non impedit rem integram.*
Non requiritur rem manere integram ex parte emptoris.
19. *Quãdo deſinat res eſſe integra ex parte patroni*
20. *Sufficit interpellatio extraiudicialis patroni, vt iura ſibi præſentur, ad hoc vt amplius in eorum præiudicium non liceat contrahentibus pœnitere.*
21. *Quid in retractu conſanguinitatis? Reſpondeo, in hoc requiritur interpellatio iudicialis.*
22. § *Q. 3. Habet locum hic §. etiam in venditione ſub pacto de retrouendendo.*
Patronus magis eſt recuperator quàm emptor.
23. § *Q. 4. Quid de venditione conditionali.*
Feudum ſeu feudalitas conſiſtit in fidelitate tanquam in forma ſubſtantiali.
24. *Quando conditio ſuſpenſiua tranſit in reſolutiuam.*
25. *Contra antiquum vaſſallum relictum ſuperuenientem petitur via actionis.*
26. § *Q. 5. An patronus retrahens teneatur ad onera.*
Diſtinctio an tanquam ad dominum, an tanquam ad priuatum.
27. *Conſanguineus retrahens tenetur ad onera.*
Quando patronus ſit & iudicetur loco emptoris.
28. *Limitatio ad communem diſtinctionem.*
29. *Reijcitur communis diſtinctio.*
30. § *Q. 6. De oneribus debitis ipſimet emptori & emptione cõfuſis, an ſecuto retractu reſtituãtur?*
Prima opinio negatiua.
31. *Secunda opinio affirmatiua.*
32. *Tertia opinio diſtinguens inter ſcientem & ignorantem.*
33. *Quarta opinio diſtinguens formam loquendi conſuetudinis vel ſtatuti.*
Conſuetudo retractus proximitatis eſt tranſlatoria.
Conſuetudo retractus feudalis eſt reſciſſoria.
34. *Interpretatio* l. ſi tibi. D. *quemadmodum vſufruct. amitta.*
Reſciſio quæ fit ipſo iure quandoque fingit retro quandoque non.
35. *Improbatur opinio Bal.*
36. *Concluditur pro ſecunda opinione, quòd reſtituuntur iura confuſa.*
37. *Reſponſio* ad d. l. ſi tibi.
38. *Acquiſitio cõmutabilis nõ reſoluit hypothecã.*
Quomodo effectus proportionatur cauſæ ſuæ.
39. *Ampliatio prima ad d. concluſionem.*
Quilibet ſibi eſt ſoluendo.
Omnis retrahens debet refundere pretium etiam ſi ſit exceſſiuum.
40. *Ampliatio ſecundum etiam ſi non ſit in contractu facta mentio de oneribus.*
41. § *Q. 7. An dicta iura confuſa debeant reponi in ſpecie, an ſufficiat dare æſtimationem?*
Pars pretij quædam acceſſoria non formalis.
42. *Quantumcumque magnum pretium refundi debet à retrahente.*
43. § *Q. 8. Quid de feudo pluries vendito.*
44. *Reſoluitur quod patronus poteſt eligere ex qua venditione velit retrahere: & ſi ex prima eligat, non ſubibit onera ſequentia, nec habebit commoda ſequentia.*
45. § *Q. 9. Non tenetur patronus retrahẽs ad onera poſt venditionem ex qua retrahit impoſita.*
Nec reſpectu patroni habet locum. l. quotiens. C. de rei vend.
46. § *Q. 10. Quid de datione in ſolutum?*
47. *Solutio, diſtinguendum an pro re immobili, an pro mobilibus.*
48. *Ampliatur etiam in datione in ſolutum neceſſaria.*
49. *Quando datur in ſolutum pro mobili.*
Quando pro iure redditus redimibilis vel non.
50. § 11. *Non habet locum retractus in venditione nulla.*
51. *Quid ſi ipſe venditor ſe opponat retractui.*
An patronus debeat ſatisdare de reſtituendo victori.
52. § *Q. 12. Quid de feudo partim vendito & partim donato.*
Vbi abundantior cautela: ibi euidentior fraus.
53. *An ſit donatio quatenus minoris venditur!*
Semper principalis intentio attenditur.
54. *Amplia etiam ſi minus dimidia vendatur.*
Limita quantum ad materiam. l. ℵ vnquam.
55. § *Q. 13. Quid & quando pretium à venditore emptori remittitur, & an venditio facta cum remiſſione pretij ſit venditio.*
56. § *Q. 14. An retrahens poſſit agere.* l. 2. C. de reſcind. emp.

Digitized by Google

An emptor habeat remedium d.l. 2. quando venditor reperiebat qui tantumdem offerret.

An res tantum valeat quantum vendi potest?

57. *A quo tempore venditionis vel retractus currat præscriptio contra* d.l.2.C.de rescind. vẽd.

58.¶ Q. 15. *Si redditus infeudatus redimatur à debitore, nunquid locus est retractui?*

59. *An creditores possint infeudare sine consensu debitorum.*

Quomodo intelligitur quòd non potest quis facere quod sibi non prodest & alij nocet.

GLO. V. IN VER.

Vendu.

* An feuda libere vendi & alienari possint.

IN ver. *venditum.* 1. ¶ Not. primo, quòd feuda * liberè patronis irrequisitis vendi possunt, idem de quocunque alienationis genere, & præcipue in hoc tanquam patrimonialia regulantur, nedum in vrbe, sed in toto regno vt diximus ẽ. *in rub. ad fi.* Olim autem apud Insubres variæ fuerunt consuetudines super alienatione feudi, nunc in totum permissa, nunc in parte tantum, aliàs in casu necessitatis tantum, donec illis abrogatis constitutionibus imperatorum Lotharij secundi, deinde Federici primi, in totum prohibita est quæuis alienatio & pignoratio feudi, ex quacunque etiam dotis, vel alia pia causa, imo etiam ex causa necessitatis, vt tradit Bal. Aluar. Præpo. in *cap. 1. per illum text. in verbo necessitate quali. olim. pot. feu. alien.* Vdalricus Zasius in *epito. feu. par.* 9. quod est intelligendum nisi feudum hypothecaretur pro necessitatibus ex causa feudi incumbentibus, & pro seruitiis domini per tex. opt. in *l. cum fidei. Ibi sed necessitas alienandi ex causa testatoris pendeat. D. de fideicommiss. libert.* vel ipsimet domino, quia consentiẽti nõ fit iniuria. Bald. in *cap. 1. § aut si libellario, quibus modis feu. amit. & in cap. 1. in princ. de prohib. feu. alie.* per Federic. in *vsibus feu. & in l. 2. C. communia de lega. & sequ.* Francisc. Curt in 4. *par. feu. nu. 95.* Ex præfatis constitutionibus, quæ sunt sub titulo *de probib. feu. alien. per Lotha. & sub tit. de probib. feudi. alienan. per Federi.* pœna privationis feudi ipso iure imminente alienanti, sine consensu patroni: & pœna infamiæ, & amissionis officij, & manus scribæ seu notario scienter instrumentum inde cõficiẽti. Quod respectu amissionis feudi modificatur.

vel Emphyteusis per alienationem & traditionẽ factam.

* Commissio non est locus ex simplici contractu sed ex traditione facta.

2. ¶ PRIMO vt intelligatur * subsecuta traditione. per tex. in *d. l. imperialem §. callidus. ibi. & in alios transferunt.* & ibi ita tenent And. de Iser. Bal. Marti. Laud. *de probib. feu. alien.* per Feder. Bal. Aluaro. in *ca. 1. aut si libellario. quib. mod. feu. amitt.* Aluaro *c. 1. §. fin. conclu. 44. quæ fuit prim. can. benefic. amit.* And. de Iser. Aluaro. in *c. 1. quid iuris sit si vassall. post alienan. facti. feu. recupe.* And. de Iser. in *l. 1. col. 2. in fi. de probib. feu. alien.* per Lotha. Bal. in *c. cumana. col. 2. de electio. in cõsi. 176. ad euidentiam lib 3.* Alex. *consi. 52. quoniam omne datum. col. 6. lib. 1.* Aret. *consi. 14. viso & diligenter. col. 2.* Guid. Pap. in *decis. Delphi. quæst. 161* Iacob. de S. Georg. *in tract. feu. in verb. & cum pacto de alienan. in princ.* Antho. Corset. in *sing. in verb. alienatio. 1.* Matth. de Afflict. in *dict. c. 1. de vassall. qui contrahend. constit.* Lotha. in *vsibus feud. & in consuetu. Neapol. in tit. de reuoca. alien. feu. ca. constitutionem col. 9. num. 26.* Anto. Rub. *repet. § morte in l. non solum num. 470. de oper. noui nunciat.* & dixi infra §. 56. *num. 1.*

3. Et idem in simili dicendum est de emphyteusi. vt tenet Specul. in *titul de loca. §. nunc aliqua. vers. 96.* Alber. Saly. in *l. fi. col. pen.* & ibi Ias. *col. 36. q. 19. C. de iur. emphyt.* Saly. in *l. fi. C. de reb. eccle. non alien. & omnes cano. in c. potuit de loca.* Luc. Roma. in *l. sequitur §. item Labeo ait. num. 4. D. de vsucap.* Alex. in *l. si à me, in l. statuliber. D. de lega. sale. & in cons. 137. viso themate. lib. 2. cons. 76. in causa. lib. 7.* Anthonius Negusa. in *tract. de pigno. in 3. memb. 2. part. in prin.*

* An amittatur feudum

4. ¶ Sed quid si non interueniat vera, * sed ficta tan-

dicunt dominum posse habere ratum ad finem priua- A
tionis. Quia ista essent contraria, & sic inadmissibilia. *l.* 1. *C. de furt.* & ridiculum esset agentem niti ex actu tanquam ex nullo & tanquam ex valido. *l. Titia.* D. *de condit. & demonst.* Tum non potest ficta traditio sub-sistere nisi ex contractu valido. fa. quæ post primam horum editionem scripsit And. Tiraquell. in *tract. de retract. proximita.* §. 1. *gl* 2. *num.* 8. Et sic vera est secunda opinio: quæ tamen debet intelligi, dummodo contrahentes remaneant in terminis verbi, secus si emptor vel acquisitor de facto inciperet possidere, & vti feudo vel emphyteusi, virtute clausulæ constituti, vel mediante patientia & permissione alienantis, tunc enim esset deueni-tum ad veram, & realem traditionem. *l. minus in-structus. C. de acquir. vel omitt. possess.* Et hanc opinio- B
nem sentit Bal. *in c.* 1. §. *aut si libellario ad fi. quib. modis feud. amitt.* Vbi dicit quòd siue per testamentum, siue per statutum, prohibeatur alienatio sub pœna: nunquam incurritur, nisi processum sit ad actum facti, & realem traditionem. Idem sentiunt Alex. in *cons.* 91. *viso in the-mate col.* 2. *lib.* 3. Ias. *cons.* 7. *col.* 10. *lib.* 3. Vbi volunt non esse locum commisso, quando alienatio non habuit ef-fectum, & emptores vel donatarij non sunt ea vsi. Et hunc punctum discutere & resoluere visum est operæ-pretium, quia est notabilis & nondum ab alio ita plenè & decisiuè examinatus, & ad multas etiam decisiones instituti nostri conducens. Et adhuc quod dictum est de priuatione subsequuta traditione reali, intelligen-dum est si alias alienatio esset valida. Secus si esset nulla, puta ex defectu solemnitatis. de quo vide quæ tangam C
§. §. 22. *quæst.* 4.

6. ¶ Quod autem diximus de priuatione feudi, mo-dificatur. Secundo, vt procedat in sciente,* scilicet rem esse feudalem, secus in ignorante, probabili ignorantia, tex. in §. *si vassallus feudum. si feud. defunct. conten. sit inter dominum & agnatum. in capitulo vnico. de controuer. inter domi. & emptorem, in vsibus feu.* Vbi Bal. & alij hoc extendunt ad emphyteutam tradentes pro regula quòd vbicunque vassallus, vel emphyteuta ex facto suo debet cadere à iure suo, intelligitur in scien-te, & non in ignorante qualitatem rei causantem cadu-citatem, ita quòd dominus potens commissum, debet probare scientiam. Idem Ioan. Bapt. de Caccialup. in *re-pet. cap.* 1. *de feud. cogni. regu.* 16. Philip. Deci. *cons.* 164 *col.* 3. *cons.* 228. Ias. *cons.* 64. *col.* 3. *lib.* 3. Et dicitur pro-babilis ignotantia in hærede. *l. qui in alterius*, vbi De- D
cius. *D. de regulis iuris.* & quod regula *d. l. qui in alte-rius*, habeat locum etiam in materia feudali, tradunt gloss. & docto. in d. capitulo vnico. *de controuer. inter dominum & emptorem.* Bal. in *cons.* 429. *Quidam no-bilis. libro* 1. Paul. *cons.* 311. *circa id. in fine lib.* 1. Steph. Bertrand. *cons.* 371 *Viso processu. col. final. lib.* 2. & de hærede emphyteutæ Alexan. *l. cum filius.* § *in hac. D. de verborum obligatio. cons.* 45. *in causa & lite lib.* 5. Philip. Cor. *cons.* 163. *Circa primum. lib.* 2. *quæ loca sunt insigniora.* Reliqua prope infinita omisi.

7. ¶ Tertio modificatur vt * procedat quatenus res alienatur: Vnde alienans pro parte non cadit nisi à parte alienata. tex. in *c. vnico de vassal. qui cõtra. consti. Lotha. in vsib feud.* quãuis Bald. in *c.* 1. *quæst. olim. feu. pote.* velit totum amitti: In cuius sententiam inclinant E
Hormannocdetus in *l.* 4 §. *Cato. nu.* 361. *nu.* 396. *de ver-bor. oblig.* Phil. Dec. in *c. de appellationib. nu.* 8. *extra de appellat.* sed malè, quia pœna delicto cõmensurari de-bet. *l. rescriptum. D. de his quib. vt indigni. & ho. tex. in l. ex facto. La grand. ad fi. ibi.* Satis enim punitus est in eo in quo facit contra legem. *D. de vulga. & pupilla.* Et ita contra Bal. (excepto Rapha. Cu. qui dubitat in *l. quidam in iure.* §. *donationem. D. de donatio. & cons.* 41.) fixe tenent omnes glo. & docto. vt glo. And. Iser. Al-uar. *in c.* 1. §. *aut si libellario. quibus mod. feud. amitta. glo. pe.* & Aluaro. Præpo. in *d. c.* 1. *in fi. quæ fuit pri. caus. brneficii. amit.* And. Iser. in *c.* 1. *in prin. col.* 2. *si de feud. de-funct. sunt, sit inter. dom,. & agna. gl.* Alua. Prapo. in *d. c. vnico gloss. & scrib. in c.* 1. §. *callidis in verb. amis-tant. de prohib. feud. alien. per feud. in vsib. feud. cano. in c.* 2. *de feud.* 10a. And. in *c. ex parte extra de feudi. & in addit.* Specul. *tit. de feud. in verb. prohibere.* Io. Fab. §. *si vero quis partem institit. de lega.* Lud. Rom. in *d. l. quidam.* §. *donationem de donatio. & in* §. *Cato. nu.* 34. *de verb. obliga.* Alex. *consil.* 99. *visis proces. sib. in fi. lib.* 5. Franc. Cur. Senior. *consil.* 70. *in fi.* Franc. in *tract. feud. in quarta parte princ. quæst.* 8. *nu.* 153. Albert. Bru. *inter cons. feud. cons.* 82. *colum.* 7. *ad fi. Soci. in l.* 4. §. *Cato. col. num.* 20. *vbi dicit se ita consuluisse eum Io. Maria. Riminaldo.* Et ibi Andr. Alciat. *nu.* 95. Franc. Ripa. *nu.* 45. *de verbor. oblig.* Philip. Deci. 7. *cons.* 667. *num.* 6. *vbi in annota. tetigi.* Vdalr. Zasi. *in epito. feud. par.* 10. *circa princ.* Adde Andr. Tiraquell. in *consuet. Picto.* §. 23. *gloss.* 1. *num.* 25.

¶ Quarto modificatur vt quamuis per leg. Lo-tharij & Friderici. 1. pigneratio vel hypotheca feudi ab-solutè prohibeatur: tamen pœna amissionis non est scri-pta, nec locum habet in hypotheca, sed tantum in ven-ditione aut reali alienatione. Ideo quamuis feudum sit non solum hypothecatum, sed etiam realiter hypo-thecæ traditum, tamen non amittunt nec ad dominum vadit. in quo Aluaro. passim *c.* 1. C. *aut si libellario nu.* 2. *& de inuestit. de re alien. facta. quamuis nu. tertio & in l. imperitum num.* 2. *de prohib. feud. alie.* Per Federic. *in vsib feu.* Et cæteri feudistæ, etiam Vdalri. Zasi. *in epi-tome feu. per* 9. *de feud. alien. col.* 1. extendunt pœnam ad pignorationem vel hypothecam. Et male, quia nulla lex dicit, nec est pœnæ ratio. non obstat l. vlt. §. de re-bus alienis non alien. qui non habet locum in pœnis nec in statutis, vt decidit Alexan. *cons.* 29. *num.* 5. *vbi in an-notat. dixi. lib.* 7. Philip. Deci. *cons.* 645. Et hoc nisi pi-gneratio fieret irreuocabiliter & in fraudem alienatio-nis cui æquipolleret. Alioquin nec simplicem vsumfru-ctum prohibetur constituere sine consensu domini Bal. *l.* 1. §. *Item si in feudo.* §. *quibus modis vsufr. amit.* quam-uis Carol. Rui. *consil.* 220. *lib.* 1. dicat quod filius consti-tuentis etiam si sit hæres potest contrauenire vt filius. Multæ sunt aliæ limitationes ad priuationem insurgen-tem ex alienatione de quibus remitto ad Fran. Cur. *in d. tract. feu. parte* 4. & alios feudistas. quia nec aliena volo transcribere, nec ea contexere quæ immediate ad institutum nostrum non pertinent. Stat ergo conclusio in hoc regno, quòd prædia feudalia, vel censualia libere dominis irrequisitis vendi & aliter disponi possunt saluis semper iuribus domini.

8. ¶ Et etiam in quemcunque res transfertur, ipso * facto, imò eo ipso quod suo nomine possidet, tenetur subire omne onus, quod sustinebat primus vassallus, vel censuarius, & potest ad hoc recta via, etiam nulla alia obligatione vel recognitione præcedente compelli per dominum pro tempore suo, vel ad dimittendum feu-dum, etiam si bona fide & sine vllo onere acquisiuit. Et sic non interest dominorum, eis irrequisitis alienari: imo potius eorum interest frequenter alienari, pro-pter iura & commoda inde procedentia. Vt etiam ex-pressim per hanc rationem tradit Phil. Corr. *con.* 199. *col.* 24. *lib.* 2. Vnde non est mirum si liceat absque alia requisitione alienare, sic in simili volunt doct. emphy-teutam fisci, vel reip. posse vendere, aut alienare, sine vlla requisitione domini, ideo quia possessor, eo ipso quòd possessor, potest ad omnia onera conueniri & co-gi. *l. imperatores. D. de publi. & C. sine cen. vel reliq.* per to. tradit Ias. in *l. fin. col.* 13. *C. de de iur. emphyt.* Sed eadem ratio militat apud nos in vassallis, & censua-riis priuatorum. fortius volunt Bar. Ange. Ioan. de Pla. in *l. muri elegi. C. de murileg. lib.* 11. feudum posse inuito & irrequisito domino venni & alienari, si emptor vult subire omne ius, quod sustinebat primus vassallus, & sequi. Socin. in *tract. fallen. regu.* 434. Anth. Corf. *in sing. in verbo. feudum* Hipoly. de Marsi. *in rub. de fide-iussor. num.* 214. Sed eorum sententia in terminis præ-fati iuris feudorum est falsa per prædicta.

* Ignorans non cadit in commissum.

* Cõmissum non fit nisi quatenus petatur.

* Possessor eo ipso alie-nans omnibus.

¶ Redeundo ad concluſionem noſtram, adde etiam ſi ſpecialiter in conceſſione cautum eſſet liberè cuilibet vendi poſſe: Nihilominus debentur omnia iura, etiam ius retractus, quia per illam clauſulam generalem, etiam cum verbo libere, non tollitur ius ſpecialiter à conſuetudine loci conceſſum, niſi appareat de animo illud remittendi. Idem ſi alias dominus conſentiret alienari, prout diximus. ℣. *eo. gloſſ.* 1. *num.* 5 6.

9. ¶ Noto ſecundo quòd feudo vendito locus eſt retractui feudali. ¶ Amplia * primo ſiue totum feudum, ſiue pars ſit vendita *vt* ℣. *eo. gloſſ.* 4. ¶ Amplia ſecundo etiam ſi venditio ſolo conſenſu facta ſit, & ad nullam traditionem ſit proceſſum. ¶ Amplia tertio etiam ſi venditor fidelitatem vel clientelam nullomodo dimiſerit, nec aliquid de pretio ſolutum fuerit, vt diximus ℣. *eo. glo.* 3. *nu.* 9. Sed hæ duæ ampliationes reſtringendæ ſunt.

* Nouem ampliationes id tenet.

¶ Amplia quarto nedum in venditione omnino pura, ſed etiam ſi ſit in diem reſpectu ſolutionis pretij, puta quia per eundem contractum, vel eius reformationem, & non ſeparato pacto, venditor dedit vnam dilationem, vel plures ſoluendi pretium, quia poterit patronus ſtatim retrahere, non expectatis dictis dilationibus. Nec obſtat quòd emptor ex lege contractus, habet ius fruendi feudo, & pretio, pendentibus dilationibus: & quod incurrit damnum agnoſcendo retractum, ante finem dilationum, quia imo nullum incurrit damnum, ſiquidem commodum contractus, & omne lucrum ab eo dependens, debitum * eſt retrahenti: & ſatis eſt emptorem reponi in eo ſtatu in quo erat ante contractum. Subamplia hanc ampliationem, etiam ſi dilatio ſoluendi pretij data ſit ſeorſum à contractu: & ex liberalitate venditoris, & ſpeciali effectu quem habet erga emptorem: quia non potuit concedi in præiudicium eius cui adquiſitum eſt ius retractus: & ſic adueniente retractu, liberalitas dilationis euaneſcit, & amplius non proderit emptori. Sed nec etiam proderit retrahenti cui venditor noluit beneficium conferre, ideo retrahens tenebitur incontinenti ſoluere venditori: ſecus in dilatione data in contractu, vel eius reformatione, quia illa proderit retrahenti: qui tametſi ſtatim retrahat, non tenebitur ſoluere niſi in termino, liberalitas autem remiſſionis pretij ſemper manet & prodeſt emptori *per no.* ℣. *eod. gloſſ.* 8. *q.* 4. ¶ Amplia quinto ſi venditio ſit in diem reſpectu traditionis rei, & pura reſpectu ſolutionis pretij, puta pro mille prompte ſolutis vel ſoluendis, venditum feudum tradendum poſt annum, vel poſt mortem venditoris. Poteſt enim patronus ſi velit ſtatim petere retractum, ſed non expedit ſibi, quia teneatur ſtatim, ſiue ante adiudicationem retractus ſoluere pretium, & tamen in effectu non adiudicaretur ei, niſi tale ius ad rem, quale competit emptori, videlicet actio ex empto à traditione poſt annum, vel aliam dilationem certam, vel incertam appoſitam ex parte venditoris, traditioni rei. Et interim patronus careret re & pretio. Non enim debet melioris conditionis eſſe, quàm futurus erat emptor, vt ſæpe dictum eſt ſupra, & latius infra *ea. gloſſ.* 9. 5. & 6.

* Omne commodum contractus ſpectat ad retrahentem.

¶ Amplia ſexto, ſi venditio vtrinque, ſiue in totum, ſit in diem, ſiue omnino certam, ſiue incertam quando: vt in feudo ex nunc vendito, ſed poſt annum, vel obitum tradendo, & ſimul tunc pretio ſoluendo: ſtatim enim poteſt retractus peti, & adiudicari, quod conſiſtit in effectu in ceſſione actionum emptoris ipſi patrono. An autem his caſibus teneatur patronus promptè ſoluere, vel conſignare pretium, vel de ſolutione ſatisdare, dicemus ℣. *eo. gloſſ.* 8. *quæſt.* 4. non tamen poteſt emptor vltra exemptionem ab obligatione pretij, forte nouatione facta conſenſu venditoris, apponere in agnitione retractus & ceſſione actionum, quam cogitur ante diem facere, hanc conditionem, dummodo aduenta die, patronus realiter ſoluat venditori, vel conſignet pretium infra quadraginta dies, de quibus in hoc §. quia illa clauſula reſolutiua retractus, non reſpicit niſi intereſſe emptoris qui ſoluit pretium, & vt non ſit diu in ſuſpenſo, quod ceſſat hoc caſu. Sed dicta conditio, & clauſula reſolutiua tacitè ineſſet, ſi non ageretur de adiudicando retractu, & cedendis actionibus: ſed ſolum declarando rem ſubiectam retractui, die vel conditione ſecuta. Amplia ſeptimo, nedum in venditione voluntaria, ſed etiam in neceſſaria, neceſſitate cauſatiua, ſiue conditionali. nulla enim præciſa, vel abſoluta neceſſitas poteſt cadere ad contrahendum: in quo primum eſſentiale eſt voluntas *l.* 1. *D. de pact.* quæ non patitur abſolutam coactionem. *l. cum proponas. C. de haered. inſtit.* Alioquin ſiue inſtantibus creditoribus ex iudicis decreto, ſiue ex diſpoſitione teſtatoris hæres cogatur vendere, locus eſt retractui. Fa. nor. ℣. §. 33. *q* 2. *& fin.* Amplia octauo etiam ſi venditio ſit ſub conditione reſoluenda: modo interim ſit pura, *vt* ℣. *eod. gloſſ. quæſt.* 4. Amplia nono, nedum in recta & propria venditione ſtrictè ſumpta, ſed etiam in omni contractu æquipollente venditioni, quantum ad effectum de quo agitur, puta ſi detur in ſolutum pro debito in pecunia, vel ad certam pecuniam æſtimato, aut alias taliter quòd patronus eandem penſationem facere poſſit nouo acquiſitori, quam ille accepit, vel aliter acceptaturus erat à veteri vaſſallo, vt infra *eod. glo.* quæſtione decima. Et nor. quòd omnes ampliationes ad hanc regulam, habent etiam locum in retractu proximitatis, ſed non omnes fallentiæ, quia retractus proximitatis vincit retractum feudalem, & non vincitur à feudali. Vnde vbicunque locus eſt retractui feudali, multò fortius etiam locus eſt retractui proximitatis ſi res ſit antiqua, & tamen quandoque locus eſt retractui proximitatis, vbi non poteſt eſſe locus retractui feudali.

10. Fallit primo præfatum notabile, ſi eſſet venditio facta ſub conditione ſuſpenſiua, quæ adhuc pendet: Tunc enim non eſt verum dicere, feudum eſſe venditum, ſed nondum venditum, & incertum an veniat. Ideo quamuis ſpes conditionalis emptionis cedi & tranſmitti poſſit §. *ex conditionali. inſtit. de verbo. obliga.* non tamen poteſt patronus vllomodo cogere emptorem ad cedendum ſibi actionem ſuam conditionalem; quia nodum patrono competit aliqua actio, adde ℣. *eo. glo. quæſt.* 4.

Fallit ſecundo, ſi venditio facta ſit ſub pacto de retrouendendo retenta fide: quod qualiter intelligatur & quando fieri poſſit dicemus ℣ §. 51. *q* 4. 5.

Fallit tertio ſi venditio fiat cognato à latere vnde feudum deuolutum eſt, vt diximus *ſupra eo. gloſſ.* 1. *num.* 7.

Fallit quarto, etiam ſi venditio fiat extraneo: ſed antequam patronus veniat, emptor vendidit alteri cognato venditoris, à dicto latere: tunc enim ceſſat vterque retractus, ſed dominus bis capiet quintum denarium, vtpote pro duplici vera venditione, dummodo ſecunda venditio fiat merè voluntariè ſiue non, per modum, vel intuitu iuris retractus competentis ſecundo emptori, alioquin non eſſet ſecunda venditio, ſed tranſlatio primæ. & non deberetur niſi vnum quintum. Idem ſi facta ſit per modum veræ & liberæ venditionis, ſed per minorem 25. annis, quia quum venditio non ſubſiſtat tanquam libera *l.* 1. *& per to. C. de prad. min. ſine decre. non alien.* ſed tantum inquantum tenebatur eidem emptori iure retractus dimittere, idem eſt ac ſi per modum executionis retractus rem geſſiſſent. Et hanc etiam ampliationem intellige dummodo dictus extraneus emptor, vendat cognato ℣. annum, vel tempus intra quod poterat cognatus venire ad retractum, tunc enim recte verificatur illud

axioma quòd vltimus emptor qui habebat actionem ad retrahendum, multo fortius habet exceptionem, ne à se retrahatur, secus si primus emptor inuestitus fuisset à patrono, lapso deinde anno venderet alicui cognato sui venditoris: tunc enim ex quo vltimus emptor nullum amplius habebat ius retractus, nec erat res subiecta retractui proximitatis, nihil impedit quin ex hac vltima venditione, locus sit retractui feudali cum effectu etiam contra cognatum primi vel secundi venditoris.

Fallit quinto, si vendatur consensu patroni, de quo dicas vt §. *eo. gl.* 1. *nu.* 11. *ne repetam.*

Fallit sexto, si venditio sit nulla, quod tamen non potest allegari per emptorem. Ideo dicendum *vt* §. *eo. glo.* 9. 11. *nu.* 50.

Fallit septimo, si re integra mutuo consensu discedant contrahentes à venditione: & quia copiosior insurgit materia pleniore examine indigens quàm vt sub ampliationum & fallentiarum compendio coartati deinceps possit, procedam per quæstiones.

11. ¶ Primo quæro, feudum fuit venditum pro certo pretio, & contractus conclusus & firmatus: sed antequam res traderetur, pœnituit* contrahentes, & mutuo consensu discesserunt: vtrum habeat locum hic §. Videtur quòd sic, per id quod tradunt Guil. Cug. Alberic. Bald. Angel. & omnes scrib. in *l. ab emptione. D. de pact.* Bald. in *l. si constante. C. de dona. ante nupt.* non posse etiam re vtrinque integra discedi à contractu, in præiudicium tertij, cui gabella, aut aliud ius est acquisitum. Idem volunt Angel. Ioan. Imol. Alexand. in *l. acta. D. de re iudic.* Alexand. in *l. in insulam in fin. D. solut. matrimon.* Constat autem ius retractus natum & acquisitum statim vel nudo consensu venditione perfecta per not. *supra eod. gloss.* 3. *nu.* 10. In contrarium videtur, quia cessante omni traditione, feudum non est apertum patrono, nec mutauit manum, sed adhuc prior vassallus remanet in fide domini vt prius. Et hæc consuetudo *infra* §. 41. permittit vassallo disponere de feudo vsque ad dimissionem fidei, absque consensu domini, & absque eo quod illi aliquod ius vel commodum acquiratur. Sed hic nondum fides est dimissa, quum venditor adhuc remaneat dominus vtilis & vassallus. Sed hæc illatio non est bona, quia in venditione statim quòd venditio est pure contracta, omnia iura feudalia cedunt & acquiruntur patrono, vt dictum est *supra eo. gloss.* 3.

* An contrahentes pœnitere possint in præiudicium iuris retractus.

12. Vera igitur est ratio, quia iura permittunt contrahentibus re non secuta liberè discedere à contractu, mutuo consensu: & ille dissensus, non est nouus contractus contrarius primo: sed merus distractus, per quem contractus præcedens omnino habetur pro infecto. secus re secuta & non integra. §. *fi. inst. quib. mod. tolli. obli. l.* 1. *& per totum. C. quan. liceat ab empto. disced. l.* 2. *ibi infecta fieri emptio. D. de rescind. vend.* Hæc autem consuetudo non censetur derogare facultati pœnitendi, & distrahendi, concessa à iure communi re integra; facit *reg. c. indultum de reg. iur. in 6.* Et sic quandiu res est integra non est acquisitum ius domino directo ex contractu: nisi resolubile, & commutabile, sicut interim contractus est resolubilis & pro infecto haberi potest à contrahentibus. Et ita quòd in præiudiciũ domini directi liceat re integra pœnitere, tenet Ioan. Fabr. *instit. de empt. & vend.* §. 1. *col.* 1. *C. quand. liceat ab emp. disced.* & sentit Iacob. de sancto Georg. in *tract. de operis. col.* 10. *versic. addo aliam quæst.* dum quæst. suam format in eo qui nedum vendidit, sed etiam tradidit. & fac. quod not. Antho. de Buth. in *cons.* 43. *& cons.* 37. Et sic concludo quòd statim vel solo consensu contractu facto acquisitum est domino ius retractus, vel quinti pretij, sed reuocabiliter: quia si re integra contrahentes mutuo consensu discedant, nihil debetur domino, nec ex distractu, quia ex proprio & vero distractu nihil debetur, vt dicam §. 33. nec ex contractu, quia habetur pro infecto iure communi permittente, cui in hoc non derogat hæc consuetudo.

13. Ampliatur primo nedum si distractus fiat incontinenti, hoc est antequam diuertatur ad alios extraneos actus vt *in l. continuus in princip. D. de verb. oblig. l. duos reos* §. *fin. de duobus re. l. plerique. D. de vit. nup.* quo casu nullum esset dubium: sed etiam si fiat ex interuallo, dummodo res adhuc integra sit per iura prælegata: & sentiunt præfati doctor. & est æquior opinio, quam sequendam puto, quamuis alij controuertant in *l. ab emptione. C. de pact.*

14. ¶ Secvndo quæro in materia præcedentis quæstionis quando* res dicatur integra? Respondeo, ante traditionem veram, & antequam patronus iure suo vti inceperit. Et vt plenius habeas not. quod triplici respectu res dicitur esse integra. Primo, respectu venditoris. Secundo, respectu emptoris. Tertio, respectu patroni, vel domini directi.

* Res dicitur *integra* vel non triplici respectu.

¶ Quantum ad primum non debet esse processum ad traditionem realem feudi venditi, vel aliud æquipollens,* puta precarium, constitutum, doctor. in *l. quod meo. l. quamuis. D. de acquirend. vel amit. possess.* vel retentionem vsufructus. *l. quisquis. C. de dona. & infra* §. 161. vel traditionem clauium in præsentia rei. *l. clauibus. D. de contrahen. empt. Bar. l.* 1. *in princip. D. de acquirend. vel amitten. possess.* vel per ingressum emptoris de licentia venditoris. *l.* 2. *C. de acquirem. & retin. possess.* vel per traditionem* instrumentorum acquisitionis feudi, in quibus continetur ius competens venditori in illo feudo. *l. prima. C. de donatio.* quæ ita intelligi debet: non autem per traditionem instrumentorum ipsius venditionis. vt tenet Guil. Cug. & Bar. in *l. licet. C. de acquir. & retinend. possess.* Imol. Alexan. in *l. possideri in prin. col.* 3. *D. de acquir. poss.* vel per alium modum fictæ traditionis, de quo vide per gloss. & doc. *in diff. l. possideri. in princ. & in l. traditionibus. C. de pact.* Modo quantum ad præsentem q. non est dubium quòd per veram & realem traditionem res desinit esse integra: ita quòd nullomodo licet contrahentibus pœnitere in præiudicium domini: & quantumcunque pœnituerint, potest dominus petere retractum, vel quintum pretij, vel si alia fuerit alienatio quàm venditio, vel venditioni æquipollens, petere releuium.

* Traditioni reali æquipollet precarium, constitutum, retentio vsufructus, traditio clauium in præsentia rei, ingressus emptoris de licentia venditoris, traditio instrumentorum.

* Qualiter intelligitur per traditionem instrumentorum dominium transferri.

15. Circa hoc aduerte quòd intelligo de pœnitentia* secuta ex interuallo: si enim facto contractu, statim discedant, antequam ad alios actus diuertant, tunc indistinctè nulla iura debentur domino, nec feudum censetur fuisse apertum etiam si in ipso contractu intercesserit nedum ficta, sed etiam vera traditio, quod fieri potest si contrahatur in re præsenti. Ex quo enim dissensus superuenit incontinenti, inest, & censetur non fuisse consensum in aliquo. *l. iurisgentium.* §. *quinimo. D. de pact. not. in l. contractus. C. de fide instrum.* Si autem ficta tantum traditio interuenerit, deinde dissensus superuenerit ex interuallo, videtur non præiudicari domino directo: quia æquè per traditionem fictam transfertur verum dominium, & consequenter aperitur feudum, mutatur vassallus, atque per realem. Et hoc disputando sustineri potest per ea quæ in simili notant Guillelm. Cug. Alberi. Bald. Angel. & omnes scrib. in *l. ab emptione. D. de pact.* Bald. in *l. si constante. C. de donat. ante nupt.* Paul. Alexand. in *dict. l. iurisgentium.* §. *adeo.* Angel. Ioan. de Imol. Alexand. in *l. acta. D. de re iudic.* Alexand. *in l. insulam in fin.* D. *soluto matrimon.* Firmia. in *tractatu gabell. in tertia parte octauæ partis princip. quæst.* 14. quòd non fit præiudicium gabellario domino directo vel alii cui aliquod ius debetur ratione contractus. In contrarium quia secundum Alberic. Fulgo. Paul. Iaso in d. *l. ab exemptione*, si venditio est facta sub clausula precarij vel constituti, solo simplici dissensu resoluitur, & dominium retransfertur, absque eo quòd requiratur contrarium precarium

* Pœnitere quãdo liceat, vide tractã *Guidonis Papæ de pœnitentia.*

vel conſtitutum, & eſt verior opinio. Tum conſuetudo noſtra debet intelligi de actu reali & efficaci: non autem de actu verbali, & non ſortiente effectum. Quare concludo quòd dummodo patronus non præuenerit, poſſunt contrahentes libere diſcedere, non obſtante quacunque ficta traditione, dummodo emptor non cœperit poſſidere vel frui, nec aliter proceſſum ſit ad actus facti ſed ſtatum in finibus verbi.

16. Ex quibus patet quid dicendum de vulgari formula notariorum, puta *Titius vendidit, ceſſit, tranſtulit, vendit, cedit & tranſfert*, tale prædium feudale vel cenſuale, Caio, & ſe deſſaiſinat in manus notariorum ad commodum Caij, ſaiſiens eum, & conſentiens eum ex nunc gaudere, & vti, & in fidem domini recipi, vel inueſtiri, transferendo omne ius, dominium, & poſſeſſionem & cætera: quoniam iſta non eſt neque vera, neque ficta traditio, nec operatur dominij, nec poſſeſſionis tranſlationem: ſed ſolum licentiam ingrediendi, & accipiendi poſſeſſionem propria authoritate, vt tradit Barto. in *l. prædia in princ. D. de acquir. poſſeſſ.* ideo interim res non deſinit eſſe omnino integra, & etiam ex interuallo diſcedi poteſt, vt diximus.

17. Iterum quæro quid ſi venditio eſt facta eccleſiæ, vel ciuitati, quo caſu ſtatim ſine alia traditione vera vel ficta tranſit dominium. *l. vt inter diuinum, C. de ſacro. ſanctis eccleſiis.* An ex eo non ſit res integra, ita quòd mutuo conſenſu abiri non poſſit in præiudicium domini, vel gabellarij aut ſimilis? quod videtur, quia dominium vere tranſlatum eſt, & quantum ad materiam noſtram facta eſt vera mutatio vaſſalli & apertura feudi: contrarium puto quòd re in cæteris integra pœniteri poterit: & patronus nullum ius prætendere poterit, quia quod ſtatutum eſt in d. *l. vt inter diuinum*, ſpeciale priuilegium eſt, fauore eccleſiarum & ciuitatum introductum: vnde eis tantum, & non alijs, contra eas prodeſſe debet. *l. quod fauore. C. de legibus. l. nulla equitatis ratio. D. de legib.* & ita ſentit. Iaſ. *in dicta. l. eb emptione col. fi.* An autem debeantur duplicia iura domino, videlicet propter duplicem mutationem & aperturam, quando ex interuallo & poſt traditionem diſceditur à contractu, ne hic ſim prolixior, remitto ad dicenda ſ. §. 22. *quæſt.* 3.

17. Quantum ad ſecundum, videlicet reſpectu* emptoris, clarum eſt quòd deſinit res eſſe integra tantum per ſolutionem pretij vel partis pretij. *l.* 2. *C. qua lice. ab emp. diſce.* non igitur deſinit omnino eſſe integra per dationem arrharum: niſi dentur vt etiam in pretio computentur, vt ibi per glo. & docto. non etiam per dationem fideiuſſorum, vel pignorum, deſinit res eſſe integra, ſiue ab emptore, ſiue a venditore dentur. Nec etiam per confeſſionem receptionis totius pretij, & renuntiationes vulgares, ſi in veritate nihil ſit ſolutum, dummodo hoc probetur, quia dicta confeſſio plenè probat, tam contra venditorem, quam contra emptorem, ad commodum domini directi vel cuiuſcunque tertij per ea quæ ferè in ſimili ſcripſi *infra.* § 176. de confeſſione creditoris de recepto, qua nititur fideiuſſor agens mandati contra debitorem. Sed vtrum in hac materia requiratur rem in hoc reſpectu eſſe integram, pone venditum eſt feudum pro mille, & venditor ſtatim recepit centum, deinde quia forte nimis importunè inſtabat pro perfectione ſolutionis, vel quia ſcrupuloſius appendebat pondus ſingulorum nummorum, mutuò faſtidientes diſceſſerunt à venditione, & voluerunt eam pro infecta haberi, & venditor reſtituit partem pretij quam receperat. Quod vt reſciuit patronus in ius vocat vaſſallum, vel manum iniicit feudo, petit feudum ſibi adiudicari per retractum pretium offerens, vel petit quintum denarium pretij. Vaſſallus reſpondet ſe non nouum, ſed antiquum eſſe vaſſallum, iamdudum in fidem admiſſum, & exinde nullomodo fidem dimiſſam: nec feudum apertum, nec mutaſſe manum, & ſi nuper proceſſerit ad venditionem, illam fuiſſe verbalem, & non realem, nullúmque ſortitam eſſe effectum, ſed infra triduum mutuo conſenſu diſtractum patronus replicat, non fuiſſe re omnino integra diſceſſum: quia ex parte emptoris, res erat partim ſecuta. Nunquid in his terminis durum eſt locum eſſe retractui vel quinto pretij. & certum durum eſt, attento quòd in hac materia, principaliter attendi debet mutatio vel alienatio feudi. Vnde quamuis pretium fuerit ſolutum, tamen dummodo ex parte venditoris nihil fuerit ſecutum, puto pœniteri poſſe interueniente actu retroſimili reſtitutionis pretij, antequam patronus cœperit iure ſuo vti. Quamuis re ſemel ſecuta ex parte venditoris, hoc eſt, feudo tranſlato, non admittam pœnitentiam in præiudicium patroni, etiam per actum retroſimilem, & re in cæteris integra.

19. Quantum ad tertium, videlicet reſpectu patroni, res deſinit eſſe integra, quandocunque patronus incipit vti iure ſuo, ſiue per viam præhenſionis, vt quando venditione facta manum iniecit feudo, ſiue per viam exceptionis, vt quando emptori iuſta offerenti, reſpondet ſe velle vti retractu, ſiue per viam actionis, vt cùm primum certior factus vel ſuſpicatus eſſe, venditionem agit contra emptorem: ſiue ad declarandum an emerit vel acquiſierit tale feudum, & literas oſtendendum propter dubium, vt diximus ſ. *gloſſ.* 3. *num.* 3. ſiue preciſe ad dimittendum iure retractus, vel ſoluendum quintum pretij. Aliquo enim horum ſecuto quantumuis res ſit integra, non poteſt abiri nec diſcedi a contractu, quin patronus integre obtineat ius ſuum, ac ſi executio eſſet facta. Ratio, quia acceptatio patroni qui acceptat contractum, & ius ſibi inde quæſitum, fortificat acquiſitionem illius iuris, & ſi poſtea contrahentes velint diſtrahere, deteguntur eſſe in dolo & mala fide reſpectu patroni. Vnde illis non prodeſt. *l. 11. ex dolo. D. de dol.*

20. Sed quid ſi patronus requiſiuit & interpellauit* emptorem extra iudicium, vt dimitteret ſibi feudum per retractum vel actiones ſuas cederet, offerendo ſoluere pretium vel requiſiuit ſiue venditorem ſiue emptorem de ſoluendo quinto pretij, Vtrum ſit ſufficiens præuentio ad hoc vt amplius non poſſint pœnitere? Videtur quòd non, ſed quod deberet fieri in iudicio, vt eſt vſitatum. *l. cum poſtulaſſem. in princip. D. de dam. infect.* Contrarium puto, quia dominus habet intentionem fundatam non in nudo iudicis officio, ſed in mero iure actionis, ideo ſufficit interpellatio extraiudicialis ad conſtituendum in mora & præueniendum. Ex quibus infertur quòd ſtatim poſtquam emptor, vel eius procurator notificauit patrono venditionem, amplius nequit pœnitere, etiam ſi patronus nihil reſponderit, quia cenſetur acceptaſſe quum ſit ſibi vtile, & tacuiſſe cauſa deliberandi & eligendi vel retractum vel quintum pretij vſque ad quadraginta dies: ſecus ſi alias dominus ſciret, vel eſſet ei denuntiatum ſine mandato emptoris. Etiam ſi dominus acceptaret vel etiam alterum iurium eligeret, non notificando emptori: quia ante huiuſmodi notificationem, puto rem eſſe integram ad pœnitendum. Et præfata conſideratio etiam in cæteris contractibus & modis alienandi feudum, locum habet data paritate terminorum, & vbi de retractu feudali vel iure quinti denarij aut relcuij agitur.

21. Secus in retractu* conſanguinitatis, in quo non deſinit res eſſe integra, nec excluditur facultas diſtrahendi, niſi ſecundum tertium & vltimum modum, videlicet quando conſanguineus venditoris præuenit, quo facto non poſſunt emptor nec venditor pœnitere, nec habere venditionem pro infecta, in præiudicium retrahentis, etiam ſi alioquin res eſſet omnino integra. Ante vero quàm præuenerit conſanguineus nedum poſſunt libere pœnitere re non ſecuta: per viam ſimplicis diſſenſus, & meri diſtractus, ſed re

* Non dicitur quòd res fuerit ſecuta ex parte emptoris.

* Patroni ſimplex interpellatio ſufficit.

* Quid in retractu conſanguinitatis.

etiam vtrinque secuta, & ex interuallo per viam noui contractus, siue voluntariæ reuenditionis. Vnde si emptor sponte reuendat venditori antequam veniat consanguineus, amplius non admittetur ad retractum: ratio, quia ex quo res reposita est in agnatione sua, cessat tota & finalis causa legis inducentis retractum, & consequenter ipsa lex. *l. adigere. §. Quamuis D. de iure patro.* Et ita determinauit Guido de Suza, & post eum Alberi. in 1. *parte statu. q.* 87. Aduerte tamen quod quamuis consanguineus non sit amplius admissibilis ex capite suo, tamen poterit admitti ex persona patroni, vel proprius loquendo ex persona sua, occasione superuenientis patroni, & retractus feudalis. Si enim facta fuerit traditio feudi, quantumcunque per actum retrosimilem distractum sit, poterit patronus retrahere, & auocare, nedum de manib. emptoris, sed etiam de manibus venditoris, quo facto & retractu adiudicato, nisi forte patronus reponat rem in manibus venditoris, vel alterius eius consanguinei, antequam consanguineus veniat, poterit consanguineus eumcere patronum, iure retractus proximitatis: secus si emptor infra annum & ante aduentum patroni & consanguinei, vendat alteri consanguineo, primi venditoris: quia tunc cessat vterque retractus: sed patrono debebuntur duplicia iura quinti denarij: nempe ex duplici venditione. An autem consanguineus dicatur præuenisse, per interpellationem, & oblationem extraiudicialem: videretur quòd sic, quum sit fundatus in iure actionis, & fauorabilior sit quam patronus: contra dicendum est requiri interpellationem iudiciariam, saltem sitationem libellatam, vel causatam ad finem retractus proximitatis, vt plenè probatum est j. §. 172.

22. ¶ Tertio quæro, feudum fuit venditum sub pacto de retrouendendo, vsque ad certum tempus, an sit locus retractui? Videretur quod non, saltem tantisper dum spes est redimendi. Veritas est in terminis nostræ consuetudinis, patronum statim retrahere posse sub eodem tamen onere redimenti quia facultas redimendi non facit quominus sit pure venditum. quamtuis autem patronus * in actu retrahendi non sit propriè emptor, sed magis recuperator, quia auocat ab inuito, nec capit ius nec causa ab eo à quo auocat, sed potius à seipso, siue à iure suo & potestate feudali qua vtitur, vnde non censetur in hoc velut quiuis priuatus aut extraneus emptor. Tamen post retractum quoad modos, conditiones & onera contenta in contractu, & ipsum concernentia, censetur emptor, & subrogatur in locum emptoris & in omnibus & per omnia idem habetur, ac si patronus emisset feudum à suo vassallo, sub eisdem pactis, modis & conditionibus, quibus ab extraneo fuerat emptum. Circunscriptis tamen his oneribus contractualibus, magis habet & possidet feudum retractum iure consolidationis, & iure & titulo primitiuo feudi sui dominantis, quàm iure & titulo emptionis, vt patet j. *ea. gloss. num.* 17. Et conclusionem nostram intellige dummodo vassallus vendiderit non retenta fide, & sic vasallus esse desierit: secus si interim retinuisset onus fidelitatis, & clientelari nexui remansisset obnoxius. Tunc enim feudum non censeretur apertum, & nulla iura deberentur patrono. quod qualiter intelligendum sit dicemus j. §. 41. Ex prædictis patet quòd si venditor feudi fuit deceptus vltra dimidiam iusti pretij, vel aliam actionem, vel ius ad rem, vel in re vendita habeat contra emptorem, eandem & idem ius habet contra patronum cui retraxit, prout etiam haberet contra eum qui iure proximitatis retraxisset, & quantum ad hoc idem iuris est in vtroque retractu.

* Patronus in retractu magis est recuperator quam emptor.

23. Quarto quæro, quid si feudum sit venditum sub * conditione quæ pendet? Respondeo, Aut res non est tradita nec vere nec ficte, & patronus nihil pretendere potest, quia feudum neque venit, neque mutauit manum. Aut est tradita, sed simpliciter, ita quod censetur traditio facta sub eadem conditione, prout est regulariter in dubio, iuxta Bart. in *l. si sub conditione in fin. D. de sol.* & idem quum interim nec dominium nec possessio transeat, *l. qui absen. §. 1. D. de acqui. vel amit. poss.* Aut constat quòd conditio non inest traditioni, nec fuit in ea vel tacite repetita, sed solum inest titulo & causæ transferendi, & sic dominium fuit translatum, & tunc aut est retenta fidelitas à tradente antiquo vassallo, & idem est dicendum: quia non est defectus hominis, nec mutatio fidelitatis, in qua tanquam in forma substantiali consistit feudum, & feudalitas. Vnde non censetur feudum, in quantum feudum, translatum in aliam manum, cessante tamen fraude. Aut non est retenta fidelitas & sic feudum est apertum, & tunc non immerito de pluribus dubitatur primo an patronus possit statim retrahere, sub onere eiusdem conditionis, videlicet restituendi si conditio deficiat. Vel secundo an possit quintum pretij sub eadem conditione exigere. Vel tertio an possit statim releuium vnum capere ad suam electionem secundum formam §. 35. & §. 47. *infra eodem.* tanquam de mutatione facta aliter quàm per successionem liberorum, vel venditionem, & nihilominus capere quintum pretij tempore extantis conditionis. Et quarto an teneatur in fidem admittere nouum possessorem, offerentem releuium vel quintum pretij? Breuiter respondetur negatiue ad singula. non primum, quia nondum extat conditio, nondum extat venditio, & sic deficiunt termini huius consuetudinis. Et quamuis videatur quòd parum intersit noui acquisitoris, tamen satis est quòd dominus nondum est admissibilis, & quòd non est orta actio retractus. Non secundum eadem ratione. Ad tertium magna est apparentia, quia consuetudo per vniuersalem affirmatiuam dat releuium domino in omni mutatione, quacunque de causa vel modo extra successionem liberorum, & venditionem, sed hic est mutatum, & non per venditionem, nec liberorum successionem, igitur ad hoc dico quòd quandiu pendet conditio, incertum est an hæc mutatio dicenda sit facta sine causa, an facta ex causa scilicet venditionis, quia si extat conditio trahetur retro text. in *d. l. si sub conditione. D. de solut.* Et traditio præcedens rata manebit, tanquam retro facta ex eadem causa, & sic incipiet deberi quintum pretij, & locus aperiri retractui: si vero deficiat, apparebit retro venditionem & mutationem factam sine causa, & tanquam talem resoluendam per conditionem sine causa, & sic defecta erit spes quinti. Sed an erit locus releujo saltem vnico, liquebit per ea quæ dicemus j. *eo.* §. 33. Ex quibus dicendum videretur ad quartum, quòd cùm non possit nouus possessor dicere certum titulum acquisitionis, nec certa iura offerre, & non possit eum dominus inuestire sine sui captione, quòd ad hoc non teneatur: sed quòd possit præhensum feudum ex defectu hominis & fidei possidere, & fructus suos facere, donec extet, vel deficiat conditio, vt si extet eligat vel quintum pretij vel retractum, si vero deficiat de nouo inuestiat antiquum vassallum reuertentem ad feudum suum, & imputent sibi aliter contrahentes, maximè quia huiusmodi contractus, domini captiosi, non vacant magna suspicione fraudis.

* De venditione conditionali.

24. Sed vt hinc durities, illinc fraus euitetur, sic puto distinguendum, Aut emptor statim numerauit pretium, aut non. Primo casu discessum est à conditione, quantum ad vim suspensiuam, * quæ censetur mutata in resolutiuam, & si remanet venditio pura, sed in defectum conditionis resoluenda, & sic patronus statim potest vti retractu, sub eodem onere, vel si nolit retrahere, tenetur statim inuestire emptorem, accepto quinto denario, quem non restituet, etiam extante conditione resolutiua. Secundo casu in dubio non est discessum à conditione suspensiua venditionis, sed interim

* Quandoque diuisio suspensiua transit in resolutiuam.

pro tempore medio, cenſetur donatio feudi, quum nullo iure cogente, & liberaliter huiuſmodi tranſlatio fiat. *l. donari. D. de reg. iur.* Et ſic patronus tenetur interim admittere nouum poſſeſſorem in fidem accepto vno releuio quod elegerit, quod non reſtituet, etiam deficiente conditione, & ſic reſoluta donatione & defecta ſpe venditionis. Sed an nouum releuium exigat ab antiquo poſſeſſore repetente feudum, dicam infra §. 22. Sed conditione extante & purificata venditione quid fiet? Hic latior aperitur campus, ſed diſputatione breuitatis cauſa omiſſa, dico quòd tunc patronus poterit vti retractu feudi ſi velit, vel petere quintum pretij, in quo non tenebitur imputare nec deducere prædictum releuium, nec illud vllomodo reſtituet, quia vt vere debitum percepit ex iuſta cauſa, quæ reſpectu domini non reducitur retro ad non cauſam.

25. Debet autem patronus hoc caſu petere retractum, vel quintum denarium via actionis, non enim poteſt prehendere feudum, cum ex ſola ſuperuenientia vel mutatione noui tituli non mutet manum, nec aperiatur, vtpote iamdudum poſſeſſore recepto & ſemper manente in fide patroni, vt alibi diximus. Et hoc dummodo etiam iſte emptor fuerit in fidem receptus ſimpliciter, hoc eſt ſine clauſula reſolutiua. Secus ſi tantum fuit receptus in fidem, donec extaret vel deficeret dicta conditio, vel aliàs ſub eadem conditione reſolutiua, quod poterat facere patronus quum iuſtam cauſam haberet, per not. *ſupra §. 1. gloſſ. fi. num. 9.* tunc enim ne dum deficiente, ſed etiam extante conditione, reſoluitur fidelitas & inueſtitura emptoris, & eſt feudum apertum, & poteſt patronus prehenſione vti, & de nouo tenetur emptor fidem & iura offerre & præſtare ex cauſa venditionis. Quid ſi forte feudum vendatur ſub hac additione, ſi alius infra annum meliorem conditionem attulerit, ſit res inempta? Reſpondeo, venditio ſtatim eſt pura, tametſi ſub conditione reſoluenda. text. & gloſſ. in *l. 2. D. de in diem addic.* Vnde ſtatim poteſt dominus retrahere ſub onere addictionis, & erit effectus, quòd ſi intra annum ſuperueniat alius meliorem conditionem offerens, niſi patronus eum vincat, tenebitur recepto pretio ſuo, reſtituere cum fructibus ipſi venditori antiquo vaſſallo, qui ſi voluerit poterit feudum retinere, & non vendere, quo caſu nihil debetur patrono, vt dicemus in *d. §. 33.* poterit etiam dictus venditor ſi velit addicere illi plus offerenti, quo facto ex hac vltima additione tanquam ſola & efficaci venditione, habebit patronus ius quinti pretij, vel ius retractus, verum maluerit, infra quadraginta dies notificatæ addictionis. Ex his ingenioſus lector facile colliget quid in infinitis ſimilibus ſit dicendum.

*An patronus retrahentem frequanturonera & hypotheca.

26. Quinto quæro, vaſſallus impoſuit ſeruitutes, penſitationes,* hypothecas, & alia onera ſuper feudo, tandem illud vendidit, patronus iure dominico retinuit, an teneatur illa onera ſubire? Videtur quòd non, quia quando feudum redit ad dominum iure & poteſtate feudali, non tenetur ad iſthæc onera. tex. in §. 88. §. 59. *infra eo.* Sed hoc caſu conſtat eſſe reuerſum, & conſolidatum iure & poteſtate feudali, quæ eſt antiquior illis oneribus. Et ab initio feudum emanauit, cum onere huius reuerſionis, igitur reſoluto iure vaſſalli, ex cauſa antiquiori & potiori, reſoluuntur iura habentium cauſam ab eo. *l. lex veſtigali. D. de pign.* Hinc tenet Pet. Iacob. in *tit. de aſſio. in rem pro re emphyt. col. 10. ver. item predicta vera ſunt.* Quòd ſi* feudum redeat ad patronum tanquam ad dominum ex cauſa antiqua feudali, puta iure prælationis retinendo pro eodem pretio quando venditur, & tunc non tenetur ad illa onera, ſeruitutes, vel hypothecas, ſed extinguntur. Secus ſi feudum peruenit ad patronum: non tanquam ad dominum vi & poteſtate feudali, ſed ex alia cauſa, tanquam ad quemlibet priuatum, puta ex voluntaria emptione ab ipſomet vaſſallo, vel receptione in ſolutum, ſeu donatione, vel legato: quia tunc remanent ſeruitutes, & hypothecæ in vigore ſuo, & harum ratione dominus recte conueniretur hypothecariis, aut alijs actionibus, & authorem ſuum pro euictione laudabit ſicut quiuis extraneus poſſeſſor, & hanc diſtinctionem refert & ſequitur Guid. Pap. *in Deci. Delph. q. 575.* vbi atteſtatur ita vidiſſe adiudicari. Idem late decidit Iacobus de ſancto Georgio. *in tract. feud. verb. qui quidem inueſt. præſt. iura ſide col. 16. verſi. Item quæro de pulchra quæſt.* vbi allegat Io. Bland. de Marſil. *in ſum. feud. titul. quib. mod. feud. amit. ver. Sed nunquid ſeruitutem.* & Ioan. Reynald. in *l. imperialem. §. preterea ſi quis. de probib. feud. aliena. per Feder.* idem tenuiſſe. Idem ſentit Franciſc. Cur. in *tract. feud. par. 4. q. 14.* Faciunt optime quæ ſcripſi 3. §. 1. *gloſſ. 1. quæſt. 5. nu. 26. & 27.* hinc tenet Steph. Bertrand. in *conſi. 3. inſpecto in ſi. lib. 3.* quod quando res reuertitur ad dominum iure prælationis vel commiſſi, habet locum regula, reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, *l. lex veſtigali. D. de pignor.* Et hæc reſolutio prima facie videtur multum probabilis.

27. Nec obſtat quòd patronus eſt loco emptoris: velut conſanguineus retrahens ſubrogatur emptoris loco, vnde debent eſſe eiuſdem conditionis cuius eſſet emptor, vel conſanguineus, qui etiam re ſimpliciter, vel ſine onere vendita & retracta, teneretur ad omnia ſaluo euictionis regreſſu: quia reſpondetur quòd patronus* eſt loco emptoris quantum ad ea quæ expreſſe cauta ſunt & contenta in venditione, vel ad ea ad quæ vi, natura, & actione contractus agi poteſt, & ex ipſo contractu vel tacitè naſcuntur, puta in remedio *l. 2. C. de reſcind. vend. & ſimilib.* non autem quantum ad alia, & ſic in cæteris, non æquiparatur conſanguineo, ſed primitiuo domino, ad quem res ſua in priſtinam & antiquam cauſam eſt reuerſa. Tamen præfacta diſtinctio dura mihi ſemper viſa eſt in ſecundo eius membro, cùm patronus iure feudali retrahit, propter inconuenientia quæ inde ſequuntur, vt fuſius deduxi in veteribus regeſtis meis, quæ nouitius in praxi, exercendi ingenij & diſcendi cauſa contexere cœpi, tùmque non audens tantorum patrum ſententiam conuellere.

*Quando patronus ſit loco emptoris.

28. ¶ Limitabam eam primo ſi feudum fuit expreſſe venditum ad illa onera, & tunc eſt indubitatum, quòd patronus tenetur ea ſubire, ſiue tanquam priuatus a volente emat, vel aliter acquirat, ſiue tanquam patronus auocet ab inuito iure & poteſtate feudataria, quia ſunt pars pretij, & eorum contemplatione res fuit tantominus vendita, quoniam ſimul cum illis fuit appretiata. *l. fundi partem. D. de contraben. empt.* Secundo modificabam, quando feudum fuit ſimpliciter venditum cum clauſula euictionis nullo expreſſo onere, & forte viliſſimo pretio eſt diſtractum, propter ſuſpicionem hypothecarum & fragilitatem euictionis, vt tradunt ſcrib. *l. 1. § ſi hæres percepto fundo. D. ad Trebellia. & in l. pretia rerum. D. ad leg. Falc.* Et patronus ab emptore iure feudali, eodem vili pretio euincit: vt tunc ſi non poſſit adigi ad onera (ſicut emptor) à creditoribus, ſaltem teneatur eis diſcuſſo venditore, & eius bonis, ſupplere iuſtum pretium rei, ne in eorum detrimentum contra naturalem æquitatem locupletetur. *l. nam hoc naturale. D. de cond. indeb. l. locupletari. D. de regul. iuris.* Illud enim modicum pretium quod erat iuſtum in emptore, propter periculum & fatigationem hypothecariam, non erit iuſtum in patrono, ſecuro ab illo ſumptu & periculo, & ſic niſi onera ſubeat, vel iuſtum pretium propter onerum metum veriſimiliter diminutum ſuppleat, apparet in effectu quòd minoris retrahit quã venditum fuerit, & emptum ab extraneo emptore, quod eſt contra rationem, & contra mentem huius conſuetudinis.

*Diſtinctio an res redeat ad patronum tanquam ad patronum an vero tãquam ad priuatum.

by Google

* Reſolutio contra communem.

29. ¶ Sed maturius * cogitans exiſtimo præfatam diſtinctionem in terminis noſtræ & ſimilis conſuetudinis reiiciendam, & quòd quantum ad onera non ſit differentia, an patronus tanquam priuatus, an iure dominico feudum emat, ſed omnino extraneo emptori, vel conſanguineo retrahenti, in his æquiparandus ſit. quia feuda ſunt patrimonialia, & de his ſicut de reliquo patrimonio iudicandum niſi quatenus aliter diſponitur per conſuetudinem. Vnde non poteſt patronus plus iuris, vel commodi capere ſuper feudo, quàm expreſsè cautum ſit, vt ſæpè dictum eſt: ſed conſuetudo non dicit, quòd feudum iure feudali auocatum ab emptore, redeat ad dominum liberum prout emanauit, ſine aliquo onere impoſito per vaſſallum, quamuis hoc dicat in feudo prehenſo ex defectu hominis & fidei. Igitur hoc non debet extendi nec dici in caſu retractus feudalis, in quo conſuetudo non dat aliud ius patrono, quam quòd ſi velit, præferatur extraneo emptori, pro eodem pretio, & ſic ſufficit ſimplicem prælationem ei tribui, & non luerum & commodum reſolutionis hypothecarum & ſeruitutum, de quibus conſuetudo non cogitauit in hoc caſu, in quo etiam videtur negaſſe diſponendo in aliis caſibus in quibus ceſſant præfata inconuenientia, *vtj.* §. 28. & §. 59.

30. ¶ SEXTO ad vberiorem doctrinam quæro. Quid * de annuis penſitationibus, & redditibus, hypothecis vel ſeruitutibus debitis ipſimet emptori, ſuper feudo empto, & eius acquiſitione confuſis? Hæc q. multum olim me torſit ſequendo præfatam diſtinctionem, quam modo reiecimus. quo facto ſatis promptum eſt vnico verbo reſpondere, omnia reſtituenda. Tamen quia non inutilia viſa ſunt quæ dudum ſuper hoc collegi, multis breuitatis cauſa reſecaris, ſelectiora materiæ puncta diſcutiam, deinde totam quæſt. concludam, & incipiam ab hac ſpecie, quæ in ſimili tractatur à profeſſoribus iuris. Caius habet vſumfructum in feudo Titij, à quo ipſum feudum ſeu proprietatem emit & accepit, & poſtquam aliquandiu confuſo vſufructu poſſedit, patronus manum iniicit, vel recuſat oblationes Caij, & iure dominico feudum retinet ſoluendo vel conſignando pretium à Caio ſolutum cum legalibus impenſis: an Caius recuperet vſumfructum? Pro * prima opinione videtur quòd non, quia fuit extinctus, non facto patroni dum iure retractus vtitur, ſed dudum ante, & facto Caij, & cùm non extinguatur per conſolidationem feudi ſeruientis cum feudo dominanti, quæ fit facto patroni: ſed per conſolidationem proprietatis præcedentem facto Caij voluntario, eſt quod imputetur Caio, ſed nihil eſt quod imputetur patrono vtenti iure ſuo, & eſt caſus in *l. ſi tibi D. quib. mod. vſufruct. amitt.* Vbi ſi Caio legatus ſit vſufruct. fundi putè, proprietas autem Titio ſub conditione, & Caius accepto legato ſuo pendente conditione legati Titij proprietatem acquiſierit, deinde conditio exiterit, Titius euincet à Caio fundum pleno iure, etiam non deducto vſufructu, & eſt ratio: quia tempore conditionis extantis, legatum vſufructus erat extinctum facto voluntario Caij qui proprietatem acquiſierat, vnde non reuiuiſcit, nec debet ei de nouo conſtitui. Sic in propoſito Caius facto ſuo peremit vſumfructum ſuum, vnde licet poſtea patrono volente retrahere, & pretium ſoluente vel conſignante, extet conditio reſolutoria acquiſitionis proprietatis factæ per Caium, tamen non reſtituitur vſufructus conſumptus. Nec obſtat quod Caius emit nudam proprietatem tantum, etiam expreſſe deducto vſufructu, quia ſatis eſt eum ſemel omne ius vſufructus amiſiſſe, inquit text. *d. l. ſi tibi.* Et hoc determinauit in ſimili Guil. de Cug. in retractu conſanguinitatis in *l. ſi maritus C. de inoffic. teſta.* 31. ¶ In * oppoſitum pro ſecunda opinione videtur caſus in *d. l. ſi maritus, & in l. dominus. D. de vſufruct.* Vbi ſuperueniente reſciſſione teſtamenti per iudicium querelæ inofficioſi, auferetur hæreditas hæredi ſcripto & legatum legatario, tamen vtrinque reſtituuntur actiones & ſeruitutes, quæ per aditionem hæreditatis, vel adeptionem legati erant confuſæ, ergo & hic ſuperueniente reſciſſione acquiſitionis factæ per Caium, debent ei reſtitui iura quæ medio illius acquiſitionis fuerant confuſa. Et huius ſententiæ fuit Cy. in d. themate retractus conſanguinitatis in *d. l. ſi maritus*, quem ſecutus eſt Bal. *ſuper conſti. Feder. 2. de iure protho. colum. 2. verſi. ſed pone vſufructus.*

* Prima opinio negatiua.

* Secunda opinio.

31. ¶ Tertiam * opinionem poſuit Iacob. de Ra. in eadem ſpecie diſtinguens, an emptor ſciuerit talem conditionem retractus, & ſibi imputet, nec recuperat vſumfructum, nec cætera iura confuſa, *Arg. l. propter venenum. §. neptis. D. ad ſenatuſcon. Silla.* Aut vero ignorauit, & tunc recuperet prout ſic diſtinguit *d. l. ſi maritus*, vbi in hoc reprobatur à doct. & hanc tamen opinionem expreſsè ſequitur Albet. in 1. *part. ſtatu. q. 91.*

* Tertia opinio diſtinguens ſcientiam.

33. Quartam * opinionem ponit Bald. in d. l. ſi maritus diſtinguens an conſuetudo diſponat reſcindendo, an transferendo ius emptoris in reuocantem: vt primo caſu poſſet vſufructus retineri ab emptore, quia reſciſſa cauſa reſcinditur effectus, *d. l. ſi maritus. & d. l. ſi dominus.* Secundo caſu non poſſit retineri. *arg. l. cùm filius. §. dominus. D. de lega. 2.* niſi propter iuſtam ignorantiam *arg. d. §. neptis.* Et ſecundum hanc opinionem prima facie ſequitur in propoſito themate vſumfructum debere omnino reſtitui: ſed non in retractu conſanguinitatis, de quo ibi per Bal. niſi data iuſta ignorantia emptoris, puta quia feudum fuit ei venditum tanquam conquæſtum vendentis, cum eſſet antiquum. Conſuetudo * enim retractus conſanguinitatis eſt tranſlatoria, nec vllo modo reſcindit venditionem, ſed eam transfert in conſanguineum ſubrogata eius perſona loco extranei emptoris vt plenius dicemus infra *tit. 16. in rubr.* Conſuetudo autem retractu feudalis, magis eſt reſciſſoria quàm tranſlatoria, non enim proprie ſubrogat patronum ad contractum, vt admittatur ad emendum loco primi emptoris, ſed permittit patrono rem retinere, & conſolidare directo ſuo dominio, & ſic non habet rem tanquam de nouo acquiſitam, titulo emptionis, ſed tanquam conſolidatam, & reunitam priſtinæ cauſæ ſuæ iure feudi, & titulo conceſſionis feudalis ad hoc onus factæ. & ſic venditio non transfertur ſed diſtrahitur & reſcinditur, nec transfunditur ius emptoris in patronum, ſed patronus ad antiquum, & primitiuum ius ſuum reuertitur.

* Quarta opinio diſtinguens in forma loquendi conſuetudinis.

* Conſuetudo retractus *proximitatis* eſt tranſlatoria, conſuetudo *retractus* feudalis eſt reſciſſoria.

34. ¶ Huic tamen opinioni quantum ad caput reſciſſorium formaliter obſtat * *d. l. ſi tibi*, cui Bal. non reſpondet. ibi enim extante conditione legati Titij, reſcinditur & reſoluitur emptio proprietatis medio tempore, facta à Caio Legatario vſufructus: non enim transfertur acquiſitio proprietatis facta à Caio in Titium, ſed extinguitur & annullatur ipſo iure, & proprietas rei tranſit in Titium, virtute & titulo legati dudum ſibi facti, & perinde habetur ac ſi Caius nunquam emiſſet, vel acquiſiuiſſet. text. *in l. fin. §. fin autem. C. communia. de legat.* & tamen non reſtituitur vſufructus, ſemel amiſſus, nec ceſſat effectus confuſionis, quamuis ceſſet & irritetur cauſa effectiua & inductiua confuſionis, quod eſt contra *d. l. dominus. & l. ſi maritus quæ aduerſantur d. l. ſi tibi.* Variæ dantur concordiæ. ſed nulla tueri poteſt niſi quam tangit *gloſſ. 2. d. l. ſi tibi.* videlicet quod in *l. ſi tibi*, reſcinditur emptio, & amittitur proprietas vt ex nunc, non vt ex tunc, & ſic * loquitur in reſciſſione quæ non fingit retro, nec trahitur ad præteritum, quamuis ex præſenti puncto extantis conditionis ipſo iure operetur: patet quia res ſub conditione legata, interim eſt pleno iure hæredis. *l. generaliter ad fin. D. quæ. ex cauſ. manu. liber. non ſunt.* & verè alienatur. *l. & poſt litem conteſtã. §. res quæ. D. famil. herciſc.*

* Interpretatio *l. ſi tibi D. quib. mod. vſufru. amitt.*

* Reſciſſio quæ de ipſo iure quandoque fingit retro quandoque non.

hereſc. l. plerumque ſit. D. de regul. iur. Et quòd exiſtentia conditionis ſolum reſoluat alienationem vt ex nunc, non autem retrahatur retro, nec fingat non fuiſſe medio tempore rem hæredis, vel eius cui dedit. eſt tex. rotundus in *l. 1. §. ſerui appellatione. D. ad ſenatuſconſ. Syllan.* nec tex. in *d. l. fi. §. ſin autem.* probat quòd fingatur retro non fuiſſe alienatum: ſed quòd alienatio ex nunc ita perfectè reſcinditur, ac ſi nunquam fuiſſet facta. Et dato quòd induceretur aliqua fictio retro, nihil fingitur circa ſtatum rei, qui medio tempore fuit, nec circa effectus inde dependentes pro tempore præterito: ſed ſolum circa titulum alienationis, idque reſpectu ſtatus præſentis & futuri tantum. Et ſic etiam poſt conditionem purificatam. Verum eſt dicere quòd medio tempore Caius fuit verus proprietarius, & quòd vſufructus formalis fuit extinctus, & quòd non fingitur ita non fuiſſe, vnde non tenetur fructus medio tempore perceptos reſtituere, vt tenent om. doct. in *d. l. fin. §. ſin autem reprobata gloſſ. ibi. Et ſic remanet vſufructus extinctus.* Sed d. ll. contrariæ loquuntur in reſciſſione quæ fingit retro, & trahitur in præteritum, ſi quidem reſciſſo teſtamento per querelam inofficio. teſta. reſoluitur hæredis ſcripti additio, & legatorum (iure tamen D.) præſtatio, & fingitur nunquam fuiſſe hæres, nec legatarius, ita quod etiam medij temporis fructus debent reſtitui. *l. Papinianus in fi. D. de inofficio. teſta.* & perinde omnia obſeruari oportet, ac ſi hæreditas non fuiſſet ex teſtamento adita. in *l. eum qui §. fi. D. eo. tit.* Ergo perinde eſt obſeruandum in fructuario, cui pure legata fuit proprietas, ac ſi nunquam legata, nunquam acceptata, & vſufructus nunquam extinctus fuiſſet. Quum igitur iſta reſciſſio fingat retro quo ad omnia, nihil mirum ſi omnia retro anteponantur in priſtinum ſtatum. Igitur in propoſito conſuetudo retractus feudalis eſt reſciſſoria: quòd non fingit retro, nec trahitur in prætetitum, patet quia ſi patronus diu non inquietauerit emptorem feudi, & non poſt decem forte viginti vel quadraginta annos, velit vti retractu feudali: non habebit fructus temporis præteriti, ſed ſolum ex quo tempore pretium cum legalibus impenſis obtulit, ſoluit vel conſignauit implendo conditionem huius §. Igitur iſta reſciſſio non operatur niſi vt ex nunc, & ſic cum reſpectu temporis præteriti nihil innouetur, non reintegrabitur, nec reſtituetur vſufructus præterito tempore extinctus: ſed manebit extinctus iuxta *d. l. ſi tibi.*

35. ¶ Ex quibus patet imperfectam & indigeſtam fuiſſe diſtinctionem Bal. *in c 1.* de conſuetudine reſciſſoria, quia debebat ſubdiſtinguere inter reſciſſionem quæ fingit retro, vt tunc reſtituatur confuſus vſufructus, & eam quæ non fingit retro, vt nõ reſtituatur quod medio tempore eſt confuſum. Quantum autem ad ſecundum caput de conſuetudine tranſlatoria, eſt adhuc deterior, quia non intelligitur velle transferre, niſi illud quod fuit emptum, & titulo emptionis acquiſitum per emptorẽ, transferendo contractum in eum in quem diſpoſitio conſuetudinis confertur, vt eo loco ſit ac ſi primum emiſſet vt in ratione ſui. ex tex in *l. ſi ego cuius. D. commu. prædio.* Vnde reliqua in priſtinum ſtatum reſtitui debent. Et ſic conſanguineus retrahens, non lucrabitur vſumfructum emptoris confuſum, ſed tenetur illum reſtituere indiſtincte, ſiue emptor ſciuerit eſſe locum retractui, ſiue non, & ita poſt Cy. in *d. l. maritus*, tenet ibi Pau. in *fi.* & idem Bal. in *tract. de iure protom. col. 1.* & Matt. de Affl. *eo. tract. col. 21.* Vnde reiectis cæteris opinionibus, & diſtinctionibus quæ magis innitũtur literæ quarundam legum loquentium in caſu diuerſo, ſed habente aliquod ſymbolum, quàm viuæ rationi, & æquitati naturali reſultanti ex ipſa veritate facti propoſiti.

36. Concludo * pro ſecunda opinione vi diſpoſitionis, & mentis huius conſuetudinis & inſpectis circumſtantiis facti. Et primo, quia conſuetudo vult id tantum poſſe retrahi, quod venditum fuit, in tex. ibi, *Le fief vendu.* ſed non fuit venditum feudum plenum, ſed nuda proprietas, igitur illam tantum retrahi poteſt. Secundo quia patronus debet pretium reſtituere, & conſuetudo nedum loquitur de re vẽdita & appretiata, ſed etiam de pretio reſtituendo, ergo iſte retractus eſt limitatus ad rem appretiatam, & ad limites pretij: ſed ſi ſola proprietas fuit appretiata, & pretium conuentum, non eſt pretium pleni feudi, ſed ſolius proprietatis: ergo ſola proprietas poteſt retrahi, & vſufructus debet reſtitui, alioquin plus traheret patronus quàm ſit venditum, & quam permittat conſuetudo, & tamen non refunderet totum pretium rei retractæ, quia pretium proprietatis, non eſt niſi pretium partis, cùm vſufructus portionis inſtar obtineat. *l. 4. D. de vſufruct. l. cùm filius. §. dominus. D. de legat. 2.* Tum patronus cum iactura aliena locupletaretur, contra naturalem æquitatem & bonam fidem. Et quia eædem rationes concurrunt in retractu conſanguinitatis, in quo etiam minus eſt dubij, idem in vtroque concludo. & ita voluit Salic. in *d. l. ſi maritus. col. 2. C. de inofficio. teſta.*

37. ¶ Ex his facilis patet reſponſio. ad *d. l. ſi tibi. D. quib. mod. vſufruct. amitt.* quæ ſola turbabit intellectũ docto. quia hic ſunt aliæ cauſæ, & rationes limitantes & determinantes. Tum (vt religio eſt) non dicam *d. l. ſi tibi* carere ſpiritu: hoc quod ſentio dicam, ſi non eſſet poſitiua ſcriptura. *d. l. ſi tibi*, & ſuper illius themate interrogaret de iure, plane reſponderem vſufructum confuſum eſſe reſtituendum, & de nouo conſtituendum. Et ſi ſimpliciter & ignoranter fundus eſſet reſtiturus, poſſe condictione indebiti repeti, vt vſufructus reponatur *l. eum qui §. fi. & ibi gloſſ. D. de in offi. teſta.* Et inſpecta mera æquitate, & naturali iuſtitia, non eſt vis nec differentia quantum ad hoc, an reſolutio acquiſitionis medio tempore facta fingat retro, vel non, quia etiam ſi ex tunc tantum operetur, ſaltem ex nunc debent omnia reponi in priſtinum ſtatum. Et ſicut legatarius cuius conditio extitit, non debet in aliquo damnificari ex his quæ medio tempore potuerunt geri, & geſta ſunt inter alios. Ita non debet lucrari in iniuriam alienam, & ſatis eſt ius ſuum æquum plenum & integrum ſeruari, ac ſi medio tempore nihil eſſet factum. Et hoc apertè ſentit. *text. C. in d. l. ſi. §. ſin autem communia. de leg.*

38. ¶ Tum ſicut regula iuris eſt communis & æquiſſima, quòd per * acquiſitionem dominij commutabilem, non confunditur hypotheca, vel ſeruitus debita acquirenti, quin ſecuta reſolutione acquiſitionis reuiuiſcat. *l. fin. in fi. D. de excep. rei iudica.* Nec diſtinguitur an illa reſolutio fingat retro, an non. Imò illa diſtinctio ſubuertitur per caſum apertum in *d. l. fin. §. fin.* Vbi dominium fuit ablatum ad proſecutionem poſterioris creditoris, & ſic ex cauſa quæ non operatur ipſo iure, nec fingit retro defuiſſe dominium, ſed illud præſupponi. Et nihilominus reuiuiſcit antiquior hypotheca, non alia ratione niſi quia dominium non fuerit acquiſitum irreuocabiliter, ſed reuocabiliter, vt ibi per Bar. & omnes. Vnde non confunditur hypotheca in caſum quo reuocetur dominium ex cauſa reuocabilitatis inexiſtente tempore acquiſitionis, habentis implicitum reſolutionis ſtatum in hunc euentum. Cùm igitur in caſu *d. l. ſi tibi.* fructuarius acquiſierit dominium reuocabiliter: cur non etiam debeat intelligi amitti vſumfructum reuocabiliter, vt ſecuta reſolutione acquiſitionis dominij ex cauſa reuocabilitatis inexiſtente ipſi acquiſitioni dominij, debeat vſufructus reponi & reſtitui, vt ceſſet confuſio, ceſſante cauſa confuſionis, ex cauſa illi præinexiſtente. Certè nulla bona ratio hoc negat, imò * ſuadet effectum proportionari debere cauſæ ſuæ efficienti, non dico reſpectu durationis ex poſtfacto, ſed reſpectu virtutis inexiſtentis à principio ipſi cauſæ efficienti, ſecundum quam effectus imprimitur & qualificatur. Eodem modo reſpondetur ad *l. cùm filius. §. dominum. D. de leg. 2.* in qua prima opinio quæ eſt Guilliel. de Cug, ab eodem fundatur, quia conſuetudo noſtra eſt

* Non confunditur hypotheca vel ſeruitus per acquiſitionẽ dominij cõmutabilem.

* Effectus proportionatur cauſæ ſuæ.

* In vtroque retractu vſufructum emptoris confuſum ei reſtituendum.

in terminis limitatis. Tum in dicto §. dominus, ex eo non deducit hæres vſumfructum, quod cenſetur pars rei, & hæres non poteſt retinere partem quam ex capite ſuo habet in re legata quum res hæredis ab ignorante teſtatore legari poſſit. *l. vnum ex familia. §. ſi rem. D. de legat. 2.* Tum diſpoſitio dicti §. dominus. non procedit ſecundum Bal. ibi & bene quando teſtator legauit ſub commemoratione iuris ſui, vel quando aliter apparet legatum limitatum ad ius teſtatoris. *per l. ſerui electione. §. 1. & ſeq. & l. ſequen. D. de lega. 1.* Sed conſuetudo noſtra limitat hæc iura retractuum ad ius venditoris, & ad rem per eum venditam, & appreciatam.

39. Iſtam concluſionem noſtram amplio primo, reſpectu vtriuſque retractus, vt procedat etiam in aliis ſeruitutibus, ſiue perſonalibus, ſiue realibus, idem in redditibus, penſionibus, ſiue temporalibus ad modicum tẽpus, ſiue perpetuis, ſiue redimibilibus, ſiue non, quocunque titulo valido conſtitutis, & aliis hypothecis, & iuribus quibuſcunque competentibus emptori, ſuper illo feudo: quia eſt eadem ratio. Debent ergo nedum à conſanguineo retrahente, de quo non dubitatur, ſed etiam à patrono reſtitui omnia quæcunque iura, ratione emptionis confuſa. Amplio reſpectu patroni ſiue illæ ſeruitutes, aut redditus ſint infeudati, ſiue non. Ratio, quia cenſentur pars pretij, ex quo illorum contemplatione veriſimiliter tanto minori pretio venditum eſt feudum. Nec tamen emptor vilius emit, quia confuſio iurium ſibi debitorum eſt vice augmẽti, & ſolutionis reliqui pretij: in tantum enim cenſetur conſequi & recipere venditor, vltra pretium conuentum, inquantum liberatur ab his quæ debebat emptori, qui tantum vltra conuentum pretium ſoluere cenſetur, quantum de iuribus ſuis confundit & amittit. *l. qui etiam. D. de calum. l. mortis cauſa capimus. §. 1. D. de donat. cauſ. mortis. l. ſi quis obligatione. D. de reg. iur.* quod procedit etiam ſi alias venditor non eſſet ſoluendo: quia quantumuis pauper ſibiipſi ſoluendo eſt, quantum ad hoc vt tantum videatur accepiſſe, quantũ ſibi dimittitur. *l. mortis cauſa capitur. §. Iuliano. D. de donat. cauſa mort. l. Neſennius. §. fin. l. quærebatur. §. 1. D. ad leg. Falc.* Niſi igitur patronus omnia per confuſionem amiſſa ab emptore, & à quibus liberatus eſt venditor reſtitueret, non refunderet integrum pretium, nec quantum res conſtitit emptori, provt requirit conſuetudo. Sed quid ſi nec ipſum feudum venditum valeret illa onera & debita? certè non eſt veriſimile quòd inueniſſet emptorem. *l. ſi hæres inſtitutus. D. ad l. Falc.* Vtcunque tamen ſit, idem eſt dicendum in vtroque retractu, vt quantum pretij ab alio inuenitur, etiam à decepto vltra iuſtam æſtimationem, modo abſit fraus & ſimulatio, tantum retrahens debeat refundere, vt in ſimili not. ſcrib. in *l. ſi. C. de iur. emphyt.*

40. Amplio ſecundo in vtroque retractu etiam ſi illa onera nec expreſsè, nec tacitè eſſent comprehenſa in pretio, dummodo per requiſitionem fuerint confuſa, puta ſi emptor ignorans ſeruitutem vſufructus, vel magnum redditum ſibi debitum ſuper feudo, illud emerit ſine onere, & ſoluerit iuſtum pretium feudi: quantum ſine illis oneribus valet: ſolidum pretium debet à retrahente refundi cum legalibus impenſis, & nihilominus ſeruitutes & redditus confuſi reſtitui. Et imputet ſibi retrahens, vel abſtineat à retractu, ſi non ſit ſibi vtilis. Verum eſt quod is qui retraxit habet hoc caſu recurſum contra venditorem, qualem emptor habebat contra eum, etiam non facta aliqua ceſſione actionum, quia agnitio & dimiſſio per retractum tacitam importat iurium & actionum pertinentium ceſſionem, vt diximus 1. §. 175. Et expreſſe ſi requiritur is à quo retrahitur, tenetur cedere actiones quas contra venditorem ratione emptionis habet, puta actionem ex empto vice euictionis iuris confuſi, vel conditionem indebiti, quaſi indebite ſit ſolutum totum pretium, omiſſa exceptione iurium confuſorum, & ſi quæ aliæ ſint actiones. Vt enim totum periculum & damnum: ita & totum commodum & lucrum emptionis transferri debet in retrahentem in vtroque retractu. Concluſionem noſtram limita, ſi ille redditus, aut aliud onus non eſſet pars pretij, nec rei, nec tacite, nec expreſsè, puta quia venditor illum redditum aſſignauit ſuper alio prædio ſuo, tunc enim quia non confunditur ſed venditor remanet efficaciter obligatus, & emptor habet alibnde ſaluum ius ſuum, nihil eo nomine reſtitui debet, ſiue à patrono, ſiue à conſanguineo retrahente.

41. § SEPTIMO quæro circa vtrumque retractum, an retrahens teneatur reſtituere emptori iura ſua confuſa in ſpecie, ſiue in ſubſtantia. An vero poſſit loco eorum pecuniam refundere? Et caſu quo poſſit reſtituere in pecunia, an ſufficiat quod circumſcriptis oneribus deeſt iuſti pretij rei venditæ reſtituere? An verò teneatur etiam iuſtam horum iurium æſtimationem refundere vltra pretium conuentum rei? Ad primum omiſſis argumentis breuiter ſic diſtinguo. Aut in contractu venditionis illa iura fuerunt æſtimata & taxata certo pretio, quod fuit confuſum ſuper totali pretio rei, & reliquum pretij promiſſum vel ſolutum. Aut non fuit facta aliqua huiuſmodi taxatio vel æſtimatio horum iurium. Primo caſu clarum eſt non teneri retrahentem illa iura reponere in ſpecie, ſed ſufficit ſupplere ſummam ad quam ſunt taxata, imò ſi vellet illa iura reponere in ſpecie, non poſſet inuito emptore, ſed precisè tenetur taxatam eorum quantitatem, ſeu ſolidum pretium rei conuentum refundere. Ratio quia huiuſmodi iura non fuerunt per venditionem ſeu acquiſitionem rei confuſa, ſed prius quàm res venderetur fuerunt vendita ab emptore rei, qui breui manu cenſetur ſuorum iurium pretium recepiſſe, & imputaſſe in pretium rei emptæ, *l. licet. §. quotiens. D. de iur. dot.* Secundo caſu puta quando res eſt vendita ſimpliciter pro tali pretio, facta commemoratione quòd eſt onerata talibus, & talibus oneribus erga emptorem, à quibus ipſe venditor & reliqua bona ſua de cætero remanebunt exonerata, vel nihil eſt de hoc dictum, & tunc quòd non debeant reponi in ſpecie dubium facit, quia quamuis non ſint expreſsè & manifeſtè vendita, vt in priore caſu, tamen tacite ſeu æquipollenter videntur vendita. Res enim ipſa tantominus veriſimiliter empta eſt, & ſic tacite emptum cenſetur, vt huiuſmodi onera caderent in partem pretij. Et ſic celeritate coniungendarum inter ſe actionum vnam actionem occultari, videlicet venditionem dictorum iurium, quæ tacitè geri cenſetur, & eorum valor imputari pretio rei emptæ, vt fere in ſimili ait tex. *l. 3. §. ſed ſi debitorẽ. D. de don. int. vir. & vxor.* Contrarium puto, quia reſpectu horum iurium deficit vnum ſubjectum materiale emptionis & venditionis, videlicet pretium certum in pecunia numerata, ex quo non fuerunt æſtimata certo taxato pretio. Nec obſtat quod ſunt pars * pretij, quia verum eſt acceſſoria, ſed non formalis: augent enim pretium acceſſione ſua, ſed non ſubintrant ſubſtantiam pretij, nec ſunt pretium formale. Vnde vere non venduntur, nec emuntur, ſed gratia emptionis, vel minoris pretij rei donantur vel remittuntur. Et ſic illorum non fit hoc caſu aliqua vera venditio, ſed ſimplex confuſio. facit *l. ſi vt certo. §. vſque adeo. D. commoda. l. 1. §. quæ depoſitis. D. depoſ.* Et tamen quamuis res non ſit vendita pro ſimplici pretio, ſed mediantibus aliis accedentibus pretio, tota tamen dicitur vendita, quia hoc principaliter intendebatur, & à * principali fine & intentione iudicatur & determinatur contractus. *l. ſi quis nec cauſam. l. rogaſti. D. ſi cert. petat. l. ea conditione. C. de reſcin. ven.* Bart. & alij in *l. Ariſto. D. de donat.*

* Pars pretij accelſoria & nõ formalis.

* A principali fine & intẽtione iudicatur contractus.

42. Et ſic concludo, quòd retrahens tenebitur reponere & præſtare hæc iura in ſpecie, niſi alias per ſe eſſent redimibilia, prout ſunt redditus, pecunia conſtituti,

Reſtitutio iurium confuſorum fieri debet in ſpecie.

ſecundum ea quæ ſcripſi *infra* §. 94. Alioquin iuſte cauſari poteſt emptor ſe non habuiſſe intentionem reducendi ſuum vſumfructum, vel ſuum redditum perpetuum ad pecuniam mobilem, & quod non erat aliter remiſſurus dicta iura ſua vicem immobilium habentia, niſi prædium acquireret & haberet. Ex his patet quòd non eſt neceſſaria hoc caſu illa clauſula, quam multi apponere ſolent, videlicet *abſque nouatione, & alia confuſione dicti redditus, & quod remanent illius inſtrumenta in vigore ſuo*, ſaltem ad finem hypothecæ & conſeruationem iuris, quamuis ſit vtilis ad tollendam friuolam dubitationem. de cuius clauſulæ effectu, infra dicemus loco opportuno. Atqui ſi aliquo caſu non teneatur retrahens reponere in ſpecie, puto quòd non ſufficeret eum ſupplere vſque ad iuſtum pretium & valorem rei retractæ, ſed teneretur vltra pretium conuentum refundere iuſtam æſtimationem & valorem dictorum iurium, etiam ſi excederent pretium rei, alioquin abſtineat à retractu, quoniam niſi appareret de fraude, omne pretium, & quicquid rei occaſione abeſt emptori, debet ei refundi, etiam ſi longe excedat æſtimationem rei. Plura tamen ſupet fraude & rebus partim rei, partim pretio adjunctis, & aliis diſcutienda occurrunt, quæ ne bonam partem retractus conſanguinitatis exhauriam, & ne ſim prolixior, reſeruo j. *tit.* 16.

43. OCTAVO, pone feudum ter, quater, aut pluries fuiſſe venditum, diſtingue, aut ab eodem vt dicemus j. §. 33. *quæſt.* 3. aut à diuerſis inuicem non ſuccedentibus, vt diximus j. §. 33. *q.* 16. aut à diuerſis inuicem ſuccedentibus: puta primus emptor vendidit ſecundo, ſecundus tertio: & ſic de ſingulis, vſque ad vltimum emptorem vel ſucceſſorem, quia accedit ad patronum inueſtituræ gratia, vel ſuper quo patronus feudum prehendit. Et eſt ſubdiſtinguendum, aut primus emptor & ſequentes, nunquam habuerunt traditionem, & dominium feudi: ſed ſolum vendiderunt iura & actiones. Et tunc nulla iura feudalia debentur, vt dicemus j. 22. *q.* 31. 32. 36. & §. 23. *q.* 9. 10. Aut vero quiſque emptor habuit traditionem feudi, & feudum vendidit & tradidit: & tunc ex vnaquaque venditione omnia iura feudalia oriuntur. Et ſi patronus velit inueſtire vltimum emptorem, non eſt dubium quin omnia iura quintorum vel ſubquintorum ſingularum præcedentium venditionum exigere poſſit. Sed ſi velit retractu feudali vti, quæſtio eſt an ex qualibet dictarum venditionum retrahere poſſit? Prima facie videtur diſtinguendum: aut non iniecit manum feudo, niſi poſt vltimam venditionem, & tunc non poſſit retrahere niſi ex vltima venditione. Aut vero iniecit manum ſtatim poſt primam venditionem, vel antequam eſſet proceſſum ad ſecundam, & tunc eligere poſſit, ex qua ſiue prima, ſiue ſecunda, tertia, & deinceps venditione retrahere velit. Ratio: quia quandiu patronus ceſſat ſeu dormit, cenſetur permittere vaſſallo liberam diſpoſitionem feudi, & conſuetudo permittit vaſſallo vigilare in rem ſuam, & commodum ſuum. *vt* j. §. 61. & quandiu res eſt integra ex parte patroni, liberum eſt contrahentibus diſponere etiam in præiudicium patroni, & habet locum regula *l. pacta nouiſſima. C. de pact.* quòd vltima conuentio ſeu venditio attenditur. Secus poſtquam patronus ſemel iniecit manum, quia extunc non poteſt fieri aliqua conuentio in eius præiudicium, quamuis eam approbare & acceptare poſſit ſi velit. Tum alioquin ſi patronus qui diu tacuit, & permiſit plures ſucceſſiuè ementes liberè & pacificè frui: nihilominus retrahere poſſet ex prima & antiqua venditione viliori forte pretio facta. ſequuntur multæ illaqueationes & inconuenientia: quia oportebit vltimum forte quartum emptorem, qui carius cæteris emit, agere de euictione contra tertium, & tertium contra ſecundum, & ſecundum contra primum. Eſt adhuc maior illaqueatio, propter hypothecas, & onera impoſita poſt primam venditionem.

44. His * non obſtantibus puto patronum indiſtinctè ex quacunque dictarum venditionum ſibi placuerit retrahere poſſe, quia licet à tempore primæ venditionis, diu non fuit vſus iure ſuo, tamen illud non amiſit niſi lapſu triginta annorum præſcriptum fuerit ſecundum not. *ſupra* §. 12. & quod dicitur j. §. 61. patrono dormiente vaſſallum ſibi vigilare, procedit quantum ad liberam fruitionem, adminiſtrationem, & commodum fructuum. Non autem infertur, quod patronus amittat iura iam ſibi acquiſita, vel quæ formantur & acquiruntur ex venditionibus, & aliis mutationibus contingentibus. Et concludo, quòd ex venditionibus factis ante triginta annos, non poteſt petere retractum, nec ius quinti vel ſubquinti, ſicut nec releuia mutationum ante illud tempus. Sed ſi à triginta annis, etiam quolibet anno venditum fuerit, poterit eligere ex qua ſibi vtiliori venditione retrahere velit. Ad arg. de *d.l. pacta nouiſſima*. Reſpond. quòd procedit quando præcedens venditio reſoluitur, & ad non cauſam reducitur. *vt diximus* j. *ea. glo. quæſt.* 1. & *infra* §. 33. *quæſt.* 23. Secus quando præcedentes venditiones non retractantur, ſed ſolum ad alias nouas venditiones proceditur, quia ex ſingulis diſtincta iura ſua feudalia oriuntur. Sed caſu quo velit retrahere ex prima venditione, an poſſit petere iura quintorum poſteriorum venditionum? Et dicendum eſt quòd non: ſi vero retrahat ex vltima venditione, poterit petere iura ratione præcedentium venditionum, aut mutationum debita ſecundum quod diximus *infra* §. 43. *q.* 29. Et cum retrahit ex noua venditione, certum eſt quod ſubit onera & hypothecas feudo impoſitas ante hanc vltimam venditionem ſecundum prædicta. Sed cùm ex prima & antiqua venditione retrahit, non tenetur de oneribus poſt illam venditionem impoſitis, ſed reſoluuntur, ſicut ad aduentum antiquioris creditoris, vt ſequitur.

* ſoluit

45. ¶ NONO quæritur, an pariter debeat ſubire* onera & hypothecas impoſitas à tempore dictæ primæ venditionis vſque ad tempus retractus? Et videretur diſtinguendum, aut prehendit feudum ſtatim poſt dictam primam venditionem, & nullo primo teneatur: aut vero permiſit primum emptorem & eius ſucceſſores liberè & pacificè frui vſque ad tempus retractus, & tunc videtur, quia interim permiſſione patroni & autoritate huius conſuetudinis, j. §. 61. primus emptor & ſui ſucceſſores fuerunt veri domini, & cùm feudum non tranſeat ad patronum, niſi vt ex nunc, tranſit cum ſua cauſa. Et licet res reſtituatur ex cauſa antiqua, tamen tranſit cum hypotheca medio tempore impoſita *l. ſi. §. 1. D. de donat.* Reſoluendo dico indiſtinctè patronum nullo modo teneri ad onera impoſita poſt venditionem, cuius virtute retrahit, quia ex tunc res fuit actualiter affecta reſtitutioni erga patronum habentem ius in re ratione directi dominij. Et ſic nihil fieri potuit in præiudicium iuris ei quæſiti in re. Et maximè quum iſtud ius re competat ex cauſa antiqua, videlicet ab initio infeudationis ad hoc onus & non aliàs factæ. Vnde non obſtat *d. l. ſi. §. 1.* quia ibi donatarius nullus ius habebat in re. Ex quibus infero ſingu. limitationem & declarationem ad præcedentia, vbi diximus patronum retrahentem teneri ad onera ſicut emptor, & non eſſe melioris conditionis, quam emptor. Quia verum eſt reſpectu onerum impoſitorum ante venditionem, vel tempore venditionis. Secus de quibuſcunque oneribus vel hypothecis factis à venditore ante traditionem feudi: quia quamuis reſpectu emptoris res tranſeat cum ſua cauſa (& idem in patrono tanquam priuato emente) ſaluo recurſu euictionis contra venditorem. Tamen aliud eſt in patrono, iure & poteſtate feudali retrahente, qui non tenetur de quocunque onere impoſito, ſiue per venditorem, ſiue per emptorem eius vel ſucceſſores, à tempore venditionis ex qua fit huiuſ-

* Non tenetur patronus de oneribus impoſitis poſt venditionem ex qua retractu vtitur.

modi retractus. Et quemadmodum patronus eſt antiquior & potior omnibus creditoribus in iuribus feudalibus puta releuiorum & quinti pretij, *per not. infra* §. 28. & 59. Ita & in iure retractus feudalis: in quo etiam res non tranſiret ad patronum cum oneribus impoſitis ante venditionem, niſi ipſum ius retractus eſſet limitatum ad ſtatum, effectum, & commodum rei & contractus, qui eſt tempore venditionis, per prædicta. Cæterum iure retractus ſemel formato & acquiſito patrono nihil ipſo iure fieri poteſt in præiudicium patroni, qui pro tempore futuro non æquiparatur ſimplici emptori, nudam perſonalem actionem habenti, ſed domino ſeu habenti ius in re. Vnde quamuis etiam donatarius prior in poſſeſſione & traditione, potior ſit emptore priori in emptione, *l. quotiens. C. de rei vendi.* tamen nullo modo erit potior patrono, ſed ab eo iure retractus euincetur. Et ſic *d. l. quotiens.* & ſimiles, non habent locum reſpectu patroni, quod eſt intelligendum quando tanquam patronus & iure & poteſtate feudali venit. Quid autem ſit in contractu proximitatis dixi *infra* §. 173.

A

B

46. ¶ Decimo ſubjungam quæſtionem communem vtrique retractui, quid ſi feudum detur * in ſolutum? Et primo videtur locum non eſſe retractui: quia aut datur in ſolutum pro alia ſpecie, ſiue pro alio fundo, & tunc nullo modo eſt venditio, nec re, nec æquiparatione, ſed eſt contractus innominatus, do, vt facias, qui permutationi æquiparatur. *arg. l. 1. §. ſi quis ſeruum, & eorum qui.* ibi not. & Bar. *D. depoſit. & non venditio. l. ſi quis aliam. D. de ſolut. l. libera. C. de ſenten. & interlocu. omni iudic.* Aut feudum datur in ſolutum pro certa pecunia. Et adhuc re non eſt venditio, ſed contractus innominatus do, vt facias. verum eſt quòd venditioni æquiparatur. tex. eſt in *l. ſi prædium. C. de euict.* Ibi vicem venditionis obtinet. Ergo non eſt vēditio, quia nullum ſimile idem. *l. quod Nerua. D. depoſ.* Et aliud eſt eſſe tale vel haberi pro tali. *l. mercis appellatione. D. & ibi glo* & Bar. *D. de verb. ſignific.* Bar. in *l. ſi maritus* § 1. *D. ad l. Iul. de adulte.* Imò omnis ſimilitudo eſt quoddam figmentum rei, & non propriè res ipſa, inquit Bal. in *l. 1. in fin. c. de patri. qui ſi. diſtrax.* Igitur cum hæc conſuetudo * ſit ſtricti iuris, non verificatur niſi in vera & propria venditione per not. Bar. in *l. 3. §. hæc verba. D. de nego. geſt. in l. quicquid aſtringendæ. D. de verb. oblig.* & non in donatione in ſolutum, quæ non eſt venditio ſtrictè & propriè ſumpta. Et ita in terminis retractus proximitatis decidit Specula. & ibi Ioan. And. *in addi. ad tit. de empt. & vendit.* § 5. *incip. nunc dicendum de reſcindendis. num.* 10. *ver. Sed pone ſtatutum.* cum quo tranſit Luc. de Pen. in *l. ſi. col.* 1. *C. de prad. curia. ſine decre. no. aliena. lib.* 10. *C.* & ſequi. Alex. apud Bar. in *l. litis æſtimatio. D. pro empt.* Guid. Pap. in *deciſ. Delph.* 257. *in fi.* Iac. de S Georg. *in tract. de operi. col.* 9. *verſic. Item dubitatur.* Alex. *conſil.* 76. *viſis dubitationib. col.* 2. *lib* 5. Philip. Deci. *conſil.* 18. *nu.* 2. Iaſo. *conſil.* 150. *col.* 2. *lib.* 4. Facit quod nota. Fulgo. *conſ.* 134. *in quæſt.* quòd datio in ſolutum etiam pro certa pecunia, non eſt vera & directa venditio, ideo non agitur directa, ſed vtili actione ex empto. *l. eleganter. in prin. D. de pigno. actio.* Tum ſtatutum retractus eſt contra ius commune, vt patet in *l. dubium. C. de contrab. emp. & vend.* Et quamuis regulariter appellatione venditionis veniant alij contractus alienationis. *l. ſtatuliber. & cæteris. D. de ſtatulib. l. ſicut* §. *venditionis appellatione. D. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* Tamen fallit in ſtatuto quod eſt contra ius commune, quia ſi loquatur in venditione, intelligitur ſtrictè & propriè, & non fit extenſio ad alios contractus etiam ſimiles, puta donationem, vel adiudicationem in ſolutum pro certa pecunia, vt expreſſe decidit Alexand. in *d. conſil. ſeptuageſimoſexto, libro quinto.*

C

D

E

47. Vt breuius reſoluam * ſic diſtinguo, ¶ aut datur in ſolutum pro alia re immobili, vel quæ immobili æquiparatur: & tunc clarum eſt nullum locum eſſe retractui. & eſt text. j. §. 179. talis enim actus non venditioni, ſed permutationi immobilium æquiparatur. Et hoc niſi daretur res certo pretio æſtimata, quia hoc recideret in dationem tanti pretij, & ſic in veram & effectualem emptionem, per not. in ſimili Bald. Saly. Paul. in *l. 1. C. de rer. permut.* Hic tamen articulus æſtimationis ſeparata diſcuſſione indiget, & dicam j. §. 174. vel niſi fraus interueniat, de quo ne nimium huius §. materia excedatur, dicemus in *d.* § 179.

¶ Aut datur in ſolutum pro certo debito pecuniario: & eſt concluſio locum eſſe vtrique retractui: huiuſmodi enim datio in ſolutum, non eſt tam ſimilis venditioni, quam vera & propria venditio, vtpote quum omnia ſubſtantialia concurrant, ſcilicet conſenſus, res, & certum pretiū, vt not. Bar. & Bal. in *d. l. elegunter in prine. D. de pigno. actio.* Ideo quicquid dicitur de emptione & venditione, habet locum in tali donatione in ſolutum. vt not. Cy. Bal. Saly. Paul. *l. libera. C. de ſentent. & interlo. omni. iud.* Io. de Imol. *conſ. 8. num. 7.* Franc. Aret. *conſ. 33. diligenter. col. 2. ver. nec obſtat. & conſ. 159 longa. col. 4. ver. venio ad quartum. & verſ. ſeq.* Ial. in *l. cætera.* §. *ſed & ſi peruenit. nu.* 10. *D. de l. 1.* Et ſic non obſtant contraria: quia hîc non ſumus extra terminos venditionis. Nec eſt ſimilitudo, ſed identitas rationis: & ſic non dicitur extenſio, ſed comprehenſio, vt trad. Alex. *conſ. 75. videtur in præſenti lib. 5.* de quo vltimo articulo fuſius *dicemus ſicubi opus fuerit. & ita in materia retractus* decidunt Alber. & Io. Fab. in *d. l. ſi prædium. C. de euictio.* ſentit Alberic. in *l. ſi vſum fructum. D. de liber. cauſ.* latè Ludo. Bolog. *conſ.* 27. Philip. Deci. *conſ.* 586. *col.* 2. *vbi patet hanc eſſe ſuam ſententiam, quia in d. conſ.* 18. *loquitur arguendo ad caſum longè diuerſum.* Idem tenet Nicol. Boët. in *conſ. Biturig. in tit. de retract.* §. 3. Chaſſa. *eo. tit. in conſue. Burgund.* §. 9. *n.* 5. Vbi falſo adduxit Alber. & Iaſo. in *contrariam ſententiam.* Et nouiſſime do. And. Alcia. noſtræ aſſentit ſententiæ in *lib. 2. de verb. ſignif.*

48. ¶ Hæc concluſio noſtra nullam patitur fallentiam: ſed ampliatur primo, vt procedat nedum in datione in ſolutum voluntaria, ſed etiam ſi fiat ex cauſa neceſſaria, imò etiam ſi fiat iudicis authoritate per ſententiam, vel interpoſitionem decreti, vt de retractu feudali probatur. hîc iuncto §. 33 *infra eodem.* quia mutat manum per venditionem, igitur & de retractu proximitatis textus apertus *infra* §. 182 & quando ceſſaret ille text. adhuc idem dicendum eſſet vt in vtroque retractu: ſiue venditio fiat priuatim, ſiue publicè, ſiue in iudicio, ſiue extra, ſiue ſolenniter, & cum decreto, ſiue non, ſemper eſt eadem ratio retractus, ergo idem ius: quamuis aliter ſcripſerit Nicol. Boër. in *d.* §. 3. Nec obſtat quod voluit Bald. in *c. 1. col.* 3. *de probib. feud. alien. per Fede.* quòd emphyteuſis poteſt dari per iudicem in ſolutum domino irrequiſito; & non feudum. & ſeq. Ial in *l. ſi. col.* 31. *de iur. emphyteu. & in d.* § *ſed & ſi paruerit. nu.* 11. quia puto etiam in terminis iuris communis, non eſſe differentiam quantum ad hoc, inter feudum, & emphyteuſim, prout nullo iure ſtatuitur: verum eſt quod propter iudicis authoritatem & compulſionem, alienans domino irrequiſito, ſiue feudum, ſiue emphyteuſim, non cadit in pœnam commiſſi, vt ſentiunt præfati doct. Sed propter hoc in nullo præiudicatur in reliquis iuribus domini, quin poſſit vel quinquageſimam, aut aliud ius ex alienatione debitum petere, vel iure prælationis vti, vel alienationem reuocare, vt res reponatur ad manum ſui emphyteutæ, vel vaſſalli, ſi hoc exigat tenor conceſſionis, vel conſuetudinis, quoniam factum iudicis in nullo præiudicare poteſt domino non vocato. Et multo magis * erroneum eſt quod ſcripſit Alb. *in 2. parte ſtatu. q. 2. num. 2.* & ſequitur Ial. in *l. cætera* §. *ſed ſi paruerit. nu. 12. D. de leg. 1.* quod ſtatutum prohibens immobilia vendi forenſib. non habet locum in donatione in ſolutum facta credi-

* An ſtatutū loquens in vend tinat verificetur in datione in ſolutum

* Diſtinctio.

* Contra Alber.

* Contra Alex.

tori per iudicem. Et ſimiliter quod conſu.* Alex. *conſ.* 52. *viſo themate lib.* 1. ſtatutum Florentium prohibens alienationem irrequiſito conſorte, & concedens conſorti reuocationem non habere locum in datione, vel aſſignatione in ſolutum facta per iudicem: quia imò nedum eadem, ſed fortior eſt ratio in iudice, qui tenetur ſeruare ſtatuta.

49. ¶ Aut vero datur in ſolutum, pro certis rebus mobilibus. Et tunc aut ſunt æſtimatæ, & non eſt dubium locum eſſe retractui, ſicut diximus in primo membro huius diſtinctionis. Aut non ſunt æſtimatæ, & adhuc idem puto. Et in hoc differunt à rebus immobilibus, quia vilior eſt poſſeſſio rerum mobilium, & debent æſtimari, & eorum iuſta æſtimatio refundi. Et talis eſt communis obſeruantia: quod limito vt procedat in mobilibus promiſcuis, quæ facile pecunia parantur, & diſtrahuntur, & in quibus non conſiſtit probabilis affectio, & ſic habent affinitatem cum rebus fungibilibus. Secus in mobili raro & pretioſo, cuius ſimile vix comparari poſſet, & in quo probabilis cadit affectio, vt veriſimiliter non fuiſſet quis commutaturus pro pecunia, tunc puto neutri retractui locum eſſe, ſicut nec in vera permutatione. Et hoc niſi mobile foret æſtimatum, vel niſi ante traditionem periiſſet, ita quòd non reſtaret niſi obligatio ad æſtimationem, vel intereſſe, tunc enim puto omnino locum eſſe retractui, feudo vel prædio antiquo dato in ſolutum, etiam ſi nulla facta ſit mentio valoris, vel æſtimationis inter partes. ¶ Iuxta prædicta quæro quid dicendum, ſi* detur in ſolutum pro certo iure redditus? Breuiter reſpondeo, ſi eſt redditus redimibilis, quamuis alioquin ſit perpetuus, locus eſt vtrique retractui: quia huiuſmodi datio in ſolutum eſt vera redemptio redditus, quia iamdudum æſtimatus eſt certo ſuæ redemptionis pretio. Si vero non eſt redimibilis, non eſt locus retractui, quia non eſt actus venditionis, nec reducibilis ad venditionem. Et hoc niſi redditus æſtimaretur inter contrahentes, & pro eo tanti æſtimato daretur prædium in ſolutum. Saluo circa articulum æſtimationis niſi æſtimatio eſſet tantum facta ad finem certificandæ probationis valoris in caſum euictionis. Vt de hoc articulo plenius retracto ĩ. §. 174. ad quem remitto ne hîc ſim prolixior. Ex prædictis ſatis liquet, quid dicendum de cæteris incorporalibus, & ſimilibus acceptis in ſolutum. adde quæ ſcripſi ĩ. §. 33. *quæſt.* 18. *num.* 54.

* Quid de datione in ſolutum pro iure redditus.

50. ¶ VNDECIMO quæro de alia quæſtione communi vtrique retractui. Quid ſi* venditio ſit nulla? Reſponde quomodocunque ſit nulla, ſiue ex defectu ſolennitatis, vel authoritatis requiſitæ, ſiue propter incapacitatem perſonæ, ſiue propter dolum dantem cauſam, aut aliud quodcunque vitium, non eſt locus retractui, quia lex vel ſtatutum loquens de contractu, ſententia, vel alio actu, intelligitur de valido, non autem de nullo. *l. non putauit. §. non quæuis. D. de bonor. poſſeſſ. contra tab. l.* 4. §. *condemnatum. D. de re iudic. cum ſimilibus.* facit quòd pœna priuationis à iure impoſita emphyteutæ, vendenti domino irrequiſito, non habet locum ſi alias venditio ſit nulla, ſecundum Bal. in *l.* 2. *col.* 2. *C. de epiſco. and. de quo dicemus infra* §. 33. *q.* 4. Aduerte tamen quòd emptor per ſe non poteſt allegare nullitatem contractus, & acquiſitionis: etiam ſi procederet ex dolo venditoris, qui forte dolo eum induxit ad emẽdum, quia ſua non intereſt patrono refundente pretiũ, & legales ſumptus. Vnde in præiudicium emptoris ſemper locus eſt retractui, etiam ſi emptor docere vellet de nullitate, eámque cauſaretur eſſe notoriam: quia forte poterit approbari à venditore, & ſic ſemper intereſt patroni retinere, & non intereſt emptoris dimittere eo prætextu. Sed retractus non erit efficax, ſi venditor conqueratur, quia poterit vendicare, vel repetere à domino. Idem dicendum ſi venditio non ſit nulla, ſed annullanda per reſciſſionem, vt tactum eſt ĩ. *ea. gloſſ. q.* 3. *inſi.* Et quantum ad materiam iſtã, non eſt differentia inter venditionem nullam vel annullandam.

* Statutum loqueas de venditione intelligitur de valida.

51. ¶ Sed quid ſi patrono volente retrahere ab emptore, venditor* intercedat allegans nullitatem & reſciſſionem venditionis? Reſpondeo, ſi incontinenti doceat, excludetur patronus ab omni iure, tam quinti vel ſubquinti denarij, quàm retractus, ſi actus ſit nullus, vel annullandus, ſecundum ea quæ dicam ĩ. *eo.* §. 33. Si vero non poſſit docere incontinenti, patronus qui habet ex venditione & traditione facti ex notorio conſuetudinis intentionem fundatam, exequetur ius ſuum, & obtinebit, cum onere tamen litis, ſiue in nullitate, ſiue in reſciſſione prætenſis per venditorem, ſiue lis ſit mouenda, ſiue ſit etiam iam mota, vel conteſtata.* Nec tenetur patronus ſatisdare, de reſtituendo venditori in caſum victoriæ, niſi patronus eſſet perſona ſuſpecta, quod vix admitti poteſt, niſi forte eſſet caſtrum affectatum, ita quod veriſimiliter ſi patronus haberet nunquam vellet reſtituere, nec ab eo poſſet recuperari, quia tunc nullo modo etiam ſatisdatione oblata deberet relaxari patrono per ea quæ in ſimili not. Alexand. in *l. naturaliter.* §. *nihil commune. col.* 11. *ver. quinto fallit. D. de acquir. vel amit. poſſ.* Paul. Iaſ. in *l.* 2. *C. de edict. dini Adrian. tollen.* Cepol. in ter *conſ. criminalia. conſil.* 60. *omiſſa facti ſerie.* Claud. de Seyſell. in *Spec. feud. tit. qui feud. dar. poſſ. colum.* 10. Alioquin ſufficit ſimplex verbalis cautio, ſine clauſula ſine præiudicio, ſiue ad onus proceſſus, quia cautioni æquipollet. *l. is à quo. & ibi gloſſ. D. de rei vend. in ea. veniens.* 2. & ibi omnes cano. de teſtib. Et prædicta procedunt quando venditio & alienatio remanet nulla, vel reuocatur. Secus ſi alienatio manet venditione tranſeunte in aliam ſpeciem contractus, tunc enim locus eſt releuio in feudo, *vt quæſt. ſeq.*

* An ipſe venditor intercedere poſſit retractui.

* An teneatur patronus ſatisfacere de reſtituendo venditori.

52. ¶ DVODECIMO quæro, de alia communi vtrique retractui, feudum vel hæredium antiquum partim venditum, partim donatum fuit. Reſpond. ceſſante fraude non eſt locus retractui, niſi in parte vendita, & in reliqua patronus optabit releuium, & inueſtire tenebitur acquirentem. Secus interueniente fraude, puta cum agant totum vendere, ſed ſimulant partem vendere. Fraus autem detegitur eo ipſo quòd eodem contractu, eidem venditur media quanti totum valet, & reſiduum donatur, & tunc poterit totum retrahi. Quia in veritate totum eſt venditum, & quum pretium aſcendat ad valorem totius feudi nihil eſt reſidui. Tum cùm non ſubſit aliqua iuſta, & neceſſaria cauſa taliter contrahendi, apparet eſſe machinamentum ad fruſtrandum retractum, vt non poſſit retrahi, niſi pars, & adhuc ſoluto pretio totius *arg. l. per diuerſos. C. mandat.* Idem ſi venditio & donatio fiant diuerſis contractibus & inſtrumentis, vel diuerſis perſonis, ſed temporis vicinitas, vel perſonarum coniunctio, & interpoſitio maiorem fraudem & illaqueationem detegant. Subſiſtente autem materia & ſuſpicione fraudis,* quanto plures cautelæ & circuitus adhibentur, tanto a ſimplicitate veritatis, & bonæ fidei receditur, & fictionis ſuſpiciones multiplicantur. Vbi enim abundantior cautela, ibi euidentior fraus, inquit Bal. in *c. ex literis. col* 2. *inſi. de conſuetud. faci.* not. Bal. Angel. in *l. ſi. quis ſub conditione. D. de condit. inſtit.* Philipp. Cor. *conſil.* 41. *col.* 2. *lib.* 3. *Deci. conſi.* 448. *num.* 23.

* Vbi abundantior cautela ibi euidentior fraus.

53. Et circa hanc quæſt. diligenter aduerte quòd* non cenſetur res partim vendita, partim donata, ex eo quòd fuit valde minori pretio vendita: Niſi ideo fuerit minoris vendita, quòd vendens haberet animum donandi ſuperfluum, & hoc conſtet, quia primum ſpectandum eſt principale propoſitum contrahentium, & quid inter eos actum ſit: vnde ſi agant vendere, contractus non erit miſtus, ſed totus erit meră venditio, tametſi minoris, etiamſi ſcienter facta ſit, niſi ita actum ſit vt in eo quod res ſuperualet pretio, ſit donatio, tex. eſt clarus in *l. ſi quis donationis. D. de contrab. emp. & vend. in l. ſi ſpõſus* §. *circa. D. de donat. inter vir. & vxor. in l. ſi*

* An ſit donatio quatenus minoris venditur.

vir vxori. D. ad senatusconſ. Velleia. l. rogaſti. in princ. l. ſi quis nec cauſa. D. ſi cert. peta. Calderi. *in conſi. 2. ſubſit. de empt. & venditio.* Io. And Pano. & alij. in *c. ad quæſtiones. de rer. permut.* Cy. Bal. in *l. 1. C. de paſt.* Bar. *l. 1. ad fi. D. de rer. permuta.* Bal. *l. 1 col. 2. C. eod.* Bar. Bal. Paul. in 1. Ariſt. *D. de donat.* vnde vilius vendere non eſt donare, ſed damnoſe contrahere, ſicut damnoſa diuiſio nō eſt donatio, inquit Bal. in *rubr. C. de contrab. emptio. & vend. q. 10.* & ſeq. Fabia. de Mont. S. Saui. in *tract. de empt. & vend. q. 8. in prin. ver. Vnum tamen ſcias.*

54. Et quamuis Bald. & Fabia. ibi hoc limitent, niſi res minus dimidia iuſti pretij vendatur, non eſt recipienda hæc limitatio, ſaluo eo quod ſcripſi ℣. 33. *q.* 15. quia ſemper principalis intentio debet attendi per iura prælegata. Aut ergo res multo minoris venditur ignoranter, & non eſt aliud quam venditio, ſed erit locus remedio. *dict. l. 2. C. de reſcind. vend.* ſi læſio ſit vltra dimidiam. Aut ſcienter, & non eſt locus d. remedio. *vt not. in ℟. l. 2.* Tamen non eſt aliud quàm venditio, & non eſt donatio etiam in exceſſu rei, niſi hoc actum ſit: vnde locus erit vtrique retractui pro illo vili pretio. Nec poterit emptor deducere de re pro rata valoris vltra pretium, etiamſi probet ſcientiam vendentis, niſi probet id actum, vt in exceſſu eſſet donatio. Aduerte tamen quòd non requiro vt expreſsè appareat actum de donatione: ſed ſufficit quòd tacitè, puta ſi nedum de ſcientia venditoris appareat, ſed etiam de amicitia ſpeciali, vel effectu venditoris, & quòd venditor abſq; vlla rei familiaris, aut alia neceſſitate, tali & tam vili pretio vendidit. Ex his enim vel aliis æque potentibus coniecturis, puto ſatis apparere minoris venditum contemplatione emptoris, & ſic implicitam ineſſe donationem eius quod feudum ſuperualet pretio, & illud poterit emptor ſubducere de retractu, vel petere ſuppleri iuſtum & integrum pretium à retrahente, ſi veriſimiliter appareat potius eſſe factam remiſſionem partis iuſti pretij quàm donationem feudi. quatenus plus valet, vtpote quando venditor erat aliàs totum venditurus. ad hoc vide quæ dixi ℣. §. 33. *q.* 1. Et hæc quantum ad materiam vtriuſque retractus, vel ſimilem. Sed quantum ad materiam *l. ſi vnquam. C. de reuocand. dona.* cenſetur donatio, & eſt locus *d. l. ſi vnquam*, in ſcienter vilius vendente, etiam ſi nullo modo agatur quòd ſit donatio, dummodo exceſſus aſcendat ad tantam & notabilem ſummam, quod veriſimiliter vendens non fuiſſet ita ſupinè contracturus ſi futuros liberos ſperaſſet vt tradit Cyn. Bald. Socy. in *l. 5. C. de paſt.* Franc. Ripa. in *repet. d. l. ſi vnquam. q* 9. & And. Tiraq. in *verbo donatione largitus. in princ.*

55. ¶ DECIMOTERTIO quæro, feudum venditur certo pretio quod * remittitur? diſtingue, aut remittitur incontinenti, aut ex interuallo. Si ex interuallo, manet venditio quacunque cauſa fiat remiſſio. *l. ſi tibi donationem. D. loca.* Et locus eſt vtriq; retractui, & integrum pretium refundendum, etiamſi venditor pure naturaliter donauerit emptori, quia de donatione pretij nihil ad rem. Si verò incontinenti, ſubdiſtingue. aut cauſa puræ, & liberalis donationis remittitur, aut ex alia cauſa. Primo caſu, non eſt venditio feudi, ſed vera donatio, text. in *l. cùm in venditione. D. de contrab. empt. & vend.* Et ceſſat vterque retractus, & ita in omnibus iudicandum, ſicut de feudo donato. Secundo caſu manet venditio, & in omnibus idem iudicandum quòd de feudo vendito, etiam ſi remiſſio fuerit incontinenti facta, non ex cauſa debita, ſed ad antidora, ex cauſa ſimplicis remunerationis, quia huiuſmodi remuneratio magis eſt genus permutationis, quàm donationis. *l. ſed & ſi lege §. conſuluit. ver. plane. D. de pœtit. hæred.* & planè Iaſon. & alij in *l. hoc iure. D. de iuſti. & iur. in l. frater à fratre. D. de condit. indeb.* hæc particularis veſtigatio magnum quandoque habet momentum. Sed ne dum breui reſolutioni ſtudeo obſcurus fiam, diligenter aduerte, circa primum membrum noſtræ ſubdiſtinctionis, quod ſane debet intelligi, & limitari, vt procedat quando conſtat, ſeu veriſimiliter appareat, donatorem non habuiſſe animum vendendi feudum, ita quòd pretium non eſt appoſitum cauſa venditionis, ſed cauſa donationis, fortè æſtimandæ iuxta tex. *d. l. cùm in venditione.* Tunc enim nullo modo eſt venditio. nec donatio pretij, ſed ſolum donatio feudi. Secus ſi conſter quòd non habuit animum donandi feudum, ſed eius pretium, feudum autem vendere voluit. Tunc enim manet venditio feudi, quamuis incontinenti pretium donationis cauſam remiſerit, quia non cadit donatio niſi ſuper pretio idque frequenter vſuuenire poteſt. Quid enim ſi donator vult excludere propinquos ſuos a retractu, ſed pretium donare vult emptori? Igitur hoc caſu locum habebunt omnia iura feudalia, ſicut in vera venditione.

56. ¶ DECIMOQVARTO diximus feudum etiam exceſſiuo pretio venditum, tanto eſſe retrahendum, & viliſſimo pretio venditum viliſſimè retrahi, & retrahentem hoc vltimo caſu teneri. *l. 2. C. de reſcind. vend.* Quæritur, an in præcedenti caſu poſſet retrahens agere. *d. l. 2.* ſi nimio & ſupra dimidium iuſti pretij emptum feudum tanti retraxit? Hæc q. pendet ab illa, an *d. l. 2.* habeat locum ex parte emptoris, quando reperiebatur alius tantundem vere offerens, quam q. mirum eſt repetentes *d. l. 2.* non attigiſſe. Et videtur non habere locum, *quia alij tantum vendi potuit, ſed res tantum valet quantū vendi poteſt. *l. mortis cauſa capimus §. fin. D. de dona. cauſa mort. l. ſi ſeruus in fi. prin. D. de cond. furt. l. in l. Falcid. nō habetur. ver. Proculus. l. in quæſtione. §. magnæ. l. quærebatur in prin. D. ad leg. Falc. in l. ſi quis vxori. in fin. D. de fur. l. 1. §. ſi hæres percepto fundo. D. ad Trebell. l. fin. §. ſin autem dubitationis.* & ibi Bal. in *vlt. col. C. de iure domi. impetrand.* Sed iſtud ſane eſt intelligendum in ſciente conditiones bonas & malas rei, & conſequenter reus valorem, vt vult *gl. fing.* & ibi Ang. Imo. in *d. l. mortis cauſa capimus. §. ſi.* Bar. in *d. l. ſi ſeruus, & in d. §. ſi hæres.* ibi Iaſ. D. *ad Trebell.* Ang. Imo. *in l. pretia rerum. D. ad leg. Falcid.* Ang. Aret. in *§. ſi quis agens. col. 5. in fi. inſt. de actio.* Corpol. in *§. ſtruct. de ſimula. contra. col. 4* & è Theologis Iacob. Almāt. in *4. ſent. diſt. 15. q. 2.* Vnde ſic diſtinguo, aut ille qui verè, ſine fraude, & cum effectu ad hoc paratus tantum offerebat, ſciebat conditiones, & valorem rei, & nihilominus ſcienter vltra offerebat, ſiue affectione rei, ſiue affectione vendentis ductus, aut aliàs ſponteneè largiturus, modo ſibi venderetur: aut conditionem & valorem rei ignorabat. Primo caſu non eſt locus *d. l. 2.* dummodo emptor ſciuerit oblationem factam à tertio, & eidem præferri voluerit, ſiue aliàs ſciuerit valorem & conditionem rei, ſiue non: dummodo etiam venditor doloſe non retinuerit qualitates rei. Et ratio, quia pro beneficio debet æſtimare, quòd venditor eum prætulit tertio æque bonam conditionem cum effectu, & ſcienter offerenti. Vnde non debet rependere ad damnum venditori, quem fruſtrauit æque bona venditione. Secundo caſu puto locum eſſe *diff. l. 2.* quia tertius tantum offerens æque vſus fuiſſet *d. l.* Igitur & ſecundus vtetur, quia æque deceptus eſt, & dum voluit tertio præferri, nullum lucrum abſtulit venditori, eandem reſciſſionem paſſuro ab illo tertio ſi illi vendidiſſet. *fac. l. ſi alius. §. eſt & alia. D. quòd vi aut clam.* Et ita dicendum eſt in præſenti caſu, quòd ſi primus emptor ſcienter & ſponte pluris emerit, etiam vltra dimidiam iuſti pretij, vel ſi ignoranter, tamen cum expreſſa & ſpeciali renunciatione *d. l. 2.* præmiſſa certificatione retrahens ſiue patronus, ſiue conſanguineus, tanti & ſub eodem onere excluſionis priuationis remedij *d. l. 2.* debet redimere vnde ſciuerit valorem rei, vel non, non iuuabitur. *d. l. 2.* ſed ſibi debet imputare, qui ſe ingeſſit & veluti ab inuitis extorſit. Si vero primus emptor ignorauit nec debite renunciauit *d. l. 2.* tunc poterit retrahens, tametſi ſe ingeſſerit illa vti;

* An venditio facta cum remiſſione pretij ſit reuocabilis.

* An res tantum valeat quantum vendi poteſt.

quia ſicut eodem onere, ita eodem iure & commodo debet vti, quòd ille emptor vſus fuiſſet.

57. Sed iuxta hoc quæritur cùm de iure communi actioni reſcindenti ex *d.l.* 2. præſcribatur triginta annis, vt ibi per gloſſ. & doct. Et hodie in hoc regno decem annos ex conſtitutione Ludou. 12. anno 1512. §. 46 A quo tempore incipiat currere præſcriptio, an à tempore primæ venditionis, an à tempore retractus? Reſpondeo à tempore primæ venditionis tantum, & contra primam venditionem tantum, quia non competit contra eum à quo retrahitur, qui non tenetur de aliqua euictione, à quo inuito totum ius emptionis tale quale eſt, transfertur in retrahentem. Idem ſi emptor voluntarie cederet in alium quicquid iuris habet ex tali emptione. Secus ſi de nouo venderet alij, eodem vel cariori pretio, quia ex nouo contractu, nouus emptor haberet actionem ex *diſt. leg.* 2. contra venditorem ſuum à tempore huius venditionis, & in vim clauſulæ generalis cedens iura & actiones, &c. haberet ſimilem actionem contra authorem authoris ſui infra tempus decennij à prima venditione duntaxat.

58. DECIMOQVINTO quæro, dictum eſt *ſupra eo. gloſſ.* 4. Si redditus ſuper feudo conſtituitus ſit infeudatus & vendatur, locum eſſe retractui feudali. Sed quid ſi* non vendatur extraneo ſed ipſimet debitori qui redimit? Et videtur locum non eſſe retractui feudali, quia ex quo vaſſallus & debitor redimit ad ſui & feudi ſui hypothecati liberationem, non videtur eſſe emptio, ſed luitio, prout in ſimili diximus j. §. 23. de vaſſallo qui feudum ſuum redimit à creditore, vt non ſit locus nec retractui, nec quinto denario, eo quòd non ſit vera venditio. Tamen ego ſic diſtinguo, aut ille redditus eſt redimibilis, aut non. Primo caſu, non eſt locus retractui, nec etiam quinto denario, *per not.* j. §. 33. *q.* 3. quia iſta non eſt emptio, ſed redemptio neceſſaria, ſiue luitio ex qualitate inexiſtente à principio infeudationis, vel conſtitutionis redditus, ſiue ex neceſſitate contractus, vel pacti facti ante infeudationem, quæ non fuit facta, nec fieri potuit, niſi ſub hoc onere. Secus ſi redditus non redimibilis factus eſſet redimibilis, pacto creditoris & debitoris poſt infeudationem ſimpliciter vel ſub expreſſa qualitate non redimibilis factam, quia licet hoc poſſit fieri in præiudicium creditoris, non tamen in præiudicium patroni. *l. debitorum. & l. ſeq. C. de pact. cum vulg.* Secundo caſu, dico locum eſſe retractui, quia eſt feudum ſeparatum à feudo quod poſſidet debitor. Vnde quemadmodum ſi partem feudi ſui vendiderit, & emptor in fidem receptus fuit, ſi poſtea idem emptor reuendat venditori ſuo, patronus poterit habere ius retractus, ſicut ſi vendidiſſet cuicunque extraneo, quod procedit nedum ſi emptor fuerit receptus in fidem dictæ portionis tanquam de feudo ſeparato, (diſmembratione huiuſmodi, ſiue eclipſi facta de conſenſu & authoritate domini) ſed etiam ſi fuiſſet receptus tanquam conuaſſallus, de parte eiuſdem feudi, ſiue diuiſa, ſiue indiuiſa. Et ſic hoc acto, vt emptor & venditor tenerent portiones ſuas, tanquam in vnum feudum, ad vnam fidem & homagium, ſiue ſub eodem titulo eiuſdem feudi. per not. *infra eo. glo. ſeq. in fin.* Eodem modo ſi redditus non redimibilis redimatur à debitore, poterit ab eodem patronus iure feudali retrahere. Et ſic not. quòd huiuſmodi redditus ſemel infeudatus, non poteſt amplius fieri redimibilis ſine conſenſu patroni, quia totale feudum huius redditus, funditus ſupprimeretur & extingueretur, quod non poteſt fieri ſine conſenſu patroni, multo minus quàm alienatio in manum (quod aiunt) mortuam, vt infra §. 51. Et ſic infertur quòd nedum non poteſt vendi, ſed nec permutari, vel cedi ipſi debitori, quin teneatur vendere patrono, vel ponere extra manus ſuas, & in perſonam idoneam, tam ad conſeruationem feudi, quàm iurium & commodorum patroni.

59. ¶ Sed iuxta hæc incidenter quæro, an* creditores habentes redditus perpetuos & non redimibiles ſuper feudis alienis, poſſint illos infeudari facere, ſiue in feudum recognoſcere à patronis eorundem feudorum? Videtur quòd non, quia tenetur quis non facere quod ſibi non prodeſt. & alij nocet. *l.* 1. §. *denique D. de aq. plu. arcen. l. fluminum.* §. *ſi vbi.* Dy. Alb. Pau. *D. de damn. infect.* Ioann. Fab. *inſtitut. de leg. ſu. ca. tollend.* Quod autem noceat debitori patet, quia amodo non poterit luere, niſi conſentiente patrono, qui fortè exiget indemnationem, & quòd non profit venditori, patet, quia licet hoc commodi aſſequatur, quod feudo debitoris prehenſo à patrono, tenebitur patronus ſoluere & continuare redditum, hoc eſt paruum commodum: quia illud poteſt recuperare ſuper debitore, vel eius hærede, vel ſuper proprietate feudi prehenſi, quam hypothecatam habet, vt dicemus j. §. 28. Sed aliud magnum & irrecuperabile damnum incurrit, ſcilicet onus ſoluendorum releuiorum, & quinti denarij, & periculum amittendi fructus redditus manu iniecta, & ſic nedum debitori, ſed etiam creditori nocet. Contrarium eſt verum, quoniam creditores de iure ſuo liberè diſponere poſſunt, inuito debitore. *l. nominis. C. de hæred. vel. act. vend.* Vnde ſicut poſſunt vendere, donare vel cedere, ita & hypothecare, vel alio modo ſubmittere. *l. in re mandata. C. mand.* Et ad doc obiectum reſpondetur quòd procedit quando quis vellet facere, vel immittere in alieno vel in publico, ſecus ſi in ſuo, vel ſuo proprio, quia tunc non tenetur abſtinere. *l. nec in creditoris. C. de noua.* niſi conſtet quòd animo principaliter nocendi. vt in *d.* §. *denique.* vel niſi præcedente contractu ex quo ad id obligetur. *l. in creditore. D. de euict.* & declarat Bar. in *l.* 2. *in prin. col.* 3. *D. ſolu. matrim.* Creditor autem quoniam liberaliter recognoſcit à patrono, poteſt ſi velit apponere legem, vt ſibi liceat donare, vel remittere debitori, abſque eo quod patronus conqueri, vel aliquid indemnitatis nomine petere poſſit. Sed non tenetur de hoc cauere niſi in conſtitutione redditus eſſet dictum, quòd non poſſet admittere, vel ab aliquo recognoſcere dictum redditum in præiudicium conſtituentis. Addę quæ dicam *infra* §. 9. *num.* 9.

* An redditus infeudatus, poſſit redimi à debitore.

* An creditores poſſint redditus ſuos inuitis debitoribus infeudare.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. VI.

1. *Quid de conſentiente, venditioni, vtſi vxor conſentiat viro dotale feudum vendenti.*
2. *Habita mẽte nõ refert quid ex æquipollẽtib. fiat.*
3. *Quid ſi feudum vendatur à nudo poſſeſſore?*
Emens ab aliquo non fatetur eum dominum.
Potius præſumitur conquæſtus quàm propriũ.
4. *Quid ſi vnus vendit partem ſuam connaſſallo?*
5. *Permiſſa eſt alienatio feudi in connaſſallum.*
6. *Propriè dicitur vaſſallus & cliens etiam ante fidem renouatam.*
7. *Ad quod ius in dubio recurrendum in conſuetudinaria patria.*
8. *Quando de iure liceat alienare in conſortem domino directo irrequiſito.*
9. *Quando vaſſalli ſunt inueſtiti inſolidum ceſſat retractus inter eos, ſicut inter conſanguineos.*

GLO. VI. IN VER.

Par ſon vaßal.

IN verbo per vaſſallum ſuum. Nemo dubitat idem ſi per procuratorem, tutorem vaſſalli, vel alium eius nomine vendatur. Sed quid ſi alius vendidit, & vaſſallus tantum conſenſit.

* Quid de conſentiente venditioni.

1. ¶ Pone maritus vendidit feudum dotale, vel proprium vxoris, de eius * conſenſu. Et ad diſtinguendum dubium, pone talem eſſe formulam contractus, quòd ſolus maritus nomine ſuo proprio tantum vendidit, vxor autem non vendidit, ſed tantum conſenſit venditioni, vel eam ratam habuit? Hanc quæſtionem format Alberi. in materia retractus proximitatis in 1. *part. ſtatu. quæſt.* 98. Vbi poſt Andr. Piſan. quem dicit late & ſubtiliter diſputaſſe, tenet non eſſe locum retractui, & nullos proximiores admitti, nec ex parte viri, quia res non eſt de eorum genere, nec ex parte vxoris, quia ipſa non vendidit. Non vidi præfatam diſputationem quam ſe habere dixit Albericus. Sed illa deciſio prima facie habet apparentiam, quia res vendita non eſt de genere venditoris. Vxor autem de cuius eſt genere, non vendidit: patet quia non tenetur ex empto, nec de euictione. Aliud enim eſt vendere, aliud tantum vendenti conſentire, textus in *leg. aliud eſt.* & ibi Decius. *D. de reg. iur.* Facit theorica Saly. in *l. vẽditori. C. de rebus alienis. non alienan.* de qua dicemus infra loco opportuno. Nec ratificatio facit cenſeri actum eſſe ratificantis, quum non fuerit eius nomine geſtus. *leg. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. D. de neg. geſt.* Sed tantum facit quòd ille actus per alium geſtus, remanebit validus contra conſentientem, & in eius præiudicium. vt declarat Bartolus in *leg. ſi fundus. §. 1. D. de pignor. & in leg. 1. §. ſed & ſi quum quis. D. de vi & vi ar.* Igitur deficiunt verba ſtatuti, & non poteſt peti retractus ex ſtatuto.

1. ¶ Contrarium tamen puto, quia verum eſt dicere, rem exiuiſſe de genere per venditionem, & mediante pretio, ergo eſt locus retractui. Nec obſtat actori, quòd non eſt conſanguineus venditoris, & quod res vendita, non eſt propria venditoris, quia illa verba in quantum ſonant nexum & correlationem venditoris rei, & retrahentis, non ſunt apoſita niſi cauſa maioris frequentiæ, quia vt plurimum non accidit rem vendi per alium domino tantum conſentiente. Sed magis ſolet per ipſummet dominum vendi: nec conſuetudo, vel ſtatutum ſe fundauit in illo exteriori verborum ſono, vel formula. quare in ea non conſiſtit vis, vel forma, ſed in ipſo effectu tranſlationis, & alienationis rei, à ſua cognatione, mediante pretio in pecunia. Et ſtatuit poſſe retrahi per vnum de cognatione refundendo idem pretium. Vnde ſiue ipſemet dominus vendat nomine ſuo, ſiue alij proprio nomine vendenti conſentiat, ſemper habetur idem effectus. Et hæc omnino æquipollent * in materia de qua agitur. Vnde non refert quid ex æquipollentibus fiat, ex quo adeſt eadem ratio, mens & effectus quem ſtaturum intendit. Et ſic propriè & verè in hoc caſu verificatur, prout in fortioribus terminis, videlicet in diſpoſitione conditionali nota. textus *gloſſ.* & doctores in *l. ſi mater C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditione facta.* vbi pro copia allegationum remitto. Et concludo abſque dubio locum eſſe in quæſtione propoſita vtrique retractui, ſiue feudali, ſiue proximitatis. Quantum enim ad effectum iuris, & maximè quem intendit & conſiderauit noſtra conſuetudo, is effectualiter vendidit, qui erat verus vaſſallus, vel dominus, & venditioni conſenſit, ſiquidem ab eo deciditur, & ſeparatur res retrahenda, & eius dominium. Et ſi opus eſſet extenſione (id quod non) adhuc deberet fieri ad fraudes euitandas. per no. 3. *eo. gloſſ.* 3. *num.* 9. Et quantum ad hoc conueniunt retractus feudalis & proximitatis: ſed in pluribus aliis differunt, vt patebit in ſequentibus.

* Non refert quid ex æquipollentibus fiat.

3. ¶ Sed quid ſi feudum vendatur per extraneum non dominum, ſiue bonæfidei, ſiue malæfidei poſſeſſorem, inaudito vero domino, qui non poſſidet? Deficiunt hoc caſu hæc verba: & vere etiam deficit effectus. Tamen patronus habet fundatam intentionem contra emptorem, tam in præhendendo, & faciendo interim fructus ſuos, velut aperto feudo, quam in exactione quinti vel ſubquinti pretij, vel in retentione feudali: nec poteſt emptor prima facie refricare quæſtionem domini authoris ſui, quamuis in contrarium faciat * quòd emens ab aliquo, non propter ea videtur fateri venditorem eſſe dominum vt ſentit gloſſ. *in l. 1. in verſic. à non domino* & ibi expreſſe Angel. D. *de public. in rem actio.* & ſequitur Alexand. in *conſil. 92. perſpectis. colum. 1. lib. 1. conſ. 43. Viſis col. 3. lib. 4. conſil. 115. Viſo proceſſu libro ſexto*, quod clare procedit, quando agitur contra tertium, cui ſemper poteſt empor negare venditorem fuiſſe dominum, vt hic: quamuis non poſſit negare agendo contra ipſummet authorem ſuum, vt inquit Deci. *in leg. ſi à furioſo. in fin. D. ſi certum petatur.* Tamen ex quo ius patronatus non reuocatur in dubium in ſe; & de venditione conſtat: ſatis eſt. Prout in ſimili decidit Matth. de Afflict. *ſuper conſtit. Feder. 2. de iure proto. in princ. col. 7. in 6. nota.* Nec prodeſt negatio, & quæcunque cauſatio emptoris: niſi forte aſſumat in ſe onus probandi, & probet ſe emptorem venditionis fuiſſe verum dominum & vaſſallum, & non venditorem, & conſequenter emptionem fore nullam: & nihil inde apertum, nihilque debitum patrono. Et ſi hæc prætenſa emptionis nullitas non poſſit promptè probari: interim ius domini (vtpote clarum) exequetur, ſecundum ea quæ diximus *ſupra eod. gloſſ. 5. quæſt. 11.* ¶ Diuerſum eſt in retractu conſanguinitatis: in quo oportet retrahentem probare rem nedum fuiſſe venditoris: ſed

* Emens ab aliquo non fatetur eum dominum.

itized by Google

etiam de patrono, aut antiquiori eius hæredio, & à latere quo actori coniunctus est: quia in dubio prædia non præsumuntur esse antiqua: sed potius de nouo conquæstu, vt scripsi j. §. 145. & 174. Viterius pro vberiori doctrina.

4. ¶ Quæro, sunt plures vassalli, quorum vnus vendit partem suam conuassallo, an sit locus retractui? Hæc quæstio non procedit inter plures vassallos ex successione eiusdem vassalli, cuius fuerunt hæredes, quia tunc esset inter eos locus retractui consanguinitatis, vt pote quum feudum successione quæsitum efficiatur proprium, siue antiquum, etiam hæredibus immediatis, siue in linea directa, siue in linea collaterali, etiam si esset de acquestu, siue conquestu defuncti, vt infra. §. 112. Et sic emptor haberet exceptionem contra patronum, contra quem etiam haberet actionem retractus, & hoc nisi si quando accidat inter plures hæredes eiusdem defuncti, non esse locum retractui proximitatis, etiam respectu eiusdem rei, puta si feudum à patre, & matre acquisitum, deuolutum fuerit successiuè in communem filium & hæredem, qui sine liberis decessit, relicto fratre patruele, & fratre consobrino, ille enim accipit partem feudi, tanquam proprium paternum: & iste aliam partem, tanquam proprium maternum: & in hoc iudicantur hæredes diuersarum linearum: nec alter haberet ius retractus in parte alterius, vt diximus infra §. 174. Et sic procederet quæstio. Sed planiùs procedit inter plures, qui emptione, donatione, vel alio, siue eodem, siue diuersis titulo, siue simul, siue separatim acquisiuerint vnum & idem feudum.

5. ¶ Et primo videtur non esse locum retractui feudali: quia * alienatio feudi est expresse & specialiter permissa inter conuassallos: ita quod potest vnus partem suam, siue pro diuiso siue pro indiuiso consorti vendere, donare, vel aliter cedere. Ita decidit Andræas de Iser. in *capitulo primo. §. 1. in princip. per quos fiat inuestitura per text. in capitulo primo de alienan. feu. pater.* Bald. in *cap. vnico. col. fin. versic. Item sciendum est de alienan. feud. in vsib. feud.* Idem inter plures emphyteutas, vt hoc possint inter se, etiam domino irrequisito. *arg. l. imperialem. §. preterea ducatus. de prohibit. feud. alienan.* per Fede. in *l. voluntas. C. de fideicommiss. l. 1. §. ceteri vero, ibi. nam cum persone conditio non mutetur, nec rei quidem statum conuenit immutari.* vbi ita tenet Bart. Iacob. Rebuff. Ioan. de Plat. *C. de impo. lucrat. descript. lib. decimo.* Idem de Plat. in *l. 1. num. 3. non licere habita. metroco. libro vndecimo. C.* Ioan. Andr. in *additio.* Specul. in *tit. loca. §. nunc aliqua. versicul. 72. in princip.* Andr. Iser. Aluaro. Præpo. in *c. 1. §. 1. per illum text. per quos fiat inuestit. in vsibus feudor.* Bar. Paul. in *cùm hi. §. si vni C. de transact. in feudor.* Bar. Paul. in *cùm hi. §. si vni C. de transact. in leg. & ideo. D. de cond. fur. in l. si dominum. §. fin. D. de legat 1. in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst.* 10. & ibi late lato. *col. penultima. D. de verborum obligation.* Ioan. Cal. in *consi.* 12. *de feud.* Saly. in *l. ea lege. col. penult. versi. quæro circa idem. C. de cond. ob cauf.* Lancel. Deci. in *l. legatarius in fin. prin. D. de legat.* Iaso. in *dicta l. voluntas. C. de fideicommiss.* Hyppol. de Marsil. *singula. 28. incipien. emphyteuta.* Stephan. Bertran. *conf.* 188. *Viso casu. lib. 2.* non enim videtur res mutare manum ex quo non in extraneum, sed in consortem transfertur, *Argument. dictæ l. voluntas.* & ibi Guilielmus de Suza.

* Permissa est alienatio feudi in conuassallum.

6. ¶ His non obstantibus puto locum esse retractui feudali. Et hoc siue isti vassalli tempore venditionis essent iam recepti in fidem domini, siue non. Quantumcunque enim renouatio fidei & inuestituræ differatur vel omittatur, tamen hinc inde omnia iura clientelaria in vigore suo remanent. per not. infra. §. 61. Etiam in prænalibus, vt dicemus infra, §. 43. Et verè & propriè dicitur patronus, & cliens, in feudo semel constituto, quemadmodum semper verè & propriè dicitur feudum, licet feudalitas non sit exhibita. Et hæc vocabula magis cohærent rei quàm personæ, vt diximus *supra §. primo. gloss. quinta in principio.* Ratio decisionis nostræ est, quia vno ex vassallis vendente partem suam consorti, verum est, feudum vel eius partem vendi à vassallo, & sic concurrunt verba huius §. Igitur & dispositio *leg. 4. §. totiens. D. de damn. infect. cum vulgo.* Amplio etiam si simul essent noviter de illo feudo infeudati à domino, sed simpliciter: quod intelligitur in viriles. Et sic quilibet est vassallus pro parte sua tantum, & pro parte aliorum est velut extraneus.

7. ¶ Non obstant in contrarium adducta, quia quæstiones circa consuetudinem nostram emergentes, non sunt ad normam iuris Romani, vel consuetudinis Insubrium exigendæ: sed proprio & peculiari suo iure huius consuetudinis, in quo primo attenditur dispositio expressa. Secundo mens siue dispositio tacita. Tertio simile eiusdem consuetudinis, vt diximus supra in *præmio. gloss. 1.* Tum etiam in terminis illius iuris dicta opinio Bartoli & sequentium non est simpliciter vera. Et contrarium tenent Guillelm. de Cug. Alberic. *in d. l. cum hi. §. si vni.* Bald. Paul. *in d. l. voluntas.* Bald. *in l. dudum versiculo secundo. C. de contraben. empt. & vend.* Et pulchrè Alex. in *d. l. si domus. ad fi. D. de leg. 1.*

8. ¶ Vbi sic distinguit, aut loquimur inter plures filios. eius qui recepit emphyteusim pro se, & filiis simpliciter, vel pro se, filiis & hæredibus. Et tunc procedit opinio Bart. Ratio in promptu est, quia filij ex lege inuesturæ sunt vocati, cuius virtute est inter eos ius accrescendi, ita quod si alter filiorum repudiaret partem suam, non rediret ad dominum: sed accresceret alteri. Igitur multo magis accrescit si refutet, vel cedat fratri partem suam mediante pecunia, vel gratis. Et si dominus non potest tali casu habere ius prælationis, nec incurrere aliquod interesse: merito non est requirendus. Aut loquimur in emphyteusi ab initio concessa duobus: tunc quia inter eos non est locus iuri accrescendi, vt per Bar. & alios in *l. si mihi & Titio. D. de verbor. oblig.* non possunt inter se alienare, nisi domino requisito secundum formam. *l. fi. C. de iure emphyt.* & habebit dominus ius prælationis si vendatur etiam consorti. & sequ. Iaf. in *dicta l. domus in fi. & in dicta. l. fi. col. 32. quæst. 7. num. 116.* Eodem modo sentit Alexan. vt supra distinguendum in feudo dum allegat. *c. 1. de alien. feud. pater. in vsit. feud.* quod ibi volunt doct. & Bal. Paul. in *dict. l. voluntas.*

9. ¶ Itaque concludo vendito feudo, vel parte etiam consorti, semper & indistinctè locum esse retractui feudali, Nisi emptor sit talis cui alias competeret retractus consanguinitatis. Item nisi plures vassalli haberent ex infeudatione, per quam simul essent infeudati, non simpliciter, seu pro vtilibus, sed cum clausula, & quilibet eorum insolidum, vel cum clausula æquipollenti, vt & quemque, vel & quemlibet eorum. Et hoc casu propter seriem sermonis, verbum quemlibet idem importat quod verbum quemque, aliàs de sui natura secus vt dixi supra §. 2. *glo. 4. nu. 45.* Et idem dicendum puto in censuariis prædiis, in locis vbi consuetudo dat domino ius retractus post consanguineum. Quid autem apud nos si census vel emphyteusis, sit concessa sub pacto quòd non poterit vendi, nisi domino requisito, vt possit haberi pro pretio: dicam j. §. 184. in materia retractus pure conuentionalis, & pure legalis. Et quid in prædio concesso ad certum redditum perpetuum, sub illo pacto quod non possit vendi, nisi domino requisito, non apposita illa particula, vt possit haberi pro pretio an tacitè subintelligatur vt concedens habeat ius retractus, seu prælationis, quia multum fuit agitata inter insignores togati nostri ordinis, & materiam feudalem excedit, reseruo planè examinandum, *infra tient. seq. §. 73.*

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. VII.

1. *Vtrum* gerundium *importet conditionem.*
2. *Respondeo quod non, sed inducit modum.*
In eadem dispositione nihil prius, nihil posterius.
3. *Quæ non respiciunt dispositionem, sed executionem, non faciunt conditionem.*
4. *Ad tollēdū cōsequentiā sufficit dare instantiā.*
5. *Notabilis quæst. in facto.*
Quid sit item iuridicialiter constituere.
6. 7. *Quanta circumspectione theoriæ iuris ad negotiorum decisionem adaptandæ.*
8. *Relatio fieri intelligitur ad principalem dispositionem.*
9. *Quando* gerundium *facit conditionem.*
10. *Vtrum patronus retrahens possit refusionis loco compensare.*
11. *Compensatio æquipollet solutioni.*

GLO. VII. IN VER.

En payant.

* Vtrum Gerundium importet conditionem.

IN verbo soluendo. 1. Quæritur primum vtrum istud * gerundium inducat conditionem? Videtur quòd sic: primo quia actus significatus per istud gerundium non est in obligatione, nec id agit consuetudo, vt omnino teneatur patronus refundere pretium, nec ad hoc directe compelli potest. Igitur illud est in conditione & facit conditionem, *Arg. l. quum ab eo. D. de contrab. empt. & venditio.* Secundo, siue expresse, siue tacite, de intentione disponentis appareat, certum onus (quibuscunque verbis expressum) prius implendum esse, quam emolumentum accipiatur: tunc inducitur conditio, cuius est natura vt prius impleri debeat, quàm dispositio sortiatur effectum. Secus quando quis prius emolumentum consequitur, tunc enim non est conditio, sed modus. Ita concludit Bartolus in *l. quibus diebus. §. Termilius. columna secunda. versiculo. quid si testator.* & sequitur Paul. *ibi. D. de condit. & demonst.* Saly. in *leg. ea conditione. C. de resciden. vendit.* Philipp. Decius in *l. cum mota. col. 3. num. 6. C. de transactio.* Tertio, quia istud gerundium videtur respicere id quod est substantiale, puta pretium, quod est substantiale contractus, & retractus venditionis. Igitur conditionem facit, & suspenditur per id quod notat Baldus *in lectione leg. & si post tres. columna 4. D. si quis cautio.*

2. ¶ Dic contrà, quòd solum inducit modum, primo, quia istud gerundium sequitur præcedentem dispositionem. Et hæc clausula gerudini incipit à præcedenti dispositione, & ab oratione perfecta, per quam consuetudo iam dedit patrono ius retractus, patet in serie textus. Ergo gerundium sequens non inducit conditionem, quippe cuius natura est accedere futuræ, non tamen factæ dispositioni. Et sic concessio iuris retractus purè facta, non suspenditur per gerundium sequens, sed solùm modificatur & limitatur. Sed certè hæc ratio magis videtur aures demulcere, quàm stomacho satisfacere, & verbalis magis quàm realis esse, quia ex quo gerundium ponitur in eadem oratione, saltem in eodem contexto & iunctura verborum, non potest necessario dici, quòd sequatur magis quàm præcedat. Imo attento quòd totius huius §. non est nisi vna dispositio, & vnus verborum conceptus, nihil in eo debet censeri prius vel posterius, sed particula posterius scripta inest priori, & è diuerso, vt in simili nota. Bal. in *l. contractus. C. de fide instrument. & plenius infra. §. 184.* Tum si conuerteretur ordo literæ, ita quòd hic §. inciperet à gerundio, puta sic, patronus refundendo pretium emptori, poterit ab illo retrahere feudum, adhuc idem tenerem quòd dixi dispositionem non esse conditionalem, sed modalem. Vnde non placet hæc prima ratio & similes quæ nudam literam & fortuitum verborum ordinem sequuntur magis quàm rationem & mentem. Secunda ratio dari videtur ex theorica Bartoli, & omnium in *l. si tu ex parte. D. de acquir. hæred.* quòd quando gerundium additur verbo, vel respicit verbum præsentis temporis, tunc non inducit conditionem, sed venit ad modificationem & qualificationem. At in hoc textu, gerundium additur & respicit verba præsentis temporis, videlicet illa, *pour prendre, retenir & auoir*, id est, potest capere, retinere, & habere. Sed hæc ratio non placet per ea quæ dixi j. §. 35 *gloss. 2. in princip.* Vbi dictam theoricam limitaui, quando verba præsentis temporis extenduntur & complectuntur actus futuros & gerendos, vt hic.

3. Tertiam igitur hanc & punctualem do rationem, quia istud gerundium non respicit ipsum ius retractus? sed eius exercitium, & executionem, vt patet in textu. Et sic non suspendit illud nec impedit quin feudo vendito & tradito, statim nascatur, & pure subsistat. Sed impedit eius executionem, & effectum, donec fiat illud, quod per gerundium significatur. Et sic ius retractus firmatum, & iam acquisitum, hactenus impedit & resoluit ope exceptionis. Et ita in simili tradit Baldus *in lectione dicta le. & si post tres, colum. quarta, versiculo secundo, quæro vtrum tacita.* Hæc autem sententia nostra manifestè probatur in textu, in illa clausula, *dedans quarante iours*, id est, infra quadraginta dies. Ex quo patet quòd consuetudo non astringit patronum ad soluendum illico, & statim, sed ad hoc faciendum concedit ei terminum quadraginta dierum à die exhibitionis literarum: & sic necessario istud gerundium importat actum futurum, vel qui ad minus per quadraginta dies sequi potest, post ipsum ius retractus formatum & acquisitum: ergo eius ortum nullo modo suspendit. Hanc autem probationem non posui pro punctuali, & adæquata ratione, quia etiam si non esset in textu hæc particula, infra quadraginta dies, & sic dato quod gerundium non esset in diem seu cum restrictione ad certum tempus sed purè, absolutè & precise staret, adhuc idem dicendum putarem, quod dixi per d. rationem tertiam. Facit quod in dubio iudicari debet, vt sit modus, & non conditio. vt not. Bart. Bald. Alex. & omn. in *l. cum mota. C. de transactio.* Paul. *in l. quæro. §. inter locatorem. D. de loca.* pro dilutione contrariorum, Ad primum negatur consequentia. Nec enim modus est in obligatione à principio. Et tamen nec à principio conditionem facit.

4. Ad tollendam autē consequentiam sufficit, vel vnā dare instantiam. *gl. in c. sicut vrgeri. 1. quæstio. 1.* Ias in *l. creditori. posi glossam penultimam ibi. D. de oper. nouī. nuncia. & in l. 2. §. ex his col. 3. D. de verborum obligationibus. in l. si profundo. in fi. C. de transactio.* dicta autem *l. cum ab eo.* loquitur in contractu consistente in concursu voluntatis vtriusque partis. merito ibi distinxit Saluinus Iulianus, an concurrat concursus ad obligandum de præsenti ad faciendum, id quod per hoc ver-

bum dummodo, ita, ſi, vt, vel aliam dictionem, vel etiam (vt puto) per gerundium, ſeu quamuis aliam verborum formulam expreſſum fuit. Et tunc quum illud expreſſum tranſierit in obligationem, iam non eſt conditio, ſed pura diſpoſitio & venditio ſub modo. An vero non concurrat conſenſus ad obligandum de præſenti ad illud certum quid expreſſum, nec tamen adeſt animus contrahendi, niſi illud expreſſum fiat, & tunc neceſſario illud expreſſum facit conditionem, & ſuſpendit venditionem, & totum contractum in eius euentum. Vide textum dictæ *leg. quum ab eo.* quem nolo ad longum referre. Nos autem loquimur in diſpoſitione legali, quæ eſt poſita in libera voluntate & facultate ſolius patroni, ſub certo modo. Et ſic quemadmodum ipſum ius retractus non eſt in obligatione reſpectu patroni, ita nec modus, videlicet refuſio pretij, vtrunque tamen tanquam vnum eſt in eius facultate, & diſpoſitione, velut vna diſpoſitio qualificata. Ad ſecundum illa diſtinctio clare, ſemperque procedit in ſecundo ſui membro, ſed in primo non eſt ſemper vera, & pro ratione materiæ ſubiectæ quandoque ſic dici debet, vt frequenter vſuuenit in legatis, quandoque ſecus, vt palam eſt in contractibus reſpectiuis vtunque obligatoriis. *leg. Iulianus. §. offerri. D. de act. empt.* & plenius dicam ĩ. §. 92. *in materia gerundiorum, ablatiuorum abſolutorum, & conditionum, in vltimis voluntatibus.* Tum in dicta diſtinctione præfati doctores *in mãnu* & minus exacte loquuti ſunt, proprius enim & preſſius loqui debuerant, an onus adiectum prius implendum ſit, quam ius petendi & augendi natum ſit. At hic ſatis apparet, ſtatim vendito & tradito feudo, natum eſſe & competere ius retractus, & poſſe patronum manum ſuam inijcere, & feudum retinere iure feudali, vel alias iure vel actione retractus feudalis, experiri illico, etiam prius quàm pretium refuderit, imò etiam prius quàm offerret illud prompte refundere, quia non tenetur prompte refundere, ſed ſolum infra quadraginta dies a tempore exhibitionis literarum venditionis. Et ſic ſufficit quòd offerat refundere quadrageſimo die poſt huiuſmodi exhibitionem, vel aliam debitam notificationem. Interim autem rectè prehendit, iuſte retinet, & rectè agit & experitur conditione, ex hoc §. ad exhibendum inſtrumenta, & ſibi adiudicandum feudum iure retractus. Ergo ſtatim purè competit & ſubſtitit illud ius in ſe. Et illud gerundium ſoluendo, ſolam reſpicit executionem, & effectum conſummatum huius iuris, vel eius abſolutionem & reſolutionem, niſi pareatur infra dictum tempus. Et ſic patet reſponſio ad tertium. Cum enim refuſio pretij ſit facti, non poteſt eſſe de ſubſtantia iuris retractus, quod eſt merum ius, ſed eſt de ſubſtantia executionis facti, ad quam iſtud gerundium refertur, & non ad ipſum ius in ſe. Sed interim lector audire videor quorundam murmur', quid tanto multiloquio opus eſt? Num ſat erat duobus verbis dicere, hoc gerundium non facit conditionem, ſed modum, citatis ad hoc duabus aut tribus ll. At ego lubentiſſimè tali breuiculo, longum laborem redemiſſem, niſi veritas & vtilitas huius diſcuſſionis eo me impoliſſet. Non enim ad huius §. materiam tantum, ſed etiam ad plurima alia latiſſimè patet. Exempli gratia, vnum proferam, in quo tredecim ab hinc annis dum eſſem nouitius in praxi, recordor me ſcripſiſſe tanquam aduocatum vnius partis, in ſpecie huiuſmodi.

Nom pulchũ q. facti.

5. Titius tuter Caij, domum eius vendidit, ſine decreto cum clauſula euictionis nomine proprio, poſtea Caius maior factus agit ad reddditionem rationum contra Titium, tandem tranſigunt. Et vt clarius liqueat quæ fuerit forma tranſactionis, ponam in breui ſubſtantialia verba in Gallico, vt ſequitur: *C'eſt aſſauoir que pour demeurer quitte par ledit Titius de tel & tel faict de ladicte adminiſtration. & du faict d'icelle maiſon. Et generalement de toute ladite adminiſtration, ſera tenu & promet ledit Titius payer dans la ſainct Remy la ſomme de quatre cens liures tournois. Et en ce faiſant a ledit Caius ratifie, conferme, & approuue: conferme, approuue & ratifie la vente d'icelle maiſon.* Id eſt concordatum quòd ad hoc vt Titius remaneat liberatus à tali & tali facto dictæ adminiſtrationis & à facto venditionis dictæ domus. Et generaliter à tota adminiſtratione tenebitur & promittit ſoluere Caio intra Calendas Octobres quatuor centenas libras Turonenſes. Et in hoc faciendo dictus Caius ratificauit, confirmauit, & approbauit, ratificat, confirmat, & approbat venditionem dictæ domus. Accidit quòd Titius non ſoluit in termino, Caius cœpit vendicare dictam domum coram præſide Pariſienſi, vbi aduocatus fui pro reo, ſtatus cauſæ iuridicialis erat, nempe, Vtrum illa verba, *& en ce faiſant*, facerent conditionem vel modum. Itaque lite iuridicialiter conſtituta, quod practici prætoriani aiunt in ius, ſeu ad deliberandum appunctuata, Actor conditionem illis verbis inportari cauſabatur, & conſequenter ratificationem venditionis domus à ſe factam, conditionalem fuiſſe, ſi in termino ſolutum fuiſſet, quæ quidem conditio defecerat, & ſic nulla erat ratificatio. Ego contra pro reo allegabam dicta verba facere modum, & non conditionem. & ſic ratificationem ab initio puram fuiſſe, & ſecum traxiſſe executionem irreuocabilem. & ſic licet nõ fuerit ſoluta ſumma promiſſa in termino, non propterea reſolui dictam tranſactionem, nec ratificationem in ea contentam: ſed ſolum agendum eſſe ad ſolutionem, vel fienda executio inſtrumenti publici dictæ tranſactionis pro dicta ſumma quam etiam reus vel dictus Titius venditor laudatus offerebat actori ſoluere. Et plura in hanc ſententiam. Inter quæ cæteris omiſſis tria potiſſimum:

Quid ſit lite iuridicialiter conſtituere.

6. ¶ Primo addocebam *l. inſinile. C. de rei venditione cum not. in l. vbi pactum. C. de tranſactio.* quoniam dicta tranſactio erat facta ſub inſtrumento publico & guarentigio, in quo ſemper apponitur ſtipulario, vt notat Barto in *l. ſecunda. C. de condition. ob cauſ.* Secundo inducebam *l. cum ab eo. D. de contrahen. emp. & vend.* Tertio, theoricam Bartoli, quam omnes ſequuntur in leg. *ſi tu ex parte ſexta. in fi. D. de acquirend. vel omit. hared.* Vbi voluit quòd ſi gerundium poſitum in ablatiuo, reſpicit verbum vel participium futuri temporis, inducit conditionem, vt in dicta *l. inſtа gloſſ. in verbo adeundo.* Si vero reſpicit verbum vel participium præſentis temporis, non inducit conditiones, ſed venit ad modificationem & qualificationem actus, & ſic in ſpecie propoſita clauſula illa, *& en ce faiſant*, reſoluitur & æquipollet huic clauſulæ & gerundio, in hoc faciendo, quæ eſt ſua vera exponens, vt logicorum verbis vtar, & immediate iungitur, & reſpicit verba præteriti vel præſentis temporis, videlicet illa, ratificauit, & ratificat: approbauit, & approbat. Ergo non inducit conditionem, ſed modum. Et ſic per dictam clauſulam ratificatio immediate ſequens non efficitur conditionalis, ſed modalis, & remanet pura. Et quia dicta applicatio dictæ theoricæ Bartoli ad praxim poteſt eſſe frequens, & ad multa vtilis, & etiam periculoſa, niſi diligenter omnia perſpiciantur, & ponderentur, prout vel in iure peritiſſimis, ſed nondum in praxi exercitatis vſuuenit, grauiter labi, dum theorias ſuas immediatè ad negotia decidenda applicant.

Quando circa inſpectione theoriæ iuris ad negotia decidenda applicanda.

7. ¶ Et vt plenius habeas, aduerte quod Bart. ibi loquitur quando gerundium non poteſt reſpicere niſi vnum verbum, vel plura connexa ad idem tendentia. Hic autem ponitur in medio diuerſarum clauſularum, & poteſt reſpicere diuerſa, & ſeparata verba. Si enim reſpiceret tantum ſequentia hæc verba ratificauit, & ratificat, quæ ſunt præteriti & præſentis temporis: theorica Bartoli concluderet pro reo. Si vero tantum præcedentia, adhuc eſt ambigui-

tas an referatur ad vltima verba immediatè præce- A ui, & exiſtimo per prædicta.
dentia, quæ ſunt de futuro, videlicet hæc, ſoluere dictam ſummam calendis Octobris. An vero ad omnia, ſiue ad totam ipſam tranſactionem, & promiſſionem ſoluendi. Primo caſu eſſet res expedita pro actore, quia ratificatio eſſet conditionalis, & perinde haberetur, ac ſi eſſet facta expreſsè ſub hac conditione, ſi ſolueris in tali termino, ratifico venditionem, & non alias. Et hoc operaretur illud relatiuum hoc, ſi ſolum referret actum futuræ ſolutionis immediate narratum, & ita acceperunt iudices qui ſententiam dederunt pro actore. Secundo caſu habemus intentum pro reo. quia perinde eſt ac ſi eſſet dictum, & mediante iſta tranſactione & promiſſione, ratificauit, & ratificat. Et ſubtiliter perpendendo, dictum gerundium, non reſpicit B
ſeu non refertur ad ſequentia, ſed ad præcedentia: patet quia non ſtat per ſe, & ſimpliciter, ſed cum dicto relatiuo hoc, ſibi immediate annexo, quod neceſſario reſpicit præcedentia, quæ virtualiter cenſentur implicita, repetita, & ineſſe ipſi referenti. *l. aſſe toro. D. de hærede inſtitu. l. ſi ita ſcripſero. D. de condit. & demonſtrat.* Puto tamen quod non debeat ita accipi, vt tantum vltima immediata verba de actu ſoluendi dictis calendis referat, ſed quòd reſpicit & refert ipſum principale diſpoſitionis, tranſactionis & promiſſionis, quæ præcedit facta & concluſa de præſenti, vnà cum dicta ratificatione, quæ conſequetur, fuit de præſenti, & non conditionalis, ſed ſtatim traxit ſecum executionem.

6. ¶ Quoniam etiam in dubio relatio debet fieri non C
ad immediatum verbum ſeu ad qualitatem, ſeu acceſſionem, ſed ad principalem diſpoſitionem *l. ſi. §. Titia.* & ibi Bar. *D. de libera. lega.* Bar. in *l. Centurio. q. 3. D. de vulgar. & pupill.* Paulus *conſi.* 213. *viſis & ponderatis. nu. 4. lib. 1.* Iaſ. in *l. ſi quis filium. col. 3. C. de inoffic. teſtam.* Et ſic errauerunt aſſumentes theoriam Bartoli pro actore, quia militat pro reo, non tamen in ea facio principale fundamentum, quoniam proprie dicta theoria non procedit niſi in diſpoſitione vnius, non autem in contractu vtrinque obligatorio, vt diximus *ſupra §. 3. gloſſ. 2. num. 3.* Sed principale fundamentum eſt in *d. l. cum ab eo. D. de contract. empt.* vbi caſus eſt in fortioribus terminis. Quidam emit feudum, ſi eum venditor liberaret, dummodo ante calendas Iulias liberaret, dicit ibi text. quòd ſi liberatio fuit poſita in diſputatione, ita quòd actum fuerit, vt venditor teneretur liberare inter dictas calendas, emptio non eſt conditionalis, ſed pura. Et clauſula de liberando, redimendo, vel ſimilis, ſiue per dictionem vt, ſiue per dictionem dummodo, vel per dictionem ſi, appoſita fuerit, non facit conditionem, ſed modum. Sed ſi non fuit actum nec intellectum quòd venditor luere vel redimere teneatur, ſed quod res eſſet vendita ſi liberaret infra præfixum tempus, tunc venditio eſt conditionalis, quia clauſula de luendo nullo modo eſt in diſpoſitione, ſed ſolum in conditione. At in propoſito clauſula ſoluendi 400. libras Turonenſes infra dictas calendas non eſt poſita in conditione, ſed in mera diſpoſitione, abſque aliqua dictione denotante conditionem, & id expreſſe eſt actum, vt dictus Titius omnino teneretur, & cogi poſſet ſoluere in termino, vel eo lapſo. Igitur non facit conditionem, ſed modum: ſen potius partem coæquæuam tranſactionis, ex parte Titij, reſpectiuè ad ratificationem venientem ex parte Caij. Præterea in dubio fieri debet interpretatio, vt ſit modus & non conditio, vt nuper dixi *ſupra eadem gloſſ. num. 3. in fi.* Tamen per iudicium Prætoris ciuilis prolatum in Caſteleto Pariſienſi 6. Idus Maias anno domini 1524. reus ſuccubuit, & condemnatus fuit ad deſiſtendum à dicta domo, adiudicata actori, cum impenſis litis. Nec auſus eſt reus appellare diffidens rationibus meis, forte quod nuper reuerſus eram à ſcholis. Ego tamen ſemper malè indicatum exiſtima-

9. ¶ Diuerſum foret ſi dicta ratificatio eſſet facta per ſe ſeparatim ſeorſum à tranſactione, & inciperet à ſimplici gerundio, videlicet ſoluendo dictam ſummam tali termino ratifico, tunc enim eſſet actus ſeparatus, & diſpoſitio vnius ſimplex & non reſpectiua, & ſic haberet locum dicta theoria Bar. rectè tamen intelligendo prout declarauimus 3. § 3. *gloſſ. 2.* Et cùm gerundium reſpiceret actum de futuro faceret conditionem. Item limito ſi in eodem contractu apponatur, ſed per formam conditionis expreſsè, ita quòd apparet manifeſtè id actum vt ita demum ſit ratificatio, ſi ſequatur ſolutio in termino præfixo, aliàs non. puta ſi dicatur, Caius tranſigit, & rationes remittit, mediante ſumma quam Titius promittit, & tenebitur B
ſoluere tali termino, & ſi ſoluat in termino, Caius ratificat dictam venditionem, vel quid aliud dat, vel remittit, non comprehenſum in præcedente diſpoſitione. Tunc enim ſatis apparet per modum conditionis appoſitum. Fortius dico quòd ſi clauſula ratificationis ponatur per ſe & ſeparatim, quamuis in eodem contractu & inſtrumento, etiam non ſub forma expreſſa conditionis, ſed incipiendo, vel finiendo à gerundio. vel a dictione dummodo, vel ſimili expreſſo referente actum futuræ ſolutionis in termino, puta ſi ſubiungatur & vlterius ſoluendo per Titium dictam ſummam in dicto termino, Caius certificat. Vel & vlterius Caius ratificat ſoluendo per Titium dictam ſummam tali termino, vel dummodo tali termino ſoluat, C
ſiue ſit idem, ſiue alius terminus, puta ratificationem, vel aliud ſuperadditum eſſe conditionale, quia eſt quid ſupererogatum vltra principalem diſpoſitionem contractus, ſub certa forma, quæ vim conditionis habet. Satis enim apparet de mente prius impleri debere onus expreſſum, alioquin nihil ſupererogari. Et de his pro nunc ſatis.

10. ¶ Quæro vtrum patronus poſſit compenſare ſi forte emptor tantundem ei debeat ex alia cauſa? Videtur quòd non, quia quamuis * ly. *ſoluendo* non importet conditionem, ſed modum: tamen ille modus eſt de forma ſubſtantiali & neceſſaria per prædicta, & ea quæ diximus 3. §. 35 *glo. 2. in princip.* Maximè attento quòd hæc conſuetudo eſt ſtricti iuris, ſed non introducit, nec permittit iſtud onus in rebus feudalibus (quæ in reliquo ſunt liberæ & patrimoniales) niſi per viam veræ & realis refuſionis. Ergo non habet locum per viam compenſationis quæ eſt refuſio ficta. Contrarium cenſeo, dummodo compenſatio fiat de liquido, quia tunc æquipollet veræ & reali ſolutioni per text. in *l. ſi debitor. D. qui potio. in pign. habean. ibi. nihil intereſt ſi ſoluerit, an compenſauerit. l. amplius.* D. *rem ratam habere vel permutauit. D. de libera. cauſ.* Vnde quamuis ſit ficta ſolutio tex. in *l. Iulianus ait. de condit. & demonſtrat.* tamen in ea verificatur ſtatutum vel alia diſpoſitio ſtricta loquens in vera ſolutione, quia eſt eadem ratio & omnino idem effectus. *facit l. ſi mater.* & ibi glo. & docto. *C. de inſtitut. & ſubſtit. ſub conditio. facta.* ſa. quòd huiuſmodi compenſationem noſtra conſuetudo admittit *infra §. 74.* patet quia quamuis conditio ſit E
præciſa & implenda in forma ſpecifica. *l. qui hæredi. in prin. l. Manius. D. de condit. & demonſt.* Tamen * conditio ſoluendi impletur compenſando, in tex. *l. ſi peculii §. de illo in fi. D. de ſtatu. liber. & in d. l. Iulianus ait.* Vnde etiã qui iurauit ſoluere in certo termino, compenſando ad liquidũ, implet iuramentum, vt tenent Bar. Angel. Cu. in *d. l. amplius.* D. *rem ratam habet.* Et eſt veritas, quicquid velint Canon. in *c. ad noſtram. 1. de iureiuran.* vt dixi *§. 9. 74.* Nec eſt iniquum, ſed iuſtum & rationabile. quia quòd non verè & realiter ſoluitur, non ſtat per compenſantem, ſed per eum cui differenti ſoluere quod liquido debet, compenſatur. vt patet in *d. l. ſi Iulianus ait.* D. *de condit. & dem.* quod procedit etiã ſi aliàs non ſit ſoluendo, quia debitor ſibi ipſi ſeu con-

* 1. vox illa

* Conditio ſit iuramentum de ſoluendo impletur cõpenſando.

ta

tra ſe in totum diues eſt & ſoluendo, inquit Vlpia. in *l. quærebatur. D. ad leg. Falcid.* Et hæc maximè militant in ſpecie propoſita, quum emptor potius debita ſua ſoluere quàm aliena acquirere debuerit.

Amplio etiam de nondum liquido, dummodo liquidari poſſit, & de facto liquidetur per patronum infra quadraginta dies notificationis, de qua in hoc §. quia ſufficit compenſationem liquidare infra illud tempus quod datur ad ſoluendum, vt rectè tradit Bar. in *l. auferetur* §. *qui compenſationem. D. de iur. fiſc.* Ex quibus infero, quòd ſi patronus non habeat probationes compenſationis, & agatur de facto vel notitia emptoris, poteſt illi deferre iuramentum. Et cum poſſit infra dict. quadraginta dies præſtari, non poteſt empor recuſare: ſed tenetur acceptare vel referre, & ſic ſtatim liquidabitur. Secus ſi patronus ſe arraſiet, puta circa finem dicti termini deferendo iuramentum Procuratori emptoris, cùm non ſuperſit tempus ſufficiens ad denunciandum & euocandum emptorem: tunc enim niſi infra dictum tempus realiter ſoluat, cadet à retractu. An autem & quando dicatur liquidum de quo conſtat, ſed exceptiones allegantur, dixi in *d.* §. 74. nec huc transferendum eſt.

SVMMARIA GLO. VIII.

1. ¶ *Q.* 1. *Quid ſi pretium partim remiſſum partim ſolutum ſit.*
Reformatio contractus fieri poteſt tam augendo quàm minuendo.
2. ¶ *Q.* 2. *Non eſt neceſſe pretium formaliter refundi in moneta conuenta, niſi interſit emptoris.*
3. ¶ *Q.* 3. *Quid ſi venditio facta eſt pro mille, ſed data apocha pro octingentis.*
Precipua coniectura ſumitur ex adæquatione valoris rei ad pretium.
4. *Potior eſt cauſa certantis de damno vitando.*
5. ¶ *Qu.* 4. *Quando res eſt vendita purè pro pretio ſoluendo in diem retrahens, non tenetur ſtatim ſoluere, ſed habet beneficium eiuſdem dilationis.*
6. *Retrahens non tenetur ſoluere pretium emptori qui nondum ſoluit.*
7. ¶ *Q.* 5. *An ſufficiat agenti ad retractum cauere de ſoluendo pretio in termino.*
8. *An creditor teneatur mutare debitorem.*
9. ¶ *Q.* 6. *Si fictum maius pretium patronus nedum poſt tempus, ſed etiam poſt inueſtituram poteſt retrahere, & idem in propinquo.*

GLO. VIII. IN VER.

Le prix que l'acqueſteur en a baillé, & payé.

SVPER verſi. *pretium ab emptore ſolutum.* Id eſt pretium conuentum & ſolutum quocunque modo fuerit ſolutum, & ſatisfactum, dummodo verè & ſine fraude, res tanti conſtiterit emptori. Vnde ſiue emptor pretium ſemel verè conuentum compenſauerit venditori, ſiue dato expromiſſore per nouationem, vel delegationem liberatus fuerit, ſiue quodcunque aliud in ſolutum dederit, loco dicti pretij, ſiue venditor liberaliter ei remiſerit, ceſſante ſemper fraude, cenſetur emptor verè & realiter illud pretium ipſum dediſſe, & ſoluiſſe reſpectu patroni, qui tenetur formaliter & realiter pretium ipſum conuentum refundere. Hæc pauca verba videntur ſufficere ad gloſſam. Sed quam plurimæ circa hoc quæſtiones menti obuerſantur. Vnde inſtituti mei memor notabiliores proſequar.

* Qu. 1. de pretio partim remiſſo.

1. ¶ PRIMO quæro, quid * ſi pretium partim ſolutum, partim remiſſum vel donatum? Nec agitur de re feudali partim vendita, partim donata, quia dictum eſt *ſupra eod. gloſſ.* 5 *q.* 10. ſed tantum de ipſo pretio. Reſpond. debet inſpici forma & cauſa remiſſionis. Aut enim eſt facta, ex eo quod res erat nimio æſtimata, & non tantum valebat. Et tunc eſt vera reformatio contractus de qua in *l. lecta. D. ſi cert. pet. in l. pacta. conuenta. D. de contrab. empt.* Et cenſetur venditio renouata diſcedendo à primo pretio, & reducta ad iſtud pretium, quod ſupereſt, & remanet verum & integrum pretium conuentum. Et ſic non eſt aliud nec plus refundendum, quod procedit nedum ſi hæc reformatio fiat incontinenti, ſed etiam ex interuallo reſecuta, vel non. Aut eſt facta remiſſio, non ex eo quod venditio erat exceſſiua in pretio, ſed propter aliam cauſam non concernentem ſubſtantiam, & iuſtitiam vel æquitatem ipſius contractus: Sed vel cauſa donationis aut remunerationis, aut alterius cuiuſcunque compenſationis, ſiue ad emptorem relata ſit, ſiue ad extrancum, ſeu alterius contemplatione. Et tunc manet primum pretium ex quo ab illo non fuit diſceſſum, & illud venit refundendum, etiam ſi incontinenti, & in ipſo contractu facta fuerit dicta remiſſio, ad illud quàm ad appreciationem rei relatæ. Et eodem modo diſtinguendum in caſu conuerſo, de augmentatione pretij: ſi enim ex eo ſolo augmentetur, quòd contrahentes rem pluris æſtimant, quàm primo æſtimauerant, quaſi in primo conſenſu decepti fuiſſent, debet pretium augmentatum refundi, quia illud, & non primum, eſt verum pretium conuentum, quaſi reformata pactis priore venditione. Et hoc non habet dubium ſi fiat incontinenti; ſed idem puto ſi fiat ex interuallo, dummodo volens retrahere non præuenerit, & non fuerit hinc inde conſummata & executa venditio, & augmentatio fiat ex cauſa vera & iuſta. Quandiu enim non penitus deſiit res eſſe integra, licitum eſt contrahentibus ad inuicem agnoſcere bonam fidem, nec de hoc queri poſſunt ſuperuenientes ad retractum vel patronus petens quintum denarium, niſi fraudem probare poſſint.

2. ¶ SECVNDO quæro, venditum eſt feudum pro mille aureis: ſed emptor ſoluit monetam ad æſtimationem aureorum; vtrum patronus tenetur præcisè refundere mille aureos, an verò ſufficiat eum refundere monetam ad eorum valorem? Et videtur præcisè teneri ad ſummam aureorum, quia illud eſt pretium conuentum. Et dato qnod poſtea emptor ſoluerit monetam, illud fuit de voluntate gratioſa venditoris abſque alia reformatione contractus. Sed non debet attendi ſi aliud pro alio volenti ſolutum fuerit. Contrarium puto: quia in iuſtitia & quantitate pretij nihil eſt mutatum, ſed ſolum in qualitate & modo ſoluendi. Et ſolutione ſecuta apparet contrahentes maiorem reſpectum habuiſſe ad quantitatem, quàm ad formam & qualitatem pretij, ad hoc facit quòd hic text. expreſsè ſe refert non ad pretium conuentum, & eius formam, ſed ad quantitatem & qualitatẽ ſolutionis, ibi, *que l'acqueſteur en a baillé*

& payé. Et idem in ſimili, *infra* §. 179. Ibi, *en remboursant l'acheteur des deniers qu'il a payez au vendeur*, facit quod noſtra conſuetudo vbique non obligat ad refundendum emptori, niſi illud quod ei abeſt, ita vt ſeruetur indemnis. Igitur ſufficit id dumtaxat, vel tantundem refundere, quod emptor verè & realiter exoluit & expendit de ſuo, non habito reſpectu ad qualitatem & quantitatem pretij conuenti. Et in dubio ſtandum eſt verbis huius conſuetudinis, *l.* 1. §. *ſi is qui nauem. D. de exercit. actio.* maximè repetitis & geminatis, quæ magis intenſam & enixam voluntatem prætendunt. vt nota. in *l. baliſta. D. ad ſenat. Trebell.* gloſſ. ſing. in *Clemen.* 1. *in verbo dioceſanus de iur. patron.* Præterea alioquin ſequeretur facilè fraudem fieri poſſe, ad difficultandum vtrumque retractum, quia conuento de certa ſumma, facerent ſcribi certam ſpeciem monetæ, vſq; ad eundem valorem difficilis recuperationis, puta mille florenos vel bononienſes nummos, & affirmaret emptor, illud eſſe verum pretium conuentum, & pro eo ſe dediſſe in ſolutum monetam vſque ad valorem dictorum nummorum & nihilominus vellet ſibi ſolui & refundi pretium conuentum in forma ſpecifica conuenta, vnde facile excluderetur retrahens, qui infra tam breue tempus, non poſſet recuperare monetam dictæ ſpeciei, quam nec forte ipſe emptor recuperare potuiſſet. Hoc autem eſſet abſurdum, & contra æquitatem & verba & mentem huius conſuetudinis, quæ intendit quod retrahens non debeat carius retrahere, quàm emptum fuerit, & quòd debeat eſſe æqualis, & non deterioris conditionis, quàm emptor. Et his rationibus motus limito dupliciter quod nuper dixi, retrahentem teneri refundere pretium conuentum formaliter. Primo, niſi emptor ſoluerit in alia moneta ad valorem monetæ conuentæ, quia ſufficit ei refundere monetam approbatam, vſque ad eundem valorem. Secundo quando emptor non habet probabile intereſſe, refuſionem fieri in eadem conuenta & ſoluta moneta, quia tunc etiam ſi conuentum ſit de mille aureis ſolaribus, eoſque ſoluerit emptor, ſufficit tamen retrahenti refundere in aureis coronatis, vel alia vſitata & approbata ſpecie monetæ etiam non aureæ, dummodo non interſit emptoris. Et hoc ad fraudes euitandas, & propter fauorem retractus: ſecus ſi interſit emptoris, quia tunc præcisè infra tempus præfixum refundi debet in forma conuenta & præſtita per emptorem, & ita ſpeciatim diſponit conſuetudo Niuernenſis titulo *de retract.* §. 14. quæ quamuis vi propria localis ſit, tamen æquitate ſui debet generaliter obſeruari.

3. ¶ Tertio, quæro de q. quotidiana apparet inſtrumentum venditionis pro mille, habens in opiſtographo apocham totius pro octingentis cum expreſſa remiſſione reſidui: retrahens obtulit, & conſignauit octingenta, emptor cauſatur non ſufficere, & quod debuerant mille offerri, & conſignari. & hinc (vtpote lapſo tempore) pendet iudicium retractus? pro retrahente faciunt præfati textus huius conſuetudinis: pro emptore rationes adductæ in princ. huius gloſſ. Pro reſolutione: aut apparet de certa cauſa remiſſionis ducentorum, & ſoluta eſt quæſtio per prædicta, quòd illa cauſa debut attendi, & hoc niſi ſint plures & vrgentes præſumptiones, quòd illa cauſa prætexta ſit in fraudem retrahentis: puta ſi remiſſio partis pretij ſit cauſata ſuper liberali donatione, & tamen conſtat quòd res non valebat pretium conuentum, ſed illud duntaxat quod fuit ſolutum, & ſic in effectu magis eſt bonæ fidei recognitio, quàm donatio, cui præſumptioni accedit, quòd non eſt adeo multum interuallum inter venditionem & remiſſionem: & ſic non conuenit tam cito voluntatem pluris vendendi mutatam in voluntatem donandi, *l. nam ad ea. D. de condit. & demonſt.* Tertiò quod ſubeſt, & durat cauſa timendi retractum: hæc puto ſufficere ad præſumendum præmeditatam eſſe futuram remiſſionem tempore venditionis, & ſic cauſam donationis eſſe impertinentem, vel in fraudem retractus adiectam. Aut non apparet de certa cauſa remiſſionis, & tunc puto * illam cauſam præſumendam quæ eſt veriſimilior collatis coniecturis, *l. in obſcuris. D. de reg. iur.* quarum præcipua eſt adæquatio valoris rei, ad conuentum vel receptum pretium, iuxta gloſſ. *ibi. & in l. ſemper in ſtipulationibus. D. eodem tit.*

* Præcipua coniectura ſumitur ex adæquatione valoris rei ad pretium.

4. ¶ Aut non eſt maior veriſimilitudo pro vna cauſa, quàm pro alia, vel altera alteram parum excedit (parum enim & nihil æquiparantur etiam in materia probatoria & coniecturali tex. in *capit. licet cauſam.* §. *quanquam, vbi nulla vel modica. de proba.* Bal. in *rub. an mut. vel imperfect. in vſib. feudo. & not. in l. quamuis. D. de condi. & demonſt.*) & in hoc æquali dubio, puto pro retrahente iudicandum. Tum quia in dubio melius eſt verbis huius conſuetudinis ſeruire, vt in ſimili ait Vlpia. in *d.* § *ſi is qui nauem.* Tum quia magis videtur emptor certare de lucro: quia conſtat quòd non ſoluit niſi octingenta & tamen petit mille: * retrahens autem certat de damno vitando, igitur eius cauſa potior eſt. *l. verumin fin. D. de minorib. l. Proculus in fi. & ibi gloſſ. D. de damno infect.* Tum quia contra emptorem qui legem & cauſam apertius in apocha dicere potuit interpretandum. *l. veteribus. D. de pact. c. contra eum, de reg. iur. in 6.* Tum quia ex parte emptoris nedum fraudis materia, ſed etiam frequentia verſatur, raro enim contingit partem pretij in ſolutione remitti, niſi id prius præmeditatum fuiſſet. Ideo ſi non erat præmeditatio, nec fraus ad fungendum maius pretium in præiudicium domini, debuit emptor curare, vt certa iuſta cauſa remiſſionis exprimeretur: cum hoc eſſet in eius facultate: quod ſi omiſerit, contra eum præſumptio magis degenerat, quin etiam pœnalis diſpoſitio extenditur vt fraudis occaſio vitetur, *vt* ꝛ. *eo. gloſſ.* 3. *num.* 9.

* Prior eſt cauſa certãtis de damno vitando.

5. ¶ Quarto quæro, feudum purè venditum, ſed datis vna, vel pluribus dilationibus ſoluendi pretium; vtrum patronus, vel conſanguineus retrahens, teneatur ſtatim ſoluere? Hæc eſt argumentoſiſſima quæſtio: ſed reſolutiuè, & quàm breuius licet procedens diſtinguo: Aut dilatio data eſt in ipſo contractu, vel ſeorſum, ſed per modum reformationis, ſeu renouationis contractus, & tunc prodeſt retrahenti, ſicut profuiſſet emptori ceſſante retractu. quia omne ius, commodum & incommodum retractus transfertur in retrahentem. Aut vero eſt data ſeorſum à venditione, & ex liberalitate venditoris, vel alia diuerſa cauſa, & tunc non prodeſt retrahenti: quia huiuſmodi dilatio nihil habet commune cum venditione, nec cum retrahente: ideo retrahens tenetur ſtatim ſoluere, vel conſignare totum pretium. An autem debeat ſolui venditori, vel ipſi emptori à quo retrahitur dicendum eſt idem, atque cùm quæritur,

6. ¶ Cui debeat ſolui pretium purè debitum, quando intentatur, & agnoſcitur retractus, antequam emptor ſoluerit pretium? Super quo breuiter dico, quòd retrahens non tenetur illud ſoluere emptori, per hoc quod non liberaretur à venditore, à quo in ſubſidium emptore non ſoluente poſſet conueniri hypothecaria, & forte rei vendicatione, ſi forte fides de pretio non eſt habita vel fraudulenter extorta, per not. j. §. 33. *quæſt.* 3. Fallit ſi appareat de conſenſu venditoris, conſentientis ſolui emptori, quia tunc illi præcisè ſoluendum eſt, infra tempus præfixum à conſuetudine, alioquin corruet retractus. Si autem non appareat de dicto conſenſu, ſoluendo quidem emptori, euitat periculum amiſſionis retractus, quamuis non ſit liberatus a venditore, donec ſit ei ſatisfactum, poteſt etiam omne periculum euitare & liberationem conſequi conſignando, & conſignationem venditori notificando per not. in *l. conceptam. C. de vſur. in l. obſignatione. C. de ſolu.*

7. ¶ Quinto quæro, Vtrum patronus vel propinquus venditoris veniens ad retractum teneatur præcisè ad alterum duorum, vel ſoluere pretium, vel illud conſignare infra tempus à conſuetudine præfixum, ſiue an

debeat retractus adiudicari præcisè ad istud onus, licet emptor nondum soluerit pretium venditori, siue habeat dilationem soluendi sine non. an vero sufficiat actori offerre & dare cautionem idoneam de soluendo venditori loco emptoris, & eum indemnem reddendo erga venditorem? Et primo non videtur sufficere cautio, quia emptor remanebit obligatus venditori, cui forte sub garantigia tenetur, & potest statim vel in termino pignorationem, & distractionem bonorum pati ad instantiam venditoris. Et sic videtur quòd debeat ei (saltem cautionem offerenti) solui pretium ab eo soluendum venditori, vel quòd vocato venditore consignetur, vel ei apocha venditoris offeratur, ita quòd ab omni obligatione eximatur, vel sit in tuto: alioquin semper manet in periculo, & sic cautio non est sufficiens indemnitas. * Debet autem emptor discedere indemnis, inquit tex. in simili in *l. debet in fi. D. de ædil. edict.* *in l. cum autem. §. quare eod. tit.* maximè attento quòd in hoc emptor & reus magis certat de damno vitando: quàm actor qui magis certat de lucro captando, & vt in ius & locum emptoris subrogetur. Pro resolutione dico quod non tenetur actor numerare reo pretium ab eo non solutum: nec cadit à retractu non soluendo, vel non consignando infra tempus consuetudinis, ex quo reus non soluit per not. j. *eo. glo.* 10. Adiudicatio autem & executio retractus non fiet nisi soluendo vel consignando pretium, vel apocham seu nouationem venditionis tradendo emptori si pretium sit purè debitum, si autem in diem quæ nedum venit, fiet executio data idonea cautione de soluendo venditori in termino & indemnem reddendi emptorem. Et hoc ne actor frustretur commodo dilationis quo frui debet, nec obstat de interesse emptoris qui poterit pignorationem pati post terminum, quia attenta cautione iudiciaria non est verisimiliter futurum, & si forte accidat recuperabile est supra dicta cautione, & sic nihil amplius restat emptori, quod iuste causetur, maximè attento quòd emendo subiecit se oneri retractus, quem sciebat accidere posse: Vnde nedum si ante terminum emptor soluerit pretium post retractum intentatum, sed etiam si ante retractum citra formam reformationis contractus, superuenienti tamen retrahenti & de soluendo ei in termino cauenti tenetur rem restituere, & si emptor pendente dilatione careat re & pretio sibi imputare debet.

* Debet emptor discedere indemnis à retrahente.

8. Sed quid si actor faciat euocari venditorem, cui se expromissorem offerat loco emptoris animo nouandi, an * teneatur vēditor mutare & nouare debitorem? Breuiter respondeo, quòd non, ex quo obligatio semel est constituta & perfecta per text. in *l. si mandato meo. §. item si dum negotia. D. mandat.* & quod no. Bald. Paul. Ias. Philip. Deci. in *l. si pater. C. de collat.* Ias. *l. qui Romæ in princ. col. 8. D. de verbo obligat.* Licet aliud sit in obligatione futura & constituenda, vt *in l. qui autem. §. 1. in fi. D. de constitut. pecu.* quæ ita debet intelligi & concordari ad dictam leg. *si mandato meo.* Super quo adde quæ plenius dixi j. §. 176. ad quem remitto ne nimium onerotur hic §.

* Creditor non tenetur mutare debitorem.

9. ¶ SEXTO quæro, quid si finxerint mains pretium, videlicet mille quingentorum, quum non venderetur, nisi pro mille: quare patronus magnitudine pretij deterritus noluit retrahere hac vice: sed quintum pretij elegit, & emptorem inuestiuit, postea innotescit feudum non væniſſe nisi pro mille, vtrum patronus possit redire ad retractum? puto quòd sic. Tum fraudulento non debet prodesse fraus sua, *l. ne ex dolo. D. de dolo malo.* Tum quia non est verum veram venditionem, sed aliam simulatam fuisse notificatam. Et sic patronus semper est in principio ad retrahendum, debet tamen restituere quintum pretij receptum, sed an quatenus locupletior est dumtaxat? quod videtur per no. j. §. 33. *quæst.* 1. Sed dicendum quod imo tenetur totum quod recepit deducere, quia in deducendo, siue compensando, soluendo sibiipsi quisque est, *l. quærebatur. D. ad leg. Falcid. cum similibus.* Eo itidem eadem ratione puto admittendum propinquum in retractu consanguinitatis & per ea quæ scripsi *infra* §. 173.

SVMMARIA GLO. IX.

1. *Ad quem spectant sumptus instrumentorum contractus.*
2. *Voluntariè data non imputantur in legales sumptus.*
3. *An & quando arrhæ computentur in pretio.*
4. *Patronus retrahens debet integrum refundere pretium, & non potest petere nec deducere quintum vel subquintum pretij.*
5. *Declaratur consuetudo Caluimontis.*
6. *Patrono retrahente venditor lucratur quintum pretij.*
7. *Impensæ factæ in rem, & non circa emptionem, non morantur retractum.*

GLO. IX. IN VER.

Loyaux coustemens.

IN ver. *legales sumptus.* Et propriè & adæquatè sunt hi qui concernunt factionem contractus, siue cum est in fieri, siue postquam est in facto esse: puta sumptus chartarum, instrumentorum laboris & salarij notariorum, facti ex parte emptoris.

1. Quatenus autem concernunt personam venditoris, ad illum solùm spectant, & de illis non agitur. sicut enim emptor sumptibus suis habet leuare instrumentum venditionis, ita & venditor instrumentum emptionis, & obligationis ad pretium, & respectiuè salaria tabellionum, quę possunt esse maiori ex parte vnius, qui forte sæpius notarios vocauit, quàm ex parte alterius. Secus in contractu, qui fit gratia vnius tantum: quia ad illum spectat tota hæc impensa. Vnde instrumentum de mutuo, debet esse sumptu debitoris, & si creditor soluit, potest à debitore repetere, & ita debent intelligi quæ no. Albe. *l. dissolutæ. C. de cond. ex l.* eodem modo distinguendum est, de eo quod erogatum fuit in proxenetas, & mediatores, quamuis contrarium scripserit Challa. in *consuet. Burg. tit. de retract. §. 1. gloss. pen. num. 1. & gloss. fi. num. 4.* Vbi falso allegat. Angel. Idem dicendum de gabella, & simili onere.

2. Et debent hi sumptus esse * necessarij, vel consueti, seu probabiles, quod importat hoc verbum legales, siue iusti. Secus si sint merè voluntarij, vt si emptor vestes, vel equos sponte & liberaliter dederit vxori, vel filiis venditoris, quamvis occasione venditionis hoc fecerit, non imputabuntur à retrahente. Si vero non liberaliter dederit, sed vt peueniret ad emptionem ad quem alias non erat peuenturus, puto restitui debere: idem de rationabilibus sumptibus emptoris in eundo,

* Voluntariè data non veniunt in legalibus sumptibus.

Digitized by Google

ſtando, & redeundo, gratia huius acquiſitionis fiendæ: oportet enim & hoc ſufficit indemnem diſcedere emptorem, inquit text. in *d. l. debet in fi. D. de edil. edict.* Non autem eſt indemnis quod ad ea quæ ſunt conſueta, vel ſine quibus non peruenisſet ad contractum niſi refundatur, ſed benè quod ad ea, quæ purè voluntariè dedit, *l. damnum quod quis. D. de reg. iur.*

* Arthis. 3. ¶ Sed quid de* arthis? dic quòd non veniunt in his legalibus ſumptibus, aut enim conſiſtunt in ſpecie, & impleta venditione emptor repetit eas à venditore per conditionem ſine cauſa, text. in *l. ex empto. §. ego illud.* & ibi Bart. Paul. *D. de actio. empt.* Aut conſiſtunt in pecunia, & tunc computantur in pretio, vt tenet glo. in *l. 2. in verbo recuperare. C. quand. lice. ab empt. diſced.* Bald. in *d. l. ex empto. & in l. 1. lect. 2. D. de leg. commiſſo.* Tunc enim in dubio videtur actum vt pretio cedant. bonus text. in *l. ſi ibi reliquæ pecuniæ. D. de leg. commiſſ.* Secus ſi eſſet actum quòd non cederet pretio, ſed quòd remanerent venditori, vel quòd darentur pauperibus, tunc enim quia nec imputantur pretio, nec repetuntur, imputantur in legales ſumptus. Sed pone feudum eſſe venditum ſimpliciter pro mille.

4. Vtrum patronus retrahens poſſit deducere, vel repetere quintum pretij, videlicet ducenta? Videretur quòd ſic, quia illa debent ſolui per venditorem, vt *infra* §. 33. Ita quod emptor non tenetur in terminis dictæ venditionis ſoluere venditori integra mille, ſed poteſt retinere ducenta ſoluenda patrono cui debentur, & ſi totum ſoluerit venditori, poteſt patronus ſi velit exigere illa à venditore via actionis, vel illa omiſſa manum feudo inijcere, & rejectis cæteris oblationibus emptoris, fructus ſuos facere, niſi emptor cum præſtatione fidelitatis ſoluat ducenta, quæ repetere poterit à venditore. Ecce quòd in themate venditor debet carere quinta parte pretij, aut igitur emptor nondum eam ſoluit, & patronus non refundet, aut ſoluit, & idem quum poſſit repetere à venditore vt dictum eſt, vel ſaltem actiones ſuas contra venditorem cedere debet, nec videtur quod venditor qui deceſſit à fide patroni, debeat melioris eſſe conditionis, ſi patronus eligat viam retractus, quàm ſi non eligat, quum nullum negotium gerat cum venditore, quemadmodum nec melioris conditionis efficitur, ſi patronus dederit, aut remiſerit ipſi emptori gratis inueſtito, dictam quintam pretij partem, vt dicemus in *dicto* §. 33. Contrarium dicendum eſt, & clarè probatur. Primo in §. *ſeq.* quia petendo, deducendo, aut quouiſmodo componendo de quinto pretij, ſeipſum excluderet à retractu. Secundo per text. *infra* §. 22. §. 185. vbi dicitur quòd ſi patronus qui retraxit euincatur à proximo venditoris, tunc debet percipere, & debent ei ſolui iura quinti vel ſubquinti. ergo non debet ea percipere dum retrahit, alioquin adueniente euictione & retractu proximioris bis perciperet, quod eſt abſurdum. Tum tertio ex eodem contractu non debet duo diuerſa & oppoſita imo repugnantia iura percipere. Et ita in effectu voluit Albert. Iaſo. in *l. fin. C. de iure emphyteu.* Boëri in *conſu. Biturig. de retract. rer. feud.* §. 2. Chaſſa. in *conſuet. Burgund. tit. des cenſes.* §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 8. quia ipſe patronus retrahendo, videtur emere à ſuo vaſſallo: ſed in ſimili dominus emendo ab emphyteuta, nulla debet habere laudimia, vt decidit Alberic. in *l. quòd ſi vno. D. de in diem addict. & in l. ſi. col. vlt.* & ibi Iaſo. *col.* 10. *q.* 3. *C. de iure emphyt.*

5. Ex quibus patet quòd articulus 17. in conſuetudine* Caluimontis non immeritò fuit remiſſus ad ſupremam hanc Curiam, & non fuit receptus pro conſuetudine, quia continet nedum rigorem, ſed etiam iniuſtitiam, quia quando patronus retrahit, habetur perinde ac ſi primò emeret, vt ſæpe dictum eſt. Et ſic non debet exigere ius quinti, vel ſubquinti. quoniam huiuſmodi iura non exiguntur, niſi pro renouatione inueſtituræ, quando patronus inueſtit emptorem feudi, quod ceſſat quando ipſemet emit, vel retrahit ab extraneo emptore. Nec obſtat quòd ſtatim à venditione extraneo facta ius quinti vel ſubquinti eſt acquiſitum patrono, quia eſt verum alternatiuè, cum iure retractus & ad ſuam optionem, non autem copulatiuè ſiue accumulatiuè, quòd patronus poſſit ſimul retrahere, & illa iura vltima ratione inueſtituræ introducta exigere. Et ſic non valet ratio ſuſtinentium dictum iniquum articulum, de quo in proceſſu verbali dictæ conſuetudinis Caluimontis. Ad allegata in contrarium reſpondetur, quòd iura quinti vel ſubquinti non debentur, niſi quando feudum venditur & manet venditum, nouo vaſſallo: ſecus ſi ipſimet domino venderetur, vel ſi in illum, iure retractus ſeu prælationis venditio transferatur.

* Conſuetud. Caluimont.

6. Vnde patrono retrahente, venditor lucratur exemptionem dicti oneris, & debet integrum habere ſuum pretium, etiam ſi hoc non ſit conuentum: Et hoc dummodo patronus retrahat cũ effectu, ſecus ſi poſtea euincatur à proximiore, quia ſoluet patrono quintum pretij, vt 5. §. 22. Et idem proximior repetet illud à venditore, quemadmodum primus emptor repetere potuiſſet. Et hæc de huiuſmodi legalibus ſumptibus ſufficiant.

7. ¶ Sed quid ſi* poſt contractum, & nactam poſſeſſionem, emptor fecit impenſas? Reſpondeo. Iſtæ non ſunt propriè de legalibus ſumptibus, quum nihil habeant commune cum contractu, ſed ſuperuenerunt poſt contractum, & defectus refuſionis iſtorum, infra tempus fatalium, non excludit retractum: debent tamen refundi per retrahentem, ſicut & per redimentem, vel eum cui res ſubiecta reſtitutioni reſtituitur, & hoc quia excedit materiam huius §. reſeruo plenius dicendum 3. §. 173.

* Impenſæ factæ in rem & non circa emptionem non morantur retractũ.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. X.

1. *Triplici modo contingit reſolui ius retractus feudalis.*
2. *Triplex venditionis perfectio.*
3. *Non ſemper incipit currere hoc tempus quadraginta dierum à die notificationis.*
4. *Qui non obſeruat tempus non obſeruat formam.*
5. *Ius feudale in ſe eſt fauorabile.*
6. *Tamen non debet extendi.*

Cur brevius tempus præfigatur retractui feudali, quàm retractui conſanguinitatis.

7. *Concluſio quòd currit tempus quadraginta dierum ſive emptor ſoluerit pretium ſive non.*

GLO. X. IN VER.

Dedans quarante iours.

AD verb. infra quadraginta dies. Nota. quòd incipiunt currere ſtatim à notificatione de momento ad momentum, vt in ſimili diximus §. 7. *g.* 1. In principio huius §. vidimus originem, & ortum iuris, vel actionis retractus feudalis, qui eſt venditione facta.

1. ¶ Sed in his verbis & ſequentibus, habemus reſolutionem, & extinctionem dicti retractus. Fit autem * tripliciter. Primo omiſſione patroni, ſeu lapſu temporis, & de iſta agitur hîc in fine huius §. Secundo commiſſione, ſeu facto patroni, & de iſta habetur in §. ſequenti. Tertio fauore proximitatis, de quo 3. §. 12. Prima autem excluſio ſeu reſolutio requirit duo extrema, & medium: videlicet debitam notificationem pro termino à quo: lapſu quadraginta dierum pro termino, ſeu extremo ad quod, & in medio ceſſationem patroni. Et diligenter aduerte differentiam inter principium huius primæ ſpeciei excluſionis, ſiue præſcriptionis dicti retractus. Quia non incipit currere hæc præſcriptio, cùm primùm ceſſit, & venit dies retractus: Ceſſit enim & venit ſtatim à venditione concluſa, & tamen non illico currere incipiunt hi quadraginta dies: ſed tunc demum cùm obſeruata ſunt ea quæ principio huius præſcriptionis præfixa ſint ab hac conſuetudine, vt declarauimus in *gloſſ. ſeq.* Antequam vlterius procedam, neceſſe eſt examinare, an ad hoc vt iſtud tempus incipiat currere ſufficiat venditionem eſſe concluſam, & denunciationem factam, an verò requiratur perfectam eſſe venditionem. Cuius triplex eſt * perfectio.

* Triplex reſolutio retractus feudalis.

* Triplex perfectio venditionis.

2. Prima quo ad conuentionem. Secunda quod ad obligationem. Tertia quo ad executionem per rei traditionem, & pretij numerationem, vt no. per *gloſſ. & doctor. in l.* 1. *C. de periculo. & commod. rei vendi.* Et ſuper hoc in ſimili Bald. & Matth. de Afflict. *ſuper conſti. Frederic.* 2. *de iur. proto.* tenent requiri perfectam eſſe venditionem vltima perfectione. Sed nihil ad nos de d. conſtitutione. Pro reſolutione dicendum non ſufficere perfectionem ſimplicis conuentionis, ſiue contractus. Si enim venditio ſit concluſa, ſed ſub conditione ſuſpenſiua, fruſtra pendente conditione denunciatur, quia nondum eſt ortum ius retractus, nec dicitur res vendita, quum incertum ſit væneat necne, vt 3. *eo. glo.* 5. *no.* 2. *fall.* 1. Si verò in diem, tunc quamuis ortum ſit ius retractus vt in *d. gl.* 5. *no.* 2. tamen non puto continuò ante diem nunciari poſſe. Si enim eſt in diem reſpectu traditionis rei & ſolutionis pretij, vel etiam reſpectu ſolius traditionis, puto non poſſe nunciari patrono vt ſtatim incipiant currere quadraginta dies.

3. Tenet tamen & valet nunciatio pendente die facta, ſed non incipiet currere iſtud tempus excluſiuum retractus à die notificationis, ſed ſolum ſecuta die appoſita traditioni rei venditæ. Et eſt ratio, quia quandiu pendet dies, & venditor non tenetur tradere, non cenſetur feudum venditum, quantum ad actus feudales. Et venditor interim ſemper remanet verus vaſſallus, & quamuis patronus ſtatim venire poſſit ad retractum, hoc non eſt verum niſi contra emptorem, & eius reſpectu, & via actionis duntaxat (non enim poteſt feudum prehendi ſuper venditore, quum nondum ſit apertum per no. 3. §. *eod. gloſſ.* 3. *adſi.*) vt cogatur emptor ei cedere actiones ſuas. Sed non poteſt venire ad retractum contra venditorem nec reſpectu rei ipſius auocandæ, & vniendæ menſæ ſuæ, quod eſt finale & totum in hac materia retractus. Et ſic patet quòd quamuis actio retractus in ſe ſit orta, tamen non eſt efficax pendente die, & non tenetur patronus agere, imò nõ poteſt efficaciter agere ad retractũ, ergo neceſſario infertur quòd tempus ad retrahendum interim ei non currit. Si autem venditio non ſit in diem, niſi reſpectu emptoris, & ſolutionis pretij, ſed reſpectu venditoris & traditionis rei eſt pura, tunc in ea ſum ſententia, vt ſtatim à notificatione incipiat currere tempus excluſiuum retractus, etiam pendente dicta die, etiam nec dum pretio ſoluto, nec re tradita; quia ſtatim retractus exequi, & ſtatim efficater ad retractum agi poteſt. Sed quia iſtud maiori examine indiget quàm prima facie videatur, & ad multa alia conducere poterit, rem ipſam plenius aſſumam.

4. Pone væniſſe feudum pro mille, emptor nondum ſoluto pretio notificat patrono, cui exhibet inſtrumentum venditionis, & copiam tradit, offerens fidelitatem, & quintum denarium. Exinde patronus ſilet per quadraginta dies, quibus lapſis emptor velut ſecurus à retractu pretium ſoluit venditori, deinde infra quadraginta dies à ſolutione pretij, patronus petit rem iure retractus. An poſſit? Videtur quòd non, quia non venit infra quadraginta dies à notificatione debitè factæ, & ſic cum excidat à verbis & forma conſuetudinis, excidit ab effectu. Et qui * non obſeruat tempus, non dicitur obſeruare formam. Bald. in *auct. quæ ſupplicatio. ad fi. C. de precib. impera. offeren.* per text. in *l. ſcire.* §. *conſequens. D. de excu. tuto. Ibi non aliter audiri niſi fuerit obſeruatum conſtitutum tempus.* Iaſ. in *l. non erit.* §. *ſed neque. D. de iurein.* Alber. Bru. in *tract. de for. & ſolem act. in rubr. ex quibus, conſ. for. & ſolem. verſ.* 27. In contrarium videtur, quod ſint conſideranda illa quæ requirit conſuetudo ad reſolutionem huius iuris, & excluſionem patroni, quæ ſunt duo. Primum, quòd non refundat pretium ſolutum per emptorem. Secundum, quòd in hoc faciendo defecerit & ceſſauerit per quadraginta dies, à tempore debitæ notificationis. Sed impoſſibile eſt dicere, quòd ceſſauerit & defecerit in refundendo emptori pretium per eum ſolutum, niſi prius ipſe emptor illud ſoluerit venditori: igitur impoſſibile eſt, quod iſtud tempus incipiat prius currere, quàm emptor ſoluerit. Et ſic antequam currat, duo requiruntur: Primum, venditio perfecta, & pretium ab emptore ſolutum: Secundum, debita horum notificatio, non obſtat expoſitio de pretio ſoluto,

* Qui non obſeruat tẽpus non obſeruat formam.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. XI.

1. *Huiusmodi notificatio quandoque certificatoria. quandoque etiam incitatoria protestationi accedit.*
   Quatuor circa huiusmodi notificationem consideranda.
2. *Procurator denuncians tenetur docere de mandato si petatur, nisi ipsemet emerit.*
3. *Negotiorum gestor non potest notificare.*
   Quomodo intelligendum negotiorum gestorem posse interpellare.
   Intellectus. l. qui decem §. 1. vers. Sed quid si ignorante. D. de solut.
   Falsum denuncians tenetur ad interesse.
4. *Nec iuuat ratificatio sequens.*
5. *An huiusmodi notificatio fienda sit scienti.*
6. *Reprobatur quoddam cons. Alex. in materia retractus.*
7. *Pupillo non potest denuntiari.*
   Nouus intellectus. §. pupille, in l. si dictum. D. de euict.
8. *Mandatarij & nominati possunt requisitiones suas facere à personis illegitimis in absentia habentium potestatem.*
9. *An possit notificari patrono minori viginti quinque annis.*
10. *Potest notificatio fieri tutori vel curatori.*
11. *Similiter & custodi siue nobili siue pagano.*
12. *Notificatio debet fieri congruo loco & tempore.*
    Nec tamen requiritur quod fiat in loco dominati.
13. *Patronus si fuerit in mora, potest moram purgare infra eosdem quadraginta dies.*
    Non tamen habebit nouum tempus de integro, sed residuum.
14. *Contra Bar. quòd non semper purgatio morę relinquit moram in extremo.*
15. *De purgatione morę ad finē prędictis tractatus.*

GLO. XI. IN VER.

Notifié.

* Notificatio quid.

SVPER verb. *notificatum*,* ad hoc vt istud extremum, à quo sit idoneum, requiritur quòd notificatio sit congrua, & in effectu, est protestatio certificatoria, si fiat simpliciter ad effectum finis huius §. duntaxat, videlicet vt incipiant currere quadraginta dies ad exclusionem rettractus. Si vero emptor vltra procedat petendo inuestituram & ita offerendo comprehēdit etiam formalem protestationem incitatoriam. Et pro pleniori apparatu remitto ad Bar. & alios, in *l. non solum §. morte. D. de oper. nou. nunciat* ad Felin. Deci. Francis. Rip. & cæteros. in *c. Cum. in. Ferrariensis. de constit.* Ea solum compendiosè prosequemur, quæ spectant ad vsum consuetudinis nostræ. Et in summa circa huiusmodi notificationem quatuor* sunt consideranda, persona, tempus, locus, forma. Primo igitur quæritur quis hanc notificationem facere possit. Secundo cui fieri possit. Tertio quo tempore. Quarto quo loco. Quinto qualiter.

* Quatuor considerada circa huiusmodi notificationes.

2. Ad primum respondeo posse fieri nedum per emptorem, sed etiam per eius tutorem, vel alium legitimum administratorem, vel etiam per procuratorem generalem. quia est actus vtilis emptori, vnde nullum speciale mandatum requirit. Tenetur tamen procurator nomine emptoris denuncians docere de mandato, ostendendo instrumentum authenticum, vt no. Angel. in *l. si hæres. D. ad senatusc. Trebellian.* per Bartol. & alios in *d. §. morte.* Et expresse in simili Matth. de Afflict. in *constit. Federi. 2. de iure proto. in verb. vt intra 30. dies. col. 4. vers. sed quid econtra.* Quod limito vt procedat si dominus exigat, & petat sibi ostendi procuratorium, alias secus, vt expresè no. Bal in *c. cumana. colum. penul. vers. si quis protestatur de elect. faci. no.* per Bar. Ias. & alios in *l. vniuersa. C. de precib. impera. offer.* Item limito si procurator emisset hoc feudum nomine procuratorio: quia tunc si ipse denunciat, non tenetur docere de mandato, imo potest constituere procuratorem ad hanc simplicem denunciationem faciendam., qui solum tenebitur docere de mandato suo. 3. ¶ Ex quibus infero quòd simplex negotiorum gestor non potest huiusmodi denuntiationem facere, quum etiam verus procurator non possit nisi docendo de mandato. Nec obstat quòd gestor interpellare potest, & constituere in mora, & periculum transferre in venditorem,* *l. qui decem. §. 1. versic. Sed quid si ignorante. D. de solutio.* quia hoc est verum quando facit oblationem realem de pecunia vel re sua quam transferre potest, vt plenius dicam infra loco opportuno declarando illum text. Et sic cum æque consultum est creditori, ac si ipse debitor offerret: secus est hic, quia interest patroni sibi doceri de mandato, vt non temere faciat sumptum ad retrahendum, & si fecerit, & denunciatio falsa fuerit, habeat recursum nedum contra eum qui denunciauit, de quo non est dubium, vt per Albertic. in *l. si fundum. num. 4. C. de rei vendic.* sed etiam aduersus eum cuius nomine denunciatum est. Tum dicto versic. *sed quid si ignorante*, non loquitur de interpellatione, sed de reali oblatione solutionis. At hic igitur de certa notificatione, quæ non est more certificatoria: sed semper implicat quandam interpellationem, sed protestationem in præiudicium patroni, & resolutionem iuris illius, vnde non tenetur ad hoc admittere personam illegitimam per no. in materia protestationis incitatoriæ, in locis prædictis allegatis.

* Intellectus l. qui decem §. 1. vers. sed quid si ignorante D. de solutio.

4. Amplio etiam si postea emptor expresè ratificaret denuntiationem nomine suo factam, quia adhuc non valet etiam vt ex nunc. Igitur opus est vera, & debita notificatione de integro. Et per ista patet non obstare quod scripsit Pau. Cast. *in cons. 84. visa dicta. ad fi. lib. 1.* quòd si statutum requirat notificationem fieri per se vel per alium: tamen non requiritur quòd notificans habeat vel ostendat mandatum, quia loquitur in alijs terminis, & vbi cessant huiusmodi inconuenientia. Nec prædictis obstat quòd huiusmodi protestatio inquantum esset incitatoria, puta petendo inuestituram, non potest fieri per procuratorem, etiam habentem expressum & speciale mandatum, nisi ex causa iusti impedimenti, *vt j. §. 49* quia illud est ex eo quod fidelitas regulariter præstari nequit per procuratorem, quæ ratio cessat in simplici notificatione, ad finem vt tempus rettractus incipiat currere.

5. Ad secundum, prius examinandum est si patronus perfectam notitiam venditionis, pretij, & omnium clausularum habeat, an opus sit notificatione:

Digitized by Google

illud non concernit alienationem feudi dominantis, vel iurium eius, sed eorum administrationem cuius capax est patronus in tali ætate, vt dixi ff. §. 81. qui §. militat tam in patrono quàm in cliente. Si vero sit ff. dictam ætatem, puto frustra illi soli notificari: curare igitur debebit emptor nolens manere in suspenso, vt curator deputetur, quod à iudice obtinere poterit, vel ad hunc actum, quum curator etiam certæ rei, vel causæ dari possit. *l. non tantùm. D. de tutor. & cura. dat. ab his.* Alioquin non incipiet currere tempus, quia antè dictam ætatem non habet minor curatore carens legitimam personam, etiam in administratione simplici negotiorum feudalium. Vnde dato quòd solus patronus minor viginti quinque annis, & maior viginti, possit inuestiendo priuare se iure retractus, quia per hoc non dicitur alienare, sed administrare, secundum naturam rei subiectæ, non tamen potest se priuare tali iure, inuestiendo emptorem ante dictam ætatem: quia tunc nullam huiusmodi habet administrationem. Igitur multominus priuatur per simplicem notificationem, vel oblationem à se spretam. multa super his hinc inde disputando congessissem, sed modum excedere veritus sum.

10. SECVNDO quæritur, an possit fieri tutori vel curatori patroni? Et per prædicta non est dubium quòd sic, siue patronus sit infans, siue furiosus, dummodo tutela vel cura ad hæc feuda extendatur: frustra enim notificaretur tutori habenti à testatore vel iudice diuisam administrationem ad alias res. *l. fi. C. de Auth. præstan.* frustra curatori ad lites, vel litem aut aliam rem. Sed & si sint plures tutores vel curatores administratione non diuisa, sufficit vni ex eis notificari. *d. l. fi.* Sed quid si per se ipsos tantum administrationem diuiserunt? Respondeo si sint diuisi in diuersas prouincias, opus est notificare illi cuius prouinciam negotium respicit. *l. 2. C. de pericul. tutor. l. & si plurib. D. de autho. tuto. glo.* 1. Io. Fab. *leg. 2. C. de diui. tutel.* Si vero administratio sit in eadem prouincia, sufficit alteruter, quia tunc non est in consideratione diuisio ab ipsis facta, *d. l. 2.* Et hoc dummodo denuncians careat fraude, secus si fraudulenter omitteret adire (cùm posset) tutorem vel curatorem, qui habet notitiam horum feudorum, & notificaret alteri hæc ignoranti, & non administranti, quia huiusmodi calliditas sibi non prodesset, nec noceret patrono, in iure retractus. Cæterum dummodo semel, cessante omni fraude, & collusione, notificatum sit vni tutori vel curatori legitimo, non requiritur quòd hoc aliis nec ipsi quidem patrono, etiã puberi, & industrio, etiam vigesimum annum excedenti intimetur. 11. ¶ Sed quid si notificatio fiat custodi, siue gardiano, nobili, aut pagano, de quib. ff. *tit. §. & seq.* videretur aliud, quia illi non habent exercitium actionum, & iurium realium minoris, nec possunt authorari, in quib. requiritur decretum, nec in cæteris qui solemnitatem iuris desiderant: sed in his prouidendum est de solenni tutore, vel curatore, vt dixi ff. §. 103. & sic videtur quòd nec faciendo, nec omittendo possit præiudicare minoribus in remissione vel amissione iurium realium & formatorum, prout est ius retractus acquisitum & formatum. Tamen idem puto in præsenti, quòd in vero solenni tutore, quia istud ius non est acquisitum minori nisi sub hac forma & conditione resolutiua, modo retrahatur res & reddatur pretium ff. quadraginta dies à notificatione, & cùm talis custos possit inuestire, vt diximus ff. §. 1. *glos. 1. in fi.* consequitur illi fieri posse notificationes, & oblationes feudales, & consequenter eas validas & efficaces esse, etiam ad effectum. de quo in fi. huius §. quia proprie non agitur de alienando, vel admittendo iure minoris, sed de administrando & conseruando in statu suo, & de non acquirendo, & non augmentando pro hac vice. Ideo tempore lapso remanebit dominus ex causa huius venditionis perpetuo excluſus à retractu sine spe restitutionis in integrum, sed contra tutorem vel custodem agere poterit ad interesse, prout diximus *sup. eo gloss. 2. in fi. & ff. §* 99. Quid si notificatio fiat vsufructuario fundi dominantis, vel procuratori patroni, vel marito patronæ? Ista partim dependent à quæstione, an hi possint committendo præiudicare in iure retractus feudalis, quo discusso fortius intelligatur an possint præiudicare omittendo: ideo simul dicemus *in §. seq.*

12. Ad tertium & quartum breuiter dicendum, quòd omni tempore notificari potest, dummodo congruo, quia patronus vel alius eius nomine potestatem habens non tenetur admittere nec audire venientem tempore incongruo ad notificandum. *l. si soluturus.* vbi Bart. *D. de solut. & in l. item ille.* D. *constit. pec.* Si tamen de facto admiserit, & notificatio facta sit per emptorem, vel alium eius nomine, sufficit quocunque tempore, & etiam quocunque loco, quamuis non teneatur admittere in loco incongruo. Quid si patronus offerat se paratum audire notificationem in loco dominanti, à quo feudum venditum dependet, & illic remittit? Respondeo. Si sit in loco & tempore congruo & opportuno ad audiendam lecturam seu notificationem totius contractus, debet audire, vel ad proximiorem locum vel tempus remittere, & non ad locum dominantem, vel alium forte remotiorem, aut incognitum, nec aliàs longiorem temporis tractum aucupari, tenetur etiam notificator expectare patronum morbo fontico, vel quouis alio impedimento præuentum, sed non volentem eludere, & frustrari: quia quocunque modo siue latitando, siue frustrando, per eum stet, quominus notificatio fiat: ex tunc habetur pro facta, & currit irreparabiliter tempus quadraginta dierum per not. in *l. iure ciuili.* D. *de condit. & demonstr. in l. aut qui aliter.* D. *quod vi aut clam in Clem. tausam. de elect. cum vulg.*

13. Quod limito nisi patronus ff. tempus quadraginta dierum, à mora sua computandorum, purgauerit moram. Et debitè, videlicet congruo loco & tempore interpellauerit emptorem, vt exhibeat literas contractus, vel eius substantiam & qualitatem declaret, & sic eum constituerit in mora, quia vltima nocet & priorem absorbet. *l. illud* D. *de peri. & com. rei vendi. l. si quis seruum. §. sequitur. l. interdum. §. fi.* D. *de verborum obl. l. prætor. §. aliquando.* D. *de oper. no. nuncia.* ¶ Sed quid * si patronus post viginti dies, seu medio tempore purgauerit moram, & emptor confestim notificauerit, vtrum patronus habeat integrum tempus quadraginta dierum ad refundendum pretium ab hac notificatione? Respond. quòd non, sed solum tempus quod restabat tempore moræ purgatæ, quia ex quo emptor non constituitur in aliqua mora, æquum est patronum ferre incommodum moræ suæ, quatenus siue quandiu in mora fuit, quia simplex purgatio moræ de se, aliud non operatur, quàm cessationem moræ pro tempore futuro, & non restitutionem temporis præteriti, secus si etiam emptor debite interpellatus constitueretur in mora, recusando notificare, quia tunc prioris moræ effectus in totum absorberetur, & quandocunque postea emptor saniori consilio ductus debitè notificaret, haberet exinde patronus tempus integrum.

* Quid operetur purgatio moræ.

14. Quod autem sentit * Bart. in *l. item ille. col. 2.* & expresse *vult in d. §.* sequitur quòd purgatio moræ non est, vel si est, relinquit moram in extremo, videlicet in vltimo interpellato, quem in mora constituit, & cæteri scribentes sequuntur, est doctrina magistralis, quæ vera est in terminis in quibus loquitur, videlicet quando vltimo interpellatus remanet in mora, tunc enim purgatio moræ duos habet effectus, vel quando se paratum offert, & interpellans non implet, tunc enim nulla fit purgatio, sed aggrauatio moræ, secus quando id fit ad quod interpellatur. Sed quid si patronus medio tempore interpellet emptorem, qui iam non habet facultatem exhibendi literas & instrumenta

* Contrà Bar. quòd non semper purgatio moræ relinquit moram in extremo.

Digitized by Google

emptionis? Et videretur non congrue interpellatus, nec purgata mora, & nihilominus tempus currere, quia patronus iam certat de interrumpendo cursum temporis & euitando sibi imminente periculo amittendi retractum, & sic videtur necesse quòd constituat emptorem in mora, alioquin non vitet periculum, per not. Bar. in *d. l. item illa col. 1. in 2. opin. & col. 2. in 1. q.* D. *de constit. pecu.*

15. Tamen sic distinguo, aut patronus solùm interpellat ad finem notificationis, & exhibitionis contractus habendi, vt deliberet de retractu infra tempus consuetudinis, & nihil agit, nisi plenam & opportunam diligentiam faciat & constituat emptorem, in vltima mora notificandi. Alioquin non interrumpitur, sed perseuerat currere tempus, periculo patroni qui primæ moræ suæ id imputare debet. Aut patronus nedum interpellat ad finem notificationis: sed etiam ad finem prompti retractus, vel solum de præsenti offert retrahere tanquam certus offerens realem refusionem pretij & legalium sumptuum. Et tunc siue emptor sit iustè impeditus, siue non inuenitur, & ad eius domicilium vel in iudicio citato, saltem ad domicilium emptoris offerat refusionem, satis est: & omnis mora præcedens absorbetur, quia illa præcedens non potuit plus operari, quàm si verè notificatio fuisset facta, & sic paratus esse debet emptor ad agnoscendum retractum si offeratur infra quadraginta dies. Vnde difficultas etiam iusta & necessaria, puta mortis vel absentiæ, causa reipublicæ contingens ex parte emptoris, non potest nec debet nocere patrono retrahere parato, & debite offerenti infra tempus consuetudinis, à tempore veræ notificationis, vel oblatæ & contemptæ computandum: potest igitur fieri notificatio quocunque loco, & tempore opportunis ad certificandum, & ad habentem (si patronus requirat) testes idoneos, coram quibus fiat, & redigatur in scripturis, vt patronus & recordari & probare possit, quæ, qualis, & qua die facta fuit notificatio. Hæc omnia vnico momento expediri possunt si emptor paratam offerat copiam denunciationis, & venditionis.

SVMMARIA GLO. XII.

1. *Quid sit* exhibere.
   Non sufficit scire factum absque qualitate.
2. *Differentia inter qualitates inducentes & retrahentes.*
3. *Facienda est copia describendi.*
4. *An cessante scriptura debeant testes adduci.*
5. *Cuius impensis debeat dari copia.*
   An forma cle. causam *generaliter seruanda?*
   Si stet per patronum quominus fiat denunciatio, habetur pro facta.
6. *Tempus quadraginta dierum currit sine spe restitutionis in integrum.*
7. *Fallit casu mortis superuenientis.*
8. *An currat istud tempus lite pendente inter emptorem & venditorem.*
9. *Quid postquam lata est sententia prio emptore? distingue.*
10. *Aduersarius emptoris vitius non tenetur ad interesse protracti retractus.*
11. *Per triginta annos absque notificatione & inuestitura excluditur vterque retractus.*
12. *Venditore possidente vel aliàs occultata venditione, tempus retractus non currit etiam triginta annis.*
13. *Vtrum huic actioni longo tempore præscribatur à tertio cum titulo & bona fide.*

GLO. XII. IN VER.

Et Exhibé.

EXHIBERE quid sit, optimè declarat Vlpian. *in l. 3. §. hoc interdictum.* D. *de tabul. exhib.* inquiens:

a Quid si exhibere.

1. Exhibere,* hoc est materiæ ipsius apprehendēdæ copiam facere. Rursus appositissimè in *l. 3. §. ait prætor.* D. *de libe. ho. exhibend.* dum ait, propriè autem exhibere est extra secretum habere. Forma igitur notificationis est, quòd venditio plenè & integrè nota fiat patrono, & sic cum suis qualitatibus, modis & circunstantijs. Nihil igitur debet teneri secretum patrono, alioquin non censetur facta notificatio, & non incipit labi tempus retractus. Non* enim sufficit quem scire factum, nisi sciat eius modum & qualitatem, gl. Ioan. And. in *c. concertationi. in ver. sciuerit.* & ibi Gemi. Phil. Franc. *de apellat. in 6.* Bald. in *auth. hodie. C. de appellat. in l. is qui. C. de liber. caus.* Angel. in *l. à sententia. §. fin.* D. *de appellat. in l. 1. §. biduum.* D. *quand. appel. sit.* Lud. Roma. 343. *ex proposito col fi.* Feli. in *cap. quod ad consultationem. col. fin. de rer. iudic.* Deci. in *c. nam concupiscentiam. lec. 2. in fi. de constitut.* Et ita in simili *super constit. Federic. 2. de iure pothom.* quod plena scientia requiritur, & quòd facti series non ignoretur, decidunt ibi Bald. *col. penult.* & Matthæ. de Afflict. *in verb. & infra triginta dies. col. 2.* Igiturnedum ea quæ concernunt substantiam actus notificari debent, sed etiam cæteræ qualitates, & circunstantiæ, siue concernant commodum aut incommodum venditoris aut emptoris, quod intelligo de circunstantiis inhærentibus contractui, videlicet incontinenti appositis, vel etiam ex interuallo, tamen animo reformandi, ita quòd insunt contractui, & eius partem, saltem accidentalem faciunt, vt *in l. fundi partem.* D. *de contraben. empt. & vend. in l. lecta.* D. *si cert. pet.* Secus si quæ sint per actum, vel contractum separatum, sine fraude vt diximus *in l. eod. glo. 8. in princip.* & patet in hoc text. *ibi, ladicte vente.* Secus igitur de his quæ sunt extra venditionem sine fraude. Vnde si venditor gratiam partis pretij, vel dilationis solutionis, fecerit emptori, non tenetur emptor id notificare. Et si esset notum patrono, non tenetur eandem gratiam illi facere, & è diuerso, quò emptor spontanee, & vltra pretium conuentum & contractum dederit, vel promiserit, non potest imputare patrono, nec in legales sumptus, vt supra *eo glo. 9.*

a Non sufficit scire factum sine qualitate.

2. Aduerte tamen quandam esse differentiā inter substantiales qualitates & circunstantias concernentes facilitatem emptoris, vel retrahentes, & concernentes difficultatem, nisi quia primę fuerint plenè expressæ, nec potest, nec incipit tempus labi donec suppleatur & notificetur omissum, quod sufficit, non enim requiritur de integro plena totius notificatio, dummodo eidem personæ fiat, & nō ita magno interuallo, vt verisimiliter

Digitized by

denuntiatus non recordetur, alioquin repetitio requiritur: item omnino requiritur, petente patrono ab ipsomet emptore: secus si hoc vellet exigere à procuratore, forte mox designato ad supplendum qualitatem ab emptore (qui nuper denunciauerit) omissam. Et in cæteris fere infinitis per prædicta, & ex bono & æquo decidendis, quæ ad intricationem scriptionis vitandam plurima omitto. Si vero fuerint omissa, ea quæ difficultant emptionem, non nocent, dummodo principale factum notificatum fuerit, ita quòd sciuerit patronus locum apertum retractui: & dummodo per totos quadraginta dies neglexerit: tunc enim omninò manet exclusus. Vnde si emptor qui emit pro mille, denunciauerit se emisse pro quingentis, siue scienter, siue ignoranter, & dominus per hos dies tacuerit, bene poterit exigere quintum denarium, ad rationem pretij conuenti: sed non poterit retrahere, etiam statim à tempore superuenientis scientiæ vel pretij, quia etiam si sciuisset, æque, imo multo magis à retractu abstinuisset. Idem si omissa fuerit denunciatio alicuius oneris emptoris, & hoc dummodo fuerit seruata forma hic tradita, videlicet exhibitio instrumentorum, si qua confecta fuerint. Quod autem dixi de omissa denuntiatione partis pretij, intellige sane dummodo patronus sciuerit valorem feudi venditi, secus enim si forte iuste causari posset se fuisse retracturum vel j. dictos quadraginta dies inquisiturum: de effectu & commoditate retractus, si sciuisset maius pretium, vel alia onera. Finge patronum habere mille nummos repositos in emptionem vnius feudi, & cum audiuit væniisse feudum quingentis tantum, contempsit: ex eo quòd putaret non plus valere, prout occasionem habuit ex verbis denuntiantis, & nolebat pecuniam suam diuidere in plura vilia prædia, sed in vnum pleni valoris, non erit exclusus à retractu, propter huiusmodi defectuosam denuntiationem, & temporis lapsum: idem in similibus est dicendum.

3. Porro si non fuerit confecta aliqua scriptura venditionis, sufficit eam cum circumstantiis prædictis verbaliter explanare. Si autem confecta fuerit scriptura siue publica, siue priuata, debet porrigi, & exhiberi patrono, & facultas ei fieri legendi, attrectandi, & describendi: qua facultate remota non esset exhibitio. *l. 2. D. ad exhib. l. 2. §. inspecto. D. quemad. testa. aperi. l. pen. §. fi. D. ad leg. Falc. l. plus est. D. de verb. signifi. cum alleg. in prin. huius gl.* Siue contractum fuerit in scriptis, siue non, dummodo vel ad simplicem probationem partes confecerit, vel confici mandauerit scripturam: Tunc enim si emptor properet ad dominum, non delata scriptura, forte nedum scripta vel extracta à notariis, quantumuis plene notificet, non prodest, quia patronus suspicari potest, aliquid esse in literis quod sibi expedit scire: vnde interim non currit tempus deliberandi, & retrahendi, etiam si emptor testes instrumentarios, vel ipsos notarios adduceret ad patronum, ad fidem faciendam quòd notificatio sua integra est, & nihil aliud: nec aliter est in literis: quia omnino satisfaciendum est formæ præfixæ ab hac consuetudine,

4. Sed cum nulla conficitur scriptura, quæro an patronus teneatur credere nudis verbis denuntiantis, an saltem denuncians duos testes adducere debeat, qui vel extra ius attestentur verum esse quod denunciatur? Videtur quòd sic, quoniam ista notificatio implicat quandam protestationem incitatoriam, inquantum tendit ad exclusionem patroni per lapsum breuis temporis, ex facto alieno, igitur per not. Bartol. & scriben. in *l. non solum. §. morte. D. de oper. noui nuncia.* & hoc in simili videtur velle Math. de Afflict. in *d. tract. super ver. vt infra* 30. *dies. col.* 2. *ver. preterea illa.* Vbi dicit non esse credendum denuntianti, nisi sit persona bona & digna authoritate, secundum *glo. in l. Titio. D. de condi. & demon.* Contrarium puto ex mente & verbis huius consuetudinis, quæ cessante scriptura, non requirit nisi simplicem notificationem, quæ nudis verbis fieri potest, & in casum confectæ scripturæ, solum addit exhibitionem scripturæ, quod verificatur etiam si sit priuata scriptura, & sic non requiritur tunc aliqua probatio actus denuncianti: & hoc est æquissimum, quia non præiudicatur in aliquo denunciato, qui si dubitet de veritate vel commodo denunciationis, habet sufficiens tempus ad inquirendum & consulendum iuribus suis. Verum est quòd non temere tenetur admittere denunciantem solum: sed iustè postulare potest vt denunciationi interfint personæ honestæ, & fide dignæ, vt sciatur & probare possit, si opus sit, quæ & qualis fuit denuntiatio. Interest enim patroni, nedum vt saluum, & integrum ius suum maneat, si denuntiatio in aliquo fuerit defectiua, sed etiam vt sumptus suos, & interesse repetere possit à denuntiante, si forte falsa denunciauerit: Et patronus in comparando, & afferendo pretio, sumptum & laborem subierit.

5. Ex prædictis patet, quod patronus si velit, debet habere copiam instrumentorum exhibitorum: sed cuius impensis? Et videretur quod impensis suis, quia hæc cõsuetudo non astringit emptorem, nisi ad simplicem exhibitionem, in qua non venit copiam dare, sed solum facultatem transcribendi, seu copiam assumendi præbere: nec intrabo in difficultatem glossæ in *cle. causam in ver. porrecto. de elect.* quam Doct. controuertunt, dicemus alibi si opus sit, satis est in præsenti, quod hæc consuetudo sistit in terminis notificationis & exhibitionis: consuetudo tamen Niuernensis. *eo. tit. §. 35.* vult emptorem teneri dare impensis suis exemplum à notariis, vel à iudice confectum, sed localis est: ego dico quod tenetur emptor impensis & labore suo dare vel offerre copiam testibus præsentibus (si petatur) simplicem & priuatam instrumentorum exhibitorum, & facultatem illam conferendi cum originalibus: si autem patronus velit habere exemplum à notariis confectum, debet habere impensis suis. Et aduerte circa *d.* * *cle. causam.* quòd quamuis Cardi. ibi *in fi.* Ias. & alij *ind. §. morte. col.* 18. Paul. *consil.* 382. *lib.* 2. dicant quòd omnis intimatio vel denunciatio tendens ad aliquid præiudiciale debet fieri secundùm formam *d. cle. causam.* tamen non est verum: nisi quatenus est eadem ratio materiæ subiectæ. Ideo nec hic, nec in pluribus aliis infra locis suis secutus sum dictam formam.

* Forma Clementinæ causam.

6. Aduerte etiam ne omittam quòd quocunque modo stet per patronum, scienter & de industria ad hoc ordinata, quominus fiat vel integrè fiat huiusmodi denuntiatio, habetur pro rectè facta. *l. iure ciuili. D. de condi. & demonst.* Secus si casu, etiam in personam patroni contingente, vel etiam eius facto, sed non ad hoc ordinato. *per l. si qui. D. de actio. & obliga. l. venditor. 2. in princip. D. de hæred. actio. vendi. l. & totum. D. de imper. in re. do. fact. l. finita. §. primo.* D. *ad legem Rhodiam. de iactura.* cum vulgar. Semel autem facta legitima denunciatione currit hoc tempus irreuocabiliter, etiam sine spe restitutionis in integrum, non obstante quocunque iusto impedimento existente, vel infra hoc tempus superueniente, in persona, vel bonis patroni, per not. *supra eo. glo. 3. ad fi.* Quod limito primo nisi impedimentum causaretur facto, vel culpa emptoris. *l. cum proponas. C. de nau. fœno. l. qui officij. in fi.* D. *de contrahen. empt.*

7. Limito secundo, si casus contingens in persona patroni, includat impossibilitatem absolutam, vt si postridie notificationis moriatur, tunc enim puto quòd non currat tempus hæredi, iustam ignorantiam habenti. Consuetudo enim vult patronum habere spatium quadraginta dierum ad deliberandum, præparandum & faciendum retractum: sed hoc casu nullum spatium habuit, nec aliter prouidere potuit, secus si hæres quocunque modo sciat, quia tunc saltem à tempore quo sciuit non habet nisi tempus quod supererat defuncto. Item secus superueniente neces-

saria absentia patroni denuntiati, quia procuratorem deputare potuit. *leg. & si per pretorem. §. 1. D. ex quib. caus. maio. no.* Bartol. in *l. 1. D. de diuer. & tempora præscrip. l. in qui rem. ad fi.* D. *de publi. iudi.* Vlterius vtrum sit vniuersaliter verum quòd istud tempus quadraginta dierum currat à plena huiusmodi notificatione?

8. ¶ Quid si statim post notificationem lis inferatur emptori, siue in petitorio, siue in possessorio, an * pendente lite possit huiusmodi fieri denuntiatio ad finem excludendi retractum feudalem lapsu quadraginta dierum? Distingue, an lis infertur à venditore contra emptorem aut ab emptore contra venditorem, aut ab extraneo. Primo casu sit conclusio quòd pendente lite non currit istud tempus quadraginta dierum, quacunque actione venditor, vel eius hæres agat impugnando venditionem, & alienationem, siue petitorio prætendens nullitatem, siue rescissorio, aut rescindenti, siue etiam possessorio, forte infra annum venditionis, & traditionis factæ per procuratorem, quem prætendit falsum & reuocatum, & ratio est duplex. Prima, quia non censetur venditio venisse ad perfectam notitiam patroni, ex quo in se non est certa. sed dubia propter dubium litis euentum. *l. quod debetur. D. de pecul.* Et ita in simili retractus proximitatis, decidit Cy. post Iacob. Rauen. in *l. contra maiores in fin. colum. C. de inoffic. testament.* & sequitur Bald. *super constitu. Federic. 2. de iure proto. colum. 4. versic. sed pone quòd Titius.* Secunda, quia quandiu antiquus vassallus prætendit se vassallum, aut repetit feudum, non tenetur patronus admittere in fidem nouum vassallum, per not. *infra §. 33. quæst. 27. quæst. 30.* Et multominus tenetur agnoscere emptorem in verum emptorem, vel retrahere ponendo pecuniam suam in periculo, vel incerto, quandiu de emptione, & eius effectu litigatur. Sicut nec currit tempus retractus, si duo contendentes se emisse notificent, & iusta offerant, vel adinuicem super hoc litigent. Non autem adduxi vulgatum hoc quod sententia in primo iudicio potest præiudicare secundo. *l. fundum cum. l. seq. D. de except. rei iud.* Tum quia d. l. loquitur inter easdem partes, hîc autem agitur de tertio. Tum quia in d. l. ibi metiri debet præiudicium ex secundo iudicio, & non ex pretio. vt ibi per Paul. Tum quia patronus si velit potest petere retractum contra emptorem ad onus litis, & in illa loco emptoris subrogari, per not. *supra eod. gloss. 5. quæstione 11.* Nec de hoc dubitatur, sed tantùm an instante emptore cogatur retrahere infra hoc tempus, ne amittat ius retractus: in quo dicendum est quod non. Secundo casu multo fortius idem concluditur, quòd potest patronus si velit ad periculum litis retrahere, sed non tenetur nisi lite finita, quæ facto emptoris procedit. Tertio casu concludo, quod statim currit tempus, non obstante lite: alioquin sequeretur quod facile subornato quouis litigatore, tempus retractus protraheretur, quandiu placeret patrono vel propinquo: sequeretur etiam quod si vassallus possidens, sed interpellatus ab alio in petitorio, si venderet feudum, nunquam curreret tempus vtriusque retractus, quandiu lis duraret quantumcunque etiam medio tempore in fidem admitteretur & inuestiretur emptor, qui emit ad onus litis quod est absurdum. Hanc conclusionem limita respectu retractus feudalis, si ageretur possessorio, ita quod esset dubium vter possideret, & sic patronus neutrum teneretur in fidem admittere, quia tunc tempus retractus non curret, ex quo non potest patronus constitui in mora in fidem recipiendi & inuestiendi & consequenter iura feudalia eligendi iuxta not. j. §. 33. *quæstio. 30.*

9. ¶ Item quæro, si emptor obtineat per sententiam, quæ transeat in rem iudicatam, vtrum statim incipiat currere tempus quadraginta dierum patrono, vel tempus anni & diei propinquo, in casib. in quib. dictum est non currere tempus retractus pendente lite, saltem præsupposita veteri notificatione, aut inuestitura respectiue? Respond. quod sic, respectu retractus proximitatis: sed non respectu retractus feudalis, in quo requiritur vltra veterem notificationem, notificatio & exhibitio sententiæ, vel transactionis, si transactione finitum fuerit negotium, ad hoc vt emptor pacificus in fidem recipiatur, vel vt patronus rettahat infra quadraginta dies. quoniam ante huiusmodi notificationem, patronus non est certioratus de venditione efficaci, quod consuetudo requirit, sed non requirit quemlibet consanguineum certificari. 10. ¶ Præterea quæro, in casibus in quibus dictum est non currere tempus vtriusque retractus pendente lite si aduersarius emptoris succumbat, & inueniatur temere litigasse, vtrum debeat condemnari in damna & interesse emptoris, ex eo quod medio tempore tempus retractus non cucurrit? Respondeo non, quia ex quo patronus vel propinquus statim post victoriam emptoris venit ad retractū, verisimile est quod ab initio retraxisset si non fuisset lis: & sic non potest probabile interesse fundari in hoc articulo. Tum non esse medio tempore liberatum à retractu, non est damnum, sed omissio prætensi lucri incerti, cuius nulla est habenda ratio per no. Ang. Pau. in *l. 3. in fin. D. de eo. quod certo loc.* Ex his habes hanc materiam notificationis abundè expeditam quam longiusculè prosecutus sum, non tamen curiositas, sed rei vtilitas nondum discussa me mouit: nec enim minus in his modicis particulatim expendendis laboraui, quàm in grauioribus.

11. Finaliter vniuersam materiam huius §. limita, si à tempore venditionis lapsi sint * triginta anni, tunc enim exclusus est patronus à retractu, etiam si nunquam notificatio facta fuerit ab emptore etiam si patronus semper ignorauerit, quia huiusmodi præscriptio currit contra absentes & ignorantes. Et quum non sit quæstio de præscribendo iure retractus feudalis in se, nec de minuendo feudi dominanti, vel eius iuribus perpetuis, sed solum de quodam effectu, veluti fructu pro vna vice; indubitanter currit hæc præscriptio per not. 5. §. 7. Nec obstat quod consuetudo certum terminum à quo præfigit præscriptioni huius iuris, videlicet debitam notificationem: igitur antequam fiat, quamuis etiam patronus sciat feudum per emptorem possideri, tamen semper existimat ius suum durare authoritate huius consuetudinis cuius prætextu non debet decipi. *l. 1. C. de his qui veni. æta. impetra.* Et ex diuerso quod emptori prodesse non debet sua culpa, forte malitia in non denunciando. Quia diligenter est aduertendum quod hæc notificatio pro termino à quo, non præfigitur cuiuis præscriptioni, sed solum præscriptioni quadraginta dierum, de qua tantum loquitur & cogitauit hæc consuetudo in hoc §. & sic nullomodo refertur ad præscriptionem longissimi temporis nec de ea intelligitur. Dico tamen quod de hac præscriptione debent subduci omnia quæ subducuntur de præscriptione tricenaria, puta pupillaris ætas patroni: similiter habent locum omnia remedia introducta à iure, videlicet restitutio in integrum ratione minoris ætatis, vel absentiæ causa reipubl. aut alia iusta causa. *D. ex quibus caus. maior. per tot.*

12. Vnde si venditio fuit occulata facto contrahentium, puta venditore semper possidente, non incipit currere præscriptio triginta annorum: saltem locus est restitutioni in integrum, quamuis restitutio cesset in præscriptione consuetudinaria breuissimi temporis, quia præscriptio triginta annorum non currit speciali dispositione consuetudinis, sed dispositione iuris communis, vel dispositione generalis consuetudinis. j. §. 68. Vbi loquitur in materia iuris communis conformiter ad illud, & sic recipit omnes modificationes iuris communis vt ibi dixi. Secus in præscriptione

a Nota resolutio an & quando pendente lite currat tempus vtriusque retractus.

* Omnis actio retractus, 30. annis extinguitur.

Digitized by Google

ptione horum quadraginta dierum quæ eſt introducta ſimul in ipſa conceſſione iuris retractus, & ſic venit ad eius limitationem, & taxationem, vt etiam in ſimili diximus. j. §. 173.

13. Sed iuxta hæc quæro quid ſi primus emptor cariori pretio vendat fundum. Secundo, ſine aliqua mentione onerum præteriti temporis, & ſecundus emptor longo tempore pacificè inter præſentes poſſidet, tandem inſurgit patronus, & cognito quòd nulla iura ſunt præſtita, nec ex prima, nec ex ſecunda venditione, vult retrahere ex prima, quia vilius pretium continet, & nondum ſunt lapſi triginta anni. Secundus autem emptor vult teneri præſcriptione longi temporis ex capite ſuo, & videtur quòd poſſit, quia etiam perſonali actioni rei perſecutoriæ, (qualis eſt iſta) & hypothecariæ, præſcribitur longo tempore, à tertio acquirente cum titulo & bona fide, *l. ſi vi vel metu. C. de his quæ metuve. cau. l. 1. C. ſi aduerſ. credito.* Etiam non obſtante mala fide authoris quia *aut. malæfidei. C. de præſcrip. long. temp.* non habet locum niſi cum præſcribitur contra verè & plenè dominum. vt not. doct. ibi. & in *l. Pomponius. §. cum quis. D. de acquirend. vel amit. poſſeſſ.* Quibus non obſtantibus ceſſante præſcriptione huius conſuetudinis de qua hic puto non habere locum aliam præſcriptionem, quàm longiſſimi temporis, ſicut in vera perſonali actione, quia diſpoſitione conſuetudinaria tertius poſſeſſor verè perſonaliter obligatur ex natura & conditione rei, vnde etiam ſi non tanquam rem feudalem, ſed tanquam alaudialem vel cenſualem emerit, & poſſedit vltra longum tempus, idem eſt dicendum, prout etiam in ſimili dixi ſuper retractu conſanguinitatis in *d.* §. 173. plura alia occurrunt, ſed nunquam eſſet finis, tranſeamus ad §§. ſequentes.

§. * XXI.

* Olim fuit A.

ITEM ſi le ſeigneur feodal a receu le quint denier, ou cheuy, ou baillé ſouffrance d'iceluy, à luy deu à cauſe de la vendition du fief mouuant de luy, tel ſeigneur feodal ne peut plus retenir ledit fief, par puiſſance de fief pour l'vnir & mettre en ſa table, à cauſe d'icelle vẽditiõ.

Patronus habita ſolutione, ſatisfactione, vel fide quinti denarũ ſibi debiti, ratione venditionis feudi, non poteſt amplius poteſtate feudali retinere dictum feudum, nec menſæ ſuæ vnire ex cauſa dictæ venditionis. D. H.

SI ledit ſeigneur feodal a receu le quint denier, à luy deu à cauſe de la vendition du fief, mouuant de luy, cheuy ou baillé ſouffrance, ledit ſeigneur feodal ne peut plus retenir ledit fief, par puiſſance de fief, pour l'vnir & mettre en ſa table à cauſe d'icelle vendition.

Sed hic articulus ita mutatus fuit noua conſuetudine.

SVMMARIA §. XXI.

1. *Limitatur tex. quando receptio pretij ſit ſub clauſula reſeruatoria.*

Exempla non reſtringunt.

2. *Retractus feudalis non excluditur per approbationem venditionis, ſed per approbationem emptionis.*

3. *Patronus interueniendo in contractu tanquam fideiuſſor ſibi non præiudicat: ſecus ſi tanquam principalis.*

4. *Vtrum patronus interpellando emptorem de ſoluendis iuribus, præiudicet ſibi in retractu.*

5. *An emptore non ſoluẽte variare liceat patrono.*

6. *Per ſimplicem dationem inducierum non amittit patronus ius retractus.*

Conſuetudo Carnotenſis modificatur.

Conſuetudo Borbonienſis declaratur.

7. *Ampliatur tex. in minore, vel in eius tutore vel curatore.*

Tutor non poteſt ad commodum ſuum authorari vel eligere.

8. *Licet tutor poſſit gratificari extraneo emptori: non tamen poteſt ipſo iure gratificari contutori in præiudicium populi.*

9. ¶ *Q. 1. Vtrum procurator recipiendo quintum pretij, vel de eo componendo, præiudicet domino ignoranti in iure retractus?*

10. *Vtrum procurator recipiendo canonem ab emphyteuta præiudicet domino in iure commiſſi? & decidituꝛ quòd ſic.*

11. *Procurator generalis etiam cum libera, non poteſt voluntatem domini declarare, nec in alternatiuis eligere.*

12. *Solutio quòd in materia huius §. requiritur & ſufficit mandatum ſpeciale.*

13. *Non ſufficit mandatum generale cum clauſula, etiã ſi requirant ſpeciale mandatũ, niſi grauiora in eadem feudali materia ſint expreſſa.*

14. *An notificatio facta procuratori præiudicet domino iure retractus.*

15. *Non prodeſt occulta limitatio, ſicut nec occulta reuocatio mandati.*

16. *Forma à principio mandati impreſſa inquiri & ſeruari debet.*

17. *Reſolutio præcedentium*

18. *Non improbare pro ratificatione eſt in factis, non in omiſſis.*

Quando emptor habeat recurſum contra procuratorem patroni.

19. *Non ſufficit notificatio facta procuratori habenti ſufficiens mandatum, ſi noluit admittere.*

20. ¶ *Q. 2. Receptio vel compoſitio quinti denarij, vel inueſtitura facta ab vſufructuario feudi dominantis, non præiudicat domino in iure retractus.*

21. *Oblationes & notificationes factæ fructuario vel procuratori generali, protegunt à prehenſione ex defectu fidelitatis: ſed non protegunt à retractu feudali.*

22. *Non ſufficit notificationem admiſſam à fructuario, perueniſſe ad notitiam patroni.*

An & quando fructuarius teneatur ad intereſſe emptoris.

23. *Differentia inter certificationem ab extraneo vel à procuratore generali, vel à fructuario factam*

24. ¶ *Q. 3. Quid de marito? Reſpon. Idem quòd*

Digitized by Google

in prælato vel tutore.

Quando tutor poteſt præiudicare pupillo in iure commiſſi.

Maritus in propriis vxoris plus habet poteſtatis quàm procurator generalis, & minus quàm tutor.

26. *Quandoque magis ſubuenitur mulieri quàm pupillo.*

27. *Notificatio ſoli patronæ facta ſine authoritate eius viri non valet, ſicut nec facta patrono pupillo: niſi mulier adminiſtrationem habeat.*

VIDIMVS in fine §. præcedentis modum excludendi retractum feudalem omiſſione, & lapſu temporis. Hic habemus modum excludendi communione, ſeu facto patroni & ponit text. tria exempla. ¶ Primum, quando recepit ſolutionem quinti denarij, quod intellige etiam quantulamcunque partem receperit. ¶ Secundum, quando aliter compoſuit, ſeu tranſegit cum emptore pro iuribus quinti vel ſubquinti, etiam ſi tantum liquidauerit ea ad certam ſummam, & nihil receperit. Tertium, quando habuit fidem de ſolutione, ſeu certam dilationem dedit ad ſoluendum.

1. Limita hæc omnia, niſi patronus partem receperit vel tranſegerit, aut dilationem dederit ſub conditione, & proteſtatione, quòd poſſit vti retractu feudali, niſi termino præfixo ſolutio perficiatur. Licet enim legem & modum quem vult apponere in conceſſione ſua. *l. legem. C. de pact.* & niſi pareatur in termino, liberum erit patrono, j. quadraginta dies à termino lapſo, retractu feudali vti, quantumcunque tempus lapſum ſit à prima integra notificatione & oblatione, fieri enim enim poteſt tam tacito, quàm expreſſo conſenſu partium vt tempus quadraginta dierum non incipiat currere ſtatim ea ſignificatione, vel vt in longius, vel breuius tempus prorogetur, aut coartetur. Quare idem dico etiam ſi totum quintum denarium receperit patronus, ſed reſeruata facultate deliberandi, vſque ad certum tempus, an velit inueſtire vel vti retractu. Et ſi diſpliceant emptori huiuſmodi proteſtationes, non ſoluat, ſed retineat pecuniam ſuam, & expectet lapſum quadraginta dierum. Et not. quòd ſpecies in hoc tex. expreſſæ ſunt per modum exempli. Et ſic * non reſtringunt. *l. damni infecti. 2. in fin. D. de dam. infect. l. 1. §. quod vulgo. D. de vi & vi arma.*

* Exempla non reſtringunt.

2. Sed diligenter aduerte quòd patronus non excluditur à retractu, ex qualibet approbatione contractus venditionis, vel emptoris in vaſſallum. Sed requiritur talis approbatio, quæ ſe non compatitur cum retractu, & hæc eſt duplicis ſpeciei. Prima reſpicit exactionem quinti denarij, quæ eſt excluſiua retractus, quum non poſſit vtrumque ius ſimul exigi, & huius exempla quædam ponuntur in tex. Secunda ſpecies reſpicit admiſſionem in clientelam, cuius vtpote indubitabilis non fit in text. mentio. Tamen idem multo fortius eſt intelligendum, dummodo plene ſciuerit tenorem & qualitatem venditionis ſecundum deducta in ſi. §. præcedentis. Alioquin ex * iuſto errore poſſet reſtitui aduerſus admiſſionem in fidem, & per eandem reſtitutionem ſub ordinatè petere via actionis reſciſſoriæ feudum ſibi adiudicari per retractum. Secus ſi ipſam venditionem & emptionem approbauerit; hoc enim nihil infert ad excluſionem retractus, ſed magis ad corroborationem iuris competentis patrono ad eligendum quintum denarium vel retractum.

* Patronus ex iuſto errore reſtituitur aduerſus inueſtituram.

3. Vnde ſi præſens fuerit in contractu, nedum tanquam teſtis, ſed etiam tanquam fideiuſſor, ſiue pro venditore, ſiue pro emptore fideiuſſerit, in nullo præiudicatur iuri ſuo. Secus ſi tanquam principalis venditor interceſſerit, nedum quando ſolus vendidit feudum ad reuerſum, quo caſu clarum eſt non eſſe locum huic retractui, nec etiam quintum denarium vel relevium debetur, ſed ſola fidelitas pro hac vice, vt dicam. j. §. 33. 9. 4. Sed etiam ſi vendiderit vna cum aliis, forte ratione dimidiæ partis feudi ad ſe reuerſi, adhuc dico locum non eſſe retractui, etiam pro parte ſpectante ad alium venditorẽ illius partis, ſiue pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo. vt latius. 3. §. 20. *glo. 1. nu. 12.* Ratio, quia nõ eſt niſi vnum & idem feudum, vna venditio, vnũ pretium, vnus & idem patronus, & ſic cum non poſſit retrahere partẽ à ſe venditam, non poteſt inuito emptore aliã partem retrahere. vt diximus. 3. §. 20. *gloſſ. 1. queſt. 6. & ſeq.* Igitur nihil retrahet, ſed bene capiet quintum pretij, pro rata partis per alium venditæ, quia quum ius quinti denarij conſiſtat in quantitate, eſt omni reſpectu diuiduum. per not. 3. §. 2. *gloſſ. 4.* Item ſecus ſi aliàs approbauerit, vel confeſſus fuerit in iudicio, vel extra emptorem eſſe dominum feudi empti, & vaſſallum ſuum, vel etiam ſi eum tanquam vaſſallum tractauerit, citra admiſſionem fidelitatis, puta recipiendo ſeruitia ſi qua ſint debita, non ratione venditionis, vt eſt quintum pretij, ſed ex ſtata & ordinaria ſeruitute, vel ſubiectione feudi, ſiue ex conſuetudine, ſiue ex tenore inueſtituræ, hæc enim ſemper debentur, vel à quouis poſſeſſore, ſiue in fidem recipiatur, ſiue non. Et ſic nihil habent commune cum iure & electione quinti denarij, vel retractus feudalis.

4. ¶ Iuxta hæc quæro, quid ſi patronus non recepit quintum denarium, nec compoſuit, nec dilationem dedit, ſed tantum illud petiit, & interpellauit emptorem vt ſolueret? Et idem ſi petiit fidem & homagium ſibi fieri? diſtingo, aut huiuſmodi interpellatio facta eſt ante notificationem & exhibitionem literarum venditionis, etiam à patrono aliàs ſciente feudum eſſe venditum interpellato, ad quem forte tranſmiſit epiſtolam deprecatiuam vt iura præſtaret. Et dico quòd patronus in nullo ſibi præiudicat. Nec iſtud habet vim electionis, niſi eſſet proceſſum ad actum ſcienter recipiendi quintum pretij, vel de eo componendi, vel receptionis emptoris in fidem, quod etiam per literas, volente domino fieri poteſt, vt dicam j. §. 67. Hanc concluſionem limito, niſi conſtet quòd patronus habeat plenam & perfectam notitiam contractus, & qualitatem eius. Et quòd non interpellauerit in genere de præſtandis iurib. aut faciendo quod iuſtum eſt, ſed ſpecificè & determinatè de ſoluendo quinto pretio, vel fidelitate præſtanda, tunc enim non poteſt negari, quin huiuſmodi interpellatio importet certam & determinatam electionem iuris oppoſiti retractui. Hanc tamen limitationem ſublimito iuxta limitationem ampliationis concluſionis membri ſequentis, quod eſt tale. Aut vero d. interpellatio facta eſt poſt plenam notificationem, & exhibitionem literarum, & tunc ſi facta ſit poſt quadraginta dies à notificatione, non eſt quæſtio: quia iam per lapſum fatalium, & per hanc conſuetudinem excluſus eſt, & non per electionem, cui non eſt amplius locus. Si vero *infra* dictos quadraginta dies temporis eligendi, & tunc electionem operatur, & amplius non poteſt petere retractum, velut electione facta iuris oppoſiti. Vnde variare * non licet, *l. ſi fundum §. 1. l. poſt diem. D. de leg. commiſſo. l. commiſſoriæ. C. de pact. inter empt. & vendi. l. Æmil. ibi. & pretium petendo receſſiſſe. D. de minoribus.* Quod amplio etiam ſi vellet variare, infra. dictum tempus quadraginta dierum.

* Patrono variare non licet etiam intra hos 40 dies.

5. Sed hanc ampliationem ego limito eſſe veram, dummodo emptor obtemperet iuſtæ interpellationi patroni. Secus ſi recuſet, quia tunc liberum eſt patrono diſcedere à petitione & electione ſua, & intentare retractum, quo facto non proderit fidem & iura offerre, & nequibit emptor ſe fundare in dicta electione quam impugnauit, ſeu acceptare noluit. per reg. *cap. ex ea.*

de regul. iur. in 6. & per decisionem. gloss. singula. quam Panor. ibi. & omnes sequ. *c. cum venissent. in verb. obtulit. de eo qui mitt. in possess.* Ludou. Roma. in *singul.* 150. *incipien. appellans.* Sed quid si expressè non recusat, sed cessat, dico quòd re integra moram purgare potest. secundum not. in *l. si insulam. D. de verb. obliga. l. & si post tres. D. si quis cautio.* ad quæ loca breuitatis causa remitto. Et ad hanc purgationem euitandum cautela est, quòd patronus interpellet emptorem vt statim, vel infra talem diem soluat quintum denarium, & fidelitatem præstet, alioquin protestetur se posse vti retractu. Tunc enim clarum est quòd nisi in tempore paritum fuerit, locus erit retractui: & ita intelligendum & limitandum puto, quod tradunt Alber. *in l. si. col.* 4. & ibi Ias. *col.* 42. *num.* 128. *C. de iur. emphy.* dominum per simplicem petitionem canonis, sibi præiudicare in iure expellendi, in casibus in quibus præiudicaret per receptionem.

6. ¶ Viterius quæro, quid si patronus dederit emptori inducias fidei præstandæ? Et videretur excluſus à retractu, sicut per inducias quinti denarij soluendi, maximè cum fidelitas de se sit maius, & magis attrahat inuestituram & approbationem vassalli, quàm solutio quinti denarij. Et consuetudo * Carnotensis §. 40. indistinctè per simplices inducias excludit retractum, sed localis est, & debet modificari in patrono, sciente tenorem & qualitatem contractus. Pro solutione quæst. in terminis consuetudinis nostræ, contrarium puto, dummodo illæ inducie fuerint simplices, videlicet de sola fidelitate: non autem de solutione quinti denarij. Et hanc conclusionem amplio, nedum si dentur ante notificationem venditionis & exhibitionem literarum, sed etiam si postea, & à patrono plenissimè informato de tenore & conditionibus contractus. Et est ratio quia huiusmodi simplices inducie fidei dantur solum ad assecurandum emptorem, vel alium nouum acquisitorem, quòd infra tempus induciarum non molestabitur per prehensionem, nec alias super eo, super quo concessæ sunt inducie. Non autem agitur vt patronus aliquod damnum vel diminutionem patiatur in iuribus suis, sed magis quod omnia interim maneant hincinde in statu suo. Ideo in huiusmodi induciis semper solet apponi clausula, saluo iure nostro, quod intelligitur in omnibus, præterquam in hoc quod infra dictum tempus non poterit molestari acquisitor super contentis induciis. Et si forte non sit apposita hæc clausula, tamen subintelligitur, vt dicemus infra. §. 42. & ita etiam debet intelligi consuetudo * Borbo. §. 375. & 486. vbi vult inducias fidei non derogare retractui. Sed si inducie scienter darentur etiam de solutione quinti denarij præiudicaretur retractui: etiam ante realem exhibitionem literarum, quia hæc consuetudo non distinguit, nec obstaret expressio clausulæ solitæ & generalis, saluo iure patroni, sed requireretur specialis clausula, saluo iure retractus, & tunc non derogaretur ei per tales inducias, vt dictum est in *prine. huius* §.

7. Ampliatur hic §. etiam in patrono minore viginti-quinque annis, dummodo si sit masculus, viginti annos: si fœmina, quindecim annos excesserit. Alioquin sibi præiudicare non posset, quamuis retrahere posset si sibi esset vtile. Secundo ampliatur in tutore vel curatore, qui hi actus non sunt alienationes, vt diximus in §. *præcedenti. gloss.* 2. & *glo. fi.* Sed iuxta hanc ampliationem quæro, quid si ipsemet tutor vel curator emerit feudum à vassallo pupilli sui: & in rationes suas intulerit quintum pretij acceptum. Respon. Antequam articulus huius accepti, sit redditus, & à persona legitima approbatus, integrum remanet ius retractus: quia tutor non potuit sibiipsi authorari, nec ad commodum suum eligere alterum iurium. *l.* 1. *D. de authoritate tutorum.*

¶ Sed * nunquid si habeat contutorem, vel concuratorem, potest illi soluere, & sic liberari à retractu? Dicendum quòd sic per *l. fi. C. de autho. præstan.* quæ generaliter procedit etiam si vnus tutor authoratur ad commodum alterius. vt tradunt Bal. Saly. Pau. in *l. cum ipse. C. de contrah. empt.*

8. Sed ego hoc limito, dummodo ius quinti pretij sit vilius, quàm ius retractus pupillo, qui forte non habet pecuniam otiosam, vel forte feudum est nimio venditum, vel in loco remoto aut in commodo situm aut aliàs: Secus si vilior erat retractus, & supererant nummi, vel mobilia superuacua ad vendendum, & recuperandum pretium idonea: tunc enim cum emptor, idemque tutor teneatur vilitatem pupilli procurare, tenebatur ius retractus illi vile eligere, & à seipso exigere. quod no. ad limitationem eius, quod diximus in §. *precedenti glo.* 2. posse, vel vnum solum ex tutoribus, in istis gratificari emptori, in præiudicium pupilli, saluo recursu contra tutorem: hoc enim fallit si vellet gratificari contutori, quia non valet, nisi ita expedierit pupillo. Pro vberiori doctrina

9. ¶ Quæro primo, quid in procuratore? Et non fit quæstio de procuratore speciali, de quo non est dubium, sed de generali. Et primo videtur quòd recipiendo, vel componendo de quinto pretij, non possit præiudicare domino in hoc iure retractus liquido, quia quantumcunque habet generale mandatum etiam cum libera, non potest remittere ius domini liquidum, nedum donando, vt in *l. contra iuris. in fi. D. de pact. in l. filium fami. in princ. D. de donatio.* Sed nec simplicem terminum solutionis debiti liquidi prorogando. *l. qui Romæ.* §. *Callimachus. D. de verb. obliga.* & iura contraria quatenus de remissione iuris, vel facto præiudiciali loquuntur, intelliguntur quando res est obscura, vel intercedit iusta causa, vt nota. in *l. præses. C. de transact.* In contrarium arg. Procurator generalis saltem cum libera, sine aliquo speciali mandato, potest pacisci, nouare, solutionem recipere, & alienare, & in his domino præiudicare. *l. rescriptum. in fi. & l. nam & nocere. D. de pact.* etiam iuramentum deferre aduersario. *l. iusiurandum quod ex conuentione.* §. *procurator. D. de iureiuran.* Verum est quòd hęc & similia intelliguntur, dummodo actus non tendat ad donationem vel remissionem iuris liquidi. Sed hic non agitur de donatione, nec de remittendo iure quæsito, sed quærendo, vt dictum est 5. §. *precedenti gloss.* 2.

10. Hinc firmat Matth. de Afflict. in *dec. Neapo.* 129. Comes *in quæst.* 3. quod * procurator vel receptor scienter recipiendo canonem emphyteuseos, quæ cecidit in commissum, antequam dominus declarauerit se velle habere rem iure commissi, præiudicat domino. Pro breui & clara resolutione dico quod procurator generalis cui solui potest. *l. rescriptum in fi. cum l. sequente. D. de pact.* recipiendo canonem temporis lapsi post commissum, præiudicat domino in iure commissi, antequam dominus voluntatem suam declarauerit. Et hoc dummodo procurator recipiens sciuerit rem cecidisse in commissum. Secus si ignorauerit, quia etiam ipsemet dominus ignoranter recipiendo non præiudicat sibi in commisso. de quo nullo modo agitur nec intenditur remitti. *l. mater. D. de inoffic. testam.* Specul. in *tit. de locat.* §. *nunc aliqua. quæst.* 24. Alex. *consil.* 112. *Visis & diligenter. col.* 1 *lib.* 4. quod autem dixi de procuratore ignoranter recipiente vel exigente: Intellige & amplia etiam si tunc dominus sciuerit caducitatem: quia satis est quod nec dominus nec procurator intendunt, nec expressè, nec tacitè remittere ius commissi. Secus si dominus nedum sciuit caducitatem, sed sciuit factum procuratoris, & præsens, vel cum postea peruenit ad notitiam suam, non improbauit, sed tacuit, quia tunc videtur approbasse, per tex. & no. glo. in *c. cum olim in ver. patronus.* & ibi Panor. Feli. *de offi. & potest. ind. delega. tex.* & ibi no. Bar. in *l. fi. de ex edicto. & transla. mili. anno. lib.* 12. *C.* Alex. in *rep. l. sæpe. col.* 31. D. *de re. iudic.* & pulchrè in *consi.* 84. *super consultatione.*

a Confuetudo Carnot ensis declaratur.

* Declaratur consuetudo Borbonij.

* Tutor non potest gratificari contutori in præiudicium pupilli, licet possit gratificari extraneo

* An procurator generalis præiudicet patrono.

lib. 5. Iaſo. in *l. ſi procurator. fallen.* 7. *C. de procura.* Fran. Cur. Iu. in *l. diligenter. col.* 2. *nu.* 7. *D. mandat.* Sed in q. noſtra alia ratio deciſionem reformat, quia feudo vendito, duplex ius acquiritur patrono, videlicet quinti denarij, & retractus. Et vtrumque eſt in actu, & in obligatione, æque principaliter, alternatiuè tamen, & ad optionem, ſeu electionem patroni.

A

* Procurator generalis nõ poteſt voluntatem declarare, nec eligere

11. Procurator* autem generalis, etiam cum libera, non poteſt voluntatem declarare, nec eligere vnum ex alternatiuè debitis, ſine ſpeciali mandato, vel niſi ratihabitio domini ſequatur, vt declaratione tradit Bar. Angel. Alex. in *l. inter ſtipulantem.* §. *ſi Stichum. D. de verb. obli.* Bald. Ang. in *l. idem Pomponius.* §. *ſi. D. de rei. vend.* Et de electione in debito alternatiuo. Bar. *& omnes in l. ſi ſtipulatus fuerim. D. de verb. oblig.*

12. Vnde requiritur & ſufficit mandatum ſpeciale, nec opus eſt mandato in indiuiduo, vt etiam in ſimili diximus ſupra §. 16. *quæſt.* 3. *nu.* 6. Eſt autem mandatum ſpeciale, ſi contineat quòd poſſit iura quinti, vel ſubquinti, debita vel debenda, recipere. Aut pro his componere, & apocham dare ratione feudorum dependentium à mandante. Tunc enim ex neceſſario antecedenti, datur mandatum omittendi vel remittendi retractum, eligendi & exigendi quintum denarium. Et hoc ſufficit vt emptor tali procuratori ſoluens, ſit in tuto, nec requiritur mandatum de vera & certa venditione, vel certo feudo, qui eſſet deuenire ad mandatum in indiuiduo.

13. ¶ Sed quid, ſi habet mandatum generale ad prehendendum, inueſtiendum, releuia recipiendum, quittandum, & alia quæ dominus poſſet, etiam ſi requirerent mandatum ſpeciale? Et prima facie videtur ſufficere, quia ſpecifice eſt expreſſa poteſtas recipiendi releuia, & conſequenter eligendi vnum ex tribus. de quo infra §. 47. quod ſpeciale mandatum requirit, per prædicta. Et vltra eſt appoſita clauſula generalis etiam de aliis requirentibus ſpeciale igitur, vt in *c. qui ad agendum de procura. in* 6. Subſiſto, quia electio inter ius quinti denarij. vel ius retractus, & reuniendi menſæ domini eſt longe maior, & grauior, quam electio ſimpliciter releuiorum, vt patet ad ſenſum. Igitur dictæ clauſulæ non extenduntur ad hanc electionem, in præiudicium retractus non expreſſi. *C. l. non poteſt de procura.* Et hoc niſi in mandato eſſent expreſſa grauiora, in eodem genere adminiſtrationis iurium feudalium, vel niſi eſſet facta mentio de percipiendis iuribus feudorum quocumque modo ſiue per obitum, venditionem aut ceſſionem mutantium manum. Simplex enim ſpecificatio venditionis, implicat ſpecificationem omnium iurium procedentium ex venditione. Ex prædictis patet deciſio quæſtionis motæ in *gloſſ. pen.* §. *præcedentis*, videlicet,

B

C

D

* An procuratori notificatio hæc fieri poſſit.

14. An* notificatio venditionis fieri poſſit procuratori, ad hoc vt domino etiam ignoranti currat tempus quadraginta dierum. Aut enim procurator non habet poteſtatem recipiendi quintum denarium cum effectu, ſcilicet eligendo quintum pretij, & excludendo retractum. Et clarum eſt quòd non prodeſt illi notificare. Aut habet dictam poteſtatem, & ſufficit notificatio illi facta, ſicut ſi eſſet facta patrono. Tamen ſi idem procurator neque retractu vſus fuerit, cum haberet pecuniam domini, neque dominum tempeſtiuè certificauerit ad retrahendum (ſi vellet) ꝫ. quadraginta dies, agat ſi velit patronus directè mandati ad intereſſe aduerſus procuratorem. Emptor enim qui notificationem ſuam direxit ad procuratorem habentem mandatum in dicta ſufficienti forma, & non aliter manifeſtè limitatum, non debet vlterius ſollicitari de adeundo perſonam domini.

E

* Occulta ſignificatio vel reuocatio mandati non prodeſt.

15. Quòd ſi dominus* occulte, forte per ſeparatum inſtrumentum limitaret poteſtatem procuratoris, magis ſeipſum quam emptores & alios deciperet, quemadmodum ſi occultè reuocaret. Quum enim ſemel eum præpoſuerit omnibus, ſaltem feudalibus negotiis ſuis, intelligitur emptoribus, vel hæredibus antiquorum vaſſallorum, ſeu quibuſuis nouis vaſſallis mandaſſe, vt ſoluant, faciant aut exhibeant iura debita in literis mandati comprehenſa. dicto procuratori, *inquit Vlpi. in l. qui hominem.* §. *ſi Titium. D. de ſolutio.* Vnde non prodeſt reuocatio, niſi palam proſcribatur, ita vt tranſeat in notitiam *l. ſed & pupillus.* §. 1. *D. de inſtito. actio.* Quod eſt limitandum, niſi reuocatio peruenerit ad notitiam emptoris. Idem ſi colluſerit cum procuratore, aut alias quocunque modo doloſe verſatus fuerit, aut curauerit, ne patronus, aut principalis vel ſpecialis procurator, qui poterat retrahere, reſciret, aut retraheret intra tempus debitum, vt in ſimili dictum eſt in tutoribus, *in gloſſ. penult.* §. *præcedentis. num.* 10.

16. Patronus autem poteſt à principio certam formam, vel certum tempus præfigere, in eodem tamen procurationis inſtrumento, quod inſpicere, & non excedere debet quicunque aliquid gerit cum procuratore. Alioquin nullum fit præiudicium domino, qui non tenebitur poſt tempus reuocare. *d. l. ſed & pupillus.* §. *conditio. D. de inſtito. actio. l.* 1. §. *non autem. D. de exerc. actio.* & vtrobique per Bart. & Paulum & latè Paul. *in conſil.* 104. *viſis & ponderatis. col.* 1. *l.* 1. quicunque enim aliquid gerit cum procuratore alieno, primum debet eſſe ſollicitus, vt videat eius poteſtatem & mandatum: alioquin ſibi imputet ſi actus non ſubſiſtit. *l. qui cum alio contrahit.* D. *de reg. iur.*

* Reſolutio præcedentis.

17. Ex prædictis apparet, quòd quamuis ad prehenſionem feudi aperti ſufficiat mandatum generale patroni, ſicut & ad cætera, quæ merum eius commodum reſpiciunt, dummodo mandatum etiam ad negotia & actus feudales ſaltem in genere extendatur. Similiter ad recipiendum in fidem, & inueſtituram renouandam, quando nulla iura vtilia debentur domino, vel quando forte ex ſpeciali pacto infeudationis, quæ conſuetudini, & naturæ feudorum derogat, certa tantum ſumma debetur, ita quòd nullum fit præiudicium patrono, vt etiam dictum eſt ſupra. §. 1. *gloſſ.* 1. Tamen ad eligendum vnum ex tribus releuiis requiritur mandatum, non in indiuiduo, ſed ſpeciale, hoc eſt faciens mentionem de recipiendis releuiis in genere. Et multo fortius ad recipiendum quintum pretij, vel de eo componendum vel accipiendum notificationem venditionis, vel inueſtiendum emptorem. Et hæc ad effectum vt domino præiudicetur, in hoc quòd non poſſit amplius eligere aliud releuium, nec retractum, & vt nouus vaſſallus ſit in tuto, ac ſi hæc geſſiſſet cum domino. Poteſt enim vaſſallus hæc gerere cum procuratore generali tantum. Sed non continuo erit in tuto circa hæc præiudicabilia, donec dominus ſciuerit factum procuratoris, & non improbauerit.

* Nõ improbare pro ratificatione eſt in factis, ſed non in omiſſis.

18. Quia non* improbare pro ratificatione eſt, vt nuper diximus, quod eſt verum de facto, ſed non de non facto. Et ad hoc aduerte, ne ad pauca reſpiciens decipiaris, volo dicere quòd ſi notificatio ſit plene facta procuratori generali tantum, quia nihil ſpectans ad emptoris admiſſionem reſpondit, quamuis non reiecerit, nec ad dominum remiſerit, ſed forte omnino tacuit. Si hoc peruenit ad notitiam patroni, non cenſetur illam approbare etiam ſi taceat, & non reprobet, quia procurator nihil agit, quod ratificari & impugnari debeat, quod autem fecit denuncians nullum eſt, eique imputari debet quòd perſonam illegitimam adiuit, & de eius poteſtate non inquiſiuit. Securus igitur eſt patronus ius ſuum durare. Et etiam quandocunque poſt euictionem paſſus emptor, non habebit regreſſum contra dictum procuratorem ad aliqua damna & intereſſe, niſi verbo vel facto aſſeruiſſet ſe procuratorem legitimum, ad hanc notificationem recipiendam, tunc enim teneretur de dolo emptori ignoranti & decepto. Si vero dictus procurator receperit dictam notificationem, & habuerit eam pro rata, & ad idoneam perſonam facta: Tunc ſi hoc perueniat ad notitiam patroni, videlicet notifi-

cario, & factum seu admissio procuratoris, & non improbauerit factum procuratoris sui, ex tunc censetur approbasse, & ex tunc, & non à die notificationis factæ minus legitimo procuratori, incipiunt currere quadraginta dies ad exclusionem retractus. Et hoc not. pro limitatione ad dictam regulam de scientia, & non improbatione gestorum cum procuratore, quia non reperies alibi. Similiter si idem procurator generalis tantum, excedendo vires & capacitatem mandati, recepit emptorem in fidem, vel inducias fidei ei dederit, si dominus hoc sciens non improbauerit, censetur approbasse. Et sic statim excluſus est à retractu. Si autem improbauerit, censetur approbasse. Et sic statim excluſus est à retractu. Si autem improbauerit, corruit notificatio, receptio in fidem, & quicquid aliud præiudicans domino. Et opus est noua integra, & ad legitimam personam facta notificatione, ad hoc, vt dictum tempus currere incipiat: sed poterit emptor agere de dolo contra dictum procuratorem, nisi etiam ipse fuerit sciens. Idem si scire debuerit, puta si procurator non celauerit potestatem suam, sed instrumentum procurationis exhibuerit emptori, qui contentus tali mandato voluit negotium suum gerere cum tali procuratore.

19. ¶ Sed occurrit alia necessaria quæstio, pone plenam notificationem esse factam procuratori sufficiens mandatum habenti secundum præmissa: Tamen noluit per se admittere notificationem, nec habere pro notificato, quod causaretur se non habere penes se pecuniam domini, & non esse certum vtrum placeret domino: ideo remisit negotium ad dominum, onerando denunciantem, vt illum adeat si bonum sibi videatur. Vtrum hoc non obstante incipiant currere quadraginta dies? Videretur quòd sic, ex quo denuncians inuenit procuratorem habẽtem sufficiens mandatum. Tum quia dominus qui tale mandatum dedit, videtur eò ipso quibuscunque mandasse, vt tute cum eo gererent ea ad quæ mandatum extenditur *d. §. si Titium.* Nec est istud mandatum reuocatum. Igitur satis est quòd emptor semel notificauit ei cui dominus semel mandauit notificari. Contrarium puto, quia non sit præiudicium denuncianti, quum possit adire dominum, & si non possit ita cito & commode adire, nihil sibi deperit de iure suo, quamuis non adquirat liberationem à retractu. & sic non capitur, & ex iusta causa monetur dictus procurator, ne interim dominus suus capiatur, propter angustiam temporis, quod breui occasione absorberi potest. Id etiam quod dicitur, dominum intelligi tacitè mandasse secure geri cum suo procuratore, sane accipitur dummodo procurator velit mandato vti, & consentiat secum geri. Non autem si abstineat sine fraude, & ad hoc vt captio mandantis euitetur, ad cuius commodum principaliter factum est mandatum. Plurima alia circa materiam procuratorum occurrunt, sed vt tandem finiam, & ad vlteriora procedam

20. ¶ SECVNDÒ quæro, quid si vsufructuarius feudi dominantis, ea fecerit quæ in hoc textu? Et prima facie videretur domino seu proprietario præiudicatum in iure retractus, quia eius est generalis procurator, vt in *l. 1. in fi. D. de oper. noui nunciat.* Contrarium est dicendum, quia fructuarius non censetur hæc fecisse tanquam procurator domini, sed tanquam ipse, nomine suo proprio, quoniam hæc iura vtilia sibi soli, & non domino sunt acquisita & debita. Imo non potuisset hæc facere nomine domini, cùm ad dominum non spectent. Sed quid si in fidem admiserit emptorem, vel dilationem fidei ei dederit, quod non potest fecisse nisi tanquam procurator domini? Adhuc idem dico, quia præter id quod nullum habet speciale mandatum * non est propriè procurator domini etiam generalis tantum, vt plenè dictum est supra. §. 1. *gloss. 1. quæst. 1. num. 11. & §. 20. gloss. 1. quæst. 2. num. 35.* Sed in hoc solum censetur procurator, quòd teneatur ad curam & custodiam rei fructuariæ, illam & eius iura, in quibus habet vsum fructum, tutari & conseruare, & circa hæc nomine domini facere quæ sunt ad eius vtilitatem, vel illi denunciare. Non autem potest quicquam in eius, vel proprietatis præiudicium facere, *l. æquissimum. §. fructuarius. D. de vsufruct.* Retractus autem feudalis non spectat ad fructuarium pro se vel nomine suo: sed solum ad dominum & commodum proprietatis dominantis. Igitur non potest fructuarius, nec expressè nec tacitè hoc ius remittere, nec quicquam facere ad frustrandum patronum hoc iure.

21. ¶ Emptor igitur inuestitus à fructuario bene erit tutus erga dominum respectu prehensionis ex defectu fidelitatis, sed non erit tutus ab actione retractus, sicut nec inuestitus à generali procuratore tantum. Sed tamen bene erit tutus tam contra fructuarium, quàm contra procuratorem, si velint contraueniendo retrahere, & hoc nisi ex nouo & speciali mandato niterentur. Consequenter etiam liquet, quòd oblationes, & notificationes factæ fructuario, licet protegant à prehensione ex defectu fidelitatis, tamen non protegant à retractu, nec faciunt quod incipiat currere tempus quadraginta dierum, respectu ipsius domini, cui vel habenti ab eo mandatum sufficiens opus est notificari.

22. ¶ Sed quid si notificatio fuit admissa per fructuarium, & hoc peruenit ad notitiam domini, qui non improbauit? Videretur idem dicendum quod dicimus supra in procuratore generali. Sed aliud sentio, quia cùm notificatio concernat fructuarium eius nomine proprio, videlicet propter iura & commoda vtilia, non censetur in dubio admisisse nisi nomine suo priuato, & in quantum se tangit & spectat negotium. *l. ex magn. D. de solutio.* Et sic nihil soluit dominus nomine suo factum, vel admissum fructuario tanquam procuratore, ex quo consequitur quandocunque volente domino vti retractu, non teneri fructuarium ad aliquod damnum & interesse emptori. Secus si fructuarius vltra processit, ad ea quæ non potest facere nisi expresso, vt subintellecto nomine domini, videlicet in fidem admittendo vel inducias fidei dando. Si enim hæc peruenerint ad notitiam domini, & non improbauerit, ex tunc censetur ratificasse, & excluſus esse à retractu. Si autem improbauerit, opus est noua notificatione ad personam domini, alioquin nunquam incipient currere quadraginta dies, & semper liberum erit patrono retrahere soluendo pretium, restituendo emptori quintum, vel subquintum solutum fructuario, quia si non esset solutum, teneretur dominus illud soluere fructuario, vt diximus in §. *præcedenti, gloss. 1. quæst. 4. num. 41.* Nec tenebitur fructuarius ad aliqua damna vel interesse emptori euicto, nisi asseruerit se aliud sufficiens mandatum habere, vltra qualitatem fructuarij, quia ex quo emptor gessit cum eo tanquam cum fructuario, non habet eum obligatum vltra vires & metas potestatis & mandati fructuarij *l. si quis dominum §. 1. C. loca.* Sed ne, dum inter tam multa breuitati tamen studeo ad singula, obscurus fiam,

23. Nota, inquantum dixi opus esse emptorem de nouo notificare, cùm dominus improbauit notificationem admissam à procuratore minus legitimo, vel à fructuario: sane debet intelligi, cùm id ad notitiam domini peruenit per quemuis extraneum, vt diximus in *glo. ff. §. præcedenti.* Secus si ministerio dicti procuratoris, vel fructuarij, qui plenè certificauit dominum, quia censetur hoc habuisse in mandatis à denunciante, saltem tacite, quod sufficit. *l. 1. D. mand.* Et sic non est opus alia noua certificatione emptoris: sed siue dominus approbet, siue improbet, statim ab huiusmodi certificatione incipit currere tempus quadraginta dierum.

21. ¶ TERTIO quæro, quid de * *marito* in feudis dependentibus à propriis vxoris? Breuiter idem dico, quod in tutore, vel prælato, vt quemadmodum hi recipiendo canonem, possunt præiudicare pupillo, vel Ecclesiæ in iure commissi, vt tradunt glo. Inpol. Panor.

* Vsufructuarius non est propriè procurator.

* Quid de marito.

& omnes. *in ea. potuit, de loca.* Et eligendo vel recipiendo quintum denarium excludere ius retractus, ita & maritus solus sine consensu vel mandato vxoris, cùm de consuetudine non sit simplex fructuarius, sed est quasi dominus, & administrator omnium bonorum vxoris secundum ea quæ dicemus. j. §. 108. Nec obstat quòd Ioan. Fabric. loquens de tutore in *l. fancimus. C. de admin. tutor.* videtur aliter sentire in casu * commissi, quia debet intelligi, postquam commissum fuit acceptatum & declaratum, quia amplius non posset remitti, nisi per eum qui alienare potest: Alioquin non dicitur agi de alienando iure quæsito: sed de non acquirendo. Idem dicendum in patre habente legitimam administrationem, & vsumfructum bonorum filij in potestate. Sed ne ita celeriter quotidianam hanc & nondum ab aliquo discussam materiam transeam, aduerte quòd in terminis quæst. ipsa proprietas, & verum ius retractus est penes vxorem. Ideo ad illam spectat ipsum ius optandi quintum pretij, vel retractum. Spectat autem ad maritum, non simpliciter suo nomine, sed in qualitate mariti, & sic ad causam seu nomine vxoris. & illis habet plus iuris quàm generalis procurator, & minus quàm legitimus tutor, quia non potest sine consensu vel mandato vxoris iura eius realia in ius deducere quod potest tutor, vt j. §. 108. 113. Vnde potest vxor à viro, vel à iudice (etiam refragante marito) authorata, optare retractum, & illum prosequi & obtinere. Quod est verum re integra, videlicet antequam maritus præueniendo ius consumpserit. Et * vt clariùs & breuius resoluam, procedam per conclusiones.

* Quandoquidem tutor præiudicare possit pupillo iniuste commissi.

* Conclusiones resolutoriæ.

25. Prima, maritus recipiendo emptorem in fidem vel quintum pretij ab emptore, vel alterutrius fidem habendo, aut dilationem dando præiudicat vxori in iure retractus. Ampliatur etiam si hæc faceret incontinenti, non expectato lapsu quadraginta dierum, etiam si vxor faceret se authorari à iudice ad petendum retractum, quia desiit res esse integra. Fallit si maritus accelerauit ad præueniendam & excludendam vxorem, quæ prætendebat vti retractu, & emptor huius fraudis siue author, siue conscius fuerit, hoc enim probato euincitur ab vxore vera patrona & contempta, quæ non tenebitur offerre nec restituere emptori quintum denarium ab eo solutum marito, sed aduersus eum regressum habebit emptor, ad repetendum per condictionem ob causam non secutam, non per condictionem indebiti.

Secunda conclusio, re integra, hoc est cessantibus his quæ in conclusione prima, potest vxor agere ad retractum. Ampliatur primo, nedum de consensu & authoritate viri, sed etiam illo inuito & recusante, faciendo tamen se authorari per iudicem ordinarium, vel dominum nostrum regem medio literarum suę cancellarię ad hunc effectum.

16. Ampliatur secundo, etiam post quadraginta dies, vel aliud tempus à plena notificatione facta soli marito, & ab eo admisso, dummodo vlterius (& sine fraude) non processerit. Et sic in * hoc melioris conditionis est, quàm pupillus, cui per lapsum quadraginta dierum à simplici notificatione tutori plene facta, siue per eum admissa, siue non, esset præiudicatum in iure retractus, sine spe restitutionis in integrum. Sed differentia est propter duo. Primum, quia maritus non habet tantam potestatem & authoritatem in propria vxoris, quàm tutor in propria pupilli, vt patet in iudicialibus. Secundum, quia emptor fuit in culpa, non notificando vxori veræ patronæ, cum posset ad eam excludendam, ne forte re adhuc integra veniret, sed non censetur in culpa non notificando pupillo, vel adulto habẽti tutorem, vel curatorem, penes quos est totalis potestas, & plena administratio priuatiue ad pupillum vel adultum solum. Ampliatur tertio, etiam si sit minor vigintiquinque annis, imò etiam si sit minor quindecim annis, quia nihilominus si opus sit, potest curare curatorem sibi dari, & feudalibus negotiis se immiscere ad conseruationem iuris sui, imo etiam nondum deputato curatore, facere potest per se quæ sunt ad suiipsius vtilitatem, vt dicemus j. §. 33. Fallit primò post lapsum quadraginta dierum, à plena notificatione vxori facta, etiam si in hac notificatione non interuenit authoritas viri, dummodo simul vel separatim facta sit notificatio viro, & dictum tempus elapsum. Alioquin si soli vxori, sine mandato, consensu, vel authoritate viri fieret hæc notificatio, & denunciatio, puto non valere, ad inducendum cursum temporis, in præiudicium mariti, vel etiam in præiudicium solius vxoris.

27. Ex quo infertur, quod marito absente, forte in seruitio regis, non prodest notificatio facta soli vxori, nedum respectu propriorum viri, sed etiam respectu propriorum vxoris, si ipsa sit vera patrona & domina feudi dominantis. Ratio, quia inquantum eius commodum concernit, æquiparatur pupillo, vel adulto tutorem & curatorem habenti, vt diximus. j. §. 105. Nec stat *l. aut qui aliter. §. sed & si seruus. D. quod vi aut clam.* quia ibi loquitur in denunciatione certificationis ad vitandum vitium clandestinitatis in denunciante. Sed nos loquimur in denunciatione, quæ quatenus tendit ad exclusionem retractus, est incitatoria ad præiudicandũ denuncianti, & ad commodum denunciantis, & vt acquirat liberationem à certo onere. Et sic debet fieri ad personam legitimam, alioquin non operatur hos effectus. Aduerte tamen quòd hæc vltima illatio limitari debet, vt procedat quando mulier nullam habet administrationem. Secus si maritus reliquisset administrationem bonorum vxori, vel ipsa illo sciente & patiente cœpisset administrare, per ea quæ plenè diximus, j. §. 114. Cæterum si vxor nullam administrationem habeat, poterit emptor nolens remanere in suspenso, & non apparentibus aliis habentibus mandatum sufficiens sibi prouidere, viis & modis in simili descriptis. j. §. 106. Præfata secunda conclusio, cum suis ampliationibus, cõprobatur arresto supremi huius senatus dato in publicis causarum actionibus die 4. Iunij anno 1515. ad commodum dominæ Carlotæ de Chalon, vxoris domini Francisci Dallegre actricis, authoratæ per literas cancellariæ regis ad petendum, & obtinẽdum quoddam feudum de *Sermoise*, iure & potestate feudali, contra dominum *Emardum de Prye*, emptorem dicti feudi reum. & fuerunt dictæ literæ homologatæ, & retractus feudalis adiudicatus actrici, & nihilominus maritus actricis condemnatus erga reum in expensis, dampnis, & interesse instantiæ & prosecutionis per eum factæ, per plures annos contra dictum dominum *Dallegre*, vt ab eo reciperetur in fidem ratione dicti feudi. Et hoc iustissime, quia dictus Dallegre diu frustratus fuerat emptorem, à quo fuerat denunciatus, & pluries requisitus, & tamen neutrum horum iurium elegerat, fortè cautè tempus trahendo, donec se lapsu quadraginta dierum iamdudum excluso, pecunia tamen interim præparata, per medium personæ vxoris retrahere voluit. Tamen quia non liquebat de collusione vxoris, non fuit excluſa à iure suo, sed vir eius in damna & interesse diuinæ, & de dolo vel fraude suspectæ frustrationis iustè condemnatus.

* Quandoquidem magis subuenitur mulieri quã pupillo.

§. * XXII.

* Olim fuit 95.

ITEM quand le ſeigneur feodal a prins & retenu par puiſſance du fief, aucun fief tenu & mouuant de luy, & que ledit fief luy eſt depuis euincé par retraict, le retrayant eſt tenu payer audit ſeigneur les droicts de quint & requint, [ſi * requint y a,] auant que ledict ſeigneur ſoit tenu de la receuoir en foy & hommage dudict fief. [Sauf * audit retrayant ſon recours contre ledict vendeur, ſi la vente n'auoit eſté francs deniers.]

* Hæc inclusa omissa sunt in noua consuetudine.

* Sunt etiam hæc inclusa prætermissa in noua consuetudine.

QVando patronus feudum à ſe dependens, poteſtate feudali retinuit, deinde euincitur iure retractus proximitatis, tenetur proximus venditoris retrahens prius ſoluere patrono quintum denarium pretij cum ſubquinto, vbi ſubquinto locus eſt, quam teneatur patronus eum in fidem & clientem, ratione dicti feudi recipere. Saluo ipſi retrahenti recurſu contra venditorem pro recuperatione quinti denarij, niſi in venditione conuentum fuerit nihil de pretio minuendum venditori. Ff. D.

XXIII.

QVand vn fief eſt vendu ou baillé à rente rachetable, l'acheteur doit payer le quint denier du prix, ou ſort principal de la rente, encore qu'elle ne ſoit rachetée.

XXIV.

LE ſeigneur feodal ſe peut prendre à la choſe, pour les profits de ſon fief.

SVMMARIA §. XXII.

1. *Retractus proximitatis excludit feudalem.*
2. *Not. caſum in quo refuſio quinti denarij non requiritur in retractu proximitatis.*
3. *Vter de iure præferendus ſit in retractu, an dominus directus, an conſanguineus.*
4. *Retractus conuentionalis legem excludit.*
5. *Priuilegium ſecretariorum.*
   Retrahens non tenetur emptori quod is non ſoluit refundere.
   Priuilegium emptoris non prodeſt retrahenti.
6. *Si patronus emptori dederit iura ſibi debita, debent tamen emptori fundi à retrahente.*

SIMILIS text. j. §. 185. qui partim ſimul cum iſto expeditur.

1. Nota primo, quòd retractus proximitatis excludit retractum feudalẽ. Et illi præfertur nedum ab initio in concurſu. Sed etiam ſi præueniente patroni retractus feudalis conſummatus ſit. Quod intellige ſecundum not. j. §. 183. dummodo conſanguineus venditoris veniat infra annum & diem à retractu facto per patronum. & à refuſione pretij per eum facta. An autem retractu feudali agnito, & tempore refuſionis pretij per emptorem prorogato ipſi patrono vſque ad ſex vel decem menſes, ſtatim incipiat (non expectata refuſione) currere tempus retractus proximitatis. An vero ſolum incipiat currere à die refuſionis forte poſt ſex vel decem menſes, ne materiam præſentem excedam, reſeruo in d. §. 183.

2. Nota ſecundo ſingulariter, quòd quamuis retrahens à patrono iure proximitatis, teneatur ei refundere vel conſignare ſolidum pretium conuentum. j. viginti quatuor horas à retractu adiudicato, & inſtrumentis venditionis apud actuarium depoſitis, & pretio ſi petitum fuerit affirmato, alioquin cadit à retractu: tamen non tenetur infra dictas horas ſoluere vel conſignare quintum vel ſubquintum pretij: imò ſolutio quinti vel ſubquinti nihil habet hoc caſu commune cum eſſentia retractus, ſed reſpicit iura & debita ſeu deueria quæ reſoluto retractu feudali reuiuiſcunt, qualia ab initio erant. Ideo de neceſſitate non ſunt præſtanda, niſi cùm retrahens, & in locum primi emptoris ſubrogatus, in fidem patroni vult admitti, vel cùm patronus vult feudalia iura ſibi debita exigere. Quid autem iuris ſit quando retrahitur ab extraneo, qui iura ſoluit patrono, dicemus infra §. 176. Ex his habes intellectum huius §. Nota tertio, quòd venditione ſimpliciter facta quintum pretij debet ſolui per venditorem, & ſpectat ad onus eius, & non ad onus emptoris. Itaque patronus poteſt à venditore exigere, vt infra §. 33. & ſi exegerit ab emptore, poteſt emptor à venditore, niſi priùs deduxerit repetere. patet in finali clauſula huius text. quia ſi retrahens ſubrogatus loco primi emptoris, poſſit illud repetere à venditore, eadem ratione ipſe primus emptor ceſſante retractu. Nota quarto quòd ſi patronus elegit ius retractus, non eſt locus iuri quinti vel ſubquinti ſtante retractu feudali. Sed iſtud ius quinti cedit lucro venditoris, & non poteſt in tali caſu deduci, vel peti, nec per emptorem, nec per patronum, vt hic clarè probatur, & dictum eſt ſupra §. 20. *gloſſ. 1. quæſt. 4, & gloſſ. 9 num. 6.* Ad materiam huius §. adde quæ dixi infra §. 33. *quæſt. 12.* Non ſunt alia in hoc text.

3. Sed pro ampliori examine quæri poteſt, ſi non eſſet prouiſio huius §. & §. 183. *infra tit. 16.* concurrentibus * ad retractum domino directo & conſanguineo venditoris, vter præferendus eſſet? Breuiter diſtingue inter feudum & emphyteuſim, quia in feudo vendito præferendus eſſet agnatus, dummodo

* Vter de iure præferendus ſit in retractu an dominus directus an conſanguineus.

Digitized by Google

descendat à stipite à quo cœpit feudum paternum & antiquum, text. in *cap.* 1. §. *porro. quali. oli. feud. alien. poter.* & ibi feudistæ. Bald. in *cap.* 1. §. *Hoc quoque. col.* 2. *de succeff.* Aluar. in *cap.* 1. §. *fin. quæ fuit prim. cauf. feud. amit. in vſib. feud.* Iacob. de Sanct. Georg. in *inueſt. in verb. quid quidem inueſt. præſt. iura. fide col.* 15. *verſic. quæro nunc.* Et hoc multo generalius obſeruatur in hoc regno, quia ad hoc vt quis admittatur ad retractum proximitatis in feudis, & excludat patronũ, non requiritur quod descendat à stipite, à quo cœpit feudum, vel aliud prædium quod retrahitur: sed sufficit quòd veniat appellatione propinquorum venditoris secundum quod dixi infra §. 175. Vbi remitto. At in emphyteusi præferendus est dominus. text. in *l. fin. C. de iur. emphyt.* quia ius prælationis domini directi, est antiquius & specialius. Et sic consuetudo generalis retractus non extenditur ad specialem casum emphyteuseos, vbi specialiter est prouisum à lege, nec in præiudicium domini directi, qui in concessione emphyteuseos, sibi hoc ius reseruauit, & ita decidunt Guil. de Cug. Alb. Ray. Bald. Ang. in *l. Imperator.* 2. *D. de pact.* Guil. de Cug. Ray. in *l. ex facto. in princ. per illum text. D. de pecul.* Alex. in *conſi.* 27. *viſo themate colum.* 2. *lib.* 6. Ias. in *l.* 3. *colum.* 4. *C. de iure emphyt.* Et ita etiam obseruandum est apud nos & vbique, nisi ſicubi forte (quod nunquam extra materiam feudalem audiui, nec legi) sit localis consuetudo specialiter disponens agnatum domino directo præferendum. Et aduerte quòd loquor in vera emphyteusi, quæ qualiter ab aliis contractibus differat dicam infra. *tit. ſeq. in rubr.* Et licet omnes docto. ita generaliter decidant in emphyteusi, tamen est limitandum vt procedat in emphyteusi concessa alicui & hæredibus. Secus si esset concessa alicui ex filiis & nepotibus, taliter quòd iure contractus deferretur, quia tunc aut alienatio fieret in extraneum, & non valeret nisi pro tempore vitæ alienantis, & post eius mortem rediret ad sequentem comprehensum in concessione. Et sic non esset locus retractui ad commodum domini virtute *d. l. fi.* quia illa *l.* loquitur de retractu perpetuo, & quando perpetua fit alienatio. Aut venditur consorti, vel sequenti in gradu, & tunc cùm sit comprehensus in concessione & permissa sit alienatio, non est locus *d. l. fi.* & cessat retractus per ea quæ latè diximus 3. §. 20. *gl.* 6. *in fi.*

4. ¶ Et per prædicta benè relinquitur decisum* de prælatione retractus, in retractu legali feudi, & retractu legali, vel conuentionali, emphyteuseos. Sed non apparet quid dicendum in retractu conuentionali feudi, vel censualis prædij, quando videlicet in infeudatione, vel concessione in censum, expresè cautum est non posse vendi alij, nisi ad recusationem concedentis, vel successoris sui, qui poterit habere pro pretio, quod alius offerret sine fraude, prout etiam solet conueniri in concessionibus prædiorum ad redditum annuum. De his autem tractaui infra §. 185. vbi concluſi dominum directum omnino præferendum consanguineo, & excludere retractum proximitatis sub duabus limitationibus, de quibus in apparatu. d. §. ad quem remitto, quia nolo transferre, nec repetere.

* Retractus conuentionalis legalem excludit.

5. ¶ Vlterius quæro, * Secretarij Christianissimi nostri Francorum Regis inter multa peculiaria priuilegia, habent immunitatem ab omnibus quintis, laudimiis, aut similibus iuribus debitis regi, ratione acquisitionum quas faciunt de prædiis feudalibus, vel censuariis mouentibus à rege. Hoc supposito pone secretarium emisse certo franco & libero pretio feudum immediatè à rege dependens: deinde proximus venditoris petit illud iure retractus, & offert precium, sed non offert quintum & subquintum pretij, vtrum emptor possit petere vel deducere quintum, & subquintum pretij, quasi illud soluerit? Similem quæst. format Cyn. & post eum Alber. in *l. neque per ſe. C. de hæred. inſtit.* in clerico qui est immunis à gabellis. An nihilominus possit gabellam quam non soluit, petere, vel deducere à retrahente iure proximitatis: arguunt hincinde, & non decidunt, magis tamen inclinant arg. ab opinione vltimo loco recitata, in partem negatiuam, quòd non possit, & quòd retrahens non teneatur refundere gabellam, & ita firmat ibi Bald. & Alber. *in prima parte ſtatu. quæſtio* 94. quia non interest clerici cui non obest, & sufficit quòd conseruetur indemnis. *l. debet. in fi. l. cùm autem. ad fi. D. de edil. edict.* Quod sequitur Fabi. de monte S. Saui. *in tract. de empt. & vend. in* 8. *quæſt. princ. colum.* 2. *verſi. quintus effectus.* Et hoc est verum in se, sed diligenter aduerte, quia præfati doctores (vt solent neglectim procedere) infixerunt aculeum, sed non soluerunt dubium. præsupponunt enim quòd retrahens non refundat gabellam, ideo quia emptor erat immunis, & sic quòd nulla pro hac vice soluitur gabella. Sed non est ita, quia vt dictum est supra §. 20. *gloſſ.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 33. Consuetudo retractus proximitatis est translatoria, & transfert emptionem in retrahentem, & perinde est ac si retrahens immediate emisset ab ipso venditore. Et primus emptor non est amplius in consideratione, sed perinde habetur ac si non emerit. Et sic inspecta persona retrahentis debentur, siue gabella, siue laudimia, aut quintum pretij, vel quæcunque alia iura ex venditione & emptione orientia. Et sic quantumcunque primus emptor sit immunis ab huiusmodi iuribus, hoc non prodest retrahenti, quia priuilegium personale est: vnde nisi retrahens habeat simile priuilegium, soluet hæc iura illi, cui aliàs debentur, puta fisco, vel domino directo. Non autem primo emptori etiam secretario Regio à quo retrahit, qui vt emendo & retinendo pro se debet immunis esse, ita non debet inde negociari extra fines priuilegij. Vnde si emat vt franco pretio reuendat, si de hoc constet, non vtetur priuilegio quod non est datum ad hunc finem. Quod si patitur retractum, habetur quasi non emisset, vt dixi. His itaque fundamentis apertis nullus relinquitur locus quæstioni, vel dubitationi, quin clarissimum sit in specie proposita, id solum debere refundi emptori, quod numerauit & expendit. Iste tamen retrahens soluet quintum & subquintum regi, & nullum habebit recursum. Si autem venditio facta fuisset simpliciter, tantum solueret quintum, & haberet regressum contra venditorem, vel ei deduceret, quemadmodum etiam fecisset primus emptor, quia priuilegium bene eximit eum ab onere quod debet, sed non eximit contrahentem cum eo.

* Priuilegia Secretariorũ.

6. Rursus circa hæc quæro, emptor feudi obtinuit à munificentia principis, vel alterius domini feudalis donum (vt sæpe vsuenit) iurium feudalium, quinti vel subquinti, deinde patitur retractum. Vtrum retrahens teneatur ei refundere quintum vel subquintum vltra pretium? Videretur quòd non, quia emptor hoc non expendit, & sufficit quòd sit indemnis. Aut saltem videretur distinguendum, vt in simili omnes gloss. & doctores distingunt. An dominus ex mera & simplici donatione: An vero causa remunerationis hoc fecerit, in *l. idémque, in fi. cum l. ſequen. & l. ſi vero non remunerandi. in prin. D. mandat.* Contrarium simpliciter dicendum est, quia non debetur ei tanquam emptori, sed tanquam cuilibet extraneo habenti ius cessum à patrono. Et latissima est differentia inter simplicem immunitatem, quæ impedit agnitionem, & acquisitionem iuris, & cessionem quæ implicat agnitionem & acceptationem iurium & translationem iurium acquisitorum in alium. Adde quæ diximus infra §. 33. *quæſtio* 2. *& §.* 183. *in fi.* Et hanc sententiam nostram sequitur doctissimus dominus Andr. Tiraquellus *in conſuetud.*

Pitto. tit. de retractu. §. 29. gloss. 4. num. 7. Non obstant dictæ ll. *D. manda.* quia ab omnibus adusque pessimè intelliguntur, de quo quia non est hic locus remitto ad repurgationem nostram iuris & nouos intellectus. Quid ergo si in hac vltima quæst feudum mouebatur à rege & emptor quamuis esset secretarius, tamen speciale donum iurium huius contractus à Rege impetrauit, postea patitur retractum. Respond. inspiciendum quid ea donatione actum sit. Aut enim constat quod Rex dedit hæc iura non tanquam secretario, sed absolute in omnem euentum, & tunc idem quod dixi de cessione facta extraneo. Aut vero constat quod dedit, quia impetrans erat secretarius, & tunc nihil de nouo videtur dedisse, nec aliud quam quod alias emptor, vt secretarius haberet in simplicem declarationem immunitatis, aut sumus in dubio, & donatio vel concessio intelligitur secundum qualitatem personæ cui fit. *l. plenum §. equitij.* & ibi Bartol. Bald. *de vsu & habita. l. ex militari in princ. de militar. testa.* Anto. Corset. *singulari versi. conditio personæ.* & sic in consequentiam exemptionis suæ & secundum eius vires, vt etiam in dubio quod est minus, est l. semper in obscuris. de regulis iuris, nec præsumitur donatio vbi alia coniectura capi potest, Bartol. & alij in *l. si cum aurum. de solut.* Et sic non solum non poterit secretarius à retrahente hæc iura exigere, sed & Rex à dicto retrahente exiget. Et contra si secretarius Regius iure proximitatis, siue suo, siue vxoris nomine retrahit & reo emptori refundit quintum & subquintum pretij à reo solutum Regi vel alij nomine Regis, potest illud repetere ab eo qui recepit, prout duobus edictis Regis Francisci post primam nostram editionem cautum fuit, priore dato 14. Aprilis 1555. posteriore dato 12. Maij eo anno de quibus dicam infra §. 33.

§. * XXV.

* Olim fuit 16.

ITEM en succession ou hoirie en ligne collaterale, [en* matiere de fiefs] les femelles n'heritent point auec les masles en pareil degré.

* En fief: la matiere est de nous coustumiere.

IN linea collaterali, in feudis non succedunt fœminæ cum masculis in pari gradu.

SVMMARIA §. XXV.

1. *An fœmina vel natus ex ea succedat in feudo. Descendentes ex fœmina excluduntur ab illo iure & gradu, à quo fœmina excluditur.*
2. *Masculus ex fœmina concurrit in successione feudorum cum masculo ex masculo.*
3. *Quomodo intelligendum appellatione liberorum masculorum, non contineri liberos masculos ex fœmina.*
   Nepos ex sorore excludit neptem ex fratre in feudis.
4. *In statuto descendentes masculos præferente fœminis, non continentur masculi nati ex fœminis.*
5. *Reprobatur quoddam consilium* Philip. Corseti.
6. *In vltima voluntate verbum liberi vel descendentes masculi, siue in dispositione, siue in conditione, intelligitur de masculis descendentibus ex masculis.*
7. *Fallit si institutio vel substitutio inciperet à fœmina.*
   Simpliciter loquendo appellatione descendentium masculorum venit nepos ex filia.
8. *Responsum authoris in casu pulchro & quotidiano.*
9. *Reprobatur quoddam con. Fulgo.*
10. *Quando in contractibus fit mentio de filiis vel descendentibus masculis, non veniunt masculi descendentes ex fœminis.*
11. *In prædictis, data paritate terminorum, non est differentia inter vltimas voluntates & contractus.*
12. *Ius reuocandi non est cessibile, nec transmissibile in eum, qui non habet qualitates requisitas ad reuocandum.*
13. *Variæ limitationes ad hunc §.*
14. *Licet fœmina in bonis feudalibus nihil capiat, tamen tenetur ad debita pro quota hereditaria.*
    Præsumptio quòd hæredes qui non fecerunt inuentarium præsumuntur subtraxisse, non habet locum nisi respectu creditorum & legatariorum: non autem inter eosdem hæredes, nisi forte vnus solus administrasset.
15. *Erronea diuisio etiam per transactionem facta rescinditur.*
16. *Intellectus* l. Cùm putarem. D. familiæ herciscundæ.

SEd an masculus natus ex fœmina occurrat in feudis cũ nato ex masculo, puta filius sororis defuncti, cũ filio fratris eiusdẽ defuncti sine liberis? Et primo videtur quòd nõ, quia fœmina non succedit in feudo, nec natus ex ea, saltem quandiu extant nati per lineã virilẽ siue agnati, qui semper præferuntur secundum vsus feudorum, de quibus in §. 1. §. *Hoc autem notandum. de hæ. quàm feud. da. in pessi. in cap. 1. §. quinetiam episcopum, vel abbatem. cap. 1. §. filia vero. de succes. feud. c. vnico de grad. successio. in feud. cap. vnico, de eo qui sibi, vel hared. suis.* Et quamuis dicti vsus feudorum apud nos non habeant vim legis: tamen consuetudo nostra multo magis fauet masculis, quam fœminis in successione feudorum, quia in linea directa, excludit eas à iure primogenituræ, ad quod vocat solos

Digitized by Google

masculos. Et in linea collaterali, excludit fœminam à feudo, stante masculo in eodem gradu. Igitur videtur etiam velle excludere masculum natum ex fœmina, & ei præferre masculum ex masculo in eodem gradu: quia non est plus fauoris in nato ex fœmina, quam in ipsa fœmina, à quo velut à radice procedit. Et omnes Docto. vbique tenent * descendentes ex fœmina, excludi ab illo iure & gradu, à quo fœmina excluditur. vt per Bald. Aluar. & alios in *d.* §. *Hoc autem notandum.* & ceteris locis quæ allegat Bald. in *l.* 1. *D. de senato. in l.* 1. *maximum vitium. C. de liber. præterit. vel exhared. l.* 1. & ibi Sali. Philipp. Comel. C. *de condit. insert.* Paul. *consil.* 421. *quòd ista mater. lib.* 1. Philipp. Deci. in *l. illam. col.* 2. C. *de colla.* Alciat. in *l. librorum. col.* 2. *D. de ver. sign.* Fortius quod appellatione liberorum masculorum, quod non contineantur nepotes masculi ex filia tenent Bart. in *d. l. liberorum. col.* 4. Alex. in *l. ex facto.* §. *fi. col.* 1. *D. ad senatusc. Trebel.* Et in pulchra quæst. Io. And. & alij allegati ĩ. *eod. nu.* 6. *in fin.* Ex quibus videtur hunc filium sororis, non venire appellatione masculi, & non posse concurrere in feudo cum filio fratris.

* Descendentes ex fœmina excludentur ab illo iure & gradu à quo fœmina excluditur.

2. His non obstantibus contrarium dico, quia de consuetudine nostra, fœminæ non sunt inhabiles, nec incapaces successionis feudorum, sed æque in illis, sicut in ceteris patrimonialibus vel paganicis succedunt, nisi quatenus hæc consuetudo expressè plus fauet masculis. Sed non fauet eis in hoc vt natum ex fœmina excludant in pari gradu, sed solum vt ipsam fœminam excludant in primo gra. Non obstat d. theoria natum ex fœmina tanquam ex radice infecta excludi à iure & gradu, à quo excluditur fœmina: quia verum est quando fœmina ipsa à quo masculus descendit est inhabilis & incapax, taliter quòd si viueret, non succederet. Sed hic est oppositum, quia soror à qua iste nepos descendit, non erat inhabilis, imò si viueret nedum succederet, sed etiã dictum nepotem ex fratre tanquam remotiorem excluderet ab omnibus bonis etiam feudalibus defuncti, per text. ĩ. §. 147. *vbi plenius dicam.*

3. ¶ Et quod dictum est appellatione liberorum masculorum, non contineri masculos ex fœmina, verum est in dispositione, siue testamenti, siue contractus, facta contemplatione agnationis, & collata in descendentes masculos, ad exclusionem fœminarum, & descendentium ex eis. & ita loquuntur præfati Docto. alias secus. Hæc autem consuetudo non intendit proprie & præcise excludere cognatos, & admittere agnatos, etiam in eodem tantum gradu concurrentes, sed solum vult præferre masculos fœminis, in eodem laterali gradu, siue sint agnati, siue cognati, quod patenter ostendo. Pone possidentem multa feuda, defunctum esse sine liberis, relictis nepte ex fratre, & nepote ex sorore prædefunctis, vter succedat? Et recte considerando totam nostram consuetudinem, omnino dicendum est, quòd solus * nepos ex sorore succederet, & non excludetur à nepte ex fratre, imò dicta neptis quantumcunque sit agnata defuncto, excludetur respectu feudalium duntaxat, per dictum nepotem cognatum defuncti, quod procedit nedum præmortuis fratre & sorore, sed etiam illis superuenientibus, sed à dicta successione abstinentibus. Igitur in nostra consuetudine agnatio & cognatio nihil facit, sed sola personalis qualitas masculinitatis duntaxat. Et satis êst quòd in filio ex sorore, volente concurrere ad successionem vniuersam, verificantur verba eum includentia. infra §. 145. 148. & deficiunt, siue non verificantur verba exclusiua huius §. quoniam est masculus. Ex quibus etiam liquet, quòd si quis sine liberis decesserit, relictis fratre & sorore, & si solus frater in omnibus bonis feudalibus successerit, per hunc text. si postea decedat sine liberis, soror succedit, & in eisdem feudis à quibus semel fuit exclusa tanquam fœmina etiam exclusis masculis, & agnatis remotioribus. Nec obstant quod omnes feudistæ tradunt in *d.* §. *quinetiam episcop. vel abbat.* fœminam per masculum semel exclusam, perpetuo remanere exclusam, quia verum est quando est inhabilis, & incapax successionis feudalis. Sed apud nos non est incapax, sed concurrendo cum masculo in eodem laterali gradu duntaxat, postponitur eis in feudis, aliàs admittitur. Et pro clara & compendiosa resolutione, super illo famigerato puncto: An appellatione liberorum vel descendentium masculorum comprehendatur masculus descendens ex fœmina, tradam tres conclusiones ad quas cum suis modificationibus vniuersam illam materiam reducere solitus sum. Prima in legibus & statutis. Secunda, in testamentis. Tertia, in contractibus. Et hæ tres in effectu non sunt, nisi vna modificata, sed ad faciliorem doctrinam, sic distinxi.

* Nepos ex sorore excludit neptem ex fratre in feudis.

4. Prima * conclusio, quandocunque lex vel statutum vocat descendentes masculos, & eos præfert fœminis, tunc etiam si aliud non dicat, sub verbo fœminis continentur etiam masculi nati ex fœminis, qui censentur pariter exclusi. Et sub verbo masculis, continentur solum descendentes ex masculis, & non masculi descendentes ex fœmina, qui non censentur vocati ad exclusionem fœminarum, vel descendentium ex eis. Et est ratio, quia illud videtur statutum causa * agnationis conseruandæ, quod est fauorabile. *l.* 1. §. *pen. D. de ventr. inspic. l. Titia cum testamento.* §. *Lucius.* & ibi Bald. *D. de leg.* 2. Bal. in *l. is qui per illum test. C. qui ad liber. perue. non poss.* Cyn. Salic. in *l.* 1. *C. quæ sit long. consuet.* Io. Andr. in *addit. ad Spec. in rubr. de succes. ab intest.* Soci. *cons.* 19. *col.* 9. *lib.* 1. *& aliis infinitis locis quæ omitto.* Vide plene si vacat per Franc. Cur. senior. *consil.* 9. *num.* 5. & per Franc. Curt. iunior. *consil.* 9. Hanc conclusionem modifico, vt procedat quando verbum masculis stat in generali dispositione, seu quatenus est generalis, secus si ponitur in dispositione limitata, seu quando limitatur ad certum gradum vel casum, quia tunc non extenditur ad alium, sed limitata dispositio limitatum parit effectum, vt in text. nostro dispositio de masculo præferendo, & fœmina excludenda, pònitur in concurrentia eiusdem lateralis gradus, & sic ad aliud potest extendi.

* Prima conclusio.

* Agnationis conseruatio fauorabilis.

5. Ex quibus infero male * consuluisse Philip. Cor. in *consil.* 246. Videtur prima facie *lib.* 2. *super statuto.* ciuitatis Vrbeuetanæ quo cauetur si quis decedat sine descendentibus masculis, sed relictis fœminis tantum, tunc si non fuerint dotatæ succedant in totum: sed dotatæ excludantur extantibus masculis consanguineis ex parte patris, vsque in tertium gradum. Accidit quendam decedere relicta filia dotata, & nepote ex ea, & quodam filio fratris, consuluit Corn. pro filia & nepote ex ea. Et quòd filius fratris defuncti non deberet succedere, nec filiam hoc casu excludere, quia ex quo defunctus habet nepotem masculum (licet ex filia) non dicitur decessisse sine descendentibus masculis, sed ego dico quamuis istud statutum sit multum rigorosum, tamen est seruandum. Et quum sit factũ manifeste causa agnationis conseruandæ, & sic sit rationabile, sequitur quòd appellatione descendentium masculorum, non possunt cõprehendi masculi descendentes per fœminã. Sed hoc esset contra mentem & intentionem statuti. Nec istud consilium adnotassem, prout nec multa alia quæ silentio prætereo, nisi hoc vtile perspexissem pro interpretatione, & intellectu quarundam consuetudinum in simili huius regni, puta cõsuetudinis Aluerniæ *tit. de succes.* §. 25 Et cõsuet. Borbonensis. *eo. tit. art.* 305. quarũ mẽti & intentioni obuiat dictum consiliũ in terminis: Sed de eo vt ad inseruiendum clientulo fabrefacto, non esset curandũ per prædicta. 6. Secunda * conclusio, quãdo in vltima voluntate liberi vel descendẽtes masculi ponũtur siue in dispositione, siue in conditione intelligitur de masculis descendentibus ex masculis, & non de masculis descendentibus ex fœmina. ponam exemplum vtriusq; dispositionis & conditionis simul quod est huiusmodi.

* Contra Phil. Cor.

* Secunda conclusio.

Testator carens liberis, habens duos fratres, instituit maiorem hæredem, & quandocunque decederet sine filiis, vel eius filij sine descendentibus masculis, substituit ei fratrem minorem, vel eius filios, seu descendentes masculos. Vel si vis in fortioribus terminis, patet habens vnicum filium, instituit eum hæredem, & si decederet sine filiis, vel descendentib. masculis, substituit fratrem ipsius testatoris, & eius filios vel descendentes masculos. Et quod breuitatis causa exemplificaui in compositis, idem intelligendum est in simplicibus terminis. In omnibus enim istis substitutionibus, verbum *liberi*, vel *descendentes masculi*, supponit solum pro descendentibus ex masculo: ita quòd ex parte instituti, si frater vel filius institutus, decedat relicto nepote ex filia præmortua, non facit deficere substitutionem, etiã filio impositam, quia responsum acutissimi Papinia. non habet locum hoc casu. vt tradit Bartol. in *l. cùm annis. & ibi* Soci. *in rep. col.* 37. *D. de condi. & demonst.* Sed aperitur locus substitutioni, quod non esset cessante verbo masculis. Et ita debet limitari* *l.* 1. *C. de condit. infir.* quæ vult per nepotem ex filia, excludi substitutum, vt procedat quando est alicui facta substitutio, sub conditione si decesserit sine liberis, vel etiam sine filiis simpliciter. *per l. iusta. D. de verborum significat.* Secus si sit additum verbum masculis. Et econuerso ex parte agnati substituti, non censentur vocati ad substitutionem nepotes ex filia substituti præmortui: sed solum substitutus si superuiuat, vel eius masculi ex masculis: quibus deficientibus, caduca efficitur substitutio, & remanent bona penes hæredem, grauati sine hoc onere. Ita in propriis terminis decidit Ioan. And. post Richard. Malumb. in *addi. Speculat. super rubr. de testam. in fi.* & pulchrè Bald. in *consil.* 238. *quidam magnus nobilis. lib.* 1. secundum veterem impressionem Brixiæ. Et secundum nouam impressionem est *consil.* 40. *lib.* 3. Marchesi. in *not.* 130. Franc. Cre. in *not.* 20. Paul. Alexand. Lancel. Decius in *l. Gallus. §. nunc de l. Velleia.* & ibi Iaso. *col.* 5. *D. de liber. & posthum.* Bald. Angel. Paul. Alex. Iaso. in *l. sed si hac §. liberos.* & Angel in *§. qui manumittitur. D. de in ius vocan.* Bal. Philipp. Cor. in *l.* 2. *C. de conditi infer. & in consil.* 124. *Ardua. colum.* 3. *consil.* 146. *in hac. colum.* 3. *lib.* 2. Steph. Bertran. *consil.* 245. Viso *testamento. lib.* 3. Vbi ampliat etiam si in substitutione fiat mentio de prole masculina, & non de liberis masculis, quia appellatione prolis veniunt illi, qui veniunt appellatione liberorum. *l. officiales. C. de episco. & cleric. l. diui Constantini. C. de natura. liber.* Et sic idem est loqui de* prole masculina, & de liberis masculis.

7. Hanc conclusionem modifico, vt procedat quando institutio, vel substitutio incipit a masculo, vt in exemplis præfatis, quia tunc manifestè apparet, quòd est contemplata agnatio, & eius fauor & conseruatio. Secus si institutio vel substitutio inciperet à fœmina, puta si pater habens duas filias, institueret eas hæredes æqualiter, & casu quo altera decederet sine liberis masculis, substituit alteram & eius descendentes masculos: quia tunc verbum liberis masculis, siue ex parte honoratæ, siue ex parte grauatæ, nedum supponit pro masculo descendente ex masculo, sed etiam pro masculo descendente ex fœmina. Et effectus est quod ex parte grauatæ nedum filius eius superueniens, sed etiam nepos ex eius filia, siue viuente, siue præmortua, facit deficere substitutionem. Et ex parte honoratæ, nedum censetur vocatus ad substitutionem filius alterius filiæ institutæ, vel eius nepos ex filio, sed etiam eius nepos ex filia, dummodo in rerum natura sit, tempore extantis conditionis, & siue mater & auia superuiuant, siue non. Et ratio huius modificationis est, quia ex quo descendentes, siue personæ honoratæ, siue personæ grauatæ, non possant esse agnati, non censetur contemplata agnatio, sed solum ipsa personalis qualitas masculinitatis. Quemadmodum & in consuetudine nostra, ex quo vult sororem defuncti, vel filium, aut filiam sororis, excludere filium fratris vel patruelem defuncti remotiorem, quamuis agnatum, etiam in feudis, colligitur quòd in hoc §. eadem consuetudo non contemplatur, nec requirit agnationem, sed solum masculinitatem personæ succedentis. Tum etiam de rigore & propria verborum significatione, circunscripta contemplatione agnationis, * appellatione descendentium masculorum alicuius personæ, venit nepos ex filia, quia est masculus & descendens. text. in *auth. de hared. ab intest. §.* 1. *& col.* 9. Et secundum præfatam modificationem originaliter in simili determinauit Petr. de Ancha. *consil.* 339. *pro maiori intelligentia. col.* 3. 4. Et expressim Franc. Aret. Socin. in *l. Gallus. §. nunc de l. Velleia. D. de lib. & posthu.* Iaso. in *l. sed si hac §. liberos. D. de in ius vocan.* Fran. Cur. Iuni. in *tract. feud. per* 3. *num.* 3. Ias. in *consil.* 117. *col.* 2. *lib.* 4. Et pulchrè do. Ant. Rub. Alex. in *consil.* 22.

8. ¶ Et per ista alias consului, in specie huiusmodi. Fundus donatus fuit mulieri, sub pacto quòd si decederet sine filiis masculis, fundus rediret ad Titium, vel eius filios masculos. Accidit mulierem decedere relicta filia, & nepote ex ea. Quærebatur, an extiterit conditio, & an Titius possit vtiliter agere & condicere fundum *iuxta l. quotiens. C. de donatio. quæ sub mod.* Conclusio consilij mei fuit, quòd verbum filij hoc casu, latè accipitur, etiam pro nepotibus, ex quo non interest donatoris, qui sibi non fuit stipulatus reuersionem, & ex eius verisimili mente, quia filios masculos donatariæ prætulit Titio. Et sic eadem ratione, videtur ei præferre voluisse etiam nepotes masculos eiusdem donatariæ. Tum ex eo quòd cessat ratio agnationis conseruandæ, in descendentibus à muliere, cùm non possint ei esse agnati) appellatione filiorum masculorum veniunt hi nepotes masculi ex filia, quemadmodum aliàs & cæteris paribus appellatione filiorum masculorum, veniunt nepotes masculi ex filia, vt fusiùs habetur in præfato consilio meo.

9. ¶ Adde quòd per illud quod dixi natum ex filia, esse descendentem masculum. Consuluit Rapha. Fulg. in *consil.* 86. *Ex facto.* dum testatrix instituisset hæredem fratrem suum, eiúsque filios masculos tantum ex legitimo matrimonio, ita vt post eorum mortem bona deuenirent solum in eorum descendentes masculos tantum. Quibus non extantibus, bona vendantur, & in pauperes pretium distribuatur. Accidit quòd frater adita dicta hæreditate decessit, relicto filio pupillo, & quatuor filiabus, pupillus decessit impubes, sed ex aliquibus dictarum filiarum supersunt filij, qui sunt pronepotes ipsius primi instituti. Respondit Fulg. non esse locum substitutioni pauperum, quia isti pronepotes sunt masculi, & legitimum matrimonium descendente ex primo instituto, vel eius filio, & sic nedum excludunt substitutos, sed etiam sunt vocati ad bona dictæ testatricis proamitæ. Sed* Fulgo. ad pauca aduertens impegit: quoniam benedixisset: si in suo casu cessasset contemplatio agnationis, puta si fuisset instituta fœmina: sed fuit institutus proprius frater ipsius testatricis, quæ erat illi agnata. Et sic concurrente reciproca agnatione personarum, & forma dispositionis collatæ in solos masculos, & masculos descendentes ex eis, consequitur ratione, & contemplatione dictæ agnationis conseruandæ ita factum, & consequenter quòd non fuit intellectum niti de masculis descendentibus per continuatum vitilem sexum, & non de masculo descendente per fœminam. Et sic non sumus in casu præfatæ nostræ modificationis. Sed in casu formali præfatæ secundæ conclusionis, & in terminis omnium decisionum quæ in simili super ea fundantur, & traduntur per doct. in locis præallegatis. Igitur præfati pronepotes non fuerunt positi, nec in dispositione, nec in conditione, nec fuerunt vocati, nec fecerunt deficere substitutionem pauperum, quicquid ibi contra eos scripserit Fulgo.

* Limitatio *l.* 1. *C. de caduc. infr.*

* Appellatio prolis.

* Simpliciter appellatione descendentium masculorum venit nepos ex filia.

* Contra Fulgo.

quem tamen videtur sequi Anthon. Rub. Alexand. in *d. consil.* 22. sed incidenter & prout inseruiebat causæ suæ, non autem iudicio, quoniam illud repugnat & contradicit tertio casui deducto per eum in suo consilio. Et istud sit vnum pro multis aliis omissis exemplum, ad ostendendum quantum lucis, & vtilitatis afferant conclusiones & modificationes nostræ simul, & non truncatim recte intellectæ, & consideratæ.

* Tertia conclusio.

10. Tertia* conclusio, quando in contractibus fit mentio de filiis, liberis, vel descendentibus masculis, non veniunt masculi descendentes ex fœminis. Hanc conclusionem sicut & præcedentes modifica & intellige vt procedat quando subest ratio eiusdem agnationis illius, in quem confertur dispositio, & masculorum descendentium ex eo continuandæ & conseruandæ. Alias secus. Vnde si pater recipiat emphyteusim pro se, & descendentibus masculis, non venit nepos ex filia, nec pronepos ex nepte ex filio. vt decidit Specul. in *tit. de loca. §. nunc aliqua. quæst.* 146. Bald. in *aut. si quis ruinas. in fi. C. de sacrosanct. eccles.* Bald. Angel. Paul. Iaſ. in *l. sed si hac. §. liberos. D. de in ius vocan.* Alex. in *l. ex facto. § fi. D. ad Trebell.* Philip. Cor. in *l.* 1. *col. penult. & fin. C. de cond. infer.* Vbi dicit se ita consuluisse. Iaſ. in *l. si quis id quod colum.* 4. *num.* 21. *D. de iurisd. omn. iudic. in l.* 2. *colum.* 62. *quæst.* 6. *versi. Adde tamen. C. de iure emphyt.* Philipp. Deci. in *c. in præsentia. colum.* 22. *num.* 49. *de probat.* Et idem si quis daret feudum Titio, & eius filiis, vel liberis, seu descendentibus masculis. Secus si pure daret, vel in emphyteusim concederet alicui fœminæ, & eius filiis, vel descendentibus masculis, quia tunc semel à principio exclusa, amplius non requiritur agnatio, sed sufficit esse & descendentem & masculum, vt diximus. 3. *eo. num.* 7.

11. Ex quibus infero non esse circa hæc data paritate terminorum differentiam, inter vltimas voluntates & contractus, quamuis Paul.* in *d. l.* 1. *in prine. C. de cond. infer.* & Philipp. Franc. in *cap.* 1. *col.* 27. *super gloss. in verbo. liberis. de testa. in* 6. differentiam (sed malè & indigestè.) statuerint inter substitutiones seu fideicommissa, & contractus, vt in illis nepos ex filia veniat appellatione liberorum vel descendentium masculorum. Sed in concessione emphyteusis vel feudi, non veniat, quia tenendum est, vt supra declarauimus, non esse differentiam. Ex his habes in breui fructum prolixi laboris, & reuolutionis multorum librorum,

* Contra Paul. & Phi. Franc.

12 ¶ Modo occurrit pulchra quæst. quæ facilè decidi tur ex prædictis. Aliquis vendidit hæredium suum, sub pacto quod emptor teneretur retrouendere venditori, & eius hæredibus masculis. Venditor decessit relicto hærede masculo, qui ante redemptionem decessit relicta filia hærede, quæ agit ad retrouendendum. Hanc quæst. format Hiero.* Cagno. in *repet. l.* 2. *qu.* 16. *C. de pact. inter. emptor. & venditor.* Et decidit filiam esse admissibilem, ex eo quòd semel masculus fuit hæres qui ius implendi conditionem potestatiuam transmittere potuit. Sed malè dicit, quia transmissio, siue tacita, siue expressa, de re vel iure affecto & limitato ad habentem certam qualitatem, non potest (etiam per expressam cessionem) fieri ad eum qui caret illa qualitate, vt in simili latè decidit Alber. Bru. in *cons.* 80. ius reuocandi feudum non esse cessibile in eum, qui non habet qualitates requisitas ad reuocandū. Præterea (quod omne fundamentum Cagnoli subuertit) ipsemet venditor non potuisset transmittere istud ius in filiam propriā, igitur nec eius filius in neptem. Et dispositio, vel stipulatio formaliter limitata ad hæredes masculos, hoc casu non extenderetur etiam ad masculos descendentes ex fœmina: igitur multominus ad fœminam licet descendentem ex masculo. Infinitæ aliæ quæstiones in simili per prædicta decidi possunt. Redeundo ad text. Amplia nedum si feuda sint antiqua hæredia, sed etiam si sint de nouo conquæstu defuncti. quia text. non distinguit.

* Contra Hiero. Cagnol.

13. ¶ Limita hunc text. vt procedat dummodo masculus sit coniunctus defuncto, ex illo latere vnde processerunt feuda, casu quo sint antiqua hæredia: tunc enim excludit fœminam, etiam si eodem latere coniuncta sit. Idem si nec masculus nec fœmina sint coniuncti ex illo latere, tunc enim masculus excludit fœminam in propriis, sicut excluderet eam in conquæstis, dummodo non sint aliqui coniuncti ex illo latere venientes ad successionem: hoc enim casu etiam propria deferuntur ad proximiores, & non ad fiscum, vt diximus 3. §. 147. Secus si accidat solam fœminam coniunctam esse ex illo latere, vnde feuda antiqua procedunt: tunc enim præfertur, & excludit masculum hac parte non coniunctum, tanquam extraneum, etiam si alias esset proximior in gradu, & fœmina remotior. Et hoc est clarum per dict. §. 147. & appositissimè facit quod Paul. Ca. in *consi.* 291. *clarum est lib.* 2. decidit quod statutum simpliciter & absolutè excludens fœminas, & admittens masculos in totum, non habet locum nisi in conquæstis, vel quæsitis, à latere vnde masculus est coniunctus: ita quod frater consanguineus tantum, non excludit vxorem vterinam: imo ab illa excluditur in bonis maternis seu quæsitis à matre defuncti. Quod si quis dicat Pau. in hoc sibi ipsi fuisse contrarium, in *consi.* 40. *præsens casus. eo libr.* Respond. non est verum, quoniam in *d. con.* 40. præsupponit expressè masculos descendere etiam à matre, & ab eodem latere.

14. Ad vberiorem doctrinam quæro, defuncto sine liberis succedunt frater & soror. Frater capit omnia feuda quæ forte excedunt sextantem hæreditatis. Et nihilominus in toto residuo capit dimidiam: vtrum soror quæ vix vnciam totius successionis habet, teneatur ad debita defuncti pro dimidia parte? Et pro resolutione breuiter dico, quod non pro modo emolumenti, sed pro quota hæreditaria diuiditur æs alienum, *l.* 1. *C. si cert. pet. cum aliis* 3. *allegatis in simili. §.* 11. *num.* 7. Vnde quum sit hæres pro media, tenebitur creditoribus respondere de dimidia parte æris alieni: sed an habeat recursum contra fratrem: saltem vsque ad legitimam seu quartam partem deducendam, prout diximus in filio secundogenito aduersus primogenitum 3. §. 13. *glo.* 4. *q.* 3. Respondeo quòd non, quia collateralibus nulla debetur legitima iure naturæ. porro ratio legis falcidiæ non habet locum aduersus præl gatum inductum à consuetudine, quale est istud emolumentum feudorum, quod datum est masculis hæredibus à consuetudine: Nunquid ergo tenebitur creditoribus vltra vires mediæ partis mobilium & paganicorum bonorum quam obtinet? Dicendum quòd non, si ipsa & frater fecerint inuentarium: si enim sola vellet vti beneficio inuentarij, nihil ageret, quia in totum excluderunt à fratre, vt diximus 3. §. 150. Non facto autem inuentario, tenetur eis, & potest efficaciter conueniri ad dimidiam æris alieni, sed quatenus æs alienum excedit emolumentum quod capit ex successione, & non in plus, habebit recursum contra fratrem, vt exoneretur & indemnis seruetur, quatenus frater plus emolumenti capit quàm soror, quoniam tametsi mero iure non teneatur frater vltra dimidiam seu quotam hæreditariam, verum est nisi in subsidium, quando portio sororis non sufficit ad alteram dimidiam, præsumptio autem quæ militat contra hæredem qui non fecit inuentarium, vt præsumatur abstraxisse, vt not. in *l. fi. C. de iur. delib. in aut. sed cùm testator. C. ad leg. Falcid.* habet locum respectu creditorum, non autem respectu hæredum inter se.

15. ¶ Sed quid si per errorem facerent diuisionē quorundam prædiorū quæ feudalia erant? dicendū quòd tāquam erronea diuisio rescindi debet. *l. si post diuisionē. C. de iur. & fact. ignor. l. maiorib. C. comm. vtri. iudi.* Quod ampliatur primo etiam si plena renunciatio & iuramentum interceſſiſſet Paul. *in l. fi. §. idem quæsit. D. de*

D. de cond. indeb. Ampliatur ſecundo etiamſi per modum tranſactionis facta ſit diuiſio, etiamſi non fuerit ficta, ſed vera lis & vera tranſactio, quia reſtringitur ad cauſam & qualitatem & titulum controuerſum ſuper quibus tranſactum fuit. *l. ſi de certa. C. de tranſact. l. ſi ita quis. §. ſi. D. de verbor. obligu.* Sed non erat lis nec controuerſia, an dicta prædia eſſent feudalia, & diuidenda vel non: ſed præſupponebantur paganica, & communia, igitur hoc reſpectu non poteſt valere tranſactio, vt tranſactio, ſed ſolum vt ſimplex conuentio erronea quæ errore detecto reuocari debet. Secus ſi erat vera lis & controuerſia, an illa prædia eſſent feudalia, vel non, & ſuper hoc ſpecialiter tranſactum fuerit, quia tunc tranſactio impedit contrauentionem, & reſciſſionem niſi propter dolum, vel enormiſſimam læſionem, ſecundùm ea quæ diximus j. §. 154. Et hoc quoad ipſas partes tranſigentes, quia nullomodo domino directo præiudicatur per ea quæ dixi infra §. 45. § 51. Ampliatur tertio etiam ſi interueniſſet ſententia.

16. ¶ Nec obſtat. *l. cum putarem. D. famil. her.* quia d. l. non intelligitur de illis perfunctoriis ſententiis quæ ſolent in foro quidem, ſed inſcio ſæpe iudice apud actuarium conſenſu partium fieri ſine alia cauſæ cognitione: ſed de ſententia diffinitiua in iudicio contradictorio lata, partibus auditis cauſæ vt pulchrè Alex. *conſi. 79. in cauſa & lite. lib. 3.* Decius *in conſi. 351. col. fi.* ita etiam intelligitur *d. l. maiorib.* dum à contrario ſenſu excludit reſtitutionem, vel reſciſſionem à diuiſionibus, per deceptionem re ipſa, ſed in iudicio factis. & ne nimis excedam materiam huius tituli & §. remitto ad ea quæ *infra* §. 154. Vbi tracto materiam reſciſſionis diuiſionum. Vlterius quæro, quid in feudis non hæreditariis, ſed quæ iure ſubſtitutionis vel contractus deferuntur. Huc emergit famigerata illa theoria Bald. *l. vt inſt. iurandi. §. ſi liberi. col. 1. D. de oper. lib.* quem examinaui j. §. 137. & ex ibi deductis apparet non eſſe locum huius §. quia in talibus feudis non ſumus in terminis ſucceſſionis in quibus dumtaxat loquitur hic §. ſed in terminis ſubitutionis, vel contractus, ideo fœmina aliàs in ſubſtitutione vel conceſſione comprehenſa æquè admittitur vt maſculus ſiue in directa ſiue in collaterali deuolutione ſecundum præfatas noſtras concluſiones.

¶ Vltimo quæro de q. quam vidi in facto. In contractu matrimonij præſens fuit patruus ſponſæ, qui erat ſacerdos habens amplum patrimonium feudale, hic fauore matrimonij voluit, conſenſit, & pepigit, quòd dicta neptis ſponſa poſtea veniret ad eius ſucceſſionem æqualiter in omnibus bonis cum cæteris nepotibus maſculis fratribus ſponſæ. Vtrum valeat pactum ita quòd poſſit neptis caſu aduenicnte concurrere cum maſculis ad ſucceſſionem patrui, etiam in feudis? Hæc q. dependet ab ardua illa q. quam tractamus j. §. 122. an valeant pacta ſuper futura ſucceſſione acquirenda vel omittenda. & ex ibi no. dicendum in hac q. non valere pactum, nec iuramenti religione, nec matrimonij fauore fulciri: & habes notab. ampliationem ad hunc §. quem limita primo ſi conſtaret ſponſum vtpote militem, iuris ignarum dolo inductum, & hac ſpe illectum ad contrahendum illud matrimonium quod aliàs nunquam feciſſet, quia tunc ſaltem actionem de dolo ad damna & intereſſe haberet contra doloſos, in quo tamen an ſit hæc actio annalis & quando annus currere incipiat & quæ verba vel indicia ſufficiant ad probationem doli (ne nimium excedam materiam huius tit.) remitto ad no. in ſimili in *d.* §. 122.

17. ¶ Limita ſecundo ſi patruus illud diſponeret in teſtamento vel codicillis, quia tunc valeret non tantum iure ſucceſſionis directo, ſed iure legati ſeu potius fideicommiſſi & poſſet neptis non ſe gerere pro hærede patrui, petere à fratribus eius hæredibus ſibi dari, & reſtitui tantum cum onere ſuo hæreditatis, quotam, in qua ſuccedere potuiſſet ſi eſſet maſculus, & ſaluo ſi illa portio excederet illud quod conſuetudo loci legari permittit, quia tunc debet reſtringi ad id quod legari poteſt, & hactenus verba teſtamenti, vel codicilli directa obliquantur vt valeant prout valere poſſunt. *leg. Scæuola. D. ad Trebell.* etiam ceſſante omni clauſula codicillari, licet ſint merè directa ciuilia, quæ referuntur ad perſonam coniunctam & dilectam *vt per gloſſ. in leg. D. de fideicommiſſ. liber.* & pleniùs diximus infra §. 110. Et hic notanter dixi quotam hæreditatis; quia ex hypotheſi verba diſpoſitionis referuntur ad partem iuris vniuerſi: ſed ſi ad partem bonorum vel res certas, idem dicendum eſſet quod de legato partis bonorum vel certarum rerum, de quo remitto ad not. per Bart. Paul. *& alios in leg. D. de legat. 2. in leg. ſi. D. de vſufr. leg.*

---

§. * XXVI.

» Olim fait avis.

ITEM le fils, auquel ſon pere & mere, ayeul ou ayeule, ont donné aucun heritage tenu en fief *en anancement d'hoyrie*, ne doit que la bouche & les mains au ſeigneur feodal dudit fief, ne plus que ſi ledit fief eſtoit eſcheu par le treſpas & ſucceſſion de ſes pere & mere ayeul ou ayeule.

Filium cui à patre vel matre, auo, vel auia, datum eſt feudum in anticipationem ſucceſſionis, non debet patrono, niſi fidelitatis ſacramentum, quemadmodum ſi ſucceſſione donantis eſſet acquiſitum. H. D.

» Sed hic articulus per nouam conſuetudinem in reformatione legitur.

* XXVI.

LE fils auquel les pere, ou mere, ayeul ou ayeule ont donné aucun heritage tenu en fief en aduancement d'hoirie, ne doit que la bouche & les mains au ſeigneur feodal, encores que la choſe donnée ait eſté eualuée, ou qu'il renonce à la ſucceſſion ou ſucceſſions de ſeſdits pere ou mere, ayeul ou ayeule, & que ladite portion vaille plus que ſa portion hereditaire, ou que la choſe luy ſoit baillée au payement de ce qui luy auroit eſté promis par le contract de mariage.

» Hic articulus noua conſuetudine introductus.

* XXVII.

SI telle donation eſt faicte à l'aiſné, & par le moyen d'icelle il renonce à la ſucceſſion, entre les puiſnez n'y a droict d'aiſneſſe.

Digitized by Google

SVMMARIA §. XXVI.

1. *Quid ſit* donare in anticipationem ſucceſſionis.
2. *Quid de donatione facta* fauore matrimonij?
3. *An res à parentibus nubentis filiæ data in anticipationem ſucceſſionis, acquiratur etiam genero.*
4. *An & quando filius donatarius poſſit abſtinendo à ſucceſſione retinere donum?*
5. *In caſu abſtentionis & retentionis doni debetur releuium.*
5. *Quandoque prehenſio feudi ſit ſuper veteri vaſſallo.*
6. *Quid econuerſo ſi fiat donatio à deſcendente aſcendenti.*
7. *Lex interpretans habet locum in omni caſu in quo lex interpretata.*

HIc §. debet continuari ad §. 2. 3. *& 35. infra eo.* Hic enim ponitur tertius caſus quo feudum aperitur & mutat manum, & tamen nulla iura vtilia debentur patrono, ſed ſolum honorifica, & concidit cum primo caſu poſito in d. §. 2. Ampliatur hic text. 1. vt procedat etiam in filia & generaliter in quocunque deſcendente, cui fit huiuſmodi donatio ab aſcendente, quum ſit eadem ratio, & expreſſa æquiparatio & adæquatio de caſu huius donationis ad caſum ſucceſſionis.

1. Antequam vlterius procedam, prius videndum eſt, quid ſit huiuſmodi donatio * in anticipationem ſucceſſionis. hæc eſt proprè materia §. 159. infra *tit.* 14. vbi pleniùs. quantum ad præſens eſt quando pater (& idem de quolibet aſcendente reſpectu deſcendentis immediatè ſucceſſuri) dat aliquid filio tanquam futuro hæredi, hac contemplatione quòd ſperatur hæres, & in acceleratione commodi futuræ ſucceſſionis. Et quando hoc exprimitur in donatione, non eſt dubium, tamen ſi non exprimatur, dummodo non apponatur cauſa vel qualitas repugnans, in dubio iudicatur & cenſetur eſſe facta donatio in anticipationem ſucceſſionis. & hæc eſt præſumptio legis 7. §. 159. fundata in perſonarum qualitate, & multos magnos effectus operatur, vt ibi diximus, & ex ibi deductis infertur primò quòd ſi auus donaret nepoti, viuo filio, non deportato, nec voto religionis, aut ſacris addicto, vel deſtinato, nec aliter verè vel præſumptiuè remoto de medio, non haberet locum hic text. Sed patrono deberetur releuium ſi feudum eſſet donatum: quia non eſt donatio in anticipationem ſucceſſionis, quum donatarius non ſit in propinqua cauſa, nec in ſpe ſuccedendi ipſi donanti. Secundo limitatur textus, ſi donatio fiat filio naturali tantum, cùm ſit incapax ſucceſſionis. infra §. 186. Fit enim exemptio onerum feudalium in hoc tex. Inquantum donatio eſt ſucceſſionis anticipatio, & ſic tunc habet locum cùm ſucceſſioni locus eſſe poteſt: alioquin ſoluetur patrono ius ſuum. Igitur etiam ſi fauore & intuitu alimentorum debitorum daretur feudum, adhuc deberetur releuium ſi dominium transferatur, ſiue fiat donatio ad vitam tantum, ſiue in perpetuum. Secus ſi tantum vſufructus ad vitam donaretur: ſecus etiam, ſi naturalis eſſet legitimatus, & habilis ad ſuccedendum, ſaltem volente parente. Tertio limitatur, ſi detur filio legitimo tantum per not. 7. §. 2. *gloſſ.* 2. *in fin.* Quarto limitatur *infra eo. nu.* 4. Et quinto in *fine huius* §.

* Donatio in anticipationem ſucceſſionis.

2. ¶ Quæro, quid * in donatione facta fauore matrimonij? Diſtingue, aut eſt collata in generum vel nurum: & clarum eſt deberi releuium, quum ſit datum ei qui non poteſt eſſe hæres, & ſic ceſſat hic §. Aut eſt collata in filium & tunc requiritur fieri expreſſam narrationem quòd datur in anticipationem ſucceſſionis, vt habeat locum hic §. & non debeatur releuium, alioquin quum appareat de alia ſpecifica cauſa donandi, non erit nec præſumetur donatio in anticipationem ſucceſſionis: & expreſſum facit ceſſare tacitum, vel aliàs præſumptum, quemadmodum ſi donaretur ob aliam certam cauſam ſiue præteritam, ſiue futuram, vt diximus infra §. 159. tunc enim releuia debentur. Aut vero donatio confertur in filiam nubentem, & tunc idem dicendum quod diximus in filio, quia ſi ſimpliciter cauſa nuptiarum, debetur releuium ex capite donationis, & mutationis manus per donationem: Aut vero exprimitur etiam cauſa anticipationis ſucceſſionis, & non debetur ex capite donationis. An autem debeatur ex capite nuptiarum eſt materia §. 35. *infra eodem.* vbi dicam nec ex hoc capite debeti, quia nondum ſpectabat feudum ad nubentem tempore nuptiarum, ſed incipit pertinere & acquiri ei.

* Donatio fauore matrimonij.

3. ¶ Recordor audiuiſſe in quodam contractu matrimonij donationē huiuſmodi. Pater & mater in tractatu matrimonij communis filiæ dederunt quoddam feudū, & erat donatio collata in futuros conjuges fauore eorum matrimonij, & appoſita clauſula, & in anticipationem ſucceſſionis, modo ſi non eſſet dicta clauſula & in anticipationem, res eſſet clara, videlicet vnicum ſolidum releuium deberi, & rem vtrique conjugum æqualiter acquiſitam, non tamen tanquam abſolutè propriam, ſed tanquam quid acquiſitum non conſtante matrimonio, ſed ante matrimonium, ita quod maritus non poſſet vendere nec hypothecare niſi ſuam partem duntaxat, & non partem vxoris vt pleniùs diximus infra §. 110. Sed dicta clauſula & in anticipationem, &c. aliter non diſtincta facit magnam confuſionem: quia videbatur intelligi ſolum de portione contingente filiam, & non de portione contingente generum, qui non eſt habilis ad ſucceſſionem, vt clauſulæ concordentur & non ſit repugnantia nec correctio. per not. in *cap. inter dilectos de fide inſtru. in l. vbi repugnantia.* & ibi Decius. *D. de regul. iur.* Contrarium tamen reſpondi, conſiderans naturam materiæ ſubiectæ, & veriſimilem intentionem donantium: quia de natura huiuſmodi donationum magis eſt vt fiant in dotem, & loco dotis, prout eſt officium parentum, quàm quòd abſolutè donetur extraneo. *l. fi. C. de dot. pro.* Et etiam apparet quòd noluerunt abſolutè donare, ſed ſolum in anticipationem ſucceſſionis: & concluſi quòd totum feudum cenſetur donatum in anticipationem ſucceſſionis, & totum ſucceſſione adueniente conferendum. Interim autem an debeatur releuium ſaltem pro parte qua maritus nomine ſuo tanquam donatarius inueſtiri vult, dependet ab illa ardua quæſtione, an dicta clauſula & in anticipatione ſucceſſionis deroget donationi factæ ſponſo in parte vel non, quam q. quia præſentem materiam excedit, reſeruo infra §. 110. Si autem clauſula & in anticipationem &c. eſſet expreſsè relata ad dimidiam portionem contingentem filiam, ceſſarent omnia dubia, quia pro portione filiæ nullum deberetur releuium, ſed omnino deberetur pro portione contingente generum.

4. ¶ Nota igitur quòd idem iudicatur de eo quod eſt acquiſitum per donationem in anticipationem ſucceſſionis, ac ſi eſſet acquiſitum ex cauſa eiuſdem ſucceſſionis: & aduerte quòd ſiue cauſa anticipationis (intranſitiuè dico) exprimatur in donatione, ſiue non, non eſt differentia quantum ad hoc §. ſaltem à principio, ſed

ex poſt facto, & etiam quod ad alia, magna eſt differentia, quia dicta cauſa expreſſa, ſi poſtea filius donatarius non velit eſſe hæres, reſoluitur donatio tanquam cauſa finali non ſecuta, & res reuertetur ad corpus ſucceſſionis ad commodum quorumcunque etiam remotiorum, & collateralium hæredum, vel etiam ad commodum creditorum: qui forte nullo ſe gerente pro hærede facient deputari curatorem bonis, ſeu hæreditati iacenti. Non licet igitur hoc caſu filio ſe tenere ad donationem ſibi factam, abſtinendo à ſucceſſione: ſed neceſſe habet vel adire, vel rem donatam reſtituere, & ſolum lucrantur fructus perceptos durante vita patris donatoris. Et hoc caſu nulla iura vtilia debentur patrono, nec quum res donatur, nec quum donatarius conferendo ſuccedit, nec cùm abſtinendo rem reſtituit. Nec obſtat B quòd in caſu abſtentionis & reſtitutionis feudum fuit bis apertum: quia ex prima mutatione nihil debetur per hunc text. Et ſic nec ex ſecunda, quum ſit neceſſaria reuerſio ex cauſa inexiſtente ipſi donationi ab huiuſmodi releuiis liberæ. Si verò cauſa anticipationis non fit expreſſa, ſed ſolum tacitè inſit & præſumatur, *per d.* §. 159. Tunc ſi non eſt facta ſimplex conceſſio velut in peculium, de quo non loquimur, ſed vera donatio perpetua & irreuocabilis, forte mentione facta benemeritorum ſed in genere, pro ſtylo conſueto, & non in ſpecie, & tunc liberum eſt filio, ſi velit abſtinere ab hæreditate donatoris, & dono ſuo ſe contentare, nec tenebitur ad aliqua onera hæreditaria. *vt infra* §. 125. poteſt etiam ſi velit ſuccedere, ſed conferendo ſi habeat cohæredes vt ibi dicitur. Et caſu quo ſuccedit & confert, clarum eſt quòd nulla iura debentur patrono, nec ex capite donationis, nec ex capite ſucceſſionis, nec ex capite collationis: ſi * vero abſtineat, tunc dico quòd releuium debetur patrono, non ex capite abſtentionis, ſed ex capite donationis, quam ex nunc facto & declaratione filij abſtinentis, apparet non eſſe cauſa anticipationis ſuc[illegible]ionis: ſed remanere in forma nudæ & ſimplicis do[illegible]ionis. Idem dicendum ſi non donatarius, ſed nepos [illegible] eo præmortuo abſtineat ab hæreditate aui donatoris.

* Contentus dono debet releuium.

5. ¶ Sed quæro numquid hoc caſu poſſit patronus manum inijcere feudo, non obſtante quòd à principio donationis admiſit donatarium in fidem? Reſpondeo, aut admiſit in fidem ſimpliciter, & non poteſt prehenſione vti, ſed habet neceſſe via actionis petere releuium ſibi debitum, & tempus triginta annorum ad exactionem huius releuij, non incipit à die donationis, vel inueſtituræ, ſed ſolum à die dictæ abſtentionis, quoniam peti ante non potuit. Aut vero patronus admiſit in fidem tanquam de donatione facta in anticipationem ſucceſſionis, & expreſsè ſub hac qualitate, & tunc admiſſio in fidem ad dictam cauſam & qualitatem limitata fuit, ex quo conſequitur quòd ea cauſa reſoluta, & alia apparente, liberum eſt feudum tanquam apertum prehendere, & hoc procedit etiam ſi donatio in ſe fuerit in forma ſimplicis donationis. Si autem donatio fuerit in forma ſpecifica anticipationis, tunc etiam ſi admiſſio in fidem ſit ſimpliciter facta: idem eſt, quia à E principio infuit cauſa & qualitas contenta in donatione, ad quam receptio in fidem fuit relata. *l. aſſe toto, D. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcripſero. D. de cond. & demonſtr. cum vulg.*

6. Vltimo quæro, quid in caſu econuerſo, huius §. Si donatio fiat à deſcendente aſcendenti? Et prima facie videretur non habere locum hic tex. Non enim recte dici poteſt huiuſmodi donatio fieri anticipatione ſucceſſionis, cùm id eſſet contra ordinem naturæ. *l. non & ſi parentibus. D. de inoffic. teſta.* Et vt puto à ſæculo nunquam fuit auditum quòd filius aliquid patri ſuo acceptanti donauerit in anticipationem ſucceſſionis ipſius donantis: quare ſuperuacua, aut nimis curioſa videtur hæc q. nec pertinens ad legiſlatorem nec ad eius interpretem. iuxta *l. nam ad ea. D. de legibus.* Si tamen contingat (vt facilè eſt) dicendum æque diſpoſitionem huius §. locum habere, ratio quia venit ad interpretationem & extenſionem §. 2. ſ. *eo.* Et ſic habet locum in omnibus caſibus in quibus *d.* §. 2. habet locum.

7. Quoniam lex relatiua æquiparatiua vel interpretatiua * extenditur ad omnem caſum in quo habet locum lex relata æquiparata vel interpretata, vt tradit Bart. in *l. nihil per illum tex. D. de coniug. cum emancip. li. not.* Gemi. Philip. Franc. in *ca. diſpendia. col* 1. *de reſcript. in 6. ca. licet canon. col.* 1. *c. auaritiæ. col.* 2. *de elect. in 6.* Ias. in *l. poſt dotem col.* 16. *D. ſolut. matri.* Igitur quemadmodum *d.* §. 2. habet locum in omni ſucceſſione lineæ directæ, vt non debeatur releuium, nec ab aſcendentibus, vt ibi probauimus *in gloſſ.* 2. ita & hic §. æquiparans ſucceſſioni, donationem anticipandæ eiuſdem ſucceſſionis cauſa factam, debet æquè habere locum in donatione facta à filio patri, vel alij aſcendenti, ſi de facto contingat eam taliter fieri, ſicut & in donatione taliter facta à patre filio. Et ita expreſſim diſponit conſuetudo Aurelianenſis. *eod. tit.* §. 60. quòd de donationibus factis nedum deſcendentibus, ſed etiam è conuerſo à deſcendentibus in aſcendentes nulla iura debeantur patrono. Et hoc eſt multum æquum & ſeruandum etiam in cæteris locis vbi conſuetudo in hoc ſimilis noſtræ aliud non exprimit. Aduerte tamen quòd in hoc eſt differentia inter donationem factam à patre filio, vel è contra, quòd prima ſimpliciter facta de ſe præſumitur in anticipationem ſucceſſionis, *vt ſ.* §. 159. Secus in donatione facta à filio patri vel alio aſcendenti (cùm id ſit præter commune votum & naturæ ordinem) non præſumitur facta in anticipationem ſucceſſionis, etiam ſi parens ſit vegetior & viuacior filio, forte effœto & nullam ſpem prolis habente. Sed habetur pro abſoluta & D mera donatione, & debetur releuium, niſi expreſsè donationi inſit cauſa anticipandæ ſucceſſionis. Poſſem hic multa deducere de notatis *in c. vnico. de vaſſall. decrepi. etat. in vſib. feu.* & de donationibus parentum in liberos, ſed nolo excedere materiam præſentis §. quem omnino limita in feudis qui more Vulquecini regunter: quamuis enim conditio Vulquecini non ſit in caſu huius §. expreſsè excepta vel reſeruata conſuetudine noſtra, tamen ſatis virtualiter intelligitur & hic excepta. ex quo in *d.* §. 2. excipitur in ſucceſſione directa, cui donatio in anticipationem eiuſdem ſucceſſionis per hunc §. æquiparatur, per reg. quam Bart. & alij tradunt in *d. l. nihil.*

* Ex interpretatiua extenditur ad omnem caſum legis interpretatæ.

Digitized by Google

§. * XXVIII.

* Olim fuit 2716.

* Deſunt inclusa in articulo reformatæ conſuetudinis.

ITEM le ſeigneur feodal [depuis* &] apres qu'il a ſaiſi ou fait ſaiſir & mettre en ſa main le fief tenu & mouuant de luy, par faute d'homme, droicts & deuoirs non faits, pendant & durant le temps de ſadite mainmiſe, & qu'il le tient en ſa main, n'eſt tenu de payer & acquiter les rentes, charges ou hypotheques non infeodées, conſtituées ſur iceluy par ſon vaſſal.

QVandiu patronus tenet in manu ſua feudum ex defectu clientis ſeu fidelitatis prehenſum, non tenetur ſoluere reditus, penſiones, aut quæcunque onera, non infeudata, ſuper feudo, à veteri vaſſallo inſtituta: nec pro his eorúmve hypothecis aliter ſatisfacere. H. D.

SVMMARIA §. XXVIII.

1. *Etiam tempore immemoriali præſcripta contra vaſſallum, non nocent patrono.*
2. *Ampliatur 2. hic §. etiam in oneribus contentis in adiudicatione per decretum facta præſente patrono.*
3. *Vtrum ſcientia & patientia præiudicet.*
4. *Quid ſi quando patronus accipit fructus anni pro relevio? Idem.*
5. *Idem ſi patronus prehenderit feudum ex defectu catalogi.*
6. *Fallit hic text. 1. ſi feudum perueniat ad patronum vt priuatum.*
7. *Fallit 2. in oneribus infeudatis.*
8. *Duplici modo approbari poteſt redditus à vaſſallo impoſitus feudo.*
9. *Quid de conceſſione ad cenſum vel certum reditum.*
10. *Patronus non tenetur infeudare creditorem de redditu.*
   Et econuerſo creditor non tenetur eum recognoſcere.
   Onera non ſunt pars rei niſi ſecundum quid.
   Militia in regno Siciliæ an ſit feudum.
11. *Redditus infeudatus non eſt pars feudi, ſed feudum per ſe.*
12. *Thema.*
13. *Solutio.*
14. *Redemptio redditus feudalis poteſt fieri etiam poſt prehenſionem, nec poteſt à patrono argui de fraude, ſed tantum de ſimulatione.*
15. *Quid operetur vulgata clauſula notariorum, deſſaiſinens à bonis hypothecatis vſque ad valorem & concurrentiam reddit.*
   Incerta pars ratione loci & quota poſſideri non poteſt.
16. *Clauſulæ* executiuæ *quid operentur.*
17. *Notabilis diſtinctio quando redditus exceſſiuus debeat reduci ad rationem vnius pro duodecim, vel ad rationem vnius pro quindecim.*
18. *Feudum redditus redimibilis quocunque modo in præiudicium patroni poteſt extingui, ſecus in non redimibili.*
19. *Si redditus feudalis non redimibilis ipſimet debitori obuenerit, poteſt patronus eum cogere ad ponendum extra manus ſuas.*
20. *Quomodo ſuccurratur creditoribus vaſſalli permittentis feudum à patrono ex defectu hominis poſſideri?*
   Patronus ad quem peruenit feudum vt ad priuatum, poteſt à creditoribus vaſſalli ſicut tertius poſſeſſor conueniri.
21. *Creditores non obſtante prehenſione feudali agere poſſunt cum effectu contra prætendentem dominium feudi.*
22. *Nullo apparente domino poſſunt facere curatorem feudo deputari tanquam bonis vacantibus.*
23. *Patronus tenetur dictum curatorem in fidem admittere, vel inducias fidei indulgere.*
24. *Quomodo ſubueniatur colono vaſſalli expulſo à patrono?*
25. *An patronus frui debeat augmentis factis à vaſſallo.*

LVCRATVR ergo omnes fructus ſine aliquo onere impoſititio à vaſſallis pro cedente, vt 5. §. 1. Amplia qualecunque ſit onus, ſiue ſeruitus, ſiue hypotheca, aut aliud, & quocunque modo ſit impoſitum.

1. Siue ſit præſcriptum, etiam per tempus immemoriale, contra veteres vaſſallos. nec opus eſt ad hoc citare textum in §. *rurſus quibus modis feu. amitten.* §. *quid ergo. de inueſtit. de rebus alienan. fac.* 1. *de cap. corradi. in vſibus feud.* quia ſufficit vna ratio, nihil contra patronum factum poſſeſſumve eſſe. Et hæc eſt melior ratio quàm illa quòd reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris per ea quæ dicam *infra* §. 43.

2. ¶ Ampliatur ſecundo etiam ſi impoſitio oneris ſit approbata à iudice, vel feudum cum hoc onere, puta certi redditus adiudicatum vltimo licitatori, ex decreto iudicis & præcedentibus proclamationibus, & ſubhaſtationibus publicis, etiam ſi patronus non ſe oppoſuerit, vel etiam præſens nihil objecerit: & licitatorem in fidem admiſerit, recepto quinto denario ex cauſa dicti decreti: quia non propterea redditus eſt infeudatus, & nihil iſtorum magis præiudicat patrono: quàm ſi res ſi priuatim eſſet vendita ad onus certi redditus, nec in hoc factum iudicis plus operatur quàm factum partium cui æquiparatur. *l. 1. C. ſi in cauſa. iudic. pig. cap. ſit. l. 1. de iur. do. impetran. l. profectitia dos. in princ. D. de iur. dot. cum vulgo.* Et in adiudicationibus per decretum iura dominicalia ſemper intelliguntur reſeruata, etiam ſi dominus directus ſe non oppoſuerit ſecundum ea quæ diximus *infra* §. 189.

Digitized by Goo

3. Amplia tertiò ſi ſint conſtituta à vaſſallo, vel ſuper eum & ſuper feudo exacta, ſciente & patiente patrono, etiam ſi illo præſente, dummodo fiat actus nomine vaſſalli: ſecus ſi fieret nomine patroni, quia præſens & * nomen accommodans tacitè accommodat etiam conſenſum. vt tradit Bal. in *c. 1. col. 1. de probib. feud. alie. per* Lotha. in *vſibus feud.* Sed quid ſi patronus expreſsè conſenſerit certam ſeruitutem, vel penſionem imponi, & feudum hypothecari? Videtur remittere ius ſuum inquantum opus eſt ad conſeruationem & effectum actus, vt not. Bal. in *l. dotalem. D. ſolut. matr.* Et ſufficit ſolus conſenſus domini, vel ſimplex ſubſcriptio aut ratihabitio, ad hoc vt hypotheca etiam per omnino extraneum facta ſit efficax, *l. ſi fundum* §. 1. *l. fideiuſſor.* §. 1. *D. de pigno.* Et hoc verum dummodo non ſit ſimplex conſenſus permiſſionis, ſed ſit conſenſus approbationis. Non tamen requiritur quòd talis conſenſus tranſeat in actum ſpecificum: nec quod patronus expreſsè ſe obliget: puta fideiubendo, aut alias, quamuis hoc requiratur in diuerſo caſu de quo diximus *ſupra* § 12. *gloſſ.* 1 Sed ſufficit, quòd ſit conſenſus verbo vel ſcripto adhibitus ad probationem actus, vt teneat etiam reſpectu & in præiudicium approbantis: ſecus ſi tanquam teſtis ſubſcriberet. *l. Caius. D. de pigno. actio. l. Titia.* §. *Lucia. D. de lega.* 1. Vel tanquam iudex authoritatem contractui interponeret per no. in *l. ſed ſi quis. D. quemadm. teſt. aper. inſtit. de inoffi. teſt.* §. *ſi tutor.* 4. ¶ Amplia quarto hunc tex. nedum quando feudum velut quaſi commiſſum & interruptum defectu vaſſalli eſt in manu domini: ſed etiam quando eſt repletum nouo vaſſallo, ſed patronus fructus vnius anni eligit & accipit pro vno releuio, vel fructus plurium annorum pro pluribus releuiis, ratione pluriumi mutationum quibus non erat ſatisfactum. Capit enim omnes fructus & obuentiones, nulla deductione facta pro penſionibus, redditibus & quibuſcunque oneribus impoſitis a vaſſallo, etiam ad pias cauſas, quæ non tenetur ſoluere: nec creditores agere poſſunt contra patronum tanquam poſſeſſoren rei hypothecatæ aliqua perſonali vel miſta actione, nec etiam hypothecaria: quia quod attinet ad patronum, iure feudali fruentem, res non cenſetur nec eſt hypothecata, nec aliter effecta, prout etiam nec tenetur ſtare colono antiquo, vel nouo vaſſalli, ſed poteſt illum expellere & *vſj.* §. 56. 57. ſolum tenentur impenſas ſementis & culturæ deducere, vel reſtituere, quæ etiam malæfidei poſſeſſori reſtituerentur *l. fundum qui. D. ſa. mil. herciſcun.* Item ſi patronus non eligat redditum anni, ſed id quod prudentes viri arbitrabuntur *infra* §. 47. debent enim illa arbitrari habita ratione ad fructus integros circumſcriptis penſionibus & oneribus impoſitis a ſolo vaſſallo, quæ non debent conſiderari, ſed benè debet in hoc arbitratu haberi ratio & deductio onerum infeudatorum vel approbatorum à patrono.

* Nomen accommodans accommodat conſenſum.

5. ¶ Amplia quinto, etiam quando feudum eſt prehenſum & tenetur ad manum patroni, non ex defectu hominis vel iurium, vtpote fidelitate facta & iuribus ſolutis, ſed ex defectu ſimplicis catalogi. Nec obſtat quòd tunc patronus non facit fructus ſuos, qui ſaltem poteſt eos cuſtodire & impedire, ne vaſſallus quicquam commoditatis de illis & toto fundo percipiat donec catalogum præſtiterit. *vt ſupra* §. 9. Ergo prohibere & impedire poteſt, nec coloni creditores aut quicunque alij cauſam habentes à vaſſallo, vel etiam eius prædeceſſoribus, & qui non fuerunt in culpa, aliquid interim percipient: quia in effectu ipſe vaſſallus negligens perciperet, & ſatis eſt quòd patronus & conſequenter commiſſarij ab eo deputati non tenentur in aliquo reſpondere creditoribus, vel cauſam habentibus vaſſalli, quum patronus ſit fundatus in ſuo iure primitiuo priori & potiori.

6. ¶ Limita hunc textum primò, vt procedat ſolum in caſu prehenſionis & manus iniectionis feudalis: ſecus ſi feudum peruenerit ad patronum tanquam ad quemlibet priuatum, de quo non eſt dubium. Item ſecus ſi peruenerit ad eum tanquam patronum iure retractus feudalis vt pleniùs diximus *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 5. 9. 5. 6. imò etiam ſi peruenerit ad eum tanquam patronum iure confiſcationis feudalis, vt dicam *infra* §. 43.

7. Limita ſecundo hunc textum. Si redditus vel aliud ius de quo agitur ſit infeudatum, quod intelligè non de infeudatione vaſſalli, ſed de infeudatione ipſius patroni. Poteſt enim vaſſallus dare certum redditum in feudum, quem conſtituet vel aſſignabit ſuper feudo ſuo, ſicut ſuper quolibet alio fundo, vt dicemus *infra* §. 11. Sed de tali reddito per eum infeudato idem eſt iudicandum, ac ſi nulla eſſet infeudatio, prout nulla eſt reſpectu ſuperioris patroni, ſecus ſi ſuperior patronus hoc approbauerit. 8. ¶ Poteſt autem dupliciter modo approbare, & vtroque caſu non procedit diſpoſitio huius §. Primo approbanda ad validitatem hypothecæ, & tunc approbans multum ſibi præiudicat, & nihil iuris acquirit, quia tenebitur recognoſcere dictum redditum quocunque modo feudum hypothecatum ad manum ſuam reducatur, & tamen non poterit alia iura vel commoda feudalia exercere, vel percipere de feudo dicti reddicus, etiam pro tempore quo feudum hypothecatum poſſideret ex defectu clientis & fidei, vel alio quocunque modo, quoniam hoc caſu feudum redditum non eſt ſubordinatum feudo dominanti, ſed eſt omnino ſeparatum, ita quod vaſſallus vaſſalli non eſt vaſſallus, per not. *ſupra* §. *gloſſ.* 6. *num.* 2. Vnde ſi feudum hypothecatum vendatur, emptor non erit dominus feudalis creditoris ad quem ſpectat ille redditus, & nihilominus ad illius ſolutionem tenebitur tanquam merus poſſeſſor rei hypothecatæ, & etiam cum titulo bona fide & longo tempore præſcribere poterit aduerſus creditorem & hypothecam, *vt infra* §. 67. Secundo modo poteſt approbari à ſuperiore patrono tanquam ſubinfeudatio ſubordinata: ita quod recipiens reddium tenetur recognoſcere conſtituentem in patronum ratione dicti redditus, & conſtituens ratione eiuſdem redditus ſuper feudo ſuo aſſignati tenebitur recognoſcere patronum tanquam de ſubfeudo, vel retrofeudo, & hoc caſu feudum redditus efficitur de pertinentiis feudi medij à quo feudaliter mouetur: & ſuperior patronus iura & commoda feudalia percipiet, quamdiu feudum medium tenebit ad manum ſuam, & ſimiliter ad emptorem feudi medij tranſibit omne ius feudale in huiuſmodi redditum, tanquam in verum ſubfeudum: taliter quod nullo tempore niſi immemoriale præſcribere poterit liberationem ab hoc redditu, ſicut nec extinctionem aut derogationem feudi à ſe mouentis, ſed tantum præſcribere poterit liberationem à penſationibus elapſis ante triginta annos per not. 5. §. 12.

9. ¶ Et quòd in hoc §. dicitur de hypothecis, idem ſi vaſſallus partem feudi ſui ſubinfeudauerit, vel ſub annuo cenſu aut redditu conceſſerit: niſi enim hoc fuerit approbatum à patrono nullomodo ei præiudicat, nec his conceſſionibus ſtare tenetur, niſi in caſibus in quibus tenetur ſtare hypothecis. Et vt pleniùs habeas aduerte: nunquam vidi accidere illud, quod nuper cogitationis curſum ſequens ſcripſi de conſtitutione & infeudatione redditus à vaſſallo: ſed frequenter vſuuenit vaſſallos conſtituere redditus ſuper feudis ſuis, deinde creditores recognoſcere eoſdem redditus in feudum à patronis, ſuper quo multas quæſtiones latè poſſem effundere. Sed breuiter & reſolutiuè procedendo

10. ¶ Not. primo quòd huiuſmodi creditor non tenetur in feudum recognoſcere à patrono redditum, etiam nominatim & limitatim ſub feudo acquiſitum,

nec ad hoc à patrono cogi poteſt, nec etiam tenetur patronus eum in fidem admittere, nec huiuſmodi redditum refeudare, quamuis aliud ſit de vera parte integrali feudi, ſimpliciter & totaliter alienata, vt diximus infra §. 54. Nec obſtat quod * onera cenſentur pars rei. *l. fundi partem. D. de contra. emp. & vend.* Feli. in c. *cum Ioa. Eremita. col. 1. de fide inſtr.* quia non eſt verum propriè & eſſentialiter, ſed ſolum ſecundum quid, videlicet reſpectu valoris, & æſtimationis rei. vel clariùs eſto quòd huiuſmodi redditus & ſimile impoſititium onus cenſeatur ſecundum quid eſſe pars fundi vt fundi: non tamen vt feudi, nec prout eſt feudum, quia nullomodo eſt nec habetur pars feudi, niſi ſit à patrono infeudatus: prout nihil addi, nec detrahi poteſt feudo, inquantum feudo, ſine conſenſu patroni, *vt 2. §. 1. gloſſ. 5. nu. 20.* Similiter & militia, ſiue proviſio ad vitam quæ * apud Siculos datur ſecundogenito, eſt pars feudi, quia eius reſpectu tenetur ſecundogenitus ſeruire patrono feudi, & eum recognoſcere, vt not. And. Iſer. *ſuper conſtitu. Neapol. incipien. comitib. ſubſit. de adiuto. per mili. lib. 3.* quod etiam trad. Matth. de Afflict. in *deciſ. Neapol. 43.* Secus ſi non teneretur recognoſcere patronum, quia tunc eſſet nuda penſio. Vnde puto quod male ſcripſerit Matth. de Afflict. *ſuper dicta conſtitutio. comitibus col. 2.* huiuſmodi militiam deberi fratri minori, vel monacho, & veriorem puto contrariam opinionem Andr. de Iſer. ibi, quia eſt pars feudi, & tenetur ad ſeruitium feudale, quod non poteſt præſtari per fratrem minorem vel monachum.

* Onera non ſunt pars rei niſi ſecúdum quid.

* Militia in regno Siciliæ an ſit feudū.

11. ¶ Quid igitur de * redditu infeudato, nunquid eſt pars feudi? Videtur quod ſic per prædicta, ex quo recognoſcitur ab eodem patrono, & ei præſtantur iura & obſequia feudalia pro rata redditus. Contrarium dico, quia eſt feudum per ſe, nihil habens commune cum feudo ſeu feudalitate feudi, ſuper quo eſt conſtitutus redditus, patet quia licet feudum ſuppoſitum prehendatur, vel mancipetur, non tamen cenſetur prehendi, nec mancipari feudum redditus: & alterum ſine altero poteſt cadere in commiſſum: ſunt enim diuerſi vaſſalli & diuerſæ fidelitates, & ſic ſunt diuerſæ omnino diſparata feuda. Hinc eſt quòd quando huiuſmodi redditus infeudatur, creditor non debet recipi in fidem feudi hypothecati, nec de eo inueſtiri vſque ad concurrentiam ſeu valorem redditus prout nonnulli craſſa minerua putant: ſed ſolum debet intrare in fidem patroni ratione redditus qui communi conſenſu erigitur in feudum nouum, de quo creditor inueſtitur. Nec iſta exacto iudicio nouiter à me dicta ſunt, ideo contemnenda ſunt, quod faciliora & expoſita apparent, quoniam ad multas arduas quæſtiones promptè decidendas, vtilia & neceſſaria ſunt. Inter quas inſignem quandam inter celebres aduocatos nuper agitatam, paucis exempli vice perſtringam.

* Reditus infeudatus, an ſit pars feudi.

12. ¶ In ſpecie * huiuſmodi, vaſſallus ampli feudi ſed pecunia indigens anno Domini 1481. vendidit, conſtituit & aſſignauit ſpecialiter ſuper feudo ſuo, & generaliter ſuper omnibus bonis ſuis, quinquaginta libras anni & perpetui redditus, mediante ſumma quingentarum librarum, quam accepit à creditore, ſiue ab emptore redditus, ſub clauſula ex ſtylo notariorum aſſueta, quòd venditor ſe deſſaiſinat, deſſaiſiuit & demiſit, in manus notariorum, ab omnibus hæredibus & prædiis ſuis, vſque ad valorem ſeu concurrentiam dicti redditus, ad commodum dicti emptoris, hæredum & habentium cauſam ab eo: volens & conſentiens dictum emptorem, de eis vſque ad dictam concurrentiam ſaiſiri, inueſtiri, & in poſſeſſione recipi per dominos feudales & alios ad quos pertinebit, per oſtenſionem literarum dicti redditus: & ex abundanti conſtituens latorem præſentium literarum procuratorem ſuum ad prædicta peragenda. Arcidit. poſt decem vel quatuordecim annos, emptor adiuit patronum feudi hypothecati, cui literas acquiſitionis dicti redditus exhibuit, & quintum pretij ſoluit, & ab eo in fidem receptus, & inueſtitus fuit de dicto redditu, & feudo ſuppoſito vſque ad concurrentiam redditus, iuxta tenorem acquiſitionis ſuæ. Exinde poſt aliquot annos deceſſit emptor, à cuius vidua tam eius quam tutorio filiorum nomine dictus venditor refuſa forte principali, cum reliquis, redemit dictum redditum: quo facto patronus ſciens obitum dicti emptoris, ignorans dictam redemptionem, videns quòd per annum nullus hæredum emptoris acceſſerat ad renouandum fidelitatem dicti redditus, manum injicit dicto redditui, tanquam feudo aperto ex defectu hominis & iurium, & hanc manus iniectionem fecit ſignificari ipſi venditori, in loco & domo prætoria feudi hypothecati. Venditor huiuſmodi prehenſionem contempſit, & poſt aliquot annos vendidit feudum ſuum Titio, ſine onere dicti redditus, vtpote dudum redempti. Patronus autem inueſtiuit de feudo dictum Titium, quintum pretij offerentem & ſoluentem, ſine præiudicio tamen prehenſionis feudalis dicti redditus, poſtea in ius vocauit Titium, & contra eum concluſit, ad hoc vt prehenſio feudalis dicti redditus declararetur valida, vna cum reſtitutione fructuum à tempore prehenſionis, & donet hominem ſeu vaſſallum, & iura debita ratione feudi dicti redditus. Titius tendens ad finem abſolutionis excepit de redemptione, & extinctione dicti redditus, & feudi, facta ante prehenſionem, & plura alia adducebat quæ omitto. Patronus replicabat redditum non fuiſſe de ſe redimibilem, ſed perpetuum, vt patet ex literis conſtitutionis, & quòd redemptio fuit merè voluntaria, & ſic quòd non potuit fieri in eius præiudicium, re non integra, vtpote poſteaquam per infeudationem ius fuerat ei quæſitum: & conſequenter quòd reſpectu patroni, huiuſmodi redemptio non poteſt valere in vim meræ luitionis: ſed in vim emptionis, & nouæ acquiſitionis, ex qua iura quinti & ſubquinti denarij ſunt acquiſita, maximè attento quòd dicta infeudatio facta fuerat nedum de conſenſu creditoris ſeu emptoris, ſed etiam de conſenſu debitoris qui conſtituerat redditum, vt patet per præfatas clauſulas conſtitutionis dicti redditus. Grauis erat hæc cauſa, quia fructus ſiue reliqua prętenſi redditus, à tempore prehenſionis, à qua iam lapſi erant 40. anni, aſcendebat ad ſummam duorum millium librarum, vltra iura quintorum pretij, laudimiorum propter mutationes medio tempore factas.

* Soluto.

13. ¶ Super his conſultus reſpondi * partes iudicis eſſe in abſoluendo: & ita iudicatum fuit. Ratio principalis, quæ me mouit hæc eſt, quòd dictus redditus de ſe erat redimibilis, & reſolubilis, debitore quandocunque offerente ſortem principalem cum reliquis, etiam inuito creditore: quia erat mediante pecunia conſtitutus, longè infra rationem trientis vſuræ, vtpote ad rationem vnius denarij pro decem, quæ eſt dextans vſura, multum vicina centeſimæ, quoniam non diſtat nec minoratur à centeſima niſi in vno ſextante: & de ſui natura eſt redimibilis, quamuis hoc non ſit cautum in contractu. Imò de ſui ſubſtantia redimibilis eſt: quia etiam ſi expreſsè pactum eſſet non eſſe redimibilem, nihilominus redimi poſſet vitiato pacto. Imò quandoque illud pactum vitiaret contractum, & faceret annullare conſtitutionem redditus vt probaui ī. §. 57. Vnde latè de origine, terminis, & effectu huiuſmodi vſurarum, ſiue reddituum tractatur. Quum igitur de ſe eſſet redimibilis, non potuit in eo feudale ius conſtitui, nec acquiri patrono, niſi ſubonere, & conditione reſolutionis in euentum redemptionis: quia ex cauſa præexiſtenti & neceſſaria reſolutio iure creditoris qui in feudum ſponte recognouit, reſoluitur ius patroni, per regulam. *l. lex veſtigal. D. de*

pignor. Nec obſtat quòd debitor conſenſit redditum infeudari, quia intelligitur in eadem qualitate, ſcilicet redimibilitatis, adhærente redditui. Et ſic ſaluo iure redimendi, cui etiam nec tacitè, nec expreſsè derogari potuiſſet; & etiam huiuſmodi conſenſus ex parte debitoris non ordinatur ad hoc, quod redditus magis perpetuetur vel confirmetur quam prius, quoniam etiam inuito debitore, & ſine eius permiſſione, poteſt creditor facere infeudari redditum ſuum à patrono, vt dixi *ſupra*, §. 20. *gloſſ.* 5. *in fi.* Sed magis ordinatur vt in caſum redemptionis poſſit creditor tempus infeudationis tanquam legales imputare debitori, de quo tamen an debeant refundi diſtinguendum eſt vt ſcripſi in *d.* §. 94. Statim igitur quòd dictus debitor, & vaſſallus feudi ſuppoſiti, dictum redditum redemit, extinctum & reſolutum fuit feudum dicti redditus: ita quòd impoſſibilis fuit prehenſio, quum amplius hoc reſpectu non ſupereſſent, neque patronus, neque feudum, neque vaſſallus, intantum quòd ſi qua iura vtilia puta releuia fuiſſent acquiſita patrono ante redemptionem, vt ſi creditor deceſſiſſet ſine liberis, & ſic permutationem redditus in ſucceſſorem collateralem acquiſitum fuiſſet vnum releuium: redemptio ſequens non præiudicat releuio, ſed præiudicat in modo illud exigendi per viam prehenſionis feudalis, & nugatoria, & nulla eſſet prehenſio, ita quod neceſſe haberet quondam patronus via actionis agere ad ſolutionem releuij contra hæredes creditoris, à quibus facta eſt redemptio. Nullum autem releuium nec aliud ius petere poteſt ex cauſa redemptionis, quum ſit neceſſaria, & ex cauſa ante dicti feudi originem debita per not. j. §. 33. *quæſt.* 3. *cum ſeq.*

14. Imò quod fortius eſt etiam ſi præceſſiſſet prælienſio ex defectu hominis poſt quadraginta dies ab obitu creditoris, deinde forte etiam in fraudem patroni redimatur redditus, ſtatim reſoluitur & extinguitur prehenſio feudalis, cum omni ſua virtute & effectu pro tempore futuro, non enim amplius currunt, nec currere poſſunt penſitationes redditus, ad commodum & lucrum patroni: ſed præteritæ penſitationes à die prehenſionis, vſque ad tempus redemptionis pro rata temporis remanent acquiſitæ & debitæ patrono, nec poterit patronus cauſari hoc factum eſſe in ſui fraudem,* quia non eſt fraus vbi quis iure ſuo vtitur. *l. nullus videtur. D. de regul. iur. cum ſimilib.* Secus ſi verè non redimeretur, ſed ſimularetur redimi. vnde non eſſet admiſſibilis patronus ad allegandum quòd odio ſui facta eſt redemptio, etiam ſi vellet probare quod hæres creditoris nimia proteruia, & dedignatione recognoſcendi patronum, ſollicitauerit debitorem ad redimendum: dummodo vere redditus reſolutus & extinctus ſit. Sed bene eſſet admiſſibilis, ad allegandum & probandum quòd ſimulata eſt redemptio & quòd in veritate currit redditus & penſitationes ſoluuntur à debitore creditoris hæredi, vel alij eius loco. per ea quæ in ſimili dicemus *infra* §. 23. Aduerte etiam quòd in themate præcedenti, ſi non fuiſſet ſecuta redemptio, prehenſio redditus ex defectu hominis, per obitum creditoris, non debebat fieri ſuper feudo ſuppoſito, nec ibi principaliter notificari, ſed debebat fieri ſuper hærede creditoris, & ei notificari: nec eſt neceſſe quod notificetur debitori, ſiue poſſeſſori feudi ſuppoſiti, niſi ad hoc quod ſoluendo creditori ſuo non liberaretur, ſecundum ea quæ diximus ſ. §. 1. *gloſſ.* 4. *not.* 2.

15. ¶ Nec obſtat quod ex hypotheſi in infeudatione dicti reddituus, videtur creditor etiam de ipſofundo ſuppoſito, vel conſenſu debitoris ſaiſitus, & inueſtitus, vſque ad concurrentiam redditus, quia eſt error, & verba infeudationis, quo ad hoc ſunt ſuperuacua, & impropriandа, vt reducantur ad infeudationem ipſius redditus aſſignati ſuper tali feudo. Nec obſtat quòd debent de aliquo operari, illa verba ſolita apponi in conſtitutionibus redditiuum, quod venditor ſe delaiſinauit à feudis & bonis hypothecatis, vſque ad valorem & concurrentiam dicti redditus, ad commodum creditoris, quem conſenſit in poſſeſſionem mitti & inueſtiri: quoniam dicta clauſula non tendit ad hoc quod venditor redditus dimittat fidem, & exuat in aliquo clientelam feudi ſui, quod hypothecat: nec vt in aliquo ipſe creditor efficiatur vaſſallus feudi ſuppoſiti: prout non agitur vt feudum nunc mutetur, nec vt aliquod eius dominium tranſeat in creditorem: quia tunc ſtatim feudum ipſum ſuppoſitum eatenus aperiretur, & eatenus prehendi poſſet, & ſimiliter releuia exigi poſſent, ſaltem creditore volente, & incipiente vti dicta clauſula & apprehenſione poſſeſſionis & ſaiſinæ, quod eſt falſum, quia quantumcunque in creditorem ſiue facto debitoris, ſiue facto & authoritate iudicis, transfertur etiam vera poſſeſſio feudi, nullomodo tamen aperitur, nec aliqua iura patrono debentur, vt dicemus j. §. 33. *q.* 1. Fortius dico, quod dicta clauſula non tendit ad conſtitutum vel quid ſimile, nec operatur aliquem fictam traditionem, nec facultatem poſſeſſionis apprehendendæ. Et ſic in vim dictæ clauſulæ non poteſt creditori competere remedium. *l. fi. C. de acqui. & retin. poſſeſſ.* ad alienata repetendum à tertio poſſeſſore ſine diſcuſſione, iuxta opinionem Iacob. Butr. in *auth. hoc ſi debitor. ad fi. C. de pig. & in l. fi. C. de act. & obl.* de qua dixi *infra.* §. 170. Nec aliter poteſt creditor dicere ſe poſſeſſorem feudi ſuppoſiti, in totum vel in parte, nec poſſeſſionem propria authoritate apprehendere, quia dicta clauſula, non eſt clauſula conſtituti, precarij, vel ſimilis. Imo etiam ſi expreſſe ſonaret in conſtitutum, adhuc conſtitutum limitatum ad concurrentiam redditus, non valeret in vim conſtituti, nec operatur ipſo facto tranſlationem alicuius poſſeſſionis, quia antequam liquidatio facta ſit, quota portio feudi requiratur ad concurrentiam redditus, eſt incerta portio ratione loci & quotæ, quæ poſſideri non poteſt, nec valet tranſlatio vel apprehenſio poſſeſſionis talis incertæ portionis. *text. in l.* 3. §. *incertum.* & ibi Paul. Alex. Soci. Iaſ. *D. de acqui. vel amit. poſſeſſ.*

16. ¶ Quorſum igitur tendit, & quid operatur dicta clauſula? Reſpõd. propriè non eſt diſpoſitiua, ſed* executiua, prout non ſolet poni niſi in verbis executiuis, & ſic non diſponit, nec ampliat diſpoſitionem, nec aliquid de nouo operatur, & ſolum prodeſt ad declarationem & corroborationem diſpoſitorum *Clem. 1. in fi.* & ibi Cardina. *de prabend.* Felin. in *c. licet in corrigendis in fin. de offi. ord.* Iaſ. in *l. ius autem ciuile. col. 1. in fin. D. de iuſt. & iur.* Al. in *l. more. col.* 3. & ibi Iaſ. *col.* 7. Deci. *col.* 4. *D. de iuriſd. omn. iud.* Decius in *l. non omnis. col.* 3. *D. ſi cert. pet.* Tum magis de communi notariorum* ſtylo apponitur, quàm iuſſu, vel intentione partium, vnde nihil operatur, vt not. Bar. in *l. 1. in* 6. *quæſt. in fi. D. de iure codicillo.* Panor. in *c. quintauallis. col.* 7. *verſ. ſed quia notarij de iureiur. & in diſput.* 2. *incip. ſtante ſtatuto col.* 5. *pulchre.* Alex. in *con.* 52. *circa hanc col* 8. *lib.* 4. Cur. ſenior. *con.* 3. *in fi.* Et concluſiuè dico quòd dicta clauſula debet ſecundum materiam ſubiectam actus cui apponitur accipi. Vnde ſi apponatur in contractu venditionis, ceſſionis, vel alterius alienationis, non importat niſi facultatem poſſeſſionis apprehendendæ, & non aliud, iuxta Bar. in *l. prædia. D. de acqui. vel amit. poſſeſſ.* & quod diximus j. §. 170. Si verò apponatur in contractu pignoratio, vel actum hypothecæ reſpiciat, refertur ad tempus moræ & ad corroborandam executionem pignorum, ex defectu ſolutionis ſecundum naturam hypothecæ. 17. ¶ * Aduerte etiam quòd quãuis in præfato themate ille redditus non fuerit malè conſtitutus, attento tempore contractus, quo indifferenter ſolebant conſtitui ad rationem vnius pro decem, tamen ceſſante omni redemptione debebat propter

* Patronus pro iuribus ſuis nõ poteſt conqueri de fraude vel ſimulatione.

* Clauſula executiua nõ diſponit nec ampliat.

* Promiſſum verba ſtylo nihil operãtur.

* Nota diff. de moderatione reddituum.

minoritatem pretij moderari, & reduci ad rationem vnius denarij pro duodecim, quam temperatam vſuram vocat Io. And. in *addi. Spec. de vſur. in addit.* 1. & iuſtis negotiatoribus permittitur. in *l. eos. C. de vſur. verſi. illos vero.* Vbi loquitur de vſura * beſſi, quæ fere reducitur ad rationem vnius denarij pro duodecim: hæc tamen æſtimatio vnius denarij pro duodecim, rectè computando paululum excedit beſſem, & eſt grauior vſura beſſi, de tertia parte vnius vnciæ quolibet anno. Et de ſpacio ſemeſtris ſuperaſſe complendo, vt clare probaui j. §. 57. Et hanc moderationem intellige, quando creditor extra iudicium ſine controuerſia eam conſentit, & offert: tunc enim puto quòd non debet ad minus reduci, attenta temporis antiquitate: ſed ſi creditor perſiſteret in iudicio impediendo moderationem, vel eſſet redditus, de recenti conſtitutus, tunc in odium nimiæ auaritiæ creditoris deberet reduci in rationem vnius denarij pro quindecim, quæ appropinquat vſuræ ſemeſſi omnibus permiſſæ, in *d. l. eos. verſi. ceterat*, adhuc tamen grauior eſt ſemiſſe, quia vſura ſemis non reddit ſortem, niſi in ſexdecim annis, & octo menſibus. Et ita intelligo & modifico areſta ſupremi huius ſenatus in moderationibus horum reddituum de quibus latius j. §. 57. Nec iſtud extra rem annotaui, quoniam ſi creditor huiuſmodi debitam moderationem faceret, vel pateretur, teneretur patronus ei ſtare, non obſtante infeudatione præcedenti, quæ non potuit fieri niſi cum vitiis & qualitatibus rei: vnde malè dicebat actor in præfata lite, nihil ſpectare ad patronum ſiue redditus ſit iuſto pretio conſtitutus, ſiue non: ſiue redimibilis, ſiue non: & quod indiſtincte de iuribus ſuis ſatisfieri debet, quia imo ad eum ſpectat: ius enim feudale redditus non poteſt in eum transferri, nec ei acquiri, niſi ſecundum capacitatem, iuſtitiam & qualitatem redditus.

* Vſura beſſi.

18. ¶ Aduerte etiam ad id quod ſupra diximus redemptione redditus redimibilis interire feudum redditus, vt procedat nedum in caſu redemptionis, ſed etiam generaliter quomodocunque talis redditus confundatur & extinguatur, ſiue ſucceſſione, ſiue delegatione, ſiue commutatione, ſiue liberali remiſſione: huiuſmodi enim omnia vicem ſolutionis & luitionis habent. *A ſtichum. Iagrant. §. additio. D. de ſolut. l. quamuis. §. interdum. D. ad Velleia. l. inuito. C. de ſolut.* Et non refert quocunque modo redditus reſolubilis reſoluatur, & ſic numquam locus eſt retractui feudali à debitore, ſed ſolum à tertio, ſi cui creditor redditum infeudatum vendat. Secus in non reſolubili, vt ſtatim dicam. Vlterius aduertendum quòd ſi præfatus redditus non fuiſſet redimibilis, puta ſi eſſet conſtitutus ad rationem trientalis vſuræ, vel ex diuiſione hæreditatis, aut permutatione ſimpliciter, vel cum pacto non redimendi, quòd his caſibus non eſt neceſſe exprimi, tunc valida fuiſſet prehenſio, & concluſiones actoris ei adiudicari debuiſſent. Ratio, quia tunc redditus nullomodo poteſt redimi, nec alio quouiſmodo extingui reſpectu patroni, in eius præiudicium. Et ſic quantum ad illum nulla fieret confuſio redditus, quocunque modo peruenirat ad ipſum debitorem, ſiue voluntaria redemptione, ſiue ſucceſſione, vel creditoris remiſſione. Sed ſemper & generaliter cenſetur velut acquiſitio redditus facta à tertia perſona. Et eſt ratio, quia directum dominium ipſius redditus, & ius feudale in dominio vtili eiuſdem redditus ſpectat ad patronum qui infeudauit: qui hoc reſpectu eſt verus & primitiuus creditor. Et ſic cùm debitor non ſucceſſerit patrono, nec ius patroni nactus fuerit, nulla quod ad patronum attinet fit confuſio. Et ſic æquè omnia iura & commoda feudalia à debitore exigere poterit, atque à tertio redditus acquiſitore. 19. ¶ Plus dico quòd poteſt cogere debitorem ad ponendum extra manus ſuas hunc redditum, quocunque modo in ius creditoris ſucceſſerit, & ad transferendum in perſonam idoneam conditioni clientelari. Ratio, tum quia in manu ipſiuſmet debitoris, poterit obliuione, vel aliàs de facili interire feudum redditus. Tum quia apud debitorem nunquam mutabit manum, niſi per viam ſucceſſionis: ſed in manu tertij frequentius poterit mutare manum, puta venditione, donatione, legato, aut aliis modis, quod etiam tetigi 5. §. 20. *gloſſ. 5. ad fin.* imo à debitore qui redemit redditum, vel mobilia loco pretij dedit in ſolutum, poterit patronus iure feudali retrahere, quemadmodum à tertio, vel ius quinti aut ſubquinti petere. Et nota quòd ratione conſtitutionis ipſius redditus nullum debetur quintum, vel ſubquintum, etiam ſi creditor infeudare velit, quia pro infeudatione nulla iura vtilia debentur: ſed ſola fidelitas, prout de prima infeudatione ſæpe dictum eſt: ſed ex ſequentibus mutationibus debebuntur Veruntamen quia infeudatio hinc inde metè voluntaria eſt, & eam recuſare poteſt patronus, etiam quinto pretij oblato, ſi receperit & infeudauerit, non tenetur reſtituere: quamuis in huiuſmodi infeudatione non conferat de ſuo beneficium, ſed de alieno ſcilicet ipſius creditoris infeudati. Ex his habes copioſam & quotidianam hanc materiam reddituum infeudatorum nouiter explicatam & reſolutam. Ceſſante autem infeudatione & in terminis huius §.

20. ¶ Quæro quomodo ſubuenietur creditoribus, colonis, & aliis quibuſcunque cauſam habentibus à vaſſallo? Hæc quæſtio tanquam multiplex in caſus particulares eſt diſtinguenda, & primo reſpectu creditorum habentium redditus, ſiue temporales, ſiue perpetuos, dicendum quòd agere debent contra vaſſallum eorum debitorem, eúmque diſcutere. Sed quid ſi non aliter ſoluendo, quàm de dicto feudo, vel forte vaſſallus non eſt niſi detentor feudi ſpecialiter huiuſmodi redditum hypothecati, & forte tædio hypothecarum, quæ fructus feudi æquant, vel abſorbent, non curat homagium præſtare patrono quem ex defectu hominis permittit frui. Quid facient creditores? non enim poſſunt agere contra tertium ſingularem ſucceſſorem feudi, quia non poſſidet: nec contra patronum, quia nullomodo tenetur eos agnoſcere. Debitor autem, & eius hæredes forte iam dudum decoxerunt, & non ſupereſt niſi iſtud feudum. ¶ * Nunquid creditores poſſint fidem & homagium & iura debita offerre patrono, vt feudum mancipetur? puto quòd non, nec tenetur patronus eos admittere, nec eorum nomine proprio, cùm non ſint verus vaſſallus nec debeant in fidem admitti, nec nomine veri vaſſalli, cùm non conſtet de mandato, & ſi conſtaret non tenetur niſi ex iuſta cauſa admittere fidelitatem per procuratorem. Videntur igitur creditores deſtituti omni remedio, quia etiam vaſſallus idémque debitor, poteſt feudum reſignare vel aliter committere patrono: quo facto, extinguitur & reſoluitur hypotheca creditorum, ſiue culpa & facto vaſſalli committatur, ſiue non. §. *rurſus. quib. mod. feud. amit. in vſib. feud.* Nec habent creditores recurſum de euictione hypothecæ contra vaſſallum, niſi ignorauerit qualitatem feudalem, vel niſi culpa vel facto vaſſalli feudum ſit commiſſum, vt no. Bal. Aluar. Præpo in *d. §. rurſus.* Contrarium eſt dicendum: quia feuda ſunt iudicanda ſicut bona patrimonialia, exceptis oneribus & conditionibus appoſitis à conſuetudine noſtra, & ſic non poteſt vaſſallus reſignare feudum patrono, niſi cum onere ſuo, & hoc caſu non perueniret ad patronum, vt patronum: ſed vt ad quemuis priuatum, ideo vt quilibet alius poſſeſſor conueniri poſſet, perſonalibus & hypothecariis, quamuis non poſſit his conueniri quando ſolum tanquam dominus feudalis, propter defectum iurium dominicalium poſſidet. Nec etiam aliter poteſt vaſſallus cedere vel transferre feudum, etiam in patronum,

* Non poſſit creditores ad recuperandã hypothecam offerre iura feudalia patrono.

niſi ſub eiſdem oneribus. Quando autem feudum fidelitate interrupta aperitur, & prænditur à patrono, quamuis ſit velut quaſi caducum, quandiu deficit clientelare obſequium, tamen in veritate non eſt caducum nec commiſſum: ſed adhuc in domino vel proprietate veteris vaſſalli, vel eius hæredis, aut cauſam habentis, qui etiam hoc reſpectu ſeclusis his quæ ſpectant ad patronum, cenſetur eſſe, & remanet verus dominus, & poſſeſſor feudi, vt prius, ante prehenſionem vt plenè diximus ſ. §. 1. *gl.* 4. *q.* 1, *num.* 23.

21. Dico igitur quòd non obſtante prehenſione feudali, poſſunt creditores agere nedum contra debitorem vel eius hæredem, ſed etiam contra tertium ſingularem ſucceſſorem feudi, nedum hypothecaria ratione domini vtilis dicti feudi, ſed etiam perſonali, tanquam contra poſſeſſorem dicti feudi, ad hoc vt teneatur ſoluere penſitationes temporis ſui, & continuare quandiu erit poſſeſſor. Nec poterit cauſari ſe non poſſidere, ſed patronum, quia imò poſſidet prout dictum eſt, tum quia ſaltem partem aliquam rei hypothecæ poſſidet, videlicet vtile dominium ſeu (vt vocant) proprietatem. aut ergo illi perpetuo renunciet in commodum creditorum, aut ſoluat iuxta not. j. §. 72. 291. Tum ſi non percipiat fructus & non plenè fruatur ſtat per eum, quòd non debita obſequia & iura præſtat patrono, & ſic ſatis plene poſſidere videtur. Et ſi forte iniuſtè moleſtaretur à patrono, nihil ad creditores habentes contra eum fundatam intentionem, ex eo quòd non eſt in totum excluſus: cùm patronus non prætendat niſi iura ſua feudalia. Et ſic iſte tertius adhuc maiorem & vtiliorem partem rei habet & poſſidet, & de ea diſponere poteſt.

22. ¶ Si vero nullus appareat prætendens ſe vaſſallum, vel vtilem dominum, ſeu vt vocant proprietarium, feudi prehenſi, cui forte iſte ſingularis ſucceſſor renunciauit: tunc poſſunt creditores agere contra patronum, & contra curatorem quem debita proprietariorum inquiſitione facta facient deputari illi vtili dominio, tanquam bonis vacantibus, ad hoc vt illud vtile dominium declaretur eius hypothecatum, vendatur & adiudicetur vltimo plus offerenti, qui clientelaria iura præſtet patrono, quo facto mancipationem feudi obtineat, & creditoribus ſoluat, quandiu poſſidebit. & de pretio venditionis ſatisfaciat tam pro iuribus vtilibus patroni, quam pro penſitationibus præteriti temporis, debitis creditoribus. Et conſtituto de eorum hypotheca, non poterit patronus impedire. Sed interim donec ſit facta adiudicatio, & donec emptor fidem patroni ſubierit, ſemper cedent fructus lucro ſolius patroni, qui ſemper interim remanebit poſſeſſor in ſua priſtina qualitate domini feudalis vt prius: nec etiam ſuper eum, ſed ſuper dicto curatore fiet ſubhaſtatio. Et dato quod commiſſarij quo ad formam, deputari poſſint ad illud vtile dominium, tamen nihil adminiſtrabunt, nec percipient, quandiu durabit prehenſio feudalis. Et hoc niſi forte detegeretur patronus differre, vel impedire friuolis incidentibus, aut appellationibus, dictam adiudicationem decreti & receptionem emptoris in fidem: tunc enim teneretur creditoribus ad eorum damna & intereſſe inter quæ veniret reſtitutio fructuum, pro rata temporis.

* An teneatur patronus curatorē bonorum vel feudi ad admittere.

23. ¶ Sed * quid ſi forte ſuperueniant multæ oppoſitiones prætendentium iura vel hypothecas, quæ ſunt audiendæ, probandæ, & diſcutiendæ de eorum meritis & prælatione, quæ longam inquiſitionem requirunt, & interim penſitationes augentur, fructus autem depereunt, & vtilis proprietas ſubhaſtata non erit ſuffectura, nunquid creditores iuſtè poſtulare poſſint, vt dictus curator nomine curatorio recipiatur in fidem à patrono, vel vt patronus teneatur ei dare inducias præſtandæ fidelitatis? Videretur quòd non, quum non ſit eorum conſuetudine, & ſic patronus iure ſuo vtendo nemini facit iniuriam, nec videtur cogendus ad gratiam faciendam. Contrarium puto, cùm ſit iuſta cauſa, & dummodo creditores de ſuo offerant, & ſoluant iura vtilia debita patrono, recuperaturi ſuper pretio futuræ venditionis, ſi ſuperfuerit. Et not. quòd patronus non tenetur præciſe admittere in fidem dictum curatorem nomine curatorio: ſed poteſt offerre dare inducias fidei, nec tenetur eas dare ſimpliciter, ſed limitatas ad certum tempus, infra quod veriſimiliter finiri poterit ſubhaſtatio, ne forte priuetur patronus commodo iurium ſuorum, ſi durarent vltra tempus vitæ vnius vel plurium hominum. Si autem velit admittere dictum curatorem in fidem, ſufficit, & ex tunc fructus percipientur à creditore, vel commiſſariis ad commodum creditorum. Et finitis inductis vel mortuo curatore, poterit patronus manum ſuam inicere tanquam feudo aperto: ſed non puto quòd à creditoribus alium curatorem pro fide præſtanda offerentibus poſſit petere aliquod releuium, vel aliud ius vtile. Sed ſi forte non ſit ſpes quòd de proximo finiri poſſit ſubhaſtatio, non tenebitur patronus iterum inducias dare, nec nouum curatorem in fidem recipere niſi ſub hoc pacto, quòd releuium debeatur per eius obitum, vel per aliud congruum (quod arbitrabitur) temporis ſpacium, ſi forte adhuc contingat nondum finiri ſubhaſtationem, & hoc ne patronus per hanc viam exorbitantem damnum iurium ſuorum patiatur, quemadmodum indemnitatis eius ratio haberi debet, ſi feudum ad manum (quod aiunt) mortuam perueniat, vt diximus j. §. 51. *q. ff.*

24. Secundo videndum eſt, quomodo ſubueniatur colono vaſſalli à patrono expulſo? Et dicendum quòd aut patronus capit fructus vi prehenſionis feudalis, ſiue ex defectu fidei, ſiue ex defectu catalogi, & colonus poteſt agere contra locatorem, vt parendo legi feudi faciat colonum vti frui: alioquin nedum in remiſſionem mercedis, ſed etiam ad omne damnum & intereſſe incurſum & incurrendum condemnetur, & indiſtincte ad hoc damnari debet locator, quia eius culpa, ſaltem caſu in perſonam locatoris contingente, impeditur colonus, hoc autem reſpectu damnorum & intereſſe limitari debet, niſi prehenſio eſſet iniuſta ſine facto & culpa locatoris ſuperueniens, vel perſeuerans, & hoc conſtet: tunc enim ſufficit locatori remittere penſionem per text. in *l. ſi fundus. in fin. cum l. ſeq. D. loca.* Et proſequi patronum pro damnis & intereſſe reſtituendis colono, quatenus eum tangit iuxtà *l. cum in plures. §. meſſem. D. loca.* Vel ſi non poſſit pro tunc proſequi, aut recuperare, cedet ſuas actiones colono. iuxta not. per Bartol. *in l. Iulianus. §. qui fundum. D. de verbor. oblig.* Et hæc ſi locatio eſt facta tanquam de re feudali: alioquin ſi locator ſubtricuit qualitatem rei, & colonus ignorauerit, tenetur locator indiſtincte ad eius omnia damna & intereſſe. *l. ſi quis domum. §. 1. l. ſi vno. §. vbicunque. D. locat.* Aut verò patronus capit fructus iure releuij, & anni electi, & tunc indiſtincte tenetur locator, nedum ad remiſſionem mercedis, ſed etiam ad damna & intereſſe coloni, quia iam conſtat propter locatoris debita hoc fieri. Eſt tamen limitandum, niſi colonus ſcienter conduxerit ſub id tempus pro quo huiuſmodi releuium erat acquiſitum patrono, qui elegerat, vel ſperabatur electurus fructus anni pro releuio, tunc enim ſufficit colono nulla alia falſa aſſertione ſeducto, remittere mercedem illius anni. Ex his ſatis colligi poteſt quid in cæteris à vaſſallo cauſam, vel iura quædam habentibus dicendum ſit. Et ſic remanet ſufficienter expedita copioſa materia huius §. non excedendo ad extranea.

25. Sed animum ſubit, quid econuerſo ſi vaſſallus non onerauerit feudum, ſed acquiſierit feudo, an horum commodum ſpectet ad patronum fruentem feudo, ſiue ſimpliciter ex defectu fidelitatis, ſiue ad

annum ratione relcuiorum. hæc quæſtio ſeſe in multa particularia effundit, quæ ſuis locis opportunè deducetur: ſumma tamen reſolutionis patet ex his quæ latè diximus *ſupra §. primo gloſſ. quinta.* diſtinguendo an vnio facta ſit feudo vt feudo, & in eadem qualitate feudali: an vero vt fundo, & ſeorſum ab hac feudali conditione eiuſdem feudi. Et ſecundum hoc, debemus apud nos decidere, non per §. *ſi. & ne. ibi per feudiſtas, de contrauer. inueſt. in vſib. feud.* Tranſeamus ad vlteriora.

---

§.* XXIX.

* Olim fuit 29.

ITEM ſi ladite main miſe eſt venuë à la connoiſſance du vaſsal, & nonobſtant ledit vaſsal enfraint ladite main miſe, il eſt tenu de rendre les fruicts & leuées par luy reçeuës durant & depuis ladite main miſe.

SI vaſſallus manus iniectionem patroni ad ſui notitiam peruentam infringat, tenetur reſtituere fructus quos per ſe vel per alium percepit durante manus iniectione. H. D.

XXIX.

Sed hic articulus fuit ita mutatus nouæ cõſuetudine.

SI le vaſſal enfraint ladicte main miſe venuë à ſa connoiſſance, il eſt tenu rendre les fruicts & leuées par luy reçeuës dés & depuis ladite main miſe.

XXX.

Hic articulus cum ſequente per nouam conſuetudinẽ adiectus fuit.

ET pourtant ledit ſeigneur feudal eſt tenu faire notifiẽr la main miſe à ſon vaſſal au principal manoir de ſon fief, du moins à celuy qui tient ledit fief, ou laboure les terres d'iceluy, ou par publication generale au proſne de l'Egliſe parrochiale dudit lieu ſaiſi, & faire enregiſtrer au greffe de la iuſtice dudit lieu.

XXXI.

LA ſaiſie feodale doit eſtre renouuelée de trois ans en trois ans, autrement n'a effect que pour trois ans, & pour l'aduenir demeurent les Commiſſaires deſchargez.

SVMMARIA §. XXIX.

1. *Quando ſimplex prehenſio obligat ad reddendum rationem de fructibus.*
2. *Non imminet mulcta ob nudam manus patroni iniectionem contemptam, ſecus ſi etiam eius commiſſarij expulſi.*
3. *Prehenſio indebita etiam iudice authore facta contemni poteſt.*
   No. de nudo iudicis præcepto.
4. *An poſt annum multa exigi poſſit.*
5. *Quanto tempore prehenſioni feudali facta, & rationibus reddendis præſcribatur.*

HÆc conſuetudo mitior eſt cæteris quæ vt plurimum infligunt mulctam vaſſallo infringenti prehenſionem domini directi.

1. Hæc autem reſtitutione fructuum contentatur. Vnde ſi patronus manum iniecerit feudo aperto, & nihilominus vaſſallus poſſederit vt prius, & neglexit adire dominum, & in eius fidem ſe conferre, & iuſta perſoluere, per ſeptem vel plures annos, quibus lapſis adit patronum, non tenetur eum recipere, nec oblationibus acquieſcere, niſi etiam negligens vaſſallus fructus offerat & reſtituat à tempore prehenſionis, & hoc dummodo prehenſio non fuerit occulta, ſed peruenerit ad notitiam vaſſalli, quod ciuiliter intelligitur: quia* non requiritur præcisè quòd peruenerit ad notitiam vaſſalli, ſed ſatis eſt illam eſſe factam in loco, tempore congruo, & notificatam vaſſallo ſi ſit in loco, vel eius colonis aut domeſticis, & ad vltimum vicinis, ita quòd veriſimiliter peruenerit vel peruenire debuerit ad notitiam vaſſalli, vt diximus 3. §. 11. *gloſſ. 4. no. 1.* Alioquin non obligat ad reſtitutionem fructuum, etiam ſi toto tempore vitæ ſuæ vaſſallus differret adire patronum & iuſta facere, quoniam quandiu patronus patitur vaſſallum frui, iuſte vaſſallus fruitur, vel authore hac conſuetudine 3. §. 61.

* Prehenſio feudi occulta non nocet.

2. Et not. quamuis nulla immineat mulcta propter contemptam prehenſionem ſola priuata manu domini factam vt hic, tamen ſi ſit facta authoritate & mandato iudicis ordinarij, vt eſt vſitatum, contrauenienti vaſſallo, & fructus percipienti non placato patrono imminet mulcta, quæ ſecundum qualitatem facti & culpæ iudicis arbitrio poterit infligi. *vt in l. vnica. D. ſi quis iudi. non obtempera.* Et ſi ſuperaddicta fuerit maior authoritas, & confortatio manus regiæ, maior imminebit mulcta, quæ tamen raro imponitur, & maxime quando nulla eſt facta ſequeſtratio, nec commiſſarij deputati ad regimen feudi pendente manus iniectione, tunc enim non cenſetur præcisè prohibitus vaſſallus ab adminiſtratione feudi, ſed cenſetur interpellatus de adeundo patrono, & iuſtis faciendis, & de conſeruandis & reſtituendis fructibus, donec moram purgauerit vt tactum eſt 3. §. 9. Sed ſequeſtratione facta ſeu potius reali reductione ad manum patroni commiſſariiſque deputatis, cenſetur interdictum vaſſallo ab omni perceptione fructuũ & adminiſtratione feudi. Quòd ſi nedum contemnat, ſed vim faciat commiſſariis, merito vltra reſtitutionem ablatorum pro qualitate admiſſi mulctandus eſt.

3. Et nota quòd ſi prehenſio fuerit facta ex falſa & indebita cauſa, & ſic nulla, vt dictum eſt *ſupra §. 1. gloſſ. 4. quæſt. 3. numero 25.* nulla imminet mulcta ſi non fuerit paritum, etiam ſi iudicis authoritate facta

Digitized by Google

sit, text. est in *l. prima. §. proinde. D. ne vis fiat ei qui in possess. miss. est.* quoniam huiusmodi mandatum iudicis sine causæ cognitione factum, si non sustentetur veritate causæ, remanet* nudum, & nullum. *l. cum vero. §. subuentum. D. de fideicommiss. libert.* per Bartol. & omnes in *l. iuste possidet. D. de acquirenda vel amittenda possess.* Quod ego intelligo, nisi forte vis quædam maior & iniuria facta sit in commissarios vel ministros iustitiæ. non enim licet via facti violenter vti, *vt in d. gl. 4. nu. 29.*

* Nudum iudicis præceptum.

4. Scripsit autem Guido Pap. *in decisione Delph. 359. in fi.* quòd si contra non obtemperantem in iudicio non inquiratur, nec* mulcta imponatur per annum, quòd lapso anno non poterit inquiri nec mulctari per *d. l. vnicam. in fi. D. si quis indic. non obtempera.* Sed aduerte quod illa lex non loquitur de mulcta iam inflicta per sententiam, cuius persecutio actione iudicati est perpetua. Sed de infligenda, cui de iure regulariter præscribitur anno, si agatur de inobedientia momentanea, & elapsa: secus si de inobedientia successiua, vt in casu præsenti, quia tunc semper oritur, seu incipit deberi, quandiu perseuerat contrauentio.

* An mulcta exigi possit per annum.

5. ¶ Super hoc tamen quoad præsens sic distinguendum puto, aut non fuerunt commissarij adhibiti, aut sic, primo casu lapsu* triginta annorum persecutioni prehensionis, & mulctæ, & restitutioni fructuum præscribitur. Si dominus à manu iniecta semper tacuerit, & præscriptionem non interruperit, quia tanto tempore etiam iura releuiorum, & actiones ad ea competentes extinguuntur. Imò ex tanti temporis silentio præsumuntur inducíæ, vel consensus patroni. *Arg. l. qui in aliena. §. 1. D. de acqui. vel omitt. hæred.* vbi per omnes scrib. & in *c. peruenit.* vbi *gl. Auth. de Butr. de emp. & vend.* Et si nondum fidelitas exhibita sit, nouâ prehensione opus est, ad compellendum vassallum metu amissionis futurorum fructuum. præteritorum querela sopita. Secundo casu idem dicendum si commissarij de facto non fuerint vsi commissione sua, sed permiserint vassallum frui. Si autem exercuerint commissionem, vel vassallus precario sub eius possessionis qualitate mutata vsus fuerit, nulla incipit currere præscriptio, donec interuersa possessionis causa, cœperit vassallus nomine suo vti. Et sic quandocumque voluerit vel patronus suum percipere, vel vassallus in fidem admitti, totius præteriti temporis fructuum ratio erit habenda, & restitutio facienda. Ex his breuiter & resolutiue habes quando tempore prehensioni feudali, & rationibus inde reddendis præscribatur. Et nota quòd quamuis dominus non intentauerit interdictum recuperandæ contra vassallum manus infractorem, nec formulam quam vocant redintegrandam: Tamen simplex libellus, aut verbalis petitio exhibito instrumento prehensionis, habet per hanc consuetudinem idem priuilegium, vt dominus ante omnia sit restituendus vel sui commissarij si soli agunt vt possunt. Adde Angel. Perus. *l. clam. possidere. §. quamuis. col. 1. D. de acquir. vel. amitt. possess.*

* Triginta annis nuda prehensio feudalis præscribitur.

---

* §. XXXII.

* Olim fuit 31. §.

ITEM tout homme noble tenant fief est tenu & reputé aagé à l'aage de 20. ans & la fille à 15. ans accomplis quant à la foy & hommage & administration de fief.

OMnis nobilis tenens feudum, habetur & reputatur ætatis legitimæ, in ætate 20. si sit masculus, & in ætate quindecim si sit femina, annorũ completorũ, quantum ad fidelitatem & homagiũ & administrationẽ feudi.

Hic articulus per nouam consuetudinẽ ita mutatus fuit.

TOVT homme tenant fief est tenu & reputé aagé à vingt ans, & la fille à quinze ans accomplis quant à la foy & hommage & charge de fief.

SVMMARIA §. XXXII.

1. ¶ *Q. 1. Nedum ex parte vassalli, sed etiam ex parte patroni requiritur ætas hic expressa.*
2. ¶ *Q. 2. Ad hoc vt minore 25. an. sufficiat ætas hic expressa tria requiruntur.*
3. ¶ *Q. 3. Vassallus tamen minor sibi consulere potest, & actus sibi vtiles per se facere ante ætatem hic præfixam.*
4. ¶ *Q. 4. Vtrum nouus patronus minor hac ætate possit vti beneficio §. 46. ĩ. eod.*
5. 6. ¶ *Q. 5. An & quando patronus aut clients circa actus feudales possint restitui in integrum.*

CVM isto §. expediemus §. 29. ĩ. *eod.* qui omnino conformatur saluo quod ex illius generalitate iste §. extenditur, vt habeat locum siue in nobili siue ignobili.

1. ¶ Quæro primo an hic textus habeat locum in patrono, vt non habeat legitimam ætatem ad administrationem & exercitium feudalium ante tempus hic præfixum. Videtur quòd sic. arg. à correlatiuis in quibus dictum de vno etiam de alio dictum censetur. vt est text. in *l. fi.* & ibi Bart. Ang. Ias. *C. de indi. vnd. toll. l. cum emptor. D. de rescin. empt. l. veteres. D. de fort. emp. l. fi. D. de acceptilation.* Patronus & vassallus sunt correlatiua & ad paria iudicantur. text. & gl. in *c. vn. de for. fid. inf.* & ibi Bald. Aluar. etiam in pœnalibus. §. *domino. fi. si de feud. fuer. contr. inter dom. c. vn. qual. do. propr. feud. prin. in vsib. feud.* In contrarium facit series horum text. qui sequuntur solum de vassallo, vnde non videtur inferendum ad patronum, sed relinquendum in iure communi, attento quod potest dari diuersitatis ratio, quæ est quod quamuis vassallus non sit omni ætate idoneus ad seruitium & obsequium domini, tamen dominus omni ætate indigere potest. Sed penitius considerando puto quod potior huius consuetudinis ratio est, quoniam actus feudales sunt actus seriosi & prudentum, dedecentes eos qui nondum stabilem mentem adepti sunt, ad quam requiritur ætas idonea, vt in simili inquit text. in *l. fin. C. de test. mil.* Et ad hoc ætatem idoneam consuetudo nostra interpretatur eam quæ in hoc §. Vnde cum hæc ratio militet etiam ex parte patroni, puto etiam in eo locum habere hunc text. confirmatur per locum ab absurdo, sequeretur enim aliquem esse idoneæ ætatis ad exigendum per se, & recipiendum homagia clientum suorum, &

Digitized by Google

tamen non esse idoneæ ætatis, sed indigere curatore ad subeundam fidem erga superiorem patronum ratione eiusdem feudi. Et concludo generaliter quod quantum ad exercendum actus feudales siue dominicos siue clientelares, & quantum ad administrationem feudi siue dominantis, siue seruientis, ætas requisita & sufficiens est illa quæ in hoc textu.

1. Secundo quæro, vtrum hic textus procedat quo ad omnes actus? Resp. Debet sanè intelligi & limitari vt procedat tribus concurrentibus. Primum, inquantum actus sunt feudales, pura fidelitatem facere, illam recipere, manum iniicere vel leuare. Secundum in quantum sunt actus administratorij, puta inuestituram renouare, vel inducias fidei præstandæ indulgere. Secus si ageretur de noua inuestitura, quia non posset fieri sine decreto & solennitate requisita in alienationibus prædiorum minorum. *c. 1. in princ. per quos fiat inuest. in vsib. feud.* Et hæc duo patent in hoc text. Tertium, dummodo non sit prouisum de alio administratore, & istud suppletur à iure. Vnde si patronus impleuit vicesimum annum, sed habeat curatorem, non poterit solus dilationem fidei præstandæ dare vassallis suis, stabit ad voluntariam & gratiosam, sed benè verissimam & debitam, alias liberales inducia datæ à minore valent tantisper dum silet, *vt infra* §. 61. Sed vt inquantum ad nimis longum tempus siue causa se obligauit, restitui potest. Ita si habet curatorem, ex liberali remissione vel dilatione, & ea non obstante poterit curator nomine curatorio manum iniicere, & fructus patrono acquirere. Similiter non valebit hoc casu notificatio nouæ acquisitionis, nec oblatio iurium, nisi etiam ad personam curatoris, vel eius authoritate facta sit. Si autem careret curatore, valerent actus à solo patrono, vel cum eo gesti si dictam ætatem attigerit, non autem si sit intra eam, prout diximus *supra* § 10. *gloss.* 11. *num.* 9. Et econuerso vassallum qui attigit vicesimum annum, tenetur patronus admittere in fidem, si curatorem non habet vassallus. Alioquin non tenetur admittere sine authoritate curatoris.

3. § TERTIO iuxta hæc quæro, eodem continuato themate, nunquid vassallus poterit solus sine curatore adire patronum, vel inducias fidei postulare, vel iusta offerre, notificare, & exhibere ad effectum ne patronus iustè prehendere possit, & fructus lucrari, vel post quadraginta dies retractu vti? Dicendum quòd sic, etiam si nondum dictam ætatem attigisset, dummodo aliàs oblatio aut notificatio sit plena & sufficiens cum effectu, & non subsit aliquid captiosum patrono. Et ad hoc moueor, quia hæc consuetudo non intendit nocere, sed potius consulere minoribus, & sic non prohibet, quin minor etiam ante ætatem hic præfixam, possit facere vel accipere ea quæ sunt ad sui vtilitatem. Sed vult quòd nihil, etiam circa actus simplicem administrationem, & non alienationem feudi vel iurium eius importantes, facere possit in sui damnum vel præiudicium, nisi hanc ætatem attigerit, ab eóque administratio sublata non fuerit. Vnde si patronus dederit inducias fidei pupillo, vel eum admiserit in fidem, quamuis ad hoc vltimum non teneretur, valet & tenet in præiudicium patroni maioris. Sed non valeret in præiudicium patroni minoris hac ætate, nisi respectu induciarum à se debitarum. Potest enim minor bonam fidem agnoscere. Vult etiam hæc consuetudo, quòd patronus non possit cogere vassallum, nec teneatur eum admittere ad clientelare obsequium ante hanc ætatem, & econuerso. Sed * non prohibet quin ante hanc ætatem, possit minor etiam curatorem habens, & sine curatore, facere actum sibi vtilem, eodem modo quo posset eius curator etiam inuito patrono facere, qualis est simplex notificatio, & exhibitio ad finem excludendi retractum feudalem lapsu quadraginta dierum. argum. not. per *gloss.* Angel. Ioan. de Imo l. in *l.* 2.

* Minor in actu sibi vtili non indiget authoritate.

A *per illum text. D. de accepti.* Bald. in *l. neque tutoris. per illum text. C. de contrab. & commit. stipulat. in l. non eo minus.* & ibi Ias. *C. de procura.* Alexand. Ias. in *l. more. colum. 2. D. de acquirend. vel omitten. hæredit.* Philip. Deci. in *consil. 331. col. 2. & alib ad hoc infinitis locis.* Et multo fortius viuente patrono potest infans qui fari potest, siue de nouo, siue de veteri feudo ad sui vtilitatem sine tutore inuestiri, iuxta ea quæ nouè & plenè dixi in *l. 1. in princip. de verbor. obligation. in lectu. Tubingensi & Dolana.* Ad hoc text. stit. *de auctor. tutor. in princip.* Et quæ tradunt Bar. Alexand. Iaso. in *l. de pupillo in principio de noui oper. nunciat.*

4. QVARTÒ quæro, an nouus patronus, minor hac ætate, possit facere proclamationes, de quibus *infra* §. 65. Videtur quòd sic, cùm sit vtile vt lapsus quadraginta diebus, possit antiquorum vassallorum negligentium feuda prehendere & fructus lucracri. Respondè, non potest cum effectu per hunc text. nisi adhibito tutore vel curatore, quoniam etiam infantis patroni interest feudalia iura recognosci, & præstari non expectata ætate hic discripta Vnde puto eius personam ad hoc legitimari posse tutore vel curatore adhibito. Et ita hunc text. limitandum, scilicet respectu nouorum vassallorum, & etiam antiquorum voluntariorum. Non autem in præiudicium veterum vassallorum ne nimium grauentur pluribus successiuè pupillis patroni morientibus. Poterit igitur tutor vel curator prædictas proclamationes facere, clientelaria obsequia exigere, vel manum iniicere, & fructus pupillo acquirere, contra nouos vassallos, id est, quorum respectu feudum est apertum, quod etiam potest sine dictis proclamationibus. Vassallus autem siue nouus siue antiquus, non tenetur fidelitatem facere, nec inuestituram recipere à patrono minore hac ætate, sine tutoris, vel curatoris authoritate. Non enim tenetur aliquid gerere cum persona minus legitima in sui periculum & captionem. Et ex consequenti necessario non poiest patronus minor, sine prædicta authoritate interpellare antiquum vel nouum vassallum, de fide præstanda, vel iuribus etiam vtilibus soluendis, nec de catalogo præstando. Nec in horum defectum efficaciter manum suam iniicere. Si autem hanc ætatem excesserit, & curatorem non habeat, hæc omnia solus potest, nec indiget curatore nisi forte super oppositione vassalli, vel discordia catalogi lis oriatur. §. *primo. inst. de curato.*

5 QVINTO vlterius quæro, vtrum patronus, aut cliens, restitui* possint in integrum, si post hanc ætatem, sed infra viginti quinque annos, lædantur super huiusmodi administratione feudalium? Possem hic deducere theoriam Bal. in *auth. si captiui. q. 1. col. 2. C. de epis. & cler.* quam late tractant Alexan. Franc, Aret. & *alij in l. more. D. de acquir. vel omitt. hæred.* Sed quia consuetudo nostra quamuis disponat de ætate, tamen non disponit generaliter, nec quo ad omnia, sed solum quo ad quædam. Ideo videtur potius dispensatio, quàm ætatis limitatio, vt in simili not. Paul. Decius. in *l. solet. colum. 1. D. de iurisd. omn. iudic. in l. pactum quod dotali. col. 4. C. de collat.* dicta theoria non est ad propositum, saltem non loquitur de hoc membro, nisi forte inquantum loquitur de simplici permissione ad quam hæc quæst. videtur adaptari. Sed nec in hoc sequor d. theoriam quantum ad præsens. Ideo pro breui resolutione sic distinguo: Aut læsio prouenit per lapsum temporis à consuetudine præfixi, & ex dispositione consuetudinis, aut immediatè prouenit ex facto patroni vel clientis. Primo casu, nullus est locus restitutioni, puta ex parte patroni si debitam notificationem venditionis contempserit, & non fuerit vsus retractu feudali infra quadraginta dies. Et ex parte clientis, si proclamationes noui patroni vltra

* An & quando sit locus restitutioni in feudalib.

quadra-

quadraginta dies neglexerit,& feudo prælenſo fructus amiſerit. In his & ſimilibus non eſt ſpes reſtitutionis. *per no. 5. §. 1 glo. 7. & §. 20. glo. 2.* Et quia authoritate huius conſuetudinis non debet quis decipi. *l. 1. C. de his qui veni. æta. impetra.* facit quod no. Bal. in *l. ſi emancipata in 1. not.* & ibi Iaſo. *colum. 1.* quòd renunciatio tacita quæ inducitur à lege per lapſum temporis, magis præiudicat & magis excludit, quam renunciatio vel repudiatio expreſſa. Iaſ. in *l. ſi conſtante in prin. col. 26. D. ſolut. matrimon. & in l. fin. col. 2. C. de repud. hared.* Secundo caſu poteſt eſſe locus reſtitutioni ſecundum qualitatem læſionis nedum ex capite minoris ætatis, ſed etiam ex capite maioris, vel ex clauſula generali ſi qua iuſta cauſa. vt in *l. 1. D. ex quib. cauſ. maio.* Nimis prolixum foret omnia quæ circa hæc occurrunt deducere. 6. ¶ Sed vt ſummatim habeas ſubdiſtinguo. Aut læſio conſiſtit in hoc, quòd patronus in fidem admiſit vaſſallum nondum ſolutis iuribus, vel in eo quòd conceſſit inducias præſtandæ fidei. Et ſic amiſit viam promptam iura ſua vtilia percipiendi medio prehenſionis, & etiam amiſit occaſionem lucrandi fructus. Aut conſiſtit in hoc quòd iura ſua vtilia, puta releuium, vel partem remiſit, vel longam ſolutionis dilationem ſine cauſa dedit. Primo caſu non eſt locus reſtitutioni, tum quia non cenſetur patronus læſus hoc reſpectu, ex quo nihil amiſit, quamuis lucrum, imò pœnam remiſerit, ſeu non irrogauerit, cuius (quum ſolam duritiem contineat) non eſt probabile intereſſe *l. ſed ea lege. D. de ſer. export.* Tum non certat reſtitui ad lucrum quæſitum, ſed quærendum, & incertum, vnde potior eſt conditio vaſſalli, qui non debet authoritate conſuetudinis decipi. Fallit ſi vaſſallus doloſe extorſerit inueſtituram, vel inducias, quia probato dolo, permitteretur patrono iure ſuo vti, non obſtante inueſtitura prius reuocata vel reſciſſa. Sed in ſimplicibus inductis nulla reſciſſione opus eſt, quoniam non perimunt ipſo iure: ius & poteſtatem prehendendi. *l. 2. inſi. D. de exceptio.* Ideo mero iure & cum effectu poteſt patronus prehendere, & in caſu oppoſitionis aduerſus exceptionem inductarum replicabit de dolo. Inueſtitura autem prius reuocari debet, niſi fuiſſet ad certam aliam cauſam, vel tempus, aut conditionem limitata, vt ſupra §. 1. *glo. fi. & §. 26.* Et idem dicendum in ſimilibus, vt generaliter in feudalibus aduerſus gratiam quæ non infert damnum, ſed tantum impedit lucrum futurum non datur reſtitutio, maximè cùm id accedat naturæ feudi, quod eſt beneficium & in benignitate conſiſtit, vt ſæpe dictum eſt. Secundo caſu ſi non ſit modica læſio, puto reſtitutionem dandam: & multo fortius ſi læſio contingat in proprietate, puta ſi patronus non reprobauerit catalogum in certis articulis, in quibus expediebat, vel inueſtierit vaſſallum ad plures res, vel iura quàm eſſet debitum. Et è conuerſo idem dicendum ex parte vaſſalli. Et his caſibus locus eſſe poterit reſtitutioni nedum ex capite minoris, ſed etiam maioris ætatis. Quid ſi eiuſdem feudi ſint plures vaſſalli vel patroni alij minoris, alij maioris ætatis: dictum infra §. 41.

¶ Ex prædictis facile ſoluitur quæſtio quam nuper multum controuerſam vidi ſuper ſimile fere conſuet. Aurelianenſi §. 31. 24. 35. 56. 75. mater habens feudum ſub conſuetud. Aurelia. ſitum, obiit relicto viro, & filia, filióque muto & ſurdo minoribus. Pater tanquam habens cuſtodiam impetrat à domino feudi anno 1551. inducias donec liberi ſint in ætate ſufficienti. Deinde obiit, & eius gener factus eſt curator fratris vxoris anno 1556. Dominus autem feudi vltima Iunij 1558. manum injecit ex defectu hominis & iurium. Videtur fundata intentio domini in *d. conſuet. §. 33. 34.* vbi quando minoribus, ſiue nobilibus, ſiue paganis datur tutor vel curator, debetur releuium. Ergo ex anno 1556. creatio-

A ne Curatoris debetur releuium, nec inducíæ præcedentes intelliguntur præiudicare iuri poſtea in nouo facto vaſſalli, vel in eius perſonam cadente quærendo dominio. Nec obſtat ſi negetur releuium deberi ex eo quod vaſſallus eſt ſurdus & mutus, & hac ratione datus eſt ei curator perpetuus. Quo caſu releuium non debetur per dictam conſuetudinem §. 75. quia concurrentibus naturali & accidentali cauſa præualet naturalis. Ita quòd minori 25. annis furioſo datur, & dari * cenſetur curator vt minori, non vt furioſo. *l. qui habet.* & ibi Bart. *D. de tutel.* Ergo debetur vt eſt releuium, quia vaſſallus erat tantum octodecim vel nouemdecim annorum. Et ſic infra ætatem viginti annorum & vnius diei quem dicta conſuet. §. 49. præfigit. Quibus non obſtantibus B reſpond. prehenſionem nullam ſiue iniuſtam, & cum impenſis, damnis & intereſſe retractandam: & inſuper nullum deberi releuium nec via quidem actionis, ſed à prehenſione & releuio curatorem diffinitiue abſoluendum de nullitate prehenſionis; probo, quia datæ ſunt inducíæ ætatem idoneam præſtandi fidelitatem, quæ ætas nondum venit, ſed adhuc durat minor ætas ex hypotheſi, & ſic vaſſallus eſt æquipollenter in fide, & erit donec viceſimum annum & diem vnum expleuerit *per §. eiuſdem conſuet. qui eſt ſimilis §. 42. infra eo.* Igitur interim non minus iniuſta prehenſio in vaſſallum in fidem receptum: etiam ſi quædam iura deberet quæ eo caſu via actionis tantum & non via prehenſionis exigi poſſunt, & ſic dato quod per dictam cautelam deberetur releuium. 8. ¶ Tamen dominus non poteſt vti via C prehenſionis ex defectu hominis cum vaſſallus fuerit, & ſit æquipollenter in fide pendente tempore ætatis à conſuetudine præfixo, quod adhuc durat: & ad quod dictæ inducíæ expreſſim referuntur. Quemadmodum ſi vaſſallo minori annis curatore carenti dominus inducias fidei dediſſet, ſi interim contingat vaſſallo curatorem dari, quamuis rigore dictæ conſuetudinis §. 31. §. 34. (quæ in hoc iniuſta eſt & corrigenda) acquiſitum ſit releuium domino, tamen non poteſt illud petere niſi via actionis pendentibus his inducíis quę per curatelam ſuperuenientem nullomodo ſunt reſolutæ. Sed inſuper dico nullum hic deberi releuium, quia vaſſallus nouus non fuit per antiquum relictus abſque cuſtode, ſed relictus eſt ſub cuſtodia patris qui illam exercuit quamdiù vixit. Et * ſic non minus acquiſiuit liberis ſuis immunitatem à releuio, quàm primogenitus ſecùndogenitus D ſub ea conſuet. §. 35. Nec per mortem cuſtodis debetur releuium, nec per ſubrogationem tutoris vel curatoris in locum decedentis vel cedentis cuſtodiet, ſed tantum in caſum quo minores nunquam habuerunt cuſtodem nec paternum, nec maternum. Ita quod initio eis prouidetur vel prouideri debet de extraneo tutore vel curatore, hæc autem conſuet. iniuſta & exorbitans quæ in his terminis loquitur ad illos reſtringi debet & nullomodo extendi. *l. quod non ratione. D. de legib. l. quia actionem. D. de præſcr. verb.* nec obſtat quod dominus erat fœmina domina de Cherſonnille in Belſia minor vigintiquinque annis, quæ vult in integrum reſtitui à dictis inducíis, non enim poteſt reſtitui cum eſſent debitę nec potuiſſent denegari, imo etiam ſi nõ dediſſent ipſo iure debentur. Plus dico quod etiam dictus gener ratione vxoris nullum debet releuium vtpote exemptus per eius fratrem qui erat in fide æquipollenter per dictas inducias & §. 35. *& 49. dicta conſuet. Ibi porte la foy.* debet intelligi etiam æquipollenter per inducias per *d. §. 56.* de quo tamen diſputari poteſt ſub dict. conſuetudine ſufficit tamen prehenſionem eſſe nullam, nullúmque releuium deberi pro omni portione feudi ſpectante ad filium. Ex his habes verum intellectum dictæ conſuet. ſuper. §. 31. 34. 35.

* Naturalis cauſa magis quam accidentalis.

* Declaratiũ conſuet. Aurelian.

by Google

tamen non esse idoneæ ætatis, sed indigere curatore ad subeundam fidem erga superiorem patronum ratione eiusdem feudi. Et concludo generaliter quod quantum ad exercendum actus feudales siue dominicos siue clientelares, & quantum ad administrationem feudi siue dominantis, siue seruientis, ætas requisita & sufficiens est illa quæ in hoc textu.

2. Secundo quæro, vtrum hic textus procedat quo ad omnes actus? Resp. Debet sanè intelligi & limitari vt procedat tribus concurrentibus. Primum, inquantum actus sunt feudales, puta fidelitatem facere, illam recipere, manum iniicere vel leuare. Secundum in quantum sunt actus administratorij, puta inuestituram renouare, vel inducias fidei præstandæ indulgere. Secus si ageretur de noua inuestitura, quia B non posset fieri sine decreto & solennitate requisita in alienationibus prædiorum minorum. *c. 1. in princ. per quos fiat inuest. in vsib. feud.* Et hæc duo patent in hoc text. Tertium, dummodo non sit prouisum de alio administratore, & istud suppletur à iure. Vnde si patronus impleuit vicesimum annum, sed habeat curatorem, non poterit solus dilationem fidei præstandæ dare vassallis suis, stabit ad voluntariam & gratiosam, sed benè verissimam & debitam. alias liberales inducie datæ à minore valent tantisper dum silet, *vt infra* §. 61. Sed vt inquantum ad nimis longum tempus sine causa se obligauit, restitui potest. Ita si habet curatorem, ex liberali remissione vel dilatione, & ea non obstante poterit curator nomine curatorio manum iniicere, & fructus patrono acquirere. Similiter non valebit hoc casu notificatio nouæ acquisitionis, nec oblatio iurium, nisi etiam ad personam curatoris, vel eius authoritate facta sit. Si autem careret curatore, valerent actus à solo patrono, vel cum eo gesti si dictam ætatem attigerit, non autem si sit intra eam, prout diximus *supra* § 20. *gloss.* 11. *num.* 9. Et econuerso vassallum qui attigit vicesimum annum, tenetur patronus admittere in fidem, si curatorem non habet vassallus. Alioquin non tenetur admittere sine authoritate curatoris.

3. ¶ TERTIO iuxta hæc quæro, eodem continuato themate, nunquid vassallus poterit solus sine curatore adire patronum, vel inducias fidei postulare, vel iusta offerre, notificare, & exhibere ad effectum ne D patronus iustè prehendere possit, & fructus lucrari, vel post quadraginta dies retractu vti? Dicendum quòd sic, etiam si nondum dictam ætatem attigisset, dummodo aliàs oblatio aut notificatio sit plena & sufficiens cum effectu, & non subsit aliquid captiosum patrono. Et ad hoc moueor, quia hæc consuetudo non intendit nocere, sed potius consulere minoribus, & sic non prohibet, quin minor etiam ante ætatem hic præfixam, possit facere vel accipere ea quæ sunt ad sui vtilitatem. Sed vult quòd nihil, etiam circa actus simplicem administrationem, & non alienationem feudi vel iurium eius importantes, facere possit in sui damnum vel præiudicium, nisi hanc ætatem attigerit, ab eóque administratio sublata non fuerit. Vnde si patronus dederit inducias fidei pupillo, vel eum admiserit in fidem, quamuis ad hoc vltimum non teneretur, valet & tenet in præiudicium patroni maioris. Sed non valeret in præiudicium patroni minoris hac ætate, nisi respectu inductarum à se debitarum. Potest enim minor bonam fidem agnoscere. Vult etiam hæc consuetudo, quòd patronus non possit cogere vassallum, nec teneatur eum admittere ad clientelare obsequium ante hanc ætatem, & econuerso. Sed * non prohibet quin ante hanc ætatem, possit minor etiam curatorem habens, & sine curatore, facere actum sibi vtilem, eodem modo quo posset eius curator etiam inuito patrono facere, qualis est simplex notificatio, & exhibitio ad finem excludendi retractum feudalem lapsu quadraginta dierum. argum. not. per *gloss.* Angel. Ioan. de Imo l. in *l.* 2.

* Minor in actu sibi vtili non indiget authoritate.

A *per illum text. D. de accepti.* Bald. in *l. neque tutoris. per illum text. C. de contrab. & commit. stipulat. in l. non eo minus.* & ibi Iaf. *C. de procura.* Alexand. Iaf. in *l. more. colum. 2. D. de acquirend. vel omitten. hæredit.* Philip. Deci. in *consil. 331. col. 2. & alibi ad hoc infinitis locis.* Et multo fortius viuente patrono potest infans qui fari potest, siue de nouo, siue de veteri feudo ad sui vtilitatem sine tutore inuestiri, iuxta ea quæ nouè & plenè dixi in *l. 1. in princip. de verbor. obligation. in lectu. Tubingensi & Dolana.* Ad hoc text. stit. *de auctor. tutor. in princip.* Et quæ tradunt Bar. Alexand. Iaso. in *l. de pupillo in principio de noui oper. nunciat.*

4. QVARTÒ quæro, an nouus patronus, minor hac ætate, possit facere proclamationes, de quibus *infra* §. 65. Videtur quòd sic, cùm sit vtile vt lapsis quadraginta diebus, possit antiquorum vassallorum negligentium feuda prehendere & fructus lucracri. Respondeo, non potest cum effectu per hunc text. nisi adhibito tutore vel curatore, quoniam etiam infantis patroni interest feudalia iura recognosci, & præstari non expectata ætate hic discripta Vnde puto eius personam ad hoc legitimari posse tutore vel curatore adhibito. Et ita hunc text. limitandum, scilicet respectu nouorum vassallorum, & etiam antiquorum voluntariorum. Non autem in præiudicium veterum vassallorum ne nimium grauentur pluribus successiuè pupillis patroni morientibus. Poterit igitur tutor vel curator prædictas proclamationes facere, C clientelaria obsequia exigere, vel manum iniicere, & fructus pupillo acquirere, contra nouos vassallos, id est, quorum respectu feudum est apertum, quod etiam potest sine dictis proclamationibus. Vassallus autem siue nouus siue antiquus, non tenetur fidelitatem facere, nec inuestituram recipere a patrono minore hac ætate, sine tutoris, vel curatoris authoritate. Non enim tenetur aliquid gerere cum persona minus legitima in sui periculum & captionem. Et ex consequenti necessario non poiest patronus minor, sine prædicta authoritate interpellare antiquum vel nouum vassallum, de fide præstanda, vel iuribus etiam vtilibus soluendis, nec de catalogo præstando. Nec in horum defectum efficaciter manum suam iniicere. Si autem hanc ætatem excesserit, & curatorem non habeat, hæc omnia solus potest, nec indiget curatore nisi forte super oppositione vassalli, vel discordia catalogi lis oriatur. §. *primo. inst. de curato.*

5. QVINTO vlterius quæro, vtrum patronus, aut cliens, restitui* possint in integrum, si post hanc ætatem, sed infra viginti quinque annos, lædantur super huiusmodi administratione feudalium? Possem hic deducere theoriam Bal. in *auth. si captiui. q. 1. col. 2. C. de epis. & cler.* quam late tractant Alexan. Franc, Aret. & *alij in l. more. D. de acquir. vel omitt. hæred.* Sed quia consuetudo nostra quamuis disponat de ætate, tamen non disponit generaliter, nec quo ad omnia, sed solum quo ad quædam. Ideo videtur potius dispensatio, quàm ætatis limitatio, vt in simili not. Paul. Decius in *l. solet. colum. 1. D. de iurisd. omn. iudic. in l. pactum quod dotali. col. 4. C. de collat.* dicta theoria non est ad propositum, saltem non loquitur de hoc membro, nisi forte inquantum loquitur de simplici permissione ad quam hæc quæst. videtur adaptari. Sed nec in hoc sequor d. theoriam quantum ad præsens. Ideo pro breui resolutione sic distinguo: Aut læsio prouenit per lapsum temporis à consuetudine præfixi, & ex dispositione consuetudinis, aut immediatè prouenit ex facto patroni vel clientis. Primo casu, nullus est locus restitutioni, puta ex parte patroni si debitam notificationem venditionis contempserit, & non fuerit vsus retractu feudali infra quadraginta dies. Et ex parte clientis, si proclamationes noui patroni vltra quadra-

* An & quando fit locus restitutioni in feudalib.

quadraginta dies neglexerit,& feudo prahenſo fructus amiſerit. In iis & ſimilibus non eſt ſpes reſtitutionis. *per no. 5. §. 1. glo. 7. & §. 10. glo. 2.* Et quia authoritate huius conſuetudinis non debet quis decipi. *l. 1. C. de his qui veni. æta. impetra.* facit quod no. Bal. in *l. ſi emancipata in 1. not.* & ibi Iaſo. *colum. 1.* quòd renunciatio tacita quæ inducitur à lege per lapſum temporis, magis præiudicat & magis excludit, quam renunciatio vel repudiatio expreſſa. Iaſ. in *l. ſi conſtante in prin. col. 16. D. ſolut. matrimon. & in l. fin. col. 2. C. de repud. haered.* Secundo caſu poteſt eſſe locus reſtitutioni ſecundum qualitatem læſionis nedum ex capite minoris ætatis, ſed etiam ex capite maioris, vel ex clauſula generali ſi qua iuſta cauſa. vt in *l. 1. D. ex quib. cauſ. maio.* Nimis prolixum foret omnia quæ circa hæc occurrunt deducere. 6. ¶ Sed vt ſummatim habeas ſubdiſtinguo. Aut læſio conſiſtit in hoc, quòd patronus in fidem admiſit vaſſallum nondum ſolutis iuribus, vel in eo quòd conceſſit inducias præſtandæ fidei. Et ſic amiſit viam promptam iura ſua vtilia percipiendi medio prehenſionis, & etiam amiſit occaſionem lucrandi fructus. Aut conſiſtit in hoc quòd iura ſua vtilia, puta releuium, vel partem remiſit, vel longam ſolutionis dilationem ſine cauſa dedit. Primo caſu non eſt locus reſtitutioni, tum quia non cenſetur patronus læſus hoc reſpectu, ex quo nihil amiſit, quamuis lucrum, imò pœnam remiſerit, ſeu non irrogauerit, cuius (quum ſolam duritiem contineat) non eſt probabile intereſſe *l. ſed ea lege. D. de fer. export.* Tum non certat reſtitui ad lucrum quæſitum, ſed quærendum, & incertum, vnde potior eſt conditio vaſſalli, qui non debet authoritate conſuetudinis decipi. Fallit ſi vaſſallus doloſe extorſerit inueſtituram, vel inducias, quia probato dolo, permitteretur patrono iure ſuo vti, non obſtante inueſtitura prius reuocata vel reſciſſa. Sed in ſimplicibus induciis nulla reſciſſione opus eſt, quoniam non perimunt ipſo iure: ius & poteſtatem prehendendi. *l. 2. infi. D. de exceptio.* Ideo mero iure & cum effectu poteſt patronus prehendere, & in caſu oppoſitionis aduerſus exceptionem inducíarum replicabit de dolo. Inueſtitura autem prius reuocari debet, niſi fuiſſet ad certam aliam cauſam, vel tempus, aut conditionem limitata, vt ſupra §. 1. *glo. fi. & §. 26.* Et idem dicendum in ſimilibus, vt generaliter in feudalibus aduerſus gratiam quæ non infert damnum, ſed tantum impedit lucrum futurum non datur reſtitutio, maximè cùm id accedat naturæ feudi, quod eſt beneficium & in benignitate conſiſtit, vt ſæpe dictum eſt. Secundo caſu ſi non ſit modica læſio, puto reſtitutionem dandam: & multo fortius ſi læſio contingat in proprietate, puta ſi patronus non reprobauerit catalogum in certis articulis, in quibus expediebat, vel inueſtierit vaſſallum ad plures res, vel iura quàm eſſet debitum. Et è conuerſo idem dicendum ex parte vaſſalli. Et his caſibus locus eſſe poterit reſtitutioni nedum ex capite minoris, ſed etiam maioris ætatis. Quid ſi eiuſdem feudi ſint plures vaſſalli vel patroni alij minoris, alij maioris ætatis: dictum infra §. 41.

¶ Ex prædictis facile ſoluitur quæſtio quam nuper multum controuerſam vidi ſuper ſimile fere conſuet. Aurelianenſi §. 31. 24. 35. 56. 75. mater habens feudum ſub conſuetud. Aurelia. ſitum, obiit relicto viro, & filia, filióque muto & ſurdo minoribus. Pater tanquam habens cuſtodiam impetrat à domino feudi anno 1551. inducias donec liberi ſint in ætate ſufficienti. Deinde obiit, & eius gener factus eſt curator fratris vxoris anno 1556. Dominus autem feudi vltima Iunij 1558. manum iniecit ex defectu hominis & iurium. Videtur fundata intentio domini in *d. conſuet. §. 33. 34.* vbi quando minoribus, ſiue nobilibus, ſiue paganis datur tutor vel curator, debetur releuium. Ergo ex anno 1556. creatione Curatoris debetur releuium, nec inducíæ præcedentes intelliguntur præiudicare iuri poſtea in nouo facto vaſſalli, vel in eius perſonam cadente quærendo dominio. Nec obſtat ſi negetur releuium deberi ex eo quod vaſſallus eſt ſurdus & mutus, & hac ratione datus eſt ei curator perpetuus. Quo caſu releuium non debetur per dictam conſuetudinem §. 75. quia concurrentibus naturali & accidentali cauſa prænalet naturalis. Ita quòd minori 25. annis furioſo datur, & dari * cenſetur curator vt minori, non vt furioſo. *l. qui habet.* & ibi Bart. *D. de tutel.* Ergo debetur vt eſt releuium, quia vaſſallus erat tantum octodecim vel nouemdecim annorum. Et ſic infra ætatem viginti annorum & vnius diei quem dicta conſuet. §. 49. præfigit. Quibus non obſtantibus Reſpond. prehenſionem nullam ſiue iniuſtam, & cum impenſis, damnis & intereſſe retractandam: & inſuper nullum deberi releuium nec via quidem actionis, ſed à prehenſione & releuio curatorem diffinitiue abſoluendum de nullitate prehenſionis; probo, quia datæ ſunt inducíæ ætatem idoneam præſtandi fidelitatem, quæ ætas nondum venit, ſed adhuc durat minor ætas ex hypotheſi, & ſic vaſſallus eſt æquipollenter in fide, & erit donec viceſimum annum & diem vnum expleuerit *per §. eiuſdem conſuet. qui eſt ſimilis §. 42. infra eo.* Igitur interim non minus iniuſta prehenſio in vaſſallum in fidem receptum: etiam ſi quædam iura deberet quæ eo caſu via actionis tantum & non via prehenſionis exigi poſſunt, & ſic dato quod per dictam cautelam deberetur releuium. 8. ¶ Tamen dominus non poteſt vti via prehenſionis ex defectu hominis cum vaſſallus fuerit, & ſit æquipollenter in fide pendente tempore ætatis à conſuetudine præfixo, quod adhuc durat: & ad quod dictæ inducíæ expreſſim referuntur. Quemadmodum ſi vaſſallo minori annis curatore carenti dominus inducias fidei dediſſet, ſi interim contingat vaſſallo curatorem dari, quamuis rigore dictæ conſuetudinis §. 31. §. 34. (quæ in hoc iniuſta eſt & corrigenda) acquiſitum ſit releuium domino, tamen non poteſt illud petere niſi via actionis pendentibus his induciis quę per curatelam ſuperuenientem nullomodo ſunt reſolutæ. Sed inſuper dico nullum hic deberi releuium, quia vaſſallus nouus non fuit per antiquum relictus abſque cuſtode, ſed relictus eſt ſub cuſtodia patris qui illam exercuit quamdiu vixit. Et * ſic non minus acquiſiuit liberis ſuis immunitatem à releuio, quàm primogenitus ſecundogenitus ſub ea conſuet. §. 35. Nec per mortem cuſtodis debetur releuium, nec per ſubrogationem tutoris vel curatoris in locum decedentis vel cedentis cuſtodiet, ſed tantum in caſum quo minores nunquam habuerunt cuſtodem nec paternum, nec maternum. Ita quod initio eis prouidetur vel prouideri debet de extraneo tutore vel curatore, hæc autem conſuet. iniuſta & exorbitans quæ in his terminis loquitur ad illos reſtringi debet & nullomodo extendi. *l. quod non ratione. D. de legib. l. quia actionem. D. de præſcr. verb.* nec obſtat quod dominus erat fœmina domina de Cherſonnille in Belſia minor vigintiquinque annis, quæ vult in integrum reſtitui à dictis inducíis, non enim poteſt reſtitui cum eſſent debitę nec potuiſſent denegari, imo etiam ſi nõ dediſſent ipſo iure debentur. Plus dico quod etiam dictus gener ratione vxoris nullum debet releuium vtpote exemptus per eius fratrem qui erat in fide æquipollenter per dictas inducias & §. 35. *& 49. dicta conſuet. Ibi porte la foy.* debet intelligi etiam æquipollenter per inducias per *d. §. 56.* de quo tamen diſputari poteſt ſub dict. conſuetudine ſufficit tamen prehenſionem eſſe nullam, nullúmque releuium deberi pro omni portione feudi ſpectante ad filium. Ex his habes verum intellectum dictæ conſuet. ſuper. §. 31. 34. 35.

* Naturalis cauſa magis quam accidentalis.

* Declaratio conſuet. Aurelian.

§. * XXII.

* Est hodie par. 33.

* Sed hic articulus nova consuetudine ita mutatus legitur.

PAR ladite couſtume quand vn fief change de main, autrement que par vendition, par mort, eſchange, ſucceſſion, ou autrement: il y eſchet droict de relief fors qu'en ſucceſſion ou donation en auancement d'hoirie en ligne directe.

QVando feudum mutat (aliter quàm per venditionem) ſiue per obitum, permutationem, ſucceſſionem, aut aliàs quouiſmodo, ius releuij debetur patrono, excepta ſucceſſione, vel donatione in anticipationem ſucceſſionis in linea directa. H. D.

EN toutes mutations de fief eſt deu droict de rachapt ou relief, fors & excepté celles qui ſe font par vendition ou bail à rente rachetable, eſquelles eſt deu par l'acheteur ou preneur à rente, le quint denier, comme deſſus eſt dict: Et pour celles qui ſe font par ſucceſſion ou par donations en ligne directe, n'eſt rien deu, ſi ce n'eſt au Vexin le François comme deſſus.

SVMMARIA §. XXXIII.

1. *Quoties feudum mutat manum debetur* releuium.
Etymon releuij.
2. *Q. 1. An debetur releuium ex ſimplici contractu.*
Dictio quando *nedum importat tempus, ſed etiam conditionem.*
Verbum manus *importat dominium.*
3. *Is cui res eſt legata vel donata ſub onere ne exeat de manu eius, dato ſubſtituto, non prohibetur locare ad modicum tempus.*
4. *Verba in dubio non debent operari vltra naturam materiæ ſubiectæ.*
5. *Tria paria proportionabilium.*
6. *Quintum pretij debetur ex ſimplici contractu, ſecus in releuio.*
7. *Quod tempus inſpiciendum ad acquiſitionem iurium feudalium.*
8. *Vtrum ex feudo legato, ex interuallo acceptato, debeatur duplex releuium.*
9. *Propter miſſionem in poſſeſſionem non fit apertura nec mutatio feudi.*
10. ¶ *Q. 2. Vtrum liceat diſcedere à contractu in præiudicium patroni?*
11. ¶ *Q. 3. An in caſu in quo non licet diſtrahere, ſi diſtractum ſit debeatur duplex releuium?*
12. *Vtrum de Reuenditione debeatur nouum laudimium?*
13. *Quandocunque contractus reſoluitur per viam adnihilationis, quandoque per viam noui contractus.*
14. *Quantum ad iura feudalia non refert an venditio ſit mere voluntaria, an neceſſaria.*
15. *Neque de mero diſtractu, neque de reuenditione ex pacto de retrouendendo debetur nouum releuium vel nouum quintum pretij.*
16. *Patronus qui recepit iura ex venditione facta ſub pacto redimendi, non poteſt vti retractu feudali in reuenditione.*
17. *Vbi lex præcisè loquitur non licet citra nec vltra progredi.*
18. 19. 20. 21. 22. *Reſolutio totius huius. 3. q.*
23. *Non debetur gabella ex diſtractu facto poſt rem traditam, ſed nondum contractu totaliter impleto, contra Io. Bertha.*
24. *Quamuis aliud detur in ſolutum, tamen non debetur noua gabella contra Io. Bertha.*
25. *Si quamuis contractu quando conueniat aliud feudum eſſe permutatum vel venditum, non debentur niſi vnica iura feudalia, & de vltimo feudo dumtaxat.*
26. *Quod eſt verum niſi proceſſum fuerit ad realem traditionem primi feudi, quæ non fuerit incontinenti reuocata.*
27. *Ex recuperatione rei per viam diſtractus facta, nulla iura dominicalia debentur.*
28. *Si emptor feudi det in ſolutum aliud feudum, locum habent omnia iura feudalia.*
29. *Ex diſtractu re ex parte patroni non integrè ſecuto, non debentur nona feudalia nec laudimia.*
30. *Alia ratione metiuntur iura feudalia in venditione, alia in cæteris contractibus.*
31. *An & quando debeatur duplex releuium, quando alienatio feudi reſoluitur.*
32. ¶ *Q. 4. Conſuetudo loquens de venditione vel mutatione, intelligitur de valida & efficaci.*
Gabellæ non debentur ex contractibus nullis & inualidis.
Pœna impoſita emphyteutæ vendenti non habet locum in venditione nulla.
33. ¶ *Q. 5. Patronus tenetur reſtituere iura quæ recepit ratione contractus inualidi.*
34. *An ſententia lata contra nouum vaſſallum faciat fidem vel ius contra patronum.*
35. ¶ *Q. 6. Reſtitutus ad gratiam non eſt reſtitutus ad temporis prioritatem.*
36. *Patronus tenetur reſtituere recepta ex mutatione valida, ſed per integrum reſtitutionem reſciſſa.*
37. *Damnatus in integrum reſtitutus recuperat etiam ad agnatos ex lege veteris inueſtituræ deuoluta contra Bald. & Præpo.*
Cauſa propinqua & immediata attendi debet.
38. *Reſtitutio non extenditur ad acquiſita parti ciuili pro intereſſe ſuo.*
39. *Reſtitutio in integrum per viam inſtitiæ data extenditur contra tertium, & ad priſtinam antiquitatem & locum.*
40. ¶ *Q. 7. Differentia inter reſciſſionem quæ*

Gabella reſpicit actum contrahendi, iura autem feudalia, mutatione efficacem feudi & vaſſalli.

41. ¶ *Q.* 8. *Si permutatio feudorum reſcindatur propter læſionem vltra dimidiam, nulla iura vtilia debentur patronis, nec ex prima, nec ex ſecunda mutatione.*

Quamuis in permutatione ſit læſio vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis, tamen non habet locum facultas ſupplendi iuſtam æſtimationem contra omnes.

42. *Idem in diuiſione immobilium.*

Ad reſciſſionem diuiſionis non requiritur læſio vltra dimidiam.

43. *Non nudæ literæ, ſed menti & æquitati inhærendum.*

Conſuetudo loquens de mutatione intelligitur de effectuali.

44 ¶ *Q.* 9. *Si venditio feudi per* l. 2. C. de reſcin. vend. *reſcindatur, nulla iura patrono debentur.*

Iura patronorum reſtringuntur ad limites & vires actus ex quo oriuntur.

45. *Reſoluto contractu per* l. 2. C. de reſcin. vend. *reſoluuntur hypothecæ.*

46. *Quomodo metienda læſio vltra vel citra dimidiam iuſti pretij.*

47. *Quomodo intelligendum quòd pro rebus mobilibus non conceditur reſciſſio.*

Præſcriptio decennij ex conſtitutione regia, quando locum habet.

48. ¶ *Q.* 10. *An reſtitutio in integrum auocet fructus etiam à tertio bonæfidei poſſeſſore?*

49. *An bonæfidei poſſeſſor teneatur reſtituere fructus inquantum factus eſt locupletior?*

50. *Titulus iuſtus non excuſat bonæfidei poſſeſſorem à fructibus percipiendis poſt litem conteſtatam contra omnes ſcrib.*

Verus intellectus. l. ſi fundum. C. de rei vend.

51. *Reſtitutio in integrum non auocat fructus perceptos & conſumptos ante litem conteſtatam ab extraneo bonæfidei poſſeſſore.*

Retrahens non ſubrogatur loco emptoris quantum ad vitia perſonalia, ſed ſolum quantum ad vires retractus.

52. *Poſſeſſor non præſumitur in dubio locupletior factus de fructibus.*

53. *Reſtitutio in integrum non auocat fructus ante reſtitutionem petitam perceptos ab ipſomet qui contraxit cum minore, niſi quatenus inueniatur locupletior.*

54. *Nouus & clarus intellectus.* l. ſi contra. C. ſi quis igno. rem minor.

55. ¶ *Q.* 11. *Quid de exactione vel repetitione iurium feudalium, quando venditio vel permutatio eſt nulla propter dolum dantem cauſam.*

Non poteſt quis agendo allegare propriam turpitudinem etiam ab alio detectam.

Sufficit ſimilitudo reſpectu eius de quo quæritur.

56. ¶ *Q.* 12. *Vtrum à patrono poſſit exigi cautio de releuio reſtituendo.*

Tam in bonæfidei quàm ſtricti iuris iudiciis ex cauſa ſatisdandum eſt.

57. ¶ *Q.* 13. *Quando donatio feudi* reuocatur *propter ingratitudinem, manent iura debita ex donatione, ſed mala debentur ex reuocatione.*

Reuocatio ex capite ingratitudinis fit ſolum vt ex nunc, & non trahitur retro.

Nec reſoluuntur hypothecæ factæ à donatario ante ingratitudinem, imò etiam ante reuocationem intentatam contra Franc. Rip.

Nec etiam reſtituuntur fructus niſi poſt litem motam percepti. Contra Franc. Rip.

58. ¶ *Q.* 14. *Non debetur relenium de* Reuocatione. *ex cap. l. ſi vnquam.*

59. ¶ *Q.* 15. *Quid ſi emptor venditori ſuo remittat, donet, vel leget actionem ex empto?*

Patronus retractu feudali vti poteſt etiam contra ipſum venditorem & antiquum vaſſallum.

60. ¶ *Q.* 16. Ex hypotheca *& laitione feudi nulla iura debentur.*

61. ¶ *Q.* 17. *Quid ſi quis acquirat feudum à non domino.*

62. ¶ *Q.* 18. *Quid ſi emerat à domino, ſed paſſus fuerit euictionem à creditoribus hypothecariis.*

Factum iudicis cenſetur factum partis.

63. *Reſolutio per diſtinctionem.*

64. ¶ *Q.* 19. *Quid ſi quis emit feudum à non domino, deinde euictionem patitur à vero domino, vel cum eo componit aut iterum emit.*

65. *Fragilitas euictionis & ſuſpicio hypothecarum minuunt pretium rei.*

66. ¶ *Q.* 20. *De* Venditione *vel* Permutatione *ſub pacto præambulæ ſubhaſtationis.*

67. ¶ *Q.* 21. *Ex ſola tranſactione non eſt fundata intentio patroni ad iura feudalia.*

68. *An patronus teneatur ſtare tranſactioni vel ſententiæ latæ, inter contendentes de feudo, etiam in præiudicium iurium dominicalium?*

69. ¶ *Q.* 22. *Quid de* Diuiſione, *vtrum ex ea debeantur iura feudalia?*

70. *Solutio quòd non, etiam ſi vnum tantum feudum eſſet cõmune, quod vni totum aſſignaretur.*

71. *Fallit quando aſſignatio vel ceſſio non incipit à diuiſione.*

72. *Item fa. ſi non permaneant in contextu diuiſionis, ſed tranſeant ad aliam ſpeciem contractus.*

73. *Quid quando venitur ad licitationem? Reſp. diſtinguendo.*

74. *Non debentur iura ex aſſignatione in diuiſione facta, etiam ſi recompenſatio fiat de rebus non communibus.*

Diuiſio eſt contractus miſtus.

75. *Fallit concluſio quando apparet de fraude.*

76. *Quid ſi recompenſatio fiat in re immobili? Reſpond. diſtinguendo.*

77. *Præcedens inueſtitura ſociorum, non impedit immunitatem diuiſionis.*

78. *Etiam in feudis quæ reguntur more Vulquecini nulla iura debentur ex diuiſione, vel alia impropria aut inefficaci mutatione.*

79. ¶ *Q.* 23. *Quid de* Permutatione *feudorum miſta cum ſupplemento pecuniæ?*

In eodem feudo relenium minuitur pro rata pe-

Digitized by Google

cuniæ seu quinti denarij.

80. *An in permutatione mista sit locus retractui feudali pro rata pecuniæ? Resp. non.*

81. *Communis observantia est vt pro rata pecuniæ locus sit quinto pretij & laudimiis nisi in vera diuisione.*

82. ¶ *Q.* 24. *Quid de* Donatione causa mortis?

Ea tribus modis ipso iure renocatur.

Quoties titulus ad irritum & non ad titulum reducitur, res cum fructibus restituenda est.

83. ¶ *Q.* 25. *Quid in* Mortis causa capione?

Quid proprie sit mortis causa capere?

84. ¶ *Q.* 26. *Quid in* Feudo *quod defertur lege contractus, vel substitutionis ordine successiuo?*

85. *In isto non tenetur successor de facto prædecessoris à quo non capit ius, nec causam, sed à primo concedente.*

86. 87. 88. *Solutio quòd licet non deferatur iure successionis: tamen non debetur relenium à filio vel alio descendente, sed bene ab eo in quem lateraliter refertur.*

Omnis actus à consuetudine informatur.

An concessio emphyteusis intelligatur secundum modum succedendi ab intestato.

89. ¶ *Q.* 27. *An patronus teneatur admittere vnum ex hæredibus integra iura offerentem?*

Quandiu hæreditas est indiuisa, vnus ex hæredibus potest vtilia, & tenetur facere necessaria hæreditati communi.

90. *Hæres non tenetur probare se non habere proximiorem vel cohæredem. Et quamdiu alius non apparet, habet fundatam intentionem super tota hæreditate.*

91. *Patronus non potest denegare inuestituram possessori feudi, & non possessorem præferre.*

92. *Nisi summarie conuincere possit iniustum possessorem.*

93. *Patronus non tenetur inuestire eum qui non possidet feudum, nec habet causam ab vltimo vero vassallo vel possessore, donec se verum vtilem dominum probauerit.*

94. *Non tenetur patronus vnum ex cohæredibus in fidem admittere pro omnibus, etiam si de mandato ostendat.*

95. *An patronus prouisionem feudi impedire possit.*

96. ¶ *Q.* 28. *Vnus hæredum totum feudum nomine suo recognoscendo à patrono & iura soluendo, non censetur cohæredes turbare.*

97. *Nihilominus portiones feudi aliorum, hæredum remanent apertæ & præbendi possunt.*

98. ¶ *Q.* 29. *Hæres propriorum, & hæres conquæstuum eiusdem personæ, non sunt cohæredes. Lapsu anni firmatur possessio.*

99. *An patronus possit possessori inuestituram petenti refricare quæstionem iuris alieni.*

Prehensio & possessio patroni conseruat ius veri vassalli.

100. ¶ *Q.* 30. *Compendiosa resolutio, quid iuris sit quando plures concurrunt ad inuestituram*

101. ¶ *Q.* 31. *In linea collaterali si proximior hæres cedat posteriori, vel prædecedat hæreditate non adita nec repudiata, debentur duo relenia à posteriori hærede. Secus si proximior hæres abstineat, cui tunc non debetur nisi vnicum relenium.*

102. *Ex successorio edicto immediate, ex iure transmissionis mediate succeditur.*

Non potest quis eandem hæreditatem ex capite transmissionis repudiare, & ex propria persona adire.

103. ¶ *Q.* 32. *Succedens iure repræsentationis, immediate & ex propria persona succedit, vnde ex capite personæ repræsentatæ nullum debetur relenium.*

104. ¶ *Q.* 33. *Quid si proximior in gradu accepta magna summa pecuniæ, vel forte certis rebus hæreditariis abstinuerit, vt faceret locum sequenti in gradu?*

Licitum est oblique, sed non simulate contrahere ad vitandum iura feudalia.

105. ¶ *Q.* 34. *Patronus non est ex eo index inter suos vassallos.*

Iurisdictio nihil cõmune habet cum nexu feudali.

106. ¶ *Q.* 35. *In feudo legato non est nisi vnica mutatio à defuncto in legatarium.*

107. ¶ *Q.* 36. *Nullum debetur relenium propter qualemcumque translationem vel mutationem actionis competentis ad feudum.*

108. ¶ *Q.* 37. *Si legatarius feudi post testatorem & ante traditionem decedat relicto hærede laterali, debetur duplex relenium.*

109. *Directum dominium recta transit in legatarium, & in fideicommissarium vniuersalem, restitutione verbali facta.*

110. *Per cessionem etiam actionis realis nullum transfertur dominium.*

111. ¶ *Q.* 38. *In legato in diem vel sub conditione debetur vnum relenium ab hærede, aliud à legatario.*

112. *Et hoc dummodo dies legati non cedat statim post obitum testatoris, sed post annũ vel tardius.*

Momẽtanea mutatio feudi nõ est in cõsideratione.

An sterilitas feudi liberet vassallum à relenio.

113. *Etiam si septies aut decies multiplici morte & sic cessione mutetur feudum infra annum, non nisi vnicum debetur relenium.*

114. *An legatum vel fideicommissum possit restitui ante diem vel conditionem.*

115. ¶ *Q.* 29. *Alienatio rei subiectæ restitutioni conditione extante annullatur, sed non reducitur retro ad non causam, ideo ex præterita mutatione debetur relenium.*

116. *Pendente die vel conditione fideicommissi, hæres pleno iure dominus est.*

Debetur gabella de alienatione per eum medio tempore facta.

117. ¶ *Q.* 40. *Similiter & quintum denarium de venditione medio tempore facta, vel retractus feudalis pro eodem tempore.*

118. *Si hæres bona fide & bonæfidei emptori vendat illud feudum, conditione fideicommissi*

extante non reſolnitur venditio, ſed ad hæredem pretium reſtituendum eſt fideicommiſſario.

119. *Nota caſum in quo emptor poteſt alienare feudum, in præiudicium iuris retractus acquiſiti patroni.*

120. *Patronus qui bona fide elegit retractum re euicta poteſt eligere & petere quintum denarium.*

121. *Patronus non poteſt aduerſus fideicommiſſarium retentione feudi uti propter iura feudalia debita ratione donationem vel venditionum tempore medio ab hærede vel eius ſucceſſore factarum.*

122. *Sed bene propter relenia debita facto & obitu hæredis, vel eius ſucceſſoris.*

123. *Onera feudalia rem & poſſeſſorem ſequuntur etiam pro tempore præterito.*

124. *Hæres male verſans cogitur reſtituere fideicommiſſum ante diem vel conditionem.*

125. *Patronus non poteſt uti prehenſione feudali pro iuribus feudalibus extraordinariis, ſed ſolum pro ordinariis.*

126. *Sic nec mandatum extenditur ad extraordinaria.*

127. *Non debetur relenium ex capite ſucceſſionis lateralis, quando feudum eſt alij pure debitum & reſtituendum. Secus ſi non erat debitum, ſed hæres ſtatim volantarie alienauit.*

128. *Feudum poteſt iterum & pluries prehendi manente prima prehenſione.*

129. ¶ *Q.* 41. *Si eccleſia donataria feudi ante traditionem cedat alij iura ſua, nulla iura debentur, nec de donatione, nec de ceſſione.*

130. *Quomodo intelligendum ſummam eſſe rationem, quæ pro religione facit.*

131. *Pleniſſima reſolutio quæ & qualia iura debentur, quando eccleſia vel corpus manus mortuæ feudum acquiſiuit, & in aliam manum tranſtulit.*

132. *Qualis ſit mutatio feudi, attenditur ex parte dominium transferentis.*

133 *Quid dicitur in* l. fi. C. de ſacro. eccleſ. *dominium recta tranſire in eccleſiam, intelligitur ſi acceptare velit.*

134. *Patronus nullum ius feudale exigere poteſt ratione acquiſitionis factæ ab eccleſia, vel alio nouo vaſſallo, quam non vult in fidem admittere.*

Non debet lex per occaſionem trahi ad iniquum compendium.

135. *Primum illatum.*

136. *Secundum illatum, quòd de alienatione quam facit eccleſia compulſa ponere extra manus ſuas, omnia iura feudalia debentur.*

137. *Tertium illatum, quòd de acquiſitione quam fecerat eadem eccleſia nulla iura debentur, quocunque titulo etiam emptionis acquiſierit.*

138. *Siue illa iura deberentur ab eccleſia, ſiue à venditore ſuo.*

139. *Et hoc caſu lucratur eccleſia quintum pretij.*

140. *Non refert an incontinenti, an longo interuallo cogatur eccleſia ad dimiſſionem feudi.*

141. *Prædium quod eccleſia tenere prohibetur, poteſt ab eadem ſolennitate alienari.*

Non ſufficit compulſionem ſuſpicari, niſi imminеat.

142. ¶ *Q.* 42. *Vidua non debet relenium de dimidia ſua parte conquæſtuum.*

143. 144. ¶ *Q.* 45. *Vtrum debeantur iura feudalia de mutationibus contingentibus tempore prehenſionis feudi?*

145. *Solutio quòd non.*

146. *Feudum prehenſum remanet penes manum vaſſalli & eius ſucceſſorem, quantum ad proprietatem pro noſtro loquendi uſu.*

147. ¶ *Q* 44. *Patronus eligens retractum feudalem non poteſt retinere pretium ratione iurium feudalium ſibi debitorum ante venditionem.*

148. *Nec etiam aliqua iura feudalia petere ratione mutationum quæ contigerunt inter venditionem & retractum.*

An retractus feudalis trahatur retro?

149. ¶ *Q.* 45. *Mutationes feudi debent attendi ex parte poſſeſſoris, & non ex parte veri domini non poſſidentis.*

150. 151. *Quod eſt verum quando patronus approbauit poſſeſſorem, & ab eo iura percepit, vel permiſit eum pacifice poſſidere.*

152. ¶ *Q.* 46. *De donatione vel alienatione feudi facta retento vſufructu.*

Clauſula conſtituti vel ſimilis, non liberat à traditione vacuæ poſſeſſionis.

Non refert à quo ſeruitium præſtetur, vel canon ſoluatur, ad conſeruationem iuris.

153. *Vaſſallo non poſſidenti non nocet omiſſio ſeruitij.*

154. *Solutio quòd retentio vſufructus nunquam impedit, quin iura feudalia ſtatim peti & exigi poſſint,*

155. ¶ *Q.* 47. *Relenia debent ſolui per vſufructuarium, & non per proprietarium.*

157. *Fallit ſi vſufructus ſit reſeruatus pro alimentis, vel ſi relenia procedant facto voluntario, vel culpa proprietarij.*

Fructuarius tenetur nedum ad onera ordinaria, ſed etiam ad indictiones temporarias.

158. ¶ *Q.* 48. *Etiam ad viduam doariam ſpectat onus ſoluendi relenia feudorum in quibus capit doerium.*

159. *Approbatur opinio Nicol. Boer. & Chaſſa.*

160. ¶ *Q.* 49. *Etiam ſi patronus non petierit relenium niſi poſt obitum fructuarij, debent hæredes fructuarij inde exonerare proprietatem.*

161. ¶ *Q.* 50. *An de confiſcatione feudi debeatur relenium.*

Superior patronus præcisè cogitur ponere extrà manum ſuam ſubfeudum ſibi confiſcatum.

162. *Eccleſia vel ſimile corpus facit fructus ſuos pendente dilatione ad ponendum feudum extrà manus ſuas.*

Digitized by Google

A

MAteria releuiorum feudalium hic habetur, immensum profecto æquor, & à nemine adhuc sulcatum, quin nec aditum, & pro ordine dicendorum hunc §. possem diuidere in decem glo. variis quęstionibus dilatatas. Sed consultius visum est ad maiorem prolixitatem euitandam, vno contextu quam breuius & clarius licebit resoluendo procedere. Hic tex. facit duo. Primo ponit regulam. Secundo tres fallentias ad illam.

1. Regula est quòd quoties & quomodocunque feudum mutat manum, hoc est quoties contingit mutatio vassalli, debetur patrono releuium. Prima fallentia est in venditione, in qua est specialis determinatio alia B quam de releuio. *vt in §. seq. & 5. §. 20.* Secunda fallentia, quando per viam successionis directæ defertur feudum, quod intellige, siue in descendentes, de quibus non est dubium, siue in ascendentes deferatur. per no. 5. §. 2. *gl. 2.* Tertia fallentia, in donatione collata in descendentem causa anticipandæ successionis, de qua dictum est. 5. 26. Et in hac 2. & 3. fallentia nil debetur patrono. Et circa hoc vocabulum * releuium quandoque solitus sum appellare releuamentum à releuando, id est, à liberando, siue soluendo, prout *l. 1. C. Vlpia. in l. vbi fideiussor. D. de solutio.* assumit verbum releuare pro verbo soluere & liberare. & in *l. quamuis. §. interdum. §. Marcellus. D. ad Velleia.* nunc accipit pro restituere in pristinum statum, nunc pro liberatione, vel alio commodo vt pro subleuando capite in *l. forma §. si vero quis D. de censib. in l. quoties tutor. §. sent. de admini. tut. & l. post rem §. 1. de transact. l. vnica C. de collatio donat. lib. 10. l. cum antiquioribus §. propter hoc supra de tempor. & reparat. appella.* quandoque pro integrum restituere vt *in l. etiam §. 1. D. de minoribus. in l. alterius in fin. prin. de intell. & ratio distrah.* quod vltimum à pragmaticis forensibus vsurpatur: sed in hac feudali materia capitur vt in hoc §. & hic vtor communi forma & modo loquendi. And Iser. *in c. 1. § Similiter de ostenditiis col. 1. in vsib. feud.* putat didum à releuando eum cui præstatur, quasi soluatur indigenti & ibi plura tradit de releuiis, quæ vide si vacat.

* Etymon releui.

2. PRIMO quæro vtrum releuium debeatur ex simplici contractu, an vero requiratur secutam traditionem? hæc est ardua q. quam possem hinc inde fusius retrahere, quàm 5. in simili §. 20. *gl. 3.* disputatum est. D Sed resoluendo dico * non deberi ex simplici contractu, etiam si ad expressam dimissionem fidei procedatur, nisi ad traditionem veram, vel fictam deuentum fuerit. taliter quod feudum mutauerit manum, transeundo à veteri vassallo in nouum acquirentem, seu futurum vassallum. probatur in hoc text. Ibi quando feudum mutat manum, id est, si & quando mutauerit manum, quia dictio * quando, nedum importat tempus, sed etiam conditionem. *l. quod pupillæ. D. quando di. lega. ced.* not. Bar. in *l. 1. col. 5. D. de condit. & demon.* * manus autem mutatio relata ad rei dispositionem, importat transitum rei, de * dominio vnius, ad dominium alterius, nedum secundum dispositionem iuris. vt tradunt Guillel. de Cug. Alber. Bar. Bald. Ang. Ias. & omnes E in *l. manu missione 2. D. de iusti. & iur.* Imo Ang. Areti. *iusti. de libe. §. 1. in fi.* Maria. Soci. *in c. 1. col. 1. nota. 4. de libel. oblat.* sed etiam secundum communem nostrum vsum loquendi,

* Non debetur releuium ex simplici contractu.

* Dictio quando.

* Verbum manus.

* *vt supra §. 6. gl. 4. in fin.*

3. Hinc is cui res est legata, vel donata sub onere vel pacto quod non exeat de manu eius, alioquin deueniat in talem, non prohibetur locare ad modicum tempus, nec per hoc locus aperitur substituto, quia per talem locationem non mutatur manus, ex quo non mutatur dominium. *l. non solet. D. loca.* Et ita tenent omnes doctores in *d. l. manumissiones.* hinc voluit Philip. Gor. in *con. 154. licet in hac lib. 4.* quòd legato domus adempto, & translato. si ad manus Franciscę peruenerit, non extat conditio ademptionis & substitutionis, ex eo quòd legatarius permisit habitationem & administrationem domus dictæ Franciscæ, cui illam de facto hypothecauit. Memini tamen quòd * Steph. Bertrand. *in con. 276. donatio lib. 2.* voluit in donatione facta sub hoc pacto quòd donatarius non possit vendere, pignorare, donare, alienare, nec extra manus suas ponere, seu in alienas manus transferre, quòd tunc donatarius non possit locare, & fundatur in hoc, vt illa vltima verba aliquid operentur, & ne sint superflua. Sed salua pace tanti viri, contrarium puto verius, quia non est nisi inculcatio verborum, quæ nihil operatur ad aliquid de nouo disponendum, sed solum ad tollendam friuolam dubitationem. *vt in l. quæ dubitationis. D. de regulis iuris in l. testamentum. C. de testamen.* no. Paul. in *l. stipulationes commodissimum, D. de verbor. obligat.* Et non immutat substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio, inquit tex. in *l. pediculis §. Labeo. D. de aur. & arg. lega. 4.* ¶ Et licet verba * debeant intelligi vt de aliquo operentur; verum est infra terminos materiæ * subiectæ, nec debent in dubio operari, secundum naturam actus, vt tradit Bald. in *rubri. C. de contra. emptio.* Alex. in *con. 21. Viso compromisso. col. 2. lib. 5.* Vnde faterer quòd in contractu locationis, si esset dictum quod conductor non possit ponere extra manum suam, intelligitur etiam simplex secunda locatio ad modicum tempus prohibita ex natura actus subiecti: secus in casu præfatæ donationis. Redeundo ad q. nostram, vt sub vno breui compendio concludam copiosam C hanc materiam,

* In Steph. Bertrand.

* Verba non debent indubio operari vltra naturã *materiæ subiectæ.*

* Talia sunt enim predicata qualia demonstrant subiecta vt Bartolus dicit in *l. stipulatio ista habere locum §. hi qui suar. ff. de verbor. oblig.*, id est, tales sunt significationes verborum, quales exigunt res subiectæ. *l. Imperator ff. de in diem addictione.*

5. Notanda sunt tria * paria proportionabilium. Primum per apertura feudi & prehensio. Secundum par mutatio manus & releuium. Tertium par venditio, & ius retractus, vel quinti denarij. Et hæc diligenter sunt distinguenda, vt vitetur æquiuocatio & error. Quo ad primum, apertura feudi est eo ipso quòd nulla persona est in fide patroni, siue propter mutationem patroni, siue vassalli contingat sacramentum fidelitatis (quod personalissimum est) cessare, & fidelitatem esse interruptam. Et duplex est apertura. Quædam ex parte vassalli, ex parte quædam patroni, prior statim locum facit facultati prehendendi nisi pendentibus induciis puta 40. dierum ab obitu per mortem *vt supra §. 7.* vel quando minoris ætatis sunt hæredes *vt infra §. 41.* Posterior vero nunquam de se aperit locum facultati prehendendi, sed tantum proclamationibus, de quibus *infra §. 65.* Et sic vt feudum aperiatur, non requiritur mutatio manus, nec quòd feudum transferatur in alium, sed satis est quòd desinat spectare ad veterem vassallum, vel quòd aliter, puta per mutationem patroni aperiatur. Vnde si vassallus feudum habeat pro derelicto, statim est apertum etiam si maneat derelictũ, & ab alio non occupetur. Et quando ab alio occupatur non incipit aperiri, sed incipit transire ad nouam manum. Ad hoc autem vt patronus prehendere possit, & fructus suos facere, sufficit illa simplex apertura, sub modificatione nuper dicta. aliud exemplum, si vassallus moriatur sine hærede, quia non sunt propinqui, vel repudiant, statim à morte feudum est apertum, & post dies quadraginta dominus prehendere potest, & fructus suos facere, ex defectu clientis & fidei. Et tamen nondum mutauit manum, donec à fisco, vel alio merum imperium in loco habente, tanquam vacans acceptetur. Et tunc incipit transire ad aliam manum, & incipit (& non prius) releuium deberi patrono. Quod si habens merum imperium non acceptet, forte propter hypothecas, manet apertum, & patronus, sine onere hypothecarum fruetur, donec ad instantiam creditorum deputato curatore bonis vacantibus compellatur patronus, vel in fidem admittere dictum concuratorem, absque vllo commodo pro hac noua apertura vel inuestitura, vel inducias

* Tria paria proportionabilium.

fidei præſtandæ concedere ad commodum creditorum & futuri vaſſalli ſecundum ea quæ diximus ẽ. §. 28. *num.* 23. per deputationem enim talis curatoris non deſinit feudum in ſe eſſe apertum, nec etiam incipit tranſire in aliam manum. Et ideo nullum ius vtile, nullum releuium acquiritur patrono. Sed cùm poſtea adiudicabitur, & tradetur in ſolutum, vel diſtrahetur, incipiet tranſire in nouam manum, & ius releuij vel retractus, aut quinti pretij acquiretur patrono. Idem pariformiter dicendum eſt ſi vaſſallus vrgentibus creditoribus cedat bonis: tunc enim ſtatim feudum aperitur, ſed nondum manum mutat. Vnde ſolliciti eſſe debent creditores reſpectu feudalium bonorum cedentis bonis, vt deputetur curator qui inueſtituram vel inducias fidelitatis obtineat, vt gratius alterutrum electione domini habere debet, ſed ſi deberentur iura priorum mutationum non clauſatum, & à triginta annis deberentur offerri & ſolui, alias dominus faceret fructus ſuos, qui etiam inducias dare non tenetur niſi ad moderatum tempus, vt diximus ẽ. §. 28. *nu.*

6. Ex his liquet ſecundum par. non enim hic accipitur mutatio manus ex vna parte tantum, videlicet quando feudum deſinit eſſe in priore manu: quamuis enim mutetur eo ipſo quòd ſeparetur à primo vaſſallo: tamen hic text. vt per ſui ſeriem, & per §§. ſequentes appareat, loquitur in plena mutatione, ex parte vtriuſque extremi, videlicet quando ab vno recedit & tranſit, ſeu transfertur in alium. Et tunc & non prius incipit deberi releuium, qualiſcunque ſit mutatio & tranſlatio, excepta ea quæ fit per ſucceſſionem in linea directa, quæ eſt immunis, & ea, quæ fit per venditionem in qua de alio iure ſpecialiter eſt prouiſum. Et ſic patet quòd ad hoc vt ſit locus releuio, non ſufficit feudum eſſe apertum, nec ſufficit donatum, vel permutatum, ſed requiritur quòd vere in alium ſit tranſlatum, ſiue per traditionem veram, ſiue per fictam, ſiue alio modo à iure approbato. Secus in tertio pari in caſu venditionis, in quo ſpecialiter eſt prouiſum feudo vendito, ius retractus vel quinti denarij acquiſitum eſſe patrono ad eius optionem, idque ſtatim à venditione ſolo conſenſu perfecta, etiam antequam feudum ſit apertum, per traditionem, vel dimiſſionem fidei, vt plenè diximus. ẽ. §. 20. *gloſſ.* 3. *& in* §. *ſeq.* quòd ſi cui fortè videantur hæc ludicra, quæ labore noſtro facta ſunt perſpicua & facilia, ſaltem hanc fatebitur eſſe methodum ad plurimas arduas qq. nullo negotio diſſoluendas.

7. Quid enim ſi feudum vendatur vel permutetur ſolo contractu, deinde ante traditionem incipiat aliquis habere vſumfructum feudi dominantis? Dicendum erit quòd in caſu venditionis, omnia iura retractus, vel quinti denarij ſpectant ad proprietarium, per no. ẽ. §. 1. *gl.* 1. *q.* 3. Et nihil ſpectabit ad fructuarium, niſi fortè commodum fructuum feudi venditi, & per traditionem & dimiſſionem feudi aperti & prehenſi ex defectu fidelitatis, & quandiu prehenſio durabit. In caſu autem permutationis non tempus contractus, ſed tempus veræ vel fictæ traditionis huius feudi debet ſolum attendi, vt ſi transferatur in aliam manum pendente vſufructu, omnia iura & commoda ſpectent ad fructuarium feudi dominantis. Quid ſi feudum morte vaſſalli apertum fuerit ante conſtitutionem dict. vſufructus, & poſt conſtitutum vſumfructum hæredes à latere adeant hæreditatem vaſſalli? Dicendum quòd nihilominus releuium ſpectat ad proprietarium, quia hæreditatis aditio ex diſpoſitione legis, & conſuetudinis trahitur retro ad punctum obitus, *l. hoc quoque. D. de acquir. vel amitt. hæred. & j.* § 132. Secus ſi nullus adiret hæreditatem, ſed vel habens merum imperium ſibi applicauerit feudum vacans, vel ad inſtantiam creditorum diſtraheretur, quoniam tranſlatio huiuſmodi non trahitur retro, & ſic inſpicitur tempus quo peruenit ad aliam manum, vel quo fuit di-

A ſtractum ad hoc vt ſciatur cui acquirentur iura inde orientia.

8. ¶ Quid in legato? vaſſallus legauit feudum, deinde mortuus eſt, poſtea prolato & aperto teſtamento legatarius acceptauit, poſtremo traditum ei fuit: vtrum debeatur duplex releuium, & quod tempus inſpiciatur? Breuiter ad ſingula reſpondendo, quantum ad aperturam feudi, ea contingit ſtatim a morte vaſſalli, & ex hinc lapſis quadraginta diebus potuit prehendi ſecundum formam §. 1. *& 7.* ẽ. *eo.* Quantum ad releuium, aut vaſſallus reliquit filium hæredem, aut extraneum non deſcendentem. Primo caſu ſi legatarius repudiat, vel effectum fuerit legatum caducum vel quaſi, clarum eſt nullum eſſe locum releuio, quia fingitur nunB quam fuiſſe legatum, *l. proinde. D. ſi cert. pet.* Si vero acceptet retrotrahitur acceptatio, & ex die mortis cenſetur feudum plenè mutaſſe manum, tranſlatum & acquiſitum legatario etiam ignoranti, *l. à Titio. D. de furt. l. cum pater.* §. *ſurdo. D. de leg.* 2. *cum vulga.* Et ſic ex die mortis ceſſit, & acquiſitum fuit releuium, & ſpectat ad eum ad quem tunc ſpectabant fructus feudi dominantis. Secundo caſu quando vaſſallus reliquit extraneum hæredem, & tunc omnino locus eſt releuio, ſed vnico tantum, cedente ex die obitus, quia ſiue legatarius repudiet, ex tunc debitum fuit releuium propter mutationem manus ex cauſa ſucceſſionis, ſiue acceptet, ex tunc debitum fuit vnicum tantum releuium propter mutationem ex cauſa legati. Neque enim duplex eſt mutatio, ſed vna tantum, quum non cenſeatur C peruenire ad hæredem, nec momento quidem penes eum remanere reſpectu dominij, ſed recta tranſire ad legatarium excepta nuda poſſeſſione, de cuius mutatione tanquam impertinenti, nihil ad præſentem ſpectat materiam, & hæc in legato puro, ſed quid ſi legatum eſt in diem vel ſub conditione? Solum inſpicitur dies cedentis, & ſi cedat infra annum obitus teſtatoris, vnicũ eſt releuium, ſecus ſi poſt annum *vt* ĵ. *eod. queſt.* 38. *num.* 113. *&* ĵ. §. 78. *glo.* 1. *num.* 21. *fa. no. infra.* §. 35. *num.* 9. Cætera prope infinita exempla ſtudioſis relinquo.

9. Ex prædictis liquet, quòd ſi vaſſallus conſtituat vſumfructum ſuper feudo, vel locet illud, vel eius fructus ad longum tempus, vel concedat ſub cenſu retenta fide, & ſine fraude, vel ſi tradat creditori in piD gnus, vel ſi ad inſtantiam creditorum ſequeſtretur, & ſubhaſtetur, nihil iuris adhuc quæritur patrono, quia nedum feudum non mutauit manum, ſed nec eſt apertum. Hinc ſi creditor mittatur in poſſeſſionem feudi reſpectu fructuum & commoditatis ex primo vel ſecundo decreto, etiam ſi fructus percipiat & lucretur, quod fieri poteſt ex nimia contumacia debitoris, vt tradit Bartol. in *l. ſi finita.* §. *ſi de vectigalibus*, & ibi Imol. Alexand. & omnes. *D. de damn. infect.* Tamen non mutatur nec aperitur feudum, & vaſſallus ſemper remanet vaſſallus, quum remaneat vtilis dominus, & tenetur ad onera feudalia, & non creditor, niſi miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto fieret ratione ipſius rei, ita quòd domanium E vtile transfertur in alium, vt declarat Bart. & alij in *d.* §. *ſi de vectigalibus.* Iac. de S. Georg. in *inueſti. feuda. ver. comes inſi.*

10. SECVNDO quæro, vtrum * liceat pœnitere vel diſcedere à contractu in præiudicium iuris debiti vel debendi patrono? Breuis ero. quia in q. ſimili ſatis prolixus fui. ẽ. §. 20. *gloſſ.* 5. *queſt.* 1. Aut releuium nondum ceſſit, aut ceſſit. Primo caſu, puta quia nondum fuit proceſſum ad traditionem veram vel fictam. Et tunc indiſtinctè locus eſt pœnitentiæ, ſeu incontinenti, ſiue ex interuallo, ſiue alia res ſit integra, ſiue non, puta feudum permutabatur cum alio prædio, quod erat realiter traditum. Tamen nondum erat facta aliqua traditio feudi, & tunc etiam ſi dominus ſciuerit

* Quando liceat pœnitere.

& acceptauerit, adhuc licitum est contrahentibus re- A
silire. Et sic antiquus vassallus remanebit vassallus vt
prius, & nullum ius poterit peti à patrono. Ratio quia
nihil adhuc erat quæsitum patrono, cum feudum non
mutauerit manum, & sic respectu patroni res erat
omnino integra. Et in hoc differt venditio à cæteris
contractibus, quia venditione concluſa, si dominus
acceptauerit, non potest amplius nisi incontinenti
discedi in eius præiudicium: & est ratio, quia in ven-
ditione ex solo contractu iura oriuntur, sed reuoca-
biliter vsque ad traditionem, vel interpellationem
patroni. Sed in cæteris contractibus iura non oriun-
tur: nisi simul cum traditione & apertura feudi. Se-
cundo casu postquam iam cessit & acquisitum fuit re-
lenium, puta per traditionem veram vel fictam secu- B
tam. Tunc aut est deuentum ad veram & realem tra-
ditionem, & ex tunc amplius pœniteri nequit in præ-
iudicium domini. Fallit primo nisi incontinenti, an-
tequam diuertatur ad alia. Tunc enim non videtur
deuentum ad contractum, vel traditionem à qua
statim, & dum esset in fieri discessum est *supra* §.
20. *gloss.* 5. *quæst.* 2. *num.* 15. falli: secundo respectu
retractus feudalis, quia si ex interuallo à traditione:
sed forte motu euictionis & ante persolutionem pre-
tij mutuo consensu discedant à contractu, etiam si
non possit fieri in præiudicium quinti vel subquinti
denarij iam quæsiti patrono: tamen fieri potest in
præiudicium retractus feudalis si hunc eligat & pe-
tat patronus, quia quemadm. hoc casu venditor
ipse excluderet cognatum volentem vti retractu pro-
ximitatis, fortius excludet patronum qui in retra-
ctu habet ius debilius, & qui per cognatum vendito-
ris euinceretur. dixi *supra* §. 22. & j. §. 185. sed quid
si referat nouiter acquisita per vassallum non subdita re-
tractui proximitatis? Videretur aliud, quia ea ratio
cessat, sed adhuc idem puto, quia in feudo retinendo
soluendo alia iura domino, fauorabilior est causa vas-
salli: tum quia reus, tum quia de damno vitando cer-
tat, patronus autem magis de lucro: tum quia hoc ius
non datur patrono nisi contra extraneum non autem
contra ipsum vassallum: aut statum est in finibus verbi
vel scripti. Et tunc quamuis apposita sit clausula fictam
traditionem importans, adhuc puto pœnitere posse an-
tequam dominus incipiat iure suo vti, siue re eius res- D
pectu integra. ratio quia quamuis ex ficta traditione se-
quatur vera mutatio, tamen illa sicut solo consensu est
inducta, ita solo consensu ipso iure resolubilis est &
reducibilis ad non causam, per notat. in *dict. gloss.* 5.
num. 15. *in fin.*

11. ¶ TERTIO, subsequenter quæro in casu quo
diximus non posse discedi in præiudicium relevij
debiti patrono, vtrum secuto distractu debeatur du-
plex relevium, an vnum tantum? Et idem quæritur
in casu venditionis, vtrum debeatur bis quintum
pretij, vel semel tantum? Et videtur quòd bis, quia
ex prima traditione permutationis seu venditionis
causa facta feudum fuit apertum. Et ius relevij, vel
quinti denarij quæsitum patrono, qui potest manum
inijcere ex hac causa. Et sic ex traditione, siue insti-
tutione feudi repetita ex interuallo apparet esse nouam E
mutationem manus, quia ex prima traditione vera
vel ficta dominium transiuerat, & ex secunda ex
interuallo transfertur de nouo in alium. Igitur
noua & separata apertura, & consequenter iterum
ex hac noua & superuenienti causa potest patronus
manum inijcere, & ad nouum fidelitatis sacramen-
tum veterem vassallum adigere, & sic verificatur du-
plicem esse mutationem seu venditionem. Sed quo-
ties fit, toties hæc iura acquiruntur patrono, saltem
quando retraditio seu reuenditio sequitur non ex
causa antiqua & conuenta in prima traditione: sed
ex causa noua & merè voluntaria: & illud tenet Al-
ber. post. Guill. de Cug. in *l. ab emptione, col. fi. D.*
de pact. & posset de rigore defendi, sed mihi sem-
per visum est nimis rigorosum & disconueniens na-
turæ feudi quod in gratia & benignitate consistit. Et
quia onera pecuniaria sunt odiosa in feudis. Ideo so-
litus sum aliter distinguere, sed quia distinctio mea
nedum ad matetiam feudalem, sed etiam de laudi-
mia prædiorum censualium, & ad multa alia deci-
denda vtilis est, operæpretium duxi non ita succin-
cte resoluere, sed vt nihil in sequentibus §§. sit re-
petendum, potiora puncta super quibus disputatio-
nis & resolutionis cardo vertitur, præmittere & dis-
cutere: breuius enim & clarius traditur semel & si-
mul. Vt sub hac specie fundus siue feudalis, siue cen-
sualis fuit venditus sub pacto de retrouendendo, cer-
tum est in terminis consuetudinis nostræ quòd domino
directo debentur laudimia à principio. & nunc accipio
verbum laudimia in sua generali significatione pro om-
ni iure pecuniario debito domino directo in recogni-
tione noui possessoris fundi, quamuis apud nos stri-
ctius de communi vsu accipiatur. vt scripsi infra *tit.*
seq. §. 76.

12. Sed quæstio est, an debeantur ex redemptione
seu* reuenditione? Et videtur quòd non, duplici ratio- * Vtrum de
ne. Prima est, quia lex vel statutum de laudimiis, aut *reuenditione*
similibus iuribus debet intelligi de venditionibus, ces- *debeatur no-*
sionibus, aut alienationibus voluntariis, non autem de *uum laudi-*
necessariis, sicut hæc semper censentur permissæ & ex- *mium.*
ceptæ à generali dispositione prohibitiua, *l. per diuer-*
sas, versic. exceptis. C. mand. l. fi. in fi. C. de litigio. l.
C *alienationes. D. famil. herciſc.* Et ita decidit. Bar. in *l.*
& ideo. D. de condit. fur. Alexand. *conſ.* 52. *lib.* 1.
Deci. Tholo. *q.* 75. *&* ibi latè Auſr. in *addi.* Albe.
Bru. *inter con. feudalia. conſil.* 44. *colum. fin.* Sed ista
reuenditio est huiusmodi. Secunda ratio, quia non vi-
detur noua venditio, sed simplex restitutio, siue retra-
ditio rei facta ex pacto appositio in prima venditione,
vt subtiliter declarat Franc. Aret. in *conſil.* 6. *Viſo in-*
ſtrumento. colum. 2. *in fi. primi dubij.* & ita quòd nul-
la iura debentur ex reuenditione quæ fit necessario ex
pacto appositio à principio vel re integra venditionis,
tenent Guill. Cug. Alber. Bald. in *l. ab emptione. co-*
lum. fi. D. de pact. Fortius simpliciter dicit Io. Fab. in
l. fi. C. communia lega. quòd ex venditione facta sub
D pacto de retrouendendo nulla laudimia vel iura deben-
tur, & seq. Nicol. Boëri in *conſuet. Biturig. tit. de*
conſuet. feud. §. 18. & Chassa. in *conſuet. Burgund.*
titu. de cenſes. §. 3. Sed non est simpliciter vera, sed de
reuenditione, seu secunda venditione intelligendum,
& non de prima ex qua indubitanter debentur, vt opti-
mè declarat Massuer. in *tit. de loc. & iure emphy-*
teut. §. 1.

13. In contrarium, quia ista est noua venditio, non
enim ipso iure resoluitur prima venditio, sed per viam
& modum noui contractus, & nouæ venditionis. Vn-
de Bartol. & communiter omnes scrib. in *dict. l. ab*
emptione. in fi. distingunt. An prima venditio reuoce-
tur per viam meri distractus, vel ipso iure, sine noua re-
uenditione, an vero reuocetur per viam noui contra-
ctus, seu reuenditionis, vt primo casu puta quando ipso
iure resoluitur per pactum legis commissoriæ, vel addi-
ctionis in diem, vel per existentiam conditionis rei sub-
jectæ restitutioni ex vltima voluntate, & non debeatur
gabella de nouo, vel laudimiũ, aut aliud simile debitum
ratione venditionis. Secundo vero casu, vt in termi-
nis, *l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend.* qui est casus
noster, & iterum debeatur, & ita expressè distinguit
& decidit Paul. Castr. in *l.* 1. *column.* 1. *C. de pact. in-*
ter empto. & vendit. Iacob. de S. Georg. in *tracta-*
tu de operis, column. 10. *versic. per prædicta infertur.*
Hiero. Cagno. in *reper. d. l.* 2. *quæst.* 15. *colum.* 16. *&*
in quæst. 35. *column.* 18. Et ita sentit Andre. Alciat. in
l. cæpisse. in fin. D. de verbor. signiſi. vbi in quæst.
an ex contractu resoluto debeatur gabella reip. distin-

guit: aut resolutio fit per modum extinctionis iuris eius qui accepit, & sic non per viam noui contractus, sed ipso iure, & tunc non debeatur: aut fit per modum trãslationis quia ius accipientis non extinguitur, sed retrãsfertur in primum dantem, & tunc debeatur. Et ista sunt pro responsione ad secundam rationem adductam pro contraria parte: ad primam autem rationem respondetur quod non concludit, patet quia si testator grauauerit hæredem de vendendo, necessaria est venditio, itidem si contingat feudum subhastari & adiudicari plus offerenti instantibus creditoribus per solennem subhastationem: & tamen his casibus & similibus locus est gabellæ, & pariter omnibus iuribus dominicalibus, ad tollendam autem consequentiam sufficeret vel vnam dare instantiam, vt per glo. & Ias. in *l. creditori. D. de oper. noui nuncia.*

14. Ex quibus illud obiter concludo differentiam seu distinctionem Bartol. & sequacium inter voluntariam & necessariam venditionem, non procedere in hac materia: sed in materia dictarum legum supra ad hoc allegatorum, quæ loquuntur in diuersis terminis, videlicet vbi agitur de prohibitione vendendi, vel de suspicione fraudis in vendente, non autem vbi agitur de iure competente vel competituro tertio ex venditione, quia siue voluntarius, siue necessarius sit venditor, hoc nihil pertinet ad illum tertium, quicquid de consorte scripserit Alex. *cons.* 52. *lib.* 1.

15. Tamen resoluendo concludo pro prima parte, per secundam eius rationem, quæ non sufficienter dissoluitur per adducta pro parte contraria: siue enim reuocetur venditio ipso iure, siue nouo hominis facto, siue per viam simplicis distractus siue sub forma noui contractus, non est imponenda lex verbis nec verborum formulæ, sed rebus, ideo sufficit quod ista resolutio primæ venditionis non causatur à causa noua, sed à causa antiqua & necessaria inexistenti primæ venditioni, vel re integra adiectæ: tunc enim huiusmodi resolutio est pars primæ venditionis, & illius executio. vt expressim decidit Bald. in *cons.* 418. *ista solennitas lib.* 2. vnde ex ea non insurgunt noua iura. Sed certe ista sunt clara in terminis in quibus loquuntur doct. in locis præfatis, videlicet in pactione apposita, quando fit venditio vel alius contractus, & sic clarè procedit in terminis huius q. incidentis, videlicet quando feudum (& idem de prædio censuali respectu laudimiorum) venditur sub pacto de retrouendendo à principio, vel re integra apposita, vt ex reuenditione nulla iura debeantur, sed sufficiant iura debita ex prima venditione, in qua ista fuit inclusa tanquam eius pars.

16. ¶ Ex quibus etiam infero quòd ex quo patronus semel * approbauerit primam venditionem, recipiendo quintum pretij, vel habendo fidem de eius solutione, non poterit amplius vti retractu, etiam ex capite reuenditionis, quando in vim dicti pacti reuenditur: nec poterit aliud quicquam exigere quàm simplicem renouationem fidelitatis propter nouam aperturam. Amplio etiam si inuestierit emptorem sub protestatione & reseruatione expressa, quòd saluum sit ei ius retractus quando fiet reuenditio: nihil enim valet huiusmodi * protestatio tanquam contra ius consuetudinis 5. §. 21. & contra substantiam actus, quæ est approbatio primæ venditionis, quæ necessario includit approbationem reuenditionis, sicut cæterarum omnium conuentionum & qualitatum primæ venditionis, quæ non potest diuidi: imo etiam si emptor consentiret huic protestationi, & reseruationi, nihil ageret, nec hoc præiudicare posset venditori, patet quia etiam si patronus a principio iure retractus vsus fuisset, æque tamen contra ipsum sicut contra emptorem vel quemlibet alium vniuersalem vel singularem successorem poterit venditor intentare actionem retractus conuentionalis, quæ est in rem scripta vt pro opinione Paul. in *l. si cum venderetur. D. de pignorat. actio.* contra Alexand. scripsit *infra* §. 148. *& in annotat. ad* Alexan. *cons.* 10. *lib.* 1. 17. ¶ Sed in terminis q. nostræ principalis & huius §. ista resolutio non videtur adaptari. quia hic §. loquitur longe in diuersis terminis, videlicet in releuio, quod non imponitur contractui, nec quando contrahitur, sed imponitur quando & quoties accidit feudum transire de vno ad alterum, & hoc solum & non aliud respicit consuetudo, & huc figit pedes vt in simili inquit *gl. sing. in l. si non fuerint. in fi. glo. penult. in fi. D. proloc.* Et præcisè standum, nec licet citra vel vltra progredi, vt not. Cæpol. in *tract. de simil. contract. præsump.* 2. *column.* 4. Sed manifestè hic contingit feudum bis mutare manum, & transire de vna ad alteram, & ex intervallo, ergo quocunque modo hoc fiat non videtur curandum, sed standum scripto & generali dispositioni huius consuetudinis, quamuis aliquo casu dura videatur. *l. si seruitus. D. deseruit. vrba. prædio. l.* 3. §. *si is qui nauem. D. de exerc. actio.*

18. His iactis fundamentis venio ad distinctionem super generali q. nostra, an duplicia iura debeantur patrono quando re non integra à contractu disceditur? Aut igitur de venditione, aut de alio contractu. Si de venditione, aut disceditur à prima venditione in vim pacti simul vel re integra appositi, vel necessitate radicata in principio venditionis. Aut ex superuenienti libera voluntate, vel forte ex causa necessaria, sed extrinseca, & quæ non oritur ex contractu, nec habet cum eo aliquid commune. Primo casu facio vnicam conclusionem, quòd non debentur iura nisi semel ex prima & vnica venditione: quoniam etiam si per formam reuenditionis & noui contractus resoluatur, tamen quia hoc fit ex vi primæ venditionis, non est noua venditio, sed executio primæ, sed nunquid saltem debebitur vnum releuium ex hac vltima mutatione? Dubium facit quòd & si feudum iterum non vendatur, saltem de nouo vere mutat manum, sed ex omni mutatione qualiscunque sit tribus exceptis debetur. Contra dicendum est, quia verum quidem est quòd iterum mutat manum: sed hæc secunda mutatio fit ex causa primæ venditionis, quæ est excepta à releuio, & pro quà ius quinti denarij solutum est semel quod sufficit. Hanc conclusionem limita primo vt procedat dummodo ista resolutio fiat ex causa ad hoc obligante: puta quia ab initio conuenit quòd emptor tenetur reuendere infra tale tempus, vel si tale quid accideret: secus si solum esset conuentum, quòd si voluerit vendere tenebitur illum à quo accepit præferre: huiusmodi enim conuentio non obligat ad reuendendum, sed solum ad præferendum, nec est pars venditionis sequentis, vnde semper est secunda venditio libera & noua iura debentur patrono. An autem huiusmodi retractus, seu prolatio conuentionalis excludat seu absorbeat retractum feudalem vel proximitatis, est pulchra q. quam plenè tracto j. §. 184. vbi multa notanda quæ de materia retractuum superiorata deduxi. Ex prædictis infero ad decisionem pulchræ quæstionis, quod si quis primo stipulatus est ius prælationis futuræ venditionis pro centum: postea euincit alium emptorem. An debeat iura de illa prælatione vel retractu? Sol. si vi dicti pacti redimit à tertio emptore, locus est iuribus dominicalibus & vtrique retractui tam pro pretio principalis venditionis, quàm pro pretio dicti pacti. Sed non debentur aliqua iura de tertio contractu seu recuperatione ab illo emptore. Secundo & per oppositum limita conclusionem nostram vt nulla penitus iura debeantur, quando non in vim pacti in venditione appositi, nec per viam noui contractus, sed per viam meræ rescissionis & annullationis venditio etiam duplum impleta resoluitur, & ad non causam reducitur puta propter læsionem vltra dimidiam iusti pretij, *ina. l.* 2. *C. de rescind. empt. & vendit.* Vel per restitu-

* Approbatio contractus reuenditur ad omnes eius appendices.

* Protestatio contra ius cõsuetudinis non valet.

tionem in integrum beneficio minoris ætatis, vel ex alia iusta causa, tunc enim quum non sit reuenditio nec propriè noua mutatio, sed annulatio præteritæ mutationis, nulla iura vel relevia inde debentur, sed soluta repetuntur, *vt j. quæst. 45.*

19. Secundum casum quando voluntariè disceditur * subdistinguo in duo mẽbra: aut venditio iam erat perfecta & consummata hinc inde videlicet pretio soluto & re tradita, aut non. Si primum, & tunc sit conclusio, quod duplicia iura debentur patrono. Amplia primo, etiam si contrahentes discedant per modum seu formalem distractus, & per actus retrosimiles, habendo primum contractum & omnia ex illo secuta pro infectis: huiusmodi enim verborum commentum non immutat veritatem, *l. si ancillam. C. de contract. empt. & vend.* & vere est secunda noua & spontanea venditio, remanente prima, quia post eius vltimam perfectionem non potest haberi pro infecta, *leg. in bello. §. facta. D. de capt. & posti. reuer.* Et in indiuiduo quòd re non integra non possit venditio infecta fieri etiam mutuo consensu & per actus retrosimiles, est text. *in l. 2. & 3. D. de rescind. vendi.* Et sic ex vtraque solida & integra iura debentur patrono, cui liberum erit exigere duplex quintum pretii, vel retractum feudi ex vltima venditione, & quintum pretij ex prima, ad quod quintum agere poterit contra alterutrum contrahentium quem eligere voluerit. vt dicemus in §. *seq.* Et ita quod non possit discedi in præiudicium domini directi vel gabellarij. Tenent. Bald. in *l. si constante, C. de donat. ante nup.* Io. Bertachi. in *tract. de Gabell. in 5. parte. 8. partis. q. 54.* Iacob. de sancto Georg. *in tract. de operis.* nisi incontinenti, Steph. Bertran. *consil. 199.* Limito vt procedat si ex longo interuallo quia si incontinenti, tunc satis est semel etiam infra annum iura deberi per not. *infra eo. q. 38. num. 113:* etiam pecuniaria tantum. Non autem retractus nec proximitatis nec feudalis propter reuersionem ad lineam si serio & sine simulatione fiat. Idem si iste distractus fiat occasione subortæ hypothecæ, vel alicuius iuris euicti, vel pactionis non impletæ.

* Subdistinctio.

20. Secundo vero membro secundi casus quando contractus non erat hinc inde impletus, puta pretium non erat solutum, licet res realiter esset tradita, & tunc quamuis non possint pœnitere nec distrahere etiam per actus retrosimiles in præiudicium iuris iam formati & acquisiti patrono: tamen respectu iuris futuri & quærendi ex nouo contractu possunt pœnitere: non de nouo contrahendo, sed distrahendo & recedendo à prima venditione per actum retrosimilem, videlicet retraditionem rei animo distrahendi: ita quod ex hoc distractu dominus directus nulla iura vtilia de nouo prætendere poterit, & ad hoc moueor quia iura permittunt mutuo consensu distrahere nedum re omnino integra, sed etiam re secuta ab altera parte, dummodo non sit vtrinque impletum & dummodo interueniant actus retrosimiles, text. in *l. 1. in fin. D. quand. lice. ab empt. disced.* Et secundum glo. & doct. ibi. non sunt hoc casu duo contractus: quia actus vltimus non est nouus contractus, sed discessio à primo contractu à iure permissa: &, vt inquit Fabia. de monte sancti Saui. *in tract. de emp. & ven. in 5. q. principali. q. 8.* solum primus actus dicitur contractus, & secundus dicitur pœnitentia, & non debetur nisi vna gabella. Vnde quemadmodum probatum est supra §. *glo. 3. q. 1. 2.* licet pœnitere re integra etiam in præiudicium domini directi, vel alterius in simili respectu iuris ex venditione iam quæsiti sed reuocabiliter, eadem & fortiori ratione dicendum licere pœnitere re non integra, seu nondum consummata in præiudicium iuris quærendi & nondum aliquatenus quæsiti.

21. Sed nunquid ex hac noua retraditione facta post primam traditionem, & ex interuallo debeatur relevium, quod ex omni qualicunque mutatione debetur? puto quod non: quia quamuis voluntariè fiat, tamen fit ex causa distractus venditionis à iure permissi. Et sic non dicitur noua mutatio: sed resolutio primæ à iure permissa. Generalitas autem huius text. debet ciuiliter accipi, & ad dispositionem iuris restringi & modificari, *l. sicui* & ibi Bart. Bald. Angel. *D. de seruit.* nec est adeo vsque generalitati verborum inseruiendum vt excludatur beneficium & dispositio iuris permittens actus retrosimiles & distractum etiam re (sed non in totum) secuta. 22.

¶ Iura autem patrono semel quæsita ex prima mutatione seu venditione re non integra dissoluta remanent integra. Vnde non obstante distractu, & actu retrosimili, poterit quintum, vel etiam subquintum denarium pretij exigere. Sed non retractum, vt nuper dixi *supra eo. num. 10.* Et ita per prædicta puto debere intelligi & limitari dictum Alber. in *d. l. ab emptione, col. fi.* quod ex reuenditione, vel distractu facto voluntarie post rem traditam debeantur iterum iura domino directo, vt procedat quando nedum res erat tradita, sed etiam pretium solutum siue vtrinque impletum.

23. Ex quibus infero quòd Io. * Bertachin. *in suo tractatu gabell. par. 5. q. 5. & in 3. parte 8. partis q. 12.* postquam rectè concluserit, quòd de distractu non debetur noua vel secunda gabella, vt etiam latè tenet Andr. Tiraqu. de *legib. connub. gloss. 3. num. 2.* nimis indigestè limitauit illam conclusionem, vt non procedat quando res iam tradita retraditur: quia debebat limitare, quando post contractum hinc inde impletum mutuo consensu, & ex interuallo data & accepta hinc inde restituuntur. tunc enim necessario est nouus contractus, non autem quando contractus nondum erat vtrinque impletus, & totaliter perfectus, quia tunc licitum est per actum retrosimilem discedere, & non dicitur nouus contractus, sed distractus, licet res iam tradita retradatur, & non debetur iterato gabella, sed debetur semel tantum ex primo contractu, à quo re non integra discedi non potuit in præiudicium iuris iam quæsiti, vt dictum est, & tradunt omnes scribentes in *l. iurisgentium. §. adeo. C. de pact.*

* In Io. Bertachi.

24. Et vlterius male scripsit * Firmia. in *d. q. 5.* dum voluit reprobare sententiam Angel. Peru. in *l. cum eiusdem. D. de ædil. edic.* Vbi dixit Angel. quòd si permittitur dos in pecunia, & postea pro dote datur res in solutum, vnica tantum debet solui gabella, quod improbat Ioan. Bertachi. dicens, quòd cùm sint duæ res diuersæ, sunt diuersi contractus, & allegat quoddam cons. Paul. Sed ego sententiam Angel. veram puto, quia licet sint duæ res, tamen vna subrogatur loco alterius, quòd fieri potest re integra, & semper non est nisi vnica obligatio & vnus contractus & non plures. Imo non censetur esse nisi vna res, quia aliud pro alio solutum reputatur idem consensu creditoris. Nec per hoc multiplicatur, sed soluitur eadem obligatio. *l. inuito C. de solu. cum vulg. fac. l. cum incertus.* & quæ ibi no. doct. *D. de l. 1.* Vbi res soluta censetur ab initio fuisse debita. Non obstat *d. cons.* Paul. quia loquitur longè in diuersis terminis, videlicet quando fuit diuersitas, nedum rerum, sed etiam personarum, alias contra sentit. Idem Paul. *cons. 164.* dubium videtur *lib. 1.* Plura super his animaduerto quæ censura indigent, sed nolo excedere materiam feudalem: non enim prædicta annotassem nisi ad rem nostram immediatè facerent.

* In Firmianum.

25. Pone enim feudum fuisse venditum pro certo pretio, & antequam traderetur placuisse aliud feudum dari à venditore in solutum, vel esse venditum loco primi pro eodem pretio. Vel pone fuisse conuentum de permutando certo feudo cum alio prædio, deinde aliud feudum fuisse traditum & datum in solutum loco illius de quo ab initio fuerat conuentum. Quæri-

tur de iuribus patroni? Et ſi opinio Bertachi eſſet vera, patronus vtrobique haberet duplicia iura: videlicet in caſu permutationis, duplex releuium, & in caſu venditionis ius retractus, vel ius quinti pretij duorum feudorum vel melius vnum ius retractus, aut vnum ius quinti pretij reſpectu primi feudi, & reſpectu ſecundi in ſolutum dati, vnum releuium: quaſi breui manu primum feudum cenſeatur traditum, & deinde cum feudo dato in ſolutum permutatum. Et ita etiam videtur ſentire Bald. in *conſil.* 164. *maritus lib.* 5. Sed contrarium eſt dicendum: nec hoc caſu admittenda eſt illa fictio rei traditæ, & per nouum contractum & alio titulo retraditæ: quia eſt contra intentionem partium, quæ noluerunt de nouo contrahere, ſed contractum reformare ſubrogando vnam rem loco alterius, quod libere facere potuerunt: vtpote quum res adhuc eſſet integra. & liceret pœnitere, & diſtrahere vel reformare. Et ſic non ſunt duo contractus: ſed vnus tantum & vnica mutatio vnius feudi videlicet vltimi & traditi tantum, & ſic veritati cedit fictio, præſertim cum fictio teneat ad odium & duritiem: non enim debet admitti niſi vbi neceſſitas impellit, vel æquitas prouocat. *l. denique. D. ex quib. cauſ. maior.* Vnde non debentur iura niſi ſemel. Et reſpectu rei traditæ duntaxat & non reſpectu rei à contractu re integra ſubductæ.

26. Sed ſi primum feudum fuiſſet de facto traditum, deinde ante pretium, vel prædium compermutatum receptum, placuerit illud feudum reſtitui & loco eius aliud feudum ſubrogari, tradi & manere pro ſoluto: tunc non eſt modica difficultas quia ex quo contractus nondum erat hinc inde perfectus, videtur licuiſſe pœnitere & variare in præiudicium iuris incommutabiliter quærendi per prædicta: ſaltem antequam patronus præuenerit & feudum primo traditum (antequam retraderetur) ad manum ſuam poſuerit. Et ſic videtur quod adhuc non debeantur iura niſi ſemel, & reſpectu feudi ſubrogati duntaxat. Sed contrarium puto quod poſt rem non ficte, ſed realiter & cum effectu voluntariè & abſolutè, non prouiſionaliter nec experiundi cauſa traditam indiſtincte etiam antequam dominus perueniat, ius incommutabile acquiſitum eſt patrono ratione feudi in aliam manum tranſlati. Et ſic in eius præiudicium non licet varia re voluntariè, & ex interuallo, ſine domini conſenſu. Secus ſi traditio fuiſſet incontinenti reuocata, & aliud feudum ſubrogatum, quia tunc non cenſeretur illa prima traditio fuiſſe facta, ſed ſecunda eſſet prima & vnica, vt no. Paul. Alexand. & alia in *l. iuriſgentium. §. adeo. D. de pact. & dictum eſt ſupra.* Et tunc nulla debentur iura reſpectu rei primo traditæ, ſed ſolum ratione rei ſubrogatæ, & ſecundum illius qualitatem: vnde ſi in terminis permutationis ſubrogatum fuerit prædium cenſuale loco feudi, nulla iura debebuntur, quia apud nos ex permutatione cenſualium nihil debetur niſi fortè duodecim denarij Pariſienſes pro ſaiſina, vt diximus *ſ. tit. ſeq. §.* 76. Et in terminis venditionis non debebitur niſi duodecima pars pretij iure laudimiorum ſeu ventarum, nulla feudi venditi, & non traditi, vel incontinenti recuperati ratione habita: quia ſicut libere poterant partes in totum vel ſimpliciter diſtrahere, ita & potuerunt in nouum contractum tranſire.

27. Sed eodem themate retento ſupra *num.* 25. quæritur in caſu in quo diximus re tradita ex interuallo recuperata: omnia iura domini directi, ratione illius rei acquiſitæ manere integra: vtrum ratione recuperationis eiuſdem rei debeantur alia iura. Et ſic tria dominicalia iura triplici reſpectu? Breuiter, reſpondeo ſolum duo iura deberi poſſe, videlicet prima ratione primi contractus & primæ venditionis. Et ſecunda ratione rei ſubrogatæ ex nouo contractu. Recuperatio autem primæ rei ſpectat ad metum diſtractum. Et ſic hoc reſpectu nihil nouo debetur, & eſt ſatis ius ex primo contractu acquiſitum non reſolui per diſtractum variationi implicitum, & poſt rem traditam ex interuallo ſecutum. Et quod dixi ſecunda iura deberi ratione rei ſubrogatæ clarè exemplificatur in permutatione feudi, loco cuius poſt traditionem ex interuallo, vel poſt manus iniectionem patroni, aliud ſubrogatum fuit, quia tunc duo tantum, & non tria debentur releuia. Sed ſi eſſet ſubrogatum prædium cenſuale, re nondum hinc inde ſecuta, non deberetur niſi vnum releuium, ratione primæ traditionis. Exemplificatur etiam in venditione feudi, & poſt eius traditionem alio feudo non incontinenti ſubrogato: quia bis, & non ter debetur quintum pretij: ſi autem prædium cenſuale eſſet ſubrogatum, ſemel deberetur quintum pretij, & ſemel duodecima pars pretij.

28. Sed quid econuerſo ſi emptor loco pretij dederit feudum in ſolutum? Et omnino dicendum habere locum omnia iura feudalia, quum ſit vera noua venditio nihil habens commune cum venditione præcedente, *per not. ſ. §.* 20. *gloſſ.* 5. *q.* 10. niſi re integra, vel quandiu pœnitere licet contractus transformaretur in permutationem. Et ita procedit quod tradit Bald. in *l. conſil.* 164. *lib.* 5. vbi in hac ſpecie ſocer promiſit genero. 300. pro dote. Deinde dedit certum prædium in ſolutum hoc acto, quod ſi infra annum ſolueret d. 300. recuperaret prædium, aliàs remaneret ipſi genero iuſto pretio æſtimatũ: decidit quòd gabella debetur omnino de trecentis. An autem debeatur de prædio, dependet à futuro euentu: quia ſi ſoluti 300. recuperetur, non debetur: quum fuerit ſimplex pignus: ſi autem non ſoluantur, debetur noua gabella de prædio. Ratio quia iſta datio in ſolutum etiam re integra non inducit diſtractum promiſſionis præcedentis: ſed eam implet & ſimul inducit nouum ſeparatum contractum: ſecus in caſu poſito per Bertachi. *ſupra num.* 13. quia ibi datio in ſolutum re integra deſtruit & diſtrahit præcedentem contractum, & vnicum tantum contractum relinquit, & ſic non eſt locus gabellæ, nec ſimilibus iuribus niſi ſemel. Ecce quòd prædicta in diſtinctione mea planè & clarè procedunt quandiu nihil cum patrono geſtum fuit.

29. Sed ad maiorem declarationem quæro, quid ſi re tradita, ſed nondum pretio perſoluto emptor adiit patronum cum quo de quinto pretij compoſuit, & certo termino ſoluere promiſit, & ſic in fidem admiſſus fuit & inueſtitus, deinde inter emptorem & venditorem moleſtia ſubortia, eo quòd forte pretium non perſolueretur in termino, emptor renunciauit emptioni, quod venditor acceptauit, & inter eos placuit omnia haberi pro infectis & rem & pretium hinc inde reſtitui quod & fecerunt. Vtrum patronus poſſit nouum aliquod ius petere vel retractus vel quinti pretij, vel ſaltem an poſſit ab electione per eum facta de quinto pretij diſcedere & redire ad retractum feudalem & eum eligere, ſaltem attento quòd non fecit hanc electionem cum venditore, qui nunc vult de nouo recipi in fidem? Et puto quòd non poſſit, ſed quòd teneatur renouare inueſtituram venditori ſimplicem fidelitatem offerenti: dummodo illud primum quintum pretij, vel ſumma ad quam cum emptore compoſuit, ei offeratur, & ſoluatur. Et nihil aliud petere poteſt patronus nec variare poterit redeundo ad retractum prætextu variationis contrahentium, quia non obſtantibus geſtis inter emptorem & patronum, contractus ſemper manſit adimpletus inter ipſos contrahentes, & ſic licuit eis per viam diſtractus diſcedere ſecundum formam, *diſt. l.* 1. *C. quand. lice. ab empt. diſced.* quemadmodum liceret diſtrahere etiam poſt manum iniectam à patrono in feudum venditum & traditum, in præiudicium tamen quærendorum duntaxat & non quæſitorum iurium, ſecundum prædi-

cta, quæ inquantum termini conueniunt habet locum etiam in venditione vel diſtractu pretij cenſualis.

30. Quantum autem ad ſecundam principalem partem noſtræ diſtinctionis, videlicet quando agitur de alio contractu quam de venditione *ſupra num.* 18. Tunc prima facie non videtur diſtinguendum, nec ſubdiſtinguendum, an ſuperueniat diſtractus ex cauſa voluntaria, an ex neceſſitate pacti in primo contractu appoſiti, nec an diſtrahatur poſt primum contractum, puta permutationem hinc inde vel ex altera tantum parte impletum, prout in venditione fecimus, ſed generaliter & vniuerſaliter, quod quoties feudum mutat manum, ſeu transfertur de vno in alium, toties nedum de nouo aperitur, ſed etiam nouum releuium debetur. Et ratio differentiæ manifeſta eſt, quia onera quinti pretij vel retractus in caſu venditionis debita, non imponuntur ipſi mutationi feudi, nec eam præcisè reſpiciunt, quia etiam citra mutationem debentur & exiguntur, vt dictum eſt in §. 20. *gloſſ.* 3. Sed imponuntur ipſi venditori, & eam reſpiciunt tanquam proprium ſubiectum ex quo producuntur, & ad quod referuntur, & determinantur, non immerito impoſitio horum iurium, recepit omnes modificationes & conditiones à iure impoſitas venditioni, & circa ſimilia onera venditionibus impoſita: longe diuerſum in iure ſeu onere releuij, quod non imponitur certo contractui, vel cauſæ mutationis, ſed ipſi mutationi, & tranſlationi feudi, de manu in manum, & non refertur ad aliud quàm ad ipſam mutationem, & ſic non recipit præfatas modificationes. Sed ex quacunque & quam frequenti mutatione debetur, exceptis tribus tantum caſibus, per hunc text. Igitur non videtur aliud requirendum, quam ſi quoties feudum de vno ad alium tranſeat, etiam ſi quid durum inde ſequatur, quia ita lex ſcripta eſt, *l. proſpexit. D. qui & à quibus manu. lib. non ſi.* Quid enim ſi vaſſallus donauit feudum cum onere? quod ſi præmoriatur donatarius, vel alia conditio extiterit reuertatur ad donantem, dicemus non deberi releuium ex reuerſione neceſſaria, ſed ſolum ex donatione? Non opinor, quia id eſſet contra mentem & generalem diſpoſitionem huius §. Quid ſi donauit & tradidit ob cauſam, & cauſa non ſecuta recuperat, dicemus ne bis deberi releuium? Et certe hoc caſu quantumuis verba huius §. ſtent pro patrono, tamen præter id quod durum & abſurdum eſt, non puto eam eſſe mentem. Ideo pro reſolutione

31. Sic breuiter diſtinguo, aut receditur à cõtractu alio quàm venditionis, puta donatione, vel permutatione, ex cauſa ſeu modo per quem contractus & traditio rei retro annullatur, ſeu reducitur ad non cauſam, & non ſortitur effectum, quaſi traditio fuerit inefficax: aut reducitur ex cauſa per quam contractus non annullatur in ſe, nec reducitur retrò ad non cauſam, ſed traditio remanet pro tempore præterito efficax. Primo caſu tametſi feudum bis mutet manum, tamen quia illæ mutationes annullantur ex cauſa neceſſaria, & in exiſtenti primæ mutationi, nullum debetur releuium, quia * nulla efficax mutatio (de qua ſola hæc conſuetudo debet intelligi) interceſſit. Secundo vero caſu puto nedum ex prima, ſed etiam ex ſecunda mutatione vel reſtitutione rei deberi releuium, ſiue reuerſio fiat ex cauſa voluntaria; in qua non eſſet dubium, ſiue ex cauſa neceſſaria, & in exiſtenti primæ mutationi & contractui, puta cum feudum donatum fuerit cum onere reuerſionis ad donatorem, vel ſuos poſt mortem donatarij, vel ſuorum, quoniam ex hoc donatio non reſcinditur, nec annullatur in ſe nec reducitur retro ad non cauſam, & ſic in effectu reperitur duplex mutatio. Igitur duplex releuium, quamuis in hoc vltimo exemplo aliud ſit in venditione propter diuerſam rationem, vt dictum eſt. Limito per not. ĩ. *eo. q.* 36. quando hæ mutationes cadunt ĩ eundem annum. Et ne cui forte prolixior videatur hæc. q. potuiſſem per quatuor concluſiones quod ſentio exprimere, ſed quia nuſquam mihi arrogo pythagoricum illud αὐτὸς ἔφα, ſed cuiuſque melius ſentientis iudicio ſcripta mea ſubiicio, eidem ſcriptorum & rationẽ & probationẽ reddendã eſſe cenſui iuxta not. in *ca. ego ſolis. 9. di.* Et in hoc quantum potui & facilitati & breuitati bona fide ſtudui, nec commode potuiſſem pauciori. verbis expedire maximè attẽto quòd hæc quæſtio ad infinitas alias generalis eſt, & quòd nullũ in hac materia habui præcurſorem, nec à quoquã tractatã aut diſcuſſam inueni. Succeſſit do. And. Tira. qui in *trac. de retract. conuen.* §. 6. *gl.* 2. laboriosè & effusè vltra tres chartas hæc examinauit. Sed tandem *n.* 19. in ſententiã noſtrã recidit. Adde quæ circa hæc ſcripſi per duas concluſiones cum ampliationibus & limitationibus ĩ. *par.* 2. §. 78. *gl.* 1. *q.* 2. *à nu.* 31. *vſque ad nu.* 40. hic iucundum erit ſubiicere. q. prioribus connexam, quam anno 1550. vidi in facto. Vidua permutauit cum genero ſub aliquo ſupplemẽto pretij, domina de Verſigni à qua potior fundus cenſualiter mouetur petit laudimia; vidua, quæ excipit contractũ ſimulatũ nec ſortitum effectum, ſe ſemper poſſediſſe, nec pecuniam fuiſſe numeratam, hæ ſunt peremptoriæ defenſiones. Tamen iudex fauens actrici, noluit recipere ad probandũ. Clamabat aduocatus actricis conſtare in promptu de contractu, & ſic quod vidua rea damnanda erat ad ſoluenda laudimia, & mulctam per octiduum celati contractus ſaltem prouiſionaliter ſine præiudicio repetẽdi in diffinitiua. Ergo partes viduæ tutatus ſum. quia non eſt inſtrumentũ factum cum actrice & ſic ea non debet habere priuilegium guarentigię & prouiſionis. Sed debet venire via ordinaria actionis, & ſic ream prius audiendam in probatione exceptionum peremptoriarum. Nec obſtat cauſificatio actricis quòd aliàs nunquam ſoluentur laudimia: quia imo mox ve poſſeſſio ſerio in alium tranſlata fuerit, poſſeſſoris multis nominibus intererit inueſtiri. Prius autem quam ſerio tranſlata fuerit, dominus directus præpropere ſollicitus eſt & certat impedire commercium quod liberũ eſſe debet ſaluis iuribus domini directi, ſecundum qualitatem commercij perfecti, quod præcedere debet, nec in ſua libertate impediri. *l. pen. C. pro ſocio.* Dicta enim actrix non habet ius ex dicto contractu niſi inconſequẽtiam. Ergo prius iudicandum de contractu: multum refert inter eum qui principaliter contraxit, & inter eum qui expectat aliquod ius inde ad ſe peruenturum in conſequentiam, vt plenius dicam ĩ. *tit.*

32. ¶ QVARTO ad ampliorẽ declarationẽ, & cõfirmationem præcedentiũ quæro. Minor ſine decreto vendidit vel permutauit, & de facto tradidit feudũ ſuũ. Deinde forte maior factus, ſed ante lapſum temporis de quo tractamus ĩ. §. 103. vendicat à poſſeſſore, & venditio vel permutatio declaratur nulla? Reſpond. ſecuta hac declaratione (& idem in ſimili de domino cenſuali) nulla iura debentur patrono, nec ex contractu, nec ex traditione, nec ex reſtitutione, quia feudũ non fuit alienatum, nec mutauit manũ, & conſuetudo * loquens de venditione vel mutatione intelligitur de valida. *l.* 4. §. *condẽnatum. D. de re iudi. l. non putauit.* §. *nõ quæuis. D. de bon. poſſeſſ. cõtra tab. l.* 2. *in fi. D. quẽ admodũ teſta. aperi. l. filiũ.* §. *ſi quis bonorũ. D. de leg. præſtand.* & hoc in terminis noſtris, tenet Pet. à Bella. Petr. Io. Fab. Alberi. in *l. fi.* §. *ſin autẽ. C. cõmunia. de legat.* Hinc eſt quòd * gabellæ non debẽtur ex cõtractibus nullis, aut inualidis: & ſtatutum imponẽs gabellã, nõ intelligitur loqui niſi de actu valido, vt volũt Cy. Bart. Bal. Salic. & Iaſ. in *l. fi.* §. *ſin autem. C. cõmunia. de lega.* Bal Salic. in *l.* 2. *in fi. C. de eunuch.* Bart. Bal. in *l. non dubiũ in princ. C. de legib.* Ang. in *l. Marcellus.* §. *res quæ. D. ad Trebellia.* Ludo. Rom. in *conſil.* 78. *licet cõmuni. per to.* Alex. *conſil.* 104. *nu.* 6. *lib.* 3. *conſil.* 36. *nu.* 5. 8. *lib.* 4. Ioan. Bertachi. in *tract. de gabel. in* 3. *parte octauæ partis prin. in q.* 15. 32. Iaſ. in *l.* 3. §. *nerua. not.* 3. *D. de acquir. vel admitt. poſſeſſ.* Franc. Ripa. *l. edita nu.* 42. *cum ſeq. C. de eden.* Franc. purpurat. *l. ſingularia nu.* 127. *D. ſi cert. petat.* & poſt primam horũ editionẽ multa ad hoc cumulat And. Tira. *de retract.*

a Conſuetudo loquens de mutatione feudi intelligitur de efficaci & valida non de inutili & nulla.

a Nulla & inualida quæ ſunt, nihil operantur.

a Gabella nõ debetur ex contractibus nullis aut inualidis.

Tiraq. *de retract. proximita.* §. 2. 1. *gloss. nu.* 6. *cum seq.* Et pœna apposita alienanti feudum vel emphyteusim sine consensu domini, & generaliter quendam contractum vel actum facienti, non habet locum nisi in alienatione vel contractu valido: secus si alias, puta ex defectu solemnitatis, vel ob aliam causam sit nullus. vt tradit Bald. in *l.* 2. *colum.* 1. *versicul. ex prædictis. Cod. de episcop. audien. & in consilio nono, factum tale, col. finali. lib.* 1. Bartol. in *dicto* §. *si quis bonorum. de legat. præstan.* Fabia. de monte sancti Sani. in *tract. de empt. & vendi. in* 3. *q. princ. quæst.* 35. Iacob. Aluaro. præpos. in *c.* 1. *quid iur. si vassall. post alien. feud. recuper.* Iacob de S. Georg. in *tract. feud. in ver. & cum pacto, de non alien. col.* 2. *vers. sed pone.* Guid. Pap. in *Decis. Delphi.* 590. Alex. *consi.* 99. *in fi. lib.* 5. Soc. in *tract. fallen. in ver. emphyteuta.* Feli. in *c. ex tenore col.* 4. *de rescrip.* Ias. in *l.* 3. *quæst.* 22. *C. de iur. emphyt. l.* 1. *col. fi. D. quòd quisque iur.* Bart. in *l. seruo legato.* §. 1. *in fi. D. de leg.* 1. Franc. Cur. senio. in *consi.* 8. *colum. fi.* Hippol. de Marsi. in *l. fi. num.* 12. *D. de quæstio. l.* 1. §. *præterea. nu.* 20. *D. ad l. Cornel. de sicar. & in singula.* 28. *& consi.* 28. 43. Chassa. in *consue. Burgun. eo. tit.* §. 8. *gloss.* 3. Et hæc est vera & communis sententia. quamuis Francisc. Cur. iun. *in tract. feudo. parte* 4. *q.* 19. dubitet, & in contrarium declinet. sed non est dubitandum, etiam si procedatur ad traditionẽ facti, quicquid nouissime dixerit Andr. Alcia. in *c.* 1. *col.* 4. *num.* 91. *de præsumptio.* Et ita quod tunc non incurratur pœna etiã si sequatur traditio facti. Tenet Bald. in *d. l.* 2. *C. de episcop. aud.* Præpos. it. Mediolanen. in *c.* 1. *quid iur. sit si vassal. post alien. feud. red. in vsib. feud.* Antho. Rubar. *Repeti.* §. *morte. in l. non solum. num.* 483. vbi nu. seq. limitat, vt procedat quando res facilè pollet recuperari. Secus si de facili non possit recuperari. Ita quòd interest domini non minus ex actu nullo, quàm ex valido, & sic locus est pœnæ vt per Bar. & alios in *l. vbi pact. col. vlt. C. de transact.* Franc. Aret. *cons.* 18. Curt. iuni. in tract. *feudo. par.* 4. *q.* 17. Limita etiam procedere dummodo dominium non separetur ab antiquo vassallo: quia tunc feudum nec alienatur, nec transfertur. Aduerte tamen quòd antequam sit declarata hæc nullitas, fundata est intentio patroni, tam in iure retractus, vel subquinti, quàm in iure relevij respectiue, & hoc præcisè contra acquisitorem, qui non potest allegare nullitatem, sed contra alienatorem ita demum si incontinenti probari nequeat, idem in similibus dicendum per not. *supra* §. 20 *gloss.* 5. *quæst.* 11. *& gloss.* 6.

33. ¶ QVINTO subsequenter quæro, eodem vel simili nullitatis themate retento, si patronus recipit quintum denarium vel relevium à nouo acquisitore, vtrum postea euictione secuta teneatur * restituere? Videtur quod non, maximè si non exegit, sed ab offerente recepit, & sic recusare non potuit iuxta tex. in *l. fideicom.* §. *si rem. D. de lega.* 3. Præterea ista iura soluuntur ratione inuestituræ, quam concedit & renouat patronus, sed patronus ex parte sua impleuit & inuestiuit acquisitorem, igitur iustè & debitè recepit iura vtilia, vt sic non teneatur ea restituere: quia si sit aliquis defectus non est ex parte patroni, sed ex parte acquisitoris & inuestiti, qui non habeat ius, igitur non debet patrono, sed acquisitori imputari. Contrarium puto, quia non erat debitum, & sic locus est condictioni indebiti, & ita de facto consului & obtinui pro vno ex ostiariis supremæ curiæ Ioanne Richier, qui dono acceperat quoddam feudum, & à patrono inuestitus fuerat, mediante certa summa quam ei soluit pro relevio: postea à donatore ratione minoritatis aut alias rescissa & annullata donatione euictionem passus, cœpit repetere à patrono dictam summam corã dominis requestarum, seu libellorum supplicum palatij, patronus excipiebat se semel officio suo rectè ritéque quoad se functum, ideoque non recepisse nisi quod iustum erat & debitum, nihilque ad se spectare de nullitate vel rescissione donationis: sicque absolutus fuit. Actor appellauit, consului benè appellatum & ita his diebus anno 1539, mense Iunio pro actore iudicatum est in supremo hoc senatu. Idem in eodem senatu iudicatum contra ducem Niuernensem, qui quintum pretij receperat ab eo qui emerat per decretum. Et post sex annos resoluto decreto euictus fuerat. Adde quæ dixi in §. *seq. q.* 2. Prædicta limito vt procedant quando contractus retro reducitur ad non causam. Secus si ea alienatio de facto diu durauit & possessor fructus in effectu non restituit. Quia ex persona possessoris qui cum effectu diu possidet iura dominicalia metiri debent, *vt* j. *eo. q.* 45. ideo quamuis ex longo interuallo euincatur, tamen quia fructus non perdit, non repetit à domino directo iura quæ sunt pars & onera fructuum, *vt* j. *eo. q.* 18. *n.* 63. *& q.* 39. adde quæ dixi j. §. 78. *gl.* 1. *nu.* 17 25. tum respectu releviorum non inspicitur validitas cõtractus. sed effectualis mutatio manus. Aduerte tamen quod nõ tenebitur patronus restituere si probet saltem verisimiliter se donasse, vel alias perdidisse, & non esse factum locupletiorem, non enim in plus tenetur secundum naturam huius actionis. in *l. si non sortem* §. *libertus. l. in summa.* §. *in frumenti. D. de cond. indeb.* Vnde si fuerit solutum tutori vel procuratori qui reliquator mansit, non tenetur patronus nisi actiones suas quales habet contra eos cedere. Qui tamen sciens recepit vel ex forma contractus scire debens, non solum tenetur in quantum locupletior, sed simpliciter per ea quæ dixi j. *par.* 2. §. 78 *gl.* 1. *nu.* 23. 34. Sed nunquid * sententia lata contra acquisitorem, faciat fidem contra patronum? Videretur quòd sic, ex quo fuit lata cum habente interesse principale *arg. l. Papin.* §. *fi. D. de inofficio. testa. l.* 1. §. *denunciatio. D. de ventr. inspic. l. ex contractu. D. de re iudic. gl.* 2. *in l. de vno quoque eo ti.* Ange. in *l. in cognitione. D. ad Sylla. in l. cum filius fa. in prin. D. de verb. obl. l. authore laudato. C. de euict.* In contrarium, quia licet, vt iudicium procedat, sufficiat illud agitari cum eo cuius principaliter interest, tamen quantum ad extensionem præiudicij necessaria est citatio, alioquin non præiudicat non vocato per d. regulam *d. l. de vno quoque.* & ibi Alexan. in *fi.* Bal. in *l. ea quæ. C. quomod. & quand. iud.* Bart. in *l. decem.* & ibi Ias. *col.* 9. D. *de verb. oblig.* Alex. in *repet. l. sæpe. col.* 8 D. *de re iud.* Ias. in *l. si quis nec caussã. n.* 7. D. *de. reb. cred.* & latè in *l. filius fa.* §. *diui. lect.* 1. *&* 2. D. *de l.* 1. Vnde non tenebitur appellare, etiam si sciuerit litem agi, & hoc nisi fuisset citatus, secundum nota. Paul. in *d. l. cum filius fa. in prin.* Phil. Deci. in *l. pen. col.* 8. *C. de edend.* hæc tamen opinio Pau. controuertitur à Panor. in *c. cum super col.* 9. & Feli. ibi *de re iud.* & à Ias. in *l.* 2. *in fi. C. de eden.* Sed nolo huc extendi quoniam præsentem materiam excedit, dicam fusiùs loco opportuno. j. §. 45. *q.* 4. Quantum autem ad solutionem huius incidentis q. breuiter dico quòd sic est sententia voluntaria, vel per contumaciam lata, non facit ius contra patronũ. Si autem est sententia contradictoria, & sic causa plenè cognita lata, facit ius cõtra patronum. Etiam si acquisitor non appellet quum posset, vel renũciet appellationi: quoniam est lata cum legitimo contradictore qui non tenetur à tali definitiua appellare, vt in fortioribus terminis tenent *glo. vlt. in fi.* Et ibi Bartol. in *l. Hærennius. D. de euictio.* nec interpositam appellationem prosequi, nec dominari quidem patrono Ex quo nullum contra eum recursum prætendit, nec erit admissibilis patronus, si velit controuersiam facere iuris alterutrius partis siue appellando, siue opponendo, aut alia quacunque via, nisi collusionem in facto ponat, & probare offerat. adde quæ dicam *infra eo. q.* 21. Potest etiam lite pendente vel non citatus, sicut quilibet cuius interest adesse, ne forte litigantes colludant, allegare & probare ad fidem validitatis contractus, & his casibus sententia declaratoria nullitatis omnino præiudicabit domino directo nisi appellet.

35. ¶ SEXTO quæro quid si minor vendidit vel permutauit cum solemni decreto, sed propter læsio-

* Quando patronus tenetur restituere iura recepta.

* Sententia lata contra habentem principale interesse an præiudicet habenti minus principale interesse.

nem restitutus est in integrum, infra vigesimum nonum aetatis annum: certum est quòd ex restitutione vel secunda mutatione rei, nihil debetur patrono, cùm non sit nova mutatio, sed resolutio primæ, sed an ex primas? Et videntur iura debita, quia venditio vel permutatio, & alienatio mero iure tenuit, & feudum vere mutauit manum, & licet restitutio in integrum concessa aduersus contractum, decretum & alienationem trahatur retro ad omnia in pristinum statum reponenda, non tamen extenditur contra tertium, nec in præiudicium tertij, cui medio tempore ius est quæsitum. Vnde restitutus ad gratiam, non restituitur ad temporis proprietatem, nec præfertur, sed postponitur ei cui medio tempore gratia facta est. cap. quamuis de rescrip. in 6. Et priuatus collegio vel ordine, deinde restitutus non recuperat antiquitatem, vel pristinum locum, sed habetur tanquam de nouo receptus *l.* 2. & ibi Bar. Ioan. de Pla. in *l.* 1. *C. hîc qui ext. dat. resti. li.* 10. *ad hoc tex. in c. ex insinuatione in fi. de simo.* & priuatus gremio vniuersitatis, & nominationibus, deinde restitutus, postponitur omnibus medio tempore nominatis, vt rectè decidit Pet. Rebuff. decretorum in hac vrbe ordinarius, in tract. *nomina. q.* 21. *nu.* 21. Et idem in materia feudali decidit Bald. in *c.* 1. *in princ. q.* 4. *versi. pone rex Franc. hic fi. lex deinde consuetu. in vsib. feudor.* & ibi sequi. Aluar. *col.* 5. *nu.* 20. *& præpo. col. fi.* quòd condemnatus ad mortem, dum duceretur ad supplicium, remissionem & in integrum restitutionem obtinuerit à rege, recuperat feuda aperta regi, sed non aperta tertio. ad hæc quæ no. Io. And. in *c. sine culpa de regu. iur. in 6. in mercuria.* Et ne sim prolixior vide similia per Iaſ. Fort. Gar. & alios in *l. Gallus §. & quid si tantum. D. de liber. & posthu.*

36. ¶ His non obstantibus puto nulla iura deberi patrono, vel alij domino directo, & si receperit, tenetur quatenus locupletior factus est, restituere duplici ratione. Prima quia * restitutio in integrum, extenditur etiã ad iura quisita tertio, quando sunt ei quæsita immediatè ex causa quæ per restitutionem in integrum resoluitur & annullatur: secus si sint ei quæsita ex alio contractu, vel causa extrinseca, & hoc fuit originale dictum Iacob. de Bell. in *d. c.* 1. hic finitur lex. quem refert & seq. Bal. Aluar. & Præp. ibi An. de Iser. in *c. vnico de vassal. decre. etat. in vsib. feudo.* Bal. Ludo. Rom. Ias. in *l. sed si hac. §. sed etsi per pœnam. D. de in ius vocand.* per illum tex. & per *l. sine patronus. D. de iur. patro. l. intercidit. D. de condi. & demonst. adde l.* 3. *D. de sent. pass. l. fi. C. eo.* Bald. Angel. in *l. si pater filium. D. de liber. & posthu.* Petr. de Ancha. & alij *in d. c. quamuis col.* 2. *versi. & conclude ex prædictis* Pan. in *d. l. intercidit.* Egid Bel. in *decis.* 744 Feli. in *c. inter quatuor col. fi. in fal.* 1. *de maior. & obed. & plenè scrib. in d. §. & quid si tantum.*

37. ¶ Et prô pleniori intelligentia ex hac distinctione Iacobi de Bel. subuerti videtur illud dictum * Bal. in *d. c.* 1. *hic fi. lex.* Sed Præpos. ibi illud sustinet dicens non obstare distinctionem Iacobi de Beluiso sed concordare, quia feudum est apertum agnatis, non per ipsam cõfiscationem, sed per alium contractum primi authoris cuius prouidẽtia veniunt agnati. *c.* 1. & ibi Bald. *de feud. Marchi. Duca.* Sed licet ista saluatio possit adaptari in terminis dictarum consuetudinum Insubriæ, non tamen apud nos, vbi feuda sunt patrimonialia. Præterea illa saluatio non concludit; quia licet secundum dictos vsus, vassallo sublato de medio feudum deferatur ad agnatos ex lege inuestituræ, vel speciali consuetudine, tamen illa inuestitura, vel consuetudo est causa remota & mediata. Priuatio autem vassalli est * causa propinqua & immediata, quæ sola debet attendi. *l. si quis nec causam in princ. D. de reb. cred. in l. censoria in fi. D. de verb. sign. l. si mulier. D. rer. amot.* Bal. in *l. ex placito. col.* 1. *& 2. C. de rer. permut. in l. si cum dotẽ. in prin. col.* 3. *D. solut. matri. & in tract. statu. in verb. beneficium.* Igitur cum priuatio, & causa priuationis, ex qua immediate causatur effectus acquisitionis agnati, resoluatur, annihiletur, & non ad causam reducatur: per restitutionem in integrum, ad priorem statum, sequitur quòd acquisitio agnatorum resoluitur, quum immediatè fundetur & causetur in dicta condemnatione & priuatione. His scriptis reperi Fortu. Gar. ita decidere in *d. §. & quid si tantum col.* 91. quod etiam si bona feudalia, vel emphyteutica deportati, non ad fiscum, vel ad dominũ directum, sed ad filios, vel agnatos, ex l. inuestituræ deferuntur, quòd secuta restitutione restituuntur. Et sic concludo illum dictum Bal. quod cæteri scribentes ad pauca (vt solent) aduertentes sequuntur non esse verũ in terminis in quibus ipsemet Bald. loquitur, videlicet quando princeps non nudam pœne gratiam vel generalem abolitionem aut remissionem facit. vt in *l. fi. C. de gene. abol. in l. generalis. C. de senten. pass.* sed quando in integrum restituit, tunc enim & honores, & bona recuperantur, etiam si essent confiscata, dummodo nondum sint aliter alienata, sed alias in eodem statu, *l.* 1. *& fi. C. de sent. pass.* 38. ¶ Idem si non sint confiscata, sed alij acquisita, dummodo acquisitio immediatè præcedat, & fundetur ex condemnatione, & dummodo is cui acquiritur certet de lucro: secus si certaret de damno vitando, puta si ex statuto dimidia pars bonorum condemnati de homicidio, acquireretur hæredibus defuncti, pro eorum interesse, reparatione & satisfactione iniuriæ: tunc enim puto quod restitutio gratiosa quantumcumque plena, non extenderetur ad hoc. Et ratio, quia istud non est pro pœna, sed pro rei persecutione & satisfactione debita parti ciuili, cui non potest præiudicari. Et ita quod hoc casu exemptio, seu * cancellatio banni non præiudicet hæredibus in dicta dimidia, tenet Alber. *in 4. par. statu. q.* 46. Bal. & Imol. in *d. l. Gallus. §. & quid si tantum*, & benè non per rationes quas ibi adducit Alber. sed per præfatam rationem. Prout etiam nuper reperi quòd per eandem rationem ita decidit Fort. Gar. Hispa. in *d. §. & quid si tantum col.* 92. Hinc est quod supremus princeps noster, nunquam delicti remissionem, nec condemnationis restitutionem concedit, nisi excepta & reseruata satisfactione partis ciuilis: quod etiam non expressum subintelligeretur. qualiter autem intelligatur, & cuius sit effectus, quòd solet etiam bona iam confiscata excipere, dixi *infra. §.* 198.

38. Venio ad secundam rationem, quæ est quòd quando * restitutio in integrum conceditur per viam iustitiæ, tunc extenditur etiam cõtra tertium, quamuis restitutio quæ fit ex mera gratia non æque extendatur. ita decidit Nellus de S. Gemi. *in tract. bannito. in* 1. *parte tertij tẽporis. q.* 11. *in fi.* Raph. Cuma. Ias. in *d. §. & quid si tantum lect.* 2. *col.* 14. *per l. quòd si minor. §. Scæuol. §. restitutio. D. de minorib.* quod extendo tripliciter. Primo nedum quando conceditur ex mera iustitia, puta aduersus iniustam condemnationem, iuxta *l.* 1. *in fi. D. de qu.* sed etiam quando ex causa iure speciali debita, vt in quæst. nostra, quoniam restitutio in integrum facilitate, vel errore restituti. iudicis officio quasi misericorditer petitur iuxta gloss. in *rub. D. de interrog. actio.* tamen quia est debita, & non potest iustè denegari, censetur de iustitia. Secundo extendo vt hæc restitutio nedum extendatur contra tertium immediate ius capientem ex causa quæ resoluitur: sed etiam contra habentem ius ex alio & separato contractu. Et ita sentiunt præfati docto. licet non exprimant. Istud tamen vltimum modifico vt procedat secundum notata in *l. in causa in fi. & l. seq. & in d. §. Scæuol. & in l. intra vtile. D. de minori.* quæ pro nunc nolo vlterius explicare, ne nimis excedam materiam: ad quam redeundo, ex prædictis appareret, quòd cum patronus non prætendat ius nisi immediate ex causa resoluta, & annihilata per restitutionem, quæ ex causa iusta & debita, & non ex gratia conceditur, & cùm certet de lucro captando, restitutus autem de damno vitando: quòd absque dubio restitutio extenditur etiam contra patronum, & iura quinti vel releuia per eum recepta, tenetur reddere

* An & quatenus restitutio in integrũ extendatur in præiudicium tertij.

* Contra Bal. & Præp.

* Causa propinqua & immediata sola attendi debet.

* Cancellatio banni non præiudicat parti ciuili.

* Restitutio in integrum per viam iustitiæ extenditur contra tertium & ad pristinam antiquitatem & locum.

reſtitutio antiquo vaſſallo ſuo, ſiue per manus eius (vt quintum pretij) ſiue per manus acquiſitoris euicti receperit. Quod eſt intelligendum vt tetigi ẽ. *eo. num.* 33. quando retro reſoluitur contractus cum reſtitutione fructuum, ita vt etiam mutationes attendantur ex parte reſtituti. Puta ſi interim reſtitutionem in integrum tranſmiſerit ad hæredem collateralem, vt huius mutationis releuium ſoluatur patrono. Secus ſi alienatio diu duraſſet & forte acquiſitor tertio vendidiſſet, à quo ſine reſtitutione fructuum feudum recuperaretur. Et ſic interim mutationes ex parte poſſeſſorum medij temporis attendantur. Tunc etiam iura dominicalia ex capite poſſeſſoris ſoluuntur nec repetuntur, imò non ſoluta exiguntur: & pro eodem tempore ex parte reſtituti non debentur per notab. j. *eod. quæſt.* 18. 39. & 45. & j. §. 78. *gl.* 1. *num.* 26. & 27. Et quæ ẽ. *eod. num.* 35. ſunt adducta pro parte contraria, limitari debent, vt non procedant in reſtitutione facta per viam iuſtitiæ, & per annihilationem præcedentis priuationis: ita quòd non eſſet opus noua collatione, nominatione, vel receptione: tunc enim etiam priorem antiquitatem, & locum recuperaret taliter reſtitutus. Vbi autem per viam nouæ collationis, vel prouiſionis, quis reuertitur, tunc demum eſt introductum quòd priſtinum locum non recuperat, quia priuatio præcedens non reducitur ad non cauſam, ſed magis confirmatur & approbatur, vt in caſu in quo Petr. Rebuff. in loco prælegato reſpondit quibuſdam canonicis Bituricenſibus.

40. ¶ Septimo quæro, quid de aliis reſtitutionibus, ſeu reſciſſionibus? Et breuiter quod dixi ſuper præcedenti quæſt. amplio ad omnem ſpeciem reſtitutionis, ſiue ex capite minoris ætatis, ſiue ex capite alicuius noſtrę cauſæ maiori concedatur, ſeu ad omnem modum reſciſſionis, puta ex cauſa metus. Et hoc dummodo illa reſtitutio vel reſciſſio præciſe operetur annullationem, retractationem & reductionem ad non cauſam contractus vel alienationis præcedentis, per modum annihilationis, & ex cauſa neceſſaria inexiſtente ab initio contractus: ſecus ſi ſolum operaretur retractationem vt ex nunc, pro tempore futuro, non annullando nec reuocando retro ad præteritum, etiam ſi hoc fieret ex cauſa antiqua & neceſſaria, puta quamdiu in vim pacti de retrouendendo pretium emptori reſtituitur, tunc enim ſemel debentur iura ex prima venditione, quæ non annullatur, nec reducitur ad non cauſam pro tempore præterito: ſed dumtaxat pro tempore futuro. Item ſecus ſi ex mera voluntate fiat reſciſſio, vel reſolutio, in quo an ſemel an pluris debeantur iura diſtinguendum eſt, *vt* ẽ. *eo. quæſt.* 3. Sed contra prædicta opponitur de eo quod voluit Bal. in *l. ſi prædium col.* 2. *de ædil. edict.* quod ſi res vendita redhibeatur, non tenetur fiſcus reſtituere gabellam quam recepit: ſed tenetur venditor eam reſtituere emptori. *l. debet. D. de ædil. edict.* Et tamen certum eſt quod per redhibitionem retro annullatur venditio, & ad non cauſam reducitur. tex. in *l. cum autem* §. *Iulianus ait. & l. facta. D. de ædil. edict. l. quia redhibitio.* D. *de alien. mut. iudic. cau. facti.* Ad quod dictum & ſimilia reſpondeo quod loquuntur* in gabella quæ ſimplicem actum contractus concernit, & ſigillum, vel regiſtrationem inſtrumenti, & eſt onus ipſius contractus, non autem executionis vel traditionis rei, vt tradit Bal. in *l.* 1. *q.* 4. *C. de contrab. emp. pulchrè* Alex. *conſ.* 51. *viſis li.* 3. ſed iura & onera feudalia de quibus loquimur, principaliter reſpiciunt tranſlationem & proprietatem feudi, & mutationem vaſſalli. Vnde ſi feudum venditum & permutatum redhibeatur, quod accidere poteſt, vt in *d. l. ſi prædium.* non debebitur quintũ pretij, nec releuium, & exactum reſtitui debet, vt in reſtitutione in integrum. Eſt enim redhibitio (quæ æque in permutatione vt in venditione locum habere poteſt. *l. ſciendum* §. *deinde.* D. *de ædil. edict.*) quædam ſpecies reſtitutionis in integrum. *l. cum autem* §. *hæ actiones eo.*

* Differentia inter gabellã & iura feudalia.

tit. Ideo retro fructus & vſuræ pretij hinc inde reſtituũtur *d. l. cum autem* §. *cum redhiberetur. l. quod ſi nolit.* §. *ſed et fructus. l. illud ſciendum. eo. ti.* Secus ergo ſi contingeret non reſtitui retro, ſed à tempore moræ poſtquã interim mutatio manus pluribus annis ſteterit & effectum habuit vel contingere poteſt quando redhibitio de ſexaginta diebus vtilib. vel ſemeſtri virili, de quo in *d. l. ſciendum in fin. et in l. cum ſex menſes de ædil. edict.* prærogatur in perpetuum, *vt in l. quod ſi nolit.* §. *ſi quid ita eo. ti.* tunc enim vt excedit terminos ſuos, ita excediturà non ſuis terminis. *l. Lucius.* D. *depoſi.* non enim cenſetur actum vt fructus retrouenient ſi contingat adhiberi poſt plures annos, quum enim fiat in vim pacti *d.* §. *ſi quid.* Ita hoc magis recedit in alienationem factã ſub pacto redimendi. Quo caſu iura, ſiue quintum ſiue releuium ſemel ex primo actu debentur, & indiſtincte quãdo hæc redhibitio fit ex veteri cauſa: ſed non agit retro dicendũ, vt nuper *nu.* 39. *de reſtitutione in integrũ* diximus. Quod ſi fieret ex interuallo ex voluntaria cauſa, bis iura deberentur vt in reſolutione poſt eam ſecutam & ex interuallo voluntarie facta, ẽ. *eo. nu.* 22. 27.

41. ¶ Octavo ad ampliorem declarationem quæro, quid in permutatione quæ propter læſionem vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis reſcinditur? Et videtur dicendum quod ſemel tantum debeatur, & repetiri non poſſit releuium, videlicet primæ mutationis, & non ratione diſtractus & reſtitutionis rei. quoniam quantum ad remedium *d. l.* 2. permutatio venditioni æquiparatur, ſecundum Specul. *in titulo de empt. et vend.* & nunc dicendum. 2. *nu.* 13. & omnes ſcrib. in *d. l.* 2. *et in c. cum cauſa de empt. et vend.* Vbi communiter ſentiunt locum eſſe ſuppletioni in pecunia. Et ſic ſi is contra quem agitur eligat reſtitutionem rei, videtur reſtitutio voluntaria. In contrarium, quia circa modum reſolutionis, diuerſa ratio, & diuerſum ius, militant in permutatione: quoniam licet in venditione non teneatur quis præcisè ad reſciſſionem, ſed habet facultatem ſupplendi quod deeſt iuſto precio: tamen* aliud eſt in permutatione, quia in venditione contrahentes habuerunt intentionem emendi & vendendi, & ſic ſupplementũ defectiui, vel reſtitutio exceſſiui pretij, conformatur & congruit, & intentioni partium, & naturæ actus. Cuius oppoſitum eſt in permutatione, quia neuter intendit vendere, ſed duntaxat permutare, & certam rem, loco certæ rei ſubrogare, & vterque vult habere penſationem rei ſuæ, in re ſimilis qualitatis, videlicet in fundo & re immobili, idque non in quolibet ſolo, ſed in certo indiuiduo ſolo deducto in permutatione, alioquin veriſimiliter in plurimum non fuiſſent permutaturi. Et ſic liquet quod ſuppletio vel reſtitutio æſtimationis vt pecunia, omnino diſconuenit, & contra intentionem partium, & naturam actus, vnde non debet admitti. Et hoc de iure eſt veriſſimum, quamuis nullum doctorem adhuc legerò qui hoc dicat in permutatione, ſed benè qui contrarium velit, vt expreſſe Petr. Iacob circa medium ſuæ ſummæ in *li. de actio. ex vend. quando vendi. eſt decep. vltra dimid.*

* Quamuis in permutatione ſit læſio vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis, tamen non habet locum facultas ſupplendi iuſtam æſtimationem contra omnes.

42. ¶ Et in ſimili in* diuiſione immobilium, quòd in caſu inæqualitatis non teneatur habens exceſſiuam partem eam reſtituere: ſed poſſit ſupplere in pecunia, tenet Ioan. And. in *addi. Spec. tit. de iud.* §. *ſequitur videre ſuper ver. Item quòd hæredes.* Et idem vult Bal. improbans Cy. in *l. maiorib. C. comm. vtri. iud.* ſed Pet. Cy. Ioa. Fab. Alb. Salic. ibi Cy. in *d. l.* 2. *col.* 1. *q.* 2. Henric. Boic. in *c. cum cauſa de emp. & vend.* tenent in huiuſmodi diuiſione, non eſſe locum facultati ſupplendi, vel reddendi pecuniam: ſed rem ipſam debere reſtitui, & hæc veritas, & ita debet ſeruari & practicari, licet multi per imperitiam in hoc errent: dum in libellis, etiã in impetrationibus literarum regiarum, ſuper reſcindendis inæqualibus diuiſionibus immobilium apponunt hanc alternatiuam vel de ſupplendo pretium ad electionem rei conuenti, quæ non debet apponi,

* Idem in diuiſione immobilium.

* Ad reſciſſionem diuiſionis nō requiritur læſio vltra dimidiam.

Et circa * reſciſſionem diuiſionum, illud obiter aduerte, quod non requiritur læſio vltra dimidiam, ſed ſufficit non nimis modica inæqualitas, vt plenè dixi j. §. 154. *ad fi. vbi remitto, & in tractat. commercio. & vſurar. q.14.nu.* Facit quòd in caſu *d. l.* 2. reſtitutio rei & reſciſſio eſt in obligatione: ſuppletio autem vel reſtitutio excedentis pretij in ſolutione ſeu nuda facultate ſoluendi: nec eſt obligatio alternatiua. vt tenet gl. magna in *d. l. 2. in medio* & ibi Bal. *q.*15. Salic. & omnes, & benè, quamuis ſolus Bar. ibi dicat obligationem eſſe alternatiuam, & neceſſe eſſe libellum accipi alternatiuè, quod de iuris ſubtilitate non eſt verum, licet in practica vulgo ſeruetur opinio Bar. Itaque quando illud quod eſt in facultate non congruit, remanet præcisè illud quod eſt in obligatione. Si igitur reſciſſio & reſtitutio feudi permutati eſt præciſa, & nullomodo voluntaria, igitur nec ex prima quidem mutatione debetur releuium & ſolutum erit reſtituendum per deducta in quæſt. præcedenti. Nec obſtat quòd feudum verè bis mutat manum, quia nec ſemel quidem mutat efficaciter, & hæc conſuetudo debet ciuiliter intelligi de efficaci mutatione. Cùm autem ſecunda mutatio ſit reſolutio primæ ex cauſa antiqua & neceſſaria, apparet quòd non repetitur aliqua efficax mutatio. Et ſic in effectu nulla iura vtilia debentur patrono. Quid dicendum, diſtingue. Aut reſciſſio fit infra breue tempus, & nulla iura debentur, quamuis vtrinque res ſecuta eſſet, & dominus præueniſſet, quia etiam ſoluta repetuntur, quia hæc deciſio fit ex cauſa neceſſaria quæ ab initio reddit contractum inualidum. Et ſic non obſtat de feudo vendito ſub facultate redimendi, quod re hinc inde ſecuta mox redimitur ex cauſa neceſſaria ab initio inexiſtente. Tum quia iſta reſolutio non reſpicit inualiditatem contractus, ſed eius executionem. Tum quia ab initio præuidebatur, & nihilominus ſub hoc onere contractum fuit, & facta mutatio manus, quæ duo deficiunt in præſenti ſpecie, quia non præuidebatur hæc reſciſſio, & ſi præuiſa fuiſſet, permutans non erat permutaturus, & in ſimili contrahens non erat contracturus. Et ſic reſolutio ſequens non fit per modum implementi vel executionis, ſed per modum annihilationis: & conſequenter nulla iura debentur, nec ſemel quidem, quia omnino redit ad non cauſam, & intelligo breue tempus quando acquiſitor non habuit ſpatium faciendi fructus ſuos, ſecus ſi poſt aliquot annos conuenitur ad reſcindendum, quia interim fructus ſuos fecit & lucratus eſt. Non enim tenetur eos reſtituere niſi à tempore moræ *l. videamus. D. de vſur.* & conſequenter ſemel debentur iura patrono etiam ſi acquiſitor vnius tantum anni fructus ſuos fecit, illi cedunt patrono etiam poſtea venienti. Ita tamen vt pariter actor teneatur indemnem reddere reum de releuio eiuſdem anni fundi compermutati, cuius fructus recepit. Multum ergo errant qui putant ex hac reſciſſione ſequuta ex interuallo deberi duplex releuium, & ſaltem vnicum ſi fiat infra breue tempus. Non enim ſimile eſt de reſciſſione conuenta, quæ venit in reſciſſionem & executionem contractus, & de reſciſſione præter mentem ob vitium contractus irrepente.

43. § Id quod tam verum quam æquum puto licet multi hactenus contratium opinentur literæ * magis quàm ſpiritui & menti inhærentes. contra *l. ſcire leges. D. de legib. 1. q.1.c. . Marchion. & in l. in omnib. D. de reg. iu.* ibi maximè in legibus æquitas ſpectanda. cum vulg. Et horum craſſities, qui præcisè adhærent literæ & non habita ratione æquitatis & veriſimilis mentis, tanquam ſuperſtitio Iudaica improbatur. per glo. in *l. damnum infect. 1. §. ſi is qui vicinas. in verb. aliquas. D. de dam. infect.* per Io. And. in add. Specu. in *tit. de Iud. & Sarra. in ver. ad literam.* Bal in *l ſi te expilaſſe. C. de his qui no. infra in l. quicunque col 3. C. de ſer. fug.* Vnde iuſtior & fauorabilior eſt ſententia noſtra, &

* Contra inhærentes literæ.

A naturæ feudorum conuenientior, cui pecuniaria onera diſconueniunt, & odioſa ſunt, & maximè in hoc regno, in quo ſunt patrimonialia & libera: niſi quatenus probatur de onere. Nec eſt nouum in hac conſuetudine, quòd feudum pluries mutet manum, & tamen non debeantur iura patrono pluries, ſed ſemel tantum, vt patet j. §. 184. *in fi. & §. ſeq.* Vbi ſi feudum fuerit venditum & traditum emptori, deinde à conſanguineo venditoris retrahatur & ei tradatur, non debentur iura quinti denarij patrono niſi ſemel, quia ſi emptor illa ſoluerit, ſatis eſt quòd retrahens ea reſtituat eidem emptori, & non tenebitur aliquid ſoluere patrono, quamuis teneatur ei præſtare fidelitatem & homagium, etiam ſi fuerint præſtita per emptorem, alioquin poterit iniecta manu patroni fructus amittere. Et ratio eſt, quia quamuis feudum verè bis mutet manum, tamen ſecunda mutatio propriè non eſt mutatio per ſe, ſed tranſlatio primæ mutationis in ſecundam, ita quòd ſubrogatur retrahens in locum primi emptoris, & habetur ac ſi primo emiſſet. Ex quo ſatis * apparet, quòd quamuis hæc conſuetudo generaliter loquatur de omni mutatione, tamen intelligit & præſupponit mutationem eſſe efficacem, & perſeuerantem. Et de illa intelligitur, non autem de mutatione quæ reſoluitur, & reducitur ad non cauſam, vel quæ nouatur & in aliam transfunditur. Et in ſimili decidit Alber. poſt Guilliel. Cug. in *l. ab emptione col. 3. D. de pact.* quòd ſi quid receperit dominus directus ex cauſa quæ reſoluitur, reſtituere tenetur tanquam receptum ob cauſam quæ ceſſat *l. 1. & l. 2. §. ſcilicet. D. de condi. ob cauſ.* interim tamen doctiores exoratos velim ne indignentur me tot rationes ſuper eodem cumulare, quaſi ſupra modum anxius ſim in iudicio: non enim doctis tantum, quid ſentiam indicare volo: ſed etiam rudes docere, præſertim in his in quibus paſſim errari à multis & per manus errorem tradi video.

* Verbum *mutat manum* in hoc §. intelligitur cum effectu.

44. § No o ſubſequenter quæro, quid in venditione completa, quæ reſcinditur medio *d. l. 2.* Et videtur quòd in omni euentu patronus habeat ſemel integra iura ſua. Aut enim emptor venditori re ipſa vltra dimidiam decepto ſupplet quod deeſt iuſti pretij, & tunc patronus debet habere quintum, & ſi caſus exigat etiam ſubquintum ſupplementi: quoniam * ſequitur naturam eius quod ſuppletur *l. inter ſocerum §. cum inter. Ibi nec ſeparabitur portio quæ data eſt additamenti cauſa. D. de pact. dot. l. etiam. C. de iur. dot. Antho. æqualitas ibi augmentum quoque. C. de pact. conuent.* & in hoc non eſt dubium. Aut vero emptor eligit rem reſtituere, & tunc cùm hoc faciat ex voluntate, videtur ſpontanea & voluntaria reſolutio quę non præiudicat iuri iam quæſito tertio *vers. eo. q.* 3. Et ſatis videtur valida, rata & efficax huiuſmodi venditio, ex quo non niſi conſentiente aduerſario reſcindi poteſt. Sed his non obſtantibus, puto quòd emptore eligente diſtractum & reſtitutionem rei, nihil debeatur patrono, & ſi receperit, reſtituere teneatur. quoniam venditio cum ſecutis ex ea annullatur, & ad non cauſam reducitur, idque ex cauſa antiqua exiſtenti à principio venditionis & neceſſaria, ſi non præcisè, ſaltem cauſatiuè, niſi malit emptor pretium ſupplere: quod ſufficit maxime cùm ſola reſciſſio & reſtitutio ſit in obligatione, ſuppletio autem pretij in facultate, quæ non eſt in conſideratione. Imo etiam ſi vtrumque eſſet pariter in obligatione, & eſſet obligatio alternatiua adhuc idem eſſet dicendum, & iura patroni penderent à futuro euentu electionis. *facit l. ſi non ſortem. §. pen. D. de cond. indeb.* Et ſi eligatur reſtitutio rei apparet retro nihil fuiſſe cum effectu acquiſitum patrono. Ratio, quia acquiſitio huiuſmodi iurium oritur & fundatur in contractu, & ſic recepit omnes conditiones & qualitates illius contractus: ſed contractus & traditio inde ſecuta

* Augmentū ſequitur naturam augmentati.

debebant implicitum ſtatum reſolutionis & annullationis in hunc euentum, igitur eodem modo & iura patrono acquiſita, quum non potuerint acquiri, niſi ſub eadem qualitate, & onere. *per l.ſi.* & quæ ibi not. Paul.Ale. Ias. *D.ſi ex nox. cauſa. agat.* intellige quando incontinenti, vel infra annum reſoluitur contractus, vel etiam poſt annum: ſed retro fructus reſtituendo à tempore moræ. Puta quia iudicium hoc bonæ fidei fuit ante fructus per emptorem perceptos contra eum inuentatum. Secus ſi diu poſt, ita quod emptor aliquot annorum fructus retinet, quia tunc domino feudi releuium vnum debebitur propter mutationem manus, quæ aliquot annos habuit effectum. Et quamuis venditio ipſa retro annulletur: non tamen mutatio manus. Quamuis enim verum ſit ex interuallo venditionem reſolui, tamen non eſt verum nullam & inefficacem fuiſſe manus mutationem. Et aliud venditio, aliud mutatio manus, vt etiam dicemus in §. *ſeq. in fi.* Ex his apparet quid dicendum in caſu conuerſo: ſi emptor deceptus ſit, & agat contra venditorem: quia ſi venditor eligat reſtituere quod iuſtum pretium excedit, tenebitur etiam patronus deducere vel reſtituere pro rata de quinto denario recipiendo, vel recepto: quia hactenus apparet retro non fuiſſe cum effectu debitum. Si autem eligat pretium reddere, & rem recuperare, nihil habebit patronus, & ſi quid receperit reſtituet, nec fit iniuria patrono ſi iura ſua ad limites * & vires contractus, vel actus ex quo oriuntur, reducantur & reſtringantur: nec etiam vlla captio, quoniam non tenebitur aliquid reſtituere niſi quatenus factus eſt & manet locupletior. per no. ſ. *eo.q.5.nu.33. inſi.* Item per ea quæ nuper dixi, ſi hæc reſciſſio fiat ex interuallo aliquot annorum, vel etiam vnius integri anni fructibus remanentibus penes emptorem: debebitur releuium patrono ratione mutationis manus quæ ſaltem per annum integrum ſtetit cum effectu.

* Iura patronorũ reſtringuntur ad limites & vires actus ex quo oriuntur.

45. ¶ Ad prædicta faciunt quòd * reſoluto contractu per viam *d. l.* 2. reſoluuntur hypothecæ, & omnia onera rei impoſita medio tempore per acquiſitorem ſecundum Bal.in *d.l.2.col.9.q.13.* Et ibi Alex.in add. quia iſta reſolutio fit per viam annihilationis, & ex cauſa de antiquo, cui res erat affecta ante pignus vel onus impoſitũ. & ſic locus eſt regulæ, *l.lex vectigali. D.de pig.* & ſequitur Saly.in *d.l.2.q.15.* Pau.*col.3.* Pantha. *de cre. in repe. col.16. & col.* 43. & hoc verius, quamuis contrarium in hoc vltimo voluerit Io. And. *in add.* Specu.in *rubric.de oblig. & ſolut.col.3.* Bar.in *l.4.§. ſed & Marcellus. D. de in diẽ addict.in l.ſi res. D.quib. mod.pig. vel hypoth. ſoluit.in l.in diem de aqua plu.arcend.* vbi Ludo.Ro. *nu.7 S.* Bartolum ſequitur. Idem cum Bar. Petr. de Ancha. in *repet.c.acceſſorium.col.9.de regu.iur.in 6.* Alex. in *conſi.* 45.*in cauſa col.2. li.5.* Et hanc communiter approbari ſcribit Ioan. Coraſ. *l.2. n.27. in fi. de ſeruit.* ſed melius ſenſit idem Alex. in *additio. ad Barth.d.l.ſi res.* vbi contra Bar.tenet opinionem Bal.quem etiam ſequitur Raph. Cuman.in *d.l.in diem* And. Alciat. in *l. debitorum fall.2. C.de pact.* Adde quod multo magis redimendo ex veteri pacto de retrouendendo ab initio impreſſo reſoluuntur hypothecę, vt etiam tenet Io.Coraſ. *l.3.de ſeruitut.col.pen.n.17. per l.ſi ex duobus.§. vlt.de in diem addict.l.ex vectigal.de pigno.l. Statius Florus. §. Cornelius de iure fiſci* Bar. *l.ſi res quib. mod. pig. vel hyp. ſol. & in l.in diem de aq.plu.arcen.* Et circa materiam huius & præcedentis q. aduerte ad duo in praxi.

* Reſolutio contractus per *d. l.* 2. *C. de reſc. vend.* reſoluuntur hypothecæ.

46. ¶ Primum quòd * practici dicunt, & pro certo habent, quòd ſi res vendita valet decem, emptor non dicitur eſſe deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, niſi emerit pro viginti & vno. Et tamen fatentur, prout negari non poteſt, quòd ex parte venditoris dicitur læſio vltra dimidiam, ſi vendiderit pro quatuor, non eſſe deceptionem vltra dimidiam ex parte venditoris, niſi valor rei plus duplo excedat pretium conuentum: ergo idem requiritur conuerſis terminis ex parte emptoris, videlicet quòd pretium datum ab emptore plus non duplo excedat verum valorem rei, alioquin nõ ſit deceptus vltra dimidiam: vt enim permutans domum cum fundo non læditur vltra dimidiam, niſi domus quam dat plus duplo ſuperualeat fundo quam recipit & contra. Ita in emptore non minus quam in venditore & in omnibus contractibus commutatiuis: nimis ergo paralogiſati ſunt, & contra communem ſenſum errarunt omnes fere iuris vtriuſque & Theologi ſcholaſtici profeſſores, minorem & læſionem, & inæqualitatem requirentes ex parte emptoris quem contendunt releuandum *per d. l.* 2. & deceptum vltra dimidiam rem valentem decem aureos, pro quindecim aureis & vno denario, quorum ſophiſte iam latè cõfuta *in tract. cõmercio & vſurar.q.14.* quo remitto *vbi nu.*182. in ſecunda editione quinque notabiles limitationes *ad d. l.* 2. dedi, dixi & in annota. *ad c.cum cauſa. ſuper glo.1.extra de empt. & vend.* Sed vide quam præpoſterè magis ex parte emptoris quàm venditoris lapſi ſunt, quum in nummis non cedat affectio, nec alterius rei cohærentia ſed tantum in corporibus *l.nummis D.de in lit.ſuran. l. proinde ad leg. Aquil.* Et ſic ex parte emptoris qui tantum nummos dat in quibus nulla cadit affectio, non tam procliue eſt læſionem eſſe vt ex parte venditoris transfert certum corpus vel ſpeciem in vltra communem æſtimationem cadit affectio & aliarum rerum cohærentia quæ læſionem augent, *l.ſi emptionem. D. de minorib. & d.l.proinde l. quum ſeruus. D. mandat. l. lex quæ tutores. C. de adminiſtra. tutor facit l. alienum. D. ad leg. falcid.* vbi non eſt procliue repetere à venditore, etiam ſi multo pluris quam quanti res erat vendiderit ſed hoc omitto, quia quando de læſione & reſciſſione agitur, iuſtum pretium ad tantum pecuniarum æſtimatur, quantum res iuſtè valet, non quantum repertum fuit aut reperiri poſſet, vt rectè tradit Alcia.in *d.l. propemodum. D. de verbo. ſignifica.* Et debet eſſe æqualitas, & eadem commenſuratio inter emptorem & venditorem. Et eadem iuris *συμμετρία* non obſtat *d. l.alienus ad leg. falcid.* quia loquitur in emptore ſciente, vel ſcire debente. Cuius ob id ibidem negligentia taxatur, eique ſoli imputatur vt etiam plenius dixi 3. §. 20. *gloſſ. 5. q.14.* quò remitto.

* Conſtitutum errat pragmaticorum.

47. ¶ Nec huic veteri noſtræ praxi (quo etiam veritas iuris eſt) obſtant alia duo. Primum quòd apud nos reſciſſio ex *d. l.* 2. non conceditur nec practicatur pro rebus mobilibus, & vbi agitur de mobili æquiparatur: ſed ex parte emptoris ſi qua læſio ſit, ſolum conſiſtit in pecunia & re mobili. Secundum quòd venditor cùm vendit maxima hæredia antiqua, coactus id facit, & ex penuria & neceſſitate rei familiaris & ſic ſæpe cogitur *ἀναγκαῖος* vendere, & qualecunque pretium inuenire poteſt accipere, dum indigens pecuniã nequit commodam vtiliter vendendi oportunitatem expectare: cuius oppoſitum iuxta communiter accidentia (ad quæ leges adaptantur) eſſe ſolet in emptoribus qui pecuniam habentes otioſam faciliter agunt certantes de acquirendo & commodè & vtiliter pecuniam collocando in quo *τὸν κερδῶν* facilè expectant. Quibus conſideratis non videtur emptoribus ſaltem æquè ex remedio. *d. l.* 2. ſubueniendum ſicut venditoribus: nec mirum ſi inter eos hoc reſpectu ſit inæqualitas iuris, cùm inter eos eodem reſpectu reperiatur inæqualitas fortunæ. liberatique qualitatum circumſtantiarum facti. Hæc enim prima tantum facie colorata ſunt: ſed nõ concludunt generaliter & indifferenter prout erroneè practicatum fuit: & reſpondendo ad primum, nullo modo obſtat. * Verum eſt enim quod cancellaria Franciæ inſta ratione denegare ſolet reſciſſionis diplomata in venditionibus, aut commutationibus rerum mobilium ex cap. *d. l.* 2. videlicet vbi ſolum deceptio re ipſa pretenditur. Secus ſi etiam dolus vel minor ætas: & hoc ad amputandum multitudinem litium, maximè inter populares, & in mercantiis, & rebus

* Quæ ſic intelligenda quod pro rebus mobilibus non conceditur reſciſſio ex *d. l.* 2.

vilibus, & quæ vſu conſumuntur. In quo magnum reip. intereſſe verſatur, ne fines mercantiæ, quam certam & inuariabilem eſſe publicè intereſt, incerta litibus efficiatur, commerciúmque impediatur, ne quies & exercitium artificum & popularium liticulis infinitis (ni adimeretur occaſio) penitus ſubuertatur. Secus autem ſi ageretur de certo mobili valde pretioſo, & quod vſu non conſumitur, puta de electiſſima gemma, vel pretioſo vaſe aureo inſigni & ſingulari arte fabrefacto, quia ſi dominus vendiderit & grauiter re ipſa deceptus fuerit, puto quod in hoc caſu & ſimili non denegarentur, ſed concederentur literæ regiæ ex ca. *d. l.* 2. Item ſecus ſi de mobili vniuerſali puta quartæ partis ſucceſſionis mobilium. Item ſecus ſi de venditione ſectionis nemorum vel ſyluæ, quamuis in B hoc contrarium fuerit iudicatum contra dominum de Lange, qui probauerat de enormiſſa læſione, ſed malè fuit iudicatum, quia illa venditio eſt velut venditio vſusfructus temporalis vel fructuum plurium annorum rei immobilis: & ſic malè fuit iudicatum, & contra illud arreſtum obijcienda *lex non exemplis. C. de ſentent. & interloqu. omn. iud.* Item ſecus ſi non agatur vtrinque de mobili, vt quando fundus venditur vel transfertur pro pecunia, vel certis mobilibus. tunc enim ceſſant rationes prædictæ, & ſuccedit ratio neceſſaria æqualitatis inter eoſdem contrahentes ſeruandæ, quia non debet magis licere venditori reipſa emptorem, quàm è diuerſo emptori venditorem decipere. Vndeſi venditori fundi concedantur literæ reſciſſionis in caſu *d. l.* 2. neceſſe eſt eas eodem caſu concedi emptori. Ad ſecundum reſpondeo, quod minus C concludit, eſto enim & detur quòd frequentius accidat venditores quam emptores decipi, (quòd tamen non eſt expeditum) ſed quid ad rem ſi in genere & in dubio, potius pro venditoribus quàm pro emptoribus præſumatur: quum nos loquàmur in caſu ſpeciali & induiduo, in quo certo & de facto apparet & probatur emptorem enormiter eſſe læſum, & venditorem locupletatum in plus dimidia iuſti pretij vel æſtimationis rei. Secundum in praxi aduertendum eſt, quòd ſi contractus, vel alius actus ſit ipſo iure validus, non poteſt agi ad reſciſſionem etiam iure communi conceſſam, niſi infra decem annos à tempore actus geſti, & legitimi impedimenti ceſſantis, vt* cautum eſt conſtitutione regia Ludo. 12. an. 1512. promulgata. Secus ſi actus ſit nullus, quia in nullitate remanet præſcriptio D iuris communis in ſtatu ſuo, niſi inquantum in hoc regno derogatur per conſtitutionem anni 1539. *artic.* 35. poſt primam horum editionem promulgatam. Plura haberem dicere ſuper ampliationibus & reſtrictionibus d. conſtitutionis quæ quotidie in foro verſatur, ſed nolo præſentem materiam excedere. remitto ℣. *cap.* 4. *in Rubr.* 48. ¶ Decimo quæro in caſu q. 4. quando alienatio eſt nulla, vel quando competit reſtitutio in integrum vt in *q.* 6. ℣. *eo.* Si antequam minor impetret reſtitutionem, patronus iure feudali retraxit ab emptore, deinde minor reſtituitur, certum eſt quòd huiuſmodi reſtitutio quum ſit per viam iuſtitiæ, & reſtituti intereſſit habere rem, extenditur etiam contra tertium acquiſitorem bonæfidei per not. in *d. q.* 6. & latius in- E fra §. 154. In materia reſciſſionis. vbi nouum & verum intellectum dedi ad leges quæ aduerſari videntur. Et in patrono non eſt dubium, quia non potuit retrahere niſi ad idem onus, *vt* ℣. 20. *gl.* 5. *q.* 5. 6. Et tenui quod nulla iura feudalia habebit ex contractu, nec ex conſtitutione: ſed quæſtio eſt, an teneatur fructus quos percepit reſtituere à tempore retractus, vel ſuper pretio ſibi refundendo deducere? Videtur quòd non, quum ſit tertius bonæfidei emptor, qui etiam citra reſtitutionem vendicanti minori in caſu nullitatis contractus, non tenetur ad fructus niſi ſaltem à die litis conteſtatæ. text. in *l. ſi contra. C. ſi quis igno. rem. mino. in l. bonæfidei emptor. verſ. nec intereſt. D. de acquir. rer. domi.*

*a Præſcriptio decennij ex conſtitutione regia.

A In contrarium, quia patronus retrahens non eſt proprie tertius, ſed primus emptor: quia ſubrogatur loco primi emptoris, non per modum ſecundæ emptionis, nec per modum tranſmiſſionis à primo emptore in patronũ, quia non capit ius nec cauſam ab emptore ſublato de medio, in patronum retrahentem, qui perinde habetur ac ſi emiſſet ab ipſo minore vendente. Igitur ſicut minor contra ementem à ſe reſtituetur nedum ad rem, ſed etiam ad fructus à tempore contractus. *l. patri. §. item ex diuerſ. D. de minorib. l. minor annis in fi. eo. tit.* ita & contra retrahentem à tempore retractus. Imò fortius vult gloſſ. ſing. in *d. §. item ex diuerſo.* quòd emptor tenetur reſtituere minori, nedum fructus perceptos, ſed etiam percipiendos, id eſt, qui percipi potuerunt & debuerunt. *per d. l. verſ. vt tamen* & ſequit. Ludo. Ro. in *conſ.* 454. *in re præſenti. col. fi.* Iaſ. in *l. Iulianus* §. 1. *ad fi. D. de leg.* 1. Ita quòd quamuis titulus excuſet à percipiendis etiam poſt litem conteſtatam. *l. ſi fundum. C. de rei vendica.* quod glo. & ibi Bartho. intelligunt etiam in malæfidei poſſeſſore, tamen non excuſat habentem titulum à minore quin teneatur de percipiendis, nedum poſt litem conteſtatam, ſed etiam retro à tempore retractus. Præterea hoc eſt generale in omni reſtitutione in integrum, ſiue maioris ſiue minoris venire reſtitutionem fructuum, nedum poſt litẽ, ſed ante. *l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. D. de minori. l. nec non in fi.* D. *ex. quib. cauſ. maio.* Igitur ſi fructus debẽt retro reſtitui in caſu quo tenuit alienatio, quæ quamuis non poſſit reuocari niſi officio iudicis, & beneficio reſtitutionis, tamen titulus mero iure validus non excuſat à C fructibus. Multo fortius videtur, quòd debeant reſtitui quando alienatio eſt ipſo iure nulla, & quòd titulus ipſo iure nullus non debet à fructibus excuſare, quod eſt cõtra d. *l. ſi contra. & d. l. bonæfidei emptor.* Vlteriuſ quãdo contractus eſt nullus, & minor qui ſine decreto vendidit, tradidit, indebitum ſoluit: igitur & ſi maximè ſit accipiens in bona fide, tamen cõdictione indebiti obligatur ad reſtitutionem rei, vna cum fructibus à tempore contractus vel ſolutionis, ſaltem in quantũ locupletior factus eſt. *l. indebi. in princ. l. in ſumma. §. ei. qui.* D. *de con. indeb.* Et ſic videtur confundi. *d. l. ſi contra.* quæ loquitur in primo emptore à minore, & quando alienatio ipſo iure erat nulla. Hoc enim prima facie videtur abſurdum, emptorem qui nullum de iure habet titulum, eo quod ſine decreto à minore vel eius procuratore emerit, non teneri ad reſtitutionem fructuum, ſi fuerit in bona fide, & tamen teneri ſi emerit cum decreto, & vltra bonam fidem, verum & iuſtum titulum habuerit, imo interim vetus dominus fuerit, dominium autẽ medij tẽporis, multo plus operari debet in lucro fructuum medij temporis quam ſimplex bona fides, etiam iuncto titulo iuſto, vt patet per iio. *glo. & doct. in l. emptor.* D. *de rei ven.* hinc ex prædictis apparet, quàm ſint connexæ materiæ iuris, & quot apices ſuper modica qu. verſentur ſi radicalis ratio, & fundamenta deciſionis inquirantur. ¶ Bar. in ſimilibus anguſtiis vbique euadit vnico verbo, dicens omnia iura quæ dicunt* bonæfidei poſſeſſorem non teneri ad reſtitutionem fructuum, debere intelligi niſi inquantum factus eſt locupletior. ita tenet in *l. ſed & ſi* §. *ſcire poſt glo. ibi.* D. *de petit. hære. in l. ſi fur.* §. 1. *C. de vſuca.* & pleuè in *l. ex diuerſo. col.* 3. D. *de rei ven.* & ſequitur Angel. ibi. & in *l. ſi me & Titium.* D. *ſi cert. peta. & in conſi.* 133. *ſuper primo puncto. et conſi.* 160. *domina Catharina. ad fin.* Pau. in *l. ſi fundum. C. de rei ven.* Ant. de Butri. Panor. *in ca. grauis. de reſt. oſplia.* Alex in *l. inſulam. §. fructus ſol. matrim. et in d. l. ſi me et Titium.* & ibi Iaſ. Franc. Purpu. Phi. Dec. And. Alciat. *l. ſi cert. per.* Alex. in *conſ.* 21. *repetito ad finem lib.* 4. Soci. *in conſi.* 251. *quoniam in præſenti. col. fi. lib.* 2. Phil. Dec. *conſi.* 282. *num.* 5. *vult etiam* Bar. in *d. §. ſcite, & in d. l. ſi fur.* quod eſt bonæfidei eo ipſo non eſt malæfidei. Et ſic niſi conſtet de dolo vel ſcientia & ſeq. Philipp. Deci. in

* Bonæfidei poſſeſſor verum tenetur reſtituere fructus inquantum factus locupletior.

cum cauſa nu. 4. extra de offi. de legat. & ad dictã euaſionẽ mouetur Bartol. quia conditio *ex l. ſi me & Titium. D. ſi cert. pet.* habet locum, non ſolum ſi quis eſt effectus locupletior ex re mea, ſed etiam ex re mihi debita. Fructus autem induſtriales, licet non ſint actoris: ſunt tamen ſaltem quando extabant* erant ei debiti officio iudicis, vt not. in *l. Neſcennius. § fundum. D. de re iud. in l. malæ fidei. C. de cond. ex l.* Ad hoc faciunt quæ latè diximus. *§. 1. gloſſ. 5. num. 87. & ſeq.* Sed certe hæc ratio eſſet probabilis & concludens, niſi illatum deſtrueretur. per text. in *§. ſi quis à non domino. inſt. de rer. diui.* Vbi poſtquam text. dixit fructus induſtriales ſunt bonæ fidei poſſeſſoris pro cultura & cura, addit quod ſuperueniens dominus fundi agere non poteſt pro illis conſumptis: igitur nedum huiuſmodi fructus efficiuntur bonæ fidei poſſeſſoris, quod eſt commune omnium fructuum a quocunque ſeparẽtur à ſolo, vt declarauí infra §. 147. Sed etiam eos per conſumptionem lucratur, & per negatiuam additam verbo poteſt. in *d. §. ſi quis à non domino.* excluditur omnis eorum perſecutio, excepta ſola compenſatione cum impenſis. ſecundum no. in *leg. ſumptus. D. de rei vendic.* Et ſic* concludo quod bonæ fidei poſſeſſor* nõ tenetur reſtituere fructus induſtriales conſumptos ante litem, etiam quatenus factus eſt locupletior in iudiciis particularibus puta rei vendicatione, ſed ſolum in vniuerſalibus, vt in petitione hæreditatis, & ita expreſſim tenet glo. in *d. lex diuerſo.* Pet. Cy. in *l. nõ eſt. C. famil. herciſ.* Bal. in *l. 2. col. 1. C. de vſur. & fruct. lega.* Ioan. Imol. in *l. ſequitur. §. 1. D. de vſucap. & in d. c. graui.* Angel. *in d. l. ſequitur §. 1. & in l. Neſennius §. 1.* & ibi Alex. *inſi. D. de re. iud.* Ludo. Rom. *in d. l. ſime & Titium* Franc. Cur. ſeni. in *conſi. 71. col. fi.* hæc eſt veritas. Plura alia occurrunt diſcutienda ſuper hac materia fructuum. Sed ne nimis efferar vltra metas §. noſtri, ad breuem reſolutionẽ q. propoſitæ pono duas concluſiones. 50. ¶ Prima, patronus a quo feudum poteſtate feudali retentum euincitur à venditore, ſiue ex cauſa nullitatis, ſiue reſtitutionis aut reſciſſionis contractus, tenetur reſtituere fructus perceptos vel conſumptos poſt litem conteſtatam. *l. certum C. de rei ven. cum vulgar.* Ampliatur, vt teneatur ad omnes etiam percipiendos per tex. in *d. l. certum.* Et reprobo ſententiam gloſſ. & omn. doct. in *d. l. ſi fundum. C. de rei ven.* vbi per illum text. ¶ Sed arguendo à contrario ſenſu dicũt malæfidei poſſeſſorem habentem titulum excuſari à fructibus percipiendis, etiam poſt litem conteſtatam, idque propter titulum, niſi in quatuor caſibus à glo. fi. ibi exceptis: quibus ſi eorum opinio eſſet vera, deberet addi pro quinta fallentia caſus. *d. l. patri §. item ex diuerſo. D. de minorib.* quando titulus habetur à minore. Sed eorum opinio eſt falſa, quia *d. l.* hoc non dicit, nec ex ea ſumendum eſt argumentum à contrario ſenſu, ad correctionem *d. l. certum*, nec ad limitandum ſpecificam diſpoſitionem illarum legum. Verum eſt quòd Ioa. Fab. in *d. l. certum* limitat dictam opinionem, vt procedat quando titulus eſt iuſtus: ſecus ſi eſt à iure reprobatus, & ſic quòd non eſt ſpeciale in dictis quatuor caſibus *d. gl. fi.* Quidam etiam doct. veritati magis accedentes limitant d. opinionem vt procedat, in eo qui eſt ficte tantum vel præſumptiuè malæfidei poſſeſſor: puta ratione denuntiationis, vel litis moræ, aut conteſtatæ. iuxta *l. illuſt. D. de peti. hæred.* Secus in eo qui eſt in vera & poſitiua malafide, vt is in nullo propter titulum excuſetur. & ita tenuit Pet. Pert. *inſtitu. de actio. §. omnium. num. 38.* Petr. Cy. Pau. *in d. l. ſi fundum.* Lancelo. Dec. in *l. apud Iulianum. §. fructus. col. 1. vo. 2. D. de leg. 1.* & ſentit Bal. in *conſ. 397. in cauſa lib. 4.* Aliter etiam diſtinguit Sal. in *l. malafide. C. de cond. ex l. non refero*: ſed concludo indiſtinctè quòd etiam verus bonæfidei poſſeſſor etiam cum iuſto titulo, tenetur ad omnes fructus etiam percipiendos, à tempore litis conteſtatæ, in omni iudicio etiam particulari, per vniuerſalem diſpoſitionem *d. l. certum. & legum ſimilium.* Nec* poteſt ſumi in diuerſum argumentum à contrario ſenſu *d. l. ſi fundum*, quia vt patet per *d. l. tenorem*, non intendit illud quod per argu. à contrario ſenſu inferunt. Et ſic ceſſante mente, ceſſat illud argu. per no. 5. §. 2. *gl. 2.* Tum quia per alia iura ſatis repetitur expreſsè diſpoſitum: & illa expreſſa diſpoſitio facit ceſſare tacitam ſi qua reſultaret à contrario cenſu. vt not. in *l. 2. C. de cond. infer.* Tum quia etiam verus dominus, perſonali actione conuentus ad dandum, teneretur ad omnes fructus etiam percipiendos poſt litem conteſtatam. Igitur multo fortius ſimplex poſſeſſor, vt demiter tot doct. tandiu in tam aperto errore, dum glo. Accurſianam verentur, deliniſſe. Hanc vltimam concluſionem ſeu ampliationem noue & ſingulariter modifico vt procedat in percipiendis ex parte rei non actoris, id eſt, quos potuit & debuit poſſeſſor percipere, non autem vt teneatur de fructibus quos actor potuiſſet percipere, niſi conſtet de poſitiua mala fide poſſeſſoris qui eſſet in dolo, ita quod ratione doli vel alius teneretur ad damna & intereſſe. Percipiendi vero ex parte actoris tantum ſunt pœna ex parte rei. Ergo non veniunt niſi contra eum qui tenetur ad damna & intereſſe. Oportet ergo poſſeſſorem eſſe in dolo vel aliàs teneri ad damna & intereſſe prius quam teneri poſſit de percipiendis ex parte actoris. Cæteroquin ſufficit plena rei perſecutio & reſtitutio rei cum ſua cauſa ordinaria, & aliàs ſequeretur quod habens probabilem cauſam litigandi, etiam ſi ob id excuſaretur ab impenſis litis, non tamen excuſaretur à fructibus etiam ab actore percipiendis. Et conſequenter iniuſtè puniretur, quia ſi non eſt iuſtum eum condemnari ad expenſas litis, minus iuſtum eſt eum condemnari ad damna & intereſſe.

51. Secunda concluſio, patronus à quo dictum feudum ſiue per rei vendicationem ex capite nullitatis, ſiue per reſciſionem, aut reſtitutionem euincitur etiam à minore, non tenetur reſtituere fructus perceptos & conſumptos ante litem conteſtatam. Amplia primo etiam ſi retraxerit à malæfidei emptore, puta qui ſcienter emerat à minore ſine decreto. Nec obſtat quòd patronus (& idem de proximo retrahente) habetur pro primo emptore, quia* verum eſt quantum ad rem & contractum, ſed non quantum ad vitia perſonalia. Vnde ſiue primus emptor dolo induxerit, vel metu compulerit venditorem ſuum, aut alias fraudulenter verſatus fuerit. In quantum iſta afficiunt rem, & debilitant, & annullant contractum, bene tranſeunt ad retrahentem, in quem non tranſfertur res & contractus niſi cum ſuo onere & qualitate. Secus inquantum reſpiciunt actionem doli ad damna & intereſſe, vel malam fidem ad impediendum præſcriptionem, vel lucrum fructuum, quoniam hæc ſunt perſonalia, quæ ſequuntur authorem ſuum, & non tranſeunt ad aliam perſonam. Et ſic is qui retraxit poterit præſcribere, ſaltem longiſſimo tempore propter *auth. malæfide. C. de præſcrip. long. temp.* & fructus ſuos bona fide facere. Non obſtante ſcientia, vel malafide poſitiua eius à quo retraxit, & is in quem titulo ſingulari tranſtulerit longo tempore præſcribat ad auth. ſibi non obſtante. Amplio ſecundo etiam quatenus factus eſt locupletior. Limito tamen vt procedat reſpectu induſtrialium conſumptorum duntaxat. Naturales autem etiam conſumptos reſtituit, quatenus factus eſt locupletior, & non vltra *l. fructus. D. de vſur.*

52. Et aduerte quòd in* dubio bonæ fidei poſſeſſor non præſumitur factus locupletior ex fructibus. Sed allegans tenetur probare ſiue in particularibus, ſiue in vniuerſalibus iudiciis. vt etiam tetigi *in tract. commer. & vſura num. 198.* vnde non ſatis eſſet oſtendere quòd ad eum peruenit, quia potuit lautius vtendo, ſicut re ſua, conſumere. *l. ſed etſi l. §. ſi quis re ſua. D. de peti. hæred.* Ita tenet Angel. *in conſi. 133. & in conſu.*

* Lege ſecũ.

* Concluſio contra Bart. * Fructus induſtriales cõſũptos ante litem conteſtatam bonæ fidei poſſeſſor quando non reſtituit.

* Titulus iuſtus non excuſat bonæfidei poſſeſſorem à fructibus percipiẽdis poſt litem conteſtatam contra omnes ſcrib.

* Verus intellectus *l. ſi fundum. C. de rei vend.* reprobata opinio glo. & doct.

* Retrahens non ſubrogatur loco emptoris quantum ad vitia perſonalia, ſed ſolũ quantum ad vtilitatem contractus.

* Poſſeſſor bonæ fidei nõ præſumitur factus locupletior de fructibus.

150. *inf.* Franc. Cur. ſen. in *con.* 71. *col.* 3. *in concl.* 7. Iaſ. in *d. l. Neſennius.* §. 2. *D. de re ind.* quamuis contrarium teneat Carol. Ruy. *conſ.* 29. *in fi. lib.* 2. Cui adhæret Fran. Purpur. *l. ſi eum ſeruum* n. 13. *D. ſi cert. pet.* & expreſſe Phil. Deci. *l. ex pactalibus* num. 5. *de reg. iur.* & malè vt ibi in annotat. tetigi. Adde quæ dixi *d. con.* num. 33. ſed probans non ſolum ad aliquem peruenisſe, ſed etiam quod is in ſuos vſus ſuos conuerit: ſatis habet intentionem fundatam quod is ſit locupletior factus. Quantum autem ad ipſum primum emptorem, ſi conueniatur à vendente, quum forte dominus feudi non fuit vſus retractu feudali, dicendum quòd aut contractus fuit nullus ex defectu ſolennitatis, & ſic minor vendicat. Et adhuc non tenetur ad fructus à dicto contractus, & ante litem conteſtatam perceptos & B conſumptos, niſi inquantum factus eſt locupletior, vel niſi fuerit in mala fide, quod eſt intelligendum de mala fide poſitiua, quæ nedum ignorantiam facti, ſed etiam ignorantiam iuris excludit, vt vult glo. & Sali. *d. l. ſi contra. quæ ita intelligitur.* Fran. Curt. in *d. con.* 71. *col.* 4. *& ſeq.* Vnde aut exiſtimauit maiorem, & res eſt expedita, aut ſciuit eſſe minorem, & tunc eſt difficile excuſare emptorem à vera malafide, quia ſcientia iuris præſertim vulgati præſumitur. *l. leges. C. de legib. c. qui contra. de reg. iur. in 6.* nec ſtaretur iuramento emptoris de errore iuris. Et hoc niſi adſint coniecturæ veriſimiles ignorantiæ iuris, puta ex qualitate emptoris. *l. 1. & l. pen. C. de iur. & fact. ignor.* Et concurrente qualitate venditoris, qui erat vicinus ætati maiori, extra tutelam & curam, & res ſuas per C ſe forte vxoratus induſtriosè exercebat. *l. 1. C. qui & aduer. quos.* vel veniam ætatis impetrauerat & non apparet de aliqua circunuentione, vel fraude procedente ab emptore. Et multo fortius concurrente conſuetudine loci puta Bleſenſi §. 22. vbi filij vxorati ipſo facto reputantur emancipati & maiores annis: quod intellige quando ſeorſim habent adminiſtrationem, vt dicam §. §. 117. His vel aliquibus ex his, aut aliis ſimilibus concurrentibus, bonus iudex æſtimare poteſt emptorem caruiſſe dolo & malafide quamuis in iure erraueris, & eius ſacramento ſtare iuxta Bald. in *d. l. ſi conſtat.* Et ſic non condemnabit eum ad fructus. iuxta *d. l. ſi contra.* quod eſt intelligendum, niſi poſt litem conteſtatam, vt dictum eſt. Si verò contractus in ſe teneat, vt quia interuenit decretum, vel pater minoris iuſſerat D illum fundum alienari pretio non expreſſo *l. 1. C. quan. decret. opus non eſt.* ſed minor intentat reſtitutionem in integrum, dicendum quòd veniunt fructus à tempore contractus vel traditionis natura reſtitutionis, vt dictum eſt, & eſt caſus *in lib. patri.* §. 1. *D. de minorib.* iuncta gloſſ. quamuis contrarium ſentiat Pet. de Ferra. in *l. ſuper peti. reſtit. in integr. in gloſſ. pen.* Cuius opinio crebrius inualuit in praxi, & merito, quia interim contractus tenet, & non ſolum mero iure tenet, ſed etiam abſolute & præciſe tenet reſpectu emptoris qui non poteſt conqueri, quia ſolus minor venditor poteſt reſtitui ſi velit, ideo reuera eſt ei imputanda. 53. Sed in terminis iuris * limitando *d. l. patri* & ſimiles, dico quod fructus non veniunt ante reſtitutionem intentatam, niſi quatenus emptor locupletior factus eſt, E quia interea potuit re ſua ſplendidius vti. *ar. d. l. ſed & ſi lege. D. de peti. hære.* Quam limitationem ſublimito vt procedat in eo qui bona fide contraxit, quamuis minor re ipſa læſus ſit, vel forte in alio læſus quam in pretio: ſecus ſi emptor ſcienter & mala fide decepit minorem. Quo caſu etiam dolus dederit cauſam contractui, vix eſt vt ſubſiſtat decretum quod debet ſpecificè interponi. Et quin propter obreptionem ſit nullum *l. cum vero* §. *ſubuentum. D. de fideicom. liberta. facit l. & ſi præſes. C. de præd. minor.* Tamen caſu quo decretum non ſit nullum vel aliunde vt propter mandatum patris vel defuncti cui minor ſucceſſit, alienatio teneat vt opus ſit reſtitutione in integrum,

Nihilominus dico eum qui ſcienter & mala fide decepit, teneri ad omnes fructus, à tempore contractus iuxta naturam & rigorem reſtitutionis in integrum: nec poteſt gaudere beneficio dictæ limitationis propter dolum & malam fidem, quamuis mero iure dominus ſit, ſed minus iuſtè & reuocabiliter, plus dico quod tenetur etiam de percipiendis, caſus eſt ſingularis in *lib. patri* §. *prædium verſi. ex quo. D. de minor.* vbi ſi quis pluris vendiderit prædium minori, licet contractus teneat, quia minor non vendit, ſed acquirit prædia, & ſic neceſſaria ſit reſtitutio, quia nimio emit. Tamen venditor tenetur etiam à tempore contractus vſuras pretij reſtituere non ſolum ſi quas vel quantas perceperit: ſed etiam quas legitimè percipere potuerit. Igitur idem in fructibus caſu conuerſo quo emiſſet feudum & teneret venditio, quia vſuræ vice fructuum ſunt, & eodem modo veniunt, *l. vſuræ D. de vſur.* dictus autem *verſic. ex quo.* neceſſario debet intelligi in eo qui ſcienter doloſe decepit minorem in pretio, vt probaui in nouis intellect. quò remitto, & ad *tract. de commer. & vſur. q.* 17. *nu.* 198. dixi etiam ĩ. §. 78. *glo.* 1. *nu.* 23. *&* §. 58. *nu.* 7. Secus ſi non fuiſſet in dolo, etiam ſi poſtea ſupermiſſet ſcientia, quia licet poſtea ſcire incipiat quod minor re ipſa lapſus poteſt reſtitui, non tamen incipit eſſe in mala fide, quia reſtitutio in integrum non eſt in conſideratione donec petatur. *l. 4.* §. 1. *D. de fidei com. libert.* Idem ſi ab initio tempore contractus dubitat, vel etiam ſciebat minorem poſſe reſtitui, ſed ex alia cauſa quàm propter læſionem procedentem ex facto ipſius contrahentis, interim iuſto pretio ementis vel vendentis, quia non poteſt dici in mala fide ex quo alium non decipit, ſed potius ſe ipſum ad hoc *l. nemo prædo eſt. D. de regul. iur.* Et quamuis ad dictam reſtitutionem fructuum teneatur is cum quo contractum eſt, vel eius hæres reſtitutione petita: puto tamen aliud eſſe in ſingulari ſucceſſore, vel retrahente, vt quamuis reſtitutio in integrum contra eum intentetur, tanquam in rem ſcripta, tamen non teneatur ad reſtitutionem fructuum prius conſumptorum, etiam inquantum factus eſſet locupletior, & hoc niſi reſpectu naturalium, & ſicut quiuis extraneus bonæfidei poſſeſſor. Reliqua huius materiæ fructuum pro nunc omitto. Sed nunc mentem ſubit vnum quod non eſt omittendum: Circa id quod dixi illum qui nulliter emit à minore, ſi fuerit in bona fide non teneri ad reſtitutionem fructuum. *d. l. ſi contra.* Multum obeſt quòd negocium geſſit cum minore contrahendo cum eo, & prædium emptum accipiendo. Et ſic quia traditio vel ſolutio erat indebita, obſtrictus fuit nedum de æquitate, ſed etiam de mero iure & rigore condictione indebiti, in qua veniunt fructus à die traditionis, etiam ſi recipiens eſſet factus dominus, & hoc ſaltem inquantum factus eſt locupletior, & iſtud nunquam repeti tactum ab aliquo, tamen in ſe eſt veriſſimum & æquiſſimum.

54. Ideo ad claram & nitidam explicationem * *d. l. ſi contra.* dico quòd loquitur non ſolum de ipſo immediato emptore à minore, ſed generaliter de poſſeſſore rei minoris contra iura diſtractæ. Et dicit quòd res cum fructibus vniuerſis reuocatur, & à reſtiturione fructuum excepit bonæfidei poſſeſſorem: hoc habet *d. l. in ſumma.* Et ſic quantum ad eum qui eſt in poſitiua malafide, ſiue emerit à minore, ſiue ab emptore minoris, quarum eſt quòd retro etiam ante litem tenetur ad omnes fructus ſiue conſumptos, ſiue extantes, ſiue perceptos, ſiue percipiendos. *Guillemus* * *Ogetus* tunc Franciæ Cancellarius (qui his commentationibus noſtris ſeſe inſtruebat: & vt ſingulæ chartæ excudebantur ad ſe deferri curabat) hanc noſtram ſententiam articulum poſuit 94. in ſuis regiis conſtitutionibus editis anno ſeſquimilleſimo trigeſimo nono. Quantum autem ad eum qui fuit in bona fide *d. l.* ſimpliciter excipit eum à determinatione ſua de reſtitu-

* Nouus modificatio ad §. reſtitutio tui. *l. quod ſi minor. D. de minorib.*

* Nouus & clarus intellectus *l. ſi contra, C. ſi quis ignorans maior.*

* Pierre Pogetus.

tione vniuerſorum fructuum, aliter non determinando an nullos an quoſdam fructus, & à quo tempore reſtituat. Et ſic illud debet determinari ſecundum alia iura. Itaque eſt dicendum quod ſi bona fide, per errorem facti vel iuris emerit, vel acceperit à minore, tenebitur reſtituere omnes fructus à ſe perceptos, ſiue naturales, ſiue induſtriales, inquantum tamen factus eſt, & manet locupletior, & non vltra, ſecundum naturam condictionis indebiti quia obſtrictus fuit ex negotio geſto cum minore. Fallit primo ſi fors contigerit minorem ipſum eſſe in dolo vel mora. Fallit 2. inquantum cum vſuris debent fructus compenſari. *leg. Paulus reſp. D. de fideiuſſorib.* tenet in tractat. contract. & vſurar. *qu.* 74. *nu.* 541. 544. Si vero poſſeſſ. non ſit primus emptor, nec eius hæres, ſed tertius & ſingularis ſucceſſ. tũc quia nullum negotium geſſit cum minore, & non tenetur ei condictione indebiti, ſed ſolum vt extraneus poſſeſſor, puto quod non tenetur in aliquo de induſtrialibus conſumptis, etiam inquantum fuit & adhuc remanet locupletior factus, ſed eos nedum facit ſuos quo ad dominium, ſed etiam quo ad lucrum: reprobata d. opinione Bart. & ſequacium: de naturalibus autem bene tenetur quatenus tenetur locupletior. Et vtroque caſu, videlicet tam in emente à minore, quàm in emente ab emptore minoris, intelligo de fructibus conſumptis ante litem cõteſtatam. Secus de conſumptis poſt litem conteſtatam, quia tunc vniuerſi etiã percipiendi debent integrè reſtitui, etiam ab habente iuſtum titulum, reiecta opinione omnũ hactenus ſcribentium ſuper *d. l. ſi feudum*. Et quod dixi in ſingulari ſucceſſore, idem puto etiam in retrahente ab eo, ſiue iure feudali, ſiue iure proximitatis: quia licet ſubrogetur loco primi emptoris, tamen in veritate nullum negotium gerit cum venditore, nec ei condictione indebiti obſtringitur. Quòd ſi quis forte dicat iudices noſtrates non ſolere addicere aliquos fructus niſi à tempore litis conteſtatæ (quaſi labor noſter non ſit vtilis in praxi.) Reſpondeo quòd raro aliter ſolent, quia raro contingit fructus retro deberi. Oportet enim regulariter conſtare de poſitiua malafide reſpectu præteritorum induſtrialium fructuum, non tamen ſequitur quin ſi caſus contingat, quòd conſtet de poſitiua malafide poſſeſſoris, vel quòd conſtet eſſe multos & non contemnendos naturales fructus, quin debeant ſecundum prædicta, & ſecundum quod latius in iure habetur adiudicari. Et iſta quæ de ſe ſunt extranea à materia noſtra, non deduxiſſem, niſi animaduertiſſem multum eſſe neceſſaria in vſu quotidiano. Multas quæſt. in vnam concluſi, & niſi ſtuduiſſem magnæ vtilitati in breui ſermone, libenter caruiſſem hoc labore. Facilius enim & ſplendidius, ſeorſum in diuerſis locis tractare poteram. Sed vtilitati, & non oſtentationi ſtudeo. Recordor dudum me interrogatum de quæſt. huiuſmodi, hæredium minoris extraneo venditum, per ſententiam ſuper actione retractus adiudicatum conſanguineo, qui poſtea vendicante minore victus, & condemnatus ad reſtitutionem rei & fructuum à ſe perceptorum, & qui percipi potuiſſent per actorem à tempore litis conteſtatæ, appellauit: allegans quod non poterat condemnari ad percipiendos fructus ex quo habebat verum & iuſtum titulum. Conſultus reſpondi bene iudicatum, vt patet per prædicta. Poſt primam horum editionem cõtigit caſus per prædicta iudicatus Bleſis: minor vxoratus habens viginti duos annos anno 1542. in perpetuum ſed vilem reditum conceſſit Titio fundum ex diuiſione ſucceſſionis deceſſorum ad ſe obuentum. Poſtea maior factus anno 1548. cedit actiones reſcindentes & reſciſſorias, tertio qui reſcripto regio obtento contra Titium probat de læſione enormi, minori ætate & prodigalitate cedentis tempore contractus, Titius autem cognatus & vicinus cedentis non poterat hæc ignorasſe d. Claudius Muſſetus Bleſenſis præfectus non tranſiuit ad me cauſam iudicandam vt in grauibus ſolebat, 3. §. 33. *nu.* 12. ſiue quod iam haberet neceſſarios quæſtuarios aſſeſſores quos vocant præſidiales, ſiue quod hunc librum meum impreſſum præmanibus haberet. Quo inſpecto iuxta ſententiam noſtram condemnauit Titium ad reſtitutionem fundi cum fructibus à die contractus, & actorem ad reſtituendum pretium quod inueniretur conuerſum in vtilitatem cedentis vna cum vſuris ad rationem duodecimæ quæ beſſali accedit. Titius appellauit, do. Matt. Quadrigarius primarius aduocatorum huius Senatus cum aſſeſſis cenſebat male iudicatum in eo ſolo quod Titius fuerat condemnatus reſtituere fructus à die contractus, & quod emendando iudicium debuerat condemnari ſolum à die litis conteſtatæ, & fundabatur in eo quòd vt poſt Io. Petrum de Ferrar. in ſumma diximus 3. *eo. nu.* 25. *ad fi.* Curia parlamenti non ſolet etiam minorib. adiudicare fructus ante litem conteſtatam, quia contractus non eſt nullus niſi minor velit. Secundo quia aſſeruerat ſe maiorem & tanquam maior contraxerat. Tertio quia conſuetudo Bleſenſis §. 2. reputat eum maiorem, vt tactum eſt 3. *eo. nu.* 52. & quamuis non efficiat eum talem, tamen dat iuſtã cauſam bonæ fidei. Ego vero anno 1550. benè iudicatũ propugnaui, quia obiecta procederent in eo qui iuſto pretio emiſſet, quo caſu interuſurium pretij fructus excedit vel ſaltem in eo qui habuiſſet iuſtam cauſam ignorantiæ. Sed hic Titius conuictus & ſciebat prodigalitatem & notabilem ſuperualentiam fundi. Et ſic concluſi bene iudicatum. *non obſtat c. ad noſtram extra de rebus eccleſ. non alienand.* quia ibi Innoc. 3. Papa non audens ad viuum reſecare, ita ſcripſit. Tum laicus ille fuerat rogatus & inuitatus à monaſterio quod alioquin propter æs alienum & calamitates temporis periclitabatur. Præterea collegia illa eccleſiaſtica non ſunt minores, ſed plus quàm maiores, vtpote multis maioribus & vigilantibus prædita, vt ait Maria Soci. *conſ.* 10. *lib.* 1. & hinc eſt quod ſenatus Pariſienſis non ſolet reſcindendo alienationes prædiorum eccleſiaſticorum condemnare reos ad reſtitutionem fructuum ante litem cõteſtatam perceptorum, ſed tantum poſt litem iuxta c. ad noſtram, quia in præiudicium priuati contractus tenebat: ſed eſt etiam alia ratio, quia, vt dixi, huiuſmodi monaſteria non pro minoribus ſed pro maioribus habentur: ita quod crebrius vidi per areſta eiuſdem ſenatus alienationes prædiorum eccleſiaſticorum non reſcindi propter defectum ſolennitatis: ſed tantum in caſu læſionis: in priuatis autem minoribus etiam non probata læſione reſcinduntur ſiue nulli declarantur contractus immobilium, ſed reus qui non fuit in dolo, nec grauiter læſit minorem non condemnatur in fructus niſi à die litis conteſtatæ. Alias ſecus vt plenè ſatis & dilucidè declarauimus. Redeamus ad materiam noſtram.

55. ¶ VNDECIMO quæro, quid ſi venditio aut permutatio ſit nulla, ex eo quòd * dolus ſiue emptoris, ſiue venditoris, dedit cauſam contract. *l. & eleganter. in prin. D. de dolo?* Videretur idem quod ſupra. Sed hic alia ratio reformat reſpectu eius qui dolum commiſit, qui non audietur allegans turpitudinem ſuam. *l. ſi ſeruus plurium.* § 1. *D. de lega.* 1. *l. tranſactione. cum allegatis ibi in gl. C. de tranſact.* Vnde breuiter dico quòd ſi is qui dolum commiſit ſoluit iura domino directo, nõ poteſt ab eo repetere tanquam indebita, vel ſine cauſa. Tum quia ſcienter ſoluit *l. 1. D. de cond. indeb. cõ vulgo.* Tum quia non poteſt fundare intentionem in dolo ſuo agendo. *l. apud Iulian. §. Marcel. D. de do. ma. except. l. 2. l. mercalem. C. de cond. ob turp. cauſ. l. 1.* & ibi Bar. Alex. & Iaſ. D. *eo. ti.* Ampliatur etiam ſi coactus à domino ſiue per viam manus iniectionis, ſiue actionis ſoluerit. Ampliatur ſecundo, etiã ſi nullitas vel * turpitudo eſſet detecta ab alio, quia adhuc non auditur agendo & repetendo, quum non poſſit intentionem ſuam fundare, niſi dolo ſuo, & ita debet limitari, & declarari diſtinctio Bart. *in pen. membro. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. procurator. D. de iureiuran.* quam nolo

* Si ob dolũ venditio aut permutatio feudi fuerit reſciſſa vtrũ debeatur retentum.

* Turpitudinem ſuam eũ poteſt quis agendo allegare etiam ab alio detectam

alius repetere & discutere, vt prolixitatem vitem, & finem operis inueniam. Ampliatur tertio, vt nec possit repetere vel deducere ab eo quem decepit feudū pristinum condicente, nec dammum sentire videtur quod culpa sua *c. damnum, de reg. iur. in 6.* & hoc ratione doli sui. Secus si aliàs essent indebita, quā per eius dolū, vt in casibus *q.4.5.6. supra eo.* quia tunc etiā si sciēter solueret, sed cōpulsus à domino, vel metu ne cōpelleretur & amitteret fructus feudi aperti, poterit non obstante sciētia condicere. *Arg. l. nouissim. D. quod fal. tuto. aut.* & quod not. Ang. & alij in *l. 2. C. de his quæ vi met. ve. can.* Phi. Deci. *in consil. 21. nu. 2.* vbi in annota. dixi. Si vero dominus receperit ab illo qui dolum non commisit, tenebitur ei condicenti restituere, & multo fortius contra dominum agentem, poterit de nullitate contractus excipere per iura vulg. Sed quid si dominus agat contra eum qui dolum fecit? Subdistinguo, aut contractus nondum est declaratus nullus & reuocatus: & tunc non potest reus excipere, quia exceptionem fundaret in dolo suo tantum, quod non admittitur. Et sic dolosus emptor vel permutator tenebitur soluere iura dominicalia sine vlla spe repetitionis. Nec tenetur patronus admittere protestationem de repetendo in casu annullationis vel rescissionis contractus, nisi excepto si hoc procederet propter dolū protestantis. Et si simpliciter protestationem generalem admiserit, istud tacite censetur exceptum. Si vero contractus iam fuerit declaratus nullus per sententiam: tunc propriam turpitudinem ab alio detectam poterit allegare excipiendo, contra dominū agentem ad lucrum horum iurium, quia tali casu constat & liquidatum est esse indebita, vt late per Ias. & alios in *d. §. procurator per cano. in c. inter dilectos. de donat.* Idem in similibus dicendum. Sed quid in contractibus stricti iuris? Videtur dissimile, quia non annullantur ipso iure propter dolum, dantem causam contractui, sed solum ope exceptionis vel actionis. *d. l. & eleganter. l. dolo. C. de inuiti. stipu.* Respond. Item omnino dicendum quod nuper diximus, quia sufficit* similitudo respectu eius de quo quæritur. per tex. in *l. fin.* & ibi Ias. *col. 1. C. de colla. tex. in c. constituit.* & ibi Panor. *no. 3. de appella. in c. quemadmodum.* & idem no. 2. *de iure iur.* latè Panor. Fely. Dec. in *c. translato. de const.* Ias. *l. inter stipulantem. §. sacram. col. 3. l. 4. in fi. de verb. oblig.* Sed hic eadem ratio doli puniendi, & non admittendæ allegationis propriæ turpitudinis.

56. ¶ Dvodecimo quæro, videmus multos casus, & adhuc plures alij sunt, in quibus licet de facto feudum mutet manū, & vere aperiatur, tamen relevii non debetur. Et si exactū sit repeti potest. Quæritur, an à patrono exigi possit* cautio de restituēdo relevio, si appareat indebitū? Hæc q. non est modici effectus, quia cū feudū interim vere aperiatur, potest patronus iniicere manum suam ex defectu hominis, & fructus suos facere cū effectu, sine vlla spe recuperationis. Porro nouum acquisitorem fidelitatem offerentem non tenetur admittere nisi etiam iura soluat, puta relevii: nec sufficit cō signare, si patronus sit paratus accipere. Et si receperit forte tum quum postea apparebit indebitum, non inuenietur soluendo: & si sit soluendo, forte non erit locupletior factus, quibus incōmodis obuiatur per cautionē idoneam. Et prima facie videtur patronum non esse adigendum ad satisdationē, tum quia patronus & patēs ad hanc non tenentur, & in eis sufficit qualiscunq; satisdatio. text. in *leg. 2. §. Prætor ait. D. qui satisd. cogan.* Tum quia si quis sit defectus prouenit ex negotio gesto per hunc quisitorē, qui sciebat vel scire debebat sibi imminete hoc periculum. Vnde debet ei imputari qui se in necessitate posuit, saltē non videtur ei subueniendū in grauamen patroni qui tantum iure suo vtitur. *argum. l. 2. §. si quis tamen. D. si quis cautio. l. si fideiussor. §. 1. D. qui satisd. cogan.* In contrariū, quia* nedū in contractibus bonæfidei, sed etiam stricti iuris, superueniente iusta causa, idonee satisdandum est: non inspecto, an is à quo petitur cautio fideiussorē inuenire possit, vel non.

57. ¶ Decimotertio quæro, quid si donatio feudi reuocetur propter* ingratitudinē? Certū est non esse quæstionē si reuocetur ante traditionem verā vel fictā. Sed procedit quæst. quādo feudū postquā mutauit manum, reuocatur. Si vellem rationes dubitandi & decidēdi in hac & q. seq. radicitus excutere, bona pars materiæ *l. si vnquam. & l. fin. C. de reuocan. dona.* huc deduceretur: sed ne instituti metas egrediar, resoluendo dico relevium deberi ex traditione donationis causa facta: sed non ex reuocatione & restitutione rei propter ingratitudinem. Et vt clarè intelligatur: Cardo resolutionis nō in eo vertitur, an ipso iure, an vero per sententiam reuocetur: sed an retro annuletur, & reducatur ad non causam. An vero solū vt ex nūc reuocetur, siue ipso iure, siue per sententiā, & remaneat efficax pro tēpore præterito. Et dico quòd* ex capite ingratitudinis non reuocatur ipso iure donatio, sed demū per sententiā, patet per tex. in *d. fi. vers. ex his.* Vbi demum ex causa legitima & cum causæ cognitione probata, conceditur reuocatio Et satis est quòd iure non cauetur ipso iure reuocari & ita tenet Pet. Cy. in *dicta l.* Bald. in *consi. 497. si quæratur. lib. 4.* vbi dicunt, quod ad reuocationem agitur officio iudicis, sed melius est dicere quòd condictione ex dicta *l. fi.* vt ibi Franc. Ripa. in *repet. q. pen.* Hoc autem est expeditum, quòd non habet locum rei vendicatio etiā vtilis, etiam si fieret reuocatio propter non impleta cōuenta ipsi donatori, sed tunc haberet locū condictio ob causam *l. 2. C. de cond. ob cauf.* & speciale est casu *l. 1. C. de donat.* quæ sub modo. quando propter non præstita alimenta conuenta ipsi donatori reuocaretur. vt tunc habeat locum etiam vtilis rei vendicatio, aliàs non, vt declarat Ripa. in *dict. repe. q. 35. 36. 37.* Vlterius dico quòd non reuocatur vt ex tūc, id est, retro à tēpore donationis sed demum vt ex nunc. Et sic omnes fructus percepti à donatario ante ingratitudinem commissam

A *l. inter omnes D. qui satisd. cogan. l. in omnib. bonæfidei. D. de iudic.* & vtrobiq; per om. scrib. Bart. *in l. si constante in quæst. 2. q. in princ. & in* Iaso. *col. D. solu. matr.* Ang. Imol. Paul. *in l. 2. in præ.* & ibi Alex. *col. 4. in fin. D. solut. mat.* Bar. *consi. 413. l. 3.* Matt. Afflict. *decisio Neapolit. 168.* Et similiter in aliis materiis. *c. suscitato de restit. in integ.* Solutio, si nondum appareat lis super nullitate, vel totali resolutione contractus, non tenetur patronus ad aliquam cautionem. Vnde si ea ratione nouus acquisitor destiterit soluere etiam si consignauerit plus quàm possit ascendere relevium, faciet patronus fructus suos. Si verò lis appareat, & idē si sit probabilis suspicio de propinquo, vel si ex natura actus quotidie resolui possit, vt si sit traditio ex causa donationis causa mortis, vel anticipationis legati. Et tunc aut

B quæritur de simplici cautione restituendi, si postea appareat indebitum, ad obuiandum ne patronus causari possit se non effectum locupletiorem & hanc præstare tenetur. At quæritur de satisdatione & adhuc tenetur. *arg. l. si post perfectam. C. de euictio. l. si creditores. D. de priuileg. credito. l. creditores. D. de separa. bono.* non tamen præcisè, sed prout commodè potest. Vnde si non possit commode inuenire fideiussores idoneos, de quo eius iuramento stabitur, sufficit eum dare quales poterit, vel cauere cum hypotheca bonorum, & paulo strictius quàm dicatur in *dict. l. 2. D. qui satisd. cogan.* quoniam ibi non agitur nisi de securitate instantiæ ad finem procedendi in causa: hic vero agitur de maiori periculo, videlicet perdendi indebite solutum. Tum regulariter nō

C valet argumentum de patronis libertorum ad patronos feudorum quum sint separati, vt dictum est ī. §. 2. *glo. 4. nu. 36.* Ideo æquum & iustum est ita temperare, vt dixi, quod rectius boni iudicis officio curabitur, qui si videat, & si constet prætensam nullitatem, contractam dolo vel culpa acquisitoris, non ita audiet eum exigentem cautionem à patrono. Et hæc vtilia sunt ad discernendum validitatem, & insufficientiam oblationum noui vassalli. Et à quo tempore fructus feudi prehensi debeant ei restitui, vel cedere lucro patroni.

D

E

* Sufficit similitudo respectu eius de quo quæritur.

* Cautionē vtrū possit exigere à patrono vassallus de restituendo relevio indebito.

* Satisdandū est tā in bonæfidei quam stricti iuris iudiciis ex iusta causa.

* Si ob ingratitudinē feudum reuocatum erit, verū relevium debeatur.

* Donatio est capite ingratitudinis non reuocatur nisi per sententiam.

non reuocantur, nec etiam alienationes & hypothecæ per eum factæ de & super re donata & de alienatione omnes doctores fatentur. Igitur liquet quòd non annullatur retro, nec reducitur ad non causam pro tempore præterito, & sic releuia debentur patrono ex traditione donationis causa facta. Vnde quamuis reuocetur non possunt soluta repeti, imò non soluta possunt exigi, nisi præscriptio triginta annorum obstet. Non tamen debetur releuium ex reuocatione & restitutione rei, quia fit ex causa necessaria, quæ tacitè inerat à principio donationis. Aduerte tamen quòd quamuis reuocetur ex causa necessaria, tamen non resoluuntur hypothecæ & onera, per donatarium medio tempore imposita, quamuis ea resolui censeat Fran. Ripa. in *dicta repet. q.* 42. Sed male * per text. in *d. l. bis solis.* vbi permittitur venditio, donatio, permutatio, & quæcunque alienatio, nedum ante ingratitudinem commissam, sed etiam ante litem cœptam per citationem super reuocatione iudicis mandato factam. Si igitur rata manet & efficax totalis alienatio rei vel partis, multo magis simplex hypotheca. Et sic concludo quòd remanent omnia medio tempore facta, nedum ante ingratitudinem, sed etiam post & ante reuocationem intentatam. Et hoc nisi constaret saltem verisimiliter esse factam in fraudem reuocationis, in quo recurrendum erit ad materiam reuocationum alienatarum in fraudem creditorum. Puto tamen quod donatarius * ingratus tenetur rem luere, & exonerare ab oneribus à se impositis. Imo si alienauit quòd teneatur æstimationem restituere, & hoc ne post commissum crimen dignum reuocatione donationis adhuc habeat & sentiat commodum ex donatione. vt latius probarem, nisi prolixitatis & excessus materiæ nostræ arguerer. Dixit autem Ripa. in *d. rep. q.* 66. quòd fructus reuocantur, nedum ex die litis motæ, sed ex die ingratitudinis commissæ, quod falsum puto per *d. l. bis solis in verſ. ex eo die quo & contro-uerſia, &c.* Quod tractandum reſeruo j. §. 30. *q.* 8.

58. ¶ DECIMOQVARTO quæro, quid si * fiat reuocatio ex capite. *L. ſi vnquam. C. de reuocan. dona.* Certum est quod ipso iure reuocatur per natiuitatem filij, cum declaratione voluntatis donatoris. Alberic. * in *d. l. ſi vnquam.* & latè Andr. Tiraq. *in rep. in verb. reuertatur. nu.* 8. *& nu.* 22. Et ex tunc fructus debent restitui, saltem postquam donatarius hoc sciuit, & de restituendo interpellatus fuit & constitutus in mala fide. Tamen non reducitur ad non causam pro tempore præterito. Et sic semel debetur releuium pro traditione ex causa donationis, & non pro restitutione, quum non sit noua mutatio, sed resolutio primæ ex conditione resolutiua inexistente donationi. In mentem venit quæstio prioribus affinis quam vidi in facto, filia nubens renunciauit futuræ hæreditati patris præsentis quandiu essent masculi, deinde post obitum patris fratres dictæ filiæ decesserunt sine masculis, nunc filia neptum amita petit partem paternam, nullum debet releuium quia venit ad ius suum antiquum directum, etiam si certũ feudum detur ei pro iure suo quia est loco diuisionis, sed si decessissent sine liberis, dicta filia hæres fratrum non solueret totius releuium, sed deduceret partem quam habuisset iure directæ successionis paternæ ad quam reuertitur. Et residui tantum quod habet iure successionis collateralis debebit releuium. Idem si post obitum patris sic renunciauit, quia valet renunciatio si ipsa quamuis minor annis velit, nec spectat ad dominum feudi allegare ius tertij vel nullitatem quæ dependet à voluntate aliena. Quod si interim vni fratrum sine liberis morienti alter solus in feudis succesſit, & releuium soluit: non potest dicta filia post obitum vltimi fratris sine masculis partem releuiorum repetere, sicut non repetit partem fructuum pro tempore præterito, quia non redit ad successionem paternam vt extunc, sed tantum vt ex nunc & pro tempore futuro: & sic qui interim domini vel possessores cum effectu fructuum lucrandorum fuerunt, debuerunt iura dominicalia prout casus accidit, soluere, & ratum manet prout possessio pro tempore præterito rata manet.

59. ¶ DECIMOQVINTO quæro, Feudum fuit venditum & pretium receptum: sed emptor antequam traditionem habuisset, illud seu actionem ex empto donauit vel legauit venditori? Respond. Quod ex ista remissione nulla iura debentur patrono. Sed quum non sit discessum à venditione, quia nec animus distrahendi nec actus retro similis interuenerit, * remanent integra iura patrono, tam ad quintum denarium, quam ad retractũ. Et si eligat retractũ, tenebitur pretium soluere vẽditori, cui emptor censetur donasse, vel legasse omnem ius suum. Sed quid si hoc faceret post traditionem factam? Respõdeo. Attendi debet forma faciendi, & intentio partium. *l. non omnis. in princ. D. ſi cert. pet.* Si enim fiat remissio, vel legatum feudi, vel actionis ad feudũ, indistincte dicendum est deberi omnia iura ex venditione orta. Et iterum deberi releuium ex remissione vel legato, quia feudum de nouo voluntarie mutat manum. verum est quòd si patronus eligat retractum, frustrabit se releuio debito ex causa sequentis mutationis, licet non frustraret se releuiis aut aliis iuribus debitis ex causis precedentibus. Sed si eligat quintum denarium, nullum ius amittitur. Si vero fiat distra[illegible], & pecunia restituatur, vel solutioni parata remittat[illegible] tunc recurrendum est ad dicta 5. §. 20. *gl. 5. q.* 1. quia si res sit integra respectu patroni, nulla iura debentur, alioquin remanent integra iura ex venditione orta & acceptata.

60. ¶ DECIMOSEXTO quæro, quid si feudum * datur in solutum? Dicendum vt colligitur ex dictis *supra.* §. 20. *gl. 5. q.* 10. quæ procedunt quando datur purè in solutũ. Si vero tradatur de facto pro certa summa, vel pensionibus certi redditus, hoc pacto quod si intra certum tempus debitum soluatur, vel redimatur redditus, feudum restituatur, alioquin tempore lapso cedat in solutum pro iusto pretio. Omnia iura patroni sunt iit * pendenti, quia si feudum recuperetur, apparet non fuisse apertum, nec mutasse manum, & nihil deberi patrono, quia ex hypotheca, & eius luitione, nihil debetur in feudis. Si vero tempus labatur & cedat in solutũ, ex tunc aperitur, & iura feudalia oriuntur, prout in simili determinauit Bald. *in conſ. 164. maritus libro quinto.* Et similiter si debitor hypothecauit & tradidit feudum suum creditori, deinde ab eodem emerit, quamuis verba contractus sonent in venditionem, tamen nõ est emptio, sed hypothecæ liberatio. vt tradit Cy. Bal. in *l. 1. C. ſi ſer. extero.* & non habet locum ius retractus. vt decidit Matth. de Afflictis in *tract. de iure Prorbo. ſuper ver. licet enim. colum. pen.* nec consequenter iura feudalia. 61. ¶ DECIMOSEPTIMO, quid si * donatio & traditio fiat à non domino? Respõd. quòd quãuis feudum non mutet manum, & in veritate nihil ex hoc debeatur, tamen patronus habet intentionem fundatam tam in prehendendo, quam releuiũ exigendo per no. supra §. 20. *gl.* 6. Et secuta euictione, non poterunt repeti à patrono fructus quos percepit pendente prehensione ex defectu hominis, cùm suæ culpæ debeat possessor id imputare, sed condictione indebiti repetetur releuium, quatenus factus est locupletior, nisi possessor pluribus annis fructus cum effectu perceperit quos non reddidit: tũc enim mutatio manus fuit effectualis. igitur per not. 5. *eo. nu.* 61. ¶ DECIMOOCTAVO quæro, quid si emit & accepit a vero domino: sed fuit euictus à creditorib. hypothecariis, qui fecerunt feudũ subhastari & adiudicari vltimo plus offerenti: vtrum possit repetere à patrono iura quinti quæ ei soluit: Videtur quòd sic, quia acquisitio sua fuit commutabilis, prout euentus docuit & resoluta fuit. Vnde sufficit patronum habere quintum pretij de noua efficaci & incommutabili venditione quæ fit per decretum: non autem debet bis habere, nec locupletari cum iactura primi bonæ fidei emptoris, qui deceptus fuit. In contrarium, quia primus

A

B

C

D

E

* Donatione reuocata ex capite ingratitudinis non resoluuntur hypothecæ à donatario factæ, nec restituuntur fructus ab eo percepti ante litem motam contra Fran. Ripa.

* Donatarius ingratus tenetur luere vel æstimationem restituere.

* Si donatus liberos feudũ reuocatum erit, verũ releuia debentur. * Reuocatio ex *l. 10. leg. ſi vnquam* quãuis fiat ipso iure, tamen non trahitur retro.

* Patronus retractu feudi habet vim potest etiam transigere vẽditorem & antecessum vassalli &c.

* In solutum si feudum datum fuerit verũ debeatur releuium.

* Iura feudalia quandiu in pendenti.

* si à non domino feudum venditum vel traditum fuerit, verum releuium debetur.

vere emit & acquisiuit à domino. Et venditio sortita est suum effectum. nec est verum quòd fuerit resoluta per subsequens decretum, imò magis confirmata & approbata, quia subhastationes factæ sunt prout debuerũt super isto primo emptore vero proprietario, & decretum super eo adiudicatũ, medio cuius censetur de nouo vendidisse, quia * factum iudicis censetur factum partis. *l. 1. C. si in caus. iud. pign. c. sit. l. si ob causam. C. de euictio. l. profectitia dot. D. de iur. dot.* Bald. in *repet. l. pater filium cons. 4. D. de inof. testa.* & pulchrè Alex. *cons. 11. viso proces. li. 5.* patet igitur quòd prima venditio nullo modo reuocata est, nec reducta ad non causam, sed facta est secunda venditio per emptorem. Igitur de nouo omnia iura debentur patrono. Nec obstat quòd secunda venditio non fuit mere voluntaria, sed necessaria, saltem causatiua necessitate, quia quantum ad iura dominicalia, non attenditur quòd alienario sit voluntaria, vel non, vt dictum est §. *eo. q. 3. & j. eo. q. fi.*

* Factum iudicis censetur factũ partis.

63. Pro resolutione distinguo, aut illa prima venditio est facta simpliciter: & tunc cùm quintum pretij spectet ad onus venditoris, vel ipse venditor illud soluit, & tunc clarum est non posse repeti, nec per emptorem nec per venditorem, vel emptor ipse soluit, & tunc debuit deducere venditori cui pretiũ soluit. *vt in §. seq. in prin.* Et si non fecerit, sibi imputet, quia patronus suum recepit. Et quantumcunque venditio ex causa superueniente non remaneat efficax (nisi ex causa quæ retrotraheretur, puta nullitatis, vel defectus dominij in venditore) tamen semper patronus habet fundata & intentionem ad quintũ pretij contra venditorem. Et sic non nisi suum & efficaciter debitum recepit. Et emptor nomine venditoris debentis, siue ad illius liberationem soluisse censetur, ex quo sciebat à venditore deberi, & sic cessat omnis repetitio, text. in *leg. repetitio. D. de condict. indeb.* Aut vero venditio est facta pro pretio franco & libero: ita quòd ipse emptor factus est solus debitor nomine proprio quinti & subquinti. vt infra §. 24. Et tamen postea emptio sua redditur inefficax & res alteri addicitur. Et tunc quia emptio & venditio non fuit ab initio nulla, nec reducitur retro ad non causam, non resoluitur acquisitio iurium quinti & subquinti facta patrono, & sic nihil videtur ab eo posse repeti. Sed hoc quandoque durum esset, ideo æquũ mihi visum est subdistinguere. Aut ille primus emptor potest efficaciter habere regressum euictionis, aut non. Primo casu, puta quia venditor, aut eius fideiussores vel pignora sunt soluendo, ita quòd potest emptor ab eis recuperare pretium cum legalibus sumptibus, damnis & interesse, nihil potest repetere à patrono, quum nihil sibi absit de his quæ vult repetere, ex eo quòd habet actionem. Sed quid hoc primo casu in permutatione? Secus videretur quia in ea passus euictionem etiã propter hypothecam, non tenetur præcisè agere ad implendum, vel ad interesse euictionis, prout emptor, vt *in l. in cuile. C. de rei venditio.* Sed potest si velit agere condictione ob causam, ad resolutionẽ permutationis, tanquam causa non secuta cum effectu, etiam si permutatio fuerit stipulatione vallata, vt dicemus infra loco opportuno, & his scriptis plenè dixi *in rub. D. de verborum obligatio. num. 56. cum seq. in lectio. Tubingensi.* Et sic cùm permutatio reducatur ad non causam; soluta relicta repeti possunt. Sed his nõ obstantibus idẽ dico ex quo fuit vera permutatio facta cum domino. Tum quia passus euictionẽ potest si velit agere præscriptis verbis ad omne id quod interest. *l. cum precibus. & per not. C. de permuta.* Cum ergo habeat actionem efficacem contra eum qui soluẽdo est: nihil sibi obest, nec potest aliquid repetere a domino feudali. Tum quia etiã si eligat agere condictione ob causam, adhuc simul potest petere quod sua interest, & sic quãtum soluit domino directo. Idem in omni alio genere alienationis. Secundo casu, puta quando non sũt soluendo. Et sic primus emptor remanet defraudatus tota re, & forte etiam toto pretio, puta quia antiquiores hypothecæ excessẽrũt pretium, quo res addicta fuit. Et tunc dico, quòd condicet à patrono (quatenus est locupletior) quintum pretij quod ei soluit. Et hoc, quia certat de damno vitando, & patronus non debet lucrari cum eius iactura. Idem si primus emptor non amitteret totum pretium, puta si pluris licitatum sit feudum, quam ascendant hypothecæ. Et sic residuum fuit ei restitutum, quia adhuc remanet damnificatus in reliquo pretio, & sic in sorte principali, & recursu euictionis, quæ est inutilis. *l. nam is nullam. D. de dolo.* Limito si antequam impeteretur à dictis creditoribus tot annos possedit, vt tantum in fructibus receperit quantum amittit, quia tunc nihil potest cedere à domino qui alias dupliciter circumueniretur, tum quia multos annos habuisset vasallum iura non soluẽtem & fructus amittentem: tum quia nisi oblatum & solutum ei fuisset relevium prehensi feudi fructus suos fecisset, & emptor inde nihil percepisset, nec ab authore suo, nec eius fideiussoribus etiam si soluendo fuissent, recuperare potuisset. Sed quid si dictus venditor est soluendo, sed dictus emptor emit sub pacto, quòd nullum habet recursum de euictione? Videretur aliud quasi seipsum deceperit. *l. nam si actor. cum concor. ibi. D. de rei vendi.* Et sibi ipsi hanc necessitatem imposuerit. *leg. si fideiussor. §. 1. l. de die. §. fin. D. qui satisd. cogant.* Tamen idem puto, quum id sit conuentum ante ius acquisitum patrono, & idem dicendum est de laudimiis, quando res est censualis, ad hæc facit quod dixi in notab. *quæst. j. §. 58.*

4. Decimonono quæro, Quid si emit à non domino & quintum pretij soluit patrono, postea ex interuallo superuenit verus dominus? Resolutiuè procedendo; Dico quod si dominus in iudicio contradictorio feudum tanquam suũ euicerit, non tenetur victor ad aliqua iura, nisi ad fidelitatẽ secundũ not j. *eo. q. 45* Victus autẽ indistinctè repetere poterit à patrono iura vtilia quinti vel subquinti quæ ei soluit, quia siue pro se siue pro venditore soluerit, non sunt debita in effectu, ex quo venditio est inefficax ex causa respiciente retro, videlicet ex eo quod venditor non erat dominus, & nullum ius transtulit in emptorem, qui nunquã factus est verus vasallus. Nec obstat quòd res aliena vendi potest in præiudicium venditoris per iura vulga. quia non in præiudiciũ tertij. Et consuetudo nostra non intelligitur de qualibet vẽditione feudi, etiam facta à non domino, & quæ non sortitur effectũ; sed de venditione facta à domino, vel quæ postea confirmatur, ita quòd remanet efficax, & sortitur effectũ per allegata in præcedentibus. verum est quod ex sola venditione habet patronus fundatam intentionem, vt sæpe dictum, sed si appareat postea nulla, vel retro inefficax, non habet dominus fundatã intentionem ad aliquid exigendum ex illa, & si exegerit, condici potest ab eo quatenus est locupletior, & salua præscriptione triennali. Si autem dominus vendicans non euicerit, sed dimiserit rem emptori aliqua summa accepta, & tũc aut id factũ est per viã transactionis, aut per viã iustæ venditionis. Primo casu, ex hoc nouo contractu nihil debetur patrono, nisi secundum no. j. *eo. q. 21.* & casu quo deberentur iura, puta probato dominio victoris tenetur patronus restituere vel compensare iura primæ venditionis. Secundo vero casu, puta quando emptor recognoscendo bonam fidem, recognouit actorem in verum dominũ, & ab eo iterum emit. Et tunc ex hac secunda vẽditione & emptione habet patronus omnia iura feudalia, siue in quinto pretij, siue in retractu. Nec obstat quòd * emens ab aliquo non continuo censetur fateri illum habere ius. vt no. Ang. post glo. in *l. 1. D. de public. in rem actio.* quia saris est fundatam esse intentionem patroni in forma contractus. An autem teneatur restituere vel compensare iura percepta ex prima venditione? Videretur quòd non, quia non declaratur inefficax, nisi facto voluntario emptoris. Contrarium est dicendum, quia patronus approbando secundam venditionẽ, quod est eo ipso quòd ex ea iura percepit, fatetur inefficaciam primæ venditionis contentam in secunda & super qua fundatur hæc secunda venditio.

* Emens ab aliquo non continuo cẽsetur fateri illum habere ius.

65. Ex

65. Ex his determinaui quæſtionem in facto quæ his diebus accidit. Quidam obæratus vendidit domum ſuã aduocato, qui emit iuſto quidem pretio * attenta fragilitate euictionis, & ſuſpicione hypothecarum, iuxta not. per Bar. Alex. Iaſ. & Claud. de Seycell. in *l.* 1. §. *ſi hæres percepto. D. ad Trebell.* Tamen res in ſe plus valebat, quare bibliopola meus cupiens dictã domũ habere pro dicto pretio, ſolicitauit ad hoc dictũ aduocatũ, qui hypothecas ſuſpicatus, & fragilitati euictionis authoris ſui diffidens, facilè conſenſit & vendidit pro eodem pretio quo emerat, appoſita clauſula quòd non teneretur de aliqua euictione, nec reſtitutione pretij bibliopola domum emptã ingreſſus, ſtatim à creditoribus primi vẽditoris impeditus fuit, qui fecerunt domum ſubhaſtari, vt adiudicaretur plus offerenti, & veritus bibliopola ne eũ rubore expelleretur, pretium impoſuit & auxit, ita quòd omnes licitatores vicit, & ei tanquam vltimo plus offerenti per decretum adiudicata fuit, fere pro duplo pretio quo prius emerat. Videns ſe captum me conſuluit quid ageret. Reſpondi rem non eſſe integrã, & quod nonobſtante prima emptione ſua, & quamuis primus venditor nullomodo ſit ſoluendo, teneatur exoluere omne pretiũ adiudicationis per decretum, & ad hoc poſſet compelli etiam per capturam perſonę, vt dicemus j. *tit.* 17. *in rub.* nullúmq; habet egreſſum contra dictum aduocatũ, attento dicto pacto, & quod non conſtat eũ dolosè verſatũ, ſed ſolum quod ſibi aberat recepiſſe, & ſecuritati ſuæ prudentius conſuluiſſe. Tamen quòd non tenebitur dominis directis ſoluere aliqua laudimia ratione primæ emptionis, cum ſit ei omnino inutilis & omnino verſetur in damno: ſed tenebitur integra laudimia ſoluere ratione ſecundæ emptionis per decretum, quæ fuit vera emptio, quamuis dominus eſſet ſed commutabiliter.

* Fragilitas euictionis & ſuſpicio hypothecarum minuit pretium rei.

66. ¶ VICESIMO quæro de hac forma venditionis, quæ à cautis emptoribus ſolet vſurpari: Conueniunt quòd feudũ Titij ſine alio onere venditũ ſit ex nunc Caio pro mille. Et quòd infra annũ publicis actionibus ſubijciatur ſuper ipſo venditore, & adiudicetur ſummo licitatori pro ſecuritate emptoris ab omni alio onere & hypotheca. Et agitur quòd Caius auctionem faciet ad ſeparandũ quemcunq; licitatorem. Et quòd ſi minus quam mille addicatur, nihilominus tenebitur Caius ſoluere vſque ad mille. Et ſi pluris addicatur, non tenebitur ſoluere Titio vltra mille. Quódq; ex nunc quarta forte pars pretij numerabitur, reliquo retento per Caium vſque ad finem ſubhaſtationis & adiudicationis decreti. Quęritur vtrũ ſint duæ venditiones, & an ex prima tantum debeantur iura, an etiam ex vtraque? Dubium facit, quòd Caius primo emit, deinde ex interuallo videtur ſecundo emere, per adiudicationem decreti ſibi factam, tanquam cuilibet extraneo. Sed dicendum primam tantũ eſſe venditionẽ, & ſecundum illã iura metienda, tam in retractu, quam in quinto pretij. Ita quod quintũ non debetur de pretio cõprehenſo in decreto, ſed ſolum de primo pretio conuento. Et etiã patronus retrahens, & idẽ de conſanguineo retrahente, non tenetur refundere pretiũ decreti: ſed ſolum primum pretium cõuentum, quod ſolũ eſt verũ pretiũ. Et ſecunda venditio, in veritate non eſt venditio, ſed ſolẽnitas ad firmamentũ primæ venditionis, imò eius purificatio, & perfectio: quia recte perſpiciendo prima venditio facta eſt in effectu ſub hac cõditione, ſi tota res per decretum libera ab omni alio onere adiudicari poſſit infra annum. Vnde ſi ſuperueniant opponentes ad finem diſtractionis certæ portionis rei iure dominij, ita quòd non poteſt tota adiudicari vel propter multitudinem & difficultatem oppoſitionum, non poteſt negocium finiri infra tempus præfixum, deficit illa venditio, & poteſt Caius pretium numeratum repetere per condictionẽ ob cauſam. Et tunc cuicũq; fiat adiudicatio, hæc ſola vltima venditio ſubſiſtet, & conſeruari debet. Et ex prima tanquam nunquam deducta adeſſe nulla iura prætendi poſſunt. Eadẽ applicari poſſunt permutationi, puta ſi Titius permutet domum ſuam cum agro Caij. Et vt liqueat domum nulli oneri ſubeſſe, conuenit vt ſubhaſtetur & adiudicetur per decretum ſiue Titio, ſiue Caio ſupremam rationem facienti: agitur tamen quòd hoc facto Caius retineat domum francam & liberam, loco agri ſui nullo alio pretio ſoluto, ſed quòd ſumptus ſubhaſtationum fiant per Titium, & ab eo precium ſoluatur vſque ad concurrentiam iuſtarum oppoſitionum ſi quæ ſint, tam ad luitionem domus, quàm ad liberationem Titij, qui reliquum pretij ſibi retinebit. Hic enim nulla eſt venditio ſed mera permutatio. Nec fit ſubhaſtatio ad fidem vendendi, ſed liquidandi ſi qua ſunt onera vel hypothecæ, nec etiam precium rei exoluitur, ſed ſolum Titius onera rei luit, & redimit, prout tenetur: neque igitur laudimiis, neque quinto pretij neque retractui locus erit, ſed ſolum releuio vnico domus ſi feudalis ſit.

67. ¶ VICESIMOPRIMO quæro, quid in * tranſactione? Et breuiter dicendum quòd aut tranſactio ſit ſuper dominio rei feudalis, aut ſuper alia re, vel ſuper eo quod prætenditur debita, vel aliquod aliud ius ſuper ea. Primo caſu ſit concluſio quòd ex cauſa tranſactionis nulla iura debentur dominio directo ſiue feudali, ſiue cenſuali. Aut enim quis tranſigit rem de qua eſt quæſtio retinendo, *vt in l. nulli. & ibi gloſſ.* & Bar. *D. de tranſact.* Aut eam relinquendo poſſeſſori, *vt in l. ſi profundo. C. de tranſa.* Et clarum eſt quod nullum dominiũ trãsfertur, nec nouum ius, nec nouus titulus in re acquiritur, ſed ſola liberatio cõtrouerſiæ, tex. in *d. l. ſi profundo. & in l. ſine apud acta* vbi not. doct. *C. de tranſact. gl. & ſcrib. in l. pen. C. de vſucap. pro empt.* Bart. in *l.* 1. *D. eo.* Bal. in *l.* 1. *ad ſi.* 1. *opp. C. ſi aduer. tranſact.* Et ſic res nullo modo mutat manum, nec reſpectu poſſeſſionis, de qua quantum ad præſentem q. non curaretur. nec reſpectu dominij. Et his caſibus idẽ tenent Bald. Aluar. Præpo. *in cap. vnico. de controu. inter vaſſal. & alium, de benef. in vſib. feud.* Vbi volũt licitam eſſe homini tranſactionem ſuper feudo, vel emphyteuſi domino irrequiſito, & ſeq. Iaſ. in *l. ſi. col.* 34. *q.* 10. *C. de iur. emphyt.* Amplio etiam ſi in tranſactione apponatur clauſula* vulgata *cedens & transferens omne ius & actionẽ inquantumopus eſt*, quia quamuis hæc clauſula ſit diſpoſitiua, & operetur dominij tranſlationem, non dico quando poſſeſſor, ſed quando actor erat dominus, quod alias nõ fieret per ſimplicem dimiſſionem ſine traditione, vt tradit Bald. in *l.* 1. *col.* 1. *C. de bon. mater. in l. ex cauſa tranſactionis. C. de vſucap. pro empt.* Tamen ex ſola tranſactione, in ſui forma, non habet patronus intentionem fundatam, & ſic nihil exigere poteſt, niſi velit in ſe aſſumere onus probandi aduerſarium fuiſſe dominum. Aut quis tranſigit tradendo ſiue reſtituendo rem actori. Et adhuc idem puto, ſi ſola tranſactio attendatur. Vnde ſi non habeat patronus aliud fundamentum, nihil poterit exigere, præter fidelitatem ab eo, cui res tanquam ſua eſt reſtituta. Quamuis enim ſimplex traditio, vel reſtitutio rei, tanquam ſit eius cui traditur, facta ex cauſa tranſactionis, dominium transferat ſi forte tradens ſit dominus, etiam circumſcripta d. clauſula cedens omne ius, &c. *d. l. ex cauſa tranſactionis.* & ibi Bald. d. *l. ſi per errorem. D. de vſucap.* & not. doct. in *d. l. ſi profundo.* quod non eſſet in traditione ex alia cauſa facta alicui tanquam de re ſua *l* 3. §. *ſubtilius. D. de cond. ob cauſ.* & eſt ſpeciale in tranſactione. Tamen non erit fundata intentio patroni ſuper releuio, vel ſuper retractu, aut quinta pretij, etiam ſi mediante pecunia tranſactum ſit, niſi probet vel litem fictam, ad occultandam veram permutationem vel venditionem. *l. cum hi §. ſed cum hic. D. de tranſact.* Vel niſi probet eum qui rem reſtituit tunc fuiſſe verum dominum, & ſic ex ſimplicibus terminis tranſactionis dominus directus nullum commodum habet. Idem multo fortius ex ſententia vel re iudicata.

* Tranſactione interpoſita ſuper feudo, vtrum debeatur relieuium.

* Clauſula cedens &c.

68. ¶ Sed vtrum dominus directus admiſſibilis ſit ad probandum contra actum ab vtraque parte approbatum; Reſpon. Aut quæritur de tranſactione, & omnino dicendum quod ſic, cùm ſit actus voluntarius. *l. ſi vnus §. ante omnia. D. de pact. l. tranſactione matris. C. de*

transact.l.2.C.res int. al. act. Et idem in sententia voluntaria, siue consensu rei lata.nec tenebitur appellare. Aut vero quæritur de vera sententia & re iudicata,& sic lata in iudicio * contradictorio, in quo actor declaratus est dominus rei controuersæ. Et tunc puto quòd dominus directus impugnare non potest ,cum sit lata solenniter, & cum legitimo contradictore. Et ideo si velit allegare & probare ius condemnati, & non appellantis puto quòd non sit admittendus. Et sic tenebitur in fidē admittere victorem, nullo iure vtili exacto ratione sententiæ , vel executionis illius. Nec etiam prætextu mutationum procedentium ex facto victi , vel aliorum priorum possessorum , qui detecti sunt non fuisse domini. Et hoc nisi forte dominus collusionem & fraudem probare velit. Et quamuis raro hæc accidant, tamen nō est inutile paucis determinare. Secundo vero casu quādo transactio non fit super dominio rei , sed super alio iure,vel alia re,siue quando agitur non re , vel parte rei, quæ retinetur,vel relinquitur.sed de re,vel parte rei,quę de nouo acquiritur,& transfertur mediante transactione. Et tunc debet inspici an per transactionem , & eius formam,resultet venditio feudi,vel alia mutatio.Et tunc secundum illius naturam & qualitatem dominus directus habet fundatam intentionem ex simplici transactione , vel traditione ex eius causa facta. Vnde si is à quo petuntur mille , dato feudo transigat,iudicandum est idem, ac de venditione. Et si is à quo petitur domus vrbana,det feudum rurì situm, locus est releuio ex parte accipientis feudum , sed non ex parte retinentis domum, etiam si esset feudalis, nisi dominus probare vellet retinentem non fuisse dominum. Et ita sentit Steph. Bertran. *in consi. 255. quæsitum est lib.* 3. quamuis non declaret, sed secundum prædicta debet distingui. Cætera ex prædictis intelligi possunt,faciunt quæ super transactione in materia retractus scripsi j. §. 172. Per prædicta memini * me decidisse q. huiusmodi , vassallus donauit feudum retento vsufructu , deinde eo mortuo donatarius agit contra eius hæredes siue petitorio , siue possessorio , non recordor : hæredes subijciebant nullitatem, vel falsitatem donationis, tandem transegerunt, & donatarius acceptis sex millibus libris renunciauit liti. Patronus volebat exigere à dictis hæredibus quintum denarium dictarum sex millium ? Respon. Non esse fundatam intentionem patroni ex simplici transactione , & nihil ex ea deberi , nisi probet donationem verā & validā:ita quòd feudū mutasset manū in donatariū, deinde ab eo iterū mutasset manū in hæredes, quia tunc vltra releuium deberetur quintum dictæ summæ.

69. ¶ VICESIMOSECVNDO quæro , quid de* diuisione inter socios vel cohæredes ? Hæc q. multum fuit agitata à doctoribus in simili emphyteusis , ideo quamuis sit argumentosissima non remorabor in disputatione , sed referam summatim aliorum sententias & locos vbi plenissimè reperies , postremo quid sentiam proferam. * Prima sententia est Guilliel. de Cug. Alb. Bar. in *l.ideo D. de cond. fur.* quòd indistinctè nihil debetur domino, quia est alienatio necessaria. Et hoc simpliciter sequi. Guid. Pap. in *decis. Delph. quæst.* 48. *in fin.* Iacob. de sancto Georg. in *tract. de operis.col.* 10. *versic. quid de diuisione.* Ias. in *l.si quæ.7.C.de iur.emph.* Nicol.Boër in *consuet. Bitur.de consuet feud. & cons.* §. 7. Chassa.in *cons.Burgund.in tit.des censes.*§.7.Ruger. de Mota.in *repet.l.traditionibus fall.*18.*versi.2.aduertendum. C.de pact.* * Secunda opinio fuit Cap. Tholos. *quæst.*75. distinguens inter diuisionem voluntariam , vt inter duos socios, vt sit locus laudimio. Et inter diuisionem necessariam , vt inter plures hæredes , vt non debeatur. Sed hæc non valet quia æque necessaria est diuisio inter communes ex societate , siue sine societate , ex quauis causa. *l.in hoc iudicio.* §. 1. *D. commu. diuid.* Et quamuis neuter prouocet.& nulla præcedat coactio,satis est quòd alter ab altero cogi potest diuidere. *l.nouissime.D.quod fal.tu.auth.* * Tertia opinio distinguit,aut fit diuisio ipsius rei inter eos pro rata portionis cuiusq;. Et tunc nihil debeatur domino directo. Aut res ipsa in se non diuiditur, sed tota assignatur vni , qui alios recōpensat in pecunia , vel in aliis rebus. Et tunc debeantur iura domino,pro portionibus quas is cui tota res remanet, acquirit ab aliis. Et ista habet magnam apparentiā, quia primo casu est simplex assignatio & distributio portionum pro diuiso. Et sic verè & propriè est diuisio. Secundo vero casu ipsa res non diuiditur,sed vni soli adiudicatur , & sic portiones cæterorum non possunt dici diuisæ,sed venditæ ei cui totum assignatur.*l.1.C.communi.vtri. iud.* Et ita tenet Pract.Pap.in *l. pro hered. vel re.diui.in verb.domum* Guido. Pap. in *cons.46.in facto* Steph. Aufre.*in add. ad q. Tholo.75. in fi.*& latè Iaso.in *l.qui Romæ.*§.*duo fratres.col.p.n.in fin. D. de verbor. oblig.*Steph.Bertr.in consi.78.*ex casu.li.*1. *cons.*310.*ponitur in facto l.*2.Et pro * resolutione dico primam partem veriorem: quia principalis intentio partium debet attendi.*l.si quis nec cautē in prin.l.nō omnia. D. si cert. peta.l. Aristo.*& ibi Bar.Pau. *D. de dona.* Et licet in diuisione res tota vni adiudicetur,tamen principalis intentio fuit diuidere. Et illa assignatio incepit,& dependet à causa necessaria diuisionis. Vnde quamuis per accidens contingat quod certa res in se non diuidatur , sed tota vni remaneat,tamen totus actus à principali fine diuisio nuncupatur. Et ita seruatur in practica sub modificationibus sequentibus, quod ex hominij diuisione, vel assignatione feudi vel censualis prædij, neque releuia, neq; quintum pretij,neque laudimia debentur. Et hoc nullā recipit restrictionē,quādo quilibet sociorum assignatur portio sua pro diuiso. 70. Sed quando tota vni assignatur,modificatur sententia nostra.* Primo, vt procedat, quando homini assignatio non fit per se, sed simul cum ipso principali contractu diuisionis,siue eodem contextu eiusdem actus inchoati à diuisione.quia tunc etiam si non esset nisi ista sola res communis inter diuidere volētes,deinde in hominij assignatione concordantes, puto nulla noua iura deberi domino directo,sed satis estquod ei debeantur iura , si qua cōpetant ex acquisitione prius facta in communi ipsis contrahētibus qui communiter successerunt in linea collaterali domino illius rei , vel ab eo emerunt. Diuisio autem vel assignatio postea inter eos secuta non videtur esse noua mutatio,nec translatio in aliam manum, sed consolidatio in vnum ex eis , quæ inter eos quibus est res communis permittitur. Secus si res iam fuisset diuisa certis portionibus cuilibet assignatis: deinde vnus eorum portionem suam quam iam pro diuiso possidet, vni ex quondam sociis cederet , venderet,vel permutaret, etiam pro portione illi assignata de eadem re, quia tum omnia iura deberentur , ac si transferentur in quemuis extraneum *per no.* 5. §. 13. *glo.* 6. 71.Item * secus si habens portionem in re communi pro indiuiso,non incipiat à diuisione,sed incipiat à donatione,venditione,vel permutatione portionis suæ , siue vni tantum ex sociis,seu omnibus cedat,quia tunc cùm non intendant diuidere non est diuisio , nec respectu materiæ,nec respectu formæ nec respectu intentionis, sed est alius contractus,& alia species mutationis & translationis rei , secundum cuius naturam iura dominis directis acquiruntur. Et ita fere in simili determinauit Paul. in *cons.*164.*dubium videtur lib.*1. Et sic iudicio lapsus*est Chassa.in *consuet. Burgūd. tit.des censes.*§.1.*gl.*1.*nu.*6. dum scripsit , quòd si frater vendat fratri partem suam quam cum eo habet indiuisam , non debetur laudimium domino , quod est falsum , quia imo debetur, etiam si non venderet totam partem suam sed , partem partis suæ , extra terminos diuisionis suæ, vt tenuit Bertrand. *cons.*173.*præsuppositio l.*3. An autem quando vni sociorum est venditum teneatur aliis communicare pro parte pretij , dicendum , vt *scripsi. infra* §. 148.

71. Item secus * si inceperint à diuisione , & non permanserint in terminis , & contextu diuisionis , sed transierint ad aliam formam & speciem separati & distincti contractus, prout sæpe in diuisionibus vsitatur quando certa res non potest commodè diuidi, vel non

* Patronus tenetur stare iudicio contradictorio lato inter cōtendentes de feudo,nec est admissibilis ad contra dicendum.

* Prima & vera opinio.

* Secunda opinio.

* Tertia opinio.

* No. Q. sa-bi.

* Diuiso feudo inter socios vel cohæredes verū debeatur relenium.

* Resolutio.

* Prima modificatio.

* Secunda modificatio.

* Aduersus Chassaneum.

* Tertia modificatio.

placet vt diuidatur in portiones, vel fortè aliàs ad finiendam altercationem conuenit inter eos, vel per iudicem ordinatur quòd licitabitur, & plus offerenti adiudicabitur; in quo tamen ne forte quis ad pauca aduertens decipiatur.

73. Sic diſtinguendum puto, aut ordinatur quòd adiudicabitur cuilibet plus offerenti, etiam extraneo* licitare admiſſo, aut vero ordinatur quòd extraneus non admittetur, ſed ſolum inter ſocios licitabitur, & remanebit meliorem conditionem aut penſationem offerenti. Primo caſu, etiam ſi contingat vnum ex ſociis vincere ex licitatione: tamen dico quod omnia iura acquiruntur dominis directis, ſicut ex mera venditione, cũ ſit vera venditio per ſe principaliter ſubſiſtens. Vnde infero quòd etiam jus retractus feudalis, ſi res feudalis ſit, habebit locum etiam contra ſocium vincentem licitatione. Et hoc dummodo ſimus in caſu, in quo dictus ſocius licitationis victor nõ poſſet iure retractus proximitatis retrahere ſi extraneus viciſſet, quod quando ſit, dictum eſt 3.§.20.*gl.*6. Secundo vero caſu, & ſi variè & effusè poſſet argumentari, verius puto nihil deberi dominis directis, quia homini licitatio quæ non aggreditur ſocios, non fit niſi ad finem concordandi, de modo & quantitate recompenſationis, & vt nulli gratificetur magis quàm alij, nec vllus alij præferatur in aſſecutione rei non commode, vel non libenter diuiſibilis, & vt remaneant omnino æquales & concordes de diuiſione cœpta. Vnde homini licitatio & aſſignatio non eſt contractus per ſe æque principaliter ſubſiſtens & ſeparatus à diuiſione, ſed executio & finis diuiſionis cœptæ, quare idem iudicandum puto quod de mera aſſignatione vni facta in diuiſione. 74. Et ſub præfatis modificationibus amplia ſentẽtiam noſtram, etiam ſi recompenſatio fieret de rebus non communibus, cùm forte non eſſet niſi vna domus feudalis in hæreditate, quia non eſt contra naturam diuiſionis, quòd recompenſatio fiat de proprio recompenſantis, imo de eius natura eſt, quòd ſi non ſuperſint in communione mobilia, vel pecuniæ ad portionem iſtius cui domus eſt adiudicata, quòd debet condemnari ad recompenſandum de pecunia propria: eſt enim* diuiſio contractus miſtus, participans de diſtractu & contractu, & de permutatione & venditione, & tamen propriam & diſtinctam habet naturam. vt patet in §. *pe. inſt. de offi. iud. & in §. quædam. inſt. de actio.* Et ſic hoc non obſtante totus contractus dicitur diuiſio, & conſequenter nulla iura debentur pro re aſſignata, etiam pro rata pecuniæ datæ ſocio, vel ſocijs. Etiam ſi illa pecunia non ſit accepta de communi. Quamuis in hoc vltimo quando recompenſatio non fit de communi, ſed de proprio, Conſuet. de Loris *eo. tit.* §.51. Et conſuetu. Niuernen. *eo. tit.*§.24. Turonen. *tit. des rachapts & rentes §. fi.* velint deberi iura dominis pro rata. quod non eſt abſque ratione, tamen illæ conſuetud. locales ſunt.

75. Hanc ampliationem noſtram reſtringo, niſi veriſimiliter appareret homini diuiſionem eſſe factam in fraudem, & occultationem veræ venditionis, aut permutationis, puta ſi nedum nihil erat commune inter duos ſocios vel cohæredes niſi dicta domus, & ſi commodè poterat diuidi. Tunc enim ex quo nihil aliud erat ſimul diuidendum, & poterat diuiſio promptè fieri per partes æquales, & æquè commodas. Et tamen maluit alter alteri cedere partem ſuam pro certa pecunia, vel certa alia domo, ad valorem portionis eius. Tunc quantumcunque dicant ſe hoc facere per modum diuiſionis, ſatis apparet, quòd in veritate & in effectu eſt vera & voluntaria venditio, vel permutatio, & omnia iura debentur dominis directis. Aduerte etiam quòd quamuis pro re communi ſic aſſignata vni ex ſociis, nulla iura debeantur ſecundum modificationes & ampliationes prædictas.

76. Tamen ſi in compenſam non detur pecunia ſed res immobilis, quod fieri poteſt volentibus partibus etiam de re non communi, ſed non inuitis partibus, niſi de re communi, eiuſdem communionis quæ diuiditur, quamuis indiſtinctè adiudicari poſſit in pecunia, licet nulla pecunia communis ſit, vt no. in §. *quædam inſt. de actio.* Tunc debet diſtingui. aut dicta res immobilis eſt de communione diuiſa, & pari ratione nulla iura debentur pro illa re, ſicut nec pro re aſſignata. Aut vero res immobilis data in compenſam ab eo cui res communis adiudicatur, non erat de communione. Et tunc ratione iſtius rei ſi feudalis ſit, debentur releuia domino directo, quia reſpectu huius rei non poteſt dici diuiſio, ſed permutatio, cùm non ſit de communione. Si vero ſit cenſualis, nihil debetur. Et hoc niſi daret in compenſam mobilium adiudicatorum iſti recompenſato, quia tunc in effectu hæc res eſſet vendita, & reſpectu huius rei haberent locum omnia iura dominicalia ſecundum not. ſup. §.20.*gl.*5.*q.*10. *& facit q. præcedens inſt.* Stat igitur concluſio, quòd ratione diuiſionis maximè inter cohæredes etiam ſi tota res vni adiudicetur, cæteris recompenſantis in pecunia, etiam non communi, ſed recompenſati propria, nulla iura dominicalia debentur. quod inquantum dixi etiam recompenſatio fiat non de communi, ſed de propria pecunia: intelligitur quando res non poterat commode diuidi.

77. Amplia vltra prædicta, etiam ſi is cui fit totius adiudicatio erat iam admiſſus in fidem patroni pro parte ſua, & ſimiliter alij ſocij pro partibus ſuis indiuiſis, quia hoc non impedit, imò præſupponit quod diuidere liceat, quum id de iure neceſſario inſit. Et ſic is cui poſtea totum adiudicatur, non tenetur niſi ad renouandam fidelitatem partium ſibi adiudicatarum. Et quum iſtud ſit de iure, & in ſe rationabile & fauorabile, & onera appoſita odioſa, debet vbique ſeruari, etiam ſi conſuetudo non exprimat, prout conſuetudo Caluimontis, *eod.tit.*§.53. & expreſsè diſponit non deberi iura ex diuiſione, etiam in qua fit totius adiudicatio, & aliis penſatio in pecunia. Sed hoc etiam non expreſſum tacitè de iure intelligitur ſecundum prædicta. Et nulla eſt (ſi bene memini) conſuetudo in regno quæ contrarium velit excepta ſola moderna * conſuetudine Bleſenſi. §.88. vbi fit modificatio, niſi penſatio pecuniæ excedat dimidium valoris rei adiudicatæ: vt tunc pro rata pecuniæ datæ in compenſationem debeantur iura. Super quo tamen diligenter eſt aduertendum, quod antiqua conſuetudo Bleſenſis, idem omnino expreſsè diſponebat quod d. conſuetudo Caluimontis, quia clauſula, *pourueu que le retour*, &c in *d.* §. 88. non erat de antiqua conſuetudine, ſed quorundam ſuaſu cæteris, vt fertur, conſentientibus, fuit adiecta in publicatione facta Bleſis, anno 1532. vt patet in proceſſu verbali, ſuper *d.* §. Sed irrationabiliter, quia vetus conſuetudo erat æquior & iuri conformior.

78. Sed iuxta hæc quæro de q. quæ accidit his diebus: vaſſallus poſſidens inter cætera, feudum ſub hoc præſidatu ſitum quod more* Vulquecini regitur, deceſſit relictis pluribus filiis, quorum tutor inducias fidei præſtandæ obtinuit à patrono, & ei ſoluit releuium propter obitum patris debitum ex ſpeciali lege & inueſtitura feudi, quia cauetur releuandum eſſe, *à toutes mains*, hoc eſt ſoluendũ eſſe releuium in omni mutatione manus. deinde circiter poſt 10. annos, maiores facti veniunt ad diuiſionem, & vni ſecundo genito aſſignatur d. feudum integrum, eique tam primogenitus quam cæteri fratres in reliquis bonis compenſati cedunt portiones ſuas. Vtrum debeatur releuium pro portionibus ab aliis ceſſis, & huic acquiſitis? Vocatus in conſilium cum peritis togati noſtri ordinis, reſpondi quòd non, per prædicta. Cæteri tamen contrarium opinati ſunt, in eo ſolo ſe fundantes, quòd hic pro d. portionib. quæ de nouo acquiruntur eſt mutatio manus, & vaſſalli. Igitur debetur releuium ex l. Vulquecini, quæ habet in omni mutatione releuium deberi. Sed certè acquiſitio, & mutatio quæ fit in diuiſione, in effectu non eſt noua acquiſitio, nec noua mutatio, ſed neceſſaria diſtributio in partes diuiſas portionum, pro indi-

* Quid admiſſa licitatione.

* Diuiſio eſt contractus miſtus.

* Nota in cõſuetu. Bleſenſem.

* Ampliatio ad feuda Vulquecini

niſo acquiſitarum. Et ſic argumentum partis aduerſæ non militat in diuiſione, quod clarius probo, quia in noſtra conſuetudine, eſt etiam generalis & vniuerſalis diſpoſitio, videlicet quòd in omni mutatione extra lineam directam debetur releuium, vt in hoc §. Et tamen ſi hæredes in linea collaterali diuidant inter ſe, & vni totum feudum obueniat, nullum releuium propter diuiſionem debetur, ſed ſolum ſemel propter ſucceſſionem, prout eſt in confeſſo, & eſt communis obſeruantia, illique fatebantur. Et tamen etiam ſecundum illorum ſententiam, hic eſt noua & ſecunda mutatio manus, & extra lineam directam. Igitur præfata ſententia tanquam inferens falſum & inconueniens, non poteſt ſuſtineri. Præterea ſi illorum ſententia mordicus Iudaico more verbis hærens eſſet vera, ſequeretur quòd in feudis quæ Vulquecini more reguntur, deberentur iura ex omni venditione, permutatione, & tranſlatione, etiam aliàs inefficaci, & quæ poſtea reſolueretur, & retro reduceretur ad non cauſam, nullam rationis æquitatiſve diſtinctionem admittendo, quod eſt iniquum, & iudicio meo falſum. Firmiter enim teneo, quòd omnia quæ de facultate diſtrahendi re integra, & de inefficacibus mutationibus dicta ſunt *ſupra eo.q.3.4.5. 6.* & ſimilibus, æque (quũ non appareat ſpecifice aliter diſpoſitum, ſitque eadem ratio) habere locum in feudis quæ Vulquecini more reguntur, atque in aliis. Satis eſt igitur quòd odioſa illa conceſſio ad morem Vulquecini, id operetur & ſuperaddat conſuetudini noſtræ, quòd etiam in obuentione quæ fit per ſucceſſionem in linea directa, nedum in aſcendentes, ſed etiam in deſcendentes debeatur releuium. Et non quod iteretur ex ſubſecuta diuiſione. Et ſic his rationibus motus auſus ſum perſiſtere in ſententia, quoniam, vt inquit text. *l.1.§. ſed neque. C. de veter. iur. enucle.* etiam vnius vel iunioris ſententia, quandoque multos & maiores in aliqua parte ſuperat. Et ſic concludo non deberi releuium, etiam ſi conſtet infeudationem eſſe factam expreſsè ad onus releuiorum in omni mutatione, niſi ſpecialiter dictum ſit etiam, ex diuiſione. Alioquin diuiſio non cenſetur noua mutatio, ſicut nec cenſetur eſſe alienatio. tex. eſt *in auth. de litigio. §.1. col. 8.* Et quòd diuiſio facta etiam cum clauſula cedens & transferens omne ius & actionem, non cenſetur alienatio, ſed ſit permiſſa inter prohibitos alienare, tenet Fed. de Senis. *conſil.225. duo fratres ad Liuellum.* faciunt no. Iaſ. in *l. de pupillo. § ſi plurium col.4. D. de oper. no. nuncia.* 79. ¶ VICESIMOTERTIO quæro, duo vaſſalli* permutauerunt ad inuicem feuda ſua. Certũ eſt quòd ratione vtriuſque feudi, debetur releuiũ ſiue ab eodem patrono, ſiue à diuerſis moueatur. Sed quid ſi non ſit meta permutatio, quia tradens feudũ minoris valoris, dedit mille pro ſupplemento. Et maior pars conſuetudinum huius regni diſponunt, locum eſſe iuri quinti denarij pro rata pecuniæ. Et vbi eſt talis conſuetudo, non eſt dubium quin ita generaliter ſeruari debeat, etiam ſi pecunia non ſit æqualis, ſed in quadruplo excedatur à feudo cum quo datur. Sed etiam diligenter aduerte, quòd hoc caſu pro* rata pecuniæ minuitur releuium feudi, pro quo acquirendo pecunia in parte datur. Et vt clarius & breuius expediam. Pone domuũ feudalem permutari à Titio cum Caio ad agrum feudalem, & quia domus eſt ſeſquialtera ad agrum. Caius ſupplet Titio in pecunia quantum valet tertia pars domus puta mille, & ager non valet niſi duo millia. Tunc patronus agri tantum capiet vnicum releuium de toto agro, quia totum eſt permutatũ. Sed patronus domus ſi eligat capere quintũ pretij de mille, non poterit capere integrũ releuium de tota domo, ſed ſolum pro rata, videlicet de duabus reliquis partibus domus, quia petendo quintum denariũ ratione tertiæ partis domus, quæ correſpondet pecuniæ, fatetur in effectu trientem domus, eſſe venditum, & ſic non totam domum, ſed reliquum videlicet beſſem domus tantum eſſe permutatum. Igitur non capiet releuiũ niſi de beſſe. nec eſſet audiendus ſi de eadẽ A portione domus vellet exigere quintum denarium tanquam de vendita, & releuium tanquam de permutata.

80. Et not.* quòd reſpectu quinti denarij habet locũ quæ cauta ſunt in mera venditione, vt poſſit patronus exigere à quolibet contrahentium ad ſui electionem illum quintum denarium, debeat tamen in effectu ſolui per Titium, qui dat domũ, & gerit hoc reſpectu vicẽ vẽditoris, & hoc niſi actum ſit vt Titio franca ſit ſumma ſupplenda, quia tunc poterit patronus exigere etiã ſubquintũ huius quinti, & debebit ſolui per Caium, qui in hoc gerit vicẽ emptoris. Non autẽ reſpectu huius trientis domus haberet locũ ius retractus feudalis, & ſi patronus offerret totũ vel hanc partẽ retrahere, quia hoc ius non eſt introductum niſi in veta vel effectuali venditione, hic autem totum negotium eſt permutatio, & non venditio. An autẽ pro rata huius trientis & pecuniæ locus ſit retractui proximitatis, dixi, *infra* §.179. Et in themate & quæſt. noſtra nota quòd ſiue idem ſit patronus domus vel agri, ſiue ſint diuerſi patroni, non eſt differentia. Poteſt tamen patronus ſi velit accipere integrũ releuium totius domus, remittendo dictũ quintũ denarium etiam inuito Caio. Et hoc quia attenta forma & materia contractus, videlicet principali fine, & eo quòd præponderat totum eſt permutatio, per no. in *l. Ariſt. D. de donatio.* Et ſic habet patronus fundatã intentionẽ in releuio totius. Et quod dictæ conſuetudines ſtatuunt de quinto pretij, hoc inducunt fauore patroni, & ne forte ei fiat fraus, & quia ius quinti denarij eſt multo liquidius & vtilius releuio, vt patet infra* §. 23. Et patrono eligente ſolidũ releuium, Caius non ſoluet, ſed retinebit quintum cum ſubquinto. Et ſi non erat locus ſubquinto retinebit ſimplex quintum, & illud deducet Titio de ſumma ei ſoluẽda, vel ſi ſoluerit, repetet ab eo. Nec obſtant not.ẽ §.10. *gloſſ.9. num. 4.5.6.* quia ibi is qui gerit perſonam emptoris, non damnificatur in aliquo, ex quo à patrono retrahente, recuperat integrum pretium cũ legalibus impendiis, vnde eo caſu lucratur vẽditor quintũ, vel etiam ſubquintũ pretij perinde ac ſi ipſimet patrono vendidiſſet. Secus eſt hic quia emptor ſoluit patrono ſolidũ releuiũ domus, & ſi cũ hoc ferret onus Titij reſpectu trientis eiuſdem domus, videlicet non retinẽdo quintũ pretij, vel ſupplementi eiuſdem trientis, damnificaretur, & duplicia iura ſolueret reſpectu eiuſdem portionis. 81. Sed vtrum hæc habeant locũ in hoc præſidatu, & aliis locis vbi conſuetudo nihil exprimit de permutatione miſta? Videtur quòd non, ſed recurrendum eſſe ad diſpoſitionem iuris. in *l. Ariſto. D. de donatio. in l. ſi quis donationis. D. de contrab. emp.* vt contractus iudicetur. Primo, ſecundum principale propoſitũ. Secundo, ſecundum id quod præponderat. vt tradit Bal. Paul. in d. *l. Ariſt.* Bal. in *prælud. feud. col.4.* Alex. in *l. ſi quis ante. D. de acquiren. vel amit. poſſeſſ.* Io. And. Panor. *in c. ad quæſtiones de rer. permu.* Fabia. de Mont. S. Sau. in *tract. de empt. & venditio in 2.q. principa. col.5.* Iaſ. in *l. Iſtla. col.10. & col.18. D. ſi cert. peta.* Phil. Cor. *in conſ.45. licet hic. col.2. l.4.* Et ita in propriis terminis expreſſim decidit Guid. Pap. in *deciſ. Delph.* 91. quòd pro pecunia in permutatione data vna cum re immobili, quæ plus valet quàm pecunia nihil debeatur. Et ſequitur Andr. Alciat. in *l.3. de verbor. ſignific.* Idem expreſſim decidit Iacob. de S. Georg. in *tract. de operis. col.9. in fi. verſi. ſed patron.* Cum igitur de iure in præfato themate, totus contractus ſit permutatio & non venditio, ergo* tantum debetur releuium in feudalibus, in cenſualibus vero nihil. Facit quod cùm hæc omnia odioſa ſint, non debent admitti niſi in ſuo caſu proprio & ſtricte ſumpto. Et hæc pars eſt verior de iure. Faciunt quæ ſuper retractu proximitatis ſcripſi *infra* §. 179. Verum tamen quantum ad iura dominicalia, contrarium obſeruatur, tam in cenſualibus quàm in feudalibus prædiis. Vnde à communi obſeruantia non eſt diſcedendum. *l. minime. D. de legibus.* Saltem quum non ſit irrationabilis in hoc caſu propter ſuſpicionem fraudis, & quia contractus eſt mere voluntarius. Et

* Licet hîc ſit locus quaim to doctrij *p* rata pecuniæ non tamen retractui feudali.

* Hic §. 23. veteris conſuetudinis facit partem huius articuli 33.

a Permutatio feudo inter duos vaſſallos vtrum releuia debeantur.

* In eodem feudo releuiũ minuitur pro rata pecuniæ.

* Pro rata pecuniæ locus eſt quinto pretij & laudimiis, niſi in diuiſione.

hoc etiam poteſt in iure fundari. Arg. tex. in *l. ſi ſponſus* §. *circa. D. de donatio. inter vir. & vxor.* Vbi inter perſonas prohibitas principalis intentio & de qua conſtat, non impedit quin contractus reducatur ad diſpoſitionem iuris. Et ita videtur dicendum reſpectu tertij, & ad tollendam materiam fraudis, vt quatenus numeratur pretium, iudicetur venditio & emptio. Et idem eſſet dicendum in venditione feudi facta pro modico, animo donandi quod plus valet, vt pro rata eius quod plus valet, tanquam de donato poſſit exigi releuium. Sed non eſſet rationabile idem iudicare in diuiſione, quæ eſt partim diſtractus & alienatio neceſſaria. Ideo in diuiſione non puto à dicta diſpoſitione iuris diſcedendum, propter obſeruantiam quorundam imperitorum, niſi vbi eſt text. vel conſuetudo expreſſa. plura potuiſſem ſuper his qq. effundere & allegare, ſed laudibilius duxi puncta tangere, & decidere.

A

B

* Donato feudo alicui mortis causa, verum debeatur releuium.

82. ¶ VICESIMOQVARTO quæro, Quid * in donatione cauſa mortis? Et ſuppono donatorem proceſſiſſe ad traditionem rei. Alioquin nulla eſſet quæſtio. Reſpon. Statim quidem debetur & exigi poteſt releuium. Sed quantum ad effectum, pendet ab euentu, quia aut donatio ſecundum naturam ſui reuocatur,* puta pœnitentia donantis. *l. qui mortis cauſa. D. de mort. cauſ. donat.* Vel conualeſcente donatore, vel donatario præmoriente. *l non omnis. in princ. D. de reb. cred. & §. 1. inſtitu. de donatio.* His enim tribus caſibus ipſo iure reuocatur. Itaq; nedum donatori cõpetit condictio ob cauſam, ſed etiam vtilis rei vẽdicatio. tex. in d. l. qui mortis cauſa. Ita quod reſoluitur & reducitur ad non cauſam. Fructus enim cum omni cauſa à tempore donationis reuocãtur & reſtitui debent tex. in *l. cum quis. D. de condi. cauſ. dat. in l. videamus generaliter §. Idémque & ſi mortis cauſa. D. de Vſur. glo.* & Bart. in *l. ſi mortis cauſa donatum fundum. D. de mort. can. donat.* Bald. in *conſ. 294. donatio cauſa mortis lib. 3.* Angel. Aret. §. 1. *col. pen. inſtit. de actio.* Faciunt quæ in præcedentibus quęſtionibus, & quod not. Lud. Ro. *in conſil. 454. in re præſenti. col. pen. verſi. ſi tamen.* quòd cùm * titulus ad irritum recidit, ſiue ad non titulum reducitur, res reſtituenda eſt cum fructibus per text. *l. filio. §. contra tabulas. D. de inofficioſ. teſtam.* & Romanum refert & ſequitur Felyn. in *cap. cũ cauſa. col. 8. verſi. reſpectu autem fructuum. de re iudica.* & conſequenter non eſt locus releuij per not. *ſupra eod. nume.* Sed ita de reſtitutione fructuum limito & intelligo quatenus donatarius vel ſimilis interim dominus & bonæfidei poſſeſſor factus eſt locupletior, niſi à quo tempore ſciuit reuocationem, & fuit in mora per no. *ſup. eo. q.* 10. 13. quod not. quia alij non tangunt. Si vero donatio non reuocetur, nec reducatur ad nihilum, ſed ſortiatur effectum ſuperuiuente donatario, & donatione aliter non reuocata, tunc cum effectu debetur releuium. Priore autem caſu ſi fuiſſet exactum reuocatione ſecuta eſſet reſtituendum per patronum ei qui ſoluit per condictionem ſine cauſa, quod eſt intelligendum quando patronus factus eſt locupletior ſecundum prædicta. Et eodem modo dicendum eſt in legato ſi forte teſtator viuens traditionem anticipauerit, *iuxta l. Lucius. D. de legat. 2. ad hoc.* quod nota. Franc. Cre. in *ſingula. 15. ſi legatum.* Sed quid ſi forte donatio huiuſmodi cauſa mortis eſſet facta ab aſcendente, vni ex liberis exiſtenti in propinqua cauſa ſucceſſionis?

* Donatio cauſa mortis triplici caſu ipſo iure reuocatur.

C

* Ius creſcẽdi non habet locum in cõtractibus.

85. ¶ VICESIMOQVINTO quæro, Quid in * mortis cauſa capione? De qua ſæpe in iure ſcripto & omnino (excepta deuolutione quæ fit in linea directa) dicendũ eſt locum eſſe releuio, quoniam non inſpicitur ex qua cauſa feudum mutet manum, dummodo cum effectu. Eſt autem * mortis cauſa capio acquiſitio accidentalis, occaſione mortis alicuius, & dicitur accidentalis, quaſi non principaliter propter ſe intenta, quia qui taliter dat, non eſt obligatus dare, & is qui capit non eſt in diſpoſitione, nec habet actionem vt ſibi detur & capiat. Sed eſt in conditione, & in cauſa mere contingenti & accidendali, qualis eſt datio quæ fit cauſa conditionis implendæ. *l. qui pretio. l. mortis cauſa capimus. D. de mortis cauſ. donat.* Et ſic impropriè loquitur Bart. in *d. l. mortis cauſa capimus.* dum dicit quòd in emphyteuſi conceſſa alicui & filiis, quòd filij capiũt cauſa mortis. Hoc enim propriè loquendo non eſt verum, quia capiunt ex lege conceſſionis domini, & eorum acquiſitio eſt fundata in vero, ſpecifico & nominato titulo emphyteuſeos. quemadmodum & in feudo conceſſo alicui & deſcendentibus ordine ſucceſſiuo. Vnde deſcendentes non capiunt mortis cauſa, ſed ex titulo & lege inueſtituræ, quia ſunt poſiti in diſpoſitione, vocati & inuitati ab ipſo primo concedente, à quo ſolo capiunt cauſam, ius & titulum vt eſt tex. in *cap. vnico. Ibi per inueſtituram patris & aui. & ibi* ad hoc not. Andr. Iſer. Iacob. de Bell. Bald. & omnes de feud. March. Duc. & Comit. tex. in *c. vnico.* & ibi Bal. Aluar. Præpoſi. *de gradib. ſucc. in feu. c. 1. §. hoc quoque & ibi glo. in ver. inueſtire de ſucce. feu. c. vnico.* & ibi Bal. Aluaro. *de nat. ſucceſſ. feud. in vſib. feud.* Et ita etiam ſe ipſum declarat. Barto. *conſi. 58 ex themate. nu. 3.* Et hinc eſt quòd vno de pluribus eiuſdem gradus decedente ſine liberis, portio ſua deuoluitur ad alios, non mero iure accreſcendi, quod *non haberet locum in contractibus: ſed vi taciti pacti, & lege inueſtituræ, vt pulchrè declarat Alexan. in *l. ſi mihi & Titio. col. 5. D. de verbo. oblig.* Alexan. in *conſi. 29. quoniam abunde. nu. 3* vbi in annot. dixi, *& conſi. 44. nu. 3. lib. 1.* Et pleniſſimè Franc. Cur. ſeni *conſi. 48. memoriæ recolendæ. col. 3. & conſi. 50. col. 7.* quod eſt collegij *Bononienſis.* Franciſc. in *tract. feud. in 2. parte. char. penult. in fi.* Sic & in ſubſtitutionibus teſtamentariis, ſubſtitutus non capit ius nec cauſam ab eo cui ſubſtituitur, ſed ab ipſo teſtatore & diſponente. *l. cohæredi. §. cum filia. D. de vulga. & pupilla.* Vbi Bar. & Alex. *conſi. 30. n. 5 lib. 2. conſi. 100. n. 4. li. 3.* Anto. Rub. *conſ. 36.* Phil. Dec. *conſi. 1. dixi in primo com. meorũ conſi. liorũ conſi. 7. nu. 52.* Amplio etiam ſi per electionem vel nominationem vltimi teſtatoris. *l. vnum ex familia. §. 1. D. de lega. 2. glo. 10.* And. in *Cle. dudum. §. verum in ver. obuentionibus de ſepul.* Anto. Corſ. in *ſing. in ver. commiſſarius.* Phil. Dec. *con. 251. colum. 2. conſi. 492.* (*vti in annot. retigi.*) *& conſ. 543. n. 3.* 84. ¶ VICESIMOSEXTO iuxta hæc quæro, * Si feudum deferatur lege cõtractus, vel ſubſtitutionis ordine ſucceſſiuo, vtrũ debeatur releuium in mutatione cuiuſlibet perſonæ? Hæc eſt ardua quęſtio. Et vt breuius & clarius procedã, diuido eã in tres caſus. Aut enim iſta ſubſtitutio ſiue cõuentionalis, ſiue teſtamentaria, cauſatur vel diſponitur ab ipſomet patrono, vel concedente in feudum, & hic primus eſt caſus: aut cauſatur à vaſſallo, & tunc aut in filios proprios vel deſcendentes vaſſalli, & hic eſt ſecundus caſus: aut in extraneos, & hic eſt tertius caſus.

D

* Qualiter titulus ad irritum, ſiue ad non titulum recidit, res reſtituenda eſt cum fructibus.

* Mortis cauſa feudum qui accipit verum releuium debet.

* Quid ſit propriè mortis cauſa capere.

* Succeſſiuo ordine feudũ ſi delatum alicui fuerit verum eam ob cauſã releuium debetur.

¶ Primo caſu videretur dicendum nunquam deberi releuium, quia quando feudum non eſt hæreditarium, ſed lege infeudationis, ſeu inueſtituræ defertur, ſiue ſit facta in cõtractu infeudationis, puta facta alicui recipienti pro ſe & ſuis deſcendentibus maſculis, ſiue in teſtamento aut codicillis, puta ſi teſtator certum prædium, vel feudum ad ſe reuerſum, reliquerit iure inſtitutionis forte in patria quæ iure ſcripto regitur vel iure legati, vni filiorum vltra legitimam, vel alij extraneo non refert, ad onus feudi, ſeu ad onus tenendi in feudum à teſtatore, vel eius principali hærede, puta primogenito, & ad onus ſubſtitutionis in deſcendentes inſtituti, vel legatarij vel erga quoſcunque alios. His enim caſibus, ſecundus, tertius, aut vlterior vaſſallus nullum capit ius vel cauſam ab illo in cuius locum ſuccedit, ſed ab ipſo concedente, & cenſetur noua conceſſio facta à domino gradatim in perſona cuiuſlibet. vt not. Andr. Iſer. in *cap. 1. col. 2. de inueſtit. de re ali. facta.* & in *d. l. imperialem. §. præterea Ducatus. colum. 3. de prohib. feu. per Feder. in vſib. feud.* Similiter & in legato fideicommiſſo * aut ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſucceditur ipſi teſtatori, & non grauato. *d. l. cohæredi. §. primo D. de vulg. & pupill.* Et ſic videtur immediate

E

* Fideicommiſſarius nõ hæredi, ſed teſtatori ſuccedit.

transire à patrono in quemlibet vaſſallum. Cum autem patronus primo infeudat, non debetur aliquod releuium, ſed dolum quando feudum ab inueſtito transfertur in alium facto vaſſalli, vel caſu in eius perſonam contingente: ſed hic transfertur in alium facto & diſpoſitione ipſius patroni. In oppoſitum quòd ſemper debeatur releuium argu. quia licet nullum ius ex ipſa prima noua infeudatione & conſtitutione feudi debeatur, niſi ſimplex fidelitas: tamen ex renouationibus inueſtiturarum debetur, vt quando idem feudum tranſit ab vno in alium mutata perſona vaſſalli, ſiue autem feudum ſit hæreditarium, ſiue conuentionale, tamen in nouo vaſſallo etiam ex lege contractus, vel teſtamenti patroni neceſſario vocato, non eſt nouum nec aliud feudum, ſed idem ipſum & antiquum feudum. *c.1. de grad. ſucced. in feud.* & per totum *in vſib. feu.* Et nullum feudum conſtituitur de nouo, ſed antiquum feudum mutat manum, tranſeundo à perſona in perſonam cuiuſque vaſſalli. Hæc autem mutatio in feudo conuentionali, vel ſubſtitutionali, nunquam fit per ſucceſſionem teſtati vel inteſtati, nec per donationem in anticipationem ſucceſſionis, vt eſt clarum, & ſic reuultum eſt omne fundamentum partis præcedentis, ergo ſemper debetur releuium per text. huius. §. Et ſi iſtud eſſet verum, eſſet maxima limitatio ad §. 2. ſ. *eo.*

* In feudo non hæreditario non tenetur ſucceſſor de factis prædeceſſoris

85. Confirmatur, quia ex* quo in huiuſmodi feudis nouus vaſſallus non eſt hæres, ſaltem non venit tanquam hæres vltimi vaſſalli, etiam ſi eſſet filius eius, ita quòd feudum obtinebit, & tamen non tenebitur de debitis & factis defuncti, vt latè tradit Alex. & alij in *l. quædam colum. 2. D. de eden. in l. quod dicitur. D. de verbo. obliga.* Bar. & ibi latè Iaſo. in *l. ſi non ſortem. §. libertus. D. de condi. indeb.* Alex. in *conſi. 55. perſpectis.* & ibi Barba. in *conſi. ſeq. lib. 4. conſ. 26. ponderatis. lib. 5.* Iac. de S. Geor. in *tract. feudo. in ver. ita quòd ipſi inueſti. in princ.* Franciſc. in *tract. feud. part. 2. quæſt. 8. nu. 19. & in conſi. 1. n. 12.* Decius *conſi. 185. & aliis infinitis.* Et ſic iſto caſu ceſſare videntur rationes quarum contemplatione datur immunitas releuiorum, ſuccedentibus in linea directa, de quibus in d. §. 2. *glo. 1. iuncto text. d. §. 2.* vbi requiritur quòd feudum mutet manum, ſeu adueniat per ſucceſſionem patris aut matris vel ſuperiorum: ſed hic nullomodo aduenit per eorum ſucceſſionem.

* Solutio.

86. Quibus* nonobſtantibus reſoluendo concludo quòd aut feudum, vel pars feudi, tranſit vel accreſcit ex pacto vel ſubſtitutione ad fratrem vltimi vaſſalli, vel ad alium quàm deſcendentem ex eo & omnino debetur releuium. Aut tranſit in filium, vel vlteriorem deſcendentem vltimi vaſſalli, & non debetur, niſi cõceſſio expreſſe facta fuiſſet ad onus releuij in omni mutatione, quia tunc ſtandum eſt pacto, quo ceſſante, ſi fuerit expreſsè vel tacitè facta relatio ad conſuetudinem, non eſt dubium: ſi vero nulla fuerit facta mentio vel relatio ad conſuetudinem, adhuc idem eſt dicendum, quia eo ipſo quòd ſimpliciter eſt relictum vel conceſſum in feudum, non determinata forma oneris, inſunt tacitè onera conſueta, * ſecundum modum & formam conſuetam, à qua omnis actus informatur, & declarationem recipit, nedum in contractibus vt in *l. quod ſi nolit §. quia aſſidua. D. de ædili. edict. l. circa. C. de loca. cum ſimilibus.* ſed etiam in vltimis voluntatibus. *l. ſi ſeruus plurimum. in fi. D. de lega. 1.* Iaſ. Decius in *l. vt liberis. col. 9. C. de colla.* & appoſiuſſimè Petr. de Anch. in repet. *c. quia propter in fi. 4. oppoſ. de reſcript. in 6.* Vbi dicit quòd conſuetudo informat omnem diſpoſitionem, etiam ſi non ſit dictum. Et facit famigerata illa theoria Bart. in *l. vt duſiurandi. §. ſi liberi. colum. 1. D. de oper. liber.* Vbi tenet quod* conceſſio emphyteuſis facta alicui, pro ſe ſuiſque filiis maſculis & fœminis, intelligitur ſecundum ſtatutum, vel conſuetudinem loci diſponentem de modo ſuccedendi ab inteſtato. Ita quòd ſi ſit ſtatutum vel conſuetudo, quòd fœmina non ſuccedat ſtante maſculo, filia non admittetur ad dictam emphyteuſim, niſi in defectum filiorum, quamuis dicta emphyteuſis non ſit hæreditaria, nec de ſucceſſione & idem tenent Petr. de Anch. in *l. tres fratres. D. de paſt. & late in repetit. c. canonum ſtatuta col. 85. in 14. q. principali. de conſtitu.* & omnes fere ſcriben. vbiq; ſequuntur, quos breuitatis cauſa citare nolo. Igitur multo fortius & abſque dubio debet intelligi ſecundum conſuetudinem diſponentem de oneribus feudalibus, & in materia feudali. Aduerte tamen quòd non intendo approbare dictã theoriã Bar. & Petr. de Ancha. quæ principali examinatione indiget, & ſuper ea diſtinguendum eſt, prout ſcripſimus. ĩ. §. 137. Sed emergit incidens quæſt. cuius* loci conſuetudo inſpiciatur, an loci teſtamenti, contractus, vel loci dominantis, an vero loci ſeruientis? & omnino dicendum inſpiciendam conſuetudinẽ loci ſeruientis, ſeu rei quæ cõceditur per no. 3. §. 12. *in fi.* Recordor tamen quòd huic vltimo dicto obſtat doctrina Bar. in *l. ſemper in ſtipulationibus. D. de reg. iur.* vbi vult quòd ſi quis vendidit triginta modulos fundi vel terræ ſitæ in tali loco, non intelligitur de menſura loci in qua terra ſita eſt, ſed de menſura loci in qua fit contractus, ſed ego dico quod illa ſententia Bar. non eſt ſimpliciter vera, ſed eſt diſtinguendum prout in quadram q. ſcripſi. ĩ. §. 92. vbi remitto, ne etiam in incidentibus prolixus ſim.

* Omnis actus à conſuetudine informatur.

* Emphyteuſis conceſſio intelligitur ſecundum modum ſuccedendi ab inteſtato.

* Conſuetudo loci, in quo ſita res eſt, ſit ſeruitutis.

87. ¶ Secundo vero & tertio caſu quando gradualis ſubſtitutio prouenit ex facto vaſſalli, dicendum quòd ſi vaſſallus dedit vel conceſſit filio ſuo vel filiæ ſuæ, & deſcendentibus ex eo vel ea ſucceſſiue: tunc non eſt locus releuio, quamdiu à deſcendente in deſcendentem deuoluitur per rationem caſus præcedentis: ſed benè ſi accidat feudum in totum, vel in partem, deuolui lateraliter, de fratre ſine liberis moriente in fratrem vel ſororem ſuperſtitem ſecundum not. *ſupra* §. 25. Si vero vaſſallus dederit extraneo, ſiue alij quàm deſcendenti ecce puta fratri ſuo, & deſcendentibus ex eo: tunc non eſt dubium, quin debeatur vnum releuium ex perſona fratris primi donatarij, & ſimiliter alia releuia ex mutationibus contingentibus inter deſcendentes, ſed inter ſe & à latere, vt modo dictum eſt: ſed an debeatur à filiis vel filiorum filiis quando à patre deuoluitur ad filios, non eſt modica dubitatio. videtur enim deberi, quia certum eſt feudum mutare manum in qualibet noua perſona, & quòd eſt noua & perfecta mutatio & non reſolutio præcedentis mutationis, quæ nullomodo retro reſoluitur, nec annullatur pro vita & tempore prædeceſſoris, ſed ſolum pro tempore futuro, & hæc mutatio non fit per ſucceſſionem hæreditariam de qua hic, & ĩ. §. 2. nec per aliam cauſam exceptam: ſiquidem filij & nepotes fratris donatarij non capiunt ius nec cauſam à patre donatario, ſed à donatore à quo non deſcendunt, & qui cenſetur in eos ſingulos ſucceſſiue donationem contuliſſe. Et certum eſt quod ſi ſingulis ex eis, etiam ſucceſſiue donaſſet, ſingula deberent releuia, & quum iſtud non procedat facto patroni, non poteſt ei imputari ſicut in primo caſu illi imputari poteſt, quod talìter infeudauerit. Vnde in dicto primo caſu bene poteſt adaptari *d. theoria Bar. in d. l. vt iuſiurandi. §. liberi. D. de oper. liber.* Sed non poteſt hic adaptari, quia vaſſallus quocunque modo contrahendo vel diſponendo, non poteſt præiudicare patrono, nec aliquas conditiones vel clauſulas opponere in eius præiudicium, nec poſſunt vaſſalli facere quominus leges & iura feudalia habeant locum in factis eorum. *l. nemo poteſt D. de legat. 1. l. teſtandi cauſa. C. de teſta.*

88. His tamen non obſtantibus puto releuium non deberi, quia in veritate non ſunt plures donationes in ſingulas perſonas ſucceſſiue, ſed vna tantum facta alicui & deſcendentibns ex eo. per text. in *l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. D. de verbor. obliga.* Cùm igitur non ſit niſi vna donatio, nõ debetur niſi vnum releuium donationis illius cauſa, & ſi dicatur quod ſequuntur plures mutationes, & quod de qualibet mutatione debetur releuium, qualiſcunque ſit ſiue cauſata, ſiue non, dummodo non ſit de caſibus exceptis, & ſic quamuis rele-

uium ſemel ſolutum ſufficerit pro prima mutatione, non tamen ſufficit pro ſequentibus, quæ non reperiuntur eſſe de caſibus exceptis, & iſtud ſolum ſtringit pro contraria parte: Non enim poteſt dici, quòd reſpectu deſcendentium, cenſeatur donatio in anticipationem ſucceſſionis, quum non ſit eis ſtipulatum tanquam hæredibus, ſed tanquam filiis, & ſaltem tacite actum, quòd habeant etiam ſi non ſint hæredes. reſpondeo quòd & ſi vere & proprie hæc non ſit donatio per ſucceſſionem in linea directa: tamen habet quandam ſimilitudinem cum ea, & veriſimiliter ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, reſpondiſſent etiam hanc ſpeciem deuolutionis eſſe immunem, attento quòd tranſeundo de patre in filium, non cenſetur tranſire in diuerſam perſonam vel manum. *l. fi. C. de impuber. & alij ſubſtitut.* Igitur habendum pro expreſſo. vt nota. in *l. tale pactum. in fi. D. de pactis.* Tum cum huiuſmodi releuia ſunt odioſa, *vt in princip. §. ſequen.* in dubio interpretandum pro immunitate & liberatione per iura vulga. Quare hanc concluſionem noſtram amplio, nedum ſi filij ſint vocati in genere, ſeu ſub nomine appellatiuo, ſed etiam ſi eſſent nominatim comprehenſi in donatione, quia expreſſio eorum quæ tacite inſunt, per eum modum per quem tacite inſunt, nihil operatur. *l.* 3. vbi Bar. & omnes. *D. de legat.* 1. Sed expreſſio filiorum per eorum nomina, non fit niſi vt includantur in diſpoſitione in qua erant æque incluſi ſub nomine appellatiuo. Ex quibus infertur ſi quis dederit feudum Sempronio, & poſt eius mortem Caio eius filio, debebitur vnum releuium per Sempronium, ſed non per Caium. Si vero dederit Sempronio, & poſt eius obitum fratri Sempronij, vel alij extraneo, ab vtroque debebitur releuium. Et idem in ſimilibus eſt dicendum.

89 ¶ VICESIMOSEPTIMO, etſi ex prædictis ſatis diſputatum ſit ſuper hoc §. tamen recordor ſponſionis factæ §. 2. *gloſſ.* 4. *q.* 5. *in fi. d. q.* An* patronus teneatur admittere vnum ex hæredibus fidelitatem & integrum releuium offerentem? Et hic ſeſe offert latiſſima materia. Vtque clarius & breuius reſoluatur, pone vaſſallum deceſſiſſe ſine liberis, relictis pluribus agnatis vel cognatis à latere, habilibus ad ſucceſſionem ſuam, patronus poſt quadraginta dies ab obitu prehendit feudum, accedit vnus hæredum fidelitatem & releuium integrum ſecundum formam conſuetudinis offerens, ſed cauſatur patronos alios eſſe cohæredes, & vult prius liquidari pro qua parte is qui acceſſit hæres ſit, & interim & donec etiam alij cohæredes iuſta fecerint, feudum retinere, & fructus lucrari, ſaltem pro portionibus eorum qui nullam diligentiam fecerunt, an poſſit? ſi dicatur quòd ſic, ſequitur magna iniquitas, & duricies contra naturam feudorum, quæ in benignitate conſiſtit: quia per dictam oblationem patronus ſtatim habere poteſt idoneum vaſſallum, & integrum releuium, & omne ius ſibi debitum. & ſic repletur omnis cauſa cuius defectu prehenſio facta eſt. Si igitur patronus nolit admittere, ſed cauſetur alios ſubeſſe cohæredes, apparet quòd non vult iura ſibi debita per conſuetudinem ratione aperturæ feudi: ſed vult ludificare illa offerentem, & abuti poteſtate prehenſoria ſibi data ad lucrum fructuum, & explicationem hæreditatis defuncti vaſſalli. quod eſt iniquum, & contra mentem conſuetudinis. Imo etiam* iuris rigores non debet patronus ſeruare erga vaſſallos, inquit Bald. in *conſi.* 429. quidam nobilis *lib.* 1. Præterea quandiu hæreditas eſt indiuiſa, vnus hæredum tenetur commodum totius hæreditatis conſeruare, & in hoc de dolo, & de leui culpa tenetur, & vnus ſolus poteſt facere vtilia omnibus, ſaltem neceſſitate cogente, & quando pro parte commode expediri non poſſunt. *l. hæredes eius. §. ſi vnius §. non tantum §. item culpa. D. famil. herc. ſc.* Si vero dicatur patronum teneri admittere, videtur aduerſari his quæ diximus 3. §. 2. *gl.* 4. *q.* 3. *& 4. & §.* 3. *gl. ult.* 4. Vnum ex pluribus vaſſallis, non poſſe feudum recognoſcere, ni pro parte ſua: & licet integrum releuium ab vno quandoque præſtari poſſit, tamen ſemper intereſt patroni feudum recognoſci à perſona legitima. Et plus attenditur præſtatio fidelitatis quæ eſt principale, quàm releuium, quod eſt acceſſorium, & minoris æſtimationis iuxta not. Bald. in *l. eadem. in prin. C. de loca.** Et ne mihi tanquam nodum in ſcirpo quærenti obſtrepant meri pragmatici, cauſantes minimè de hoc diſputandum, cùm patronus quemlibet gratia inueſtituræ accedentem, & iura offerentem recipere debeat, cum vulgari clauſula, ſaluo iure ſuo & alieno. Reſpondeo quòd poteſt quidem patronus ſi velit ſemper hoc facere: ſed non tenetur, nec ſemper eſt honeſtum nec vtile patrono. 90. ¶ Pro reſolutione ad omnia abſurda & inconuenientia quantum fieri poteſt euitanda, ſic diſtinguendum puto: aut iſte qui admitti petit ſolus poſſidet feudum, aut non. Primo caſu, debet admitti. Quandiu enim alij cohæredes non apparent, nec ſe pro hæredibus gerunt, iſte habet fundatam intentionem ſuper tota hæreditate, & toto feudo: nec* habet neceſſe probare non habere proximiorem ſe vel concurrentem ſecum, vt tradunt Rapha. Cu. in *l. ſi poteſt. in l. ſed ſi de ſua. D. de acquirend. vel. amitt. hæred.* Ludo. Roma. in *l. hæres inſtitutus, eo. tit.* Alex. in *d. l. ſi qui. col. pen.* & ibi Iaſ. *col. pen. in fi.* Soc. in *l. ſi inter. ad fi. D. de reb. cred.* Phil. Cor. in *con.* 95. *viſo. proceſſu. col.* 2. *conſ.* 197. licet in hac. *lib.* 4. quem refert & ſeq. And. Alcia. in *l. proximi* (vbi Typographi error in margine debet vt ſupra reſtitui) *D. de verb. ſignif.* & plenius ſcripſi j. §. 145. Præterea ex quo poteſt integre ſatisfacere patrono, & ſolidum releuium præſtare, patronus non habet intereſſe probabile, nec cauſam iuſtam eum repellendi, & feudum totum, vel pro parte retinendi.

91. ¶ Vnde non puto, quòd ad impediendum emancipationem feudi deberet audiri, etiam ſi vellet aduerſus iſtum qui ſolus eſt in poſſeſſione, probare alium eſſe proximiorem, vel concurrentem in gradu, qui agnouerit hæreditatem, & eadem ratione idem ſub modificatione j. *eod. q. nu. ſeq.* dicendum* puto etiam ſi alius de nouo appareat qui ſe proximiorem, & ſolum hæredem, vel cohæredem & æqualis gradus eſſe contendat, contra illum qui ſolus poſſidet. Alioquin ſequeretur quòd quolibet ſuſcitato qui petitione hæreditatis ageret, vel in fidem admitti poſtularet, poſſet patronus ludificari & repellere verum forte hæredem & poſſeſſorem, & fructus ſuos facere. Amplio iſta nedum ſi feudum poſſideatur ab offerente iura, & petente inueſtiri, & nondum ſit prehenſum, ſed etiam ſi prehenſum ſit, & poſſideatur à patrono, in qualitate domini feudalis. Amplio etiam ſi alius qui non poſſidet, & ſuper quo non eſt facta prehenſio, compareret coram patrono, & ne poſſeſſor inueſtiretur, intercederet petens ipſe admitti, & inueſtiri. Amplio tertio etiam ſi forte iam eſſet admiſſus in fidem is qui non poſſidebat & inueſtitus à patrono, cui certam ſummam pro iure releuij perſoluiſſet: & hoc ne per obliquum via pateat expellendi & deiiciendi iuſtum, ſiue etiam non iuſtum poſſeſſorem inauditum, ſine cauſæ cognitione, & iuris ordine non ſeruato, contra omnia iura.

92. ¶ Tamen non intendo dicere indiſtinctè, quod patronus præcisè teneatur quemlibet poſſeſſorem feudi, puta quem* ſummariè reuincere poteſt, vel quemuis alium prætendentem ſe poſſidere, admittere in fidem, iuribus feudalibus ſolutis, iure ſuo in reliquis, & alieno in omnibus ſaluo: quamuis enim id ſit regulariter vtile patronis, & raro nummos offerentes repellantur, tamen non ſemper eſt honeſtum. Quid enim ſi patronus iam admiſit verum hæredem in fidem, à quo iura feudalia recepit, & cum inueſtiuit, eíque manum leuauit, poſtridie accedit quilibet ex cauſa eiuſdem ſucceſſionis, eadem iura offerens &

* Vnus hæredum releuium offerens an ſit admittendus.

* Rigor iuris non debet ſeruari erga vaſſallos.

* Hæres non tenetur probare ſe non habere proximiorem vel concurrentem.

* Patronus non poteſt denegare inueſtituram vero poſſeſſori feudi.

* Si patronus iniuſtum poſſeſſorem ſummariè euincere poſſit nō tenetur eum inueſtire.

eadem poſtulans? Et non puto patronum debere iterum recipere iura ex eadem apertura, & priori inueſtituræ contrauenire. Quid ſi nondum aliquis in fidem admiſſus eſt, ſed in veritate cognoſcit patronus accedentem ad ſe inueſtituræ gratia nihil iuris habere? Et puto quod rectè & honeſtè faciat, recuſando Non tamen inhoneſte facit recipiendo iura à poſſeſſore etiam iniuſto, cúmque inueſtiendo, ſaluo iure ſuo & alieno, quia non tenetur controuerſiam & litem ſubire pro vaſſallo negligente, nec debet interim negligere iura ſua: ſed ea à quouis poſſeſſore iuſte exigere poteſt. Quinetiã quilibet poſſeſſor etiam aliàs iniuſtus, quem patronus (forte ſciens alium eſſe verum vaſſallum) recuſat in fidem admittere, poteſt ſibi conſulere adito ſuperiore videlicet ordinario iudice, à quo ad recuſationem patroni ad hoc vocati & auditi, niſi iuſtam cauſam adducere, & ſummarie docere velit, in fidem admittetur per manum, vt aiunt, ſupremam, ſoluris eidem tamen patrono vel conſignatis iuribus debitis. Et ſic ſi feudum prehenſum fuerit, leuationem manus obtinebit, vnà cum reſtitutione fructuum à die iuſtarum oblationum. Imo etiam ſi ab ea die patronus de facto perſeueranerit tenere feudum ad manum ſuam, & non permiſerit iuſta offerentem eo frui, tenetur vltra reſtitutionem fructuum, ad damna & intereſſe prehenſionem paſſi, à die dictarum oblationum. Si autem impedimentum non procedat à patrono qui paratus eſt quemlibet admittere, ſed à tertio opponente & petente inueſtiri, quid iuris ſit, dicemus j. §. 63. ne nimium hic inuoluat. Ex quibus patet non eſſe tam generaliter verum, quàm nonnulli vulgo iactant, debere patronum brachia ſemper aperta habere, ad quoſlibet inueſtituræ gratia accedentes admittendos. 93. ¶ Quod autem dixi patronum non poſſe petenti inueſtituram, & iura offerenti refricare quæſtionem dominij ſcilicet vtilis, & ampliaui etiam ſi patronus prehenſum feudum poteſtate feudali poſſideret, & aliis modis ẽ declaratis, limitandum eſt vt procedat, reſpectu eius qui ſolus poſſidebat feudum prehenſum tempore petitæ inueſtituræ, vel prehenſionis feudi, ſeu ſuper quo facta eſt prehenſio, ſiue poſſideret realiter & naturaliter, vt emptor adeptus vacuam poſſeſſionem, ſiue medio conſuetudinis vt hæres vltimi poſſeſſoris, prout in præfato themate: idem ſi cauſam haberet ab indubitato vltimo poſſeſſore: ſecus reſpectu tertij, qui nullomodo poſſidebat, puta, Titius vaſſallus poſſidebat feudum, quod Caius ſuum prætendebat, ſiue iam intentauerat rei vendicationem, ſiue non: Titius vendidit, vel donauit Sempronio, vel Sempronium reliquit hæredem, & ſic feudum fuit apertum, & prehenſum à patrono, qui iure feudali fruitur, & facit fructus ſuos propter negligentiam vel contumaciam Sempronij: accedit Caius dicens ſe verum vaſſallum, fidem & iura offerens. Dico quòd patronus non tenetur eum admittere, niſi probauerit ſe verum vaſſallum, & ſi Caius adeat iudicem, vel etiam reſcriptum regium ad hoc obtineat, vt per manum ſupremam recipiatur, & conſignando iura leuationem manus obtineat, patronus ſolus, etiam non intercedente Sempronio, iuſte impediet, nec tenebitur leuare manum, etiam per ſimplicem prouiſionem, ſed ſemper fruetur donec Caius probauerit ſe verum vaſſallum. quod probare non poterit valide, & cum effectu, niſi Sempronio ad hoc vocato, cuius principaliter intereſt. Et hoc ſi inueniri poſſit: ſecus ſi deceſſiſſet ſine hærede, vel abdicaſſet feudum, quia tunc cum ſolo patrono iudicium procedit, & tenetur prætendens ad ſe feudum pertinere hoc probare. Alioquin non * tenebitur patronus eum recipere, ſed interim ſemper fruetur tanquam ex defectu vaſſalli. Non enim tenetur quemlibet ignotum admittere in vaſſallum: cùm fructus debeat lucrari, quandiu verus vaſſallus, vel eius hæres aut cauſam habens ceſſat aut negligit iuſta facere. Et ſimiliter quandiu durat lis inter Sempronium eiúſve hæredem, aut cauſam habentem, & Caium, patronus iure feudali ſemper fruetur reſpectu Caij, quantumcunque iuſta offerentis: ſed non reſpectu Sempronij eiúſve ſucceſſoris ſi iuſta offerat vt dictum eſt. Benè verum eſt, quòd ſi Caius obtineat, recuperabit fructus à patrono, à die oblationis ei factæ, quos alioquin nunquam recuperaret à patrono, nec etiam à Sempronio, niſi à die litis cum Sempronio conteſtatæ, per modum percipiendorum, qui veniunt indiſtinctè in omni iudicio poſt litem conteſtatam: vt dictum eſt ẽ. *col. 9.* 10. Secus Caius nunquam obtinebit aliqua damna & intereſſe contra patronum, niſi forte à tempore quo de meritis & veritate iuris ſui liquidauit cum patrono, & eum certum effecit: ſed ipſe Sempronius benè recuperaret damna & intereſſe vltra fructus contra patronum, à die iuſtæ oblationis per Sempronium factæ ipſi patrono. Et ratio differentiæ eſt, quia ex quo prehenſio eſt facta ſuper Sempronio, cùm ſit actus reciprocus, obligat patronum erga Sempronium ad reſtitutionem poſſeſſionis oblatæ Sempronio, à tempore quo iuſta offeret, & ſatisfaciet cauſis propter quarum defectum prehenſio facta eſt. Sed huiuſmodi prehenſio de per ſe nihil habet commune cum tertio, qui nullomodo poſſidebat, & qui non fuit ſpoliatus, nec impeditus à poſſeſſione per dictam prehenſionem. Ideo tali extraneo patronus nullomodo ratione prehenſionis obligatur. Plures aliæ limitationes & modificationes cadunt ſuper hac vbertima & alibi non tractata materia, ſed ne nimis digrediar à diſtinctione vnde exiui, reſeruabo aliis locis opportunis.

94. ¶ Et redeundo ad diſtinctionem noſtram in ſecundo membro, videlicet quando is contra quem facta eſt prehenſio, non poſſidebat ſolus, ſed habebat cohæredes, qui adierant hæreditatem & incumbebant realiter poſſeſſioni feudi prehenſi pro portionibus ſuis: & tunc clarum eſt quod ante prehenſum feudum vnus ſolus non poteſt fidelitatem & releuium nomine ſuo offerre, & præſtare pro toto: quoniam patrono eligente fructus vnius anni, non poteſt fruendi patientiam præſtare niſi pro parte ſua, & poſt prehenſionem adhuc idem eſt dicendum, quia licet patronus totum feudum iure feudali poſſideat, tamen reſpectu eorum qui negligunt fidem & iura offerre, ſemper fruitur in merum eorum damnum, & nihil tenetur imputare in releuio, vt dictum eſt ẽ. §. 1. *glo.* 7. Et vni iuſta offerenti non tenetur nec debet feudum emancipare niſi pro parte ſua. Vnde hoc caſu dico, quòd ſi patronus vnum accedentem ad ſe tam nomine ſuo quàm hæredum, velit in fidem admittere, poteſt ſi velit, & res erit expedita: ſed non tenetur, niſi in caſu iuſti impedimenti. Tenebitur * tamen pro parte ſua inueſtire & feudum relaxare: & habent locum omnia quæ in ſimili in linea directa diximus. ẽ. §. 2. *gloſſ.* 4. *g.* 3. *&* 5. Nec obſtat quòd non debetur niſi vnum releuium & non plura, quia eſt omni reſpectu diuiduum, quum ſit patroni electio, vt not. ẽ. §. 2, *gloſſ.* 4. *g.* 6. *nu.* 47. Et ſic tenetur recipere pro parte ne ſequantur inconuenientia de quibus in *d. g.* 5. Clarum eſt etiam quòd ſi vnus velit nomine ſuo admitti pro toto feudo, iuſtè repellitur à patrono pro portionibus cohæredum per prædicta, etiam ſi integrum releuium offerret. Et ſic illi qui ſe gerunt pro hæredibus & ſimul poſſident, non debent confidere in diligentia vnius, ſed debent & ipſi adire patronum, ſi tamen ſint minores ætate, de qua in §. præcedenti ſufficiet eorum nomine petere inducias fidei: & hæc habent locum nedum in ſucceſſione collaterali, ſed etiam in ſucceſſione directa, quia ſi ſolus primogenitus appareat hæres, & poſſideat, debet ſolus in fidem totius feudi admitti, & recuſante patrono ſibi conſulet per iudicem, nec audietur patronus allegans alios eſſe filios & cohæredes, niſi forte hæc incontinenti probare velit. Et hoc caſu non ſufficit probare quod ſu-

* Patronus non tenetur inueſtire eum qui non poſſidet, nec habet cauſam ab vltimo poſſeſſore aut vero vaſſallo.

* Nõ tenetur patronus vnũ ex hæredibus inueſtire niſi pro eius portione.

persint alij filij, nisi etiam probet quòd agnoscant hæreditatem. quia præsumptio illa, filius, ergo hæres, & virtus suitatis non habet locum nisi ad commodum filij, & quando à filio vel causam habente ab eo allegatur, secus si ab extraneo, vt tradit Bal. & alij in *l. 1. C. si mi. ab hæred. se abstin.*

95. ¶ Et puto quod si patronus offerat probationem incontinenti, debet admitti, tam hîc, quàm in collaterali successione, etiam ad impediendum simplicem* prouisionem totius feudi fieri pendente lite super diffinitiua lenationis manus etiam in terminis §. 35. j. *eo.* diximus *gl. 2. g. 1.* Quædam tamen consuetudines disponunt primogenitum fidem & homagium facere posse pro omnibus, quod est æquissimum, imò multum rationabile esset, quod indistinctè vnus cohæredum posset fidelitatem facere pro omnibus, tam suo quàm aliorum nomine, vt sic §. 67. j. *eo.* limitaretur quando vnus ex pluribus vassallis eiusdem feudi, suo & procuratorio consortium nomine accederet. Sed non est nostrum à claro scripto discedere, vel adhærere prætextu æquitatis inuitantis, sed non impellentis & cogentis. Ex prædictis etiam liquido apparet, quòd si duo vel plures emptione, dono, aut aliter acquisiuerint idem feudum, non tenetur patronus vnum ex eis pro toto admittere in fidem: sed solum pro quota parte sua, & pro reliquis portionib. prehendere feudum, vel prehensum retinere ex defectu hominis, & fructus suos facere cum effectu: quia ex ipsa forma acquisitionis, apparet plures esse vassallos, & non vnum tantum. Idem si nondum appareret, sed patronus probare posset incontinenti.

96. ¶ VICESIMOOCTAVO quæro, quid si inter plures cohæredes, aut alios possidentes communiter idem feudum siue cum societate, siue non, vnus fecerit se inuestiri à patrono insolidum, siue simpliciter de toto feudo nomine suo proprio tantum: an reliqui possint intentare casum nouitatis, siue* interdictum vti possidetis contra inuestitum? Breuiter dico quòd non si ille nihilominus recognoscat eos in socios vel consassallos, & sic actus iudicabitur ab effectu magis quam à forma. Ab effectu autem apparet quòd id fecit non animo turbandi consortes, sed animo sibi & aliis consulendi, & obuiandi prehensioni feudali. Sed an possit repetere pro rata à consortib illud quod pro releuio soluit? Dicendum quòd sic, quia licet tantum nomine suo soluerit, tamen eos liberauit, & in hoc negocium commune licet non ipso gestu, tamen re ipsa gessit, & eo ipso quòd sunt liberati, locupletiores facti sunt, ergo contra eos habet actionem quantumuis suo nomine, & sui lucri causa gesserit, text. in *l. si pupill. § sed & si quis D. de negotiis gest.* Nec obstat quòd non sunt liberati à fidelitate, quod est principale, & quòd eis imminet periculum prehensionis, quia iam solo verbali obsequio liberari possunt si velint. Et hæc sunt limitanda, nisi certo constaret quòd patronus eis remisisset releuium, si non ille anteuertisset: tunc enim appareret negocium non esse vtiliter gestum, nec ad eos spectare re ipsa, nec alio modo.

97. ¶ Sed quomodo consuletur patrono? Videtur enim circunuentus, non in releuio seu iurib. pro hac vice debitis quæ percepit, sed ratione futurorum iurium, poterit enim iste per obreptionem de dolo inuestitus, successiuè acquirere portiones consortium, & tamen prima facie non faciet nouam fidelitatem, nec soluet nouum releuium. Aut aliàs accedere possunt multæ mutationes circa portiones consortium, quas ignorabit patronus putans talem inuestitum semper esse vassallum totius feudi. Et disputatione omissa 97. ¶ Resp. quòd dicta inuestitura non est nulla, nec annullanda* respectu portionis feudi, pro qua inuestitus poterat & debebat inuestiri, sed pro portionib. consortum pro quibus non potuit, nec debuit suo nomine inuestiri, est nulla ipso iure: nedum respectu consortum, sed etiam respectu inuestiri. Et in effectu volo dicere, quod nulla res-

cissione, nulla declaratione præcedente, potest patronus non obstante dicta inuestitura quatenus est erronea & nulla, statim prehendere feudum, videlicet pro portionib. consortum qui non sunt inuestiti: idque ex defectu hominis, & fructus suos facere donec fidelitatem fecerint, pro qua nihil soluent patrono, vtpote satisfacto de toto releuio. Et pariter ex parte dicti inuestiti, si forte postea emerit vel alio titulo acquisiuit à consortibus, potest patronus manum iniicere portionibus acquisitis, tamen veteri quam ex noua mutatione, & iura ex secunda mutatione debita exigere. Et est ratio, quia inuestitura non refertur ad futuras inquisitiones, idque esset contra eius naturam quum semper debeat subsequi, & sic fuit restricta & limitata ad portionem & acquisitionem quam inuestitus habebat tempore inuestituræ. Tum quantumcunque etiam verus vassallus sit inuestitus, si tamen feudum perueniat ad alium non dominum, ex quo nomine suo tanquam dominus possidet, & non est in fide, potest patronus manum iniicere, & tenet manus iniectio in præiudicium possessoris, qui non potest negare mutationem vel aperturam feudi & fidem à se non factam per no. §. 1. *gl. 2. nu. 3.* Secus si nouus possessor non possideret iure domini, sed iure creditoris, vel aliàs nomine illius qui est vassallus & inuestitus.

98. ¶ VICESIMONONO ad maiorem declarationem quæro, vassallus decessit sine liberis, relictis à latere fratre vterino hærede vniuersali, & fratre patrueli hærede respectu propriorum paternorum duntaxat. Vterinus tanquam proximior in gradu omnia occupat, patronus post quadraginta dies à morte vltimi vassalli manum iniicit feudo aperto, vterinus accedit ad patronum, fidelitatem & releuium offert tanquam hæres, petens inuestiri & manum dominicam leuari. Vtrum patronus teneatur admittere? Et hæc q. differt à themate *q. 27. §. eo.* in qua omnes sunt cohæredes, sed hic* non sunt coheredes, quia licet succedant eidem personæ, tamen ad diuersa bona, & videntur plura patrimonia & hæreditates separatæ, ex quo sunt disparis gradus. sed si essent eiusdem gradus, hæredia propria vnius lateris nullam haberent vicem separatæ hæreditatis, sed solum cuiusdam prælegati vt scripsimus j. §. 147. Tum in hac q. alter alterum in totum excludit: sed in *d. qu. 27.* simul concurrunt, tamen quia eadem est ratio decisionis, idem debet dici: & sic debet patronus qui non vult de iure alieno litigare, sed solum quod suum est percipere, inuestire vterinum ex quo erat possessor. Et hoc sane intellige dummodo saltem* per annum pacificè possederit ante prehensionem: ita quòd iam acquisiuerit possessionem contra patruelem, vt dicemus j. §. 64. Secus si prehensio facta sit infra annum ab obitu vltimi vassalli, vel infra annum à possessione vsurpata per vterinum: quia tunc debet distingui, aut patronus simpliciter prehendit & nullos commissarios adhibuit, vel alias permisit vterinum frui & possidere sub manu dominica: aut commissarios adhibuit, vel per se & suos omnino expulit vterinum, prout sibi licet & dictum est. §. 1. *gl. 4. g. 1. 2.* Primo casu si labatur annus à dicto obitu, vel possessione, idem dicendum est: quia per talem prehensionem non fuit interrupta detentio & possessio vterini. Et sic quamuis respectu patroni & iurium dominicalium non remanserit nisi detentor nomine patroni: tamen respectu dominij, & ipsius rei feudalis & quo ad omnia respectu patruelis, suo proprio nomine semper detinuit & possedit, & lapsu anni possessionem sibi acquisiuit seu confirmauit. Secundo vero casu, notoriè interrupta est occupatio vterini, & sic ex quo nondum acquisiuerat possessionem contra patruelem prehensionis tempore, multominus acquirit post talem prehensionem, ex quo consequitur possessionem ciuilem quæ vigore huius consuetudinis adhuc residebat penes patruelem, ei remansisse, ex quo ab alio acquisita nou fuit, & non habuit aliter animum

* Quando patruus prouisionem feudi impedit.

* Interdictum vti possidetis vtrū aduersus socium vel cohæredē de toto feudo inuestitū socius vel cohæres vti possit.

* A missio in feudum restringitur ad portionem spectantē ad inuestitū tempore inuestituræ.

* Hæres hæredum & hæres consanguineorum non sunt cohæredes.

* Lapsu tanti acquiritur possessio.

perdendi. Imò dum accedens inueſtituram petit, apparet quòd retro ſemper habuit animum poſſidendi, & remanſit verus poſſeſſor. Et ſic patronus debet patruelem inueſtire & non vterinum. Saltem non tenetur vterinum admittere. quod eſt verum, ſi re integra patruelis accedat ad patronum pro inueſtitura, alioquin in hoc prodeſt vterino poſſeſſionem vel iniuſtè occupaſſe, quòd dum offert iuſta patrono debet ab eo admitti. Nec poteſt patronus recuſare, ſed tenebitur admittere, vel recipietur à iudice per manum ſupremam, ex quo erat in poſſeſſione tempore prehenſionis.

* Patronus non poteſt poſſeſſori cõtrouerſiam facere iuris alieni.

99. Nec* admittitur patronus volens probare alium eſſe verum vaſſallum ex quo non comparet, & is qui renouationem inueſtituræ poſtulat eſt ſolus in poſſeſſione. faciunt no. in *cap. 1. in prin. ſi de feu. defunct. vouten. fuer. inter. domi. & agnat. c. 1. in prin. de controuer. inueſtitu. in l. 3. C. de edict. diui Adria. tol. in l. ſi. C. quo legato.* Quod ego limito niſi patronus vellet incontinenti probare vel oſtendere, nedum de defectu tituli: ſed etiam de vitio poſſeſſionis petentis inueſtituram. Ex quibus patet* quàm magnæ ſit efficaciæ manus iniectio, & fruitio patroni, quia interrumpit illicitam poſſeſſionem & vſurpationem inuaſoris feudi: & conſequenter impedit præſcriptionem, quæ poſſet ſequi, & conſeruat ius & poſſeſſionem veteris vaſſalli, vel eius veri hæredis, vt in pulchra q. deduxi j. §. 69.

* Prehenſio & poſſeſſio patroni conſeruat ius veteri vaſſalli.

100. ¶ TRIGESIMO iuxta hæc quæro, quid ſi ad inueſtituram concurrant plures emptores, vel donatarij, aut alij ſimili vel diſſimili titulo? Reſpon.* ex prædictis colligi poteſt, & vt paucis intentionem meam explicem, dico quod patronus non poteſt cum effectu denegare inueſtituram veteri poſſeſſori feudi prehenſi, ſuper quo prehenſio facta eſt, nec etiam oſtendenti ſe habere cauſam ab eo, vel eius apparenti hæredi iuſta offerenti. Et ſi recuſauerit iudex prouidebit, cum reſtitutione fructuum & damnorum à die oblationis, niſi forte patronus incontinenti doceat de non iure petentis inueſtituram. Sed poteſt denegare inueſtituram penitus extraneo, donec docuerit de iure ſuo, nec tenebitur ad damna & intereſſe tempore medio, licet teneatur ad reſtitutionem fructuum à die oblationis, poſtquam de iure petentis inueſtituram apparuerit, & ſufficit ſummaria probatio, tam reſpectu ſolennitatis, quàm reſpectu probationis, quoniam non agitur de adiudicanda, vel declaranda proprietate ſeu domino ipſi inueſtituram petenti, ſi non habeat, ſed de adipiſcenda poſſeſſione feudi. In quo petens inueſtituram, prima facie certat de damno vitando, patronus autem de lucro, propter defectum hominis. Poteſt etiam quemlibet admittere in fidem ſi velit: ſed non eſt honeſtum vt dictum eſt. Plurib. autem concurrentib. & contendentib. non tenetur aliquem admittere, ſed poteſt ad iudicem remittere, non tamen interim lucrabitur fructus, ſed is qui calculum ſententiæ referet, feudum obtinebit cum fructib. à die oblationis ſuæ, ſine damnis & intereſſe, quoniam patronus non denegauit, nec in mora fuit, ſed fuit paratus admittere illum qui debebat & declararetur debere admitti. Quod ſi plurib. contendentib. vni gratificaret, & feudum ei relaxaret, non præiudicabitur cæteris, ſed pendebit ab euentu, non tamen poterunt cæteri contendentes appellare ab inueſtitura patroni, quum ſit actus priuati & extraiudicialis: ſed debent proſequi patronum & inueſtitum coram iudice ordinario, vt ad recuſationem patroni inueſtiantur per manum ſupremam, & reuocetur inueſtitura gratificari, contra quem gratificatum, & ad inuicem, poterunt prætendentes feudum concludere, & procedere in caſu nouitatis ſiue interdicto vti poſſidentis, ſi ſinguli ſe poſſeſſores prætendant, Alioquin clarum eſt quòd ſolius poſſeſſoris eſſet renouanda inueſtitura, ſine præiudicio iuris aduerſarij in petitorio & rei vendicatione. Et in dicto caſu nouitatis faciant ſequeſtrari feudum, non obſtante dicta inueſtitura, & victori adiudicabitur inueſtitura, cum fructib. à die oblationis per eum factæ, iura feudalia ſoluendo vel conſignando, vnà etiam cum damnis & intereſſe turbationis aduerſus turbatores victos. Sed patronus non condemnabitur in aliqua damna & intereſſe & expenſas erga victorem, dummodo à principio litis deſtiterit, & declarauerit ſe paratum admittere illum qui inueſtiendus declarabitur, & hoc niſi conuincatur dolosè dictam indebitam inueſtituram conceſſiſſe, quia tunc ad damna & intereſſe procedentia ratione doloſæ inueſtituræ vel gratificationis teneretur. Alioquin non tenetur, niſi perſtiterit in lite cum gratificato, ſuam inueſtituram ſuſtinendo. Multæ aliæ & variæ quæſtiones circa hæc occurrunt, ſed nunquam eſſet finis ſi in ſingulis morater, ideo q. hanc concluſionis generalis vice ſubiunxi.

¶ TRICESIMOPRIMO quæro, vaſſallus deceſſit ſine liberis relicto fratre & nepote ex fratre præmortuo: modo certum eſt quòd ſi frater ſuperſtes adeat hæreditatem, omnino excludit nepotem tanquam remotiorem, in locis ſubditis conſuetudini noſtræ vel ſimili, vbi in linea collaterali non eſt repræſentatio *vſ j. §. 149.* Et tunc etiam ſi incontinenti dictus frater proximior hæres donet, vel cedat* dictam hæreditatem nepoti, debebit nepos duplex releuium: vnum ex perſona dicti fratris, qui aditione factus eſt hæres incommutabilis, & vi conſuetudinis generalis dominus & poſſeſſor feudi hæreditatij: & aliud releuium ex perſona propria, in quam à cedente transfertur, & de nouo cum effectu mutat manum. Si verò frater expreſsè abſtineat, vel repudiat hæreditatem, tunc locus aperitur nepoti, qui tanquam proximior ex ſucceſſorio edicto ſuccederet, non ex perſona fratris defuncti, ſed immediate ex perſona propria, & ſic non debet niſi vnum releuium, prout vnica tantum eſt mutatio à defuncto in nepotem primum & immediatum hæredem. Sed quæſtio eſt, ſi dictus frater decedat ſine liberis non adita nec repudiata dicta hæreditate: an nepos vtranque hæreditatem accipiẽs debeat duplicia vel ſimplicia releuia? Punctus eſt an mediatè an vero immediatè ſuccedat, quod tractatur j. §. 172. & 132. Et breuiter dicendum, quòd ratione feudorum quæ erant in hæreditate patrui prius defuncti, duplicia: pro reliquis vero feudis patroni vltimo defuncti, ſingula tantum debet releuiaratio, quia* in illis mediatè, in iſtis immediatè ſuccedit. In iſtis vero nullum eſt dubium: ſed quo ad illa obſtare videtur, quia hæreditas fratris prius defuncti non erat adita à fratre poſterius defuncto. Et ſic nondum erat iuncta cum bonis vltimi defuncti, ſaltem incommutabiliter, ſed erat hæreditas per ſe, ita quòd iſte nepos poteſt illam adire vel repudiare ſi velit: & ſic adeundo hæreditatem primi defuncti, videtur etiam illi immediatè ſuccedere, *vt inſtit. de hæred. qualit. & diffe. §. ſed his prætor. l. ſi filium fam. §. 1. l. ei qui. D. de acquir. vel. amit. hæred.* 102. ¶ Quia dico ſiue adiuit hæreditatem vltimi defuncti qui nec adiuit nec repudiauit, non poteſt ex perſona propria adire vel repudiare hæreditatẽ primi defuncti: ſed ſolũ ex perſona vltimi defuncti & tanquam hęres eius, in cuius hæreditate repetitur ius adeundi vel repudiãdi alienam hęreditatẽ: ſiue iſte nepos repudiauit hæreditatem vltimi defuncti, adhuc idẽ eſt quòd ex perſona propria non habeant ius adeundi nec repudiandi hæreditatem primi defuncti, ſed hoc ius ſpectat ad qualemcunque hæredem vltimi defuncti. Et hunc effectum generalis tranſmiſſionis, operatur virtus dictæ conſuetudinis, * mortuus ſaiſit viuum, vt inter eius effectus diximus j. §. 132. Si igitur in linea collaterali hæres vltimi defuncti, quicunque ſit, accepter hæreditatem primi defuncti, debebit duplicia releuia feudorum illius hæreditatis: quæ feuda tam in vim huius conſuetudinis, quam ſecutæ additionis, (quæ trahitur retro ad tempus mortis primi de-

* Ceſſio & abſtentio differunt.

* Ex ſucceſſorio edicto, immediatè ex iure tranſmiſſionis mediate ſuccedit.

* Effectus tranſmiſſionis mortuus ſaiſit viuum.

functi. *l. hæres quoque. D. de acquir. vel amit. hæred.*) censetur fuisse vltimo defuncto acquisita, & ab illo translata in hunc hæredem. Et sic patet quòd quamuis aditio huius hæredis requiratur, illud ius successiuum incommutabiliter acquiratur, tamen non dicitur hic hæres succedere primo defuncto immediate, nec ex persona propria, sed solum mediate ex persona vltimi defuncti, cui soli immediatè succedit. Nec obstat quod adhuc vt sit locus releuio, requiritur vera & efficax mutatio manus, nec sufficit ficta, *vt* ꝛ. *eo. q.* 1. Sed quando hic vltimus hæres adit hæreditatem primi defuncti, fingitur adita per vltimo defunctum, & cum hoc trahitur retro, & sic vltimo defunctus fingitur adiuisse & hæres possessor fuisse, & consequenter quòd hæc prima mutatio à primo in vltimo defunctum, non est aliud quam metè ficta mutatio, maximè cum dictus vltimo defunctus dictam hæreditatem ad se deuolutam semper ignorauit: & possessio quam in vim consuetudinis & commutabiliter censetur habuisse ciuilissima fit secundum Bal. in *l. vt inter diuinum. col.* 2. *insi. C. de sacro. eccle. de quo* j. §. 132. Et sic concludendum videtur, quòd vnica vera tantum mutatio reperiatur in hunc hæredem primo de facto adeuntem, & sic vnicum tantum debeatur releuium, maxime cum huiusmodi releuia sint odiosa, nec debeant habere locum, nisi vbi verba consuetudinis vetè & propriè verificantur, & in casu vero & non ficto, iuxta Bar. in *l.* 3. §. *hæc verba. D. de nego. gest.* Bal. in *l. transigere col.* 3. *vers. quæro nunquid. C. de transact.* Quia respondeo, quod illa prima mutatio non est ficta nec efficax, sed vera & efficax, quoniam per * consuetudinem quòd mortuus saisit viuum, non continuatur nec transfertur ficta, sed vera possessio & dominium ipso iure, in proximum hæredem etiam ignorantem, etiam infantem vel furiosum, vt scripsi in *d.* §. 132. & quamuis cum beneficio abstinendi: tamen si non abstentio, sed aditio sequatur vt hic, remanet illa prima & vera translatio & mutatio efficax, & plures eius effectus deduxi in *d.* §. 132. Si vero iste vltimus hæres * repudiat dictam primi defuncti hæreditatem, tunc (tanquam conditione resolubili extante) censetur nunquam fuisse deuoluta ad dictum vltimo defunctum, & locus aperitur cæteris proximioribus. dicti primo defuncti hæredibus qui illi ex propria persona, & immediatè per successorium edictum succedere poterunt, & sic vnicum debebunt releuium. ¶ Sed quid si non sit alius propinquus habilis ad succedendum illi primo defuncto, quàm iste vltimi defuncti hæres, qui repudiat ius adeundi quod habet tanquam hæres ex persona vltimi defuncti, sed vult vti iure adeundi quod alias habet ex propria persona ad successionem primi defuncti, & ei ex capite suo immediate succedere, an possit? Dico quòd non: siue in linea collaterali, siue etiam in linea directa, propter multa inconuenientia quæ aliàs sequerentur, vt deduxi j. §. 140. Et quod diximus de duplici releuio, idem de triplici vel quadruplici transmissione & releuio. Hæc tamen limitari debent, nisi feudum ab alio possessum fuerit à quo fructus præteriti nequeant auocari, vt dicemus j. *eo. q.* 45.

105. ¶ TRICESIMOSECVNDO, quid in quibusdam feudis, quæ odioso Vulquecini more reguntur, in quibus in omni mutatione ex parte vasalli contingente. etiam in linea directa debetur releuium, vtpote nepotem * patre præmortuo succedere auo, vtrum debeat duplex releuium? Respond. non siue solus, aut cum aliis nepotibus succedat vna cum patruo, & sic iure repræsentationis patris sui veniat, quia nihilominus immediate succedit auo ex persona propria, & non immediatè, nec ex persona patris, ad quem nunquam fuit deuolutum illud ius successiuum: & sic non est duplex mutatio nec verè nec fictè, sed vna tantum. Et hæc est * differentia inter ius transmissionis, in quo mediatè & ex persona transmittente succeditur, vt in q. præceden-

ti: & ius repræsentandi, in quo succedens ex capite proprio venit, & nihil iuris accipit ab eo quem repræsentat, & cuius locum & gradum iuris dispositione occupat. vt no. per Bar. Bald. Paul. Phil. Cor. in *l.* 2. *C. liber. præteri. vel ex hæred. not. omnes scrib. in l. pactum dotali. C. de coll. in l. qui superstites. D. de acquir. vel omit. hæred. ad hæc quæ infra* §. 133. 134.

104. ¶ TRICESIMOTERTIO, retento themate q. 13. Quid si nepos aliquid dederit fratri defuncti proximiori hæredi vt hæreditatem obtineat? distingue post Vlp. in *l. fuit quæstionis. D. de acquir. vel omit. hær.* Aut frater aliquo accepto, siue non, cessit hæreditatem nepoti. Et tunc cedendo adiuit, & duplex releuium, tanquam ex duplici vera mutatione debetur, etiam si cedēs aliàs nihil apprehenderit, nec perceperit ex hæreditate. Aut vero non cessit, sed tantum abstinuit, siue repudiauit vt locum faceret nepoti, & tunc nepos per successorium editum ex persona propria immediatè succedit, & nihil iuris capit ex renunciante, & sic non nisi vnicum debetur releuium, quum vnica tātum sit mutatio. Amplio primo, etiam si iustum pretium siue æstimationem hæreditatis daret fratri, vt abstineret, quia sine multū, siue parum, & quicquid etiam de rebus hæreditariis ob eam causam dederit, nihil ad rhumbum, ex quo non est nisi vnica mutatio feudi à defuncto in nepotem. Et hæc sane intellige dummodo dictus frater tantum abstineat, & omittat hæreditatem deuoluendam ad quos de iure, secus si abstineret & renunciaret in fauorem & commodum vnius ex pluribus nepotibus, hoc pacto vt alij excluderentur, quia inesset tacita aditio & cessio vt per Soci. in *con.* 34. *visa. renunciatione li.* 4. Et dato quòd sit simplex abstentio, si nepos vnum feudum hæreditarium relinquat abstinenti, debebitur eo respectu duplex releuium: vnū ex mutatione à defuncto in nepotē hæredem lateralem, aliud ex alia & noua mutatione à nepote in patronum donatarium vel cessionarium nepotis. Amplio secundo, etiam si probetur quod dictus frater aliàs erat aditurus, & venditurus vel cessurus hæreditatem, nisi veritus esset iura feudalia, & quòd in eorum fraudem, siue ad illa euitanda, elegit viam repudiationis. Tum quia * ad recuperandum fraudata iura feudalia, non sufficit allegare nec probare fraudem, nisi sit coniuncta simulationi. Tum quia vasallus nullam fraudem facit patrono, etiam si de industria omittit viam ex qua iura feudalia oriuntur, & eligit aliam ex qua nihil vel minus debetur, dummodo vere eligat, quoniam per huiusmodi iura & consuetudines, nulla lex, nulla restrictio est imposita liberæ voluntati contrahentium, sed hæc iura velut sub euentu certæ conditionis (puta si contingat feudum vendi. vel mutare manum) imponuntur, quæ si non eueniat nihil debetur, si autem vere & cum effectu euenit. sed aliud quomodo simulent contrahentes, & tunc hoc detecto nihilominus iura debentur.

105. ¶ TRICESIMOQVARTO quæro, vtrum patronus possit assumere causæ cognitionem inter plures concurrentes ad inuestituram? Respond. non, quia illi vsus feudorum, de quibus in *l. imperialem.* §. *præterea si inter duos. in c. vnico an apud iud. vel cur. do. c. vnico. de contr. feudi. apud pares termi.* quòd inter duos vasallos patronus cognoscit & iudicat, & inter patronum & vasallum pares curiæ apud nos non seruantur. Et patronus inquantum talis nullam habet iurisdictionem contentiosam, & iurisdictio * nihil habet commune cum nexu, qualitate aut subiectione feudali, sicut nec cum proprietate vt tactum est ꝛ. §. 1. *gloss. 5. q.* 1. *nu.* 45. Vnde si quis habet iurisdictionem super feudo, non sequitur quòd moueatur ab eo feudaliter, & à quo mouetur, non infertur quod subsit eius iurisdictioni. nihil tamen impedit quin noscat & determinet tanquam arbiter ex compromisso, vel cognoscat & ius reddat in inuitos tanquam iudex, si alias iurisdictionem ordinariam, aut competentem habeat super feudo,

* Per transmissionem mortuus saisit viuū, transfertur vera possessio & verum dominiū ipso iure.

* Non potest quis eandem hæreditatē ex capite transmissionis repudiare, & ex propria persona adire.

* Nepote patre præmortuo succedēte auo, ibi habet duplex releuium.

* Succedere inre repræsentationis venit ex persona propria.

* Licitum est oblique, sed non simulatè contrahere in præiudicium patroni.

* Iurisdictio nihil habet commune cū feudalitate.

siue habeat iurisdictionem in proprietate, vt barones & castellani, quum habeant eam infeudatam à rege, siue in simplici officio, vt præsides, præfectiue prouinciarum, at tamen non apud se in domo priuata, sed in iure & rite more maiorum. *l. fi. D. de iustit. & iur.* Hinc etiam* summus princeps noster, qui in prima instantia cognoscit de controuersia inuestiturarum ducatuum, & cæterorum feudorum regalium, non solet ius reddere nisi solenniter in parlamento suo paribus Franciæ munito, vt in simili tactum est ẽ. §. 13. *gl.* 1. *q.* 13. *n.* 65. de reuocatione autem inuesturæ inferiorum feudorum quæ quandoque immediatè mouentur à principe, vt dictum est ẽ. §. 9. *glo.* 3. *in princ.* non solet cognoscere in prima instantia, sed certi consiliarij seu iudices vulgo à camera thesauri nuncupati, à quibus appellatur ad supremam curiam huius senatus.

* Ad regem spectat cognitio inuestiturarum feudorum regaliũ.

106. ¶ TRICESIMOQVINTO quæro, vassallus in testamento vel codicillis* legauit feudum suum Titio, vtrum mortuo testatore sine liberis debeantur duo relenia ratione huius feudi? Videtur quod vnum ab hærede, aliud à legatario, quia hæres ab intestato est saisitus, siue possessor ipso iure ab instanti obitus, non obstante quacunque clausula apposita à testatore per viam testamenti, vt scripsi ĩ. §. 132. *in prima ampliatione.* Deinde adita hæreditate tenetur legatarius accipere de manu hæredis: & sic videntur duæ mutationes. Contrarium dico, quia quamuis feudum legatum sit de corpore & vniuersitate successionis, tamen non est de effectu & commoditate, sed de onere successionis. Et sic pro illo non debet hæres (qui nullum de eo commodum capit) soluere relenium. Tum quia illud feudum non accipitur hæredi, quantum ad ius & dominium: licet bene quantum ad possessionem, & onus restituendi, quod non attenditur. facit *l. qui sic. D. de solutio.* Sed ipsum ius & dominium statim à morte defuncti translatum est immediatè in legatarium etiam ignorantem, vt dictum est ĩ. *eo. q.* 1. *nu.* 8. Nec habet legatarius causam, titulum, nec ius ab hærede tradente, sed à solo testatore disponente. *l. coheredi.* §. 1. *D. de vulg. & pupill.* Et sic apparet quòd non est nisi vnica mutatio, videlicet à testatore in legatarium, & sic vnicum tantum relenium à legatario deberur. Et hæc in legato seu fideicommisso puro, vel sub obitum testatoris purificato. Quid autem si sint in diem vel sub conditione, dicemus *infra eodem q.* 38.

* Legato feudo vtrum debeantur duo relenia.

107. ¶ TRICESIMOSEXTO quæro, vassallus donauit feudum suum Titio, qui ante vllam traditionem veram vel fictam permutauit, cessit, vel donauit illud feudum seu actiones suas Sempronio, qui auocauit à primo donante, vtrum debeantur singula relenia de vtraque donatione? Videretur quòd sic, quoniam vtraque rata est & effectum sortitur. Et videtur transferri feudum eo ipso quòd actio ad illud competens transfertur, de qua idem iudicatur quod de eo ad quod competit. *l. si ad resoluendum C. de pred. mino.* Bar. & alij in *l.* 2. *C. si aduer. transac. tum vulga.* Contrarium puto, quia per nudam donationem vel actum similem feudũ non aperitur, nec per aliam quamcunque donationem, vel cessionem actionum factam à simplici donatario, tum vt diximus ĩ. *eo. q.* 1. in relenio requiritur nedum apertura veta feudi: sed etiam vera mutatio, & translatio dominij de vno ad alium, nec sufficit ficta & ineffica. Sed hic non est nisi vnica mutatio manus, videlicet de manu primi donatoris & tradentis, in eum seu vltimum cui fit traditio, igitur vnicum tantum ab eo debetur relenium. Sed quid si donatarius, & idem de emptore & quocunque simili, ante habitam traditionem & dominium acquisitum moriatur relictis hæredibus à latere, quibus fit traditio, an debeatur duplex relenii ab hæredibus? Videretur quòd sic: quia qui transmittit ad hæredes suos actionem ad feudum, censetur feudum transmittere, ita quòd si relinquat filios hæredes, inter eos habebit locum ius primogenituræ in hac actione,

* Si donatarius feudi ante vllam traditionẽ feudi idem feudum alteri donauerit, vtrum duo relenia debeantur.

siue in feudo inde obtento. vt diximus ĩ. §. 18. *n.* 28. *& seq.* Et si de consuetudine ad vnum spectant mobilia, ad alium immobilia defuncti, hæc actio spectabit ad eum ad quem pertinent immobilia, vt diximus. ĵ. §. 147. Nihilominus idem dicendum quòd in primo responso huius quæst. non obstat quod dictum est de consuetudine successionis mobilium & immobilium: quia ibi nedum non versatur odium, sed necesse est ita interpretari. Nec obstat quod dictum est de iure primogenituræ, quia non est de se odiosum, sed fauorabile. Vnde* licet consuetudo nostra in iure primogenituræ, loquatur in feudis derelictis in successione duntaxat, & non in actionib. ad feuda, tamen ex verisimili mente, & identitate rationis extenditur ad actiones ad feuda, secundum no. ĩ. §. 18. Secus in releuiis quæ sunt de se odiosa, vnde in illis consuetudo debet præcisè & strictè accipi in terminis suis, & nullomodo extendi. Tum* non est eadem ratio exigendi releuia, de mutationibus & translationibus simplicium actionum personalium ad feuda, sicut de mutatione & translatione ipsorum feudorum: quia habens & acquirens actionem ad feudũ, non propterea est vassallus, nec tenetur ad petendam inuesturam, nec potest manus iniectionem pati. Vnde generaliter dico quòd propter qualemcunque mutationem & translationem actionis competentis ad feudum, nulla debentur iura feudalia: quia feudum in se, & feudalitas ipsa, sicut nec vassallus, non mutantur. Quid autem in multiplici venditione feudi, vel actionis ad feudum, dicemus *in* §. *seq. q.* 9.

* Quando ad succedendum & ius primogenituræ iudicatur de actione competẽte ad feudum, quod de feudo.

* Sed quæritur ad iura feudalia requiruntur ipsius feudi & non actionis mutatio.

108. ¶ TRICESIMOSEPTIMO quæro, quid si legatarius, aut fideicommissarius postquam dies legati* vel fideicommissi cessit: sed nulla traditione habita, forte ignorans legatum, decessit relicto hærede à latere, cui hæres testatoris feudum legatũ restituit. Vtrum iste nouus vassallus cui facta est traditio debeat duplex relenium? Videtur quòd vnum tantum, quia legatarius forte ignorans, & morte citra præuentus non potuit petere traditionem nec inuesturam, & nunquam possedit, & sic non est inter vassallos numerandus. Nec obstare videtur quòd etiam ignorans habuit dominium, quia ante traditionem non habet propriè verum & plenum dominium de iure gentium, sed solum quoddam dominium ciuile, vt tradit Bar. Alexan. Ias. Deci. in *l. certi conditio in prin. in gloss. super verb. & legati. D. si cert. pet.* Et consuetudo nostra loquens de mutatione manus, seu translatione dominij, debet intelligi & verificari in pleno & potiori significato. Quibus non obstantibus puto duplex deberi relenium: vnum ratione mutationis ipso iure factæ à testatore defuncto in legatario: aliud ratione secundæ mutationis factæ à legatario, qui legatum cessum, & sic feudi dominium acquisitum, transmisit in hæredem suum collateralem, quamuis enim ante traditionem legatarius non habeat dominium dispositione iuris gentium, sed solum dispositione iuris ciuilis, tamen habet verum & non fictum dominium. per no. in *l. si is qui pro em.* per Bar. & Ias. D. *de vsuca. in c.* 2. & ibi Bal. Imo. Panor. de *consuet. in l. raptores.* C. *de episcop. aud.* Ias. *l.* 1. *col.* 3. C. *communia de legat.* Die igitur legati cedente fuit vna vera mutatio. Deinde alia per obitum legatarij relicto hærede laterali, igitur vtriusque debetur relenium. Nec istud nimis durum est vel iniquum, quia ratione mutationis quæ fit ipso iure à testatore morientc in legatarium, impeditur alia mutatio, quæ fieret ab eodem testatore in eius hæredem lateralem, & consequenter excluditur simile relenium quod inde acquisitum fuisset patrono. *vt* ĩ. *eod. q.* 36. Tum legatarius vel eius hæres vendicare potest feudum ab hærede testatoris cum omnibus fructibus à die mortis testatoris, vt diximus ĵ. §. 92. Et sic satis retro cum effectu censetur vassallus fuisse. Et quod dictum est de duabus mutationibus, idem de pluribus, si forte legatarius plures successiue habeat hęredes antequam fiat traditio legati;

* Legatarij hæres vtrum debeat duplex relenium.

* Vtrum dominium recta transit in legatarium.

tot

tot enim debentur releuia : quia etiam viciſſim, tot vel plures mutationes & releuia impediri & excludi poſſunt ex parte hæredis, qui forte medio tempore, plures habuit ſucceſſores literales. Et hoc niſi forte hæres & alij ſucceſſores teſtatoris nomine ſuo poſſeditſent diu tanquam domini & vaſſalli, & ab eis fructus auocari non poſſent, quia tunc dicendum eſſet *vt infra. eo. q.* 45.

109. Sed quid ſi legatarius non tranſmittat ad hæredem, ſed viuens dedat legatum, feudum & omne ius ſuum extraneo, puta Titio, cui fit traditio ab hærede teſtatoris? Reſpondeo idem, quòd duplex releuium debetur : vnum videlicet ratione legati ceſſi, ſecundum rationem traditionis factæ Titio. Quid ſi idem Titius, antequam traditionem aliquam habuerit ab hærede, deceſſerit relicto cohærede à latere cui fit traditio ab hærede teſtatoris? Et videretur triplex releuium deberi, vnum ex capite legatarij, ſecundum ex capite Titij, tertium ex perſona ipſius hæredis. Contrarium dico quod tantum duplex, & quod ex capite Titij & ceſſionis ei factæ, nullum ius debetur patrono. Et aduerte ad rationem vtpote generalem ad multas qq. decidendas, quia verum eſt quod in legatarium recta via tranſit dominium, quod ego intelligo de directo. quia tex. in §. *noſtra autem inſti. de leg. & l.* 1. *C. communia de lega. in l. à Titio. D. de fur. cum vulgar.* ſimpliciter loquuntur de dominio, & de actione in rem, quod intelligitur, etiam de directo dominio, & directa rei vendicatione *per l.* 1. *D. ſi ager veſt. vel emph.* & tenet Iaſ. in *l. certi conditio. in pri. col.* 10. *D. ſi cert. pet.* Vnde * idem puto in fideicommiſſario vniuerſali, vt facta reſtitutione etiam verbali, ſtatim tranſeat dominium directum, quoniam non minus iuris habet fideicommiſſarius vniuerſalis facta verbali reſtitutione, quàm particularis ſine aliqua reſtitutione, vt tenet Paul. in *l.* 1. *in prin. D. ad Trebell. & verius eſt.* quamuis Alex. Iaſo. *ibi in lect.* 1. teneant ſolum vtile dominium, & vtilem in rem actionem per verbalem & citra realem reſtitutionem transferri.

* Etiam in fideicõmiſſarium tranſit directum dominium.

110. ¶ Tamen ſi legatarius alij * cedat ius ſuum, benè tranſit in ceſſionarium vtilis actio tam perſonalis, quàm realis : ſed non tranſit dominium, nec vtile nec directum niſi traditione ſecuta. Et lex *fin. C. de hæred. vel actio. vend.* quæ vult etiam actionem in rem cedi poſſe, intelligitur quòd per ceſſionem tranſit vtilis rei vendicatio, ſed nullum dominium tranſit niſi ſecuta traditione, vt tenet Dy. in *c. pro poſſeſſore ad fi. de reg. iur. in* 6. Bar in *l. ſi culpa. D. de rei vend.* Bar. Ioan. Fab. Bald. Paul. in *d. l. fi. C. de hæred. vel actio. vend. prall.* Papi. in *for. lib. in actio. vend. in ver. tam reales.* Nec oportet diſtinguere an cedens poſſideat tempore ceſſionis vel non, prout diſtinguit Bald. & Alex. in add. in *l. emptor. & l. qui tibi. C. de hæred. vel actio. vend.* Quia illud procedit quando quæritur an vtilis ceſſa, poſſit etiam contra cedentem intentari, vel non : non autem quòd vnquam per ſimplicem ceſſionem transferatur aliquod dominium, niſi in aliquibus caſib. exceptis à iure, extra quos ſtandũ eſt regulæ, *l. traditionib. C. de pact.* Ex prædictis apparet quòd per ceſſionem feudi, & omnium actionum & iurium ad illud competentium, nullum transferatur dominium, & ſic nulla noua inducitur apertura nec mutatio feudi, & conſequenter nullum debetur releuium. Idem ſi pluries huiuſmodi ceſſio facta fuerit. Idem in donatario, permutatore, emptore, & quouis alio, qui ante traditionem veram vel fictam & acquiſitionem dominij feudi, donet, cedat vel transferat feudum vel omne ius & actionem ſibi competentem ad illud : quia quantumuis hoc fiat, non inducitur aliqua noua apertura nec mutatio feudi, & nullum ius debetur patrono, dummodo actus non recidat in nouam & effectualem venditionem ipſius feudi, de quo in §. *ſeq. q.* 8. 9. Vnde ſi nullum ius feudale ſit ortum ex primo contractu, nullum etiam oritur ex ſecundo, ſed demum ſemel ex traditione facta, primo, ſecundo vel vlteriori ceſſionario, vt ſi donatarius ſimplex ceſſerit iura ſua Titio, & Titius Caio, cui fit traditio, vnicum tantum debetur releuium, videlicet ex traditione Caio facta. Si vero fuerit donatarius retento vſufructu, deberur duo releuia, vnum de prima donatione & vera tranſlatione dominij & mutatione feudi, licet per traditionem fictam, in donatarium. Secundum de ſecunda tranſlatione dominij facta à donatario & domino, in Caium ceſſionarium, licet ſimplicem traditionem detentionis habeat à primo authore, vel eius hærede.

* Per ceſſionem etiam actionis rei ſitus nullum tranſit dominium.

111. ¶ TRICESIMOOCTAVO, pone legatum eſſe feudum in diem vel ſub conditione, quæ extat poſt obitum teſtatoris qui deceſſit ſine hærede in linea directa, verum debeantur duo releuia? Reſpondeo, ſic : vnum ratione primæ mutationis feudi à defuncto in hæredem à latere, aliud ratione ſecundæ mutationis ab hærede in legatarium. Nec obſtat quòd die vel conditione legati extante ipſo iure reſoluitur ius hæredis, & acquiſitio feudi ei facta, & tranſit feudum in legatarium : quia verum eſt vt ex nunc, non enim reſoluitur ius hæredis retro * nec exiſtentia diei vel conditionis trahitur retro. *l. cum tempus. D. de reg. iur. cum ſimilibus.* Et ſic patet quòd mutatio medio tempore facta à defuncto in hæredem, & acquiſitio interim facta hæredi non reducitur ad non cauſam. Et ſic reperitur duplex effectualis mutatio, igitur duplex releuium, per hunc text. Et no. quòd releuium, quod præſtatur ratione ſucceſſionis debet ſolui, ſiue inde feudum exonerati per hæredem, releuium autem debitum capit. legati præſtabitur à legatario.

* Dies vel conditio in legato non trahitur retro.

112. ¶ Concluſionem q. noſtræ de duplici releuio modifico primo, vt procedat dummodo dies vel conditio legati non * extiterit incontinenti poſt obitum defuncti : ſed aliquanto poſt tempore, ita quòd acquiſitio medio tempore facta hæredi, fuerit vel eſſe poterit ei vtilis. Et moueor manifeſta æquitate, & ratione in iure fundata. Æquitas eſt quia patronus non debet plus, imò non debet tantum commodi capere à feudo, quàm vaſſallus capiat vel capere poſſit. Et ratio eſt, quia non videtur quiſquam id capere quod neceſſe eſt alij reſtituere. tex. in *l. non videtur quiſquam. D. de regul. iur.* ſcilicet incontinenti, ita quod nullam vel modicam capiat vtilitatem. vt ibi per gloſſ. & Philip. Deci. hinc eſt quòd ſolutio, traditio & acquiſitio quæ modicum durant, & incontinenti reſtitui debent, non ſunt in conſideratione, nec aliquid operantur : nec dicitur quis acquiſiuiſſe vel cepiſſe quod incontinenti oportet eundem reſtituere. tex. in *l. qui ſic.* & ibi Bart. Paul. *D. de ſolutio in l. aliud eſt capere.* D. *de ver. ſigni.* ad hoc pulcher text. *in l. ſi. in ſi. C. de bon. quæ lib.* vbi dicitur quòd in acquiſitione momentanea quam facit filius famil. pater non acquirit vſumfructum. Igitur eadem imò fortiori ratione, patronus vel dominus directus non debet hoc caſu acquirere iura feudalia vel laudimia. Facit quòd non dicitur in rem noſtram verſum, quod non durat verſum. *l. ſi pro patre.* §. *verſum autem vbi glo. cum concord.* D. *de in rem verſo.* Igitur attento quòd incontinenti ſiue ꝯ. modicum tempus poſt obitum teſtatoris & acquiſitam ſucceſſionem extitit dies vel conditio legati, & ſic reſoluta eſt acquiſitio hæredis, non cenſetur hæres cepiſſe nec acquiſiuiſſe, nec in eum facta effectualis mutatio. Vnde in ea non habet locum hic text. qui non niſi de vtili & effectuali mutatione intelligitur & præiudicatur. Et ſic hoc caſu vnicum tantum debebitur releuium & à legatario. Modicum autem tempus in hac materia exiſtimo ad minimum eſſe annum, quoniam ſi releuio eſſet locus contra hæredem, abſorberet omnem eius vtilitatem. Si autem dies vel conditio legati exiſtat poſt biennium, vel poſt tres aut plures annos à more teſtatoris, ita quod hæres habeat commodum & prouentus duorum vel plurium annorum,

* Momentanea mutatio feudi non eſt in conſideratione.

tunc satis potest dici ipsi hæredi efficax & vtilis acquisitio (etiam temporalis) feudi. Et satis propter generalitatem huius §. admitti posset releuium vnum hoc casu soluendum ab hærede, aliud à legatario.

* An sterilitas feudi liberet vassallū à releuio.

¶ Sed quid si omnes illi anni inter obitum testatoris, & cessionem legati fuerint * steriles & inutiles hæredi? Respondeo, quamuis in acquisitione perpetua hoc non attendatur, & nihilominus à principio possit patronus iura sua exigere, quia si velit non eliget prouentus anni, sed summam vnam vel arbitramentum proborum, tamen in acquisitione temporali & resolubili quamuis non sit resoluenda nisi pro tempore futuro, & non omnino reducatur ad non causam, puto hoc debere attendi. Ita quòd si toto tempore huiusmodi temporalis, & necessario resoluendæ acquisitionis fuerit sterilitas, nullum releuium huius acquisitionis ergo, debeatur patrono per æquitatem prædictam.

* Lege modifico.

113. Secundo * modifico principalem conclusionem nostram, vt procedat quando dies vel conditio est apposita fauore hæredis, prout in dubio præsumitur *d. l. cum tempus. D. de reg. iur.* Secus si constaret appositam esse fauore legatarij, vel si expresè dispositisset testator vt die vel conditione extante legatum restitueretur cum incremento, hoc est cum fructibus medij temporis, vt in *l. si ita relictum. §. pegasus. D. de lega. 2.* quia tunc dies vel conditio tertio cum effectu trahuntur, & sic acquisitio hæredes medij temporis in effectu retro reducitur ad non causam, & perinde est ac si purè legatum esset, & sic vnicum releuium tantum à legatario debetur. Sed quid si medio tempore patronus manu iniecta coegerit hæredem lateralem fidelitatem facere, & releuium soluere, quod mero iure & absque dubio facere potuit? Respondeo, illa solutio releuij prodest legatario, quia offerendo fidem liberabitur, & releuium ab hærede prius solutum imputare poterit patrono, prout & ab hærede fructus restituente, imputatur legatario. Et hæc nota ad modificationem & solutionem plurimarum quæstionum in simili. Quid enim si dictus hæres medio tempore mortuus fuerit, relicto hærede à latere, nunquid die legati mox cedente debeantur tria releuia? Solutio patet ex prædictis, quia nisi intercapedo temporis inter obitum testatoris & hæredis & cessionem legati sufficiat vt acquisitiones mediæ sunt efficaces & vtiles, nullum releuium earum contemplatione debetur. Ex quibus etiam infero conclusionem summè notandam, quòd * si forte infra annum à morte vassalli, successiuè moriantur plures ei gradatim succedentes à latere, nullum releuium propter eorum successiones quæ non durarunt, debetur, sed solum vnicum releuium per vltimum mediatum hæredem, etiam si septimus, vel forte decimus sit in ordine. Quod æquissimum & iustum puto in his repentinis mutationibus, fato quandoque & casu fortuito intra paucos dies successiuè accidentibus: secus si ex mera voluntate & spontaneo facto singulorum succedentium in feudo contingerent, puta si feudum infra annum pluries traditione semper interueniente venderetur, donaretur, vel permutaretur, tunc enim contrahentibus ipsis, qui facto proprio iuribus feudalibus toties se subijciunt imputandum est. Et hanc conclusionem possem principaliter & effusè hinc inde disputare, sed vt multiloquium vitem, sufficient præfata ratio & æquitas.

* Quando feudum pluries mutat manum & tamen non debetur nisi vnum releuiū.

114. Tertio principaliter conclusionem nostram modifico, vt procedat quando hæres vtitur dilatione, & fruitur pendente die vel conditione: secus si statim restituit, & tradat feudum legatario, vel fideicommissario. Ratio, quia censetur in dubio dies vel conditio apposita fauore hæredis, *l. cum tempus. D. de reg. iur.* cui fauori suo renunciare potest & liberè ante tempus restituere & soluere. *l. eum qui D. de ann. lega. l. post mortem. C. de fideic.* nec hoc faciendo dicitur aliquam fraudem facere, etiam creditoribus suis quibus ante obligatus est, sed dicitur magis fideliter facere. *text. est in l. patrem. cum l. seq. D. quæ in fraud. credi.* Et sic sicut de legato vel fideicommisso puro, vel incontinenti purificato, nullum releuium debetur ex persona hæredis lateralis, qui non dicitur cum effectu cepisse vel acquisiuisse, etiam si postea à decem vel viginti annis non euenerit dies vel conditio. Nec obstat quòd legatum vel fideicommissum non * potest restitui ante tempus vel conditionem in præiudicium tertij, *l. cum pater. §. d fi. lia. §. de lega. 2. l. uxorem. §. socium. D. de lega. 3.* quia verum est de præiudicio tertij, ad quem iudicio testatoris res peruenire & deberi poterit in certum euentum, quo eueniente non erit debita ei cui in præsenti restituitur, vnde illius respectu non liberatur hæres quasi alij soluens in eum euentum: secus hic respectu patroni, qui respectu testatoris est velut extraneus creditor, & sic non potest impedire implementum testamenti fieri ante tempus ex pleniori fide, & tanto magis non dicitur per hoc in aliquo fraudari, quanto magis lucratiuam prætendit causam, idque non semel, sed pluries vult lucrum multiplicare quàm illi creditores, de quibus in *d. l. patrem.* qui causam onerosam habent, & semel tantum satisfieri volunt, & tamen non possunt impedire anticipationem dictæ restitutionis, nec de ea conqueri.

* An legatū vel fideicommissum possit restitui ante tempus.

115. ¶ TRICESIMONONO quæro, non eodem themate retento, hæredem donasse tradidisse feudum pendente tempore vel conditione legati, quæ postea extitit, & inter obitum testatoris, & dictam donationem & cessionem legati, reperitur tempus sufficiens ad ferenda releuia, testante aliquo commodo hæredis & sui donatarij, modo quæritur num debeantur tria releuia? Quod indubitanter videtur per prædicta, cùm sint tres mutationes vtiles, in contrarium quia donatio media nedum vt ex nunc (extante conditione) resoluitur, sed etiam vt ex tunc, & funditus ab initio irritatur, & ad non causam reducitur & annihilatur, vt infecta, quasi nec scripta, nec penitus fuerit celebrata, inquit tex. in *l fi. §. sin autem. C. communia de leg.* Imò videtur simpliciter ab initio quæuis alienatio fuisse nulla, propter præcedentem prohibitionem legis in *auth. res quæ eo. tit.* vbi huiusmodi restitutioni subiecta prohibentur alienari. Igitur per reg. *l. non dubium. C. de leg.* nullum debetur releuium ex capit. donationis, & si fuerit solutum repeti potest, vel imputari loco releuij præstandi à legatario. Ad hoc facit odiositas releuij restringenda. *cùm quidem D. de liber. & posthum.* Quid dicendum si attendamus verba. *d. §. sin autem.* & in *die authent. res quæ.* impossibile est soluere, & primam partem saluare: si vero teneamus secundam partem, sequitur quod si per viginti vel triginta annos dilata est dies, vel conditio legati, quod donatarius qui medio tempore per octodecim vel vigintiquinque annos pacificè possedit, & verus dominus cum effectu lucri fructuum fuit, non debet releuium, imo si soluerit quod repetere possit per condictionem sine causa, vel cedere actionem suam legatario, qui compensabit patrono, etiam si aliàs non fuerit factus locupletior ex releuio percepto à dicto donatario, quoniam in compensando eidem argutari potest, non debere attendi locupletem esse vel non *arg. l. 1. si debita. l. Nesennius. §. fi. l. quærebatur. D. ad leg. Falcid.* Hoc autem attenta consuetudine nostra non immerito absurdum videtur, cum patronus ter nouum vassallum cum effectu habuerit extra casus à releuio exceptos.

Quare concludo ex vnaquaque harum mutationum releuium deberi, pendente enim die vel conditione legati seu fideicommissi, hæres pleno iure, & sic vere & proprie dominus est, vt sunt text. aperti in *l. generaliter. D. qui & à quibus manu. lib. non fi. in l. 1. §. serui appellatione. D. ad Syllan.* & ad text. *d. §. sin autem.* Respondeo mentem verbis priorem, ideo seruata men-

te à verbis, *d.* §. *Ibi ab initio cauſa in irritum deuocetur, &c.* Recedo, iuxta Modeſt. in *l. ſcire oportet.* §. *aliud autem ibi.* ſed & ſi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legiſlatoris aliud vult. *D. de excuſa. tuto.* Mens autem * *d.* §. *ſin autem*, non eſt quod venditio vel donatio medio tempore facta, retro quantum ad effectus præteriti temporis annulletur, nec quod emptor vel donatarius amittat vel reſtituat fructus, vt ibi rectè declarant, Io. Fabr. Bal. & alij, quicquid voluerit ibi *gloſſ. in verb. celebrata.* quæ merito in hoc reprobatur. Sed vult ille tex. quod pro tempore futuro, & quantum ad effectum vt legatum plenũ ſortiatur effectum, & nullum habeat impedimentum, venditio aut quæuis alienatio præcedens irritetur, & penitus tanquam non facta habeatur, quod eſt verum quantum ad effectus futuri temporis, non autem quantum ad effectus præteriti temporis dumtaxat. Et ſic patet quod vere & in effectu dicta alienatio non reducitur retro reſpectu, præteriti tantum tẽporis, non ad cauſam, imò pro illo tempore ſortitur effectum, & ſic debetur releuium. Minus obſtat tex. *d. auth. res quæ.* quia verbum prohibentur alienari. in illo tex. nõ eſt in corpore auth. vnde ſumitur, *in tit. de reſtit. & ea quæ par. coll. 4.* Sed fuit additum ex capite Imerij, qui erat priuatus doctor, nullam habens poteſtatem legis condendæ, vt declarant Bart. Paul. Phil. Corſ. in *d.* §. *ſin autem.* Phil. Cor. in *conſ.* 234. *in præſenti lib.* 3. vbi dicunt (& benè) quod per ius nouiſſimum, nulla diſpoſitio nec prohibitio additur iuri. *C. in d. l. ſi.* Sed ſolum à iure auth. approbatur diſpoſitio, *d. l. ſi.* inferentes quòd medio tempore alienatio valet, nec die legati vel fideicommiſſi cedente reſcinditur, pro tempore præterito. Et ſic quòd ſtante ſtatuto gabellæ ſoluendæ ex alienatione, debet hoc caſu ſolui, vbi alias ſi medio tempore non teneret alienatio, non eſſet gabella ſoluenda. Idem tenet Bart. in *l. ſeruo legato.* §. *primo. D. de lega.* 1. Bart. Angel. in *l. Marcellus.* §. *res quæ.* & ibi Alexand. *columna prima.* D. *ad Senatuſconſ. Trebell.* Ioan. Bertachi. *in tract. de gabell. in 3. part. 8. parth q.* 32.

* Intellect. §. *ſin autem* in *l. ſi. C. communia de lega.*

117. ¶ QVADRAGESIMO, pone dictum hæredem vendidiſſe feudum reſtitutioni ſubiectum, deinde breui extitiſſe diem vel conditionem legati, vel fideicommiſſi, vtrum quintum denarij debeatur ex dicta venditione præter releuia? Facile poſſem vno verbo me expedire quòd ſic, ſed vt intelligas quantum locis & vtilitatis adferat particularis & exacta ſingulorum diſcuſſio, cuius defectu ad pauca reſpicientes de facili paralogizantur, ſic breuiter omiſſa diſputatione diſtingue: Aut hæres vendidit cum illo onere, aut ſine onere. Primo caſu remanet quintum vel etiam ſubquintum debitum patrono ex venditione, & nihilominus debebitur ei releuium vnum à legatario vel fideicommiſſario. Ratio eſt, quia vt per no. in q. præcedenti venditio non annullatur retro, ſed tantum pro tempore futuro finitur, quia non cenſetur emptor emiſſe niſi ius venditoris, pro tempore quod ei reſtabat, vel reſtare poterat. Et ſic ius quinti vel etiam ſubquinti huius venditionis acquiſitum eſt patrono incommutabiliter. Ius enim quinti denarij, de quo j. §. *ſeq.* nedum habet locum in venditione perpetua: ſed etiã in venditione temporali, dummodo importet venditionem & tranſlationem ipſius feudi: Secus ſi reſolueretur in meram venditionem fructuum, vel pignorationem. Hinc eſt quòd ſi vſufructuarius feudi vendat commoditatem iuris ſui, nullum ius aperitur patrono. Sed ſi habens proprietatẽ temporalem ad vitam ſuam tantum, illam vendat, aperitur feudum, & locus eſt quinto pretij, quamuis non ſit pretium totius feudi, ſed ſolum iuris vẽditoris, vt patet per diſcurſum *q.* 26. 3. *eo.* Et idem eſſet etiam ſi diceret ſe non vendere feudum ipſum, ſed vendere ius ſeum & fruitionem vitalem, ſeu viagium, vt vulgo dicunt, quia ſatis eſt quòd feudum & vaſſallus mutantur. Secundo caſu, quando hæres vendidit ſine onere. Subdiſtingue, aut vendidit ſcienter & mala fide, aut ignoranter & bona fide. Primo caſu reſpondeo indiſtinctè præter dictum releuium, remanere iura vtilia quinti vel ſubquinti venditionis (& hæc in perpetuum, ius autem retractus feudalis, non potuiſſet habere locum niſi pro tempore medio.) Aut enim dictus hæres vendidit ſimpliciter, & tunc ad eum ſpectat ſoluere quintum pretij, & ad hoc compelli poteſt à patrono, vt in §. *ſeq.* nec poterit excipere de dolo ſuo, & ſi ſoluerit multo minus poterit repetere, *vt* 3. *eo. q.* 11. Aut verò vendidit franco pretio, & adhuc idem in effectu, quia licet emptor ſoluerit patrono quintum cum ſubquinto, deinde euictionem paſſus fuerit, nihil tamen repetere poteſt à patrono, tum quia ius ſuum, ſeu ſibi debitum recepit, ex quò venditio medio tempore tenuit, per *no. in q. præcedenti.* Tum quia ſi ſit bonæ fidei emptor, habet ſufficientem regreſſum euictionis contra venditorem, iuxta *no.* 3. *eo. q.* 18. Si autem malæfidei, ſibi imputare debet, & eiſdem rationibus ſi non ſoluerit, vrgeri poteſt ad reſolutionem. Secundo vero caſu ſubdiſtinctionis, ſubterdiſtingue, aut vterque & emptor & venditor fuerunt in bona fide: aut emptor erat in mala fide.

118. Primo caſu, puta quando vterque probabiliter ignorabat onus legati, vel fideicommiſſi. Et ſit concluſio, quod remanent omnia iura feudalia ex capite venditionis, idque perpetuo ſine reſpectu quinti denarij, ſiue reſpectu retractus feudalis. Sed non erit locus releuio ex capite legati vel fideicommiſſi. Et ratio in promptu eſt, quia alienatio hoc caſu non reſoluitur, nec tenetur emptor ad rei reſtitutionem, ſed ſolum hæres idémque venditor vel eius hæres, tenetur legatario vel fideicommiſſario pretium reſtituere, *l. ſi.* §. *de lega.* 2. vel rei alienatæ æſtimationem, *l. quidem ita* § *ſi quis filium. D. ad ſenat. Trebell. per quæ iura limitãtur. l. fin.* §. *ſin autem. & Auth. res quæ. C. commun. de lega.*

119. Et hoc niſi emptor velit cedere iuri ſuo & rem reſtituere, quod facere poteſt re integra, (hoc eſt antequam patronus retractu feudali vſus fuerit, vel vti cœperit, alioquin non poſſet legatario gratificari in præiudicium patroni) ita quòd patronus non poterit amplius etiam rebus aliàs integris, venire ad retractum feudalem: probo, quia vt patet per text. in *d.* §. *fi.* limitatio quæ ibi ponitur ad *d.* §. *ſin autem*, introducta eſt in fauorem bonæ fidei emptoris, qui * poteſt fauori pro ſe introducto renunciare. *l. pen. C. de pact. l. paciſci. D. eod.* & conſequenter facere quòd purè & abſolutè locus ſit regulæ. *d. l.* §. *ſin autem.* etiam in præiudicium retractus feudalis, dummodo hoc reſpectu res integra ſit. Et tunc patronus vltra dictum quintum pretij habebit releuium ex capite legati vel fideicommiſſi: idem ſi in ſubſidium, ex eo quòd venditor vel eius hæres ſi non reperiuntur ſoluendo ad reſtitutionem pretij, cogatur emptor rem reſtituere legatario vel fideicommiſſario. ¶ An autem fideicommiſſarius in caſu *d.* §. *fin.* cogatur contentari pretiolo, vel iuſtam rei æſtimationem petere poſſit, cum pluribus ampliationibus, & fallen. ad *d.* §. *fi.* plenè ſcripſi infra. §. 92. vbi remitto quia nolo materias è locis ſuis transferre. Vltimo caſu, quando emptor fuit mala fide, ſic concluſio, ſtare omnia iura feudalia, tam ex capite venditionis, quàm ex capite legati vel fideicommiſſi, excepto ſolo iure retractus feudalis, quia etiam ſi eo vſus eſſet, die cedente fideicommiſſarius (fidelitatem & releuium offerendo) ab eo euinceret.

* Quilibet fauori ſuo renunciare poteſt.

120. Sed iuxta hoc quæro, an patronus euictionem paſſus à fideicommiſſario, poſſit quintum vel ſubquintum repetere ab hærede, vel emptore? Videretur ſimpliciter quòd non, quum ab eo facto ſuo, retractum eligendo ſeipſum excluſerit. 3. §. 21. eique ſua electio debeat imputari. Tamen diſtinguendum eſt, vt ſi venditio facta ſit cum onere fideicommiſſi, & nihilominus patronus elegit retractum, quod non potuit pro tempore medio quo duraturus erat alienatio, & non poſſit

euictione ſecuta petere illud quintum, cui ſemel ipſo facto ſcienter & perpetuo renunciauit. Idem ſi feudum erat venditum ſine onere, ſed patronus illius habebat notitiam, & ſic electio facta eſt à ſciente. Si vero ignorabat, & feudum erat venditum ſine onere, quare eligit retractum veriſimiliter non electurus, ſi ſciuiſſet onus? & tunc poteſt reſoluto retractu electo, per ſubſecutam ceſſionem diei & euictionem, redire ad iura quinti vel ſubquinti, & illa exigere via actionis à venditore vel emptore ſecundum no. in §. *ſeq. & hoc* §. 24.

121. Sed adhuc ſuboritur alia quæſt. nunquid patronus * poſſit ſibi conſulere via retentionis feudi aduerſus legatarium, eique inueſtituram denegare, niſi ſolutis omnibus iuribus feudalibus, etiam ex præcedenti mutatione debitis? & eadem eſt q. quando patronus nulla adhuc iura exegit ratione venditionis. An poſſit feudum prehendere, vel prehenſum retinere, etiam contra legatarium (& idem in his omnibus intelligo de fideicommiſſario, ſiue vniuerſali, ſiue particulari) & fructus ſuos facere, donec omnia iura, & quinti denarij, & releuij cum effectu offerantur? Et prima facie videtur quòd ſic, vtpote cùm neutra apertura fuerit clauſa, & neutrius renouata fuerit feudalitas, igitur donec vtriuſque iura ſoluantur, prehendi feudum & retineri poteſt cum effectu, vt diximus 5. §. 1. *gl. 9. q. 4. n. 37.* In contrarium tamen hoc caſu eſt veritas, per tex. in *l. fin. §. ſin autem. C. communia. de legat.* vbi probatur quòd conditione legati extante omnis contractus, alienatio vel hypotheca ab hærede contracta, & quicquid inde ſecutum fuit retro (ex illo tamen tempore) irritatur, & ad nihilum reducitur, & omnino (reſpectu legatarij, & ad hoc vt legatum ipſum plenum ſuum, ſine vllo obſtaculo ſortiatur effectum) pro infecto & non ſecuto habetur. Igitur ſufficit legatario id facere, & patrono præſtare, dumtaxat quod facere, & præſtare debuiſſet ſi nihil medio tempore ab hærede attentatum fuiſſet, etiam ſi præiudicetur tertio, cuius hactenus (fallentialibus caſibus exceptis, *vt d. l. fi. §. fi. D. de lega. 2.*) non habetur ratio. Sufficit ergo huic legatario ſimplicem fidelitatem cum releuio offerre, & ex tunc ſi patronus prætextu dicti quinti pretij (etiam ſi illud à venditore & emptore fortè effectis non ſoluendo recuperare non poſſit) feudum retinuerit, tenetur legatario ad eius reſtitutionem, nedum cum fructibus, ſed etiam cum omni damno & intereſſe à dicta retentione procedente, quod ſummopere notandum eſt. Non obſtat quòd neutra apertura fuit clauſa, quòd feudum pro iuribus etiam præteritis eſt hypothecatum, & eo caſu prehendi, & eorum nomine retineri poteſt, vt latè probauimus ſupra §. 1. *gloſſ. 9. q. 4.* in ſecundo membro diſtinctionis, quia illa procedunt & intelliguntur quando vtraque apertura adhuc ſubſiſtit, & iura antiqua non ſunt præſcripta nec aliter reſoluta, vt ibi diximus. Secus ſi prior apertura reſoluta & annihilata ſit, vt hic ibi dicta venditio, & quicquid inde ſecutum eſt, quod ad legatum & rem relegatam, ipſo iure irritatum eſt, & habetur pro infecto, ita vt non ſit hodie verum dicere huius legatarij reſpectu, hoc feudum legatum fuiſſe venditum, nec eſſe aut fuiſſe ex cauſa dictæ venditionis apertum, nec eſſe aut fuiſſe hypothecatum pro dicto iure quinti denarij, ſicut nec pro aliis factis & geſtis quibuſcunque ab hærede tempore medio. Secus eſſet de præteritis aperturis feudi, quæ non erant clauſæ tempore mortis teſtatoris, quæ illæſæ remaneant, ſicut & hypothecæ & cætera geſta & contracta per defunctum. Vnde ſi teſtator non fecerat fidelitatem, nec ſoluerat iura ex capite ſuo, vel etiam prædeceſſorum ſuorum, vel à quibus cauſam debebat debita, tenetur legatarius ea offerre, alioquin iuſtè patronus inueſtituram denegabit, & fructus feudi ſuos faciet ſecundum not. in *d. quæſt. 4.* Quamuis autem apertura facto hæredis cauſata, irritetur reſpectu legatarij, non tamen reſpectu hæredis & contrahentis ſecum. Et ſic habes notare caſum ſingularem, in quo iura feudalia debentur, & tamen feudum ipſum non eſt pro illis ſuppoſitum, & ſimplici perſonali actione peti poſſunt.

* An patronus poſſit retentione feudi vti aduerſus legatarium. propter iura feudalia medio tempore orta.

122. Sed dubitari poteſt, quid de releuio debito ex capite dicti hæredis lateralis, qui feudum aduſque poſſedit, & iura patrono (forte ſilenti) non præſtitit, nunc autem dum legatarius petit inueſtiri, forte etiam manum iniectam leuari, patronus recuſat, niſi offeratur vtrumque releuium; tam ex capite legatarij, quàm ex capite hæredis debitum? Et prima facie videretur legatarium non teneri offerre releuium hæredis, quia non fuit à teſtatore contractum nec debitum, ſed à ſolo hærede & grauato, de cuius facto, obligatione vel hypothecis, nullo modo tenetur legatarius, nec res legata. *d. §. ſin autem.* Contrarium puto. Ratio quia huiuſmodi releuium propriè non prouenit ex aliquo nouo contractu vel facto hæredis circa rem legatam, ſed ex natura rei & ex diſpoſitione legis feudalis huiuſque conſuetudinis in hoc §. *ſed per d. §. ſin autem*, non irritantur, nec ad non cauſam reducuntur, ea quæ pendente die vel conditione legati, ex mera diſpoſitione legis, vel antiquo ſtatu rei inducuntur, ſed ea dumtaxat quæ proceſſerunt, & originem habent ex facto grauati. Ex quo etiam infero idem iuris eſſe, ſi dictus hæres pendente conditione legati moriatur relicto hærede à latere, & ſic deinceps, competenti tamen interuallo, ita vt plura debeantur releuia, *vt* 5. *eo. q. 38.* Tenebitur enim legatarius nedum releuium ex capite ſuo debitum offerre, ſed etiam præcedentia releuia, ex mutationibus dictorum hæredum debita. quum enim illæ mutationes & aperturæ feudi non facto aliquo dictorum hæredum ad id ordinato proceſſerint, ſed facto & legis diſpoſitione non irritantur, nec reſoluuntur per ceſſionem legati ſequentem, ſed remanent in vigore ſuo. Debet igitur legatarius nouus vaſſallus, omnia iura dictarum mutationum ab apertura feudi vltimo clauſa offerre, ſi tamen velit patronum in mora conſtituere, eúmque ex tunc ad reſtitutionem feudi & fructuum cum damnis & intereſſe compellere, iuxta no. in *d. §. 1. gloſſ. fi. q. 4. nu. 37.*

123. Nec obſtat quòd grauatus eiúſque hæredes tenentur ſoluere omnia illa releuia, & cætera onera pendente conditione legati accidentia, & ab illis rem legatam exonerare. quia verum eſt, & ad hoc contra eos competit legatario ex teſtamento actio. Sed nihilominus * res ipſa interim manet affecta. Et quiuis poſſeſſor compelli poteſt *l. imperatores. D. de publica. & vecti. l. fin. C. de cenſib. vel reliq.* nec tenetur patronus vel alius dominus directus alium perſequi, nec ad aliud accedere quá ad rem ipſam, & præſentem poſſeſſorem, etiam ſi præterit poſſeſſores eorum vel hæredes ſint ſoluendo, etiam ſi offeratur cautio. tex. in *d. l. fi. & in l. cum poſſeſſor.* §. *fi. D. de cenſib. ad hoc no.* 5. §. 5. *gloſſ. 5. in prin.* quemadmodum de releuiis & aliis oneribus præteritis ante obitum teſtatoris, quæ etiam tenetur hæres ſoluere, ſeu legatarium indemnẽ reddere. *l. idémque.* §. *hæres cogitur. D. de legat. 1.* hinc eſt quòd patrono inueſtituram recuſante niſi etiam præteriti temporis releuia offerantur, poteſt legatarius hæredẽ interpellare (pragmatici dicũt ſummare & requeſtam formalem facere) & ad luitionem cogere, vna cum fructibus amiſſis, & intereſſe feudi ob eam cauſam prehenſi vel retenti à patrono. Sed quid ſi nunc hæres non ſit ſoluendo? dubium facit quod nihil eſt quod imputari poſſit legatario, ſi antequam dies legati cederet non egit contra hæredem, vt releuia & alia onera ſolueret, quod patrono imputari poteſt, quia via actionis & manus iniectionis ſemper ſibi conſulere poterat. Sed nihilominus, dicendum patronum quandocunque (ante præſcriptionem iurium particularium) iure ſuo plenè vti poſſe, imò etiam ſi diligenter viuo hærede feudum præhendiſſet, eoque negligente fructus ſuos vſque ad aduentum legatarij

* Onera feudalia rem & poſſeſſorem ſequuntur.

iure & poteſtatè feudali feciſſet, omnia tamen huiuſmodi releuia exigere poſſet, vt ſupra §. 1. *gloſſ.* 7.

124. Sed quomodo conſuletur legatario, hærede pendente legati conditione, prehenſionem patroni contemnente, & cætera forte bona ſua & hæreditaria diſſipante? Vt videretur non eſſe conſultum, quum non agatur de mobilibus, ſed de immobilibus quæ diuerti non poſſunt, & quorum etiam proprietate vendita, non agit legatarius pendente conditione, niſi ad declarationem legati ſubſtitutionis vel fideicommiſſi, vt diximus infra §. 120. ſed ea demum extante vendicabit ab emptore. *dicto §. ſin autem.* His non obſtantibus dicendum hoc caſu etiam * antequam dies ceſſerit, hæredem cogendum ad reſtitutionem legati vel fideicommiſſi per text. in *l. imperator. D. ad Trebell.* quæ habet locum etiam ſi alias non conſtet hæredem habere animum defraudandi fideicommiſſarium, quia ſufficit fraus re ipſa, etiam ſine dolo ex propoſito, vt tenent Paul. Alexand. in *d. l. imperator.* quos ſequitur Iaſ. in *l. ſi conſtante* (contra Ioan. de Imol.) *col.* 28. *D. ſolut. matrim.* Etiamſi agatur de mala adminiſtratione bonorum immobilium, nedum in committendo, ſed etiam in omittendo, vt hic, & tenent Pau. Alex. *in d. l. imperator. ad fi.* Et ſic concludo quòd ſi hæres requiſitus à legatario, vel fideicommiſſario, (nedum vniuerſali, ſed etiam particulari vnius feudi, quum ſit eadem ratio) contemnat onera ſiue ſua, ſiue teſtatoris ſoluere, & permittat frui patronum, qui non tenebitur de deterioratione feudi, niſi de dolo & lata culpa. *per not.* 5. §. 1 *gloſſ* 8. *nu.* 55. 56. nec adhuc compenſabit d. onera cum fructibus, ſtatim non expectato euentu diei vel conditionis tenetur cum effectu reſtituere, non reſeruatis fructibus, nec etiam alimentis medij temporis, quia in *d. l. imperator.* ſpeciale eſt in parte, vt ei non fructus vel vſufructus, ſed alimenta dumtaxat ex fructibus reſeruentur, faci. not. in *l. fin.* & ibi Bar. Bal. *C. de ſenten. paſ.*

* Hæres malè versus cogitur reſtituere fideicommiſſum ante diem vel conditionem.

125. Rurſus circa prædicta occurrit no. q. quid ſi vltra releuia, quædam alia iura debeantur patrono ſuper feudo iſto aperto & prehenſo, vtrum poſſit inueſtituram denegare, niſi & hæc ſoluantur? diſtingue breuiter inter onera feudalia, & non feudalia. Si enim non ſint feudalia, puta, certus annuus redditus, à vaſſallo ſuper feudo venditus vel legatus patrono, vel alij à quo patronus acquiſiuit, & idem de quocunque alio iure debito aliunde quàm ex pacto infeudationis vel conſuetudine feudali. Et clarum nulla prehenſione vel retentione feudali vti poſſe horum iurium reſpectu. quoniam prehenſio feudalis & omnis eius efficacia eſt limitata ad iura: quæ vere & propriè ſunt feudalia, & ab apertura vltimo clauſa debita, & de quibus loquitur & intendit conſuetudo. *ſup. eo.* §. 1. vt ibi dictum eſt *gloſſ* 9. 7. 4. Si verò ſunt onera feudalia aut ſunt ordinaria, vt illa quæ ſunt introducta & comprobata à conſuetudine generali, puta releuium & quintum pretij, & de his non eſt quæſtio, ſed dictum eſt ſupra. Aut vero ſunt extraordinaria, puta ſi ſpeciali pacto in infeudatione conuentum ſit, vt vaſſallus certum quid quotoquoque anno vel quinquennio pendeat patrono, non enim poteſt negari, quin illud ſit onus feudale, quum debeatur ſuper feudo inquantum feudum & ratione, & ex tenore ipſius infeudationis & conſtitutionis feudi, quæ derogat omni naturæ feudorum per iura vulg. Tamen non eſt onus ordinarium, ſed extraordinarium, vtpote præter naturam & conſuetudinem feudorum impoſitum. Et in his non eſt modica difficultas, vt latè deduci poſſet, ſed compendiosè reſoluendo videtur prima facie quod hæc iura contineantur appellatione iurium & deueriorum feudalium, de quibus loquitur *d.* §. 1. Tum quia ſunt iura feudalia, licet irregularia, tum quia tex. *d.* §. 1. loquitur per verba geminata, *droicts & deuoirs*, iura & deueria, quę magis debent operari, quàm ſimplex verbum iura. vt no. per

A Bald. *in c. eam te col. 2. de reſcript.* Ange. Alex. in *l. baliſta. D. ad Trebell.* Et verba geminata* ampliant effectum vt de aliquo operentur, *inquit Archi. in c. ab eo. de appell. in 6.* Bald. in *rub. q. 9. C. de contra. empt. in l. fructus. C. de actio. empt. in l. precibus col.* 15. *C. de impub. & ali. ſubſtit.* Igitur vt verba non ſint ſuperflua, & maximè in lege, & eorum geminatio aliquid operetur, alterum de iuribus ordinariis, alterum de extraordinariis eſt intelligendum, his tamen non obſtantibus puto quòd conſuetudo noſtra in *d.* §. 1. permittens feudo prehendi & retineri cum lucro fructuum ex defectu hominis & iurium * debet intelligi de oneribus ordinariis & conſuetis feudi, & ab hac conſuetudine inductis & approbatis, non autem de iuribus extraordinariis inſolitis, & ab eadem conſuetudine incognitis.

* Geminata verba plus operantur quã ſimplicia.

* Prehenſio feudalis non habet locum niſi pro iuribus feudalib. ordinarijs.

B

126. Tum primo arg. *l. Seio.* §. *medico.* vbi generalis diſpoſitio refertur ad ordinarias, & non ad extraordinarias præſtationes, & quod ibi not. Barto. Lanc. Dec. de commiſſione generali datą procuratori, vt poſſit quæ dominus ſolitus eſt facere, quod intelligitur ſcilicet ordinariè, non extraordinariè, ſequitur Phil. Dec. in *conſ.* 532. *col.* 2. hinc dixit Soci. in *conſ.* 257. *viſis inueſtituris, col. fi.* quòd verba inueſtiturarum debent recipere interpretationem à natura feudi, ſcilicet proprij & regularis, non autem irregularis & improprij. Facit quod ſcripſit Bald. in *l. ſi amia. C. de ſucceſſ. edict. & in l. meminimus. C. de legit. hæred.* ſtatuta & conſuetudines debere interpretari ſecundum ius commune, ſcilicet ordinarium, & non ſecundum ius commune extraordinarium & irregulare, puta priuilegium in corpore iuris clauſum, & ſequitur Paul. & alij in *l. fi.* § *computatione. C. de iure delib.* Tum ſecundo quia hæc conſuetudo permittens patrono ſola ſua priuata authoritate feudum prehendere, eóque frui & fructus lucrari ſine aliqua deductione iurium debitorum, multum (vt res ipſa oſtendit) exorbitat à iure communi. Cum igitur multum ſatiſque operetur reſpectu iurium ordinariorum, non debet extendi ad extraordinaria, imò potius in his reſtringi. per no. Bart. Paul. Alex. in *l.* 4. §. *ſotiens. D. de damn. infect. in d. l. fi.* §. *in computatione.* Tum tertio quia huiuſmodi extraordinaria iura, quæ nedum ſunt præter regulare & commune ius feudorum, imò etiam præter conſuetudinem feudalem, & ſatis de ſe ſordida, indigna & diſcrepantia à nobilitate & dignitate feudorum. (Quid enim ineptius quàm vaſſallum cenſuarij vice redditum annuum pendere patrono) nunquam fuerunt cogitata nec intenta à d. conſuetudine. Igitur ſi *mens conſuetudinis ad illa nunquam porrecta fuit, nec conſuetudo ipſa, cuius eſſentia eſt ſua mens & ratio, inquit Bald. in *l. de quibus col.* 13. *D. de leg. b. in auth. poſt fratres. C. de legiti. hæred.* Igitur dicta iura extraordinaria ab hoc excludere, non eſt conſuetudinem noſtram reſtringere, & ea includere eſſet eam extendere vltra mentem & intentionẽ ſuam, quod nullatenus eſt admittendum. Tum quarto, nunquam fuit auditum, nec vſitatum quòd iure & poteſtate feudali liceret vti reſpectu aliorum iurium quàm ordinariorũ, & in hac conſuetudine expreſſorum, igitur impoſſibile eſt hanc conſuetudinem ad alia inſolita iura extendere. Implicat enim & repugnat conſuetudinem protrahi ad inſuetum, in quo deficit origo, forma & fundamentum conſuetudinum, quæ * non poteſt plus habere de virtute & effectu, quàm de vſu, vt dictum eſt ſupra in *proœ. gl.* 1. Non obſtat geminatio dictorum verborũ, *droicts & deuoirs.* quia exponuntur per iura debita, & ſic non apponuntur niſi ad expreſſionem eius quod debetur & ineſt ex natura & conſuetudine feudi, & ſic illa * geminatio non operatur ampliationem, ſed potius qualificationem & reſtrictionem, nec aliud vltra operatur per id quod no. Iaſ. in *l. pen. col. fi.* & ibi Philip. Deci. *col.* 1. *C. de paſt.* Et ſic concludo quòd nedum hoc prætextu non poteſt patronus fructus ſuos facere, ſed nec ſimplici retentione feudi vti, quia vis prehen-

C

D

E

* Mens eſt eſſe legis.

* Cõſuetudo non poteſt plus habere de effectu quam de vſu.

* Geminatio non ſemper operatur ampliationẽ ſed qualificationem & reſtrictionem.

soria limitata est ad iura strictè & propriè feudalia, scilicet ordinaria, & ab vltima renouatione inuestituræ debita. Hanc incidentem quæstionem addidissem ad *gl.* 2. 3. §. 1. sed iam vltra duos menses est typis excusa, & immensis laboribus & sumptibus chalcographorum parcere mihi æquum est. Sed quid si in infeudatione expresse cautum sit quod etiam ratione redditus annui impositi, licet iure & potestate feudali feudum retinere sicut ex defectu hominis & iurium? Hæc q. pendet ab his quæ scripsi 3. §. 74. & §. 167. Iam enim nimium egredior fines huius quadragesimæ q. in qua & duabus immediatè præcedentibus qq. habes multa resoluta, quę spectant ad mutationes contingentes ex parte alienantis, & ex illis infinitæ aliæ decidi possunt.

127. Pone, vassallus vendidit vel donauit feudum B suum, sed antequam traderet, decessit relicto hærede literali, certum est feudum esse apertum per obitum, & ex defectu hominis post quadraginta dies prehendi posse, cum lucro fructuum in merum damnum hæredis. Quòd si tacente emptore vel donatario, veniat hæres offerens fidelitatem: Certum est patronum non teneri eum admittere, nec manum leuare, nisi percepto releuio ex capite successionis lateralis debito. Sed quid si non accedat hæres defuncti, sed dictus emptor vel donatarius inuestituram postulans, & offerens iura rationis emptionis vel donationis debita, patronus autem velit etiam aliud releuium habere ratione mutationis, quæ medio tempore contigit per obitum venditoris vel donatoris qui non tradiderat, sed manens dominus feudi, & vassallus mortuus fuerat, & illud dominium transmiserat in hæredem suum à latere, qui successionem agnouit, an patronus bene dicat? Videretur quòd sic, tum primo, quia sunt duæ veræ mutationes, prima per obitum vassalli qui dominus remansit. Secunda, per traditionem postea factam, vel fiendam ab eius hærede ipsi emptori vel donatario; & ex quo traditio non fit nisi post mortem per hæredem, perinde (respectu patroni) videtur ac si defunctus ipse non vēdidisset nec donasset, sed eius hæres immediate postquam successit, quo casu esset indubitabile duplicia iura tanquam duplici efficaci mutatione deberi. Tum secundo, quia ex parte emptoris vel donatarij, non attenduntur aliquæ mutationes ad commodum patroni, antequam dominium per traditionem veram vel fictam nati fuerint, vt supra per multas quæst. dictum est, & *infra eo. & in §. sequent.* siue enim sine liberis moriantur, siue aliis cedant aut vendant iura sua, nihil inde agitur, nec acquiritur patrono. Igitur huiusmodi venditio vel donatio nulla traditione completa, non impedit quin feudum possit efficaciter aperiri & mutari, ad iura acquirenda patrono ex parte illius qui verbo tantum alienauit, imò qui interim nullomodo alienauit; sed solus verus dominus & verus vassallus remansit, quamuis ad alienandam se obligauerit, tex. in *l. alienatum. D. de verb. sign.* Et hæc est multum fortis & vrgens ratio. Sed resoluendo dico, quòd hæ rationes procedunt. Primo quando emptor vel donatarius aut similis diu non comparent, siue non vtuntur contractu suo, nec implementum petunt ab alienante, nec ab eius hærede, nec erga patronum. Et quando nihilominus venditor vel donator & eius hæres pro suo possident & fruuntur vt prius. Item secundo, quando venditio vel donatio est facta in diem, vel sub conditione, quæ non extant incontinenti post obitum vendentis vel donantis, sed forte biennio post, vel vlteriori tempore secundum no. 3. *eo. q.* 38. * Sed quando venditio vel donatio est pura: tunc etiam si emptor vel donatarius durante vita authoris (saluis circa donationem his quæ not. 3. §. 160.) semper forte per decem annos tacuerit: tamē post obitum potest accedere ad patronum, & offerendo fidem & iura ratione emptionis vel donationis debita, facit quominus possit patronus exigere releuium ab hærede, siue ratione mutationis factæ in hæredem lateralem, quia ex quo hæres erat pure obligatus ad restitutionem siue traditionem dicti feudi, ex causa veteri hæreditaria & necessaria, non censetur effectualiter acquisiuisse vel cepisse illud feudum, quia non capit, sed accipit restituendum, nec illud inspecto effectu censetur esse hæreditarium, siue de commodo hæreditatis, sed magis de eius onere vel incommodo, tanquam æs alienum, ex quo alteri pure debitum est. Et sic concludo, quod non debentur iura nisi semel. Secus si hæres voluntariè (quamuis incontinenti) venderet vel donaret feudum, quòd perpetuo retinere poterat, quia tam ex successione, quàm ex noua voluntaria alienatione, vtraque iura debentur. Idem in similibus est dicendum. Aduerte etiam quòd in hac quæst. cumulaui venditionem & donationem simul causa breuioris doctrinæ, & ne quæstio in plures multiplicaretur: tamen non est intelligendum quod in omnibus conueniant, sed solum in puncto huius quæst. vel alias data paritate terminorum, cæterum in multis differunt, & signanter in hoc, quòd quamuis ex simplici perfecta donatione feudum non aperiatur, nec vlla iura debeantur, tamen ex simplici perfecta venditione feudum apertum censetur, vt statim prehendi possit, quia ita vsitatur, quamuis cessante communi obseruantia contrarium iustius & verius defendi posset, donec esset translatum dominium, vt dictum est, 3. §. 20. *gloss.* 3.

128. Quid igitur si viuo venditore patronus statim manum iniecerit, vtrum post quadraginta dies ab obitu venditoris possit * iterum prehendere, remanente prima prehensione? Videtur quòd non, quia prima prehensio præsupponit mutationem feudi & vassalli. Igitur patronus non potest ex eadem persona nouam mutationem prętendere, quum non possit desinere esse vassallus, qui semel desiit. Et sic vna prehensio feudalis impedit secundam, quæ fieret prætextu mutationis eiusdem personæ, à qua tanquam mutata cæpit prehensio, quamuis non impediat secundam nec tertiam aut vlteriorem, quæ fundaretur in mutatione alterius personæ, puta successoris veteris vassalli. Breuiter respondeo, quòd hæc ratio concludit quantum ad cumulationem effectualem prehensionis, sed non quantum ad cumulationem ad cautelam, quia patronus non potest prætendere feudum bis mutatum siue alienatum esse cum effectu ab eadem persona, non intercedente media reacquisitione, & sic non poterit exigere hoc respectu D duo iura feudalia, sed vnum tantum. Vnde accipiendo quintum pretij vel retractum feudalem ex venditione pura defuncti, non potest petere releuium propter obitum eiusdem defuncti, qui ex quo pure vendiderat, non poterat amplius in alium transferre feudum cum effectu, nec consequenter sequi potest alia noua, & effectualis mutatio ab eadem persona. Sed tamen patronus qui viuo venditore prehendit feudum ex capite venditionis, benè potest eo mortuo, antequam sibi satisfactum fuerit, illud prehendere ex capite obitus, & hoc nemini nocet, sed potest prodesse ad cautelam patroni, vt si forte venditio reperiatur ipso iure nulla, & consequenter prehensio feudalis debeat cessare & reuocari ex illo capite, poterit tunc subsistere ex capite E obitus, & ex hoc capite feudum retinebitur cum effectu lucri fructuum, donec iusta facta vel rite oblata sint. Et hæc nota, vtpote in praxi quotidiana summe necessaria, & nouiter à nobis explicata. multo plura circa prædictas mutationes ex parte alienantium contingentes occurrunt, sed ex prædictis à studiosis colligi possunt, ad alia transeundum est vt sit aliquando finis.

129. ¶ Quadragesimoprimo quæro, donatum est feudum * ecclesiæ, quæ nulla habita traditione cessit illud Titio, cui fit traditio: An debeatur duplex releuium? Videtur quòd non. Primo, quia ecclesia non debet deterioris conditionis esse quàm priuatus, qui ex acceptatione simplicis donationis non debet releuium. Secundo, quia ecclesia compulsa hoc facit, vel metu ne

* An pendente prehensione, feudū iterum prehendi possit.

* Non debetur releuium ex capite successionis, quādo feudū est purè debitum & restituendum.

* Ecclesiæ donanti feudū sibi donatum verum nouū donatarius debeat duplex releuiū.

itized by Google

compelleretur ponere extra manus ſuas à patrono, qui A verisimiliter non erat admiſſurus eam in fidem. Et ſic quum non recipiat nec approbet eam in vaſſallum, non poteſt relevium, nec alia iura feudalia (quæ illi denegat) ab eadem exigere. Nec obſtat quod ipſo iure ſine aliqua traditione dominium tranſit in eccleſiam ex donatione. *l. fi. C. de ſacroſ. eccl.* Tum quia illud eſt inductum ſpeciali iure & fauore eccleſiæ. Vnde non debet retorqueri in odium & grauamen vt magis oneretur. *l. quod fauore C. de legib. cum vulgo.* Tum quia non acquirit illud dominium incommutabiliter in feudis, ſed commutabiliter, quia tenetur infra modicum tempus, puta annum ponere extra manus. Et ſic acquiſitio non videtur ſortiri effectum, ſed reſolui, vel in alium transferri. Præterea poteſt ſi velit eccleſia dicere, quod B benè acceptauit donationem ſimplicem, vt poſſit alij cedere actionem perſonalem, mediante aliquo pretio vel alia re cuius eſt capax. Sed quòd non acceptauit hoc caſu dominij tranſlationem, & ſic quod non vendidit nec aliter ceſſit feudum, ſed ſimplicem actionem competentem ad feudum. Poteſt enim ſi velit renunciare fauori pro ſe. per *d. l. fi. C. de ſacro. eccle. introducto. l. penul. C. de paſt. hoc nota.* Nec in hoc facit aliquam fraudem nec damnum patrono, ſed potius ſibi conſulit ad damnum ſuum vitandum. *l. æqui natura. §. cum me. D. de negot. geſt. l. cum pater. §. Titio. in fin. D. de leg. 2.* Et quamuis in contrarium multum argumentari poſſit, tamen hanc partem veriorem & æquiorem puto, aut enim eccleſia ante traditionem habitam, & ſine vlla compulſione patroni, fecit dictam ceſſio- C nem ſeu venditionem, & nulla iura debet ex capite ſuo, quia non cenſetur ceſſiſſe aut vendidiſſe niſi actiones ad feudum, quum poſſit dicto fauori ſuo renunciare. Aut vero compulſa fuit à patrono ponere quoquomodo extra manus ſuas, & tunc etiam ſi realem traditionem interim habuiſſet, idem eſt dicendum. quia dum patronus non vult eam in fidem admittere, ſed cogit ad ſubrogandum idoneum vaſſallum, per eum ſtat quo minus ſtet & efficax maneat tranſlatio feudi in eccleſiam facta, quare dico quod ex huiuſmodi mutatione nulla poteſt petere iura feudalia, etiam ſi realis traditio eſſet eccleſiæ facta, ex quo incontinenti cogit eam dimittere, ſed iura ſua vtilia petere poterit ex mutatione & tranſlatione quæ fiet in idoneum & acceptatum vaſſallum. Et hæc eſt vera & D deciſiua ratio.

130. Non autem adduxi vulgatum illud quod in dubio ſumma eſt ratio quæ pro religione facit. *l. ſunt perſonæ. D. de religio. & ſumpt. funer.* quia d. l. loquitur de eo quod de ſe immediate eſt pium & religioſum. Non autem quando agitur de certa pecuniaria vtilitate eccleſiæ. hoc enim de ſe ad religionem non pertinet, quod vel ethnici pontifices teſtati ſunt, vt relatum extat apud Liuium. *lib. 9. quartæ Decadis.* quod no. ad purum intellectum. *d. l.* Non nego tamen quin ex fine ordinato pertineat: quo modo legata pauperibus relicta cenſetur pia & fauorabilis. *l. id quod pauperibus. l. nulli. C. de epiſ. & cler. l. cum ita. §. ſi mulier. D. de condict. indeb.* Aduerte ad hanc quæſt. quia multiplex eſt, & latè patens ex his quæ nunc menti occurrunt. E Quid enim ſi eccleſia, vel corpus, quod vulgo vocant, manus mortuæ multis annis feudum poſſederit antequam extra manus ſuas poneret. Quid ſi emerit, & infra annum vel poſt, ſponte vel cogente patrono alij plutis vendiderit. In his & alijs omnibus caſibus inde dependentibus, dum quæritur, quæ, qualia & quot iura feudalia debeantur, duo principalia occurrunt capita. Primum, ratione acquiſitionis feudi factæ ab eccleſia. Secundum caput, ratione ceſſionis, vel alienationis per eam factæ. Et hæc in multas variáſque ſpecies & caſus ſubdiuiduntur. Sed breuitatis cauſa, & ad vitandam multitudinem quæſtionum vtrunque caput ſimul coniungam. Et quàm clarius & reſolutiue potero, expediá.

131. Diſtinguendo, * aut eccleſia ſponte, aut compulſa à patrono ceſſit vel tranſtulit in alium. Primo caſu res eſt ſatis circa vtrunque caput expedita per deducta in hoc & ſequenti §. quia omnino ſecundum communes noſtras regulas, & deciſiones huius feudalis materiæ pro natura & qualitate negotij diſcerni & iudicari debet. Nec video aliquid eſſe ſpeciale, niſi forte propter beneficium eccleſiæ, loco pio & ciuitati datum *in l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ.* patet ſummam rei paucis (velut oculis) exponendo. Aut enim eccleſia poſt verum dominium feudi acquiſitum illud ceſſit vel tranſtulit in alium. Et tunc indiſtincte omnia iura feudalia cum effectu debentur ex vtroque capite ſiue ratione vtriuſque alienationis & mutationis, ſecundum ſuam cuiuſque contractus naturam & qualitatem. Aut vero eccleſia ante acceptatum & acquiſitum dominium & poſſeſſionem feudi, ceſſit iura ſua & actiones in alium. Et tunc quantum ad ceſſionem vel ſecundum caput, non eſt differentia quocunque titulo ſiue permutationis, ſiue venditionis, aut alio quouiſmodo fiat ceſſio actionum. Sed quantum ad primum caput, refert quo titulo eccleſia acquiſierit ius ad feudum, videlicet an titulo emptionis, an vero permutationis, donationis, vel alio quouis titulo vel medio: quia ſi alio titulò vel cauſa quam emptionis acquiſierit ius ad feudum, res eſt clara nulla iura feudalia deberi ex vtroque capite, neque de acquiſitione eccleſiæ, neque de ceſſione per eam facta, quia neutrobi mutatio aut venditio feudi inuenitur. Igitur per *not. 3. 10. q. 1. n.* 36. Veruntamen ipſe ceſſionarius vel emptor actionis eccleſiæ, poſtquam medio ceſſionis traditionem & dominium feudi nactus fuerit, debebit releuium vnum duntaxat patrono ratione mutationis manus factæ in eum, ab eo contra quem habet iura ceſſa. 132. § * Non enim ad cognoſcendum ſpeciem & qualitatem mutationis feudi, attenditur cauſa & qualitas ceſſionis actionum tanquam remota & mediata, ſed ſolum qualitas tituli & cauſæ cuius vitture & nomine immediate debetur & fit traditio, & tranſlatio dominij feudi ab alienante tanquam à cauſa mediata & actiua. per no. in §. *ſeq. q. 9 num.* 33. Volo dicere (vt etiam rudes intelligant) quòd ſi feudum erat donatum eccleſiæ, quæ mediante pretio ceſſit actiones ſuas Titio, cui poſtea fit traditio à donatore. quod feudum cenſetur mutare manum à donatore in Titium ex cauſa donationis ex qua immediatè fit traditio, & dominij tranſlatio. Et nullo modo ex cauſa ceſſionis vel emptionis & venditionis quantumcunque Titius emerit iura & actiones eccleſiæ donatariæ, eique iuſtum pretium feudi perſoluerit.

* Reſolutio.

* Mutatio ſcilicet denominatiua ex parte eius manus ante ceſſionem.

133. Tantum ſupereſt vnus ſcrupus, videlicet reſpectu eccleſiæ pij loci, & ciuitatis, ex eo quòd recta & ipſo iure ſine traditione acquirunt dominium ex titulo hæreditario, legati, donationis, & emptionis. *per l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ.* Et ſic videtur quòd in eis, & ex dictis titulis, procedat ſolum prima, & non ſecunda pars diſtinctionis noſtræ, & conſequenter quòd debeantur omnia iura feudalia ex vtroque capite, ſiue eccleſia vendat feudum ſibi donatum & traditum, ſiue ante traditionem vendat actiones ad feudum. quia venditio vel ceſſio actionum facta à domino eſt vera venditio vel ceſſio feudi, & ex ea æque oriuntur noua iura feudalia ſicut ex venditione vel ceſſione facta nominatim de ipſo feudo. *per no. in §. ſeq. q. 9. in fi.* Et ſic ſecunda pars noſtræ diſtinctionis eſſet reſtringenda ad permutationes & alios titulos, vel ad collegia priuata, ſeu alia corpora manus mortuæ non expreſſa *in d. l. fi.* Sed hoc non obſtante dicendum quòd etiam in eccleſia emente, vel donationem aut legatum acceptante, deinde ante traditionem iura & actiones ſuas vendente, verificatur ſecunda pars diſtinctionis noſtræ, quia eccleſia poteſt abſtinere & renunciare beneficio *d. l. fi.* quod in eius fauorem &

commodum duntaxat eſt introductum. *l. pen. C. de pact.* & nolenti non datur. *l. inuito. D. de reg. iur.* Et præſumitur hoc reſpectu eccleſia abſtinere, quando tantum actiones ſuas vendit vel cedit, quia abſtentio ei vtilis eſt, & hunc ſenſum verba ad ius commune relata proprie admittunt: nec eſſet audiendus patronus, ſi vellet contra eccleſiam inuitam retorquere diſpoſitionem. *d. l. fi. l. nulla iuris ratio. D. de legib. l. quod fauore. C. eo.* maxime ad multiplicandum lucrum quinti vel releuia quæ odioſa ſunt, *vt in prin. §. ſeq.* Secus ſi exprimeret ſe vendere, vel aliter transferre tale feudum ſibi proprium ex tali legato, donatione, vel emptione acquiſitum, tunc enim (cùm recta ratio clari ſermonis non debeat citra neceſſitatem impropriari) ſatis appareret de acceptatione acquiſitionis dominij, & conſequenter de vera duplici mutatione feudi & iuribus feudalibus debitis ex vtroque capite, & ſumus in terminis primæ partis diſtinctionis. Hoc enim vltimo caſu emptor vel ceſſionarius eccleſiæ eſt verus emptor ipſius feudi, & non ſimplicium actionum ad feudum, prout & ab eccleſia acquirit verum dominium feudi, & non ab authore eccleſiæ nudam poſſeſſionem tradente. Quantum enim ad iura feudalia non attenditur mutatio poſſeſſionis, ſed totalis dominij feudi, vt eſt notiſſimum.

134. Secundò autem caſu principali, quando eccleſia non ſponte, ſed compulſa ceſſit & tranſtulit in alium feudum acquiſitum, vel actiones ad feudum multæ oboriuntur difficultates, an ex vtroque capite debeantur iura feudalia, an ex neutro, an ex altero tantum, & ex vtro, & an ſit electio patroni ex alterutro capite maluerit iura percipere. Et quid ſi eccleſia ante habitam traditionem, & incontinenti cogatur vacuare manus ſuas. Quid ſi poſtquam longo tempore poſſedit & fructus percepit. Et quid ſi eccleſia non coacta, ſed metu ne cogeretur alienauit. Super quibus ſingulos caſus examinando, plurima late deduxi in collectaneis meis, quorum ſingulas deciſiones, niſi prolixitatem nimiam vererer, huc inſeruiſſem. Sed conſultius duxi paucis deciſionum radicem velut fontium ſcatebras aperire, vnde parabile ſit hæc, & ab his dependentia iuſto liberamine reſoluere. Dico igitur quòd patronus qui non vult eccleſiam vel ſimile corpus admittere in clientelam, ſed cogere ad ponendum feudum in aliam idoneam manum, iure ſuo vtitur. *cap. 1. §. 1. de alienat. feud.* Vbi per Bald. & Aluaro. in *vſibus feud. & not. infra. §. 41.* Et ſic (cum nemini faciat iniuriam *l. nullus videtur. D. de reg. iur.*) non debet propter hoc damnum pati, nec iura ſua & commoda amittere, ſed nec etiam debet hac occaſione lucrum facere, & duplicia iura exigere, nec plus conſequi, quàm ſi ab initio feudum fuiſſet venditum, donatum, vel legatum perſonæ ad clientellaria munia idoneæ. Vnde non poteſt ab eadem eccleſia ratione eiuſdem acquiſitionis per eam factæ aliquod ius vel commodum feudale exigere, ſicut nec à quoquam alio nouo vaſſallo quem recuſat in fidem admittere & inueſtire. Implere enim debet ex parte ſua ſi ſibi impleri velit. *l. Iulian. §. offerri. D. de actio. emp. facul. c. vnicum. inſi. de mili. vaſſal. qui contu. eſt in vſibus feud.* Et quemadmodum recipiendo iura & commoda feudalia ab eccleſia eo ipſo approbat eam in vaſſallam, & ſemet in perpetuum excludit à iure compellendi eam ponere extra manum ſuam. * Ita repellendo eius oblationes, & compellendo ad dimiſſionem feudi, ſeipſum excludit à iuribus & commodis feudalibus ab eccleſia vel corpore debitis, vt contrariorum eadem ſit diſciplina. *l. & ſi contra. D. de vulg. & pupil. ſubſtit. cum vulgar.* nec etiam debet eccleſia aliquo damno affici, vltra id ipſum quod cogitur extra manus ſuas ponere. Hoc enim patrono permittitur, ne damnum in iuribus & commodis feudalibus patiatur. Non autem vt maius lucrum ferat. Et ſic * non debet occaſionem legis trahere ad iniquum compendium, ſiue ad duplex lucrum. *arg. l. fi. C. de vſucap. pro emptio. in authen. de trien. & ſemi. §. prohibemus autem. in prin. col. 4.* Ex his tam paucis elicitur clarè reſolutio totius copioſæ huius materiæ, videlicet.

135. Inferendo* primo quod ſi feudum fuerit donatum eccleſiæ, quæ poſſeſſione apprehenſa cogente patrono illud permutet cum Titio, quamuis hic ſint duæ veræ mutationes feudi, tamen patronus non debet habere duo releuia, ſed vnum tantum, quia facto patroni nolentis tranſlationem factam in eccleſiam ſortiri effectum, non cenſentur eſſe duæ mutationes, ſed vna tantum efficax, videlicet illa quæ fit in Titium, ex quo etiam apparet quòd releuium iſtud non debetur ab eccleſia, nec à mutatione in eam facta, quæ reſpectu patroni cenſetur reſolui, ſed debetur à Titio ratione huius vltimæ tranſlationis (quæ ſola cenſetur) in eum factæ. Si autem eccleſia poſſeſſione nondum apprehenſa, permutauerit iura & actiones ſuas cum Titio, tunc etiam ſi ſponte hoc fecerit, nullum ius feudale aperitur, neque de acquiſitione, neque de huiuſmodi permutatione. Sed tunc cum Titio tradetur, feudum aperietur & releuium debebitur, vt nuper dictum eſt. Et iſtud primum illatum generaliter & vniformiter habet locum in omnibus contractibus, vel quaſi & quibuſcunque modis acquirendi & transferendi alijs à venditione. exempli cauſa, ſi eccleſia habens merum imperium in loco, iure confiſcationis acquirat proprietatem feudi ab alio mouentis, deinde compulſa à patrono permutet cum Titio, non debetur hoc caſu releuium de noua acquiſitione eccleſiæ, ſed ſolum à Titio de acquiſitione quam fecit ab eccleſia. Secus ſi voluntarie permutaſſet, quia vtrunque releuium deberetur.

* Primum illatum.

136. Infero* ſecundo, quod ſi eccleſia titulo donationis vel quacunque cauſa alia ab emptione feudum acquiſiuit, & impellente patrono vendidit, nulla releuia, nulla iura debentur de acquiſitione eccleſiæ, quæ quantum ad hoc non computatur inter mutationes feudi. Sed de venditione quam eccleſia fecit, omnia iura aperiuntur ſecundum conſuetudinem feudalem & qualitatem venditionis. Vnde ſi ſit facta ſimplici pretio, eccleſia ipſa tenetur ſoluere quintum pretij & ab hoc exonerare emptorem ſuum. Et ſi patronus eligat retractum feudi, eccleſia lucratur illud quintum pretij, quia integrum pretium conuentum hoc caſu percipiet. per not. 5. §. 13. *glo. 9. nu. 4. 6.* Si vero venditio facta ſit franco pretio, eccleſia non tenetur in aliquo, ſed quintum cum ſubquinto ſolui debet ab emptore, *vt hoc §.*

* Secundum illatum.

137. Infero * tertio idem iuris eſſe è conuerſo, ſi eccleſia titulo emptionis feudum acquiſiuit, & nolente patrono eum in fidem admittere alij permutauerit, vel vendiderit, vt nulla iura feudalia debeantur ex venditione facta eccleſiæ: ſed ſolum ex venditione vel traditione ex cauſa permutationis per eam factæ, ſecundum contractus qualitatem & naturam. Aduerte, multi ſcorpiones (iuxta paræmiam) latent ſub hoc lapide. Non enim idem videtur iudicandum quando eccleſia acquiſiuit titulo emptionis, ſicut ſi quouis alio titulo. Iura enim & commoda feudalia non ſunt vniformia in venditionibus ſicut ſunt in omnibus aliis cauſis & mutationibus feudorum, in quibus nunquam debetur niſi releuium à ſolo acquirente, & nihil ab alienante. Secus in venditionibus in quibus quandoque quintum pretij, quandoque quintum cum ſubquinto debetur. Et hoc onus quandoque à venditore, quandoque à ſolo emptore debetur. Quum igitur eccleſia poſſit difformiter emere & vendere, difformiter acquirere & extra manus ſuas ponere, puta emere ſimplici vel franco pretio. Et iſto vel illo modo emptum permutare, vel emptum ſimplici pretio reuendere franco vel è conuerſo, vel emptum pro mille reuendere

* Tertium illatum.

* Patronus recuſans inueſtituræ à ſeipſum excludit à iurib. in de debuis.

* Non debet lex per occaſionem trahi ad iniquum.

itized by Google

pro duobus milibus vel è conuerſo. Num tot támque varias caſuum ſpecies eadem (quod aiunt) dealbabimus fidelia? Et videtur quòd non, vt in prima harum ſpecierum, quando eccleſia feudum ſimplici pretio puta mille emptum, patrono compellente permutauit Titio. Illud enim eſt in confeſſo releuium vnum deberi à Titio. Num ergo continuo dicemus nihil aliud omnino deberi patrono, eúmque non poſſe petere quintum pretij ſibi acquiſitum ex dicta vẽditiones. Hoc videtur abſurdum. quia illud quintum non debetur ab eccleſia, ſed à venditore, qui nulla ratione debet illud lucrari, ex quo patronus non vtitur retractu feudali, licet iure ſuo vtendo cogat eccleſiam ad vacuandum manus ſuas, de quo nihil ad venditorem, nihil etiam intereſſe videtur eccleſiæ venditorem illud lucrari, & quin ſoluatur patrono, abſurdum enim videretur eccleſiam lucrari iſtud quintum pretij, quia ſic non ſolueret integrum pretium, quod ſoluere tenetur pro acquiſitione ſua. Et tamen ex permutatione rem æquiualentem, & forte meliorem feudo acquiteret & cum effectu retineret. Et ſic ponendo extra manus ſuas lucraretur illud quintum, & locupletaretur cum iactura patroni, & patronus iure ſuo vtendo damnificaretur in amiſſione quinti denarij, & redigeretur ad releuium, quod eſt longe minus quinto, & vt plurimum non ſolet valere niſi quartam partem, vel minus quarta parte quinti denarij: per not. in §. *ſeq. in prin.* hoc autem videtur iniquum, maxime ſi eccleſia medio tempore multis annis patiente patrono poſſedit & fructus feudi ſuos fecit. Nec obſtat quod hoc caſu patronus impugnat & improbat venditionem factam eccleſiæ, & acquiſitionem ab ea factam. Et ſic quòd nullum commodum ex ea, nec eius occaſione repottare debeat, *cap. ex eod. de regul. iur. in 6.* ſed ſi debeat imputare, nec damnum illius quinti ſentire videatur, quum ſui ipſius facto illud ſentiat. *l. quod quis. D. de regu. iur. c. damnum. de reg. iur. in 6.* quia imo propriè non impugat nec reprobat præfatam venditionem & acquiſitionem, prout iure noſtro non poteſt eam improbare nec impedire per no. ſ. §. 13. *gloſſ. 5. in prin.* Sed ſolum iure ſuo vtendo compellit perſonam quæ vere acquiſiuit, ad ponendum in aliam idoneiorem manum, ne iuribus ſuis præiudicetur in futurum. Et ſic quamuis iuſtum ſit vt nullum ius vel commodum exigat ab eadem perſona, quam ad dimiſſionem feudi cogit, & recuſat in fidem admittere & inueſtire: tamen non eſt iniuſtum quòd percipiat & exigat alia iura & commoda, ſi qua ſibi debeantur ratione eiuſdem acquiſitionis ab aliis perſonis, puta venditore, quem exigi non probabiliter intereſt eccleſiæ. Reliquas ſpecies ab hoc tertio illato dependentes plene diſputani in collectaneis meis, quibus omiſſis

138 Concludo generaliter & ſimpliciter verum eſſe præfatum tertium illatum, ex quo corollarie infero, quòd patronus qui cogit eccleſiam ad dimiſſionem feudi, non poteſt indiſtincte aliqua iura & commoda petere ratione acquiſitionis per eum factæ ſiue debeantur ab eccleſia, vt quintum cum ſubquinto in caſum emptionis factæ franco pretio, ſiue ab alio, puta quintum pretij ab eo qui ſimpliciter vendiderat eccleſiæ. Et eſt ratio, quia tota illa venditio & alienatio feudi non eſt in conſideratione, nec cenſetur efficax, ſed omnino (citra effectum ſimplicis aperturæ) cenſetur inefficax reſpectu patroni cogentis emptricem vel emptorem ad dimiſſionem iuris inde quæſiti. Tum eodem caſu eccleſia offerente fidelitatem & quintum denarium. ſi patronus acceptet, vel etiam de ſimplici quinto denario componat. ſeipſum excludit à iure huius exactionis, tanquam contrario, imò contradictoriè oppoſito perceptioni iurium ex eadem acquiſitione. quia non poteſt patronus vtrunque habere, & acceptatio alterius iuris neceſſario & in totum ab altero excludit. Non obſtant nuper allegata, quòd hoc caſu iſtud quintum pretij non debetur ab eccleſia, ſed à venditore, quia ſatis eſt quod patronus nullum habet ius petendi aliquod commodum ex dicta venditione, eligendo viam contrariam compellendi eccleſiam ad dimiſſionem iuris empt. Et ſic non refert an venditio facta ſit franco, an ſimplici pretio, an ab eccleſia, an à venditore debeatur quintum pretij. Alioquin ſequeretur quòd ſi eccleſia extra manus ponere compulſa, feudum ſimpliciter mille nummis emptum, venderet ſimpliciter vel franco pretio duobus millibus, quòd patrono deberentur omnia commoda vtriuſque venditionis, videlicet quintum denarium de venditione facta eccleſiæ, & quintum cum ſubquinto de venditione facta ab eccleſia, quod eſt abſurdum & falſum per prædicta ſ. *eo. nu.* 134.

139. Plus dico quod hoc caſu eccleſia lucratur & retinet illud quintum pretij patrono debitum à venditore ſuo. Et eſt ratio, quia ex quo non emit pretio franco ſed ſimplici, veriſimiliter plus emit, & ad onus ſuper pretio conuento deducendi quintam partem pro iuribus patroni, prout ex natura rei & actus materiæ ſubiectæ tacite actum ſeu intellectum cenſetur. per nota. in §. ſeq. Et ſic ſi eccleſia emit pro mille ſimplici pretio, ſufficit quòd ſoluat venditori octingentum: & in ſumma ſatis eſt quòd venditor (contra quem ab initio habet exceptionem à conſuetudine) non habet contra eam actionem ad illa ducenda: nec etiam patronus, contra quem poſtea acquirit ab illis ducentis plenam liberationem, eo ipſo quod ab eo compellitur in alium transferre. Et ſic non lucratur illa ſine cauſa, ſed in quandam compenſationem eius quod compellitur inuita ius ſuum alienare. facit *l. Item ſi verberatum. §. 1. in verb. mod. ex.* ſecundum interpretationem Angel. ibi. *D. de rei vend.* vbi ei qui inuitus compellitur rem ſuam vendere. etiam iuſtum & æquiualens pretium dicitur modicum. Et conſequenter ſi aliquid vltra iuſtam æſtimationem recipiat, non recipit iniuſte, nec ſine cauſa. Igitur dum eccleſia damno ſuo, onere & incommodo alienationis iuris ſui acquirit liberationem quinti denarij à patrono, ſatis cenſetur de ſua vel ſui cauſa illam acquirere, & venditorem exonerare, cui conſequenter illud quintum pretij efficaciter deducere poteſt, vel ab eo ſi iam totum pretium ſoluit repetere. Secus eſſet ſi patronus non compelleret eccleſiam ad transferendum in alium: ſed ipſo iure retractus feudalis ab illa euinceret, quia tunc ipſe patronus efficitur velut emptor, & eccleſiæ refunditur integrum pretium conuentum cum legahbus impenſis, ita vt abeat & de medio recedat indemnis, & ſic venditor lucratur illud quintum pretij tanquam retro reſolutum, ac ſi ab initio vendidiſſet ipſi patrono. Secus quando eccleſia compellitur alij cedere, quia tunc non redditur à compellente indemnis, ſed relinquitur fortunæ, vt vel cum periculo & damno ſuo etiam minori forte quàm emerit pretio cogatur omnino extra manum ſuam ponere. Et ſic patet de ratione differentiæ inter hunc caſum & retractum feudalem. Modo per præfata illa tua illata habes concluſas & reſolutas multas quæſtiones. Reſtant tantum diſcutiendi duo ſcrupuli.

140. ¶ Primus, quid dicendum quando eccleſia non incontinenti, ſed ex longo intervallo cogitur ad dimiſſionem feudi. Finge quòd ſilente ſeu dormiente patrono per decem vel viginti annos poſſederit feudum, quocunque titulo acquiſitum, deinde patronus (quod infra triginta annos facere poteſt) cogit eam ad ponendum extra manum (quod aiunt) mortuam infra annum. Vtrum poſſit eadem eccleſia petere releuium, vel quintum pretij, aut quintum cum ſubquinto ratione acquiſitionis per eam factæ? Videtur quod ſic, tum quia illa acquiſitio non annullatur nec reducitur retro ad non cauſam. Imò etiam pro tempore futuro ſortitur effectum eo ipſo, quod permittitur eccleſiæ vendere,

aut aliæ in alium transferre ad commodum ſuum, accepto ſcilicet pretio vel compenſatione. Tum quia longo & tanto medio tempore eccleſia percepit & ſuos fructus fecit. Igitur onera feudalia quæ in illud tempus ceciderunt, & ſunt pars fructuum, ſoluere tenetur. *arg. l. cùm poſſeſſor. in fi. D. de cenſib.* Et ex regula qui ſentit commodum. *l. ſecundum naturam. D. de regul. iur. c. quiſentit. eo in 6.* Breuiter contrarium eſt dicendum, quia patronus non poteſt ab eccleſia, vel alio nouo vaſſallo petere iura acquiſitionis per eum factæ, niſi eam comprobando paratus ſit eum inueſtire ſi inueſtiri petat, & fidem & iura integra offerat, vt dictum eſt. Imò ſi adhuc non peteret vel reciperet illa iura feudalia, ſeipſum à iure expellendi eccleſiam excluderet. Et ſic ampliantur concluſiones noſtræ ſiue incontinenti ſiue poſtea quandocunque eccleſia cogatur feudum dimittere.

141. ¶ Secundus ſcrupulus eſt, quid ſi eccleſia incontinenti, vel paulo poſt acquiſitionem vendendo, vel tradendo feudum ſibi legatum vel donatum, dicat & exprimat ſe hoc facere, quia eſt incapax bonorum huiuſmodi, & eo quod aliàs cogeretur à patrono vendere, & in manum laici transferre. Vtrum iſtud præiudicet patrono, quominus poſſit petere iura aliàs ſibi debita ex acquiſitione facta per eccleſiam? Reſpond. quamuis huiuſmodi occaſio ſufficiat, vt huiuſmodi de recenti ab eccleſia acquiſita poſſint vendi & alienari ſine ſolennitate iuris ciuilis & canonici, ſub modificationib. quas alibi deduxi. Tamen non ſufficit ad præiudicandum patrono, nec ei nocet illa expreſſio vel proteſtatio, dummodo non appareat patronum compuliſſe eccleſiam nec aliter verbo ſeriolo vel facto declaraſſe voluntatem ſuam, quod non pateretur eccleſiam frui hoc feudo, etiam ſi indemnitatis æſtimationem offerret, ſed quòd præcisè cogeret eam ad vacuandum manus ſuas de eodem feudo. His enim ceſſantibus, ſtandum eſt declarationi patroni de voluntate ſua. *iuxta l. ſi quis intentione. D. de iud. & no. in l. in conuentionalib. in princ. D. de verb. obli.* per Alex. in *repet. l. ſæpe. colum. 1. D. de re iud. & in conſ. 67. colum. 2. lib. 2.* Non enim ſufficeret ſi contracta venditione patronus ſimpliciter (vt moris eſt) feudum prehenderit ex defectu hominis & iurium, niſi eccleſiam iuſta offerentem recuſauerit in hominem ſeu vaſſallum recipere, vel diem illi in ius dixerit, vt cogatur feudum in idoneam manum transferre, vel aliter extra iudicium, ſed ſeriosè declarauerit voluntatem ſuam, quòd omnino cogeret eccleſiam ad dimiſſionem feudi, nec eam reciperet etiam indemnitatis æſtimationem offerentem. quia tunc etiam ſi ante traditionem habitam & feudi prehenſionem, & vocationem in ius, transferret in alium iura ſua, ſatis dicitur coactè & non ſponte facere, cùm coactio immineat de præſenti. Alioquin ſi tantum ſuſpicaretur, non ſufficeret, ſed cenſeretur ſpontanea ceſſio vel alienatio per ea quæ in ſimili deduxi §. 108. *ſuper declaratione l. noniſſime. D. quod fal. tut. auth.* Ex his habes quotidianam hanc materiam paucis verbis (ſi rerum copiam attendas) & clarè nouéque expeditam.

142. ¶ QVADRAGESIMOSECVNDO quæro, conſtante matrimonio vir acquiſiuit feudum, iura ſoluit patrono, & purè nomine ſuo inueſtitus fuit: deinde moritur ſine liberis. Certum eſt quod hæredes viri debent releuium de dimidia parte dicti feudi in qua ſuccedunt. ſed * an vidua debet de reliqua dimidia parte? Dic breuiter quòd non: quia quamuis nunquam fuerit in fide patroni, ſed ſolus vir nomine ſuo proprio tantum fidelitatem fecerit, prout poteſt in conquæſtis, tamen non cenſetur de nouo acquirere, ſed ab initio cenſetur hæc dimidia pertinuiſſe ad vxorem, & ſic nunc non dicitur mutare manum, vnde non tenetur vidua niſi ad ſimplicem fidelitatem. Idem econuerſo, ſi vxor prædecedat, & hæc eſt generalis conſuetudo. Sed quid ſi ex diuiſione facta cum hæredibus viri, totum feudum obtineat? Dico quod nihilominus debetur releuium de dimidia parte quæ fuit hæredum, quia per diuiſionem ius patrono quæſitum non tollitur, ſed ex ea non oritur nouum ius, nec debetur bis releuium, ſed ſemel tantum, ex capite ſucceſſionis hæredum à latere, vt dictum eſt §. *eo. q.* 22.

* Vidua adquirēns feudum virum pro ſua parte mortuo marito, debet releuium.

143. ¶ QVADRAGESIMOTERTIO quæro, vtrum hic §. & ſequens habeant locum * pro tempore quo patronus feudum prehenſum ex defectu hominis tenet ad manum ſuam? Et primo videtur quòd non, ſed vt quandiu poteſtate feudali fruitur feudo & fructus ſuos facit, non poſſit petere nec exigere releuia aut alia iura feudalia interim accidentia. Tum primò, quia debent ſolui de fructibus ſed patronus percepit & lucratur vniuerſos fructus, igitur ſibi ipſi compenſare, vel à ſeipſo exigere debet. Tum ſecundo, quandiu feudum ex defectu hominis eſt actualiter ad manum patroni, non eſt in manu vaſſalli: & ſic non poteſt dici nec cenſeri mutare manum vaſſalli, nec tranſire de manu vaſſalli ad manum alterius, quum ſemper ſit & verè maneat in manu patroni. Igitur patronus non poteſt habere fundatam intentionem ad aliquod releuium pro illo tempore, quia ſi diceret interim feudum ſemel vel pluries mutaſſe manum ex parte vaſſalli, ſibi ipſi & factis ſuis repugnaret & contradiceret, quum illud poſuerit & continuo pro illo tempore tenuerit ad manum ſuam. Tum tertio, tale feudum eſt velut interruptum, & quaſi conſolidatum, vt dictum eſt §. 1. *gloſſ. 4. 9. 1. 2.* Et licet vtile dominium in ſe non ſit vere conſolidatum, ſed remaneat penes ſucceſſorem veteris vaſſalli: tamen talis ſucceſſor non cenſetur interim propriè vaſſallus, nec cenſetur habere feudum, quia feudalitas ipſa eſt ſopita, imò melius non cenſetur habere feudum, quia habetur à patrono, & non poſſunt duo inſolidum eandem rem habere & poſſidere. *l. 3. §. ex contrario. D. de acquiren. vel amit. poſſ.* Tum quarto, quandiu patronus fruitur & fructus lucratur, non recognoſcit ſucceſſorem veteris vaſſalli in vaſſallum. Igitur non videtur poſſe exigere ab eo dicta iura tanquam à vaſſallo. Nec videtur quod reſpectu eiuſdem feudi, pro eodem tempore, poſſit habere duo diuerſa & velut oppoſita & lucrativa iura, videlicet vniuerſos fructus ex defectu clientis: & releuia tanquam à cliente.

* Quid de mutationib. tempore prehenſionis accidentibus.

144. ¶ Alioquin ſequerentur magna inconuenientia. Pone feudum ex defectu hominis prehenſum, ſtetiſſe ad manum patroni qui pacificè poſſedit per triginta vel quadraginta annos, & ex eo forte quòd tempore prehenſionis vltimus vaſſallus deceſſerat ſine liberis, & ſolum reliquerat collaterales hæredes in ſexto aut ſeptimo gradu, qui iura defuncti ignorauerant, & adhuc propter frequentes eorum ſucceſſiones & mutationes non potuerunt habere notitiam feudi, vel opportunitatem iuſta faciendi & proſequendi vſque nunc tempore hæreditatis aut ſucceſſoris nouiſſimi, qui eſt forte decimus aut viceſimus à tempore dictæ prehenſionis, num dicemus patronum poſſe ab eo exigere omnia releuia ſingularum mutationum lateralium à tempore prehenſionis antequam teneatur nouiſſimum hæredem ſeu proprietarium admittere in fidem, & ei reſtituere feudum, & interim ſemper continuare in faciendo fructus ſuos, ſine aliqua deductione aliquorum releuiorum præteritorum aut futurorum, & præciſa omni ſpe reſtitutionis in integrum, ſiue propter ætatem minorem, aut aliud quantumcunque iuſtum impedimentum iuris aut facti per not. *ſupra* §. 1. *gloſſ. 7.* Saltem reſpectu præteritorum iurium à tempore triginta annorum, quoniam quæ triginta annos antecedunt præſcripta videntur per not. *ſupra* §. 11. Hoc autem videtur perquàm durum attenta conſuetudine huius regni, in quo feuda ſunt patrimonialia, & in quo nunquam locum habuerunt

illæ conſuetudines & leges imperiales, de quibus in compilatione facta per Obertum de feudo amittendo ob non petitam inueſtituram per annum & diem in pagano, & per annum & menſem in milite vaſſallo. Imò eſſet in effectu noua ſpecies commiſſionis ſeu confiſcationis feudi non intenta, imò expreſsè excluſa per generalem conſuetudinem huius regni, quæ vult quòd per quantumcunque tempus patronus teneat feudum prehenſum ad manum ſuam ex defectu hominis, illud non acquirit nec vllo tempore præſcribit, quin teneatur vaſſallo vel eius ſucceſſori quandocunque accedenti & iuſta offerenti reſtituere. At in præfato themate potuerunt tam multæ mutationes accidere, tam per varios obitus quàm ceſſiones nedum à triginta, ſed etiam à viginti annis, quòd ſingularum releuia ſimul vnita ad maiorem ſummam aſcendunt quàm feudum valeat, & ſic patronus lucrabitur proprietatem feudi ſucciſa ſpe commodæ luitionis, æque ac ſi eſſet commiſſum vel confiſcatum propter ingratitudinem. Imò multo meliori conditione, quia in commiſſo per ingratitudinem remanent onera & hypothecæ per vaſſallum impoſitæ, vt dicemus infra §. 43. Sed hic non remanerent, imò lucraretur patronus feudum liberum, nedum ab oneribus forte impoſitis poſt prehenſionem, ſed etiam ab impoſitis quandocunque præterito tempore per vltimum vaſſallum, aut prædeceſſores ſuos. Et ſic durius ageretur cum vaſſallo negligente aut ignorante, quam cum ingrato & delinquente. Ex quibus videtur concludendum quòd quandiu feudum eſt ad manum domini fructus ſuos facientis, nulla releuia aut noua iura ei acquiruntur. Et quòd nihil poſſit prætendere ex mutationibus quæ acciderunt prehenſione durante. ſed ſolum de his quæ acciderunt ante prehenſionem, vt antiqua ſolum releuia & iura petere poſſit, quæ debebantur tempore prehenſionis, qua durante ſuſtineri poteſt non cucurriſſe in illis aliquam præſcriptionem, propter interpellationem continuam reluctantem ex prehenſione, quamuis non obſtante agere potuiſſet contra vaſſallum eiúſve ſucceſſorem, vt diximus §. § 1. *gl.* 9. *num.* 45. An autem ſuperſedeat, vel currat præſcriptio, dixi j. §. 69.

* Salaio.

145. ¶ His* non obſtantibus contrarium eſt dicendum, quia lucrum fructuum & releuia procedunt à diuerſo fonte & cauſa. Lucrum enim fructuum eſt pœna negligentis, & fundatur in carentia vaſſalli. Releuium autem fundatur in facto vaſſalli, vel caſu contingente in eius perſonam, ex quo ſequitur mutatio feudi, & debetur etiamſi nouus vaſſallus non ſit in aliqua mora. Vnde non debet compenſari, nec confundi cum lucro fructuum, quæ eſt pœna negligentiæ, & etiam ſi vtrunque eſſet merè lucratiuum, tamen non poſſunt concurrere, quia ſunt res diuerſæ, & ex diuerſa cauſa, *l. planè.* §. 1. *D. de leg.* 1. Nec eſt duritiei niſi quæ procedat ex culpa noui vaſſalli, vel caſu contingente in eius perſonam, de quo nihil ad patronum, qui iure ſuo vtitur. Et alioquin ſequerentur inconuenientia, videlicet, quòd prehenſo feudo ſtatim poſſeſſor vendet, & emptor accedet ad dominum pro inueſtitura. Et ſic patronus, qui nondum aliquos vel modico fructus perceperit propter breuitatem temporis, tenebitur emptorem inueſtire ſola fide accepta ſine aliquo iure quinti denarij, ſed ſolum receptis iuribus ſi qua debebantur à venditore ante prehenſionem. Ita quod etiam ratione huius vltimæ venditionis non poſſet vti retractu feudali, ſed præciſe teneretur etiam gratis inueſtire emptorem, etiam ſi pluries & pluribus ſucceſſiuè pendente prehenſione veniſſet feudum. Quod quàm ſit abſurdum nulli non liquet. Quod ſi quis dicat tantum d. fructus deducendos, vel compenſandos ſuper iuribus medio tempore contingentib. Reſpon. non eſt rationabile, quia conſtat quòd d. fructus acquiruntur patrono iure directi dominij.

A Igitur per no. *in l. emptor. in fi. D. de vendit.* Tum quia text. §. 1. *& ibi gloſſ.* 7. dicit quod huiuſmodi fructus committuntur & acquiruntur patrono in merum damnum vaſſalli: ergo nunquam poſſunt compenſari cum alio debito vaſſalli, nec alio modo recidere vel conuerti in eius vtilitatem. 146. ¶ Et reſpondendo allegatis in contrarium. Ad primum procederet ſi releuium conſiſteret in quota fructuum certi anni limitatim. Sed non eſt ita, vt dicemus j. §. 47. *gl.* 2. Ad ſecundum & tertium procedunt quantum* ad redditus feudi & iura dominicalia, ſed non quantum ad vtile dominium, eiúſve diſpoſitionem, quia hoc reſpectu feudum non poſſidetur à patrono, ſed à vaſſallo (niſi aliàs poſſeſſionem amiſerit) qui poteſt vendere, donare, & quouiſmodo transferre. Et ſic verè mutat manum, quia eſt B vere penes manum vaſſalli quantum ad dominium & eius diſpoſitionem, licet quantum ad fructus tantum ſit penes parronum ex defectu fidelitatis. per no. §. 1. *glo.* 4. *g.* 2. *nu.* 22. 23. Ad quartum, quod patronus non recognoſcit vtilem dominum in vaſſallum; Reſpondetur quod imo vtilis dominus non recognoſcit patronum in dominum, & eſt in culpa, & non dominus, qui ſemper paratus eſt eum iuſta facientem admittere. Et eodem modo reſpondetur ad inconuenientia ſequentia, quia proueniunt culpa vtilis domini, quæ tanto grauior eſt quanto diuturnior *c. fi. de conſuetud.* Ad vltimum, quod durius ageretur cum negligente quàm cum delinquente, negatur, quia quamuis patronus fruatur ſine onere quandiu prehenſio durat: tamen ſi dominus vtilis negligat, poterunt eius creditores, & alij hypothecas vel C iura habentes ſuper feudo ſibi conſulere ſecundum tenedia deducta §. §. 26. Et ſic non committetur feudum, nec acquiretur patrono nec directe nec per indirectum ſine oneribus, niſi etiam creditores & alij ſint in culpa patiendo iura ſua præſcribi. Ad vnum tamen aduerte in quantum arguendo pro parte contraria videor dixiſſe, quod releuia prehenſionis tempore debita, nullo tempore præſcribuntur pendente prehenſione, ſed benè releuia poſt prehenſionem factam & illa durante contingentia, quoniam hæc eſt alia ardua quæſtio ad ampliationem vel limitationem dictorum §. §. 12. vbi omiſi diſcutere. Et quia magnitudine & labore operis indies creſcente, non ſupereſt otium renouandi & augendi *glo. d.* § 12. iam in mundum redactam. Reſeruo hunc D præſcriptionis articulum diſcutiendum & decidendum j. §. 69.

* Feudū prehenſum eſt in manu vaſſalli quantum ad dominium & eius diſpoſitionem.

147. ¶ QVADRAGESIMOQVARTO iuxta præcedentem quæſtionem quæro, feudum pendente prehenſione fuit venditum, emptor adit patronum gratia inueſtituræ fidem & quintum pretij offerens. Certum eſt quod non tenetur eum admittere niſi ſolutis & ſatisfactis releuiis aut aliis iuribus quæ debebantur tempore prehenſionis, & quæ poſt prehenſionem tempore medio cœperunt deberi, vnde ſi pluries fuerit venditum non tenebitur admittere hunc nouum emptorem niſi offerat iura quinti vel etiam ſubquinti omnium præcedentium venditionum à tempore vltimæ admiſſionis in fidem fictarum, quantumcunque bona fide & ſine alio onere emerit, nedum ſi ante ven- E ditionem feudum erat iam redactum ad manum dominicam, ſed etiam ſi poſt hanc vltimam venditionem nouiter prehenſum fuerit ſaluo recurſu euictionis contra venditorem, de quo & de crimine falſi vel ſtellionatus ſcripſimus j. §. 72. ſed caſu quo patronus elegerit iure feudali retinere, quæſtio eſt, vtrum retinere poſſit pretium ratione iurium antiquorum ſibi debitorum à venditore & eius prædeceſſoribus propter mutationes præcedentes? Videretur quod ſic, ſaltem ſi venditor & prædeceſſores non ſint aliàs ſoluendo, quoniam quámuis vtatur retractu, nihilominus integra ſibi manent iura antiqua iam acquiſita, & actiones ad ea feudúmque pro illis eſt hypothecatum, vt

diximus ẽ. §. 59. Et ſic in ſubſidium videtur pretium rei hypothecatæ hypothecatum eſſe, iuxta not. per *gloſſ. fi.* & Bar. in *l. 1. D. de diſtract. pig.* Contrarium dicendum eſt, tum quia patronus non poteſt vti retractu, niſi ſecundum modum & formam huius conſuetudinis, videlicet refundendo pretium emptori. Tum quia emptor habet cauſam oneroſam, nec fiet locupletior ex pretio refundendo per patronum, cùm tantumdem ſibi obſit. Igitur nihil poteſt ei etiam in ſubſidium deduci. per text. & ibi *gloſſ. & ſcrib. in l. ſi eum ſeruum. D. de reb. cre. in l. 1. C. de reb. ali. non ali.* Tum quia patronus retrahens ſubiicit ſe omnibus oneribus & hypothecis, quibus ſubiectus fuiſſet emptor, & emptor omnino exoneratur, nec tenetur retrahenti de aliqua euictione, vt dictum eſt ẽ. §. 13. *gloſſ. 5. quæſt. 5. 6.* Remanet tamen patrono qui retraxit, actio contra venditorem & eius prædeceſſores ad releuia vel quinta pretiorum præcedentium mutationum vel venditionum. 148. ¶ Sed ſi feudum fuerit pluries mutatum & venditum: certum eſt quòd patronus poteſt eligere retractum ex qua venditione voluerit, vt diximus ẽ. §. 13. *gloſſ. 5. quæſt. 8.* Quid ſi ter ſucceſſiuè venditum fuerit, & patronus eligat retrahere ex prima venditione, an etiam petere poſſit iura quinti ſecundæ & tertiæ venditionis: & idem quæritur de releuiis mutationum quæ poſt illam primam venditionem acciderunt? Et videretur quòd ſic, quia licet retractus fiat in vim antiquæ venditionis, quæ fuit, forte ſunt viginti nouem anni: tamen non retrahitur retro ad tempus dictæ venditionis nec in vim retractus habebit patronus fructus præteritos, ſed ſolum operatur, vt ex nunc à tempore refuſi vel conſignati pretij: præterea primus emptor & ſucceſſores ſui hucuſque poſſederunt & fruiti ſunt feudo, eiúſque fructibus. Igitur non debent lucrari, ſed ſoluere releuia & iura quæ interim exciderunt quia ſunt onus fructuum. Nec videtur rationabile quòd habuerint poſſeſſionem & commoda feudi ſine oneribus feudalibus occurrentibus. Contrarium puto, quia licet* retractus non trahatur retro quo ad fructus, hoc eſt, quia patronus retro non numerauit pretium, ſed retinuit vſque tunc. Et ſic non debet habere & fructus & pretium *iuxta leg. Julianus. §. offerri. D. de actio. empt. l. curabit. C. eod. not. in l. 2. C. de vſur.* tamen quo ad cauſam & titulum, & ea quæ reſpiciunt ſtatum rei, eiúſve perpetuam vtilitatem aut incommoditatem, trahitur retro ad tempus venditionis, ex qua fit retractus ſicut venditione vel ſolo conſenſu perfecta periculum & commodum eſt emptoris. *l. neceſſario. & per tot.* D. *de pericul. & commod. rei vendi.* Vnde licet patronus teneatur ad inſtar emptoris, de oneribus & hypothecis impoſitis ante venditionem ex qua retrahit: tamen non tenetur de impoſitis poſt d. venditionem, ſiue proueniant ex facto primi venditoris poſt venditionem & ante traditionem, ſiue ex facto ſecundi aut tertij emptoris, vt diximus ẽ. §. 20. *gloſſ. 5. quæſt. 9.* Et dum patronus eligit trahere ex prima venditione, ſuo ſe facto ſubrogat loco primi emptoris perinde ac ſi tunc emiſſet. Si autem tunc pure emiſſet, palam eſt quòd ex tunc in futurum nulla iura feudalia habuiſſet, quamuis ex eo quòd diſtulit ſoluere pretium emptori amiſerit fructus medij temporis, & non habuerit poſſeſſionem niſi nunc. Et ſi prior pars eſſet vera, ſequeretur magna iniquitas, videlicet quòd ſi patronus ab initio manum iniecíſſet, haberet hæc omnia ſimul, videlicet primo, omnes fructus. Secundo omnia releuia & iura mutationum poſtea accidentium. Tertio retractum feudalem ex prima venditione viliſſimo forte pretio facta. Quarto exemptionem ab omnibus oneribus poſt dictam venditionem impoſitis.

149. ¶ QVADRAGESIMOQVINTO quæro, quid ſi feudum poſſideatur à non domino ſiue bona ſiue mala fide, & * ex parte illius multæ mutationes accidant: ſimiliter ex parte veri domini, ſeu vaſſalli non poſſidentis, puta varijs ſucceſſoribus aut ſucceſſionibus, & dubitatur cuius perſonæ mutationes debeant attendi? Et videntur primo debere attendi ſolum ex parte veri domini, tunc enim vere mutatur feudum ſeu tranſit de manu in manum: ſed ex parte nudi poſſeſſoris feudum non transfertur de vno in alium: ſed tantum nuda poſſeſſio. Hic autem §. loquens de mutatione, intelligitur ipſius dominij vtilis, non autem intelligitur de tranſlatione ſimplicis poſſeſſionis, vel vſufructus, vel pignoris, aut ſeruitutis, vel locationis fructuum. Secundo in oppoſitum videntur attendi ex perſona poſſeſſoris, quia iſta ſunt onera rei, & fructuum, & poſſeſſorem ſequuntur, vt ſupra *eo. §. 1. gloſſ. 5. in prin.* & quòd vaſſallus non poſſidens feudum non teneatur ad clientelare obſequium, tenent Bald. Sali. Paul. in *l. ſolennibus. C. de rei vendica.* Multa ſuper his hincinde addi poſſent varie diſputando & diſtinguendo vias prehenſionis, exceptionis, & actionis: ſed omiſſo diſputationis faſtu, breuiter dicendum, quod debent attendi ex perſona poſſeſſoris, & ita vſitatur. Aut enim patronus vult agere via actionis, & non poteſt agere contra dominum feudi ſeruientis non poſſidentem, ſiue agat ad releuia propter mutationes accidentes ex parte poſſeſſorum, quod non habet dubium, ſiue agat ad releuia propter mutationes ex parte domini contingentis, quoniam non poteſt petere à non poſſeſſore, (etiam ſi verus ſit dominus) fidelitatem præſtari, vel iura ſolui, quandiu alius etiam malæfidei poſſeſſor poſſidet. Et quamuis patronus non teneatur vaſſallo ſuo de euictione ſecundum ea quæ dico ẽ. §. 10. tamen vel in hoc tenetur, quòd * non poteſt ab eo exigere iura feudalia, quandiu non poſſidet. Et ſufficere debet patrono quòd efficacem habeat actionem ad omnia iura & ſeruitia feudalia occurrentia contra poſſeſſorem quandiu poſſidet, & patronus patitur eum poſſidere, ſiue expreſſe eum approbet in vaſſallum recipiendo eum in fidem ſiue non, ſecus ſi manu iniecta frueretur, recuſando extraneum in fidem recipere, & conſeruando ius veri vaſſalli, quia tunc eſſet dicendum prout *ſupra eo. q. 61.* Aut vero patronus incipit à prehenſione feudi, & clarum eſt quòd hoc ſolum poſſeſſorem afficit, & non verum dominum feudi non poſſidentem, cui multum proderit patronus ſi nouum & iniuſtum inuaſorem feudi in fidem non recipiat, ſecundum no. ĩ. §. 69. 150.

¶ Et hæc plane procedunt, quando poſſeſſor pacifice poſſidet, ſed ſi verus dominus cœperit vendicare, tunc videretur quòd poſſent attendi mutationes ex parte vtriuſque, videlicet poſſeſſoris & actoris, non vt patronus poſſit ſimul ab vtroque iura percipere, quum non poſſit quis habere plures vaſſallos inſolidum reſpectu eiuſdem feudi, nec bis eiuſdem feudi ſolida iura feudalia exigere, ſed vt ab alterutro percipi poſſint, non data cautione & ad electionem patroni, qui eſt velut creditor in iſtis iuribus, & ſic videtur caſus *in l. fi. C. de petit. hæredit.* Sed non eſt ſimile, tum quia in *d. l. fin.* eſt idem debitum, hic vero ſunt diuerſa, ſicut diuerſorum libertorum obſequia non ſunt eadem. *l. ſi non ſortem. §. libertus. D. de cond. indeb.* Et ſic oppoſitum dicendum videretur, videlicet quòd pendente lite à neutro poſſet exigere, ſed manerent iura in ſuſpenſo: quoniam ex quo incertum eſt de victoria, & ne poſſeſſor, ſi ſuccumbat, debeat reſtituere feudum cum omnibus fructibus etiam percipiendis tempore litis conteſtatæ, & ſic eſt in pendenti ex cuius perſona vel rei vel actoris debeant mutationes attendi & iura percipi. Sed nec iſtud quadrat, quia patronus prætextu litis & controuerſiæ feudi inter alios, non debet

pati

* An retractus feudalis retrotrahatur.

* An mutationes debeãt attẽdi ex parte poſſeſſoris, an ex parte domini.

* Qui non poſſidet non tenetur ad iura feudalia.

pati moram in iuribus ſuis, ſed poteſt exigere ab eo qui reperitur in poſſeſſione, vel manu iniecta frui cum lucro fructuum. Poteſt etiam compelli à poſſeſſore iuſta offerente, vt inueſtituram ei renouet, vel recipiatur à iudice per manum ſupremam, non obſtante lite à tertio illata. E diuerſo autem patronus non poteſt aliquid exigere à non poſſidente, per quem non ſtat quominus poſſideat, & de facto conuentus iuſte exciperet ſe libenter ſatisfacturum, dummodo patronus faciat ei habere licere.

151. ¶ Quid dicendum? Breuiter diſtinguo, aut patronus nunquam voluit in fidem admittere inuaſorem ſiue nouum poſſeſſorem feudi, nec ab eo iura recipere: aut vero eum in fidem admiſit, & ab eo iura feudalia occurrentia recepit. Primo caſu ſit concluſio, mutationes feudi & iura feudalia metienda eſſe ex perſona veri vaſſalli & domini, qui ſententiam pro ſe obtinuit: ita quòd patronus non tenetur eum in fidem admittere & inueſtire, niſi ſoluat omnia releuia, & alia iura vtilia debita ex perſona ſua vel prædeceſſorum ſuorum. Hæc concluſio ampliatur, ſiue patronus nullo modo tolerauit iniuſtum inuaſorem feudi, ſed eum manu iniecta deturbauerat, & iure feudali hucuſque fruitus ſit, quandiu veri vaſſalli negligentes fuerunt per not. ẽ. *eo. q.* 61. Nec poſſunt veri vaſſalli conqueri quòd patronus habeat duplex cõmodum & lucrum, ſcilicet lucrum fructuum & adhuc lucrum releuiorum eiuſdem temporis. Tum quia hæc lucra procedunt à diuerſo fonte, illud ex mera negligentia & defectu fidelitatis, iſtud ratione variarum mutationum. Tum quia* magis gratias agere debet verus vaſſallus patrono, quòd diligentia & poſſeſſione ſua extraneos occupatores ablegauit, qui feudi proprietatem contra vaſſallum præſcribere potuiſſent. Continuatur ampliatio, ſiue etiam patronus non fuerit vſus aliqua prehenſione feudali, ſed permiſerit feudum ab extraneo non domino longo vel longiſſimo tempore poſſideri dummodo nunquam eum inueſtierit, nec approbauerit in vaſſallum. Nec obſtat quòd tanto tempore vaſſallus non poſſedit nec percepit fructus, & quòd licet vendicando & docendo de iure ſuo poſſit recuperare feudum, tamen non recuperabit fructus præteriti temporis, ſed ſolum à lite nouiſſimè conteſtata, quia id ſuæ negligentiæ imputare debet, & per negligentiam vel culpam vaſſalli non debet fieri præiudicium iuribus patroni. Vnde ſi velit recuperare feudum, debet patrono præſtare iura debita à triginta annis ex perſona ſua & prædeceſſorum: alioquin ſi habeat feudum pro derelicto, patronus ea exiget à poſſeſſore ex poſſeſſoris perſona. Limitatur concluſio, vt non habeatur ratio iurium vtilium patroni niſi à triginta annis & citra per nota. ſupra §. 12. *num.* 13. Secundo caſu ſit concluſio, mutationes feudi & iura feudalia metienda ſolum ex perſona poſſeſſoris. Ampliatur nedum pro tempore pacificæ poſſeſſionis lapſo ante litem à vero vaſſallo indictam, de quo non eſt dubium per prædicta, ſed etiam pro tempore lapſo poſt litem conteſtatam vſque ad ſententiam & rem iudicatam. Et hoc dummodo patronus ſemper approbauerit poſſeſſorem in verum vaſſallum, & ab eo iura obuenientia receperit nedum ante litem, ſed poſt litem motam vt prius: quia non poteſt à duobus eodem tempore inſolidum iura feudalia exigere. Et pro tempore quo habuit poſſeſſorem pro vero vaſſallo cum effectu, non poteſt exigere iura feudalia ab alio tanquam à vero vaſſallo pro eodem tempore. Secus ſi patronus à tempore motæ nihil receperit ratione mutationum ex parte poſſeſſoris contingentium, ſed maluerit expectare litis euentum, ne ſibi vel alij præiudicaretur, quia tunc puto quòd poſſit iura feudalia exigere à victore ratione mutationum quæ ex eius parte contigerunt à tempore litis conteſtatæ dumtaxat, à quo tempore victor recuperare debet omnes etiam percipiendos fructus. vt ẽ. *eo. quæ.* 10. Et ſic omne commodũ poſſeſſionis à lite conteſtata in eum transfertur, & ſic non ſupereſt quod cauſari poſſit, quominus ſoluat onera ex parte ſua ab eodem tempore, cum nihil ſit quod iuſte patrono imputari poſſit. Et not. hanc breuem diſtinctionem noſtram, pro cuius intentione & iudicio plures caſus magno cum labore & examine verſandi fuerunt, vtpote in re nondum ab alio tacta, quamuis quotidie vſuenire poſſit. Quid crebrius aut frequentius quã vaſſallo ſine liberis mortuo, hæredẽ acquæſtuũ occupare feudum, quod eſt de antiquo patrimonio, & nomine ſuo poſſidere, per viginti nouem vel plures annos, ex eo forte quòd hæres propriorum ad quem ſpectabat feudum, ceſſit ius ſuum Titio, & Titius Caio, & Caius hæredem reliquit à latere, qui forte poſt 30. annos à morte vltimi iuſti vaſſalli & poſſeſſoris incipit vendicare, & ſententiam reportat: & dum adit patronum pro inueſtitura, petuntur quatuor releuia. Cuius quæſtio. deciſio & aliarum in ſimili patet ex prædictis.

152. ¶ QVADRAGESIMOSEXTO quæro, vaſſallus donauit feudum* retento vſufructu ad vitam ſuam, vtrum patronus ſtatim poſſit exigere releuium viuo donante & non expectato fine vſufructus? Videtur quòd non primo, quia donans nondũ liberatus eſt ab actione qua tenetur ad traditionem realem, & ſic non videtur res perfecte tradita & tranſlata. Nec obſtat quòd Matth. Matheſi. in *notab.* 171. tenuit in ſimili venditorem per clauſuram* conſtituti vel ſimilem ſtatim liberatum eſſe ab actione ex empto qua tenetur ad tradendum vacuam poſſeſſionem: quia contrarium verius eſt, vt tenet Bald. in *l.* 1. *C. de reſcind. vendi.* Prac. Papi in *for. lib. ex cauſ. vendi. gl. pen.* Paul. in *l. Iulia.* §. *offerri. D. de act. em.* Bal. Alex. in *l. ab emptione. D. de pact. & in con.* 28. *viſo & præhabito col.* 3. *lib.* 2. Guid. Pap. in *dec. Delphi.* 509. Phi. Cor. in *con.* 343. *col.* 2. *lib.* 1. *conſi.* 53. *li.* 2. Phil. Dec. 281. *col.* 1. Secundo quia releuium debet ſolui de fructibus per nouum acquiſitorem, ſeu vaſſallum: ſed iſte nouum poteſt ſoluere imò nec offerre quamdiu fructus cuiuſlibet anni ſpectant an donantem. Tertio quia fidelitas & obſequium poſſeſſoris etiam malæfidei conſeruat feudum, & excuſat verum vaſſallum ſiue dominum vtilem, à ſeruitio & onere clientelari per text. *l. in forma.* §. *ſi cum ego. D. de cenſib.* quia vbi* agitur de iure conſeruando, ſufficit à quocunque fieri *l. qui fundum. l. nam ſatis. in prin. D. quemadm ſeruit. amitta. l. arboribus.* §. *de illo. in fi.* & ibi Bal. *D. de vſuf. l.* 1. §. *quæſitum. D. de aqua quoti. & æſti.* idem ſi de eximenda à pœna commiſſione *arg. l. ſi puellam.* (quæ tamen parũ facit.) *C. ſi mancipi. ita fuerit alie.* Bal. in *conſi.* 307. *verba.* Dy. *lib.* 2. ſecundum nouam impreſſionem quod eſt *con.* 174. *lib.* 1. ſecundum veterem impreſſionem. poſt Dy. in *l. cùm ſeruus. D. de ver. obl.* vbi Paul. Alex. Aret. Iaſo. Et pariter in emphyteuſi, quòd ſolutio canonis facta per alium excuſet à commiſſo, tenet Specula. in *tit. de locat.* §. *nunc aliqua. verſi.* 82. & ibi Ioan. Andr. in *addi.* Ludo. Roma. in *con.* 103. *viſo in princ. & conſi.* 491. *in caſu propoſitæ. in fin.* Lancelo. Deci in *l. apud Iulia.* §. *hæres. col.* 2. *D. de leg.* 1. Iaſ. in *l.* 2. *qu.* 24 *col.* 18. *C. de iure emph.* imò fortius tenuit Paul. in *conſi.* 105. *ſi non intereſſet. in fin. lib.* 2. quod etiam ſi extraneus poſſeſſor non ſoluerit, verus emphyteuta non ſoluens non incurrit commiſſum, quod tamen pro nunc non decido.

153. ¶ Et in feudis quod alio poſſidente, etiam ſi inueſtituram non petat infra annum, nõ noceat vero vaſſallo etiam non petenti. tenet Guil. Bald. Saly. Paul. in *l. ſolennibus. D. de rei vendic.* Bald. in *conſil.* 429. *quidam nobilis lib.* 1. Ang. in *conſil.* 191. *in themate prædicto. col.* 3. *verſic. ſuper quinto.* Ant. de Ancha. in *conſil.* 174. *dominus Lazarius. ad fin.* Card. Flo. in *c.* 2. *de feud.* Pau. in *conſil.* 311. *circa id. ad ſi. Lib.* 1. Io de Ana. *in c. ſignificauit. col.* 2. *nu.* 7. *de Iudeis.* Iacob. de S Georg. in *tract. feud. in verſic. qui inueſti. præſti. iura. fide. col.* 8. *verſ. Sed pone.* Franciſ. in *tract. feu. part.* 4. *num.* 53. Iaſo. *conſi.* 139. *col.* 3. *lib.* 2. Alber. Bru. *inter con. feudalia. con.* 36. *col.* 1. *in fi.* Stepha. Bertr. in *con.* 15. *col.* 2. *nu.* 12. *lib* 1. Chaſſa. in

a Prehenſio patroni conſeruat ius veri vaſſalli.

* Vſufructũ feudi retinẽte donatione virum ſtatim debeatur releuium domino.

* Clauſula conſtituti nõ liberat ab actione ex empto.

* Non refert à quo ſoluatur, vbi agitur de iure conſeruando

consuetud. Burgund. eo. tit. §. 1. *gloss.* 12. Vdalri. Zas. in *epito feu. par.* 3. Non autem allegaui Aluaro. Præpo. in *c. 1. prin. & §. 1. quæ fuit prim. cauſ. benefi. amit. in vſibus feudo.* Panor. in *conſil.* 94. *colum.* 4. *lib.* 2. quia hi loquuntur quando feudum futurum adhuc poſſidebatur à patrono qui nondum impleuit, in quo non eſt dubium quum nondum ſit feudum realiter formatum & conſtitutum. Prædicta tamen limitantur in terminis dominij feudorum, niſi vaſſallus facto vel culpa ſua non poſſideat, Fely. in *c. in tranſmiſſa. col. 1. de præſumpt.* Steph. Bertran. in *conſi.* 104. *etiam ſi ſufficienter. lib.* 2. Quæro per id quod diximus in præcedenti quæſt. quòd etiam ſi extraneus malæfidei poſſeſſor præſtiterit obſequia patrono, vel ab eo inueſtitus fuerit, non poterit patronus manum injicere feudo, nec aliqua iura prætendere ex capite veri vaſſalli & vtilis domini, ratione mutationum ex eius perſona contingentium, & ſatis eſt quòd habeat qualemcumque hominem & vaſſallum in fide ſua. Nec obſtat quòd donatarius nedum eſt effectus verus dominus, ſed etiam ciuilis poſſeſſor: quia quandiu durat vſufructus, hæc ciuilis poſſeſſio caret principali effectu ſuo. Donator autem verè naturaliter poſſidet. *l. naturaliter in prin. l. poſſeſſio. D. de acquir. vel amit poſſeſſ.* Nec incumbit poſſeſſioni nomine donatarij, ſed nomine ſuo proprio vt not. in *d. l. naturaliter. & in l. peregre. D. eo. tit.* Et omnes fructus & commoda ad eum ſpectant, & ſic nondum videtur donatarius in effectu poſſidere.

154. ¶ Quibus * nonobſtantibus puto patronum ſtatim prehendere poſſe tanquam apertum & fructus ſuos facere, donec fidelitas ſit renouata & releuium ſolutum, quod etiam via actionis exigere poſſet. Ratio, quia feudum verè eſt apertum & tranſlatum in aliam manum, idque facto poſſeſſoris ſeu antiqui vaſſalli, nec retentio vſufructus impedit ius patroni, quia contrahentes non poſſunt facere, quin leges & conſuetudines feudales habeant locum in eorum negotio. *l. nemo poteſt. D. de lega. 1.* Non obſtat quòd alio feudum poſſidente patronus non poteſt exigere iura à vero domino, vt in q. precedenti, quia verum eſt tribus concurrentibus, videlicet primo quando ille poſſidet ciuiliter & naturaliter non recognoſcendo alium poſſeſſorem vel dominum: ſed hic poſſidet naturaliter tantum, dominus autem ciuiliter. Secundo, quando poſſidet tanquam dominus: ſed hic ſolum vt fructuarius. Tertio quando mutatio contingit ſolum in perſona nudi domini, & poſſeſſor nihil facit, nec exuit clientelam: ſed hæc mutatio prouenit ex perſona ipſiuſmet poſſeſſoris qui facto ſuo proprio dimiſit fidem & cauſauit apertutam feudi. Vnde etiam ſi merus poſſeſſor huiuſmodi donationem feciſſet, idem eſſet dicendum, ſicut in præcedentibus dictum eſt de mutatione contingente ex parte poſſeſſoris. Ex quibus infertur quòd ſiue donando, ſiue vendendo, ſiue legando, aut aliàs quouiſmodo transferatur dominium retento vſufructu, locus eſt apertuæ, & releuio, nec retentio vſufructus impedit, quin ſtatim feudum prehendi & iura feudalia exigi poſſint.

155. ¶ Quadragesimoseptimo quæro, eodem & generali themate retento, quis * debeat ſoluere iſtud releuium, an fructuarius, an vero proprietarius? Et quando feudum ſimplici pretio venditur retento vſufructu, clarum eſt quòd quintum pretij debet ſolui per fructuarium, non ex eo quod fructuarius, ſed ex eo quòd eſt venditor ſecundum not. in §. ſeq. & ſimiliter ſi venditio certa franco pretio facta ſit, certum eſt ex lege conuentionis & ex lege legis, quòd quintum cum ſubquinto debet ſolui per emptores, ſed quandocunque aliàs quàm per venditionem transfertur proprietas retento vſufructu, generaliter procedit quæſtio, quæ cum ſequenti. q. multum eſt dubitabilis. Et primo videtur quod debeat ſolui per proprietarium, & non per fructuarium, quia ſolus proprietarius, eſt ad hoc obligatus, & non fructuarius, quia nulla actione poteſt conueniri à patrono. Nec obſtat quod res poteſt prehendi, quia dicta prehenſio fiet ſuper proprietario & in eius damnum, & non ſuper fructuario, ſicut nec ſuper colono vel alio habente ius in fructibus qui habent recurſus contra proprietarium ceſſantem iuſſa præſtare patrono. Secundo releuium ſoluitur ad commodum proprietarij, & ad eius liberationem, & vt in fidem admittatur & inueſtiatur, & non ad commodum fructuarij, ad quem nihil de his amplius pertinet. Nec obſtat quod donans vel cedens vere ſciebat imminere onus releuij, & ſuper hoc non dixit legem apertius: quia etiam acquirens ſciebat, & ſic non fuit deceptus. Imo expreſsè acceptauit tanquam feudum, & conſequenter ſub omnibus oneribus feudalibus. Vnde non fuit opus legem dicere apertius. Secus ſi ignoraſset, & non fuiſſet donatum vel ceſsum tanquam feudum. *l. ſi quis domum. §. fin. D. loca. l. ſi familiæ. & ibi gloſſ. ff. & doct. C. famil. herc.* Imo ex quo acceptauit tanquam feudum, & nihilominus conuenit quod cedenti remaneat vſufructus ex nunc vſque ad eius obitum, cenſetur in ſe ſuſcepiſſe onus præſentis releuij, & omnium futurorum releuiorum, alioquin cedens non haberet fructus ex nunc & per ſingulos annos prout conuentũ eſt.

156. ¶ In contrariũ quia iſtud eſt onus reale ante vſumfructum conſtitutum inexiſtens feudo & eius vtilitatem & redditus minuens: igitur debet ſolui & præſtari per fructuarium. inquit text. in ſimili. in *l. baſtennæ. D. de vſufru. in l. neque ſtipendium. D. de impe. in red. dota. facti.* Et quamuis fructuarius non teneatur agnoſcere onera perſonalia proprietarij. vt declarat glo. in *d. l. baſtennæ in verſi. ab eo. per l. ſi. D. de contrahen. empt.* tamen tenetur ad onera realia. Onera * autem feudalia magis ſunt realia quàm perſonalia: & licet perſona obligetur, hoc eſt in conſequentiam & ratione rei vt dictum eſt ſupra. §. 1. *gloſſ.* 5. *in prin.* Pone prius concordatum fuiſſe inter patronum & clientem, vt loco incertorum releuiorum certa ſumma quolibet anno ſoluatur, certum eſt debere ſolui fructuarium, idem de quocunque reditu ſuper feudo aſſignato. Nec eſt differentia an quolibet anno, an vero longioribus interſtitiis, vel certis aut incertis euentibus ſit aliquid penſitandum, dummodo de re, vel occaſione rei fructuariæ præſtandum ſit, ſemper enim fructuario ſolui debet, quoniam non dicuntur fructus niſi deductis his oneribus. vt eſt text. in *l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. D. de vſufruct.* Et hoc ſaltem quando rei qualitas & conditio, ex qua onus procedit, nota fuit contrahenti cuius intererat, vt hîc. Et quando vſufructus non redditur inutilis. vt in *l. qui concubinam. §. qui hortos. D. de lega. 3. & tradit gloſſ. in d. §. ſi quid cloacarij. quæ omnia hîc adaptantur.* Et ſic non obſtant contraria, & hæc veritas, & ampliatur, nedum ſi proprietarius habeat cauſam oneroſam, de quo minus eſſet dubium: ſed etiam ſi haberet cauſam lucratiuam.

157. ¶ Sed limitatur, primo ſi ex coniecturis probabilibus appareat de alia mente contrahentium, puta ſi vſufructus fuit retentus pro alimentis fructuarij, tunc enim puto proprietarium debere ſoluere releuium, alioquin alendus non aleretur. Limitatur ſecundo, ſi mutatio contingat facto vel culpa proprietarij, qui forte donat, vel permutat proprietatem alij. caſus eſt ſingul. *in leg. fundi Trebatiani. in reſpon. pen. D. de vſufru. lega.* Alioquin ſi neque facto, neque culpa eius contingat, ampliatur concluſio noſtra nedum pro primo releuio imminente ab initio contractus, ſed etiam in omnibus releuiis contingentibus ex mutationibus proprietariorum ſuperuenientibus pendente vſufructu. Quod probatur lege & ratione. de lego, text. eſt apertus in *l. quæro. D. de vſufruct. lega.* Vbi deciditur quod * nedum tenetur fructuarius ad onera ordinaria & certa, ſed etiam ad indictiones temporarias quæ poſtea indicuntur. ratio etiam manifeſta eſt. Non enim retentus eſt vſufructus rei alaudialis, ſed rei feudalis cuius

a Solutio.

* Vſufructu feudi retento per donatore vtrũ releuiũ ſoluendum ſit per donatorem, an vero per donatarium.

* Onera feudalia ſunt realia.

* Onus releuiorum ſpectat ad fructuarium.

Propter onera feudalia minores ſunt fructus. Limitatur tertio vt procedat quando vſufructus retinetur ſimpliciter, idem quando limitatur ad aliud certum vel incertum tempus continuum, puta vſque ad decennium vel quo vſque factus ſit conſul: ſecus ſi retineatur vſufructus vel temporis continui, ſed certi numeri collectionum fructuum, puta ſi teneantur decem demeſſiones, ſeu perceptiones fructuum quia tunc ſi nihil percipiatur vno anno, ſuppleri debet ex alio, per no. in *l. ſi non ſortem. §. libertum. D. de condi. indeb. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. D. de verbo. obliga. in l. 4. D. de nouat.* ſed tunc propriè non eſt vſufructus.

158. ¶ QVADRAGESIMOOCTAVO quæro, quid in caſu conuerſo ſi quis * vendit, vel donat vſumfructum feudi ſui, & certum eſt ex hoc nullum deberi releuium nec alius ius feudale, nec hoc quæritur: ſed quæſtio eſt * ad cuius onus ſpectant releuia accidentia tempore vſufructus, propter mutationes contingentes ex parte proprietarij, qui forte ceſſit, aut vendidit proprietatem, vel mortuus eſt ſine liberis. Idem ſi quis carens liberis legauit vſumfructum feudi ſui, vel reliquerit vxorem viduam doariam? Et quantum ad doariũ quicquid ſit in aliis, videretur quòd deberet ſolui releuium per hæredes ſeu proprietarios ad hoc vt vidua libere fruatur, & hoc fauore dotis ſeu donationis propter nuptias, cui ita fauetur ſicut alimentis. & valet * argumentum de vno ad aliud, vt tradit Iaſo. in *l. cum his. §. ſi mulier. D. de condi. indeb.* Imò dos ipſa ſiue doarium ſuccedit loco alimentorum, vt trad. Cy. in *l. non enim. C. de adminiſtra. tuto.* Cy. Bald. in *l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* Bart. in *l. ſi. D. de his quib. indig.* & ita expreſſim diſponit conſuetudo Syluanectenſis in *tit. des doüaires. §. 5.* Et eſt multum æqua, ſed localis eſt, vnde in aliis locis cum huiuſmodi doarium ſit limitatum ad inſtar vſufructus, idem dicendum puto generaliter in omnibus vſufructuariis, tam in præcedenti, quàm in hac. q. vt diſtinguatur an releuium incipiat deberi nouo facto vel culpa proprietarij, puta ſi poſt vſumfructum conſtitutum cedat, vel permutet proprietatem, & tunc is vel cauſam habens ab eo teneatur ſoluere, & reddere fructuarium indemnem. Aut vero incipit deberi morte naturali proprietarij, & tunc ſit onus fructuarij, quoties accidat pendente vſufructu per *d. §. ſi quid cloacarij.* Et ita in doaria & generaliter in omni fructuario ſtatuit conſuetudo Cœnomanenſis *tit des doüaires. §. 329.* Et cum iſtud ſit conforme iuri debet ſeruari vbique, niſi ſit contraria conſuetudo, & ampliari & limitari vt in *præcedenti. q.*

159. ¶ Sed aduerte quia do. Nico. * Boeri in *conſuetudines Biturigum eo. ti. §. 9.* & Chaſſa in *conſuetu. Burgund. eo. ti. §. 1. glo. 2. in fi.* tenent contra reſolutionem noſtram in hac præcedenti q. quòd vnus ſoluendi releuium ſiue rachatum ſpectat ad proprietarium & non ad fructuarium, & adducunt doctri. Bart. in d. *l. quæro. D. de vſuf. legat. vbi poſt gloſſ. ibi. & glo. in l. hic verbũ. § fi. D. delega. 3.* decidit quod onus quod debetur pro ipſo iure fructuum percipiendorum habendo, non debetur per fructuarium, ſed per proprietariũ. Si vero ſit onus quod habito iure percipiendorum fructuum imponatur pro fructibus vel prædio, tunc debetur per fructuarium. & hanc doctrinam ſequitur Lancelo. Deci. in d. *l. quæro.* Vnde inferunt Boeri. & Chaſſa. in locis allegatis, quod ſi quis donauerit proprietatem retento vſufructu, vel vſumfructum legauerit, quod vnus ſoluendi releuium debitum ratione mutationis per huiuſmodi donationem vel ſucceſſionem cõtingentis, ſpectat ad donatarium vel hæredem qui eſt proprietarius, & non ad donatorem vel legatarium qui eſt vſufructuarius. Et iſtud pro hac prima vice videtur multum rationabile, qui facta huiuſmodi mutatione, & manu iniecta per patronum, non habetur ius fruendi, nec fructus percipiendi niſi ſoluto releuio. Sed hoc non obſtante tenenda eſt reſolutio noſtra ſub modificationibus ſuis. Tum quia ſtatim dicta donatione facta, vel mortuo teſtatore, acquiſitum eſt ipſi fructuario ius percipiendorum fructuum: nec hic prius acquiritur ius releuij patrono, quàm ius fruendi ipſi fructuario ad onera feudalia, ſecundum naturam rei fructilis. Tum quia dicta doctr. Bart. debet intelligi ſecundum leges & glo. quas allegat ſecundum Bart. in *l. non ſolum. §. ſi liberationis. D. de libera. lega.* Ioan. And. in *c. cùm nuncius. de teſtib.* ſed leges & glo. per eum allegatæ loquuntur in oneribus præteritis. Et ſic benè infertur, quòd ſi ex perſona donatoris vel teſtatoris vel ſuorum prædeceſſorum, ratione præteritorum mutationum debeantur aliqua iura vel releuia, quod debent per eum vel hæredem ſolui & non per fructuarium quod eſt indubitatum, & eſt text. in *l. apud Iulianum. §. hæres cogitur. D. de lega.* Sed pro tempore præſenti vel futuro omnino ſpectant ad fructuarium *l. vſufructu relicto. D. de vſufruct. cum aliis allegatis.* Palam eſt autem quòd releuium de quo in q. noſtra, debetur de fructibus futuris, & qui futuri ſunt durante vſufructu, in cuius tempus incidit, & ſic debet præſtari vſumfructuarium & non tenetur proprietarius per vſumfructum ad hoc exonerare, ſaluis modificationibus præfatis.

160. ¶ QVADRAGESIMONONO quæro, quid ſi patronus diu ceſſat, forte donec finitus ſit vſufructus? Et vt caſus ſit dubitabilior, pone vaſſallum deceſſiſſe ſine liberis, relicto cognato infante hærede, & vxore doaria, quæ poſtquam decem & octo annis percepit vſumfructum moritur, antequam proprietarius ſit effectus viginti annorum, & ſic patronus inducias dedit vel continuauit vſque nunc forte ſeptem vel octo annis poſt finitum vſumfructum, quòd feudum prehendit ex defectu hominis & iurium, & fide oblata vult habere fructus anni pro releuio: vtrum vaſſallus poſſit agere contra hæredes fructuariæ, vt reſtituant fructus vnius anni præteriti vſufructus, vel reddant vaſſallum indemnem à releuio. Videtur quod non, quia vt dicemus j. § 33. *gloſſ. 2.* patronus eligens fructus non capit fructus anni quo facta eſt apertura feudi, nec fructus anni factæ prehenſionis, ſed anni immediatè ſequentis oblationes iuſtas, & ſic hoc caſu non videtur eſſe onus fructuum tempore vſufructus perceptorum, ſed fructuum poſt vſumfructum finitum, percipiendorum. Contrarium puto, quia fructuarius tenetur ſoluere functiones & alia onera tempore vſufructus accidentia, & de hoc cauere antequam præſtetur ei patientia fruendi, & ſi fruitus ſit, & non ſoluerit, poteſt ad hoc cogi etiam poſt finitum vſumfructum. Releuium autem ceſſit, & cum effectu deberi cœpit, & omni competenti via poſſe exigi tempore vſufructus per not. 3. §. 1. *gloſſ. 1. quæſt. 3.* Et idem dicendum eſt de releuio, quod de aliis oneribus rei vt in præcedentibus quæſtionibus. Non tamen poteſt proprietarius pendente vſufructu ſtatim cogere fructuarium ad ſoluendum quodlibet releuium excidens, vel ad liberandum res & proprietarium erga patronum, ſed ſolum vt de hoc caueat, ſecundum not. in *l. quarta. C. de vſufruct. & infra. §. 92.* Quamdiu enim patronus ceſſat, debet fructuarius habere commodum dilationis ſicut proprietarius habiturus eſſet.

161. ¶ QVINQVAGESIMO quæro, quid ſi bona vaſſalli confiſcantur? Et dicendum eſt deberi releuium quamuis conſuetudo Victriaca *eo. tit. §. 36.* hunc caſum excipiat: ſed localis eſt. Et iſtud planũ procedit quando is, cui acquiritur confiſcatio, eſt habilis ad tenendum feudum confiſcatum: puta quia non eſt eccleſia, nec aliud corpus manus mortuæ, nec patronus mediatus feudi confiſcati: ſed quiuis alius habens merum imperium & ius confiſcationis in loco. Si vero ſit eccleſia vel ſimile corpus, debetur quidem mero iure releuium. Sed ſi patronus feudi cogat (prout poteſt ſi velit) illud corpus ad ponendum feudum in idoneam manum, non debebitur releuium ratione confiſcationis,

• Vſufructu feudi vendito vel donato, nihil debetur releuium.

• Vſufructu feudi vendito vel donato, vtrũ releuia debeantur emptori vel donatario vel venditori.

• Valet arg. *de dote ad alimenta*, & contra.

• Contra Boer. & Chaſſa.

Quid in confiſcatione.

Digitized by Google

ſed ratione tranſlationis quæ fiet in aliam manum, ſecundum illius qualitatem & naturam, iuxta nota. 3. *eod. quæſt.* 41. *nu.* 131. Si vero non ſit corpus manus mortuæ, ſed laicus temporalis dominus, & (vt vulgari verbo vtar) altus iuſtitiarius loci & ſimul (quod ſæpe vſuuenit) patronus mediatus ſeu ſuperior patronus patroni feudi confiſcati, ratione eiuſdem feudi: tunc ceſſat diſtinctio à nobis tradita in dicta quæſtione 41. nec conſideratur, an iſte dominus volens vel inuitus quouiſmodo ponat feudum, ſeu potius ſubfeudum ſibi confiſcatum extra manus ſuas: quoniam hoc eſt omnino neceſſarium propter continuam repugnantiam terminorum clientelæ: quum non poſſit quis reſpectu eiuſdem clientelæ, ſeu eiuſdem feudalis dependentiæ, eſſe vaſſallus vaſſalli ſui. Imò etiam ſupremus rex non noſter omnino poneret extra manus ſuas vt tactum eſt ſupra §. 1. *gloſſ. 6. & §. 20. gloſſ. 1. quæſt.* 13. Et ſic huiuſmodi alienatio ſemper eſt neceſſaria, de illa tamen ſecundum eius qualitatem debentur iura feudalia patrono immediato, quia quantum ad hæc non curatur an voluntariè an neceſſario feudum alienetur vt ſupra *eod. quæſt.* 3. *num.* 14. Nulla autem iura debentur de confiſcatione, quia propter neceſſitatem præciſam alienandi non cenſetur illa mutatio manus efficax. Et ſic quum non poſſit eſſe niſi vna efficax mutatio manus, iura feudalia non poſſunt hoc vltimo caſu deberi niſi ſemel.

161. ¶ Et aduerte quod ſi habens merum imperium manum iniecerit feudo confiſcato, poteſt nihilominus patronus immediatus manum ſuam inijcere ex defectu hominis, & erit potentior & debebit poſſidere & fructus ſuos facere, donec iuſtæ oblationes factæ ſint. Sed nunquid igitur fruſtrabitur patronus ſuperior omnibus fructibus & commodis ſubfeudi ſibi confiſcati donec emptorem vel ceſſionarium extraneum inuenerit, quoniam non poteſt offerre nec facere vaſſallo ſuo fidelitatem ſubfeudi ſui vt dictum eſt? Reſpondeo, quòd non, & dico quòd non debet eſſe deteriotis conditionis quàm extraneus ſiue non patronus habens merum imperium, & cùm non poſſit nec debeat fidelitatem huius feudi facere vaſſallo ſuo, non eſt in aliqua mora nec regulari nec irregulari. Imò natura ipſius rei & traditionis feudalis (vnde repugnantia & impoſſibilitas cauſatur) ipſo iure impedit omnem moram, vnde ſatis eſt ſuperiorem offerre id quod poteſt, videlicet ponere ſubfeudum extra manus ſuas infra competentem terminum, puta infra annum vt ſolutum eſt. Et ſic interim faciet fructus ſuos, & non cedunt lucro patroni immediati prout infra dictum tempus non cederent eius lucro ſi eſſet confiſcatum eccleſiæ vel collegio offerenti fidelitatem & iura quæ patronus recuſat, volens habere idoneum vaſſallum non enim faciet fructus ſuos, ſed tenebitur leuare manum, & dilationem dare ponendi in manus vaſſalli idonei infra annum & diem ad minus: & ſic interim eccleſia, aut ſimilis dominus faciet fructus ſuos. Non eſt autem æquum, vaſſallum durius agere aduerſus proprium patronum, quàm aduerſus extraneum in caſu ſimili: ſed dicto termino lapſo demum licebit ei ius ſuum exequi. Et idem intelligo dicendum ſi venditione, donatione, legato aut alias feudum aliquod perueniat ad ſuperiorem patronum, vel ad alium qui tenetur ponere extra manus ſuas; & hoc nota pro modificatione §. 1. *ſupra. eod. & ſimilium* Amplio ſecundo, nedum ſi confiſcatio fiat per ſententiam diffinitiuam contra præſentem & auditum latam: ſed etiam ſi per contumaciam & indicta cauſa vt plerumque fit, dummodo non ſit appellatum, nec obtineatur reſtitutio à principe, alioquin reſoluta condemnatione, etiam confiſcatio & quicquid inde ſecutum eſt retro reſoluitur. *l. 1. l. ſi. C. de ſententi. paſſi.* & releuia ſi ſoluta eſſent dicerent vt etiam dictum eſt ſupra *eod. q.* 6. Multa alia deduci poſſent, ſed tempus eſt tollendi manum de tabula hac. Venio ad ſequentem.

---

a Hic §. In veteri conſuetudine fuit ſtatutum Molin. tranſlatus eſt in hunc 33. §. cuius partem facit.

QVAND[a] vn fief eſt vendu ou aliené à pris d'argent, le vendeur doit payer le quint denier du pris.

QVando feudum venditur vel alienatur pro certa pecunia, venditor tenetur ſoluere patrono quintam partem pretij. H. D.

SVMMARIA §. XXIII.

1. *Venditio in materia feudali large accipitur pro omni alienatione ad venditionem reducibili.*
2. *Etiam in ſtatutis appellatione venditionis venit omnis ſpecies alienationis in qua eſt eadem ratio circa id de quo quæritur.*
3. *Releuia & omnia pecuniaria onera in feudis ſunt odioſa.*
4. *Omnis quinti pretij ſpectat ad venditorem, qui tamen non poteſt compelli à patrono niſi totum pretium receperit.*
5. ¶ Q. 1. *An valeat* pignoratio *totius pretij ratione facta in bonis emptoris?*
6. *Q. 2. In cenſuariis prædiis onus vnica ſpectat ad emptorem.*
7. *Laudimia, gabellæ, & ſimilia regulariter ſoluenda ſunt ab acquirente.*
8. *An & vbi liceat feudum ſub pacto redimendi ad modicum tempus vendere ſine onere quinti pretij?*
9. *Nulla iura feudalia nec cenſualia nec gabellæ debentur ex venditionibus nullis, vel quæ reſoluuntur & in totum adnullantur.*
10. *Notab. thema.*
11. *Solutio.*
    Vulgaris formula legis commiſſoriæ non eſt de forma, ſed ſufficiunt verba æquipollentia, vel executionem facti importantia.
    In contractibus omne verbum commune eſt obliquum.
12. *Duplicia ſunt verba directa.*
    Verbum liceat vendicare eſt directum.
13. *Dies certa non eſt de forma pacti legis commiſſoriæ vel additionis in diem.*
14. *Verbum liceat vendicare eſt directum, & inducit pactum legis commiſſoriæ.*
15. *Sine venditio reſoluatur ipſo iure, ſine via actionis vel exceptionis, eodem modo reſoluuntur iura feudalia.*
    Iudex exceptionem calumniosè obiectam contemnere poteſt.

Digitized by Go

16. *Si contrahentes nolint implere, vel faciant deficere conditionem ab eorum contractu dependentem, ex qua iura patrono acquirerentur, non poteſt patronus conqueri.*

17. ¶ Q. 3. *Quid ſi emptor fallat? Reſponſio. Si infra modicum tempus poteſt venditor rem vendicare, quia venditio & fides de pretio cenſentur dolo extorta.*

18. *Vendens rem duobus non incidit in crimen falſi, ſi primus emptor fuerit in mora ſoluendi.*

19. ¶ Q. 4. *Non ſufficit in turibus dominicis probare fraudem, niſi etiam probetur ſimulatio.*

20. *Proloquium de mutuo non ſufficit ad impugnandum venditionem incontinenti ſubſecutam ſub pacto de retrouendendo.*

21. ¶ Q. 5. *Quid quando quis emit feudum nomine ſuo, deinde reſtituit alij, cuius nomine emiſſe declarat.*

22. ¶ Q. 6. *Per procuratorem acquiritur dominium & poſſeſſio, ſed non actio ſine ceſſione.*

23. *Conſuetudo non refertur niſi ad effectuales mutationes feudorum* 24. 25. 26. 27.

28. ¶ Q. 7. *Quid de adiudicatione inter fratres facta per decretum extraneo licitatori qui declaranit ſe acquiſiuiſſe nomine & ad vtilitatem primogeniti?*

29. *Non præſumitur fraus nec ſimulatio commiſſa ad aſſequendum id quod recta vel aperta via obtineri poterat.*

30. ¶ Q. 8. *Actio competens ad feudum eodem iure quo feudum regulatur quantum ad ſucceſſiones & retractum proximitatis, ſed non quo ad iura feudalia.* 31. 32.

33. ¶ Q. 9. *Quod generaliter nulla iura feudalia verſantur circa actiones ad feuda.* 34.

35. *Ratio deciſiua.*

36. *Non ſufficit ficta mutatio, vel ficta venditio feudi, ad hoc vt iura feudalia debeantur.*

37. *Cauſa & ſpecies mutationis feudi dominatur & iudicatur ex parte transferentis & non recipientis vel acquirentis.*

38 *Non ſufficit multiplex effectualis donatio, niſi etiam interueniat multiplex effectualis mutatio ipſius feudi.*

39. *An vendens hæreditatem dicatur vendere res ſingulas?*

Vendens hæreditatem cenſetur vendere aleam reſpectu rerum ſingularium, ſed non reſpectu ipſius hæreditatis.

Emptor hæreditatis etiam in rebus ſingularibus habet titulum. contra Cæpol.

40. ¶ Q. 10. *Conſuetudo noſtra intelligitur de venditione valida & efficaci non reſpectu actionis tantum, ſed reſpectu ipſius rei & feudi venditi.*

41. *Pluries ement & acquirens idem feudum, poſteriora iura cum prioribus compenſat.*

42. ¶ Q. 11. *Quid ſi maritus vendiderit feudum vxoris promittens quòd illa ratificabit.*

Ratihabitio trahitur retro: ſed non ſimplex approbatio.

Quid operetur clauſula promittens quod ille ratificabit.

43. *Quid ſi vſufructuarius vendat promittens dominum ratificaturum.*

44. ¶. Q. 12. *Quid ſi proximus venditoris emat feudum ab extraneo emptore? Reſpon. non eſſe locum retractus, ſed duplici quinto pretij.*

45. *Qualitas verborum mentem oſtendit.*

46. ¶ Q. 13. *Subfeuda vel cenſuaria prædia acquiſita à vaſſallo non præſumuntur vnita & corporata feudo.*

47. *Si eodem tempore & ab eodem alter acquirat feudum, alter ſubfeudum, nulla vtilia iura feudalia debentur ex ſubfeudo pro hac vice.*

48. ¶ Q. 14. *Vtrum debeatur nouum quintum pretij de redemptione facta infra tempus prorogatum.*

49. *Prorogatio facta ante lapſum terminum cenſetur mera continuatio eiuſdem actus inter contrahentes: ſed non reſpectu tertij.*

50. *Differentia an prorogatio reſpiciat ſubſtantiam contractus, an vero ſimplicem eius qualitatem,*

Statutum loquens de contractu intelligitur ſtricte de vtroque obligatorio.

51. *Solutio quòd debentur iura noua feudalia ex redemptione facta infra tempus voluntariè prorogatum.*

Vanus metus non tollit rationem voluntarij.

52. *Quid ſi prorogatio facta ſit mediante pretio? Redimens tenetur ad legales ſumptus.*

Prorogatio eaſdem qualitates & pacta implicat.

53. *Licet in redemptione quæ ſit infra tempus nouo conſenſu prorogatum habeat locum nouum quintum pretij, non tamen locus eſt retractui feudali.*

Quid ſi ab initio venditionis actum ſit de proferendo die?

54. ¶ Q. 15 *Quid ſi feudum vilius venditum ſit donationis cauſa?*

Non eſt venditio ſine pretio certo.

55. *Principium contractus non refertur ad ſpecialiter diſpoſita.*

56. *Intentio contrahentium prædominatur.*

57. *Si conſtet de venditione, fundata eſt intentio domini vel retrahentis etiam ſi de pretio non conſtet.*

58. *Declaratur conſuet. Aluernie.*

59. ¶ Q. 16. *Contractus* mixtus *non iudicatur à potentiori nec à verbis, reſpectu tertij, ſed à materia ſubiecta pro rata.*

60. *Æſtimatio in dubio non facit emptionem.*

61. *Diſcutitur conſuetudo Bituricenſis.*

62. *Aduerſus quem reſtituetur ignorans.*

63. ¶ Q. 17. *Quid ſi vendatur pro certo pretio certoque perpetuo redditu ſuper eo retento?*

64. *Vtrum aliquo caſu venditor impedire poſſit rem retrahi ab emptore?*

65. ¶ Q. 18. *Quid de feudo conceſſo & dato ad certum perpetuum redditum mediante certa pecuniæ ſumma ſemel ſoluta?*

Contractus magis iudicatur ab effectu & pactis quam à verbis.

66. *Amplio etiã ſi cõceditur ad redditũ redimibilẽ*

Digitized by Google

67. *Niſi rem eius teneatur redimere vel aliæ ſint coniecturæ.*
68. *Aliàs ſola ſecuta redemptio ſufficit ad præſumendum ſimulationem.*
69. *Non tamen ſemper requiruntur tres præſumptiones.*
70. *Sola proloquia venditionis non ſufficiunt.*
71. *Sed pactum redimendi, conformitas pretij, & euentus breui ſecutus ſufficiunt.* 72.
73. ¶ *Q.* 19. *De Conceſſione miſta.*
74. *Plena diſtinctio & diſcuſſio.*
75. *Arg. quòd pro rata commutationis.*
76. *Reſolutio.*
77. *Si pecunia præponderat eſt locus retractui in totum.*
78. *Secus ſi dumtaxat æqualis, niſi redditus ſit redimibilis.*
79. *Cur latior interpretatio in retractu quam in laudimiis.*
80. *Quando licet retrahere partem ab offerente totum.*
81. *Venditio rei facta mediante certa ſumma & reddita etiam non redimibili ſuper eadem re, cenſetur in totum venditio.*
82. *Non debet fingi duplex venditio.*
83. *Retrahens non poteſt eſſe melioris conditionis quam emptor.*
84. *Differentia inter venditionem domus pro centum & vinea, & vendicationem domus pro centum & certo reddita ſuper eadem.*
85. *Venditor nequit impedire contractum.*
86. ¶ *Q.* 20. *Permutatio feudi cum reddita redimibili pro venditione habetur.*
An reddita redimibilis pro pretio habeatur.
87. *Refert an contrahentes incipiant à verbo venditionis.*
88. ¶ *Q.* 21. *Non eſt locus quinto pretij nec retractui niſi in vera venditione, vel ſimili contractu ad terminos venditionis reducibili: nec ſufficit quòd retrahens eandem conditionem afferre poſſit.* 89.
90. ¶ *Q.* 22. *Non eſt locus retractui nec quinto pretij in venditione arborum & lignorum alti nemoris.*
Creditor hypothecarius impedire poteſt deiectionem alti nemoris.
91. ¶ *Q.* 23. *Feudum donatum creditori, qui incontinenti debitum remiſit, præſumitur datum in ſolutum quantum ad effectum quinti denarij & retractus, ſecus ſi ex intervallo.*
92. ¶ *Q.* 24. *Quid ſi prædium cum feudo permutatum infra annum redimatur?*
Ex brevitate temporis præſumitur prius actum.
93. ¶ *Q.* 25. *De ſimulatione quæſit de contractu ad contractum cum interpoſitione perſonæ.*
94. *Quamdiu verba contractus habent terminos permutationis, ſed res ipſa effectus & exitus negocij terminos venditionis, cum temporis brevitate, rei & perſonarum qualitate, præſumitur venditio.*

Circa hunc §. nota duo principaliter.

1. ¶ Primo quod quintum pretij debetur patrono, * nedum in vera & propria venditione feudi: ſed etiam in quauis alienatione quæ fit mediante pretio in pecunia numerata, licet non ſit proprie venditio, ſed contractus innominatus, do vt des, vt ſi conuentum ſit feudum dari pro mille. *vt in l. ſi. D. de cond. cauſa non ſecu.* Idem ſi abſque pecunia numerata, ſed mediante alia rœſtimata, vel mobilibus, in quibus non cadit affectio, ita quòd alienatio æquipollet venditioni, de quo dicendum. vt ſ. §. 20. *gloſſ. 5. quæſt.* 10. *& j.* §. 174. Nec obſtat quòd hic fit mentio pretij, & adhuc non ſimpliciter, ſed pretij in pecunia, quo caſu licet aliàs appellatione venditionis veniat omnis actus per quem dominium transfertur. *l. ſicut.* §. *venditionis. D. quibus mod. pig. vel hypoth. ſolui, cum ſimilib.* Fallit vbi fit * mentio pretij. Tunc enim non venit niſi venditio propriè & ſtrictè ſumpta. text. in *l. ſi. C. de præd. de curio.* & ibi glo. Bar. Ioan. de Pla. *li.* 10. *glo.* & ibi Bal. in *l. cum dotem. in ver.* quis enim. *C. de iur. do.* 10. And. in *add.* Spec. *tit. de emp. & vend.* §. *nunc dicendum.* 2. *verſ. ſed pone ſtatutum.* Fabia. de mont. S. Saui. in *tit. de empt. & vendi. in* 2. *quæſt. princip. col.* 1. Ial. in *l.* 2. *in fi. prine. D. ſi cert. peta. in l. fi. col.* 1. *D. de cond. cauſa dat.* Hippo. de Marſi. in *ſing.* 105. *vbicunque.* & ita omnes docto. vbique tenent.

2. Quia reſpondeo primo, quòd dicta fallentia debet ſanè intelligi ad excludendum contractus, qui non habent eandem rationem circa id de quo quæritur, cum venditione facta pro pretio in pecunia numerata: non autem ad excludendum contractus qui omnino eandem rationem & æquipollentiam habent, cum formali venditione, & pretij numeratione, quantum ad id de quo quæritur. Et hoc tene pro * regula quòd an in ſtatutis vel ſimilibus diſpoſitionibus appellatione venditionis veniat alia ſpecies contractus, debet inſpici an ſit eadem ratio & adaptatio, circa id de quo agitur, vt tunc veniat, alias non probatur per text. in *l. apud Celſum.* §. *ſi quis autem. verſi. item in ſimilibus. D. de do. mal. except. in l.* 3. §. *& generaliter. D. de iti. actuque prima.* Secundo reſpondeo, quòd rectè inſpiciendo hunc text. illa alternatiua, *Ou aliené à prix d'argent*, non apponitur cauſa reſtrictionis, ſed cauſa ampliationis, vt diſpoſitio huius text. nedum habeat locum in formali venditione, ſed etiam in æquipollenti, videlicet in alienatione quæ fit mediante pecunia. Idem ſi pro rebus æſtimatis, vel mobilibus quæ promiſcuam quandam functionem recipiunt, ita quòd veriſimiliter contrahentes non habuerunt affectionem non reſpectum ad ipſa corpora mobilia, ſed ad eorum æſtimationem: tunc enim & vtrique retractui tam feudali quàm proximitatis, & laudimiis in re cenſuali, vel quinto pretij in re feudali locus eſt, aliàs non. Quædam tamen conſuetudines, vt Niuernenſis *eod. tit.* §. 26. diſponunt etiam in permutatione locum eſſe quinto denario, & feudum permutatum debere æſtimari, communi videlicet æſtimatione tempore tractus currente, quod eſt locale, & multum odioſum. Eſt enim durius noſtra conſuetudine quæ releuio contentatur.

3. Quanquam & releuia & quintum pretij & huiuſmodi pecuniaria onera maximè in feudis ſunt * odioſa, vnde reſtringenda ſunt ad caſum ſcriptum, nec debent extendi nec peti in alio caſu, etiam in quo ſit eadem ratio, vt expreſſim in terminis propriis releuiotum (quæ etiam in regno Neapolitano frequentantur ex moribus & legibus Gallorum qui ibi dominati ſunt) determinat Andr. Iſer. *c.* 1. §. *ſed & res. colum.* 2. *per quos ſi. inueſti. in c.* 1. §. *ſimiliter in oſtenditis de cap. Conrad. in vſib. feud.* Et cæteris rationabilior eſt quantũ ad hoc conſuetudo Burgundiæ,

a Omnis alienatio æquipollens in venditione pro venditione habetur quo ad iura feudalia.

b Mētio pretij facta intelligi de venditione ſtricte ſumpta.

c Releuia odiota.

vbi huiuſmodi onera non habent locum in feudis, & idem de conſuetudine Aluerniæ, niſi ſpecialiter in inueſtitura cautum ſit, vt in *conſuet. Aluer. eo. tit.* §. 21. Et generaliter nunquam habent locum niſi vbi & quatenus pacto ſpeciali vel conſuetudine cauetur, vt tradit Io. And. in *addit.* Specu. in *rub. de præſcrip. col. pen.* Io. Caldeti. in *conſi. 7. ſub tit. de feud.* Nicol. Boer. in *conſ. Bituric. de conſ. feud. & cenſu.* §. 5. Nec ego extendiſſem. §. noſtrum vltra caſum formalis & ſtrictè venditionis, niſi ita haberet communis obſeruantia, cuius primæ ſunt partes in interpretatione. *l. minime. D. de legib.* Et generaliter huiuſmodi releuia, quinta, ſubquinta, & duodecima pretiorum, tam in feudalibus quàm in cenſuariis prædiis, ſunt graues & odioſæ, ne dicam ſordidæ ſeruitutes, & experientia docente prouocant & inducunt homines ad multas fraudes, ſimulationes, tricas, mendacia, ſuſpiciones, lites, odia, & alia conſcientiæ onera contra legem Dei, ſincerum amorem, & legalitatem proximis debitam, & quam inter homines creſcere, coaleſcere, & quàm minùs fieri poſſit lædi ſummoperè curare debent legum latores & iudices. Quare multo conſultius actum eſſet, ſi loco dictorum releuiorum, & defalcationum pretiorum, certum quid annuatim, vel in qualibet renouatione penderetur directis dominis. Non enim (ne quis forte cauilletur) obligationem, ſubiectionem, & præſtationem ſacramenti fidelitatis vel cenſus improbo, ſed ſatis commendo ad ſtabiliendam congruo ordine, & conſeruandam ſocietatem humanam iuxta *capit. ad hoc. 89. diſtinct.* & quæ dixi ſupra in *proœm. gloſſ.* 5. Sed captioſa quædam penſitationum genera, quorum occaſione ſæpe ſimplices à callidioribus circunueniuntur, non ſine magno plurium offendiculorum tractu, ad certam quandam claram & moderatam penſitationis formam reduci deſidero, vt quàm minimum fieri quæat offenſionibus locus relinquatur.

4. Nota ſecundo quòd iſtud quintum pretij (niſi aliter dictum ſit) defalcatur venditori, & ad * onus eius ſpectat. Et ſic emptor non tenetur integrum pretium ſoluere venditori, ſed quintum pretij poterit retinere vt ſoluat patrono, niſi patronus illud remiſerit, & dederit venditori, vel fauore venditoris. Sed ſi dederit ipſi emptori, multo fortius idem eſt vt emptor deducat venditori, & ſi totum pretium ſoluerit, poterit condicere. text. eſt ſ. *eo.* § 15. *& j.* §. 185. quod amplia nedum ſi patronus immineat prehenſurus feudum, ſed etiam ſi ſileat: quia ex quo purè debitum eſt, intereſt emptoris confeſtim ſatisfacere patrono, vt inueſtituram obtineat. Limitatur autem ſi venditor oſtendat ſe ſoluiſſe patrono, vel offerat infra breue tempus ſoluere ſeu apocham & liberationem obtinere & tradere. Conſequenter nota tertio, quòd pro ſolutione ſimplicis quinti denarij, poteſt patronus recta agere contra venditorem ſi velit per hunc text. Et hoc via actionis. quin autem poſſit omni via agere contra emptorem nõ eſt dubium per no. ſ. §. 10. *fol.* 3. Limita illud not. vt procedat poſtquam venditor receperit totum pretium: alioquin dico quòd patronus non habet contra eum actionem, & ſi haberet liberaretur venditor cedendo actiones ſuas pro rata, & ita puto modificandas cæteras conſuetudines, quæ paſſim volunt patronum poſſe ad quintum denarium agere contra alterutrum, quem voluerit venditorem vel emptorem.

5. Iuxta prædicta quæro primo, vtrum valeat executio de toto pretio venditionis guarentigiacæ per venditorem facta ſuper bonis emptoris? Videtur quòd ſic, attenta forma contractus à quo dependet executio. emptor enim totum illud pretium ſimpliciter ſoluere promiſit cum renunciationibus generalibus & conſuetis. In contrarium quia quæcunque vel tacite, ſiue à lege, ſiue à conſuetudine, ſiue à natura actus & materiæ ſubiectæ, limitant vel modificant obligationem: limitant & modificant virtutem eius executoriam, vt diximus j. §. 166. Breuiter diſtingue: aut expreſſe, vel tacite actum eſt pretium eſſe francum, & clarum eſt validam eſſe executionem. Aut venditio ſimpliciter eſt, & tunc adhuc dico validam eſſe executionem, ſi emptor non excepit, nec declarauit ſe velle retinere quintam partem pretij dandam patrono. Si vero dum fit præceptum, vel aliàs hoc declarauerit, executio pro ſolido ſequens tanquam iniuſta reuocari debet, cum damnis & intereſſe. Quod ſi tempore præcepti emptor forte à domicilio abſens nihil dixerit, deinde ſe opponat complemento executionis ratione dictæ quintæ partis pretij, non debet venditor vltra procedere ad venditionem dignorum & perfectionem executionis, niſi pro reſiduo, & ſi de facto vlterius proceſſerit, reuocabitur, quod non obſtante iuſta oppoſitione factum eſt cum damnis & intereſſe. Ampliatur etiam ſi venditor allegaret ſe ſoluiſſe patrono, vel eius gratia remiſſionem huius iuris factam, quia cùm emptor habeat per hanc conſuetudinem fundatam exceptionem, non ſufficit venditori aliud allegare, niſi doceat & legitimè certificet emptorem, qui aliàs non conſtituitur in mora ſi offerat ſoluere pretium excepta quinta parte ad quod fac. quæ de proteſtatione incitatoria tradunt Bar. & alij in *l. non ſolum. §. morte. D. de oper. no. nunci.* Et ratio huius reſolutionis eſt, quia huiuſmodi exceptio eſt quædam compenſatio, quæ non fit ipſo iure, ſed debet opponi ab homine, vt per gl. & doct. in *l. ſi ambo. in prin. D. de compen.*

6. Secundo quæro, an prædicta in 2. not. habeant locum etiam in venditione prædij cenſualis? Videtur quòd ſic, quum non appareat ratio differentiæ. Quemadmodum enim in venditione feudi quinta pars pretij debetur domino: ita in venditione rei cenſuariæ duodecima pars pretij debetur, vt j. *tit. fol.* §. 76. Et quum vtroque caſu ſit quota pars pretij, videtur vniformiter ſoluenda per venditorem qui pretium recipit. Id enim quod defalcatur ab aliqua re, auferrtur ab eo ad quem peruenit res defalcanda, vt patet *ff. & C. ad l. Fal. per tot.* Contrarium eſt dicendum quòd in re cenſuali totum eſt pretium francum venditori, etiam ſi non dicatur. Et duodecima pars pretij eſt alia quantitas ſic taxata, à pretio ſeparata, quem emptor debet ſoluere de ſuo, probatur j. § 78. *ibi tel achetenr.* Vbi hoc onus nominatim imponitur emptori. Sed in feudis ſemper imponitur venditori niſi aliter ſit conuentum, & ita ſolet obſeruari. Nec video rationem qua differenter cautum ſit, niſi quòd apud nos & forte vbique in regno, (excepto ducatu Burgundiæ, Borbonij, & Aluerniæ) feuda * licet nobiliorem titulum habeant, tamen ſunt deterioris conditionis, & magis onerosa quàm cenſualia prædia, quod patet ad ſenſum: quia quando cenſuale prædium venditur, debetur directo domino ſolum. duodecima pars, ſiue vnica vncia totius pretij: ſed quando feudum venditur, debetur in duplo plus, videlicet quinta pars pretij, quæ aſcendit ad ſextuncem & quintam partem ſextantis, ſiue ad duas vncias, cum quinta parte duarum vnciarum totius pretij. Quando autem prædium cenſuale alio modo quàm per venditionem transfertur, nihil domino debetur: ſed in feudo ſemper debetur releuium, excepta linea directa, & licet in cenſualibus quolibet anno ſoluatur domino modicus cenſus ad recognitionem dominij directi, illud eſt valde modicum & nullius comparationis ad onera feudalia, & loco cuiuſdam mulctæ quæ in cenſualibus imminet non ſoluendi cenſum, vel occultanti laudimia, longe maior mulcta imminet in feudalibus ex defectu fidelitatis, videlicet amiſſio omnium fructuum. Et hac forte ratione conſuetudo noſtra, & communiter reliquæ conſuetudines regni, non imponunt onus ſoluendi quintum pretij ipſo emptori feudi qui ſatis oneratur feudalibus oneribus: ſed imponunt onus ſoluendi duodecimam (quæ leuior eſt)

* Onus quinti pretij ſpectat ad venditorem.

* Feuda magis ſunt onerata quàm cenſualia prædia.

emptori censualium, qui non ita onerabitur conditione censuali.

* Laudimia gabellæ & similia debent solui ab acquirente.

7. Regulariter autem * laudimia, gabellæ, & similia onera, debent solui per emptorem, vel alium acquirentem, siue per eum ad cuius commodum fit contractus. vt tenet Alber. in *l. ideo. D. de condi. furti.* Bald. in *rubr. C. de reb. credi. & iureiur. q.* 3. *in l. prædit. col.* 2. *C. de edi. actio. per l. debet.* (quæ tamen non probat.) *D. de ædil. edict. ad hoc. l. fi. iuncta glo. in verbo accipere* & vbi Ias. *col.* 9. *q.* 1. *C. de iur. emphy. Decis. Tholos.* 451. Soci. *cons.* 249. *lib.* 2. & generaliter omnes scrib. vbique. An autem debeant restitui vna cum pretio per redimentē in vim pacti simplicis de retrouendendo, dixi j. § 184. Redeundo ad tex. nostrum Amplio primo conclusionem § nostri, etiam si fiat venditio de consensu patroni, & in casu in quo esset locus retractui, vt quando cum alio vendidit, vt dictum est ī. §. 20. *gl.* 1. qui nihilominus petere potest qnintum pretj vel etiam subquintum si opus sit. Quod autem multi dicunt patronum consentientem venditioni feudi excludi ab omni iure suo, vt tradit Matth. de Afflict. *in Decis. Neap.* 112. in fine non est verū, nisi in illo iure duntaxat quod oritur ex eo quòd inuito & irrequisito domino vendatur, quod nullū est in hoc regno, vt in *d.* §. 13. *gl.* 5. *in princip.* Amplio secundo, etiam si vendatur sub facultate redimendi siue temporali siue perpetua: quia sicut nihilominus locus est retractui, vt ī. §. 20. *gl.* 5. *q.* 3. ita etiam (si malit dominus) habebit quintum denarium, sed semel tantum, videlicet pro venditione, non autem pro redemptione, vt in § *præcedenti. q.* 3.

* Quid de venditione sub pacto redimēdi ad modicū tempus.

8. Pleræque tamen consuetudines huius regni, volunt nulla huiusmodi iura deberi pro venditionib. quæ * fiunt sub facultate redimendi infra modicum tempus quando infra illud tempus redimitur. vt de facultate redimendi limitata ad triennium disponunt consuetudines Trecensis §. 34. Victriaca §. 33. & sunt multum rationabiles. Aliæ autem rationabiliores, permittunt sine onere quinti vel subquinti vendi sub facultate redimendi vsque ad nouem annos, quod etiam dicitur modicum tempus, vt consuetudo Blesensis §. 82. *& §. seq.* Turonensis in *tit. des rachapts.* §. 16. Cenomanens. §. 178. & Andegauensis §. 362. consuet. de Lorris. *eod. tit.* §. 77. *& §.* 78. Dura autem & diuersa est in hoc consuetudo Meldensis. §. 131. vbi vult deberi laudimia nedum de venditione facta sub pacto redimendi, sed etiā de redemptione, nisi redemptio sit limitata ad quinque annos, & infra illud tempus redimatur, quo casu debentur semel tantum videlicet ex venditione, & redimens tenetur ea restituere emptori, quamuis hoc casu nulla laudimia de nouo debeantur domino ratione redemptionis. Et hic est clarus sensus. *d. l.* 113. vbi mendosa est litera in linea pen. ibi. *Et sera tenu l'acheteur.* quia debet scribi & legi. *& sera tenu le racheteur.* Et aduerte quod diximus apud nos semel deberi ius qninti in venditione sub pacto redimendi, procedit in vera venditione, non autem in ficta & simulata loco pignoris, ex qua (hoc probato) nihil deberetur secundum nota. ī. §. *præcedenti. q.* 16. ad quod vide etiam Matth. de Afflict. in *tra. de iure protomi. in ver. licet. enim. col.* 7. Tertio hic §. generaliter ampliatur in omni casu in quo patronus potest retrahere iure feudali, vt tunc multo fortius si velit possit eligere quintum pretium quod est minus, nisi tarissimè, vt j. *eo. q.* 3. *concl.* 2. Non autem semper locus est retractui, vbi potest exigi quintum pretij, vt in venditione facta consanguineo, vel vna cum patrono vendente.

9. LIMITATVR autem hic text. primo in venditione certi redditus, etiam nominatim super feudo constituti, nulla enim iura debentur patrono, vt in simili dictum est supra § 20. *glos.* 4. licet quædam consuetudines, vt Niuernensis. *eod. tit.* § 25. aliud velint, sed locales sunt. Aliud tamen est in censualibus prædiis, vt j. *tit. seq.* § 76. Limitamr secundo, tertio, quarto, quinto, in casibus primæ, secundæ, tertiæ, sextæ, & septimæ fallentiarum positarum ad retractum feudalem §. 20. *gl.* 5. *nu.* 10. In reliquis autem fallentiis ibi positis debet hic §. ampliari. Item limitatur sexto nedum in vēditione ipso iure * nulla, sed etiam in venditione valida, sed postea rescissa & resoluta, tali rescissione & resolutione per quam retro annullatur & reducatur ad non causam: siue huiusmodi resolucio fiat ipso iure, vt in vim pacti legis commissoriæ, seu addictionis in diem, siue non ipso iure, sed per sententiam: siue beneficio speciali restitutionis in integrum, vt in venditione solenniter, sed non vtiliter facta per minorem, siue alia dispositione iuris communis, vt *ex l.* 2. *C. de rescind. vendit.* His enim omnibus casibus non debentur iura quinti denarij in feudis, nec pariter iura laudimiorum, in censualibus prædiis, imò soluta repeti & condici possunt. Et circa istud capitulum quando resolutio non fit ipso iure satis disputatum est in §. præcedenti. Ideo breuitatis causa remitto ad ea quæ ibi in simili dicta sunt in *quæst.* 3. *& seq.* Sed illud primum capitulum quando resolutio fit ipso iure vt in pacto l. commissoriæ, vel * addictionis in diem, non fuit ibi discussum, quia non erat propria materia illius §. Quod vt breuiter & resolutiue habeas, dico primo in pacto addictionis in diem, quòd si deficiat conditio & nullus meliorem conditionem infra præfixum tempus offerat, manet emptio & incommutabilis efficitur, & omnia iura siue retractus vel quinti denarij aut laudimiorum dominis directis ab initio puræ, sed sub conditione resoluendæ venditionis resolubiliter & commutabiliter acquisita, efficiuntur hoc respectu stabilia & incommutabilia. Si vero conditio exter, alio meliorem conditionem offerente cui res addicitur, tunc prima venditio ipso iure resoluitur, & ex secunda tanquam sola & prima subsistit, intantum quòd si primus emptor adhuc extraneum licitatorem vincat, & meliorem offerat conditionem, & sic rem obtineat, noua contrahitur emptio & venditio. *l. item quod dictum. §. si quis extiterit. D. de in diem addict.* Et quamuis illa noua venditio sit tertia contractuum numero, tamen stabilitatis & acquisitionis effectu, est sola & prima. Et ex hac sola debentur, quæcunque iura siue dominicalia vt laudimia, siue imposititia vt gabellæ. Ex præcedentibus autem contractibus seu venditionibus tanquam ipso iure annihilatis nihil debetur. In pacto * autem legis commissoriæ, statim quidem vt in præcedenti oriuntur & cedunt omnia dicta iura. sed resolubiliter, quemadmodum venditio, statim pure, sed sub conditione resoluenda contrahitur. *l.* 2. *D. de in diem addict. l.* 1. D. *de l. commisso.* Vnde si emptor soluat pretium in termino, vel post terminum recipiatur à venditore, aut aliter non sit locus legi commissoriæ, remanet venditio incommutabilis, & consequenter omnia prædicta iura, Si autem non fuerit solutum in termino, & venditor lege commissoria vtatur: sicut venditio ipsa resoluitur & pro infecta habetur, ita & omnia prædicta iura, adeo vt vel soluta per condictionem ob causam vel sine causa repeti possint. secundum no. in similibus in §. præcedenti. Interim autem dum hæc prosequor, oblatus est mihi pulcher casus, quem propter resolutionis connexionem & vtilitatem quàm breuissimè & omissis narrationibus, & actis litis ad institutum nostrum non facientibus inferendum duxi.

* Nulla iura dominicalia debentur ex venditione nulla vel annullata.

* Quid de addictione in diem.

* Quid de lege commissoris.

10. Quidam * nobilis ad bellum profecturus vendidit & cessit feudum suum mercatori pro septē mille libris, & recepit mille die 21. Iunij, de reliquis autem sex millib. conuentum est tria millia soluenda proximis calendis Nouembris, & residuum, videlicet alia tria millia post annum, & quod venditor frueretur vsque ad proximas calendas Nouembris. Et actum est quòd nisi pretium solutum fuerit in præfatis terminis, venditor poterit sine ministerio iustitiæ reassumere feudum suum siue saisinam illius, deinde dictus nobilis mense Augusti

* Thema.

occiſus eſt in bello ſtrenuè pugnans apud Morinum pro tuitione vrbis & reipub. Franciæ. Cuius vidua menſe Octobri compoſuit cum patrono pro laudimiis dictæ venditionis ad ſummam ſeptingentûm viginti-quinque librarum, ſuper qua promptè ſoluit quadringentum, reliquum vero certis terminis ſoluere promiſit. Deinde calendis Nouembris per procuratores ſuos interpellauit emptorem ad ſoluendum dictam ſummam trium millium, ſed non ſoluit: vnde viceſima die eiuſdem menſis in iudicio præſente & conſentiente emptore, & abſente patrono, declaratum fuit contractum annullatum & reſolutum eſſe ex defectu ſolutionis, & in vim pactionis contractus. Poſtremo vidua reſcriptum à cancellaria regia obtinuit quo mandabatur balliuo Bleſenſi conſtito de narratis dictam compoſitionem laudimiorum caſſari, & patronum cogi ad reſtituendum literas obligatorias & ſummam quadringentarum librarum quam receperat, & liberandum viduam à reſiduo pro actrice ſcripſit do. Dionyſius * Pontanus vir optimus & doctiſſimus Bleſenſis aduocationis decus. Et allegabat primo triplicem eſſe perfectionem contractus ſcilicet conuentionalem, obligatiuam & acquiſitiuam ſeu executiuam, vt per Bal. in *l. 1. col. 1. C. de peri. & commod. rei vend.* Et dictam venditionem nunquam fuiſſe perfectam vltima ſui perfectione cum nunquam fuerit res tradita & conſequenter nulla deberi laudimia, quæ per conſuetudinem Cænomanenſem, ſub qua illud feudum erat ſitum. §. 175. debent ſolui per acquiſitorem, & ſic conſuetudo non vult laudimia ante deberi quam emptor factus ſit dominus. Alioquin non poteſt feudales actus & iura gerere & ſoluere per eandem conſuet. §. 135. Et plura alia ad hoc inducebat quæ omitto. Secundo quòd ante traditionem factam & ſic re integra partes mutuo conſenſu diſceſſerunt à contractu, quod facere potuerunt. *l. 1. C. quando liceat ab empt. diſced.* Tertio quòd venditio erat facta ſub clauſula reſolutiua cadente in pactum legis commiſſoriæ, quo caſu non ſolueretur in termino, & ſic reſoluto contractu, etiam omnia acceſſoria & ab illo dependentia eſſe reſoluta. Quarto quòd de conſuetudine Cænomanen. §. 136. 172. licet vendere ſub pacto de redimendo vſque ad nouem annos, & nulla iura debentur patrono, igitur multo minus hoc caſu vbi infra quatuor menſes & decem dies contractus reſolutus eſt ipſo iure. Quinto quod in omnem eventum non poterat vidua ſe obligare pro filiis, & quòd eius reſpectu dicta promiſſio erat ſine cauſa. Patronus autem in oppoſitum multis rationibus nitebatur tendens ad abſolutionem, & vt interim per modum prouiſionis contractus compoſitionis exequeretur. Et ponebat in facto quòd vidua colluſerat cum emptore, & cum ſoluere paratum, verbis & donis diſſuaſerat, & ad conſentiendum voluntariæ reſolutioni venditionis induxerat. Plus etiam dicebat dictam compoſitionem non eſſe factam ſine cauſa, tum quia patronus habebat ius retractus, cuius medio poterat ipſe pretium ſoluere in terminis, & feudum ſuum facere. Tum quòd maior ſumma debebatur patrono pro laudimiis, quàm ea ad quam compoſitum fuit. Et ſic quòd intelligitur de ea ſumma tranſactum cum præſenti & incommutabili iure retractus domino competenti, & loco maioris laudimiorum ſummæ, quæ poterat incommutabiliter deberi, ſi neque patronus retraheret, neque contractus reſolueretur. Dicebat etiam receſſum fuiſſe à lege commiſſoria per receptionem ducentarum librarum in partem pretij. *l. commiſſoriæ. C. de pact. inter empt. & vend.*

* Dn. Dionyſius Pontanus.

11. Viſo * & examinato proceſſu, quem ad me tranſmiſerat Claudius Muſſetus ſubpræfectus Bleſenſis vir integerrimus. Reſpond. Actrici concluſiones ſuas adiudicandas, reum ab incidenti petitione ſua excludendum, & in expenſis damnandum. Non per primam rationem actricis, quia ſufficit venditionem eſſe perfectam contractu & obligatione, ad hoc vt huiuſmodi iura ſint debita, nec requiritur perfectio vltimata, vt ſupra §. 20. *gloſſ. 3.* Nec per ſecundam, quia ante reſolutionem res deſierat eſſe integra reſpectu patroni, qui acceptauerat iura ſibi debita: ſed per tertiam rationem, quæ ſola eſt concludens: & quamuis in dicta venditione non fuerit expreſſa formula verborum legis commiſſoriæ quæ habetur in *l. 2. & per tot. D. de l. commiſſ.* per gloſſ. & doct. in *l. 1. de donat.* videlicet ſi ad diem pecunia ſoluta non ſit, res ſit inempta, illa verba non ſunt de forma: ſed ſufficiunt æquipolentia, vt ſunt omnia quæ important reſolutionem directo & ipſo iure text. in *l. fi. §. 1. D. de reſcind. vendit. vbi not.* Bald. quod * pactum legis commiſſoriæ æque fit per verbum habeatur pro infecto: ſicut per verbum res ſit inempta: quia vtrunque verbum eſt directum. Sufficiunt ergo quæcunque verba directa. Et conſequenter idem eſt ſi ſint verba importantia executionem facti, & ſic præſupponunt reſolutionem ipſo facto. quia non eſt lex imponenda nudis verbis. *l. 2. C. communia. de legat.* hinc generaliter dixit Bald. in *l. ea lege colum. 2. verſi. ego dico. C. de condi. ob cauſ.* quod idem eſt in omnibus pactis habentibus vim reſolutiuam principij contractus & traditionis & ſeq. Paul. in *d. l. ab emptione.* Paul. Rapha. Cuma. in *l. 1. D. dona.* Paul. Alex. in *l. qui abſenti. §. 1. §. de acquir. vel amit. poſſ.* Philipp. Cornel. in *conſi. 90. in cauſa. colum. 2. lib. 4.* Philipp. Deci. in *conſi. 187. num. 4.* Iaſo. in *conſi. 128. colum. penult. lib. 4.* Hic autem actum fuit quod in defectum ſolutionis poſſet venditor ſine miniſterio iuſtitiæ ſe re inſeſinare, id eſt (ex communi vſu loquendi) reaſſumere, poſſidere, & frui propria authoritate, quæ ſunt verba directa & executionem facti importantia, & ſic reſolutionem ipſo iure neceſſario præſupponunt & inducunt. Secus ſi fuiſſent alia verba communia, quia in contractibus omne verbum commune eſt obliquum, inquit Bald. in *l. 1. C. de pact. inter empt. & vend.* quod eſt intelligendum quantum ad effectum dominij retranſlatiuum & in dubio. Si vero conſtet intentionem partium fuiſſe, quod in defectum ſolutionis, vel alium euentum, omnia in priſtino ſtatu reponantur, non refert quantum ad reſoluendum quicquid ſit de retranſlatione dominij ipſo iure ad quam verba directa requiruntur, quibuſcunque verbis hoc fuerit expreſſum.

* Verba legis commiſſoriæ non ſunt de forma.

12. Et eſt notandum quod * verborum directorum & ipſo iure reſolutiuorum, quædam ſunt directa & reſolutiua ex propria ſui forma & figura: vt illa ſit inempta, vel inuendita, vel venditio habeatur pro infecta, de quibus in *l. 2. & per eo. D. de leg. commiſſo. in l. fi. D. de reſcin. empt.* Quædam vero ſunt directa & reſolutiua per antecedens neceſſarium: vt ea quæ executionem facti important: & ſic neceſſario reſolutionem ipſo iure præſupponunt & inducunt, vt in themate hinc eſt quod verba etiam * futuri temporis quæ ſonant in executionem facti, præſupponunt & inducunt diſpoſitionem de præſenti, & operantur ipſo iure tanquam directa. text. in *c. ex literis. c. ex parte.* & ibi Card. Panor *de ſponſa & matri.* ad hæc quæ cumulat Feli. in *c. Rodolphus. colum. 18. de reſcrip.* Et eſt ratio qui vult * conſequens, vult etiam & diſponit omne antecedens neceſſarium ad illud. *c. illud. D. de acquir. vel omitt. hæred. cum vulgo.* Adde quod quæſtionem noſtram in ſimilibus terminis decidit Bald. in *repe. l. Emilius. in prin. colum. 3. D. minorib. ver. quid dices* vbi ſimilem q. format in hac ſpecie. Vendo tibi pro decem, hoc pacto appoſito quod ſi non ſoluatur j menſem, liceat mihi alij vendere: Quæritur vtrum iſtud ſit pactum legis commiſſoriæ? Et decidit ibi Bald. quod ſic, & hanc rationem expreſſim reddit quia expreſſo effectu, pariter ipſum efficiens cenſetur expreſſum. & ſic patet quod verba, *res ſit inempta*, quæ

* Duplicia ſunt verba directa.

* Verba futuri temporis.

* Conſequẽs qui vult & diſponit, vult etiam omne antecedens neceſſarium ad illud.

* Saluo.

* Verba formalia legis cõmiſſoriæ.

ponuntur in *d. l. 2. D. de legat. commiſſ.* * non ſunt de forma, imò nec etiam requiruntur, nec ſunt de forma, hæc verba res ſit inuendita vel pro infecta, vel alia verba primario & formaliter directa & reſolutiua: ſed ſufficiunt quæcunque verba importantia executionem facti, & præſupponentia reſolutionem ipſo iure, prout iſta: quod ſi non fuerit ſolutum, liceat venditori rem ſuam propria authoritate reallumere, vt in themate: vel quod ei liceat alij vendere, vt in qu. Bal. Huiuſmodi enim verba quæ exprimunt effectum reſolutionis, veriſimiliter continent & exprimunt ipſam reſolutionem, & ſic ſunt directa, & reſolutionem ipſo facto operantur, & in effectu ſunt verum pactum legis commiſſoriæ, cuius forma non conſiſtit in certis in *d. l.* 2. præſcriptis, velut mathematicis verbis, quibus lex non eſt imponenda: ſed in omni diſpoſitione vel clauſula importante reſolutionem contractus, ſeu reductionem ad priſtinum ſtatum in certo euentu.

* Dies certa non eſt de forma pacti legis commiſſoriæ vel addictionis in diem.

13. Et hinc eſt etiam quòd * licet in vulgari formula pactis legis commiſſoriæ quæ habetur in *d. l. 2. & per tot.* & fere vbique in iure ſit præfixa & expreſſa certa dies ſolutionis, à qua præfinitione incipit & concipitur illud pactum, tamen illa præfixio diei, & illa formula concipiendi dicti pacti non eſt de forma, quia licet fuerit omiſſa, nihilominus eſt pactum legis commiſſoriæ, vt expreſſim decidit Bald. in *d. repet. l. Emilius in prin. colum.* 3. per text. in *l. ſi quis hac lege. in prin. D. de rei vendica.* Vbi hoc optimè & clariſſimè probatur, quia ſicut in vulgari formula legis commiſſoriæ, dies certa exprimitur, infra quam nih ſolutum fuerit res ſit inempta. ita & in vulgari formula pacti additionis in diem, quam tradit iuriſconſ. *in l. 1. D. de in diem addict.* certa dies præfigitur, infra quam ſi melior conditio ab alio afferatur venditio reſoluenda eſt, & tamen ſi nulla dies fuerit ad hoc præfixa nec appoſita, nihilominus eſt verum pactum addictionis in diem text. in *d. l. ſi quis in hac lege.* Igitur eadem ratione erit pactum legis commiſſoriæ, etiam non expreſſa nec præfixa die ſolutionis & reſolutionis, puta ſi ſit conuentum quod ſi emptor fuerit in mora ſeu non ſoluerit ad voluntatem & interpellationem venditoris, aut aliud pactum non impleuerit, liceat à venditione recedere.

14. Patet igitur quòd illæ formulæ non ſunt de forma: imò nec etiam requiruntur verba merè directa, ſed ſufficiunt quæcunque verba importantia reſolutionem, ſiue importent quòd contractus ſit ipſo facto reſolutus, vt hæc verba, mere dicta res ſit inempta vel infecta, ſiue quòd contractus reſolui debeat, & ad priſtinum ſtatum reduci, vt hæc verba, à venditione recedatur, quæ ſunt futuri temporis & de ſe obliqua & non directa. Tamen quia apparet de intentione partium, & quòd apponuntur ad reſoluendum contractum, inducunt reſolutionem, & per ea efficaciter concipitur pactum legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, text. eſt in *d. l. ſi quis hac lege. in prin. ibi. recedatur ab emptione.* Et ſic patet erroneam eſſe opinionem * Alberic. in *l. in traditionibus. ad fi. D. de pact.* vbi quærit, ſi in venditione & traditione actum ſit quòd niſi reſiduum pretium ſoluatur, venditor poſſit rem vendicare, vtrum valeat iſtud pactum? Et decidit quod non, quia non eſt dictum, *res ſit inempta*, quod eſt falſum, quia illa verba quòd * poſſit venditor rem vendicare, important executionem reuerſionis dominij, & neceſſario præſupponunt dominium prius ipſo iure reuerti, alioquin non poſſet res vendicari, nec recta ratio ſermonis ſaluari. Et ſic non ſunt verba mere obliqua, vt eſſent illa ſimplicia, dominium reuertatur, ſed ſunt verba directa per neceſſarium antecedens. Imò multo magis videntur directa & reſolutiua, quàm illa, à venditione recedatur, de quib. in *d. l. ſi quis in hac lege. in prin.* & illa res à dominio abeat. de quibus in *l. 1. D. de in diem addic.* Igitur quum ſint appoſita ab initio contractus, verum pactum legis commiſſoriæ operantur. Et quod dictum eſt de verbo vendicare, multo fortius dicendum videtur de hoc verbo propria authoritate reaſſumere, ſiue reinſeſinare, de quo igitur.

* Contra Alber.

* Verbum liquat vendicare.

15. Præterea dato & non conceſſo quòd in præſenti q. non eſſemus in terminis pacti legis commiſſoriæ, & quòd verba de quibus agitur non eſſent æquipollentia, nec vllo moda directa. Et dato quòd eſſent merè obliqua, adhuc idem eſt effectus quantum ad id de quo quæritur. quia nedum ſi venditio reſoluatur ipſo iure, ſed etiam ſi ſolum per ſententiam, vel via actionis aut exceptionis, dummodo retro ad non cauſam reducatur & reſoluatur, non ex nouа cauſa, ſed ex neceſſitate & cauſa veteri ipſi contractui inexiſtenti, nulla iura vtilia patrono debentur, ſed etiam ſoluta poſſunt repeti, etiam ſi medio tempore proceſſum fuiſſet ad traditionem realem & tranſlationem dominij ipſo iure non reuertibilis. per not. latè. ſ. * §. 22. *quæſt.* 5. 6. 7. 8. 9. Vnde ſi eſſemus pure in terminis. *l. 3. C. de pact. inter empt. & vend.* vbi prædium fuit venditum & traditum ſub pacto quòd reuerteretur ad venditorem, ſi intra certum tempus reſiduum pretij non perſolueretur. Verum eſt quòd ſolutione non facta, non poteſt prædium vendicari, non eſt formale nec æquipollens pactum legis commiſſoriæ. Et ſic dominium ipſo iure non retranſfertur etiam quocunque modo, alias contractus reſoluatur, vt pulchrè per Alex. in *conſi. 92. perſpectis his. colum. 2. lib. 1.* Tamen efficaciter actione ex vendito agi poteſt ad reſtitutionem prædij, & reſolutionem contractus. text. in *d. l. 3.* Quamuis enim non fuerit expreſſe, virtualiter actum, vt in defectum ſolutionis, ex tunc contractus reſolueretur & dominium reuerteretur ipſo iure: Tamen actum fuit vt deberet reſolui & reſtitui. Cum autem hæc reſolutio ex lege & vi contractus (quamuis via actionis & non ipſo iure) ſubſequatur, conſequens eſt iura feudalia ex eodem contractu orta eodem exceptionis vel actionis iure reſolui. Cùm igitur in caſu præſenti per non ſolutionem venditio ipſo iure retro annullata eſt, & reducta ad non cauſam tanquam infecta, ſaltem via exceptionis vel actionis reſolui debuit, prout omnino reſoluta fuit, conſequenter nullus locus eſſe poteſt iuribus feudalibus. Non tamen locus eſt conditioni indebiti, quamuis quodammodo vidua plus debito ſoluerit, inquantum non exigit cautionem de reſtituendo in euentum reſolutionis. Sed locus eſt condictioni ſine cauſa. Non obſtat factum poſitum à reo. Tum quia per inſtrumenta publica ſummationem viduæ, & reſponſionem emptoris, & alia producta in proceſſu, ſatis veriſimile erat prætenſam colluſionem (quam reus non obtulerat probare, ſed tanquam non eſſet probabilis litem iuridicialiter conſtituerat) * calumnioſam eſſe allegationem, & merito contemnendam per theoriam Inno. *ca. poſt electionem, de conceſſ. præbend.* quem ſequitur Bal. in *l. 2. col. 5. C. ſenten. reſcindi non poſſe. Cano. in c. nullus. de præſum.*

* Hic §. pertinet huius §. 33. prioris.

* Calumnioſa allegatio cõtemnenda.

16. Sed quia nolo præſumptionibus indicare, aliter reſpondeo quòd etiam hoc probato non releuaret. quia cùm patronus non ſit de contrahentibus, non habet eius reſpectu locum *regul. l. iure ciuili. D. de cond. & demonſt.* Sicut nec reſpectu tertij cui ſub aliquo conditionis euentu ius competit. Cùm igitur ius patroni ſit penitus reſolubile ſi contingat non ſolui in termino, ſatis eſt effectualiter non eſſe ſolutum, & emptorem à iure contractus cecidiſſe, ſiue ex inopia, ſiue caſu, ſiue voluntate non ſoluerit, quemadmodum in terminis eiuſdem conſuetudinis Cænomanenſis (quæ eſt in hoc æquior noſtra) ſi emptor qui emit ſub facultate redimendi vſque ad nouem annos, in fine nouennij impellat venditorem ad redimendum, & forte ei in hoc pecuniam mutuet, fruſtrabitur patronus omni iure feudali, nec poteſt conqueri, quia nullum ius ha-

bebat in hunc euentum. Nec etiam obstat, quòd reus allegabat de causa compositionis, quia non erat fundata super eo quòd patronus alias retrahere intenderet, nec super transactione futura dubij euentus. Et sic illæ causæ tanquam extraneæ & impertinentes non debent considerari, quia non ea quæ forte sunt in proposito & mente alterius, sed quæ ab vtraque parte intenduntur & conferuntur, insunt contractibus & eos informant. *l. si repetendi. C. de condi. ob caus.* Minus obstat vltimum quia *d. l. commissoriæ. & l. fi. D. de leg. commiss.* non loquuntur, nisi in receptione pretij, vel dilatione data, aut alia approbatione facta post tempus legis commissoriæ, quorum nihil hîc contingit. Vnde licet aliquid ante terminum receptum fuerit, tamen non fuit derogatum pacto legis commissoriæ, ex quo semper aliquid restabat ad soluendum in termino. Tum ex abundanti vidua protestata erat de resolutione contractus, nisi integra fieret solutio in termino. Quòd autem de Velleyano subsidiare allegabatur ex parte actricis, non congruebat actioni intentate & conclusionibus assumptis in dicto rescripto, vbi non agebatur de subducenda muliere ab obligatione, & restituendo veteri debitore, sed de declarando indebito, & ita per prædictas rationes iudicatum fuit. Ex his multa alia in simili decidi possunt.

17. TERTIO quæro, Vassallus vendidit feudum suum Titio, & transtulit per traditionem veram vel fictam habita fide de pretio. Sed Titius fefellit in termino, vel etiam termino non oppositio soluit vertit, solutione non facta. Vtrum locus sit retractui feudali, vel quinto pretij? Et primo videretur vtrique iuri locum fore, videlicet alterutri ad electionem patroni. Probatur quia statim venditione facta vtrunque eius alternatiuè quæsitum est patrono. Et plus ex eo quòd venditor habita fide de pretio realiter tradidit, desiit res esse integra, ita quòd patronus non potest amplius amittere ius sibi quæsitum, etiam mutuo consensu & distractu partium. per no. s. §. 20. *gloss. 5. num.* 14. 18. Igitur videtur quòd multo minus amittere debeat dissensu vel fallacia solius emptoris, & maxime si antequam falleret emptor, patronus manum iniecerat feudo vel petierat iura sua.

RVRSVS continuando materiam eiusdem quæstionis quæritur, Quid si propter fallaciam primi emptoris, venditor vendat secundo. An debeantur duplicia intra quintū? huc sese offert latissima disputatio. Sed breuiter resoluendo, pono tres conclusiones. Prima, si re ex parte patroni integra, venditor feudum suum recuperat propter fallaciam emptoris, patronus nullum ius prætendere potest. Ratio, quia iam venditio est pro infecta, resoluta & redacta ad non causam. Nec obstat quòd res semel habita fide de pretio tradita abiit in creditum, & quòd vendicari non potest a venditore. *l. procuratoris. §. plane. vers. sed & si dedi. D. de tribu. in rem actio.* quia hoc non procedit quando emptor tempore venditionis & traditionis, vel habitæ fidei de pretio habebat animum fallendi, quia tunc & traditio & datio fidei de pretio tanquam dolo extorta nulla est ipso iure, nec dominium transfertur. *l. si quasi. D. de pignor. actio.* Idem si * postea infra modicum tempus fefellerit, quia ex temporis breuitate & euentu præsumitur quòd etiam tempore venditionis, & habitæ fidei de pretio habuit animum fraudandi. Et sic requiritur nullam esse venditionem, & dominium non fuisse trãslatum. Ita quod venditor in re vendita præferretur omnibus creditoribus & aliis quibuscunque, quia posset rem vendicare. Et ita tenent Bal. Angel. Paul. Alexan. in *l. si cùm dotem. §. fi. D. solut. matrimon.* Nec obstat quòd Paulus de Castro. in *d. l. procuratoris. §. plures. D. de tribu.* limitat d. decisionem Bal. & Ange. in *d. §. fi.* vt procedat in venditionibus mercatorum, qui non consueuerunt vendere merces suas ad terminum, sed solum pro præsenti pecunia, quasi tunc in dubio non videatur * habita fides de pretio, secus in aliis rebus & personis vendentibus ad terminum. Quia respondeo quod etiam citra dationem termini soluendi, per traditionem simpliciter factam, videtur tradens sequi fidem recipientis & habere fidem de pretio. §. *venditor. instit. de rer. diui. glo. in d. vers. sed & si dedi.* Tamen istud limitatur dum recipiens fallit statim, vel infra modicum tempus: Tunc enim etiam fides expresse habita & data, præsumitur dolo extorta, & sic non valet, nec prodest, & venditor potest iterum alij vendere, nec dicitur secunda venditio, sed prima, quia præcedens nulla fuit, vnde non habet locum. *l. qui duob. D. ad leg. Corn. de Fal.*

* In dubio per traditionem videtur habita fides de pretio.

18. Fortius inquit Bal. post Odofre. in *l. venditor ea hereditate. adfin. D. de hære. vel actio vendit.* quod * vendens rem duobus non incidit in crimen falsi, si primus emptor non soluit pretium. Idem Bal. in §. *si facta. si de fem. fuer. contro. inter do. & agna.* Bal. Saly. & alij in *l. quoties. C. de rei vend.* Imo. Raph. Cuma. Alex. Iaso. in *l. à diuo Pio. §. si emptor. col. 2. D. de re iudi.* Fabia. in *tract. de empt. & vendi. in 3. quæst. principali. qu.* 26. Et pulchrè Franc. Cur. in *cons.* 22. quod sane intelligendum est quando primus emptor fuit in mora soluendi. Secunda conclusio, si antequam emptor fallat, & venditor rem suam sibi habere & retinere voluerit, præuenerit patronus siue manu iniecta, siue petitione exhibitionis instrumentorum & solutionis iurium. Tunc quantumcunque fallat emptor, poterit patronus potestate feudali feudum retrahere, quia nullius interest. Sed si nolit retrahere, non poterit quintum pretij, nec aliud quicquam iuris petere, imo si quid exegerit, debet (quatenus locupletior factus) restituere, quia resoluitur venditio, & ad non causam reducitur. Et hic est casus singularis, in quo locus est retractui, sed non quinto denario. Tertia conclusio, si venditor rem recuperatam vendat secundo, locus est retractui, vel quinto pretij, ex hac secunda & efficaci venditione. Et istæ conclusiones habent etiam locum in retractu proximitatis vt videlicet habeat locum vbi diximus locum esse retractui feudali, aliàs non. Et pariter vbi diximus esse locum quinto denario in re feudali, locus erit laudimiis si res sit sensualis, aliàs non.

* An vendens duob. incidat in crimen falsi.

19. ¶ QVARTO quæro, de specie quæ his diebus in facto accidit, vassallus subfeudum à se immediatè mouens, certique causa reuersum possidebat tanquam separatum a feudo principali, non enim tenetur confundere & vnire cum feudo principali, vt diximus supra §. 20 *gloss. 1. quæst.* 13 Et idem de latifundio censuali dependente ab eodem feudo: Vassallus autem primo vendidit dictum subfeudum vel latifundium: modo certum est si nihil aliud faciat, nulla iura debentur vendenti, nec etiam superiori patrono. per no. supra §. 13. *gloss. 1. quæst.* 12. Sed accidit quod infra paucos dies permutauit simpliciter feudum suum cum dicto subfeudo, vel latifundio nuper vendito. Nouus acquisitor accedit ad patronum fidelitatem & pretium offerens: patronus petit quintum pretij, vel de permutatione fraudulenta. Antequam veniam ad solutionem, aduerte quod ad * hoc vt patronus, vel alius directus dominus conqueri possit ratione contractuum factorum in fraudem suorum iurium non sufficit eum allegare & probare fraudem. Sed requiritur quod alleget & probet simulationem. Ratio, quia libera est facultas in sic, vel sic contrahendo. *l. sicut C. de actio. & oblig.* cum vulga. & bo. text. in *l. penult. C. de socio.* Vnde si aliàs volens vendere permutet, quatenus probetur communicato consilio inter contrahentes ita conuenisse, vt essent immunes à iuribus debitis ex venditione: Tamen dominus directus non potest aliud petere quàm quod ex simplici permutatione debetur, quia in veritate nulla est venditio, sed tantum permutatio.

* Nõ prodest patrono allegare fraudem hinc simulatione.

20. Quemadmodum in simili emptio facta sub pa-

* Emptore infra modicũ tẽpus fallente potest vendi rem vendicare.

cto de retrouendendo ad certum tempus, non eſt pignoratio, nec contractus vſurarius aut illicitus, ex eo ſolo quòd præceſſit * colloquium de mutuo, quia emptor noluit mutare, ſed emere quod potuit iuſto pretio, vt not. Panorm. & alij in *c. ad noſtram. in fin. de empt. venditio.* late Conrad. Summen. in *ſeptempartito. de contrac. c. quæſt.* 84. *concl.* 3. Nec obſtat quòd hic dicatur fraus fieri creditori futuro. vt per Bald. in *rubr. C. de reuo. his quæ in fraud. credi. perſcrib. in* §. *Item ſi quis in fraudem. inſtitu. de actio.* quia poteſt eſſe verum quando poſtea iuit in creditum, & ſubſequitur creditor qui fraudatur ex actu præterito ad hoc ordinato. Sed hic non ſequitur creditor, quia non proceditur ad vllam venditionem, vel alium actum ex quo incipiat aliquid aliud deberi domino directo, cui nihil acquiritur ex certo contractu, niſi contrahentibus placuerit ita contrahere. Vnde ſi nolint ſic contrahere, ſed aliter, non fraudatur dominus cui nihil adhuc eſt acquiſitum. Sed ſi velint ſic contrahere, & fingunt ſe aliud agere, tunc detecta ſimulatione fraus non patrocinatur, ſed dominus iura ſibi debita exiget, inſpecto eo quod vere actum fuit. *Arg. l. 1. & per tot. C. plus valet. quod agit.* Solutio igitur q. pendet, an præfati contractus ſint ſimulati, vel non, quod conſiſtit in circunſtantiis facti, in quibus certa regula dari non poteſt. *iuxta l. mora. D. de vſur. l. de acceſſionib. in prin. D. de diuer. & tempo. præſcrip.* Ideo pro nunc, & gratia exempli, vt alia tranſeam, dico quòd ſi pretium dicti latifundij non correſpondeat latifundio, ſed feudo, & fuerint proloquia de venditione feudi, & vitandis oneribus quinti pretij, tunc ex temporis breuitate, correſpondentia pretij, & perſonarum identitate, & proloquiis, ſatis præſumam venditionem latifundij eſſe actum penitus ſimulatum, videlicet de contractu ad non contractum. Et contractum ſequentem eſſe ſimulatum de ficta permutatione feudi, ad veram eius venditionem. Et quòd in veritate non ſit niſi vnus contractus, videlicet venditio feudi, pro illo pretio pro quo finxerunt ſe vendere latifundium, vel ſubfeudum. Pro reliquis autem coniecturis & ſpeciebus caſuum & fictionum recurre ad loca ordinaria, & tractatus ſimulationum (quos tranſcribere nolo) & ad plures caſus ſimulationis in ſimili examinatos j. §. 184.

* Proloquia mutui non vitiant cæptionem.

Solutio.

21. ¶ QVINTO quæro, de quæſt. quotidiana & valde neceſſaria, Titius emit feudum ſimpliciter, vel nomine ſuo, deinde illud tradidit & ceſſit Caio, recepto eodem pretio: Declarando tamen quòd emerat ex mandato Caij, & ad eius commodum & vtilitatem, & quòd ei tradit agnoſcendo bonam fidem. Caius offert patrono fidelitatem, & vnum quintum pretij. Patronus petit duplex, tanquam ex duplici venditione. Breuiter omiſſa diſputatione quæ nimis eſſet prolixa, Reſpondeo, quòd ex quo conſtat his interueniſſe pretij numerationem, & tranſlationem de perſona in perſonam, patronus habet fundatam intentionem in duplici venditione. Et ſic poteſt exigere duo quinta, vel ex vltima venditione retrahere, & nihilominus via actionis petere quintum pretij à Titio vel ſuo venditore ratione primæ venditionis. Nec obſtat proteſtatio ſeu declaratio Titij, tum quia facta ex interuallo, poſt ius ſemel quæſitum ex prima venditione, & à perſona ſuſpecta, & ſubſiſtente materia fraudis aut ſimulationis, prætextu agnitionis bonæ & debitæ fidei, quum ſit noua, vera & libera venditio. Iſtam concluſionem ego limito dupliciter, primo ſi per inſtrumentum authenticum, vel aliàs per legitimam probationem appareat de præcedenti mandato Titij, ad emendum dictum feudum pro Caio, vel nomine Caij, quia tunc quamuis Titius emerit de ſua propria pecunia, deinde reſtituat Caio tantam pecuniam reddenti, tamen in effectu non eſt niſi vnica venditio. Nec reſtitutio rei, quam Titius fecit Caio, eſt venditio, ſed liberatio debitæ fidei, ſiue implementum & ſatisfactio ſuſcepti mandati. Et ſic non deberur quintum pretij, niſi ſemel. Secundo limito, ſi à principio Titius emerit nomine Caij, quia tunc quamuis de pecunia propria, & non aliter appareat de præcedenti mandato: Tamen conſtat quòd non eſt niſi vnica venditio, & quòd reſtitutio ſequens non eſt mutatio feudi, ſed reſtitutio rei vero ſuo domino, quia ex traditione facta Titio, nihil ei, ſed totum Caio quæſitum fuit. *l. ſi procurator. D. de acquir. rer. domi. l. per procutatorem. C. de acquir. vel amit. poſſ.* Et ſic nullum releuium, nec aliud ius deberetur niſi vnicum tantum. Sed quid, ſi Titius emit nomine proprio, vel ſimpliciter, poſtea declarat ſe emiſſe nomine Caij, & de eius pecunia, nec apparet de aliqua ſecunda numeratione pretij, nec etiam de præcedenti mandato. Et dico quòd ex hac reſtitutione & declaratione non habet patronus intentionem fundatam in aliquo, niſi ſint aliæ coniecturæ fraudis, vel potius ſimulationis. Si enim incontinenti, ſeu ex modico interuallo, & re alias integra, à dicta venditione fiat huiuſmodi declaratio, puto nullam ſimulationem in huiuſmodi declaratione præſumi. Sed primam venditionem nomine accommodato eſſe factam, & patrono debere vnico quinto contentari, niſi aliud probare vellet, quod facere poterit tam ex qualitate perſonarum, quàm cæteris circunſtantiis facti, ſi quæ prudentis iudicis arbitrio ſatisfaciant. Si vero Titius per aliquot annos poſſedit nomine proprio, tanquam dominus, & forte tanquam vaſſallus inueſtitus fuerit, tunc iſta aut ſimilia ſatis eſſe puto ad præſumendam dictam declarationem ſimulatam, infraudem iurium patroni, etiam alio non probato. non tamen præſumetur ſecunda venditio, ex quo non conſtat de aliquo pretio, vel mobilibus loco pretij datis vel remiſſis, ſed vel donatio vel aliud mutationis genus. Et ſic vltra quintum pretij dictæ venditionis debebitur releuium pro mutatione poſtea ſecuta. Quod vt plenius liqueat,

22. ¶. SEXTO quæritur retento themate præcedentis q. Vtrum debeatur releuium propter traditionem quã fecit Titius Caio? Videretur quòd ſic, quia debetur ex omni efficaci mutatione, eriã alia neceſſaria & debita, vt in §. *præcedenti. quæſt.* 3. *nu.* 14. *& qu. ſi.* Et quòd hic interueniat noua vel vera mutatio, & tranſlatio dominij, probatur, quia licet per procuratorem ſeu per traditionem ei factã immediatè acquiramus nobis ipſis dominium directum & poſſeſſionem, ſine aliqua ceſſione. text. in *l. 1. C. per quas perſo. in l. per procuratorem. C. de acquir. vel retinen. poſſe. in l. ſi procurator D. de acquir. rer. domi. cũ ſimilibus.* quãuis directa actio & obligatio ex eius contractu non acquiratur, excepto caſu mutui *l. certi conditio. §. ſi nummos. D. ſi cert. petat. l. 2. C. per quas perſo.* Sed tantum vtilis mediante ceſſione. *l. poſſeſſio. §. ſi. D. de acquir. vel amitt. poſſe. d. l. 1. per quas perſo.* & in quibuſdã caſibus ſine ceſſione. vt in *l. Iulianus. §. ſi procurator. D. de actio. empt. in l. ſi procuratori.* Vbi glo. & doct. *D. de verbo. obligat.* Tamen adhuc illud de traditione & immediata dominij & poſſeſſionis acquiſitione, tunc demum procedit, quando fit traditio ipſi procuratori recipienti nomine domini.

Directa actio non acquiritur per procuratorem.

Alioquin ſi fiat traditio procuratori, non tanquã tali, ſed tanquam ipſi, & nomine proprio recipienti, vt in themate, vbi ſimpliciter vel nomine ſuo emit & accipit, tunc nullum dominium, nulla poſſeſſio acquiritur domino, ſeu mandatori. Sed totum quæritur ipſi procuratori. text. in *l. res ex mandato* (quæ ita debet intelligi) & cum cæteris concordantiis. *D. de acquir. rer. dom.* Et hoc caſu cum procurator ſuppreſſo mandato ſuo emit, nullam habet mandator actionem, etiam vtilem contra venditorem, ſed ſolum directam mandati contra procuratorem ſuum, ad traditionem rei, vel ceſſionem actionum, implendo ſuſceptum mandatum. Et ſic talis procurator qui nomine ſuo recepit, dominus factus eſt titulo ex empto, quo ius quinti denarij patrono acquiſitũ eſt. Et cùm rem tradit mandatori, tunc demum

Intellect. *l. res ex mandato. D. de acquir. dom.*

demum mandator dominus efficitur, *d. l. reseꝛ mandato.* & ſic liquet, quòd hic noua eſt mutatio. Igitur ſaltem releuium ex ea debetur.

13. ¶ Contrarium puto, quia iſta noua mutatio eſt reſolutio primæ ex cauſa antiqua & neceſſaria. Et acquiſitio quam fecit dictus procurator, licet illam fecerit ſibiipſi inſpecta ſubtilitate iuris, tamen non fecit pro ſe, inſpecto affectu & effectu, ſed pro mandatore, vt patet tam per euentum, quàm per præcedens mandatum. Et ſic non cenſetur niſi vna effectualis mutatio, & tranſlatio à venditore in Caium, qui non cenſetur habere cauſam à Titio, ſed à venditore, mediante emptione facta ad ipſius commodum per Titium procuratorem ſuum. Et præfata iuris ſubtilitas diſtinguens an procurator emerit, & res ſit ei tradita nomine ſuo, an vero nomine domini, de quo per Bar. & alios in *l. qui mihi donatum. D. de donat.* non debet attendi, niſi in terminis ſuis: non autem in terminis huius conſuetudinis loquentis de iuribus quinti vel releuij, quæ intelligitur & refertur ad veras effectuales venditiones & mutationes: non autem ad illas quæ conſiſtunt in mera ſubtilitate, quæ ſæpe à iudicibus non admittitur, inquit text. in *l. ſicut. §. ſi debitori. D. quib. mod. pign. vel hyp. ſolui. gloſſ. ſi. in c. vnico. in tit. epiſc. vel abbe. in vſibus feud.* prout etiam apud nos obſeruatur, quòd dominus ex contractu ſui procuratoris, vel geſtoris, ſicut aliàs ex contractu nuncij recta & ſine ceſſione agit, omiſſo circuitu non attenta præfata ſubtilitate iuris Romani. Et hæc intelligo dummodo huiuſmodi reſtitutio fiat re integra, non dico incontinenti, ſed quòd Titius non fuerit nomine ſuo inueſtitus à patrono, nec per aliquot annos poſſederit & adminiſtrauerit tanquam dominus, quia tunc vltra iura quæ competierunt ex venditione, puto quòd deberetur releuium ex traditione prætextu antiqui mandati facta.

14. Rurſus circa hæc ad maiorem præcedentium declarationem quæro, quid ſi Titius non acquiſiuit ſimpliciter nomine ſuo, nec etiam expreſſe certo nomine alieno, ſed acquiſiuit pro eo quem nominauit, vel declarare voluerit? Et videretur perinde dicendum vt ſupra *eod. quæſt.* 5. in primo membro ac ſi ſimpliciter nomine ſuo emiſſet, quia talis cenſetur ſibi ipſi & hæredibus ſuis emere & ſtipulari. text. in *l. ſecundum reſponſum. C. de contrab. & committ. ſtipula.* fac. *l. Ita liber. in princ. de ſtatut.* & ſi dicatur quod videtur emere conditionaliter pro illo quem nominabit, & ſic ſi & quem nominauerit: tamen illa conditio eſt poteſtatiua, & ſic non trahitur retro, ſed valet vt extunc, vt pulchrè declarat Alex. *con.* 232. *num.* 4. *num.* 5. *num.* 7. *lib.* 6. & conſequenter tempore declarationis videtur eſſe alia noua & voluntaria mutatio vt ex nunc, & ſic vltra iura primæ venditionis videntur noua iura deberi tanquam ex noua voluntaria venditione, ſi rurſus pretium numeretur, vel ſaltem releuium deberi tanquam de ſimplici noua mutatione manus, ſi non conſtet de noua pretij numeratione. facit quod Salycet. in d. l. ſecundum reſponſum infert, quod ſi illa ſtipulatrix alteri reliquerit, ille non aget ex ſtipulatione, ſed hæres tenetur ei actionem cedere, ad hoc etiam Philip. Dec. *conſ.* 543. *col.* 1. Sed his nonobſtantibus puto dicendum ſicut in terminis primæ & ſecundæ fallentiæ. *ſupra eod. q.* 5. *num.* 21. vt ſemel tantum iura ex dicta prima venditione debeantur, etiam ſi appareat de duplici numeratione pretij ex interuallo, quia ſatis eſt quod ab initio apparet emiſſe nomine alieno. licet perſonam non expreſſerit, quia mandator propter varias iuſtas cauſas vetare potuit nomen ſuum ab initio exprimi, & ex hoc ſolo quod non fuit expreſſa perſona, non poteſt colligi in fraudem patroni factum vel ſimulatum eſſe.

15. Et iſtud clarè procedit quandò ille qui poſtea nominatur, erat capax acquiſitionis feudi tempore contractus, quia tunc demum poteſt declaratio retrahi. Secus ſi tunc erat incapax rerum immobilium vel ſi capax erat, tamen erat incapax feudorum, vel ſaltem huius feudi, quia tunc neceſſe eſt quòd Titius interim nomine proprio & pro ſe acquiſiuerit. Et conſequenter etiam ſi ille quem poſtea nominat tempore nominationis ſit capax huius feudi. Iſta eſt noua, vera & effectualis mutatio manus, & ſi fiat cum refuſione pretij noua eſt venditio in qua locus eſt vel retractui feudali, vel quinto pretij ad electionem domini, alias integrum releuium debetur. & hæc ſit prima limitatio quam ſublimito, ſi iſte nominatus factus ſit capax ex cauſa quæ trahitur retro, vel quæ retro pro infecta habeatur.

16. Puta ſi erat proſcriptus (*bannitum* vocant) per contumaciam vel aliàs iniuſtè, & poſtea innocens repertus eſt, vel etiam ſi ante ſententiam ex mera contumacia proſcriptus fuit quam purgauit comparendo, deinde ante ſententiam gratiam à principe obtinuit, huiuſmodi enim reſtitutio per viam iuſtitiæ vel contra ſimplicem contumaciam trahitur retro, quia illa præſcriptio hunc ſtatum reſolutionis implicitum ab initio habebat. Igitur per not. *in l. vlt. ſi ex noxali cauſa agat.* & quod hæc trahatur retro notant docto. in *l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſthum.* Secus quando fit reſtitutio per viam meræ gratiæ, quia hæc non retrahitur retro, Bal. *l. ſed ſi hac. §. ſed & ſi per pœnam de in ius vocan.* Angel. in *authent. de hæred. & fale. col.* 1. *in princ.* Cardinal. Florent. *c. quia diligentia col.* 2. *verſ.* 3. *quæro.* & ibi Philip. Deci. in *fine extra de electio.* dixi in annot. ad Alex. *con.* 101. *num.* 6. *lib.* 2. & ad Philip. Dec. *c. vlt. nu.* 8. *de conſtitut. & in con.* 525. *n.* 7. *& plenè infr.* §. 168. Sublimito etiam ſi hæc reſtitutio fiat pro pace publica cum expreſſa vel tacita clauſula quod trahatur retro. Nicol. Boeri. *deciſ. Burdegalenſi* 58. *nu.* 7. quando aliàs princeps habet omnia etiam retro pro infectis. Philipp. Decius *d. conſil.* 252. *in fin.*

17. Limito ſecundo ſi poſtea ille Titius nominet aliquem poſtea natum qui non erat in rerum natura tempore acquiſitionis, adeo vt nec conceptus eſſet propter *l. qui in vtero de ſtatu hominum.* Quia tunc neceſſe eſt dicere quod Titius in effectu acquiſierit pro ſe. & ſic ſequens declaratio eſt noua voluntaria mutatio, de qua ſecundum eius naturam iudicatur de præſenti: nec obſtat nullum fuiſſe mandatum infantis, vel eius qui in vtero eſt. quia ſatis eſt quod capax erat curatoris qui ratum haberet. Limito tertio, ſi Titius diu nomine proprio fruitus ſit *vt ſ. num.* 21. *ſi.* vel ex tali interuallo, vel talem nunquam antea ſibi cognitum nominauerit, vt veriſimiliter ſit in fraudem nouæ venditionis vel ceſſionis, aut ſaltem veriſimilem quod tempore acquiſitionis neſciebat quem nominaret: quia tunc duplex eſt mutatio & ex vtraque iura ſecundum cuiuſque naturam debentur. poteſt etiam Titius cogi iuramento ſe purgare iuxta no. *infra* §. 176. *in fi.*

18. ¶ SEXTIMO iuxta hæc quæro, quid in ſpecie huiuſmodi, quæ nuper accidit inter plures filios hæredes patris, placuit certum feudum adiudicari cuicunque plus offerenti, vt pretium diuidatur inter eos pro portionibus ſuis. Primogenitus iam habebat dimidiam ex capite ſuo, cupiens habere reliquam, ſed diſſimulans animum, ne reliqui fratres per inuidiam augerent pretium, ſubornauit extraneum emptorem, cui tanquam vltimo licitatori feudum fuit adiudicatum: & idem licitator numerauit pretium de pecunia primogeniti, ſcilicet dimidiam partem pretij, quæ viritim diuiſa fuit inter ſecundogenitos, & ſic primogenitus totum feudum per huiuſmodi interpoſitam perſonam recuperauit, quoniam dictus emptor per inſtrumentum ſeparatum declarauit ſe emere nomine primogeniti ad eius vtilitatem, & de eius

pecunia. Patronus petit duplex quintum pretij totalis totius feudi, vnum pro venditione facta extraneo, aliud pro venditione per dictum extraneum facta d. primogenito. Primogenitus offert dimidiam partem vnius quinti tantum, quasi dimidiam dumtaxat acquisiuerit, cum aliam partem feudi haberet ex capite suo. Quæritur, quid iuris? Et primo videtur alterum plus petere, alterum minus offerre. Et quòd in veritate totum feudum per omnes hæredes, & semel tantum venditum fuerit. Et sic quòd vnum quintum pretij integrum debeatur patrono, & non plus: quia semel tantum totum fuit venditum & non pluries, Et licet nunquam istud feudum mutauerit manum nisi pro dimidia parte, puta quia primogenitus semper remansit possessor portionis suæ: tamen satis est ad fundanda iura domini, quòd totum semel venditum fuit, & quòd inter venditores & emptorem non fuit integra, nec aliàs discessum à totali venditione & adiudicatione, & quod venditio non habetur pro infecta, nec reducitur ad non causam, ex eo quòd emptor agnoscit se totum emisse & fecisse nomine primogeniti, & ad eius commodum. Imò semper magis confirmatur & sortitur effectum. Pro secunda opinione aliter videtur, quòd imo patronus benè dicat, & quod possit petere quintum pretij ex prima venditione, deinde aliud quintum ex secunda tacita venditione facta per extraneum primogenito. Saltem vnum releuium tanquam ex alia noua mutatione, ex quo non apparet de secunda pretij numeratione, vt in *ff. q. 5. 5. eo.* Ratio, quia prima venditio facta fuit multum solenniter, videlicet publice, & apud acta & iudice authore seruatis solennitatibus hastarum. Et sic in alia non debet præsumi aliqua simulatio per no. Paul. Alex. in *l. transactionem in fin. C. de transact. in l. pacta nouissima*, per text. ibi maximè *si apud acta præsidis. C. de pact.* Nec est dubium quin ex tenore quo constat extraneum totum feudum nomine suo emisse, sit fundata intentio patroni in vno integro quinto. Et cùm in illa adiudicatione per decretum non præsumatur simulatio, sequitur quod ex sequenti declaratione oritur noua mutatio, & sic nouum ius, siue quintum, siue releuium debetur. Sed non videtur hæc sententia stare posse, quia primogenitus poterat euincere extraneum emptorem iure retractus proximitatis, quo casu non debetur patrono nisi vnicum quintum dumtaxat. Igitur satis ex conditione materiæ subiectæ apparet, quod dimissio quam facit extraneus emptor, non est voluntaria, sed necessaria, quia poterat ad hoc cogi. *argum. l. nouissime. D. quod fal. tuto. auth.* Et si dicatur quod non debeat considerari ius retractus proximitatis, quia primogenitus non vtitur illo iure, sed diuerso.

Non præsumitur fraus, nec simulatio in eo quod alia via obtineri potest.

29. ¶ Tamen multum facit ad eleuandam præsumptionem simulationis, quod alia iusta via obtinere poterat. vnde non ita facile præsumitur elegisse aliam viam quæ esset simulata & infirma. *arg. l. 3. D. de milit. testa.* Pro tertia opinione aliter videtur, quod primogenitus benè dicat, quia ex hypothesi nunquam processit ad aliquam traditionem vel translationem portionis suæ, quæ est dimidia: sed semper remansit illius possessor, & vetus dominus iure hæreditario, vt prius. Et quod per d. declarationem Titij non mutauerit sibi causam possessionis in d. sua dimidia portione patet, quia non habuit intentionem vendendi illi extraneo portionem suam, nec illam redimendi, sed solum emendi & acquirendi portiones cohæredum per interpositam personam extranei licitatoris. Igitur in effectu nulla est mutatio, nulla venditio, ratione dimidiæ partis primogeniti: sed solum vnica per vnicam venditionem mutatio, ratione dimidiæ partis reliquorum hæredum. Igitur non potest deberi quintum, nisi semel, & pro dimidia, videlicet respectu portionis cohæredum dumtaxat. Sicut in simili de acquisitione facta per procuratorem vel interpositam personam dictum est in præcedentibus qq. Et satis videtur in hoc lucrari patronus propter interuentum extranei licitatoris, quasi non fuisset admissus, sed inter cohæredes dumtaxat facta esset licitatio, nulla iura patrono deberentur. per no. 5. § *præcedenti q.* 22. *num.* 73. Pro resolutione puto standum primæ sententiæ, vt videlicet debeatur patrono vnicum integrum quintum totius pretij adiudicationis factæ per decretum. quia in hoc fundata est intentio patroni in sententia & decreto, quod transiuit in rem iudicatam, contra quod non est primogenitus admissibilis ad aliquid allegandum. de cessione autem per emptorem facta primogenito, nihil debetur patrono, non quintum pretij, etiam dimidium tantum, quia non est noua venditio in aliquo, etiam respectu portionum cohæredum primogeniti: nec etiam debetur releuium, etiam dimidium respectu dictarum portionum tantum, quia nunquam fuerunt acquisitæ emptori, ex quo nunquam possessionem nomine suo apprehendit, & consequenter harum portionum respectu non est duplex mutatio manus, sed vnica tantum, videlicet à dictis cohæredibus in primogenitum. Et sic non est in aliquo locus releuio, *per not. j. ea. de q. 9.* Solutio

30. ¶ OCTAVO quæro, vassallus vendidit & tradidit feudum, sub pacto de retrouendendo, certum est quod debetur quintum pretij patrono ex hac venditione, & quod de reuenditione siue restitutione in vim dictæ facultatis, siue ipsemet venditor redimat, siue hæredes eius laterales, non debetur nec quintum pretij nec releuium, sed simplex renouatio fidelitatis dimissæ, quia hic non est noua venditio, nec noua mutatio, sed resolutio primæ ex causa antiqua & necessaria, per no. 5. §. *præced. q.* 3. Sed quæstio est si ipsemet venditor non redimat, sed vendat alteri facultatem, ius & actionem redimendi. An ex hac venditione debeatur quintum pretij patrono?

Videtur quod sic, quia illud ius redimendi est velut ius feudi. *l. feudi partem. D. de contrab. empt. & vend. l. si sterilis. §. si tibi. D. de act. empt. c. cum Io.* & ibi Panorm. in 5. *notab. de fid. instrum. in c. cùm aliquibus.* 2. notab per illum text. de *decimis.* Et idem iudicatur de actione competente ad rem quod de re ipsa. *l. si ad resoluendam. C. de præd. min. siue decre. non alienan.* Imo habitualiter videtur inesse dominium vtile feudi huic iuri redimendi, quoniam etiam vtilis rei vendicatio ad hoc competit, secundum opinionem Pau. Castr. in *l. si cùm venderet. D. de pign. actio.* quam contra Alex. declaro, & defendo 5. §. 184. Et sic vendendo istud ius redimendi, videtur * in effectu vendere feudum, vel eius vtile dominium, sicut transmittendo ad hæredes suos ius redimendi feudum, Idem iudicatur ac si ipsum feudum transmitteret. Vnde si filij succedant, erit inter eos locus iuri primogenituræ in hac actione & in re virtute illius redempta. Et si non sint nisi hæredes collaterales ad illos solos transmittitur, & acquiritur hæc actio, ad quos feudum, vtpote antiquum, fuisset transmissum. vt plenè diximus 5. §. 11. *num.* 28. 29. *cum seq.* Et similiter si vendatur hæc facultas redimendi, locus est retractui proximitatis. Et æque potest proximus venditoris ex illo latere. §. vnde feudum processit, retrahere hanc facultatem, sicut potuisset retrahere feudum, nedum si hæc vendatur tertio, sed etiam si vendatur ipsimet emptori feudi, etiam post annum venditionis & inuestituræ ipsius feudi, vt plenè diximus *infra* §. 174. 31. Præterea si dicamus nullum ius deberi patrono ex venditione d. iuris redimendi, sequentur multa inconuenientia. Primum quod vassallus integrum feudum totaliter nullo iure retento, sed accepto integro iusto pretio vendere poterit, & tamen non habebit patronus quintum pretij recepti

* In iure redimendi ipsa res reprælentatur.

à vaſſallo, ſed ſolum dimidium quinti vel minus pro libito vaſſalli, finge feudum valens mille, vendi pro quingentis, vel minus ſub onere redemptionis vſque ad ſeptem annos: deinde vaſſallum eadem vel ſequenti die, vendere vel cedere dictum ius redimendi Titio, forte vicino emptoris feudi, pro aliis quingentis ſeu reſiduo iuſti pretij totius feudi. Ecce quod feudum eſt in totum venditum pro mille. Et etiam patronus non poterit habere quintum pretij niſi de quingentis, niſi dicamus quod ius quinti exigere poteſt etiam de venditione iuris redimendi. Secundum inconueniens ſequitur ex primo, videlicet quod extraneus emptor acquiret totum feudum pro mille, & tamen non ſoluet quintum denarij niſi de quingentis, puta quia emet à Titio pro aliis quingentis dictam facultatem redimendi, & ſic plenum ius feudi obtinebit pro mille, & tamen cauſabitur ſe non debere niſi quintam partem quingentorum, quibus emit ipſum feudum. Vel aliter iſte mercator faciet feudum vendi vicino pro quingentis ſub facultate redimendi. Deinde dictam facultatem emet à venditore pro aliis quingentis, cuius virtute redimet feudum ab emptore. Deinde accedet ad patronum offerens fidelitatem, & quintam partem quingentorum ex capite venditionis feudi, dicens ſe nihil aliud debere, quia de redemptione facta ab emptore nihil debetur, vt ſæpe dictum eſt: & de emptione facultatis redimendi dicet etiam nihil deberi. Tertium inconueniens, quia nedum ius quinti denarij, ſed etiam retractus feudalis, per hanc viam fraudabitur, quia dictus emptor feudi notificatione venditionis facta ſi videat patronum velle iure retractus vti, faciet ſibi vel amico ſuo vendi, vel mediante alia penſatione cedi dictum ius redimendi, cuius virtute euincet patronum, qui ſicut non poſſet exigere quintum denarij de venditione iuris redimendi, ita nec releuium de ceſſione dicti iuris, nec iure feudali retrahere ius redimendi venditum. Et ſic cogetur patronus extraneum emptorem inueſtire, accepta pro omni iure media parte quintæ partis totalis pretij feudi venditi. Alioquin dicendum videtur, quod ſicut in venditione formali, ita & in venditione, vel alia ceſſione iuris feudum redimendi (in qua virtualiter ſeu effectualiter ineſt venditio vel ceſſio feudi) locus ſit tam quinto denario, quàm releuio, quàm retractui feudali: quemadmodum etiam venditio ſimplicis facultatis redimendi ſubeſt retractui proximitatis.

32. ¶ His tamen nonobſtantibus dicendum eſt, quintum pretij non deberi de venditione iuris redimendi, quod vaſſallus vendendo feudum retinuerat, quia illud ius non debetur niſi quando feudum venditur, ſed ius redimendi feudum, ſiue actio ex vendito ad redimendum, non eſt feudum, ſicut etiam actio exempto, vel condicto. ex *l. ſi quis argentum. C. de donat.* competens præciſe ad feudum, non eſt feudum. Et ex quacunque mutatione circa huiuſmodi iura & actiones accidente, nulla iura feudalia producuntur, vt plenè probatur 3. §. *præcedenti q.* 15. 36. Et ſic ſiue huiuſmodi facultas aut ſimilis actio vendatur, ſiue donetur, aut ad hæredem lateralem tranſmittatur non eſt locus quinto pretij, nec releuio nec retractui feudali. Nec obſtat quòd retractus proximitatis habeat locum in venditione iuris redimendi hæredium antiquum, quia ille retractus eſt fortior, fauorabilior & latior retractu feudali, & competit ad retractum cuiuſcunque rei, vel iuris immobilis ſiue feudalis, ſiue paganicæ, quæ iure hæredij cenſetur *vt* 3. §. 172. Non obſtant præfata inconuenientia quia ceſſante fraude & ſimulatione nullum eſt inconueniens. Hæc enim onera feudalia odioſa ſunt, & dato quòd non eſſent odioſa, adhuc non debent extendi vltra caſum ſuum, videlicet mutationis ipſius feudi, ad quem limitata ſunt. Perſpiciamus tamen quorſum res euadat vt in illa ſpecie, cùm vaſſallus vendit feudum Titio ſub facultate redimendi. Deinde illam facultatem vendit Caio, qui feudum redimit à Titio, & idem Caius petit inueſtituram, offerens quintam partem pretij venditionis factæ Titio. Patronus autem vult vti retractu feudali, & offert Caio refundere nedum pretium feudi, ſed etiam pretium facultatis redimendi. Sed de hoc punctò remitto ad no. 3. §. 20. *gloſſ. 4. num.* 4. Vbi concluſimus hoc caſu locum eſſe retractui feudali. Idque ſpeciale eſſe fauore retractus, & concurrente ad hoc rei æquitate & mente conſuetudinis, & ne illud abſurdum contingat, quòd ius retractus ſemel patrono acquiſitum ex venditione conſummata auferatur ab eo per nouum emptorem, vel per modum alterius emptionis & venditionis, ex quo tamen fonte potius deberet ius retractus oriri vel conſeruari. Secus eſt in iure releuij, vel quinti denarij, quod eſt odioſum. Igitur non extenditur vltra limitem ſuum. vnde in hac vltima ſpecie ſi patronus non eligat retractum, ſed quintum denarium, non habebit illum niſi de quingentis, ſeu de pretio ipſius venditionis feudi, & non de pretio venditionis dictæ facultatis redimendi, & hoc niſi clarè, vel ſufficientibus coniecturis appareret de ſimulatione vel tituli colore quæſito. *vt in l. Sulpitius. D. de donatio. inter vir. & vxor.* Tunc autem ſimulatur & quæritur color, quando ab initio id agitur vt feudum perueniat ad Caium, & non ad Titium, tunc enim ſatis apparet perſonam Titij interpoſitam fuiſſe, non vt Titio aliquid acquireretur permanſurum cum effectu, ſed vt mediante perſona Titij, Caius feudum perpetuum acquireret, cum magna diminutione iurium feudalium. Et ſic his caſibus ſolidum quintum totalis pretij pendendum erit à Caio, tanquam ipſius feudi vero emptore. Et quamuis non appareat ita eſſe actum (tunc enim res eſſet expedita) ſi tamen ex breuitate temporis, conjunctione & qualitate perſonarum, vehemens ſit præſumptio ita eſſe ſubintellectum, ſatis eſt: maximè attento quòd ſimus in materia diſpoſita ad fraudes & ſimulationes, quæ ſolent caute & occulte fieri, vnde coniecturis probabilibus reuinci poſſunt, nec aliàs plenè probationes, requiruntur, vt tradit Cy. Bal. in *l. pen. C. plus valet. quod agi. in l. ſi. C. de pigno. actio. Cano. in C. ad noſtram de empt. & vend.*

Et illud eſt generale, quòd in * his quæ de ſe ſunt vel ſolent eſſe difficilis probationis, leges contentantur probationibus quæ haberi poſſunt. vt in *leg. omnes. §. à barbaris. D. de milit. in c. licet ex quadam. de teſtibus notat. Archi. in c. inter memoratos.* 16. *quæſtione tertia.* Cy. in *leg. ſi quidem. C. ſolut. matrim.* Feder. de Sen. in *conſi.* 519. *nulli dubium.* Lap. in *allega.* 94. *col.* 3. Bar. Alex. Iaſ. in *l. ſi. quis ex argentariis. in fin. D. de eden. in l. in illa ſtipulatione ſi calendis in fin. D. de verbor. oblig.* Alex. in *conſi.* 24. *animaduerſis columna* 2. *conſil.* 53. *viſo themate conſil.* 69. *viſa facti. libro ſecundo conſil. ſi. lib.* 3. alias infinitas allegationes omitto.

* Sufficiunt coniecturæ ad probandã ſimulationẽ.

33. ¶ Nvnc generaliter quæro, quid in venditione cæterarum quarumcunque actionum competentium ad feuda? Reſpondeo breuiter, non habere locum ex tex. & non deberi quintum, nec ſubquintum, quia ſicut conſuetudo noſtra loquens de releuio non habet locum, niſi in mera mutatione & tranſlatione ipſius feudi: & non tranſlatione vel tranſmiſſione actionis ad feudum, ſiue in hæredem collateralem, aut alium ſucceſſorem, prout diximus in §. *præcedenti q.* 36. eiſdem (quas non repeto) rationibus conſuetudo huius & ſequent. §. loquens de venditione feudi, non verificatur niſi in venditione ipſius feudi, & non in venditione cuiuſcunque actionis competentis ad feudum. Aduerte, iſta concluſio eſt maximæ importantiæ, eámque potuiſſem in plurimas quæſt. ſe-

paratim & effuſe diſputans diuidere, ſed compendij & clarioris doctrinæ gratia, malui ab hac generali concluſione incipere, ſubjungendo vice corollariorum, quæ inde ſequuntur illata, per ſe ſi opus ſit examinanda. Primum corollarium, quòd à dicta concluſione ſequitur, eſt tale. Si ſimplex donatarius feudi vendat vel mediante pretio remittat donatori ius ſuum, & actiones ſuas, nulla iura debentur patrono, nec de donatione, nec de huiuſmodi venditione. Secundum corollarium, ſi donatarius ſimplex, id eſt, qui nondum traditione vera vel ficta dominium aſſecutus eſt, vendet ius ſuum & actionem tertio cui fiat traditio feudi, nullum quintum vel ſubquintum debetur ratione quintæ venditionis, ſed ſolum vnicum releuium ratione dictæ traditionis feudi. Tertium corollariũ ſi donatarius ſimplex vendat ius ſuum Titio, qui illud vendat Caio, qui vendat Sempronio. Et ſic forte vſque ad decimum emptorem, adhuc nulla iura debentur patrono ratione alicuius dictarum venditionum, ſi nulla ſit facta traditio à donatore: qui ſi forte tradat vltimo emptori, vnicum dumtaxat releuium debebitur ab hoc vltimo emptore.

34. ¶ Sed contra iſta oppono. Et primo contra primum corollarium, quia ſi diſcederetur à donatione per viam ſimplicis pœnitentiæ, vel diſtractus, tunc clarum eſſet nulla iura deberi, nec de donatione, nec de diſtractu, per not. in §. *precedenti. q* 2. Sed hic nullo modo pœnitent, nec diſcedunt à donatione, imo magis donatio ſortitur effectum, cùm donatarius vendat donatori ius ſuum pro pretio condigno rei donatæ. Et ſic cùm donatio feudi & venditio ſortiantur facti & iuris effectum, abſurdum videtur nulla iura deberi patrono, quum magis debeat attendi effectus quàm verba. Secundo, contra ſecundum corollarium, quia eſſet aperta via fraudibus, quoniam donatarius volens vendere extraneo, & non accipere poſſeſſionem, ſed ante omnem traditionem traderet omnes actiones ſuas pro iuſto pretio ipſius feudi. Et ſic contingeret integrum pretium totius feudi eſſe numeratum venditori, & tamen nullum commodum poſſet peti per patronum, nec à venditore, nec ab emptore, quod videtur abſurdum. Tertio, quia ſaltem poſtquam emptor in vim actionis emptæ, dominium & poſſeſſionem feudi nactus fuerit, debet teneri ad quintum, vel etiam ſubquintum pretij per eum ſoluti. Saltem videtur quòd venditor teneatur. Tum quia non videtur æquum venditorem actionis plus conſequi, & minus grauari, quam venditorem & dominum ipſius feudi Tum quia ad primordium tituli poſterior formatur euentus. *l. vnica. C. de impo. lucra. deſcrip. lib.* 10. Igitur videtur hunc emptorem traditione habita teneri ad quintum, prout inſpecto euentu & effectu feudum ipſum cenſetur emptum, ſiue medio emptionis acquiſitum. Quarto ſequeretur aliud abſurdum, quod ſi hæreditas in qua eſſent feuda, vendita eſſet à vero hærede, ſed non poſſidente, quòd emptor non teneretur ſoluere vllum quintum pretij, etiam poſtquam omnia feuda medio dictæ emptionis aſſecutus fuiſſet, quoniam propriè & in ſtrictis terminis loquendo, non eſt verum aliqua feuda in particulari, nec in vniuerſo eſſe vendita, ſed ſolum iura & actiones ad feuda, & adhuc non per ſe, ſed in conſequentiam venditionis iuris vniuerſi. per text. & ibi not. in *l.* 1. *C. de euict.* quod tamen eſt falſum, & oppoſitum notoriè practicatur. His & aliis multis quæ omitto, non obſtantibus perſiſto in concluſione, & illatis.

* Ratio dicti ſua.

35 ¶ Et* diluendo obiecta, ad primum, fateor donationem & venditionem ſortiri effectum. Sed dico quòd habent alium effectum, & non illum quem noſtra conſuetudo intendit & reſpicit. Effectus autem quem noſtra conſuetudo intendit & reſpicit, ad hoc videlicet vt iura feudalia debeantur, eſt quòd feudum ipſum transferatur, & mutet manum de vno in alium. Sed ſic nullomodo transfertur, nec mutatur, nec aperitur, nec per donationem, nec per venditionem, ſed ſemper remanet idem antiquus vaſſallus, vt prius. Et ſic non eſt locus releuiis, & aliis oneribus introductis per hanc conſuetudinem, cuius verba & mens non verificantur hoc caſu. Et ſic patet quòd ſententia noſtra non imponit legem verbis, ſed rebus, nec innititur nudis verbis, ſed menti & effectui intento à conſuetudine. Ad ſecundum nego fraudem fieri patrono, etiam ſi conſtet donatarium hac mente abſtinuiſſe ab apprehenſione feudi, vt nullum deberet releuium de donatione ſibi facta, nec quintum pretij de venditione, quam facit, quia niſi contingat feudum ipſum vendi, vel mutare manum, nullum ius debetur, nec incipit deberi patrono. Liberum eſt enim contrahentibus, vel alias diſponentibus eligere viam eis commodiorem, dummodo vere & ſine ſimulatione eligant, vt dictum eſt ſupra *eo. q.* 4. Secus ſi conſtet certo, vel per probabiles coniecturas de ſimulatione per interpoſitam perſonam, puta ſi emptor volens emere feudum, ſed euitare iura quinti & ſubquinti, ſubmittat Sempronium cui vaſſallus donat, deinde Sempronius vendit actiones ſuas emptori pro certo pretio, quod ſiue per manum emptoris, vel Sempronij, aut alterius deuenit ad vaſſallum, ſeu donatorem. Tunc enim ſatis apparet, quòd antiquus vaſſallus noluit donare ſed vendere, & quod interpoſitio perſonæ Sempronij, & donatio ei facta eſt meta fictio. Et quod in veritate eſt vera venditio feudi directè, & immediatè facta à vaſſallo ipſi emptori. Et ſic non eſt locus releuio, ſed quinto vel ſubquinto pretij.

36. ¶ Ceſſante autem fictione, * non ſufficit quiuis actus donationis, vel alterius diſpoſitionis, niſi feudum mutet manum, & termini conſuetudinis propriè verificentur, & non ſufficit quod fictè. Vnde ſi quis amore & contemplatione Titij donet feudum, & tradat filio eius forte adoptiuo, nepoti ex fratre Titij, quamuis videatur acquiſitum Titio, & per illum, filio, vel nepoti. *l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. vbi per ſcriben. D. de vulga. & pupilla. ſubſtit.* Tamen non debetur niſi vnicum releuium, quia non eſt niſi vnica vera mutatio à donatore in eum cui fit, & non cuius contemplatione fit donatio. Vnde etiam ſi quis donare volens Titio, forte etiam remunerationis gratia, eius rogatu donet feudum creditori Titij, qui hac contemplatione conſequitur liberationem à creditore, etiam de debito in magna quantitate, forte aſcendente vſque ad vſlorem feudi, vel vltra, quamuis breui manu videatur feudum donatum, & traditum Titio, & ab eo datum in ſolutum creditori. *per l. licet. §. quotiens. D. de iure dot. l.* 3. *§. ff. D. de donat. inter vir. & vxor. l. vt mihi donares. D. de donatio.* tamen nunquam releuium debetur ex perſona Titij, neque quintum pretij ex illa ficta, & mera intellectuali donatione in ſolutum pro debito in pecunia: ſed dumtaxat vnicum releuium à creditore, ratione mutationis factæ in eum à donante, quamuis reſpectu recipientis nulla ſit donatio, ſed potius emptio, vel actus æquipollens.

* Mutatio vel venditio feudi non ſufficit.

37. ¶ Quia* cauſam & ſpeciem mutationis & tranſlationis feudi metiri debemus ex parte transferentis, & non ex parte recipientis, ſiue ex cauſa, quæ eſt in tradente, quia eſt cauſa actiua & effectiua tranſlationis. quòd autem recipiens recipiat ex alia cauſa, illud eſt per accidens, quod non attenditur quùm originalis & effectiua cauſa potior ſit accidentali. Amplio etiam ſi ille creditor contemplatione feudi accepti, quod forte plus valet quàm ſibi deberetur à Titio, refundat Titio tantum pecuniæ, quantum debito ſuperualet feudum, quia ſatis eſt quod verè & propriè non emit feudum ipſum à Titio, & quod ceſſat fraus inter-

* Mutatio qua & qualis ſit feudi, ſpectatur ex parte transferentis.

positionis personarum & simulatio, prout dictum est in 2. corollario. Secus esset si donator esset obligatus Titio in certa pecuniæ quantitate, & ei daturus feudum in solutum, eius rogatu dederit Sempronio. Tunc enim apparet quòd vasallus non habuit animum donandi, sed dandi in solutum creditori suo, pro certo debito in pecunia, & sic habuit animum faciendi actum omnino æquipollentem venditioni, & ex quo iura feudalia dębentur, prout & ita de facto fecit, quia feudum tradidit, quo mediante à dicta summa pecuniç liberatus fuit, & sic in effectu vendidit, seu in solutum loco pecuniæ dedit creditori suo: non enim refert an creditori, an alij de eius voluntate feudum tradidit. *l. solutum. §. solutam. D. de pign. actio. l. inuito. C. de solutio. cum vulg.* Et sic attento animo & effectu subsecuto, non est dubium, quin debeatur quintum pretij.

38. ¶ Sed an ex traditione facta Sempronio debeatur aliquod ius feudale? Videretur quòd sic, videlicet relevium, si Titius ei donare voluerit, prout hoc casu donasse censetur, & vere donauit, vel quintum pretij, si forte Titius erat debitor Sempronij, in tantam summam quæ sibi debebatur à donatore, quem Titius delegasse videtur Sempronio. Contrarium est dicendum, quòd nec relevium debetur in casu quo donare voluit, quia feudum iterum non mutauit manum. Non * autem sufficit etiam multiplex donatio, nisi toties feudum mutet manum, vt dictum est in §. *præcedenti. q.* 36 Nec etiam debetur quintum pretij, in casu quo à pari debito liberari voluerit. Tum quia concurreret duplex fictio, videlicet quod feudum fingeretur bis venditum, & bis traditum, quod non debet admitti. Tum quia proprie Titius non fingeretur dedisse Sempronio feudum in solutum, sed potius iura sua & actiones ad feudum: & sic nullum nouum ius deberetur, vt in casu primi corollarij, quia etiamsi Sempronius non erat aliàs creditor Titij, sed ei certam pecuniam numerauerit, vel etiam formaliter emerit spem vel actionem, quam Titius habebat ad feudum emptum vel promissum dari in solutum, adhuc ex hoc secundo negocio nulla iura deberentur, sed tantum ex primo. Nec obstat quòd emptor nominis traditione habita censetur accepisse ex causa venditionis, & quòd venditor actionis non debet esse melioris conditionis quàm venditor feudi, quia ista non concludunt nec sufficiunt vt verificentur verba & mens consuetudinis loquentis de relevio, vel quinto pretij: quia respectu secundi negotij, deficit formalis venditio ipsius corporis feudi, & non reperitur aliqua mutatio feudi ex hac secunda interpretatione feudi venditione. Et sic patet responsio ad tertium obiectum.

* Non sufficit multiplex effectualis donatio, nisi fit multiplex mutatio.

39. Ad quartum, standum est contrario: sed dicendum quòd est longè diuersum à themate quæst. nostræ, quia quòd dicitur venditorem * hæreditatis, non esse venditorem rerum particularium in hæreditate existentium procedit duplici respectu dumtaxat, primo attenta subtili locutione iuris ciuilis: & prout verbum hæreditas sonat vniuersitatem iuris tantum etiam sine vllo corpore hæreditario consistentem *l. hæreditas. D. de petit. hæred. l. hæreditatis appellatio. D. de verb. signif.* Secundo, ex eo quod vendens hæreditatem affirmat se hæredem, idque præstare debet: non enim vendit spem vel fortunam incerto, sed ius ipsum hæreditarium. *l. cum hæreditatem. cum l. seq. D. de hæredita. vel actio. vend.* Sed nihil affirmat de singularibus rebus hæreditatis, imò harum respectu est sicut ille qui vendit aleam, vel quicquid iuris, vnde harum nomine, nec satisdare, nec cauere debet, nec tenetur de euictione. text. in *l. 2. in princ. D. de hæred. vel actio. vend. in l. 1. C. de euictio.* Sed inspecto euentu & effectu censentur vendi, & emi res & iura quæ sunt in hæreditate venditionis tempore *d. l. 2. §. 1.* Vnde si in hæreditate sit actio personalis ad feudum, illa dicitur vendita, & non feudum, vnde non debetur ratione huiusmodi venditionis aliquod relevium, sicut nec cùm specialiter venditur actio ad feudum, etiam si per plures manus vendatur & transferatur hæc actio, vt in simili dictum est in §. *præcedenti q.* 36. Si vero in hæreditate reperiatur ipsum feudum, vel rei vendicatio feudi, ita quod hæres erat dominus & verus vasallus, & tunc siue possideatur à venditore, siue tertius possessionem inuaserat, censetur emptor emisse ipsum feudum, ex quo illud emit à domino & vero vasallo, & debetur quintum pretij pro rata æstimationis feudi. Et sic nullum est absurdum, & cessant omnia contraria. Quod autem emptor hæreditatis censeatur hoc respectu emisse res particulares hæreditatis, patet quia bona fide & longo tempore eas præscribit. *l. 2. C. de petit. hæred.* Igitur in illis habet titulum, sed non habet alium quàm titulum ex empto. Quamuis enim subtilius & strictius loquendo, non habeat titulum pro emptore in rebus singularibus emptæ hæreditatis, habet tamen titulum pro suo dependentem à titulo emptionis vniuersæ. Imo grosso modo loquendo, habet etiam in illis titulum pro emptore. Vnde semper reprobaui * cautelam quandam Bart. Cæpol. 181. vbi dixit, quod emptor hæreditatis vel quotæ tenetur petitione hæreditatis respectu rerum singularium, licet non teneatur respectu iuris vniuersi, quod est falsissimum. Ex prædictis infero quartum corollarium, quod si quis vendat & cedat quicquid iuris habet incerto feudo vel ad aliud, si inueniatur quod sit dominus, licet non possideret, debetur quintum pretij, vel relevium: si autem inueniatur quod tantum habet actionem ad feudum, vel redditum super eo non infeudatum, nullam ius feudale ex hac venditione, vel cessione debetur: quia nulla substantia feudi est vendita, vel cessa. Et eisdem casibus in quibus dictum est in venditione hæreditatis, vel quicquid iuris, locum esse quinto pretij, intelligendum etiam locum esse retractui feudali, si malit patronus, & multo fortius retractui consanguinitatis, qui fortior est, & latius patet: vtpote etiam ad venditionem actionum ad propria competentium sese extendens, vt diximus infra. §. *centesimoseptuagesimo secundo.*

* Contra cautel.

40. DECIMO quæro, quid si quis se vendere dixit ipsum feudum, & omne ius quod habebat in eo, vel ad id, tamen repertum est quod non habebat dominium, sed solum actionem ad petendum feudum, siue ex empto siue ex donato, siue ex pacto redimendi, aut aliàs? Et videntur iura quinti debita patrono, quia etiam res prorsus aliena vendi potest, & est vera venditio. *l. rem alienam. D. de contrab. emp. & vend.* hæc autem consuetudo aliud non requirit, quàm feudum vendi. Verum hæc consuetudo non debet ita Iudaicè intelligi, de quacunque venditione à quolibet facta: sed de facta à domino, vel ab ea ratificata. Vnde non sufficit, quod sit valida quantum ad effectum personalis actionis ex empto ad interesse contra venditorem, & in eius præiudicium dumtaxat. Sed intelligitur de valida & efficaci respectu rei, vel feudi venditi, ad hoc vt mutet, vel mutare possit manum, & transferri in emptorem, per not. §. *præcedenti. q.* 4. *cum tribus seq. & q.* 19. Vnde distinguo, aut venditor asseruit se dominum, sed se habere iura vel actiones ad feudum. Et tunc quantumcunque dixerit se vendere feudum, tamen non debet hoc tanquam erroneum attendi, sed secundum materiam subiectam interpretari, hoc est iura & actiones ad feudum *arg. l. insulam. D. de præscrib. verb.* Bal. in *l. 1. C. de iur. emphyt. cum vulgar.* Et sic dicendum est, ex hac venditione nulla iura feudalia deberi, saluo nisi venditor reperiretur fuisse dominus. Aut vero venditor asseruit se dominum, vel aliàs simpliciter vendidit ipsum feudum, quo casu tacitè suum asseruit, & tunc fundatam habet patronus actionem ad omne ius feudale, ex sola forma contractus,

* Vendens hæreditatem an dicatur vendere res singulas.

* Vendito omni iure ad feudum an debeatur relevium.

vt ſæpe dictum eſt. Si tamen detegatur venditorem non fuiſſe dominum, non poterit patronus petere hæc iura, imò accepta deberet reſtituere, ſecundum no. in §. *præcedenti q.* 19. Ex quo infertur, quòd ſi quis ſemel emerit feudum, & ſoluerit quintum pretij, deinde iterum emat ab alio, & quæratur de iuribus feudalibus ſecundæ emptionis? diſtinguendum eſt, aut ſecundo emit à præcedente & aſſerente ſe dominum: & tunc patronus habet ex hoc vltimo contractu fundatam intentionem ad iura quinti. Sed eodem medio ſequitur reſolutio & confuſio iurium præcedentis emptionis.

* Pluries emens vel acquirens poſteriora, cum prioribus compenſat.

41. ¶ Vnde non debet idem* emptor iterum ſoluere quintum pretij, niſi ſaltem quatenus pretium huius ſecundæ emptionis excederet pretium primæ, qua exactio iurium ſecundæ emptionis eiuſdem feudi præſupponit primam emptionem factam eſſe à non domino & inefficacem, alioquin ſecunda emptio tanquam rei propriæ non valeret. *l. ſuæ rei. D. de contrahend. empt.* Et ſic compenſanda ſunt iura ex prima inefficaci ſoluta. Si autem emat à prætendente hypothecam vel ſeruitutem, iſta non eſt emptio feudi, & nulla iura feudalia debentur. Si autem iſte vendens nihil aſſerat, ſed vendat quicquid iuris, adhuc ex ſimplici forma contractus, dico nulla iura deberi, etiam quatenus pretium primæ venditionis exceditur, quia licitum eſt ad redimendam vexationem, & acquirendum ius incommutabile pluries emere. Et hoc niſi probaretur vltimum venditorem verum fuiſſe dominum. Alioquin ex ſola forma dictæ venditionis, non habet patronus intentionem fundatam contra veterem poſſeſſorem feudi, quia ex perſona ſua poteſt ius prætendere. Et quod dixi de compenſando vel repetendo priore quinto denario, eadem ratione intellige compenſandum vel reſtituendum releuium, prius ſolutum ab eodem, qui nunc emit à vero domino, quum prius dono vel permutatione accepiſſet à non domino.

24. ¶ Vndecimo quæro, maritus vendidit feudum proprium vxoris, promittens facere quòd illa ratificabit, vel etiam ſimpliciter quod illa ratificabit, hic enim valet promiſſio facti alicui ex natura actus. *l. emptorem. §. qui autem. D. de actio. em. l. inter ſtipulantem in prin. D. de verb. oblig.* & per omnes doct. in *l. ſtipulatio iſta habere licere. in princ. eo. tit.* Vtrum patronus ſtatim poſſit manum inijcere, & iura petere? Huc effuſa & per varios articulos diſputabilis eſſe offert materia, ſed breuiter & ſummatim diſputationis apparatu, & diſtinctionum ſinuoſitatibus omiſſis reſoluendo, quæ ad hunc titulum faciunt, dico quòd quandiu vxor non ratificat, & maritus non tradit, ſed poſſeſſioni feudi incumbit, ſiue pretium receperit, ſiue non, patronus non poteſt prehendere feudum, nec aliqua iura feudalia petere, quia non poteſt dici feudum per hoc eſſe apertum, nec mutaſſe manum. Et antequã fiat ratificatio, non poteſt dici eſſe venditum ſaltem efficaciter. Et ſic non habet patronus intentionem fundatam in aliquo ex huiuſmodi contractu ante ratificationem. Ita quòd ſi moriatur vxor antequam ratificet, feudum aperitur per obitum, & non per venditionem: & ſi habeat hæredes laterales, debent releuium. Et ſi contingat quod hæredes vxoris ratificent d. venditionem, tunc incipit deberi quintum pretij, ſed an nihilominus debeant illud releuium? Videretur quod ſic, quia d. ratificatio eſt mere voluntaria. Imo non videtur propriè eſſe ratificatio, ex quo non apparet venditionem eſſe factam nomine vxoris. Et ſic non poteſt ab ea vel eius hærede ratificari. *l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. D. de nego. geſt. C. ratum. de reg. iur. in* 6. Sed tantum in præiudicium approbantis approbari. huiuſmodi autem approbatio de ſe non trahitur retro, ſed ſolum operatur, vt ex nunc. Et ſic perinde eſt ac ſi d. hæredes primum hodie vendidiſſent. Contrarium tamen eſt dicendum. Tum quia eo ipſo quod maritus non vendidit rem tanquam propriam, ſed tanquam vxoris, & promiſit facere quod illa ratificaret: vel ſimpliciter quod illa ratificabit, cenſetur eius nomine vendidiſſe ſaltem in illum euentum, & ad hoc vt vera & propria ratificatio ſubſequi poſſit. Quod no. ad ponderandum vim & effectum horum verborum in ſimilibus. Et ſic veræ & propriæ ratificationi locus eſt, & trahitur retro, *ratihabitio. de reg. iur. in* 6. Tum quia etiam ſi maritus ſuo proprio nomine dumtaxat tanquam rem propriam vendidiſſet, deinde mortua vxore eius hæredes d. venditionem approbent, quamuis huiuſmodi approbatio de ſe non operetur niſi vt ex nunc: tamen eo ipſo quod patronus percepit, vel percepturus eſt quintum pretij ex d. venditione, non poteſt prætendere illud releuium, nec aliud ius feudale à tempore d. venditionis, ex perſona quondam domini, vel eius hæredum. per no. in §. *præcedenti. q.* 19. *num.* 64. *inſi. & q.* 40 *num.* 127. & idem dicendum in ſimilibus. Si vero vxor ratificaueric, ex tunc etiam ante traditionem omnia iura feudalia acquiruntur patrono, ſicut ex pura & perfecta venditione. Si autem maritus de facto tradiderit vxore non ratificante, dico quod poterit patronus inijcere manum ex defectu hominis, quia fidelitas cenſetur reſidere penes maritum, & non penes vxorem, vt dicemus infra §. 35. Et ſic per huiuſmodi traditionem à ſolo viro factam cenſetur interrupta, & conſequenter feudum aperitur. Si tamen patronus nolit prehendere, nec iura petere, non tenetur huiuſmodi emptorem in fidem admittere antequam conſtiterit de ratificatione vxoris, quia iuſtiſſimam habet cauſam recuſandi, ex quo venditio nondum eſt efficax, nec firma, & feudum vere non mutauit manum, & emptor non eſt, nec adhuc eſſe poteſt dominus vtilis & vaſſallus. Si autem patronus velit vti prehenſione & exactione iurium (quod licite facere poteſt in præiudicium vendentis & ementis) tenebitur emptorem in fidem admittere. Alioquin factis integris oblationibus non poterit prehendere feudum, nec prehenſum tenere ad manum ſuam, nec etiam quintum denarium habere, niſi recipiendo emptorem in fidem. Et ſi patronus iura quinti receperit, deinde vxor vel maritus ante d. ratificationem deceſſerit, & ab emptore feudum euincatur, tenebitur patronus reſtituere quintum pretij quatenus locupletior inueniatur. Nec obſtat quod venditio tenuit, quamdiu conſtitit matrimonium, quia imo nunquam tenuit, quantum ad venditionem & alienationem feudi, licet emptor poterit percipere, & ſuos facere fructus, quos maritus potuerat alienare quamdiu conſtitit matrimonium.

* Differencia inter ratificationem & approbationem.

43. ¶ Sed quid ſi vſufructuarius feudi vendat proprietatem ſeu totum feudum, promittens quod dominus ratificabit? Et videretur etiam ſi de facto tradat, & emptor poſſeſſioni nomine ſuo incumbat, & fructus percipiat, eóſque lucretur, ſicut lucraturus erat fructuarius quamdiu viuit. Tamen quod patronus non poſſit prehendere, nec aliqua iura petere, quia per huiuſmodi venditionem & traditionem, dominus ignorans non priuatur aliquo dominio, nec poſſeſſione ciuili per no. in *l. naturaliter in princ. in l. peregre.* vbi Bar. & alij *de acquir. vel amit. poſſeſſ.* Et feudum nullo modo aperitur, nec fidelitas interrumpitur, quum non reſideat penes fructuarium, ſed penes proprietarium, vt plenè 5. §. 1. *gloſſ.* 1. *q.* 1. Nihilominus dicendum eſt, quod patronus ſi velit, poteſt omnia iura dominicalia exercere contra hunc emptorem, & eius fructuarij præiudicium dumtaxat, ſicut & contra quemlibet extraneum illicitum poſſeſſorem, & inuaſorem feudi, ſed non in præiudicium veri domini, & vaſſalli, vt dictum eſt 5. §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 3. Secus ſi non eſſet proceſſum ad traditionem, vel ſi ſola commoditas eſſet vendita. Poterit* autem proprietarius facere

* Si fructuarius vendat & tradat feudum fructifer, priuari debet vſufructu.

Digitized by

priuari fructuarium iure ſuo tanquam abutentem, ex quo de facto prodidit dominum, & eo inſcio tranſtulit in extraneum rem ad cuius cuſtodiam & tuitionem tenetur per iura allegata ſ. §. 1. *glo.* 1. *q.* 2. *num.* 31. Et ſic recuperabit pleno iure feudum ſuum. Et patronus tenebitur ei leuare manum ſuam. Ex his patet quod dicendum, ſi quis aſſerens, vel non aſſerens ſe procuratorem alterius, vendat feudum alienum, promittens docere de mandato vel ratificatione, quia ex hoc ſolo contractu non habet patronus fundatam intentionem ad aliquid, niſi appareat de mandato, vel ratificatione. Si vero de facto contingat huiuſmodi emptorem occupare, & poſſidere feudum nomine ſuo, tunc patronus procedere poterit, ſicut contra quemuis nouum poſſeſſorem.

44. ¶ DVODECIMO quæro, vidimus ſ. §. 12. quòd ſi emptor dimittat feudum proximo venditoris iure retractus quòd non debetur quintum pretij niſi ſemel, quia non eſt noua nec ſecunda venditio, ſed tranſlatio eiuſdem emptionis in alium emptorem. Sed quid ſi non dimittat proximo per formam retractus, ſed per formam ſpontaneæ venditionis? Et certum eſt adhuc ceſſare retractum feudalem, ſed videtur omnino deberi aliud quintum pretij. Tamen ſic diſtinguo. aut hæc ſecunda venditio fit poſt tempus retractus proximitatis lapſum. Et indiſtinctè locus eſt omni iuri feudali, tam retractui, quàm nouo quinto pretij, ſiue ſiat pro eodem, ſiue difformi pretio, ſiue etiam dicat venditor ſe non vendere, ſed dimittere iure retractus proximitatis, quia cùm non ſit amplius locus illi retractui, relinquitur quòd in veritate & non attenta falſa & ſimulata partium locutione, eſt noua & ſpontanea venditio. Et ſicut emptor non potuiſſet agere ad retractum tanquam proximus: ita ne poterit tanquam proximus excipere aduerſus patronum volentem vti retractu feudali. Aut vero hæc ſecunda venditio ſit infra tempus d. retractus, & ei qui iure proximitatis retrahere poterat. Et tunc idem dicas quantum ad quintum pretij, vt iterum debeatur & etiam omnia iura feudalia, excepto ſolo retractu feudali. vt tamen quam breuius queat rationes deciſionis habeas. Videbatur in hoc ſecundo membro ſubdiſtinguendum, Aut iſta ſecunda venditio fit difformiter, puta maiori vel minori pretio, quam prius fuerit vendita, forte ſtatu rei interim mutato, vel aliis pactis, oneribus, conditionibus. Et tunc abſque dubio dicendum eſt omnino deberi aliud quintum pretij. quia propter difformitatem pactionum, qualitatum, & formæ, non poteſt eſſe nec cenſeri tranſlatio primæ venditionis. Sed neceſſe eſt quòd ſit prorſus noua & diuerſa venditio. per ea quæ in ſimili not. *gloſſ. ſ.* & doct. in *c. hi qui. de præb. in* 6. Feli. Philipp. Deci. in *c. de cauſis colum.* 2. *de off. deleg.* Iaſ. in *l. ieſt. colum.* 5. & ibi Deci. in *colum.* 3 *D. ſi cert. pet.* Iaſo. in *l. cùm ſtipulatus ſim mihi à proculo. D. de verb. obligat.* Aut vero d. ſecunda venditio ſit eodem pretio, & eiſdem actis & conditionibus. Et tunc non videtur deberi nouum quintum pretij, quaſi in veritate hæc non ſit noua & ſpontanea venditio, ſed potius vera agnitio retractus. Tum quia venditor neceſſe habebat dimittere emptori per retractum, vnde non cenſetur liberaliter vendidiſſe. *l. rem legatam. D. de adi. lega.* imò coactè & ex neceſſitate retractus ſiue metu ne compelleretur, quòd ſciebat ſe poſſe compelli. *l. nouiſſime. D. quod fal. tuto. autho.* Tum quia huiuſmodi venditio omnino conformatur dimiſſioni per retractum, in pretio & reliquis conditionibus. Contrarium dico, quòd nouum quintum pretij tanquam de noua ſpontanea venditione debetur. Tum quia fundata eſt intentio patroni in forma contractus, qui eſt conceptus per modum nouæ & voluntariæ venditionis, & non per modum ſimplicis agnitionis retractus. Et ſic non habuerunt contrahentes intentionem practicandi retractum proximitatis, ſed de nouo vendendi, & ſi aliter voluiſſent, facile expreſſiſſent. ca. ad audientiam de deci.

45. ¶ Et non eſt aptius nec maius mentis teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum, inquit Bal. in *l. ad recognoſcendos. C. de ingenu. manum. in c. ſuper literis. c.* 2 *de. reſcr. extr. de teſtib. in rub. & in con.* 160. *facta fuit inueſtitura. l.* 1. Iaſ. in *l. neque profeſ. in fi. C. de teſta.* Potuit enim proximior ius ſuum retractus contemnere, & à volente vendere, emere. Et licet videatur aliquo reſpectu vtilius retrahere quam emere, videlicet reſpectu noui quinti vel ſubquinti pretij: tamen non eſt verum, quia ſi non retrahat, ſed emat, non ſoluet legales ſumptus primæ venditionis inter quos comprehenditur primum quintum pretij. Et ſic non poteſt grauari niſi vnico quinto vel ſubquinto. Et* in reliquis vtilius eſt emere, quia habebit venditorem ſuum obligatum de euictione, & etiam venditorem venditoris ſui, & eorum bona. Sed retrahendo non haberet niſi primum venditorem obligatum de euictione, & eius bona duntaxat, quia agnoſcens retractum in nullo obligatur, ſed ab obligatione & contractu eximitur. Et ſic patet quòd quantumcunque ſub eadem forma, pretio & qualitate fiat ſecunda venditio, tamen non poteſt conformari retractui, ſed formaliter & effectualiter differt. Sed iuxta hæc quæro, nunquid in caſibus huius ſubdiſtinctionis locus erit retractui feudali? Videtur quòd ſic, quia proximus, qui poteſt retrahere ab initio, & tamen hoc omiſſo emit, facit ſe alienum à retractu, & videtur illi renuntiare. Et ſic retractus proximitatis, vtpote omiſſus & repudiatus, non poteſt facere impedimentum retractui feudali. Contrarium dico, quia ius proximitatis conſiſtit in iure agendi, & iure excipiendi Et quòd iure agendi conſumpto non conſumatur, ſed remanet ius excipiendi, patet quia iſte primus qui non via retractus, ſed voluntariæ emptionis acquiſiuit ab extraneo emptore, non poieſt conueniri retractu ab aliquo proximo: & ſi conueniatur, excludet agentem exceptione proximitatis. Ergo eodem modo poteſt excludere patronum, imò multo fortius, quia ſi vincat alium proximum vincentem patronum, igitur fortius vincit patronum, vt no. in *l. de acceſſionibus. D. de diuer. & tempo. præſcrip. in c. authoritate de conceſſ. præb. in* 6. Ex his habes ampliationem ad *d.* §. 15. ſ. *eod.*

* Differentia voluntariæ emptionis à retractu.

46. ¶ DECIMOTERTIO quæro, in materia huius, & præcedentis, & ſequentis §. Vaſſallus acquiſiuit multa ſubfeuda & prædia cenſualia à feudo antiquo ſuo dependentia, deinde moritur relictis hæredibus à latere, vel donat aut vendit omnia ſua immobilia, vtrum debeatur releuium omnium immobilium, vel quintum aut ſubquintum totalis pretij. An vero hæc iura feudalia ſolum debeantur pro rata feudi antiqui? Hæc eſt vbertima & argumentoſiſſima quæſtio, ſed quia ſatis circa hæc diſputaui ſ. §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 13. & infra §. 122. breuiter reſoluendo diſtinguendum eſt, aut apparet quòd acquirens vniuit acquiſita, & incorporauit menſæ feudi ſui, & loci dominantis in eadem qualitate tenenda & poſſidenda, aut non apparet. Primo caſu quod (quantum ad præſens attenta voluntate patroni) eſt ex ſola verbis vel factis explicata voluntate acquirentis, puta quando expreſsè declarauit ſe acquirere animo vniendi & incorporandi feudo ſuo. Vel ſi prædia acquiſita poſuit in catalogo feudi inter cætera prædia feudalia, & in eadem qualitate eiuſdem feudi recognouit à patrono, & tunc iura feudalia debentur pro toto, quia totum eſt feudale, & vniformis qualitas. Secundo caſu, quando illud non apparet, non debentur iura feudalia niſi pro rata, & ad limites feudi antiqui. Et quamuis ſit maior ratione præſumendæ vnionis, & facilius præſumatur, quando prædia iure retractus, & poteſtate dominica ſunt recuperata, quam quando ſunt empta à domino directo

* Non præsumitur incorporatio.

tanquam ab extraneo. Tamen in * dubio puto quòd indistincte non censetur acquirens habuisse animum faciendi dictam vnionem, quia non tenetur illam facere, & est ei præiudicialis. per nota. in *d. quæstione* 35. Vnde si non facta alia declaratione & vnione decesserit, relicto vno hærede propriorum, seu antiquorum, & alio hærede conquæstuum, hæres propriorum obtinebit feudum prout consistit in antiquo statu, & in dictis acquisitionibus nihil habebit, nisi iura feudalia vel dominicalia antiqua à feudo principali dependentia. Hæres autem conquæstuum obtinebit dictas acquisitiones, ad onera dominicalia erga hæredem propriorum. Vnde si acquisitio sit de feudo, tenebitur ei facere fidem & homagium.

47. Sed an teneatur etiam soluere releuium? Videretur quòd sic per generalitatem §. præcedentis. Sed contrarium puto, quòd non debeatur pro hac vice, duplici ratione. Prima, quia huiusmodi feuda non mutauerunt manum, postquàm hæres propriorum est factus patronus. Sed simul & eodem instanti à puncto mortis defuncti. Ad hæredem autem propriorum duntaxat, non spectant releuia, vel alia iura seu fructus, nisi quando cedunt postquam est hæres. Et quæ prius cesserunt si qua sint, remanent in hæreditate & successione mobilium. Secunda est apertior ratio, quia quamuis nouus vassallus æque debeat releuium nouo patrono, sicut antiquo: tamen illud est verum, nisi eodem instanti & ex eadem dispositione, vel causa eiusdem personæ, quæ possidebat vtrunque feudum, vnus fiat patronus, alter vassallus. Tunc enim subfeudum propriè non videtur mutare manum, sed incipere de nouo esse in manu idonei vassalli. Ex quib. infero, quòd si quis eadem donatione, & eodem tempore, donec vel vendat feudum vni, subfeudum alteri, donatarius vel emptor subfeudi, nulla iura vtilia pro hac vice debet obtinenti feudum, quemadmodum si de nouo constituatur feudum nulla iura vtilia debentur pro hac prima infeudatione. Et licet istud non sit omnino simile, tamen habet quoddam symbolum, & maximè liberationis fauore. Idem puto dicendum si quis in testamento leget vni feudum, alteri subfeudum. quod procedit etiam si in diuersis testamentis, & diuerso tempore, quia quum vtrunque legatum simul eodem tempore mortis confirmetur & substantiam capiat, non est alterum altero prius, quamuis aliud esset in contractibus. Infero etiam idem iuris esse si feudum sit de conquæstu, vel si contingat quod non sint alij hæredes propriorum, alij conquæstuum, sed vniformiter hæredes quod non debent releuium superiori patrono, nisi de feudo: non autem de subfeudis. Et si diuisione facta vni eorum obueniat feudum, cæteris autem singula subfeuda, nulla releuia pro hac vice debentur nec superiori patrono nec immediato, siue hæredi cui adiudicatur ipsum feudum. Quemadmodum annotauimus *infra* §. 122. primogenitum obtinentem feudum, non posse pro hac prima vice exigere releuium à fratribus ratione subfeudorum ab eo recognoscendorum, nedum in linea directa in qua est indubitatum: sed etiam in collaterali in locis in quibus locus est primogenituræ in collaterali. Infertur etiam quòd si possidens feudum & subfeudum vendat subfeudum, nullum quintum ei debetur pro hac vice. Idem si simul eodem contractu vendat duobus feudum vni, subfeudum alteri. Imò idem etiam si diuersis contractibus & diuerso loco, sed eodem tempore, puta per procuratores. quia in dubio, vel pari causa absolutioni & liberationi fauendum. Secus si primo vendat & tradat feudum vni, deinde subfeudum alij. Et idem respectiuè in donatione, & cæteris contractibus.

48 ¶ DECIMOQVARTO quæro. Si quis vendidit feudum sub pacto de retrouendendo vsque ad sex annos, deinde accedente fine sexti anni hæc facultas prorogetur ad alios sex annos. Vtrum ex redemptione facta infra tempus prorogatum debeatur quintum pretij? Prima facie videtur quòd non. Et quod solùm debeantur iura semel ex venditione, siue tempore venditionis actum sit, de proferendo die, siue non. Nec obstat *l. si cùm dies. in princ. l. Labeo. in fi. D. de arbi. l. si cum hermes. C. de loca.* quia ibi agitur de grauando & obligando tertio, hic non. Et ratio est, quia quamuis huiusmodi prorogatio sit merè voluntaria, tamen quando fit pendente prima facultate, non censetur noua facultas redimendi, sed continuatio eiusdem. Tum ex quo emptor prorogans scit se posse cogi ad promptam reuenditionem, non censetur merè voluntariè prorogare, sed metu ne cogatur statim restituere. Secus si de redimendo conuenirent post lapsum terminum & expiratam primam facultatem, quia tunc esset noua & mere voluntaria facultas, & non diceretur inde sequi redemptio, sed noua emptio. Et sic omnia iura de integro (tàm retractus feudalis, quàm quinti pretij) debentur. text. in simili. in *l. sed & si manente. D. de preca.* ad hoc quæ pulchrè not. Bald. in *cons.* 321. *Verba cui promissi. & cons. seq. lib.* 5. Ang. Paul. & alij. in *l. fi. D. de feriis.* Domi. Phil. Franc. in *c. cum appellationib. in fin. de appell. in 6.* Alex. in *l. dies cautionis. in prin. D. de dam. infect.* Phil. Corsi. in *cons.* 92. *placet mihi. cons.* 235. *de pluribus sub litera. c. lib.* 3. Phil. Deci. in *c. personas. col. fin. de appel.* quibus in locis pleniſſimè reperies, nolo transferre.

49. In contrarium facit quod in simili decidit Bald. in rep. *l. Æmilius. col.* 5. *in* 5. *notab. D. de minorib.* stante statuto quòd de quolibet contractu soluatur gabella, locaui tibi fundum ad annum, deinde ante finem anni prorogaui ad alium annum, nunquid soluetur noua gabella? Videtur quòd non, quia prorogatio * est termini labentis nondum lapsi extensio, & prorogatum tempus, censetur vnum & idem tempus, nec reputatur quid diuersum, sed vnus & idem contractus. *d. l. sed & si manente.* Contrarium decidit Baldus dicens quòd inter ipsos prorogantes est vnum & idem, & ita debere intelligi prædicta: sed non respectu tertij. *l. si cùm hermes. C. de loca.* Sed responderi potest non obstare præfatam decisionem Baldi, & non esse similem nostræ quæstio. propter multa. Tum primo, quia Bald. loquitur in gabella impositа simplici contractui, & nudum actum cuiusuis contractus concernente: sed onera feudalia de quibus loquimur, respiciunt ipsam mutationem vel venditionem effectualem feudi, & non nudum actum cuiusuis contractus, per text. *infra* §. 41. & diximus in §. *præcedenti quæst.* 7. *in fin.*

* Quid sit prorogatio.

50. Tum secundo subtiliter perpendendo magna est differentia inter hos casus: quia Baldus loquitur in* prorogatione respiciente substantiam ipsius contractus: nos autem loquimur in prorogatione respiciente simplicem qualitatem, seu certam conditionem accessoriam contractus, nihil addendo nec extendendo in substantia ipsius contractus. Hæc autem multum differunt. Prorogatio enim locationis æque implicat & consensum, & similem pensionem, & omnia substantialia in locatione requisita, ac si noua locatio de integro contraheretur. Et sic saltem respectu tertij cuius interest, videtur nouus contractus, quum omnia requisita ad nouum huiusmodi contractum intersint. Similiter si vendidi vel donaui tibi feudum meum vsque ad nouem annos: deinde prorogem tibi vsque ad alios nouem annos, mediante pari pretio in casu venditionis: in hac voluntaria prorogatione includuntur de nouo omnia substantialia & totalis forma & essentia venditionis vel donationis. Vnde inter prohibitos, vel respectu fideiussoris, aut alterius habentis interesse, censetur nouus contractus, & ita loquitur & intelligitur *d. l. si cùm hermes.* Sed longè diuer-

* Refert an prorogatio referatur ad substantiã, an ad qualitatem contractus.

sum est cùm vendidi tibi feudum meum in perpetuum, sed sub temporali facultate redimendi, quæ pendente termino prorogatur vt in quæstione nostra. Huiusmodi enim prorogatio non respicit essentiam contractus, sed eius qualitatem: nec in ea implicatur nec repetitur eadem venditio vt clarum est, sed sola qualitas, vel conditio facultatis redimendi prorogatio non est proprie & stricte contractus, quia solus prorogans, non autem is cui fit prorogatio obligatur: sed prorogatio de qua loquitur Bal. proprie & strictè est contractus, cùm sit vltro citroque obligatoria. *l. Labeo. 2. §. contractum. D. de verb. sign.* vnde nihil mirum si comprehendatur in statuto de quo loquitur Bal. Secus esset in prorogatione de qua loquimur, quæ cùm non sit proprie contractus, non comprehenderetur in tali statuto, quia* statutum loquens de contractu, in stricta & propria significatione accipitur, nec habet locum in stipulatione, donatione, siue liberatione, vel pacto simili, vt tradit Bal. in *l. siue apud alla. col. 1. C. de transactio.* Et hoc nisi appareat de rationis identitate, vt per Andr. Alcia. in *d. l. Labeo. 2.* super quo plura dici possent, sed quia non est principale propositum remitto ad Iaso. in *§. omnium d nu. 35. vsque ad num. 48. institu. de actio.* Et sic patet quod præfata decisio Bal. non obstat nec rem facit, tametsi prima facie concludere videatur, nec eam deduxissem, nisi necessarium animaduertissem ad clarum intellectum vberrimæ materiæ huius vtilis & quotidianæ q.

* Statutum loquens de contractu stricte accipitur.

* Solutio.

51. Quam resoluendo * concludo pro parte affirmatiua. Quia reuenditio quæ fit post terminum primæ facultatis, in vim prorogationis, non procedit à virtute & potentia primi contractus & venditionis, nec ex causa veteri & necessaria illi inexistente: sed ex causa noua & voluntaria, ex interuallo superuenta. Igitur saltem respectu tertij habentis interesse, puta patroni, reputatur noua & libera venditio, & noua inde iura feudalia oriuntur per not. in §. *præcedenti. q. 3.* Fallit si venditio fuisset facta sub faculture redimendi ad biennium retenta interim fide: deinde pendente biennio prorogetur facultas vsque ad alium & tertium annum, quia dummodo infra tempus prorogatum redimatur, nulla iura patrono acquiruntur neque de venditione, neque de redemptione iuxta not. 1. §. 51. *q. 4.* Idem si fiat prorogatio & redemptio infra aliud modicum tempus à consuetudine loci permissum vt expressè disponunt consuetudines, Turonensis & Blesensis & aliæ locis allegatis *supra eod. num. 8.* in quibus non requiritur interim retentio fidei seu fidelitatis clientelaris per venditorem: quia consuetudines illæ hoc non dicunt, sed simpliciter ad modicum tempus promittunt. Sed in terminis consuetudinis nostræ si venditio sit facta non retenta fide, tunc omnino debentur iura de venditione vt supra dictum est, sed non debentur de reuenditione quandocunque fiat in vim facultatis in eodem contractu appositæ: si vero redimatur in vim prorogationis ex interuallo & nouo consensu factæ, noua iura debentur, tanquam ex noua spontanea venditione, etiam si infra terminum prorogatum fiat huiusmodi redemptio. Nec obstat quod illa prorogatio facultatis redimendi non videtur voluntaria, sed facta metu ne forte prorogans cogeretur statim reuendere, quia imò nullus omnino metus est quum nulla vis inferatur, imo nec inferenda suspicetur. *l. metum. & per totum. D. de eo. quod met. cau.* Et* vani timoris nulla æstimatio est. *l. vani. D. de reg. iur.* nec vllam metus rationem habet, nec aliquid minuit de voluntario timor, ne putetur vt fiat quod iustè & licitè peti vel fieri potest. *l. accusationis. C. de his quæ vi met. vel cau. no.* Bart. Angel. in *l. qui in carcerem. D. de eo quod met. cau.* sicut nec necessitas rei familiaris. *l. non ideirco. C. de rescin. vend.* Et sic mere voluntaria est huiusmodi prorogatio, nec à necessitate prioris contractus dependet, etiam si probaretur eam factam venditori, paratam alioquin pecuniam habenti ad redimendum ante lapsum termini.

* Vanus timor non æstimatur.

52. ¶ Iuxta hæc quæro, quid si venditore non valente redimere in termino, emptor ei proroget facultatem redimendi mediante certa pecuniæ summa, vtrum debeatur quintum pretij huius summæ? Respon. Non, nec aliud ius feudale, quia non est verum pretium nec pars pretij feudi: nec est noua mutatio, nec venditio, & deficiunt termini consuetudinis. Sed quando in vim huius prorogationis redimetur, debebitur nouum quintum pretij de primo pretio quod refunderur. Sed quæro, quis soluet istud nouum quintum pretium? Et videtur quòd is à quo redimitur, per hunc tex. quia in huiusmodi redemptione habetur pro venditore. Contrarium dico, quòd debet solui per * redimendum, ad quem spectat & omnes legales sumptus vltra pretium refundere. Et euidens est ratio quia inter ipsos prorogantes & eorum respectu, tempus prorogatum est, idem tempus, & idem remanet contractus, & inter eos censetur mera redemptio ex priore contractu per prædicta, & huiusmodi * prorogatio, siue gratis, siue aliquo dato facta sit, censetur inter eos facta cum eisdem pactis, qualitatibus & conditionibus quæ tacitè insunt & repetita censentur, alioquin non esset vera prorogatio vt not. in *c. bi qui de præben. in 6.* & per Iaso. in *l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. D. de verbor. oblig. in l. lecta. colum 5* & ibi Philipp. Deci. *col. 3. D. si cert. peta.* Et sic tacitè repetitum censetur onus in prima venditione & facultate appositum, de refundendo per redimentem omnes legales sumptus, cuiusmodi est istud secundum quintum pretij. Vnde licet patronus cuius duntaxat respectu censetur noua venditio, possit istud exigere ab eo, à quo redimitur, per hunc text. Tamen redimens debet soluere & indemnem reddere cum à quo redimit.

* Redimens tenetur ad legales sumptus.

* Prorogatio fit cum eisdē pactis & qualitatibus.

53. ¶ Rursus circa hæc quæro, vtrum patronus possit vti retractu feudali ratione huius redemptionis? Videtur quòd sic, etiam si receperit vnum quintum pretij ex venditione, & emptorem inuestierit, & consequenter approbauerit omnes qualitates, & conditiones dictæ venditionis, quia respectu patroni, hæc redemptio censetur noua & spontanea emptio & venditio, cùm non dependeat nec procedat à vi, & potentia primæ venditionis, sed ex noua & voluntaria causa postea superuenta. Contrarium est dicendum, quia retractus conuentionalis excludit legalem, vt dictum est supra §. 22. *nu. 4.* Sed huic redimenti competit verum & efficax ius retractus conuentionalis, cuius virtute etiam retractum proximitatis excluderet, multo fortius feudalem. Et hoc respectu prorogatio pendente termino facta, etiam respectu tertij & patroni operatur in vim prorogationis, quia non agitur de obligando tertio, nec de præiudicando iuri alteri quæsito, vel quærendo, sed duntaxat de conseruando & continuando iure retractus conuentionalis, & sic non obstat hic *l. si cum hermes. C. de loca.* Et hoc singulariter * no. quòd licet respectu quinti denarij, non sit differentia an lapso redimendi termino fendum libere reuendatur, an vero redimatur in vim prorogationis pendente termino factæ: tamen differentia est respectu retractus feudalis, cui in primo, & non in secundo casu locus est. Et ratio differentiæ est, quia quod attinet ad quintum pretij, illud ab initio ex prima venditione, quantumuis sub onere redimendi facta, semel & incommutabiliter acquisitum fuit patrono, & nihil impedit quin aliud quintum ei acquiratur ex redemptione quæ postea sequitur, non ex vi & potentia primæ venditionis, sed ex alia voluntaria & noua causa: quorum vtrumque oppositum est respectu retractus, quia ab initio ex dicta venditione non fuit acquisitus, nec potuit quæri patrono nisi

* Not. sing.

commutabiliter, & ad onus iuris redimendi & retrahendi per venditorem. Quum autem poſtea fit redemptio ſeu reuenditio, etiam ſi non fiat præciſe virtute dictæ venditionis, ſed virtute prorogationis pendente termino factæ, eſt quod impediat ius retractus ex hac reuenditione acquiri patrono, videlicet ius retractus conuentionalis competens redimenti, & ei legitime conſeruatum medio dictæ prorogationis. Secus ſi prorogatio eſſet facta poſt lapſum termini, quia tunc non ageretur conſeruando iure retractus conuentionalis, quòd amplius nullum competit venditori, ſed eſſet verum & ſpontaneum pactum de emendo & vendendo de nouo, quod nullo modo impedit, ſed præparat viam ad omnia iura feudalia. Rurſus adhuc quæro, quid ſi ab initio venditionis actum ſit de proferendo die, ſeu proroganda facultate redimendi? Reſpondeo, ſi illud ſit poſitum in voluntate ſolius emptoris, vel ſimpliciter ipſarum partium, illa clauſula de proferendo die nihil operatur. *l. ſtipulatio non valet. D. de verb. oblig. l. in emendis. C. de contrab. empt. & vend.* Et ſic prorogatio ſequens tanquam ex nouo & ſpontaneo conſenſu iudicatur. Si vero actum ſit quòd emptor tenebitur ad alios ſex annos prorogare ſi venditor non potuerit in primo termino redimere, vel ſub quauis alia conditione, tunc cùm prorogatio facta in hunc euentum procedat ex neceſſitate prioris contractus, facit quod redemptio ſequens eſt mera & neceſſaria redemptio, & quod nulla inde iura debentur, ſed ſolum ex prima venditione. Nec poterit patronus cauſari hanc clauſulam de proferendo die in ſui fraudem appoſitam eſſe, quia licuit contrahentibus ab initio qualem legem voluerunt apponere, & facultatem redimendi vel vſque in perpetuum extendere.

54. ¶ Decimoquarto quæro, quid ſi feudum eſt * partim venditum, & partim donatum vel permutatum? Reſpond. Clarum eſt quòd ceſſante ſimulatione, partim locus eſt quinto pretij vel retractui feudali, partim releuio. per not. *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 5. *queſt.* 12. ſed quid ſi quis vili pretio vendidit donationis cauſa? Hæc quæſt. in multas ſpecies diuiditur, vt autem quàm breuius & reſolutius queam habeas; Reſpond. Primo inſpiciendum quid actum & expreſſum ſit: ſi enim conuentum ſit de iuſto & totali pretio feudi, puta mille, & dictum quod venditor receptis vel promiſſis octingentis ſe contentauit, & reſiduum pretij remiſit emptori: tunc res eſt clara & expedita feudum eſſe pro mille venditum, & ſic pro quinto pretij debetur ducentum, ad rationem ſcilicet totius pretij conuenti, quod etiam integrum refundendum eſſet à retrahente. Si vero non ſit conuentum de certo totali pretio: ſed quia placebat venditori, in gratiam emptoris, infra iuſtum pretium vendere, dictum eſt quod feudum eſſet venditum pro octingentis, & quòd * venditor donauit, vel remiſit emptori reſiduum iuſti pretij, quo plus valet feudum: & tunc idem dico quòd totum feudum cenſetur venditum: quia donatio non confertur ſuper feudo, ſed ſuper pretio, de cuius remiſſione nihil ad dominum directum, vt dictum eſt *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 8. Ideo quintum totius iuſti pretij debebitur. Vel ſi dominus retrahere malit, neceſſe habet totum iuſtum pretium refundere, & ad hunc finem fieri debet æſtimatio feudi. Si vero donatio collata eſt ſuper ipſo feudo: vt quia dixit ſe donare feudum, in eo quod ſuperualet pecuniæ: tunc enim apparet quòd non eſt animus vendendi feudum, niſi vſque ad concurrentiam pecuniæ, & pro reliquo eſt animus donandi, & ſic idem dicendum quod ſupra, in re partim vendita, partim donata. Sin autem nec de hoc appareat, nec ex verbis (de quibus forte quod non eſt confecta, vel non repetitur ſcriptura, non apparet) colligi poſſit, an ſuper feudo, an ſuper pretio cadat donatio, & tunc debent inſpici veriſimilitudo & probabiles coniecturæ. *l. in obſcuris. D. de reg. iur.* Vnde ſi feudum erat venditioni expoſitum, vel aliàs venditor erat omnino venditurus, præſumam non eſſe donationem, niſi in reſiduo pretij. *argum. l. 1. C. de rer. permuta.* Et in dubio ex quo contrahentes inceperunt à venditione feudi ſimpliciter, cenſetur totum feudum eſſe venditum, & donationem cadere ſolum ſuper reſiduo pretij arguendo à prælocutionibus & præfationibus *l. Titia. §. idem reſpon. D. de verbor. obligat. cum vulg.* & potentiſſima pars cuiuſlibet rei eſt principium. *l. 1. D. de orig. iur.* & imprimis attendi debet. *l. ſi procuratorem. D. manda. l. clam poſſidere. in prin. D. de acquir. vel amitt. poſ.* Iſte caſus multum eſt anceps & dubius, videtur enim primo dicendum indiſtinctè non eſſe venditionem niſi pro rata pretij conuenti & ſoluti: videlicet pro octingentis, & in reſiduo eſſe meram donationem ipſius feudi. Patet, quia impoſſibile eſt ſubſiſtere venditionem abſque pretio, eóque certo. §. *pretium autem inſti. de emptio. & vendi.* Sed hic ex hypotheſi pro iſto reſiduo quod ſuperualet, nullum eſt pretium neque certum, neque incertum, quia hoc reſpectu nullomodo fuit actum nec conuentum de pretio certo, nec per ſe nec per relationem ad aliud certum, nec aliter. Igitur non poteſt dici iſtud reſiduum eſſe venditum, & ſic neceſſe eſt ipſum reſiduum fundi donatum cenſeri, & non reſiduum pretij, quod non eſt in rerum natura, quod attinet ad hunc contractum, quia hactenus non fuit in aliquod certum pretium conſenſum. Et ſic hactenus venditio dici non poteſt, ſed probabilius videtur diſtinguendum in forma donationis vel remiſſionis, videlicet quod aut donatio vel remiſſio refertur expreſsè ad reſiduum iuſti pretij, aut vero ad reſiduum ipſius fundi quod venditur vel transfertur. Aut vero non apparet ad quod referatur, vt primo caſu totum cenſeatur venditum quaſi donatio cadat ſuper reſiduo iuſti pretij & non ſuper fundo vel feudo. Et tunc debet fieri æſtimatio reſidui ſiue totalis & iuſti pretij totius fundi ad hoc vt quintum totius ſoluatur patrono in feudo, vel integrum laudimium domino cenſuali, vel vt totum & iuſtum pretium refundatur à patrono vel propinquo venditoris retrahente. Secundo caſu, omnino dicendum ceſſare omne ius retractus laudimij & quinti pretij pro illo reſiduo. Quia nedum non fuit conuentum de pretio reſidui, & ſic non poteſt cenſeri venditum, ſed etiam expreſſim ipſum reſiduum fundi donatum fuit. Et ſic clare liquet quòd hactenus non fuit venditio nec animus vendendi, ſed mera donatio ipſius fundi. Et ſic hactenus locus erit releuio in feudo, ſecluſo hactenus retractu feudali vel proximitatis. Tertio caſu idem omnino dicendum puto propter duo. Primo quia circa iſtud reſiduum non apparet de animo vendendi, ſed bene de animo donandi. Secundum quia circa iſtud nedum non fuit conuentum de aliquo certo pretio, ſed nec pretij quidem vel in genere mentio facta fuit, & ſic hactenus nedum deficit vnum ſubſtantiale venditionis quod eſt pretium certum, ſed etiam forma: quia quod ad iſtud reſiduum attinet non proferuntur verba venditionis ſed donationis. Deficit enim animus & conſenſus vendendi, quod eſt tertium ſubſtantiale.

55. Nec obſtat quod forte contractus incipit à venditione fundi ſimpliciter, quia ex ſequentib. verbis diſpoſitiuis apparet non eſſe venditionem niſi pro rata pretij conuenti. Et quod verba venditionis in principio contractus ſimpliciter aut generaliter appoſita non referũtur ad hanc particulam, ſiue ad iſtud reſiduum fundi in quo aliter & ſpecialiter apparet eſſe diſpoſitum videlicet de donatione. *Arg. l. doli clauſula. D. de verb. obl. l. cohered. § qui patrem. D. de vulg. & pupil. ſubſti. cum vulg.* Et ſecundus & tertius caſus huius diſtinctionis non habent dubium, ſed ſolum dubietas eſt

* Releuium verum debetur feudo partim venditi partim donato.

* Quid de vendente vilius donationis cauſa.

in primo casu. Quia non videtur posse subsistere venditio absque pretio & conuento. Sed licet sit dictum & residuum iusti pretij donat. hæc clausula non importat conuentionem & remissionem certi pretij conuenti & licet certum iustum pretium videatur præsupponere, hoc est verum si præcessisset conuentio de totali iusto pretio. Sed hic vbi constat non præcessisse conuentionem totius, sed solum partis pretij, sequitur quod pro hoc residuo nullum est pretium nec certum nec conuentum, & sic quod licet verba remissionis referantur expresse ad residuum iusti pretij: tamen quòd debent etiam necessario intelligi non de aliquo pretio certo & conuento, quia de nullo hactenus conuentum fuit, sed de pretio de quo conuentum fuisset nisi superueniisset animus donandi. Donatio igitur hactenus, hoc est in hoc residuo, præcedit & anticipat venditionem. Ergo in hoc non est venditio, sed remanet donatio. Igitur ipsius fundi, & non pretij, quod non est nec fuit, licet fuisset nisi donatio superueniisset. Itaque disputando vt ipsa vincere videtur prior indistincta opinio; sed tamen mihi placet nostra distinctio, quia ex quo remissio nominatim refertur ad residuum iusti pretij, satis apparet primo, quod principalis intentio fuit totum feudum vendere. Secundo quod non fuit intentio donandi partem aliquam ipsius fundi, sed donandi vel remittendi partem aliquam pretij.

56. Sequenda est igitur contrahentium voluntas & intentio tanquam præcipua & κυρία siue dominans. *l. in conuentionibus. D. de verbor. signif. l. semper in stipulationibus. D. de regul. iu.* Nec vana est hæc intentio ad partis pretij donationem potius quàm fundi limitata. Quoniam multos magnos effectus parere potest. Quid enim si ita (vt quandoque fit) caueris venditor, quod nolebat in aliquo fraudare propinquos suos iure retractus, licet gratiam aliquam in parte pretij vellet facere grato emptori siue præiudicio propinquorum. Iniquum enim esset & absurdum hunc effectum defraudari contra verba & mentem contrahentium, licet ex quadam simplicitate & securitate non nimium supina, licet non nimis callida, non conuenerunt de totali pretio, quod superfluum putarent de eo conuenire quod remissum volebant. Siquidem tam prudentis Iurisconsulti, quàm innocentis iudicis est æquitatem ipsam & contrahentium mentem potius quam cuiuslibet subtilitatis defectum præ oculis habere. *l. quodsi Ephesi. in fi. D. de eo quod cer. lo l. sicut. §. si debitor. D. quib. mod. pig. vel hypo. sol.* Sequamur igitur in omnibus æquam nostram distinctionem, maximè cum etiam in dicto primo casu non possit emptor obiicere actori ad solidum retractum, vel quintum pretij, vel laudimium. Quod non habet in dubio fundatam intentionem in venditione totius fundi: quia imo habet contra hunc emptorem fundatam intentionem in emptione totius fundi. Idque non dubiè, sed clarè si intentionem ipsam & verba contractus inspicianus, quæ vtraque simul in venditionem totius fundi tendunt. Porro etiam sola verba contractus sufficerent ad faciendum plenam fidem contra emptorem, etiam in fauorem tertij, quatenus contractus ad eum spectat, vt hic per nota. *infra* §. 58. *q.* 17. quanto magis verba manifesta intentione subnixa. Tum siue inspiciamus principium ipsum contractus quod est potissimum. *l. si procuratorem in prin. D. mandat. l. 1. D. de regul. iur. senat. in venditionem totius.* Siue inspiciamus clausulam controuersam, illa manifestè sonat in venditionem totius fundi, & donationem enunciat in parte & residuo pretij duntaxat, & non in parte fundi.

57. Præterea dico quod etiam si nullomodo constaret de pretio conuento, siue de certa quantitate pretij, modo constaret de venditione ex confessione forte emptoris, vel alias sufficienter haberet dominus directus eo ipso fundatam intentionem ad laudimia vel ius quinti denarij aut retractus. Et adigendus esset emptor, etiam captis pignoribus ad declarandum pretium medio iuramento, nisi emisset per procuratorem generalem, quem repræsentare nequiret emptor, quo casu vel forte emptore præmortuo contra eius hæredes, & vbi aliter veritas haberi non posset, res esset æstimanda inspecto tempore verisimili contractus, si forte ne de die contractus constet, & iusto, communique pretio venisse præsumendum est tam in finem laudimiorum, quam ad finem retractus siue feudalis, siue proximitatis. De quo plenius opus sit dicemus *infra tit. 16. 58.* ¶ Et ita secundum præfatam distinctionem debet intelligi & modificari consuet. Aluerniæ. *tit. des achapts, lots & ventes.* §. 5. vbi vult laudimia non deberi pro rata * superualentiæ in donatione huius quod superualet facta in venditione, quia hoc debet intelligi quando illa donatio fit indefinitè impersonaliter, puta de resto, seu residuo vel eo quod supereſt aut superualet, vel quando refertur ad rem venditam, siue ad id quod de ea restat: Secus si nominatim referatur ad residuum iusti pretij: quia tunc fieri debet æstimatio vt totius rei vel pretij pendantur laudimia. ¶ Non est interim omittendum quod prædicta intelliguntur quando illud residuum est notabile: Secus si modicum, ita vt verisimiliter illa clausula magis ex contemptu, vel dubietate modici forte restantis, & ad tollendum dubitationem quàm ad ſetiam donationem oppolita sit: quia tunc non procedit quæstio nostra, nec illud habendum est in consideratione.

* Residua vtrum debeantur pro hyperocha seu superualitia.

59. ¶ DECIMOSEXTO, circa hæc mentem subit quæst. quam format Alciat. *in l. 2. in princ. num. 18. de verb. oblig.* Vendo * vbi domum pretio centum aureorum & vinius vineæ, quæ etiam valet centum alios aureos, quis sit iste contractus? & respondet duos esse contractus, & censebitur domus dimidia vendita & dimidia permutata. Et fundatur in hoc quòd vtrunque simul pro domo datorum æque potens & eiusdem valoris est. Ideo vtrunque per se censetur & propriam naturam retinet. Secus dicit si esset disparitas valoris inter vineam & pecuniam, quia tunc censet recurrendum ad doct. Barto. *in l. Aristo. D. de dona.* videlicet quod contractus à prædominanti iudicetur. Sed certe respectu huius vltimi membri quando alterum præponderat illa doctrina Bart. & communis, vt potest procedere inter ipsos contrahentes, ita non habet locum in præiudicium alterius. Sed respectu tertij inspicitur materia subiecta & contractus mysticus vt plures contractus pro rata, naturâ & ratione cuiusque admisti iudicatur, vt plenè diximus in 13. *præcedenti quæst.* 23. *ad fi.* Quare in hac quæstio, quocunque nomine vocetur actus a partibus, siue vinea superualeat pretio, vel contra, pro rata pecuniæ censebitur venditio, pro rata vineæ permutatio, tam respectu iurium feudalium aut censualium domus & vineæ, quàm respectu iuris vtriusque retractus.

* Residuum vtrum debeatur in contractu mixto ex venditione & permutatione.

60. Amplio etiam si in contractu fuerit expressus & taxatus valor vineæ, quia illa æstimatio in dubio non facit emptionem. Nec censetur ad hoc fieri, sed potius ad sciendum excessum vel defectum, & an alteruter lædatur, & etiam ad finem recursus euictionis vel quanto minoris inueniatur vineam minus valere quam expressum & iudicatum fuit. Tum verisimiliter non erat alter domum integram alienaturus pro mobili, nec contracturus, nisi habuisset vineam, rem videlicet immobilem, saltem vsque ad prætaxatum valorem. Secus si constaret vineam esse tanti æstimatam vt vice partis pretij in solutum daretur, puta si conuenisset domum venire ducentis aureis solutis, vel solui promissis partim in pecunia, partim in vinea

centum aureis æstimata, quia tunc totum esset venditum. Imo duæ veræ venditiones essent, altera domus, pro ducentis, altera vineæ pro centum aureis, & vtrinque dominis suis, si diuersi essent, respectiue deberentur iura dominicalia tam de domo, quàm de vinea, & vtraque iuri retractus subiaceret, quod non esset in casu præcedenti. *in princip. huius quæst.* & not. quod in hac quæst. non facio differentiam quo nomine contractus vocetur à partibus prout facio *infra quæst.* 18. *nu.* in concessione dominus vel feudi mediante certa pecunia & certo reditu perpetuo non redimibili super eadem re, quia tunc in fauorem retrahentis totum, iudicatur venditio si partes verbis emptionis & venditionis vsæ fuerint: quoniam ibi potest adaptari retractus, & eadem afferri conditio. Sed hic non, & ita generaliter obseruandum vt ipsius æquitatis & veritatis quæ non clauditur loco.

61. ¶ Nulla etiam consuetudo sententiæ nostræ refragatur excepta sola consuetudine Bituticensi recenter in scriptis redacta. *tit. de retr. lignag.* §. 15. *&* §. 16. vbi fortius vult quòd etiam si contrahentes meris verbis permutationis vsi sunt de fundo ad fundum cum supplemento pecuniæ si pecunia excedat valorem fundi cum quo datur, locus est vtrique retractui & feudali seu censuali, & proximitatis, ita quòd retrahens fundum meliorem, nec tenetur ei à quo retrahit restituere fundum minorem, licet causa expressa permutationis tantum datum. Sed solum eius æstimationem, quod est in se valde durum. quia sic permutans contra intentionem suam, & contractus formam cogitur in totum carere immobili, & pecuniam duntaxat recipere, nec reponatur in priore statu in quo erat tempore contractus, & maxime attento quòd per eandem consuetudinem §. 14. immediate præcedenti eodem titulo, fundus permutatus sortitur eandem naturam, cuius non videntur compilatores recordati in §. *seq.* vbi fit damnum nedum ei à quo retrahitur, Sed etiam eius consanguineis è latere vnde processerat fundus minor, cuius loco fundus maior erat per permutationem in eandem conditionem & naturam subrogatus. Saltem pro rata dico quod consuetudo loci tacite inest contractui partium, & sic nemini fit iniuria, quia censetur sub tali consuetudine sic contrahentes hinc inde tantum emere & vendere. Respondeo hoc posse procedere inter subditos siue eos qui sciunt, aut scire debent dictam consuetudinem, siue inter alios habentes iustam causam ignorantiæ dictæ consuetudinis.

62. Quare dico quòd extraneus permutans cum fundo sub dicta consuetudine sito, & supplens maiorem pecuniæ quantitatem quàm valeat fundus quem dat domino directo fundi maioris volente vti retractu in totum, vel propinquo compermutantis, poterit restitui in integrum, & petere rescindi contractum, & reponi in priorem statum ne decipiatur. Et omni hæredio præter opinionem & contractus formam carere cogatur *per no. ff.* §. 82. & secus si dominus directus aut propinquus non valeat vti retractu nisi pro rata pecuniæ per prædicta. Cæterum, inter subditos dictæ consuetudini locus erit vtrique retractui hinc inde vtriusque fundi & maioris & minoris, quia vtrinque censetur implicita emptio & venditio vi consuetudinis, quæ inter subditos habet vim pacti expressi, de quo *ff. eo.* §. 75. *vers. nisi partes expressim.*

63. ¶ DECIMOSEPTIMO quæro, vassallus vendidit feudum suum mediante summa mille nummorum, & reddito annuo & perpetuo quinquaginta librarum, quem reditum emptor specialiter constituit & assignauit super feudo empto, & reliquis omnibus bonis suis. Vtrum & quatenus sit locus quinto pretij, & retractui feudali? Non est dubium quin his sit locus pro rata pecuniæ; sed pro rata redditus aliud videtur, quasi eatenus non sit venditio, sed quædam permutatio: saltem distinguendum videtur, an reditus sit redimibilis, an non, vt in simili diximus *supra* §. 20. *glo.* 5. *quæst.* 12. *in fi.* Super his copiosa sese offert disputatio, sed breuiter resoluendo dico indistinctè locum esse integro quinto, vel integro retractui totius feudi. Si enim patronus eligat quintum denarium, debet illum habere nedum de mille nummis, sed etiam de reditu, siue is sit redimibilis, siue etiam expresse cautum sit ne redimi posset, quia feudum in totum est venditum, vt patet ex principali & expressa intentione partium, & forma contractus, & sic non potest censeri partim permutatum cum reditu ex eodem feudo præstando, & alioquin via esset aperta ad frustranda iura feudalia. Sed vtrum patronus possit petere quintam partem dicti reditus in specie, videlicet decem sibi solui perpetuo quolibet anno, puto quòd non, sed solum in æstimatione, tantum quantum venditionis tempore valebat quinta pars d. reditus. Si vero patronus eligat retractum refundet d. mille emptori, & soluet d. reditum venditori, sicut emptor soluere debuisset. Et remanebit emptor cum bonis suis exoneratus ab obligatione & hypotheca dicti reditus, & nihil ei abesit ac si non emisset, & venditori æquè omnia aderunt, ac si non fieret retractus. Et sic patet quòd non magis interest emptoris, aut venditoris retractum hoc casu fieri totius feudi, quam in casu quo esset venditum pro toto pretio in pecunia numerata. Et iisdem rationibus concludo etiam retractum proximitatis pariter locum habere.

64. Nec obstat si forte venditor * ipse retractui intercedat, & causetur retrahentem non esse æqueidoneum ad sustinendum, soluendum & continuandum dictum reditum, sicut emptor. Quia respondeo primo quòd res ipsa, videlicet feudum super quo reditus est assignatus, semper est idonea, imò plus quam idonea ad sufferendum dictum reditum. patet quia multo plus valet & plus affert fructuum quam ascendat d. reditus annuus, alioquin venditor qui vltra reditum percepit mille, plus duplo vltra iustum pretium vendidisset feudum, & decepisset emptorem, & nunquam consanguineus, vel patronus venirent ad huiusmodi retractum adeo damnosum. Hypothesis autem huius q. ad ea refertur, quæ communiter accidunt, & de vtili emptione & acquisitione intelligitur, cuius etiam retractus vtilis esse possit retrahenti. Cùm autem res immobilis sit (vt supponitur) valde idonea, non potest retrahens non esse idoneus quandiu illam possidebit. *arg. l. sciendum. D. qui satisd. cogan.* Imò sicut venditor non potest impedire quin emptor vendat illud feudum cuicunque ad onus dicti reditus: multominus potest impedire quin illud dimittat per retractum. Nec obstat quòd emptor voluntarie vendens non exoneratur ab hypotheca bonorum suorum, ex quo principaliter contraxit, se & sua obligauit iuxta nota. *infra.* §. 151. Secus quando patitur retractum: quia respondetur quòd hæc est natura retractus legalis, vt emptor liber & indemnis abeat ac si nunquam contraxisset. Et quum res ipsa huic oneri de se, & ex natura venditionis sit supposita, nullo modo potest retractus impediri per venditorem, tum quia non habet probabile interesse, etiam si retrahens non habet alia bona immobilia, & forte multis obæratus esset: cùm venditor omnibus etiam antiquioribus creditoribus ementis, vel retrahentis præferri debeat in re vendita & reditu super ea retento per text. & nota. in *l. licet. C. qui potio. in pigno. habea.* Et si forte res vendita consistat in domo, vel prædio cultissimo, quam vel quod ruere vel sterilescere patitur retrahens, poterit venditor eius hæres, vel causam habens occurrere, compellendo retrahentem vel etiam quemuis alium possessorem ad conseruandam rem in statu congruo & idoneo, ita quòd præstationi reditus sufficiat, alioquin

* Venditor non potest impedire retractum.

ad

ad diuidendum vt ad hoc oneris vendatur & adiudicetur ſecundum tenorem & vim contractus & hypothecæ, de quo plene ſcripſi ĩ. §. 71. Tum quia etiam ſi qua intereſſet venditoris rem non retrahi à patrono vel conſanguineo, non eſſet curandum, nec eſſet intereſſe iuſtum reſpectu retrahentis cui ius retractus debetur, & ſibiipſi imputare debet venditor, quum ſciebat vel ſcire debebat rem venditam huic oneri ſubeſſe ex diſpoſitione legis, quam non poteſt ab actu ſuo excludere. *l. nemo poteſt. D. de lega. 1. l. teſtandi cauſa. C. de teſta.* Vnde ſi emptor non poſſit retractum impedire, multominus venditor.

65. ¶ DECIMOOCTAVO iuxta hæc quæro, quid ſi vaſſallus non dicat ſe vendere, ſed concedere ad perpetuum reditum quinquaginta librarum, & etiam mediante ſumma mille nummorum ſemel ſoluta, & in toto contractu nullum ſit verbum de venditione? Et videretur non eſſe locum neque quinto pretij neque retractui, nec ſimplici releuio, dummodo adhuc non ſit retenta fides ab alienante, alioquin nihil videtur deberi per §. 51. *infra eod.* Tum quia ad * agnoſcendam qualitatem & eſſentiam contractus, primum intentio partium attenditur. *l. ſi quis nec cauſam. l. rogaſti. in prin. l. non omnis. D. ſi cert. pet.* Bartol. Bal. Paul. in *l. Ariſto. D. de donatio.* Secundo verborum forma & tenor. *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, in prin. ibi ſermonem ſtipulationis inſpici. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ad fi.* & ibi Paul. Aret. Iaſ. *D. de verb. oblig. in l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio. ibi lex deſcriptione. D. de fideiuſſor.* Sed nec ex mente, nec verbis apparet, quòd habuerint intentionem vendendi, igitur non eſt fundata intentio patroni in aliquo, niſi forte in releuio. Quibus nonobſtantibus idem puto quod in quæſtio. præcedenti. quia quemadmodum ſæpe diximus, nedum in venditione formali & ſtrictè ſumpta: ſed etiam in omni contractu æquipollenti & adaptabili, & in quo ſit eadem ratio, æque locum eſſe vtrique retractui & omnibus iuribus dominicalibus, ita & hic dicendum eſt, quia eſt omnino eadem ratio ſicut in cõtractu *quæſt. præcedentis.* Et contractus, de quo hic omnino adaptatur & reducitur ad præcedentem, imò in effectu eſt omnino idem. Ad * diiudicandum autem contractus, non tam inſpicitur forma & conuenientia verborum, quàm virtus, effectus & conuenientia pactorum, vt per glo. in *l. 1. §. 1. in verbo agendo. D. de ſuperfici. & in l. 1.* vbi Bar. *C. de iur. emphyt.* Bart. in *diſputa. incipien. publicanus.* Bal. in *l. 2. C. commoda. & in rubr. C. de iur. emphy. in fi.* Panor. in *c. conſtituatur. col. fi. de relig. domi.* & maximè vbi agitur de iure vel præiudicio tertij. Nec ſola varietate verborum manente eodem effectu, diſpoſitio iuris eludatur contra *l. fi. C. de vſur. l. nemo poteſt. D. de lega. 1. cum vulg.* Et aduerte, quòd reſolutio noſtra huius & præcedentis quæſtionis procedit quantumcunque retenta ſit fides à venditore vel alienante, attento quòd perpetuo alienat. *per. not. ĩ. §. 51.* Aduerte etiam quòd hæc quæſt. intelligitur retento eodem themate q. præcedentis excepta verborum forma, & ſic quando pecunia numerata præponderat, ſaltem æqualis eſt reditui huiuſmodi: vt ſic conceſſio de ſe in venditionem recidat, & verborum forma in fraudem patroni vel conſanguinei veriſimiliter inducta, eis nocere non debeat. Secus enim eſſet in vera & principali cõceſſione ad reditum prædialem, quem funciarium vocant, in quo licet aliqua pecuniæ ſumma data ſit concedenti, neutri tamen retractui locus eſt: per nota. *infra eodem quæſtio. 19.* & plenius de his ſcripſi *infra §. 174.* ad concluſionem quæſt. noſtræ.

66. Amplia primo, ſiue totum feudum, ſiue pars taliter concedatur, & nota. quòd res conceſſa aperitur & releuium debetur ab accipiente non obſtante clauſula retentionis fidei, quæ non valet niſi forte conceſſio eſſet temporalis & ad modicum tempus per ea quæ plenè dicemus *infra §. 51. quæſt.*

A 4. 5. *& 9 quæſt. 11.* Amplio ſecundo nedum ſi conceſſio fiat ad perpetuum reditum non redimibilem vel ſimpliciter, quo caſu non poteſt redimi, ſed etiam ſi expreſſe concedatur accipienti facultas redimendi dictum reditum, quoniam hæc ſola adiectio non immutat naturam actus, ſiue in ipſo contractu, ſiue ex interuallo apponatur. Nec ex redemptione aliqua iura feudalia debebuntur, quoniam nec ex pacto huiuſmodi reditum redimendi, nec ex ipſa redemptione fit aliquid in re feudali, quod venditionem fundi vel mutationem manus inducat, & ſic nec quinto denario, nec retractui feudali locus eſſe poteſt, nec etiam nouo releuio vltra vnum releuium quod deberi dictum eſt ex ipſa conceſſione, alienatione & mutatione manus feudi. Amplio tertio ſiue paciſcatur quod ille reditus perpetuo ſiue infra certum tempus dumtaxat redimi poſſit, ſiue certo tunc taxato pretio redemptionis, ſiue non, ſiue pretium redemptionis reditus taxatum fuerit ad rationem viginti vel triginta pro vno. Siue etiam ad rationem vnius pro duodecim aut alio viliori aut cariori pretio, non refert: quia ſicut concedens poteſt libere donare vel vendere tertio ius reditus per eum retentum, abſque eo quod patronus aliquid inde prætendere poſſit, ita poteſt ipſi recipienti aut remittere, aut quocunque pretio redimibilem facere.

67. Fallit primo ſi pactum ſit quod recipiens teneatur redimere, hoc enim in idem recidit ac ſi venditum eſſet pro tali quod emptor infra tale tempus teneretur ſoluere & interim talem reditum pro fructibus vel vſuris. Fallit ſecundo ſi alias ſufficientes adſint coniecturæ non eſſe veram & effectualem venditionem feudi commentitia in reditum conceſſione relatam. Quod ſi appareat partes ſemel conueniſſe de certo pretio ipſius feudi, poſtea eodem pretio reditum fuiſſe redemptum ab eo qui feudum acquiſiuit, hic iam non eſt locus coniecturis, ſed magis ipſi veritati formatæ venditionis & emptionis feudi reiecta intermedia conceſſione in reditum tanquam ſimulata, & ad veram feudi venditionem adumbrandam accerſita.

68. Si vero non appareat partes conueniſſe de certo pretio ipſius feudi, nec aliter de formali venditione feudi. Apparet tamen infra modicum tempus à conceſſione in reditum redemptum fuiſſe reditum, tunc ad probabiles & veriſimiles coniecturas recurrendum eſt. Non enim continuo ſufficere puto quòd acquirens in breui reditum redemerit. Quid enim ſi paulo poſt huiuſmodi conceſſionem inopina ſuperuenerit neceſſitas tranſmigrandi vel bona ſua diſtrahendi, & ſic reditum quem perpetuum ſibi & ſuis fore ſperabat, ipſimet debitori vendiderit. Quid ſi deceſſerit, & plures hæredes reliquerit qui maluerunt reditum cuiuis vendere quam retinere, & inter ſe modicis portionibus diuidere: hic enim nulla iuſta cauſa eſt præſumendi ſimulatam fuiſſe conceſſionem. Et ſic nec retractui feudali, nec nouis iuribus feudalibus locus erit. Tametſi retractui proximitatis locus eſſe poſſit, non in feudo ipſo cõceſſo, vel in iure reditus vendito vel redempto dumtaxat per not. ĩ. §. 172. Sed ſi conſtet quòd tempore huiuſmodi conceſſionis ad perpetuum etiam non redimibilem reditum concedẽs indigeat pecunia. Deinde quod paulo poſt ipſum ius reditus accipienti vendiderit, hæc duo videlicet indigentiam concedentis, tempus conceſſionis & redemptionem ſecutam ſufficere ad præſumendum feudum ipſum venditum, & illud pretium magis in veritate eſſe pretium feudi, quam reditus, idque tam ad commodum patroni in iure quinti denarij vel retractus, quàm ad commodum propinqui concedentis, pro retractu proximitatis, quàm etiam alterius cuiuſcunque cui ex legato ſorte vel alias quocunque titulo competebat ius prælationis vel retractus quando res venderetur.

69. Quanquam & hîc ſint tres præſumptiones,

* Species cõtractus à principali intentione diſgnoſcitur.

* Et ab effectu magis quam à verbis.

videlicet breuitas seu vicinitas temporis vltra duas præ A dictas, hoc etiam per manus tradi solet, non duas tantum regulariter sufficere in materia simulationis, sed tres præsumptiones requiri per text. *c. ad nostram de empt. & vend.* & in *c. ille vos. de pign. in fi.* vbi duo illa de quibus in *fi. d. c. ille vos.* sunt vltra pactum de retrouendendo quod facit tertium. Ita latè Bart. Cæpo. in *tract. de stipul. contract. in 6. casu principali.* Soci. *cons.* 248. *nunquid ex duobus lib.* 2. Hieron. Cagnol. in *rep. l.* 2. *col.* 3, *num.* 19. *C. de pact. inter empt. & vend.* vbi multa allegant quæ videas, & vltra adducta per eos cito ad id Paul. in *cons.* 74. *in cau. mota. in fin. col.* 2, *versi. communiter autem. lib.* 2. Matth. de Afflict. in *decis. Neap.* 40. *col. fi.* Ias. *cons.* 150. *lib.* 4. Conrad. de Summenherd. in *septem parti. de contract. q.* 84. B *conclu.* 3. Verum hæc est doctrina magistralis & probabilis, vt *per glo. & doct. in l.* 1. *C. de legib.* Cæterum possunt aliæ duæ præsumptiones esse ita vrgentes, intensæ & fortes, vt tribus præstent aut æquipolleant, in quo prudentis & innocentis iudicis arbitrium primas habet. Et latè dixi *in tract. commer. vsura. & redit. quæst.* 56. Quod autem dixi super illa conjectura quando concedens concessionis tempore indigebat pecunia, intelligo nedum si ex necessitate & angustia rei familiaris, vel vt vrgentibus creditoribus satisfaceret. Sed etiam si solum indigebat ad ampliationem vel commoditatem rei familiaris puta ad retrahendum melius & nobilius feudum à propinquo venditum vel à se, aut prædecessore hypothecatum aut sub facultate redimendi, quæ propediem expirabat venditum, aut ob aliam causam vel af- C fectionem.

70. Si vero non constet de ipsa indigentia, sed constat de proloquiis venditionis, non puto illa per se pondus habere, quia multa tractantur quæ non perficiuntur. *l. si ex causa. §. nunc videndum. D. de mino. l. sciendum. §. dictum. D. de eden. edict.* Bald. de *prob. feud. alie. per Fede. col.* 1. *l. si voluntate. C. de rescind. vend.* Alexan. *consil.* 18. *col.* 2. *lib.* 1. Decius *l. non omnis. in prin. l. si ego. D. si cert. petat. c. finali. in fi. de proba.* Et hoc nisi illa proloquia de vendendo processissent ex parte concedentis & essent talia quod ex illis satis constaret, quòd concedens magis habebat animum vendendi quàm ad reditum concedendi nisi per recipientem stetisset: quia tunc ex effectu redemptionis reditus infra breue tempus subsecuto, & conformitate pre- D tij reditus ad valorem feudi satis puto apparere de simulatione. Et hoc ad commodum domini directi aut propinqui, aut alterius tertij interesse habentis, non obstante quòd concessio ad reditum interim esset facta simpliciter & sine facultate redimendi, & hoc nisi hæc simulationis præsumptio eluereur per aliam iustam causam repente & inopinato superuentam. Ex quo concedens potuerit animum quem tempore concessionis habebat, mutare, & reditum perpetuo retentum redimibilem facere & vendere ipsi debitori, vt nuper dictum.

71. Quod si in ipsa concessione actum est quod reditus posset redimi pro certo pretio non inferiore communi valore totius rei concessæ, ex hoc solo cum redemptione infra modicum tempus secuta, puto satis liquere de simulatione & colore quæsito etiam omnibus aliis proloquiis aut conjecturis cessantibus hoc etiam vltimo casu tres inuenies præsumptiones si rectè inspicias. Prima pactum de redimendo. Secunda, pro pretio conformi valori totius rei concessæ, saltem non multum distante, quia si valorem rei excedat, tanto fortior est præsumptio. Tertia subsecutus euentus in tempore breui & vicino in quo tempus anni non dicitur longum, sed breue vt j. *eod. quæst.* 22. Quod si facultas illa redimendi non sit in eodem, sed in separato instrumento, eodem tamen vel vnico tempore tanto fortior est simulationis præsumptio. Et tanto magis si constet redemptionem subsecutam per impositam personam, per no. 5. §. 20. *gloss.* 5. *num.* 32.

72. Ecce vides quantum laboris, quantum difficultatis à dicta secunda ampliatione ad vsque nobis insumendum fuerit, vt suscepta semel prouincia probè & plenè defungamur, quæ omnia cessant & expedita sunt in locis vbi concessio dat retractum, etiam in concessione ad reditum vt puta * §. quæ locales sunt, nec expediret ad alia loca extendere, ne libertas commerciorum nimis angustaretur. Quin etiam scire expedit dare genero vel alias in remunerationem certum prędium ad modicum redimibilem, non est iustum hoc cedere lucro dominorum directorum vel etiam cognatorum exclusis his quibus specialiter consultum volebat concedens, quinetiam ipso concedente & suis perpetuò exclusis.

* Videtur legendum cõsuetudinibus Aruerniæ & Biturigum quæ locales sunt vt supra nn. 58. & 62.

73. DECIMONONO, quid pro statu rerum præsenti um, videlicet in terminis nostrarum cõsuetudinum dicendum sit in mistis concessionibus ad reditum, vt quando fiunt mediante etiam certa pecuniæ summa semel soluenda. Et prima quidem facie (vt fit ad pauca aduertendo) videtur breuis esse & expedita solutio quòd patronus pro rata pecuniæ, si velit, petere possit quintum denarium, & simul releuium, non de toto feudo, sed de residuo feudi, facta videlicet deductione portionis feudi, quæ correspondet pecuniæ, habita proportionaliter ratione quantitatis reditus & valoris feudi, & sic fienda erit æstimatio & arithmetica quædam distributio prout in simili dicemus *infra* §. 60. *quæst.* 3. *& quæst.* 5. vel quòd possit patronus si velit accipere releuium integrum totius feudi, sed tunc non poterit aliquid exigere occasione dictæ pecuniæ, per no. in simili §. *præcedenti quæst.* 23. videtur etiam tali casu nulli retractui locum esse nec feudali, nec proximitatis, nisi appareat de fraude & simulatione quæ poterit detegi per præsumptiones, de quibus in quæstio. præcedenti: puta si ille reditus mox redimatur, & pretium redemptionis cum illa alia summa pecuniæ ascendant circiter ad valorem feudi. Idem si dicta summa pecuniæ sola ascendat circiter iustum pretium feudi & reditus retentus sit valde modicus & contemptibilis, quia tunc satis esse puto vt iudicet colorem quæsitum. Idem multo fortius si (eodem casu æqualitatis pretij retento) reditus erat grauis, sed appareat de remissione etiam ex aliquo interuallo, & multo fortius si de redemptione quæ non erit expectanda, si pretium redemptionis cum illa summa promptè numeranda ascendant ad valorem rei, quia tunc cum sufficientes adsint præsumptiones, nulla remora opus est.

74. Nunc ad pleniorem discussionem & veritatem penitus eruendam breuiter discutiamus omnes casus. Aut enim contrahentes vsi sunt termino simplici concessionis vel simili, aut termino simplici venditionis, aut termino concessionis & venditionis simul. Primo casu puta cum dixerunt concedo, do, vel assigno ad talem perpetuum reditum & mediante tali summa pecuniæ, & res videtur clara, vt dictum est. Secundo casu, puta si quis dixerit vendo pro mille & ad onus triginta vel quadraginta librarum annui & perpetui reditus de nouo constituti & retenti per ipsum venditorem su- E per re vendita. Et hic non est modica difficultas, quia ex quo partes dixerunt se vendere & emere totum ipsum feudum, apparet de principali, imo de sola & præcisa voluntate emendi & vendendi. Ex quo totum actum suum emptionem & venditionem denominant. Et sic totus contractus iudicandus est emptio & venditio, etiam si reditus præponderet pecuniæ, quando magis, quando est minor vel ad summum æqualis, quoniam etiam si alterum præponderet, nihilominus iudicatur contractus à principali intentione si de ea appareat, vt no. in *l. Aristo. D. de dona.* & est communis opinio, de qua supra §. *præcedenti. quæst.* 23. *num.* 51. Saltem in præiudicium ipsorum contrahentium, & sic videtur quòd attenta forma contractus & principali intentione habeat patronus fundatam

intentionem ad venditionem totius feudi in contrarium. Quia si hoc admitteretur, sequeretur multa dura & absurda, videlicet quod esset deueniendum ad æstimationem reditus tanquam esset datus vel constitutus in solutum loco partis pretij. Et sic tanquam tacita inesset quædam venditio reditus pro residuo pretij, & consequenter non solum patronus posset habere quintum denarium tam de pretio conuento, quàm de reditu æstimato quod esset alias satis tolerabile. Sed etiam eadem ratione sequeretur quod posset habere totum feudum iure retractus feudalis refundendo totum pretium conuentum & æstimationem dicti reditus. Et sic reditus extingueretur & redimeretur etiam si alias non esset redimibilis, & licet hoc alias esset tolerabile in reditu ex forma contractus certo pretio redimibili, quum tunc contrahentes non damnificentur, licet verba consuetudinis excedantur, tamen non est tolerabile in reditu perpetuo & non redimibili, quia venditor reciperetur, qui vt ex forma contractus allicitur noluit totum feudum transferre pro pecunia & re mobili dumtaxat, sed partim mediante re vel iure perpetuo & immobili, quo non debet frustrari. Non enim verisimiliter alias erat contracturus & fundo hæredióque cariturus, quàm retento perpetuo reditu gerente vicem partis & rei immobilis. Et hoc notissimum est ex communi vsu & ratione commerciorum quæ debet attendi: non enim debent contrahentes decipi & fraudari effectu contractus liciti & permissi, cum interim iura dominicalia statim salua, atque in futurum certa rectáque maneant. Patet, quia tunc potest patronus habere integrum vnum releuium totius feudi, vel si malit quintum denarium pretij & releuium pro rata residui feudi. quod videtur sufficere ex quo non est pura & iusta venditio: in futurum autem quoties fiet mera & perfecta venditio, integra erunt omnia iura feudalia.

75. Si autem hic velit Patronus habere quintum denarium tam de pretio, quàm de æstimatione reditus, non videtur audiendus propter multa. Primo, quia negari non potest pro rata reditus deesse verum emptionis pretium, quod non potest esse nisi in pecunia numerata §. *pretium autem. iusti. de empti. & vendi.* hactenus igitur, hoc est respectu reditus non potest habere quintum denarium qui non datur nisi in casum venditionis duntaxat. Secundo, quia sicut ad commodum patroni materia subiecta magis attenditur quàm verba: ita & ad eius incommodum esse debet vt seruetur æquitas, & per reg. *l. secundum naturam. D. de regul. iur.* Tertio, quia vt in *l. veteres. D. de actio empt.* verbis emptionum venditionumque promiscue vtuntur in *l. sicut. §. alienationis. D. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. in l. statuliberi in fin. d. de statulib.* Igitur non est faciendum fundamentum in hoc quod hic partes verbis emptionis & venditionis vsæ sunt, quasi hæc verba promiscuè etiam pro aliis contractibus assumantur. sublato igitur hoc verborum fundamento nihil restat quominus idem iudicandum sit ac si contrahentes solo verbo concessionis in redditum vsi fuissent. Et sic idem dicendum quòd in primo casu. Quarto, quia in dubio contra dominum directum iudicandum est qui ad maius laicorum percipiendum vult se fundare in verbis. *arg. l. veterib. D. de pact. l. Labeo scribit. l. enim in lege. D. de contra. empt. & no.*

TERTIO casu, aut contrahentes vsi sunt verbis concessionis & venditionis separatim aut confusè, si separatim aut de certis portionibus pro diuiso: puta concedo centum iugera feudi sic confinata ad reditum. Residuum vero eiusdem feudi vendo pro mille, & tunc res est clara quod sunt duo separati contractus, & quilibet secundum propriam naturam iudicatur. Idem si partes non sint factæ pro diuiso sed pro indiuiso, dummodo certæ sint, puta dimidiam concedo in reditum, alteram dimidiam vendo: quia æque clarum est diuinctos esse contractus. Quando vero nulla facta est diuinctio nec loci nec quotæ, puta dictum est, vendo & in reditum concedo tot prædia feudalia ad viginti libras reditus communis & perpetui & mediante summa ducentorum aureorum nullo facto discrimine, sed in complexo permixtim & confuse, nec ex confessionibus partium nec aliter liquidari potest. Et tunc videretur pro media parte iudicanda concessio in reditum, pro alia dimidia, venditio, hoc casu, vbi reditus & pecunia nihil aut parum inuicem excedunt, alioquin alterum notabiliter præponderat, videtur contractus secundum qualitatem præponderantiæ in totum iudicandus. secundum doctrinam communem in *l. Aristo. D. de donat.* aut pro rata & diuersitate commutationis iuxta communem obseruantiam. Vides inextricabiles Labyrinthos: vt igitur habeas breuem totius exitum; Dico quod in mera concessione in reditum, dicendum vt supra præcedenti concluſimus cum tribus ampliationibus & fallentiis: in concessione autem mista

76. Distinguo, * aut contractus est diuisus per certas partes rei pro diuiso, vel per quotas, & tunc quilibet contractus per se iudicari debet. Aut verò non est facta huiusmodi diuisio, sed sine distributione in complexo facta est concessio, & tunc, pro Gnomone præmitto, primo quod in materia quæstionis nostræ vbi agitur de præiudicio tertij non præcisè attenditur illa communis doctrina doct. in *l. Aristo.* quod in * dubio actus iudicatur in totum à præponderante. *vt no. supra eo. q.* 16. Sed potius idem contractus differmiter iudicatur, secundum qualitatem commutationis pro rata & hoc ne fiat tertio præiudicium, quia ad eius commodum, & ne ius tertij in totum pereat, bene iudicatur totus contractus à præponderante, vt statim dicemus ad effectum retractus Secundo præmitto ex quo idem actus de natura diuersorum contractuum participat, multum faciunt verba contrahentium, ex quibus principalis intentio colligitur, ad trahendum contractum totum in alteram partem, si tamen hoc non cedat in præiudicium, sed in commodum tertij habentis interesse. His præmissis, pro solutione dico distinguendo tres dictos casus: aut contrahentes vsi sunt verbis concessionis, aut similibus tantum. Et tunc aut quæris quo ad laudimia, & dico quod pro rata pecuniæ potest patronus exigere quintum denarium: & idem in domino censuali in casu. Cæterum in feudo capiet patronus releuium pro rata residui tantum, poterit etiam patronus omittendo quintum illum denarium, capere releuium totius feudi. 77. ¶ Aut * quæris quoad retractũ, & dico quod siquidem pecunia præponderat valori seu æstimationi totius iuris reditus, locus erit vtrique retractui. Et moueor quia iste contractus de iure communi respectu contrahentium, & in eorum præiudicium iudicari potest à præpoderante, per no. in d. l. *Aristo.* Ergo hoc assumendum si vtile sit tertio, & ne ius illius depereat. Nec obstat quod consuetudo retractus est stricti iuris, & non loquitur nisi in terminis venditionis, quia dico quod illa consuetudo recipere potest & debet interpretationem passiuam à iure communi, secundum no. in d.l. *Aristo.* Saltem in hoc contractu mixto, & ne ius retractus in totum depereat, & hoc casu non poterit retrahens cogere creditorem reditus ad recipiendum eius æstimationem, nisi alias esset redimibilis, nec etiam tenebitur statim redimere, quo casu redimibilis est: sed satis est quod eandem conditionem præstet, ad quam tenebatur is à quo retrahitur. Si vero pecunia est modica, & præponderatur à reditu, tunc non possum fundare retractum pro parte, ne decipiantur contrahentes, maximè acquisitor, qui non erat partem acquisiturus. *l. quod autem. D. de in diem addict.* Nec etiam possum fundare retractum pro toto, quod ius possit offerri eadem conditio. quia verba consuetudinis deficiunt, deficit etiam interpretatio iuris, & materia extensionis passiuæ, quia totus contractus magis d o vt des, siue con-

* Restitutio.

* An contractus præponderet.

* Primus casus.

ceſſio ad reditum iudicandus eſt in totum per no. in *l. 4. Ariſto.* Imo etiam non audeo conſuetudinem extendere, licet pecunia æqualis ſit valore reditus, quia licet quantum ad valorem cuiuſque mercis ſeu vt preſſiùs Græcè dicam ἀντάξιον, ſit æqualitas, tamen aliud adeſt quod facit inæqualitatem, & ſonat in partem aduerſam retractui, videlicet forma & verba contractus, quæ ſonant in conceſſionem ad reditum, & non in venditionem. Bene fateor quod quando pecunia eſt æqualior. aut præſtantior reditu, tanto procliuius eſt formulam contractus præſumi ſimulatam & veram ineſſe venditionem.

78. Et tantò fortiùs ſi reditus ille redimibilis ſit intantum vt probabiliter iudicari poſſe cenſeam totum contractum pro venditione reputandum, ſi cum dicta æqualitate pecuniæ accidat reditum eſſe redimibilem ad rationem vnius pro duodecim vel circa, ita vt veriſimile ſit redemptionem ob reditus grauitatem non multo differendam, & quia interim huiuſmodi reditus eſt interuſurium æquiualens dilationi pretij. Et maximè ſi pretium remiſſionis reditus cum ſumma pecuniæ, non minus aſcendant, quam ad valorem fundi: in his vt ſæpe dixi, prudenti & fauorabili iudice multum opus eſt. Ex his certe ſatis ſupérque liquet, quod non fuiſſet iniquum ſtatuere, locum eſſe retractui in omni commentatione, in qua eadem conditio offerri poſſet, ſed nondum ſtatutum eſt. Longe vtiliſſimum etiam foret in omnibus alienationibus feudalium & cenſualium certam vniformem præſtationem præfinire, vt dixi 3. *eo in prin.* & hi tanti labores & difficultates ceſſarent. Sed interim limitanda ſunt quæ modo dixi ſecundum no. in *fi. q. præcedentis.* niſi quatenus eſſent ſufficientes præſumptiones ſimulationis, quæ multo facilius adeſſe poſſunt & leuiores ſufficiunt in conceſſione miſta ad reditum, & pro pecunia, quam in mera conceſſione ad reditum. Et in reditu ab initio redimibili, quam in non redimibili.

79. Quod ſi quis forte non oſcitanter hæc legens miretur, cur feci differentiam inter laudimia, latè capiendo etiam pro quinto denario, & inter retractum, quum vtrumque ex eodem oriatur fonte, nempe ex venditione: ſi igitur contractus factus in forma conceſſionis, propter præponderantiam pecuniæ iudicetur in totum venditio quando ad retractum, cur non etiam quoad laudimia: & cum ex eodem fonte & principio procedant: cur tam varie? Breuiter reſpondeo, quod in laudimiis non eſt tantum præiudicium, vt opus ſit attendere prævalentiam ἀντάξιων ad augenda laudimia, ſi quidem ſatis conſeruantur in releuio, quod percipere licet in reſiduo feudi, & licet in cenſu nihil in reſiduum percipiatur, tamen non tota peremit laudimia, quia ſaltem ſoluuntur pro rata pecuniæ & eſt ſatis grauis ſeruitus, quæ non eſt vltra communem obſeruantiam augenda, quum etiam ſatis in futuris contractibus renaſci poſſit. Secus eſt in retractu qui eſt fauorabilior & minus vtrique contrahentium, damnoſior, propriè accipiendo verbum damnum. *l. 3. D. de damn. inf.* Et tamen omnino periret, & ceſſaret in totum, niſi noſtra interpretatione adiuuaretur, quæ in caſu iſto magna iuſtitia & æquitate fundatur, non autem æquè bene fundaretur ad finem augendi laudimia, vt cordatis & recte intuentibus liquet facile.

* Secundus caſus.

80. Aut vero & hic * ſecundus caſus, contrahentes vſi ſunt verbis conceſſionis & venditionis ſimul & promiſcuè: & tunc dico quod in eorum præiudicium cum & verba, & materia ſubiecta ſimul coniurant, & reſpectiuè adaptari poſſint, merito ſingula ſingulis reddi debent. Ita quod alio non requiſito, & ſine alia diſtinctione, poteſt patronus pro rata pecuniæ tantum, petere quintum denarium vel retractum, & pro reſiduo releuium, & ad hunc finem fienda erit æſtimatio: idem dico reſpectu propinqui retrahere volentis, intantum quod nec patronus aut propinquus retrahentes tenentur totam rem (niſi velint) cum onere reditus acquiſitore hoc offerente acceptare: quia ex quo acquiſitor dicit ſe accipere in reditum, & emere, ſtatur ſingulis iſtis verbis in eius præiudicium per *l. optimam C. de contrahend. ſtipul.* & ſic pro rata pecuniæ cenſetur emiſſe. Vnde non obſtat quod pro parte non erat contracturus, & ſic quod poteſt adigere retrahentem ad retractum totius, tum quia hoc non procedit, quando retrahens non vocatur à conſuetudine niſi pro parte, nec habet intentionem fundatam niſi in partem eorum, quæ deducta ſunt in contractum, & patet quando quis eodem contractu vnoque confuſo, non diſtributo pretio, emit plura prædia, quorum quædam ſubſunt retractui, alia non: tum quia contrahens ipſe ſibi imputare debet, qui verba emptionis in diſpoſitionis contractu inſeruit, cum ex hoc ſcire debebat futurum fore, leges & conſuetudines loquentes de emptionibus habere locum in ſua diſpoſitione, ſaltem quatenus venditioni conuenit & adaptatur.

* Tertius caſus.

81. Aut vero, & hic * tertius caſus, contrahentes ſolis verbis venditionis & emptionis vſi ſunt. Et nunc indiſtinctè dico ſiue pecunia præponderet reditui ſiue præponderetur, ſiue reditus ille ſit redimibilis, ſiue non, quod tam in fauorem domini directi ſi velit, quàm in fauorem habentis ius retractus, totum iudicatur ſicut venditio. Et patronus eligens quintum denarium, recipiet illum tam de æſtimatione reditus, etiam aliàs non redimibilis, quam de conuenta pecunia. Retrahens aut tenebitur refundere pecuniam conuentam & numeratam, reditum autem tenebitur ſoluere, nec poterit redimere, niſi redimibilis ſit, ne fiat iniuria alienanti: quod ſi cui mirum videatur, quòd totus contractus iudicetur venditio, etiam quando reditus multum præponderat pecuniæ, & non eſt redimibilis, & ſic non poteſt cadere in rationem pretij, dico quòd nihilominus partes poſſunt facere, quod cedat in partem ſeu in vicem pretij, & quod totum cenſeatur venditum, ex quo ſolum intendunt venditionem facere, de quo ſatis conſtat per eorum verba, quæ contra eos fidem faciunt, incommodum dominorum directorum & habentium ius retractus ad quos hoc reſpectu contractus ſpectat & ſic pro eis fidem facit, & poſſunt ſe iuuare diſpoſitione. *l. optimam. D. de contr. ſtip.* vt diximus 3. §. 38. *q.* 17. Nec eſt admiſſibilis acquiſitor, ad negandum eſſe venditionem contra verba expreſſa contractus, quia non cenſentur taliter otioſe prolata, ſed ſerioſe & cum miniſterio, videlicet, vt patrono vel propinquis alienantis conſeruetur ius retractus in totum ſimilem conditionem ſuſcipiendo, & acquiſitorem exonerando, præterea ex quo pro rata pecuniæ retrahens habet intentionem fundatam, tam in forma quam in materia, & in reſiduo habet etiam fundatam intentionem in forma: turſus in totum eandem conditionem afferre poteſt, quod in totum fundetur, & priuetur iure retractu, attento etiam quod retractum totius fundatam habet intentionem in tacita mente partium, quæ colligitur ex verbis expreſſis. Et ſic habes implicatiſſimam hanc materiam nouiter & dilucide explicatam per puncta reſolutionum tantum allegationibus & apparatu omiſſis, nec breuius aut clarius defungi potui.

82. Vtque nihil deſideretur, inquantum nuper diximus quod ſi feudum valoris forte trium millium ſit venditum pro certa ſumma pecuniæ, puta mille, & mediante perpetuo non redimibili reditu puta annorum centum, ſuper eodem feudo aſſignato, quod tunc poteſt patronus vel propinquus vti retractu totius feudi, & quod hoc faciendo tenetur ſoluere & continuare dictum reditum veteri vaſſallo, & ſuis, nec poteſt redimere. Videtur hoc vltimum non improbabiliter impugnari poſſe, quia ſi, vt dictum eſt, totum feudum cenſetur venditum, ergò tacitè cenſetur conuentum de totali pretio feudi, quoniam nec in totum

nec in parte venire poteſt ſine pretio. Cum autem redditus non redimibilis de ſe non poſſit cadere in pretium, neceſſe eſt dicere tacitam quandam venditionem ineſſe ipſius reditus. Sicut quando aliquid fit, & tamen non poteſt fieri directo, neceſſe eſt ſaltem tacitè ineſſe, aut fingi quoddam medium obliquum & congruum. Et ſic videntur in hac venditione duæ mutuæ venditiones ineſſe, & intelligi reſpectiue, altera expreſſa, altera tacita: expreſſa feudi ipſius, pro ſuo totali pretio puta trium millium. Tacita ipſius reditus perpetui, & non redimibilis, pro duobus millibus, cuius pretium per venditionem feudi eumdémque emptorem huiuſmodi reditus, confunditur vel compenſatur pro rata cum pretio feudi: & ſic non reſtant, niſi mille debita & promiſſa per emptorem feudi, vltra mutuam venditionem reditus, & compenſationem pretij illius. Quod ſi breuius dicere malis quod huiuſmodi reditus cenſetur creatus, & datus in ſolutum pro reſiduo pretij fundi, dico quod iſtud verborum compendium tantumdem importat, quantum prior hypotypoſis, quia datio in ſolutum pro pretio, vel reſiduo pretij, eſt vera & effectualis venditio. *vt* 3. §. 20. *gloſſ.* 5. *g.* 10. inſunt igitur hîc duæ mutuæ venditiones & emptiones, quarum ſecunda, quæ tacita eſt, non poteſt nec debet præiudicare primæ, nec iuri retractus totius & liberi fundi quæſito. Ex prima igitur poterit patronus refuſis tribus millibus librarum pro toto pretio & æſtimatione feudi illud retrahere, & ſic in effectu reditum illum redimere & extinguere. Sed ad hæc facilis eſt reſponſio quod illæ venditiones, nedum ſunt mutuæ, ſed & correlatiuæ, nedum correlatiuæ, ſed vnicus contractus, & vna potius venditio quam duæ. Patet quia licet, vt ex verbis contractus colligitur, partes habeant animum vendendi feudum: tamen venditor non habebit animum vendendi pro mero pretio, ſeu pecunia dumtaxat, ſed etiam mediante conſtitutione & retentione perpetui reditus gerentis vicem partis rei venditæ, & alias non erat venditurus, ſi omni hæredio corruiſſet, & ſolàm pecuniam recepiſſet, etiam vſque ad integrum valorem totius feudi.

83. Patet, quia voluit retinere & habere reditum non redimibilem, ergo debet ei relinqui & conſeruari ius retentum, alioquin fraudaretur & deciperetur, quod eſſet iniquum: quia patronus qui ſe fundat in contractu, ex quo ius & lucrum prætendit, non debet, nec poteſt illum infringere, ſed tenetur illum ſequi & obſeruare, alias in eo ſe fundare non poſſet per regu. *l. cum proponas.* 2. *C. de pact. l. ex eo de reg. iur. in 6. cum vulg.* Et ſic non debet hîc admitti fictio illa duplicis venditionis, quia eſſet contra intentionem partium & contra æquitatem. *l. denique* & ibi Bar. & alij. *D. quib. cauſ. maj.* imo ſi eo vſque veniendum eſſet, iuſtius & verius fictio illa in rebus, & duplex venditio negari poſſent, dicendo quod in hoc themate non eſt mera ſeu totalis venditio feudi, ſed quod ſolum venditur pro rata pecuniæ conueniente & numerandæ, in reſiduum aut permutatur cum reditu, ſeu quod in reſiduo verè ſit do vt des, & non venditio, vtpote in hoc reſiduo deficiente ſubſtantia materiali venditionis. Et ſic quod verba contrahentium eſſent partim improprianda ex neceſſitate materiæ ſubiectæ per not. j. §. 43. *num.* 109. Et conſequenter quod hîc nulla eſſet fictio in rebus, ſed in verbis dumtaxat, ex eo quòd contrahentes terminis venditionis abutendo, fingunt totum actum eſſe venditionem, quæ tamen non eſt venditio, niſi in minori parte, videlicet pro rata pecuniæ. Imo proprius loquendo, non eſt opus hic fictione, etiam in verbis, ſed pro ſola καταχρήσει, hoc eſt, verbi abuſione, ſeu ſynecdoche quæ eſt vna σχημάτων λέξεως, hoc eſt, figuratum dictionis, qua totum exponitur pro parte, ſeu appellatio partis toti tribuitur. Ecce quomodo nimium ſubtiliter diſputando, & extrema diſceptationis ſeu partes oppoſitas nimium intendendo, tota repente ſcena inuerteretur, eo enim fere ſummam illam intentionem retractus oppugnando relapſi ſumus, vt retractum prorſus ſaltem pro rata reditus excludamus, & decreta noſtra ſubuertamus Moderato igitur diſpoſitionis & illationum exceſſu, mediam hanc noſtram & iuſtam & æqualiter ſententiam teneamus, in præfato themate locum eſſe retractui totius feudi propter expreſſam & principalem contrahentium vendendi intentionem, & quia eadem conditio offerri poteſt neutris contrahentium damnum inferendo. Et tamen non poſſe ſiue patronum, ſiue propinquum retrahentem reditum illum redimere: tum ne fiat iniuria & damnum venditori & perpetui reditus creditori: tum quia retrahens non debet eſſe melioris conditionis quam emptor, ſed in eius locum dumtaxat (velut tranſlato in aliam tamen perſonam contractu) debet ſubrogari, & ſic non poteſt deteriorem contractus conditionem facere venditori, nec facere aut recuſare, quod emptor ex lege vel natura contractus facere aut recuſare non poſſet, non magis igitur poterit redimere reditum, quam emptor à quo retrahi potuiſſet. Et quemadmodum retrahens non poteſt redimere nec recuſare ſeruitutem, puta proijciendi vel oneris ferendi, per venditorem retentam in domo feudali vendita, ſed tenetur retrahens idem onus agnoſcere. Hi ſunt veri & deciſiui noſtrę ſententiæ limites, quos vix ſine periculo citra amiſſionem veritatis & æquitatis tranſilias.

84. Quo fit vt altera decidendi ratione mutata, deciſionem mutari neceſſe ſit, verbi gratia in themate *g.* 16. j. *eo. num.* 35. contrahentes vſi ſunt ſolis verbis venditionis & emptionis ſicut hîc: & tamen neutrobique locus retractui totius domus venditæ, ſed pro rata pecuniæ conuentæ dumtaxat: & hoc ideo, quia licet æque adſit prima ratio, quæ eſt verborum forma, tamen deeſt ſecunda, quæ eſt etiam ſubſtantialis & requiſita ad retractum, videlicet quod eadem conditio & ſine contrahentium damno per retrahentem afferri poſſit, quod non poteſt ibi fieri, quia non poteſt retrahens refundere emptori eandem vineam ſuam, nec eum in eundem priorem ſtatum reſtituere. Et ſic neceſſe eſt ibi pro rata vineæ ceſſare retractum, niſi partes expreſſim de totali pretio domus in pecunia, & ſic de duplici tertio, ſcilicet vtriuſque prædij, & duplici emptione & venditione conueniſſent, alioquin cum non appareat niſi vnica contractus formula, non debemus per noſmetipſos fingere & imaginari plures & diſtinctos contractus qui non fuerunt in rerum natura, nec fuerunt intenti nec celebrati à contrahentibus. hoc enim nedum ratione & iuſto fundamento careret, ſed eſſet contra omnem æquitatem, in damnum, deceptionem & ſubuerſionem intentionis contrahentium, in qua tamen ſemper neceſſe eſt omnem fictionem & interpretationem contractus primitùs fundari. Et ſic patet de manifeſta horum caſuum in hoc diſſimilitudine, hîc enim remanet emptio à quo retrahitur, cum bonis ſuis exoneratus ab obligatione & hypotheca dict. reditus. & pretium quod numerauit reſtituitur, & ſic nihil ei obeſt, ſed eſt in eodem priori ſtatu, in quo erat ante emptionem. Et pariter venditori omnia ſua adſunt, & æquè præſtatur perpetuus reditus à retrahente & ſuis, ſicut à priore emptore & ſuis.

85. Nec obſtat ſi forte venditor ipſe retractui intercedat, & cauſetur retrahentem non eſſe æquè idoneum ad ſuſtinendum, ſoluendum & continuandum dictum reditum ſicut emptor. Quia reſpondetur primo, quod res ipſa, videlicet feudum ſuper quo reditus eſt aſſignatus, ſemper eſt idonea, imo pluſquam idonea ad ſufferendum dictum reditum. Patet quia multo plus valet, & plus affert fructuum, quam oſtendat dictus reditus annuus, alioquin venditor qui vltra reditum percepit mille, plus duplo vltra iuſtum pretium vendidiſſet

feudum, & decepiſſet emptorem, & nunquam conſanguineus, vel patronus veniret ad huiuſmodi retractum, addo damnoſum. Hypotheſis autem huius q. ad ea refertur, quæ communiter accidunt: & de vtili emptione & acquiſitione intelligitur, cuius etiam retractus vtilis eſſe poſſit retrahenti. Cum autem res immobilis ſit (vt ſupponitur) valde idonea, non poteſt retrahens non eſſe idoneus quamdiu illam poſſidebit *arg. l. ſecundum. D. quiſatſ. cogan.* Imo ſicut venditor non poteſt impedire quin emptor vendat illud feudum cuicunque ad onus d. reditus, multominùs poteſt impedire quin illud dimittat per retractum. Nec obſtat quod emptor voluntariè vendens non exoneratur ab hypotheca bonorum ſuorum, ex quo principaliter contraxit, ſe & ſua obligans, iuxta no. §. 191. Quia reſpond. quod ſecus quando patitur retractum, hæc eſt enim natura retractus legalis, vt emptor liber & indemnis, abeat, ac ſi nunquam contraxiſſet. Et cum res ipſa huic oneri de ſe, & natura venditionis ſit ſuppoſita, nullomodo poteſt retractus impediri per venditorem. Tum quia non habet probabile intereſſe, etiam ſi retrahens non habeat alia bona immobilia, & forte multis obæratus eſſet: cum venditor, omnibus etiam antiquiotibus creditoribus ementis, vel retrahentis præferri debeat in re vendita, & reditu ſuper ea retento per text. & not. in *l. licet. C. qui potio in pig. hab.* Et ſi forte res vendita conſiſtat in domo, vel prædio cultiſſimo, quam vel quod ruere vel ſterilescere patitur retrahens, poterit venditor eius hæres, vel cauſam habens occurrere, compellendo retrahentem, vel etiam quemuis alium poſſeſſorem, ad conſeruandam rem in ſtatu congruo & idoneo, ita quod præſtationi reditus ſufficiat. alioquin ad dimittendum vt ab hoc onere vendatur & adiudicetur ſecundum tenorem & vim contractus & hypothecæ de quo plene ſcripſi j. §. 71. Tum quia etiam ſi qua intereſſet venditoris rem non retrahi à patrono vel conſanguineo, non eſſet curandum, nec eſſet intereſſe iuſtum reſpectu retrahentis, cui ius retractu, debetur, & ſibi ipſi imputare debet venditor, quia aliter (ſcilicet in forma venditionis) contraxit, quum ſciebat, vel ſcire debebat rem venditam huic oneri ſubeſſe, ex diſpoſitione legis, quam non poteſt ab actu ſuo excludere *l. nemo poteſt. D. de lega. 1. l. teſtandi cauſa. C. de teſtam.* vnde ſi emptor non poſſit retractum impedire, multominus venditor.

86. ¶ VIGESIMO quæro, quid ſi vaſſallus cedat feudum ſuum Titio, pro certo iure reditus debito Titio ſuper alia re, & mediante certa ſumma pecuniæ? Breuiter dico, quòd ſi ille reditus non eſt redimibilis, cenſetur feudum partim venditum, videlicet pro rata pecuniæ, partim permutatum, videlicet pro rata reditus. Ideo dicendum ſicut de re partim vendita partim donata vel permutata ſæpe dictum eſt. Si vero ille reditus ſit redimibilis, idem dicendum quod de feudo in totum vendito, quia etiam ſi totum feudum datum ſit pro reditu redimibili, puto locum eſſe & quinto pretij & vtrique retractui: etiam ſi contrahentes expreſſis verbis & forma permutationis vſi ſint: quia reditus * redimibilis, nihil aliud eſt quam res vel inuito domino vendibilis, pro certo ad hoc æſtimato pretio: & ſic omnino æquipollet pretio in pecunia numerata, quod non eſt in reditu non redimibili, de quo etiam ſ. §. 20. *gloſſ. 5. qu. 10. in fin.* Sed diligenter aduerte ad iſtud de reditu redimibili, vt ſane procedat in reditu pecunia acquiſito ad rationem beſſis, vſuræ vel circa, puta ad rationem vnius pro duodecim, qui quidem reditus implicitam habet naturam, imò neceſſitatem impræſcriptibilem redimibilitatis, vt clare probauimus *infra* §. 94. talis enim reditus pecunia certa emptus, tanta redimibilis, & de quo ſecundum promiſcuum vſum idem iudicatur quod de tanta ſumma pecuniæ, quum (vt plurimum) ſpes ſit redemptionis de propinquo, & non ſoleant huiuſmodi reditus diu ſtare, quin redimantur propter damnum & grauitatem vſuræ vitandam: ideo in multis habentur pro mobili, in quo ſubiecta materia debet attendi quod no. ad limitationem *d.* §. 94. vt ibi plenius diximus. Secus de reditu prædiali quem funciarium vocant, qui forte redimibilis eſt ad rationem viginti vel triginta pro vno: vel etiam de reditu pecunia quidem conſtituto, ſed ad rationem vnius pro viginti vel vltra, de quo non eſt ſpes (ſecundum id quod frequenter accidit) quod de propinquo redimatur, prout non ſolent huiuſmodi reditus ita facile redimi: ideo huiuſmodi reditus non ita cenſentur accipere functionem cum pecunia numerata & ſolutioni parata, ſed vicem rei immobilis gerunt, & ſic permutatio feudi ad talem reditum eſt vera permutatio, nec coincidit cum venditione niſi aliæ præſumptiones ſufficientes accederent, alioquin neutri retractui nec quinto pretij locus erit, ſed ſimplici releuio. ad hoc optimè facit quod ſ. §. 20. *gloſſ. 5. nu. 49.* diſtinximus inter mobilia pecunia parabilia ſeu perfunctoria, & inter mobilia rara & pretioſa. 87. ¶ Et hæc modificatio procedit in permutatione, quando partes in forma permutationis contraxerunt: ſecus ſi contractum conceperint in venditionem & emptionem pro reditu vel quauis alia re vice pretij tanti æſtimata. Item ſecus ſi vaſſallus erat debitor eiuſdem reditus, & feudum ſuum dederit in ſolutum pro conſequenda liberatione à dicto reditu redimibili: quia tunc cenſetur feudum ſuum tanti æſtimaſſe & tanti vendidiſſe quanti reditum redimere poterat: & huiuſmodi datio in ſolutum ab ipſomet debitore facta, in redemptionem & venditionem concidit, ſiue in donationem in ſolutum pro ſumma pro qua reditus redimi poterat. Sed quid eodem q. themate retento, ſi Titius det reditum, non antiquum, ſed quem de nouo ſine facultate redimendi conſtituit & aſſignat, non ſuper feudo quod acquirit, ſed per ſe & certo alio prædio? Reſpondeo diſtinguendo, aut contrahentes procedunt ſub forma permutationis dicti feudi ad dictum reditum non redimibilem de nouo conſtitutum ſuper alia re, & non ſecundum id quod de re vendita, & reditu redimibili pro pretio habetur.

* Reditus redimibilis pro pretio habetur.

* Refert an contractus incipiat à verbo venditionis.

per alia re, non interueniente alia pecunia, & tunc nulla iura debentur, niſi velut ex permutatione, & etiam retractus proximitatis non haberet locum niſi aliter appareret de ſimulatione, puta redemptio reditus infra modicum tempus. Aut vero contrahentes incipiunt * à venditione mediante certa pecunia, & dicto reditu de nouo creando: & tunc puto locum eſſe vtrique retractui, & integro quinto pretio. quia quauis d. reditus non ſit redimibilis, tamen ex quo eſt acceſſorium ſiue ſupplementum pretij, debet æſtimari & ad quantitatem reduci per no. ſ. *eo. q. 15. in fi. & in §. ſeq. in prin.* imò generaliter ſi contrahentes incipiant à venditione feudi, & remaneant in terminis emptionis & venditionis, & conueniant de certa pecunia danda: & quia feudum plus valet, & emptor non habet tantam pecuniam, dat & cedit emptor certum reditum antiquum non redimibilem, vel etiam certum fundum pro ſupplemento pecuniæ, puto locum eſſe integro quinto denario & vtrique retractui, & quòd ad huiuſmodi finem dictus reditus vel fundus debeat æſtimari, quia cenſetur tacite æſtimatus & ſubrogatus loco pecuniæ, ex quo contrahentes non habuerunt animum alium contractum faciendi quàm venditionem & emptionem. infinitæ propemodum aliæ varietates factorum & circunſtantiarum circa hæc occurrunt, ſed nuſquam eſſet finis, ſatis eſt inſigniora attingere.

88. VIGESIMOPRIMO, vaſſallus vnica conceſſione conceſſit totum feudum ſuum ad certum reditum, nihil dicto de retentione fidei: & non recepta alia pecunia, vtrum ſit locus retractui feudali, & conſequenter quinto denario æſtimationis? Hanc quæſt. vtpote de ſe indubitatam non ponerem niſi vt aperiatur

via ad multa alia. Et primo videretur locum esse retractui, quia patronus qui beneficium contulit fauorabilior est extraneo. Vnde si eandem conditionem afferre possit, æquum est eum præferri extraneo in alienatione feudi: sed in hoc casu patronus æque potest soluere & continuare reditum perpetuum super feudo, sicut extraneus, & non interest concedentis, (vt ex hypothesi censetur expeditum) nec etiam recipientis, nisi in commodo admissionis in contractum, quod non est considerabile in materia retractus: igitur tum fauore reunionis, tum fauore patroni, patronus debet potius admitti & præferri: faci. no. Bar. Luc. de Pen. Io. de Pla. in *l. 1. C. de metella. l.* 11. Alex. apud Bar. in *l. dudum. C. de contrab. empt.* Et ita expressum sentit, & sub verbo forte decidit Io. Fab. in §. *adeo ad fi. col.* 1. *inst. de loca.* quòd nedum in venditione sed in qualibet translatione, siue concessione ad certum reditum vel in emphyteusim, possit dominus directus retinere, & iure retractus vti si velit pro eadem pensione. & ad hoc allegat *l. fi. in fin. C. de loca. prædio. ciui. lib.* 10. & ita in simili retractus proximitatis expressè disponit consue. Niuernensis, *tit. des retraicts.* §. 18. Et eadem ratione sub eadem consuetudine idem est in retractu feudali. Nec obstat quòd dicta consuetudo * Niuernens. *tit. de feud.* §. 35. videtur introducere retractum feudalem solum in venditione, quinimò introducit tam in venditione quàm alia alienatione in qua eadem conditio auferri potest, patet in *text. d.* §. 35. *ibi. vendu ou aliené.* Et sic non se restringit ad meram venditionem. Nec obstat quòd in eodem articulo loquitur de quinto, quia non loquitur de quinto pretij, quo casu ille §. intelligeretur de alienatione quæ fit mediante pretio: sed loquitur de quinto in genere. quod intelligitur tam de quinto pretij, quàm de quinto æstimationis rei, secundum qualitatem contractus vt patet per §. 26. 33. *eo. tit & sic iuncto dicto* §. 18. in concessione rei ad reditum locus est vtrique retractui in locis dictæ consuetudinis. Nec obstat quòd inconueniens videtur patronum debere reditum vasallo, tum quia concedens non remanet vasallus, sed totum feudum alienat, tum quia is à quo retrahitur non potest illud obiicere contra ipsummet patronum: tum quia concedens omne ius suum & dominium transfert, & non retinet aliquod vtile dominium, vt diximus infra *titu. sequent. in rubr.* quamuis aliud sit in concessione ad censum: in qua militaret aliud inconueniens, quia dominus feudi non debet esse censuarius subditi. Tum quia recipiens potest vendere feudum ad onus dicti redditus, quo casu non dubitatur patronum posse retrahere ad onus eiusdem redditus, & sic non est inconueniens quòd soluat reditum ei qui fuit vasallus.

89. Sed pro resolutione in terminis nostræ vel similis consuetudinis dicendum neutri retractui locum esse, quia neque est venditio, neque æquipollens venditioni seu reducibilis ad venditionem, sed contractus omnino diuersus. Et sic non debet fieri extensio ad casum diuersæ naturæ, substantiæ & effectus. Tum ad hoc vt sit locus retractui de nostra vel simili consuetudine, non sufficit quòd contractus & alienatio sit talis, vt retrahens eandem conditionem afferre possit alienanti: quia consuetudo nostra non permittit retractum ita generaliter, sed demum in terminis venditionis. Vnde quum sit contra ius commune, non debet extendi ad contractum differentem à venditione re & effectu. Vnde est quòd consuetudo nostra (vt ciuili modo & non Iudaicè est intelligenda) magis respicit effectum quàm verba, & ideo verificatur nedum in stricta & formali venditione, sed etiam in contractu habente symbolum & qui in effectu resoluitur in venditionem effectualem, quamuis contrahentes aliud ei nomen imponant, vt in præcedentibus & sequentibus. qq. sed non debet extendi ad casum omnino diuersum vt in præsenti, in quo alienanti non soluitur nec numeratur semel pretium rei, nec directo, nec per indirectum, nec per interpositam personam. & ita in terminis q. nostræ (nisi aliàs appareat de fraude) tenent Iacob. de Bel. Bald. Præpo. in *capit.* 1. §. 1. *par quos fiat inuestit. in vsibus feudorum.* Nicol. Boeri. in *consuetud. Biturig. titul. de retract.* §. *secundo vers. Sed quid si res.*

90. ¶ VICESIMOSECVNDO quæro, vasallus habens feudum consistens in alto nemore, vendidit omnes arbores * secandas & auferendas pro certo pretio, quæritur an potuerit? Et si potuit, an aliqua iura debeantur patrono? Ad primum breuiter Respond. affirmatiuè, quia feuda sunt patrimonialia, & vasallus in feudo sicut in patrimoniali est moderator & arbiter saluis iuribus patroni, sed patrono solum debetur recognitio & exhibitio fidelitatis, & releuium vel quintum pretij casu occurrente, quibus in se non præiudicatur, nec est in consideratione, quòd deiecto nemore iura releuij vel quinti erunt minora, ex eo quòd minus æstimabitur & vendetur feudum: sicut nec est in consideratione quòd minoris æstimabitur feudum post fructus maturos collectos & separatim venditos. Quamuis enim si vasallus feudum fructibus plenum vendat maiori pretio propter fructus, debeatur quintum totius pretij patrono, tamen potest vasallus minoris vendere retentis fructibus præsentibus, vel illos fructus separatim vendere nedum tertio, sed etiam eidem emptori separata venditione & appretiatione, & tamen patronus non poterit petere quintum pretij de pretio fructuum, sed solum de pretio feudi, prout iure retractus feudalis non potest per se retrahere fructus etiam pendentes, sed solum feudum nisi fraude intercedente, vt diximus supra §. 20. *gloss.* 1. 9. 15. Secus si patronus vltra hæc ordinaria iura feudalia haberet alia specialia iura in nemore, quorum ratione specialiter eius interesset non deiici syluam, puta si in infeudatione patronus retinuisset ius pascendi in nemore, vel ligna accipiendi pro ædificando vel calefaciendo, quia tunc dicendum esset prout diximus *infra* §. 87. non posse nemus deiici in præiudicium vsuariorum, nisi saltem reseruato tanto spacio nemoris quod ad eorum vsum sufficiat. Idem multo fortius si infeudatio esset facta in qualitate nemotis & temporaliter, videlicet vsque ad tertiam generationem duntaxat qua finita deberet nemus restitui. quia nullomodo posset deiici sine consensu patroni per not. docto. in *l. diuortio.* §. *si fundum. D. solut. matr. i. l. in fraudem.* §. *conductor. D. de iur. fisc. in l.* 1. *C. de iure emphyt.* Similiter creditor potest impedire ne syluæ sibi hypothecatæ cædatur, si non sit cædua, saluo consueto vsu ad modum patrisfam. vel si sit cædua, vt non cædatur niti secundum modum consuetum. Bartol. & alij in *leg. si conuenerit.* §. *si quis sic cauerit. D. de pignor. actio.* & quæ no. Cæpol. in *tract. de seruit. rustic. prædio. c.* 22. *in tit. de montibus.* Ad secundum respondeo negatiue nulla iura deberi patrono, quia feudum non venditur nec mutat manum, vnde nec quinto pretij, nec retractui locus est, nec etiam retractui proximitatis.

91. ¶ VICESIMOTERTIO quæro, vasallus donauit & tradidit feudum suum Titio creditori suo, qui in gratiam huius donationis remisit ei debitum mille aureorum, vtrum sit locus quinto pretij? Respondeo distinguendum, aut donatio & remissio facta sunt incontinenti, aut ex interuallo. Primo casu sit conclusio locum esse quinto pretij, quia ex personarum qualitate quum essent debitor & creditor, & temporis * vicinitate, præsumitur alter actus contemplatione alterius factus, & sic mutua correlatio & idem contractus vt not. Bald. in *l. perens in lect. perm. column. penult. C. de pact.* & ibi Philipp. Decius, *column.* 4. Philip. Corne. *cons.* 36. *col.* 2. *lib.* 2. *cons.* 57. *col.* 5. *lib.* 3. Soci. *cons.* 272. *in præsenti col.* 3. *lib.* 2. Ias. in *l. lecta. column.* 8.

* Releuium vtrum debeatur pro aliis arboribus secãdis per vasallum venditis.

* Declaratur consuetudo Niuernens.

* Vicinitas facit mutuam correlationem præsumit.

D. de pact. Et ſic cenſetur eſſe datio feudi inſolutum pro tanta & debita ſumma. Ampliatur nedum ſi ambo actus fierent ſimul eadem die & eodem inſtrumento, quo caſu nullum eſſet dubium: ſed etiam ſi fierent in diuerſis inſtrumentis, & vno die vel duobus interpoſitis, quia ex quo ſuberat iuſta cauſa dandi in ſolutum & veræ donationi reſiſtit præſumptio iuris, de qua in *l. ſi cum aurum*, vbi Bartol. *D. de ſolut.* Non ſtatur verbo, ſed potius ſubiectæ materiæ creditur, vt alibi inquit Bald. in *c. ad hæc. col. fi. de poſtu. præla.* Si materia dictat vnum, & verbo contrarium, non credam ſimplici verbo. Et ſic præſumitur datio in ſolutum, & non donatio, quoniam non obſtante huiuſmodi modico interuallo & diuerſitate inſtrumentorum, præſumitur mutua correlatio actuum, & ſequentem factum eſſe contemplatione præcedentis *per d. l. lecta. l. ſi ventri. §. fin. D. de priuil. credi.* & ita in ſimili decidunt Bald. in *l. pen. §. mulier. D. ſolu. matr.* Ange. *conſi.* 141. *ſuper primo puncto.* Ludo. Roma. *conſi.* 91. *viſis & percuctatis*, col. 3. Alex. *conſi* 43. *de celeberrima. lib.* 1. *conſi.* 3. *Viſo themate. col. fi. conſi.* 25. *viſo inſtrumento contractus*, *col. pe. lib.* 2. *conſi.* 15. *viſo proceſſu. inſi. lib.* 3. Philip. Corn. *conſi.* 23. *viſis dictis contractibus lib.* 3. Fran. Cur. ſenior. *conſi.* 55. *ſuper duobus inſtrumentis*, quibus in locis abunde inuenies. Secundo caſu concluſio ſit non eſſe locum quinto pretij, ſed ſimplici releuio, niſi aliter probaretur de promiſſione futuræ remiſſionis tempore donationis feudi. Item ſi incontinenti fieret remiſſio, ſed de debito vel iure ſuperuenienti, puta ſi poſtridie donationis donatarius efficeretur hæres creditoris donatoris ſui, cui remitteret: etiam ſi maximè conſtaret, animo remunerandi nuper factam donationem, tamen non eſſet locus niſi ſimplici releuio, quia conſtat nullam fraudem, nullam ſimulationem interueniſſe. Et remuneratio liberalis etiam immediate ſequens, non immutat titulum & naturam donationis, vel alterius actus præcedentis conſummati.

92. ¶ VICESIMOQVARTO quæro, vaſſallus permutauit feudum cum prædio Titiano, ſed mox infra breue tempus Titius recuperauit prædium ſuum mediante certa ſumma pecuniæ, & cœpit vtrunque poſſidere, vtrum ſit locus retractui & quinto pretij ratione dicti feudi? Breuiter dico quòd ſic, quia ex temporis breuitate ſatis verifimiliter apparet præcogitatum fuiſſe euentum ſecutum: ſi enim vaſſallus non habuiſſet intentionem vendendi, ſed tantum permutandi, & habendi aliud prædium ſibi magis placens, non tam cito eidem vendidiſſet. Debetur igitur quintum de pretio numerato per Titium, quod cenſetur fuiſſe pretium feudi, licet contrahentes dixerint eſſe pretium rei recuperatæ, & conſequenter pro eodem pretio locus erit vtrique retractui. Sed quæritur quod dicatur modicum & breue tempus? Reſpondeo cùm ius non determinet, boni prudentiſque iudicis eſt arbitrium per regulam *leg.* 1. *D. de iur. deliber. c. de cauſis in fin. de offic. deleg.* Et puto rationabiliter in iſtis arbitrari modicum tempus ſpacium* vnius anni, & ita expreſſim arbitrantur conſuetudo Caluimontis. §. 38. conſuetudo Victriaca. § 30. Et crebro reliquæ conſuetudines quæ de hoc loquuntur. Et ita puto debere cæteras intelligi quæ tempus non determinant, vt Borbonienſis §. 454. inquantum tamen dictæ conſuetudines præfigunt tempus, & ſic innuunt quòd quantumcunque poſt annum lapſum is qui feudum accepit, redimat prædium à ſe datum, non præſumatur, ſed excludatur præſumptio ſimulationis, limito vt procedant quando non eſt alia coniectura ſimulationis quàm breuitas temporis: ſecus ſi vltra breuitatem temporis aliæ probabiles coniecturæ concurrant, puta ſi probetur de proloquio vendendi feudi, & fingendi permutationem: vel ſi probetur quòd Titius promiſerat, vel ſe obligauerat ad redimendum prædium ſuum tanto pretio aut alias, tunc etiam poſt longum tempus ſimulatio retegi poteſt, & patronus omnia iura feudalia tanquam ex vera venditione petere poterit, & ſimiliter propinqui retrahere poterunt. Quod ampliatur etiam ſi Titius fuiſſet inueſtitus, & in fidem admiſſus ad cauſam dictæ ſimulatæ permutationis, quia corruit inueſtitura vna cum cauſa ſuper qua fundata aut interpoſita fuit. Releuia tamen ſoluta per Titium debent compenſari cum iuribus quinti, vel quatenus locupletior eſt patronus reſtitui, ſi patronus eligat retractum. Quòd autem * ex breuitate temporis vel vicinitate actus præſumatur prius actum, patet per text. in *leg. ſi quis poſthac. C. de ho. proſcrip. in leg. poſt contractum. D. de donat. in l. ſi ventri. in fi. & ibi gloſſ. fin. de priuileg. credi.* not. Specul. in *tit. de donat. §. item pone aliquas.* Io. de Ana. *conſi.* 23. Phil. Dec. in *l. certi conditio. §. ſi nummos*, *col.* 3. *l. principali. D. ſi cert. peta.* Barba. *conſ.* 57. *col. antepen. lib.* 3.

* Ex breuitate temporis præſumitur.

93. ¶ VICESIMOQVINTO, circa hanc materiam ſimulationis inſignem vnicam ſpeciem ponam quam vidi in * facto. Titius poſſidens plura feuda nobilia & antiqua, ſed obæratus multis creditoribus à quibus vrgebatur, decreuit vnum ex feudis ſuis vendere, & de pretio illi ſatisfacere. Itaque vnum feudum venditioni expoſuit per tres aut quatuor menſes, declarando cunctis perſpiciendi, deinde emendi cauſa accedentibus addicturum ſe illi, qui maiorem ſummam numeraret, quia volebat creditoribus ſatisfacere, & liberum ab omni hypotheca feudum vendere. Et ea de cauſa offerebat declarationem dare in ſcriptis omnium quæ debebat creditoribus ſuis, vt illis ante omnia ſatisfieret per manus ipſiuſmet emptoris, & reſiduum pretij duntaxat reciperet: Accidit quòd Caius qui cœperat acquirere quoddam vicinum caſtrum, cupiens dictum feudum adiicere, fecit offerri ſummam quatuor mille librarum: acceſſerunt tamen plures qui maiorem ſummam offerebant. Sed Caius vt omnino pro dicta ſumma feudum ſolus obtineret, multis verbis & mandatis eos diſſuaſit, quo factum eſt vt Titius inter has anguſtias non valens à creditoribus ampliorem dilationem conſequi, nec ab alio tantam & tam promptã pecuniam obtinere, neceſſe habuerit cum Caio prout vellet negocium gerere. Dixit autem Caius ſe pollicita quidem impleturum de ſumma quatuor millium, ſed etiam ſe velle ſecure acquirere pro dicta ſumma duntaxat, ita quòd pluris ſibi non conſtaret, & vt non teneretur ad aliqua quinta vel ſubquinta erga patronum, & ne euinci poſſet à proximis Titij, dixit ſe velle contrahere per modum permutationis. Ait Titius, non intendo permutare nec acquirere, ſed alienare feudum meum pro dicta ſumma ad minus: inquit Caius, prompte ſatisfaciam tibi & mihi, habeo apud ſcalas prædium mihi conceſſum à Sempronio pro facultate redimendi vſque ad biennium pro pari ſumma, & iam vnus annus lapſus eſt, ſi nunc vellet redimere res ſine alio negocio eſſet expedita, ſed quia veriſimiliter differt redimere vſque ad finem huius anni, & nunc indiges prompta pecunia, ſubminiſtrabo tibi emptorem, qui prompta & franca pecunia emet à te dictum prædium pro dicta ſumma ad onus dictæ facultatis redimendi. túmque aderat vicinus & affinis Caij qui conditionem videlicet emendi acceptauit: & illico vocatis notariis conſcripta eſt formula permutationis puræ & ſimplicis ſine pecuniarum ſupplementis inter Titium & Caium, de dicto feudo antiquo Titij ſine aliquo onere, excepta ſola conditione feudali, ad prædium ſcalarum Caij, ſub oneribus contentis in acquiſitione Caij, quæ erat dicta facultas redimendi infra annum competens Sempronio. Die ſequenti Titius vendidit dictum prædium ſcalarum dicto ſubornato emptori pro pretio franco & libero quatuor mille librarum ad onera contenta in acquiſitione ſua pridie facta à Caio: & incepta eſt numerari pecunia credito-

* Feudã certa & quidè proxima die redimibile pro alio feudo ſi detur, vtrum debeatur releuium.

* Annus eſt tẽpus breue.

ribus Titij, & reſiduum pretij ſolutum fuit Titio. Deinde infra ſex menſes Sempronius redemit dictum prædium ſuum refuſa ſumma quatuor millium librarum, Caius acceſſit ad patronum exhibens dictam permutationem, fidem & releuium offerens: patronus vero ſubolens quæ acta erant recuſauit dictas oblationes, petens octingentas libras pro quinto denario & centum libras pro ſubquinto, & manum iniicit feudo. Inſurgit etiam proximus venditoris intentans retractum contra Caium, & eidem offerens refuſionem dictæ ſummæ cum legalibus impenſis. Lis inter propinquum & Caium inſtruitur & concluditur, & Caius nihil aliud profert, quàm chartam dictæ permutationis. Proximus probat venditionem die ſequenti factam vicino & affini Caij, producit inſtrumenta impignorationis ſiue conceſſionis dicti prædij ſcalarum pro dicta ſumma & luitionis ſiue redemptionis à Sempronio factæ pro eadem ſumma, probat proximitatem, & feudi antiquitatem, & Titium à creditoribus inpulſum, illud venditioni & plus offerenti expoſuiſſe, & aliquot ab emendo diſſuaſos à Caio, & plures alias fraudis & ſimulatæ permutationis coniecturas, quas recitare nolo ne ſim prolixior, ſed præcipua facti puncta tetigi vt ſint velut argumenti vice ſtudioſis ad præuidendum & quantum poſſibile eſt præcauendum technas & machinamenta callidorum hominum, ſubtiliter euoluendum huiuſmodi inuolucra, & inuento eo quod vere geſtum eſt rectè diiudicandum.

34 ¶ Rectè enim iudicando in præfato themate, locus eſt vtique retractui, & iuribus quinti & ſubquinti, attento quòd Caius dedit Titio rem redimibilem, quæ etiam infra annum redempta fuit: & ſic illa res inſpecta ſui qualitate, & euentu ſubſecuto, non poterat ſortiri eandem & incommutabilem naturam quam feudum permutatum, ſed potius ſtabat loco pretij, & ſic contractus recidit in effectualem venditionem, attenta etiam breuitate temporis & venditione dictæ rei factæ die ſequenti, & indemnitate pretij. Sed certe hæc ſola per ſe non ſufficerent ſine reliquis coniecturis, quia is qui emit vel aliàs poſſidet prædium ſub pacto redimendi, poteſt illud permutare ſub eodem onere cum feudo, & erit vera permutatio & ceſſante aliàs fraude neutri retractui feudi locus erit, nec quinto pretij etiam ſi die ſequenti is qui ſic alienauit feudum ſuum antiquum pateretur redemptionem prædij, vel illud alij venderet ſub eodem onere, vt diximus j. §. 184. Sed in præfato themate concurrebant plures aliæ coniecturæ, tum ex qualitate negocij, tum ex qualitate perſonarum, videlicet Titij, qui nolebat acquirere, ſed vendere, & ad hoc vrgebatur à creditorib. vt Caij & ſubornati emptoris, qui erant vicini & affines & ſuſpecti de interpoſitione perſonæ, ſeu nominis accommodatione. Et præterea vnus teſtis de veritate ſimulationis, qui eo quod aliquod ius habuerat in dicto feudo, fuerat præſens & inſcriptus in d. contractibus, & licet eo quod erat frater actoris, non eſſet omnino integer teſtis, tamen ex aliis coniecturis ſuppletur. Maxime attenta qualitate materiæ ſubiectæ, huiuſmodi fraudibus obnoxiæ, & in qua non ſolent accerſiri, ſed potius arceri teſtes, quare non ita exactæ probationes de iure exiguntur vt ſupra *eo. q.* 8. *in fi.* Vnde omnibus ſimul iunctis & conſideratis cuilibet recti intellectus, & ſinceri iudicij ſatis * apparet fuiſſe veram & effectualem venditionem feudi, pro ſumma quatuor millium franca & libera, mediante interpoſitione alterius ſubornatæ perſonæ ſuſpectæ, & rei redimibilis. Alioquin facillimum eſſet ſophiſticatione verborum, ſeu per verbales actus quotidie eludere has conſuetudines & iura feudorum & retractuum. Quod ſi aliàs quandoque id accidat, quod ſe non latere ſcripſit Iuſtinia. in *auth. vt omnes obediant iudi. pro §. ſi vero ille. columna.* 5. iudices potentioribus magis quàm iuſtiora poſcentibus, & ad prouincias (hoc eſt alienis & aduenis) commeantibus hoc eſt gratificari & ſe præbere, maxime in iſtis coniecturalibus cauſis (quod tamen non eſt præſumendum) contingere poſſet. quo fit vt in his id genus periculoſum ſit cum potenti & callido negocium habere. Plures alias qq. addere poſſem in materia ſimulationis de contractu ad contractum, vel interpoſitione perſonæ, ſed quia non eſt principalis materia, ſufficiunt prædicta, iunctis his quæ diximus j. *tit. 16. in diſtinctu illius tituli.*

* Non ſufficit contractum ſonare in permutationem ſines ipſa & effectus negocij accidat in venditione.

* §.

a Hic §. eſt hodie in noua conſuetudine pars 13. & per eum ſublatus olim fuit 14.

PAr ladite couſtume quand vn fief eſt vendu francs deniers au vendeur. Il eſt deu au ſeigneur feodal quint denier & *requint* du pris.

QVando feudum venditur, hoc eſſe quòd pretium ſit francum & liberum venditori: debetur patrono quintum & ſubquintum pretij. H. D.

SVMMARIA §. XXIV.

1. *Onera adiecta emptori ſunt pretij: & onera adiecta venditori ſunt pars rei.*
2. *Æſtimatio ſit deductis omnibus oneribus.*
3. *Tamen debetur quintum pretij ſolo reſpectu habito ad ipſum pretium conuentum, vel id quod principaliter loco pretij eſt.*
4. *Immunitas horum iurium non prodeſt niſi ipſi priuilegiato, non autem contrahenti ſecum.*
5. *Quid ſi concurrant plures habentes à rege donum iurium dominicalium.*
   Speciale eſt quod non poteſt niſi in vno verificari.

Digitized by Google

NOTA quòd hoc caſu quintum & ſubquintum debet ſolui per emptorem, & nullam habet patronus actionem contra venditorem, qui integrum pretium recepit prout alias haberet. *vt in §. precedenti notabili 3.* quia hoc caſu venditor ſuum tantum recepit, & ideo conſuetudo hoc caſu addidit ſubquintum, quia veriſimiliter minori pretio feudum emitur, ex eo quòd emptor grauat ſe onere ſatisfaciendi iuribus patroni, & ſic iura eſſent minora ſi non ſoluerentur niſi de pretio conuento: * debent enim ſolui etiam de oneribus adiectis emptori, quæ ſunt pars pretij, ſicut onera adiecta venditori ſunt pars rei. *l. fundi partem. D. de contraben. empt. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. D. de actio. empt.* augent enim vel minunt contractum & debent æſtimari ſecundum Bald. in *conſil. 164. maritus in fi. lib. 5. & tetigi in §. precedenti. q. 18.* Conſuetudo autem æſtimauit & taxauit iura, pro reſpectu huius oneris ad ſubquintum pretij conuenti, id eſt, ad quintum quinti. puta ſi feudum vænierit pro mille, franco pretio, quintum pretij ſunt ducenta, & ſubquintum ſunt quadraginta. Et ita vſitatur, & ſic expreſſim declarant omnes conſuetudines quæ de hoc loquuntur vt Meldenſis §. 133. Aurelianenſis §. 60. & reliquæ. Et vbicunque in §. præcedenti vel alibi diximus habere locum quintum pretij, intelligendum etiam ſubquinto locum eſſe, ſi appareat expreſsè vel tacitè actum inter contrahentes, quòd acquirens ſubeat onera feudalia, & quòd id quod dat alienanti maneat ei integrum & liberum.

* Quintum pretij nedum de pretio, ſed & etiam de oneribus adiectis emptori ſoluendum eſt.

2. Quæro primo, ſuper hoc & præcedenti §. An debeant computari vel deduci de pretio, & ius quinto vel ſubquinto, ſumptus facti tam pro præparanda quàm pro applicanda & perficienda venditione, puta ſumptus ſubhaſtationum ſi res ſubhaſtetur, vel ſumptus chartarum proxenetarum, tabellionum, & huiuſmodi? Et videretur quòd ſic, quia quantitas rei vel pretij æſtimatur deductis omnibus oneribus, *l. non amplius, in princip. D. de legat. prim. l. ſed ſi hoc. §. cuidam. D. de condit. & demonſtratione. l. quantitas, cum l. ſequent. D. ad legem Falcid. l. quod dicitur. 2. ibi ſed ipſæ res ita præſtare intelliguntur.* & ibi Angel. *D. de impen. in reb. dot. fac.* hinc decidit Bartol. Paul. *in d. §. cuidam.* quòd ſtante ſtatuto quòd de pretio rei venditæ ſoluatur tantum pro gabella: intelligitur de pretio quòd in effectu remanet penes venditorem, deductis omnibus

* Aeſtimatio fit deductis oneribus.

præfatis impenſis. idem Bartol. *l. vbi pure. §. fi. D. ad Trebell.* Alberi. in *2. par. ſtatut. q. 218.* Angel. Iaſo. in *d. l. non amplius, in princ. & in l. fructus. in fi. D. ſolut. matr.* Alexand. in *l. Falcidia non habetur. D. ad leg. Falci.* latè Io. Bertachi. in *tractat. gabel. in 3. parte. 8. partis prin. q. 28. & in 5. parte. d. par. q. 2.* Aduerte ſi hoc deberet hic attendi, ſequeretur quòd prodeſſet venditori & noceret patrono quando eſſet venditio ſimpliciter facta, quia venditor non ſolueret quintum niſi de eo quod ſupereſt de pretio deductis dictis impendiis, quia in effectu non cenſetur vendidiſſe niſi pro eo quod ſupereſt, quamuis oppoſitum in hoc velit conſuetudo Victriaca. §. 49. Vbi dicit quòd huiuſmodi impenſæ, etiam vina & obſonia, augent pretium & valorem rei, & quòd tam de pretio conuento quàm de illis ſumptibus cum pretio iunctis tenetur venditor ſoluere quintum pretij, quod non eſt rationabile, tamen quia vtcunque ſcriptum ſuo loco ſeruandum eſt. Sed ad conſiderationem noſtram redeundo noceret emptori, & prodeſſet patrono, in caſu in quo venditio eſſet facta franco pretio, quia tanto carius cenſetur emptor emiſſe quanto plus impendit ad emendum, & ſic nedum teneretur ſoluere quintum cum ſubquinto pretij conuenti, ſed etiam quintum cum ſubquinto omnium legalium ſumptuum, quod eſt abſurdum.

3. Et pro reſolutione dicendum horum ſumptuum nullam habendam in terminis noſtris rationem, nec in augendo, nec in minuendo pretio, nec ex parte emptoris, nec ex parte venditoris: quia conſuetudo præciſe ſe refert ad pretium pro quo venditio facta eſt, & ſic ſolum inſpicitur quanti feudum eſt venditum & non aliud, id eſt, ipſum pretium conuentum, vel illud quod loco pretij principaliter ſiue in totum ſiue in parte ſubrogatur, vt in §. *precedenti. q. 18. & non aliud.* Et idem dicendum in materio laudimiorum *infra §. 43.* Quamuis aliud ſit in materia retractus, in quo à retrahente omnes legales ſumptus vltra pretium refundi debent emptori, quia indemnis dimitti debet. Non obſtant allegata pro parte affirmatiua, quia haberent locum ſi conſuetudo diceret quintum eſſe ſoluendum de eo quod venditor recepit, vel de eo quod emptor acquirit: ſecus quando vel ſtatuta vel conſuetudines præciſè ſe referunt ad pretium conuentum pro quo venditio facta eſt, quia tunc ſtandum eſt verbis, & non eſt facienda prædicta deductio vel augmentatio: ita expreſſim decidit Fabia. de monte ſancti Saui. in *tract. de empt. & vendi. in 5 quæſt. prin. col. 5.* vbi falſo allegat Ang. in *tit. D. de impen. in reb. dot. fac.* vbi nihil de hoc dicit. Sed debuit allegare Ang. in *l. fructus, in fi. D. ſolut. mat.* vbi Ang. ita ſentit dum limitat præfatam deciſionem, de qua ſ. *eo. nu. 2.* vt procedat quando ſtatutum ſe refert ad fructus, vel indeterminate loquitur, ſecus ſi ad certam quantitatem determinate referatur, quia tunc nullorum ſumptuum ratio eſt habenda.

4. SECVNDO quæro, * ſecretarius regis emit ſimpliciter feudum à rege mouens, vtrum poſſit deducere vendirori quintum pretij regi ſoluendum? Breuiter dicendum quòd ſic, prout in eo cui iura remittuntur à dominio directo, vt dictum eſt in *princ. §. precedentis num. 4.* quia liret ſecretarij regis habeant immunitatem ab huiuſmodi iuribus regi debitis, verum eſt quando illi debent, ſed hic debentur à venditore qui non eſt exemptus: præterea illa immunitas habet locum ad commodum eorum duntaxat, non autem ad commodum contrahentium cum eis, per not. ſ. §. 15. *num. 5.* Vnde ſi venditor eſſet pariter exemptus, deberet emptor ſiue priuilegiatus, ſiue non, ſoluere venditori integrum pretium etiam venditione ſimpliciter facta. Facta autem venditione franco pretio, ſi emptor non ſit priuilegiatus, ſoluet quintum cum ſubquinto, non attento priuilegio venditoris. In venditione etiam cenſualium, non attenditur niſi emptoris priuilegium, quia emptoris & non venditoris onus eſt laudimiorum, vt infra §. 78.

* Secretarius regius emens feudũ mouẽs à rege verum poſſit deducere relcuiũ venditori.

¶ Iuxta hæc quæro, quidam nobilis volens quædam feuda ſua à rege mouentia vendere, obtinuit ab eo donum, ſiue ceſſionem iurium dominicalium vilium futurorum ex venditione, vel venditionibus per eum faciendis. poſtea accidit quòd feudum ſuum vendit, non ſimpliciter, ſed certo franco pretio, vtrum poſſit exigere ab emptore quintum cum ſubquinto pretij? Reſpon. Sic iure ceſſo à rege, ſicut quilibet extraneus ceſſionarius. vt in ſimili dix. ſupra §. 13. *gloſſ. 9. in fi.* Aduerte tamen quod huiuſmodi donationes regiæ debent homologari per præfectos ratiociniorum regis qui ex conſtitutione Caroli VIII. facta Bituris anno Domini 1447. art. 7. iuſſi ſunt homologari tantum pro dimidia.

5. Sed recordor pulchræ quæſtionis in qua conſului. feudum cuiuſdam defuncti à rege mouens ſubhaſtabatur à creditoribus: vidua obtinuit à rege donum iurium ex venditione & adiudicatione dicti feudi per decretum futurorum. Fuit adiudicatum Titio qui pro conſignatione pretij coniectus in carcerem, repertus eſt non ſoluendo, & ſic proceſſum fuit ad aliam adiudicationem & adiudicatur Caio qui ſoluit pretium. Caius autem obtinuerat à Rege ſimile donum eorundem iurium. Vidua petit homologationem doni coram dominis ratiociniorum, Caius ſe opponit petens do-

num ſuum homologari & præferri, & dicebat primum donum eſſe conſumptum per primam adiudicationem *l. bones. §. hoc ſermone. d. V. S.* Conſultus reſpond. donum viduæ præferendum, quia de priori data, & ſic poſterius ſubreptitium: & quamuis impetrans ignorauerit, tamen ſatis eſt quod concedens ſi ſciuiſſet non ita facile conceſſiſſet, vt not. in *c. conſtitutus. c. poſtulaſti. de reſcript.* Ampliatur etiam ſi ex forma verborum primum donum videretur in genere & ſecundum in ſpecie, tum quia regula *l. in toto. de reg. iur. in c. generi eo. in 6.* non habet locum in gratiis vel priuilegiis, vt not. per omnes doct. in *c. 1. de reſcript.* Tum quia etiam illud primum donum cenſetur omnino & æquè ſpeciale, ex quo non poteſt verificari, niſi ſemel & in vnico actu, per text. in *l. ſi duo. ff. de leg. in l. ſi hæres. ff. de opt. leg. c. ex parte. 1. de off. & pot. iud. deleg.* Atet. in *l. 1. col. 5. num. 8. de vulg. & pup.* Iaſon. in *l. 2. col. 1. D. de lib. & poſt.* Non obſtat. *l. bones*, quia donum intelligitur de prima efficaci adiudicatione, & de ea quæ ſortitur effectum, ex qua debentur iura donata, & non de alia. Secus tamen ſi vidua impetraſſet poſt adiudicationem Titio factam eiúſque gratia fuiſſet relata, & tacitè limitata ad iura debita ex adiudicatione facta Titio, quia ſi illa determinata adiudicatio non valeret, vel reſolueretur, nihil eſſet donatum, & poſterior impetrans eſſet primus, niſi in prima donatione eſſent clauſulæ prægnantes, ex quibus appareret mentem regis fuiſſe donare iura obuenta vel obuentura ex quacunque prima efficaci adiudicatione ſiue Titio, ſiue alij cuicunque facta vel fienda.

* §. XXXIV.

* Hic articulus additus eſt per nouã conſuetudinem.

LE Curateur ou Commiſſaire eſtably, à la requeſte des creanciers a vn fief ſaiſi, peut faire la foy & hommage au ſeigneur feodal au refus du vaſſal proprietaire dudit fief, pour obtenir main leuée de la ſaiſie feodale.

* §. XXXV.

* Hic articulus olim fuit tertius.

* Inclusa addita ſunt per nouam conſuetudinem.

LE fils aiſné en faiſant la foy & hommage au ſeigneur feodal, acquite les filles de leur premier mariage. (* tant de la foy que du relief, où il eſt deu relief, les noms & aages deſquelles il eſt tenu declarer en portant la foy.)

Filius primogenitus in patronorum fidem ſe conferens, liberat filias pro primis earum nuptiis.

SVMMARIA GLO. I.

1. *Quatuor requiruntur vt diſpoſitio huius §. 3. habeat locum.*
2. *Etiam habet locum in feudis quæ non iure hereditario, ſed contractus, vel ſubſtitutionis deferuntur.*
3. *Quomodo capiãtur hæ* primæ nuptiæ, *an quãdocunque, an demum poſt obitum parentis?*
4. ¶ *Q. 1. Quid ſi filia antequam nuberet luxuriata fuerit, an gaudeat beneficio huius §.*
5. ¶ *Q. 2. Quid ſi filia prius ſemel nupſit tantum per verba de præſenti.*
6. ¶ *Q. 3. An* primogenitus *abſtinens ab hæreditate, faciat locum ſecundogenito in iure & effectibus primogenituræ.*
7. ¶ *Q. 4. Filiorum appellatione nepotes continentur. Et hic §. in nepotibus verificatur.*
8. ¶ *Q. 5. Hic §. verificatur in filio primogenito, ſed non in filia, tametſi ad eam tranſmittatur ius primogenituræ.*
10. ¶ *Q. 6. Diſtinctio quando primogenitus deceſſit ſine liberis?*
11. *Quis dicatur primogenitus.*
9. ¶ *Q. 7. Quid nepos ex filia primogenita.*
12. ¶ *Q. 8. Quid ſi primogenitus & hæres ſit inhabilis ad clientelare obſequium.*

Remiſſio eſt pro impleméto etiã in conditionibus.

13. *Si primogenitus ceſſerit totã partem ſuam feudi ſorori vel extraneo, adhuc locus eſt eis §.*

GLO. II. IN VER.

Le fils aiſné.

DATVR hic alia immunitas ab oneribus feudalibus. Cum enim fœmina habens feudum nubit, tunc cenſetur quædam mutatio clientis, ex eo quòd maritus habetur pro domino, & facit fructus ſuos, quandiu conſtat matrimonium: eáque ratione tenetur fidem & homagium domino præſtare. Ideo hæc facta mutatio & eius effectus ſentiet ſi matrimonium abſque communione bonorum contraheret, nec feudum daret in dotem, ſed retinentur, vt dicam §. 25. Aliàs cum hæc facta mutatio accidat aliter quàm per ſucceſſionem in linea directa, & ſic huius mutationis ratione debentur releuamenta patrono, pro portione diuiſa, vel indiuiſa, quam hæc fœmina habet in feudo, etiã paterno, vel materno, per regulam §. 33. ſ. *eo. & deciſionem in ſpecie infra* * §. 25.

* Infra hoc.

1. Ab hoc onere liberantur fœminæ in caſu huius §. in quo quatuor* requiruntur. Primum, quòd feudum eis obuenerit ex ſucceſſione lineæ directæ aſcendentis, puta patris vel matris aut ſuperiorum. Si enim filius & filia fratris præmortui, ſuccederent patruo in feudis etiam auitis (quod accidere poteſt conſenſu maſculorum, vel in diuiſione aſſignando feudum vel eius partem fœminæ) non haberet locum hic § ſicut nec præcedens, quia primo, ratione ſucceſſionis in linea collaterali, deberetur integrum releuamentum patrono: & vlterius quoties quælibet harum filiarum nuberet, etiam in primis nuptiis, etiam earum fratre in fidem patroni recepto, deberetur aliud nouum releuamentum, pro portione feudi nubentis. Idem ſi emptione,

* Quatuor requiſita ad effectum huius paragr.

Digitized by Google

vel alio quouis titulo feudum obuenerit.

2. Sed iuxta hoc quæro: quid si obuenerit non ſucceſſione, ſed pacto & lege inueſtituræ: vt in feudo non hæreditario, ſed conuentionali: quod lege contractus defertur: puta conceſſum alicui, filiis ſuis, & nepotibus, ad onera feudalia ſimpliciter? Reſpond. Idem dicendum quo ad hæc onera feudalia, ac ſi iure ſucceſſionis deferretur, quia conceſſio aliter non determinata, cenſetur relata ad modum ſucceſſionis ab inteſtato, per ea quæ diximus ſupra §. 33. q. 26. & latius in §. 127. Et ſic dum mortuo patre filij mortis cauſa capiunt, locus erit diſpoſitioni huius § ſicut & diſpoſitioni §. præcedentis. Secus dum fratres & ſorores capiunt cauſa mortis alterius fratris, ſine liberis decedentis, portionem eius ipſis accreſcentem, quæ ſcilicet illi quæſita fuerat vt cum patri ſuperuixiſſet, etiam ignorans obiit. Eſt enim idem ac ſi partem eius alij caperent ex ſucceſſione collaterali. Sed ſi hic præmortuus eſſet, vel ſuperſtes repudiaret, tunc alij fratres nil hic caperent cauſa mortis fratris in collaterali, ſed totum à concedente cauſa mortis patris in linea directa. Ad hoc fa. not. prior in *l.* 30. *mortis cauſa capitur. D. de do. cauſa. mor. & in l. ſimili & Titio de verb. obli.* Secundum requiſitum quòd ſit ſaltem vnus filius: quia ſi eſſent ſolæ filiæ, licet haberent immunitatem §. præcedentis, non tamen gauderent immunitate huius §. Tertium quòd hic filius idémque antiquior filiorum ad ſucceſſionem venientium, (ſi ſint plures maſculi) in fidem patroni ſe conferat, non ergo ſufficeret ſi antiquiore filio ſuccedente, ſed negligente, minor natu pro ſua parte feudi, fidelitatem domino præſtaret. Quod ſi primogenitus abſtineat ab hæreditate: An hic §. verificetur in ſecundogenito ſuccedente, & fidelitatem faciente? dicemus ſtatim in q. 3.

3. Quartum quòd ſint primæ nuptiæ, huius fœminæ ſi enim nupſiſſet, & vidua facta eſſet, etiam viuo parte vel alio aſcendente, cui iam vidua, forte etiammum virgo ſucceſſit, etiam ſi matrimonium non duraſſet diem integrum naturalem, ſi tamen ducta fuit in domum viri, deinde ſecundas nuptias contrahat, nequicquam fraterno obſequio liberatur à releuamento inde debito. & hoc quia ſecundæ nuptiæ ſunt, non primæ, quarum contemplatione, propter earum dignitatem partim conceditur hæc immunitas. nec refert an ſint ſecundæ, tertiæ, quartæ vel vlteriores ex parte viri cui nubit, cuius polygamia non attenditur. Sed ſufficit quòd fœmina ipſa nunquam alteri nupſerit, nec conſuetudo in hoc aliud requirit. Aduerte, dici poſſet quòd hic §. loquitur de primo matrimonio ſororum contrahendo poſt obitum parentis, dictio enim, *Filles*, in tota hac conſuetudine non refertur ad virginitatem ſed ad ſexum. Et perinde eſt ac ſi diceret *les femelles vt* §. 12. 16. 21. 26. 29. 126. & 134. vbi non curatur an ſint virgines, vel non, nec an maritatæ ſint vel fuerint, aut non. Ergo in hoc §. & in tota hac conſuetudine quando fit mentio filiarum, hoc nomine vocantur vel reſpectu parentum, vel ad deſignandum ſexum *vt* * §. 26. Et nullibi in hac conſuetudine ponitur hæc dictio ad differentiam nuptæ, vel viduæ, vel corruptæ. Et ſic in hoc §. idē eſt ac ſi textus diceret *acquiſe les fœurs*, id eſt liberat ſorores, & conſequenter debet intelligi de primo earum matrimonio, deinceps à morte parentis futuro, ex quo, vtpote feudo iam acquiſito deberetur releuium. * §. 25. Si qua enim ſororum iam nupſerat & vidua facta eſt viuo parente, nihil ad dominum feudi. Sed hoc impertinens eſt cum ea fœmina nullum vnquam ius habuerit in feudo. Dum autem ſuccedit parenti ex ſuo capite, libera eſt per §. præcedentem. Dum ergo poſtea poſt feudum quæſitum nubit, obligatur releuio per regulam * §. 25. quæ regula limitatur hoc caſu, alias verba huius text. non verificarentur. Quia primogenitus non liberaret ſororem à primo matrimonio. Quoad primum enim finitum matrimonium nunquam indiguit nec indiget liberatione. Et ſic hæc conſuetudo debet intelligi de tali primo matrimonio, ex quo alias deberetur releuium. Ergo de iſto poſt obitum patris parentis & feudum quæſitum contractum, quia liberatio præſupponit obligationem *l. decem de verb. obliga. l. nam & ſi ſub conditione. §. poſt receptum de iniuſto & irrito & fac. teſta. ca. ad diſſoluendum extra de deſponſa. impuber. l. manumiſſiones.* & ibi Iaſ. *num.* 12. *D. de iuſt. & iur.* & hoc eſt valde æquum, verbíſque conſuetudinis conforme, quæ dat primogenito ius omnes ſorores ſuas poſt obitum parentis à releuio liberandi ratione primarum per eas contrahendarum nuptiarum: facit quod conditio nuptiarum appoſita à ſciente legato vel donatione facta mulieri, intelligitur de futuris proximis non autem de iam factis nuptiis, *l.* 46. *ſi ita ſcriptum ſit in fi. de leg.* 2. *l. ſi iam facta de conditio. & demonſtra.* Sed tamen communis modus intelligendi hoc hactenus reſtrinxit ipſarum filiarum nuptias, vt tex. ſimpliciter loquitur. nec addit poſt obitum parentis contrahendas. Ideo non auſim addere, nec aliter decernere contentus æquitatem oſtendiſſe. Quid enim ſi filia à patre parum feliciter elocata eo viuo vidua pauperque facta eſt, cui frater poſt obitum patris datis in dotem iuribus paternis ſororis maritum frugi inuenit?

4. PRIMO quæro, Quid ſi prius luxuriata fuerit, & nunc primo nubit? videtur non gauiſura hac immunitate, * ne plus habeat luxuria quàm caſtitas: quòd eſt abſurdū, & à iure & ratione abhortens, *m aut. de reſtit. & ea quæ parit. ad ſi. coll.* 4. *l. bis ſolis. C. de reuoca. dona. l.* 3. §. 1. *D. de donat. inter vir. & vxor.* Si enim honeſtæ fœminæ, quæ primo nupſit, deinde forte adhuc virgo, iterum iuxta leges & iura nubit, denegatur hoc beneficium, non videtur concedendum illi, quæ pudorem proſtituit, & poſtquam cum pluribus fornicata eſt, nubit. procliuius enim non eſt concedere beneficium, quàm pœnam infligere, vel de caſu ad alium extendere: & tamen * pœnalia ſtatuta in ſecundo nubentes mulieres, extenduntur in luxuriantes, tex. in *d. aut. de reſtitu. ad ſi. & d. l. bis ſolis*, vbi Bart. Salyci hoc not. Alex. in *l.* 1. §. *notantur. D. de infra* Anth. Corſ. *in tra. de pote. regia. q.* 29. *col.* 2. Alber. Bru. in *tract. ſtatu excl. fœ. art.* 6. *q.* 26. Io. Lup. in *rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. col. fin.* Io. Montag. in *tract. de biga. q.* 5. His non obſtantibus puto locum eſſe huic §. cum ex verbis, quæ conueniunt, quum ſint primæ nuptiæ: tum ex mente quæ congruit, ſiquidem hoc beneficium ad primas nuptias ideo coarctatum eſt, ne patronus bis aut pluries iure ſuo excluderetur: ſed ſemel tantùm. Sed hoc caſu non niſi ſemel excluditur patronus, quoniam caſtitas vel luxuria vaſſallæ nihil ad eum pertinent: ſed ſola mutatio clientelæ contingens ex nuptijs, & ſic non obſtant contraria.

5. SECVNDO iuxta hæc quæro, quid ſi filia nupſit tantum per verba de præſenti, ſed non fuit conſummatum matrimonium, forte nec fuit tradita ſponſo morte præuento, ideo nubit ſecundo. An habeat beneficium huius §. pro his ſecundis nuptiis? Prima facie videtur omnino dicendum quòd non: quia vere & proprie hæc ſunt ſecundæ nuptiæ & non primæ. Igitur in his non verificantur verba huius §. *igitur per no. l.* 3. §. *hæc verb. D. de neg geſt. cum vulga.* Tum etiam in ſtatutis appellatione * vxoris venit ſponſa per verba de præſenti, etiã non tradita viro, vt tradit Bart. in *l. nihil. D. re. amota.* Bald. in *tract. ſtatu. in verbo ſponſa.* Paul. in *l. ſi fuerit. D. de condit. & demonſt. & eſt crebrior opinio.* Tamen quia, vt ſtatim diximus, inſpiciendum eſt an patronus priuetur iure ſuo. deciſio huius §. dependet ab alia quæſtione, an releuamentum debetur patrono ex ſimplici matrimonio, per verba de præſenti contracto, ſiue alia executione: quam quæſtionem decidimus * 3. §. 25. q. 1. Vnde ad ibi dicenda remitto.

6. TERTIO quæro, ſunt tres filij & totidem filiæ: Primogenitus abſtinet ab hæreditate patris, alij ſuccedunt,

* Abſurdum plus luxuriæ quam caſtitati tribui.

* Pœnalia ſtatuta in ſecundo nubentes extenduntur ad luxuriantes.

* Vxor eſt ſpõſa de præſenti.

* Eſt pars huius §. inf. eod.

* Eſt pars huius §. vt inf. eod.

* Eſt pars huius §. vtruſ.

dunt, quorum antiquior in fidem domini ſe confert, an ſit locus huius §. Breuiter dicendum quòd ſic: quia ex quo prior natu non ſuccedit, nec vult vti iure ſuo, non computatur in numero. Et ſic ſequens eſt primus, etiam verè & propriè loquendo, quum nullum habeat ante ſe, paria enim ſunt alium prius natum non extare, vel extare & non ſuccedere *l. & ſi ex modica. §. ſi filium. D. de bon. liber.* Philip. Deci. in *l. filiæ dotem col. 2. C. de coll.* Tum iſtud genus releuij quod exigitur à nubentibus eſt valde odioſum, & illiberale, igitur fauorabilior eſt illius excluſio, & beneficium huius §. ampliandum & interpretatione adiuuandum *l. hoc modo. D. de condit. & demonſtr.* Quare hanc deciſionem amplia primo, etiam ſi primo primogenitus ſuccedat, ſed inter cæteros vt vnus reliquorum iure primogenituræ ceſſo vni ex fratribus. Is enim ceſſionarius quantum ad hunc §. & actus ſimiles eſt verus primogenitus. Amplio 2. etiam ſi primogenitus ille naturalis ſuccedat æqualiter non ceſſo vni fratri, ſed omnibus cohæredibus remiſſo iure vtili primogenituræ. Nihilominus idem ipſe fidem faciendo vel offerendo etiam pro parte ſua virili tantum ſorores liberabit. Amplio 3. etiam ſi primogenitus ille abſtineat ob donationes ſibi factas quas non vult conferre. Quamuis enim eo caſu ſenior reliquorum filiorum ſuccedentium non habeat vtile ius primogenituræ per ea quæ dicam infra, §. 13. *gloſſ. 1. quæſt.* 4. Tamen fidem faciendo vel offerendo ſorores eximet. Amplio 4. vt ſi primogenitus naturalis abſtineat propter donationes ſibi factas à defuncto non in mobilibus vel alaudiis vel cenſualibus prædiis, de quo recurrendum ad ampliationem præcedentem. ſed in vno integro feudo vel in maiore vel ea portione feudorum quam alias habuiſſet & habere poſſet iure hæreditario, ſed tamen mauult eam retinere titulo particulari faciendo vel offerendo fidem ſorores ſuas liberat. Satis eſt enim adeſſe æquitatem huius exemptionis ne verba conſuetudinis repugnent *l. ab omnibus in fin. pri. de legat. iuncta d. l. hoc modo.*

7. QVARTO quæro, vtrum hic §. habeat locum in nepotibus vel pronepotibus? Reſpondeo quòd ſic, & in omnibus liberis, tum quia benigna interpretatione* filij vel filiorum appellatione continentur in fauorabilibus, & maximè in diſpoſitione legis. text. in *l. filij. l. iuſta interpretatione. D. de verborum ſignificatio.* Alber. in 2. *part. ſtatu. quæſt.* 107. Tum quia hic §. continuatur ad præcedentem, cui addit aliam immunitatem in eadem ſucceſſione directa: & ſic in omni ſucceſſione deſcendenti intelligitur, & eſt eadem ratio & mens per not. ſupra §. *præced. gloſſ.* 1 & 2. itaque primus filiorum, nedum ſorores ſuas, ſed etiam fratrũ vel ſororum filias quotquot ſint ſecum iure repræſentationis ſuccedentes liberabit. Et notanter dico ſecum ſuccedentes, quia ſi ſuccederent eorum patri, vel matri, qui vel quæ ſucceſſit auo, vel auiæ, nihil eis prodeſſet fidelitas patrui, vel auunculi, tum quia beneficium huius §. iam eſſet conſumptum vel extinctum, in eorum patre vel matre. Tum quia hic § venit ad continuationem, & ampliationem §. præcedentis, & ſic continuando idem thema quæ fœminæ concurrunt in ſucceſſione directa cum primogenito. Et ſic concludo hunc §. ſolum habere locum in fœminis cohæredibus primogeniti, ſiue ſint eius ſorores, ſiue neptes ex fratre vel ſorore præmortuis, immediatè ſuccedentes in primo ſucceſſionis gradu.

* Filiorum appellatione nepotes continentur.

8. QVINTO quæro, filius primogenitus prædeceſſit, relicta filia: vtrum * hæc neptis, filia primogeniti clientelare obſequium præſtans patrono, poſſit hoc beneficium acquirere amitis ſuis vel illis præmortuis earum filiabus? videtur quòd ſic, quia primogenitus viuo patre moriens tranſmittit ius & prærogatiuam primogenituræ nedum ad filium, ſed etiam ad filiam, vt probabo j. §. 134. Igitur quum iſta neptis ſit loco filij primogeniti & eum effectualiter repræſentet, & habeat omnia iura primogenituræ, videtur etiam habere iſtud ius, quod ipſi primogenituræ & eius fauore cæteris eſt conceſſum per hanc conſuet. In contrarium arguitur: cum ex defectu verborum conſuetudo loquitur de maſculo & non de fœmina, tum quia ipſamet filia primogeniti, non haberet iſtud beneficium, quoniam ex ſuis primis nuptiis ſi poſt obitum aui vel auiæ domina feudi ſeruientis nubat, debebit releuium *per reg.** §. 25. *infra eo.* debebitur releuamentum, quoniam ipſa ſeipſum non poteſt liberare, quum ſit fœmina, nec eſt alius à quo liberari poſſit. etiam ſi habeat patruos cohæredes, quia non ſunt primogeniti, nec ſuccedunt vt primogeniti. Igitur nec alias liberare poterit. arg. no. in *l. amiciſſimos. D. de execu. tuto. in l. præſes prouinciæ. C. de ſeruit. & aqua.* & ſi de quo magis videtur ineſſe non ineſt: ergo nec de quominus: *auth. multo magis. C. de ſacroſanct. eccle. cum vulg.* Secus ſi primogenitus deceſſerit relicto filio hærede ſuo, vel eum repræſentante, quia in eo concurrunt, & qualitas maſculineitatis à conſuetudine contemplata, & ius & prærogatiua integra & abſoluta primogenituræ: & cenſetur idem qui & pater per no. in *gloſſ. 1. §. præcedenti*, & ſic ſiue repræſentet patrem ante auum defunctum, ſiue illi poſtea, (ſed ante vita functo quàm fidem feciſſet) ſucceſſerit, poteſt fidelitatem exhibendo amitas liberare. Idem ſi deceſſerit relictis pluribus liberis, dummodo ex eis ſit ſaltem vnus filius, in quo reſideat ius primogenituræ. Quod amplio etiam ſi deceſſerit, nedum negligens, ſed etiam expreſsè contumax & denegator clientelaris obſequij: quia etiam per huiuſcemodi denegationem, vel recuſationem, non deficit conditio, quandiu ſpes eſt eam aliquando impleri poſſe, vt tradam infra *eo. gloſſ ſeq. q.* 7. At hic per mortem contumacis non deficit ſpes, ex quo relinquit hæredem eiuſdem qualitatis, per quem æquè impleri poterit. Sed ad q. quid dicendum breuiter concludo pro prima parte, quia filia hæres, primogenita vel eum repræſentans habetur pro primogenito quantum ad omnes prærogatiuas primogenituræ, quarum vna hæc eſt in hoc §. nec obſtat quod ipſa non vel poteſt ſeipſam liberare. Tum quia etiam ſi hoc eſſet verum, non ſequitur quin amittat in ſucceſſione aui auiæ materni eximat. quin quod hæc neptis ſoluit ex ſua perſona & nouo ſuo facto tanquam ipſam ſoluit. Quod autem auitas vel materteras eximit, hoc facit, non vt ipſa, ſed vt repræſentans primogenitum qui hoc ius habebat quod in eam tranſmittit ſimile in ſecundogenito ſuccedente primogenito decedenti, mox poſt recentem ſine liberis, hic enim non eſt immunis à releuio, ſed illud ſoluit pro ſe, & tamen ſorores eximit, quia pro ſe ſoluit vt ipſe, ſed ſorores eximit tanquam tenens locum primogeniti. Tum quia obiectum non eſt verum, quia iſta non ſolum ſorores patris ſui, ſed etiam nepotes ex fratribus vel ſororibus patris ſui pro defunctis eximit, vt ſupra dictum eſt, ergo ipſamet manet exempta pro primis nuptiis ſuis, quia neptis ex primogenito prædefuncto, non poteſt eſſe deterioris conditionis quam quælibet neptis ex fratre vel ſorore primogeniti prædefunctis. Tum fauorabile eſt & extendendum hoc beneficium. *l. hoc modo de conditio. & demonſtrat. ſuprà eo. num.* 6. Tum quia primogenitus præmoriens parenti tranſmittit hoc beneficium ad alias ſuas ſecundogenitas. Ergo tertius tranſmittit ad filium ſuam primogenitam per *d. l. præſens primitiæ. C. de ſeruitu. & aq.* allegatam pro negatiua, quæ tamen militat pro affirmatiua. Et ita concludo.

* Primogenitura tranſmittitur ad filiam.

10. SEXTO quæro, quid ſi ſint plures filij & filiæ, & primogenitus deceſſit ſine liberis? Reſpondeo locum eſſe beneficio huius §. quia ſiquidem obierit primogenitus ante patrem, cum debeat attendi tempus mortis, & delatæ hæreditatis, non eſt dubium quòd

* Eſt pars huius §.

qui tunc reperitur proximus seu antiquior filius, censetur primogenitus, & in eo habebit locum hic §. quia in eo verificantur verba latè capta, & mens propriè & specificè sumpta. Is enim dicitur, *le fils aisné*, siue filius primogenitus, in quo vtrumque videlicet & qualitas masculina, & verum & solidum ius primogenituræ concurrunt, quamuis naturaliter non sit prior natus, & etiam de facto non sit etiam tempore mortis patris antiquior, puta superstite antiquiori, sed inhabili, vel rite exhæredato, & sic sublato de medio, & pro non existente habito quantum ad omne ius primogenituræ, & dependentibus ab eo. & ita accipiendum vbicunque nostra consuetudo vtitur hoc verbo, *l'aisné ou fils aisné*, vt diximus 3. §. 13. Sin autem mortuus sit post patrem, adita hæreditate, & fide non facta, tunc non videretur esse locus huic §. quia licet fratri defuncto succedant æqualiter soli fratres, in portione quæ iure præcipui fuit inclusa in iure primogenituræ, & cæteris feudalibus, vt supra §. 26. tamen in ipso iure primogenituræ non succedunt. Sed illud extinguitur, quia non potest reperiri, nec habere locum in linea & successione collaterali, vt 3. §. 19. & sic absque illo iure primogenituræ, æqualiter succedunt, & consequenter deficiente persona primogeniti, deficit casus & conditio huius §. & sic idem dicendum esset si mortuus sit post patrem, hæreditate nec adita, nec repudiata, quia siue emancipatus, siue non, siue sciens, siue ignorans, ipso iure hæres & saisitus fuit, vt plenè tradam infra §. 132. & sic indistincte ad quoscunque hæredes, & perpetuo transmisit omnem portionem suam, excepta qualitate primogenituræ, quæ deinceps cum persona extinguitur, quamuis de subtilitate iuris Romani aliter distinguatur, vt plenè per Alex. Iaſ. Decium in *l. emancipata. C. de admitt.* Nec obstat quòd hoc casu secundogenitus censetur deinceps primogenitus, & quantum ad actus futuros, & non consumptos, & iura quærenda, vt dixi 3 §. 13. *gloss.* 1. *q.* 5. Et quòd fidelitas præstanda, & exemptio futura, de qua in hoc §. est actus non consumptus de futuro, quia vt patet ex prædictis, oportet illam fidelitatem fieri per filium qui habeat ius primogenituræ in illa hæreditate, & qui possit facere, & faciat fidelitatem tanquam verus primogenitus patris, quod nequit facere iste secundogenitus. Vnde non sufficit quòd quoad alias futuras successiones, aut aliis respectibus, possit dici aut inueniri primogenitus, quia debet esse in qualitate hæredis & primogeniti. In illa successione, in qua beneficium huius §. prætenditur. Quibus non obstantibus idem dicendum vt sit locus huic §. quod est clarum si primogenitus post patrem sine liberis moriens vnicum fratrem relinquat sibi soli succedentem in solido iure primogenituræ. Sed adhuc idem dico etiam si plures fratres æqualiter sibi succedentes relinquat. Cum enim iam repræsentant primogenitum, iura habent primogenituræ, sed an requiratur omnes facere vel offerre fidem domino? Breuiter dico quod non, sed sufficiet vnum ex eis, tum quia huiusmodi beneficium est indiuisibile, ergo singulis competit. Tum quia fauorabile est: hoc quoque beneficium latius & plenius est sub consuetudine Aurelianensi §. 35.

11. Septimo quæro, si non sint nisi filiæ quarum vna forte primogenita decessit relicto filio masculo, vtrum in eo possit procedere hic §. Respondeo non, indistinctè siue dicta filia decesserit ante patrem, siue post, siue adita hæreditate, siue non: siue iste nepos succedat cum amitis, siue omnibus illis præmortuis, succedat simul cum patruelibus, aut consobrinis in eodem gradu, quia quocunque casu vertatur, ex quo est filius fœminæ tanquam radicis infectæ, & perpetuo (etiam si viueret) incapacis iuris primogenituræ, non potest dictus filius, plus iuris habere, quàm mater (per quam defuncto & cohæredibus coniungitur) fuisset habitura, & sic nullam prærogatiuam primogenituræ, aut aliam prælationem vendicare potest, in successione aui, vel auiæ, matris, vel superiorum ex latere materno *per* not. in *l. si vinea. C. de bon. mater.* & latius dicam 3. §. 134.

12. ¶ Octavo quæro, quid si primogenitus, & hæres sit inhabilis ad clientelare obsequium? Respond. aut ad tempus, & speratur futura habilitas, vt si sit pupillus, vel minor viginti annis: & tunc petendæ sunt à patrono inducíæ, quæ æquipollent fidei si sint concessæ, idem si sint denegatę, quia non poterunt denegari, Et patronus inuenitur in mora iniusta per not. 3. §. 42. & §. *seq.* Aut in perpetuum, nec speratur habilitas, vt si est furiosus, & tunc qua ratione tenetur patronus admittere fidelitatem oblatam per eius tutorem vel curatorem, vt dicam 3. §. 67. eadem illa oblata non poterit exigere istud releuamentum per ea quę in *gloss. seq. q.* 7. Et illa prǫstita per talem curatorem verè & incommutabiliter extat conditio huius §. & perfecta liberatio releuamenti sequitur. Ipse enim filius quantum ad intellectum realem, & effectum iuris & consuetudinis, verè & propriè per se fecisse dicitur. *arg. l. certe. §. si procurator. D. de preca.* cum similibus: vere enim & proprie patrono satisfactum est de clientelari obsequio, & ab illo verè & propriè filius liberatus est, quod solum intendit & requirit hæc consuetudo in illis verbis, *en faisant la foy & hommage*. Ex quo infero idem dicendum si voluntarie patronus tutorem minoris clientis, vel maioris procuratorem, aut nuncium, aut alium quemuis eius nomine fidelitatem facientem, admiserit: quum idem effectus sequatur. Idem etiam dico si patronus, pro hac vice fidelitatis præstationem remiserit, vel acceptam tulerit: Tum quia huiusmodi* remissio etiam in conditionibus ab homine appositis, habetur pro reali solutione, & vero implemento text. in *l. Iulianus. D. de condi. & de.* quanto fortius in appositis à lege: quum dispositio legis longe vberiorem interpretationem recipiat, vt eleganter tradit Alciat. *de verbor. signifi. li.* 1. *c.* 1. *ad fi. & D. eo. tit. in rub. gl.* 1. *ad fi.* Tum quia facto patroni contigit defecisse spem in perpetuum aliter implendæ conditionis, igitur vt infrà *glo. seq. q.* 5. 8. Secus dicerem si forte aliter contra patroni voluntatem liberaretur filius à fidelitate præstanda, vt si eo nexu eximeretur à principe, quoniam non est de mente huius consuetudinis illud haberi pro solutione, & implemento conditionis huic appositæ. Nisi ea exemptio fieret facto, vel culpa ipsius patroni.

13. Nono, quæro de q. quam post primam horum editionem vidi in facto. Vassallus obiit relictis filiis & filiabus, post 40. dies feudum prehensum fuit à patrono & in eo statu mansit aliquot annos. Interim filij diuidunt hæreditatem & feudum integrum obuenit vni filiarum quæ deinde nubit in primis suis nuptiis. Cuius maritus offert fidelitatem patrono, qui contendit omnes fructus suos esse iure commissi fructuum, & insuper releuium integrum sibi deberi, fructúsque semper sibi in commissum cadere donec integram oblationem habuerit. Breuiter & resolutiue dico quod si filij masculi erant infra vicesimum, & fœminæ infra decimumquintum annum, nullum est commissum fructuum. Quamuis patronus à quo non fuerunt petitæ inducíæ non teneatur ad sumptus nec ad interesse per ea quæ dixi §. 41. *q.* 1. aliàs fructus sunt ei quæsiti: sed an debeatur releuium? Videtur quod sic: quia casus est* §. 25. 3. *eo.* cuius verba quadrant in hoc themate in quo verba huius §. deficiunt. Quia quando hæc nupsit sola erat domina totius feudi, nullum habebat masculum concurrentem à quo posset liberari primogenitus, vtpote nihil habens in hoc feudo, nullam fidem poterat offerre, sed respectu tum patroni tum feudi erat persona mere extranea, ergo releuium debetur non dico per diuisionem, sed per §. 25. 3. *eo.* & consequenter fructus cedunt lucro patroni à tempore renouatæ prehensionis

* Quis sit primogenitus.

* Remissio habetur pro implemento etiam in conditionibus.

* Est pars huius §. infra eod.

poſt dictas nuptias donec fides cum releuio & his fructibus oblata ſit, quibus non obſtantibus, dicendum nullum releuium deberi: hæc enim immunitas fuit quæſita filiæ habenti fratrem cohæredem ſtatim ab obitu patris. Ita tamen quod dominus non contemnatur, ſed ei fidelitas præſtetur per primogenitum vel eius ſucceſſorem, non refert dummodo dominus debite recognoſcatur: hanc enim modificationem & non veram conditionem important verba text. ibi, *En faiſant la foy aux Seigneurs.* Quare dico quod ſi primogenitus non diuiſiſſet, ſed ius ſuum vendidiſſet vel donaſſet extraneo, quamuis is extraneus non poſſit ſe liberare à releuio vel quinto pretij quod debet, tamen ius immunitatis filiæ quæſitum remanet ſiue filius vel quicunque eius ſucceſſor dominum recognoſcat. Pariter ſi filius non diuiſit ſed ius ſuum feudi donauit ſoroni fauore matrimonij, ex portione quidem à fratre ſic quæſita releuium debet ſemel, non debebit iterum nubendo *per* §. 25. ĩ. *eo.* quia iſta acquiſitio non fit niſi ſecuris nuptiis *l. tali, D. de iur. gen.* Et ſic non quadrant verba *d.* §. 25. de parte vero ſua hæreditaria nil debet, quia habet beneficium huius §. recognoſcendo dominum feudi. Quod ſi partem fratris ex diuiſione acquiſiuerit, nihil debet de illa acquiſitione, & ſic in hac ſpecie prorſus immunis eſt ab omni releuio. Idem in ſimilibus.

SVMMARIA GLO. II.

1. Gerundium *importat neceſſitatem & formam præciſam.*
2. *Noua theoria de virtute gerundij.*
3. *In hoc* §. *gerundium faciendo fidem &c. neceſſitatem & conditionem inducit.*
   Saluatur & benigne interpretatur theoria Bar.
4. ¶ *Q.* 1. *Vtrum ad effectum huius* §. *neceſſe ſit filium fidelitatem præſtare pro toto feudo, ſiue pro omnibus liberis?*
5. *Reſpond. ſufficere quòd fidem præſtet pro portione ad eum ſpectante.*
6. ¶ *Q.* 2. *Sorores non poſſunt compellere primogenitum vt fidelitatem faciat.*
7. ¶ *Q.* 3. *Propter ſolam maleuolentiam non datur actio.*
8. ¶ *Q.* 4. *Si filius aliquid extorqueat à ſororibus vt in patroni fidem ſe conferat, tenetur conditione ob turpem cauſam.*
9. ¶ *Q.* 5. *An patronus poſſit exigere releuium ex primis nuptiis filiarum quandiu in pendenti eſt: an primogenitus facturus ſit fidelitatem vel non?*
   Obligatio pura ſub conditione reſoluenda, an interim exequi poſſit.
10. *Verus intellectus* l. pecuniam. D. de rebus cred.
11. *Statuta teſtamentis potius quàm contractibus æquiparantur.*
12. ¶ *Q.* 6. *Si ſponſus filiæ ſoluit releuium, dein primogenitus fidem patroni ſubit, poterit conditio ſine cauſa repeti.*
13. *Vtrum à patrono poſſit exigere cautio.*
14. ¶ *Q.* 7. *Quanta ſit differentia inter moram veram & fictam.*
15. ¶. *Q.* 8. *Vltima mora nocet.*
16. *Executione facta à l. vel ab homine, non admittitur moræ purgatio.*
17. *Fictum conditionis implementum ex* l. iure ciuili. D. de cond. & demonſt. *non liberat obligatum ab implendo, ſed de hoc nihil ad tertium.*
18. *Odium releuiorum.*
19. *Feudum proprie non aperitur propter nuptias.*
20. *Differentia veri & ficti implementi.*
    Liberatio trahit ſecum executionem.
21. *Notab. declaratio ad* l. iure ciuili. D. de cond. & demonſt.
    Conditio regulatur ſecundum naturam obligationis præambulæ.
22. ¶ *Q.* 9. *Non eſt neceſſe primogenitum inueſtiri, nec manum leuatam obtinere, dummodo in fidem admiſſus ſit.*

GLO. II. IN VER.

En faiſant la foy.

IN verſi. *in faciendo fidem & homagium.* A videndum an gerundium importat neceſſitatem, formam præciſam, & conditionem. & quòd neceſſitatem & formam inducat autumant Bal. Angel. Pet. de Beſu. Aret. *in rubr. ad finem. D. de lib. & poſthum.* per quædam leuia. Sed hoc controuertunt Alexan. & Iaſo. ibi Iaſ. Phil. Deci. Franc. Purpura. in *rubr. C. de eden.* neglectim & ſupine. An autem inducat conditionem? ſolet per manus tradi famigerata quædam theoria Bar. in *l. ſi tu ex parte. D. de acquir. hared.* diſtinguentis, aut reſpicit verbum vel participium futuri temporis, & inducit conditionem, vt in *d. l. ſi tu. ex parte ad fin.* aut reſpicit verbum vel participium preſentis temporis, B & non inducit conditionem, ſed modificationem, vel qualificationem, vt in *l. vim facit. D. de vi. & vi ar.* & hoc omnes ſequuntur. Si libet vide remiſſiue per Iaſ. inſtitu. *in rubr. de actio. col. penul. & fi.* & ſic videtur quod in hoc textu non inducat formam nec conditionem, ſed modum, quia iſtud gerundium reſpicit verbum *liberat*, quod eſt præſentis temporis indicatiui modi. præfata theoria Bar. diu mihi diſplicuit, ita vt olim in collectaneis meis aliam nouam diſtinctionẽ fabricare, & multis argumentis & exemplis fundare auſus fuerim. Et quia non omnino viſa eſt inutilis, operæpretium duxi breuib. omiſſo apparatu recitare: & erat huiuſmodi.

2. Aut quæritur, an gerundium importet neceſſitatem, formam vel conditionem, reſpectu ſui ipſius, C vel actus ſui, ſeu verbi à quo ipſum gerundium deriuatur. Et * tunc nullam importat neceſſitatem, conditionem, nec formam, nec ſimplicem & nudam demonſtrationem, quemadmodum nec ipſa quidem verba conditionalia important conditionem reſpectu verbi vel actus in ipſa conditione poſiti, quum eadem non poſſit eſſe conditio ſui ipſius vt omnibus notum eſt. Pro declaratione oculari non eſt aptius exemplum quàm text. noſtri, vt palam eſt hoc gerundium faciendo, nullam imponere neceſſitatem primogenito ad faciendum fidem & homagium: nec hoc reſpectu gerundium quicquam diſponit: ſed demonſtrat aliquid factibile & mere contingens. Similiter in hac conditionali, Titie dando centum hoſpitali hæres eſto, nihil omnino diſponitur nec inducitur circa ipſum dare, ſeu actum verbi à D quo gerundium dando dependet: ſed hoc reſpectu ſolum demonſtratur aliquid merè contingens: & ſic hoſpitale nullam habet actionem, nec officium iudicis, contra Titium, vt centum det, & hoc eſt quod vulgo traditur. ea quæ ſunt in conditione, non eſſe in diſpoſitione. text. in *l. ſi quis conditione decem. D. ſi quis omiſſa cau. teſta. cum vulgo.* Aut quæritur reſpectu verbi vel actus ad quem gerundium confertur & tunc neceſſitatem importat, & formam præciſam. An autem inducant conditionem, non diſtinguo inter verba, vel participia, præſentis vel futuri temporis: niſi in dubio. Sed ſubdiſtinguo inter actus præſentes, & futuros: Ita quòd ſi gerundium confertur ad verba importantia actum præſentem qui tunc geritur: facit modum neceſſarium: Si vero confertur ad verba cuiuſcunque temporis, futuros caſus, vel actus importantia, eorum reſpectu facit conditionem: eodem modo verba conditionalia, reſpectu verbi vel actus demum quem reſpiciunt, diſpoſitionem conditionalem inducunt, & formam neceſſario ſuſpenſiuam.

3. Hactenus diſtinctio noſtra per quam Theoria Bar. prima facie videtur verbalis, magis quàm realis. Tamen maturius cogitanti mihi, rectius viſum eſt theoriam Bart. ſuſtinere & commode interpretari, neque enim veroſimile eſt Bart. tam felicis ingenij virum verborum figuram & ſonum ſecutum magis quàm ſenſum contra *l. ſcire leges. D. de legib.* Dum igitur in ſecundo membro ſuæ diſtinctionis dicit, quòd gerundium reſpiciens verbum vel participium præſentis temporis, non inducit conditionem, ſed modum: Intelligo quando verbum vel participium præſentis temporis reſpicit & ſignificat actum præſentis temporis. Secus ſi reſpiciat & importet etiam actus futuros & gerendos: quia tunc gerundium iunctum verbo vel participio, cuiuſcunque temporis facit conditionem, vt patet in text. noſtro, verbum liberat, reſpicit & importat liberationes futuras: ita quòd hæc clauſula, primogenitus faciendo fidem, ſorores liberat: æqualiter & reſoluitur in hanc clauſulam, ſi fidelitatem fecerit ſorores liberabuntur: quæ eſt vera ſua exponens & equipollens. Et ita puto Bartol. intellexiſſe, & ſi interrogatus fuiſſet, reſponſurum fuiſſe. Ad hæc facit quod eleganter Andræas Alciat. in gloſſ. *l. cum quærebatur. D. de verbor. ſignificat.* quòd participium ipſum licet præſentis temporis, ſi tamen futuros caſus reſpicit, conditionem inducit: non igitur à ſimplici verborum ſono, ſed à ſtatu & veritate rei preſentis vel futuri metiri debet conditionis aut diſpoſitionis vis & effectus. pluſculum longior fui quam vellem, ſed impulit me vtilitas rei ab aliis neglectæ: & quantum lucis afferat hæc inueſtigatio plenius noſcetur ex his quæ tractare intendo ī. §. 20. *gloſſ. 7. in verſicul. ſoluendo. & in* § 92. Reſoluendo aduertendum quod hæ theoriæ non ſunt perpetuæ Quia non tam debet inſpici forma vel collocatio verborum, quam ſubiecta materia cui ſubſunt, & ſecundum quam intelliguntur & reguntur omnes conjunctiones etiam de ſe mere conditionales vt conjunctio ſi text. cum gloſſ in *l. eas cauſas. de conditon. & demonſtration.* Bartol. & Socin. in *rubr. & in l. quibus diebus* §. *terminus de conditio. & demonſtra.* Alberic. *authen. hoc ius C. de procura.* Bal. *l. 3. in fin. C. de actio. empti.* Ludouic Roman. *conſilio 376. col. 3.* Alexand. *conſi. 22. nu. 5. lib. 1.* vbi in annot. tetigi. Iaſ. in *l. ſi mater. col. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum. lect. 1. col. 4. D. de lib. & poſthum.* Canoniſtæ in *c. verum. extra de conditio. appoſit.* Non ergo ſemper ſuſpendunt, ſed quandoque deſignant modum, quandoq; demonſtrant onera, quandoque cauſam impulſam, vt in *l. Titio centum. de conditio. & demonſtrat.* Imo etiam hæc verba, expreſſa ſub hac conditione, non inducunt conditionem, ſed modum, text. in *l. mœnia de manu. teſta.* quam Nicol. de Neapol. ibi & Ant. Corſet. in *ſingu. verb. manumiſſio.* malè faciunt ſingularem quia eſt ſimilis text. in *l. ea conditione.* vbi Bald. Saly. *C. de reſcind. vendi.* Et quamuis Bart. *in repet. c. Raynutius. charta. 16. extrà de teſtam.* quem ſequitur Antho. Corſet. *in ſingul. verb. manumiſſio.* dicant in *d. l. mœnia.* Ibi ſpeciale eſſe fauore libertatis, hoc non eſt verum, ſed eſt ius commune, probo per text. *d. l. ea conditione*, quæ loquitur E in materia indifferenti & promiſcua contractuum, & hoc niſi clarè appareat quod diſponens velit conditionem illam prius impleri.

4. PRIMO quæro, vtrum ad effectum huius § debeat primogenitus fidelitatem facere integre pro ſolido feudo, comprehenſis portionibus ſororum: An ſufficiat eum fidem præſtare partis ſuæ, quam habet in feudo? Videtur quòd debeat facere fidem totius rei feudalis: Tum quia cuiuſlibet rei ſimpliciter probatæ, de tota & integra intelligitur: Igitur & hic de tota & ſolida fide totius feudi intellectum cenſetur per no. ī. §. 1. *glo. 5. not. 3. num. 14.* Tum quia non agitur de liberando filio,

* Nota theoria de vtraque gerundij.

sed de filiabus liberandis, nec de onere filij, vel portionis suæ, quod nullum est, sed de tollendo onere portionum filiarum nupturarum. Igitur ad hunc effectum cõsequendum, non debet filius fidem domini subire pro se, vel parte sua tantum, sed pro sororibus nupturis, & portionibus earum, vt* talia sint subiecta, qualia prædicata permittunt & ostendunt, iuxta text. in *l. 3. in prin.* & ibi Bar. *D. de fund. instruct. l. si defensor. §. qui interrogatus.* & ibi Bal. *D. de interrogatio. § præterea. in fi. insti. de inuti. stipu. c. inter dilectos §. cæterum.* & ibi gloss. in *verſi. nequiuissent de fid. instru. gl. fin. in c. dudum de decisi.* Et vt causa congruat, quadret, & correspondeat effectui: siquidem causa impertinens non efficit. Atqui filium fidelitatem præstare pro se & parte sua tantum, nihil habet commune cum partibus filiarum, igitur ad earum liberationem prorsus impertinens & inutile est. Vnde videtur quòd primogenitus tam suo proprio quam sororum nomine fidelitatem totius feudi præstare debeat, prout in simili consuetudo Meldensis *art. 140. & seq.* de Lorriz. *eo. tit.* §. 32. vult primogenitum fidelitatem posse facere pro omnibus filiis: quod intelligitur non solo nomine proprio, sed etiam fratrum & sororum nomine, & talis videtur esse mens nostræ consuetudinis, prout clarius probari videtur infra §. 28. vbi ad hoc vt teneatur patronus expectare sacramentum fidelitatis, debent omnes filij & filiæ esse infra ætatem ad hoc requisitam: ita quòd si vel vnus sit in ætate congrua, non tenetur patronus aliquam tolerantiam fidei concedere. Et sic præsupponitur quòd habens ætatem congruam potest totius feudi fidelitatem integram præstare, tam pro se, quàm pro reliquis fratribus & sororibus infra idoneam ætatem constitutis.

* Talia subiecta qualia prædicata.

5. His non obstan. dico sufficere filium pro se, & portione sua tantum, fidem facere, cum id non possit pro aliis, nec pro partibus alienis, vt deduximus supra §. 1. *gloss. 4. num. 37.* Nisi vbi consuetudo permittit vt pro omnibus faciat, vt Melden. §. 14. de Lorriz. *eo. li.* §. 32. Aurelian. §. 33. 49. 64. Et dominus sit paratus nolens diuidere. Tum illud gerundium faciendo facit & homagium absolute ponitur, & solius filij actum demonstrat: igitur simpliciter & absolute demonstrat actum propriè filij, scilicet nomine filij, & non alieno nomine fiendum. *l. & magis. D. de solu.* Quod si consuetudo vellet & intelligeret filium nomine sororum fidem facere, rationabilius & verisimilius expressisset filias liberari per fidelitatem ab ipsismet vel maritis earum præstandam, imò etiam hoc non exprimendo tacite & necessariò disposuisset, multo fortius filias liberari per seipsas vel per maritos fidem facientes, quàm per alium: quum virtus omnis & efficacia consistat in principali efficiente, & non in ministro, vel organo. Sed consuetudo nec vult nec intendit filias, vel earum sponsos, quantumcunque personaliter fidelitatem præstantes liberari: igitur nec filio earum nomine tantum fidem subeunte. vult ergo & intendit filium nomine suo proprio: & sic pro portione sua fidem præstare. Quòd si quis pertinacius insistat intelligendum quod fidem præstet simpliciter pro feudo, vt sic videatur præstare pro solido, partibus suorum velut conniuentibus oculis comprehensis, & vt quidam practici dicunt sub concha primogeniti latentibus, hoc esset prorsus ineptum: vtpote cum neque filiæ, neque earum sponsi, propter hoc in fide patroni esse censeantur, & cum effectu cogi possint ad eam subeundam, vt statim dicam. Tum quod peremptorie cunctis præcidit, si quoquomodo exprimeretur, vel intelligeretur, filium pro solido feudo, & sic tam pro se quam pro filiabus, fidem facere debere: patronus liberè posset eum repellere, quatenus filias & earum portiones tangit per deducta in §. 1. & j. §. 67. Et sic esset in sua mera facultate, an filiæ hoc beneficio gauderent, an non, quod est absurdissimum, & contra dispositionem expressam huius §. non enim tenetur patronus inuitus admittere in fidem primogenitum vel alium nomine filiarum: etiam data insufficienti ætate reliquorum filiorum & filiarum: quamuis simpliciter aliud sit de consuetudine Meldensi. vt dicemus j. §. 41. Igitur clarissime & necessario concluditur, primogenitum pro se & portione sua tantum, etiam cum expressa hac limitatione fidem facientem, vel offerentem liberare sorores à releuio primarum nuptiarum. Ratio autem huius consuet. fuit partim, quoniam caput & maior pars feudi est penes primogenitum, in quo & dignitatis & genituræ splendor residet: partim vt in gratiam primogeniti gratificaretur filiabus: partim vt immunitati liberorum vel hoc casu adito consuleret, vtque primogeniti alliciantur ad citius adeundum & officiosè præueniendum dominum, nec omnes rationes in omnibus inquirendæ sunt *l. non omnium. D. de legibus.* & sat est consuetudinem aliquod habere motiuum, vt inquit Bal. in *l. de quibus col. 12. D. de legibus.* Ex quibus satis apparet dilutio rationum dubitandi, ne si alterius pergam, prolixitatis aut nimis anxiæ scrupulositatis arguar.

6. SECVNDO quæro, si* primogenitus nolit clientelare obsequium subire, an possit cogi via actionis, vel officio iudicis à filiabus: vel an eis teneatur in id quod interest, vel huius interesse ratio sit habenda in dividenda communi hæreditate, aut alias consultum eis iri possit.

* Primogenitus quemadmodum ad clientelare obsequium præstandum à sororibus suis cogi possit.

¶ Videtur quod non, quia istud ponitur solum in conditione huius §. & tantum demonstratur, vt contingenter futurum, & sic consuetudo nihil omnino de hoc (videlicet an facere teneatur vel non) disponit. *l. si quis sub condi. D. si quis omiss. cau. potest. & bo. tex in l. cum ab eo. D. de contrab. empt. & vendi.* Sed relinquitur in mera facultate, & incerto euentu vt prius. Tum si consuetudo intenderet filias posse compellere fratrem ad hoc faciendum, vel in id quod earum interest, iam non concederet eis beneficium conditionale, & suspensum in euentum incertum, sed purum & certum, quod videtur contra verba & mentem text. vt in *princ. huius glo.* Confirmantur hæc per text. in portionibus terminis in *l. qui autem. cum possit in prin. D. quæ in fraud. credi.* vbi etiam lucrum oblatum in necem creditorsi suorum recusans non propterea tenetur. Ergo primogenitus iste minus tenetur sororibus quibus non est debitor, etiam si patronus præsens velit eum nunc in fidem admittere & gratiam loci dominantis adeunti facere.

¶ Quibus nonobstantibus dicendum etiam iudicio familiæ herciscundæ rationem habendam huius culpæ, quia* socius qui in re communi male versatur omittendo id ad quod res est destinata, vel id quod secundum suum proprium officium sibi incumbit & facere debet, & in re communi, quo status* rei sit melior saltem conseruetur, socius tenetur non solum de dolo & lata culpa, sed etiam de leui culpa. *l. si certo. §. nunc videndum. D. commoda. l. cum duobus §. 1. D. pro socio.* Io. Amicus *cons. 38.* Idque non solum inter socios societate conuentionali, de qua in *d. tit. pro socio.* Sed etiam inter quoscuis simpliciter communes. Et sic iste siue dolosus, siue morosus sorores suas sua culpa damnificans, tenetur eas indemnes reddere. Aut ergo est in ætate & potest compelli vel tenetur ad interesse. Aut est infra ætatem debitam, & adhuc eximit sorores: quia non potest interim releuium à nubentibus exigi. Quamuis enim dominus non teneatur iuniorem in fidem admittere, tamen tenetur inducias dare. Quid si filius relinquat filium antequam fidem faciat? Idem dico tum fauore liberationis, tum quia ista habet omne ius & prærogatiuam primogenituræ.

* Socius facio quã culpam præstare debeat.

* Ergo quæ status rei si non melior, saltem conseruetur.

8. TERTIO quæro, quid si à sororibus vel earum sponsis accipiat pecuniam, vel aliquid aliud extorqueat vt in fidem domini se conferat, & sic fiat locus beneficio huius §. Respondeo quod iniuste & malo more faciat, non enim debet vendere beneficium alienum, videlicet

à conſuetudine gratis conceſſum. Nec officium conuertere debet in negotium. Scio multos aliter argutari poſſe, ſed quo ſe cunque vertant non poteſt abſque proteruia, & tergiuerſatione, conſcientiaque & rationis dictamine retragante negari: quin iſtud ſit turpe lucrum, & ſic * turpiter acceptum, ergo per condictionem ad turpem cauſam repetendum, & hoc puto verum, etiam in contradictorio iudicio. quod no. ad pulchram quæſtionem, quam reſeruo infra ſuo loco. Amplio etiam, ſi quod accipit, non ſint niſi impenſæ profectionis ad patronum, quia ſuis & non alienis impendiis debet inueſtiri. Secus ſi pure liberaliter ſibi offerrentur, & non auare extorqueret nolens aliter proficiſci. Item ſecus, ſi ex qua alia iuſta cauſa nollet, vel adhuc differre vellet adire dominum, puta propter periculum viæ, vel imminentia negotia, à quibus intempeſtiuè auocatur vt aliis proſit. Hæc enim & alia quæcunque turpitudinem recipientis excludentia, conditionem dubio procul excludunt.

* Turpiter accipienti condicitur.

9. QVARTO quæro, patronus non curat iura dominicalia exequi contra primogenitum, a quo ſtatim, vt exuſcitatus eſſet iuſta offerente, nihil eſſet laturus, atque interim minus curæ eſt primogenito non peritum obſequium præſtare, quum per conſuetudinem liberè liceat ei frui iure ſuo quandiu patronus ceſſat: filia nubit, cuius portionem feudi patronus prehendit & ſuſtinet manus iniectionem ratione mutationis procedentis ex nuptiis, nec vult nouum ſponſum in fidem admittere, niſi mediante relcuamento inde debito, atque interea fructus ſuos facere intendit. An poſſit? videretur quòd non: primo, quia obligatio * puta quæ venit reſoluenda in conditionis euentum, interim non habet executionem nec effectum: & ope exceptionis tutus eſt debitor, donec conditio deficiat. caſus eſt in *l. pecuniam. D. ſi cert. pet.* vbi ita tenent Alberi. Bar. Bal. Pau. Alex. Soci. *no. vlt.* Iaſ. *not* 8. & communiter omnes, & ibi Paul. infert quòd ſi debitori meo feci pactum de non petendo ſub conditione, interim non poſſum agere. Sed licet iſtud releuamentum ſit pure debitum, tamen primogenito quandocunque fidelitatem faciente eſt omnino reſoluendum, igitur non videtur exigendum, quandiu ſpes eſt primogenitum fidem facturum, maxime cum non ſit veriſimile conditionem hanc defecturam nec diu ſuſpendendam. Tum ſecundo in mera pura & propinqua poteſtate patroni eſt, excitare primogenitum, qui ſtatim veriſimiliter metu amiſſionis fructuum patrono obſequetur: quin patronus primogenito indulgendo, deteriorem illum reddit licentia iuxta vetus prouerbium, & in cauſa eſt, vt ſit negligens, & conditioni non pareatur: & ſic videtur per eum ſtare quominus impleatur. Igitur pro impleta haberi debet. *l. iure ciuili. D. de cond. & de.* 10. In contrarium arguitur patronum iure agere, nec ope quidem exceptionis hunc neogamum tueri poſſe, quoniam obligatio pura quantumcunque ſub conditione reſoluenda, interim efficax eſt & poteſt exequi text. eſt ibi gloſſ. & doct. in *l.* 2. *D. de in di. addict. in l. pure. in princ. D. de dol. mali excep. in l. non ſolum.* 1. *in fin. D. de libera. lega. fa. optime. l. nõ ideo minus. cum concord. glo. ibi. D. de rei vend. l. ſciendum.* §. *ſi fundum. D. qui ſatiſd. cogan.* Non obſtat communis deciſio. glo. *pen. & doc. in d. l.* * *pecuniam*, quia vt ſimpliciter traditur falſa eſt, & falſis præfatum illatum Paul. ibi nec probatur per illam l. quæ loquitur longe in aliis terminis, videlicet quando conditione exiſtente obligatio erat transfundenda in tertium: non autem loquimur quando conditione exiſtente, obligatio eſt penitus extinguenda: ibi agitur de creditore mutando, hic de debitore liberando. ibi duplex præiudicium vertitur, primum tertij, & futuri creditoris, cuius intereſt ſolutionem differri vſque ad euentum vel defectum conditionis ne fraudetur ſuo debito: Secundum ipſius debitoris, ne ſit in ancipiti periculo, iterum ſeu bis, & diuerſis, idem debitum ſoluendi: hic autem vtrumque præiudicium ceſſat: quia ſi conditio extet, non ſoluetur alij, nec iterum. Sed vna antiqua ſolutio ſufficiet, & ita *d. l. pecuniam* intellexit Gul. Cu doctor Gallus, vt ibi teſtatur Alber. Roſatus. & eſt vetus & germanus intellectus ipſius l. quem etiam tandem Phi. Deci. *ibi col.* 2. & Alciat. ſequuntur quicquid cæteri delirarint, & Iaſ. *ibi nu.* 8. dubitauerit, dum erroneam ſolutionem pen. glo. ibi ſecuti differentiam comminiſcuntur, inter cõtractus & vltimas voluntates, tam ineptè, quàm ſine ratione & lege. Et hunc noſtrum intellectum ſecutus eſt Paul. *in conſ.* 428. *viſis & conſideratis. in prine. vol.* 1. Itaque concludo nullam eſſe inter hæc (videlicet contractus & teſtamenta) data paritate terminorum differentiam.

* Obligatio pura ſub cõditione reſoluenda an interim exequi poſſit.

* Vetus intellectus *l. pecuniam. D. de reb. cred.*

11. Et data quòd communis opinio procederet, adhuc nihil reſponſo noſtro officeret, in quo agitur de obligatione, & reſolutione procedente, ex diſpoſitione legis, vel conſuetudinis, * quæ vltimæ voluntati potius, quam contractibus ſolet exæquari, vt not. Bar. in *l. centeſimũ ad fin. D. de verbo oblig.* Imol. in *l. ſi ita ſcriptum* §. *fin. D. de leg.* 2. Alexan. in *l. ea demũ. C. de colla. & firmat.* Franciſc. Cur. ſeni. *conſi.* 17. *nu.* 11. *per l. ſeruus hac lege. D. de manu.* Non obſtat ſecundum, quia non tenetur patronus clientem interpellare, nec debet eum requirere, ſed ab eo requiri, vt tactum eſt *ſupra* §. 1. *gloſſ.* 4. *in prine.* Et ſatis eſt quod non ſit in mora, & contumacia vera recipiendi primogenitum in fidem, nec dicitur impedimentum præſtare, nec quicquam facere, quominus conditio impleatur. Quid dicendum? Concludo pro prima parte, quia ſi primogenitus eſſet infra viceſimum annum completum. patronus non poſſet releuium exigere à neogamo, quia tenetur inducias dare primogenito ĩ. §. 41. Et ſic perinde eſt ac ſi eas dediſſet, & multominus ſi eas expreſsè dedent: ergo idem ſi tacitè det, prout tacitè dat, quandiu eum tolerat. §. 61. ĩ. *eo.* Tum vt euitetur occaſio fraudum & colluſionum, tum quia hoc beneficium eſt fauorabile.

* Statuti vel conſu. diſpoſitio vltimæ voluntati potius quã cõtractui æquiparatur.

12. QVINTO quæro, ſtante eodem themate, patronus exegit releuamentum à nouo ſponſo, eúmque proportione vxoria in fidem admiſit, & inueſtiuit, poſtea contigit primogenitum clientelare obſequium agnoſcere: An ipſe ſponſus poſſit repetere releuamentum ſolutum? dicendum quòd ſic, non tam condictione indebiti, quàm condictione ſine cauſa, quia poſt ſolutionem extitit conditio obligationis reſolutiua, & ſic cauſa tempore ſolutionis apparenter iuxta ex poſt facto rediit ad non iuxtam cauſam. text. in *l.* 1. *in fin. l.* 2. *in fi.* & ibi Bar. Paul. *D. de condi. ſine cau.* Quod ampliatur, etiam ſi tempore ſolutionis primogenitus nedum eſſet procraſtinator obſequij, ſed denegator & in expreſſa cõtumacia, & contemptu interpellationum patroni, quia propterea non deficit conditio quum poſſit ſemper quandiu viuit primogenitus impleri: non enim requirit hic §. primogenitum fidem præſtare ante primas nuptias filiarum: ſed loquitur indiſtincte ſiue ante ſiue poſt quandocunque præſtetur.

13. SEXTO quæritur, an iſte neogamus ſoluens releuium, viuo adhuc primogenito, petere poſſit ſatiſdationem à patrono, de reſtituendo, conditione iſta extante: vel in defectum ſatiſdationis conſignare? Et videtur quòd non, quia huiuſmodi * cautiones non habent locum, niſi in vltimis voluntatibus *vt l.* 1. *& per to. D. vt lega. ſeu fideicom. no. caueat l.* 1. & per to. *C. vt in poſſ. lega. l. pure in prin. D. de do. mal. excep.* Secus in alia materia etiam in bonæfidei iudicio. vt tradunt glo. & doct. in *l. pecuniam. D. ſi cert. peta.* niſi propter ſuſpicionẽ probabilẽ vel aliã iuſtã causã & cauſa cognita *l. inter omnes. D. qui ſatiſda. cogan. l. in omnib.* D. *de iudici. l. ſi creditores.* D. *de priuileg. credi. l. creditorib.* D. *de ſepara.* Iaſo. in *l. ſi conſtãte. col.* 9. *n.* 58. D. *de ſolut. matri.* Et idẽ in ſtatutis vt pulchrè tradit. Bal. in *conſ.* 413. *an ille libr.* 3. Poterit tamen petere ſimplicem cautionem,

* Pendente conditione non exigitur, niſi in vltimis voluntatibus.

seu promissionem cum generali hypotheca bonorum vt tradit Bal. in *d. con.* idque sub fide publici instrumenti vt no. Ang. in *l. si pupillus. in prin. super gl. in ver. habet. D. de nouat.* Ias. *l. 2. in fi. princ. D. solut. matri.* Sed certe recte perpendendo prędicta loquuntur, quando quis obligatus est non pure, sed sub conditione, vel in diem ad soluendum vel tradendum adueniente die vel conditione, non autem quando quis pure tenetur ad soluendum, vel sub certa conditione vel certo euentu repetere poterit: quia si tempore solutionis, & antequam soluat, immineat de propinquo casus vel euentus restitutionis, potest exigere satisdationem de restituendo. *l. si post perfectam. C. de euict.* De quo scripsimus *infrà* §. 22. *qu.* 12. Sed quum iste maritus habeat interim exceptionem plusquàm dilatoriam, potest offerre releuium accepta satisdatione, vel illud planè denegare, nisi quod patronus potest offerre eum in fidem antea sine præiudicio releuij peten. conditionis, deficiente via actionis petendi. Sed nuper in diem sub conditione insolutiua inuito vassallo qui non tenetur quantum ad hoc stare in pendenti.

14. SEPTIMO quæro, quid si primogenitus ritè & debitè oblationibus factis ante vita quam obsequio functus est? Breuiter dico perpetuam huius releuij liberationem sororibus incommutabiliter quæsitam vt patet per omnes casus discutiendo. Aut enim patronus in vera vltima * mora & contumacia est, puta verbo vel facto, sine iusta causa, recusando oblatum obsequium, vel se ad hunc finem absentando, aut alias per se, aut alium, quouismodo faciendo, & impediendo quominus conditio huius §. impleretur. Et tunc in hoc statu decedente primogenito, verum est dicere quòd dolo, culpa vel fraude patroni, periit spes implendæ perpetuo conditionis: ideo omnino pro impleta habetur, & vere & incommutabiliter est locus beneficio huius §. Aut patronus non fuit in culpa ad hoc ordinata, nec in naturali, & regulari mora, puta tempore fidei in loco dominanti oblatæ erat absens, siue causa reipub. siue negotiorum suorum, aut voluptatis gratia, non refert modo non fraudulenter vel ex præparato, & tunc aliud prima facie videretur, quia quamuis primogenitus censeatur quo ad se satis diligens & fecisse quicquid in se est, & eius respectu, patronus etiam ignorans reputetur esse in mora, ita vt non possit cum effectu illius feudum prehendere, vel prehenso, frui, vt diximus 3. §. 1. *gl. 4. quæst. 3. & latius* 3. §. 63. Tamen huiusmodi mora est ciuilis & interpretatiua, non naturalis, & sic non extenditur ad alias personas. *arg. l. primo. C. de præscript. long. temp. non. in l. naturaliter. D. de vsucap.* Et sic hæc conditio quæ non est formaliter impleta, vt constat, licet posset haberi pro impleta quantum ad commodum & securitatem primogeniti quandiu in eodem statu erit, tamen non potest haberi pro impleta, respectu filiarum, & maritorum earum: quia patronus non impediuit nec curauit impediri quominus impleretur: & sic non fuit proprie in culpa, nec in vera & naturali mora, nec prodest allegare quòd si tempore allegationum patronus fuisset in loco dominanti, vel aliquem tunc ibi dimisisset cum potestate vassallos in fidem admittendi, conditio verè impleta fuisset, quia hoc non sufficit respectu tertij, nec facit quòd conditio debeat haberi pro interpretatiuè & ciuiliter impleta, ex quo non apparet de dolo vel alia machinatione ad hoc ordinata, alioquin duo aut tria specialia in idem concurrent. Primum, quòd fortuita absentia domini, interpretaretur vel potius fingeretur esse vera recusatio vel impedimentum, admittendi vassalli. Secundum quod huiusmodi recusatio vel impedimentum, interpretaretur esse verum conditionis implementum. Et tertium, quod huiusmodi commentum ad tertias personas produceretur. Atqui specialitates non debent multiplicari, sed minui. *gloss. fin. in cap. præterea. de verb. signif.* nec plures debent simul ad aliquid constandum cumulari. *l. 1. C. de dot. promiss. cum vulg.* Sed his non obstantibus dicendum liberationem incommutabiliter quæsitam sororibus, ex quo primogenitus fecit quod in se fuit, & in eo statu decessit. Secus si à patrono requisitus obsequium denegasset, & in vltima mora fuisset. Quia nisi, per eius hæredes purgatur mora, cessabit beneficium huius §. spem &c: spem in perpetuum defeciisse puto, nec impleri posse per eius hæredem, nisi esset suus filius primogenitus ei succedens in iure & qualitate primogenituræ, vt dixi supra *eod. gloss. 1. q. 3.*

15. OCTAVO subsequenter ad pleniorem examinationem quæro, quid si primogenitus à domino moram purgante interpellatus, recusauit obsequi, & in vltima mora constitutus fuit & remansit? videretur non esse locum huic §. tum quia * vltima mora attendi debet, & primam absorbet, eaque & non prima nocet text. in *l. illud.* D. *de peri. & commodo rei vend. l. interdum. in fi. l. si seruum. §. sequitur.* D. *de verb. obli.* Tum quia primam moram, & contumaciam etiam expressam, primogeniti denegantis fidelitatem, licet deficiat conditio huius §. quantum ad statum de præsenti, hoc est, non extat, tamen non funditus, nec proprie deficit: sed quandocunque postea purgata mora & fide facta, verè & efficaciter extat conditio, & competit beneficium huius §. Igitur è conuerso dato quod patronus fuerit in vera & in iusta mora, per quam videatur extitisse conditio: tamen si postea illa mora resoluatur, & primogenitus in contraria mora constituatur, videtur deficere, non conditio, sed illud imaginarium & interpretatiuum conditionis implementum. Tum sicut hoc casu prior mora domini absorbetur, ita & omnis effectus illius moræ, saltem fictus ille & interpretatiuus, de quo agitur, absorbetur, & euacuatur, & censetur tale * fictum implementum, in sola mora fundatum, & residens, implicitum habere eundem resolutionis statum, qui eidem moræ inest in casum superuenientis moræ contrariæ. Igitur per text. & not. Alexandr. Ias. *in l. si. D. si ex noxa cau. agat.* non obstat regula *l. iure ciuili. D. de cond. & demon.* quia licet conditio habeatur pro impleta, tamen si petatur implementum, fieri debet: quum sit in recompensationem oneris, vt ibi vult Soci. *n. 3. in fi.* post Paul. & alios.

16. In contrarium (& hæc est veritas) arguitur, quia statim quod patronus indebite recusauit, vel impediuit, fidelitatem primogeniti: maritus filiæ fuit liberatus à debito releuamenti per hunc §. iuncta dispositione iuris communis, *d. l. ciuili de cond. & demon.* ita quòd nedum non potuisset patronus ab eo petere: sed etiam maritus potuit fidem & homagium portionis feudi vxoris suæ offerre, sine aliquo releuamento, nec potuit patronus recusare, sed necesse habuit admittere, sine alia vtilitate: ergo maritus perfecte liberatus fuit. Igitur effectus liberationis perfectus & consummatus fuit, & sic quantumcunque postea causa liberationis cesset, vel resumetur, & quicquid fiat vel contingat, non reuocatur effectus semel consumptus vt tradit Bart. & alij in *l. 2. ad fi. D. de dona per l. fi. D. vnde lib. cum vulg.* Et quum liberatio semel quæsita traxerit secum executionem, non potest prodesse patrono velle purgare moram, vt decidit Bar. in *l. si in insulam. col. 4. q. 4. D. de verbor. obliga. vbi not. omnes scrib.* quòd * quando executio est facta à lege vel ab homine, non admittitur purgatio moræ, & allegant text. in *l. si is cui. D. de lega. 2.* sed melius in proposito facit *l. fi. C. de condition. infer.* vbi Bar. ad *fi. per illum text.* notat amplius non requiri nec excipi conditionem impleri, ad hoc text. in *l. Lucio. de legat. 2. in l. apud Ausidium. de option. lega.* Secus si executio non esset perfecta, *vt est text. sing. in l. cui fundus in fin. D. de condit. & demonst.* secundum subtilem inductionem Petri Perrici: quamuis Ang. in *d. l. fin.* controuertat. de quo alias fusius tractabimus. & Bartol.

* Differentia inter moram veram & fictam.

* Vltima mora nocet.

* Executione facta à l. vel ab homine non admittitur purgatio.

* Fictum editionis implementum non liberat ab implendo quod intelligo, vt infra num. 17.

seq. Salic. Paul. Philip. Cor. in *d. l. fin.* idem prius tenuit Alberic. post Pet. in *l. si plures. quæst. penul. C. eod. tit.* Idem voluit Imol. in *l. in testamento. 2. D. de cond. & demon.* quem seq. *ibi.* Socin. *col. 2. in versic. sextus casus.* Alex. in *l. 1. col. 3.* & ibi Phil. Cor. *col. 2.* Deci. *col. fin. C. de condit. instit.* vbi omnes conueniunt quòd in conditionibus saltem executione semel facta, nullum modo habet locum purgatio moræ, nec vltima mora nocet, vel absorbet priorem.

17. Vnde non obstat quod allegatum fuit ad limitationem *d. l. in iure ciuili*, quia illa limitatio procedit respectu ipsiusmet obligati, & implere debentis, qui potest in mora constitui via actionis, vel exceptionis: & sic posterior mora potest ei imputari & præiudicare. Secus in tertio qui non tenetur implere, nec potest de hoc interpellari, nec in mora constitui, & aliena mora sibi non potest imputari, ergo nec præiudicare saltem executione secuta vt hic. ad hoc *l. vlt. C. de pact.* Tum videtur valde inconueniens, quòd superueniens malitia primogeniti possit auferre istis puellis, & earum primis matris beneficium iam acquisitum: & maxime quum sit eis acquisitum, ex beneficio consuetudinis, & non beneficio primogeniti, quia etiam beneficium mihi semel quæsitum per factum alterius non perdo quicquid postea ille faciat vel omittat. *l. nonnumquam. l. seq. §. sed si vnus. D. de lega. præstan. l. si post mortem. in fi. D. de bonor. possess. contrab.* Tum hæc immunitas feudi, & matrimonij, est fauorabilis, & latissimam recipere debet interpretationem, tam ex parte feudi, quod magis est gratia & beneficium, quàm contractus, vt tradunt feudistæ in prælud. feud. quàm ex parte matrimonij. *c fi. de re iudic.* Et maxime honore & fauore primarũ nuptiarum. Igitur quum simus in beneficiis quæ per se latissimam interpretationem desiderant. *l. fin. D. de constit. princ cap. cum dilecti. de donat. cap. olim. de verbor. signif.* tanto pleniori fauore adiuuanda sunt, quãto fauorabilioribus causis (vt in præsenti) conceduntur.

18. Et è diuerso huiusmodi releuamentum, * & onus cuniarum, est de se odiosum, & contra propriam naturam feudi, vt per Bal. & alios in *l. qui se patris C. vnde lib. & in prælud. feud.* hic vero vbi exigitur ratione matrimonij, est odiosissimum: nec enim iuris optimi est, matrimonũ, cum tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, aduentitiis etiam cumulare ponderibus, in quit aureus ille tex. *l. vnica. §. si vero. de imponen. lucrat. prascrip. lib. 10. C.* vbi etiam veræ & perpetuæ donationes, & alienationes fauore matrimonij eximuntur ab omni lucratiua descriptione, & alio onere.

* Quàm sit odiosum huiusmodi releuamentum.

19. Atqui in præsenti casu cum * mulier nubit, feuda sua & cætera propria non alienantur, nec transferuntur in maritum, & etiam si censeantur cedere in dotem, tamen maritus non efficitur, nisi vsufructuarius quandiu durabit matrimonium, vt latè tradam infra §. 108. nec desinit mulier esse vassalla, quinetiam vnà cum viro potest offerre, & debet admitti in fidem & homagium: nec ipse maritus posset admitti in fidem, & inuestiri simpliciter nomine suo: sed nomine maritali, & ad causam vxoris: non quòd sit nouus dominus feudi, sed quia est caput vxoris, quæ repræsentatur in viro, sicut corpus in capite, *cap. hæc imago. cap. cum caput. 33. quæst. 5.* vt dicemus infra §. 35. Et sic verè & propriè non fit dimissio fidei, nec mutatio feudi, vel vassalli. Quinetiam si mulier venderet alicui, nomine suo, & perpetuo vsumfructum feudi sui, nullum releuamentum, nec aliud commodum deberetur patrono, vt infra §. 51. Sed cum nubit non fit tanta mutatio vel translatio feudi, quia nihil transit in virum nomine suo proprio, sed nomine mariti: & sic inquantum tanquam caput vxorem repræsentat duntaxat, nec potest iura feudi actiuè nec passiuè administrare, vel exequi, in alia qualitate, & sic semper ipsa vxor videtur administrare & exequi, & realis possessio & administratio viri, est possessio & administratio ipsius vxoris, vt latius infra §. 108.

* Per nuptias feudum proprietà non aperitur.

A Igitur minor est ratio, & maius odium, exigere releuamentum hoc casu, quàm in præcedenti, in quo tamen nihil debetur. Et vt ingenuè quod sentio proferam, huiusmodi releuamentum est satis irrationabile, & prorsus illiberale & sordidum: & videtur ex imperitia, & auaritia ab initio irrepsisse. Igitur quantum fieri potest restringendum, *l. quod vero. l. quod non ratione. D. de legib. l. quod contra rationem D. de reg. iur. cap. qui à iure. de reg. iur. in 6.* Tum quum reipub. interest mulieres nubere, & filios procreare, *l. 1. D. solut. matrim.* hoc casu releuamentum exigere est contra bonum reip. & non parum multum contra bonos mores, quum amissionis fructuum integri anni metu retrahat à matrimonio, maximè nobiles, quibus non solent esse alij à feudo redditus, nec repositum peculium, *l. Titia. in prin. D. de verb. oblig. cap. gemma. de spons.* Tum ex huiusmodi onere directo minuitur dos mulieris, & ex beneficio huius §. augetur, imò tantum non minuitur. Igitur in dubio pro dote & beneficio huius §. respondendum & iudicandum est. *l. in ambiguis. D. de iure dot. l. in ambiguis pro in prin. D. de reg. iur. plene per omnes. in d. l. 1. D. solut. matr.* Et etiam circunscripto huiusmodi fauore, & natura feudi, & reliquis circunstantiis, hæc est humanior sententia, quam potius eligendam volunt iura *l. fi. C. de comi. ser. manu. l. semper in dubiis. D. de reg. iur. l. Arianus. D. de action. & obli.* cum similib.

B

C

20 Hæc quæstio iam satis abundè deducta est, sed quia adhuc occurrunt multa non inutilia, rursus pro prima parte arguitur quòd hæc consuetudo aduersus rigorem *d. §.* * 25. noluit subuenire, nisi in casu, & sub conditione huius §. itaque si primogenitus vere * & actualiter fidem & homagium fecerit, tunc verum est quòd quicquid postea agant cliens & patronus illam fidelitatem mutuo consensu annullando, resoluendo, vel aliter immutando, nil possunt immutare, de beneficio liberationis perfectè & incommutabiliter quæsitæ filiæ, & eius sponso, quum conditio vere & realiter exiterit nec possit infecta fieri, vel haberi, & semel vel momento verè extitisse sufficiat. *l. si quis heredem. C. de instit. & substit. l. 2. C. de posthum. hared. instit. l. cùm vxori. C. quandi. lega. cad.* Sed quando non verè, sed fictè & interpretatiuè extat, facilius haberi potest pro infecta, quum non sit opus haberi pro infecta fidelitatem ipsam quæ nunquam interuenit, sed diligentiam & oblationem, quæ ex posteriori mora vere & funditus aboletur, & absorbetur, vt not. doct. in *d. l. in iure ciuili. & locis prælegatis.* Hinc in simili decidit Bal. in *l. si pro ea col. 8. C. mand.* quòd actio semel quæsita fideiussori, propter dilapidationem rei principalis, cessat illo reuerso ad sanos mores, quia illa actio non fuerat quæsita, ex directo & formali implemento mandati, sed ex quadam speciali dispensatione, quæ facilius tollitur quam ius commune, *l. eius militis. §. militia missus. D. de testa. milit.* nec congrueret verbis nec menti huius §. quod fides & homagium censerentur facta & præstita per primogenitum inuitè ea recusantem, ex eo solo quod patronus prius in mora fuerit, imo verum est dicere adusque defeciisse. & deficere fidelitatem per eum debitam. Sed impossibile videtur respondere ad primum illud, & fortissimum secundæ partis argumentum, quoniam si dicamus huiusmodi * liberationem non trahere secum executionem perfectam, idipsum esset negare liberationem sequi, quia si est liberatio, non potest secum non trahere executionem, & fieri ipso iure. hoc enim importat verbum liberari, vt not. Ias. in *d. l. si insulam in 6. notab. D. de verb. oblig.* probatur per text. in *l. cum quis. §. si debitorem. D. de solut. & per locum à primatiue oppositis.* Si vero negemus conditionem haberi pro impleta, aperta fronte negatiue videtur. in *l. iure ciuili.* cum similib. quum ex hypothesi is qui futurus est, ex implemento obligari fecerit quominus impletum esset.

D

E

* Est pars huius §. inf.

* Differentia inter & fieri implementi.

* Liberatio trahit secum executionem.

21. Dico quod ingenij exercendi causa responderi posset, quòd non sumus omnino in terminis regulæ *d.* * *l. iure ciuili*, propter duo. Primum quia ibi conditio venit implenda ab ipsomet qui quærit commodum ex implemento, hic autem venit implenda à tertio. Sed hoc per se nullomodo sufficeret. Secundum, est quòd ibi id quod implendum est, est in mera conditione, & non in obligatione: hic autem conditio est in obligatione præiacente, & ideo non imitatur naturam simplicis, & nudæ conditionis, casualis, vel mistæ, quam sat est momento semel impletam esse, sed imitatur naturam & effectum obligationis, à qua incipit. Ideo quemadmodum primogenitus quantumuis ritè rectéque iusta offerens, non tamen liberatur à præstanda fidelitate, etiam ope exceptionis, sed solam securitatem tantisper consequitur, dum in proposito perseuerat, & quandiu per contrarium factum, vel denegationem, non incipit esse in vltima mora: eodem modo videtur dicendum, quòd hæc conditio, si fidem & homagium fecerit, non impletur nec pro impleta habetur, quantumuis debite obtulerit, & indebite reiectus sit, nec liberatio acquiritur illis qui eam expectant, & habituri sunt ex implemento conditionis. Sed interim solum paratur eis securitas & exceptio dilatoria, vt non possint exigi, nec ad soluendum releuamentum compelli quandiu per patronum stat quominus sibi impleatur. Et hoc quia huiusmodi conditio regulatur & intelligitur secundum obligationem principalem. Et in effectu tantum valet dicere si filius fidem & homagium fecerit, ac si dicatur, si filius ab obligatione qua patrono fidem & obsequiũ debet, se liberauerit. Sed palam est nunquam ab illa obligatione liberatum iri, per oblationem, sed demum per realem exhibitionem clientis, & admissionem patroni. Et ita in simili distinxerunt Petr. Perr. & Alber. Rosa-nus. in *l. si plures. col.* 2. *nu.* 8. *C. de condit. infer.*

* Nonh. pro intellectu *l. iure ciuili. D. de cond. & demonst.*

* Conclusio.

Concludendo * & pro secunda parte resoluendo, dico, quòd hæc vltima consideratio & limitatio ad *l. iure ciuili.* procedit respectu ipsius debitoris obligati ad implendum duntaxat: non autem respectu tertij, qui obligatus non est, & cuius respectu implementum debitoris, est mera conditio, igitur quam primum per patronum (cuius interest) iniustè steterit quominus impleatur, habetur omnino & incommutabiliter pro impleta, quantum ad tertium cui ex implemento aliquid acquirendum erat contra impedientem impleri. Et sic in terminis nostris simpliciter locus est regulæ *d. l. iure ciuili.* Et hoc quando patronus iniuste recusauit, & sic semel in vera naturali & regulari mora constitutus fuit, quia nequit amplius eam purgare respectu tertij cui ius quæsitum fuit, vt supra eo. *nu.* 16. Secus si non fuit in vera mora, vt quia erat absens, vt supra eo *nu.* 14. quia tunc si postea primogenitum interpellat, & in vera mora constituat, cessat interim vel pendet hoc beneficium, nisi primogenitus vel eius successor satisfaciat, multum ergo refert inter veram & fictam moram patroni.

22. NONO quæro, an ad implementum huius conditionis requiratur primogenitum inuestiri à patrono? Respondeo, quòd non, sed sufficit sola & simplex actualis præstatio fidelitatis, quæ facta statim liberatus est ab hoc clientelari obsequio, & filiæ & earum sponsi perfecte liberati à releuamento, etiam si nondum vel nunquam filius fuerit inuestitus. Sed dicet quispiam, nunquid in feudo veteri ipsi soli receptioni clientis & renouationi feudi inest inuestitura? Respondeo quòd sic, quando patronus non reuocauit feudum ad manum suam, tunc enim nulla alia opus est inuestitura, nec traditione vera vel ficta. *argu. l. qua ratione. §. interdum. D. de acqui. re. do.* Sed manu iniecta sola admissio fidei non semper operatur manumissionem feudi, quòd potest remanere præhensum propter iura & onera annexa. & tunc requiritur relaxatio, seu leuatio manus dominicæ, quæ est effectualis inuestitura, seu possessionis & fruitionis feudi restitutio, quam licet nunquam obtineat filius, prout potest contingere ex causis deductis *supra* §. 1. *gloss. fin.* tamen eo ipso, quod est perfunctus fidelitatis præstatione, satisfactum est conditioni huius §. nihil aliud requirentis. nec puto quenquam latere fidelitatem esse factam, non ex eo solum quod præsenti & nihil facienti patrono quantumuis solenniter exhibita est.

23. Sed cum à patrono expresse vel tacitè (ita quòd constat) admissa est. Est enim * fidelitatis præstatio actus non clientis tantum, sed clientis & patroni simul.

* Fidelitas est actus reciprocus.

24. ¶ Iuxta hoc quæro, quid si patronus admisit fidelitatem oblatam, sed sub conditione? Respondeo, si sub conditione indebita seu indebite exacta, quamuis à volente seu consentiente primogenito, tamen extat conditio liberationis filiarum incommutabiliter, quia semel per patronum stetit. Ergo per *d. l. iure ciuili. de condit. & demonst. & supra eod. q.* 8. *in fin. Ant.* sub conditione debita, & tunc aut suspensiua, interim non extat conditio, prout nec fidelitas in actu est, dummodo ex iusta causa id factum sit, alioquin oblationibus rectè factis, si staret per patronum, haberetur fidelitas pro præstita, vt dictum est. Si autem sub conditione resolutiua, statim extat conditio, qua verum est fidelitatem esse factam. Sed an postea resoluta fidelitate resoluatur hæc conditio? dico quòd non, quia semel purè, verè & naturaliter impleta est, & sic quicquid postea contingat beneficium huius §. iure communi & regulari perfectè quæsitum resolui non potest, nec esset in potestate primogeniti & patroni facere, quin per actum fidelitatis semel gestum, perpetuo & incommutabiliter acquiratur beneficium à consuetudine in illum euentum concessum, vt supra *eod. glo. quæst.* 7. *in fin.* idque per manus tradi solet, non posse homines facere quin leges in actibus eorum locum habeant, *l. nemo potest. D. de legat.* 1. §. *testandi causa. C. de testa.*

VLTIMO quæri potest, quid iuris cum patronus inducias obsequij, quam tolleranciam feudi vocant, concesserit filio, siue minori ex necessitate consuetudinis, siue maiori ex voluntate: sed quia melius sui cuiusque loci integra, & non diuisa materia tractabitur, remitto *ad* §. 27. *q.* 4.

SVMMARIA GLO. III.

1. 2. *Sufficit fidelitas præſtita ſuperiori per manum ſupremam, ad effectum huius §.*
3. *Sufficit etiam fidelitas præſtita ſuperiori patroni in caſu §. 37. infra eodem tit.*
4. *An ſufficiat hanc fidelitatem fieri poſſeſſori feudi dominantis.*
5. *Pluralitas verificatur in ſingulari.*

GLO. III. IN VER.

Au Seigneur feodal.

VÆRO primo, plures contendunt de patronatu eiuſdem feudi, quare primogenitus defuncti clientis in fidem clientelariam recipitur à iudice per manum (vt aiunt) ſupremam, iuxta §. 60. An conditio extet & quæſitum ſit beneficium huius §. Reſpondeo quòd ſic, incommutabiliter & quicquid poſtea contingat, quia illa eſt vera præſtatio fidelitatis, & ad illam admiſſio. & licet vere non admittatur per ipſummet verum patronum, tamen fingitur illi fieri, & ab illo recipi, & talis fictio omnino æquipollet veritati, tam ex parte patroni, quàm clientis, quia omnis honos, & commodum talis receptionis factæ à iudice velut à medio ſequeſtro, cedit & acquiritur ſoli vero patrono qui dechrabitur, & cliens à præſtatione fidelitatis velut ſolutione liberatur, quod intellige pro ſtatu præſenti & quantum ad actus præſentes. vt plenè diximus in *d.* §. 60. Tum ex quo non ſtat per vaſſallum, ſed per patronum vel caſum in eius perſona contingentem, non debet vaſſallo, ſed domino imputari.

2. SECVNDO quæro, quid ſi indebite recuſante patrono, primogenitus vi diplomatis regij (vt ſolent) receptus eſt in fidem eadem manu ſuprema? Reſponde, idem dicendum, quia realiter fidelitas præſtatur, & ab illa amplius pro hac mutatione præſtanda filius in perpetuum liberatur, nec teneretur iterare patrono reſipiſcenti. Et ſic omnino idem effectus habetur, ac ſi ipſemet patronus recepiſſet. vnde non curatur de modo, nec refert quod ex æquipollentibus fiat. *l. ſi mater. cum concor. gloſſ. & doct. ibi. C. de inſtit. & ſubſtit ſupra eo. glo. 1. q. 6.* Imo ex quo patronus ſemel indebite recuſauit fidelitatem, ſatis eſt reſpectu harum filiarum, quicquid poſtea contingat. per not. ſ. *eo. glo. q. 8.*

3. TERTIO quæro, ſi fidelitatem faciat patrono patroni, prehenſum feudum dominans ad manum ſuam tenenti? Reſponde idem multo fortius, cum verũ ſit propriè patrono feudi fidem eſſe factam: ſi quidem durante tali prehenſione, ſuperior patronus eſt ſolus verus & immediatus patronus, & dominus feudi quo ad omnia iura dominicalia, & eorum honores & commoda, vt dictum eſt ſuprà. §. 1. *glo. 4. q. 2. n. 18. 23. & infra* §. 55. Et in iſtis caſibus qui parificantur à conſuetudine, in hac eadem materia, quod ſtatuitur in vno, intelligitur æque ſtatutum in alio. *glo. ſ. in l. ſi quis ſeruo. C. de ſur. in l. quod vero contra. D. de legib.* quod procedit etiam in correctoriis. Bart. in *l. Marcellus in princ. D. ad Trebell. in auth. ſed cum teſtator. col. 2. C. ad leg. Falc.* etiam in pœnalibus. Panor. *c. multa. de præben.* etiam ſi producatur caſus verus ad fictum. Imol. & alij. in *l. 2. §. lex Falcidia. D. ad leg.* & latius ſ. §. 42.

5. QVARTO quæro, quid ſi poſſeſſori fundi dominantis hoc obſequium præſtet, alio vero domino & patrono exiſtente? Dic breuiter, quòd ſi bona fide faciat publice poſſidenti, & patrono ſe gerenti, & pro tali habito & reputato ſufficit, quoniam huiuſmodi actus non concernunt alienationem, ſed ſimplicem & neceſſariam adminiſtrationem. nam ſi verus patronus fuiſſet aditus, neceſſe habuiſſet hoc facere, & filio in fidem recepto filias à releuamentis liberare. Igitur cum nec vaſſallo culpam imputare, nec deteriorem feudi conditionem factam eſſe, allegare poſſit non poteſt à nudo poſſeſſore pro rei natura, & exigentia factum reuocare. Sed quid, ſi primogenitus malæ fidei poſſeſſorem adiuiſſet, quum commode liceret ei verum adire patronum, à quo facile aduerſus poſſeſſoris incurſum defenſus fuiſſet, tunc ſecus videtur, per ea quæ plenè deduxi infra §. 31. Solue dicendum, quod hæ ſorores ſunt in toto reſpectu veri domini, donec euicto poſſeſſore conſtituat in mora primogenitum qui non fuit aliter nec per manum ſupremam receptus.

5. VLTIMO, quòd hîc in plurali dicitur dominis feudalibus, in vno ſi ſolus ſit propriè verificatur. *l. non eſt ſine liberis.* & ibi Alciat. *D. de verb. ſignif. l. pater Seuerinam. §. 1. D. de condit. & demonſt. l. à filia. in princip. D. ad Trebell. l. 1. C. de condi. inſer. l. 1.* vbi Socin. not. 5. Dec. *not. 4. C. de pact.* late Fel. in *ea, omnes. 1. diſtinct.* Sin autem plures ſint eiuſdem feudi patroni, omnibus, ſi pares ſint, obſequium præſtari debet, vel antiquiori ſeu principaliori, ſecundum ea quæ diximus ſ. §. 2. *gloſſ. 4. q. 4.*

SVMMARIA GLO. IV.

1. *In hoc §. ſolius ſimplicis releuij, in cauſa nuptiarum debiti per §. 25. infra eod. ſit remiſſio, Vnde nihilominus debet præſtari fidelitas, & alia ſi quæ ſint iura.*
Obſequia non computantur inter operas, nec veniunt in generali remiſſione.
2. *Hic §. habet locum ſiue filiæ ſint vtrinque filio coniunctæ, ſiue non, dummodo deſcendant ab eodem parente, à cuius ſucceſſione ſunt feuda de quibus agitur.*

GLO. XII. IN VER.

Acquitte.

ADVERTE in caſu huius §. filiæ non liberantur à præſtatione fidelitatis debitæ ratione acquiſitionis per ſucceſſionem patris vel matris, aut alterius aſcendentis, nec etiam ab aliis iuribus & oneribus, ſi quæ forte ex ſpeciali pacto inueſtituræ debeantur in linea directa, & hoc eſt clarũ, quia hic tex. non refertur ad illa onera, ſed ad onera debita ratione primarũ nuptiarũ. Itaq; quãuis filius ſit ſub fide domini pro parte ſua feudi, nihilominus poterit patronus cum effectu præhẽdere, portiones feudi ſpectantes ad filias quæ ſunt in ætate habili, videlicet quindecim annorum vt infra §. 41. & facere fructus ſuos donec fidelitate per ſe, vel ex iuſta cauſa per procuratorem faciant. Sed cum ſecundum mores noſtros,

& ſi filia ſit in fide patroni, tamen ſi nubat, debet vir eius fidelitatem renouare. An * ab iſta renouatione fidei libereretur, ex eo quòd vxoris ſuæ nunc primum nuptæ frater, in fidem domini ſe contulit? quod videtur per hunc text. generaliter eximentem, ab eo quod debetur patrono, ratione primarum nuptiarum, tamen contrarium puto. Tum primo, quia fidelitatis exhibitio, magis eſt accepti beneficij agnitio & gratiarum actio, quam onus vel grauamen, & magis ſit ad ingratitudinem vitandam, quàm ad vilitatem patrono afferendam per not. ſupra §. 2. *glo.* 1. Et perquàm abſurdum eſſet, legem vaſſallos ab officiis gratitudinis eximere. Tum ſecundo, ſicut * obſequia, non ſicut operæ, & remiſſis omnibus operis nullo modo remiſſa cenſentur obſequia, vt per omnes doctor. in *l. ſi non ſortem. §. libertus. D. de condi. indeb.* & remiſſio quantumcunque generaliter vel ſimpliciter facta, non complectitur obſequia, quum ſint ius reuerentiale, quod etiam expreſſo facto generaliter remitti non poſſet. tex. in *l. alia. in fi.* & ibi Alex. *D. ſolut. matrim. & omnes ſcrib. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* hinc decidit Dec. in *l. 2. in fi. C. de in ius vocand.* petitionem veniæ non poſſe expreſsè remitti à patrono. Igitur nec fidelitatis exhibitio, quum vere & antonomaticè ſit ius reuerentiale feudi, & clientelæ. Et ſic concluditur (vt prin. huius §. dixi) ſolum releuamentum, & onus pecuniarum per §. 25 debitum, hic remitti. Aduerte etiam ad id, quod ibi dixi ſolum remitti quando feudum eſt acquiſitum per ſucceſſionem in linea directa, quia iſte text. generaliter loquitur, & propter fidem filij, liberat filias in primis earum nuptiis, & ſic videretur generaliter intelligendum, etiam ſi ex donatione extranei, vel alunde, quàm ab aſcendentibus feudum eis obtigiſſet, maxime quum iſtud onus valde ſit odioſum, & irrationabile in nuptiis. vt dixi ſupra Gloſſa 2. q. 7. Tamen continuatio huius §. ad præcedentem, & ipſe contextus & verborum ſeries & verba illa, *filiæ primò natæ*, & verbum *filiæ*, quæ nonniſi reſpectiuè ad lineam deſcendentium verificantur, ſatis indicant mentem & intellectum huius §. eſſe qualem dixi.

2. Vltimò quod hîc dicitur de filio, & filiabus non refert an ex parte patris & matris, an ex vno tantum latere coniungantur: quum ſemper parenti communi (à cuius ſucceſſione habent feudum,) æqualiter ſint coniuncti. *text. in Authent. de Nuptiis.* §. finali, ibi, quoniam filij ambo ſunt. & ibi Angelus *col.* 4. Andre. de Pit. *inter conſi. Ludouici Romani conſi.* 447. *in quæſt.* Panormit. *conſi.* 19. *quædam mulier lib.* 1 Et hæc pro elucidatione eorum quæ ſuper hoc §. potiſſimum emergere poſſunt, ſufficiant.

* Hic paragraphus ſine articulus eſt veteris conſuetudinis viceſimus quartus.

* §.

QVand vne femme à laquelle appartient vn fief, ſe marie, il eſt deu rachapt ou relief au ſeigneur feodal.

QVando vaſſalla nubit, debetur releuium patrono. H. D.

* XXXVI.

* Hi omnes paragraphi ſequentes additi ſunt per nouam conſuetudinem.

ET s'il n'y a que filles, ou que le fils aiſné, ſi aucun y a, n'a porté la foy, n'eſt du droict de relief en ligne directe par leſdites filles à cauſe de leur premier mariage, leſquelles neantmoins eſdits cas ou leurs maris pour elles, doiuent porter ladite foy, ſans payer relief.

XXXVII.

MAis ſi elles ſe marient en ſecondes ou autres nopces, eſt deu relief pour chacun deſdits autres mariages.

XXXVIII.

ET ſi pendant ledit premier, ſecond ou autre mariage, ledit fief eſchet à vne femme en ligne directe, ſemblablement n'eſt deu relief pour ladite mutation: mais ſi ledit fief eſchet en ligne collaterale auant qu'elle ſoit mariée, eſt deu relief. Comme auſſi eſt deu en toutes mutations qu'elle fera par mariage: & ſi pendant l'vn deſdits mariages, ledit fief luy eſchet en ligne collaterale, n'eſt deu qu'vn ſeul droit de relief pour ladite mutation, tant pour ſon mary que pour elle.

XXXIX.

LA femme demeurant en viduité apres le decés de ſon mary qui auoit releué ſon fief, & payé les droits pour ce deubs, ne doibt aucun relief, ains ſeulement eſt tenuë faire la foy & hommage, ſi elle ne l'a faite.

XL.

LA femme doüairiere n'eſt tenuë pour ſon doüaire faire la foy & hommage, ne payer aucun relief ne profit, mais eſt tenu l'heritier l'en acquiter & payer le profit, s'il eſt deu de ſon chef.

SVMMARIA §. XXV.

1. *Maritus in propriis vxoris plus iuris habet quã vſufructuarius, quod eſt verum extenſiuè, ſed non intenſiuè.*
Bona vxoris non cenſentur data in dotem.
Feuda mulieris nõ mutãt mallã per matrimoniũ.
2. *Conſtante matrimonio ſolus maritus eſt actus dominus, & poſſeſſor bonorum communium.*
3. *Satis eſt conſuetudinem habere aliquod motiuũ.*
Mulier tranſit in familiam & poteſtatem viri, & velut capite minuitur.
4. *Deficiente æquitate, nulla fieri debet extenſio.*
Tria requiruntur ad effectum huius §.

Digitized by Google

GLO. II. IN VER.

En faiſant la foy.

IN verſi. *in faciendo fidem & homagium.* videndum an gerundium importat neceſſitatem, formam præciſam, & conditionem. & quòd neceſſitatem & formam inducat autumant Bal. Angel. Pet. de Beſu. Aret. *in rubr. ad finem. D. de lib. & poſthum.* per quædam leuia. Sed hoc controuertunt Alexan. & Iaſo. ibi Iaſ. Phil. Deci. Franc. Purpura. in *rubr. C. de eden.* neglectim & ſupine. An autem inducat conditionem? ſolet per manus tradi famigerata quædam theoria Bar. in *l. ſi tu ex parte. D. de acquir. hæred.* diſtinguentis, aut reſpicit verbum vel participium futuri temporis, & inducit conditionem, vt in *d. l. ſi tu. ex parte ad fin.* aut reſpicit verbum vel participium præſentis temporis, & non inducit conditionem, ſed modificationem, vel qualificationem, vt in *l. vim facit. D. de vi. & vi ar.* & hoc omnes ſequuntur. Si libet vide remiſſiue per Iaſ. inſtitu. *in rubr. de actio. col. penul. & fi.* & ſic videtur quod in hoc textu non inducat formam nec conditionem, ſed modum, quia iſtud gerundium reſpicit verbum *liberat*, quod eſt præſentis temporis indicatiui modi. præfata theoria Bar. diu mihi diſplicuit, ita vt olim in collectaneis meis aliam nouam diſtinctionẽ fabricare, & multis argumentis & exemplis fundare auſus fuerim. Et quia non omnino viſa eſt inutilis, operæpretium duxi breuib. omiſſo apparatu recitare: & erat huiuſmodi.

2. Aut quæritur, an gerundium importet neceſſitatem, formam vel conditionem, reſpectu ſui ipſius, vel actus ſui, ſeu verbi à quo ipſum gerundium deriuatur. Et * tunc nullam importat neceſſitatem, conditionem, nec formam, nec ſimplicem & nudam demonſtrationem, quemadmodum nec ipſa quidem verba conditionalia important conditionem reſpectu verbi vel actus in ipſa conditione poſiti, quum eadem non poſſit eſſe conditio ſui ipſius vt omnibus notum eſt. Pro declaratione oculari non eſt aptius exemplum quàm text. noſtri, vt palam eſt hoc gerundium faciendo, nullam imponere neceſſitatem primogenito ad faciendum fidem & homagium: nec hoc reſpectu gerundium quicquam diſponit: ſed demonſtrat aliquid factibile & mere contingens. Similiter in hac conditionali, Titie dando centum hoſpitali hæres eſto, nihil omnino diſponitur nec inducitur circa ipſum dare, ſeu actum verbi à quo gerundium dando dependet: ſed hoc reſpectu ſolum demonſtratur aliquid merè contingens: & ſic hoſpitale nullam habet actionem, nec officium iudicis, contra Titium, vt centum det, & hoc eſt quod vulgo traditur. ea quæ ſunt in conditione, non eſſe in diſpoſitione. text. in *l. ſi quis conditione dandorum decem. D. ſi quis omiſſa cau. teſta. cum vulgo.* Aut quæritur reſpectu verbi vel actus ad quem gerundium confertur & tunc neceſſitatem importat, & formam præciſam. An autem inducant conditionem, non diſtinguo inter verba, vel participia, præſentis vel futuri temporis: niſi in dubio. Sed ſubdiſtinguo inter actus præſentes, & futuros: Ita quòd ſi gerundium confertur ad verba importantia actum præſentem qui tunc geritur: facit modum neceſſarium: Si vero confertur ad verba cuiuſcunque temporis, futuros caſus, vel actus importantia, eorum reſpectu facit conditionem: eodem modo verba conditionalia, reſpectu verbi vel actus demum quem reſpiciunt, diſpoſitionem conditionalem inducunt, & formam neceſſario ſuſpenſiuam.

3. Hactenus diſtinctio noſtra per quam Theoria Bar. prima facie videtur verbalis, magis quàm realis. Tamen maturius cogitanti mihi, rectius viſum eſt theoriam Bart. ſuſtinere & commode interpretari, neque enim

* Nous theorie de verité gerundij.

A verosimile eſt Bart. tam felicis ingenij virum verborum figuram & ſonum ſecutum magis quàm ſenſum contra *l. ſcire leges. D. de legib.* Dum igitur in ſecundo membro ſuæ diſtinctionis dicit, quòd gerundium reſpiciens verbum vel participium præſentis temporis, non inducit conditionem, ſed modum: Intelligo quando verbum vel participium præſentis temporis reſpicit & ſignificat actum præſentis temporis. Secus ſi reſpiciat & importet etiam actus futuros & gerendos: quia tunc gerundium iunctum verbo vel participio, cuiuſcunque temporis facit conditionem, vt paret in text. noſtro, verbum liberat, reſpicit & importat liberationes futuras: ita quòd hæc clauſula, primogenitus faciendo fidem, fratres liberat: æqualiter & reſoluitur in hanc clauſulam, ſi fidelitatem fecerit fratres liberabuntur: quæ eſt
B vera ſua exponens & equipollens. Et ita puto Bartol. intellexiſſe, & ſi interrogatus fuiſſet, reſponſurum fuiſſe. Ad hæc facit quod eleganter Andræas Alciat. in gloſſ. *l. cum quærebatur. D. de verbor. ſignificat.* quòd participium ipſum licet præſentis temporis, ſi tamen futuros caſus reſpicit, conditionem inducit: non igitur à ſimplici verborum ſono, ſed à ſtatu & veritate rei præſentis vel futuri metiri debet conditionis aut diſpoſitionis vis & effectus. pluſculum longior fui quam vellem, ſed impulit me vtilitas rei ab aliis neglectæ: & quantum lucis afferat hæc inueſtigatio plenius noſcetur ex his quæ tractare intendo ℣. §. 20. *gloſſ. 7. in verſicul. ſoluendo. & in* §. 92. Reſoluendo aduertendum quod hæ
C theoriæ non ſunt perpetuæ. Quia non tam debet inſpici forma vel collocatio verborum, quam ſubiecta materia cui ſubſunt, & ſecundum quam intelliguntur & reguntur omnes conjunctiones etiam de ſe mere conditionales vt conjunctio ſi text. cum gloſſ. in *l. eas cauſas. de condition. & demonſtration.* Bartol. & Socin. in *rubr. & in l. quibus diebus* §. *terminus de conditio. & demonſtra.* Alberic. *authen. hoc ius C. de procura.* Bal. *l. 3. in fin. C. de actio. empti.* Ludouic Roman. *conſilio 376. col. 3.* Alexand. *conſi. 22. nu. 5. lib. 1.* vbi in annot. tetigi. Iaſ. in *l. ſi mater. col. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum. lect. 1. col. 4. D. de lib. & poſthum.* Canoniſtæ in *c. verum. extra de conditio. appoſit.* Non ergo ſemper ſuſpendunt, ſed
D quandoque deſignant modum, quandoq; demonſtrant onera, quandoque cauſam impulſam, vt in *l. Titio centum. de conditio. & demonſtrat.* Imo etiam hæc verba, expreſſa ſub hac conditione, non inducunt conditionem, ſed modum, text. in *l. mœnia de manu. teſta.* quam Nicol. de Neapol. ibi & Ant. Corſet. in *ſingu. verb. manumiſſio.* malè faciunt ſingularem quia eſt ſimilis text. in *l. ea conditione.* vbi Bald. Saly. *C. de reſcind. vendi.* Et quamuis Bart. *in repet. c. Raynutius. charta. 16. extrà de teſtam.* quem ſequitur Antho. Corſet. *in ſingul. verb. manumiſſio.* dicant in *d. l. mœnia.* Ibi ſpeciale eſſe fauore libertatis, hoc non eſt verum, ſed eſt ius commune, probo per text. *d. l. ea conditione*, quæ loquitur
E in materia indifferenti & promiſcua contractuum, & hoc niſi clarè appareat quod diſponens velit conditionem illam prius impleri.

4. PRIMO quæro, vtrum ad effectum huius §. debeat primogenitus fidelitatem facere integre pro ſolido feudo, comprehenſis portionibus fratrum: An ſufficiat eum fidem præſtare partis ſuæ, quam habet in feudo? Videtur quòd debeat facere fidem totius rei feudalis: Tum quia cuiuſlibet rei ſimpliciter probatæ, de tota & integra intelligitur: Igitur & hic de tota & ſolida fide totius feudi intellectum cenſetur per no. ℣. §. 1. *glo. 5. not. 3. num. 14.* Tum quia non agitur de liberando filio,

ſed de filiabus liberandis, nec de onere filij, vel portionis ſuæ, quod nullum eſt, ſed de tollendo onere portionum filiarum nupturarum. Igitur ad hunc effectum cõſequendum, non debet filius fidem domini ſubire pro ſe, vel parte ſua tantum, ſed pro ſororibus nupturis, & portionibus earum, vt* talia ſint ſubiecta, qualia prædicata permittunt & oſtendunt, iuxta text. in *l. 3. in prin.* & ibi Bar. *D. de fund. inſtruct. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus.* & ibi Bal. *D. de interrogatio. §. præterea. in fi. inſti. de inuti. ſtipu. c. inter dilectos §. cæterum.* & ibi gloſſ. in *verſ. nequiuiſſent de fid. inſtru. gl. fin. in c. dudum de deciſi.* Et vt cauſa congruat, quadret, & correſpondeat effectui: ſiquidem cauſa impertinens non efficit. Arqui filium fidelitatem præſtare pro ſe & parte ſua tantum, nihil habet commune cum partibus filiarum, igitur ad earum liberationem prorſus impertinens & inutile eſt. Vnde videtur quòd primogenitus tam ſuo proprio quam ſororum nomine fidelitatem totius feudi præſtare debeat, prout in ſimili conſuetudo Meldenſis *art. 140. & ſeq.* de Lorriz. *eo. tit. §. 32.* vult primogenitum fidelitatem poſſe facere pro omnibus filiis: quod intelligitur non ſolo nomine proprio, ſed etiam fratrum & ſororum nomine, & talis videtur eſſe mens noſtræ conſuetudinis, prout clarius probari videtur infra §. 28. vbi ad hoc vt teneatur patronus expectare ſacramentum fidelitatis, debent omnes filij & filiæ eſſe infra ætatem ad hoc requiſitam: ita quòd ſi vel vnus ſit in ætate congrua, non tenetur patronus aliquam tolerantiam fidei concedere. Et ſic præſupponitur quòd habens ætatem congruam poteſt totius feudi fidelitatem integram præſtare, tam pro ſe, quàm pro reliquis fratribus & ſororibus infra idoneam ætatem conſtitutis.

* Talia ſubiecta qualia prædicta.

5. His non obſtan. dico ſufficere filium pro ſe, & portione ſua tantum, fidem facere, cum id non poſſit pro aliis, nec pro partibus alienis, vt deduximus ſupra §. 1. *gloſſ. 4. num. 37.* Niſi vbi conſuetudo permittit vt pro omnibus faciat, vt Melden. §. 14. de Lorriz. *eo. li.* §. 32. Aurelian. §. 35. 49. 64. Et dominus ſit paratus nolens diuidere. Tum illud gerundium faciendo facit & homagium abſolute ponitur, & ſolius filij actum demonſtrat: igitur ſimpliciter & abſolute demonſtrat actum propriè filij, ſcilicet nomine filij, & non alieno nomine fiendum. *l. & magis. D. de ſolu.* Quod ſi conſuetudo vellet & intelligeret filium nomine ſororum fidem facere, rationabilius & veriſimilius expreſſiſſet filias liberari per fidelitatem ab ipſiſmet vel maritis earum præſtandam, imò etiam hoc non exprimendo tacite & neceſſariò diſpoſuiſſet, multo fortius filias liberari per ſeipſas vel per maritos fidem facientes, quàm per alium: quum virtus omnis & efficacia conſiſtat in principali efficiente, & non in miniſtro, vel organo. Sed conſuetudo nec vult nec intendit filias, vel earum ſponſos, quantumcunque perſonaliter fidelitatem præſtantes liberari: igitur nec filio earum nomine tantum fidem ſubeunte. vult ergo & intendit filium nomine ſuo proprio: & ſic pro portione ſua fidem præſtare. Quòd ſi quis pertinacius inſiſtat intelligendum quod fidem præſtet ſimpliciter pro feudo, vt ſic videatur præſtare pro ſolido, partibus ſuorum velut conniuentibus oculis comprehenſis, & vt quidam practici dicunt ſub concha primogeniti latentibus, hoc eſſet prorſus ineptum: vtpote cum neque filiæ, neque earum ſponſj, propter hoc in fide parroni eſſe cenſeantur, & cum effectu cogi poſſint ad eam ſubeundam, vt ſtatim dicam. Tum quod peremptorie cunctis præcidit, ſi quoquomodo exprimeretur, vel intelligeretur, filium pro ſolido feudo, & ſic tam pro ſe quàm pro filiabus, fidem facere debere: patronus liberè poſſet eum repellere, quatenus filias & earum portiones tangit per deducta in §. 1. & j. §. 67. Et ſic eſſet in ſua mera facultate, an filiæ hoc beneficio gauderent, an non, quod eſt abſurdiſſimum, & contra diſpoſitionem expreſſam huius §. non enim tenetur patronus inuitus admittere in fidem primogenitum vel alium nomine filiarum: etiam data inſufficienti ætate reliquorum filiorum & filiarum: quamuis ſimpliciter aliud ſit de conſuetudine Meldenſi. vt dicemus j. §. 41. Igitur clariſſime & neceſſario concluditur, primogenitum pro ſe & portione ſua tantum, etiam cum expreſſa hac limitatione fidem facientem, vel offerentem liberare ſorores à releuio primarum nuptiarum. Ratio autem huius conſuet. fuit partim, quoniam caput & maior pars feudi eſt penes primogenitum, in quo & dignitatis & genituræ ſplendor reſidet: partim vt in gratiam primogeniti gratificaretur filiabus: partim vt immunitati liberorum vel hoc caſu adito conſuleret, vtque primogeniti alliciantur ad citius adeundum & officioſe præueniendum dominum, nec omnes rationes in omnibus inquirendæ ſunt *l. non omnium. D. de legibus.* & ſat eſt conſuetudinem aliquod habere motiuum, vt inquit Bal. in *l. de quibus col. 12. D. de legibus.* Ex quibus ſatis apparet dilutio rationum dubitandi, ne in alterius pergam, prolixitatis aut nimis anxiæ ſcrupuloſitatis arguar.

6. SECVNDO quæro, ſi* primogenitus nolit clientelare obſequium ſubire, an poſſit cogi via actionis, vel officio iudicis à filiabus: vel an eis teneatur in id quod intereſt, vel huius intereſſe ratio ſit habenda in diuidenda communi hæreditate, aut alias conſultum eis iri poſſit.

* Primogenitus quemadmodum ad clientelare obſequium præſtandum à ſororibus ſuis cogi poſſit.

¶ Videtur quod non, quia iſtud ponitur ſolum in conditione huius §. & tantum demonſtratur, vt contingenter futurum, & ſic conſuetudo nihil omnino de hoc (videlicet an facere teneatur vel non) diſponit. *l. ſi quis ſub condi. D. ſi quis omiſſ. cau. poteſt. & bo.* tex in *l. cum ab eo. D. de contrab. empt. & vendi.* Sed relinquitur in mera facultate, & incerto euentu vt prius. Tum ſi conſuetudo intenderet filias poſſe compellere fratrem ad hoc faciendum, vel in id quod earum intereſt, iam non concederet eis beneficium conditionale, & ſuſpenſum in euentum incertum, ſed purum & certum, quod videtur contra verba & mentem text. vt in *princ. huius glo.* Confirmantur hæc per text. in fortioribus terminis in *l. qui autem. cum poſſit in prin. D. quæ in fraud. credi.* vbi etiam lucrum oblatum in necem creditorũ ſuorum recuſans non propterea tenetur. Ergo primogenitus iſte minus tenetur ſororibus quibus non eſt debitor, etiam ſi patronus præſens velit eum nunc in fidem admittere & gratiam loci dominantis adeunti facere.

¶ Quibus nonobſtantibus dicendum etiam iudicio familiæ herciſcundæ rationem habendam huius culpæ, quia* ſocius qui in re communi male verſatur omittendo id ad quod res eſt deſtinata, vel id quod ſecundum ſuum proprium officium ſibi incumbit & facere debet, & in re communi, quo ſtatus* rei ſit melior ſaltem conſeruetur, ſocius tenetur non ſolum de dolo & lata culpa, ſed etiam de leui culpa. *l. ſi certo. §. nunc videndum. D. commoda. l. cum duobus §. 1. D. pro ſocio.* Io. Amicus *conſ. 38.* Idque non ſolum inter ſocios ſocietate conuentionali, de qua in *d. tit. pro ſocio.* Sed etiam inter quoſuis ſimpliciter communes. Et ſic iſte ſiue doloſus, ſiue moroſus ſorores ſuas ſua culpa damnificans, tenetur eas indemnes reddere. Aut ergo eſt in ætate & poteſt compelli vel tenetur ad intereſſe. Aut eſt infra ætatem debitam, & adhuc eximit ſorores: quia non poteſt interim releuium à nubentibus exigi. Quamuis enim dominus non teneatur iuniorem in fidem admittere, tamen tenetur inducias dare. Quid ſi filius relinquat filium antequam fidem faciat? Idem dico tum fauore liberationis, tum quia iſta habet omne ius & prærogatiuam primogenituræ.

* Socius ſuã culpam quã culpam præſtare debeat.

* Lego quo ſtatus rei ſi non melior, ſaltem conſeruetur.

8. TERTIO quæro, quid ſi à ſororibus vel earum ſponſis accipiat pecuniam, vel aliquid aliud extorqueat vt in fidem domini ſe conferat, & ſic fiat locus beneficio huius §. Reſpondeo quod iniuſte & malo more faciat, non enim debet vendere beneficium alienum, videlicet

à conſuetudine gratis conceſſum. Nec officium conuertere debet in negotium. Scio multos aliter argutari poſſe, ſed quo ſe cunque vertant non poteſt abſque proteruia, & tergiuerſatione, conſcientiaque & rationis dictamine retragante negari: quin iſtud ſit turpe lucrum, & ſic * turpiter acceptum, ergo per condictionem ad turpem cauſam repetendum, & hoc puto verum, etiam in contradictorio iudicio. quod no. ad pulchram quæſtionem, quam reſeruo infra ſuo loco. Amplio etiam, ſi quod accipit, non ſint niſi impenſæ profectionis ad patronum, quia ſuis & non alienis impendiis debet inueſtiri. Secus ſi pure liberaliter ſibi offerrentur, & non auare extorqueret nolens aliter proficiſci. Item ſecus, ſi ex qua alia iuſta cauſa nollet. vel adhuc differre vellet adire dominum, puta propter periculum viæ, vel imminentia negotia, à quibus intempeſtiuè auocatur vt aliis profit. Hæc enim & alia quæcunque turpitudinem recipientis excludentia, conditionem dubio procul excludunt.

* Turpiter accipienti condicitur.

9. QVARTO quæro, patronus non curat iura dominicalia exequi contra primogenitum, à quo ſtatim, vt exuſcitatus eſſet iuſta offerente, nihil eſſet laturus, atque interim minus curæ eſt primogenito non petitum obſequium præſtare, quum per conſuetudinem liberè liceat ei frui iure ſuo quandiu patronus ceſſat: filia nubit, cuius portionem feudi patronus prehendit & ſuſtinet manus iniectionem ratione mutationis procedentis ex nuptiis, nec vult nouum ſponſum in fidem admittere, niſi mediante releuamento inde debito, atque interea fructus ſuos facere intendit. An poſſit? videretur quòd non: primo, quia obligatio * pura quæ venit reſoluenda in conditionis euentum, interim non habet executionem nec effectum: & ope exceptionis tutus eſt debitor, donec conditio deficiat. caſus eſt in *l. pecuniam, D. ſi cert. pet.* vbi ita tenent Alberi. Bar. Bal. Pau. Alex. Soci. *no. vlt.* Iaſ. *not* 8. & communiter omnes, & ibi Paul. infert quòd ſi debitori meo feci pactum de non petendo ſub conditione, interim non poſſum agere. Sed licet iſtud releuamentum ſit pure debitum, tamen primogenito quandocunque fidelitatem faciente eſt omnino reſoluendum, igitur non videtur exigendum, quandiu ſpes eſt primogenitum fidem facturum, maxime cum non ſit veriſimile conditionem hanc defecturam nec diu ſuſpendendam. Tum ſecundo in meta pura & propinqua poteſtate patroni eſt, excitare primogenitum, qui ſtatim veriſimiliter metu amiſſionis fructuum patrono obſequetur: quin patronus primogenito indulgendo, deteriorem illum reddit licentia iuxta vetus prouerbium, & in cauſa eſt, vt ſit negligens, & conditioni non pareatur: & ſic videtur per eum ſtare quominus impleatur. Igitur pro impleta haberi debet. *l. iure ciuili. D. de cond. & de.* 10. In contrarium arguitur patronum iure agere, nec ope quidem exceptionis hunc neogamum tueri poſſe, quoniam obligatio pura quantumcunque ſub conditione reſoluenda, interim efficax eſt & poteſt exequi text. eſt ibi gloſſ. & doct. in *l. 2. D. de in di. addict. in l. pure. in princ. D. de dol. mali excep. in l. non ſolum. 1. in fin. D. de libera. lega. fa. optime. l. nõ ideo minus. cum concord. glo. ibi. D. de rei vend. l. ſciendum. §. ſi fundum. D. qui ſatisd. cogan.* Non obſtat communis deciſio. glo. *pen. & doc. in d. l.* * *pecuniam*, quia vt ſimpliciter traditur falſa eſt, & falſis præfatum illatum Paul. ibi nec probatur per illam l. quæ loquitur longe in alus terminis, videlicet quando conditione exiſtente obligatio erat transfundenda in tertium: non autem loquimur quando conditione exiſtente, obligatio eſt penitus extinguenda: ibi agitur de creditore mutando, hic de debitore liberando. ibi duplex præiudicium vertitur, primum tertij, & futuri creditoris, cuius intereſt ſolutionem differri vſque ad euentum vel defectum conditionis ne fraudetur ſuo debito: Secundum ipſius debitoris, ne ſit in ancipiti periculo, iterum ſeu bis, & diuerſis, idem debitum ſoluendi: hic autem vtrumque præiudicium ceſſat: quia ſi conditio exet, non ſoluetur alij, nec iterum. Sed vna antiqua ſolutio ſufficiet, & ita *d. l. pecuniam* intellexit Guil. Cu doctor Gallus, vt ibi teſtatur Alber. Roſatus. & eſt vetus & germanus intellectus ipſius l. quem etiam tandem Phi Deci. *ibi col.* 2. & Alciat. ſequuntur quicquid cæteri deliraſſent, & Iaſ. *ibi nu.* 8. dubitauerit, dum erroneam ſolutionem pen. glo. ibi ſecuti differentiam comminiſcuntur, inter cõtractus & vltimas voluntates, tam ineptè, quàm ſine ratione & lege. Et hunc noſtrum intellectum ſecutus eſt Paul. *in conſ.* 428. *viſis & conſideratis. in princ. vol.* 1. Itaque concludo nullam eſſe inter hæc (videlicet contractus & teſtamenta) data paritate terminorum differentiam.

* Obligatio pura ſub cõditione reſoluenda an interim exequi poſſit.

* Verum intellectus *l. pecuniam. D. de pub. cred.*

11. Et data quòd communis opinio procederet, adhuc nihil reſponſo noſtro officeret, in quo agitur de obligatione, & reſolutione procedente, ex diſpoſitione legis, vel conſuetudinis, * quæ vltimæ voluntati potius, quam contractibus ſolet exæquari, vt not. Bar. in *l. centeſimis ad fin. D. de verbo oblig.* Imol. in *l. ſi ita ſcriptum §. fin. D. de leg.* 2. Alexan. in *l. ea demũ. C. de colla. & firmat.* Franciſc. Cur. ſeni. *conſ.* 27. *nu.* 11. *per l. ſeruus hac lege. D. de manu.* Non obſtat ſecundum, quia non tenetur patronus clientem interpellare, nec debet eum requirere, ſed ab eo requiri, vt tactum eſt *ſupra §. 1. gloſſ. 4. in princ.* Et ſatis eſt quod non ſit in mora, & contumacia vera recipiendi primogenitum in fidem, nec dicitur impedimentum præſtare, nec quicquam facere, quominus conditio impleatur. Quid dicendum? Concludo pro prima parte, quia ſi primogenitus eſſet infra viceſimum annum completum. patronus non poſſet releuium exigere à neogamo, quia tenetur inducias dare primogenito ĩ. §. 41. Et ſic perinde eſt ac ſi eas dediſſet, & multominus ſi eas expreſsè dederit: ergo idem ſi tacitè det, prout tacitè dat, quandiu eum tolerat. §. 61. ĩ. *eo.* Tum vt euiteturr occaſio fraudum & colluſionum, tum quia hoc beneficium eſt fauorabile.

* Statuti vel conſu. diſpoſitio vltima voluntati potius quã cõtractui æquiparatur.

12. QVINTO quæro, ſtante eodem themate, patronus exegit releuamentum à nouo ſponſo, eúmque pro portione vxoria in fidem admiſit, & inueſtiuit, poſtea contigit primogenitum clientelare obſequium agnoſcere: An ipſe ſponſus poſſit repetere releuamentum ſolutum? dicendum quòd ſic, non tam condictione indebiti, quàm condictione ſine cauſa, quia poſt ſolutionem extitit conditio obligationis reſolutiua, & ſic cauſa tempore ſolutionis apparenter iuxta ex poſt facto rediit ad non iuxtam cauſam. text. in *l. 1. in fin. l. 2. in fi.* & ibi Bar. Paul. *D. de condi. ſine cau.* Quod ampliatur, etiam ſi tempore ſolutionis primogenitus nedum eſſet procraſtinator obſequij, ſed denegator & in expreſſa cõtumacia, & contemptu interpellationum patroni, quia propterea non deficit conditio quum poſſit ſemper quandiu viuit primogenitus impleri: non enim requirit hic §. primogenitum fidem præſtare ante primas nuptias filiarum: ſed loquitur indiſtincte ſiue ante ſiue poſt quandocunque præſtetur.

* Pendente conditione non cauetur, niſi in vltimis voluntatibus.

13. SEXTO quæritur, an iſte neogamus ſoluens releuium, viuo adhuc primogenito, petere poſſit ſatiſdationem à patrono, de reſtituendo, conditione iſta extante: vel in defectum ſatiſdationis conſignare? Et videtur quòd non, quia huiuſmodi * cautiones non habent locum, niſi in vltimis voluntatibus *vt l. 1. & per to. D. vt lega. ſeu fideicom. no. caueat l.* 1. & per to. *C. vt in poſſeſſ. lega. l. pure in prin. D. de do. mal. excep.* Secus in alia materia etiam in bonæfidei iudicio. vt tradunt glo. & doct. in *l. pecuniam. D. ſi cert. pet.* niſi propter ſuſpicionẽ probabilẽ vel aliã iuſtã causã & cauſa cognita *l. inter omnes. D. qui ſatisda. cogan. l. in omnib. D. de iudi. l. ſi creditores. D. de priuileg. credi. l. creditorib. D. de ſepara.* Iaſo. in *l. ſi conſtãte. col.* 9. *n.* 58. *D. de ſolut. matri.* Et idẽ in ſtatutis vt pulchrè tradit. Bal. in *conſ.* 413. *an ille libr.* 3. Poterit tamen petere ſimplicem cautionem,

Digitized by Google

seu promissionem cum generali hypotheca bonorum vt tradit Bal. in *d. con.* idque sub fide publici instrumenti vt no. Aug. in *l. si pupillus. in prin. super gl. in ver. habet. D. de nouat.* Ias. *l. 2. in fi. princ. D. solut. matri.* Sed certe recte perpendendo prędicta loquuntur, quando quis obligatus est non pure, sed sub conditione, vel in diem ad soluendum vel tradendum adueniente die vel conditione, non autem quando quis pure tenetur ad soluendum, vel sub certa conditione vel certo euentu repetere poterit: quia si tempore solutionis, & antequam soluat, immineat de propinquo casus vel euentus restitutionis, potest exigere satisdationem de restituendo. *l. si post perfectam. C. de euictio.* De quo scripsimus *infra* §. 22. *qu.* 12. Sed quum iste maritus habeat interim exceptionem plusquàm dilatoriam, potest offerre releuium accepta satisdatione, vel illud planè denegare, nisi quod patronus potest offerre eum in fidem antea sine prætudicio releuij peten. conditionis, deficiente via actionis petendi. Sed nuper in diem sub conditione insolutiua inuito vassallo qui non tenetur quantum ad hoc state in pendenti.

14. SEPTIMÒ quæro, quid si primogenitus ritè & debitè oblationibus factis ante vita quam obsequio functus est? Breuiter dico perpetuam huius releuij liberationem sororibus incommutabiliter quæsitam vt patet per omnes casus discutiendo. Aut enim patronus in vera vltima * mora & contumacia est, puta verbo vel facto, sine iusta causa, recusando oblatum obsequium, vel se ad hunc finem absentando, aut alias per se, aut alium, quouismodo faciendo, & impediendo quominus conditio huius §. impleretur. Et tunc in hoc statu decedente primogenito, verum est dicere quòd dolo, culpa vel fraude patroni, periit spes implendæ perpetuo conditionis: ideo omnino pro impleta habetur, & vere & incommutabiliter est locus beneficio huius §. Aut patronus non fuit in culpa ad hoc ordinata, nec in naturali, & regulari mora, puta tempore fidei in loco dominanti oblatæ erat absens, siue causa reipub. siue negotiorum suorum, aut voluptatis gratia, non refert modo non fraudulenter vel ex præparato, & tunc aliud prima facie videretur, quia quamuis primogenitus censeatur quo ad se satis diligens & fecisse quicquid in se est, & eius respectu, patronus etiam ignorans reputetur esse in mora, ita vt non possit cum effectu illius feudum prehendere, vel prehenso, frui, vt diximus 3. §. 1. *gl.* 4. *quæst.* 3. *& latius* 3. §. 63. Tamen huiusmodi mora est ciuilis & interpretatiua, non naturalis, & sic non extenditur ad alias personas. *arg. l. primo. C. de præscript. long. temp. not. in l. naturaliter.* D. *de vsucap.* Et sic hæc conditio quæ non est formaliter impleta, vt constat, licet posset haberi pro impleta quantum ad commodum & securitatem primogeniti quandiu in eodem statu erit, tamen non potest haberi pro impleta, respectu filiarum, & maritorum earum: quia patronus non impediuit nec curauit impediri quominus impleretur: & sic non fuit proprie in culpa, nec in vera & naturali mora, nec prodest allegare quòd si tempore allegationum patronus fuisset in loco dominanti, vel aliquem tunc ibi dimisisset cum potestate vassallos in fidem admittendi, conditio verè impleta fuisset, quia hoc non sufficit respectu tertij, nec facit quòd conditio debeat haberi pro interpretatiuè & ciuiliter impleta, ex quo non apparet de dolo vel alia machinatione ad hoc ordinata, alioquin duo aut tria specialia in idem concurrent. Primum, quòd fortuita absentia domini, interpretaretur vel potius fingeretur esse vera recusatio vel impedimentum, admittendi vassalli. Secundum quòd huiusmodi recusatio vel impedimentum, interpretaretur esse verum conditionis implementum. Et tertium, quod huiusmodi commentum ad tertias personas produceretur. Atqui specialitates non debent multiplicari, sed minui. *gloss. fin.*

* Differentia inter moram veram & fictam.

in cap. præterea. de verb. signif. nec plures debent simul ad aliquid conflandum cumulari. *l. 1. C. de dot. promiss. cum vulg.* Sed his non obstantibus dicendum liberationem incommutabiliter quæsitam sororibus, ex quo primogenitus fecit quod in se fuit, & in eo statu decessit. Secus si à patrono requisitus obsequium denegasset, & in vltima mora fuisset. Quia nisi, per eius hæredes purgatur mora, cessabit beneficium huius §. spem &c. spem in perpetuum defeciisse puto, nec impleri posse per eius hæredem, nisi esset suus filius primogenitus ei succedens in iure & qualitate primogenituræ, vt dixi supra *eod. gloss. 1. q. 3.*

15. OCTAVO subsequenter ad pleniorem examinationem quæro, quid si primogenitus à domino moram purgante interpellatus, recusauit obsequi, & in vltima mora constitutus fuit & remansit? videretur non esse locum huic §. tum quia * vltima mora attendi debet, & primam absorbet, eaque & non prima nocet text. in *l. illud.* D. *de peri. & commodo rei vend. l. interdum. in fi. l. si seruum. §. sequitur.* D. *de verb. obli.* Tum quia primam moram, & contumaciam etiam expressam, primogeniti denegantis fidelitatem, licet deficiat conditio huius §. quantum ad statum de præsenti, hoc est, non extat, tamen non funditus, nec proprie deficit: sed quandocunque postea purgata mora & fide facta, verè & efficaciter extat conditio, & competit beneficium huius §. Igitur è conuerso dato quod patronus fuerit in vera & in iusta mora, per quam videatur extitisse conditio: tamen si postea illa mora resoluatur, & primogenitus in contraria mora constituatur, videtur deficere, non conditio, sed illud imaginatium & interpretatiuum conditionis implementum. Tum sicut hoc casu prior mora domini absorbetur, ita & omnis effectus illius moræ, saltem fictus ille & interpretatiuus, de quo agitur, absorbetur, & euacuatur, & censetur tale * fictum implementum, in sola mora fundatum, & residens, implicitum habere eundem resolutionis statum, qui eidem moræ inest in casum superuenientis moræ contrariæ. Igitur per text. & not. Alexandr. Ias. *in l. fi.* D. *si ex noxa cau. aga.* non obstat regula *l. iure ciuili.* D. *de cond. & demon.* quia licet conditio habeatur pro impleta, tamen si petatur implementum, fieri debet: quum sit in recompensationem oneris, vt ibi vult Soci. *n. 3. in fi.* post Paul. & alios.

* Vltima mora nocet.

* Fictum cõditionis implementum non liberat ab implendo quod intelligo, vt infra n. 17.

16. In contrarium (& hæc est veritas) arguitur, quia statim quod patronus indebite recusauit, vel impediuit, fidelitatem primogeniti: maritus filiæ fuit liberatus à debito releuamenti per hunc §. iuncta dispositione iuris communis, *d. l. ciuili de cond. & demon.* ita quòd nedum non potuisset patronus ab eo petere: sed etiam maritus potuit fidem & homagium portionis feudi vxoris suæ offerre, sine aliquo releuamento, nec potuit patronus recusare, sed necesse habuit admittere, sine alia vtilitate: ergo maritus perfecte liberatus fuit. Igitur effectus liberationis perfectus & consummatus fuit, & sic quantumcunque postea causa liberationis cesset, vel reseruetur, & quicquid fiat vel contingat, non reuocatur effectus semel consumptus vt tradit Bart. & alij in *l. 2. ad fi.* D. *de dona per l. fi.* D. *vnde lib. cum vulg.* Et quum liberatio semel quæsita traxerit secum executionem, non potest prodesse patrono velle purgare moram, vt decidit Bar. in *l. si in insulam. col. 4. q. 4.* D. *de verbor. obliga. vbi not. omnes scrib.* quòd * quando executio est facta à lege vel ab homine, non admittitur purgatio moræ, & allegant text. in *l. si is cui.* D. *de lega. 2.* sed melius in proposito facit *l. fi. C. de condition. infer.* vbi Bar. ad *fi. per illum text.* notat amplius non requiri nec excipi conditionem impleri, ad hoc text. in *l. Lucio. de legat. 2. in l. apud Ausidium. de option. lega.* Secus si executio non esset perfecta, *vt est text. sing. in l cui fundus in fin.* D. *de condit. & demonst.* secundum subtilem inductionem Petri Pertici: quamuis Ang. in *d. l. fin.* controuertat. de quo alias fusius tractabimus. & Bartol.

* Executione facta à l. vel ab homine non admittitur mora purgatio.

igitized by Google

seq. Salic. Paul. Philip. Cor. in *d. l. fin.* idem prius tenuit Alberic. post Pet. in *l. si plures. quæst. penul. C. eod. tit.* Idem voluit Imol. in *l. in testamento. 2. D. de cond. & demon.* quem seq. *ibi.* Socin. *col. 2. in versic. sextus casus.* Alex. in *l. 1. col. 3.* & ibi Phil. Cor. *col. 2.* Deci. *col. fin. C. de condit. instit.* vbi omnes conueniunt quòd in conditionibus saltem executione semel facta, nullum modo habet locum purgatio moræ, nec vltima mora nocet, vel absorbet priorem.

17. Vnde non obstat quod allegatum fuit ad limitationem *d. l. in iure ciuili*, quia illa limitatio procedit respectu ipsiusmet obligati, & implere debentis, qui potest in mora constitui via actionis, vel exceptionis: & sic posterior mora potest ei imputari & præiudicare. Secus in tertio qui non tenetur implere, nec potest de hoc interpellari, nec in mora constitui, & aliena mora sibi non potest imputari, ergo nec præiudicare saltem executione secuta vt hic. ad hoc *l. vlt. C. de pact.* Tum videtur valde inconueniens, quòd superueniens malitia primogeniti possit auferre istis puellis, & earum primis matitis beneficium iam acquisitum: & maxime quum sit eis acquisitum, ex beneficio consuetudinis, & non beneficio primogeniti, quia etiam beneficium mihi semel quæsitum per factum alterius non perdo quicquid postea ille faciat vel omittat. *l. nonnumquam. l. seq. §. sed si vnus. D. de lega. præstan. l. si post mortem. in fi. D. de bonor. possess. contrab.* Tum hæc immunitas feudi, & matrimonij, est fauorabilis, & latissimam recipere debet interpretationem, tam ex parte feudi, quod magis est gratia & beneficium, quàm contractus, vt tradunt feudistæ in prælud. feud. quàm ex parte matrimonij. *c fi. de re iudic.* Et maxime honore & fauore primarũ nuptiarum. Igitur quum simus in beneficiis quæ per se latissimam interpretationem desiderant. *l. fin. D. de consti. princ cap. cum dilecti. de donat. cap. olim. de verbor. signif.* tanto pleniori fauore adiuuanda sunt, quãto fauorabilioribus causis (vt in præsenti) conceduntur.

18. Et è diuerso huiusmodi releuamentum, * & onus cuniarum, est de se odiosum, & contra propriam naturam feudi, vt per Bal. & alios in *l. qui se patris C. vnde lib. & in prælud. feud.* hic vero vbi exigitur ratione matrimonij, est odiosissimum: nec enim iuris optimi est, matrimonũ, cum tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, aduentitiis etiam cumulare ponderibus, in quit aureus ille tex. *l. vnica. §. si vero. de imponen. lucrat. præscrip. lib. 10. C.* vbi etiam veræ & perpetuæ donationes, & alienationes fauore matrimonij eximuntur ab omni lucratiua descriptione, & alio onere.

* Quàm sit odiosum huiusmodi releuamentum.

19. Atqui in præsenti casu cum * mulier nubit, feuda sua & cætera propria non alienantur, nec transferuntur in maritum, & etiam si censeantur cedere in dotem, tamen maritus non efficitur, nisi vsufructuarius quandiu durabit matrimonium, vt latè tradam infra §. 108. nec desinit mulier esse vassalla, quinetiam vnà cum viro potest offerre, & debet admitti in fidem & homagium: nec ipse maritus posset admitti in fidem, & inuestiri simpliciter nomine suo: sed nomine maritali, & ad causam vxoris: non quòd sit nouus dominus feudi, sed quia est caput vxoris, quæ repræsentatur in viro, sicut corpus in capite, *cap. hæc imago. cap. cum caput. 33. quæst. 5.* vt dicemus infra §. 35. Et sic verè & propriè non fit dimissio fidei, nec mutatio feudi, vel vassalli. Quinetiam si mulier venderet alicui, nomine suo, & perpetuo vsumfructum feudi sui, nullum releuamentum, nec aliud commodum deberetur patrono, vt infra §. 51. Sed cum nubit non fit tanta mutatio vel translatio feudi, quia nihil transit in virum nomine suo proprio, sed nomine mariti: & sic inquantum tanquam caput vxorem repræsentat duntaxat, nec potest iura feudi actiuè nec passiuè administrare, vel exequi, in alia qualitate, & sic semper ipsa vxor videtur administrare & exequi, & realis possessio & administratio viri, est possessio & administratio ipsius vxoris, vt latius infra §. 108.

* Per nuptias feudum propriè non aperitur.

A Igitur minor est ratio, & maius odium, exigere releuamentum hoc casu, quàm in præcedenti, in quo tamen nihil debetur. Et vt ingenuè quod sentio proferam, huiusmodi releuamentum est satis irrationabile, & prorsus illiberale & sordidum: & videtur ex imperitia, & auaritia ab initio irrepsisse. Igitur quantum fieri potest restringendum, *l. quod vero. l. quod non ratione. D. de legib. l. quod contra rationem D. de reg. iur. cap. qui à iure. de reg. iur. in 6.* Tum quum reipub. interest mulieres nubere, & filios procreare, *l. 1. D. solut. matrim.* hoc casu releuamentum exigere est contra bonum reip. & non parum multum contra bonos mores, quum amissionis fructuum integri anni metu retrahat à matrimonio, maximè nobiles, quibus non solent esse alij à feudo redditus, nec repositum peculium, *l. Titia. in prin. D. de verb. oblig. cap. gemma. de spons.* Tum ex huiusmodi onere directo minuitur dos mulieris, & ex beneficio huius §. augetur, imò tantum non minuitur. Igitur in dubio pro dote & beneficio huius §. respondendum & iudicandum est. *l. in ambiguis. D. de iure dot. l. in ambiguis pro in prin. D. de reg. iur. plene per omnes. in d. l. 1. D. solut. matr.* Et etiam circunscripto huiusmodi fauore, & natura feudi, & reliquis circunstantiis, hæc est humanior sententia, quam potius eligendam volunt iura *l. si. C. de comi. ser. manu. l. semper in dubiis. D. de reg. iur. l. Arianus. D. de action. & obli.* cum similib.

B

C

20 Hæc quæstio iam satis abundè deducta est, sed quia adhuc occurrunt multa non inutilia, rursus pro prima parte arguitur quòd hæc consuetudo aduersus rigorem *d. §. * 25.* noluit subuenire, nisi in casu, & sub conditione huius §. itaque si primogenitus vere * & actualiter fidem & homagium fecerit, tunc verum est quòd quicquid postea agant cliens & patronus illam fidelitatem mutuo consensu annullando, resoluendo, vel aliter immutando, nil possunt immutare, de beneficio liberationis perfectè & incommutabiliter quæsitæ filiæ, & eius sponso, quum conditio vere & realiter extiterit nec possit infecta fieri, vel haberi, & semel vel momento verè extitisse sufficiat. *l. si quis heredem. C. de instit. & substit. l. 2. C. de posthu. hared. instit. l. cùm vxori. C. quandi. lega. ced.* Sed quando non verè, sed fictè & interpretatiuè extat, facilius haberi potest pro infecta, quum non sit opus haberi pro infecta fidelitatem ipsam quæ nunquam interuenit, sed diligentiam & oblationem, quæ ex posteriori mora vere & funditus aboletur, & absorbetur, vt not. doct. in *d. l. in iure ciuili. & locis præallegatis.* Hinc in simili decidit Bal. in *l. si pro ea col. 8. C. mand.* quòd actio semel quæsita fideiussori, propter dilapidationem rei principalis, cessat illo reuerso ad sanos mores, quia illa actio non fuerat quæsita, ex directo & formali implemento mandati, sed ex quadam speciali dispensatione, quæ facilius tollitur quam ius commune, *l. eius militis. §. militia missus. D. de testa. milit.* nec congrueret verbis nec menti huius §. quod fides & homagium censerentur facta & præstita per primogenitum iniustè ea recusantem, ex eo solo quod patronus prius in mora fuerit, imo verum est dicere adusque defecisse. & deficere fidelitatem per eum debitam. Sed impossibile videtur respondere ad primum illud, & fortissimum secundæ partis argumentum, quoniam si dicamus huiusmodi * liberationem non trahere secum executionem perfectam, idipsum esset negare liberationem sequi, quia si est liberatio, non potest secum non trahere executionem, & fieri ipso iure. hoc enim importat verbum liberati, vt not. Iaf. in *d. l. si insulam in 6. notab. D. de verb. oblig.* probatur per text. in *l. cum quis. §. si debitorem. D. de solut. & per locum à primatiue oppositis.* Si vero negemus conditionem haberi pro impleta, aperta fronte negatiue videtur. in *l. iure ciuili.* cum similib. quum ex hypothesi is qui futurus est, ex implemento obligari fecerit quominus impletum esset.

D

E

* Est pars huius §. inf.

* Differentia inter & facti implementa.

* Liberatio trahit secum executionem.

21. Dico quod ingenij exercendi causa responderi posset, quòd non sumus omnino in terminis regulæ *d.* * *l. iure ciuili*, propter duo. Primum quia ibi conditio venit implenda ab ipsomet qui quærit commodum ex implemento, hic autem venit implenda à tertio. Sed hoc per se nullomodo sufficeret. Secundum, est quòd ibi id quod implendum est, est in mera conditione, & non in obligatione: hic autem conditio est in obligatione præiacente, & ideo non imitatur naturam simplicis, & nudæ conditionis, casualis, vel mistæ, quam sat est momento semel impletam esse, sed imitatur naturam & effectum obligationis, à qua incipit. Ideo quemadmodum primogenitus quantumuis ritè rectèque iusta offerens, non tamen liberatur à præstanda fidelitate, etiam ope exceptionis, sed solam securitatem tantisper consequitur, dum in proposito perseuerat, & quandiu per contrarium factum, vel denegationem, non incipit esse in vltima mora: eodem modo videtur dicendum, quòd hæc conditio, si fidem & homagium fecerit, non impletur nec pro impleta habetur, quantumuis debite obtulerit, & indebite reiectus sit, nec liberatio acquiritur illis qui eam expectant, & habituri sunt ex implemento conditionis. Sed interim solum paratur eis securitas & exceptio dilatoria, vt non possint exigi, nec ad soluendum relevamentum compelli quandiu per patronum stat quominus sibi impleatur. Et hoc quia huiusmodi conditio regulatur & intelligitur secundum obligationem principalem. Et in effectu tantum valet dicere si filius fidem & homagium fecerit, ac si dicatur, si filius ab obligatione qua patrono fidem & obsequiũ debet, se liberauerit. Sed palam est nunquam ab illa obligatione liberatum iri, per oblationem, sed demùm per realem exhibitionem clientis, & admissionem patroni. Et ita in simili distinxerunt Petr. Pert. & Alber. Rosatus. in *l. si plures. col.* 2. *nu.* 8. *C. de condit. infer.*

* Nonb. pro intellectu *l. iure ciuili. D. de cond. & demonst.*

* Conclusio.

Concludendo * & pro secunda parte resoluendo, dico, quòd hæc vltima consideratio & limitatio ad *l. iure ciuili.* procedit respectu ipsius debitoris obligati ad implendum duntaxat: non autem respectu tertij, qui obligatus non est, & cuius respectu implementum debitoris, est mera conditio, igitur quam primum per patronum (cuius interest) iniustè steterit quominus impleatur, habetur omnino & incommutabiliter pro impleta, quantum ad tertium cui ex implemento aliquid acquirendum erat contra impedientem impleri. Et sic in terminis nostris simpliciter locus est regulæ *d. l. iure ciuili.* Et hoc quando patronus iniuste recusauit, & sic semel in vera naturali & regulari mora constitutus fuit, quia nequit amplius eam purgare respectu tertij cui ius quæsitum fuit, vt supra eo. *nu.* 16. Secus si non fuit in vera mora, vt quia erat absens, vt supra eo *nu.* 14. quia tunc si postea primogenitum interpellat, & in vera mora constituat, cessat interim vel pendet hoc beneficium, nisi primogenitus vel eius successor satisfaciat, multum ergo refert inter veram & fictam moram patroni.

22. NONO quæro, an ad implementum huius conditionis requiratur primogenitum inuestiri à patrono? Respondeo, quòd non, sed sufficit sola & simplex actualis præstatio fidelitatis, quæ facta statim liberatus est ab hoc clientelari obsequio, & filiæ & earum sponsi perfecte liberati à relevamento, etiam si nondum vel nunquam filius fuerit inuestitus. Sed dicet quispiam, nunquid in feudo veteri ipsi soli receptioni clientis & renouationi feudi inest inuestitura? Respondeo quòd sic, quando patronus non reuocauit feudum ad manum suam, tunc enim nulla alia opus est inuestitura, nec traditione vera vel ficta. *argu. l. qua ratione.* §. *interdum. D. de acqui. re. do.* Sed manu iniecta sola admissio fidei non semper operatur manumissionem feudi, quòd potest remanere præhensum propter iura & onera annexa. & tunc requiritur relaxatio, seu leuatio manus dominicæ, quæ est effectualis inuestitura, seu possessionis & fruitionis feudi restitutio, quam licet nunquam obtineat filius, prout potest contingere ex causis deductis *supra* §. 1. *gloss. fin.* tamen eo ipso, quod est perfunctus fidelitatis præstatione, satisfactum est conditioni huius §. nihil aliud requirentis. nec puto quenquam latere fidelitatem esse factam, non ex eo solum quod præsenti & nihil facienti patrono quantumuis solenniter exhibita est.

23. Sed cum à patrono expresse vel tacitè (ita quòd constat) admissa est. Est enim * fidelitatis præstatio actus non clientis tantum, sed clientis & patroni simul.

* Fidelitas est actus reciprocus.

24. ¶ Iuxta hoc quæro, quid si patronus admisit fidelitatem oblatam, sed sub conditione? Respondeo, si sub conditione indebita seu indebite exacta, quamuis à volente seu consentiente primogenito, tamen extat conditio liberationis filiarum incommutabiliter, quia semel per patronum stetit. Ergo per *d. l. iure ciuili. de condit. & demonst. & supra eod. q.* 8. *in fin. Ant.* sub conditione debita, & tunc aut suspensiua, interim non extat conditio, prout nec fidelitas in actu est, dummodo ex iusta causa id factum sit, alioquin oblationibus rectè factis, si staret per patronum, haberetur fidelitas pro præstita, vt dictum est. Si autem sub conditione resolutiua, statim extat conditio, qua verum est fidelitatem esse factam. Sed an postea resoluta fidelitate resoluatur hæc conditio? dico quòd non, quia semel purè, verè & naturaliter impleta est, & sic quicquid postea contingat beneficium huius §. iure communi & regulari perfectè quæsitum resolui non potest, nec esset in potestate primogeniti & patroni facere, quin per actum fidelitatis semel gestum, perpetuo & incommutabiliter acquiratur beneficium à consuetudine in illum euentum concessum, vt supra *eod. glo. quæst.* 7. *in fin.* idque per manus tradi solet, non posse homines facere quin leges in actibus eorum locum habeant, *l. nemo potest. D. de legat.* 1. §. *testandi causa. C. de testa.*

VLTIMO quæri potest, quid iuris cum patronus inducias obsequij, quam tollerantiam feudi vocant, concesserit filio, siue minori ex necessitate consuetudinis, siue maiori ex voluntate: sed quia melius sui cuiusque loci integra, & non diuisa materia tractabitur, remitto *ad* §. 27. *q.* 4.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. III.

1. 2. *Sufficit fidelitas præstita superiori per manum supremam, ad effectum huius §.*
3. *Sufficit etiam fidelitas præstita superiori patroni in casu §. 37. infra eodem tit.*
4. *An sufficiat hanc fidelitatem fieri possessori feudi dominantis.*
5. *Pluralitas verificatur in singulari.*

GLO. III. IN VER.

Au Seigneur feodal.

VERO primo, plures contendunt de patronatu eiusdem feudi, quare primogenitus defuncti clientis in fidem clientelariam recipitur à iudice per manum (vt aiunt) supremam, iuxta §. 60. An conditio extet & quæsitum sit beneficium huius §. Respondeo quòd sic, incommutabiliter & quicquid postea contingat, quia illa est vera præstatio fidelitatis, & ad illam admissio. & licet vere non admittatur per ipsummet verum patronum, tamen fingitur illi fieri, & ab illo recipi, & talis fictio omnino æquipollet veritati, tam ex parte patroni, quàm clientis, quia omnis honos, & commodum talis receptionis factæ à iudice velut à medio sequestro, cedit & acquiritur soli vero patrono qui declarabitur, & cliens à præstatione fidelitatis velut solutione liberatur, quod intellige pro statu præsenti & quantum ad actus præsentes. vt plenè diximus in *d.* §. 60. Tum ex quo non stat per vassallum, sed per patronum vel casum in eius persona contingentem, non debet vassallo, sed domino imputari.

2. SECVNDO quæro, quid si indebite recusante patrono, primogenitus vi diplomatis regij (vt solent) receptus est in fidem eadem manu suprema? Respondeo, idem dicendum, quia realiter fidelitas præstatur, & ab illa amplius pro hac mutatione præstanda filius in perpetuum liberatur, nec teneretur iterare patrono resipiscenti. Et sic omnino idem effectus habetur, ac si ipsemet patronus recepisset. vnde non curatur de modo, nec refert quod ex æquipollentibus fiat. *l. si mater cum concor. gloss. & doct. ibi. C. de instit. & substit supra eo. glo. 1. q. 6.* Imo ex quo patronus semel indebite recusauit fidelitatem, satis est respectu harum filiarum, quicquid postea contingat. per not. 5. *eo. glo. 9.* 8.

3. TERTIO quæro, si fidelitatem faciat patrono patroni, prehensum feudum dominans ad manum suam tenenti? Respondeo idem multo fortius, cum verũ sit propriè patrono feudi fidem esse factam: si quidem durante tali prehensione, superior patronus est solus verus & immediatus patronus, & dominus feudi quo ad omnia iura dominicalia, & eorum honores & commoda, vt dictum est suprà. §. 1. *glo. 4. q. 2. n. 18. 23. & infra* §. 55. Et in istis casibus qui parificantur à consuetudine, in hac eadem materia, quod statuitur in vno, intelligitur æque statutum in alio. *glo. fi. in l. si quis seruo. C. de fur. in l. quod vero contra. D. de legib.* quod procedit etiam in correctoriis. Bart. in *l. Marcellus in princ. D. ad Trebell. in auth. sed cum testator. col. 2. C. ad leg. Falc.* etiam in pœnalibus. Panor. *c. multa. de præben.* etiam si producatur casus verus ad fictum. Imol. & alij. in *l. 1. §. lex Falcidia. D. ad leg.* & latius 5. §. 42.

5. QVARTO quæro, quid si possessori fundi dominantis hoc obsequium præstet, alio vero domino & patrono existente? Dic breuiter, quòd si bona fide faciat publice possidenti, & patrono se gerenti, & pro tali habito & reputato sufficit, quoniam huiusmodi actus non concernunt alienationem, sed simplicem & necessariam administrationem. nam si verus patronus fuisset aditus, necesse habuisset hoc facere, & filio in fidem recepto filias à releuamentis liberare. Igitur cum nec vassallo culpam imputare, nec deteriorem feudi conditionem factam esse, allegare possit non potest à nudo possessore pro rei natura, & exigentia factum reuocare. Sed quid, si primogenitus malæ fidei possessorem adiuisset, quum commode liceret ei verum adire patronum, à quo facile aduersus possessoris incursum defensus fuisset, tunc secus videtur, per ea quæ plenè deduxi infra §. 31. Solue dicendum., quod hæ sorores sunt in toto respectu veri domini, donec euicto possessore constituat in mora primogenitum qui non fuit aliter nec per manum supremam receptus.

5. VLTIMO, quòd hîc in plurali dicitur dominis feudalibus, in vno si solus sit propriè verificatur. *l. non est sine liberis.* & ibi Alciat. *D. de verb. signif. l. pater Seuerinam. §. 1. D. de condit. & demonst. l. à filia. in princip. D. ad Trebell. l. 1. C. de condi. infer. l. 1.* vbi Socin. not. 5. Dec. *not. 4. C. de pact.* late Fel. in *ca. omnes. 1. distinct.* Sin autem plures sint eiusdem feudi patroni, omnibus, si pares sint, obsequium præstari debet, vel antiquiori seu principaliori, secundum ea quæ diximus 5. §. 2. *gloss. 4. q. 4.*

SVMMARIA GLO. IV.

1. *In hoc §. solius simplicis releuij, in causa nuptiarum debiti per §. 25. infra eod. fit remissio, Vnde nihilominus debet præstari fidelitas, & alia si quæ sint iura.*
   Obsequia non computantur inter operas, nec veniunt in generali remissione.
2. *Hic §. habet locum siue filiæ sint vtrinque filio coniunctæ, siue non, dummodo descendant ab eodem parente, à cuius successione sunt feuda de quibus agitur.*

GLO. XII. IN VER.

Acquitte.

ADVERTE in casu huius §. filiæ non liberantur à præstatione fidelitatis debitæ ratione acquisitionis per successionem patris vel matris, aut alterius ascendentis, nec etiam ab aliis iuribus & oneribus, si quæ forte ex speciali pacto inuestituræ debeantur in linea directa, & hoc est clarũ, quia hic tex. non refertur ad illa onera, sed ad onera debita ratione primarũ nuptiarũ. Itaq; quãuis filius sit sub fide domini pro parte sua feudi, nihilominus poterit patronus cum effectu præhẽdere, portiones feudi spectantes ad filias quæ sunt in ætate habili, videlicet quindecim annorum vt infra §. 41. & facere fructus suos donec fidelitate per se, vel ex iusta causa per procuratorem faciant. Sed cum secundum mores nostros,

Digitized by Google

& ſi filia ſit in fide patroni, tamen ſi nubat, debet vir eius fidelitatem renouare. An* ab iſta renouatione fidei liberetur, ex eo quòd vxoris ſuæ nunc primum nuptæ frater, in fidem domini ſe contulit? quod videtur per hunc text. generaliter eximentem, ab eo quod debetur patrono, ratione primarum nuptiarum, tamen contrarium puto. Tum primo, quia fidelitatis exhibitio, magis eſt accepti beneficij agnitio & gratiarum actio, quam onus vel grauamen, & magis ſit ad ingratitudinem vitandam, quàm ad vilitatem patrono afferendam per not. ſupra §. 2. *glo.* 3. Et perquàm abſurdum eſſet, legem vaſſallos ab officiis gratitudinis eximere. Tum ſecundo, ſicut* obſequia, non ſicut operæ, & remiſſis omnibus operis nullo modo remiſſa cenſentur obſequia, vt per omnes doctor. in *l. ſi non ſortem.* §. *libertus. D. de condi. indeb.* & remiſſio quantumcunque generaliter vel ſimpliciter facta, non complectitur obſequia, quum ſint ius reuerentiale, quod etiam expreſſo facto generaliter remitti non poſſet. tex. in *l. alia. in fi.* & ibi Alex. *D. ſolut. matrim. & omnes ſcrib. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* hinc decidit Dec. in *l. 2. in fi. C. de in ius vocand.* petitionem veniæ non poſſe expreſsè remitti à patrono. Igitur nec fidelitatis exhibitio, quum vere & antonomaticè ſit ius reuerentiale feudi, & clientelæ. Et ſic concluditur (vt prin. huius §. dixi) ſolum releuamentum, & onus pecuniarum per §. 25 debitum, hic remitti. Aduerte etiam ad id, quod ibi dixi ſolum remitti quando feudum eſt acquiſitum per ſucceſſionem in linea directa, quia iſte text. generaliter loquitur, & propter fidem filij, liberat filias in primis earum nuptiis, & ſic videretur generaliter intelligendum, etiam ſi ex donatione extranei, vel alimde, quàm ab aſcendentibus feudum eis obtigiſſet, maxime quum iſtud onus valde ſit odioſum, & irrationabile in nuptiis, vt dixi ſupra Gloſſa 1. q. 7. Tamen continuatio huius §. ad præcedentem, & ipſe contextus & verborum ſeries & verba illa, *filium primò natum*, & verbum *filiæ*, quæ nonniſi reſpectiuè ad lineam deſcendentium verificantur, ſatis indicant mentem & intellectum huius §. eſſe qualem dixi.

2. Vltimò quod hîc dicitur de filio, & filiabus non refert an ex parte patris & matris, an ex vno tantum latere coniungantur: quum ſemper parenti communi (à cuius ſucceſſione habent feudum,) æqualiter ſint coniuncti. *text. in Authent. de Nuptiis.* §. finali, ibi, quoniam filij ambo ſunt. & ibi Angelus *col.* 4. Andre. de Pit. *inter conſi. Ludouici Romani conſi.* 447. *in quæſt.* Panormit. *conſi.* 19. *quædam mulier lib.* 1 Et hæc pro elucidatione eorum quæ ſuper hoc §. potiſſimum emergere poſſunt, ſufficiant.

* In hoc §. 3. non conceditur immunitas fidelitatis ſed releuamenti.

* Obſequia non computantur inter operas nec veniunt in generali remiſſione.

---

* §.

* Hic paragraphus ſive articulus eſt vetus conſuetudinis vicesimus quintus.

QVand vne femme à laquelle appartient vn fief, ſe marie, il eſt deu rachapt ou relief au ſeigneur feodal.

QVando vaſſalla nubit, debetur releuium patrono. H. D.

* XXXVI.

* Hi omnes paragraphi ſequentes additi ſunt per nouam conſuetudinem.

ET s'il n'y a que filles, ou que le fils aiſné, ſi aucun y a, n'a porté la foy, n'eſt du droict de relief en ligne directe par leſdites filles à cauſe de leur premier mariage, leſquelles neantmoins eſdits cas ou leurs maris pour elles, doiuent porter ladite foy, ſans payer relief.

XXXVII.

MAis ſi elles ſe marient en ſecondes ou autres nopces, eſt deu relief pour chacun deſdits autres mariages.

XXXVIII.

ET ſi pendant ledit premier, ſecond ou autre mariage, ledit fief eſchet à vne femme en ligne directe, ſemblablement n'eſt deu relief pour ladite mutation: mais ſi ledit fief eſchet en ligne collaterale auant qu'elle ſoit mariée, eſt deu relief. Comme auſſi eſt deu en toutes mutations qu'elle fera par mariage: & ſi pendant l'vn deſdits mariages, ledit fief luy eſchet en ligne collaterale, n'eſt deu qu'vn ſeul droit de relief pour ladite mutation, tant pour ſon mary que pour elle.

XXXIX.

LA femme demeurant en viduité apres le decés de ſon mary qui auoit releué ſon fief, & payé les droits pour ce deubs, ne doibt aucun relief, ains ſeulement eſt tenuë faire la foy & hommage, ſi elle ne l'a faite.

XL.

LA femme doüairiere n'eſt tenuë pour ſon doüaire faire la foy & hommage, ne payer aucun relief ne profit, mais eſt tenu l'heritier l'en acquiter & payer le profit, s'il eſt deu de ſon chef.

SVMMARIA §. XXV.

1. *Maritus in propriis vxoris plus iuris habet quã vſufructuarius, quod eſt verum extenſiuè, ſed non intenſiuè.*
   Bona vxoris non cenſentur data in dotem.
   Feuda mulieris nõ mutãt mariti per matrimoniũ.
2. *Conſtante matrimonio ſolus maritus eſt actus dominus, & poſſeſſor bonorum communium.*
3. *Satis eſt conſuetudinem habere aliquod motiuũ.*
   Mulier tranſit in familiam & poteſtatem viri, & velut capite minuitur.
4. *Deficiente æquitate, nulla fieri debet extenſio.*
   Tria requiruntur ad effectum huius §.

Digitized by Google

5. *Fallit enim si mulier nõ sit domina feudi, tẽpore cõtracti matrimonij, sed eo constante obueniat.*
6. *Omnis interpretatio fundari debet in bono & æquo.*
7. *Item fallit si matrimonium sit nullum, vel non sint bona communicata, nec feuda in dotẽ data.*
8. ¶ *Q.* 1. *Quid si matrimonium per verba de præsenti contractum, præueniente morte non fuerit consummatum?*
9. *An ea quæ momento durant sint in considerazione. Quid si actũ sit quòd futuri coniuges non essent communes: sed quod certi feudi mulieris fructus perciperentur à viro constante matrimonio.*
10. ¶ *Q.* 2. *Mulier non debet relevium propter obitum viri.*
11. *Debet tamen fidelitatem renouare.*
12. ¶ *Q.* 3. *Marito absente vel etiã cõtumace mulier debet authorari à iudice ad authoritatem præstandã patrono, qui tenetur eã admittere.*
13. ¶ *Q.* 4. *Mulier secundo nubens non debet relevium feudorum, quibus iure doarij fruitur.*

RATIO huius consuetudinis est.

1. Quia licet per matrimonium non transferatur in verum dominium bonorum immobilium vxoris: tamen * transfertur plusquam vsufructus, quia habet commoda & dominus vocatur, & omnia iura dominicalia actiuè & passiuè exercet nomine suo ad causam tamen vxoris, quod non potest facere simplex fructuarius, vt ẽ. § 1. *gloss. l. q. pen.* §. 20. *gloss. l. q.* 5. vnde maritus gerit fidelitatem feudorum vxoris, & sic aduenientе nouo marito videtur aduenire nouus vassallus. Sed certe hæc ratio non concludit, quia quantumcunque mulier nubat, feuda eius non mutant manum, quum semper remaneat proprietaria, imo etiam causaliter fructuaria, quoniam vna cum marito vritur & fruitur. Quamuis enim per manus tradatur, & de generali fere huius regni consuetudine (quædam enim excipiuntur vt loco suo dicam) verum sit, quod maritus facit fructus suos omnium bonorum immobilium vxoris pendente matrimonio, etiam priuatiuè ad vxorem: ita vt nulla inuita possit illos fructus donare, vel prædia vxoris locare, & de pensionib. etiam futuris pro tempore suo ad libitum disponere: tamen etiam pendente matrimonio, non est proprietarius nec verus dominus bonorum immobilium vxoris, etiam nomine dotis quasi in dotem datorum.* Non enim censentur ei data in dotem, eo ipso quod matrimonium secundum hanc consuetudinem simpliciter est contractũ, vt scripsi ĩ. §. 105. præterea non est absolutè solus dominus dictorum fructuum, etiam postquam a solo separati sunt, quia in illis censetur vxor habere communionem & dimidiam, sicut & in cæteris omnibus bonis mobilibus & acquisitis immobilibus: quorum licet constante matrimonio maritus sit solus actu dominus, propter authoritatem administrationis & alienandi potestatem: non tamen absolutè solus dominus est, sed ad onus communionis spectantis ad vxorem, in cuius præiudicium non potest de illis fructibus mobilibus & acquæstis disponere in vltima voluntate vltra dimidiam sibi contingentem, imò nec etiam inter viuos si faceret in fraudem, *vt* ĩ. §. 94. 107.

2. Et quamuis, vt ibi plenius dixi, ista communio pendente * matrimonio propriè non sit in actu, sed in credito & in habitu: tamen soluto matrimonio ipso iure exit in actum, & in veram & actualem dominij & possessionis communionem. Imò etiam constante matrimonio potest ille habitus ipso iure exire in actum, puta si marito malè versante aut ex alia causa bonorum separatio fiat. Et sic etiam constante matrimonio, & nulla communionis separatione facta, censetur vxor esse communis in huiusmodi bonis in habitu, & concurrere cum viro in dominio habituali, non actuali. Quantum autem ad ipsa propria & immobilia bona vxoris, clarum est maritum non esse dominum, etiam pro tempore matrimonij, non enim cedunt doti, licet habeat fructus & fruitionem, & eius possessio conseruat ius & possessionem vxoris, quæ per illum & in illo censetur possidere & frui, vt diximus in *d.* §. 105. *&* §. 113. Vnde licet maritus solus possit fidelitatem facere: tamen etiam vxor potest facere cum viro vel sola cum authoritate viri, vel iudicis, recusante vel absente viro. Et cum vxor præstat fidelitatem feudi sui, hoc agit nomine suo, quod non potest vir facere: sed tantum sub nomine mariti, & sic implicitè nomine vxoris. Ex quibus patet quòd feudalitas ipsa seu fidelitas residet essentialiter penes vxorem magis quàm penes virum: igitur * per superuenientiam viri verè & essentialiter non mutatur feudum, nec fidelitas ipsa. Ad quid igitur debetur relevium? Dices quòd ratione fructuum quos maritus suos facit & alienare potest: sed nec hoc valet, quia vsufructuarius qui solus per manus suas pro se tantum fruitur, plus iuris habet in re & eius fructibus quàm maritus: nec ius suum dependet à persona, societate & vita proprietarij, sicut dependet ius mariti in propriis vxoris à persona, societate & vita vxoris, quia nedum morte vxoris vel diuortio soluitur, sed etiam simplici bonorum separatione, vt diximus ĩ. § 108. Et tamen irrationabile esset inducere relevium propter alienationem vsufructus, igitur multo magis contra rationem est illud inducere propter contractum matrimonij, præsertim in muliere cuius præcipuum munus est nubere & liberos parere. *l. 2. C. de indic. vidu. toll. l. quæritur. in prin. D. de ædil. edict.* Et attento præcipuo fauore matrimonij, quod non debet aduentitiis oneribus premi, etiam si fiat vera alienatio rerum. *l. vnica.* §. *si vero. C. de impo. lucra. descrip. lib.* 10.

3. Non tamen hæc scribo ad arguendum hanc consuetudinem (non enim ignoro illud Aurel. August. 4. dist. c. in istis non esse iudicandas leges postquam institutæ sunt, sed secundum eas iudicandum.) Sed quia æquitatem & veritatem amo, dico quòd maximè huic §. congruit illud dictum Bald. in *c. vnico de cogn. feud.* quem ibi sequitur Aluaro, satis esse, consuetudines feudales esse tolerabiles & approbatas per vsum, licet non habeant omnimodam rationem, & quod inquit Bald. in *l. de quibus. column.* 12. *D. de legib.* sufficere consuetudinem non esse contra rationem, scilicet diuinam & naturalem. Et satis * esse quod habeat aliquod motiuum. vt vult Bal. in *l. lege duodecim tabul. C. de leg. hæred. in c. ex rescripto. de iureiuran.* Motiuum autem (vt ita loquar) illud fuisse videtur, quòd vir & vxor sunt vna caro, non omnino æqualiter, quia vir est caput mulieris & non mulier. *cap. hæc imago. & c. seq.* 33 *q.* 5. Vnde mulier transit in familiam & potestatem viri, & velut capite minuitur, non econuerso. Hinc est, quòd si vassallus ducat vxorem, feudum nullomodo aperitur, nec aliquod ius feudale debetur, tametsi vxoris ius doarij super feudo acquiratur, nec potest mulier vllomodo gerere fidelitatem feudorum viri. Vnde in consuetudine nostra nihil de hoc (tanquam per se notissimo) scriptum fuit: secus est in vassalla nubente, quia * eo ipso se transfert in alienam familiam, puta viri sui, cui subiicitur & quandam capitis diminutionem patitur, & deinceps ad eius virum spectat dominicalia iura dicti feudi actiuè & passiuè exercere: nec possunt actiuè & passiuè exerceri à muliere sine authoritate viri, qui etiam fructus suos facit, licet

* Maritus in propriis vxoris plus iuris habet quam fructuarius; quod est verum extensiuè, non intensiuè.

* Bona vxoris non censentur data in dotem.

* Constante matrimonio soli maritus est actu dominus & possessor bonorum communium.

* Feuda mulieris nubẽtis non mutant manum.

* Satis esse consuetudinẽ habere aliquod motiuum.

* Mulier nubens capite minuitur.

licet nihil alienare possit. Vnde postquam vassalla nupsit, non videtur amplius idonea, & integra vassalla, sine viro, cuius authoritati & potestati supposita est, sine quo nullum actum legitimum facere potest. Quare moribus inductum est, vt maritus teneatur in fidem patroni se conferre, & consequenter relevium soluere. quum non descendat per lineam directam: alioquin quòd patronus manum injicere possit feudo tanquam aperto, & fructus suos facere, vt hanc consuetudinem Franciæ ita declarat Ioan Fab. *insti. de actio. §. fuerat col. 1.* Et sic quamuis hæc consuetudo non habeat omnimodam rationem, tamen non est prorsus absque ratione, inquantum tamen inducit relevium, est multum dura per prædicta.

4. Ex quibus apparet qualiter sit interpretanda inquantum concernit relevium: non enim extensiue, sed * stricte, ita vt in consequentiam non trahatur etiam ad similia. Sed vt potius salua terminorum substantia restringatur. *l. quod vero. l. quod non ratione.* D. *de legib.* & vt ait Bal. in *l. omnes populi. col. 8.* D. *de insti. & iur.* ratio & æquitas simul iuncta sunt medium per quod fit extensio, & vbi * deficit istud medium non potest fieri extensio. Idem Ba. in *l. 1. in prin. in l. ex hoc iure. col. 4. cod. tit. l. 1. C. quæ sit long. conf.* & idem Bal. pulchrè scribit in *c. fi. col. 2. de consti.* quòd licet ratio (id est æquitas integra meo iudicio) non sit de esse consuetudinis, est tamen de eius extensione, quia vbi non est ratio, ibi est plantatum in aridum quod non pullulat. Et sic concludo quòd ad hoc vt debeatur relevium in casu huius §. tria * copulatiue requiruntur: Primo quòd feudum pertineat ad ipsam mulierem: Secundum quòd mulier domina feudi nubat: Tertium quòd matrimonium sortiatur effectum secundum mores huius consuetudinis, saltem quantum ad hoc quod maritus faciat fructus feudi suos, & habeat administrationem & gerat fidelitatem feudi tanquam maritus. Primum & secundum probantur in verbis huius text. Et tertium probo in motiuo huius consuetudinis, quod est illud quod diximus in principio huius §. & non aliud. Et sic illo cessante, cessat etiam dispositio huius §. *l. adigere §. quamuis.* D. *de iure patro.* Alioquin ridicula esset hæc consuetudo, si prorsus esset sine causa & motiuo, quod non est dicendum, quum sit descripta à viris prudentissimis, & hæc sufficerent ad interpretationem huius §. Sed ad ampliorem declarationem primo iam testatus sum non esse ampliandum hunc §. qui tacite intelligitur procedere siue mulier prius fuerit in fide patroni, siue non, & toties quoties nubit.

5. Sed limito vt procedat respectu feudorum quæ spectant ad mulierem tempore nuptiarum dumtaxat. patet in text. ibi *à laquelle appartient vn fief*, hoc est quæ habet feudum ad se pertinens. Vnde si forte dum puella nubit nulla habet immobilia, si postea obueniant ei successiones parentum ascendentium in quibus sint feuda, nullum debebitur relevium. Nec obstat quòd hîc inuenitur motiuum consuetudinis, quia maritus habet fructus & administrationem dictorum feudorum, & fidelitatem præstat patronis ad causam vxoris, quia non verificantur verba consuetudinis, quæ non loquuntur nisi de feudis pertinentibus ad vxorem tempore nuptiarum, vnde si nuptæ detur vel legetur feudum ab extraneo, vel ei obueniat per successionem collateralem, bene debebitur vnum relevium ratione dictæ mutationis. iuxta formam *d. §. 33.* Sed non ratione matrimonij. Idem si pater vel mater donent feudum filiæ iam nuptæ in anticipationem successionis, nullum relevium debebitur, nisi forte mortuo præsenti marito iterum nubat. Si vero donent in nuptæ debebitur quando nubet, nisi in casu §. 35. 3. *eo.* Vel nisi non donent de præsenti, sed donationem conferant in euentum nuptiarum, quia dico quòd etiam si mater de præsenti daret filiæ vsumfructum feudi, & eidem daret proprietatem cum primum nupsisset, & in anticipationem successionis, non debebitur relevium ea nupta, quia dum nubit non habet proprietatem feudi, nec adhuc ad eam pertinet, sed tantum pertinere incipit. *iuxta gl. sing. in l. arboribus. §. de illo. D. de vsufruct.* verba autem huius §. loquuntur in actu perfecto de præsenti, ibi, *à laquelle appartient.* Vnde non verificantur in actu incipiente & existente in fieri. adde quæ dixi in simili 7. §. 110. Secus si mater à principio dedisset proprietatem, licet in anticipationem successionis, & sic reuocabiliter si forte postea filia nolit esse hæres matris, tamen interim ad eam feudum pleno iure pertinet, & sic habet locum hic §. Ex quibus * patet quòd consuet. nostra est mitior & æquior cæteris, quæ communiter disponunt deberi relevium ratione matrimonij vassallę, nedum si est vassalla quando nubit, sed etiam si postea etiam ex successione ascendentium feuda ei acquirantur vt consuet. Meldensis §. 132. & similes, quas longum est recitare: audiui tamen pluries quosdam opinantes hunc §. intelligi etiam de feudis quæ obueniunt mulieri ex successione parentum post matrimonium contractum, quod falsum & iniquum puto.

6. Nec possumus aut debemus melius & iustius interpretari consuetudinem nostrã quàm * in bono & æquo, & vt non extendatur ad iniquũ, iuxta *l. ex facta in prin. D. de vulga. & pupill. substi. l. in hâ* vbi Bald. Imol. *D. de cond. & demon.* & pulchrè Lancelo. Dec. in *l. omnes populi col. pen. versi. inter quas velut crimen habeas. D. de iust. & iure.* Absit igitur vt istud relevium, nimis de se sordidum & odiosum, vtpote matrimonio mulieris indictum & vt puto per imperitiam & exactionem irreptum, extendamus vltra strictam vim verborũ, nec est credendum tot prudentes viros confidentes in reductione huius consuetudinis nõ animaduertisse vim dictorum relatiuorum & verborum, *à laquelle appartient*: sed magis ita iussisse vel serioſe permisisse scribi, ad restringendum onus tam odiosum & sordidum.

7. Limito secundo, vt procedat dummodo matrimonium teneat de iure, quia si non valeret, quantumcunq; de facto exequeretur: tamen declarata nullitate non esset debitum relevium, vt in simili decidit Alber. *in 1. par. statu. q. 95.* & solutum quatenus locupletior esset patronus posset repeti, *per no. in §§. præcedentibus.* Limito tertio, vt non sufficiat matrimonium tenere & exequi, nisi etiam maritus habeat ius fructuum, & administrationis feudorum vxoris secundum mores nostros. Si enim esset conuentum, quòd non essent communes in bonis, & quòd vxor ipsa per se administraret propria bona sua, & non maritus, puto quòd non haberet locum hic §. quia tunc non spectat ad maritum facere fidelitatem ratione dictorum feudorum, nec in illis quicquam vllo modo innouatur propter superuenientiam huius matrimonij, sed omnino remanent in priori statu. Et sola mulier actiuè & passiuè gerit fidelitatem, vt prius. Et sic nulla est mutatio, nec alteratio feudi, vel vassalli, nec vera, nec ficta, vel interpretatiua Vnde nullum ius aperitur, nec debetur patrono. Limito quarto *in casu §. 35. 3. eo.* de quo dict. vt ibi. Super quo tamen aduerte, quod consuetudo nostra non eximit mulierem nubentem ab hoc relevio, nisi duobus concurrentibus. Primo, quòd habeat fratrem qui fidem præstet patrono. Secundo, quod sint primæ nuptiæ, cui in hoc consuetudo Aurelianensis §. 49. & consuetudo Montis Argici. §. 46. & quædam aliæ conformantur. Sed super hoc multo æquiores sunt consuetudines, Trecensis. §. 46. Senonensis §. 205. Victriaca, §. 27. & quædam aliæ quæ volunt nullum relevium deberi pro primis nuptiis mulieris, de quarum dignitate vide plene per Luc. de Pen. in *l. fi. c. de incol. lib. 10.*

8. QVÆRO primo, si matrimonium fuit validè & de iure contractum per verba de præsenti, * sed non fuit cõsummatum puta vito præmortuo, an habeat locum hic §.? Videtur quòd nõ, quia rectè considerando istud relevium non imponitur matrimonio, nec propter matrimonium ipsum, sed propter interpretatiuã mutationẽ vassalli, quæ fit superueniente marito, qui tanquam

* Stricti iuris est hic §.

* Deficiente æquitate non debet fieri extensio.

* Tria requiruntur in hoc §.

* Omnis interpretatio debet fundari in bono & æquo.

* Si matrimonium contractum fuit per verba de præsenti, non tamen consummatum.

caput vxoris incipitur haberi pro nouo domino. Et ſic non videtur ſufficere matrimonium eſſe contractum, imò etiam conſummatum, niſi etiam tradita ſit adminiſtratio & trãſlatum illud quaſi dominiũ vxoris. quum igitur iſte nihil vnquam contigerit de rebus vxoris, ſed re integra deceſſerit, nihil videtur apertum patrono, & iſtud eſt multum æquum. Confirmatur, quia etiam in vera mutatione feudi, niſi ſit efficax, non debetur releuium, nec aliud ius feudale, vt dictum eſt ẽ. §. 33. *q.* 4. *cum ſequentibus*, *& in* §. 33. *nu.* 9. 23. Igitur multo minus in ficta & interpretatiua, qualis eſt ea de qua in hoc §. niſi ſaltem ſit omnino efficax. Sed hic ex hypotheſi non habuit conſummationem, nec effectum. Et paria ſunt non eſſe, vel incontinenti deſinere. *c. nam & ego de verb. ſignif.* vbi non cenſetur natus, qui illico deceſſit. Hinc decidit glo. in *c.* 1. §. *quinetiam. in tit. epiſcop. vel abba. in vſib. feud.* quòd maſculus qui ſubito poſt mortem patris deceſſit, non cenſetur extitiſſe, & ſic non impedit quin fœmina ſuccedat, etiam in feudo, in quo ex lege conceſſionis ſi maſculus ſemel extiterit, vlterius fœminæ non admittuntur. & idem vult glo. pe. in *cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* Et hoc ſequitur Iacob. Bel. Ray. Nico de Neap. Bald. Mar. Laud. Aluaro. Præpo. & omnes feudiſtæ. ſolo Andr. de Iſer. excepto in *d.* §. *quinetiam.* Idem voluit Calderi. in *conſil.* 4. *ſub tit. de feud.* Iacob. de S. Georg. in *inueſt. in ver. & fœminis. col.* 2. *verſic. ſed ponamus.* Franciſchi in 1. *parte* 3. *partis princ. tract. feud. col. pen. q.* 27. Vdal. Zaſi. *in epito. feud. par.* 8.

9. Quòd ſi ſæpe aliàs ea quæ momento temporis tantum durant non ſunt in conſideratione. vt in *l. ſi conſentiente. C. de dona. ante nup. in l. ſi in ſi. C. de bon. quæ lib. l. ſi quis ita legauerit. dum vxor. D. de cond. & demõſt. l. pretia rerum. in ſi. D. ad legem Falcid. l. qui ſic. de ſolu.* & alibi paſſim in iure, & latè Ias. in *l. inter ſtipulantẽ.* §. *ſacram. col.* 6. *D. de verbor. oblig.* Hypol. de Marſi. in *rep. l. fin. num.* 115. *cum ſequentib. D. de iuriſd. om. iudic.* Maximè in præſenti caſu, vbi agitur de releuio odioſo parum rationabili & quantum fieri poteſt reſtringendo, non videtur habenda conſideratio præfati momentanei & non conſummati matrimonij. Sed reſiſtit rigor verborum huius §. qui nihil aliud requirit quàm quod mulier, ad quam ſpectat feudum, matrimonium contraxerit, & non eſt noſtrum addere literæ. *l. Gallus.* §. *idem credendum.* Vbi Bald. Imol. *D. de liber. & poſthu.* Bal. in *l. ad probationem. C. de loca.* Tum ſtatim contracto matrimonio verè & propriè dicuntur vir & vxor. & viro competit authoritas, & poteſtas in vxorem, & conſequenter eius bona. *l. ſi adoptauero. D. de preca. l. arrogato. D. de adoptio.* & viciſſim ſtatim radicatum eſt ius doarij vxori in bonis propriis viri, vt diximus *infra* §. 304. Ita vt non ſit opus diſcutere, an in ſtatutis, vel conſuetudinibus appellatione vxoris veniat ſponſa per verba de præſenti, in quo communis eſt ſententia quòd ſic, cui conformari videtur conſuetudo noſtra, quæ fere vbicunque loquitur & diſponit inter conjuges, vel de altero eorum ſe refert ad diem, vel inſtans contracti matrimonij, *vt* ĩ. §. 136. *& § ſeq.* Non obſtat quæ momento temporis durant non debere attendi, quia verum eſt quando nullum alium relinquunt effectum. Secus ſi ſortiantur & relinquant effectum. vt in *l. ſi quis hæredem. C. de inſt. & ſubſtitut. l. non tantum. C. de lega.* & vtrobique plene per Alexan. Phil. Cor. Ias. & alios. *l.* 1. *C. de poſth. hæred. inſti. vel exhære. l. cum vxori. C. quãdo. di. lega. vel fidei co. ced.* Quando autem momentum importet effectum, vel non, non eſt hic deducendi locus. Sed quantum ad præſentem quæſtio. dico quòd ſi illud momentaneum matrimonium, nullum operatum eſſet effectum circa ea de quibus quærimus, puta quòd neque futuri conjuges fuiſſent communes in conquæſtis & mobilibus, neque feuda mulieris doti & adminiſtrationi viri ceſſura erant, tunc clarum eſt non fore in conſideratione etiam ſi duraſſet, vt ſupra *num.* 7. Si autem contractum fuerit ſecundum noſtræ ciuitatis mores, tunc ex quo vel in momento traxit ſecum executionem & effectum reciprocum, puta quantum ad communionem bonorum, doarium, & ius quaſi dominij & adminiſtrationis feudorum vxoris, ſatis eſſe videtur vt verificentur verba huius conſuet. in text. ibi, *ſe marie.* quæ quidem quamuis per quam dura, tamen ita ſcripta eſt, vt in ſimili, inquit Vlpia. in *l. proſpexit. in princ. D. qui & à quib.* Et ſic nuper *vxor* mox vidua, releuium feudorum ſuorum debet patrono, cuius releuij dimidia ſoluenda erit ab hæredibus viri, ſicut & de reliquis communibus debitis. Sed quid ſi in contractu matrimonij conuentum fuerat nullam fore communionem bonorum, ſed quòd vir conſtante matrimonio poſſideret, & fructus ſuos faceret certi feudi mulieris? Reſpondeo locum eſſe releuio, & diſpoſitioni huius §, reſpectu d. feudi, quod in effectu cenſetur in dotem datum: ſed non reſpectu reliquorum feudorum, ſi qua ſint & remaneant in adminiſtratione mulieris. Et eodem caſu ſi vir incontinenti ſiue prius moriatur quàm ex d. feudo aliquos fructus perceperit, vel pro rata temporis ad hæredes tranſmittere potuerit, totum releuium à vidua ſolui debet, nec tenentur hæredes viri eam exonerare. Si autem defunctus percepiſſet, vel tranſmiſiſſet fructus etiam vnius tantum anni, tenerentur hæredes exonerare viduam à toto releuio, quia non eſt communio, in caſu autem communionis ſolum pro dimidia, vt dictum eſt.

10. SECVNDO quæro, ſi * morte viri diſſoluatur matrimonium, vtrum vidua rediens ad priſtinum ius, poteſtatem & adminiſtrationem propriorum ſuorum debeat nouum releuium? Dicendum omnino quòd non, quia nullo modo feudum mutat manum, non enim reuertitur ad priorem dominam, ſed remanet penes eam à cuius dominio non receſſit. Et ſi diceretur reuerti & mutare manum (id quod non) ſaltem reuerteretur ex cauſa antiqua & neceſſaria, inexiſtente à principio mattimonij contracti. Et ſic adhuc nullum deberetur releuium. per no. ẽ. §. 33. *q.* 3. ¶ Sed quæritur, an ſaltem teneatur renouare fidelitatem erga patronum? Videtur quòd non, quando defunctus maritus fidelitatem præſtitit in qualitate mariti, ſiue ad cauſam vxoris, & iura perſoluit. & ita tenet Nicol. Boer. in *conſue. Biturig. de conſ. feudo. & cenſu.* §. 8. Et eſt bona & euidens ratio, quia per obitum mariti, feudum vxoris non mutat manum, vt eſt clarum, imò nec etiam feudalitas ipſa propriè mutatur, nec deficit, quia eo ipſo quòd maritus tanquam talis fidelitatem fecit, & receptus eſt, ipſa mulier videtur feciſſe & recepta fuiſſe in fidem: quoniam circa propria mulieris, poſſeſſio & adminiſtratio viri eſt poſſeſſio & adminiſtratio vxoris, quæ eſt vera domina, & vere poſſidens. Vnde in iſtis non per obitum viri, qui fidelitatem præſtitit, deinde decedit ſine liberis, debetur nouum releuium. Sed per obitum mulieris, etiam viuente viro decedentis. Et ſic apparet de tribus ſimul concurrentibus. Primo, quod feudum per obitum viri non mutat manum. Secundo quòd nullum debetur releuium. & hæc duo ſunt clara. Tertium, quòd feudalitas non mutatur, nec feudum aperitur, quia etiam ſi mulier nunquam per ſe fidelitatem præſtitiſſet: tamen per homagium factum à marito tanquam à marito, intrauit in fidem patroni. Igitur etiam moriente viro in eadem fide remanet, de quo non eſſet dubium ſi ſimul cum viro fidelitatem præſtitiſſet, & recepta fuiſſet. Sed poſito quòd ſolus vir fidelitatem præſtiterit, adhuc idem eſt dicendum, quia ex quo non nomine ſuo ſimpliciter, ſed ad cauſam vxoris receptus fuit, ipſa magis vxor organo viri, quàm vir recepta & admiſſa videtur. Quomodo igitur poterit patronus mortuo viro, manum injicere feudo, & fructus ſuos facere ex defectu hominis ſeu fidelitatis & iurium, quum nulla iura debeantur, & fidelitas non ſit interrupta ex parte mulieris, quæ eſt vera vaſſalla, & in fidem modo prædicto admiſſa? In contrarium tamen allegari poteſt, quia ſi

* Vidua non debet releuium.

muliere nubente feudum eius aperiatur, & nouum de- A beatur, velut aduenientе nouo vaſſallo, quantumuis ipſa mulier prius perſonaliter in fidem admiſſa fuiſſet. Eadem ratione dum matrimonium diſſoluitur moriente viro, cenſetur iterum aperiri, vt contrariorum eadem ſit diſciplina *l. 1. D. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Nec eſt ſimile de tutore, quia tutor omnino alienam perſonam repræſentat cuius eſt merum organum: Secus in viro qui eſt caput vxoris, quæ in eo repræſentatur ſicut membrum in capite, & pars ſubalterna in toto. Tum maritus fructus ſuos facit, & nomine proprio adminiſtrat tanquam dominus, licet ad cauſam vxoris. Tum ſicut ad plenam & integram recognitionem patroni non ſufficit fidelitas præſtita per mulierem, vaſſallam, quando nubit viro, qui tanquam dominus inci- B pit frui feudo, niſi etiam dictus vir patronum recognoſcat. Ita non ſufficit recognitio facta per maritum, quando ſoluto matrimonio mulier incipit pleno ſuo iure per ſe adminiſtrare & poſſidere feudum. Et potiſſima ratio renouandæ fidelitatis eſt perſonalitas fidelitatis ſeu iuramenti, quod nunquam egreditur perſonam, & qualitatem, in qua præſtatur, vt dictum eſt 3. §. 2. *gloſſ. 4 gu.* 7. Ideo quandocunque & quoties ſoluitur vinculum & religio iuſiurandi, renouari debet, ſiue noua iura vtilia debeantur, ſiue non. Et hæc pars tutior eſt.

11. Et ſic concludo, quòd vidua non obſtante fidelitate præſtita per maritum, tenetur renouare fidelitatem ſi patronus velit, ſed non ſoluet releuium. Et ita diſponit conſuetudo Caluimontis §. 31. Hanc concluſio- C nem limito, ſi mulier antequam nuberet, vel poſtquam nupſit, ſimul cum viro, vel ſeorſum de eius authoritate fidelitatem præſtitit: ex quo enim ſemel ſacramento fidelitatis eſt aſtricta, non deſinit eſſe in fide ſimpliciter nubendo. Et ſic ſoluto matrimonio non tenetur renouare fidem ſuam, quam ſemel efficaciter præſtitit. Secus ſi nubendo donaſſet, vel aliàs quouiſmodo alienaſſet non retenta fide, deinde quouiſmodo recuperaret, quia tunc prima fidelitas eſſet in totum ſoluta. Et ſic poſt recuperationem feudi eſſet renouanda. Aduerte tamen inquantum colligitur ex prædictis, quòd mortuo marito qui fidelitatem & iura ſoluit, poteſt patronus manum injicere feudo proprio viduæ, & fructus ſuos facere, donec fidelitatem renouauerit, hoc vtpote durum & exorbitans debet modificari, pri- D mo, vt non poſſit niſi poſt quadraginta dies ab obitu mariti vltimi approbati vaſſalli. *arg. eod.* §. 7. Secundo ſi patronus poſt dictum tempus ſine alia interpellatione prehendat feudum plenum maturis fructibus quos ſtatim collegit, deinde ſine contumacia & procraſtinatione accedat vidua ad clientelaria obſequia, debet ei leuari manus dominica nedum de feudo, ſed etiam de dictis fructibus, & patronus nihil lucrari debet. per no. 3. §. 1. *gloſſ. 8. num. 23. cum ſequentibus.* Secus ſi vidua interpellata de fidelitate renouanda neglexiſſet, vel poſtea ſciens prehenſionem contempſiſſet adire patronum.

12. TERTIO quæro, quid ſi poſtquam mulier habens feudum, nupſit, vel ei nuptæ obuenit feudum, ma- E ritus abſit, patronus autem feudum prehendit, & quia mulier nequit authorari à viro abſente, non poteſt, nec ſuo, nec illius nomine fidelitatem præſtare? Io. Fab. in §. *fuerat. col. 1. inſtitu. de actio.* dicit, quòd hoc caſu ne depereant fructus rei dotalis, ipſa mulier poteſt fidelitatem præſtare. Idem dicit ſi maritus ſit præſens, ſed furioſus vel nolens, *arg. l. ſed & ſi vnus §. filiola D. de in. iur. & ſeq.* ſimpliciter Nico. Boeri. in *conſuet. Bituric. de conſu. feudo & cenſ.* §. 7. Et hoc eſt æquum. Sed non ſatisfacit iuri & intereſſe patroni, cui fidelitas debet renouari per legitimam perſonam. Quare dico, quòd * abſente marito, poterit & debebit authorari à iudice. per no. in *l. ſi cum dotem §. ea autem tempore vbi* Alex. *col. ff. D. ſolut. matr.* Bal. & alij in *l. tranſactionem. D. de tranſact.* Si autem maritus aduerſa valetudine detinetur, conſtituet procuratorem quem tenetur patronus propter iuſtum impedimentum admittere, vt infra §. 67. marito autem nolente, dico idem, quod in primo caſu, quia eo ipſo manifeſte incipit male verſari in rebus dotalibus. Et quia forte hoc non ſufficit, vel non expedit vt ſeparatione bonorum facta incipiat mulier vendicare, & per ſe poſſidere bona ſua. iuxta *l. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iur. dot.* Debet tamen iudex ſuccurrere mulieri ad conſeruationem bonorum ſiue dotalium, ſiue non. Nec obſtat quòd fructus ſunt viri, & non mulieris. Et quòd patronus non lædit fundum, ſed ſolum fructus conſumit, quia illi fructus ſunt deſtinati pro oneribus matrimonij. *l. pro oneribus. C. de iur. dot.* quod eſt longe fauorabilius iure patroni, qui non certat hoc caſu niſi de lucro captando. Vnde fortius dico, quod in caſu huius §. manu patroni iniecta, marito abſente vel contumace, ſi mulier accedat vel mittat ad patronum offerendo promptè releuium ratione matrimonij debitum, & etiam fidelitatem quàm cito in defectum mariti à iudice authorata fuerit, quod ex tunc à dicta oblatione fructus non cedunt lucro patroni, ſed debent cedere & computari in releuio dummodo mulier non ſit negligens obtinendi iudicis authoritatem ad fidelitatem præſtandam patrono. Nec patronus poteſt impedire, & præcisè recognitionem mariti poſtulare, quum mulier ſit vera vaſſalla. Et ſic non poteſt deperire ius patroni cui etiam omnia vtilia iura perſoluuntur, nec debet in caſu huius §. vtpote nimium odioſi & exorbitantis, æque ſeruati rigor iurium feudalium.

13. QVARTO quæro, Vidua habens feuda propria vel de conquæſtu, & etiam ius doarij in feuda defuncti mariti, ſecundo nubit, non eſt dubium deberi releuium ratione feudorum, ſiue propriorum, ſiue de conquæſtu pertinentium ad mulierem. Sed quæritur quid reſpectu feudorum quibus iure doarij fruitur? Et indubitanter dicendum eſt, neque fidelitatem, neque releuium hoc reſpectu deberi. Tum quia nec ipſa quidem vxor tenetur ad fidelitatem, quum non ſit proprie domina, ſed potius ſimplex fructuaria, de quo 1. §. 135. Tum quia patronus illorum feudorum alios idoneos habet vaſſallos, videlicet hæredes prioris mariti à quibus & ex quorum perſonis iura ſua feudalia percipiet, non autem debet à duobus percipere per not. *ſupra* §. 33. *quæſt.* 45. Ita vt valde inepta ſit & irrationabilis conſuetudo Caluimontiſ, quæ contrarium diſponit §. 37. 39. 45. Et pariter Victriaca. §. 21. Et Meldunenſis §. 170. circa medium. quod ex nimia imperitia & errore irrepſiſſe puto. Et minor in reductione dictarum conſuetudinum non fuiſſe correctum, prout in reductione huius noſtræ (quamuis primogenituræ) plurimo fuerint emendata. Et ſimiliter in conſuetudine Bleſenſi, & cæteris conſuetudinibus nouiſſime poſt alias redactis, vt patet in conſuetudine de Lorriz. & in conſuetudine Niuernenſi, quæ reliquarum præcedentium experientia & exemplo prudentius & emendatius conſcriptæ & promulgatæ ſunt. Vltimo, quia prædicta non videntur mihi ſufficere ad euacuationem materiæ huius §. multa enim menti occurrunt; & quia ſigillatim diſcuſſa nimiam prolixitatem portendunt, commodius viſum eſt, quàm pauciſſimis verbis totius rei ſummam reſolutione complecti. Et primo, à perſona incipiendo, ſit concluſio quod mulier nupta, etiam ſi alias ſit ætatis legitimæ, puta quindecim annorum, non eſt habilis ad mutua clientelaria, nec actiue nec paſſiue, ſiue in præſtanda, ſiue in recipienda fidelitate. Et hoc quia non eſt ſui iuris, ſed in poteſtate viri quæ eſt punctualis ratio huius concluſionis & huius §. vt dictum eſt 3. *eo. nu.* 3. Et quia hæc ratio ad plurima vergit. ante diſcutienda eſt quam ad ampliationem aut reſtrictionem concluſionis procedamus. Dico ergo, quod eſſe in poteſtate aliena reddit perſonam illegitimam ad hæc munia: de poteſtate tutoria non loquor, quia etiam

* Mulier abſente marito debet authorari à iudice.

aliud impedit, nempe defectus ætatis legitimæ. Primo igitur exemplifico in poteſtate curatoris, quamuis de rebus magis quàm perſona detur, *inſti. de ceſſa. tuto. §. certe. l. copulandis. C. de nupt.* Quoniam iſta feudalia patrimonium magis reſpiciunt & afficiunt quàm perſonam, *vt* 5. § 1. *gl. 5. in princ.* Et intelligo non de curatore particulari, dato certæ liti vel cauſæ, vel certæ rei. vt in *d. §. certè. & inſti. de curat.* §. Item limito. quia iſte nullo modo datur perſonæ nec reddit perſonam illegitimam quoad alias res vel negotia, ſed de curatore generali de quo in *l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſtitu.* vbi ſub tali curatore agens pupillo aut prodigo æquiparatur. Merito etiam ſi ætatem requiſitam attigerit non poteſt hæc munia exercere, *vt* 5. §. 32. *quæſt. 2. in fi.* Idem multo fortius ſi ratione furoris aut captæ mentis eiuſ modi curator datus ſit. Idem ſi ob prodigalitatem. *l. is. cui bonis. de verb. obli. l. is. qui. §. diuus Pius. D. de tuto. & cura. ca. ab his.* Idem ſi propter luxuriam, hinc enim & rerum prodigalitas comes eſſe ſolet *l. et mulieri. et ibi. glo. V. de curat. furt.* Idem ſi propter perpetuum morbum §. *ſed et mente captis et ſurdis. inſti. de cura.* Secundo exemplifico in muliere nupta, quæ ex lege diuina & veteri iure Romanorum & noſtro in poteſtate viri eſt, vt not. j. § 105. Et generaliter exemplificandum eſt in omni perſona cui libera omnium bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta vel ſublata eſt: quod tamen limitandum eſt niſi quoad actus concernentes meram vtilitatem curatorem habentis ſine alterius partis captione, vt not. 5 §. 32. *quæſt. 3. j. §. 41. num. 5.* non autem exemplificaui in poteſtate patria, quia quamuis apud Gallos ſit aliqua poteſtas patria, vt ſcripſi j. §. 117. tamen nunquam apud illos viguit illa poteſtas patria à iure Romano inuenta, vt non recte ſcripſerit Accurſius in §. 1. *in verb. Romanorũ. inſtit. de patr. poteſt.* Hinc in hoc regno ſola patria poteſtas nihil impedit quin filius familiæ feudorum ex quauis ſucceſſione, aut acquiſitione, ad ſe pertinentium fidelitatem, aut præſtare, aut exigere poſſit. Nec in his vllo modo requiritur poteſtas patria.

Modo venio ad præfatam concluſionem quam amplio. Primo etiam de expreſſo conſenſu, permiſſione & authoritate viri. Non enim poteſt abdicare poteſtatem quam habet in vxorem, quamuis quoad quædam poſſit illam reuocabiliter tamen habilitare, vt infra § 106. & 114. dummodo non fiat iuri & honori alterius præiudicium: hinc eſt quod non tenetur patronus admittere in fidem, nec recipere oblationes vaſſallæ nuptæ quantumcunque à viro ſuo authoratę. quia eius intereſt non recipere in fidem niſi perſonam legitimam, & capacem, & in his terminis procedit ampliatio. Secus accedente conſenſu patroni. Tum enim valet actus in præiudicium eius, quemadmodum diximus j. §. 28. *quæſt. 3.* de patrono recipiente in fidem tutorem minorem vel procuratorem: valet enim actus: tametſi non teneatur hoc facere. hinc eſt etiam quod de authoritate viri poteſt patrona nupta fidelitatem & omnia clientelaria iura à vaſſallis & inuitis exigere, nec hoc caſu procedit ampliatio, quia non agitur de intereſſe, niſi ſolius authorantis, qui ius ſuum in hac parte, & ad validitatem actus remittere poteſt.

Concluſio ſic ampliata fallit. Primo ſeparatione facta à iudice, in quo non ſeparatio thori, quæ eſt prorſus impertinens, ſed ſola bonorum communionis & adminiſtrationis ſeparatio attenditur, quæ non niſi ab ordinario iudice ſeculari, qui ſolus priuatiue ad eccleſiaſticum competens eſt, fieri poteſt, vt tactum eſt ſupra in proœmio glo. ſexta. Tunc enim mulier eſt velut à poteſtate viri, quoad bona rerumque adminiſtrationem emancipata, quæ emancipatio, non priuatis pactionibus, ſed ſola publica authoritate viri, nedum poteſt hæc iura exigere, ſed etam ſuperioribus patronis præſtare, qui tenentur illam recipere. Fallit ſecundo ſi ab initio in tractatu matrimonij conuentum ſit: quod mulier priorum ſuorum haberet & retineret liberam poteſtatem & adminiſtrationem, & quod vir futurus non faceret fructus ſuos, nec in aliquo de illis quæ intromitteret, ſed quod illa libere de illis diſponere poſſit ſine conſenſu & authoritate viri. Sicut in terminis iuris habetur de bonis, quæ mulier extra dotem ſibi retinet, in *l. maritus. C. de procura. in l. ſi. C. de pactis conuẽ.* Quia tunc mulier reſpectu propriorum etiam ab initio non tranſit in poteſtatem viri, ſed quoad illa cenſetur innupta & ſui iuris, vt factum eſt. Et ſic ſi habeat feuda propria, ſpectat ad illam ſolam & non ad maritum omnino clientelaria munia nomine ſuo tam actiuè quam paſſiuè exercere, vnde hoc caſu tenetur patronus vaſſallam nuptam in fidem committere, & inueſtire ſine aliquo releuio vel commodo, prætextu matrimonij, quia omnino ceſſat ratio releuij. Et feuda mulieris nullomodo mutant manum in virum, nec ad illum tranſeunt, nec verè, nec fictè, nec interpretatiuè. Amplio vt procedat hæc fallentia, etiam in terminis aliarum conſuetudinum, etiam earum quæ per obitum viri nouum releuium deberi volunt, vt in caſu huius fallentiæ nullum debeatur releuium, neque in cauſa pacti, neque ex cauſa ſoluti matrimonij, vtrique non ſit ex eiuſdem cauſis renouanda fides, nec per virum nec per mulierem, prout nec ex dictis cauſis vlla ſit apertura feudi, ſed ſi mulier innupta erat in fide, remanet in eodem ſtatu tam viuente quã moriente marito, & ſi non erat in fide, poteſt illam viro tranſquiſito præſtare ſicut ſi eſſet innupta. Quemadmodum in terminis iuris communis, ſed etiam in terminis conſuetudinum feudalium Inſub. Si mulier habeat feudum fœmineum quantumcunque nubat (niſi illud in dotem dederit) non aperitur, nec mutatur, nec fidelitas præſtanda eſt per maritum nec de eius authoritate, ſed per ſolam mulierem quæ integra & idonea vaſſalla manet, vt prius ante contractum matrimonium, vt no. doct. in *C. vnico.* an maritus ſuccedat vxori in benefic. *C. vnico de feudo mulie. C. de natur. ſucceſſ. feud. in vſib. feud.* Fallit tertio ſi abſente forte vel recuſante viro autoretur à iudice in quo requiritur cauſæ recognitio vocatis iis quorum intereſt, ſecundum nota. *ſuper eod. 9.* 3. Fallit quarto ſi mulier in hoc à patrono ſuo autoretur, cum videlicet de ſolius patroni præiudicio agitur. Poteſt etiam viro irrequiſito & non requirente illam inueſtire, tenebítque & valebit actus in præiudicium patroni & omnium habentium ius & cauſam ab eo, & hoc facto non poterit compellere maritum vaſſallæ, ad fidelitatis præſtationem, nec feudum ex defectu hominis prænendere, cum habeat hominem & perſonam à ſe legitimatam & approbatam, quod eſt expeditum reſpectu viri qui tunc viuit & ad vitam eius. quod ſi mulier viro ſuperueniat, adhuc idem dicendum eſt in terminis conſuetudinis noſtræ, cum nullum de nouo debeatur releuium & inueniatur per ſe, & principaliter in fide patroni à quo in legitimam vaſſallam approbata fuit. Cenſetur autem approbata eo ipſo quòd à patrono ſciente, hoc eſt dum ſtatet eam nuptam, inueſtita fuit, *l. quidam conſulebant in fi. D. de reb. iud.* & ibi Bar. Ioan. de Imol. *col. 4. & in conſ. 132. n. 6.* Ioan. de Auan. in *C. vnico coll. 2. 3. ſchiſmat.* Secus ſi patronus ignorabat, quia tunc ipſo iure non valet admiſſio in fidem & inueſtituram, & feudum remanet apertum. Vt in dubio ceſſante præſumitur ignoraſſe. *l. vnica. D. de probat.* Si vero dicta mulier conuolet ad ſecunda vota non eſt modica difficultas. Vtque paucis apparatu omiſſo decidam, dico inſpiciendum tenorem & formam inueſtituræ, authoritatis & approbationis. Si enim ſimpliciter facta ſit: puto quod non refertur ad tunc præſentem illegitimatam, & ſic reſpectu illius matrimonij dumtaxat arguit *l. boues §. hoc ſermone. D. de verb. ſignif. l. ſemper in ſtipulationibus. D. de reg. iur.* cum ſimilib. Ideo in dubio non porrigitur ad nouam & ſuperuenientem illegitimatam, nec ad caſum licet ſimilem, ſed de nouo emergentem ex quo nouum releuium

& noua fidelitas debetur, vt in hoc §. ſin autem inueſtitura ſit expreſſe reſtricta ad matrimonium vel ſtatum ſui temporis, aut ſi ſit expreſſe extenſa etiam ſi in futurum contingeret mulierem iterum aliis nubere, tunc tenori inueſtituræ natura feudi cedit *l.1.§ ſi conueniat. D. de poſſ.* & quæ notat. ī. §. Obiter tamen notandum eſt quod huiuſmodi gratioſa inueſtitura & contra naturam feudi conceſſa bene præiudicat patrono hæredibus & cauſam habentibus ab eo, ſed ſuperiori & mediato patrono pro tempore futuro, videlicet ipſius ſuperiori non poteſt præiudicare, per nota. j. §. 35. *& ſeq. &* §. 41. Vnde ſi feudum dominans aperiatur ac prehendatur à ſuperiore patrono, ſi dicta mulier adhuc inueniatur nupta; & ſic ſecundum naturam & legem feudorum inhabilis feudum eius cenſebitur ſuperiori apertum, & ab illo cum effectu amiſſionis fructuum prehendi poterit, donec eius maritus in fidem patroni tranſierit, vel ipſa mulier à iudice ex cauſa iuſta authorata fuerit, vt dictum eſt. Secus ſi dicta mulier inueniatur tunc ſoluta viro capax & habilis, quia tum cum ſtatus perſonæ non repugnet, ratum manet quod prius gratioſè geſtum fuit. Idem in ſimilibus quæ plura menti occurrunt, & à ſtudioſis ſatis percipi, dicendum eſt. Et hæc eſt totius huius vberrimæ materiæ ſumma, ex quibus facilè præuideri poteſt, vnde tela arripiant & ejaculentur, qui æquam opinionem meam ī. *eo. nu.* 5. impugnare nituntur, nempe ex eo quod mulier nupta eſt in poteſtate viri, in tantum quod non ipſe, ſed ſolus vir eſt perſona legitima, ad fidelitatem ſubeundam. Vnde cum vir ſit extranea perſona per ſucceſſionem lineæ directæ non ſubrogatæ, non debet admitti ſine releuio, quæ ratio in ſui forma æque concludit pro feudis obuenientibus mulieri poſt contractum matrimonium, ſicut in feudis competentibus mulieri ante matrimonium contractum. Quibus iuxta prædicta in breui reſpondeo, quod hæc ſola ratio non eſt ſufficiens ad inducendum releuium niſi conſuetudo hoc expreſſim diſponeret. Ergo non debetur releuium niſi quatenus conſuetudo expreſſim diſponit, quæ non loquitur niſi de feudis priùs acquiſitis, non autem de obuenientibus pendente matrimonio. Quod autem prædicta ratio per ſe non concludat, patet, quia vt debeatur releuium requiritur vera & effectualis mutatio manus & perſonæ vaſſalli, vt ſupra §. 33. quæ non eſt quando mulieri nuptæ, feuda ex ſucceſſione aſcendentium obueniunt, tum releuium præſertim in dicto caſu, facit vt debeat ad limites verborum reſtringi, & nullo modo extendi, vt dictum eſt. Alioquin ſi quælibet mutatio legitimę & capacis perſonæ extra caſum lineæ directæ faceret nouum deberi releuium niſi ſicubi conſuetudo expreſſim dicat, quemadmodum nullus ſanæ mentis dixerit nouum releuiū deberi ex eo quod vaſſallus in furorem, prodigalitatem vel ſonticum morbum incidit, eique interdicitur adminiſtratio & poteſtati curatoris ſubijcitur, & quemadmodum conſuetudo Pictau. §. 126. & ſi qua ſimilis dure nimium & acerbe cogit mulierem per obitum viri ad nouam fidelitatem & nouum releuium teneri, non debet extendi ad caſum ſeparationis thori & bonorum iudicialiter factum: quoad materiam de qua agitur eadem ſit ratio. Quoniam mulier hoc modo ſeparata æque poteſtatem viri exuit, ſui iuris & legitima perſona efficitur, atque ſi vir naturaliter moreretur, ſed odioſitas diſpoſitionis reſtrictionem inducit & extenſionem impedit. Quare quanto magis ad limites rationis opinionem meam examino, tanto veriorem & iuſtiorem inuenio, quamuis à nonnullis fortaſſe oppoſitum retro practicatum fuerit, de quo minime curandum eſt *l. quod vero. D. de legib. cap. quod per errorem de Regul. iur. in 6.* Plus dico, quod dicta conſuetudo Pictauienſis aut ſi qua ſimilis tanquam in dicto articulo odioſiſſima & ſtrictiſſima iuris, non habet locum niſi in naturali propriè & abſolutè viduitate, quæ per mortem naturalem viri contingit. Secus ſi vir ob debitum bonis ſuis & ciuitate amiſſis exulet, vel ſi de ſpontaneo conſenſu vxoris, monaſticam vitam profiteatur. *ca. veniens de commerc.* conjugali aut alio quouiſmodo ciuiliter moriatur, quāuis etiam quoad regimen & diſpoſitionem bonorum, de quibus agitur, dicta mors ciuilis eundem operetur effectum, quia clarum eſt quod maritus deportatus vel monachum profeſſus non poteſt amplius remanere vaſſallus, ſed quod tunc fidelitas & vaſſallegium reſidebit penes ſolam nubentem, quę quod attinet ad propria bona ſua æque ſui iuris efficitur & omnem adminiſtrationem recuperat, ac ſi verè eſſet vidua. Tamen non debebitur totum releuium, quamuis teneatur ipſa ad nouam fidelitatem & homagium, erga patronum & locum viri, qui omni clientela per mortem ciuilem nexus eſt, & vaſſallus eſſe vel pro vaſſallo haberi deſiit. Et ſic eadē conſuetudo in eodem articulo loquens in caſu naturali & vero, partim extenditur ad cauſam ciuilem videlicet quatenus non eſt odioſa, nec nimium oneroſa, partim non extenditur, ſed reſtringitur preciſe ad mortem naturalem, quatenus ſcilicet eſt grauis & odioſa; nec eſt abſurdum per prædicta & propter aduerſitatem reſpectuum: ſed quid ſi nedum vir ciuiliter moriatur, ſed etiam de facto iuxta pontificias leges diſſoluatur vinculum ipſum matrimonij, & velit mulier alij nubere, vt cum vir ante copulam ſeu conſummationem matrimonij contra ius diuinum abdicens vxorem, vnum ex monaſticis ordinibus profiteatur. Adhuc idem dico etiam in terminis dictæ conſuetudinis Pictaui, nullum deberi releuium propter huiuſmodi viduitatem ſeu diſſolutionem matrimonij viuo viro. Fortius dico quod nec debebitur releuium quandocunque poſtea naturaliter mortuo viro, ſiue in hoc vltimo caſu, ſiue in caſibus præcedentibus de viro permiſſu vxoris de inconuenientia non ſuſpecta profeſſo vel ob delictum deportato. Et moneo primo per ciuilem mortem non deberi, vt dictum eſt, & per naturalem poſtea ſequentem adhuc minus, quia tempore mortis naturalis vir non eſt vaſſallus nec habetur pro vaſſallo. Cum enim huiuſmodi clientelam dudum exuerit, & ſic mors naturalis viri nullam poteſt de nouo operari mutationem feudi vel vaſſalli, nec veram nec fictam nec interpretatiuam, debetur tamen vnicum releuium ab initio & propter contractum huius matrimonij, ratione feudorum tunc ad mulierem pertinentium, etiam in terminis noſtræ conſuetudinis, quia verum fuit matrimonium etiam non ſecuta naturali copula, & verè mulier in poteſtatem viri tranſiit. Et ſaluo ſenſu fallentiæ 2. ſupra eodem numero ad actus clientelarios illegitimata fuit, nec matrimonium retro annullatur nec ad non cauſam reducitur, tametſi Alexan. 3. *in C. verum. & in cap. ex publico de commer. coniug.* permittat hoc caſu coniugem relinqui & relicta ſua recuperare, & cum alio matrimonium contrahere, ſed ſolum vt ex nunc, & quoad effectus futuros de facto ſoluetur verum contractum matrimonium per dictas decretales, quæ cum gloſſa magnum errorem continent, cuius non eſt hic diſcutiendi locus. Remitto ad nota. j. §. 135. vbi tracta. in hoc vltimo ſenſu locus ſit doerio, communioni bonorum & parti lucri, vt in matrimonialibus & per ea quæ ibi ſcripſi apparet quod vir monachatus ergo, relinquens vxorem tenetur eam ſeruare indemnem, eamque & eius bona per ſe vel hæredes ſuos exonerare à dicto releuio. Pono ſi matrimonium ab initio eſſet nullum. Clarum quod eſt nullum operaretur effectum, nec eſſet locus his conſuetunibus aut alij diſpoſitioni de nuptiis loquenti *l. 4. §. condemnandum. D. de reb. iud. l. non parauit. §. non quæuis. D. de bonor. poſſeſſ. contra.*

* §. XL.

¶ Hic articulus olim fuit 41.

SI tous les enfans auſquels appartient aucun fief ſont mineurs ou en tutelle, le ſeigneur feodal eſt tenu de leur bailler ſouffrance, ou à leur tuteur, iuſques à ce qu'ils, ou l'vn d'eux, qui puiſſe faire la foy, ſoit en âge.

SI plures connaſſalli ad quos pertinet feudum, ſint minores & ſub tutela, tenetur patronus eis vel eorum tutori inducias dare, donec ipſi vnúſve ex iis idoneam ætatem ad fidelitatem præſtandam adeptus ſit. H. D.

* Hic §. nouæ conſuetudinis complectitur proximè antecedentem articulum & duos ſequentes.

* XLI.

SI tous les enfans, auſquels appartient aucun fief ſont mineurs ou en tutelle, le ſeigneur feodal eſt tenu de leur bailler ſouffrance, ou à leur tuteur, iuſques à ce qu'ils, ou l'vn d'eux, ſoit en âge, pour faire ladite foy & hommage. ¶ Pour laquelle faire le fils eſt reputé âgé à l'âge de vingt ans, & la fille à l'âge de quinze ans, accomplis, comme deſſus eſt dit. ¶ Et eſt tenu le tuteur declarer les noms & âges des mineurs, pour leſquels il demande ſouffrance.

SVMMARIA §. XLI.

1. *Modificatio conſuet. Senonenſis.*
Pauperes et pupillos tueri debet regius procurator
2. *Minori debentur inducię, ſiue ſolus ſit, ſiue concurrat cum maiore.*
3. *Quæ frequentiæ cauſa exprimuntur non reſtringuntur.*
4. *Pupillus vel minor per ſe petere poſſit inducias*
Iuramentum fidelitatis perſonaliſſimum.
Hæ inducię legales ſunt, quia ſi denegentur ipſo iure à conſuetudine ſupplentur.
5. ¶ *Q.* 1. *Quid ſi neque petantur neque recuſentur: an & quando à lege ſuppleantur.*
6. ¶ *Q.* 2. *Inducię pluribus minoribus datæ non expirant per maiorem ætatem vnius, niſi quo ad illum tantum.*
7. ¶ *Q.* 3. *Vaſſallus per tutorem, curatorem, vel procuratorem ſemel in fidem ſimpliciter admiſſus, non tenetur renouare fidelitatem niſi noua feudi apertura ſuperueniente.*
8. ¶ *Q.* 4. *Hæ inducię ſolum fidelitatem concernunt & non remorantur exactionem iurium vtilium.*
9. *Secus in inducijs voluntarijs ſimpliciter conceſſis.*
Iura vtilia ſunt acceſſoria honorificorum, ſed æque principaliter.
10. ¶ *Q.* 5. *Quid ſi vaſſallus deceſſiſſet relicta vxore prægnante, an ſaltem poſt* 40. *dies poſſit feudum prehendi?*
Præmatura comprehenſio non conualeſcit.
11. ¶ *Q.* 6. *Quid de vaſſallo furioſo, aut aliàs quàm ratione ætatis inhabili.*
Sufficit legem eſſe rationabilem in ſingulis generum.
12. ¶ *Q.* 7. *Quid ſi tutor pupillorum emat vel aliter eis acquirat feudum.*
13. ¶ *Q.* 8. *Quid in cuſtode nobili vel pagano.*
14. ¶ *Q.* 9. *Non tenetur patronus in fidem admittere cuſtodem, ſicut nec tutorem, ſed ſi admiſerit etiam in qualitate cuſtodis, non tenetur vaſſallus maior factus fidelitatem renouare.*

APRE'S loquitur iſte text. in pluribus filiis minoribus relictis à patre vel matre. Generalem tamen epitomen, ſeu ſummarium adieci, quia ſiue plures pupilli ſuccedant alicui in linea collaterali, ſiue aliter feudum acquirant, eadem eſt ratio & idem ius, & hæc eſt æquiſſima conſuetudo, quoniam feudum eſt apertum ſuper minoribus, & tamen propter defectum ætatis non poſſunt per ſe agnoſcere patronum, nec patronus tenetur admittere vaſſallum in fidem per alium, ſiue per procuratorem ſpecialem, ſiue per tutorem, ſaluo eo quod dicam j. §. 67. Et ſic mero rigore videbatur prehendere poſſe & fructus ſuos facere donec haberet hominem idoneum. Et ſic minores, qui fauorem & ſubſidium merentur propter imbecillitatem ætatis. *l.* 1. *D. de minorib.* prætextu ætatis imbecillis, ſpoliarentur patrimonio paterno & auito, idque à patrono, cui iniquitati obuians hæc conſuetudo ſtatuit patronum teneri dare inducias fidei præſtandæ vſque ad idoneam ætatem. Hinc apparet quàm ſit iniqua & acerba conſuetudo * Senonenſis. *eo. tit.* §. 204. vbi permittit patrono frui & lucrari fructus, etiam ſi pupilli neque mobilia, neque alia bona, neque parentes, neque aliud vitæ ſubſidium habeant, & quod crudelius eſt, addit quòd nec eos quidem alere tenetur patronus, nec onera interim hæreditorum ſoluere. Tamen ego puto quòd illa conſuetudo non excludat tutorem vel curatorem. Et quòd iudicis vel procuratoris regij officio (qui pauperes * maximè pupillos tueri debet *arg. l. vnica. in fine. C. quan. imper. inter pupill. vel vidu.* hinc ſcripſit Bal. in *l. magis puto.* §. *in primis, verſi. Itemque ſi inops. D. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura. ſunt.* tam ſincerâ iuſtitiâ eſſe in regno Franciæ, quòd ſi aliquis pauper habet litem cum rege, & non habet vnde litis impenſas faciat, quòd rex ei ſubminiſtrat aduocatum vt veritas cauſæ eruatur) incumbit facere, illicoue dare dictis minorib. tutorem vel curatorem, cui tenebitur patronus inducias dare, & manum leuare. Alioquin dicta conſuetudo contineret iniquitatem intolerabilem. Ex quibus patet quàm ſint iniquæ ac reprehenſione & correctione dignæ, iux. l. Saluius Ariſto. *C. de legu. præſtan.* quædam conſuetu-

* Modificatio conſuetu Senonenſis.

* Procurator regis pauperes pupillos tueri debet.

Digitized by Google

pupilli habentes tutorem vel curatorem petentem inducias grauantur releuio, vt inducias emant, prehensionem feudi & omissionem fructuum redimant, & hoc ideo quia pupilli omnes vel minores sunt vt consuet. Aurelianensis. *eo. tit.* §. 31. 34. Meldunensis §. 146. Reliquas omitto quia nusquam finis esset singularum varietates prosequi. Nunc altius ingrediendo materiam huius §. quæ satis copiosa est, & ad vitandam prolixitatem & confusionem modo per notabilia, modo per qq. procedam.

2. Noto primo, quòd quamuis iste text. incipiat à dispositione conditionali, si omnes filij conuassalli sint minores, quæ cessat si vel vnus ex eis sit, vel efficiatur maior, vt in fin. text. tamen si vnus tantum ex eis sit minor, idem est in effectu respectu minoris. Aut enim debet patronus maiores in fidem admittere simpliciter, & eorum fidelitate & obsequio contentari pro toto feudo: aut si præcise nolit maiores admittere in fidem, & inuestire, nisi pro portionibus eorum duntaxat, tenetur inducias dare minori, & abstinere à prehensione portionis eius, donec factus sit maior. Et pariter inquantum iste tex. innuit, quod inducię minoribus conuassallis datæ expirant in totum statim quòd vel vnus solus ex eis factus est idoneæ ætatis: debet intelligi per relationem ad id quod sæpe fieri solet, vt primus factus maior fidelitatem præstet tam pro se & nomine suo, quàm nomine conuassallorum adhuc minorum. Quod patroni solent admittere, quia eorum non interest, quum alioquin non possint prehendere portiones minorum cum effectu, sed teneantur inducias dare, si nolint maiorem tam suo quam consortum nomine recipere in fidem. Quamuis enim iste textus tacite innuat, quòd vnus ex conuassallis eiusdem feudi possit fidelitatem facere pro toto feudo, tam pro se, quàm pro cæteris conuassallis qui sunt minores vel aliàs inhabiles, quod est rationabile, cum etiam extraneus cum speciali mandato, in casu iusti impedimenti possit hoc facere. vt infra §. 67. Tamen non puto patronum teneri præcise admittere in fidem conuassallum tam pro se, quàm pro consortibus, qui sunt minores, si offerat eorum respectu inducias dare vsque ad congruam ætatem. ad hoc fac. quæ dixi §. 35. *glo.* 2. *q.* 1. Noto secundo, quòd si vnus sit tantum vassallus & minor idem est, vt debeant dari hæ inducię, quia pluralis, imò etiam vniuersalis locutio resoluitur in singularitatem, quando est eadem ratio, vt hic not. Card. Alex. & Feli: in *c. omnes leges* 1. *de glo.* Panor. Phil. Dec. in *c. accepta. de appella.* Iaſ. in *l. singularia. col. D. si cert. peta.*

3. ¶ Noto tertio, quamuis iste text. loquatur de minore vel minoribus qui sunt sub tutela, tamen idem est multo fortius si carerent omni tutore vel curatore, tunc enim magis indigent subsidio & minus grauari debent cùm sint indefensi, & subsint maiori impossibilitati, vtpote quum neque per se, neque per alium se iuuare possint, nec habeant, nec contra neglectæ administrationis habituri sint regressum. Vnde quanto magis sunt destituti, tanto minus debet eos patronus ipse grauare, imo quia patronus magis tenetur eis subuenire vt clientibus & orphanis. *arg. c.* 1. *de for. fidelitat. in fin.* & quæ ibi not. doct. in vsib. feud. Et quod hic fit mentio de existentib. in tutela, refertur ad id quod esse debet & solet, & ad communem * frequentiam vnde non restringit iuxta glo. in *l.* 1. *in ver. Illyricanas de quibus mu. non licet. excusa. lib.* 10. *C. in Cle,* 1. *de reser.* Antho. Corse. in *sing. in ver. frequent.* Iaſ. in *l. veterib. D. de pact. in l.* 1. *col.* 3. *D. de legib. in l.* 1. §. 1. *D. de iustit. & iur.* Et sic concludo quod eo prætextu quod pupilli vassalli carent tutore, nec alium habent qui adeat patronum & postulet inducias, non potest patronus manum iniicere, etiam lapsis quadraginta diebus ab obitu vltimi vassalli, tanquam ex defectu hominis & iurium & fructus suos facere. Et dico quod hic non esset actus patroni, qui pietatem quandam, saltem benignitatem debet clienti-

* Frequentia ex ea dictum non restringit.

bus, sed potius actus prædonis & expilatoris bonorum & hæreditatis defuncti vassalli. Vnde plus dico quod si sciuerit qualitatem minorum indefensorum, tenetur vltra restitutionem rei & fructuum, ad omnia damna & interesse eorum, quemadmodum si manum iniecisset post petitas has legales inducias. Si vero probabiliter ignorauerit, tenetur saltem ad restitutionem rei, & fructuum perceptorum. Noto quarto, quod si minores habent tutorem vel curatorem, is tenetur adire patronum, & inducias postulare, quod si non fecerit, tenebitur minoribus reparare damnum si quod incurrerunt, iura sunt ad hoc trita.

4 ¶ Noto quinto, quod etiam minores ipsi petere possunt inducias à patrono, siue habeant tutores aut curatores, siue non, etiam sine eorum authoritate, hoc enim saltem importat quandam notificationem & certificationem de minoritate, vt patronus non possit amplius prætendere ignorantiam, & non possit nec debeat manum iniicere, imo cùm sit actus eius vtilis, habet vim suam & operatur interpellationem & constitutionem patroni in mora, nisi quod iustum est & debitum concesserit, per not. in *l. si ex legati. D. de verbor. oblig. & ī* §. 21. Noto sexto, quod præstatio fidelitatis adeo personam concernit & astringit, vt non teneatur patronus alium quàm vassallum etiam verùm tutorem eius nomine in fidem admittere, dummodo offerat inducias dare. Et ratio, quia iuramentum * quod in fidelitatis præstatione interuenit est quid personalissimũ, & personam iurantis non egreditur. vt no. *can. in c. veritatis. de iureiuran.* No. septimo quod hæ* inducię sunt necessariæ & legales siue consuetudinariæ, quia siue dentur à patrono, & sic videantur conuentionales, tamen propriè & strictè non censentur donari, quia concedens ad hoc tenebatur ex lege consuetudinis, & in necessitatibus nemo liberalis existit. *l. donari videtur. D. de regul. iur. l. rem legatam. D. de adi. lega.* Siue* denegentur, tunc enim ipso iure à consuetudine supplentur, & perinde est ac si essent concessæ & ac si minores fidelitatem actualiter præstitissent quandiu durat minor ætas.

* Iuramentum personalissimum.

* Hæ inducię legales sunt.

* Et denegatæ supplentur à lege.

5. Sed quæro primo, Quid * si neque concedantur, neque denegentur, sed non petuntur: Vtrum ipso iure suppleantur à consuetudine? Textus iste sentit quod non, quia non dicit quod minores eo ipso sint in inducis: sed quod debent eis vel eorum tutori dari. Et sic præsupponitur quod prius debeant eas petere, & hoc est verum, sed cum modificatione, quia si ante petitas inducias patronus ignorans esse minores manum iniecerit, deinde petantur inducię, tenetur nedum eas concedere & manum leuare pro tempore futuro: sed etiam fructus iam collectos quatenus extant, vel in rem eius conuersi sunt restituere. Reliquum autem cum damnis & interesse recuperabunt minores à tutoribus vel curatoribus suis, qui negligentes fuerunt adire patronum. Si vero patronus sciuerit esse minores & indefensos carentes tutore & curatore, ipsemet tenetur inducias quas scit debitas à se exigere, & dicendum vt supra *eo. not.* 3. Deberet enim patronus potius tutelam minorum vassallorum gerere, quàm eos non valentes opprimere. Si vero habeant legitimos tutores & curatores, per quos possint & debent postulari inducię, tunc ipso iure non competunt. Vnde si in illis petendis negligentes sint, videtur prima facie patronum mero iure fructus suos manu iniecta facere posse, etiam si sciat esse minores: cùm non sint omnino indefensi, & habere possint recursum contra tutores & curatores. Verius tamen puto patronum non debere lucrari fructus, sed restituere perceptos extantes, vel in rem suam versos. Et est ratio, quia quamuis feudum vere apertum sit, & mere iure prehendi possit, tamen siue scienti, siue ignoranti patrono, re ipsa obstat legitima dilatoria exceptio ex dispositione huius consuetudinis. Et sic non debet

* Quid si non petantur.

prehensio habere effectum, vt fructus cadant in commissum, & cedant lucro patroni. Puto tamen quòd sicut patronus non tenetur ad damna, & interesse quando ignorauit minorem ætatem, ita nec quando sciuit, sed propter indeuotionem & negligentiam tutorum & curatorum qui rem feudalem sciebant & patronum contemnebant, prouocatus fuit ad prehendendum. Tunc enim damna & interesse subeunda & restituenda sunt per dictos tutores & curatores, qui licet nomine pupilli possit dictos tutores, & curatores, dictos fructus repetere à patrono, quem non est æquum lucrari bona pupilli clientis, propter alienam culpam, tamen non possunt repetere damna & interesse, sed sibiipsis debent imputare.

6. SECVNDO quæro, vtrum hæ inducíæ in rerum expirent respectu omnium filiorum & conuassallorum minorum, statim quòd vnus ex eis factus est idoneæ ætatis, etiam si omnes alij sint adhuc minores? Et videtur quòd sic, per hunc text. vbi hæ inducíæ non conceduntur nisi quandiu omnes sunt minores, & donec antiquior ex eis adeptus sit idoneam ætatem: quo facto videtur patronus liberas manus habere ad prehensionem totius feudi, & faciendum fructus suos etiam de portionibus pupillorum, sine vlla spe restitutionis in integrum, nisi ille qui est maior factus, offerat fidelitatem integram totius feudi, tam suo, quàm consortum nomine. Contrarium dicendum est, quia dispositio huius § fundata est in æquitate, & inducta ad subuentionem minorum, & sic non debet admitti interpretatio amara, tendens ad odium & læsionem minorum: vnde dico quòd respectu minorum non cessant, sed perseuerant inducíæ, & licet is qui maior factus est prorsus sit contumax, tamen solum portio illius & non portiones minorum prehendi possunt. Nec obstat quod beneficium huius § videtur concedi sub conditione si omnes sint minores, & donec vnus ex eis sit maior factus, quia illa verba in hoc text. apponuntur, non ad inducendum conditionem, vel taxationem huius beneficij quoad omnes simul, sed ὅτι τὸ πλεῖστον vt inquit Pompo. in *l.* 3. *D. de legib.* id est, iuxta communem frequentiam, qua solet vnus consortum maior factus, fidem tam pro se quàm pro consortibus offerre, & ad illam admitti, quo casu nullis amplius opus est inducíis. Alioquin siue stet per patronum qui nolit maiorem admittere pro omnibus, si ue stet per ipsum maiorem, qui prorsus est contumax in fidelitate offerenda, semper subest eadem causa & necessitas subuentionis inducíarum respectu minorum: & sic concludo quòd eorum respectu durant cum effectu.

7. TERTIO quæro, certum est patronum non teneri totum admittere in fidem, nihil tamen impedit, nec est dubium quin in fidem tutorio nomine admittere possit, & inuestire si velit. Sed cuius effectus est ista fidelitas & inuestitura? Et videretur quòd finita tutela opus esset renouatione fidelitatis in persona vassalli maioris facti, quia iuramentum personale est, vt nuper diximus. facit quod dictum est s. §. 35. *quæst.* 2. *nu* 11. fidelitatem esse renouandam in vidua, quantumque maritus eius fidelitatem fecerit ad causam vxoris suæ. Contrarium puto, quia tutor vel curator nihil fecit nomine proprio, sed solum nomine minoris cuius est merum organum. Et sic omnis potentia, virtus & effectus actus refertur ad personam minoris, & in ea per tutorem legitimata fundatur. patet, quia patronus recipiendo tutorem, non inuestit illum, sed inuestit minorem in persona tutoris. Et tutor ipse non obligatur, nec astringitur iuramento fidelitatis: sed ipsemet minor astringitur & alligatur, ac si in propria persona iurasset. Nec hoc casu requiritur aliud mandatum in tutore, quim habeat generalem potestatem cum libera à lege. Quemadmodum si procurator cum speciali mandato (quod in procuratore hoc casu requiritur) præstet & iuret nomine domini & in animam eius fidelitatem patrono, volenti recipere & inuestire vassallum per procuratorem. Ipsemet vassallus personaliter astringitur iuramento, ac si in propria præsens interesset. Et sic non est opus quòd vnquam fidelitatem renouet, nisi mutatio contingat ex parte patroni. Nec est simile de marito, qui est caput vxoris & fructus suos facit nomine suo, & nouus dominus seu vassallus videtur. Tutor autem est quemadmodum procurator tantum personam eius cuius nomine gerit, & nullomodo propriam personam repræsentat. Verum est tamen quòd patronus qui non tenetur recipere tutorem vel curatorem, potest in huiusmodi receptione apponere quam vult legem & modum, puta quòd cessante minori ætate vassalli, vel post tale tempus teneatur vassallus personaliter fidem renouare. Alioquin huiusmodi receptio pro infecta habetur. per not. s. §. 1. *gloss. fi.* Et eodem modo dicendum est *in casu quæst.* 2. s. *eo.* quòd si patronus simpliciter recepit maiorem natu in fidem totius feudi, tam nomine suo, quàm nomine fratrum & sororum minorum, quòd illi omnes censentur personaliter in fidem admissi, organo fratris maioris, tanquam legitimi & approbati procuratoris, & non tenentur etiam maiores facti fidelitatem renouare.

8. QVARTO quæro, an istæ inducíæ intelligantur, tam de fidelitate, quàm de iuribus vtilibus debitis? Pone vassallum qui debebat releuium, vel quintum, aut subquintum, antequam inuestiretur & soluisset iura, decessisse relictis tribus pupillis. Vel pone tres pupillos nepotes ex fratre successisse patruo sine liberis defuncto, & sic debent releuium. Vtrum istis pupillis debeant dari inducíæ nedum homagij & iuramenti fidelitatis præstandi, sed etiam dictorum iurium vtilium? Et videretur quòd sic, Tum primo, quia huiusmodi iura vtilia sunt accessoria fidelitatis, & videntur deberi propter laborem & in recompensam inuestituræ, vt tradit Albe. in *l. quod si vno post* Oldra. *D. de in diem addicti. & in l. fi. ad fi.* & ibi Ias. *col.* 10. *q.* 3. *C. de iur. emphy.* Gui. Pap. in *decis. Delphi. q.* 11. Tum secundo, quia vassallus non tenetur hæc iura vtilia prius soluere, quàm in fidem recipiatur & inuestiatur. per no. s. § 33. *q.* 41. *nu.* 134. *& infra.* §. 63. Sed non tenetur fidem facere nisi finitis huiusmodi induciis. Tum tertio, eo ipso quòd liberalitate patroni indulgentur inducíæ fidei præstandæ, censentur etiam concedi inducíæ soluendi hæc iura vtilia, etiam si de eis non fiat mentio. per no. in §. *præcedenti in prin.* Inducíæ autem legis non sunt minoris efficaciæ pro tempore suo, quam inducíæ hominis. His non obstantibus contrarium dicendum est: quòd* inducíæ de quibus in hoc §. non respiciunt nisi fidelitatem, non autem respiciunt releuia, quinta, siue alia iura vtilia patronis debita. Probatur primo in hoc text. vbi ad finem & homagium duntaxat referuntur hæ inducíæ, & per rationem quæ colligitur in textu, quæ est impossibilitas, & inhabilitas præstandi fidelitatem ante ætatem idoneam. Ex quo patet, quòd hæ inducíæ non dantur, nisi propter inhabilitatem temporalem vassalli, ad faciendum iuramentum fidelitatis. Sed hoc nihil habet commune cum solutione iurium vtilium, in quo cessat huiusmodi inhabilitas. Probatur etiam per seriem siue consecutionem §. sequentis. Probatur etiam per locum ab absurdo, quia sequeretur, si defunctus vassallus prius debebat releuia, quæ poterant incontinenti exigi, quod ex morte seu mutatione personæ debitoris immutabitur conditio obligationis, quia de pura fiet in diem, & amplius non poterit debitum peti, nec via prehensionis, nec via actionis, donec hæres sit factus maior annis, quod est contra *l.* 2. §. *& harum D. de verb. obligat.*

* Hæ inducíæ non remorantur releuia.

9. Ad allegata in contrarium non obstat primum, quia verum est iura vtilia esse* accessoria honorifico-

* Quomodo accipiendum iura vtilia esse accessoria.

rum: tamen æque principaliter, quia per ſe ſubſiſtunt, & iure obligationis & actionis pure debentur. Imo Andr. Iſer. *in vſib. feud.* comparat honores flori, & vtilia iura fructui, & præfert fructum flori. Et quod dicitur iura vtilia ſolum propenſatione laboris & inueſtituræ deberi, debet referri ad primam infeudationem & conceſſionem feudi, non autem ad eius renouationem, alioquin eſt mala & erronea inductio. Non obſtat ſecundum, quia procederet quòd vaſſallus eſſet habilis ad fidelitatem præſtandam, ita quòd præſenti die teneretur patronus eum recipere in fidem, quia tunc propter concurſum reciprocæ obligationis, non teneretur vaſſallus offerens fidem & iura, ſoluere iura vtilia niſi ſemel patronus paratus eſſet recipere in fidem, & implere ex parte ſua. per regul. *l. Iulianus §. offerri D. de actio. empt. l. cùm proponas. C. de pact.* Sed hic vaſſallus non poteſt offerre fidem, vtpote ad hoc inhabilis. Inhabilitas autem vaſſalli, aut quicunque alius caſus in eius perſonam contingens, non debet nocere patrono, nec impedire ſolutionem iurium vtilium, ei pure debitorum. Minus obſtat tertium, quia procedit in iudiciis voluntariis, in quibus licuit patrono legem apertius dicere, vnde ſi ſimpliciter eas concedat, referuntur ad totum illud quod debetur ab eo cui conceduntur, etiam ſi adhuc alia iura antiqua deberentur, propter mutationes antiquas prædeceſſorum ſuorum. Et hoc niſi forte ſeparatim obligati fuiſſent patrono, puta ſub inſtrumento guarantigiaco ad ſoluendam certam compoſitionis ſummam. Tunc enim puto, quod induciæ voluntariæ ſimpliciter nouo vaſſallo conceſſæ, non extenduntur ad illam obligationem, vtpote quæ iam proprio & ſeparato iure contractus & nouationis debetur, & non mero iure feudali. Secus in iſtis induciis neceſſariis & conſuetudinariis, quæ duntaxat conceduntur ratione & reſpectu inhabilitatis temporalis ad fidem & homagium, & ideo ad illud tantum limitantur, & non extenduntur ad alia iura.

10. QVINTO quæro, vaſſallus deceſſit relicta vxore prægnante ſine aliis liberis, an habeat locum hic text. Reſpon. ſic, quia agitur de commodo eius qui in vtero eſt, & ſic pro nato habetur. *l. qui in vtero. D. de ſtatu homi.* Et hoc caſu ſufficit infra quadraginta dies ab obitu vaſſalli per inducias à patrono ventris nomine, à tutore deputato, vel alio quocunque non refert: quia etiam ſi non petantur, adhuc non poteſt patronus efficaciter prehendere, ſed debebit prehenſio tertractari: quemadmodum dictum eſt in præcedentibus, de patrono ſcienter vel ignoranter prehendente ſuper pupillis, tutore & curatore deſtitutis. Sed quid ſi poſt quadraginta dies ab obitu vaſſalli, patronus non obſtante quod vidua appareret prægnans, & quòd forte erant petitæ induciæ, manum iniecerit feudo, poſtea apparet mulierem non fuiſſe prægnantem, vel habuit abortiuum, aut mortuum, taliter quod partus non fuit in forma humana editus viuus, an conualeſcat prehenſio? Videretur quòd ſic, ſaltem quando ab eventu conſtitit mulierem non fuiſſe prægnantem vt opinio cedat veritati. §. *ſi quis rem ſuam. inſt. de lega.* Tum retro cenſetur, collaterales fuiſſe hæredes & ſaiſiti ſub obitu vltimi vaſſalli. vt diximus ℣ §. 145. Et ſic in veritate ſuper eis & non ſuper ventre facta eſt prehenſio. Illis autem non competunt hæ induciæ, quia ſupponuntur eſſe maiores ætate. Reſoluendo dico prehenſionem tanquam * præmaturam & nimis acceleratam non valuiſſe, & ex ſuperuenienti eventu confirmatam non fuiſſe, quoniam ſiue mulier erat vere paritura, & non poterat fieri prehenſio, obſtante hoc §. per prædicta, ſiue non erat in veritate paritura, vt eventus docuit, quia adhuc medio tempore non poterat cum effectu adiri nec agnoſci hæreditas à collateralibus. *l. eum quidem. D. de acquir. vel amit. hæred.* Saltem iuſtum & neceſſarium habuerunt impedimentum inducens impoſſibilitatem fidelitatis præſtandæ, & ſic indebite circumuenirentur: & vtroque caſu patronus ſua poteſtate aburitur ad expilationem hæreditatis vaſſalli, cum vtroque caſu ſit impoſſibilitas fidelitatis præſtandæ.

11. SEXTO quæro, quid ſi vaſſallus moriatur relicto filio, vel alio quocunque hærede furioſo? Et generaliter quæritur de quocunque nouo vaſſallo demente, ans aliàs perpetuo inhabili ad præſtandum fidelitatis ſacramentum, licet ſit habilis ad ſucceſſiones & bona patrimonialia, & conſequenter ad iſta feuda? Breuiter reſpon. ceſſare diſpoſitionem huius §. qui duntaxat loquitur in temporali inhabilitate, & adhuc non in qualibet, ſed in ea quæ prouenit ex ſolo defectu * ætatis, & ſic non habent locum induciæ de quibus hic: ſed recurrendum eſt ad alios §§. huius conſuetudinis & ad ius commune. Vnde dico, quòd idem iudicandum eſt ac de impedito iuſto impedimento, quem tenetur patronus admittere in fidem per procuratorem *vſi* §. 67. pari ratione dico quòd tenetur in fidem admittere & inueſtire curatorem nomine curatorio d. furioſi. Sed quid ſi curator negligat? Reſpon. patronus poterit libere feudo prehenſo frui, & fructus ſuos facere, & tenebitur curator erga furioſum ad omnia damna & intereſſe. Sed quid ſi furioſus eſt deſtitutus curatore? Et videtur nihilominus patronum ius ſuum exequi, tum quia iſtud ius feudale non exercetur in perſonam, ſed in rem illi oneri & conditioni ab initio affectam. Et propter caſum contingentem in perſonam noui vaſſalli, vel poſſeſſoris, non debet alterari obligatio, & conditio feudi, nec iure patroni minui. arg. no. in *l. ſi vno. §. item cum quidem. D. loca.* Igitur cùm verum ſit feudum eſſe apertum ex defectu hominis, & nullas inducias eſſe conceſſas, nec à conſuetudine, nec ab homine: videtur locum omnino eſſe legi feudali de qua in §. 1. ſupra eo, quantumcunque in hoc particulari caſu dura videntur: ſatis * eſt enim leges eſſe rationabiles in generibus ſingulorum, & non in ſingulis generum, inquit Bald. in *l. non dubium C. de legib. in l. de quib. de legib. & long. conſuet.* Sed his non obſtantibus non puto patronum maxime ſcientem fructus lucrari debere, in necem pauperis clientis, & in tali extrema neceſſitate & impoſſibilitate conſtituti: cuius potius miſereri, & ei ex natura clientelæ opitulari debet, quantominus afflicto afflictionem dare. Quandocunque igitur cognati vaſſalli vel procurator fiſci curatorem vaſſalli deputari facient illa iuſta offerenti, tenebitur patronus emancipare feudum vna cum fructibus retro perceptis.

12. SEPTIMO quæro, quid dicendum ſi pupillis legetur vel donetur feudum, vel ſi eorum tutor emat tutorio nomine? Reſpon. Solutio patet ex prædictis, quia quamuis iſte text. ex ſui ſerie loquatur in filiis in linea directa ſuccedentibus in feudo, tamen in diſpoſitione & ratione ſua ſeſe extendit ad quoſcunque nouos vaſſallos ætatis defectum patientes. Habebunt ergo inducias, donec eorum prior natu attingat ætatem idoneam. Tamen ſtatim releuium, vel ius quinti denarij ſoluere debebunt. Sed quæritur vtrum patronus poterit releuium vel quintum pretij exigere via prehenſionis? Videtur quod non, ſed tantum via actionis, quia, vt ſatis ex prædictis apparet, hæ induciæ conceduntur à conſuetudine etiam ſine miniſterio hominis. Contrarium puto, quia imò non conceduntur ipſo iure niſi ad recuſationem patroni: ſed habet iuſtam cauſam eas recuſandi, niſi iura vtilia ſibi debita ſoluantur, igitur feudum prehendere & illo frui poterit donec ſoluantur. Tum conſuetudo iſta in verbis ſuis non loquitur in caſu, in quo releuia vel alia iura vtilia debentur: & ſi ad illum caſum extendatur, debet intelligi quod fiat extenſio, quatenus eſt indemnitatis ratio & reſpectu fidelitatis præſtandæ duntaxat, & non in aliud præiudicium patroni, de

* Nō inducid non habent locum niſi ob defectum ætatis.

* Sat eſt legē eſſe rationabilem in ſingulis generib.

* Præmatura prehenſio nō conualeſcit.

quo conſuetudo non cogitauit, nec intendit excludere vel damnificare patronum in aliquo. Tamen ego dico quòd non continuo ceſſante expreſſa contumacia tutoris faciet fructus ſuos, donec iura offerentur & præſentur: ſed * debebit eos computare in ſolutionem releuiorum, vel iurium ſibi debitorum: quibus ſatisfactis, debet patronus ſaltem pupillis deſtitutis tutore vel curatore à ſe exigere inducias fidei præſtandæ, & feudum pupillis reſtituere. Et ſatis eſt quod non patiatur moratoriam dilationem iurium vtilium ſibi competentium. Et quod poſſit ex propria authoritate & per manus ſuas percipere, non autem quod hoc prætextu poſſit habito, quantum iura ſua aſcendunt, ſemper frui, & priuare pupillos clientis beneficio hac conſuetudine introducto. nec eſt permittendum cuiquam & multominus patrono occaſionem iurium feudalium trahere ad iniquum compendium. *l. fi. C. de vſucap. pro emptio. & bonus text. in aut. de trien. & ſemiſſ. §. probibemus. col. 3. ibi habens quidam aliquam legalem occaſionem, in duram tamen incidens crudelitatem & amaritudinem.*

* Fructus hic computantur in deductionem iurium.

13. OCTAVO, pone vaſſallum eſſe minorem, ſed non eſſe ſub tutela vel cura, vel ſub cuſtodia nobili ſeu paganica patris vel matris aut alterius aſcendentis? Reſpond. idem per omnia quod ſupra dictum eſt in præcedentib. ſaluo quòd in caſu quo ex capite pupilli non debetur releuium, tamen quia ex capite ſuperuenientis cuſtodiæ debetur, non tenetur patronus dare inducias feudi cuſtodi in qualitate cuſtodis, niſi prius perſoluto releuio, & eo non ſoluto faciet fructus ſuos in præiudicium cuſtodis & in eius damnum, abſque eo quòd computantur in ſortem releuij: ratio quia in cuſtode qui facit fructus ſuos, ceſſat intereſſe & ſic priuilegium minoris. Sed quid ſi cuſtos in qualitate tutoris petat inducias? Reſpon. Si acceptauerit cuſtodiam, & ſic debeat releuium, non tenetur patronus eum audire: & ſi propter iniectam ſorte diu manum dominicam minor damnum habeat, recuperabit à cuſtode, qui tenebatur prædia exonerare. *vſj. §. 99.*

14. VLTIMO recordor de quadam quæſt. nuper mihi propoſita in concementib. materiam huius §. Quædam nobilis mulier vidua erat domina caſtri à quo feudum mouebatur, vaſſallus deceſſit relicta vxore vidua cum pupillo, cuius mater acceptauit gardiam ſiue cuſtodiam nobilem, & acceſſit ad patronam petens in fidem eo nomine admitti, vel inducias fidei concedi: patrona vt erat cordata & minimè moroſa, vtpote veneranda illa & omnium optima ſocrus mea, poſtulatis ſimpliciter & ſine exceptione annuit: At illa læta abiens lætiſſimè, & in pleniorem partem aſſumens gratiam patronæ ſuæ, petiit à ballino & aliis officialibus loci dominantis, expediri ſibi literas receptionis in fidem & inueſtituræ, quod fecerunt officiales, viſa epiſtola dominæ ſignificantis ſe poſtulata conceſſiſſe. Tandem pupillo maiore facto, cum patrona æſtimaret ſolum fidei inducias ſecundum naturam ſubiectæ materiæ matri vaſſalli conceſſas eſſe, prout debebat fieri (non enim tenebatur patrona matrem vaſſalli quocunque nomine admittere in fidem) putàſque vaſſallum maiorem factum contemnere obſequium clientelare, iuſſit feudum prehendi, & colonos vaſſalli commiſſarios deputari, vt quam minimum damno afficeretur vaſſallus, qui de hoc non curauit, tandem deceſſit ſine liberis, & poſt quadraginta dies officiales loci dominantis nomine patronæ feudum prehenderunt: poſtremo hæredes collaterales accedunt, fidelitatem & vnum releuium offerentes cum fructibus à die vltimæ prehenſionis: quæſitum fuit an eſſet ſufficiens oblatio, quia non offerebantur fructus quos defunctus perceperat non obſtante priori prehenſione? Reſpondeo, validam & ſufficientem eſſe, quia prior prehenſio non valebat, cùm tunc feudum non eſſet apertum, ſed repletum perſona vaſſalli in fidem admiſſi in perſona matris cuſtodis ſuæ. Cùm enim tutor vel gardianus aut cuſtos vaſſalli aut alius adminiſtrator in fidem admittitur, ipſemet vaſſallus cenſetur admitti, nec opus eſt alia fidelitate, etiam tutela, cura, vel cuſtodia finita, vt dictum eſt.

---

* §.

ITEM, en ce cas pour faire la foy & hommage, le fils *eſt reputé* aagé à vingt ans accomplis, & vne fille à quinze.

* Hodie pars media 41. §. olim fuit 29. articulus.

PRædicto caſu idonea ætas eſt in maſculo viginti, in fœmina quindecim annorum completorum. *H. D.*

SVMMARIA §. XXIX.

1. *Pubertas eſt tempus idoneum ad clientelaria munia, niſi vbi localis conſuetudo aliter diſponit.*
2. *An regi poſt ſuberiatem dandus ſit tutor vel curator?* 9 10. 13. 14.
3. *Regnum Legionis eſt antiquius & nobilius regnorum Hiſpaniæ.*
Caſtella ſiue Caſtilia olim fuberat regno Legionis.
4. *Sanctius maior Nauarræ Rex Caſtiliam in regnum erexit.*
5. *Hiſpania à Sarracenis occupata, & à Francis liberata.*
6. *Quinque regna Hiſpaniæ.*
Carolus 5. modernus Romanorum imperator Legionis, Caſtellæ, Arragoniæ, & Granatæ rex.
7. *Cur & à quo tempore Rex Legionis, & Caſtellæ catholicus vocetur.*
8. *Henricus huius nominis primus verus Nauarræ rex.*
9. *Opinio vltimo loco recitata teneri cenſetur.*
11. *Etiam iure diuino & naturali requiritur ſcientia & maturitas conſilij in iudice.*
12. *Impuberi vel infanti competere poteſt iuriſdictio etiam regia in proprietate vel titulo: ſed non in exercitio.*
13. *Defectus naturæ non poteſt à principe etiam de poteſtate abſoluta ſuppleri.*
14. *Regi minori nō eſt dādus curator vel regēs, ſed per ſe prudentum conſilio adminiſtrare debet.*
15. *Filio primogenito regis captiui, vel mentis impotis, iure prærogato competit regimen & adminiſtratio regni.*

Digitized by

REmitto ad dicta ſupra §. 32. Vbi expeditus eſt hic §. illi omnino conformis.

Secundum legem Federici primi, pubertas erat tempus idoneum ad fidelitatem præſtandam, vt in *l. imperialem §. præterea ſi quis. de probi. feud. alio.* per Feder. in *c. 1. §. ſi minori. ſi de feud. defunct. contro. ſit inter dominum & agna. in vſib. feud.* Et iuri feudorum in hoc conformantur conſuetudo Meldenſis. §. 145. Trecenſis. §. 18. Caluimontis. §. 12. & Niuernenſis. *eo. tit.* §. 5. Et iſtud multum eſt rationabile, quare generaliter obſeruandum puto niſi vbi aliter hæc ætas per conſuetudinem loci apparet determinata, vt hîc: noſtræ autem conſuetudini in hoc conformatur conſuetudo Carnotenſis. §. 43. Idē Meldunenſis in ætate maſculi, ſed in fœmina reducit *ad 24. annos in* §. 141 Conſuet. autem Senonenſis §. 126. *in veteri. ſed in noua* §. 220. in maſculo tempus reducit ad 18. annos & vnum diem. Aurelianenſis. §. 55. & de Lorris. §. 32. reducunt ad viginti annos & vnum diem in fœmina. Quædā aliæ vt Cænoman. & Andegauenſis diem demunt. Et vt finiam: determinatio ſui cuiuſque loci in quo feudum ſeruiens ſitum eſt, attendi debet, qua ceſſante tempus pubertatis ſpectandum. Et non eſt dubium quin iſta etiam in maioribus vel regalibus feudis locum habeant, iuxta not. 5. §. 19.

2. Sed pulchrum eſſet audire quid in regno aut regni adminiſtratione? Quod licet *κατηχεῖν* * ſit (non enim de hoc loquuntur hæ conſuetudines, quæ non ſunt factæ de deuolutione & adminiſtratione ipſius regni, quod peculiarem ſuam & coæquæuam legem ſalicam habet, vt dixi in *tract. de orig. progreſſ.* & excellentia regni Franciæ) non tamen erit inamœnum paucis diſſerere. Primus omnium Oldra q. hanc ſacræ ſcripturæ ciuiliſque & canonici iuris argumentis tractauit in *conſ.* 52. *quæſt. eſt tali.* Vbi apertè quid ſentiat non exprimit: inclinat tamen & definit ſimpliciter in partem negatiuam, videlicet quod * tutela vel cura regis non finiatur pubertate, ſiue in decimo quarto anno: ſed quod ei etiam inuito dandus ſit curator vſque ad viceſimum quintum annum, & quod nedum iuriſdictionem, ſed nec reliquam bonorum iurium & negociorum regni adminiſtrationem per ſe exercere debeat, niſi poſt viceſimum quintum annum completum. Et quamuis recte perpendendo verba Oldra, non loquantur generaliter de quocunque rege: ſed de certo rege ſcilicet Legionis & Caſtellæ, vt patet in *d. conſ. col. 2. Ibi & maxime iſte in quo diſcretio, & ibi in li. Legionis.* vbi citat ll. & capitula conſtitutionum regni Legionis *lib. 2. c. de orphanis l. 1. & ſi. & in 2. parte lib. 3. c. 15. l. 3.* vbi dicitur quòd tutela regis finitur viceſimo demum anno. Et ita debet litera d. conſue. vulgo corrupta reſtitui.

3. Eſt autem regnum * Legionis antiquum & primum Chriſtianum regnum nobiliſſimæ illius prouinciæ, quæ quondam Iberia, deinde Heſperia, poſtremo Hiſpania nuncupata eſt. Quæ omiſſa veteri illa diuiſione Pompo. Melæ. in Tarraconenſem, Bethicam & Luſitanicam, de qua apud coſmographos, diuiditur hodie (authore Michaele Ritio in *li. 1. de regibus Hiſpaniæ in prin.*) in quinque regna. Primum eſt regnum Legionis & Caſtellæ, quod eſt inſignius & in meditullio Hiſpaniæ. principaliter autem vocatum regnum Legionis ab antiquiore & nobiliore titulo Legionis, quoniam * ab antiquo Caſtella erat, ſimplex Comitatus mouens in feudum à rege Legionis, donec Sanctius cognomento Craſſus rex Legionis, ex fœderepacto cum Ferrando Gundiſaluo Caſtellæ Comite vaſſallo ſuo, comitatum Caſtellæ liberum eſſe iuſſit, & à clientela & poteſtate ſua in perpetuum manumiſit circa annum ſalutis. 920. Et exinde Caſtella per Comites liberos adminiſtrata fuit vſque ad tempora Sanctij cognomento maioris Nauarræ regis, qui per Eliuram coniugem filiam Garſiæ filij Comitis Caſtellæ, Caſtellam obtinuit. Cuius primogenitus filius Ferdinandus regnum Legionis vxoris ſuæ prætextu adeptus eſt, erat enim ſoror Veremundi huius nominis tertij Legionis regis, qui ſuborta ſimultate aduerſus Ferdinandum ſororium in aciem progreſſus cecidit, & ſine liberis moriens vacuum regnum reliquit victor Ferdinando, qui occupato Legionis regno, eius curam Sanctio patri commiſit. Itaque is * Sanctius maior Nauarræ rex, Legione & Caſtella potitus, Caſtellam primus de Comitatu in regnum erexit: & Legionis & Caſtellæ, & Nauarræ regna tenuit. quo mortuo Ferdinandus eius primogenitus & huius nominis primus, regnis Legionis & Caſtellæ contentus, Garſiæ fratri ſecundo genito paternum Nauarræ regnum ceſſit, vt refert Ritius. Scribit tamen Raph. Volater (qui Hiſpanos hiſtoricos diligenter legit) Geogr. *lib.* 2. quod hic Ferdinandus primus omnium titulum Regni Caſtellæ incidit, & vtrunque regnum tenuit anno. 1017. hiſque Nauarræ regnum adiecit quod interfecto fratre Garſia arripuit. Legio igitur, cui ſucceſſu temporis Caſtella vnita eſt, principalis eſt antiquior & nobilior titulus regni.

5. Hinc eſt quòd tam ratione antiquitatis & religionis (quum primum Chriſtianum regnum in Hiſpania fuerit) quàm ratione priſtinæ ſubiectionis Caſtellæ: rex Legionis & Caſtellæ antiquitus in curia Romana res Legionis ſimpliciter vocabatur, prout & ab antiquis iuris profeſſoribus. rex Legionis ſimpliciter nuncupatur: vt apud Oldra. in *d. conſi.* 52. Io. *in addit.* Specu. in *rub. de tutore.* Alber. in *rub. C. quando tute. vel curat. eſſe deſi.* & quando vtrumque exprimitur, Legio præponi debet: quamuis imperitum vulgus Caſtellam ſiue Caſtiliam antiquitatis ignoratione præponat. Atqui ſciendum quum circa annum ſalutis ſeptingeteſimum decimum quartum, Sarraceni irrumpentes Hiſpanias vaſtarent & occuparent, Chriſtiani Aſturiam montibus & natura loci munitam, verſus Septentrionem & Cantabricum Oceanum ſe receperunt & apud Legionēſem ciuitatem, quæ per Ptolomæum & veteres Legio Germanica vocabatur, ſedem & titulum regni conſtituerunt. Reliqua tota fere Hiſpania à Sarracenis occupata vſque ad aduentum Caroli magni, qui cum Rolando, cæteriſque Ducibus Francis Pyrenæum ſupergreſſus, Sarracenos compreſſit & maiorem Hiſpaniæ partem Alphonſo ſecundo Legionis Regi catholico reſtituit.

6. Et hæc de * primo & inſigniori Hiſpaniæ regno, ſub quo Toletum includitur: Errat enim vetus glollator regularum Cancellariæ Romanæ *Reg.* 19. dicens Toletum eſſe Regnum per ſe ſeparatum à Regno Caſtellæ, quamuis valde antiqua ſit celebritas Toleti vbi conuenitur ad concilium, & Epiſcopus, nunc Archiepiſcopus, ſecundum Regem primus habetur, vt refert Rapha. Volater. *geogra. lib. 2. cap. 7. de Hiſpania.* ſecundum eſt regnum Arragonum, tertium Nauarræ, quartum Luſitaniæ ſiue Portugalliæ, quintum Bethicæ ſeu Granatæ Quorum duo prima & quintum iuſte poſſidentur à victorioſo illo & prudentiſſimo principe * Carolo Auſtriaco *αὐγούστῳ* Romanorum imperatore huius nominis quinto, & ſunt legitimum eius hæredium ex ſucceſſione matris eius Mariæ filiæ Ferdinandi huius nominis quinti regis Arragonum, & Elizabeth (quæ fratri ſuo Henrico quarto ſine certa naturali ſobole defuncto ſucceſſit) reginæ Legionis & Caſtellæ ſeu Caſtiliæ qui Ferdinandus cum laudatiſſima ſua vxore Elizabeth (quam Iſabella nominat Sabellic. *Enneados* 10 *lib.* 8. *col.* 10.) bellum ad pietatem ſimul & gloriam maximam ſuſceperunt aduerſus Mauros Chriſtianæ fidei hoſtes.

7. Bethicam longe præſtantiorem totius Hiſpaniæ partem, & quam Plinus *lib. vltimo*, æque ac Italiam ſuam extollit & ſalubritate aëris & pulchritu-

* Tutela regis & cura ad finiatur pubertate.

* Regnum Legionis.

* Caſtella olim Legioni ſubdita.

* Quinque regna Hiſpaniæ.

* Carolus 5. modernus Ro. Imp.

dine regionis & prouentu fructuum & ingeniorum, seu quod verius est, eam Bethicæ partem quæ vulgo Granata* dicitur annis fere septingentis occupantes, quam sexto demum anno sæpissime fusis & tandem expugnatis acie Mauris (Sarracenorum erant reliquiæ) Christianæ ditioni & religioni vindicarunt, anno salutis. 1492. Vnde in memoriam & honorem tam præclari operis præfati Ferdinandus & Elisabeth catholicorum cognomentum sibi & successoribus suis regibus & reginis Legionis & Castellæ promeruerunt & sortiti sunt. Is tamen Ferdinandus post obitum Elizabeth primæ vxoris suæ, Pampilonem seu Pompelon, vt vocant, (hæc est Pompeiopolis quasi ciuitas Pompeij, vt ait Strab. regni Nauarræ caput) & maiorem eius regni partem inuasit, eoque iniuste spoliauit Ioannem Albertum (tunc absentem) ratione Catharinæ vxoris filiæ Gastonis Nauarræ regis legitimum regem Nauarræ, & patrem illustrissimi illius Henrici* huius nominis primi, & nunc an. 1535. quo hæc scribimus, veri Nauarræ regis.

* Granata ex pugnata.

* Henricus 1. verus Nauarræ rex.

9. Sed vt eo tandem vnde sensim abrepens me euexit historia redeam, disputatio Oldra. in d. consi. generalis est ad omnem regem ad quem vel infantem forte etiam in vtero regnum ex successione deferri potest & quum vltimo loco referat hanc sententiam simpliciter quòd tutela regis non finiatur pubertate, sed plena & maiori 25. annorum ætate, hæc videtur eius opinio & resolutio, quia* opinio vltimo simpliciter relata videtur teneri & approbari ab authore, vt tradit Petr. Per in *l. 1. & ibi Cy. ad fi. 2. opp. C. de summ. Trin.* & quod Io. And. in *c. 1. de pœni. in 6. & c. 1. de senten. excommun. eo. lib.* Bal. in *auth. ex testamento. colu. 1. C. de colla. & in au. vnico. col. 1. an apud. iud. vel curi. do. in vsib. feud.* Paul. in *l. qui filium §. Sabinus & ibi glo. D. ad Trebell.* Notant in simili de Innoc. quòd illa opinio dicatur teneri ab eo quem vltimo loco refert. *fa. l. fidem cum eodem, in fi.* & ibi Ang. Iaf. Deci. *D. de iurisd. om. iud.* & appositissime *gl. magna. post. princ. in l. ea lege. C. de cond. ob cau.* vbi dicit quòd vltima pars disiunctiuæ d. l. est vera, ideo quia vltima, ad hoc Francis. Curt. senior. in *consi. 44. colum. 7. consi. 63. col. 9.* Antho. Cor. in *sing. in verb. opinio. 1. & in repet. eod. ver.* Iaso. in *l. facta nouissima. C. de pact.*

* Opinio vltima prævalet.

10. Eandem partem negatiuam simpliciter & expressim tenent Io. And in *add.* Specu. in *rubr. de tutor.* Alber. in *rub. C. quando tuto. vel curat.* vbi omnia fere dicta Oldr. ad verbum (tacito authore) referunt. Sed ex diametro Io. de Imo. *in c. grandi.* (cum quo ibi transeunt Gemi. Phil. Franc.) sentit, quòd pubes omnia possit quæ aliàs maior viginti quinque annis, ex quo iure proprio succedit in regno & dignitate, quæ opinio præterquam quòd periculosa est, prorsus irrationabilis est & falsa. 11. Bartol autem in *l. quidam consulebant. ad fi. de re iud.* distinguit inter ea quæ sunt simplicis iurisdictionis, vt ea statim à pubertate possit, quasi transmittens regnum in minorem videatur dare iurisdictionem minori: & inter ea quæ concernunt administrationem regni, vt non possit hæc exercere sine curatore. Et hoc sequitur Panor. in *c. cùm vicesimum in fi. 1. col. de offic. & potest. iud. delega.* Et cum opinione Bar. & Panor. transeunt Antho. Corsi in *tract. de excell. & potest. reg. q. 16.* Iacob. de sancto Georgio, *inuestit. in verbo. quid si rex. col. 2.* Iaso. in *l. fi. C. de testa. mili.* Et latè Guilliel. Bened. in *repe. c. Raynutius. in verbo, adiecta impuberi. num. 52. extra de testam.* Sed nec huiusmodi distinctionem puto subsistere posse, quia etiam in administratione simplicis iurisdictionis, & in iudicando requiritur scientia & maturitas mentis & consilij, ad quod non adducam leges positiuas, quibus inquantum positiuæ sunt non subsunt reges & regna. sed dico hoc esse de iure naturali & diuino, vt perspicuum est cuilibet, tatione vtenti, & satis, patet apud Aristo. *in 5. politicon* & per illud *Exod. 18. cap.* ibi prouide autem de omni plebe viros sapientes, &c.

12. Non obstat quòd concedens vel transmittens regnum minori, videtur etiam ei dare iurisdictionem quæ propriè fuit ratio Imol. quia hoc verum est quantum* ad proprietatem, ius & dominium ipsius iurisdictionis, siue proprius & verius loquendo, quantum ad ipsum titulum regni & iurisdictionis regiæ, non autem quantum ad ipsam actualem administrationem & exercitium iurisdictionis. Hæc enim duo valde differunt, quia regnum, Ducatus, Comitatus & iurisdictio ei adhærens quantum ad ipsum ius, proprietatem & titulum, potest verè competere nedum infanti, sed etiam existenti in vtero nondum nato. vt per Bal. & alios in *l. fi. in fi. C. de testa. milita.* & pulchrè Bal. in *c. cum vicesimum de offi. delega.* ficut & mulieri & infanti vt tradit Bal. in *l. 1. col. 1. versi. pene ergo. C. de secun. nup. 13.* Sed exercitium ipsius iurisdictionis non potest competere infanti, nec impuberi, vt omnes fatentur propter carentiam iudicij, & hic est defectus naturæ, qui non potest etiam à principe de plenitudine potestatis absolutæ suppleri. vt per Imo. in *cap. sciscitatus. de rescript.* Bart. in *l. barbarius. D. de offi. præto. in l. si quæramus D. de testa. Alexan. in l. fi. C. de testam. milita.* Igitur nec puberi adhuc minori committi debet propter debilitatem iudicij, & facilitatem lubricæ ætatis, quia de iure naturali & diuino requiritur in hoc maturitas iudicij. vnde si esset eligendum inter opinionem Oldra. & opinionem simpliciter appositam, proculdubio eligerem opinionem Oldra. quam etiam sequitur Feli. in *d. c. cum vicesimum col. 2.*

* Differentia inter dominiũ vel titulum iurisdictionis & eius exercitium.

13. Sed mihi videtur vtilius & consultius dicendum quòd tutela regis (latè sumpto vocabulo prout in hac quæstione etiam pro cura accipitur) finiatur pubertate: ad hoc vt non sit ei dandus curator, siue regens, aut alius quocunque nomine loco regis administrator, siue vnus, siue plures, eo superbo & prærogato agentis sui vice regentis nomine, non quin vera sit in effectu priori mea sententia, sed quod eius executio periculosa sit propter efficeam nunc hypocrisi rectam nunc apertam ambitiosorum cupiditatem, qui nihil siue per fas siue per nefas reliqui faciant quin ad metam pertingant vt aliquot annos possint reges agere non populi commodis, sed libidini suæ inseruire. Non tamen intendo quòd pubes princeps, siue quæ sunt iurisdictionis, siue quæ sunt administrationis per se gerere debeat, sed nomine suo gerantur consilio quodam Aristocratico ita temperato vt nemo eius consilij alios supergredi nedum coronam capere audeat. harum rerum non desunt exempla domestica in queis referunt Rober. Guagui. & Paul. Æmil. prudentissimum illum Carolum* quintum Francorum regem anno domini 1377. publica concione in hoc supremo Senatu habita, & in formâ pragmatica iuxta. *l. humanum C. de legib. l. fi. C. de diuers. rescript.* legem statuisse, quemque primogenitum Francorum regis filium, regni administrationem recipere debere, cùm decimum quartum ageret annum, ne per longiorem tutelam occasio indiceret maleuolis res nouas excitandi. quod etiam refert gloss. pragma. in *proem. in versi. susceptione.*

* Constitutio Caroli 5.

15. Non tamen sequitur quin ante decimum quartum annum non solum liceat (de quo non dubitatur) sed etiam quandoque expediat regem coronari & inungi. vt in veteri Testamento Salomoni duodecim annorum 3. *Reg. 1.* & Ioas septem annorum 4. *Reg. cap. 11.* Et apud nos Ludouicus huius nominis nonus & Carolus octauus impuberes vncti & coronati sunt. Sed hoc ad intimidandum factiosos pro tempore factum est. Non enim potest subditis nec statibus Regni, nec reip. iurare quam debet fidelitatem & iustitiæ integritatem quam ignorat, nec curat minus quàm Rex scænicus.

Rex etiam impubes & coronari & inũgi potest.

16. Sed quòd non expedit tantam potestatem vel admi-

administrationem, in alium vel alios velut proprio & prærogato quodam iure transferri, propter magna inconuenientia quæ inde oriri possent, prout innumera ex historiis (nisi res alium tractatum requireret) depromere possem. Vide interim quas in *l. si quis maior in principio. C. de transact.* refert Alciat. miserandas labes imperij, quæ acciderunt fraude Stiliconis & Rufini tutorum & curatorum Arcadij & Honorij filiorum Theodosij magni pientissimi Imperatoris, quas plenius tractani in historia mea ecclesiastica in secundo trecentenario, quæ tamen suspicio non habet locum in filio primogenito regis captiui, vel mentis impotis, quia illum (si sit idoneæ ætatis) expedit regimen regni suscipere, etiam proprio & prærogato iure. quam sit persona suspicione carens, & simultatibus, & inuidiæ cæterorum principum & aulicorum minime obnoxia, prout rei experientia docuit in prudentissimo illo Carolo quinto, qui postquam regni administrationem durante captiuitate patris Ioannis sub nomine regentis suscepit, regnum pacatius reddidit, fœlicitérque rexit & tutatus est, nec tunc in illo requiritur maior ætas viginti quinque annorum: sed sufficit ætas consilij capax, puta septemdecim vel viginti annorum: nec subest periculum cùm plurimorum prudentum, quibus latus eius cingitur consilio, iuuetur & vtatur. Et ne vel *ex nis magis* prolixus efficiar, vide de his latius si vacat per Ioan. de Ter. *rub. in tract. contra rebell. reg. in 1. & 2. tract.*

* §. XLII.

* Olim 27.

SOuffrance vaut foy tant qu'elle dure.

INducia præstande fidei, quandiu durant ipsi, fidelitati & inuestiturę æquipollent. H. D.

SVMMARIA §. XLII.

1. *Inducię quędã legales, quędã conuentionales.*
2. *Inducię non prosunt respectu superuenientis nouæ feudi aperturæ medio tempore.*
   Refert an admissio in fidem simpliciter fiat, an limitatim.
3. ¶ *Q. 1. Tamen inducię tacitæ censentur limitatæ ad causam subiectam.*
   Inducię sunt reales, nec precario æquiparantur, sed vtrinque ad hæredes transeunt.
   No. indifferentiam inter simplices inducias, & pactum absolutum de non vtendo iure dominico vsque ad certum tempus.
4. ¶ *Q. 2. An tutor vel generalis procurator possint inducias dare?*
   Ad prorogandum terminum solutionis debiti liquidi speciale mandatum requiritur. Contra Bar. & sequent.
5. ¶ *Q. 3. Si post prehensionem feudi dentur simpliciter inducię. Illis finitis noua prehensione opus est.*
   Suspensio temporalis non requirit absolutionem lapso tempore.
6. *Secus si inducię sub modo & conditione resolutiua sint concessę.*
7. ¶ *Q. 4. Extensio fit ad casum fictum, quando illa fictio ab eodem statuto introducitur.*
8. *An mulier liberetur à relenio primarum nuptiarum per fratrem, qui ante nuptias decessit.*
9. *Inter regalia coronæ Franciæ collatio beneficiorum ecclesiarum cathedralium vacantium.*
   Inducię non æquipollent fidei in iuribus regaliorum.
10. *Iura regaliorum antiquiora omni iure pontificio.*
11. *Papa non potest vllo modo prouidere de beneficiis vacantibus iure regaliæ aperto, etiam si vacent in curia Romana.*
    Nec etiam in istis habent locum mandata apostolica, nec nominationes, & insinuationes graduatorum.

* Inducię legales.

NOTA quòd quædam sunt * inducię præstandi fidem & iura feudalia legales, quædam conuentionales, legales ipso iure competunt absque eo quòd petantur vel concedantur. Et sunt duplices, videlicet aliæ ex parte vassalli, quando mutatio contingit per eius obitum, & sunt quadraginta dierum, vt 5. §. 7. Aliæ ex parte patroni quomodocunque superueniat nouus patronus, & hæ pariter sunt quadraginta dierum, post proclamationes, de quibus *infra* §. 65. Et de istis mere legalibus non loquitur hic §. nec sequens. Tamen hæ inducię interea tantum operantur quantum actualis fidelitas: æquè enim illis pendentibus vassallus secure fruitur, & facit fructus suos, ac si esset admissus in fidem. * Conuentionales autem æquè sunt duplices: quædam voluntariæ quæ ex mera liberalitate patroni conceduntur, & hæ merè & propriè conuentionales dicuntur: quædam necessariæ, quas ex dispositione consuetudinis tenetur patronus dare. quare & hæ legales dici possunt, prout etiã à lege consuetudinaria taxantur. Et de his specialiter habetur in § sequenti. Conuentionales autem non habent determinatum tempus, sed illud quod à patrono præfigitur. Inuenitur etiam simplex & nuda patientia sine cessatio patroni. & hæc quidem, quamdiu durat: æquipollet fidelitati præstitæ, sed non venit appellatione inducíarum, quia tunc vassallus nullam dilationem habet, sed semper est in mera facultate patroni prehendere feudum. Et de hac non loquitur hic §. Sed habetur j. §. 61. Et quamuis hic §. incipiat à verbis meræ patientiæ, tamen ex conjunctione finis satis apparet, quòd loquitur de induciis conuentionalibus, puta de dilatione à patrono data vassallo ad fidelitatem prestandam vsque ad certum tempus forte sex mensium & sex annorum, infra quod tempus non poterit patronus manum injcere feudo, nec aliter molestare vassallum, sed bene lapso tempore si interea debita obsequia, & iura non præstiterit. Et sic inducię conuentionales tantum valent, quantum actualis fidelitas, & admissio in fidem quamdiu durant. Et prehensio feudi illis non finitis facta æque cum damnis interesse & impendiis reuocari debet, ac si esset facta post inuestiturã. Dominus Budæus hanc dilationem siue tolerantiam præstandæ fidei vocat pretium feudi, sed mihi conuenientius videtur inducias

* Inducię conuentionales.

Digitized by Google

fidei, ſcilicet ſtandæ appellate, quia ſimplex precarium non obligat ſicut nec ſimplex patientia, vel negligentia patroni de qua *infra* §. 61. Et hæ induciæ ſicut * proſunt vaſſallo, qui interim moleſtari non poteſt, nec via prehenſionis nec via actionis, nec in iudicio, nec extra, nec ratione fidelitatis, nec ratione iurium debitorum; ita proſunt patrono, quia interim non currit triginta annorum præſcriptio, quæ alias curreret in iuribus vtilibus, puta releuiorum, vel quinti denarij, *l. 1. C. de annu. excep.*

* Induciæ proſunt vtrique.

2. ¶ Limita hunc textum, vt procedat quamdiu feudum manet in eodem ſtatu, ſecus * ſi noua mutatio ſeu apertura ſupereueniat ex parte vaſſalli. Non enim proſunt induciæ antiquæ, reſpectu nouæ mutationis, ſunt enim limitatæ nedum ad tempus expreſſum, ſed etiam ad cauſam ſcilicet præſentis aperturæ. Et communiter ſolent limitatim, & relatiue concedi ad vltimam mutationem, puta patronus conceſſit Titio inducias duorum annorum ad præſtandum, & ſoluendum fidem & iura per eum debita ratione talis emptionis, ſucceſſionis, aut alterius certæ acquiſitionis per eum factæ. Cùm igitur ſint limitatę, limitatum pariunt effectum, *l. in agris. D. de acq. rer. domi. l. cum ſeruo, D. de contrab. empt. l. 2. D. de ſer. export.* Vnde ſi infra menſem Titius moriatur ſine liberis, poterit patronus non obſtantibus dictis induciis poſt quadraginta dies ab obitu prehendere feudum, & fructus ſuos facere, donec fidelitas ſit præſtita, & releuium ſolutum per hęredes ratione hujus ſucceſſionis. Et nihilominus lapſo d. biennio, poterit iterum feudum prehendere ex defectu hominis & iurium ſuper eiſdem hęredibus, etiamſi receptis iuribus eos in fidem admiſerit limitatim ratione dictę ſucceſſionis, quia huiuſmodi admiſſio in fidem fuit limitata ad cauſam dictę vltimę aperturę & mutationis, & ſic remanet vetus apertura ratione acquiſitionis factę per Titium, ſeu potius induciis ſuis finitis reſurgit, tanquam reſoluta & finita temporali illa & limitata inueſtitura. Et ſic libere ius dominicum exequi poteſt. Secus ſi vltima admiſſio in fidem non fuiſſet limitata, quia tunc eſſet diſceſſum ab induciis, & nulla fidelitas exigi poſſet ratione præteritarum mutationum, ſed ſolum iura vtilia via actionis dumtaxat peti poſſent. per no. 3. §. 1. *glo. ff.* dum enim hæredes Titij prehenſo feudo accedunt ad patronum, fidem & releuium offerentes, non poteſt patronus feudi mancipationem, ſeu manus leuationem recuſare. Et ſi velit prompte releuium iſtud exigere, tenetur etiam eos hoc requirentes inueſtire, & in fidem admittere, nec (ad exactionem huius releuij) ſufficeret patrono manum leuare, & inducias fidelitatis offerre vſque ad finem veterum induciarum. Verum ne ſibi præiudicet in actione & exigendo modo veterum iurium vtilium, quia non poteſt compellere dictos hæredes ad præſentem eorum ſolutionem obſtantibus induciis nondũ finitis: non tenetur eos ſimpliciter inueſtire, & in fidem admittere, ſed ſub proteſtatione quòd ſaluum ſibi maneat ius aperturæ, & prehenſione feudi cum effectu poſt finitas illas inducias ratione veterum iurium, quæ quidem proteſtatio expreſſam implicat limitationem, vel reſolutionem huius inueſtituræ, niſi veterum iura cum effectu ſoluantur infra eaſdem inducias. Vel formaliter limitare poterit hanc inueſtituram, dicendo quòd eos admittit in fidem vſque ad finem dictarum induciarum, vel donec finitæ ſint, & tunc non requiritur alia proteſtatio.

* Induciæ non extenduntur ad nouam aperturam.

3. Sed primo quæro, quid ſi induciæ non ſint limitatæ, nec per ſe, nec per expreſſam relationem ad aliud, ſed ſint ſimpliciter conceſſæ? Reſpond. Idem eſſe, quia tacitè intelliguntur limitatæ ad cauſam, cuius contemplatione petuntur & conceduntur. Cæterum ſunt * reales & tranſeunt ad hæredes, tam ex parte patroni, quàm ex parte vaſſalli. Vnde non ſunt precarium nec precario æquiparantur, quia precarium etiam ad certum tempus conceſſum, reuocari poteſt ante tempus, etiam non obſtante pacto de non reuocando. *l. cum precario in principio. D. de preca.* Cuius oppoſitum eſt in his induciis. Et etiam illis pendentibus vaſſallus non poſſidet precario, ſed proprio ſuo iure & nomine, licet mediante beneficentia patroni forte precibus impetrata. Quid igitur ſi ex parte patroni mutatio cõtingat, & eius hæres vel alius nouus ſucceſſor proclamationes ſuas in vaſſallos faciat iuxta formam §. 65. *ij. eo.* Vtrum lapſis exinde quadraginta diebus prehendi poſſit cum effectu feudum Titij qui confidens in præfatis induciis, quæ nondum erant finitæ, non adiuit nouum dominum? Dubium facit, quòd diximus inducias eſſe reales, & obſtringere hæredes, & ſucceſſores patroni, ſed hoc eſt verum ad naturam & limites induciarum. Vnde cum hic fuerint expreſsè vel tacitè limitatæ ad certam veterẽ aperturam, ſcilicet acquiſitionis à Titio factæ, non extenduntur ad nouam etiam ſimplicem aperturam, puta ex parte patroni contingentem, nec etiam plus operari poſſunt, quàm formalis admiſſio in fidem, & plena leuatio manus, quæ non protegit à noua apertura, & ſic ille nouus patronus faciet fructus ſuos donec Titius fidelitatem obtulerit, non tamen tenebitur Titius offerre nec ſoluere iura vtilia antiqua, niſi lapſis induciis. Important enim induciæ expreſſum pactum de interim non petendo iura mutationis, & aperturæ quam reſpiciunt, quod pactum eſt reale, & hinc inde tranſit ad hæredes. Sed non important pactum de non reprehendendo feudo, vel iura non petendo ratione alterius, & de nouo ſuperuenientis mutationis, vel aperturæ feudi, ad quam non referuntur, & de qua non fuit cogitatum. Vnde ſi ſuperueniat nedum mutatio feudi & vaſſalli, ſed etiam ſimplex apertura ex parte noui patroni, non proſunt hoc reſpectu præfatæ induciæ, nedum ſi hoc contingat caſu vel fato, puta morte patroni, ſed etiam ſi voluntario eius facto, puta, quia feudum dominans alij donauit, vel vendidit. Et hoc, niſi conſtaret, vel probabilis eſſet ſuſpicio, patronum in fraudem vaſſalli (qui forte acceptis induciis ad remota ſe contulit) feudum dominans forte ad tempus alienaſſe. Quia tunc ſi nouus patronus participauit fraudem, ipſo iure non valebit prehenſio, ſaltem cum damnis & intereſſe erit reuocanda, ſi vero non participauerit fraudem, tenebitur alienator & fraudator de dolo ad intereſſe erga vaſſallum. Secus ſi eſſet conuentum, quod patronus non poſſet manum inijcere feudum vaſſalli, nec aliquod ius dominicum exercere vſque ad nouem, vel decem annos, tunc enim propriè non ſunt induciæ, ſed pactum longè diuerſum: de quo *ij. §. 54. 1. infi. & plenius infra §. 63.*

4. SECVNDO quæro generaliter, an patronus aut alius eius nomine, poſſit has inducias concedere? Reſpond. Si patronus ſit minor viginti, vel patrona minor quindecim annis, non poſſunt has inducias concedere, quum non poſſint actus feudales exercere. Si vero dictam ætatem exceſſerint, poſſunt etiam mere voluntarias inducias concedere, ſaluo ſi habeant curatorem vt tunc ſit neceſſaria eius authoritas, vt diximus ſupra §. 32. Tutor autem, vel curator, item præfecti adminiſtrationi iuriſdictionis, quos præpoſitos & bailliuos vocant, ſimiliter & actores & procuratores generales, abſque dubio neceſſarias, vt in §. *ſeq.* dare poſſunt. Sed quid ſi voluntarias? Reſpond. Voluntariæ illæ non habent vim induciarum, ſed ſimplicis & nudæ patientiæ, ſeu dormitionis patroni, vt verbis conſuet. vtar. Non enim aſtringunt patronum, vel patronam, finita tutela vel cura, imò nec alium tutorem vel officialem, ſed liberum eſt eis manũ feudo inijcere cum effectu, quia non licuit tutori vel curatori gratiã facere de liquido iure vel debito pupilli, vel minoris, *l. præſes. C. de tranſact.* quãuis pro eorum tempore patientiam nudam præſtare potuerint, ſicut potuerunt non acquirere. Salua pupillo vel minori contra eos actione de tutel. & rationibus diſtrah. Et ſic tales induciæ non valent in vim induciarum, ſed in vim nudæ patientię. Eadem ratione dico quòd procurator generalis etiam cum libera non poteſt

huiusmodi voluntarias inducias dare, quamuis possit negligere & abstinere à prehendendo nomine domini, & si de facto dederit, resoluuntur in simplicem & nudam patientiam, & non ligant dominum, quin vel etiam idem procurator nomine domini, non obstantibus inductiis à se datis valide prehendere possit.* Ad hoc igitur vt quis possit concedere in præiudicium patroni, & ligandum eius potestatem, requiritur speciale mandatum, quemadmodum & ad prorogandum terminum soluendi debitum liquidum requiritur mandatum speciale, vt dominus interim petere non possit, & non sufficeret generale etiam cum libera: & ita practicatur, quamuis in contrarium sit opinio. Bart. Alex. Iaso. & aliorum in *l. qui Romæ. §. Calimachus. D. de verb. oblig.* Sed iure non probatur, nec obseruatur.

* Speciale mandatum requiratur ad prorogandum diem solutionis.

5. TERTIO quæro, patronus feudum prehendit, deinde ad preces vassalli dedit eis inducias præstandæ fidei, & soluendi iura vsque ad annum, vtrum anno lapso, si vassallus medio tempore iusta non fecerit, feudum cadat prehensum, prout erat tempore concessionis inductiarum, an vero requiratur noua prehensio? Et prima facie non videretur requiri nouam prehensionem, quia inductiæ non veniunt ad perimendum, sed solum ad suspendendum ius patroni. Sed semel manu iniecta, incipiunt fructus ipso iure acquiri patrono, igitur superuenientes inductiæ non perimunt, nec tollunt illam acquisitionem, sed tantum eam suspendunt pro tempore inductiarum. Ergo finitis inductiis fructuum acquisitio ipso iure currit absque alia noua prehensione, cum sufficiat antiqua, quæ suspensione cessante ad actum redit. quemadmodum si ante prehensionem concedantur inductiæ, non perimitur, nec clauditur apertura feudi, sed tantum suspenditur virtus executiua manus patroni, & inductiis finitis remanet apertum feudum, non tanquam de nouo apertum, sed ex veteri apertura. Et hoc saltem videtur procedere, quando inductiæ non sunt concessæ ad tempus incertum, puta ad arbitrium & voluntatem patroni, quo casu requireretur declaratio voluntatis illius, sed vsque ad certum & determinatum terminum, puta ad semestre, quo casu nihil aliud requireretur ad resolutionem inductiarum, quàm simplex lapsus temporis, prout in simili de iure canonico suspensus vsque ad certum determinatum tempus, lapso tempore nulla indiget absolutione nec declaratione. Alioquin, vt in* suspenso donec satisfecerit requiritur absolutio, vt tradit Innoc. *in c. cùm bona de ætat. & qualit. ordina.* saltem quod est verius requiritur & sufficit declaratio iudicis super satisfactione vt tenet glo. *Cle. 1. in verb. donec. de deci.* & ibi sequi. Card. *q* 30. & Panor. in *breuiario* ad hoc *glo.* & Panor. in *c. non est. de sponsa.* Panor. Phil. Dec. in *c. 1. de iudic.*

* Suspensus ab ex tempore co lapso non indiget absolutione.

6. ¶ His non obstantibus puto finitis inductiis noua prehensione opus esse, quia quamuis non perimant, sed tantum suspendant aperturam, tamen perimunt prehensionem præcedentem, cum qua non possunt compati. Si enim prehenso feudo, dentur inductiæ ad sex menses, tunc statim restituitur feudum vassallo possessuto, & fruituro per se, non sub manu domini, sed per manus suas, ac si esset in fidem admissus. Et sic concessio inductiarum implicat de se tacitam quandam leuationem manus dominicæ, etiam si aliter non dicatur. Igitur inductiis bene reperitur feudum vt prius apertum veteri apertura. Sed non reperitur nec est in manu patroni, nisi iterum ad eam reducatur. Finitis igitur inductiis, faciet vassallus fructus suos vt ad nouam prehensionem, velut cessante aut dormiente patrono. Et ita expressim disponit consuetudo Meldensis §. 184. quod etiam in aliis locis obtinet per rationes prædictas. Et hoc nisi aliter expresse cautum esset in concessione inductiarum, puta, si patronus prehenso feudo daret vassallo spatium mensis vel semestris ad iusta facienda, hoc expresso, quòd lapso tempore si non esset satisfactum, maneret prehensio, & fructus sine noua prehensione cederent patrono. Hoc enim seruandum est & licuit patrono in liberali concessione modum & conditionem qualem voluit apponere. *l. legem. C. de pati. gl. in c. statutum in verbo per seipsos de præb. in 6.* Nec hoc casu sunt plenæ inductiæ, quia feudum non relaxatur, sed tantum vsus & perceptio fructuum conceditur ad tempus sub manu dominica. possunt* etiam concedi inductiæ sub conditione resolutiua, puta nisi infra semestre satisfactum non fuerit, quo casu si non sit satisfactum, teneatur vassallus restituere omnes fructus medij temporis à tempore prehensionis si qua præcesserit, aliàs non, per ea quæ in simili diximus, 5. §. 1. *glo. ff. nu.* 7.

* Inductiæ resolubiles.

7. QVARTO quæro, vassallus decessit relictis filio & filia, quæ nubit, patronus petit releuium ab eius viro, qui excepit non deberi, quia supereſt filius primogenitus, siue habens ius primogenituræ si forte sit posterior natu filia, tamen ille filius non fecit fidem & homagium, sed patronus dederat ei inductias fidei præstandæ quæ nondum finitæ sunt? Respondeo non posse peti releuium, siue illæ inductiæ sint voluntariæ, siue necessariæ, puta, quia pupillus est. Et hoc duplici ratione. Prima, quia ex quo habet inductias, censetur in fide esse, seu fidelitatem fecisse. Et quamuis in statutis regulariter arguatur de casu vero ad casum * fictum: tamen licet arguere quando illa fictio introducitur & approbatur ab eadem consuetudine vel statuto, vt hic per doctri. Bart. in *l. quis seruo. & ibi glo. fin. C. de fur. & ser. corrup.* Bart. in *l. vt tantum in princip.* per illum text. *D. de seruit. corru. gloss. in c. 1. in ver. declaramus*, & ibi Gemi. *ne cler. vel mona. lib. 6.* Adde not. *infra* §. 54. *num.* 9. Secunda, quia facto patroni stare videtur, quominus primogenitus conditionem impleat, & sic pro impleta habetur *l. iure ciuili. D. de condit. & demonstr.* Quod vltimum clare procedit in iudiciis voluntariis. Sed in necessariis idem est dicendum. Tum per rationem præcedentem, tum quia etiam si pupillus non habeat inductias, & patronus nolit vel differat eas dare, est in culpa, & habentur pro concessis, & supplentur à consuetudine. per not. *infra §. sequenti.*

* Casus fictus ab eodem statuto.

8. ¶ Sed nunc recordor de q. necessaria in materia *d.* §. 3. Pone filium prius decessisse, deinde sororem nubere. Super hoc breuiter dicendum: aut filius mortuus est ante primas nuptias sororis, sed fidelitate præstita, vel debite oblata, ita quòd per patronum stetit, & tunc nullum debetur releuium ratione primarum nuptiarum filiæ, quia immunitas semel acquisita per homagium vel debitam eius oblationem, non amittitur postea quandocunque moriente filio. Aut vero mortuus est ante fidelitatem præstitam, sed habitis inductiis & illis pendentibus, & idem puto siue inductiæ fuerint voluntariæ, siue necessariæ, quia verum est dicere illum esse mortuum in fidelitate patroni, siue in statu simili & per hanc eandem rationem æquiparato fidelitati actuali, ex quo mortuus est pendentibus inductiis per hunc text. Alioquin indulgentia patroni, quæ debet esse vtilis, esset captiosa & damnosa, quoniam verisimiliter filius fidelitatem viuens præstitisset, nisi fuissent inductiæ patroni. Et ita vel in dubio etiam si filius ante idoneam ætatem mortuus sit, & odio huius releuij & fauore liberationis & maximè matrimonij & dotis iudicandum est. Aut vero mortuus est post inductias finitas, & in mora fidelitatis præstandæ, & deberur huiusmodi releuium, quia omnino deficit conditio requisita in *d.* §. 3. Aut mortuus est ante fidem præstitam & obtentas inductias, & in ætate minori & inhabili ad fidelitatem præstandam, & tunc idem, videlicet quòd debetur releuium, quia cessant termini *d.* §. 3. Fallit hæc vltima conclusio, si patronus fuerit requisitus de inductiis præstandis, & recusauerit vel tacuerit, quia tunc habentur pro concessis, ex quo sunt debitæ & necessariæ. Et no. quòd inquantum dixi deberi releuium, intelligendum est respectu portionis spectantis ad filiam ex successione directa, vel per diuisionem factam de portionibus fratris

prædecedentis ſine liberis, in quibus ſucceſſit, omnino debetur releuium.

9. VLTIMO not. quòd diſpoſitio huius §. videlicet inducias æquipollere fidei actuali, generaliter habet locum in omnibus terminis conſuetudinis noſtræ, & ſimilibus. Sed ſingulariter limitatur in iuribus * regaliorum Chriſtianiſſimi domini noſtri regis. Inter quæ in multis eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus regni ſui earum vacatione occurrente, habet ius percipiendi temporalia ſeu fructus (vt vocant) temporalium, qui ſunt quicunque reditus prædiorum, rerum & iurium, quæ à laicis poſſideri poſſunt. Et etiam ius pleno iure conferendi beneficia, tam dignitates, quàm præbendas, (& non parrochiales eccleſias) quæ tempore vacationis cathedralis eccleſiæ, reperiuntur in ea vacare de iure vel de facto, vel quorum vacatio occurrit, donec nouus epiſcopus vel archiepiſcopus iuramentum fidelitatis domino noſtro regi præſtiterit, & ab eo inueſtituram & leuatam manum obtinuerit ratione bonorum temporalium dictæ eccleſiæ à rege feudaliter mouentium. Et iſta iura cõpetunt domino noſtro regi eiúſq; coronæ, tam ratione directi dominij, & iuris patronatus feudalis, quod habet in dictarum eccleſiarum temporalia, quæ ab eo eiúſque corona immediatè tenentur in feudum, quàm ratione patronatus eccleſiaſtici earundẽ eccleſiarum, quarum eſt fundator, & duplici iure patronus. Et etiam ex antiquiſſima conſuetudine & approbatione ſummorum Pontificum, vt Gregorij decimi, in *concilio Lugdunenſi c. generali. §. fi. de elect. in 6.* & eccleſiæ Gallicanæ *in conuentu Bituricenſi ſub titu. de anna. §. Item quòd dicta.* Vbi vide *gl. in verb. regalia. in pragma.* Quamuis autem de conſuetudine generali huius regni inducíæ fidei æquipolleant fidei, tamen ſi rex magnificentia ſua dederit inducias fidelitatis præſtandæ nouo epiſcopo vel archiepiſcopo, bene proſunt & æquipollent fidei, quantum ad poſſeſſionem & fructus dictorum temporalium. Sed nihil operantur nec æquipollent fidei quantum ad collationes dictorum beneficiorum, etiam ſi aliàs præſul eſſet confirmatus & conſecratus. Sed requiritur actualis præſtatio fidelitatis, vt claudatur apertura regaliæ beneficiorum, vtque eorum prouiſio de cætero ſpectet ad præſulem.

* Regalia.

10. Et cùm iſtud ius * regaliæ beneficiorum ſit longe antiquius iuribus antiquarum decretalium, & libri ſexti, & aliarum partium iuris canonici, nullo modo eſt illi per illa iura canonica derogatum. Imò ſemper ſicut ius ſpeciale & particulare regis Franciæ intelligitur aſeruatum, prout expreſſim verbis generalibus reſeruatur in d. concilio Lugdunenſi. *c. generali in fi.* Vnde tempora ad conferendum, vel præſentandum ad beneficia, præfixa tam in concilio Lateranenſi in *ca. nulla. de conceſ. præbend.* quàm in *c. quoniam. c. eam te. de iur. patr.* & aliis veris locis iuris canonici, non habent locum in beneficiis vacantibus in regalia. Nec dominus noſter rex aſtringitur ad illa conferenda infra tempora in iure canonico præfixa, nec infra aliud tempus, niſi prout ſuũpſius conſtitutione ſtatuit tempus triginta annorum, vt conſt. Ludo. 12. anno. 1499. §. 11. Vnde etiam ſi contingat huiuſmodi præbendas vel dignitates eccleſiæ cathedralis vacantis vel repletæ, ſed nondum præſtito fidelitatis ſacramento vacare: nihilominus collatio libere & pleno iure ſpectabit ad regem dumtaxat, priuatiuè ad quemcunque alium.

* Regaliorũ iura antiquiora iure pontificio.

11. ¶ Ita vt nec ſummus Pontifex de illis prouidere poſſit, nec iure præuentionis, nec iure deuoluto ex ſtatuto d. *c. nulla.* vel ſimili. Imò nec etiam tanquam de vacantibus in curia ſua, quia vbicunque locorum (etiam ſi in curia Romana) vacent, non refert, ſed rex prouidebit iure ſuo regaliæ, etiam priuatiuè ad ſummum Pontificem, quoniam ius regaliæ longè antiquius eſt iure à Pontificibus Romanis introducto, quo ſibi reſeruarunt collationem omnium beneficiorum iure præuentionis & omnimodam prouiſionem vacantium in eorum curia in *c. licet in c. præſenti. de præben. in 6.* & collationem iuris ad vacatura per viam mandatorum in *c. mandatum extra de reſcript. in c. 1. & per to. de conceſſ. præb. in 6.* Vnde illa iura canonica non potuerunt, nec etiam intendunt derogare iuribus regi competentibus, vtpote cum nec etiam derogare intendant iuri cuiuſlibet priuati patroni laic. vt per *gloſſ. & doct. in d. c. licet.* Hinc eſt etiam quòd decreta concilij Baſilienſis, & nouiſſime concordata in *titu. de paciſ. poſſeſſ.* vtpote poſterius edita, non habent locum in beneficiis vacantibus in regalia, ne derogetur ſpeciali iuri regis, quod non intendunt dicta concilia & decreta. vt tenet gl. pragmat. in *tit. de paciſ. poſſe. in verb. beneficium.* Quòd etiam in iſtis non habeant locum mandata ſummorum Pontificum, iura & qualificationes nominatorum vel graduatorum, eſt indubitatum. Et cum iſtud ius regaliæ ſit ius antiquum & peculiare regis à communi pontificio iure intactum & ſeparatum, non eſt mirum ſi quamplurima complectatur ab illo iure communi exorbitantia, de quibus plura dicerem niſi præſentem materiam excederent, & iuſti voluminis tractatum requirerent.

---

* §. XLIII.

* Olim ſuis 30.

LE vaſſal qui *dénie* le fief eſtre tenu du ſeigneur feodal, dont il eſt tenu & mouuant, confiſque iceluy fief:

VAſſallus negans feudum teneri à patrono à quo mouetur, amittit feudum. H. D.

Digitized by Google

SVMMARIA §. XLIII.

1. *Omnis cauſa feudi amittendi fundatur in ingratitudine.*
2. *Succeſſio, dos, alimenta, ingratis liberis denegantur.*
   Lex Pompeia de parricidiis ceſſat inter ingratos.
3. *Libertas & legitimatio amittitur propter ingratitudinem.*
4. *Cauſæ privationis feudi remiſſiue.*
5. *Pœnæ negantibus impoſitæ intelliguntur de ſcienter negantibus.*
6. *Negans partem feudi vel vnum ex pluribus patronis non amittit niſi partem feudi.*
7. *Quid de negante qualitatem feudi?*
   Quid de dubitanter reſpondente?
8. *Negatio vaga non ſufficit ad pœnam huius §. ſed requiritur ſpecifica & determinata negatio.*
9. ¶ *Q. 1. Tripliciter poteſt fieri negatio patroni & clientelæ.*
10. *Quid ſi vaſallus negat eſſe patronum ratione certi caſtri, ſed fatetur eundem eſſe patronum ratione alterius caſtri?*
11. *Non tenetur patronus admittere fidelitatis oblationem incertam ratione loci dominatis.*
12. *Fidelitas non exhibetur loco dominanti, ſed perſona.*
13. *Incertitudo in vtramque partem idem concludens non vitiat, niſi quando fit coartatio ad alteram tantum partem.*
14. *Reſolutio huius quæſt.*
15. *Vaſallus negans actorem eſſe patronum eius nomine proprio, non vitat periculum commiſſi, offerendo ei fidelitatem tanquam tutori alterius, vel contra.*
   Plus attenditur perſona intellectualis quam organica.
16. ¶ *Q. 2. Quid ſi patronus ſuperior ſeu mediatus abnegatur.*
17. *Q. 3. Pœna huius §. nedum habet locum in negatione iudiciali, ſed etiam in extraiudiciali.*
   Iura non tolluntur per non vſum.
18. ¶ *Q. 4. Vtrum negans pœnitere poſſit?*
19. ¶ *Q. 5. Negatione facta probatio incumbit patrono.*
   Pœna commiſſi habet locum, etiam ſi patronus non probauerit niſi per iuramentum à negante delatum.
   Reprobatur communis traditio feudiſtarum.
20. *In omni materia etiam pœnali in qua poteſt tranſigi, habet locum delatio iuramentum.*
21. *Iuramentum neceſſarium non habet locum in materia commiſſi vel ingratitudinis.*
   Vera & liquida probatio requiritur ad probandum ingratitudinem.
   Iuramentum non eſt probatio, ſed probationis releuamentum.
22. *Iuramentum neceſſarium habet locum ad declarandum rem eſſe feudalem vel cenſuariam.*
23. ¶ *Q. 6. Feudum nullo caſu etiam ſecundum vſus feudorum ipſo iure amittitur, excepto ſolo caſu alienationis & traditionis domino irrequiſito.*
24. *Solo prætextu commiſſi non poteſt patronus propria authoritate prehendere feudum.*
25. *Feudum ipſo iure confiſcatur, quando cum felonia concurrit crimen læſæ maieſtatis.*
26. *Iura canonica non habent vim legis in hoc regno reſpectu temporalium etiam eccleſiaſticorum bonorum.*
   Et bona temporalia eccleſiarum, & decimæ feudales ſubſunt iuriſdictioni ſeculari, & non eccleſiaſtice in hoc regno.
27. ¶ *Q. 7. Propter ingratitudinem vaſalli non poteſt patronus manum iniicere feudo aliàs non aperto.*
28. *Dominus non poteſt propria authoritate expellere emphyteutam qui cecidit in commiſſum.*
29. *Fallit in fiſco regio cuius eſt prærogatiua inchoare à prehenſione, vt & ſupra eod. nu. 24. in fi.*
30. ¶ *Q. 8. A quo tempore veniant fructus in materia commiſſi?*
   Licet donatio reuocetur per ingratitudinem, non tamen reuocantur fructus.
   Fructus rei donatæ non computantur in donatione.
31. *An fructus veniant in reſtitutione fideicommiſſi.*
32. *Quando titulus vel donatio retro annullatur, etiam præteriti fructus reſtituuntur, ſecus quando reuocatur vt ex nunc.*
33. *Reprobatur communis ſententia.*
34. *Solutio, quòd in renouatione feudi vel donationis, fructus veniunt à tempore moræ, & non à tempore ingratitudinis vel cauſæ reuocandi.*
35. *Priuandus feudo vel beneficio, licite fructus percipit, & ſuos facit quandiu toleratur.*
   Horariæ preces omittens non tenetur ad reſtitutionem fructuum.
36. ¶ *Q. 9. Reſolutio, an & quando debeat haberi ratio fructuum pro tempore inſtantiæ peremptæ quæ renouatur.*
37. ¶ *Q. 10. Reuocationi feudi & donationis triginta demum annis præſcribitur.*
   Præſcriptio decem annorum ex conſtitut. Ludou. 12. intelligitur de diſtractibus qui fiunt contra naturam actus illi contraueniendo, non autem in diſtractibus qui oriuntur ex natura actus.
38. *Præmoriente patrono finitur commiſſum.*
39. *Fallit, ſi patronus teſtamento vel inter vinos*

Digitized by Google

alij ceſſerit ius commiſſi.

40. *Actio ad commiſſum non tranſit in alienatione feudi dominantis cum iuribus & pertinentiis.*

Sicut nec fructus ſeparati relevia & iura præteriti temporis.

41. *Patronus qui poſt offenſam vaſalli vendidit feudum dominans, deinde iure commiſſi obtinuit feudum ſeruiens, tenetur emptorem feudi dominantis agnoſcere in patronum, eique relevium ſoluere.*

42. *Tamen ſi patronus cedat ius commiſſi, non tenetur ceſſionarius recuperator feudi relevium ſoluere patrono: ſicut nec de novo infeudatus.*

43. *Morte vaſalli ante motam querelam extinguitur commiſſum: ſecus ſi vaſallus alij vendat vel cedat feudum.*

44. *Tamen hic ſingularis ſucceſſor longo tempore præſcribit illud ius commiſſi ſicut & in quauis alia actione in rem ſcripta.*

45. *Ampliatur etiam, ſi iſte emptor ſciebat noxiam à venditione commiſſam.*

Fallit ſi fraudem participauerit cum venditore.

46. *Mala fides venditoris non impedit emptorem longo tempore præſcribere iuri commiſſi.*

Niſi lis cœpta fuiſſet contra venditorem, quia in perſonalibus actionibus in rem ſcriptis res efficitur litigioſa.

47. *Patrono poſſidente feudum iure feudali nihilominus currit triginta annorum præſcriptio in iure commiſſi, ſecus ſi iure proprietatis vel commiſſi poſſideat.*

48. *Patronus ſcienter tanquam dominus feudalis prehendens feudum, aliàs apertum ex defectu hominis, & iurium, non cenſetur remittere commiſſum.*

49. *Idem ſi prehendat ex defectu catalogi.*

Etiam levis occaſio præſumptionem donationis excludit.

50. *Quomodo patronus poſſidens ſibi conſulere debeat ad conſeruationem probationis commiſſi.*

51. *Æqualitas attenditur circà idem.*

Sing. limitatio ad auth. malæfidei. C. de præſcript. 30. *vel* 40. an.

52. ¶ Q. 11. *Sufficiunt duo integri teſtes ad probandum ingratitudinem in omni materia.*

53. *Etiam papa per duos teſtes conuinci poſſet.*

54. ¶ Q. 12. *Si vaſallus patronum in iudicio principaliter abnegauerit, etiam ex iuſta ignorantia amittit feudum, etiam ſi pœnitere velit.*

55. *Secus in negatione facta extra ius vel in iudicio incidenter.*

56. ¶ Q. 13. *Quid de negatione facta per minorem.*

Negatio magis cadit in malam adminiſtrationem, quàm in delictum.

57. *Quid ſi negatio fiat per curatorem vel eius authoritate.*

58. ¶ Q. 14. *Quid de negatione vel noxa commiſſa à prælato eccleſiæ.*

Quid ſit fœlix Embola.

Solutio diuinatiua reiicitur.

59. *Eccleſia patitur pœnas conuentionales & teſtamentarias.*

Vnde amittit emphyteuſim ob non ſolutionem canonis.

60. *Et feudum ſicut priuatus.*

61. 62. *Solutio, quòd eccleſia propter delictum non amittit feudum niſi ad vitam prælati delinquentis vel aliorum delinquentium.*

63. *Intellectus* l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccl.

64. *Prælatus non eſt vaſallus, ſed procurator.*

65. *Prohibitus alienare fauore alterius, non poteſt alienare delinquendo.*

Prælatus omittendo poteſt in perpetuum præiudicare eccleſiæ, ſed non committendo delictum niſi ad tempus vitæ ſuæ.

66. *Si prælatus ingratus cedat prælaturæ, ſiue ſimpliciter, ſiue cauſa permutationis, ceſſat effectus commiſſi, ac ſi naturaliter moreretur.*

67. *Sed ſi recuperet prælaturam, reſurgit effectus commiſſi.*

Titulus & poſſeſſio beneficij non continuatur in ſucceſſorem.

68. *Effectus commiſſi ipſo iure finitur morte & ceſſione prælati ingrati.*

69. ¶ Q. 15. *Quid de negatione vel noxia maritii Reſpon. Idem quod in prælato.*

70. *Vnde eius delictum non nocet vxori quæ non eſt communis: ſicut nec eccleſiæ nocet delictum prælati habentis menſam ſeparatam.*

71. *Commiſſum cauſatum culpa viri, nedum eius morte, vel diuortio, ſed etiam ſimplici bonorum ſeparatione ipſo iure reſoluitur.*

72. *Niſi conſtet ſeparationem in fraudem patroni factam.*

Pœnæ pecuniariæ inter cauſas lucratiuas numerantur Limita infr. eo. num. 87.

73. *Ingratitudo comitatur perſonam ingrati, donec reconciliatus fuerit.*

74. *Negatio vel delictum mariti nocet vxori, in his quæ ſunt de conquæſtu.*

75. *Secus in bonis quæ non eſſent de conquæſtu, licet aliàs eſſent communia.*

76. ¶ Q. 16. *Abnegatio patroni facta à muliere ſine authoritate ſpeciali viri neutri nocet.*

77. *In feudis quæ ſunt in conquæſtu, etiam ingratitudo vxoris cadens in delictum neutri nocet, nec locus eſt commiſſo ſed ordinaria priuatione delicti.*

Contra rationem eſt omnia mobilia & conquæſtus confiſcari propter delictum viri.

78. *Feudum dotale propter feloniam mulieris committitur patrono, ſed non fiet executio niſi ſoluto matrimonio.*

79. *Prodigus amittit feudum per delictum feloniæ, ſed non per ſimplicem negationem.*

80. ¶ Q. 17. *Vtrum in caſu commiſſi renouentur*

Digitized by Google

prius alienata?

81. *Solutio quòd non, ſed ſolum ius quale habet committens committitur.*

82. ¶ Q. 18. *Negatio vel felonia proprietarij, non nocet habenti vſumfructum.*

Ingratitudo filij familiàs donatarij non præiudicat patri, vſufructuario. contra Franc. Rip.

83. ¶ Q. 19. *Per feloniam vaſalli non reſoluitur ſubinfeudatio ab eo ſine conſenſu patroni facta.*

84. ¶ Q. 20. *Feudo ſui natura finito reſoluuntur hypothecæ & alienationes: ſed non ſi cadat in commiſſum.*

85. *Si res donata reuocetur per* l. fi. C. de reuocand. donat. *non reſoluuntur hypothecæ.*

86. ¶ Q. 21. *Feudum cadit in commiſſum in præiudicium donatarij, vel etiam emptoris, quibus non erat facta traditio.*

Confiſcatio bonorum omnium vel quotæ fit cum onere; ſecus in confiſcatione rei certæ.

87. *Ius commiſſi non omnino cenſetur cauſa lucrativa.*

88. *Secus in voluntaria repudiatione vel reſignatione feudi facta patrono.*

Quod eſt no. pro reuocatorijs actionibus.

89. *Ius commiſſi eſt reale.*

90. ¶ Q. 22. *Vtrum patronus feudo ſibi commiſſo, teneatur ſtare colono?*

91. *Reſpon. ſic, ſi eſt ad longum, ſecus ſi ad modicum tempus.*

92. *Soluto matrimonio tenetur mulier præciſe ſtare colono mariti ad modicum tempus contra communem.*

93. *Quomodo intelligendum patronum ſuccedere in feudo commiſſo iure priuationis, & non iure tranſmiſſionis.*

94. ¶ Q. 23. *Vtrum ſingularis ſucceſſor teneatur ſtare colono habenti hypothecam?*

95. *Reſpon. Non præciſe, niſi velit refundere intereſſe.*

Hypotheca non ampliat obligationem cui accedit, ſed ſecundum eam reſtringitur.

96. *Et tantum in hoc generalis, quantum ſpecialis hypotheca operatur.*

97. 98. ¶ Q. 24. *Negatio erronea errore procedente facto patroni vel eius prædeceſſoris non inducit commiſſum.*

99. ¶ Q. 25. *Donatio remuneratoria non eſt donatio.*

100. *Tamen res cauſa remunerationis infeudata propter ingratitudinem reuocari poteſt.*

Feudum improprium regulatur vt verum feudum, niſi in quibus expreſſe derogatum eſt naturæ feudi.

101. Q. 26. *Vaſallus per ingratitudinem amittit nedum feudum acceptum, ſed etiam omnia augmenta & ædificia.*

102. *Etiam ſi facta ſint de pecunia aliena vel communi cum vxore.*

Tamen ſoluto matrimonio, vxor vaſalli poteſt à viro vel eius hærede repetere dimidiam impenſæ, factæ in patrimonio viri.

103. *Quid de melioratione & augmentatione facta poſt noxam commiſſam.*

104. ¶ Q. 27. *Quid de ſubfeudis & cenſuariis prædiis à vaſallo ante vel poſt ingratitudinem acquiſitis.*

105. ¶ Q. 28. *An remiſſo iure commiſſi ſit feudum nouum?*

106. *Vbicunque fit priuatio feudi emphyteuſis, ipſa iure intelligitur, ſi dominus velit.*

In dubio non præſumitur donatio reuocata, etiam ingratitudine admiſſa.

107. *Etiam ſi feudum declaratum fuit commiſſum, ſi tamen patronus non fuerit executus, manet feudum antiquum.*

108. *Noua diſtinctio trimembris.*

109. *Materiæ ſubiectæ magis quàm verborum formæ inſeruiendum.*

110. *Vtrum renunciatio vaſalli noceat agnatis.*

111. *Quid quando patronus vtitur verbis miſtis, remittimus & de nouo concedimus.*

Verbum de nouo concedimus, in dubio non mutat naturam feudi antiqui.

Reſtitutio in integrum poſt ſententiam cauſa cognita latam, non nocet agnatis.

112. *Quando hæredum retineat antiquam qualitatem, vel naturam conquæſtus aſſumat?*

113. ¶ Q. 29. *An ſolus prælatus poſſit remittere feloniam vaſalli eccleſiæ.*

Solus prælatus habens adminiſtrationem, poteſt canonem recipiendo præiudicare eccleſiæ in commiſſo emphyteuſeos.

114. *Idem in eius procuratore niſi iam commiſſum acceptauerit.*

115. *Solutio, hoc eſt verum in commiſſis per omiſſionem vel negligentiam incurſis: ſecus ſi per delictum, niſi iniuria ſolam prælati perſonam reſpiciat.*

116. *Vel niſi expediat eccleſiæ iniuriam remitti.*

117. *Quando iniuria dicatur reſpicere perſonam vaſalli tantum: vel etiam eccleſiam.*

118. *Vaſallus eccleſiæ, negans prælatum eſſe prælatum eccleſiæ, non amittit feudum.*

119. *Clauſula ſalvo iure ad non cogitata refertur, non autem ad diſpoſita.*

120. ¶ Q. 30. *Feudum commiſſum propter prælatum offenſum, indiſtincte acquiritur ipſi eccleſiæ.*

Tenetur tamen extra manus ſuas ponere.

121. ¶ Q. 31. *Vaſallus negans maritum patronæ talem eſſe, non amittit feudum.*

122. *Nec ſi illum grauiter offendat, ignorans eſſe talem.*

Nec ſi ſciuit, ſed maritus in culpa fuit.

123. *Maritus non poteſt remittere emendam honorabilem vxori debitam.*

Nec ius commiſſi ſemel radicatum.

124. *Sic poteſt remittere commiſſum emphyteutis vxoris re integra, ſecus poſt ſemel acceptatum commiſſum.*

Et huiſmodi commiſſum ſoli vxori acquiritur.

125. ¶ Q. 31. *Vtrum vaſſallus ſciēter & enormiter*

Digitized by Google

offendens patrem patroni feudum amittat?

126. ¶. Q. 33. *Patronus vel donator ſciens, & habito conquerendi ſpatio tacens, non tranſmittit ius revocandi ad hæredem.*

127. *Ampliatur etiam ſi aliàs eſſet res revocata ipſo iure, quia intelligitur ſi dominus velit, vel hoc declaret.*

Fallit in noxia ſucceſſiua & continua.

128. ¶ Q. 34. *Idem è converſo præmoriente vaſallo vel donatorio ante querelam.*

129. *Fallit in via exceptionis, patrono vel eius hærede poſſidente.*

130. ¶ Q. 35. *Patronus ignoranter inueſtiens ingratum ſibi non præiudicat, niſi in via prehenſionis.*

131. *Clauſula ſaluo iure, non impedit nec interrumpit præſcriptionem.*

132. ¶ Q. 36. *An noxia patris noceat filijs?*

Secundum vſus feudorum, feudum nouum quocunque genere caducitatis redit ad dominum ſine onere.

133. *Feudum vero antiquum ad agnatos, niſi committatur propter noxiã in domum commiſſam.*

Feudum autem conuentionale non committitur niſi ad vitam delinquentis.

134. *Secundum noſtras conſuetudines feudum nunquam committitur patrono, niſi propter noxiam in eum commiſſam.*

135. ¶ Q. 37. *Non amittitur feudum ex omnibus cauſis exhæredationis liberorum.*

136. *Sed ſolum ex quinque cauſis revocanda donationis, vel quæ ad vnam ex illis reducatur.*

137. *Grauior iniuria requiritur ad revocandam donationem vel feudum, quàm ad exhæredandum filium.*

138. *Qui ſint maleſici.*

Duplex magia.

139. *An donatarius impediens donatorem teſtari amittat donationem.*

140. ¶ Q. 38. *Feudum & donatio revocari poſſunt, ſi patroni vel donatoris vxor violetur, ſecus ſi eorum concubina.*

141. *Ampliatur ad filiam, nurum, neptem, ſororem, ſponſam, matrem.*

142. *Hæres vel legatarius violantes viduam teſtatoris manentem in viduitate amittunt hæreditatem vel legatum.*

Mulier adulterans viuo marito perdit dotem, ſecus eo mortuo.

143. *Non amittitur feudum vel donatio propter violatam viduam patroni vel donatoris.*

Mulier nubens infra annum luctus nõ amittit ſibi donata vel relicta à marito, ſecus ſi fornicetur.

144. *Quid ſi vaſſallus polluat viduam defuncti patroni infra annum luctus?*

145. ¶. Q. 39. *Donatarius tenetur donatorem inopem pro modo liberalitatis alere.*

146. *Non tamen tenetur vaſſallus alere patronum qui non eſt dator feudi.*

147. ¶. Q. 40. *Si filius vaſſalli grauiter patronũ offenderit, non eſt locus cõmiſſo, etiam poſtquam ſucceſſerit patri: ſed non tenebitur patronus eum in fidem admittere, niſi pœnitentem de delicto & pro viribus ſatisfacientem.*

148. *Sed ſi negetur delictum, & non poſſit incontinenti probari, debet vaſſallus inueſtiri, ſaltem pronisionem feudi obtinere.*

149. *Tamen hoc caſu commiſſus non amittit feudum (niſi delictum eſſet ſucceſſiuum) ſed fructus donec ſatisfecerit.*

150. ¶. Q. 41. *Pœnæ ſtatutorum localium ligant ignorantes etiam forenſes in delictis à iure communi damnatis.*

151. *Tamen ſi vaſſallus occidat patronum probabiliter ignorans eſſe talem feudum, non cadit in commiſſum.*

Ad eſſe delicti requiritur ſcientia qualitatis illud conſtituentis vel aggrauantis.

Voluntas formar & diſtinguit omnes actus.

152. *An & quatenus error in corpore vel in qualitate excuſet à delicto.*

153. *Pœna l. Cor. de Sica. tenetur erronee occidens vnũ, quem alium dolosè occidere intenderet.*

154. *Error in corpore vel qualitate perſonæ non excuſat à delicto communi & intento: ſed à qualitate vel ſpecie delicti non intenta.*

155. *Quid ſi vaſallus duorum, alterum pro altero occidat?*

156. *Ad amiſsionem feudi vel donationis ſufficit conatus contra Franc. Rip.*

157. *Præſumitur vaſallus ſcire, quis ſit patronus. Ignorantia nunquam probatur iuramento eius contra quem eſt præſumptio.*

158. ¶ Q. 42. *Quid ſi hæres vaſalli poſt noxam admiſſam abſtineat, vel reſtituatur aduerſus hæreditatis aditionem.*

159. *Hæres per beneficium inuentarij eſt verus hæres, & per negotiationem vel feloniam facit feudum committi.*

160. ¶ Q. 43. *Legatarius feudi, poſtquam dies legati ceſſit & venit, ſcienter offendens patronum facit committi feudum, niſi ante acceptationem legatum repudiet.*

161. *Noxia hæredis vel emptoris ſub pacto de retrouendendo non nocet legatario vel venditori.*

An pretium ſuccedat loco rei in particularibus.

162. ¶. Q. 44. *Quid de noxa cõmiſſa per emptorem vel donatarium feudi ante traditionem.*

163. ¶ Q. 45. *Quid de noxia eius, qui ſperat feudum? ex lege inueſtiturę?*

164. *Sperans ius in feudo ex liberali infeudatione patroni quem offendit, illud amittit.* per l. fi. C. de reuocand. dona.

Ius commiſſi excludit ius accreſcendi.

165. ¶ Q. 46. *Vaſallus ſcienter feudũ recognoſcẽs ab alio non committit; niſi vbi conſuetudo loci diſponit, vel niſi ſit ligius principis.*

Quid de negante particularem rem, vel ius aliquod feudi.

166. ¶ Q. 47. *Emphyteutes & vſufructuarius propter deteriorationem priuantur.* [*poſſet.*

Hinc & vaſallus feudo, aut iuriſdictione priuari

167. ¶. Q. 48. *Quid ſi patronus abneget vel offendat vaſallum?*

Digitized by

168. ¶ Q. 49. *Pœna non debet excedere delictum.*
169. ¶ Q. 50. *Quid proprie confiscatio.*
Confiscatio & merum imperium de se solius principis sunt.
170. *Fiscus & domanium regium conuertuntur.*
Duplex patrimonium principis.
171. *Feudum quandoque finitur, quandoque confiscatur, quandoque committitur, quandoque ob voluntariam alienationem à patrono acquiritur.*
Quando feudum finitur, tunc propriè habet locum regula, finito iure datoris, resoluitur ius acceptoris.
172. *Feudum quod finitur ipso iure reuertitur & consolidatur.*
173. *Etiam respectu possessionis naturalis vassalli, vel emphyteutæ, quæ ipso iure resoluitur & cõsolidatur ciuili possessioni domini directi.*
174. *Finiente vsufructu, ipso iure resoluitur possessio vsufructuarij.*
Resoluto precario: resoluitur possessio precaria.
175. 176. *Consolidatio quæ fit ex natura rei, non est noua acquisitio.*
177. *Nec cadit in conquæstum, contra Io. Fab. & sequent.*
Duæ causæ lucratiuæ non concurrunt circa idem.
178. *Feudum finitum & ad dominũ reuersum ratione antiqui hæredij cẽsetur eiusdẽ qualitatis.*
179. *Emptor proprietatis à quo iure feudali & proximitatis res retrahitur, non potest deducere vsumfructum, medio tempore finitum & consolidatum.*
180. *Secus si illum redemerit ab vsufructuario.*
181. *Quid sit proprie consolidatio.*
182. *Triplici via res confiscari potest.*
Exteri non succedunt in bonis sitis in hoc regno.
183. *Illegitimi non succedunt, nec eis succeditur.*
Quæ iure confiscationis obueniunt, inter acquæstus seu nouiter acquisita computantur.
184. *Quæ iure confiscationis deferuntur ad principem licet à domanio dependerent: non ex hoc efficiuntur de domanio, sed libere per principem alienari possunt.*
185. *Terræ appanagij non confiscantur, sed finito appanagio ipso facto ad domanium reuertuntur.*
186. *Commissa iure lucrationum & cõquæstuum censentur.*
187. *Dupliciter propria accipiuntur.*
Prædium traditũ marito ex causa antecedente matrimonium, non cadit in conquæstum.
188. *Commissa pendente vsufructu cedunt vsufructuario quoad vsumfructum, licet committatur propter iniuriam factam proprietario.*
189. *Feudum iure retractus feudalis retentum cadit in acquæstum, sed non in conquæstum.*

HÆc sola causa amittendi feudum exprimitur in nostra consuetudine, non tamen aliæ causæ excluduntur, sed relinquuntur in dispositione iuris.

1. Et nota, quod omnis causa feudi amittendi fundatur in ingratitudine clientis: notanter dico amittendi, & non finiendi, quia feudum concessum vsque ad certa tempora vel generationes, quæ expirant, non dicitur propriè amitti sed finiri. Ingratitudo autem tetterrimum est vitium, de quo vide per cano. in *c. fi. de dona.* per Alber. in *l. 2. in princ. C. de liber. & eor. libe. in l. fi. C. de reuo. donat.* Et nihil æque societatem hominum (quæ in mutua consistit beneuolentia) dissoluit, inquit Senec. in *lib. de benef.* & Valerius Maximus *lib. 5. tit. de ingratis historia* 10. vbi etiam scribit Athenis * actionem aduersus ingratos constitutam. & ingrati apud Persas seuerissime plectebantur, vt *author est Xenophon. in Cyropædia lib. 1.*

* Ingratitudinis actio.

2. Vnde propter ingratitudinem licet parentibus nedum exhæredare liberos ingratos: sed etiam eisdem alimenta denegare. *l. si quis à liberis. §. item index.* & ibi gl. Alber. Bar. *D. de libe. agnos. gl. in l. fi. C. de alien. lib. gl. in §. si igitur in auth. vt cùm de appella. cognos. per* Pan. *& alios in c. cum haberet. de eo. qui duxit in matri. quam pollu. per adult.* Eadem ratione patet non tenetur filiam ingratam dotare, sicut non debetur ei legitima, quia ingratitudo tollit debitum naturale. Bald. *l. fi. col. 2. C. de dotis promiss.* de quo plenius ℣. §. 122. Et liberi primi matrimonij ingrati erga parentẽ, qui transiuit ad secunda vota, perdunt beneficium concessum à *l. hac edictali. C. de secun. nup. tex. in l. fi. C. eo.* Et hoc ne occasione assumpta lucri iam acquisiti contra parentes proterui insurgant efferantúrque ἵ τοὺς τῆς φύσεως ἀπρεπῶς νόμους, id est & naturæ inhonorent leges, vt inquit pulcher. text. sic ad verbum à nobis è Græco exemplari translatus *in nouell. Iustiniam, περὶ τῶν δευτερογαμούντων* id est *de iterantibus nuptias sine in auth. nup. col. 4. §. optimè.* Et quod fortius est crimen & pœnam legis Pompeiæ de parricidiis. *l. diuus. & ibi gl. & Bar. D. ad leg. Pomp. de parricid.* Ias. in *l. iust autẽ ciuile, col. pe. D. de iusti. & iur.* Pet. Gerar. *in not. 2.*

3. Et propter ingratitudinem liberus reducitur ad pristinam seruitutem. *l. alimenta. §. 1. D. de lib. agnos. l. 2. C. de liber. & eor. liber. c. octaua 12. q. 2. cap. de famulis. de ser. non ord.* quod primum fuit institutum Athenis. Vbi libertus ingratitudinis conuictus iure libertatis exuebatur, per hæc verba: Superfedeo te (inquit lex) habere ciuem tanti muneris impium æstimatorem, nec adduci possum vt credam vbi vtilem quem domi sceleſtum cerno, abi igitur & esto seruus, quoniam liber esse nescisti. vt refert Valerius Maximus *l. 2. c. 1. hist.* 32. Sic filius emancipatus ingratus iterum in paternam potestatem reducitur. *l. vnica. C. de ing. lib.* Et legitimatus iterum ad statum naturalitatis reducitur. Bal. in *c. 1. §. filii nati. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agna. in vsib. feu.* Ludou. Roma. *in singul. 222. vltimo quæritur.* fac. text. in *auth. vt libert. de catero. §. 1. c. 9.* Vbi * manumissor æquatur patri, & vltra filius propter ingratitudinem & contumeliam in patrem vel matrem puniendus est, & militia vel dignitate, si quam habeat, priuandus & exauctorandus *l. 1. D. de obseq.* Et nedum punitur ingratitudo commissa in parentes vel manumissores: sed etiam in alios benefactores, vt in donatarium *l. fi. C. de reuocand. dona.* & qui magnas facultates donat, æquiparatur patri. *l. si patronus. D. de confi. reo.* Et ingrediendo materiam §. nostri. non immerito amissione feudi mulctatur ingratitudo commissa in patronum, cui vassallus sacramento astrictus est ad fidelitatem.

* Manumissor & benefactor patri æquatur.

4. Non autem sufficit quæuis occasio, per quã officij debiti immemor videatur: sed requiritur grauis & insignis ingratitudo, vt habetur in cap. *vnico. in quibus caus. feu. amitta. in vsib. feud.* & causæ ingratitudinis vel priuationis late specificãtur per tex. & scriben. *in tit. l. quæ fuit prima causa benefic. amis.* per Iacob. Ardi. in *c. summa feud.* Petr. Iacob. in *tit. de cauf. ex quib. feu. amis.* pract. pap. in *for. lib. quãd. agit. ad reuoc. feud.* & alios Summistas. Iacob. de S. Georg in *tract. feud. in verb.*

Digitized by Google

dictique vassalli. promi. non commit. felo. & Franciscus Curt. in *tract. feu. in 4. parte* Vdalri. Zazi. in *epito. feud. parte* 10. ad quæ remitto. & præcipue ad Curt. qui quadraginta & vnam causas enumerat, & late pertractat, non tamen omnes apud nos practicantur, nec eas propterea figillatim deducere volui, quia ex his quæ breuiter dicam colligi poterit, quid tenendum sit. Assumo igitur conclusionem §. nostri cui conformatur cõsuetudo generalis regni, conformatur etiam text. *in c. 1. §. vassallus si feudum. si de feudo defunct. contendit inter do. & agnat. c. 1. in fi. de leg. Conrad. in vsib. feud.* vbi latè. præpos. Alexandri.

5. Hanc conclusionem limito primo, vt procedat dũmodo vassallus * scienter vel fraudulenter negauerit patronum. Tum enim conuicto de mendacio non est parcendum quia mentiens similis est furi. *l. hereditatem in fi. ad leg. Falc.* ita Bald, loquens in vassallo negante *in l. 2. col. 2. C. quom. & quan. iud.* secus si ignorantèr, quia ignoranti subuenitur, vt sunt tex. prælegati, in vsibus feudorũ. dummodo etiam non sit crassa & supina ignorantia siue lata culpa, secundum gloss. & omnes docto. ibi Ang. in *l. nec si. pina. l. regula. D. de iur. & fact. igno.* Et quæ congerit Boeri. *in consu. Bituric. eo titu. §. 14.* Et ita regulariter debent intelligi omnia iura, quæ volunt negantem puniri: puta quòd fideiussor negans se fideiussisse, perdit beneficium diuisionis, siue epistolæ diui Adriani: *l. si dubitetur. §. si ita demum.* & ibi Bart. *D. de fideiuss. & beneficium auth. præsente. C. de fideiuss.* videlicet excussionis & cedendarum actionum. Bal. in *auth. contra qui propriam. col. 3. C. de non numer. pecu.* vbi debitor negans scripturam esse de manu sua, cõuictus de mendacio perdit beneficium exceptionis non numeratæ pecuniæ. Et negans se socium perdit beneficium, ne vltra quam facere possit exigatur. *l. si vnus. §. fi. D. pro socio. l. sed hoc ita in fi. D. de re iudica.* & similiter maritus negans matrimonium. notat Barto. in *l. etiam §. 1. ad fi. D. solut. matr.* Et hæres, qui negauit rem legatam esse hereditariam, perdit falcidiam in illa re, *l. Paulus* & ibi Barto. Alex. in *l. hereditatem. §. fi. D. ad leg. Falc.* Et similiter si negauerit fideicõmissum vel rem esse hæreditariam, perdit retentionem ex Trebelliano Bar. in *l. rescriptum. D. de his quib. vt indig. l. fi. §. licentia. ad fi. C. de iur. deliber.* Et filiusfam. negans se esse in potestate patris perdit beneficium. *l. 1. & per tot. D. quod cum eo. l. cum qui se D. eo l. qui cum se D. de re iud.* Et conuentus reali si neget se possidere, perdit commodum possessionis. *l. fi. D. de rei vendi. auth. item possessor. C. qui pot. in pigno. habean.* Negans se libertum, perdit ius aureorum anulorũ. *l. fi. C. de iure aureo anul.* Et negans damnum à se datum in l. Aquilia, vel negans piis locis legata relicta esse, in duplum conuictus condemnatur. §. *ex male ficijs.* & ibi Fab. Io. de Pla. Ang. Aret. Iaf. *inst. de actio.* Et dominus conuentus negans seruum esse suum, perdit facultatem dandi pro noxa, & condemnatur in solidum. *l. quoties. §. prætor. l. si fernus depositus. §. si negauerit. D. de noxa. act.* Hæc enim omnia & similia debent intelligi quando negans negat per dolum vel latam culpam. vt tradit Bald. in *d. §. vassallus.* quem Aluar. & Præpo. ibi sequuntur. Iacob. de S. Georg. in *tract. feud. in verb. dictique vassalli promi. non cõmit. felo. col. 8. versi. vndecima causa* Zasi. in *epito. feu. par. 10. conclu. 7.* Curt. iunior in *tract. feu. par. 4. §. 19.* Ang. Rapha. Cuma. *in l. sed hoc ita. §. quod autem. D. de re. iudi.* adde Ludo. Roma. *cons. 70. viso themate* Guid. Pap. *Deci. Delphi. 436.* Sed diligenter aduerte. quòd ista prima fallentia, non potest apud nos practicari nec obseruari, nisi in denegatione patroni quæ fieret extra iudiciũ: si enim vassallus semel denegauerit patronum in iudicio, tunc siue scienter, siue ignoranter etiam ex probabili causa ignorantiæ non curatur, sed indistinctè amittit feudum per ea quæ dicemus j. *eo. q. 3. 4. 12.*

6. Limito secundo, vt procedat quatenus negatur, quia si vassallus negauerit tantum dimidiam * partem feudi, vel certa prædia moueri à patrono, non amittit totum feudum, sed solũ partem vel rem negatam, quia pœna non debet excedere delictum per iura in simili allegata ẽ. 13. *gloss. 5. nu. 7.* Et ita tenent gloss. And. Iser. Bal. Aluar. Præpo. *in d. §. vassallus.* Bal. in *l. cobi. in fi. C. de pet. hæredit.* & omnes excepto Petro de Cer. cuius sententia velut saturnina ab omnibus feudistis reiicitur. Vnde si vassallus habeat plures patronos eiusdem feudi, & vnum ex eis tantum abnegauerit, non perdit totum feudum, sed solum partem respicientem patronum abnegatum. Ita in terminis decidunt Guil. Alber. Bal. Ang. in *l. communis libertus. D. de in ius voca.* Aluar. Præpo. in *c. 1. de vassall. qui const. Lotha. feud. ali. in vsib. feud.* Sed quãdo plures patroni abnegantur respectu certæ partis feudi, quomodo acquiretur eis vel confiscabitur illa pars, an viriliter? puto quod non, nisi patroni habeant viriles in patronatu, sed reuerti tur pro rata iuris & portionis, quam patronus iniuriam passus habet in iure patronatus, & feudo dominãti. Hæc enim iura feudalia magis respiciũt & afficiunt rem quam personam, vt plenè dictum est ẽ. §. 1. *glo. 5. in princ.* Quòd autem negans partem vel rem feudi dicatur negare feudum quantum ad hoc, & incidat in pœnam huius §. non est dubium *arg. l. quæ de tota.* quod habet locum in statutis vbi est eadem ratio vt hic. Tum etiam ex propria vi verborum, verum est dicere quòd is negat rem feudalem, qui quantulamcunque partem feudi negat: hanc limitationem modifica. vt not. j. *eo. q. 46. nu. 163.*

7. Limito tertio, vt procedat text. noster. propriè & strictè in veris terminis in quibus loquitur, videlicet quando vassallus * negat feudum ipsum moueri à patrono: secus si negat feudum esse ligium, vel subiectum moti vulquecini, vel alij qualitati & conditioni prætensæ per patronum: etiam si affirmaret feudum fraucum & liberum, tunc enim non perdit feudum in toto nec in parte. Nec obstat, quòd Baldus & omnes feudistæ in *d. §. vassallus si feudum.* dicunt totum feudum amitti negatione vnius qualitatis, conditionis, vel oneris feudi: eo quòd huiusmodi negatio respiciat totam rem, & non possit diuidi. Arg. *l. si in qui quadraginta. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 1. §. si quis simpliciter.* vbi Bar. Alex. & omnes. *D. de verb. oblig.* quia fundantur in *d. §. vassallus.* qui loquitur in latioribus terminis, scilicet in negante feudum, vel partem, vel conditionem: secus in terminis consuetudinis nostræ vel similis. vt in *d. q. 43.* Limito quarto, si vassallus dubitanter respondeat, & dicat se nescire an sit feudum, vel an actor sit patronus: hoc enim ei permittitur ad vitandum pœnam commissi. text. in *d. §. vassallus feudum. & in c. 1. in fi. de lege corrad.* Sed tamen interim patronus fruetur feudo apertо & prehenso ex defectu hominis.

8. Limito quinto, in negatione * generali vaga & informi, vt si vassallus litem contestaretur negatiuè, vel si respondendo ad libellum diceret (vt ex stilo assolet) nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur vera esse & fieri debere. Tunc enim per talem negationem non amittitur feudum, sicut nec cætera iuris beneficia, de quibus *supra eo. limitatione* 1. & ita in simili decidit Bar. in *l. si dubitetur. §. ita demum. in fi.* & ibi Imo. Paul. *D. de fideiusso.* Bal. in *c. 1. col. 5. de lit. contest.* Saly. in *l. cum precum. C. de lib. causa.* Imol. Alex. Iaf. in *l. sed hoc ita. §. quod autem. D. de re iud.* & expressim in terminis nostris. Iacob. de S. Geor. in *d. ver. dictique vassall. promit. non committ. felo. col. 6. ver. vndecima causa.* Zasi. in *epito. par. 10. conclu. 7.* Concluditur ergo ad hoc vt sit locus huic §. requiritur denegatio specifica; formalis & absoluta: & ita practicatur. Alioquin per negationem non cathegoricam & minus sufficientem ad cõmissum non fieret locus dispositioni §. sequentis, nec relaxabitur feudũ pendente lite, vt ibi dicetur. Prædictæ limitationes respiciũt qualitatem vel modũ negationis & non substãtiam, excepta ea quæ materiam respicit sed limitatam. Nunc altiùs ingrediendo materiam,

* Negatio punitur in scientc.

* Negatio partis.

* Negatiò qualitatis.

* Negatio vaga & generalis.

*Negatio triplex feudi.

9. ¶ Quæro primo, quotupliciter fieri possit negatio respiciens materiam & substantiam ipsius feudi & feudalitatis? Respond. tripliciter:* Primo, respectu personæ & rei, vt quando vassallus negat feudum teneri à patrono: & ab eius feudo seu loco dominanti. Secundo respectu personæ tantum, vt quando non negat feudum moueri à loco à quo dependet, sed negat moueri ab actore, qui tamen est verus patronus, & in effectu est negare patronum esse dominum loci dominantis. Tertio, respectu rei tantum, vt quando vassallus fatetur patronum esse patronum ratione alterius rei, vel loci pertinentis ad patronum: sed non ratione rei vel loci quem patronus prætendit esse locum dominantem. Et aduerte quia ista nostra consideratio necessaria est ad intellectum totius huius materiæ. Et tamen nunquam legi nec audiui factam ab aliquo. Nisi quod septemdecim annis post has commentationes nostras euulgatas, deinde ex discipulis meis, nec non citato hoc reuoluit vt facile est inuentis addere, & è multis responsis consultationibus meis quas crebras habebat. Nunc quæritur vtrum in qualibet dictarum negationum habeat locum hic §. Et breuiter resoluendo dico in prima tantum specie propriè loqui hunc §. & locum esse pœnæ, sed non in secunda nisi etiam de malitia & fraude constet, nec etiam in tertia si vassallus probabilem causam habuit.

10. ¶ Quod vt plenius liqueat, assumenda est & inspicienda vera ipsa & propria species & hypothesis huius §. in suo concreto, quæ est iuncta §. immediate sequenti & præcedentibus: quando dominus manum iniecit ratione loci vel dignitatis dominantis: Vassallus autem absolutè negat, & prehensorem & qualitatem in qua prehendit: hoc est planè abnegat ipsam feudalitatem, siue contendat rem prehensam esse allodialem, siue non. Satis est quod plane abnegat feudaliter moueri à prehendente, & propria praxis huius §. vsus & obseruantia ex qua orta & conflata est hæc consuetudo, est quando abnegatio fit in iudicio ad vitandum actus feudales dominicos, & spoliandum prehensorem prehensione feudali, siue fiat ex defectu hominis siue ex effectu catalogi vt iudicat consuet. Blesen §. 191. & reliquæ fere consuetudines. Tamen idem est si extra iudicium, si actus sit valde serius deturbens possessionem vel quasi prætensi domini feudalis, vt dicam in q. seq. & vt sæpe dixi publicè interpretando, iura non debent applicari ad meditationes abstractus in ære, sed ad casus suos practicos in concreto, vt dixi in *extricatione primi labyrinthi. nu.* 50. *&c.* multo magis hoc faciendum est in consuetudinibus quæ ex negotijs hominum colliguntur & conflantur, & tantum habent de esse & effectu quantum de vsu serio, qui non potest esse nisi in concreto.

11. ¶ Porro non vsuenit in hoc regno aliquem esse dominum feudalem ratione personæ suæ tantum, nisi forte in feudis incorporalibus & personalibus, vt quando Rex dat officium Cancellarij in feudum, vel Barro. officium Castellani velut insularij & custodis castri sui in feudum cum certis stipendijs vel iuribus huic officio destinatis & adhuc ista feuda imperſonalia & incorporalia de quibus dixi 3. §. 15 *gloss. 3. in fi.* non dependent à mera persona organica domini, sed ab eius dignitate puta Regia vel Baronis. Non enim huiusmodi vassallus tenet huiusmodi feudum à Rege inquantum Carolus vel Henricus, sed inquantum Rex talis regni, & non inquantum Rex alterius regni vel dux Mediolani, nec à Barone, inquantum est Titius vel Mæuius, sed inquantum est Baro illius certæ Baroniæ: & non inquantum forsan est Dux vel Comes. Semper igitur hæc feuda non ad nudam personam organicam, sed ad aliquam rem vel qualitatem dominantem referuntur. Multo ergo fortius feuda realia & localia quæ solent à certa re locali immobili dependere, siue locus illic dominans sit alodium vt infra §. 46. sua feudum superius, siue dignitas suprema quod à nomine recognoscitur, & de eiusmodi feudis realibus & localibus magis loquuntur hæ consuetudines, quæ etiam ad crebriora & frequentiora sua themata magis referri & de illis intelligi debent. *l. nam ad ea. D. de legib.* ex quibus liquet quod propriè & ad æquale loquendo, hæc consuetudo non loquitur de illa prima specie negationis.

11. Ideo secunda impertinens est, provt non est proprie neque de verbis neque de mente consuetudinis: negans enim patronum esse dominum loci dominantis, non negat feudalitatem nec ius loci dominantis: & si ea fatetur, recognoscit id quod magis est de substantia & materia feudi & feudalitatis, quandoquidem hæc feuda magis sunt realia quam personalia, & magis rem afficiunt quam personam 3. *eo.* §. *gloss. 5. num. 2. num. 4.* & dixi *infra.* §. 60. *9. num.* & prout in supremo principe magis attenditur persona repræsentata, id est, principatus ipse qui perpetuus est, quam persona organica quæ mutabilis est, vt pulchrè inquit Bald. Ita & fortius in priuatis dominis feudalibus magis attenditur ius ipsum dominicum loci dominantis, quàm nuda persona domini vel possessoris: quia non est dominus feudalis, nec dominus directus vt ipse, sed vt dominus vel possessor loci vel dignitatis dominantis. Negatio ergo personæ ita ad personam restricta vt ius ipsum feudale & dependentiam feudalem illęsam & immotam relinquat, non spectat ad materiam huius §. quamquam posset esse talis iniuria vt spectaret offensam illam personalem quam feloniam vocant de qua non loquitur hic §.

13. Et quamuis de hoc hæc consuetudo nullum verbum dicat, tamen ea ingratitudo & priuatio non est remissa, sed in vsu & consuetudine generali & iure communi relinquitur. Quamuis enim in conclusione consuetudinum localium subiici soleat vel intelligi clausula prohibens alias consuetudines allegare: intelligitur de specialibus & localibus contra vel vltra vniuersales consuetudines vel ius commune. Sunt enim multæ consuetudines ita generales & notæ vt non sit opus eas localibus consuetudinibus includi vel describi, vt dicam latius in fine harum consuetudinum in interpretatione constitutionis Caroli 7. super ea re.

14. Præterea sententia nostra probatur euidenter æquitate, quia aut actor est possessor loci dominantis & non tenetur de alio docere & sic quum non grauetur onere probandi dependentiam feudalem & veritatem feudi, non debet feudum periclitari ob negationem quæ non facit feudalitatem dubiam. Satis est rem succumbere in expensis ad quod optime fa. text. in *l. eum qui iurauerit in princip.* & ibi Bar. *D. iureiur.* Bar. in *l. qui ea mente opposit.* Alex. *D. furt.* Bal. in §. *vassallus si feudum si de feu. defunct. content. si inter do. & agnat. in vsib. feudo. & in l. contra negantem. C. de lege Aquilia* & quæ dixi in *l. error. C. de iuris & facti ign. in lect. Tubingensi.* Et hoc nisi appareret de dolo & malitia vassalli vt quia dominus esset ipse originalis inuestitor vel indubitatus hæres, & tamen vassallus qui ab eodem accepit in feudum vel hæres vassalli visa dicta originali inuestitura, nihilominus negaret eum esse dominum, & impediret executionem contractus & actum dominicalium de facto: tum quia hæc esset contrauentio pactorum quæ facit concessionem liberalem reuocari *l. vlt. C. de reuoc. donat.* Tum quia eiusmodi negatio recidit in primam illam speciem.

15. Quantum ad tertiam negationis speciem, videtur prima facie operari pœnam commissi, ex quo per exitum litis apparet ipsam dependentiam feudalem fuisse controuersam & abnegatam per vassallum, probatam vero per dominum, qui interim priuatus est fruitione feudi facto & negatione vassalli: ergo locus commissio. Nec obstat quod vassallus eandem personam

Digit. ed by Google

agnouit, eique fidem & omnia iura obtulit. quia primo non obtulit ratione veri loci dominantis: & sic nihil obtuliſſe videtur, quia feudum & dependentia feudalis non perſonalis eſt, ſed realis. Secundo non ſolùm male obtulit, ſed etiam abnegauit veram dependentiam feudalem. Et interim dominum excluſit & litigare coegit. In contrarium arguitur non eſſe locum commiſſo, quia vaſſallus agnouit perſonam actoris in verum patronum, eique omnia ſemper iura obtulit: & ſic non eſt verum, dominum ipſum abnegatum, quamuis obtulerit ratione alterius loci quàm per dominum prætenſi & tandem probati: & ſic non verificantur verba huius §. pœnalis, ſaltem non omnia verificantur, & conſequenter ceſſat eius diſpoſitio, præſertim pœnalis. Omnia enim verba ſtatuu conuenire debent & verificari priuſquam locum habeat eius diſpoſitio, vt dixi ẽ. §. 20. *glo.* 3. *nu.* 5. *& j.* §. 58. *nu.* 42. Confirmatur, quia in hoc commiſſo principaliter agitur de iniuria facta perſonæ cui, & non rei inſenſibili debetur iuramentum fidelitatis, quod ſemper eidem perſonæ fuit oblatum. Tum eſt quod vaſſallus peccauerit circa rem, non tamen circa perſonam: ergo non eſt locus huiuſmodi commiſſo, quod non eſt quærendum nec conſolidandum rei, ſed acquirendum perſonæ, vt latè probabo *infra eo. q. vlt.*

16. Quid dicendum? Reſpond. * diſtinguendum quod in confeſſo eſt patronum eſſe dominum & poſſeſſorem vtriuſque loci dominantis. Et tunc cum vtroque caſu & in omnem euentum agnoſcatur in patronum, & ceſſat pœna commiſſi, quia patronus non debet iura ſua liquidare periculo vaſſalli qui non abſolutè abnegat, ſed actorem ipſum recognoſcit. Aut vero dominus non erat poſſeſſor vtriuſque loci dominantis, & locus eſt commiſſo, puta ſi patrono peterit fidelitatem ſibi fieri ratione caſæ quam poſſidet: offerat vaſſallus fidem præſtare ratione cuiuſdam caſtri quod patronus non poſſidet, & in quo nihil iuris prætendit: tunc enim vaſſallus negans patronum eſſe patronum ratione caſæ, fruſtra negationi ſuæ addet vel præmittat eſſe patronũ ratione caſtri, etiam offerendo ei fidem & iura in illa qualitate, vtpote quum id ſit omnino *ἀπροσδιόνυσον* & impertinens. Si enim verum ſit & probetur feudum moueri ab illo patrono ratione caſæ, quod negauit vaſſallus, & non moueri à caſtro quod affirmauit vaſſallus, conſtat patronum denegatum eſſe in patronum. Et ita ſecundum prædicta videtur diſtinguendum in hac tertia ſpecie.

17. ¶ Et quod hæc noſtra diſtinctio multum habeat æquitatis, imo ſit vera & neceſſaria: Probatur triplici fundamento, quia alioquin ſequentur abſurda & inconuenientia. Pone in primo caſu, videlicet quando vterque locus à patrono poſſidetur, feudum in veritate moueri à caſtro, & tamen patronum iniecta manu prætendere illud moueri à caſa, & impugnare oblationes factas in caſtro vel ratione caſtri, tunc enim vaſſallus cogetur carere feudo vſque ad finem litis, vel recognoſcere patronum ratione caſæ, & ſic præiudicare iuri & honori feudi ſui, vel denegare patronum ratione caſæ, & ſubire periculum commiſſi & perpetuæ amiſſionis feudi, ſi forte patronus probet moueri à caſa, niſi dicamus vt ſupra, quòd hoc caſu denegatio non inducit commiſſum, etiam contraria veritate probata, quia proprie non denegatur patronus, nec ſuperioritas perſonæ, ſed ſuperioritas certæ rei quæ vtcunque de ſe ſit principalis per not. ẽ. *eo. num.* 12. Tamen ſatis eſt quod non eſt tam plena & proiecta negatio quàm ſonant verba huius §. & ſic ceſſare debet diſpoſitio eius pœnalis.

18. ¶ Secundo, & fortius probatur, quia hoc caſu non videtur eſſe voluntaria negatio, de qua loquitur text. ſed neceſſaria, quia non poteſt vaſſallus aliter habere prouiſionem feudi ſui, quum non ſit alius dominus vel poſſeſſor caſtri cui poſſit adimi vel intercedere, vt ſic vaſſallus per manum ſupremam recipiatur, iuxta §. 60. ẽ. *eo.* nec poſſit conſuli vaſſallo vt etiam principali reſcripto recipiatur in fidem per manum ſupremam ad recuſationem patroni, ex quo patronus non recuſat, ſed offert recipere in fidem ratione caſæ. nec poteſt dici quòd in omnem euentum ſaltem per prouiſionem debeat vaſſallus recipi, ex quo ſiue vnum ſit, ſiue aliud, ſemper eſt idem patronus, quia etiam ſi vaſſallus conſentiat, ſub hac incerta alternatione recipi in fidem, patronus non tenetur hoc facere, ſed poteſt exigere fidem præciſè in ſpecie & forma certa, alioquin frui feudo vſque ad finem litis, & ſub euentu victoriæ quantum ad fructus damna & intereſſe & impenſas.

19. ¶ Tertio, facere videtur quòd * incertitudo quæ in vtraque parte dubietatis vel alternatiue concludit, niſi quam nocet. *l. quod ſi dubiter*, ibi Bar. Pau. *D. de acquir. vel omit. hared.* Ang. Alex. in *l. gallus* §. *ſi eius. col.* 3. *D. de liber. & poſtu.* Alex. in *l. vbi autem non apparet* §. *qui illud aut illud ſtipulatur. in l. inter ſtipulantem.* §. 2. *col. vlt. D. de verb. oblig.* Feli. in *c.* 2. *col.* 11. *de reſcript.* Sed hæc ratio non militat in hoc caſu, quia tunc demum procedit, quando non fit coarctatio ad alteram tantum dubitationis partem, ſed conſentitur in qualibet: hic autem partes non conſentiunt in qualibet, ſed in vtraque diſſentiunt, quia patronus vult recognoſci ratione caſæ, vaſſallus autem hoc non vult, ſed vult recognoſcere ratione caſtri, quòd recuſat patronus. Præterea vtraque pars alternatiuè non tendit ad eundem finem, quia in altera feudum efficitur de pertinentijs loci humilioris, in altera fit de pertinentijs loci nobilioris. Rationes autem præcedentes & maxime ſecundum fundamentum *num.* 18. concludunt.

* Incertitudo vtrinque concludens non vitiat.

20. ¶ Et ſic in q. noſtra * concludo quòd demum prima ſpecie negationis procedit hic text. & nullomodo in ſecunda, niſi prolata malitia vt dixi ẽ. *eo. nu.* ſed nec tertia ſpecies locum habet hic §. nec pœna commiſſi, dummodo, vt dixi, vaſſallus offerat recognoſcere patronum, alterius loci ſpectantis ad eundem patronum. Secus ſi offerret eum recognoſcere ratione cuiuſdam loci in quo patronus nihil prætendit, tunc enim impertinens & negatoria eſſet huiuſmodi oblatio, & remaneret negatio pura recidens in priorem ſpeciem, quia in effectu eſſet denegatio & reſpectu perſonæ, & reſpectu rei. Et licet nunquam videro huiuſmodi q. accidere in facto, tamen ſæpe poteſt contingere. Quid enim ſi idem ſit dux & comes, & prehendat feudum tanquam comes, vaſſallus autem vult eum recognoſcere tanquam ducem? Deciſio patet ex prædictis. Nobilitas enim & excellentia rei dominantis non facit in hoc varietatem iuris, nec magis inducitur repræſentatio diuerſarum perſonarum vel patronorum in pluribus nobilioribus quàm in pluribus humilibus feudis. Et ſic infero, quòd ſic vaſſallus negauerit prehenſorem eſſe patronum tanquam comitem, ſiue ratione comitatus, agnoſcendo tamen eum patronum ratione ducatus: quod etiam ſi probatum fuerit à domino feudum prehenſum moueri à comitatu, & non à ducatu, quod non propterea ſecedit in commiſſum, quia non eſt denegatio & iniuria facta ipſi perſonæ, quod æque principaliter hic attenditur & conſideratur in hoc tex. vt ipſa denegatio dependentiæ veri loci. Et hoc niſi conſtaret vaſſallum fraudulenter vel ſcienter huiuſmodi denegationem feciſſe, quia tunc non poteſt negari, quin fuerit in dolo, indeuotus, & ingratus in obſeruantia fidelitatis & clientelæ, & ſic locus erit commiſſo cum effectu.

* Solutio.

21. ¶ Rurſus præfatam concluſionem & illationem noſtram ſingulariter limita, vt procedat quando idem eſt dominus vtriuſque loci dominantis iure & nomine ſuo proprio, tanquam verus proprietarius. Secus ſi ſolum nomine alieno, vt tutor duorum pupillorum, vel nomine dignitatis, in qua non habet niſi

titulum

titulum & adminiſtrationem, ſed non dominium & proprietatem vt in epiſcopo duorum epiſcopatuum. Vnde ſi tutor nomine primi pupilli manum iniecerit feudo, vaſſallus autem contendat moueri à ſecundo pupillo, & eius nomine offerat eidem tutori fidem & iura: ſi negat feudum moueri à primo pupillo, vel à prehenſore tutorio nomine primi pupilli, conuictus amittet feudum. Idem dico, ſi obtulerit recognoſcere prehenſorem in patronum nomine ſuo, & in hoc non eſt dubium. Idem ſi negauerit feudum dependere ab epiſcopatu à quo prehenſor prætendit illud moueri quia conuictus amittet feudum, quantumcunque eundem prehenſorem recognoſcere voluerit tanquam epiſcopum, ſed non eiuſdem eccleſiæ, ſed ratione alterius epiſcopatus.

22. ¶ Vel ipſummet præhenſorem nomine proprio ad cauſam eius patrimonij, vel econtra, quoniam epiſcopus non eſt dominus bonorum ſuæ eccleſiæ, ſed procurator. *c. 1. de donatio.* Et ipſa dignitas vel eccleſia eſt patrona, & abnegationem paſſa, & ſic ei feudum committitur per nota. in *c. quoniam abbas. de offi. delega.* & quæ pulchre tradit Bald. in *conſi. 159. ſuper cod. lib. 3.* ſecundum nouam impreſſionem, & ſecundum veterem *conſi. 359. lib. 1.* Vbi dicit regem fungi vice duarum perſonarum, & quod * magis attenditur perſona intellectualis ſiue dignitas & reſpub. quã perſona principis, quæ eſt organum & inſtrumentum illius perſonę intellectualis. Fa. Bal. *conſ. 218. lib. 3.* ſecundum nouam Lugduni quæ eſt con. ſecundum veterem Brixiæ editionem & quæ dixi ad ſal. *curiæ parlamenti par. 1. lib. 50.* & quod dictum eſt in prælato, idem in marito quem vaſſallus offertet recognoſcere nomine proprio negando feudum moueri à propriis vxoris patronis, vel econtra. Hic nedum diuerſæ perſonæ repræſentantur, ſed etiam in veritate ſunt diuerſi patroni: & ſic indebitus honos alij oblatus, non purgat in aliquo iniuriam illatam vero patrono, & commiſſum ei debitum.

* Perſona intellectualis præſtat o gatiua.

¶ SECVNDO quæro, Vaſſallus negauit prehenſorem eſſe patronum, & ſic habuit prouiſionem feudi, vt in §. *ſeq.* Tandem inuentum eſt idem feudum moueri à prehenſore, non * tamen immediate, ſed mediate. An & quando locus ſit huic §. Reſp. Diſtinguendum, aut ille ſuperior patronus non tenet feudum medium tanquam apertum ad manum ſuam vt ĩ §. 55. Et tunc non eſt locus commiſſo nec alicui pœnæ, ſed debet prehenſio declarari nulla, cum adiudicatione damnorum & impenſarum vaſſalli, quia ſuperior patronus nihil iuris habet in ſubuaſſallos, ſiue in vaſſallos mediatos niſi in caſu §. 54. & 55. & vt dictum eſt ĩ. §. 1. *gloſſ. 7.* feudum non dicitur proprie & ſimpliciter moueri prout hic tex. requirit, niſi à patrono ſuo immediato, & non à patrono mediato, niſi in caſu prehenſionis feudi medij. Non tamen dico quin alias mulctari mereatur vaſſallus, ſi Inficiatus fuerit ſuperiorem patronum eſſe ſaltem mediatum patronum. Sed hoc nihil ad commiſſi pœnam. Nec obſtat quod habetur in *l. imperator § illum de prohib. feu. alien. per Feder.* ſi vaſſallus dominum domini ſui offenderit, feudo priuatur, & ad dominum immediatum reuertitur: quia illud loquitur in materia noxiæ ſeu felonię cadentis in delictum, nec adhuc continuo feudum committitur: ſed ita demum ſi vaſſallus à domino ſuo immediato requiſitus fuerit ſatisfacere maiori domino & contempſerit, quia tunc etiam dominum ſuum immediatum offendit. Et pariter dominus immediatus ſi à domino ſuo requiſitus, vt vaſſallum offenſorem de ſatisfactione requirat, contempſerit, dominum ſuum offendit & feudum amittit. quod eſt intelligendum quando dominus immediatus habet poteſtatem & facultatem hoc præſtandi, & non dominus ſuperior, qui nullam habeat iuriſdictionem in ſubditos vaſſalli, prout dicitur in ea *l.* §. *inſuper.* vaſſallum requiſitum teneri filium vel domeſticos qui ſuperiorem offenderunt, ad eum pro ſatisfactione deducere vel à ſe ſeparare, ne videatur particeps criminis.

* Negans dominum verũ perdendo ſi ſerdo ſi habuerit aliũ immediatũ eſſe dominũ.

24. ¶ Sed nimium efferor, redeo ad diſtinctionem noſtram. Aut verò ſuperior patronus tenebat feudum ad manum ſuam iure & poteſtate feudali, & tunc ſi prehenſio facta ſit vel ſuſtentata in hac qualitate, & vaſſallus ſimpliciter abnegauerit patronum, locus eſt huic §. Cui autem acquiratur feudum commiſſum an prehenſori, an patrono mediato? dicemus in *d.* §. 55. *glo.* 10. *qu.* 10. Si vero prehenſor ſuſtinuerit manus iniectionem ſimpliciter nomine proprio vel ad cauſam feudi ſuperioris, & non ad cauſam feudi medij iure feudali poſſeſſi, non erit locus commiſſo: ſed idem dicendum quod in priore caſu, quia patronus tenens feudum ad manum ſuam iure feudali, nihil poteſt facere nec adminiſtrare circa illud niſi in qualitate domini ſuperioris iure feudali feudum inferius poſſidentis, vt dictum eſt ĩ. §. 1. *glo.* 4. *q.* 22. Secus ſi poſſideret feudum medium iure dominij vel proprietatis, ſiue tanquam vnitum feudo ſuperiori, ſiue ſeorſum & ſeparatim, quia vtroque caſu eſſet verus & immediatus patronus vaſſalli negatoris. Et hoc quando iuſtè poſſidet. Secus ſi iniuſtè, quia quamuis vaſſallus potuerit ei fidelitatem iurare vt euitaret prehenſionem & litem, tamen ſi noluit obſequi illicito inuaſori, & maluit negare omnia vt inuaſorem conturbaret & debiliorem redderet, etiam ſi non nominauit, nec aſſeruit verum dominum, quia non audebat vel ei non expediebat vt ſæpe vſuuenit ſub tyrannis & inclinationibus regnorum. Tantum abeſt vt verus dominus ante litis exitum reuerſus, debeat eam reſumere vel commiſſum petere: vt potius debeat gratias agere vaſſallo qui maluit per abſolutam abnegationem excludere, vel quadantenus repellere inuaſorem, quàm eum iuuare recognitione & iurium ſolutione. Quod ſi ob id eiectus fuerit ab inuaſore, etiam per ſententiam commiſſi ab eo obtentam, verus dominus reſtitutus, debet etiam redintegrare vaſſallum qui damnum & periculum ſubiit, vt vero domino magis commendaret. & nimis abſurdum eſſet melioris eſſe conditionis eos qui potentioribus adulantur, quàm qui vero domino & veritati prodeſſe voluerunt. Quod ſi vaſſallus neutrum dominum curabat, ſed hac occaſione tantum ſibi negotiari & libertatem vænabatur, nullam meretur gratiam. Idem in ſimilibus.

25. ¶ TERTIO quæro, Circa praxim huius §. vtrum habeat locum * negatione vbicunque facta, ſiue in iudicio, ſiue extra? Et videtur quòd tantum in ea quæ fit in iudicio, quia per negationem non amittitur feudum ipſo iure, ſed demum per ſententiam, vt dicemus. ĩ. *eo. quæſt. 6.* Et communis * practica eſt patrono incumbente feudo prehenſo & fructus ſuos faciente, ſiue prior poſſeſſor ſtatim abneget initio litis, vt nedum impediat omnino commiſſarios reddere rationes: ſed eos & ſe à prehenſione eximat ſiue initio intercedat ex eo quòd res ſit cenſuaria & non feudalis, vel quòd moueatur ab alio, & tandem moras pertæſus, vel confidens de iure ſuo, negat prehenſorem eſſe patronum Tunc prehenſor concludit, non ſolum ad hoc quòd prehenſio ſua declaretur valida, ſed etiam ad hoc quòd feudum declaretur commiſſum, & ei adiudicetur cum fructibus à tempore manus iniectionis, & abnegationis. Reus autem concludit ad fidem nullitatis prehenſionis, & abſolutionis à concluſionibus actoris cum dannis & intereſſe, & pendente hac lite, feudum per prouiſionem reſtituitur veteri poſſeſſori. Et æſtimo nunquam viſum fuiſſe practicari hunc §. ratione negationis extra iudicium vel aliter quàm modo præfato factæ.

* Negatio feudi extra iudicialia vtrem nocent negãti vaſſallo.
* Praxis.

26. ¶ In contrarium arguitur, quia text. iſte non diſtinguit quando, vbi, vel quomodo fiat negatio, * nec tolluntur iura per non vſum, ex eo quod caſus non accidit: vel accidit ex eo quòd hi quorum intererat tacuerunt per no. Cy. in *l. 1. C. quæ ſit long. conſue. & ĩ. in proœm. glo. 1.* Conſuetudo autem § noſtri loquitur ſimpli-

* Non vſus non tollit legem.

citer generaliter in negante, & ſi intellexiſſet de negatione iudiciali dumtaxat, facile & abſq; dubio expreſſiſſet: igitur generaliter debet intelligi per iura vulga. Tum in negatione quæ eſt extraiudicialis, adeſt eadem ratio commiſſi, videlicet ingratitudo & offenſa in eo quòd eſt forma eſſentialis, & cauſa prima & finalis feudi, videlicet in fidelitate. facit quòd illi tex. *in vſib. feud. ſupra eo. num 4. n. fi.* allegati generaliter procedunt etiam extra iudicium. Et ſic concludo, quòd ſiue huiuſmodi negatio fiat in iudicio in quo de hoc principaliter agitur, ſiue in alio iudicio incidenter, ſiue omnino extra iudicium, dummodo ſeriosè & deliberatè, habet locum pœna huius §. Secus ſi per lubricum linguæ non perſeuerante vaſſallo. *arg. l. quicquid calore. D. de regul. iur.* nec enim lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum B eſt, inquit Modeſt. *in l. famoſi. D. ad l. Iul. maieſt.* Et leuiter dictum contemnendum cenſet. *l. vnica. C. ſi quis impera. maledic.*

27. ¶ QVARTO quæro, vtrum ad vitandam pœnam huius §. liceat vaſſallo, qui negauit * pœnitere, & patronum agnoſcere? And. Iſer. in d. 1. §. *vaſſallus ſi feudum. in fin.* & ita Præpo. Mediola. §. *ſi de feud. diffid. contro. fuer. inter dom. & agn. in vſib. feud.* tenent, quòd non, etiam ſe aliàs integra, quia delictum eſt conſummatum, & ius patrono acquiſitum *l. qui ea mente. D. de furt.* & hoc innuit. tex. noſter. qui ex ſimplici negatione diſponit feudum amitti per verba præſentis temporis. Iacob. autem de Bel. in d. §. *vaſſallus*, tenet licitam eſſe pœnitentiam vſque ad litem conteſtatam, & ſequitur Iacob. Ardizo. *in ſum.* & Bal. Aluaro. Præpo. *d.* §. *col.* 2. Vbi limitant primo, vt etiam ante litem conteſtatam pœnitere non poſſit, ſi vaſſallus dato à iudice termino ad reſpondendum negauerit. per no. Bal. in *auth. contrà qui propriam. C. de non numer. pecu.* & in addit. Specul. in tit. *de poſitio. col.* 4. Secundo, dummodo reſciantur impenſæ, & damna. Et ſaluo vt etiam poſt litem conteſtatam vſque ad ſententiam pœniteri poſſit, ſi ætas vel alia iuſta cauſa patrocinetur. *arg. l. de ætate. §. ex cauſa. & §. ſeq. D. de interro. act.* alij cenſent locum eſſe pœnitentiæ quando per eam releuatur aduerſarius ab onere probandi: ſiue antequam probauerit *per l. eum qui iurauit in prin. D. de iureiur.* Bar. *l. qui ea mente oppoſ. antepen. D. de fur.* Bal. in d. §. *Vaſſallus ſi feudum. & in l. contra negantem col.* 1. *C. de leg. aquil.* & certe poſtquam actor propter negationem iudicialem & litem ſuper hoc conteſtatam grauatus fuit D onere probandi, & non debet eſſe locus pœnitentiæ etiã in pœnalibus. Et ita firmat Andre. ſicut vulgo Barbatia. *conſ.* 83. *col.* 3. *lib.* 3. Sed non proinde ſequitur licitam ſemper eſſe pœnitentiam ante probationem.

28. ¶ Reſoluendo dico, quòd ſi negatio fiat in iudicio, vbi principaliter de hoc agitur, (quia ex qualitate loci & inſtantiæ augetur delictum, & apparet de maiori deliberatione) amplius reuocari non poteſt inuito patrono, & volente probare feudum à ſe moueri, quoniam delictum eſt conſummatum, & ius commiſſi patrono quæſitum, eo ipſo, quòd extitit conditio huius §. Vnde res non eſt amplius integra. Et ſic non obſtat d. *l. de ætate. §. ſi cum ſimilib. D. de inter. actio.* E Et hoc niſi eodem contextu antequam patronus acceptauerit, & concluſerit ad commiſſum. Tunc enim ex breuitate temporis, & ſubita reuocatione non videtur factum, vel indeliberate, & non exanimo factum, *l.* 3. *D. de diuor. l. quicquid calore cum concor. gloſſ. D. de reg. iur.* Si vero extra iudicium, vel incidenter in alio iudicio ad hoc non intentato, non ita præſumitur ſeriosè & deliberate factum, niſi ex circunſtantiis negationis, vel perſeuerantiæ appareat: quo caſu ſaltem poſtquam patronus acceptauit, vel negationem ad animum reuocauit: idem puto, quod in principali iudicio vt pœniteri non poſſit dummodo negans non ſit minor, ſed legitima perſona, vt ſtatim dicetur. Si quidem manifeſta & deliberata denegatio patroni in eius conſpectum tametſi extra iudicium vera felonia eſt, vt pragmaticorum termino vtar, id eſt, noxia ſeu rebelio vel ingratitudo priuatione digna.

29. ¶ QVINTO quæro, Vtrum ſufficiat ſola * negatio ad effectum commiſſi? Reſpond. ſufficit ad acquirendum ius, & actionem commiſſi. Et non intelligas de ſimplici negatione defunctoria, ſed de abnegatione feria deliberate & principaliter facta quando principaliter agitur de iure dominico feudali, ſiue dominus ſit in ipſo actu prehenſionis feudalis vel in præparatoriis prehenſionis vel poſt prehenſionem ad illius executionem vel effectum impediendum vel ad impediendum aliam proſecutionem quam dominus feudalis iure actionis faceret, vt ſi iure actionis peteret releuium vel quintum pretij, de hac enim feria abnegatione cum hac emphaſi & cum hoc impedimento prehenſionis vel actionis domini priuatiua, vel ad minus ſuſpenſiua iurium & actuũ dominicaliũ loquitur, & ſic intelligitur hæc conſuetudo & ſimiles conſuetudines, vt dixi *infra* §. 42. *num.* & hæc demum abnegatio ſola ſufficit ad acquirendum domino feudali ipſum ius commiſſi. Sed ad declarandum & ad iudicandum commiſſum, requiritur probatio patronatus, ſeu fidelitatis quæ incumbit patrono, ſiue per literas, ſiue per textus *d.* §. *vaſſallus. Ibi & inde conuicti ſuerit. fac. c.* 1. §. *item ſi vaſſallus. Ibi domini probatio erit. de contro. inueſt. in vſibus feud.* Guid. Pap. *deci. Delph.* 454. Dicit quatuor probanda à patrono, *de cuius veritate liquebit. C. eo. quæſt.* 11. ex quibus conuincitur error eorum qui C putant non requiri libellum nec nouam inſtantiam in hac pœna commiſſi: cùm enim ſit opus probatione: ergo articulis ſeu poſitionibus facti, ergo libello & defenſione & litis conteſtatione: fruſtra vero & inepte citant Lud. Rom. *con.* 70. *col.* 6. *ver.* 3. *principaliter*, qui citat Bal. in *l. ſupplicare. col.* 2. *verſ* 3. *& vltimo notab. C. vt lite pend.* ad hoc quod vbicunque pœna reſultat ex aliquo emergenti in iudicio, nunquam ad illam pœnã requiritur nouus libellus aut litis cõteſtatio, quia Bal. ibi loquitur expreſſim quando notorium eſt notorio iuris pœnam deberi. Ita quòd nihil inquirendum ſuper eſt. & addit Bal. quod eſt notorium iudici vt iudici. Et in eiſdem terminis loquitur Roma. in d. *con.* videbimus quando apud acta conſtat de negatione, & de articulo iuris & facti vt ſtante ſtatuto quod falſificans aliquid de actis perdat cauſam ſtatim quod alter litigantium deprehenſus eſt falſificaſſe, aliud non requiritur. Secus ergo quando de veritate facti ſupereſt inquiſitio. Tunc enim nouus libellus & noua inſtantia requiritur, vt hic.

30. ¶ Sed quæritur, an ſufficiat probari iuramento patroni ex delatione vaſſalli? Iac. de Bel Bal. Alu. Præp. & omnes in *d.* §. *vaſſallus*, tenent quòd non, & quod hoc caſu non amittitur feudum per *l. eum qui.* Vbi Bar. Bal. Alex. Iaſ. D. *iureiuran.* & per text. in *auth. de trient. & ſemiſſ.* §. *ſtudium vero ver. hæc autem dicimus.* & ibi glo. ver. *voluit colla.* Sed ego cõſidero, quòd hæc iura nihil concludunt in præſenti, quia loquuntur in actionibus in quibus per inficiationem condemnatio creſcit, ex eo quod ratione inficiationis actor grauatur onere probandi, & grauamen probandi eſt cauſa maioris condemnationis: vnde ceſſante huiuſmodi grauamine quod ceſſat per dilationem, & ſuſceptionem iuramenti, ſiue rei, ſiue actoris, ceſſat commodum intuitu grauaminis conceſſum. *tex. in d. l. eum qui* & ibi per omnes ſcribentes. Hic autem amittitur feudum, non ex eo, quòd propriè patronus grauatur onere probandi, ſed propter ingratitudinem vaſſalli, & iniuriam illatam patrono. Et non ſumus in terminis in quibus condemnatio creſcit, ſeu duplicatur per inficiationem. Sed in quibus ex inficiatione tanquã ex iniuria & delicto conſummato oritur ius & actio ad commiſſum & repetitionem feudi, quicquid omnes alij dixerint. Vnde ego ſum in hac noua ſententia, quòd etiam ſi patronus non probauerit aliter ſe patronum quàm per iuramentum

* Pœnitere an poſſit vaſſallus.

* Negatione ſola vtrum feudum committatur.

voluntarium à negante delatum, nihilominus debet obtinere in actione & concluſionibus intentatis ad commiſſum. Et ſuper quibus reus litem conteſtando quaſi contraxit *l.3.de pecul.* & huic pœnæ ſe ſubjecit *l. imperatores & ibi iure fiſci.*

32. ¶ Quia iuramentum deferens cenſetur tranſigere *l 2. D. de iureiur.* Vnde iuramenti delatio æque habet locum in omni materia, ſiue mere ciuili, ſiue pœnali, in qua poteſt tranſigi, & indubitanter ex parte illius qui poteſt renunciare, vel diſponere de eo, de quo agitur, vt not. per doct. in *l.3. D. de iureiur.* per Panorm. & alios in *c.fi. col.3.9. de iureiur.* Sed vaſſallus poteſt * renunciare feudo, & tranſigere ſuper toto iure, quod habet in eo. Igitur poſt actionem intentatam per patronum ad commiſſum, ſiue ex capite negationis, ſiue alterius felonię, vel ingratitudinis, poteſt vaſſallus iuramentum deferre, quo ſuſcepto & præſtito per patronum tanquam lite iuramento deciſa, feudum manet confiſcatum & amiſſum: quia ſuper ipſa confiſcatione, ſiue ſuper facto feudalis conditionis ad finem confiſcationis facta eſt delatio & præſtatio iuramenti: igitur neceſſe eſt, quòd ſuper hoc tantum operetur quantum tranſactio, vel renunciatio deferentis. Secus in d. *l. eum qui.* & ſimiles. Vbi non defertur iuramentum ſuper pœna dupli, ſed ſolum ſuper ſimplo, quo ſine grauamine probationem obtento, deficit conditio, ex qua futura erat pœna dupli. Et iſta clare procedunt in terminis conſuetudinis noſtræ vel ſimilis, quæ non requirit aliud quàm negationem verſ patroni. Secus in terminis d. §. vaſſallus ſi feudum de conſuetudine Inſubriæ, vel ſimili. Vbi etiam requiritur ſcientia in negante, & quòd conuincatur; tunc enim tametſi deferat iuramentum actori, an ſit verus patronus, vel non, & is ſe eſſe iurauerit: bene apparet patronum fuiſſe denegatum, ſed non apparet ſcienter fuiſſe denegatum, prout ille text. requiritur, etiamſi in iudicio fiat denegatio Imò ex eo quòd reus defert iuramentum actori, quædam inſurgit præſumptio ignorantiæ & bonæ fidei in perſona ipſius rei. Dico tamen, quòd etiam in terminis dictorum vſuum feudalium, poterit actor acceptare iuramentum ſine præiudicio commiſſi, & probandi ad hunc finem de ſcientia rei negatoris tempore negationis. Nec tenetur aliter acceptare, vt etiam reus poteſt re integra reuocare vel limitare ſuam delationem vt non ſit ſuper toto, ſed ſolum ſuper inſtantia & expenſis, videlicet quòd ſi actor iurauerit ſe patronum, obtineat in iure prehenſionis & lucro omnium fructuum hactenus & ad vſque congruas oblationes & in omnibus expenſis, abſque tamen pœna commiſſi: ſed actor probare paratus non tenetur acceptare taliter limitatam delationem, ſed tantum ſi ſuper toto deferatur, prout quandoque expedit reo ſentiente ſe conuictum iri, ad vitandum maiores expenſas. Et ſic ſubuertitur in hoc omnium hactenus feudiſtarum ſententia minùs digeſta.

* Qui poteſt rem clare, poteſt iuramentum deferre.

33. ¶ Illud tamen cum illis fateor, quod ſi reus nolit iuramentum deferre actori, & actor ſemiplenè, vel etiam plus quàm ſemiplenè probauerit, non debet ei deferri iuramentum * neceſſarium in ſupplementum probationis ad finem huius ingratitudinis probandæ, & commiſſi obtinendi: quia vbi agitur de ingratitudine probanda, requiritur vera, liquida & indubitata probatio, vt in *vſib. feud. in l. vnica. quot. teſt. ſunt neceſſ. ad proband. feud. ingr.* & eſt text. in ſimili. & ibi expreſſim no. Bal. non poſſe iuramentum deferri in ſupplementũ in *l.fi. in fi. C. de ſecundis nupt.* Bal. in *l.fi. C. de reuocand. dona.* vbi latè Franc. Ripa. in *repe. quæſt. 75.*

* Iuramentũ neceſſarium non habet locum in cõmiſſo, vel ingratitudine.

34. ¶ Et generaliter, vbi agitur de probando aliquem incidiſſe in pœnam (quod ego intelligo ex delicto vel cauſa accedente delicto) requiritur liquidiſſima probatio, vnde non eſt locus delationi iuramenti in ſupplementum, vt no. Bal. & alij in *c.1. quali. domi. proprie. feud. prin.* dicens, quòd in pœnis liquidiſſime conſta-

re debet. *per. l. in teſtamento.* 1. quæ tamen nihil facit, (ſed non eſt opus in re clara immorari) *D. de cond. & demonſt.* Idem decidit Bal. in *l. Titius. in fin. D. de liber. & poſthum. in l.1. col.2. ver. ex hoc patet. C. de his quæ. pe. not.* & ibi Iaſ. *col.2.*

* Iuramentũ non eſt probatio, ſed leuamen probationis.

35. ¶ Iuramentum * autem propriè nõn eſt ſpecies probationis, ſed leuamen ab onere probandi. per text. in d. *l. eum qui in prin. D. de iureiur. glo.2.* & ibi Albe. in *l. eum de indebito. D. de prob.* no. Io. And. in *c. bonæ de electio. in nouell.* vnde quando fit mentio de probatione per modum probationis vt ſi ſatis probauerit, non defertur iuramentum in ſupplementum probationis. *con. 56. in fi. lib. 7.* de quo tamen dicendum vt ibi nouiter diſtinxi, & pariter in negotiis grauioribus & vbicunque. l. vel ſtatutum requirit liquidiſſimas vel dilucidas aut indubitatas probationes, nunquam defertur iuramentum vel ſupplementum, vt per multa quæ referre nolo, tradit Iaſ. in *l. admonendi col. 22. in lect. & repe. col. 93. D. de iureiur.* Fely. Phi. Deci. in *rub. de proba.* Hippo. de Marſil. in *repe. Rub. de prob. fo. 16.* ad quos pro allegationibus remitto. Aliud eſt de iuramento voluntario, vel iudiciali, quia cùm procedat de conſenſu partis, æque ſemper admittitur, vt confeſſio.

36 ¶ Aduerte tamen quòd quamuis neque ſecundum dictos vſus feudorum, neque in terminis noſtræ conſuetudinis, admittatur iuramentum in ſupplementum ad probandum ingratitudinem & commiſſum feudi, tamen bene defertur ad perficiendum probationem patronatus, & fidelitatis, & ad declarandum rem controuerſam eſſe feudalem, & negatorem eſſe vaſſallum, ſaltem in terminis generalis huius regni conſuetudinis, ſecundum quam feuda afficiunt res & non perſonas, & non concernunt ſtatum perſonæ, ſicut nec certa patrimonialia. Vnde niſi aliàs feudum eſſet tale (vt ducatus vel comitatus) quod merito iudicibus videretur cauſa grauiſſima, & excepta à regula. d. *l. admonendi.* Locus eſſe poteſt delationi iuramenti neceſſarij ad declarandum rem eſſe feudalem cenſualem, vel alaudialem inter eoſdem, ſicut ad declarandum eſſe de conquæſtu, vel antiquo patrimonio. Et ſic concludo quòd ſi in iudicando reperiatur plene & dilucide probatum rem eſſe feudalem mouentem ab actore denegato, adiudicabitur ei iure commiſſi. Si vero probatio ſit plus quàm ſemiplena, ſed non omnino perfecta, poterit deferri iuramentum in ſupplementum probationis concurrente veriſimilitudine, & alio non obſtante, quo præſtito res controuerſa declarabitur feudalis, & actori adiudicabitur omne ius feudale in ea cum fructibus præteritis à tempore manus iniectionis, & futuris vſque ad fidelitatem factam, vel debitè oblatam, ſine aliqua commiſſione vel confiſcatione feudi pro hac vice. Quòd ſi poſtquam huiuſmodi ſententia in rem tranſiuiſſet iudicatam, vaſſallus iterum denegaret, abſque dubio locus eſſet pœnæ huius §. ad hoc optimè facit *c. afferte mihi gladium.* & quæ ibi not. Innoc. Panorm. & omnes cano. quòd in vna & eadem inſtantia, ex vehementi præſumptione (quæ ſufficit in ciuilibus) fertur condemnatio in ciuili, ſuper reſtitutione & adiudicatione rei: & ſuperſedetur in punitione vel pœna criminali, in qua clarior & certior exigitur probatio. *l. fi. C. de probat.*

* Feudũ non committitur ipſo iure, ſed per ſententiam.

37. ¶ Sexto quæro, vtrum in caſu huius §. aut alterius ingratitudinis & felonię feudum committatur * ipſo iure, an vero per ſententiam? Et Bal. in *c. quæ in eccleſiarum. col. 7. de conſt.* dicit ſemper amitti per ſententiam, niſi quando amittitur per lapſum temporis puta ob non petitam inueſtituram infra annum & diem, quia tunc ipſo iure. Sed communis & vera omnium doct. ſententia eſt, quòd nunquam amittitur ipſo iure, ſed tantum per ſententiam, ſiue per negationem, ſiue propter non petitam inueſtituram infra annum & diem, ſiue propter feloniam, aut aliam quamcun-

que cauſam amittendi feudum, excepto ſolo caſu venditionis vel alterius alienationis, & traditionis domino irrequiſito, in quo amittitur & ad patronum reuertitur ipſo iure. Et ita tenet glo. & ibi Aluaro. Præpo. in *l. imperialem. §. callidis. in verb. reuertatur. de probib. feud. alien. per Fred.* & pulchrè Bal. in *con. 9. factum tale eſt lib. 1.* vbi dicit, quod licet felonia alienantis puniatur per legem contractus ipſo iure, ſecus in felonia delicti, vel alterius cuiuſcunque culpæ vel fraudis, quæ purgatur per condictionem ex moribus, cauſæ cognitionem & ſententiam. Idem vult Petr. Iacob. in *tit. de condict. ex l. imperialem.* & in *tit. ſeq.* Prac. Pupil. *ſuſor. lib. quo agi. ad reuoc. feudi in verb. nec ſuperſtitibus ex eo liberis. col. 8.* Aluar. in *d. l. imperialem. §. præterea ſi quis col. 1.* Card. Flo. in *c. 2. col. 3. qu. 7. de feud.* & pulchrè Alex. *con. 114. omiſſis ſuperfluis. col. 1. lib. 1.* Guid. Pap. *deci. Delph. 164.* Franc. in 4. *parte feudo. nu. 155.* Ratio, quia feudum non debet amitti ſine culpa, & ea probata cauſa cognita. Et ſic requiritur ſententia *c. ſancimus de feud. ſine culp. non amit. c. 1. de natu. feud.* cum ſimilibus. niſi cùm vaſſallus domino irrequiſito alienat & tradit, quia tunc facto proprio ſe priuat & eximit feudo, & in accipientem nihil iuris transfert, & ſic ipſo iure ad dominum reuertitur. Vnde ſi diligenter inſpicias textum dictorum vſuum feudalium, inuenies, quod hoc ſolo caſu text. feudorum vtitur verbo liberæ reuerſionis, dicens quòd liberè ad dominum reuertitur. d. §. *callidis.* quod tamen glo. ibi limitat reſpectu venditoris: ſed quantum ad emptorem non putat amitti, niſi per ſententiam, quod eſt intelligendum in emptore bonæ fidei, qui forte emit tanquam alaudium, & habet regreſſum de euictione, quo non debet priuari. Secus, in eo qui ſcienter & mala fide emit, qui etiam pretium & euictionem amittit & ita ſentiunt ibi *glo. & doct.*

38. ¶ Non obſtat, quòd videtur alius eſſe caſus in quo ipſo facto amittitur, videlicet in *l. hac edictali in fi. & in d. l. imperialem. §. firmiter.* vbi dicitur, ſi in publica expeditione vaſſallus vocatus infra competentem terminum non fuerit comitatus dominum per ſe, vel alium, nec eum adiuuerit, ſaltem de dimidia parte redituum vnius anni, amittit feudum, & dominus in vſus ſuos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem. vnde decidit Io. Rainald. in d. §. *firmiter. col. fi.* quod dominus hoc caſu propria authoritate feudum tanquam commiſſum accipere poſſit: quamuis dicat eſſe tutius expectare ſententiam declaratoriam. Sed ad hæc reſpondet Iac. de S. Georg. *in inueſt. feud. in verb. & promi. eodem do. ſuo præſt. ſerui. qu. fin.* quòd d. §. *firmiter*, debet intelligi ſecundum finem *dictæ l. hac edictali.* vbi dicitur vaſſallum debere prius de hoc conueniri, ergo cauſæ cognitio & ſententia præcedere debent: & bene dicit, quia leges & iura debent inuicem ſupleri & concordari. *l. vnica C. de inoffic. dot. c. cum expediat. de elect. in 6.* Vnde ſubjungit ibi Iacob. patronum non poſſe etiam hoc vltimo caſu feudum propria authoritate prehendere, & ſe ita conſuluiſſe. Et verum dicit quantum ad priuationem, ſeu confiſcationem ipſam, ſed non quantum ad prehenſionem reſpectu ſupremi principis, vt in rege noſtro qui ſi vaſſallos, & ſubvaſſallos ſuos ad publicam expeditionem certo termino comparituros & profecturos vocauerit, quod vulgo vocant * bannum & retrobannum, negligentium feuda, ſeu eorum fructus terminis lapſis prehenduntur, ſiue ſaiſiuntur, & commiſſariis ſub manu regia ſupponuntur.

* Bannum & retrobannum.

39. ¶ Adde alium caſum ſingularem, in quo feudum ipſo iure amittitur, quando quis eſt vaſſallus immediatus ſupremi principis, contra quem committit crimen læſæ * maieſtatis. Tunc enim licet cætera bona patrimonialia ipſo iure non confiſcentur, ſed tantum eorum adminiſtratio, ſtatim à crimine contracto amittatur. *l. fin. C. ad leg. Iul. maieſt.* quicquid dicat glo. Io. Andr.

* In Maieſtatis crimine quemadmodum feudum amittatur.

A in *c. ſtatutum. in ver. cum ſecundum leges. de hæret. in 6.* de quo fuſius diximus. ſ. §. 198. Tamen feuda quæ ab eo tenet, ipſo facto amittit, ſecundum Bal. in d. §. *callidis ad fi.* poſt Iacob. de Bel. in *auth. de inceſt. nupt. in princ. col. 2.* Et quamuis non ſit de hoc text. expreſſus, eſt tamen magna ratio, propter concurſum duplicis infidelitatis & feloniæ, videlicet in regem, vel rempublicã, & in patronum, & maxime quando eſt feudum ligium, in quo eſt ſtrictior obligatio, vt dictum eſt, ſ. §. 1. *gl. 5. nu. 5. 6.* Reperio autem, quòd And. Iſer. & Præpo. in *c. vnico de vaſſallo. decrepi. ætat. in vſib. feud.* & Zaſi. in *epito. feudo. in 3. part.* dicunt pariter feudum ipſo iure committi in crimine læſæ maieſtatis, ſed loquuntur præſupponendo quod in hoc crimine fiat bonorum confiſcatio ipſo iure, quod eſt falſum. Addo alium caſum, ſcilicet in *c. Felicis de pœnit. in 6.* Vbi feuda quæ offenſores Cardinalium eccleſiæ Romanæ tenent ab aliquibus eccleſiis ipſo facto confiſcantur, & acquiruntur eccleſiis à quibus mouentur.

40. ¶ Sed aduertendum, quod dicta conſtitutio, quæ eſt Boniface. 8. non habet, quantum ad hunc articulum, vim legis in regno Franciæ, & perſonis, & eccleſiis regni, in quo omnia temporalia ſubſunt iuriſdictioni ſupremi domini noſtri regis, qui nullum in iſtis recognoſcit ſuperiorem. *c. per venerabilem. verſic. inſuper. qui fil. ſint legiti.* quod procedit nedum in temporalibus omnium ſecularium, ſed etiam in bonis temporalibus omnium eccleſiarum huius regni. Vnde reſpectu bonorum temporalium, etiam eccleſiæ & eccleſiaſtica bona, in hoc regno conſuetudinibus regni, legibus & conſtitutionibus regis Franciæ, & non iure canonico, vel legibus & conſtitutionibus regis Franciæ, & nõ iure canonico, vel legibus pontificiis regulantur & iudicantur, *per c. quoniam 10. cum ad verum ventum eſt. 96. diſt.* facit quod refert Bal. in *c. cum veniſſent. col. 2. de eo. qui mit. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruan.* quod procedit etiam ſi eſſent feuda decimarum: quia ratione feudi ſunt temporalia, & ſoli ſeculari iuriſdictioni in hoc regno ſubdita. per not. ſ. §. 68. Imo etiam procedit dato quòd bona eccleſiarum à quibus dicta feuda dependent, eſſent facta immunia, & vt vocant, amortizata, quia bene poſſunt eximi ab oneribus & iuribus vtilibus, ſeu pecuniariis, ſed non à ſuprema iuriſdictione & recognitione ſupremi domini regis Franciæ propter ſupremam & indiuiſibilem maieſtatem coronæ ſuæ, per ea quæ latiùs dixi ſ. *in proœ. glo. 5.* hinc dicit dom. Iord. Bri. *in repe. §. contrahentes. c. Romana. de for. compet. in 6.* quod conſtitutiones lib. 6. & ſimiles ſummorum pontificum, non ligant in regno Franciæ, in præiudicium temporalis iuriſdictionis. Vnde ad alium ſimilem caſum. de quo in Cle. 1. *verſic. alia vero feudis. de pœnis.* eodem modo eſt dicendum. de quo infra *ea. quæſt.* Modo ad ſolutionem quæſtionis in terminis conſuetudinum noſtrarum, dico quod ipſo iure non amittitur, nec patrono conſolidatur feudum propter negationem, vel aliam feloniam. Facit quod diximus ſ. §. 33. *quæſt. 13.* donationem non reuocari ipſo iure per ingratitudinem, ſed demum per ſententiam.

41. SEPTIMO quæro, Vtrum in * caſum ingratitudinis, & commiſſi poſſit patronus incipere à prehenſione, & manum injicere feudo tanquam aperto? Videtur quòd ſic, quia omnes docto. dicunt feudum per ingratitudinem ſtatim eſſe apertum domino. Noſtræ autem conſuetudines permittunt domino feudum apertum prehendere. Præterea etiam ſi maxime vaſſallus in fidem admiſſus & inueſtitus ſit, & hactenus fidelis fuerit; tamen ex quo noxam priuatione feudi dignam committit, ex tunc facto ſuo alienum ſe facit à fidelitate clientelari & eam exuit. quoniam peccat in id quod eſt eſſentiale & cauſa finalis feudi, videlicet contra ſacramentum fidelitatis, & legem feudi, quam abrumpit, vnde non debet ei prodeſſe, nec ad impugnandum manum dominicam poteſt al-

* Aduerſus ingratũ vaſſallum verum poſſit incipere dominus § manus injectione.

legare admiſſum ſe eſſe in fidem, quam non ſeruauit. *l. cum proponas. 2. C. de pact. c. fruſtra. de reg. iur. in 6.* Tum ſi feudum aperitur, & prehendi poteſt quando vaſſallus deſinit eſſe in fide per mortem, vel licitam venditionem, aut donationem, multo fortius quando deſinit eſſe in fide per delictum & feloniam commiſſam in patronum. Tunc enim nedum eſt interrupta, ſed violata fidelitas, nedum patronus caret vaſſallo qui ſit & maneat in fide, ſed etiam habet infidelem & inimicum, qui diſcedendo à fidelitate inſurgit in patronum. & ſic videtur habere locum diſpoſitio §. 1. ſupra *eod.* Contrarium puto, quia etiam ſi eſſet facta confiſcatio vel priuatio ipſo iure, tamen, non niſi præcedente ſententia declaratoria debet res occupari & apprehendi *c. cum ſecundum de hæreti. num. 6. c. licet epiſcopus. de præb. eod. lib.* quod multo fortius congruit obſeruari, vbi ipſo iure non fit priuatio, vt in vaſſallo qui non poteſt priuari niſi conuictus cauſa cognita: & interim * etiam poſt iudicium parium à quo prouocauit manere debet in poſſeſſione. *c. fin. quo temp. mil. inueſti. per deb. in vſibus feud.* quo procedit etiam ſi alias eſſet priuatus ipſo iure. per no. *gloſſ.* & docto. in *leg. imperiatem. §. callidis. §. firmiter. de prohibi. feud. alien.* per Feder. Bal. Præp. in *l. hac edictali. in fin. de pac. tenend. & iura. fir. in vſibus feudo.* Et quòd non poſſit patronus propria authoritate prehendere, firmat Iacob. de S. Georg. in *inueſti. in ver. & promi eidem do. ſuo. præſta. ſer. quæſt. fin.* Zaſ. in *epit. feudo. par. 10.*

* Pendente lite ſuper commiſſo vaſſallus manet in poſſeſſione.

42. ¶ Facit quod diximus infra §. 74. emphyteutam propter canonem non ſolutam non poſſe expelli à domino, propria eius authoritate, quamuis res ipſo iure ceciderit in commiſſum. Et hoc eſt generale de iure, non eſſe à prehenſione vel executione incipiendum, ſed ordine iudicij ſeruato. *l. 1. l. fin. C. de execut. rei iudica. l. vnica. C. de prohib. ſeq. pecu. l. ſi. C. ſi per vim vel alio modo*, etiam contra iniuſtum poſſeſſorem. *l. ſi deſerta. C. ſi pro publ. penſita.* Conſuetudo autem noſtra non inducit, nec permittit patrono ius & facultatem prehendendi niſi in duobus caſibus tantum: videlicet primo, quando vaſſallus non præſtitit fidelitatem patrono, ſiue mutatio fiat parte patroni, ſiue ex parte vaſſalli, vt ℨ. § 1. & ℨ. §. 65. Secundo, quando vaſſallus infra tempus debitum non præſtitit catalogum, vt ℨ. §. 9. Igitur nullus eſt locus feudali prehenſioni in cæteris caſibus, ſed remanet in diſpoſitione iuris communis, & generalis diſpoſitionis huius conſuetudinis ℨ. § 161. *l. ſi cum dotem. in prin. D. ſolut. matri. l. quicquid aſtringendæ. D. de verbor. obligat.* & maximè attendo, quòd ſi conſuetudo noſtra voluiſſet permittere patrono manum ſuam injicere feudis propter feloniam vel ingratitudinem commiſſam, æque facile expreſſiſſet, & ſic cenſetur noluiſſe. *l. vnica. §. ſi vero. C. de cadu. toll. c. ad audientiam de dect.* & hoc verum puto. Et eſt intelligendum quando vaſſallus ante ingratitudinem fuerat in fidem admiſſus tunc enim quamuis efficiatur infidelis & ingratus, tamē non poteſt patronus procedere per viam manus iniectionis, ſed per viam actionis, vel querelæ coram iudice ordinario, ad declarationem & adiudicationē commiſſi.

43. ¶ Ab his tamen excipienda ſunt feuda immediate mouentia à ſupremo * rege noſtro, quoniam ſpecialis eſt prærogatiua fiſci regalis incipere à prehenſione vel laiſia, quòd non competit cæteris dominis terrarum etiam merum habentibus imperium ſecundum ea quæ dixi ℨ. §. 169. In differentiis inter fiſcum regium, & improprium fiſcum inferiorum. Si vero vaſſallus ingratus nunquam fuiſſet in fidem admiſſus vel alias propter mutationem patroni feudum erat apertum, clarum eſſet quòd prehendi poſſet ſecundum formam §. 1. ℨ. *eod. vel* §. 65. ℨ. *eod.* quo facto ſi vaſſallus ingratus accederet iura offerens & petens in fidem admitti, iuſtè repelli poſſet. Si tamen haberet recurſum ad iudicem, & negaret obiectam feloniam, niſi incontinenti verificaretur à patrono, prouiſio feudi fienda eſſet vaſſallo, ſecundū no. ℨ. *eo. §. 40.*

* Fiſcus regius incipit à prehenſione.

44. ¶ Octavo quæro, A quo tempore veniant * fructus in materia commiſſi? Reſpon. Si fundum erat aliàs apertum, & patronus injecit manum, deinde quia non poterat felonia incontinenti probari, per prouiſionem feudum relaxauit. Certum eſt, quod vaſſallo de ingratitudine conuicto, feudum adiudicabitur patrono cum fructibus etiam percipiendis à tempore prehenſionis. Sed quid ſi patronus proceſſit via actionis? Et primo videtur, quòd fructus non veniant niſi poſt litem conteſtatam, iuxta regulam *l. certum. C. de rei vendicat.* quia etiam cùm donatio* inter viuos ex aliqua cauſa reuocatur, non tamen reuocantur fructus, vt eſt glo. ſingul. in *l. ſingulariter. §. proinde ver. plane in ver. ex cauſa. D. de fideicommiſſ. liber.* quam glo. ad hoc no. Bald. in *ſua margar. in verſic. fructus in princip.* Vbi dicit poſt Ray. quòd reuocata donatione per ingratitudinem, fructus non reſtituuntur. Et ratio eſt duplex. Prima, quia fructus ſaltem qui tempore donationis non extabant, ſed poſtea ſuperuenerunt, non cenſentur donati, nec eos percepit donatarius vt donatos, ſed vt proprios ac ex re ſua collectos, quòd clarè probatur in *l. in ædibus. §. in rebus. D. de dona.* Vbi fructus ex rebus donatis percepit, in ratione donationis non computantur, quem text. ad hoc not. Bal. in *l. ſi. colum. 2. C. de vſucap. pro donat.* adde text. in *l. ſancimus. C. de dona.* vbi non computantur fructus in æſtimatione rei donatæ.

* Fructus commiſſi feudi à quo tempore debeantur.

* Reuocatio donationis non extenditur ad fructus.

45. Hinc pulchrè decidit Angel. *in conſil. 331 pro conſultatione.* Quòd ſi teſtator ordinauerit, quòd hærede inſtituto decedente ſine filiis, omnia bona teſtatoris prouenientia ſeu prouentura quandocunque & qualitercunque reſtituerentur ſubſtituto, quòd tamen non debeant reſtitui fructus percepti ab inſtituto, quia quamuis debeant etiam fructus iudicio teſtatoris ante moram percepti, reſtitui. quando teſtator hoc expreſſe ordinauit. *l. in fideicommiſſaria. D. ad Trebellia.* Vel quando ſunt coniecturæ probabiles, quòd voluit etiam fructus reſtitui. *l. in fideicommiſſi. §. quum poſſidius. D. de vſur. l. ſi ita relictum. §. pegaſus. D. de leg. 2.* Tamen in dicto caſu teſtator non ordinauit reſtitui, quicquid ex bonis ſuis poſt mortem ſuam perciperetur, ſed ſolum bona ſua omnia voluit reſtitui. Sed fructus poſt eius obitum prouenti, nunquam fuerunt in bonis teſtatoris, nec in eius hæreditate. d. *l. in fideicommiſſoria. D. ad Trebellia.* Adde meliores text. in *l. quod his verbis. D. de lega. 3. in l. hæredes mei. in prine. D. ad Trebell.* Vbi dicitur quòd fructus poſtea ab hærede percepti, non veniunt appellatione horum verborum, quicquid ex hæreditate boniſve meis ad te peruenerit.

46. ¶ Secunda ratio, quia huiuſmodi donatio (& idem de feudo) non * reuocatur ipſo iure, ſed demum per ſententiam, & vt ex nunc. Ideo iſta non procedunt quando donatio reuocatur, vt ex tunc, & retro annullatur & ad non cauſam reducitur. vt in donatione cauſa mortis donatore conualeſcente, vel ſuperuiuente, quia tunc indiſtincte fructus veniunt reſtituendi. *l. cùm quis. D. de mor. cau. dona. l. videamus. §. idémque D. de vſur. l. ſi mulier. §. ſed ſi habenti. D. de legat. 3.* Vnde quod Angel. & Alexan. in d. *l. cum quis not.* ex illo text. quòd titulus reuocabilis non inducit fructuum acquiſitionem, debet intelligi & limitari vt procedat, quando eſt reuocabilis, vt ex tunc. & retro annullatur. Et tunc non procedit gloſſ. d. *l. generaliter. D. de fideicommiſſ. liber.* prout in ſimili habetur in *l. item quod in l. imperator. D. in diem. addict. in l. 1. D. de leg. commiſſo.* Secus quando non reuocatur, niſi vt ex nunc. *vt ex capite. l. ſi vnquam. & l. ſi. C. de reuocan. donat.* Et hæc eſt punctualis ratio & diſtinctio quam nota. quia Iaſo. in d. *cùm quis*, vel in *l. ſi hæres. D. de cond. cauſ. dat.* non bene explicat. Igitur idem dicendum in feudo, quod quantum ad reuocationem ex cauſa ingratitudinis vel feloniæ, regulatur ſicut donatio. *infra eo. quæſt. 37.*

* An titulus reuocabilis inducat acquiſitionem fructuum.

47. § In contrarium arg. quòd etiam ante litem & controuerſiam motam veniant, & percipi poſſunt fructus à die ingratitudinis ſeu felonię commiſſæ, ſiue extant, ſiue non, ſiue vaſſallus locupletior factus ſit, ſiue non, ſiue patronus inceperit per viam actionis, ſiue per viam prehenſionis. & ita expreſſim decidunt Guillel. Angel. Paul. Alexand. Iaſon. in *l. 1. colum. 1. C. de his quibus vt indig.* Vbi dicunt quòd vaſſallus vel clericus, qui commiſit cauſam propter quam meretur priuari feudo vel beneficio eccleſiaſtico, licet non ſit priuatus antequam feratur ſententia, tamen ſtatim à tempore noxiæ, tenetur ad omnes fructus reſtituendos tanquam malæ fidei poſſeſſor. *d. l. 1.* Et iſtud de vaſſallo ſequitur Iacob. de Sanct. Georg. in *inueſti. in vero dicſtique vaſſall. promi. non commit. felon. col. 13. verſic. Addo vobis.* Vbi addit rationem, quia dominus petit reſtitutionem eius quod aliàs fuit ſuum. *l. videamus. D. de vſur.* ſequitur etiam Zaſi. in *epito. feudo. par.* 10. Idem in vaſſallo & donatario voluit Franc. Ripa. in repet. *l. fin. queſt. 66. de reuo. do.* vbi refert contra clericos omittentes horarias preces, vt tanquam Deo & hominibus ingrati teneantur ad reſtitutionem fructuum beneficiorum. Et iſtud de nonatario, & vaſſallo eſt ſatis æquum, nec reperio contradictorem. Tamen, recte iura ponderando non * puto verum, ſed eſt dicendum quòd non à die ingratitudinis, ſed à die controuerſiæ iudicialis, ſiue citationis ſuper hoc iuſſu iudicis factæ, prout inquit text. in *l. his ſolis. ibi. ex eo. die quo & controuerſia. C. de reuocand. donat.* quem tex. ſufficiebat allegare ad hanc quæſtio. vnico verbo decidendam: ſed quia quæ in collectaneis meis olim multa ſuper his redegi, non omnino viſa ſunt inutilia, conſultius duxi ſelectiora paucis deducere, quàm perfunctorie defungi.

* Contra cõmunem.

48. Aduerte tamen, quòd d. *l. his ſolis.* non penitus negat fructus & commoda vnquam venire ante litem per citationem libellatam cœptam. Vnde * puto, quod de iure veniant à tempore moræ, quæ eſt ſtatim quòd donatarius, vel patronus reuocauit offenſam ad animum. Et voluit vti reuocatione donationis, vel commiſſo feudi, & ſuper hoc donatarium, vel vaſſallum ingratum interpellauit. Non enim locus eſt reuocationi, niſi volente offenſo, & voluntatem ſuam declarante, & in dubio non præſumitur velle reuocare necmutare voluntatem propter ſolam ingratitudinem, vt inquit Bal. in *l. 1. C. de reuocan. donat. & videbis infra eod. queſt.* 33. Ex quibus ſequitur, quòd antequam offenſus declarauerit voluntatem ſuam, & peruenerit ad notitiam integrati interpellati de reſtituendo, non tenetur reſtituere, nec aliàs per ſolam ingratitudinem eſt conſtitutus in mora: Facit quòd in fortioribus terminis videlicet in terminis *l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona.* vbi donatio reuocatur ipſo iure. decidit doct. do. Andr. Tiraq. in *repet. d. l. in verb. reuertatur. num.* 222. quòd donatarius non conſtituitur in mala fide, nec in mora, nec tenetur ad fructus, continuò quàm ſciuit natos liberos donatori; ſed tum demum cùm donator declarauit, & notificauit donatario velle donationem reuocari. Secuta autem declaratione & interpellatione, etiam in terminis noſtris, vbi non fit reuocatio, niſi per ſententiam: ſatis puto de iure fructus venire etiam ante citationem factam, quum reuocans dicatur venire ad rem quæ fuit ſua, per *l. videamus D. de vſur.* Quòd autem veniant à die noxæ commiſſæ, circa aliam declarationem & interpellationem, non puto iure comprobari per prædicta, & j. *eod. qu.* 28. 33. & per quæ late tradit Pet. de Ancha. in *repet. c. peccatum. c. peccati venia de reg. iur. in 6.*

* Soluto.

49. Ex quibus (quæ ibi videas non refero) ſequitur, quòd licite & cum bona conſcientia, fruitur donatarius vaſſallus emphyteuta, quamdiu non interpellatur à dominis, quibus ius reuocandi eſt acquiſitum, & pariter clericum qui commiſit culpam priuatione digna licite frui beneficio, & fructus ſuos facere, quandiu à ſuperiore toleratur. vt expreſſim decidit Inno. & omnes cano. in *c. cum noſtris in princ. de conceſſ. præb. quamuis ſcrib. in d. l. 1. C. de his quib. & vt indig. & in l. prædonis. D. de petit. hæredit.* aliter voluerunt, excepti. Phil. Cor. in *d. l. 1.* qui reprobat eorum ſententiã in hoc, & bene, & eum refert & ſequitur Feli in *c. de quarta col. 11. de præſcrip.* Poſtremo, quod ſcripſit Ripa. in d. *q. 66. in fi.* Clericum omittentem preces horarias teneri ad reſtitutionem fructuum beneficij, quod fuit dictum à Io. Cal. in *c. de celebra. miſſ.* quę ſequitur Dom. in *c. fi. col. 1. de reſc. in 6. et in* §. 1. 42. *diſt.* Claua. *in ver. hora can.* § 11. iure nõ probatur, & verior eſt cõtraria opinio Card. & Panor. in d. *c.* 1. & licet Rip. in d. *q. in fi.* dicat ſe intelligere ita fuiſſe ſtatutũ in nouiſſimo Concilio Later. non apparet, nec hoc moribus vtentium receptũ eſt. & ſic non obligat. per ea quæ no. glo. & doct. in *c. 1. de treug. & pace.* & Io. Gerſon. in *tract. de reg. mora. col.* 4. Nec eſſet bonum ita ſtatuere ne laqueus multitudini inijciatur. quod in legibus condendis, & maxime periculum animæ concernentibus. ſummopere vitandum eſt *c. de viduis. 37. q. 1.* Et latè per Io. Ger. in *lib. de vita ſpir. anim. lect.* 2. Non tamen nego, quin aliter ſuperiorum arbitrio puniri debeant.

50. NONO, iuxta hæc quæro, Patronus agere cœpit ad declarationem, & adiudicationem commiſſi, deinde quum per quinque, vel decem annos forte impeditus ceſſaſſet proſequi, ipſe vel eius hæres mediantibus literis cancellariæ regiæ reſtituuntur ad litem reſumendam, & ſecundum vltima acta proſequendam, non obſtante diſcontinuatione & peremptione inſtantiæ. Reus conſentit homologationi reſcripti, & offert procedere ſub hac modificatione, quòd in caſu quo ſuccumbat, non teneatur ad fructus temporis præteriti à tempore litis primum cœptæ, ſed ſolum à tempore præſentationis reſcripti & litis renouatæ, vtrum bene dicat? Videtur quod ſic, quia licet princeps * poſſit ſuſcitare inſtantiam peremptam, velut de morte ad vitam, vt inquit Angel. in *l. tempora. col. 3. C. de tempo. & repara. appella.* hoc eſt gratioſum, & contra diſpoſitionem iuris communis, quo peremptа ſunt acta, & noua de integro inſtantia opus eſt. *l. cum lite mortua. D. iudi. ſolui. l. properandum. C. de iudic.* Vnde non debet concedi in graue præiudicium partis, ſed iſtud cenſetur exceptum. *l. 2. §. merito. D. ne quid in loc. publ. l. nec unus. C. de adopt.* Et ita per plura arreſta ſæpe obtentum eſt. vt dixi infra *tit. 4. in rub.* Tamen pro reſolutione huius quæſtionis ſic diſtinguendum eſt, aut petitur redintegratio litis contra eundem vaſſallum, qui feloniam commiſit, & tunc reſcriptum ſimpliciter homologabitur ſine dicta modificatione: quia cùm agatur de eius facto, ab initio conſtitutus fuit in mora & vera mala fide, quæ non ceſſauit ex ſola diſcontinuatione proſequendi. Idem puto, vbicunque de ſimili reſcripto agitur contra quemcunque verum malæ fidei poſſeſſorem, qui tenetur reſtituere fructus tempore poſitiuæ malæ fidei perceptos, etiam ante litem motam, vt diximus ſupra §. 33. *queſt.* 10. Aut vero agitur contra hæredem ingrati, vel eius ſucceſſorem, de cuius mera ſcientia, & mala fide non conſtat, & tunc locus eſt dictæ modificationi. Amplia nedum ſi patronus agere cœperit mera via actionis ad commiſſum, ſed etiam ſi inceperit per viam prehenſionis, etiam feudo aliàs aperto: quia recepta ſemel oppoſitione vaſſalli, & feudo prouiſionaliter ei mancipato, *vt infra eo. queſt. 4. & in §. ſeq. in prin.* procedit iudicium tanquam in vim actionis ordinariæ, & in veritate & effectu eſt actio ordinaria commiſſi, quamuis remaneat forma ſcribendi, & concludendi ad validitatem prehenſionis à qua cœpit inſtantia. Et ita ſecundum præfatam noſtram diſtinctionem, intelligenda ſunt prædicta arreſta, quod eſt notandum ad duo. Primum in praxi, quia multi pragmatici dicta arreſta (vt ca-

* Inſtantia peremta à principe ſuſcitatur.

tem fere) sine alia distinctione accipiunt. Secundo ad intellectum gloss. 1. *in l. 2. C. de fructib. & lite. imper.* Et contrariarum super ea opinionum, quæ ita debent concordari, vt fusius olim deduxi in collectaneis meis.

a Præscribi potest ex ingrati causa reuocatio.

51. ¶ DECIMO quæro, vtrum iure reuocandi feudum, vel donationem ex capite ingratitudinis * præscribi possit? Breuiter dic quòd sic, non tamen minori tempore, quàm triginta annis. ita tenent Franc. Ripa. in *repetit. d. l. fi. qu.* 89. Et sequitur do. Andr. Tiraquel. in *repet. d. l. si vnquam. in ver. reuertatur. num.* 315. vbi idem dicit in reuocatione ex capite *d. l. si vnquam.* Et istud est clarum quando patronus patitur vassallum tandiu quietè possidere, etiam si alias non tractet eum vt vassallum: nec obstat §. 12. *ī. eo.* quia vt sibi diximus, licita est præscriptio inter patronum & vassallum ad conseruationem vel inductionem feudi. Nec obstat * constitutio Ludou. 12. restringens rescissiones contractuum, & similium actuum ad tempus decem annorum: quia, vt deduxi in collectaneis meis in 6. declaratione ad d. consti. intelligitur de rescissionibus vel distractibus qui fiunt contra naturam actus, ita quod distrahens nitatur contra factum proprium: Secus, in illis quæ fundantur in natura, vel tenore actus gesti: vt distractio vel reuocatio donationis, vel infeudationis propter ingratitudinem, vel causam non secutam, vel rescissio venditionis ex pacto appositio, vt in *l. sed Celsus* §. 1. *D. de contrab. empt.* Sed quod dictum est non præscribi minori tempore quàm triginta annis.

* No. declaratio ad constitu. Ludo. 12.

52. Limito * primo, vt procedat quamdiu offensus & offensor viuunt, & possident respectiuè feudum dominans & feudum seruiens. Secus, si patronus decederet infra triginta annos, forte post quatuor, aut quinque annos, quibus habuit scientiam, spatium, & opportunitatem conquerendi & commissum petendi, & tacuit, & sine querela decessit, quia nunc non transmittit ad hhtedes. vt *infra eodem quæst.* 55. quod ego limito nisi in extremis legaret alij, aut aliter disponeret de d. feud. tanquam commisso, quia tunc hæc voluntas expresse declarata facit cessare præsumptionem tacitæ remissionis.

* Fallen. 1.

* Cõmissum vendi potest.

53 Sed quid, si patronus inter viuos * cedat, vel vendat tertio actionem suam & ius reuocãdi feudum commissum, quod absque dubio facere potest *l. fi. C. de hæred. vel actio. vendi.* vtrum finiatur præmoriente patrono, vel vassallo ante querelam intentatam? Videretur quòd sic, quemadmodum si non esset facta cessio, vtque cessionarius non sit melioris conditionis quam author suus. *l. in omnibus officiis in fi. D. de reg. iur.* sed eodem iure vtatur. *l. qui in ius. eo. tit.* eique noceat quod & authori suo obesset. *l. quod ipsis. eo. ti.* & quod non possit cedens plus iuris transferre quam habeat *l. nemo plus. D. eo. tit.* Sed his & similibus non obstantibus contrarium puto, quia resolutio huius actionis procedens ex eo quod ante motam querelam præmoritur patronus vel vassallus, fundatur in tacita remissione, * quæ per expressam cessionem cessat, *arg. l. cum ex filio.* § 1. *D. de vulgar. & pupill.* vbi per Barto. & docto. Et sic concludo, quòd hoc casu non præscribetur nisi iure communi, videlicet 30. annis, computato tempore cedentis, vel longo tempore contra singularem & bonæ fidei successorem, vt infra *eodem num.* 44.

* Expressum facit cessare tacitum.

54. Sed quid, si patronus non cederet hanc actionem, sed alij venderet, vel cederet ipsum feudum dominans, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis in genere, non facta specifica mentione de iure commissi, & reuocationis d. feudi; Respond. Non transmittit querelam, nec ius reuocandi in singularem successorem, ad quem multominus quàm ad hæredem tacitè transmitti posset.

¶ Sed an per hoc, ius commissi extinguatur? Respond. Non, quandiu viuit offensus, cui semel fuit acquisita hæc actio, quæ propriè non est amplius de pertinentiis feudi dominantis venditi, sed habetur tanquam proprietas separata, sicut fructus collecti releuia, & summa iura cessa & acquisita ante venditionem feudi dominantis, quæ spectant ad venditorem, & non ad emptorem, per not. late ī. 1. *gloss.* 1. *quæst.* 3. *num.* 36. huiusmodi enim iura, & actiones iam cessæ, siue pro tempore præterito, non transeunt in cessionarium feudi principalis sub generali clausula iurium & pertinentiarum, sed etiam sine specifica reseruatione remanent cedenti, nisi aliàs cedantur. de quo & de effectu clausulæ cedens iura & actiones, ne extra propositum efferar, remitto ad ea quæ dixi infra. §. 170. Vnde nisi venditor aliàs expresse, vel tacitè offensam remiserit, poterit infra triginta annos agere ad declarationem commissi, & condicere feudum, taliterque auocatum, tenebit in feudum ab emptore feudi dominantis. Sed quid, si antequam venditor agere cœperit, vassallus ab emptore, nouo patrono, in fidem receptus fuerit? Resp. Non esse præiudicatum venditori, nisi eo vocato, & non contradicente facta fuerit renouatio investituræ: quia tunc satis consensisse & iniuriam remisisse videtur, iuxta not. in *cap. ea noscitur de his quæ fi. a præla. sine consi. cap. in l. 2. §. voluntatem. D. solut. matrim.*

55. Sed in casu quo venditor d. feudum condicat & recuperet, an teneatur releuium soluere emptori, quem recognoscere tenetur: Videtur quod sic, quia feudum vere mutat manum. Et si dicatur quòd huiusmodi mutatio manus fit ex causa veteri antiqua & debita ante venditorem, hoc nihil concludit. quia non fit huiusmodi mutatio ex causa venditionis, quo casu attenderetur tempus venditionis pure, cùm ex tunc cedant & acquirantur iura quinti vel subquinti illi qui tunc est patronus, vel ad quem commoda feudalia pro tempore spectant. per no. supra §. 20. *gloss.* 3. Sed fit mutatio per alium modum quàm per venditionem; & sic solum tempus ipsius realis murationis attenditur, quia tunc demum cedit & incipit deberi releuium, & non prius, & sic acquiritur illi ad quem huiusmodi spectat tempore mutationis, non inspecto tempore causæ cuius virtute fit mutatio, & translatio feudi. per not. supra §. 33. *quæst.* 2. *numer.* 7. Confirmatur, quia huiusmodi mutatio non trahitur retro ad tempus ingratitudinis vel feloniæ, sed solum ad tempus actionis intentatæ vel motæ, per no. ī. *eo. quæst.* 8. *num.* 54. Et pro hac parte (longiori disputatione omissa) concludo. Non obstat, si quis forte causetur hoc feudum non transferri per modum mutationis, sed per modum reuersionis, quia cùm reuocans non sit patronus, sed alium in patronum agnoscere teneatur, non potest esse reuersio ad patronum, sed vera mutatio manus in alium & nouum vassallum. Nec etiam obstat si dicatur, quod venditor hoc ius in venditione sibi reseruauit, siue expresse, siue tacite, & sic, quòd emptor expresse vel tacite consensit huiusmodi reuocationem per venditorem fieri, quia non est * consensus dispositorius, iuxta no. ī. §. 20. *gloss.* 1. *num.* 10. 11. Et satis est, quòd emptor non cessit nec transtulit hanc actionem in venditorem, sed quod eam reliquit venditori.

* Consensit dispositiue.

56. Et sic non est simile de patrono, qui actionem quam habebat ad commissum, alij cessit vel vendidit, quo casu emptor vel quiuis cessionarius feudo auocato bene tenetur in fidem cedentis se conferre, sed non tenetur illi aliqua iura vtilia soluere, quia breui manu videtur patronus feudum reuocasse, & cessionario de nouo infeudasse. Et sic nulla iura vtilia, sicut nec de qualibet noua infeudatione debentur. vt dictum est ī. §. 33. 9. 12. *nu.* 43. Sed in præsenti casu nihil est tale. imo omnino est noua & vera mutatio à vassallo in alium nouũ vassallum, hactenus de hac incidenti qu. quæ fuerat omissa ī. §. 33. redeundo ad principalem q. nostram,

57. Secundo, * pariter limitanda eſt concluſio noſtra ex parte vaſſalli, qui noxam admiſit, qui ſi cedat ante controuerſiam motam, cùm patronus ſciens habuiſſet ſpatium & opportunitatem reuocandi & tacuiſſet, quia non poterit reuocare ab hærede, etiam ſi non ſint lapſi decem aut ſex anni à felonia commiſſa. Sed quid de ſingulari ſucceſſore vaſſalli ingrati, qui vendidit, vel in alium tranſtulit & deſiit eſſe vaſſallus? videtur idem quòd in eius hærede, prout ex parte patroni dictum eſt, quaſi huiuſmodi querela, vtpote vindictam iniuriæ concernens non egrediatur perſonas. *per d. l. ſi. C. de reuoc. doua. & l. iniuriarum. in prin. D. de iniur.* Sed aliud puto ne ſit in poteſtate vaſſalli, priuare patronum iure ei quæſito. Et ſic facio concluſionem, quòd quandiu vivit vaſſallus ingratus ſtatu alià integro, poteſt patronus j. 30. annos agere ad commiſſum feudi, nedum contra ingratum, ſed etiam contra ſingularem eius ſucceſſorem, modo nulla facta fuerit approbatio per patronum.

* Fallen. 1.

58. Hanc concluſionem tertio * limito, niſi iſte ſingularis ſucceſſor per decem annos inter præſentes, aut viginti inter abſentes ſciente patrono poſſederit. Tunc enim dico ſublatam actionem, & eius commiſſi, non tam ex tacita remiſſione patroni, ex eo quòd tanto tempore non iniecit manum nec aliter quæſtus eſt, quàm ex vi præſcriptionis ſingularis ſucceſſoris. Actio enim perſonalis * in rem ſcripta, quæ eſt perpetua, & durat triginta annis contra principaliter obligatum, vel eius hæredem, non durat niſi longo tempore contra ſingularem ſucceſſorem, qui longo tempore cum titulo & bona fide præſcribere poteſt. vt patet in ſimili de reuocatione per actionem quòd metus cauſa, quæ durat triginta annis contra metum inferentem, vel eius hæredem, ſed longo tempore præſcribitur à ſingulari ſucceſſore. text. in *l. ſi vi vel metu.* & ibi gloſſ. & docto. *C. de his quæ vi. met. ve cauſ.* Simile in tetract. conuentionali. vt ſcripſi. j. §. 67. vbi multa alia exempla deduxi.

* Fallen. 3.

* Actio ad cõmiſſum eſt in rem ſcripta.

59. Sed quid ſi ſingularis ſucceſſor benè ſciebat feloniam commiſſam ab authore ſuo? Reſpond. Non propter hoc ſolum eſt in mala fide, quia ex eo ſolo, quòd ingratitudo eſt commiſſa, non ſequitur quòd patronus velit feudum reuocare. vt not. Bal. in *l. 1. C. de reuocand. donat.* Secus ſi ſciret patronum velle reuocare vel ſi participaret fraudem cum vaſſallo alienante ad fraſtrandum patronum ſpacio longi temporis & remanente in poſſeſſione forte titulo conductionis, ita quòd patronus probabiliter ignorauerit alienationem. Tunc enim non puto patronum excludi ſolo lapſu longi temporis, quia quandiu viuit vaſſallus, iuſtè credit ius ſuum ſemper vſque ad triginta annos conſeruari: & eſt quædam ſuſpicio participatæ fraudis ab acquirente per not. in *l. ſicut. §. ſupernacuum. D. quib. mod. pignus. vel hypoth. fol.* Vnde hoc caſu non obſtat patrono præſcriptio longi temporis, nec prodeſt tertio aliàs habenti titulum & bonam fidem, vt in ſimili dixi infra *dicto.* §. 67. Et hæc intellige niſi feudum fuiſſet ſubhaſtatum, & per ſolenne decretum adiudicatum vltimo plus offerenti, quia tunc patronus ſiue ſciens ſiue ignorans ab omni iure commiſſi ex quacunque cauſa præteriti temporis excluſus eſt, ſicut & ab omnibus reſeuiis, & aliis iuribus præteriti temporis niſi ad horum iurium conſeruationem illa ſingulariter ſpecificando debito tempore ſe oppoſuerit per ea quæ plenè ſcripſi infra §. 189.

60. Sed adhuc iuxta hæc quæro, Certum eſt per prædicta, quòd ſimplex ſcientia vaſſalli vendentis, qui ſcit ſe offendiſſe patronum, non nocet emptori quominus præſcribat, quia etiam ipſi emptori ſcienti non nocet. Sed vtrum poſitiua mala fides venditoris noceat, puta, quia fuit requiſitus & interpellatus de feudo reſtituendo quod viuens vendidit, & in alium tranſtulit? Videtur quòd ſic, vt non poſſit præſcribere minori tempore quam triginta annis viuo venditore. *per* * *auth. malæfidei. C. de præſcri. long. temporis*, quæ etiam apud nos eſt in viridi obſeruantia, quicquid meri pragmatici putent, qui nihil aliud ſciunt, niſi quod practicari viderunt. Contrarium dico, quia dicta auth. loquitur in eo qui actu eſt verus dominus. Sed hic patronus nondum eſt dominus, ſed vult adipiſci dominium, quia ipſo iure non fit reuocatio. Et dicta auth. non debet extendi vltra terminos ſuos, vt diximus in *d.* §. 67. Secus autem ſi venditor nedum fuiſſet interpellatus, ſed etiam in iudicio conuentus, quia quicquid dicunt canon. poſt Inno. *in c. cùm inſerta. de conſtitu.* teneo, quòd iſto caſu & ſimili, res efficitur litigioſa, vt plene deduxi infra in *rubri.* 4. *de præſcrip. in* 7. *caſu. in quo ceſſat præſcript.*

* Auth. malæ fidei.

61. Item concluſionem noſtram, quòd huic iuri præſcribitur triginta annis. * Quarto limito, vt procedat vaſſallo, vel alio poſſidente. Secus, ſi ipſemet patronus feudum poſſideret, & teneret ad manum ſuam faciendo fructus ſuos. Tunc enim quandiu ſic poſſidet, non negligit, nec currit contra eum aliqua præſcriptio, imò cœpta interrumpitur, quemadmodum non currit præſcriptio contra creditorem in hypothecaria, quandiu pignus vel hypothecam poſſidet. text. in *l. cum notiſſimi.* §. *Imo. C. de præſcri.* 30. *vel* 40. *ann.* Et ſic nec lapſu temporis, nec morte patroni, aut vaſſalli, ante aliam querelam motam extinguitur ius commiſſi. Quod ſane eſt intelligendum quando patronus intendit poſſidere * tanquam rem ſuam iure commiſſi, ad ſe reuerſam, ſiue tanquam ipſo iure reuerſam, ſiue tanquam reuertendam, ex nunc retineat, ſiue hoc expreſſe appareat: quo caſu non eſt dubium, ſed ex coniecturis, puta, quia ſtatim poſt feloniam manum iniecit feudo, ſiue alias aperto ſiue non, vel quando prius tenebat feudum ad manum ſuam ex defectu fidelitatis, vel catalogi: & ſuperueniente felonia, recuſauit manum leuare vaſſallo, vel eius ſucceſſori, alioquin iuſta offerenti, vel aliàs etiam abſente vaſſallo, dixit ſe nũquam reſtituturum feudum, ſed iure commiſſi retenturum & poſſeſſurum. tunc enim apparet, quòd poſſeſſionem quam patronus prius habebat tanquam directus & feudalis tantum, mutauit (quod ex ſuperuenienti feloniæ cauſa facere potuit) in poſſeſſionem pleni dominij, vel detentionis ad commiſſum declarandum, & adiudicandum: quamuis enim non poſſit de rigore, & ſua propria authoritate poſſeſſionem vaſſalli ingrati funditus interuertere, quin vaſſallus iura offerens, & noxam negans, debeat ſaltem per prouiſionem pendente lite reſtitui, ſecundum no. ſ. *co. q.* 7. *&* j. *co. q.* 40. *& in §. ſeq.* Poteſt tamen patronus poſſeſſionem in qualitate ſimplicis domini feudalis inchoatam alterare, ad retinendum iure commiſſi. quod ſufficiet ad interrumpendum omnem præſcriptionem commiſſi, etiam ſi vltra non procederetur ad veram immutationem poſſeſſionis, interuerſionem, & totalem oblationem poſſeſſionis vaſſalli. Secus ſi patronus non poſſideret nec teneret feudum, niſi tanquam dominus directus & feudalis, quia hoc duntaxat modo poſſidendo, & nihil aliud verbo vel facto declarando, recognoſcit & præſupponit dominium vtile ſaltem in habitu pertinere ad alium, habentem facultatem feudi recuperandi iuſta faciendo, & ſic nunquam præſcribitur iuri inueſtituram petendi. ſed bene præſcribitur iuri excipiendi, quod ratione commiſſi, vel ingratitudinis competit patrono ad denegandum inueſtituram ingrato vaſſallo, quoniam tale ius excipiendi eſt fundatum in iure agendi, quod præſcribi poteſt per no. in *d. l. cùm notiſſimi.* §. *eo iure.* prout præſcribitur, non obſtante poſſeſſione patroni, quæ cum non exerceatur niſi in qualitate domini directi & poteſtatis feudalis, non repugnat, imò adiuuat præſcriptionem iuris commiſſi, tendentem ad conſeruationem feudi, adde j. *eo. quæſt.* 34.

* Fallen. 4.

* Refert an patronus poſſideat iure feudi an iure proprietatis.

62. Sed iuxta hæc quæro, nunquid patronus poſt feloniam admiſſam, manum iniiciendo feudo tanquam aperto in qualitate ſimplicis domini feudalis, cenſeatur ipſo facto remittere caducitatem ſiue ius commiſſi? Videtur quòd ſic, ſaltem quando ſciebat ius commiſſi ſibi acquiſitum, quoniam huiuſmodi prehenſio præſupponit ad alium ſpectare proprietatem, vt vocant, ſiue dominium vtile feudi. Contrarium puto, niſi dominus ſcienter procedat ad alium actum ſpecificum approbationis perſonæ alioquin ingratæ, puta receptionem & compoſitionem iurium, vel dationem induciarum & ſimilia, de quibus ſupra. §. 21. quoniam ſimplex prehenſio de ſe magis tendit ad excluſionem & diminutionem iurium vaſſalli.

63. Sed quid ſi præhendat ex defectu catalogi? Videtur hunc eſſe actum approbationis, quoniam implicat tacitam interpellationem de præſtando catalogo. Nihilominus, adhuc idem puto, quia cùm vaſſallus ante feloniam fuiſſet in fidem admiſſus, & ante dominum offenderit quàm catalogum traderet, cenſetur dominus, ad hoc ex cauſa catalogi non præſtiti prehendiſſe vt legitimum haberet ingreſſum in feudum, quod alias non poterit proprio authoritate prehendere, vt dictum eſt ſupra *cod. quæſt.* 7. Et in dubio, * nunquam præſumitur animus donandi, vel ius ſuum remittendi, vbicunque cadere poteſt alia præſumptio. *l. ſi cum aurum & ibi* Bar. *D. de ſolutio. l. eleganter. §. qui reprobatos. D. de pignora. actio.* Vel etiam alia leuis occaſio aut coniectura, ſecundum Bal. in *l. ſi. cum.* 3. *C. de dot. promiſſ. in l.* 1. *C. ad Trebell.* Bart. Iaſo. *l. ſi non ſortem. §.* 1. *D. de cond. indeb.* Io. de Imol. *conſi.* 29. *viſo quodam.* Concludo igitur quòd ſimplex prehenſio feudalis poſt feloniam ſcienter facta, non inducit remiſſionem commiſſi, ſed nec etiam impedit illud præſcribi lapſu temporis ſcilicet longiſſimi, niſi patronus declaret velle iure commiſſi retinere, & ſic incipiat iure pleni dominij poſſidere vel detinere.

* Donatio non præſumitur.

64. Nec adhuc debet patronus in hac pleni dominij poſſeſſione, vel retentione feudi, omnino confidere, quia quamuis interim non currat præſcriptio in actione & exceptione iuris commiſſi, deperit tamen tempore probatio ingratitudinis. Fieri enim poteſt vt poſt triginta vel quadraginta annos, non ſuperſint teſtes nec aliæ probationes feloniæ, & tamen appareant antiquiſa documenta de feudo Et ſic patronus qui non poteſt docere de felonia antiqua, tenebitur hæredem vel cauſam habentem antiqui vaſſalli inueſtire, & feudum reſtituere, non obſtante quacunque poſſeſſione iure proprio tanquam de pleno dominio habita, quia huiuſmodi præſcriptio non admittitur inter patronum & clientem, vel eorum ſucceſſores, vt dictum eſt ſupra §. 12. Curent igitur patroni commiſſum ſibi adiudicari; & hoc caſu cùm patronus poſſidet, ex quo poteſt eſſe actor vel reus. Et ſic non tenetur agere, poteſt facere recipi & examinari quoſcunque teſtes ad perpetuam memoriam. *authen. ſed & ſi quis.* & ibi Bar. *C. de teſti. c. Albericus. cap. ſignificauit. Vbi omnes cano. de teſti.* Si autem non poſſideat, vicem actoris tantum gerit, & ſic non poteſt ante litem conteſtatam facere examinari niſi teſtes, de quorum morte vel abſentia diuturna dubitatur. ſecundum notab. per Bartol. in *l. in lege Aquilia ſi deletum. D. ad leg. Aquil. per cano. quoniam frequenter. vt litis non conteſta.*

65. Sed nunquid eſt inconueniens, patronum non poſſe etiam quadraginta vel ſexaginta annis præſcribere condictionem feudi, ex cauſa prætenſæ ingratitudinis prehenſi, & iure pleni dominij poſſeſſi, quum poſſit vaſſallus triginta annis aduerſus patronum præſcribere condictionem & actionem commiſſi? Debent enim patronus & cliens pari iure vti *cap.* 1. *de form. fidelita. in vſib. feud.* Sed hic videtur magna inæqualitas. Reſpond. quod hoc caſu ideo admittitur præſcriptio ex parte vaſſalli, quia tendit ad conſeruationem feudi. Et non admittitur ex parte patroni, quia tenderet ad reſolutionem & extinctionem feudi. Et ſic nullum eſt inconueniens, nulla inæqualitas. * vtpote intendentibus ad diuerſa, ſed reſpectu eiuſdem eſt æqualitas. quoniam ſicut vaſſallus non poteſt præſcribere contra patronum ad derogandum feudo, in totum vel in parte, ita nec patronus contra vaſſallum. Et ſic è conuerſo ſicut vaſſallus poteſt præſcribere ad inducendum vel augendum feudum, ita & patronus, vt ſatis dictum eſt in *d.* §. 12. quod eſt verum inter eoſdem, ſed reſpectu tertij, non prohibetur præſcriptio, vt ibi diximus. *num.* 9. Vnde ſi patronus feudum prehenſum alij infeudauit, is abſque dubio hoc titulo cum bona fide præſcribet longo tempore contra verum vaſſallum. *ſalua auth. male fidei. C. de longi temp. præſcrip.* Et requiruntur triginta anni, ſi patronus fuerit in mala fide. In quo aduerte, quòd non cenſetur in mala fide ex indebito modo procedendi. Sed duntaxat ex ſcientia defectus cauſæ & veritatis commiſſi. Vnde, in caſu ingratitudinis ſi patronus propria authoritate feudum non aliàs apertum inuaſerit, & ſpoliauerit vaſſallum ſine cauſæ cognitione, quamuis ſciret de iure, ſe non poſſe hac via facti procedere, & feudum alij conceſſerit, non habet locum dicta auth. *male fidei.* quæ loquitur in domino, qui cum effectu vendicare poteſt, & ſic non habet locum in eo qui ſcit ſe poſſe exceptione repelli, & excludi, & ideo negligit. Secus, ſi in veritate non erat locus commiſſo, vt pote noxa non facta vel remiſſa, & hoc ſciente patrono, nunc enim eius ſcientia nocebit bona fide recipienti ab eo. Et no. ſing. hanc limitationem ad d. auth. quia alibi non reperies. Quid autem iuris ſit, ſi poſtquam iſte tertius longo tempore, vel triginta annis poſſedit, committat feudum patrono, vel eidem ex pacto in ſua inueſtitura appoſito reſtituat? Dicemus. j §. 69. ne nimium excedatur materia huius 5.

* Æqualitas attenditur circa idem.

66. ¶ VNDECIMO quæro, iuxta ea quæ diximus de probatione patrono incumbente, an ad probandum * ingratitudinem vaſſalli requirantur quinque teſtes ſummæ ac integræ opinionis. vt habetur in *l. vnica quot teſt. ſint neceſſ. ad prob. feud. ingrat. in vſib. feud.* quæ eſt lex Henrici quinti, vt probatum eſt. 3. *in rub. num.* 40. Guid. Pap. *Deciſ. Delph.* 180. dicit quod ſic, ſed non loquitur niſi in Delphinatu, vbi ſecundum eum *Deciſ.* 297. ſeruatur d. liber feudorum, ſicut ius ſcriptum, exceptis quibuſdam caſibus particularibus in quib. conſuetudo derogat. Ego autem puto * quod vix eſt vllus tex. in toto *d. lib. feud* minus motib. vtentium comprobatus, vel contraria diſſuetudine magis abrogatus quàm *d. l. vnica.* De quo etiam Accurſ. ibi dubitat an ſit lex. Hinc in toto hoc regno, & fere vbique ſufficiunt * duo integri teſtes ad probandum ingratitudinem ad commiſſionem feudi, vel reuocationem donationis. Et hoc eſt generale in omni cauſa etiam graui & criminali. per regulam *l. vbi numerus. D. de teſti. c. in omni. c. licet vniuerſis. de teſtibus. c. tuas. de ſimo.* iuxta illud Leuiti. 35. & Deuter. 17. 19. *In ore duorum vel trium ſtabit omne verbum.*

* Ad probandam ingratitudinem vnius ſufficiunt duo teſtes requiruntur.

69. Imò etiam * Papa. per duos teſtes conuinci poſſet. *glo. ſing. in c. præſul.* 2. *q. eſt.* 4. Panor. in *c. at ſi clerici in prin. colum.* 1. *de iudi. in c. tertio loco. de probat.* Et quod habetur in *d. c. præſul.* quod 72. teſtes requiruntur aduerſus Cardinalem epiſcopum. & 64. aduerſus Cardinalem preſbyterum. & 27. aduerſus Cardinalem Diaconum eccleſiæ Romanæ, olim inductum fuit propter ſanctam & irreprehenſibilem vitam ſacerdotum eccleſiæ illius temporis, qui re magis quàm nomine ſancti erant, & è diuerſo propter improbitatem & ſuſpicionem accuſantium & teſtificantium. vt ibi teſtatur Gratia. Vnde hodie ceſſante ratione non ſeruatur, vt ſentiunt Hoſti. Panor. in c.

* Hic tamen numerus eſt magis ideo videtur ne ceſſarius ne facile fiat per viles & redemptos teſtes aut paucos poſſint domini priuare vaſſallos ſuos feudo, vt notat Alua. ibi in d. cap. vnico quot teſtes ſint neceſſarij.

* Ingratitudo per duos teſtes probatur.

* Papa per duos teſtes conuinci poteſt.

licet vniuersit. de testib. Præterea (vt verũ dicam) non erat rationabilis, sed ambitiosa, ne dicam tyrannica constitutio. *d. c. præsul.* & similes & iam nonnulli tum ad humanas traditiones nimium declinare incipiebant.

* Probant vtrũ teneatur dominus se à vassallo ferè te & lata culpa denegatũ.

68. ¶ Dvodecimo quæro, vtrum patronus teneatur* probare vassallum dolosè & scienter, saltem lata culpa denegasse? Videtur quod sic, iuxta text. in *d. §. vassallus si feudum. & c. primo in fi. l. Conrad.* Vbi ita decidunt feudistæ. & pulchre Bal. in *c. cæterum col. 2. de iudici.* Et generaliter volunt, quod in omni causa amissionis feudi probandum sit de scientia vassalli, vt gloss. Bal. & omnes in *c. 1. quo tempo. miles innest. in c. 1. in prin. quæ sunt prima cauf. benef. amitten. in vsib. feu.* Et tradit Guid. Pap. *Decis. Delphi. 454.* quatuor esse requisita. Primum, probatio feudi. Secundum, causa priuationis. Tertium, quòd vassallus sit maior quatuordecim annis. Quartum, quòd sit talis vt sciat, vel scire debeat rem esse feudalem.

¶ Et latiori disputatione omissa resolutiuè procedendo distinguo, aut negatio sit ptincipaliter & in iudicio, aut extra iudicium.* Primo casu, non requiritur probari scientiam, vel latam culpam negantis. Imò etiam si is qui negaret, probaret de iusta causa ignorantiæ, non audiretur, nec pœnitere posset nedum ante sententiam, sed nec ante probationem factam à patrono. Ratio, quia negando actorem esse patronum in iudicio, & litem contestando super actione feudali & commissi, seipsum facto suo huic pœnæ & periculo subiecit. *arg. l. 3. §. idem scribit. D. de pecu. l. imperatores. D. de iur. fisci.* Et dato quòd probata ignorantia negantis dici possit cessare rationem iniuriæ, quæ non est sine dolo & animo iniuriandi. *l. 3. §. 1. D. de iniur.* Tamen non cessat alia ratio, scilicet legis feudi ad onus commissi in hunc euentum iuxta hanc consuetudinem concessi. Et alia quòd super hoc litem contestando in iudicio, & feudum per prouisionem recuperando, se huic oneri & periculo subdidit. Et hinc est quòd non potest negator cognita veritate pœnitere, quia ex negatione acquisitum est ius patrono, & ita obseruatur. Hanc conclusionem limita, vt j. *eo. q. seq. & q. 14.*

* Negatio in iudicio quẽadmodũ nocet negãti.

* Negatio extra iudicium.

69. Secundo casu, in negatione* extra iudicium, puto quod habeant locum dicta doct. in prin. huius q. ita quod nouus vassallus qui extra iudicium etiam serioſe patronum abnegauit, si postea in iudicio non perseueret in negatione, & ignoranter id fecerit, saltem non appareat de dolo, scientia, vel lata culpa, non amittit feudum. Et sic patronus agens ad commissum propter negationem factam extra iudicium, non poterit obtinere nisi probet se patronum, & dolum vel scientiam negantis tempore negationis, vel quod talis fuerit qui sciuerit aut probabiliter ignorare non potuerit, ita quòd saltem de lata culpa conuincatur: quod procedit etiam si is qui negauit extra iudicium adhuc in iudicio dubitet, & non agnoscat patronum, dummodo non procedat in iudicio ad negationem formalem. Sed quid si incidenter abnegauerit patronum in alio iudicio in quo principaliter ad hoc non agatur. Respond. Idem, quod si extra iudicium: quia non est facta huiusmodi negatio animo transigendi de recuperatione feudi prehensi cum eius confitcatione. vt in §. *seq.* Et sic si conclusionibus super hoc specialiter assumptis per patronum, reus non perseueret in negatione formali, etiam si nolit agnoscere patronum, astringitur patronus ad probandum scientiam, vel latam culpam negantis cum conditione feudali, ad hoc vt obtineat commissum. Non tamen licet pœnitere post negationem serioſe consummatam extra ius, vel in iudicio incidenter, patrono volente assumere onus prædicta probandi, per not. ẽ. *eo. quæst. 4. & j. §. 70. quæst. 3. in fi.*

* Negatio dominũ facta per

70. ¶ Decimotertio quæro, Quid si vassallus sit minor* annis? Et secundum feudistas in locis præfatis sufficit quod sit quatuordecim annorum. *arg. §. præterea si quis, in l. imperialem. de probib. feud. alie. per Federic.* Et quamuis aduersus omissionem petendi inuestituram infra annum & diem restituatur, tamen non restituitur aduersus negationem, si dolo, hoc est ex certa scientia facta sit, *arg. l. 1. C. si aduerf. delict.* Et non erit in hoc melioris conditionis quàm maior, nisi in hoc quod contra maiorem sufficit probare præsumptam scientiam, vel præsumptum dolum aut latam culpam, quæ non sufficient contra minorem viginti quinque annis, sed erit probandum de vera scientia vel dolo vero. per nota. in *d. l. 1. & in l. auxilium. D. de minor.* per Bart. in *l. 1. §. nunciatio. 1. colum. pen. D. de oper. noui nunciat. gloss.* Bar. Alex. in *l. vbi exigitur. D. de edendo.* Tamen attenta nostra consuetudine secundum quam vassallus minor viginti annis non habet legitimam personam circa fidem & homagium, agnitionem patroni, & administrationem feudi, vt in §. *præcedenti.* dico quod nec etiam legitimam personam habet ad abnegationem patroni & committendum feudum propter negationem, siue ex certa scientia factam, siue non: & ea non obstante dandæ sunt, vel à l. supplentur induciæ. de quibus in §. 41. *supr. eo.* Tamen* negatio de se magis concernit malam administrationem, sectionem & dismembrationem feudi, quàm feloniam actualem, vel iniuriam personalem patroni, vnde non nocebit non habenti idoneam ætatem ad administrationem feudi. Si vero idoneam ad hoc habet ætatem, sed adhuc minor est vigintiquinque annis, puto illud seruandum quod dictum est in principio huius quæst. vt siue extra iudicium, siue in iudicio principaliter ad hoc intentato negauerit patronum, & probetur de vera & certa scientia, & dolo negantis amittat feudum, nec possit restitui in integrum, quia aduersus verum dolum minores non restituuntur. *d. l. 1. & l. auxilium.* Si autem patronus non probat de certa scientia minoris, sed solum de præsumpta, vel quæ sufficeret ad latam culpam, non sufficit ad obtinendum commissum: saltem etiam probata feudalitate per patronum, poterit minor in integrum restitui aduersus negationem ad agnoscendum patronum, & euitandum commissum. per nota. doct. in locis prælegatis, quia hoc est de iure cui consuetudo nostra non intelligitur derogare, quum satis plenum & incommutabilem effectum sortiatur contra maiores. per nota. *gloss. fi.* & docto. in *l. postquam liti. C. de pact. in l. vnica. C. si de monet. poss. fuer. appella.* Nec est simile in eo quod habetur ẽ. *eo.* §. 1. vt ibi diximus *in glo. 7.* quia hic agitur de amissione perpetua & irreuocabili dominij.

minorem 14. annis verum ei accedat.

* Negatio magis cadit in malam administrationem quàm in delictum.

71. Sed quid, si minor abnegat in iudicio cum authoritate tutoris vel curatoris? Breuiter dico nihil omnino agi posse, si vassallus sit minor ætate designata, in §. præcedenti. Si autem sit maior, sed minor vigintiquinque, idem dicendum quod nuper distinxinus: quia authoritas curatoris non operatur nisi circa legitimationem iudicij: non autem circa substantiam & effectum confessionis vel negationis, vt no. in *l. clarum. C. de autho. præstand.* per Sal. Sali. in *l. vnica. C. de confess.* Nihil etiam operatur vbi agitur de donatione, vel delicto: vel vbi manifeste apparet non esse iustam causam authorandi. *l. fi. C. si maior fact.* vt hic: quia aut est minor viginti annis & excipiendum est de induciis: aut est maior viginti annis & consultius est fidelitatem præstare, vel alium authorem feudi laudare, vel feudo ad tempus carere, quam negationi periculosæ authorari. Quod si curator ex certa scientia malitioſe abneget, nullo modo nocet minori, ad quẽ nihil exinde peruenit. *per regul. l. neque interdicto. D. de reg. iur. l. penul. D. de liber. exhib.* cum similibus. Ex* prædictis patet, quod non est differentia in minore, siue negauerit in iudicio, siue extra, siue cum curatore, siue sine curatore: sed hoc solum attenditur, si

* Resolutio quæstionis.

ætatem idoneam ad fidelitatem præſtandam adeptus dolo & ex certa ſcientia dominum abnegauerit. Ad validitatem tamen inſtantiæ & iudicij (ſi contra minorem agatur) debet curator ei deputari.

72. ¶ DECIMOQVARTO quæro, quid ſi epiſcopus, vel abbas, * aut alius prælatus abneget patronum feudi eccleſiæ ſuæ. Et idem ſi quod aliud felloniæ crimen in illum committat? Hæc eſt argumentoſa quæſtio, & multum, & varie tractata à docto. Ego autem quam brevius & dilucidius licebit potiora deciſionis puncta tangendo reſoluam. Et primo videtur idem dicendum quòd in alio quouis vaſſallo, & quòd feudum perpetuo & in totum committatur patrono. *per l. iubemus nullam. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Vbi propter delictum prælati qui noluit exhibere nauem eccleſiæ ad B tranſuectionem fœlicis embolæ (id * eſt imperialis exercitus ingredientis vel erumpentis. Embola enim Græca vox eſt, ingreſſum & irruptionem ſignificans à verbo ἐμβάλλω id eſt ingredior, cum exercitu irrumpo vt multum deliranit Accurſ. in *d. l. iubemus in gloſſ.* 1.) nauis eccleſiæ in perpetuum confiſcatur. Et quamuis doct. ibi & vbique ſoluendo ad *d. l.* dicant quod ibi eccleſia delinquit communicato conſilio, eſt mala ſolutio & mera diuinatio. contra *l. fi. C. de contraben. empt. & vend.*

73. Secundo, quia * eccleſia patitur pœnas conuentionales & teſtamentarias, in contractu legato vel quauis conceſſione rei appoſitas, ſicut pateretur quilibet priuatus. *l. legem. C. de pact. l. legem. C. de donatio. l. in traditionibus. D. de pact.* 18. *q.* 2. Eleutherius. *c. verum. de cond. appoſ.* Et non debet eccleſia eſſe minoris, ſed multo abundantioris iuſtitiæ quam priuatus. *c. vnico verſ. ſed diuerſum. de alien. feud. in vſib. feud.* Et omnis fraudis expers eſſe debet *ca. per tuas.* & ibi Panor. in *vlt. not. de donat.* Hinc decidit Ang. *in con.* 168. teſtator in omnibus. quod hoſpitale cadit in pœnam priuationis rei legatæ, ex facto prioris qui alienauit contra prohibitionem teſtatoris, qui legauerat ſub hac conditione & pœna. Hinc eſt etiam quòd ſi eccleſia acceperit rem in emphyteuſim & ceſſauerit per triennium in ſolutione canonis, ipſo iure cadit in perpetuum à iure ſuo, & æque res cadit in commiſſum ac ſi eſſet in manu priuati, quia hæc pœna & reſolutio ineſt ex natura rei & conceſſionis, & ita expreſſim tenet glo. pe in D *ver. vel dic. quod vere in conſtitutus. de relig. dom.* ibi ſequitur Inno. Hoſti. Petrus de Anchar. Panor. *glo. in auth. qui rem. in verb. repelli poteſt. in fi.* vbi hoc ſequuntur. Io. Fab. Bal. *C. de ſacroſan. eccle.* idem nominatim decidit Bal. in *d. c. vnico.* vbi ſequit. Aluar. in *§ inde poteſt. in fi. de alie. feud.* Bal. in *conſi.* 27. *reuerendiſſime lib.* 3. Bar. Bal. *in 3 notab. in l. placet.* & ibi Iaſ. *leſſ.* 1 *col.* 4. *C. de ſacroſa. eccle.* Vbi dicunt eſſe aliud in tributo in quo infligitur priuatio in pœnam ex diſpoſitione legis, a qua pœna eximitur eccleſia, *per d. l. placet*: ſed non eximitur à pœnis conuentionalibus & procedentibus ex natura contractus & diſpoſitione hominis. Et quamuis contrarium teneant Archid. in *c.* E *placet rationabilis* 16. *quæſt.* 3. Goffred. in *ſumma de immunita. eccle.* § 2. Hoſti. *in ſum. eod. tit.* § 3. Io. And. Ioan. de Lig. Antho. Butri. Henri. Bohic. in *d. c. conſtitutus. de religio. domi.* Vbi dicit idem tenere glo. in *d. c. placet.* 16. *quæſt.* 1. *in verſi. tranſlationis.* Sed erraat, quia d. gloſſ. non loquitur niſi in tributo, iuxta. *d. l. placet.* idem etiam tenuit Antho. Butri. in *c. verum. col. fi. de for. compet.* Ludouic. Roma. *in ſingul.* 166. *verſ. tu habes quod omittendo.* tamen prima opinio quæ eſt ſententia glo. vtriuſque iuris eſt crebrior, melius fundata, verior & tenenda.

74. Tertio & in ſpecie in materia feudali decidit Bal. *in prælud. feud. col. fi.* quòd ſi eccleſia recepit feudum & non ſeruat conuentiones feudorum, quòd ab ea aufertur feudum ſicut à priuato. Idem tenet Bal. in *c. 1. col.* 2. *de contro. apud pares termi. in vſib. feud. in l. ſed* A *ſi hac §. liberti. in fi. D. de in ius vocan. in l. fi. ad ſi. C. ſine cen. vel reliq.* & volt And. Iſer. in *c. 1. col. prima de cap. Conrad.* quòd ſi eccleſia non præſtet ſeruitium impoſitum, perdit feudum in perpetuum: & ibi etiam dicit ſe vidiſſe perdi feudum dotale, ex eo quòd maritus non præſtiterat ſeruitium: dicit tamen, quod tam eccleſia quàm vxor habent recurſum contra prælatum vel maritum, eorúmque bona & hæredes ad æſtimationem & intereſſe feudi amiſſi. In contrarium videtur, quod per abnegationem vel feloniam prælati, non amittatur feudum. Primo, quia prælatus non eſt dominus feudi, nec verus vaſſallus, ſed ipſa eccleſia, cuius & bonorum eius prælatus eſt procurator & non dominus 12. *quæſt. c. vlt. c.* 2. *de donat. cum vulga.* vnde non magis debet B poſſe præiudicare quàm procurator vel tutor. Secundo, quia in bonis eccleſiæ regula iuris eſt, quòd delictum perſonæ non debet in damnum eccleſiæ redundare. *c. delictum de reg. iur. in 6.*

75. Super hoc imperator Corradus olim ſtatuit, quòd feudum amitteretur, & rediret ad patronum ad vitam prælati culpabilis duntaxat: & quòd poſt eius mortem reuerteretur ad eius ſucceſſorem & eccleſiam, vt refert Obet. in *tit. de cap. Conrad. §. fi. in vſibus feud.* Et hæc * conſtitutio tanquam æqua in vſum fere vbiq; recepta eſt, ſub modificatione tamen quòd ſi ſpectet ad menſam eccleſiæ, nullo modo: ſi communiter ad menſam prælati & capituli, pro parte tantum prælati & ad eius vitam, ſeu pro tempore ſuo reuertatur ad patronum, niſi etiam eccleſia communicato conſilio C deliquiſſet in patronum, vt tenent Aluar. & Præpo. *in d. §. fi.* Et in caſu quo eccleſia vel capitulum communicato conſilio deliquit, quidam vt Odofre. Alber. Bal. Paul. in *d. l. iubemus nullam*, tenent quòd perpetuo ſine ſpe reſtitutionis in integrum amittatur. *idem gloſſ.* 3. *c.* 2 *de ordin. cognit.* Dy. in *d. c. delictum perſonæ. de reg. iur. in 6.* Paul. *conſ.* 159. *omnis difficultas in fi. lib.* 1. & ita ſentiunt. Ioan. And. Antho. Butr. in *c. 1. de dolo. & contuma.* Ex quo iſta felonia feudalis non eſt formaliter punibilis in alio, quam in perpetua confiſcatione & amiſſione feudi. Tamen Specul. in ſimili. in *tit. de dona. verſi. quid ſi aliquis.* Baro, tenet quod ſi abbas & conuentus commiſerint ingratitudinem aduerſus donatorem vel fundatorem, & inciderint in caſus. *l. fi. C. de reuo. donat.* quod tantum perſonæ quæ deliquetunt eiicientur & aliæ ibi ponentur. Et iſtud tanquam æquius ſequuntur. Petr. de Anchar. Card. & Panor. in *c. fi. de don.* Io Andr Petr. de Ancha. Domi. de S. Gem. in *cap. vnico. col. pe. de relig. domi. in* 6. quamuis Imo. aliter diſtinguat & eum ſequatur Philip. Franc. in *cap. vnico. col. fi. de relig. domi. in* 6. videas ſi vacat, quia propero & nolo omnium ſcribentium varietates referre. Et hæc eſt communis ſententia doct. in *c. 21. de aoio & contuma. in c. dilectus de ſimo.* & in infinitis lecturis & conſiliis quæ omitto, quod propter delictum totius conuentus vel capituli non punitur eccleſia, niſi ad vitam delinquentium & quod illis eiectis ceſſat pœna. Et cum iſta tanquam communi tranſit Franciſc. Rip. in *repet. d. l. fi. C. de reuoc. dona. q.* 51. Illic tamen in puncto iuris tenet pro donatore in perpetuum reuocatam eſſe donationem: ſed alibi conſulendo ſemper ſecutus eſt communem, vt patet in ſuis reſponſis. *ſub tit. de reſcrip. Reſpon.* 28. *nu.* 20. *& Reſpon.* 31. *col.* 1.

76. Pro ſolutione quæſt. noſtræ dicendum quod feudum tantum ad vitam prælati ingrati, & quatenus ſpectabat ad eius menſam, ad patronum reuertitur, & ita obſeruatur: & ita vltra prælegatos tenuit Oldr. in *con.* 278. *in quantum. verſi. ad ſecundum.* & omnes vbique ſcribentes in materia feudali. Quòd ſi dicas non debere fieri præiudicium nec diminutionem iurium patroni per eccleſiam, Reſpond. quòd aut ab initio feudum à patrono conceditur eccleſiæ, & ſecundum qualitatem & conditionem eius cenſetur concedere: ſi vero ſine conſenſu patroni feudum transferatur in eccleſiam,

* Negnio per prælatū facta vtrum noceat Eccleſiæ.

* Fœlix embola, quid.

* Eccleſia patitur pœnas conuentionales.

* Communia diuidit.

patronus iſte impedire poteſt vel indemnitatem accipere ſecundum ea quæ dicemus. j. §. 51. *qu.* 12. & reſpondendo ad contraria.

* Intellect. *l. inhemus nullam.*

77. Ad primum,* de *l. inhemus nullam*, dico quod loquitur in pœna impoſita propter culpam in omittendo, in quo prælati & cæteri quicunque adminiſtratores præiudicare poſſunt dominis. vt not. per doct. in *c. 1. de do. & contu.* Tum loquitur in re mobili, cuius vilior eſt poſſeſſio, vnde non eſt mirandum, prout etiam de quotidiana experientia videtur in ſimili, in locis in quibus de conſuetudine vel ſtatuto, animalia damnum inferentia in pratis, aut vineis confiſcantur: ſi animalia eccleſiæ negligentia, vel etiam dolo prælati, aut miniſtrorum damnum inferant confiſcabuntur: tenebuntur tamen illi qui ſunt in culpa, ad damna & intereſſe eccleſiæ. Et per hæc apparet idem reſponſum ad ſecundum: quod eſt de pœna in omittendo, hic autem agitur de pœna ex delicto in committendo. ad cæteta omnia reſpondeo primo quod reſolutio donationis. *ex l. fi.* C. *de reuocan. dona.* & commiſſum feudi ex capite ingratitudinis & feloniæ, procedunt ex diſpoſitione legis vel conſuetudinis feudalis, magis quam ex conuentione.

78. Secundo, quod huiuſmodi pœna eſt à lege impoſita in caſum, quo ingratitudo vel felonia committatur per vaſſallum: ſed cùm prælatus non ſit vaſſallus, ſed vaſſalli procurator, non poteſt dici vaſſallum ipſum quæ eſt eccleſia, quæ non deliquit, commiſſiſſe aliquam ingratitudinem vel feloniam, & ſic penitus inſpiciendo non verificantur termini conſuetudinis & legis feudalis, ex delicto ſolius prælati. Rationabiliter tamen inductum eſt, quòd prælatus priuetur omni commodo & honore quem percipiebat ex feudo, & quòd omne illud commodum & honos transferatur in patronum ad vitam prælati, non tamen proprie transfertur nec confiſcatur ipſum feudum nec eius proprietas, quæ vere remanet eccleſiæ: ſed ſolum talis vſus & commoditas, qualem habiturus erat prælatus à quo transfertur in patronum, ſine præiudicio eccleſiæ in futurum.

79. Tertio, vt omnibus ſatisfiat ſi quis inſtet prælatum eſſe dominum ſeu vaſſallum ſaltem repræſentatiuè. Reſpond. eſto etiam quòd verus eſſet dominus & vaſſallus ſuppoſitiuè loquendo, tamen eſt prohibitus alienare, & non fauore ſuo, ſed fauore alterius ſcilicet eccleſiæ & ſucceſſorum, igitur delinquendo non poteſt alienare nec amittere feudum. vt in *l. ſi finita. §. ſi veſtigalibus. D. de dam. infect. l. Statius. in fi. D. de iur. fiſ.* & eſt theoria Bar. in *l. ſi quis in tantam. col.* 3. C. *vnde vi.* quem omnes ſequuntur. vt Paul. in *d. §. ſi de veſtigalib. col. fi.* Alex. *conſi.* 30. *quoniam omne datum. num.* 10. *lib.* 1. *conſi.* 23. *opportune conſideratis. col.* 2. *lib.* 1. Fabia. de monte S. Saui. in *tract. de empt. & vend. in* 4. *q. princ. quæſt.* 14. Fran. Are. *conſi.* 14. *col.* 5. Dec. in *l. furioſi. D. de reg. iur.* Matth. de Afflict in *conſt. Neapo. de reuocan. aliena. conſt. hac edictali. nu.* 5. *lib.* 3. Fateor itaque quòd prælatus omittendo, puta non ſoluendo canonem, poteſt præiudicare patrono eccleſiæ: ſed non committendo delinquendo niſi ad tempus vitæ ſuæ.

* Ceſſio pro morte habetur.

80. Sed quid ſi ſtatim cedit, renuntiat prælaturæ? Reſpon.* Ceſſio habetur pro morte, & omnino quantum ad beneficium ceſſum velut mortuus eſt, vt not. per Cardin. & alios in *Cle. fi. de procurat.* per Ludo. Roma. in *conſi.* 374. præſens eſt quæſtio. Et ita in terminis huius q. tenet Alua. Præb. in *d. §. fi. de c. Corrad.* Sed nunquid poteſt cauſari patronus huiuſmodi ceſſionem fieri in ſui fraudem ex temporis breuitate & negocij qualitate? Reſp. non, per not. in *qu. ſeq. num.* 72. niſi probaret eum qui ceſſit finxiſſe ceſſionem, & per interpoſitam perſonam, vel ſubditium contractum fructus percipere. Quid ſi permutauit cum alia æque pingui prælatura? Reſpond. Si permutatio ſit vera, quamuis ad fruſtrandum patronum facta ſit, tamen puto non poſſe patronum conqueri, cùm habeat nouum verum prælatum qui non commiſit ingratitudinem, & fidelitatem debitam renouat, & ſic tenetur ei mancipare feudum. Et adhuc nihil poteſt exigere ab eo qui ceſſit, nec ſuper fructus prælaturæ quam iure permutationis obtinuit, quaſi loco primo ſubrogata ſit, quia imo non eſt ſubrogata prælatura loco alterius, ſed dignus prælatus eſt ſubrogatus loco indigni, & ſic cenſetur purgata iniuria patroni, ſalua tamen actione & accuſatione aliàs competenti pro delicto communi contra offenſorem, ſecundum no. j. *eo. q.* 49.

81. Sed quid ſi d. ingratus recuperet prælaturam per nouam prouiſionem? Et prima facie videretur non recidere feudum eccleſiæ in commiſſum. Tum quia illud commiſſum ſemel fuit reſolutum & extinctum, igitur non reuiuiſcit *l. qui res. §. aream D. de ſolut.* Nec poteſt de nouo aliud ſurgere commiſſum vel quaſi, quum non fiat nouum delictum nec noua ingratitudo. *l. ſi vnus. §. pactum ne peteret. D. de pact.* Tum quia medio nouæ prouiſionis videtur nouus prælatus & nouus homo, vtpote quum* titulus antiquus & omne ius & poſſeſſio præcedens extincta ſint, nec reuiuiſcant, ſed nouus titulus, noua poſſeſſio, nouum ius, conferatur, vt not. Io. And. in *c. ſi hi contra quos. vt lit. pend. in no. lib.* 6. Guilliel. de Mont. Laud. in *extrauag. ſuſcepti in glo. in ver. vacantium. in communibus.* Franc. Aret. in *l. Pomponius. §. quum quis. col.* 3. *D. de acqui. vel amit. poſſ.* Quibus non obſtantibus puto reuiuiſcere eius patroni, alioquin facile iura hæc feudalia in totum fraudarentur. Ad vitandum autem fraudis occaſionem, fit extenſio etiam in pœnalibus, vt dictum eſt. *d. §.* 20. *glo.* 3. *num.* 6. Nota. Deci. in *l. factum. §. in pœnalibus. D. de regulis iur.* Si igitur iſte offenſor recuperet prælaturam dimiſſam infra modicum tempus, clarum eſt, quòd non cenſetur dimiſiſſe reſpectu iurium patroni. *l. plerique. D. de ritu nupt. l.* 3. *D. de diuort.* Si autem ex interuallo, & forte pluribus medio tempore mutatis prælatis, adhec idem puto, niſi ille offenſor idem ſatisfecerit patrono de iniuria, eique reconciliatus fuerit. nec obſtant quæ diximus *infra eod. qu.* 58. quia ibi tempore offenſionis, offendens non erat vaſſallus nec fuit felonia facta patrono, nec à vaſſallo. hic autem tempore offenſæ erat vaſſallus vel loco vaſſalli, & dominum actu patronum offendit, & ſic peccatum fuit ab eo in legem feudi, quod* vitium afficit perſonam vaſſalli peccantis, & eum reddit perpetuo indignum (ſalua gratia & reconciliatione patroni) & vt ita loquar irregularem, ad huiuſmodi feudum tenendum. Plura alia occurrunt, puta, quando offenſor reſignauit conſanguineo, vel retenta penſione ſuper feudis quorum erat ingratus: ſed nunquam eſſet finis, relinquo hæc in miſcellancis, ſeu decadibus.

* Titulus & poſſeſſio beneficij non continuatur in ſucceſſorem.

* Ingratitudo afficit perſonam ingrati.

82. ¶ Aduerte tamen ad vnum neceſſarium, & non omittendum in hac materia, quòd ſtatim mortuo vel mutato illo prælato ingrato, finitur iſtud commiſſum ſeu quaſi commiſſum feudi, quia non eſt niſi ad vitam vel ius ingrati prælati: ideo finito eius titulo ipſo iure finitur. & iſtud eſt magni effectus, quia ſi ex conuentione indemnitatis ſiue amortizationis inter patronum & eccleſiam, cautum ſit, quod pea mortem prælati non poſſit feudum eccleſiæ prehendi, niſi poſt quadraginta dies ab aduentu ſucceſſoris, ſi interim iuſta non fecerit, vel obtulerit, vel ſi ſit conuentum, quod per obitum prælatorum feudum non aperiatur, ſed per obitum certæ vicariæ perſonæ, quem hominem viuentem & morientem vulgo vocant: his caſibus & ſimilibus ſtatim quod prælatus ingratus deceſſit vel ceſſit, finitum eſt ipſo iure ius patroni, videlicet fruitio & perceptio fructuum feudi propter ingratitudinem vltimi prælati. & debent fructus ex tunc reſeruari & reſtitui eccleſiæ, vel nouo prælato, velut feudo ipſo iure emancipato, donec

lapſis

Lapſis quadraginta diebus, vel moriente vicario ex defectu clientis & iurium (niſi debite offerantur) iterum prehendi poſſit.

* Negatio mariti vtiliter nocet vxori.

83. ¶ DECIMO QVINTO quæro, quid in * marito? Reſpond. Aut quæritur, reſpectu rerum dotalium & patrimonij vxoris, aut reſpectu conquæſtuum communium. Primo caſu ſolutio eſt facilis per prædicta, quia eadem ratio & idem ius eſt quod in prælato. Et ſic dicendum quòd feudum in ſe, ſeu dominium vtile, quod proprietatem vulgo vocant, cùm ſit proprium vxoris quæ non delinquit, non cadit in commiſſum, nec acquiritur patrono propter negationem, feloniam, vel ingratitudinem mariti: tamen quia * quamdiu durat matrimonium, maritus habetur pro domino & pro vaſſallo, & facit fructus & honores feudi ſuos, & hi fructus committuntur & acquiruntur patrono, qui poterit manum injcere, vel declarationem & adiudicationem commiſſi in iudicio petere quamdiu viuet maritus, & durabit matrimonium, & non vltra, cùm non ſit verus dominus propriorum vxoris. *l. in rebus. C. de iur. dot.* nec poſſit ea alienare, nec contrahendo, nec delinquendo, vt j. §. 108. Sed ſolum pendente matrimonio habetur pro domino, non ſimpliciter, ſed inquantum maritus ad cauſam vxoris, & in hac qualitate, vt ſæpe dictum eſt. Vnde ſoluto matrimonio ſiue morte viri, ſiue morte vxoris, ſtatim ipſo iure finitur illud commiſſum, & feudum cum fructibus ex eo tempore reſtituendum eſt eius viduæ vel hæredi, iuſta obſequia & iura præſtanti.

* Maritus æquatur prælato.

84. Ex quibus infero, quòd ſi ex conuentione matrimonij conjuges non ſint communes, & vxor per ſe propria ſua exerceat & adminiſtret, non eſſe locum commiſſo propter denegationem vel aliam offenſam mariti tanquam mere extranei, prout nec hoc caſu feudum aperitur ex capite matrimonij, nec relevium debetur, vt dixi ſupra §. 35. *verſic.* Limito tertio, & prout non nocet eccleſiæ delictum prælati habentis menſam ſeparatam, *vt in q. præcedenti num. 62.* Secus ſi etiam ceſſante ſocietate, mulier dediſſet propria ſua viro in dotem, quia eſſet locus diſpoſitionis *d.* §. 35. & huius §. ex capite viri, ſecundum quod in princip. huius q. *per l. dote. C. de rei vend.* cum ſimilibus.

85. Sed quid ſi non ſeparetur matrimonium morte, nec aliàs quoad fœdus in ſe declaretur nullum, ſed ſolum fiat diuortium thori, vel forte ſimplex ſeparatio bonorum? Clarum eſt, quodammodo nulla negatio vel offenſa attenditur ex parte viri: ſed ſolum ex parte mulieris, quæ ſola eſt vaſſalla per ea quæ diximus infra § 106. Sed quæſtio eſt de negatione vel felonia commiſſa à viro ante dictam ſeparationem? Et primo videretur, quod huiuſmodi ſeparatio ſuperueniens, tanquam res inter alios acta, non poſſit præiudicare patrono in iure commiſſi ei acquiſito ad tempus matrimonij & vitæ mariti, ſaltem attento quòd adhuc matrimonium perſeuerat: ſed recte perſpiciendo, in hoc articulo non proprie & præcisè inſpicitur conſiſtentia matrimonij: ſeu an maritus ſit & maneat quaſi dominus vel adminiſtrator in rem ſuam, quoad fructus rerum dotalium, & patrimonij vxoris. & quòd mentionem fecimus de conſiſtentia matrimonij, id ratione maioris frequentiæ dictum eſt, habito reſpectu ad id quod frequentius accidit. *iuxta l. nam ad ea. D. de legibus.* prout raro accidit maritum conſtante matrimonio priuari iure dicti quaſi domini adminiſtrationis & perceptionis fructuum: tamen ſi hoc contingat, etiam per ſimplicem bonorum ſeparationem iudicis authoritate factam (aliter enim non poſſet maritus priuari iure ſuo ad commodum vxoris, vt diximus in *d.* §. 106.) ſatis habetur maritus pro mortuo quantum ad id de quo quæritur, quum ſuper hoc reſolutum ſit, omne ius ſuum eſſe reuerſum ad vxorem, quale erat in principio contracti matrimonij. *l. vbi adhuc. l. in reb. C. de iur. dot.* Et ſic reſoluto iure mariti in iſtis feudis vxoris, reſolutitur ius patrono acquiſitum ad cauſam culpæ vel delicti commiſſi per maritum, qui habebat ius temporale & reſolubile, & non potuit committere feudum niſi quantum ad ius temporale & limitatum quod in eo habebat: & ſic concludo patronum teneri huiuſmodi mulierem ſeparatam, etiam viuente viro, recipere in fidem, & ei feudum emancipare cum fructibus à tempore dictæ ſeparationis collectis bona fide non conſumptis.

86. ¶ Quod ego limito, niſi patronus probabiliter oſtendere poſſit huiuſmodi ſeparationem tantum in fraudem ſui eſſe factam, de quo puto ſufficienter conſtare, ſi bona ſuperarent ſufficientia ad onera matrimonialia, & maritus ea non dilapidabat, nec vxorem male tractabat, nec alia committebat, quæ repetitionem dotis conſtante matrimonio inducunt. de quibus in *l. ſi conſtante. D. ſolut. matri. & d. l. vbi adhuc. & l. in rebus.* Alioquin ſubſiſtentibus iſtis cauſis ſeparationis, quamuis ſeparatio bonorum partim inducatur ad obuiandum ne patronus lucretur fructus feudorum vxoris, & forte hoc ceſſante non fieret vel acceleraretur ſeparatio: tamen puto reſolui ius patroni. Tum quia ſeparatio quamuis ſuperueniens fit ex cauſa iuſta antiqua, & debita ante delictum mariti, & ius inde acquiſitum patrono. Tum quia patronus certat de lucro, vtpote de pœna quæ cenſetur haberi ex cauſa lucratiua. text. in *l. apud Celſum. §. authoris. iunctis gl. in verb. noxæ. D. de excepti. dot.* Bar. in *l. Mœuio. §. duobus, col. pe. D. de leg. 2.* Alex. in *l. cum mulier. in fi. 2. col. D. ſolu. matr.* maxime cum patrono integra remaneat actio ex delicto communi contra maritum, ad damna & reparationem iniuriæ illatæ. *vt j. eo. q. 49.* Mulier * autem certat de damno vitando, recuperando, & conſeruando, eo quod ſuum eſt, & ſic in dubio venit præferenda, quoniam in re obſcura melius eſt fauere repetitioni quam aduentitio lucro, inquit text. in *l. non debet adfori. in fi. D. de reg. iur.* Tum in dubio pro repetitione & reſtitutione dotium iudicandum eſt *l. in ambiguis. D. de reg. iur.* fauore dotis cuius cauſa ſemper vbique præcipua, inquit Vlp. in *l. 1. in prin. D. ſoluto matr.*

* Patronus certans commiſſum certat de lucro.

87. ¶ Sed quid ſi maritus vxori reconcilietur, & iterum ſeparatione ſubmota (quod qualiter fiat dictum eſt in *d.* §. 106.) recuperet priſtinum ius quaſi dominij adminiſtrationis & commodi fructuum in feuda vxoris? Dico, quòd niſi etiam reconciliatus fuerit patrono, redibit patronus ad ius ſuum & fructus faciet ſuos pro tempore mariti, quia vitium ingratitudinis ſemel contractum donec gratia patroni deletum ſit, perpetuo ſequitur & comitatur perſonam ingrati, ſicut lepra leproſum, vt verbis vtar glo. & docto. in ſimili in *l. quid ergo. D. de pecul. in l. 3. D. pro ſocio.* & per nor. in ſimili in *q. præcedenti.* 88. ¶ Secundo vero caſu ſcilicet reſpectu conquæſtuum ſtat concluſio, quòd ſolius mariti negatio aut felonia facit feudum in totum & perpetuo committi, & acquiri patrono etiam in perpetuum in præiudicium vxoris. Tum primo, quia maritus conſtante matrimonio eſt pleno iure dominus omnium bonorum conquæſtuum, & non vxor, licet ipſa habeat dominium mediæ partis in habitu, ſed infirmum & reſolubile, & quod non exit in actum nec habet vires niſi in puncto diſſolutionis vel ſeparationis matrimonij, vt diximus j. §. 110. Tum ſecundo, quia maritus poteſt nomine ſuo proprio conquæſtus alienare etiam dando & diſputando, vt ibi. Tum tertio, quia etiam quod durius eſt præter intentionem mariti propter eius delictum in totum confiſcantur non reſeruata aliqua parte vxori, vt diximus 5. §. 35. *num. 2. & j. §. 107.* Igitur multo fortius poteſt ſtatu perſonæ manente integro, ea

confiſcare patrono ex cauſa negationis vel feloniæ, quum hoc procedat magis ex natura & conditione rei huic oneri affectæ, quàm ex punitione delicti, vt *infra* §. 21. *num.* 87.

89. ¶ Hæc concluſio ampliatur primo etiam ſi ſedum vir, ſed etiam vxor eſſet recepta in fidem feudorum conſtante matrimonio acquiſitorum, etiamſi expreſsè nomine communi, vel etiam per ſolam vxorem eius nomine quæſita eſſent, dummodo cadant in conquæſtum: quia communitas acquiſitionis & inueſtituræ, non derogat iuri & qualitati conquæſtuum, nec facit quin maritus pleno iure dominus ſit & alienare poſſit, tam expreſſe refutando, quàm abnegando, aut aliàs non in fraudem vxoris contrahendo vel delinquendo. * Secus ſi feudum eſſet acquiſitum, vt conuerteretur in propria vxoris, ita quod non cadat in conquæſtum. Amplio ſecundo etiam in conquæſtis quæ prius erant propria vxoris, ſed in contractu matrimonij dictum fuerit quod ſortirentur ius & naturam conquæſtuum, quia tunc idem & per omnia etiam in præiudicium & damnum vxoris iudicatur quod de mero conquæſtu, imò etiam in præiudicium filiorum vxoris, & ad commodum filiorum viri ex alia, vxore vt ſcripſi in pulchra *g.* ĩ. 112. Secus ſi ſolum actum eſſet quòd propria vxoris efficerentur communia, prout aliàs vidi de facto, quia tunc nullo modo eſſent conquæſtus, ſed ſimpliciter communia, tanquam vtrique propria pro æquali parte indiuiſa, vt diximus ĩ. §. 110. qualitas enim conquæſtus multum ſuperaddit vltra naturam ſimplicis communionis, vnde tali caſu ſolum pars viri poſſet ab eo alienari vel confiſcari perpetuo, & non portio vxoris niſi ad tempus mariti, vt in prima parte huius quæſtionis.

* Differentia inter communia & cõquæſtus.

90. ¶ DECIMOSEXTO quæro, quid de negatione vel felonia commiſſa per * vxorem vaſſalli? diſtingue, aut quæritur de feudis propriis viri, aut de conquæſtis, aut de propriis vxoris. Quantum ad primum expeditum eſt negationem vel offenſam vxoris non magis eſſe in conſideratione, quàm negationem vel offenſam extranei cuiuſlibet, ſaluo ſi mandato, vel inſtigatione, aut patientia mariti, aliquid pernicioſum molita fuerit in patronum, vel ſi poſt factum vaſſallus gratum habuerit, vel impedierit iuſtitiam patrono ſuo miniſtrari, prout ĩ. *eo. g.* 40. dicemus de offenſa facta per filium vel familiam vaſſalli. Quantum ad ſecundum, aut agitur de ſimplici negatione, aut de alia offenſa punibili: primo caſu ſit concluſio nullo modo attendi negationem vxoris, niſi ad hoc ſpecialiter à viro authorata fuerit, quia tunc in totum nocet vtrique, ac ſi vir ipſe abnegaſſet, alioquin neutri nocet tanquam facta à perſona minus legitima. Sed nunquid patronus poſſit inſtare, vt ſine præjudicio iuris mariti conſtante matrimonio, dimidia feudalium conquæſtuum concernens vxorem, declaretur cecidiſſe in commiſſum ſortiturum effectum dumtaxat poſt diſſolutum matrimonium, prout in condemnationibus ratione doli vel delicti per mulierem conjugatam commiſſi diximus *infra* §. 114. Et non puto vtique adeo lubricum linguæ mulieris curandum, vel ponderandum, & ſatis eſt quòd negatio huiuſmodi non eſt facta per verum dominum vtilem & vaſſallum, qui eſt ſolus maritus in iſtis conquæſtis per prædicta. Et ſic circa conquæſtus non bene verificarentur verba huius §. in negatione mulieris.

* Negatio vxoris vtrum noceat marito adde Tit. Codicis ne vxor pro marito.

91. ¶ Secundo vero caſu, dico quod licet poſſit conſtante matrimonio fieri condemnatio pro delicto communi exequenda ſuper bonis vxoris ſoluto matrimonio per not. *infra* §. 114. tamen non poteſt declarari nec adjudicari commiſſum portionis feudalium mulierem concernentis, etiam poſt ſolutum matrimonium dumtaxat exequendum. Ratio, quia fieret præiudicium marito, qui interim pleno iure dominus eſt, & poteſt libere vendere, nouare aut aliter inter viuos diſponere, ſine onere ſocietatis vxoris. Sed marito culpa vacanti, nullum præiudicium fieri debet propter quodcunque delictum vxoris, quamuis per delictum mariti, quem ſequitur damnatio capitalis, præiudicetur vxori in omnibus mobilibus & conquæſtis, ſed iſtud eſt contra rationem in quibuſdam locis vſurpatam, & nullo modo extendendam, nec trahendam in conſequentiam. *l. quod vero. l. quod non ratione. D. de legibus. vt etiam dictum eſt infra* §. 111. §. 198. Sufficere igitur debet patrono quòd contra mulierem obtineat reparationem & condemnationem damni & iniuriæ, ſicut pro delicto communi, exequendam quantum ad pœnam pecuniariam ſuper bonis mulieris vel eius hæredum poſt ſolutum matrimonium, & etiam adiudicationem commiſſi feudorum proprio rum mulieris exequendum poſt ſolutum matrimonium. Non autem debet adiudicari aliquid commiſſum ſuper conquæſtus feudalium vel eorum parte, cùm patronus habeat virum qui eſt fidelis & vaſſallus horum conquæſtuum pro ſolido & pleno iure, vt dictum eſt.

92. Quantum ad tertium, pariter diſtinguendum inter ſimplicem negationem & aliam offenſam quæ cadit in crimen punibile, vt ſimplex negatio mulieris conjugatæ non noceat, tanquam facta ſit à perſona illegitima, niſi prius in illa cauſa authorata fuerit à viro vel à iudice, quo caſu omnino præiudicat mulieri, quia ius commiſſi acquiritur ſtatim patrono, & adiudicabitur probato patronatu vt prædictum eſt. Sed non habebit executionem, nec ſortietur effectum conſtante matrimonio, ne fiat præiudicium viro ad quem ſpectabant fructus. Et hoc niſi vt authorauerit vxorem ſpecialiter ad prædictam negationem. Idem ſi mandauerit vel inſtigauerit hoc fieri, quia tunc cùm ſit particeps culpæ, iuſtum eſt vt ſit particeps & pœnæ, ſecus ſi tantum in genere authorauerit vxorem in lite mota, vel mouenda ratione proprtiorum vxoris, etiam aduerſus patronum ad defenſionem iurium vxoris, & validitatem iudicij. Secundo vero caſu indiſtinctè nocet mulieri ſine præiudicio mariti, dummodo non fuerit in culpa, vt modo dixi. Ratio * differentiæ inter negationem & aliam offenſam eſt, quia negatio quum non ſit niſi actus verbi iura rerum & poſſeſſionem concernens magis quàm perſonas, non eſt de ſe crimen, & ſic vt inducat priuationem feudi, requiritur quòd fiat & perſona legitima, quemadmodum & agnitio feudi, vt dictum eſt ĩ. *eo. g.* 13. Vnde quemadmodum mulier conjugata etiam maior annis non eſt habilis ad agnitionem patroni ad ſubeundam fidem & clientelam, niſi à viro vel à iudice authorata. *vt* ĩ. §. 35. *num.* 3. 12. ita non eſt habilis ad abnegationem patroni ad exuendum clientelam & amittendum feudum, imò nec ad ſimplicem prouiſionem mediante negatione obtinendum, niſi debite authorata & legitimata: ſecus ſi in cæteris culpis quæ cadunt in crimen de ſe punibile, quia capax delicti, capax eſt pœnæ. *l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. delict. l. Impunitas. C. de pœnis.*

* Differentia inter negationem & felonium.

93. ¶ Ex quibus etiam infero, quòd prodigus, cui interdicta eſt bonorum adminiſtratio ſine alterius authoritate, committet feudum per offenſas cadentes in delictum: ſed non per ſimplicem abnegationem, niſi facta ſit in iudicio, & cum authoritate curatoris, ad legitimationem perſonæ. plus dico, quòd ſi curator imponeret authoritatem ad abnegationem extra iudicium non valeret, quia eſſet interpoſita voluntariè, & ſine iuſta cauſa *arg. l. fin. verſi. non autem. C. ſi maior. factã.* ſecus ſi in iudicio ſolenniter & ad finem obtinendum prouiſionem feudi prehenſi, & adhuc poterit prodigus ſicut minor in integrum reſtitui, niſi de dolo & malitia appareat. iuxta no. ĩ. *eo. g.* 13.

a Aliquis prævassallum ante ingratitudinē ab eo admissam, vtrum superueniente ingratitudine reuocentur.

94. ¶ DECIMOSEPTIMO quid si vassallus* ante ingratitudinem quædam membra feudi alienauit, puta sub censu vel reditu annuo concedendo, deinde abnegauit patronum vel aliam feloniam commisit, certum est, feudum reuocari, sed an etiam reuocentur alienata? Et primo videretur quòd non, *per l. his solis. C. de reuoc. donat.* Vbi si donatarius ante ingratitudinem rem donatam vel partem quocunque modo aliàs legitime alienauerit, non reuocantur res alienatæ. In contrarium, quia ſicubi, maxime tamen in feudis viget illa regula, resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. *vt in c. 1. §. rursus. quib. mod. feud. amitt. c. 1. §. quid ergo de inuest. & re ali. fac. c. vnico §. præterea. de capi. corrad.* Præterea hoc videtur de mente consuetudinis nostræ, quia si feudum aperiatur sine culpa & delicto vassalli, puta morte: resoluta sunt interim omnia iura eorum quæ acceperunt & acquisierunt à vassallis, nisi sint infeudata & approbata à patrono, qui aliàs toto feudo liberè fruetur, text. supra, §. 28. & j. §. 59. Igitur multo fortius quando feudum culpa & delicto vassalli aperitur, nec videntur similia quando vassallus vendit vel quando delinquit: puta quando vendit, si patronus velit retrahere, obligatur à consuetudine ad soluendum integrum pretium, & subeundum eandem conditionem quam subiturus erat emptor, vt dictum est j. §. 20. *gl. 5. q. 5. num.* 26. 27. Sed quando vassallus delinquit in patronum contra legem feudi, consuetudo nulli oneri subijcit patronum, sed simpliciter, purè & absolutè disponit feudum committi & acquiri patrono, & patronus occupat mere & pure iure feudali, & tanquam patronus, & nullo modo tanquam emptor, vel tanquam priuatus aut subrogatus loco priuati: igitur intelligitur reuerti in statu & forma primitiua in qua emanauit. per no. in *d. gl. 5. q. 5.* Tum licet feudum resoluatur superueniente delicto & facto vassalli, non tamen resoluitur eius voluntate & facto per eum ad hoc ordinato. Sed virtute legis feudalis ab initio concessionis feudi illi impressæ. Et sic ius resolutionis & commissi ante alienationes vassalli erat impressum tali feudo, & membris alienatis, & consequenter non videtur alienationes posse præiudicare iuri patronii quod est antiquius.

b Tus commissi non extenditur ad alienata.

95. Breuiter concludo primam partem esse* veram, quia apud nos feuda sunt patrimonialia. Et vbi habemus dispositionem iuris communis, non est recurrendum ad dictos alienos vsus feudorum compilatos per Obertum: vnde quæstio nostra potius debet decidi secundum terminos legis fin. *& l. in his solis. C. de reuocand. donatio.* quàm secundum d. vsus feudorum per no. ſ. in *rub. ad fin. num.* 50. Antequam igitur vassallus incidat in ingratitudinem priuatione dignam, liberam habet administrationem feudi, sicut rei suæ patrimonialis, saluis iuribus dominicis patroni. Vnde sicut mediam partem feudi potest vendere, vel donare, irrequisito patrono: & si post efficiatur ingratus, solum portio quam retinuit confiscatur, & non portiones alienatæ vt est notum: pariter si alienauit retento censu vel reditu, non cadit in commissum quod fuit alienatum, sed solum ius retentum, & generaliter dico quòd solum tantum & tale ius committitur, quantum, & quale inuenitur habere tempore ingratitudinis. & rectè perspiciendo, consuetudo nostra non intelligitur nisi de re & iure, quod vassallus habet tempore negationis: alioquin sequeretur delictum vnius redundare in pœnam alterius, quod est absurdum & inconueniens, saltem in hoc regno, in quo propter multitudinem rerum feudalium inductum est, vt iure patrimonialium regerentur, ne commercium tolleretur inter regnicolas, quod accideret si propter voluntariam negationem vassalli, qui forte non erit soluendo, resoluerentur & extinguerentur omnia iura eorum qui contraxerant cum prædecessoribus suis: quæ incontinentia cessant in prehensione feudali, quæ fit ex simplici apertura seu propter mutationem vassalli, quia facile est iuri patroni satisfacere, & omnia aliorum iura conseruare, prout conseruantur per media deducta. supra §. 28.

96. ¶ DECIMOOCTAVO quæro, Quid in negatione vel felonia commissa per * vassallum proprietarium alio habente feudi vsumfructum: & videretur vsumfructum resolui. Quoniam resoluitur feudum, & omne ius eius qui concessit vsumfructum, idque ex causa antiquiori & potentiori, videlicet ex lege feudi concessi ad onus commissi in casum negationis & feloniæ, & circumscriptis præfatis vsibus feudorum in terminis iuris communis. & *l. fin. & l. his solis. C. de reuoc. donat.* decidit in simili Franc. Ripa. in *repet. d. l. fin. quæst. 53. in fi.* quod ingratitudo filij donatarij, præiudicat patri habenti vsumfructum, & facit illum resolui, sicut aliàs resoluto iure donatoris, &c. Sed hoc non obstante dicendum est in q. nostra, vsumfructum non amitti nec resolui per not. in *quæst. præced. & sequen.* Nec obstat d. decisio Francisc. Ripa. quia respondetur primo quòd loquitur in eo qui habet vsumfructum immediate ex generali dispositione legis, eo ipso quòd alicui acquiritur proprietas, prout *l. cùm oportet, & l. fin. C. de bon. quæ liber.* generaliter disponunt partem habere vsumfructum omnium bonorum aduentitiorum filiifam. Et sic facile resoluta acquisitione proprietatis, eodem modo resoluitur acquisitio vsufructus, prout not. doct. in *l. fi. C. de senten. passis in l. Gallus. §. & quid sit tantum. D. de liberis, & posthum. in cap. inter quatuor. de maior. & obedien.* quòd resoluta condemnatione, eodem medio resoluitur acquisitio facta tertio immediatè ex eadem condemnatione, dispositione legis: secus si esset facta facto hominis separato, vt in terminis quæst. nostræ vsufructus non fuit alij acquisitus ex ipsa infeudatione, sed ex superuenienti & separato facto vassalli. Respondeo secundo, dictam opinionem * Francisci, non esse veram, probo per text. in *l. finali. §. filius.* quem allegat, vbi filiusfamil. prohibetur alienare, vel hypothecare, aut aliter disponere de rebus, in quibus pater habet vsumfructum sine consensu patris: & sic prohibitus est alienare, non fauore suo, sed fauore alterius. Igitur non potest in illius præiudicium etiam delinquendo alienare per iura allegata *supra eodem. quæstione 14. numero sexagesimoquinto.* Satis est etiam confiscari vel amitti ius quod competit ipsi delinquenti, & non congruit propter hoc derogari iuri alteri sine fraude quæsito ante delictum.

a Negatio proprietarij vtili nocet vsufructuario.

b Contra Franciſc. Ripa.

97. ¶ DECIMONONO quæro, de quæstione præcedentibus accommoda quam format Ioannes Fabric. *instit. de vsufructibus §. finitur. col. secunda.* Vassallus * subinfeudauit feudum suum, vel eius partem sincere & sine fraude. iuxta. *c. 1. si de feud. defunct. content. fu. inter dominum & agnatum §. beneficium. & c. 1. §. 1. primo d. l. Conrad. in vsibus feud. de quo dicetur* j. §. 51. deinde idem vassallus commisit feloniam, vel aliam culpam ex qua potest priuari feudo. Vtrum etiam subuassallus iure suo priuari possit? Et siquidem infeudatio facta sit superioris patroni consensu, extra dubium est, quòd non potest priuari propter culpam mediati vassalli: si autem facta sit sine eius consensu, secus videtur quasi resoluto iure donatoris. Tamen idem decidit Ioannes Fabri. quòd indistinctè non committatur nisi ius delinquentis, & ius subuassalli. per text. in *c. 1. §. sin autem dissentiente in fi. quali. olim pater. feud. aliena.* Vbi dicitur, quòd si subuassallus velit recognoscere à superiori patrono, & manere vassallus eius immediatus, facere potest, & non priuabitur iure suo. Et hanc decisionem sequitur Ioannes Ray. in *l. imperialem §. illud. de probib. feud. alien.* per Feder.

a Subfeudata vtrum reuocentur commissa ingratitudine vel felonia per infeudantem.

Digitized by Google

Iacob. de S. Georg. in *inueſtitu. in verbo. dictique vaſſalli. promi. non commit. feloniam col. 3. verſ. vlterius quæritur.* Zaſi. in *epit. feudo. parte decima. concluſio. 10. in fin.*

58. ¶ VICESIMO generaliter quæro, Quid in penſionibus, redditibus, * ſeruitutibus, hypothecis & aliis quibuſcunque impoſititiis oneribus? Quia ſuper his late diſputatum eſt ℣ §. 20. *gl. 5.* per tres totas quæſtiones, hic non immorabor, ſed in ſententia perſeuerando, dico non reſolui commiſſum, quod fit & contingit ſiue mera & ſpontanea voluntate vaſſalli, puta refutatione vaſſalli reſignantis & abdicantis feudum patrono, ſiue aliter, puta quando ingratitudinem ſeu feloniam committit in patronum. Et ratio illa ſufficit quòd ipſum feudi dominium vtile, quod vulgo proprietatem vocamus, eſt patrimonium vaſſalli, & iure patrimonialium regitur. Secus eſſet, ſi feudum non caderet in commiſſum, ſed ſui ipſius natura per ſe finiretur. vt ſi eſſet conceſſum ad certa tempora, vel generationes quæ expirarent. quoniam feudum hoc modo per ſe finiri, & feudum facto vel culpa vaſſalli committi multum differunt: primum cadit in eccleſiam, ſed non ſecundum, niſi ad vitam peccantis. Primum procedit, ex natura patrimonij vel iuris originaliter ad certos fines limitati, quos non poteſt egredi: ſecundum procedit ex nouo & ſuperueniente facto vel culpa hominis, quum de ſe perpetuum eſſet patrimonium, & illud habens poterat in perpetuum libere diſponere. ſimile eſt in *l. his ſolis. C. de reuocand. donat.* Vbi donatarius habet rei donatæ liberam facultatem ad diſponendum perpetuo tanquam de ſuo patrimonio, licet ſi contingat eum ingratum eſſe, poſſit reuocari, vnde quæcunque alienat vel diſponit antequam ingratus ſit, rata manent, & non reuocantur per ingratitudinem ſequentem.

* Seruitutes & hypothecæ & inutilia onera, vtrum reuocentur per ingratitudinem vaſſalli

99. Vnde quamuis * Alberi. ibi quem ſequitur Franciſc. Ripa. *in repet. d. l. fin.* Et And. Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam in verb. reuertatur num.* 172. tenuerint hypothecas tertiis conſtitutas reſolui per ingratitudinem ſequentem: ego ſum in contraria ſententia quòd non reſoluuntur, quia etiam totius rei alienatio manet, igitur multo fortius ſimplex hypotheca, vt etiam dixi ſupra §. 33. *q.* 13. & ratio *d. l. his ſolis.* in hoc fuit duplex. Prima, quia tempore alienationis donatarius erat pleno iure dominus. Secunda, quia per ſuperuenientem culpam donatarij non debet præiudicium fieri tertio, cui ius ſemel eſt quæſitum, quæ rationes æque militant in conſtitutione hypothecæ, ſicut in alienatione partis dominij. Et ita apud nos ſeruatur & generaliter obſeruandum eſt in patria conſuetudinaria, niſi ſicubi & quatenus ſpecialis conſuetudo loci aliter diſponeret, prout conſuetudo Trecenſis, §. 20. & conſuetudo Caluimontis, §. 24. diſponunt patronum æque frui feudo ſine onere impoſititiorum redituum, & hypothecarum in caſu commiſſi perpetui, atque in caſu ſimplicis aperturæ: ſed eſt nimis durum creditores iura ſua in totum amittere. Vnde conſuetudo Niuernenſis. *eo. tit.* §. 30. vult patronum in caſu commiſſi teneri refundere creditoribus ſortem principalem, ſed non vult præciſè teneri ad continuanda onera, quod eſt æquum & rationabile.

* Nor. ſing. obſcra Alber.

100. ¶ VICESIMO PRIMO quæro, vaſſallus * donauit feudum ſed non tradidit: deinde negauit patronum, vel aliam noxam commiſit priuatione feudi dignam: vtrum feudum committatur patrono ſine onere dictæ donationis? Breuiter dico quòd ſic, quia ſolum donatario competebat oblatio perſonalis, quæ non ſequitur fundum. *l. fin. in fi. D. de contrahen. empt. & vend.* cum vulga. Et ſicut donator poterat alienare in alium, ita & in patronum *l. fin.* §. 1. *D. de donatio. l. quoties. D. de reb. ven.* Nec obſtat ſi dicatur hoc eſſe verum quando alienat per contractum, ſecus ſi per delictum: quoniam ſi bona omnia confiſcaret, * transiret res in fiſcum cum onere, & aduerſus fiſcum poſſet donatarius ceſſante omni donationis fraude, agere ad traditionem *per l. tutoris. C. ad leg. Iulian. de vi public. l. ſi vt proponis. C. de bon. proſcript. l. ſi marito. in prin. D. ſolut. matrim. l. 2. D. de capit. diminu. l. princeps bona. D. de verbor. oblig.* & diximus ℣. 198. quia hoc eſt verum quando omnia bona vel quota ſub nomine vniuerſi confiſcantur, quia tunc tranſeunt cum honore, ſecus ſi vna certa res tantum, vt hic; vnde etiam ſi maxime conſtet donationem ſincere & ſine vlla fraude & cogitatione commiſſi futuri factam eſſe, adhuc idem iuris eſt. Idem dico (& hæc eſt prima ampliatio) ſi vaſſallus prius vendidiſſet feudum recepto pretio, vel illud dediſſet in ſolutum citra traditionem, deinde patronum offendat.

* Confiſcatio bonorum ſit cum onere.

101. Nec obſtat quòd hoc caſu emptor vel ceſſionarius certant de damno vitando, patronus autem de lucro captando, quia patronus non habet omnino lucratiuam cauſam, quia propter titulum infeudationis præcedentis ad hoc onus factæ, cenſetur potius reuerti ad rem ſuam, & ius antiquum recuperare, quàm lucrari & de nouo acquirere. Tum quia ius commiſſi ſtatim rem ipſam afficit: vnde etiam multo fortius (& hæc eſt ſecunda ampliatio) ſi emptor ponat in facto & offerat probare, quòd poſt venditionem ſibi factam, venditor in eius fraudem abnegauit, vel offendit patronum, non eſt admiſſibilis: nec hoc ſufficit, niſi etiam ponat & probare offerat, patronum fraudem participaſſe, quamuis aliàs is qui emit feudum poſſit agere reuocatoria, etiam non facta aliqua diſcuſſione (ex quo agitur de re debita in ſpecie) contra eum qui poſtea accepit titulo oneroſo, probando fraudem participatam, vel etiam ſine fraudis participatione contra eum qui titulo lucratiuo accepit, vt tradit Bald. in *rubrica. C. de reuocandis his quæ in fraudem credit.* ſequitur Ial. *inſti. de actio.* §. *item ſi quis in fraudem col. 11. num. 116.*

* Reuocatoriæ actiones.

102. Et ratio eſt duplex, prima, quia iura, quæ concedunt huiuſmodi actiones * reuocatorias, loquuntur in alienationibus voluntariis ſuperuenientibus in fraudem præcedentis obligationis, non autem in alienationibus neceſſariis, quæ fundantur in cauſa antiquiori, vt hic confiſcatio feudi ex capite ingratitudinis, fundatur in prima infeudatione & origine feudi. Secunda, quia patronus qui habet ius antiquius remaneret in damno, quia non haberet competentem ſatisfactionem feloniæ, niſi feudum ſibi adiudicaretur prout ſecundum legem feudi fieri debet in vltionem iniuriæ. c. 1. §. denique. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Et hoc niſi patronus fuiſſet fraudis particeps vel aliàs in culpa. Si vero vaſſallus voluntarie repudiaret, vel abdicaret feudum patrono, puto non præiudicari præcedenti donatario, niſi iuxta notata in dict. *l. quoties. C. de rei vendic. & in dicta rubrica de reuocandis quæ in fraudem credit.* & vt compendioſè loquar, idem in terminis noſtris dicendum eſt de refutatione, donatione vel venditione facta patrono, ac ſi cuique tertio, vel extraneo eſſet facta.

103. Amplio prædicta tertio, etiam ſi donatarius vel emptor nanciſcatur traditionem & poſſeſſionem feudi, antequam patronus conqueratur manum injiciendo feudo, vel in iudicio agendo ad declarationem commiſſi. Ratio, quia * ius commiſſi eſt ius reale, & quamuis feudum non fuerit reſolutum ipſo iure, tamen ſatis eſt quòd ſtatim à denegatione vel delicto fuit acquiſitum patrono ius vel actio commiſſi, quæ rem afficit priuſquam eſſet donatario vel emptori ius in re acquiſitum. Eſt enim res feudalis à principio primæ inueſtituræ hypothecata & affecta pro omnibus iuribus dominicis & feudalibus, vt diximus ℣. §. 59. Limitatur tamen, ſi patronus in vita

* Ius commiſſi eſt reale.

* Donatum feudum, nondum tamen traditum donatario, vtrū propter ingratitudinem donatoris cōmittatur domino.

taceret ſciens & habens tempus ſufficiens, vel ſi eo dem modo permitteret vaſſallum vel eius ſingularem ſucceſſorem frui ad vitam offenſoris, quia alterutrius morte interpoſita ſcientia & ſpatio ſufficienti, perit huiuſmodi perſecutio, per not. j. *eod. q.* 33. 34. Amplio quarto, etiam ſi vaſſallus ante offenſam hypothecaſſet feudum, vel etiam generaliter omnia bona ſua donatario, vel emptori pro ſecuritate contractus: quia ſicut hæc clauſula hypothecæ non impedit alienationem & dominij tranſlationem in *l. ſi ita quis. §. ea lege. D. de verb. oblig. l. ea l. C. de condi. ob cauſ.* Sic non impedit ius commiſſi erga patronum. non tamen reſoluitur hypotheca, ſed remanet & operatur quòd diſcuſſis bonis alienantis, poterit emptor vel donatarius habere recurſum contra patronum per actionem hypothecariam, pro ſatisfactione ſuorum damnorum & intereſſe, *iux. no. in ſimili.* j. *eo. q.* 23.

104. VICESIMOSECVNDO quæro, quid ſi vaſſallus ante negationem vel aliam feloniam commiſſam * locauerit fundos & reditus feudi vſque ad tres vel nouem annos: an patronus poſſit expellere colonum ante tempus? Videtur quòd ſic, ſaltem quando vaſſallus nunquam fuerat inueſtitus: quo caſu poteſt patronus ſi velit incipere à prehenſione feudali, & ſic expellere colonum, & tantum ei reſtituere ſumptum feminis & laboris ſi quis ſit, *vt infra* § 56. 59. Tum ſecundo per legem *filiofamilias. §. ſi vir. in quinquennium. D. ſolut. matrimo.* Vbi mulier poſtquam ſoluto matrimonio recuperauit ius priſtinum, non tenetur præciſe ſtare colono appoſito per maritum tempore quo erat dominus dotis. vt ibi tenent Bartholus, Baldus, Paulus, Alexander & omnes. Igitur nec patronus, poſtquam ſecuto commiſſo reuerſus eſt ad ius priſtinum. Tum tertio, patronus non ſuccedit per modum tranſmiſſionis iuris à vaſſallo in eum, ſed per modum priuationis ſeu negationis iuris vaſſalli: igitur indiſtinctè non tenetur ſtare colono, ſicut nec proprietarius hoc modo ſuccedens fructuario. *l. ſi quis domum §. primo. D. loca.* Vt eſt concluſio Bald. in *leg. diuortio. in princip. col. fin. verſic. ex prædictis. D. ſolut. matrim.* In contrarium videtur: primo quia vaſſallus poterat locare ad longum tempus in præiudicium patroni. Igitur, multo fortius potuit locare ad modicum tempus. Secundo, quia vaſſallus ante feloniam & tempore locationis habebat plenam adminiſtrationem: patronus autem ſecuto commiſſo quamuis ſit ſucceſſor ſingularis, tamen eſt ſucceſſor neceſſarius ex diſpoſitione legis huius conſuetudinis, igitur tenetur ſtare colono. *argum leg. ſi tutela. D. de adminiſtrat. tuto.* & eſt theoria Alberici. Bartho. in *dicto §. ſi vir in quinquennium.* quem Bal. & Saly. ſequuntur in *l. empt. C. de loca.* Stephan. Aufre. *in additio. qu. Tholo.* 420. *in fin.*

* Antecetur ſtare colonus vaſſalli ingrati domino.

105. Reſoluendo dico, quòd ſi vaſſallus ante admiſſam noxam locauerit ad longum tempus, ceſſante fraude noxæ præmeditatæ, & futuri commiſſi, tenetur patronus ſtare colono, ſicut & cæteris habentibus hypothecas vel alia iura in re, quia feudum non committitur niſi quale eſt tempore commiſſi vel delicti, ex quo ius commiſſi oritur, vt dictum eſt. Si vero vaſſallus locauerit ad modicum tempus, tunc aut ſine hypotheca, & omnino poteſt patronus expellere colonum, quia ſimplex perſonalis obligatio vaſſalli non ſequitur fundum: aut ſub hypotheca feudi, & committitur patrono cum onere hypothecæ, ſecundum ea quæ in quæſtione ſequenti. Reſpondendo ad contraria non obſtat primum, quia fidelitate & iuribus per vaſſallum oblatis patrono, ſi patronus non prætendat commiſſum tenebitur reſtituere feudum, & ſic pro tempore futuro ſtabit locatio etiam ſimplex & ſolum patronus fructus medij temporis quo prehenſio duraui, lucrabitur ſine aliquo onere ſi vero declaret ſe velle vti commiſſo, adhuc idem niſi incontinenti doceat. alioquin pendente ſuper hoc lite, feudum reſtituendum eſt vaſſallo, vt ſupra eodem, numero viceſimo quarto. *& infra eodem, quæſtione* 40. Imò ex quo commiſſum non præiudicat præcedenti locationi ad longum tempus, ceſſante poſt iuſtas oblationes virtute prehenſoria, ſtatim debet huiuſmodi locatio ſortiri effectum. Vnde, licet patronus volens prompte docere de commiſſo, poſſit recuſare leuationem manus reſpectu vaſſalli, qui iura obtulit, non tamen reſpectu tertij habentis ius in re, ſiue ſit ſubuaſſus, ſiue colonus ad longum tempus, ſiue emphyteuta vaſſalli, quibus fructus debebunt reſtitui à tempore oblationum feudalium: ſi vero nullus ſit vaſſallus vel contemnat, poterunt hi ſibi prouidere, iuxta nota. 5. §. *decimooctauo.*

* Contra cõmunem.

106. Non * obſtat ſecundum, quia dico veritatem eſſe quòd mulier ſoluto matrimonio, tenetur præciſè ſtare locationi ad modicum tempus factæ per maritum, ſicut aliàs locationi ad modicum tempus factæ per prælatum nomine eccleſiæ, tenentur eccleſia & ſucceſſor præciſè ſtare. Et ita expreſſim decidit Ioannes de Ana. in *c. quærelam. columna quinta. numero nono. in fin. ne prela. vices ſuas.* Et ratio eſt, quia maritus tam in terminis iuris, quàm in terminis noſtræ conſuetudinis, habet legitimam adminiſtrationem bonorum dotalium, ſiue propriorum vxoris in qualitate mariti: & ſic locationi ad modicum tempus aliàs recte factæ in qualitate mariti, & ad cauſam vxoris, tenetur mulier præciſè ſtare non obſtante theoria Alberic. & Barthol. & communi ſententia in *dicto §. ſi vir. prout plenius dixi infra* §. 108. Secus eſt in vaſſallo, qui ante commiſſum proprie non habet aliquam adminiſtrationem rei alienæ, ſed habet plenum ius in re ſua, & quando locat, tantum nomine proprio contrahit, & nullomodo nomine patroni, prout nullam iurium patroni habet adminiſtrationem: & ſic ſeipſum tantum obligat, & non patronum.

107. Qui etiam ſuccedit per modum priuationis, & non tranſmiſſionis. non enim capit ius vel cauſam à vaſſallo, ſed à ſeipſo tanquam finito & extincto iure vaſſalli. Sed caue ne æquiuoces, quia iſta ratio ſimpliciter accepta concludit, quod indiſtincte patronus non tenetur de aliquo dato vel facto vaſſalli, etiam ſi prius eſſet conſtitutum ius in re: quare diligenter aduertendum quod quamuis patronus hoc caſu non ſuccedat per modum tranſmiſſionis proprie ſumptum, quia non habet cauſam à vaſſallo, tamen omne tale ius quod vaſſallus habet in feudo tempore ingratitudinis, ab eo aufertur, & diſpoſitione legis feudalis transfertur in patronum, & ſic fit quædam tranſmiſſio ſiue tranſlatio. non autem eſt mera & abſoluta priuatio ſiue extinctio iuris vaſſalli, prout eſt mera priuatio iuris vſufructuarij, quando vſufructus finitur. Et quamuis ſecundum vſus contentos in dicto libro feudorum mera priuatio & extinctio fiat vaſſallo, refutante vel offendente patronum, modo non ſuperſint agnati quibus debeatur feudum, iſtud apud nos ſeruatur, ſed feuda regulantur velut patrimonialia, quod eſt iuſtius, & rei publicæ vtilius, vt dictum eſt ſupra *eod. quæſtione viceſimaſeptima.* Secus, ſi feudum naturali ſuo curſu finiretur, puta ſi eſſet conceſſum ad certas vitas vel tempora quæ expirant, tunc enim patronus ad quem feudum ſic finitum reuertitur, non tenetur de aliquo dato vel facto vaſſallorum.

108. ¶ VICESIMOTERTIO quæro, patronus iure commiſſi reducens feudum ad manum ſuam, inuenit colonum qui priùs licet ad tempus modicum, tamen ſub hypotheca conduxit: an poſſit eum expellere ſaltem offerendo ei damna & intereſſe? Hæc eſt ardua quæſtio & latiſſime patens, extenditur enim ad

Digitized by Google

emptorem donatarium, legatarium, & quemuis singularem successorem. Et in effectu est quærere, an isti teneantur præcisè stare simplici colono ratione hypothecæ, sicut aliàs tenentur præcisè stare colono etiam ad longum tempus, qui habet vtile dominium. Et quòd teneantur stare præcisè, & non possit expelli colonus (etiam ad modicum tempus) habens hypothecam, tradit Bartho. in *l.* 1. §. *quod autem. D. de superficie.* Baldus in *l. emptorem. C. de loca.* Paul. in *l. si merces.* § *qui fundum. D. de loca.* Et est ratio, quia virtute hypothecæ habet ius retentionis, vtper Barthol. & alios in *l. si non sortem.* §. *si centum. D. de condi. indeb.* Vnde fortiùs tenet Rapha. Cuman. in *l. si filiofam.* §. *fin. D. solut. matrim.* quòd si conductori res est obligata, & sic habet ius in re, si dominus donet alteri rem locatam, non poterit donatarius expellere inquilinum, quamuis pro vsu suo indigeat re locata, & quòd isto casu non habeat locum *l. eadem. C. de loca.* de cuius dicti veritate tracta. *infra* §. 163.

109. Resoluendo dico, veritatem iuris esse quòd hypotheca operatur, vt quicunque singularis successor teneatur stare simplici colono, non tamen præcisè, sed nisi velit refundere interesse non obseruatæ locationis. Habet ergo colonus ratione hypothecæ ius retentionis, non præcisè ad factum patientiæ, vt ei frui liceat ad finem vsque temporis conuenti, sed vt liceat ei frui, vel vt suum interesse ei refundatur, quo refuso vel oblato resoluitur ius retentionis & expelli potest. Et ratio, quia * hypotheca venit accessorie ad ius personalis, vnde non habet eam ampliare. *l. item liberatur. in princip. D. quibus modis pign. vel hypothe. sol. l. intelligere. cum Gloss. C. de luit pigno.* Sed personalis obligatio & actio descendens ex locatione, de iure non obligat præcisè, quum non sit nisi ad factum: sed sufficit soluere interesse. *l. si quis ab alio. in fin. D. de re iudica. cum vulga.* Vnde quamprimum singularis successor offert interesse colono, euacuatur obligatio principalis, & per consequens omnis hypotheca, *l. Paulus. aliàs Sempronius.* §. *qui pignoris. D. quibus modis pign. vel hypothec. sol. l. quum seruus. D. de distract. pignor.* & ita decidit Bartholus in *l. qui fundum* & ibi Saly. *D. de loca. in l. emptorem. C. de loca.* Et secundum ea quæ ibi scripsit Bartholus mortificandum est id quod tradit in d. *l.* 1. §. *quod autem. D. de superfici.* idem decidunt Bart. Imol. in *l. vectigalia in fin. D. de public.* Saly. in *l. mancipia. C. de reb. aliena. non alienand. & in d. l. emptorem.* Imol. Paulus Roma. Alexander. in *d. l. filiofam.* §. *fi. D. de soluto matrim.* practic. Papi. in for. *lib. ad fic. præsta. in verse. soluere neglexerit.* Ioan. de Ana. in cap. *querelam. col.* 4. *nu.* 9. *ne prælat. vic. suas.* Alexand. *cons.* 118. *in casu. colum. finali lib.* 5. Guido Papa in *decisione Delphin.* 480.

* Hypotheca non ampliat obligationē.

110. Et notab. quòd ad hoc sufficit locatorem generaliter omnia bona sua (vt ex stylo assolet) obligasse, nec requiritur specialis hypotheca rei locatæ quia regulariter tantum operatur generalis hypotheca quantum specialis. *l. generaliter. D. qui potio. in pigno. habe. l. si is qui. D. de iure fisci.* Operatur itaque ius retentionis vsque ad refusionem damnorum & interesse, non autem operatur quod singularis successor teneatur præcisè stare colono, vt est communis & vera opinio, quamuis in oppositum, quòd præcisè teneatur stare, tenuerit Soci. *in consilio* 90. *Visis quibusdam actis lib.* 4. Imò apud nos obseruatur, quòd conductor vel colonus non habet ius retentionis rei conductæ aduersus singularem possessorem pro liquidatione & refusione suorum damnorum & interesse: sed solum pro eorum adiudicatione. Ita * quòd si nouus dominus, qui personaliter non tenetur, agat contra inquilinum vel colonum, vt exeat & relinquat locum vacuum, offerendo ei damna sua & interesse, statim condemnatur colonus vel inquilinus ad exeundum sine præiudicio suorum damnorum & interesse, pro quibus res declaratur hypothecata.

* Praxis.

A Et hoc est multum rationabile, tum quia constat colonum vel inquilinum, nec dominum esse nec possessorem: tum ad obuiandum ne fraudibus & subterfugiis detentorum simplicium, domini & possessores frustrentur vsu & fruitione rei suæ. vt plenius dixi *infra* §. 163. Et ita à sexdecim annis & citra pluries vidi iudicari.

111. ¶ VICESIMOQVINTO, pone Titium fuisse dominum castri, & cuiusdam casæ, à qua quoddam feudum mouetur: Titius tamen recepit vasallum forte nouum acquisitorem in fidem, sed causam castri quasi feudum moueretur à castro, quum dependebat à casa: postea vendidit castrum retenta casa: vel decessit relictis duobus hæredibus, quorum alter successit in castro, & cæteris paternis, alter in casa, & cæteris maternis bonis. Hæres à latere materno, vtpote verus patronus feudi illud prehendit, vasallus se opponit dicens se tenere à castro vel domino castri, & sic vt prouisionem feudi sui haberet abnegauit actorem in patronum, non interpellato hærede patrono, eo quòd confideret in sua inuestitura, quam profert, per quam apparet inuestitus à defuncto tanquam à domino castri. Actor autem postquam concluſit ad finem commissi, lite super hoc contestata, probat liquido de errore huius vltimæ inuestituræ, & per antiquas inuestituras, & alia documenta docet moueri à casa, & consequenter se esse verum patronum: modo quæritur an sit locus commisso? Et videtur quòd sic per hunc textum, & maximè quum sit negatio plena in prima specie, videlicet tam respectu personæ patroni, quàm respectu rei dominantis, quorum vtrumque negatum est à vasallo qui licet doceat de iusto errore, non videtur excusandus, quia solenniter in iudicio abnegando, & litem super hoc contestando, subiecit se huic periculo quòd sciebat imminere, idque voluntarie, quum huiusmodi periculum vitare potuisset interpellato & requisito domino castri, & sic non videtur ei subueniendum. *argum. l. fideiussor.* §. *si necessaria. D. qui satisd. cogan. l.* 2. §. *si quis tamen. D. si quis cant.* Tum quia in iudicio etiam re integra non licet pœnitere, quum ius sit acquisitum patrono, vt dictum est supra *eodem quæst.* 4. Nec attenditur ignorantia vasalli etiam probabilis, vt supra *eo. q.* 3. 12.

112. ¶ His non obstantibus puto hoc casu distinguendum, aut vasallus post claram probationem factam à patrono & publicatam perseuerauit in lite, & euentum experiri voluit, & tunc locus est commisso. Aut verò cognitis probationibus patroni, pœnituit negationis offerendo actorem agnoscere in patronum, & non est locus commisso: & ratio est, quia nedum vasallus est in iusta ignorantia, sed illa ignorantia & error causatus fuit à præcedenti facto patroni vel prædecessoris eius. Vnde vasallus * venia dignus est, respectu eiusdem patroni vel successoris sui, qui causam erroris præstitit. Vnde magis debet huiusmodi error patrono tanquam authori imputari quam vasallo. facit quòd quis reuocare potest errorem, in quem inductus est facto vel dicto aduersarij, vbi aliàs reuocare non posset, vt tradit Barthol. in *l. non fatetur. D. de confess.* Bart. Bald. in *l. error.* & ibi laso. *nu.* 19. *C. de iur. & fact. igno.* Et errans etiam in facto proprio, suasione tamen aduersarij, censetur esse in errore iusto, & si non agatur de facto proprio vt hic, censetur esse in errore iustissimo. per doctrin. Bart. quam alij seq. in *l. Celsus. D. de vsucapio.* Et sic communis practica quæ habet quod non licet pœnitere in abnegatione feudi, post conclusiones formatas à patrono super commisso feudi, & quòd ignorantia non excusat, debet limitari, nisi procedat error facto actoris vel prædecessoris sui: quia tunc vsque ad probationes publicatas & conclusionem in causa pœniteri potest, secus si aliunde procedat iustus er-

* Non nocet error procedens facto aduersarij.

Digitized by Google

tor, puta si vassallus à non patrono ignoranter in feudum receperit vel recognouerit. deinde eius hæres hiis inuestituris aut renouationibus fidens abnegauit verum patronum qui manum iniecerat, non subuenietur neganti etiam re integra, nisi incontinenti priusquam diuertatur ad aliom actum, vt dictum est in *d. quæst.* 4. Et hoc nisi vassallus sit minor viginti quinque annis, quia tunc ei subuenietur per restitutionem, dummodo non probetur fuisse in dolo vero & certa scientia, vt dictum est ꝛ. *eo. q.* 13.

114. ¶ VICESIMOQVINTO quæro, vtrum ista habeant locum in feudo concesso ex* causa remunerationis? Et prima facie videtur quòd non, quoniam donatio remuneratoria non est proprie donatio, sed potius quædam permutatio seu compensatio, text. in *l. sed & si leg.* §. *consuluit, in fi. ibi velut genus quoddam hoc esse permutationis. D. de peti hared. in l. Aquilius Regulus. versic. dixi posse defendi. D. de donatio.* taliter quòd in ea non habet locum *l. fi. C. de reuocan. donat.* nec alia ista communia loquentia de donatione, & sic non reuocatur propter ingratitudinem donatarij text. iuncta glo. in *l. si pater.* §. 1. vbi omnes scriben. ita tenent. *D. de donat. glo. in dicta l. fin. verb. inueniatur* quem omnes doct. & Franciſc. Ripa. in repetit. *q.* 44. *sequuntur. C. de reuocan. donat.* nec etiam in ea verificantur statuta loquentia de donatione, vt expressim decidit Alberi. in 1. *parte statut. quæst.* 122. & in *d. l. si pater.* § 1. Si vis cumulatissimas allegationes, ad hoc vide doct. And. Tiraquel. in *repet. l. si vnquam. in verb. donatione largitus. num.* 11. *cum tribus sequentibus.* Quare idem dicendum videtur in feudo, quod est gratia & beneficiũ: vt per Bald. & omnes in *prælud. feud.* Alexand. *in l. si mihi & Titio. D. de verb. oblig.* Vnde si dominus illud concesserit ob iustam causam remunerationis, non censetur beneficium nec proprie feudum contulisse, & ita in terminis quod feudum ob benemerita concessum, puta quia recipiens liberauerat eum à morte, vel ab hostibus, vel à latrunculis, nulla possit ingratitudine reuocari. tenet Iacob. Ardiz. *in sum. feud. sub titulo quibus mod. feud. amit.* quem sequitur Bald. in *c.* 1. *col.* 2. *in fi. versic. dicit dominus Iacob. si vassall. feud. priue.* Et licet ibi arguat in contrarium quod vltima demerita magis ponderantur quàm præcedentia. quia vltima culpa nocet. *l. si per emptorem. D. actionibus empt.* Tamen istud remittit ad ea quæ dicit in *tit. an mut. vel alias. imperfect. vbi in fin. col.* 1. *versic. Aut quid si talis sit feudum.* idem simpliciter tenet quod Iacob. Ardiz. & Bald. in *dict. cap. an mut. vel alt. imperfect. referendo* sequitur ibi Marti. Laud. & Præpo. *columna pri. ma, in vsibus feud.* idem tenuit Panorm. in *consil.* 3. *nitar in præsenti columna sexta, versicul. hinc dicit, & consilio* 30. *videtur primo. ad fin. libro secundo.* Iacob. in *inuest. in verb. dictique vassall. promi. non committe. filo. columna decima sexta. versicul. quarto limitabitis.* Franciſc. in *tract. feud. part.* 5. *conclu.* 1. *in fin.* Ioan. Lup. in *repet. rub. de donatio. inter virum & vxorem in ver. limita secundo versicul. ex istis numero septimo.* Et idem videtur tenere Ad. Andr. Tiraquell. *in repet. dicta l. si vnquam in verb. donatione largitus. numero decimoquarto.* non tamen istud eius opinioni adscribo, quia ibi solum incidenter & in argumentum præcedentium hæc adducit, & non puto eandem esse eius sententiam. Sed nouissime principaliter idem tenet Vdalric. Zasi. *in epitom. feud. part.* 10. *conclu.* 4. *fallen.* 4.

115. Quibus non obstantibus in contrarium semper æstimaui esse & fuisse veritatem, tam in terminis iuris & dictorum vsuum feudalium, quàm in terminis nostrarum consuetudinum, quamuis nullum adhuc scribentium inuenero pro hac sententia nostra. Et mouetor, quia quamuis concessio feudi ex iusta causa remunerationis non sit donatio nec simpliciter beneficium, sed potius remuneratio, tamen non est donatio libera &

* Donatio remuneratoria vtrum reuocetur propter ingratitudinem donatarij.

plena totius proprietatis vel totius iuris rei concessa vt patet ad sensum: sed concessio limitata ad fines & limites feudi, & expressim (eo ipso quod vocatur feudum) concessa ad omnia onera feudalia: & sic retentis omnibus iuribus feudalibus, inter quæ est ius commissi in casum negationis vel feloniæ: Et sic non sumus in terminis. *d. l. si pater* §. 1. & similium loquentium in donatione plena & perfecta totius rei. nec sumus in terminis reuocationis donationis. *ex capite d. l. fi. C. de reuocan. donat.* quæ cessaret hoc casu. sed in terminis conditionis, ex l. feudali. vel conditionis ob causam. vt inquit text. in *c. sancimus. de feud. si cul. non amit. in vsib. feud.* Siue in terminis vnius reuocationis, quæ fit ex vi & natura limitatæ concessionis, & conuentionis expressè vel tacitè appositæ in concessione. Imò fortius si dominus accepto pretio concedat rem in feudum, quamuis istud feudum emptitium non sit secundum propriam naturam feudi, ex eo quod non est gratuitum: tamen est verum feudum, ex quo ita actum est. Et regulariter secundum omnes leges & conditiones feudi, vt expressim tenet idem Zasi. in *d. epito. feudo. part.* 12. per tot. & maxime in *conclu.* 3. & generaliter volunt omnes feudistæ in *præludijs feudo.* & vbique Ias. in *cons.* 117. *columna* 4. 5. *lib.* 4. Fran. in *d. tract. feud. par.* 1. *quæst.* 1. quòd omne feudum non habet propriam naturam feudi in omnibus, tanquam verum feudum regulariter, nisi in illis duntaxat, in quibus per pactum expressum alterata est vera feudi natura. Ex quibus patet hanc esse veritatem in omni feudo, & quod Franciſc. & Zasi. sibiipsis in hoc articulo non constant.

116. ¶ VICESIMOSEXTO quæro, vtrum vassallus nedum perdat feudum sibi concessum, sed etiam* augmenta & melioramenta. Quid enim si in vili fundo ædificauit castrum, vel insignem domum, quid si alluuione fluminis vel dispositione vassalli addita sint prædia? Super his multa possem deducere, sed prolixitatem veritus, resoluendo dico quòd omnia quæ sunt de substantia feudi, siue vnitate rei feudalis, tempore ingratitudinis admissæ committuntur & non alia. ex quo sequitur, quòd mobilia non veniunt in hac confiscatione, nec etiam prædia destinatione solius vassalli adiecta etiam in vnitatem eiusdem feudi, dummodo per recognitionem scienter factam à patrono non transierint in vnitatem eiusdem feudi. sed veniunt & committuntur omnia inædificata, & quæcunque solo cedunt. Item omnia per alluuionem adiecta. Item omnia acquisita, & à patrono recognita animo ea efficiendi feudalia. Secus de iurisdictione acquisita, vel similibus, quæ per se subsistunt. & non subiiciuntur eidem feudali qualitati, per ea quæ latè deduxi *supra* §. 1. *gloss.* 5. *numero* 20. 99. non repeto. Vnde quamuis feudo temporali suapte natura finito, debeant æduficia & magnæ meliorationes, seu eorũ præsens æstimatio reddi vassallo vel eius hæredi: & pariter in emphyteusi quæ tempore finitur, vel culpa non fonante in delictum, puta ob defectum solutionis canonis: tamen secus est, quando per denegationem actualem, vel feloniam quæ sunt delicta in committendo, feudum amittitur, quia tunc nulla ratio habetur nec fit restitutio dictorum augmentorum nedum emponematum: sed nec etiam magnarum & perpetuarum meliorationum, sed totum ipsum complexum feudale quale tempore commissi acquiritur patrono per hunc text. quod not. ad modificationem eius quod dictum est *supra* §. 1. *glossa* 5. *numero* 73. 74.

* Ingressus vassallus vtrum augmẽta & melioramẽta perdat.

117. ¶ Sed iuxta hoc quæro, quid si* maritus in feudo proprio constante matrimo. grande & vile ædificium construxerit, deinde patronum abnegauit, vel aliàs feudum commisit, vtrum patronus iure commissi feudum auocans teneatur vxori saltem in tempus soluti matrimonij restituere dimidiam sumptuum illius vtilis impensæ, saltem habito respectu

* Quid si feudum melioratum sit pecunia aliena vel cõmuni.

gitized by Google

ad valorem & æſtimationem ædificij tempore commiſſi & adiudicationis patrono factæ extantis? Videtur quod ſic, per ea quæ diximus *infra* §. 156. dimidiam huiuſmodi ſumptuum debere reputari ab hæredibus viri vxori, vel è conuerſo ſoluto matrimonio. Contrarium puto, quia, vt ibi dixi, non eſt propterea fundus hypothecatus alteri coniugum, nec hac ratione competit alteri coniugum vel eius hæredi aliqua retentio vel poſſeſſio in fundo alteri proprio, ſed ſimplex perſonalis actio, vel officium iudicis deſeruiens iudicio communi diuidendo, in diuiſione mobilium & conquæſtuum communium, de quo nihil ad patronum qui iure ſuo quod ſuum eſt accepit, quemadmodum ſi vaſſallus ſub ſyngrapho mutuam accepiſſet pecuniam, de qua conſtruxit illud ædificium, cedit enim patrono qui nullo modo tenebitur creditori nec perſonali nec hypothecaria actione etiam in ſubſidium. Sed ſolum habet creditor actionem contra vaſſallum, ſicut & quum quis mutuo accepta pecunia ſcienter ædificauit in alieno. Ita in propoſito, vxor vel eius hæres ſolum habebit actionem contra virum, vel eius hæredem, ſeu reputationem in iudicio diuiſorio. Et quod dixi patronum nullo modo teneri creditori, limitandum eſt, niſi vaſſallus obligauerit bona ſua pro dicta pecunia mutuo accepta, vel niſi mutuata ſit ad conſeruationem, vel refectionem neceſſariam molendinorum, vel ædificiorum antiquorum feudi, *vt in l. interdum. D. de pet. in pig. habeant.* tunc enim feudum committitur cum onere ſuæ hypothecæ, ſiue expreſsè, ſiue tacitè: verum eſt tamen, quòd tenebitur creditor prius vaſſallum debitorem, & eius bona diſcutere. *aut hoc ſi debitor. C. de pign.* Et etiam patrono ſoluendi, & hypothecam huiuſmodi luendi, actiones ſuas cedere, ſicut & erga quemuis tertium iuſtum poſſeſſorem, de quo dixi infra *titu. 5. in rub.* Ex quibus patet, quid in cæteris ſimilibus dicendum ſit, puta ſi vaſſallus contraxerit ſocietatem cum alio, & de pecunia communi meliorauit, & augmentauit feudum.

118. ¶ Sed quid ſi augmentatio vel ædificatin facta ſit * poſt ingratitudinem admiſſam? Breuiter diſtingue, aut ab ipſomet ingrato aut ab eius hærede, vel ſucceſſore. primo caſu non poteſt repetere, nec deducere, nec habetur ratio huiuſmodi impenſæ, ſiue facta ſit ante actionem intentatã ſiue declarationem commiſſi, ſiue poſt. Ratio, quia in pœnam delicti totum feudum vti optimum, maximumque eſt, ab eo aufertur, & patrono in vltionem iniuriæ applicatur, & ſic in hoc à tempore ingratitudinis commiſſæ, quamuis interim mero iure maneat dominus, & ſumptus vtiliter facti, fructus ab eo ante querelam commiſſi motam perceptos excedant. tamen deterioris conditionis eſt, quàm ſimplex poſſeſſor, imò quàm malæ fidei poſſeſſor, cui huiuſmodi impenſarum deductio, vel etiam repetitio conceditur, vt plene probaui contra communem. *ſupra.* §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 87. Et ratio * differentiæ eſt, propter delictum, & perſeuerantem ingratitudinem vaſſalli ingrati, cuius reſpectu non cenſetur patronus locupletari cum iactura aliena, ſed iure ſuo vti & exigere ius commiſſi ſibi indebitum. Vnde iſtud modificandum eſt reſpectu vaſſalli, qui patronum non aliter offenſum per errorem abnegauit in iudicio. deinde per probationes conuictus fuit, & feudum amiſit, quia ſi interim, puta lite pendente ædificia feudalia fulſerit, vel collapſa refecerit habet hos ſumptus, quatenus res manet meliora effecta, & patronus locupletatur repetere, ſicut in ſimplici, vel etiam malæ fidei poſſeſſore, vt diximus in *dicta gloſſ.* 5. *num.* 87. 88. Secundo caſu, quando illa augmentatio facta eſt per hæredem, vel alium ſucceſſorem vaſſalli, tunc eadem ratio & reputatio huiuſmodi ſumptuum fieri debet, prout & in quouis poſſeſſore dictum eſt, ſiue iſte ſucceſſor ſciuerit ingratitudinem à prædeceſſore commiſſam, ſiue non. nec huiuſmodi ſumptus compenſabuntur cum fructibus ab eodem feudo, ante litem ſuper commiſſo motam perceptis, quos lucratur: quia non cenſetur in mora, nec eſt in mala fide, ſed iuſtè, & tanquam verus dominus fruitur, donec patronus voluntatem ſuam declarauerit, & petierit feudum iure commiſſi ſibi adiudicari. per no. *ſupra eo. dem quæſt.* &

* De augmentatione facta poſt ingratitudinem admiſſam.

119. ¶ VICESIMOSEPTIMO quæro, habens feudum à quo ſubfeuda * & cenſus dependent, acquiſiuit iure retractus feudalis, ſeu commiſſi, vel aliàs etiam tanquam priuatus ſubfeuda, & prædia cenſualia. Deinde patronum abnegauit, vel grauiter offendit. Vtrum feudum vna cum ſubfeudis, & cenſualibus prædiis acquiſitis committitur patrono? Videtur quòd ſic. Primo, quaſi per huiuſmodi acquiſitionem conſolidentur, & incipiant immediatè moueri, à ſuperioti patrono, quia acquirens non poteſt eſſe vaſſallus, vel cenſuarius ſui ipſius. ſed hæc ratio non concludit, per no. *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 1. *q.* 13. Secundo videtur, quod ſic, ſaltem quando feudum non committitur per negationem erroneè factam, ſed per delictum in perſonam patroni, vel negationem ſcienter & doloſe factam, quia tunc ingratitudo quæ comitatur ingratum, *vt* §. *eo. quæſt.* 14. *num.* 67. reddit illum perpetuo indignum feudo principali, & conſequenter omnibus acceſſoriis, & appendicibus feudi. Tamen reſoluendo, ſic diſtingue, aut huiuſmodi acquiſita fuerunt ante noxam admiſſam vnita & incorporata feudo principali, quod fit in eodem catalogo inter domanialia deſcribendo, & recognoſcendo à patrono, & tunc abſque dubio committuntur, quia amplius non ſunt ſubfeuda, vel ſubalterna prædia, ſed partes integrales feudi cadentis in commiſſum, aut nunquam fuerunt taliter vnita, nec incorporata, & tunc, quia etiam in dubio non præſumitur huiuſmodi incorporatio, vt dictum eſt §. §. 33. *q.* 13. non cenſentur conſolidata, ſed ſeorſum, & per ſe teneri, & quia non mouentur immediate, & feudaliter à patrono abnegato, vel offenſo, non cadunt in commiſſum, quoniam pœna & diſpoſitio huius §. non loquitur, niſi in re feudali immediate mouenti à patrono abnegato, vel offenſo. *vt* §. *eo. q.* 2. *num.* 16. Aut vero fuerunt vnita, & incorporata poſt noxam commiſſam, & idem multo fortius eſt dicendum, quia quum non poſſit iſtud fieri ſine conſenſu, & approbatione patroni, cenſetur ipſo facto purgata, & remiſſa omnis noxa, & commiſſum præcedens, ſi patronus fuerit ſciens, per *no. infra eo. q.* 35. Si vero probabilem habuerit ignorantiam iuris commiſſi, non eſt remiſſum commiſſum, ſed non extenditur ad huiuſmodi incorporata quia neceſſe eſt quòd patronus volens vti commiſſo, hanc incorporationem & conſenſum à ſe ignoranter præſtitum reprobet, & ſic nullum inde commodum conſequi poteſt. *c. ex eo de reg. iur. in 6. cum vulgarib.*

* Subfeuda & cenſus vtrum cõmittantur, feudo propter ingratitudinẽ commiſſo.

105. ¶ VICESIMOOCTAVO quæro, ſi patronus remittat * feloniam vel ius commiſſi, competens ex negatione vel alia ingratitudine, an remaneat feudum antiquũ, an vero dicatur feudum nouum? Et omnes glo. *vt glo. in l.* 4. §. *ſi ære. D. de pecu. in l. quod dicitur. D. de impen. in reb. dotal. in l. imperialem.* §. *inſuper in verb. priuetur.* vbi omnes feudiſtæ. *de probi. feud. aliena. per Federi.* tenent remanere feudum antiquum ex veteri conceſſione. Tamen Bal. Paul. in *d.* §. *ſi ære.* Alber. Bar. Ang. in *d. l. quod dicitur.* 1. *in fi. princ. feudiſtæ. in d.* § *inſuper.* & omnes ſcriben. in *præfatis locis, & in c. vnico. de vaſſal. decrepit. ætat.* * communiter diſtinguunt, aut vaſſallus fuerat priuatus feudo per ſententiã, vel ipſo iure, vt in crimine læſæ maieſtatis, vel quãdo feudum erat conceſſum ſub hoc pacto, quòd vaſſallus per feloniam caderet à feudo ipſo iure, vt ſpecificat Bald. in *dict.* §. *inſuper. col.* 2. Et tunc ſi nouum feu-

* An remiſſa noxa ſit feudum nouum.

* Communis diſtinctio nõ reprobatur.

dum, tanquam poſt ius ipſo iure amiſſum facta remiſ- A
ſio, ſit noua conceſſio. Aut vero vaſſallus nondum erat ipſo iure priuatus, licet eſſet priuandus, & tunc remaneat feudum antiquum. & idem tenet Alexand. *conſilio* 34. *Viſis & ponderatis. col. 2. lib.* 5. Franc. Cur. ſeni. *conſ.* 48. *col. pe. conſ.* 49. *col.* 16. Zali. in *epi. feud. par.* 3. *poſt prin. & par.* 10. *ad fi.* Sed certe non ſimpliciter verum quod ſit feudum nouum facta remiſſione, etiam in caſu in quo feudum ceciderat ipſo facto in commiſſum, & vaſſallus erat priuatus ipſo iure, quia illud intelligitur ſi dominus velit, ſecundum Bald. in *l. fi. in fi. C. de reuoc. donat.*

106. Vbi tradit, quòd vbicunque dicitur, quòd ipſo iure reuertatur ad dominum, intelligitur ſi dominus B
velit, & hoc petit, alias ſecus arg. not. per gloſſ. & Bar. in *l. 2. D. ſi ager vectl. vel emphy. peta.* & per tex. & omnes ſcriben. in *l. 2. Cod. de iur. emphyt.* vbi licet propter non ſolutum canonem emphyteuta cadat ipſo iure, hoc intelligitur domino volente & petente. alias domino non conquerente, vel remittente caducitatem, non eſt noua emphyteuſis, ſed continuatio antiquæ, etiam ſi in conceſſione eſſet expreſſe conuentum, quòd res ipſo facto cadat in commiſſum, vt expreſſim tenet Cæpol. in *conſ.* 25. *col. 2. in conci. ciuilibus.* Philip. Cor. conſ. 115. *licet in hac. lib.* 1. Philip. Deci. *conſ.* 138. *col.* 2. Idem vult Bal. in *l.* 1. *C. de reuo. dona.* vbi dicit, quòd quandocunque agitur de feudo reuocando, vel reuocanda donatione, ſemper oportet inquiri voluntatem domini. & ſubdit ibi Bal. quod in * dubio C
nunquam præſumitur reuocaſſe etiam ingratitudine ſecuta. Et hoc veriſſimum eſt, & patet manifeſtè per ea quæ dicemus Ĵ. *eo. quæſt.* 33. quòd taciturnitate patroni remittitur felonia, & ius commiſſi, & perſeuerat idem feudum: igitur multo fortius idem dicendum ſi patronus nedum diſſimulauit, & non declarauit ſe velle vti commiſſo, & reuocatione feudi, ſed etiam feloniam remiſit, vnde præfatam diſtinctionem reprobat, & merito. Imol. in *c.* 2. *col.* 7. *de feud.* quem ſequitur Præpo. in *prælud. feud. colum.* 12. *in 6. diuiſion.*

* In dubio non præſumitur facta reuocatio etiam ab ingrato.

107. Quid ergo in caſu in quo feudum committitur ipſo iure, vt in prin. huius q. ſi dominus declarauerit ſe velle vti commiſſo, & vaſſallum eſſe priuatum, de inde placatus remiſit feloniam, & commiſſum, & D
vaſſallum inueſtiuit, nunquid dicatur nouum feudum? Et videtur quod ſic, ex quo fuerat ipſo iure, & in totum amiſſum antiquum feudum, & ad patronum reuerſum, & maxime poſtquam ſententia declaratoria intercenit. & ita tenet Iaſ. in *l. filio quem pater. colum.* 4. *D. de lib. & poſth.* Contrarium puto, quia ex quo dominus non fuit executus propoſitum ſuum, & ſententiam obtentam: ex euentu ſecuto, veriſimile eſt dominum per declarationem, & perſecutionem præcedentem, non habuiſſe animum ſupprimendi, & reuocandi feudum cum effectu, ſed potius conuincendi vaſſallum, & munificentiam ſuam oſtendendi. Imò etiam, ſi maxime conſtaret dominum habuiſſe animum præciſe priuandi vaſſallum, & ad ſe reuocandi feudum. Tamen ſi, antequam cum effectu executus fuerit, mutauerit animum, & omne ius reſolutionis E
feudi remiſerit vaſſallo, vel inueſtituram iure priſtino renouauerit, puto non induci nouum feudum, ſed antiquum manere. Ratio, quia, ſiue aliquo caſu ex lege feudorum, vel ſpeciali pacto inueſtituræ cautum eſt, feudum ipſo iure amitti, & reuerti ad dominum, ſiue noua retraditione, vel apprehenſione facti. Id ſpeciali iure inductum eſt domini fauore, cui poteſt renuntiare. *l. paciſci. D. de pact. cum vulgo.* Et res de facili redit ad primam naturam, & ſtatim *l. ſi vnus §. pactus ne peteret. D. de pact.*

* Noua diſtinctio.

108. Vnde, pro reſolutione ſic * diſtinguo per tria membra. Primum, quando patronus procedit per modum ſimplicis remiſſionis & donationis, ſeu, vt vulgo dicunt, quittanciæ. Et tunc non inducitur nouum feudum, ſed remanet antiquum, nedum ſi vaſſallus non erat priuatus ipſo iure, vt omnes tenent, & de hoc non eſt dubium. Sed etiam ſi erat priuatus ipſo iure, imò etiam ſi ſententia declaratoria, vel priuatiua lata erat, ſed nondum in totum executa. Secundum membrum, quando patronus procedit per modum mere nouæ conceſſionis, & infeudationis, Et tunc aut erat vaſſallus priuatus ipſo iure, & eſt nouum feudum, etiam ſi nulla ſententia, nulla alia realis executio interuenerit, quia ſufficit vna cum diſpoſitione iuris voluntas domini declarata & non reuocata, nec mutata, prout non mutatur per hunc actum, per quem conſtat, quòd acceptauit commiſſionem feudi ipſo iure factam, & quod à tali acceptione non diſceſſit, ſed illa vtendo de nouo conceſſit. nec eſt recedendum à forma, & proprietate verborum nouæ conceſſionis ex quo conformis eſt, & veritati, & materiæ ſubiectæ. *l. illo aut ille. §. cum in verbis. D. de lega.* 3. *l.* 3. *C. de lib. præteri. vel exhared.* Aut vero vaſſallus non erat priuatus ipſo iure, ſed tantum priuandus, & ſententia declaratoria, ſeu priuatiua non interuenerat. Et tunc verborum forma non congruit veritati negotij ſubiecti, quia materia ſubiecta tendit ad continuationem eiuſdem feudi, ex quo non erat amiſſum, ſed adhuc durabat: verba autem tendunt ad conſtitutionem noui feudi.

109. Et hic In dubio puro materiæ * ſubiectæ, & qua- * Materia ſubiectæ cedunt verba.
litati negotij inſeruiendum, & tribuendum magis quàm verborum formulæ. *arg. l. ſi vno. in prin. D. loca. l. inſulam. D. de præſcr. verb. cum vulg.* Hinc ait Bal. *in c. ad hæc. col. fi. de poſtul. præla.* ſi materia dictat vnum expreſſè, & verbo contrarium, non credam ſimplici verbo. Bal. in *l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. col. fi. D. ſi quis cautio.* Et hoc niſi ex præfationibus nouitate & mutatione pactorum. iuxta Bal. & alios in *d. §. inſuper. per no. in l. ius ciuile. D. de iuſti. & iur.* aut aliis clauſulis huius nouæ infeudationis, appareret clare de repudiatio ne expreſſa, vel implicita feudi antiqui, & omnis iuris præcedentium inueſtituratum, & de animo nouum feudum inducendi. quod fieri poteſt hoc caſu etiam in præiudicium agnatorum, & illis non vocatis, ex quo patrono acquiſitum erat ius commiſſi, & reuocationis feudi. *c. 1. inſi. quæ fuit prin. cauſ. benef. amitt.* Vnde vaſſallus non ſponte, ſed coacte, metu ne ſecundum legis feudalis diſpoſitionem cogeretur, & priuaretur, cenſetur renunciaſſe, & abdicaſſe feudum. *arg. l. noniſſime. D. quod fab. tuto. auth.*

110. Vnde quamuis alias * renunciatio, ſeu abdicatio * An reſignatio vaſſalli noceat agnatis.
feudi antiqui facta per vaſſallum, non noceat agnatis, quin mortuo refutante, & eius deſcendentibus debeant admitti *cap.* 1. *§. hoc quoque de ſucceſſ. feud.* & ibi Bal. & Aluar. in *cap.* 1. *§. fi. concluſ.* 37. *quæ fuit pri. cauſ. benef. amitt. gloſſ.* Bal. & omnes in *cap.* 1. *de alienat. feu. pater. in vſib. feud.* Iacob. de S. Georg. in *tract. feud. in verb. & vnus. ex dict. vaſſal. refud. feu. col.* 3. Verum eſt in voluntaria, & ſpontanea renunciatione, ſed non in neceſſaria, & debita, vt hic.

111. Tertium membrum, quando patronus procedit per viam communem, & * miſtam, puta remit- * Verba miſta.
timus, & de nouo concedimus, & ſi non erat feudum commiſſum ipſo iure, clarum eſt perſeuerare idem feudum. Idem dico, ſi erat ipſo iure commiſſum, vel etiam ſententia lata, ſed nondum realiter executa. Et ratio, quia illa verba, & de nouo concedimus, intelliguntur quatenus, & inquantum opus eſt. Sed hic neutro caſu neceſſaria eſt noua conceſſio, quum ſufficiat ſimplex remiſſio. tum in dubio iudicandum eſt pro conſeruatione, ſeu recuperatione prioris ſtatus, & formæ rei. *arg. d. l. ſi vſus §. pactus ne peteret. D. de pact.* Hinc patet deciſio quæſtionis, quam formant docto. *in c. vnico. col. 1. de vaſſal. decrep. ætat.* quando vaſſallus commiſit feloniam per quem priuatus eſt, vel debet

priuari, & dominus dicit, remittimus tibi culpam restituimus feudum, & de nouo concedimus. An dicatur nouum feudum, vel antiquum quale prius erat? Et And. Iser. ibid. col. 2. vult debere attendi mentem domini, quæ potest colligi ex verbis præambulis, vel sequentibus, & in hoc bene dicit. Sed vbi alias non constat de mente, dicit esse nouum feudum: quia verba de nouo concedimus quæ sunt posteriora derogant prioribus. *l. si mihi. & tibi. §. ff. D. de lega. 1. l. pacta nouissima. C. de pact.* Et in hoc vltimum reprehenditur à Mart. Laud. & Præpo. *ibi col. fi.* vbi tenent manere in dubio feudum antiquum, & bene per prædicta. Quando autem patronus esset princeps, qui vasallo gratiam fecerat cum restitutione in integrum: tum non esset dubium manere idem feudum, quia restitutio * omnia reponit in pristinum statum. *l. quod si minor. §. restitutio. D. de minorib. l. fi. C. de senten. pass.* Franc. Cur. seni. *consi. 49. col. 63.* Tamen in terminis, d. vsum feud. fi vasallus propter delictum damnatus esset, publicatis bonis, & sic feudum lege feudi acquisitum agnatis, tunc princeps restituendo damnatum, non indicta causa, sed ea probata, & per sententiam diffinitiuam, non posset de potestate ordinaria, nec intelligitur derogare iure agnatis quæsito ex lege feudali, maneret tamen feudum antiquum, sed non reuerteretur hoc casu ad restituentem, quia agnati non tam habent ius ex condemnatione, quàm ex lege feudali.

* An restitutio in integrũ nocetat agnatis.

111. Sed dicet aliquis, quorsum huiusmodi inquisitio ad interpretem consuetudinis, quum in patria consuetudinaria non attendatur differentia feudi noui paterni, vel antiqui, sed indistincte (modo non sit feudum quod lege contractus, & non successionis deferatur) potest de eo disponi à vasallo, & in extraneum transferri, sicut patrimonialia bona? Respond. Etiam apud nos vtilis est, ad cognoscendum an debeat iudicati adhuc esse proprium, vel antiquum hæredium. An vero de conquæstu. quia in quib. casibus dictum est manere feudum antiquum, intelligendum est qualitatem hæredij antiqui non esse mutatam, sed remanere quantum ad effectum successionis, & dispositionis testamentariæ, & retractus proximitatis, & alios effectus introductos à consuetudine in illis bonis quæ propria vocant. Vbi autem diximus non manere feudum antiquum, sed effici nouum, debet etiam intelligi desisse qualitatem antiqui hæredij, & in nouum conquæstuum mutatam esse, & huiusmodi feudum omnino iure conquæstuum, regulari debere. Sed hic emergit quæstio, An vasallus sola libera, & spontanea refutatione, & noua infeudatione patroni, possit immutare qualitatem propriorum, & efficere conquæstum in præiudicium hæredum paternorum, vel maternorum, vel retractus proximitatis ex futura forte præmeditata venditione? Sed quia ista nimium excedunt materiam huius §. dicemus ij. §. 147. 179.

113. § VICESIMONONO quæro, Vtrum solus * prælatus possit feloniam remittere vasallo ecclesiæ? Breuiter dico, quod si administratio iuris patronatus, siue renouatio inuestituræ huius feudi non spectat ad solum prælatum, sed ad eum simul cum capitulo: Tunc solus non potest feloniam remittere, sicut solus non potest solo prælati nomine inuestire, & hoc non habet dubium. Si vero administratio spectat ad solum prælatum, * solus potest remittere, & præiudicare in perpetuum ecclesiæ, & successoribus pro hac vice. Et ita decidit Bal. in *c. 1. in prin. colum. 3. versi. quæro. numquid solus. de his qui feudar. poss.* ita Aluar. in *c. 1. §. denique. colum. 2. num. 7. quæ fait prin. can. benef. amitt.* Sic in simili decidit Specul. *in tit. de locat §. nunc aliqua. q. 26.* quod solus prælatus etiam ecclesiæ collegiatæ potest recipiendo solutionem remittere caducitatem emphyteusis. quod est intelligendum quando alias solus prælatus habet administrationem, & solus solutionem recipere, & efficacem apocham dare potest. & ita latè tenet Io. de Imol. *in c. potuit. char. 7. de loca.* vbi optimam dat rationem, quia aliud est concedere de nouo, in quo agitur de alienando, & amittendo, & requiritur consensus capituli, etiam in spectantibus ad mensam prælati. Aliud nolle concessum siue semel alienatum habere pro commisso, siue deuoluto, & reuerso, quia hic agitur de iure acquirendo, in quo prælatus, & quiuis alius administrator potest præiudicare domino. Et ibi sequitur Card. Flor. & Panor. *col. fi.* Franc. Aret. *consi. 89. placet mihi. colum. fi.* Et hanc opinionem in emphyteusi puto verissimam. quamuis Barba. in *d. c. potuit. col. 11.* eam impugnare nitatur, & etiam dissentiat Fitmia. in tract. *de episcopo. lib. 4. par. 4. quæst. 13.*

* Prælatus vtrum solus possit feloniã remittere.

* Prælatus præiudicat ecclesiæ in iure commiss.

114. Imò etiam simplex vicarius, vel procurator habens mandatum ad recipiendum solutionem, si postea contingat emphyteutam cecidisse à iure suo, per non solutionem canonis, potest nihilominus recipiendo solutionem ipso iure remittere commissum, & præiudicare in hoc ecclesiæ, vt decidit Philipp. Cor. *consilio 187. columna fi. lib. 1.* Vbi tamen * limitat, nisi prius ille vicarius fecisset actum contrarium approbando, & acceptando commissum, puta si alij renouasset emphyteusim, deinde solutionem recipiat à veteri emphyteuta. non enim censetur, nec potest eum semel reprobatum approbare post ius ecclesiæ, vel tertio quæsitum.

* Fal. si commissum tantũ sit acceptũ.

115. Aduerte tamen, quòd hæc vltima loquuntur in remissione commissi incursi per solam negligentiam non soluentis, quæ non cadit in delictum. Sed quæstio nostra loquitur etiam in commisso incurso per delictum punibile, & grauem iniuriam implicans: sed sic est, quod * solus prælatus non potest remittere iniuriam factam ecclesiæ, siue communiter factam prælato, & ecclesiæ, vt tenet glo. in *c. cum desideres. in ver. quadmodum offendit*, & ibi Io. And. in *not.* Panor. Feli. de *sentent. excommunica* Vnde Iac. de S. Georg. *in tract. feu. in verb. dicitque vassall. promis. non committ. felon. col. 14. verf. quidam episcopus*, distinguit, aut felonia, siue iniuria respicit solum personam ipsius prælati, & tunc solus possit remittere: si tamen nolit remittere, potest prosequi commissum, & acquirere feudum ecclesiæ suæ. Aut respicit nedum prælatum, sed etiam totam ecclesiam. & tunc solus non possit remittere, quia solus non potest renunciare iuribus quæsitis ecclesiæ *c accidentib. de priuileg.* Idem tenet Franciscb. in *tract. feud. in 1. part. 2. par. q. 27.* Zasi. in *epito. feud. par. 10.* Et hanc partem puto veram, & ita debere limitari d. opin. Bal. & Aluar. qui etiam ita sentire videntur, dum allegant Io. And. in *d. c. cùm desideres.* Et * odio ingrati, qui non est dignus venia, æquum esse puto debere ita subdistingui in commissis, quæ fiunt ratione delicti, vel facti accedentis delicto, & iniuriæ, puta atrocis percussionis, vel abnegationis, patroni, siue commissum fiat ipso iure, siue non. Secus, in commisso, quod incurritur per simplicem omissionem, & negligentiam, puta non soluendo canonem, tunc enim ito simpliciter in præfata opin. Ioan. de Imol.

* Solutio q.

116. Præfatam tamen subdistinctionem limitat Iacob. in loco prælegato. nisi expediret ecclesiæ habere pacem cum illo vasallo, & tunc possit remittere, quamuis principaliter ipsa ecclesia sit offensa, & placet, quemadmodum etiam simplex tutor potest donare, vel pacem, & remissionem facere, quando pupillo expedit, arg. *l. cum plures. §. fi. cum l. seq. D. de administrat. tuto.* Inno. Io. And. in *c. grandi. de supple. negl. prælat. in 6* Bal. in *rubr. de Treug. & pace. ad fi.* Panorm. in *consil. 45. satis videtur. lib. 1.* Bal. Ias. Phil. Deci. in *l. pactum curatoris. C. de pact.*

117. Sed modo quæritur, quando dicatur iniuria

Digitized by Google

respicere personam prælati tantum, vel etiam ecclesiam? Respon. Si vassallus insurgat in prælatum, etiam in castris, & locis ecclesiæ cum obsidendo, si tamen odio solius prælati, puto iniuriam principaliter respicere prælatum, & ab eo remitti posse, etiam in præiudicium ecclesiæ, quæ non est passa iniuriam, nec offensam, nisi in consequentiam, & ita in specie sentit Paul. *consil. 46. viso & examinato. nu. 2. lib. 2.* Si vero animo destruendi ecclesiam, vel eam spoliandi, & priuandi omnibus bonis, tunc felonia principaliter, saltem æque principaliter respicit ecclesiam veram patronam. Vnde sicut non potest solus prælatus remittere satisfactionem talis delicti, & iniuriæ: Sic nec commissum feudi inde dependens. Idem si vassallus in iudicio abnegauerit prælatum ratione ecclesiæ suæ esse patronum, quia tunc ipsa magis ecclesia est abnegata: vnde non potest prælatus remittere, & inuestire negatorem, & hoc nisi probationes ecclesiæ de ipso à patronatu essent dubiæ, quemadmodum alias tutor posset transigere, & remittere. *l. præses prouinciæ. C. de transact.*

* Abnegatio iudicialis prælati, tantum non inducit commissum.

118. Sed quid si in iudicio * abnegauerit actorem in patronum, ex eo quod negaret eum esse verum & canonicum prælatum ecclesiæ, non tamen negabat, imò fatebatur ecclesiam esse veram patronam? Respond. non est locus dispositioni huius §. etiam si conuictus fuerit vassallus scienter & malitiose abnegasse prælatam. Ratio, quia non abnegauit, imo recognouit patronum, seu patronam: sed tantum negauit hunc esse prælatum, seu procuratorem, aut administratorem legitimum veræ patronæ, de quo non loquitur hic §. nec vllus text. in toto. de lib. feudorum. vnde pœna non debet extendi. Non igitur perdet feudum, negans prælatum esse prælatum, & recusans ei fidelitatem facere, sed perdet fructus à tempore prehensionis ex defectu hominis donec ei fidelitatem fecerit.

* Clausula saluo iure.

119. Iuxtà prædicta quæro, Vassallus offendit personam prælati, vel alias feudum cecidit in commissum remissibile à prælato, prælatus renouauit inuestituram cum hac clausula, * saluo, & reseruato iure ecclesiæ, postea eandem rem alij concessit, vel aliter vult reuocare, an possit? Videtur quod sic propter dictam clausulam reseruatoriam. Contrarium decidit Bal. & bene. in *c. qua in ecclesiarum. columna. 7. in fi. versi. quæro dixit episcopus de constitu.* quia protestatio est contraria facto. Adde, quia generalis clausula saluo iure, nunquam refertur ad ea quæ specialiter seu expresse continentur in dispositione, sed solum ad alia non cogitata. Vnde si inuestitor sciebat commissum illud non obstante dicta clausula perpetuo fuit remissum; secus si ignorabat. Adde not. j. §. 10.

* Feudum commissum Ecclesiæ vnde ipsa Ecclesia cogatur ponere extra manus suas.

120. ¶ TRICESIMO, * Certum est quod feudum cadens in commissum propter feloniam factam prælato, non acquiritur ipsi prælato, sed ecclesiæ, nedum si iniuria facta sit contemplatione, & odio ecclesiæ, sed etiam si sit facta prælato contemplatione ipsius personæ prælati tantum, dummodo offendens sciuerit illum esse patronum suum, ratione ecclesiæ suæ: quoniam ipsa ecclesia est vera patrona, vel domina directa, & sic illi acquiritur, & directo eius dominio consolidatur feudum ingrati vassalli, qui satis est ingratus erga eam dum prælatum sponsum eius *c. quia propter. de electio. c. quanto c. licet de transla. episco.* non est veritus tam enormiter offendere. Et quamuis alias quæcunque offensa commissa in personam tutoris, vel procuratoris patroni, vel vsufructuarij feudi dominantis (quibus quandoque prælatus æquiparatur) non faciat feudum committi, nisi principaliter fieret contemplatione, & animo iniuriandi patronum. *arg. l. item apud Labeonem. ad fi. D. de iniur. instit. eo. tit. §. sed si libero.* Tamen in prælato non requiritur quòd iniuria fiat principaliter in despectum ecclesiæ patronæ, quia prælatus est plus quam tutor, vel vsufructuarius, quia in ipso est ecclesia. *c. scire debes. 7. q. 1.* & eam tanquam sponsus repræsentat, & vicem domini capitis, & patroni gerit. *c. cùm non liceat. de præscript.* Sed dubium est, an feudum taliter acquisitum ecclesiæ, teneatur ponere extra manus suas & alij infeudare? Videtur quòd non, quasi non censeatur nona acquisitio, sed recuperatio, & reuersio ad originem suam, & priorem statum ex causa antiqua concessionis feudi. *l. si vnus. §. pactus ne peteret. D. de pact. l. fin. D. si ex noxa. can. aga.* quo non obstante dicendum teneri ponere extra manus suas, sicut & feuda à vassallo vendita, quæ iure & potestate feudali retinet, & ad mensam suam, & dominium directum adiicit, in quo est eadem ratio, per ea, quæ late deduxi. 5. §. 20. *glo. 1. nu. 2. & seq.* Nec minus obtinet ecclesia recuperationem iniuriæ, quia ingratum vassallum priuat, & spoliat, & feudum alij grato vendere, & infeudare potest. Quod est limitandum, nisi illud feudum fuisset de domanio feudi dominantis ecclesiæ amortizato, deinde ab ea de nouo infeudato. *per me. in d. gl. 1.*

* Maritus an possit remittere felonia.

121. ¶ TRICESIMOPRIMO quæro, Quid si felonia, vel negatio fiat * marito patronæ, an remittere possit? Respond. breuiter disputatione omissa, si vassallus abneget illum in patronum non tanquam patronæ maritum, sed tanquam ipsum nomine eius proprio, sine quasi non sit maritus patronæ, siue quasi non habeat administrationem propriorum vxoris, non est locus commisso, siue in iudicio, siue extra iudicium fiat negatio. Vnde si in iudicio fateatur feudum moueri à patrona sua, sed negat actorem esse illius maritum, vel habere potestatem prehendendi, & inuestituras recipiendi, non amittet feudum, sed fructus, donec iusta prehensio durabit. Si simpliciter in patronum abneget actorem agentem in qualitate mariti, vel ad caulam vxoris, satis patrona ipsa abnegatur, & actor concludere poterit ad commissum, & obtinere. vt in simili 5. *eo. quæst. 29.* Si autem vassallus aliam feloniam committat nedum in personam patronæ, de quo non esset dubium, sed etiam si in personam eius mariti nedum si principaliter in odium & iniuriam patronæ, sed etiam si specialiter, & duntaxat personali odio, & inimicitia mariti feudum amittit, quia satis patronam suam offendit in eo quòd non veretur sponsum eius tam grauiter offendere, *fac. l. 1 circa medium. D. de iniur.* Et quamuis maritus non sit proprie patronus, sicut nec dominus propriorum vxoris. quemadmodum etiam dignitas quam vir participat ex persona vxoris, non est dignitas personalis, sed dicitur dignitas competens in consequentiam. iuxta not. Bar. & aliorum. in *l. si Augustæ. D. de leg. 2.* Tamen satis est, quod maritus tanquam caput vxoris pro domino, & patrono habetur. Et quod ei in ea qualitate debetur obsequium clientelare, & debet inter fidelitas. Et sic vassallus perinde amittit feudum offendendo maritum patronæ, ac si patronam ipsam offenderet.

122. Quod intelligendum est dummodo offendens sciat, vel scire debeat esse verum, & iustum maritum patronæ, & sub hac ratione illi deberi reuerentiam, & obsequium clientelare. Secus, si probabiliter ignoraret, ita etiam limitandum est quod diximus 5. *eo. quæst. 29.* feudum cadere in commissum, etiam si offensa solam personam prælati respiciat, vt procedat quando offendens sciebat. secus si probabiliter ignorabat offensum esse prælatum ecclesiæ patronæ suæ. Item hæc debent limitari si prælatus, vel maritus culpa sua dedisset causam illi personali inimicitiæ & offensæ per ea quæ tradit Zasius in *epito. feud. parte 10. conclusio. 4. fallent. 2.* vbi videas, quia aliena non transcribo. Amplia tamen prædicta, siue vassallus esset

iam inueſtitus à nouo prælato, ſiue à nouo marito, ſiue non, dummodo non ignorauerit, vt dictum eſt.

* An maritus poſſit remittere noxam.

13. An autem * maritus poſſit remittere feloniam, dicendum, quod licet damna, & intereſſe, & mulctam pecuniariam indiſtincte remittere poſſit: vt diximus j. §. 113. Tamen ſatisfactionem perſonalem & emendam honorabilem, vt vocant, contumeliæ vxoris remittere non poteſt, vt ibi dixi. Et pariter ſi felonia in ſolum maritum commiſſa ſit, poterit ipſe re integra, (id eſt, ante acceptatum commiſſum, per not. j. *eo. num.* 18.) remittere ius commiſſi, etiam in præiudicium vxoris. Si vero felonia illata ſit perſonæ vxoris, vel ipſi marito, aut ſuis, etiam in contumeliam, vel odium vxoris, non poterit etiam re integra remittere. quia poteſt vxor ad animum reuocare, & illi propriè acquiritur actio, vel eius commiſſi, quod reſpicit propria immobilia vxoris, & ſic non poteſt à viro, ſine eius conſenſu remitti. per not. j. §. 108. Quando autem felonia ſolam perſonam mariti reſpicit, non puto deſiiſſe rem eſſe * integram ex eo ſolo quòd maritus apud ſe ſolum ad animum ſuum reuocauit, & vaſſallum priuari, & puniri voluit, vnde ſi non ſit ad vlteriora proceſſum, poterit maritus (& idem intelligo in prælato) veniam dare vaſſallo, eique iniuriam remittere, & conſequenter commiſſum pro hac vice, etiam in præiudicium vxoris vel eccleſiæ, cui non cenſetur præiudicari, quum nondum eſſet acquiſitio radicata, Sed tunc demum deſinit res eſſe integra, cum maritus, vel prælatus alij feudum conceſſit, vel ad declarationem commiſſi agere cœpit, vel ad alium exteriorem actum deuenit, qui non poſſit fieri ſine electione & acceptatione iuris commiſſi. Acceptatio autem expreſſa non poteſt fieri, niſi expreſſo, vel implicito nomine vxoris, vel eccleſiæ, ad quam ſpectat proprietas, & acquiſitio iuris commiſſi. Et ſic non poſſunt amplius pœnitere maritus, vel prælatus poſt ius eorum miniſterio alij principaliter acquiſitum: nec poteſt amplius remitti à marito, ſicut nec alia quæuis actio competens ad immobile, procedens ex parte vxoris. quamuis enim iniuria collata ſit in perſonam mariti tantum, tamen ſi eſt atrox; committitur feudum ipſi patronæ, non proprie propter offenſam mariti, ſed propter offenſam patronæ, quæ cenſetur læſa per enormem iniuriam marito ſuo ſcienter illatam à vaſſallo. Plus dico quòd poſſet eſſe tam atrox iniuria, puta membrorum mutilatio, vel letalia vulnera, quod per ſe abſque eo, quod maritus reuocaret ad animum, ſpectaret ad affectum, & iniuriam patronæ. Ita quod ſtatim illi acquireretur ius commiſſi, quod non poſſet etiam incontinenti per offenſum forte morientem remitti in præiudicium vxoris. Et idem puto in prælato, reſpectu eccleſiæ.

* Quando res dicatur integra.

114. Sic & emphyteutis rerum dependentium à patrimonio vxoris, ſi per tres annos non ſoluerint, poteſt maritus recipiendo ſolutionem purgare, & remittere commiſſum. Sed ſi ſemel illud acceptauerit, ſiue agendo in iudicio ad declarationem commiſſi, ſiue alij concedendo, non poteſt amplius remittere, quia proprietas illius iuris, vel actionis fuit vxori quæſita. Et in ſimili decidit Philipp. Com. *in conſil.* 187. *tuta eſt. in fi. lib.* 1. quòd vicarius re quidem integra poteſt remittere commiſſum emphyteuſis, ſed non re non integra, quod eſt poſtquam tanquam vicarius, & ſic nomine, & ad commodum eccleſiæ commiſſum acceptauit. Et not. quod ſicut dictum eſt in quæſt. præcedenti, & ita hic feudum auocatum ab ingrato efficitur proprium vxoris, & eius directo domino conſolidatur, vel illi ſoli acquiritur, & non incidit, nec computatur inter conquæſtus, nec eius æſtimatio. Nec poteſt ſine conſenſu vxoris annis maioris alij concedi, vel infeudari per maritum, etiam caſu quo offenſa eius tantum perſonam concernat, quia virtus effectiua commiſſi, & reuocationis feudi oritur à proprio patrimonio vxoris, & ad illud reuertitur. Et iſtud ampliatur nedum ſi res quæ cecidit in commiſſum de facto incorporetur feudo dominanti, & in catalogo feudi, tanquam pars integralis, & æquè principalis feudi, recognoſcatur à patrono ſuperiori: ſed etiam ſi maritus teneret rem commiſſam ſeorſum, quia quamuis nondum ſit vnita in idem corpus, eſt tamen acquiſita dominio ſolius directæ dominæ. vt infra *eodem quæſtion. fin. in fine.*

125. TRICESIMOSECVNDO, Pone pupillo ſucceſſione matris, vel aſcendentium maternorum obueniſſe multa nobilia feuda, à quibus vaſſalli dependent. Et partem pupilli filiifam. habere legitimam adminiſtrationem, vel cuſtodiam nobilem, & fructus ſuos facere, de *quo infra.* §. 96. Modo ſi pater tanquam legitimus adminiſtrator, vel cuſtos, manum iniiciat feudo mouenti à propriis filij, & vaſſallus abneget: ſatis ex prædictis conſtat quid ſuper hoc dicendum. Sed an ex capite grauis offenſæ in hunc patrem commiſſæ, ſit locus commiſſo? Reſpond. Conſtat ex prædictis, quod ſic, ſi ſit illata contemplatione, & odio filij vel patronatus. Sed dubium eſt, ſi ſolo perſonali odio patris in illum ſit iniuſte commiſſa. Et videtur non eſſe locum huic §. quia proprie non eſt illata iniuria patrono, nec in deſpectu patroni. quoniam offenſus non eſt patronus, ſed tantum tutor patroni, & vſufructuarius feudi dominantis, quorum neutrum ſufficit. Certum eſt enim, quòd hic text. & ſimiliter in d. vſibus feudo. loquens de patrono offenſo, non habet locum in eius tutore, & multo minus in fructuario, qui proprietarium non repræſentat, niſi forte in contumeliam patroni principaliter factum ſit. Alioquin, quum agatur, de iniuria certæ perſonæ, non poteſt fieri extenſio ad aliam. Nec obſtat quòd tutori iurari debet, vt ſupra §. 32. *quæſtio* 4. quia non ipſi, ſed pupillo. Sic in propoſito, quamuis vaſſalli iurent, & teneantur iurare in manu patris, tamen non iurant ei, ſiue in eius verba, ſed filio, & in verba filij: ſicut quando iurant tutori, procuratori, vel fructuario, recipienti nomine domini. Aduerte, quia hic tria concurrunt in offenſo. Primum, quod eſt pater qui cenſetur eadem perſona. *l. fi. C. de impuber. & alien. ſubſtit.* Et* cuius iniuria ſpectat ad effectum filij. *l.* 1. *D. de iniur. l.* 1. *ad fi. D. de liber. cauſ.* Et ſic, ſi atrox iniuria illata ſit patri, videtur illata filio. Et ita ſentit in ſimili. Franc. Rip. *in repet. l. fi. C. de reuocan. donatio. quæſt.* 18. *ad fi.* reuocandam donationem propter atrocem iniuriam illatam vxori, vel filio donatoris, non ex eo capite, quòd donatarius intulerit impias manus in donatorem, ſed ex capite atrocis iniuriæ donatori factæ in perſona ei coniunctiſſima. & iſtud eſt primum, & potiſſimum. Secundum, & tertium ſunt, quod eſt tutor, vel habens adminiſtrationem plus quàm tutor & vſufructuarius. Sed hæc duo parum faciunt, & quum non habeam text. in toto iure ſcripto, nec in dictis vſibus feudorum, nec in noſtris conſuetudinibus, per quem ſit cautum exhæredationem, vel reuocationem donationis, ex hac cauſa fieri poſſe, ego non extendam hanc diſpoſitionem non pœnalem huius §. *vel d. cap.* 1. *quibus mod. feud. amitt.* extra terminos, ſed relinquam in diſpoſitione iuris communis, vt aliter tanquam delictum commune puniatur offenſa, ſaluo quòd ſi iniuria patri illata ſit talis & tam atrox, quod in enormem contumeliam ipſius filij redundet, & offendens ſciuerit eſſe patrem patroni ſui, puto locum eſſe commiſſo, etiam ſi forte offenſus omnem iniuriam remitteret. per not. in *quæ præcedenti. num.* 123. *in fi.* puta ſi vaſſallus patrem patroni falſis delationibus ad iniuſtam & ignominioſam mortem adegerit. Reliqua exempla ſtudioſis, & prudentum iudicum arbitrio relinquo.

* Iniuria patris ſpectat ad effectum filij.

126. § TRI-

si patronus non fuit in vita conquestus, verum eius hæres possit conqueri.

126. § TRICESIMOTERTIO quæro, quid * si patronus offensus non fuerit in vita conquestus, sed eo mortuo hæres vult revocare feudum, an possit? Conclusio est, quòd non. *argum. leg. prima. l. his. solis. l. finali C. de revocanda donatione, cap. fin. de donatio.* vbi in simili denegatur revocatio donationis hæredi donatoris offensi, dummodo tamen patronus vel donator scierint, & habuerint spatium conquerendi, & omnès glo. & doctor. quare non immorabor in allegationibus superuacaneis. Sed si cupis, vide late Francisc. Ripa. in *repet. d. l. fi. quæst.* 61. And. Tiraquell. in *repet. l. si unquam. eod. tit. in verſi. ſuſceperit liberos num.* 174. Hæc conclusio secundum Bal. in *l. imperialem. §. insuper colum. fi.* Fallit si vasallus fuisset priuatus ipso iure, quia tunc iniuria traxit secum executionem. Et exemplificat in duobus casibus. Primo, quando alienauit, & tradidit domino irrequisito. Secundo, generaliter, quando in infeudatione esset appositum pactum, quòd commissa felonia feudum amitteretur ipso iure, quia tunc transiret in hæredem, etiam querela non præparata. Et sequuntur ibi in *colum.* 2. Aluaro. & Præpo. Iacobi de S. Georg. in *inueſtit. feud. in verb. diſſique vaſſall. promiſ. non commit. felo. col.* 13. *verſi. limitabitis.* Et idem sentit Zasi. in *epito. feud. part.* 10. Hanc tamen fallentiam reprobat Francis. in *tract. feud. in 4. parte col. fi.*

127. Aduerte, quia dico quòd hæc fallentia in primo casu non est verissima in terminis dictorum vsuum feudalium, scilicet in casu alienationis, & eam sequuntur, in hoc casu loquendo Cardi. Panor. *in cap. fi. de donat.* Pau. in *l. omnimodo colum.* 2. *C. de inoffi. teſtam.* & moueor, quia hic est continua & successiua * contrauentio, cum semper maneat de facto alienatum. Vnde sufficit, quod patronus non approbauerit contractum, vel acquirentem in vasallum. Vnde hac ratione cessante, puta si vasallus post alienationem, & traditionem recuperauerit feudum, quamuis ipso iure non euitet commissum semel incursum: tamen si dominus sciuerit & alienationem, & traditionem, & recuperationem, & sciens vasallum non inquietauerit, puto hoc casu locum esse regulæ, & non procedere fallentiam Bal. & sequacium. In secundo autem casu licet eam sequatur Francisc. Aret. *conſi. 14. Viſo & diligenter. in fi.* tamen eam falsam puto, quia quantumcunque vasallus per aliquam ingratitudinem cadat à feudo, etiam ipso iure, intelligitur si tamen dominus voluerit. vt tenet idem Bald. sibi contrarius, in *l. fi. C. de revoca. dona.* contra Bald. etiam tenet Imol. & bene in *c. fi col.* 13. *de donat.* Etiam amplio conclusionem nostram, vt procedat, siue vasallus fuerit citra iudicium priuatus ipso facto, siue priuandus Si enim patronus sciuerit, & habuerit spatium, & opportunitatem querelandi, & nihilominus tacuerit, & sciens passus sit vasallum ingratum frui vt prius, tunc censetur non reuocasse ingratitudinem ad animum, vel remisisse. Ideo non transmittitur ad hæredem ius reuocandi feudum, sicut nec actionem ad reparationem, vel æstimationem iniuriæ. Et ita tenent omnes scribentes. in *d. §. insuper in cap. 1. §. 1. quib. mod. feud. amitt.* Alex. in *l. rei iudicatæ col. 2. D. ſol. matrim.* Iacob. de S. Georg. in *d. verſi. diſſique. vaſſal. promiſ. col.* 12. Item fallit excipiendo vt in *q. seq.*

* Contrauentio successiua.

128. § TRICESIMOQVARTO quæro, Quid in casu conuerso, si patronus non prædecessit, seu vasallus; An patronus possit feudum auferre ab * hærede ingrati? Breuiter idem concludo, quod in quæstio. præcedenti, quòd non, dummodo in vita vasalli habuerit & scientiam & spatium sufficiens ad conquerendum, & nihilominus passus fuerit vasallum quiete possidere vsque ad eius mortem. & ita tenent glos. in *l. fi. C. de revocand. donat. in cap. fi. de donat.* & omnes doctor. in locis præfatis. & bene. quia hic est eadem, imò fortior ratio, ex eo maximè quod hæres vasalli qui ignorat

* Hæres ingrati vtrum possit feu. ipsi auferri.

A factum, & nescit qui sint vel vbi sint testes, non potest à communiter accidentibus æque se defendere, & iustificare, sicut potuisset defunctus si fuisset inquietatus. Decisionem tamen præcedentis huius quæstio. limita singulariter vt procedat agente patrono, vel eius hærede, ad reuocationem feudi. Secus è conuerso, si vasallus vel eius hæres agerent & patronus vel eius hæres se defenderent, quia possunt indistincte excipere de ingratitudine. Quod est sane intelligendum in casibus sequentibus.

129. Primo, quando vasallus, vel eius hæres agunt ad traditionem, & primam inuestituram feudi quæ nunquam præcesserat, puta quia tantum fuerat factus contractus infeudationis, & nunc dum vasallus, B vel eius hæres agit ad implementum offerens clientelam subire, excipitur quod ingratitudinem commisit post contractum. & non est dubium quin possit excipi etiam ab hærede, & contra hæredem. sicut in simili indistincte potest excipi quando donator nunquam tradidit, & nunc agitur ad traditionem. vt tradunt Petr. de Anchar. in *dicto cap. fi.* & ibi Barbat. *col.* 12. *de donat.* Francisc. in 4. *par. feudo. in fi.* Idem dico si feudum sit antiquum, sed post noxam vel feloniam admissam patronus injecit manum feudo, & nihil aliud fecit, quia etiam post mortem vasalli ingrati potest retinere feudum ad manum suam, & contra hæredem vasalli iura offerentem, & manus leuationem, & inuestituram petentem, excipere de ingratitudine, & petere declarari cecidisse in commissum, quamuis de C hoc non fuerit locutus in vita vasalli. quia satis est quòd non fuit passus ingratum vasallum possidere, sed illico manu iniecta feudum occupauit. Tunc enim si vasallus confidebat de innocentia, debebat prosequi restitutionem feudi, prout verisimiliter fecisset si fuisset innocens. Idem puto eadem ratione, si primo feudum prehensum fuerit à patrono ob aliam causam, puta propter mutationem præcedentem, vel defectum catalogi, deinde vasallus feloniam committat in patronum. Tunc enim si semper patronus, vel sui commissarij possideant, & fruantur nomine patroni, cessat illa tacita caducitatis remissio, quæ alterutro ante querelam motam moriente præsumitur, & sic non potest per hanc viam deperire ius excipiendi, vel petendi commissum: sed bene potest perire per præscriptionem triginta annorum, nisi dominus incipiat etiam D iure commissi possidere, vel retinere feudum. quo facto licet commissum de se non possit perire lapsu temporis, tamen perire potest illius probatio. Ideo patronus sibi consulere debet secundum notabil. 3. *eod. q.* 10. *nu.* 50. Alioquin quandocunque vasallo, vel eius hærede inuestituram petente, & iusta offerente, si dominus excipiat de ingratitudine & commisso, nisi incõtinenti. vel infra breuem terminum probare, & liquidare possit, feudum interim mãcipabitur vasallo per promissionem, sine præiudicio iurium patroni, vt expressim tenent Bal. Aluaro. Præpos. & omnes in d. §. *insuper* Iacob. *in inueſtit. feud. in verſi. diſſique inueſtit. promit. non commit. felo. colum.* 15. *verſi. ſed pone.* Zasi. in *epito. feud. part.* 10. Secus autem esset si vasallus aliquo sufficienti spatio domino sciente post ingratitudi- E nem quietè possedisset, deinde patronus manum iniecerit feudo, non tamen prætextu commissi, sed propter iura ordinaria feudi, & mere tanquam dominus feudalis, puta ob dinumeramentum non traditum, vel ex defectu hominis & iurium, ob superuenientem aperturam, quoniam huiusmodi prehensio, & possessio patroni, magis accedit conseruationi, quam resolutioni feudi: non tamen inducit ipso facto remissionem commissi, etiam si fiat à sciente commissum, sed non impedit tacitam illam commissi remissionem, quæ per alterutrius mortem ante querelam motam præsumitur, nisi patronus incipiat iure commissi retinere hoc declarando, vel ex hac causa leuationem manus recusando vas-

fallo vt diximus ſupra *eod. num. quadrageſimoſeptimo.*

* Ingratum vaſſallum per ignorantem in fidem recipiens vtrum remiſiſſe ei ingratitudinē videatur.

130. ¶ TRICESIMOQVINTO, Quid ſi patronus* ignoranter in fidem admiſerit, & inueſtierit vaſſallum, qui ingratitudinem aduerſus eum commiſerat? Si ſcienter non eſſet dubium remiſſam eſſe feloniam. Reſpondeo, Non præiudicari patrono in iure petendi commiſſum adiudicari per viam actionis. *per reg. l. mater decedens. D. de inofic. teſtam.* & in materia feudali tradunt feudiſtæ. in *c. 1. quo tempo. mil. in vſibus feud.* Sed in hoc præiudicatur quòd non poteſt incipere nec procedere via prehenſionis, niſi à tempore nouiſſimæ inueſtituræ, quæ præcedentes aperturas clauſit, ſuperuenerit noua apertura. Et quod ſupra dixi, ſcienter inueſtientem ſibi perpetuo præiudicare. Amplia etiam ſi in inueſtitura apponeretur clauſula, ſaluo iure noſtro, quia per hanc clauſulam non intelligitur reſeruari aliquid repugnans inueſtituræ, & negotio in quo apponitur, quamuis contrarium in hoc, & male tenuerit Iacobus de S. Georg. in *inueſtitu. feudo. in verb. quiqui. inueſti. præſti. iura. fide. col. 10. verſic. primum membrum.* Neceſſaria igitur eſſet expreſſa, & ſpecifica reſeruatio iuris commiſſi, & priuationis feudi prætenſi à patrono, quod puto ſufficere, & validam eſſe, nec ipſam inueſtituram propter hoc vitiari, quamuis videatur repugnare, quia cenſebitur hoc caſu renouatio inueſtituræ prouiſionaliter facta, eò quod feudum non erat ipſo iure commiſſum, & quod priuatio requirebat altiorem indaginem.

* Clauſula ſaluo iure nō impedit præſcriptionem.

131. Sed quæro hac* proteſtatione ſpecifice apposita, vtrum ſemper poſſit agi ad declarationem commiſſi? Videtur quod ſic. Tum quia per hoc videtur vaſſallus interpellari, ſaltem in mala fide conſtitui, & ſic quod etiam triginta annis non poſſit præſcribere. *cap. vigilanti de præſcriptio.* Tum quia non videtur poſſeſſionem feudi percepiſſe, niſi in hac qualitate, & ſub hoc onere ſub quo eſt inueſtitus. Contrarium puto, quod huiuſmodi proteſtatio non impediat præſcribi ius commiſſi triginta annis, quia illud præſcribendum, neque alia bona fides, neque poſſeſſio requiritur, quum ſit actio perſonalis & pœnalis, per ea quæ ſcripſi *infra tit. 4. in rub.* Fortius dico, quod nec huiuſmodi proteſtatio præſcriptionem commiſſi cœptam interrumpit, quoniam inueſtitus illa non fatetur eſſe veram, & licet conſentiat eam apponi, tamen tacitè videtur in oppoſitum proteſtari, & hoc important verba ſaluo, vel ſine præiudicio, quæ intelliguntur ſi & quatenus proteſtatem ſubſiſtit, & de iure fieri debet, vel non.

* An delictū patris denegantis dominum noceat filiis.

132. ¶ TRICESIMOSEXTO quæro, An huiuſmodi negatio, vel alia noxa, aut ingratitudo factum vel culpa noceat nedum ingrato, ſed etiam eius* filiis, vel aliis quibuſcunque hæredibus? Hic latiſſimè aperitur campus, de quo per Bart. in *l. eum qui. D. de interdic. & relegat.* per omnes feudiſtas in *c. 1. ſi vaſſall. feudo primet. cui defer. in vſib. feudo.* Iacobi in *inueſti. in verſic. dictique vaſſalli. promiſ. non commit. felo. verſic. videamus nunc vſque ad fin. per 5. col.* Franciſ. in 5. *parte feudo.* apud quos plene inuenies. reliquos prope infinitos locos omitto. Et diſputatione omiſſa breuiter & clare concludendo perſtringam. Primo, quid ſit ſecundum dictos vſus feudorum. Secundo, quid ſecundum noſtras conſuetudines. Quantum ad primum, quia feuda non regulantur more patrimonialium, ſed ſpeciali iure & non poſſunt alienari in extraneum, nec per contractum, nec per delictum, vnde nunquam confiſcantur in extraneum, etiam principem. vt per Bartol. & omnes. in *l. ſi finita §. ſi de vectigalibus. D. de damn. infect.* vnde aut eſt feudum* nouum, & indiſtinctè delictum, imò quæuis commiſſio feudi, ſiue per delictum in dominum, vel aliud commiſſum, vel per aliam quamcunque cauſam, puta ſpontaneam reſignationem, ſupprimit feudum, & facit illud perpetuo reuerti ad patronum, excluſo vaſſallo, & omnibuſcunque ſucceſſoribus ſuis, vel cauſam habentibus, quorum iura reſoluuntur. *c. 1. §. ſi. vbi omnes ſcrib. quæ fuit prim. con. benef. amit. cap. 1. §. rurſus. quibus modis feudum amitt.*

* Feudum nouum.

133. Aut vero eſt feudum* paternum, vel antiquum. Et tunc, aut amittitur per delictum, ſeu feloniam commiſſam in patronum, & ad eum perpetuo reuertitur, etiam in præiudicium filiorum delinquentis, vel agnatorum, tanquam ſub iſta conditione conceſſum, vt in caſum feloniæ redeat ad dominum in vltionem iniuriæ. *d. §. ſi.* Fallit ſi delinquens colludat cum patrono ad excluſionem agnatorum, vel culpa patroni vaſſallus inciderit in caſu commiſſi. Iac. Ardizo. in tit. *quib. mod. feu. amit. ſub rubri. ſi vaſſall. excepit. culp.* Aluaro. in §. *ſi. concl. 6.* Aut amittitur propter delictum commiſſum in alium, quam in patronum & tunc tranſit ad agnatos proximiores ſi qui ſint, excluſo in hunc euentum patrono, & in omnem euentum excluſis filiis, & deſcendentibus vaſſalli. Iita & præcedens concluſio inquantum concernit excluſionem deſcendentium, fallit ſi delictum fiat per patrem qui nihil adhuc habet in feudo, vtpote auo viuente, quia delinquente ſublato de medio, eius delictum non nocet nepoti immediatè ſuccedenti auo, & hoc eſt indubitatum. & tradit Bar. in *d. l. eum qui.* Bald. in *l. duodecim tabul. C. de leg. hæredi.* Salic. in *l. 2. C. de libert. ex eor. liberi.* Aut vero amittitur illicita alienatione, vel ob non petitam inueſtituram. Et tunc idem, quod quando per delictum in alium commiſſum. vt per Aluaro, in *d. §. ſi.* Sed hæc procedunt in feudo hæreditario, ſiue ſimpliciter conceſſo, quod hæreditarium in dubio intelligitur. Si autem ſit feudum* conuentionale, quod lege contractus deferatur ad filios, aut certas generationes, vel perſonas, tunc indiſtincte quodcunque delictum, vel quæuis culpa non nocet, niſi committenti, & ad vitam eius dumtaxat, quo mortuo liberum, & integrum ius deuoluitur ad ſequentem, vel ſequentes in gradu vocatos per contractum infeudationis, & venientis iure proprio. Io. Andr. in *add. Specul. de feudo. §. ſi. verſ. 1.* Andr. Iſer. & alij in *d. col. ſi vaſſall. feud. priue.* Iacob. in *inueſti. in verb. dictique vaſſall. promiſ. non commit. felo. colum. 16. & 18.* Curtius Senior. *conſ. 48. num. 48.* Curtius Iunior. *conſilio 78. 142. & 155.*

* Feudum conuentionale.

134. Quantum ad ſecundum, ſecundùm noſtras conſuetudines promptius eſt expedire, quia apud nos feuda patrimoniorum iure reguntur, nec ſunt effecta patronis, vt non poſſint in alium transferri, nec vt eis committantur reſolutis oneribus impoſitis à vaſſallis, nec curatur an ſint antiqua, vel noua ex parte patroni, nec etiam ex parte vaſſallorum, niſi quoad tria dumtaxat: videlicet quantum ad diſpoſitionem teſtamentariam, ſucceſſiones ab inteſtato, & ius retractus proximitatis. in quibus eſt quædam differentia* inter proptia, ſiue antiqua, & conquæſtus, ſiue noua feuda, noua inquam reſpectu nouæ requiſitionis vaſſalli, licet de ſe ſint antiquiſſima, reſpectu primæ infeudationis, de qua ad præſens non curatur. Vnde dicendum, quod ſi committatur feudum propter negationem, vel aliam noxam vaſſalli, reuertitur in perpetuum ad patronum. Si vero vaſſallus incidat in aliud delictum commune, remanet feudum vaſſallo, vel hæredibus ſuis, niſi bona delinquentis confiſcentur. quia tunc etiam feudum confiſcatur ſine præiudicio iurium patroni, vt ſæpe dictum eſt. Et ſic feudum nunquam reuertitur in proprietate, ſiue perpetuò ad patronum, niſi ratione ingratitudinis in eum commiſſæ à vaſſallo, vel niſi ratione acquiſitionis ſi quam faciat ſine iure, & poteſtate feudali: vt quando venditur pro pretio, ſiue aliàs ſpontaneo contractu tanquam priuatus. Et adhuc non reuertitur, niſi cum oneribus impoſitis à vaſſallis, ſicut quando alienatur in extraneum. Vnde ſi forte vaſſallus moriatur ab

* Differentia hæreditorum & conquæſtuum.

intestato, nullis parentibus, nullis liberis relictis, deficiente etiam omni successione agnatorum, vel cognatorum, patronus non succedet in feudo. Et quamuis possit illud post quadraginta dies ab obitu prehendere ex defectu hominis, & fructus suos facere. *iuxta* § 1. *supra eod.* tamen non potest sibi consolidare, nec vnire mensæ suæ, sed devoluetur feudum, & acquiretur ei ad quem bona vacantia spectant, puta ad habentem merum imperium in loco, vel * ad fiscum. vt diximus infra §. 169. quamuis Pet. Iacob. in *tit. de caus. in quib. vassall. quantum est de iure scrip. debet amit. feud. col.* 2. teneat etiam in hoc regno consolidari patrono exclusso fisco, & malè. Et hæc in feudo hæreditario. quia si lege contractus deferatur, quicquid agat vasallus. siue contrahendo, siue delinquendo non operatur, nisi pro tempore suo, sed eo mortuo, feudum liberum devoluitur ad sequentem vel sequentes in gradu, saluo nisi peccaretur in non obsequendo legi contractu. prout latiùs dicemus j. §. 161. in pulchra quæstione donationis factæ alicui ad certa onera, ita vt post eius obitum spectet ad antiquiorem filium.

* Feuda transeunt in fiscū.

135. ¶ TRICESIMOSEPTIMO, liquet ex prædictis feudum nedum abnegatione, *vt hic*, sed etiam aliis causis ingratitudinis amitti. An igitur amittatur apud nos, ex * omnibus causis quæ habentur per diuersos titulos in vsibus feudorum compilatis per Obertum? Respondeo, Non: quia non omnes sunt receptæ in vsum. Et in eo quod consuetudo nostra non exprimit, potius recurrendum est ad ius commune scriptum quam ad dictos alienos, & locales vsus, vt dictum est supra in rubric. ad finem, quod etiam expressim firmat Petrus Iacob in dicto *titu. de caus. ex quibus vassal. quantum est de iure scrip. in princip. & cap.* 1. *&* 6. Vbi dicit quod iudex non debet recipere causas amittendi feudum quæ sunt in dicto libro feudorum. ¶ Quæro igitur, nunquid apud nos feudum debeat amitti, saltem ex omnibus cautis ingratitudinis contentis in * corpore iuris, ex quibus liberi possunt exhæredari à parentibus quæ sunt quatuordecim, in *authen. vt cum de appel. cognosci* §. *causas autem coll* 8. siue ex quibus parentes exhęredati possunt à liberis, quæ sunt septem *in d. authen.* §. *has autem esse decernimus*: siue ex quibus frater potest exhæredari, & excludi etiam turpi persona instituta, quæ sunt tres in *authen. de nupt.* §. *ingratitudinem c.* 4. siue ex quibus donatio reuocatur, quę sunt quinque in *l. fi. C. de reuoca. donat.* Siue ex quibus repudium mitti potest viro, vel vxori, quæ habentur in *l. consensu. C. de repu.* Et videtur quod sic, & ita transeunt & tenent omnes feudistæ *in tit. quæ sunt prim caus. bene amit.* §. *predictus*. Sed nimis indigestè loquuntur, quia maior pars dictarum causarum non rectè adaptatur inter clientē & patronum, imò nec ipse idem Obertus in *d.* §. *predictus* voluit dicere feudum posse reuocari ex omni causa, ex qua filius aut parens potest exhæredari, aut matrimonium dissolui, aut donatio reuocari, sed dicit, quòd subtiliter perscrutando dictas causas, & alias similes, vel maiores, colligi potest, ex quibus causis ingratitudinis feudum debeat, & possit reuocari, & verum dicit.

* Feuda vsū in Gallia amittantur ex omnibus causis quæ continentur libris feudorum.

* Feuda vsū amittantur ex omnibus causis ingratitudinis iure ciuili comprehensis.

136. Et penitus rem ipsam perpendendo dico quod solæ illæ * quinque causæ scriptæ in *dicta. l. fin. C. de reuocand. donatio.* recte conueniunt, & eandem conformem rationem habent ad reuocationem feudi quod est beneficium. Et sic non est dubium, quin ex qualibet illarum reuocari possit, & concludo feudum non posse reuocari, nisi ex vna ex dictis quinque causis, vel quæ ad vnam ex illis reducitur. Prima, sunt atroces iniuriæ in donatorem, vel patronum factæ, in qua comprehenditur violatio vxoris, aut filiæ, aut sororis virginis in domo manentis. Secunda manuum impiarum in personam donatoris, vel patroni illatio. Tertia, si graue damnum in omnibus, seu maiori parte bonorum donatoris, vel patroni inferat, idque ex insidiis, scilicet

* Quinque causæ reuocandæ donationis.

A animo, & consilio maleuolo spoliandi, & deprædandi benefactorem. Quarta, si illi vitæ periculum intulerit, quod ego intelligo similiter ex insidis, siue maligno animo. Quinta, si conuentiones, & pacta in donatione, vel inteudatione apposita minime implere voluerit, ad quam reducitur causa abnegationis patroni in hoc §. expressa, & de reliquis omnibus ingratitudinis causis in iure contentis non est curandum, tanquam in alia & diuersa materia scriptis, nisi quatenus ad præcedentes, vel aliquam ex eis reducuntur. Tres enim causæ * exhæredationis in linea collaterali in *d.* §. *ingratitudinem. in authen. de nupt. conueniunt.* & reducuntur ad quatuor primas. *d. l. fi.*

* Causæ exhæredationis.

137. Causæ autem quatuordecim exhæredationis liberorum pro maiori parte disconueniunt, videlicet quarta, & octaua cum omnibus sequentibus. Tantum restant quinque, quæ possunt, sed non omnino seu æqualiter adaptari, & reduci ad primas causas *d. l. fi.* Tres enim primæ causæ exhæredandi filium quæ sunt, si manus impias intulerit, si grauem, & inhonestam iniuriam commiserit in parentes, si eos in criminalibus causis, quæ non sunt aduersus principem, vel remp. accusauerit, reducuntur ad duas primas *d. l. fi.* Sed tamen non æqualiter, quia leuior iniuria, vel iniectio manus, sufficit ad exhæredandum filium tanquam ingratum, quam ad reuocandam donationem ab extraneo: in quo grauior circumstantia facti requiritur, quoniam cæteris paribus longe * grauior est iniuria à filio illata, quam ab alio, etiam beneficiario nostro, de quo bene meriti sumus Quarta autem causa dictæ exhæredationis, si filius fuerit maleficus, vel cum maleficis versatur impertinens est ad reuocationem donationis, vel commissionem feudi erga patronum, qui per hoc non iniuriatur, nec ad eius affectum, & æstimationem, vel infamiam æque spectat integritas & status vasalli, sicut filij ad patrem. *l.* 1. *ad fin. D. de liber. caus.* Vnde si vasallus maleficij damnetur, feudum non applicatur patrono, sed sicut cæteta bona confiscantur ad onus iurium feudalium, sic & à donatario ob eandem causam, vel similem non reuocantur donata, sed transeunt in fiscum damnatione secuta.

* Grauior est iniuria facta à filio, quam à beneficiario.

138. Et no. quòd hic * maleficus recipitur, non pro malefactore in genere, sed propriè & pro eo qui incantationes, vel magicas artes perniciosè exercet. Et hoc magiam accipiendo impropriè, quia vt primus apud Latinos docuit absolutissimus ille Philosophus Ioan. Picus Mirandulanus *in apologia in princi. & super conclusio* 5. proprie Magia est naturalis philosophiæ absoluta consummatio. Estque *μαγεία* non Græca proprie, sed Persica vox. Et *μάγος* seu magus nec Græcum est, nec Latinum, sed Persicum vocabulum, sapientémque significat. Qui enim apud veteres Gallos druidæ, siue druida, apud Hebræos prophetæ, vel cabalistæ, apud Indos gymnosophistæ, apud Ægyptios sacerdotes, apud Græcos, philosophi, apud Persas, & Chaldæos magi vocabantur. Vt etiam scripsit Ludouic. Cœlius *lectio. antiq. lib.* 5. *cap.* 42. proprie magia est altior, sanctiórque philosophia de qua Plato *in Alcibiade* testatur, non aliud sibi videri Zoroastris Magiam, quam diuinorum scientiam atque cultum, qua imbuantur Persarum regum filij, vt ad mundanæ (id est diuinæ & vniuersalis) reipub. imaginem suam & ipsi rempub. administrare; distribueréque condiscant. Hinc M. Tullius in diuinationibus scribit neminem apud Persas regio potiri fastigio, qui prius magicam non imbiberit scientiam, hæc naturalium consensum, quem significantissime Græci *συμπάθειαν* (id est simultaneum affectum, seu conuenientiam vocant) indagine scrupulosa dum rimatur exploratius inter sparsas mundo potestates rerum alioqui quasi illecebratas, atque in naturæ quodammodo sanctuariis reconditas in apertum ita producit, vt per illecebras mutuas, quæ Magorum *ἰυγγες* nuncupantur,

* Maleficus.

* Magia proprie.

by Google

& cognationem quandam miracula conſurgant maxi-
* Magia impropriè. me mira. lege lanius, ſi vacat apud Cæl. Aliter * autem (ἀλλὰ καταχρηστικῶς & ignoratione genuinæ ſignificationis) vulgo accipitur, pro infami illa incantationis arte, immundorum ſpirituum commerciis inauſpicata. Fit enim (vt inquit *Aurel. Auguſtinus in lib. 1. de doctrin. Chriſtia. & habetur 26. quæſt. 2. c. illud in fin.*) mediante quadam peſtifera ſocietate hominum & dæmonum, velut pacto infidelis, & doloſæ amicitiæ conſtituto cum dæmonibus, quorum opera & portentoſis execrandiſque illuſionibus conſtat. Et hæc à Græcis vocatur καταπιχρία ſiue κακουργία & vt inquit Picus γοητία. Maleficus autem ſiue incãtator γόης ὁ κακότεχνος κακοῦργος. Et hi vocantur malefici propter grauitatem malitiæ & perfidiæ, & ob facinorum magnitudinem, B vt inquit text. in *l. nemo aruſpicum de malefic.* Vnde non immerito in *l. ff. eo. tit.* dicuntur communis ſalutis hoſtes, & in *l. & ſi exceptæ. eo. tit.* vocantur humani generis inimici. De his etiam habetur in *c. ſi.* 33. *q.* 1. Si vacat pleniùs, vide per S. Thom. Aquin. in 2.2. *q.* 92. 93. Et in ſumma contra Gentil. *lib.* 3. *c.* 1. *&* 2. & nuncupatim per Io. Sptenger. in *malleolo.* Si legere vis horrendum maleficium Aureliis, anno 1500. detectum, vide epiſtolas magni Eraſmi *lib.* 10. *epiſt.* 1. vbi ad finem rectè ſcribit huiuſmodi portenta non eſſe ſimplicia crimina, ſed ex ſuperſtitione, impietate, idololatria, ſacrilegio, tanquam variis ex monſtris conflata. Quinta autem cauſa d. exhæredationis, ſi vitæ inſidiatus fuerit, eſt eadem cum quarta. *d. l. fin.* Sexta autem reducitur ad primam cauſam. *d. l. fin.* de qua dicam *infra eo. C q. ſeq.* Septima item ad primam vel quartam dictæ *l. ff.* Octaua autem, ſi filius noluerit (cum poterat) fide iubere pro parente incluſo, vel detento propter debita, hæc non ſufficit ad feudum amittendum ſecundum quòd dicam *infra eod. q.* 39. 139. ¶ Nona autem ſi teſtamentum fuerit impeditum, impertinens eſt ad reuocationem donationis inter viuos certæ rei vel feudi: quamuis eſſet pertinens ad reuocationem donationis cauſa mortis, vel donationis generalis inter viuos, habentis tractum ad mortem: puta donationis bonorum præſentium & futurorum, vel eorum quæ ſupererunt tempore mortis, excepto eo, quod teſtandi cauſa reſeruatum eſt, vel etiam in donatione certæ rei, ad onus teſtamentum donatoris implendi, ſecundum ea quæ plene deduximus infra text. §. 93. *gl. ff. in ver. perſonæ capabiles.* Similiter in materia noſtra impertinens eſt; & D decima illa cauſa ſi contra voluntatem parentum filius arenarius factus ſit. Dedecoratio enim vitæ alicuius non ſpectat ad donatorem, vel patronum eius, ſicut ad parentem: nec ad priuationem acquiſitorum beneficiorum, ſicut ad indignitatem quærendorum. Et pariter impertinens eſt cauſa vndecima, ſi filia infra viginti quinque annos fornicata fuerit. Duodecima autem, & decimatertia, de neglecto parente furioſo, vel non redempto à captiuitate, non ſufficiunt in materia noſtra. *vt in d. quæſt.* 39. Decima quarta autem, de hæreſi, ſeu * diuinatione à fide orthodoxa, im- * Lege deuinatione. pertinens eſt ſicut & de quarta dictum eſt. Ex quibus etiam patet qualiter, & quantum conueniant, vel diſconueniant ſeptem cauſæ exhæredationis parentum. ¶ Idem etiam dico de omnibus cauſis quæ in E d. lib. feudorum, & plene per feudiſtas tractantur. quod quatenus reducuntur ad aliquam ex quinque cauſis. *d. l. ff.* vel vni ex eis in qualitate, & grauitate facti, & paritate rationis conueniunt, poſſunt à nobis vſurpari pro noxa, ſeu felonia ſufficienti ad commiſſionem, ſeu amiſſionem feudi, & non alias. Modo his inuentione, & labore noſtro velut iactis fundamentis facile eſt diſcernere quid iuris in ſingulis cauſis, quas glomeratim enarrant omnes feudiſtæ in lecturis & tract. vel ſummis (vt vocant) & præcipue Franciſc. qui cæteris copioſior eſt in 4. *par. feu.* vbi quadraginta & vnam cauſas enumerat, quas partim ſuperfluum, partim nimis prolixum eſſet diſcutere, & ſigillatim examinare, quare breui hoc compendio reſoluere malui. A

140. ¶ TRICESIMOOCTAVO, circa remiſſionem factam in *q. præcedenti*, ſuper 6. cauſa exhæredationis liberorum. Certum eſt quod ſi filius, nouercæ vel concubinæ patris ſui ſe immiſceat, poteſt exhæredari. An pariter poſſit donatio vel feudum reuocari, ſi donatarius, vel vaſſallus violauerit vxorem, vel concubinam donatoris, vel patroni? Reſpond. quod ſic * in vxore. *c.* 1. §. 1. *quibus mod. feud. amit.* Secus autem dicerem in concubina donatoris, vel patroni. Tum quia non eſt eadem nec tanta ratio, tum quia culpabilis eſt habens concubinam, nec eſt admiſſibilis ad conquerendum ſi quis eam etiam abduxerit, & multominus ad beneficium ex hac cauſa reuocandum. Tum ſufficit, quod nullo iure, nulla conſuetudine cauetur de amittendo feudum, vel aliud beneficium propter acceſſum ad concubinam patroni vel donatoris. Et iura * loquentia de adulterio vxoris, nullo modo debent extendi ad concubinam. & ita tenent Pract. Papi. *lib. quo agitur de reuoc. ſeu. in glo. in ver. nec ſuperſtitibus in ver. quartæ cauſa* Mart. Laud. in *c.* 1. §. *ad ſi. quib. mod. feu.* quamuis Bald. Aluar. Præpo. *in d.* §. 1. contrarium teneant & Baldum ſequantur *Io. Ray. in l. imperialem* §. *ff. char. pe. prohib. feud. alien.* per Feder. Iacob. in *inueſti. in verb. dictique vaſſall. promiſ. non commit. felo. c.* 7. Franc. in 4. *par. feud. nu.* 21. Zaſi. in epit. feud. *pa.* 14. *concl.* 5. vbi tamen Zaſi. aliud eſſe cenſet in concubina prælati patroni, ſeu viri eccleſiaſtici. Et in hac ſola ratione fundatur, quod ex quibus cauſis filius exhæredatur, ex eiſdem vaſſallus priuatur feudo. per text. in *d.* § *prædictis.* Sed certe text. ibi hoc non dicit, ſed ſolum dicit in genere poſſe colligi cauſas ingratitudinis vaſſalli ex aliis, quod intelligitur ſane quando congruit eadem vel ſimilis ratio, quod non eſt in hoc caſu: quia filius committeret inceſtum, vaſſallus autem ſimplicem fornicationem, quæ fere nihil eſt ad comparationem inceſtus. & vt ſummatim iſta expediam.

* Violans vxorem domini vaſſallus feudũ amittit. concubinam violans non amittit.

* Non valet argumentum de vxore ad concubinam.

141. Concluſionem noſtram de vxore, amplia primo, in filia, & in nuru, & in nepte ex filio, & in ſorore patroni, quod vltimum de ſorore intelligitur de manente in domo patroni. *c.* 1. §. 1. *quib. mod. feud. amitt.* Et eiſdẽ caſibus puta donationem reuocari poſſe. *per d. l. ff.* Ex capite atrocis iniuriæ, quam non poteſt negari factam eſſe hoc caſu. Amplia ſecũdo, vt procedat nedum ſi vaſſallus fecerit, ſed etiam ſi tentauerit deueniendo ad actũ propinquum, vel ſi opem dederit facienti, Bal. & alij. in *d. c.* 1. §. 1. *quib. mod. feud. amit.* Amplia tertio etiam in ſponſa nondum traducta ad domum patroni. quod ego intelligo etiam ſi non ſit ſponſa per verba de futuro, quia qui illam ſciens polluit ſatis atrocem iniuriam infert ſponſo, & quod ad contumeliam eius ſpectet, & poſſit nomine ſuo agere iniuriatum. text. in *l. Item Labeonem.* §. *ſponſum. D. de iniur.* Amplia quarto, ſi cum matre patroni, quæ non conuolauit ad ſecunda vota *ar. l. ff. C. de primi. ſchola. in auth. de conſul.* §. *hæc itaque. col.* 4. vt tenent. Aluar. Præpo. in d. *col.* 1. §. 1. Iacob. & Franc. Zaſi. in *locis prædallegatis*, & placet quia propter coniunctionẽ, & effectum perſonarum, ſatis ſpectat ad contumeliam, vituperiũ, & atrocem iniuriam patroni.

142. Sexto, amplia etiam in * vidua patroni perſeuerante in viduitate, quia videtur manere in matrimonio. *l. ff. C. de bon. mater. l. ſi mina. D. de ſenato. l. filij libertorũ.* §. *vidua. D. ad municip.* Et ita tenent Andr. Iſer. Nicola. de Neapo. Aluaro. Præp. in *c.* 2. *de feud. ſine culp. non amitt.* Et videtur ſequi Alex. in *l. ſororem. col.* 1. *C. de his quib. indig.* Idem vult Zaſi. in *epito. par.* 10. *concl.* 5. Et pro hac parte optime facit tex. in *l. apud Celſ.* §. *adueſus. D. de dol. mal. except.* vbi libertus tenetur exhibere reuerentiam, & honorem patrono, tam mortuo, quam viuo. Et facit quod vult *gloſſ. in d. l. ſororem*, quòd hæres mortuo defuncto violans eius viduam, faci-

* Vidua violans domini, virum feudo priuatur.

se indignum hæreditate, & ab eo aufertur, & ampliatur fisco. quam gloss. Bar. Io. Fab. Bal. Paul. Alex. Ias. & omnes ibi sequuntur. facit gloss. in *l. fideicommissum. in fi. C. fideicom.* quæ vult quod legatarius ex eadem causa amittat legatum. & ibi sequitur Io. Fab. Bald. Ias. & omnes. Lancelo. Deci. in *l. filiæ in fi. D. de annu. leg.* Facit decisio Paul. Castr. in *d. l. sororem. & in d. l. fideicommissum. & in con.* 147. Reuocatur in dubium. *lib.* 2. vbi decidit, quod sicut mulier perdit dotem committendo adulterium, viuo marito. *l. consensu. C. de repud.* ita etiam committendo stuprum in viduitate post mortem mariti, quod sequitur Fely. in *c. pastoralis c.* 3. *de iudi.* Petr. Gitar. in *sing.* 48. *sciat Hipoly. de Marsil. in mat.* 234. *& mat.* 416. Istud tamen vltimum de amissione dotis non approbo, vt per ea quæ dixi *infra tit.* 12. *in rubr.* vbi contrariam opi. Alex. in *d. l. sororem* & Ias. in *d. l. fideicommissum* tutatus sum, quam etiam sequitur Phil. Deci. in d. *c. pastoralis col. fi.* Et Hipol. de Marsyl. sibi contrarius in *com.* 15.

143. Oppositum huius 6. ampliationis tenuit solus Bald. in *d. c.* 2. *de feud.* sine culpa non amittit. pro quo militat ibi text. vbi se restringit domino viuente, ergo secus si domino mortuo. Vnde non debet fieri extensio in pœnalibus, saltem ad casum nedum diuersum, sed in quo longe minor est ratio, cum vidua non sit vxor patroni, & vassallus habeat nouum patronum qui aliam forte habet vxorem, de qua limitatim, & non de vidua loquitur. *d. c.* 2. Et quum d. c. seipsum limitet ad vxorem & viuo patrono, non videtur posse extendi ad viduam & mortuo patrono. Et hanc partem de iure, & de consuetudine, sub limitationibus sequentibus veriorem puto. Primo igitur limito, si nouus patronus, si filius vel nepos in linea descendenti dictæ viduæ, quia tunc redundat in atrocem iniuriam filij, & patroni, vt in ampliatione præcedenti, & hæc limitatio non habet dubium. Secundo limito, si infra annum luctus, quia propter vicinitatem temporis & periculum turbationis sanguinis est grauior iniuria, imò, inquit text. in *auth. de restit. & ea quæ par. coll.* 4. est suspicio adulterij in vita. Et sic stuprum actuale est coniunctum cum adulterio præsumpto. Vnde quamuis hodie mulier nubens infra annum, seu infra tempus luctus non perdat sibi donata, vel simpliciter relicta à marito, nec ex capite ingratitudinis, quicquid Alex. dicat apud Bald. in *l. 1. C. de secund. nupt.* quia pœnæ * festinationis matrimonij. de quibus in *l. 1. & 2. C. de secund. nupt.* sunt sublatæ, vt nota. in *c. pe. & fi. de secund. nup.* & diximus infra *tit.* 12. *in rubr.* Tamen si infra annum luctus commiserit stuprum, perdit dicta donata & legata per text. in *d. §. fi.* qui etiam hodie manet in viridi obseruantia, & non corrigitur in hoc, quia tantum fit correctio in muliere nubente in domino, fauore matrimonij, & propter permissionem Apostoli *Pauli* 1. *ad Corinth.* 7. non autem fit correctio in vidua se mox, hoc est, infra annum prostituente, quod remanet vetitum, & pœnis iuris subiectum, ita decidit Phil. Deci. in *l. 1. c. 2. C. de secund. nupt.* Francis. Rip. in *repet. d. l. fi. q.* 61. *in fi. C. de reuocand. donat.* vbi etiam infert *sub ver. forte.* quòd donatarius vel feudatarius, qui relictam donatoris, vel patroni infra annum luctus adulteratus est, debent tanquam ingrati priuari donatione, vel feudo. quod absq; dubio puto verum esse, alioquin veriorem puto opinionem Bald. in *d. c.* 2.

144. ¶ Sed aduerte, quòd istam secundam limitationem ad opinionem Bal. sublimito, vt procedat, dummodo nouus patronus sit hæres siue in linea directa, siue in linea collaterali nouissimi patroni, cuius vidua in viduitate manens & infra annum luctus à vassallo polluitur. Tunc enim redundat ad contumeliam hæredis, cuius interest honorem defuncti, quem repræsentat conseruari, & tam graui iniuria non affici. Secus si nouus patronus sit extraneus singularis successor, puta emptor feudi dominantis, quia non putaret locum esse commissioni feudi si postea vassallus etiam viuentis venditoris vxorem adulteraretur, & multo minus si eo mortuo, etiam infra annum luctus: quamuis debeat aliàs de delicto grauiter puniri, oportet enim delictum cõmitti in personam moderni patroni vel in eius atrocem contumeliam redundare antequam appellatione feloniæ veniat, & sufficiat ad confiscandum feudum ipsi patrono. Ideo plus dico, quod etiam si nouus patronus esset hæres in hoc feudo sed in gradu remoto, puta si patronus decederet relicto fratre vterino, vel patrueli, sed non ex latere vnde feudum procedit, quare feudum deuoluitur ad coniunctum ex illo latere, licet remotiorem in gradu, non committitur feudum, licet vassallus polluat viduam defuncti patroni, etiam infra annum luctus. Tum quia nouus patronus est multum remotus in gradu consanguinitatis à defuncto, & sic non ita ad eius contumeliam spectat illa iniuria, tum quia propriè non est hæres defuncti per obitum inhonorati, sed proximior in gradu, est verus vniuersalis hæres, vt clare probaui 7. §. 150. Tum quia etiam si vassallus occideret illum proximum hæredem, feudum non committeretur huic nouo patrono: igitur multominus si vassallus violet dictam viduam etiam infra annum luctus, quia non est locus commisso nisi atrox iniuria fiat ipsi patrono, vel atrociter redundet ad iniuriam & contumeliam eius qui tempore delicti patronus est, & scitur esse patronus. Conclusionem principalem sic ampliatam limito primo, in concubina vel pedissequa. Secundo secundum prædicta. Tertio, vt procedat in sciente esse vxorem, sponsam, matrem, vel nurum, aut sororem patroni: secus in ignorante, nisi esset crassa & supina ignorantia, vt per omnes doct. in *d. c. 1. quib. mod. feud. amit.* Quarto fallit in patrono consentiente illi ingratitudini. Cætera hanc q. concernentia vide in locis prælegatis.

145. ¶ Tricesimonono quæro, Vtrũ vassallus teneatur * alere patronum inopem, & ex defectu præstandi alimenta priuetur feudo? Videtur quod sic, saltem quod cogi possit vassallus, secundum reditus feudi suppeditare alimenta, & ita tenet Dy. Bar. in *l. alimenta. §. imperator. D. de libe. agnos.* Bald. in *l. 1. §. sed scimus. C. de lati. liber. toll.* Io. Fab. & alij *§. sed & si quis cum parente col. 1. insti. de actio.* Franc. Aret. in *l. si quis non quasi in prin. D. de acqui. vel amit. hered.* Io. Bapt. de Caccialup. *in repet. col. 1. in 15. concord. de feud. cogni.* Matth. de Afflict. in *dec. Neapo.* 265. *vers.* 29. vbi enumerat 34. onera vassallorum, sed fundatur arguendo à remotis, puta à libertis ad vassallos. quod arg. non concludit. *vt s. eo. §. 2. gl. 4. nu.* 36. Fortius & proximius argumentum quòd ex ea causa donatarius donatione priuaretur. vt tenet gl. in *l. si. in ver. voluerit. C. de reuoc. donat.* quam docto communiter sequuntur: sed dictum est in qq. præcedentibus ingratitudinem quæ sufficit ad reuocationem donationis, sufficere ad reuocationem feudi. Et quamuis hoc non sit iure cautum in donatario vt inquit gl. in *l. in condemnatione. Digestis de regulis iur.* tamen non constat, quòd ex causis similibus vel grauioribus expressis. in *d. l. fi.* potest æque donatio reuocari: sed grauius videtur alimenta denegare, quàm iniuriosa verba aut verbera inferre. *l. vel negare. D. de liber. agnos. c. pasce. 86. di.* Super hoc distingunt Alber. in *d. l. in condemnatione.* Petr. de Ancha. Imol. Pan. & Barba. in *c. fi. de donatio.* inter donatarium omnium bonorum, vt teneatur alere, & donatarium rei singularis, vel modicę, vt non teneatur: sed non placet mihi illa distinctio, & dico quòd nedum in donatione rei singularis & magnæ, sed etiam mediocris, nedum si immediatè propter illam donationem donator factus sit inops: sed etiam si postea sine culpa sua, casu quodam inciderit in inopiam, teneri donatarium gratiam referre, & quod aiunt ἀντιμαρτεῖν, non quòd præcisè teneatur ad omnia alimenta, si res donata non sufficiat: sed promodo liberalitatis impensæ, neduin pro rata fructuum, vt vult Sali. in *d. l. fi.*

* Pœnæ festinationis matrimonij sunt sublatæ in muliere nubente, non fornicante.

* Vassallus alimenta patrono suo nõ præstans eaque denegãs vtrum ex eo feudo priuãdus sit.

ſed (etiam ſi non ſufficiant) pro rata æſtimationis rei donatæ. Ita vt in hunc euentum ſufficiat donationem non remanere damnoſam donatario. Cæterum non puto ferendum quòd inofficioſus donatarius maneat in lucro : & liberalis donator extremam egeſtatem patiatur. vnde puto etiam ad æſtimationis ratam (ſi opus ſit) veniendum, nedum quando ſenex donauit, vt inquit Franc. Ripa. in repeti. *d. l. ſi. quæſt. 49. ad ſi.* ſed etiam ſi donatio facta ſit à iuuene : quia vtrobique video eandem eſſe rationem & cauſam rependendi officij, & antidotalem obligationem ad effectum deducendi.

146 ¶ Non tamen continuo idem puto in vaſſallo, ſed concurrere eadem vel æquali ratione. Si enim ſit primus patronus author feudi, qui liberaliter & gratis prædia propria in feudum conceſſerit, puto abſque dubio idem obſeruandum quod in donatore ſecundum prædicta : ſecus ſi accepto pretio ad onera feudalia rem conceſſerit, & ſic nullam fere liberalitatem exercuit, & ſic vltra onera prædicta accederet onus alimentandi, damnoſa eſſet receptio feudi. Item ſecus in feudis antiquis quorum moderni patroni non ſunt authores, & à quibus vaſſalli propriè non liberalitatem, ſed debitum recipiunt. Et ita in effectu tenent Iacob. Ardiz. in ſum. *quibus modis feud. amitta. ſub. an vaſſall. tenea. domi. egen. alere.* Ioan. Rayn. Aluaro. Præpo. in *c.* 1. §. *licet ſi de feud. defunct. controuer. ſit inter domi. & agnat.* Franciſ. in 4. *par. feudo. col.* 2. *nu.* 9. Illud autem certum eſt quod non tenetur vaſſallus ſoluere creditoribus patroni, nec eum pro debitis incarceratum liberare, niſi forte credita propter vaſſallum eſſent contracta, vt tradunt Aluaro. Præpo. in *d.* §. *licet.* Zaſi. in *epito. feud. par.* 7. tenetur tamen ſecundum dictos vſus feudorum ſaltem operam ſuam, non pecuniam exhibere pro liberatione patroni à carcere. *cap.* 2. §. *Item ſi delator. quæ ſint prim. cauſ. benef. amit.* Franciſc. in 4. *par. feudo. in* 36. *cauſa.* Sed non obſeruatur quod ad hoc cogi poſſit, nec quòd feudum amittat ſi non fecerit.

147. ¶ QVADRAGESIMO quæro, Certum eſt quòd ſi vaſſallus malo & infideli animo (ſecus enim ſi in iuſta defenſione) manus impias iniecerit in perſonam patroni, vel eius vitæ inſidiatus fuerit, quòd debet perdere feudum, & omne ius quod habet in eo, nedum ſi hoc fecerit poſt inueſtituram acceptam & ſacramentum fidelitatis præſtitum : ſed etiam ante omnem renouationem inueſtituræ, quia eo ipſo quòd habet vel ſcit ſibi competere feudum, obligatus eſt ad omnia capitula fidelitatis, ac ſi actualiter iuraſſet, vt not. 5. §. 2. *gl.* 4. *in princ.* Sed quid ſi quis offendat patronum, antequam aliquod ius habeat in feudo, pone grauem offenſam factam à filio vaſſalli innocentis ? Videretur feudum committi in caſum, quo poſtea filius ſuccedat in feudo : ratio quia non eſt incapax feudi, ſed indignus ratione delicti commiſſi in perſonam domini feudi. Et ſic videtur quòd capiat feudum, & quòd patronus ab eo auferat & ſibi applicet, niſi ille indignus abſtineat à ſucceſſione, vt in ſimili not. in *l.* 1. *D. de iur. fiſc. l. vnica. C. de his qui ſe defer. lib.* 10. Sed breuiter reſpon. non eſſe locum commiſſo etiam mortuo vaſſallo, & poſtquam filius offenſor ſucceſſerit & adeptus fuerit feudum : ſed ſolum poterit puniri tam ciuiliter quàm criminaliter ſicut alias de quouis delicto communi, ratio, quia non fuit delictum commiſſum à vaſſallo, nec in patronum, quod eſt formaliter requiſitum, antequam oriatur ius commiſſi ex aliquo facto vel delicto. benè verum eſt quòd ſi filius ſeu nouus vaſſallus nondum ſatisfecerit patrono de iniuria vel delicto ante feudum adeptum commiſſo, non tenetur patronus eum in fidem admittere, niſi competentis ſatisfactione præmiſſa. Et ita fuit ſtatutum per Fede. in *l. imperialem.* §. *inſuper. de probib. feud. alien. per Fed.* quamuis diuerſæ antea eſſent opiniones, vt patet in *capit.* 1. §. 1. *de capit. quæ. curi. vendi. in vſibus feud.* Sed dices d. l. non ligat nos, quum igitur iſtud delictum ex hypotheſi nihil habeat commune cum feudo & fœdere clientelari, iuribúſque feudalibus, non poteſt impedire, quin oblatio fidelitatis & iurium feudalium ſit valida, & quin ex tunc prehenſio feudalis debeat ceſſare, vel ſi facta ſit, impediri ne fieri poſſit, quamuis non fuerit oblata nec præſtita ſatisfactio dicti delicti : quum patronus non poſſit iniicere manum feudo, nec prehenſum retinere pro aliis iuribus quàm feudalibus, & debitis ratione aperturæ feudi non cauſæ, vt diximus 5. §. 1. *gl. fi.* Reſpond. Illud eſſe regulariter verum, ſed hic eſt conſiderandum, quod agitur de delicto commiſſo contra perſonam patroni, ab eo qui nunc inueſtituram petit ab eodem patrono, & ſic quamuis petens inueſtiri non ſit priuandus feudo ratione ingratitudinis præteritæ, quum tunc non eſſet vaſſallus nec in fide, & non poterat dici hoc reſpectu eſſe ingratus vel infidelis, tamen ex nunc à quo tempore cœpit habere feudum, niſi patrono ſatisfaciat de iniuria præterita, incipit eſſe ingratus & indignus, & quodammodo videtur nunc offendere, ſeu in veteri offenſa & reatu aduſque fordere & perſeuerare. Vnde rationabile eſt, quòd prius reconcilietur & ſatisfaciat, quàm in fidem clientelarem recipiatur. Saltem ſi prompte ſatisfacere poteſt : alioquin ſi non poſſit prompte ſatisfacere, æquum eſſe puto vaſſallum vere pœnitentem, & ſatisfaciendo qualiter poteſt, cauentem, in fidem admitti vel inducias fidei præſtandæ obtinere. Quod ego adhuc effectum dico, ne ſub prætextu, quod forte vaſſallus non poteſt prompte ſoluere tantam ſummam quanta pro reparatione iniuriæ adiudicata eſt, fructus feudi interim cadant in commiſſum, & cedant lucro patroni ſine deductione ſortis principalis dictæ ſummæ. Quod mihi durum videtur, quum huiuſmodi ſumma non ſit de iuribus feudalibus & nihil de ſe cum illis commune habeat. Vnde ſi vaſſallum pœniteat veteris offenſæ, & quantum poteſt ſatisfacere offerat : ceſſat indignitas perſonæ hactenus à clientela excludens : igitur in reliquo iura feudalia prompte offerantur, non video quod vlterius ex defectu hominis & iurium frui poſſit patronus in merum damnum vaſſalli. Non tamen nego, quin patronus ſatisfactionem iniuriæ exigere poſſit omnibus modis à iure permiſſis, ſecundum naturam & qualitatem actionis vel proſecutionis, ſiue per incarcerationem perſonæ condemnatæ, ſiue per ſubhaſtationem & diſtractionem bonorum mobilium & immobilium, ſecundum nota. *infra eit.* 15. Sed puto quòd vaſſallo pœnitente, & iura feudalia ſimul ac reparationem iniuriæ quam poteſt offerente vel conſentiente non poſſit patronus iure feudali fructus feudi ſuos facere. Et ſub hac noſtra modificatione, * puto apud nos ſeruandum in hoc *d.* §. *inſuper.* tanquam æquum & rationabilem.

* Acquiras temperandum.

148. ¶ Sub modificatione etiam quam ibi tradunt Iacob. de Belui. Bald. Aluar. Præpo. & omnes, quòd ſi nouus vaſſallus delictum inficietur debet inueſtiri, niſi patronus offerat probare incontinenti, ad quod iudex certum breuem terminum ei aſſignabit, iuxta text. in *l. ſi quis libertatem. D. de petit. hæred.* intra quem remotabitur inueſtitura. Et eo lapſo ſi patronus probauerit, excludetur vaſſallus à petitione inueſtituræ donec ſatisfecerit, & interim ſemper faciet patronus fructus feudi prehenſi ſuos : ſi autem intra tam breue tempus probare non potuerit, vel ſi patronus non obtulerit probare incontinenti, cogetur inueſtire vaſſallum, vel ad eius refutationem inueſtietur per iudicem velut per manum ſupremam, & reſeruabitur quæſtio criminis per ſe in principali proceſſu. ſecundum Andr. Iſer. & omnes doct. in *d.* §. *inſuper per l.* 2. *D. ad exhib. l. ille à quo* §. *ſi de teſtamento. D. ad Trebell.* & per regu. Bar. & omnium ſcrib. in *l. nam poſtea quam* §. 1. *D. de iureiur.*

Aduerte tamen pro praxi, quod hoc casu non debet vassallus simpliciter inuestiri, nec debet fieri pura & simplex leuatio manus, sed solum per modum prouisionis hoc est cum onere resolutionis in euentum litis principalis, si vassallus conuincatur de offensa, & de falsa denegatione & iniusta perseuerentia in reatu & obligatione delicti, quo casu perinde erit ac si non fuisset inuestitus nec in fidem receptus.

149. ¶ Sed nunquid hoc casu feudum cadat in commissum, & possit patronus assumere conclusiones ad commissionem feudi? Videtur quod sic, quia quum agatur de delicto & facto vassalli, ipse vassallus negando & nolendo satisfacere, videtur hodie deterius facere quam cum primum deliquit, vt per glo. singul. & doct. in *l. consentaneum, in verb. perseueranerit. C. quomod. & quand. iud.* Et sic videtur, quod multo magis debeat perdere feudum, & hoc sentire videntur doct. *in d. §. insuper.* Vbi dicunt reseruari quæstionem felonie in altero examine, ergo sub periculo commissi quod procedit ex felonia. Nihilominus contrarium puto, quia non fuit delictum * successiuum, sed momentaneum, in quo solum principium seu tempus delicti attenditur. *l. quod ait, in fi. D. de noxa. actio.* Et sic ex quo tempore delicti non fuit vassallus, non fuit ortum, nec ex superuenienti domino vel acquisitione feudi oritur ius commissi. *arg. l. in delictis. §. si extraneus*, & ibi Bal. *D. de noxa. actio.* Vbi qualitas quæ non fuit tempore maleficij, sed postea superuenit, non debet qualificare nec augere maleficium, quod est intelligendum in delicto momentaneo: secus in successiuo, vt si insidias ante acquisitionem feudi cœptas, adhuc post adeptum feudum exerceret, vel prius rapeam domini vxorem adhuc detineret, tunc enim qualitas aggrauans non superuenit post delictum, sed inuenitur etiam tempore delicti, & sic puto locum esse commisso. Alioquin, satis est contumaciam detrectantis culpam agnoscere & saltem quantum potest satisfacere, damno fructuum feudi prehensi mulctari donec satisfactum sit: & prædicta intelligo procedere, nedum in hærede, sed etiam in quouis successore vel acquisitore feudi. Et hæc singulariter not. hactenus à nemine declarata.

* Refert an delictum sit momentaneum an successiuum.

150. ¶ QVADRAGESIMOPRIMO quæro, Quid si vassallus laborauerit cum insidiis ad occidendum patronum, * ignorabat se vassallum, & feudum sibi forte per successionem fuisse obuentum: vel ignorabat feudum moueri ab hoc patrono? Hæc quæstio late patet & multos casus ancipites secum implicat, & primo distinguendum est in genere, an ignorantia qualitatis vel conditionis feudatariæ seu clientelaris impediat hanc pœnam commissi? Et videtur quòd sic, quia tollit rationem felonie seu infidelitatis, in qua sola fundatur pœna commissi. Et hic non quæritur de offensa quæ oritur ex negatione, quum non sit de se delictum, nec proprie veniat appellatione felonie: vnde nisi probetur de scientia, non præiudicat negatio nisi facta fuerit à legitima persona in iudicio, & litem super hoc contestando. vt dictum est 3. *co. q.* 3. 4. 12. Sed agitur de offensa cadente in crimen prohibitum, & punibile de iure communi. Sed ex hoc in oppositum videtur non prodesse ignorantiam pœnæ imminentis, quia offendens scit & intendit se delinquere, & sic pœnæ se subiicit. *l. imperatores. D. de iure fisci.* not. Soc. *in rubr. col.* 2. *D. de verb. oblig.* & nedum pœnæ introductæ à iure communi: sed etiam à iure speciali, puta statuto vel consuetudine. Hinc est communis & vera conclusio, quòd nedum subditi vtcumque ignorantes: sed etiam forenses, siue exteri probabiliter ignorantes pœnas à statuto loci vltra ius commune impositas, nihilominus subiiciuntur pœnæ statuti loci in quo delinquunt, ex quo intendunt delinquere, & committunt crimen à iure communi damnatum, & ita post Petr. Cy. decidit Alber. in 1. *par. statu. q.* 15. *& par.* 3. *q.* 1. Bar. in *l. cunctos populos col.* 7. & ibi Bal. *col.* 13. Ias. *lect.* 1. *col.* 5. *lect.* 2. *c.* 15. Tho. Parpal. *char.* 4. *C. de sum. trini.* Card. Pan. in *c. à nobis*, & ibi gl. *de sent. excom.* Deci. in *c.* 2. *lec.* 1. *col.* 8. *de consti.* Facit quod danti operam rei illicitæ, imputatur quicquid inde sequitur, etiam præter eius intentionem, etiam à casu, *c. continebatur. vbi omnes canoni, de homici.* Sed hic offendens scienter illicite agit: & quamuis præter eius intentionem contingat patronum offendi: contingit tamen, igitur locus est pœnæ commissi.

* Ignorans vassallus si assalierit dominum verũ feudum amittit.

151. ¶ Quibus non obstan. Contrarium in præsenti q. puto, quia licet in his quæ de se sunt mala, & ideo omni iure prohibita, non sit necesse delinquentem scire quæ & qualis pœna imposita sit delicto, ad hoc vt eidem pœnæ subiiciatur. Debet tamen scire aut scire debere qualitatem & circunstantiam facti causantem, vel excludentem, aggrauantem, vel eleuantem, aut aliter alterantem delictum in se. Hoc enim est de ratione formali, siue vt theologorum nostrorum more loquar, de esse ratione delicti. & hoc cessante, non est, vel non tale est delictum, excluditur enim voluntas, qua sublata de medio, omnis actus est indifferens *l. fœdissimam* & ibi Bal. *C. de leg. Iul. de adult.* & in inquit Bal. in *l. de quib. col.* 4. *D. de legib.* Voluntas est actio intellectus cognoscentis, vnde nemo dicitur velle, quod in mente non cogitauit. *l. I. Labeo. D. de suppellect. lega.* Vnde voluntas * format & distinguit omnes actus hominum, nedum in contractibus, *l. non omnis. D. si cer. pet.* vel in testamentis, *l.* 3. *D. de reb. dub.* vel in iudiciis, *l.* 2. *D. de iudi.* Sed etiam in delictis, *l. verum.* 2. *l. qui iniuriæ. D. de fur.* hinc ait glo. Matth. 11. c. quantum intendis tantum agis. Feudum autem non committitur patrono propter quodcunque crimen: sed demum propter feloniam & ingratitudinem à vassallo in patronum commissam. Sed offendens patronum quem ignorat esse talem, non committit crimen felonie & ingratitudinis clientelaris, quia non intendit ingratus esse, nec patronum offendere, quum neque id sciat neque cogitet.

* Voluntas format & distinguit omnes actus.

152. ¶ Nec obstat quòd etiam errans in corpore delinquit in personam offensam, cui actio ex delicto acquiritur, *l. scientiam. §. sed si defendendi. D. ad l. Aquil. l. aut qui aliter. §. si quis dum. D. quod vi aut clam. l. falsus. §. qui alienum. D. de fur. l. eum qui. §. si iniuria. D. de iniur.* Igitur multo fortius certus de corpore, & solum errans in qualitate. vt in *l. doli verbum. §. si quis dolo. D. de fer. cor.* imo etiam propter qualitatem rei quam delinquens ignorat augetur delictum & pœna: vt in *l. vulgaris. §. si quis est. D. de fur.* quia respondeo quod error in corpore vel in qualitate subiecti circa quod delinquitur, non excusat delinquentem à delicto communi intento & commisso per eum: sed bene excusat à delicto vel aggrauatione delicti quod non cogitauit nec intendit. Vnde si quis virginem vel matronam ancillari veste amictam ignorans appellauerit, minus peccat, quia non intendit virginis vel matronæ pudicitiam attentare, nec tenetur iniuriarum, *l. item apud Labeonem. §. si quis virgines*, vbi Alber. *D. de iniur.* Sed si virginem Luciam attentauerit, quam putabat esse Semproniam virginem, nihilominus Luciæ iniuriam tenebitur, *d. l. eum qui. §. si iniuria. D. de iniur.* Similiter si quis militem vel magnatem, offenderit probabiliter ignorans esse talem, non tenebitur tanquam de milite, vel magnate: sed tanquam de quouis priuato offenso, vt per gloss. Alb. Bart. Bald. Ang. in *l. si quis ignorans. D. loca.* Et violentas manus iniiciens in * clericum laici habitu vestitum, non incidit in canonem, nec punietur tanquam de clerico, sed tanquam de laico offenso, vt per glo. & doct. in *d. l. si quis ignorans, & in l. si qua per calumniam. C. de episcop. & cleric.* text. in *c. si vero aliquis, vbi glo. & cano. de sent. excomm.* Si vero percutiat Titium clericum quem putat esse Sempronium clericum, cui soli inimicus erat, puto incidisse in canonem, propter malam voluntatem cum opere subsecuto. Huiusmodi enim ignorantia,

* An percutiẽs clericum ignorantes incidat in canonem.

jitized by Google

non excludit ab actu illicito: neque rationem voluntarij, neque rationem contemptus siue malitiæ, neque effectum vel effectum mali operis minuit, sed est delictum eiusdem speciei & geminantis cum intento. Ideo puto eadem pœna cum criminali plectendum.

153. Vnde si quis dolo volens occidere Titium, occideret Sempronium quem putabat esse Titium, dico lege Cornelia de sicariis eum esse damnandum, vt sentit Bart. in *l. respiciendum si delinquunt. in fi. D. de pœnis*, quamuis Angel. ibi in contrarium teneat quod ille occisor non censeatur in dolo, sed solum in culpa respectu occisi. & sic quod non debet puniri corporaliter, sed extra ordinem arbitrio iudicis, *& seq.* Floria. *in d. l. scientiam. §. sed si defendendi. D. ad leg. Aquil.* Ias. in *l. 1. col. 3. nu. 18. D. de leg.* Fran. Rip. in *repet. d. l. fi. q. 21. ad fi.* (malè obstrepens Bart.) *C. de reuoc. donat.* Quod ego semper falsum & irrationabile iudicaui, nedum inspecta dispositione iuris quo punitur conatus, *l. is qui cum telo. C. ad leg. Iul. de sica. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cleric.* Sed etiam inspectis statutis & consuetudine generali, secundum quã non punitur delictum, saltem plene, nisi consummatum, de quo cum certis limitationibus tractamus *infra* §. 198. quia delictum in hac vltima sillatione, nedum fuit attentatum, sed etiam consummatum, idque dolose, & animo illicite hominem occidendi, secus si tantum intendat percutere alium quem percutere poterat. quia tunc non tenetur de dolo, nec de delicto criminaliter, sed solum ciuiliter ad emendationem damni si quod illatum sit, *d. l. scientiam, sed si defendendi*, & si nullum damnum sit, non tenetur nec etiam iniuriarum, quia nullum habuit animum ad iniuriam, *l. si cum seruo meo. D. de iniur.* Ex quibus patet in casu q. nostræ non esse locum commisso, sed solum debet offensor sicut alius de delicto communi puniri pro modo culpæ, iuxta *l. respiciendum in prin. D. de pœnis.*

154. ¶ Et ita quod offendens patronum, vel adulterans eius vxorem, non amittat feudum iure commissi & legis feudalis, nisi sciat esse patronum vel vxorem patroni, vel nisi sit in crassa & supina ignorantia, tenent docto. in *c. 1. in prin. quib. mod. feud. amitt.* glos. Bald. & alij in *c. vnico. hic potest esse tit. quib. mod. feud. amitt. in vsib. feud.* quamuis aliàs tanquam de delicto communi possit puniri, & feudum per confiscationem secundum mores nostros amitti, & deuolui ad eum ad quem spectat confiscatio. & idem in simili dicendum in reuocationem donationis ex *l. fi. C. de reuocand. donat.* ¶ Et hæc nostra inuestigatio non est modici effectus: quid enim si vassallus bene sciebat Titium esse patronum suum, volens tamen alium percutere, casu præter intentionem occidit Titium, an sit locus commisso feudi? dicendum per prædicta quòd non, quia noluit nec cogitauit patronum offendere, nec feloniam aduersus eum committere. Et ita in simili decidit Franc. Rip. in *d. l. fi. q. 21.* de * donatario qui in alium tendens percussit donatorem, & bene dicit: saluo, quòd malè insurgit aduersus doctri. Bart. super pœna percussoris, ex delicto communi in quo dicendum est vt supra. Sed quid si vassallus duos habeat patronos, & vnum tantum ex eis offenderit? Respon. pro parte illius tantum, seu quæ ab eo mouetur committi feudum, quoniam pœna non debet excedere delictum, per no. in simili. in *c. 1. de vassal. qui contra constitu. Lotha. feud. ali. & 3. §. 20. glo. 5. nu. 7.*

* Ignoranter percutiẽs donatarium non amittit donationem.

155. ¶ Sed quid si ratione duorum feudorum, duos habet patronos, & vnum volens percutere, casu vel errore occidit alterum: an & quod feudum cadat in commissum? Et certum est per prædicta quod non committitur feudum mouens ab occiso, ex quo præter intentionem, & non per feloniam & ingratitudinem eum occidit: quamuis lege Aquilia teneatur ad omnem ciuilem reparationem hæredibus occisi, ex quo dabat operam rei illicitæ. Sed numquid iure commissi amittat feudum quod tenet ab alio patrono, quem volebat offendere? Et satis videtur ingratus ex quo deliberauit eum occidere, & deuenit vsque ad actum propinquum? dicendum tamen puto iuxta not. per *glo. & doct. in c. 2. §. porro qua fuit pri. caus. benef. amitt. & c. 1. §. si vulnerit. de cap. qui cur. vendi.* quòd si subitaneo motu hoc fecerit, non committitur feudum: sed nisi gratiam obtineat à principe, vtrumque feudum cum omnibus eius bonis confiscabitur propter homicidium: si vero prius insidiatus fuerit vitæ superstitis patroni, sed non potuit eum occidere, feudum, quia ab eo mouetur, ei committitur, ex eo quòd laborauit & insidiatus fuit ad eum occidendum: & sic satis consummata & perfecta fuit ingratitudo, etiam citra homicidium ipsius patroni.

156. ¶ Et aduerte ad id, quod scripsit Franc. Ripa. in *d. l. fi. quæst. 25.* vbi dicit non sufficere donatarium tentasse, & molitum esse graue damnum inferre bonis donatoris, nisi etiam damnum illatum sit: nec vitæ periculum intulisse, nisi cum effectu: hoc enim falsum mihi videtur, & in vtroque puto sufficere donatarium dolose laborasse ad grauem & iniustam iacturam inferendam donatori, vel quòd ei insidias mortis præparauit: quamuis non potuerit damnum vel mortem inferre, & si de hoc conuincatur, satis de magna ingratitudine esse conuictum, & donatione priuandum, quod sentit Panorm. in *c. fi. colum. 1. de donat.* Et idem puto in vassallo.

* Ad amissionem feudi vel donationis sufficit conatus.

157. ¶ Vltimo aduerte in q. nostra quòd oportet probabilem ignorantiam probari ex parte vassalli. quoniam ex quo feudum possidet, præsumitur eius conditionem & quis sit patronus scire, *in extra. l. quisquis. C. de rescind. vend.* saltem tenebitur scire & inquirere. Vnde nõ puto * quod sit admissibilis ab probandum ignorantiam per iuramentum, dato etiam quòd sit nouus hæres extraneus, & nondum fuerit inquietatus à patrono pro fonbus feudi: quod est intelligendũ nisi cum hoc esset recens possessor, & qui prius non habuit, & verisimiliter intra tam breue tempus habere non potuit notitiam instrumentorum, rerum & iurium hæreditatis. Caterum ignorantia nũquam probatur per iuramentum, vbi præsumptio est contra iurare volentem, vt not. per glo. Iacob. de Bel. Andr. de Iser. Aluar. in *c. 1. de contro. inter dom. & empt. in vsib. feu.* per Bart. in *leg. inter omnes. §. recte ad fi. D. de fur. in l. quemadmodum. in fi. col. de agric. & censi. lib. 11. C.* Ias. in *§. sed ista. col. 18. nu. insti. de actio.* vnde debet aliter probare, puta ex eo quòd ipse vel prædecessor tanquam rem alaudialem vel censualem acquisiuit, vel possedit: vel tanquam rem ab alio mouentem, vel quòd est communis opinio alium esse patronum. Et hæc in delictis in quibus durius est agendum contra malemeritum, *l. bona fides. D. depos.* Secus in simplici negatione extra iudicium, vel in iudicio incidenter: tunc enim puto ignorantiam simplici iuramento allegantis probari posse. Sed quid si mutatio contingit ex parte patroni, & antiquus vassallus offendit nouum patronum ignorans esse talem, certum est quod ignorantia excusat à commisso, licet non à delicto commun? per prædicta: sed vtrum probetur iuramento vassalli? puto quod sic, si sit pro eo præsumptio, vt quia nouus patronus erat extraneus singularis successor, vel hæres à latere remotus, & adhuc incognitus in loco, aliàs secus, iuxta not. in *c. quosdam. & c. sequen. de præsumptio. per scrib. in l. is potest. D. de acquir. vel amit. hared.* Non tamen intelligo, quòd testetur iuramento vassalli in vim iuramenti, in casu in quo de homicidio doloso vel alio infami facinore conuictus esset, qui esset inhabilis ad testificandum & iurandum, per not. Bal. in *rub. de contr. inuest. in vsib. feud. in l. qui accusare. col. 3. ver. aduertatis. C. de edend. per omnes scrib. in l. in bona fidei. C. de iureiur. & in l. admonendi. D. eo tit.* Sed solum in vim præsumptionis ignorantiæ, ex circumstantiis facti & personarum resultantis.

* An ignorãtia probetur iuramento

158. ¶ QVADRAGESIMOSECVNDO quæro, hæreditas vaſſalli * deuoluta eſt Titio proximiori habili ad ſuccedendum. Titius grauiter offendit patronum, ita quòd ſufficeret ad amiſsionem feudi, poſtea abſtinet ab hæreditate, poſterior in gradu adit patronum petens inueſtiri, patronus vero recuſat & petit ſibi adiudicari iure commiſsi? Breuiter Reſpond. quòd non poteſt niſi probet Titium ſe geſsiſſe pro hærede, nec poteſt allegare Titium in fraudem commiſsi abſtinere: quia Titius non cenſetur in alium transferre. ſed non acquirere, *l. qui autem. D. quæ in fraud. credit.* Nec obſtat quod ipſo iure erat faiſitus, *vt j. §. 132.* quia hoc eſſet verum ſi gereret vel geſsiſſet pro hærede, ſecus ſi abſtineat, vt ibi dixi. Præterea pendente lite, debet poſterior gerens ſe pro hærede vel per prouiſionem inueſtiri ſecundum dicta in præcedentibus.

* Hares immediatus ingratitudinem aduerſus dominum committens & mox feudum repudians, vtrum noceat proximo agnato ſuccedere volenti.

¶ Sed quid ſi patronus probet Titium ſe geſsiſſe pro hærede poſt offenſam? Reſpond. ſufficit ſi ſit præſumptio Titium ſciuiſſe vel ſcire debuiſſe ſecundum no. in *ſi. quæſt. præcedentis*, feuda videlicet eſſe in hæreditate, eámque ad ſe deuolutam & offenſum eſſe patronum: ex hoc enim colligitur quòd tempore offenſæ ſciuit. Et quamuis nondum expreſſe ſe geſsiſſet pro hærede, tamen ſatis eſt quod in habitu erat vaſſallus: & quòd aditio ſequens retrotrahitur, & ſic (ceſſante probabili ignorantia nexus clientelaris) locus eſt commiſſo. * Nec prodeſt abſtentio ſequens aditionem & noxam per text. in *l. ei qui ſoluendo. D. de hæred. inſti. cum ſimilibus.* Nec etiam prodeſt vaſſallo ingrato reſtitui in integrum aduerſus aditionem hæreditatis, ſiue illa aditio præceſſerit noxam, ſiue ſecuta fuerit: quia nihilominus ius commiſsi ſemel acquiſitum manet. Quum enim ſit acquiſitum patrono aliunde quam ex aditione hæreditatis, non reſoluitur per in integrum reſtitutionem aduerſus aditionem per dictum vaſſallum, quantumcunque aliàs ex iuſta cauſa impetratum, *per not. ſupra §. 22. quæſt. 6. numero 37.* Facit quod per reſtitutionem aduerſus hæreditatis aditionem, non reuocantur medio tempore geſta. *l. in integrum. D. de minoribus, l. quotiens. D. de acquirend. vel omitten. hæred. l. ex contractu. D. de re iudi. l. ſi non expedierit. §. 1. D. de bo. autho. iudi. poſſi.* An autem poſsit maior reſtitui aduerſus aditionem hæreditatis dixi j. §. 130.

* Hæreditatis aditio trahitur retro.

159. ¶ Sed quid ſi offendens ſit hæres ſub beneficio inuentarij duntaxat? Et prima facie videretur quòd eius factum non noceat creditoribus hæreditariis, ſicut nec negatio vel alia offenſa curatoris bonorum vel hæreditatis iacentis, quali hæres ſub beneficio inuentarij curatori vel diſpoſitorio (vſque ad concurrentiam debitorum) æquiparetur. Sed hoc non obſtante dicendum per negationem vel ingratitudinem talis hæredis feudum cadere in commiſsum. quia vt plene tractamus j. §. 150. hæres ſub beneficio inuentarij eſt verus hæres, quamuis ſub certis modificationibus de quibus ibi, & eſt verus dominus rerum hæreditariarum, & verus vaſſallus. Et ſic etiam in præiudicium creditorum (videlicet chirographariorum, non autem hypothecariorum & habentium ius in re) poteſt delinquendo committere feudum. Tenetur tamen de ſuo ſi opus ſit replere inuentarium, vſque ad valorem & æſtimationem feudi culpa ſua commiſsi, vt creditoribus etiam chirographariis ſatisfiat. Sed quid ſi hæres non ſit ſoluendo de ſuo nec de hæreditario, vtrum ſaltem in ſubſidium creditores chirographarij habeant recurſum in feudum commiſsum? Videretur quòd ſic, per id quod diximus j. §. 150. donationem ab huiuſmodi hærede factam, à creditoribus chirographariis reuocari in ſubſidium: igitur eodem caſu quo iſte hæres eſt prohibitus in effectu alienare per contractum & non fauore ſuo, ſed fauore alterius, eodem caſu videtur prohibitus alienare, per delictum *inarta bot. ſupra. eodem, quæſt. 14. num. 65.* Contrarium puto, quia hæres ſub * beneficio inuentarij, non magis prohibetur nec impeditur alienare quam hæres ſimpliciter, licet in ſubſidium & in caſum donationis locus ſit reuocatoriæ, ſiue donatarius ſciuerit, donatorem eſſe ſoluendo ſiue non, *l. qui autem §. ſimiliquo modo. D. quæ in fraud. cred. l. pe. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred.* Sed actio reuocatoria non poteſt habere locum contra patronum iure feudali feudum ſibi commiſsum occupantem, quia ſolum quod ſibi debetur & quod ſuum eſt recepit & in eo ceſſat reuocatoria, text. in *d. l. qui autem. §. apud Labeonem.* An autem ſuperueniente hærede ſimplici, qui hæredem per beneficium inuentarij excludit, reſoluatur commiſsum feudi hæreditarij quod tempore medio culpa eius qui per inuentarium hæres erat, contingit? pendet ab ardua illa quæſt. An medio tempore per huiuſmodi hæredem geſta reſoluantur vel non: de qua plene *infra* 150. vbi remitto, quia non expedit materias de propriis locis transferre. Aduerte tamen ad id, quod dixi culpa de delicto hæredis per inuentarium feudum committi etiam in præiudicium creditorum: vt not. limitetur niſi ante noxam admiſsam huiuſmodi hæres petendo à iudice ordinario homologationem beneficij inuentarij à principe imperati, cauerit (vt moris eſt) de ſatisfaciendo creditoribus vſque ad vires inuentarij ſub hypotheca omnium bonorum: quia ex tunc chirographarij efficiuntur hypothecarij, & ſic non poteſt amplius dictus hæres committere feudum niſi ſub onere hypothecæ, per not. ſ. *eod. quæſt.*

* An hæres per beneficium inuentarij poſſit alienare,

160. ¶ QVADRAGESIMOTERTIO quæro, quid in legatario * feudi ſcienter offendente patronum? Reſpond. ſi ante obitum teſtatoris, clarum eſt quòd non poteſt committere feudum quum nullum ius habeat, ſed eſt dicendum ſicut ſ. *eo. q. 40.* Si autem poſt mortem teſtatoris, aut legatum eſt purum & dies ceſſit, & legatarius hoc ſciens offendit, dico locum eſſe commiſso in præiudicium legatarij, etiam ex offenſa facta ante acceptationem & traditionem legati. Ratio, quia acceptatio ſequens retrotrahitur ad diem obitus teſtatoris, per not. in *l. proinde. D. ſi cert. pet. iunctis no.* j. §. 132. Et ſic cenſetur offenſor fuiſſe vaſſallus tempore delicti, quia in legatis dominium tranſit recta via per iura vulga. & dictum eſt *ſupra §. trigeſimotertio. quæſt. 37. numero centeſimonono.* Nec obſtat quòd ante traditionem non eſt plene dominus de iure gentium, vt not. per doct. in *l. certi conditio. in princip. D. ſi certum petatur.* quia imò habet omne dominium, quamuis de iure ſpeciali, & tenetur & ſcit ſe teneri ad fidelitatem præſtandam patrono: igitur eum offendendo amittit feudum, ſeu omne ius quod in eo habet, non etiam per offenſam hæredis, aut alterius feudum committi poſſet, niſi in caſu repudiationis legati. Si vero legatarius repudiauerit (quod poteſt etiam poſt offenſam, dummodo nulla præceſſerit acceptatio,) euaneſcit commiſsum quia fingitur * nunquam fuiſſe legatum, *l. legatarius. §. 1. l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. D. de lega. 1.* Et conſequenter remanet legatum hæredi, nõ ex repudiatione, ſed hæreditario iure, & ſic non poteſt eſſe locus commiſſo, nec ex huiuſmodi ſimplici repudiatione præſumitur fraus, *vt in d. l. qui autem &c in quæſt. præcedentis.* Si autem legatum eſſet in diem vel ſub conditione adhuc pendente, tunc offenſa legatarij quum adhuc non ſit vaſſallus, nec aſtrictus fidelitati, non poteſt dici felonia ſiue ingratitudo clientelaris, nec facit feudum committi, nec amittit ius offendentis, & locum habebunt ea quæ ſ. *eod. q. 40.*

* Legatarius feudi offendens patronũ vtrum amittat feudum.

* Repudiatio legati trahitur retro.

161. ¶ Noxa autem hæredis ante diem legati cedentem, faceret committi feudum in præiudicium hæredis duntaxat, & ſub onere legati vel fideicommiſſi, *l. ſi. in ſi. C. commun. de lega.* per not. ſ. *eod. q. 17. cum ſeq.* Et pariter negatio vel ingratitudo eius qui feudum ſub pacto de retrouendendo emit, non nocet venditori vel eius hæredi, quia illi nedum ſimplex ius ad rem & pet-

sonalis actio competit, sed etiam actio in rem scripta & ius in re, vt late probauimus defendendo opinionem Paul. contra Alexand. j. §. 184. Et tetigi in breuiario meo consiliorum Alex. *consil.* 10. *lib.* 1. Et sic venditor vel eius hæres (dummodo non participauerit delictum nec aliàs circa hoc fuerit in culpa) poterit à patrono iure commissi possidente redimere, & tenebitur patronus recepto redemptionis pretio illum inuestire nullo vsi iure feudali ratione redemptionis exacto. Sed si quintum denarium ratione eiusdem venditionis non fuerit ab initio solutum, poterit tunc patronus illud exigere iuxta no. 3. §. 33. *q.* 3. *&* j. §. 51. *q.* 4. Sed quid si post noxam ab emptore commissam, venditor præuenerit patronum redimendo ab eodem emptore? Respon. nihilominus potest patronus exigere illud pretium ab emptore intra tempus intra quod potest agi ad declarationem commissi: nec obstat quòd in particularibus vt hic pretium non succedit loco rei *l. venditor. ex hæredi.* §. *quod si rem. D. de hæred. vel actio. vend.* & in feudis est text. in *c.* 1. *si vasallus de benefic. si de feu. defunct. contin. fit inter do. & agna.* quia hoc est verum quantum ad hoc vt pretium habeatur pro feudo, quod esse non potest, quamuis id opinatus sit Ioa. And. in *addi. specul. titu. de feud. in rub. q. fin.* quem merito reprobant Bald. *in c.* 1. *de feud. non habente pro nat. feud. in vsibus feud.* Fran. Areti. *consil.* 14. *viso & examinato. col.* 2. Iaf. & Alciat. in *l. si eum seruum. D. si cert. peta.* Sed quantum ad hoc ne quis indebite lucretur ex re aliena alteri debita, pretium bene succedit loco rei in subsidium etiam in singularib. *l. si ipsa res. D. de eo quod met. cauf. & no. doct. in d. l. si eum seruum.* Sed ingratitudinem committens statim obligatur condictione ex hac l. ad feudi restitutionem. Ex quibus infero notabilẽ declarationem ad illud quod diximus 3. *eod. q.* 10. *nu.* 144. 145. iuri commissi longo tempore præscribi per singularem successorem iusto titulo & bona fide: quia verum est respectu ipsius feudi & tertij possessoris: non autem respectu ingrati, quin ab eo quandiu viuit (& nisi aliter tacite vel expresse commissum vel noxa remissa sit) possit prædium quod inde recepit extorqueri per not. in *d. l. si eum seruum.* quod diligenter not.

162. ¶ QVADRAGESIMOQVARTO, videmus 3. *eod. q.* 21. de felonia venditoris vel donatoris: sed quid de offensa facta per* emptorem vel donatarium? Breuiter respondeo. Si ante omnem traditionem veram vel fictam, non est noxa feudalis. (quandiu enim prior dominus vasallus manet, non competit alij etiam certam & firmam spem habenti, dominium, nec ius, nec nomen vasalli) *l. sit vt certo.* §. *si duobus. D. commoda. l.* 3. *ex contrario. D. de acqui. vel amit. poss.* Secus post traditionem etiam fictam tantum. Et hoc nisi constaret quòd emptor vel donatarius habens facultatem, dominium & possessionem feudi prehendendi, subsisteret animo prius offendendi patronum, deinde assumeret possessionem feudi, quia in eius præiudicium censetur retro possidere, ex quo fraude ad hoc ordinata per eum stetit quominus possideret, *c. pro possessore. de reg. iur. in* 6. *cum vulg.* Idem dicendum è conuerso ex parte venditoris, qui feudum vendidit sub pacto de retrouendendo vsque ad annos, & tradit saltem per fictam traditionem puta conducendo ab emptore, quia si offendat patronum, deinde statim redimat feudum, puto alienationem ex breuitate temporis satis præsumi fictam vel simulatam in fraudem præmeditatæ feloniæ, & commisso locum esse si causa inimicitiæ vel offensæ sit antiqua: secus si appareret offensa ex noua causa, vel ex inopinato superuenisse. Sed quid si sibi conscius metuens commissum non reducat, sed sinat labi tempus redemptionis? Vtrum patronus possit prætendere aliquod commissum, vel saltem præueniendo ante tempus redimendi lapsum petere sibi iure commissi adiudicari ius redimendi com-

* Emptor vel donatarius feudi dominium offendẽs vtrum feudũ amittat.

petens offensor? Videtur quòd sic, quasi hæc actio competens ad fundum sit pars feudi, vel sicut feudum ad quod competit iudicetur, iuxt. not. in *l. à diuo Pio.* §. *in venditione. D. de reb. iud.* Contrarium puto, dummodo emptor nullam fraudem participauerit, quia in istis pœnalibus stricte & propriè termini capiendi sunt. Vnde habens actionem ad feudum, non censetur habere feudum nec esse vasallus, sed requiritur quod vere habeat feudum & vasallus sit, tum patronus habet emptorem verum vasallum, ex cuius felonia committi possit, & sic venditori tanquam extraneo non congruit ius nec titulus vasalli, nec ratio feloniæ & commissi. Secus si probaretur etiam donatarium vel emptorẽ collusisse & fraudem participasse in dãnum patroni.

163. ¶ QVADRAGESIMOQVINTO quæro, quid in feudo quod* lege contractus defertur, puta concesso Titio filiis & nepotibus de quo tactum est *supra eo. q.* 36. *in fin.* Pone viuo patre filium grauiter offendisse patronum: vtrum amittat ius suum? Videretur quod non, quia viuo patre nullo modo est vasallus, quamuis habeat certum & formatum ius in re, sed solus pater vasallus est: ergo solum ex eius capite feudum committi potest, & non ex capite filij, cui non adaptatur ratio feloniæ, sicut nec ius & nomen vasalli, & non debet fieri extensio in his pœnalibus. Vnde sufficere videtur quòd no. in *l. imperialem.* §. *insuper. d. prohib. feud. alien. per Federic. & supra eod. q.* 40. In contrarium quia iste casus longe differt à præcedentibus quæstionibus in quibus legatarius emptor vel donatarius vasalli nullum ius, nullam causam, nullum adhuc beneficium accepit à patrono. Hic autem filius habet ius firmum & firmatum in feudo, & illud habet non à patre vel alio vasallo: sed ex liberalitate seu beneficio patroni, qui hunc filium in concessione & sua inuestitura comprehendi voluit. Et sic est vasallus in spe certa, ex lege & dispositione ipsius infeudationis. Pro resolutione dico, quòd non debet amittere feudum ex capite noxæ feudalis quum nondum sit vasallus: sed ex *l. fi. C. de reuocand. dona.* tanquam ingratus in beneficium & liberalem donatorem, habet enim locum *d. l. fi.* etiam in donatione ob causam, quatenus causa non excludit liberalitatem, vt patet in *d. l. fi. ibi vel quasdam conuentiones* facit quod not. Philip. Cor. in *consi.* 45. *licet in hoc lib.* 4. donatorem ob causam esse in eo quod causam excedit, propriam & simplicem donationem. & quæ deducta sunt supra §. 13. *glo.* 5. *q.* 12. & vide plenissimè si vacat per do. And. Tiraq. in *repet. l. si vnquam in ver. donatione largitis, verf. Secunda declaratio. nu.* 68. *cum seq.*

* Amisso feudi vtrum locum habeat in feudo quod lege contractus defertur.

164. Vnde puto distinguendum, aut patronus gratis & liberaliter concessit, aut ex debita remuneratione, vel mediante pretio. Primo casu locus est *d. l. fi.* quia verum est quòd donationem fecit, & liberalitatem exercuit in eos & singulos siue simul, siue ordine successiuo in donatione à se vocatos & comprehensos: & tunc si quis ex illis grauiter & scienter offendat, labitur in vitium ingratitudinis & incidit in *d. l. fi.* & amittit ius suum duntaxat. Vnde, si offendens erat in ordine suo, & possidebat feudum in totum vel in parte, feudum vel pars redit ad patronum, tanquam ad donatorem durante vita ingrati duntaxat. Sed quid si donatio seu concessio sit facta cum clausula & eorum cuilibet, vel simili: ita quòd est locus iure accrescendi etiam inter plures quibus primum fit concessio, nunquid portio offensoris accrescat consorti innocenti? Breuiter dico quòd non, quia ista reuersio vel reuocatio specialiter fit in vindictam iniuriæ & ingratitudinis, & censetur excepta à generali clausula iuris accrescendi. Si* autem offendens adhuc habebat alium ante se & tunc solum spem suam committit, & adiudicabitur patrono libere fouendum omne ius quod deuoluetur ad ingratum tempore ingrati. Secundo

* Ius cõmissi fortius est in re accrescẽdi.

casu, quum proprie patronus non exercuerit liberalitatem, non habebit locum dispositio *d. l. fi.* Et si cùm non remaneant nisi stricta onera feudalia, puto non esse locum commisso feudali propter delictum eius qui nondum habet, sed tantum sperat feudum etiam spe ornata, nedum si illa spes habeatur ex dispositione vassalli, qui legatum, donationem gradualem & substitutionem fecit: sed etiam si ex dispositione patroni. Ex his breuiter dictis, & quæ non inuenies alibi distincta, quamplurimæ aliæ quæst. decidi possunt.

165. ¶ QVADRAGESIMOSEXTO quæro, an vassallus recognoscens * feudum ab alio quàm à vero patrono, debeat amittere feudum? Et si quidem ignoranter, certum est quòd non, sicut & in negante extra iudicium: sed dubium est quando scienter: & videtur quòd sic, quum manifeste faciat actum ingratitudinis, vtpote à vero patrono id auferendo propter quod fuit concessum beneficium, qua non est alia iustior causa feudi amittendi. *c. 1. §. sed non est alia, quæ fuit pri. caus. benef. amitt. in vsib. f. vel.* & maxime si sponte & non coacte alium recognoscat. & ita sentit Paul. *cons. 369. viso & examinato. num. 2. lib. 2. & ita tenetur consuet. Senonensi. eo titu. §. 188.* & idem sentit *consuet. Niuernensis eo. tit. §. 66. iuncto §. 68. in fi.* Sed quamuis hoc sit in se rationabile, tamen vbi consuetudo non exprimit vt hic, non seruatur tantus rigor: sed satis est quòd vassallus vero patrono prosequente ius suum, non abneget illum in patronum. Hinc etiam si vassallus agnouerit feudum moueri à vero patrono, satisfacit huic §. & dato quòd postea falsum siue diminutum tradat catalogum, & in eius discussione neget quædam prædia vel iura esse de isto feudo, & consequenter moueri ab eodem patrono vel ei deberi: quamuis si dolosè faciat, mereatur res occultatas vel negatas amittere, vt disponit consuetudo Niuernensis in *d. §. 68 in fi.* Tamen apud nos non amittit, ex quo recognoscit corpus feudi. & consuetudo nostra de rebus singularibus non disponit. Sed patronus res negatas vel controuersas tenebit ad manum suam ex defectu catalogi. vt diximus 3. §. 10. Et ita obseruatur. quod ego limito nisi vassallus contendens certa prædia non esse de feudo, & volens pendente lite frui, expressim abnegauerit dominum in patronum, ratione illorum prædiorum, & sic eorum prouisionem obtinuerit. vt in *§. seq.* tunc enim in illis erit locus commisso, cui vassallus abnegando & litem super hoc contestando se subiecerat. adde no. 3. *eo. in prin. nu 6.* Item quod dixi scienter recognoscentem ab alio non amittere feudum, limito singulariter vt non procedat in feudis & vassallis propriè * ligiis, vt in castris, Ducatibus, Comitatibus, & aliis quæ immediate à supremo rege nostro in feudaligia, nullius fidelitate excepta mouentur: in his enim puto feudum ipso iure committi regi, si homo eius ligius scienter ab alio, saltem extero & non subdito regis, recognoscat, & hoc propter insignem perfidiam & offensam supremi principis & reipub. cuius maiestas & dignitas læditur & imminuitur ab homine ligio.

166. ¶ QVADRAGESIMOSEPTIMO quæro, Quid si vassallus feudo * abutatur notabiliter deteriorando? Omnes docto. tenent sufficientem esse causam ad priuationem feudi. vt Bald. & omnes in *l. Federicus. §. quicunque aduocatitiam per illum text. de pace tenen. & eius vio. in vsibus feud.* practic. Papi. *in lib. quo agit. ad reuo. feu. in glo. nec superstitibus in causa 29.* Iacob. *de inuest. in versicul. dictis vassalli pro non commit. felo. col 9. in causa. 12.* Francisc. in *4. par. feud. causa. 12. & in cons. 137. col. 1.* Ias. in *prælud. feu. nu. 68. & in consilio. 17. col. 1. lib. 1.* Matth. de Afflict in *decis. Neapol. 265. versic. 11.* Zasi. in *epito. par. 10. conclu. 8.* Et adducunt similia de emphyteu. qui abutendo & deteriorando perdit emphyteusim, *auth. qui rem.* vbi per Bal. Paul. Ias. *C. de sacros. eccles. vbi idem tenent in vsufructuario, quod etiam probat.* Alex. Ias. in *l. diuortio. §. si fundum. D. soluto matrimonio.* Sed ista similia bene quadrant in feudo temporali, puta ad certas generationes concesso: sed non æquè in feudo perpetuo, maxime apud nos vbi feuda sunt patrimonia nostra. Vnde videtur licere abuti, sicut & re propria. *l. sed & si lege. §. consuluit. & §. seq. l. si quid possessor. §. sicut D. de peti. hared.* Sed hæc vltima iura non loquuntur nisi de fructibus vel simplici negligentia. Vnde etiam apud nos veram puto decisionem doctor. non licere vassallo destruere aut aliud committere in magnum & perpetuum detrimentum & vastationem feudi, interest enim patronorum, & prohibere possunt: nec caret dolo & crimine deterioratio quæ non fit ad aliud quàm ad nocendum & perdendum, more populatoris, & potest esse talis & tanta vt patronus ad commissionem feudi contra non recipientem & non reparantem concludere possit, & causa cognita adiudicari debeat. Et maxime vbi agitur de iurisdictione, in qua versantur damnum & interesse publicum & etiam agitur de omnium subditorum damno & oppressione, quæ ad superioris contumeliam & onus pertinet. Hinc domini locorum habentes in illis propriam iurisdictionem: infeudatam à rege, propter nimium excessum & abusum, priuari possunt per ea quæ tradit Bald. & alij, *in d. §. qui aduocatitiam* Inno. Io. Andr. Gemy. Phil. in *c. 2. de re iud. in 6.* & per hæc limitari debet quod Pet. Cyn. Alber. Bald. Paul. in *authen. statuimus. C. de episcop. & cleric.* dicunt de Comite * Flandrensi, qui denegauit iustitiam facere subditis, vnde habuerunt recursum Parisiis ad regem Francorum, quod propterea non debebat priuari iurisdictione, sed solum puniri arbitrio regis, & sequitur Iacob. in *inuestit. in versic. marchio. q. p.* vt procedat nisi sit abusus intolerabilis, & non aliter commode reparabilis, quàm per exemptionem subditorum & reductionem ad priuatiuam & naturalem iurisdictionem regis.

167. ¶ QVADRAGESIMOOCTAVO, Quid si ipsemet patronus * iniuste deneget inuesituram vassallo, vel neget eum vassallum prætendens forte totum esse de suo domanio, an priuetur directo dominio & superioritate feudali? Omnes feudistæ in *ca. 1. in princ. quæ fuit pri. caus. benef. amitt.* & vbique tenent quòd sic, prout etiam non est dubium in terminis vsuum feudalium in quibus loquuntur. vt in *c. 1. in fi. de for. fide in ca. vnico. quali. do. propri. feud. princ. in vsib. feud.* & sequen. Guido. Pap. *in Decis. Delphi. 168.* Sed apud nos non obseruatur, vt etiam tactum est *supra §. 1. gl. 4. nu. 21. & seq.* Non tamen negauerim quin si forte tam enormis & atrox offensa patroni inueniatur in personam innocentis clientis, possit causa cognita cliens eximi, & manere vassallus immediatus superioris patroni.

168 ¶ QVADRAGESIMONONO quæro, vtrum vassallus ingratus non puniatur in * alio quam in amissione feudi? Respon. Aut agitur de simplici abnegatione, & non punitur in alio, quia huiusmodi culpa, etiam si propter scientiam & dolum cadat in genus delicti priuati, puta mendacij cum iniuria & ingratitudine, tamen * non ingredietur fines negotij feudalis, & sic non meretur in alio puniri quam in amissione feudi, in quo & quatenus delictum est, *l. rescriptum. D. de his quibus, vt indig. l. ex facto. §. Iulianus*, & ibi Alex. Ias. *col. 1. D. de vulga. & pupill. ca. quæsiuit in fi. de hæ quæst. d maio. per cap.* Idem eadem ratione quando agitur de deterioratione not. supra eodem *quæst. 47.* Aut vero agitur de alia offensa eadente in atroces iniurias & delictum punibile: & tunc dico quod vltra amissionem feudi poterit pro modo delicti criminaliter puniri. iuxta *l. respictendum. D. de pœna.* quinetiam ciuiliter, si tanta sit iniuria vel offensa quòd amissio feudi forte vtilis ad reparationem & satisfactionem condignam non sufficiat, quòd prudentum iudicium arbitrio relinquo.

* Recognoscens feudum ab alio quàm patrono vitiũ feudum amittit.

* Ligius vassallus plus astringitur quam non ligius.

* Abutens feudo vassallus vtili feudo priuetur.

* Comes Flandrensis.

* Patronus denegans inuestituram vtrum priuatur feudo.

* Ingratus vassallus vtrum etiam in alio sit puniendus quam in feudo amittendo.

* Pœna delicto conueniens statuenda.

169. ¶ VLTIMO & QVINQVAGESIMO pro complemento materiæ huius §. quæro, Vtrum feudum quod * confiscatur, vel aliter amittitur, dicatur consolidari, & cui & in qua qualitate consolideturꝰ Hæc q. multas & quotidianas comprehendit. ¶ Et primo notandum est quòd in verbis finalibus huius text. confiscatio * large & improprie accipitur, & stat pro commisso: propriè autem & strictè est publicatio omnium vel partis bonorum vel certarum rerum, & devolutio ad fiscum, vel eum cui princeps ius confiscationis concessit. Soli enim supremo principi superiorem non recognoscenti competit fiscus, & ius confiscationis, vt not. glo. Bar. Luc. de Pen. Ioan. de Plat. in *rub. C. de iur. fisc.* text. in *l.* 1. *C. de bon. vacan. li.* 10. Bal. in *l.* 1. *C. de hared. vel actio. vendi in l.* 1. *col. fi. C. de hared. instit. & in rub. C. de pri. fisc.* Princeps tamen in hoc regno concessit vnum de iuribus suis fiscalibus, videlicet ius bonorum vacantium & publicatorum, seu propter crimen confiscatorum, dominis quibus concessit & infeudauit merum imperium seu altam iustitiam in regno suo vt j. §. 169. Vbi de ratione & effectu huiusmodi concessionis diximus, & probauimus tam merum imperium, quàm ius confiscationis originaliter esse, & emanasse de fisco regio, & sacro domanio regis & eius coronæ. Vnde nomen semper retinuit, licet propriè & strictè loquendo non dicantur confiscari, nisi quæ applicantur principi, qui solus habet fiscum.

170. Fiscus * enim & res fiscales, proprie sunt, & dicuntur in iure, bona & iura quæ spectant ad principem in quantum princeps, quod nos vocamus domanium regium, cuius proprietas spectat ad maiestatem & coroniam regiam, & non ad personam organicam principis. Vnde nullo modo possunt alienari & expropriari à corona etiam per principem, vt latè deducit Luc. de Pen. in *l. quicunque per* 4. *col. de omni agro deser. lib.* 11. *& in l.* 2. *ad fi. de iur. reip. lib.* 11. *& in l. contra publican. col.* 5. *de re mil. lib.* 10. *C.* Cætera autem bona & iura quæ spectant aliunde quàm ratione coronæ & domanij regalis, vocantur in iure res priuatæ siue patrimonium priuatum principis, vt ex text. in *l. bene à Zenone. §. sed sancimus. C. de quad. præscr.* Vbi aperte fit hæc differentia inter duplex * patrimonium principis, scilicet fiscale & priuatum, vt tradit Petrus Perticus doctor Gallus, in *rub. probe. inst. nu.* 13. *vers. Vnde respondeo*, quem sequitur Cyn. in *l. procurator. C. de eden.* Ex quibus patet quòd licet domini habentes merum imperium infeudatum à rege, habeant ius confiscationis in suo territorio, non tamen habent proprie fiscum, & eorum respectu non dicitur confiscatio proprie, sed symbolice retento originis nomine. Et magis remotè & impropriè sumitur verbum confiscare in hoc textu, quoniam refertur ad ius commissi feudalis, propter noxam à vassallo commissam, & competit cuilibet vel priuato domino feudali.

171. Modo ad resolutionem quæstionis nostræ distinguo quatuor * membra, quandoque enim feudum finitur, quandoque confiscatur: quandoque committitur: quandoque mediante voluntaria alienatione vassalli per patronum acquiritur. ¶ Primum * est, quando feudum ad certa tempora vel generationes concessum fuit, quæ expirant, & tunc quasi naturaliter velut moriatur redit ad patronum, non per modum transmissionis alicuius iuris vassalli: sed per modum meræ priuationis, negationis, & annihilationis feudi & vassalli. Secus est in aliis tribus membris, in quibus patronus succedit per modum cuiusdam transmissionis iuris in se à vassallo. Hinc est quod in hoc primo membro, reuersio fit sine aliquo onere imposito per vassallum, vel præscripto contra eum, nihil enim potuit per vassallum disponi, nihil contra eum præscribi, nisi ad milites iuris ipsius vassalli, quod erat de se & naturaliter temporale & resolubile. Vnde hoc casu propriè verificatur regula *l. lex vectigali. D. de pign.* quòd resoluto iure datoris resolui-

* Feudum confiscatur an cui & quomodo dicatur consolidari.

* Confiscatio propriè & impropriè.

* Fiscus.

* Duplex patrimonium principis.

* Quadruplex distinctio.

* Finiri feudum quando dicatur.

A uitur ius acceptoris ad quod *l. is cui via. in fi. D. quem admod. ser. amitt. & §. rursus quib. mod. feud. amitt. c.* 1. §. *quid ergo. de inuest. de re ali. fac. c.* 1. §. *præterea. d. c. Conrad. in vsib. feud.* Et maximè quando resolutio fit ex natura rei, & ex necessitate causæ veteris & intrinsecæ, & sine voluntate & facto ius amittentis, vt hic, iuxta ea quæ tradunt Bart. in *l. in diem. D. de aqu. plu. arcend.* Bar. Bald. Angel. in *l. si ex duobus. §. idem Marcellus. D. de in diem addict.* Secus est in aliis tribus membris, vt statim dicetur.

172. Et in casu huius primi membri quæro primo, vtrum reuersio fiat ipso iureꝰ Breuiter dico quòd sic, quia priuatio & annihilatio, vel non fit, vel si fit (vt dictum est) necessario trahit secum executionem, & consequenter ipso iure fit consolidatio feudi, nec est dubium respectu ipsius fidelitatis & dominij vtilis seu proprietatis more nostro loquendo. Sed dubitari potest vtrum sit idem respectu possessionis naturalis quam habebat vassallus? Et videtur quod non, quia possessio * est facti, & propter nullitatem actus à iure introductam non cessat nec infirmatur *l.* 1. §. *si vis vxori. D. de acquir. vel amit. possess.* Vnde in simili decidit Bald. in *tract. de pac. constan. in ver. pactiones in fi.* quod licet dominium vtile censuarij, aliquo casu ipso iure reuertatur ad dominium directum, tamen quoad possessionem nullus perdit donec eiiciatur foras. Sic & in vsufructuario decidit glo. quam docto. ibi seq. in *c. licet episcopus, in vers. te non vocato, de præben. in* 6. quòd finito vsufructuario non potest à quasi possessione expelli, sed contra eum agendum est negatoria vel ex cautione de re restituenda, *vt D. si vsufru. peta. l. vsi frui in fi. prin. & vsufruct. quemad. c. l.* 1. §. *habet autem*, & similiter in emphyteusi sentiunt doct. in *l.* 2. *C. de iur. emphyt. & in cap. potuit. de loca.* quòd emphyteuta non amittat ipso iure possessionem, quamuis ipso iure amiserit emphyteusim, dum quæritur an possit propria authoritate domini à possessione expelli. Et ita quòd emphyteuta non cadat ipso iure à possessione naturali, licet cadat ipso iure ab emphyteusi, decidit expressim Bal. *in add. Specul. tit. de loca. col.* 5. dicit text. in *l. in rebus ad fi. D. de procura.* quod qui precario ad certum tempus rogauit, adhuc finito tempore possidet.

* Possessio est facti.

173. Quibus non obstantibus dicendum, dum feudum * vel emphyteusis naturali suo fine hoc modo finitur, nedum dominium vtile, sed etiam possessionem naturalem resolui, redire & consolidari ipso iure dominio directo, & possessioni ciuili. Ratio, quia dominium vtile & naturalis possessio hoc casu subalternantur directo dominio, & ciuili possessioni, & non fuerunt translata nisi limitatim vsque ad certum tempus, quo pendente vassallus vel emphyteuta non possidet nisi sub hac qualitate & condicione huius limitatæ concessionis Vnde ea finita necesse est quòd definat possidere, nisi aliter possessionem interuerteret, quod non est præsumendum. Et ita in feudo quando solo temporis cursu finitur, decidit Bald. in *c. quæ in eccle-siarum col.* 7. *de const. & in l.* 2. *q.* 49. *D. de rer. diui.* Vbi dicit quod finito feudo, statim ciuilis possessio dominij trahit ad se naturalem. Idem decidit in re concessa sub censu ad vitam in *c. cum venissent. col.* 2. *de offi. spolia.* Et sequitur Andr. Barba in *c. ex part. de feud.* Idem tenet Ias. in *feudo & emphyteusi. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas in fi. D. de acquir. vel amitt. possess.* Francis. in 4. *par. fen. col.* 57. Non obstat primum, quia verum est quod nullitas contractus non impedit transferri & retineri possessionem, quam quis accepit vt semper possideat sine alia limitatione: hîc autem recipiens non intendit accipere nec retinere possessionem vltra tempus concessionis. Non obstat quod voluit Bald. in *d. §. pactiones, & in addi. Specu.* quia ne sibiipsi sit contrarius debet intelligi, non quando census vel emphyteusis naturali fine suo finitur, sed cùm aliàs per culpam vel delictum amittitur.

* Finitur feudo finitur & possessio.

174. Non

174. Non obſtat gloſſ. in *d. c. licet epiſcopus.* quia eſt falſa & erronea per prædicta, & contrarium videlicet quòd morte * fructuarij ipſo facto finiatur, & ciuili conſolideturpoſſeſſio naturalis quam habebat fructuarius, decidit Bar. in repet. *l. ſi arroganter. colum. nu.* 14. *de adoptio.* & in terminis donationis factæ retento vſufructu, quod per mortem donatoris extinguatur poſſeſſio naturalis, ſicut & vſusfructus, tenet Bal. *in conſi.* 257. *dicta tenuta lib.* 4. Et quod ſtatutum vel conſuetudo de continuanda poſſeſſione in hæredem, non habeat locum in poſſeſſione naturali vſufructuarij decidit Io. de Imol. *in conſi.* 16. *viſo caſu. c.* 2. Rapha. Cuma. *conſi.* 173. Galuanus *in ſi.* Iaſ. *conſi.* 152. *li.* 4. *& eſt veritas. vt etiam dixi infra* § 64. *q.* 15. Non obſtat *d. l. in rebus*, quia facit pro ſententia noſtra: ibi enim dicitur eum qui rogauit precario ad certum tempus, finito tempore adhuc poſſidere, ita demum ſi dominus patiatur: & quòd ſi hoc concedat, & proroget ante primum tempus finitum, cenſetur eadem poſſeſſio, & idem precarium continuari. Si vero poſt primum tempus, finitum eſt nouum precarium, & noua poſſeſſio, vt in dicta *l. in rebus. cum l. ſequenti. D. de preca.* Ex quibus patet quòd poſſeſſio precaria ipſo iure finitur & ad concedentem reuertitur, dum precarium ipſum finitur. Vnde ſi * precarium conceditur ad voluntatem vel beneplacitum concedentis, ſicut per mortem concedentis extinguitur, vt tradit Decius in *l. contractus. numer.* 10. *D. de regu. iur.* ita extingui puto poſſeſſionem precariam, quemadmodum reſoluto pignore reſoluitur precarium ſuper eo appoſitum, & poſſeſſio precaria. text. *eſt in l. ſi debitor. D. de preca.* Vnde non eſt alienum à iure, ſi idem ſit in poſſeſſione beneficiaria ſiue feudataria, emphyteutica, & ſimili.

* Idem in vſufructu.

* Idem in precaria poſſeſſione.

175. ¶ Secundo circa idem primum membrum quæro, Vtrum huiuſmodi reuerſio ſeu conſolidatio fiat in * eadem qualitate, in qua conſiſtit & reperitur feudum dominans, vel dominium directum, ad quod feudum vel emphyteuſis finita reuertitur? Et videtur quòd non, per id quod not. Ioan. Fabric. *inſtit. de leg.* §. *ſi qui.* Vbi decidit quòd illa quæ conſolidantur, non videntur acquiſita illo iure ſeu titulo, quo res quibus conſolidantur tenebantur, imò cenſetur alia à proprietate & ideo tanquam alia iudicanda ſunt, & de per ſe, & allegat. *l. Meuius.* §. *fundo. D. de legat.* 2. Et idem tenet Aug. Aret. in *d.* §. *ſi cui, per l. non quæcunque* §. *fundus.* Vbi etiam Iaſ. idem ſentit. *D. de leg.* 1. hunc decidit Ioan. Fabr. in *d.* §. *ſi cui*, quòd attento, quòd per conſuetudinem Franciæ, de qua *in c. ex parte*, habet mulier dimidiam partem in rebus emptis vel acquiſitis per virum: ſi vir habeat quædam feuda antiqua ſibi propria antequam matrimonium contraheret: & ſic mulier nihil poteſt capere in illis, quum non ſint de conquæſtu: tamen ſi poſtea conſtante matrimonio, aliqua ſubfeuda vel prædia à propriis viri dependentia conſolidentur, & redeant ad virum tanquam dominum directum quacunque de cauſa; vxor in ipſis ſic conſolidatis habeat dimidiam partem. quia non cenſentur propria nec antiqua, ſicut fundus dominans cui conſolidantur, nec recipiunt vel retinent eius qualitatem, ſed per ſe iudicanda ſunt tanquam nouiter quæſita, ſiue iure conquæſtuum. Et iſta dicta aliter non dirigendo, imò errorem exaggerando ſequuntur Nicol. Boer. in *conſuet. Bituri. tit. de conſuet. matri. & do.* §. 2. Chaſſan. in *conſuetu. Burgund. tit.* 4. §. 2. *glo.* 72. *col.* 2. & reperio quòd idem tenuit Ioan. Lupi. in *reper. rub. de donat. inter vir. & vxor.* 38. *col.* 2. *in fi.* Et eodem errore decidit Nicol. Boer. in *conſue. Bitur. tit. de conſue. feu. & cen.* §. 5. *col. fi.* quòd ſi vaſſallus acquiſiuit partem ſubfeudi, quæ dependebat à ſuo feudo, quod tenet à ſuperiori patrono, qui petit rachatum pro parte retrofeudi acquiſiti: vaſſallus autem dicat ſe non teneri, quia feudum ſuum tenet à dicto patrono, & partem ſubfeudi acquiſiuit, quæ mouebatur ab eodem vaſſallo ad cauſam dicti feudi, ex quo modo vnita erat cum dicto feudo. Nihilominus decidit ibi Boeri. deberi releuium, quia inquit poſt Fabr. & Aret. illa quæ conſolidantur non videntur acquiſita eodem iure vel titulo: ſed cenſentur alia à proprietate rei cui conſolidantur.

* Conſolidata non fortiuntur eandem naturam.

176. Sed * multum hallucinantur, quia quandocunque conſolidatio fit ex natura rei & ex neceſſitate cauſę antiquæ, & inexiſtentis rei conſolidatæ, & rei cui fit conſolidatio, conſolidatum cenſetur, & ipſo iure efficitur eiuſdem iuris, qualitatis, & conditionis cum re cui conſolidatur & vnitur, vt late probaui in alia quæſt. 5. §. 3. *gloſſ.* 1. *q.* 4. *nu.* 39. *& q.* 5. *nu.* 46. Vbi videas, non repeto: non enim hoc caſu dicitur noua acquiſitio, ſed recuperatio & reuerſio rei ad ſuam originem & ad primitiuum ſtatum. hinc appoſitiſſime decidunt Anth. Butr. & Panor. in *c. cum veniſſent. in vlt. no. per illum text. de reſt. ſpol.* quòd ſi habens poſſeſſionem ciuilem, ingrediatur naturalem vacantem priore conceſſione finita: non dicitur de nouo acquirere rem vel poſſeſſionem, ſed potius continuare antiquam & ciuilem. Vnde ſi eſſet ſtatutum quòd pro poſſeſſione nouiter acquiſita ſoluatur gabella, tamen hoc caſu nulla debebitur gabella, vt tenent Soci. & Iaſ. in *l. poſſideri* §. *nerua. D. de acq. vel amit. poſſeſſ.* hinc etiam in ſimili decidit Baldus in *conſ. incip. factum tale. quod eſt conſil.* 9. *lib.* 3. ſecundum veterem impreſſionem *& conſil.* 9. *lib.* 1. ſecundum nouam impreſſionem, quod quando feudum ipſo iure, puta in caſu alienationis cadit in commiſſum, reuertitur ipſo iure: nec requiritur retraditio poſſeſſionis neque ſententia, quia ius directi dominij ſemper eſt in actu permanenti ex vi attractiua, & quod proprie non eſt nouum dominium ſed conſolidatio. Quia dominium directum habet vim directi & vtilis: ſicut cùm finitur emphyteuſis, vel vſusfructus, vel cùm res reuertitur ad mulierem ſoluto matrimonio. *l. in rebus. C. de iur. dot.*

* Soluitur.

177. Et ſic concludo, quòd ſi viro vel vxori competant quædam feuda ante matrimonium acquiſita, & conſtante matrimonio quædam ſubfeuda vel emphyteutica prædia inde dependentia, reuertantur ad directum dominum propter finitam conceſſionem, vel etiam ratione commiſſi, ex vi iuris antiqui inhærentis feudo dominanti, non cadunt in conquæſtum, ſed omnino efficiuntur propria eius ad quem ſpectat locus dominans, & eiuſdem qualitatis & conditionis cum re cui conſolidantur. Et vt diximus *ſupra* §. 1. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 4. huiuſmodi conſolidata non ſunt in fructu, nec in nouo conquæſtu: ſed dumtaxat fructus rerum conſolidatarum excidentes conſtante matrimonio, cadunt in communitatem conjugum. Aut enim inſpicimus formam & modum acquiſitionis, & non eſt conqueſtus, nec noua acquiſitio: ſed recuperatio & conſolidatio. Aut inſpicimus cauſam, ius & actionem, cuius virtute fit & adiudicatur huiuſmodi conſolidatio, & illa indubitanter eſt antiquum & proprium ius: non enim cœpit competere de nouo, ſed competebat domino loci dominantis ante contractum matrimonium. Et è diuerſo, ſi fundus dominans ſit de communi conquæſtu, quæcunque inde dependentia conſtante matrimonio conſolidantur, erunt de communi conquæſtu, & eandem naturam & qualitatem ſortientur. Falſum eſt etiam, & contra omnem rationem & conſuetudinem, quod ſcripſit Boer. deberi rachatum vel laudimium ſuperiori patrono quando vaſſallus acquirit ſubfeuda vel eorum partem, quoniam huiuſmodi iura nunquam debentur niſi dominis immediatis, vt patet per omnes conſuetudines huius regni, & aliquid diximus *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 12. *&* §. 33. *quæſt.* 13. Non obſtat *d. l. Meuius* §. *fundo. nec d.* §. *cui legatur. nec dicta l. non quæcunque* §. *fundus.* quia non tendunt ad

Digitized by Google

ſcopum, nec ex illis aliquod argumentum pertinens colligi poteſt. Ibi enim dicitur quòd fundo alieno legato, ſi ante diem cedentem legatarius redimat proprietatem deducto vſufructu, deinde vſusfructus finiatur, & conſolidetur, poſtea cedat dies legati, poterit legatarius petere feudum ex legato, ſed non conſequetur integrum legatum, ſiue ſolidam æſtimationem fundi, ſed ſolum illud quod ſibi abeſt, ex eo quod proprietatem redemit. Et ſic de æſtimatione rei ſoluenda legatario, deducetur æſtimatio vſusfructus, quia legatarius non emit vſumfructum, ſed accreuit: & ſic (quaſi ex cauſa lucratiua habuerit) eatenus non debet iterum habere ex legato, quod eſt alia cauſa lucratiua, & duæ huiuſmodi cauſæ non concurrunt circa idem. *l. omnes. D. de actio. & ob lig. §. ſi res inſti. de legat.* Ex quibus patet quòd ibi vſusfructus conſolidatus non conſideratur ſeorſum & per ſe. ex eo quòd ſit res ſeparata & proprio diſtincta iure iudicetur, quoniam vere non eſt amplius aliquid per ſe quum ſit, & maneat conſolidatus cauſæ ſuæ: ſed conſideratur quod prius fuit, ad hoc ne ſoluatur totius legati æſtimatio legatario, ſed ſolum id quod ſibi abeſt, & ne legatarius his circa idem lucretur. Vbicunque igitur ceſſat neceſſitas euitandi concurſum duarum cauſarum lucratiuarum, ceſſant & verba & mens dictorum iurium & ſimilium. In legibus autem appendendis & inducendis primum animaduertendum eſt, qua mente quodque dicatur: alioquin non eſt argumentatio, ſed verborum captatio inanis. *l. 2. D. ad exhib. l. ſcire oportet. §. aliud. D. de excus. tuto. l. ſcire leges. D. de legibus.*

178. Et quod concluſimus ea quæ ſiue naturali fine conceſſionis temporalis, ſiue iure commiſſi conſolidantur eandem ſortiri naturam & qualitatem propriorum vel conquæſtus, cum re cui fit conſolidatio. Amplio primo, nedum reſpectu ſocietatis & communitatis viri vel vxoris, vt dictum eſt, ſed etiam reſpectu diſpoſitionis teſtamentariæ, ſucceſſionis ab inteſtato, & retractus proximitatis: & generaliter vbicunque de noſtra conſuetudine ratio & diſtractio habetur propriorum ſiue hæreditorum & conquæſtuum, vel acquæſtuum. Vnde infero, quòd ſi quis habet fundum antiquum, à quo dependent ſubfeuda vel vectigalia prædia ad tempus vel certas generationes, ſiue ab ipſo, ſiue à prædeceſſoribus ſuis conceſſa, quæ finita conceſſione redeunt, quamuis inter viuos poſſit de illis in totum libere diſponere, tamen in teſtamento vel codicillis non poterit vltra quintam partem, ſicut nec de reliquis propriis, ĩ. §. 62. & 93. Et ſi decedat ſine liberis, illa quæ ſic durante eius vita acceſſerunt, deuoluuntur vna cum hæredio principali ad hæredes propriorum, nec in illis acceſſionibus aliquid capient hæredes conquæſtuum. Cenſentur enim per ſucceſſionem prædeceſſorum virtualiter obuenisſe, ex quo dominium directum vtile attractiuum, & virtus & actio, vi cuius huiuſmodi acceſſiones reuocantur, obuenit à prædeceſſoribus & eorum ſucceſſione, vt plenius diximus ĩ. §. 147. Et ſi quis huiuſmodi acceſſiones vendat, cadunt in retractum erga propinquos ex latere vnde proceſſit hæredium à quo mouebantur, vt tractatur ĩ. §. 174. Quinetiam cadunt in doerium ſi feudum principale doerio ſubſit: ſubeſt enim cum ſuis pertinentiis, vt dixi ĩ. §. 136. Siue accedant viuo marito, ſiue poſt eius obitum, quia ſicut acceſſio fit proprietario quoad proprietatem, ita fructuario quoad vſumfructum, prout etiam late dictum eſt ĩ. §. 1. *gloſſ. 1. quæſt. 4.*

* Emptor proprietatis an poſſit contra retrahentem deducere vſumfructū.

179. Sed pone: aliquis* vendidit hæredium ſuum: in quo alius habet vſumfructum venditione perfecta, & dominio tranſlato contingit morte fructuarij vſumfructum interire & conſolidari proprietati, deinde propinquus venditoris intentat retractum vnde emptor poſſit deducere vſumfructum vel eius æſtimationem, ſi præfatorum doct. ſententia ĩ. *eodem num. 175.* eſſet vera, ſequeretur quòd ſic, quia deberet vſusfructus conſiderari per ſe, & ſic non inuenitur emptus, nec titulo emptoris acquiſitus: igitur non debet comprehendi in retractu, quia actio retractus non competit niſi ad id quod eſt venditum, & quatenus eſt venditio dumtaxat. Sed contrarium eſt dicendum, & idem in retractu feudali, vel conuentionali, quæ proprietas fuit empta cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, & ſic cum illo iure conſolidationis vſusfructus: præterea omne commodum contractus & emptionis debet transferri ad retrahentem, tanquam loco emptoris ſubrogatum, vt tactum eſt ſupra §. 20. *gloſſ. 5. num. 9. & gl. 8. nu. 5. & plenius* ĩ. §. 147.

180. Secus ſi vſusfructus non fuiſſet natura ſua finitus, ſed redemptus per emptorem, quia tunc deberet ei reſtitui, ad vitam tamen ipſius nuper vſufructuarij, qui vſumfructum vendidit dumtaxat per *l. neceſſario §. fin. D. de pericu. & commo. rei vendi.* Sicut in ſimili dictum eſt quando vſusfructuarius emit proprietatem, quæ poſtea vel à patrono vel à conſanguineo retrahitur ĩ. §. 20. *gloſſ. 5. quæſt. 6. num. 35.* Tamen inter hæc duo vltima eſt differentia in alio. quia vſusfructuario qui emit proprietatem, præciſe reſtituendus eſt vſusfructus à retrahente, nec tenetur æſtimationem vſusfructus recipere, quod non eſt perpetuum in emptore proprietatis, qui poſtea redemit vſumfructum: ſed diſtinguendum eſt vt dixi in *dicto* §. 147. Si enim emit ab eodem qui vendiderat retento vſufructu, puto cenſeri factum in fraudem, & locum eſſe retractui totius vtriuſque pretio refuſo, vt etiam no. *ſupra* §. 20. *gloſſ. 1. quæſt. 15.* Si autem emit ab alio, ſubdiſtinguendum eſt inter extinctionem vſusfructus & conſolidationem caſualem vel naturalem & inter emptionem commoditatis, viuente adhuc eo qui habebat vſumfructum.

181. Amplio ſecundo, nedum ſi huiuſmodi acceſſiones de facto vniantur & incorporentur feudo principali à quo mouebantur: ſed etiam ſi non incorporentur, prout non tenetur dominus ad quem facta eſt reuerſio eas incorporare niſi velit, ſed poteſt ſeorſum per ſe velut in priore ſtatu & qualitate ſubfeudi vel rei cenſuariæ poſſidere, vt deduxi *ſupra* §. 20. *gl. 1. quæſt. 15.* Sed tunc* proprie & ſtricte loquendo non dicuntur conſolidari. Eſt enim conſolidatio, quando vſusfructus dominium vtile penitus extinguitur, & fit reductio ad vnicum plenum dominium tanquam priori minus principali iure abſorpto, & confuſione extincto, ſiue illud ius minus principale vel ſubordinatum naturali ſuo fine terminetur, ſiue per accidens quocunque modo reſoluatur textus in paragrapho fi. ibi quæ res conſolidatio appellatur. *inſtit. de vſufruct.* Quando autem temporale feudum, vel emphyteuſis naturaliter finitur, ipſo quidem iure acquiritur domino directo immediato, vt dictum eſt. Tamen, quia ſi dominus velit per ſe ſubſiſtere, & poſſideri poteſt, non conſolidatur, nec incorporatur ipſo iure, ſed demum ſi dominus velit, & de facto veniat, & incorporat menſæ feudi principalis æque principaliter, & in eadem qualitate vniformi. Vnde eo ipſo quòd huiuſmodi acceſſiones naturaliter reuertuntur ad dominum, virtute directi dominij, & iuris dominici, efficiuntur proprium, vel conquæſtus, ſicut illud directum dominium, vel ius dominicum erat de proprio, vel conquæſtu domini: & quantum ad hoc ſortiuntur eandem naturam, & qualitatem, ſed non continuo efficitur de ſubfeudo feudum, vel de emphyteuſi, cenſuale feudum, ſiue pars homogenea, & æque principalis feudi dominantis, niſi ſubſequatur incorporatio. Vnde antequam fiat, remanet quantum ad hoc, & qualitatis, & iuris diuerſitas. Vnde in ſucceſſionibus tam directis, quàm collateralibus, tam reſpectu iuris primogenituræ, quàm ad excluſionem fœminarum in eodem gradu, cenſualia prædia ad dominum feudalem immediatum reuerſa,

* Conſolidatio quid ſit propriè.

non censentur feudalia, sed censualia, vt prius, nisi prout distinximus *infra* §. 122. ad quem remitto: iam enim sentio me nimium extra materiam quæstionis & §. nostri efferri. Sed dum radicitùs examinantur vsque adeo colligatæ inueniuntur, vel prima facie disparatæ materiæ, vt vix vna sine altera perfectè intelligi, aut explicari possit.

182. ¶ Venio ad secundum membrum, quando subfeudum * confiscatur. Et hic assumo confiscationem pro bonorum publicatione, & secundum communem, & frequentiorem modum loquendi. Verbum confiscatio non vsurpatur, nisi pro publicatione quæ damnatis infligitur propter delictum. Tamen hîc generaliter accipio pro omni publicatione, quia quantum ad effectum de quo quæritur, non est differentia B *qua via feudum ad fiscum, vel habentem merum imperium in loco deferatur. Est autem * triplex via, vel modus. Primus, in vassallo damnato propter delictum cum confiscatione bonorum. Secundus, in vassallo decedente, sine hæredibus, ex eo quòd non supersint agnati, vel cognati, & tunc dicuntur proprie bona vacantia. Tertius, quando moritur incapax hæredium. Quantum ad primum & secundum, certum est, quòd in hoc regno feudalia non deferuntur ad patronos, sed sicut cætera patrimonialia deuoluuntur in statu suo, & cum omnibus oneribus, & qualitatibus suis ad habentem merum imperium. vt in loco sæpe dictum est, & plenius *infra* §. 169. vbi diximus, quòd si is ad quem deuoluatur feudum sit superior, & mediatus patronus feudi, tenetur (etiam si esset rex Franciæ) C ponere extra manus suas, ue patrono immediato præiudicetur. Quantum ad tertium, hoc contingit dupliciter. Primo eo quòd vassallus est exterus, & alienigena, qui acquisiuit bona in regno, non enim exteri admittentur ad eius successionem, sed solus rex succederet, vel fiscus regius cuius est peculiare ius, quod * Albinatum vocant, sumpto etymo ab alibi nato, de quo tractamus *infra* §. 169. *vbi remitto.*

183. Secundo, eo quòd vassallus est illegitimis natalibus ortus, qui tamen non prohibetur acquirere, nec de acquisitis inter viuos, & in testamento iure legati disponere. Sed non habet hæredem, nec ex testamento, nec ab intestato prout nec alius succedit, excepto si habeat filios, vel descendentes legitimos, qui illi succedunt, prout & illis succedere potest, vt *infra* §. 186. vel nisi sit legitimatus secundum ea quæ diximus 3. §. 13. D *gloss. 1. q. 8. & latius infra* §. 122. Alioquin quandoque fiscus, quandoque habens merum imperium in loco succedit pro consuetudine loci vt dictum est in *d.* §. 169. Omni tamen casu idem est effectus, quantum ad ea de quibus hic disputatur, videlicet quòd feudum cum oneribus & qualitatibus suis deuoluitur, & à quocunque acceptante releuium debetur patrono, vt dictum est 3. §. 33. *q. fi.* Et non censetur iure proprio-rum, vel hæreditorum illi ad quem defertur, sed iure acquæstus. Vnde quamuis Baro decedens sine liberis, deferat baroniam à prædecessoribus obuentam, ad hæredes ex illo latere attinentes: Tamen quæcunque bona etiam immobilia, etiam feudalia * iure confiscationis, vel alterius publicationis obuenta, tanquam nouiter acquisita, deferuntur ad quoscunque proximiores (masculis excludentibus fœminas respectu feudalium in eodem gradu) qui in immobilibus, & acquæstis succedunt. Et de illis sicut de propriis acquisitis poterit dictus Baro. per testamentum in totum disponere. Et in illis eius vidua non capiet doerium consuetudinarium.

184. Sic etiam videmus in domanio domini nostri regis, quod est inalienabile, & extra commercium priuatorum, quoniam non est principis, sed maiestatis suæ & reipubl. Tamen * feuda, subfeuda, & alia quæcunque immobilia ab eodem domanio dependentia, A quæ ad regem iure confiscationis, vel commissi deferuntur, possunt libere per eum alienari, & in perpetuũ concedi, nec requiritur homologatio supremi senatus parisiorum, sed sufficit homologatio præfectorum ærario, & ratiocinijs principis: quoniam huiusmodi accessiones, & obuentiones, licet dependerent, & mouerentur à domanio Regio, & per confiscationem, vel commissum factæ sint principis, & sint in eius dominio, tamen non sunt de domanio antequam domanio incorporentur, ideo possunt per principem alienari, vt pulchrè decidit And. Iser. in *l. imperialem* §. *præterea Ducatus. col. penult. de probib. feud. alien. per Feder.* sic in simili constitutio regni Siciliæ, *incip. constitutionem.* quæ est Federici 2. *sub. titu. de renoc. feud. lib.* 3. prohibens omnimodam alienationem, vel hypothecam feudorum, permittit Baronibus, & aliis exanditis, vt vocant, hoc est huiusmodi obuentiones per confiscationem, vel iure commissi excidentes locare. hoc est etiam in perpetuum concedere. vt ibi tradit gloss. Et And. Iser. in *c.* 1. *in prin. colum.* 2. *de his qui feud. dare poss. in vsib. feud.* Matth. de Afflict. super *d. consti. Constitutionem.*

185. In huiusmodi tamen obuentionibus non comprehenduntur terræ * appanagij, quoniam illæ sunt pars domanij Regis, concessi per modum prouisionis filiis masculis regum & masculis descendentibus ex eis. Vnde nunquam proprie confiscantur, nec confiscari possunt, sed finita linea masculina, ipso iure finitur, & resoluitur appanagium, & dictæ terræ ipso facto consolidantur, & reuniuntur domanio absque alia incorporatione, quia vere nunquam exierunt, nec separatæ sunt à domanio. Vnde finita concessione, seu prouisione temporali, non potest princeps alij concedere, nisi in similem causam masculis liberis regum. Fœminæ enim & descendentes ex eis sunt incapaces, vt est notorium, nec est hic vlterius de his disputandi locus.

186. ¶ Venio ad tertium, Quando feudum * committitur, quod est propter negationem, vel ingratitudinem commissam à vassallo in patronum. Et certum est, quòd soli patrono acquiritur in vltionem iniuriæ. *ea.* 1. §. *denique. quæ fuit. prima causa benef. amitt.* Sed quæro, verum assumat qualitatem propriorum? Videtur quòd sic, si feudum dominans sit à prædecessoribus obuentum, quia per sententiam priuatiuam, vel declaratiuam, quæ priuationem implicat, resoluitur dominium vtile, & omne ius vassalli, & consolidatur directo, & videtur potius reuersio ad causam antiquam, quàm noua acquisitio. Igitur non est de genere acquæstuum vel conquæstuum. per not. Soci. Ias. in *l.* 3. §. *Nerua. D. de acquir. ea. vel amit. possess.* post Antho. Panor. in *c. cum venissent. de restitu. spoli.* Contrarium puto, quia feudum erat verum patrimonium vassalli, & de se perpetuum, & non finitur de se, sed per accidens amittitur, & * censetur noua acquisitio in pœnam ingratitudinis, & sic velut ex causa lucratiua *iuxta l. apud Celsum.* §. *authoris. iuncta glo. ibi in ver. noxæ. D. de excep. doli.* Bart. in *l. Manius.* §. *duobus. col. pe. D. de lega.* 2. Bald. in *tracta. statu. in vers. bannitus* Alex. in *l. cùm mulier. in fi.* 2. *col. D. solut. matr.* E Nec etiam tenetur patronus feudum sibi commissum incorporare mensæ feudi dominantis, sed potest sorsum tenere, vt in membro sequenti: vel alij dare etiam in testamento, aliàs in eo succedunt hæredes conquæstuum. Nec obstat, quòd acquiritur patrono in vim potestatis, & iuris feudalis. quod est ius antiquum inexistens feudo dominanti, & simul à prædecessoribus obuentum, & sic quod debet imitari qualitatem causæ per quam acquiritur: quia esset verum si ex illa sola causa acquireretur, vt in primo membro, quando concessio temporalis lapsu suo finitur, tunc enim nullo modo est noua acquisitio, sed simplex reuersio ad primordialem statum, qualitatem & naturam, si-

a Confiscari Feudum quãdo dicatur.

b Confiscatio triplex.

c Ius Albinatus.

d Confiscata regi non sunt de domanio.

e Appanagij terra.

f Committi feudum quãdo dicatur.

g Committi iure lucrariuorum & cõquæstuũ censetur.

h Confiscata iure acquæstorum censentur.

ne aliquo alio onere impoſito per dominos vtiles. At hic feudum fuerat in perpetuum alienatum, & nunc non ſola poteſtate feudali recuperatur, ſed mediante cauſa extrinſeca de nouo ſuperueniente, ſcilicet ingratitudine vaſſalli, propter quam meretur feudum amittere, & eo priuatur, & transfertur in patronum. Nec eſt verum dicere, quòd huiuſmodi feudum obuenerit patrono per ſucceſſionem prædeceſſorum. Sed imò per nouam, & ſuperuenientem culpam, & priuationem vaſſalli, & ſic eſt noua acquiſitio, & velut lucratiua. Inde eſt etiam quòd non reuertitur, niſi cum ſuis oneribus à vaſſallo prius impoſitis, vt dictum eſt. Ex quibus etiam liquet, quòd ſi patronus vendat feudum ſibi adiudicatum per compoſſum, non erit locus retractui proximitatis, nec etiam retractui feudali quia ſuperior patronus nihil habet facere in hoc ſubfeudo, ex quo nondum fuit incorporatum feudo principali, quod etiam non eſt apertum.

187. Nec obſtat, quòd quando ſubfeudum dependens à propriis vxoris, per feloniam commiſſam in perſonam viri committitur, non efficitur ſoli vxori proprium, vt dictum eſt ſupra eodem, quæſtione 31. in fin. quia quod nos vulgo vocamus proprium, * dupliciter accipitur, vno & principali modo pro obuentis ex ſucceſſione prædeceſſorum. & ita accipio in hac quæſt. Alio & incidenti modo pro omnibus quæ non cadunt in ſocietatem bonorum, quæ eſt inter virum & vxorem. Sed manent alteri propria, quamuis aliàs ſint de acquæſtu, & ita accipitur in dicta quæſt. 31. Non enim omnis noua acquiſitio communicatur inter virum & vxorem. Sed ſolum ea quæ fit conſtante matrimonio, & non dependet à iure iam alterutri eorum ante matrimonium quæſito. Vnde ſi domus donata fuerit alteri ante contractum matrimonium, traditio vero poſt contractum matrimonium fiat, non tamen efficitur communis, ſed propria illi cui erat debita, vt diximus infra §. 110. Verum eſt quòd maritus pendente matrimonio habebit adminiſtrationem, ſiue quaſi dominium rerum commiſſarum, & faciet fructus ſuos ſicut & in reliquo patrimonio vxoris, quemadmodum late diximus ſ. §. 1. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 4. *&* 5. quod commiſſa cedunt proprietario quoad proprietatem, & fructuario, quoad vſumfructum.

188. Nec obſtat, quòd per hoc videretur fructuarium nihil debere in commiſſis adiudicatis proprietario ratione feloniæ in eum commiſſæ: quoniam ſolus eſt offenſus, & non fructuarius, & ſic ſolus debet habere commodum in vltionem iniuriæ ſuæ, quia ſententiam noſtram intelligimus, non in vſufructu limitato ſpecificè ad certa particularia prædia, ſed conſiſtente in feudo dominanti, & eius pertinentiis: & conſequenter fructuarius debet habere vſumfructum commiſſorum, quia ius commiſſi eſt de pertinentiis rei fructuariæ. Et hoc procedit etiam in doerio, quia vt ſcripſi *infra* §. 136. illa verba *tient & poſſede*, quæ ſunt in dicto §. non excludunt pertinentias, nec ea quæ poſtea obueniunt, quarum ciuilis poſſeſſio erat penes maritum tempore contracti matrimonij, vt ibi plenius dixi. Sed interim aduerte, ne perfunctoriè legendo decipiaris, ad iſtud quod dico: Commiſſa cedere vſufructuario, & doerio, admodum & tempus vſusfructus, & doerij. Vt ſane intelligas de commiſſis contingentibus durante vſufructu, vel doerio. Secus de commiſſis quæ ante obuenerunt, ſiue ex cauſa præterita, quia niſi prius fuerint nedum exacta, ſed etiam incorporata feudo, in quo conſtituitur vſusfructus, vel doerium, ſunt velut proprietas ſeparata, & non cedunt in vſumfructum, vel doerium, ſicut nec fructus vel obuentiones temporis præteriti.

189. ¶ Venio ad quartum membrum, quando feudum * acquiritur patrono per contractum, idem ſi per teſtamentum puta iure legati. Idem ſi iure ſucceſſionis, vt ſi ſit proximior hæres vaſſalli. Et breuiter eſt dicendum, quod ſemper acquiritur ei cum onere. *per not. ſupra* §. 13. *gloſſ.* 5. *quæſt.* 6. Et ſi perueniat ad eum iure ſucceſſiuo, efficitur proprium ſiue in qualitate prædiorum antiquorum. Si * vero aliàs quàm per ſucceſſionem, dico indiſtincte, quòd non ſortitur naturam propriorum, ſed acquæſtuum ſiue nouiter acquiſitorum, ita quòd non ſuberit retractui proximitatis ſi uendatur, & poterit in totum legari in teſtamento, aliàs ſpectabit ad hæredes conquæſtuum, ſiue acqueſtuum per ea quæ ſcripſi *infra* §. 145. Amplio etiam in feudo quod peruenit ad patronum iure retractus feudalis. Non obſtat quòd diximus *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 5. quia verum eſt quod feudum iure feudali retractum à marito ad cauſam vxoris à qua mouebatur, non efficitur commune, nec de conquæſtu inter eos: imò efficitur proprium vxoris hoc reſpectu, tamen in ſe eſt acquæſtus vxoris, & defertur ad hæredes conquæſtuum vxoris, ad onus refundendi marito dimidiam partem pretij, & ſumptum acquiſitionis. Ex his ſub vna quæſtione expeditam habes ſummariè, & analyticè copioſam materiam, quam ſeparatim ſuis quibuſque locis ſupra allegatis fuſius ſine ſuperflua repetitione diſcuſſam inuenies.

v Proprietū duplex acceptio.

* Adquiri feudū patrono per contractum vel teſtamentū, quando dicitur.

* Differentia inter acquæſtum & conquæſtum.

* §. XLIIII.

ET apres que le vaſſal aura aduoüé le ſeigneur feodal, ledit ſeigneur & vaſſal communiqueront l'vn à l'autre leurs adueus, denombremens & tiltres, de la teneur dudit fief, qu'ils ont par deuers eux, & s'en purgeront par ſerment, s'ils en ſont requis, & eſt tenu le vaſſal ſatisfaire le premier.

Digitized by Google

* §. XLV.

* Hic articulus in antiqua consuetudine fuit 1.

SI le Seigneur a mis le fief qu'il dit eſtre mouuant de luy en ſa main par faute d'homme, & le vaſſal le deſaduoüe, ou denie à ſeigneur, iceluy vaſſal doit auoir prouiſion, & ioüir dudit fief pendant le procez.

SI dominus propter defectum clientis prehendat feudum quod dicit à ſe moueri, vaſſallus autem inficietur, & abneget prehenſorem eſſe patronum, idem vaſſallus per modum prouiſionis recuperabit feudum eoque fruetur pendente lite.

SVMMARIA §. XLV.

1. *Patronus via* prehenſoria *procedens, pendente lite fruitur, ſecus ſi via actionis.*
Differentia inter lenationem manus, & ſimplicem prouiſionem.
2. *Prehenſio in caſu oppoſitionis non mutatur in actionem, ſed actio accumulatur.*
3. *Præfecti libellorum ſupplicum habent iuriſdictionem limitatam ad perſonales & poſſeſſorias actiones.*
Tamen de iure directi dominij cognoſcere poſſunt ad finem prehenſionis, vel commiſſi feudalis.
4. *Ad fundandam iuriſdictionem titulus actionis inſpicitur & non media concludendi.*
Sententia lata ſuper prehenſione feudali, quandoque præiudicat petitorio.
5. ¶ *Q.* 1. *Quid ſi patronus abnegatur ratione comitatus, & agnoſcitur ratione ducatus?*
6. *Ratio prouiſionis huius §. non eſt periculum commiſſi ſed defectus fundamenti poteſtatis prehenſoriæ.*
Debet tamen negotium fieri à perſona legitima, & quæ committere poſſit.
7. *Quid ſi patronus pendente lite alienet ducatum.*
8. *Etiam poſt litem conteſtatam ante publicata teſtimonia authorem laudare licet.*
9. *Vaſſallus à tempore noxæ admiſſæ, nullum onus poteſt imponere feudo in præiudicium commiſſi.*
10. ¶ *Q.* 2. *Vaſſallus qui abnegauit, non tenetur præſtare cautionem pendente lite.*
11. ¶ *Q.* 3. *Ab antiqua practica non eſt recedendum.*
12. *Reſolutio quomodo intelligendum illud*, qu'il faut aduoüer ou deſaduoüer.
13. *Non eſt obuiandum abſurdo per aliud abſurdum.*
14. *Opponens prehenſioni feudali non tenetur abnegare, vel agnoſcere ſi permittat actorem frui pendente lite.*
15. *Poſſeſſio, vel quaſi non relenat ab onere probandi dominium, vel ſeruitutem, cuius principaliter eſt quæſtio.*
16. *Superioritas feudalis eſt magis proprietas quàm ſeruitus.*
17. ¶ *Q.* 4. *An ſententia lata contra vaſſallum, noceat vero patrono?*
18. *Nouus intellectus.* l. ſæpe §. ſcientibus. D. de re iudic.
19. *Defenditur litera Piſana.*
20. *Sententia lata contra creditorem de proprietate rei ſiue agentem, ſiue defendentem, non nocet debitori quamuis ſcienti contra omnes.*
21. *Deciſiua ratio.*
22. *Reſolutio an ſententia lata contra vaſſallum noceat patrono, vel contra.*
23. *Sententia lata in vaſſallum non nocet patrono prætendenti aliud ius in feudo vltra ius ordinarium feudale.*
24. *Sententia lata contra fructuarium non nocet domino, etiam ſcienti contra Bar. Paul.*
25. *Sententia lata, vel executio facta contra colonum non nocet domino.*
26. *Fructuarius non eſt procurator domini, vnde non cenſetur dominus ei mandare eo ipſo quod ſcit, & patitur eum nomine ſuo agere.*
27. *Vaſſallus emphyteuta, aut ſimiles, tenentur nominare dominum in iudicio, quando de vtili eorum iure dumtaxat agitur.*
28. *Sententia lata contra ſubditos ſuper iure ſuperioritatis non nocet ſuperiori, & idem è conuerſo.*
29. *Poteſt quis per alium, quod non poteſt per ſe.*
30. *Sententia lata contra emptorem, nocet venditori ſcienti habenti facultatem redimendi.*

Digitized by Google

* An lite pẽdente patronus possidere debeat.

NOT. quòd quamuis * pendente lite inter patronum & clientem, debeat cliens interim manere in possessione *c.1 si de inuestit. int. domi. & vassallis ocia c.1. in prin. si de feud. defunct. cont. si inter dom. & agn.* Etibi Alnar. Præpo. *in vsib. feud.* Bar. Ioan. de Plat. in *l. litibus alij. C. de agri. & censi. lib.* 11.

1. Hoc esse verum, quando patronus procedit via actionis. Secus, si via manus iniectionis, quia tunc pendente lite tenet manus dominica, & possidet patronus. Et hoc est quòd practici dicunt, patronum non teneri litigare, nisi saisitum, & manu plena. Et ita generaliter obseruatur in hoc regno. Fallit in consuet. Bituricensi, *eod. tit.* §. 20. vbi vassallo pendente oppositione B sua, & lite, restituitur feudum cum fructibus, nisi rex sit patronus & prehensor. Sed illud est locale, ideo non computabo inter fallentias regulæ nostræ. Fallit igitur primo in casu §. nostri quando vassallus abnegat prehensorem in patronum. Fallit secundo, quando plures de patronatu contendunt, vt *infr.* §. 60. Fallit tertio & quarto, vt supra §. 1. *gloss.* 4. *quæst.* 4. *nu.* 31. *& seq.* non repeto. Et not. quòd in his limitationibus (excepta secunda) non fit proprie leuatio manus vassallo, quoniam illa non potest inuito patrono concedi per iudicẽ vassallo, vel possessori opponenti, nisi in sententia diffinitiua patrono, & actore plenè audito, & causa cognita: sed bene pendente lite, & oppositione in casibus fallentibus conceditur prouisionalis possessio, siue leuatio manus per prouisionem dumtaxat. Non autem pura & C simplex, quia per hanc prouisionem non tollitur, nec reuocatur manus iniectio, seu tantum suspenditur in euentum litis. Et interim semper concludit patronus ad hoc, vt sua manus iniectio declaretur valida & iusta, siue adiiciat conclusionem adiudicationis feudi in commissum, siue non. Et si vincat, condemnabitur vassallus ad restitutionem fructuum à tempore prehensionis acceptorum: & intelligo omnium fructuum etiam percipiendorum, siue alias vassallus fuerit in bona fide, siue non. Et hoc operatur virtus prehensionis, & restitutionis rei prehensæ in casum victoriæ.

2. Quod enim practici dicunt *prehensionem oppositione recepta mutari in actionem*, non est verum mutatione seu nouatione propria, & extinctiua, sed accumulatoria & respectu modi procedendi, siue instinctionis instantiæ. quia oppositione recepta additur actiõ, & D deinceps per modum actionis ordinariæ lis instruitur, non tamen apprehensione, & conclusionibus ad eam pertinentibus disceditur. Hinc est quòd quamuis de proprietate iuris feudalis, & directi dominij principaliter disputetur, vt quando vassallus se opponit, non ex eo quod præcedentibus induciis conuentionalibus vel legalibus, vel post fidelitatem factam, vel debitè oblatam, prehensio indebite facta sit, quo casu de iure, vel debito personali, & non de iure reali agitur. Sed ex eo se opponit quòd res prehensi non sit feudalis, sed alaudialis vel censuaria, vel ex eo quòd prehensor non sit verus patronus, & ab eo feudum non moueatur, & sic incipit principaliter, & propter se disputari de proprietate, & iure reali.

3. Tamen Præfecti libellorum supplicum, quos dominos * requestarum palatij vocamus, poterunt cognoscere, & diffinire quamuis constitutionibus regiis eorum iurisdictio ad personales, & possessorias actiones limitata sit, & improrogabiles ad alias, etiam communi & expresso consensu partium, ex constitut. *Lud.* 12. *anno* 1499. § 42. 43. quoniam ex quo inchoatum est ab iniectione manus propter defectum fidei, & iurium debitorum, & oppositione secuta iudicium cœptum est à iustificatione, & impugnatione manus iniectionis, principium litis est in actione personali semel radicatum & fundatum, videlicet in condictione ex moribus vel legibus feudalibus, quæ permittunt patrono con-

* Præfecti libellorũ supplicum.

A dicere, & simul ab executione incipiendo prædendere feudum, donec fidelitas exhibita, & iura vtilia soluta sint. Vnde quantumcunque abnegetur patronus, & in controuersiam deducatur ipsum ius feudalitatis, & directi dominij: tamen actio, seu qualitas agendi semel intentata, non mutatur, nec variatur. Vnde domini requestarum cognoscere possunt, & secundum acta, & probata diffiniendo, vel infringere prehensionem, & reum absoluere ab omni commisso, & iure directi dominij & seruitute feudali prætensi per actorem, cum expensis, damnis & interesse: vel confirmando prehensionem, declarare feudum moueri ab actore, & etiam iura commissi illi adiudicare, cum expensis, & fructibus à die prehensionis.

4. Et generaliter vbicunque principium siue titulus actionis est personalis, quantumcunque media controuersiæ sint realia, & de iure reali, præfati domini requestarum cognoscunt, vt à septemdecim annis vidi, & plures huiusmodi libellos confeci, idem in manus iniectione propter censum non solutum, quando reus non allegat solutionem, quo casu non esset dubium. Sed negat rem esse censualem, vel moueri censualiter ab actore. quod procedit etiam si reus alium laudauerit, qui suscipiendo causam, & defensionem pro reo, prætendat se esse verum dominum directum feudalem, vel censualem, quem fonciarium vocant. Et inter ipsum, & actorem incipiat principaliter agitari iudicium super iure directi dominij, nihilominus manet & perseuerat qualitas ab initio semel causæ impressa, prehensionis, & præstationis debitorum iurium, quæ personalis est, C & lic tota instantia censetur personalis; ad hoc vt domini requestarum cognoscere possint, etiam cum effectu, * vt eorum sententia præiudicet, & ius faciat in vero petitorio, si forte postea intentaretur coram ordinariis iudicibus (& hoc dummodo de proprietate, vel iure directi dominij plene cognitum fuerit, aliàs non, vt per no. j. §. 113.) Sic etiam cognoscant de actione hypothecaria, dummodo non intentetur sola per se: sed simul, & accessorie cum personali, etiam ratione redditus perpetui, vel census. & sic de multis aliis in simili, quæ omitto ne nimis excedam. Potest etiam via prehensionis omissa agi ad præstationem fidelitatis & iurium, vel solutionem census contra quemuis possessorem rei, quam actor prætendit à se feudaliter, vel censualiter moueri. Et erit & manebit actio, & instan- D tia personalis etiam alio tanquam domino feudali, vel censuali laudato & suscipiente causam rei possessoris secundum prædicta. Secus, si quis agere inciperet, ad hoc vt declararetur verus dominus directus feudalis, vel censualis certi feudi, vtque super eo sibi adiudicaretur omne ius feudale, vel censuale. Hic enim titulus, & principium actionis, est mere reale. Et consequenter domini requestarum nullo modo etiam consensu partium cognoscere possent. Nec est iste vltimus modus agendi necessarius, nisi quum verus dominus illum solum vult in ius vocare & prosequi, qui possessionem, vel quasi iuris, & domini feudalis, vel censualis super alienis vassallis, vel censuariis vsurpauit, & de facto obtinet, quoniam ille non potest E possessorio, nec personali iudicio à vero domino conueniri.

5. Modo proprius ad materiam huius §. quæro primo, Patronus est Dux & Comes (& idem similiter adaptatis terminis, si sit dominus duorum castrorum vel locorum) & tanquam Comes manum inijcit feudo ex defectu hominis: Vassallus negat eum esse patronum * ratione Comitatus, fatetur tamen, & agnoscere paratus est ratione Ducatus, vtrum sit locus prouisioni huius §. Videretur quòd non, quia hic text. loquitur in vassallo, qui simpliciter negat prehensorem esse patronum, & sese periculo commissi exponit. Sed hoc casu non negat, imò fatetur esse patronum. Tum per huiusmodi negationem non se exponit periculo com-

* Sententia do. Req. quãdoque absorbet petitoriũ.

* Vassallus negans qualitatem vtilem domini vtilis feudũ amittit.

missi, etiam si conuincatur negatio falsa. per nota. in §. *præcedenti. quæst.* 1. Igitur videtur, quod non debeat habere commodum prouisionis feudi pendente lite, contra communem feudorum regulam, & indamnum patroni, qui regulariter non tenetur admittere negationem ad finem prouisionis faciendæ, nisi illa solemnis sit, & sufficiens ad commissum inducendum si negans conuincatur, vt vulgo ferunt pragmatici. Quibus non obstantibus dicendum locum esse dispositioni huius §. arg. ab inductione, seu sufficienti partium enumeratione. Siue enim consideremus Ducatum, patronus nihil hoc respectu prætendit in feudo, siue consideremus Comitatum, patronus hoc respectu abnegatur. Et sic non potest amplius feudum retinere, nec eius prouisionem impedire tanquam comes & multo minus tanquam Dux. Nec obstat quod hic §. loquitur simpliciter, & sic in simplici, & absoluta negatione, quia patronus respectu qualitatis, in qua patronatum prætendit, & ad quem se restringit simpliciter abnegatur. & sic satis dicitur esse simplex, & absoluta negatio ad effectum huius §. Imò hic §. loquitur generaliter in negatione. Vnde non obstat, quod ex hac negatione non potest sequi commissum, quia text. hoc non requirit, sed generaliter disponit.

* Vera ratio huius §.

6. Tum* vera ratio prouisionis feudi in casu negationis faciendæ, non est periculum commissi, cui negator subiicitur, nec hic text. in hoc fundatur. Sed vera ratio est, quia per huiusmodi negationem deficit, siue potius suspenditur fundamentum patroni, qualitas & virtus in qua fundatur vigor, & potestas prehensionis feudalis, inde consequens est effectum prehensionis feudalis interim debere suspendi. Et hoc est quod vult, & intendit hic §. hæc autem ipsissima ratio punctualiter quadrat in præsenti q. quia patronus non prætendit aliud fundamentum prehensionis suæ, quam se esse patronum ratione comitatus, sed istud negatur, & controuertitur. Igitur pendente lite super hac negatione, & controuertia, cessare debet, vel potius suspendi d. prehensio, per prouisionalem relaxationem feudi. Non enim posset feudum retineri ex eo, quod patronus agnoscitur ih patronum ratione sui ducatus. Tum quia patronus non vult hoc acceptare, sed expressè contradicit: & si vellet adhuc minus locus esset retentioni feudi, quia hoc respectu vasallus iusta plene offert. Et sic non obstat istud dictum quorundam pragmaticorum, quia verum est, quòd negatio non est amissibilis ad effectum huius §. nisi rite fiat, & à legitima persona. Sed non sequitur quod necessario secum trahere debeat periculum commissi, vbi alia ratio commissum impedit, vt hic, licet raro accidat subesse hunc casum, & rationem commissi impediendi.

7. Sed iuxta hæc quæro (& hoc magis spectat ad materiam §. præcedentis) Quid si eodem themate retento, patronus videns huiusmodi negationem alienet ducatum suum retento comitatu, vtrum sit locus commisso? Videtur quòd sic, quia negatio semper actu permanet, & sic tempore conuictionis negationis & sententiæ, inuenitur patronus omni respectu, & ratione rei, & ratione personæ abnegatus, & nullo modo agnitus. Pro resolutione sic distinguo, aut vasallus sciuit huiusmodi alienationem ducatus, aut ignorauit. Primo casu subdistinguendum est, an alienatio acta sit ante, vel paulo post litem contestatam. An vero negotio non integro. Et vt clarius & breuius procedatur, sit conclusio, Si patronus post huiusmodi negationem alienauit ducatum, ante litem contestatam super negatione, impugnatione, & defensione prehensionis, & commisso, & nihilominus super his perstiterit, & litem contestatus fuerit vasallus sciens alienationem ducatus, locus erit commisso negatione conuicta. sibi enim vasallus debet imputare, quòd non interpellauerit nouum ducem, & eo patronatum prætendente, vsus non fuerit beneficio manus supremæ ĵ. *eo.* §. 42. vel eo contemnente, vel nolente patronatum huius feudi prætendere, quòd tam audax fuerit, vel solus aduersum comitem, & verum patronum constiterit, eúmque abnegauerit. quia etiam si nouus dux cum vasallo se adiunxisset, prætendens eundem patronatum, si tamen vasallus non fuerit vsus beneficio *d.* §. 42. vel etiam si vsus fuerit, sed non contentus in lite perstiterit, & comitem in patronum abnegauerit, amittit feudum, quod conuictione secuta declarabitur cecidisse in commissum, & comiti adiudicabitur.

8. Ampliatur hæc conclusio, nedum si alienatio ducatus facta sit, & ad notitiam vasalli peruenerit ante litem contestatam, sed etiam si facta etiam post litem contestatam, dummodo facta sit, & peruenerit ad notitiam vasalli tempore debito, & idoneo ad interpellandum, & requirendum nouum ducem, puta nedum ante conclusionem in causa, sed etiam ante attestationes factas, vel publicatas iuxta not. in *l. si rem quam. in fi. D. de euictio.* quia tunc est quod iuste imputetur vasallo scienter perseueranti in negatione, & videtur de nouo voluntarie negare, quia adhuc integrum est sibi aliter prouidere. Secus si alienatio ducatus etiam dudum facta peruenerit ad notitiam tempore incongruo, & re non integra: quia tunc puto, quod vasallus per simplicem perseuerantiam in lite, non censetur de nouo negare, nec nouam culpam committere, aut veterem aggrauare. Vnde cum de nouo non mereatur puniri, nec ex veteri negatione qualis erat, & qualis remanet, id meritus sit, puto non debere locum esse commisso. Secundo casu, quando vasallus semper ignorauit alienationem clarum est per prædicta locum non esse commisso, sed solum confirmationi prehensionis, & restitutioni fructuum, & impensarum litis à die prehensionis. Vnde si patronus pendente lite alienans ducatum, quem suum ab initio dicebat, velit inducere vasallum in periculum commissi, debet statu litis integro declarare se nihil amplius iuris habere in ducatum, & in quem alienauerit, vt vasallus sibi consulere possit, & ne clandestina fraude circumueniatur, dum tutum se putat oblationibus factis patrono tanquam duci ratione ducatus. Sed aduerte inquantum dixi per negatorem locum non esse commisso, quando idem patronus agnoscitur ratione alterius loci, vt tunc demum procedat quando vterque locus à patrono nomine proprio possidebatur. Sed si nomine diuersarum dignitatum, quarum est administrator, & non dominus, vel si ratione diuersarum personarum, quarum est tutor, vel curator, secundum not. in §. *præcedenti. a.* 1. *in fi.* vbi remitto.

9. No. vlterius in text. quòd istud verbum, *ἐκγὴ*, id est, possidere, & frui, debet intelligi de simplici possessione. & perceptione fructuum, & commodorum, non autem etiam de facultate hypothecandi, vel alienandi, quæ largo modo dicitur in fructu. *l. fructus est. & l. fi. D. de vsur.* quia vasallus qui abnegauit patronum, & mancipationem feudi per prouisionem nulla fidelitate, nullis iuribus feudalibus factis, vel oblatis obtinuit, nihil facere potest nec disponere in præiudicium patroni, & restitutionis feudi, & fructuum in euentum commissi adiudicandi. Vnde commisso adiudicato, & executo quicquid interea vasallus fecerit, resoluitur ipso iure. Et hoc casu optime quadrat, & verificatur regula,* resoluto iure dantoris, resoluitur ius accipientis. quemadmodum diximus in *quæst. si* §. *præcedentis in fundo temporali.* Hic enim est eadem imò fortior ratio, quia negatione facta (& idem de alia noxa) statim feudum est resolubile volente patrono. Et quamuis actualiter non resoluatur nisi per sententiam, & eius executionem, tamen resolutio hu-

No. in praxi.

* Declaratio contra illa retro trahitur ad tempus noxæ.

Digitized by Google

iusmodi trahitur retro ad tempus negationis, seu felo- A niæ commissiæ. Et sic omnes alienationes, & hypothecæ, vel locationes ab illo tempore factæ per vassallum expirant. Quid igitur si lite diu perseuerante vassallus constituit reditum, vel aliam seruitutem super feudo, cuidam bona fide acquirenti, & possidenti per decem annos inter præsentes. Vtrum præscripserit aduersus patronum? Respond. non, quia statim valuit in præiudicium constituentis, sed resolubiliter in euentum commissi adiudicandi: quo eueniente nedum ius, sed etiam possessione, vel quasi dicti reditus, vel seruitutis ipso iure finitur, & extinguitur. per not. in §. *precedenti. num.* 173.

10. ¶ Modo pro pleniori intellectu materiæ huius §. Quæro SECVNDO, vtrum in casu huius §. abne- B
* An vassallus abnegans teneatur ad cautionem. gator debeat* cautionem dare fructuum restituendorum in casum quo succumbat? Breuiter respond. non. quia constat quod erat possessor, & omnis præsumptio quæ faciebat pro actore prehensore, sublata est per huiusmodi negationem. Et sic non tenetur reus, & possessor pro redintegratione sua dare aliquam cautionem actori, qui non habet intentionem fundatam in aliquo. Poterit tamen petere actor inhibere reo, ne ædificia, vel alta nemora deiiciat, & ne aliter vtatur, quàm per modum boni patrisfam. & ita decerni debet à iudice, per not. in *l. D. de petit. hared.* Sed etiam dico, quòd si lis diu negligentia actoris protrahatur, poterit reus petere interdictum istud, seu prohibitionem leuari aut modificari, prout ex iusta causa seu indigentia rei fieri & relaxari debet, vt in simili plenius dixi j. §. 103. Et C quod dixi de cautione seu satisdatione fructuum non præstanda, limito, nisi post sententiam reus appellans incipiat fructus dissipare, tunc enim tenetur satisdare, vel res sequestrabitur. *l. Imperatores. D. de appel. no. in l. Imperator. D. ad Trebell.* Et idem eadem æquitate puta in prima instantia ante sententiam, sed post intentionem patroni feudatam, ita quòd verisimiliter appareat eum victoriam reportaturum, & ideo reus qui non est soluendo incipiat dissipare fructus, argumento eorum quæ ex parte patroni recordor dixisse. *supra* §. 1. *glo.* 4. *q.* 4.

11. ¶ TERTIO quæro, vtrum verum sit illud quod pragmatici per manus tradunt. *Qu'il faut adaoüer ou desaduoüer*, hoc est patronum esse agnoscendum vel D
* Ab antiqua practica non est recedendum. abnegandum? Videtur quod sic, quia* ab antiqua practica non est recedendum, inquit Bal. in *l. illud vsitatissimum. D. de excu. tut. adde l. si quis donaturus in fi. D. de vsufr.* Et est ratio quia communis obseruantia tanquam lex seruari debet, & minime mutanda sunt quæ certam interpretationem semper habuerunt. *l. si de interpretatione. l. minime. D. de legi.* Et sic argumentatur Bal. in *c. 1. de feud. sine culp. non amitt. in vsib. feud.* dicens & ita seruat practica, quæ est vera intellectrix legum. Et secundum Bald. *in repe. l. Emilius. col.* 9. leges in scholis deglutiuntur, sed in palatio digeruntur, quia practica est scientia digestiua. & dicit Bal. in *c. ex tenore. de test.* tunc leges sapiunt quando practicantur, & tunc fructus velut ex arbore colliguntur.

* Il faut adaoüer ou desaduoüer. 12. Pro* breui resolutione distinguo, aut agitur de feudo per prouisionem recuperando, aut vero solum de procedendo in lite ad finem recuperandi feudum demum post diffinitiuam sententiam. Primo casu verum est illud dictum. text. est hic, fere in toto regno similis est consuetudo. Et ita procedit & debet intelligi illud dictum, quia nisi reus abneget vel agnoscat patronum & iusta faciat, patronus semper fruetur feudo pendente lite, & non audietur reus petens prouisionem, nisi in aliqua de fallentis supradictis. Secundo casu, si reus nolit petere prouisionem feudi, sed velit actore interim possidente, instare vt verificetur & ius dicatur super validitate & iustitia prehensionis & oppositionis: & videtur esse difficultas, quia nunquam quod sciam practicatum fuit, patronum posse compelli à reo solo ad procedendum & subeundum iudicium, non præcedente aliqua abnegatione vel agnitione. Sæpe enim difficile est probare ius patronatus & dependentias feudales, & omnes fere patroni (nisi authenticis documentis valde communiti) controuersiam patronatus & iurium pererentur, & essent quotidie in periculo amittendi patronatum, & restituendi feudum cum fructibus, impensis, damnis & interesse, ex defectu plenæ probationis, quod est absurdum. Ad quod restringendum consuetudo seu communis practica induxisse videtur, necessitatem agnoscendi vel abnegandi sub periculo commissi, vt metu pœnæ retraherentur vassalli ab indeuotione & ingratitudine erga patronos.

* Non est absurdo per aliud absurdū obuiandum. 13. ¶ Sed certe non est bonum hoc modo,* restringere vnum absurdum, vt aliud inducatur, prout patet. Pone Titio forte ex successione obuenisse terram alaudialem, prout communiter esse solet sub præfectura Trecensi: Vicinus autem habendi & dominandi cupidus, statim iure feudali manum suam iniiciat, prætendens se patronum: ecce quod Titius cogetur pendente lite carere re sua, imò quod grauius in perpetuum, nisi agnoscat vel abneget vicinum in patronum. Si autem agnoscat, facit sibi promptum, perpetuum, & irreparabile præiudicium, dum francum suum alaudium subiicit seruituti. Si vero inficietur, recuperabit quidem terram ad modicum tempus, sed sub periculo eam in perpetuum amittendi, si vicinus se esse patronum probauerit. 14. ¶ * Resoluendo * Solutio. C dico hoc casu non teneri Titium agnoscere, vel abnegare, sed permittendo interim actorem possidere sub cautione tamen fructuum, vel adpositis idoneis commissariis in casu à me tacto j. §. 1. *glos. f. 4 num.* 31. potest instare & admissibilis est ad prosequendum litem & decisionem negotij per sententiam diffinitiuam, & ad hoc afferendum probationes ex parte sua, & cogendum actorem vt infra legitimas dilationes, & iuxta consuetudinem & stylum fori doceat de iure suo. Et tunc dico quod si quidem actor probauerit, res declarabitur ei subiecta in conditione feudali, & reus tenebitur antequam eam recuperet, subire fidem actoris, obsequia & iura feudalia præstare, fructus autem futuri donec hoc præstitum fuerit vna cum D præteritis simpliciter cedent lucro actoris. Si vero non probauerit de iure patronatus & directo dominio, reus autem probauerit rem esse alaudialem, absoluetur à conclusionibus actoris remota prehensione, cum restitutione rei fructuum, impensarum, damnorum & interesse. Si vero ex neutra parte probatum fuerit de proprietate directi dominij, tunc si appareat actorem vel ex vnica recognitione esse in possessione vel quasi, superioritatis feudalis, conseruabitur in ea in eadem instantia quomodo vel solius possessionis probatio, quandiu defectu iuris non probatur, sufficit ad iustificandum prehensionem, & omnem alium actum feudalem exercendum. Et sic non relaxabitur terra reo nisi actorem agnoscat in patronum: & adhuc eo vsque fructus omnes amittet. Aut E vero non apparet nec de iure nec de possessione actoris, & si lite contestata & delationibus ad probandum habitis nihil præstiterit, absoluetur reus ab omni iure prætenso per actorem, cum annullatione prehensionis restitutionis rei & fructuum impensarum damnorum & interesse. per not. in *authen. quisquis C. quomodo. & quand. iud.* 15. Nec ei quod diximus, constito de simplici possessione actoris, eum in illa conseruandum, obstat quod* possessio non probat dominium, nec releuat ab onere probandi, siue non transfert onus probandi in aduersarium, quando de dominio principaliter agitur, & maxime ex parte actoris vt hic. vt not. Bar. & omnes in *l. quidam in fine D. de condi. inst.* Bar. Paul. Alex. Ias. in *l. si prius D. de oper. no. nuncia. per doc. in l. Titia. D. de solut. matr.* Domin. de S. Gem. *in c.*
* Possessio non probat dominium.

Digitized by Google

cum perſona. & ibi Philip. Franc. *col. pen. de priuileg. in 9.* Nec etiam quaſi poſſeſſio ſeruitutis. vt *not.* in præfatis locis. Vnde ſi agens confeſſoria, vel conuentus negatoria, ſolam quaſi poſſeſſionem ſeruitutis probauerit, ſuccumbet, & poſſeſſionem cum iure prætenſo amittet, & res declarabitur libera ex præſumptione iuris communis. *l. altius. C. de ſeruit. & aqua.* & ita *not.* in *l. vti frui. D. ſi vſufr. pet. in l. ſicuti. §. ſi quærebatur. D. ſi ſeru. vend.* tradit Bar. in *l. 1. §. hoc interdicto. D. de itin. actuq; priua.* Cæpol. *in tract. de ſeruit. ruſtic. prædio. ca. 1. colum. 6.* Igitur idem dicendum videtur in huiuſmodi prehenſione eius qui in feudo alieno prætendit ſuperioritatem feudalem quæ eſt quædam ſeruitus, vt dictum eſt 3. §. 1. *gloſſ. 5. in princip. & clarius in gloſſ. 6.* & maxime in locis in quibus viget præſumptio, quòd quælibet res ſit alaudialis & libera, niſi de contrario doceat, vt de conſuetudine Trecen. §. 51.

16. Quia reſpondetur primo, quod ſuperioritas feudalis eſt magis proprietas & directum dominium, quàm ſeruitus: vnde immediatus dominus feudalis, nedum habet directum & vtile dominium & quaſi poſſeſſionem actualem & naturalem iuris exerciti & proprietatis feudalis: ſed etiam directum dominium & ciuilem poſſeſſionem ipſius feudi: ideo poteſt rem ad limites poſſeſſionis ſuæ retinere: & non poteſt expelli, nec ſpoliari niſi de pleno iure, ſaltem de plena poſſeſſione contradicentis appareat. quod intelligo dummodo illa poſſeſſio ſit bona fide habita, & non recenter ſine cauſa, & per errorem ſimplicis poſſeſſoris vſurpata, nec aliter vitioſa. Alioquin condici poſſet, vt plene dicam 3. *tit. 3. & 4.* (non enim quæcunque occurrunt hic diſcutienda ſunt.) Non obſtat præfatum dictum pragmaticorum, quia debet intelligi in primo caſu diſtinctionis noſtræ duntaxat, in quo ſolo practicatum fuit, & non in ſecundo in quo nunquam fuit vſitatum, nec eſſet practicandum. Et ſecundum prædicta debent conſuetudines illo dicto conformes modificari. Et ad ita diſtinguendum ſumma (vt puta) & euidenti æquitate (quæ mihi in hoc opere puppis & prora eſt) motus ſum. Nonnulla alia concernentia materiam huius §. *vide infra* §. 60 cuius materia huic §. affinis eſt.

¶ QVARTO, pro complemento huius materiæ & prædcedentis §. Quæro, Vtrum ſententia* lata contra vaſſallum in fauorem alterius prædcedentis ſe patronum, noceat vero patrono ſcienti? quod vt clarius liqueat, pone feudum moueri à Titio: Caius autem prætendens à ſe moueri, manum ſuam iniecit, vaſſallus ſe oppoſuit, & non curauit vocare Titium verum patronum, ſed abnegauit Caium in patronum, & prouiſionem fendi obtinuit: tandem Caius produxit documenta de patronato à ſe prætenſo. 17. ¶ Et quia reus non probauit de contrario, nec apparebat alius patronus, per ſententiam diffinitiuam feudum declaratum fuit moueri à Caio, eique iure commiſſi propter præfatam abnegationem adiudicatum. Et ſententia confirmata fuit, vel aliter tranſiuit in rem iudicatam: vtrum præiudicet & ius faciat contra Titium? Et videtur eſſe diſtinguendum, aut Titius ſciuit & paſſus eſt litem agi, & in ea principaliter diſputari de ipſo directo dominio patroni & iure feudali & dominico, & ſibi præiudicauit & conſequenter amiſit ius ſuum: aut vero ignorauit, vel ſciens impeditus adeſſe non potuit, & ſibi non præiudicauit, ſed conſeruatur ius ſuum integrum, per text. in *l. ſæpe. D. de re iud.* Et aduerte quia feudiſtæ in *d. c. 1. §. ſi vaſſallus. 3. ſi de feud. defunct. cont. ſi inter dom. & agnat.* Vbi principaliter habetur materia, an ſententia lata contra vaſſallum noceat patrono. *& in c. 1. §. 1. de inueſt. & de alie. fac. & in c. vnico. de contro. inter vaſſal. & alium de beneff.* vbi etiam tractant, & in ſummis non aperte tangunt hunc paſſum, quamuis ſit potior & principalior: omnes tamen ſatis aperte ſentiunt in terminis q. noſtræ ſeruandam diſtinctionem.

* Sententia lata contra vaſſallum non vtili nocet patrono.

A *d. l. ſæpe.* ſiue de præiudicio veri patroni, ſiue de præiudicio agnatorum agatur. Et ita ſub verbo forte, vult Vlda. Zaſi. in *epito. feud. par. 9.* Et ſine verbo forte idem Zaſi. præciſe decidit in *d. l. ſæpe in leſt. ſua. ſuper tit. de re iud.* quæ his ſcriptis peruenit ad manus meas.

18. ¶ Sed quicquid omnes ſcrib. adoſque dixerint, non puto dictæ* *l. ſæpe. in §. ſcientibus.* locum eſſe in terminis noſtris, quoniam d. §. loquitur de tribus concurrentibus. Primo, quando res vendicatur, & principaliter de dominio rei declarando & adiudicando agitur. patet manifeſte in illo text. vbi per tres vices & ſemper in ſingulis exemplis. dicitur agi vel defendi de proprietate rei. Secundo, quando lis infertur ab authore vel in authorem, tanquam à domino vel in dominum & contradictorem legitimum agentem vel defendentem. Tertio, quando his qui cauſam habet ſcit & patitur huiuſmodi litem principaliter agi ab authore ſuo, vel contra authorem ſuum. Tunc enim ei præiudicat res contra authorem iudicata, & non alias, cum habeat ius ante ſententiam & litem motam. *l. ſi ſuperatus. D. de pign.* & cum odioſum ſit rem inter alios actam alij non vocato & inaudito præiudicare dictus §. *ſed ſcientibus*, debet ſtrictim & limitatim accipi in terminis ſuis, & dummodo interueniant & verificentur omnia contenta in dicto §. quæ ſunt illa tria requiſita. Alioquin ſtandum eſt regulæ quæ habetur in princip. *dicta l. ſæpe.* & alibi fere in toto iure. Et ita noue *dict. l. ſæpe.* intellexi poſt multa ſuper hoc olim in collectaneis meis ſtudio meo priuato deducta, quæ ne nimium huius inſtituti metas excedam, omitto. Et quod hæc noſtra interpretatio conformetur veræ literæ *d. l. ſæpe.* ſtatim dicetur. & quod conformetur rationi & ſit æquiſſima, hanc vnam & ſpecificam do rationem, quia quando lis agitur cum vero & legitimo contradictore, vel cum eo qui facto & permiſſione ius habentis, pro vero & legitimo contradictore ſe gerit: nil eſt quod imputetur aduerſario bona fide litiganti & iure ſuo patefacto cauſa plenè cognita vincenti, ſi non vocauerit tacentem & diſſimulantem, qui ius habere ignoratur. Sed è diuerſo, eſt quod iuſte imputetur habenti ius, & voluntarie tacenti qui præſumitur colluſiſſe cum victo, tanquam perſona interpoſita ad experiendum euentum, & eludendum effectum iudicij: ideo æquum eſt illi ſcienti, & non ſine ſuſpicione fraudis tacenti, præiudicare rem indicatam contra eum qui eius facto & permiſſione, legitimi contradictoris perſonam geſſit & habuit, vt in præfatis & ſimilibus exemplis. Secus in alus, vbi hæc ratio ceſſat.

* Nouus intellectus. l. ſæpe D. de re iudi.

19. ¶ Et vt oſtendamus interpretationem noſtram veræ literæ *d. l. conformem*: non obſtat quod illi repugnare videtur primum exemplum poſitum in *d. §. ſed ſcientibus*, videlicet de debitore & vero domino, qui ſcit creditorem experiri de proprietate pignoris: & intelligunt omnes fere ſcrib. per illum text. quod ſententia abſolutoria lata contra creditorem agentem hypothecaria, contra alium prætendentem dominium, qui ex eo quod ipſe & non debitor eſſet verus dominus, abſolutus eſt, noceat in petitorio & dominio ipſo debitori, qui ſciuit iudicium agitari. Et idem volunt, ſi creditor conuentus ab illo rei vendicatione ſuccubuerit: quia dico quod vtrunque dictum eſt falſum, & alienum à vera litera & ſententia dictæ l. cuius vera litera* eſt Piſana, ſiue text. ipſe originalis & archetypi pandectarum, quam habuit Pileus, & refert ibi gloſſ. videlicet in creditore ſciente & patiente debitorem experiri de proprietate pignoris: nec eſt vera, ſed ſubditicia communis & vulgata litera quæ loquitur è conuerſo, videlicet in debitore experiri patiente creditorem de proprietate pignoris, quam communem literam tanquam falſam, erroneam & incongruam textui. d. l. quæ ſemper & perpetuo loquitur in iudicio proprietatis geſto cum priori de-

* Litera Piſana.

mino reprobat Alex. in repe. *d. l. ſæpe. ſuper gl. in verb. prohibere. col.* 36. 37. 38. vbi poſt multa concludit, quod ſecundum veram Piſanam literam ſententia contra debitorem lata præiudicat creditori, non autem è contra, quia hoc non reperitur iure cautum. Et ſic ſumus in regula, cùm non reperiatur iſte caſus exceptis ab ea. Et in hoc ſto cum Alex. quicquid omnes docto. vtriuſque iuris ſcripſerint in *d. l. ſæpe, & in c. pe. de re iud. & alibi.* & quicquid nouiſſime Zaſi. *in ſua eleganti leſtura d. l.* dicat præfatæ communi literæ eſſe conformem textum * Noricum, videlicet nuper Bauariæ impreſſum, quem dicunt ex archetypo Florentino deſumptum: ſed (meo iudicio) Pileo, Accur. cæteriſque anteceſſoribus de veritate literæ magis eſt credendum. Quod ſi Alex. in hac ſua concluſione perſtitiſſet, facile verum, ſtabilem, & æquabilem ſenſum d. l. paucis inueniſſet, quem in multiloquio præfatæ ſuæ repetitionis (dum in cæteris) citra ſubditicium exemplum creditoris agentis & debitoris patientis (Bartholo & aliis aſſentit) in multis amiſit, prout in collectaneis meis late deduxi.

* Text. Noricus.

20. ¶ Veritas eſt igitur quòd ſi creditor agens hypothecaria, quæſtionem proprietatis ingrediatur & ſuccumbat, non nocet debitori etiam ſcienti, vt ſibi firmauit Alexand. per mulas rationes, & potiſſimum quia in hypothecaria non deducitur dominium principaliter, ſed ſolum incidenter. Sed * vltra Alex. idem eſſe dico, ſi creditor iudicium principale reiuendicationis ab alio illatum ſuſceperit, & ſciente debitore victus fuerit, quicquid in *d. l. ſæpe* poſt communem ſententiam de creditore temerario, præſumptuoſo, & improuido litem dominij ingreſſo ſcripſerit Zaſi. vir eruditiſſimus, qui tam docte & concinne d. l. interpretatus eſt, vt nemo vnquam melius communem ſequendo literam: ſed quia ex communi litera ſequitur abſurdum & durum, & à practica, & communi obſeruatione noſtra alienum, videlicet iudicium actum ſuper domino incidenter deducto per creditorem, qui non eſt legitimus contradictor, noceat vero domino, maxime cum aduerſarius ſciret alium quam creditorem eſſe legitimum contradictorem dominij conuerſi, nedum congruum, ſed etiam neceſſarium, duxi Piſanam, vt æquiorem & iuſtiorem literam ſequi. hinc *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 2. *q.* 5. *& latius infra* §. 113. *dixi.* ſententiam in concernentibus propriis vxoris contra maritum latam, non nocere vxori, etiam ſcienti: in quo ſecundum communem ſententiam contrarium dicendum eſſet. Itaque concludo, quòd ad hoc vt locus ſit exceptioni, de qua in *d.* §. *ſed ſcientibus*, requiritur concurſus illorum trium quæ dixi, & habentur in eodem textu, alioquin ſtandum regulæ.

* Contra omnes.

21. ¶ Et vltra ſeriem & tenorem dicti text. ſumma moueor æquitate, * quoniam quando lis agitur cum vero & legitimo contradictore, vt in primo exemplo d. §. vel cum eo qui erat dominus, & adhuc reputatur, & litigat tanquam verus & legitimus contradictor, ſciente & tacente eo qui ab illo cauſam & ius habet, vt in duobus aliis exemplis d. §. & idem in ſimilibus: nihil eſt quod imputetur extraneo litigatori, qui putauit iudicium agi cum legitimo contradictore, & non potuit, nec debuit aliquid diuinare de ſucceſſoribus & cauſam habentibus aduerſarij: ſed eſt quod iuſte imputari poſſit cauſam habenti, qui ſciuit & tacuit, ex quo etiam nonnulla ſuſpicio oritur quòd colluſerit cum authore ſuo, ad experiendum euentum litis, & eludendum effectum futuri iudicij, niſi proſpere cedat, ad quæ inconuenientia & fraudes euitandas, iuſtiſſimum fuit ſtatuere, rem contra authorem & principalem, bona fide & ex patefacta veritate (hoc eſt non ex contumacia, vel conſenſu patris, vel occulta fraude, ſed ex veris & iuſtis probationibus) iudicatam nocere cauſam, licet antiquiorem lite prætendenti, ſi ſciuerit & paſſus fuerit, huiuſmodi controuerſiam agi. Sed non eſt eadem, imò multum diuerſa ratio in caſu conuerſo, puta ſimplici creditore agente, vel conuento, vel quando colonus fructuarius, aut ſuperficiarius, emphyteuta, & vaſſallus agunt, vel conueniuntur & ipſum ius domini abſentis in iudicium & controuerſiam deducunt, ſiue principaliter ſiue incidenter. Ex quibus latiſſima æquitatis & veritatis via aperta eſt, ad infinitas huiuſmodi quæſtiones facile, & ex bono & æquo decidendas, ſemotis velut errorum & diſſidiorum confertiſſimis ſpinis adhucuſque ſcribentium. Et ſic in q. propoſita negatiue concludendum eſt.

a Acquitatis ratio.

22. ¶ Et * generaliter an ſententia lata contra vaſſallum faciat ius aduerſus patronum, ſufficit hoc breuiculum. Aut agitur de iure patroni, & non facit ius: aut de iure vaſſalli tantum, & facit ius non ſubdiſtinguendo in primo membro ſecundum nos, nec in ſecundo ſecundum omnes, aut patronus ſciuerit litem agi, & ius ſuum deduci, vel non. Et idem dico è conuerſo de ſententia lata contra patronum, quod non eſt aliud dicere in effectu, quam ſimpliciter alteri non præiudicare iudicium latum contra alterum: ſed ſolum in iure eius contra quem latum eſt. Hinc eſt quòd ſi vaſſallus in rei vendicatione, vel iudicio dominij vtilis (quam proprietatem communi huius regni loquendi modo vocamus) ab alio victus fuerit, non poteſt patronus amplius prætendere iura releuiorum, vel commiſſum feudi, nec cætera iura feudalia ex perſona victi, ſiue ex contractibus, vel mutationibus, ſeu offenſis ex eius parte in futurum procedentibus: ſed ſolum ex perſona, ſiue ex parte victoris quem tenetur inueſtire, & de cætero pro vero vaſſallo habere. Nec in hoc fit præiudicium patrono, quia non agitur de iuribus ſuis, quæ remanent in ſtatu ſuo vniformi. Quid autem ſit de releuiis & ſimilibus iuribus temporis præcedentis, dictum eſt ſ. §. 35. *q.* 45. præſtari debere à poſſeſſore ex eius perſona pro tempore ſuo. Et inquantum ibi diximus victorem non debere releuium quaſi ex mutatione facta per aduentum ſuum, quoniam non eſt mutatio, ſed recuperatio, limitandum & niſi patronus probare velit de fraude & colluſione ad eum fruſtrandum iuribus ſuis, prætextu ſimulatæ litis, & contradictorij iudicij; non enim eſſet admiſſibilis ſi ſimpliciter impugnare vellent ſententiam & reuocare in controuerſiam victum fuiſſe verum vaſſallum, vt tactum eſt *ſupra* §. 33. *quæſt.* 5. *nu.* 24. quoniam ex quo ſententia de iure vaſſallagij, ſiue vtilis dominij, eſt lata cum cauſæ cognitione, contra legitimum contradictorem, qui habebat liberam poteſtatem litigandi & diſponendi de iure ſuo in iudicio & extra, facit ius contra eos qui non habent intereſſe, niſi caſuale, & in conſequentiam facit ius contra patronum reſpectu releuij, ſi quod prætenderet ex hac vltima mutatione, quoniam hoc reſpectu non habet intereſſe niſi momentaneum, caſuale & conſecutiuum. vt in ſimili in materia. *l. de vnoquoque. D. de re iudi. dixi infra* §. 93. vbi remitto, ne hic ſim prolixior. ¶ Secus eſſet ſi manus aliud & perpetuum haberet præiudicium: puto ſi monaſterio eſſet feudum adiudicatum, tanquam contentum in feudis amortizatis monaſterij, ab eodem patrono dependentibus. Tunc enim puto quòd non tenetur ſtare rei contra vaſſallum ſuum iudicatæ, nec monaſterium inueſtire. Sed de integro quæſtionem dominij vtilis ſiue vaſſallagij repetere. Et idem dicendum puto in ſimili, ſi patronus habeat intereſſe in iure commiſſi, vnde ſi prætendat feudum commiſſum negatione, vel felonia Titij, qui paulo poſt in vendicatione feudi, vel vtilis dominij victus eſt à Caio, cui adiudicatum eſt feudum, tanquam vero & antiquo vaſſallo & domino vtili, etiam ex cauſa præcedente negationem vel feloniam Titij, puto huiuſmodi ſententiam non præiudicare patrono, niſi forte ad præſumptionem qualemqualem, iuxta gloſſ.

in *l. à ſententia. D. de appell.* Ideo de integro reſtitui poteſt quæſtionem vtilis dominij & vaſſallagij. Et ſi probauerit Titius qui victus eſt, verum fuiſſe vaſſallum tempore negationis vel offenſæ, obtinebit feudum iure commiſſi ex perſona Titij, non obſtante dicta ſententia etiam ſciente patrono, ſed non citato lata. Idem dico, ſi feudum fuerit conceſſum Titio ad vitam eius & filiorum vſque ad ſecundam vel tertiam generationem, deinde Titius ſuperetur, & euincatur à Caio, quia dico hoc quòd iudicium nullo modo nocebit patrono, feudúmque finietur, & ad eum reuerteretur inſpecto tempore vitæ & generationis Titij, & non inſpecto tempore vitæ, vel generationis Caij. In his enim omnibus caſibus & ſimilibus patronus habet perpetuum notabile & æque principale præiudicium. Et ſic non præiudicat illi ſententia niſi in iudicio interuenerit, nec erat ſolus vaſſallus legitimus contradictor quantum ad plenum ius feudi, vt in ſimili habet text. *d. l. ſæpe. in verſi. nam & ſi libertus.* quem Zaſi. ibi reiecta gloſ. & communi ſententia recte interpretatur, vt procedat demum patrono interueniente in iudicio, prout text. aperte loquitur, ſecus eo ſciente tantum, & in hoc ſto cum Zaſio. Sed inquantum hanc ſolam rationem eſſe dicit, quia patronus prohibere non poterat libertum de iure ſui liberti, ſcilicet experiri, dico quòd non eſt hæc ſola ratio, ſed potiores ſunt illæ rationes, quæ oppoſuntur illis tribus requiſitis in exceptione d. §. ſed ſcientibus ſecundum nouum intellectum noſtrum, videlicet quia principaliter non diſputatur de iure patronatus patroni, ſed ſolum incidenter. Et quia inquantum aduerſarius experitur contra hunc ſe aſſerentem libertum alterius, ſcit ſe aſſertorem non eſſe ſolum legitimum contradictorem ſuper iure patronatus in ſeab extraneo prætenſo, ideo curare debuit etiam illum in ius vocari.

24. ¶ Ex quibus etiam patet, quantum à veritate aberrauerint ſcrib. in *d. l. ſæpe.* extendentes *d. §. ſed ſcientibus* ad ſimplicem vſufructuarium.* Quod enim Bar. ibi *q.* 4. diſtinguit inter fructuarium agentem & defendentem, vt primo caſu ſententia contra eum lata præiudicet domino etiam in proprietate, ſecundo caſu, non irrationabilis eſt huiuſmodi diſtinctio. Et ſubuertitur in vtroque membro per rationem quam tradit idem Bar. in ſecundo dicens, quod dominus poſſidet ciuiliter per ſeipſam: & non miniſterio fructuarij. quare Paul. ibi dum Bartolum reprehendens, dicit vtroque caſu domino præiudicari, deterius errauit. nec obſtat. *l. in ſ. D. de oper. noui nunciat.* Vbi fructuarius procuratorio nomine domini nuntiare poteſt nouum opus, quia reſpondeo, quod hoc in his tantum procedit, quæ ſunt vtilia domino & proprietati, in quibus cenſetur, quaſi procurator: non tamen eſt proprie procurator, nec generalis nèc ſpecialis, & nullo modo in his quæ tendunt ad præiudicium, vt ibi per Alexand. & alios. & diximus *ſupra §. primo gloſſa prima, numero vndecimo.* Et vt velut oculis ſubiiciam, diſtinguam caſus ſingulos: aut enim agit, vel defendit fructuarius, ſolo nomine ſuo tanquam fructuarius, & principaliter ſuper iure vſusfructus. Non autem ſuper proprietate, niſi incidenter, & tunc clarum & nullomodo præiudicari domino, quum iudicium non ſit principaliter intantum ſuper proprietate, & iure, de cuius præiudicio nunc quæritur, prout ſecundum clarum noſtrum intellectum requirit, text. in *d. §. ſed ſcientibus.* Et alioquin nondum regula poſita *in prin. d. l. ſæpe.* ſed etiam reliquæ iuris regulæ offenderentur. An vero fructuarius principaliter litigat ſuper dominio, aut rei vendicatione intentata, & tunc aut nomine ſuo litigat contendens ſe dominum: & tunc clarum eſt, quod non agit, vel defendit tanquam fructuarius, ſed tanquam quiuis extraneus prætendens ſe dominum, & ſic nullo modo præiudicat vero domino, maxime cum dominus ciuiliter per ſeipſum poſſideat. *l. peregre. §. quibus. D. de acqu. vel amit. poſſ.*

25. ¶ Vbi tamen nunc recordor Ioa. de Imol. limitando Bar. *ibi. per d. l. ſæpe.* (adeo ſemel admiſſus error late ſerpit.) ſcripſiſſe * ſententiam latam contra ſimplicem colonum, qui dominum non nominauit in iudicio, præiudicare domino ſi fuerit ſciens in proprietate rei, quod eſt falſum & nullo iure relatum, imò contrarium. patet per text. *in leg. 2. C. vbi in rem actio.* vbi dicitur, quod etiam domino, qui nominatus fuit, deinde in iudicium vocatus, non nocet iudicium contra colonum, vel ſimilem cœptum, niſi quantum ad amiſſionem poſſeſſionis. Et ſi non fuerit nominatus, nec vocatus, nedum iudicium, imò etiam executio realis facta contra colonum, vel ſimilem, qui etiam tanquam dominus litigarit non præiudicat nouo domino, etiam aliàs ſcienti, nec in peritorio, nec in poſſeſſorio, vt poſt Inno. in *c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſta.* Firmat Bart. in *d. l. 2. col. 2. adfin.* & ibi Saly. in *c. 1. verſi. primo fauore actoris. & c. 4. q. 6. C. vbi in rem actio.* verum eſt quod colonus victus ad litis æſtimationem victori tenebitur, ſicut is qui ſe liti obtulit. *l. 4. in prin. D. de re iudic.*

* Sententia lata contra colonum non nocet domino.

26. ¶ Aut vero (vt è diuerticulo redeamus in viam) fructuarius agit, vel defendit in rei vendicatione, non tanquam dominus, ſed tanquam dominij procurator. & tunc ſi non allegauerit aliud mandatum, quàm illud quod reſultat ex vſufructu, non ſufficit, & ſeipſum aduerſarius decipit ſcienter litigans cum illegitimo contradictore, idque ſcienter omiſſo legitimo contradictore. Aut vero expreſſum, & ſpeciale mandatum allegauit, & tunc niſi doceat non nocet domino, ſed victori tenetur ad litis æſtimationem tanquam falſus procurator, per not. *in dict. l. 4. in princ. D. de re iud.* Proprie enim fructuarius non eſt procurator domini. Et ſic etiam ſi ſciente domino fines fructuarij excedat, non præiudicat, nec extenditur* mandatum quod non eſt, nec eſt locus glo. & theoriæ doct. *in c. cum olim de offi. delega.* Iam plura ſcripſi quàm à principio huius §. deſtinaſſem, ſed aliter commode nequit hic locus, & noua noſtra interpretatio intelligi, & confirmari.

* Mandatum quod non eſt nec poteſt extendi.

27. ¶ Et multo plura huiuſmodi à me nouiter diſcuſſa habeo in regeſtis meis, quæ intra locis opportunis promam. Et ad id quod dixi ſententiam contra vaſſallum latam infauorem alterius prætendentis ſe patronum, & ſuper iuribus patronatus, non nocere vero patrono etiam ſcienti, optime facit, quòd Io. Fab. Bar. Bal. & omnes in *d. l. 2. C. vbi in rem actio.* not. vaſſallum emphyteutam, & ſimiles, conuentos ſuper eorum iure, & dominio vtili tantum, non teneri nominare dominum in iudicio. Si vero conueniantur ſuper dominio directo, vel iure feudali, aut dominico, tunc demum tenentur nominare dominum, per quæ manifeſte ſentiunt docto. quod habent legitimam perſonam ſtanti in iudicio, quando de eorum vtili iure duntaxat agitur: non autem quando & de iure domini directi: quia tunc non ſunt legitimi contradictores, & ſic ſententia contra eos lata, nullo modo præiudicat dominis directis, niſi forte quantum ad aliqualem præſumptionem. vt ibi not. docto. Et adhuc quod præfati docto. dicunt emphyteutam, aut vaſſallum eſſe per ſe legitimum contradictorem, vbi de iure vaſſalli, aut emphyteutæ tantum agitur, debet limitari, vt procedat in feudo, vel emphyteuſi perpetuis, vt quando actor eſt eiuſdem conditionis, alias ſecus, prout diximus *ſupra eod. num.* 23. de monaſterio agente, vel in feudo, aut emphyteuſi temporali, quia tunc etiam reſpectu dominij vtilis, non facit ius contra directum dominium ſententia lata contra emphyteutam, aut vaſſallum temporalem, vel qui ceciderat in commiſſum.

28. ¶ Ad quæ etiam optime faciunt quod Inno. Panor. in *c. vaditis. de præſcr.* Panor. Fely. in *c. cum ſuper. de re iudi.* Panor. *conſi. 3. nitar in præſenti. col. & 9.*

* Sententia lata contra fructuarium, nõ nocet domino etiam ſciẽti.

* Sententia lata contra subditos an noceat superiori, vel contra.

lib. 2. & con. 89. col. fi. lib. 1. volunt quod sententia* lata contra subditum, quæ transiuit in rem iudicatam, etiam domino sciente, & patiente, etiam in iuribus superioritatis, & dominicis, non nocet, nec obest vero domino, & superiori, nec in possessorio, nec in petitorio. Et è conuerso lata contra dominum super iuribus superioritatis, & subiectionis, non nocet subiectis etiam scientibus, & patientibus non citatis, quia vtrorumque æque principaliter interest. quod vltimum est verum, quando dominus non habet potestatem alienandi subditos sine eorum consensu: alias secus, quia esset dicendum, sicut diximus, quando sententia fertur contra vassallum super iure suo vtilis domini duntaxat.

29. Ex prædictis patet, quòd vassallus qui non laudato authore abnegauit actorem in patronum, & passus est sententiam commissi, quæ transiuit in rem iudicatam, quamuis ex capite suo nullum habeat remedium, tamen ex persona domini veri patroni consequi potest, vt in pristinum statum reponatur, si patronus appareat, & probato iure suo obtineat victum sibi adiudicari in verum vassallum, quod verus patronus facere poterit, licet scierit præcedens iudicium, & imputet sibi victor, quòd non fecit in ius vocari illum, quem reus patronum esse asserebat. Sed quid, si reus nihil allegauit de alio patrono, & forte contendebat se tenere in alaudium? Adhuc idem puto, quia vassallus non habet, nec legale, nec conuentionale, nec expressum, nec tacitum mandatum, nec alias legitimam personam ad deducendum in iudicio iura patroni sui in illius præiudicium, nec in his est legitimus contradictor, sed solum respectu iuris sui, & præiudicij duntaxat.

30. Secus, si Titius forte sub pacto de retrouendendo vendiderit feudum suum dominans Seio, quia assistens vassallo mouenti ab eodem feudo dominanti, vel causam pro eo suscipiens, aduersus Caium prætendentem se patronum succubuit, & causa plene cognita ius feudale, & patronatus adiudicatum fuit Caio. quoniam huiusmodi sententia si in rem iudicatam transiuerit, præiudicabit Titio, quamuis citatus non fuerit, si probetur eum sciuisse, & cessante impedimento permisisse litem agi: Amplio, siue Titius prætendat venditionem à se factam ab initio nullam, siue medio facultatis redimendi, aut alias resolutam. Et est ratio, quia Scius tempore litis, & sententiæ, erat verus patronus, & dominus, & possessor feudi dominantis, & solus legitimus contradictor, saltem facto Titij pro vero, & solo legitimo contradictore publice reputabatur, & sic agebat etiam in iudicio, idque etiam authore Titio, & eo sciente & patiente adquem res erat reuersura, vel qui eam repetere poterat. Nec obstat, quod non omnino congruunt exempla. *d. §. sed scientibus.* quæ loquuntur quando causam habens scienter passus est litigare authorem suum. Hic autem sumus in casu conuerso, videlicet in quo author passus est successorem litigare, & deficere videtur secundum de tribus requisitis */supra eo. num.* 18. quia respondeo, quod præcipuum, & formale d. secundi requisiti est, quod is qui agit, vel conuenitur, sit legitimus contradictor iuris controuersi. quòd autem sit author vel causam habens tertij præiudicium patientis, magis est ex accidenti, quam ex ratione decisiua, cuius cardo, & scopus est ad euitandum fraudes & illusiones rerum rite, & recte iudicatarum contra legitimos contradictores, mussitantibus, & forte præcogitata fraude tacentibus authoribus, qui scientes ius suum deduci in iudicio, & interesse habentes dissimulant ius, vel interesse se habere, vt euentum iudicij experiantur, & bona fide litigantem post laboriosam, & iustam victoriam ad initium alterius petitionis redigant. Et hæc pro nunc super hoc §. dicta sufficiant.

31. ¶ QVINTO quæro, vassallus refractarius postquam redintegrata manu domini quam spoliauerat, ad causas oppositionis admissus allegauit nunc esse alaudium, nunc ab alia vel in censum, vel in feudum moueri. Tandem quarto anno plane abnegauit, vtrum debeat fructus præteritos, id est iam collectos, à domino recipere? Breuiter in hac specie dico quòd non: hæc enim consuetudo per verba præsentis temporis loquitur ibi. *doit auoir prouision & iouyr dudit fief pendant le procés.* ergo non retro. Et alioquin frustratio carens periculo commissi non esset impunita, contra *l. vlt. in fin. de re iudica. l. in fideicommiss. in fi. de vsuris.* Non ergo perpetuum est cessante frustratione. Si ergo vassallus aliquot menses deliberauit, tandem abnegat prehensorem circiter j. annum, debet etiam fructus dicti anni accipere: nemo enim præcipitanter vrgeri debet, & crebrius tam in iure quàm in praxi, non debet minus spacium anno dari; & sic abnegatio sequens infra annum trahitur retro. Secus si post plures annos, quia tunc prouisio non dabitur nisi ex tunc pro pendentibus & futuris fructibus: non autem pro iam collectis qui cum damnis & interesse finem litis expectabunt.

32. Si tamen prehensor non sit soluendo vel alius suspectus, debet satisdare de fructibus illis præteritis restituendis vel opponenti satisdanti restituetur. *arg. l. postquam §. Imperator. ibi,* vel si non caueat in aduersarium transferre possessionem debere vt lega. seu fideicom. nomine caueat. de quo dixi j. §. 52. *glo. 1. num. 22. cum seq.* Si vero possessor morbo, captiuitate, vel absentia impeditus, non potuit rebus suis superesse. & post duos vel plures annos à prehensione durante suo impedimento facta vt mox potuit, saltem infra annum quo commode potuit reuisere prædia sua: interim à me domino occupata vsurpatorem abnegauit: debet prouisionem habere, non solum de præsenti & futuro, sed etiam de præterito. & sic etiam perceptos fructus recipere etiam sine cautione, cum non fuerit in mora notabili damnis & interesse reseruatis in fine litis. Et quatenus dixi hanc prouisionem ad præterita non extendi, intelligendum quatenus res non est integra vt quia prehensor fructus penes se exegit & recepit. Secus si nondum percepit, etiam si colonos possessoris commissarios deputauit, quia post abnegationem manus habet ligatas. Nec potest percipere quod non exegit per se vel per mere suos, nomine suo solo deturbato possessore fruentes.

Digitized by Google

Hic articulus olim fuit 32.

* §. XLVI.

ITEM le gardien d'aucuns enfans mineurs, faiſant les fruicts ſiens, eſt tenu de payer droict de relief, pour les heritages feodaux appartenans à iceux mineurs.

PARENS *habens cuſtodiam conſuetudinariam liberorum annis minorum, & faciens fructus ſuos, tenetur ſolvere relevium feudorum ad minores pertinentium.* H. D.

Hic articulus 46. per novam conſuetudinem eſt reformatus in hunc modum.

LE gardien noble ou bourgeois n'eſt tenu payer droict de relief pour les heritages feodaux appartenans aux mineurs deſquels il eſt gardien, mais il eſt tenu les en acquiter, s'il en eſt deu du chef deſdits mineurs.

SVMMARIA §. XLVI.

1. *Cuſtodia minorum de noſtra conſuetudine non datur niſi parentibus, quod eſt iuri & rationi conforme.*
   Præſumuntur parentes conſulere liberis.
2. *Iniquitas cuſtodiæ lateralis quam bailliam vocant.*
3. *Cuſtodia duplex. Nobilis, & Paganica.*
4. ¶ *Q.* 1. *Onus relevij in caſu huius §. ratione caret.*
5. ¶ *Q.* 2. *Cuſtodia extenditur ad bona pupilli quocunque titulo obuenientia.*
6. ¶ *Q.* 3. *Si feudum ex collaterali ſucceſſione obueniat pupillo, cuius deinde acceptatur cuſtodia, debetur duplex relevium.*
7. 8. ¶ *Q.* 4. *Non debetur relevium ex capite cuſtodiæ ratione feudorum illa pendente obuenientium pupillo.*
9. ¶ *Q.* 5. *Quid ſi cuſtodi dentur inducie citra mentionem relevij.*
10. ¶ *Q.* 6. *Vaſſallus non tenetur nec perſonaliter, nec hypothecariè, nec aliter ſoluere relevium debitum à cuſtode ſuo.*
11. *Quid ſi pendente prehenſione cuſtodia finiatur.*
12. ¶ *Q.* 7. *Cuſtos non tenetur ad fidelitatis ſacramentum.*
13. ¶ *Q.* 8. *Non habet locũ hic §. in parente aliunde quam iure huius cuſtodiæ conſuetudinariæ habente adminiſtrationem & vſumfructum.*

MOTANTER in primis verbis ſummarij dixi parens.

a Cuſtodia æquitas.

Quia huiuſmodi cuſtodia, * de qua infra *tit.* 8. *& tit.* 9. non conceditur, niſi parenti aſcendenti ſecundum conſuetudinem noſtram, quamuis paſſim ſecundum alias conſuetudines, cum in linea collaterali vſque ad ſecundum, vel tertium gradum, locus ſit huiuſmodi cuſtodiæ quæ in parentibus vulgo vocatur, *garde*. & eam habens *le gardien*. Et in collateralibus vocatur, *le bail*, & eam habens, *le bailliſtre*. Et huiuſmodi cuſtodia, ſeu poteſtas parentum adminiſtrandi cum lucro fructuum, ſatis eſt rationabilis, & accedens diſpoſitioni iuris, in *l. cum oportet. & l. fin. C. de bon. quæ libe.* Nec eſt præſumendum, parentes aliud conſilium quàm liberis optimum aſſumere. *iuxta leg. nec in ea l. D. ad leg. Iul. de adult.* & naturalem erga filios charitatem, quibus ex voto omnia parant. *l. nam & ſi parentibus. D. de inofficioſ. teſtam. l. ſcripto. D. vnde lib.* nec poteſt filius meliorem inuenire amicum quàm patrem. *gloſſ. 2. in l. quidam cum filium ſa. per illum text. D. de hæred. inſti. vbi in ſummario* ita not. Ang. de filio qui plus de amico quàm de patre confidit, non confidas. Nullus enim affectus paternum vincit. *l. cum furioſus. in princ. C. de cura furio.* niſi forte nouercalibus delinimentis inſtigationibuſve corrumpatur. *l. non eſt conſentiendum. D. de inoffic. teſtam.* cui malo conſuetudo noſtra congruentiſſimum opponens antidotum ſtatuit j. § 99. §. 101. dictam cuſtodiam expirare per tranſitum ad ſecunda vota.

b Iniquitas baillix.

2. ¶ Sed quòd huiuſmodi cuſtodia ſeu baillia habeat locum in linea collaterali, valde durum eſt & iniquum, & vt de ſe apparet, & crebrior experientia demonſtrat, nihil aliud eſt quàm deprædatio pupillorum & orphanorum, quos lex diuina & naturalis, & omnis lex humana recte poſita, iubet ab omni iniuria & iactura protegi & defendi. Quæ igitur ratio? quæ iuriſprudentia? quod boni prudentiſque viri iudicium (quam normam legum eſſe vult philoſophus (ab æquo & bono fluere cenſuerit conſuetudinem ſtatuentem, vt pupillo patre, matre cæteriſque aſcendentibus orbato, ſtatim ius ſit qualicunque proximiori agnato, & hæreditatem forte pupilli ſperanti, omnia bona à parentibus pupillo derelicta, titulo bailliæ poſſidere, fructúſque lucrari, & ſuos facere, donec pupillus ætatem forte maiorem aſſequatur, atque adeo vt nec moriens pater vel fideli amico tutore deputato obuiare poſſit, & indemnitati pupillorum ſuorum conſulere. Quare cum in reductione harum conſuetudinum (quæ omnium prior & celebrior fuit) huiuſmodi conſuetudo bailliæ collateralium & omne eius veſtigium penitus oblitum ſit, & è membranis communi totius conſeſſus decreto deletum, vt patet infrà in proceſſu verbali ſuper hoc §. Sæpe miratus ſum, cur non conſidentes in reductionibus cæterarum conſuetudinum, tam ſanctum Pariſiorum exemplum, in hac præſertim pupillis tam debita naturali iuſtitia imitati ſint: non tamen negauerim quin aliquando proximior cognatus, occaſione ſumpta quòd à reddition̄e fructuum & rationum liber eſt, longe fœlicius dignitatem & commoda pupilli promoueat, ſed huius rara ſunt exempla. Leges autem condendæ ſunt habito reſpectu ad id quod frequenter contingit. *l. iura conſtitut. l. nam ad ea. l. neque leges. D. de legibus.*

3. ¶ Secundo notanter, hoc ius appellaui cuſtodiam conſuetudinariam, quæ * duplex eſt; ſcilicet nobilis & paganica. quia huiuſmodi cuſtos non eſt tutor nec curator, vt patet infra §. 99. §. 101. *in fin.* Nec etiam eſt proprie vſufructuarius, quum teneatur ad alimenta & onera nedum realia, ſed etiam perſonalia pupilli vel minoris. Et habet minus iuris & commodi quàm fructuarius, & minus authoritatis & poteſtatis quàm ſimplex tutor, vt permulta declaraui in *d.* §. 99. Et non poteſt melius æquiparari quàm cuſtodi temporali facienti fructus ſuos pro cuſtodia, certiſque oneribus à conſuetudine impoſitis. Et ſic effectu inſpecto, & alluſione verborum conſuetudinis, non poteſt congruentiori quàm cuſtodis appellatione nuncupari.

c Cuſtodia duplex.

4. ¶ Sed quæro igitur quæ ſit ratio, cur huiuſmodi cuſtos debeat ſoluere relevium feudorum, idque ratione huius cuſtodiæ dũtaxat, quoniam ſoluitur non obſtante quòd feuda obuenerint pupillo ex ſucceſſione directa? Plane (vt verum vbique amo & quantum licet ſequor) reſpondeo nullam bonam eſſe rationem, quia quam-

Digitized by Google

tumcunque cuſtos accepter & exerceat huiuſmodi cuſtodiam, feuda pupilli nullomodo aperiuntur nec mutant manum, nec transfertur eorum dominium, imo nec quaſi dominium, imò nec naturalis quidem poſſeſſio, quia licet alias fructuarius nomine ſuo naturaliter poſſideat ſecundum crebriorem & veriorem ſententiam: quamuis non parum multi & præcipui inter iuris profeſſores nominis oppoſitum teneant, videlicet vſumfructuarium nullomodo neque ciuiliter neque naturaliter poſſidere, quod non eſt hic diſcutiendi locus, remitto ad not. in *l. naturaliter. in princ. D. de acquir. vel amit. poſſeſſ.* & dicam infra ſi opus ſit loco opportuno. Tamen huiuſmodi cuſtos, nec naturaliter quidem poſſidet, ſed tantum retinet, vt probaui in *d.* §. 99. Ex ſuperuenientia autem fructuarij clarum eſt nullum releuium deberi, igitur multominus pendendum eſt ex ſuperuenientia cuſtodis. Tum huiuſmodi cuſtos nullam fidelitatem, nullum obſequium clientelare debet patronus pupilli, nec poteſt in illorum fidem ſe conferre niſi prout tutor, adminiſtrator, aut quilibet extraneus procurator vel geſtor, ſi talem patronus obſequium per alium velit admittere. Cæterum, non tenetur niſi ad conceſſionem inductarum, quas fateor huiuſmodi cuſtodes pupillorum nomine à patronis petere poſſe, vt infra §. 82. Et ſic nec ex parte pupilli, nec ex parte patroni, nec ex parte cuſtodis vel feudi, variatur feudum, fidelitas, vel qualitas inueſtituræ, propter ſuperuenientiam cuſtodis. Quorſum igitur præſtatio releuij? Tum conſuetudo noſtra iuſtiſſimè reſtrinxit ius huiuſmodi cuſtodiæ ad ſolos parentes excluſis in perpetuum omnibus collateralibus: imo etiam parentes ipſos excluſit, ad ſecunda conuolarint vota, ex quo manifeſte apparet huiuſmodi cuſtodiam à conſuetudine noſtra introductam, & reſeruatam intuitu naturalis affectus, quem parentes habent ad commoda liberorum. Ad quid igitur eos grauauit releuium, quo ipſi magis in effectu grauantur liberi. Tum pleræque conſuetudines vt conſuet. Carnotenſis §. 107. & §. 145. Meldenſis §. 174. conſuet. de Lorriz. §. 33. 36. & plures aliæ ſtatuunt, nullum releuium deberi à cuſtode, ſiue aſcendenti, ſiue collaterali, vt mirum ſit in conſuetudine Aurelian. quæ conſuetudini de Lorriz affinis eſſe ſolet, adeo in hoc abſurdè & ineptè ſcriptum & toleratum eſſe, releuium deberi propter ſolam ſuperuenientiam & deputationem tutorum vel curatorum: & ſic alioquin debitas fidelitatis inducias emi, & à patrono *vt eod. tit.* § 31. & 34. in conſuet. Aurelian. Et breuiter huiuſmodi releuium eſt magis contra rationem per errorem inductum, quàm illud de quo ſ. §. 55. quamuis non ita forte videatur odioſum. nullo igitur modo extendi, ſed potius quantum fieri poteſt reſtringi debet. Cæterum & ſi perquàm durum, quia ſcriptum ſeruandum. *l. quod non ratione. D. de legibus. l. proſpexit. D. qui & à quibus.* Et forte ideo non fuit illud correctum in illo celebri conſeſſu reductionis harum conſuetudinum, quòd nobiles facile poſtulationi eccleſiaſticorum & plebeiorum acquieuerunt, vt cuſtodia collateralium penitus exoleſceret, & aboleretur de contextu huius §. & totius conſuetudinis, quare eadem facilitate reſiduum huius §. vtcunque inolitum fuit eis relictum, vt ſatis innuit ſeries proceſſus verbalis ſuper hoc §.

A talem adminiſtrationem omnium bonorum, quæ ſpectant & incipiunt ſpectare ad minorem tempore minoris ætatis, ita eorum fructus ſuos facit.

TERTIO ad materiam §. noſtri quæro, impuberi obuenit ſucceſſio matris & feudum maternum, deinde obuenit ſucceſſio auunculi & feudum auunculi, poſtea pater acceptauit cuſtodiam, ſiue mobilem, ſiue paganicam. Certum eſt quòd ex capite ſucceſſionis maternæ nullum debetur releuium. Et quòd ex capite ſucceſſionis auunculi debetur releuium de feudo quod fuit auunculi, quia eſt ſucceſſio collateralis. Sed modo quæritur ſuperueniente cuſtode vtrum debeatur iterum releuium omnium feudorum pupilli? Et videtur quòd non debeatur, niſi vnicum de omnibus feudis etiam ſucceſſione collaterali obuentis. Et quod huiuſmodi releuium non debeat in aliquo duplari, ſed quantum fieri poteſt, vt odioſum & irrationabile reſtringi. Et certe hoc eſt æquum, quia oppoſitum eſt durum & non exigendum à generoſo patrono, ſed ab illiberali & ſordido, & qui rigorem benignitati præferat. Tamen de rigore ſcripturæ huius §. debetur vnum releuium omnium feudorum ſpectantium ad pupillum tempore acceptatæ cuſtodiæ. Vnde ratione feudi materni, debetur releuium ſemel ab iſto cuſtode, & ratione feudi auunculi debetur bis, videlicet ſemel ex capite pupilli qui ſucceſſit auunculo in linea collaterali, & iterum ex capite cuſtodiæ ſuperuenientis, & idem in ſimilibus. Et tenetur cuſtos vtrumque releuium exſoluere, quia ſunt onera realia. Et vtraque cuſtodia conceditur ad onus exonerandi prædia ab huiuſmodi debitis, §. 99. §. 101.

QVARTO quæro, Pone poſt mortem matris, & cuſtodiam acceptatam à patre, obuenire pupillo ſucceſſionem & feuda auunculi materni, vel quædam alia feuda ex donatione vel legato. Certum eſt ex capite ſucceſſionis auitæ nullum deberi releuium. Sed bene ex capite ſucceſſionis auunculi, & donationis vel legati. Et huiuſmodi releuia ſemper debere ſolui, &, vtita loquar, acquitari per cuſtodem, ſiue ſit nobilis, ſiue paganus. Sed quæritur, nunquid ex capite cuſtodiæ debeantur interim alia releuia omnium feudorum de nouo obuenientium pupillo, ſiue per ſucceſſionem directam & hoc reſpectu ſemel: ſiue alio modo, & hoc reſpectu bis? Videtur quòd ſic per not. in q. præcedenti. Tum alioquin ſequeretur cuſtodem ſiue gardianum facere fructus ſuos alicuius feudi pupilli, iure gardiæ ſiue cuſtodiæ, puta in feudo poſt cuſtodiam acceptatam acquiſito pupillo ex ſuperuenienti ſucceſſione aui materni, & tamen nullum inde pendere releuium domino feudali. quod videtur contra generalem & indefinitam literam huius §. qui non diſtinguit, ſiue feuda pertineant ad minorem tempore cuſtodiæ acceptatæ, ſiue poſt durante cuſtodia pertinere incipiant. Et ita eſſet dicendum ſi vel micam aliquam rationis haberet hic §. Sed quia ſine ratione per errorem irrepſit, implicatam habet cauſam & procliuitatem reſtrictionis. Et ſic vel * leuis occaſio ſufficit ad reſtringendum. Et ſatis eſt quòd vel in aliquo operetur. Itaque reſtringo hunc §. vt procedat in feudis pertinentibus ad pupillum, vel minorem tempore ſuperuenientis & acceptatæ cuſtodiæ dumtaxat, & non habeat locum in feudis quocunque titulo ſuperuenientibus & acquiſitis pupillo vel minori durante cuſtodia, & poſt eam acceptatam in iudicio, vt infra §. 102.

* Satis eſt hunc §. in modico operari.

8. Et ratio differentiæ aſſignari poteſt, quia quando ſuperuenit ius cuſtodiæ, & feuda minoris in cuſtodiam tranſeunt, & iuri cuſtodiæ ſubijciuntur, cenſentur quædam (locutione craſſa, ſed re leuiſſima & tenuiſſima) mutatio manus fieri, quaſi feuda tranſeant de manu minoris ad ius, manum & poteſtatem cuſtodis facientis fructus ſuos. Et ſic ratione huius mutationis, cùm non fiat per modum ſucceſſionis directæ debeantur releuia patrono. Hæc autem ratio & imaginaria mutatio ceſſat prorſus & non adaptatur in feudis, quæ tempore

* Cuſtodia ad quæ feuda extendatur.

5. SECVNDO quæro vtrum huiuſmodi * cuſtodia extendatur ad alia feuda, quàm ad ea quæ obuenerunt pupillo ex linea directa? Reſpond. hæc q. concernit materiam §. 99. Et ibi vt videbis, dixi ad omnia (intra tamen territorii) extendi, quocunq; titulo ſiue ſucceſſionis lateralis, aut collateralis ſiue legati, aut donationis, ad pupillū pertineant. Imò nedū ad ea quę pertinent pupillo tempore cuſtodiæ delatæ vel agnitæ & acceptatæ in iudicio. Sed etiam ad omnia quæ poſt acceptatā cuſtodiam obueniunt quoque titulo vel modo, quia conſuetudo non diſtinguit, ſalua tamen modificatione & limitatione quam ibi dedi. Et ſicut cuſtos habet gene-

acceptatæ cuſtodiæ non ſpectabant ad minorem, ſed ea durante acquiruntur, quoniam huiuſmodi feudi ſtatim in puncto acquiſitionis cadunt in ius cuſtodiæ, ita vt nullum ſit dare medium inter acquiſitionem proprietatis quæ ſit minori, & acquiſitionem iuris fruendi quæ ſit cuſtodi. faciunt no. in *ſimili* 5. §. 35. Et quamuis ex vi & forma verborum huius §. in oppoſitum contendi poſſit: Tamen intuitu æquitatis, & vt odium huius releuij poſtquam in aliquo vel plus iuſto operatur, in reliquo quantum fieri poteſt reſtringatur, concludo, quod in feudis poſtea obuenientibus, nullum debetur releuium ex capite cuſtodiæ, ſed ſolum ex capite acquiſitionis, ſi non ſit de caſibus exceptis 5. §. 33. quemadmodum & in ſimili æque odioſa diſpoſitione, dictum 5. §. 35. quod dum mulier nubit, cenſetur quædam craſſa mutatio fieri feudorum tunc ad mulierem pertinentium, de manu mulieris in manum mariti: & ſic ex hoc capite debetur nouum releuium: ſed non debetur ex hoc capite ratione feudorum quæ poſt contractum matrimonium acquiruntur ſoli vxori in proprietatem, quia eodem puncto cadunt in adminiſtrationem & vſumfructum mariti: & ſic hoc reſpectu nulla mutatio manus fit à muliere in virum, quia non ſunt nec reperiuntur in manu mulieris, tunc cum ius fruendi acquiritur marito. Et hanc limitationem nota tanquam nouum & iuſtum & æquabile temperamentum duritiei horum §§.

9. QVINTO quæro, pone patrem vxore mortua filij pupilli cuſtodiam nobilem vel paganicam acceptaſſe, & feudis maternis filij frui: patronus inducias præſtandæ fidei patri in qualitate cuſtodis conceſſit, nihil dicens, forte inaduertens de releuio: Vtrum & qua via poſſit releuium petere? Reſpon. non eſſe amiſſum releuium, quia via actionis à patre tanquam cuſtode peti poteſt. Et ad hoc tenetur pater ratione d. cuſtodiæ perſonaliter & proprio nomine condictione ex lege per hunc §. ſed non poteſt patronus manum iniicere feudo obſtantibus induciis quæ fidei æquipollent quamdiu durant.

10. SEXTO quæro, quid ſi poſtea filio maiore annis viginti facto, & finitis cuſtodia & induciis, patronus feudum prehendat, filius autem ſimplicem fidelitatem offerat: Patronus autem nolit admittere, niſi etiam filius releuium à patre ratione dictæ cuſtodiæ debitum offerat & ſoluat? Et videtur patronum recte inſtare per ea quæ diximus 5. §. 1. *gl. fi.* feudum detineri poſſe cum effectu lucri fructuum propter debita antiqua, quando medio tempore non fuit clauſa apertura, prout hic per ſimplices inducias non fuit clauſa, ſed tantum ſuſpenſa. Contrarium puto, & dico dictam oblationem ſufficientem fuiſſe, & ab eo tempore iniuſtam fuiſſe prehenſionem, fructúſq; debere vaſſallo reſtitui cum damnis & intereſſe cum fuit impeditus fiui. Ratio, quia filius & vaſſallus nullomodo, nec perſonaliter nec realiter eſt obligatus ad ſolutionem dicti releuij, quum non debeatur ex capite vel facto vaſſalli vel prædeceſſoris ſui, nec ex natura regulari feudorum, ſed exorbitanter ratione cuſtodiæ habitæ per patrem. Et cum hoc conſuetudo non dicat alium teneri ad ſolutionem releuij quam ipſum gardianum vel cuſtodem, nec aliter feudum aut vaſſallum * afficiat, non debet in hoc odioſo, & exorbitandi articulo extendi: ſed magis in ſtrictis ſuis terminis reſtringi. Itaque dico vaſſallum non teneri, nec poſſe etiam via actionis compelli, nec feudum ipſum eſſe propter hoc affectum vel hypothecatum: ſed ſolum cuſtodem ipſum perſonaliter teneri. Agat igitur patronus cum Geminiano. Amplio iſtud, etiamſi patronus nullas fidei inducias conceſſerit cuſtodi, nec aliquid cum eo geſſerit quia ſemper eſt eadem ratio. Bene fateor quod quamdiu cuſtodia durat, ſi cuſtos nolit ſoluere releuium, poteſt patronus cuſtodi recuſare inducias, & prehenſo feudo fructus ſine deductione releuij lucrari, & ſuos facere, quos cuſtos lucraturus erat, prout recordor tetigiſſe 5. §. 41. *ad fin.*

* Feudum non eſſe affectum propter releuium cuſtodiæ.

11. Sed quid ſi ob contumaciam cuſtodis perſeuerante huiuſmodi prehenſione, cuſtodia finiatur ſiue morte cuſtodis, ſiue per ſecundas eius nuptias, ſiue repudiatione cuſtodiæ, ſiue morte pupilli vaſſalli, ſiue per ætatem legitimam vaſſalli, aut aliis quibuſcunque modis: de quibus diximus 5. §. 99. Reſp. feudum non poteſt amplius retineri prætextu dicti releuij ex capite cuſtodiæ debiti, nec amplius ligat prehenſio feudalis, niſi ex defectu fidelitatis detento eodem themate de filio, & feudis maternis, ita quodammodo tenetur patronus dictum releuium via actionis petere à cuſtode vel eius hærede. Si tamen alia debeantur releuia vel iura ex veris mutationibus feudi non clauſis: horum reſpectu prehenſio ligat, & deberet offerri à vaſſallo vel eius tutore vel hærede.

12. SEPTIMO quæro, vtrum huiuſmodi cuſtos ſiue gardianus teneatur præſtare fidelitatem, & homagium patrono? Videtur quòd ſic, quia tenetur ad ſoluendum releuium quod eſt grauius, & de quo minus videbatur ineſſe, igitur multo fortius tenetur ad fidelitatem iurandam. *auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl. cum vulg.* Contrarium dico, quia aut dicemus, quod debeat illam * præſtare nomine pupilli vel minoris, & hoc non, quia patronus tenetur ei vel eius tutori aut cuicunque adminiſtratori, dare inducias vſque ad idoneam ætatem. Et ſi recuſet dare, ipſo iure ſupplentur, vt dictum eſt 5. §. 41. Aut dicemus quòd deberet eam præſtare nomine ſuo, ſiue in qualitate, & nomine cuſtodis, & ratione gardiæ dumtaxat. Et non eſt legitima perſona, quia non eſt vaſſallus nec dominus feudi, vnde non tenetur, nec poteſt cogi ſicut nec vſusfructuarius. Non tamen nego, quin eam offerre poſſit ſi velit, & quin patronus poſſit ſi velit admittere, prout in ſimili diximus 5. §. 55. *gloſſ.* 3. ſed tunc diligenter diſtinguendum & aduertendum eſt, quod aut dictus cuſtos fuit admiſſus nomine ſuo, & pro iure & tempore ſuo tantum, & ratione cuſtodiæ ſiue gardiæ dumtaxat, & huiuſmodi admiſſio in fidem non prodeſt proprietario ſiue minori, nec eum exonerat quin dum fuerit ætatis idoneæ, teneatur fidelitatem præſtare, alioquin prehenſionem feudalem & amiſſionem fructuum pati poteſt, vt in ſimili in *d.* §. 55. *gl.* 3 Aut vero dictus cuſtos in fidem admiſſus eſt nomine minoris, ſiue tanquam eius adminiſtrator, & non fuit actus limitatus ad ius & tempus cuſtodiæ. Et prodeſt minori, eúmque exonerat, ita quòd non tenetur etiam maior factus fidelitatem renouare, nec poterit eius feudum ex defectu hominis prehendi, vt in ſimil. dixi 5. §. 41. *infi.*

* Cuſtos non tenetur ad fidelitatis ſacramentum.

13. Vltimo de poteſtate gardiani ſiue cuſtodis, & quomodo poteſt in hac qualitate prehenſione feudali vti, inueſtituras renouare, & alia ſimplicem adminiſtrationem concernentia: nullam autem habeat authoritatem nec poteſtatem in res quę miniſterium & ſolemnitatem iuris deſiderant, vide infra titulo octauo & titulo nono. Sed quid ſi pater aut mater non habeant, nec acceptauerint huiuſmodi gardiam, ſiue gardiam conſuetudinariam, ſed aliunde, puta ex diſpoſitione iuris, vt in patre in locis vbi ſeruatur *d. l. cum oporteat.* vel ex diſpoſitione hominis, vt in matre relicta domina & maſſaria iuxta *gloſſ. & doctor. in auth. hoc locum. C. ſi mu. di. ſecun. nupt.* in locis vbi vxori relinquere licet. vel quando in tractatu matrimonij hoc eſt conuentum, quòd ſuperuiuens habet adminiſtrationem & vſumfructum bonorum: Vtrum debeatur releuium? dico omnino quod non, quia nullo pacto debet odioſitas huius §. extra terminos ſuos, ſed potius quantum fieri poteſt reſtringi.

a Hic articulus in antiqua conſuetudine fuit 33.

§ * XLVII.

ITEM, droict de relief eſt de la reuenuë du fief d'vn an, ou le dit de preud'hommes, ou vne ſomme pour vne fois offerte de la partie du vaſſal, au choix & eſlection du ſeigneur feodal.

IVS releuij eſt vnum ex tribus ſequentibus, ad optionem vel electionem patroni ſpectantibus, videlicet reditus ſeu obuentiones feudi per ſpatium vnius anni, vel quod æſtimabitur ſeu arbitrabitur à bonis & prudentibus viris, vel certa ſumma ſemel ſoluenda à nouo cliente offerenda. H. D.

Verum hic articulus per nouam conſuetudinē ſit mutatus eſt.

XLVII.

DROICT de relief eſt le reuenu du fief d'vn an, ou le dire de preud'hommes, ou vne ſomme pour vne fois offerte de la part du vaſſal, au choix & eſlection du ſeigneur feodal.

XLVIII.

S'IL y a bois taillis, eſtangs, ſaulſaye & autres choſes ſemblables, qui ne ſe coupent ou perçoiuent par chacun an, les fruicts ſe prennent pour portion du temps qu'ils ont accouſtumé eſtre prins, coupez ou perceus, encores qu'ils ſoient coupez ou perceus ou non en ladite année, les frais déduits ſur leſdits fruicts.

XLIX.

ET commence ladite année au iour des offres acceptées, ou valablement faites par le vaſſal, iuſques à pareil iour l'an reuolu, & ne ſe faict qu'vne ſeule cueillette d'vne ſorte de fruicts.

SVMMARIA §. XLVII.

1. *Iura releuiorum & laudimiorum ſunt de patrimonio dominorum directorum.*
2. *Nec ſunt propriè ſeruitutes.*
3. *Non tamen veniunt appellatione domanij.*
4. *Vſufructuarius domanij nihil habet in releuiis, laudimiis & iuribus dominicalibus.*

GLO. I. IN VER.

Droict de relief.

VERBVM ius releuij. Breuis ero quia ſatis ſuperius tractatum eſt, vt in §. 33. *& in* §. 35. & in no. 1. vbi de etymo, & qualitate releuij, quod eſt de ſe odioſum & ſtricti iuris, non repeto. 1. Et hic non immerito ius appellatur, quia eſt ius vtile competens patrono ratione directi ſui dominij. Et huiuſmodi iura ſunt, & cenſentur de patrimonio dominorum directorum: quemadmodum feuda vel cenſualia prędia, reſpectu dominij vtilia ſunt patrimonia vaſſallorum, imò multo magis, quia huiuſmodi iura & ſimilia, vt laudimia, ſunt ſubrogata loco patrimonij infeudati vel in cenſum conceſſi, & cenſentur pars priſtini dominij feudi. *l. eadem in fi.* vbi Bald. Io. de Imol. *D. de hæred. inſti.* hinc dicit Bal. in *l.* 3 *C. de fideicommiſſ.* quòd ius patronatus eſt imago veteris dominij, & ſequitur ibi Philipp. Cor. dicens quod proportionatur ſeu reſpectum habet ad vetus dominium. Et horum iurium eſt dare proprietatem & poſſeſſionem vel quaſi, tali dominio ſeu proprietati correſpondentem. vnde pro his competit nedum petitorium perſonale contra obligatos & debitores ad ſoluendum: ſed & petitorium reale, & poſſeſſorium iudicium contra extraneum vſurpatorem vel turbatorem, prout latius has actiones diſtinxi ĩ *ſit.* 3. *in rubr.* Et ſic iſta iura non ſunt propriè & mere ſeruitutes, quæ non ſunt ex bonis nec extra bona, vt inquit text. *in l.* 1. *D. de vſufruct. lega.* quia vt ſæpe tam de honorificis quàm de vtilibus huiuſmodi iuribus diximus, magis ſunt & conſiſtunt in proprietate quam in ſeruitute, & verè & propriè dicuntur eſſe in bonis & patrimonio, vnde ſuper his etiam cadit vſusfructus. vt ĩ. §. 1. *q.* 2.

2. Caue tamen quia non dicuntur de * domanio, nec veniunt appellatione domanij, quia ſecundum communem vſum loquendi appellatione domanij ea tantum continentur & intelliguntur, quæ in ſolo conſiſtunt, & quorum dominus per manus ſuas, vel colonorum ad modicum tempus colentium poſſeſſionem & fruitionem dominij habet. Vnde ſi vſusfructus domanij certæ terræ eſſet relictus, non veniret perceptio & commoditas releuiorum, cenſuum, vel laudimiorum. imò etiam non venirent fructus ſubfeudi à d. terra dependentis, ex defectu clientis prehenſi, quia licet quamdiu durat huiuſmodi prehenſio cenſeatur quaſi caducum & reuerſum, non tamen eſt de domanio, ex quo nõ eſt incorporatum menſæ domini, & ex quo dominus non poſſidet nec fruitur iure & qualitate dominij abſolutè, ſed tantum iure & qualitate domini feudalis, & ſic dominij ſuperioris, quod inferius dominium ſaltem habitu præſupponit. Et per hæc ſunt limitanda quæ de vſufructuariis diximus ĩ. §. 1 *glo.* 1, *&* §. 20. *glo.* 1. vt non procedant in vſufructu limitato ad domanialia: quia tunc nihil habet fructuarius in his iuribus dominicalibus & ſimilibus. Et per hæc aliàs reſpondi viduam, cui pro dotio præfixo in tractatu matrimonij cautum erat, quòd frueretur & gauderet ad vitam domanio certæ terræ, nihil habere in huiuſmodi iuribus: ſed ea remanere libera hæredi & proprietario. quia communis vſus loquendi in omni diſpoſitione amplianda vel refringenda prædominatur. *l. Labeo. D. de ſupellect. legat. cum vulgat.*

* Domanij appellatione quid veniat.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. II.

1. *Cuius anni fructus debeant accipi pro relevio?*
2. *Venditio vel alia dispositio fructuum intelligitur de primis.*
   Clausula generalis non inclusa in certo capitulo refertur ad omnia.
3. *In relevio debent inspici fructus anni præsentis vel immediate sequentis optionem, nec potest patronus fructus alterius anni eligere.*
4. *Patronus non potest variare circa idem relevium.*
5. *Hic §. non habet locum in feudis habentibus Redditum uniformem & invariabilem.*

GLO. II. IN VER.

Le revenu du fief d'vn an.

SVPER verb. redditus feudi vnius anni. Notanter dicitur feudi, quia quæcunq; non sunt de feudo de quo relevando, siue de cuius relevio agitur, deducuntur, puta iurisdictio aliunde acquisita: fundi vicini uniti feudo tanquam fundo, sola destinatione vassalli patrisfam. ante incorporationem in conditionem & qualitatem feudalem, cum recognitione & acceptatione patroni, de quo plene dictum est *supra* §. 1. *glo.* 5. verbum autem redditus quoscunque fructus aut obuentiones à feudo, vel iure & ratione feudi & iurium eius prouenientes intra integrum vnum annum complectitur, quorum specialis locus est in §. *seq.*

1. Quæro cuius anni fructus spectent ad patronum, An illius anni quo apertum est feudum, vel anni immediate sequentis: An vero anni immediate sequentis oblationes iustas & integras factas per vassallum: An vero illius anni quem eligere voluerit patronus? Et vt clarius liqueat, pone vassallo sine liberis mortuo, hæredem collateralem per decem aut viginti annos quiete possedisse non adito patrono: tandem illum adit offerens iura & inuestiri petens. Patronus autem pro relevio eligit fructus vnius integri anni, & pro anno certo, vult eligere fertiliorem omnium præcedentium annorum: Vassallus autem contra, dicit intelligi de anno proxime futuro. Quid iuris? Et primo videretur debere inspici præteritum primum annum quo feudum apertum est, & mutauit manum in collateralem hæredem. quia ex tunc statim cessit & venit dies obligationis relevij per ea quæ late diximus supra *supra* §. 1. *gl.* 1. *q.* 2. 3. vbi si pendente vsufructu feudi dominantis & pertinentiarum, subfeudum aperiatur & mutet manum, statim ius relevii cedit & acquiritur fructuario. vnde quamuis mox ante exactum vel petitum relevium finiatur vsusfructus, non tamen spectat illud relevium ad proprietarium, sed ad nuper fructuarium vel eius hæredes.

a Depositio fructuum intelligitur de proximo anno.

2. Igitur pariter videntur cedere* fructus anni incipientis ab apertura & mutatione feudi, & non alterius anni. per id quod no. Bald. Ang. Imol. Alex. & latè Iaſ. in *l. diuortio* §. *quod in anno. D. solut. mat.* quòd siquis vendiderit vel donauerit fructus anni, intelligitur de primis dumtaxat fructibus, nec fit supplementum ex futuris. *per l. boues* §. *hoc sermone. D. de verb. sign. l. dotis promissio. D. de iur. dot.* Ad hoc quod no. Bar. & alij. in *Linter stipulantem* §. *sacram. D. de verb. oblig. per l. si debitor* §. *verisimile. l. cum certus. C. de vi. tri. ole. lega.* Secundo debere inspici annum immediatè sequentem iustas oblationes vassalli, saltem quando vassallus medio tempore non fuit inquietatus à patrono, & sic non fuit in mora, quia tandiu licitè frui potest, quandiu patronus patitur *vt infra* §. 61. imò videtur quod si patronus iustas oblationes noluerit admittere, & sic in mora constitutus fuerit, quòd inspici debeat annus sterilior & deterior totius temporis lapsi pendente mora patroni per no. in *l. vnum. D. si cert. pet.* Tertio in oppositum videtur electionem esse patroni, & quòd sicut potest eligere quale relevium voluerit, ita si pro relevio eligat fructus vnius anni, possit eligere cuius anni fructus habere voluerit à tempore feudi aperti & mutati, & relevij cum iure optandi acquisiti, patet in hoc text in fi. vbi ponitur clausula, electionem & optionem esse patroni: ergo refertur ad omnia præcedentia, siue in principio, siue in medio, siue in fi. iuxta no. in *l.* 3. §. 1. *D. de lib. & post. in c. secundo requiris. de appell. in l. petens. C. de pact.* Sed in principio huius §. in prima electionis particula, fit mentio de fructibus vnius anni, nec dicitur de quo anno, intelligitur de anno à patrono eligendo, per generalem electionis clausulam in fi. §. huius positam.

3. His breuiter velut ad aperienda quæstionis puncta prælibatis, resoluto nulli præcedentium opinionum locum esse: sed debere inspici annum præsentem si est integer vel immediate sequentem acceptationem, oblationem & electionem reddituum vnius anni pro relevio factam à patrono. Et aduerte, quia loquor nedum de electione vera & expressa, sed etiam de electione tacita & interpretatiua, de qua dicemus *j. eo. gloss. fi.* Conclusio nostra probatur primo in hoc §. recte & subtiliter perpendendo eius verba, quia hic dicuntur duo: Primo, quod relevium consistit in vno ex tribus. Secundo quòd electio vnius eorum est patroni: non* ergo dicit text. quòd patronus possit eligere quod, quale vel quantum voluerit pro relevio, sed solum tribus alternatiue propositis & oblatis, quod vnum ex eis quantum est & quale reperitur potest eligere. Si igitur eligat redditum anni, non rursus eliget quem annorum voluerit, quia consummatum est ius eligendi per electionem redditus anni simpliciter, & sic intelligitur de anno tunc præsenti & incipienti. Alioquin duplex esset electio quod hæc consuetudo non intendit. Probatur secundo per seriem text. in §. *seq. & j.* §. 57. Ex quibus satis apparet hunc text. intelligi de fructibus & redditibus anni immediatè sequentis optionem, & ita obseruatur.

* Patronus non potest eligere fructus certi anni.

4. Et not. quòd in eodem feudo & eadem apertura, non potest patronus eligere relevium partim in fructibus, puta semestribus, partim in summa dimidia, nec aliter variare. Sed bene respectu diuersorum feudorum, imò etiam respectu eiusdem feudi, si plurium mutationum relevia debeantur. quia respectu vnius mutationis poterit eligere fructus anni, & respectu alterius dictum proborum, vel pro singulis mutationibus tot singulos annos immediate sequentes, vt dictum est supra §. 2. *gloss.* 4. *q.* 6. *nu.* 47.

¶ Antequam ad seq. glos. procedam quæro, vtrum hic §. habeat locũ etiam in feudis incorporalibus? Respon. clarum est quòd sic, si redditum habent incertum, vt iurisdictio: idem si certum sed non omni respectu, vt feudum consistens in redditu vel pensitatione perpetua decem doliorum vini, vel decem modiorum frumenti quolibet anno, quoniam æstimatio incerta est & variabilis. Si autem redditus sit omni respectu certus, liquidus, & inuariabilis, vt redditus centum librarum annuarum infeudatus: Tunc dico non esse locum dispositioni huius §. circa triplicitatem & actionem relevij: sed debetur vnicum vniforme relevium, videlicet pẽsio vnius anni. Et sic dum vassallus fecit oblationes suas, non te-

netur ſeruare nec exprimere formam huius §. ſed ſatis eſt offerre pēſionem vnius anni pro releuio. Ratio, quia conſtat hoc eſſe debitum, & non poſſe plus nec aliud peti quoniam hoc caſu ceſſant & verba & mens huius §. De mente conſtat ex quo redditus eſt omni reſpectu liquidus: Et quo ad verba apparet ea non conuenire in huiuſmodi feudo. quia manifeſte loquuntur in feudo habente redditum incertum, & non liquidum. Igitur in aliis ceſſat diſpoſitio. iuxta glo. & Bar. in *l. mancipia. in ver. aduocandum. C. de ſer. fugi.* Cæterum quomodo vniuerſi fructus veniant in genere ſuo, ad ratam tamen vnius anni reſpectu quantitatis limitētur, vide *in §. ſeq.*

SVMMARIA GLO. III.

1. *Oblatio vaſſalli poſteriori mora abſorbetur.*
2. *Generalis oblatio iurium feudalium non valet.*
3. *Iſtud dictum proborum non indiget homologatione.*
4. *Reductio ad arbitriū boni viri perpetua eſt vel temporalis ſecundū naturam materiæ ſubiectæ.*
5. 6. *Quāta læſio requiritur, vt ſit locus reductioni.*
7. *Vtrum æſtimatores debeant iurare.*
8. *Æſtimatores publici præcisè cogūtur, nō priuati.*
9. *Arbitratores diſcordes nō poſſunt eligere tertiū, niſi data ſit ei poteſtas à partibus, nec requiritur expreſſio certæ perſonæ, niſi in veris arbitris.*
10. *Nec requiritur ætas viginti annorum niſi in veris arbitris.*
11. *Diſcuſſio §. ſi plures in l. diem proferre. D. de arbi. & c. 1. eo. in 6.*
12. *Noua reſolutio, an maiori ſummæ inſit minor.*
13. *Dupliciter accipi poteſt plures arbitres in minorem ſummam conſentire.*
14. *Confutatur gl. fin. in fi. c. 1. de arbi. in 6.*
15. *D §. ſi plures tanquam exorbitans in ſtrictis terminis ſuis reſtringi debet.*
Et nullo modo ſeruatur in hoc regno Franciæ.
16. *Virū iſti probi viri poſſint arbitrari præſtandū pro releuio, aliud à pecunia & fructibus feudi*
17. *Non poſſunt arbitrari præſtandum ingerum terræ, vel reditum aut ino annuum.*
18. *Quæ ſit recta ratio huius arbitramenti.*

GLO. III. IN VER.

Le dict de preud'hommes.

IN ver. proborum arbitramentum.

1. Si patrono non placeat eligere reditum vnius anni, ex eo forte quòd non vacat intendere collectioni vel locationi fructuum vnius anni, vel quòd non vult adeo oneroſus eſſe vaſſallo, vel quòd prompta pecunia vel ſubſidio indiget, nec tamen contentetur ſumma (vt ſolet eſſe exigua) oblata per vaſſallum. Tunc negotium committunt arbitramento ſeu æſtimationi bonorum & prudentum virorum, & quòd illi arbitrati fuerint tenetur vaſſallus pendere patrono. Alioquin ſi feudum ſit prehenſum, patronus continuabit frui in damnum vaſſalli, ſine deductione releuij: vel ſi nondum erat prehenſum, poterit iuſte à patrono prehendi cum mero lucro fructuum. nec protegent vaſſallum oblationes ſuæ quantumcunque plenæ & ſolennes, quia poſteriori mora abſorbentur. *l. illud. D. de peri. & commo. rei vend. cum vulg* Non enim prorſus reſoluitur: ſed magis ſuſpenditur prehenſio feudalis iam facta per ſequentes oblationes iuſtas, niſi ſecuto effectu, & patrono ſatisfactum ſit, vt dicemus *infra* §. 45 Hic poſſet late deduci materia arbitratorum, ſed remitto ad no. per Bar. & omnes *in l ſocietatem §. arbitrorum. D. pro ſocio. in l. ſi quis arbitratur. D. de verb. oblig. in l. fi. C. de contrab. empt. & vendi.* per Imol. & canon. in *c. quintanallus. de iureiuran.* Et ſolum tangam quæ vſum & praxim huius conſuetudinis concernunt.

2. Et primo circa formam oblationis vaſſallus nouus debet offerre fidelitatem, & pro releuio prouentum vnius anni, vel quantum boni viri arbitrabuntur, vel certam ſummam, puta decem libras ad electionem patroni, ſecundum formam huius §. Alioquin oblatio iurium debitorum in genere non valeret, vt dicemus ĵ. §. 45. & effectus erit quòd ex tunc ſi feudum iam prehenſum ſit, ceſſabit effectus præhenſionis, non tamen emancipabitur feudum donec patrono ſatisfactum fuerit. Si autem patronum forte prehenſionem ad parentem anteuertat, vaſſallus iuſta hac oblatione, non poterit fieri prehenſio, donec per ſequentem moram vaſſalli abſorpta ſit oblationis diligentia. Si autem patronus eligat prouentum feudi vnius anni, videbitur de effectu in §. ſeq. Si autem eligat quid à probis viris arbitrabitur.

3. Tunc non eſt dubium quòd communi conſenſu poſſunt patronus & cliens conſentire in vnum, cuius dicto ſtare tenebuntur. Quòd ſi nolint conuenire in vnum, duo aſſumentur, alter à patrono, alter a vaſſallo nominandus, quorum concordi dicto tenebuntur ſtare. * nec opus erit aliqua forma homologationis, quæ in ſententiis arbitrorum practicari ſolet, de quo ſcripſimus ĵ. §. 167. quum non ſint arbitri compromiſſarij, ſed meri arbitratores extra iudicium: & etiam non indigeat patronus confiſcatione iudiciali dicti arbitramenti, ad hoc vt illud faciat exequi contra vaſſallum. eúmque cogat quod iuſtum eſt ſoluere, quum promptiorem & vtiliorem viam habeat patronus, feudum iure feudali exequendo, & fructus lucrando ſine deductione contentorum in arbitramento, donec vaſſallus paruerit & ſoluerit cum effectu.

* An dictum proborum debeat homologari.

4. Et hoc niſi præfati arbitratores inique arbitrati fuerint: tunc enim grauatus poteſt via exceptionis aut officio iudicis petere reductionem ad arbitrium boni viri, *arg. l ſi libertum. D. de oper. libert. l. hac venditio. in princ. D. de contrab. empt. l. in perſonā §. generaliter. D. de reg. iur. cum ſimilib.* Quod procedit ſiue ſcienter ſiue ignoranter, vel etiam bona fide nimium exceſſerint vel defecerint: quoniam iſtud arbitrium confertur expreſſe ſub qualitate proborum virorum, & ſic de ſe tacitam importat conditionem ſi rectè & æquabiliter arbitrentur, quemadmodum boni & prudentes viri facerēt. per ea quæ not. Bal. in *extrauag. ad reprimendum. in verſ. videbitur quomodo in læſa cri. maieſt. pro.* per Bar. & omnes in *l. 1. D. de leg. 2. Cano. in cap. ſi pro debilitate. de offic. deleg.* Lanfran. de Oria *in tract. de arbi. col. 6.* per Iaſ. in *l ſi ſic legatum. in princ. D. de lega. 1.* Et huiuſmodi reductio (niſi aliud arbitramentum ex poſtfacto & ex certa ſcientia ſit approbatum) perpetuo * durat, quemadmodum & ius vel actio ſuper qua interponitur per nota. Bartol. in *d. §. arbitrorum nu* 14. Innoc. & communiter Canoni. *in d. cap. quintanallus.* Socin. in *conſilio* 220. *viſo compromiſſo. col. 3. lib. 2*

* An reductio ad arbitrium boni viri ſit perpetua.

5. Sed vlterius breuiter & deciſiuè procedendo quæro, quando dicantur inique æſtimaſſe vel arbitraſ-

Digitized by

se? Respond. Bar. in *d.* §. *arbitrorum. num.* 17. quando est excessus in sexta parte. *per l. vnde si Nerua cum l. seq. D. pro socio.* & sequuntur communiter doct. in *locis præfatis* & Lanfranc. de Oria. in *tra. de arb. par. vlt. q.* 14. Raph. Cuma. in *cons.* 50. *stante statuto ciuitatis.* & alij infiniti. & est communis fere omnium sententia. Et confirmatur per id quod modo diximus, huiusmodi arbitramentum tanquam in bonos & prudentes esse collatum. Et sic videtur quod nullam, saltem notabilem debeat recipere iniquitatem. Quibus non obstantibus in præsenti quæst. & materia huius §. breuiter dico, quòd ex parte vassalli, inique arbitrantur si plus æstimant quàm verisimiliter tempore arbitramenti ascendere possit reditus, integri anni totius feudi, ita quod plus grauatur vassallus, quàm si patronus eligeret prouentus anni. Et tunc debet reduci ad summam, ad quam probabiliter secundum mediocritatem & cõmunem æstimationem, & non secundum quod quantiplurimi, ascenderent fructus totius integri anni. Ex parte veri patroni, dico esse arbitrarium, arbitrio iudicis ad quem recurrere licet tanquam ad virum legis * præsumptione bonum. *l.* 2. *C. de offic. iudic. l. continuus.* §. *cùm ita. D. de verb. oblig. l. vir bonus. D. iud. sol.* non tamen reprobo, sed approbo communem sententiam, regulariter, & maxime in materia diuisionum, vt plene dixi j. §. 147.

* Præsumitur pro iudicio.

6. Sed in hac materia alia ratio pactum reformat, quoniam istud arbitramentum nullomodo debet excedere prouentum anni. *per l.* 1. & ibi Bar. *D. de reb. dub.* Sed potest & debet mediari inter prouentus anni, & summam exiguam à vassallo oblatam. Et sic quantum ad excessum habet determinatos limites, ex vi & natura primæ partis alternatiue, vt non debeat excedere, nec magis grauare, quàm electio prouentum anni, quemadmodum eadem ratione, quantum ad defectum habet præfixos limites, vt non debeat minus, imò plus habita ratione prouentuum feudi æstimari quam summa à vassallo oblata. Igitur si arbitrentur inter valorem reddituum, & quantitatem summæ oblatæ, certum est quòd nullus potest esse excessus ex parte vassalli. Imò etiam si præcise tantum arbitrentur soluendum quantum ad omnes reditus anni ascenderent, non puto vassallum posse conqueri. Si vero minus arbitrentur, quàm vassallus sub certa summa obtulerit, iuste conqueri potest patronus, nisi forte vassallus per errorem nimis obtulisset, & pœnituisset ab errore, quod facere potest, vtpote re integra, & ex quo summa illa non fuit acceptata. Si vero arbitrentur iuxta summam semel oblatam à vassallo, si illa summa fuerit proportionabilis, & parum distans à iusto valore prouentuum anni. puto etiam bene arbitratum, nec posse patronum queri quod non fuerit factum augmentum non necessarium. Si vero arbitrentur vltra summam semel oblatam, sed adhuc notabiliter minus iusto valore prouentuum anni: tunc si quidem minus dimidia prouentuum habita deductione sumptuum, & interuallij temporis & periculi fructuum, & omnino puto patronum conqueri posse, & petere suppleri vsque ad verisimilem proportionem valoris fructuum sub prædicta deductione. Si vero non sit defectus nisi infra dimidiam, non puto temere admittendam querelam, nisi forte appareat de dolo, vel alias de manifesto defectu & valde notabili, puta tertiæ vel quartæ partis in magnis feudis. nec puto in hac parte defectum etiam apparentem solius sextæ partis admittendum. ad quod facit quòd natura feudorum est vt erga vassallos potius benignitas quàm exactus rigor exerceri debeat. vt per Bal. in *cons.* 429. *quidam nobilis lib.* 1.

7. An * autem isti æstimatores debeant iurare? Videtur quòd sic, per text. in *l. hac edictali.* §. *hic illud. ver. mobilium vero. & ibi* Io. Fab. Bal. Salic. *C. de iur. cund. nupt. in auth. de non alien.* §. *quod autem col.* 2. tradit Bar. in *l.* 1. §. *D. de vent. inspic. in l. Theopompus. D. de dot. prælc.* Luc. de Pe. in *l.* 1. *C. de naui-*

* Verum æstimatores debeant iurare.

A *cula. lib.* 11 Respond. Acta assumuntur in iudicio quod redditur in inuitos, & debent iurare. Ita loquitur tex. in *d.* §. *his illud.* & Bar. in *d. l. Theopompus. col.* 2. Vbi plus dicit quòd si certæ personæ ad hoc assumantur à iudice de consensu partium, siue aliàs sint ab eis approbatæ, non requiritur quod iurent parte præsente vel citata. ad quod pulchre Las. *cons.* 200. *Tria subtiliter col.* 3. *lib.* 2. Aut vero extra iudicium assumuntur communi consensu partium, & nullum requiritur iuramentum, nulla forma, nisi forte à partibus præfigatur, quia tunc seruari debet, & non excedi. *l. quid tamen. l. non distinguemus.* §. *de officio. D. de arbi.* Debent tamen simul conuenientes communicato consilio & deliberatione huiusmodi æstimationem facere, quoniam alter B ab altero instrui, vel in sententiam trahi potest. *l. si tres. cum l. seq. D. de arbit.*

8. Quid si æstimationes nominati nolint negotium suscipere vel præmoriantur? Respond. absque dubio ab eorum personis receditur, & alij nominandi sunt, cùm præcedat contractus & obligatio perfecta. per not. glo. & doct. in *l. si. C. de contrab. empt. in l.* 1. *D. de lega.* 2. Quòd si suscepto negocio intempestiue recusauerint, tenentur ad interesse, nisi propter culpam partium, vel ex iusta superueniente causa recusent, iuxta not. in simili. in *l. si mandauero. in fi. cum l. seq. D. manda.* Non autem præcise cogi possunt ad factum quum non sint arbit. Et sic cessat *l. item si vnus. D. de arbit.* nec aliàs sunt publicæ personæ. Secus si publici æstimatores essent ad hoc nominati, quia præcisè cogi possent à iudi- C ce per no. Bar. in *l.* 1. §. *cura carnis. D. de offi. præfect. vrb. in l.* 3. §. 1. *D. de nau. caupo. stabula. in l* 1. *D. fur. aduer. nau.* Bal. Salic. Paul. Alex. in *l. inuitus. C. de procurato.*

9. Si autem discordauerint non possunt eligere tertium: sed hoc spectat ad partes, vel ad iudicem, sicut non possunt alium loco suo subrogare quum electa sit industria. Et hoc nisi à partibus data sit eis potestas tertium assumendi, quod valet etiam si non sit actum de certa persona, quamuis * aliud sit in veris arbitris *d. l. item si vnus.* §. *si in duos.* vbi non valet compromissum in duos, cum potestate eligendi tertium quem voluerunt in casum discordiæ: sed debet exprimi certa persona. quia hoc locum habet in veris arbitris: secus D in arbitratoribus. vt est text. iuncta gloss. & ibi Panor. in *c. pœnult. de arbit.* Ludouic. Roma. in *singul.* 163. tu habes.

* Differentia inter arbitros & arbitratores.

10. Sed nunquid potest nominatus à vassallo recusari per patronum, vel reprobari ratione imperitiæ aut suspicionis & è diuerso? Respond. sic, quia debet fieri æstimatio à peritis in hoc text. *in auth. de non alien.* §. *quod autem. ibi, d finiatur ab architectis. colum.* 2. & non suspectis, & de arbitrio, text. in *l. non distinguemus.* §. *cum quidam. D. de arbitr.* Et idem puto in mero arbitratore, quicquid scripserit Bapt. de sancto Blasio· *in tract. de arbit. & arbitra. q.* 40. Et nisi de idoneis conueniant iudex eligat, vt no. Bar. in *l. creditores adfi. C. de pig.* Bar. in *l.* 2. *col. fi.* & ibi Sali. *col. pe. C. de rescin. empt. & vend.* Angel. in *d* §. *quod autem.* E & latè Pantha. de Cre. in *repet. d. l.* 2. *col.* 65. Consentientibus autem partibus in vnum vel plures arbitratores vel æstimatores, non curatur an sint maiores vel minores viginti annis. quia *l. fi.* C. *de arb. & l. cum lege D. eod. titu.* non habent locum in arbitratore. vt ibi per docto. & Bapt. de sancto Blasio in tractat. *de arbit. & arbitra quæst. 6. 9.*

11. Quid si conuenerint in tres, & vnus arbitratur soluendum pro releuio trecentum, alius ducentum, tertius centum? Aduerte quia non videtur hic esse quæstio quum sint text. aperti in simili in *l. diem proferre.* §. *si plures. D. de arb. in c.* 1. *eo. in 6.* Vbi expressè dicitur standum dicto minoris quantitatis. Et licet illi text. loquantur in veris arbitris, tamen eadem est ratio in arbitratoribus. patet, quia hanc solam rationem

reddunt illi text. quòd in minorem ſummam omnes conſenſerunt, quoniam in maiori ſumma minor ineſt: & ſic qui vult maiorem ſummam præſtari implicet minorem præſtandam eſſe. Et ita pariter in arbitro & arbitratore ſcribit Lanfran. de Oria. *in tract. de arbitris col.* 22. *q.* 12. Sed vero (licet audacter) dicam quod ſentio, magna eſt æquiuocationis fallacia, in vulgato illo dicto quod in maiori ſumma minor ineſt, in quo explicando doct. anxiè torquentur, & multis & variis modo diſtinctionibus, modo ampliationibus, & fallentiis inuoluuntur. in *l.* 1. §. *ſi ſtipulandi D. de verb. oblig. & alibi.* Ego autem in miſcellaneis meis, rem ipſam penitius priuato ſtudio ſpeculatus, ſic breuiter explicaui. 12. Dum quæritur, An maiori ſummæ minor inſit? Reſpond. Dupliciter* hoc conſiderari poteſt, Primo naturaliter ſiue phyſicaliter. Secundo intentionaliter ſiue ciuiliter, ſeu quantum ad diſpoſitiones hominum, quæ ſecundum intentionem regulantur. Primo modo. notum eſt ad ſenſum poſita maiori quantitate minorem illi neceſſario ineſſe: ſicut in maiori numero ineſt minor, vt apud logicos in prædicamento quantitatis. Et apud Arithmeticos & Geometras, ſicut & apud Iureconſultos pars ineſt toto, ſiue in toto integrali, *vt in l. ſi quis cum totum. in princ. D. de except. rei iudic.* ſiue in toto quantitatiuo, *vt in l. cum furti. D. de in lit. iurand.* ſiue in toto quotitatiuo, *vt in l. qui quartam in princ. ibi quartam ineſſe dimidiæ. D. de lega.* 1. Et hoc in poſitiuis ſeu affirmatiuis orationibus: ſed in negatiuis, nihil infertur vel negatur de minori quantitate vel ſumma. Secundo modo, tunc demum minor pars ineſt maiori, quando intentio diſponentis æque vel multo fortius adaptetur & conuenit minori. Sed quando intentio eſt limitata ad maiorem quantitatem, ita quod in minori ſeorſum vel per ſe tantum manente non conſentitur, tunc minor ſumma ineſt maiori, quoniam diſpoſitio hominis de maiori ſumma, hoc caſu non verificatur nec ſuſtinetur in minori, imò ab illa deficit. Et iſtud apertiſſimè probatur in *l. ſi decem. D. loca.* Vbi ſi dominus locet feudum ſuum decem æſtimanti ſe quinque conducere, nihil agitur: ſed ſi dominus æſtimet locare pro quinque, conductor autem putet ſe decem conducere, valet locatio pro quinque. Et ratio primi dicti eſt, quia dominus non erat minoris locaturus, & intentio ſua erat limitata ad maiorem quantitatem, ita quòd non contentabatur minori, & non poteſt ſubſiſtere locatio in minori quantitate, ſed deficit deficiente conſenſu, & reſiſtente intentione. Ratio ſecundi dicti eſt, quoniam conductor æque ſeu multo fortius erat conſenſurus in quinque, & ſic ſubſiſtit locatio in quinque, quia in minori ſumma vtriuſque partis intentio vere concurrit. Et ita debet intelligi *l.* 1. §. *ſi ſtipulanti. D. de verb. oblig.* vt procedat in ſtipulatore non habente intentionem limitatam ad maiorem ſummam, ſed qui etiam minorem ſummam accepturus erat, vt in eo qui donationem vel precarium ſtipulatur, quod etiam ibi vult Bar. Et hæc noſtra reſolutio procedit ſiue verba & oratio proferantur affirmatiue, vt in prædictis: ſiue negatiue, vt in exemplo *l. ſi voluntate. C. de reſcind. empt.* vbi in tractatu emptionis & venditionis, ſi venditor dicat ſe non addicturum pro centum, implicat quod nec pro nonaginta nouem vel alia minori ſumma: ſi vero emptor dicat ſe non daturum centum, non ſequitur quin minoris emere velit. Et ſic negatio maioris ſummæ, modo negat, modo non negat minorem ſummam pro intentione loquentis.

13. Et hic eſt breuis intellectus & concordia dictorum iurium. Modo videamus an dicta noſtra conueniant ſententiæ I. C. Iuliani, quam ſequitur Vlpia. in dicta *l. diem proferre* §. *ſi plures D. de arbit.* & Boni. 8. *in cap.* 1. *de arbi. in* 6. Et certe cum arbitri non ſeorſum, ſed in communi debeant arbitrari: Tum vt alter ab altero informetur, certiúſque & ſolidius collatione rationum fit iudicium. Tum vt alter ſi commodo fieri poſſit alterum in ſententiam trahat iuxta *l. ſi in re. D. de arbit.* Si ſimul corpore conuenientes non poſſint animo coire in eandem æqualem ſummam, ſed vnus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque condemnet. Et vnuſquiſque eorum in propria ſententia perſiſtat, nec aliter velint inuicem cedere aut accedere. Certum eſt quod non ſunt concordes, quicquid aduſque ſcriptum ſit, ſed diſcordes. Præterea non committuntur arbitris niſi negotia controuerſa, & in quibus compromittentes de toto debito, vel quantitate ſummæ debitæ principaliter diſſentiunt, & prætendens maiorem ſummam non contentatur minori, ſed ab ea diſſentit. Cùm igitur ſententia arbitrorum referatur ad concluſiones partium, ille arbiter qui maiorem ſummam præſtandam arbitratur, non conſentit in minori, quia de ea non contentatur, quod patet: Tum quia perſiſtit in ſententia, & non vult cedere minus arbitranti: Tum quia ſententia ſua refertur ad libellum ſeu concluſionem partis maiorem ſummam petentis, quæ non vult conſentire nec contentari in minori. Ex quibus liquido apparet quòd intentio & ſententia arbitri maiorem ſummam arbitrantis, eſt limitata ad illam maiorem ſummam, ita quod in minori ſumma per ſe tantum ſumpta non conſentit, ſed ab ea diſſentit. Quî igitur ſtare poteſt illud dictum Iuliani, in minorem ſummam omnes conſentire? Reſpond. in eo dicto magnam eſſe æquiuocationem. Eodem enim themate retento, * dupliciter dici poteſt omnes in minorem ſummam conſentire. Primo modo ſimpliciter formaliter & vniformiter. Secundo modo ſecundum quid & præſuppoſitiuè: & hoc ſecundo dumtaxat modo intelligitur illud dictum Iuliani. Sed primo modo impoſſibilè eſt intelligi, quia arbitrantes maiores ſummas diſſentiunt formaliter à minore ſumma, quia nolunt illa contentari: ſed bene præſupponunt ad minus hanc minorem ſummam omnino deberi, & præſtandam eſſe, & hoc reſpectu in illa conſentiunt, & conſequenter omnes, quia verum eſt omnes velle quinque ad minus præſtari. Conſentiunt igitur omnes in quinque, ſed ſecundum quid & diffor-

14. Secundo ex communi & vera ſententia gloſſ. & doct. Angel. Aret. Iaſ. in *d. l.* 1. §. *ſi ſtipulandi. D. de verb. oblig.* quod vbicunque loquens de maiori ſumma exprimit vel proteſtatur quod non vult minorem contineri, non continetur. Idem Paul. Rom. Alexand. Iaſ. in *l. inter pares D. de re iud.* vbi ita limitant illum text. & *d.* §. *ſi plures & d. c.* 1. *de arbi. in* 6. vbi idem tenet Philip. Franc. hinc Bald. in *conſ. incip. & ſi præmittere in fi. quod eſt conſi.* 155. *lib.* 1. *ſecundum veterem impreſſionem & conſ.* 287. *lib.* 2. *ſecundum nouam.* dicit quòd *d.* §. *ſi plures in fi.* non habet locum & non valet ſententia arbitrorum tanquam diſcordium, & non valentium reduci ad concordiam ſi vel ex aliqua coniectura vel differentia appareat arbitros nolle concordare, & cedere inuicem ad minorem vel aliam certam ſummam, Et hæc eſt ipſiſſima veritas & naturalis iuſtitia. Et ſic manifeſte eſt * falſa opi. glo. fi. *in fi. in d. c.* 1. *de arbi.* quæ voluit d. proteſtationem non valere, & male, quamuis eam ſequatur ibi Gemi. Lanfran. de Oria. *in tract. de arbit. col.* 23. *quæſt.* 12. Andr. Alciat. in *l. deteſtatio. col.* 3. *D. de verb. ſig. & in l.* 1. §. *ſi ſtipulandi num.* 22. *de verb. obli.* Sed (vt prædixi) ſatis appareret ex modo procedendi & ſententiandi arbitrorum, quod nolunt conſentire in minori ſumma per ſe, &

* Noua reſolutio, an maiori ſummæ inſit minor.

* Conſenſus formalis vel ſecundum quid.

* Reprobatur gloſſ. *ſi. in fi. c.* 1. *de arbit. in* 6.

Google

illud quod perſiſtunt ſinguli in propria ſententia, æquipollet expreſſæ proteſtationi quòd nolunt cedere nec conſentire in ſententiam alterius etiam de minori ſumma. Verum eſt quòd cùm duo condemnant in decem, vnus in quinque, prævalet abſque dubio ſententia duorum, tanquam maioris partis formaliter in eandem ſummam & ſententiam conſentientis, vt etiam rectè declarat text. in *d. c. 1. de arbi. in 6.* quod non eſt dicendum quando vnus in decem, alius in quindecim, tertius in quinque: quia duo primi non conueniunt propriè & formaliter in decem, ex quo alter eorum aſcendit ad quindecim, & non contentatur de decem: & ſic ambo ſimpliciter diſcordant, & non concordant ſimpliciter etiam in decem. Et eadem ratione dicendum eſt (& eſt veritas) quod omnes formaliter & ſimpliciter non conſentiunt in quinque, ſed tantum ſecundum quid, vt dixi,

15. Ex quibus patet literam dicti §. ſi plures. in fi. impropriam eſſe, exorbitantem, & merè poſitiuam, & nullo modo extendendam, ſed magis limitandam. prout Bald. in *l. 1. in prine. C. de ſenten. quæ ſine certa quanti. &c. in d. conſil. eam limitat.* Et expreſſim in terminis quæſtionis noſtræ, quòd dict. §. *ſi plures in fi.* ſolum habeat locum in veris arbitris litis deciſuris in quibus loquitur, & non in arbitratoribus, vel arbitris aſſumptis ſuper declaratione pretij vel mercedis, in quibus loquimur, decidit Bald. in *d. l. ſi decem. per illum text. & loca.* imò magis per rationem & iuſtitiam naturalem: & ſequitur Philipp. Franc. in *d. c. 1. col. 2. in fi. de arbit. in 6.* idem etiam quod non habeat locum in arbitratoribus ſeu æſtimationibus variè referentibus, & quod non ſtetur minori ſummæ, decidit Salic. *in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecun. nup.* Et ſic concludo quod ſi huiuſmodi arbitratores vel ſimiles diffortiter arbitrati ſint: non valet eorum arbitramentum etiam in minori ſumma, nec in ea videntur concordare prout nec in veritate concordant, ſed ſinguli a ſingulis diſſentiunt per prædicta. Et ita etiam de iure ſcripto dicendum eſſet etiam in veris arbitris, niſi etiam poſita litera* *d. §. ſi plures in fi.* quæ ideo non ſeruatur apud nos, quia dictis legibus non ſubditur inquantum poſitis, ſed inquantum rationabilibus, & in vſum receptis, vt dixi ſupra in proœmio *gl. 1.* Vnde apud Francos, ſententia etiam à veris arbitris iudicialiter procedentibus, vel etiam à pluribus iudicibus lata, qualis recitatur in *d. §. ſi plures. in fi. & in dicto c. 1. de arbit. in 2. reſpon.* eſſet ipſo facto nulla tanquam à diſcordibus lata. Potuiſſem hac vltima breui concluſione quod ſentio exprimere, ſed in rebus nouis, aut ſilendum eſt, aut apertæ rationes adducendæ ſunt *iuxta l. pe. C. de conſt. prin.* Fuſius tractaui in collectaneis meis, ſed quàm breuius potui, perſtrinxi. Et hæc nat. tanquam noue à nobis diſcuſſa.

16. Vlterius quæro, vtrum iſti boni viri poſſint arbitrari certos equos patrono præſtandos, vel operas, aut aliud quam pecuniam? Et videretur, quòd non poſſint aliud præſtandum arbitrari, quam de fructibus aut redditibus feudi, aut ſummam pecuniæ, iuxta conditionem & qualitatem cæterarum ſpecierum alternatiue in hoc §. coniunctarum, *arg. l. 1. de rebus dub.* Breuiter dico quòd ſi fuerint aſſumpti ad quantitatem ſummæ, vel fructuum, vel alterius generis taxandum, non debent egredi formam & limites mandati. *l. diligentes. D. manda. l. non diſtinguemus. §. de officio. D. de arbit.* Si verò nihil fuerit eis præfixum, ſed ſimpliciter aſſumpti ſint ad arbitrandum dictum proborum, de quo in hoc §. dico quòd hoc importat quid, quale & quantum debeat eſſe iſtud dictum arbitrorum electum à patrono. Et ſic nedum habent poteſtatem arbitrandi ſuper quantitate, ſed etiam ſuper qualitate, & quidditate. Nedum igitur arbitrari poſſunt certam ſummam præſtandam, ſed etiam certos fructus aridos vel liquidos, puta decem vel centum dolia vel modios vini vel frumenti ſecundum qualitatem feudi: vel partim pecuniâ, partim fructus, vel etiam tot equos, aut aliud, dummodo perſonis vaſſalli & patroni conueniat. Debent enim tanquam boni & prudentes viri arbitrari, habita ratione dignitatis & qualitatis feudi ſeruientis, & perſonarum. Alioquin licebit non parere, & reductionem ad arbitrium boni viri petere.

17. Quid ſi arbitrentur iugerum terræ præſtandum, vel reditum annuum? puto non valere arbitramentum, tanquam tranſcendens ad res* alterius generis, quàm ſuper quo deputati ſunt. Ex natura enim releuij (quod non cadit in præſtatione immobilium) non cenſentur deputati niſi ſuper certa ſumma, fructibus aut aliis mobilibus, perſonis deputantium congruentibus, & ſuper ſolutione ſemel facienda. Vnde puto, quod non poſſunt arbitrari operas facti ſucceſſiui, nec ad hoc obligare vaſſallum loco releuij, quoniam veriſimiliter illud tanquam nimis remotum non fuit cogitatum, quamuis in ſumma vel re ſoluenda, poſſint vnam vel plures dilationes non multum incommodas apponere.

* Arbitrium tranſcendens ad res alterius generis non valet.

18. Debent autem in æſtimatione ſua habere rationem nedum fructuum ordinariorum & domanij feudi, ſed etiam ſubfeudorum, & cenſuum, & quantum iura dominicalia, & ſimiles obuentiones probabiliter valent in anno. Et ad hunc finem puto patronum iuſte poſtulare poſſe, vt vaſſallus exhibeat chartas & inſtrumenta locationum & reddituum feudi iſtis arbitratoribus, vt melius arbitrari poſſint. *arg. §. ſeq.* Si autem vaſſallus teneat in manu ſua ſubfeuda vel cenſualia prædia à feudo dependentia, non aliter vnita, non debet haberi ratio ad fructus horum, ſed ſolum ad commoda quæ pro rata vnius anni prouenire poſſent ex iuribus dominicalibus. Et pariter ſi vaſſallus de facto infeudauerit, vel in cenſum, vel reditum conceſſerit partem feudi ſui ſine conſenſu & approbatione patroni, debent fructus rerum conceſſarum æque conſiderari, ac ſi remanſiſſent in domanio feudi, prout reſpectu patroni ſemper remanſerunt & remanent *vſ. §. 51. 55.*

* De §. ſi plures. non ſeruatur in hoc regno.

SVMMARIA GLO. IV.

1. *Verbum ſumma.*
   Formaliter fit, quod melius fit.
2. *Non modicitas ſummæ, ſed, nugatio vitiat oblationes.*
3. *Sat eſt hanc ſummam verbaliter offerri.*
4. *An ſufficiat compenſare? Reſp. ſi modo compenſatio de certo & liquido offeratur.*

Digitized by Google

GLO. IV. IN VER.

Vne somme pour vne fois.

* Verbum summa.

SVper verſic.* ſumma ſemel ſoluenda, puta decem vel centum libræ, vel tot aurei. Iſtud enim verbum ſumma intelligitur de pecunia in nummis ſecundum propriam ſuam & communem ſignificationem. Quandoque tamen ex vi relationis & mente loquentis impropriatur, vt cõprehendat nedum pecuniam numeratam, ſed etiam cæteras res corporales & immobiles, vt in *l. quiſquis D. de legat.* 3. Si tamen forte vaſſallus nullam offerret ſummam in pecunia numerata, ſed loco ſummæ offerret gemmam, vas aureum, equum inſignem, vel aliam ſpeciem congruentem patrono, & ei vtiliorem, puto validam eſſe oblationem, quia qui pinguius adimplet, dicitur adimplere in forma ſpecifica. & * forma mandati dicitur obſeruari, quando mandatum pinguius adimpletur, text. in *l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauit. Ibi, quod ſi ex parte inſit, poteſt, ea eſſe adire*, vbi Bal. Imol. *not. D. de acquir. vel amit. hæred.* Alex. Iaſ. in *l. puberem. C. de iur. delib.* Alex. Iaſ. in *l. 1. §. ſi ſtipulanti. D. de verb. oblig.*

* Formaliter ſit, quod melius ſit.

2. Cæterum cùm huiuſmodi ſumma hic non taxetur, eſt in arbitrio vaſſalli. Vnde non vitiantur oblationes, etiam ſi * modicam ſummam, vix quadrageſimam partem reddituum vnius anni feudi aſcendentem offerat: quod intelligo dummodo non ſit omnino contemptibilis, vnde ſi loco ſummæ offerret quadrantem, vel ſolidum Turonenſem, puto oblationes vitiari, & poſſe contemni à patrono cum effectu prehendendi feudum, vel prehenſo fruendi, etiam ſi cætera, puta reditus anni, & arbitramentum proborum expreſsè oblata eſſent, quoniam ſatisfaciendum eſt honori debito patrono, & formæ huius conſuetudinis, quæ reſpectu ſummæ non impletur vili nummulo oblato, eſſet enim nugatoria oblatio *arg. l. ſi quis conduxerit D. loca. l. ſi quis ante. D. de acquir. vel amit. poſſ.* Vbi locatio facta vno nummo (quod intelligo de vili) nulla eſt, quoniam vnus nummus non facit mercedem, pretium, nec ſummam, ſed eorum eſt principium, ſicut vnitas non eſt numerus, ſed principium numeri. Imò etiam plures nummi in * minima ſumma, propter nimiam diſproportionem nugationi proximam non ſufficerent ſecundum Bal. in *d. l. ſi quis conduxerit.* fac. quod parum & nihil æquiparantur, *inſt. ad leg. Fal. in prin. ibi nullo aut modico lucro. c. licet cauſam §. quanquam ver. nulla vel modica. de proba.* Bald. in *rub. an mutus vel imperfec. in vſib. feud.* Quibuſdam in locis ſumma huiuſmodi ad marcham argenti taxatur, in aliis (quòd vtilius eſt) taxatum eſt quid & quantum debeat arbitrari & ſolui pro releuio, vt in conſuet. Carnot. §. 12. 13.

* Offerens modicum aut moderatum vaſſallus audiendus.

* Parum & nihil æquiparantur.

3. Quæro, vtrum iſta ſumma ſemel ſoluenda debeat realiter * offerri per vaſſallum cum nummis paratis & exhibitis? Videretur quod ſic, quia procedit ab æſtimatione vaſſalli, qui certus & paratus accedere debet. Contrarium puto in terminis conſuetudinis noſtræ, quia nondum certus eſt vaſſallus, vtrum trium electorum ſit patronus. Et ſic ſufficit verbalis oblatio quantum ad vim oblationis in ſe. Quædam autem conſuetudines requirunt reales nummorum oblationes vt Carnotenſis, ſua quæque ſuo loco ſeruabitur.

* Offerri nõ debet hæc ſumma.

4. Item quæro, vtrum loco huius ſummæ poſſit offerre patrono compenſationem ſeu liberationem alicuius ſummæ pecuniariæ debitæ à patrono eidem vaſſallo? Videtur quod ſic, quia qui compenſat, ſoluit & compenſando impletur conditio de dando vel ſoluendo. *text. in l. Iulianus ait. D. de condit. & demonſtr. in l. ſi peculium. §. 1. D. de ſtatuliber.* Igitur multo plus eſt quam verbaliter offerre. In contrarium quia per hanc conſuetudinem requiritur oblatio certæ ſummæ ex parte vaſſalli ſoluendæ, ſi forte patronus eam eligat, & parendum eſt conſuetudini in forma ſpecifica. Nec obſtat quod compenſatio admittitur, vbi requiritur impleri in forma ſpecifica. *d. l. Iulianus ait.* quia hoc eſt verum regulariter etiam ad euitandum periurium, vt not. per *cap. ad noſtram. 1. de iureiurand.* per Barto. Angel. Raph. Cuma. in *l. amplius. D. rem ra. habere.* Sed hic alia ratio reformat, quia huiuſmodi oblatio iure feudali debetur in recognitionem dominij directi, & eſt velut quidam cenſus reuerentiæ, arg. not. per Bald. in *l. 1. col. 1. verſi. & hæc eſt differentia. D. de rer. diuiſ.*

5. Vnde non admittitur vlla compenſatio, cum alio quocunque debito, etiam ad euitationem pœnæ vel commiſſi, vt contra communem probaui, *j. tit. ſeq. §. 77.* Fateor tamen, quòd ſi vaſſallus alternatiue offerat certam ſummam ſoluere, vel eam * compenſare, non vitiari, imò magis iuſtificari oblationem. Reſoluendo tamen dico, quod ſi offerat certam ſummam, quam offert compenſare ſuper eo quod ſibi debetur à patrono, ſi debitum eſt liquidum, valida eſt oblatio per *d. l. Iulianus ait & ſimiles.* Tum quia patronus non debet mero rigore, nec verborum captatione vti erga vaſſallos. Non obſtat quòd ſcripſi in *d. §. 77.* quia illud procedit ad limitationem eius quod ſcribunt doctor. in *l. ſi conſtat. C. depoſi.* compenſationem ipſo iure fieri ad pœnam euitandam: quia hæc limitatio non procedit in commiſſo vel pœna quæ incurritur ex contemptu domini directi, propter imparitatem terminorum: ſed vbi compenſatio obiicitur ab homine, tunc habetur pro ſolutione, etiam in iuribus dominicalibus: quia oblatio compenſationis cum implicita ſolutione, importat omnimodam & æque perfectam recognitionem domini directi.

* Compenſationi circa iura dominicalia an ſit locus.

SVMMARIA GLO. V.

1. *Duplex electio expreſſa & interpretatiua,*
2. *Patrono negligente transfertur electio in vaſſallum.*
   Vna conſuetudo recipit ſuppletionem & declarationem ab aliis.
3. *An patronus poſt electionem variare poſſit?*
4. *Ad quem ſpectat fructus releuii, ſpectat eius electio.*

Digitized by Google

GLO. V. IN VER.

Au choix & election du Seigneur.

IN verbo ad optionem & electionem patroni. 1. Duplex est huiusmodi electio, quædam expressa, & fit per declarationem patroni declarantis se acceptare summam vel prouentum anni vel arbitramentum proborum. Quædam * tacita & interpretatiua. Et hæc fit quando ante oblationes vassalli feudum iam erat prehensum, deinde oblationes admissæ sunt à patrono, siue habitæ pro factis. Ex inde per annum integrum patronus fructus & oblationes feudi percepit vt prius, non facta nec aliter declarata electione: tunc enim fructus anni immediate sequentis dictas oblationes imputantur in releuium. Et censetur patronus illius anni prouentus pro releuio elegisse. Et ita in dubio interpretandum est in meliorem partem & quæ vitio caret. *l. in ambigua. D. de legib. l. quoties idem sermo. D. de reg. iur. cum vulg.* non autem præsumendum est quòd patronus obsequiosum vassallum frustrari aut damnificare voluerit. *l. merito. D. pro socio.* Secus si oblationes rite factæ fuerint ante prehensionem, deinde patronus manum iniecerit feudo ex defectu hominis & iurium, quia huiusmodi prehensio nulla est, nec habet vim electionis fructuum proximi anni pro releuio: sed tanquam nulla & iniusta retractanda est cum fructibus damni & interesse saluo iure patroni, in debita electione & perceptione releuij. Sed de consuetudine Carnotensi *ff.* §. 13. patronus post iustas oblationes infra quadraginta dies feudum prehendens, amittit releuium, vt patet rectè perpendendo literam *d.* § 13. quod intelligendum est in patrono habente notitiam dictarum oblationum, ne pœna liget ignotantem *c. 2. de const.* Alio modo non fieri posset tacita electio, quando patronus nec ante nec post oblationes attigit feudum. Sed auditis oblationibus vassalli tacuit. Et vassallus exinde per annum integrum feudum vacuum dimisit: tunc enim secundum consuetudinem Aureliarum §. 16. & de Lorriz §. 15. liberatus est à releuio, & imputatur patrono quod aliter non eligit, & quod per annum fructus vacantis feudi non collegit. Sed illud locale est, nec hîc aut vbi non est similis consuetudo, seruabitur.

* Electio tacita.

2. ¶ Sed si feudum non sit prehensum, & vassallus iusta domino offerat, requirendus est patronus, vt eligat intra competens tempus, aliàs electio transferatur in vassallum, quod per iudicem ordinabitur iuxta no. per Bar. & doct. in *l. cum qui certarum D. de verb. oblig.* Alioquin quantumuis oblationes factæ & admissæ sint, si nihil aliud actum sit, remanet patrono liberum ius petendi & eligendi releuium vsque ad triginta annos. Modo certum est instante vassallo tempus præfigendum patrono infra quod eligere debeat, *arg. l. mancipiorum. D. de obtin. legat.* imò intantum quod si infra illud tempus non eligat, electio transferatur in vassallum *per l. 1. D. de sola.* & in simili decidunt Bar. Paul. in *d. l. cum qui certarum* §. 1. *D. de verb. oblig.* Sed quæritur, quantum sit illud tempus. Respon. arbitrarium, quia ab hac consuetudine non determinatur, igitur, vt per *reg. l. 1. D. de iur. delib. ca. de consti. de offic. delega.* puto tamen arbitrandum esse tempus quadraginta dierum vel circa *per l. non possunt D. de legib.* quia consuetudo nostra fere in cæteris in materia feudali præfigit tempus quadraginta dierum vt supra §. 4. 5. 13. *& j.* §. 44. 47. & nominatim ad hanc electionem cæteræ consuetudines communiter simile tempus præfigunt, vt Carnotensis §. 11 Aurelianensis §. 14. de Lorriz §. 13. in his autem quæ dependent à statutis vel consuetudinibus, potest pro simplici suppletione vel declaratione (non autem pro noua & principali dispositione) recurri ad ea quæ frequenter & æquabiliter disponuntur in simili à cæteris huius regni consuetudinibus, tanquam tacite subintellecta, licet non scripta in consuetudine, quæ interpretationem, declarationem vel supplementum requirit, secundum ea quæ dixi supra in *proœm. glo. 1.*

3. ¶ Sed quid si patronus elegerit, deinde * variare velit, an possit? Videtur quod sic, re integra & antequam cœperit exigere cùm habeat electionem à lege. *d. l. cum qui certarum* §. 1. Resp. si nec adhuc vassallus sciuerit, vel sciens (si alius pro eo) non acceptauerit vel approbauerit, quamuis improbare non possit huiusmodi electionem, patronus variare poterit, quum omnia etiam ex parte vassalli integra sint, sed quamprimum electio fuerit à vassallo approbata vel acceptata, non puto vlterius patronum variare posse, propter vim taciti pacti de cæteris non petendis ex vnius acceptatione resultantis.

* Eligens an variare possit.

4. ¶ VLTIMO quæro, Quid si alius habeat vsumfructum feudi dominantis simpliciter, & non limitatum ad domanialia? Resp. ad hunc & non ad patronum spectat huiusmodi electio, quoniam est pars iurium vtilium. iura autem dominicalia spectant ad fructuarium etiam proprio nomine, vt satis deductum est *supra* §. 1. *gl. 1. q. 1. 2. 3.* Imo etiam cuilibet cedi possunt à patrono; & tunc cessionarius nomine suo iure cesso nedum tanquam procurator domini, poterit huiusmodi electionem facere per not. *supra* §. 1. *gl. 3.*

---

§. * L

* Hic articulus olim fuit 14.

LE seigneur feodal qui a choisi pour son droit de relief le reuenu d'vn an du fief mouuant de luy, peut, si bon luy semble, prendre iceluy reuenu: & est le vassal tenu de luy communiquer les papiers de ses receptes, ou luy en extraire la declaration sur iceux papiers aux despens du seigneur.

PAtronus, qui pro iure suo releuij legit prouentus vnius anni, potest si velit per manus suas eosdem prouentus percipere, & ad hoc tenetur vassallus chartas seu libros reditum exhibere patrono, vel eorum exemplum seu declarationem trahere impensis patroni. H. D.

Digitized by Google

SVMMARIA §. L.

1. *In quibus conueniunt patronus & fructuarius. Verba redditus, prouentus, obuentio generalissima.*
2. *In quibus differunt patronus & fructuarius.*
3. *Patronus, qui tanquam talis etiam iure simplicis relevij fruitur feudo, potest actus dominicales exercere in subfeuda: secus si tanquam priuatus fruatur.*
4. ¶ Q. 1. *Patronus iure simplicis relevij fruens feudo, lucratur relevium vel commodum subfeudi, quantumcunque magnum & rarum. In quo genere fructuum habeat locum diuisio pro rata temporis.*
5. ¶ Q. 2. *Patronus iure simplicis relevij fruens, non potest iure proprio retrahere subfeuda vendita.*
6. *Nec etiam procuratorio nomine vassalli sui nisi doceat.*
7. *Vassallus potest iure feudi retrahere subfeudum etiam inuito patrono, qui iure simplicis relevii fruitur feudo.*
8. ¶ Q. 3 *Vtrum patronus iure relevii fructus possit interim expellere vassallum à manerio seu habitatione propria?*
9. ¶ Q. 4. *An patronus debeat vassallum extraneo proferre in venditione vel locatione fructuum feudi.*
10. *Patroni est electio accipe libros reddituales vel eorum exemplum.*
11. *Eius est electio ad quem verba diriguntur.*
12. *Præfertur interpretatio æquabilior per quam vtrique parti melius consulitur.*

Hic §. duo disponit, primò, quòd patronus electis prouentibus anni, potest eos per manus suas percipere si velit, vel mercedem à colono debitam accipere vt j. §. 58. Secundo, quod si eligat per manus suas frui, tenetur vassallus communicare omnes chartas reddituum: & si patronus petat sibi tradi declarationem omnium reddituum feudi, tenetur vassallus hoc facere & fideliter à chartis & libris suis transcribere, impensis tamen patroni.

1. ¶ Quantum ad primum. Patronus quamuis pro hoc anno non sit vsufructuarius propriè, tamen in multis fructuario* comparatur. Vnde quemadmodum ad habentem vnius anni vsumfructum feudi seruientis, spectant omnes fructus redditus & quæcunque obuentiones illius anni *l. vsufructu legato. . de vsufruct.* ita & ad patronum: qui etiam subfeudorum & censualium prædiorum feudi commoda & iura illo anno obuenientia habebit, quòd satis ostendit hic text. in ver. *prouenue*, id est,* redditus, cuius appellatio est generalior quàm fructus, vt tradit Specul. in *tit. de loca.* § 1. *adde glo. pen. in c. generali, de elect. in 6. gloss. pen. in clemen. 1. de reb. eccles. non alien.* & ibi Card. in 4. *not.* & dicunt Paul. de Laza. Card in *clem. 1. & in princ. de excess. prælat.* quòd verbum redditus omnes prouentus includit. Verbum autem* prouentus est generalissimum secundum Imo. in *c. pastoralis de dona.* idem de verbo* obuentiones Panor. in *c. ad audientiam, de eccles. ædif.* Et quemadmodum fructuarius debet vti secundum modum boni patrisfa. *l. item si fundi. D. de vsufruct.* ita & patronus. Et quemadmodum fructuarius tenetur ad sumptus culturæ & quærendorum fructuum, & ad tributa, stipendia, & onera pro tempore, ita & patronus *l. bastenus. D. de vsufruct. l. quæro. D. de vsufruct. lega.* & sicut fructuarius per manus suas fruitur, ita & patronus.

2. ¶ Fallit seu potius* declaratur, primo inquantum dixi de oneribus, si essent onera impositа à solo vasallo & prædecessoribus suis, quia nisi sint infeudata, & approbata à patrono, non tenetur ea soluere, nec super fructibus deducere: quoniam ius patroni est antiquius, & in eius præiudicium nihil potuit fieri per vasallum. Hinc patronus debebit habere vniuersos fructus prædiorum feudi, à solo vasallo in subfeudum vel censum concessorum, & cæteris paribus idem est in fructuario, cui non præiudicant quæcunque gesta per proprietarium post vsumfructum constitutum *l. is qui fundum. D. de vsufruct. lega.* Fallit secundo, quia licet fructuarius faciat omnes fructus suos qui tempore debito colliguntur pendente vsufructu non habita ratione ad ratam temporis & durationem vsufructus, *l. si pendentes l. defuncta. D. de vsufruct.* Et idem est in patrono iure prehensionis feudi aperte fruente. Tamen secus est quando patronus iure relevij fruitur, quia habet fruitionem limitatam & taxatam ad redditus, & prouentus vnius anni, & sic effectus relevij non potest excedere fructus & obuentiones vnius anni, prout in simili no. & distinguit. Feder. de Senis in con. 110. *Martinus tenimentum.* & diximus supra §. 1. *gloss. 8. num.* 23. 24. Fallit tertio, quia licet fructuarius teneatur cauere de vtendo arbitrio boni viri & restituendo, *l. 1. & per tot. D. quemadmodum vsufruct. caueat.* tamen patronus non tenetur ad aliquam huiusmodi cautionem Fallit quarto, quia quamuis vsufructuarius non possit nomine proprio prehendere subfeuda, inuestire, & cæteros actus dominicales exercere, *vt sup. §. 1. gloss. 1. q. 1.* tamen patronus hoc potest, nec indiget accommodatione procuratorij nominis vasalli sui, sufficit enim ius suum directum, ad quod optime facit text. in *l. si hæres, in princ. ibi sufficiunt directæ actiones. D. ad Trebellian.*

3. ¶ Sed aduerte quia istud non est dubium, quando patronus fruitur feudo prehenso ex defectu hominis, *vt j. §. 54* Sed quando fruitur feudo non iure prehensionis feudalis ex defectu hominis, sed iure relevij, aliud videtur, prout est alia ratio: quia nequè feudum est apertum, nec quasi commissum, nec patronus fruitur tanquam dominus, sed tanquam quiuis cui debentur fructus vnius anni, nec patronus est verus dominus feudalis subuasallorum, sed in se vasallus. Saltem videtur distinguendum, aut feudum prius fuit prehensum, deinde factis oblationibus patronus elegit adhuc vno anno frui, differendo leuationem manus & inuestituram vsque ad finem percepti relevij, vt tunc procedat fallentia, quia prehensio feudalis nondum est sublata: sed quando non fuit manus iniecta præueniente vasallo & iusta offerente, vel quando ab initio oblationum manus est leuata & vasallus in fidem admissus, deinde patronus fructus capit simplici iure relevij, non videtur posse locum esse huic quartæ fallentiæ per prædicta. Tamen dicendum est locum esse, quia patronus hoc casu non capit fructus nec fruitur iure particulari, vel tanquam extraneus, quomodo faceret si redditus vel vsusfructus feudi esset ei legatus, venditus vel donatus à vasallo: sed fruitur iure relevij & sic iure feudali & dominico, quamuis citra prehensionem. Et concurrentibus dominio directo, & commodo siue vsufructu dominij vtilis,

* Partitas patroni & fructuarij.

* Verbum redditus.

* Prouentus.

* Obuentiones.

* Disparitas patroni & fructuarij.

Digitized by Google

vtilis, idque iure feudi, & ad cauſam domini directi, puto quòd omnes actus dominicales nomine proprio exercere poſſit pro perceptione fructuum & reddituum ſibi debitorum. Non tamen ſimpliciter, ſed in qualitate domini ſuperioris & directi, iure releuij feudo medio fruentis prout in ſimili diximus *ſupr.* §. 1. *gloſſ.* 4. *q.* 2. *ad fi.* dominum iure prehenſionis fruentem hanc qualitatem debere apponere. pinguior tamen & efficacior eſt qualitas feudi aperti, quam releuij, quia ſub prehenſione etiam modici temporis, patronus lucrabitur omnes & multorum annorum fructus tunc maturos: ſed ſub releuio ſolum pro rata vnius anni.

4. Ad maiorem intelligentiam quæro primo, pone feudum non fuiſſe prehenſum, & forte etiam nouum vaſſallum à patrono inueſtitum ſaluo iure releuij, pro quo elegit prouentus anni, & pendente hoc anno contigit ampliſſimum ſubfeudum mutare manum donatione, vel venditione grandi pretio facta. Vtrum ſpectet ad patronum ſuperiorem integrum releuium vel quintum denarium ſubfeudi? & videretur quod non, quia forte excedit in quadruplo, vel decuplo prouentus anni ipſius feudi, tum raro accidere ſolet tanta obuentio, & mutatio talis ſubfeudi, vt potius dici poſſit obuentio plurium annorum quàm vnius anni: & ſic videretur fienda diuiſio pro rata temporis habita ratione ad æſtimationem horum commodorum quæ ſolet fieri in genere, quemadmodum dictum eſt in §. præcedenti gloſ. 3. de arbitramento proborum. qui debent habere rationem commodorum & dominicalium iurium in ſubfeuda vel cenſualia prædia feudi, & æſtimare quantum valere poſſent pro rata vnius anni, inſpecto quantum veriſimiliter per ſingulas quadragenas vel quinquagenas annorum valere poſſet. Contrarium eſt dicendum, quia totum huiuſmodi releuium vel quintum eſt velut fructus, qui eodem anno releuij, imò eodem momento & ſeminatur, & naſcitur, & cedit ſiue ciuiliter & acquiritur: & ſic integraliter ſpectat ad eum ad quem tunc ſpectant fructus feudi, etiam ſi ſolum ad eum ſpectent pro rata temporis. Vnde ſpectarent ad colonum qui fructus & obuentiones vnius anni condaxit. Eſt enim aduertendum quòd releuium ſubfeudi, licet reſpectu ſubfeudi ſit prouentus vnius anni: tamen reſpectu ſuperioris patroni, vel cuiuſuis ad quem pro tempore ſpectant fructus feudi, eſt fructus momentaneus, & qui momento cedit & acquiritur per not. *ſuf.* §. 1. *gl.* 1. *q.* 2. 3. Quod autem not. in 3. *l. diuortio. in princ. & §. quod in anno & ſupra* §. 1. *gloſſ.* 8. *num.* 23. de fructibus diuidendis pro rata temporis, procedit in fructibus quæ ſucceſſiuo tempore creſcunt, naſcuntur & producuntur. Non autem in his quæ momento accidunt, quales etiam ſunt mulctæ & condemnationes in iuriſdictione feudali. Et hoc ſingulariter no. quia non inuenies alibi.

5. SECVNDO eodem themate in caſu venditionis ſubfeudi retentò: Quæro, Vtrum iſte ſuperior patronus poſſit * vti retractu feudali ſubfeudi tempore releuij durantis venditi? Videtur quòd ſic, quia ſimplex fructuarius hoc poteſt procuratorio nomine domini, vt diximus *ſupra* §. 13. *gloſſ.* 1. *q.* 2. Igitur ſuperior patronus nomine ſuo poterit, quia in iuribus dominicalibus poteſt proprio nomine, in qualitate tamen ſuperioris domini fructuarius poteſt procuratorio nomine, vt ſupra eo. dictum eſt. Contrarium eſt dicendum, quòd nomine ſuo & in qualitate propria retrahere non poteſt, quia non fruitur feudo ex defectu hominis, ſed ſolum iure releuij, & ſic non habetur plene pro domino feudi: ſed pro eo ad quem ſpectat ius percipiendi fructus in re aliena pro rata vnius anni tantum, vt in princ. huius §. ſed reſpectu eius qui non eſt dominus, illud ius retractus non eſt in fructu, vt diximus ſupra §. 10. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 10. *& gloſſ.* 2. *numero* 34. Secus quando ſuperior patronus virtute prehenſionis ex defectu hominis fruitur: quia tunc pro vero domino feudi prehenſi habetur, & poteſt retractu feudali vti in ſubfeuda, vt dicemus *infra* §. 55. *gloſ. fi. q.* 9.

6. Sed quæro, numquid in terminis quæſtionis noſtræ poſſit patronus ſaltem procuratorio nomine vaſſalli ſui, immediati domini retrahere & eius menſæ vnire? Videtur omnino dicendum quòd ſic, quum hoc poſſit ſimplex fructuarius, vt in *dict.* §. 20. *gloſſ. prima, quæſtione* 2. Patronus autem ſuperior etiam iure ſimplicis releuij fruens feudo, plus iuris & poteſtatis habet quàm fructuarius, vt in principio huius §. Contrarium tamen dico, quia propter breuitatem temporis limitati, non cenſetur ad hoc habere aliquod mandatum vel quaſi, ideo docere debet de mandato domini immediati, alioquin non tenetur emptor ſubfeudi illud pro pretio dimittere huic patrono ſuperiori. nec obſtat quòd poteſt facere conditionem feudi vel vaſſalli meliorem, quia forte non eſſet melior ſed deterior. Tum ſatis eſt quòd huiuſmodi patronus non habet per ſe ius retractus, vt dictum eſt. Tum ſubuaſſallus non debet erga duos inſolidum eorum proprio nomine huiuſmodi oneri retractus ſubijci: quia eſſet ſeruitutem feudalem ſine eius facto multiplicare & immutare, quod fieri non debet *l.* 2. §. *& harum. D. de verbor. obligat.* Et alioquin ſequeretur quòd ſi huiuſmodi patronus ſubfeudum inuito emptore retraxiſſet, deinde vaſſallus nolit illud habere, nec pretium patrono reddere, apparebit retractus in efficacia, quia patronus præciſe tenebitur huiuſmodi ſubfeudum ponere extra manum ſuam, iuxta not. *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 4. *numer.* 3. & remanebit præfatus emptor indigere re ſua fruſtratus, & quod dixi in huiuſmodi patrono, idem puto in eo cui fructus vel etiam vſusfructus ad vnum annum vel modicum tempus dumtaxat eſſet venditus vel conceſſus, & adhuc ſi haberet vſumfructuum adminiſtrationem ad longum tempus, poſſet emptor excipere de contraria voluntate domini immediati per no. in *d. q.* 2. *num.* 37.

7. Item iuxta hæc quæro numquid in terminis huius quæſt. 2. vaſſallus poſſit iure retractus etiam inuito ſuperiori domino vti? Reſpond. ſic, quia eſt verus patronus immediatus actu & habitu nec poteſt prohiberi iure ſuo vti per ſuperiorem dominum, qui non tenet feudum prehenſum ex defectu hominis, ſed ſolum iure releuij fructus percipit, ius autem retractus non eſt in fructu, quia reſpicit proprietatem & vnionem menſæ directi dominij immediati, verum eſt quòd non fit præiudicium ſuperiori habenti ius fructuum, quia retrahens debet ei quintum pretij & eadem iura vtilia ſoluere, quę debebantur ab emptore, vt in ſimili dixi in *d.* §. 20. *q.* 4. Et not. quòd quamuis dominus ſuperior vltra releuium vel quintum pretij durante anno ſuo ſibi acquiſitum haberet etiam fructus ſubfeudi ex defectu hominis & iurium prehenſi durante eodem anno, tamen nihil habebit in fructibus ſubfeudi iure feudali retenti à vaſſallo, ſed ſolum habebit quintum pretij, per no. in ſimili in *d. q.* 2. *in fin.*

8. TERTIO quæro, Vtrum patronus qui prouentus anni elegit, poſſit pendente illo anno expellere * colonos vaſſalli ab habitatione ruſtica & ipſum vaſſallum eiuſque familiam à domo vrbana ſiue prætoria? Videtur quòd ſic, quia per manus ſuas frui debet, igitur & areas, horrea feudi, & cætera loca ruſtica occupare poteſt pro colligendis & diſponendis fructibus ſuis, tum quum domus prætoria & omnia ædificia feudi ſint de feudo: igitur occupari poſſunt & inhabitari à patrono & ſuis illo anno, quia habitatio domus eſt in eius fructu. *l. domum. Cod. derei vendica. l. prædiorum. D. de vſur.* hinc eſt quòd in ducatu Britanniæ quando comitatus, baronia vel caſtellania mouens à ducatu, cadit in rachatum, ſiue quando aperitur & releuium debetur, competit duci ius percipiendi per manus ſuas vel officialium ſuorum, & ſuos faciendi fructus omnes vnius anni, & ius habendi claues & cuſtodiam omnium ea-

* Dominus verum poſſit retractu vti ſubfeudi, tempore releuij durantis venditi.

* Dominus qui fructus anni elegit verum poſſit expellere colonos vaſſalli.

ſtrorum & arcium ſiue vulgo fortalitiorum loci aperti, & ibi iuriſdictionem nomine ſuo exercendi durante eodem anno ratione releuij debiti. vt vidi per multa exempla ſolenniter ſumpta ab originalibus quæ in vrbe Nanetenſi aſſeruantur. Et hoc quidem iuſtum eſt in locis munitis, quia propter intereſſe publicum magis ſpectant ad curam & ſollicitudinem principis: in feudis autem priuatorum id mihi ſemper viſum eſt durum & contra mentem noſtræ conſuetudinis, quæ ſolum attribuit patrono redditus feudi vnius anni. in quo ſummopere notandum eſt, quòd non attribuit ei verum vſumfructum, nec eſt vſufructuarius, ſed propriè eſt ſicut is cui redditus alicuius fundi debetur: hic autem non habet vſumfructum, nec poteſt dominum à domo & habitatione expellere: ſed ſatis eſt ei præſtari fructus quos paterfamilias percipere & redigere ſolet ex fundo. text. eſt *in l. fundi Trebetiani. D. de vſufruct. lega.* & quamuis in patrono hoc addatur, quod poſſit eoſdem fructus per manus ſuas percipere, vt probatur in hoc textu, ibi, *pent prendre*, id eſt, poteſt capere, & clarius infra §. 57. vbi colonum expellit: tamen non eſt fructuarius, quamuis aliàs vaſſallus patrono ſuo legare poſſit feudi vſumfructum, ſed hoc non intendit noſtra conſuetudo, ſed redditus dumtaxat patrono attribuere, quos bonus paterfamilias poſſet & ſolitus eſt colligere & redigere ex feudo. Quare * dicebam quòd ſi feudum conſiſtat in domo vnica, quod tunc indiſtinctè etiam ſi non eſſet ſolita locari, debeat æſtimari quantum communiter in anno locari poſſit: ſi vero conſiſtat in multis prædiis fructum afferentibus & vna domo, non ad locationem, ſed ſolum ad habitationem patris ſa. deſtinata: dicebam non debere haberi rationem habitationis domus, in æſtimatione reddituum feudi & releuij, & omnino quod vaſſallus à propria habitatione non poterat expelli: tamen cùm forte in publicis cauſarum actionibus * ſupremi huius ſenatus, huiuſmodi controuerſia deducta fuiſſet, per arreſtum in promptu latum in fine Decembris anno domini ſeſquimilleſimo triceſimo ſeptimo, deciſum fuit quod vaſſallus non teneretur exire de vrbana ſiue ſolita habitatione, ſiue vt vocant manerio feudi: ſed quòd (præter cæteros fructus prædiorum & feudi) reſpectu domus penderetur patrono iure releuij moderata merces, quantum ſecundum communem æſtimationem in anno locari poſſet, & ita velut media via electa, iuſtè decretum eſt & ſeruandum, aliud eſſet durante prehenſione feudi ex defectu hominis, vt *ſupra eo. §. gio. 5. n. 13.*

* Sententia probabilis.

* Sententia præiudicans.

9. QVARTO quæro, patronus vult alij locare * vel vendere fructus & prouentus feudi vnius anni, quòd abſque dubio poteſt etiam in actionibus & plus offerenti addicere. vtrum vaſſallus eandem conditionem offerens debeat præferri extraneo licitatori? Videretur quod non, quia per illum extraneum colonum vel emptorem videtur patronus frui & vti. *l. non vtitur, & l. ſeq. D. de vſufruct.* Contrarium puto, quia cùm ſit dominus vtilis etiam reſpectu patroni, potius illi quàm extraneo vendi aut locari debent, per not. Bar. Luc. de Pe. Io. de Pla. in *l. 1. C. de metall. lib. 11.* Alex. apud Bar. in *l. dudum, C. de contrab. empt.* & quæ dicam infra §. 39. Secus ſi patronus ex defectu hominis frueretur feudo aperto, quia (licet non ſoleant tantum rigorem ſeruare) non teneretur feudum vel eius fructus locare vaſſallo indeuoto & negligenti obſequia clientelaria ſubire, & ob id ignoto à patrono, cuius reſpectu non haberet hoc caſu pro vaſſallo vel domino vtili, ſed ſolum pro extraneo. & hoc niſi ad damnum & incommodum vaſſalli, puta ſi grauiter offenderet patronum vel eum abnegaret, qua ei committeret feudum. Infinitas alias quæſtiones ſuper ſpeciebus & materia reddituum & prouentuum huc inferere potuiſſem, ſed nunquam eſſet finis, ſatisfactum puto explicando ea quæ concernunt conſuetudinem noſtram.

* Vaſſallus vtrum excludere poſſit locatorem & emptorem fructuum.

10. Sed circa ſecundum reſponſum §. noſtri quæro in cuius electione ſit patroni, vel vaſſalli, dare vel accipere libros reddituales, vel reditum declarationem ab illis tranſumptam? & prima facie videtur dicendum electionem eſſe vaſſalli, duplici ratione. Prima quia vaſſallus eſt debitor, & ſic ſumus in regula, debitoris eſſe electionem in alternatiuis, *l. plerúmque. in fin. D. de iur. dot. cum vulgar.* prout finis huius §. alternatiue loquitur, & non diſponit cuius ſit electio, igitur relinquitur in iure communi, *ſi cùm dotem in princ. D. ſolut. matr.* Nec obſtat quòd in §. præcedenti & regulariter in iuribus feudalibus electio eſt patroni: tum quia ibi conſuetudo ſpecialiter hoc diſponit, & ſic in aliis non idem ſentit, quia æque faciliter expreſſiſſet, ſi idem voluiſſet, *l. vnica §. ſi vero. C. de caduc. toll. c. ad audientiam. de decim.* Tum quia ibi verba diriguntur ad patronum.

* Eius eſt electio ad quem verba dirigun tur.

11. ¶ Secunda ratio, quia hic * verba ſunt relata ad vaſſallum, & ad eum expreſſe diriguntur, & ſic eius debet eſſe electio, quia etiam in materia fauorabili, & in qua electio eſt honorati. Fallit ſi verba dirigantur ad grauatum, quia tunc eius eſt electio, text. in *l. ſi ita §. fin. D. de lega. 2. not. glo.* & ibi Bar. Paul. in *l. Lucia Titio. D. de lega. 2.* Sed non obſtantibus puto & hîc electionem eſſe patroni & moueor ex tacita mente conſuetudinis, & ex alia regula iuris in interpretatione legum & ſtatutorum, quod in dubio debet aſſumi interpretatio æquior & æquabilior, & quæ magis congruit, & per quam vtrique parti melius & æquabilius conſulitur, *l. in ambigua. D. de legib. l. quoties idem ſermo. D. de reg. iur. l. 1.* & ibi Paul. D. *ſi quis cautio.* & no. Lancel. Deci. in *l. omnes populi. D. de iuſti. & iur.* Nunc * autem ſi vaſſalli eſſet electio ſequeretur quod etiam dato quod ſua non intereſſet communicare & tradere patrono d. libros durante illo anno: tamen poſſet denegare, & adhuc grauare patronum impenſæ tranſcriptionis, quod eſt inconueniens & inæquale, cui obuiatur ſi intelligamus, prout intelligi debet eſſe electionem patroni, quia aut patronus elegit habere d. libros reddituales penes ſe durante illo tempore, & debet habere & fideliter cuſtodire ſuo periculo, & finito anno integros & illæſos cum additione receptæ illius anni reſtituere. Quod ſi patronus nolit ſubire onus & periculum cuſtodiæ: tunc poteſt petere à vaſſallo reddituum omnium declarationem à dictis libris fideliter extractam ſibi dari, quod tunc impenſis patroni fieri debebit, & hunc puto verum eſſe & germanum ſenſum huius §.

* Interpretatio æquabilior.

* § * LI.

ITEM le vaſſal ne peut *deſmembrer* ſon fief au preiudice & ſans le conſentement de ſon ſeigneur.

* Hic articulus in antiqua conſuetudine fuit 59

VAſſallus non poteſt diſmembrare feudum in preiudicium & ſine conſenſu patroni. H. D.

Hic articulus 51. fuit poſtea in mutatus.

LE vaſſal ne peut deſmembrer ſon fief au preiudice & ſans le conſentement de ſon ſeigneur, bien ſe peut iouër & diſpoſer & faire ſon profit des heritages, rentes ou cens eſtans dudit fief, ſans payer profit au ſeigneur dominant, pourueu que l'alienation n'excede les deux tiers, & qu'il en retienne la foy entiere & quelque droict ſeigneurial & domanial ſur ce qu'il aliene.

SVMMARIA §. LI.

1. *Quid ſit* diſmembratio *feudi & quotuplex.*
2. ¶ *Q.* 1. *Vnus ſolus ex connaſſallis poteſt alios prouocare & cogere* ad diuiſionem *feudi.*
   Et poteſt feudum inter connaſſallos diuidi per regiones & loca irrequiſito etiam patrono.
3. *Dummodo remaneat vnus & idem titulus eiuſdem feudi.*
4. ¶ *Q.* 2. *In dubio nunquam cenſetur facta ſectio feudalitatis.*
   Simplex renouatio non diſponit.
5. *Feudum cui noua qualitas additur, non cenſetur nouum, niſi reſpectu qualitatis additæ dumtaxat.*
6. ¶ *Q.* 3. *Hæredes vaſſalli licet poſſint inter ſe* diuidere & aſſignare manſiones feudi, *non tamen poſſunt inter ſe diuidere & aſſignare ſubfeuda.*
7. *Quomodo accipiendum ſecundogenitos concurrere cum primogenito in iuribus ſubuaſſallorum.*
8. *Feuda non debent capite minui etiam per principem.*
   Vſus imperitorum non facit ius.
9. ¶ *Q.* 4. *De vaſſallo* recognoſcente feudum ab alio.
   Quid ſi quis rem ſuam alaudialem recognoſcat in feudum ab alio.
   Licet poſſeſſio vel quaſi non transferatur per erroneam recognitionem: tamen non transfertur per præſtationem & ſolutionem iurium etiam erroneam.
10. *Simplex recognitio non diſponit, ſed probat, ſicut confeſſio inter eoſdem.*
11. *An communi conſenſu patroni vel vaſſalli poſſit res feudalis effici cenſualis vel è contra?*
12. *Vaſſallus recognoſcens ab alio & iura ei præſtans, non præiudicat vero patrono ignoranti, nec in proprietate, nec in poſſeſſione vel quaſi.*
    In quærenda quaſi poſſeſſione alicuius iuris, non requiritur ſcientia & patientia ſimplicis domini, ſed poſſeſſoris vel quaſi.
13. *Cogens alienos ſubditos ad abiurandum priorem dominum & ſibi obtemperandum, nullum ius, nullam poſſeſſionem acquirit.*
    Subditi non poſſident, ſed poſſidentur.
14. *Vaſſallus & fructuarius non poſſunt priuare dominum poſſeſſione ſua, nec per actus fictos aut verbales, nec per actus reales.*
15. *Patiens præſcribi cenſetur alienare.*
16. ¶ *Q.* 5. *Vaſſallus poteſt* ſubinfeudare.
    Feuda decimarum apud nos ſicut cætera feuda regulantur.
17. *Emphyteuta poteſt facere ſubalternum emphyteutam.*
18. *Conſuetudo noſtra in effectu, conformatur antiquis vſibus feudorum quantum ad ſubinfeudationem.*
19. *Subinfeudatio non tenet reſpectu ſuperioris patroni.*
20. *Fallit ſecundum vſus feudorum niſi in caſum commiſſi ſubuaſſallus paratus ſit ſeruire ſuperiori patrono.*
21. *Subli. ſi feudum committatur propter ingratitudinem vaſſalli, quia omnino reſoluitur ſubinfeudatio, ſecundum dictos vſus feudorum, contra Franciſc.*
    Nouus intellectus §. 1. in fi. per quos fiat inueſt.
22. *Subinfeudatio non præiudicat agnatis vel ſubſtitutis.*
23. *Nec ſuperiori patrono.*
24. *Sed inueſtitus recurſum habet contra ſubinfeudantem.*
25. *Quid de cæteris conſuetudinibus?*
26. *Quomodo accipiendum illud,* ſic volo, ſic iubeo, *tuncque tenaciter verbis inhærendum.*
    Interpretatio certæ conſuetudinis Alaerniæ.
    Iudices acribodicæ.
27. ¶ *Q.* 6. *Thema multiplex.*
28. *Patronus non poteſt dimidere conceſſionem vaſſalli.*
    Non obſtante proceſſu petitorio vel reſciſſorio, poteſt actor petere contractum & reo poſſidente interim obſeruari.
    Patronus non poteſt præſcribere contra vaſſallum.
29. ¶ *Q.* 7. *Quid ſi vaſſallus ſubinfeudet feudum vel partem mediante ſumma pecuniæ?*
    Quomodo vaſſallus obuiare poteſt iuribus patroni.
30. *Refert an pars feudi vendatur aut donetur: an vero in feudum vel cenſum concedatur.*
31. *Nulla iura debentur de ſubinfeudatione vel conceſſione in cenſum, etiam mediante pecunia factis.*
32. *Patronus non poteſt diſmembrare feudum dominans vel eius iura in præiudicium vaſſallorum.*
33. *Patronus vendens feudum dominans poteſt retinere iura reliefiorum ad vitam.*

* Qui huius §. partem hodie facit.

HIc §. magnam præ ſe fert obſcuritatem, ſimiliter & §. * 41. j. *eod.* quorum materiæ ad inuicem permiſcentur, & non poteſt recte aliter intelligi ſine altero. Et nouitius olim multum ſuper eorum intellectu laboraui, ſed modo vtrumque Deo duce clarum & perſpicuum reddam. Et gratia facilioris intelligentiæ nolui mutare in ſummario nec mutabo in diſcurſu verba textus.

1. Et dico primo, quòd diſmembratio nihil aliud eſt quam ſeparatio totius corporis feudi à capite, vel membrorum ſeu partium feudi à capite ſuo, vel ab inuicem ſiue a corpore feudi. Et hic caput feudi voco feudum dominans, corpus feudi voco totum ipſum complexum feudale, quod ſub nomine vnius feudi tenetur & recognoſcitur & habet partes æque principales, vt ſunt fundi domanij: & partes ſubalternas, vt ſunt ſubfeuda cenſualia, & vectigalia prædia à feudo dependentia. Vnde * triplex eſt diſmembratio, quædam à capite: quædam à corpore: quædam à capite & corpore ſimul. ¶ * Prima eſt, quando totum ipſum feudum recognoſcitur ab alia, & ſic ſeparari attentatur à capite ſuo dominanti. * Secunda eſt, quando de vno feudo fiunt duo vel plura feuda ab eodem tamen veteri patrono ſemper recognoſcenda. hic enim nihil ſeparatur à capite dominante, ſed tantum corporis ſiue feudi membra, ſeu partes integrales ſeparantur ab inuicem, & tranſeunt in alia corpora vel feuda. Tertia * eſt, quando pars feudi tanquam feudum ſeparatum recognoſcitur ab alio: tunc enim illa pars primum ſeparatur à corpore feudi: deinde ſeparatur a capite dominanti, vel ſeparari attentatur. Sub his tribus ſpeciebus continentur ſingulæ diſmembrationes prohibitæ, prout hic prohibentur eas fieri in damnum patroni non conſentientis, modo penetrando fluctus æquoris huius materiæ.

* Triplex diſmembratio.

* Diſmembratio à capite quid.

* Diſmembratio à corpore quid.

* Diſmembratio à capite & corpore ſimul quid

2. QVÆRO PRIMO, tres cohæredes vel legatarij, vel emptores eiuſdem feudi, ſiue cum ſocietate, ſiue ſine ſocietate communes diuiſerunt in inuicem feudum per regiones æquis portionibus, vtrum valida & fata ſit huiuſmodi diuiſio? Et primo fruſtratoria videtur hæc q. quum ſit caſus in *l. imperialem* §. *præterea ducatus, prohib. feud. alien. per Feder. in vſib. feud.* vbi dicitur quod feudum dummodo non ſit de regalibus & exceptis libere & ſine domini cõſenſu diuidi poteſt inter conſortes mutuo eorum conſenſu. & quamuis Panor. in *conſil.* 82. *quanquam in his dubiis, col. pen. ver. ego tamen notanter lib.* 1. tenuerit omnium conpaſſallorum conſenſum & concordiam requiri, ad hoc vt feudum etiam infimus diuidi poſſit, & quod non ſufficiat vnum ex eis prouocare ad diuiſionem, imò quòd vno ex eis diſſentiente fieri non poſſit per text' in *d.* §. *præterea, ibi ſi conſortes voluerint*, & ſequitur Felin. in *c. quæ in eccleſiarum, column. penult. de conſtit.* Hippol. de Marſil. in *ſingul.* 9 Alberi. Pœn. in *conſil.* 66 *col.* 2. Tamen in contrarium eſt veritas, etiam in terminis dictorum vſuum feudalium quod vno ex vaſſallis prouocante, poſſit etiam alius inuitis etiam ſine conſenſu domini diuiſio fieri per *d.* §. *præterea*. Nec obſtat dicta clauſula, ſi conſortes voluerint, quia ex ea non debet inferri argumentum à contrario ſenſu contra ius commune. & ita decidit & reſpondet Alexand. in *conſil.* 7. *in conſultatione, conſilio* 23. *attentis narratis, colum.* 3. *libro quinto.* Socy *conſil.* 228 *in quæſt. columna.* 2. *lib.* 2. Franciſc. Cur. ſenior. *conſil.* 68. *per tres column.* Iaſ. in *l. ſtipulationes non diuiduntur, col.* 18. Franciſc. in *tract. feud. par.* 1. 3. 4. *& par.* 4. *num.* 225. Philip. Deci. in *ca. prouidentiam, colum.* 5. *in fin. de offic. deleg.* & apud nos expeditum eſt diuidi poſſe abſque eo quod patronus aliqua relenia vel alia iura vtilia petere poſſit etiam in feudis Vulquecini, vt plenè diximus *ſupra* §. 33. *q.* 17. In contrarium tamen videtur hic text. ſaltem quando agitur de diuiſione facta non alternis vicibus & per tempora, ſed per loca & regiones, hoc enim fieri non poteſt niſi pars a parte ſeparetur & diuidatur realiter & ad oculum, & ſic corpus feudi diſmembratur in ſecunda ſpecie, quia membra ſeparantur à corpore & ab inuicem, quod videtur prohibitum ſaltem, ſine conſenſu domini per generalitatem huius text.

3. Reſpond. Aut * diuiſio fit hoc modo, quòd quælibet pars diuidens ſit feudum per ſe, & ſic titulus feudi diuiditur, & non poteſt fieri ſine conſenſu patroni, quia eſſet diſmembrare feudum in ſecunda ſpecie, & de vno facere plura. & hoc nullomodo ſpectat ad vaſſallos, ſed ſolum ſpectat ad patronum, cuius deſtinatione ab initio tempore primæ infeudationis feudum conſtituitur: ſed ex poſt facto ſpectat ad patronum & vaſſallos ſimul, & ſine eorum communi conſenſu non poteſt fieri ſectio vel diuiſio feudi in plura feuda. Aut vero diuiſio fit ſalua ratione eiuſdem feudi, & hæc inter conuaſſallos circa conſenſum patroni, imò etiam eo inuito eſt permiſſa. poſſunt igitur vaſſalli libere diuidere feudum, ſeu verius fundos & res feudi inter ſe, remanente ſemper vno feudo & vna fidelitate, ſiue vnico titulo eiuſdem feudi, & hoc non eſt contra hunc text. quia nulla fit ſectio feudalitatis: ſed non poſſunt diuidere feudum ipſum in plura feuda, & hoc eſt quod diximus 5. §. 2. *gloſſ.* 4. *num.* 32. quòd vaſſalli inuito patrono poſſunt diuidere fundum, & non feudum, & quòd poſſunt ſinguli pro portionibus ſuis iuſta offerre & inueſtiri tanquam de parte quota vel integrali vnius feudi, ſed non tanquam de feudo ſeparato ad vnam etiam feudalitatem, & vnum catalogum præſtandum tegi poſſunt, niſi patronus ſeparationi & ſectioni feudi authoretur.

* Fieri poteſt diuiſio feudorum ſed non feudi.

4. SECVNDO quæro, quando dicitur patronus conſentire & authorari ſectioni feudi? Reſp. non eo ipſo quod vnum ex vaſſallis recipit in fidem pro portione ſua feudi pro diuiſo: quia eo ipſo quod recipitur tanquam de parte feudi, præſupponitur & conſeruatur vnitas eiuſdem feudi conſiſtentis in pluribus portionibus diuiſis ab inuicem reſpectu loci, ſed non reſpectu tituli, qualitatis & vnitatis eiuſdem feudi, & in dubio nunquam cenſetur facta ſectio feudalitatis, nec multiplicatio in diuerſa feuda. Sed ſi patronus ſcienter reciperet vnum ex vaſſallis in fidem talium hæreditorum tanquam de feudo per ſe cenſeretur conſentire, vt deinceps eſſet feudum ſeparatum: ſecus ſi patronus eſſet ignorans, imò non ſufficeret, hoc fieri per modum ſimplicis recognitionis & renouationis antiquæ inueſtituræ: quia illa non fit animo aliud de nouo diſponendi, & ſemper in ea apponitur vel ſubintelligitur clauſula ſaluo iure, per ea quæ latè diximus 5. §. 1. *gloſſ.* 5. *& j.* §. 63. Sed opus eſſet facere per modum nouæ diſpoſitionis, prout in veritate hoc caſu non eſt renouatio nec continuatio antiquæ inueſtituræ, ſed noua infeudatio & inueſtitura, ex quo agitur de inducenda noua qualitate & nouo titulo feudi ſeparati per ſe ſubſiſtentis, iuxta not. per doct. in *l. iure autem ciuile. D. de inſt. & iur.* in *l. more. D. de iuriſdict. omni iudic.* & hoc reſpectu feudum nouum recte dici poteſt.

5. Circa quod aduerte quamuis paſſim dicant doct. feudum * eſſe nouum, vbicunque noua qualitas, & noua conuentio eſt addita vt per Matth de Affli&t. *in deci. Neapol.* 112. *col.* 2. vbi multa ad hoc cumulat: tamen hoc non eſt verum niſi reſpectu qualitatis additæ dumtaxat, ita quòd ſi aliàs totum feudum erat feudum antiquum, vel vt vocant proprium, iſta portio erecta in feudum per ſe cenſebitur feudum antiquum vel proprium quantum ad ſucceſſiones & alia iura antiquorum prædiorum vt prius: quoniam noua inueſtitura quantum ad alia vigorem antiquæ non eneruat. vt not. Aluaro. in *cap. vnico. num.* 8. *de vaſſall. decrep. ætat.* nec etiam aliquid immutat reſpectu eorum quorum intereſt qui non conſenſerunt, vt no. Bal. Alur. Præpoſ. in *c.* 1.

* An qualitas addita faciat feudum nouum.

en Aguat. velſi. defunct. in vſib. feud. Alber. Brun. in *conſ.* 8. *& conſi. ſeq. inter conſi. feudalia.*

6. TERTIO quæro, pone feudum ſpectans ad tres fratres conſiſtere in caſtro & duabus aliis manſionibus cum certo domanio & plurimis ſubfeudis & cenſualibus prædiis. Ex diuiſione fratrum antiquiori adiudicatum eſt caſtrum cum cæteris prædiis & ſubfeudis: Secundo fratri obuenit vna manſionum cum certis terris & ſubfeudis: Tertio fratri altera manſio cum reliquis terris & ſubfeudis, prout ſæpe inter conuaſſallos diuidentes, ſubfeuda diuiduntur & aſſignantur. Vtrum valeat huiuſmodi diuiſio & aſſignatio ſubfeudorum? hæc quæſtio ſuperuacua videtur & deciſa per ea quæ latè diximus *ſupra* §. 16. *vſque ad numer.* 24. vbi probatum & concluſum eſt, quòd etiam ſecundogeniti ſuccedunt & habent partem in ſubfeudis & iuribus cenſuum dependentibus à feudo communi, & hoc nedum in commoditate, ſed etiam in proprietate, & exercitio iurium dominicalium pro rata iuris & patroni quam habent in feudo dominanti. ſi igitur ſint communes de iuribus dominicalibus & ſubfeudis & in ſubuaſſallis: & tamen per iura vulga. non tenentur remanere in communione, igitur poſſunt diuidere, ergo cuique eorum certos vaſſallos ſeu certa ſubfeuda adiudicate. Sed contra opponitur, quòd hîc eſſet multiplex diſmembratio, quia ſingula ſubfeuda mouentur à caſtro tanquam à capite & loco dominanti, ſub cuius titulo & denominatione ſunt infeudata ſolita recognoſci, & ſic caſtrum eſt caput & velut origo ſubfeudorum: ſi igitur agatur, vt huiuſmodi ſubfeuda moueantur & deinceps recognoſcantur à certa alia manſione, ſiue ſub denominatione illius manſionis, neceſſario ſeparantur à proprio antiquo & naturali capite, & alij tanquam ſubditicio, & minus digno capiti ſubijciuntur, & ſic quot ſunt ſubfeuda diſſeparata à caſtro, tot ſunt diſmembrationes à capite caſtri. Quinetiam ipſum caſtrum tot patitur membrorum ſuorum ſubalternorum diſmembrationes, & quæ omnia ſunt contra hunc textum, præterea vt diximus ſupra §. *primo, gloſſ.* 3. *quæſtione* 3. non poteſt patronus retento loco dominanti alienare patronatum, nec transferre vel cedere vaſſallum ſuum aut ſubfeudum in alium ſiue conſenſu vaſſalli, vt tenet Ioan. Fab. in §. *vnico. circa medium inſtit. de aſſigna. liber.* imò etiam ſi maxime vaſſallus conſentiat, adhuc ſi patronus ſuperiorem patronum habeat, non poteſt huiuſmodi ſectio & immutatio iurium & qualitatum feudi fieri ſine conſenſu ſuperioris patroni, cuius intereſt ſtatum & diſpoſitionem clientelæ ſuæ non alterari nec permutari. Et pro hac parte concludo per ea quæ late deduxi in *d. gloſſ.* 3.

7. Nec obſtat quòd diximus 5. §. 16. *quæſt.* 5. *num.* 19. ſecundogenitos habere partem pro rata in ſubuaſſallos: quia eſt verum inquantum pro rata ſunt domini feudi dominantis, & ad hoc vt primogenitus iure præcipui vel primogenituræ non auferat omnes ſubuaſſallos & cenſuarios, quia conſuetudo non dicit & non veniunt appellatione manerij: vnde in diuiſione feudi vel hæreditatis habetur ratio ſubfeudorum ad commodum ſecundogenitorum, & eorum portionem augendam: licet non habeatur ratio manerij ſeu præcipui. Sed non ſequitur quod poſſint ſiue diuidendo, ſiue aliter agendo deteriorem facere conditionem ſubuaſſallorum, & eorum mutare ſtatum. Poſſunt igitur omnes hæredes ſimul, vel vnus nomine omnium, exigere fidelitatem à ſubuaſſallis præſtandam ſub denominatione & ad cauſam talis caſtri modo ſolito, & ſecundum formam infeudationis & antiquarum inueſtiturarum, ſed quemadmodum non poſſunt exigere ſinguli ſingulas fidelitates, & probatum eſt *ſupra* §. 1. *g oſſ.* 4. *q.* 8. ita non poteſt unus ex eis prætextu diuiſionis & aſſignationis ſibi factæ aliquid exigere ſolo ſuo proprio nomine & ad cauſam certæ inferioris manſionis à qua ſubfeudum non dependet, & ſub cuius nomine nunquam fuit recognita, & quaſcunque ceſſiones vel delegationes habeat à cohæredibus non valent hoc reſpectu, & alioquin cenſerentur ſubfeuda quandam mutationem ſtatus, & capitis * diminutionem pati, ſi ab antiquo & proprio capite abſcinderentur, & alteri nouo & minus digno ſubijcerentur.

* Feuda non debent capite minui etiam in principe.

8. Et hoc etiam ſupremus princeps inuitis vaſſallis non poſſet facere, vt dictum eſt in *d. glo.* 3. fac. quod not. Hoſti. Ioan. Andr. Panor. Fely. in *cap. delicti filij, de maior. & obed.* Et expreſſim quod vult And. Iſer. in *l. imperialem* §. *præterea ducatus, de prob. feu. alien.* per Federic. *col.* 5. *in fi.* vbi dicit quod homines & vaſſalli domini regis, poſſunt intercedere ne in alium transferantur, & iuſtè cauſari quod nolunt eſſe vaſſalli alterius quàm regis, & quod eorum intereſt alteri non ſubijci, & quod rex non poteſt eos alij donare. Nec obſtat de vſu quorumdam priuatorum, quia eſt * abuſus imperitorum, qui non facit ius, nec interpretationem iuris, quia ſi in quæſtionem deducatur non obſeruatur, ſed reprobatur à peritis. dico igitur ſubfeuda inuitis ſubuaſſallis non poſſe diuidi vel ſeparari à caſtro vel manſione quà dependent, & ſolita ſunt recognoſci. Vnde ſi producatur ad diuiſionem feudi dominantis, neceſſe eſt quod ſubuaſſalli ſequantur eum quem ſequitur caſtrum vel principalis manſio. Poterit etiam & debet ſecundogenitus maior hac ratione penſatio fieri in reliquis bonis, vel in ſumma pecuniæ, vel etiam in maiori portione domanij feudi dominantis, quia non eſt inconueniens quòd ſecundogeniti renuncient omni iuri, quod habent in ſubuaſſallos & cenſuatios in fauorem primogeniti retinentis integram manſionem, & quòd pro hac renunciatione & ceſſione accipiant propottionabiliter maiorem partem in domanio feudi dominantis, prout eſſet inconueniens primogenitum renunciare iuri certorum ſubuaſſallorum in fauorem ſecundogenitorum nihil habentium in caſtro vel manſione à qua eadem ſubfeuda dependent.

* Vſus imperitorum non attenditur.

9. QVARTO quæro, Quid ſi vaſſallus recognoſcat feudum ab alio quàm à vero patrono? Reſpond. In terminis conſuetudinis noſtræ feudo non priuatur, quamuis id ſi ſciens & ſponte faciat adptime mereatur, *vt* 5. §. 43. *qu.* 46. Sed recognitio non valet, tanquam totalis diſmembratio à capite, in tantum quòd per talem recognitionem nullum fit præiudicium vero patrono, nec in proprietate ſeu directo dominio, ſeu in poſſeſſione ciuili feudi vel quaſi poſſeſſione ciuili & naturali ſuperioritatis feudalis, ſiue iuris patronatus. Aduerte tamen quia hæc eſt vberrima materia, & effuſa repetitione digna, vtque quàm pauciſſimis verbis, totius rei ſummam quantum ad feudalem dumtaxat materiam reſolutiuè complectar, * quatuor caſus diſtinguo. ¶ * Quandoque quis recognoſcit rem propriam liberam & alaudialem, in feudum ab alio tanquan à patrono, & hæc non eſt materia huius §. plene ſcripſi 5. *gloſſ.* 5. *&* §. 12. *&* 7. §. 69. vbi concluſio eſt quòd ſimplex * recognitio vel receptio in feudum, (videlicet quæ fit tanquam de re tali ſcilicet feudali, vel tanquam de re concedentis,) non valet niſi ad probationem: cæterum non præiudicat nec in proprietate nec in poſſeſſione, ſaluo in eo quod dixi de poſſeſſione, niſi vltra ſimplicem recognitionem vel confeſſionem tranſeatur ad actualem præſtationem homagij, & ſolutionem iurium mutatione occurrente: quoniam per hos actus reſtituitur recipiens in poſſeſſione vel quaſi directi dominij, & iuris patronatus feudalis per notabile Anthon. de Butr. in *capit. fina. columna* 18. *verſicul. ex his deciditur. de cauſ. poſſeſſ. & propri.* & per triginta annos cùm bona fide præſcribere & acquitere poterit omne ius feudale per nota. *in dicto* §. 7. ſi vero quis recognoſcat vel recipiat in feudum tanquam rem propriam, id eſt, ſciens

* Diſtinctio quatuor caſuum.
* Primus caſus.

* Recognitio ſimplex probat, nō tamen præiudicat in proprietate vel poſſeſſione.

esse suam, etiam volens effici feudalem, & sic animo alienandi directum dominium, & retinendi vtile sub onere & conditione feudali, statim valet dispositio tam respectu proprietatis quàm possessionis, vt in dicto §. 1. *glos.* 5. *num.* 21.

* Secundus casus.

10. * Quandoque quis rem suam censualem recognoscit ab eodem domino in feudum, vel è conuerso rem suam feudalem in censum, & tunc siquidem sit simplex recognitio, tanquam de re tali qualis recognoscitur, & non immutatur qualitas rei, nec respectu dominij, nec respectu onerum, nec respectu possessionis. Saluo respectu possessionis nisi subsequantur possessiones reales conformes recognitioni, quę tamen tanquam

* Recognitio erronea.

* erronea cedet veritati prioris inuestiturę vel concessionis ea probata, quia simplex recognitio seu renouatio non disponit nec immutat statum rei. vt not. in *l. Si aliquam rem. D. de acquir. vel amit. possess.* Guid. Pap. in *decis. Delphi. quæst.* 272. sed tantum probat sicut confessio inter eosdem, & non contra tertium, vt not. Zeuzeli & post eum Io. de Imol. in *cle. col.* 8. *ver. quæro an recognitio. de iureiur.* Stephan. Bertran. *con.* 253. *hospitale. lib.* 2. *& in consi* 1. *colum.* 3. 5. *consi.* 54. *recognitio. lib.* 3. Vnde probata prima inuestitura vel concessione ei statur, & recognitio sequens quatenus contraria est, tanquam erronea reijcitur, vt tradit Bald. 1. *de feud.* Gar. & Castal. in *vsibus feudum.* Paul. in *consil.* 375. *quando constat lib.* 2. Bal. & alij in *cap.* in *consil.* 191. *visis & diligenter col.* 2. *lib.* 2. Iacob. de S. Georg. in *inuestit. in verb. diclique vassalli promiss. recogn. dict. feud. col.* 4. *vers. insuper quæro.* Franc. in *secunda parte* 2. *par. feudo. q.* 7. *& in consi.* 1. *num.* 8. Deci. *consi.* 184. 363. *in fi. consi.* 25. *in fi.* Alber. Brun. in *cons.* 1. *in fine consi.* 25. *in fi inter consi. feudalia.*

11. Si vero huiusmodi recognitio fiat tanquam de re alterius qualitatis, animo nouum statutum rei inducendi, tunc est noua dispositio, per quam status rei mutatur, dummodo fiat ab habentibus potestatem, & non prohibitis. Nunquid igitur mutuo consensu domini directi & domini vtilis fieri potest vt res feudalis sit censualis, vel contra, res censualis in feudum erigatur? Breuiter dicendum quòd sic, inter eosdem & respectu aliorum qui ab istis habituri sunt ius vel causam, sed non respectu superioris habentis interesse, nisi is etiam consentiat. vnde si vassallus ratione feudi sui habens subuassallum, conuenerit cum eo vt subfeudum conuerteretur in censum, & de cætero non moueatur, nec recognoscatur feudaliter, sed censualiter sub certo annuo censu, superior patronus potest improbare, & eos cogere ad reducendum & reponendum in pristino & antiquo statu subfeudi, quia sua interest, quoniam maiora sunt iura & commoda subfeudorum quam censualium prædiorum, imò si è conuerso actum esset, vt census conuerteretur in feudum vel in subfeudum, quamuis id sit vtile superiori patrono, tamen puto quòd possit impedire, ad hoc ne antiquus feudi a se mouentis status,

* Tertius casus.

& descriptio veterum catalogorum immutetur.* Quandoque autem vassallus totum domanium feudi sui, vel eius partem concedit in subfeudum vel in censum, vel in redditum: & dicemus statim in quæstione sequenti.

* Quartus casus.

12. * Quandoque recognoscit feudum vel partem feudi sui ab alio, Et hæc est quæstio nostra. & dico quod si verus patronus vel dominus directus prius amiserit possessionem vel quasi iuris sui, tunc per huiusmodi actus vassalli bene acquiritur & transfertur possessio vel quasi superioritas feudalis in eum qui recognoscitur, qui bona fide & longissimo tempore poterit sine alio titulo contra verum dominum præscribere & acquirere ius patronatus feudale. Nec quantum ad hoc requiritur alia scientia vel patientia veri domini ex quo non possidet. quia omnia iura quæ dicunt quasi possessionem iurium non acquiri nisi sciente & patiente vero domino, intelligitur de domino & possessore vel simplici possessore, qui potest possessionem transferre vel amittere, non autem de simplici domino, qui nullam possessionem habet, vt not. per Bald. & omnes in *l.* 2. *C. de seru. & aqua.* Si vero verus patronus & dominus directus adhuc erat in possessione vel quasi superioritatis feudalis, tunc fit conclusio, quod per huiusmodi actus non dismembratur etiam simplex possessio vel quasi, nec dominus illam amittit, nec recognitus illam acquirit, quantumcunque vassallus sacramentum fidelitatis præstet & iura soluat ei quem de nouo recognoscit, nisi verus & antiquus dominus vel eius hæres sciat & patiatur, quia semper in quærenda possessione alicuius iuris requiritur scientia possessoris, *l.* 2. *in fi. D. de seruit. rust. prædio. l.* 2. & ibi Bald. *col.* 4. *in fi. ver. no. regulam. C. de seru. & aqua.* ius autem patronatus feudale quamuis in proprietate directa consistat, tamen magis accedit iuri & quasi possessioni incorporali, quam possessioni rei corporalis, per ea quæ scripsimus 3. §. 1. *glo.* 6.

13. Sic in simili decidit Inno. in *c. dilectus de capell. monacho.* quod si quis alienos subditos fecerit abiurare iurisdictionem prioris domini, & ab eis iuramentum fidelitatis exegerit, & confessionem quod sunt homines sui, etiam si illi sponte hæc præstiterint, non priuatur dominus possessione sua, nec aliqua possessio vel quasi transfertur in recognitum, nisi cœperit iurisdictionem exercere & dominus prior possessor scienter passus sit subditos illi tanquam domino obtemperare, vt not. Imo. Io. And. & alij in *c. conquerente de offic. ordi. in c. olim* 3. *de resti. spolia.* quoniam quum * tales subditi non possideant, sed possideantur, nullam possessionem vel quasi in alium transferre possunt. Bart. in *l. quod meo. in princ. col. fin. D. de acquir. vel amit. possessio.* latè tradit Pet. de Anch. in *reper. c. sine possessione. c.* 25. 26. *de reg. iur. in* 6. sic in proposito quod ad ius feudale superioris attinet, vassallus non possidet, imo nec detinet, sed magis & vere possidetur & detinetur ab alio: igitur nullam superioritatis feudalis possessionem vel quasi transferre potest in alium.

* Subditi nō possident, sed possidentur.

14. Quod amplio, nedum per actus fictos, sine per actus verbi recognitionis & præstationis sacramenti: sed etiam per actus reales nedum per solutionem iurium vtilium, sed etiam de facto in ducendo eum quem de nouo recognoscit in feudum. tradendo ei illud realiter iure dominij directi & superioritatis feudalis possidendum, quia quamuis is nomine alieno possidet vt colonus, qui non potest de facto priuare dominum possessione sua per actus fictos, puta conductionis & solutionis mercedis, vt not. Bartol. & alij in *l. si colonus, in l. quamuis* §. 1. *vbi text. D. de acquir. vel amit. seu. possess. no. Cano. in c. fi. de offic. vnica. in* 6. possit tamen de facto priuare dominum possessione per traditionem realem, *vt in l.* 3. §. *quòd si serum. D. de acquirenda vel amittenda possessio.* Bart. & alij in *dict. l. si colonus salua conditione, ex l. fi. C. de acquir. & reti. possess.* tamen vassallus non potest hoc facere, quoniam nullomodo incumbit possessioni feudi nomine domini: sed suo nomine naturaliter possidet. dominus autem similiter per seipsum possidet, & eius possessio ciuilis feudi, & quasi possessio ciuilis & naturalis iuris feudalis. nō requiescit in vassallo, nec in eius ministerio, sed in solo domino: sicut proprietarius per ipsum, & non ministerio vsufructuarij ciuiliter possidet fundum fructilem. vnde siue fructuarius violenter deijciatur, siue de facto alij vendat fundum & realiter tradat, non priuatur dominus possessione sua, vt nota. Bart. & alij in *l. peregre* §. *quibus explicitis. D. de acquirenda vel amitten. possess.*

15. Conclusionem nostram limita, nisi postea mutationibus feudi occurrentibus, verus dominus & possessor desineret omnino vti iure suo, & scienter pateretur hunc de nouo recognitum prehendere feudum, fidelitatem & releuia exigere, & cæteros dominicales

actus exercere, quia tunc amitteret poſſeſſionem ſuam & transferretur in exercentem, quia etiam longiſſimo tempore ſiue alio à prædictis titulo, vel longo tempore cum certo iuſto titulo præſcribere & acquirere poterit omne ius patronatus feudale. Et ſic feudum diſmembrabitur à veteri capite ſuo, & in aliud transferetur. ſed hoc non fit facto vaſſalli, quoniam non poſſet per hunc text. ſed poteſtate legis, & negligentia veri patroni, qui cenſetur in eum alienare quem patitur præſcribere. *l. alienationis verbum. D. de verb. ſignif.* reliqua ampliſſimæ huius materiæ quaſi poſſeſſionis & præſcriptionis iurium habebis infra *tit.* 3. *&* 4.

16. QVINTO quæro, Vaſſallus poſſidens feudum conſiſtens in domo & centum iugeribus terræ in domanio, & ducentis iugeribus in cenſu modico & annuo: conceſſit in feudum vel melius ſubinfeudauit in ſubfeudum quinquaginta iugera dictæ terræ: cum centum iugerib. dicti cenſus. Vtrum valeat huiuſmodi contractus & conceſſio? Et videtur quod ſic, ſiue de iure, & ſecundum antiquos vſus feudorum, ſiue de conſuetudine noſtra quæratur. Et primo, hoc eſt indubitatum ſecundum vſus feudorum de quibus in *tit. quali. olim. poter. feud. aliena.* §. 1. *&* d. *l. Conrad.* §. 1. *& per quos fiat inueſti.* §. 1. vbi ſunt text. aperti, licere vaſſallo * ſubinfeudare ſincere & ſine fraude, hoc eſt gratis & non capiendo pecuniam, vt ibi Matt. Afflict. ſen. non permiſcendo occultam venditionem, vel aliud in fraudem patroni. *glo. & omnes feudiſtæ. in c.* 1. §. *præterea & cap.* Conrad. in *l. imperialem.* §. *illud de probib. feud. alie.* per Federic. in *vſib. feud.* Bal. in *cap.* 1. *de contro. inter me & domi. de porr. feudo. ſuper verb. ſiue alienauit. & in c.* 1 §. 1. *per quos fit inueſti. in vſib. feu. gl. in cap. quæ in eccleſiarum in verb. feu.* & ibi latè Feli. *c.* 27. 28. 29. *cuius dicta nolo referre. de conſti.* Bal. in *conſi.* 16. *facti euidentia. in fi. lib.* 1. *conſi.* 265. *ſuper eo. lib.* 5. latè Ludou. Rom. *l. in concedendo. nu.* 4. *cum ſeq. D. de aqua plu. arcen.* Panor. & alij in *c. ex tranſmiſſa de foro competenti.* Panor. in *c. cum apoſtolica. de his quæ fi. à prælat. ſi. conſ. cap.* Guid. Pap. in *Deci. Delph.* 162. Iaco. de S. Georg. *in inueſt. in verb. de feud. col.* 6. *verſi. an autem.* vbi poſt. Iaco. de Bell. in *c.* 1. *qui feud. dare poſſ.* Ampliat etiam ad feudatarium eccleſiæ, & bene. Inquantum tamen ibidem limitat in feudo * decimali, non ſeruatur hæc limitatio in hoc regno, nec feuda decimarum diuerſo iure cenſentur vt diximus infra §. 68. idem latius tenet Iaco. in *ver. ita etiam quod ipſ. vaſſal.* per tot. Franciſc. in 4. *part. feud. num.* 83. Iaſo. in *l.* §. *ex contrario col.* 15. *D. de acquiren. vel amittend. poſſeſſ. in conſi.* 235. *lib.* 2. Alberic. Brun. in *conſi.* 111. *inter conſi. feudalia.* Sic emphyteuta poteſt concedere in emphyteuſim ſine domini conſenſu *gloſſ.* §. *adeo inſtitu. de locat.* quam veram eſſe dicit Ludouic. Roman. in *l. in concedendo. num.* 5. *de aqua pluu. arcend.* Et hæc tanquam inſigniora loca pro copiæ ſtudioſis cæteris vix numerabilibus omiſſis tetigiſſe ſufficiat.

17. Secundo videtur idem multo fortius apud nos attenta generali conſuetudine regni, quòd feuda ſunt patrimonialia & multo magis in terminis huius conſuetudinis noſtræ, quoniam *vt infr.* * §. 41. licet vaſſallo quicquid libuerit diſponere de feudo citra dimiſſionem fidei etiam inconſulto & inuito patrono, & abſque eo quod patronus conqueri vel aliquod emolumentum petere poſſit: ſed quando vaſſallus ſubinfeudat nullo modo dimittit. imò retinet ſolidam fidelitatem, & remanet vaſſallus totius feudi, & integrè clientelari conditioni obnoxius vt prius, & eſt notum. Ad hoc optime facit quod no. Bar. Soc. in *conſi.* 256. *ſi in præſenti. conſ.* 261. *punctum præſentiæ lib.* 2. vbi dicit quod lata eſt differentia, an emphyteuta transferat omne ius ſuum in alium, non retinendo ius recognoſcendi dominum, quamuis certam penſionem retineat ſuper recipiente, qui debet dominum directum recognoſcere: an vero retento iure ſuo emphyteuta concedat alij in emphyteuſim, quia primo caſu concedens non remaneat emphyteuta, ſed ſolus recipiens eſt nouus emphyteuta. Sed in ſecundo caſu, primus remaneat emphyteuta vt prius: ſed recipiens eſt ſubalternus emphyteuta. & ſic ſunt duo domini vtiles ſubordinate & diuerſo reſpectu, & ibi dicit Soci. hoc non eſſe inconueniens iuxta doctrinam Io. Fal. in §. *adeo. c.* 1. *inſtit. de loca.* quem refert & ſequitur, de quo clarius dicendum eſt, vt explicuimus 5. §. 1. *gloſſ.* 7. ita etiam in præſenti dicendum eſt quia ſi vaſſallus totum feudum in alium transfert non retenta fidelitate & iure recognoſcendi patronum ſuum, deſinit eſſe vaſſallus, & recipiens vaſſallus efficitur: ſed ſi retenta fide & iure vaſſallagij concedat ad onus feudi erga ſe, recipiens efficitur vaſſallus vaſſalli, & quia hoc fit ſub eadem dependentia feudali, nulla videtur fieri diſmembratio: fit tamen aliqua, vnde non tenet reſpectu patroni & in eius præiudicium niſi conſentiat. ſuper hoc conſuetudines locorum vario modo loquuntur. Sed pro reſolutione dico, quod noſtra conſuetudo in effectu conformatur præfatis vſibus feudorum compilatis per Obertum, & communi omnium ſcribentium doctrinæ. Ex qua quatuor concluſiones ad reſolutionem q. noſtræ facientes, excerpam.

* Prima concluſio.

* Prima feudum vel in totum vel in parte ſubinfeudati poteſt à vaſſallo domino irrequiſito & non conſentiente tribus concurrentibus. Primo, quòd hoc fiat ſincere & ſine fraude. Secundo quòd infeudetur ei, qui ſit ſimilis conditionis & qualitatis ad obſequendum patrono vel melius, vt inquit Bal. in *authen. niſi rogati. in fi.* 2. *col. C. ad Trebell.* Tertio quod ſub eiſdem pactis & conditionibus, & hæc duo comprehenduntur in primo: ita tradit *glo. in cap.* 1. §. 1. *præterea. dic. Conrad.* vbi omnes doctores ſequuntur. & in *c.* 1. §. 1. *per quos fiat inueſt. & in locis* 5. *allegatis.* & ſic huiuſmodi infeudatio non cenſetur alienatio, tex. in *d.* §. 1. *per quos fiat inueſt.* vtpote quum infeudans remaneat vaſſallus vt prius.

19. Et hoc de validitate infeudationis in ſe, ſed de eius effectu ſequitur concluſio * ſecunda. ſi feudum ſit hæreditarium, hoc eſt ad hæredem mero iure hæreditario deuoluendum, puta feudum nouum, vel ex tenore inueſtituræ pro hæredibus & habentibus cauſam conceſſam, & tunc filius ſiue alius hæres vaſſalli non poteſt infeudationi contrauenire, ſed ei ſtare tenetur, & valet & tenet infeudatio (aliàs non fraudulenta) reſpectu infeudantis, & omnium eius hæredum vel quorumcunque ſucceſſorum & cauſam habentium: ſed non valet in præiudicium patroni, quia finito feudo & reſoluto iure vaſſalli datoris, reſoluitur ius acceptoris, ſcilicet ſubuaſſalli, & ſic totum feudum vna cum eo quod fuerat infeudatum libere ad patronum reuertitur. vt tenet Spec. in tit. *feud.* §. *quoniam. q.* 38. & Feli. in *cap. quæ in eccleſiarum. col.* 26. *ver. tertia declaratio.* vbi allegat Bal. poſt Iac. Bell. in *c.* 1. §. *rurſus. col.* 1. *verſ. ſed pone miles. de controuer. inueſt. in c.* 1. *in prin. de alien. feud. in vſib. feudorum. & in c. cæterum. col. fi. de indi.* ſed Bal. *in d. locis excepto d. c. cæterum*, non loquitur ſpecialiter de infeudatione, ſed generaliter de conceſſione quæ reſoluto iure datoris reſoluitur, quod tamen etiam in ſubfeudatione habet locum, & ſic eſt vera concluſio. & ita ſpecialiter in ſubfeudo quòd ſimul reſoluatur & redeat ad dominum. decidit Bald. in *d. conſi.* 16. *in fin. lib.* 1. *conſi.* 265. *lib.* 5.

* Secunda concluſio.

20. Hanc concluſionem limita & modifica niſi ſubvaſſallus ſit paratus ſeruire ſuperiori patrono, & ab eo feudum recognoſcere, quia tunc tenetur dominus eum recipere & efficitur vaſſallus immediatus patroni, tex. in *cap.* 1. §. *fi. in fi. mo. lit. olim. poter. feud. alien.* & tradit Bal. in *d. c. cæterum. col. fi. verſi. quæro ſi vaſſallus primus.* vbi dicit hoc procedere ex æquitate ſpeciali, temperante rigorem regulæ reſoluto iure donatoris. &c. idem Bald. in *c.* 1. §. *rurſus. quib. mod. feud. amit. in vſib. feud.* Quod ſublimito primo, vt proceda

* Feudum decimale.

* Vaſſallus poteſt ſubinfeudare.

* Hic §. 41. veteris conſuetudinis hodie facit partem huius paragraphi.

ad limites ſubfeudationis, vt ſi media pars vel alia portio feudi fuerit ſubinfeudata, ſolum illud remaneat & recognoſcatur in feudum immediatum, non autem quod ſubuaſſallus remittatur ad totum feudum, niſi totum fuerit ſubfeudatum, quia text. *d.* §. 1. *in fi.* aliud non intendit, niſi quòd extinguatur, ſed conſeruetur ius vaſſalli, & quod incipiat in iure ſibi conceſſo eſſe vaſſallus immediatus. Sublimito ſecundo, niſi feudum reſoluatur propter ingratitudinem ſeu felonìam primi vaſſalli, quia tunc reuertitur integrum feudum ad patronum, prout ab eo vel prædeceſſoribus ſuis fuit conceſſum, reſolutis quibuſcunque oneribus aut conceſſionibus per vaſſallum vel prædeceſſores factis, & à patrono ſpecialiter non approbatis. Et hoc in terminis d. vſuum feudorum, in quibus non eſt dubium reſpectu ſeruitutis impoſitæ vel conceſſionis ad liuellum vel ſimilium, vt in *d.* §. *rurſus. & c.* 1. §. *quid ergo de inueſtit. de re alie. fac. cum ſimilibus.*

21. Sed reſpectu infeudationis aliud videtur, eſt text. in dict. §. 1. *in fi. per quos fiat inueſt.* vbi dicit quod ſine obitu vaſſalli ſine filiis, ſine refutatione, aut alias etiam propter culpam reuertatur, quod admittitur ſubuaſſallus ad recognitionem patroni: & ſic videtur quòd etiam propter felonìam vaſſalli non reſoluatur ius ſubuaſſalli volentis patrono obſequi. Vnde Franciſc. in *tract. feud. part.* 4. *num.* 85. tenet ſimpliciter locum eſſe *d.* §. 1. *in fi.* indiſtincte quocunque modo feudum reſoluatur. ſed dicendum eſt quod *d.* §. 1. *in fin.* inquantum loquitur de culpa, debet intelligi de alia quàm de felonia, ſine delicto commiſſo in perſonam patroni, puta de culpa non petentis inueſtituram infra annum & diem, vel de delicto commiſſo in alium quàm in patronum: ratio, quia culpa cadente in delictum per ingratitudinem commiſſum in patronum ſpecialis eſt prouiſſio. in *c.* 1. §. *denique, quæ fuit pri. cauſ. beneſi. amitt* quod feudum debet ad dominum reuerti in vltionem iniuriæ. Et ſic generalis ſermo de culpa in *d.* §. 1. *in fi.* non debet extendi ad ſpecialem prouiſionem, *d.* §. *denique* videlicet in culpa qualificata & cadente in felonìam per not. *in l. doli clauſula. D. de verbo. oblig. in l. toto intre. D. de reg. iur.* item probo, quia hoc caſu etiam agnati qui ex lege feudali vocantur, excluduntur *text. in d.* §. *denique.* Igitur multo fortius excluduntur quicunque ius vel cauſam habentes a ſolo vaſſallo, etiam per infeudationem. tum etiam circa delictum finito iure vaſſalli morientis ſine filiis, feudum integrum reuertitur ad agnatos excluſo ſubuaſſallo, vt ſtatim dicetur: ſed in caſu noſtro patronus agnatos vincit vincentes ſubuaſſallum: ergo multo fortius vincit & excludit ſubuaſſallum per regulam *l. de acceſſionibus. vbi glo.* & Bar. *D. de diuerſ. & tempora præſcript.* & hoc not. ad ſingularem & nouum intellectum. *d.* §. *in fi. per quos fiat inueſtit. quia alij non tangunt.*

*Tertia concluſio.

22.* Tertia concluſio, ſi ſumus in terminis in quibus debet feudum deuolui ad agnatos, vt in feudo ſimpliciter conceſſo & antiquo, & vaſſallus moriatur ſine filiis. tunc feudum integrum deuoluitur ad agnatum proximum reſoluta omni diſpoſitione facta per defunctum: etiam ſi infeudatio fuerit facta ſub qualitatibus primæ concluſionis. & eſt ratio quia in feudo paterno vel antiquo non valet quæcunque alienatio vel diſpoſitio facta per vaſſallum in præiudicium agnati. text. in *c.* 1. §. *hoc quoque. de ſucceſſ. feud. in c.* 1. §. *Titius. 1 fi de feu. defunct. contro. ſit inter do. & agna.* quod procedit etiam ſi factum ſit conſenſu & authoritate patroni. text. in *d.* §. *hoc quoque & in c.* 1. *de alien. feu. pater. in prin.* hinc in terminis concluſionis noſtræ decidit Andr. Iſer. in *c.* 1. §. 1. *c.* 1. *per quos fiat inueſtit.* quod infeudatio non valet niſi in vita infeudantis duntaxat, & quod poſt eius mortem proximus agnatus reuocat iure proprio, quantumcunque aliàs ſine fraude facta ſit. & ſequuntur ibi Aluar. & Præpo. *col. fi.* idem etiam decidit Bal. in *d. conſil.* 16. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 265. *lib.* 5. Ex quibus etiam verificatur multo fortius* quarta concluſio quòd ſi feudum iure contractus deuoluatur, non valet infeudatio niſi ad vitam infeudantis. iuxta not. *in l. pro.* §. 1. *D. de leg.* 1. nec ſequens in gradu tenetur ſtare, niſi forte conſenſerit, vel ſit hæres infendantis, quia tunc ſtare teneretur ſicut & in concluſione præcedentis tacite intelligitur. Modo dico quod conſuetudo noſtra præfatis concluſionibus conformatur, ſaluo quòd apud nos feuda ſunt patrimonialia & adhibitum alienabilia, ſine tamen præiudicio patroni. Et primo de prima concluſione patet, quia illa tria non ſunt niſi vnum, videlicet quod ſincerè & ſine fraude patroni fiat infeudatio: ſic & apud nos licitum eſt ſubinfeudare cuilibet capaci feudi, dummodo non fiat fraus de contractu ad contractum, videlicet de totali expropriatione ſeu alienatione per viam donationis vel venditionis ad imaginariam & ſimulatam infeudationem & retentionem fidei. Et adhuc huiuſmodi legitima infeudatio nullomodo præiudicat patrono, ſiue agatur de prehenſione feudi, ſiue de releuio, aut aliis iuribus; ſed omnino reſpectu patroni perinde habetur ac ſi non eſſet facta dicta infeudatio. & ita formaliter decidit Ioan. Fab. in §. *adeo colum.* 3. *verſ. & breuiter credo. inſtit. de loca.* vbi poſtquam decidit quod tam de iure quam de conſuetude poſſit vaſſallus vel emphyteuta abſque conſenſu & requiſitione domini ſui alij dare in feudum vel emphyteuſim, concludit hanc ſubinfeudationem vel ſecundam emphyteuſim, tantum habere locum inter concedentem & recipientem, & non reſpectu primi domini, ſed quòd illi ſalua remanent omnia iura ſua, qualia habebat ſi non fuiſſet res data ſecundo in emphyteuſim vel in feudum aut ſubfeudum. Vnde ſi vaſſallus totum feudum ſubinfeudauit, non poteſt patrono ſuo offerre fidelitatem ſolius iuris, ſeu (vt vulgari verbo vtar) tenutæ feudalis retenti: ſed tenetur facere fidelitatem totius ipſius corporis feudi vt prius. Et ſimiliter ſi partem ſubinfeudauit, non tenetur patronus admittere vaſſallum fidem vel catalogum offerentem feudi, partim in domanio, partim in iure feudali vel ſubfeudali portionis infeudatæ: ſed tenetur vaſſallus plenam fidelitatem, & priori inueſtituræ conformem facere, & catalogum plenum & integrum vt prius tradere, alioquin patronus iſte poterit feudo prehenſo frui. prout quandocunque ex defectu fidelitatis prehenderet, fruetur nedum portione retenta à vaſſallo, ſed etiam portionibus infeudatis, vel alio quouis modo alienatis ſine aliquo onere.

* Quarta concluſio.

24. Et hoc niſi vaſſallus fidem dimittendo patiatur à ſe inueſtitum fidem ſubire. Et ſic patronus eum recipiet tanquam nouum vaſſallum, receptis iuribus feudalibus ex mutatione vaſſalli debitis. Illud etiam certum eſt habentem inueſtituram à vaſſallo poſſe contra eundem vaſſallum vel eius hæredem agere, vt clientelaria obſequia & iura præſtet ſuperiori patrono, & manum leuatam obtineat, vt hoc facto ſibi habere & frui liceat ſubfeudo, iuxta *not. in ſimili* 3. §. 28. tantum igitur reſpectu vaſſalli, & eius ſucceſſorum & cauſam habentium valet & tenet infeudatio, quod eſt conforme aliis tribus concluſionibus, nec opus eſt eas ſpecialiter proſequi; quoniam ſi feudum non ſit hæreditarium, ſed lege contracto vel ſubſtitutionis deferatur, non valet quæcunque infeudatio vel alia diſpoſitio vaſſalli etiam conſenſu patroni facta, niſi ad vitam infeudantis duntaxat. *l. pro.* §. 1. *D. de leg.* 2. Aduerte tamen inquantum dixi ſuper ſecunda concluſione, quod infeudatio à ſolo vaſſallo facta per eius feloniam in patronum commiſſam reſoluatur, procedit ſecundum præfatos vſus feudorum, ſecus de conſuetudine noſtra vel ſimili, vbi ſolum confiſcatur vel committitur illud quod (ceſſante fraudulenta alienatione) ſpectat & reliquum eſt vaſſallo ingrato tempore delicti commiſſi

per not. 5. §. 43. 9. 17. 19. Si vero vaſſallus ſubinfeudaret quamlibet partem feudi, ad hoc quod teneretur & recognoſceretur à ſe non ratione reſidui corporis feudi, ſed ratione alterius certæ manſionis quæ non eſt de feudo: vel ſi totum feudum infeudaret ad hoc quòd recognoſceretur ratione alterius caſtri vel rei, ita quod mutaretur dependentia vel tenuta feudalis, non valeret hoc reſpectu, quia eſſet vera diſmembratio feudi vel partis à capite, & per quoſque actus recognitionis & ſolutionis iurium ſubuaſſalli, non priuaretur patronus ſuper hoc ignorans iure ſuo nec reſpectu poſſeſſionis quidem per not. in q. præcedenti. Sed quando id quod infeudatur, non alienatur ab eadem clientela & dependentia feudali, ſed in eadem ſubordinatur, tunc non videtur prorſus alienatum. per not. Bal. Io. de Imol. *in l. talem, inſt. D. de hæred. inſt.* Verum eſt tamen ineſſe quandam diſmembrationem à corpore, ex eo quod domanium conuertitur in ſubfeudum, ſed tamen non tenet nec habet vires reſpectu patroni, nec in eius præiudicium, vt dictum eſt per hunc text. qui ità debet intelligi.

25. Sic etiam debent intelligi reliquæ conſuetudines huius regni, nedum quæ ſimpliciter loquuntur, ſed etiam quæ expreſſe prohibent domanium in ſubfeudum conuerti per vaſſallum, qualis eſt conſuetudo Niuernenſis eodem *titu.* §. 43. quia debet intelligi reſpectu patroni, & in eius præiudicium, non quin teneat actus ad obligandum infeudantem & eius ſucceſſores & cauſam habentes, vt ſic in quantum in *d.* §. 30. dicitur patronum inſtare poſſe vt ſubinfeudatio facta per vaſſallum declaretur nulla, debeat intelligi & reſtringi reſpectu patroni & inquantum cum tangit, & hoc tanquam rationabile poſſet defendi: Tum vt eutetur correctio iuris communis, tum quia huiuſmodi ſubinfeudatio non videtur prohibita niſi propter intereſſe patroni, & ſic videtur quod eius tantum reſpectu reuocari debeat, cæterum tenere cum effectu. Sed certe vix iſtud in praxi admitteretur, quia, vt inquit Bald. in c. 1. *in fi. de alien. feud.* quando prohibetur alienatio quia ita placet legiſlatori, vt ſic * volo ſic iubeo, tenaciter verbis inhærendum eſt. non reſtringendo nec addendo. Et hoc dicit eſſe vtile ſtatuta terrarum, quæ pro maiore parte (inquit) magis conſiſtunt in ſic volo ſic iubeo, quam in medullari ratione. Et ſic practicabilius videtur quod apud Niuernenſes ſimpliciter verba conſuetudinis eius ſequendo, patronus poſſit huiuſmodi ſubinfeudationem facere declarari nullam & omnino reuocari præcisè & abſolutè. ita vt nec reſpectu vaſſalli tantum tenere poſſit, in quo communis eius loci practica & obſeruantia attendi debet. *l. ſi de interpretatione. D. de legib. l. ſi. C. de minor. c. ex literis. de conſti. cap. ſicut. de re iudi. cap. ex inſinuatione de appell. cum vulg.*

* Sic volo ſic iubeo.

Nec illud dictum Bald. tenaciter verbis inhærendum, prorſus inciuile eſt, ſed tolerabile, quando nulla inde reſultat iniquitas, vt in d. conſuetudine Niuernenſi: ſed inciuile & intolerabile eſſet illud dictum Bald. imitari, quando iniquitas reſultat, tunc enim non eſt vſque adeo verbis hærendum, ſed iuxta iurecon. in *l. Salutius Ariſto. D. de leg. præſtan. in l. in ambiguis*, §. *quoties. D. de regul. iur.* iuſtis decretis res temperanda eſt. Vnum ex multis exemplum dabo ab hac materia non alienum, in conſuetudine Aluerniæ *tit. des emphyteoſes & louages.* §. 4. vbi dicitur, quod ſecundus ſenſus & omne aliud annuum onus ſine conſenſu domini directi ſuper cenſuali prædio impoſitum, confiſcatur ſiue committitur domino directo, quod eſt multum durum ne dicam iniquum: quare non puto præcisè & abſolutè dictis verbis ſtandum, ſed cum hoc temperamento, vt ante ſententiam & commiſſum adiudicatum liceat pœnitere, vel dominum omnino indemnem reddere. Et iſtud nedum in manifeſta æquitate fundatur, ſed etiam in verbis eiuſdem conſuetudinis adiuuatur, quæ eo. §. 4. ita ſentire videtur dum ſubdit, *& en faiſant faire declaration par iuſtice de ladite commiſe & non autrement*, id eſt, faciendo per iudicem cum cauſæ cognitione declarari commiſſum & non aliter. Et ſic aperte ſentit non eſſe locum huic commiſſo ipſo facto: ſed demum per ſententiam cauſa cognita latam, quia dicta finalis clauſula, *& non autrement*, id eſt, & non aliter, refertur etiam ad illa verba, *eſt commis & confiſqué.* quum ſint in eadem oratione & eodem contextu verborum. Igitur non eſt intelligendum eſſe commiſſum vel confiſcationem niſi ſecuta declaratione. Et conſequenter poteſt & iudicio meo debet re integra, hoc eſt, ante ſententiam admitti ſatisfactio cenſuarij, offerentis dominum omnino indemnem reddere, (puta duplicato conſenſu, vel laudimijs) vel ad ſummum, rem ad priſtinum ſtatutum reducere, puta redempto reditu impoſito, ſeu conceſſione rei, idque ſecundum cenſum vel reditum reuocata. Præfata enim conſuetudo ad hunc finem induxit illud commiſſum, ne contingat dominis directis præiudicari in iuribus laudimiorum futuris ex venditionibus rerum cenſualium: quia ſi cenſuarius rem certo annuo reditu onerauerit, vel ad certum annuum reditum conceſſerit, clarum eſt quod res deinceps tanto minoris venderetur, quod ſicut non eſt æquum domino præiudicare debere: Ita æquum eſt cenſurare integra ſatisfacientem domino (& ſic ceſſante intereſſe illius) non amittere in perpetuum antiquum hæredium & patrimonium ſuum. Quid enim ſi (prout nuper accidit) pauper & ignarus cenſuarius habens prædiolum in quo erat molendinum ruinoſum, non valens ſumptibus refectionis ſufficere, conceſſit illud ad certum annuum reditum, ad onus ſoluendi cenſum domino, & dictum molendinum prope reparandi, & ſub clauſula quòd ſi per triennium ceſſaretur in ſolutione reditus, res ad concedentem reuerteretur, & ſtatim dominus directus in ius vocat concedentem. Concludit ad declarationem commiſſi, vtque ius dicti reditus ſibi adiudicetur, & ſic vt pauper ſubditus omni iure ſuo, & ſpe non rem recuperandi in perpetuum priuetur. Ecce vides quorſum res euadat, ſimpliciter nudæ literæ *d.* §. 4. inhærendo. Audiui enim à quibuſdam (vt nonnulli quandoque inueniuntur iudices *ἀγράμματοι*) commiſſum adiudicatum domino nulla oblatione rei admiſſa. Sed iudicio meo melius & iuſtius feciſſent ſi iuxta præfatum noſtrum æquitatis temperamentum, à commiſſo abſtinuiſſent, etiam dato quòd reus non potuiſſet dictam conceſſionem reuocare: reúmque hoc offerentem condemnaſſent ad reddendum actorem indemnem. puta quod quoties prædium & molendinum venderetur vltra laudimia pretij conuenti debita per emptorem: ſoluantur domino laudimia de eſtimatione & valore reditus emphyteutici à reo tenti per ipſum reum vel eius ſucceſſores. Et maxime attento quòd in præfato themate occaſione dictæ conceſſionis ad reditum vel emphyteuſim cum onere refectionis, cenſus & commodum laudatiuorum ſeu laudimiorum domini non erat diminutum, imò longe melior conditio domini effecta. Erat enim molendinum optime magnoque ſumptu reparatum, ita quòd res cenſualis quæ ante huiuſmodi conceſſionem vix fuiſſet vendita triginta libris, amodo & poſt dictam refectionem facile ducentis aut trecentis libris veniſſet. Sed de his hactenus ne nimium extra materiam §. noſtri efferar.

27. ¶ SEXTO ad ampliorem horum declarationem pone. Quidam nobilis Titius habens feudum Titianum mouens à Barone, dedit quædam prædia feudi ſui Seio in ſolutum certi reditus à patre ſuo conſtituti, cum hac conditione quod Seius dicta prædia teneret & recognoſceret in plenum & immediatum feudum à concedente ratione feudi Titiani;

& conſequenter in ſubfeudum à Baronia, & tenore eiuſdem contractus Seius admiſſus fuit in fidem à Titio habente eundem contractum pro dinumeramento ſiue ſufficienti catalogo pro hac vice. Paulo poſt perfidus Seius volens patrono ſuo æquari, recognouit dicta prædia in feudum à Barone quod videns dictus nobilis cœpit vendicare prædia ſua obtentis ex more literis regijs, vt ad iudicium procederetur non habito reſpectu ad dictam conceſſionem. Tum propter nullitatem dicti reditus vſurarij male & minus iuſto pretio conſtituti: tum propter læſionem vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis: tum propter non ſeruatam fidem & cauſam non ſecutam. Sed non fuit proſecutus, & interim Baro continuo vltra triginta annos vſus eſt feudali iure in dicta prædia, & iura & releuia percepit ſuper Seio & eius hæredibus. Tandem Titius iure feudali & ex defectu hominis manum iniecit in dicta prædia ab hæredibus Seij poſſeſſa, ſine præiudicio dictæ litis in petitorio. Deinde moritur relicto filio, qui fidelitate Baroni facta offert ei catalogum feudi, in quo ponit dicta prædia inter domanialia ſecundum veteres catalogos, vel inter feuda ad optionem Baronis, qui vtrunque recuſat, dicens dicta prædia eſſe feudum ſeparatum à ſe immediate mouens, & ſe eſſe in poſſeſſione vltra quadraginta annos, & iuſte recepiſſe Seium in fidem, quia Titius non poterat concedere in ſubfeudum, nec domanium conuertere in feudum, & conſequenter non valuiſſe clauſulam ſubinfeudationis, nec opus feudale quod ſtipulatus fuit, & retinere voluit à Seio in dicto contractu. Et vltra ſic vt ſequitur argutabatur, dicta prædia tempore dicti contractus erant pars æque principalis feudi Titiani, & immediate in feudum mouebantur à Barone, & deinde fuerunt alienata, & non poſſunt recognoſci in feudum ſubalternum à feudo Titiano in præiudicium Baronis, & ſic licet non valeat retentio dictæ poteſtatis feudalis, tamen valida eſt alienatio, ergo debent recognoſci à Barone vt prius à quocunque poſſideant. Attento quod remanſerunt feudalia, & non debent teneri in feudum ab alio quàm à Barone à quo ſemper feudaliter mota ſunt. Ecce vides confuſam litium intricationem, & quàm variæ inde oriantur quæſtiones. Huiuſmodi ſpecies accidit mihi, & ego literis occupatus inſtantiam petitoriam reſumere nolui, quia etiam ſubuaſſallus offerebat ſe paratum ſtare contractui, & iuſta facere pro futuro tempore ſi hti petitoriæ cederem, quod ſtatim feci: ſed is poſtquam abſolutus fuit, fefellit: nunc breuiter & diſputatione omiſſa explicemus quæſtiones materiam feudalem concernentes.

20. Et primo per notab. in quæſt. præcedenti apparet, quòd patronus ſuperior non poteſt diuidere conceſſionem vaſſalli, vt teneat quoad alienationem, ſed non quoad infeudationem, ſed debet in totum approbare recipiendo catalogum in quo res conceſſa deſcribitur inter ſubfeuda, vel in totum reprobare quoad ſe, vt vaſſallus teneatur in catalogo inter domanialia ſecundum antiquam formam deſcribere, ad hoc. *l. cum quæritur. D. de adminiſt. & peri. tuto. vel cura. l. neminem. D. de legat, 2. cum ſimilibus.* Vlterius dico, quod non obſtante proceſſu petitorio & eo pendente, potuit Titius poteſtate feudali vti, & iura dominicalia exercere & in prædia conceſſa & vendicata, idque per modum prouiſionis, & ſine præiudicio petitorij. Nec illud eſt repugnans, imò ex quo pendente lite in petitorio ſuper nullitate vel reſciſſione contractus, debet reus poſſidere, tenetur ea præſtare ad quæ lege contractus tenetur, quia interim debet contractus hincinde exequi & ſortiri effectum. Et ſicut vendicans nihil interim debet innouare ex parte ſua, ita nec reus. *l. vnica. C. in integ. reſtitu. poſtu.* Et ſic interim reus non eſt priuandus poſſeſſione ſua, ita nec actor, *cap. Laudabilem. vt lite pendem.* Et hoc eſt indubitatum reſpectu eius quod in omnem euentum etiam reo abſoluto eſſet actor obtenturus. Sic in ſimili petens reſciſſionem conceſſionis rei in cenſum, poteſt pendente lite petere prouiſionalem ſolutionem cenſus & laudimiorum, quæ in caſum victoriæ primum deducet ſuper fructibus. dico etiam quòd Baro non obſtante quadragenaria poſſeſſione, debet deſiſtere à patronatu ſeparato quod prætendit in dicta prædia, & recipere filium Titij antiqui vaſſalli in fidem feudi Titiani, & conſequenter dictorum prædiorum, tanquam partem integralem feudi Titiani facientium. Quam quum ſit patronus, nullo tempore præſcribere potuit contra Titium vaſſallum vel eius hæredes: & ſic non poteſt temporis lapſu acquirere fidelitatem illam quam Titius habebat in Seium ſubuaſſallum. imò fortius dici poteſt & verum eſt, quòd Baro nunquam habuit poſſeſſionem vel quaſi dictæ ſeparatæ feudalitatis, & nunquam poſſedit niſi perfidia, labia & nummos Seij. vt in ſimili inquit Inno. *in c. olim. 3. de reſtit. ſpolia.* quia quum Seius hoc reſpectu non poſſideret, ſed poſſideretur à Titio, non potuit etiam per actus reales priuare Titium per ſe & non miniſterio Seij poſſidentem: & quamuis Titius ſciuerit, tamen non fuit paſſus, ſed habuit animum ius ſuum & poſſeſſionem conſeruandi, prout eam per realem prehenſionem exercuit ſecuta apertura ſubfeudi per obitum Seij. Igitur per notab. ſupra eodem. *quæſt. 2.*

29. SEPTIMO quæro, nunquid in præfato themate fiat magnum præiudicium Baroni ſiue patrono ſuperiori? quia ſubinfeudatio non fit gratis, ſed mediante remiſſione reditus redimibilis, & ſic perinde eſt ac ſi prædia ſubinfeudata venderentur per not. I. §. 20. *gloſſ. 5. q. 10. in fi. & §. 33. q. 18.* Et vt clarius appareat, pone vaſſallum ſubinfeudare dimidium feudi mediante magna ſumma pecuniæ? Et videtur patronum iuſte conqueri poſſe, alioquin ſequetur, totum feudum vel eius quotam partem vendi, & patronum iure ſuo fruſtrari. In contrarium quia ſequeretur quod non poſſet vaſſallus partem feudi concedere in cenſum vel reditum recepta certa ſumma pecuniæ, quin patronus haberet commodum: imò non poſſet gratis ſubinfeudare quin patronus haberet releuium, ſicut de donatione, quod eſt contra prædicta. & contra ſupra. 41. infra eodem. Pro breui reſolutione aduerte primo, eodem ſemper themate retento, quod dimidia pars feudi quæ in ſubfeudum vel cenſum conceditur tempore conceſſionis mouetur feudaliter & immediate à Barone: Et quocunque modo vaſſallus diſponat non poteſt eam diſmembrare à capite nec ſine conſenſu Baronis facere quin immediate & feudaliter moueatur a Barone, & ſemper remaneat ei ſubiecta in omni qualitate & onere feudali, & ſub ratione eiuſdem feudi vt prius, & hoc eſt quod principaliter & in effectu vult text. huius §. Manente autem integro iure Baronis, & ſine præiudicio iurium eius in cæteris, poteſt vaſſallus in caſu permiſſo ab hac conſuetudine prouidere vt ex certo contractu ſuo ſuper feudo nullum ius acquiratur patrono, vt ſecundum formam d. §. 41. videlicet non dimittendo, ſed retinendo fidem, & ſic tenendo feudum in eodem ſtatu (reſpectu patroni) in quo erat prius, & dummodo huiuſmodi retentio fidei non ſit imaginaria, vt dicam in d. §. 51. Et hoc iuſtiſſima ratione fuit introductum à noſtra conſuetudine, ne videlicet commercium & adminiſtratio ſui cuiuſque patrimonij, quod vt plurimum in hoc regno conſiſtit in feudis, prohiberetur & impediretur.

30. Secundo aduerte vt in ſimili dictum eſt I. *eo quæſt. 5. num. 17. 23.* Quando vaſſallus alienat mediam partem feudi, multum intereſt, An ſimpliciter vendat, permutet vel donet: An vero ſubinfeudet,

vel in cenſum concedat, quia primo caſu cenſetur res alienata qualis eſt cum onere ſuo, & eſt totalis alienatio & mutatio vaſſalli & portio alienata aperitur patrono, & ei iure quinti denarij & retractus feudalis vel releuij abſque dubio acquiruntur, & tenetur acquiſitor in fidem Baronis ſe conferre, alioquin prehenſionem illius portionis & fructuum amiſſionem patietur. Et hoc niſi alienans expreſſe retinuerit fidelitatem penes ſe, & ad onus ſuum, in caſu in quo rationabiliter hoc fieri poteſt, vt alienatione ad modicum tempus per *no. in d.* §. 51. Et tunc etiam aut primo caſu non cenſetur diſmembratio feudi, ſicut nec quando plures hæredes ſuccedunt vaſſallo, quia ſemper remanet vnitas feudalitatis & tituli feudi, & ſimul debet fieri recognitio tanquam à conuaſſallis eiuſdem feudi, vel ſi fiat ſeparatim, debet fieri ſub ratione portionis eiuſdem feudi: niſi dominus conſentiat diuiſioni & ſeparationi feudi. Secundo vero caſu non requiritur quod alienans expreſſe penes ſe & ad onus ſuum fidelitatem retineat: quia eo ipſo quod concedit in ſubfeudum vel in cenſum, rem quam dicit ad ſe ſpectare ratione talis feudi ſui, ſatis fidelitatem totius feudi retinet, quoniam reſpectu acquirentis retinet quoddam dominium directum, & vera iura dominicalia, & ſic non eſt totalis alienatio. Et eo ipſo quod acquirenti imponitur onus dominicale feudi vel cenſus, tacite intelligitur actum quod recipiens non debeat alia vlla iura dominicalia, & quod concedens teneatur ſuperiori & ſuo patrono de iuribus dominicalibus eis debitis & in futurum debendis reſpondere & ſatisfacere, quod nihil aliud eſt quàm fidem retinere.

31. Et tertio notandum eſt quòd hoc ſecundo caſu nulla iura debentur patrono, neque releuium, ſi gratis & animo donandi fiat huiuſmodi conceſſio, nec quintum pretij, ſi fiat mediante iuſto pretio: ſed ſufficit quod remaneant patrono integra iura reſpectu totius feudi, etiam portionum conceſſarum in omnem caſum & euentum mutationis feudi & vaſſalli ſui, non habito (quantum ad ſuperiorem patronum attinet) reſpectu ad prædictas conceſſiones. Fallit tamen ſi appareret mentionem ſubinfeudationis vel cenſus eſſe appoſitam ad colorem & ſimulate, de quo dicemus ℣. §. 51. Quid ſi vaſſallus non concedat ad onus feudi vel cenſus, ſed ad onus certi annui reditus, dicam in d. §. 51. *quæſt.* 9.

32. VLTIMO not. quod diſpoſitio huius §. qui loquitur in vaſſallo, nedum habet locum ex parte vaſſalli, ſed etiam ex parte patroni, per no. ℣. §. 1. *gloſſ.* 3. *q.* 1. *&* ℣. *eo, q.* 3. Et ſic nedum non poteſt patronus diſmembrare feudum à ſe mouens, de quo non eſt dubium, ſed nec feudum ſuum dominans in præiudicium iuris vaſſalli, & alterando formam inueſtituræ. Vnde quamuis poſſit locum dominantem in totum vel in parte vendere cum curia, & ſic non mutato ſtatu ſubfeudorum. *vt per* Alex. in *conſ.* 7. *in conſultatione, colum. pe.* & latius in conſ. 25. *attentis narratis lib.* 5. Tamen non poteſt facere quòd feuda quæ mouentur à caſtro, moueantur ab alio cui tantum domanium vel partem domanij vendidit retento caſtro: & è conuerſo non poteſt vendere vel aliter transferre locum dominantem retentis vaſſallis, etiam ſi totum domanium vel domanij partem retineat. Non tamen nego quin poſſit totum vendere retentis iuribus feudalibus præteriti temporis, puta releuiorum, vel iuris retractus aut quinti denarij ex præcedenti venditione ſubfeudorum. Et ſic quamuis ius retractus feudalis non poſſit regulariter cedi extraneo. per not. ℣. §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. tamen poteſt retineri à patrono totum feudum dominans vendente, quia propter reliquias præteriti dominij directarúmque actionum non cenſetur omnino extraneus. non autem poſſet ius retractus feudalis retineri pro aliquibus futuris venditionibus ſubfeudorum, quia cùm tale ius nondum ſit ortum, non eſſet retentio, ſed vera ceſſio, ſeu potius ſtipulatio futuræ ceſſionis in mere extraneum, inſpecto tempore iuris cedentis, quod non poteſt fieri per no. in *d.* 9. 1. Poteſt etiam vendere retento iure commiſſi ex cauſa præterita; imò vt diximus ℣. §. 43. 9. 10. *nn.* 40. non tranſit hæc actio in emptorem vel alium ſingularem ſucceſſorem feudi dominantis, niſi expreſſe dicatur.

33. Sed quid ſi vendens retineat iura releuiorum, & ſimilia iura vtilia pro tempore futuro ad vitam ſuam, vt vidi de facto. Reſpond. Iſtud nullam diſmembrationem feudi implicat, quia non cenſetur retenta fidelitas nec ius dominicum, nec poteſtas prehenſoria, nec ipſa proprietas iuris releuiorum prout iſta retineri non poſſunt, nec à patronatu & feudo dominantis ſeparari. Et ſic relinquitur quòd ſola commoditas, ſiue fructus & obuentiones dictorum iurium vtilium cenſentur retineri, quod non eſt prohibitum. fructus enim & obuentiones pecuniariæ dominicalium iurium cedi poſſunt. An autem huiuſmodi obuentiones poſſint retineri in perpetuum, ſiue pro ſe & hæredibus in infinitum? pendet ab ardua illa q. An ſimplex legatum vel ceſſio annuorum fructuum alicuius feudi vel iuris, percipiendorum de manu proprietarij, præcisè finiatur morte, An vero duret vel extendi poſſit in perpetuum; quod diſcuſſi & reſolui. ℣. §. 161. vbi remitto, ne materiam huius §. excedam.

---

* §.

* Hic §. olim fuit. 41. hodie pariè ſatis huius 52.

ITEM, vn vaſſal ſe peut ioüer de ſon fief iuſques à la demiſſion de foy, ſans ce que le ſeigneur luy en puiſſe demander profit.

VAſſallus de feudo ſuo ad libitum citra dimiſſionem fidei diſponere poteſt, abſque eo quod patronus vllum commodum prætendere poſſit. H. D.

SVMMARIA §. XLII.

1. *Declaratio literæ.*
2. ¶ *Q.* 1. *Non poteſt eſſe vaſſallus abſque feudo.*
3. *Vera mens huius* §.
   Si feudum vel pars in totum & perpetuo alienetur, aperitur, & omnia iura feudalia debentur, non obſtante expreſſa retentione fidei tanquam nugatoria.
4. ¶ *Q.* 2. *Tripliciter fit* dimiſſio fidei.
   Dimiſſio ſolemnis.
5. *Dimiſſio formalis.*
6. *Dimiſſio realis.*
7. *Dimiſſio potentialis & impropria.*
8. *Non ſunt paria eſſe in actu vel in potentia.*
9. ¶ *Q.* 3. *No. thema.*

Digitized by Google

10. *Contractus magis ex pactis quàm ex verbis discernuntur.*
11. *Et ab eo quod præponderat.*
12. *Vera retentio census & directi dominij implicat retentionem fidei.*
13 ¶ *Q.* 4. *Quid de venditione feudi facta sub facultate redimendi vsque ad triennium retenta interim fide?*
14. *In omni dispositione verba debent de aliquo operari.*
15. *Lex debet intelligi in casu dubitabili.*
Et ita punctuari vt decidat casum dubitabilè.
16. *Quando superfluitas toleranda sit.*
17. *Tolerabilius est verba nihil de nouo operari, quàm deduci ad absurdum.*
18. *Reprobatio plurium opinionum.*
19. *Solutio quæstionis, quod feudum potest sub pacto redimendi ad modicum tempus vendi retenta interim fide.*
Modicum tempus dicitur infra decem annos.
20. *Habens ius redimendi, non censetur totaliter alienasse, sed in bonis retinuisse.*
21. *Et si redimat infra tempus non cẽsetur de nouo acquirere, & res remanet in veteri statu & qualitate pristina, & resoluuntur hypothecæ medio tempore impositæ per emptorem.*
22. *Si vassallus non redemerit infra tempus feudum ex tunc & non retro (quamuis ex præcedenti venditione) aperitur.*
23. *Actio ad redimendum non est mere personalis, sed in rem scripta.*
24. *Quandiu durat retentio fidei, tenetur venditor & eius hæres iusta facere patrono, vt habere liceat emptori.*
25. ¶ *Quæstio* 5. *Ampliatur conclusio quæst. præcedentis primo, siue totum feudum, siue pars sic vendatur.*
26. *Amplia* 2. *in alijs contractibus & alienationibus in quibus eadem ratio quantum ad hoc inuenitur.*
27. *Breuitas tẽporis, cõuenientia pretij, & pactorum, cum euentu secuto arguit simulationem.*
28. *Amplia* 3. *in concessione feudi vel partis ad reditum perpetuum.*
Quantum concessio ad reditum differat à subinfeudatione vel concessione in censum.
29. *Concedens ad reditum, nullum dominium in se retinet.*
30. *An & cur concessio ad reditum differat à venditione, in materia huius §.*
31. *Amplia* 4. *siue vassallus alienans sit in fide patroni siue non, imò etiam si feudum esset ex defectu fidei prehensum, adhuc locus est dispositioni huius §.*
Fidelitas actualis & habitualis.
Clausula retentionis fidei habet duplex caput.
32. 33 ¶ *Q.* 6. *Si vassallus qui vendidit sub facultate redimendi infra modicum tempus & retenta fide vendat vel cedat alij ius redimendi: nihilominus pendente à facultate debent mutationes feudi metiri ex persona venditoris & eius hæredum, & non ex persona cessionarij.*
34. *Secus in concessione ad perpetuum reditum retenta fide, quia fides censetur retineri per eum ad quem spectat ius reditus & ex eius persona mutationes feudi attendantur.*
35. ¶ *Q.* 7. *Retractus feudalis non habet locum in venditione sub facultate redimendi infra modicum tempus, quandiu illa facultas durat: licet habeat locum retractus proximitatis.*
36. 37. ¶ *Q.* 8. *Si vendatur feudum sub pacto redimendi vsque ad nouem annos, & illis finitis vsque ad alios nouem annos retenta fide, non valet nisi vsque ad primos nouem annos.*
Idem si res ecclesiæ locatur vsque ad nouem annos sub pacto redimendi, quia vitiatur pactum renouandi duntaxat.
38. ¶ *Q.* 9. *Tempus pendente termino prorogatum censetur idem inter prorogantes, sed non in præiudicium tertij.*
39. *Prorogatio excessiua valet pro rata temporis permissi, & non vitiatur nisi in excessu.*
40. ¶ *Q.* 10. *Quando vtile per inutile non vitiatur.*
41. *Quatuor modis dicitur esse individuum.*
42. *Electio vel locatio facta vltra tempus permissum, in totum nulla est*
43. *Si res solita concedi vsq; ad tertiam generationem, concedatur vsque ad quartam, tenet concessio vsque ad tertiam tantum, quia tot censentur esse concessiones quot sunt generationes.*
44. *Reprobatur distinctio Io. de Imol.*
45. *Si solitum infeudari in masculos tantum, concedatur pro masculis & fœmina, valet infeudatio quantum ad masculos tantum.*
46. *Nisi recipiens interfit contractum non dissolui, quia tunc nisi in totum confirmetur, potest à toto discedere.*
47. *Locatio rei ecclesiasticæ ad longum tempus in totum vitiatur, nec valet ad modicum tempus.*
48. *Reprobatur quædam theoria Bald.*
In maiori tempore non inest minus.
49. *Illicitum à licito separabile est in eodem contractu, quando neutra pars læditur.*
50. *Prorogatio liberalis diuisionẽ recipit sicut donatio, nec vitiatur permissum propter excessum.*
51. ¶ *Q.* 11. *De concessione rei feudalis ad reditum non retenta fide debetur relevium.*
52. *Quid si recipiens infra modicum tempus reditum redimat?*
53. *Breuis distinctio.*
54. ¶ *Q.* 12. *Quid sit* manus mortua?
Manet idem corpus numero, licet omnes eius partes mutentur.
Nauis Theseï per nongentos sexaginta annos conseruata.
55. *Manus mortua dupliciter accipitur.*
Homines manus mortuæ.
56. *Homines tailliabiles.*
57. *Feudum & emphyteusis non possunt transferri in manum mortuam.*
58. *Sed in personam eiusdem conditionis.*
59. Episcopus *non potest infeudare suo capitulo, etiam res aliàs soluas priuatiu infeudari.*
60. Ecclesia

Digitized by Google

60. Eccleſia *poteſt acquirere feudalia & cenſualia prædia, ſed poteſt compelli à domino directo ponere extra manum ſuam, ad quod habet annum à die interpellationis domini computandum.*

61. *Non præſcribit eccleſia ius poſſidendi & non ponendi extra manum ſuam aduerſus priuatum dominum directum, niſi longiſſimo tempore*

62. *Dominus recipiens relenia vel laudimia ab eccleſia vel eam inueſtiens, ſeipſum non excludit à iure expellendi, ſed à iure indemnitatem petendi.*

63. *Non tenetur eccleſia dare domino directo vicarium confiſcantem.*

64. *Habens merum imperium vel aliam iuriſdictionem in loco, non poteſt ex eo ſolo impedire res transferri in eccleſiam.*

65. *Nec ei debetur aliqua indemnitas.*

Eccleſiæ vel templa ſacra ſunt de territorio & iuriſdictione ſecularis poteſtatis.

66. *Captura clerici delinquentis etiam intra eccleſiam non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad poteſtatem ſecularem.*

Iura canonica non habent vim legis in hoc regno in his quæ concernunt temporalia & iuriſdictionem ſecularem.

67. ¶ *Cùm agitur* de conſecratione loci, *requirendus eſt conſenſus etiam habentis iuriſdictionem dumtaxat.*

68. ¶ *Quomodo accipiatur amortizatio, & indemnitas.*

69. *Amortizatione indemnitas conceſſa, non eſt remiſſa indemnitas: ſed per receptionem vel pactionem indemnitatis, aut relenionum vel laudimiorum cenſetur conceſſa amortizatio.*

70. *Ius indemnitatis exigendæ non tollitur per inueſtituram vel receptionem iurium vtilium, ſed præſcriptione temporis longiſſimi.*

71. *Receptio canonis futuri temporis inducit remiſſionem commiſſi.*

72. *Receptio vel exactio cenſus ſcienter facta ab eccleſia, non inducit amortizationem, nec remiſſionem indemnitatis.*

Cenſus enim à quouis poſſeſſore ſolui debet.

73. *Inueſtitura autem perpetuam approbationem importat.*

74. *Procurator habens mandatum ad quaſcunque inueſtituras renouandum, non poteſt inueſtire eccleſiam, vel aliam manum mortuam.*

75. *Remiſſio commiſſi non eſt alienatio, ſecus de amortizatione.*

76. *Ad amortizandum ſufficit & requiritur ſpeciale mandatum.*

Mandatum ſpeciale ad amortizandum eccleſiis non extenditur ad alias manus mortuas.

77. *Intellectus cap. qui ad agendum de procur. in 6.*

In mandato particulari, clauſula generalis & omnia alia faciendi etiam ſpeciale mandatum requirentia, non extendit mandatum ad alia, ſed reſtringitur circa prædicta.

78. *Amortizatio non mutat dominium nec qualitatem rei.*

79. *Tutor vel curator non poteſt amortizare.*

80. *Nec Epiſcopus in præiudicium ſucceſſoris, nec maritus, nec fructuarius.*

Patronus ipſe minor 25. annis licet maior 20. non poteſt inueſtiendo amortizare.

81. *Quandiu viuit vaſſallus monaſterium ingreſſus, non poteſt monaſterium cogi ad vacuandam manum ſuam, nec ad indemnitatem præſtandam.*

82. *Profeſſione fructuarij vel emphyteutæ non finitur vſufructuarius emphyteuſis.*

83. *Superior patronus non poteſt amortizare ſubfeudum dependens à feudo à ſe prehenſo.*

84. *Poteſt tamen (& idem de fructuario) exigere relenia & indemnitatem à manu mortua pro tempore ſuo, nec tenetur reſtituere, licet poſtea manus mortua expellatur à patrono immediato.*

85. *Patronus immediatus poteſt amortizare ſine conſenſu ſuperioris patroni.*

86. *Quæ ſit vera & abſoluta æquitas.*

87. *Iudex debet ſequi æquitatem legalem non imaginariam.*

88. *Amortizatio patroni immediati præiudicat omnibus ſuperioribus in iure expellendi manum mortuam: ſed non in iure indemnitatem pro eorum tempore exigendi.*

89. *Nulla amortizatio inferioris præiudicat regi.*

Nihil poteſt poſſideri in hoc regno etiam ab eccleſiis niſi ſub legibus regis.

90. *Cur in hoc regno prohibentur eccleſiæ acquirere immobilia.*

91. *Aduerſus Regem nullo tempore præſcribitur amortizatio, ſed bene indemnitas præteriti temporis vltra 40. annos.*

92. *Etiam alaudialia nō poſſunt ab eccleſia teneri.*

93. *Reijcitur diſtinctio Canoniſtarum.*

94. *Statutum laicorum prohibens immobilia etiam alaudia in eccleſias transferri valet, nec eſt contra eccleſiaſticam libertatem.*

Statutum de alienando in non ſubditos comprehendit eccleſiam ex indemnitate rationis.

95. *Ratione reditus ab eccleſia acquiſiti ſuper feudo vel re cenſuaria, nulla amortizatio nec indemnitas debetur domino directo.*

Tamen à rege habenda eſt amortizatio.

96. *Niſi ſint reditus redimibiles ad rationem beſſis vel ſemiſſis vſuræ vel circa, quia de iſtis non debet procurator regis ſe intromittere, nec cogere eccleſiam ad vacuandum manum ſuam.*

97. *Amortizatio Regis non præiudicat domino inferiori.*

98. *Fauore religionis aut alia iuſta cauſa poteſt dominus directus cogi ad conſentiendum amortizationi.*

99. *Princeps non poteſt amortizando exproprietare dominum directum & ſupremam iuriſdictionem.*

100. *Vbi debeat homologari amortizatio regia.*

Digitized by Google

Hic text. magnam præ ſe fert authoritatem, A ſicut &c* §. 55. ẽ. *eod.* cui iſte affinis eſt. Tota autem obſcuritas huius §. verſatur in duobus verbis. Primo, in illo verbo, *ioüer*, ſecundo in illo verbo *demiſſion de foy*.

* De quo paulo ante, eſt autem hodie 51.

1. Quantum* ad primum, dicendum quod iſtud verbum, *ioüer*, Latinè & ad verbum ludere, non intelligitur mere ad literam: quia ille ſenſus non congrueret menti: non etiam intelligitur de dilapidatione, diſmembratione, vel deterioratione aut corruptione feudi, quum illa ſint prohibita ẽ. *eo.* §. 43. & 51. Nec etiam de totali & perpetua alienatione, vel expropriatione, per ea quæ ẽ. *eo.* dicemus q. *ſeq.* Sed iſtud verbum habet emphaſim metaphoræ admixtam, & à ſimilitudine libertatis & licentiæ, qualis ſolet eſſe in ludo vel ioco, ſignificat licentiam & facultatem liberam diſponendi ad libitum de feudo citra diſmembrationem prohibitam in præcedentibus, & abſque eo quod patrono vllum ius vel commodum acquiratur, dummodo non intertieniat dimiſſio aut interruptio fidei, hæc eſt fidelitas & nexus clientelaris. Ex his habes nitidum intellectum literæ. Et pro ampliori diſcuſſione materiæ

* Declaratio literæ.

2. Quæro primo, Vaſſallus vitæ præſtita & renouata inueſtitura, vendidit perpetuo feudum ſuum retenta fide ſiue onere homagij & fidelitatis, promittens emptorem exonerare & indemnem reddere, Vtrum patronus poſſit inijcere manum feudo, & iura quinti pretij vel retractum feudalem petere? Videtur quòd non, per hunc text. quia vaſſallus non abdicauit, ſed expreſſe retinuit fidem & clientelam, igitur patronus nullum ius, nullum commodum petere poteſt, quicquid fecerit vaſſallus, cui quidlibet licet citra dimiſſionem fidei, & ſic videretur quòd per huiuſmodi venditionem non aperiatur feudum, niſi aliter vaſſallus & venditor dimittat fidem vel moriatur. Contrarium verum eſt, quia* impoſſibile eſt eſſe vaſſallum abſque feudo, & non poteſt feudum in totum ſeparari à fidelitate, nec fieri vt vnus ſit vaſſallus, alter vero habeat feudum ſeu feudi dominium, & non ſit vaſſallus nec clientelari conditioni obnoxius, & eſſet eſſentialis diſmembratio feudi, videlicet ſeparatio formæ à materia, & qualitatis ſubſtantialis à ſubiecto. Et iſte §. non eſt conſcriptus ad hoc vt ſit in poteſtate vaſſalli vendentis, donantis, permutantis, aut alio quocunque modo in totum abalienantis feudum facere, quod feudum non aperiatur, & quòd inde nec ex mutationibus contingentibus ex parte acquirentis vel ſucceſſorum eius nulla iura acquirantur nec præſentur patrono, ſed ſolum ex perſona alienantis, apponendo hanc clauſulam quòd penes ſe retinet fidem & homagium, ſiue omne onus fidelitatis præſtandæ & iura ſeu releuia ſoluendi occurrente apertura feudi, quæ facere promittit loco emptoris vel acquiſitoris, & eum exinde exonerare.. Nec vnquam fuit mos aut intentio noſtræ conſuetudinis, quòd hoc liceat & fieri poſſit præſertim ſine conſenſu patroni, & in eius fraudem & præiudicium.

* Non poteſt eſſe vaſſallus abſque feudo.

* Explicatio mentis.

3.* Mens autem noſtræ conſuetudinis eſt, quòd ſicut ex venditione, donatione, permutatione, vel alia alienatione feudi per quam feudum mutat manum (& idem de parte feudi reſpectu partis) feudum aperitur, & iura vtilia patrono acquiruntur ſecundum qualitatem mutationis, vt dictum eſt in præcedentibus: ita quando non fit huiuſmodi mutatio nec fidelitatis dimiſſio ſiue interruptio, ſed prior vaſſallus ſemper remanet vaſſallus, nulla fit apertura nullúmque ius acquiritur patrono, ſiue feudum hypothecæ ſubijciatur, vel etiam creditori tradatur, ſiue locetur etiam ad longum tempus, ſiue vſusfructus in eo cõſtituatur, aut aliàs non deueniendo ad actum importantem dimiſſionem fidei, ſiue formalem, ſiue effectualem. Et ad ſtatuendum ſuper hoc regulam generalem, & amputandam omnem dubitationem ſcriptus eſt hic §. ne forte quorundam patronorum auaritia & nimis ſcrupuloſa inueſtigatione fieret vt vir, ſine angariis & vexationibus poſſent vaſſalli ſuper feudis ſuis contrahere, maiorique ſubeſſent ſeruituti, quam tributaria aut cenſuaria prædia. Et ſic concludo, in q. propoſita ex quo venditor totaliter & perpetuo alienauit, & nullum dominium retinuit, commentitiam illam retentionem fidei non prodeſſe. & cõſequenter feudum ex cauſa venditionis aperiri poſſe prehendi à patrono, qui venditorem fidem offerentem, vel præcedentem inueſtituram allegantem contemnere poteſt, & feudo frui cum effectu lucri fructuum, donec emptor in fidem eius ſe conferat, & quintum denarium ſoluat, clientelarem conditionem ſubeundo.

4. Secvndo quæro, quia retentio fidei dimiſſioni opponitur, & vnum altero recognoſcitur, quotuplex ſit* dimiſſio fidei? Reſp. quamuis multipliciter fieri poſſit, tamen vna & eadem eſt, videlicet quando vaſſallus feudi: Retentio autem eſt quando retinet ſaltem aliquod ius vel dominium in quo repræſentatur feudum ratione cuius remanet vaſſallus. Tripliciter autem contingit fieri dimiſſionem fidei: videlicet ſolenniter, formaliter, realiter, & his modis propriè: & quarto modo ſecundum quid potentialiter. * Declaro primum, vt quando antiquus vaſſallus perſonaliter in præſentia patroni admittentis, vel per procuratorem ſpecialiter ad hoc deſtinatum exuit clientelam & ſaiſinam feudi, eóq; ſe deſaiſinat & deueſtit, conſentiens emptorem vel donatarium aut alium nouum acquiſitorem, in fidem admitti & inueſtiri de eodem feudo. Et huiuſmodi ſolennitas non eſt neceſſaria ad aperturam feudi, nec etiam ad tranſlationem dominij, prout nec per eam verum dominium & poſſeſſio transfertur, ſed ſolum licentia & facultas ingrediendi & poſſeſſionem realem accipiendi, niſi forte fiat in rem præſentem ſecundum not. per Bar. & alios in *l. prædia. D. de acqui. vel amitt. poſſeſſ. per feudiſtas in cap. 1. quid ſit inueſtit. in vſib. feud.* in quibuſdam locis eſt neceſſaria quoad aliquos effectus, vt apud Ambianenſes, ad hoc vt alienatio vel hypotheca realis efficiatur, & tranſitoria ad hęredes, & non ſit opus eam proſequi via actionis. vt in conſuet. Ambianenſi. §. 12. & 67.

* Fidei dimiſſio quotuplex.

* Solemnis.

5. Secundo modo fit* formaliter, vt dum venditor vel donator feudi expreſsè in contractu dimittit fidem & clientelam ad commodum emptoris vel donatarij, conſentiens eum ex tunc ſaiſiri, inueſtiri, & in fidem recipi per patronum vel eum ad quem ſpectat. & iſta dimiſſio poteſt fieri abſente domino directo, & non operatur veri dominij & poſſeſſionis tranſlationem, ſed facultatem ingrediendi, vt nuper dictum eſt. Alium tamen notabilem effectum operatur, videlicet aperturam feudi. vnde ſi quis feudum ſuum donauerit vel permutauerit per contractum perfectum, ſine aliqua vera vel ficta traditione, & ſine alia dimiſſione fidei, nedum remanet dominus & poſſeſſor fundi, vt clarum eſt: ſed etiam ſemper remanet verus & ſolus vaſſallus, donec traditio ſequatur, ita quòd interim feudum nullomodo eſt apertum, nec prehendi poteſt à patrono ex defectu hominis, niſi forte aliàs ex præcedenti cauſa apertum eſſet. Imò interim licet partibus pœnitere & diſtrahere in præiudicium iurium feudalium quærendorum patrono, & in tantum liberum eſt eis pœnitere quòd patronus non poteſt huiuſmodi pœnitentiam prohibere nec impedire: ſed appoſita clauſula huius expreſsæ & formalis dimiſſionis fidei, ſtatim apertum eſt feudum etiam citra omnem traditionem, & poteſt patronus manum inijciendo facere quòd res deſinat eſſe integra, & impedire quominus partes in eius præiudicium pœnitere poſſint & diſcedere à contractu, quod non poſſet facere ceſſante hac clauſula & dimiſſione formali. qua facta & à patrono manum feudo inijciente acceptata, imputandum eſt veteri vaſſallo, qui quantum in ſe fuit, fidem ſiue vaſſallagium & omnem clientelarum nexum abdicauit, vt dictum eſt ẽ. §. 20. *gl. 3. 4. 16.* & §. 35. *gl. 3.* & iſtud modificandum & intelligendum eſt, dum-

* Formaliter.

modo huiuſmodi verbalis dimiſſio fidei fiat pure vel purificetur: ſecus ſi fieret in diem vel ſub conditione ſiue tacita ſiue expreſſa, quia tunc non operatur hunc effectum, nec trahit ſecum executionem aperturæ feudi donec ſit purificata.

6. Tertio modo fit dimiſſio fidei & clientelæ realiter * ſiue actualiter & ipſo facto, videlicet quandocunque ceſſante verbali vel expreſſa dimiſſione, vaſſallus de facto alienat feudum in alium transferendo, per traditionem veram vel fictam, vel aliter, puta exeundo à poſſeſſione, animo habendi pro de relicto, & ſic dominium amittit. Tunc enim ipſo facto & ex conſequenti neceſſario fidem ſiue clientelam dimittit, & vaſſallus eſſe deſinit, & feudum aperitur.

* Realiter & actualiter.

7. Quarto modo dixi fidem dimitti * potentialiter, ſcilicet in potentia propinqua, quia quandoque contingit quòd feudum nondum mutat manum, nec ſit aliqua expreſſa dimiſſio fidei, & ſic in veritate feudum non eſt apertum, vnde mero iure non deberet eſſe locus prehenſioni, & tamen manus injici poteſt, & ſic fides habetur pro dimiſſa & feudum pro aperto quantum ad hoc reſpectu patroni: vt in caſu puræ venditionis ex parte venditoris vel rei venditæ, in quo ſolo caſu quantum ad hoc eſt ſpeciale, vt id quod eſt in potentia propinqua, cenſeatur eſſe in actu quantum ad aperturam & prehenſionem feudalem: ſecus in aliis contractibus.

* Potentialiter.

8. Et huiuſmodi ſpecialitas non cauſatur vi potentiæ propinquæ, quia non eſſet ad hoc ſufficiens per *l. ſi nondum* & ibi Bald. Salic. *C. de fur. l. fundum* §. *item inſula. D. de actio. emp.* Et maxime quum multa contingere poſſint tam per diſſenſum quam per fallaciam emptoris, vt dominium non transferatur, nec feudum mutet manum, ſed venditio reſoluatur. Et ſic cùm id quod eſt in potentia non ſit certo & infallibiliter futurum, non ſunt paria eſſe actu vel in potentia propinqua, vt per Feli. ad quem remitto in *cap. eum te. col. 16. verſi. alia eſt dummodo. de reſcriptis.* Sed cauſatur à communi obſeruantia à qua non eſt diſcedendum. vnde in exteris contractibus ſtandũ eſt regulæ, vt vera & actualis mutatio prærequiratur, vt diximus ꝛ. *eo.* §. 20 *gloſſ.* 3. Ex prædictis liquet, quòd effectualis dimiſſio bene ſe compatitur cum actuali retentione dominij feudi, vt patet in primo, ſecundo, & quarto, modis dimiſſionis Sed retentio fidei, etiam expreſſa non ſe compatitur cum actuali & perpetua tranſlatione & alienatione feudi, quia eſſet inanis & nugatoria. vt ꝛ. *eo. q.* 1.

9. TERTIO quæro, de not. q. quæ nuper accidit. Quidam vaſſallus Carthuſienſium ceſſit, vendidit, & tranſtulit maiorem partem domanij feudi ſui, puta centum ſexaginta iugera terræ mediante ſumma duorum millium librarum Turonenſium retentis tamen quatuor denariis Pariſienſibus cenſus ſuper quolibet iugero, retenta etiam iuſtitia & dominatione ſuper dictis centum ſexaginta iugeris. Aduerte, vſus ſum hoc vulgari modo loquendi in hoc verbo dominatio, quia in his verbis Gallicis d. contractus, *retenuë auſſi la iuſtice & ſeigneurie ſur iceux*, hoc verbum, *ſeigneurie*, eſt æquiuocum, nec plane liquet an ſupponat ratione directi dominij & iurium dominicalium referendo ad retentionem cenſus: an vero ſupponat pro ſuperioritate, referendo ad retentionem iuriſdictionis. Ad vtrumque enim referri poteſt, & quantum ad preſens non refert. Carthuſienſes domini feudales coram præſide Pariſienſi euocauerunt acquiſitorem ad exhibendum literas acquiſitionis, quibus viſis concluſerunt contra eum ad retractum feudalem, offerendo refundere dictam ſummam duarum mille librarum cum legalibus impenſis: reus excepit non eſſe locum nec quinto pretij nec retractui, nec alij iuri feudali per hunc textum, in quo conſuetudo permiſit vaſſallo *ſoy ioüer & deſioüer de ſon fief.* id eſt ad libitum diſponere citra dimiſſionem fidei, abſque eo quod patronus vllum ius vel commodum inde petere poſſit. & quod hic non erat fides dimiſſa, ſed ipſo facto retenta, eo ipſo quòd vaſſallus expreſſim retinuit certum annuum cenſum cum directo dominio & iure dominicali: & ſic nedum ius in re, ſed etiam iura cenſus & laudimiorum retinuit, quæ de ſe præſupponunt, imò neceſſario inferunt retentionem fidelitatis per not. ꝛ. §. * 35. *& j. eo. nu. 28. & nu. 51. q. 11.* & ſic vlterius quod non ſumus in terminis venditionis, ſed potius in terminis veræ conceſſionis in cenſum retenta fide, & mediante alia ſumma pecuniæ, quod etiam inuito patrono fieri poteſt, abſque eo quòd feudum aperiatur vel aliquod ius inde acquiratur patrono, cui non fit præiudicium in caſu aperturæ feudi, quando feudum mutabitur ex parte concedentis qui remanſit vaſſallus, vt dictum eſt ſupra §. 25. Tum in omnem euentum quod actores non erant capaces iuris retractus, vel ſi eſſent capaces, non tamen in hoc caſu, in quo non poſſunt debere cenſum vaſſallo proprio: quibus & aliis per eum allegatis non obſtantibus, per ſententiam præſidis actores obtinuerunt, reus appellauit, & diu in hac ſuprema curia diſcuſſum fuit. 10. Plurima enim vrgent pro parte Carthuſienſium, qui cauſabantur eſſe veram venditionem, patet, quia intercedit res vendita & pretium: & animus principaliter vendendi: conſtat ex principio diſpoſitionis & tenoris dicti contractus, qui incipit a venditione, ibi, ceſſit, vendidit, &c. ex quo finalis & potiſſima intentio colligitur. *l. 1. D. de orig. iur. l. fi. D. de hared. inſtit.* & à principali intentione, & eo quod præponderat (vt hîc natura venditionis præponderat) totus contractus indicatur, vt per Bar. Paul. in *l. Ariſto. D. de dona. & quæ* ꝛ. §. 20. *gl.* 5. *q.* 12. & conſequenter quod retentio cenſus tanquam minus principalis non debeat cõſiderari. Nec obſtat quòd licet feudi partem concedere in cenſum mediante pecunia retenta fide, & quod per illud verbum vendidit temere appoſitum non immutatur natura actus, qui * magis ex pactionibus in eo appoſitis. quam ex verbis contrahentium indicatur, tradit Bar. in *diſp. incip. Publicanum. per l. ſi inſulam. D. præſcrip. verb. l. ſi olei. C. de loca.* Bal. in *l. 2. C. commoda.* Phil. Deci. in *l. ſi poſcenda num. 6. C. de pact.* quia hoc procederet ſi conceſſio in cenſum eſſet facta principaliter vere & ſine fraude, vt inquit pulcher textus *in c. vnico. in prin. quali. olim. poſſet feu. alien. in vſib. feud.* Cæterum omne figmentum & machinamentum in fraudem patroni vel legum feudalium eſt reprobatum. *l. Imperator.* §. *callidus de prohib. feu. alien. per Feder.* Quòd autem hic ſubſit fraus & figmentum, & mentio cenſus non ſit appoſita niſi ad colorem, vt in ſimili inquit tex. in *l. Sulpitius. C. de don. int. vir. & vxor.* Patet primo ex eo quod principalis intentio erat vendere, & in ſolutum dare. Secundo, ex eo quod ſumma duarum mille librarum bene erat iuſtus valor rei. 11. Vlterius, quòd totus hic contractus dicatur & cenſeatur venditio, videtur text. apertus in fortiorib. terminis in d. *cap. vnico. quali. olim poterat. feu. alien.* §. *donare*, vbi conceſſo libellario nomine ſub viliſſima duorum denariorum penſione perpetuo facta dicitur venditio & fraudulenta alienatio: igitur dicta viliſſima retentio cenſus fraudulenta iudicari debet in præſenti caſu. Adde quòd Ioan. Fab. ita decidit in fortioribus terminis in §. *adeo verſic. ſed quid dices. inſt. de loc.* Vbi ſi partes dicant, ego vendo tibi feudum tali pretio, retenta mihi tali annua penſione: Et quæritur qualis ſit contractus. An venditio vel emphyteuſis: decidit ſimpliciter quod eſt venditio, & non emphyteuſis: & ſi maxime retineatur modica penſio & pretium recipiatur. Quinimo vel vltimo caſu, quando pretium eſt magnum, & penſio modica vt ſi concedens recipiat centum libras & retineat vnum denarium penſionis, credit Ioan. Fab. potius debere veram venditionem nominari, quàm emphyteuſim: etiam ſi contrahentes expreſſe agerent quòd eſſet emphyteuſis. per d. §. *callidus de prohib. feud. alien. per Feder.* vbi in text. vocantur & reputantur emptor & venditor, quamuis ageretur expreſſe quòd eſſet contractus feudalis ſine conceſſio in ſubfeudum: ſecus §.

* Quæ hodie facit initium huius §.

* Contrahit magis ex pactis qui verbis diſcernuntur.

agatur quòd ſit conceſſio in emphyteuſim, & retineatur penſio competens. quia licet concedens recipiat aliquã ſummã pecuniæ, quæ non aſcendit ad iuſtum valorem totius fundi, ſi ſimpliciter nullo iure retento videretur, tamen non minus eſt vera conceſſio in emphyteuſim, vt ibi ſentit Ioan. Fab. & bene. Ex quibus apparet Ioan. Fab. acutiſſimi ingenij iureconſultum, velle contractum ex magnitudine pretij & modicitate cenſus vel penſionis cenſeri eſſe venditionem, licet in forma emphyteuſeos conceptus ſit: quanto magis quando eſt conceptus ſaltem incipiens à forma venditionis vt in præſenti quæſtione, ad quæ facit qualitas materiæ ſubiectæ, quæ eſt huiuſmodi fraudibus obnoxia.

Arreſtum.

12. Tandem per arreſtum ſupremi huius ſenatus poſt maturam & repetitam deliberationem, dictum fuit male iudicatum, bene appellatum, & emendando iudicium reus idémque appellans abſolutus, & pronuntiatum eſt illud arreſtum hoc anno 1538. decimaſeptima Februarij. Et ſic declaravit præfata curia dictam alienationem non eſſe ſubiectam retractui feudali, nec quinto denario, nec alij iuri feudali, ſine præiudicio tamen & reſeruato dictis actoribus & patronis in caſum aperturæ feudi principalis, de prouidendo ſibi prout fuerit rationis, videlicet totum feudum, etiam portionem alienatam ſine diſcrimine prehendendo, vel releuia & alia iura ratione totius feudi exigendo, ac ſi non eſſet facta dicta conceſſio conformiter ad text. huius §. & §. 35. ẽ. *eo.* Non obſtant adducta in oppoſitum de text. in vſibus feudorum, quia ſunt ſtatuta & conſuetudines Inſubriæ: aliam autem habemus conſuetudinem, quia apud nos feuda ſunt patrimonialia & alienabilia, & liberum eſt diſponere citra dimiſſionem fidei, vt in hoc §. non obſtant allegata ex Io. Fab. quia loquuntur in retentione certæ ſimplicis penſionis vel redditus, qui ſe compatitur cum dimiſſione fidei, & nullam eius retentionem infert: ſed in hoc caſu quamuis non eſſet fidelitas expreſſè retenta: tamen ſatis virtualiter & neceſſario erat retenta per veram & non fictam retentionem cenſus, laudimiorum & directi dominij, & conſequenter dominicalium iurium, quæ ſe non compatiuntur cum dimiſſione fidelitatis & clientelæ. retentio autem iuriſdictionis non erat ad propoſitum, nec per ſe operata fuiſſet retentionem fidelitatis, quia nihil debet commune cum proprietate, nec cum fidelitate. vt diximus ẽ. §. 1. *gl.* 5. *num.* 45.

13. QVARTO quæro, vaſſallus vendidit feudum retenta fide, ſub pacto redimendi vſque ad terminum: Vtrum ſaltem ſecuta traditione aperiatur patrono, & ab eo prehendi poſſit & iure feudali poſſideri donec iura feudalia inde præſtentur? Dubium faciunt non leues rationes. Prima, quia feudum vere alienatur, & mutat manum per venditionem. & ſic locus aperitur diſpoſitioni §. 10. *&* §. 33. *ſupra eod.* quorum termini huc verificantur, quoniam huiuſmodi retentio fidei impedit alienationem rei & totalis dominij. Secunda, quia vendens & tradens ſub pacto redimendi transfert omne ius & dominium, quod habet in re, ita quod res abit in creditum, & non remanet venditori aliquod ius in re, ſed ſimplex actio perſonalis ad redimendum infra tempus. Tertia, quia huiuſmodi actio perſonalis non afficit rem, nec ſequitur feudum vel eius poſſeſſorem: ſed ſolum perſonam obligatam, vt latè tradit Alex. in *conſ.* 10. *videtur fortaſſè lib.* 1. *per l. ſi. in fi. D. de contrab. empt. cum vulg.* & ſequitur Franciſc Cur. ſenior. *in conſil.* 11. Phil. Cor. in *conſ.* 146. *in hac lib.* 4. Iaſ. in *l. ab emptione, col.* 3. *D. de pact.* Phil. Deci. in *l. certi conditio.* §. 4. *num.* 6. *D. ſi certum pet.* Si igitur pactum redimendi non afficit rem: ita & pactũ de retenta fide non afficit rem, nec facit quod cenſeatur retentum aliquod ius in re. vnde quamuis obliget venditorem perſonaliter erga emptorem ad indemnitatem onerum feudalium: tamen reſpectu patroni nihil poteſt operari, nec facere quin patronus iure ſuo vti poſſit, ex quo feudum eſt venditum & A in alium tranſlatum, imò ex quo totum feudum alienatur nullo iure in eo retento in re, non videtur poſſe ſubſiſtere etiam expreſſa retẽtio fidei, ſed potius nugatoria vel fraudulenta videtur per no. *ſupra eo.* 9. 1. 2. Nec obſtat quòd quædam conſuetudines huiuſmodi venditionem vſque ad tres vel nouem annos permittunt, & eximunt à functionibus feudalibus. quia non debent extra loca earum extendi. Præterea ſi iſtud admitteretur in feudis, idem pariter dicendum videretur in laudimiis & iuribus cenſualibus, quod tamen eſt inauditum.

14. In contrarium, quia niſi iſtud admittamus, ſaltem vbi pactum redimendi eſt ad modicum tempus, ſequeretur hunc §. nihil operari * & ſuperuacuum eſſe, quod eſt abſurdum, quia in omni diſpoſitione hoc eſt regulare, quòd omne verbum quantumuis modicum debet de aliquo operari. vt tradit Bal. in *rub. qu.* 9. *C. de contrab. emp. & vend.* ſiue in priuilegiis, *vt ſunt text. in l. ſi quando in prin. C. de inoff. teſtam. in cap. ſi Papa de priuileg. in* 6. ſiue in reſcriptis, *glo. in c. ſolita. in verbo tanquam.* & ibi Feli. de *maio. & obe. di.* Bald. in *rub. col.* 2. *de reſcrip. in c. paſtoralis. in prin. de appell.* vbi Panor. & Philip. Deci. per illum text. not. quod clauſula etiam odioſa in reſcriptis appoſita, debet intelligi vt aliquid præter ius commune operetur, etiam ſi poſſit ſimpliciter ſecundum ius commune intelligi. Similiter & in teſtamentis. *l. ſi quando in prin. D. de leg.* 1. *cum concord. gl.* ib Io. de Mon. Ferra. in *repet. cap. nemo. poteſt. col.* 1. D. *de leg.* 1. *& in contractibus. l. hac lege* D. *de contrab. empt. & vend. l. ſi. in prin.* & ibi Paul. & Alex. D. *ſi cert. pet.* Et maxime in legibus in quibus nihil debet eſſe inutile nec * ſuperfluum §. *quibus in* 1. *conſi. C. in l. ampliorem.* §. *in refutatoriis. C. de appella. & in c. ſi Romanorum* 19. *diſt.* vt nec ſyllaba in iure ſuperfluere debeat. *inquit gloſſ. in l.* 1 *in pr.* D. *quòd met. cauſa.* Bart. in *l. tranſigere in* 1. *oppoſitione. C. de tranſact.* & idem in ſtatutis, vt ſemper debeat interpretari etiam extenſiue, vt aliquid addant iuri communi, dummodo non redundet in damnum iniuſtum alterius. ita tenent Bar. Imo. Paul. Alex. in *l.* 4. §. *dies cautioni. D. de damn. infect. in l. ſi.* §. *ſi computatione. C. de iur. deliber.* latè Io. de Imol. in *l. ſi vero.* §. *de viro. col.* 4. D *ſol. matr.* Sed intelligendo hunc §. etiam de alienatione ſaltem temporali retenta fide, nedum non reſultat iniquitas nec fit iniuſtitia patrono, imò nullum ei damnum infertur, quum certat de lucro, idque eo magis quo illud lucrum eſt odioſum & reſtringendum per no. ẽ. §. 33. *in princ.* & è diuerſo ſi reſtringatur iſte §. ita vt excludatur omnis actus per quem feudum etiam ad tempus modicum alienatur, ſequetur quòd nihil omnino operabitur nec aliquid adder ſuperioribus. quia per prædicta clarum eſt quòd quando feudum non alienatur nec mutat manum, nulla iura aperiuntur nec acquiruntur patrono, & ſic nunquam eſſet opus aliqua retentione fidei ad conſequendum immunitatem à iuribus feudalibus, quod eſt manifeſtè contra verba & mentem huius §. qui voluit retentionem fidei ſaltem in aliquibus caſibus operari immunitatem in iuribus feudalibus, quæ aliàs deberentur ceſſante expreſſa fidei retentione.

15. Igitur neceſſario admittendus eſt iſte intellectus, alioquin hic §. fruſtratoriè eſſet adiectus, quod non eſt dicendum in *l. ait prætor.* 2. *in prin. ibi. nec fruſtra adjicitur.* & ibi Paul. Alexand. Iaſ. D. *de iureiurand.* hinc eſt quod textus debet intelligi in caſu dubitabili, non autem in indubitabili. vt per textum, & ibi expreſſè glo. & Alberic. in *l. Labeo.* D. *de Carbo. edict. in l. prima ad fi.* D. *ad municipa.* hinc eſt quòd quando litera legis vel ſtatuti dupliciter punctuari poteſt, & vno modo punctuata decidit caſum dubium de quo quæritur, alio modo non decidit, ſemper debet punctuari eo modo ſecundum quem deciſionem dubij inducit, etiam ſi aliàs penalis ſit. vt vulgo glo. in *cap.* 1. *in verbo clarum*, quem ibi Gemy. Phil. ſeq. *de tempor. ord. in* 6. & eam ſingularem eſſe dicit. & ſequitur Ludouic. Roma. in *conſ.* 109.

* Omne verbum debet de aliquo operari.

* Superfluũ in legibus nihil eſſe debet.

circa poſitum col.8.& in ſingu.741. dicit ſtatutum. vbi litera eſt valde deprauata & tranſpoſita, ſed reſtitui debet prout *olim ſuper libro meo correxi*, neque enim hic locus eſt. & doctrinam dictæ *glo.& Roman.ſequitur*. Ioan. Baptiſt. in repet. *l.omnes populi. D. de inſtit. & iur.* Nicola. Euerald. in *locis legal.in loco.53. col.23.*

Superfluitas quando tolerentur.

16. Nec obſtat quòd in hac conſuetudine ſunt nonnulli §§. ſuperuacui ſupra §. 19. §.& infra §. 57. quia illi ſunt ad alios §§. præcedentes conſecutiui & ſtant per modum illationis. ſed hic §. non poteſt ſtare per modum illationis immediatè præcedentium, imò nouam diſpoſitionem & nouum dictum incipit, in quo ſtat per ſe vnice & principaliter, igitur neceſſariò debet intelligi diſpoſitiue, & vt aliquid de nouo diſponat, non autem vt omnino intelligatur ſecundum præcedentia in §. 33. & aliis remotis. Et eodem modo non obſtat, quod quandoque in l. ponitur verborum inculcatio, iuxta glo.in *l. certi condictio.in princ. D. ſi cert. peta.*& quod aliquando verba ponuntur & congeruntur ad abundantiorem cautelam, vt in *l.ſtipulationes commodiſſimum. D. de verb. obliga.* & tradit Alex. in *l. gallus. §. quidem reſte in princ. D. de liber. & poſthum.* quod hoc modo excuſatur & toleratur ſuperfluitas, nec non in aliis modis, vt per Philip. Franc. in *cap. vnico. de ſumma Trinit. in 6.* Philip. in *probem. rex pacificus ad fin.* quia illa procedunt quando plura verba ſuper eodem dicto multiplicantur, vel in conſequentiam alterius diſpoſitionis proferuntur, vel quando aliter conſtat de mente, vel quando ſequeretur iniquitas vel abſurditas.

* Superfluitas tolerabilior, quam abſurditas.

17. Tolerabilius * eſt enim quod verba nihil de nouo operentur, quàm quòd operentur abſurdum, vt rectè tradit Ioan. de Mon. ſperel. in *leg. 1. D. de eo quod cert. loc.* Mari. Salomo in *leg. gallus. §. & quid ſi tantum. columna 1. D. de libe. & poſthum.* ſecus ſi verba per ſe ſimpliciter proferantur per modum ſtatuti & ſententiæ principalis vt hic, quia tunc niſi reſultet iniquitas aut alia abſurditas debent ita interpretari vt aliquid de nouo diſponant, ideo ea nihil operari eſſet abſurdiſſimum per prædicta.

18. Quid dicendum? certe iſte §. eſſet de illis qui indigerent inquiſitione ſuper forma & modo vtendi, ſed puto quòd ſi inquireretur non inueniretur certum iudicium, nec determinatus vtendi modus. quidam enim opinantur generaliter intelligendum, vt poſſit vaſſallus vendere, donare, vel permutare aut aliter transferre feudum retenta fide, & quòd tunc mutationes feudalitatis debent attendi ex perſona antiqui vaſſalli fidem retinentis. Sed quum ſit alienatio irrenocabilis, iſtud non habet rationem, ſed nimiam abſurditatem vt ꝛ. *eo. q.* 1. Alij putant illa verba, *iuſques à demiſſion de ſoy*, intelligi actiue de formali & actuali dimiſſione fidei ſeu inueſtitura: & ſenſus eſt, quod licet vaſſallus vendat vel donet feudum etiam dominium transferendo, tamen non aperitur, nec iura patrono acquiruntur donec vaſſallus ipſi patrono reſignauerit feudum ſiue clientelam, ſiue deſaiſinando ſiue deueſtiendo ſe, vt nouus acquiſitor inueſtiatur vt *ſupra eo.num.4.* ſed intellectus eſt deterior & in oppoſitum notoria eſt communis obſeruantia ſecundum not. ꝛ. §. 20. *glo.3. &* §. 33. per tot. Alij ſubtilius intelligunt dicta verba, *iuſques à demiſſion de ſoy*, nedum formaliter, ſed etiam potentialiter & per modum excluſionis ſiue exceptionis, vt videlicet à generalitate principij huius §. excipiatur omnis actus nedum per quem fides dimittitur, ſed etiam per quem dimitti poteſt: & ſic quòd etiam expreſſa retentio fidelitatis non poſſit vbicunque feudum mutat manum, ſed iſte intellectus reddit hunc §. ſuperuacuum & ſine effectu operandi, & ſic non congruit per prædicta. Alij veritati propius accedentes intelligunt expreſſam retentionem fidei prodeſſe in alienationibus temporalibus ſiue reuocabilibus puta ſi vaſſallus donet non ſimplicem vſumfructuum feudi ſui, quo caſu non eſſet dubium, ſed ipſum feudum, non tamen ſimpliciter & perpetuo, ſed ad tempus; quo caſu nihilominus dominium tranſit, etiam ſi donans dicat ſe tradere ad vſum *l. donationes in concubinam. §. ſpecies. D. de donatio.* vel ad alimenta *l. cum hi. §. ſi vni. D. de tranſact.* vel etiam ad vſumfructum. vt tenent docto. in d. §. *ſi vni.* de cuius vltimi dicti veritate dicemus. infra §. 161. vt his caſibus ſi donator dicat ſe penes ipſum retinere fidelitatem, nulla iura aperiantur patrono, niſi ex mutationibus medio tempore contingentibus ex perſona donatoris & veteris vaſſalli: ſed vſque ad quod tempus liceat taliter alienare, & fidelitatem ſine feudo retinere, & an huiuſmodi retentio fidei intelligatur facta vel poſſit fieri nedum pro retinente, ſed etiam pro eius hæredibus, nulli (quod ſciam) ſuperſunt, qui poſſint de certo & determinato vtendi modo ſub clara & concludenti ratione teſtificari. Non tamen propterea relinquendam eſt ſub incerto & variabili iudicis arbitrio, quia ſequeretur inæqualitas & confuſio, cum non agatur de ſtylo vel prouiſione reparabili, ſed de deciſiuis.

* Solutio.

19. Quare ex bono & æquo ad certam æquabilem formam * temperanda res eſt, ita vt non prorſus interdicatur vel difficultetur commercium vaſſallis: nec ita laxetur vt patronorum iura notabiliter minui & eludi poſſint. Et in breui, vt nec delicatus vaſſallus nec oneroſus patronus audiatur, iuxta Vlpian. iureconſultum in *l. ſi ſeruos. D. de pign. actio. l. ſi bene. D. de vſur. l. continuus. §. cum ita. D. de verbor. obliga.* in qua re ſine præiudicio potioris ſententiæ, iuxta *l. Claudius Felix. in fi. D. qui potio. in pigno. habeã.* iuſtum temperamentum eſſe puto, tempus quod eſt infra decem annos, quia illud regulariter & crebrius in iure dicitur modicum tempus. vt patet in *l. ſi de fideicommiſſ. §. ne quis. D. qui & à quibus manum lib. non ſi. l.3. §. ſi ſeruus. D. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ. l. vnica. C. de vſucap. tranſfor.* Bartol. Angel. in *l. ſi. C. de præſcri. longi temp.* & ita regulariter accipiendum tenet gloſſ. *fin.* Ancha. Imol. Cardin. Panormit. in *cle. 1. de reb. eccleſ. non alien.* Bartol. in *l.1.§. quod autem poſt* glo. ibi. *D. de ſuperfi.* Alex. in *l. ſi de eo.§.1. col. 1. D. de acquir. vel amit. poſſeſſ.* & cùm non ſoleant frequentes accidere mutationes infra nouem vel pauciores annos, non eſt magnum præiudicium patrono, ſi vſque ad illud tempus dumtaxat fides retineatur, maximè attento quòd ſi infra illud tempus, feudum nõ recuperetur, tunc aperitur & poteſt patronus iura ſua exequi, ſi vero infra idem tempus reuocetur non cenſetur alienatum, quod in tam breui tempore & ex iure retento reuerſum eſt. imò interim non ſuſpenduntur ſimpliciter iura vel commoda patroni, quia poſſunt verificari & habere locum cum effectu ex perſona veteris vaſſalli, ſi medio tempore ſine liberis moriatur. perinde ac ſi feudum nullomodo eſſet in alium tranſlatum: ſecus ſi permitteretur retentio fidei vſque ad quindecim, viginti vel triginta annos, quia tunc patronus poteſt incurrere notabilem diminutionem iurium ſuorum, quia interim nouus acquiſitor feudi poſſet nedum morte, ſed etiam venditione, donatione, aut alias frequenter mutare feudum de manu in manum: & tamen harum mutationum reſpectu nihil poſſet patronus prætendere: antiquus autem vaſſallus (quamuis ſpes recuperandi feudum duret) tamen non poteſt facere aperturam feudi patrono ex perſona ſua, niſi per ſuum obitum ſine liberis, tam per ipſum venditorem, vel ceſſionem iuris ſui redimendi, per not. ꝛ. § 33. *queſt. 8. 9.* & ſic feudum ſtaret per longum imò per longiſſimum tempus, abſque eo quod iura feudalia acquiri poſſent patrono, niſi in vno & raro caſu dumtaxat, videlicet per deceſſum antiqui vaſſalli ſine liberis, vel eius hæredis ſine liberis. Et tamen feudum tali conditioni ſubeſt, quòd nedum per obitum ſine liberis aperiri poteſt, ſed etiam per alios infinitos modos viuente antiquo vaſſallo, & ſic iſtud

redundaret in nimiam captionem patroni : hinc est quòd nulla est consuetudo in hoc regno, quæ permittat etiam reuocabiliter, sed adusque vel vltra longum tempus feudum alienari posse etiam retenta fide, quin iuribus feudalibus locus sit. Quædam autem & plures permittunt vsque ad nouem annos, aliquæ vero vsque ad tres annos dumtaxat, vt dictum est §. 33. *q. 2. num. 8.* super quo non audeo, nec meum est definire apud nos id licitum esse vsque ad nouem annos, quamuis id in se multum rationabile sit, & consuetudo nostra quantum ad hoc indeterminate loquitur, & satis esse videatur, an restringere ad tempus quod est infra decennium, quia argutari posset fundatam esse intentionem patroni in qualibet valida & vtili alienatione per §. 33. supra eodem & quamuis illa regula limitetur per hunc text. tamen limitatio est obscura per prædicta, & sic satis esset quòd de aliquo operaretur, videlicet in alienatione ad tres annos, vel cum pacto redimendi vsque ad tres annos interim retenta fide, quia in obscuris quod minimum est accipitur. *l. semper in obscuris. D. de reg. iur. cum similibus.* Quare in hoc puncto non contendam, sed temporis infra modicum tempus determinationem relinquo definitioni sapientissimi supremi Parisiorum senatus.

20. Cæterum ad solutionem quæstionis nostræ concludo pro secunda parte licere vassallo per hunc text. (vt de aliquo citra absurditatem operetur) vendere & tradere feudum suum ad onus redimendi infra nouem, vel saltem tres annos, & infra, retenta interim fide absque eo quod patronus inde aliquam aperturam vel commodum feudale petere possit, nec etiam ex mutationibus superuenientibus ex parte acquisitoris, sed solum ex parte veteris vassalli. & (diluendo interim adducta in oppositum pro prima parte) ratio est quia ex quo antiquus vassallus retinet ius redimendi, non censetur totaliter feudum alienare, quia *qui actionem habet ad rem, ipsam rem habere videtur. *l. qui actionem. D. de reg. iur.* imò censetur feudum ipsum adhuc in bonis habere quamdiu durat spes & habet actionem efficacem ad illud recuperandum. *l. rem in bonis. D. de acquir. rer. domi.* & sic dummodo aliter clientelam non abdicauerit, sed expressè retinuerit, remanet vassallus, & feudum non aperitur nisi moriatur. & sic opus renouatione inuestituræ.

* Res censetur in bonis quamdiu recuperari potest.

21. Vnde si medio tempore non moriatur, sed *redimat feudum in termino, ex quo illud recuperat ex vi iuris ab initio reseruati, non censetur de nouo acquirere, sed ad rem suam redire. & feudum non censetur retransiatum sed redditum siue ad priorem naturam & statum restitutum. *l. filio quem pater. D. de liber. & posth.* ibi non transiatus sed redditus videatur. Ita quòd non est nec efficitur nouum feudum, sed remanet antiquum feudum inveteri & pristina qualitate in qua erat, *l. si vnus § pactus ne peteret. D. de pact.* & per ea quæ plene diximus. §. 175. hæredium redemptum manere proprium, & affectum successioni & retractui proximitatis erga conjunctos ex illo latere vt prius, quasi nunquam exiuisset à patrimonio venditoris intantum quod res redempta * non subiacet oneribus & hypothecis medio tempore siue specialiter siue generaliter impositis per emptorem, sed resoluuntur, vt tradit Bart. in *l. si res. D. quibus mod. pig. vel hypot. sol.* in *l. in diem. D. de aqua. plu. arcenda*, Paul. in *l. 2. col. 3. C. de rescind. vend.* Alex. *cons. 45. lib. 5.* Soci. in *consil. 80. col. 2. lib. 3.* Deci. in *l. si socius. D. si cert. pet. & in cons. 239. in fin.*

* Res redempta pristinum statum & qualitatem recuperat.

* Et resoluuntur hypothecæ & onera medio tempore imposita per emptorem.

22. Non est igitur mirum si neque pro huiusmodi venditione, neque pro redemptione aliqua iura patrono debeantur. Si vero venditor non redemerit feudum infra terminum statim lapso tempore venditio facta est incommutabilis, & retentio fidelitatis resoluta fuit, siue fuerit ad idem tempus limitata siue non, quia etiam expresso pacto non possit vlterius subsistere nec extendi per no. *i. eo. quæst. 1.* & consequenter remanet feudum ex nunc & non retro apertum prehensibile ex defectu hominis, cum iuribus quinti vel retractus ad electionem patroni ex venditione præcedenti, ex quibus patet quòd dispositio & beneficium huius §. introductum est in commodum & fauorem venditoris & veteris vassalli, & non in fauorem emptoris & futuri noui vassalli, vt studiosus facilè colligere potest, nolo in singulis inducendis immorari, & si vellem non liceret. vrgent enim Typographi, iam tribus mensibus à perfectione huius primæ partis cessantes propter inopiam & aduersam valetudinem meam.

23. Confirmatur præfata conclusio nostra, quia generali & æquissima obseruantia huius regni, illud ius redimendi non est mere personale, sed est in rem scriptum, & potest contra quemcunque singularem successorem vel possessorem intentari ad precisam rei institutionem, vt diximus j. §. 175. Vbi etiam in terminis iuris communis defendimus sententiam Pauli contra Alexandrum. Non est igitur mirum si retentio fidelitatis potest subsistere in hoc iure redimendi, retento saltem ad modicum tempus, ne diuturnitas redundet in captionem patroni. Vltimo non obstat quod idem sequeretur dicendum in laudimiis & venditionibus rerum censualium, quia negatur, cùm manifesta sit diuersitatis ratio in feudis quæ sui natura nobiliora & liberiora sunt, & seruituti minus subijcienda.

Et aduerte quòd in casu præsenti ex quo facultas redimendi est ad modicum tempus, retentio fidei simpliciter facta intelligitur à vẽditore facta tam pro se quàm suis hęredibus, & quãdiu facultas illa durabit. Ita quòd si hæres venditoris decedat relicto hærede laterali, & is similiter. quot sunt huiusmodi mutationes infra dictum tempus, tot releuia debentur patrono, licet persona emptoris non mutetur. Et potest patronus libere feudum prehendere, sed tenetur hæres venditoris iusta facere, & releuium soluere, & indemnem reddere emptorem. tenetur etiam patronus in fidem admittere hæredem emptoris, quamdiu durat hæc facultas redimendi ad modicum tempus, nec potest recusare prætextu dictæ venditionis quum sit permissa. Non autem illam adduxi rationem, quasi venditio facta sub pacto de retrouendendo sit potius pignoratio quàm venditio, quia si contractus detegeretur pignoratitius vel vsurarius, non esset locus huic q. quum etiam nulla retenta fide in contractu nullo non sit locus iuribus feudalibus: sed suppono veram venditionem, in qua retentio fidei facit vt nulla debeantur iura feudalia, nisi in casu quo non sequitur redemptio, siue quin siue sequatur redemptio, siue non debentur semel videlicet ex venditione. Ex his habes decisionem & decisionis viuam rationem huius quæstionis nunquam ab alio tactæ & in vsu quotidiano adprime necessarię. In hac quæstione prolixior fui quàm vellem, quia longe minori negocio mentem meam vno verbo promere potuissem: Sed ad id me compulit ratio suscepti semel instituti, quæ præcipue versatur in excutiendis ancipitibus locis, non per remota vel fortuita argumenta, sed ex re nata & velut imis radicibus erutis oculis expositа.

25. QVINTO quàm plurimas quæstiones circà hæc occurrentes eodem contextu breuioris & facilioris doctrinæ causa expediendo, vidimus in quæstione præcedenti vtilitatem huius §. & d. clausulæ retentionis fidei, videlicet quòd operatur vt per venditionem & traditionem feudi sub facultate redimendi ad modicum tempus factam, feudum non aperiatur ne vlla iura feudalia peti possint, siue à venditore siue ab emptore, neque de venditione, neque de redemptione infra idem tẽpus facta. Vt autem plenius & simul habeamus effectum & vtilitatem huius quotidianæ materiæ, præfatam conclusionem amplio primo, siue totum feudum hoc modo vendatur siue pars: quum sit eadem ratio, *l. quæ de tota. D. de rei ven. cum vulg.* Et consuetudo nostra loquitur simpliciter de feudo, & sic

tam de toto quàm de parte intelligitur. *l. rei appellatione. D. de verb. ſignif. l. in toto. D. de regu. iur.* idem de conſuetudine loquente in ſimilibus terminis cum noſtra quantum ad hoc. Secus de Cœnomanenſi, quæ in ſexta parte §. 216. & ſequent. hoc non permittit niſi in tertia parte feudi duntaxat.

26. Amplio ſecundo in omni ſimili contractu vel alienatione, in qua reſpectu eius de quo quæritur ſit eadem ratio. vt ſi quis donet feudum ſuum retento vſufructu, & ſub pacto quod res ad ſe redeat ſi donatarius præmoriatur ſuperſtite donatore, retenta interim per eum fide; tunc enim ſuſpenditur apertura feudi donec donatarius ſuperuiuat donatori, & tunc & non prius incipiet feudum aperiri & releuium deberi ex capite donationis: vel in totum deficit ſpes huius aperturæ ſi contingat donatarium præmori, & hoc in vim dictæ clauſulæ retentionis fidei. Alioquin ſtatim ab initio donationis feudum apertum fuiſſet & releuium debitum per no. 5. §. 33. *q.* 46. Idem ſi quis donet & realiter tradat feudum ſuum ſub pacto quòd infra tres vel nouem annos poterit illud recuperare refuſa certa ſumma pecuniæ, vel ſub alia conditione, quæ modicum tempus non ſit exceſſura, & retenta interim fide. Idem in aliis ſimilibus, puta ſi Titius permutat feudum ſuum vel eius partem cum alio prædio, ſub pacto quòd ſoluendo certam ſummam infra tres annos vel aliud modicum tempus poterit feudum ſuum recuperare, retenta interim fide feudi ſui, vel portionis permutatæ: quia tunc quantumcunque ad traditionem procedatur, nulla fit apertura feudi, nulla iura feudalia oriuntur, nec tempore contractus & traditionis, nec poſtea ſi Titius infra illud tempus feudum recuperet, nihil enim noui iuris aperitur patrono, ſed perinde eius reſpectu habetur ac ſi illa permutatio ſecuta non fuiſſet per hunc textum. Non tamen negatur, quin ſi prædium compermutatum & tali ter acquiſitum à Titio ſit feudale apertum fuerit, & iura feudalia ſtatim acquiſita patrono dicti prædij ſecundum actus naturam & qualitatem, videlicet releuium: quod eſt clarum ſi Titius non recuperauit feudum ſuum, vel ſi poſt tempus non in vim dicti pacti, ſed nouo & voluntario conſenſu recuperauerit.

71. Sed ſi illud infra dictum tempus redemerit, magna reſultat præſumptio ſimulationis & adumbratæ veræ venditionis dicti prædij feudalis Titio traditi, in quo obiter dicendum puto, quod ſi cum dicto pacto concurrant * breuitas temporis, & conformitas ſeu conuenientia pretij dictæ ſummæ ad valorem dicti prædij, ex euentu ſecuto præſumitur & detegitur ſimulatio & effectualis venditio dicti prædij, ita vt eius reſpectu cum effectu locus ſit omnibus iuribus feudalibus & vtique retractui, per not. 5. § 33. *q.* 22. *&* j. §. 184. & nihilo magis in caſu huius ſimulationis nullum ius feudale aperietur reſpectu feudi Titiani, imò minus, quia etiamſi non eſſet retenta fides feudi Titiani, nullum ius feudale hoc reſpectu deberetur, prout non debetur ex contractu vel alienatione ſimulata quæ nulla eſt ſimulatione detecta. vt 5. §. 33. *q.* 11.

* Præſumptio ſimulationis.

28. Amplio tertio concluſionem principalem in conceſſione totius vel partis feudi ad certum annuum redditum. Super quo aduerte, quòd conceſſio ad redditum multum differt à conceſſione in ſubfeudum vel in cenſum: quia in ſubinfeudatione vel datione in cenſum, eo ipſo ex natura actus ineſt retentio dominij & omnis dominicalis iuris (reſpectu recipientis directi) in re conceſſa: Et ſic non cenſetur fieri alienatio nec diſmembratio feudi, & nulla inde cauſatur apertura, etiam ſi concedens non expreſſerit penes ſe & ad onus ſuum retinere fidelitatem rei conceſſæ reſpectu ſuperioris patroni: quia natura actus de ſe huiuſmodi retentionem & ſubordinationem importat, etiam ſi non dicatur. Quod reſpectu ſubinfeudationis eſt indubitatum: & reſpectu dationis in cenſum; probatur, quia prout ſecundum noſtrum in hoc regno vtendi modum, cenſus accipitur, importat retentionem directi dominij & iurium dominicalium penes concedentem: & non poteſt recipiens tenere eandem rem in cenſum & in feudum, maxime à diuerſis dominis, vt liquet per ea quæ plene tractauimus in rubrica vel titulo ſequenti. Et ſic feudalitas non poteſt tranſire in recipientem: & conſequenter omnino remanet penes concedentem: Et ſi non remaneret penes eum, reuerteretur ad immediatum concedentis patronum, cuius recipiens efficeretur immediatus cenſuarius. quum autem oppoſitum agatur, videlicet quod recipiens efficiatur & remaneat immediatus cenſuarius concedentis, neceſſario præſupponitur feudalitatem & fidem, ſi res alioquin erat feudalis remanere penes concedentem, & ad eius onus, ſicut & in ſubinfeudatione. huiuſmodi tamen ſubinfeudatio vel datio in cenſum nullomodo præiudicat patrono ſi non conſenſerit, ſed eius reſpectu pro non facta habetur, vt dictum eſt 5. §. * 35. *q.* 5.

29. Longe aliud in * conceſſione ad certum annuum redditum, quia ex eius natura nullum dominium, nullum ius dominicum in re conceſſa retinetur, ſed omne ius concedentis transfertur & penitus expropriatur, ſolo iure annui redditus retento. Vnde ſi ſimpliciter fiat ſiue de toto feudo, ſiue de parte feudi, ſequitur mutatio manus & apertura feudi, & recipiens debet in fidem patroni ſe conferre, releuium ſoluere & clientelaria munera de cætero ſubire, niſi concedens penes ſe retinuerit fidelitatem, cuius expreſſa retentio requiritur hoc caſu, & operatur quod feudum non cenſetur mutare manum nec aperiri ex huiuſmodi alienatione, ſed quod concedens cenſetur remanere vaſſallus vt prius, & quòd ex illius vel eius hæredum perſona, & non ex perſona recipientis vel eius hæredum habeant mutationes feudi attendi, & iura feudalia percipi, à quibus tamen concedens & eius hæres tenetur exonerare & indemnem reddere recipientem, & eius hæredes.

* Qui facit initium huius §.
* Conceſſio ad redditum.

30. Et ſuper hos not. differentiam inter alienationem quæ fit per conceſſionem ad redditum & alienationem quæ per venditionem, quia in venditione ſi ſit perpetua & ſine facultate infra modicum duntaxat tempus redimendi facta, non prodeſt etiam expreſſa retentio fidei, & nihil operatur, vt 5. *eo. q.* 1. quia quum ſit perpetua & totalis alienatio, apparet retentionem fidei non eſſe appoſitam niſi in fraudem iurium patrono debitorum ex huiuſmodi venditione. Et alioquin eſſet feneſtra omnibus aperta ad fruſtrandum & euitandum omnia iura feudalia omnium venditionum, quia in omnibus venditionibus rerum feudalium huiuſmodi clauſula retentionis fidei apponeretur: Secus eſt in conceſſione ad redditum, quia quamuis fiat in perpetuum cum clauſula expreſſa retentionis fidei, non cenſetur hæc clauſula apponi ad fraudandum patronum: ſed ad hoc vt maior redditus perſoluatur à recipiente, pro tanto quod oneratur ab omnibus oneribus feudalibus per concedentem, qui tenetur eum ab his indemnem reddere, & ex quo annuum & perpetuum ius in re retinetur cum onere feudalitatis cenſetur quodámodo ipſum feudum, vt prius à concedente retineri. Et ſic de conſuetudine & obſeruantia communi tolleratur, quod etiam in perpetua & irreuocabili conceſſione ad redditum, valeat & effectum ſuum operetur expreſſa retentio fidei. Quod etiam à contrario cenſu tacite innuit textus in §. *ff.* j. *eo. ibi. Et ſans demiſſion de foy.* id eſt cum expreſſa retentione fidei, vt ibi dicemus. Ceſſante tamen iſta communi obſeruantia, (quæ eſt ſola & vera huius differentiæ ratio) dicendum eſſet idem iuris eſſe in perpetua & irreuocabili conceſſione ad redditum, quod in perpetua & irreuocabili venditione: & idem in conceſſione ad redditum infra modicum tempus reuocabili, quod in venditione aut alia alienatione infra ſimile tempus reuocabili, vt

primo casu non prodesset etiam expressa retentio fidei, quia nullum ius dominij in re retinetur, & repugnat quem esse vassallum & nihil feudale habere. Secundo casu prodesset vi huius §. per rationes deductas 5. *eo. q.* 1. 4.

31. Ampliatur quarto principalis conclusio, siue venditor concedens aut aliter alienans sit in fide patroni, & ab eo inuestitus fuerit: siue non. Quauis enim prima facie non videatur quis fidem dimittere vel retinere posse quam nondum habet, & ad quam nondum est admissus à patrono: Tamen dicendum quod vassallus etiam ante fidem * actualiter præstitam est vassallus: & siue habeat inducias fidei, siue non, quandiu toleratur à patrono, censetur habitualiter in fide esse, & æque ad omnia capitula fidelitatis obstrictus est, & feudum negatione, vel alia ingratitudinis noxa amittere potest. Et sic habet beneficium huius §. & potest libere de feudo disponere retenta fide, sicut pleno vassallo permittitur. Fortius dico quòd nedum habet commodum huius clausulæ, quandiu à patrono toleratur, sed etiam postquam patronus etiam ex vero defectu hominis & iuxium feudum prehendit, potest vassallus vel eius hæres dicta prehensione durante, vendere feudum & omne ius suum sub facultate redimendi infra modicum tempus retenta fide, vel alio simili modo disponere, & in vim dictæ clausulæ & retentionis fidei non erit noua apertura feudi, nec noua aliqua iura patrono acquirentur, prout alias acquirerentur & exigi possent à patrono vt 5. §. 33. *q.* 43. Habet enim hæc clausula * retentionis fidei duplex caput, vnum respiciens patronum & hoc respectu importat quòd concedens retinet fidelitatem, siue actualem quam præstitit patrono, siue habitualem quem illi debet & præstare tenetur, vel in suis successoribus tenebitur, ratione mutationum ex persona sua vel hæredum suorum futurorum. Alterum caput respiciens recipientem, & hoc respectu importat quòd concedens tenetur eum exonerare erga patronum, & indemnem reddere ab omnibus iuribus & oneribus feudalibus præteritis & futuris, & ab omni iniectione manus dominicæ superioris patroni. Fallit autem principalis conclusio in venditione perpetua, *vt supra eo. qu.* 1. vel si venditio, concessio in redditum, aut alia huiusmodi alienatio, detegeretur simulata, & in nouam & perpetuam recipere venditionem vel permutationem. Ex his habes clarificatam materiam huius & * 35. §. 5. *eo.* Sed ad ampliorem doctrinam retento themate *q.* 4. 5. *eod.*

32. SEXTO quæro, Quid si vassallus pendente præfata facultate redimendi vendiderit vel donauerit alij ius suum & actiones suas ad redimendum. Certum est quòd ex huiusmodi venditione vel cessione nullum ius aperitur per not. supra, §. 33. *quæst.* 8. 9. Sed quæritur quid si pendente redemptionis tempore, cedens vel cessionarius sine liberis moriatur, ex vtrius persona censeatur feudum aperiri? & prima facie videtur quod ex persona cessionarij duplici ratione. Prima, quia ad illum spectat ius redimendi & recuperandi feudum, & non spectat amplius hæc spes ad concedentem. Nec obstat quòd penes cedentem remanserunt directæ actiones, quia sunt prorsus ineffícaces ex quo non est facta cessio ad commodum cedentis, vt per Ang. in *l.* 3. *C. de nouæ. & de lega.* sed ad commodum cessionarij & in rem suam. Et sic cedens qui omnem spem amisit, etiam omne ius amisisse & nihil amplius retinere censetur. Illa enim retentio fidelitatis per quam alienans censetur interim remanere vassallus, non fundatur nisi in iure per alienantem retento, & in spe quam habet infra modicum tempus feudum recuperandi. Igitur si desinat illud ius & illam spem habere, consequens est vt ex tunc desinat fidem retinere. Secunda ratio, quia * retentio fidei non est omnino personalis, & simpliciter retenta, censetur retenta tam pro se quàm pro hæredibus, vt dictum est: igitur etiam & pro causam habentibus, quum simus in materia cessibili & in extraneum trahimissibili. Et quemadmodum cessionarius aut quiuis singularis successor, censetur ipso iure comprehensus in retentione facultatis & iuris redimendi. *per l. fi. C. de hæred. vel actio. vendi.* Eodem modo videtur ipso iure comprehensus in retentione fidelitatis inhærente & accessoria iuri redimendi retento: & consequenter post huiusmodi cessionem censetur fidelitas retineri in persona cessionarij, saltem habenti cessionem irreuocabilem & in rem suam, vt supponitur in hac quæst.

33. Quibus non obstantibus contrarium est dicendum, quod ex persona cedentis vel eius hæredis duntaxat, debeat attendi mutatio feudi seu fidelitatis, quia retentio fidei in hoc consistit, quod venditor obligatur ei, qui cum contrahit munia clientelaria subire erga patronum eique de iuribus satisfacere, & inde emptorem exonerare & indemnem reddere. Sed huiusmodi obligatio non transit in cessionarium, & venditor & eius hæres semper remanent ad hoc obligati non obstante dicta cessione, & non cessionarius, contra quem emptor nullam habet actionem. Et etiam in vim dictæ retentionis fidei quæ suspendit vel perimit iura. Alioquin ex dicta venditione purè debita, ius est acquisitum & reseruatum patrono feudum prehendendi, & iura domidicalia exigendi ex mutationibus contingentibus in persona venditoris, vel eius hæredum, in quo dicta obligatio descendit. Quæ quidem obligatio non immutatur nec alteratur inuito patrono vel emptore feudi & in eorum præiudicio, per dictam cessionem, in qua nulla fit cessio vel mutatio feudi, sed simplicis actionis ad feudum, quæ quod ad iura feudalia attinet, impertinens est. per not. supra §. 33. *quæst* 36. & * §. 23. *quæst.* 9. Et quibus patet quod si pendente dicta facultate redimendi, contingat venditorem carentem liberis, & forte laborantem in extremis vendere, donare aut aliter cedere ius suum & facultatem redimendi, huiusmodi cessio non impedit quin morte cedentis feudum aperiatur, & post quadraginta dies prehendi possit cum lucro fructuum, donec hæres lateralis venditoris, renouauerit vel obtulerit fidelitatem cum releuio. Et pariter mors cessionarij siue viuo siue mortuo cedente non facit feudum aperiri. Et hæc sunt clara in venditione feudi & retentione fidei ad modicum tempus.

34. Secus puto dicendum in perpetua concessione ad redditum annuum & perpetua retentione fidei, quæ hoc casu permittitur infra eodem §. fi. ratione iuris super feudo retenti annui & perpetui redditus, in quo quodammodo ipsum feudum repræsentatur: quia si vassallus qui taliter alienauit, vendat, vel alio quou is titulo in alium transferat dictum ius redditus cum actionibus & appenditiis suis, & sic cum eodem onere retentæ & subeundæ fidelitatis, vt moris est, censetur fidelitas retineri per cessionarium, vel eum cui deinceps pertinebit tale ius redditus, & ex eius persona amnodo metiuntur mutationes feudi, & is tenetur ab oneribus feudalibus exonerare pro tempore suo, nedum cedentem eiusve hæredes quibus ad hoc tenetur ex contractu proprio, sed etiam possessorem feudi debitorem redditus, cui ad hoc tenetur ex natura obligationis reciprocæ dicti redditus. Non enim tenetur possessor feudi nouum titulum seu obligationem redditus præstare cessionario: nec ei soluere, nisi idem cessionarius onus dictæ fidelitatis suscipiat, seque vicissim secundum naturam reciprocæ obligationis huiusmodi redditus obliget ad munia clientelaria subeunda erga patronum, & inde possessorem exonerandum, & reddendum indemnem.

35. SEPTIMO quæro, retento themate præfatæ quæst. 4. Vtrum saltem per viam actionis possit patronus petere iure retractus se subrogari in locum emptoris? Et videretur emptorem extraneum teneri feudum

* Fidelitas actualis & habitualis.

* Retentio fidei duplex caput habet.

* Qui principium facit huius §.

* Retentio fidei an sit personalis.

* Qui facit partem dicti §. 33.

& actionem ſuas cum omnibus cedere patrono pretium & legales ſumptus offerenti, vt eandem conditionem offerendo præferatur extraneo per not. ẽ. §. 20. *gloſſ.* 3. Et quemadmodum in themate dictæ quæſtionis quartæ, ſtatim retractui proximitatis locum eſſe diximus. j. §. 173. etiam ante lapſum tempus redimendi, & non obſtante quod fides retenta ſit per venditorem. Contrarium tamen eſt dicendum in retractu feudali per generalitatem huius textus, quia retractus feudalis eſt vnum de commodis & iuribus feudalibus, quorum nullum petere poteſt patronus in hoc caſu. Nec obſtat quod hic text. non negat peti ab emptore ſeu nouo acquiſitore. ſed ſolum ab antiquo vaſſallo, quia in conſequentiam prohibetur petere ab eo qui cauſam habet à vaſſallo. *argum. l. fin. in fin. C. de iureiurand.* Tum multum intereſt vaſſalli emptorem ſuum non poſſe deturbari, vt facilius poſſint vaſſalli indigentes pecunia ſibi conſulere. Tum quandiu feudum non aperitur, ſed manet antiquus vaſſallus, non habet patronus ſe intromittere de contractibus vaſſalli, & ſic non eſt admiſſibilis niſi lapſo termino redemptione non facta, & tunc demum iura ſua exequi poteſt, & quintum prenij vel retractum ad idem onus petere poſſet.

36. OCTAVO quæro, Pone feudum fuiſſe venditum ſub facultate redimendi vſque ad tres vel nouem annos, & illis finitis iterum ſub eadem facultate vſque ad alios tres vel nouem annos: & ſic deinceps ſemper retenta fide? Reſpondeo * fraudem eſſe manifeſtam, quemadmodum à ſimili in re eccleſiaſtica prohibita alienari vel concedi ad longum tempus, ſi concedatur ad nouem annos, cum pacto de renouando ad alios nouem annos, vel cum expreſſa renouatione ad alios annos finita conceſſione prima, non valet machinamentum tanquam fraudulentum. text. in *authent. de non aliena. aut permu. §. neque autem colla.* 2. quod expreſſim firmat Cy. in *l. 1. C. de iur. emphy.* Io. Fab. in §. *penult. inſtit. de vſufruct.* Alberic. poſt. Dyn. Oldr. in *l. pluribus. §. 1. inſi. D. de verb. oblig.* Bal. in *c. 1. in ſi. de his qui feu. da. poſſ. in vſib. feu.* Lap. Caſtel. *ho. in alleg.* 12. Ang. in *conſil.* 181. *ex forma & ſerie. ad fin.* Petr. de Anchar. *conſil.* 57. Card. *in Clement. 1. §. ſi. quæſt. vlt. de reb. eccleſ. non alien.* Alex. in *conſil.* 78. *viſis duobus. lib. 1. quod eſt duplicatum. in conſil.* 167. *lib.* 2. Alex. *conſil.* 105. *in cauſa & lite. lib.* 3. Feli. in *cap. quæ in eccleſiarum. col.* 31. *de conſtitut.* Iaſo. in *l. manumiſſiones. D. de inſti. & iur. in l. nemo poteſt. lect.* 2. *col.* 17. *D. de legat.* 1. Franciſ. in *tract. feud. parte* 4. *num.* 92. Ampliatur quod dictum eſt de alienatione rei eccleſiaſticæ, etiam ſi expreſſe agatur quod nullum transferatur dominium, quia commoditas fructuum quæ ad longum tempus transfertur, pro vera alienatione habetur in materia prohibitiua, ad euitandum fraudem. ita Bald. in *authen. hoc ius porrectum. col.* 1. *verſic.* 6. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* Et ſequitur Fabian. de monte ſancti Sauini *in tract. de empt. & vend. in* 4. *quæſt. principali. quæſt. vltima. verſicul. circa tertium.*

57. Sed quæritur nunquid ſaltem valeat vſque ad tempus permiſſum? Dicendum indubitanter quod ſic in vtroque vel ſimili exemplo huius quæſt. Et de ſecundo exemplo eſt text. in *d. §. neque autem.* vbi non vitiatur niſi pactum renouandi, locatio autem remanet valida. Et eſt ratio, quia ex forma contractus ſunt plures facultates redimendi vt in themate q. noſtræ, vel locationes formaliter diſtinctæ & dinumeratæ, vt in *d. §. neque autem.* per tex. & no. in *l. ſcire debemus. D. de verb. oblig.* Et ſic non vitiantur niſi illæ quæ excedunt, & fraudem inducunt. & ita tenet Lap. in *d. alle.* 12. Et ſic non poteſt patronus ſtatim manum iniicere feudo, ſed tenetur expectare lapſum triennij vel nouem annorum iuxta morem ſui cuiuſque loci, lapſo autem illo tempore libere iura ſua exequi poteſt.

38. Nunc quæro, quid ſi venditione ſemel facta ſub pacto redimendi vſque ad duos vel quinque annos & retenta fide: tempus redimendi mutuo conſenſu, & ex poſt facto prorogatur. Reſpond. aut lapſo primo termino: & nullomodo præiudicat patrono, quia * non eſt prorogatio poſt tempus, ſed nouus contractus, & noua libera & ſpontanea venditio. *l. ſed & manente. in fi. D. de preca.* not. Alexand. in *l. dies cautioni. in prin. D. de dam. infect.* imò hoc caſu quum prima venditio fuerit hinc inde impleta, poteſt patronus ex ea petere quintum pretij ab emptore vel à venditore & nihilominus retractum à venditore redimente ex ſecunda venditione. Ampliatur etiam ſi contrahentes dicant ſe per viam diſtractus & actus retroſimilis tantum diſcedere à prima venditione, quia nullomodo licuit diſtrahere poſt contractum ſemel hincinde impletum, vt dictum eſt ẽ. §. 13. *gloſſ. 5. quæſt.* 1. Et ſic eſt vera noua & ſecunda venditio, & verborum commentum veritatem immutare non poteſt. *l.* 2. D. *de reſcind. vend.* Aut vero prorogatio eſt facta pendente adhuc termino, & videtur res manere in eadem cauſa & ſtatu. per *d. l. ſed & ſi manente in princ.* & prorogata ſunt eiuſdem conditionis & naturæ, vt pulchrè Paul. *conſ.* 389. *ſi conſideremus. lib.* 1. Maria. Socin. in *c. ſignifi. caſti. colum.* 3. *num.* 8. *de for. compet.* Sed aduerte, hoc eſt verum inter ipſos prorogantes quantum ad ea de quibus diſponere poſſunt, ſed non in præiudicium tertij cui præiudicare non poſſunt, vt patet in *l. ſi cum hermes. C. de loca. in l. item quæritur. §. qui impleto verſic. ſed hoc ita verum eſt.* D. *de loca.* & tetigi. ẽ. §. 33. *quæſt.* 14. *num.* 45. Ad hoc Alberi. *in* 2. *par. ſtat. quæſt.* 143. Vnde ſubdiſtinguo; aut tempus additum vna cum prorogato ſimul non excedit tempus permiſſum vaſſallis ad vendendum ſub facultate redimendi retenta fide: & prorogatio valet etiam reſpectu patroni, cui non dicitur fieri præiudicium, ſed cenſetur vaſſallus vti iure & facultate ſibi conceſſa. Aut vero excedit illud tempus, & tunc clarum eſt quòd quatenus excedit non valet reſpectu patroni. Sed eſt dubium an valeat prorogatio pro rata temporis permiſſi. Vt clariùs intelligatur,

39. Pone feudum ſitum ſub conſuetudine Bleſenſi vel Turonenſi (vbi expreſſe conceditur tempus nouem annorum) fuiſſe venditum ſub facultate redimendi vſque ad quinque annos: deinde ante lapſum quinquennij factam prorogationem ad alios quinque annos poſt lapſum primi quinquennij computandos. Patronus autem ſtatim lapſo primo quinquennio iniecit manum feudo. Intercedunt emptor & venditor: prompte docent de prorogatione pendente termino facta per inſtrumentum authenticum. Idcóque cauſantur non potuiſſe feudum prehendi niſi ſaltem poſt quatuor annos: & ſic expleto nouennio à die venditionis, concludunt ad retractionem prehenſionis cum impenſis, damnis & intereſſe, & interim ratione promptæ fidei manum leuari per prouiſionem. vt cætera omittam, litis cardo in eo vertitur: An huiuſmodi prorogatio ſit nulla in totum reſpectu patroni. An vero ſolum vitietur quatenus excedit quatuor annos per ſe ſiue nouennium à die venditionis? Et breuiter reſpondeo * non vitiari niſi quatenus excedit. Et ſic prehenſio feudi tanquam præmature facta ad irritum deducenda eſt abſque tamen damnis & intereſſe, ſaltem ſi patronus huiuſmodi ſecundam prorogationem ignorauit. Veritas tamen huius dicti pendet ab ardua quæſtione, & latiùs ramos protendente quàm prima facie videatur. Quando tamen huc excidit, expedietur, & ſemel pro multis reſoluemus in quæſt. ſequenti.

40. DECIMO quæro, Vaſſallus vendidit feudum ſub facultate redimendi vſque ad viginti annos retenta interim fide: Vtrum patronus poſſit ſtatim manum iniicere feudo & iura ſua exigere? An vero ſaltem teneatur expectare lapſum trium vel nouem annorum ſeu temporis permiſſi? Et prima facie videtur non poſſe

* Prorogatio facta lapſo termino eſt nouus contractus.

* Pactum de renouando in materia prohibita reprobatur.

* Prorogatio excedens, non vitiatur niſi in exceſſu.

feudum prehensi nisi post lapsum temporis permissi. Primo, quia in separabilibus * vile per inutile non vitiatur. *leg.* 1. §. *sed si mihi. D. de verbo. obliga. cap. vtile. de reg. iur. in* 6. In summis autem & in tempore quòniam consistunt in quantitate numerali separabili ex excessu, qui solus vitiatur, & remanet dispositio valida in residuo, vt patet in donatione, quæ si excedat quingentos aureos, non valet sine insinuatione, etiam si fiat in personam coniunctam *l. data. C. de donat.* Tamen non vitiatur nisi in excessu: sed remanet efficax vsque ad summam permissam. *l. sancimus. l. penult. C. de donat.* Et idem est in terminis iuris in donatione facta à patre filiofam. vel à marito vxori, vel contra, quia quamuis si excedat dictam summam non confirmatur morte, vt est tex. *l. antepen. C. de donat. inter virum & vxorem.* verum est quatenus excedit, sed bene confirmatur vsque ad dictam summam duntaxat, *per d. l. penult. in fi. quamuis gloss. in d. l. antepen.* subobscurè, & ibi Sali. apertè velint contrarium. in quo laso. vacillat, in *l.* 1. *sed si mihi. col.* 3. *D. de verb. obliga.* Sed non est dubitandum, ex quo in *d. l. sancimus & l. penult. C. de donat.* illud ponitur pro regula generali sine distinctione, & in dicta *l. antep. C. de donat. inter virum & vxorem.* non disponitur expressè nec specialiter de contrario, & consequenter *versic. nam amplius. in dicta l. antepe.* debet intelligi secundùm alias leges, videlicet secundum dictam *l. sancimus.* insinuatio an sit necessaria diximus infra §. 161. patet etiam in *l. pecuniæ fœnebri. in princ. D. de vsur.* vbi quamuis reprobata sit stipulatio vsurarum vltra legitimum modum, intelligitur quatenus est excessus, alioquin pro modo cuiuscunque temporis (superfluo detracto) stipulatio vires habebit ex quo tex. pulchra q in materia réddituum decidetur J. §. 94. Infinita alia similia adduci possunt, sed ab his temperandum puto, quia licet similia ad copiam & oblectationem inuent, tamen raro concludunt, & iudicium (quod potissimum est) plerunque obruunt, quare his parcissimè vtor.

* Vile per inutile quando non vitiatur.

41. In contrarium quia in indiuiduis vile per inutile vitiatur & impeditur *l.* 1. §. *Item quæritur. D. de aqua. quotid. & æstiua. not. in d. §. sed si mihi.* Sed hic non est nisi vnica facultas redimendi vniuocè concepta, & sic non potest pro parte impedire patronum, pro parte non, quamuis aliud sit supra *eo. quæst.* 8. vbi sunt plures cõcessiones formaliter seu virtualiter distinctæ, Tum vt tradit Barth. post Iaco. Butri. in *l. græce.* §. *illud. D. de fideiussor. & omnes doctores sequuntur. in dict.* §. *sed si mihi.* quatuor modis aliquid censetur indiuiduum, Primo ratione formæ in actu requisitæ *dict.* §. *illud.* Secundò ratione necessariæ dependentiæ. *l.* 1. & 2. *D. de pecu. lega.* Tertiò propter voluntatem contrahentium. *l. pedius. D. de arbi.* Quartò ex natura & substantia rei, vt in seruitutibus. *l. quarta.* §. *cato. l. seruitutes non diuiduntur. D. de verbo. oblig.* Hic autem sumus saltem in tertio indiuiduo, patet. quia venditor præcisè voluit habere spatium viginti annorum ad redimendum & verisimiliter non erat venditurus sub minoris temporis facultate. Igitur non potest fieri diuisio nec separatio. *l. quod si duo. D. de in diem addict. l. si quis aliam. D. de solut. l. cum eiusdem. D. de ædili. edic. cum similibus.*

* Indiuiduũ quatuor modis est.

42. Ad hoc facit, quod Ludou. Rom. in *con.* 66. eximie decidit electionem factam ad tres annos, non valere etiam ad annum duntaxat, stante statuto quod electio consiliatiorum fiat ad annum & non vltra, & si contra fiat, sit nulla. Et quòd Bald. in *l. quicumque col.* 1. *C. de bon. quæ libe.* decidit locationem rei ecclesiæ factam vltra tempus permissum sine solennitate, non valere etiam vsque ad modicum & permissum tempus, sed in totum nullam esse & idem decidit Lap. in *alle.* 80. *quæru cum locatio.* Aret. Soc. in *d. l.* 1. §. *sed si mihi D. de ver. oblig.* Super quo attende, quia communiter doct. in dicta *l. sed si mihi. & in auth. qui rem. C. de sacrof. eccl.* confundunt simul istas quæstiones. An concessio rei ecclesiasticæ facta vltra solitum, puta vltra tertiam generationem, vel ad longum tempus, valeat saltem vsque ad tertiam generationem, vel ad modicum tempus. Et tamen multum differunt ab inuicem, & vt quàm breuiùs & facilius fieri poterit procedam, resoluo hanc materiam per duas conclusiones.

43. Prima, si res ecclesiæ solita concedi in emphyteusim vsque ad tertiam generationem, concedatur sine iuris solennitate vsque ad quartam generationem, valet cõcessio vsque ad tertiam generationem duntaxat, & non vitiatur nisi in eo quòd est vltra solitum. ita decidit Bald. in *auth. si quas ruinas col.* 1. *de sacro. eccle. in l. si pupillorum. in fi. D. de reb. eo.* & hæc est perpetua opinio Bal. nec inuenitur alibi contrarium tenuisse, quicquid præfati docto. ad pauca aduertentes citent Bal. in diuersum in aliis locis, sed illic loquitur in longe diuerso casu. Et fundatur Bal. in §. *neque illud. in authentic. de non alien. col.* 2. Vbi pactum de extendendo in vlteriorem generationem reiicitur, & remanet concessio valida vsque ad generationem solitam. Idem tenet Paul. & ibi Philip. Deci. in *auth. qui rem* (vbi Bart. dubitauit) *C. de sacro. eccle.* Imol. Cardi. in *c. pen. col. pe. de feu.* Alex. in *cons.* 38. *consideratis his col. fi. lib.* 2. Franc. in *tract. feud. in* 2. *par. d.* 6. Et est crebrior & vera opinio. Ratio punctualis est quia tot censentur esse concessiones quot sunt generationes. per not. Bar. in *l. mortis causa capitur. D. de donat. caus. mor.* Bar. & Alex. in *l. si mihi & Titio. D. de verbo. oblig. & dictum est* 3. §. 22. *q.* 25. 26. Et sic vna non vitiatur per aliam.

44. Et istud procedit nedum quando expresse & formaliter verbum & actus cedendi repetitus in vnaquaque persona vel generatione, quo casu non esset dubiũ, vt patet supra *eo. q.* 6. Sed etiam quando simpliciter fit concessio in quatuor vel tot generationes, quia virtualiter repetitur & renouatur concessio in qualibet generatione. Et * reiiciendâ puto distinctionem Io. de Imol. in *l. quod debetur. D. de verbo. oblig.* vbi distinxit an concessio sit facta per dinumerationes generationum, vt concedo in primam & secundam & in tertiam & in quartam generationem, & tunc procedet opinio Bald. An vero concessio sit facta simpliciter vno contextu, vt concedo in quartam generationem, & tunc procedat opinio contraria, quod si vnica concessio, & totum vi-detur. quoniam huiusmodi distinctio magis verbalis est quam realis, & eo ipso quod conceditur in plures generationes, virtualiter multiplicatur concessio in qualibet generatione & eo ipso videtur actum, quòd quilibet succedentium accipiat ius & causam ab ecclesia concedente, & non à priore emphyteuta

* Reprobatur tittm. Io. Imol.

45. Idem dicendum in similibus, vt si ecclesia consueuit infeudare in masculos tantum: & concedat in feudum recipienti pro se & successoribus suis tam masculis quàm fœminis, quamuis non valeat infeudatio quantum ad fœminas per not. in *c.* 2. *de feud. & in c.* 1. §. 1. *qui feud. dar. poss. in vsib. feu.* Tamen remanebit valida quantum ad masculos & personas consuetas. ita decidit Bal. in *c.* 1. §. 1. *super ver. consuetudo*, & sequitur ibi Mar. Laud. *de his qui feu. dar. poss. in vsib. feud.* Rapha. Fulg. in *con.* 220. *nobiles de Fortiate.* Iacob. de S. Georg. in *inuest. in ver. in feud. col. fi. versi. Sed an saltem.* Et pariter si sit solitum infeudari in vnum hæredem tantum: & fiat infeudatio in duos, valebit vsque ad vnum & primum hæredem tantum, nec permissum ab inutili vitiatur. vt tradit Bald. in *cap.* §. 1. *similiter. col.* 3. *de leg. Conrad.* & hæc sequuntur. Imol. Cardi. in *ca.* 2. *de feud.*

46. Hanc tamen conclusionem quòd valeat concessio vsque ad generationem solitam, & eatenus vtrinque obliget, limito si recipiens patiatur damnum, puta quia tempore concessionis dedit trecentos aureos ecclesiæ, vt reciperet ab ea vsque in quartam generationem vel alias non erat contractaturus nisi haberet eum

effectu vſq; ad quartam generationem: quia tunc quā-
A ſarum perſonarum vel generationum ſeparari poſſet:
Hic autem ſeparari non poteſt non obſtante quod quo-
libet anno ſoluitur penſio, quia hoc non facit quin
ſit vnica ſtipulatio & vnica conceſſio text. eſt in *l. ſi Stichum. §. ſi ſtipulatio. D. de verb. oblig.* Nec
etiam iſta æqualitas penſionis pro quolibet anno (etiam
dato quod in principio contractus nulla notabilis ſum-
ma ſoluta fuerit) facit æqualitatem intereſſe pro rata
temporis, vt tantum reſpectu vtriuſque vtrique valeat
& commoda ſit locatio pro nouem annis reſpectu no-
uem annorum, quantum pro viginti nouem annis reſ-
pectu totius. imò poteſt eſſe magna captio, & non
fieret diuiſio ſine damno alterius, maxime eccleſiæ
concedentis, quia notorium eſt quod quando prædia
B conceduntur vltra decem annos, vel in perpetuum, le-
uior eſt penſio, quam quando locantur vſque ad quin-
que vel nouem annos duntaxat. Et ſic ſi locatio longi
temporis reduceretur ad nouem annos, ſine augmenta-
tione penſionis, multum læderetur eccleſia, quæ non
foiſſet conceſſura ad nouem annos duntaxat, niſi ſub in-
tegra penſione quanta præſtari ſoleat à colono ex vera
conductione. Vnde* in maiori tempore non continе- * In maiori tempore non ineſt minus.
tur minus, nec poteſt fieri ſeparatio. Et hanc differen-
tiæ rationem ſentit gloſſ. 2. in *l. ſi decem. D. loca.* Et pleniùs tradit B. in *d. conſ.* 159. *col. fi.* Et poſt eum Lap.
alleg. 80. Vbi plenè reſpondet ad *obiecta.* Hanc etiam
partem ſequitur Matth. de Afflic. in *deciſ. Neapo.* 107.
licet non diſtinguat conceſſionis modos. Ex his habes
effuſiſſimam materiam ſub paucis reſolutam fructúm-
C que laboris proliri.

49. Modo redeundo ad quæſtionam noſtram cla-
ra relinquitur deciſio pro ſecunda parte. Non ob-
ſtant adducta pro prima parte. Et primo *d. l. ſanci-
mus. C. de donat.* quia loquitur in moderanda libe-
ralitate, in quo nec donans, nec donatarius læditur.
donans non, quia tantum immunis eſt: donatarius
non, quia ſemper ſibi acquirit, licet minus, ita ſoluit
Bar. in *d. conſi. ad fi.* cuius litera alioquin corruptiſſi-
ma debet ita reſtitui. Eodem modo reſpondeo ad *l. pe-
cunia & l. placuit. D. de vſur.* quia loquitur in mo-
deratione lucri in quo licitum ab illicito exceſſu, ideo
ſeparabile eſt: quia hoc faciendo neuter læditur, vt pa-
tet ad ſenſum. Secus in præſenti, quia ſi facultas redi-
D mendi viginti annorum reduceretur ad tres annos, ven-
ditor grauem iacturam pati poſſet, puta perpetuam a-
miſſionem feudi & hæredij antiqui minus iuſto pretio
(onere redimendi circumſcripto) venditi, & quod in-
fra tam breue tempus non poſſet commodè ab eo redi-
mi. Nec obſtat ſi dicas omnia hic adducta loqui in diuer-
ſis terminis, videlicet in actu in totum vel in parte nul-
lo: huiuſmodi autem facultas redimendi, ſiue ad vigin-
ti ſiue ad triginta annos, nullo modo de ſe eſt nulla, ſed
in totum valida, & efficax, quia hoc fateor, Sed dico
quòd retentio fidei ad tantum tempus ſimpliciter facta
in totum eſt nulla, quum non ſit facta in caſu permiſſo
& excepto, & ſic ſtatim locus eſt aperturæ feudi & re-
gulæ §. 33. 5. *eod.*

E 50. Quid ergo dicemus ad ſi. *quæſt. 7. ſupra eo.* Vi-
detur enim per deducta in hac quæſt. quod illa pro-
rogatio quum ſit vnicus actus per ſe non poſſit diuidi,
& pariter quod retentio fidei illi implicita non poſſit
diuidi, & quod nullo modo proſit vaſſallo, nec eum re-
leuet erga patronum, quum non ſit facta ſecundum
formam, ſed contra vel vltra formam permiſſam, &
ſic præfata prehenſio feudi eſſet valida: ſed hoc non ob-
ſtante perſiſto in ſententia, & moueor, quia illa proro-
gatio de qua in *d. q. 7. ad fi.* quum ſit facta ex interuallo,
proceſſit ex mera liberalitate emptoris, & ſic quum hu-
iuſmodi actus non ſortiatur individualitatem niſi ex
voluntate partis, vt *ſupra eo. quæſt. nu.* 41. ſicut dona-
tio & vſurarum ſtipulatio recipit diuiſionem, ita & hu-
iuſmodi prorogatio, quoniam ſi emptor obtuliſſet ven-
ditori prorogare vſque ad quatuor annos, vel etiam

effectu vſq; ad quartam generationem: quia tunc quāuis ex parte eccleſiæ teneat conceſſio vſque ad tertiam generationem, & non poſſit eccleſia in hoc contrauenire: tamen non tenetur recipiens ſtare, nec emphyteuſim tenere & onera conuenta facere, niſi ſibi ſolenniter confirmetur vſque ad quartam generationem. Alioquin quum non ſit ſecurus poterit diſcedere, & quod ab initio ſoluit pro rata repetere, & hoc eſt de mente Alex. & Soci. in *d. §. ſed ſi mihi.* quod verum puto *per l. Iulianus. §. ſi quis colludente. D. de actio. empt.* & eſt multum notandum, quia doct. ibi non declarāt. Nec obſtat quòd contra hanc primam concluſionem tenet Ang. in *§. emphyteuſim.* in *authen. de alie. & emphy.* Iaſ. in *d. aut qui rem per tex. d. §. emphyteuſim. verſi. aliter autem penitus. in auth. de alien. & emphyteu.* quia ille verſi. *aliter autem.* non refertur ad totam conceſſionem, ſed ſolum ad exceſſum inſolitum & prohibitum. Et ſenſus eſt quòd res eccleſiæ non poteſt dari in emphyteuſim niſi vſque ad metam ibi taxatam, & quod aliter fit, id eſt, vltra metam taxatam, nihil penitus habet roboris. ſed propter hoc non tollitur, quominus illud quod fit infra metam licitam valeat, quum illud non fit aliter factum, & ita ad illum text. recte reſpondent Dec. in *d. auth. qui rem ad fi.* Franc. in 2. *par. feud. q. 6.* & ita etiam voluit ſoluere And. Alcia. in *d. §. ſed ſi mihi num. 20. licet non clare exprimat.*

* Secunda concluſio.

47. Secunda* concluſio, ſi locatio vel conceſſio rei eccleſiaſticæ fiat ad longum tempus, in totum vitiatur & non valet etiam vſque ad nouem duntaxat vel pauciores annos. tex. eſt apertus in Clem. 1. *de reb. eccleſiaſt. non alie.* Vbi dicitur quòd nec recipienti ius aliquod acquiratur, expendatur* negatiua cum dictione aliquod, quæ etiam in qualibet minima parte verificatur, *gloſſ. in Clem. 1. in ver. aut earum parte. de foro. compe.* & ibi Car. & Panor. Feli. in *cap. paſtoralis. in fi. princ. de offi. delega.* & ſic nullum ius acquiritur. Et eſt ratio, quia non eſt niſi vnica conceſſio, & ſic cum peccet in forma, in totum irritatur. Et ita poſt longam diſputationem decidit Lap. *in alleg.* 80. *quæris cum locatio.* Vbi allegat. Barth. ita conſuluiſſe, & eſt verum, vt patet in *ſuo conſi.* 159. *Viſa quadam conſtitutione.* Et ita etiam tenet Bald. in *l. quicunque col. 1. C. de bo. quæ liber.* & ſequitur Iaſon. in *l. 1. §. ſi quis ita. col. 8. verſi. limita quarto. D. de verbor. oblig.*

* Negatiua vis.

48. Nunquam legi Bal. tenere contra præfatam primam concluſionem. Sed bene contra hanc ſecundam in *conſi.* 475. *quidam abbas lib. 1.* Vbi dicit quod quandoque inutile venit ad adijciendum, quandoque ad minuendum, quandoque ad ſpecificandum ſpeciem contractus: & quod primo caſu ſi non valet quod ago vt ago, videlicet in totum, valeat ſaltem in parte in qua poteſt, vt *D. de preca. l. cum precario.* Secundo caſu non valeat in aliquo, vt in *l. pedius. D. de arbit.* ex defectu conſenſus. Tertio caſu, quia non conſentitur in ſpecie contractus non valeat niſi aliquando ad excipiendum. *l. ſi ego. D. ſi cer. pet. l. ſi tibi dederim. D. de dona.* deinde in quæſtione, An conceſſio vſque ad viginti nouem annos, valeat ſaltem vſque ad nouem; dicit hoc pertinere ad primum caſum, diſtinguit tamen, aut conceſſio fuit facta pro vnico pretio, puta pro mille pro toto tempore: & tunc non valet in aliquo, quia propter vnitatem pretij non poteſt contractus diuidi. *l. cum plura. D. de edil. edict.* Aut vero per ſingulos annos ſoluitur pretium ſiue penſio illius anni, & tunc inutile per vtile non vitietur, ſed valeat vſque ad nouem annos, etiam ſine aliqua authoritate epiſcopi, & certa iſta deciſio ſatis plauſibiliter videretur admittenda, ſed in puncto iuris non eſt vera, & eſt directo contra text. *d. Clem. 1.** Nec obſtat quod adducit Bald. de inutili adiecto ad augendum, quia eſſet verum quando illud inutile eſſet ſeparatum, vt in *d. l. cum precario & in d. §. neque illud. in auth. de non alie.* Vel quando propter expreſſam vel virtualem relationem diuer-

* Contra Bald.

vſque ad vnum annum duntaxat, venditor illud vtpote
A
ſibi vile verisimiliter acceptaſſet. Et conſequenter retentio fidelitatis illi prorogationi implicita (debet enim prorogatio fieri cum qualitatibus prorogati. *c. bi qui de prabend. in 6. leſta. & ibi* laſo. *col. 5. D. de reb. credi.*) eandem diuidualitatem recipit. Et ſicut in maiore ſumma minor ineſt, quando ſtipulator non habet damnum, ſed æque minorem ſummam acceptaturus erat, ita eadem ratione concurrente in maiori facultate vel tempore ineſt minus. Secus dicerem ſi ab initio in terminis eiuſdem quæſt. & conſuetudinis conuentum fuiſſet feudum eſſe venditum ſub facultate redimendi vſque ad quinque annos, & illis lapſis rurſus vſque ad alios quinque annos. quia retentio fidelitatis non prodeſſet niſi pro primo quinquennio duntaxat: non
B
autem pro ſecundo. in quo non poteſt fieri diuiſio temporis permiſſi à non permiſſo, quia totus contractus eſt indiuiduus, & taliter & non aliter (vt præſumitur) contractori erant.

51. VNDECIMO quæro, Quid ſi vaſſallus habens latifundium feudale, conceſſit & alienauit ſimpliciter certam partem ad onus certi annui & perpetui reditus, non retento alio iure nec appoſita clauſula retentionis feudalis. Certum eſt quod non eſt locus beneficio d. clauſulæ, ſed cenſetur fides dimiſſa & feudum apertum in portione alienata: ſed quæritur quæ ſint iura patroni? Reſpond. poteſt manu iniecta (iuxta formam §. 1. ℸ. *eo.*) in portionem alienatam frui fructúſque ſuos facere, donec acquirens iuſta fecerit vel debite obtulerit, nec interim dictum reditum ſoluere vel deducere tenebitur: neque de fructibus, neque de releuio quum non ſit infeudatus. per not. ℸ. 28. & ℷ. §. 59. hoc eſt clarum. Sed quantum ad iura vtilia an releuium, an vero quintum pretij vel retractus feudalis debeatur? Late diſputari poſſet, diſtinguendo inter reditum redimibilem vel non, & inter redimibilem in perpetuum vel infra certum modicum tempus duntaxat inter redemptum incontinenti, vel ex interuallo. Sed vt breuius & reſolutiùs procedam, facio concluſionem in
C
præfato themate, quòd releuium duntaxat debetur, non autem quintum pretij: nec etiam retractui feudali, vel proximitati locus eſt. nec ſufficeret retrahenti eandem offerre conditionem, quia non eſt proditum
D
ius quinti denarij, vel retractus, niſi in venditione: ſed hic neque eſt venditio, neque contractus ſimilis aut reducibilis ad venditionem, ſed omnino diuerſus, *vt in mili.* ℸ. §. 33. *q.* 12. *num* 56.

52. Fallit ſi proceſſerint proloquia venditionis, & paulo poſt à conceſſione in reditum acquirens redemerit eundem reditum mediante certa pecuniæ ſumma, quia tunc ex temporis breuitate, redemptione reditus & proloquiis, ſatis præſumitur conceſſio (quæ tam multo tempore durauit) ſimulata ad occultandum veram venditionem, quare quinto pretij vel retractui feudali locus eſt, & ad optionem patroni. Et ſimiliter proximus concedentis eligere poteſt an velit feudum ipſum retrahere, an vero reditum, quia non poterit acquiſitor feudi impedire retractum reditus, attento quod ex
E
forma conceſſionis non erat redimibilis, & ſic quantum ad ſucceſſiones & retractum proximitatis cenſetur ſubrogatus loco rei per no. ℷ. §. 179. Secus ſi ab initio conceſſionis cautum fuiſſet dictum reditum mediante certa pecuniæ ſumma redimi poſſe, qui tunc proximus non poſſet à redimente retrahere reditum naturali & neceſſario ſuo ſiue per redemptionem extinctum. Imò ſi forte ante redemptionem à concedente extraneo venditum retraxiſſet, quod poteſt, teneretur patiredemptionem à debitore. Sed hoc caſu quando conceſſio facta eſt ad reditum redimibilem, multo fortius redemptione infra modicum tempus (infra annum) ſecuta locus eſt vtrique retractui reſpectu ipſius fundi, & etiam quinto pretij in re feudali, vel laudimiis in re cenſuaria. Faciunt quæ diximus ℸ. §. 33. *q.* 22. quando compermutans infra modicum tempus redimit fundum quem tradiderat, & incipit vtrumque poſſidere.

53. Circa quod aduerte quod differentia eſt, an vaſſallus cedat feudum ſuum pro certo reditu ab alio debito certa pecunia redimibili: An vero pro reditu redimibili à ſe debito: An vero concedat ad reditum redimibilem? quia primo caſu ſtatim etiam redemptione non facta locus eſt vtrique retractui & quinto pretij, dummodo ſit reditus pecunia conſtitutus ad rationem vnius pro duodecim, aliàs cenſetur vera permutatio niſi aliæ accedant coniecturæ, vt diximus ℸ. §. 33. *q.* 18. Secundo caſu idem dicendum, quod de vera venditione per no. ℸ. §. 20. *gl.* 5. Tertio vero caſu non eſt continuo locus retractui, vel quinto pretij, ſed releuio duntaxat, niſi infra modicum tempus ſequatur redemptio, vel aliæ concurrant fraudis & ſimulationis coniecturæ.

DVODECIMO, circa q. 3. ſupra eo. vidi pulchram quæſtionẽ in facto: vaſſallus maiorem partem feudi ſui vendidit in perpetuum retento cenſu annuo & fide. Certum eſt per *not. q.* 3. *nu.* non eſſe locũ alicui iuri feudali: ſed poſt decem annos contigit eundem vaſſallum totum reſiduum eidem vendere, & ſic dimiſſa fide quam etiam fruſtra & ſimulatorie retineret toto reſiduo abſolute vẽdito emptor vltimus offert iura domino, & quintum vltimi pretij dominus petit quintum totius, id eſt primi & ſecundi pretij. Quid iuris? multi tenebant pro domino quaſi prima venditio ſit præparamentum ſecundæ vt ad primordium tituli poſterior foret euentus. *l. vnica. ad ſ. C. de impo. lucrat. deſcrip. lib.* 10. Franc. Cur. ſenior. *conſ.* 69. *col.* 6. Tum ſecundo, quia prima venditionis iura feudalia ſuſpenſa ſunt quandiu retinebatur fides donec dimitteretur. Sed nunc dimiſſa eſt, ergo reſurgunt, ſeu potius nunc primum in actum (quaſi de potentia interim ſopita) exeunt. Tum tertio quia nunc dominium verum eſt totum feudum eſſe eidem venditum, nec amplius fidem retineri. Ergo ſi totius feudi integritas vẽdit, integrum ſeu totale quintum debetur, & non pro rata vltimæ venditionis tantum. Tum quarto quia ſimile eſt ac ſi quis primo vendit quartam partem feudi ſui ſub pacto redimendi ad triennium retenta fide. Et poſt biennium eidem vendit aliam quartam partem ſub eodem pacto, deinde aliam, vltimo totum reſiduum abſolutè. Quo caſu certum eſt domino feudi deberi quintũ pretij omnium venditionum vel totius feudi vel retractum totius feudi ſi hoc eligat, ergo idem in præſenti caſu in quo videtur eadem vel ſimilis ratio. Quibus non obſtantibus contrarium dicendum eſt, quia primus contractus non eſt factus in fraudem: nec in præparamentum ſecundi, ſed per ſe & abſolute, vt longum interuallum oſtendit, & fuit legitimus & validus contractus, ex quo nulla iura domino debentur, ſed tantum in ſecundo. Patet quia ſi nunc reſiduum vendidiſſet tertio nulla iura de nouo orirentur ex priore contractu ex quo etiam nulla orta ſunt. Ergo nec hic, ſed tantum de vltimo, ſeu pro rata vltimi contractus. Primus enim contractus liber eſt à iuribus feudalibus, & nunc liberum eſt vaſſallo totum ius ſuum cuiuis vendere. Tum minus poteſt conqueri dominus feudarius quod vaſſallus vendidit eidem vel eius hæredi, quia ſic totum feudum in eadem perſona reunitur, & deinceps veriſimiliter citius integre venderetur quàm ſi vendidiſſet extraneo. Igitur non apparente ſufficiente materia fraudis vel ſimulationis non plus, ſed potius minus debetur patrono, ex eo quod eidem quàm ſi tertio facta eſſet reliqui venditio. Et ſic non obſtat primum, nec etiam ſecundum, quia ex hypotheſi non fuit fides ad tempus, nec ſuſpenſiuè, ſed in perpetuum retenta, & ſtatim ab initio valuit ea conceſſio in cenſum vel in ſubfeudum perpetuo & abſolutè, ſiue vaſſallus ob id receperit pretium ſiue non, quia neutro caſu locus aperitur iuribus dominicis abſque tamen præiudicio domini in futurum, quoties enim feudum ipſum in totum vel in parte mutabit manum, debebitur releuium de toto vel tota parte integra

quasi concessio illa non esset facta, & totius prehensi feudi fructus suos faciet dominus, quia nihil ad se de tali censuatio seu vassallo à se non approbatis saluo eorum recursu contra concedentem. Non obstat tertium, quia per vltimum hunc contractum feudum non est plenè venditum, sed in statu in quo apud venditorem est de præsenti cum onere præcedentis concessionis, & sic non potest deberi quintum pretij nisi ad limites huius vltimi contractus, quia libera est facultas contrahendi nunc isto nunc alio modo, vt minus vel nihil commodi debeatur patrono, dummodo verè & non simulate contrahatur, vt diximus supra §. 33. vassallus potest totum feudum vendere vilissimo pretio, & reliquum donare propinquo vel concedere ad perpetuum redirum, & sic non erit locus quinto nisi pro rata pretij. Quo etiam omisso, potest patronus eligere releuium integrum per not. supra §. 33. *in fin.* nec erit locus retractui feudali contra propinquum, nec contra extraneum nisi pro rata modici pretij, & sic inutiliter. Non obstat quartum, quia eo casu retentio feudi non est absoluta, sed pendet, quia lapso tempore sine nouo contractu & ex potentia prioris contractus in actum exibunt ius retractus vel quinti pretij ad electionem domini. Quod si priori themate retento venditio residui facta esset tertio vel pluribus aliis seorsim, vt vidi, res haberet minus disputationis. Sed si paulo post priorem illum contractum totum residuum eidem venditum fuisset, tunc propter temporis breuitatem prior contractus præsumeretur factus in præparationem secundi & artificium quæsitum in fraudem domini. Nec erit simplex fraus, sed exquisita simulatio, quia lex non est imponenda verbis nec formæ faciendi quando apparet de reali effectu & respectu tertij qui habebat iustum interesse. Sufficiunt probabiles coniecturæ cum reali effectu ad simulationem probandam Bart. *consil.* 55. *incip. Petrus Nicol.*

54. DECIMOTERTIO ad complementum materiæ huius, & * 35. §. *sup. eo.* quæro, Vtrum vassallus (& idem de censuario) inuito patrono possit feudum in totum vel in parte transferre in ecclesiam, vel aliam * manum mortuam? Et hic vulgari verbo vtor, quo manum mortuum vocare solent ecclesiam siue ciuitatem, aut collegium, vel aliud quodcunque corpus, siue seculare, siue ecclesiasticum, bonorum capax. quod ideo manus mortua vulgò nuncupatur, quod sicut semel mortuus amplius non moritur, ita huiusmodi corpus non moritur, nec mutatur, & licet omnes personæ, ex quibus constitit, moriantur & mutentur, idem semper permanet, *l. proponebatur. D. de iudi. l. sicut. §. in decurionibus. D. quod cuiusque vniuer. not. cap. quoniam abbas. de offic. delega.* quemadmodum & in grege dicitur in *l. si grege. D. de leg. 1. & in domo. in l. si ita legatum. §. fi. D. de leg. 1.* Et in naui, *l. inter stipulantem. §. sacram. D. de verb. oblig. l. qui res. §. aream. D. de solut.* vbi iureconsultus veterem quandam diremit philosophorum disceptationem, de naui qua * Theseus (qui post mortem Ægei patris decimus Athenienſium rex fuit tempore Colæ sexti Hebræorum iudicis) ad Cretam nauigauit. Et interempto duce Tauro, vel fabuloso monstro Minotauro, Labyrinthum cum filio Ariadnæ exiuit & Athenas reuersus est eadem naui, quæ triginta remis agebatur, & ab Athenienſibus adúsque Demetrij Phalerei (qui clarissimus philosophus & Athenarum moderator fuit, tempore Ptolomæi Lagi filij primi post Alexandrum magnum Ægyptiorum regis) tempora conseruata fuit (& sic circiter per nongentos sexaginta annos) veteres amouendo tabulas, & in earum locum alias validas subrogando & coaptando, ita vt exemplum philosophis ambiguitatis manserit, aliis eandem, aliis vero contra, non eandem permanere nauem contendentibus vt ex Plutarcho Chæroneo habetur in vita Thesei, Lapo Florentino interprete. Non tamen intelligendum est, veteres & prudentes philosophos de naui, vel simplici alio πλοίῳ corpore disputationem fuscepisse, quin potius de corpore φυσικῷ, siue homogeneo, siue heterogeneo, quod tamen vno spiritu contineatur, vt inquit iurisconſ. in *l. rerum mixtura. in prin. D. de vsucapio.* in quo olim dubitarum fuit, vtrum post augmentum vel decrementum maneret idem corpus numero quod ante fuit. Et disputantibus de hoc philosophis solebat proponi exemplum dictæ famosæ & antiquissimæ nauis, aliis eandem, aliis vero non eandem permanere nauem, (per modum inductionis ad principale subiectum physicæ disceptationis) affirmantibus. Quòd si quem iuuet de præfata naui plenius audire, legat apud do. Lazarum Bayfium in suo eleganti & erudito tractatu *de re nauali* quem nuper edidit *super l. 2. D. de cap. & postli. reuer.* Et iureconsultus quoad negocia ciuilia attinet in naui vel alio corpore artificiali determinauit idem corpus manere, in *d. §. sacram. §. aream.* & in corpore physico idem sentit in *d. l. rerum mixtura. in prin. iuncta gloss. in verb. non habet.* Et idem dicendum est physicaliter siue naturaliter loquendo, * quantum manente forma manet identitas rei. Et augmentum vel diminutio non concernit nisi quantitatem vel qualitatem, vnde non mutat essentiam vel substantiam, fac. no. 3. §. 1. *gloss. 1. num. 39. 46.*

* Manente forma manet identitas.

55. Et vt plenius intelligatur, manus mortua dupliciter accipitur. Primò pro corpore bonorum capace, quod de se non moritur nec mutatur, prout dictum est. Secundo modo pro quadam conditione seruili, siue pro persona conditionatæ seruitutis. Quamuis enim in hoc florentissimo regno & in tota ditione Christiana nulli sint serui corporis, veteri illa & misera iurisgentium seruitute sublata: supersunt tamen vsque hodie homines liberi quidam, sed conditionatæ seruitutis, vt tractum est supra §. 2. *gloss. 3. numer. 2. 3.* qui non possunt alienare bona eius conditionis, nec de illis testari sine consensu domini, qui eis sine sociis vel liberis eiusdem conditionis descendentibus succedit. Et hi vocantur homines * manus mortuæ, quorum meminit Cyn. in *l. voluntarie in fi. C. de execut. tut.* Petr. Petri. Ioan. Fab. §. 1. *instit. quib. mod. ius patr. potest. sol. & in l. quotiens. C. de rei vendi.* Guid. Pap. *decis. Delph. 36.* Adde Iac. de Ra. Cy. Alberi. in *auth. episcopalis dignitas. C. de episcop. & cler.* Vbi volunt quod per dignitatem episcopalem derogatur consuetudini dictę seruitutis, quod est falsum, quia imò antequam quis promoueatur ad tantum dignitatis apicem, necesse est quòd seruilem conditionem exuat, quod liberè quandocunque facere potest abdicando & resignando in manu domini omnia bona & hæredia huiusmodi seruili conditione affecta. Et sic patet quòd sunt veri liberi, nec tanta seruitute premuntur quanta ascriptitij, quia licet illis & non istis discedere à gleba, & plena libertate potiti.

* Homines manus mortuæ.

46. Cæterum vt plurimum ad solutionem certæ collectæ vel arbitrio domini imponendæ compelli possunt, & hi vulgò vocantur homines * talliabiles. Et quandoque vtrique oneri, videlicet manus mortuæ & collectæ siue talliæ subsunt: quandoque alteri tantùm, prout aliud absque altero induci vel remitti potest. Et huiusmodi nulli sunt in hoc felici præsidatu & territorio Parisiensi. Fuerunt tamen olim in quibusdam locis huius territorij, sunt plus mille anni, sed dominorum benignitate omnes manumissi fuerunt. Et plura vidi instrumenta manumissionum huiusmodi in data antiquissima vltra annos mille. In quibusdam autem locis consuetudinum Burgundiæ, Trecensis, Aluerniæ, Borbonienſis, Blesensis, & Niuernensis, inueniuntur adusque huiusmodi conditionatæ seruitutis homines. Sed de his hactenus, ne materiam q. nostræ excedam, in qua

* Homines tallabiles qui dicantur vide apud Guidon. Papæ decis. 314. 315 316. & qui ligij vel non ligij dicātur quæstione sue decis. 309. 310. 311. 312. & qui franci decisione 313.

* Qui fecit hodie initiò huius §.

* Manus mortua quid.

* Nauis Thesei.

agitur de manu mortua primo dumtaxat modo accepta.

57. Et primo quòd non possit feudum transferri in ecclesiam, vel simile corpus, text. est in *c.* 1. §. 1. *de alie. feu. in* §. *qui clericus. si de feud. defunct. contraher. fuit int. do. & agna. vassal. in c. vnico. an mut. vel. ali. imperfect.* Etiam si vassallus expressim & in causam piam donaret pro anima *c.* 1. §. *donare. quali. olim. pote. feu. alien.* (ita vt nec secundùm quosdam debeatur æstimatio, quod nunc discutere nolo) & in præfatis locis per Bal. Aluar. Præpo. & omnes in vsib. feud. Specul. in tit. *de feud.* §. 1. *q.* 30. *&* 40. Et idem de emphyteusi quod non possit in manum mortuam transferri expressim decidit Specul. in *tit. de loca.* §. *nunc aliqua. versi.* 116. & ibi Ioan. Andr. *in addit. versic.* 120. sequitur & dicit hoc esse summè æquum. Et rationem reddunt, quia dominorum directorum interest, & non debet eorum iuribus puta laudimiorum, vel releuiorum, & reuersionis, seu commissi in infeudatione, vel concessione retentis præiudicari, prout præiudicaretur si res transiret ad ecclesiam, vel aliud corpus quod non moritur, nec mutatur.

58. Vnde non debet transferri nisi in personam eiusdem conditionis, & idoneam ad seruitia & iura dominicalia subeunda. idem voluit Oldra. *in cons.* 17. *col. mihi* 13. *versi. Item emphyteuticaria & feudales.* Calder. *cons.* 2. *sub tit. de loca.* Bar. & alij in *l. si ita quis.* §. *ea lege. D. de verb. oblig.* Bal. in *c. quæ ecclesiarum. c.* 2. *de consti. in aut. nisi rogati. c.* 2. *C. ad Trebell.* Petr. de Ancha. Io. de Imo. Card. Panor. in *c. potuit de loca.* Alex. *cons.* 120. *super eo. lib.* 1. *quod est duplicatum. in cons.* 90. *lib.* 4. Idem Alex. in *cons.* 9. *Viso themate. c.* 2. *versi. præterea lib.* 3. Guid. Pap. in *cons.* 19. *litera Delphinales. versi.* 7. Iac. de S. Georg. in *inuesti. seu. in verb. & cum. pacto c.* 2. Iaso. in *l. fi.* per no. Bar. *cap.* 26 27. *C. de iure emphyt.* Ampliatur primo etiam si feudum vel emphyteusis ab ecclesia dependeat & moueatur, quia non ideo magis licet in ecclesiam vel aliam manum mortuã transferre, quoniã similis ratio interesse versatur in ecclesia dominante. tex. est in *auth. de aliena. & emphyt.* §. *si vero, contigerit quamlibet.* & ibi Bar. Angel. *col.* 9.

59. Ampliatur secundo, etiam si transferretur in capitulum eiusdem patronæ seu dominantis ecclesiæ, quia tunc æquè fit illi præiudicium, ac si in aliud corpus transferretur. Et ita tenent Feli. in *d. c. quæ in ecclesiarum. col. fi.* Iaf. in *cons.* 1. *col.* 8 *nu.* 13. *de his qui feud. dare poss.* vbi non distinguunt an iura sint separata vel communia inter episcopum, vel non, quia ex quo vertitur interesse episcopi qui solus est patronus, requiritur eius consensus & superioris authoritas ad hoc, vt feudum transferatur, & remaneat penes suum. Non enim posset solus episcopus consentire & authorari alienationi feudi quem vassallus episcopi vellet facere in eius capitulum, vt tenet Ioan. de Imol. in *Clem.* 2. *col.* 10. *de reb. eccles. non alien.* Hinc est quòd prælatus non potest rem etiam aliàs priuatis infeudari solitam infeudare capitulo suo, quia deterior fieret conditio ecclesiæ. vt tradit Cardin. Zaba. in *cons.* 34. *casus feudum quoddam.* quamuis Calderi. *cons.* 10. *sub tit. de feud.* contrarium teneat, in quo vacillat Francisc. in *tract. feud. in princ. part.* 2. *partu.* 9. 9 *licet in* 4. *part. q.* 24. *videatur sequi opi. Calderi.* Sed verior est opinio. Cardi. Feli. & Iaf. quia non potest prælatus donare nec alienare in suum capitulum sine solemnitate ecclesiastica & authoritate superioris. vt sentit Panorm. in *c. sicut nostris. in fi. de iureiur.* Fabian. de monte S. Saui. in *tract. de emp. & vend. in* 5. *quæst. princ. ad fi. iuncto eo quod dixit in eo. tract. q.* 3 *princip. quæst.* 5.

* Resolutio. 60. Pro * resolutione q. nostræ iuxta communem obseruantiam totius regni dicendum quod tam feuda quam censualia prædia liberè in ecclesiam, vel simile corpus quoquo titulo transferri posset, & ab ea acquiri & possideri donec superior conqueratur, quo casu non resoluitur nec annullatur alienatio, & acquisitio, sed dumtaxat compellitur ecclesia extra manum suam ponere, nisi malit dominus æstimationem indemnitatis suæ quam non tenetur inuitus recipere, sed potest præcisè cogere ecclesiam ad ponendum rem feudalem, vel censuariam in manum idoneam in quo nulli opinantur, & assueuerant dominum directum rege inferiorem non posse hoc iure vti, nec cogere ecclesiam vel simile corpus ad vacuandum manus suas, vel indemnitatem præstandam nisi infra annum à noua acquisitione, quod ego simpliciter falsum & irrationabile puto, imò plures consuetudines huius regni quæ de hoc loquuntur expresè disposuerunt dominum etiam secularem posse infra quadraginta annos compellere ecclesiam præcisè ad vacuandum manus suas infra annum à tempore interpellationis. Quòd si anno lapso non fuerit paritum, possit manu iniecta frui & fructus lucrari donec translatio facta sit in idoneam manum. vt per consuetudinem Blesensem §. 41. 42. 43. Turonensem. in *tit. de indemnité & d'inionction. per tot.* Cænomanensem §. 459. de consuetudine autem Senonensi. §. 174. similis est 40. annorum præscriptio, sed commissi & amissionis feudi pœna imminet nisi infra annum ab interpellatione paritum fuerit. Consuetudo autem de Lorriz §. 87. & Aurelianensis §. 100. non volunt huic iuri expellendi minore tempore sexaginta annorum præscribi, sed de consuetudine Andegauensi §. 448. sufficit dimidiatum tempus, videlicet triginta annorum. Consuetudo autem Aluerniæ *eo. tit.* § 16. non loquitur de præscriptione iuris expellendi, & adhuc lapla dicta præscriptione, quamuis non liceat amplius domino inferiori expellere ecclesiam, tamen secundum præfatas consuetudines potest eam cogere ad præstandum indemnitatem in futurum. Non autem pro tempore diuiso ante triginta annos. Quare concludo primo, quòd annus non refertur nisi ad dilationem, quæ conceditur ecclesiæ post interpellationem domini ad ponendum extra manus suas, vt etiam de huiusmodi anno tradit Specul. in *tit. de loca.* §. *nunc aliqua. versi.* 119. & Henric. Bohic. in *c. ex litera col.* 2. *de consuet.*

61. Secundo quod huic iuri expellendi triginta annis præscribitur secundum dispositionem iuris communis, videlicet saluo quod domino prop. ipso iure non currit, & minori dabitur in integrum restitutio, & si ecclesia sit domina, requiruntur quadraginta anni, & hoc nisi vbi consuetudo loci de longiori vel alia præscriptione disponit. & ita etiam sentit Masuerius in *pract. tit. de præscrip.* §. *item si ecclesia.*

62. Tertio quod si dominus releuium vel laudimia ab ecclesia recipiat & ei inuestituram concedat, seipsum excludit à iure tam expellendi seu cogendi vacuare manus suas: sed non à iure indemnitatem petendi, quod etiam statuit consuetudo Blesensis §. 45. & generaliter obseruandum est, nisi vbi & quatenus specialis consuetudo loci contrarium disponit vt consuetudo Turonensis in *d. tit. de indem.* §. 3. vbi vult dominum per receptionem dictorum iurium sibi non præiudicare etiam in iure expellendi. Cùm autem dominus non expellit sed indemnitatem cepit varie per consuetudines locorum, determinatur huiusmodi indemnitas, vt in consuet. Turonensi. *tit. de indem.* §. 2. & in consuet. Blesensi §. 44. Receptior * autem & frequentior modus est, quòd ecclesia vel simile corpus det vicarium morientem & viuentem, id est, quo viuente nullum nouum ius acquiratur domino, sed eo moriente feudum aperiatur, & fidelitas & releuium solui debet: vel si res censualis sit, certa summa vice laudimiorum.

* Indemnitas quemadmodum præstetur alteri.

63. Addunt nonnulli etiam confiscantem vicarium eundem dari debere, id est, per cuius noxiam vel felloniam feudum possit ad dominum reuerti. Et ita

Digitized by Google

tanquam (vt aiunt) Apollinis oraculum, fixè tenent omnes meri pragmatici, ſed fremant omnes licet, quod ſentio (prout ipſum verum & iuſtum amo) liberè proferam. Ego illud nec verum nec rationabile puto. Aut enim intelligitur de vera confiſcatione propter delictum commune & tunc patroni non intereſt quia ad eum non eſſet feudum reuerſurum, ſed ad habentem merum imperium in loco: aut intelligitur de noxia vel ingratitudine aduerſus dominum committenda, & non debet tam triſtis euentus expectari, nec huiuſmodi intereſſe vlla ratio haberi. *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. D. de verb. oblig.* Præterea aut intelliges de noxia committenda in ipſummet vicarium, & non eſſet æquum eccleſiam fidelem & innocentem propter alienum debitum puniri. Aut de noxia ſi qua forte committatur per eccleſiam vaſſallam, & tunc quæcunque conuenta & præſtita indemnitas non liberat a pœna commiſſi, nec facit quin feudum æque committatur ſaltem ad vitam delinquentium ac ſi nulla indemnitas præſtita, nulla amortizatio eſſet facta ſecundum not. 3. §. 45.

64. Vnde infero, quòd, ſi quis non ſit dominus directus rei, ſed tantùm habeat omnem iuriſdictionem & merum imperium in loco, non poteſt impedire, quin prædia iuriſdictionis ſuæ transferantur in eccleſiam vel ſimile corpus, nec poteſt eccleſiam cogere ad ponendum extra manum ſuam, nec antequam recompenſationem petere vel exigere vt permittat eccleſiam poſſidere. Et eſt ratio, quia domino ſimplici iu[illegible] nullum fit præiudicium ex eo quod res perpetuo in eccleſiam transfertur, quoniam æquè ſub eius iuriſdictione remanet vt prius. Quod ſi fortè cauſetur, quod non ita de facili fiet litigioſa penes eccleſiam ſicut penes priuatos, qui frequentet ſolent de rebus ſuis vario modo diſponere & litigare: ſuum potius commodum, & releuium ab onere inris reddendi allegat, tantum abeſt vt ſua intereſſe iuſtè quæri poſſit. & verè illaudabile & pluſquam Scythicum & Barbaricum eſſet huiuſmodi intereſſe. Idem dico, ſi cauſaretur quòd ex delictis priuatorum poſſet res confiſcari & ad eum reuerti, quia non eſt aduerſa huiuſmodi fortuna ſpectanda nec ſperanda per prædicta. Nec obſtat quòd contrarium velle videtur Maſueri. in ſua pract. in *tit. de loca. & iur. emphyt.* & eius relator Guill. Benedict. *repet. c.* Raynutius. in *ver. & vxor. not. adela. num. 564. in fin.* quia non loquuntur in ſimplici iuſtitiario vel domino etiam altæ iuriſdictionis: ſed loquuntur in eo domino, qui vltra hoc habet ius * mortaliæ in res tranſlatas, quod eſt ius reale, quod habere ſolent domini habentes merum imperium in Ducatu & conſuetudine Aluerniæ, ſecundum quam loqui ſolet præfatus Maſuer. vt patet in ſua practica.

* Ius mortalitæ habere quid.

65. Et ſic concludo, quòd ſimplex dominus iuriſdictionis vel iuſtitiarius quum nullum probabile habeat intereſſe, nihil poteſt exigere indemnitatis nomine, nec cogere eccleſiam ad vacuandum manus. Et ſic amortizatio nullomodo ad eum ſpectat quod eſt verum, quandiu res manet prophana ad cuiuſcunque manum deueniat: Secus ſi ageretur de fundo conſecrando & templo ibi conſtruendo & dedicando. * Tunc enim quamuis fundus per huiuſmodi dedicationem non eximatur à iuriſdictione territorij, & nihilominus remaneat locus & eccleſia ſeu proprius templum ibi conſtructum & conſecratum de territorio & iuriſdictione domihij etiam ſecularis ſeu temporalis poteſtatis niſi aliter eximatur, vt tenet Bald. in *l. iuſiurandum, & ad pecunias §. ſi de qualitate. D. de iureiuran. l. ſi quis in hoc genus ſacrilegij. C. de epiſcop. & cler. & in rubric. column. fin. extra, de iudic.* Ita quòd cognitio & punitio delicti commiſſi in eccleſia æque ſpectat ad iudicem ſecularem loci, & ad eum debet remitti, ac ſi eſſet commiſſum in loco prophano. Et ſic cùm qualiter interſit habentis iuriſdictionem, debet eius conſenſus requiri ad dedicationem loci, ſi tamen ſine iuſta cauſa conſentire recuſet, cogetur per ſuperiorem iuxta not. in *cap. nullus.* vbi Panorm. *de iur. patr.* Et huiuſmodi conſenſus ſiue licentia, quod bona immobilia per eccleſiam vel aliam manum mortuam acquiri vel acquiſita poſſideri & in perpetuum retineri poſſint, ita vt non teneatur ponere extra manus ſuas, vulgo vocant amortizatio nedum apud Gallos, ſed etiam Hiſpanos, vt per * Petr. Belluga. Valentinum Ciuem. & doctor. Hiſpanum, qui Ioan. Imolenſis, & Ludo. Romani diſcipulus fuit in *ſuo Spec. prin. rub. 14. de amortizationibus.* Et iſtud eſt fundatum in iure & ratione per prædicta, quicquid delirarit Petr. Iacob. *in ſumma ſua.*

* Dedicatio non eximit à iuriſdict. ſecularis.

* Petr. Belluga.

66. Imò etiam clericum delinquentem infra eccleſiam vel templum, non poteſt epiſcopus vel alius prælatus aut iudex eccleſiaſticus vi iuriſdictionis ſuæ capere: Sed captura etiam clerici & in eccleſia ſpectat ad iudicem ſecularem, ſeu habentem iuriſdictionem temporalem vel territorium, vt alibi dixi. non obſtante, *ca. cùm epiſcopus de offi. or. di. in 6.* quia illud c. * nullum habet iuris vigorem niſi in locis in quibus Papa habet iuriſdictionem temporalem: alioquin non ſpectat ad eum condere leges in temporalibus: nec in præiudicium iuriſdictionis ſecularis vel temporalis, vt in hoc regno in quo iura canonica, & conſtitutiones pontificiæ non ligant in præiudicium iuriſdictionis ſecularis, vt pulchre per do. Iorda. Brici in *repet. §. contrahentes. ca. 1. col. 19. de for. compe. in 6.*

* Iura canonica non ligant in præiudicium iuriſdictionis ſecularis.

67. Tamen quia propter priuilegia & immunitates conceſſas templis & locis ſacris, multum eſt modificata executio iuriſdictionis ſecularis: quoniam iudicia contentioſa non debent ibi exerceri, nec confugientes eximi, niſi in caſibus exceptis in authen. *de manda. in princi. §. neque autem homicidia collat. 3. de quo dixi infra §. 162. in gloſſ. 2. in verb. par empriſonnemens.* Et

68. Et eſt notandum quòd hæc vulgata vocabula * amortizatio & indemnitas differunt. Amortizatio eſt ipſa licentia & permiſſio retinendi immobilia per manum mortuam, ſiue renunciatio & priuatio iuris cogendi eam ad transferendum in idoneam manum. Indemnitas autem eſt illa penſatio quæ fit & præſtatur domino pro intereſſe ſuo, loco iuſtium vtilium quæ veriſimiliter percepturus erat remanente in priuatorum manu, quæ ſæpe variis mutatur modis ſecundum Iureconſ. in *l. ſenatus §. mortis cauſa. verſi. ſiquidem D. de donat. cauſ. mort.* Et apud Horatium Iulium Flor. *Vel puncto mobilis hora: Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema Permutat dominos, & cedit in alterà iura. Et hæres, hæredem alterius velut vnda ſuperuenit vndam.* quorum iurium ſpe fruſtratur dominus directus remanente per manum mortuam. Et quandò huiuſmodi recompenſatio fit per manum vicariam, vel penſitationem annuam, puta decimo, aut decimo quinto quoque anno præſtandam, vocatur indemnitas. Quando autem fit in vna ſumma ſemel ſoluenda, vulgo vocatur finantia.

* Amortizatio & indemnitas differunt de amortizatione ſcripſit Penius quem vide.

69. Vnde ſi fiat vel concedatur amortizatio ſimpliciter, non tamen cenſetur remiſſa indemnitas, ſed poterit exigi niſi expreſſe fuerit remiſſa. Sed ſi recipiatur vel conueniatur de certa indemnitatis æſtimatione & præſtatione: eo ipſo & ex antecedenti neceſſariò cenſetur amortizatio conceſſa. Imò nedum per pactionem vel receptionem indemnitatis, de quo non eſt dubium: ſed etiam per ſimplicem inueſtituram vel receptionem releuij, vel quinti pre-

tij, vel laudimiorum debitorum ratione acquiſitionis factæ per eccleſiam, vel aliam manum mortuam, cenſetur ei concedi amortizatio à domino recipiente, hoc eſt licentia & facultas poſſidendi & retinendi. quoniam dominus huiuſmodi iura ab eo recipiendo cenſetur expreſsè approbare eam in vaſſallum vel cenſuarium & renunciare iuri per eam expellendi & cogendi ad ponendum extra manum: quoniam non poteſt vtraque iura (vtpote repugnantia) ſimul exigere, & ſic electio & perceptio alterorum ab alteris ipſo facto excludit, per no. *ſupra* §. 33. *q.* 41. Et ita generaliter dicendum puto reſpectu domini ætate maioris recipientis vel paciſcentis, niſi vbi ſpecialis conſuetudo loci aliter diſponit, quæ in loco ſuo ſeruanda eſt, vt conſuetudo Turonenſis *tit. de indemni.* §. 3. vbi vult non excludi ius expellendi per receptionem horum iurium ſeu denariorum feudalium: non tamen negat quin excludatur per receptionem vel concordiam indemnitatis.

70. Nota etiam quòd non cenſetur remiſſa indemnitas per inueſtituram vel receptionem iurium vtilium ratione acquiſitionis debitorum: Sed nihilominus pro futuro tempore exigi poterit. Et hoc niſi poſt lapſum triginta annorum in priuato vel quadraginta in eccleſia domina, quo tempore (niſi proteſtatio domini directi ab acquiſitore acceptata, vel alia interruptio interuenerit) ſecundum diſpoſitionem iuris communis præſcribi puto iuri indemnitatis exigendæ, nedum pro præterito, ſed etiam pro futuro tempore & in perpetuum & hoc niſi ſicubi localis conſuetudo aliter diſponat, vt Turonenſis *titul. de indemnit.* §. 4. vbi ſtatuit non præſcribi iuri indemnitatis niſi tempore immemoriali, quod ibi taxatur ad centum annos, quod demum ſpatium ſecundùm multorum & crebriorum doctor. ſententiam dicitur tempus immemoriale, vt tactum eſt ſupra §. 8. *num.* 63. *in fi. & j.* §. 87. & illud ſtatutum conſuetud. Turo. limito & modifico primo, vt procedat reſpectu futuri dumtaxat, non autem reſpectu præteriti temporis. Vnde ſi dominus directus vellet ab eccleſia vel alia manu mortua petere indemnitatem temporis præteriti, quo manus mortua poſſedit feudale vel cenſuale prædium, ratione mutationum quæ pro illo præterito tempore in manibus priuatorum, accidere veriſimiliter potuiſſent, puto quòd non poſſit etiam ſub conſuetudine Turonenſi, niſi ſaltem à triginta annis & citra, vel ſi eccleſia ſit domina, à quadraginta annis & citra, vt quantominus commode fieri poſſit corrigatur ius commune per dictam conſuetudinem quæ eſt valde exorbitans. iuxta not. per Salic. & alios in *l.* 2. *C. de noxa. action. in cap. cum dilectus. per Panor. & cano. de conſuetu.* Secundo modifico vt illud intelligatur de ſimplici iure indemnitatis, non autem de iure expellendi, cui omnino quadraginta annis præſcribitur per *d. conſuet. in d. tit.* §. 1. *& §. fin.*

71. Sed iuxta prædicta quæro, quid de ſimplici receptione annui cenſus? pone prædium cenſuale de nouo acquiſitum eſſe ab eccleſia: à qua dominus recepit cenſum præſtari ſolitum vtrum ſibi præiudicauerit in iure expellendi vel cogendi vacuare manum ſuam? Videtur quòd ſic, ſaltem ſi ſcienter ab eccleſia vel manu mortua receperit puta ſolutum illius nomine, & non nomine veteris cenſuarij. quia recipiendo cenſum non præteritum, ſed pro tempore lapſo poſt acquiſitionem eccleſiæ, eo ipſo eam videtur approbaſſe in cenſuarium & renunciaſſe iuri expellendi. *argum. l. commiſſoriæ. C. de pact. inter empt. & vendit. l. ſi fundus* §. *eleganter. l. de lege in fin. l. poſt diem. D. de leg. commiſſ.* & per id quod not. *gl. & omnes doct. in l.* 2. *C. de iur. emphyt. in c. potuit de loca.* quod ſi dominus ſcienter recipiat canonem futuri temporis ab emphyteuta qui ceciderat in commiſſum, etiam proteſtatione appoſita, & ea non obſtante, cenſetur renunciare commiſſo & iuri expellendi emphiteutam. Faciunt not. 5. §. 21.

72. Breuiter contrarium puto, quia * cenſus eſt onus ordinarium debitum & omnino ſoluendum à quouis poſſeſſore. *l. cùm poſſeſſor. D. de cenſib.* imò etiam ſi dominus inſtaret contra eccleſiam ad hoc vt cogeretur ponere extra manum ſuam, nihilominus poſſet ab ea exigere cenſum pro anno & tempore currenti, puta pendente lite ſi forte eccleſia contendat ſe habere à domino vel eius prædeceſſoribus amortizationem ſiue licentiam acquirendi prædia feudalia vel cenſualia ab eo mouentia vſque ad centum vel ducenta iugera, vel vſque ad centum libras annui reditus, idque probare nitatur. Idem ceſſante lite, ſed pendente dilatione anni, de generali conſuetudine competenti eccleſiæ à tempore interpellationis ad ponendum extra manum ſuam, vel pendente maiori dilatione forte quinque vel ſeptem annorum ex liberalitate domini conceſſa, vt eccleſia commodius poſſit vendere vel commutare. Sæpe enim ſolent nobiles & cordati hoc tempus protogare, ne forte eccleſia propter anguſtias temporis & neceſſitatem diſtractionis, cogatur aut fructus amittere vel vili pretio vendere. Modo quis dixerit dominum iure ſuo priuari ſi interim nedum ſponte oblatum cenſum recipiat, ſed etiam exigat. Poteſt enim ab eccleſia quamdiu poſſidet cenſum exigere, etiam ſi eam recuſet inueſtire, quoniam iuſte poteſt ei inueſtituram denegare, ne ſibi præiudicet in iure expellendi. Plus dico, quod etiam ſi nondum interpellauerit eccleſiam ad vacuandum manum ſuam, & cenſum ab ea ſine proteſtatione recipiat, vel etiam manu iniecta aut alias cenſum exigat, nullomodo qui præiudicat in iure cogendi ad transferendum in idoneam manum, quoniam ex quo cenſus cum effectu ſemper & in omnem euentum debetur, & exigi poteſt à quouis poſſeſſore, cenſus receptio vel exactio nihil infert ad priuationem huius iuris. Igitur, vt per not. Panor. in *ſimili in d.c. potuit, num.* 14.

* Cenſus à quouis poſſeſſore ſoleat an debet.

73. Secus ſi dominus ſcienter reciperet vel exigeret laudimia acquiſitionis, quia hæc non debentur in caſum, quo velit eccleſiam expellere, per not. 5. §. 33. *q* 4. 41. Et ſic ſibi præiudicaret in hoc iure tanquam contrario & oppoſito, per *d. l. ſi fundus* §. *eleganter.* & ibi Bart. *D. de leg. commiſſo.* Item ſecus ſi eccleſiam ratione acquiſitionis ſuæ etiam gratis & ſine laudimiis vel releuiis inueſtiret: quia inueſtitura ſiue in feudalibus, ſiue in cenſuariis perpetuam perſonæ acquiſitoris approbationem & legitimationem importat, & ſic ſi fiat à ſciente & poteſtatem habente, amortizationem inducit, ita vt non ſuperſit amplius niſi petitio indemnitatis, quæ non cenſetur amiſſa per liberalem inueſtituram, & releuiorum vel laudimiorum remiſſionem.

74. Iuxta hæc quæritur. Quid ſi eccleſia iura acquiſitionis ſuæ ſoluerit procuratori domini, & ab eo nomine domini inueſtita fuerit. Et pone procuratorem habuiſſe ſpeciale mandatum ad quaſcunque inueſtituras renouandum, & iura ſiue releuij ſiue quinti denarij inde debita recipiendum, & efficacem horum apocham dandum? Et videretur domino præiudicatum, ſaltem in iure expellendi eccleſiam, licet non reſpectu indemnitatis prout diximus 5. §. 21. præiudicatum eſſe patrono in iure retractus, & ſimiliter in iure commiſſi emphyteuſeos, per receptionem canonis ſcienter factam à procuratore domini. Contra videndum eſt, quia illud mandatum * inueſtiendi intelligitur de perſonis idoneis & habilibus, & ſic cum iſte procurator nullum habuerit mandatum ad perſonas minus idoneas inueſtiendum, & conſequenter ad amortizandum, nihil potuit facere circa hoc in præiudicium domini. Et ſi ad præiudicandum domino in iure retractus requiratur mandatum

* Mandatum inueſtiendi reſtringitur ad habiles.

ſpeciale, vt probauimus in *d. §. num.* 12. multo fortius ad amortizandum & præiudicandum domino in iure expellendi manum mortuam.

75. Ratio in iure retractus omittendo non agitur de alienando, ſed ſolum de non acquirendo, & pro illa vice dumtaxat: quia ipſum ius retractus ſemper remanet domino integrum in ſe & efficax pro futuris venditionibus, & ſimiliter in * remiſſione iuris commiſſi, quia remanet ipſum ius pro futuris ceſſationibus, vt dictum eſt §. 20. *gloſſ.* 2. Sed * in amortizando agitur de perpetuo & irreparabili præiudicio, videlicet de conſentiendo rem ſemper manere penes manum mortuam, & de perpetua & irreuocabili excluſione à iure expellendi manum mortuam. Et ſic non tantum de non acquirendo, ſed etiam de alienando, & in perpetuum extinguendo certo iure domini agitur.

* Remiſſio commiſſi non eſt alienatio.
* Amortizatio eſt alienatio.

76. Vnde concludo quòd ad amortizandum ſiue inueſtiendum manum mortuam acquiritur & ſufficit mandatum ſpeciale, nec puto requiri mandatum ſingulare ſiue indiuiduum, puto de acquiſitione talis feudi à tali eccleſia. Eſt autem * mandatum ſpeciale in quo exprimitur poteſtas amortizandi, ſiue formaliter vt expreſſo amortizandi verbo, ſiue per effectum & neceſſariam conſequentiam, vt cùm datur poteſtas inueſtiendi eccleſias vel alias manus mortuas, & no. quòd mandatum ſpeciale & expreſſum amortizandi feudi vel cenſus eccleſiis vel eas inueſtiendi, non extenditur ad alia corpora manus mortuæ, etiam adiecta vulgata generali clauſula faciendi quæcumque alia etiam ſpeciale mandatum requirentia, de qua in cap. qui ad agendum *verſic. ſed ſi aliquis. de procur. in 6.* quia licet huiuſmodi mandatum ſit ſpeciale reſpectu eccleſiarum, non tamen eſt ſpeciale reſpectu aliorum corporum manus mortuæ, niſi etiam & aliæ manus mortuæ ſaltem vnico & generali verbo exprimantur in mandato. & pariter mandatum principaliter emanatum ad amortizandum xenodochiis vel brephotrophiis quæ vulgò hoſpitalia vocant, non extenditur ad alia etiam pia vel religioſa loca etiam vi dictæ clauſulæ, quin ibi in eccleſiis, vt in xenodochiis poteſt eſſe maior & veriſimiliter limitata mandantis affectio.

* Mandatum ſpeciale.

77. Tum vulgata illa clauſula & *omnia alia dominum facere poſſet*, etiam mandatum ſpeciale requirentia: licet de vulgari tabellionum ſtylo vbique perfunctorie inſeratur, non tamen vbique operatur, quia ſi inſeratur in mandato ſpeciali vel particulari, reſtringitur ad ſpecialitatem vel particularitatem mandati, & ad expreſſa in eo, & tacitè ſubauditur illud verbum ſcilicet in prædictis vel præſcriptis. Non obſtat *d. c. qui ad agendum.* quia loquitur in mandato generali, quod ex ſui forma omnia includit, tamen iuris interpretatione reſtringitur ad ea quæ non requirunt ſpeciale mandatum, & tunc demum verum eſt, quòd ſi in tali generali mandato apponatur præfata generalis clauſula cum expreſſione aliquorum mandatum ſpeciale requirentium, facit mandatum extendi ad reliqua quæ ſunt de genere mandati, dummodo adhuc non ſint maiora vel graniora expreſſis, *&c. non poteſt de procura.* Vnde ſi mandatum incipiat à generali commiſſione & poteſtate inueſtiendi quaſcunque perſonas, & iura recipiendi & componendi: & ſubiiciatur clauſula, etiam eccleſias vel alias quaſcunque perſonas vel loca, quorum ſpecialis mentio eſſet facienda, puto huiuſmodi mandatum ad omnem mortuam manum extendi. quod not. in praxi ad materiam. *cap. ſedes de reſcript.*

78. Ex prædictis patet quòd amortizatio habet ſpeciem quandam alienationis iuxta quod emergit quæſtio, an tutor amortizare poſſit? & ſiquidem gratis, clarum eſt quod non. *l. non omni. de adminiſtrat. tuto.* etiam cum decreti interpoſitione, quod hoc caſu nullum eſſet, cùm non poſſit interponi ad donandum. *l. ſi quando. §. cum autem. C. ſi maior.* fac. nota. Bald. in *l. 1. C. ſi aduerſus donat. in conſilio* 457. *quædam puella. colum. ſi. lib.* 1. Paul. in *conſilio* 468. *ad primum lib.* 1. Si autem accepta condigna penſatione indemnitatis nomine, vel ea quæ à conſuetudine loci taxatur, videtur poſſe: quia amortizatio non eſt proprie alienatio, cùm deficiat ei alienationis definitio, de qua in *l. 1. C. de fund. dot. l. alienatum. D. de verb. ſignif.* patet, quia per eam dominus * nullum dominum amittit, nec immutatur ſtatus & qualitas rei amortizatæ, quæ ſemper remanet feudalis vel cenſualis, & in dominio directo vel iuriſdictione aut territorio domini vt prius, & eccleſia efficitur vaſſalla vel cenſuaria, ita quòd in feudo etiam amortizato tenetur ad capitula fidelitatis, & illud æquè per noxiam in patronum admiſſam amittet, ac ſi non eſſet amortizatum ad vitam delinquentium iuxta nor. §. 43. *gl.* 14. Vnde non dicitur alienatio niſi reſpectu iuris expellendi manum mortuam, quod in perpetuum & irreuocabiliter remittitur, & adhuc quia illud ius expellendi non competit domino niſi ratione ſui intereſſe, & propter iura aliàs futura, vt ſupra *eod. num.* 60. Si eccleſia præſtet domino æquiualens futurorum iurium, ita vt reddatur indemnis, nulla in effectu cenſetur fieri alienatio per amortizantem, ſecus ſi ageretur de abdicando & in eccleſiam transferendo omne dominium directum & ius domini, ita vt nihil retineret tanquam in re alaudiali & prorſus aliena, quia iſta non eſſet amortizatio, ſed expropriatio, de qua non quæritur.

* Amortizatio non mutat dominium nec qualitatem rei.

79. Quibus non obſtantibus puto * tutorem vel curatorem nullo modo amortizare poſſe, etiam mediante plena & condigna indemnitate, quia licet amortizatio non ſit vera alienatio veri dominij rei, eſt tamen alienatio certi iuris perpetui dudum acquiſiti & competentis, & vicem immobilium habentis, videlicet iuris manum mortuam arcendi & idoneam ſubrogandi, quod cenſetur pars dominij in infeudatione vel conceſſione rei retentæ, iuxta not. per Bald. & Imol. in *l. talem. D. de hæred. inſtit.* vnde quemadmodum tutor non poteſt etiam mediante pretio remittere in perpetuum ipſum ius contractus feudale in ſe, licet poſſit pro vna vice vſum illius iuris omittere, vt not. ſupra §. 20. *gloſſ.* 2. ita non poteſt in perpetuum ſiue ſimpliciter amortizare, & ſicut non poteſt mutare conditionem & qualitatem rei vel inueſtituræ in deterius, ſecundum Ioannem Fabri. in *l. ſancimus* 1. *C. de adminiſtrat. tutor.* puta rem ſolidam concedi in tertiam generationem concedere vſque in quartam, vel inueſtire maſculos & fœminas in re ſolita concedi maſculis tantum, ita nec poteſt inueſtituram renouare eccleſiæ vel ſimili corpori, de re conceſſa & ſolita renouari laicis & priuatis quia id eſſet mutare conditionem inueſtituræ in deterius: nec ſufficit æquiualens indemnitas, quia propter implicitam alienationem iuris perpetui immobilis, quæ iure communi prohibita eſt, minor non obligatur, nec factus maior ſtare tenetur, & non tantum propter commodum, ſed etiam propter affectum, & conditionem ſtatúmque inueſtire conſeruandum, intereſt domini habere idoneum vaſſallum vel cenſuarium. Amplia etiam, ſi tutor amortizauerit ſecundum conſuetudinem regionis. quia illa conſuetudo non reſpicit, niſi taxationem indemnitatis. cæterum ex more facultatis, & ſemper, amortizatio eſt actus mere voluntarius, & alienationem implicans.

* Tutor non poteſt amortizare.

80. Et eadem ratione dico, quòd ſucceſſor in * epiſcopatu non tenetur ſtare amortizationi factæ à prædeceſſore ſuo, etiam mediante indemnitate: ſed poteſt facere rem poni in manum idoneam ſecundum naturam & conditionem veteris inueſtituræ,

* Idem de epiſcopatu.

& hoc nisi huiusmodi amortizatio ex iusta causa vtili & necessaria facta esset, & causa cognita superioris decreto vel consensu confirmata. ¶ Ex quibus etiam infero quòd * maritus in præiudicium vxoris vel eius hæredum ea non consentiente non potest amortizare, nisi pro tempore suo dumtaxat, feudi, census vel emphyteuseos à patrimonio vxoris dependentes. Et multomimus hoc poterit simplex vsufructuarius, qui tametsi interpellare possit ecclesiam, vt prædium feudarium vel censuale à feudo fructili dependens ponat in manum idoneam infra annum: & anno lapso ni paritum sit manu iniecta fructus suos facere, vel si malit releuio aut laudimiis receptis (in casum quo pendente vsufructu acquisitio per ecclesiam facta sit) eam inuestire & de indemnitate pro tempore suo componere: tamen illa inuestitura & compositio, nisi veri domini & proprietarij consensus accesserit, non habet vim amortizationis sicut inuestitura & compositio tutoris vel procuratoris non habentis sufficiens mandatum: fructuarius enim non potest deteriorem proprietatis conditionem facere. *l. aquisitum* §. 1. *D. de vsufruct.* ¶ Sed quid si ipsemet * patronus maior viginti quinque annis, sed minor viginti, curatore carens ecclesiam in fidem admiserit vel aliter amortizauerit? videtur præiudicasse per text. supra §. 52. Contrarium est, quia amortizatio non est simplicis administrationis, sed potius tendit ad alienationem per prædicta.

* Et de matrim

* Quid de patrono minore.

81. Amplius quæro, Quid si vassallus ingressus monasterium tacite vel expresse dedicauerit bona, vel suum dumtaxat feudum dederit monasterio: Vtrum patronus statim interpellare & cogere possit monasterium ad vacuandum manum suam infra annum? Videtur quòd sic, quia statim feudum est apertum quantumcunque vassallus prius fuerit in fidem admissus, & statim licet patrono illud prehendere ex defectu hominis & fructus suos facere, donec monasterium fidelitatem & releuium obtulerit, quo facto si patronus nolit admittere talem vassallum velut minus idoneum, videtur quòd statim saltem manu vsque ad annum leuata cogere possit monasterium ad ponendum interim in manum idoneam, alioquin rursus feudum prehendere possit & fructus lucrari, quia non inuenitur de consuetudine & communi obseruantia quòd teneatur patronus vltra spatium anni inuitus carere idoneo vassallo. Sed quia feuda sunt patrimonialia, verius dicendum puto, quòd quandiu naturaliter viuit vassallus monasterium ingressus, non posset monasterium cogi ad vacuandum manum suam, nec ad præstandum aliquam indemnitatem pro rata temporis quo ingressus viuit.

82. Per id quod not gloss. & omnes doct. in *autè. ingressi. C. de sacros. eccles.* non * finiri vsumfructum (fructuario ingresso monasterium) quamdiu naturaliter viuit. Et quod Innoc. & omnes cano. in c. *in præsentia. de proba.* Feli. in *c. quæ in ecclesiarum col.* 18. *vers.* 3. *limita. de consti.* hoc casu volunt feudum vel emphyteusim transire in ecclesiam vel monasterium, quandiu naturaliter viuit ingrediens quasi solum commoditas ipsa transire videatur in monasterium, ad vitam ingressi. Et sic concludo, quòd quamuis hoc casu feudum statim aperiatur & prehendi possit, tamen monasterio iusta offerente, si nolit patronus illud inuestire, & releuium recipere cum indemnitate pro tempore futuro post obitum ingressi, tenetur leuare manum monasterio quamdiu ingressus viuit, nec potest illud cogere ad ponendum extra manum, & adhuc post obitum monasterium habebit adhuc solitas inducias anni. Ex quibus elicitur cautela, quando quis vult ex nunc saltem in effectu dare feudum suum ecclesiæ, ad faciendum quod ecclesia non possit molestari à patrono viuo donante, debet donans donare vsumfructum ad vitam suam, & proprietatem post mortem. Et sic quamdiu viuet donator feudum non aperietur & libere fruetur ecclesia, illo autem mortuo si nolit patronus recipere releuium ab ecclesia, nec eam inuestire, sed expellere, habebit annum à die interpellationis patroni.

* Pactione fructuarij ad finitur vsufructus

83. Vlterius quæritur, Vtrum * patronus superior tenens ad manum suam feudum medium ex defectu hominis apertum & prehensum, possit amortizare subfeudum à se mediatè dependens ab ecclesia acquisitum? Breuiter respond. non, quia non potest in aliquo deteriorem facere proprietatem & conditionem feudi prehensi, vt dictum est *supra* 1. *gloss.* 4. *quæst.* 2. *&* §. 35. *gloss.* 7. *in fin. & gloss.* 8. Non est autem dubium, quin ecclesiam cogere possit ad vacuandum manum suam. Sed quid si eam inuestierit & iura acquisitionis vna cum indemnitate pro tempore suo receperit? Respond. Nihilominus patronus ecclesiæ immediatus postquam in fidem admissus fuerit à superiori patrono suo, vel leuatam manum obtinuerit & non prius, poterit cogere ecclesiam ad vacuandum manum suam.

* Patronus mediatus nõ potest amortizare.

84. Sed nunquid ecclesia hoc casu poterit condicere à superiori patrono releuium vel quintum pretij quod ei soluit? Videtur quòd sic, quia nulla huiusmodi iura ratione acquisitionis ab ecclesia factæ debentur, saltem eorum obligatio resoluitur, & ad non causam reducitur, quando compellitur vacuare manum suam, vt plene dictum est *supra* §. 33. *quæstio.* 41. Contrarium est dicendum, quia superior patronus non recepit, & ex eo quod d. acquisitio facta fuit pendente d. prehensione iure inde debita velut fructus temporis sui fuerunt ei acquisita & ad eum spectabat eligere viam electionis, vel receptionis iurium & indemnitatis pro tempore suo. Sed dico quòd patronus immediatus volens eijcere ecclesiam, tenetur eam indemnem reddere à iuribus dictæ acquisitionis dumtaxat, & ea pura releuium vel quintum pretij restituere ecclesiæ, quatenus aliàs indebitè soluit superiori patrono. Non autem superior patronus debet ea restituere, alioquin priuaretur fructibus & commodis iurium dominicalium feudi prehensi quæ ad eum spectant lege feudi & consuetudinis. *supra eodem* §. 54. *& sequenti.* Quòd autem attinet ad pensationem indemnitatis, quam superior patronus pro tempore suo recepit: clarum est quòd si receperit pro rata temporis dumtaxat quo prehensio feudi medij durauit nihil ecclesiæ restituendum est, quia quod debuit, soluit: sin verò soluerit superiori patrono vltra ratam eius temporis, repetat ab eo vel sibi imputet, quia nihil hoc spectat ad patronum immediatum. ¶ Et nor. quòd ista quæ diximus inter superiorem & immediatum patronum, habent etiam locum inter proprietarium & fructuarium, quando proprietarius finito * vsufructu vult expellere ecclesiam, quæ iura subfeudi acquisiti & indemnitatem soluit fructuario pendente vsufructu, quia pendente vsufructu fructus iurium dominicalium subfeudorum feudi spectant ad fructuarium, etiam contra proprietarium acquirentem subfeuda. vt diximus *supra* 10. *gloss.* 1. *quæst.* 4.

* Quid de vsufructuario.

85. Sed emergit valde necessaria quæst. An amortizatio facta à patrono immediato valeat & teneat in præiudicium patroni superioris, in casum aperturæ & prehensionis feudi medij? Videtur quòd sic, dummodo facta sit ante prehensionem feudi medij, quia tunc inuenitur facta à persona legitima & potestatem habente, vtpote à vero domino directo ad quem spectat, & tempore quo nihil de hoc pertinebat ad superiorem patronum, qui nihil iuris nec potestatis censetur habere in subfeuda quandiu feudum est penes vassallum. per notab. *supra* §. 1. *gloss.* 6. *in princip. &* §. 54. Igitur quod factum est à patrono immediato ratum manere debet, maximè cùm feuda reputentur

patrimonialia: igitur, vt in *l. in re mandata. C. mand.* in contrarium videtur. quia ſicut patronus ſuperior tenens feudum ad manum ſuam non poteſt deteriorem ſubfeudorum conditionem facere, nec aliud quicquam in præiudicium proprietatis feudi & futuri temporis & vaſſalli venturi: ita vaſſallus nihil poteſt facere in præiudicium domini ſui directi, ſiue diſmembrando, alienando, ſubinfeudando, locando, aut hypotheeando, ſiue conditionem & qualitatem domanij & ſubfeudorum feudi immutando, & generaliter quicquid ſine conſenſu patroni ſui fecerit, ſecuta apertura & à prehenſione feudi ipſo iure non tenet reſpectu ſuperioris patroni per notabil. *in hoc §. & ſupra §. 28. &* * 35. quæ multum vrgent pro ſecunda iſta parte. Tamen quia nomine dura eſt & rigoroſa, primam partem quæ æquior eſt amplectendam puto. iuxta *l. omnibus. D. de regul. iuris. l. placuit. C. de iudic.*

* Qui facit hodie initiũ hactenus §.

89. Sed ne cui forte hoc breuiloquio anſam præbeam, à veritate vel iure ſcripto prætextu nudæ & imaginariæ æquitatis diſcedendi, oſtendo primo hanc ſecundam partem non eſſe veram, nec poſſe ſubſiſtere ex verbis & mente huius conſuetudinis. Secundo primam partem ſub modificatione ſequenti eſſe æquam, non ſimplici & * informi æquitate, quæ non eſt æquitas ſed æquitatis ſimia, ſed plena * illa & vera & germana æquitate, quam grauiter & acute deſcripſit Iureconſult. in *l. bona fides. D. depoſi.* videlicet quæ non tantum ex naturalibus vel iuriſgentium, ſed etiam vnà cum præceptis ciuilibus & prætorijs æſtimatur, non ex vna circunſtantia vel parte rei, ſiue ex vno certo reſpectu: ſed ex totius rei; id eſt perfecta & totali æquitate, quæ ex omnibus perſonis & circunſtantiis, quæ negotio geſto coniunguntur, impletur. hoc eſt in ſumma, quæ ex plena totius iuris, & totius ſubiecti negotij ſymmetra conſideratione reſultat. & hanc merito Tripho. in *d. l. bona fides*, ſummam, id eſt vndequaque abſolutam æquitatem appellat, quaſi * legalem ipſam (vt principis Philoſophiorum Ariſtot. in *libro 5. tractat. 1. ethico.* verbo vtar) virtutem & iuſtitiam ſeu ἐνέργειαν τελείαν, & de hac demum intelligitur dicta *l. in omnibus dicta l. placuit. l. quod ſi epheſi. in fine. D. de eo quod certum loc. & ſimiles.* Non autem de æquitate apparenti ſiue ſophiſtica.

* Æquitas informis.
* Æquitas plena & abſoluta.
* Æquitas eſt legalis iuſtitia.

87. Hinc ſcribit Bal. in *rubric. colum. 2. C. de conſtit. pecu.* quod * non nuda vel imaginaria æquitas, ſed rationi coniuncta attenditur. & in *conſi. 101. ſuper primo lib. 4. ſecundum nouam impreſſionem, ſed ſecundum veterem eſt conſi. 97. lib. 2.* dicit quod homo debet ſequi æquitatem legis, non proprij capitis, & ſecurius eſſe procedere per viam ſigillatam, id eſt per text. legum. idem vult Paul. in *d. l. placuit.* Ludo. Rom. *in con. 149. concluſionem. col. pen.* & quod æquitas debeat eſſe iure informata, vide late per gloſſ. Butri. Imol. Panor in *c. fi. de tranſact.* Panorm. Felin. in *cap. ex parte 2. de offi. deleg.* Modo hac legali, hoc eſt integra & abſoluta æquitate definita & explicata, nulla (opinor) relinquitur occaſio iuris peruertendi, & à legis diſpoſitione, prætextu apparentis cuiuſdam, ſed imperfectæ & velut dimidiatæ & truncatæ æquitatis diſcedendi. Confutatur etiam quorundam error qui æquum à bono, æquitatem à iure ſegregauerunt, nouáſque iuris ſpecies confinxerunt inter ius bonum & non æquum, & ius bonum & æquum, cuncta ineptè, cùm è ſententia iurecon. *in l. 1. D. de iuſti. & iur.* ipſum bonum & æquum, ſit de ſubſtantia & diffinitione iuris. ſed de his aliàs ne nimium extra propoſitum digrediar.

* Æquitas in legalem non imaginariam iudices ſequi debent.

88. Ad quod redeundo probatur ſecundam & negatiuam partem dictæ quæſt. non poſſe ſubſiſtere, quia patronus ſuperior etiam feudo debite prehenſo & ad manum ſuam poſito, nihil iuris, nihil poteſtatis habet in ſubfeuda, niſi tunc aperiantur, vel aliàs inueniantur aperta per tex. in §. 54. 55. *infra eo.* Sed ex hypotheſi ſubfeudum ab eccleſia vaſſalli in fidem admiſſa & inueſtita, catalogo etiam dudum tradito & approbato. Et pro concluſione debet inſpici forma inueſtituræ & amortizationis, quia ſi facta ſit mediante congrua & ſucceſſiua penſatione indemnitatis, puta data vicaria manu, vt dictum eſt ſupra *eod. nu. 61. in fi.* vel conuento de certa ſumma quolibet anno, vel forte decimoquinto quoque anno ſoluenda loco relieuiorum & ſimilium iurium: & tunc patronus ſuperior pendente apertura & prehenſione feudi non poteſt aliud vltra dictam penſationem (quum ſit ſufficiens indemnitas nec amplius eius interſit) prætendere ſuper dicto ſubfeudo amortizato. Si verò amortizatum ſit gratis, adhuc puro quod ſuperior patronus etiam tenens feudum apertum ad manum ſuam non poteſt cogere eccleſiam ad ponendum in aliam manum: quia ſiue promus ſiue condus fuerit patronus immediatus, nihil ad ſuperiorem cui debet ſufficere quod eccleſia æque plenam pro eius tempore indemnitatem præſtet, ſicut in caſu præcedenti in quo immediatus patronus congruam & ſucceſſiuam indemnitatem ſibi reſeruauit & ſtipulatus eſt. nec debet oculus ſuperioris nequior fieri ex eo quod vaſſallus eius iuſto liberior fuit. & in ſumma dico quòd immediatus patronus poteſt amortizare in præiudicium omnium ſuperiorum patronorum Rege inferiorum, reſpectu iuris expellendi, ſed non reſpectu indemnitatis. Ita quòd ſiue gratis, ſiue accepta certa ſumma ſemel pro omni futuro tempore ſoluta inueſtierit, ſiue veterem indemnitatis compoſitionem immutauerit, nihilominus ſuperior patronus diu pendente prehenſione feudi, poteſt congruam indemnitatem ratione feudi amortizati exigere pro rata temporis quo feudum in eius manu prehenſum manet. Nec video quòd iuſtius aut æquius omnibus conſideratis decerni poſſit. Si enim dicamus ſuperiorem patronum poſſe non obſtante quacumque vaſſalli amortizatione cogere eccleſiam ad vacuandum manum ſuam, nedum iſtud eſt contra diſpoſitionem huius conſuetudinis in dict. §. 37. ſed etiam durum & iniquum, quia ſequeretur eccleſiam teneri rem iuſto pretio emptam, iterum redimere, nedum à proprio & immediato domino directo, & à ſupremo, videlicet à Rege, ſed etiam ab omnibus intermediis dominis, propter quos intereſſe conſuale & remotum ſufficere debet pro tempore eorum ſi caſus accidat indemnes reddi. Si autem diceremus immediatum patronum poſſe omne ius indemnitatis futuri temporis etiam in præiudicium ſuperiorum remittere poſſe, & hoc etiam iniquum eſſet. Sequamur igitur hanc mediam æquitatis viam, per quam vtrique parti commodius conſulitur, iuxta *l. 1. & ibi* Paul. *D. ſi quis cautio.*

89. Vlterius nõ. quod nulla amortizatio cuiuſcunque domini inferioris præiudicat ſupremo principi, quin vel eius procurator præcisè cogere poſſet eccleſiam vel ſimile corpus quandocunque & infra annum ad ponendum in manum idoneam publicis muneribus & oneribus ſubeundis. Et aduerte quòd hæc poteſtas poteſt competere domino noſtro Regi duplici iure. Primo ex natura feudi conceſſionis vel inueſtituræ rei tanquam ad quemlibet dominum ſi fit immediatus dominus directus & de hoc dictum eſt ſupra. Secundo tanquam ad Regem, iure illo regali quo * omnia in regno ſuo non niſi legibus ſuis ſcilicet Regis poſſidentur, nec aliter poſſideri poſſunt. *cap. quo iure. 8. diſtin.* intereſt enim Reip. hoc eſt ſupremi principis noſtri, inquantum eſt Rex & monarcha ampliſſimi huius regni, ne bona immobilia laicorum regni ſui deueniant & transferantur in eccleſias & ſimilia corpora. non quin eccleſiæ & quæ-

* Legib. regius omnia poſſidentur.

cunque ecclesiasticæ personæ huius regni, quæque possident, subsint regi nostro in his quæ sunt iurisdictionis temporalis, & quæ statum & regimen vniuersale & politicum regni concernunt, vt plene diximus C. *in proœm. gloss. 6.*

* Cur prohibetur immobilia in ecclesiâ transferri.

90. Sed propter* duo: Primo, quia laici & eorum bona multis & publicis muneribus & oneribus subsunt, à quibus ecclesia vel ecclesiasticæ personæ ex priuilegio exemptæ sunt. Secundo, nec ecclesiæ successu temporis omnia fere immobilia (vt iam bonam partem acquirant,) & sic cæteris status regni (quos iuxta philosophum in *cap. 5. politicor.* per tot. & maxime in *cap. 3.* æque conseruari & crescere decet, vt* commensuratione\ mencat harmonia) ad pauperiem reducantur, debilitentur, & confundantur. Et his rationibus, multis constitutionibus, & edictis regiis, quorum etiam meminit Io. Fab. in *l. quotiens. in fi. C. de rei ven.* pridem cautum est, ne vlterius bona immobilia in ecclesias transferantur, & ne vltra limites amortizationum à regibus obtentarum acquirant, alioquin per procuratorem regium cogerentur vacuare manum suam. & quod videtur dicere Ioan. Fabr. in *d. l. quotiens.* non transire dominium in ecclesiam quousque princeps concesserit, debet intelligi quando agitur de consecratione vel dedicatione rei, iuxta text. quam allegat in *l. sacræ. D. de rer. diuisi.* Cæterum debet intelligi de domino incommutabili, quia vere apud nos acquirere potest ecclesia, etiam in feudis, quum sint patrimonialia, sed cõgetur vendere, vt alibi docuit Ioan. Fab. in *auth. ingressi. col. fi. ver. quid si vassallus. C. de sacrof. eccles.*

* Commensurationis harmonia in Repub.

91. Et in isto iure, nullo tempore præscribitur aduersus Regem, nisi respectu indemnitatis præteriti temporis duntaxat per lapsum quadraginta annorum, vt extant constitutiones regiæ in sacro archiuo seu camera ratiociniorum regiorum.

92. Et not. quòd prædicta habent locum nedum in rebus feudalibus, censuariis vel emphyteuticis, aut similibus quæ ex natura sua non debent in alios transferri: sed etiam in rebus* alaudialibus, francis & liberis ab omni onere reali & dominicali, vt etiam testatur Masueri. in *sua practica. tit. de præscr. §. item si ecclesia.* Guil. Bene. in *rep. c. Raynutius. in verb. & vxor. no. Adela. num. 165.* imò proprie loquendo istud secundum caput non respicit bona feudalia, censualia huiusmodi inquantum talia, quia tali respectu non agitur nisi de priuato interesse, domini directi, siue sit priuatus siue sit Rex, tanquam quilibet directus dominus in quo secundum omnium etiam canonistarum sententiam, certum est & indubitatum quòd non debent nec possunt in ecclesias vel similia corpora transferri inuito domino, vt dictum est supra eod. *num. 57.* sed istud secundum caput respicit publicum & commune interesse ipsius reip. quod æque se habet ad omnia bona immobilia laicorum, siue sint feudalia siue alaudialia & libera & franca.

* Etiam alaudialia nõ debent ab ecclesiis acquiri.

93. Vnde quamuis* communiter canonistæ in *c. 1. de immunit. eccles. in 6.* & vbique distinguant inter hæc bona & teneant quòd respectu alaudialium non valet statutum vel consuetudo laicorum, quod non possint transferri in ecclesiam, & quod ecclesia teneatur ponere extra manum suam: non est curandum de eorum opinione & distinctione, quia fundatur in quadam decre. Alex. 4. *incip. Quæ nonnulli. quæ est in d. c. 1. de immunit. eccles. in 6.* quæ non habet legis vigorem, nisi in locis in quibus papa est princeps & dominus temporalis. Vnde non ligat nec fuit recepta in hoc regno, sicut nec *decre. clerici eo. lib. & tit.* quia istud regnum nec papam nec alium superiorem recognoscit* in temporalibus. *c. per venerabilem. qui fil. sint legi.*

* Reiicitur distin. canonistarum.

* Francie regnum nõ recognoscit Papam in temporalibus.

94. Et simpliciter quod valeat statutum laicorum prohibens alienationem rerum immobilium, siue feudalium, siue alaudialium in ecclesiam, & quod* non dicatur esse contra libertatem ecclesiasticam, tenet Iacob. But. in *auth. cessa. C. de sacrof. eccle. & in l. assiduis. C. de potio. in pig. habea.* non enim aliquid dicitur fieri contra libertatem ecclesiasticam, nisi quando ab ecclesia auferatur illud quod ei competit, & iam acquisitum est de iure communi, vt tradit Philipp. Deci. in *dict. auth. cessa. num. 17.* Non autem quando ex iusta causa prohibetur ab acquirendo aliena & fortius quod statutum prohibens alienari in non subditos, extenditur ad ecclesiam etiam si de ea sit facta mentio, propter eandem rationem publici interesse, firmauit Signorol. de homed. post latam disputationem in *cons. 21.* statuto ciuitatis Mediolani. quod con. refert & sequitur Bal. in *c. clerici. de iudi.* idem vult Bal. in *c. quæ in ecclesiarum. col. 2. de consti.* Et latè Fran. Cur. senior. *cons. 27. nu. 8.* Ias. in *l. filiusfa. §. diui. lect. 1. col 9. 10. D. de leg. 1.* & fundantur omnes in bono publico & interesse reip. & benè.

* Quando dicitur fieri cõtra libertatẽ ecclesiasticã.

95. Multum igitur differt amortizatio inferiorum ab ea quæ fit à Rege: quia amortizatio inferiorum non concernit nisi eorum interesse priuatum, & non versatur nisi in iuribus feudalibus vel censuariis, aut similibus in quibus habent interesse ne transferantur in manum mortuam, vnde vbicunque cessat interesse inferiorum & directorum dominorum, non est necessaria, nec habet locum aliqua amortizatio eorum respectu vt in redditibus perpetuis, etiam non redimibilibus, venditis, vel aliter constitutis super prædiis feudalibus (citra infeudationem) vel censuariis, nec potest ecclesia cogi à domino directo ponere huiusmodi redditum extra manum suam, nec ad dominum inde recognoscendum, vel ei aliquam indemnitatem præstandum, quia eius non interest per not. C. §. 28. & J. §. 59. Secus respectu Regis, quia si forte sit immediatus dominus directus prædij hypothecati, licet non sit ab eo hoc respectu obtinenda amortizatio huiusmodi redditus: est tamen necessario obtinenda inquantum est Rex, ratione interesse reip. quæ in eo repræsentatur. Alioquin procurator regius compellere poterit infra annum à die interpellationis ecclesiam vel simile corpus ad ponendum extra manus huiusmodi redditum ab ea, siue super alaudiis, siue super feudalibus subditorum regni acquisitum, & lapso anno si non fuerit paritum, procurator regius nomine Regis suos faciet fructus siue pensationes dicti redditus, & iubebit in ærarium referri, siue in rationes fiscales receptoris regij illius loci.

* An in acquisitione redditus acquiratur amortizatio.

96. Et istud sane intellige vt procedat in* redditu perpetuo & non redimibili, sed ad rationem quadrantis vel trientis vsuræ, puta ad rationem viginti vel vigintiquinque pro vno, aut vltra augendo sortem, ita quod secundum id quod plerumque euenit, non sit spes quod de propinquo vel de facili redimatur iuxta *l. qui habebat. D. de legat. 3.* Et sic quasi pro non redimibili & vice rei immobilis habetur, secus in redditu constituto ad rationem bessis vel semissis vsuræ tantum vel circa, puta ad rationem vnius pro duodecim vel pro quindecim aut sexdecim: quum enim huiusmodi redditus de facili redimantur & soleant redimi, non æque censetur habere causam perpetuam & vicem rei immobilis. vt tetigi C. §. 33. 9. 18. *num. 54.* & latius J. §. 94. Quare puto quod procurator regius non debet de istis se intromittere nec solicitus esse & quod ecclesia vel similia corpora non debent prohiberi nec cogi ad ponendum extra manum suam, quia non interest reip. imò reipub. interest hoc permitti vel ecclesiis, & subditi incommodarentur commerciúmque coartaretur si hoc eis non liceret. Item secus si vna ecclesia vel simile corpus constitueret redditum etiam non redimibilem alij ecclesiæ, super prædiis quæ legitime amortizata possidet: quia

tunc non interest Regis, sicut nec cum redditum vel prædium debite amortizatum in aliam ecclesiam transfertur, vt tetigi 3. §. 20. *gl. 1. nu. 4.*

* Amortizatio Regis non nocet inferiori domino.

97. Et not. quòd nulla * amortizatio Regis quantumcunque plena præiudicat inferiori domino habenti interesse, vt recte tenet Chassa. in *consuet. Burgund. tit. des censes. §. 19. gloss. 1. num. 54.* Vnde si ecclesia impetrauit amortizationem à Rege in forma plenissima, siue ante acquisitionem siue post, tamen si res acquisita monetur feudaliter vel censuarie ab alio quàm à Rege, poterit ab illo præcisse cogi vacuare manum suam. Audiui tamen nonnullos in hoc puncto contradicere causantes amortizationem non esse inferiorum, sed esse solius Regis: & quòd res semel amortizata à Rege, est amortizata, respectu omnium inferiorum, inferentes quòd ecclesia habens amortizationem à Rege, non potest cogi ab inferiore ad vacuandum manum suam, sed inferior dominus directus præcisè tenetur accipere indemnitatem pro modo sui interesse. Sed vt verum dicam tanquam ad pauca aduertentes paralogisantur, quia verum est quòd amortizatio in potiori & pleniori significato sumpta pro interesse publico solius Regis est vt diximus: sed per hoc non tollitur, quin etiam inferioribus iure proprio & priuato competat, vt prædia ab illis dependentia non deferantur in manum mortuam sine eorum consensu, quod est de iure, & tenent doct. vtriusque censuræ vt not. *supra eod. nu. 57.* igitur Rex non potest nec intelligitur illis non vocatis præiudicare & eorum iuri derogare. *l. 2. §. merito. D. ne quid loc. publ. l. nec anus. C. de emanci. cum vulg.* Nec inuenitur quòd à regia maiestate emanauerit aliqua amortizatio in præiudicium tertij inferioris non vocati nec consentientis: siue enim amortizatio concedatur in genere, puta licentia acquirendi vsque ad ducenta iugera terræ, sed de certis prædiis iam acquisitis in specie semper exprimitur vel tacite subintelligitur, consueta illa clausula, saluo iure nostro in cæteris, & alieno simpliciter, de qua supra. §. 10. *in fin.*

98. Non tamen nego quin princeps ex iusta causa possit derogare iuri inferioris subditi sui, puta fauore religionis. Vnde pro necessaria fundatione parochialis ecclesiæ & pro habitatione parochi potest princeps amortizare in præiudicium tertij, & mandari ordinario iudici loci si opus sit, quod constito de hoc cogatur dominus directus consentire amortizationi, & indemnitatem congruam accipere. Imò si hoc sit notorium principi, puto quod absolute amortizare possit, & iubere dominum directum congrua pensatione sui interesse contentari. *cap. cùm olim, cum ibi not. de re iudic. l. dimi fratres. §. quod si ex seruitute. D. de liber. can.* Quoniam * etiam proprietarius & pleno iure dominus cogitur in hanc causam iusto pretio vendere rem suam. *l. si quis sepulchrum. in prin. ver. præses etiam.* vbi ita tenet Guid. de Suz. *D. de reli. & sumpt. funer.* Iaf. in *l. 2. colum. 3. D. sol. matr.* Phil Deci. in *cap. cum omnes. lec. 2. colum. 3. de consti.* Multo fortius simplex dominus directus tenetur & cogi potest amortizare quum non agatur de magno præiudicio, nec de amplo latifundio, sed de modicis prædiis, præsertim cùm etiam officiales regij ex rescripto Philip. Pulchri Francorum regis ad prælatos prouinciæ Narbonensis prohibeantur compellere ecclesias ad ponendum extra manus suas possessiones pro exigentia huius causæ acquisitionis, vt refert Stepha. Auffre. in *tit. de priuileg. reg.* Ex quo sequitur aliud esse illa causa cessante *arg. l. 1. ad municip. cum vulg.* Idem tamen puto in casu simili vel maiori, vt si princeps pro fundatione gymnasij trilinguis Christianæ Reip. vtilissimi nuper non longe à domicilio meo inchoati, sed temporis calamitate intermissi amortizationem concederet prædiis vicinis & necessariis acquirendis. Tunc enim dico quod hoc posset etiam in præiudicium dominorum inferiorum à quibus non esset opus aliam impetrare amortizationem: sed solum illis præstanda esset rationabilis futurorum iurium indemnitas, qua vel inuiti hoc casu contentari tenerentur, sicut & proprietarius rem suam vendere & iustum pretium accipere cogeretur. Cæterum hac vel simili reip. necessitate cessante teneo quod prætextu amortizationis regiæ non magis teneatur dominus inferior indemnitate accepta consentire, quàm quilibet dominus iusto recepto pretio rem suam vendere: quicquid hactenus nonnulli fiscales contra omnia iura suadere voluerint: siquidem fere vulgo, sed imperitis & seruilibus ingeniis credi fecerant, quod ex quo Rex semel cuidam monasterio fundando vel ampliando amortizationem concesserit, eáque à sacrorum scriniorum præfectis homologata fuerit, soluto fisco pro financia (vt ainnt) hoc est pro huius concessionis pretio quarta parte æstimationis prædiorum amortizatorum, quod ex tunc nulla alia amortizatione opus erat ab inferioribus dominis feudalibus vel censualibus, imo quod ad eos nullo pacto, nulla ratione amortizare spectabat: sed quod omnino simplicem indemnitatem accipere cogerentur: sed quid hic audio? Licétne bono principi subditorum suorum bona vel iura illis inuitis nedum donare, sed etiam vendere: pretiúmque in fiscum suum convertere? Vide quales optimos Reges nostros facere nituntur inepti illi adulatores. Eadem enim via sequitur quod si hodie prædia domui meæ circunfusa in emphyteusim dedero priuatis, à quibus spero ad me cùm emp. reuersura quòd cras monasterium poterit illa emere, & in amortizatione sua includere nedum contra ius priuati domini directi, sed etiam contra publicam vtilitatem: quod enim horum monasteriorum multiplicatio & ampliatio reipubl. damnosa sit, ipsa iam rerum satis patefecit experientia. Igitur amodo fiscalium quorundam ambitiosa iniquitas quocunque cadat veritati & æquitati sententia nostra.

* Religionis fauore cogitur quis vendere.

99. Finaliter not. quòd supremus Rex noster, etiam si sit immediatus & sic solus dominus directus, non potest pleniorem amortizationem facere, quàm permittendo rem perpetuo à manu mortua possideri per seipsam sine vicaria manu, videlicet hominis viuentis & morientis, & sine aliqua alia indemnitatis exactione, & tunc dicitur res pleniſſimè amortizata, remanet tamen erga eum feudalis vel censualis vt prius, cum onere simplicis fidelitatis & solutionis census sine alio onere. Et hoc modo amortizata sunt temporalia ecclesiarum cathedralium huius regni, in quibus rex nihil sibi reseruauit præter fidelitatem & iura regaliorum vacatione occurrente, de quo aliquid dictum est 3. §. 42. *infi.* in quibusdam autem iura regaliorum remisit: fidelitatem autem ipsam & directum dominium remittere vel abdicare non posset, quia ista non esset amortizatio, sed expropriatio, quæ non potest fieri à supremo principe secundum Bald. in *prælud. feudorum colum. 8. verfic. expedita.* & cum directum illud dominium in quo Rex Franciæ est fundatus in toto regno etiam in temporalitate ecclesiarum, secundum Panorm. in *c. veniens. colum. 1. de accus.* sit de iuribus coronæ, sequitur quod non potest alienari, abdicari, nec præscribi, vt per Petr. Port. in *rub. proem. Inst. num. 15. vers. vnde respondeo. & nu. 15. 16.* Si verò constet rem alias esse alaudialem, multò minus posset princeps eam eximere & suprema sua iurisdictione regia per no. 3. §. 1. *gl. 5. num. 54.*

100. Debet autem omnis amortizatio regia verificari & homologari à dominis præfectis sacrorum scriniorum regis, quod sufficit quia non continet veram alienationem domanij per prædicta: secus si rex non amortizaret ea quæ solum à se dependent

& mouentur ab aliis data eccleſiæ, ſed daret & amortizaret de ſuo proprio domanio, quia neceſſe eſſet verificari & homologari in hoc ſupremo ſenatu. Et his habes ſub paucis vberrimam hanc & adhucuſque indiſcuſſam amortizationum materiam, reſolutiuè perſtrictam, quam ſi ad plenum tractare voluiſſem, ſeparato & iuſto volumine opus fuiſſet.

§. LII.

ET neantmoins s'il y a ouuerture dudit fief, le ſeigneur peut exploicter tout ledit fief, tant pource qu'il eſt tenu, qu'aliené, ſinon que le ſeigneur feodal euſt infeodé le droict domanial retenu en faiſant ladite alienation, ou bien qu'il l'euſt receu par adueu.

§. LIII.

LEs heritages acquis par vn ſeigneur de fief en ſa cenſiue, ſont reünis à ſon fief & cenſez feodaux, ſi par expres le ſeigneur ne declare qu'il veut que leſdits heritages demeurent en roture.

§. * LIV.

* Hic §. olim fuit 56.

LE ſeigneur feodal, qui met en ſa main le fief mouuant de luy par faute d'hommes droicts & deuoirs non faicts, il peut ſemblablement mettre en ſa main tous les arrierefiefs ouuerts dependans d'iceluy fief [pour en iouyr comme vn bon pere de famille.]

PAtronus feudum ex defectu hominis & iurium prehendens poteſt ſimiliter prehendere omnia ſubfeuda aperta ab eodem feudo dependentia. H. D.

SVMMARIA §. LIV.

1. *Prehenſio nulla vel iniuſta nullum operatur effectum.*
2. *Quæcunque geſta à vaſſallo etiam non inueſtito ante prehenſionem, rata manent & præiudicant patrono, ſi concernant adminiſtrationem, ſecus ſi concernant alienationem feudi vel iurium,*
3. *Subfeuda etiam aperta debent ſpecialiter prehendi, nec prehenſio feudi ad illa extenditur. Subfeuda non non ſunt de pertinentiis feudi à quo dependent.*
4. *Generalis prehenſio ſubfeudorum non ſufficit, ſed ſingulariter & per ſe debent prehendi.*
5. *Vetus prehenſio ſubfeudi facta à vaſſallo prodeſt patrono: ſicut econuerſo prehenſio feudorum facta à ſuperiori patrono prodeſt vaſſallo, cui feudum reſtituitur.*
6. *Quid de ſubfeudis quæ reperiuntur in manu vaſſalli.*
7. *Hic §. intelligitur de veris ſubfeudis à ſuperiori patrono antheratis.*
8. *Ampliatur hic §. etiam in prehenſione, quæ fit ex defectu catalogi.*
   Sumptus ſecundæ prehenſionis, non reputãtur.
9. ¶ *Q.* 1. *Inducie non tollunt aperturam feudi.*
10. *Statutum extenditur ad caſum fictum in eadem materia.*
11. *Vaſſallus etiam nondum inueſtitus poteſt reſpectu mutationum præteritarum dare inducias ſubvaſſallis etiam vſque ad longiſſimum tempus, & in præiudicium patroni: ſed non reſpectu mutationum futurarum.*
12. ¶ *Q.* 2. *De induciis conceſſis ſubvaſſallis à ſuperiori patrono.*

HVnc textum. Limita primò vt procedat dummodo principalis prehenſio patroni fit valida. *l.* 4. §. *conſcmnatum. D. de reiudi.* Secus ſi eſſet iniuſta vel alias nulla ipſo iure, quia tunc nullum iuris habet effectum, nec transfert in patronum poſſeſſionem nec legitimam adminiſtrationem: ſaluo quod regulariter interim non debet infringi, ſed ſecuta declaratione nullitatis omnia retro ceſſantur, per notab. 5. §. 1. *gloſſ.* 4. Limita ſecundo, vt procedat in ſubfeudis quæ tempore prehenſionis feudi aperta inueniuntur, vt quæ durante illa prehenſione aperiuntur. Si enim vaſſallus etiam non inueſtitus, ante tamen quàm patronus manum feudo iniiciat, admiſerit ſubvaſſallos ſuos in fidem ſuam, etiam ſi illico ſuperueniat ſuperior patronus non poteſt manum apponere ad ſubfeuda. Et eſt ratio, quia, quamuis patronus prehendens feudum non capiat ius B à vaſſallo, imò à ſeipſo, nec ſubrogetur in locum vaſſalli tanquam cauſam habens ab eo, ſed tanquam primitiuus dominus, ſublato ſeu reſoluto vel quaſi iure vaſſalli.

2. Tamen huiuſmodi reſolutio non trahitur retro, nec reuocat geſta à vaſſallo, quæ debitam vel etiam gratioſam feudi, & feudalium iurium adminiſtrationem concernunt, dummodo conſiſtant in adminiſtrando, quandiu enim ceſſauit patronus licuit vaſſallo adminiſtrare & fructus ſuos facere: ſecus ſi conſiſterent in alienando, vel deteriorem conditionem ipſius feudi faciendo, quia tales actus nullomodo aſtringerent patronum iure feudali & ex defectu hominis fruentem. Vnde ſi vaſſallus fecerit compoſitionem cum ſubvaſſallis ad certam ſummam pro releuio: illa compoſitio non aſtringit patronum pro tempore ſuo, ſcilicet reſpectu releuiorum quæ accidunt tempore prehenſionis.

Digitized by Google

3. Limita vel potius declara tenlo vt huiuſmodi * feuda quæ inueniuntur aperta, vel aperiuntur durante prehenſione debeant ſpecialiter prehendi. quoniam non ſunt prehenſa eo ipſo quod feudum principale eſt prehenſum, nec commiſſarij poſſunt ad ea quantumcunque aperta manus extendere, niſi præcedente ſpeciali prehenſione, & expreſſa commiſſione, nec commiſſio ad feudum principale extenditur ad ſubfeuda, quia non ſunt mere acceſſoria, ſed per ſe principaliter ſubſiſtunt. fac. not. *l. fin. §. ſi. D. de condit. indeb.* Et hoc niſi generalis commiſſio ſpecificetur per relationem ad prehenſionem in qua ſubfeuda nominatim comprehenduntur. Non obſtat quod generalis vel ſimplex prehenſio feudi includit omnia eius iura & pertinentias, vt dictum eſt ſupra §. 1. *gloſſ. 5. in principio.* quia ſubfeudum ipſum in ſe non* eſt de pertinentiis feudi à quo dependet, imo eſt velut proprietas ſeparata, & ad alterius patrimonium pertinens, & non poteſt eadem res eſſe in patrimonio duorum inſolidum. *l. 3. §. ex contrario. D. de acqui. vel amit. poſſ. l. ſi vt certo. §. duobus. D. locati.* Sed ipſa ſuperioritas feudalis, ſiue ipſum ius feudale & dominicum in ſubfeudum, verè eſt de pertinentiis feudi à quo idem ſubfeudum dependet, & in prehenſione feudi ſimpliciter facta includitur. vt eſt text. in §. *ſequenti.*

* Prehenſio feudi non extenditur ad ſubfeuda.

* Subfeuda non ſunt de pertinentiis feudi.

4. Sed nunquid ſufficiat generalis & expreſſa prehenſio ſubfeudorum, vt ſi dicatur prehendimus tale feudum & omnia ſubfeuda ab eo dependentia? Videtur quod ſic, quia ſunt certa, ſaltem ſuppoſito quod ſint nota ſaltem notoria euidentia facti permanentis, illa autem certitudo fungitur vice nominis, text. in *l. certum. D. ſi cert. pet.* Et ſic perinde eſt ac ſi nominatim eſſent expreſſa. Contrarium eſt dicendum, quia ſingulorum feudorum vel ſubfeudorum ſingulæ debent eſſe prehenſiones, ſicut ſingulæ & ſeparatæ ſunt aperturæ mihil inuicem habentes commune. Tum in qualibet prehenſione, in rem præſentem veniendum eſt, & prehenſio actualis notificanda vnicuique poſſeſſori, vel colonis aut vicinis, ita quod tranſeat vel tranſire debeat in cuiuſque poſſeſſoris notitiam. Alioquin non valet nec aſtringit prehenſio per not. 3. §. 1. *gloſſ. 4. not.* 1. Et neceſſe eſt ſubfeuda nedum ſpecialiter, ſed corporaliter & ſingulariter per ſe prehendi, quemadmodum prehendere deberet ipſe vaſſallus ceſſante manus iniectione ſuperioris. Et recordor alicubi 3. de hoc tetigiſſe.

5. Sublimita hæc niſi ipſa feuda fuiſſent iam prehenſa à vaſſallo immediato patrono, quia tunc non eſt opus ea prehendi. Quia quemadmodum ſuperior patronus prehendendo feudum ſuccedit in locum vaſſalli, in ius prehendendi ſubfeuda aperta quod competebat vaſſallo: ita & in ius fruendi ſubfeudis prehenſis, quod competebat vaſſallo ratione feudi. quoniam omne ius & commodum feudi vel occaſione feudi procedens, ipſo iure transfertur quantum ad fruitionem in patronum prehendentem. poterit tamen ſi velit patronus de nouo prehendere, ad hoc vt ſubfeuda aperta ſub nomine ſuo & authoritate ſua expreſſim regantur, ſed non eſt neceſſe. habet enim ipſo facto facultatem exigendi, à commiſſariis deputatis à vaſſallo, rationem eorum quæ exegerunt vel exigere debuerunt à ſubfeudis à tempore prehenſionis ſuæ: vel ſi libeat ſine noua prehenſione poteſt eos deſtituere, & nouos ſibi magis acceptos deputare.

6. Declara quarto hunc text. vt ſimiliter prehendi poſſit ſubfeudum quod vaſſallus acquiſiuerat, & in manu & in patrimonio ſuo tenebat. In quo aduertendum quòd aut illud ſubfeudum fuerat vnitum menſæ feudi ſui, & in eius catalogo inter domanialia deſcriptum & tunc non requiritur reliqua ſeparata prehenſio, quia amplius non eſt ſubfeudum, ſed pars integralis feudi, & in prehenſione æque principaliter incluſa. Aut vero non fuerat vnitum, ſed ſeorſum poſſeſſum, non aliter mutata qualitate ſubfeudi, & tunc dum feudum principale prehendit, inuenitur & iſtud apertum, quum nullum habeat proprium vaſſallum, vt recordor dixiſſe 3. §. 20. *gl. 1. g. 13.* Et ſic locus eſt huic §. vt etiam prehendi poſſit, ſed ſpeciali prehenſione opus eſt, vt nuper diximus.

7. Declara quinto, vt hic text. & omnia prædicta procedant in ſubfeudis à ſuperiori domino authoratis & approbatis: ſecus in rebus vel iuribus à ſolo vaſſallo ſubinfeudatis, quoniam huiuſmodi infeudatio non tenet in iudicium ſuperioris, nec illi nocet, nec in proprietate nec in poſſeſſione: ideo aperto feudo totum aperitur, & ſecundum tenorem inueſtiturarum antiquarum & catalogorum feudi totum poterit prehendi, & ipſo iure cadet in prehenſionem feudi, non habita ratione ſubinfeudationum vel aliarum alienationum vaſſalli, contra quem de euictione agant ſi velint coloni, ſubuaſſalli, cenſuarij, emptores fructuum, vel etiam emptores ſoli ſeu proprietatis & ſimiles, ſecundum no. in §. præcedenti.

8. Declara ſexto vt hic text. procedat nedum ſi feudum principale apertum prehendatur ex defectu hominis: ſed etiam ſi non ſit apertum, ſed ex ſolo defectu catalogi prehendatur, per not 3. §. 9. *gloſſ. 3. num. 4. & 5.* Et hoc quantum ad prehenſionem & exercitium actuum dominicalium duntaxat, in quo hæ duæ prehenſiones conueniunt, non tamen quoad lucrum fructuum, in quo differunt. Et conſequenter conueniunt in alio, videlicet quòd ſi feudum principale ex defectu catalogi prehendatur, poteſt quidem patronus ſubfeuda aperta, ſed non prehenſa prehendere, & ſumptus* prehenſionis vaſſallo imputabit, quia negotium eius rei ipſa geſſit. Sed ſi ſubfeuda iam fuerant à vaſſallo prehenſa, poteſt quidem patronus iterum prehendere authoritate ſua: ſed quia ſuperuacua eſt ſecunda prehenſio quum prima ſufficeret, non imputabit vaſſallo catalogum offerenti, & fructus tam feudi quàm ſubfeudorum recuperanti voluntarios hos & inutiles ſumptus ſecundæ prehenſionis ſubfeudorum. Et pariter ſi feudum principale ex defectu hominis apertum prehendatur: ſubfeuda autem iam erant ex defectu catalogi prehenſa, poteſt quidem ſi velit patronus iterum ſua authoritate ea prehendere, & etiam nouos commiſſarios deputare: Sed ſubuaſſallo catalogum offerenti & fructus recipienti, non imputabit hos voluntarios & inutiles ſumptus, tam in prehendendo quàm commiſſarios deputando: quia prima prehenſio & deputatio ſufficiebat. Et pari ratione non imputabit eos vaſſallo iuſta offerenti, & fructus non feudi, ſed ſubfeudorum duntaxat recuperanti, quia vaſſallus non eſſet huiuſmodi ſumptus deducturus à ſubuaſſallis quandocunque catalogum offerentibus & fructus ſubfeudorum ſuorum recuperantibus. Sumptus autem facti in prehenſione ex defectu hominis: quia nomine & effectu fiunt in rem patroni, non repetuntur à vaſſallo: niſi in caſu quo patronus nondum fructus aliquos ſufficientes percepiſſet. Cæterum hi & ſimiles ſumptus debent compenſari cum fructibus ſi quos ſuos faciat patronus, & ita puto debere intelligi & modificari. §. 60. *in fi. eodem tit. in conſuetudine Niuernenſi.*

* Sumptus prehenſionis cui imputentur.

9. Modo quæro primo, Quid ſi vaſſallus dederit inducias fidei ſubuaſſallis ſuis vſque ad annum vel plures annos; deinde ſuperior patronus feudum prehendat. An etiam iuxta hunc §. poſſit prehendere ſubfeuda? Et non loquor quando inducie ſunt neceſſarie. vt in *caſu.* §. 41. ſupra eodem, quia tunc non eſt dubium aſtringi patronum: ſed de induciis voluntariis. Et primo videtur quod non aſtringant patronum, ſed ſit locus huic §. quia inducie non tollunt nec claudunt aperturam feudi nec immutant ſtatum rei, ſed ſolum perſonalem inducunt obligationem aduerſus concedentem

inducias, vt teneatur tolerare & expectare eum cui concessit per spatium inductarum. Igitur non obstantibus inductis concessis à vassallo, subfeuda (sicut & feudum ipsum) sunt aperta superiori patrono: ergo ab eo prehendi possunt per hunc text. & sic etiam subfeudorum fructus suos faciet superior patronus, non expectato lapsu inductarum: quia non est obligatus ad expectandum, & factum vassalli non nocet patrono, nec obligatio personalis, imò nec etiam realis & voluntaria vassalli transit in patronum. In contrarium videtur, quia quamuis vere subfeuda aperta sint, tamen habentur pro non apertis, & finguntur subuassalli in fide esse quandiu durant inductæ. Et quum huiusmodi * fictio ab hac consuetudine in hac eadem materia feudali introducta sit s. §. 42. nemini dubium quin ex ea in dubiis huius materiæ & consuetudinis valide argumentari possit. per doctri. Bar. Bal. in *l. si quis seruo. super glo. ff. C. de fur. & fer. corrup.* Bar. in *l. vt tantum. in prin. per illum text. D. de fer corrup. gl. in cap. 1. in verb. declaramus. & ibi* Gemi. *necleri. vel mona. lib. 6.* Ias. in §. *ex maleficiis. in col. 7. & 8. inst. de actio. in l. transigere. col. 4. C. de transact. in l. si constante. in princip. col. 4. D. soluto matrim.*

* Fictio introducta in eadem materia.

10. Et dispositio statuti loquens in casu vero, extenditur ad casum fictum, quando fictio est introducta & approbata in eadem materia. *cap. cùm dilectus. iuncto cap. ad audientiam. de cleri. non residen. mor.* Domi. *in cap. 1. col. 2. in fi. §. presbyt. in 6.* Cæpol. inter. *consil. crimin. consi. 14. in fi.* Fel. in *c. cum Bertholdus. col. 3. de re iudic.* Ergo consuetudo quæ hic vult patronum non posse extendere manum ad subfeuda non aperta, non extenditur ad subfeuda quorum ratione concessæ sunt inductæ, quandiu illa durant. Et pro hac parte concludo, quia vassallus quandiu tolleratur, legitimam habet administrationem, imò verum ius & liberum exercitium omnium feudalium & dominicalium iurium feudi, per tex. huius consuetudinis s. *eo.* §. 42. & j. §. 61. Vnde quemadmodum ante prehensionem superioris potest sine eius præiudicium recipere subuassallos in fidem, & iura vtilia exigere vel remittere.

11. Ita potest dare inductas nedum iurium soluendorum, sed etiam fidei præstandæ, nedum ad semestre vel biennium, sed etiam ad longum vel longissimum tempus, quod est intelligendum respectu præteritæ apertuæ subfeudi duntaxat, non autem respectu futurarum: quia respectu futurarum non esset inductas concedere, nec iura feudalia administrare, vt tactum est in *l. §. 26. quæst. 1. in fi.* sed esset facere pactum de non prehendendo, & dereriorem feudi & iurium eius conditionem, quod non potest fieri in præiudicium superioris, prout etiam remissio relleuiorum futurorum, vel pactum de non petendo iura vtilia futuri temporis nullo modo nocet superiori patrono, respectu aperturarum & iurium accidentium pro tempore suo.

12. SECVNDO quæro, vtrum finita & resoluta prehensione feudi principalis, resoluantur etiam prehensiones subfeudorum factæ à superiori patrono? Breuiter dic quod non, quia sunt distinctæ & separatæ à prehensione principali. Vnde quamuis ipso iure non valeant, si prehensio principalis sit nulla: tamen ex quo legitimæ factæ sunt, subsistunt per se, & proderunt vassallo in fidem recepto, cui non erit opus nouæ prehensione, sicut prehensio vassalli prodest patrono, vt dictum est *supra eod. num. 5.* Sed quid si patronus superior tenens feudum ad manum suam, dederit subuassallis inductas præstandæ fidei, Vtrum noceant vassallo quem in fidem admisit antequam illæ finitæ essent? Videtur quod non, saltem si non sint concessæ ex causa necessaria & debita, sed mere voluntarie, & adhuc non per modum ciuilitatis consuetæ, puta ad tres vel sex menses, sed ad decem vel viginti annos, quia hoc vltimo casu videtur factum in fraudem vassalli, & feudum reddi deterius. Breuiter dicendum quòd respectu aperturæ subfeudi quæ contingit durante prehensione superioris, potest quantumcunque longas voluerit inductas concedere, sicut & (quod fortius est) potest etiam gratis remissis iuribus pro hac vice debitis subuassallum inuestire. Idem respectu veteris aperturæ quæ contingit ante huiusmodi prehensionem, si tamen ex illa non erant debita, vel amplius non debentur aliqua iura vtilia vassallo, sed simplex fidelitas. quia tunc non dicitur fieri aliquod præiudicium vassallo, quum etiam plene inuestiri possit subuassallus à superiori. Secus si iura vtilia veteris aperturæ essent adhuc debita vassallo, quia tunc inductæ superioris non durant nisi ad tempus prehensionis eius, & non vltra, imò etiam admissio in fidem & plena leuatio manus à superiori facta subuassallo resolueretur, ne præiudicium fiat vassallo in exactione iurium suorum, vt dicam j. §. *sequenti. gloss. 8. in verf. Et leur bailler main leuée.*

---

§. * LV.

* Hic articulus olim fuit 17.

ITEM, En ce cas les proprietaires ou seigneurs d'iceux arrierefiefs, & chacun d'eux, peuuent faire la foy & hommage au seigneur dont ils tiennent en arrierefief, lequel est tenu de les receuoir, & leur bailler main leuée & faire deliurance, en luy payant les droicts & deuoirs, si aucuns luy en sont deubs à cause de l'arrierefief qui leur appartient.

IN casum precedentis §. subuassalli possunt fidem & homagium præstare superiori mediato patrono, qui tenetur eos inuestire eisque manum leuare & emancipare subfeuda, soluendo per subuassallos eidem patrono iura & relleuia, si qua ratione subfeudorum illi debeantur. Hi. D.

SVMMA.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. I.

1. *Dictio Item, de ſe non eſt repetitiua, ſed ſermonis continuatiua.*
2. *Fallit, quando per dictionem item adijcitur præcedentibus oratio imperfecta.*
3. *Tres ſunt cauſæ inducentes tacitam repetitionem & tres etiam excludentes.*
4. *Conditiones appoſitæ in primis legatis, non cenſentur repetitæ in ſequentibus habentibus orationem perfectam, licet per dictionem item coniungantur.*
6. *Vtrum in legato intermedio cenſeatur repetita eadem conditio quæ eſt in præcedenti & ſequenti legato.*
7. *Dictio amplius, & vltra, ſtant tantum continuatione: ſecus in verbo, hoc amplius, quod eſt repetitiuum & coniunctiuum.*
8. *In dubio omnis depoſitio præſumitur pura.*
9. *Repetitio & ſuppletio fit vna cum eiſdem conditionibus & qualitatibus.*
   Non fit tacita repetitio, niſi congruat & ad proxima.
10. *Qualitas vel conditio poſita in principio plurium articulorum vel capitulorum refertur ad omnia.*

GLO. I. IN VER.

Item en ce cas.

SVPER ver. *Item in hunc caſum*, ſcilicet §. immediate præcedentis in fin. videlicet quando patronus, qui ex defectu hominis prehendit feudum, injecit etiam manum in ſubfeuda aperta ab eodem fundo dependentia. & hoc eſt clarum quòd hic §. non venit niſi ad gloſſam & declarationem effectus §. præcedentis.

* Dictio item.

1. Et not. quod dictio * *item* de ſe non eſt repetitiua, ſed continuatiua; & non ordinatur ad repetendum qualitates & conditiones diſpoſitionis præcedentis, ſed ad continuandum ſermonem eiuſdem capituli. vt in *l. item qui in poteſtate. D. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. item quia. D. de paſt. l. item apud Labeonem. D. de iniur. c. paſtoralis. §. item de offic. delega.* & ita ponitur & repetitur in toto diſcurſu huius conſuetudinis. nec in hoc §. operatur repetitionem præcedentis diſpoſitionis, ſed etiam operatur illud relatiuum expreſſum, *en ce cas* quanquam etiam ceſſante relatiuo, ex conjunctione & qualitate materiæ ſubiectæ tacita repetitio fieret.

2. Et eſt notandum, prout tradit Bar. in *l. in repetendis.* per illum text. *D. de leg. 3. & in l. 1. in prin. D. de public.* quod quando per dictionem item, adijcitur præcedentibus oratio perfecta, tunc dictio item non inducit repetitionem qualitatum & conditionum orationis præcedentis, ſed ſimplicem ſermonis continuationem. Quando autem per dictionem item adijcitur oratio non perfecta in ſe, ſed defectiua, ſiue ex parte appoſiti, ſiue ex parte verbi, tunc illud quod deficit, ſuppletur ex præcedenti oratione, cum eiſdem qualitatibus & conditionibus: dummodo tamen repetitio harum qualitatum & conditionum congruat. & ſic dictio item non eſt mere continuatiua, ſed repetitiua. hæc eſt mens Bart. in locis præfatis & omnes ſequuntur, & eſt ratio, quia perfecto nihil ſubaudiendum eſt, ſed imperfecta ſunt illa quæ ſupplenda ſunt per tacitam repetitionem. vt inquit Bald. in *conſ.* 132. *proponitur ad fin. lib.* 5. Vnde quando ſunt plures legandi formæ, & vtraque perfecta, tunc dictio item non inducit repetitionem, quia quando perfectus eſt ſenſus orationis nihil debet ei addi vel detrahi: ſed quando vna oratio indiget adminiculo alterius propter imperfectionem, tunc inducitur tacita & interpretatiua repetitio, vt tradit Bald. in *conſ.* 58. *in reſtitutione num.* 1. *lib.* 2. quòd ego intelligo eſſe verum nedum interueniente dictione item, vel alia coniunctione, ſed etiam ſi non ſit niſi punctus pro copula, quia tunc eſt eadem ratio.

* Tres cauſæ inducentes tacitam repetitionem : & tres eam excludentes.

3. Sunt enim * tres cauſæ inducentes tacitam repetitionem, videlicet copula, identitas orationis, & identitas rationis. Et econtra tres oppoſitæ cauſæ excludentes tacitam repetitionem, videlicet aduerſatiua, diuerſitas orationis, diuerſitas rationis, & has cauſas primum collegi ex pulchra doctrina Bal. in *conſ.* 153. *quidam teſtator. lib.* 5. vbi dicit quod omnis tacita repetitio procedit aut ratione copulæ vel conjunctionis, vt quia ſunt plura legata copulata per dictionem, &, vel per dictionem, item, vel per alias dictiones coniunctiuas vel connexas. Aut quia reguntur ab eodem verbo, & determinantur ab eodem actu verbi determinantis & regentis totam orationem. Aut per indentitatem rationis, quando ſubeſt aliqua ratio repetendi antecedentia in ſequentibus. Et ſimiliter econuerſo tres ſunt cauſæ quæ tacitam repetitionem excludunt. Prima eſt aduerſatio dictionis, vt quia eſt ibi dictio, ſed, vel ſecus, & ſimiles. Item ſeparatio diſpoſitionis ſiue orationis & temporum. Item aduerſatio rationis. Nam habentia inter ſe aduerſatiuam rationem, non habent ad inuicem tacitam repetitionem. hæc Bald. in *d. conſil.* 135. vbi littera multum eſt corrupta, ſed vt modo ſcripſi reſtitui debet.

4. Hinc cùm teſtator reliquiſſet vxorem dominam & meſſariam bonorum ſuorum, quouſque caſtè & honeſtè vixerit & vidua manſerit, & vna cum Iacob. filio ſuo moram traxerit, deinde Iaco. vniuerſalem hæredem inſtituit, & ſi dictus Iaco. moreretur ſine aliis, reliquit eidem vxori ſuæ vnam domum cum horto & quodam fundo & quaſdam alias res. Et in iſtis vltimis legatis non repetit illam conditionem, donec caſtè & honeſtè vixerit & vidua manſerit, quærebatur an tacite cenſeretur repetita. & Bald in *d. conſi.* 153. decidit quòd non per prædicta, quia ſunt inſeparata & perfecta oratione relicta, & vltra non ſubeſt eadem ratio repetendi conditionem limitatiuam in vltimis legatis, vt pote collatis poſt obitum filij ſine liberis, cuius filij fauore veriſimiliter conditiones illæ limitatiuæ erant appoſitæ in primis legatis factis viuo filio.

5. ¶ Hinc etiam Rapha. Cuma. *in conſ.* 22. teſtator legauit vxori habitationem domus, ſub conditione ſi dotem non exigeret: ſubdens, item eidem lego centum libras, & modium frumenti, cartum vini, & plauſtrum lignorum omni anno: decidit quod in hoc ſecundo legato non intelligitur repetita eadem conditio ſi dotem non exegerit, quia ſecundum legatum eſt oratio perfecta, & ſic dictio item illi adiecta non habet vim repetitionis ſed ſolius continuationis. Subdit etiam ibi Cu. & bene, quòd in legatis ſeparatim relictis non eſt laborandum de ratione diuerſitatis, quia ſufficit ſola voluntas diſponentis. *l. quia poterat. D. ad Trebell.* Et quod adiectio alterius conditionis facit tacitam alterius repetitionem ceſſare *arg. l. maritus. C. de procurato. l. cùm*

inducias, vt teneatur tolerare & expectare eum cui conceſſit per ſpatium induciarum. Igitur non obſtantibus inducijs conceſſis à vaſſallo, ſubfeuda (ſicut & feudum ipſum) ſunt aperta ſuperiori patrono: ergo ab eo prehendi poſſunt per hunc text. & ſic etiam ſubfeudorum fructus ſuos faciet ſuperior patronus, non expectato lapſu induciarum: quia non eſt obligatus ad expectandum, & factum vaſſalli non nocet patrono, nec obligatio perſonalis, imò nec etiam realis & voluntaria vaſſalli tranſit in patronum. In contrarium videtur, quia quamuis vere ſubfeuda aperta ſint, tamen habentur pro non apertis, & finguntur ſubuaſſalli in fide eſſe quandiu durant inducię. Et quum huiuſmodi * fictio ab hac conſuetudine in hac eadem materia feudali introducta ſit s. §. 42. nemini dubium quin ex ea in dubijs huius materię & conſuetudinis valide argumentari poſſit. per doctri. Bar. Bal. in *l. ſi quis ſeruo. ſuper glo. ſi. C. de fur. & ſer. corrup.* Bar. in *l. vt tantum. in prin. per illum tex. D. de ſer corrup. gl. in cap. 2. in verb. declaramus. & ibi* Gemi. *necleri. vel mona. lib.* 6. Iaſ. in §. *ex maleficio. in col.* 7. *& 8. inſt. de actio. in l. tranſigere. col.* 4. *C. de tranſact. in l. ſi conſtante. in princip. col.* 4. *D. ſoluto matrim.*

* Fictio introducta in eadem materia.

10. Et diſpoſitio ſtatuti loquens in caſu vero, extenditur ad caſum fictum, quando fictio eſt introducta & approbata in eadem materia. *cap. cùm dilectus. iuncto cap. ad audientiam. de cleri. non reſiden. mot.* Domi. *in cap. 1. col. 2. in fi. §. presbyt. in* 6. Cæpol. inter. *conſil. crimin. conſi.* 14. *in fi.* Fel. in *c. cum Bertholdus. col.* 3. *de re iudic.* Ergo conſuetudo quæ hic vult patronum non poſſe extendere manum ad ſubfeuda non aperta, non extenditur ad ſubfeuda quorum ratione conceſſæ ſunt inducię, quandiu illa durant. Et pro hac parte concludo, quia vaſſallus quandiu tolleratur, legitimam habet adminiſtrationem, imò verum ius & liberum exercitium omnium feudalium & dominicalium iurium feudi, per tex. huius conſuetudinis s. *eo.* §. 42. & j. §. 61. Vnde quemadmodum ante prehenſionem ſuperioris poteſt in eius præiudicium recipere ſubuaſſallos in fidem, & iura vtilia exigere vel remittere.

11. Ita poteſt dare inducias nedum iurium ſoluendorum, ſed etiam fidei præſtandæ, nedum ad ſemeſtre vel biennium, ſed etiam ad longum vel longiſſimum tempus, quod eſt intelligendum reſpectu præteritæ aperturæ ſubfeudi duntaxat, non autem reſpectu futurarum: quia reſpectu futurarum non eſſet inducias concedere, nec iura feudalia adminiſtrare, vt tactum eſt in *d.* §. 16. *quæſt.* 1. *in fi.* ſed eſſet facere pactum de non prehendendo, & deteriorem feudi & iurium eius conditionem, quod non poteſt fieri in præiudicium ſuperioris, prout etiam remiſſio reliquorum futurorum, vel pactum de non petendo iura vtilia futuri temporis nullo modo nocet ſuperiori patrono, reſpectu aperturarum & iurium accidentium pro tempore ſuo.

12. SECVNDO quæro, vtrum finita & reſoluta prehenſione feudi principalis, reſoluantur etiam prehenſiones ſubfeudorum factæ à ſuperiori patrono? Breuiter dic quod non, quia ſunt diſtinctæ & ſeparatæ à prehenſione principali. Vnde quamuis ipſo iure non valeant, ſi prehenſio principalis ſit nulla: tamen ex quo legitimæ factæ ſunt, ſubſiſtunt per ſe, & proderunt vaſſallo in fidem recepto, cui non erit opus noua prehenſione, ſicut prehenſio vaſſalli prodeſt patrono, vt dictum eſt *ſupra eod. num.* 5. Sed quid ſi patronus ſuperior tenens feudum ad manum ſuam, dederit ſubuaſſallis inducias præſtandæ fidei, Vtrum noceant vaſſallo quem in fidem admiſit antequam illæ finitæ eſſent? Videtur quod non, ſaltem ſi non ſint conceſſæ ex cauſa neceſſaria & debita, ſed mere voluntarie, & adhuc non per modum ciuilitatis conſuetæ, puta ad tres vel ſex menſes, ſed ad decem vel viginti annos, quia hoc vltimo caſu videtur factum in fraudem vaſſalli, & feudum reddi deterius. Breuiter dicendum quòd reſpectu aperturæ ſubfeudi quæ contingit durante prehenſione ſuperioris, poteſt quantumcunque longas voluerit inducias concedere, ſicut & (quod fortius eſt) poteſt etiam gratis remiſſis iuribus pro hac vice debitis ſubuaſſallum inueſtire. Idem reſpectu veteris aperturæ quæ contingit ante huiuſmodi prehenſionem, ſi tamen ex illa non erant debita, vel amplius non debentur aliqua iura vtilia vaſſallo, ſed ſimplex fidelitas. quia tunc non dicitur fieri aliquod præiudicium vaſſallo, quum etiam plene inueſtiri poſſit ſubuaſſallus à ſuperiori. Secus ſi iura vtilia veteris aperturæ eſſent adhuc debita vaſſallo, quia tunc inducię ſuperioris non durant niſi ad tempus prehenſionis eius, & non vltra, imò etiam admiſſio in fidem & plena leuatio manus à ſuperiori facta ſubuaſſallo reſolueretur, ne præiudicium fiat vaſſallo in exactione iurium ſuorum, vt dicam j. §. *ſequenti. gloſſ.* 8. *in verſ. Et leur bailler main leuée.*

§. * LV.

* Ric article olim fuit 57.

ITEM, En ce cas les proprietaires ou ſeigneurs d'iceux arrierefiefs, & chacun d'eux, peuuent faire la foy & hommage au ſeigneur dont ils tiennent en arrierefief, lequel eſt tenu de les receuoir, & leur bailler main leuée & faire deliurance, en luy payant les droicts & deuoirs, ſi aucuns luy en ſont deubs à cauſe de l'arrierefief qui leur appartient.

IN caſum precedentis §. ſubuaſſalli poſſunt fidem & homagium præſtare ſuperiori mediato patrono, qui tenetur eos inueſtire eiſque manum leuare & emancipare ſubfeuda, ſoluendo per ſubuaſſallos eidem patrono iura & relenia, ſi qua ratione ſubfeudorum illi debeantur. H. D.

SVMMA.

SVMMARIA GLO. I.

1. *Dictio Item, de se non est repetitiua, sed sermonis continuatiua.*
2. *Fallit, quando per dictionem item adijcitur præcedentibus oratio imperfecta.*
3. *Tres sunt causæ inducentes tacitam repetitionem & tres etiam excludentes.*
4. *Conditiones appositæ in primis legatis, non censentur repetitæ in sequentibus habentibus orationem perfectam, licet per dictionem item coniungantur.*
6. *Vtrum in legato intermedio censeatur repetita eadem conditio quæ est in præcedenti & sequenti legato.*
7. *Dictio amplius, & vltra, stant tantum continuatione: secus in verbo, hoc amplius, quod est repetitiuum & coniunctiuum.*
8. *In dubio omnis depositio præsumitur pura.*
9. *Repetitio & suppletio fit vna cum eisdem conditionibus & qualitatibus.*
   Non fit tacita repetitio, nisi congruat & ad proxima.
10. *Qualitas vel conditio posita in principio plurium articulorum vel capitulorum refertur ad omnia.*

GLO. I. IN VER.

Item en ce cas.

SVPER ver. *Item in hunc casum*, scilicet §. immediate præcedentis in fin. videlicet quando patronus, qui ex defectu hominis prehendit feudum, injecit etiam manum in subfeuda aperta ab eodem fundo dependentia. & hoc est clarum quòd hic §. non venit nisi ad glossam & declarationem effectus §. præcedentis.

* Dictio Item.

1. Et not. quod dictio * *item* de se non est repetitiua, sed continuatiua; & non ordinatur ad repetendum qualitates & conditiones dispositionis præcedentis, sed ad continuandum sermonem eiusdem capituli. vt in *l. item qui in potestate. D. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. item quia. D. de pact. l. item apud Labeonem. D. de iniur. c. pastorales. §. item de offic. delega.* & ita ponitur & repetitur in toto discursu huius consuetudinis nec in hoc §. operatur repetitionem præcedentis dispositionis, sed etiam operatur illud relatiuum expressum, *en ce cas* quanquam etiam cessante relatiuo, ex conjunctione & qualitate materiæ subiectæ tacita repetitio fieret.

2. Et est notandum, prout tradit Bar. in *l. in repetendis.* per illum text. *D. de leg. 3. & in l. 1. in prin. D. de publica.* quod quando per dictionem item, adijcitur præcedentibus oratio perfecta, tunc dictio item non inducit repetitionem qualitatum & conditionum orationis præcedentis, sed simplicem sermonis continuationem. Quando autem per dictionem item adijcitur oratio non perfecta in se, sed defectiua, siue ex parte appositi, siue ex parte verbi, tunc illud quod deficit, suppletur ex præcedenti oratione, cum eisdem qualitatibus & conditionibus: dummodo tamen repetitio harum qualitatum & conditionum congruat. & sic dictio item non est mere continuatiua, sed repetitiua. hæc est mens Bart. in locis præfatis & omnes sequuntur, & est ratio, quia perfecto nihil subaudiendum est, sed imperfecta sunt illa quæ supplenda sunt per tacitam repetitionem. vt inquit Bald. in *cons.* 132. *proponitur ad fin. lib.* 5. Vnde quando sunt plures legandi formæ, & vtraque perfecta, tunc dictio item non inducit repetitionem, quia quando perfectus est sensus orationis nihil debet ei addi vel detrahi: sed quando vna oratio indiget adminiculo alterius propter imperfectionem, tunc inducitur tacita & interpretatiua repetitio, vt tradit Bald. in *cons.* 58. *in restitutione num.* 1. *lib.* 2. quòd ego intelligo esse verum nedum interuenjente dictione item, vel alia coniunctione, sed etiam si non sit nisi punctus pro copula, quia tunc est eadem ratio.

* Tres causæ inducentes tacitam repetitionem: & tres eam excludentes.

3. Sunt enim * tres causæ inducentes tacitam repetitionem, videlicet copula, identitas orationis, & identitas rationis. Et econtra tres oppositæ causæ excludentes tacitam repetitionem, videlicet aduersatiua, diuersitas orationis, diuersitas rationis, & has causas primum collegi ex pulchra doctrina Bal. in *cons.* 153. *quidam testator. lib.* 5. vbi dicit quod omnis tacita repetitio procedit aut ratione copulæ vel conjunctionis, vt quia sunt plura legata copulata per dictionem, &, vel per dictionem, item, vel per alias dictiones coniunctiuas vel connexas. Aut quia reguntur ab eodem verbo, & determinantur ab eodem actu verbi determinantis & regentis totam orationem. Aut per identitatem rationis, quando subest aliqua ratio repetendi antecedentia in sequentibus. Et similiter econuerso tres sunt causæ quæ tacitam repetitionem excludunt. Prima est aduersatio dictionis, vt quia est ibi dictio, sed, vel secus, & similes. Item separatio dispositionis siue orationis & temporum. Item aduersatio rationis. Nam habentia inter se aduersatiuam rationem, non habent ad inuicem tacitam repetitionem. hæc Bald. in *d. consil.* 135. vbi littera multum est corrupta. sed vt modo scripsi restitui debet.

4. Hinc cùm testator reliquisset vxorem dominam & messariam bonorum suorum, quousque castè & honestè vixerit & vidua manserit, & vnà cum Iacob. filio suo moram traxerit, deinde Iaco. vniuersalem hæredem instituit, & si dictus Iaco. moreretur sine aliis, reliquit eidem vxori suæ vnam domum cum horto & quodam fundo & quaidam alias res. Et in istis vltimis legatis non repetit illam conditionem, donec caste & honestè vixerit & vidua manserit, quærebatur an tacite censeretur repetita. & Bald in *d. cons.* 153 decidit quòd non per prædicta, quia sunt inseparata & perfecta oratione relicta, & vltra non subest eadem ratio repetendi conditionem limitatiuam in vltimis legatis, vtpote collatis post obitum filij sine liberis, cuius filij fauore verisimiliter conditiones illæ limitatiuæ erant appositæ in primis legatis factis viuo filio.

5. ¶ Hinc etiam Rapha. Cuma. *in cons.* 22. testator legauit vxori habitationem domus, sub conditione si dotem non exigeret: subdens, item eidem lego centum libras, & modium frumenti, cartum vini, & plaustrum lignorum omni anno: decidit quod in hoc secundo legato non intelligitur repetita eadem conditio si dotem non exegerit, quia secundum legatum est oratio perfecta, & sic dictio item illi adiecta non habet vim repetitionis sed solius continuationis. Subdit etiam ibi Cu. & bene, quòd in legatis separatim relictis non est laborandum de ratione diuersitatis, quia sufficit sola voluntas disponentis. *l. quia poterat. D. ad Trebell.* Et quod adiecto alterius conditionis facit tacitam alterius repetitionem cessare *arg. l. maritus. C. de procurato. l. cùm*

ex filio. §. filio. D. de vulga. & pupilla. l. & habet. §. cum quis. D. de preca. Et quod non est de vno ad aliud facienda repetitio, quando apparet testatorem sæpius legandi modum variasse, & sic diuersimode voluisse in singulis disponere.

6. Sed ad maiorem horum intelligentiam, Quæro, testator fecit tria legata vxori meæ domum, & suppellectilia ad fruendum quandiu vixerit & vitam vidualem & honestam seruauerit. Item vltra prædicta lego eidem fundum fruendum quandiu vixerit & vitam vidualem & honestam seruauerit. Vtrum in legato ducentorum intelligantur repetita verba & conditio apposita in præcedenti & sequenti legato, videlicet ad fruendum quandiu in viduitate vixerit? Videretur quòd sic, arg. eorum quæ præcedunt & quæ sequuntur. *l. si ferum plurium in fi. D. de lega. 1 & l. quæsitum. D. de lega. 3.* vbi legatum quod est in medio regulatur & declaratur secundum præcedens & sequ. Et ita expressim decidit Paul. *consil. 88. viso legato lib. 1.* Et mouetur duplici & non tenui ratione. Prima, quia in d. secundo legato ducentorum continentur hæc verba, vltra prædicta. & sic insunt duæ dictiones repetitiuæ, videlicet prima dictio, Item quæ qualitates & conditiones præcedentis legati repetit in sequenti. vt est text. in d. l. in repetendis: Et secunda dictio vltra, quæ similiter est repetitiua sicut dictio hoc amplius. *vt not. in l. qui ita. D. de dot. præleg.* & repetit qualitatem præcedentis legati in sequenti. *l. si tibi pure. D. de legat. 3.* Secunda ex eo quod in sequenti & tertio legato continentur eadem verba. Item vltra prædicta, quæ similiter repetunt & influunt qualitatem sequentis in præcedenti, sicut dictio hoc amplius *vt no.* Dy. & Bar. *in d. l. si tibi pure. post glo. ibi. quæ mouet illud dubium & non soluit clare. sed* Dy. & Bar. *dicunt esse casum. in l. Aurel. §. testator. D. de libera. lega.*

*Reprobatur consilium Pauli.

7. Sed istæ rationes quantumcunque coloratæ nihil* valent, quia consistunt in hoc quòd Paul. in d. consilio nititur adæquare istud complexum *hoc amplius*, illi dictioni *vltra*. in quo multum decipitur, quia dictio vltra* bene æquiparatur simplici dictioni amplius, quæ apposita post præcedentem dispositionem non stat nisi continuatiue. *vt est text. in l. si ferum legatum. §. si ita scriptum. D. de legat. 1.* Secus de dictione hoc amplius, quæ est repetitiua & coniunctiua, vt pulchre declarat Bald. in d. §. si ita scriptum. Et sic pro resolutione concludo in præfato themate, secundum legatum esse purum & perpetuum, & limitationem præcedentium & sequentium non esse in eo repetitam.

* Vltra & Amplius dictiones.

8. Tum quia in dubio legatum, contractus & omnis dispositio censetur pura, si in ea non inferatur dies vel conditio, & non præsumitur inseri. *l. 1. D. de cond. & demonst. l. libertis libertabúsque. in fi. D. de adi. lega. l. eum qui calendis. §. quoties. D. de verb. obliga.* no. Cuma. in *d. consi. 22.* Philip. Corn. in *consi. 105. pro parte col. 2. lib. 2.* Et in dubio, dictio item, amplius, & similes, sunt continuatiuæ & solum repetunt actum loquendi, non autem rem siue dispositionem præcedentem eiusque qualitates. vt sentit Bald. in *d. §. si ita scriptum.*

9. Fallit autem secundum doct. Bart. in *d. l. in repetendis.* communiter approbatam, quando adijciuntur orationi imperfectæ, quæ debet suppleri ex præcedenti, quia tunc suppletur vna cum qualitatibus & conditionibus præcedentibus, & non aliàs. Ita sequitur Alex. in *consi. 117. Visis supra narratis col. 3. lib. 1.* Iaſ. in *§. aque si agat. col. 7. Iustit. de actio. & in con. 107. col. 2. lib. 1.* Et adhuc hanc fallentiam sublimita primo vt procedat dummodo repetitio congruat. Alioquin nunquam fuit suppletio & repetitio. vt est pulcher text. in *l. cum pater. §. cum imperfecta. D. de lega. 2.* etiam in eadem oratione & interueniente dictione repetitiua, vt tradit Bar. in *d. l. in repetendis. col. fi. vers. Item aduerte.* & sequitur Paul. in *cons. 275. super primo. col. fi. lib. 1.* Sublimita secundo, vt* non fiat relatio nec repetitio nisi ad proximam dispositionem à qua oratio imperfecta ei addita suppleri debet, non autem ad remota, & ea quæ longe præcedunt, multis aliis interpositis. Paul. in *cons. 16. Viso dicto puncto. in fi. lib. 2.* Et hoc nisi de verisimili mente disponentis appareat, quòd subintellexit & repeti voluit conditionem in præcedenti & separata dispositione appositam. vt per Paul. in *consi. 11. super primo. in fi. lib. 2.* vbi exempla vide si vacat. Sublimita tertio, & generaliter omnia prædicta, vt procedant in qualitate vel conditione inclusa in vno capitulo, quare non debet repeti nec extendi ad illud capitulum separatum. vt in *l. petens. C. de past. in l. 3. §. 1. D. de libe. & posthu.* Secus si in qualitate vel conditione posita in principio plurium articulorum vel capitulorum, quia ad omnia refertur de se & ex serie sermonis. per text. & ibi Canoni. *in capitulo secundo requiris de appell.* Vnde si testator filio instituto quædam legata fecerit, deinde dicat quod si contingat filium meum decedere sine filiis, lego Titio feudum. Item lego Caio centum, & sic de singulis, semper in omnibus legatis sequentibus etiam per orationem perfectam explicitis, inerit præfata conditio: si filius decesserit sine filiis, quia non fuit inclusa in primo legato, sed posita tanquam titulus & caput omnium sequentium dispositionum & hæc est melior ratio, ea quam reddit Bar. in *d. l. in repetendis q. pen.* Vbi se fundat in dictione aduersatiua, quòd si, sin autem, & similibus: quia etiam si nulla esset dictio aduersatiua, adhuc idem esset dicendum. Ad hoc Paul. in *consil. 122. Viso puncto lib. 2.* Plura super his habeo in collectaneis meis, sed ne nimis excedam materiam huius tit. & §. dicam infra tit. 7.

*Relatio non fit nisi ad proximo.

SVMMARIA GLO. II.

1. Proprietas *strictius*, dominium *latius accipitur.*

De iure scripto proprietas non capitur nisi pro directo dominio, & nunquam obliquatur.

Proprietas non adaptatur ad iura incorporalia, sed bene quasi proprietas.

2. *De consuetudine Franciæ proprietas sumitur pro ipso vtili & immediato domino.*

3. *Solus proprietarius est persona legitima ad fidelitatem præstandam.*

4. 5. *Tamen negligente proprietario tenetur patronus doariam iura offerentem in fidem admittere, vel ei inducias dare: sed aduersus alium vsufructuarium mero iure suo vti possunt.*

6. *Patronus potest per alium fidelitatem exigere, & tamen non tenetur eam recipere per alium.*

7. *Proprietario iuste impedito tenetur patronus vsufructuarium in fidem admittere vel ei inducias dare.*

8. *Quomodo succurratur fructuario aduersus proprietarium detrectantem ob sequia.*

Quilibet habens interesse potest se opponere iustæ prehensioni patroni etiam inuito vassallo.

Digitized by Google

GLO. II. IN VER.

Les proprietaires & Seigneurs.

HOc eſt proprietarij vel domini ſcilicet ſubuaſſalli. Not. quod ſecundum communem noſtrum modum loquendi aliter quam in iure ſcripto accipimus iſtud verbum proprietas. quia de iure proprietas ſtrictius, & dominium latius accipitur, vt vult Bald. in *c. 1. §. 1. de inueſti. de re alie. fac. in vſib. feudorum.* appellatione enim dominij, venit omne dominium, ſiue directum, ſiue vtile, ſiue feudale, ſiue emphyteuticum, vel ſuperficiarium & etiam dominium iurium. Vnde vſufructuarius dicitur habere dominium. *l. 3. §. dare. l. 4. D. de vſufruct.* quod eſt intelligendum ſeruitutis ſuæ & iuris vſufructus. vt eſt text. in *l. vſumfructum. D. ſi vſufruct. peta.* & dictum eſt ſupra §. 1. *q.* 2. Sed proprietas non capitur niſi pro ipſo directo dominio, dicitur enim proprietas, quaſi propria tua. Vnde nomen * proprietas eſt nomen directum, & nunquam obliquatur, nec ponitur pro vtili dominio, vt tradit Bal. in *l. proprietas. in princ. in l. cùm res in fin. C. de probat.* & dicit Bal. in *l. pen. c. 2. C. ſi à no. comp. iud.* quòd appellatione proprietatis ſemper intelligitur de directa. & late deducit Lanfran. de Pra. *in rubri. de cauſ. poſ. & propr.* Alex. in *l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. col. 1. D. de dam. infect.* Iaſo. in *l. naturaliter. §. nihil commune col. 2.* & ibi Franc. Ripa. *in repet. d. §. col. 1. D. de acquir. vel amit. poſſeſſ.* Plus dicit Ant. Bur. in *c. ſi. col. 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* quòd proprietas non eſt adaptabilis ad iura incorporalia: licet ad ea ſit adaptabilis poſſeſſio vel quaſi. Tamen ſaltem ſicut quaſi poſſeſſio, ita & quaſi proprietas adaptatur. text. eſt in *cap. ſi. ibi in proprietate vel quaſi memorati iuris. de iudi. & de quaſi proprietate eſt glo. ſing. iuncto.* tex. in *l. 2. §. quædam. D. de interdict.* quam ſequuntur Bal. Aluaro. in *d. cap. 1. §. 1. de inueſti. de re alie. facit.* Alex. Iaſ. in *locis prefatis.* Vnde in terminis iuris vaſſallus vel emphyteuta nunquam dicitur proprietarius, ſed bene dominus: ſolus autem dominus directus dicitur habere proprietatem.

* Proprietas eſt nomen directum & non obliquatur.

* Quaſi proprietas.

2. Sed apud nos eſt econuerſo, quia dominus directus non dicitur proprietarius, nec habere proprietatem ſoli, ſed ſolùm dominium ſuum ſuperius: Vaſſallus autem, cenſuarius vel emphyteuta dicitur habere verum dominium & proprietatem ipſius rei: Et hunc ſolum proprietarium vocamus. Et eſt ratio, quia dominium vtile quandiu durat vincit directum, eique præfertur ſicut vtilis actio directæ. *l. procuratore. D. de procurator.* & ad dominum vtilem ſpectat immediata diſpoſitio rei iure dominij. Ad dominum autem directum non ſpectat niſi mediate & remote. Imò non dicitur habere poteſtatem & adminiſtrationem ipſius rei, ſed ſolum iuris ſui directi & poteſtatis dominicæ, cuius per ſe ſumptæ apud nos vocatur proprietarius dumtaxat. Et ſic domini directi magis habent poſſeſſionem vel quaſi & dominium iurium ſuorum, quàm ipſius rei vel ſoli, per no. 3. §. 1 *gloſſ. 6.* Merito non vocantur proprietarij ipſius rei: quia ſolum feudale in ſe magis propriè eſt vaſſalli, quàm patroni, cuius propriè eſt ius patronatus. Et ſic patet variata acceptionis ratione, etiam verum proprietatis etymon noſtro vſui loquendi congruere. Notandum eſt igitur, quod in tota patria conſuetudinaria vaſſalli & ſimiles domini vtiles, domini & proprietarij rerum vocantur.

3. Not. ſecundo quod ad ſolum verum vaſſallum, ſiue dominum vtilem & proprietarium feudi ſpectat fidem & homagium præſtare patrono, ſcilicet nomine proprio. & ratio eſt manifeſta, quoniam præſtationi fidelitatis ineſt recognitio & ſubiectio rei recognitæ ſub conditione feudali, quæ non poteſt rem ſubijcere & afficere nec eius ſtatum immutare. Et pariter circa perſonas ineſt mutua correlatio; quæ non poteſt cadere niſi in propriis & veris ſubiectis correlationum, quoniam fidelitatem facere eſt debitum honoris & reuerentiæ inſeparabile à perſona, multomagis quàm opera perſonæ cuius induſtria eſt delecta, quia per alium eiuſdem conditionis & induſtriæ ſolui poteſt, *l. nemo eſt qui neſciat.* & ibi Bar. *D. de duob. reb.* Sed hic non agitur de aliquo opere facto, ſed de ipſa operatione cohærente perſonæ & prout eſt in fieri, ideo nullomodo per alium ſuo nomine, nec alij præſtari poteſt, quia iam eſſet honor alterius, & aliud obſequium, vt in ſimili text. in *l. ſeruus patroni. & in l. quia alia opera erunt. D. de ope. liber.*

4. Sed occurrit quæſtio valde neceſſaria, Vtrum vſufructuarius poſſit fidelitatem & homagium facere pro tempore ſui vſufructus? Videretur quod ſic, quia vſufructuarius eſt pars dominij. *l. 4. de vſufruct. l. cum filius. §. dominus. D. de legat. 2.* Tum quia ad fructuarium ſpectant onera feudalia, puta ſoluendi releuia pro tempore ſuo accidentia, niſi quæ facto voluntario proprietarij ſuperueniunt. vt ſ. §. 33. *q.* 47. *nu.* 157. Igitur etiam ad eum ſpectare videtur onus homagij. Et hoc ſaltem benigne videtur admittendum ad vitanda inconuenientia, & ne malitia proprietarij fructuarius defraudetur. Pone viduam * doariam ſoluiſſe releuium debitum ratione obitus mariti mortui ſine liberis, cuius hæres contemnit fidelitatem facere in fine inducíarum, vel alij cedit, aut vendit feudum, & ſic iterum aperitur & prehenditur à patrono, nolente emptore fidelitatem offerre. Vidua adit patronum, iterum releuium vel quintum pretij de ſuo offerens fidelitatem ei præſtare nomine ſuo tanquam fructuaria pro tempore vſufructus, & hæc tenendo quod doaria pro tempore ſito non ſit vere domina, ſed vſufructuaria, quę eſt verior opinio, vt diximus ſ. tit. *des doüaires in rub.* vel nomine proprietarij ex generali mandato incluſo in vſufructu ſupplicat admitti, vel inducias fidei dari, vtrum patronus ad aliquod horum teneatur? Videtur quod ſic, tum fauore *matrimonij*, ſiue doarij ne depereat quod eſt fauorabile, tum attento quod patrono omnia iura ſua vtilia offeruntur, nec amplius eius intereſt tenere feudum ad manum ſuam niſi ad irrogandum pœnam contumaci & indeuoto vaſſallo, quod non videtur intereſſe conſiderabile hoc caſu reſpectu viduæ innocentis, & quicquid in ſe eſt facientis. & maximè attento quod pœna hæc non cadit immediate in vaſſallum delinquentem, ſed cadit in viduam innocentem. Et maximè ſi conſtet proprietarium non abſtinere à fidelitate niſi in necem & iniuriam viduæ, non enim videtur congruum patrono, quia æquitatem rigori præferre debet, quòd malitia aliena abutatur in damnum innocentis, & velut particeps alienæ malitiæ efficiatur.

* An doaria ſit habilis ad fidelitatem præſtandam.

5. Aduerte pro breui reſolutione quòd meto iure & de rigore non teneatur patronus viduam agnoſcere, nec inducias ei dare: tamen fauore donationis ante nuptias ſeu doarij, cui non minus tribuendum eſt quam dori per no. ſ. *tit.* 12. *in rub.* puto præter communem regulam ſpeciali fauore ſuccurrendum huic viduæ, vt etiam quicquid in ſe eſt facientem (ne doarium depereat) teneatur in fidem admittere, vel ſaltem ei eiuſque reſpectu dumtaxat inducias dare, feudúmque illi ad eius vi-

tam emancipare. Sed in alio mero vſufructuario, cui forte vſufructus legatus, donatus vel venditus eſt, puto non teneri patronum ad aliquod prædictorum, ſed poſſe frui feudo & fructus facere etiam fructuariis colonis, & aliis quibuſcunque à vaſſallo cauſam habentibus expulſis, nec cuiquam facit iniuriam, quia iure ſuo vtitur. Verum eſt quod ſi velit poteſt eum in fidem admittere tanquam fructuarium pro tempore ſuo, ſed non tenetur, cùm vſufructuarius non habet legitimam perſonam ad fidelitatem præſtandam (ſed ſolus proprietarius. text. eſt hic in *prine. & fi. huius §. ibi, qui leur appartient.* Et ita communiter volunt conſuetudines huius regni, vt Victriaca §. 97. Cænomanenſis §. 135. & reliquæ. Et licet fructuarius habeat legitimam perſonam ad fidelitatem ab aliis recipiendam nomine ſuperioris proprietarij per no. §. 1. *gloſſ. 1. & §. 20. gloſſ. 2. 9. 2.* Tamen non habet legitimam perſonam in caſu conuerſo, ad eam ſuperiori & patrono proprietarij præſtandam. Et ſic hoc caſu contrariorum non eſt eadem ratio, & diuerſitas conſiſtit in duobus. Primo in hoc quod reſpectu ſuperioris, vſufructuarius feudi non eſt vſufructuarius, ſed pure extraneus, & ab eo (ſicut & colonus vaſſalli) expelli poteſt. *vſ. §. 58. & 59.*

6. Secundo in hoc quod patronus inuito vaſſallo poteſt * per alium nomine ſuo fidelitatem exigere: ſed vaſſallus non poteſt eam per alium præſtare, quia eſt debitor obſequij perſonæ cohærentis, & ab ea inſeparabilis. Et non poteſt inuito creditore aliud præſtare neque per alium ceſſante iuxta cauſa. Vnde licet poſſet patronus ſi velit fructuarium in fidem admittere nomine proprietarij ex generali mandato adhærente vſufructui. *l. 1. in fi. D. de oper. no. nuntia.* Tamen non tenetur, multominus quàm non tenetur in fidem admittere tutorem vel cuſtodem nobilem vel paganum vaſſalli pupilli, vel verum procuratorem etiam cum ſingulari mandato, niſi in caſu iuſti impedimenti *vſ. §. 67.*

* Patronus fidem exigit, non recipit per alium.

7. Not. tamen quòd in caſu iuſti impedimenti proprietarij, quemadmodum tenetur patronus verum procuratorem vaſſalli iuſta offerentem in fidem admittere, vel ei inducias dare: ita etiam eodem caſu vel ſimplicem vſufructuarium nomine vaſſalli tenetur admittere, vel eidem inducias dare, vt diximus in dict. §. 67. Alioquin ceſſante iuſto impedimento vaſſalli, non tenetur patronus fructuarium etiam aliàs ſpeciale & generale mandatum habentem in fidem admittere, nec ei ſimplices inducias concedere: ſed iure ſuo dominico vti poteſt.

8. Quomodo igitur conſuletur vſufructuario? Reſp. quamuis nullum directum remedium habeat aduerſus patronum iure ſuo vtentem, primo agere poteſt contra proprietarium vt fidelitatem faciat, vel debite offerat, alioquin in omnia damna & intereſſe condemnabitur. Poteſt etiam ſi habeat proprietatem hypothecatam, prout in ſimili diximus. §. 18. *num.* 20. in creditoribus hypothecariis curare feudum virtute hypothecæ prehendi ſiue ſaiſiri & ſubhaſtari, non obſtante priori prehenſione patroni, ſemper interim manente & effectum ſuum ſortiente, donec ſupremus licitator cui ad onus vſufructus & onerum feudalium ſubfeudorum feudum adiudicatum fuerit, debita iura & obſequia præſtiterit vel obtulerit: non enim teneretur interim patronus admittere in fidem ſimplices commiſſarios vel inducias dare vſque ad finem ſubhaſtationum, cùm non habeant ad hoc legitimam perſonam, vtpote feudo non vacante, ſecus de curatione bonis vacantibus dato, qui proprietarij perſonam repræſentat. vt diximus §. §. 9. *gl. 4. in prine.* Si tamen proprietario & vaſſallo vtpote minori annis deberentur inducię legitimæ, puto fructuarium de illis excipere poſſe, quoniam ipſo iure à lege ſupplentur. Et etiam quocunque modo aliàs manus iniectio patroni ſit iniuſta & nulla, poteſt vſufructuarius vel recuſante proprietario, imò etiam ſimplex colonus ſe opponere pro iure ſuo, & nullitatem prehenſionis allegare & probare, & ad hoc eſt admiſſibilis, quum ſua intereſſit. Et quum prehenſio ipſo iure nulla ſit, nullum eis præſtat impedimentum. *c. non præſtat. de reg. iur. in 6. fec. not. infra eod. gloſſ. 5. num. 4.*

GLO. IV. IN VER.

D'iceux arriereſiefs.

IN verbo dictorum ſubfeudorum ſcilicet apertorum tempore manus iniectionis mediati patroni in feudum principale, vel quæ ea durante aperta ſunt, & ſingulariter à ſuperiore patrono prehenſa, poſt debitam & legitimam & recte denuntiatam prehenſionem feudi principalis, vel ſimul & eodem tempore, quia ordine intellectus præcedere intelligitur prehenſio feudi principalis per not. Bar. Angel. Alexandri *& aliorum in leg. 2. §. prime. D. de vulga. & pupill.* Bald. Ioan. de Imol. in *l. cum in teſtamento. §. hæc verba. D. de hæred. inſtitu.* Bald. Philip. Cor. in *l. qui fideicommiſſarium. C. de fideicom.* Si autem prius fieret prehenſio ſubfeudi ipſo iure non valeret, quia patronus nihil habet iuris in ſubfeuda, niſi poſt prehenſionem debitam feudi, nec conualeſceret feudo poſtea recte prehenſo, ſed noua ſubfeudorum prehenſione opus eſſet. ¶ Quid ſi * prima prehenſio fuit nulla, verum ea non reuocata fieri poſſet hæc ſecunda? Reſpond. quòd ſic, ſi nihil fuerit ablatum. Sed ſi qui fructus vel alia fuerunt oblata de facto expulſo ſubuaſſallo vel eius colonis, prius ante omnia redintegrari debet, quam ad nouam validam & efficacem prehenſionem procedi poſſit, de quo in præcedentibus dictum fuit. Et ſic hoc reſpectu tutum eſt ipſummet ſubuaſſallum & eius colonum commiſſarium ſubfeudi prehenſi deputare, quia tunc in caſum nullitatis prehenſionis, ſtatim noua & valida fieri poteſt. quia nulla imminet redintegratio de facto per prius fienda. Verbo enim reuocari poteſt quod verbo factum eſt. Et not. quòd totus iſte. §. intelligitur quamdiu durat prehenſio & apertura feudi medij: quia ſi vaſſallus fuerit in fidem admiſſus etiam ſimplici verbo, ex tunc ſtatim habet omne ius & omnem poteſtatem in ſubuaſſallos, & non ſuperior patronus, etiam ſi nondum actualiter manum leuauerit, nec feudum reſtituerit, ſatis eſt enim quòd deſiit eſſe apertum vt ceſſet diſpoſitio huius §. Quod ampliatur etiam ſi patronus ſuperior admiſiſſet vaſſallum in fidem cum reſeruatione fructuum & iurium, & citra leuationem manus ad tempus, forte donec releuia & iura à vaſſallo debita ſint ſoluta, quia quamuis attento quòd amiſſio in fidem eſt gratioſa valeat huiuſmodi reſeruatio in præiudicium vaſſalli, vt diximus ſupra §. 1. *gloſſ. fin. queſt. 3.* Et conſequenter valeat reſpectu ſubuaſſallorum ſi conſentiant. Tamen illis inuitis non valet niſi quoad iura vilia, quia videtur velut ceſſa ſuperiori velut cuilibet à vaſſallo & patrono immediato. Sed non quin poſſint inueſtiri ab eo patrono immediato & valeat inueſtitura, ita quòd non poterit infringi à ſuperiore patrono, ex quo non ſumus in terminis huius conſuetudinis, quia non eſt verum dicere feudum eſſe in manu patroni ex defectu hominis, ex quo habet hominem actu vaſſallum, & in fidem admiſſum, & ſic nihil poteſt in ſubuaſſallos.

* Verum ſecunda prehenſio valeat prima quæ nulla eſt non reuocata.

SVMMARIA GLO. VI.

1. *Verbum quisque est vniuersale distributiuum.*
2. *Quod præstatur pro iucundo aduentu non est in fructu.*
3. 4. *Et hæc est vera ratio (omissis rationibus Oldra.) cur non spectet ad conductorem fructuum.*
5. *Tamen illud quod debetur pro iucundo aduentu, transit & spectat ad superiorem patronum ex defectu hominis fruentem.*
6. *Nouus aduentus ex persona vassalli & non patroni attendi debet.*
7. *Quod datur pro iucundo aduentu, non transit in fructuarium, nec in emptorem fructuum, siue ex debito, siue ex voluntate detur.*

GLO. IV. IN VER.

Et chacun d'eux.

VIDE verb. *& quisque eorum*, scilicet subuassallorum. Ita enim debet exponi dictio Gallica, *chacun*, quæ est vniuersalis distributiua, per verbum * *quisque* siue *vnusquisque* quod est actu vniuersale distributiuum. *l. hoc articulo.* & ibi Bar. *D. de hæred. inst.* & non per verbum quilibet, quod est signum actu particulare, licet potentia & aptitudine vniuersale. & significat quemlibet, vt probaui *supra* §. 2. *gloss.* 4. *nu.* 45. Idem tamen hoc casu propter alia adiuncta remaneret sensus si poneretur verbum *quilibet.*

* Verbum quisque.

2. Vnde circa hæc quæro. Pone ex speciali lege inuestituræ subuassallos debere equum, vel scyphum aureum, vel marcham auri aut quoduis aliud, nouo patrono in aduentu cuiuslibet noui patroni, siue singuli hoc debeant, siue omnes simul, quantum ad præsens non refert. Vtrum illud debeatur superiori patrono feudum principale ad manum suam ex defectu hominis reducenti? Hæc prima facie leuis videtur, sed est re ipsa multum difficilis quæstio, propter varios aduersarium rationum casus quos includit, & primo videtur omnino teneri, quia quamdiu tenet feudum ad manum suam, habetur cum effectu verus immediatus patronus, & est nouus, vtpote vltimo sublato, & sic in eo verba obligationis & inuestituræ verificantur. Tum quia etsi maxime in eo non verificentur verba, & non debeantur de nouo ex eius persona saltem in quantum debetur contumaci vassallo, videtur cedere patrono vna cum cæteris fructibus feudi. In contrarium quoniam illud quod præstatur semel in vita pro iucundo aduentu, non censetur in fructu nec venit appellatione fructuum, *l. diuortio.* §. *quod in anno. D. sol. matrim.* Igitur non debetur superiori patrono, qui fructus tantum facit suos, 3. §. 1. *& per tot tit.* hinc decidit Oldra. in *consil.* 129. *in quæstione*, quod ad eum qui conduxit fructus archidiaconatus non spectat illud quod solitum est præstari archidiacono in ingressu suo & iucundo aduentu, nec hoc cadit in locationem fructuum. Idem transcribendo tenet Alber. in *rubr. C. de actio. empt.* Et Oldradum referunt & sequuntur Bal. Paul. Imol. Alex. Aret. Ias. in *d.* §. *quod in anno.* Petr. de Ancha. in *rep. cap. si propter tua debita in 3. quæst. princ. de reseri. in 6.* Guymi. *in gloss. præg. de anat. in ver. fructibus in fin.*

* Dissentit contra Oldradum.

3. Aduerte quod decisio * Oldra. vera est in se & semper placuit, sed non eius rationes quæ non concludunt. primo enim se fundat quia id solum in locatione venit, quod debetur archidiaconatui, patet per verba instrumenti ratione archidiaconatus sui, illud autem de quo quæritur, non debetur archidiaconatui, sed magis personæ archidiaconi, *arg. l.* 1. §. *pen. D. si quid fraud. patro.* sed d. §. penul. *ibi magis enim fraudem rei & non personæ accipimus.* facit in oppositum, quia ibi attenditur semper idem ius patronatus cui fraus fit, & de mutatione personæ patroni non curatur. Secundo allegat, *l. si vero.* §. *item quicquid. D. solut. matrim.* vbi non venit in restitutione dotis, beneficium à liberto vxoris in maritum collatum, sed ille text. directe facit contra Oldra. quia ibi dicitur quòd quicquid à liberto peruenit ad maritum tanquam ad patronum, id totum restituere cogitur soluto matrimonio: secus si alio iure, puta ex speciali liberalitate & beneficio liberti, quia id consequitur non tanquam maritus, nec tanquam patronus, sed tanquam quilibet. Sed istud de quo agitur, non soluitur archidiacono ex ciuilitate, sed ex debito & necessitate, & debetur ei tanquam archidiacono, non tanquam priuato, sed ratione dignitatis sui archidiaconatus, & sic venit cum illis quæ ratione archidiaconatus obueniunt. & eodem modo soluitur ad *l. debitor. in fin. D. ad Trebell. tertio loco allegatam ad Oldra.* quia in *d. l. debitor.* non ex debito sui iure hæreditario, sed errore & tacito alterius pacto ad hæredem peruenit, & sic non cadit in restitutionem Trebelliani, secus hic. Quarto inducit *l. Seio amico.* §. *medico. D. de annu. legat.* vbi verba referenda sunt ad ea quæ certam formam erogationis annuæ habent, non incertam voluntatem. Sed nihil facit, vel potius facit in oppositum, quia ibi dicit text. quòd in legato generali facto medico, quæ *viuus præstabam dari volo*, ea veniunt quæ per modum & certam formam annuæ & debitæ liberalitatis præstabantur: non autem veniunt ea quæ ex fortuita & incerta liberalitate, quandoque velut super erogata præstabantur. istud autem de quo quæritur præstatur per formam certæ & debitæ (licet non annuæ) erogationis, & non per modum liberalitatis & supererogationis, quia supponitur esse debitum.

4. Vera igitur & decisiua ratio est, quia ex appellatione fructus, non venit nisi illud quod renascitur & subinde redit saltem aptitudine & in genere suo. vt in *d. l. diuortio* §. *quod in anno* § *non solum* §. *si fundum.* sed non illud quod non renascitur, nec iterum oritur & non venit nisi semel in eadem. *l.* §. *si vir in fundo. & ibi per doct. D. sol. matr.* sed istud de quo agitur nunquam præstatur nisi semel in vita, igitur non transit in locationem generalem fructuum, vel reditum annuo-

Digitized by Google

rum, præterea in generali conceſſione non venit illud quod ſpecialiter deſtinatum eſt & reſeruatum perſonæ, *arg. l. obligatione generali. D. de pignor. cap. in generali. de reg iur. 16.* Et ſic non tranſit iſtud quod ſemel pro iucundo aduentu debitum, perſonæ præſtatur, velut ad eius honorem reſeruatum.

5. Redeundo ad materiam hæc deciſ. Oldra. nihil videtur facere pro vaſſallo contumaci vel negligenti, quia feudo aperto & prehenſo ſuperior patronus habetur pro vero & immediato patrono, & cenſetur feudum velut interruptum & quaſi reunitum & conſolidatum domino directo, quicquid ſit ad ſuperiorem dominum directum, iure ſui dominij tanquam ad verum dominum, ſpectant omnes quicunque fructus redditus & obuentiones & honores debiti ratione feudi, & hoc quamdiu prehenſio durat, & dummodo colligantur ſecundum modum boni patrisfamilias *vt* 5. §. 1. *gloſſ.* 8. Et ſic non eſt curandum an renaſcantur vel non, an ſemel tantum debeantur, an ratione rei tantum, an vero in honorem perſonæ præſtentur, modo tanquam tali videlicet patrono & ratione feudi, quia totum id ſpectat ad ſuperiorem patronum, & excluſo interim ipſo domino vtili ab omni iure, honore & commodo feudi, imò ab ipſo nomine vaſſalli & domini vtilis. & ſic concludo pro prima parte. quod eſt verum in terminis quæſt. videlicet quando patronus fruitur feudo ex defectu hominis: ſecus ſi iure releuij, quia tunc etiam ſi eodem anno aduenisſet nouus vaſſallus & dominus feudi, non deberetur patrono quod eodem anno præſtandum eſt vaſſallo pro iucundo aduentu, quia iſtud non computatur in fructu nec obuentione illius anni per prædicta.

6. Sed modo oritur grauis difficultas, vtrum in terminis quæſt. noſtræ feudo aperto & prehenſo ex defectu hominis, metiendus ſit nouus aduentus ex perſona patroni tenentis feudum ad manum ſuam, an vero ex perſona vaſſalli proprietarij? Effectus eſt magnus & diuerſus, quia ſi inſpiciamus perſonam patroni debebitur iterum iucundus aduentus, quando manum iniicit feudo, licet prius eſſet præſtitus vaſſallo & ei ſolutio facta. Et ſimiliter ſi diu duret prehenſio, debetur quoties perſona patroni mutabitur & nouus accedet. non autem debetur ex mutatione perſonæ vaſſalli: ſi autem inſpicimus perſonam vaſſalli, non debebitur iucundus aduentus ex prehenſione vel mutatione patroni, nec ex vltima mutatione vaſſalli & nouo aduentu facto ante prehenſionem, ſed ex nouis mutationibus vaſſalli contingentibus poſt prehenſionẽ & durante ea. Et primo videtur inſpicienda perſona patroni, quia illi ſoli & non vaſſallo competit exigere & inueſtire ſubuaſſallos, qui eum ſolum & non proprietarium tenentur interim recognoſcere in patronum. Sed verius puto inſpiciendam perſonam vaſſalli ſiue proprietarij: & eſt ratio, quia interim feudum non eſt abſorptum nec ſuppreſſum, ſed ſolum ſuſpenſum, vt infra *eo. gloſſ. 6. in princ.* & nihil debetur ſuperiori patrono tanquam patrono immediato, ſed tanquam patrono ſuperiori iure feudali feudum ad tempus poſſidenti Et ſic iſtud non debetur ei niſi quale & quantum deberetur vaſſallo, & exigi poſſet à vaſſallo, ceſſante prehenſione feudali & non vltra. Igitur quantum ad hoc neceſſario inſpicienda eſt perſona vaſſalli, & mutatio circa eum contingens, prout etiam reſpectu patroni ad eius commodum attenditur, quia quamuis iure feudali diu poſſideat & fructus ſuos faciat, nihilominus quoties vaſſalli ſeu proprietarij perſona citra ſucceſſionem directam variatur, iura feudalia patrono acquiruntur & ea exigere poteſt, vt diximus 5. §. 43. igitur ſicut pro ſe, ita contra ſe debet iura & commoda ſua metiri ex perſona vaſſalli. Præterea ſoli vaſſallo contumaci debet nocere & præiudicare prehenſio feudalis, & id ſolum auferre quod vaſſallus aliàs caperet, ſed multum præiudicari poſſet ſubuaſſallis à ſuperiori patrono approbatis, ſi in iſtis inſpiceretur mutatio contingens & perſona patroni ſuperioris. Quare reſoluendo dico, quod aut illud quod pro iucundo aduentu præſtatur, debetur in qualibet mutatione patroni immediati, eo ipſo quod feudum dominans incipit ſpectare ad nouum dominum, ſiue accedat & ingreſſum faciat ſiue non: & tunc quoties pendente prehenſione continget, perſonam vaſſalli proprietarij mutari, toties debebitur patrono ſuperiori illa præſtatio: non autem ex mutatione præterita cuius ratione prehenſio facta eſt, quia iam ceſſit illa obuentio, & velut à corpore feudi ſeparata fuit ante prehenſionem per no. 5. §. 1. *gloſſ.* 1. *qu.* 2. 3. Aut vero nunquam debetur nec ſoluitur niſi quando dominus perſonaliter & ſolenniter accedit & ingreditur caſtrum ſuum vel locum dominantem: & tunc nunquam poteſt deberi ſuperiori patrono, quia non eſt ille nouus patronus & dominus de quo d. inueſtitura loquitur, nec tanquam talis ingreditur & poſſidet feudum prehenſum, ſed in qualitate patroni ſuperioris feudum apertum ad manum ſuam tenentis, imò nec medio tempore debetur vero proprietario quantumcunque mutetur & proprietas tranſeat de vno ad alium, donec ſublata prehenſione feudum ingrediatur, & tunc ſemel debetur, tanquam pro primo nouo ingreſſu: ſecus ſi feudum caderet in commiſſum, vel aliàs pleno iure acquireretur ſuperiori patrono, quia tunc demum tanquam dominus immediatus & proprietarius ingredi poſſet.

7. Sed iuxta prædicta propter conformitatem materiæ, quæro vtrum illud * vſufructuario feudi debeatur? videretur quòd ſic, quia omnis obuentio verbo generaliter ſumpto ad eum ſpectat. *l. vſufruct. legato. D. de vſufruct.* in oppoſitum facit quod ibi dicit Alb. *in fin.* ſi quis vendiderit omnes fructus præbendæ ſuæ vel caſtri ad certum tempus, de conſuetudine recipiendi certas gallinas vel alia xenia, cùm veniebat ad locum, decidit quòd emptor non debeat iſta recipere: quia illa ſolum videntur vendita quæ ex neceſſitate debentur & non illa quę ex mera liberalitate. *per d.l. Seio amico. §. 1. D. de ann. lega.* & hoc eſt indubitatum. & idem dicendum in fructuario & ſimilibus, ſed hic illud de quo agitur debetur ex neceſſitate, tamen idem puto quod nec ad emptorem fructuum nec ad conductorem vel vſumfructuarium tranſeat, tanquam ipſi perſonæ domini reſeruatum, & ſic non tranſit in generali conceſſione per prædicta.

* Quod debetur domino pro iucundo aduentu non tranſit ad fructuariũ.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. V.

1. ¶ *Quæſt. 1. Iuramentum fidelitatis eſt perſonaliſſimum.*
2. *Tamen ſubuaſſallus, qui ſemel iurauit patrono ſuperiori in caſu huius §. non tenetur iterum iurare patrono immediato & inueſtito.*
3. ¶ *Q. 2. Et ſi debite iura obtulerit ſuperiori, non tenetur iterare oblationes patrono immediato.*
4. ¶ *Q. 3. Vtrum præcedentia habeant locum, licet prehenſio ſuperioris patroni ſit nulla.*

GLO. V. IN VER.

Peuuent faire la foy & hommage.

NOta in hoc verbo, poſſunt facere fidem & homagium, quod nedum ſponte nec poſſunt, ſed etiam inuiti coguntur, vt patet in hoc §. & in fi. §. præcedentis.

1. Quæro primo, Vtrum ſubuaſſalli faciendo fidelitatem ſuperiori patrono in caſu huius §. liberentur ad ea præſtanda & iuranda patrono immediato, poſtquam in fidem receptus erit & inueſtitus à ſuperiore? & videretur quod ſic, quia* ſacramentum & fidelitatis exhibitio perſonalis eſt, imò perſonaliſſima, quia non tranſit ad ſucceſſorem eius qui præſtatur, nec in ſucceſſorem iurantis. *c. veritatis, vbi omnes can. de iureiur.* in tantum quod ſi patronus receperit hoc ſacramentum pro ſucceſſoribus ſuis, & formaliter illi & ſucceſſoribus eius iuratum fuerit, nihilominus immediato huius ſucceſſori & nouo patrono iterum iurandum eſt, vt diximus ſ. §. 2. *gloſſ. 4. quæſt. 7. num.* 30. Igitur iuramentum præſtitum ſuperiori patrono non concernit patronum immediatum, ſaltem non liberat à renouatione ſacramenti. Præterea ſicut idem vaſſallus qui ſemel iurauit vero patrono ſuo immediato, tenetur iterum iurare eius ſucceſſori, eadem ratione hic teneri videtur, quia patronus immediatus eſt ſucceſſor ſuperioris patroni, & ab eo cauſam habet & inueſtituram recipit. Tum vaſſallus qui duobus contendentibus de patronatu receptus eſt à iudice in fidem per manum ſupremam, tenetur iterum iurare & fidelitatem præſtare victori, dummodo aliàs illi nunquam iurauerit, vt dicemus, ĵ. §. 46. & ſic quamuis non teneatur iterum iura vtilia ſoluere, quia ſufficit conſignatio dudum facta, tenetur tamen vel abſque noua feudi apertura fidelitatem præſtare patrono, cui nondum iurauit, non obſtante fidelitate præcedenti quæ in manum iudicis præſtita fuit, & ab eo recepta pro nomine veri patroni & futuri victoris, & hoc ne patronus fruſtretur honore & obſequio ſibi debito, & in quo iterando parum vel minimum vaſſallus grauatur. hinc etiam diximus ſ. §. 55. *q. 2.* mulierem viduam teneri fidelitatem præſtare patrono, quamuis eidem à defuncto marito in qualitate mariti & ad cauſam vxoris, & ſic etiam in effectu nomine vxoris præſtita fuerit.

* Iuramentum eſt perſonaliſſimũ.

2. Sed his non obſtantibus in propoſito themate contrarium puto, ratio, quia patronus ſuperior non recipit ſubuaſſallum tanquam vetus patronus immediatus (quo caſu patronus ſuperueniens cenſeretur nouus patronus & nouus ſucceſſor, & ſic poſſet homagia poſt publicationem exigere ſecundum formam. §. 65. ĵ. *eod.*) ſed recipit eum in qualitate ſuperioris patroni feudum apertum & prehenſum ad manum ſuam tenentis: & ſic quamuis iura dominicalia exerceat nomine ſuo & iure proprio & non nomine vaſſalli: tamen quia non exercet ſimpliciter nomine proprio tanquam pleno iure dominus, ſed in qualitate prædicta, cenſetur in hoc repræſentari ipſe vaſſallus & proprietarius, & quemadmodum ſuperueniente hoc modo ſuperiori patrono, non cenſetur ſuperuenire nouus dominus vel patronus, ita quod non poteſt vti beneficio & diſpoſitione §. 65. ĵ. *eod.* nec vllo modo inquietare ſubuaſſallos à vaſſallo prius inueſtitos, ſed ea ſolum poteſt agere, quæ ſuperſunt & agi poterant per vaſſallum, ita & vaſſallus poſtquam leuata manu domini inueſtitus frui incipit, non habetur pro nouo domino vel patrono, nec poteſt vllomodo inquietare ſubuaſſallos à patrono ſuperiori inueſtitos, ſed tenetur habere grata quæcunque is geſſit, ac ſi ipſe geſſiſſet. quemadmodum & ea quæ à tutore ſuo, vel alio legitimo ſiue in rem ſuam (vt vſufructuario) ſiue non in rem ſuam (vt procuratore & adminiſtratore) geſta ſunt, & ſic vaſſallus qui pendente prehenſione facta ſuper patrono ſuo fidelitatem fecit ſuperiori patrono, cenſetur ipſimet immediato patrono ſuo feciſſe, & æque ab illo liberatus eſt. Et hæc eſt vera meus huius conſuetudinis loquentis per verba affirmatiua & permiſſiua ad ſubuaſſallos directa, & ſic videtur eis concedere ius & beneficium ſe liberandi à fidelitate cæteris iuribus feudalibus, præſtando illa ſuperiori hoc caſu, per ea quæ not. doct. *in l. ſi ſoror. C. de collat.* Secus quando feudum dominans vere mutat dominum, & transfertur totaliter in alium, item ſecus ſi verus dominus euinceret feudum ſuum ab iniuſto poſſeſſore, quia tunc poſſet practicare. §. 68. ĵ. *eo.* tanquam in aduentu noui pleno iure domini.

3. SECVNDO quæro, Quid ſi ſubuaſſalli non fuerint inueſtiti à ſuperiori patrono: ſed ei fidelitatem & homagium debite obtulerint, & ex eo forte quod nullum erat commodum ſuperior non curauit: vtrum teneantur iterum offerre patrono immediato poſtquam receptus & inueſtitus fuit à ſuperiori? Reſp. quod non, per prædicta. Et ſimiliter oblatione ſemel debite facta tutori, non requiritur eam iterari patrono maiori facto. Et ſic non valebit ſequens manus iniectio, niſi noua mutatio feudi, vel interpellatio vaſſalli interueniat, ita quod in vltima mora conſtitutus fuerit ſecundum no. ĵ. *eo.* § 65.

4. TERTIO ad ampliorem doctrinam quæro, habemus hic quod in caſu huius §. ſubuaſſalli poſſunt, imò tenentur fidelitatem facere ſuperiori patrono, & quod hoc faciendo liberantur ab ea præſtanda: ſed vtrum hoc ſit verum ſiue prehenſio feudi principalis ſit valida ſiue non? multa ſuper hoc poſſem deducere, ſed breuiter reſoluendo ſic diſtinguo, aut quæritur quantum ad hoc, vt ſubuaſſallus teneatur & mero iure & de facto cum effectu inuitus cogi poſſit fidelitatem & iura præſtare ſuperiori, & tunc requiritur prehenſionem feudi principalis eſſe validam, alioquin vel tacente & muſſante vaſſallo, ſubuaſſallus ſe opponere poteſt prehenſioni ſubfeudi ſui, & ad ſuæ oppoſitionis ſufficientem iuſtificationem allegare & oſtendere nullitatem prehenſionis feudi principalis, & adhoc eſt admiſſibilis, tum quia ſua intereſt non vexari, tum quia huiuſmodi acceptatio quamuis de ſe principaliter ſit de iure alterius, ſcilicet patroni ſui immediati, tamen ipſo iure excludit omnem ius & omnem poteſtatem ſuperioris

Digitized by Google

patroni, & ſic iſtud obiicere poteſt, *l. fi. C. de rei vendica. l. cum ſeruum*, & ibi Bald. *C. deſer. ſuę.* Bart. in *l. qui cum hæred.* D. *de except. rei iud.* fa. no. 3. *eod. gloſſ. 2. infi.* Aut vero quæritur quantum ad hoc vt ſubuaſſallus erga patronum immediatum liberetur, & ſubdiſtinguendum eſt. Aut vaſſallus patitur, & non contradicit prehenſioni ſuperioris, & ſubuaſſallus omnino liberatur ſuperiori obſequendo, non enim debet authoritate huius conſuetudinis decipi. *l. 1. C. de his qui veni. ætа. impetra. Clem. 1. de perm.* nec tenetur in facto alieno eſſe curioſus, maxime non conquerente eo cuius intereſt. Aut vero vaſſallus contradicit & ſe oppoſuit manus iniectioni ſuperioris, eámque nullam & reuocandam eſſe dicit & concludit, & tunc diſcernenda eſt cauſa & qualitas oppoſitionis: ſi enim ideo ſe oppoſuerit quòd teneat in alaudium, vel ab alio patrono, & paratus eſt abnegare & de facto abnegat prehenſorem in patronum: & tunc non debet nec tenetur ſubuaſſallus fidelitatem ſuperiori facere, & faciendo non liberatur à patrono ſuo, quum ſciat vel ſcire debeat ſibi non eſſe properandum, & patronum ſuum incontinenti manum leuatam obtenturum. Idem ſi vaſſallus ex eo ſe opponat quòd iam in fidem admiſſus fuit, vel ex ſimili cauſa, quam incontinenti probaturus eſt, & ſic manum leuatam & prehenſionis reuocationem obtenturus per *no. ſup. §. 1. gl. fi. in princ.* ſi vero oppoſitio vaſſalli altiorem requirat indaginem, ſuperiori patrono interim iure ſuo fruente, tunc quamuis ſubuaſſallus poſſit ſi velit opponere ex eadem cauſa ex qua patronus immediatus ſe opponit, vel cum ſubuaſſallo ſe adiunxit: Tamen non tenetur ſubuaſſallus hanc litem nec huiuſmodi ſumptum aut laborem ſubire, ſed ſecure authoritate huius conſuetudinis obſequium præſtare poteſt ſuperiori, & æque liberatur erga patronum immediatum, ac ſi eidem præſtitiſſet, ceſſante tamen ſemper fraude vel colluſione ſubuaſſalli. Vnde quantumcunque poſtea prehenſio ſuperioris cum omnibus inde ſecutis reuocetur & caſſetur, & ſuperior in damna & intereſſe vltra reſtitutionem fructuum condemnetur, non tenetur ſubuaſſallus iterare fidelitatem patrono ſuo immediato. Amplio prædicta vt procedant, nedum ſi vaſſallus de facto prehenſo ſubfeudo coactus fuerit ſuperiori obſequi, ſed ſi ceſſante omni prehenſione vel coactione ſuperiorem adiuerit, & ab illo inueſtitus fuerit, tum quia non poteſt cenſeri omnino ſponte & ſine metu fuiſſe, ex quo poterat ab eodem ſuperiore cogi & prehenſionem pati. *Arg. l. nouiſſime.* D. *quod fil. tuto. auth. quod non Angel.* & alij in *l. 2. C. de tranſact.* tum quia non obſequitur nec ſoluit extraneo, ſed directo domino domini ſui, & habenti circa hæc fundatam intentionem per hanc conſuetudinem, & ſic non eſt neceſſe quod expectet ſe compelli, prout alibi requiritur, vt no. doct. Io. Imol. Paul. & alij in *l. creditor.* D. *de ſolu.* faciunt quæ dicam ĩ. *eod. gl. 4.*

SVMMARIA GLO. VI.

1. *Prehenſio feudalis non ſupprimit feudum.*
2. *Recognitio erronea non præiudicat.*
3. *An ſuperior pendente prehenſione poſſit vocari dominus feudi prehenſi:*
   Legatum factum domino caſtri debetur proprietario & non ſuperiori illud poſſidenti ex defectu hominis.
4. *Vtrum patronus fruens feudo ex defectu hominis, teneatur ad bannum vel ſubbannum ratione eiuſdem feudi?*
5. 6. *Pœna non præſtat immunitatem.*
7. *Solutio quod patronus ſuperior tenetur ſoluere bannum vel ſubbannum ratione feudi prehenſi vſque ad concurrentiam fructuum dicti feudi.*
8. *Quando prehenſio feudalis ab alia prehenſione vincitur.*
9. *Decima & alia impoſititia onera debent exolui per eum ad quem ſpectant fructus pro tempore.*

GLO. VI. IN VER.

Au ſeigneur dont ils tiennent en arriere fief.

SVper ver. domino à quo tenent in ſubfeudum. hic eſt text. apertus, quod per prehenſionem feudalem validam feudi aperti ex defectu hominis non ſupprimitur interim feudum nec conſolidatur, ſed remanet penes priorem dominum, cuius ſolum ſuſpenduntur organa. patet, quia non obſtante prehenſione ſupetioris feudi remanent ſubfeuda, quod non eſſet ſi feudum medium ſupprimeretur & conſolidaretur, quia nunc inciperent eſſe feuda, vt vocant, plena & immediata per not. 5. §. 20 *gl.* 13. vnde ſubuaſſalli non debent huic ſuperiori fidelitatem præſtare ſimpliciter tanquam proprio patrono, ſed tanquam ſuperiori patrono feudum medium ad manum ſuam tenenti.

2. Sed quid de facto recognouerunt eum ſimpliciter vel etiam expreſſe tanquam immediatum dominum? Reſpond. nihil per hoc præiudicari domino immediato vel eius hæredi aut cauſam habenti nec in petitorio nec in poſſeſſorio: & adhuc dato quòd in poſſeſſione eſſet præiudicatum, nullo vnquam tempore præiudicabitur in petitorio, quia non poteſt patronus aduerſus vaſſallum præſcribere, niſi ſaltem centum annis ſeu tempore immemoriali *per not. ſupra §. 12. 35.*

3. Sed nunquid interim * ſuperior patronus vocari poſſit dominus feudi prehenſi, & veniat appellatione domini? Videtur quòd ſic, quum ei ſufficiant directæ actiones, & vltra habet commodum vtile, *Argum. l. ſi hæres.* D. *ad Trebell.* biteuiter dicendum prout in ſimili diximus *ſupra §* 1. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 5. quod ſic, reſpectu onerum infeudatorum, & quæ inſunt feudo vt feudo, quia tenetur ea ſoluere, & etiam reſpectu commodi adminiſtrationis & lucri fructuum: ſed non reſpectu proprietatis feudi prehenſi, & eorum quæ veniunt ab extrinſeco, nec connumerantur inter onera vel redditus feudi. vnde ſi quis in teſtamento legaret centum domino certi caſtri, vel eum executorem teſtamenti ſui eligeret, non intelligetur, nec veniet appellatione domini, ſuperior patronus tenens caſtrum in manu ſua ex defectu hominis, ſed ipſe proprietarius caſtri. Quod ego limito, niſi aliter appareat de certa mente teſtatoris, vel niſi conſtet proprietarium ignotum fuiſſe teſtatori, patronum ei notum & pro do-

* An ſuperior patronus, poſſit dominus vocari.

Digitized by Google

mino caſtri reputatum, *Arg. l. pen. D. de reb. pig.* & hæc ad plurima alia latè deduci poſſunt, quæ ſtudioſis relinquo.

4. Sed occurrit pulchra & neceſſaria quæſtio, Pone dum patronus iure feudali feudo fruitur, indicta ſunt à ſupremo iure noſtro ſubſidia banni vel retrobanni, ad quæ feuda habentes in regno tenentur, vt diximus 5. *in proœm. ſuper gl. in verſ. nobles.* Vtrum patronus teneatur huiuſmodi onera ſubire, & ſic nedum delectum militem mittere pro banno ratione feudi ſui dominantis, ſed etiam pro ſubbanno ratione ſubfeudi, quo ex defectu hominis prehenſo fruitur? & videtur quòd ſic, plurib. rationib. Prima, quia deficit alius homo ſeu vaſſallus feudi prehenſi, & patronus loco & vice illius hominis haberetur ex quo feudo fruitur, & ſic huius feudi nomine ſubſidium Regi & reip. debitum præſtare debet. Secunda, quia huiuſmodi eſt onus feudi inquantum feudum, igitur patronus tenetur ſubire ſicut cætera onera infeudata/*ſupra* §. 28. Tertio, eo ipſo quòd omnes fructus facit ſuos, etiam ſi non eſſet niſi ſimplex vſufructuarius, tamen ad huiuſmodi onera & ad exonerandum proprietatem teneretur, quia debent capi ſuper fructibus & ſunt onera fructuum, & de vſufructuario eſt tex. in indiuiduo, *in l. quæro. D. de vſufr. leg.* patronus autem ſuperior longe plus prærogatiuæ habet quam vſufructuarius, & magis ſpeciem veri domini habet. hunc diximus 5. §. 135. viduam doariam teneri pro rata ſiue dimidia in qua habet vſumfructum contribuere cum hæredib. in his ſubſidiis, & proprietatem exonerare. Et hoc in fructuario firmatum eſt in *d.* §. ſub certis modificationibus de quibus ibi. Sed in contrarium alia ratio reformare videtur, quia patronus non habet ius ſtatum, ſed reſolubile quolibet momento ad voluntatem vaſſalli iuſta offerentis, & vaſſallus non amittit fructus niſi quandiu contumacia perſeuerat, & ſic in ſui damnum & præiudicium cenſetur adhuc frui feudo ſuo, cuius dominium retinet cum facultate alienandi & diſponendi, & plenam fruitionem toties quoties habendi iuſta & debita faciendo, & ſic videtur teneti ad onera quæ ratione feudi imponuntur. quemadmodum decidit Bar. in *l. tutelas.* §. *item ſi tut. D. de capi. domi.* 5. Quòd licet exbannitus deſinat eſſe ciuis in pœnam, tamen* debet intelligi, quoad commodum ſuum, non autem quoad incommodum, & quod Bart. in *l. 1. in fin. C. de infam. lib.* 10. *& in l. 1. col. pen. verſic. ex quo infero mirabilem, de dignit. lib.* 12. & ibi Io. de Pla. not. quòd quando nobilis delinquens ex forma ſtatuti perdit nobilitatem, intelligitur perdidiſſe quoad lucra & honores, non autem quo ad damna, onera, & incommoda, quoniam pœna non debet præſtare immunitatem, nec introductum in odium retorqueri in fauorem, tex. in *d. l. 1. de infami. in l. relegatorum, in fi. D. de interd. & releg.* Feli. in *cap. intelligimus, col. 1.* & ibi Deci. *col. 2. de iud.* cùm vaſſallus indeuotus ſecuta prehenſione ſit velut interdictus à feudo, debet intelligi in eius damnum, non autem ad eum releuandum ab oneribus quæ dominis feudorum imponuntur, & hoc maxime cum remaneat dominus imò poſſeſſor, & poſſit libere de re diſponere & non patronus, *vt* 5. §. 1. *glo. 4. q. 2.* & maxime quum huiuſmodi pœna ſeu priuatio fructuum infligatur vaſſallo propter veram vel interpretatiuam contumaciam in qua potiſſimum habent locum prædicta.

6. Vnde contumax in non reſpondendo habetur pro confeſſo, ſi confeſſio rendit ad eius damnum: ſecus ſi ad commodum, quia tunc habetur pro negante, text. in *l. de ætate.* §. *qui tacuit. D. de interreg. actio. gloſſ.* & doct. in *cap. 2. de confeſſ. in 6.* & accipitur quod ei nocet, inquit Bald. in *l. non ſolum, in fi. princ. D. de procura.* hinc decidit Card. in Clem. 1. *col. 3. in oppo. 7. de regul.* quòd priuatus loco capituli, non eſt priuatus quoad onera, & quod excommunicatus non eſt exemptus ab officio dicendo. Præterea quantumuis feudum ſit prehenſum à patrono propter obſequia non facta & iura non ſoluta, nihilominus remanet vaſſallus debitor ad hoc ſubſidium præſtandum, ſicut & ad cæteris creditoribus ſuis ſoluendum habentibus reditus & hypothecas aſſignatas ſuper feudo, & ab eis tam perſonaliter quàm hypothecariè vt prius conueniri poteſt, vt patet ſupra §. 28. patronus autem licet feudi prehenſi fructus ſuos faciat, tamen non tenetur creditoribus vaſſalli ſui ſatisfacere, nec vaſſallum & feudum exonerare.

7. Pro reſolutione priorem partem veriorem puto: & eſt ratio, quia illud onus eſt onus feudi, & ad quod feudum à ſui origine eſt affectum, & ſic non poteſt tranſire ad patronum niſi cum onere ſuo, & quemadmodum tenetur ſatisfacere creditorib. habentib. reditus infeudatos ſuper feudo, & hoc vſque ad concurrentiam fructuum & non vltra, quia non plenè poſſidet, vt dicemus infra §. 70. ita & ad huiuſmodi onera banni vel retrobanni, quia originaliter inſunt feudo ex eo quia feudum eſt. & ſic concludo quod ſi patronus tenens feudum ad manum ſuam ſatisfecerit ſubbanno regio loco vaſſalli, non poteſt hos ſumptus repetere à vaſſallo, niſi inquantum excederent fructus quos patronus percepit à feudo prehenſo. Nec obſtant adducta in contrarium, quia huiuſmodi onera ſunt pars fructuum, & de illis deduci debent, & non facit patronus ſuum niſi quod ſupereſt, quemadmodum ſi ſint reditus infeudati non facit fructus ſuos feudi, ex defectu hominis prehenſi, niſi quatenus ſupereſt ſolutis penſitationibus reditus currentis pro tempore prehenſionis.

8. Et quemadmodum prehenſio ſiue ſaiſita facta ſuper feudo vel eius fructibus pendentibus in vim hypothecæ, & ob defectum ſolutionis reditus infeudati, vincit prehenſionem feudalem patroni, ſiue præcedentem ſiue ſequentem vſque ad concurrentiam debiti, & donec ſatisfactum ſit: ita multo fortius prehenſio ſiue ſaiſia quæ ad inſtantiam procuratoris fiſci fit ſuper feudo vel ſubfeudo propter non præſtitum ſubſidium banni vel retrobanni, vincit & ſuperat prehenſionem patroni. Ex quibus habes nobilem limitationem ad regulam illam, quòd prehenſio ſiue manus iniectio feudalis cæteras prehenſiones ex alia cauſa factas ſiue præcedentes ſiue ſequentes vincit & eis præfertur.

9. Et idem in ſimilibus indictionibus vt cùm anno domini ſeſquimilleſimo viceſimonono, nobiles huius præſidatus decimam partem ſimplici eorum iuramento taxandam fructuum & redituum vnius anni feudorum ſuorum obtulerunt & præſtiterunt qui anno ſequenti Calendis Iulij reuerſi ſunt Regi in auxilium liberationis filiorum eius ab Hiſpania, illa inquam, decima ſolui debuit per eos ad quos illo tempore fructus feudorum ſpectabant, ſiue eſſent fructuarij, ſiue patroni manu iniecta fruentes, aut alij ſimiles, qui à talibus oneribus tenentur exonerare proprietatem per prædicta.

* Pœna non præſtat immunitatem.

Digitized by Google

SVMMARIA GLO. VII.

1. *Mutua obligatio patroni & clientis.*
2. *Superior patronus prehenſione durante poteſt à ſubuaſſallis catalogos exigere, quos vna cum feudo vaſſallo iuſta facienti reſtituere tenetur.*
3. *Vtrum patronus prehendens feudum ex defectu hominis poſſit cogere vaſſallum vel eius hæredem, ad ſibi tradendum vel exibendum inſtrumenta feudi.*
4. *Approbatio catalogi ſubuaſſalli facta à ſuperiori patrono non præiudicat vaſſallo & patrono immediato.*

GLO. VII. IN VER.

Lequel eſt tenu de les receuoir.

IN ver. qui tenetur eos recipere, ſcilicet in fidem.

1. ¶ No. mutuam obligationem inter patronum & clientem, de qua vidè quæ dicta ſunt *ſupra* §. 2. *gloſſ.* 4. Et hæc mutua obligatio quantum ad actus dominicos ex parte patroni, reſidet in patrono ſuperiori tenente feudum medium ad manum ſuam iure feudali. ita quòd interim ſubuaſſalli non ſunt obligati ad iura clientelaria immediato patrono, ſed ipſi ſuperiori, quem etiam eodem modo (atque aliàs) immediatum patronum compellere poſſunt ad renouationem inueſtituræ. Vnde ſi in caſu huius §. ad recuſationem ſuperioris patroni, per iudicem tanquam per manum ſupremam in fide recepti ſint, non tenentur reuocare fidelitatem immediato patrono, qui poſtea à ſuperiore inueſtitus fuit, ſecundum quod in ſimili dictum eſt ℨ. *eo. glo.* 5. *q.* 3. Secus eſt in ſimplici fructuario feudi dominantis, qui licet aliàs poſſit nomine proprietarij, tamen non tenetur in fidem recipere, ſicut nec tenentur vaſſalli in eius (etiam nomine domini recipere volentis) verba iurare, per not. ℨ. §. 1. *gl.* 1. *q.* 1. *& gl.* 3. Quamuis aliud ſit in marito patronæ, quia non eſt ſimplex fructuarius propriorum vxoris, ſed pro domino & legitimo adminiſtratore habetur, & recipiens in fidem poteſt & tenetur inſtrumentum receptionis ſiue inueſtituræ conficere & tradere, ſicut & recognoſcens tenetur ad inſtrumentum agnitionis, de *quo* ℨ. §. 8. *in principio.*

2. Sed nunquid ſuperior patronus in caſu huius §. poſſit etiam catalogos à ſubuaſſallis exigere & ex defectu catalogi ſubfeuda prehendere ſecundum formam §. 9. ℨ. *eod.* Videretur quòd non, cùm hoc non ſpectat ad fructuum collectionem & perceptionem, & maximè ſi ſubuaſſalli erant in fidem recepti à patrono immediato ante prehenſionem ſuperioris, nec videtur audiendus ſuperior patronus nihil hic laturus, niſi vt officiat. *Arg. l. in fundo. D. de rei vendi.* Contrarium puto duplici ratione. Prima, quia interim omnis virtus & executio actuum dominicalium eſt ablata à vaſſallo, & tranſlata in patronum. Secunda, quia neſcitur quando vaſſallus debita obſequia & iura præſtabit, & poterit prehenſio longiſſimo tempore perſeuerare, quare intereſt ſuperioris patroni catalogos ſubuaſſallorum habere, vt plenius & promptius ius ſuum in eis in caſu mutationis & releuij exequatur. Finita prehenſione tenetur patronus vna cum emancipatione ſeu reſtitutione feudi, omnia inſtrumenta, puta agnitiones fidei & catalogos ſubuaſſallorum vaſſallo reſtituere, quoniam hæc nocent & proſunt vaſſallo, & ſunt pars inſtrumentorum feudi, & perpetuam eius vtilitatem reſpiciunt, quod valde nota. Non tamen nego quin ſuperior patronus horum copiam (ſi velit) debitè exemplatam retinere poſſit, ad diſcutiendum & diſpungendum catalogum qui à vaſſallo tradetur, an ex fide & veritate procedat & integer ſit. Cæterum præfatorum inſtrumentorum originalia, puto feudi eſſe, & ſimul cum feudo vaſſallo reſtituenda.

3. Sed iuxta hæc quæro, Vtrum patronus prehendens feudum ex defectu hominis, poſſit cogere vaſſallum vel eius hæredem ad tradendum vel edendum ſibi inſtrumenta feudi? Reſpond. Multiplicia ſunt inſtrumenta feudi: quædam conſiſtunt in rebus mobilibus deſtinatis ad exercitium & vſum feudi, de quibus in *l. quæſitum*, & per tot. *D. de inſtruct. & inſtru. lega. in l.* 1. *C. de leg.* & de iſtis nihil ad patronum, *vt dictum eſt ſupra* §. 1. *glo.* 8. *num.* 7. & quædam conſiſtunt in libris, chartis & ſcripturis: & tunc aut agitur de inſtrumentis ſeu literis acquiſitionum feudi, & poteſt patronus non obſtante prehenſione feudi, & quod eo pacificè fruatur, cogere nouum vaſſallum vel eius hæredem ad edendum & exhibendum literas acquiſitionis feudi, vt ſciat quæ & qualia iura debentur, & ea petere & exigere poſſit & hoc niſi triginta anni tacente patrono maiore lapſi eſſent, per ea quæ *ſup.* §. 20. *gloſſ.* 3. *& latius* ℨ. *tit. ſeq.* §. 1. facta autem exhibitione reſtitui debent, etiam ſi patronus adhuc teneret feudum ad manum ſuam ex defectu hominis & iurium, quia ſolam proprietatem feudi concernunt, de qua nihil ad patronum, & idem multo fortius de inſtrumento primæ infeudationis & conceſſionis feudi, quoniam principaliter ipſius feudi proprietatem concernit. Aut vero agitur de inſtrumentis agnitionis fidei, & renouationis inueſtituræ, & catalogis ſiue dinumeramentis, quæ partim probationem proprietatis reſpiciunt, partim adminiſtrationem, & notitiam feudi fructuúmque & iurium eius, & non debent auferri à vaſſallo vel eius hærede: quia ſicut etiam prætextu veræ contumaciæ fidelitatis præſtandæ, & prehenſionis feudi, non debet vaſſallus vel eius ſucceſſor priuari & ſpoliari proprietate feudi: ita nec facultate probandi feudum & pertinentias feudi ad ſe pertinere. Alioquin ſequeretur quòd nouus vaſſallus vel eius ſucceſſor non poſſet probare eſſe feudum, ſi patronus negaret & diceret ſe poſſidere iure domanij, & adhuc ſi confiteretur eſſe feudum, non poſſet vaſſallus oſtendere illud eſſe ſuum, ſèque debere in fidem admitti, & manum leuatam habere iuſta faciendo, & dato quòd de his conſtaret, adhuc maior pars iurium & pertinentiarum feudi propter incertitudinem ſubtrahi poſſet. Et ſic concludo, quòd omnia huiuſmodi inſtrumenta reſtitui debent poſſeſſori, ſi forte fuerint à patrono occupata, & ſi ſint penes poſſeſſorem etiam contumacem vaſſallus non poteſt compelli ad ea tradendum patrono: ſed bene ad exhibendum pro ſuo intereſſe. ſecundum nota. ℨ. §. 1. *q.* 1. *&* § 50. Aut vero agitur de chartis ſeu ſcripturis quæ mere reſpiciunt collectionem & perceptionem fructuum, vt libri redituales & cenſuales, de quibus §. 50. *in* 2. *reſp.* & non tenetur patronus hæc inſtrumenta reſtituere quandiu prehenſio durat, & ſi ea non habeat, cogere poteſt poſſeſſorem ad ſibi tradendum. Poteſt tamen poſſeſſor copiam impenſis ſuis conficiendam retinere, vel etiam ipſa originalia

retinere aut recuperare offerendo vel relinquendo patrono fidelem & integram copiam ſimiliter impenſis ſuis conficiendam, nec reſpectu impenſarum obſtat finis. §. 50. ſ. *eod.* tum quia loquitur in diuerſo caſu, tum quia magis concordat ſecundum interpretationem noſtram ibi.

4. Vlterius iuxta prædicta quæro, retento themate huius §. ſubuaſſallus tradidit catalogum ſubfeudi ſui ſuperiori patrono, qui illum recepit & homologauit ſiue expreſsè approbando, puta ſigillo & inſigniis ſuis muniendo, ſiue tacite, vt non improbando per lapſum quadraginta dierum in ſup. §. 10. Vtrum huiuſmodi approbatio noceat vaſſallo? videretur quod ſic. Primo, quia ſuperior patronus hoc caſu habetur loco patroni immediati & habet legitimam perſonam adminiſtrandi, & tenetur vaſſallus habere gratum. Secundo, ſaltem ſupponendo quòd ſciuerit catalogum traditum ad hunc finem ſuperiori, debebat ſe opponere, ius ſuum deducere, alioquin ſibi præiudicare videtur *per l. ſæpe. D. de re iud.* Tertio factum & acceptatio ſuperioris prodeſt vaſſallo, & æque obligat ſubuaſſallum ad contenta in catalogo erga patronum immediatum, ac ſi eidem porrexiſſet: igitur eodem modo præiudicare debet, *per reg. l. ſecundum naturam. D. de reg. iur.* & vt contrariorum eadem ſit diſciplina, contrarium eſt dicendum *per not. ſupra* §. 45. *queſt.* 4. Non obſtat primum, quia procedit in his quæ ſunt ſimplicis debitæ & conſuetæ adminiſtrationis, vt in fidem recipere, vel induA cias fidei præſtandæ dare: non autem in his quæ concernunt alienationem aut deteriorationem. Non obſtat ſecundum, quia vaſſallus habet intereſſe æque principale, imò principalius: vnde ſi agatur de attribuendo ſubuaſſallo maiorem quantitatem terrarum: quàm contineat vltima eius inueſtitura, vel liberando eum ab onere vel iure debito & perpetuo aut in ſimili, non ſufficiet diſcuſſionem etiam iudicialem fieri cum ſuperiori patrono, qui non habet niſi ius temporale & reſolubile in caſum huius §. etiam data ſcientia vaſſalli, niſi vaſſallus ipſe vocatus fuerit, per not. in *d.* §. 45. Et ſic non obſtat tertium, quia quemadmodum vaſſallus reſpectu patroni, ita & patronus reſpectu vaſſalli meliorem facere poſſunt conditionem feudi, ſed non deteriorem ſine conſenſu alterius, & idem cæteris paribus dicendum B de receptionem in fidem, quia ſi ſuperior patronus tenens feudum ad manum ſuam receperit in ſubuaſſallum quendam qui tenebat in cenſum, vel è conuerſo, vel qui nullum ius habebat, vel renouaret inueſtituram ei qui à iure ſubfeudi ceciderat, nullo modo nocet nec præiudicat vaſſallo, quemadmodum ſubinfeudatio ſolius vaſſalli nullomodo nocet patrono, vt dictum eſt ſupra §. 51. Et ſimiliter quamuis patronus poſſit quandocunque infeudare reditus conſtitutos ſuper feudo: Tamen non poteſt infeudare reditus conſtitutos ſuper ſubfeudis in præiudicium vaſſalli ſine eius conſenſu, etiam quando tenet feudum ex defectu hominis apertum in manu ſua.

SVMMARIA GLO. VIII.

1. *Vtrum leuatio manus ſit neceſſaria?*
2. *Inueſtitura ſuperioris patroni ſubuaſſallis conceſſa tunc temporalis eſt, & ipſo iure finitur vaſſallo inueſtito, quando à ſubuaſſallis iura vtilia debentur patrono immediato.*

GLO. VIII. IN VER.

Et leur bailler main leuée.

SVper ver. & eis manum leuare. quod C Budęus noſter Latinè vertit emancipare feudum, ſiue à poteſtate ſua dimittere & relaxare, in annotationibus ſuis in pandectas, *l. 2. de orig. iur. & l. baſilenus, de exiſtio.*

* Leuatio manus. 1. Et nota quòd* leuatio manus non eſt neceſſaria quantum ad effectus iuris: ſed ſolum quantum ad executionem facti. Vnde ſi patronus prehenderit feudum ex defectu hominis nullis adhibitis commiſſariis, vel ipſomet vaſſallo commiſſario deputato, non requiritur aliqua formula nec expreſſio leuationis manus: ſed ſtatim quòd vaſſallus in fidem fuit admiſſus, vel iuſta debite obtulit, ſicut ipſo iure reſoluitur prehenſio & omnis effectus eius, ita & ex tunc ipſo facto poteſt vaſD ſallus ſine aliqua reprehenſione, ſiue aliquo impedimento libere nomine proprio vt ante prehenſionem frui. Si autem fuerint adhibiti extranei commiſſarij, adhuc idem quantum ad effectus iuris, quia ex tunc commiſſarij tenebuntur fructuum rationem reddere ad commodum vaſſalli, & non ad commodum patroni: ſed non tenebuntur deſiſtere ab exercitio commiſſionis, niſi eis appareat, quod fit per inſtrumentum leuatæ manus dominicæ.

2. Sed pone, vaſſallus manum iniecit ſubfeudo ex defectu hominis & iurium, & erat ei debitum releuium vel quintum pretij, deinde ſuperior patronus, ex defectu fidelitatis prehendit feudum, & forte etiam ſpecialiter prehendit ſubfeudum, vel aliter non prehendit, ſubuaſſallus acceſſit ad eum fidelitatem offerens, ad C quam ſuperior patronus eum admiſit & inueſtiuit, eique manum leuauit: poſtea vaſſallus ſe confert in fidem patroni, & leuatam manum obtinet: Vtrum poſſit proſequi priorem prehenſionem ſubfeudi vel nouam facere ad hoc, vt ſibi ſatisfaciat de iuribus releuij vel quinti pretij? Videtur quod non, quia illa prehenſio fuit ſublata & apertura ſubfeudi clauſula per habentem poteſtatem vt hic: & ſic neceſſe eſt quòd proſequatur vaſſallus ſi velit iura ſua per viam actionis. Contrarium dicendum eſt, quia poteſtas quæ in hoc §. datur ſuperiori in ſubuaſſallos non intelligitur niſi circa adminiſtratoria, & ſecundum modum boni patrisfam. Alioquin non valent actus ab eo geſti niſi in præiudium ſuperioris facientis, & non in præiudicium vaſſalli. D vnde aut agitur de apertoris & mutationibus ſubfeudorum, quæ contigerunt tempore feudi prehenſi: aut de his quæ contigerunt ante feudum prehenſum. Quantum ad primum poteſt ſuperior patronus facere quicquid & quomodo vult, dummodo nihil immutetur reſpectu temporis futuri, futurarum mutationum & iurium, quia ſolius ſuperioris intereſt. Quantum ad ſecundum, ſi nihil aliud debeatur quam fidelitas, idem eſt dicendum per hunc text. quod ampliatur, nedum ſi vaſſallus nondum prehenderat ſubfeudum, ſed etiamſi iam illud prehendiſſet: non tamen præiudicatur in fructibus acquiſitis vaſſallo à tempore prehenſionis ſuæ vſque ad prehenſionem ſuperioris, quin eos petere poſſit, & cogere commiſſarios vel ſubuaſſallum ad reddendum ſibi eatenus rationem dictorum fructuum, quod procedit etiam

Digitized by Google

pendente prehenſione ſuperiori, & antequam vaſſallus ſit inueſtitus, quia fructus ſemel acquiſiti ſunt ſicut mobile debitum, & proprietas ſeparata quæ non includitur in prehenſione ſequenti. per not. 3.§. 1. *gloſſ.* 3. *quæſt.* §. *& gloſſ.* §. *in princ.* ſi vero vltra fidelitatem debeatur releuium vel quintum pretij : tunc ſi emancipatio ſiue inueſtitura ſuperioris teneret, fieret præiudicium notabile vaſſallo in iure ante prehenſionem acquiſito, ad prædicta iura iure prehenſionis & præciſa poteſtate feudali exigendum, in quo bene poteſt fieri præiudicium ſuſpenſiuum, vt quandiu durat prehenſio ſuperioris, non poſſit vaſſallus prehenſione vti in ſubuaſſallos etiam pro iuribus antiquis, ſed non poteſt nec debet fieri præiudicium per emptorem priuatiuum, quia non eſſet adminiſtrare ad modum boni patrisfam. ſed diſſipare: & ſic hoc caſu inueſtitura & leuatio manus à ſuperiori concella eſt temporalis, & non durat niſi pro tempore quo ſuperior tenet feudum principale ad manum ſuam, vt videlicet ſubuaſſallus lucretur fructus quos ſuperior lucrari potuiſſet, ſed leuata manu à feudo principali, ipſo facto & ipſo iure recidunt ſubfeuda in ſtatum priſtinum & cenſentur patrono immediato aperta vt prius, vnde ſi primo fuerant ab eo prehenſa, currunt ei fructus ſine aliqua noua prehenſione, perinde ac ſi per ſuperiorem nihil actum fuiſſet: ſi vero nondum fuerant ab eo prehenſa, poterit patronus libere manum ſuam iniicere & frui. Et hoc niſi patronus ſuperior leuarit manum vaſſallo ſub hoc onere, quod leuatio manus quam fecit ſubuaſſallis valeat & rata maneat, quia tunc non poteſt immediatus patronus contrauenire, & hoc dummodo dicto oneri conſenſerit, vel leuationem manus cum illo onere acceptauerit, ſecus ſi diſſenſerit, quia tunc ſi leuatio manus erat debita, puta facta poſt iura præſtita vel debite oblata, non potuit ſuperior patronus aliquod onus imponere vaſſallo ſine illius conſenſu : ſi vero leuatio manus erat gratioſa, licuit ei qualem legem voluerit in conceſſione ſua apponere. *l. legem. C. de pact. glo. antepenu. in fi. in cap. ſtatutum, de præbend. in 6.* & ſic ſi vaſſallus nolit ſtare dicto oneri, ſeipſum à leuatione manus & adminiſtratione feudi ſui excludit. Ex prædictis habes pulchram limitationem ad hunc §. vt tunc demum inueſtitura ſuperioris patroni, ratione aperturæ antiquæ ſubfeudorum ſit realis & perpetua, & liget vaſſallum, quando nulla iura vtilia debebantur vaſſallo : alioquin inueſtitura ſuperioris ſine conſenſu vel reſeruatione iuris eius cuius intereſt, non eſt legitima, ſed ambitioſa & irrita, iuxta *l. ambitioſa.* D. *de decret. ab ordin. faci.*

A

B

GLO. IX. IN VER.

Et faire deliurance.

IN hoc verbo & tradere, ſcilicet ſubfeuda. Domi. Budæus in locis præfatis in prin. gl. præcedentis vertit mancipio dare. ſed illud congruit primæ reali inueſtituræ in prima infeudatione duntaxat, non autem propriè conuenit in renouatione inueſtituræ, nec in reſtitutione feudi prehenſi, quæ non eſt noua acquiſitio, ſed mera recuperatio & continuatio iuris antiqui & primitiuæ inueſtituræ. Vnde non eſt opus aliqua noua traditione vel retraditione facti : ſed ſufficit ſimplex leuatio manus, imò nec eſt neceſſaria vt dictum eſt. Si vero ageretur de vera & propria traditione vel reſtitutione, non poſſet fieri à ſuperiori patrono in præiudicium vaſſalli ſine eius conſenſu. quia iſtud alienationem concernit, iuxta not. in *c.* 1. §. 1. *per quoſſi. inueſt. in vſib. feud.* Vnde ſi vaſſallus occupaſſet ſubfeudum iure proprietatis tanquam finitum deficiente linea, vel tanquam commiſſum, non poſſet ſuperior patronus reſtituere tale ſubfeudum, quia is demum poteſt ius commiſſi vel reuerſionis feudi remittere, qui poteſt alienare, ex quibus infertur quòd ſi ante prehenſionem ſuperioris, lis pendebat inter vaſſallum & ſubuaſſallum ſuper manus leuatione & relaxatione ſubfeudi, nihil poteſt facere ſuperior patronus in præiudicium dictæ litis ; clarum eſt etiam ſuperiorem patronum non poſſe nec debere reſumere dictam litem, vtpote quum non ſubrogetur loco vaſſalli, nec ei ſuccedat, ſed ſolum iure proprio & feudali vtatur, quod eſt diſtinctum & ſeparatum à proprietate & iuribus feudi ſpectantibus ad vaſſallum, cum quo etiam pendente ſuperioris prehenſione, debet dicta lis continuari, vel cum eius hærede aut ſucceſſore reſumi & terminari.

SVMMARIA GLO. X.

1. ¶ *Q.* 1. *Ius* præſentandi *non tranſit in fideicommiſſarium.*
2. *Sed bene in fructuarium vel maritum.*
3. *Collatio & præſentatio ſunt in fructu, & tranſeunt ad ſuperiorem iure feudali fruentem.*
4. *Et hoc dummodo ſint annexa feudo, & ab eo tanquam à feudo dependeant.*
5. *Ius patronatus ad ſacerdotia, ſi temporali rei ſit annexum poteſt cum illa alienari & infeudari, ſecus ſi per ſe ſubſiſtat.*
6. Cle. plures de iur. patro. *non habet locum in iure patro. temporali rei annexo quia tunc in illo ſucceditur ſicut in re temporali.*
7. *Ius patronatus etiam per ſe ſubſiſtens, propriè eſt in bonis & dominio.*
8. *Et tranſit in donatione omnium bonorum, ſed non in donatione iurium.*
9. *Limitatur theoria Innoc. & doct.* in c. ex literis, de iure patro.
10. *In paris incorporalibus ſufficit habere ius etiam abſque poſſeſſione, dummodo non ſit alius poſſeſſor.*
11. *Non nocet qualitercunque in venditione feudi fiat mentio iuris patronatus annexi.*
12. 13. ¶ *Q.* 2. *Vaſſallus etiam pendente prehenſione poteſt præſentare ad eccleſiam quæ vacauit ante prehenſionem.*
Tamen ad hæredem immobilium & non ad hæredem mobilium, vel viduam dotariam ſpectat præſentatio ad eccleſiam quæ vacauit ante obitum defuncti.
14. ¶ *Q.* 3. *Collatio beneficij facta ex cap. incongruo non ſuſtentatur ex capite congrue.*

15. Si

Digitized by Google

15. *Si actus debet fieri sub certa qualitate, & fiat sub alia, non valet.*
16. *Valet institutio facta ad præsentationem superioris patroni tacente vassallo, licet vacatio ante prehensionem acciderit.*
17. *Idem è conuersò de præsentatione vassalli tacente patrono facta ad vacans tempore prehensionis.*
Idem de præsentatione bona fide facta per hæredem conquæstum, licet postea superueniat hæres propriorum à quibus ius præsentandi dependet.
18. ¶ *Q.* 4. *Non valent gesta à suspenso vel interdicto.*
19. *Non valet præsentatio facta à vero patrono non possidente, quando alius etiam mala fide possidet.*
20. *Tempus præsentandi vel conferendi non currit ignoranti.*
21. *Iusta prehensio patroni non impedit quin vassallus efficaciter præsentari possit, si patronus patiatur.*
22. *Sine prehensio sit simplex sine adhibitis commissariis facta.*
23. *Simplex proprietarius potest cum effectu præsentare ad ecclesiam, quæ cœpit vacare durante usufructu, si fructuarius non conqueratur.*
24. *Vnius solius ex pluribus patronis vel hæredibus præsentatio est efficax, aliis per tempus legitimum negligentibus.*
25. 26. *Præsentatio, admissio, institutio, differunt.*
27. *Forma cap. fin. de elect. in 6. non habet locum in præsentatione contra gloss. & communem.*
28. *Prælatus non semper tenetur præsentatum statum instituere, licet hoc possit si velit.*
29. *Valet collatio ordinarij facta intra mensem expectantis, si expectans non acceptauit: & tamen non valet facta de beneficio tanquam deuoluto, si deuolutio postea sequatur.*
30. *Sic valet collatio facta spreto patrono, si patronus per tempus canonicum neglexerit.*
31. *Et eodem casu valet insinuatio mandati, solo Episcopo & collatio ab eo facta omisso patrono ecclesiastico.*
32. *Notitia vacationis censetur habere ex quo in loco beneficij vacantis publice nota est.*
33. *Lex extenditur ad amplitudinem rationis.*
34. *Tempus verisimilitudinis notitiæ de quo in regula 28. Innoc. 8. non incipit à morte, sed à tempore mortis publice notæ in loco obitus.*
35. 36. ¶ *Q.* 5. *Si pendente prehensione contra quam vassallus se opposuit, vterque præsentat, pendet ab euentu, nisi pendente lite prouisio feudi alterutri sit adiudicata, quia tunc illius præsentatio tenet & rata manet, licet in principali succumbat.*
Iusta oppositio vassalli habet vim & effectum interdicti recuperandæ.
37. ¶ *Q.* 6. *Simplex commissarius non potest præsentare & minorem potestatem habet quàm sequester.*
Ad præsentandum non sufficit mandatum generale, vel etiam vniuersale cum libera, sed requiritur speciale.
38. *Prælatus potest refutare præsentationem simplicis commissarij, sicut & cuiuslibet procuratoris non docentis de sufficienti mandato.*
Iustam refutationem nulla sequitur deuolutio.
Prælatus potest si velit admittere præsentationem simplicis commissarij, vel procuratoris generalis & tenebit institutio.
39. ¶ *Q.* 7. *Præsentatio vassalli præfertur præsentationi commissariorum patroni, etiam pendente prehensione feudi non reuocata in dubium.*
40. *Ratificatio debet fieri infra idem tempus, intra quod actus debet geri, alioquin nihil operatur.*
Qui non vtitur infra tempus requisitum, videtur renunciare iuri suo.
41. ¶ *Q.* 8. *Vtrum quis possit se iuuare pluribus collationibus vel electionibus.*
42. *Præsentatus potest niti pluribus præsentationibus, & si quis sit præsentatus ab omnibus contendentibus tenetur prælatus eum admittere & instituere.*
43. ¶ *Q.* 9. *Patronus superior non potest vti retractu feudali in subfeudum ante prehensionem feudi venditum, sed bene in venditum pendente prehensione.*
44. *Vnio ad mensam loci dominantis, non est de essentia retractus feudalis: sed satis est quòd retrahens retrahit pro se.*
45. ¶ *Q.* 10. *Subfeudum pendente feudi prehensione cadens in commissum erga superiorem patronum ei iure proprietatis acquiritur.*
46. *Si patronus superior vendat subfeudum sibi acquisitum, potest vassallus iure illud retrahere, quod est verum nisi adhuc feudum ipsum iure feudali possideatur à superiore ex defectu hominis.*
47. ¶ *Q.* 11. *Ad superiorem prehensionis tempore spectant omnia commoda excidentia ratione prædiorum censualium, vel hominum manus mortuæ, vel iurisdictionis eiusdem feudi.*
Ad conductorem fructuum & emolumentorum certi prioratus spectant successiones parochorum, quæ aliàs spectarent ad priorem ratione prioratus.
48 ¶ *Q.* 12. *Thesaurus inuentus à patrono in feudo prehenso non spectat ad eum nisi pro dimidia ratione inuentionis: alia autem statim dimidia debet restitui vassallo idem in vsufructuario.*
Thesaurus non est pars fundi.

Digitized by Google

GLO. X. IN VER.

En luy payant les droicts.

SVPRA verb. soluendo ei iura, scilicet si qua ei debeantur, vt sequitur in text. quod intelligitur de iuribus vtilibus quæ exciderunt tempore prehensionis superioris patroni, hæc enim demum & non alia ad eum pertinent, sicut & fructus & obuentiones illius temporis dumtaxat, quod satis liquet ex prædictis.

1. Sed tamen ad pleniorem doctrinam quæro primo, Pone castellanum ratione castellaniæ suæ habere ius præsentandi ad curam & parochialem ecclesiam, & ius pleno iure conferendi certam præbendam: morte castellani vel aliàs aperitur castellania, & manui patroni iure feudali subijcitur, deinde contingit vacare parochiam præbendam, vtrum patronus possit hanc conferre, & ad illam præsentare? dubium facit primo, quòd ius patronatus non transit in * fideicommissarium vniuersalem, vt est vera & communis sententia, & tamen plus iuris vtpote proprietas remanet penes vassallum in feudo prehenso, quam penes hæredem in hæreditate restituta, & sic multominus videtur hoc ius transire ad patronum feudi quàm ad fideicommissatium, ad quem etiam cum vniuersitate non transit, vt decidit Bar. in *l. quia perinde.* & ibi Nico. de Neapol. Paul. *D. ad Trebell.* Io. de Imol. Alex. in *l. si patroni, in fin. princ. eo. tit. per d. l. quia perinde. iuncta. l. familiaria cum l. seq. D. de relig. & sumpt. fu.* Alex. in *l. Centurio. col.* 11. *D. de vulg. & pupill. & in l. quamuis nihil. D. ad Trebell.* vt dicit se ita consuluisse, & est verum prout reperi consilium eius in *lib.* 8. *cons.* 72. *incip. in causa. & lite.* idem firmauit Bald. in *l. fi. col. pen. C. de edict. diui Adria. tollen.* in *l. cum verum ad fin. C. de fideicommiss.* Paul. in *l. precibus.* & ibi Alex. *col.* 8. Ias. *col.* 18. Deci. *col.* 13. *C. de impub. & ali. substi.* Bart. in *l. quantum in fi. de Iudi.* Ias. in *l.* 2. *C. de in ius vocan. in l. si non sortem* §. *libertus col.* 8. *D. de cond. indeb. in l. pro hærede.* §. *Papinianus. in fi. D. de acquir. hæred.* Rochus Cur. in *repet. rub. de iure patro. in ver. ipse vel ad quo. quæst.* 9. Guillielm. Benedict. in *repet. cap.* Raynutius in *ver. si absque liber. more.* 2. *nu.* 2. 4. *versic.* 8. *effectus. de testam.*

* Ius præsentandi non transit in fideicommissarium.

2. Secundo quia istud ius non transit in simplicem vsufructuarium, vt latè firmat Paul. Picus repetit. §. *Titia cùm nuberet, in l. Titia. cap.* 8. *quæst.* 39. *D. de lega.* 2. & tamen vsufructuarius habet stabilius & firmius ius quam superior patronus. Tertio si dicatur quòd patronus plus authoritatis habeat quam fructuarius, saltem non potest plus habere quàm maritus in bonis dotali. vel propriis vxoris, ad quem tamen non transit ius præsentandi, sed remanet vxor. vt tenet Panorm. in *c. fi. de concess. præbend.* Paul. Picus in *loco præallegato.* Ias. in *l. diuortio.* §. *si vir. in fundo. D. solut. matri.* Guill. Bened. in *repet. d. c.* Raynutius in *verb. cætera bona. num.* 37.

3. Sed his non obstantibus contrarium est dicendum, quia collatio & præsentatio sunt in fructu *gloss.* & doct. in *cap. cùm olim, de maior. & obedien. gloss. fin. in ca. cum Bertoldus de re iudic.* Panorm. in *cap. cùm olim. col.* 1. *de iure patronat.* igitur spectant ad patronum pro tempore quo facit omnes fructus suos, & eo maxime cùm sit dominus directus. Non obstat primum, quia illud procedit in iure patronatus per se stante, & competente ratione personæ, & ideo non transit in fideicommissarium, sed remanet hæredi qui repræsentat personam defuncti, tum etiam expresse non potuisset tale ius patronatus per se subsistens in alium laicum cedi vel transferri sine consensu Episcopi, per not. in cap. *illud de iure patro. in cap.* 1. *de iur. patr. in* 6. hic autem agitur de iure patronatus vel conferendi, vnito & adhærenti certo loco castro vel fundo, cum quo transit. text. in *c. cum seculum de iur. patro.* Vnde nedum ad vsufructuarium, sed etiam ad colonum ad longum tempus transiret vna cum temporali cui adhæret, *c. ex literis de iur. patro.* Non obstant secundum & tertium, quia veritas est in oppositum spectare collationem vel præsentationem pro tempore ad * fructuarium vel maritum, vel viduam dotariam & similem, vt tenet Rochus in *d. repet. & verbo quæst.* 28. & latius dixi j. §. 135.

* Et etiam ad fructuariũ maritum.

4. Conclusionem quæstionis nostræ limito, vt procedat dummodo illud ius collationis vel patronatus sit infeudatum, & adhæreat feudo inquantum est feudum: & competat ratione feudi: secus si non esset infeudatum, nec dependeret vna cum feudo à loco dominanti, sed peruenisset ad vassallum aliunde, tametsi esset annexum feudo vt fundo competeret occasione & ratione territorij vel loci, puta si alius fundator tempore fundationis, vel ex interuallo, sed de consensu Episcopi, donauerit vel legauerit ius patronatus ad certam ecclesiam Titio domino talis castri, eiúsque successoribus dominis dicti castri, nec enim competit Titio ratione castri, & tamen non est de feudo, nec pars feudi, vel castri, sicut nec iurisdictio quam aliunde acquisiuit vassallus in feudo suo, ideo non cadit nec comprehenditur in prehentione feudali, nec spectat ad prehensorem ea durante per not. 3. §. 1. *gloss.* 3.

5. Nec prædictis obstat quòd ius personatus ad sacerdotia non potest infeudari, nec in feudum recognosci, vt pulchre deducit Ludo. Rom. in *cons.* 368. *præsens consultatio*, quia verum est in iure patronatus per se stante & principaliter considerato, & ita loquuntur *ca. de iur. patr. ca. querelam de Simo. cap. quanto. de iud. & similia iura.* secus in iure patronatus temporali rei annexo, quia sicut simul cum ea potest in totum alienari & transferri, ita & in feudum recognosci, vel in feudum dari, & ex quo semel est annexum certæ rei, illam sequitur. Tum si vassallus de portione feudi sui ecclesiam fundauerit vel dotauerit de consensu patroni sui, & ius patronatus ad causam feudi sui retinuerit, quemadmodum habet ius vtile dicti iurispatronatus, ita & patronus habet in eodem iure ius directum & exercitium in casu feudi aperti & prehensi, quia istud ius patronatus censetur subrogatum loco patrimonij alienati & dedicati, cuius prior dominus non videtur desiisse omnino esse dominus, quia remanet patronus. *l. talem in fi. D. de hæred. instit.* & vt inquit Bal. in *cap. quantum col.* 1. *de iud.* istud ius patronatus quod sumit originem à re prophana quam quis dedicat Deo, considerata origine sapit laicalitatem, & vt no. Bar. Bald. Imol. in *d. l. talem in fi.* Bald. in *c. significauit col.* 1. *de testibus.* Bal. Phil. Corn. in *l.* 3. *de fideicom.* ius patronatus est imago & reliquiæ veteris dominij.

6. Ex quibus sequitur quòd in hoc casu, hæredes patroni non succedent ei in hoc iure patronatus æqualiter nec in stirpes. sed is solum ad quem peruenerit feudum succedit in hoc iure, de quo & an vni hæredum sine consensu Episcopi possit assignari, dicam j. §. 146. & quamuis Bal. in *d. l. fi. col. pen. C. de edict. diui Adriani tollen.* sentiat quòd istud ius patronatus non sit in domino, & quòd patronus non sit dominus nisi abusiue, verum est de dominio ipsius ecclesiæ vel rerum illi donatarum.

7. Tamen etiam proprie est dominus iuris patronatus retenti, & venit appellatione rerum nostrarum & dicitur vera esse in bonis nostris. vt expressim tenet do. Andr. Tiraquel. in repeti. *l. si vnquam in ver. donatio-*

me Largitur. num. 583. *C. de reuocan. donat.* dicit in donatione iuris patronatus facta conſentiente Epiſcopo locum habere *d. l. ſi vnquam.* Nec obſtat quòd dicidit Panorm. in *cap. querimoniam. num.* 4. *de iur. patron.* quòd etiam ſi patronus non habeat aliud in bonis, non poteſt cedere ius patronatus creditoribus, quia illud non eſt ex eo quòd non ſit in bonis noſtris, ſed eo quòd non recipit æſtimationem, & quod per ſe iam vendi non poteſt. Et inquantum Bar. in *d. l. ſi. col. pen.* dicit quòd ſi dono tibi omnia iura mea, non venit ius patronatus ad ſacerdotia, quia dictio * mea eſt dominij ſignificatiua. *l. quintus* §. *argento. D. de aur. & arg. leg. Stichum qui meus erit. D. de l.* 1. dictum eſt eius verum, ſed ratio non eſt bona.

* Mea dictio dominij eſt ſignificatiua.

8. ¶ Palam eſt autem illud dictum non intelligi de donatione omnium bonorum. quoniam in illa abſque dubio tranſiret iſtud ius patronatus, etiamſi nulli temporali rei eſſet annexum, ſed per ſe principaliter ſubſiſteret: quia nihilominus tranſit cum vniuerſitate, *Arg. l. quædam. D. de acqui. re. domi. l. in modicis. D. de cont. empt. & vendit. not.* Innoc. Panorm. & omnes in *c. ex literis. de iure patro.* & expreſſim Bald. in *conſil.* 1. *an mulier. lib.* 3. *conſil.* 32. *quidam nobilis lib.* 1. intelligitur ergo de donatione actionum ſiue iurium incorporalium quæ eſt donatio particularis. per notab. Bar. in *l. ſi. D. de vſufruct. legat.* & tunc non venit iſtud ius patronatus, quia cum per ſe ſubſiſtat, & prohibitum ſit alienari & transferri niſi cum vniuerſitate, non cenſetur de eo cogitatum in generali donatione iurium. *cap. in generali. de regul. iur. in* 6. & hæc vera ratio. Ratio autem quam inducit Baldus de dictione mea, non eſt ad rhumbum: quia etiam ceſſante illa vel ſimili dictione, adhuc idem iuris eſt, quia à prohibitione transferendi ius patronatus in alium laicum ſine conſenſu Epiſcopi, ſolum excipiuntur duo caſus: Primus, quando ius patronatus certæ rei adhæret, quia cum illa tranſit *cap. cùm ſecundum. de iure patron.* Secundus, quando per ſe ſubſiſtit, ſed omnium bonorum vniuerſitas transfertur, tunc enim cum vniuerſitate tranſit, nec requiritur conſenſus Epiſcopi. inquantum etiam Bald. in *d. conſil.* 32. *num.* 2. *lib.* 1. ſcripſit appellatione bonorum non contineri ius patronatus, debet intelligi particularium bonorum, puta mobilium vel immobilium, vel mobilium & immobilium, in quibus non continentur iura: ſecus ſi fiat mentio vel diſpoſitio omnium bonorum, quia tunc venit ius patronatus etiam per ſe ſubſiſtens. & includitur in vniuerſitate.

9. Ex prædictis habes ſingularem limitationem ad theoriam Innoc. *d. cap. ex literis.* quam omnes docto. ibi & vbique ſequuntur quòd ſi ſint venditæ res corporales tantum, vel venditio ſeu conceſſio ſub nomine certorum prædiorum conſignatorum concepta ſit, non venit ius patronatus: vt procedat quando ius patronatus ſimpliciter eſt reſeruatum: & non ad cauſam certæ domus nec aliàs certo loco annexum, quia tunc etiam ſine alia expreſſione tranſiret vna cum domo vel loco particulari, quocunque titulo vel modo ſiue vniuerſali, puta ſucceſſionis vel confiſcationis, ſiue particulari, puta donationis, vel legati transferatur, poteſt enim de conſenſu Epiſcopi, nedum vni caſtro vel territorio vniuerſali, ſed etiam loco particulari annecti ius patronatus, vt ſentit Panorm. in *c. cùm ſeculum. d. iur. patro.* quamuis Innoc. & alij, ibi & in *d. cap. ex literis, aliter ſentiant.*

10. Vnde ſi vendatur feudum ratione cuius competit ius patronatus in aliqua eccleſia, tranſit ius patronatus in emptorem, nec requiritur conſenſus vel authoritas Epiſcopi. caſus eſt in *d. cap. cùm ſeculum* & poteſt emptor liberè præſentare. quod intelligitur ſecuta traditione feudi, ita quòd eius dominium ſit tranſlatum, quia non poteſt emptor prius in feudo habere aliquod ius in hoc patronatu à feudo dependente, nec ante poterit præſentare. & ſic non obſtat quod inquit Bald. in *d. l. ſi. in princ. col. ſi. C. de edict. diui Adri. tollend* quòd hæres ſi aliqua miſſione præſentare poteſt, & quòd in puris incorporalibus ſufficit habere ius. vt not. Innoc. *in c. cum noſtris, de conceſſ. præb.* quia eſt verum poſtquam habetur illud ius, quia etiam ſine alia poſſeſſione vel quaſi ſufficit dummodo non ſit alius poſſeſſor, aliàs ſecus. *cap. conſultationibus de iur. patr.*

11. Et no. quòd ſiue non fiat in venditione mentio de iure patronatus, ſiue fiat in verbis executiuis, vel etiam verbis diſpoſitiuis, ſiue per copulam, ſiue per dictionem cum, aut alias non refert, nec vitiat, vt tenent Io. And. Gemi. Phil. in *cap. vnico. de iur. patro in* 6. Ioan. And. in add. *Specul. de iur. patron. in prin.* Bal. in *l. ſi. C. de edict. Dini Adr. tollend.* Card. in *d. c. ex literis in* 11. *q.* 10. *de Ana. in c. querelam. ad ſi. de ſimo.* Soci. in *l. ſi is cui ducenta. in ſi. prin. D. de reb. dub.* & fuit originalis opinio Oldr. in *conſi.* 312. & ita ſimpliciter tenendum, quicquid Panorm. in *d. c. querelam & poſt eum Rhocus. in d. loco. q.* 25. *diſtinxerint.*

12. SECVNDO quæro in themate quæſtionis præcedentis. Quid ſi prius vacauit eccleſia vel præbenda, deinde antequam vaſſallus præſentaret vel conferret patronus manum injecit feudo aperto, Vtrum poſſit præſentare vel conferre? Videtur quod ſic. Primò quia ad eum & non ad vaſſallum (quamdiu prehenſio durat) ſpectat omnes actus dominicales etiam nomine ſuo exercere, idque priuatiue ad vaſſallum, ita quòd vaſſallus non poteſt ſubuaſſallis manum leuare, nec eos inueſtire, nec ſubfeuda prehendere, nec aliter ius patronatus exercere etiam ratione veteris & præcedentis aperturæ ſubfeudi, ſed ſpectat ad ſuperiorem patronum: igitur pariter non poterit ius patronatus in dictam eccleſiam exercere, ſed ſuperior patronus dumtaxat. Secundo quia ad eam & eius lucro ſpectant omnes fructus etiam tempore prehenſionis maturi & pendentes. vt not. *ſupra* §. 1. *gloſſ.* 5. *& gloſſ.* 8. Sed ex quo vaſſallus nondum inceperat nec præparauerat præſentationē vel collationem, non cenſetur fructus collectus ſed fructus pendens. Tertio, quia ſi poſt vacationem, feudum transferatur in alium, ſiue per venditionem, donationem aut aliàs, non poteſt amplius venditor vel antiquus vaſſallus præſentare vel conferre, ſed hoc ſpectat ad emptorem ſeu nouum acquiſitorem, infra tamen reſiduum temporis quod competebat authori ſuo, & idem ſi patronus poſt vacationem beneficij infra quadrimeſtre decedat ſine liberis, relicto fratre vterino & hærede mobilium & conquæſtuum, & agnato remotiori hærede feudi antiqui, à quo ius patronatus dependet, præſentatio non ſpectabit ad fratrem & verum hæredem defuncti, ſed ad agnatum ad quem deuoluitur feudum. ius enim patronatus tranſit cum poteſtate præſentandi nedum pro futuris, ſed etiam pro præteritis adhuc pendentibus vacationibus. Præſentatio enim quamuis conſiſtat in fructu, & ſit fructus ciuilis, hoc eſt verum quoad quædam, non autem generaliter, ſed multo ſtrictius quam cæteræ obuentiones ciuiles, de quibus diximus *ſupra* § 1. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 2. 3. quoniam non poteſt cedi, nec in alium ſuo nomine transferri, nec alij quàm vero patrono competere, etiam ſemel & pro vna vice & poſt vacationem, quemadmodum de exercitio iurium dominicalium dictum eſt 5. §. 1. *gl.* 3. & plene probarem niſi prolixitatem & nimiam *ἔκθεσιν* vererer. igitur vaſſallus feudo rite prehenſo, & ad manum ſuperioris redacto, non poteſt amplius ratione d. feudi etiam præteritæ vacationis præſentare.

13. Sed his non obſtantibus contrarium puto, quia ad patronum iure feudali fruentem non ſpectant niſi fructus qui excidunt prehenſione durante: ſed hi fructus exciderunt ante prehenſionem. Non obſtat, quòd nondum ſunt percepti nec collecti,

& quòd non regulantur ſecundum reliquos fructus ciuiles & vtiles, quòd ad ſuperiorem patronum & non ad vaſſallum ſpectant honores feudi prehenſi, etiam iam debiti ratione mutationis ſubuaſſalli præcedentis ſaluis iuribus vtilibus præteritis. *vt ſ. eo. gloſſ.* 8. & quòd actus præſentandi vel conferendi non conſiſtit in vtilitate ſaltem probabili & conſiderabili, ſed in honore, imò magis in onere, vt inquit Bald. in *conſ.* 25. *quidam nobilis conſ.* 2. *lib.* 1. & plenè legitur. & no. in *c. pia mentis* 16. *quæſt.* 7. Nec etiam obſtat quòd ius præſentandi etiam ratione vacationis præcedentis ſpectat ad eum ad quem ius patronatus transfertur & ſpectat tempore præſentationis: quia ad hæc omnia vnico verbo reſpondetur, quòd hîc non transfertur ipſum ius patronatus, ſicut nec proprietas feudi in patronum prehendentem ex defectu hominis: ſed ſolum fruitio & lucrum fructuum tempore prehenſionis excidentium, proprietate & dominio ſemper remanente penes vaſſallum, qui præſentare poterit etiam pendente dicta prehenſione, quia remanet verus patronus, quum non ſit priuatus iure ſuo, ſed tantum ſuſpenſus reſpectu vacationum quæ occurrunt tempore prehenſionis: ſed non eſt ſuſpenſus nec impeditur reſpectu vacationum præcedentium, ſicut nec in perceptione & exactione (aliter tamen quàm per prehenſionem feudalem) cæterorum ciuilium fructuum ante prehenſionem feudi acquiſitorum, licet nondum perceptorum. Quemadmodum in ſimili diximus ſ. §. 140. quòd ſi viuo patrono cœperit vacare eccleſia patronata, & infra quadrimeſtre decedat patronus relicta vxore doaria, ad ſolos hæredes ſpectabit reſiduum temporis, & integrum ius præſentandi pro illa vacatione, ita quòd vidua concurret cum eis in iure præſentandi. Quid autem iuris ſit in caſu conuerſo, ſi antequam vſufructuarius præſentet ad eccleſiam tempore ſuo vacantem decedat, an ad eius hæredem, an vero ad proprietarium ſpectet ius pro illa vice præſentandi, ibi diſcuſſi & reſolui, nec huc transferam, quia nimis remotum eſt à materia huius §.

14. TERTIO iuxta prædicta quæro, Quid ſi patronus feudi de facto præſentauerit ad dictam eccleſiam quæ ante manus iniectionem vacauit, vaſſallus autem tacuit & neminem præſentauit, Vtrum valeat inſtitutio præſentati: Et primò videtur quòd non, quia præſentatio non valuit, quum non ſit facta per eum ad quem ſpectabat, igitur nec inſtitutio ſiue collatio quæ ſuper illam præſentationem fundatur. Et maximè ſi inſtitutio ſe refert, non ſimpliciter ad præſentationem domini talis loci eum non nominando, ſed nominatim & indiuiduo ad præſentationem talis domini directi dicti loci iure feudali eo fruentis, & maximè quum huiuſmodi collatio non poſſit ſubſiſtere nec iuſtificari ex alia cauſa: non enim ex præſentatione veri patroni, quia non præſentauit: nec ex iure de poteſtate conferentis, quia tunc non habebat poteſtatem pleno & proprio iure conferendi, nec etiam eam intentionem habuit. Hinc ſi Papa in conferendo beneficium, cuius collatio ad eum ſpectabat iure deuoluto aut aliàs, fundat ſe ſuper reſeruatione generali, vel particulari non valet prouiſio nec ſuſtentatur ex capite ex quo fieri poterat, & hic habet locum illud vulgatum, * quod potui, nolui, & quod volui non potui. de quo in *l. ſi genero. C. de iure dota. in l. multum intereſt. C. ſi quis alt. vel ſub. & in cap. quum ſuper. de offic. delega.* Et in terminis quòd collatio facta ex capite incongruo, non ſuſtentetur ex capite congruo, etiam quod collator tunc poterat valide conferre, decidunt Hoſti. Panor. in cap. *ex parte col. fi. per illum text. de conceſſ. prebend.* Ludo. Roma. in *conſ.* 335. *circa primum col. fi. conſ.* 496. *primæ conſultationis col.* 2. Domi. de S. Gem. in *conſ.* 92. *in cauſa canonicatus col.* 1.

15. Sic etiam in ſimili decidit Henri. Bohic. in cap. quum dilectus *in* 2. *diſtinct.* quòd ſi prælatus inſtituat præſentatum à vero patrono, non tamen ad ipſius præſentationem, ſed aliàs iure ſuo non valet, ſicut ſi alium non præſentatum inſtituiſſet. nam ex quo præſentatum inſtituit non ſub titulo ſeu qualitate præſentationis, ſed aliàs, perinde eſt ac ſi eum nullomodo inſtitueret. Nam vbi quis poteſt & debet facere aliquem actum ſub certa qualitate neceſſaria & intrinſeca ad illum actum, ſi faciat ſub alia non valet actus, *cap. qui authoritate de præben. & dign. in 6. cap. ſuſcepta. de reſcript. eo. l.* 3. §. *ſed, & ſiquidem tutor. D. de iudi. ſol. l. ſi is ad quem. D. de acquir. vel amitt. hæred.* Et tanto fortius in quæſt. noſtra quanto huiuſmodi inſtitutio non eſt liberalis, ſed facta prætextu cauſæ debitæ & neceſſariæ, qua deficiente ſequitur inſtitutionem non valere, & non potuiſſe ſuſtentari etiam ſi inſtituens libere iure ſuo prouidere potuiſſet, quemadmodum ſi prælatus contulerit alicui beneficium tanquam graduato vel nominato cui non debebatur, quia non erat rite qualificatus: vel beneficium vacauerat in menſe ordinarij, non valet collatio tanquam libera neque iure præuentionis, quia conferens hoc non intendit. *arg. l. rem legatam. inſt. D. de adi. lega.*

16. Sed his non obſtantibus quæ in præſenti quæſt. non obſtant, dico dictam inſtitutionem eſſe validam, ſi vaſſallus ad quem ſpectabat non fuerit conquæſtus, nec alium præſentauit infra quadrimeſtre à tempore vacationis Et eſt ratio, quia in hoc caſu præſentans non eſt omnino extraneus, imò eſt directus dominus feudi aperti, quo iure feudali fruitur. Et in hac qualitate eſt in poſſeſſione vel quaſi ipſius iuris præſentandi, quamdiu prehenſio durat. Et ſi hoc non extendatur ad præſentandum ratione vacationis præcedentis, vt dictum eſt in quæſt. præcedenti: hoc non eſt ex eo quod iſte præſentator non ſit in poſſeſſione vel quaſi iuris præſentandi, ſed ex eo quod iſta præſentatio eſt fructus præteriti temporis ſpectans ad vaſſallum ſiue proprietarium, qui non deſiit eſſe dominus iuris patronatus, vnde ſi vaſſallus patiatur hunc velut fructum colligi à patrono ſuo, non poteſt inualidari præſentatio, nec ratione iuris vaſſalli ex quo non conqueritur, nec ex defectu iuris præſentatoris, ex quo erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, nec ex parte inſtituentis, quia non inſtituit ad præſentationem extranei, & non patroni: ſed ad præſentationem patroni, ſiue eius qui eſt loco veri & immediati patroni. Vnde dico quòd prælatus qui inſtituit, non poteſt poſt quadrimeſtre à tempore vacationis alteri conferre dictam eccleſiam iure proprio & libero tanquam deuoluto ex defectu præſentationis veri patroni, nec etiam fiet aliqua deuolutio ad ſuperiorem dicti prælati, nec ex capite indebitæ inſtitutionis, nec ex capite negligentiæ: ſed remanet inſtitutio valida.

17. Idem dico in caſu conuerſo, ſi tempore prehenſionis feudi vacauit eccleſia, patronus autem feudi antequam præſentaret inueſtiuit vaſſallum, eique manum leuauit, & vaſſallus nondum lapſo quadrimeſtri præſentauit: quia valet inſtitutio nec poteſt reuocari ſi patronus feudi infra dictum quadrimeſtre conquæſtus non fuerit. Idem in ſimilibus eſt dicendum, puta ſi vidua doaria in hac qualitate præſentauerit ad beneficium quod ante mortem viri vacare cœperat, imò etiam idem ſi ſolus hæres præſentauerit ad beneficium quod cœpit vacare poſt obitum defuncti, & præſentatio admiſſa fuerit non conquirente vidua doaria infa tempus legitimum. Ad hæc faciunt quæ in multo fortioribus terminis probaui ſ. §. 147. quod ſi proximior hæres conquæſtuum & mobilium bona fide præſentauerit, & inſtitutio facta fuerit tacente & forte ignorante hærede propriorum ad quem ratione feudi antiqui ſpectabat præſentatio priuatiue ad alios hæredes, rata manet inſtitutio, & non poteſt impugnari à vero patrono poſt quadrimeſtre vt clarum eſt, nec ab inſtituente vel eius ſuperiore per

* Quod potui nolui, &c

rationes quas ibi deduxi : secus si institutio esset facta ad præsentationem mere extranei, qui nihil habet in iure nec in possessione nec in reputatione patronatus, quia est funditus nulla & tempore non conualescit. An autem taliter institutus possit tueri triennio, & beneficio decreti de pacificis possessoribus dixi in dict. §. 147. item secus si in casibus præcedentibus, is ad quem vere spectat præsentatio conquæratur & præsentet infra quadrimestre. An autem idem prælatus, quum nulliter & erronee instituit, possit variare, siue iure proprio tanquam deuoluto post quadrimestre, siue ratione præsentationis veri patroni infra quadrimestre superuenientis, dixi late in d. §. 147. cum multis aliis quæstionibus dubitabilibus & non tactis ab aliis in hac materia iuris patronatus, quas nolo huc transferre, ne nimium excedam materiam huius tituli.

18. QVARTO quæro, pendente prehensione vacauit ecclesia, & sic præsentatio spectat ad patronum feudi qui neglexit præsentare infra tempus debitum, & forte ignorauit vacationem. Vassallus autem de facto præsentauit, & eius præsentatio fuit admissa & institutio facta. Quæritur vtrum valeat? Videtur quod non. Primo quia* electio, postulatio, præsentatio vel nominatio facta à suspenso ab officio vel interdicto non valet. *cap. cum dilectus*, & ibi Imo. Panor. de const. *c. cum inter. D. de elect. glo.* & Panor. in *cap. cum Vintonensis. eo.* Panor. in *c. pastoralis in fin. de appella. & in exceptione.* vbi latè Feli. *de except.* Sed durante prehensione ex defectu hominis vassallus est suspensus & interdictus nedum à beneficio & commodo fructuum : sed etiam ab officio & omni actu dominicali & honore à re beneficiata dependente; vt est text. in hoc §. Secundo, quia hoc faciendo infringit manum dominicam patroni sui & meretur mulctari. vt supra eodem §. 19. Igitur quod fecit nullum est saltem tractandum ne ei dolus suus prosit. *l. ex dolo. D. de dol. l. ita demum in princ. D. de arbi. ibi, ne quis doli sui præmium ferat. l. non fraudantur §. nemo ex suo dilecto. D. de reg. iur.* quia non debet consequi lucrum vel præmium vnde pœnam metetur. *l. sine hæreditaria & ibi gloss. D. de negot. gest.*

* Factum à suspenso vel interdicto non valet.

19. Tertio quia non valet præsentatio facta etiam à vero patrono non possidente, quando alius est in possessione iuris patronatus etiam mala fide, quia non licet vero domino propria authoritate spoliare possessorem etiam malæfidei, intantum quod hoc casu neutra præsentatio tenebit, nec veri patroni, quia non possidebat: nec possessoris, quia mala fide possidebat. Ita decidit Innocent. in *cap. in literis de restitutio. spoliat.* quem sequitur Bal. in *l. 2. col. fina. C. de serui. & aqua.* Panor. in *cap. cum ecclesia sutrina. col. pen.* & ibi Imol. in *fi. de cau. possess.* & propriè Panor. in *cap. consultationibus in fi. de iur. patr.* Domi. de Rota. in *Decis. 7. collatio. de iure patro. in nouis.* Roch. Cur. in *repetit. rub. de iur. patro. in vers. competens quæst. 19.* Sed in quæst. nostra, vassallus non possidet, quia possessio feudi reprehensi & iurium eius translata est in patronum feudi. vt §. §. 1. *gloss. 4. quæst. 2.* Et sic sumus in longe fortioribus terminis, quia patronus feudi iuste & bona fide possidet, & cum hoc est dominus directus, imò etiam in effectu vtilis durante prehensione. Igitur cum vassallus sit iuste priuatus nedum possessione feudi, & consequenter quasi possessione iurium à feudo dependentium : sed etiam vtilitate dominij & illorum iurium, nullomodo præsentare potest.

20. Tertio, quia posito quod patronus feudi* ignorauerit, non currit ei tempus & sic etiam post quadrimestre non est excluſus, sed habet ius integrum : & potest præsentare & irritare præsentationem vassalli : quemadmodum ipso iure absque dubio irritaretur si infra quadrimestre veniret ad præsentandum. Quod autem istud tempus non currat nisi à tempore notitiæ tenet Ioan. And Panor. in *cap. fi. de iur. patron.* firmat Panorm. in *cap. cum propter eod. tit. & in cap. quia diuersitatem per illum text. de conces. præb.* & pulchre Lapus in *alleg. 78. ver. ad quartam quæstionem.* vbi dicit quòd requiritur vera & certa scientia, & quòd non sufficit interpretatiua ad hoc vt incipiat currere tempus, sequitur Rochus Cur. in *repet. rub. de iur. patro. in ver. honorificum quæst. 27.*

* Tempus non currit ignoranti.

21. Hæc nullum vrgent, tamen prælius cuncta rimando contrarium puto. quia vt diximus. §. *1. q. 2. nu.* 23. Vassallus per huiusmodi prehensionem non priuatur dominio vel proprietate feudi & iurium eius, imò nec possessione vel quasi, nisi respectu eorum quæ interim spectant ad prehensionem iure & potestate feudali. Possessio autem quam habet patronus feudi in qualitate domini feudalis feudo prehenso fruentis, bene se compatitur cum possessione vassalli, quam vassallus habet iure dominij seu patrimonij seruientis. Plures enim eandem rem diuerso respectu, & in diuersa qualitate insolidum possidere possunt, vt plenè not. per doct. in *l. 3. ea contrario. D. de acquir. vel amit. possess.* Quum igitur vassallus remaneat patronus ecclesiæ, imò etiam in quasi possessione patronatus saluo iure feudali superioris patroni, si superior iure suo feudali non vratur, non facit impedimentum vassallo, qui respectu instituentis & ecclesiæ patronatæ liberas ædes habet. *l. loci corpus §. competit. D. siser. vendi.*

22. Amplio nedum si simplex fuerit prehensio feudi, nullo adhibito curatore vel commissario, quo casu tacite censetur patronus permittere vassallo administrationem feudi & collectionem fructuum, ad onus tamen reddendarum rationum si voluerit exigere, vt dictum est *supra §. 9. gloss. fin. num. 3.* Sed etiam extraneus commissarius adhibitis expulsis de facto & interdictus sit vassallus cum suis, quia nihilominus remanet dominus & possessor respectu dispositionis dominij feudi & iurium, & potest ea prosequi in iudicio contra extraneos, & etiam iuribus feudi vti ne pereant, quatenus patronus & eius commissarij non vtuntur, nec in tempore conqueruntur. Et sic semper vassallus contra alios à patrono & commissariis suis liberas ædes habet. Sed diligenter aduerte quòd istud liberas ædes habet, non æque quadrat in casu nostro, sicut in casu *d. §. competit.* quoniam in *d. §. competit.* ius tertij non erat excluſiuum iuris agentis, sed hic ius superioris patroni est excluſiuum iuris vassalli, & satis per præcedentem feudi prehensionem verisimiliter apparet superiorem velle vti iure suo. Hinc emergunt plurimæ graues difficultates. Prima an prælatus teneatur admittere & instituere præsentatum ab huiusmodi vassallo, an vero possit & debeat refutare? Secunda an in casum refutationis possit aditi superior, & an is possit præsentato prouidere iure deuoluto? Tertia, an immediatus prælatus possit voluntarie instituere, & an teneat institutio quamuis præsentatio non ligauerit? Et eædem dubitationes versantur in quæst. quam examinaui. §. §. 140. An solius proprietarij præsentatio debeat admitti, & valeat institutio ad ecclesiam quæ vacauit pendente vsufructu fructuario tacente & forte ignorante per spatium quadrimestris. His vicina est alia difficultas, an ex pluribus patronis vel hæredibus patroni; vnius solius præsentatio debeat admitti, & valeat institutio aliis non vocatis, & per spatium quatuor mensium tacentibus forte ignorantibus, de quo tractaui §. §. 147. vbi etiam deduxi, an plures patroni debeant simul concurrere in præsentationis actu : An vero possint seorsum & singulariter præsentare. Et an semper & in infinitum, vel vsque ad quot gradus hæredes patronorum succedant in stirpes vel in capita? Quibus in locis multa noua dixi. & certè vix ista possunt commode separatim tradi. Rursus nimis prolixum & à materia feudali remotum esset omnia hic expedire, ne tamen lectorem vacuum dimittam breues

aliquas concluſiones huc tradam, ex quibus reſolutio huius quæſt. & plurimarum ſimilium facile eluceſcet, reliqua ampliſſimæ huius materiæ remittam ad no. in *d.* §. 147.

a Prima concluſio.

23. Prima * concluſio. vaſſallus vel ſimplex proprietarius feudi vel caſtri, à quo dependet ius patronatus, poſſunt præſentare ad eccleſiam quæ cœpit vacare poſt feudum prehenſum vel vſumfructum conſtitutum & traditum, & valida & efficax eſt præſentatio ſi ſuperior patronus vel fructuarius j. tempus legitimum quadrimeſtris non conquerantur nec præſentent. Ratio, quia hoc caſu præſentans eſt verus patronus & poſſeſſor vel quaſi ipſius iuris præſentandi. & ſic habet ius & intentionem fundatam ad præſentandum etiam cum effectu, niſi is ad quem ſpectat commoditas illius iuris ea vtatur, vt dictum eſt. & idem in domino qui locauit caſtrum vel feudum ſuum ad longum tempus, vt in terminis *c. ex literis, de iur. patro.* & in cæteris ſimilibus. Secus ſi præſentans nullomodo eſſet in poſſeſſione vel quaſi iuriſpatronatus, ſed eſſet mere extraneus, quia caſu nullo valeret præſentatio nec inſtitutio ſuper ea fundata, vt ſupra *ea. glo. 9 3. num.* 17. *ad fin.* Idem ſi eſſet verus patronus ſed nullomodo poſſideret. quia tunc alio etiam mala fide & iniuſte aut violenter poſſidente non valeret præſentatio veri patroni. ſed bene valeret nullo alio exiſtente in poſſeſſione, *vt* j. *ea. gloſſ. num.* 10. 19.

b Secunda concluſio.

24. * Secunda concluſio, vnus ſolus ex pluribus patronis vel hæredibus vnius patroni poteſt præſentare, & valida & efficax eſt præſentatio, ſi compatroni per tempus debitum negligant. probatur, quia ius patronatus de ſe eſt indiuiduum. Vnde ſi ſint plures patroni vel hæredes patroni, competit cuilibet in ſolidum, etiam ſi alias inæqualiter ſint hæredes vt indubitata deciſio gl. 2. & omnium doct. in *cap. 1. de iure patro.* & vbique. Si igitur vnus ſolus præſentat, ſi alij ceſſant remanet præſentatio vnius valida & efficax, non per ius accreſcendi: ſed per ius non decreſcendi.

c Concluſio tertia.

25. * Tertia concluſio, in caſibus duarum præcedentium concluſionum, tenetur prælatus admittere præſentationem, vt ſaltem inſtrumentum factæ præſentationis tradere, vel permittere confici: poteſt etiam præſentatum ſtatim inſtituere ſi velit, ſed non tenetur, nec debet hoc facere, niſi ſaltem lapſo præſentationis tempore. Et ad clarum intellectum huius concluſionis habenda eſt notitia trium * terminorum principalium in hac materia, videlicet præſentatio, admiſſio, & inſtitutio, quæ differunt, quia præſentatio * eſt actus patroni, & debet eſſe perſonalis ex parte præſentati, qui debet eſſe præſens caſibus prælati vel ſui vicarij cui fit præſentatio, iuxta gl. in *Clem. dudum* §. *ac deinde in ver. præſentari. & ibi* Imol. Cardi. *de ſepul.* Io. Imol. in *c. ea noſcitur no.* 3. & ibi Panor. not. 2. *de his quæ fi. à prel. ſine con. ca.* Maria. Soci. in *tract. de citatio. arti.* 31. *nu.* 9. Rochus Cur. in *tract. de iur. patro. in prine. q.* 3. patronus autem poteſt præſentare per literas, vel etiam per nuncium, ſi prælatus velit ei credere, vt ibi not.

d Præſentatio, admiſſio, inſtitutio differunt.

e Præſentatio quid.

f Admiſſio quid.

26. Admiſſio * autem eſt, quando præſentatus habetur pro rectè præſentato. Super quo eſt notandum quod quamuis admiſſio partim reſpiciat identitatem præſentati, vt ſentit text. in *cap. vnico de inſt. in 6.* Tamen principaliter reſpicit ius, quaſi poſſeſſionem, poteſtatem, & perſonam præſentantis. Non autem reſpicit perſonam præſentati, quia non obſtante admiſſione poteſt & debet prælatus antequam inſtituat inquirere de capacitate & idoneitate præſentati, & ſi non ſint alij ius prætendentes iuxta formam *c. fin. de elect. in 6.* quæ nedum in electione ſed etiam in præſentatione ſeruanda eſt ſecundum gloſſ. 1. *ibi* quam ſequitur ibi Per. de Ancha. Gemi. Philip. Franc. & Lap. de Caſtelho. in *alleg.* 8. vbi dicit ita ſeruari in practica Panor. Phil. Decius in capit. *poſtquam col.* 2. *de elect.* Nicol. Euerd. in *locis legal. in loco à ratio l. largo vel. ample. colum.* 24.

27. Aduerte tamen quod opinio d. gl. 1. quantumuis communiter approbata, non eſt de iure vera, quia forma *d. c. fi. de elect. in 6.* loquens in electione quum ſit pœnalis, non debet extendi ad præſentationem, nec etiam in ea obſeruatur, vt rectè decidit Egidi. Belle. *de. ciſio.* 620. Et ſic concludo, quod prælatus non tenetur ſeruare formam *d. c. fi.* poteſt tamen & honeſte facit, ſi non habet præſentatum ſufficienter notum, inquirere antequam inſtituat: non enim debet repente manum imponere, quod prohibet Apoſtolus 1. *ad Tim.* 5. *& habetur* 78. *diſt. quid eſt manus, & in c. cum nobis de elect.* * Inſtitutio autem principaliter concernit perſonam præſentati tanquam approbatam & acceptatam. & ſolum per eam confertur titulus & ius in re. Præſentatio autem & admiſſio non conferunt niſi ius ad rem, ſi præſentatus non reperiatur minus idoneus, vt no. doct. in *ca. vno de inſti. in 6.* Adde quod inter refutationem præſentationis vel præſentati, & eius admiſſionem eſt dare medium: videlicet quando prælatus admitteret nedum actum præſentationis, aliter non approbando nec reprobando, donec ſuper hoc liberauerit.

g Inſtitutio quid.

28. Modo concluſio noſtra quòd prælatus non tenetur ſtatim nec ante lapſum quadrimeſtris à vacatione inſtituere præſentatum, vel admittere præſentationem ex parte præſentantis tanquam recte & ab eo ad quem ſpectat factam, probatur, quia prælatus eſſet in periculo quod ſua admiſſio & inſtitutio irritaretur, & quod iterum teneretur variando alium admittere, & inſtituere forte poſtea in fine quadrimeſtris præſentatum à patrono feudi vel fructuario, vel à maiori parte reliquorum patronorum, & ſic non poteſt cogi nec tenetur inuitus interim primum præſentatum admittere & inſtituere, ſed poteſt excipere de iure patroni feudi vel fructuarij vel aliorum patronorum, quamuis non ſit totaliter & ipſo iure excluſiuum iuris præſentantis, videlicet niſi res in ea cauſa ſit vt alio ſuperueniente huiuſmodi præſentatio ſubuenti poſſit, iuxta *l.* 2. & ibi Bar. in *verſi. aut ad hoc D. de except. rei iudi. l. qui cum hærede. D. de actio. & oblig. l.* 3 §. *cum extaret. D. de carbo. l. quandiu. D. de bo. libe.* Quod non poſſit abſolute refutare præſentationem & præſentatum, ſed ſaltem actum, vt vocant, ſeu inſtrumentum præſentationis ſuę teneatur dare, probatur ex eo quod efficacia præſentationis eſt in pendenti, & ſi per totum quadrimeſtre cęteri habentes ius in præſentatione ſileant, remanet præſentatio efficax. Ergo non poteſt interim prorſus repelli, quia fieret iniuria præſentato, qui cęteris tacentibus habet plenum ius in præſentando. Quod autem poſſit prælatus ſi velit incontinenti alio non expectato admittere & inueſtire, palam eſt ex his quę diximus in *ſi. q. precedentes*, huiuſmodi inſtitutionem remanere validam incommutabilem ſi per totum quadrimeſtre cęteri tacuerint.

29. Ad quod facit notab. deciſio Panor. in cap. cùm ex officij facta per ordinarium j. menſem datum expectantibus, ſi expectans non acceptauit: quamuis non valeat collatio facta per ordinarium de beneficio tanquam deuoluto, licet deuolutio ſequatur poſt collationem. Et ratio eſt euidens, quia primo caſu collator habet fundatam intentionem ex nunc & de præſenti, & excepto expectanti quod omnes liberas ędes habet: Secus in ſecundo caſu, in quo tempore collationis, nullum ius conferendi habet fundatam intentionem de præſenti, & ſic collatio * funditus nulla ex poſt facto non conualeſcit. Et ſic opinio Panorm. eſt vera & tenenda, & eam late ſequitur. Io. Selua. in *tract. de benefi. par. 9. quæſt.* 9. quamuis Feli. poſt Cardi. & alios improbare nitantur. (ſed male) in dict. *cap. cum ex offic. col. pen. & fin.*

* Collatio funditus nulla, nunquam conualeſcit.

30. Hinc eſt etiam quòd ſi prælatus conferat bene-

ficium patronale contempto patrono: ſi patronus taceat per tempus datum ad præſentandum, remanet collatio valida & rata, ſiue beneficium ſit ſub patronatu laico, ſiue ſub patronatu eccleſiaſtico. quod eſt verum dummodo prælatus contulerit ſimpliciter ſine iure ordinario: Secus ſi contulerit tanquam iure ad ſe deuoluto ex negligentia patroni antequam tempus lapſum ſit, quia tunc non confirmatur etiam lapſo tempore, etiam accedente expreſſo conſenſu patroni, ſiue ante ſiue poſt tempus præſentandi lapſum, ſed omnino noua collatione opus eſt, vt pulchre decidit Panorm. *in diſpu. 5. augerio in 2. dubio*, & Domi. de Rota. in *deci. 10. ſub ti. de iur. patro. in antiq.* Et eſt ratio, quia hoc vltimo caſu nulla ſubeſt, ſed prorſus deficit veritas fundamenti & qualitatis in qua actus ſit: ſed in primo caſu ſubeſt de præſenti poteſtas in conferente, qui liberas ædes habet omni reſpectu alio à patrono, qui poteſt expreſſe vel tacite perpetuo vel quoad vnum actum remittere ius ſuum. Sed quid diceres de mandato apoſtolico conceſſo in forma concordatorum inter Leonem decimum & Chriſtianiſſimum Regem noſtrum? Mandatarius inſinuauit mandatum epiſcopo nulla inſinuatione facta patrono eccleſiaſtico: Poſt menſem à notificatione contingit primo vacare beneficium ſpectans ad præſentationem patroni. Mandatarius petiit ab epiſcopo ſibi conferri illud beneficium in vim ſui mandati, quod fecit epiſcopus ſpreto ſeu inaudito patrono, qui neque præſentauit nec aliter conquæſtus eſt: deinde mandatarius controuerſiam paſſus eſt ab alio prætendente ſe prouiſum de eodem beneficio, qui obiecit nullam mandati inſinuationem fuiſſe factam patrono. Super hoc plura deduci poſſent. Sed breuiter reſoluendo ex prædictis patet friuolam eſſe huiuſmodi obiectionem ex quo patronus tametſi eccleſiaſticus ȝ. ſemeſtre ſibi ad hoc præfixum à iure non præſentauit nec conqueſtus fuit: & ſic pro hac vice cenſetur iuri ſuo renunciaſſe, tam reſpectu præſentationis quàm reſpectu inſinuationis, quum in vtroque ſit eadem ratio. Imò etiam ſi nunc & poſt illud ſemeſtre patronus interueniret in lite ad impugnandum collationem mandatario factam non eſſet admiſſibilis nec audiendus, nec eſt quod cauſari poſſit formam inſinuatione non fuiſſe obſeruatam ex quo mandatum ad eum non dirigebatur, nec etiam per illud grauabatur, prout nec in effectu per illud mandatum grauatus fuit. Quoniam notandum eſt, quod quando prælatus confert beneficium ſpreto patrono etiam eccleſiaſtico, ſi patronus infra tempus debitum non conqueratur, valet collatio prælati tanquam litera & iura ordinario, & non tanquam ex aliquo iure deuoluto à patrono, ſed tanquam pro hac vice remoto obſtaculo ſeruitutis iuris præſentandi, vt poſt longam diſputationem recte concludit Cardi. Zabar. in *cle. vnica. de ſupplen. negli. prela.* Et ſic in præſenti caſu ſolus prælatus grauatur per dictum mandatum. Et valet collatio prætextu mandati facta tanquam neceſſaria debita & non liberalis: quamuis in veritate reſpectu huius beneficij non eſſet neceſſaria, ſed voluntaria, quia prælatus recuſare poterat collationem libetam dicti beneficij negando illud eſſe patronale: verum ex quo tãquam iure libero contulit, & deinde patronus negligendo ius ſuum pro hac vice emiſit, cenſetur & fingitur collatio fuiſſe neceſſaria & debita: & ſic remanet validum quod in vim mandari factum eſt. Et ita ſuper huiuſmodi controuerſia conſultus de iure reſpondi. Ex quibus liquido patet veritas reſolutionis quæſtionis noſtræ, quod valet & efficax eſt præſentario vaſſalli vel proprietarij vel vnius ex patronis cæteris per tempus debitum tacentibus. Et ſiquidem facta fuerit inſtitutio, rata & incommutabilis manet. Si autem prælatus noluerit durante tempore præſentationis expedire, ſaltem tunc illo lapſo tenetur præſentatum admittere & inſtituere, quia tempore vocationis & præſentationis præſentator habebat ius in hoc patronatu. Secus ſi tunc nullomodo erat patronus, quia tunc quantumcunque poſtea verus patronus eſſe incipiat, non conualeſcit præſentatio & inſtitutio, quæ ab initio funditus fuit nulla.

31. ¶ Ad allegata pro parte contraria non obſtat primum, quia in caſu noſtro vaſſallus non eſt abſolute ſuſpenſus vel interdictus, ſed ſolum reſpectiue & fauore ſuperioris patroni, ſi & quatenus iure ſuo vti velit. Vnde ſi forte contingeret, vaſſallos in pœnam à ſuperiore inflictam ſuſpendi à feudis, nullomodo poſſent illa ſuſpenſione (vtpote præciſa & abſoluta) durante, vti iure præſentandi illis feudis annexo, nec vnquam conualeſceret inſtitutio in vim talis prætentationis facta. Et ſic iunctis prædictis ſatis apparet ſolutio ad ſecundum & tertium.

32. Ad quartum autem reſtat difficultas, quia communis ſententia in textibus iuris fundata, tempus præſentandi non currere niſi à tempore * notitiæ, & ſic videtur quod ſuperior patronus vel vſufructuarius etiam poſt lapſum temporis à vacatione, ſed infra tempus à notitia ſua veniens poſſit irritare inſtitutionem factam ad præſentationem vaſſalli vel proprietatij aut alterius in ſimili, ſed contrarium puto, & moneor per text. optimum *in clemen. vnica in fi. de conceſſ. prabend.* vbi velut per modum regulæ dicitur, quod notitia vacationis cenſetur haberi, ex quo in loco vel in eccleſia beneficij vacantis publice nota eſt. Et quamuis text. ibi loquatur in impetrante apoſtolico, tamen ratio quæ illi redditur & in qua fundatur ille text. eſt generalis, videlicet quòd ſibi imputare debet is de cuius commodo agitur, ſi id quod per ſe vel per alium ſcire potuerit, ignorauit. quę ratio ęque quadrat in collatonibus & patronis, & ſic generaliter procedere debet ille tex. per reg. *l. regula. §. pen. & fi.* & ibi Bar. Bal. *D. de iur. & facl. ignor.*

* Notitia vocationis.

33. Quod vbi lex eſt ſpecialis, ratio tamen legis eſt generalis, generaliter lex eſt intelligenda: & vbicunque * ratio maxime in lege expreſſa eſt ampliot caſu legis, diſpoſitio legis extenditur ad limites & amplitudinem rationis, facit *l. paterfilium. §. fundum. D. de leg. 3. l. cùm pater §. dulciſſimis de lega. 2.* Idem vult glo. in rub. *C. etiam chirogra. pecu. glo. in auth. minoris in ver. à curatore. & in auth. vnde ſumitur. co. ver. C. de tuto. dar. poſſeſ. glo. in cle. 1.* & ibi Card. de elect. Ludo. Roman. in *conſ. 174. ampliſſime colum. 1.* Gemi. in *conſ. 39. Et rhemate & in num. 5.* Alexand. *conſ. 3. viſo proceſſu. lib. 3.* Franc. Cur. ſeni. *conſ. 44. colu. 5.* Anton. Cor. in *tract. de minimis. verſ. 7.* Soci. in *l. 2. §. mutui. c. 1. D. ſi cer. pet.* Iaſ. in *l. 1. D. in ius voca. vt eant in l. id quod col. 2. l. filius fa. §. dini. lect. 2. col. pen. D. de lega. 2. l. 1. §. fuit quæſitum colum. 4.* D. *ad Trebel.* Facit quod in fortioribus terminis not. omnes ſcrib. in *auth. quas actiones. C. de ſacro. eccleſ. & in c. fin. de reſcrip.* de extenſione diſpoſitionis pœnalis vel correctoria à ratione expreſſa.

* Lexamplietur ad amplitudinem rationis.

34. Et ſic concludo falſam & erroneam eſſe opinionem Lapi in *d. allega. 78* non ſufficere interpretatiuam, ſed pręciſe requiri veram ſcientiam ad curſum huius temporis. quia imò ſufficit vt currat tempus tam ad conferendum quàm ad pręſentandum interpretatiua ſcientia, quę eſt eo ipſo quod vocatio publice nota eſt in loco vel eccleſia beneficij vacantis, & ita obſeruatur, & ita debet intelligi & modificari pręfata communis ſententia. Vnde ſi corpus defuncti fuerit diſſimulata morte per aliquod dies aſſeruatum, quod quandoque fit à pretendentibus reſignationem, non incipit currere tempus ad conferendum vel pręſentandum à die obitus, ſed demum à die publicationis obitus & ſepulturæ. Alioquin currit ſtatim à diebus obitus. & ita practicatur. & ita tenent domi. de Rota *deci. 1. in dec. 13. ſub ti. de iur. patron. in antiquis.*

35. Super his obiter occurrit memorabile arreſtum ſupremi huius ſenatus ſuper declaratione & ampliatione regulæ. 18.* Cancellariæ *Innocen. 8. de veriſimili notitia.* Vbi cauetur non valere prouiſionem papæ per obitum, niſi poſt obitum, & ante datam gratiæ huiuſmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacatio de loco obitus ad notitiam papæ veriſimiliter peruenire potuerit. Accidit canonicatum & præbendam ſanctæ Mariæ caſtri Heraldi vacare per obitum in vrbe Pictauienſi die ſexta Septembris anno 1527. frater defuncti cupiens illud beneficium cadere in filium ſuum, curſorem deſtinauit Romæ, vbi filio ſuo Ioanni Aubrion prouiſionem obtinuit die decimatertia eiuſdem menſis, & ſic poſt octo dies ab obitu. Interim autem fecerat corpus fratris defuncti ſale conditum aſſeruari occultata morte, & non fuit ſepultus niſi decimaquinta die eiuſdem menſis, vnde poſt biduum à publicata morte ordinarius diſtans ſexdecim miliaribus à loco obitus, habita mortis notitia, videlicet capitulum dictæ eccleſiæ, Mariæ de Caſtro Heraldo, ad nominationem ſui hebdomadarij contulit huiuſmodi beneficium Guidoni Daulton, & eum inſtituit die decimaſeptima eiuſdem menſis. deinde d. Io. Aubrion leuatis bullis & poſſeſſione capta intentauit caſum nouitatis contra dictum Guidonem coram conſeruatore priuilegiorum Regiorum vniuerſitatis Pictauienſis, vbi actor oſtendebat ſe prouiſum à papa iure præuentionis, & priorem in dato ſpatio quatuor dierum. Reus autem excepit & docuit de dicta occultatione facta in fraudem ordinarij, qua ceſſante ordinarius veriſimiliter non fuiſſet præuentus à papa, & quòd tempus occultationis debet deduci de tempore veriſimilis notitiæ, qua deductione facta nullum ſpatium reſtabit pro veriſimili notitia. Actor autem replicabat dictam regulam de veriſimili notitia eſſe ſtricti iuris, & non debere extendi extra terminos ſuos, & quòd per dictam regulam non requiritur mortem eſſe publicatam & notoriam in partibus, ſed ſolum requiritur eſſe tempus ſufficiens ad mittendum Romam inter obitum & datam gratiæ. Et plura alia hinc inde quæ omitto, ſed illa erant puncta deciſionis litis. Tandem per ſententiam diffinitiuam præfati conſeruatoris actor obtinuit, & in pleno poſſeſſorio manutentus fuit: dictus Guido reus appellauit. & per* arreſtum latum die 23. Februarij, anno 1525. dictum fuit male iudicatum, bene appellatum. Et emendando iudicium plenum poſſeſſorium & manutentio adiudicata fuit Guidoni, vna cum damnis & intereſſe turbationis, & impenſis cauſæ principalis. Eodémque arreſto decreta perſonalis citatio in patrem dicti Io. vt veniret perſonaliter reſponſurus concluſionibus procuratoris generalis Regis. Ex quo arreſto elicitur notabilis & præiudicata declaratio ad dictam regulam Cancellariæ, vt tempus veriſimilis notitiæ non incipiat currere ſtatim poſt obitum quando mors fraudulenter occultata fuit: ſed demum à tempore mortis publicæ notæ in loco obitus. Plures alias declarationes collegi in regeſtis meis ad dictam regulam, ſed non eſt hic locus.

36. QVINTO quæro, Quid ſi pendente manus iniectione vacauit eccleſia, neuter autem neglexit, ſeu vterque infra quadrimeſtre ſiue ſimul ſiue ſucceſſiue præſentauit, Patronus vnum,* vaſſallus alium, vtrius præſentatio teneat? Et clarum eſt quod ſi vaſſallus non conqueratur de prehenſione patroni, nec appellando, nec opponendo, nec aliter impugnando, ſolius patroni præſentationem debere admitti, & ſi forte vtraque fuerit admiſſa, & vtrique inſtitutio facta, ſolum inſtitutum ad præſentationem patroni habere ius. Sed quæſtio eſt, quando vaſſallus impugnat prehenſionem, puta quando ſe oppoſuit dicens eam nullam vel iniuſtam & retractandam: quo caſu, aut non præſentat infra tempus debitum, & tunc præſentatio ſolius patroni rata manet: & conſeruat iura feudi & vaſſalli per no. 5. *ea. gloſſ. q. 3.* Aut vero concurrit ad præſentationem 1. tempus, & hic eſt punctus. q. Et primo videretur præſentationem patroni præualere, quia ſiue prehenſio ſit iuſta, ſiue iniuſta, interim eſt ſeruanda, vt ſæpe dictum eſt. Et ſic ſemper patronus remanet poſſeſſor & adminiſtrator feudi, ſaltem donec vaſſallus prouiſionem feudi obtineat. Secundo videtur* quòd prælatus neutrius præſentationem teneatur admittere, ſed quod lapſo quadrimeſtri poſſit libere conferre, niſi medio tempore præſentatores concordauerint. caſus eſt in *c. quoniam. ad fi. in c. ex literis. in c. ſi vero. in c. eam te. in c. cum propter. de iur. patro.* vbi Panorm. & omnes not. eſſe caſum mirabilem in quo non valenti præſentare currit tempus, & eſt mirum quòd ſecundum illos tex. poteſt prælatus fruſtrare patronos iure ſuo, nedum quando ſunt in culpa, vt quia diſcordant in perſona præſentanda: Sed & quando nullo modo ſunt in culpa, vt quia lis infertur eis ab extraneo ſuper iure patronatus. Verum eſt quod illi tex. dicunt nullum pro tempore futuro fieri præiudicium vero patrono, & quod taliter inſtitutus debet per victorem repreſentari, vt in *d. c. ſi vero.* Sed certe illi tex. non debent ita præfracte intelligi & alium nouum intellectum dedi. 1. §. 147. vbi reprobaui differentiam quam Panor. & alij in *d. c. quoniam.* ponunt inter habentes ius eligendi, & habentes ius præſentandi. illi enim text. tunc habent locum quando medio & debito tempore nulla fit præſentatio vel non fit ab eo qui eſt in vltima poſſeſſione & reputatione iuris patronatus, ita quod poteſt contemni. & ſic illi text. non militant in caſu. q. noſtræ.

37. Pro reſolutione breuiter eſt dicendum, quod hæc controuerſia ratione oppoſitionis vaſſalli, magis concernit poſſeſſionem vel quaſi & adminiſtrationem & lucrum fructuum quam proprietatem: quare vtriuſque præſentatio vel inſtitutio pendet ab euentu. iuxta no. per *gloſſ. & doct. in c. 2. in fi. de in integ. reſtit. in c. cum eccleſia ſutrina de cauſ. poſſeſ. & prop. & in d. c. ex literis.* Et eſt ratio, quia ſi prehenſio ſit nulla & iniuſta prout arguitur, non euellit poſſeſſionem à vaſſallo, & nullum iuris effectum operatur. vt dictum eſt 5. §. 1. *gloſſ. 4. q. 3.* Quod ego limito niſi* per iudicis ſententiam à qua non ſit appellatum ordinatum ſit patronum vel vaſſallum debere pendente oppoſitione & lite poſſidere vel frui, quia tunc illius præſentatio debet admitti, & inſtitutio fieri, quæ ſtatim valebit cum effectu non expectato euentu litis in diffinitiua, nec retractabitur etiam ſi is qui prouiſoriam poſſeſſionem habuit, ſuccumbat per ea quæ diximus in *recredentiario infra* §. 64. *& in diff.* §. 147. *in quæſt.* ad quem ſpectat præſentatio lite inter cohæredes pendente. Nec obſtat prærogatiua prehenſionis feudalis, quæ ſiue iuſta ſiue iniuſta tenere debet, donec ſatisfactum ſit patrono, vel aliter cauſa cognita & iudice ordinatum. Et quod interim non poteſt vaſſallus ſpoliare patronum poſſeſſione feudi, nec contra eum intentare interdictum vti poſſidetis. vt in *d. gloſſ. 4. quæſt. 4.* quia oppoſitio vaſſalli habet vim & effectum interdicti recuperandi ſi prehenſio reperiatur nulla, & talis prehenſio non valet quantum ad effectum iuris, vt ibi dictum eſt, nec debet eſſe in poteſtate patroni iure vel iniuria ſpoliare vaſſallum, & priuare beneficio præſentandi vacatione occurrente. Et ſic breuiter reſoluta ſit hæc q. ſuper qua quamplurima hinc inde occurrebant & variarum opinionum anfractus, ſed prolixitatem veritus, breui compendio vſus ſum.

38. SEXTO quæro, Verum commiſſarij à patrono deputati ad regimen feudi prehenſi poſſint præſentare? Et abſque dubio dicendum eſt, quod non. Hi enim commiſſarij multum differunt à vero ſequeſtro de quo diximus 1. §. 64. quia regulariter ſequeſter habet totalem adminiſtrationem rei ſequeſtratæ, in qua

a Declaratio ad reg. 18. cancel. Inno. 8.

* Arreſtum.

* Præſentatio patroni vtili præferatur præſentationi facta per vaſſallum.

* Verum propter litem patronorum prælatus libere prouidere poſſit.

* Geſta per anchoratum à iudice pendere lite, tamen etiam ſuccumbat in lite.

* Commiſſarij & ſequeſtres vtrum poſſint præſentare.

habet poteſtatem & mandatum ab vtraque parte, vel à iudice vice vtriuſque partis: ſed hic commiſſarij ſolum ab altera parte deputantur. Vnde non plus poſſunt quàm ſimplex generalis procurator, qui non poteſt præſentare. vt no. Io. Cald. Imol. in *c. fi. de conceſſ. præb.* Philipp. Franc. in *c. qui ad agendum. §. fi. de procura. in 6.* imò etiam mandatum vniuerſale cum libera non ſufficeret: ſed * requiritur ſpeciale, per no. in *c. fi. de offic. vnica. in 6. in l. contra iuris. §. ſiſilius. D. de paſt.* ita no. Areti. Feli. in *c. dilecto. col. 1. de teſtib.* Nec obſtat quod ad vtendum prehenſione feudali ſufficit mandatum generale, vt dictum eſt ſupra §. 1. *q. 1. num. 20.* Tum quia illud eſt vtile domino, & ſpectat ad vt per Roch. Cur. in *tract. de iure patro. in ver. honorificum. num. 35.* Tum quia hi commiſſarij minus poſſunt quàm procurator generalis, quoniam eorum commiſſio non eſt ita generalis, ſed tacite limitata ad cuſtodiam & culturam rei & perceptionem fructuum pecuniariorum, niſi aliud in commiſſione ſit expreſſum. vt not. ī. §. 9. *gloſſ. 4. in fi.*

* Speciale mandatum requiritur ad præſentandū.

39. Aduerte tamen diligenter, quod illud procedit mero iure, & quantum ad hoc, vt prælatus præſentationem commiſſariorum teneatur admittere. quia non tenetur: ſed poteſt refutare, ſicut & præſentationem cuiuſlibet procuratoris non docentis de ſufficienti mandato. Et lapſo tempore, ſi nec vaſſallus nec patronus præſentauerint, poterit iure proprio & * deuoluto libere conferre. nec proderit commiſſario vel procuratori adire ſuperiorem, & ab eo inſtitutionem ſui præſentati obtinere, etiam ſi patronus ratificet vel procurator doceat de ſufficienti mandato, ſed poſt tempus quatuor menſium à vocatione, quia pariter non præſentaſſe infra tempus debitum, vel miſſus benè: & ſi nulla eſt refutatio, nulla deuolutio ex hoc capite. *l. quoties. D. qui ſatisda. cogan.* & expreſſim Lap. in *alle. 22. An ſufficiat in princip.* Secus ſi prælatus velit admittere & inſtituere, quia poteſt ſi velit, & tenebit inſtitutio facta ad præſentationem huiuſmodi commiſſarij, quia non eſt omnino extraneus, ſicut etiam teneret inſtitutio facta ad præſentationem procuratoris generalis, etiam ſi alias patronus non ratificet infra tempus, dummodo non impediat, nec alium præſentet: & dummodo etiam vaſſallus infra tempus non præſentanerit, quia ſi veniret ad præſentationem, non poſſet excludi niſi per habentem poteſtatem, mandatum. vel perſonam legitime & ſufficienter fundatum. vel perſonam legitime & ſufficienter fundatam, vt in q. ſeq. Alioquin remanet dicta inſtitutio valida tanquam facta ad præſentationem factam nomine veri patroni, vel poteſtatem habentis. Et eo ipſo quod commiſſarius feudi vel patroni in hac qualitate præſentat, cenſetur expreſsè patroni & committentis nomine præſentare.

a N. Hadeuolutio ex iuſta refutatione.

40. SEPTIMO iuxta hæc quæro, Quid ſi pendente prehenſione vacauit eccleſia, Vaſſallus * præſentat vnum, Commiſſarij autem patroni præſentant alium: Patronus poſt quadrimeſtre hoc ſciens ratificat præſentationem commiſſariorum ſuorum, Vtrum præſentatio & inſtitutio valeat? Hæc eſt valde argumentoſa quæſtio, ſed breuiter reſoluendo concludo pro præſentatione vaſſalli, & inſtitutum ad eius præſentationem habere verum titulum per no. ī. *ea. gloſſ. quæſt. 4.* quoniam præſentatio ſimplicium commiſſariorum non debuit nec potuit (ſaltem concurrente vaſſallo) efficaciter admitti, quum non habeant mandatum ſufficiens, & ſic non fecit impedimentum vaſſallo. *c. non præſtat. de reg. iur. in 6* Et quamuis prælatus in ſui præiudicium poſſit gratificari commiſſariis, vel procuratori generali, aut nuncio, & valeat inſtitutio ad præſentationem, quamuis libere conferre potuerit, non tamen poteſt illis gratificari in præiudicium alterius habentis ius potius, vel habentis ſpeciale mandatum, cuius præſentatio obligat prælatum & neceſſitatem inducit.

* Præſentatio facta per vaſſallum vtrum præſentet. Præſentationi facta per commiſſarium patroni.

41. Et multominus obſtat * ratificatio patroni, quia vbicunque actus, puta electio, præſentatio, confirmationis vel bonorum poſſeſſionis petitio, debet fieri infra certum determinatum tempus, ſi fiat ab alio etiam expreſſo nomine noſtro, neceſſe eſt ratum haberi infra idem tempus, alioquin ratificatio ſequens poſt tempus, & cùm non poteſt amplius actus fieri, nihil operatur, & actus remanet nullus. tex. in *l. pen.* vbi Bar. Ang. *D. rem ra. hab. glo. no. in c. quam ſit in ver. petere. D. ibi* Pet. de Ancha. Gemi. Philipp. Franc. *de elect. in 6. no.* Panor. in *c. accedens de præbend.* Alex. in *conſ. 155. ponderatis his lib. 2.* Et qui non facit actum infra tempus requiſitum, vel infra illud non ratificat, videtur tacite iuri ſuo renunciare, Guid. Pap. in *conſ. 124. c. pen. q. 6.* Remanet ergo præſentatio vaſſalli valida tanquam ſola: ſecus ſi patronus infra tempus ratificaſſet, quia tunc præſentatus ab eo vel ſuis commiſſariis obtinet.

* Ratificatio debet fieri infra tempus actus geſti.

42. OCTAVO quæro prehenſione & lite ſuper ea pendente, * vaſſallus præſentat Titium: Patronus autem præſentat eundem: Titius accedit ad prælatum, exhibens vtramque præſentationem, petens ex vtraque admitti & inſtitui, nolens ad alteram ſe determinare. Vtrum patronus teneatur ad vtramque præſentationem accumulatiuè vel alternatiuè inſtituere, an vero cogere poſſit Titium alteram eligere, alioquin refutare? hanc q. in ſimili format & vtrinque diſputat Lapus, *alleg. 8. incip. præſentatus.* Et concludit quod præſentatus tenetur alteram eligere. *per c. vt qui duas. de elect. in 6.* idem in ſimili decidit Bald. in *conſ. 17. factum nu. 4. lib. 5.* Et Lapum ſequitur Phi. Franc. in *c. 2. de elect. in 6.* Roch. Cur. in *tract. de iur. patro. in ver. honorificum. quæſt. 40.* & eſt ratio multum vrgens, quia hic non agitur de iure acquiſito defendendo: quo caſu facile admittitur, vt ex pluribus collationibus quis ſe tueri poſſit, vt nota Lapus *allega. vlt.* Lap. Domi. Philipp. Franc. in *d. c. vt quis duas.* Card. Panor. in *cap. poſt electionem. de conceſſ. præb.* Panor. Feli. in *c. cum olim de re iud.* Feli. in *cap. in noſtra. col. 2. de reſcri. in ea. inter dilectos. c. 9. de fid. inſtrum.* Anco. Conſe. in *tract. de gemina. in verſic. 66.* Philipp. Deci. in *c. bone. col. 1. de appellat. in l. nemo ex his § 1. D. de reg. iur.* ſed hic agitur de iure acquirendo. Et ſicut confirmatio debet fieri ſuper electione certa, ita inſtitutio ſuper certa præſentatione. Et ſicut non tenetur prælatus plures vel pluries inſtituere, ita non videtur cogendus ad plures præſentationes ſimul vel alternatiuè & ſub incerto inſtituere, vt in hoc caſu, in quo præſentatores prætendunt ſinguli ad ſe inſolidum tantum & priuatiue ad inuicem ſpectare ius præſentandi. Quibus non obſtantibus puto nedum valere inſtitutionem ſi prælatus voluntarie admiſerit: ſed etiam ea teneri admittere præſentatum & inſtituere, alioquin ſuperiorem adiri poſſe, & eidem prouidere debere. Et eſt ratio, quia certum eſt Titium eſſe præſentatum ab habente poteſtatem, & licet pro nunc ignoretur vter præſentantium pro hac vice habeat ius (quod pender ab exitu litis ſuper validitate & iuſtitia prehenſionis) tamen conſtat quod ad alterum ſpectat ius. Vnde cum præſentatus habeat præſentationem ab vtroque, neceſſario infertur eum eſſe præſentatum ab habente ius, & ſic eum habere ius ad rem, eique deberi beneficium & inſtitutionem: ergo inſtitui debet, nec in hoc fit aliquod præiudicium prælato nec eccleſiæ patronatæ, quoniam in hoc caſu non ſubeſt periculum, quod plures conſtituantur in poſſeſſione vel quaſi iuriſpatronatus, quum non ſit profutura præſentatio & admiſſio niſi victori. Et cum hoc caſu in omnem euentum non mutetur nec multiplicetur, ſed ſemper remaneat idem & vnicus patronus ratione eiuſdem feudi. Plures aliæ qq. inter prætendentes dominium eiuſdem feudi occurrunt, ſed remit. ad no. j. §. 147.

45. NONE propius ad materiam noſtram, quæro, Vtrum patronus ſuperior fruens feudo prehenſo, poſſit vti iure * retractus feudalis in ſubfeuda vendita? Et primo abſque dubio videtur quod ſic, quia ad eum pro tempore ſpectant omnia iura dominicalia & honorifica & vtilia per hunc text. Ergo & ius retractus quod eſt vnum ex illis. Secundo quia ius retractus non ſpectat nec ſpectare poteſt interim ad vaſſallum contumacem, cum non poſſit exigere fidelitatem à ſubuaſſallo, nec eum inueſtire, igitur nec ius retractus eligere, ſicut nec ius quinti denarij habet. Igitur ſpectat ad ſuperiorem patronum ad quem & electio quinti denarij & iurium ſpectant. In contrarium arg. primo quia ius retractus non eſt in fructu, vt diximus. ẽ. §. 20. *gloſſ.* 2. *num.* 24. Patronus autem ſuperior nihil ſuum facit de feudo prehenſo niſi fructus. Secundo quia ius retractus principaliter conceditur fauore vnionis & conſolidationis, vnde non poteſt alij cedi. vt in *d.* §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. Sed patronus ſuperior non poteſt ſibi ipſi vnire ſubfeuda, quia non poteſt eſſe vaſſallus vaſſalli ſui, & ſi de facto obueniant ei feuda, tenetur ponere extra manus ſuas. *vt* §. 20. *gloſſ.* 4. *num.* 3. Si autem diceretur quod ſub feuda redempta vniret & conſolidaret mentæ vaſſalli ſui, hoc eſſet præpoſterum, quia ius prehenſionis feudalis debet eſſe vtile prehendenti, & damnoſum aduerſario, ſed hic eſſet econuerſo. Pro breui reſolutione diſtingue. Aut agitur de ſubfeudo vendito, & cuius venditio perfecta & purificata fuit ante prehenſionem feudi: Aut de vendito pendente prehenſione. Primo caſu ſit concluſio, quod ſuperior patronus nihil poteſt aliud facere, quam ex defectu hominis ſubfeudum apertum prehendere, & fructus lucrari quandiu emptor iuſta non offert: ſed illo iuſta offerente ceſſat prehenſio. Electio autem & perceptio iuris quinti denarij vel retractus hoc caſu ſpectat ad vaſſallum vel eius hæredem: & non ad ſuperiorem patronum, cuius inueſtitura & oblationum admiſſio non nocet vero proprietario feudi prehenſi per not. ẽ. *eo. gloſſ.* 8. Secundo caſu ſit concluſio, quod ad patronum ſuperiorem ſpectant omnia iura feudalia in ſubfeudum, nedum honorifica ſed etiam vtilia, & electio quinti denarij vel retractus, ita quod inuito extraneo emptore poteſt contra eum vti retentione feudali. habet enim in iuribus feudalibus ſolus fundatam intentionem, etiam priuatiuè ad proprietarium feudi prehenſi.

* Retractu vtrum poſſit vti in ſubfeuda vendita patronus ſuperior quo fruitur feudo prehenſo.

44. Nec obſtat quod non vniuit feudum menſæ proprietarij, nec proprietati feudi prehenſi. Non enim tenetur (niſi forte velit) hoc facere, nec adhuc hanc vnionem facere poſſet inuito proprietario: ſecus ſatis eſt quod retrahit per ſe, & ad ſui & non extranei commodum, quia formalis vnio ad feudum immediatum non eſt de eſſentia retractus feudalis. per no. ẽ. §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. *in fi.* Finita autem prehenſione & vaſſallo inueſtito, non poteſt ſuperior patronus amplius tenere illud ſubfeudum ad manum ſuam, non etiam tenetur illud relinquere vel reſtituere vaſſallo ſuo, etiam offerenti refundere pretium cum legalibus ſumptibus retractus: ſed poterit illud alij donare vel chariori aut quando potuerit pretio vendere. Et in caſum quo velit vendere vel de facto vendiderit, poterit vaſſallus idémque immediatus patronus habere illud pro pretio vltimæ huius venditionis duntaxat, nullo habito reſpectu ad priorem venditionem. Et ẽ. 40. dies à notificatione huius vltimæ venditionis ſecundum formam §. 20. ẽ. *eo.* Ex quibus habes ampliationem ad *d.* §. 20. vt procedat etiam ſi feudum vendatur à ſuperiore, & à patrono volenti retractu vti.

* Feudi ob negationem commiſſum eſt committatur pendente feudi prehenſione.

45. DECIMO iuxta hæc quæro, Cui acquiratur ſubfeudum, quod propter * negationem ſeu feloniam in ſuperiorem patronum tempore prehenſionis feudi medij ſecundum no. ẽ §. 43. *q.* 2. cecidit in commiſſum? Videbatur enim conſolidari proprietati, & ſic quòd ſuperior patronus non lucraretur niſi fructus ad tempus prehenſionis feudi, ſaltem in commiſſo propter abnegationem, quæ magis rem & proprietatem concernit; quàm perſonam, vel perſonæ offenſam. Tamen eodem modo, vt nuper dicendum eſt quod acquiritur ipſemet ſuperiori patrono negationem aut feloniam paſſo. Tum quia ad eum debet ſpectare huiuſmodi commiſſum, qui offenſam paſſus eſt in vltionem iniuriæ. *c.* 1. §. *denique. quæ ſint pri. cauſ. benef. amitt. in vſib. feud.* Tum quia aliud eſt confiſcari, aliud incorporari, vt plene diximus in *d.* §. 43. *q. fi.* Et dato quod aliquando feudum vt ſubfeudum ipſo facto confiſcaretur vel committeretur: tamen non ipſo facto incorporatur, ſed poteſt is ad quem defertur commiſſum, rem commiſſam (ſi velit) ſeorſum poſſidere, vel alij quoquo titulo concedere. Et ſic quamuis commiſſa de ſe non ſint in fructu, *vt* ẽ. §. 1. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 4. tamen ſpectant ad patronum ſuperiorem iure feudali fruentem, eique iure proprietatis acquiruntur quamuis non ſpectarent ad fructuarium, niſi quo ad vſum fructum duntaxat. Et ratio differentiæ eſt, tum quia ſuperior patronus principaliter patitur iniuriam ex qua ius commiſſi oritur. Tum quia longe plus iuris & authoritatis habet, quam ſimplex fructuarius. Secus eſſet in ſubfeudis quæ finirentur, & ipſo facto incorporarentur, *vt* ẽ. §. 43. *q. fi. nu.* 172. quia acquirerentur proprietario feudi prehenſi, & in eis nihil iuris haberet ſuperior patronus vltra perceptionem fructuum, nec ea poſſet concedere nec de illis diſponere, ſicut nec de feudo prehenſo, quod non poteſt in ſe deterius facere. Quod etiam in hac & præcedenti q. diximus poſſe ſuperiorem patronum pro libito diſponere vel alienare ſubfeudum iure retractus feudalis retentum, vel iure feloniæ & commiſſi acquiſitum, debet intelligi dummodo alienet ſub eiſdem conditionibus quibus in ſubfeudum à feudo mouetur, & dummodo ſi per modum venditionis alienetur, poſſit vaſſallus retractu feudali vti.

46. Aduerte tamen ad id quod dicimus vaſſallum habere ius retractus in ſuo ſubfeudo à ſuperiori patrono vendito, vt ſit verum dummodo vendatur poſtquam ſuperior patronus leuauit manum ſuam vaſſallo, eúmque in fidem recepit, quo facto cogitur ponere illud ſubfeudum extra manus ſuas: Secus ſi pendente prehenſione feudi ex defectu hominis venderet cuicunque ſubfeudum quocunque modo acquiſitum, quia tunc omnia iura ipſimet vendenti acquiruntur, & in eo confunduntur, potéſtque idem venditor emptorem ſubfeudi in fidem admittere, & ſic in perpetuum pro hac vice excludere vaſſallum ſuum ab omni iure retractus.

47. VNDECIMO quæro, Quid de * laudariuis ſeu laudemiis & iuribus cenſualium prædiorum feudi prehenſi? & omnino idem eiſdem datis terminis, dicendum quod de ſubfeudis, hæc enim omnia iura & commoda ſpectant ad ſuperiorem patronum pro tempore ſuo, etiam retractus dominicalis, in quibus de conſuetudine dominus directus vti poteſt retractu in caſualibus, vel vbi in conceſſione ita cautum eſt. Et generaliter omnis fructus extenſo vocabulo & omnis commoditas ſiue ordinaria, ſiue extraordinaria, ſiue vniformis, ſiue diſformis, obueniens tempore prehenſionis ſpectat ad ius & lucrum patroni. hinc ſi in feudo prehenſo, ratione feudi ſint homines manus mortuæ, quorum videlicet ſucceſſio ſine liberis eandem conditionem agnoſcentibus deſcendentium deuoluitur ad dominum, huiuſmodi ſucceſſiones cedunt lucro patroni, ſi tempore manus iniectionis obueniant. quemadmodum etiam mulctæ, emendæ, pœnæ, confiſcationes, & cætera omnia iura & commoda iuriſdictionis feudalis ex defectu hominis prehenſa tempore prehenſionis excidentia acquiruntur in per-

* Laudimia cenſualium prædiorum ſunt patroni pendente feudi prehenſione.

* Fructus appellatione continetur omnis obuentio.

petuum patrono per no. Bar. & aliorum. in *l. fi. D. ſolu. matrim.* Ad hoc facit quod Steph. Bert. in *con.* 202. *non videtur. lib.* 3. conſuluit ad conductorem fructuum & omnium iurium & emolumentorum certi prioratus, ſpectare & pertinere ſpolia ſiue ſucceſſiones curatorum ſiue parochorum omnium eccleſiarum ſubditarum dicto prioratui, tempore locationis morientium, quæ quidem ſpolia ſiue ſucceſſiones pertinebant ad priorem ratione dicti prioratus per obitum dictorum parochorum, quoniam veniunt appellatione fructuum largè ſumpto vocabulo, ſaltem appellatione reditiuum & obuentionum, cum his terminis generalibus, omnium & quorumcunque. Et aduerte ad Bert. qui à prima facie ibi videtur reprobare conſilium Oldra. 129. de quo mentionem fecimus. 3. *eo. gl.* 4. *num.* 3. Sed rectè inſpiciendo non eſt ita, quia loquitur in diuerſo caſu. Et Bertrand. ibi non reſpondet ad rationes Oldra. ex eo quòd dictum Oldra. non ſit verum: ſed ex eo quod non concludunt in caſu in quo conſuluit Bertrandus. & ſic vterque recte conſuluit in caſu ſuo.

48. DVODECIMO quæro, Quid ſi prehenſione pendente patronus inuenit* theſaurum in feudo? Et non eſt quæſtio de dimidia quæ ſpectat ad eum ratione inuentionis, ſed de alia dimidia quæ debet cedere domino ſoli. Et videtur omnino ſpectare ad patronum quia dominus eſt. Et quamuis non ſit niſi dominus directus, hoc eſt verum niſi in caſu aperturæ & prehenſionis feudi, quia tunc in effectu eſt etiam dominus vtilis. Vnde quemadmodum ſi vaſſallus, quandiu eſt vaſſallus inueniat theſaurum in feudo, ſpectat ad eum in totum & nihil habet directus dominus vt not Io. Fab. Aret. in §. *theſauros. inſt. de rer. diuiſ.* Io. de Pla. in *l.* 1. *C. de theſaur. lib.* 10. *C.* ita ſpectare debet ad patronum pro tempore quo feudum apertum iuſte tenet ad manum ſuam. Sed iſtud non placet, quia etiam pendente prehenſione & ea non obſtante vaſſallus & non patronus eſt verus dominus vtilis & de dominio ſuo liberè poteſt diſponere vt prius, quamuis ad tempus perdat fructus. Et ſic diſpoſitio *d.* §. *theſauros. & d. l. vnic.* verificatur in vaſſallo magis quàm in patrono. Videtur tamen quòd ſaltem patronus poſſit retinere theſaurum & eo frui quandiu prehenſio durat & iure feudali fruetur feudo, quemadmodum in vſufructuario qui pendente vſufructu, toto theſauro à ſe in fructil ſeudo inuento frui poteſt, & dimidium ſolum reſtituere finito vſufructu. Et ſimiliter maritus in theſauro inuento in re dotali ſecundum gl. Bar. Bal. & alios in *l. diuortio.* §. *ſi fundum. D. ſol. matri.* Et ita tenet Guil. Bened. in *repet. c.* Rayn. in *ver. cætera bona. nu.* 30. 34. & ibi extendit ad creditorem qui inuenit theſaurum in fundo hypothecato, vt præter dimidiam quam iure inuentionis lucratur, poſſit aliam dimidiam retinere iure pignoris donec debitum ſoluatur. Sed iſtud quamuis ſit coloratum, non puto verum, quoniam * theſaurus non eſt pars fundi nec feudi, neque etiam eſt in fructu, vt probaui 3. §. 1. *gl.* 1. *nu.* 43. nec poteſt eo feudaliter ſine iure feudali frui patronus, igitur dimidia illa theſauri quæ cedit domino, præter id quod non poteſt cedere patrono iure domini, vt diximus, non poteſt ab eo retineri, neque tanquam fructus, neque tanquam pars fundi vel feudi, quum neutri accedat. Et ſic incontinenti debetur & reſtitui debet vaſſallo. Et ſimiliter proprietario ab vſufructuario, vt diximus in *d.* §. 1. Et idem dico de creditore: vt non poſſit dimidiam illam theſauri quæ cedit domino retinere iure pignoris, quum non ſit neque fructus neque pars ei hypothecata, & ſic non cadit in hypothecam ratione fundi. Secus ſi alias omnia bona debitoris vel domini fundi generaliter fuerint hypothecata.

* Theſaurus cedit domino vtili & non directo.

* Theſaurus non eſt pars fundi.

§. * LVI.

* Olim fuit 38.

ITem le ſeigneur feodal qui met en ſa main par faute d'homme, droicts & deuoirs non faits, le fief tenu de luy, ou qu'il a des terres emblauées par aucun fermier ou laboureur, auquel ſont baillées à ferme icelles terres: iceluy ſeigneur feodal s'il veut auoir les gaignages d'icelles terres, eſt tenu de rendre & reſtituer au fermier & laboureur ſes feurs & ſemences.

PAtronus qui feudum ex defectu hominis & iurium prehendit, ſi fructus quos colonus ſeminauit, percipere velit, debet colono reſtituere impenſas laboris & ſeminis. H. D.

§. LVII.

Hic §. hodie non eſt mutatus.

LE ſeigneur feodal qui met en ſa main par faute d'homme, droicts & deuoirs non faits, le fief tenu & mouuant de luy, qui de bonne foy & ſans fraude a eſté baillé à loyer ou moiſon par ſon vaſſal en tout ou partie, doit ſe contenter de la redeuance duë par le fermier ou preneur, pour ce qui eſt baillé à ferme: & pour le ſurplus le peut exploiter par ſes mains en rendant les labeurs, ſemences & frais de ce qu'il exploite ou met en ſes mains.

SVMMARIA §. LVI.

1. *Labor & opera minuunt fructus.*
2. ¶ *Q.* 1. *Differentia inter ſumptus fructiles, & ſumptus factos in perpetuam rei vtilitatem.*
3. ¶ *Q.* 2. *Patronus volens capere fructus feudi tenetur omnes ſumptus refundere: nec ſufficit quod offerat ſumptus pro rata fructuum.*
4. *Non tenetur patronus ad aliquam reſtitutionem ſumptuum ſi poſt prehenſionem fructus perierint caſu fortuito.*
5. *Niſi fructus perierint poſtquam à patrono collecti eſſent.*
   Caſus contingens in fructibus iam collectis à colono, non relevat colonum.
6. ¶ *Q.* 3. *Patronus nil deducit ratione impenſarum perpetuam feudi vtilitatem concernentium à quocunque facta ſint.*

Digitized by Google

45. NONO propius ad materiam noſtram, quæro, Vtrum patronus ſuperior fruens feudo prehenſo, poſſit vti iure* retractus feudalis in ſubfeuda vendita? Et primo abſque dubio videtur quod ſic, quia ad eum pro tempore ſpectant omnia iura dominicalia & honorifica & vtilia per hunc text. Ergo & ius retractus quod eſt vnum ex illis. Secundo quia ius retractus non ſpectat nec ſpectare poteſt interim ad vaſſallum contumacem, cum non poſſit exigere fidelitatem à ſubuaſallo, nec eum inueſtire, igitur nec ius retractus eligere, ſicut nec ius quinti denarij habet. Igitur ſpectat ad ſuperiorem patronum ad quem & electio quinti denarij & iurium ſpectant. In contrarium arg. primo quia ius retractus non eſt in fructu, vt diximus. ẽ. §. 20. *gloſſ.* 2. *num.* 24. Patronus autem ſuperior nihil ſuum facit de feudo prehenſo niſi fructus. Secundo quia ius retractus principaliter conceditur fauore vnionis & conſolidationis, vnde non poteſt alij cedi. vt in *d.* §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. Sed patronus ſuperior non poteſt ſibi ipſi vnire ſubfeuda, quia non poteſt eſſe vaſſallus vaſſalli ſui, & ſi de facto obueniant ei feuda, tenetur ponere extra manus ſuas. *vt* §. 20. *gloſſ.* 4. *num.* 3. Si autem diceretur quod ſub feuda redempta vniret & conſolidaret menſæ vaſſalli ſui, hoc eſſet præpoſterum, quia ius prehenſionis feudalis debet eſſe vtile prehendenti, & damnoſum aduerſario, ſed hic eſſet econuerſo. Pro breui reſolutione diſtingue. Aut agitur de ſubfeudo vendito, & cuius venditio perfecta & purificata fuit ante prehenſionem feudi: Aut de vendito pendente prehenſione. Primo caſu ſit concluſio, quod ſuperior patronus nihil poteſt aliud facere, quam ex defectu hominis ſubfeudum apertum prehendere, & fructus lucrari quandiu emptor iuſta non offert: ſed illo iuſta offerente ceſſat prehenſio. Electio autem & perceptio iuris quinti denarij vel retractus hoc caſu ſpectat ad vaſſallum vel eius hæredem: & non ad ſuperiorem patronum, cuius inueſtitura & oblationum admiſſio non nocet vero proprietario feudi prehenſi per not. ẽ. *eo. gloſſ.* 8. Secundo caſu ſit concluſio, quod ad patronum ſuperiorem ſpectant omnia iura feudalia in ſubfeudum, nedum honorifica ſed etiam vtilia, & electio quinti denarij vel retractus, ita quod inuito extraneo emptore poteſt contra eum vti retentione feudali. habet enim in iuribus feudalibus ſolus fundatam intentionem, etiam priuatiuè ad proprietarium feudi prehenſi.

* Retractu vtrum poſſit vti in ſubfeuda vendita patronus ſuperior quo fruitur feudo prehenſo.

44. Nec obſtat quod non vniuit feudum menſæ proprietarij, nec proprietati feudi prehenſi. Non enim tenetur (niſi forte velit) hoc facere, nec adhuc hanc vnionem facere poſſet inuito proprietario: ſecus ſatis eſt quod retrahit per ſe, & ad ſui & non extranei commodum, quia formalis vnio ad feudum immediatum non eſt de eſſentia retractus feudalis. per no. ẽ. §. 20. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. *in fi.* Finita autem prehenſione & vaſſallo inueſtito, non poteſt ſuperior patronus amplius tenere illud ſubfeudum ad manum ſuam, non etiam tenetur illud relinquere vel reſtituere vaſſallo ſuo, etiam offerenti refundere pretium cum legalibus ſumptibus retractus: ſed poterit illud alij donare vel chatiori aut quando potuerit pretio vendere. Et in caſum quo velit vendere vel de facto vendiderit, poterit vaſſallus idémque immediatus patronus habere illud pro pretio vltimæ huius venditionis duntaxat, nullo habito reſpectu ad ptiorem venditionem. Et ĩ. 40. dies à notificatione huius vltimæ venditionis ſecundum formam §. 20. ẽ. *eo.* Ex quibus habes ampliationem ad *d.* §. 20. vt procedat etiam ſi feudum vendatur à ſuperiore, & à patrono volenti retractu vti.

45. DECIMO iuxta hæc quæro, Cui acquiratur ſubfeudum, quod propter * negationem ſeu feloniam in ſuperiorem patronum tempore prehenſionis feudi medij ſecundum no. ẽ §. 43. *q.* 2. cecidit in commiſſum? Videbatur enim conſolidari proprietati, & ſic quòd ſuperior patronus non lucraretur niſi fructus ad tempus prehenſionis feudi, ſaltem in commiſſo propter abnegationem, quæ magis rem & proprietatem concernit; quàm perſonam, vel perſonæ offenſam. Tamen eodem modo, vt nuper dicendum eſt quod acquiritur ipſemet ſuperiori patrono negationem aut feloniam paſſo. Tum quia ad eum debet ſpectare huiuſmodi commiſſum, qui offenſam paſſus eſt in vltionem iniuriæ. *c.* 1. §. *denique. quæ fuit pri. cauſ. benef. amitt. in vſib. feud.* Tum quia aliud eſt confiſcari, aliud incorporari, vt plene diximus in *d.* §. 43. *q. fi.* Et dato quod aliquando feudum vt ſubfeudum ipſo facto confiſcaretur vel committeretur: tamen non ipſo facto incorporatur, ſed poteſt is ad quem defertur commiſſum, rem commiſſam (ſi velit) ſeorſum poſſidere, vel alij quoquo titulo concedere. Et ſic quamuis commiſſa de ſe non ſint in fructu, *vt* ẽ. §. 1. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 4. tamen ſpectant ad patronum ſuperiorem iure feudali fruentem, eique iure proprietatis acquiruntur quamuis non ſpectarent ad fructuarium, niſi quo ad vſumfructum duntaxat. Et ratio differentiæ eſt, tum quia ſuperior patronus principaliter patitur iniuriam ex qua ius commiſſi oritur. Tum quia longe plus iuris & authoritatis habet, quam ſimplex fructuarius. Secus eſſet in ſubfeudis quæ finirentur, & ipſo facto incorporarentur, *vt* ẽ. §. 43. *q. fi. nu.* 172. quia acquirerentur proprietario feudi prehenſi, & in eis nihil iuris haberet ſuperior patronus vltra perceptionem fructuum, nec ea poſſet concedere nec de illis diſponere, ſicut nec de feudo prehenſo, quod non poteſt in ſe deterius facere. Quod etiam in hac & præcedenti q. diximus poſſe ſuperiorem patronum pro libito diſponere vel alienare ſubfeudum iure retractus feudalis retentum, vel iure feloniæ & commiſſi acquiſitum, debet intelligi dummodo alienet ſub eiſdem conditionibus quibus in ſubfeudum à feudo mouetur, & dummodo ſi per modum venditionis alienetur, poſſit vaſſallus retractu feudali vti.

46. Aduerte tamen ad id quod dicimus vaſſallum habere ius retractus in ſuo ſubfeudo à ſuperiori patrono vendito, vt ſit verum dummodo vendatur poſtquam ſuperior patronus leuauit manum ſuam vaſſallo, eúmque in fidem recepit, quo facto cogitur ponere illud ſubfeudum extra manus ſuas: Secus ſi pendente prehenſione feudi ex defectu hominis venderet cuicunque ſubfeudum quocunque modo acquiſitum, quia tunc omnia iura ipſimet vendenti acquiruntur, & in eo confunduntur, potéſtque idem venditor emptorem ſubfeudi in fidem admittere, & ſic in perpetuum pro hac vice excludere vaſſallum ſuum ab omni iure retractus.

47. VNDECIMO quæro, Quid de * laudatiuis ſeu laudemiis & iuribus cenſualium prædiorum feudi prehenſi? & omnino idem eiſdem datis terminis, dicendum quod de ſubfeudis, hæc enim omnia iura & commoda ſpectant ad ſuperiorem patronum pro tempore ſuo, etiam retractus dominicalis, in quibus de conſuetudine dominus directus vti poteſt retractu in caſualibus, vel vbi in conceſſione ita cautum eſt. Et generaliter omnis fructus extenſo vocabulo & omnis commoditas ſiue ordinaria, ſiue extraordinaria, ſiue vniformis, ſiue diſformis, obueniens tempore prehenſionis ſpectat ad ius & lucrum patroni. hinc ſi in feudo prehenſo, ratione feudi ſint homines manus mortuæ, quorum videlicet ſucceſſio ſine liberis eandem conditionem agnoſcentibus deſcendentium deuoluitur ad dominum, huiuſmodi ſucceſſiones cedunt lucro patroni, ſi tempore manus iniectionis obueniant. quemadmodum etiam mulctæ, emendæ, pœnæ, confiſcationes, & cætera omnia iura & commoda iuriſdictionis feudalis ex defectu hominis prehenſa tempore prehenſionis excidentia acquiruntur in per-

* Feudũ ob negationem commiſſum ſi committatur pendente feudi prehenſione.

* Laudimia cenſualium prædiorum ſunt patroni pendente feudi prehenſione.

* Fructus appellatione continetur omnis obuentio.

petuum patrono per no. Bar. & aliorum. in *l. fi. D. ſolu. matrim.* Ad hoc facit quod Steph. Bert. in *con.* 202. *non videtur. lib.* 3. conſuluit ad conductorem fructuum & omnium iurium & emolumentorum certi prioratus, ſpectare & pertinere ſpolia ſiue ſucceſſiones curatorum ſiue parochorum omnium eccleſiarum ſubditarum dicto prioratui, tempore locationis morientium, quæ quidem ſpolia ſiue ſucceſſiones pertinebant ad priorem ratione dicti prioratus per obitum dictorum parochorum, quoniam veniunt appellatione fructuum largè ſumpto vocabulo, ſaltem appellatione redituum & obuentionum, cum his terminis generalibus, omnium & quorumcunque. Et aduerte ad Bert. qui à prima facie ibi videtur reprobare conſilium Oldra. 129. de quo mentionem fecimus. 3. *eo. gl.* 4. *num.* 3. Sed rectè inſpiciendo non eſt ita, quia loquitur in diuerſo caſu. Et Bertrand. ibi non reſpondet ad rationes Oldra. ex eo quòd dictum Oldra. non ſit verum: ſed ex eo quod non concludunt in caſu in quo conſuluit Bertrandus. & ſic vterque recte conſuluit in caſu ſuo.

48. DVODECIMO quæro, Quid ſi prehenſione pendente patronus inuenit* theſaurum in feudo? Et non eſt quæſtio de dimidia quæ ſpectat ad eum ratione inuentionis, ſed de alia dimidia quæ debet cedere domino ſoli. Et videtur omnino ſpectare ad patronum quia dominus eſt. Et quamuis non ſit niſi dominus directus, hoc eſt verum niſi in caſu aperturæ & prehenſionis feudi, quia tunc in effectu eſt etiam dominus vtilis. Vnde quemadmodum ſi vaſſallus, quandiu eſt vaſſallus inueniat theſaurum in feudo, ſpectat ad eum in totum & nihil habet directus dominus vt not Io. Fab. Aret. in §. *theſauros. inſt. de rer. diuiſ.* Io. de Pla. in *l.* 1. *C. de theſaur. lib.* 10. *C.* ita ſpectare debet ad patronum pro tempore quo feudum apertum iuſte tenet ad manum ſuam. Sed iſtud non placet, quia etiam pendente prehenſione & ea non obſtante vaſſallus & non patronus eſt verus dominus vtilis & de dominio ſuo liberè poteſt diſponere vt prius, quamuis ad tempus perdat fructus. Et ſic diſpoſitio *d.* §. *theſauros, & d. l. vnica.* verificatur in vaſſallo magis quàm in patrono. Videtur tamen quòd ſaltem patronus poſſit retinere theſaurum & eo frui quandiu prehenſio durat & iure feudali fruetur feudo, quemadmodum in vſufructuario qui pendente vſufructu, toto theſauro a ſe in fructili feudo inuento frui poteſt, & dimidium ſolum reſtituere finito vſufructu. Et ſimiliter maritus in theſauro inuento in re dotali ſecundum gl. Bar. Bal. & alios in *l. diuortio.* §. *ſi fundum. D. ſol. matri.* Et ita tenet Guil. Bened. in *repet. c.* Rayn. in *ver. cætera bona. nu.* 30. 34. & ibi extendit ad creditorem qui inuenit theſaurum in fundo hypothecato, vt præter dimidiam quam iure inuentionis lucratur, poſſit aliam dimidiam retinere iure pignoris donec debitum ſoluatur. Sed iſtud quamuis ſit coloratum, non puto verum, quoniam* theſaurus non eſt pars fundi nec feudi, neque etiam eſt in fructu, vt probaui 3. §. 1. *gl.* 1. *nu.* 45. nec poteſt eo feudaliter ſine iure feudali frui patronus, igitur dimidia illa theſauri quæ cedit domino, præter id quod non poteſt cedere patrono iure domini, vt diximus, non poteſt ab eo retineri, neque tanquam fructus, neque tanquam pars fundi vel feudi, quum neutri accedat. Et ſic incontinenti debetur & reſtitui debet vaſſallo. Et ſimiliter proprietario ab vſufructuario, vt diximus in *d.* §. 1. Et idem dico de creditore: vt non poſſit dimidiam illam theſauri quæ cedit domino retinere iure pignoris, quum non ſit neque fructus neque pars ei hypothecata, & ſic non cadit in hypothecam ratione fundi. Secus ſi alias omnia bona debitoris vel domini fundi generaliter fuerint hypothecata.

* Theſaurus cedit domino vtili & non directo.

* Theſaurus non eſt pars fundi.

§. * LVI.

* Olim fuit 38.

ITem le ſeigneur feodal qui met en ſa main par faute d'homme, droicts & deuoirs non faits, le fief tenu de luy, ou qu'il a des terres emblauées par aucun fermier ou laboureur, auquel ſont baillées à ferme icelles terres: iceluy ſeigneur feodal s'il veut auoir les gaignages d'icelles terres, eſt tenu de rendre & reſtituer au fermier & laboureur ſes feurs & ſemences.

PAtronus qui feudum ex defectu hominis & iurium prehendit, ſi fructus quos colonus ſeminauit, percipere velit, debet colono reſtituere impenſas laboris & ſeminis. H. D.

§. LVII.

Hic §. hodie ita eſt mutatus.

LE ſeigneur feodal qui met en ſa main par faute d'homme, droicts & deuoirs non faits, le fief tenu & mouuant de luy, qui de bonne foy & ſans fraude a eſté baillé à loyer ou moiſon par ſon vaſſal en tout ou partie, doit ſe contenter de la redeuance duë par le fermier ou preneur, pour ce qui eſt baillé à ferme: & pour le ſurplus le peut exploiter par ſes mains en rendant les labeurs, ſemences & frais de ce qu'il exploite ou met en ſes mains.

SVMMARIA §. LVI.

1. *Labor & opera minuunt fructus.*
2. ¶ *Q.* 1. *Differentia inter ſumptus fructiles, & ſumptus factos in perpetuam rei vtilitatem.*
3. ¶ *Q.* 2. *Patronus volens capere fructus feudi tenetur omnes ſumptus refundere: nec ſufficit quod offerat ſumptus pro rata fructuum.*
4. *Non tenetur patronus ad aliquam reſtitutionem ſumptuum ſi poſt prehenſionem fructus perierint caſu fortuito.*
5. *Niſi fructus perierint poſtquam à patrono collecti eſſent.*
   Caſus contingens in fructibus iam collectis à colono, non relevat colonum.
6. ¶ *Q.* 3. *Patronus nil deducit ratione impenſarum perpetuam feudi vtilitatem concernentium à quocunque facta ſint.*

Digitized by Google

HOc tacite intelligebatur etiam ſi non fuiſſet expreſſum, quoniam ipſo iure de eſſentia & ſignificatione fructuum, deducuntur omnes ſumptus & impenſæ, quæ quærendorum, colligendorum, conſeruandorúmque eorum gratia fiunt. tex. in *l. 1. C. de fruct. & lit. impen. l. fructus. D. ſol. mat. in l. ſi domino §. ff. de peti. hæred.* Vnde etiam patroni deducuntur & reſtituuntur. text. in *d. l. ſi à domino. in fi. in l. fundus qui in fi. pri. D. famil. herciſ.* vbi dicitur nullum caſum interuenire poſſe qui hoc genus deductionis impediat. Igitur ſi patronus nolit contentari mercede debita à colono vaſſalli, ſed colligere fructus & per manus ſuas vel ſuorum frui expulſo dicto colono, quia iam coluerat & ſeminauerat agros feudales, tenetur eidem reſtituere impenſas factas futurorum fructuum gratia, ſiue ſint impenſæ ſeminis & reliquæ culturæ, & pariter operas coloni ſeruorúmque & animalium ſuorum: huiuſmodi enim operæ quærendorum fructuum cauſa factę ipſo iure minuunt fructus, ſicut & impenſa ſeminis, vt eſt notum & expreſſum no. Angel. in *d. l. ſi à domino. in fi.*

2. Sed primo quæro, Quid ſi vaſſallus non habeat colonum, ſed per manus ſuas ſiue ſumptibus* ſuis colebat, vtrum habeat locum hic §? Videtur quòd non, quia non loquitur niſi de ſumptibus bona fide factis à colono, qui eſt tertius cui non debet præiudicari, attento etiam quod non fuit in culpa, quum non ſit vaſſallus nec poſſit clientelaria præſtare obſequia: Sed alia ratio eſt in ipſomet vaſſallo qui eſt in culpa, & forte in dolo nolendo obſequi patrono. Et ſic non videtur habenda ratio de ſumptibus ab eo factis, ſicut & in fortiori non habetur ratio impenſarum factarum ab eo in perpetuam feudi vtilitatem & augmentationem, imò illis fruetur patronus pendente manus iniectione ſine aliqua deductione, vt diximus 3. §. 1. *gl.* 5. *nu.* 70. Dicendum tamen quod hic §. licet loquatur in colono, tamen etiam habet locum in vaſſallo per iura allegata in princ. huius §. Sic etiam conſuetudo Autel. *eo. ti.* §. 22. non diſtinguit a quo facti ſint ſumptus, & ita etiam in ſimili reſoluimus 3. §. 1. *gl.* 8. *q.* 3. *nu.* 13 Et pro dilutione obiecti, magna eſt* differentiæ ratio inter ſumptus fructiles: & ſumptus factos ad perpetuam rei vtilitatem, quia ſumptus fructiles non ſunt proprie pars rei, ſed pars fructuum, eóſque ipſo iure minuunt: Patronus autem prehendens ex defectu hominis debet lucrari fructus duntaxat & nihil vltra: ergo ſumptus quoſcunque & à quocunque factos in fructus debet reſtituere etiam vaſſallo contumaci. Alioquin vltra fructus lucraretur contra intentionem conſuetudinis, quia haberet vniuerſos fructus, & vltra haberet ſumptus eorum gratia factos à vaſſallo. Sumptus autem facti in rei perpetuam vtilitatem non ſunt pars fructuum, ſed pars rei & feudi, & ſic vna cum feudo illis fruitur patronus. nec huiuſmodi ſumptus ſiue meliorationes retinet vel lucratur, ſed eas vna cum feudo quales ſunt tempore leuationis manus reſtituit.

* De vaſſallo qui ſuis ſumptibus colit & non per colonum.

* Differentia ſumptuum.

3. SECVNDO quæro, quid ſi poſt prehenſionem feudi maturitatis & collectionis tempore adueniente, calamitate, labe ſiue alio fortuito caſu, ſiue à cœlo ſiue ab hominib. puta depopulatoribus agrorum illato, fructus omnes perierint: vtrum nihilominus debeat patronus refundere vaſſallo vel eius colono dictos ſumptus per eos factos gratia ſperatorum fructuum? Reſpond. Aut patronus non expulit vaſſallum vel eius colonum: ſed permiſit eos ſub nomine ſuo colere & poſſidere nullis commiſſariis adhibitis, vel adhibitis ad recipiendum fructus in tempore ſuo, vel ad redditionem rationum duntaxat. & non ad detentionem realem & gubernationem feudi. Et tunc clarum eſt quòd non tenetur. Et ſi ſint modici fructus poteſt illos remittere, & non tenebitur de aliquo ſumptu fructuum. Si autem velit fructus quantumuis modicos habere: tenebitur refundere omnes fructus, nec audietur volens refundere ſolum pro rata valoris fructuum per hunc text. quem intelligo & amplio nedum de ſumptibus factis vſque ad manus iniectionem, ſed etiam de cæteris iuſtis ſumptib. in fructib. colligendis & ſeruandis poſtea factis patiente patrono, quum ſit eadem ratio. Aut vero patronus expulit vaſſallum, aut eius colonum à cura, cultura, & regimine feudi, tanquam fructus per manus ſuas percepturus. Et videtur teneri dictos ſumptus vſque ad tempus prehenſionis reſtituere, quia ex modo & forma prehenſionis cenſetur extunc curam & periculum in ſe ſuſcepiſſe, & ſe ad reſtitutionem ſumptuum vſque ad dictum tempus prehenſionis à vaſſallo vel colonis eius factorum obligaſſe, à quo obligatione ſemel facto ſuo ſuſcepta non videtur liberari per caſum ſequentem, ſed ſibi debere imputare, maxime attento quod vaſſallo & eius colono abſtulit factam ſpem fructuum medio tempore vendendi vel permutaadi, & ſaltem videtur iſtud procedere reſpectu coloni innocentis, qui ſine culpa ſua priuatus eſt fruitione feudi bona fide conducti & culti. Vnde non videtur etiam ſumptuum damno afficiendus. In ipſo autem contumaci vaſſallo qui ſumptibus ſuis cœperat colere, ſatis admittendum videtur, vt non poſſit ſumptus á patrono qui nihil percepit exigere.

4. Sed reſoluendo verius puto indiſtincte patronum non teneri ad reſtitutionem horum ſumptuum, niſi fructus colligat & accipiat, vel per eum ſteterit, & ſatis patet per hunc tex. in quo non obligatur ad reſtitutionem horum ſumptuum, niſi ſub modo & conditione ſi fructus omnes capiat. Igitur ſiue medio tempore feudum cum fructibus pendentibus reſtituat, ſiue non reſtituat, ſed caſu perimantur fructus, ante tamen quàm à ſolo per patronum vel ſuos ſeparentur, puto eum non teneri ad reſtitutionem aliquorum ſumptuum, etiam erga præfatum bonæ fidei colonum, quia patronus non obligatur ad hos ſumptus niſi re ipſa, ſiue rei interuentu, videlicet perceptionem fructuum. Et ſic hac cauſa deficiente nulla ſubeſt obligatio. Nec obſtat quod patronus facto ſuo à tempore prehenſionis abſtulit vaſſallo vel eius colono faculratem vendendi vel permutandi medio tempore ſpem futurorum fructuum: Tum quia non erat veriſimile fructus ante tempus (quod inſolitum eſt) vænum iri, & eſt intereſſe incertum. Tum quia etiam ſi eſſet verum & certum intereſſe nihil ad patronum qui iure ſuo vſus eſt, & de nullo damno tenetur. Secus ſi prehenſio inueniretur nulla vel iniuſta.

5. Item fructus ſi* ſecus ſemel à ſolo ſeparati fuerint: non dico eodem caſu vel tempeſtate, ſed facto & collectione patroni vel ſuorum, quia tunc caſus contingens in fructibus, non caderet niſi ſuper rebus mobilibus patroni, & ad eum ſolum ſpectaret, & nihilominus dictos ſumptus reſtituere teneretur, quemadmodum in ſimili non diceretur contingere caſus niſi ſuper rebus coloni qui ſemel fructus percepit: ideo non obſtante eorum caſu tenetur integram mercedem ſoluere ſine ſpe remiſſionis aut deductionis. *per l. damnum. C. de loca. l. ſi vno.* §. *Item cùm quidam* vbi Bar. *D. loca.* Bar. in *l. ex conducto.* §. 1. *D. eod.*

* Refert an fructus caſu pereant ante collectionem vel poſt.

6. TERTIO quæro, quid ſi magnæ impenſæ factæ ſint ab huiuſmodi colono ad perpetuam rei vtilitatem? Breuiter dico, à quocunque factæ ſint, patronus quandiu durat prehenſio fruetur feudo quale eſt, nec tenetur illarum impenſarum ratione quicquam deducere vel reſtituere, nec retentionem feudi vel portionis augmentatæ pati. Et habeant qui ſumptum fecerunt recurſum contra vaſſallum ſeu proprietarium feudi ſi velint, ſecundum no. §. 28. huiuſmodi enim prehenſio temporalis eſt: ſecus ſi feudum finiretur, quia eſſet dicendum, *vt* 3. §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 70. *& §. 43. quæſt. fi.* Multo plura in materia impenſarum occurrunt, ſed non expedit in quolibet §. vltra textualia effundi.

§. LVII.

§. *LVII.

* Hic articulus olim fuit 39.

LA couſtume deſſuſdite a lieu quand le ſeigneur feodal veut auoir le reuenu d'vn an pour ſon droict de relief.

PRecedentis §. diſpoſitio æque habet locum quando patronus elegit prouentus vnius anni pro iure releuij. H. D.

SVMMARIA §. LVII.

1. *Legatum vel ſtipulatio fructuum futurorum conditionalis eſt, & intelligitur de primo anno, nec ſuppletur ex ſequenti.*
2. *Tamen ſi patronus pro releuio eligat fructus primi anni in quo omnes fructus pereunt, vel ſumptibus abſorbentur, debet capere releuium ex anno ſequenti.*
3. *Diſpoſitio huius conſuetudinis, de releuio non eſt limitata ad fructus certi anni, ſed vnius anni in genere.*
4. *Patronus qui ſemel eligit prouentus anni, licet annus inueniatur ſterilis non poteſt variare, nec eligere ſummam vel arbitramentum proborum.*

ISTE text. eſt de indubitabili, quia iſtud electum releuium eſt limitatum ad prouentus vnius anni dumtaxat: igitur omnes ſumptus gratia fructuum huius anni a vaſſallo vel ſuis facti debent eis reſtitui. Alioquin patronus perciperet vltra prouentus anni.

1. Sed pone patronum elegiſſe fructus huius præſentis anni pro iure releuij, ſed caſu fortuito perierunt vniuerſi fructus, antequam colligerentur à patrono vel ſuis. Vtrum poſſit patronus eligere & habere fructus anni ſequentis? Et videretur quod non, quia huiuſmodi releuium intelligitur de primo & præſenti anno ſeu immediate ſequenti ad electionem patroni, vt dictum eſt 3. §. 47. *gloſſ.* 2. Igitur non debet ſuppleri ab anno ſequenti, quod probatur, quia vbicunque ex promiſſione, legato, vel alia diſpoſitione fructus * omnes certi fundi debentur ſemel præſtandi, non appoſita certa menſura vel ſumma, obligatio conditionalis eſt, & intelligitur de fructibus primi anni ſi qui naſcantur, ita quod ſi illo anno nulli fructus naſcantur, non debet fieri ſuppletio ex anno vel annis ſequentibus ſed extinguitur obligatio. Ita formaliter decidit Bar. poſt Petr. quem ibi Ang. Paul. Alex. & omnes ſeq. in *l. inter ſtipulantem §. ſacram. D. de verb. oblig. per l. interdum. D. eo. tit. l.* 1. *D. de cond. & demonſt. l. nec emptio. D. de contrab. emp. & vend.* Sed hic fructus futuri vnius certi feudi & limitatim ad illud feudum electi ſunt & debentur, igitur & maximè attento quod hic ineſt expreſſa relatio ad fructus præſentis ſeu proximi anni ratione electionis patroni, qui determinate elegit fructus qui producentur in hoc anno, & ſic in vim relatiui obligatio indiſtinctè efficitur conditionalis & limitata, ſi & quatenus fructus naſcantur in hoc anno, ita quod non poteſt fieri ſuppletio ex anno ſequenti, vt tenent gl. & omnes doctor. in *d. §. ſacram. per l. cum certum. D. de tri. vi. & oleo. lega. l. ſi debitor. §. veriſimile. D. de contrab. empt.*

* Stipulatio vel legatum fructuum futurorum.

2. Quibus non obſtantibus contrarium puto in præſenti, & dico quòd aut nulli nati ſunt fructus, vel omnes ante perceptionem perierint, & tunc debet patronus habere fructus anni ſequentis. Idem dico ſi aliqui fructus percepti fuerint, ſed ita modici vt non excedant ſumptus gratia fructuum illius anni factos, quia tunc nulli fructus nati cenſentur. per no. in *prin. §. precedentis.* Si vero aliquid vltra ſumptus quamuis modicum ſuperfuerit: illud ſolum ſpectat ad patronum, nec poteſt conqueri ſe deceptum vltra dimidiam conſuetorum fructuum & prouentuum; nec petere ſaltem vſque ad dimidiam ſuppleri ex anno ſequenti, quia ſi caſu contigiſſet hunc annum ſupramodum vltra duplum ſolitæ vbertatis ſecundum fuiſſe, totum lucraretur: & ſic è conuerſo modicos fructus æquo animo ferre debet, & modicum lucrum penſare cum dubio euentu magni lucri.

3. Ad allegata in contrarium reſpondeo, quòd intelliguntur & procedunt quando obligatio & præſtatio eſt expreſsè vel tacitè limitata ad fructus primi vel certi anni: quo hic ceſſat, quia debitum releuij in ſe conſiderandum eſt prout introducitur ab hac conſuetudine, quæ eſt obligatio legalis, non reſtricta ad fructus certi anni in particulari, ſed hoc reſpectu eſt indefinita & indeterminata, & æque ſe habet & refert ad fructus vniuſcuiuſque anni in genere, & omnino debentur pro releuio fructus vnius non certi ſed cuiuſuis anni. Nec obſtat quod ſaltem per electionem patroni huiuſmodi obligatio determinatur & reſtringitur ad fructus certi anni, videlicet præſentis vel immediatè ſequentis electionem, tum quia huiuſmodi electio quæ ſuperuenit poſt obligationem formatam & acquiſitam in genere ad fructus vnius anni, non fit animo taxandi ſiue limitandi ius releuij ad certum annum, nec hoc præſumi debet *Arg. l.* 3. *D. de milit. teſtam.* ſed animo deſignandi annum ex cuius fructibus percipiatur releuium: & ſic ſi nulli inueniantur fructus ex eo anno qui poſſint percipi pro releuio, debet releuium percipi aliunde, puta ex fructibus anni ſequentis *Arg. l. quidam teſtamento. in prin. D. de leg.* 1. *l. Paulo Callimacho. §. ſi. D. de leg.* 3. Tum huiuſmodi electio fructuum certi anni facta à patrono conditionalis eſt, & per *l. interdum in prine. D. de verb. oblig.* implicitam habet conditionem ſi qui fructus hoc anno naſcantur & percipi poſſint. vnde ſi nulli naſcantur, vel pereant antequam colligantur, deficit electio huius anni, & remanet obligatio. Secus ſi ſemel à ſolo ſeparati fuerint nomine patroni, deinde caſu fortuito perierint, quia ad eum ſpectat huiuſmodi damnum, vtpote in rebus ſuis cadens per iura allegata in §. *præcedenti. q.* 2. *in fin.*

4. Sed quæritur nunquid patronus poterit iterum de nouo eligere vnum ex tribus iuxta not. § 47. 3. *eo.* Reſpond. Non, ſed debet eligere & accipere fructus anni ſequentis, & non poteſt recurrere ad electionem vnius ſummæ vel arbitramenti proborum inuito vaſſallo, ex quo ſemel elegit fructus anni: & licet huiuſmodi electio ſit conditionalis in quantum eſt determinata ad fructus certi anni, non tamen eſt conditionalis quantum ad electionem fructuum vnius anni in ſe, ad differentiam & excluſionem electionis vnius ſummæ vel arbitramenti proborum.

Digitized by Google

§. * LVIII.

» Hic §. olim fuit 40.

ITEM és cas deſſuſdits, le ſeigneur feodal, ſi bon luy ſemble, peut prendre & auoir la moiſſon deuë par le fermier ou laboureur, qui tient leſdites terres & autres heritages à moiſſon.

IN caſu duorum articulorum precedentium, poteſt patronus ſi libeat accipere penſionem ſine mercedem debitam à colono feudi. H. D.

Hic §. hodie ita mutatus eſt.

LVIII.

SI le vaſſal tient en ſes mains ſon fief & ne l'a baillé à ferme ou moiſſon, & il eſt exploicté par le ſeigneur dominant, doit auoir les caues, greniers, granges, eſtables, preſſoüers & celiers, qui ſont au principal manoir & baſſe-court ſeruant pour cueillir & garder les fruicts, & auſſi portiõ de logis pour ſe loger quand il y voudra aller, pour cueillir & conſeruer les fruicts, ſans toutesfois deſloger ſon vaſſal, femme, enfans, & famille y demeurans & habitans. Et ſi le fief conſiſte en vne maiſon ſeule, ſi elle n'eſt loüée par le vaſſal, ſe doit le ſeigneur contenter du loüage: Et ſi elle n'eſt loüée, il prendra le loyer au dire de gens à ce cognoiſſans.

SVMMARIA §. LVIII.

1. *Patronus capiens mercedem à colono debitam, poteſt & debet etiam frui cæteris prædiis vel obuentionibus feudi non comprehenſis in locatione.*
2. ¶ *Q.* 1. *Vtrum patronus, qui toleranit colonum vaſſalli in primo anno, poſſit eum expellere pro ſequentibus annis.*
3. *Exceptio in vno caſu amiſſa, poteſt proponi in ſequenti, niſi fuerit illi renunciatum.*
4. 5. *Solutio quod eo ipſo quod patronus recepit mercedem à colono cenſetur, eius conductionem approbaſſe, nec poteſt ea durante, illum expellere.*
6. *Omnis approbatio actus, ad eius modios, limites, & conditiones reſtringitur.*
7. ¶ 2. *Patronus recta ſine ceſſione poteſt agere contra colonum feudi prehenſi.*
Ad quem ſpectant actiones, ſpectant etiam inſtrumenta.
8. ¶ *Q.* 3. *Hic §. habet locum etiam ſi merces longe excedat fructus huius anni.*
9. ¶ *Q.* 4. *Ratio remittendæ mercedis propter ſterilitatem.*
10. ¶ *Q.* 5. *In feudalibus tempus collectionis fructuum attendi debet.*

ISTVD intelligitur reſpectu fructuum qui cadunt in dicta conductione: non enim ſequitur, quin patronus qui non vult expellere colonum, ſed accipere mercedem ab eo debitam, poſſit habere relictos fructus vel obuentiones feudi & iurium eius, quæ non cadunt in contractum locationis coloni, & ſimiliter fruitionem prædiorum, ſi qua reſeruata ſunt à vaſſallo & excepta à locatione. Quæcunque autem cadunt in conductionem coloni, ad eum hoc caſu pertinent, nec poteſt patronus quicquam in eis vendicare ex quo ſemel colonum approbauit, quod eſt clarum in terminis releuij percipiendi, quum non poſſit commode colonus ad minus tempus quàm ad annum approbari. Sed in terminis prehenſionis feudalis ex defectu hominis alia ratio videtur.

2. Pone, & hæc ſit prima quæſtio. feudum ex defectu hominis prehendi: Certum eſt quod poteſt patronus colonum expellere ſi velit, vel eum libeat tolerare, & mercedem quam ex conductione debet ſingulis annis durante prehenſione exigere & lucrari, per hunc text. Quid ergo ſi in principio permiſit colonum vaſſalli frui iuxta formam conductionis ſuæ, & ab eo recepit mercem illius anni, iuxta hunc text. ſed in anno ſequenti mutata voluntate vult eum expellere, & per manus ſuas frui, vel alium colonum apponere. An poſſit? Prima facie videretur quod ſic, quia vt ſæpe dictum eſt, hoc eſt ius patroni, & talis eſt effectus prehenſionis feudalis. Nec abſurdum videtur patronum ſic variare anno ſequenti, imò quolibet anno, prout alibi ſingulis annis variare licet, quamuis in vno & eodem anno variari non poſſit. vt eſt text. in *l. ſi ſterilis §. fi. & ibi gloſſ.* & Bar. *D. de actio. empt.* & quamuis Patronus non expellendo colonum à principio tacitè renunciauerit quantum ad hoc iuri ſuo pro illo anno: Tamen ex quo non fuit expreſſa renunciatio & approbatio coloni, ſed ſolum tacita, videtur quod non præiudicauerit ſibi pro ſequentibus annis & tempore futuro, ſed quod libere vti poſſit iure ſuo, per id quod in ſimili not. glo. ſingul in *Clem. ſæpe. in fi. in verb. partibus.* quam Imol. Card. Lanfran. ibi ſequuntur. 3. Quòd ſi in cauſa ſummaria iudex cœperit ſolenniter procedere de conſenſu partium, nihilominus partes pœnitere poſſunt, & etiam inuito iudice ſummarie procedere, niſi expreſſe fuerit renunciatum exceptioni ſummarij iudicij. hinc Ang. Alex. in *l. 1. D. de fer.* Phil Franc. in *cap. ex parte tua. de appell.* volunt quod exceptio feriarum omiſſa in vno termino, poteſt obijci in alio dummodo non fuerit expreſſe & ſimpliciter renunciatum feriis, idem Panorm. in *c. quoniam contra falſum. c. fi. de proba. in c. præſentium. c.* 4. *de teſtibus.* Barba. in *c.* 1. *de libell. obla.* Felin. in *c. ſi quis contra. de ſo. compe.*

4. Quibus non obſtantibus contrarium puto & moueor magna æquitate & ratione. Æquitas eſt, quia patronus non debet innocentem colonum ludificare, qui ſemel ſoluit mercedem patrono, & bona fide putans approbationem & conſenſum ſe habere patroni illo ſciente & patiente coluit & ſeminauit agros feudales pro anno ſequenti. Quid enim eſſet iniquius quàm patronum nunc expellere dictum colonum, & ſolum ei reſtituere impenſas ſeminis & laboris iuxta §. 38. *ſupra eo.* nec debet repente mutare conſilium in alterius captionem & detrimentum, *cap. mutare de reg. iur. in 6.* Et tanto magis ſi forte illo anno quo facta eſt prehenſio fuerint exiles fructus qui exceduntur à mercede, ita quod colonus multum fuit in illo anno damnificatus, & ta-

Digitized by Google

men ſoluit mercedem ſperans recompenſari vbertate ſequentium annorum. eſſet enim iniquiſſimum nunc quum apparet magna vbertas & fertilitas, expellere colonum, etiam refuſis culturæ & ſeminis impenſis dumtaxat. huiuſmodi autem iniquitates ſiue duricies & acerbitates non debent permitti patronis, vt ſæpe diximus.

5. Ratio autem eſt viua & in iure fundata & plenius concludẽs. Prima, quoniam patronus prehendens eſt velut nouus ſucceſſor, qui ſi non expellat colonum, ſed ab eo mercedem recipiat, cenſetur ipſo facto eius locationem approbare, ei inquantum opus eſſet relocare ſub eiſdem modis, terminis & conditionibus. arg. not. in *l. legem. C. de loca. in c. contigit de tranſact. in c. ſi. de preca. c. ſi. ne prela. vices ſuas.* Secunda, quia ſi non eſſet hæc conſuetudo huius §. colonus non eſſet B obligatus patrono, ſicut nec patronus colono, vt in ſimili doct. in *l. emptorem. C. loca.* ſed per hunc §. obligatur colonus patrono ſi patronus velit, ita quòd non poteſt diſcedere eo inuito à locatione, ſed ei aſtrictus eſt illum obſeruare & conuentam mercedem ſoluere, & hanc electionem dat conſuetudo patrono, vel expellendi colonum vel eum approbandi & cogendi eum ad ſolutionem mercedis: igitur ſi ſemel elegerit ſtare locationi & habere colonum obligatum, ei viciſſim obligatur ad patientiam, nec* obligatio ſui natura & ſubſtantia reciproca claudicet, quod eſſet abſurdum & conſequenter ex quo ſemel eum approbauit & obligari cœpit amplius pœnitere non poteſt. *l. Pomponius. D. de neg. geſt. l. ſicut. C. de actio. & oblig.* quod eſt verum durante eadem apertura & prehenſione feudi, ſecus ſi manus leuaretur vaſſallo, & mox ſuperueniente noua apertura C feudum iterum prehenderetur. Et ſic concludo, quòd non licet patrono præiudicium coloni variare, nedum re non integra, vt poſtquam colonus eo ſciente & patiente coluit & ſeminauit agrum pro anno ſequenti: ſed etiam ante cœptam culturam anni ſequentis, & ſtatim quòd recepit penſionem à colono vel aliàs ipſo facto eum approbauit in colonum, non poteſt amplius eum expellere, ſed tenetur eum tolerare.

* Obligatio non debet claudicare.

6. Quod eſt intelligendum ſecundum formam, metas & conditiones dictæ locationis: quia ea finita non tenetur eidem, ſed libere poteſt alteri relocare, vel per manus ſuas & ſuis ſumptibus frui. approbatio enim actus ſiue tacita ſiue expreſſa intelligitur ſecundum eius limites, conditiones & modos. *l. ſi ita ſcripſero. D. de cond. & dem. c. examinata. de confir. vtil. vel inuti.* Philip. D Deci. in *l. certum. D. ſi cer. pet. & conſi. 47. per to. conſi. 192. col. 1.*

7. SECVNDO quæro, Vtrum iſte §. ſit de indubio ſicut §. præcedens, an vero aliquid addat? Breuiter dicendum, quòd multum addit & de nouo diſponit, quia eo ceſſante poſſet colonus inuito patrono diſcedere, nec teneretur ei ſoluere niſi forte vaſſallus vel eius hæres cederet actiones ſuas patrono, per nota. in *d. l. emptorem. & in l. qui fundam.* vbi Paul. *D. loca.* ſed per hunc tex. qui non eſt ſimpliciter permiſſiuus ſed diſpoſitiuus, patronus habet recta via actionem contra colonum, eúmque cogere poteſt ad culturam & ſolutionem ſecundum tenorem & naturam locationis. Et vltra poteſt cogere vaſſallum vel eius hæredem ad tradendum ſibi inſtru- E mentum locationis, vt in vim guarantigiæ faciat exequi colonum pro penſione debita, quoniam * pro quo tempore ad eum ſpectant actiones & iura locationis, ſpectant etiam inſtrumenta tanquam acceſſoria, vt tamen ſi opus ſit de illis reſtituendis caueat. *Arg. l. Titius 2. D. de act. empt. l. inſtrumenta. C. de fideicom.* imò etiam abſque his inſtrumentis poteſt cogere vaſſallum ad ſoluendum in termino, vel etiam ad nouum inſtrumentum obligationis conficiendum ſub guarantigia de ſoluendo, quamdiu prehenſio durabit, alioquin libere poterit eum expellere, & feudo pleno iure feudali frui. quia cùm non ſit obligatus colono ex contractu expreſſo, ſed ſolum ex tacita approbatione, ex eo quod

* Al quem ſpectant actiones, ſpectant inſtrumenta.

A ſemel eum tolerauit & ſolutionem recipit: iſta tacita obligatio intelligitur ſi & quatenus colonus legi conditionis erga patronum parere voluerit cum effectu, alioquin poterit expelli etiam incontinenti, hoc eſt non expelli etiam incontinenti, hoc eſt non expectato lapſu biennij de quo in *l. quæro §. inter locatorem. D. loca.* & not. quòd colonus hoc caſu expulſus tametſi ante finem locationis, nullum habebit recurſum ad damna & intereſſe contra vaſſallum à quo conduxit eiúſve hæredem, quia ſua culpa expelletur, ſecus ſi ab initio prehenſionis expelleretur. *l. ſi merces §. qui fundus §. culpa. D. loc.*

8. ¶ TERTIO quæro in caſu releuij, poſtquam patronus elegit fructus proximi anni pro releuio, & ſic adhuc habet electionem capiendi omnes fructus reſtitutis colono vel vaſſallo impenſis laboris & ſeminis dumtaxat. vel ſi in feudo ſit colonus conductorius, accipiendi penſionem ab illo debitam pro illo anno: ſed pone eodem anno exiguo & ſemicorruptos colligi fructus, ita quòd pro tunc penſio coloni multo plus valet quàm omnes fructus abſque deductione impenſarum, vtrum patronus poſſit eligere penſionem coloni? dubium facit quod conſuetudo in hoc §. videtur dicere hoc ad commodum & alienationem vaſſalli & eius coloni, ſaltem ceſſante defectu fidelitatis & in caſu releuij, tum quia patronus hoc caſu capiendo penſionem coloni multo plus haberet & caperet quàm aſcendant fructus anni per eum electi. Tamen dicendum eſt patronum indiſtincte eligere poſſe penſionem coloni per hunc text. Nedum in caſu prehenſionis ex defectu hominis in quo non eſt dubium: ſed etiam in caſu ſimplicis releuij, quia iſta merces ſiue penſio ex quo cum effectu debetur & verus fructus & reditus huius anni. Et quamuis patronus hoc caſu percipiat, pluſquam aſcendant fructus reales feudi huius anni, tamen non capit pluſquam aſcendant pro vno anno in genere, vbertate vnius cum alterius ſterilitate penſata: & ſic nulla eſt iniquitas nec exceſſus, quamuis beneficio locationis patronus plus lucretur, imò non cenſetur hoc prætextu plus lucrari, quia ſi non fuiſſet ſecuritas locationis, vetiſimile eſt patronum non fuiſſe electurum incertum fructum, ſed potius arbitramentum proborum.

9. ¶ QVARTO quæro, nunquid patronus tenetur remiſſionem mercedis facere colono in caſu * ſterilitatis vel vis maioris, ſicut tenebatur vaſſallus. *l. ſi merces. §. vis maior. D. loca. l. licet. C. eo.* Reſpon. ſic, in caſu in quo vaſſallus ſiue locator teneretur. Super quo breuiter eſt aduertendum, quod in locatione ad annum vel biennium, ſi tam magna ſterilitas vnius anni emergat, quod veriſimiliter non poterit penſari abertate ſequentis, vel ſi in vltimo anno veniat inſignis calamitas, & conſtet precedentes annos fuiſſe ſatis exiles, ita quòd non præcedit nec ſequitur, vnde huiuſmodi magna ſterilitas (quæ videlicet eſt ℈. dimidiam ſolti reditus) penſetur: tunc practicari debet diſpoſitio d. ll. &c. propter ſterilitatem eo. & fieri moderatio & remiſſio penſionis pro rata. Alioquin vt in conductionibus ad nouem annos, quoniam ſterilitas vnius anni vbertate alterius compenſari ſolet, non fit remiſſio niſi de gratia: ſed ſolum datur dilatio ſeu moderatur terminus ſoluendi in ſequentes vberes annos. *iuncta l. ſi vno. in prin. D. loca.* & de hoc tam de remittendo quàm in agendo plene ſcripſi infra. §. 195. *gloſſ. 5. in verb. moiſſon de grains.*

* Sterilitas ſi vel vis maioris cauſa vtrũ faciendà ſit remiſſio.

10. ¶ QVINTO quæro, pone feudum prehenſum in fine Septembris, penſio autem coloni excidebat Idus Nouembris, vtrum patronus poſſit eam exigere? Reſpon. quòd non, quantumcunque velit colonum approbare, quia illa penſio reſpicit fructus præteritos ante prehenſionem collectos & in quibus patronus nihil iuris habet: & quod hic dicitur patronum poſſe exigere penſionem coloni, ſane debet intelligi de ea quæ debetur ratione fructuum collectorum vel colligendorum durante manus iniectione vel durante anno pro

releuio electo per *l. defuncta fructuaria. D. de vſuf.* Cuius diſpoſitio ſeruatur & non diſtinctio. *ca. 1. §. hæc conſequenter in tit. hic fini. lex. exinde conſuet. regni in vſib. feud.* vbi etiam And. Iſern. dicit æquiorem eſſe diſpoſitionem *d. l. defuncta.* & ita quod etiam in feudalibus tempus collectionis fructuum attendi debeat, iuxta dicta *leg. defuncta.* pulchre decidit Petr. de Anchar. *in conſil.* 193. ſubtiliter & plene & not. quòd ſi patronus velit ſtare colono, tenetur ſtare nedum reſpectu quantitatis penſionis, ſed etiam reſpectu dilationis ſoluendi, quia non poteſt acceptare locationem niſi cum omnibus ſuis modis, qualitatibus & conditionibus, quæ ſunt pars contractus. *l. fundi partem. D. de contrab. empt.* ſi autem nolit contentari penſione conductitia debet ab initio expellere colonum, vel eidem ſub aliis modis & conditionibus (prout facere poteſt) locare pro tempore ſuo.

---

§. *LIX.

* Olim fait 50.

ITEM le ſeigneur feodal qui met en ſa main par faute d'homme, droicts & deuoirs non faicts le fief tenu & mouuant de luy *baillé à rente par ſon vaſſal & ſans demiſſion de foy*, auquel il y a des terres emblauées par aucun fermier ou laboureur, iceluy ſeigneur feodal peut ſe bon luy ſemble, prendre les gaignages d'icelles terres, en rendant & reſtituant au fermier & laboureur ſes feurs, labeurs & ſemences, & n'eſt tenu ledit ſeigneur feodal de ſe contenter de rendre ladite rente, pourueu qu'elle ne ſoit infeodée.

PAtronus ex defectu fidelitatis & iuris prehendens feudum, à vaſſallo ſine fidei demiſſione ad reditum annuum conceſſum, in quo ſunt agri per colonum ſeminati, poteſt ſi velit meſſes & fructus colligere reſtituendo dicto colono laborum & ſeminis impenſas, nec tenetur accipere vel contentari penſionibus dicti reditus dummodo non ſit infeudatus. H. D.

ET ſi le vaſſal auoit baillé ſon fief à rente ſans demiſſion de foy & le ſeigneur le met en ſa maiſon par faute d'homme, droicts & deuoirs non faits, s'il y a des terres emblauées, ledit ſeigneur peut, ſi bon luy ſemble, prendre les gaignages de ladite terre en rendant les feurs, labours & ſemences, & n'eſt tenu ledit ſeigneur ſe contenter de prendre la rente pourueu qu'elle ne ſoit infeodée.

SVMMARIA §. LIX.

1. *In perpetua conceſſione ad reditum non retinetur fides niſi expreſſè.*
2. *Infeudatio reditus debet fieri à patrono immediato feudi ſuppoſiti.*
   Et ipſi creditori cui debetur reditus.
3. *Quid de reditu non infeudato, ſed conſentiente patrono impoſito.*
4. *Dominus directus habet rem reſpectu dominij vtilis ſibi hypothecatam pro iuribus ſuis.*

HIc habes text. apertum, quòd licet vaſſallo ſine conſenſu patroni totum feudum ſuum etiam vnica conceſſione alienare & concedere ad onus annui & perpetui reditus ſibi ſoluendi à recipiente & eius ſucceſſionibus, vel cauſam habentibus ſuper eodem feudo retenta in perpetuum fide ſeu titulo & onere fidelitatis, & clientelæ erga patronum, ita vt concedens licet nullum ius dominij retinuerit in feudo ſeu rebus conceſſis, nihilominus ſemper remaneat verus vaſſallus patroni feudi, & ex eius & recipientis perſona metiuntur mutationes & iura feudi, à quibus tenetur exonerare & indemnem reddere recipientem reditus debitorem.

a Sine dimiſſione fidei feudum ad reditum annuum concedere quid ſit.

1. Patet in text. ibi, *& ſans demiſſion de foy.* quod eſt intelligendum, id eſt retenta expreſſim fide. Alioquin in perpetua conceſſione ad reditum non cenſetur fides retenta, ſed cenſetur vera tranſlatio, mutatio, & apertura feudi, ex qua iura feudalia debentur & præſtari debent ab acquirente, & adhuc idem eſſet dicendum etiam ſi hoc caſu fides expreſſe retenta eſſet, niſi aliter per incidentem & poſitiuam literam huius §. inueretur, vt dictum eſt ꝛ. §. 51. *q. fin. & §. 51. q. 5. num. 29. & q. 11.* ad quæ loca remitto. Quod autem ſequitur in text. de laboribus & ſemente coloni, expeditum eſt *ſup. §. 56.* Et quod in fi. text. dicitur de reditu non infeudato, diſcuſſum eſt ꝛ. §. 28. nolo in præcedentibus dicta repetere.

2. ¶ Sed adde inquantum eſt in fi. text. dicitur, dummodo dictus reditus non ſit infeudatus, debet intelligi ab ipſo ſcilicet patrono feudi, ſuper quo debetur reditus, & non ab alio quocunque. Quia etiam ſi infeudatio reditus eſſet facta à ſuperiori patrono, tempore quo feudum ſibi ex defectu hominis apertum & prehenſum tenebat in manu ſua, non valeret, nec præiudicaret ipſo patrono immediato, per not. ꝛ §. 55. *gloſſ.* 8. Ex quibus patet, quòd illa finalis clauſula huius text. *pourueu qu'elle ne ſoit infeudée.* male & impertinenter (puto per inaduertentiam) fuit adjecta huic §. nec poteſt conſtare nec quadrare cum themate & dicto principali huius §. quia vt liquidatum extat per not. in d. §. 28. reditus ſuper feudo debitus, non poteſt vllo modo infeudari ex parte debitoris reditus, nec ab illo recognoſci vel recipi in feudum: ſed ſolum ex parte creditoris cui debetur & competit ius reditus. Igitur in propoſito ſi vaſſallus concedat feudum retenta fide cum certo annuo reditu, non poteſt ille reditus infeudari etiam ab eodem patrono eidem vaſſallo, ſed eſt impoſſibile & repugnans: quia iſte eſt vaſſallus ratione ipſius corporalis feudi. Et ſic hoc reſpectu reputatur dominus vtilis. Si autem reciperetur in fidem ratione reditus ſuper eodem feudo retenti, iam oppoſitum ſupponeretur, videlicet eum non eſſe dominum feudi corporalis, ſeu rei ſuppoſitæ, ſed eſſe rem alienam, quia non poteſt eidem ſuper re ſua reditus deberi, ſed confunderetur *l. pe. §. 1. D. de excep. rei iudi. l. neque pignus. D. de reg. iur. cum vulg.* Referenda eſt igitur illa clauſula, non ad thema huius §. ſed ad thema 28. ꝛ. *eo.* Vbi proprie quadrat hæc limitatio, niſi reditus ſit infeudatus.

3. Idem ſi taliter ſit approbatus à patrono, non ſimplici, ſed diſpoſitorio conſenſu, videlicet ad hunc finem, vt non obſtante prehenſione feudali debeat reditus ſol-

Digitized by Google

ui & percipi ſuper fructibus feudi etiam cum iure prioritatis & prælationis ad iura patroni.

4. Cæterum patronus niſi ius ſuum remiſerit, potior eſt & antiquior omni creditore, & iura, & debita feudalia, etiam recenter contingentia præferuntur omnibus aliis iuribus quantumcunque fauorabilibus & prærogatis. Quemadmodum enim* dominus directus rei cenſuatiæ, vel emphyteuticæ, habet vtile dominium, & ius cenſuarij vel emphyteutæ hypothecatum pro ſolutione cenſus vel canonis, atque ab ipſa primæua conceſſione in cenſum vel emphyteuſim, vt infra §. 70. Ita etiam dici poteſt de patrono, vt habeat feudum ſeu ius & dominium vtile vaſſalli hypothecatum, ſeu affectum ab ipſa originali infeudatione pro præſtatione fidelitatis, & ſolutione releuiorum, & ſimilium iurium. Nec repugnat eandem rem ipſi domino directo eſſe hypothecatam, quia hoc eſt reſpectu vtilis dominij, idque in vſu quotidiano verſatur vt ipſi patrono tanquam alij cuilibet priuato poſſit feudum eſſe efficaciter hypothecatum, pro mutuo, vel alio debito, ſiue momentaneo, ſiue ſucceſſiuo, vt pro conſtitutione & aſſignatione certi annui reditus, quem poteſt patronus emere & acquirere ſuper vaſſallo & eius feudo tanquam priuatus, & ſicut quilibet extraneus. Et hoc caſu ſi contingat feudum ex defectu hominis aperiri, & prehendi, faciet patronus fructus ſuos iure feudali. Et nihilominus tanquam tertius creditor poterit proſequi vaſſallum pro ſolutione dicti reditus, nec tenetur vllomodo compenſare penſiones reditus cum fructibus feudi quos lucratur & qui ad eum ſpectant libere ex alia cauſa & alio ſeparato iure. Imo non obſtante pendente & perſeuerante prehenſione feudali poſſet facere prehendi ſiue ſaiſiri & ſubhaſtari dominium vtile quod vocant proprietatem feudi, vt ad onus iurium feudalium & d. reditus vendatur & alaudicetur plus offerenti. Sed de his ſatis, ne nimis efferar extra metas huius §.

* Dominus directus ius hypothecæ habet.

---

* Olim 42.

§. * LX.

ITEM quand entre pluſieurs ſeigneurs eſt queſtion d'aucun fief, que chacun d'iceux ſeigneurs dit eſtre mouuant de luy, le vaſſal en doit eſtre *receu par main ſouueraine*, & en iouyr pendant le procez, en conſignant par luy en iuſtice les droicts & deuoirs par luy deubs à cauſe d'iceluy fief.

QVando plures contendunt de patronatu feudi, quod quiſque eorum prætendit à ſe moueri, vaſſallus per manum ſupremam in fidem recipi & inueſtiri debet, & pendente lite frui conſignando in iudicio iura per eum debita ratione dicti feudi. H. D.

Hic articulus non conſuetudine ita auctus eſt.

QVAND entre pluſieurs ſeigneurs eſt queſtion d'aucun fief, que chacun d'iceux ſeigneurs dit eſtre mouuant de luy, le vaſſal en doit eſtre receu par main ſouueraine & iouyr pendant le procez, en conſignant par luy en iuſtice les droicts & deuoirs par luy deubs à cauſe d'iceluy fief. Et apres le procez terminé eſt tenu le vaſſal faire & porter la foy à celuy qui aura obtenu, quarante iours apres la ſignification à luy faite de la ſentence ou arreſt.

SVMMARIA.

1. *Regulare eſt patronum pendente lite poſſidere.*
2. *Aliud inueſtitura ordinaria, aliud prouiſionalis 29. 33.*
3. *Differentia inter iudicem ſupremũ & ordinariũ.*
4. *Non præſumitur voluntas limitata, ſed vt valeat vt poteſt.*
5. *Inueſtitura ordinaria & extraordinaria. 33.*
6. *Lite pendente poteſt patronus prehendere & actus dominicales exercere, niſi per iudicem vetitum ſit.*
7. *Plena & abſoluta leuatio manus non ſolet fieri per manum ſupremam*
8. *Prouiſionalis leuatio manus lite finita reſolvitur, ſed non abſoluta leuatio. 9. 10.*
11. *Vetus mos receptionis per manum ſupremam. 12. 13.*
12. *Si litigantes de patronatu conſentiant vaſſallum nomine communi recipi etiam per inferiorem, non poteſt vaſſallus recurrere ad Regem vel iudicem regium.*
13. *Receptio per manum ſupremam non ſolum fit in caſu huius §. ſed etiam contra dominum indubitatum qui recuſat.*
14. *Dominus directus non tenetur litigare niſi manu ſua redintegrata.*
15. *Si vaſſallus patitur commiſſarios frui, non tenetur aliter conſignare ſiue vnus ſiue plures prætenſi patroni litigent.*
16. *Verba iudicis reducuntur ad intellectum iuris.*
17. *Etiam nemine prehendente, ſed controuerſia imminente locus eſt prouiſioni huius §.*
18. *Receptio in fidem per manum ſupremam poteſt fieri à quocunque ſeculari iudice ordinario, etiam non regio, etiam ſine literis regis.*
19. *Iudex eccleſiaſticus non poteſt cognoſcere de feudo etiam inter clericos.*
20. *Etiam ſi agatur de felonia clerici vaſſalli.*
21. *Eccleſia non poteſt tenere iuriſdictionem temporalem niſi tanquam perſona laica.*
22. *Iudices temporales eccleſiæ ligantur conſtitutionibus regis, &c.*
23. *Eccleſia non cognoſcit de feudo etiam decimali ad eam reuerſo.*
24. *Non poteſt ſecularis euocare contendentes de patronatu coram conſeruatore ſuo regio ad finem de quo in hoc §.*
25. *Priuilegia fori ſcholarium ſimilium, &c.*
26. *Actor coram ordinario citans reum quem non ſperat litigaturum, non cenſetur renunciare priuilegio fori ſui. 27.*
28. *Quid ſi contendentes de feudalitate non habeant communem vel vllum dominum feudi. 34*
30. *Quid ſuperiori domino qui vtriſque manum iniecit.*
31. *Non nocet incertitudo cuius vtrumque extremum concludit.*

Digitized by Google

32. *Superior debet iura dominicalia exercere.*
35. *Quando alter contendentium eſt in poſſeſſione pacifica, coget vaſſallum fidem & iura ſoluere, &c.* 36.
37. *Differentia inter contendentem de eodem vel diuerſis locis dominantibus.* 38.
39. *Homagium non refertur ad perſonam, ſed ad locum dominantem.*
40. *Cur debet hic eſſe conſignatio realis.*
42. ¶ *Q.* 1. *Tantum operatur factum à iudice, quantum factum à partibus.*
43. *Receptio in fidem à iudice per manum ſupremam idem operatur ac receptio ipſius veri patroni, vt lite finita non ſit locus prehenſioni feudali* 44.
45. *Fall. quantum ad oblationem catalogi.*
46. ¶ *Q.* 2. *Si ſit contentio an patronus tanquam dux, an tanquam comes debeat recognoſci, non eſt locus huic §.*
47. *Si alter contendentium offerat alterum conuincere infra breue tempus, differtur prouiſio huius §.*
48. *Non auditur vaſſallus in cauſis oppoſitionis in manu domini repleta.*
47. ¶ *Q.* 3. *An prouiſio huius §. peti poſſit poſt litem conteſtatam.*
50. *Non cõpetit hæc prouiſio neganti ſe vaſſallũ.*
51. *Ceſſant prouiſiones, quando principale breuiũ decidi poteſt.*
52. *An poſt prouiſionem feudi oblatam iuxta formam §. 31. ſupra eod. poſſit eſſe locus prehenſioni huius §.*
53. *Domini vel craſſa ignorantia faciunt pœnam commiſſi.*
54. ¶ *Q.* 4. *In cauſa huius §. & §. 45. ſupra eo. non reſtituuntur fructus à die prehenſionis feudi, ſed dumtaxat à die prouiſionis vel leuationis manus.*
55. *Fructus maturi pro collectis habentur reſpectu eius, qui pro illo anno debentur.*
58. *Q.* 5.
59. *Q.* 6 *Fructus percepti ante manus leuationem ad quem pertineant* 60. 61. 62. 63. 64.
65. *Q.* 7. *Quid ſi vnus prehendat tanquam rem cenſualem: alter tanquam feudalem.* 66.
67. *Q.* 8.
68. *Q.* 9. 69.
70. *Q.* 10. *Pendente lite patronorum currit eis tempus quadraginta dierũ ad retrahendum.* 71.
72. *Q.* 11. 73. 74. 75.
76. *Q.* 12. 77.

Hic §. nullam de ſe habet difficultatem, quia etiam ceſſante diſpoſitione huius §. idem eſſet dicendum de iure communi per not. Bartol. Ioann. de de Pla. Luc. de Pen. in *l. litibus in fi. C. de agrico. & cenſi. lib.* 11. Bald. Floria. de S. Petro. in *l. Lucius & Titia fam. herciſc.* Nicol. Boheri. *deciſ. Burdegal.* 105. *ad hoc bonus text. in l. cuiuſcunque §. ſi fundus, ibi ſi de fundi proprietate inter duos quæſtio ſit, vſufructuarius nihilominus in poſſeſſione eſſe debet. D. de vſufruct.* Etiam ſi neutri per ſe caueat, ſed & caueatur alius, non eſſet dubitatio, ſed vaſſallus non minus iuris habet quam fructuarius etiam inſpecto initio feudorum Inſubriæ, & plus iuris poſtquam feuda cœperunt eſſe perpetua, & adhuc plus iuris in Gallia, vbi etiam ad extraneos tranſmittere aut vendere licet. Et hinc eſt quòd merito in Gallia vaſſalli vocantur proprietarij quaſi iura feudalia ſint potius ſeruitutes in rebus alienis, de quo *ſupra §. 1. gloſſ. 5 in princ.* Lis ergo patronorum vel prætendentium patronatum, non debet nocere vaſſallo de cuius vtili dominio & iure non litigatur nec dubitatur: nec potius ipſiſmet contendentibus nocere debet, quum vterque ſi iura feudalia conſequi velit, teneatur vaſſallum aduerſus quemcumque eadem iura prætendentem defendere per no. *ſupra §. 10. qu. 9.* & penetrando materiam, huius §. quàm breuiter & reſolutius fieri poterit.

1. Præſupponenda eſt regula, & communis in hoc regno obſeruantia, quod patronus teneatur lingare niſi manu plena. Et quòd neceſſe eſt vaſſallum *adnoüer ou deſadnoüer*, id eſt agnoſcere vel inficiari patronum & clientelam, ad hoc vt vel ſimplicem feudi & poſſeſſionis prouiſionem habeat pendere lite. Quæ regula vera eſt & intelligenda, tunc demum quando patronus iure & poteſtate feudali per viam manus iniectionis procedit: ſecus ſi alias via actionis, vt dixi ſupra §. 45. *in prin. & §. 1. gloſſ. fin. in prin.* Nunc habes hic vnam inſignem fallentiam ad d. regulam videlicet quando ex defectu hominis feudo prehenſo ab aliquo, accedit alius ad defenſionem vaſſalli contendens ſeſe & non prehenſorem eſſe patronum, quamquam non eſt propriè fallentia, ſed potius declaratio ad d. regulam, vtpote cuius termini præciſe & adæquate non conueniunt nec verificantur in hoc caſu: quoniam vaſſallus poteſt, ſi velit, ſe non opponere prehenſioni feudi ſui ab alio factæ, ſed patronum laudare, qui vel ſolus & principaliter litem ſuſcipiat aduerſus prehenſorem. Quòd ſi iam vaſſallus ſe oppoſuerit, poteſt patrono laudato litem ſuſcipiente, & ante litem conteſtatam, offerre ſe præſtaturum fidelitatem futuro victori, & iura petita conſignare: & hoc faciendo non perſeuerare in aliqua oppoſitione, ſed petere & obtinere manum leuatam, & penitus eximi & diſcedere à lite inter ſolos contendentes de patronatu remanente. Idque coram ordinario Alber. Bru. inter *conſilia feudalia conſil.* 45. *col.* 3. Et ſic patet quòd hoc caſu dicta regula non eſt ad propoſitum, quia illa loquitur in patrono lingante contra verum & affectum ſeu prætenſum vaſſallum: hic nulla eſt lis cum vaſſallo, ſed inter contendentes de patronatu dumtaxat.

2. Hic ad pleniorem * praxis & omnium fere conſuetudinum notitiam refert inter tria quæ ſunt diſtinguenda & ſigillatim explicanda, videlicet primo, inter inueſtituram & receptionem in fidem, & 2. inter plenam & ſimplicem leuationem manus ſine homagio & inueſtitura, & 3. inter ſimplicem & prouiſionem, ſeu leuationem manus prouiſionalem. Primum fieri poteſt per vtrumque litigantem, vel communem eorum procuratorem, vel de eorum conſenſu per iudicem, ſine præiudicio iuris inter ſe controuerſi nomine contendentium ſeu illius qui ius habet. Et iſta etiam ſi in caſu huius §. fiat per iudicem, non eſt receptio in fidem per manum ſupremam de qua hic. Sed eſt receptio ordinaria quemad. inueſtitura facta per dominum vel alium eius conſenſu aut poteſtatem eius nomine habentem, vt tutorem vel curatorem, inueſtitura eſt ordinaria. 3. ¶ Idem ſi conſentiant fieri per iudicem & per manum ſupremam, ſiue in qualitate manus ſupremæ: ſed iudex non eſt dominus vtriuſque contendentis feudalis, nec officialis generalis ſuperioris domini, à quo feudum controuerſum mediate mouetur & feuda contendentium immediate: quia tunc cùm talis iudex non habeat illam ſupremam

* Praxis.

Digitized by Google

manum nec mandatum ab illa nec à rege ſupremo omnium non poteſt inueſtire per manum ſupremam. Et nihilominus valet actus prout valere poteſt ſcil. iure ordinario propter d. conſenſum, tanquam inueſtitura data à vero domino immediato, qui declarabitur.

4. Reiecta impertinenti qualitate manus ſupremæ, ad quam non eſt præſumendum partes ſe reſtrinxiſſe. *l. 3. de nullit. teſt.* ſed proceſſiſſe eo modo, quo melius & tutius fieri poteſt. Panor. & Feli. in *c. cum ſuper abbatia extra de offic. deleg.* & in * dubio nunquam præſumitur voluntas limitata vt dixi in *l.* 1. §. *ſi quis ita. n.* 35. *n.* 55. *cum ſeq. de ver. obl. in lectura Tubingenſi & Dolana.* Idem ſi iudex inter inuitos ita interlocutus ſit & fecerit: ſi tamen non ſit do. feudalis nec officialis domini contendentium, nec ſit appellatum, vel appellatio deſerta aut finita. Cenſetur enim qui non appellat comprobare, *l.* 1. *C. ſi ſæpius in integr. reſti. poſtu. ibi appellare enim debuiſtis. ſi vobis ſententia diſplicebat, & factum iudicis videtur factum patris infra eo. num.* 31.

* Limitata voluntas non præſumitur.

5. Inueſtitura * autem ordinaria eſt quæ fit per ipſummet dominum proprium & immediatum, ſiue de legitimo mandato aut nomine illius, ſiue ſit vnus, ſiue plures & contendentes, ſed in hoc concordes *vt* ĩ. §. 2. 35. *&* 8. Extraordinaria * eſt quæ fit per mediatum vel ſupremum dominum in ſpeciali caſu huius §. & hæc omnino priori æquipollet. vt plenè j̃. *eo. num.* 13. *cum ſeq.* Idem in ea quæ fit recuſante immediato & vnico & indubitato domino vt j̃. *num.* 13. ſed quid de illa quæ fit per dominum mediatum tenentem feudum immediatè dominans ad manum ſuam ex defectu homagij, vt ĩ. §. 54 & 55. Reſponſio ordinaria eſt, quia ſiue fiat per Regem vel inferiorem, tamen fit in qualitate non mediati, ſed immediati domini tanquam feudum immediatum ad manum ſuam apertum tenentis. Et cum habeat poteſtatem a lege feudali vel conſuetudine, non eſt minus imò magis immediatus quam tutor vel procurator legitimus immediati domini mandatum ab homine habentis.

* Inueſtitura ordinaria.

* Inueſtitura extraordinaria.

6. Secundum (de quo ĩ. *eo. num.* 2.) fieri poteſt per illum qui prehendit etiam ſine conſenſu corriualis & de iure & de facto valebit, non etiam impediet quin alter ſuo periculo per viam nouæ ſuæ prehenſionis manum iniiciat etiam conteſtata lite, niſi ſpecialiter (puta per interlocutoriam communi conſenſu datam vel à qua non ſit appellatum) per litigantem contra quem lata eſt & ſcientem, hoc prohibitum ſit, aliàs lis etiam inter eoſdem non impedit huiuſmodi actus dominicales, vt dixi j̃ §. 74. *gloſſ.* 1. Poteſt etiam fieri per ſententiam iudicis, & eius executionem etiam interlocutoriam inuito prehenſore latam, vt quando vaſſallus planè docuit ſe priùs inueſtitum, vel de alia cauſa propter quam plenam & abſolutam leuationem manus habere debet. Sed iſta leuatio manus non eſt inueſtituta, nec eius effectum ſola habet, vt dicam j̃. §. 133.

7. Et nunquam per ſe fit * manum ſupremam, nec opus eſt cùm hæc plena leuatio cauſa cognita poſſit fieri per iudicem, prout cauſa cognita poteſt declarare prehenſionem nullam vel annullandam & eam reuocare officio ſuæ iuriſdictionis ſine literis & mandato ſuperioris domini feudalis vel Regis ſupremorum ſupremi. Sed bene fit quandoque per manum ſupremam in conſequentiam primi, quando illud primum per manum ſupremam fit, vt dictum eſt.

* Al. per manum ſupremam. nec opus eſt.

8. Tertium fit per eoſdem per quos & ſecundum præcedens ex variis cauſis, & defuncta lite ad commodum prehenſoris ipſo iure reſoluitur quando facta eſt in iudicio. Idem ſi data eſt extra iudicium etiam ſine vlla lite, vt quando de gratia vel mediante aliquo tractatu datur vſque ad tempus, quia finito tempore vel lite ad commodum domini finita vetus prehenſio (quæ interim tantum ſuſpenſa fuit) vires ſuas ipſo iure reſumit, hæc prouiſionalis leuatio manus fieri poteſt in caſu huius §.

A ſiue altero tantum ſiue ab vtroque litigante prehenſio * facta ſit. Et ſiquidem prouiſione contentus ſit vaſſallus, ſatis eſt.

9. Sin minus poteſt vtroque vocato petere plenam & abſolutam leuationem manus, ſed ad hoc debet prius oblationes & conſignationes facere quæ ad inueſtituram requiruntur: nec opus eſt literis, nec authoritate vel mandato manus ſupremæ ſi vaſſallus plena leuatione manus contentus ſit. Iam ergo multum refert inter plenam & inter prouiſionalem leuationem. Quia prima, ſiue in ius, ſiue extra ius data ſit, etiam prætextu induciarum ad certum tempus datarum manet: nec reſoluitur tempore lapſo, ſed noua deintegro prehenſione opus eſt, niſi ſub expreſſa clauſula reſolutiua data fuerit, vt ĩ. §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 9. Secunda vero reſolura aut finita, facit ipſo iure locum veteri prehenſioni ex antiqua cauſa retentis fructibus collectis, & durante prouiſione ſeparatis duntaxat, vel donec reſolutio, ſi non fit lapſu temporis compacti, ſed per ſententiam, vel aliàs debitè nouificata ſit vaſſallo.

B

10. Quod ſi vaſſallus nec plena quidem leuatione manus contentus ſit, ſed oblatis & conſignatis iuribus inueſtiri & in fidem recipi velit, ſiquidem litigantes conſentiant, vel iudex illis etiam inuitis faciat vt ĩ. *eo. num.* 2. ſatis eſt· quod ſi partes diſſentiant, nec iudex faciat prout facere & dare non debet illam inueſtituram, niſi conſenſu expreſſo vel tacito litigantium. Et ſic (ſaltem tacitè) vice eorum acquieſcentium vt dixi, niſi ſit dominus ſupremus, vel officialis domini ſupremi feudi. Aliàs ſi ſine conſenſu litigantium de patronatu attentaret, iuſte poſſet appellari, quia faceret id quod non eſt iuriſdictionis nec ordinariæ, nec extraordinariæ: ſed domanialis adminiſtrationis quæ non ſpectat ad officium, ſed ad dominum. Sed ſi dominus ſupremus, hoc eſt, immediatus vtriuſque litigantis, ſit in loco & ſine ſumptu ab vtraque parte poteſt adiri, poteſt vaſſallus vtrunque vacare coram eo, vt ab illo per manum ſupremam ad commodum futuri victoris recipiatur in fidem & plenam inueſtituram habeat.

C

11. Quod ſi ſupremus ille non habet iuriſdictionem nec ius imperandi, poteſt vaſſallus petere a iudice cauſæ conſignatione del ita prius apud eum facta, diem aſſignari litigantibus coram eorum feudalis domino viſuris vaſſallum recipi per manum ſupremam: & quod illis præſentibus vel abſentibus recipietur, & iſte erat olim mos antiquus totius Franciæ, nec omiſſo Barone, Comite vel Duce recurrebatur ad Regem niſi mediis impeditis, & adhuc hodie practicari poteſt, & de honeſtate debet, ſi litigantes ſumptu aut diſtractione negotiorum non grauentur. Debet enim eligi * ſtylus medius & via minus ſumptuoſior & grauis, ſed commodior omnibus litigantibus *l.* 2. *D.* ibi Pau. *ſi quis cautionib. l. ſi cum dotem* §. *eo autem tempore. verſic. ideo officium iudicis ſoluto matrimonio.*

D

* Stylus foris quis eligendus.

12. Cum itaque iſthæc opportunitas ratiſſimè ſeſe offeret, vtilitatis gratia inualuit vſus & generalis ſtylus non per vim conſuetudinis obligatus, ſed commodioris facultatis, vt in ſimil. ĩ. §. 1. *gloſſ.* 4. *num.* 2. vt ad regiam maieſtatem vltimum & ſupremum omnium dominum in ſua cancellaria recurratur pro literis Regiis in forma iamptidem vulgari receptionis per manum ſupremam obtinendis ad iudicem cauſæ: ſi tamen ſit iudex regius etiam infimi ordinis. Quod ſi non ſit iudex regius, non poſſunt, id eſt, non ſolent, quia rex poſſet illi dirigi, nec etiam ſeruienti Regio vt iubeat iudici ſubalterno non Regio literas regias exequi, quia talis iudex non poteſt ex ſtylo ordinario eſſe executor literarum regiarum. Tunc ergo debent & ſolent dirigi proximo iudici regio, nec de feudalitate litigantes conqueri poterunt ſe in dependentibus ab eadem cauſa trahi ad aliud diuerſum tribunal. Sunt

E

itized by Google

enim in culpa & illis debet imputari quod requiſiti A de inueſtitura communi conſenſu vel per manum vicariam vel ſequeſtrem danda, conſentire noluerunt. Alioquin ſi conſenſiſſent, & nihilominus vaſſallus literis regiis, vel etiam inferioris obtentis, vocaſſet eos ad aliud tribunal vel longiorem locum, deberent comparare vel mittere procuratores expenſis vaſſalli voluntarie imperantis, qui prætextu vulgari ſtyli ab illis expenſis non excuſaretur, neglecta breuiore vel æque vtili via antiquiore, quia nouus iſte ſtylus non ſucceſſit niſi in defectum veteris opportunitatis. Porro vaſſallus non plus habet nec vtilitatis nec ſecuritatis per inueſtituram manus ſupremæ etiam regiam, quàm per ordinariam etiam vicariam vel ſequeſtrem vt ℣. *num.* & ℣. §. 173.

13. ¶ Receptio vero per manum ſupremam non ſolum fit in caſu huius §. ſed etiam quando eſt vnus ſolus & indubitatus dominus feudarius, qui tamen recuſat vaſſallum inueſtire cuius intereſt non ſolum pacifice frui, vt ſupra ſequen. non ſolum feudo prehenſo plenam leuationem manus habere à iudice, prout obtinere poteſt à quocunque ordinario, & præceptum fieri domino infra certos dies ſub pœna damnorum & intereſſe, vel ſub certa mulcta vaſſallum inueſtiendi qui ſi malit actualem inueſtituram habere, poteſt eum in ius vocare coram ſuperiore immediato domino feudatio, ſi iuriſdictionem in eum habeat. Sed quia ſæpius contigit dominos feudales non habere iuriſdictionem contentioſam, vel non habere in iſtos, vel remotiores eſſe, breuius & expeditius eſt ad iudicem præſidialem loci C literas regias à cancellaria impetrare, vt iurib. factis vel conſignatis ad recuſationem vel dilationem domini inueſtiatur & in fidem recipiatur ab eodem iudice per manum ſupremam. & notandum quod hoc caſu cùm ſit dominus certus, non debent iura conſignari ſi ille velit, etiam ſub proteſtatione ſiue præiudicio iuris prætenſi ea recipere. Tunc enim ei ſolui vel conſignari debent etiam ſine vlla ſatisdatione per not. ℣. §. 33. *q.* 12. aliàs debent in ius conſignari. Vnde domino licebit quandocunque conſignata etiam ſine ſatiſdatione recipere exonerando actuarium vel ſequeſtrem iudicialem, vocato tamen vaſſallo, & hæc eſt differentia inter priorem & hunc caſum.

14. Notandum tamen quod hoc ſecundo caſu, ſi vaſſallus violauerit manum domini rapiendo fructus poſt D prehenſionem excluſis commiſſariis domini, poſtea impetrat literas in forma receptionis per manum ſupremam, non tenebit dominus ille indubitatus procedere in cauſa ſuper homologatione harum literarum niſi prius manu ſua redintegrata de dictis omnib. fructib. cum mulcta ſolita infractionis manus ex regula communi quod ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus *l. ſi de vi de iudici. l. ordinary C. de rei vend. c. vlt. extra de ordi. cognitio. c. in locis. de reſti. ſpolia.* & præſertim dominus directus cui maior reuerentia debetur. Et ita ſupremi huius ſenatus arreſto deciſum fuit die 17. Iulij anno ſeſquimilleſimo decimoſexto inter Ducem Longueuillæ dominum de Bray ſur Seine vel Breact ad Sequanam appellantem. & Archiep. Senonenſem dominum feudalem d. Breact intimatum.

15. Sed quæro in caſu huius §. vaſſallo petente recipi per manum ſequeſtrem vel ſupremam, an debeat etiam * fructus à tempore prehenſionis ſi qua facta ſit collectos conſignare? Reſpond. aut vnus ſolus prehendit, & alter cortivalis nequit de hoc conqueri, vtpote nullum ius habiturus in dictis fructibus etiam ſi vincat, ſi ergo ille qui prehendit non exigit, ſatis eſt. Quòd ſi exigat, tunc ſi adpoſuit commiſſarios qui perceperunt, ſatis eſt vaſſallum non repetere à commiſſariis, qui ſunt digiti vel marſupium manus dominicæ. Si vero vaſſallus collegerit, tenebitur non in manum prehenſoris propter dubium litis & incertum dominum; ſed id iure æſtimationem fructuum conſignare, E

* De fructib. conſignatione pendente ſequeſtro.

aut de illis idoneè ſatisdare. Quam ſatiſdationem iudex admittere debet tanquam viam vtrique parti melius conſulentem niſi ſint coniecturæ malitiæ vaſſalli, & de ſuſcitato per eum cortiuali. Et maximè ſi per vim manum dominicam ſpoliauerit. quo caſu, etiam mulctam infractionis conſignare debet, niſi ad ſatiſdandum admittatur.

16. Sed quid ſi iudex per imperitiam, vel actuarij errorem, * ſimplicem prouiſionem loco manus leuatæ dederit, vel contra? Reſponde conſtito de eo quod fieri debet ex eiſdem actis ſi verba ſententiæ hunc ſenſum pati poſſint. *l. tamen. in fi. D. de hæredib. inſtit.* nihil præiudicatur nec mutatur in iure legis nec in iure partis, cùm mens congruat *l. ab omnib. in prin. de lega.* 1. quæ lex etiam in iudicialib. procedit quia* verba iudicis (etiam impropriando ſi opus ſit) reducuntur a dintellectum iuris & materiæ ſubiectæ, & talis eius ſcilicet iudicis mens præſumitur qualis eſſe debet. vt tradit Bald. in *l.* 1. & ibi Paul. *C. de nego. geſt.* Bald. in *l.* 3. *col.* 1. *C. ſi penden. appella. mors interuen.* Henri. Bouch. in *c. ex literis de conſt.* hinc eſt quod lex vocat iudicem virum bonum *l. vir bonus D. ſtudi. fol.*

* De ſimplici prouiſione loco manus leuatæ.

* Verba iudicis reduc untur ad intellectum iuris.

17. Et not. pro praxi quod diſpoſitio huius §. nedum habet locum feudo prehenſo ab altero & forte ab vtroque contendentium: ſed etiam ante vllam prehenſionem, imò etiam ante litem iudicialiter motam, poteſt vaſſallus præuenire quos ſcit controuerſiam facturos de patronatu, eos in ius vocare, petere in fidem, admitti per manum ſupremam, quod fieri debet conſignatis per vaſſallum iuribus ſi qua tunc debeantur ratione feudi. Et ſic ſecurus erit à prehenſione donec controuerſia illa ſiue iudicialis, ſiue extraiudicialis, ſiue per concordiam, ſiue per ſententiam finita fuerit. nec poterunt euocati obiicere vaſſallo quòd præmaturè agat, vtpote ante manus iniectionem & litem, quia ex quo diſcordant, & vterque eorum patronatum prætendit priuatiue ad alterum, & quotidie imminet periculum prehenſionis, & neſcit vaſſallus vtri tuto fidem & iura præſtet vel offerat, non præmaturè ſed tempeſtiuè ad iudicium prouocat, imò à die citationis libellatæ tutus erit contra eos ab omni prehenſione, ſicut à die oblationum rectè factarum *infra* §. 63.

18. Et poteſt huiuſmodi receptio in fidem per manum ſupremam fieri à * quocunque iudice ordinario vel delegato, Regio tamen, ſed non à non Regio vt ℣. *eo. nu.* 12. niſi eſſet iudex vel officialis ſuperioris domini feudalis etiam eccleſiaſtici, vt ℣. *num.* 21. ad literas vel mandatum illius.

* Ad quem ſpectat cognitio cauſarum feudalium.

19. Sed nullo modo à iudice vel eccleſiaſtico, quia etiam de iure canonico, quandocunque etiam inter clericos eſt quæſtio de feudo ſiue in petitorio ſiue in poſſeſſorio, aut dependentibus ab inueſtitura & lege feudali (etiam ſi eſſet feudum decimale) cognitio & iuriſdictio non ſpectat ad eorum iudicem eccleſiaſticum, ſed ad dominum feudalem, etiam ſi merus laicus ſit. *cap. cæterum.* & ibi Panorm. *de ind. c. extranſmiſſa. cap. verum. de foro compet.* ita quod ſecundum Innoc. in *d. cap. verum. in prin.* dominus vtilis laicus, & ruſticus habet iuriſdictionem ordinariam ratione feudi in clericos vaſſallos, contra quos poteſt ſententiam ſuam exequi, cóſque reſiſtentes ſine metu excommunicationis expellere. Et conſequenter poteſt ex lege inueſtituræ vel conſuetudine loci feudo aperto manum inicere, illiſque expulſis frui vſque ad ſatisfactionem iurium feudalium. Et de materia cognitionis cauſarum feudalium (quia nolo vlterius quam ad præſens inſtitutum ſpectet immorari) vide latè ſi vacat per feudiſtas in *c. vnico. de controuerſ. feud. apud part. ter. in c. vnico. An apud ind. vel curi. do. quæſt. feud. deb. term. in viſibus feud.* per Iacob. de ſancto Georg. in *inueſt. in ver. & dic. vaſſall. pro dic. rebus feud.* Franc. n. 7. *& vlt. part. feud.* Apud nos enim & in toto hoc regno

illud eſt impeditum & notorium. quod nulla cognitio aut quæuis iuriſdictio materiæ feudalis ſpectat ad quamuis iudicem eccleſiaſticum, ſed ad ſingularem duntaxat.

10. Ita quòd eccleſiaſticus eſt omnino incompetens, etiam inter clericos, etiam ſi agatur de commiſſa feudi propter crimen & incertitudinem ſeu feloniam clerici vel eccleſiæ aut priuati vaſſalli, quamuis Steph. Auffre. vir doctiſſimus & alioquin excuſſi & integri iudicij in hoc puncto de commiſſo ratione criminis in *rep. cleri. 1. quæſt. 2. num. 3. 4. de offic. ordin.* contrarium ſentiat, & malè, quia non agitur de crimine, inquantum eſt delictum commune, & ad pœnam iuris communis infligendam: ſed in quantum eſt noxa & contrauentio fidelitatis & legis feudalis, ad finem commiſſi feudi ſecundum legem feudi. imò etiam vt diximus ſupra in *proœm. gloſſ. 5.* nulla cognitio vel iuriſdictio temporalium maxime cum de iure reali vel dependente à realitate etiam rei ad eccleſiam pertinentis ſpectat ad iudices eccleſiaſticos: ſed ad ſeculares duntaxat, etiam ſi agatur de re alaudiali, & in totum in eccleſiam tranſlata & pleniſſimè amortizata, quia ſemper remanet penes regem & iudices ſuos omnis iuriſdictio temporalis & regia, quæ non poteſt abdicari à Rege. Et ſimiliter expeditum eſt (vt tetigi ſupra §. 2. *glo.* 3.) quod feudalium cauſarum cognitio non ſpectat ad patronum inquantum talis, ſed ſolum ad iudicem ordinarium ſecularem.

Eccleſia habet iuriſdictionem temporalem tanquam perſona laica.

21. Non autem excludo * eccleſiam ſi habeat temporalem iuriſdictionem in loco, imò eam comprehendo quia habet & tenet illam iuriſdictionem tanquam perſona laica, & non tanquam perſona eccleſiaſtica: & per laicos non per clericos debet eam exercere, etiam in merè ciuilibus, & ab ea ad regem vel iudices regios aut ſeculares appellatur, quia eccleſia non poteſt iuriſdictionem temporalem tenere in hoc regno niſi in hac qualitate, & ſub onere feudi & appellationis, quod reſortum vocant, quum non poſſit expropriari & in totum transferri in eccleſiam vel alium. & illa iuriſdictio quantumcunque aliàs eccleſia amortizata, non eſt eccleſiaſtica, imò verè & in ſui ſubſtantia temporalis & laicalis remanet, nec naturam ſuam immutat vt etiam tradunt Inno. Panor. & alij in *c. ſolita. de maiori & obed. c. verum de foro compet.* Panorm. in *c. licet ex ſuſcepto. col. pen. eod.* Panor. & Præpo. in *iurib. de appellat.* Pan. in *ca. dilectus. 3. de præb.* Petrus de Anch. Do. de Sanctogemi. Philip. Franc. in *c. Romana §. debet de appella. in 6.* Franc. Curt iunior in *tract. feud. part. 1. q. 2. princ. num. 4.*

22. Ex quibus infero quòd eccleſia habens temporalem iuriſdictionem verè & propriè venit appellatione domini temporalis: & iudex ab ea conſtitutus, appellatione iudicis ſecularis: & includuntur & ligantur edictis & conſtitutionibus regiis, ſimiliter & ſenatuſconſultis vel arreſtis: & comprehenduntur in inferiorum mandatis, rogationibus (quas literas requiſitorias vocant) vel delegationibus, loquentibus de iuſtitiariis vel officialibus ſecularibus in genere. Ex prædictis patet quod omnis cauſa feudalis eſt temporalis, & ad iudicem ſecularem ſpectat priuatiue ad eccleſiaſticum.

23. Quòd vltra prædicta ampliatur, etiam ſi agatur de feudo decimarum, ſiue in petitorio, ſiue in poſſeſſorio, etiam ſi illud feudum decimatum deuenerit ſeu reuerſum fuerit ad eccleſiam, quandiu tamen remanet feudum, & antequam ſit ſuppreſſum, de quo dicemus j. §. 68. Et quod dictum eſt de iudice ordinario, idem debet intelligi de quocunque iudice ſeculari competenti, ſiue per delegationem, ſiue ex priuilegio, ſiue ex prorogatione partium. Neceſt in hoc differentia inter cauſas feudales & alias cauſas temporalis iuriſdictionis, excepto quod per edictum * Regis nouiſſimè anno 1537. publicatum in §. 4. omnes cauſæ feudales ſiue proprietatem rei feudatariæ, ſiue fidelitatem concernentes reſeruantur præſidibus prouinciarum, etiam in prima inſtantia: excluſis pedaneis ſiue inferioribus quos præpoſitos vocant, quod eſt intelligendum quando ratione rei vel perſonarum cauſa ſubeſt vel agitanda eſt coram iudice regio: ſecus ſi aliàs ſpectet ad cognitionem domini temporalis loci & officialium ſuorum quibus per illud edictum (vtpote regios duntaxat iudices in diſtributione cauſarum ad eos ſpectantium concernens) nullum ſit præiudicium. In quam rem rogatus præſertim Bleſenſium formulam deſcripſi ex dicti declaratorij quod impetratum fuit & publicatum in ſenatu.

* Priuilegia fori.

24. Sed iuxta hæc quæritur, Quid ſi * ſcholaris prehenſionem præuenturus, faciat euocare contendentes de patronatu vel ſuperioritate feudali extra forum rei & domicilij coram conſeruatore ſuo regio, vbi petit in fidem per manum ſupremam admitti offerendo conſignationem iurium? Breuiter dico quòd patroni iuſte allegare poſſunt ſe malè euocatos vel citatos & impenſas petere, eo quod nullam de eo controuerſiam fecerunt actori vaſſallo, nec impediunt quin faciat ſe recipi per ordinarium loci vbi hoc poſtulare debet ſi bonum ſibi videatur. Et hoc caſu partes præfati conſeruatoris erunt in licentiando euocatos, cum impenſis temerariæ euocationis, in quas actorem condemnabit, iuxta *l. eum quem. in prin. D. de iudi.* facit quod no. Specu. in *tit. de cita. §. viſo verſ. quod ſi aliqua*, quem refert & ſequitur Paul. in *l. 1. D. de fer.* poterit etiam partes remittere ad ordinarium ad certam diem pro huiuſmodi conſignatione & receptione facienda: prout fieri debet in partibus. 1. locis conſuetis. Ex quo enim patroni non faciunt controuerſiam, de hoc ipſi vaſſallo non debent extra locum ſuum euocari & hoc quando euocati declarant ſe nolle impedire, alias cogentur procedere. Idem dico ſi qui togati noſtri ordinis contendentes de patronatu feudi ſui fecerint euocari coram præfectis libellorum ſupplicum palatij regij ad eundem finem. Cùm enim ad inuicem tantum litigare, & iura ſua liquidare velit, & non contra vaſſallum quem agnoſcunt, nec eum interim moleſtant lite, ſed parati ſunt eum communiter vel per manum ſequeſtrem in fidem admittere, & quod iuſtum eſt conſentire & facere in loco quo non debent inde euocari. Igitur impenſas temerariæ euocationis habere debent, intellige, vt nuper dixi, quando euocati ita ſeriò declarant. de quo actor publicum & iudicialem actum ſeu inſtrumentum pro ſecuritate ſua per eandem ſententiam habebit. Quod ſi euocati hæc detrectent vel impediant, cogentur procedere: cùm volunt contra euocantem litigare. Idem in cæteris ſimilibus.

25. ¶ Et ratio eſt, quia huiuſmodi priuilegia fori non ſunt conceſſa ad ſuperuacuam aliorum vexationem, nec ad eximendum aliquem ab eo ad quod tenetur, puta ad eximendum vaſſallum ab adeundo patrono pro inueſtitura obtinenda, vel ne teneatur vaſſallus ſaltem locum dominantem adire, & ibi oblationes ſuas ſecundum naturam feudi & conſuetudinem loci facere. Poſtulatio autem petentis in fidem admitti per manum ſupremam, implicat veram & realem iuſtorum & iurium feudalium oblationem, ad quod decet vaſſallum adire perſonam patroni vel locum dominantem *vt j.* §. 63. Iſta noua conſideratio mea valde vtilis eſt in praxi: & latiſſimè patet, verbi gratia, *vt j.* §. 73. dominus directus cenſualis citari fecit emptorem vel nouum acquiſitorem fundi ad declarandum ſi quæ prædia acquiſiuit in ſuo cenſu, titulos vel inſtrumenta exhibenda & ſoluendum laudimia: ſi reus ſtatim conſentit & paret, non condemnatur in expenſas. Si infra octiduum conſuetudinis conuentus fuerit vel dominum priuſquam citaretur congrue adierit, & ſic non ſit in mora, ſed de hoc actor habebit actum iudicialem ſuis impenſis, nec in expenſas condemnetur, quia iuſtam cauſam habet, hoc eſt ve-

* Edictum regium.

tum si coram ordinario hoc fecerit. Secus si ad remotum & priuilegiatum iudicem suum euocaretur, quia priore casu temere non fecit. Secundo vero casu, etiam si temere non fecit hoc petere in iudicio ad securitatem suam, tamen temere fecit euocando ad iudicem suum, priuilegiatum cùm sine lite hoc posset & deberet obtinere coram ordinario: & sic hoc secundo casu condemnatur actor in expensis scilicet temeræ euocationis ad locum remotum. Secus si reus non distraheretur nec plus grauaretur coram dicto conseruatore vel priuilegiato iudice (vtpote in eadem ciuitate sedente) quàm coram ordinario. Aliud exemplum in feudo *supra* §. 20. si dominus feudarius conuenit emptorem feudi ad exhibendum literas acquisitionis & soluenda iura vel retrahendum iure feudi, si reus malit cedere quàm contendere, non condemnatur in expensis, nec etiam actor qui istam causam habuit & hoc nisi traxerit rem ad remotum priuilegiatum iudicem prius quàm sciret an reus vellet cedere vel contendere. Accipe tertium exemplum, creditor reditus anni super feudo hypothecato citari fecit nouum detentorem vt declararet an & pro qua parte possideret titulum nouum reditus soluendi continuandi conficeret: si reus cedit, non condemnatur in expensis, nec etiam actor qui iustam causam habuit tum interrumpendi temporis præscriptionem, tum iudicialem recognitionem habendi quod est verum coram ordinario: sed actor qui primo congressu reum vocauit ad iudicem priuilegiatum remotum, etiam si temere non fecit incipiendo a vocatione in ius, quia sua intererat propter dictam interruptionem & recognitionem; tamen temere facit statim euocando ad forum remotum priuilegij priusquam sciret an solicitudines & anfractus litium (quarum intuitu datur priuilegium) subeundæ essent vel non, & sic reo sine mora cedenti debet expensas distractionis de foro suo, & sic ista late patent: hinc est quod si quis nolit ante omnem litem inchoatam examinare testes ad perpetuam rei memoriam, siue quia moribundi aut abfuturi sunt, non potest hoc facere per iudicem suum priuilegiatum, sed per iudicem ordinarium, quamuis autem hoc debeat fieri mandato vel authoritate iudicis qui de causa cognituros est, vt per Bar. in *l. Aqui. si deletum D. ad l. Aqui.* Panor. Feli. in *c. Alberi. de testib. in c. quintanallia de iureiur.* Intelligitur de iure naturali vel ordinario, non autem de priuilegiato nisi coram eo lis iam cœpta esset.

26. Nec obstat si dicatur quòd alius actor perdet priuilegium suum, quasi non posset discedere a iudice semel electo *l. sed & si suscepterit. D. de iudic.* Quia aliud est * consentire in iudicem super certa lite iam controuersa: aliud petere instrumentum recognitionis tituli noui vel interruptionis præscriptionis aut declarationem voluntariam iuris actionis vel exceptionis competentis & experiri an reus sine lite consentiat. Aliud contra negantem & controuertentem subire dubium & sollicitum certamen iudiciarium, quia vt ad primum actum non est opus priuilegio fori, ita quandiu actor hoc sperat, vel experitur, non censetur priuilegio renunciare etiam si non per procuratorem generalem, sed specialem agere cœperit: prout iuris est ex parte rei. Quoniam aliud est eum vocatum coram certo iudice coram eo comparente ad finem videndi libellum & petendi sibi actionem cedi: quo facto deliberet an sibi cedere vel contendere, & coram eodem iudice vel priuilegio fori sui vti. text. in *l. non videtur in iudicem consentire D. de regul. iur.* Quod autem licet reo, idem quoque actori, maxime in præparatoriis, nedum in decisoriis *l. vlt. de fract. & lit. expen. l. in sacris. de prox. sacro. ferimo. lib. 2. C.*

* Consentire in iudicem non dicitur qui petit recognitionem tituli vel quid aliud simile.

27. Præterea illa priuilegia non sunt data nec competunt pro quocunque actu vel negotio iudiciali: sed solum pro lite vel negotio contentioso, *facit c. 1. de offi. delega. in 6. vt est notum.* at in præsenti casu nulla est lis: & sic causa & finis priuilegij cessat, prout etiam cessat, vbi agitur de authoritate iudicis interponenda in actu adoptionis, vel emancipationis, vel insinuationis, donationis, vel exemplationis veterum titulorum & instrumentorum, vel aperturæ & publicationis tabularum testamenti, vel de decreto interponendo alienationi prædiorum minoris, vel de tutore vel curatore deputando minori, aut agnato furioso vel prodigo, & in cæteris similibus, quando de illis actibus per se & principaliter agitur. Secus si vassallus oblationes suas fecerit, & postulauerit ab ipsis contendentibus communi eorum consensu, vel ab ordinario iudice per manum supremam in fidem admitti: & illi controuerterint, causantes fortassis alium esse vassallum in fidem receptum vel recipiendum, vel obicientes vassallo noxam ingratitudinis & commissi feudi, aut alias impedientes petitionem vassalli, ita quòd super his opus sit litem siue iuridicialiter siue inficialiter constituere, tunc enim si vassallus priuilegium fori habeat, poterit eo vti. Cùm enim lis subeunda sit, poterit ante eius contestationem trahere aduersarios ad iudicem suum secularem huiusce cognitionis capacem.

28. Nunc ad pleniorem explicationem huius §. notandum quòd dupliciter possunt duo vel plures contendere de patronatu. Primo, ratione duorum vel plurium locorum dominantium. Secundo, ratione eiusdem loci dominantis inter plures controuersi. Primus casus cui litera huius §. magis arridet, satis in se declaratus est, siue enim contendentes habeant eundem communem vtriusque feudi dominum feudalem, satis dictum est ꝛ. *eo num.* 3. 7. 10. 13. siue habeant diuersos, saltem Rex semper est supremus omnium feudalis dominus. Quod si alter infimum mouere concludit vt j. §. 68. Respond. quamuis nullus sit superior dominus feudalis vtriusque contendentis, communis tamen locus est huic §. Quid quod contingere potest vt nullus sit dominus nec communis nec supremus in qualitate feudali vt si vterque contendens teneat locum suum in alaudium: adhuc tamen locus est huic §. & hoc casu vel etiam quando alter solus tenet in alaudium licet cornualis teneat in feudum siue immediatè siue immediatè à Rege, vt nullus sit communis supremus dominus feudalis, tamen locus est huic §. & vtroque casu suprema manus est regia duntaxat, & quamuis quando vterque contendens tenet in alaudium & sub eodem præsidatu suprema manus sit, vere & proprie manus iudicis præsidialis Regij qui hoc casu potest legitime literas seu mandatum inuestiendi per manum supremam dare. Tamen quia tarissime casus iste contingit, crebrius enim vterque contendit ratione feudi à diuersis suis cuiusque loci superioribus mouentibus, vel si vnus in alaudium, alter in feudum: adhuc si vterque in alaudium. Rarum est quod sub eodem iudice Regio, & sic stylus ille de quo ꝛ. *num.* 12. magis vt plurimum commodior & necessarius est, nec ab illo facilè recedendum.

29. Sed aduerte quòd quando vterque contendens habet eundem communem dominum feudi: tunc si dominus ille supremus teneat vtrunque feudum medium ad manum suam ex defectu homagij, etiamsi pendente lite ante infimum vassallum per manum supremam admissum vtrunque medium feudum prehenderit, quamuis illa prehensio, etiam ex defectu homagij non absorbeat dictam litem, nec quæstionem proprietatis vel possessionis feudi prehensi: tamen actus dominicales & fructus & commoda interim excidentia ad se rapit, vt dixi ꝛ. §. 1. *gloss. 4. num.* 22. *cum seq.* & sic poterit & debebit infimus iste vassallus ab illo supremo (qui quoad actus feudales & fructus locum immediati domini priuatiuè ad omnes tenet) inuestiri & ab eo in fidem recipi & erit inuestitura ordinaria per no. ꝛ. *num.* 5.

30. Et aduerte quod quando ſupremus tenet duo vel plura feuda ſibi immediata ad manum ſuam ex defectu hominis, tunc ſubuaſſallus cui lis à duob. illata eſt vel ab vno patrono tantum inquietatur, non ſolum poteſt in fidem admitti à ſupremo, ſed etiam ad id ab eo cogi poteſt iuxta §. 51. §. 54. ℨ. *eo. tit.* Quia lis vaſſallorum non impedit ius eorum domini nec reſpectu immediatorum, nec reſpectu mediatorum vaſſallorum. Sed hoc caſu multum refert intra iura præſentia tempore prehenſionis ſuperioris excidentia, & inter qualitatem inueſtituræ concernente ius perpetuum. Quoad primum, ſuperior poteſt ſimpliciter admittere in fidem, inueſtire & dare apocham validam iurium tunc excedentium & debitorum: quia quamuis propter dictam litem incertum ſit vtrius feudorum mediorum ratione debeantur iura, tamen quia in omnem euentum & vtroque caſu debentur eidem ſuperiori, valet eius inueſtitura & apocha & etiam manus leuatio tanquam per manum ſupremam.

31. ¶ Nec nocet incertitudo immediati vaſſalli ex quo vtroque caſu hæc iura eidem debentur. *arg. l. quod ſi dubitet.* Et quæ ibi no. doct. *D. de acquir. vel amitt. hæred.* Feli. in *c. 2. col. 1. de reſcrip.* Iaſ. in *l. vbi autem non apparet. §. illud aut illud. poſt* Alex. ibi *D. de verb. oblig. & in l. Gallus §. ſi eius. col. vlt. nu. 30. D. de liber. & poſthu.* Phil. Deci. in *c. tertio loco c. l. 2. ca. præſentia. col. 10. nu. 32. de probat.* Quoad* receptio ſuperioris non eſt definitiua ſcilicet prouiſionalis, pendet enim ab euentu dictæ litis, & proderit victori cui ſubuaſſallus tenebitur fidem definitiuè facere poſt victoriam & manum ſuperioris leuatam, vt ſupra dictum eſt.

* al. quia.

32. Ceſſante vero & lite & controuerſia dominorum immediatorum non poteſt nec debet ſubuaſſallus fidem offerens ſuperiori vagari. Sed offerre fidem ſpecifice ratione certi feudi, aliàs oblatio fidei non valeret, nec debet ſuperior admittere, ſicut vaſſallus cuius feudum prehentum tenet, non deberet admittere, & conſequenter aliàs non valet admiſſio & inueſtitura niſi ad vitam recipientis vel eius hæredis & durante prehenſione ſua tantum. Quia cùm ſupremus ille non ſit verus dominus, ſed magis adminiſtrator in rem ſuam & ad tempus duntaxat, non debet inepte ſed debitè & prouidè adminiſtrare, quod non faceret conturbando rationes ſeu dependentias feudales, & aliàs vaſſallus mediatus leuatione manus obtenta poſſet ſubfeudum à ſe monens valide prehendere tanquam, apertum non obſtante inueſtitura facta ratione alterius feudi conuaſſalli ſui. Idem ſi propter litem facta eſſet ratione vtriuſque feudi, & ſic ſub incerto, quia poſt victoriam parua denunciatione facta poteſt victor prehendere cum effectu, niſi de conſenſu ſpeciali immediati patroni data eſſet inueſtitura definitiua & abſoluta. Quando ergo durante ſuperioris vtriuſque prehenſione conuaſſalli contendunt vel contendebant de homagio ſubfeudi: tunc omnino valet inueſtitura ſubuaſſallo data à ſupremo, qui vtrunque feudum prehendit, quamuis illa inueſtitura ſit data alternatim, ſeu ab vtrouis ſubfeudum moueatur, quia talis inueſtitura incerta hoc caſu ab hac conſuetudine approbatur, & ſic legitima & valida eſt, ſed extraordinaria & prouiſionalis non definitiua, niſi de definitiuo conſenſu contendentium appareat: quia ſuperior qui elicere non poteſt, definitiuam & abſolutam dare non poteſt.

33. Et quamuis vtraque poteſtas in caſibus ſuis in eodem concurrat, videlicet ordinaria vel extraordinaria, tamen hoc caſu (quia ſubuaſſallus vtitur beneficio huius §. ſaltem in hoc quod non tenetur ad alterum ſe reſtringere: ſed incertam vel alternatiuam fidem facere vtrinque vtilem) eſt extraordinaria vt ℨ. *eo. num. 5.* quia non eſt diffinitiua, ſed pendens. Ideo Conuaſſalli illi vocari debent: fieri enim poteſt vt vnus inſtrumentis ſuperioris domini adiutus ſtatim de iure ſuo doceat, & nota quòd ſtante dicta contentione ſupremus ille non poteſt ſubfeudum prehendere ſubuaſſallo offerente iuſta facere in qualitate manus ſupremæ ſine ratione alterius feudi. Nec cogi poteſt diſcrimen ſubire & nomine certi feudi fidem facere, & iuſtas cauſas oppoſitionis contra prehenſionem haberet facta oblatione, iuxta hunc §. ſecus ceſſante dicto litigio, quo ſtante poteſt dominus ille per ſuperiorem cogi recipere per manum ſupremam vel in eius recuſationem iudex mandato Regis recipiet, vt dictum eſt, ſolutione vel conſignatione iurium vtilium facta præfato domino, ſi ei debeantur, vtpote poſt vtrunque feudum prehenſum & ea prehenſione durante obuenta, alias in iure conſignabuntur in qua conſignatione conuaſſalli illi vocandi ſunt, ſed non in ſolutione quando conſtat ei cui ſoluuntur deberi.

34. Secundo vero caſu ℨ. *num.* 28. quando conſtat de vnico loco dominante qui à duobus inſolidum prætenditur. Tunc quamuis vaſſallus poſſit ſibi conſulere per remedium de quo ĵ. §. 63. & oblationes in loco dominanti factas domino feudali dicti feudi in genere reſpectu perſonæ non nominatæ, ſed in indiuiduo reſpectu feudi dominantis vt fieri ſolet. Quoniam hæc iura & onera magis realia ſunt quam perſonalia, vt diximus ℨ. §. 1. *gloſſ. 5. num. 2.* & eas oblationes vtrique notificare. Et hoc ſufficiat ſi nulla iura vtilia debeantur, ſed ſi debentur (quæ quiſque paratus eſt in ſolidum recipere, neceſſaria eſt prouiſio huius §. vt ſemel conſignando in iure etiam per manum ſupremam inueſtiatur, niſi malit vtrique ſatisfaciendo ab vtroque inueſtiri. Quod ſi nulla iura vtilia debeantur, adhuc eſt neceſſaria prouiſio huius §. ſi non ſolum tutus eſſe velit à prehenſione, ſed etiam inueſtiri non immiſcendo ſe factionibus contendentium. Adhuc etiam ſine neceſſitate ſemper vtile eſt plura habere remedia, & ſic indiſtinctè locus eſt huic §. ſiue contendant ratione diuerſorum locorum dominantium, ſiue* ratione eiuſdem, quòd duo prætendunt in ſolidum, ſiue in totum, ſiue in parte, vt vnus beſſem, alter ſemiſſem vel tres, duo ſemiſſem, tertius trientem, & ſic ſemper in toto vel in parte impediunt. Secus ſi de partibus concordes de modo diuidendi tantum litigent: quia tunc ceſſat hic §. & facile ſibi conſulere poteſt vaſſallus iuxta no. ℨ. §. *glo. 1. in fi.* §. 2. *glo. 4. in fi. vel* ĵ. §. 63.

* al. ſeu

35. Sed diligenter no. quòd hoc ſecundo caſu ſi alter contendentium ſit ſolus in poſſeſſione pacifica loci dominantis, quamuis ab alio inferatur ei quæſtio proprietatis, non habet locum prouiſio huius §. niſi poſſeſſore ius ſuum negligente: quia vt tetigi ℨ. §. 1. *gl. 1. num. 78.* poſſeſſor pacificus poteſt cogere ſibi fidem & iura præſtari, ſine præiudicio tamen proprietatis (de quo ab eo cuius intereſt proteſtatio fieri poterit) & homologationem literarum vel reſcripti in forma receptionis per manum ſupremam impedire non ſolum ante litem ſibi factam in petitorio, ſed etiam illa pendente *c. laudabilem extra vt lite pendente.* Floria. de S. Petro. *l. alienationes nu. 4. verſic. adde etiam famil. herciſ. gl. vlt.* & omnes Canoniſtæ in *c. non ſolum de appellatio. in 6.* Innoc. in *c. 2. Inhibentes extra de reſtit. in integrum.* Io. Fab. *l. appellatione col. 1. C. de appellatio.* Alex. *conſi. 99. num. 5.* vbi in annot. *dixi l. 5. niſi vaſſallus illum abnegare velit ſub periculo commiſſi. de quo* ℨ. §. 30. 31.

36. Secus in priore caſu videlicet quando plures contendunt de feudalitate ratione diuerſorum locorum ad ſe pertinentium. Tunc enim etiam ſi alter ſit ratione ſui caſtri, puta rubei, in poſſeſſione iurispatronatus, etiam ſi ſolus ſit in ea poſſeſſione etiã pacifica, ita quòd alter ratione caſtri ſui nigri non prætendat feudalitatem niſi in petitorio: tamen dominus caſtri rubei & poſſeſſor non poteſt cogere vaſſallum ad fidem ſibi faciendam ſimpliciter & abſolutè, ſed poteſt vaſſallus petere ſe recipi per manum ſupremam, conſignando tamen iura vtilia penes poſſeſſorem caſtri rubei. Et ratio eſt, quia in iſtis incorporalibus ſufficit habere ius;

Digitized by Google

Bald. in *vlt. colum. C. de ediff. diui. Adria. toll. poſt* Innoc. in *cap. cum nominis extra. de conceſſis præben.* & dixi ſ. §. 37. *num.* 10. Verum eſt quod ego dictum illud ibi limitaui non exiſtente alio poſſeſſore: ſed * quid facilius quaſi poſſeſſioni (quæ momentanea eſt. *C. vbi de momen. poſſeſſ. agro. per to.*) interpellaríque dominum caſtri nigri de antiquiore & titulata poſſeſſione docere, & ſic repente ex improuiſo abſente, impedito vel mortuo vaſſallo, manum iniicere, & ſic vaſſallus vel eius hæres periclitabitur & inconſulte abnegando poterit eſſe in periculo commiſſi vel interim dum ſollicitus erit de reſcripto regio comparando & receptione per manum ſupremam aliquot menſium vel annorum fructus excident quos conſignare oportebit. Ad quæ pericula, ſumptúlque præcauenda poteſt ex nunc curare recipi per manum ſupremam. Præſtat enim in tempore occurrere, quam poſt vulnus inflictum remedium quærere. *l. vlt. C. in quibus cauſ. in integrum reſtit. non eſt neceſſ.*

* Lorus eſt corruptus.

37. Eninuero maxima & diametralis eſt differentia inter hos duos caſus, de quibus ſ. *eod. num.* 28. quia in primo non ſolum eſt differentia & controuerſia perſonarum, ſed rerum dominantium. In ſecundo vero caſu non eſt differentia nec controuerſia rei dominantis quæ vnica eſt certa & indubitata: ſed tantum controuerſia perſonalis quæ eſt accidentalis, incidens & temporalis. Tunc enim propriè non eſt quæſtio feudalis, ſed tantum quæſtio patrimonij, videlicet vter ſit dominus loci dominantis non tanquam dominantis niſi incidenter, ſed tanquam fundi. Tunc enim non diſputatur de ea re, vt de feudo, ſed vt de fundo quæ multum differunt, vt diximus ſ. 1. §. *gloſſ.* 5. *num.* 20. & ſi quæſtio vter ſit dominus fundi, & an in huius vel illius bonis ſit, impertinens eſt ad rem & materiam feudalem quæ reſpicit rem & non perſonam, vt late probatum eſt ſ. §. 1. *gloſſ.* 5. *in princip.* Et præſertim ipſa dependentia feudi de qua ſola in hoc §. & in hac materia agitur, mere realis eſt & non perſonalis, & in ea tantum agitur de iure rei & non de iure perſonæ, quia ſubfeudum non dependet à perſona niſi ratione rei dominantis: ſed dependet à re dominanti ſimpliciter & perpetuo & immobiliter, quicunque ſit dominus loci dominantis, hunc enim vel illum eſſe dominum loci caſuale & accidentale eſt, temporarium & mutabile cum breui momento res mutet dominos. Res autem præſertim ſoli ſemper eadem vt immobilis maneat, vt tetigi ſ. §. 51. *num.* 14. *num.* 68. ſiue igitur duo contendant de hæreditate Titij hæc q. nullomodo feudalis eſt, quamuis in ea hæreditate ſiue feuda vel alaudia à quibus feuda dependent. Idem ſi iudicio particulari litigent de proprietate vel poſſeſſione certi feudi vel caſtri hæc q. nullo modo feudalis eſt, ſiue res illa ſit feudalis vel non, ſiue ab ea dependeant feuda, ſiue non, vt in dicto 2. *caſu.* Sed quando ſinguli habent ſuum feudum vel caſtrum de quo non contendunt, ſed dicunt quiſque feudum controuerſum moueri à ſuo caſtro, vt in priore caſu, hoc demum proprie cauſa feudalis eſt.

38. Et ſic prior iſte caſus principaliter & primario ſpectat ad materiam & deciſionem huius §. non autem ſecundus caſus, niſi ſecundario & incidenter. Quare non eſt mirum ſi hoc ſecundo caſu contingat alterum tantum contendentium eſſe in vera & pacifica poſſeſſione loci dominantis indubitati quin vaſſallus teneatur & poſſit tuto fidelitatem præſtare, iura ſoluere poſſeſſori loci dominantis indubitati, & inueſtituram recipere ab illo & ad id ab eo cogi non obſtante reſcripto, per vaſſallum impetrato ad finem receptionis per manum ſupremam vel ſequeſtrem. Receptus enim in fidem per poſſeſſorem loci dominantis indubitati eſt in fide ſeu, vt ita loquar, vaſſallagio reſpectu omnium prætendentium eundem locum dominantem vel ius vel partem in eo. Receptio enim facta per poſſeſſorem loci dominantis conſeruat ius veri domini eiuſdem loci.

39. Ita quòd receptus & inueſtitus à poſſeſſore feudi dominantis ſemper dicitur, & verè eſt antiquus vaſſallus reſpectu veri domini loci dominantis quandocunque ſuperuenientis, etiam ſi nullam cauſam prehendat à dicto poſſeſſore, vt dicemus ſ. §. 65. Etiam ſi illum vt iniuſtum poſſeſſorem euincat. Facit quæ diximus ſ. §. 1. *gloſſ.* 2. *in fi.* Confirmatur, quia * vaſſallus non recognoſcit dominum feudi vt ipſum ſine ratione perſonæ ſuæ, ſed vt dominum loci dominantis, & in ea qualitate reali ad quam refertur & limitatur inueſtitura. Et ſic quicquid ſit de iure vel nomine perſonæ, ſemper videtur inueſtitus à vero domino, ſeu nomine veri domini, ex quo in qualitate & nomine loci vere dominantis.

* Vaſſallus quo reſpectu dominum recognoſcat.

40. Quæ omnia ceſſant quando ab alio prehenditur feudalitas ratione alterius loci dominantis. Vaſſallus enim inueſtitus ratione certi loci dominantis ſemper eſt nouus, imò nullus vaſſallus ratione alterius loci cui ſemper ex defectu hominis feudum apertum eſt. Rurſus probatur per text. huius §. ibi. *quand entre pluſieurs ſeigneurs*. non dicit inter plures perſonas, ſed inter plures dominos, & ibi, *que chacun d'iceux ſeigneurs*, quæ omnia verba non ad nudas perſonas, ſed ad duos diuerſorum locorum referuntur. Et conſequenter quando contenditur inter plures dominos ratione diuerſorum locorum quæ dominantia prætenduntur. Et rurſus in text. ibi, *mouuant de luy*. Et ſic hic §. loquitur quando plures contendunt non communiter, ſed oppoſitè & contrariè. Et ſic caſu quo prætenduntur plura & diuerſa loca dominantia, & conſequenter iſte text. propriè non loquitur quando ſunt plures prætendentes ratione eiuſdem loci dominantis quem quiſque ſuum prætendit. Tunc enim proprie non litigant de feudo, nec feudi dependentia, nec eius feudalitas reuocatur in dubium. Nec vllo modo controuerſa eſt, ſed duntaxat dominium loci dominantis, & ſic propriè hoc ſecundo caſu non loquitur hic text. nec habet locum hoc caſu niſi per viam extenſionis quando eſt eadem ratio: ſed non eſt eadem ratio quando hoc etiam ſecundo caſu alter ſolus eſt in poſſeſſione loci dominantis indubitati.

41. Quod autem in hoc text. etiam pendente diſcordia & incertitudine patronorum, non ſufficit ſimplex ſeu verbalis oblatio iurium vtilium debitorum à vaſſallo, etiam cum cautione vel ſatisdatione, quando alias ſunt liquida, ſed præcisè requiritur realis depoſitio & conſignatio, non eſt mirandum, etiam in primo principali caſu, quando non ſolum perſona, ſed etiam locus ipſe dominans controuertitur & incertus eſt, quia vaſſallus vult ſibi realiter & de facto impleri renouationem inueſtituræ, admiſſionem in fidem, & leuationem manus, ſi iniecta ſit, igitur oportet eundem ex parte ſua realiter implere & præſtare quæ ex eadem cauſa debentur & liquida ſunt, contendentes communi conſenſu gratiam faciant, vel niſi alter eorum qui iam ea recepit, ipſemet conſignet vel ſubuaſſallum exoneret iuxta not. ſ. §. 10 *q.* 9. Conſignatio autem iurium vtilium prompta eſt & liquida quando apertura feudi eſt per emptionem & quintum vel etiam ſubquintum pretij debetur: Sed quomodo conſignabitur releuium vt quando feudum ex parte vaſſalli aliter quàm per venditionem vel lineam directam eſt apertum? Breuiter reſpondeo, quod vaſſallus tantam ſummam conſignare debet, quæ circiter & veriſimiliter aſcendat ad valorem fructuum vnius anni feudi. per not. ſ. *eo* §. 47. *gl.* 3. & ſi minorem ſummam conſignet, contendentes de patronatu poterunt huiuſmodi conſignationem impugnare, & receptionem vaſſalli per manum ſupremam impedire, alias non. Ex his videretur materia huius §. plene ſatis expedita, ſed multo plura cogitanda occurrunt, & ſelectiora magis,

magis, quàm neceſſaria per quæſtiones expediendo.

41. PRIMO quæro, de effectu huius admiſſionis in fidem per manum ſupremam: Vtrum tantum operetur quantum admiſſio & inueſtitura ab ipſo vero patrono facta? & videtur quòd in omnibus & per omnia eundem operetur effectum, quemadmodum admiſſio & inueſtitura facta à vero vaſſallo & ſpeciali procuratore patroni omnino æquipollet facto patroni.

* Factum iudicis reputatur factum partis.

* Factum enim iudicis ex iuſta cauſa procedentis non eſt minoris virtutis & efficaciæ quàm factum veri procuratoris, imò reputatur factum ipſius partis principalis, *l. 1. C. ſi in cauſ. iud. l. ſi ob cauſam. C. de euiction.* Alexand. *conſ. 11. lib. 8.* & maximè in hoc caſu in quo iudex ſpeciale ad hoc mandatum habet à lege huius conſuetudinis, cuius authoritate nullus decipi debet, *l. 1. C. de his, qui veni. ætа. impetra.* Præterea attento quòd ex tacita hypotheſi contendentes de patronatu ab huiuſmodi admiſſione per manum ſupremam non appellauerunt, & ſic cenſentur conſenſiſſe, & factum iudicis approbaſſe. *l. ab eo. C. quomodo & quand. iud. in l. hi qui. C. de appellatio. l. 1. C. ſi ſæp. in integr. reſti. poſtu. fuer.* vel ſi appellauerunt, acquieuerunt, aut aliàs factum iudicis confirmatum fuit, quod idem recidit. Si autem contendentes de patronatu, in hoc concordauerunt quòd ab vtroque eorum ſimul, vel à procuratore communi conſenſu deputato vaſſallus reciperetur, certum eſt idem per omnia eſſe, ac ſi per illum ſolum qui ex illis verus eſt & reperitur eſſe patronus, factum eſſet, poteſtas autem iudicis habentis expreſſum mandatum à conſuetudine, non poteſt eſſe minor poteſtate communis contendentium procuratoris. Tum vt recordor dixiſſe *ſupra* §. 35. *gloſſ.* 3. *q.* 1. iudex hoc caſu tanquam medius ſequeſter, iura recipit ad commodum veri patroni & futuri victoris, cui totum hoc factum attribuitur, & eius nomine renouat inueſtituram vaſſalli eum in fidem admittendo, eique eodem nomine manum leuando.

43. Et hæc veritas, niſi ſicubi appareat de euidenti ratione differentiæ. Sit igitur concluſio affirmatiua, hanc admiſſionem in finem & emancipationem feudi à iudice factam eundem effectum operari, atque admiſſio & emancipatio ab ipſiſmet contendentibus vel à vero patrono facta. Ampliatur primo, ſiue quæratur de effectu reſpectu vaſſalli, ſiue reſpectu patroni immediati vel mediati, ſiue reſpectu tertij, vt in *d.* §. 35. *gloſſ.* 3. *q.* 1. *&* 7. §. 173. vt ſtatim currat annus retractus cum limitatione quam ibi trado. Idem in ſimilibus, vt etiam conditio infeudationis impleta dicatur: quæ tamen in * forma ſpecifica implenda eſt, *l. qui hæred. l. Mæuius de condit. & demonſt.* Ampliatur ſecundo, nedum quamdiu lis durat, ſed etiam ea finita: non enim huiuſmodi admiſſio & manus leuatio prouiſionalis eſt ſiue temporalis: ſed abſoluta & perpetua. Vnde lite finita, non tenetur vaſſallus iterum fidelitatem iurare ſeu formaliter præſtare patrono, contra quem admiſſus fuit per manum ſupremam, ſecus enim de nouo patrono, ſi mutatio contigerit ex parte patroni, quemadmodum ſi mutatio contigerit ex parte vaſſalli, non prodeſt huiuſmodi admiſſio eius ſucceſſori, ſed renouari debet etiam pendente adhuc eadem lite. Tenetur tamen etiam idem vaſſallus eundem patronum lite finita agnoſcere, inſtrumentumque agnitionis prout & catalogum offerre, ad quod facit *cap. ſi vero de iur. patron.* vbi libere inſtitutus ab Epiſcopo pendente lite patronorum, finita lite repræſentari debet à victore.

* In forma conditio eſt implenda.

44. Non tamen poterit iſte vaſſallus etiam negligens recognoſcendi victorem patronum, pari prehenſionem feudi ex defectu hominis iuxta §. 1. *ſupra eodem*, quum feudum (obſtante dicta admiſſione) nullo modo ſit ex hac cauſa apertum, ſed repletum & clauſum: ſed ſi negligat vaſſallus catalogum (cui agnitio ineſt) infra 40. dies offerre, poterit prehenſionem feudi pati, iuxta formam §. 6. 7. *eod.* Amplio tertio, etiam reſpectu iurium debitorum ex præteritis mutationibus non clauſis: quia cùm huiuſmodi admiſſio non poſſit fieri à iudice niſi contendentibus de patronatu vocatis, debent excipere de præteritis iuribus, & ſi liquida ſint, conſignentur, alioquin ſi tacuerint, præiudicat eis hæc admiſſio in via prehenſoria, remanente ſolum via actionis etiam finita lite, prout in ſimili *ſupra, in* §. 1. *glo. ſi. nu.* 30. clarum eſt autem huiuſmodi admiſſionem nullum habere effectum, reſpectu illius qui non fuit ad hoc vocatus, & cuius vice vel nomine nihil cenſetur iudex feciſſe. Amplio quarto etiam ad effectū agendi formaliter interdicto vti poſſidetis contra patronum poſt huiuſmodi admiſſionem manum feudo injicientem, in locis in quibus conſuetudo hoc expreſſum permittit vaſſallo in fidem admiſſo à patrono, vt Aurelianenſis §. 91. de Lorriz §. 52. *& ſentit conſuet.* Niuernenſ. *eo. tit.* §. 50. idem enim debet intelligi ſiue à iudice per manum ſupremam, ſiue ad recuſationem patroni debito modo in fidem admiſſus ſit. Amplio quinto vt idem ſit in extraordinaria ad recuſationem vnius indubitati domini facta, *vt ſupra num.* 13.

45. Fallit primo præfata regula quantum ad oblationem & traditionem catalogi, qua inducię quadraginta dierum ad illum præſtandum non incipiunt currere ab huiuſmodi admiſſione veri patroni: ſed demum finita lite & certificato & requiſito vaſſallo, per not. *ſupra* §. 9. *gloſſ.* 2. *in fin.* & hoc niſi contendentes concordarent in hoc, & parati eſſent per ſe vel procuratorem communem diſpungere & admittere catalogum, tunc enim ſtatim currit tempus ab admiſſione in fidem, ſiue à iudice per manum ſupremam, ſiue communiter ab ipſis contendentibus facta ſit, & lapſis quadraginta diebus valide prehendi poterit feudum ſecundum formam *d.* §. 9. Cæterum (non enim quaquauerſus ſpeculor, aliam pro nunc inuenio fallentiam, generaliter obſeruanda eſt præfata regula, niſi ſicubi fortè παράλογον, hoc eſt inopinatum quoddam accidat, in quo notabilis circa hæc differentiæ ratio inueniatur.

46 SECVNDO quæro, Quid ſi patronus eſt Dux & * Comes, & prætendit feudum à ſe moueri ratione comitatus, vaſſallus autem ratione ducatus. Et pone feudum ex defectu hominis eſſe prehenſum, vaſſallus offert fidelitatem & iura tanquam Duci, patronus recuſat, petens hæc ſibi præſtari tanquam Comiti: Verum ſit locus diſpoſitioni huius §.

* Si dominus ſit Dux & Comes, an vt Duci an vero vt Comiti iura præſtanda debeāt.

¶ Videtur quod ſic, quia quamuis ſit identitas perſonæ, tamen eſt diuerſitas locorum dominantium, quæ multo plus ponderantur in hac materia, & longe plures effectus operantur, quam ſola diuerſitas perſonæ, vt dictum eſt ſ. *eo. nu.* 37. 38 39. 40.

Quibus nonobſtantibus, breuiter dico quòd non, & ratio in promptu eſt, quia nullus eſt alius dominus vel patronus feudi, qui contendat feudum a ſe moueri, & velit à ſe recognoſci, & ſic deficiunt termini huius §. ſiue reſpectu primi & principalis, ſiue reſpectu ſecundarij caſus ſ. *eod. nu.* 28. *nu.* 37. Non obſtat objectum, quia verum eſt, ſed non eſt ad propoſitum in hac hypotheſi. Nullus enim contendit niſi ratione ducatus, nemo prætendit niſi ſolus vaſſallus, cuius ſolius cauſificatio non curatur ad effectum huius §. alias poſſet omnes omnium prehenſiones feudales & vigorem conſuetudinis eludere, allegando ſubinde ius alicuius tertij qui non producit, & de quo nihil docent, non ergo ad effectum de quo hic ſufficeret vaſſallum allegare alium prætendere patronatum: imò etiam ſi alius ſit verus patronus, ſi non conqueratur, nec feudum prætendat, nec aliter vaſſallum pro iuribus feudalibus vel competitorem pro iure patronatus proſequetur, principaliter ad hoc: neque enim ſatis eſt ſi prius forte iactationibus extra iudicium vel etiam in iudicio, ſed incidenter, & ad alium finem verum

se esse patronum assereret, & sic non debet vassallus admitti in fidem per manum supremam, nec obtinere manum leuatam, quantumcunque causetur alium prætendere patronatum eiusdem feudi, imò etiam si ostenderet prehensionem feudi sui ab alio recenter factam, non sufficit, nisi faciat illum vocari in iudicio, vt simul aduersus vtrumque & vtroque audito tunc demum per manum supremam admittatur. Interest enim patroni competitorem vocari & adesse, vt sciat & habeat quem prosequatur & non maneat in suspenso.

47. Imo si patronorum alter alterum offerat incontinenti à iure patronatus euincere, & excludere, nedum totaliter, sed etiam in simplici possessorio vel quasi, non debet vassallus statim per manum supremam admitti, nec ei manus leuari, sed paromper superseedendum est, vsque ad breue tempus arbitrio iudicis ita coarctandum vt vassallus interim non incurrat damnum, & si aliter præstiterit, vel in simplici possessorio euicerit, tenebitur vassallus eum agnoscere & ei iura soluere. Alioquin nullam habebit relaxationem, vel prouisionem feudi, nisi formaliter prehensorem in patronum abnegando, *vt* s. §. 45.

48. Cæterum quantumcunque vassallus per se prehensioni feudi sui intercedat, & iustissimas oppositionis causas adducat & probare offerat, nullam obtinebit prouisionem feudi. imò non audietur nec admittetur ad proponendum aliquas oppositionis causas, nisi permittat prehensorem interim plene frui & possidere, eúmque manum priùs redintegret si fortè eam infregerit, vel aliquos fructus feudi per se vel suos perceperit à tempore prehensionis, *vt* not. s. §. 29. *&* §. 45. Non prodest igitur vassallo ad manum leuatam, vel etiam nudam feudi prouisionem obtinendum, offerre eundem in patronum recognoscere ratione alterius loci dominantis ad eundem spectantis, nisi expresse neget feudum moueri à loco quem patronus dominantem prætendit. Tunc enim simplicem dumtaxat prouisionem pendente lite, & constante dolo sine periculo commissi obtinebit secundum notab. s. §. 45. *no.* 14. Si autem vassallus offerat prehensorem recognoscere, non eius nomine, sed tanquam tutorem veri patroni, vel ratione alterius rei, vel dignitatis quæ non spectat ad prehensorem nomine proprio, multominus potest esse locus dispositionis huius §. imò nec simplici prouisioni, nisi negatione facta & sub periculo commissi.

49. TERTIO quæro, Vtrum dispositioni huius §. locus esse possit post * litem contestatam? Breuiter dico, quòd si non est contestata cum vassallo, sed solùm inter contendentes de patronatu indistinctè, semper peti potest beneficium huius § quandocunque, donec lis finita sit. Si verò sit contestata cum vassallo, adhuc potest habere locum dispositio huius §. si non interfit eius cum quo lis est contestata: Secus si eius interfit, nec possunt omnes varietates casuum certa regula comprehendi. *l. mora. D. de vsur. l. de accessionibus, in princ. D. de diuers. & temp. præscript.* Sufficiet pauca vice exempli tangere. Pone feudum à Caio iure feudali prehendi, vasallum autem confidentem Titio quem pro vero patrono obtentabat, eo non expectato, sed statim ab initio Caium abnegasse, litéque inficialiter constituta tam super negatione quàm super commisso, & simplici prouisione feudi à vasallo obtenta, Titium superuenisse séque tanquam verum patronum cum vasallo adjunxisse An vasallus consignando petere possit in fidem admitti per manum supremam cum leuatione manus? Dicendum quòd non, respectu Caij, sed bene respectu Titij, quia Caio ius commissi acquisitum est in casum victoriæ. Et sic non debet interim vasallo manus leuari, nec debet a lite eximi, sed in ea remanere vsque ad finem declarationis vel absolutionis commissi.

* De lite contestata.

50. Finge possessorem prehensioni feudali se opposuisse, eo quòd causaretur se possidere in alaudium, & lite sine aliqua prouisione super hoc contestata, superuenisse alium qui eiusdem feudi patronatum sibi vendicat: Vtrum reus possit petere beneficium huius §. dicendum quòd non, quia istud beneficium non congruit, nec introductum est nisi pro vasallo, & ad commodum eius qui se vasallum fatetur. Vnde non potest hinc adaptari, qui fundum alaudialem, vel censualem, vel alterius qualitatis quam feudalis esse prætendit. Et iuste ab vtroque vel altero de patronatu contendentium repelli potest ab hoc beneficio. Imò nedum ei leuatio manus, sed etiam simplex prouisio feudi denegabitur, tametsi inter contendentes de patronatu feudum ipsum in manum tertiam quandoque sequestratur, quia quod ad vasallum attinet, deficiunt termini huius §. *&* §. 45. *supra eodem.* Et hoc nisi à causis oppositionis suæ discederet: eísque renuntiaret, & fundum feudalem esse fateretur: hoc enim cum refusione impensarum facere potest, & sic beneficium huius §. obtinere, videlicet admissionem in fidem per manum supremam cum leuatione manus & emancipatione feudi. Si enim vasallus offerat clientelariam conditionem agnoscere, & iura feudalia præstare, eáque consignet, séque excludi à causis oppositionis suæ, & hactenus in expensis temerariæ oppositionis condemnari: amplius non interest contendentium de patronatu (imò eis prodest) vasallum in fidem admitti communiter vel per manum supremam. Si verò velit persistere in causis oppositionis suæ, nullam prouisionem habebit pendente lite, & hoc nisi incipiat expressè abnegare à patronatu vtrumque contendentium in patronum, huiusmodi enim abnegatio nedum ante, sed etiam post litem contestatam fieri potest. Et tunc debet prouisio feudi fieri iuxta formam §. 51. *supra eod.*

51. Et huiusmodi prouisiones habent locum in quocunque statu litis, nisi esset conclusum in causa, & posset verisimiliter negotium ipsum principale incontinenti diffiniri. Omnes * enim huiusmodi prouisiones quæ pendente lite fiunt, cessant si incontinenti lis finiri possit, text. in *l. si is à quo in prin. vt in possess. leg. in l. 3. §. ibid. D. ad exhib. fac. l. 1. C. de oper. no. nunc.* de quo plenius infra §. 78. Imò etiam lite semel per sententiam diffinitiuam decisa, si appellatum sit & nondum possit incontinenti appellatio terminari, locus est interim huiusmodi prouisionibus, sicut & pendente lite principali.

* Cessant prouisiones quando principale statim decidi potest.

52. Rursus pro ampliori declaratione finge patronum, Ducem, & Comitem prehendisse feudum ratione Comitatus, Vasallus se opposuit prætendens feudum suum moueri ab actore ratione Ducatus, & quia negauit à Comitatu moueri, super hoc lis inficialiter constituta fuit, & ea pendente simplex prouisio feudi facta vasallo, deinde contingit actorem decedere relictis duobus hæredibus, vno in Ducatu, altero in Comitatu succedente, nouus Comes resumit litem in statu suo contra vasallum, nouus autem Dux tanquam tertius litem ingreditur, prætendens feudum à se moueri: vasallus hoc videns petit se per manum supremam admitti, & manum leuatam loco simplicis prouisionis concedi: Dux consentit, Comes impedit, quid iuris? Et videtur vasallum debere admitti, quia per notab. *supra* §. 31. *quæstione prima*: *numero sexto*, vasallus est extra periculum commissi, & sic hoc respectu non interest vasallum admitti. Verum est quod sua interest ratione impensarum litis contestatæ cum vasallo, sed facile est in hoc prouidere, quia illæ impensæ pendent à victoria & euentu causæ principalis patronatus cum Duce. Et sic vasallus potest hoc respectu remanere in lite pro impensis sui temporis, vt eas recuperet à Comite, si superetur vel eidem eas soluat victo Duce. Sed hoc non impedit quin vasallus

interim per manum ſupremam in fidem admittatur, plenamque manum leuatam obtineat. Pro reſolutione diſtinguendum eſt, aut Comes nihilominus inſtat & perſeuerat ad finem commiſſi aduerſus vaſſallum propter precedentem negationem, & non erit locus beneficio huius §. niſi reſpectu Ducis ſi velit manum injicere, vel vrgere vaſſallum, vt ſupra *eo. nu.* 49. Aut vero Comes non perſeuerat ad finem commiſſi, & erit locus beneficio huius §. remanente vaſſallo in lite pro impenſis temporis ſui dumtaxat.

53. Non obſtant no. *ſupra* §. 31. *quæſtione prima*, non eſſe hoc caſu locum commiſſo etiam prehenſione facta ratione Comitatus declarata valida, quia illud eſt verum, quando negatio non eſt facta dolosè & ſcienter. Secus ſi conſtet vaſſallum ſciuiſſe feudum moueri à Comitatu, & tamen id abnegauerit, quia tunc non excuſatur à pœna commiſſi ex eo quod eundem patronum ratione Ducatus vel alterius loci dominantis recognoſcere voluerit. per *notab. ſupra* §. 30. *quæſtione prima*, quum igitur patronus vel Comes probare poſſit & velit negationem ſcienter vel ex craſſa & ſupina ignorantia eſſe factam, non debet vaſſallus per manum ſupremam admitti, & generaliter vbicunque negatio facta eſt per vaſſallum, ſiue nondum ſit lis conteſtata, ſiue ſit, & alius accedat patronatum prætendens, non erit locus huic §. quandiu patronus abnegatus prætendere poteſt, & prætendit commiſſum. Secus extra caſum & periculum commiſſi ſecundùm prædicta. Ex quibus facile eſt ſtudioſo colligere, quid in cæteris (quæ multa circa hæc omitto) exemplis dicendum ſit.

54. QVARTO quæro, pro pleniori elucidatione praxis: Titius ratione feudi ſui * ſubfeudum prehendit ex cauſa *ſupra* §. 1. Caius feudalis dominus Titij ex eadem cauſa manum injecit eidem rei tanquam feudo immediato & æquali feudo Titij. Non eſt dubium locum eſſe huic §. quanquam alter ſit patronus alterius ratione eiuſdem dependentiæ feudalis, alias nulla eſſet quæſtio: ſed quæritur an prehenſionem paſſus, poſſit per manum ſupremam inueſtiri Caio? videtur quòd non, ne Caius gerat vicem duorum contendentium contra notab. in *leg. ſi conſul. de adoption.* Aliud enim vlterius contendentium, aliud ſuprema manus, vt eſt textus hic, & minus in eodem ſubjecto concurrunt quam inſtituens & inſtitutus cap. vlt. extra de inſtitutio. Paulus, Iaſon. *l. Senatus in fine delegat. prima*, propter ni-D miam diſcrepantiam terminorum ſuperioris & inferioris Bald. *ex placito. C. de rerum permut.* Tunc ſecundo, quia videretur iudex in cauſa contra Titiſ. *C. ne quis in ſua cauſa iudicet.* Reſponde breuiter hoc verum eſt ſi Caius non habet iuriſdictionem vel alias non cognoſcit de illa cauſa. Secus ſi habet iuriſdictionem ſupra illa feuda, & ſuus iudex vel officialis de cauſa cognoſcit, prout ſolent domini locorum per ſuos officiales de cauſis ſuis vel procuratorum ſuorum, quod idem eſt vt imperator, *in l. proximè de his qui in teſtamento delent. l. Tyterius de heredit. inſtituend.* Angelinus, *l.* 1. *de quib. ſua cauſ.*

55. Mero ergo iure poteſt Caius vel eius iudex cognoſcere, ſed Titius poteſt illum iuſte recuſare duplici E ratione. Prima, ordinaria & perpetua. Quia cùm ſit inferior (hoc eſt non princeps ſupremus) non poteſt eſſe iudex in cauſa ſua, videlicet quando in ipſo negotio principali eſt pars principalis, vt hic vbi non agitur de acceſſionis, nec de quodam fructu vel releuio momentaneo, ſed de ipſo iure perpetuo, ſeu proprietate perpetua, & ſic poteſt indiſtinctè recuſari, quamuis alias non poſſet abſque alia cauſa recuſari, ſi tantum ageretur de quodam releuio, vel alio iure ſemel ſoluendo, præcipua & perpetua cauſa exiſtente in confeſſo & extra controuerſiam. Secunda ratione incidenti & occaſionali, quia veriſimiliter timendum eſt quòd ſi talis iudex videat ſe non poſſe iuſtè fidelitatem adiudicare domino ſuo, ſed illam deberi Titio, non adiudicabit illi, ſed dubitabit, aut dubitationem fingens recipiet vaſſallum mediatum per manum ſupremam: ſequeſtrando vaſſallum immediatum quem ſpoliare erubeſcit, & forſan diffinitiue excluderet niſi metu mulctæ iudicis appellationis coerceretur, qui non ſit iudex tum Regius, & ſic obnoxius eſt mulctæ male iudicando, & interim ſubuaſſallus eximetur à periculo fructuum damno patroni immediati. Qui etiam ſi nobilis ſit, cogetur litigare in prima inſtantia coram præpoſito ſeu iudice primi gradus, & interim in ſecundâ inſtantia coram Bailliuo ſub iudice ſecundi gradus domini ſui: quia Regium illud edictum decre. anni 1536. de quo ſupra eodem numero viceſimotertio non habet locum in iudicibus curiarum dominicalium, vt dicto numero viceſimotertio dixi) vaſſallo ſuo forte colludente & empto à periculo fructuum niſi Titius ab interlocutoria receptionis per manum ſupremam appellauerit. B

Secundò fortè & tertiò, & quartò ſemper ſub periculo mulctæ. Ad hoc enim iudices, etiam ſuprem, valde proclines ſunt, vt infra eodem numero. Quare ad hæc pericula & incommoda euitanda & ne ſubditis immediatis detur occaſio colludendi, iuſtam habet cauſam recuſandi. Et dico abſolute recuſandi non tam perſonam iudicis, quam totum tribunal & primi & ſecundi gradus domini ſui, & ad iudicem Regium vel ſuperiorem immediatum domini ſui in prima inſtantia, ſiue formula & pericula appellationis, hoc eſt per viam querelæ ſeu primæ inſtantiæ recurrendo. Nec C hoc caſu locus eſt conſtitutioni anni 1539. §. 11. & §. 15. quia loquuntur quando non reijcitur ipſa iuriſdictio, nec ipſum tribunal, ſed tantùm certa iudicis perſona etiam nunc totum in ſe traditur & vniuerſum tribunal dominicum reijcitur. Et eſt potius declinatio totius fori, quàm recuſatio iudicis, hoc ergo caſu meritò iudex Regius Præſidialis naturalem & originalem ſuam iuriſdictionem cum habitu ſemper retinet, & in actum reſumit. faci. quæ dixi ſupra §. 2. *gloſſ.* 3. *num.* 19. *cum ſeqq.*

56. Cæterum apud quemcumque de cauſa recognoſcentem, ſiue ſit iudex Caij, ſiue iudex Regius, vel alius ad quem fortè per appellationem vel querelam alterius contendentium cauſa deuoluta eſt, poteſt vaſſallus per ſimplicem libellum ſine vllo reſcripto, vel commiſſione Regis, vel alterius domini petere ſe inueſtiri per D manum ſupremam, quia hoc ipſo iure debetur ei per hanc conſuetudinem, & etiam iure communi antequam ſit vlla manus iniectione præuentus vel moleſtatus, quia præſtat in tempore occurrere, vt ſupra eodem numero, hinc eſt quod quoties vterque contendens eſt vaſſallus Regis ratione feudi vel feudorum cuius vel quorum ratione facta eſt prehenſio & lis agitatur coram quocunque iudice Regio vel non Regio, iudex poteſt & debet ſine aliquibus literis cancellariæ, & debita cognitione adhibita per manum ſupremam inueſtire, & ita per libellorum ſupplicum palatij præfectus (qui delegati ſunt) practicari vidi, & bene. Fruſtra enim precibus imploratur quod iure communi conceditur. *leg. vnica. C. de theſaurit lib.* 10. *l.* 2. *C. quibus non obijcit. longi tempo. præſcr lib.* 7. *l. ei qui ſe* & ibi Iaſo: *D. de acquir. vel amitt. hered.*

57. Sed aduerte quod dixi vaſſallo deberi prouiſionem hanc per manum ſupremam vel ſequeſtrem. Intelligendum eſt ceſſante dolo & colluſione vaſſalli iuſtam etiam cauſam habentis. Alter enim contendentium promptè docens de iure ſuo eam impediet, vt ſupra *eo. num.* Et ſi iudex admiſerit, appellare poterit, & vincendo in cauſa appellationis retrotrahetur ad lucrum & redintegrationem fructuum à die præhenſionis ſuæ. Præſertim ſi vaſſallus tertium illum ſuſcitauerit, & talis poſſet eſſe fraus & ingratitudo vaſſalli vt deberet feudo priuari *ſupra* §. 43. *q.* 37. Et hic ne quis inexpertus putet me quæſtiones inſolitas fin-

* De ſubfeudo prehenſo, & an ſubfeudatarius poſſit per manũ ſupremam inueſtiri.

gere, hunc casum vidi sub præfectura Parisiensi, cùm Titius partem domanij sui feudi antiqui à Barone mouenti dedit fœneratori in solucum reditus vsurarij ad onus recognoscendi in feudum à Titio, eique & successoribus dominis feudi principalis soluendi omnia iura feudalia, quia portio data longè superualebat reditui: postea infidelis hæres fœneratoris recognouit Baronem: Titius manum injecit ex defectu hominis. Baro non injecit manum, sed procurante dicto hærede, se jungit cum eo: hæres ille petit per manum supremam recipi, consignando. Baro consentit. Titius impedit. Certè si Titius promptè doceat de dicta concessione facta decessori dicti hæredis, & quod totum in idem feudum tenebat ab antiquo per inuestituras decessorum Baronis, debet hæres ille, de cuius mala fide satis apparet, leuationem manus habere. Præsertim cum instrumentum dictæ concessionis sit in forma guarantigiæ, quæ habet executionem paratam, etiam citra priuilegium contractus feudalis, & insuper satis apparet de fraude & malitia dicti hæredis, qui ex ea commodum reportare non debet. Quotidiana sunt hæc exempla, sed adhuc frequentiora sub consuetudine Turonensi, Cænomanensi, & Andegauensi §. 201. *& parte 6. & per totum*, vbi vassallus potest vni vel pluribus vsque ad tertiam partẽ feudi sui alienare in subfeudum: sed mox vt paululum vltra tertiam partem alienauerit, tota illa portio separatur à feudo principali, & fit feudum æquè principale immediatè mouens à superiore sicut antiquum principale feudum. Et sic sæpe vsuenire potest vassallum injicere manum, vt in subfeudum concurrente superiore qui prætendit à se immediatè moueri. Interim ergo cum disputatur an antiquus vassallus vltra tertiam partem alienauerit, vel non, & sic an factum sit feudum separatum & immediatum, vel non, locus est exceptioni per manum supremam quæ non potest impediri nisi promptè docendo quia super hoc non tenetur possessor subire litem ordinariam, vt liquebit infra *eo. 9.* 9.

58. QVINTO quæro, Quid si facta huiusmodi inuestitura lite diu durante vassallus vendit, vel donat, vel relinquit hæredes collaterales? Respondeo, Si lis est de eodem loco dominanti quod quisque prætendit nouus vassallus potest practicare id quod §. 63. & vtrique notificare, nec deinde poterit iustam prehensionem pati, alias ea iam secuta vel si litigant ratione diuersorum locorum dominantium, vt supra *eodem numero vigesimooctauo, & numero* 57. Vel si omnino vult inuestiri, debet coram iudice dictæ causæ, vt decessor suus faciat iuxta hunc §. hoc enim breuius & tutius est quàm diuersorum locorum diuersos dominos adire. Verba enim textus ibi, *& en iouyr pendant le procez*, intelliguntur secundum naturam feudi & consuetudinis. Et sic vassallus qui tunc est, teneatur consignare iura debita, & patiatur eius successores domini petant. Quibus silentibus silere possunt, vt in § *sequenti*. Sed vel altero vtgente sibi vt dictum est consulere debent, sed si se quoque recipi hoc possunt, vt supra, perfecta est & absoluta hæc inuestitura respectu inuestiti. Imo etiam respectu litigantium & successorum eorum quandiu lis durat. ita quod ea durante non est locus §. 65. *infra eo*, Et hoc est quod vult dicere hæc consuetudo, vt ipse per manum supremam inuestitus sit turus quamdiu lis durat, quæ etiam patronis à quorum facto dependet, imputatur. Non quod lite finita feudum maneat apertum, & vassallus teneatur ad nouam inuestituram, vt diximus *supra nume.* 32. nisi ad simplicem recognitionem vel etiam ad fidelitatem nouo domino qui non erat tempore inuestiturę: sed si pendente lite mutatio contingat ex parte vassalli, non lucratur vassallus fidelitatem & iura, sed sub manu suprema præstare debet nisi vtroque litigante patiente, vt §. *seq.*

59. SEXTO quæro an hæc leuatio manus extendatur ad præterita. Pone feudum ex defectu hominis prehensum à Titio, vassallus diu tacuit, vel forte se opposuit propter inducias aut vere rem inuestituram aut alias: tandem post tres vel decem annos venit Sempronius dicens se verum dominum feudalem: tunc vassallus venit ad praxim huius §. non dubitatur de fructibus à tempore oblatæ consignationis, & petitæ leuationis manus, sed de prius perceptis? Breuiter dico quòd hæc leuatio manus cum etiam citra inuestituram sit plena & definitiua, & non prouisionalis vt supra *num.* 2. nullomodo potest extendi ad præterita, nec trahi retro ante oblationes debitè factas & vtrique significatas, vt *infra* §. 63. vel consignationem in iure oblatam & illis quibus fit non impedientibus factam, iuxta formam huius §. fructus enim præteriti à die prehensionis ab vtroque factæ, vel à die primæ præuenientis, ex tunc illi affecti & quæsiti, sunt in casum victoriæ, qua pendente impossibile est hanc manus leuationem in præiudicium iuris quæsiti & pendentis dari. Nec est de mente consuetudinis quæ de præsenti & futuro tantùm loquitur. ibi, *& en iouyr pendant*, & sic retro nihil disponit, nihil dat ciuiliter. Tamen intelligitur non solùm à die huiusmodi inuestiturę per manum supremam, sed à die quo vassallus quod in se est, fecit, eique cum effectu debita fuit, vel vtroque contendentium in mora constituto.

60. Quid ergo fiet de fructibus temporis præteriti? Quid si tertio anno à prima prehensione secundus alius patronus manum suam injecit, & per tres alios annos vassallus quod in se erat, offerre & facere distulit? Videretur recuperare debere fructus trium vltimorum, videlicet à tempore dicti concursus. Quia ex tunc neuter liquidam habuit intentionem fundatam in executione iuris consuetudinis feudalis, vtroque mutuo sese impediente, & si consuetudine neutri in iure executorio quod liquidum esse debet assistente, contrarium dicendum est: quia ex quo non negatur esse feudum, & neuter dominus abnegatur, fundata est alterutrius intentio & lucrum fructuum à die suę prehensionis, vsque ad diem quo vassallus iusta fecit vel congruè obtulit.

61. ¶ An ergo fructus illos consignare debeat, vt hanc leuationem & inuestituram obtineat? Resp. non, quia consuetudo omnino loquitur nisi de consignatione iurium semel soluendorum, quæ cõstat ab illo etiam, si nunquam in mora fuisset, deberi, alia ratio fructuum, de quibus etiam hæc consuetudo non loquitur. Cum autem de primis, videlicet primi termini incertum sit an debeantur: quia secundo vincente neutri debentur. Pro tempore verò sequenti incertum est cui debeantur. Dico quòd si lis contendentium breui finienda sit, fructus illi in statu suo manebunt, siue à prehensore, siue à commissariis, siue à vassallo teneantur, alias assumenda est via vtrique parti commodior & tutior iuxta no. in *l. 1. D. si quis cautionibus in l. 1. §. 1. C. de asser. tollen.* vt videlicet si prehensor eos non exegerit, vassallo idoneo cauenti prouisionaliter interim relinquantur, vel prehẽsori cauẽti si eos exegerit. quod nisi idoneè caueat vassallo cauenti restituuntur. Et notandum quod vassalli cautio sine præfinitione temporis erit, sed si prehensor retinere velit, cogi potest non solum cauere de restituendo si contra se definitur, sed etiam lis diu duret, vt nisi infra tempus congruum iudicis arbitrio decidatur, vassallo cauenti restituere debeat: quoniam non est imputanda vassallo nimia mora vt casus aliorum contendentium, sed illis potius & iudex non debet inuitis arbitrari minus tempus anni per text. in *fortiori l. vlt. §. fin autem. C. de peti. hared.* Nec maius regulariter triennio. *Arg. l. properandum. C. de iudic.* & indubio fauorabilior causa veteris possessoris & proprietatij.

62. Fructus autem vltimi triennij quos certum est alterutri deberi & à vassallo amissos non debent ei etiam cauenti, restitui vel relaxari, sed contendentes de patro-

natu poſſunt eos communi conſenſu exigere, diſponere vel ſequeſtrate, & ſi vaſſallus ſit in mora reſtituendi, poſſunt leuationem manus & inueſtituram hanc impedire. Quod ſi vterque habere velit iudex, poſſeſſorem, vel de clariori iure docenti, vel ad minimum melius cauenti, prouiſionaliter relinquet, inſpecta etiam natura inſtantiæ inter eos motæ. Si enim vti poſſidetis agant prouiſiones huius iudicij, inter eos ſeruabuntur, videlicet ſequeſtrationis, vel fiduciariæ poſſeſſionis, quam recredentiam vocant. Poſſunt etiam inuicem ius feudale condicere ſuſtinendo quiſque ſuam manus iuriſdictionem. Idem ſi alter manum non injecit, ſed pro vaſſallo cauſam tanquam patronus ſuſcepit. Idem ſi neuter prehenderit, ſed de eo iure litigant, aut extra ius contendunt.

63. His enim omnibus caſibus poteſt vaſſallus vti remedio huius §. ceſſante quæſtione fructuum vbi nulla eſt prehenſio, ſecus ſi alter ab altero poſſeſſore vendicet, & multo minus ſi perſonali actione, puta ex legato, vel ex donato feudum dominans ſibi dari vel tradi petat, vel redemptionem quaſi à ſuis deceſſoribus ſub ea facultate venditi, quibus nouiſſimis caſibus non eſt quæſtio vter ſit dominus feudalis. Quanquam quæſtio ſit de illo iure obtinendo, de quo nihil ad rem. Imò etiam in caſu rei vendicationis, quanquam ius ipſum patronatus controuerſum ſit: tamen quia certus eſt quis ſit & interim manere debeat poſſeſſor, non eſt locus huic §. nec ſimili conſuetudini, ſed poſſeſſori etiam perſonaliter iura facienda ſunt, & ſoluenda ſicut domino pacifico, præſertim cùm magis rei quàm perſonæ fiant, vt dictum eſt ℣. *ſuper* §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 2.

64. Quòd autem dictum eſt hanc inueſtituram per manum ſupremam perinde valere ac ſi ipſemet dominus feciſſet, verum eſt quando bona fide obtenta fuit. Quia ſi vaſſallus ſciens feudum moueri à Titio, in odiũ eius alium ſuſcitauit, vt ea occaſione dominum deturbaret, probata hac colluſione quanquam ſecundum conſuetudines Inſubriæ, in quibus cauſis feudum amittatur, & quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. *in vſibus feud. per tot.* mereatur feudo priuari. Tamen quia non expreſsè abnegauit, ſaltem nulla erit dicta inueſtitura taliter obtenta, quia non ſolum vero patrono, ſed etiam ſuperiori illuſum fuit. Omnes ergo fructus lucro veri domini retro cefferunt & deinceps cedent, donec iuſta ei facta ſint nec ex dolo ſuo vaſſallus lucretur *l. ne ex dolo. D. de dolo cum vulg* qui etiam ad omne damnum condemnabitur. Poteſt etiam talis & tam euidens dolus probari vt feudo priuetur, iuxta no. ℣. §. 43. *q.* 37.

65. SEPTIMO quæro, quid ſi vnus tanquam rem cenſualem prehendit: alter tanquam feudalem? Reſp. Poteſt & debet poſſeſſor non plenam leuationem, ſed prouiſionem tantum habere pendente inter diuerſos dominos lite, quorum iura & dominia in eadem re concurrere non poſſunt, vt dicemus tit. *ſeq. nu.* 5. *& 6.* Nec interim cogitur iudicium ſuſcipere. *l.* 1. § *apud Iulianum. D. depoſiti. l. ſi ſtipulatus ſum.* 2 *inſ. de ſolutio.* niſi in culpa ſit: vt ſi cenſuarius Titij recognouit à Caio feudum, & poſtea vterque manum injiciat, Titius ducendo de iure veruſtiori impediet prouiſionem poſſeſſoris. Etiam ſi is Caium poſt manum ab illo injectam recognouerit, voluntariè enim fecit, niſi prius dominum cenſualem interpellauerit & congrue expectauerit: quo facto reſtituetur alium agnouit, denunciatio negligenti imputatur, quantum ad hanc prouiſionem.

66. ¶ Idem caſu conuerſo. Sic in terminis huius §. ſi vaſſallus alium inſurgentem recognouit, etiam, vt prehenſionem vitaret veteri domino non requiſito, nec congruè expectato. Si enim poſtea vtroque concurrente prouiſionem vel etiam manus leuationem petat, & antiquus dominus intra biennium terminum (qui denegandus non eſt) de iure ſuo doceat, nec in oppoſitum aliud appareat quam noua recognitio vaſſalli domino veteri irrequiſito facta, iuſtè impediet antiquus dominus non ſolum remedium huius §. ſed ſimplicem etiam prouiſionem, etiam alia culpa vel colluſione non probata. Et merito. Non enim ludus puerorum ſunt hi dominicales actus, vt no. *l. vlt. C. de teſtam. milit.* nec vaſſallus aut cenſuarius debet quemlibet etiam vrgentem timidè ne dicam colluſoriè agnoſcere, nec domini directi debent cothurni ſeu potius mendici more quoſuis admittere vt malè feriati quidam iactant ſe iuxta Dei mandatum & ſanctas leges cui, honorem, cui tributum, &c. Non autem præpoſtere, ſed cunque ius ſuum reddere: hac enim iuſta diſtributione œconomiæ, Reſpond. & omnis politia maximè conſtant. Sic dominus directus qui temere quemlibet admittit, periculo ſeſe damnorum & impenſarum implicat.

67. ¶ OCTAVO, iuxta prædicta addo q. in praxi. Mulier an. 1514. emit feudum ſuum apud Moucy, & recepta per manum ſupremam obiit an. 1548. relictis liberis pendente adhuc d. lite. Dominus de Moucy vel eius hæredes forte litem ignorans manum injecit ex defectu hominis. Liberi & hæredes docent de d. ſententia, eius executione & lite adhuc pendente. An dominus teneatur ad damna & intereſſe? Videtur quod ſic, quia lis adhuc pendet, & manus illa ſuprema, quæ feudalitatem penes ſe recipit, non moritur, ſed eſt eadem. Et ſic videtur quod ex parte patroni nulla poteſt eſſe mutatio pendente illa lite: tum quia patronus incertus, tum quia ius patronatus ſequeſtratur per ſententiam à qua non eſt appellatum: tum quia non eſſet niſi circuitus. Pariter videtur non eſſe interim mutationem ex parte vaſſalli: quia frui debet pendente lite, vt in hoc text. ſed lis adhuc pendet, igitur prehenſio iniuſta? Reſpond. ſi non eſſet mutatio niſi ex parte patroni, certum eſt quod deberet damna & intereſſe ſi non præmiſſis congruè proclamationibus, de quibus ℣. §. 65. manum injeciſſet: ſed illis bona fide & ritè præmiſſis ſi vaſſallus vel eius hæres non notificauerit d. ſententiam & eius executionem. Satis eſt quòd docto de illa & litiſpendentia dominus conſentiat manum leuari ſumptibus prehenſionis refuſis per vaſſallum qui fuit in culpa: ſed quando mutatio eſt ex parte vaſſalli, vt hîc, valet & tenet prehenſio. Quod enim hic text. dicit vaſſallum debere frui, intelligendum eſt ſub onere & conditione feudali, vt nuper diximus; ſed hic ſufficiet coram eodem iudice petere vt eadem ſententia prehenſore vocato contineatur & exequatur. Sed ſi iſti eſſent hæredes collaterales deberent inſuper releuium ſeu eius æſtimationem conſignare: nec opus eſt aliter recognitionem fidei facere in aliquo loco *vt* ℣. §. 63. niſi de conſenſu, & requiſitione litigantium patronatus ℣. *eo. num.*

68. ¶ NONO quæro, de alia quæſt. quam vidi in facto. Quidam vendidit feudum mouens à domino de Courtabeuf, qui manum injecit ex defectu hominis, Emptor intercedit, vel fortè ſe non opponendo procurat ſe citari coram præfectis libellorum ſupplicum palatij Pariſienſis, à quodam tertio ad adferendum literas acquiſitionis dicti feudi, & ſoluendum iura feudalia. Mox emptor impetrat literas in forma vulgata vt conſignando recipiatur per manum ſupremam, & manus leuetur. & contra vtrumque coram dictis præfectis petit homologationem. Tertius ille conſentit, ſed prehenſor (qui erat vetus dominus) impedit, dicens ſe eſſe in poſſeſſione qua non debet priuari pendente lite: & quod tertius ille non poſſidet feudum quod non eſt auſus prehendere, ſed tantùm acceſſit via actionis: & attento quod iſte ſolus eſt prehenſor, debet manere in poſſeſſione, in quam, vi conceſſionis feudalis & conſuetudinis generalis ritè eſt immiſſus. Tamen per ſententiam præfectorum reſcriptum homologatur abſque expenſis inſtantiæ dicti reſcripti? vter que appellat, ſcilicet prehenſor, quia reſcriptum homologatur,

& manus ſua tollitur, & emptor, quia dictum fuit ſine expenſis quas prætendebat contra prehenſorem à tempore quo impediuit homologationem, præſens etiam in hoc ſenatu cum prehenſore, cauſam agebat Ægidius magiſter die lunæ 4. Ianuarij anno ſeſquimilleſimo trigeſimo quarto in publicis cauſarum actionibus Senatus Pariſienſis, & Petro Lyſero Præſide ſuccubuit, cliente ſuo in mulctam ordinariam ſexaginta librarum Pariſienſium & in expenſas appellationis damnato, hoc arreſtum non ſolùm durum multis videbatur: ſed etiam inſolens reſpectu præſidis, qui ſolebat initio fauere appellantibus, & plura quandoque grauamina ex tempore colligere quam aduocati diu meditati fuiſſent.

69. Tamen iuſtum fuit arreſtum, quia quantumuis prehenſor iuſtiorem haberet & probabiliorem cauſam tertio, & iuſtiſſimam contra eam cauſam litigandi, tamen non habebat iuſtam cauſam vlterius litigandi cum vaſſallo, ad quem nihil de lite quæ de iure patroni à quocunque mouetur ſicut debitori decimarum vel alterius iuris prædiatorij nihil pertinet de lite ſuper eo iure contendentium. Non ergo tenetur vaſſallus iuribus oblatis, & ſimul ac per eum non obſtant quin conſignentur manere in lite multo minus quàm cum res ipſa & tertio contra eum vendicatur. Eſt enim cauſa ipſiuſmet emptoris, & non venditoris, *l. 1. in prine. C. vbi in rem actio.* & tamen poſtquam venditorem laudauit, quia cauſam pro eo accepit, ſtatim extra litem & telam inſtantiæ ponitur vſque ad executionem diffinitiuè, *l. venditor. D. de iudic.* Quanto fortius hic cum iſta nullo modo cauſa ſit emptoris nec rei ſuæ, ſed cauſa ſeruitutis quam alienam fatetur, eique ſatisfacit: & ſic aliorum tantum non ſua cauſa eſt. Cur ergo remoram patiatur propter alienum iuſtum vel iniuſtum concurſum. Non ergo ad impediendam, ſed nec ad differendam prouiſionem huius §. à conſuetudine etiam publica datam. Sufficit habere titulos vel probationes de præſenti, etiam ad manum, niſi ſufficiant ad diffinitiuam illico ferendam contra tertium illum, & illico feratur. Quia vaſſallo ſatis eſt quod ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium moleſtatur: nec ad eum refert ſiue iure, ſiue iniuria, cum non ſit cauſa ſua ſed aliena, niſi prehenſor aut alius hanc prouiſionem impediens, ponat in facto, & velit incontinenti probare per inſtrumenta parata, vel per interrogationem partium hunc tertium fuiſſe dolo vaſſalli ſuſcitatum, & de fraude & malitia vaſſalli, quæ ſunt valde notanda in praxi.

70. ¶ DECIMO principaliter quæro, Vtrum pendente* hac lite inter contendentes de patronatu, currat eis tempus quadraginta dierum ad retrahendum feudum iure feudali, de quo in §. 20. ℸ. *eo.* Et vt clarior ſit hæc vtilis & latè patens q. Pone duobus contendentibus de patronatu, vaſſallum fuiſſe receptum per manum ſupremam iuxta formam huius §. deinde vaſſallum vendidiſſe feudum, & emptorem notificaſſe & exhibuiſſe literas venditionis vtrique contendentium, ſiue in iudicio, ſiue extra, non refert. Vtrum lapſis ab hinc quadraginta diebus præſcriptum ſit retractui feudali pro hac vice? Et prima facie videretur quòd non, per text. *& non, in l. contra maiores. C. de inoffic. teſta.* vbi Cyn. *col.* 2. decidit in materia retractus proximitatis non currere tempus anni ad retrahendum, pendente lite inter emptorem & venditorem, & ſequitur Bald. in tract. de iure πρωτομίου ſeu protimiſeos *col.* 4. (ita enim debet ſcribi & dici, & non prout vulgo imperiti ſcribunt & dicunt de iure prothomiſeos, quoniam πρωτόμιον Græce, prolationem Latine ſignificat à verbo Græco πρωτομέω, quod eſt profero.) Contrarium eſt dicendum duplici ratione. Prima, quia conſuetudo noluit emptorem feudi manere in ſuſpenſo & ſub incerto vltra quadraginta dies à debita notificatione, vt diximus ℸ. §. 20. *glo* 10. *nu.* 6. Secunda, quia ipſi contendentes de patronatu pendente eorum lite, & ea non obſtante (ſi velint & niſi per eos ſtet) poſſent nedum à volente recipere, ſed etiam ab inuito emptore exigere retractum feudalem. Patet, aut enim vterque eligit, & vult habere retractum, & poſſunt communiter retrahere, & pretium cum legalibus impenſis emptori refundere, fundúmque retractuum interim pendente eorum lite ſequeſtrare, vel deponere ad omnis & commodum futuri victoris.

71. Et ſic dicta lis non impedit dictum retractum peti & fieri ſtatim vel infra dictos quadraginta dies. Aut verò alter litigantium eligit quintum pretij, alter ius retractus. Et tunc is qui eligit quintum pretij ſeipſum perpetuo pro hac vice à iure retractus excludit. Is verò qui eligit retractum, ſiquidem aliàs non eſt in quaſi poſſeſſione patronatus, non poteſt exigere retractum, ſed congrua oblatione ius ſuum conſeruare vt mox dicam. Si verò ante litem erat quaſi poſſeſſor, poſtquam ei facta eſt oblatio iurium ab emptore, etiam ſi facta eſt in iure ipſi manui ſupremæ, ſtatim etiam inuito emptore retrahere poteſt, cauendo tamen ei de reſtituendo feudo cum fructibus ſi ipſe retrahens ſuccumbat in lite: & alter qui quintum pretij elegit verus patronus declaretur. Debebit etiam iuſte retrahens conſignare quintum pretij, quo facto leuatam manum habebit contra aduerſarium, & fruetur feudo, nec requeſtrationi feudi locus erit, ſed ſolum conſignationi quinti pretij pendente dicta lite. Et ſic patet quòd dicta lis non impedit proſecutionem & exactionem retractus niſi per ipſoſmet litigantes ſteterit. Igitur dicta lis non impedit, nec remoratur curſum dictorum quadraginta dierum. Ex quibus patet nullo modo obſtare dictam deciſionem Cy. & Bald. qui loquuntur in diuerſis, imò oppoſitis terminis, videlicet quando lis eſt inter venditorem & emptorem. Et ſic incertum eſt an vera & valida ſit venditio vel non. Hic autem conſtat de vera & valida venditione, & lis infertur à tertio ſiue extraneo, de quo nihil ad emptorem, vt in ſimili ſcripſimus ℸ. §. 20. *gloſſ. ſi. num.* 8. Confirmatur, quia in fortioribus terminis ſi pluribus ſimul, ſed ita vt vnus alteri præferatur, darum ſit tempus: tamen omnibus ſimul currit. *l. ſi maritus prætulerit in prin.* Inn. *l.* 2. §. *vlt. & l. ſeq. D. de adulter.* vbi not. Bar. & Ang. Peruſinus, quod quando plures poſſunt admitti ad aliquid, omnibus cedit idem tempus: ſecus ſi ſucceſſiue datum eſſet Andr. Tiraq. in *tract. de retract. conuention.* §. 2. *num.* 81.

72. Rurſus fac feudum prius venditum, deinde à duobus ſolidum patronatum prætendentibus prehenſum. Emptor vtroque vocato quintum pretij conſignat & manu ſuprema inueſtiri petit, vnus conſentit, alter impedit volens retractu feudali vti, quæritur primo an poſſit. Secundo, an à corriuali eligente quintum pretij impediri poſſit & quatenus. Tertio, an interim currat quadraginta dies. Ad primum hæc quæſtio multum differt ab illa ℸ. §. 20. *gloſſ. 1. quæſt.* 6. quando ſunt plures domini pro partibus, hic autem vnus eſt incertus è duobus. Et ſic nullo modo videtur iſte ius habere. quia etiam ſi non deficiat eum ius: tamen quandiu incertum dictæ litis durat, probatio deficit. & ſic inadmiſſibilis eſt ad hoc petendum, text. in *l. ſi duo, ſimul Titij de teſtam. tute.* Secundo, quia alter etiam ſi velit, non poteſt petere quintum pretij ſicut nec iſte: & ſic neuter petere poteſt hoc ius retractus, quia vtrique deficit probatio, imò emptor propriè neutri tenetur quidquam offerre, nec fidelitatem nec iura: ſed tantum tenetur quintum pretij conſignare in iure & fidem offerre non alicui eorum, ſed ipſi manui ſupremæ tanquam ſequeſtri, & ab illa inueſtiri, & plenam leuationem manus obtinere. Et pariter apud acta tanquam apud manum ſupremam acquiſitionis literas exhibere, & in actis copiam exemplatam ab his quorum intereſt legendam deponere, neutri vero eorum interim tenetur exhibere, vt artem retrahens po-

* Pendente lite patronatum currit eis tempus retractus feudalis.

teſt impediri à corriuali volente etiam ſolidum ſuo nomine retrahere. Ita poteſt impediri à volente ſolidam quintam pretij exigere.

73. Reſoluendo dico quod etiam ſi neutri ſingulariter, ſed utriq; parti iudicialiter, ſeu potius iudici literas acquiſitionis, ſeu potius copiam exemplatam conſignauerit & affirmauerit: tamen extunc quadraginta dies vtriſque currunt, quia potuerunt vtrique communi conſenſu retrahere. Quod ſi diſſenſerint ſibi imputent, vt prima ratione 5. *num.* 52. quanquam autem neuter per ſe ſolum vt ius retractus meto iure interim habeat, tamen vt emptor occaſione litis non debet damnum pati: ita non debet lucrum facere de aliena, præſertim patroni calamitate: & ſic ſi vno volente quintum pretij, alter retrahere velit, iſte poteſt vtrumque indemnem reddendo videlicet & corriualem conſignatione quinti pretij integri & emptorem ſatiſdatione reſtituendi eidem ſi retrahens ſuccumbat. Emptor enim hoc recuſans certaret de lucro, retrahens vero de damno vitando: & ſic etiam actoris cauſa potior. *l. non debet actori. §. in re obſcura. de reg. iur.*

74. Et hoc niſi retrahere volens non eſſet ante illam litem in quaſi poſſeſſione huius iuris parronatus, quia magnum eſt commodum poſſeſſionis §. *retinendæ in. fin. de interdict.* Et ſic emptor etiam non abnegando, nec ſubeundo periculo commiſſi poteſt tueri ſuam poſſeſſionem, nec tenetur cedere prætendenti ius controuerſum ſine poſſeſſione. Et præſertim quando eſt caſtrum cuius poſſeſſio facile recuperari nõ poſſet vt no. 5.

75. Nec propterea peribit ius retractus ei qui retrahere voluit, quia ex quo infra illos quadraginta dies pretium integrum cum legalibus impenſis refundere cum dicta ſatiſdatione iudicialiter obtulit, etiam ſi non conſignauerit, nec emptorem in vera mora conſtituerit iuſtam per prædicta habentem recuſandi cauſam. tamen ius ſuum conſeruat *l. 3. §. Stichus Annua. iuncta gloſſ. verb. quæ obtulit. D. de ſtatulib.* Rapha. Cuma. Paul. in *l. qui Romæ in princ. de verb. oblig.* Alex. in *l. mora in prin. ſolut. matri.* & prædicta procedunt non ſolum ſi apud acta in communi, ſed etiam ſi ſingulis emptor obtulerit quintum pretij & homagium literas exhibendo. Quod ſi vterque in ſolidum retrahere velit, mutuo ſe impediunt niſi manu ſequeſtra retrahere conſentiant. Et nihilominus tempus eis currit, niſi reſpectu eius qui obtulit refuſionem & ſatiſdationem emptore recuſante, vt dixi. Præterea etiam fortius procedunt ſi vnum feudum dominans, de quo duo in ſolidum certant.

76. Circa quod addo duodecimam quæſtionem, quam vidi in facto, Caius feudo dominans, Seio vendidit ſub pacto redimendi, hæres Caij dicens contractum pignoratitium & vſurarium, oblata forte ſe immiſcet, & iuxta §. 65. ĩ. *eo. tit.* proclamari facit & interpellari vaſſallos vt ſibi homagia faciant. Seius intercedit. Collegium tenens in feudum, mittit quendam Riſium tanquam hominem & morientem ſine not. in §. *præcedenti.* qui loco dominanti addito non fuit admiſſus. Collegium habet reſcriptum in forma per manum ſupremam: & per ſententiam dictum fuit, quod collegium recipietur in fidem prouiſionaliter ad onus faciendi homagium per ſe vel per dictum Riſium tanquam manu vicaria viuente & moriente. Poſt decem annos victor manum iniicit ex defectu hominis & iurium.

Breuiter reſponde, prehenſionem nullam vtpote oblatione ſufficienti facta, quæ non extinguitur, ſed magis confirmatur per receptionem in qualitate manus ſupremæ, & ſic tanquam mutatione ſecuta non ex parte vaſſalli, ſed ex parte patroni opus erat noua proclamatione iuxta formam §. 65. ĩ. *eo.* etiam ſi iniſte eſſet ſecundus Titius, vel vlterior hæres victoris. Cum autem Riſius congrue oblatus adhuc viuat nullum debetur releuium, & collegium non debet mandatum dare nouo homini, quia reuocando priorem & faciendo nouum hominem, incideret in nouum releuium, ſed ſufficit quod Riſius conſtituat procuratorem, vt victorem nomine ſuo agnoſcat, vt fidelitatem iam præſtitam continuet, prout in antiquo vaſſallo dicemus *infra* §. 65. Non enim requiritur noua ſolennitas, nec nouum dinumeramentum reſpectu antiquorum vaſſallorum niſi impenſis noui domini.

77. Nunc habetis vberrimam materiam huius §. plene expeditam, quam anno 1539. menſe Auguſto vrgente Typographo multas quæſtiones prætermittere coactus, tantum perſtrinxeram. Deinde in fine Nouembris anno 1556. in hac antiquiſſima Sequanorum metropoli Veſontina recens à Rege Angliæ falſis calumniis perfidorum Comitis Montbelgardenſis miniſtrorum perſuaſo Dola & profeſſione iurium publica pulſus, tutum ocium beneficio & tuitione ampliſſimi & æquiſſimi Senatus huius imperialis liberæ & florentiſſimæ reipublicæ Veſontinæ nactus abſolui, dum librorum meorum recuperationem à ſceleratis illis Montbelgardenſibus (qui charè mea mihi vendiderunt) authoritate eiuſdem reipublicæ expectabam, quibus (excepto ab impio Montbelgardenſi ſubſtracto tractatu meo de muneribus & honoribus editioni pararo) receptis in eiuſdem reipublicæ gratiam *l. qui Romæ. D. de verb. oblig.* Ibidem in eorum ampliſſimis ſcholis frequentiſſimo & denſiſſimo auditorio interpretatus ſum, & patriam rediens ab eis honorificentiſſimè diem vnum comitatus ſum.

---

§. * LXI.

*Olim fuit 45.

TANT que le vaſſal dort, le ſeigneur veille: & tant que le ſeigneur dort, le vaſſal veille.

Quandiu vaſſallus dormit, patronus vigilat: & quandiu patronus dormit, vaſſallus vigilat. H. D.

§. * LXII.

* Hic antiquus 62. per nouam conſuetudinem additus fuit.

C'Eſt à dire que le ſeigneur ne fait les fruicts ſiens parauant qu'il ait ſaiſi, & apres la ſaiſie les fruicts ſont ſiens iuſques à ce que le vaſſal ait fait ſon deuoir, en renouuelant toutesfois par le ſeigneur la ſaiſie de trois ans en trois ans, comme deſſus eſt dit.

Digitized by Google

SVMMARIA LXI.

1. *Verbum vigilo.*
2. *Patronus non vigilat ipso iure.*
3. *Nec tempore minoris ætatis vassalli etiam prehensione facta.*
4. *Etiam si prehensio facta sit super maiore.*
5. *Dictiones tandiu quãdiu correlationem habent.*

Allegoria.

HIc textus quamuis ἀλληγορικῶς scriptus sit, tamen nullam habet difficultatem, & eius materia in præcedentibus satis est expedita: in hoc autem consistit allegoria, quòd hîc verbum, *dormire*, pro negligentem esse, & rebus vel iuribus suis non intendere accipitur, & ediuerso verbum *vigilare* pro diligenter ad rem suam attendere, prout etiam in iure verbum * vigilare pro iurium suorum prosecutione & conditionis propriè meliorante accipitur per Vlpianum in *l. quia autem. §. sciendum. per Scæuo. in l. pupillus. in fi. D. Quæ in fraud. cred.*

* Vigilandi verbum in iure.

¶ Et in effectu sensus huius §. est quòd feudo ex defectu fidelitatis prehenso, quandiu vassallus dormit, hoc est, neglgit & differt adire patronum, & iusta facere, tandiu patronus vigilat, hoc est, rem suam agit fructus & obuentiones feudi lucrando ẽ. §. 1. & ediuerso, quandiu patronus dormit, negligit suo iure vti, & prehendere feudum sibi ex defectu fidelitatis apertum, tandiu vassallus vigilat, hoc est libere fruitur feudo suo, & omnibus iuribus inde dependentibus ac si esset in fidem admissus & inuestitus, & ita in toto hoc regno intelligitur hoc schema & loquendi figura, sic etiam quædam consuetudines ad verbum exponunt, vt Carnotens. §. 33. Aurelian. §. 6. Niuernens. §. 11. *eodem tit.* reliquos omitto.

* Patronus non vigilat ipso iure.

2. Ex his sequitur quòd* non semper siue non ipso iure patronus vigilat (vt communi Francorum loquendi modo vtar) hoc est, non acquirit sibi fructus feudi etiam aliàs aperti, etiam quantumcunque vassallus negligat fidelitatem, & iura præstare, sed tunc demum postquam manu rite iniecta cœpit de facto vigilare & suo iure vti, quo facto sibi vigilat cum effectu quandiu vassallus dormit, succisa omni spe restitutionis in integrum & omni alio remedio, vt diximus supra §. 1. *gloss.* 7. Et ita generaliter obseruatur in toto hoc regno, & seruandum est, nisi sicubi forte clarè probetur de contraria consuetudine. videlicet quòd feudo semel aperto, patronus semper & ipso iure vigilet, ita quòd post quantumcunque temporis accedat vassallus, vel eius hæres, aut successor, ad fidelitatis & iurium oblationem, non teneatur patronus eum admittere, nisi vassallus offerat & restituat omnes fructus feudi à tempore dictæ veteris apertura non clausæ, vel nisi patiatur patronum prius tanto tempore frui feudo & fructus suos facere sine homine seu vassallo, quanto vassalli possederunt sine homagio, quantumcunque non fuerint interpellati à domino, & quanto patronus caruit vassallo, seu duraut apertura: quam consuetudinem affirmant nonnulli vigere in quibusdam locis vbi non sunt consuetudines in scriptis redactæ nec homologatæ, vt Stampis: sed profecto prædura nimis & captiosa talis consuetudo & quæ emendatione indiget & reductione ad communem generalem consuetudinem huius regni, de qua *in hoc* §. 1.

3. Modo quæro, sit ne aliqua fallentia ad regulam huius §. Et prima fronte omnes dicerent quòd non. Sed ego do vobis vnam valde notabilem fallentiam ad primam partem huius textus, videlicet quando vassallus est minor viginti annis, & quoties contingit pendente prehensione feudali vassallum vel vassallos esse minores ætate idonea ad fidelitatis præstationem, quandiu enim durat illa minor ætas, patronus non facit in effectu fructus feudi suos, sed tenetur eos restituere, vel compensare cum vtilibus iuribus sibi debitis ratione eiusdem feudi. per tex. & ibi no. ẽ. §. 41.

41. Ampliatur nedum si prehensio facta sit super minoribus propter negligentiam vel dolum tutorum, & curatorum in adeundo patrono pro iudiciis, vt declarauimus in *d.* §. 41. *q.* 7. sed etiam si prehẽsio cœpta sit contra vassallum maiorem & contumacem, qui in contumacia decessit relictis pupillis, quia contumacia personalis est, & indistincte consuetudo dat minoribus illud beneficium, de quo in *d.* §. 41. vnde licet prehensio facta contra patrem maiorem perseueret de facto contra eius filios & hæredes durante eorum minori ætate, nisi inducíæ petantur, & iura vtilia debita soluantur: tamen puto, quòd interim dormiat siue sit in suspenso effectus ille rigorosus prehensionis quòad patronus faciat fructus suos in merum damnum vassalli. Et est ratio, quia dictis minoribus competit legitima exceptio dilatoria à consuetudine eis data aduersus patronum, cum iure petendi inducias eis debitas à patrono per hanc consuetudinem. Et in effectu hanc sententiam tanquam æquiorem & humaniorem, & verbis & menti nostræ consuetudinis non repugnantem (quod κατὰ τὸ ἐπιεικὲς est, iuxta æquum & bonum facere soleo hoc opere) secutus sum in *d.* §. 41. *nu.* 3. *q.* 1. *& q.* 7. Ad secundam autem partem huius textus nullam video fallentiam.

5. Vlterius circa textualia huius §. aduerte, quod istæ dictiones tandiu quandiu possunt in orationibus dispositiuis & enunciatiuis mutuam habere correlationem, ita quòd vna posita, vel expresse ponitur altera vel tacitè implicatur. Et vt colligitur ex decisione Bar. in *rub. D. de cond. & dem. col.* 3. *nu.* 10. *in fi.* significant tempus limitatum, siue (vt verbis Bart. vtar) indicant conditionem quandam extinctiuam beneficij vel dispositionis præcedentis, de quo plenius scripsi ẽ. §. 9. *gl.* 4. *nu.* 15. Tandiu igitur sibi vigilat patronus, quandiu vassallus dormit & manum dominicam contemnit, & non vltrat & tandiu sibi vigilat vassallus, quandiu patronus dormit & cessat iure suo vti, & non vltra.

Ex quo datur intelligi quod per quantumcunque temporis patronus iure feudali feudo fruitus sit, tamen quandocunque vassallo iusta offerente, feudum ei restituendum. Et quantocunque tempore patronus non fuerit vsus potestate feudali, tamen semper potest expergisci & ea vti, & si subtiliter perpendamus illud verbum, quandiu, in text. infertur quod patronus aduersus vassallum & è contra non præscribit. & hoc est indubitatum quandiu patronus aut vassallus in qualitate feudi possidet, sed interuersa qualitate huius possessionis vel quasi, non probatur in hoc textu cessare inter eos præscriptionem, sed probatur ẽ. §. 12. *& j.* §. 69. Et his paucis expedita sunt textualia huius §. materia autem in locis præcedentib. Venio ad sequentia, quia nolo ad extranea diffundi.

zed by Google

§. * LXIII.

* Hic articulus in veteri consuetudine fuit 45.

ITEM le vaſſal eſt tenu de faire les offres à ſon ſeigneur feodal, ou lieu du principal manoir, ou autre lieu dont eſt tenu & mouuant le fief. Et icelles notifier audit ſeigneur, ou l'vn de ſes officiers ſi aucuns y en a ſur le lieu, & ou ledit ſeigneur ou ſes officiers ne ſont trouuez par le vaſſal audit fief, il ſuffit notifier leſdites offres au prochain voiſin d'iceluy fief.

TEnetur vaſſallus clientelaria iura patrono offerre in loco principalis manſionis loci dominantis, vel in alio loco vnde tenetur & monetur feudum: eámque oblationem notificare patrono, vel vni ex officialibus ſuis ſi quos habeat in prefato loco. Et ſi vaſſallus nec patronum nec eius officiales inueniat in dicto loco dominanti, ſufficit illam oblationem notificare proximo vicino loci dominantis. H. D.

a Hic articulus noua cõſuetudine ita mutatus eſt.

LE vaſſal pour faire la foy & hommage & ſes offres à ſon ſeigneur feodal, eſt tenu aller vers ledit ſeigneur au lieu dont eſt tenu & mouuant ledit fief, & y eſtant demander ſi le ſeigneur eſt au lieu, ou s'il y a autre pour luy ayant charge de receuoir les foy & hommage & offres. Et ce fait doit mettre vn genoüil en terre, nuë teſte, ſans eſpée & eſperons, & dire qu'il luy porte & fait la foy & hommage qu'il eſt tenu faire à cauſe dudit fief mouuant de luy. Et declarer à quel tiltre ledit fief luy eſt aduenu, le requerant qu'il plaiſe le receuoir. Et ou le ſeigneur ne ſeroit trouué, ou autre ayant pouuoir pour luy, ſuffit faire foy & hommage & offres deuant la principale porte du manoir, apres auoir appellé à haute voix le ſeigneur par trois fois. Et s'il n'y a manoir au lieu ſeigneurial dont dépend ledit fief, & en cas d'abſence dudit ſeigneur ou ſes officiers, faut notifier leſdites offres au prochain voiſin dudit lieu ſeigneurial & laiſſer copie.

SVMMARIA §. LXIII.

1. Oblatio *iurium clientelarium debet fieri in loco dominanti, nec tenetur patronus extra locum admittere.*
2. *Fallit ſi nec vaſſallo nec eius procuratori pateat tutus acceſſus.*
3. *Item fallit ſi nulla ſit manſio in loco dominanti.*
4. *Principalis manſio pendet à deſtinatione patris fam.*
5. *Quod prius nominatur, dignius & maius cenſetur.*
6. *Denominatio certi caſtri tanquam loci dominantis in inueſtitura non eſt de ſubſtantia, ſed de ſimplici demonſtratione.*
   Poteſt patronus inuitis vaſſallis transferre caput & ſedem loci dominantis de loco ad locum intra fines eiuſdem territorij.
7. *Electio eſt vaſſalli an ad manſionẽ principalem, an cũ vnde feudũ monetur adeat iuſta oblaturus.*
8. *Error commiſſus in oblatione non purgatur in ſimplici notificatione, ſecus ſi verbum offero repetatur.*
9. *Quid principale.*
   Si ſint plures manſiones æque principales eſt electio vaſſalli.
10. *Si oblatio fiat ipſi patrono vel habenti poteſtatem inueſtiendi, non requiritur alia notificatio.*
   Ordo notificationis.
   Oblatio non prodeſt niſi à tempore notificationis.
11. *Vaſſallus non tenetur quærere nec adire patronum extra locum dominantem, etiam ſi domicilium patroni ſit vaſſallo vicinius.*
12. ¶ *Q.* 1. Oblatio *huiuſmodi non liberat à fidelitate præſtanda.*
13. *Patronus volens purgare moram, debet adire vaſſallum vel eius domicilium & non locum ſeruientem.*
14. *Receptio in fidem per manum ſupremam idem omnino operatur ac receptio ipſius patroni.*
15. ¶ *Q.* 2. *An omnia iura debeant in huiuſmodi* oblationibus *exprimi?*
16. *Forma ad maiorem cautelam obſeruata non inducit neceſſitatem.*
17. *Solutio, quòd oblatio debet eſſe ita clara & certa, vt patronus ſcire & deliberare poſſit, quid eligere debeat.*
18. *Reiiciuntur formulæ & captiones verborum.*
   Quod eſt in relato, cenſetur ſpecificatum in referente.
19. 20. 21. *Emens feudum certo franco non diſtributo pretio, quomodo faciet oblationes ſuas patrono reſpectu feudi, &c.*
22. *Cuius impenſis debeat fieri æſtimatio.*
¶ *Q.* 3. *Vtrùm nouus acquiſitor feudi teneatur etiam iura præteriti temporis* offerre?
23. 24. *Et an ſufficiat generalis oblatio? Reſpon. non niſi patronus interpelletur, vt præteriti temporis iura declaret.*
25. *Quid in feudis quæ reguntur more Vulquecinit*
26. *An oblatio debeat eſſe realis?*
27. *In ſimplici oblatione ſupernacua eſt verbalis exhibitio fidelitatis.*
28. *Oblatio poteſt prouiſionaliter fieri.*
29. ¶ *Q.* 4. *Vnus ex conuaſſallis non tenetur* offerre *iura, niſi pro parte ſua.*
   Nec tenetur vaſſallus pluries nec pluribus dominis offerre.

Digitized by Google

PAtronus pro iuribus feudalibus non debet adire patronum, sed è conuerso, cliens debet adire patronum, vt vulgo dicitur, & hic patet, quia patronus non tenetur interpellare vassallum vt iusta præstet, sed horum defectu rectè manum iniiciet feudo. Ediuerso, vassallus siue obuiare velit futuræ prehensioni, siue ea facta recuperare feudum, tenetur reuerenter adire patronum, eique iusta offerre.

¶ Et vt textualia paucis expediamus, hic tex. diuiditur in duas partes, in prima loquitur de loco in quo debet fieri oblatio plurium feudalium. In secunda ibi *& icelles*, loquitur de notificatione oblationum.

11. ¶ Ex prima parte not. quod patronus non tenetur admittere oblationem & præstationem fidelitatis & obsequij clientelaris, quocunque etiam alias idoneo loco & tempore fuerit inuentus à vassallo, etiam in domicilio ipsius patroni: sed potest eum cogere, vt personaliter veniat ad mansionem * principalem loci dominantis, vel ad locum vnde specialiter mouetur feudum & ibi fidelitatem præstet patrono, vel habenti potestatem ab eo si ibi inueniatur, alias præstare offerat, deinde oblationes debite notificet, patet in hoc text. in quo vassallus tenetur, & obligatur ad duo, siue ad vnum qualificatum. Primo, ad offerendum patrono. Secundo, ad hoc faciendum in mansione principali vel loco vnde feudum tenetur, & sic non sufficit vnum sine altero, nec sufficit factum sine qualitate, iura sunt trita, & in præcedentibus satis allegata. Si igitur vassallus fidem & iura præsenti etiam alias non impedito patrono & in eius domicilio offerat extra dicta loca, siue patronus expresse recuset, siue nihil respondeat, ipso iure non valet oblatio, nec constituit patronum in mora, nec protegit vassallum à periculo vel damno prehensionis feudi factæ vel fiendæ, quoniam locus fidelitatis præstandæ vel offerendæ in honorem patroni & eius fauorem præstitutus est: & est pars clientelaris obsequij & seruituris feudalis per hunc text. Quemadmodum etiam habetur in iure, quòd debitor obligatur soluere vel aliquid facere aut præstare certo loco fauore creditoris apposito, si hoc alibi offerat etiam præsenti creditori & in eius domo, nullius est momenti hæc oblatio, nec liberat offerentem à mora incursa vel incurrenda, & periculo. *l. qui Romæ. in prin.* & ibi per omnes docto. *D. de verb. oblig. l. 3. D. de eo quod cert. loc.* & hoc nisi creditor vel patronus oblationem extra locum debitum factam acceptare velint, prout sæpe apud nos patroni benigne indulgere solent vassallis. Et raro opportune additi solent refutare & remittere ad locum requisitum.

Ampliatur præfatum notabile, etiam si vassallus iusto impedimento detineatur quo minus ad locum requisitum proficisci possit, quia potest mittere procuratorem specialem. Et iuste, quamuis quandoque cum rigore potest patronus exigere, vt vassallus in hoc casu saltem per procuratorem compareat & iusta faciat vel offerat in loco debito.

2. Fallit, si nec vassallo (sine sui culpa) nec procuratori suo tutus pateat accessus ad locum debitum, quia tunc valida erat & efficax oblatio alias debita facta & notificata extra locum debitum: & tenetur patronus etiam si accessum non impediat admittere. non enim intelligitur hæc consuetudo in casu impossibili, sed hoc semper in omni dispositione censetur exceptum, nec patronus audiendus esset impossibilia exigens vel hoc prætextu intercipiens vassallum. *l. impossibilium. cum* ibi not. per gloss Albert. & Dec. *D. de reg. iur.*

3. Item fallit, si nulla sit mansio nec vetus nec noua in loco dominanti, prout contingere potest: quia tunc dico quod vassallus potest oblationes suas facere ad personam patroni, nedum in domicilio patroni, sed etiam in quouis alio loco honesto, & ad hunc actum congruo & opportuno eum inuenerit, secundum quod alias de iure communi oblatio & solutio fieri potest, iuxta not. in *d. l. qui Romæ. D. de verb. oblig. in l. acceptam. D. de vsur. in l. si soluturus. D. de solut.* Et ratio est, quia hoc casu deficiunt termini huius consuetudinis, & sic ad ius commune recurrendum est. Vnde non tenetur vassallus hoc casu transferre, nec potest patronus eum remittere ad prædia vel campos loci dominantis, & idem multo fortius dicendum quando nullus est locus dominans: sed feudum dominans consistit in iure vel iuribus incorporalibus, prout de facto vidi in quodam nobili, qui totum domanium cuiusdam feudi sui subinfeudauerat.

4. Quòd autem in hoc text. in fine primæ partis dicitur, vel in alio loco vnde feudum mouetur ideo expressum est, quòd aliquando & sæpe contingat patronum veteri & antiqua loci dominantis mansione derelicta * nouam in eo ædificare, ibique habitare & principalem mansionem (quæ in destinatione patrisfam. consistit) constituere, prout visuntur adusque multa antiqua castra & arces ruinosæ, & fere in totum diruræ, à quibus ab antiquo mouentur feuda ab eodem loco dependentia, & sub illius veteris castri vel eius dominatione recognoscuntur insequendo & continuando formam veterum inuestiturarum, & tamen tota & principalis mansio loci dominantis est in nouo castro vel ædificio separato. Et sic nota. ex hoc tex. quod non tenetur vassallus pro iustitia & validitate suarum oblationum adire vetus castrum, siue locum, etiam sub cuius nomine adhuc hodie feudum renouatur, & in quo nullus habitat dummodo sit vna alia mansio principalis in loco dominanti: sed omnino sufficit hanc principalem mansionem quæ pro tempore præsenti ad habitandum destinata est adire, & ibi oblationes facere, vt patet in textu.

5. ¶ Sed quæritur, vtrum sufficiat vassallo oblationes facere in dicto veteri loco ruinoso, eas postea notificando non adita principali mansione præsentis temporis, & nulli ibi oblatione facta, ita quod sit electio vassalli: vtro in loco actualem oblationem faciat, in veteri vel in nouo? & videtur quod non, tum quia principalis mansio primo loco nominatur, & sic præferenda & prius adeunda videtur, quod enim prius nominatur, censetur dignius. *c. quorumdam.* & ibi glo. *de elect. in 6. gl. in c. bene quidam, in verb. Mediolanensem. 96. di. etiam censetur maior. l. 1. D. de albo scribendo.* Bal. in *l. cum quidam. in 3. oppos. C. de verb. significat.* Ang. in *l. generaliter. §. si quidem. D. de fideicommiss.* Et magis delectum est præponendum. *l. quotiens. D. de vsufruct.* vbi si duobus alternis annis vsusfructus relinquatur. Primo, nominatus incipit habere vsumfructum, quia magis dilectus videtur, de quo plenè per Phil. Dec. in *ca. Nicol. col. 1. de appell. in ca. auaritiæ. col. 1. 2. de præb.* Tum quia ratio subiectæ materiæ, & id quod rei gerendæ aptius est debet attendi. *l. quoties idem sermo. de reg. iur.* Sed hic agitur de actu & obsequio clientelari, quod non fit rei sed personæ, nec refertur ad rem sed ad personam. Igitur principalis mansio quæ ad habitationem patroni destinata est prius debet (si detur accessus) adiri, non autem locus desertus & antiquus nisi subsidiarie, & deficiente aditu mansionis habitatæ.

6. Nec obstat quòd sub denominatione veteris & nõ noui castri fiunt renouationes feudorum, quia dico (& est veritas) quod denominatio veteris castri vel loci (etiam si constet de originali infeudatione & concessione feudi facta ad onus quod feudum penderet & teneretur à tali castro) non stet de substantia (quantum ad ipsum corpus) certi castri, sed simplici demonstratione loci principalis, quod est velut totius loci dominantis. vnde est in libera potestate & facultate patroni illud primum castrum diruere & aliud nouum in qualibet parte territorij loci dominantis construere. quo facto non erunt vassalli vno modo liberati à fidelitate præstanda, imò astricti vt prius, & tenebuntur nouum

* Oblatio fieri debet in loco principali.

* De noua mansione domini.

* Prior mansio.

caſtrum adire tanquam caput loci dominantis, & in illo ſolo deinceps verificantur præfata verba originalis conceſſionis feudi, *fac. ca. cum Epiſc. de offic. ordin. in 6.* bene verum eſt quod quando patronus non diruit vetus caſtrum, ſed nouum, vel aliam domum pro habitatione ſua conſtruit in loco dominanti, tunc in dubio non cenſetur velle transferre caput loci dominantis, ſed commodius vel habitare, quandiu ſpes eſt quod caſtrum vetus inſtaurari & habitari poſſit à patrono: ſecus ſi vetus caſtrum vel caſu fortuito in totum ſit dirutum, vel etiam eo ſtante ſi conſtet caput & ſedem loci dominantis in totum tranſlatum in nouum caſtrum vel nouam manſionem, quod etiam inuitis vaſſallis, infra tamen limites eiuſdem territorij loci dominantis facere poteſt patronus, vt dixi, ſiue vetus caſtrum funditus diruat ſiue non.

7. Sed ne nimium efferar veniendo ad reſolutionem quæſt. propoſitæ, dico, quod illa ſecunda pars alternatiua principij huius text. ibi, *ou autre dont eſt tenu & mouuant ledit fief.* non intelligitur de qualibet manſione ſita in territorio loci dominantis à quo feudum dependet & alia à manſione principali: ſed intelligitur duntaxat de certo loco territorij dominantis à quo ab antiquo & aduſque feudum tenetur & mouetur, ſaltem ſub cuius expreſſione & denominatione ſolitum eſt adhucuſque recognoſci & renouari, ſiue ſit vetus caſtrum, turris aut domus, dummodo non ſit omnino deſtructa, & non conſtet caput & ſedem in totum alibi tranſlatam, quamuis patronus habeat pro tempore aliam principalem manſionem in eodem territorio, in ipſo vel ſui reſident. & in his terminis loquitur hic text. dicens quod tenetur vaſſallus oblationes facere vel in manſione principali, vel in loco vnde aduſque feudum dependet & recognoſcitur. Et ſic pro reſolutione quæſt. dico eſſe in mera electione vaſſalli, vtrum horum locorum adeat pro ipſo acto oblationem, quia iſte text. non obligat vaſſallum niſi ad alterutrum alternatiue, imo duplici & geminata alternatiua, & ſic non eſt ſuper hoc diſputandum. Amplio etiam, ſi conſtet vaſſallo patronum præſentem tunc & reſidentem eſſe in principali manſione ſiue prohibitione acceſſus, quia nihilominus poteſt oblationes facere in loco veteri & ſolito: ſed etiam ceſſante impedimento & patente acceſſu tenetur illico præfatas oblationes notificare ipſi patrono, adeundo eum in principali manſione, alioquin corruent oblationes tanquam clandeſtinæ, vt ſtatim dicetur.

8. Vlterius circa hanc primam partem quæro, pone * plures eſſe manſiones in loco dominanti, vaſſallus autem ſiue errore ſiue alias non acceſſit ad principalem manſionem, nec ad locum vnde mouetur & recognoſcitur feudum, ſed acceſſit ad quandam manſionem loci dominantis minus principalem, & ibi oblationes ſuas fecit, deinde illas notificauit ipſi patrono in principali manſione, vel eius officialibus ſecundum quod habetur in ſecunda parte huius text. Vtrum valeant huiuſmodi oblationes? videtur quod ſic, quoniam notificatio totum actum oblationum cum modis & qualitatibus ſuis nedum tacitè, ſed etiam expreſsè refert & continet, igitur valent in vim nouarum oblationum, notificationi exiſtentium, & hoc ſaltem ſi huiuſmodi plena notificatio fiat perſonaliter per ipſummet vaſſallum, vt ſpecialem procuratorem in caſu iuſti impedimenti, ita quod in hac notificatione intercueniant omnia, quæ requiruntur, & ſufficiant ad validas oblationes, & eo maxime ſi notificatio fiat ipſimet patrono, & ſi conſtet vaſſallum non ex contemptu, ſed per ignorantiam minus principalem manſionem adiiſſe. Quibus non obſtantibus dicendum, nec oblationem nec notificationem valere. de oblatione patet per hunc text. de notificatione probatur, quia qui tantum notificat nihil de nouo agit nec diſponere intendit. *arg. l. hæres palam. §. ſi quis poſt. D. de teſta. cum vulg.* & ſic non offert de nouo, ſed refert oblationem iam factam qualis fuit & adhuc eſt, ſcilicet vitioſam & nullam. Et hæc procedunt ſi notificans remaneat in terminis meræ notificationis: ſecus ſi vltra procedendo addatur vulgaris & ſalutaris illa clauſula & in quantum opus eſt de nouo & iterum offert, quia tunc in vim nouæ, & expreſſæ oblationis valet actus, & hoc dummodo alia omnia requiſita iterent adſint & repetant, videlicet quod hoc fiat per ipſummet vaſſallum, vel per procuratorem in caſu in quo per procuratorem poteſt fidelitas offerri & præſtari. de obſeruatione autem vel repetitione ſuperſtitioſæ quorumdam ſolemnitatis in diſtinctione, ſupplicum manum coniunctione, flexibus genuum in ſimilibus iudicris nihil dico, quia non ſunt de ſubſtantia nec de decentia inter bonos & graues, nec apud nos curantur, *vt §. 2 gloſſ. 3. num. 5.*

9. Quid ſi in loco dominanti ſint plures manſiones æque principales? & videretur deficere primo pars alternatiua principij huius text. quaſi nulla ſit principalis manſio, ex quo omnes ſunt æquales. * Principale autem proprie præeminens ſignificat, & ad vnum & ſingulare refertur, & dicitur relatiue & reſpectiuè ad reliqua tanquam minus principalia. Et ſic videtur quod diſpoſitio & obligatio huius text. remaneat in altera parte alternatiuè duntaxat. vt hoc caſu neceſſe ſit vaſſallo ipſum locum vnde feudum mouetur adire pro actu oblationum feudalium. Contrarium puto, quòd ſit in eius libera electione & facultate adire quamlibet dictarum manſionum æque principalium vel locum vnde mouetur feudum, & ſatis eſt quod quælibet dictarum manſionum poteſt dici principalis facto ipſo & deſtinatione patroni, cuius & huius §. prætextu non debet vaſſallus decipi, nec à patrono intercipi. facit quod poteſt quis habere plura domicilia atque principalia in diuerſis locis. *l. Labeo. l. aſſùmptio. §. inſpru. D. ad municipal.* & quod tunc ſidem de vno quod de alio maxime in eius præiudicium indicatur.

* Principale quid dicatur.

10. Modo venio ad ſecundam partem text. noſtri de notificatione oblationum. & not. quod aliquando oblatio fit in præſentia patroni vel habentis mandatum & poteſtatem inueſtituram renouandi: & hoc caſu non loquitur text. quia tunc non requiritur alia notificatio iuxta *regulam. c. cum qui certus. de regul. iur. in 6. inuſtis not. §. 14. num. 11.* Aliquando oblatio fit in loco debito, ſed patrono vel alio poteſtatem habente non præſente: & tunc * debet notificari ſecundum formam gradualem quæ hic habetur. Non enim ſufficiet notificare extraneo quamuis vicino propinquo loci dominantis, ſi poſſit notificari colonis aut famulis patroni in loco dominanti exiſtentibus. rurſus non ſufficit his nouificari, ſi notificari poſſit officialibus patroni (inter quos nedum bailliuos ſeu deputatos exercendæ iuriſdictioni loci, & procuratores, quos vocant fiſcales & receptores vel procuratores generales qui propriè officiales ſunt, ſed etiam hoc caſu commiſſarios deputatos ad regimen feudi ſi iam prehenſum ſit comprehendi puto) in loco dominanti exiſtentibus, per quos veriſimile eſt, citius peruenturum ad notitiam patroni. Rurſus non ſufficit his notificaſſe, niſi etiam notificetur patrono, ſi ſit in loco dominanti, & ad eum facilis pateat acceſſus. Et poteſt huiuſmodi notificatio fieri etiam ex interuallo, & per quemcunque ad hoc deſtinatum à vaſſallo, dummodo alias oblatio ſit recte facta & in loco debito. Tamen quando notificatio fit ex interuallo, oblatio non prodeſt nec protegit niſi à tempore notificationis, quia in iſto caſu huius §. notificatio eſt pars oblationis.

* Si plures manſiones ſint patronus habeat in qua offerre vaſſallus debeat.

* Ordo notificationis.

11. Iuxta hæc quæro, pone patronum & clientem in eadem ciuitate morari, & forte in eodem vico, dormiente ſeu ceſſante patrono, cliens adit manſionem principalem loci dominantis diſtantem à ciuitate

decem forte vel viginti miliaribus, & ibi oblationes facit, & secundum formam huius §. existentibus in loco (in quo forte non morabantur nisi ruralibus operis dediti) vel vicinis notificauit, & confectis inde per notarios instrumentis rediit ad domum suam: post aliquod tempus ignorans patronus factum vasalli à quo forte vix à limine vel in transitu salutabatur, manum iniecit feudo tanquam aperto ex defectu fidelitatis, vasallus se opposuit, deinde produxit instrumentum oblationum & notificationis præcedentis, vtrum prehensio iudicanda sit nulla? videtur quod sic per hunc text. vbi satis apparet in illa clausula, *Et eò ledit feignetur, &c.* quod vasallus non tenetur adire nec quærere patronum extra locum dominantem, ita quod validæ sunt oblationes factæ & notificatæ in loco dominanti, iuxta formam huius §. licet non sint factæ nec notificatæ in domicilio patroni, siue domicilium patroni erat vicinum, siue remotum, siue commodè aditi poterat patronus extra locum dominantem, siue non, quia consuetudo aliud non requirit fieri quam in loco dominanti & iuxta illud, nec est * nostrum addere litteræ, nec est plus requirendum quam lex requirat. *l. Gallus. §. videndum est, ibi, nihil enim addidit.* vbi hoc not. Bal. in 5. *nota. D. de liber. & posthu.* & no. ī. §. 1. *gloss.* 4 *num.* 9. & ita dicendum est in dubio: sed si non sumus in dubio, sed manifeste constet quod vasallus quamuis conciuis & vicinus nunquam iusta obtulit ad personam patroni, nec de hoc nec de oblationibus vnquam illi locutus fuerit, sed velut secreto seu clam à patrono factum diu tacuit, puto ex tota vicinitate & temporis lapsu præsumptionem quandam esse fraudis aduersus clientem, quòd studuerit hoc celare patronum, & sic videretur quod hoc casu huiusmodi oblatio non deberet prodesse vasallo, quoniam inter patronum & clientem nulla fraus, nullum malum ingenium versari debet. *cap. quoniam de prohib. feud. alien.* per Lotham. in *vsib. feud.* subsisto tamen, tum quia præsumptionibus non est iudicandum, tum quia patronus & cliens non debent ad imparia iudicari. *ex. vnico, in fi. de form. fidel. in vsib. feud.* sed patronus prehendens feudum non tenetur hoc notificare personæ clientis, nec ad eius domicilium, sed sufficit existentibus in loco aut vicinis notificari, vt not. ī. §. 1. *gloss.* 4. *num.* 2. igitur idem dicendum & concedendum in vasallo, vt sufficiat oblationes notificare in loco dominanti secundum formam huius §. qua seruata non tenetur notificare personæ patroni, nec ad eius domicilium, nec est recedendum à verbis consuetudinis vt dictum est. Concludendo dico retractandam esse prehensionem cum restitutione fructuum, sed absque impensis, damnis & interesse respectu patroni vsque ad tempus prolati & editi instrumenti oblationum. ex his textualia satis expedita sunt, nec altius ingrediendo materiam huius §.

* Nihil addendum litteræ.

12. QVÆRO primo circa effectum harum oblationum, supposito quòd ritè rectéque factæ sint, An sint * eiusdem effectus sicut receptio in fidem? Breuiter respond. non: tanta est enim differentia & tanta similitudo inter huiusmodi oblationes & renouationem investituræ, quanta differentia & similitudo inter legitimam & congruam oblationem debiti & realem solutionem vel acceptilationem creditoris. Vnde quemadmodum per simplicem oblationem non soluitur obligatio nec liberatur debitor quin interpellans soluere debeat, & in vltima morâ constituatur. de quo per doct. in *l. si mora. D. sol. mat. in l. qui Romæ in princ. de verb. obl. in l. acceptam. C. de vsu.* ita per huiusmodi oblationes, licet interim vasallus sit in tuto à prehensione feudi quasi patrono in mora constituto, tamen non est sublata nec clausa apertura feudi, nec vasallus vllomodo liberatus est à fidelitate præstanda, licet verbaliter ex parte sua quantum in se fuit eam præstiterit (vt moris est) sed superfluo

* Oblatio non est eiusdem effectus ac receptio in fidem.

A tempore oblationum, illa enim verbalis agnitio & fidelitatis præstatio à solo cliente facta, non est fidelitatis præstatio nec agnitio: quum iste sit actus duorum, scilicet patroni & clientis simul, & non alterius tantum, vt dictum est *supra* 35. *gloss.* 2. *num.* 23. est igitur oblatio desiderium & realis conatus fidelitatem præstandi, & non obstantibus quibuscunque oblationibus vasalli, vel etiam (quod fortius est) iniustis recusationibus patroni, etiam sine alia noua mutatione feudi, potest patronus interpellare clientem de fidelitate præstanda offerendo eum recipere iuribus debitis solutis.

13. Et hoc casu patronus volens purgare moram, debet adire vel mittere ad personam vasalli vel eius domicilium, iuxta not. Bar. in *l. in illa D. de constit. pecu.* Nec sufficeret adire locum feudi seruientis, & ibi notificare secundum nota. suprà §. 1. *gloss.* 4. *num.* 2. quia huiusmodi purgatio moræ non est actus feudalis, sed præparatio ad actum feudalem. Quod si vasallus congruo loco & tempore interpellationis non paruerit, posterior mora priorem & omnem effectum absorbet. *l. illud. D. de pericu. & commod. rei vend. l. interdum. in fi. l. si ferunum. §. sequitur. D. de verb. oblig.* Et sic patronus ipso iure reponitur in statu in quo erat ante oblationes vel moram suam, & potest manum iniicere & frui, iuxta formam §. 1. *supra eodem*, donec satisfactum sit. Huc cæperam colligere casus in quibus oblatio fidei tantum operatur quantum admissio in fidem, & in quibus non idem operatur. Sed tum breuitatis causa omisi, tum quia satis colligi possunt ex notab. supra §. 35 *gloss.* 2. *q.* 7. *& q.* 8. *& alibi in discursu huius tituli.*

14. Si verò vasallus factis oblationibus nolit in suspenso manere, debet in ius vocare patronum, & concludere, vt iuribus si qua debita sint receptis, teneatur eum in fidem admittere & inuestire, alioquin quòd ad recusationem iuribus consignatis recipiatur à iudice per manum (vt aiunt) supremam. Et ad hoc solent rescriptum regium impetrare, quod non puto necessarium: quum istud iure communi legis feudalis competat & debitum sit. Et eiusmodi consignatio iurium in iudicio, & admissio per iudicem facta eundem omnino effectum operatur atque receptio patroni & solutio iurium, quantum ad liberandum vasallum in perpetuum à solutione dictorum iurium & à fidelitate præstanda eidem patrono. *l. obsignatione. C. de solut.* Tum factum iudicis reputatur factum partis. *l. 1. C. si ob cauf. indi. pign. cap. sit.* Adde not. supra. §. 1. *gl.* 3. 1. 2. *& §. 6. glo. 2. quæst.* 1.

15. SECVNDO quæro, Vtrum sit necesse quòd vasallus in * suis oblationibus omnia iura feudalia à patrono eligenda nominatim specificet? Dudum audiui antiquos aduocatos præfecturæ Parisiensis tenentes quod sic, & alioquin corruere oblationes, quorum sententia fundari potest. Primo in communi vsu & obseruantia modi & formæ faciendi huiusmodi oblationes, in quibus vasalli ne forte aliquid desit, & ne sit quod desideretur vel reprehendatur, solent omnia nominatim exprimere, puta si nouus vasallus acquisiuit feudum donatione vel permutatione, offeret fidelitatem & homagium ratione talis feudi tali titulo acquisiti, vna cum releuio, videlicet prouentus vnius anni, vel secundū proborum arbitramētum decem libras ad optionē & electionem patroni. Secundo fundari potest in §. 47. *supra eodem*, vbi vasallus certam summam specifice offerre debet, vt patronus vnum de tribus expressis eligere possit, & sic videtur vasallum teneri etiam reliqua ibi alternatiuè expressa specificè offerre, quia non potest offerri electio plurium iurium, nisi pluribus iuribus expressis.

* Oblatio qua iura feudalia à patrono eligenda continere debeat.

16. Sed primum fundamentum non valet, quia quando certus modus vel certa forma seruantur ad maiorem cautelam, vel ex mera facultate, non obligat

nec

nec facit ius, nec inducit communem obſeruantiam, vt A
diximus ſ. §. 1. *gloſſ.* 4. *q.* 1. *nu.* 11. 12. Et ſic dato quòd à tempore antiquiſſimo vaſſalli in eorum oblationibus ſolitu ſint cũcta ſigillatim exprimere: non ſequitur quod illa ſpecifica expreſſio ſit neceſſaria vel de forma: ſed quod potius ad abundantiorem cautelam fuerit facta. iuxta no. in *l. ſtipulationes commodiſſimum*, & ibi per Paul. & alos *D. de ver. oblig.* & ad ſummũ ſatis eſt quòd non apparet ſolitum eſſe per ſententias arreſtis conformatas reprobari oblationes, quæ non eſſent in forma illius ſolitæ expreſſionis. Secundum autem fundamentum non concludit, quia in d. §. 47. conſuetudo non determinat quanta eſſe debeat ſumma vnica à vaſſallo offerenda: ſed relinquit arbitrio vaſſalli, & vult quod tenearur certam quandam ſummam offerre, quæ ratio B
ceſſat duobus aliis alternatiuè conjunctis in d. §.

17. Et ſic pro reſolutione concludo, quod non requiritur illa ſpecifica & ſcrupuloſa expreſſio omnium iurium quæ poſſunt cadere in releuium & eligi à patrono, dummodo oblatio ſit aliàs clara & certa, ita quod ex illa ſcire poſſit & debeat patronus quæ & qualia iura ſibi debeantur, & quid eligere poſſit. Secus ſi oblatio ſit incerta, ita quod patronus non poteſt ſcire nec deliberare quid eligere debeat, quia tunc irrita eſt oblatio, nec elidit prehenſionem factam, nec impedit fiendam. Vnde ſi donatarius nouus vaſſallus offerat patrono fidem, homagium & releuium de conſuetudine & ſecundum naturam feudi debitum, etiam ſi exhibeat literas acquiſitionis, alio non expreſſo, non valet hæc C
oblatio, quia patronus non eſt certus nec poteſt deliberare quid eligat pro releuio, ex eo quod vaſſallus nullam certam ſummam expreſſit, quæ eſt vnum de tribus eligendis. Si vero vaſſallus dixerit, offero fidelitatem & decem libras, vel alia quæ debentur pro releuio, valet oblatio, quoniam per relationem ad conſuetudinem quam ſcit vel ſcire debet, patronus ſatis redditur certus, nec audiendus eſſet ad impugnandum oblationem ex eo quod non eſt facta expreſſio & oblatio ſpecifica prouentus annui, vel arbitramenti proborum, idque ad electionem patroni.

* Reijciendæ captiones & dec pulæ verborum.

18. Quoniam iſtud eſſet meta* captio & cauillatio verborum penitus irridenda. *l. pen. D. ad exhi. l.* 2. §. *traſtori, ibi, aut verba cauillatus. D. ad ſenat. Tertull.* & explodi debent huiuſmodi formulæ & decipulæ & aucupia verborum per quæ cadens à ſyllaba cadit à cauſa. D
l. 1. *& per tot. C. de form. ſublat.* imò per expreſſam relationem & conſuetudinem cenſentur expreſsè oblata & prouentus annui & proborum arbitramentum, & ius eligendi in eadem conſuetudine expreſſa. *l. in ſumma. D. de re iudi. l. vbi autem non apparet. §. illud. D. de verb. obliga. l. ſi ita ſcripſero. D. de con. & demon.* Et

* Relatum inest referenti.

illud quod eſt in* termino relato cenſetur ſpecificatum in termino referente, inquit Bal. in *l. quid interrogatus §. niſi forte per illum text. D. de interrog. actio.* & idem dicendum in ſimilibus, puta in emptore feudi, qui exhibitis literis emptionis, vel ſi non ſit confecta ſcriptura, contractu toto clarè explicato obtulit fidelitatem & iura quæ debentur de conſuetudine & ex natura feudi & acquiſitionis ſuæ, alio non expreſſo, puto E
huiuſmodi oblationem validam & efficacem, quia per relationem ad conſuetudinem & ad contractum de quo debite certificatus eſt patronus ſatis virtualiter & ſpecificè oblatum videtur quintum pretij. Secus ſi huiuſmodi oblatio fieret ſine exhibitione literarum & plena notificatione acquiſitionis feudi, quia tunc tanquam incerta non valeret.

19. Si quis certo franco non diſtributo pretio emerit feudum & cenſuale prædium ab eodem venditore, vel hæreditatem in qua erant feuda & cenſualia prædia, quomodo reſpectu feudorum, faciet oblationes ſuas patrono reſpectu feudi, vt non poſſit iuſte prehendere, vel prehenſionem factam continuare cum lucro fructuum? Et videretur non ſufficere facta exhibitione literarum acquiſitionis offerre fidelitatem & iura quæ debentur in genere. Non obſtant not. in quæſtione præcedenti, quia ibi ex natura & qualitate acquiſitionis notificatæ quæ certum & determinatum feudi pretium continet, ſtatim certior efficitur patronus de iuribus ſibi debitis. Et ſic per relationem ad certum & liquidum oblatio eſt certa & liquida. Secus eſt hic vbi alia ratio pactum reformat, quia forma contractus non continet certum determinatum feudi pretium: & ſic oblatio ad acquiſitionem relata, nec aliunde liquidata remanet obſcura, incerta & inualida, fortius nedum obſcura, ſed captioſa videtur, quia cum facta huiuſmodi oblatione patronus debeat infra quadraginta continuos dies deliberare, & cum effectu eligere retractum feudi, vel quintum pretij (quod non poteſt facere propter incertitudinem pretij refundendi vel acceptandi) ſequitur dicendum duorum alterum, vel oblationem eſſe nullam tanquam imperfectam, & non aſtringere patronum, nec facere quod ei tempus currat. Quod non eſt iniquum & ſatis facto emptoris, qui taliter contraxerit imputandum, vel patronus per factum emptoris incidet in captionem & periculum amittendi dilationem deliberatoriam, quæ breuis eſt, & conſequenter ius ſuum, interim dum de liquidatione pretij diſquiritur: quod eſt iniquum, & omnino ſi alterutrum capi oporteat iuſtius eſt emptorem potius capi & damnificari vtpote cum ab initio ſcire debuerit qualitates & conditiones rei, & tam ſibi quàm patrono prouidere poterit. *l. qui cum alio. D. de regul. iur.* Paratiſque & expeditus, & re explorata ad petendam inueſtituram venire debuerit. *l. qui in alterius. D. de reg. iur.* Et merito ferendus eſt patronus, ſed non inueſtituram poſtulans emptor ignorans certam & veram quantitatem pretij feudi ſibi venditi.

20. Rurſus conſidero durum nimis eſſe adſtringere emptores & contrahentes ad exprimendam & determinandam certam pretij ſingularum rerum quantitatem: quàdo plures res vel ius vniuerſale venduntur. hoc enim eſſet contra libertatem commerciorum, & publicam vtilitatem, quæ coarctari non debet vt ſæpe diximus. Vnde quamuis noua conſtitutio hoc anno 1539. die 6. Septembris publicata §. 180. iubeat ſub pœna nullitatis contractus, in omnibus contractibus ſeu inſtrumentis rerum feudalium vel cenſualium exprimi, à quibus mouentur, & qualia ſint onera dominicalia: quod etiam quædam locales conſuetudines ſub pœna arbitraria cenſuerant, vt conſuet. Niuernenſis tit. *des cenſes. §. pen. & fin.* Non tamen adigit ad exprimendum pro vnoquoque feudo vel cenſuali prædio certum & determinatum pretium, & bene, multa enim accidere poſſunt, vt (vel ceſſante directorum dominorum fraude) non expediat contrahentibus, vel non vacet tunc ſingularum rerum pretia æſtimare & diſtribuere vel concluſionem contractus eo vſque differre. facta autem huiuſmodi venditione non eſt æquum emptorem feudi in periculo eſſe ſtatim imminente patrono fructus amittendi donec liquidato pretio feudi, claram & perfectam oblationem facere poſſit. Clarum eſt enim venditionem eſſe perfectam & puram quamuis nondum ſingularum rerum pretium notum ſit, quia in rerum natura eſt certum quod ſufficit. *l. hæc venditio §.* 1. *D. de contrab. empt.* Sufficit etiam vnius totalis pretij certitudo ad perfectionem venditionis, licet nulla ſit facta pretij diſtributio. *l. eum eiuſdem. D. de edil. edict.* & ſic illico virtus prehenſoria in feudis aperta eſt per not. ſupra §. 20. *gloſſ.* 3. Nec etiam æquum eſt patrono interim currere tempus retractus feudalis.

21. Quare rem omnem iuſtis decretis temperando iuxta *l. in ambiguis. in fi. D. de regul. iur. in l. bona fides. D. depo. & quæ not.* 5. §. 51. *nu.* 86. Dico in præfato themate ſufficere plenam acquiſitionis qualis eſt,

notificationem fidei & iurium ex acquiſitione debitorum oblationem ad impediendum vim imminentis, vel ſuſpendendum effectum iam factæ prehenſionis feudi. Satis eſt enim quantum ad hoc nihil dominum celari, & oblationem ipſam per relationem ad acquiſitionem pene notificatam intantum eſſe certam à patrono, iuráque ei debita intantum nota & liquida, quantum veritas & natura actus & præſentium rerum ſtatus ferre poſſunt. Sed prout non tenetur patronus inueſtire emptorem, niſi ſoluto quinto quoque & ſubquinto denario, & ſic (niſi concordauerint) prius liquidatione facta. Ita non curret patrono tempus quadraginta dierum ad retrahendum, niſi liquidatione huiuſmodi facta & patrono notificata. Ea autem facta ſic eligat patronus quintum pretij, & emptor non ſoluat, ſed remaneat in vltima mora, poterit patronus manu injecta & defectu hominis & iurium fructus ſuos facere, vel ſi iam prehenſio facta erat, non tamen leuatione manus reſoluta, ſed per ſuperuenientem oblationem, fortè etiam per inducias ad tempus à patrono datas infra quas fieri debet liquidatio ſuſpenſi ipſo iure ſine noua prehenſione reſumit vires & effectum commiſſi fructuum.

22. Sed modo quæritur cuius impenſis fieri debeat dicta æſtimatio & liquidatio? Breuiter dico, quod impenſis emptoris ſeu vaſſalli niſi malit certam ſummam pro vera æſtimatione quinti denarij offerre. Quo facto poteſt patronus acceptare, vel ſi ſuſpicetur infra condignum offerri, poterit ipſe impenſas æſtimationis prorogare ſub periculo euentus, vt videlicet ſi quòd appareat emptorem notabiliter infra iuſtum obtuliſſe teneatur nedum quod iuſtum eſt offerre & ſoluere, ſed etiam impenſas æſtimationis reſarcire, nec non etiam fructus ſi fore manus injecta erat fundo, quia interim propter oblationis inſufficientiam & defectum ſemper remanſit in mora: & conſequenter prehenſio in vigore ſuo. Cæterum modicus defectus, puta vnius nummi, vel circa, non eſſet imputandus nec conſiderandus. *l. quamuis*, & ibi Bal. Imol. *D. de condit. & de.* ſi verò oblatio non inueniatur minus ſufficiens, patronus voluntarias æſtimationis impenſas amittat. Plura ſuper æſtimatione & portione pretij dici poſſent, quæ remitto *ſ. tit. ſeq.* §. 60. *quæſt.* 5.

23. ¶ Sed iuxta hæc tertio quæritur, vtrum oblatio noui acquiſitoris, qui debite obtulit iura acquiſitionis ſuæ, vitietur ex eo quod non obtulit iura debita ab authore & prædeceſſoribus authoris ſui? Breuiter reſpon. diſtinguendum, vt ſcripſi 3. §. 1. *gloſſ.* 9. *quæſt* 4. *num.* 19. quia ſi veteres aperturæ fuerunt clauſæ, non tenetur offerre: ſi verò à prædeceſſoribus non fuit renouata fidelitas, tenetur etiam iura præteritarum mutationum offerre. Alioquin corruit oblatio tanquam imperfecta, nec protegit à prehenſione facta vel fienda in forma §. 1. *ſup. eo.* Nec obſtat quòd iſte nouus vaſſallus eſt in bona fide, & habet iuſtiſſimam cauſam ignorantiæ, forte quòd emit expreſsè ſine onere aliquorum iurium feudalium præteriti temporis, quia habet recurſum euictionis aduerſus authorem & ad damna & intereſſe. Cæterum ſiue nouus vaſſallus habeat iuſtam ignorantiam, ſiue non, nihil (de rigore legis feudalis) ad patronum, qui ſecundum Bal. in *cap. admonet. de reſcriptis.* magis habet oculos ſuos ad feudum quàm ad vaſſallum, & feudum exequendo iuxta formam §. 1. *ſupra eo* poteſt prehenſionem ſuam ſuſtinere & feudare, nedum in hac noua apertura feudi, ſed etiam in antiquiori non clauſa, & in omnibus quæ ſuperuenerunt, & omnia iura non præſcripta exigere ante manumiſſionem feudi & admiſſionem vaſſalli.

24. Sed ſi patronus ad oblationem noui vaſſalli nihil reſpondeat, vel cauſetur alia iura ſibi deberi ex tempore præterito: nunquid huic vaſſallo ſaltem ad vitandum periculum longam & rigoroſam admiſſionem fructuum feudi ſui ſufficiet reſpectu mutationum temporis authorum ſuorum offerre in genere iura quæ debentur ex præteritis mutationibus? Reſpon. non, per prædicta ſi maneat in terminis oblationis, ſed debet interpellare patronum vt declaret quæ & qualia iura ſibi debentur, & prætendit ex præteritis illis mutationibus, & offerre illis ſatisfacere, quo facto ſi patronus nolit declarare, puto generales has oblationes reſpectu mutationum præteritarum valere attenta bona fide & diligentia vaſſalli, & captioſa taciturnitate & negligentia patroni, tum quia non ſtat per vaſſallum ſed per patronum, quominus ei ſatisfiat. Si vero patronus exprimat tot releuia ſibi deberi ex tot mutationib. quarum ratione nulla facta eſt fidelitas, ſatisfaciendum eſt, licet iſtud aliter non liqueat nec appareat vaſſallo, alioquin niſi patronus (quod cordati & honeſti ſolent) gratiam ſaltem induciarum facere velit vaſſallo, perſeueret prehenſio facta: vel fieri poteſt cum lucro fructuum, ſaluo ipſi vaſſallo recurſu contra authorem ſuum. Et quod dictum eſt in vaſſallo ſingulari ſucceſſore; idem cæteris paribus dicendum in ſucceſſore vniuerſali in linea collaterali, vel etiam in linea directa, reſpectu iurium non ſolutorum à prædeceſſoribus.

25. ¶ Sed quid ſi feudum regatur more Vulquecini, & filius offerat patrono fidelitatem & iura in genere alio non expreſſo, an valeat huiuſmodi oblatio? Reſpond. non, niſi etiam expreſsè obtulerit releuium vnum, vel niſi expreſſerit feudum cuius ratione fidem offert more Vulquecini regi, & obtulerit vltra fidem ſoluere pro more Vulquecini iura debita, quia tunc per expreſſam relationem ad certum morem nouum patrono oblatio & certa eſt ſic valida. Idem in expreſſione æquipollenti, vt ſi in territorio in quo omnia feuda Vulquecini more reguntur, filius offerat fidem & iura ſolita, non poteſt ad illud referri quàm ad releuium, & hoc certum & notorium eſt in loco. Alioquin dubia vel incerta oblatio nulla erit per prædicta.

26. ¶ An autem huiuſmodi oblatio reſpectu iurium vtilium debeat eſſe realis? Reſp. non, quantum ad vim & actum oblationis in ſe, & in terminis noſtræ conſuetudinis per no. 3. §. 47. *gloſſ.* 3. *num.* 3. Secus ſi vltra actum oblationis tranſeundum ſit, vt quia paratus eſt patronus inueſtire vaſſallum & iura recipere, quia tunc realiter eſt ſatisfaciendum, & corruet oblatio vaſſalli ſi remaneat in mora.

27. ¶ Vlterius circa formam harum oblationum not. quòd quamuis offerentes ſæpe ſoleant vltra verbum offerendi in loco dominanti exprimere ſe facere fidelitatem & homagium: tamen huiuſmodi expreſſio non eſt de forma nec de natura oblationis, ſed ſuperuacua, quum non poſſet hoc fieri niſi præſente & recipiente patrono vel habente poteſtatem ab eo. Et ſic ſufficit ſimplex oblatio & inſtrumentum in quo narratur vaſſallum obtuliſſe, licet non narratur feciſſe vel potius expreſſiſſe ſe facere fidem & homagium. Amplio, vt etiam eiuſmodi inſtrumentum vel ſimplex oblatio, notificetur ipſimet patrono, quia valet oblatio, nec requiritur aliud fieri, niſi patronus offerat in fidem recipere.

28. Vltimo circa formam huius oblationis fidei & iurium notandum eſt quòd debet eſſe pura & ſimplex & conditionalis, aliàs regulariter non releuat nec tenetur patronus admittere. Tamen ex iuſta cauſa poteſt huiuſmodi oblatio valida fieri ſub clauſula * reſeruatiua, vel per modum prouiſionis dumtaxat. Quod enim ſi (prout vidi de facto) prædeceſſor vaſſalli per errorem in catalogo comprehẽdit propria ſua alaudia & alia prædia quæ non erant de feudo: tamen quia deinde patronus per realem iurium feudalium exactionem conſtitutus fuit in poſſeſſione vel quaſi iuris patronatus feudalis in dicta prædia, quamuis nondum dominum

* Oblatio facta ſub clauſula reſeruatiua.

directum, & ius feudale in ea præscripserit, potest possessione sua vti. Et sic vassallus pendente quæstione proprietatis seu rei vendicationis & rescissione agnitionis seu recognitionis factæ per prædecessorem cuius est hæres, tenetur recognoscere patronum & ei iura soluere, non tamen absolutè & simpliciter, sed personaliter dumtaxat, & sine præiudicio litis & iuris sui. idem in similibus.

29. ¶ QVARTO principaliter quæro, Quid si vnius vassalli sint plures hæredes collaterales, certum est in terminis consuetudinis nostræ quòd vnus ex eis etiam cum mandato non potest fidelitatem & iura offerre & præstare pro omnibus inuito patrono, sed pro se tantum, & hunc etiam pro parte sua tenetur patronus admittere, vt diximus supra §. 2. *gl.* 4. *q.* 5. *&* §. 3. *gl.* 2. *q.* 1.

¶ Sed quæritur, vtrum ad validitatem oblationis suæ teneatur offerre integrum & solidum releuium totius feudi? Breuiter respond. quòd non: sed prorata portionis suæ tantùm. Non obstat quòd releuium est obligatio alternatiua, quia electio non est vassalli debitoris, sed patroni creditoris, & sic hæc obligatio de se est diuidua omni respectu, nedum contractu & obligatione, sed etiam petitione & solutione, quia electio creditoris facit cessare inconueniens, de quo in *l.* 2. §. *& hanc* §. *si tamen. D. de verborum obligat.* & dictum est supra §. 2 *glo.* 4. *nu.* 46. Minus obstat quòd forte probi viri arbitrabuntur aliquid indiuiduum præstandum, quia hoc casu non arbitrabuntur nisi prorata æstimationis & valoris huius partis feudi. Imò si ex speciali lege inuestituræ loco releuij debeatur: certum quod omnino indiuiduum deueniendum erit ad æstimationem pro rata portionis quam iste habet in feudo. vt dicta, *gloss.* 4. *num.* 45. *in fin.* nisi malit patronus aliquantum differre exactionem iuris sui vtilis, & cæteros commassallos prosequi via prehensionis vel actionis.

30. ¶ An autem si sint plures patroni debeat omnibus vel sufficiat vni eorum iusta offerri? Respond. Aut sunt plures patroni respectu certi loci dominantis, & tunc est expeditum quòd non tenetur vassallus plures dominos adire, cùm sufficiat semel in loco dominanti secundum formam huius §. iusta offerre domino vel dominis, & oblationem notificare vni ex dominis: si in loco reperiatur, vel officialibus eorum, aut proximo vicino. Aut vero sunt plures patroni ratione eorum personæ nullo existente in loco dominanti, vt exemplum habes 3. *eo. num.* 3. *in fin.* & tunc adhuc non tenetur vassallus pluries & pluribus sacramentum fidelitatis iterare vel offerre, sed semel offerre & præstare omnibus simul, vel vni eorum, puta antiquiori vice omnium. de quo supra §. 2. *gloss.* 4. *quæst.* 6. vbi remitto.

---

§. *LXIV.

* Hic articulus olim fuit 47.

LE Dit seigneur feodal n'est tenu de receuoir la foy de son vassal en autre lieu que celuy du fief, si bon ne luy semble.

§. * LXV.

QVAND vn fief vient de nouuel par succession, acquisition ou autrement, à aucune personne, le nouueau seigneur ne peut empescher ny mettre en sa main les fiefs qui sont tenus de luy iusques à ce qu'il ait fait faire les proclamations & significations que ses vassaux luy viennent faire la foy & hommage dedans quarante iours. Et ce faict, lesdits quarante iours passez, si lesdits vassaux ne se presentent, il peut saisir & exploicter les fiefs tenus & mouuans de luy, & faire les fruicts siens: Pourueu toutefois que ladite proclamation & signification ait esté faite: C'est à sçauoir quant aux fiefs estans és Duchez, Comtez, Baronnies, & Chastellenies dont ils sont mouuans par proclamation à son de trompe, & cry public par trois iours de Dimanches ou de marché, si marché y a: Et quant aux fiefs estans hors desdits Duchez, Comtez, Baronnies, & Chastellenies dont ils sont mouuans, par signification faite au vassal en sa personne, ou au lieu du fief, s'il y a manoir, ou au procureur dudit vassal, s'aucun y a, sinon au prosne de l'Eglise parrochiale dudit lieu en iour de Dimanche ou autre iour solemnel.

QVando feudum vel locus dominans quomodolibet mutatur, non potest nouus patronus feuda à se mouentia prehendere, donec proclamatione aut significatione interpellauerit vassallos de fidelitate præstanda inter dies 40. quo facto & lapsis 40. diebus nisi vassalli se præsentent, potest patronus eorum feuda prehendere & fructus suos facere. Et quantum ad feuda sita intra fines Comitatuum, Baroniarum, vel Castellaniarum, à quibus mouentur sufficit proclamatio ad sonum tubæ & præconis vocem, per tres dies dominicos, vel tres dies fori pro-mercalis, si forum in loco exerceatur. Quantum autem ad feuda sita extra fines dictorum locorum dominantium requiritur significatio seu denunciatio facta vassallo ad eius personam, vel ad mansionem, si qua sit in feudo seruienti, vel ad procuratorem vassalli aut ad vltimum in proscenio Ecclesiæ parrochialis loci feudi seruientis in dominica aut alia celebriori die. H. D.

SVMMARIA §. LXV.

1. *Differentia quando feudum aperitur ex parte patroni vel ex parte vassalli.*
2. ¶ *Q.* 1. *Dispositio huius* §. *fall.* 1. *quandocunque feudum ex parte vassalli apertũ inuenitur.*
3. *Fallit* 2. *ex defectu veræ inuestituræ.*
   Fall. 3. *In prehensione ex defectu catalogi.*
4. ¶ *Q.* 2. *Quid si nouus patronus statim facta proclamationibus decessit?*
   Mora transit ad hæredes & in hæredes.
5. *Solutio quòd successori patrono non prosunt interpellationes prædecessoris, sed de nouo renouandæ sunt.*
6. *Effectus moræ non transit ad hæredes in hũ quæ non cohærent personæ, nec transmittuntur.*

Digitized by Google

7. *Quid in emptore vel ceſsionario noui patroni.*
8. ¶ *Q. 3. Quando quid dicatur eſſe de forma.*
9. *Interpellatio vaſſallorum in ſe eſt de forma, ſed non modus interpellandi.*
10. ¶ *Q. 4. Vtrum huiuſmodi interpellationes ligent omnes tã minores quam maiores vaſſallos.*

NOTA hic differentiam quando feudum mutatur ſiue aperitur ex parte vaſſalli, vel ex parte patroni.

1. ¶ Si enim ex parte vaſſalli, tenetur nouus vaſſallus ſtatim ad clientelare obſequium, non tamen ſtatim eſt in mora, imò nec quamdiu patronus ceſſat, ſed dico teneri ſtatim, id eſt pure, & liberum eſt patrono prehendere feudum ex defectu fidei. Et hoc niſi feudum ſit apertum per obitum vltimi vaſſalli, quia tunc B expetendæ ſunt inducię quadraginta dierum ab obitu, quibus lapſis huiuſmodi obligatio purificata eſt. vt ſupra §. 7. Quum autem ex parte patroni fit mutatio, ſtatim quidem feudum aperitur, & obligatio naſcitur ad fidelitatem renouandam, ſed non eſt pura, ſed per interpellationem vaſſalli à nouo patrono fiendam, & lapſum quadraginta dierum immediate ſequentium purificanda. Et ratio eſt euidens, quoniam * mutatio contingens facto patroni, vel caſu in eius perſonam contingente non debet eſſe captioſa vaſſallo, iuxta nota. in *l. ſi vno* §. *Item cùm quidem. D. loca.* Vnde ad inopinatam captionem vitandam ſtatuit hæc conſuetudo poſt debitam interpellationem adhuc quadraginta dierum inducias.

* Mutatio patroni facto contingens, vaſſallo captioſa eſſe non debet.

2. ¶ QVÆRO primo, Quid ſi feudum aliàs apertum ſit ex parte vaſſalli? hæc quæſt. duplex habet caput. C Primum caput reſpicit antiquam aperturam feudi quæ erat ante aduentum noui patroni & adhuc perſeuerat. Secundum caput reſpicit nouam aperturam quæ ſuperuenit tempore noui patroni. Et breuiter omiſſa diſputatione dicendum eſt generaliter & differenter in vtroque capite huius quæſtionis ceſſare diſpoſitionem huius §. & ſolennitatem in eo expreſſam non eſſe requiſitam: quia hic §. non loquitur niſi in caſu quando feudum per aduentum noui patroni dumtaxat eſt apertum: ſecus quandocunque inuenitur apertum ex parte vaſſalli, ſiue ante, ſiue poſt aduentum noui patroni, quia tunc non habet locum diſpoſitio huius §. ſed diſpoſitio §. 1. & 7. & aliorum ſupra *eod.* Et ratio eſt, quia nouus vaſſallus ſcit vel ſcire debet ſe teneri & pure (ſaltem poſt quadraginta dies ab obitu quando per ſucceſſionem venit) obligatum eſſe, ad eundem patronum, & iura feudalia offerendum & præſtandum. quæ ratio ceſſat in vaſſallo antiquo, id eſt qui ſemel iuxta impleuit, quia ſcit ſe liberatum, & non poteſt nec debet ſcire iterum ſe obligatum niſi præmiſſa ſolennitate & forma in hoc §. expreſſa. Et ſic concludo, quòd nouus patronus lucram habet poteſtatem prehenſoriam in feuda ex parte vaſſalli quandocunque aperta: ſed non in feuda aperta per aduentum noui patroni dumtaxat, niſi præmiſſa ſolennitate huius §. Amplio etiam ſi plures noui patroni ſucceſſiuè fuerint, quia reſpectu vaſſalli antiqui qui ſemel in fide fuit, ſemper præmittendæ ſunt huiuſmodi ſolennitates antequam eius feudum prehendi poſſit. Ex his habes vnam & primam limitationem ad hunc §.

3. Item fallit ſecundo, vt procedat in feudis antiquitus conſtitutis, ſiue in quibus dudum præceſſit vera & proprie ſumpta inueſtitura, ſiue implementum ex parte patroni, ita quòd nunc non agitur niſi de ſimplici renouatione inueſtituræ. Secus ſi de re conceſſa in feudum vaſſallus & ſui nunquam fuiſſent verè & realiter inueſtiti, quia tunc non poteſt eſſe locus alicui aperturæ feudi, nec iuribus feudalibus, quum feudum ſit magis conſtituendum quam conſtitutum. Et antequam patronus ex parte ſua impleuerit non teneatur vaſſallus ſeruare iuramentum fidelitatis, vt per gloſſam & feudiſtas in *c. vnico. in gloſſ. pen. verſ. vtilitatem. de noua forma fidei. in vſib. feu.* Bal. in *conſ.* 466. Andræas Feudatarius. *lib.* 1. Panor. in *conſ.* 94. *in q. col. pen. num* 5. *lib.* 2. Item tertio fallit in prehenſione ex defectu catalogi, in qua ceſſat diſpoſitio huius §. qui loquitur ſolum in prehenſione fructuum lucratoria ex defectu hominis. vnde nouus patronus ſtatim ex defectu catalogi prehendere poteſt feudum antiqui vaſſalli, nec aliud requiritur niſi quòd lapſi ſint quadraginta dies ab admiſſione in fidem dicti vaſſalli. *vt* 5. §. 9.

4. SECVNDO quæro, Quid ſi nouus patronus factis interpellationibus ſecundum formam huius §. ante deceſſerit quam homagia à vaſſallis reciperet. An eius hæres, & alius nouus patronus poſſit non præmiſſa alia interpellatione, vel ſolennitate prehendere feuda? Videtur, quòd ſic. Primo, quia ſemel ſatisfactum eſt formæ huius §. & vaſſalli debite interpellati. Igitur non requiritur noua interpellatio, quum regulare ſit ſufficere vnicam interpellationem, vt no. in *l. ſi ex legati cauſa. in l. qui Romæ* §. *cohæredes. D. de ver. oblig.* Secundo, quia ratio præmittendæ huius ſolennitatis, de qua in q. præcedenti, ceſſat hic, & oppoſita ratio locum habet, videlicet quòd antiqui vaſſalli, vtpote debite certificati & interpellati, ſciunt, & ſcire debent ſe teneri ad fidelitatem præſtandam nouo patrono. Et cùm per huiuſmodi interpellationem, & lapſum quadraginta dierum fuerint conſtituti in mora nullam habent excuſationem. Non obſtat quòd interpellans mortuus eſt, quia reliquit hæredem qui eum repræſentat, & in quem tranſmiſit ius libere prehendendi ſibi per præfatam interpellationem & temporis lapſum acquiſitum vel acquirendum per lapſum reſidui temporis quadraginta dierum, quoniam hæres ipſo iure eodem iure vti poteſt, quo & defunctus cui ſucceſſit *l. hæredem eiuſdem. l. qui in ius. D. de reg. iur. ea. quum in iur. eo. ti. in* 6. Sicut in ſimili, interpellatio debitoris & effectus * moræ incurſæ tranſit in hæredes actiuè & paſſiuè, & ipſo iure prodeſt hæredi creditoris & nocet hæredi debitoris moroſi per text. & not. in *l. mora. in l. ſi ſeruum* §. *nunc videamus. D. de ver. obli. in l. ſi à colono* § 1. *D. de fideiuſſ. in c. mira de reg. iur. in* 6. Hinc D etiam diximus §. 4. *q.* 4. *n.* 9. 10. quòd ſi tempore defuncti vaſſalli feudum erat apertum, & poterat prehendi, valet prehenſio facta ſtatim poſt eius obitum non expectato lapſu quadraginta dierum, quia fundatur in præcedenti apertura. Ita & hic prehenſio huius noui patroni non fundatur in hac noua apertura ex perſona huius noui patroni. Sed in præcedenti apertura ex perſona prædeceſſoris, & in diligentia & interpellationibus per eum factis, quæ tranſeunt in hæredem patroni actiuè, ſicut in d. §. 4. diximus tranſire in hæredem vaſſalli paſſiuè. Et hæc multum vrgent.

* Mora trahitur ad & contrà hæredes.

5. ¶ Tamen his non obſtantibus contrarium puto. Primo, per hunc textum vbi cuilibet nouo patrono prohibetur vſus poteſtatis prehenſoriæ aduerſus E antiquos vaſſallos (id eſt qui ſemel in fidem admiſſi fuerunt) niſi nouus patronus prehendere volens prius ſeruauerit formam huius §. qui non diſtinguit, & ſic indiſtincte debet intelligi *l.* 1. §. *generaliter. D. de leg. præſt. l. pretio. D. de publicia. in rem actio.* Secundo, quia huiuſmodi poteſtas prehenſoria eſt odioſa & exorbitans à iure communi. *l. ſi cum nulla. D. de re iudic.* cum ſimilibus. Et ſic nullo modo debet extendi, ſed potius reſtringi prout non habet locum niſi in caſibus expreſſis à conſuetudine dumtaxat, vt ſæpe dictum eſt. Sed non eſt expreſſum, imò expreſsè denegatum quod alicui nouo patrono aduerſus antiquum vaſſallum prehenſione huiuſmodi fructuum lucratoria vti liceat, niſi ipſe ſolennitatem huius §. præmiſerit.

6. ¶ Non obſtat quod præmiſſa fuit ab eius prædeceſſore, & quòd effectus interpellationis & moræ tranſit in hæredem actiuè & paſſiuè, quia verum eſt in his quæ ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes, vt in debito pecuniario, vel ſimili. Secus quando ſubjectum non eſt tranſmiſſibile, ſed perſonale & cum perſona deficiens, prout in caſu præcedentis quæſtionis in qua agitur de prehenſione facienda aduerſus antiquum vaſſallum, qui nulla iura vtilia debet. Sed ſimplex fidelitatis ſacramentum quod eſt perſonaliſſimum, nec eſt tranſmiſſibile in hæredes. vt not. ſupra §. 2. *gloſſ. quarta quæſt. ſeptimæ.* Vnde proclamationes & interpellationes à prædeceſſore huius noui patroni factæ reſpectu antiquorum vaſſallorum referuntur, vt expreſſum in ſui forma limitantur, & reſtringuntur ad ſacramentum fidelitatis, quod ipſi perſonæ interpellantis debitum erat, & ſic nullo modo poſſunt extendi ad ſacramentum fidelitatis, quod debebitur eius ſucceſſori. Et ſic patet quòd huiuſmodi interpellationes tanquam ex ſui forma, & natura limitata ad perſonam interpellantem limitatum pariunt effectum, vnde non proſunt ſucceſſori: ſed noua de integro interpellatione opus eſt. Et ſic patet reſponſio ad omnia allegata pro parte contraria.

7. Ex quibus infertur quòd ſi nouus patronus factis proclamationibus iuxta formam huius §. vendat, aut aliàs quouiſmodo cedat alij feudum dominans cum omnibus iuribus & actionibus, etiam expreſſe cum iure prehendendi feuda vaſſallorum etiam antiquorum in vim factarum proclamationum, hoc non relevat ceſſionarium nouum patronum, quin teneatur de nouo, & nomine ſuo præmittere formam huius §. Vnde ſi contrahentes velint reiterationem huius formæ euitare, forte quod multum eis expediat prehenſionem non differri, neceſſe eſt quòd cedens vel vendens non procedat ad traditionem, vel dominij tranſlationem donec lapſis quadraginta diebus à ſua interpellatione feuda negligentium nomine ſuo prehenderit. Et tunc prehenſio facta proderit emptori, ſicut & cuiuis ſucceſſori. Vel quòd venditor differat tranſlationem dominij, donec feuda prehenſa fuerint ab emptore, vel ceſſionario nomine cedentis, à quo ad hoc mandatum habuerit. quoniam hæc poteſtas non poteſt ab alio exerceri quàm à vero patrono, & eius nomine, vt ſ. §. 1. *gloſſ.* 3.

8 ¶ TERTIO quæro, Vtrum ſolennitas in hoc §. expreſſa ſit de* forma? & videtur omnino & præcisè quòd ſic, quia quandocunque lex prohibet aliquid fieri niſi ſub certo modo, ille modus cenſetur de forma, etiam ſi lex vltra non procedat expreſſe annullando ſi contra vel aliter fiat. text. in *l. non dubium*, & ibi Bald. Salic. *C. de legib.* Bald. Alexand. Iaſ. & alij in *l.* 1. *D. de lib. & poſthum.* Ioa. Firmia. in *tract. de gabel. in 3. par. & par. princ. quæſt.* 14. *verſ. & dic. concluſiuè.* Iaſ. in *l.* 2 §. *fi. col.* 2. *D. de vulg. pupill.* Sed in hoc § prohibetur poteſtas prehendendi niſi ſub certo modo in eo expreſſo, igitur ille modus eſt forma, & etiam attento quòd huiuſmodi ſolennitas requiritur antequam actus fiat, & ſic eſt de forma, per doct. Bar. in *l. vniuerſa. C. de precibus imperat. offerent.* Ludouic Roman. in *conſi.* 203. *quoad primum.* Panor. in *c. quoniam frequenter. col.* 6. & ibi Feli. *col.* 3. 4. *vt lit. non conteſt.* Panor. in *c.* 2. *col.* 2. & ibi late Feli. *de teſtib.* & de his plenè per Albert. Brun. in *tract. de forma & ſolennium rubri. quando aliquid cenſeatur traditum pro forma.* Quod enim diſpoſitio huius §. ſit prohibitiua, patet in verbis, *ne peut*, id eſt non poteſt, quæ præciſam inducunt & excludunt omnem potentiam facti & iuris. *glo. in c.* 1. *in verb. non poteſt. de reg. iur. in* 6. Bar. in *l. fi. col.* 2. & ibi Iaſ. *col.* 4. *D. de feriis.* Bartol. Ioan. Gallus in *princip. D. de liber. & poſthum.* Et quòd huiuſmodi verba ſint prohibitiua & reſiſtant actui, tradit Bar. in *l. de his verſic. Præterea iſta lex. D. de tranſact.*

* Quando dicitur de forma.

9. Pro verbi reſolutione dico, quòd iſta interpellatio vaſſallorum in ſe eſt de forma per prædicta, modus autem interpellationis faciendæ hic expreſſus ſub illa clauſula, *c'eſt à ſçauoir, &c.* non eſt proprie de forma, ſed magis vice demonſtrationis aut exempli, tamen quia modi hic expreſſi abierunt in conſuetudinem, debet alter illorum obſeruari, ne vaſſalli cauſari poſſint ſe non aſtringi per alium diuerſum & prorſus inſolitum modum. arg. no. per Angel. *in l. ſi. l. de cano. præſt. lib.* 10. Hippol. de Marſi. in *ſing.* 118. *in fin.* Sed dico, quòd patronus habens merum imperium ſi velit iuxta ſecundum modum ſingulatim interpellare vaſſallos, hoc poteſt facere: nec aſtringitur ad obſeruationem primæ formæ hic expreſſæ, vides enim quòd hic duplex modus exprimitur. Primus eſt iuriſdictionalis, non quòd ſit actus iuriſdictionalis propriè, & minus actus iudicialis, ſed ex eo quod eius vſus non congruit nec competit niſi habenti merum imperium ſeu altam iuſtitiam, vt vocant in loco, vt ſatis innuit hic text. Vnde non poteſt fieri à patrono niſi habeat merum imperium, & intra fines meri imperij dumtaxat, vt hic dicitur. quod ſi contingat patronum eſſe dominum directum territorij, ad alium autem ſpectare iuriſdictionem meri imperij, poteſt patronus ſi velit, implorare officium habentis merum imperium, vt eius iuſſu & authoritate ad ſonum tubæ & voce præconis vocentur vaſſalli ſui, quamuis patronus ad hoc non teneatur, vt dixi. Secundus autem modus eſt ſimplex actus vel denunciatio priuati nulli innixus iuriſdictioni, ideo relinquitur pro fundis exiſtentibus extra limites iuriſdictionis: ex quo ſatis apparet primum illum denunciandi modum per clangorem tubæ & præconiam vocem non eſſe de forma nec de neceſſitate, ſed meræ facultatis, ſi patronus talem iuriſdictionem habeat, & infra limites iuriſdictionis ſuæ, cuius contemplatione ille modus expreſſus eſt. Ex quibus infero quòd nouus patronus habens merum imperium in loco dominanti, & feudis ſeruientibus, poteſt, ſi velit, quemlibet ex vaſſallis ſuis, ſiue vnum, ſiue plures, ſemel interpellare ad eorum perſonam de fidelitate præſtanda omiſſa tuba & præconis voce, & omni alia ſolenni proclamatione, & valet denunciatio huiuſmodi reſpectu ſic denunciati vel denunciatorum, & lapſis quadraginta diebus à denunciatione poterit prehendere feuda denunciatorum negligentium, & fructus ſuos facere.

10. QVARTÒ quæro, vtrum proclamatio aut ſignificatio de qua in hoc §. liget omnes vaſſallos tam maiores quàm minores ætate idonea ad fidelitatis præſtationem & feudi adminiſtrationem, de qua ſupra §. 31. Breuiter reſpondeo. diſtinguendum inter ſolennem denunciationem publice & generaliter factam, & inter denunciationem priuatam & ſingulatim factam. Primo caſu, comprehenduntur & ligantur omnes vaſſalli etiam minores ætate, ſecundum tamen & quatenus per præcedentes diſpoſitiones huius conſuetudinis tenentur clientelaria munera ſubire. Vnde reſpectu eorum qui ſunt minores ætate, tenentur eorum tutores, vel curatores infra quadraginta dies à publica denunciatione inducias petere, vt ſupra. §. 41. Alioquin prehenſio fieri poterit. Tamen vt ibi dixi, non erit lucratoria fructuum durante illa minori ætate. Et pariter ſi quis conuentionales inducias habuerit à prædeceſſore noui patroni, poterit illas allegare, & ſi de illis docuerit ante prehenſionem, reuocabitur prehenſio ſequens tanquam nulla cum fructibus, damnis & intereſſe. Si verò non docuerit niſi poſt prehenſionem, tantum recuperabit feudum cum fructibus deductis impenſis prehenſionis, & ſine damnis & intereſſe. Operatur enim illa publica & generalis denunciatio, vt hi qui legales aut conuentionales inducias habent, ſaltem illis finitis teneantur in fidem noui patroni ſe conferre ſine alia interpel-

latione : alioquin illis finitis prehenſionem feudi & amiſſionem fructuum pati poterunt. Secundo vero caſu ſi denunciatio priuata & particularis facta ſit vaſſallo minori dicta ætate non valet. *l. ſed & ſi ex ſtipulatu. D. de verbor. obligat. §. ſi pupillus. D. eo.* nec conualeſcit ſecuta ætate maiori. Si autem facta ſit habente ætatem idoneam, ſtatim ligat cum effectu, lapſis tamen quadraginta dierum induciis ab interpellatione, Et not. quòd in his quadraginta diebus, de quibus in hoc §. non computatur dies interpellationis priuatæ, nec etiam computantur, ſed excludunter illi tres dies: qui requiruntur in denunciatione publica, & generali per ea quæ diximus *ſup. §. 10. queſt. 1.* Et non poteſt patronus hunc terminum quadraginta dierum abbreuiare *c. indulium. de reg. iur. in 6.* cum ſimilibus. Licet bene poſſit prorogare, videlicet interpellando vaſſallos vt infra tres vel ſex menſes fidelitatem offerant & præſtent.

§. * LXVI.

* Olim fuit 48.

L'Ancien vaſſal ne doit que la bouche & les mains à ſon nouueau ſeigneur.

Antiquus vaſſallus ſolum fidelitatis ſacramentum debet nouo patrono.

SVMMARIA §. LXVI.

1. *Quis dicatur antiquus vaſſallus.*
2. *Feudum pluries ex ſimili vel diſſimili cauſa prehendi poteſt.*
3. *Mutatione patroni feudum ſeruiens non mutat manum.*

SECVNDVM communem loquendi modum in locis harum & ſimilium conſuetudinum. 1. ¶ Antiquus vaſſallus dicitur non ab antiquo feudo, vel antiqua inueſtitura, ſed reſpectiue, ſeu relatiue ad recentiorem patroni perſonam, qui reciproca relatione patronus nouus dicitur. Hic igitur nouus patronus etiam ſeruata forma §. præcedentis ſimplicem fidelitatis renouationem exigere poteſt à vaſſallo antiquo, qui videlicet à prædeceſſore patroni inuicem admiſſus fuit. Ex quo patet quòd non poteſt eum compellere ad nouam catalogi traditionem : quando ſcilicet catalogum præſtitit prædeceſſori. Secus ſi nunquam præſtiterit quia etiam omiſſa ſolennitate §. præcedentis, ſtatim ad hoc compelli poterit via prehenſionis per nouum patronum. Et hic habes caſum ſingularem in quo poſt validam prehenſionem ex defectu catalogi, poteſt fieri valida prehenſio ex defectu hominis inter eaſdem perſonas & non ſuperueniente interim noua mutatione, puta quando antiquus vaſſallus poſt prehenſionem feudi à nouo patrono factam ex defectu catalogi, non comparet, nec fidelitatem offert poſt quadraginta dies à debita interpellatione. Quare feudum de nouo prehenditur ex defectu fidei, vt in §. præcedenti.

2. Nec tamen præcedens prehenſio quamuis heterogenea abſorbetur, ſed durat & perſeuerat ſimul cum poſteriori, & vnaquæque ad finem ſuum. Non eſt autem dubium quin ex defectu hominis pluries feudum prehendi poſſit, videlicet quoties noua mutatio accidit, ſiue ex parte vaſſalli, ſiue ex parte patroni, & omnes prehenſiones huiuſmodi & accumulatiue & per ſe tenent. iuxta no. *ſupra §. 1. gloſſ. fin.* Et hoc niſi præceſſerit prehenſio iniuſta cùm executione facti, hoc eſt expulſione vaſſalli, quia non poterit procedi ad aliam prehenſionem, niſi prima reuocata & vaſſallo redintegrato. per not. ſupra §. 7. *queſt. 7. & in §. 12. gloſſ. 5. q. 3.*

3. Amplia hunc text. vt procedat etiam in feudis quæ Vulquecini more reguntur, quorum hæc eſt lex, *qu'il faut releuer à toutes mains*, hoc eſt ſoluendum releuium in omni mutatione manus, quia hoc intelligitur in veris mutationibus præcedentibus ex parte patroni, quia quando ſolus patronus mutatur non dicitur tum ipſum ſeruiens mutare manum, prout non mutat, ſed ſemper remanet in eadem manu eiuſdem antiqui vaſſalli : ſed ipſum feudum dominans dicitur mutare manum, de quo nihil pertinet ad inferiorem vaſſallum, ſed ad ſuperiorem patronum feudi dominantis. Et alioquin ſequeretur quòd facto patroni feudum dominans pluries vendentis & recuperantis, aut caſu in eius perſonam cadente, toties etiam ab antiquo vaſſallo poſſet exigi releuium, quod eſſet abſurdiſſimum.

§. * LXVII.

* Olim fuit 49.

ITEM le ſeigneur feodal n'eſt tenu ſe bon ne luy ſemble de receuoir la foy & hommage de ſon vaſſal, s'il n'eſt en perſonne, ſi ledit vaſſal n'a exoine ou excuſation ſuffiſante.

NOn tenetur patronus in fidem admittere clientem vicaria manu, niſi iuſtè impeditum & excuſatum. H. D.

Hic articulus per nouam conſuetudinē auctus eſt ſequentem in modum.

LE ſeigneur feodal n'eſt tenu, ſi bon ne luy ſemble, de receuoir la foy & hommage de ſon vaſſal, s'il n'eſt en perſonne, ſi ledit vaſſal n'a excuſe ſuffiſante. Auquel cas d'excuſe ſuffiſante eſt tenu le receuoir par procureur, ſi mieux n'ayme ledit ſeigneur bailler ſouffrance & attendre que l'excuſe ceſſe.

Digitized by Google

SVMMARIA §. LXVII.

1. *Cur fidelitas perſonaliter & non per procuratorem vel nuncium præſtanda ſit.*
2. *Impedimentum quoddam perpetuum, quoddam temporale.*
3. *In caſu iuſti temporalis impedimenti non tenetur patronus clientem per procuratorem inueſtire, ſi offerat competentes inducias dare.*
4. *Non tamen tenetur patronus ei dare inducias ſoluendorum iurium vtilium, ſed ipſius fidelitatis duntaxat.*
5. *Non tenetur procurator docere de impedimento ſpecificato in mandato.*
   Quomodo aduerſus fraudē conſulatur patrono.
6. *Ex parte vaſſalli requiritur mandatum ſpeciale, idem regulariter ex parte patroni ad fidelitatis ſacramentum præſtandum.*

VOt. quod quamuis ſecundum vſus Inſubriæ compilatos per Obertum, poſſit vaſſallus petere renouationem inueſtituræ & fidelitatem præſtare per * procuratorem ſpeciale mandatum habentem, vt in *vſib. feud. per quos ſi. inueſtit. §. ſed vtrum.* Et ibi Aluaro. Card. Alex. Bal. in §. *nulla. eod. tit.* Præpo. in §. *omnes colum. ſi. num. de feud. defunct. 3. ſi conten. ſi. int. do. & agnat. vaſ.* Ioan. Bapt. in *rapet. c. 1. de feud. cogni. in 6. differen. inter ius feudale & emphyteuticum.* Iacob. de Sanct. Georg. in *inueſti. in ver. Qui quidem inueſtiri præſtiterunt iuram. fidel. colum. 3. verſi. nunc quero.* Tamen de conſuetudine noſtra (quæ eſt fere generalis in toto hoc regno) non licet fidelitatem præſtare vel offerre per procuratorem etiam ſpeciale vel ſingulare mandatum habentem niſi ex cauſa iuſti aut rationabilis impedimenti, & ita fere inualuit vbique rationabilis vſus.

* Per procuratorem etiã ſpecialẽ vaſſallus nõ poteſt in Gallia inueſtituram petere, niſi ex cauſa iuſti impedimenti.

1. Primum, quia iuramentum fidelitatis habet annexam reuerentiæ exhibitionem quæ in præſentia perſonarum fieri debet ſecundum Bald. in *l. 1. ad ſi. quæſt. 56. D. de re. diuiſ.* vbi hac ratione tenet quod non poteſt præſtari per procuratorem, vel nuncium. Idem vult Bald. in *c. 2. ad fin. de ordin. cognit.* Vbi dicit quòd homagium requirit corporalem præſentiam. Idem ſentit Bald. in *l. quisquis. C. de epiſcop. & cleri. & in l. vna. §. ne autem* (tametſi cæteri inde aduocent eum in contrarium) *C. de ead. toll.* vbi vult quod ea quæ ſunt dignitatis ſeu honoris & reuerentiæ, aut aliàs ſui natura perſonalia, non poſſunt regulariter per alium expediri niſi in caſibus neceſſitatis. *facit l. nullus qui nexu. de Decurio. libr. 10. C.* ſit igitur concluſio, quod ſi vaſſallus mitteret procuratorem quantumcunque ſpeciali mandato fundatum ad patronum cauſa fidelitatis offerendæ, præſtandæ, & iurium ſoluendorum, non tenetur patronus admittere, nec valet huiuſmodi oblatio per procuratorem facta, ſed liberum eſt patrono manum iniicere feudo, & fructus ſuos facere iuxta formam §. 1. 5. *eod.* Falliſt in caſum ſufficientis excuſationis vel impedimenti.

2. ¶ Modo ſupereſt difficultas, quæ ſit iuſta excuſatio, ſiue legitimum impedimentum. Reſp. Sub breui diſtinctione. Aut agitur de impedimento * perpetuo, aut de temporali.

* Impedimẽtum perpetuum.

¶ Primo caſu, non eſt aliud inquirendum, ſed ſemper patronus tenetur in fidem admittere, & inueſtire curatorem, vel ſyndicum, vel alium ſufficiens mandatum habentem à lege vel ab homine, puta curatorem vaſſalli furioſi vel ſyndicum capituli, aut eccleſiæ vaſſallæ, vt per Iacob. in loco prælegato. In tantum quòd non audiretur patronus offerens dare inducias fidei præſtandæ & inueſtituræ renouandæ, ſed ad recuſationem patroni poſſet dictus curator vel ſyndicus à iudice per manum ſupremam in fidem admitti.

* Impedimẽtum temporale.

¶ Secundo caſu quando agitur de * impedimento temporali certum eſt morbum ſonticum (de quo in *l. quæſtum. D. de re iudic.*) aut neceſſariam abſentiam, aut captiuitatem, aut aliud neceſſarium impedimentum eſſe iuſtum cauſam, vt patronus debeat vicariam manum admittere. Non autem puto ſufficientem illam excuſationem de qua loquitur hic §. ad terminos metæ neceſſitatis coartandam: ſed latius & humaniùs boni viri arbitrio maximè ex conſuetudine & moribus regionis metiendam, vt ſufficiat verum & non fictum impedimentum, quo fiat vt vaſſallus non poſſit commodè adire patronum per ſeipſum, & ita ſentit. Bald. in *c. ſancimus. ver. niſi iuſta. col. ſi. quo tempore miles inueſti. pet. deb. in vſib. feud.*

3. ¶ An autem hoc caſu teneatur patronus præcisè admittere & inueſtire procuratorem? Videretur quod ſic, ex vi verborum huius text. ibi *ſi ledit vaſſal.* quæ reſoluuntur in hanc aduerſativam, niſi dictus vaſſallus. Tamen aliam puto eſſe mentem huius conſuetudinis, videlicet quod in caſum legitimi impedimenti non poteſt patronus refutare oblationes factas per procuratorem ſpecialem, ſed quod tenetur illas admittere, ſi alioquin integræ ſint, & ſic vaſſallum vicaria manu inueſtire, vel ſecurum illum pro tempore impedimenti reddere, datis & conceſſis competentibus induciis, in tantum quod non poteſt vaſſallus temporaliter impeditus, vel eius procurator tanquam ad refutationem patroni curare ſe in fidem recipi à iudice per manum ſupremam patrono offerente competentes pro rationis æqualitate impedimenti inducias dare, & quemadmodum etiam non tenetur inuitus in fidem admittere & inueſtire tutorem vel curatorem vaſſalli minoris ætate idonea de qua ſupra §. 52. Sed ſufficit quod inducias reſpectu fidelitatis concedat vſque ad dictam ætatem legitimam, & hoc ne patronus fruſtretur honore & reuerentia clientelari, quæ principaliter conſiſtit in perſonali obſequio.

4. ¶ Et not. in quantum dixi, quod dato impedimento tenetur patronus oblationes procuratoris ſpecialis admittere. Verum eſt dummodo idem procurator prompte præſtet vel ſoluat iura vtilia, ſi qua tunc debeantur patrono, acceptis competentibus induciis reſpectu fidelitatis à patrono oblatis. Secus ſi nihil velit ſoluere, niſi præciſe à patrono recipiatur in fidem procuratorio nomine, quia tunc poteſt patronus oblationes procuratoris refutare, manum feudo iniicere, & fructus lucrari ex defectu hominis: quoniam vaſſallo maiori & voluntariè forte impedito non eſt plus tribuendum quàm vaſſallo annis minori habenti impedimentum naturale & neceſſarium, cui nec eius tutori tenetur patronus inducias iurium vtilium ſoluendorum dare, ſed ſolum inducias fidelitatis præſtandæ duntaxat. vt diximus ſupra §. 41. *quæſt. 4.*

5. ¶ Sed quæritur, Vtrum iſte procurator qui tenetur docere de ſpeciali mandato per prædicta, teneatur etiam docere patrono de iuſta cauſa impedimenti ſuper qua mandatum fundatur? Videretur quòd ſic, cùm ſit facti & fundamentum intentionis eius qui

nititur contra regulam feudorum. Alioquin regulæ ſtandum per not. in *rub. de regul. iur. D. & lib. 6.* Tum per text. in *l. in eadem cauſa, iunctâ gloſſ. in verb. ſi probantur. D. ex quibus cauſ. maior.* vbi alleganti impedimentum incumbit illud onus probandi. Reſpond. quod mandatum debet expreſſe continere nedum ſpecialiter, ſed ſingulariter & nuncupatiuè cauſam rationabilem impedimenti ipſius vaſſalli, quam tenetur procurator requiſitus à patrono affirmare veram eſſe. Non tamen tenetur procurator aliter probare, & hoc quantum ad validitatem oblationum, & inueſtituram vel inducias obtinendum. Verumtamen ad excludendum vndique dolum, & ne liceat fraudulenter & indeuoto vaſſallo patronum prætextu commentitiæ excuſationis eludere, & perſonali fidelitatis exhibitione priuare: puto quod ſi feudum prius erat prehenſum, poteſt patronus in manumiſſione feudi & leuatione manus quam tenetur facere huic procuratori, apponere clauſulam illam conſeruatoriam iuris & reſolutiuam actus: Saluo niſi appareat commentitiam & falſam eſſe excuſationem, quod ſi poſtea delegatur retro, debebunt fructus recipi, prout in inueſtitura facta ſub conditione reſolubili diximus ſupra §. 1. *gloſſ. 9. num. 7.* Si vero feudum non erat prehenſum (tunc quia non ſufficeret patronum verbaliter proteſtari) poteſt patronus eodem actu manum iniicere feudo, eámque leuare dicto procuratori procuratorio nomine ſub prædicta clauſula. Quinimo ſi certo confidat patronus conuictorum ſe falſum illud & ſuppoſititium impedimentum, poteſt reiectis oblationibus dicti procuratoris prehendere feudum & prehenſo frui de facto, ſub euentu litis. Quamuis autem regulariter non poſſit vaſſallus fidelitatem præſtare per alium, ſecus eſt in patrono qui poteſt per alium idoneum, & ſine captione vaſſallorum exigere, & eſt ratio diuerſitatis ſuper §. 55. *glo. 2. num. 6.*

6. Not. etiam aliam differentiam, quia ex parte vaſſalli ad fidelitatem præſtandam vel offerendam requiritur mandatum ſpeciale. vt per Alnar. Præpo. in *dicto §. ſed vtrum. per quos fit inueſti.* quamuis Iaſ. in *l. Gallus. §. forſitan. colum. fi.* tenuerit ſufficere mandatum generale, & malè. Sed ex parte patroni ad efficacem renouationem inueſtituræ & admiſſionem in fidem, non requiritur mandatum ſpeciale: ſed ſufficit mandatum generale cum libera, vt tenet Præpo. in *d. §. ſed vtrum per l. mandat. l. procurator tutorum. D. de procur.* Idem ſentit Pet. de Ancha. *conſ. 63. motiua iudicis. verſ. quo ad ſecundum.* Idem Zaſ. in *epit. feud. par. 5.* Sed iſtud ſane intellige quando talis generalis procurator eſt conſtitutus à patrono diu abſuturo, vel quando ex conſuetudine illa permittit procuratori generali. vt in *l. vel vniuerſorum. D. de pign. act.* Alioquin cum receptio ſacramenti fedelitatis tanquam concernens reuerentiam & honorem perſonæ patroni debitum, & quid maius quam vt verſimile ſit in quouis generali mandato ſubintelligi vel concedi. *c. in generali. de Reg. in 6. vulg.* Ideo regulariter & in effectu requiritur mandatum ſpeciale ſecundum not. 5. §. 11. *num. 9. 10. 11.* Secus in receptore cenſus & laudimiorum & renouatione inueſtituræ cenſuarij in quo non verſatur tantus honos nec tanta affectio inde per procuratorem generalem vel caſtaldionem, vt loquitur Anchar. in *dict. conſ. 63.* expediri poteſt.

§. *LXVIII.

* Olim 46.

FRANC aleu auquel y a iuſtice, cenſiue ou fief mouuant de luy, ſe partit comme fief noble: mais où il n'y a fief mouuant de luy, iuſtice ou cenſiue, il ſe partit roturierement.

FRancum alaudium cui annexa eſt iuriſdictio, vel à quo dependent feuda aut cenſualia prædia inde mouentia, diuiditur in ſucceſſionibus inter coheredes ſicut feudum nobile: ſed ſi neque iuriſdictio cohæreat, neque feudalia, neque cenſualia prædia inde dependeant, diuiditur æqualiter more paganicorum bonorum.

SVMMARIA §. LXVIII.

1. *Definitio & etymon* Alaudij.
2. *Res alaudialis non poteſt debere cenſum, ſed bene perpetuum redditum.*
3. *Alaudium quoddam nobile, quoddam paganicum.*
   Iuriſdictio nunquam efficitur pars eſſentialis rei cui annectitur, ſed ſemper per ſe ſubſiſtit.
4. ¶ *Q. 1. An in dubio* præſumatur *res alaudialis?*
   Dominus territorij habet fundatam intentionem inter fines eiuſdem.
5. *Res libera & alaudialis præſumitur.*
   Domini ciuitatum non ſunt fundati in domino, ſed in iuriſdictione.
   Idem de principe.
6. *Habens territorium limitatum, eſt fundatus in qualibet parte territorij in eodem iure quod habet in toto.*
7. *Si territorium non habeat certos limites, non eſt fundata intentio domini ſuper aliquo fundo etiam vicino, niſi includatur in inueſtitura.*
8. *Quid de terris quarum non inuenitur particularis poſſeſſor.*
9. *Terræ ſteriles, incultæ & non poſſeſſæ, non ſpectant ad dominum iuriſdictionis, ſed ad dominum territorij, & non ſunt occupantis.*
10. *Si princeps concedat caſtrum cum territorio, omnia tranſeunt exceptis regalibus.*
11. ¶ *Q. 2. An in hoc regno poſſit* poſſideri *alaudium ſine ſpeciali titulo.*
12. *An poſſit quis in hoc regno tenere terram ſine domino.*
13. *Duplex titulus collatorius & declaratorius.*
14. *Poteſt princeps cogere poſſidentes alaudia ad declarandum quid & quantum poſſideant in alaudio.*
    Idem de dominis inferioribus in eorũ territoriis.
15. ¶ *Q. 3. Vtrum quis* præſcribere *poſſit, vt teneat in alaudium.*
16. ¶ *Q. 4. Feuda* decimarum *in hoc regno in omnibus & per omnia eodem modo regulantur ſicut cætera feuda & bona patrimonialia.*
17. *cap. Prohibemus. de deci. non habet locum, quando feudum de ciuitate tranſit cum vniuerſitate.*

Digitized by Google

18. *Quo tempore celebratum fuerit concilium Lateranenſe, à quo deciſum eſt dicto cap. prohibemus.*

19. *Quod vocetur concilium Lateranenſe.*
Eccleſia S. Io. Lateranenſis eſt caput omnium eccleſiarum.
Papa in concilio Lateranenſi non potuit derogare nec limitare ius laicis acquiſitum in decimis illis infeudatis ante illud concilium.

20. *Clerici reſpectu patrimonij cenſentur laici, nec ſubſunt papæ ſed principi.*
Ius patronatus competens clerico ratione perſonæ vel patrimonij cenſetur laicum & non eccleſiaſticum.

21. *Conſtitutio ſanctæ Ludouici noni, Francorum Regis.*
Decimæ puræ per ſe & ſine onere feudi ad eccleſiam reuerſæ cenſentur res merè eccleſiaſticæ.

22. *Secus ſi habens feudum decimale quod moueatur ab alio donet illud eccleſiæ.*

23. *Item secus ſi ſubinfeudet decimam eccleſiæ.*
Præſumitur poſſeſſio continuata conformiter in titulum.

24. *Si feudum decimæ tranſeat ad eccleſiam cum vniuerſitate caſtri vel rei temporalis, remanet res temporalis & prophana.*

25. *Et de iuriſdictione ſeculari priuatiuè ad eccleſiam, & quantumcunque amortizatum ſit.*

26. *Sententia Io. Fab, ſuper his.*

MAteria huius §. quantum ad modum ſuccedendi, de quo principaliter loquitur, fuit expedita ſupra §. 8. cum tribus ſequentibus in materia iuris primogenitur æ, & j. §. 122. Et quæ ibi dixi hic non repetam, ſed tantum quædam alia adducam, quæ hunc §. magis concernunt. Et primo circa text huius §. Quæritur primo quid ſit alaudium: ſecundo quotuplex.

1. Ad * primum dicendum ſecundum Bal. & omnes in §. *Interfiliam. ſi de feud. defunct. contro. ſit inter cognatum & agnatum.* quòd eſt proprietas quæ à nullo recognoſcitur. Et hic proprietas propriè & plene ſecundum terminos iuris accipitur. qui enim tenet feudum in alaudium, id eſt, in plenam & abſolutam proprietatem, habet integrum & directum dominium, quale à principio de iuregentium fuit diſtributum & diſtinctum ex hoc iure. *D. de iuſt. & iur.* & nullum ſoli dominum recognoſcit, ſiue tanquam patronum, ſiue tanquam alium dominum directum. Nec poſſidet tanquam vaſſallus, nec tanquam cenſuarius, emphyteutes, aut ſuperficiarius, vel alio vili aut inferiori dominio, ſed iure veri, liberi, directi & abſoluti dominij. Vnde vt eleganter ſcripſit D. Budæus, in *l. Herennius. D. de euict.* dicitur alaudium ex eo quod qui prædia eo iure habent, nullum habeant authorem vel ſuperiorem dominum quem laudare poſſint vel teneantur. Et hac ratione vocatur francum, id eſt liberum, liberum inquam à iuribus & ſeruitutibus dominicalibus: non tamen excludit quin recognoſcant ſuperiorem dominum habentem iuriſdictionem in loco ratione iuriſdictionis nec ideo minus eſt quid alaudium quod ſub iuriſdictione alterius ſitum ſit: quia etiam mera proprietas prout eſt alaudium, nihil habet commune cum iuriſdictione, vt tradit Bal. in *l. à procuratore. C. mandat.* Aluar. in §. *ad hoc. de pac. tenend. & iura. ſi. in vſib. feud.* & dixi 2. §. 1. *glo.* 5. *num.* 45.

2. Ex his not. quod res alaudialis non poteſt debere cenſum (prout' cenſus in hoc regno accipitur vt dixi in rub. ſeq.) nec iura feudalia: ſed bene poteſt debere certum annuum & perpetuum reditum, quia huiuſmodi obligatio reditus, & hypotheca illi accedens nihil habet commune cum dominio & proprietate, & nihil diminuit de eſſentia dominij & proprietatis rei ſuppoſitæ in ſe, ſed eſt quid prorſus diſtinctum, imo oppoſitum, quia non poteſt quis habere dominium & hypothecam in eadem re. Sed hypotheca præſupponit dominium eſſe alienum. *l. per* §. 6. *D. except. re. iudic. cum vulgo.* Amplio, nedum in redditu à domino ſuper alaudio ſuo mediante pecunia aut alias quouiſmodo conſtituto: ſed etiam in redditu creato per conceſſionem rei alaudialis ad certum annuum & perpetuum reddit um, quia nihilominus remanet res vere & propriè alaudialis, quamuis redditu onerata, quoniam concedens ad redditum (niſi aliud expreſsè agatur) nullum ius dominij retinet, vt plenè in rubric. *ſequen.* & tactum eſt ſupra §. 51. *num.* 18.

3. Ad ſecundum. Quotuplex ſit alaudium? Reſpon. quod eſt vnius & ſingularis ſpeciei, vnde propriè non diuiditur in ſe, ſed penes ſuas qualitates & accidentia duntaxat. Et hoc modo duplex eſt ſiue duplicis qualitatis. Quoddam nobile, * quoddam paganicum, quod vulgo roturarium vocant. Bona enim vulgo roturaria Latinè paganica dicuntur quaſi ignobilia, ad differentiam feudorum quæ nobilia habentur. vt ſupra § 9. *glo.* 3. Alaudium nobile, eſt illud cui cohæret iuriſdictio, vel à quo dependent feuda vel cenſualia prædia. in quo tamen eſt aduertendum, quod licet feuda vel cenſus dependentes ab alaudio non ſint alaudia reſpectu vaſſallorum vel cenſuariorum: tamen reſpectu ipſius domini directi à quo mouentur, ſunt vera alaudia, quia ipſum ius feudale vel cenſus retentum à domino concedente feudum vel cenſum, eſt pars homogenea dominij & ipſius rei dominantis & eiuſdem qualitatis per notab. Bald. Ioan. de Imol. in *l. talem. per illum textum. in fi. D. de hæred. inſtitu.* ſecus eſt de iuriſdictione, quia quantumcunque ſit annexa rei, non eſt eſſentialiter pars dominij ipſius rei, quia per * ſe ſubſiſtit, & de ſe nihil habet commune cum dominio & proprietate rei, ſed ſemper heterogenea eſt, vt ſæpe dictum eſt. patet etiam neceſſario, quia iuriſdictio competens inferiori à Rege in hoc regno nunquam eſt alaudialis, & hoc eſſet impoſſibile per nota. ſupra §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 53 54. Sed neceſſe eſt quod recognoſcatur à Rege tanquam à ſupremo directo domino. Et ſic quantumcunque ſit vnita caſtro vel latifundio alaudiali, tamen feudalis eſt & in feudo recognoſcenda à Rege qui non potuit dominium directum nec ius ſupremarum appellationum iuriſdictionis ſuæ in totum vel in minima parte addicere vel appropriare. Sed dices, quî igitur fit vt adiunctio iuriſdictionis nobiliter alaudium, cum iuriſdictio ſemper remaneat eſſentialiter & naturaliter diſparata? reſpondeo, ex eo quod tunc alaudium æquiparatur feudo nobili quantum ad ſucceſſiones & iura primogenitoræ. Alioquin nudum alaudium non æquiparatur feudo, ſed rebus paganicis, & ita diſpoſitum fuit ne contingeret ſecundogenitos filios etiam in legitima fraudari. Alaudium igitur paganicum, eſt nudum prædium alaudiale, cui neque iuriſdictio ineſt, neque ab eo mouentur feuda vel cenſus, vt patet in hoc text. & ſimilem ferè diuiſionem faciunt reliquæ conſuetudines, vt Trecenſis §. 54 55. & Victriaca. § 19. 20. & ita diſtinctio in noſtra conſuetudine adiecta fuit in ſolenni conſeſſu reductionis harum conſuetudinum ad optimum finem, ne videlicet accideret ſecundogenitos filios in totum etiam legitima fraudari in ſucceſſione parentis, qui non reliquiſſet niſi domum alaudialem. vt diximus 2. §. 13. *glo.* 4. *queſt.* 3. Ex quibus manifeſte patet, quod iuriſdictio, ſubfeuda, cenſus, adhærentia feudo, vel alaudio

* Alaudium quid.

* Alaudium nobile paganicum.

* Iuriſdictio per ſe ſubſiſtit.

Digitized by Google

nobili, non cedunt iure præcipui ſoli primogenito capienti totam manſionem principalem, ſed debent inter filios diuidi ſicut reſiduum bonorum feudalium. Nunc ad ampliorem diſcuſſionem huius §.

* Præſumit res alaudialis.

4. Quæro primo, vtrum in dubio res * præſumatur alaudialis: an vero feudalis vel cenſuaria? Pone Baronem vel Caſtellanum manum dominicam iniecisſe certo fundo ex defectu ſolutionis cenſus. Intercedit poſſeſſor dicens fundum ſuum eſſe francum alaudium, neque feudali neque cenſuali conditioni ſubiectum, ſuperior replicat illum fundum ſitum eſſe ſub ſua iuriſdictione & in ſuo territorio in quo eſt directus dominus. Et ſic quod niſi appareat fundum eſſe feudalem, præſumi debet cenſualis. Quæritur, non apparentibus aliis documentis nec probationibus, de conditione rei, quid dicendum, & qualis debeat iudicari? Et primo videtur

* Pro dominio territorij.

iudicandum * pro domino territorij: quia habens territorium limitatum ab antiquo, eſt fundatus de iure communi infra metas eiuſdem, ad exercendum in qualibet parte territorij, quod in toto vniuerſali exercet. *arg. l. pupillus. §. territorium. D. de verbor. ſignif. l. qui ex vico. D. ad municipa. l. forma. §. ſi vero quis agrum. D. de cenſib.* per quæ ita decidit Ioan. Fab. in *l. 1. colu. 2. verſ. ſed tu potes dicere. C. de ſum. Trin.* addens quod ſecundum Spec. omnia cenſentur teneri à domino territorij. Et in terminis ſpecificis hanc q. noſtram inter dominum territorij & poſſeſſorem certi fundi negantem rem eſſe emphyteuticam vel cenſualem, decidit Io. Fab. in *l. 1. C. de iur. emphy. ver. item dico.* quòd eſt præſumptio pro domino (ſcilicet territorij) licet contractus non probetur ſi reſiduum territorij moueatur ab eo.

* Res alaudialis præſumitur.

5. In contrarium * videtur iudicandum pro poſſeſſore ſeu pro domino particulari aut proprietario fundi, quia in dubio quælibet res præſumitur libera. *l. Imperatores. l. cuius. D. de ſeruit. vrb. prædio.* cum ſimilib. Sed feudalis & cenſuaria conditio eſt quædam ſeruitus. per not. *5. §. 1. glo. 5. col. 1.* Vnde nulla res præſumitur eſſe feudalis niſi probetur, inquit Bal. *in c. cæterum. ad ſi. de iudici.* & eadem ratione nec cenſuria nec emphyteutica, quoniam in dubio alaudialis præſumitur. Bal. & omnes in *c. 1. §. inter filiam. ſi de feu. defunct. contro. ſit inter. dom. & agu.* hinc eſt quod domini ciuitatum, caſtrorum & ſimiles, * non habent intentionem fundatam in aliquo directo dominio feudali, cenſualive emphyteutico vel alia ſeruitute aut penſitatione ſuper rebus ſitis in eorum territorio, ſed ſolum habent intentionem fundatam quoad iuriſdictionem. vt poſt Hoſti. tenet Io. And. Henry. Panor. Feli. in *c. ſi diligenti. de præſumpt. in c. nimis. de iureiur.* Anth. Butr. in *c. cum contingat. col. 2. ver. quædam eſt poteſtas dominica. de for. compet.* And. de Iſer. in *§. illud quoque. col. 3. 4. 5. de prohib. feu. alien.* per Federic. in *vſibus feudor.* Iacob de S. Georg. in *inueſtitu. in ver. quiqui. præſtit. iura fideli. col. 2. & in verb. dictique vaſſalli primi recognoſ. d. feud. col. 3.* Steph. Bertran. in *conſi. 30. quicquid ſit conſi. 238. domini ciuitatum lib. 2. & conſi. 1.*

* Princeps.

col. 1. num. 4. lib. 3. Imò etiam * ſupremus princeps non eſt fundatus in dominio rerum particularium, nec dicitur vniuerſalis dominus niſi quoad iuriſdictionem & protectionem. vt per gloſſ. & doct. in *l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip. gl.* & Bartol. in *l. 2. in ver. & cuius in quib. cauſ. col. domi. accuſa. poſſ. lib. 11. C.* And. Iſer. in *c. vnico de capita. qui curiam. vendi. col. 8. & in dicto. §. illud quoque. & quæ ſunt reg. colu. 29. in vſib. feud.* Alexand. in *conſil. 112. in cauſa & lite col. 2 lib. 4.*

* Solutio.

6. Pro breui * reſolutione concludo poſt Soc. in *l. 1. in princip. colum. 4.* (*vbi hoc optime reſolui*) *D. de acquiren. vel amitt. poſſeſſ.* quòd habens territorium limitatum in certo iure ſibi competente in illo territorio, eſt fundatus in iure communi in eodem iure in qualibet parte ſui territorij *l. ædes ſacra. §. ſi. D. de contraben. emptio. c. cùm Epiſcopus. de offic. ordin. c. 1. §. item ſi quis iunctis ne.* ibi per Bald. *quib. mod. feud. amitt. in vſib. feud.* vnde aut dominus ſuperior habet iuriſdictionem territorij: & eſt fundatus in iuriſdictione in qualibet parte & loco territorij, non autem in dominio etiam directo tantum, quia iuriſdictio nihil habet cum proprietate rerum, nec cum iuribus feudalibus vel cenſualibus, vt ſæpe dictum eſt. Aut vero dominus habet dominium ipſius territorij, ſaltem directum terrarum ſitarum in eodem territorio, & tunc habet fundatam intentionem, vt quilibet fundus eiuſdem territorij qui non eſt de domanio ſuo, ſaltem debeat ab eo tanquam domino directo recognoſci in feudum vel cenſum, non autem ex hoc erit fundatus in iuriſdictione. Si vero habeat territorium limitatum in dominio directo terrarum & iuriſdictione earum, erit fundatus in vtroque in qualibet parte. Idem in effectum voluit Soci. in *conſi. 86. in cauſa communitatis. columna 2. lib. 1. quod eſt repetitum in conſi. 169. lib. 2.* Socin. in *conſi. 127. viſis capitulis colum. 2. lib. 1. quod eſt repetitum in conſi. 181. lib. 2.* Et hæc diſtinctio eſt clauis neceſſaria, quia quandoque inuenitur aliquis inueſtitus de iuriſdictione caſtri vel territorij, alio non adiecto: & tunc non poteſt aliud prætendere quàm iuriſdictionem. Quandoque inuenitur aliquis cum iuriſdictione vel ſine ea inueſtitus de caſtro cum certo territorio vel amplo latifundio certis limitibus deſignato & ſic de ipſo dominio vniuerſitatis agrorum, cum ſubfeudis & cenſibus intra eoſdem limites contentis. Et tunc habet fundatam intentionem, quod quilibet poſſeſſor fundi in eodem territorio teneatur eum agnoſcere in feudum vel in cenſum, & quod res non ſit alaudialis, nec ab alio mouens niſi hoc clare per poſſeſſorem probetur. & ita in hoc caſu duntaxat loquitur & intelligitur præfata ſententia. Ioan. Fab. in *d. l. C. de ſumm. Trin. & in l. 1. C. de iure emphy.*

7. Secus ſi territorium vel latifundium non ſit vel non appareat conſiſtere in certis limitibus & finibus à quibus nihil apparet exceptum: vel non ſit exceptus locus in quo ſitus eſt fundus controuerſus, ſed conſiſtat in variis portionibus terrarum diſtantium, prout ſæpe contingit, & tunc in dubio non puto fundatam intentionem domini in aliquo, etiam ſi forte fundus, de quo agitur, ſit vicinus terris ab eodem domino mouentibus vel ei ſubiectis. Secus ſi appareat dominum eſſe in poſſeſſione vel quaſi, vel fundum de quo agitur facere partem locorum in inueſtitura domini contentorum: quia tunc non ſumus in dubio. Sed aduerte iſta aduſque tendunt ad oſtendendum dominum territorij non eſſe fundatum in dominio vtili ſiue (vt communi noſtro loquendi modo vtar) in proprietate rerum ſitarum in ſuo territorio: ſed duntaxat in dominio directo feudali vel cenſuali. quod eſt verum, quando illæ res non apparent derelictæ, ſed ab aliquo licet forte abſente poſſideri. Et hoc eſt indubitatum.

8. Si vero * nullus inuenitur poſſeſſor, tamen apparet quod illæ res aliàs fuerunt cultæ & poſſeſſæ, & ſuperſunt veſtigia. Et tunc tenet Paul. Aret. Socin. & alij in *l. 1. in princip. D. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ.* Et adhuc idem eſſe, rationes eorum vide apud eos ne prolixior ſim. Ego autem ſum in alia ſententia, & ſic diſtinguendum puto in hoc puncto, aut apparet quod fuerunt nouiſſimæ, licet ex diu cultæ & poſſeſſæ à ſubditis domini, & qui habitauerunt vel poſſederunt prædia in eo territorio: aut apparet fuiſſe cultas & poſſeſſas nouiſſimè à domino loci vel ſuis prædeceſſoribus: & non eſt dubitatio, quia primo caſu conſtat non eſſe fundatam intentionem domini niſi in directo dominio ſecundum prædicta. Secundo caſu conſtat fundatam eſſe intentionem patroni etiam in pleno dominio & proprietate. Aut vero non apparet à quo vel à quibus fuerunt poſſeſſæ & detentæ, & tunc

* Ad quem ſpectant terræ carentes poſſeſſore.

oogl

contra Aret. Soci. & omnes teneo in terminis noſtræ distinctionis fundatam eſſe intentionem domini loci, nedum in dominio directo, ſed etiam in pleno dominio: idque etiam in terminis iuris: quia ſupponitur & conſtat dominum de dominio totius territorij vel loci limitati inueſtitum, ſi reperiantur in eo terræ deſertæ, nedum omnino incultæ, & abſque vllo veſtigio culturæ, ſed etiam cum veſtigiis culturæ præſumuntur nunquam fuiſſe ſubinfeudatæ nec in cenſum conceſſæ, vel aliter per dominum territorij alienatæ, ſi nec per inueſtituras & catalogos aut aliter de hoc appareat. Sed vel relictæ in eodem ſtatu incultæ vel cultæ per dominum, deinde omiſſæ coli, prout ſæpe accidit. & ſatis eſt dominium de domino eiuſdem territorij infeudatum habere titulum & fundamentum in dominio, ab alia fortiori præſumptione non eliſum. *l. ſiue poſſidetis.* & ibi Bald. *C. de pro.*

6. Amplio etiam ſi ſit alius dominus in eodem loco reſpectu iuriſdictionis tantum, quia huiuſmodi ſterilia & inculta non ſpectant ad dominum iuriſdictionis, ſed dominum territorij. vt plenius dixi infra §. 199. declarando illum §. vbi etiam dixi cui competat ius faciendi proclamationes in loco ad finem ſciendi, ſi quis ſit poſſeſſor & in defectum poſſeſſoris ſibi applicandi. de quibus per Bartol. Alexand. & alios in *l. rem quæ nobis. D. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ.* Ex quibus patet quod intelligendo quoddam dictum Paul. *l. quædam Cet. d. l. 1. D. acquir. vel amit. poſſ.* quod terræ ſteriles, incultæ, & à nemine poſſeſſæ in territorio alicuius ciuitatis, Baronis, vel caſtellani exiſtentes non fiunt occupantis, ſed cenſentur eſſe in dominio & diſpoſitione ciuitatis, vel Baronis. quod dictum (licet Aret. ibi. not. 2. illud repræhendat) ſequitur ibi Soci. *col.* 2. & Iaſ. in *l. rem. quæ nobis. col.* 6. *num.* 32. *D. de acquir. vel amitt. poſſe.* Sentit Andr. Alcia. in *l. Sylua cædua. in verb. noualis. D. de verb. ſignif.* eſt de iure veriſſimum, intelligendo prout debet intelligi quando ciuitas, aut alius dominus loci eſt fundatus in dominio ſui territorij, & quando illud territorium eſt certum, certiſque finibus deſignatum, aliàs non, per prædicta.

10. Ex quibus etiam infertur falſum eſſe quoddam dictum * Mart. Laud. in *rubric. de caſtella. & caſtr.* §. 12. vbi dicit quod ſi princeps conceſſerit caſtrum cum toto territorio, non venit vſus fluminum, nec locus ſterilis, quod erroneum, quia in tali conceſſione omnia veniunt & tranſeunt, exceptis fluminibus publicis, & cæteris regalibus. *per l. ſi quando*, & ibi Bart. Alex. *C. de bonis vacant. l.* 10. *C. l.* 1. §. *cum vrbem.* & ibi Bal. *D. de offic. præfect. vrb.* Luc. de Pen. in *l.* 1. *de priuil. ſchola. l.* 1. *col.* 2. *verſic. Sed pone rex de vetera. lib.* 12. B. Soc. in *l.* 1. *in fi. D. de iuriſd. omn. iudic. faciunt. not.* 3. §. 1. *gl.* 5. *nu.* 47.

* Contra Mart. Laud.

11. SECVNDO ſubſequenter quæro, vtrum quis tenere poſſit francum alaudium in hoc regno ſine ſpeciali titulo? (hæc quæſtio eſt de materia præcedenti, quam fic diuiſi in duas propter amplitudinem materiæ, & ad faciliorem traditionem.) Et videtur quod ſic, quia in dubio res præſumitur alaudialis, & ſic poſſeſſor in hoc habet intentionem fundatam de iure communi. Vnde non tenetur docere de titulo. *l. cogi. C. de peti. hæred.* Sed bene econtra prætendens rem feudalem emphyteuticam, vel cenſualem, debet docere de titulo vel alio legitimo documento, & quod in dubio res præſumatur alaudialis vltra ad hoc allegata in præcedenti quæſt. (vt plenè habeas quando locus occurrit) Adde locos plenos Andr. de Iſer. *de contr. inter maſcul. & fœmi. de benefi. col.* 1 *in vſib. feud.* Alexand. *conſi.* 129. *ponderatis his. colum.* 1. *lib.* 1. *conſi.* 15. *viſis narratis. colum.* 1. *l.* 5. Franciſ. Cur. *ſen. conſil.* 75. Dominus Ludouicus *colum.* 2. Iaſo. in *l. ſi prius colum.* 12. *de ope. no. nuncia. & in conſi.* 60. *col.* 2. *conſi.* 102. *lib.* 1. Albe. Bru. *inter conſil. feudalia con.* 1. *colum.* 2. *conſi.* 82. *& conſi.* 89. Phil. Dec. *conſi.* 467. *& conſil. ſeq. conſi.* 498. *colum.* 1. *conſi.* 588. *numer.* 8. Franciſc. Curt. Iunior. *conſi.* 140. *num.* 4. In contrarium videtur quod iſta non procedant in hoc regno in quo ſupremus rex noſter nedum eſt dominus quoad iuriſdictionem, ſed etiam quoad dominium directum terrarum, & poſſeſſionum in eo ſitarum. Et expreſſim ſcripſit Panorm. in *c. veniens colum.* 1. *de accuſat.* eum eſſe fundatum in directo dominio bonorum temporalium regni ſui, etiam ad eccleſias ſpectantium.

12. Et refert Guil. Benedi. in *repet. c. Raynutius in verb. & vxor. no. Adela. num.* 465. *de teſt.* quod ſuper hoc olim orta q. apud præfectos ratiociniorum regiorum in hac vrbe reſponſum fuiſſe, & ad æternam rei memoriam publicis inſcriptum monumentis, quod nullus in regno Franciæ tenere poſſit rem aliquam ſine domino, hoc eſt, quin regem vel alium inferiorem à rege teneatur in dominum directum rei ſiue mobilis ſiue immobilis recognoſcere. Sed certe iſtud non poteſt ſtare, quia ſequeretur quod in regno Franciæ nulla poſſent eſſe alaudia, quod notorie falſum eſt, vt patet in hoc præcellenti præſidatu aliqua eſſe per hunc §. qui non eſt ſuperfluo ſcriptus. Et vel in hac vrbe quæ eſt caput regni, ſunt quædam alaudia, ſeu plures domus quæ ſunt franci alaudij poſſidentur, vt ſupponit proceſſus verbalis ſuper hoc §. Similiter & in comitatu huius vrbis & præfecturæ reperiuntur inſignia alaudia, vt caſtrum de Villeacoubley cum latifundio (vbi nuper ſanitatis cauſa ruſticatus ſum, & ibi me reliquit febris, ſed reuerſum, & hæc pro abſolutione huius primæ partis ſedulo ſcribentem aliquoties repetiit, perſiſtam tamen & finiam, quia plus febri me grauat impreſſionis interruptio, & auari bibliopolæ importunitas) quod in francum & nobile alaudium poſſidetur, & ſpectat ad nobilem & optimum virum dominum Franciſcum de Monceaux militem, mihi à multis annis amicitia magna coniunctiſſimum. Tum per reliquas conſuetudines huius regni, patet multa eſſe alaudia in patria conſuetudinaria. Similiter & in patria quæ iure ſcripto regitur, vt teſtatur Guilliel. Bened. in *d. repet. in d. verb. & vxor. no. Adela. num.* 519. Vbi reprobat præfatum reſponſum præfectorum ratiociniis regiis, quod etiam non credo ita ſimpliciter reſponſum & regiſtratum fuiſſe. interrogaui enim quoſdam ex dominis præfectis, qui mihi reſponderunt ſe nunquam vidiſſe in præfatis regiſtris illud prætenſum reſponſum, cui etiam reſiſtit notorietas antiqua facti permanentis in pluribus locis huius regni. Quinetiam pluribus conſuetudinibus huius regni in ſcriptis principalis iuſſione redactis, & à ſupremo hoc ſenatu homologatis, nominatim cauetur omne hæredium ſeu prædium cenſemi, & præſumi francum alaudium, etiam ſi ſit ſub territorio & iuriſdictione altena, & poſſeſſor nullum titulum oſtendat, niſi de contrario probetur, vt in conſuet. *Trecenſi* §. 51. *& Niuernenſi. titul. des rentes & hypothec.* §. 1. Ex quibus liquet falſum eſſe illud dictum vulgatum, non poſſe aliquem in hoc regno tenere terram ſine domino. Et hoc intelligendo ſine domino ſcilicet directo, quem ſit neceſſe in dominium directum ſoli recognoſcere, ſed intelligendo ſine domino, id eſt quin ſubſit dominationi & iuriſdictioni regis vel ſubalterni domini ſub eo, eſt veriſſimum.

13. Modo ad ſolutionem q. dico quod duplex eſt * titulus, Quidam collatorius ſiue iuris acquiſitorius, & hic propriè titulus eſt: Quidam declaratorius, & hoc large accipiendo titulum. Primo modo non requiritur titulus in hoc regno ad tenendum & poſſidendum francum alaudium ſiue aduerſus regem, ſiue aduerſus quoſcunq; inferiores ab eo, quia poteſt quis allegare ſe poſſidere in alaudium etiam ſi nec literas acquiſitionis, nec alium titulum oſtendat vel habeat, & etiam in hoc regno præſumitur res (ſi allegatur) alaudialis eſſe, niſi in

* Titulus collatorius & declaratorius.

locis vbi conſuetudo localis repugnet, vt Meldis in *conſuetud. Melden.* §. 189. *& in conſuetudine Meloduenſi.* §. 97. vel niſi appareat rem ſitam infra limites territorij in quo dominus loci eſt fundatus in dominio directo. Secundo autem modo accipiendo titulum dico, quod etiam ſimplex titulus declaratorius, vel literæ verificationis nullo modo requiruntur in locis in quibus expreſſa viget conſuetudo iuri communi conformis, quod omnis res alaudialis præſumitur niſi de contrario doceatur, vt apud Trecenſes, & Niuernenſes, quia conſuetudo eſt pro generali titulo declaratorio. Et hoc niſi res ſit ſita intra territorium domini in eo habentis dominium directum, quia tunc* ſpecialis præſumptio vincit generalem in terminis ſpecialitatis ſuæ, iuxta Bal. in *l. ſiue poſſidetis. C. de proba.* Philipp. Deci. in *l. toto iure. D. de regulis iuris.* in locis autem in quibus conſuetudo expreſſe derogat præſumptioni iuris communis pro alaudio, clarum eſt requiri titulum, in dicta conſuetud. Melden. §. *centeſimo octuageſimonono.* quod intelligo nedum de titulo iuris vel rei acquiſitorio, ſed etiam de ſimplici titulo declaratorio, qui ſufficiet, modo ſit conceſſus ab habente poteſtatem, & cuius intereſt. In locis autem in quibus conſuetudo nihil de hoc diſponit, idem mero iure dicendum eſt quòd in primo modo, vel caſu. Tamen quia notorie maior pars terrarum huius regni eſt de dominio directo regis, à quo mediatè vel immediatè mouetur, & recognoſcitur, ſiue in feudum, ſiue in cenſum, ſiue in emphyteuſim, ſiue ſub onere terragij, vel campi partiti, aut aliis modis directi alterius dominij recognitiuis, de quibus in rubr. ſequen. Et ſic illa præſumptio iuris communis de alaudio caret effectu in maiori parte locorum huius regni, & intereſt principi in locis, in quibus eſt immediatus ſuperior, ſcire an aliqua & quæ ſint alaudia.

* Præſcriptio ſpecialis generalem vincit.

14. Poterit iuſte cogere poſſeſſorem alaudij, non ad docendum de proprietate & iure alaudij, niſi aliàs haberet princeps intentionem fundatam in pleno dominio, vel in directo ſecundum not. in quæſt. præcedenti, ſed ad declarandum quid & quantum poſſideat in alaudio. Et huiuſmodi ſimplex deſcriptio quum nemini præiudicet, nec mutet, ſed conſeruet qualitatem & ſtatum rei, non poteſt impediri. Imò etiam ceſſante ſuſpicione permittitur. vt in ſimili not. in *l. defenſionis facultas.* & ibi gloſſ. Bartol. Luc. de Pen. Ioan. de Plat. de *iur. fiſc. libro decimo. C.* per Bald. in *l. ſi fideiuſ.* §. *ſiue. verſicul. Item adde. D. qui ſatiſda. cogan.* imo non tantum prodeſt principi, ſed potius ipſi poſſeſſori ad confirmationem & verificationem iuris ſui in poſterum. Habet enim huiuſmodi deſcriptio vicem approbationis & confirmationis alaudij, & quandoque ipſi poſſeſſores ſecuritati ſuæ conſulentes, curant habere a rege & præfectis ratiociniorum regiorum cauſa cognita confirmationem alaudiorum ſuorum. & hoc modo dixit Guilliel. in *d. repet. in ver. & vxor. no. Adela. numero quingenteſimo decimonono.* multa eſſe alaudia in ciuitate Tholoſæ à rege Ioanne priuilegiata, id eſt, confirmata & approbata, quia non eſt proprie priuilegium nec exemptio, quæ fieri non poſſet in his quæ ſemel ſunt de domanio regio. Et per prædicta idem dico in inferioribus non ſimplicem iuriſdictionem habentibus, ſed dominium directum in territorio, vt nedum vaſſallos & cenſuarios territorij ſui poſſint cogere ad declarationem & inſcriptionem poſſeſſionum, ſed etiam tenentes alaudia, vt deſcribatur quid & quantum teneant in alaudio ad finem, ne domini incidant ad temerariam prehenſionem alaudialium, & vt huiuſmodi bona poſſidentes quietus & ſecurius poſſideant, nec vltra vlurpent.

* Simplex deſcriptio.

15. TERTIO quæro, Vtrum quis poſſit præſcribere, vt teneat prædium in alaudium? Et perinde eſt ac ſi quæratur, an vaſſallus cenſuarius emphyteuta, aut ſimilis poſſit præſcribere directum dominium, & omne ius dominicum aduerſus dominum ſuum. Breuiter reſpondeo, aut agitur de vaſſallo, ſiue de re quæ erat feudalis, & nullo tempore etiam cum titulo & bona fide præſcribi poteſt aduerſus patronum, & hoc niſi centum annis ſeu tempore immemoriali per no. ſupra §. 22. *num.* 11. Et adhuc non poteſt nec debet præſcribens ſe fundare in præſcriptione etiam temporis immemorialis, quia ſuccumberet, ſed in præſumptione iuſtitiæ reſultante ex poſſeſſione tanti temporis, vt in dicto §. 12. *numer.* 14. Aut agitur de re cenſuali emphyteutica, vel ſimili, & tunc aut allegatur, & probatur poſſeſſio temporis immemorialis in qualitate alaudij & omnino ſufficit etiam in locis in quibus conſuetudo requirit titulum particularem vel expreſſum ad poſſidendum iure alaudij, quia tanti temporis decurſus habet vim tituli. *l. hoc iure.* §. *ductus aquæ. D. de aqua quoti. & eſtiua.* Aut vero agitur de præſcriptione minoris temporis, & non ſufficit in locis in quibus conſuetudo requirit titulum ad poſſidendum iure alaudij, vt conſuet. Melden. §. 189. & Meloduenſis. §. 97. in locis autem in quibus conſuetudo non requirit titulum, nec aliter diſponit, reciditur in quæſt. miſtam legalibus, & conſuetudinariis argumentis quam tractaui infra §. 69. vbi remitto. Ex his habes textualia & materiam huius §. expedita. Sed quia neceſſarium eſt tractare de feudis decimarum, vt ſub paucis ſummam rerum habeas.

16. Quarto quæro, Quid de feudo decimarum infeudatarum ſiue quæ ſupponuntur infeudatæ ante concilium Lateranenſe? Breuiter reſpondeo, quod in iſtis ſucceditur eodem modo ſicut in aliis feudis ſecundum conſuetudinem loci, & vltra poſſunt vendi, & quocunque titulo etiam ſine epiſcopi conſenſu transferri in alium etiam laicum, & generaliter in omnibus & per omnia eodem modo regulantur in toto hoc regno ſicut cætera patrimonialia bona, & res prophanæ, & ita nominatim diſponunt quædam conſuetudines, vt Bleſenſis. §. 63. & Niuernenſis. in *titul. des diſmes.* §. *octauo.* Et cognitio eiuſmodi decimarum infeudatarum ſpectat ad ſolum iudicem ſecularem priuatiue, & ad iudicem eccleſiaſticum, & hæc eſt antiqua obſeruantia & concluſio indubitata in hoc regno, quod vt clarius liqueat rudibus in praxi (quia hæc materia nondum fuit ab aliquo diſcuſſa.) Pone laicum habentem decimam prædialem ſuæ parochiæ infeudatam ante concilium Lateranenſe, vendere vel donare huiuſmodi feudum decimale alij laico, à quo parochus incipit vendicare, reus excipit quòd decima per eum acquiſita eſt infeudata ante concilium Lateranenſe, parochus replicat quòd illa infeudatio non prodeſt niſi infeudato, & deſcendentibus ex eo. Cæterum quòd non potuit aliquo modo transferri in alium laicum. Quid dicendum? Videtur pro parocho iudicandum, per text. ex concilio Lateranenſi deciſum in *capit. prohibemus. de deci.* Vbi tenet Panorm. non poſſe in alium laicum transferri, etiam de conſenſu Epiſcopi, per illum text. in verb. aliquo modo. Et eſt communis opinio, licet gloſſ. & ibi Hoſti. in *ſum. tit. de deci.* §. *tertio, quæritur. verſicu. porro aliud in decimis.* Iaſo. in *conſilio* 155. *in fin.* 158. *columna prima, volum.* 1. contra teneant, quòd nunc non diſcutio. & ita tenet Ioan. Fab. *inſti. de rerum diuiſ. adfin princip.* Et idem ſentit. in §. *loca. in princip. inſtit. de emp. & vend.* Nec obſtat quod Ioan. Fab. *inſtit. de actio.* §. *Item Seruiana. columna duodecima. verſicu. quid ſi decima.* tenet quòd in regno Franciæ huiuſmodi feudum decimale, ſeu decima feudalis poſſit hypothecari, quia per dict. cap. prohibemus, non prohibetur pignoratio vel

* Feuda decimarum.

hypotheca

hypotheca decimæ infeudatæ etiam laico, & ſine au- A thoritate epiſcopi, ſed ſolum prohibetur alienatio & ipſa tranſlatio. & ſic Io. Fab. non contradicit opinioni ſuæ præcedenti in præfatis locis.

17. Antequam veniam ad ſolutionem præmitto quòd ſi feudum dominicale ſit annexum caſtro, vel dependeat ab alia re prophana, tunc ſimul cum vniuerſitate ſeu totalitate illius rei, poteſt quomodolibet alienari vel transferri ſine conſenſu epiſcopi, etiam de iure canonico, per tex. & not. in *cap. ex literis de iur. patronat.* Et de hoc non quæritur. Sed ſi huiuſmodi feudum ſtet vel per ſe ſeparatim, & principaliter vendatur, tunc loquitur dict. cap. prohibemus, & procedit q. in qua prædictis non obſtantibus, dicendum liberè poſſe alienari in hoc regno in vim conſuetudinis gene- B ralis quod omnia feuda ſicut patrimonialia regulantur, & ad cognitionem ſolius ſeculatis iudicis ſpectant.

18. Nec obſtat *dict. cap. prohibemus*, & concilium * Lateranenſe quod fuit celebratum ab Alexand. 3. papa, anno domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono. vt recte tradit Ioan. Andr. in *collecta*. Anthonius de Butri. in *cap. cum apoſtolica*, & ibi Card. Flor. *col. 3. quæſt. 2. de his quæ fi. à prael. ſine conſ. cap.* Cæpol. in *tractatu de ſimula. contract. in fin.* Guid. Pap. in *deciſ. Delph. quæſt. 208. deciſ. Tholoſ. 439 in fin.* vbi mirandum eſt Stephan. Auffrer. aliam temporis datam ex Plat. & Bergo. adducere, cùm ex ſcriptis Pla. & Berg. facile appareat huiuſmodi concilium ab Alexand. 3. circa finem, ſcilicet anno penultimo pontificatus ſui habitum eſſe, cùm Romam poſt longam abſentiam rediiſſet, ex quo attento tempore dicti pontificatus verificatur data Ioan. Andr.

* Tempus concilij Lateranenſis.

19. Soluendo autem dico, quòd illud concilium Lateranenſe fuit celebratum poſt infeudationem decimarum laicis factam, & ius eis quæſitum. Et ſic papa cum ſuo capitulo ſeu collegio Cardinalium præſidens Romæ in æde S. Ioan. Lateranenſis (quomodo * celebratum concilium Lateranenſe appellatur) quæ * eſt maior & principalior Romana eccleſia, & apoſtolica ſedes nuncupatur ſecundum Ioan. Andr. Gemi. Philip. Franc. in *c. fundamenta, columna prima de elect. in 6. & in cap. 2. de præſcrip. in 6.* benè potuit ſtatuiſſe quòd amplius eccleſia non infeudaret huiuſmodi decimas, & ſic impedire ius de futuro laicis D acquirendum, quia hoc modo non ſtatuebat ſuper rebus vel iuribus laicorum, & ad ſecularem iuriſdictionem ſpectantium, ſed legem ponebat clericis & rebus conceſſis, & adhuc exiſtentibus in iuriſdictione eccleſiaſtica, ſed non potuit præiudicare iuri ſemel acquiſito laicis in decimis infeudatis ante d. concilium, quia illæ decimæ fuerunt ab eccleſia expropriatæ & effectæ (tanquam res prophanæ) proprium patrimoniorum laicorum ſecundum morem cæterorum feudorum, quia infeudatio cenſetur facta ſecundum conſuetudinem loci in quo ſita eſt res infeudata, vt plenè dixi *ſupra* §. 12. *in fin.* Fuit igitur ex tunc iuxta conſuetudinem loci acquiſitum laicis ius poſſidendi, vendendi, & quocunque modo E ſicut patrimonialia diſponendi illas decimas. Igitur non potuit papa nec ſummum concilium limitare ius laicis acquiſitum. Imò nullo modo potuit ſtatuere, nec legem dicere laicis, nec ſuper illis decimis iam infeudatis, vtpote quum non eſſet amplius ſub iuriſdictione, ſed effectæ eſſet res prophanæ, & de temporali iuriſdictione. Ergo per text. *in c. nouit. de iudi.*

20. Amplio primo, nedum ſi huiuſmodi feuda competant mere laicis, ſed etiam ſi competant clericis, ſed ratione patrimonij, * quia in hoc cenſentur laici, nec ſubſunt papæ, ſed principi ſeculari, vt per Innoc. expreſſum in *cap. nouerit. de ſentent. excom.* latè ſupra in *proœm. gloſſ. 6.* Intellige etiam ſi huiuſmodi feudum competat clerico per ſe & ſeparatim, & non ſit annexum caſtro vel alij rei patrimoniali. Facit text. in *c. cùm dilectus.* & quod ibi not. Panorm. & alij. quòd ſi clericus habeat ius patronatus ratione patrimonij in hoc iudicatur tanquam laicus, & cenſetur ius patronatus laicum, & non eccleſiaſticum, ita quòd nec papa nec legatus de latere poſſunt illi derogare, nec ſine præſentatione conferre, prout poſſunt in iure patronatus eccleſiaſtico. *cap. dilectus de offi. delegat.* quod eſt intelligendum nedum ſi illud ius patronatus ſpectat clerico ratione caſtri cui eſt annexum, ſed etiam ſi per ſe ſtet, modo competat clerico ratione fundationis à ſe factæ de ſuo patrimonio, vel ex ſucceſſione prædeceſſorum, & non ratione eccleſiæ vel beneficij, in quo non habet niſi titulum.

* Clerici in patrimonio ſunt laici.

21. Amplio ſecundo, etiam ſi huiuſmodi feudum decimale eſſet in eccleſiam tranſlatum, imò etiam amortizatum, in qualitate tamen feudi. Ad quod intelligendum notandum eſt, quòd * Ludouicus nouus Francorum rex ſtatuit, quòd decimæ ad eccleſiam reuerſæ ex tunc, & deinceps ſemper cenſerentur & reputarentur res meræ eccleſiaſticæ, tanquam ad originem, & primitiuum ſtatum ſuum reuerſæ, etiam ſi conſtaret quòd prius ſpectabant laicis iure infeudationis ante concilium Lateranenſe. Quæ quidem conſtitutio debet intelligi (& ita ſæpe audiui ampliſſimum illum & conditiſſimum virum dominum Petr. Lyſerum protopræſidem in ſupremo hoc ſenatu di- C centem grauiter, & plura ad hoc eiuſdem ſenatus arteſta aduocantem) quando decima eccleſiæ donatur per ſe & ſimpliciter ſine onere feudi vel feudo ſuppreſſo, ita quòd eccleſia cui datur à nemine teneat in feudum, ſed liberè & iure proprio poſſideat: tunc enim decima recuperat antiquam naturam rei meræ eccleſiaſticæ (quam canoniſtæ ſpiritualem vocant, ſed ineptè & impropriè, cùm non ſit res ſpiritualis eſſentialiter nec effectiuè, non magis quàm manſus doti eccleſiæ deputatus, ſed ſolum per quandam deputationem, vt per Io. Gerſo. in *tract. de vita ſpiritu. anima. & in 1. lectione ſuper Marcum*) ita vt per priuilegia eccleſiæ data, ſit deinceps exempta à iuriſdictione ſeculari, nec poſſit à poteſtate ſæculari præhendi. Et hoc procedit ſiue huiuſmodi decima detur vel remittatur ipſi eccleſiæ parrochiali ad quam de iure communi ſpectat, ſiue alij eccleſiæ vel collegio eccleſiaſtico, dummodo ſine onere & qualitate feudi.

* Conſtit. Ludouich

22. Secus ſi laicus habens huiuſmodi decimam quam recognoſcit in feudum immediatum ab alio laico, donaret huiuſmodi decimam vel feudum ſuum decimale eccleſiæ etiam parrochiali, quia etiam ſi ſimpliciter & nullo onere expreſſo legauerit vel donauerit, non amittit naturam ſuam præſentem, nec recuperat antiquam, quia non eſt in poteſtate donantis præiudicare ſuperiori patrono ſuo. Et ſic tranſit cum onere ſuo, & poteſt cogi eccleſia à patrono nedum ad recognitionem & ſolutionem relenij etiam vi prehenſionis, *vt ſupra* §. 1. ſed etiam ad vacuandum manum ſuam, & transferendum in alium laicum, ſecundum not. *ſupra* §. 33. *quæſt.* 41. *&* §. 51. *quæſt.* 12. 23. ¶ Idem ſecus ſi quis laicus decimam ſuam infeudaret eccleſiæ, vel ei concedat in feudum & ad onera feudalia erga ſe, quia tunc ſemper remanet feudalis & res prophana, etiam ſi eccleſia longiſſimis temporibus non exigeretur, nec præſtaret iura feudalia. quia non præſumitur interuertiſſe poſſeſſionem vel quaſi feudalitatis, ſed ſemper in qualitate in qua acquiſiuit poſſediſſe; præſumitur enim poſſeſſio continuata in qualitate tituli & conformiter ad titulum, vt per gloſſ. fin. in *l. quadam mulier. D. de rei vendi. gloſſ. in l. 2.* & ibi Bar. *C. de acquir. vel reti. poſſ.* Bar. in *l. cum ſolus ad fi. D. de vſucap.* Ang. in *conſ. 161.*

Poſſeſſio defertur ad titulum.

viſo puncto. Ludo. Rom. *conſi.*128. *pro plena. verſ.*11. Soc. *conſil.* 15. *Inſignis doct. lib.* 4. An autem ſaltem in præcedenti caſu: quando eccleſia ſine onere feudi acquiſiuit, poſſit præſcribere vt iure proprio tanquam rem eccleſiaſticam libere poſſideat, dicam *infra* §. 69.

24. Item ſecus ſi feudum decimale tranſiret vel reuerteretur ad eccleſiam non per ſe, ſed cum vniuerſitate caſtri, vel alterius rei temporalis cui annexum eſt, & à quo dependet, quia ſemper retinet naturam feudi & rei prophanæ, ſicut & ipſum principale cui accedit. *cap. acceſſorium d. regul. iur. in* 6. *cap. dilectus.*3. *de præbend.* hoc enim caſu eccleſia ſiue prælatus non fruitur hac decima tanquam eccleſia, vel tanquam prælatus eccleſiaſticus ſimpliciter, ſed tanquam domina vel dominus loci temporalis à quo feudum decimale dependet. Et prædicta procedunt quantumcunque feudum decimale, tanquam feudum eccleſiæ datum, vel ad eam cum vniuerſitate alterius rei tranſlatum, amortizetur ſiue per ſe ſiue cùm vniuerſitate rei, quia amortizatio non immutat qualitatem rei, nec eximit à iuriſdictione ſeculari, vt plenè dictum eſt 3. §. 51. *num.* 78. 25. ¶ Et ſic feudum decimale ad eccleſiam pertinens ſpectat ad agnitionem iudicis ſecularis, priuatiuè ad omnem iudicem eccleſiaſticum, & ſaiſiri ſiue prehendi poteſt, & iterum ad laicos reuerti ſiue iure feudi aut aliàs etiam principaliter alienando vel vendendo ſeruata ſolennitate eccleſiæ, non obſtantibus omnibus præfatis iuribus canonicis, ſicut * cætera bona temporalia ſiue immobilia eccleſiarum de foro & iuriſdictione ſeculari ſunt. imò in *cap. non minus. de immunita. eccleſia. in cap. monerit. de ſentent. excom.* & prehendi & cum decreto vendi poſſunt.

* Temporalia eccleſiaſtũ ſunt de foro ſeculari.

26. Modo redeundo ad quæſtionem noſtram non obſtant dicta Ioan. Fab. qui erat callentiſſimus conſuetudinum regni Franciæ, quia rectè & ſubtiliter perpendendo eius verba, tenet præfatam concluſionem noſtram. Et primo in dicto *prine. inſtit. de rer. diuiſ.* & ideo credo vbi dicit quòd ſi quis det omnia bona laico, non videtur dare decimam quæ non acquiritur per tranſlationem. Reſpondeo quod in illo verſiculo loquitur in terminis iuris communis & ſcripti, & non tanquam interpres iurium Gallicorum vel conſuetudinum Franciæ, prout in dubio quilibet legens inſtitutiones vel aliud volumen de corpore vtriuſque iuris. Sed in verſicul. ſequen. ibi, Credo etiam, incipit obiter loqui de conſuetudine regni Franciæ, & ex illa infert, quod prædicta veniant in generali alienatione, & ſic quod etiam feuda decimalia poſſint attenta illa conſuetudine in laicos libere transferri. quod autem Ioann. Fab. in hac illatione ſentiat de feudis decimarum patet, primo ex generalitate dictæ illationis, & ex verborum ſerie. Secundo & ineuitabiliter ex clauſula immediate ſequenti ibi, cùm eſſet ratio d. c c. Et ſic expreſſe ſe refert ad rextus & ſanctiones iuris canonici, à quibus recedit in terminis & locis conſuetudinis regni Franciæ. Et per hoc reſponſum eſt ad id quod dixi in princ. *diſt.* §. *loca.* quia ibi loquitur in terminis iuris ſcripti. Vberius concluſionem noſtram tenet Ioan. Fab. in *d.* §. *Item Seruiana*, quia poſtquam locutus eſt in terminis iuris, incipit loqui de conſuetudine regni Franciæ, ſecundum quam feuda libere venduntur & pignorantur. ex qua infert quòd ſuppoſita dicta conſuetudine poſſit feudum decimale pignorari. Vnde ſequitur poſſe etiam libere vendi, quia ratio conſuetudinis in qua illud dictum fundatur, & ſecundum quam dictum debet intelligi & ampliari *l. regula.* §. *fi. D. de iur. & fact. ignor.* æque concludit tam in venditione quàm in pignoratione. Et hæc velut pro fundamento & elementis huius vberrimæ materiæ decimarum infeudatarum breuiter perſtricta ſufficiant. Fuſiùs hæc deducere & reſoluere ſtatueram, ſed temporis breuitas & quorumdam de prolixitate mea querelæ impellunt, vt calamum ſiſtam, & reliquas huius materiæ quæſtiones aliis in locis reſeruem.

---

* Hi 4. ſequentes articuli additi ſunt per nouam conſuetudinem.

* LXIX.

LE ſeigneur haut iuſticier qui a cenſiue, peut auoir *colombier* à pied, ayant boulins iuſques au rez de chauſſée.

LXX.

AVSSI le ſeigneur non haut iuſticier ayant fief cenſiue & terres en domaine iuſques à cinquante arpens, peut auoir colombier à pied.

LXXI.

NVL ſeigneur ne peut contraindre ſes ſubjets d'aller au *four* ou *moulin* qu'il pretend bannal, ou faire couruées, s'il n'en a tiltre valable, ou adueu & denombrement ancien. Et n'eſt reputé tiltre valable, s'il n'eſt auparauant vingt cinq ans.

LXXII.

LE moulin à vent ne peut eſtre bannal, ny ſoubs pretexte de ce les muſniers voiſins empeſchez de chaſſer, s'il n'y a tiltre ou reconnoiſſance par eſcrit, comme deſſus.

¶ Et hic ſit finis huius primæ partis noſtrarum conſuetudinum, in quarum interpretatione tantam adeo copioſam reperi materiam non emendicatarum, nec aliunde congeſtarum, ſed ex te ipſa velut è viuo & profluentiſſimo fonte ſcaturientium quæſtionum, vt iam non vno alueo (quod in initio huius operis conceperam) contineri potuerint. ſed in quatuor partes dividere, & quatuor inde iuſta volumina confícere mihi neceſſe fuerit, niſi perfunctoriè quaſi per ocium & non iuſta interpretatione veluti pleno copiæ cornu ſuſcepto ſemel hoc nobili & arduo inſtituto defungi maluiſſem.

O quam facile, quam parabile mihi erat cum primam calamo manum adhibui ſelecta quædam & dudum à me meditata è regeſtis & promptuariis meis (quæ ex multiplici lectione & ſtudio theoriæ

Digitized by Google

& praxis à viginti annis coagmentare cœpi (deſumpta in ſingulos titulos & paragraphos horum conſuetudinum ociosè transferre quibuſdam additis , ſi qua obiter in mentem venirent pro ratione ſubiectæ materiæ , cuiuſque paragraphi, omiſſis interim quæſtionibus noue ſtudio & magna diſcuſſione indigentibus , conniuendo ad perplexa & confragoſa quæque loca , quorum ſolutio non eſſet ad manum , certus ſum vel in biennio vniuerſum hoc opus iuſto magnóque vno volumine à me confici & abſolui potuiſſe, idque pro præſenti rerum ſtatu multo plauſibilius & acceptius futurum , & indidem plus fauoris & honoris mihi, nedum apud pragmaticos & literatorum vulgus : ſed etiam magnates ex tempore acceſſurum quam vnquam ſperem ex longis iſtis & exantlatis laboribus , dum præcipue difficilia quæque obſcura aut perplexa in hoc opere nedum occurrentia, ſed de induſtria plerumque veſtigata & inquiſita euoluere, & plana perſpicuáque reddere moliar , cunctáque ad veritatis & æquitatis normam excutere. & iuxta Platonem in Phædro (& hoc opus , hic labor) res ipſas in ſuas ſpecies diſcernere , rurſúſque ſingula idea vna comprehendere , vt quantum vires ferre valeant ſuſcepto ſemel inſtituto condignè reſpondeam , quod vt præſtem maiorem rationem publicæ vtilitatis quàm rei familiaris , atque etiam valetudinis hactenus habui & habiturus ſum. Quòd autem totius huius operis quadrantem & primam partem in vnico feudorum titulo concluſerim , nullus mirabitur qui modo nouerit quàm perpenſo iudicio id fecerim. Siue enim numerum paragraphorum huius conſuetudinis attendamus , primus hic titulus quartam partem iuſto numero complectitur : ſiue pondus & copiam materiæ , itidem fere inuenitur , vt valde errent qui hunc titulum breui & ſummaria interpretatione indigere arbitrentur : eo quòd pleniſſimè in vſibus feudorum habeatur & effuſiſſime à feudiſtis tractata & reſoluta fuerit hæc feudalis materia , quæ conſuetudinis ignorantium vana cauſatio eſt. Quemadmodum enim conſuetudo noſtra etiam in feudis nihil habet commune cum illis feudorum Inſubriæ vſibus , ita nec interpretatio conſuetudinis noſtræ cum interpretationibus & theoriis dictorum vſuum. Sed nouis theoriis , nouis inuentionibus mihi nitendum fuit , vt ſatis colligitur ex hac prima parte , quæ potiſſimum effunditur in ſeptemdecim diuerſas & copioſas materias , quæ nouiter tractandæ & diſcutiendæ fuerunt.

Epilogus.

5. Prima eſt, *Prehenſionis* ſeu manus iniectionis feudalis quæ habetur in §. 1. 4. 19.

Secunda , de *Sacramento* fidelitatis in § 2. 3. & de ætate & induciis fidelitatis præſtandæ : in §. 21. 27. 28. 29. 43.

Tertia , de traditione , & viribus *Catalogorum* feudalium , & de manus iniectione ex defectu catalogi, & habetur in §. 5. 6.

Quarta de *Præſumptione* feudorum & iurium feudalium §. 7.

Quinta , de iure *Primogenitorum* & ſucceſſione in feudum 8. 9. 10. 11. 12. 16. 20. 26.

Sexta , de iure *Retractus* feudalis in §. 13. 14. 15.

Septima , de *Reditibus* infeudatis in §. 18.

Octaua , de *Iuribus* vtilibus releuiorum vel quinti pretij in §. 17. 22. 23. 24. 25. 32. 33. 34. 38. 39. 40. 50.

Nona , de *Commiſſis* feudorum §. 30.

Decima , de *Alienatione* aut ſectione feudorum in §. 35. 42.

Vndecima , de *Poteſtate* & authoritate ſuperioris mediati patroni in ſubfeuda §. 36. 37. & 43.

Duodecima , de *Amortizationibus* in §. 42.

Decimatertia , de *Diſpunctionibus* catalogorum §. 44.

Decimaquarta , de *Oblationibus* iurium clientelarium in §. 45.

Decimaquinta , de *Alaudiis* & decimis infeudatis in §. 46.

Decimaſexta , de *Mutationibus* feudi ex parte patronorum §. 47. 48.

Decimaſeptima , de *Procuratoribus* circa feudalia §. 49.

Et hic eſt Epilogus materiarum primæ partis , quæ vſque ad duodecimam ſiue vſque ad §. 51. abundè ſatis tractatæ ſunt : ſed circa medium d. § 51. ſuperuenientia quartanæ , deinde tertianæ febris quæ me toto hoc fere anno afflixerunt , coactus ſum breuius defungi , & plura omittere , quæ tamen in partibus ſequentibus , locis opportunis ſupplebuntur.

¶ Secunda autem pars complectitur octo titulos ſequentes , videlicet , de cenſu & iuribus cenſualibus , de interdicto vti poſſidetis, & iudiciis poſſeſſorijs, de præſcriptionibus , de perſonalibus & hypothecarijs actionibus , de ſeruitutibus realibus , vrbanis & ruſticis , de teſtamentis , donationibus , legatis & executoribus teſtamentorum , de cuſtodia nobili , de cuſtodia paganica.

Tertia vero pars , quinque ſequentes titulos comprehendit , videlicet de communione bonorum , de ſucceſſionibus in linea directa , de doariis ſiue τῶν ἀνηκόντων de ſucceſſione in linea collaterali , & de donatione mutua inter conjuges : & hæc tertia pars cæteris amplior eſt & difficilior propter altitudinem materiarum & arduarum ſubtiliúmque quæſtionum in eis contentarum.

¶ Quarta autem pars reliquos quatuor titulos complectitur , ſcilicet de *Pignorationibus* , *Sequeſtrationibus* & *Executione ſententiarum* & inſtrumentorum , de retractu iure proximitatis , & de ſubhaſtationibus , de cæteris articulis conſuetudinarijs , & huic quartæ & vltimæ parti pro coronide totius operis addidi appendicem principalium differentiarum inter ius ſcriptum & conſuetudines , & ſtatuta huius regni , tam reſpectu locorum quæ iure ſcripto , quàm reſpectu locorum quæ conſuetudinibus reguntur : vt ſic longo labore noſtro in breui aperta fiant , & perſpicua iuris ſtudioſis , & ad rempub. regendam cauſaſque recte diiudicandas vel agendas tendentibus , quæ vix lauream ciuilis diſciplinæ feliciter adeptis poſt diuturnam forenſium negotiorum exercitationem dignoſcere contingebat. Non enim in hoc opere compilo theorias Bartholi , Baldi , cæterorúmve inſignium iuris profeſſorum , nec ex his creſcit immenſitas huius operis , ne aliqui forſan cauillemur vniuerſas iuris materias à me tranſplantari , deduci , & adaptari ſuper his conſuetudinibus , ſed longè aliud ago. Totum enim ſtudium meum , & omnis labor tam in inuentione quàm in iudicio & diſpoſitione verſatur in hoc , vt ſuper ſingulis titulis & articulis huius conſuetudinis (præter textualium expoſitionem) diligenter & accurate mediter & inueniam quæſtiones & dubia , quorum ſuper vnoquoque titulo vel paragrapho quæſtio & diſputatio verſari poteſt , & de facto verſatur in praxi tam in iudicando quam in conſulendo : inuentáque perpenſo & maturo iudicio (ad normam legalis illius & abſolutæ æquitatis quæ ex ciuilibus præceptis & conſuetudinibus , perſonarum rerúmque circumſtantiis & in ſumma ex totius negotij plena & ſymmetra conſideratione impletur , vt pulchrè & eleganter deſcribit Trypho. in *l. bona fides. D. depoſi.*) ſincerè decidam : inuentáque & deciſa ſuis quibuſque locis quam aptiori & clariori queam ordine tradam & diſponam : non enim recitatorem deciſionum iuris ſcripti vel inuentorem alienorum , ſed conſuetudinarij iuris interpretem ſum profeſſus , tametſi nonnunquam in hoc opere prout loci occurrentis

ratio exigit nouos quosdam intellectus (ex multis à me nouiter meditatis & in aliud opus meorum decadum reseruatis) ad certas leges deducam. cæterum ab aliis discussa & decisa non repeto (quod scholas regentibus & viua voce docentibus relinquendum est) nec transfero, sed si locus occurrit ad illa remitto, nisi noui aliquid annotandum aut addendum sit. nihil enim in publicum edendum, aut Typis excudendum censeo nisi quod nouum aliquod lumen, & vtilitatem afferat. Porro nemini absurdum videri debet si nunc prima hæc pars seorsum à reliquis tribus in lucem prodeat, quum vnum iustum volumen per se impleat, nec omnia simul profundi aut excudi possint, & quia non vacat omnibus omnium cauillis respondere, sufficiat cunctis notum esse primam hanc partem non tenere in publicum editam esse, sed magno maturóque iudicio & probatione doctissimorum, illustrium & principum virorum, iussúque ac mandato principali. Siquidem Illustrissimus ille & vigilantissimus *Guillielmus Poietius Franciæ Cancellarius* iussit primam hanc partem peritorum in ea re virorum censuræ subijci, & iuxta edictum regium & arresta supremi huius senatus priusquam ederetur, probari quale opus esset, vt si legitimum & vtile inueniatur, in lucem publico decreto prodiret, sin contra illegitimum & luce indignum appareret, perpetuis tenebris damnaretur ac sepeliretur. Eámque prouinciam præfatus Cancellarius nominatim commisit illustri illi & clarissimo iureconsulto Domino Ioanni Iacobo Præsidis Parisiensis in ciuilibus causis Suppræfecto, qui vt est acerrimi & incorruptissimi iudicij, diligenter cuncta excussit & retulit ad Cancellarium in præsentia plurium illustrium & peritissimorum virorum magni consilij regis. Qua relatione audita præfatus Cancellarius decreuit hoc opus imprimendum, & in publicum edendum, atque in eam rem regiæ majestatis nomine diploma priuilegij chalcographorum magistro concessit, & maiore sigillo regio obsignauit. Perfruamini igitur lectores amantissimi primoribus hisce laboribus meis, & meliora indies & augustiora expectate: futurum enim confido vt reliquæ totius operis partes longe fœliciori Minerua prodeant, quando benigniori numinis afflatu mihi defunctus videor aduersis valetudinibus & fortunæ casibus noxiis, quibus sub tempus compositionis & editionis huius primæ partis fere obrutus & absorptus fui.

Τῷ Θεῷ δόξα.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI

IESV CHRISTI

AMEN.

SECVNDA PARS COMMENTARIORVM

ANALYTICORVM IN CONSVETVDINES PARISIENSES, solertissimi & consultissimi Iurium doctoris & professoris D. Caroli Molinei, Parisiensis, in supremo Parisiorum Senatu, & amplissima Curia Franciæ, antiqui & experientissimi Aduocati.

Chapitre II. De censiue & droicts seigneuriaux.

EPITOME TIT. I.

1. *DVo genera iurium dominicalium, Feudale, Censuale.*
2. *Campipars.* Bourdelagium, *non sunt regulariter iura dominicalia.*
3. *Duo tantùm iura dominicalia, alia verò onera eodem iure non gaudent.* 4.
4. *Non omnis dominus directus est dominicalis.*
5. *Plura iura domicalia non concurrunt.* 6.
7. *Termini quatuor census, æquinocium: census Romanus* 14.
8. *Census pro tributo capitis, soli.*
9. *Nouus intellectus. l. sacrosancta. C. de sacrosanct. eccles.* 10. 11. 12.
11. *Exceptio debet esse de Regula.*
12. *Specialiter inhibitum, plus timetur.*
13. *Censitor peræquator, aliud magister census, & censor.* 14.
15. *Tributum in recognitionem, non particularis sed vniuersalis dominij.*
16. *Coloni ascriptitij nullum censum pendebant domino, contra omnes* 17.
18. *Census tertio secundum canonistas tam generaliter vt nil concludat.*
19. *Quarto pro canone fundiario.*
20. *Quinto pro modico canone in recognitionem dominij directum & iurium dominicalium.*
21. *Census ipse est contractus nominatus, conuenit emphyteusi, differt.* 22.
23. *Emphyteusis differt à concessione in reditum* 24. 36.
25. *Ager, vectigalis genus est.* 26. 27.
28. *L. sciendum §. 1. qui satisd. cogan.*
29. *Emphyteusis duplex, temporalis, perpetua.* 33. 34.
31. *Temporalis ecclesiæ permittitur non vltra* 3. *generationem etiam iure canonico.* 32.
33. *Hodie specifica differentia emphyteusis est commissum post triennium.*
34. *Contractus perpetuarius.* 35.
37. *Non censetur contractus censualis vel emphyteuticus, nisi expressè constet.* 41. 42. 43.
38. *Emphyteusis non requirit scripturam* 39.
40. *Non valet argum. de emphyteusi ad censum, & contra.*
42. *Contractus libellarius.*
44. *Ecclesiæ nostræ consuetudinibus ligantur.*

Digitized by Google

TITVLVS SECVNDVS
DE CENSV ET IVRIBVS DOMINICALIBVS, SCILICET CENSVARIIS.

* Duo genera dominij directi in Gallia.

QVEMADMODVM in Gallia* duo sunt genera dominij directi, prædiorum seu rerum immobilium, videlicet feudale, & censuale: ita duplicia* sunt iura dominicalia, illis attributa, videlicet feudalia, de quibus in titulo præcedenti, & censualia, de quibus in hoc titulo & in similibus aliarum Galliæ consuetudinum titulis. In tota enim Gallia, tam quæ moribus quàm iure scripto regitur, non solent esse alia iura dominicalia quàm hæc duo. Quod enim Blesis faciunt

* Duo iura dominicalia.

* Campiparz. tertium ius dominicum, quod vocant* Campiparrem siue terragium, vt in *consuet. Blesens.* §. 34. §. 130. species est census generaliter sumpti, quæ consistit in reditu pecuniario vel pecunia æstimabili, sine homagio & honore feudali, vt census annuus, quamuis ibi tanquam species coæqualis distinguatur à censu magis specialiter sumpto: Sic in consuetudine Niuern. *c.* 6. quod vocabulo barbaro obscuræ origini & duræ conditioni congruo vocant* Bourdelagium à censu distinctum, species est census onerosioris & despicabilioris. Idem in paucis similibus.

* Bourdelagium.

2. Et not. quòd quamuis sæpe in consuetudinibus Galliæ fiat mentio de Campiparte vel Bourdelagio vt in *consuet.* Aurelianensi. §. 137. *cum sequen. Et* Carnotensi. §. 113. *cum seq.* tamen non est ius dominicale, nec laudimia trahit, nisi vbi consuetudo hoc expressè dicit, vt Blesis, Niuerniis, & in consuetudine de Lorriz, *c.* 3. §. 4. & in consuet. Syluanectensi §. 239. aliàs inter iura priuata & seruitutes particulares computantur, quamuis quandoque possint concurrere cum censu, vt quodlibet aliud eiusdem rei priuatum onus, vt in *consuet.* Aurelian. §. 140. videlicet ex impositione particulari vbicunque ita pactum fuit.

3 In hoc autem nobili præsidatu & ditione Parisiensi, & etiam in toto Regno, nisi vbi alia est specialis consuetudo, nulla sunt alia iura dominicalia quàm feudalia, vel censualia contenta in hoc & præcedenti titulo: ita quòd consuetudo nostra loquens, *des droitts seigneuriaux*, id est, de iuribus dominicalibus, non intelligitur nec verificatur nisi de iis quæ in his duobus titulis ab eadem consuetudine exprimuntur & describuntur, prout diximus *supra* §. 2. *gloss.* 6. *num.* 1. *&* §. 33. *q.* 40. *num.* 125. 126. Non tamen inconuenit quin vel ipsi domino directo feudali aut censuali ex speciali pacto debeantur alia quædam iura & commoda, seu reditus aut vectigal super re feudali aut censuali: sed ista non sunt nec computantur inter vera iura dominicalia, sed inter* iura priuata & seruitutes, quæ ex variis concessionum & contractuum vel causarum signis cuiuis priuato & extraneo seu non habenti dominium directum deberi possunt. vnde eiusmodi iura non habent fomentum huius consuetudinis, sed relinquuntur in dispositione iuris communis, nec pro illis iuribus priuatis & ab hac consuetudine incognitis, competunt remedia & priuilegia, specialiter ab hac consuetudine, pro iuribus dominicalibus introducta.

* Iura priuata.

4. Non est etiam inconueniens, sed frequentissimum, aliquem esse dominum directum fundi, & tamen nullum ius dominicale habere, qualis est locatio ad longum tempus, quæ dominium vtile & possessionem naturalem habet, *l.* 1. *in fi. l. vlt.* & ibi per gloss. & doct. *Si ager vectig. vel emphyteut. vend.* & tamen locator habens verum dominium directum & veram possessionem ciuilem, nullum habet ius dominicale in conductorem vel fundum conductitium. Tametsi ei concedatur quoddam ius pignorationis in bonis mobilibus domus conductitiæ, vt in §. 164. Sed illud non est ius dominicale. Ius enim dominicale in consuetudine nostra, & secundum nostrum communem loquendi modum, est illud dumtaxat quod iure dominij directi, feudarij, vel censuarij competit, vel debetur ex dispositione legis & consuetudinis feudalis vel censuariæ domino directo feudali vel censuali, vnde nec ad alia iura quàm in hac consuetudine expressa, nec ad alios dominos directos fieri debet extensio. Idem dicendum de dominio directo emphyteuseos respectu emphyteutæ vel rei emphyteuticæ, & de dominio directo respectu superficiarij vel libellarij, vel de eo qui concessit prædium ad certum annuum & perpetuum reditum, cum retentione expressa vel etiam tacita voluntate ex rectè expressis simplicis dominij directi, sine iure vel onere feudi vel census. Idem de cæteris similibus.

5. Et nota generaliter quod* plura iura dominicalia non possunt simul in eadem re vel subiecto concurrere, siue sint similia, siue dissimilia, siue eiusdem, siue diuersæ speciei: vnde quemadmodum eadem res non potest moueri in feudum à duobus diuersis patronis in solidum, nec in censum à duobus dominis censuariis in solidum, vt est clarum per *l.* 3. §. *ex contrario de acquir. vel amitt. possess. l. si vt certo* §. *si duobus commod. c. licet causam. de probat.* & non possunt esse duo dominia directa feudalia vel censualia eiusdem rei: ita eadem res non potest siue ab vno, siue à diuersis teneri & moueri in feudum & in censum simul, imò hoc esset repugnans & incompatibile. Feudum enim & census contrariè opponuntur, & sic ex regula logicorum, ad positionem vnius, sequitur destructio alterius, quamuis ad remotionem alterius non sequatur constructio alterius. *l. si inter me & te. de excep. rei iud.* Et sic licet fundus possit nec feudalis nec censualis esse, vt supra §. 68. tamen si est feudalis, non potest esse censualis, & econuerso.

* Plurima dominicalia non concurrunt.

6. Secus in aliis iuribus non dominicis. Plura eius huiusmodi siue eiusdem, siue diuersæ speciei possunt concurre in eadem re, etiam inter eosdem: vnde, idem fundus potest siue vni siue pluribus debere plures reditus, vel erga eundem, seu erga diuersas personas obnoxius esse censuali & emphyteuticæ conditioni, vel in censum & reditum teneri: vnde non potest quis rem suam condere in feudum & in censum simul: sed bene potest concedere in feudum & certum reditum perpetuum, vel in censum & in alium reditum perpetuum, & in censum & partem fructuum seu campi partem, vel in censum & emphyteusim. Sed de his satis ad intelligendum qualiter iura dominicalia secundum nostras consuetudines accipiantur.

7. Nunc ad pleniorem terminorum intelligentiam. Plures * termini pauci & perspicuè declarandi sese offerunt, videlicet census, emphyteusis, contractus perpetuarius, concessio in annum & perpetuum

* 4. Termini.

Digitized by Google

a Census equiuocum.

redditum. ¶ Circa primum, notandum quod * census est dictio æquiuoca & πολύσημος seu varię significationis, vt etiam tradit Felin. in cap. cùm Bertholdus *col. antepen. de re iud.* & quintupliciter accipitur. Primò pro æstimatione rerum & bonorum cuiusque ciuis, secundum quod tributa pendebantur, & ciues censi in certas

b Census Romanus.

classes distribuebantur. Siquidem olim * apud Romanos, solitum fuit censum agere, id est nomina & facultates singulorum ciuium recensere, & pro modo opum superiores vel inferiores assignare classes, vt latè dixi in *tract. de dignit. & magist. Roma.* Quod primus omnium introduxit Seruius Tullius penultimus Romanorum Rex, vt est apud Liuium & Halycarn. & cæteros chronographos. Regibus autem ejectis, census per consules acti sunt, & Coss. propter continua bellorum B impedimenta non sufficientibus, huic officio censores constituti, vt testatur Pompon. in *l.* 2. §. *post deinde.* & ibi Zas. in *suo eleganti glossemate, in verbo census, de orig. iur.* & hæc est primitiua & propriè Latina census significatio.

8. Secundo modo accipitur pro tributo, & hoc modo census, tributum, publica pensitatio, functio vel collatio idem sunt, vt rectè not. Accurs. in *rubr. C. de cens. & censitor. lib.* 11. *& probatur. C. si propter publ. pens. & in titul. Sine cens. vel reliq. per totum, & competit. C. de præscriptio.* 30. *vel* 40. *ann. & in auth. de mandat. princip.* §. *coges autem. coll.* 3. Duplex

b Tributum capitis, soli.

autem erat census siue tributum: Aliud * capitis, aliud soli vel agrorum. *l. vlt.* §. *Diuus Vespasianus. de censib. gloss.* Bar. Ioan. de Platea & alij in *rubr. C. de anno. & trib. lib.* 10. Primum viritim & ratione personæ per C singula capita præstabatur. *l. ætatem de censib. l. cùm antea de agric. & censit. lib.* 11. Ideo vocabatur capitatio. Secundum quando pro modo iugerum vocabatur iugatio. *l. immunitates. C. de agric. & censit. lib.* 11. *l. vnic. de colon. thracens. eod. lib.*

c Intellec. l. sacrosancta. C. de sacr. eccles.

9. Sed valde errant gloss. & doct. in *l. sacrosancta, C. de sacros. eccles.* Intelligentes dictam l. de munere capitationis hominum & animalium. Vt enim nouè probaui in *tractat. de muneribus & honoribus num.* 26. Latissima est differentia inter munera & tributa. A munere verò municipali capitationis, quod patrimoniale est, nec veterani, nec actu militantes, nec pontifices quidem excusantur *l. vlt.* §. *patrimonium.* §. *præterea. de muner. & honor.* Quod autem intelligunt ecclesiam Thessalonicensis ciuitatis primum exemptam fuisse à tributo fiscalis capitationis, per Aurelium Catum Imp. Deinde, ciues habitantes omnium ciuitatum per Constantinum Magnum. *l. vn. C de capit. ciuium censib. exi. lib.* 11 grauiùs errant. quia d. l. vnica Constantini, facta est plus centum annis ante *d. l. sacrosancta.* quæ non est Aurelij Cari: qui etiam religionis Christianæ hostis erat, sed plus 140. annis post eum fulgure peremptum, lata est à Theodosio iuniore optimo & Christiano Imperatore, vt patet per *l. vlt. C. de anno. & tribut. lib.* 10. *quæ est Theodosij iunioris.* Cuius *l. vlt. d. l. sacrosancta*, partem facit, *vt patet per d. l. vlt. ad fi.* Et rursus patet in codice Theodosiano *l.* 11. *tit.* 1. *l.* 33. Tertio probatur per omnes leges præcedentes *d. l. sacros.* quæ omnes sunt Imperatorum qui regnarunt diu post obitum Aurelij. Ergo *d. l. sacrosancta.* non est Aurelij, aliàs fuisset prima non octaua eiusdem tituli per tex. in prima constit. *C.* §. *quibus ibi, ita tamen vt ordo temporum: & ibi primis quidem in primo loco, posterioribus verò secundo loco ponendis.*

10. Quartò probatur per quinque leges immediatè præcedentes, quæ sunt Honorij & Theodosij iunioris, & per inscriptionem *l. qui sub prætextu*, immediatè sequentis, quæ inscribitur Theodos. (scilicet iuniori) & Valenti. (scilicet tertio.) Et in *d. l. sacrosancta*, (quæ est in medio) alia & noua est inscriptio, ergo necesse est esse solius Theodosij iunioris, scilicet post obitum Honorij patrui sui, & antequam Valentinianum. A 3. in generum & Imperij consortem assumeret. Et sic errant Alciat. in *d. l. sacrosancta.* & Iacobus Spiegel. *in lexico iuris, verbo capitatio.* sequentes vulgatam inscriptionem. & Greg. Haloand. in *superscriptione d. l. vlti. C. de anno. & tribu.* male & contra fidem antiquorum etiam librorum addit Valent. 3. quia per d. l. qui sub prætextu, *& per l.* 33. *l.* 11. *tit.* 1. *in C. Theod.* apparet esse solius Theodosij iunioris. Cùm ergo per l. Constantini magni omnes ciues fauore vrbium essent exempti a tributo capitationis: quorsum attinebat post 140. annos eximere ab eodem tributo ecclesiam ciuitatis Thessalonicensis, quæ proculdubio iure ciuium gaudebat? Ergo *d. l. sacrosancta* non loquitur de tributo capitationis, à quo omnes ciues, præsertim per Orientem, erant liberi per *d. l. vnic. C. de capit. ciuium. cens. exi. l.* 11.

11. Sed dico quod loquitur de tributo soli quod ratione bonorum & possessionum immobilium fisco imperiali præstabatur: vt liquet per *d. l. vlt. C. de anno. & tribut.* non solùm per ipsum tit. sub quo sita est, & per text. omnium legum eiusdem titu. In quo nulla lex est, nec vllum quidem verbum de tributo capitis: sed tantùm de tributo soli & patrimonij. Sed etiam comprobatur per text. ipsum eiusdem legis ibi possessiones eorum, & ibi tributa, ergo tributa possessionum. Et quia immediatè in eadem oratione includuntur hæc verba: sacrosancta Thessalonicensis ecclesia ciuitatis excepta. & ibi est punctus: ergo necessario eximitur à tributis soli, annonis, & omnibus functionibus publicis, de quibus d. l. & totus titulus & omnes leges præcedentes loquuntur. Exceptio enim debet esse de regul. *l. nam quod liquidè in fi. de pen. l.* Bar. & Bal. *l. si eum.* §. *qui iniuriarum. Si quis cant.* Bart. Philipp. Deci. *l.* 1. (*vbi in annot. Decij tetigi*) *de reg. iur.* etiam si sit in oratione vel dispositione separata, quanto magis in vnica & eadem oratione inclusa. In clausula autem & oratione seq. verba propriæ tantummodo capitationis non loquuntur de tributo capitis (vt omnes gloss. & doct. pessimè aduſque intellexerunt) imò de nullo tributo loquuntur. sed de portione seu contributione propria tributi soli quam dicta ecclesia consueuerat & debebat pro se, hoc est pro prædiis suis soluere. Et dicit Imperator, quod beneficio suo illam deinceps eximit pro se, seu quoad ipsam ecclesiam tantum, & non alios, nec pro aliis, ita vt nec ipsa nec alij abutantur, sed (solis veris possessionibus dictæ ecclesiæ exceptis) omnes alij tributa soluant.

a Capitatiõ.

12. Et sic verbum propriæ * capitationis in ea vlt. clausula: non speciem tributi significat, sed portionem propriam ipsius ecclesiæ, prout aliàs in iure capitatio sumitur pro portione taxata certi prædij & tributo soli. *l. si minori. C. de act. emp.* ad quam suam taxatam portionem exemptio dictæ ecclesiæ specialiter & expressè (licet satis inesset) restringitur, vt tanto minus audeant fraudem admittere. Plus enim mouet quod specialiter inhibetur *l. vlti. C. de indict. vidui. tol. l. item, apud Labeonem.* §. *hoc edictum. D. de iniur. & plus timeri solet. c. quanquam.* 23. *distinct. c. si aduersus. extr. de hæreticis. c. vnic. & in gloss. ver. specialius de iniur. in* 6. & tanto in fraudatores procliuis erit rigorem iuris seruare. de quo in *l.* 1. *de naui. non excusan. l.* 11. *C.* scilicet confiscationis rei fictæ attributæ, & per fraudantem tantundem de suo soluendi fisco. *l. ordine.* §. *in fraudem. ad municipalem.* Tum d. vlt. clausula d. l. vlt. non est dispositiua, sed executiua, & sic principalem dispositionem & exemptionem, quæ est de omni tributo possessionum siue ordinario siue extraordinario, non variat. *Cle.* 1. *in fi. de præben.* Alex. *l. more. col.* 3. Ias. *col.* 7. Philip. Dec. *num.* 32. *de iurisd. om. iud.* Nec etiam expressio eius quòd aliàs inest. *l. munto.* §. *sub conditione.* Et ibi Bart. *de tutel. l. hæreditas.* & ibi Bas. *per illum text. de hæred. instit.*

13. Redeundo ad rem. suprà *nu.* 8. hinc prædia & territoria censeri dicuntur, id est æstimari, sterilia cum fertilibus compensando & censum pro rata valoris & reditus peræquando. *l. omne territorium. de censi. & censitor. l.* 1. & per tot. *de omni agr. deser. l.* 11. *C.* & * Censitor erat magistratus qui censibus & tributis distribuendis & exigendis præerat. *l. forma. §. illam. de cens.* qui etiam vocabatur peræquator, *tit. de cens. & censit. & peræq. lib.* 11. *C. per tot.* & est tex. in *leg.* 5. *C. de fundis patrimonialibus, lib.* 11. & in authen. *de mand. princ. §. coges.* vocatur censualis, Non tamen intelligas de * magistro census: qui est nouus magistratus creatus ab Imperatoribus Romæ: deinde etiam Constantinopoli per Constantinum magnum. Vt patet in C. Theodosiano. *lib.* 14. *titu.* 9. *c.* 1. *in princ.* & in Iustiniano. *l.* 25. 26. 27. *C. de donat.* vel saltem non diu post Constantinum magnum, si d. 3. ll. C. nostri non sunt Constantini. 1. vt vulgò habetur: sed Theodos. 1. vt Gregorius Haloander censet. Et de magistro census in vtraque vtbe potest intelligi. *l. testamenta omnia* (quæ est Arcadij & Honorij) *C. de testamen.* Quia *l. in hac. C. de donat.* quæ de eo meminit, est Leonis primi, qui diu postea Constantinopoli imperauit, & omnes aliæ leges quæ de magistro census loquuntur, sunt posteriorum imperatorum, vt *l. secundum diui. C. de donat. l. consulta diualia. C. de test. in authb. de testibus. §. & hic vero. & auth. vt fratrum filij. §. illud.*

* Censitor.

* Magister census.

14. Multo vero minus intelligas de censore magistratu, qui vt & plures alij reipubl. in Monarchiam mutata desiit. Et de quo dicta iura D. & C. nullomodo loquuntur, sed loquuntur de censitoribus & peræquatoribus qui longo post dictos * censores intervallo, per imperatores introducti sunt ad tributa prouincialibus subditis imposita censenda & peræquanda duntaxat. Longè autem aliud fuerat officium censorum, de quibus loquitur Pompo. in *d. l.* 2. *§. post deinde, de orig. iur.* quippe penes quos census ciuium descriptio, deinde iudicium, censura & reformatio morum & publicorum vectigalium cura residebat, vt apud Liuium *lib.* 1. & Plutarch. in *vita Pauli Æmilij in fi.* vt dixi in tracta. *de dignit. & magistr. Rom. num.* 26.

* Censores.

15. Et hoc secundo * modo (videlicet pro tributo) accipitur census in toto corpore iuris ciuilis, vbi tamen principaliter de censu vel censibus tractatur non sicubi perfunctoriè & recitatiuè, vt in *d. l. cogi. in princ. D. ad Trebel.* pro patrimonio & facultatibus accipitur, vt & in *l. de creationib. vers. sin autem. C. de epis. audien.* quo etiam modo crebriùs vtuntur poetæ & oratores. Vt Ouid. *dat census honores, census amicitias.* Et hæc pro publico tributo est propria & vera appellatio in materia iuris scripti, & eiusmodi census non præstatur fisco seu supremo principi in recognitionem particularis dominij rei censitæ, quæ nihilominus est in pleno dominio possessoris: sed in recognitionem vniuersalis dominij: vt rectè tradunt Bart. Bald. Angel. Salicet. in *l. competit. C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* Panor. & alij in *c. ad audientiam. in fi. de præscript.* Propriùs tamen & veriùs loquendo præstatur in recognitionem & auxilium rectæ gubernationis & tuitionis reip. quæ fit per principem, vt colligitur in *auth. de collatoribus. per tot. coll.* 9. & expressè testatur beatus Paul. *Rom.* 13.

* Census pro tributo.

16. Sed valde errant omnes glo. & doctor. *in rub. & in l. quisquis. & l. seruos & per tot. C. de agri & cens. lib.* 11. *& tit. seq. & vbique*, qui putant colonos * originarios & ascriptitios, ideo dici censitos, quod certum censum dominis suis soluerent. Hoc enim falsum est, & præposterum. Sunt enim pars fundi cui ascripti sunt, & à quo separari non possunt *l.* 5. *l. quemadmodum. l. cum satis.* & per tot. *C. de agric. & cens. l. si quis inquilinos. in princ. de legat.* 1. Ideo dominus vna cum fundo tenetur eos in censum publicum referre, sicut partem patrimonij & inde maiorem censum soluere. *l. hi penes. in prin. l. omnes. l. quemadmodum. l. diffinimus. de agri. & cens. l. coloni censibus. C. in quib. caus. colo. do. accus. possess. lib.* 11. & quemadmodum fundus dicitur censitus: ita huiusmodi coloni qui debent simul & in eodem loco, in quo fundus cui adhærent, censeri. vnde hi nulla tributa debent fisco *d. l. coloni censibus. l. colonos. C. de agric. & censit. lib.* 11. Nec etiam dominis suis. *l. vnica. de col. Illyrici ibi inseruiant terris non tributario nexu: sed nomine & titulo colonorum. lib.* 11. *C.* sed magnam colonariam pensionem soluebant dominis, quæ consuetum modum excedere non poterat. *l. cum satis. §. caueant. de agric. & cens. l.* 1. *in quib. caus. colo. dom. accu. poss. lib.* 11. *C.* sunt autē pars terræ censitæ, pro qua & membris simul censitis domini tributo & publicas functiones soluunt.

* Coloni originarij.

17. Et sic dicuntur censiti ad differentiam colonorum seu rusticorum liberorum: qui etiam si palmum terræ, nomine proprio possideant, tenentur censum pro rata subire. non enim sunt in alieno, sed in proprio censu. tex. in *l. hi penes. §. sanè. C. de agri & cens. lib.* 11. qui ita (vt noue declaramus) debet intelligi, & non de ascriptitiis, vt gl. & omnes doct. adusque malè intellexerunt, qui etiam in *d. rub. de agric. & censi.* malè faciunt octo & quatuor species: quia * coloni originarij, de quibus in *l.* 4. *l.* 7. *in pr. l.* 11. *l.* 16. *de agric. & censi. in l. vnic. de agric. Thracens. lib.* 11. *C.* & ascriptitij, de *quibus in l.* 6. *l.* 20. *l.* 21. *l.* 22. *l. vlt. de agric. & cens.* & rustici censiti. *l.* 7. *in princ. eo. tit.* & inquilini. *l.* 6. *l.* 12. *l.* 13. *eo. tit. C. lib.* 11. *l. si quis inquilinos. in princip. D. de legat* 1. erant vnum & idem, videlicet homines seruilis cuiusdam conditionis: nempe perpetuo cum sua sobole ascripti glebæ seu terræ, de quibus etiam dixi *supra §.* 2. *gloss.* 5. *nu.* 3. longè verò aliud erant coloniæ * & coloni, de quibus in *l.* 1. *D. de censib.* & per Alciat. in *l. municipes de verb. signific.* & per beatum August. *de ciuit. Dei, lib.* 10. *c.* 1. Erant enim homines liberi in agros vel oppida ad propagationem speciei cuiusdam particularis Reip. addicti, vt latè dixi in *tract. de dignit. & magistr. Ro. nu.* 79. *cum. seq.*

* Coloni ascripticij.

* Coloni inquilini.

18. Tertio * modo generaliùs secundum morem loquendi iuris canonici accipitur pro eo quod annuatim, etiam inferiori à principe præstatur: quandoque ratione & in recognitionem subiectionis, *vt in c. constitutus de religios. domibus. c. recipimus. de priuileg.* Quandoque ratione fundationis. *c. præterea. c. quoniam de iur. patr.* & propter alias quascunque iustas causas. *ext. de cens. per tot.* vnde quum census præstatio tanquam æquiuocum ad plura se habere possit, non concludit ad aliquod certum, nec probat subiectionem vel aliud, nisi aliter prohibetur, vel de causa specifica soluendi appareat, vt tradit Panor. & alij in *cap. vlt. de ea. poss. & propriet. & in c.* 2. *de censib.*

* Census prò annua præstatione quàcunque.

19. Quarto * modo specialiter accipitur pro canone debito ei qui prædium suum & quicquid iuris & dominij in eo habebat, concessit & transtulit, retenta modica annua pensione sub nomine census, & ita tradunt Bar. Lud. Ro. & alij. in *l.* 1. *§.* 1. *C. de publica.* Ias. in *l.* 1. *col.* 9. *num.* 48. *C. de iur. emphyt. Canon. in c. ad audientiam de præscript. in c. constitutus extra de relig. dom.* & generaliter omnes vtriusque iuris professores: quæ tamen impropria acceptio est, cùm hic prædia non censeantur, nullàque fiat æstimatio nec peræquatio, & sic deficit verum etymon, & genuina significatio census. Vnde hæc acceptio non potest vllo modo fundari in iure ciuili, vt rectè scripsit Ioan. Fab. in *§. adeo. col. pen. vers. sed hoc obuiat in fi. instit. locat.* Sed solum in communi modo loquendi canonistarum *& glo. pen. in d. c. constitutus.* vnde d. glo. & doctores præcipuam hanc statuunt differentiam inter contractum censualem & contractum emphyteuticum, vt in illo omne ius & dominium transferatur: in isto, dominium vtile tantùm retento directo dominio: verùm

* Censer pro canone præstando prædij accepti nomine.

Digitized by Google

nullo ex prædictis modis accipitur census in hoc nostro titulo.

a Census pro canone annuo in recognitionē dominij directi & iurium dominicalium.

20. Sed * quinto isto & vltimo modo pro modico canone annuo, quod præstatur in recognitionem dominij directi & iurium dominicalium. Vnde apud nos contractus censualis est, quando dominium vtile certi fundi transfertur sub annua & perpetua pensitatione nomine census retento, dominio directo & iuribus dominicalibus. Et ita generaliter accipitur & vsitatur in toto hoc Regno. Hinc Ioan. Fab. in *d. §. adeo. col. vlt.* dicit quod de consuetudine seruatur quod is cui census soluitur est dominus directus & percipit laudimia quando res venditur: & quod ferè sicut de contractu emphyteutico vtuntur, & est verum. Nullus est enim contractus in iure cui census noster magis assimiletur quàm contractui emphyteutico, vterque est enim contractus nominatus, vterque legitimus, quamuis stricti iuris.

b Census est contractus nominatus.

21. Habet enim census * specificum & elegans nomen à legè nostra consuetudinaria, à qua confirmatur sicut feudum ab eadem consuetudine, vt diximus 5. §. 1. *gloss. 9. num. 4.* Et emphyteusis à lege communi & scripta & in vtraque, videlicet censu & emphyteusi dominium directum à concedente retinetur, & modica pensio in recognitionem dominij à recipiente præstatur. Vterque sui natura (nisi sit emphyteusis ecclesiastica) perpetuus est, & ad quoscunque hæredes vel successores transitorius, neuter scripturam exigit vt contra communem dicam in *nu. 38.* vtique, sed non æque (vt dicam in §. 53.) accedit ius laudimiorum, in vtroque nouus singularis successor inuestituram recipere debet à domino quod declaratur in §. 56. In vtroque particulare damnum seu peremptio partis rei spectat ad censuarium vel emphyteutam, totius rei casus ad dominum, vt probo & declaro in §. 74. Et sic sunt septem, imò nouem, si bene numerem, in quibus conueniunt.

22. In paucioribus autem differunt. Primò quod contractus emphyteuticus est à iure scripto inuentus: censualis verò à consuetudine. * Emphyteusis ex defectu solutionis canonis per triennium cadit in commissum secus in censu. An autem in vtroque vel alterutro sit locus commisso per abnegationem domini & conditionis censualis vel emphyteuticæ, dicemus in §. 74. Tertiò emphyteusis non potest vendi domino irrequisito, & per bimestre non expectato, vt si velit iure prælationis habeat rem pro pretio, alioquin nulla est venditio & res cadit in commissum: secus in re censualis vt dicemus in § 94. De hic, commodè satis, quantum ad præsens institutum attinet, explicasse videmur quid sit emphyteusis, & in quo à contractu censuali differat.

c Emphyteusis.

23. Sed & necessarium est ostendere in quibus differat à datione vel * concessione certi prædij in certum annuum reditum, alioquin non potest rectè cognosci quid sit emphyteusis, nec à cæteris hisce contractibus symbolum habentibus discerni. Et animaduertendum (in his enim iuniores aliàs iurisperiti cæcutiunt,) quia nec in iure & nedum alibi horum contractuum natura, proprietas & differentia explicata fuit. Proferatur charta in qua eiusmodi species in scriptis habeatur. Titium dedisse, concessisse, tradidisséque Sempronio pro se, suis & causam habentibus, recipienti certum fundum suum, ad onus viginti solidorum, vel vnius sextarij frumenti annui & perpetui reditus ad fruendum, seu, vt vulgò dicunt, gaudendum in perpetuum per Sempronium & suos, causámve habentes, soluendo dictum reditum Titio & suis, seu quandiu soluetur reditus. Modo quæritur an huiusmodi sit contractus emphyteuticus? Prima facie videretur quod sic per text. *in §. adeò inst. loca.* vbi nihil addendo vel retrahendo literæ habetur huiusmodi species, siue, vt dicunt, expressus casus in terminis & in individuo.

d Concessio dil reditum.

24. Tamen in veritate & in effectu non est contractus emphyteusis, sed concessionis ad reditum, quæ origine, specie, natura, qualitate, & effectu differt ab emphyteusi: quantumcunque enim ea symbolum habere videatur idque iamdudum in iure decisum est præiudicio text. *d. §. adeo. in vers. vt ecce.* Sed ne amplius iuuenes decipiantur prætextu exempli positi in *d. §. adeo. & vers. vt ecce.* notandum est quòd ibi non ponitur exemplum absolutum, nec definitio emphyteuseos, sed solum quædam descriptio, quæ per se & alio non addito non infert, nec præcisè concludit esse contractum emphyteuticum, sed ad aliud etiam extenditur & alij quam emphyteusi conuenire potest. Quod vt clarè & nouiter (vtpote præter omnium aduſque scribentium in iure sententiam) attingamus.

e Ager vectigalis quid sit.

25. Priùs videndum & discutiendum est quid * sit ager vel fundus vectigalis. Et Accurs. in *rubr. Si ag. vectig. vel emphyt. pet.* (quem cæteri scribentes quotcunque de hoc agunt, sequuntur) autumat esse agrum vel fundum emphyteuticum, nihilque ad inuicem differre, hæc duo substantiua vocabula *vectigal & emphyteusis*, vel hæc duo cognata seu derivata *vectigalis & emphyteuticarius*, sed ea purè *συνώνυμα* esse, & eandem rem significare. Et ad hoc citat Accurs. text. qui videtur ad hoc expressus & ineuitabilis in *l. sciendum §. 1. ibi sed & qui vectigalem, id est, emphyteuticarium agrum. qui satisdare cogantur.* Addo bonum text. in *l. si tutoris. C. de adminis. tut.* vbi pensio emphyteutica vectigalis nomine appellatur: verùm aliam puto esse veritatem, & dico tantam inter hæc duo esse differentiam, quanta inter genus & speciem.

f Vectigal quid.

26. * Vectigal enim quamuis secundum rationem etymi & strictiorem significationem sit illud, quod ex vectura seu rebus quæ vehuntur, fisco penditur, vt not. glo. in *l. 1. §.* & ibi Bar. & alij de publica. gloss. in *rub. C. de vectig. & commiss.* Alber. in *dicti. in verb. vectigal.* Latiùs tamen patet eius significatio, imò latissimè. Est enim vox generalissima significans omnem præstationem siue tributum, aut censum, aut pensionem vel collationem, siue realem, siue personalem: & omne genus reditus, siue publici, siue priuati. Probatur in *l. inter publica. §. publica vectigalia.* Vbi Alciatus de verb. signifi. in *l. 2. §. si quis à nemine. vers. vectig. enim hoc. D. ne quid in loc. pub. & D. de publ. & vectig. & C. de vectig. & commiss. per tot.* Hinc Budæus noster in anno. in *l. 2. de orig. iur.* vectigalia vocat reditus illos fœneratorios qui super fundis & possessionibus alienis pro certa pecunia sub pacto redimendi comparantur, de quibus in §. 94. quos Sequani vocant *Censes*: quinetiam latiùs vagatur appellatio: & accipitur etiam pro omni reditu & emolumento quod ex patrimonio nostro percipimus, vt Paul. Aret. in *l. arbores. in fi. D. de vsufr.* Et Cic. in 6. *& vlt.* paradoxo, *Quod solus sapiens dives*: O dij immortales (inquit) non intelligunt homines quàm magnum vectigal (id est, quam magnus prouentus) sit parsimonia. Et paulò post, ex meo tenui vectigali (id est patrimonio) detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit.

27. Ex his patet quod vectigalis ager vel fundus propriè & generaliter dicitur cui quodcunque vectigal, siue publicum, puta tributum census aut publica functio siue priuatum, puta canon emphyteuticus, aut alia quæuis pensio vel salarium impositum est. Ager autem colono elocatus ad modicum tempus, non ex eo quoque dicitur ager vectigalis: sed tunc demum quando per possessorem & dominum scilicet naturalem & vtilem, debetur annua pensio vel aliud vectigal siue ratione dominij directi, siue alia iusta causa: vt colligitur ex *l. 1. Si ager vect. & l. si vno. in pr. loc.* Et sic concludo quod ager vectigalis & ager emphyteuticus non sunt synonyma, nec con-

Digitized by Google

nentur, quicquid velit Accurs. in d. rub. si ager vecti. quod etiam probatur *per l. etiam. C. de prad. minor. sine decret. non alien.* Sed differunt secundum analogiam generis & speciei.

28. Non obstat quod secundum hæc superuacua videtur expositio generis per vnam ex suis speciebus in *d. l.* * *sciendum* §. 1. *ibi vectigalem, id est emphyteuticarium. D. qui satisd. cog.* quia illa expositio non fit ad restrictionem generis nec in vanum, sed vt ostendatur verbum generaliter accipi pro quocunque agro vectigali, per expressionem speciei in qua suberat maior ratio dubitationis, videlicet in agro emphyteutico, qui de facili potest amitti & cadere in commissum per lapsum triennij non soluto canone, quod periculum non ita imminet aliis agris vectigalibus, vnde ne fortè dubitaretur possessorem agri emphyteutici à satisdatione iudicio sisti releuandum, addita fuit specialis mentio emphyteusis: quod tamen debet intelligi nisi ad comparationem causæ de qua agitur, emphyteusis esset modica vel propediem tempore finitura, quia tunc non releuaret à satisdatione per *no. glo. & doct. in d. l. sciendum.*

* *l. sciendum. §. 3. qui satisd. cog.*

29. Redeundo ad propositæ rei cursum, dico simplicem concessionem ad reditum & emphyteusim necnon concessionem ad censum (de quo vltimo satis dictum est) contractus esse disparatos, & specie distinctos, quantumuis res sic concessæ sub eodem genere & appellatione rei vectigalis contineantur: emphyteuticus autem contractus dupliciter & vtroque modo propriè accipitur: primò strictè secundum etymologiam & primam institutionem, & est temporalis concessio rei sterilis aut alias incultæ ad meliorandum ad vitam recipientis vel certas generationes, retenta interim certa modica annua pensione in recognitionem directi dominij. Hinc dicitur emphyteusis ἀπὸ τῆ ἐμφυτεύειν. quod est implantare & inserere, vt diximus *l.* §. 1. *glos.* 5. *num.* 73. & plenius tradit Alciat. in *primo parerg. cap.* 36. & in hac forma primùm cœpit appellatio emphyteusis seu meliorationis.

* Census ab emphyteusi distat.

30. Quamuis nondum erat specificum nomen contractus vsque ad tempora legis Zenonianæ, quæ est *in l. 1. C. de iure emphyteu.* quam ob causam duntaxat videlicet propter specificam discretionem à cæteris contractibus, huiusmodi contractus dicitur habere originem à iure ciuili, vt no. in *d. l. 1. & in l. ex hoc de iure. D. de inst. & iur.* Fallitur Gregor. Haloan. in *l. 3. §. Si emphyteuticum de reb. eor.* vbi originem refert ad Byzantinos, ante ius ciuile Romanum, & ante Aristotelem. Quod enim refert Aristot. 2. αἰκονομικῶν Byzantinos indigentes pecunia prædia publica sub pensione concessisse, τὰ μὲν γόνιμα χρόνον τινὰ, τὰ δ' ἄγονα ἀιδίως, id est fertilis ad aliquod tempus, sterilia verò in perpetuum, & intelligo recepta certa summa ab initio non erat strictè emphyteusis, quicquid etiam velit Alciat parer. *lib. 1. c. 37.* sed locatio agri fertilis, & perpetuaria datio fundi sterilis.

31. Præfato primo modo possunt res ecclesiasticæ alienari sine aliqua solennitate ecclesiastica, seu potiùs ad meliorandum ad tempus concedi: quia non est propriè alienatio, sed temporalis concessio ad meliorandum, vt finito tempore res in meliore statu, vtpote fertilis & culta reuertatur, vt est text. in *au. hen. de non alien. aut permut. §. alienationis. & §. emphyteusim autem*, & hoc de iure ciuili est indubitabile, cum authenticorum iure nouissimo, *colum. 9. de alien. & emphyt. §. licentiam*, permittatur emphyteusis rerum ecclesiasticarum etiam perpetua, seruata tamen forma præfixa in *d. §. licentiam, & in authen. perpetua. C. de sacrosan. eccles.* Videlicet cum consensu & voluntate maioris partis ibidem, ordinatorum & deseruientium clericorum vel monachorum, necnon & œconomi & inscriptione iuramenti in instrumento nihil ad lesionem ecclesiæ fiens, & dummodo pensio emphyteutica non minuatur vltra sextam partem soliti reditus quam habet res concessa tempore contractus, & sic *d. §. alienationis*, non propriè corrigitur per *d. §. subseq. §. licentiam.* prout voluerunt gloss. & doct. in *d. §. alienationis. & in cap. in præsentia. de probat.* Alex. in *l. etiam. col. 2.* soluto matrimonio, sed potiùs limitatur.

32. Emphyteusis autem temporalis rei ecclesiasticæ sine aliqua solennitate permittitur, dummodò tertiam generationem non excedat computata persona, vel personis accipientibus pro vna & prima generatione *d. §. emphyteusim autem.* quod etiam de iure canonico indubitanter procedit, si res concessa sit modica & exigua minùs vtilis aut longè posita, vt est text. apertus. in *cap. terrulas. 12. q. 2.* In fortioribus terminis, vnde si res ecclesiæ modica concessa sit in præfatam temporalem emphyteusim, si constet quod tempore contractus erat vtilis, sterilis aut ruinosa, tenendum est pro constanti, quod nullo modo debet contractus annullari vel rescindi prætextu cuiusuis formæ aut solennitatis omissæ: temporalis enim emphyteusis huiusmodi rerum iure ciuili comprobata, nullo iure canonico prohibetur, nec per iura antiqua vt *extr. de reb. eccles. alien. vel non per tot.* & maximè in *cap. nulli liceat.* vbi emphyteusis duntaxat si perpetua sit, prohibetur, nec per iura *lib. 6. in cap. 2. eodem tit. in 6. & ibi glo. in verb. non concedendo* quam Archidia. Gemin. Philipp. Franc. & omnes canonici sequuntur, nec per iura cle. quia *clemen. Aliquando eodem titulo* non extendit casus prohibitos, sed prohibitis nouam pœnam addit, vt ibi per Card. Floren. & alios.

33. Secundo modo & largè accipitur emphyteusis pro perpetua concessione rei immobilis prout procedente tempore frequentari cœpit huiusmodi concessio: nedum de prædiis incultis sterilibus: sed de quocunque etiam cultissimo prædio in perpetuum fruendo, quandiu pensio conuenta solueretur §. *adeo. instit. de locat.* etsi huiusmodi emphyteuseos proprium siue specifica differentia per quam à cæteris contractibus & concessionibus discernitur, iam non est melioratio & reuersio ad dominum post tempus ad meliorandum præfixum: sed est periculum commissi, si per triennium ab emphyteuta priuati vel per biennium in emphyteuta ecclesiæ pensio annua in recognitionem directi domini retenta non soluantur, vt in *l. 2. C. de iure emphyt. in §. scire autem. in auth. de non alien. aut permut. coll. 2. auth. qui rem. C. de sacros. eccles. c. potuit de loca.*

34. Itaque hodie in dubio emphyteusis perpetua est *d. §. adeo. l. 1. C. de offic. comit. sac. Palat.* Ibi totius perpetuarij, hoc est emphyteuticarij. *l. 3. de fundis patrimonial. lib. 11. C.* sed Gregor. * Haloander in *l. 3. in fin. de reb. eorum* malè restringit contractum perpetuarium ad emphyteuticarium. * Differunt tamen vt genus & species, imò vt excedentia & excessa, quia emphyteusis sæpe temporalis est: contractus autem perpetuarius non est emphyteusis, sed concessio sub annua pensione in perpetuum siue sub onere commissi emphyteutici, siue non: imò crebriùs sine dicto onere, vt patet in *l. 1. 3.* & vlt. *C. de locatio. prædio. ciuil. lib. 11.* sic & capitur in *l. 10. tit. 15. C. Theodosiani*, vbi fundi sub tyrannide Maximi non à iudicibus ordinariis, sed à suis rationalibus ad rem priuatam (scilicet principis) reuocantur. & * errat Alciat. *parerg. lib. 1. cap. 37.* dicens perpetuarios in iure dici, vt in *d. l. 1. C. de offic. comit. sacri Palat.* qui ad vitam suam conductum habent à principe, vel repub. Hoc enim est contra text. rotundum in *d. l. vltima, C. de locat. prædio. ciuil.* Ibi iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius securus sit, & intelligat neque à posteris suis vel his ad quos ea res vel successione vel do-

* Contrà Haloan.

* Perpetuarius contractus differt ab emphyteusi.

* Contra Alciat.

natione, ſiue venditione vel quolibet titulo, & in text. ibi ſanè ſi quis non perpetuo iure, ſed ad tempus, & ſic ſiue certum, ſiue incertum vt vitæ, & in fine eiuſdem text. Ibi ſi verò idem hanc ipſam rem aliquando meruerit iure perpetuo poſſidere, habebit & ipſe ſuperiùs expreſſam perpetuam firmitatem, *ſc. in d. verſ. Iure igitur*, & ſic pro omnibus ſucceſſoribus cauſam habentibus.

35. Et hinc eſt quòd emphyteuſis perpetua & ad omnes tranſmiſſoria veniebat appellatione perpetuarij generaliter & vniuerſaliter ſumpti. Et ita loquitur & intelligitur *d. l.* 1. *C. de offic. Comit. ſac. Pal. ibi totius perpetuarij*. vnde merito exemplificatur ibi etiam in emphyteuſi perpetua, quia text. nullum ius perpetuarium vult excipi: verbum ergo hoc eſt, in eo text. non eſt reſtrictiuum (vt putat Haloander,) ſed potiùs ampliatiuum & declaratiuum, vt nullum ius perpetuum nec emphyteuticum quidem excipiatur. Cæterùm contract. perpetuatius per ſe vt indicant omnes ll. de eo loquuntur, magis conceſſioni perpetuæ ad certum annuum & perpetuum redit. quam emphyteuſi, quæ ſpecialem habet naturam, congruit.

36. Conceſſio autem ad certum annuum & perpetuum reditum in tota Gallia non eſt contractus cenſualis nec emphyt. ſed diſtinctus contract. totalem alienationem & expropriationem rei importans ſine retentione dominij directi vel alterius iuris quam directi reditus percipiendi, de quo in *l.* 1. *ſi ſer. vulg.* vt diximus 3. §. 51. *nu.* 29. vnde quantocunque tempore ceſſatum ſit in ſolutione reditus non cadit res in commiſſum, nec in iſto contractu habent locum iura, conſuetudines, vel ſtatuta loquentia de cenſu vel emphyteuſi: ex his facilè eſt ſingulatim quæque colligere in quibus ab illis differt.

37. Et ſic concludo quod nulla conceſſio ad reditum vel aliam quamuis præſtationem cenſeri debet contractus cenſualis vel emphyteuticus, niſi expreſsè appareat conceſſionem eſſe factam in cenſum vel reditum emphyteuticum, quod etiam expreſſim vult conſuetudo Bleſenſis, §. 211. quæ in hoc eſt generalis, & ita generaliter obſeruamus in hoc Regno: quod etiam eſt conforme iuri communi per regulam. *l. ſemper in obſcuris l. ſemper in ſtipulationibus, in fi. de regul. iur. ex parte de cenſi.*

38. Non autem obſeruamus quòd ad ſubſtantiam contractus emphyteutici requiratur ſcripturam inde confectam eſſe, ſed ſufficit quod aliàs legitimè appareat conceſſionem eſſe factam ad reditum emphyteuticum vel ad onera emphyteutica quæ ſunt periculum commiſſi, & alia de quibus in *d. l. & in d. authent. qui rem*: * quod etiam de iure verum eſſe puto quicquid aduſque voluerint * omnes ſcribentes in *l.* 1. *C. de iure emphyt.* Poſt Ioan. Andr. in addit. Specul. *tit. de loca.* §. *nunc aliqua. verſ.* 5. *quærierur*. Et in ſua gloſſ. in *cap.* 1. §. *poſtquam de cenſib. lib.* 6. Alexand. *conſ.* 136. *num.* 8. *lib.* 1. quorum opinio non fundatur niſi in *d. l.* 1. quæ non probat niſi per argumentum & contrario ſenſu, quod non valet nec eſt ſumendum ad correctionem communium Regulatum iuris, vt not. in *l.* 2. *C. de condit. in ſer. in l.* 1. *in princ. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd.* vnde ſatis eſt quòd in *d. l.* 1. & alibi non prohibetur hunc contractum fieri ſine ſcriptis, vt ibi ſentit Accur. & bene. Vt etiam vult Alex. *conſ.* 50. *num.* 4. *conſ.* 76. *num.* 4. *lib.* 5. Alciat. *l. pactum quod bona fide. col.* 1. *C. de pactis.* Ita etiam expreſſim decidit Specul. in *d.* § *nunc aliqua.* 9. 5. vbi dicit generalem conſuetudinem ita interpretari, vt non ſit neceſſaria ſcriptura. Et Ludouicus Rom. *conſil.* 103. *Viſo præpoſitæ, col. vlt.* dicit in hoc derogatum eſſe *d. l.* 1.

39. Sed non eſt opus derogatione per prædicta, & vltra, quoniam præfata communis opinio aperte infringitur per text. in *authen. de non alien. aut permu.* §. *Anaſtaſius. col.* 2. vbi ex conſtitutione Anaſtaſij, qui (vt ex hiſtoriis apparet) 26. annis imperauit poſt Zenonem authorem *d. l.* 1. permittitur emphyteuſis rei eccleſiaſticæ ad vitam accipientis, nec ſcriptura requiritur in emphyteuſi, etiam rei eccleſiaſticæ, niſi cùm fieret in perpetuum: quod non eſſet (vtpote fruſtratoriè) ſtatutum ab Anaſtaſio, ſi ex conſtitutione Zenonis prædeceſſoris ſui ſcriptura fuiſſet neceſſaria in omni contractu emphyteutico. Lex enim illa Anaſtaſiana non fiebat ad ampliandam, ſed ad reſtringendam facultatem alienationis rerum eccleſiæ & patriarchatus Conſtantinopolit. vnde nullo modo certo caſu permiſiſſet ſine ſcriptis fieri emphyteuſim eccleſiaſticam, ſi aliàs iure communi & ex conſtitutione prædeceſſoris nulla emphyteuſis niſi mediante ſcriptura fieri potuiſſet. Et hanc nouam noſtram inductionem nota ad rectum intellectum *d. l.* 1. contra comm. doctor. ſent. Multum * ergo delirauit Aymo Crauetta *conſ.* 112. *num.* 8. vbi poſt. Bal. *conſ.* 220. proponitur quod *lib.* 1. extendit communem errorem, etiam ad ſolutionem penſionum emphyteuſis, vt debeant fieri & probate ſcripto.

40. Ex prædictis infertur * non valere argumentum de emphyteuſi ad cenſum, nec è diuerſo nec ab altero eorum ad ſimplicem conceſſionem ad reditum, ſed diſparatorum ſeparata eſt ratio. *l. Papin. exuli. D. de minorib. l. vlt. D. de calum. l. inter ſtipulantem.* §. *ſacram. verſ. ſed hæc diſſimilia ſunt. de verb. oblig. cum ſimilibus.* Quod not. quia paſſim in iure doctor. confundendo terminos inaduertenter errant, & aliis occaſionem dant grauiter errandi, * prout Bar. in *l.* 1. §. *penul. ſuper verſic. ſed & trahi. de ſuperfic. extendit. l.* 1. *C. de iure emphyteut.* ad eum qui ſuperficiem conduxit ſub certa annua penſione, vt non poſſit vendere domino irrequiſito, & vendendo cedat à iure ſuo: idque contra text. in *d. verſic. ſed & tradi.* qui generaliter & exemplificatiuè loquitur.

41. Et errorem Bar. exaſperans * Angelus Aret. *inſtitut. de locat.* §. *adeò in fi.* dicit hanc pœnam commiſſi habere locum, nedum in ſuperficiario, ſed etiam in cenſuario: ſentiens eadem via quod etiam in illis habet locum commiſſum ceſſante ſolutione per triennium. Cuncta falſo & perperam: quia commiſſum de quo in *l.* 2. *& l. vlt. C. de iure emphyt.* non habet locum, niſi in vera emphyteuſi, & in re quam conſtat clarè ad onus & conditionem emphyteuticam conceſſam. Hìc malè conſuluit Philip. * Dec. *conſil.* 146 vbi concludit vineam cecidiſſe in commiſſum & propria authoritate noui prælati rectè occupatam ob defectum penſionis per biennium, quamuis non probetur ſpecialiter quod eſſet emphyteutica, ſed tantum quod eſſet libellaria. Non enim ſequitur, eſt conceſſa, vel tenetur ad libellum: ergo in emphyteuſi vel ſub oneribus emphyteuticis: quum non ſolum ſecundùm opinionem vulgi,

42. Sed * etiam ſecundum communem doct. ſententiam libellarius * contractus dicatur de conceſſione ſub vili penſione facta, ſiue de ſuperficie, ſiue de fundo, ſiue in cenſum, ſiue in emphyteuſim, ſiue ad alium reditum, ſiue ad vitam, ſiue in perpetuum, ſiue cum pacto de renouando vel non, vt per Bald. & alios in *rub. C. de iure emphyt. & in l. ſi finita.* §. *vectigalibus. C. de damno infecto*: ergo non poteſt nec debet inferti eſſe conceſſum in emphyteuſim, niſi ſpecialiter appareat: vt etiam dixi in annot. ad Philipp. Dec. *auth. qui rem. col.* 1. *C. de ſacroſanct. eccleſ. & in* 1. *annot. ad d. conſil.* 146. Non ignoro quod Bal. in *titul. de pace Conſtant.* verb. *perſoluere fictum, poſt vſufeudo*, tenet quod quando quis non ſoluit cenſum de re ſua (videlicet cuius eſt dominus

* Scripturam non eſſe ne ceſſariam in contractu emphyteutico. * Contra communem.

* Contra Crauettam

* Argumentum ab emphyteuſi ad cenſum non valet: vt nec a cenſu ad emphyteuſim. contrarium tamen tenet Molinæus ſuprà, §. 10. nu. 49. 11 fi.

* Contra Bartolum

* Contra Angelum Aretinum.

* Contra Philipp. Dec.

* *Lege etiam ſi per commentum.*

* Libellarius contractus ab emphyteuſi differt.

directò & vtiliter, accipiendo verbum census, vt *supra num.* 18. 19.) sed de aliena (videlicet habenti directum dominium) quod tunc non soluendo cadit in commissum, vt in emphyteusi. & sequitur Philip. Dec. *cons.* 164. *col.* 1. sed falsum est, vt ibi ad Decium in annot. dixi.

43. Et quia Decius ibi *num.* 1. post Bart. & alios in locis prælegatis dicit, quod abutimur his vocabulis, libellarius, emphyteusis, superficies, census, & quòd vnum pro vno alio ponitur. Ego dico quod si quæ sint loca in quibus ita abutantur, nullus erit locus commisso, siue non soluendo, siue alienando, nisi aliter in contractu sit expressum: etiam si facta sit concessio sub nomine & titulo emphyteusis. quia in d. locis verbum emphyteusis est æquiuocum, & sic non concludit ad onera veræ emphyteusis nisi aliter sit expressum. ¶ Concludo prædictos contractus differre maximè à censu specialiter, vt s. *nu.* 20. sumpto, & vera emphyteusi: vt quæ in dubio nunquam præsumatur census ille specialis cum onere iurium dominicalium, nisi expressè vel clarè probetur: ita nunquam præsumitur vera emphyteusis nisi clarè & specificè probetur. Et adhuc etiam vbi constat actum de vera emphyteusi & onere commissi, adhuc etiam si concessio facta sit ab ecclesia in patria consuetudinaria, non censetur intellectum de commisso biennij, iuxta auth. *qui rem. C. de sacros. eccles. & nouel. vndesumitur. & c. potuit extra de locat.* quæ non sentiantur in quantum augent pœnam *d. l.* 2. *C. de iure emphyt.* sed de commisso triennij, nisi aliter sit expressum.

44. Vnde consuetudo Caluimontis §. 58. & Blesensis §. 211. habent locum etiam in emphyteusi ecclesiastica. hoc etiam generale est, quod consuetudinibus Regni etiam municipalibus * ecclesiæ ligantur, nisi quatenus apparent expressim exceptæ, vt dixi s. *in proœm. gloss.* 6. & nota quod in quantum d. consuetudo Caluimont. §. 58. loquitur alternatiuè de emphyteusi vel censu & pœna commissi, modificata tamen, vt etiam triennio lapso debeat debitor interpellari, & rursus in maiore mora constitui: debet intelligi quando concessio vel recognitio legitimè à maiore facta habet dictum onus expressum per prædicta. Imò etiam per eandem consuetudinem vbi art. 61. omne prædium præsumitur allaudium, nisi de onere probetur, & quamuis propter altercationes articulus ille fuerit remissus ad nostrum Senatum, tamen interim stetit, & nunc perpetuo manet, præsertim cùm habeat concursum iuris communis, vt dixi s. § 68. *nu.* 5. Probatur etiam per eandem consuet. art. 57. vbi etiamsi fundus probetur censuarius, tamen pro laudimiis vel alio onere præsumitur nisi quatenus per dominum probentur. Et hæc pro declaratione rub. huius tituli, & terminorum ad eum & generaliter ad omnes consuetudines Regni etiam in patria iuris scripti pertinentium sufficiant.

* Ecclesiæ ligantur consuetudinibus municipalib.

Des censiues & droicts seigneuriaux.

* Olim. 51.

Article * 73.

Il est loisible à vn seigneur foncier ou censier de poursuiure l'acquesteur nouuel detéteur d'aucun heritage estant en sa censiue ou seigneurie fonciere, afin d'apporter & exhiber les lettres d'acquisitiõ d'iceluy heritage, s'aucuns en y a, pour estre payé des droicts de vente, saisine & amende, s'ils y escheent.

* Olim. 51.

* 74.

Vn seigneur censier peut prõceder ou faire proceder par voye d'arrest ou brandon sur les fruicts pendans en l'heritage à luy redeuable d'aucuns cens ou fonds de terre, pour les arrerages qui luy sont deus.

* Hic articulus additus est per nouã consuetudinem.

* 75.

Si le proprietaire saisi s'oppose à la saisie, il doit auoir main leuée par prouision en consignant trois années du cens.

* Olim 53.

* 76.

Les droicts de vente deus au seigneur censier sont de douze deniers vn denier: qui est pour chacun franc seize deniers parisis.

* Olim 54.

* 77.

Pour ventes recelées & non notifiées au seigneur censier dedans * la huitaine de l'acquisition il y a soixante sols parisis d'amende audit seigneur.

* Hodie dedãs xl. iours.

* 78.

* Olim 55.

Si aucun achete à prix d'argent aucun heritage estant en la censiue d'aucun seigneur censier ou foncier, tel acheteur dudit heritage, ou preneur à rẽte est tenu de payer audit seigneur censier ou foncier les ventes dudit achept * & saisine pour ce deuë & accoustumée, auec douze deniers pour la saisine.

* Loco seigni. nium verborum per modũ consuetudi. nem: ou sont principal de la rente, encore qu'elle ne soit rachepte.

* 79.

Si l'achepteur d'vn heritage est contrainct deguerpir & delaisser l'heritage pour les debtes de son vendeur, il se vend & adiuge par decret à la poursuite des creanciers, ledit acquereur succede au droict du seigneur, pour auoir & prendre à son profit les ventes dudit decret telles qu'eust pris ledit Seigneur. Ou est au choix dudit Seigneur de les prendre, en rendant celles qu'il a receuës de l'acquisition premiere.

* 80.

Si l'heritage ne se peut partir entre coheritiers, & se licite par iustice sans fraude, ne sont deuës aucunes ventes pour l'adiudication faite à l'vn d'eux. Mais s'il est adiugé à vn estranger, l'acquereur doit ventes.

* 81.

Les rentes & amendes se poursuiuent par action seulement.

Ne prend

by Google

* Hic art. olim fuit 56.

* 82.

Ne prend saisine qui ne veut: mais si on prend saisine, sera payé douze deniers parisis pour la saisine.

83.

Pour heritages vendus ou adjugez par decret à la charge de rente rachetable, soit que ledit heritage soit fief, ou roture, est deu au seigneur du fief, le quint denier du prix: & au censier le droict de ventes, tant pour le prix contenu és contracts ou decret, que pour le fort principal desdites rentes: encores que lesdites rentes ne soient lors racheptées.

84.

Si aucun achepte heritage, à la charge qu'il sera adjugé par decret: ou bien si l'achepteur pour purger les hypotheques le fait decreter, & tel achepteur est adjudicataire, n'est deub qu'vn seul droict de quint ou vente, tant pour le contract d'acquisition que du decret. Et toutesfois au choix du Seigneur de prendre lesdits quints ou ventes selon le prix dudit contract ou du decret.

* Olim fuit 62.

* 85.

Toutes personnes tenans leurs maisons & heritages en censiue, sont tenus de payer les droicts de cens au seigneur: dont leurs heritages sont tenus & mouuans au lieu & iour que deuz sont, sur peine de cinq sols parisis d'amende: fors & excepté les heritages assis en la ville & banlieüe de Paris, qui ne doiuent aucune amande, par faute dudit cens non payé. Si à ladite amande de payer les detempteurs d'iceux ne sont aucunement obligez.

* 86. * Olim fuit

Il est loisible à vn seigneur censier en la ville & banlieuë de Paris: en defaut de payement des droicts de cens, dont sont chargez les heritages tenus en sa censiue, de proceder par voye de simple gagerie sur les biens estans és maisons pour trois années d'arrerages dudit cens, & au dessous. Et est entendu simple gagerie, quand il n'y a transport de biens.

87.

De toutes rentes foncieres non rachetables, venduës à autres, ou delaissées par rachapt, depuis le premier bail sont deuës ventes, eu égard au prix de la vente ou rachapt d'icelle vente, tout ainsi que si l'heritage en partie d'iceluy estoit vendu.

EPITOME GLO. 1. §. 51.

1. *Alternatiua præsupponit res diuersas: sed inter genus & speciem exponit.*
2. *Sæpius repetita videntur magis seria.*
3. *An dominus fundiarius & censualis differant* 4. 5. 6. 7. 8.
12. *Census dominicalis vniuocus est, & monadicus.*
13. *Definitio census & feudi.*
14. *Census potest esse sine laudimiis, sed non sine pensione.*
15. *Census separatim aullus non est census, sed reditus fundiarius.*
16. *Quid*, chef cens.
17. *Quid*, croix de cens.
18. *Quamuis vassallus possit subinfeudare, tamen censuarius non potest in censum concedere.* 20. 22. *nec alium recognoscere.* 24.
21. *Primus dominus emphyteusis requirendus, eique soli laudimia debentur.*
23. *Declaratur consuetudo Aruerniæ.*

§. * LXXIII.

* Olim 51.

PAR la coustume de ville, Preuosté & Vicomté de Paris, il est loisible à vn Seigneur foncier ou censier de poursuiure l'acquesteur nouuel detenteur d'aucun heritage estant en sa censiue ou seigneurie fonciere, afin d'apporter & exhiber les lettres d'acquisition d'iceluy heritage, si aucunes y en a, pour estre payé des droicts de vente, saisine & amende; s'ils y eschéent.

DOminus censualis nouum acquisitorem seu detentorem prædij censualis in ius vocare potest ad asserendum & exhibendum literas, si quæ sint, acquisitionis, ad finem solutionis laudimiorum, inuestituræ & mulctæ, si debeantur.

Hic articulus noua consuetudine ita reformatus est.

IL est loisible à vn Seigneur foncier ou censier de poursuiure l'acquesteur nouuel detenteur d'aucun heritage estant en sa censiue ou seigneurie fonciere, afin d'apporter & exhiber les lettres d'acquisition d'iceluy heritage, si aucunes en y a, pour estre payé des droicts de vente, saisines & amendes.

Digitized by Google

GLO. I. IN VER.

Seigneur foncier, ou cenſier.

IN ver. domino fundiario vel cenſuali.

QVÆRO primo, an & qualis ſit differentia inter dominum fundiarium & cenſualem, & inter cenſum & fundum terræ ſiue ius fundiarium: quæ vocabula ſæpe repetuntur & inculcantur in hoc titulo, in quo principaliter de illis agitur, nempe ſuper eis totius huius tituli cardo verſatur. Et prima facie videntur differre, quia ſemper ſeparantur per alternatiuam: aut quæ præter id quòd eſt dictio diſiuncta, adhuc in vim alternatiuæ debet poni inter diuerſa: quia alternatio neceſſariò præſupponit ſaltem duo diuerſa & ſeparata extrema, quæ æquè principaliter ſint in diſpoſitione. text. in *l. ſi vnus. §. ſed ſi ſtipulatus.* & ibi gloſſ. de pact. in *l. ſi duo rei.* in *l. vbi autem non apparet. §. qui illud aut illud. de verb. oblig.* cum ſimilibus.

2. Tum ſecundò, ne verba ſint ſuperflua, quod maximè in legibus vitandum: vt eſt in 1. *Conſtit. C. §. quibus.* Tum maximè quando eadem verba ſæpius * repetuntur, non poſſunt videri ſuperuacua aut otioſè dicta, ſed ſeriosè, & vt operentur *gl. ſing. in Clem. 1. in verbo Diœceſanis, de iure patron.* Gemin. Philipp. Franc. in cap. *duobus. de reſcript. in 6. & ſupra §. 20. gloſſ. 3. num. 6.* prout præfata verba bis affirmatiuè repetuntur in hoc §. ibi, *vn Seigneur foncier ou cenſier:* & ibi, *en ſa cenſiue ou ſeigneurie fonciere* & adhuc in §. ſequenti, ibi *d'aucun cens, ou fonds de terre.* & in §. 78. ibi: *Seigneur cenſier, ou foncier.* & §. 59. 60. Et ſic ex verbis conſuetudinis toties repetitis.

* Repetita præſumuntur deſiò dicta.

3. Videtur eſſe differentia ſaltem qualis inter * genus & ſpeciem, inter dominum & fundiarium, & dominum cenſualem, & inter ius ſeu reditum aut vectigal fundiarium, & cenſum ſpecialiter acceptum prout hîc & de generali conſuetudine Regni accipitur, vt dictum eſt ſuprà in *rubr. numero* 17. & hoc in ſe verum eſt: Vt videlicet dominus fundiarius ſit quicunque dominus directus, cui aliquod ius ratione fundi & dominij primitiui & directi eiuſdem fundi debetur, ſiue ſit ius feudale, ſiue cenſuale, ſiue emphyteuticum aut aliud id genus. Dominus autem cenſualis ſit ſpecies ſub genere termini præcedentis. Et ſimiliter ius ſeu vectigal fundiarium ſit quodcunque ius ſeu reditus ratione fundi domino directo debitum, cuius noſter cenſus ſpecialiter vt ſupra & in hoc titulo acceptus ſpecies ſit, & huic ſententiæ accedit etymon huius appellatiui fundiarius, & aſtipulari videtur communis vſus loquendi, quo nedum reditus emphyteuticos, ſed etiam reditus ſimplices ad certum reditum conceſſionis vulgò rentas funciarias ſeu vectigalia fundiaria appellamus, quaſi verbum vulgatum reditus funciarius ſit terminus generalis ad omnem reditum ex fundo ratione directi vel priſtini dominij debitum.

* Imò ſanè ſecus. Cenſus dominicalis eſt qui cenſum penit. fundarius, dicitur cenſualis, cui cenſus debetur.

4. Et ne cui fortè videatur hæc noſtra inquiſitio verbalis magis quam realis & parum vtilis, eò tendit vt deinceps vel nullo iudicio iudicari poſſit, an quinis dominus directus & fundiarius, puta qui fundum in emphyteuſim conceſſit, poſſit pro reditu fundiario ſibi debito vti prærogatiuis vel commodis huius tituli: in quo paſſim dominus fundiarius domino cenſuali æquè principaliter comparatur. Quod ſi negetur, ex eo quòd dominus emphyteuſis non ſit dominus cenſualis ſpecialiter (prout hîc) cenſum accipiendo: adhuc ſupereſt alia non improbabilis dubitatio, an dominus ipſe cenſualis, prout hîc ſtrictè & ſpecialiter accipitur, poſſit vti & prærogatiuis & commodis huius tituli, nedum pro ipſo cenſu ſtrictè & ſpecialiter capto, ſed etiam pro alio reditu fundiario cenſui ſuperaddito & ſibi debito ex eadem fere conceſſione & inueſtitura primitiua fundi. In quo videretur quòd ſic per prædicta, & per text. in §. ſeq. ibi, *d'aucuns cens ou fonds de terre.*

5. Breuiter reſoluendo, ea differentia *ſupra num. 3.* vera eſt ſecundum idiotiſmum noſtrum communem loquendi Gallorum. Quamuis enim cenſus aliàs etiam generalior ſit reditu fundiario, vt ſup. in *rub. nu. 18. 19.* tamen Francis ſpecialiter certum ſpecificum ius dominicum ſignificat, & ſic ius fundiarium eſt genus. Sed hic alternatiua poſita inter genus & ſpeciem reſoluitur in expoſitiuam, vt eſt text. in *l. vbi pactum de tranſact. vel tranſactio. C. de tranſact.* & ibi gl. 1. Bart. & omnes doct. & in *l. ſi quis maior, ibi aduerſus pacta vel tranſactiones, & ibi pacto vel tranſactione conuenta eo. tit.* Phil. Deci. in *l. ſi filium fam. nu. 6. D. ſi cert. peta.* Matth. Affict. *Deciſ. Neapol. 106. in fi.* Item tex. in *l. 2. ibi quadrupedem vel pecudem.* & ibi gl. *ad leg. Aquil.* quæ regula ſemper procedit quando materiæ ſubiectæ congruit, *vt hîc.*

6. Probatur primò, argumento à rubrica quæ dumtaxat loquitur de cenſiua ſiuede cenſu, & iuribus dominicalibus cenſuariis, & ſic in §. ſequenti verbum, fundus terræ, debet intelligi de ipſo cenſu vel reditu cenſuali, & non de alio iure ſeu vectigali etiam fundiario: Vt textura correſpondeat rubricæ, à qua de iure licet argumentari & interpretationem ſumere iuxta *l. Imperatores de in diem addict.* & no. doct. in *rub. ſi cert. pet. & rub. de verb. oblig.* & in *rub. de actio. inſtit.* Secundò per contextum totius huius tituli, vbi laudimia & iura cenſualia, nedum domino feudario aut cenſuali vt in *hoc* §. vel cenſuali aut fundiario, *vt in* * §. 55. 58. 59. 60. 61. *infrà*, eodem velut promiſcuè attribuuntur: ſed etiam ſingulariter ipſi domino cenſuali omnia hæc dominicalia iura de quibus in hoc titulo attribuuntur, vt in §. 76. 77. 86. Et quamuis quandoque fiat mentio de domino cenſuali vel fundiario complexiuè: tamen nunquam in toto hoc titulo fit mentio de domino fundiario per ſe, ſed bene paſſim fit mentio de domino cenſuali per ſe & ſingulariter, *vt* §. 74. 75. 76. 77. 86. Ex quibus ſatis colligitur dominum fundiarium ad dominum cenſualem coarctari in hoc titulo, & ſpecialiter accipi pro domino cenſuali tantùm.

* Hi §. ſunt omiſſi à Molineo.

7. Tertiò clariùs probatur per text. in §. 78. 59. & §. 60. *infra eo.* in quibus promiſcuè fit mentio de domino cenſuali aut fundiario, & tamen ibidem dicitur prædium eſſe ſpecialiter cenſuale ſiue in cenſiua, eiuſdem domini, ſiue aliqua alternatiua adiectione vectigalis aut iuris fundiarij vel alterius termini generici, & ſic ſatis apparet hanc vocem dominum fundiarium, in hoc titulo non generaliter, ſed ſpecialiter pro domino cenſuali ſtrictè & ſecundum vſum noſtrum propriè ſumpto accipi, prout etiam in conſuetudine Borbonienſi. §. 392. cum ſequent. & quibuſdam aliis conſuet. quanquam crebriùs conſuetudines in hac materia non vtantur verbo *ſeigneur foncier:* ſed tantùm verbo, *ſeigneur cenſier*, vel *cenſuier.*

8. Alioquin ſequeretur quod alius à domino cenſuali (puta dominus emphyteuſis, qui verè & propriè eſt dominus fundiarius, & cui verè fundiarium vectigal ratione fundi, & in recognitionem directi dominij debetur) poſſet laudimia exigere, & ex

defectu ſolutionis penſionis fructus rei prehendere, & reliqua omnia iura & commoda dominicalia, de quibus in hoc titu. percipere & exercere: ſicut poteſt dominus cenſualis: quod eſt falſum, & contra communem obſeruantiam & mentem conſuetudinis, & eius verba quæ nequeunt verificari nec adaptari niſi in domino cenſuali, & in cenſu ſtrictè, vt ſuprà, ſumpto. Ex quibus pariter inferendum eſt quòd in §. ſequen. verbum fundus terræ, ſeu vectigal fundiarium non ſtat generaliter, ſed ſtrictè & ſpecialiter pro ipſo iure cenſus, & reditu cenſuali dumtaxat.

9. Et hæc eſt vera mens huius conſuetudinis & talis eſt communis obſeruantia in toto Regno (nedum in hoc præſidatu) vt dominus cenſualis, & cenſus ſpecialiter accipiantur. vt ſupra in *rubr. nu.* 20. & vt prærogatiuæ, iura & commoda cenſualia, non alij conceſſa intelligantur, quàm huic domino cenſuali, & pro huiuſmodi cenſu. Et quòd dictio, aut, non ſtet alternatiuè, ſed expoſitiuè vltra allegata ſuprà *num.* 2. *probatur infrà eo.* §. 61. *Ibi, ſeigneur cenſier & foncier.* Et ſic conſuetudo modò alternatiua, modò copulatiua promiſcuè vritur ad deſignandum iſodynamiam, ſeu æquipollentiam nominum.

10. Ex quibus liquet quod ſi dominus conceſſerit certum ingerum terræ (vt Gallicè protrita verba vſurpem) *à deux deniers de pur & chef cens, & cinq ſols de rente annuelle & fonciere*: hoc eſt ad verbum, ad duos denarios puri & capitalis cenſus, & quinque ſolidos annui perpetui & fundiarij reditus: hanc ſemel pro multis antiquis & modernis temporibus frequentiſſimam formam exempli vice poſui. Tunc quamuis eadem primitiua conceſſione, & cenſus & reditus debeatur, etiam ſi eodem fortè die & loco ſolui debeant; tamen ſi debitor cenſum, non autem reditum, ſoluerit, nullam mulctam ſoluet ex defectu reditus, nec eo nomine fundi vel fructuum pendentium prehenſionem patientur in vim huius conſuetudinis, videlicet vi & poteſtate dominica cenſuali. Si enim cenſuarius ad dictum reditum obligatus eſſet ſub ſigillo authentico & guarentigio: tunc omnem eiuſdem guarentigiæ executionem & compulſionem pati poſſet, vt plenè diximus *infrà tit.* 15. quæ guarentigia nihil habet commune cum materia huius tituli. vt in §. *ſequ. gloſſa. num.* 64. ſed ſolo reditu & non cenſu ſoluto, ſuberit his quæ in §. ſequenti, & omnibus pœnis cenſualibus.

11. Quid ergo, ſi neutro ſoluto dominus manum injecerit ex defectu cenſus & reditus ſimul? Reſpon. Si dominus declaret ſoluto cenſu ſe manum leuaturum: tunc nec damna nec impenſas debet. ſed has debet cenſuarius niſi à tempore quo cenſum debitum legitimè obtulerit, à quo tempore etiam damna & intereſſe habere poterit, vel etiam damna retardatæ promiſſionis petitæ, conſignatione cenſus vnius anni facta vel congruè oblata, vt plenè in §. *ſeq. gloſſ.* 1. *nu.* 118. *cum ſeq.*

12. SECVNDO pro clariori horum terminorum notitia in praxi, quæro quotuplex ſit cenſus? & loquor de cenſu noſtro dominicali ſtrictè, vt in *rub. nu.* 20. Inuenitur enim adusque in veteribus inſtrumentis, inueſtituris, renouationibus, catalogis, & rationum libris vt Gallicè dicam, *chef cens, menu cens, gros cens, ſurcens*: hoc eſt capitalis cenſus, minutus cenſus, grauis cenſus, ſupercenſus, ſiue ſecundus cenſus, & quædam alia eiuſdem farinæ vocabula: & ſic viderentur plures eſſe ſpecies cenſus, etiam accipiendo in hac ſtricta acceptione de qua in hac conſuetudine & ſub. in *rubr. verſi. ſed Quinto.* Tamen dicendum eſt omnem hunc cenſum vnius* particularis eſſe ſpeciei, & non poſſe in plures ſpecies diuidi: ſed ſolùm in plura diſtingui ſubjecta numero, qualitate, pactis, accidentibus aut aliis circumſtantiis ſpecificam differentiam minime conſtituentibus, differentia.

* Cenſus particularis.

13. Quemadmodum & feudum non diuiditur diuiſione propria & ſubſtantiali (quæ eſt in plures ſpecies) ſed ſolùm per accidentia, & tamen feudi ſpecies longè latiùs patet & in non parum plura diſtinguitur & multiplicatur quàm cenſus, vt in *tit. præcedenti.* §. 1. *gloſſ.* 6. §. 1. *gloſſ.* 3. *& per totum.* huius autem ſpeciei cenſus de qua tantum loquimur, genus* eſt ius dominicum: proprium autem ſeu conſtitutiua differentia eſt, penſio cenſualis, & hoc logice adæquate loquendo, quemadmodum feudi genus eſt ius dominicum, proprium vero ſeu ſpecifica differentia, fidelitas: quam vulgo fidem & homagium vocant.

* Definitio cenſus.

14. Et vt feudum poteſt eſſe ſine releuiis & laudimiis (quamuis hæc apud nos ex natura feudorum inſint) imò etiam ſine iuramento, ſed non ſine fidelitate, vt diximus ſ. *tit.* 1. *in fi.* §. *gl.* 4. *in prin.* Ita cenſus poteſt eſſe ſine laudimiis & mulctis (quæ tamen ex natura cenſus in hoc regno regulariter inſunt) ſed non ſine penſione quotannis aut aliis terminis in recognitionem dominij & iure dominico cenſuali pendenda.

15. Quem autem vocant* *capitalem cenſum*, verus eſt cenſus, & duobus modis dicitur, primo ad differentiam ſupercenſus vel ſecundi cenſus, idque dupliciter. Aut enim hoc ſecundum onus eſt appoſitum in augmentum primi: & vtrumque eſt vnus & idem cenſus, argumento *l. inter ſocium.* §. *cùm inter verſi.* nec *ſeparabitur portio data additamenti cauſa. de pact. dotali.* velut cenſus duplicatus, eſt vnus & idem cenſus licet arctus: & ex iuſta cauſa fieri poteſt, vt ſi maior factus ratam habet conceſſionem in cenſum factam ab adminiſtratore ſuo cenſum augendo, vel ſi augetur remiſſis gradibus aliis oneribus, quamuis antiqua portio poſſit dici capitalis vel nativa, ad differentiam augmenti. Aut verò ſecundum onus eſt adpoſitum tanquam ſeparatum per ſe, & tunc verè non eſt cenſus, ſed reditus fundiarius. Secundo modo capitalis cenſus dicitur ad differentiam ſubdiuiſi & ſic minuti cenſus, vt quando latifundium vnum vna conceſſione datum eſt ad triginta ſolidos cenſus, poſtea hæredes vel hæredum hæredes diuidunt in 30. partes inter ſe, domino etiam cuius non intereſt conniuente, ſinguli reſpectu ſui debent vnum ſolidum qui dicitur minutus cenſus, qui videtur dici capitalis, id eſt integri & totalis totius inueſtituræ cenſus, qui videtur dici groſſus cenſus in conſuet. Senonenſi veteri. §. 18. *& nouæ.* §. 20. quandoque tamen quem vocant* minutum cenſum, eſt idem cum cenſu capitali, & dicitur ad differentiam groſſi vel grauis, vt nuper diximus, vt cùm vnum ingerum terræ conceditur ad vnum denarium capitalis aut minuti cenſus, & ad decem ſolidos grauis aut ſecundi cenſus: denarius eſt vetus proprius, vtque preſſiùs Græce dicam γένος, cenſus: ſed decem ſolidi non ſunt niſi reditus fundiarius & ius reale in genere, non autem ius dominicum pariens iura laudimiorum, mulctarum, inueſtiturarum prehenſiones & effectus, de quibus in hoc ti. quale ius eſt obligatio dicti denarij.

* Chef cens, capitalis cenſus.

* Minutus cenſus.

16. Et quamuis huiuſmodi cenſus vt plurimùm in modico ære conſiſtat, & conſiſtere debeat, vtpote in quo non id quod ſoluitur (quod eſt parum) ſed qualitas ſolutionis, quæ magna eſt, & recognitionem dominij & reuerentiam implicat, conſideratur, vt ſentit Bald. in *l. ede. colum.* 2. *in fin. de locat.* tamen quandoque ex tenore inueſtituræ magna penditur ſumma, puta decem vel viginti ſolidi, vel ſinguli medimini frumenti in ſingula ingera, vel decem libræ pro certa domo, non refert an nummis, an alia quantitate, fructu aut ſpecie conſtet canon cenſualis, quin etiam in flore,

aue, vel ſimili ludicro (ſi ita placuerit) conſiſtere poteſt.

17. Quid ſi conceſſio ad cenſum vel reditum indiſcriminatim facta ſit, puta ad decem ſolidos cenſus & reditus, ſeu alternatiuè cenſus vel reditus quales plurimæ viſuntur? Breuiter reſpondi, ſiue copulatiuè ſiue alternatiuè concipiantur, non refert: quia vtroque caſu intentio concedentis non eſt dare ad merum reditum, ſed etiam ius cenſus retinere, & ſic alternatiua æquipollet copulæ, & eſt conceſſio mixta. Ratio tamen cenſus ſiue in ordine verborum præcedat ſiue ſequatur, tanquam potentior præualet, & integras vires retinet & mens dictorum verborum indiſcretorum eſt, quòd ſumma conuenta, tam pro cenſu dominico quam pro reditu fundiario præſtetur. Idem ſi dictum ſit, *dix ſols de cens & ſurcens*, vel, *à dix ſols de croix de cenſe ou rente*, & verbum * *croix* antiquitus vſitatum non ſignificat incrementum cenſus, prout nonnulli argutè putant, ſed incautè, quia illud verbum, etiam vnico denario cenſus à veteribus frequenter addebatur: ſed donat præſtationem cenſus in certa pecunia numerata conſiſtere, quæ altera parte cruce ſignata ſit.

* Croix de cens, quid.

18. TERTIO, quæro vtrum cenſuarius poſſit alium cenſuarium facere, & nou quæritur an poſſit prædium cenſuale in totum cum onere ſuo transferre in alium nullo iure retento, vel etiam retento reditu annuo vel alio quouis iure fundiatio, ſed non cenſuali: quia hoc non eſt alium cenſuarium acquirere, ſed cenſuarium eſſe deſinere, toto ſeruienti iure cenſuali cum fundo in alium tranſlato, quod de conſuetudine generali etiam domino irrequiſito fieri poteſt. Sed quæſtio eſt, an cenſuarius totum vel partem prædij cenſualis alij concedere poſſit in certum cenſum ſibi ſoluendum iure dominico tanquam domino cenſuali & cum oneribus cenſualibus? Prima facie videtur quòd ſic, quemadmodum in feudo licitum eſt vaſſallo ſubinfeudare tam de conſuetudine Inſubriæ, *qual. olim poter. feud. alien.* §. 1. & de l. Conradi. § 1. Et per quos fiat inueſtit. §: *inquam de conſuetudine Franciæ vt ſupra tit.* 1. §. 35. *q.* 5. Dummodo id ſincerè & ſine præiudicio domini fiat, videlicet quando concedens in ſecundum cenſum ſicut ſubinfeudans remanet cenſuarius domini & ad omnia iura & onera cenſualia obſtrictus vt priùs, cùm conſuetudo noſtra hoc non prohibeat in cenſu fieri magis quam in feudo.

19. Secundò, quia de iure emphyteuta poteſt ſibi de conſenſu domini ſecundùm emphyteutam acquirere, vt tradit Specu. in tit. *de locat.* §. *nunc aliqua. verſ.* 105. Ioa. Fab. Iaſ. in *l. ſi. col.* 11. *C. de iure emphyt.* Sed de conſuetudine in hoc regno conſenſus domini directi in alienationibus non requiritur, ſed ipſo iure ſaluum manet ius domini. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Io. Fabr. *inſtit. de locat.* §. *adeo. col.* 1. quod emphyteuta abſque conſenſu & requiſitione domini poſſit dare in emphyteuſim: fortiùs vult ibi Ioan. Fabr. per duas col. ſeq. quòd etiam de iure poſſit fieri, vt ſint plures domini directi & varij diuerſis reſpectibus, & quod primus concedens in emphyteuſim habet omnia iura emphyteuticaria in primum emphyteutam, & ſecundus in ſecundum, & ſic deinceps. Et hoc expreſſim tenent domini de Rota, *Deciſ.* 862. *in fin.* quæ eſt decisio prima ſub tit. *de locat.* in antiquis: idem ſenſit Soc. *conſ.* 256. *conſ.* 261. *lib.* 2.

20. Contrarium dicendum eſt, aliud eſſe in feudo, aliud in cenſu, & ratio differentiæ eſt, quia in feudo conſuetudo permittit vaſſallo retenta fide quoquomodo libuerit diſponere de feudo *ſupra* § 41. Ita quod ſubuaſſallus, vel quicunque alius cauſam habens à vaſſallo, non poteſt inquietari à ſuperiore patrono, quando concedens remanet in fide, vel feudum ex eius perſona non aperitur & prehenditur, vel illi aperturæ ſatisfit, vt dixi 5. §. 51. 54. 55. ſecus in cenſu, vbi conſuetudo non exprimit hanc licentiam, nec permittit cenſuario facere ſecundùm ſubordinatum cenſuarium, & ita differenter ſeruari de conſuetudine in feudo & cenſu teſtatur Ioan. Fab. in d. §. *adeo. col.* 3. *ver. ſcio tamen.* vbi dicit conſuetudinem in feudis admittere ſubordinationem plurium dominorum & vaſſallorum & feudalium iurium ſingulos concernentium: ſed nec in cenſu nec in emphyteuſi huiuſmodi ſubordinationem admitti. Solus igitur primus dominus cenſualis exigit profeſſionem cenſualem, laudimias, mulctas: ſolus inueſtituram faciet, & iuribus dominicis vtetur.

21. Facit quod in emphyteuſi doct. vbique tenent ſolum primum dominum requirendum & illi ſoli iura & laudimia deberi, vt Guil. Cuneus. Alberic. Bal. Paul. in *l. filium.* ad Macedonian. Specu. in tit. *de locat.* §. *nunc aliqua. verſ.* 195. *verſ.* 126 *gloſſ.* & omnes in *l. vlt.* Vbi latè Iaſ. *col.* 11. *col.* 24. *C. de iure emphyt.* Bart. Alex. *l. ſi finita.* §. *ſi de veſtigal. q.* 3. *de damno infecto.* Bal. Salic. *l. ſi in promittente C. ad Maced.* Io. And. Io. Imol. Card. Flor. *c. prout. extra de locato.* Iaſ. *l.* 3. §. *ex contrario. col. pen. de acq. vel amit. poſſ. & conſil.* 176. *col.* 1. *conſ.* 180. *colum.* 1. *lib.* 1. Soc. *conſ.* 256. *conſil.* 261. *lib.* 2. ex quibus & ex his quæ plenius dicam 3. §. 55. *gloſſ.* 1. *num.* 166. habes explicata quæ inuoluit Nicol. Boer. in *conſuet.* Bituricenſ. *de conſuet. feud. & cenſ.* §. 22 & ſic concluſio eſt quòd quamuis * poſſint eſſe plures ſubordinati domini feudales eiuſdem prædij feudalis, *vt* 5. *tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 7. tamen non poſſunt eſſe plures huiuſmodi domini cenſuales eiuſdem prædij, ſed vnus tantum aut plures pro portionibus ſuis concurrentes, quod etiam expreſſim diſponunt conſuetudines de Lorriz §. 27. Niuernenſis §. 12. *eo. tit.* Aruernenſis *tit.* 21. §. 4. Senonenſis §. 256. Trecenſis §. 56. Aurelianenſis §. 131. Ambianenſis §. 33. Bleſenſis §. 127. Burgundiæ tit. *des cenſes* §. 53. & Comitatus Burgundiæ §. 81. ſeu §. pen. tit. *des rachapts.* Borbonienſis §. 333. Idem reliquæ conſuetudines, quæ etiam ſi non exprimant, tamen ſatis tacitè cautum intelligitur, & eſt generalis vſus & conſuetudo huius regni, vt etiam dicam 3. §. 78. *glo.* 1. *num.* 71.

* Domini feudales plures eſſe poſſunt, at non cenſuales.

22. Quid igitur ſi cenſuarius de facto dederit aut vendiderit ad cenſum dominicalem erga ſe, ſiue ſub iure dominico ſoluendum. Reſp. de iure contractus, nullus, quia quum ſit oneroſus, & non poſſit in totum vel vtrinque ſubſiſtere, corruit in totum. *l. cùm emptor. D. reſcin. vend. l. quòd ſi duo, de in diem addict. l. ſi quis aliam. de ſolut.* Phil. Dec. *l.* 1. *col.* 1. *C. qui admitti.* & ita expreſſim decernunt quædam conſuetudines, vt Niuernenſis d. §. 12. Res ergo redit ad priorem ſtatum niſi conſenſus domini primi cenſualis interuenerit, vt crebrius conſuetudines admittunt, eo caſu valere.

23. Sed conſuetudo * Aruerniæ. d. §. vlt. omne onus ſuperadditum ſine domini conſenſu ei committi vel acquiri, quod eſſet durum & iniquum, niſi eadem conſuetudo moderationis medelam adderet, dum addit fauendo. per ſententiam declarari commiſſum, & non aliter. Hoc eſt ita demum ſi vſque ad ſententiam diffinitiuam reus perſeuerauerit in contumacia: ſecus ſi indemnitati domini ſatisfecerit, vel contractum ipſum declarari nullum conſenſerit, ſatisfaciendo ei cum quo contraxit, qui tenebitur data recipere & à contractu quod contra conſuetudinem fecit diſcedere, & hoc quando cenſuarius ſub conſuet. Aruerniæ conceſſit ad alium ſimplicem reditum erga ſe, vel etiam reditum impoſititicium alij ſoluendum conſtituit, quia dicta conſuetudo generaliter loquitur.

* Conſuetudo Aruerniæ.

24. Sed in caſum quo dedit ad ſecundum cenſum

Digitized by Google

erga ſe, facile eſt rem expedire, ſi cenſuarius declaret ſe nolle ſecundùm cenſum habere iure cenſus dominicalis, ſed iure ſimplicis reditus fundiarij. Sed valdè aberrant qui exponunt has conſuetudines de cenſuario qui recognoſcit ſe tenere in cenſum ab alio: hoc enim modo non fit cenſus dominicalis, ſicut nec feudum, & non ſolùm non præiudicat vero domino directo nec in proprietate, nec in poſſeſſione vel quaſi, ſed nec ipſo falſi recognoſcenti, vt late dixi 3. §. 1. *glo. 5. num. 22. cum ſeq.* Verum eſt quod quædam conſuetudines permixtim loquuntur etiam de oneribus & reditibus impoſitiis, & conſequenter de eorum recognitionibus, vt Burgundica & Aruernenſis: ſed nihil ad rem.

EPITOME GLOS. II.

1. *Res cenſuales ſunt patrimoniales.*
2. *Dominus faciens citari ad adferendum literas, non approbat reum nec ſibi præiudicat in iure expellendi manum mortuam.* 3.
4. *Citatio ad adferendum literas acquiſitionis ad finem ſolutionis iurium, non eſt libellata, ſed præparatoria.*
5. *Rex tenetur extra manus ſuas ponere res feudales, & cenſuales ſubditorum, & eſt originalis conſtitutio Caroli Pulchri.*
6. *Guillielmus Durandus, Speculator Gallus, quo tempore ſcripſit.*
7. *Sic inferior tenetur extra manus ſuas ponere à ſuis vaſſallis mouentia, aliàs poteſt retinere vel menſæ ſuæ vnire.*
8. *Etiam contra vltimum poſſeſſorem, aget dominus vt declaret cui & quomodo ceſſit.*

GLO. II. IN VER.

L'acqueſteur nouuel.

VT enim feuda vaſſallis. §. 26. *gloſſ. 5. in princ. num.* 8. ita cenſualia cenſuariis ſunt patrimonialia, dominis irrequiſitis liberè alienabilia in toto regno. Idem etiam de vera emphyteuſi ex conſuetudine generali, ſaluis tamen aliis pactis & iuribus dominicis, vt per Ioan. Fab. §. *adeo. col.* 1. & Alber. Brunum *conſ.* 44. *inter conſilia feudalia.* Nota quòd hîc loquitur de quocunque acquiſitore abſque vlla reſtrictione, quia cenſus eſt onus * realiſſimum, & cum re ad quemcunque ſiue proprietarium, ſeu poſſeſſorem iuſtum vel iniuſtum tranſit. *l. quum poſſeſſor. D. de cenſ. C. ſine cenſu. vel rel. per tot.* etiamſi ad fiſcum regium, eccleſiam, vel xenodochium.

* Cenſus eſt onus realiſſ.

2. Sed quid ſi eccleſiam * eiúſve prælatum aut œconomum citauit dominus ad adferendum & exhibendum literas acquiſitionis ſecundùm formam huius §. etiam nominatim expreſſa illa clauſula ad finem ſolutionis laudimiorum inueſtituræ & mulctæ acquiſitionis, vtrum per hoc videatur renuntiaſſe iuri expellendi, quòd vulgò dicunt amortizaſſe, ſalua tamen indemnitatis exactione? Videtur quòd ſic, quoniam illa citatio eſt libellata, & ſic implicat libellum & petitionem, ſed dominus directus petendo ſeriò maximè in iudicio laudimia, cenſetur ipſo facto renunciare dicto iuri expellendi quod contradictoriè opponitur per reg. *l. illud. D. acquir. hæred. l. ad legatum. l. ad rem mobilem. D. de procur. l. ſi inter me. de except. rei iudic.* quemadmodum renunciare iuri retractus ſi aliàs competeret per not. 3. §. 21. *& 33. q.* 41. & §. 51. *num.* 69.

* De Eccleſia eiuſve prælato, aut œconomo citato ad exhibendas literas acquiſitionis.

3. Contrarium puto, niſi dominus viſis literis acquiſitionis aut aliàs de illis certificans concluſerit præcisè ad ſolutionem laudimiorum, vel ſimilium iurium approbationem acquiſitionis concernentium, & eccleſia non fruſtratoriè conſenſerit: quoniam quamdiu durat contumacia, aut aperta recuſatione & conteſtatione, aut quibuſvis forenſibus cauillis, aut fruſtrationibus denegat aut moratur petitiones iuſtas domini, liberum eſt domino reſilire, & iure ſuo velut aduerſus manum mortuam vti, vt res ponatur in manum idoneam, nec eccleſia ſe fundare poterit in petitionibus & concluſionibus actoris, quas ſeriò & tempore debito acceptare noluit, etiamſi directè non impugnauerit per doct. gloſſ. ſing. ab omnibus approbatam in cap. *quum veniſſent.* in verb. *obtulit.* vbi Panor. *de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruandæ.* Ludou. Rom. *ſing.* 150. appellans Panor. in *conſ.* 2. *ad fin. verſ. nec obſtat. lib.* 1. Fel. in *c. capitulum ſanctæ crucis. col.* 3. *de reſcript.* Et ſic non obſtant contraria.

4. Præterea illa citatio propriè non eſt libellata, ſed tantùm cauſata reſpectu iurium dominicalium. Nullam enim certam concluſionem ad hæc iura continet: ſed eſt præparatoria ad exhibendum, vt exhibitione facta deliberare poſſit dominus, & eligere quæ & qualia iura petat, & ſic etiam ſi eccleſia ſtatim pareat citationi, inſtrumenta acquiſitionis & iura laudimiorum offerat, adhuc omnia integra ſunt domino, antequam certa iura elegerit & acceptauerit: tum citatio illa * cauſatiua habet expreſſam conditionem. *s'ils y eſchéent*, & ſic nulla eſt certa concluſio, ſed præparamentum quale. *l. de interrog. actio, de eden. & de tab. exhib. per tot.* Si enim nullum factum ſit inſtrumentum acquiſitionis non eſt inutilis citatio, ſed reſoluitur ad fidem declarandi, vnde reus negans aliquas confectas literas ſiue publicas, ſiue priuatas non debet dimitti, nec ab inſtantia abſolui, etiam ſi reus ponat in facto eſſe literas: ſed reus cogi debet declarare veritatem, qualitates & circumſtantias actus, nec cauſificari poterit ſe ad hoc non citatum: quia in effectu non eſt citatus niſi vt ab eo reueletur veritas: vnde ſi offerat inſtrumentum contractus ſiue publicum, ſiue priuatum, nondum ſatisfecit, ſed petente domino debet etiam iuratus affirmare eſſe verum, non ſimulatum, & aliud non eſſe ſine omiſſum ſiue in autigrapho, vel illud exhibere: vnde etiam ſi in citatione clauſula illa conditionalis, ſi quæ debeantur, omiſſa ſit, non nocet: ſed integrum eſt perfecta veritate ad hoc vel illud concludere, ſiue ad ſolutionem iurium & recognitionem, ſiue ad commiſſum, ſi res ad hoc diſpoſita ſit, vel vt reus teneatur extra manus ſuas infrà ponere.

* Citatio cauſatiua, ſeu conditionalis.

5. Quòd ſi * res cenſualis à ſubdito regis manens perueniat quoquomodo ad fiſcum regium, debet ponere extra manus ſuas, quia non poteſt nec debet eſſe cenſuarius ſicut nec vaſſallus ſubditi ſui, vt

* Cenſualis res à ſubdito manens ſi ad fiſcum peruenerit. Rex à ſe eam illico abijcere debet, & cui

dixi *supra* §. 20. *gl. 4. nu.* 3. vbi allegaui conſtitutionem regis Ioannis, ſed originaliter fuit Philippi Pulchri, confirmata per Carolum Pulchrum eius filium, qui tertio loco videlicet poſt Ludouicum Hutinum & Philippum Groſſum patri ſucceſſit: deinde per Ioannem filium Philippi Valeſij, Carolum quintum, ſextum, & ſeptimum reges confirmata & innouata fuit, & etiam Specul. *de feudis* §. *quoniam qu.* 40. citat ad hoc legem Caroli ſcilicet Francorum regis, quam etiam ad idem allegat Henric. Bohic in *cap. vergentis col. pen. de hæret.* & intelligi debet de conſtit d. Caroli Pulchri, qui fuit rex Francorum quartus huius nominis, quia ad alium non poteſt referri. Non enim ad Carolum quartum imperatorem qui rex Bohemiæ exiſtens electus fuit ad imperium anno domini 1347. tempore Clementis 6. papæ, & ſic aliquot annis poſt tempus

6. Guillielmi Durandi Galliæ Narbonenſis, qui prolixum illud * Speculum ex ſcriptis potiſſimè aliorum & praxi ſui temporis compilauit, de quo in *prooemio numero* 27. iuueniliter gloriatur, & minus veriſimile eſt referri ad Carolum Magnum, vel Carolum Caluum eius nepotem Francorum Reges & Imperatores: nec ad Carolum Groſſum Caroli Magni pronepotem huius nominis tertium Imperatorem: nec ad Carolum Simplicem Caroli Magni abnepotem huius hominis tertium Francorum regem & ſic patet quòd Speculator peruenit, ſcribendo & addendo in ſuo ſpeculo, vſque ad tempora Io. 22. Papæ, ſub cuius pontificatu ann. domini 1321. Carolus Pulcher regnum iniit, quamuis quadraginta quinque annis retro, & ante vndecim Romanos retro Pontifices, ſpeculum ſuum inchoaſſet, imò perfeciſſet & dediciſſet (vt patet in eius prooemio) Ottobono Cardinali qui tunc (ſecundum Ioan. Andreæ ibi in fine primæ additionis) erat nepos Innocentij 4. & poſtea promotus fuit ad papatum, & vocatus Adrianus 5. anno domini 1276.

* Speculator.

7. Redeundo ad rem, idem multò fortiùs dicendum de inferiore à rege, qui ſiue titulo particulari contractus legati, vel ſucceſſionis, vel confiſcationis acquiſierit ſubfeuda vel cenſualia prædia à vaſſallo ſuo mouentia, vt poſſit ab eo compelli ponere in aliam idoneam manum, idque nullo temporis ſpatio obſtante, niſi inferior, i. immediatus dominus directus iuri ſuo renunciaſſet. Cæterùm ceſſante hac ſubordinatione directi dominij & iurium dominicalium, non tenetur Princeps Comes vel Baro extra manus ſuas ponere prædia ſubditorum ad ſe iure fortè confiſcationis deuoluta, ſed poteſt menſæ ſuæ vnire: tamen princeps commodis ſubditorum conſulens non ſolet vnire, ſed ſæpius aliis concedere, niſi pro qualitate loci publicè interſit domanio & coronæ vniri, & ita debet reſtringi & modificari dictum Baldi qui nimis generaliter loquitur in *c. 1. §. ſi verò in fi. qualit. feud. alien. poter. in vſib. feud.* quem ſimpliciter ſequitur Anton. Corſet. in *tractatu de excellentia & poteſtate regia. queſt. 78.*

8. Vltimò not. quòd dominus non ſolum habet actionem contra nouum acquiſitorem vt edat titulum, ſed etiam contra vltimum cenſuarium qui alienauit, vt declaret cui & quo titulo, & idem in feudis, quia non eſt bonum vt veritas occultetur *c. 1. de conſen. inter. do. & vaſſal. de inueſti. feud. in vſib. feudo.* & vltimus vaſſallus vel cenſuarius ſatis ad hoc erat obligatus, & ad nullam fraudem faciendam.

EPITOME GLO. 3. §. 73.

1. *Quando poſſeſſor tenetur edere titulum ſuæ poſſeſſionis.*
2. *An poſſit rex citare Baronem ſuum, vt oſtendat iura quæ habet in caſtris quæ poſſidet.*
Rex Franciæ fundatus eſt in directo dominio terrarum regni ſui.
3. *An iuri actionis petendæ ſit editio.* 4. 5.
4. *Duæ ſpecies editionis: prima nunquam præſcribitur, ſed ſecunda triginta annis.* 7.
6. *Etiam ſi nulla iura vtilia domino directo debeantur, tamen et facienda eſt editio* 7.
8. *Etiam ſi nolit nouum acquiſitorem inueſtire.*
9. *Dictio, pro, denotat cauſam finalem.*
10. *Dominus directus non poteſt titulum nouum exigere, ſed bene inſtrumentum probationis.*
11. *Nouus acquiſitor non tenetur exhibere inſtrumentum diuiſionis hæreditatis ab inteſtato, ſecus in aliis etiam in vniuerſalibus vel generalibus titulis* 12.
13. *Sed ſi habet plures titulos eiuſdem rei tenetur omnes exhibere, niſi eos quibus renunciat.* 16.
14. *Iuramentum interrogatorium exigentem non obligat.*
15. *Sententia ſuper exhibitione literarum non præiudicat veritati.*
16. *Per negationem iuris dominicalis turbatur poſſeſſio.*
17. *Prouiſio huius §. eſt de iure communi, vnde etiam in domino feudi & aliis procedit.*
18. *Dominus non habet retentionem literarum, niſi ad finem deſcribendi: non autem pro laudimiis, niſi vbi conſuetudo dat prehenſionem.*

GLO. III. IN VER.

Exhiber lettres d'acquiſition.

HIc eſt caſus in quo poſſeſſor tenetur edere titulum poſſeſſionis ſuæ contra regulam *l. cogi. C. de petit. hæred.* nec mirum. Tum quod prætendit ius in re quam fatetur de directo dominio petentis, facit Bald. *l. 2. C. quomodo & quando iudex* Phil. Dec. *conſil.* 61. Tum quia inter iſtos eſt mutua etiam antiquorum titulorum editionis obligatio, ut dixi ſupra §. 5. *num.* 4. 5. 6. & in annot. ad Philip. Dec. *c. 1. extra de probat.*

2. Vnde quod Bar. Ioan. de Platea & ſequaces in *l. 1. de conduct. & procur. prædio, lib. 11. C.* dicunt quod

Digitized by Google

* Citatio generalis.

si * Rex facit citari ſuum Baronem vt oſtendat iura quæ habet in caſtris quæ poſſidet, alias auferet ea, quod talis citatio ipſo iure eſt nulla cum nemo titulum oſtendere debeat ſuæ poſſeſſionis *d. l. cogi.* quos ſequitur Iaſ. ſeu potiùs Alexand. *inſti. de actio.* §. *actionum. num.* 125. non procedit niſi in Rege qui in ſimplici iuriſdictione fundatus eſſet in regno ſuo, vt per canoniſtas in ca. *ſi diligenti de præſcript. c. nimis. de iureiuran.* Quare illud dictum Barto. & docto. non procedit in regno Franciæ, in quo quamuis ſint plura allodia, tamen in maiori parte Rex fundatus eſt, etiam in directo dominio terrarum regni ſui, vt etiam Panor. in temporalibus eccleſiarum fatetur in Rege Franci, *in c. veniens extra de accuſatio.* Vnde non ſolum citationem talem decernere poſſet, ſed etiam contra eos quos conſtat tenere in allodium vt declarent quid & quantum allodij poſſideant, vt dixi 3. §. 68. *q.* 2. *nu.* 14.

3. Hæc autem editio etiam nouiſſimi tituli non poteſt peti niſi iure actionis, vt in hoc text. ver. *pourſuit.* Quod eſt ſimpliciter verum in cenſu in terminis conſuetudinis noſtræ vel ſimilis, vt infra §. *ſeq.* quædam enim prehendere concedunt vt Syluanect. §. 136. In feudis autem quamuis ex hoc capite non poſſit incipi à prehenſione: tamen feudo defectu vaſſalli aperto, in conſequentiam prehenſionis ex eo capite, ſimul & iurium retinetur & perſeuerat prehenſio cum effectu: donec etiam reliquis iuribus ſatisfaciat, inter quæ eſt exhibitio vel informatio tituli nouiſſimæ acquiſitionis, vt ſupra §. 20. *in fi.*

* Duæ ſpeciei editionis.

4. Duæ * ſunt autem ſpecies editionis, prima ad inſtructionem petentis & notitiam veritatis, & hæc regulariter fit officio iudicis, vt *D. & C. de eden. per totum.* quandoque (vt inter quos verſatur mutua obligatio) etiam iure actionis, *vt hic*: cui tamen nunquam præſcribi incipit quandiu mutuæ & ſucceſſiuæ obligationis cauſa durat, ſicut quandiu durat vel tentum annorum locatio, nunquam præſcribi incipit obligationi patiendi frui qua tenetur locator, nec obligationi ſecundum naturam conductionis frui qua tenetur conductor, vt dixi in nouis intellect. *ſuper l. corruptionem. C. de vſufr.* De hac non agitur hic, ſatis dictum eſt 3. §. 5. *in princ.*

5. Secunda ſpecies ad finem exigendi iura vtilia inde debita, vt in hoc §. & huic editioni, triginta annorum ſpatio (quemadmodum dictis iuribus) præſcribitur: etiam ſi interim dominus cenſum ſemper receperit, vel non. Et ita intelliguntur reliquæ conſuetudines, quæ (vt Pictauenſis §. 18.) dicunt quod poſt triginta annos non poteſt dominus feudarius vel cenſuarius vaſſallum aut cenſuarium etiam via actionis cogere inſtrumenta acquiſitionis vel contractuum ſuorum exhibere, nec inde releuia, laudimia aut alia iura petere. De contractibus enim per vaſſallum aut cenſuarium cum aliis factis nihil ad dominum directum, niſi propter iura quibus iam præſcriptum eſt. Et quod dixi de obligatione ſucceſſiua procedit in inueſtituris & ſimilibus inſtrumentis inter eoſdem vel eorum deceſſores factis.

6. Quod autem dixi nihil ad dominum directum de contractibus inter alios factis niſi propter iura, non reſtringas ad iura vtilia tantum: ſunt enim iura honorifica non ſolum in feudis, ſed etiam in cenſibus recognitionis dominicæ, ideo etiam ſi conſtet & notorium ſit tale genus eſſe acquiſitionis, ex quo iure communi conſuetudinario loci nulla iura vtilia debeantur, nihilominus locus eſt huic §. intereſt enim domini directi non ſolum ſi & quanta laudimia debeantur explorare: ſed etiam recognitionem vel profeſſionem cenſualem noui cenſuarij recipere, quæ plenè & bona fide impleri nequit ſine exhibitione vel informatione tituli acquiſitionis: etiam ſi iam conſtet eiuſmodi eſſe vt nulla inde iura vtilia iure communi conſuetudinario debeantur.

7. Idem multò magis ſi iure communi conſuetudinario debeantur, ſed conſtat nouum acquiſitorem ſpeciali iure vel priuilegio ſiue pro hac vice ſiue perpetuò, exemptum eſſe. Ita etiam ſeruatur in * ſecretariis Chriſtianiſſimi noſtri Regis, qui tametſi nulla laudimia cenſualium prædiorum à Rege mouentium debeant, à literarum tamen exhibitione, quæ vice profeſſionis cenſualis eſt, non ſunt exempti. Sed, vt dixi, poſt triginta annos non tenetur cenſuarius exhibere, nec ſe iuramento purgare contractuum, ergò cum aliis à domino directo factorum, faciunt no. 3. §. 12. *num.* 14.

* Secretarij regis à laudimiis quemadmodum immunes.

8. Tum quamuis dominus directus poſſit quemlibet admittere, non tamen ſemper honeſtum eſt, *vt dixi ſupra* §. 33. *quæſt.* 27. *num.* 92. Sed honeſtiùs repelli quem putat ex forma contractus, puta emptionis à minore ſine decreto vel fundi dotalis aut paraphernalis à marito ſine conſenſu vxoris factæ, ſiue aliàs conſtat ius non habere, ſiue ſummariè conuincere poteſt. Et nihilominus interim poteſt nouum acquiſitorem compellere ad editionem vel informationem acquiſitionis declarando conuentionem integram & nominando teſtes qui præſentes erant, vt in *ſimili conſuetu. Bleſenſis* §. 118. hoc. c. præparatorium eſt, vt in glo. præcedenti dixi: quo facto quandiu non vult inueſtire non poteſt laudimia, nec alia iura petere præter cenſum ſemper à quouis poſſeſſore ſoluendum, vt dixi 3. §. 51. *nu.* 72. Quamuis ergo dominus directus etiam ſuo facto ſe excludat à facultate exigendi laudimia, non tamen ſe excludit à iure huius exhibitionis.

* Pro, cauſam finalem deſignat.

9. Nec obſtat quòd præpoſitio, * *pro*, cauſam finalem deſignat *l. pe.* §. *vlt. verſ. ſi pro alimentis. de aliment. & cibar. lega. gloſſ. l. dominus ſtichc. verſ. pro quibus. de pecul. lega.* Bar. *l.* 1. *col. pe. C. per quas perſon. nob. acquira. in l. ex arrali. C. de actio. empt. in l. quo ſcitis. C. de bonis quæ liber.* Franciſ. Ripa. in *c. cum M. Ferrarienſis. num.* 7. *de conſtit.* præſertim quando iungitur cauſæ de futuro, vt tradit Phil. Dec. *conſi.* 46. *nu.* 4. *vt in hoc* §. *in fi. ad verb. pro habenda ſolutione laudimiorum*: quia non eſt tota cauſa. nec etiam abſolutè, & multominus limitatim apponitur, ſed conditionaliter & ſuſpenſiuè in fi. text. ibi *ſ'ils y eſcheent*, & ſic hæc vltima verba nullomodo reſtringunt.

10. Vnde non ſolum poteſt dominus directus hanc editionem petere ad finem in textu expreſſum: ſed multo magis ad finem profeſſionis & recognitionis cenſualis, non tamen vt poſſit exigere, quem pragmatici vocant titulum nouum, h. e. obligationem in forma guarentigiæ, ſed tantum ſimplicem recognitionem & inſtrumentum authenticum & probatorium, ſed non nouæ compulſionis vel executionis inductiuum, vt dicemus. j. * §. 70. Vnde quando vaſſalli vel cenſuarij, etiam coram notariis ſub forma inſtrumenti publici, ſumptibus domini recognoſcunt iura & ſeruitutes debitas, vt deſcribantur in libris quos papyros terrarias vulgò vocant, non tamen tenentur promittere, ſiue ſub guarentigia ſe obligare. Aliud noua ſtrictior obligatio, aliud veteris, qualis eſt ad finem perpetuæ obligationis recognitio, de qua latè Bal. *authent. ſi quas ruinas. C. de ſacro. eccl.*

* Suo loco.

11. Nunc do vnam aliam à præſcriptione temporis notabilem limitationem ad hunc textum, videlicet in literis vel inſtrumentis diuiſionis hæreditatis ab inteſtato, quæ non tenetur cenſuarius edere, quia diuiſio propriè, non eſt alienatio nec noua acquiſitio, ſed portionum diſtributio: & ſemper cenſetur res haberi iure ſucceſſiuo primitiuo, cuius virtute facta eſt diuiſio, quæ non eſt niſi illius iuris & primariæ acquiſitionis executio, hinc dicitur neceſſaria alienatio, vt dixi

ſuprà §. 33. *quæſt.* 12. non tamen vis eſt in hac qualitate neceſſaria alienatio: quia in quantumuis neceſſaria locum habent hæc iura ſi eſt nouus acquiſitor, ſed vis eſt in hoc quod per diuiſionem ſequentem non cenſetur fieri noua acquiſitio reſpectu domini directi & horum iurium à priori acquiſitione per ſucceſſionem & hæreditatis additionem: ſed cenſetur executio & diſtributio portionum ſecundum naturam prioris acquiſitionis, & ſecundum cauſam illi ab initio implicitam, quòd ſit vt res videatur in eodem ſtatu manere, *l. vlt.* & ibi latè Alex. Iaſ. *ſi ex noxa cauſa agat.*

12. Amplio etiam ſi vni ex decem hæredibus vna tota res cenſualis adiudicetur, etiam ſuppletione facta cohæredibus in pecunia, etiam non hæreditaria, iuxta not. ī. §. 33. *num.* 70. Confirmo, quia dominus directus non debet eſſe curioſus rimandi ſecreta alienæ ſucceſſionis: ſed hoc perquam durum eſſet. *l.* 2. & ibi Bar. & alij. *C. quand. & quib. quarta pars lib.* 10. quatenus ergo hoc caſu eſſet oneroſius, creditor non eſſet audiendus *l. ſeruos. in fi. de pign. actio.* Tum modus ſucceſſionis ab inteſtato ſatis eſt notorius, & de modo diuiſionis nihil ad dominum directum, modò ſit vera diuiſio. Limito ſubſiſtente probabili ſuſpicione, quòd vnus hæredum abſtinuerit, aut vendiderit, & non diuiſerit, quia tunc debet editio contractus fieri, & ſaltem debet poſſeſſor ſeſe iuramento purgare. Si enim aliter quàm veram diuiſionem iuris vniuerſalis acquiſiuit partem conſortis, eſt nouus acquiſitor titulo particulari obligatus edere & ad iura ſi qua excidant, *vt ſupra* §. 33. *num.* 61. Item prædicta limito etiam in titulo vniuerſali non conſuetudinario, ſed ex teſtamento vel donatione aut venditione iuris vniuerſalis: debet enim edi necnon contractus diuiſionis inde factus, concernens feuda vel cenſus & multo magis contractus ſocietatis conuentionalis & matrimonij & eius diuiſio feuda vel cenſus continens. Et legatarius teſtamentum, ſaltem clauſulam teſtamenti, in qua feudum vel res cenſualis legatur. Idem in ſimilibus.

13. Sed quid ſi nouus cenſuarius habeat plures titulos acquiſitionum, etiam primarios, etiam æquè principales vt fieri poteſt. *l.* 3. §. *ex pluribus. de acquir. vel amitt. poſſ.* Prima facie videtur quod non teneatur nec compelli poſſit omnes exhibere, ſed ſufficit ſi exhibeat vnum idoneum, dum tamen ex aliis titulis non ſint iura aliqua vtilia domino acquiſita, & nullam iuribus domini fraudem faciat. Ratio in promptu eſt, quia quamuis quis habeat plures etiam idoneos titulos, non tamen tenetur omnibus vti, ſed vtrouis illorum voluerit, & electionem habet, ſine tamen alterius fraude: de quo, ſi ſuſpicio ſit, iuramento ſe purgare debet: quod tamen non erit deciſorium, vt dicam ī. §. 176. Quibus non obſtantibus dico quod niſi exhibens ſe reſtringat ad titulum vel titulos exhibitos renunciando aliis, tenetur omnes exhibere: alioquin quum haberet electionem ſubinde variabilem, dominus ſæpè fraudari poſſet. Plus dico quod & titulos prædeceſſorum (qui tamen non fuerunt inueſtiti) edere tenetur, vel ſe iuramento purgare.

14. Cæterum & poſt inueſtituram, quoties dominus ſuſcipere vellet onus probandi, alium celari titulum verum mediante pecunia, vel rè æquipollente factum à triginta annis, ex quo ſibi iura debentur, libello oblato, poterit iuramentum non delatorium, ſed interrogatorium, quod exigentem non obligat ſuper articulis pertinentibus inde dependentibus, à cenſuario exigere iuxta conſtitutiones Regias, & reo ſiue ſua confeſſione, ſine probationibus poſtea factis conuicto, iura ſua cum impenſis litis, damnis & mulcta occultatorum laudimiorum percipere. Plura hîc occurrunt de iuramento purgatorio: de quo remitto ad ea quæ ſcripſi ī. §. 179. *gloſſ. pen.*

15. Quod ſi dominus aliud non probauerit quàm quòd erant alij quoque tituli non exhibiti, ſed è quibus nulla noua iura ſibi debentur, reo ab inſtantia abſoluto, in damna & expenſas litis damnabitur. Et notanter dixi ab inſtantia: non enim per hanc liticulam ſuper exhibitione literarum motam, præiudicatur veritati quandocunque apparenti, quia non fuit conteſtatum ſuper iuribus, niſi incidenter: ſed tantum principaliter ſuper exhibitione. Si igitur poſt hanc ſententiam inueniatur cenſuarius emiſſe, ſiue aperta veritate, ſiue per coniecturas ſufficientes, poſtea appareat de ſimulatione permutationis exhibitæ, quæ erat vera venditio, dominus de integro agere poteſt & iura cum damnis recuperare, & ſecundum nouam conſuetudinem Senonenſem §. 228. duplicia laudimia.

16. Et quod ſcripſi ſupra ea. *gloſſ. num.* 13. omnes titulos edendos,* confirmatum fuit ſolenni ſupremi huius Senatus areſto, claſſibus omnibus eiuſdem Senatuſconſultis, relatore inclyto Senatore Dom. Dormantio, die 23. Iunij, ann. 1542. contra habitantes pagi de Briſeau in Viromandua, qui condemnati fuerunt edere omnes titulos & inſtrumenta concernentia iura quæ habent in prædiis cenſuariis, nec non veteres recognitiones ad finem nouas emendandi, ſi opus eſſet, & papyri tertatiæ conficiendi, vtque iuramento ſe purgarent. Sed ſi primus acquiſitor neget rem cenſualem eſſe vel ab actore moueri, poteſt actor, ſi eſt in poſſeſſione iuris dominicalis, hac inſtantia ſuſpenſa, poſſeſſorium intentare, vel in lite cœpta pergere: quæ vtpote admixta & ordine intellectus præcedente, & prius indicanda vendicatione cauſam proprietatis continebit.

* Arreſtum ſolenne.

17. Finaliter not. quod diſpoſitio huius §. cùm nullam ſpecialem prærogatiuam contineat, ſed tantùm perſecutionem iuris communis, vtpote via actionis vel querelæ, non ſolum locum habet in domino cenſuali, ſed etiam in domino emphyteutico, in domino feudali, in domino ſuperficiei, vel bourdelagij, & generaliter in omnibus qui ex tenore vel virtute conceſſionis aut recognitionis ius quoddam habent ex mutationibus poſſeſſorum: quia hic §. ius commune deſignat, & nihil ponit ſpeciale in domino cenſuali vel alio domino fundiario: quin dominus feudi, qui feudo per venditionem aut per mutationem aperto poteſt manum inijcere, proculdubio poteſt, ſi velit, minus agendo citare, facere nouum acquiſitorem ad literas acquiſitionis exhibendas. Nec minus competit actio ex eo quod non ſoleat practicari pinguiore ſupperente remedio. Vnde duæ principales limitationes huius textus vt non procedat poſt triginta annos. ſupra *num.* 4. & 7. vtque ſufficiat vnum titulum idoneum oſtendi, æquè locum habent in domino feudi & reliqua eadem analogia.

18. VLTIMO quæro, an dominus habeat * retentionem literarum pro laudimiis? videtur quod ſic: cùm res ſit hypothecata, *vt* ī. §. *ſeq. gloſſ.* 2. *num.* 11. & *conſequenter inſtrumenta, cùm ſint pars rei. l.* 1. *C. de dona.* Tum peruenerunt ad dominum voluntate debitoris & ſine vitio: ergo per *l. ſi non ſortem.* §. *ſi centum. de condi. indeb.* ſaltem quando ex eiſdem literis clarè conſtat & in confeſſo eſt laudimia deberi, ita quod ius eſt liquidum. Contrarium dicendum eſt, quia nec tenetur nouus acquiſitor tradere literas, ſed tantùm exhibere: & ſic retineri non poſſunt, quia propriè non peruenerunt, ſed tantum exhibitæ ſunt. Et quando interim eſſent traditæ literæ, non cenſentur traditæ vltra quàm teneatur tradens ſcilicet ad finem exhibitionis tantùm. *l. rem legatam. de adimen. legat.* Aut ad ſummum tantùm cenſetur depoſuiſſe & ſic indilatè debent reſtitui *l. pen. C. de poſſ.* Limito ptimò, vt poſſit dominus retinere ad finem deſcriben-

* Retinere literas pro laudimiis vtrum poſſit dominus.

di, niſi copiam deſcriptam cenſuarius offerat, quo A caſu debet adhuc dominus habere ſpatium congruum conferendi per ſe, vel ſuum conſilium, ſine fraude & tergiuerſatione, aliàs non diceretur nouus acquiſitor exhibere, nec huic conſuetudini ſatisfacere. *l. 1. C. de eden. l. 3. §. hoc interdictum. de tabul. exhib. adde quæ dixi* 5. §. 20. *gloſſ.* 12. *in prin.* Limito ſecundo in quibus conſuetudo permittit etiam pro laudimiis prehendere vel arreſtare fundum, quia multò fortiùs poteſt retinere inſtrumenta, quæ ſunt pars fundi.

---

§. * LXXIV.

* Olim fuit 52.

VN ſeigneur cenſier peut proceder ou faire proceder par voye d'arreſt ou brandon ſur les fruicts pendans en l'heritage à luy redeuable d'aucuns cens ou fonds de terre, pour les arrerages qui luy ſont deuz.

DOMINVS *cenſualis poteſt impedire fructus pendentes rei cenſuariæ pro reliquiis cenſus.*

¶ In princip. text. in verbo, *le ſeigneur cenſier*, quæri poteſt quid de vſufructuario, procuratore, poſſeſſore, aut aliis variis circa perſonam occurrentibus: de quibus remitto ad *not.* 5. *tit.* 1. §. 1. *quæſt. gloſſ.* 1. *per to.* ex quibus ſatis ex ſimilitudine rationis colligi poteſt quid hîc ſit dicendum, ſcilicet quid poſſunt nomine domini vel in qualitate ad eum ſe referente, vel dependente, vt etiam practicatur.

In text. ibi, *peut proceder, ou faire proceder*, De vi & effectu horum verborum maximè verbi *poteſt*, ſufficiunt not. 5. §. 1. *glo.* 3. *&* §. 13. *glo.* 2. *&* 3. *ad quæ remitto.*

EPITOME GLOS. I. §. LXXIV.

1. *Arreſtum pro ſupremo iudicato, Græca vox eſt: arreſtum Gallica, pro impedimento, ſpecie executionis.* 2. 3. 9.
3. *Dominus feudalis plus habet iuris & poteſtatis in re quam cenſualis.*
4. *Signum pro ſignato.*
5. *Signa aut vela regia non poſſunt à priuatis apponi.*
6. *Ordo dicendorum in* 6. *art.* 7.
8. *Iura dominicalia ſunt ſtricti iuris, nec poſſunt extendi vltra verba conſuetudinis & inueſtituræ.*
9. *Sat eſt quod ſtatutum exorbitans aliquid operetur vt in reſiduo reſtringatur.*
10. *Dominus cenſualis poteſt commiſſarios apponere & plus poteſt quàm miſſus ex primo decreto.* 20. *Communi obſeruantiæ ſtandum.* 116. 148.
11. *Qui poteſt fructus percipere, poteſt eos ſequeſtrare.*
12. *Differentiæ inter miſſionem ex primo decreto, & hoc arreſtum.* 13. 14. 15 16.
13. *Iudex poteſt quem facere executorem in re ſua.*
14. *Miſſio vnius prodeſt aliis, non arreſtum.*
15. *Iure authen. miſſio fit pro rata debiti.*
17. *Miſſio ex primo decreto & hoc arreſtum conueniunt.* 18. 19. 20. 21. 27. 40. 123. *Creditores miſſi de lata, conuentionales de leui culpa tenentur.* 20.
21. *Miſſus etiam ex cauſa iudicati non poſſidet, niſi in re adiudicata* 23.
22. §. *Imperator in l. poſtquam vt legato ſeu fideicom. nomi. caueat. loquitur in executione proviſionali.* 24. 25.
24. *Miſſio, & executio, ſententia diffinitiua, & proviſionalis, & ſequeſtrum differunt* 26.
27. *Dominus per hoc arreſtum non fit poſſeſſor.* 28. 29.
30. *Creditor ſiue prætorius ſiue conuentionalis nunquam præſcribit* 31. 32. 33. 35.
34. *Contumacia non ſufficit vt miſſus faciat fructus ſuos niſi cauſa cognita decernatur.*
39. *Miſſio ceſſat facto eo cuius defectu facta eſt.*
41. *Dominus cenſualis poteſt impedire fundum & fructus vel fundum vacuum.* 42. 43. 44.
44. *Hæc manus iniectio domanialis eſt & extraiudicialis.* 71. 118.
45. *Et piſces ſtagni vel fundi cenſualis.*
46. *Etiam piſcinæ ſi non ſint alij reditus.*
47. *Idem de viuariis, leporariis, columbariis, fodinis, molendinis: non vt molitura publica, ſed mercedes impediantur.*
48. *Duæ antiquæ ſtudiorum authoris molæ.*
49. *Oſtia non debent tolli vel præcludi.*
50. *Fructus iacentes impediuntur.* 51. 52. 53.
54. *Niſi fiat vel ſignificetur importunè.*
55. *Quàm clementer ſubditi tractandi de iure & conſtitutione Caroli magni.*
56. *Fructus reconditi in horreo cenſuali, impediri poſſunt.* 58.
59. *Etiam ab aliis prehenſi, & dominus cenſualis potior eſt.*
60. *Impedimentum ob laudimia non ſoluta non valet.* 61. *niſi.* 64.
62. *Quando iudex poteſt renocare ſuam interlocutoriam.*
63. *Vtile per inutile non vitiatur in executione patrimoniali* 105. 106. 107.
64. *Quædam conſuetudines dant prehenſionem, aliàs præciſam, aliàs datæ oppoſitio-*

Digitized by Google

ne reſolubilem.
65. *Thema & arreſtum.*
66. *Quoties conſuetudo prehenſionem dat, intelligitur præcisè.*
67. *Conſuetudo Sylvanectenſis declaratur.* 61. 69. 70.
68. *Interpretatio limitatoria præſtat correctoria.*
71. *In toto regno ex defectu cenſus valet commiſſio prehendendi vel arreſtandi præciſa, id eſt non cedens vlli oppoſitioni.* 117.
72. *Regulariter conſuetudines non permittunt, etiam ex defectu cenſus, prehendere priuata, ſed iudicis authoritate.*
73 *Forma executionum iuriſdictionalium non requiruntur in hoc arreſto* 95. 108. *ſed ea quæ in denunciationibus extraiudicialibus. Vnde arreſtum debet habere cauſam ſubſtantialem & rei impeditæ deſignationem, & notificari.* 74. 99.
75. *Arreſtum incongruè notificatum non ligat.* 102. 124.
Declaratur conſuetudo Sylvanectenſis.
Intellectus l. de pupillo. §. ſufficit. l. operis. de oper. noui nunciat. 107.
76. *Quid ſi cenſuarius eſt pupillus tutore carens.*
77. *Dominus non debet priuata authoritate hoc arreſtum facere, ſed mandato iudicis, de quo tamen non eſt neceſſe doceri, ſi executio teſtibus adhibitis propè facta eſt & notificata.* 78.
79. *Confortatio manus ſi ſupernacuè appoſita eſt, non taxatur in expenſis.*
80. *Confortatio manus non viſa manu domini, periculoſa fuit, ſed errore.* 81. 100.
82. *Saltem non debebat eſſe locus damnis & intereſſe* 91.
83. *Idem ſi confortatio fu nulla, quia commiſſio ſuperannalis eſt.*
84. *An confortatio manus poſſit fieri pendente litè? Sic.* 86.
85. *Litiſpendentia non impedit poſſeſſorem ſua poſſeſſione vti.* 146.
87. *Pendente lite poteſt dominus directus prehẽſione dominica vti, & creditor guarentigia.*
88. *Intellectus tit.* C. vt lite penden. & auth. in *medio litis* non fieri ſacras formas.
89. *Thema, arreſtum.* 91.
90. *A literis regiis non appellatur, ſed ab executione earum.*
92. *Actus ſeruientis vitioſus non vitiat actum qui ſine eo fieri poteſt nec eius notificationem.* 93.
Officiali non creditur niſi in his quæ officium & mandatum concernunt.
94. *Citatio vitioſa non vitiat actum in quo non requiritur.*
95. *In locis vbi non licet prehendere ſine commiſſione commiſſio ſuperannalis non vitiat: ſecus ſi eſſet falſa.* 96.
96. *In executionibus domanialibus magis veritas quam forma & ſubtilitas attenditur.* 95. 98 108.
97. *Relatio ſeruientis fidem facit licet commiſſio ſit inualida.*
98. *Licet prehenſio fiat authoritate iudicis: tamen res non ponitur ad manum iudicis, ſed domini.*
100. *Succumbit appellans ſi appellatur re integra reparauit grauamen.*
101. *Officiali etiam nulliter procedenti creditur in ſpectantibus ad officium.*
102. *Niſi de falſo inſcribatur & conuincatur.*
104. *Vitioſo fundamento nihil ſuperædificatur.*
106. *Non cenſetur quis ſe aſtringere, ſed acumulare remedia.*
109. *Commiſſiones generales in iſtis valent ex veteri praxi male quandoque mutata.* 110. 111. 112.
113. *Quod breuius fit, melius fit.*
114. L. 1. C. de iure do. impetran.
115. *C. cum in multis. de reſcrip. in 6.*
116. *Vetus praxis non de leui mutanda, errores nouæ praxis.* 128. 130.
117. *Oppoſitio non impedit manum dominicam: ſecus de appellatione.* 118. 119. 120.
121. *Praxis appellationum & anticipationum.* 123. 124.
122. *Regulariter omnis appellans poteſt deſiſtere ab appellatione.*
125. *Multa non debetur niſi à die adiudicat.*
126. *Intellect. conſtitutionis quod index ad quem, debet tantum dicere bene vel malè appellatum.*
127. *Quando appellanti neceſſariæ ſunt literæ regiæ.*
129. *Liber cenſualis papier terrier.*
131. *Ratihabitio non habet locum in exercitio ipſius iuriſdictionis.*
132. *Arreſto deciſum etiam à domino feudi repetit quintum pretij venditione reſoluta.*
133. *Art. 5. dominus cenſualis non lucratur fructus niſi paucis locis.*
135. *Multa manus dominicæ infractæ.*
136. *Intra ſex, vel quinque ſolidos.* 137.
138. *Non debetur fiſco etiam ſi regia manus fracta: niſi ob contumaciam vel crimen in iudicium deuenerit.*
139. *Dominus non habet ius retentionis pro laudimiis.* 140. 141.
140. *Contra Philip. Deci.* 154.
142. *Conſuetudo Senonenſis vbi commiſſio pro laudimiis præciſa abuſiua eſt.* 144.
143. *Conſuetudo tacitè ineſt.*
144. *Iudex eccleſiaſticus non cognoſcit de laudimiis, etiam inter clericos.*
145. *Quando executio conuertitur in actionem inſtantia mixta eſt.*
146. *Conſuetudo Calnimontis declaratur.* 147.

Digitized by Google

148. *Opponens veniens poſt annum, eſt actor.*
149. *Quid vbi conſuetudo permittit etiam ob laudimia arreſtare.*
150. *Receptio cenſus non inducit inueſtituram nec approbationem perſonæ, ſed in conſuet. Meldunenſi laudimia perduntur.* 151.
152. *Secus de inueſtitura.*
153. *Quando locus eſt retentioni & intell. l.* 1. C. etiam ob chirographa. pec. pign.
155. *Artic. 6. de reſolutione arreſti: duplex leuatio manus iudicialis, & extraiudicialis.*
156. *Hæc duplex eſt, diffinitiua, & prouiſionalis.*
157. *Hæc ex quadruplici cauſa fit.*
158. *Exceptio derogans fundamento ſemper admittitur.*
159. *Prouiſio ceſſat ſi diffinitiuè conſiet.*
160. *Aliàs ſit conſignato cenſu vnius anni.*
161. *Conſuetudo Carnotenſis declaratur.*
162. *Vbi certus ſtilus non eſt, Pariſienſis ſeruetur.*
163. *Offerens ſe liti non ex eo præſumitur in dolo.*
164. *Mulcta non eſt conſignanda.*
165. *Conſignatio ſit in manu domini, niſi quando plures domini contendunt.*
166. *Valet arg. de feudo ad cenſum quando eadem eſt ratio.*
167. *Cenſuarius vel emphyteuta negans dominum, in quo puniendus.*
168. *Non ſit reſtrictio ex eo quod maior ſit ratio in vno quam in alio.*
169. *Non eſt locus commiſſo nec pœnæ, ſi lex aut conſuetudo non dicit.*
170. *Praxis in iudicando.* 171.
172. *Negans dominum magis frangit manum quàm capiens fructus.*
173. *Negans proprietatem & non poſſeſſionem.*
174. *Quando cauſa in ſententia exprimenda.* 175
176. *Condemnans in intereſſe debet exprimere ad quid refertur.*
177. *Dominus feudalis in iuribus ordinariis poteſt mitiori via huius §. vti.*
178. *An valeat pactum in inueſtitura, quod tam pro reditu fundiario quam pro cenſu res prehendi poſſit. Reſp. non.* 185.
179. *Pactum iniectionis manus quando valeat.* 188. 190. 191.
180. *Colonus non facit fructus ſuos detrectando mercedem: ſed poſſunt inuecta & illata includi.* 181. *Sed authoritate iudicis.* 192.
182. *Alternatiua poni debet inter diuerſa.*
183. *Via executionis minus oneroſa, deligenda.*
184. *Quanta mala ex nundinatione iuſtitiæ & ſacerdotiorum.*
186. *Executio minus ritè facta, ſed debitum non excedens, non eſt retractanda.*
187. *Secus ſi omni authoritate iudicis omiſſa, violentia facti proceſſerit.*
188. *Nouus intellect. l. pen. C. de pignerat. act.* 189.
191. *Fauore caritatis & politiæ & correctionis ſeruorum permittebatur manus iniectio, etiam contra tertium emptorem ſerui vel ancillæ.*
192. *Quatenus periculum eſt in mora, non requiritur authoritas iudicis.*
193. *Is cui datum eſt in cenſum ius molendini bannalis, prehenſione vti poteſt.*

GLO. I. IN VER.

Arreſt ou brandon.

ANTEQVAM ſolidiora tractem, pauca de horum verborum ſignificatione differenda ſunt. Verbum iſtud Gallicum, *Arreſt*,* non idem ſignificat quod Græcum verbum Arreſtum, ab hoc Græca deductum voce ἄρεσκον hoc eſt placitum. Vnde quas nos ſupremorum tribunalium ſententias vulgo vocamus Arreſta (Græco vocabulo vt probabile vſurpato) non per duplex, ſed vnicum r, ſcribi & proferri debet, vt poſt Paulum Æmilium Gallicæ hiſtoriæ ſcriptorem elegantiſſ. author eſt Budæus in *annot. ff. l. vlt. chart. vlt. de ſenat.* In alio autem ab huiuſmodi ſententia ſignificato, prout nec Græca nec Latina, ſed merè Gallica vox eſt: ita per duplex r, gentilitio Gallorum more ſcribi & proferri debet, vt in hoc text. arreſt. Et ſignificat impedimentum, ſiue periphraſticè interdictum, ne res loco aut ſtatu ſuo moueatur, quia periphraſi omiſſa, non poſſum breuiùs & aptiùs Latinè exprimere, quam per hoc* verbum, impedimentum: quo propterea deinceps frequentiùs vtar pro arreſto noſtro. Fit autem variis varias ob cauſas modis, tam in perſonas quàm in res quaſcunque à commercio hominum non exemptas, vt plenè dicemus in *tit.* 15. *in rub. & per tot.*

* *Arreſt, quid ſignificet Gallis.*

* *Arreſt. pro impedimento.*

A 2. Et eſt ſpecies executionis, vnde * regulariter eſt prohibita niſi quatenus iure, conſuetudine vel priuilegio apparet permiſſa, vt ex text. infrà §. 162. & de iure communi clariſſimum eſt *l. nulla. D. de re iud. l. negantes. C. de act. & obli. l. vlt. C. de exec. rei iud. l. vnic. C. de prohib. ſeq. pec.* In primis autem quantum ad materiam huius tituli videndum eſt in quo differat à prehenſione. de qua in *tit. præced.* §. 1. *& per tot.*

* Arreſta, ſiue impedimenta regulariter prohibita.

3. Et dicendum quod in tantum differunt, quantum prehenſio, captura aut carceratio perſonæ differt ab impedimento vel interdicto perſonæ ne diſcedat: quia ſicut aliud & plus eſt perſonam capere quam impedire vel interdicere, ſeu vt vulgo dicunt arreſtare: ita & plus eſt fundum vel aliam rem prehendere, quàm impedire. Et hoc loquendo de ſimplici impedimento, quod hoc verbum Arreſtum importat. ex quibus infert quod dominus feudalis plus habet iuris & poteſtatis in feudum, quàm dominus cenſualis in rem cenſualem: quia ille feudum apertum poteſt prehendere & in manu ſua ponere, & eius poſſeſſor effici, vt 3. §. 1. *gloſſ. 4. quæſt.* 2. Secus in domino cenſuali, qui etiam ex defectu ſolutionis cenſus non poteſt in terminis noſtræ conſuetudinis ponere rem cenſuariam ad manum ſuam, nec eius

Digitized by Google

possessionem ad se euocare, sed solum rem impedire & possessorem interdicere donec soluerit, vt hic dicitur. Et simile est istud impedimentum missioni in possessionem ex primo decreto, non omnino, sed quadamtenus, vt dicemus ſ. *ea. gloss. num.* 11. Differt etiam à sequestratione, in tantùm quod etiam si rei impeditæ curatores adhibeantur, non tamen eo ipso est vera sequestratio, licet instar sequestrationis habeatur, vt latiùs ex sequentibus liquebit. Et hæc de significatione verbi Arrestum, quantum ad materiam huius tituli satis.

* Brandon quid Gallis.

4. Verbum autem Gallicum* *Brandon*, significat signum quoddam aut symbolum, infixum vel appensum ad designandum impedimentum aut interdictum rei cui adhibetur esse & durare factum. Et quemadmodum signum, pro re signata & symbolum pro repræsentato sæpe metonymicòs accipitur: ita in consuetudinibus & communi modo loquendi Franciæ verbum *Brandon* pro ipso arresto seu impedimento passim accipitur. Hinc est quod in hoc text. arresto subiungitur per alternatiuam tanquam idem significans vel repræsentans & æquipollens. Quale autem sit istud signum, id in vnaquaque regione pro suo cuiusque more vel rusticis notum est. Solent autem sæpiùs pro huiusmodi signo, ex foliis fortè, ramusculis aut herba fundi rustici impediti confectum fasciculum, vel eualsum thyrsum in summitate infixæ radicis vel pali appendere. Et si sit prælium vrb. idem, aut aliud quidpiam, puta baculum vel pannum in loco patenti appendere. Potest etiam si velit dominus pro symbolo huiusmodi facere appendi insignia sua in loco patenti, & absque nocumento, aut aliud quodcunque aptum signum, non refert. Sunt enim hæc signa priuata, & ad libitum effingibilia, de quibus loquitur hic text.

* Velum regium.

5. Et non de signo aut * velo regio, soli principi reseruato & priuatis semper interdicto. *l.* 1. *&* 2. *C. vt nemo priu. titulos*: qualia sunt regia liliorum coronatorum & cochleatorum insignia, quæ speciali Regis auctoritate & mandato in tabula picta, affigi solent pro foribus monasteriorum, domorum aut villarum, ad xenodochia aut alia loca pia spectantium cum subscriptione securitatis, adde notandum securitatem quam vulgò vocant, saluamguardiam regiam, aduersus petulantiam & effrænam rapacitatem militum nostrorum.

6. Quod autem dixi hunc text. loqui de signo priuato, verum est quando sola priuata domini auctoritate apponitur: sed si publica auctoritate domini fiat impedimentum, non inconuenit seruientem apponere publica signa iurisdictionis vel iudicis cuius mandata exequitur. His pro verborum explicatione præmissis rem ipsam aggredior copiosiorem certè & difficiliorem quàm prima facie videatur, vtque omnia ad competentem ordinem reducta, & commodiùs tradantur, & clarius elucescant, methodicam hanc & iamdudum assuetam obseruabo rationem. Primo loco resolutiuè differendo quæ circa personas versantur, secundo loco quæ circa res, tertio causam, quarto formam, quinto effectum, sexto remissionem vel sublationem huius impedimenti.

* De personis.

7. Ad primum,* circa personam domini, an vsufructuarius, an dominus mediatus, puta patronus, feudum apertum in manu sua tenens, à quo mouentur censualia prædia, an maritus ad causam vxoris possit ea exequi quæ in hoc textu & ad reliqua id genus sufficiunt remissiuè & affirmatiuè dicta super primis verbis huius §. 1. ¶ Ad secundum circa res * primò ante omnia dicendum erat quid sit id circa quod tota disputatio versatur, nisi ad id abundè sufficeret perspicua hypotyposis in *princip. huius. gloss.* circa interpretationem verborum. Neque verò in definitionibus substantialibus, quas vulgò quidam ditatiuas vocant, superstitiosè tempus insumere operæpretium est. Videndum ergo restat circa quas res fiat: pro expedito enim habetur quòd non fit in personam censuarij, nec illam vllo modo affici per notab. in fortioribus *supra* §. 1. *gloss.* 5. *in prine.*

* De rebus.

8. QVÆRO primò, vtrum domino censuali simplex impedimentum pendentium fructuum* tantùm concedatur, vt non possit aliud quicquam facere aut exequi in rem censuariam? Quod prima facie videtur. primò, quia vt sæpe dictum est in præcedentibus *super* §. 1. *gloss.* 5. §. 20. *gloss.* 5. *q.* 1. §. 33. *nu.* 8. *& in rubr. huius tit.* tam feudalia quàm censualia prædia sunt patrimonia nostra, & non subsunt oneri vel seruituti nisi in tantum & quatenus consuetudine loci exprimitur. Et omnia hæc iura dominicalia sunt stricti iuris nec possunt extendi vltra verba consuetudinis, vel tenorem inuestituræ. Vnde necessariò colligitur dominum decretum, nullum ius, nullam potestatem habere aut exercere posse, in vim consuetudinis & legis censualis in rem censuariam, vltra quam lex censualis concedat: sed hæc nostra lex censualis non permittit domino aliam executionem, quam per viam impedimenti fructuum pendentium in re censuali, ex quibus necessariò concludendum videtur quod solum ipsum censuale fortè fructibus vacuum impedire non possit, multo minus prehendere, nec aliud auctoritate sua via executionis facere quàm secundum formam & ad limites huius text. duntaxat.

* Vtilitas arresti.

9. Tum secundo quia clarum est quod dispositio huius §. est contra ius commune, scriptum & consuetudinarium, vt in *l. nulla. D. de re iudi. & infra* §. 162. & in specie est contra text. in *rubr. & l.* 1. *&* 2. *C. vt nemini lice. sig. sine iud. auct. impri.* vbi prohibetur res ab aliis possessas aut detentas, aut earum fructus impedire, & signa sua aut alia quæcunque priuata impedimenti symbola apponere, etiam prætextu plenæ proprietatis aut alterius iuris, in re, & permittitur possessori propria sua auctoritate ea signa reuellere, & impedimentum tollere, & sic liquet quod consuetudo nostra satis operatur hanc signorum impositionem & impedimentum in casu suo permittendo contra ius & regulas communes: vnde in residuo restringenda est, vt nihil amplius operetur per doctr. ab omnibus approbatam, vtriusque Imolæ in *l.* 4. §. *praterait. de damn. inf.* Paul. Alexan. Philip. Corn. Ias. in *l. vlti.* §. *in computatione. C. de iur. delib.* secundum quam satis est quod statutum exorbitans aliquid vel modicum vltra ius commune operetur, vt in residuo quantum fieri potest, restringatur. Igitur multo minus extendi possunt verba huius consuetudinis maximè cùm hoc disponant specialiter, vt in casu speciali & sic in residuo ius commune subsistere & manere præsupponitur *l.* 1. vbi gloss. & Bar. *D. ad municip. faciunt no. ferè in simil.* ſ. §. 1. *glo.* 4. *num.* 7.

* Commissarij, colligendis & conseruandis fructibus.

10. Quibus non obstantibus dicendum est dominum in casu huius §. non solùm fructus pendentes signis appositis, impedire posse: sed etiam * idoneos colligendis & conseruandis fructibus curatores seu commissarios apponere ne fructus depereant, censuario perseuerante in mora soluendi census, & interdicto à fructuum impeditorum collectione.

¶ Probatur primò, quia concesso vno, ea videntur concedi quæ veniunt in consequentiam, & sine quibus id commodè expediri non potest. *l.* 2. vbi Ang. & omnes de iurisd. *omn. iud. l. vlt. D. de offic. eius cui mand. iurisd.* & cum ipso principali etiam accessorium censetur commissum. text. in *c. prudentiam.* §. *Sexta. in fi. de offi. deleg.* faciunt quæ rectè tradit Hippol. Marsil. in repet. rubricæ de fideiussorib. q. 25. & Nico. Euerar.

Eueral. in *loc. legal. in loco.* 102. *à conceſſione antecedentis.* Sed quoties natura rei impeditæ, qualis eſt fructuum pendentium, exigit commiſſariorum deputationem : clarum eſt, & communis experientia docet, quod eorum appoſitio eſt ſequela & acceſſorium impedimenti.

¶ Secundò, quia iſtud eſt ad commodum cenſuarij, & non domini : quoniam cenſ. ſoluto, aut aliàs manu leuata, commiſſarij rationem reddent cenſuario, & non domino qui non eſt lucraturus nec facturus fructus ſuos, & ſic cenſuarij intereſt potius quam domini commiſſarios apponi. Nec vllo modo inde conqueri poteſt cenſuarius qui non poteſt queri ſe per hoc turbari in poſſeſſione, ſicut nec per reale impedimentum. Nec caulari poteſt id non licere domino tanquam à conſuetudine minus expreſſum, quia per hoc non domino, ſed cenſuario conſulitur : tum ſatis virtualiter in vim ſequelæ & acceſſorij expreſſum videtur, & ſic non obſtant adducta in oppoſitum. Tertio quia talis eſt vetus & communis obſeruantia à qua verba huius §. recipiunt interpretationem & declarationem, *l. ſi de interpretatione. l. minimè mutanda. de legibus.*

11. Quartò appoſitiſſimè facit deciſio Bal. in *l. ſi is qui. §. fi. Antichreſis in fin. de pignor.* vbi comprobat praxim quæ habet, quòd aliquo miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto, fit ſequeſtrum fructuum ad eius petitionem, & hanc praxim optimè fundat in iure, quia * miſſus ex primo decreto poteſt per ſe percipere fructus d. §. Si Antichreſis tex. in *l. ſi is cui. §. qui legatorum. D. vt in poſſ. leg.* ſi igitur poteſt quod plus eſt, ſcil. per ſe percipere, poteſt id quod eſt minus, ſcil. facere fieri ſequeſtrum. Vltra Bal. fortius probo per text. in *l. in venditione §. in l. prætor ait in princ. & §. in eum. D. de bon. auth. iudi. poſſid.* vbi miſſus ex primo decreto, nedum poteſt fructus capere, ſed etiam vendere, vel etiam prædiũ locare : igitur multò fortius (ſi malit) & priuſquam fructus acceperit, poteſt eos facere ſequeſtrari. Et expreſſim pro quæſtione noſtra eſt tex. in *d. §. in eum. verſ.* vel ipſe, vel iuſſu eius alius, vbi patet quòd miſſus rei ſeruãdæ cauſa nedum poteſt manere in poſſeſſione per ſe, ſed etiam alium deputare loco ſui : quod nihil aliud eſt quàm commiſſariũ vel commiſſarios deligere & deputare, ex quibus patet iſtud impedimentum maximam habere affinitatem cum miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto, non tamen eſt idem : conſtat enim quod realiter & eſſentialiter differunt. Et quia generaliter ad notitiam huius materiæ vtile eſt ſcire in quibus conueniat vel non.

* Miſſio ex primo decreto vtilitates.

12. SECVNDO principaliter quæro an & in quibus impedimentum de quo in hoc §. æquiparetur * miſſioni ex primo decreto ? Breuiter reſpondeo. Differunt primò, quia miſſio decernitur à iudice ſiue à ſententia hominis : ſed iſtud impedimentum à conſuetudine ſiue à ſententia legis : tum miſſionem precedere debet citatio & contumacia *l. 2. & per tot. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* & ſecundum Bart. & communem in *l. ſi finita. §. Iulianus. col. 1. de dam. inf.* Requiritur citatio peremptoria vel æquipollens, & de contumacia liquere debet iudici priuſquam decernat : alioquin decretum nullum eſt. *l. hæc autem §. 1. ibi conſtare debet, liqueréque prætori. D. quibus ex cauſ. in poſſ. ea.* Bart. *col. 3. & omnes in d. §. Iulianus.* Et licet non requiratur libellum præcedere citationem, tamen antequam interponatur primum decretum, requiritur libellum eſſe oblatum. Paul. in *d. §. Iulianus.* & ibi Alexan. *col. 6.* Verius tamen eſt quòd ſufficiat talis qualis petitio, vt ibi tenet Imol. *col. 6. num. 9.* Sed in hoc §. nihil horum requiritur : ſed ſufficit veritas cauſæ, videlicet reliqua cenſus deberi.

13. Secundò, quia miſſus non poteſt ingredi per ſe, ſed per publicum executorem iudicis authoritate. Bar. *d. §. Iulianus. col. 3. verſ. ſecundò quæro.* Sed hic dominus in quibuſdam locis poteſt propria authoritate fructus impedire & capere. Et quamquam crebriùs requiratur commiſſio iudicis, tamen non ad manum iudicis, ſed domini res ponitur vel poni intelligitur, vt j. *num. 95.* Verùm hæc non eſt propriè differentia, quia vt ibi fatetur Bart. & Bal. *auth. ei qui iurat col. 6. verſic. ſed pone.* & ibi Salic. *C. de bo. autho. iud. poſſid.* poteſt iudex licentiam dare parti ſuæ auctoritate intrandi, & erit velut nuntius aut executor in re ſua : prout & hic conſuetudo facit dominum executorem in re ſua, ſine alio iudicis miniſterio. Et licet iudicis authoritatem & mandatum addere poſſit, hoc in quibuſdam locis eſt ad abundantiorem, corroborationẽ, & ex mera facultate, ſecundum not. in *ſimili. §. 1. gloſſ. 4. q. 1.* Nec verum puto quod ſcripſit Bar. in *d. col. 3. in fi.* quòd caueat pars ne intret ſine executore, vel ſine authoritate iudicis, quia perderet ius ſuum. *l. ſimiles, §. qui iudicati. de re iud.* Imò puto quòd de iure poteſt per ſe ingredi ſi admittatur : ſi verò non admittatur, non debet per ſe adhibere vim, ſed ad familiam iudicis, & publicam authoritatem recurrere. text. in *l. ſi is cui §. miſſus. D. vt in poſſ. leg.* Non obſtat d. §. qui iudicati : quia non loquitur in ſimplici miſſione, quæ poſſeſſores non expellit, ſed in executione ſententiæ per quam poſſeſſor expellitur & res alienatur.

14. Tertio differunt, quia vnius miſſio, aliis qui ſunt eiuſdem tituli : hoc eſt ſimilem habent miſſionis cauſam & rationẽ, prodeſt. Hinc eſt quòd vno ex creditoribus miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto : cæteri omnes creditores nedum præſentes, ſed etiam futuri videntur miſſi, dummodo veniant infra tempus debitum puta biennium in præſentibus, quadriennium inabſentibus, quia docendo de debito & in expenſis miſſionis pro rata contribuendo, habentur pro miſſis ſine alia executione. Nec vnus eſt potior altero, ex eo quod prius miſſus ſit vel venerit. *tex. in l. cum vnus in princip. D. de bo. auth. iud poſſ. in l. vlt. in princ. C. eo. tit.* Sed iſtud impedimentum non poteſt prodeſſe niſi vni, videlicet ipſi domino cenſuali impedienti, nec habetur res pro impedita quoad alium etiam conſortem, quia ſi ſunt plures domini cenſuales pro indiuiſo, & vnus non nomine communi, ſed proprio & pro parte ſua tantum impediuit, non prodeſt aliis, niſi re integra cenſuario vel exiſtentibus in loco ſignificent ſè idem impedimentum pro partibus ſuis continuare, vt ſine nouis ſumptibus facere poſſunt, facit quod in fortioribus terminis de recommendatione carcerati tradit Bart. in *diſputa. incip.* Lupus, Bald. *traff. ſtatuto. ver. carcer.* Socinus *l. 1. §. 1.* & ibi Iaſon. *l. 3. §. prætor ait. D. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat.*

* Miſſioni ex primo decreto & arreſt. ſiue impedimenti differentiæ quatuor.

15. Quartò, quòd quamuis iure D. & C. fieret miſſio in omnia bona *l. 1. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Tamen iure authenticorum non fit niſi pro rata debiti prætenſi. *Auth. ei qui iurat. C. de bon. auth. iud. poſſid.* Sed iſtud impedimentum fit in omnes fructus pendentes etiam pro vno obolo cenſus. Sed hæc non eſt propriè differentia propter admixtam vim hypothecariæ quæ omnes fructus afficit : Tum quia modus impedimenti attemperatur per conſuetudinem ad exigentiam commodæ exactionis cenſus per not. j. *eadem nu. 42. cum ſeq. nu. 52. cum ſeq. nu. 55.*

16. Quintò, quia in hoc impedimento non ſperatur nec peruenitur ad ſecundum decretum : ſicut regulare eſt in miſſione ex primo decreto. Aut enim poſſeſſor intercedit, & negotium deuoluitur ad iudicem, coram quo lis ſuo marte currat & decidetur, vt not. j. *eadem glo. num. 148.* Aut nulla eſt oppoſitio, & poteſt dominus ex fructibus ſi velit in ſolutum accipere, vel vendere pro rata cenſus debiti, & reſiduum relinquere vel reſtituere cenſuario ſine alio proceſſu & figura iudicij, quod eſt vtilius : aut ſi malit

dominus (quod ſecuriùs maximè quando cum rixoſis dubitat habere negotium) poteſt ſernandis & colligendis fructibus commiſſarios apponere: deinde illos in ius vocare ad redditionem rationum, vocato etiam cenſuario, vt ſi bonum ſibi videatur adſit viſurus rationem reddi & reliqua in manum domini ad ratam debiti & impenſam inferri, reſiduum ſi quod ſit, ſibi relinqui.

17. Conueniunt* autem primò in hoc quòd ſicut creditor miſſus in poſſeſſionem, voluntarium & ſuum gerit negotium, non autem negotium debitoris, nec propriè eſt rei alienæ adminiſtrator, vt eſt text. in *l. prætor. ait §. in eum. verſi. cùm voluntarium. D. de bon. auth. iud. poſſ.* Et hæc eſt vera ratio quòd creditores miſſi non tenentur de leui culpa, ſed ſolùm de dolo & lata culpa quæ dolo æquiparatur circa cuſtodiam & gubernationem rei & fructuum, vel etiam circa fructuum venditionem. *l. in venditione. §. 1. in fi. de bon. auth. iud. poſſ.* quamuis aliud ſit in curatoribus bonorum, qui ideo quia veniunt non ad ſuum, ſed ad alienum gerendum negotium, eorúmque fidem ſequuntur; hi ad quos ſpectat negotium, tenentur etiam leuis culpæ nomine ſicut & creditores conuentionales quorum fidelem cuſtodiam & prudens regimen pignoris ſequuntur debitores: quæ ratio ceſſat in debitoribus ex primo decreto miſſionem & pignus prætorium paſſis, quia nihil fidei creditorum commiſerunt, nec eorum fidem ſequuti ſunt, vt in *d. l. prætor ait. §. præterea.* quam ita nouè & germanè interpretati ſumus *ſuprà §. 9. gloſſ. 6. num. 10.*

18. Ita idem eſt in domino cenſuali, qui ex defectu cenſus fructus pendentes impediuit, & commiſſarios adhibuit, quia circa electionem & deputationem eorum, ſiue ſua authoritate priuata tantùm, ſiue etiam iudicis authoritate, etiam initio non vocato cenſuario factam, non tenetur niſi de dolo & lata culpa tantùm, vt in ſimili de domino feudali diximus 3.§.9. *nu.* 15. Si verò nullos commiſſarios adhibuit, idem eſt dicendum dummodo non prohibuerit cenſuarius fructus curare & colligere ad onus impedimenti: ſecus ſi nihilominus cenſuarium prohibuerit accedere, & ſe immiſcere: tunc enim alia ratio pactum reformat, quia totam rei impeditæ curam ad ſe & in ſe ſuſcepiſſe cenſetur, & proprio nomine ad rationum redditionem vſque ad leuem culpam obligatur, niſi quatenus commiſſarios adhibuit, eorúmque deputationem cenſuario notificauit. per nota. in ſimili 3. *in d. glo. 6. §. 9. num. 4. & 5.*

19. Secundo conueniunt in hoc quòd ſicut permiſſione in poſſeſſionem ex primo decreto non expellitur poſſeſſor, ſed ſimul cum eo miſſus poſſidere iubetur, vt ſaltem tædio miſſionis compareat aut ſatisfaciat, *l. ie cui. in prin. D. vt in poſſeſſ. lega. in l. ſi finita. §. ſi quis auth. de dam. infect. ca. quoniam frequen. [vt lit. non conteſt.* Manet enim miſſionem paſſus nedum poſſeſſor: ſed etiam in poſſeſſione, & ſicut non tenetur diſcedere (ſaluo ſi per iudicem cauſa cognita aliter decernatur, vt per text. in *l. Fulcinus, in fine. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* Alex. *l. finita §. Iulianus. col. 31. de dam. infect.* Philip. Deci. *c. conſultationibus col. vlt. de officio delega.*) ita tenetur miſſum admittere & pati, & poteſt miſſionem paſſus agrum colere vt prius & fructus colligere, ſed miſſus debet eos cuſtodire, ne in ſui fruſtrationem per debitorem conſumantur, & ſi debitor negligat fructus cogere, poteſt miſſus eos cogere, & conſeruare, quinetiã, eos quàm primum venire expediat, vendere poterit, & pretium ſeruare. Et ſi debitor negligat colere, nec prius ſine fraude locauerit, poterit miſſus locare, ad modicũ tamen tẽpus, vt per Bal. in *auth. ei qui iurat. col. 13. in fin. verſ. vlterius quæro. C. de bo. autho. iud. poſſ.*

20. Nec in his omnibus & aliis dependentibus tenetur miſſus niſi de dolo & lata culpa dumtaxat. text. in *d. l. in venditione. §. 1. de bon. auth. iud. poſſ. in d. l. ie cui. §. qui legatorum.* Ita & in hoc impedimento vel etiam in prehenſione feudi ex defectu catalogi & ſimilibus prehenſionibus omnium conſuetudinum quæ lucrum fructuum non attrahunt: ſed hæc æquiparatio non procedit niſi quatenus domino lubitum fuerit, videlicet quando nullos apponit commiſſarios, ſed expreſsè vel tacitè permittit vaſſallo vel cenſuario rem prehenſam vel impeditam ſub manu ſua curare, vt priùs, alioquin ſubeat, poteſt vel expellere poſſeſſorem à re prehenſa, vel omnino interdicere à re interdicta, ſiue per ſe aut ſuos, ſiue per commiſſarios ſolos adminiſtrando, & ſic patet quòd manus dominica ſemper plus iuris & plus virium habet quàm miſſio ex primo decreto, quamuis in multis æquiparentur.

21. ¶ Tertiò quia ſicut præfata miſſio neminem priuat poſſeſſione ſua: nec* facit miſſum poſſidere. *l. cum legati. D. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. 2. in pr. pro hæred. l. ſi duo. §. creditores. D. vti poſſ. l. 3. in fi. de acqui. vel amit. poſſ.* & ibi glo. & omnes doct. niſi in actione reali *l. ſi quis emptionis §. penul. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.* Bar. Pau. Imo. Alex. in *l. ſi finita. §. Iulianus col. 31. D. de dam. infect.* quod procedit etiam ſi miſſio fiat ex cauſa rei iudicatæ. quamuis in hoc contrarium teneat Bart. in *l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. col. 1. quem ibi ſequuntur* Pau. *in vlt. not. D. de re iud.* Angel. in *l. cùm nouiſſimi. col. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. an.* Franc. Aret. *l. 3. §. 1. col. 2. D. de acquir. vel amit. poſſ.* Sed contra Bar. & cum gloſſ in *d. §. ſi ſuper rebus. in verbis integrè in fi.* tenet ibidem Ioa. de Imol. Raph. Cuma. & latè Alex. *col. 7. 8. 9* Iaſ. *col. pen. de re iud.* Bal. in *l. conſentaneum. in 5. oppoſ. col. pen. C. quom. & quando iud. in l. etiam in pri. C. de exec. rei iudi. in c. contingit col. 7. de dol. & contu.* & ſic hæc eſt vera & deliberata opinio Baldi, quamuis idem Bald. *in l. vnica in fin. col. 1. C. de prohibit ſequeſtr. pecun.* (ſed inaduertenter, vt puto) tranſierit cum Barto. & Bald. in *d. l. vnica.* ſequatur ibi Franc. Curt. ſenior in *fi.* idem tenet Anton. Neguſant. *in tract. de dignitat. in 2. mentio. 3. pactis q. 5. nu. 6 & in 7. mentio. cum ſin.* Aliquid tetigi *ſuprà §. 1 gloſ. 4. num. 16.*

22. Non obſtat §.* imperator. in *l. poſtquam. D. vt legat. ſeu fideic. no. caue.* vbi fundatur Bar. quia ſecundum omnes præfatos doctores eſt caſus ſpecialis in terminis illius reſcripti duplici fauore, & vltimę voluntatis & ſententiæ, ita quod niſi hæres appellans caueat, transfertur vera poſſeſſio rerum per ſententiam adiudicatarum in legatarium vel fideicommiſſarium hæredi cauentem. Et ſic ille tex. nullo modò facit pro ſententia Bar. quia tex. ille non loquitur in miſſione in poſſeſſionem ex cauſa iudiciali, cùm iudicatum per appellationem interim ſit extinctum *l. 1. in fi. D. ad Turpill.* nec de miſſione in poſſeſſionem ex edicto prætoris, de quo in *l. 1.* & per Bart. *vt lega. ſeu fideic. noui. can. ſed* (vt etiam ſentit Franc. Aret. in *l. 3. §. vlt. col. 1. de acqui. poſſeſſ.*) de prouiſionali executione ſententiæ, legatario vel fideicommiſſario cauente, non obſtante appellatione hęredis non cauentis, & ſine appellationis præiudicio, & non in omnibus bonis, vt ex edicto: ſed in re adiudicata tantùm, & ex reſcripto principali ſeu ſpeciali conſtitutione principum, & ſic ille tex. nullo modo poteſt extendi ad miſſionem ex edicto, nec extra caſum ſuum.

23. Benè fateor quòd quando in vim rei iudicatæ victor mittitur in poſſeſſionem rei ſibi adiudicatæ, nedum transfertur poſſeſſio, ſed etiam dominium vel rei vſucapiendæ conditio, vt no. in *l. ſi per errorem. de vſucap. in l. Pomponius. §. ſi inſtu. de acquir. vel amitt. poſſ.* Sed tunc non eſt ſimplex miſſio in poſſeſſionem quæ per ſe temporalis & prouiſionalis eſt: ſed perpetua & præiudicata executio, de qua non loqui-

* Miſſionis exprimo decreto & arreſti ſex ſimilitudines.

* Miſſus in poſſeſſionem non poſſidet etiam ſi miſſio fiat ex cauſa rei iudicatæ.

* Intellectus nouus §. imperator.

mor, ſed de ſimplici miſſione, in bonis non parentis: A quæ etiam ſi ex cauſa iudicati fiat, non confert dominium, nec etiam regulariter veram poſſeſſionem, ſicut nec verum ſequeſtrum, donec aliud diſponatur. vt eſt text. appoſitiſſimus *in l. cùm rempub. C. qui potio. in pign. hab.*

24. Aliud ergo miſſio in poſſeſſionem, quæ non ſolùm temporalis & prouiſionalis eſt: ſed etiam non ſit propter ſe, ſed ad aliud extorquendum vel obtinendum, quàm id in quod fit *l. is cui in pr. vt in poſſeſſio. legat.* Et eſt minùs quàm ſequeſtratio, etiam ſi fiat vt victus tædio pareat rei iudicatæ. Aliud diffinitiua executio rei iudicatæ, aliud prouiſionalis executio rei iudicatæ, quæ longè plus eſt quàm ſequeſtrum, de quo in *l. imperatores. in fi. de appell. & in c. vlt. ext.* B *de ſequeſt. poſſeſſionis & fructuum* tetigi. 3. §. 1. *glo.* 4. *nu.* 32. Si enim fiat in ſummis & quantitatibus poſſeſſionem & dominium transferet, non enim idem, ſed tantundem reddetur ſi opus ſit, vt dicemus j. §. 562. Si verò fiat in corporibus ipſis, poſſeſſionem quidem transfert, tex. in *d.* §. *imperator.* qui in terminis reſcripti, id eſt conſtitutionis principalis) vtitur verbis transferendæ poſſeſſionis idque his & abſolutè ſine vlla modificatione poſſeſſionis: ſed in miſſione ex terminis edicti, addit poſſeſſioni nunc verbum vicaria, nunc verbum cuſtodiæ gratia, nunc verbum ſeruandi gratia, ex quibus reſultat tertia principalis differentia inter illud edictum & reſcriptum, quamuis *gloſs. ibi verb. cum alia*, non ponat niſi duas.

25. Cæterum quamuis illud reſcriptum emanauerit C ſnitio duplici fauore: tamen generaliter idem in omni ſimili conſtitutione quacunque (etiam non vltimæ voluntatis) fauore facta. Sed ea prouiſionalis executio non transfert dominium, donec ſententia in rem iudicatam tranſierit, quia inre non cauetur: ſed tamen interim pro dominio habetur, & confirmatio ſequens retrò trahetur. Idem quando iudex ex cauſa cognita, puta etiam vice mulctę decernit ipſam poſſeſſionem certarum rerum transferendam, quia executio ſecum trahit quod in decreto continetur. *argum.* j. *eod. num.* Ex his nec alibi habes plenum intellectum *d.* §. *imperator.*

26. Et hæc not. ad diſtinguendos hos terminos miſſionem in poſſeſſionem ex cauſa iudicati, & ipſam diffinitiuam, ſeu perpetuam executionem rei iudicatæ, D vel etiam prouiſionalem ipſius rei iudicatæ, quia multum differunt, & tantum tenebrarũ confuſi, quantum lucis diſtincti afferunt, vt apud Henri. Bohic. in *c. quoniam frequenter. in fi. vt lit. non conteſt.* vbi præ confuſione horum terminorum multum laborauit inuoluens & repetens ſalebroſas & fluctuantes diſtinctiones ſuas.

27. Stat ergo quod vt ſimplex miſſio in terminis iuris, ita & iſtud impedimentum, * non priuat cenſuarium poſſeſſorem, quamuis aliud ſit in prehenſione feudi ex ſimplici defectu catalogi, vt dictum eſt 3. §. 9. *gl.* 3. 9. 1. Amplio etiam commiſſariis adhibitis & fructibus per eos collectis, quia nedum remanent in dominio, ſed etiam in vera poſſeſſione cenſuarij donec vendantur aut aliter diſponatur. E

* Cenſuarius per hoc arreſtum non priuatur poſſeſſione.

28. Tametſi multum in oppoſitum vrgere videbatur quod diximus j. *eo. glo. ſeq. nu.* 12. & rem cenſuariam & fructus eius etiam ſeparatos, eſſe hypothecatos domino pro cenſu & omnibus iuribus cenſuarij, ex quo conſequi videtur dominum verum poſſeſſorem fructuum effici, ſaltem poſtquam nomine ſuo per eum vel commiſſarios ſuos ſeparati ſunt à ſolo, & ab ipſo domino vel ſuis eius nomine iuſtè detinentur, quoniam creditor verè pignus poſſidet, & non debitor, niſi quoad vſucapionem continuam vel ſatiſdationem vitandam dumtaxat text. in *l.* 1. §. *per ſeruum corporaliter in l. re pignoris de acqui. vel amitt. poſſ.* *in l. ſerui nomine. D. de vſucap.* Nec obſtare ſi dicatur illa iura procedere in pignore per debitorem tradito creditori: quia cum dominus non iniuſtè, nec merè priuata authoritate, ſed authoritate legis ſeu conſuetudinis pignus ſuum capiat, perinde eſſe ac ſi cenſuarius ipſe & debitor traderet, maximè quando non intercedit, nec appellat, nec aliter reclamat; & ſic tacitè conſentit. *l.* 1. *C. ſi ſæpius in integ. reſt. poſtul.* & quia factum legis ſicut iudicis cenſetur factum partis & maximè directo dominio & poſſeſſione ciuili concurrentibus.

29. Quia ad hoc reſpondetur quòd cenſuarius non cenſetur tradere nec eſſe volens aut conſentiens: vndè ſicut in ſequeſtratione neceſſaria, quæ fit per iudicem ex diſpoſitione legis nulla poſſeſſio amittitur, vt not. per Bart. & omnes in *l. intereſſe puto. D. de acqui. vel amit. poſſ.* per Cy. & alios in *l. vnica. C. de probib. pecu.* Ita & hic, quia inquantum eſt de ratione ipſius impedimenti, nullam poſſeſſionem tollit, vnde non tollitur per collectionem fructuum quæ fit à domino vel ſuis commiſſariis Tum quia venit in conſequentiam impedimenti, & ſic vltra illius naturam non operatur: Tum quia factum commiſſariorum neceſſariæ ſequeſtrationi æquiparatur, vt ſtatim dicemus, nec cenſuarius vel ſciens & patiens conſentire cenſetur, quum ſciat ſe poſſe cogi & inuito ſe fieri *l. nouiſſimè. D. quod falſ. tut. aut.* ſic nec miſſus in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ fructus colligendo, dominus aut poſſeſſor eorum efficitur, tametſi & dominium & poſſeſſionem vendendo transferre poſſit *d. l. in vendi. tione.* §. 1.

30. ¶ Quando conueniunt in non præſcribendo, quoniam ſicut miſſus in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ nunquam præſcribere incipit: ita & dominus directus qui prehendit rem à ſe mouentem. Amplio etiamſi mille annis detinuerit, dummodo conſtet de huiuſmodi tit. nec appareat poſſeſſionis cauſam immutatam, vt etiam non præſumitur, & in ſimili dixi 3. §. 12. *n.* 8. 9. Scio quantum ad miſſum in poſſ. in contrariam opinionem eſſe glo. in *l.* 2. *in fi. C. vbi in rem act. in auth. ei qui iurat. in fi. C. de bon. auth. iud. poſſ. in authen. de exhib. & introd. reis.* §. *ſi verò ſemel. in verb. occurrerit. coll.* 5. Et communem doctr Bar. Paul. in *d. l. ſi ſinita.* §. *Iulianus.* & ibi Alex. Imol. *col.* 7. *nu.* 11. Alex. *col.* 1. 20. 25. *innoc.* (perfunctoriè tamen non deciſiuè examinantis) in c. *quoniam frequenter col. vlt. vt lit. non conteſt.* Specu. *de pri. & ſecun. decreto.* §. 5. *iam de effectu nu.* 26. vbi tenent quòd in actione perſonali non auditur debitor volens recuperare tenutam (vt eorum verbis vtar) debitum & impenſas offerendo poſt 30. annos à miſſione ex primo decreto: Idem videtur concludere Bald. in *d. authei qui iurat. col.* 6. ſed non clarè, quia ſubdit: *alij dicunt* &c. Sed non apertè firmat & in c. *paſtoralis in fi. col.* 1. *de off. ord.* Tamen * Bal. in *c. quoniam frequenter* §. *vlt. col. vlt. vt lit. non conteſt.* Primò concludit pro communi, deinde fortiter arguit in oppoſitum, & ita reſidet: quare non bene apparet quid ſenſerit, niſi quòd varius & dubius ſuit.

* Bal. Varius

31. Quantum tamen legere potui, inueni quòd hęc eſt crebrior ſententia, ſed eam ſemper exiſtimaui * erroneam & falſam. Tum quia deeſt primum & ſubſtantiale fundamentum præſcriptionis, nempe * poſſeſſio. *l. ſine poſſeſſ. D. de vſucap. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6.* Tum quia deficit nedum bona fides, ſed etiam animus poſſidendi. Tum quia nedum deficit titulus, ſed etiam facta eſt miſſio ſub nomine tituli dominij & poſſeſſionis alienæ: vnde impoſſibile eſt nedum perfici, ſed etiam incipere præſcriptionem. Et inuenio quòd hanc partem tenent Cyn. in *l.* 2. *ad fi. C. vbi in rem actio.* & ante eos eos Dyn. quem refert Ioan. Fab. ibi dicens eſſe veriorem ſent. Iaco. de Arenis. quem refert

* Contra communem.

* Præſcript. fundamentũ poſſeſſio.

Bald. in d. c. *quoniam frequenter. col. vlt.* idem tenet Ioa. And in d. c. *quoniam frequenter* §. *vlr.* & ibi Panor. *nu.* 44. Io. Andr. in addit. Specul. *de primo & secun. decret.* §. 5. *n.* 10. *in fi. super verbo vsque* Henric. Bohic. in c. *contigit. in fi. de dol. & contum.* faciunt quæ in fortioribus terminis diximus ſ. §. 68. Etiam conuentionalem creditorem qui verè poſſidet, nullo tempore præſcribere.

32. Bene verum eſt quòd præfata comm. opinio videtur habere æquitatem in illo caſu, in quo principaliter loquitur, videlicet quando facta eſt miſſio in actione perſonali pro rata debiti: quia tunc ex ſpatio temporis longiſſime videtur debitor habere res pro derelicto ſiue relinquere in ſolutum pro debito. Imò videtur tex. in d. *l. ſi finita* §. *non autem de dam. infect.* quod longo ſilentio puta x. annorum videtur dominus (etiam qui non erat debitor) habere abſolutè rem pro derelicto, quantò fortiùs in eo qui tantum debet quantum detineri relinquit, & ſic videtur potiùs alienare quàm in pignus prætorium relinquere, arg. *l. qui habrat.* & quæ ibi not. Bart. *de leg.* 3. vnde hoc caſu cùm ſit tantum pro tanto (vt verbis Bal. vtar) in d. c. *peſtoralis, in fi. col.* 1. non videtur creditor eſſe in mala fide.

33. Sed quantumcunque hæc plauſibilia & colorata videantur, perſiſto in ſententia, & moueor quia aut aliter non fuit conuentum nec decretum. Et miſſus * in poſſeſſionem non facit fructus ſuos, ſed tenetur eos computare in ſortem & extenuationem debiti. tex in *l. is cui* §. *quæri poterit vt in poſſ. legata.* Quòd ſi ampliùs quàm ſibi debeatur, perceperit, poteſt conueniri vtili pignoratitia actione ad reſtituendum pignus prætorium cum eo quod percepit vltra debitum, vt eſt ibi tex. apertus latè Alex. in d. *l. ſi finita* §. *Iulianus col.* 30. vnde non eſt præſumendum quòd debitor differat offerre debitum & agere, eo quòd habeat pro derelicto, vel relinquat in ſolutum pro debito æquiualenti, quoniam melior & vtilior præſumptio aſſumi poteſt, quòd relinquat vt fructus in ſortem imputentur, deinde rem ſuam cum ſuperfluo fructuum reputat conformiter ad diſpoſitionem iuris communis.

* Miſſus in poſſeſſ. an & quàndo faciat fructus ſuos.

41. Amplio etiam ſi appareat de magna aut nimia contumacia debitoris, quoniam non ſufficit vt eo ipſo creditor faciat fructus ſuos, ſed hoc petendum eſt & cauſa cognita decernendum à iudice, vt in *l. Fulcinius* §. *vlt. quib. ex cau. in poſſ. eat.* Panor. in *conſ.* 84. *arbitror indubit. verſi. reſpectu verò fructuum ad fi. lib.* 2. Alex in d. *l. ſi finita* §. *Iulianus col.* 31. Phil. Dec. c. *conſultationibus col. vlt. de off. deleg.* Et ſi ſine cauſæ cognitione, & prætermiſſo iuris ordine, iudex hoc decreuerit, decretum nullum eſt, & ſic fructus in ſortem ſunt imputãdi, vt ſentit Bal. in *l. 1. poſt princ. C. de Carb. edi.* Matth. Afflict. in Dec. Neap. 218. *in fin.*

35. Aut verò facta eſt antichreſis ſine conuentione partium, vt quando inter partes conuenit vt creditor vſum vel fructum pignoris habeat, & ſibi recompenſet pro vſuris vel intereſſe debitis, donec ſors ſoluatur, Græcè dicitur antichreſis, id eſt, mutuus vſus, vel antipoche, id eſt, mutua detentio & poſſeſſio pignoris pro detentione & vſu ſortis, vt in *l. ſi pecuniam de pig. act.* in *l. ſi is qui* §. 1. *de pign.* quod quandoque iuſtum & licitum eſt, vt dicemus infra §. 94. & iam in lucem emiſi in tract. *vſura. qu.* 35. Siue decreto iudicis hoc fiat, quod nedum in pœnam ad puniendum nimiam debitoris contumaciam fieri poſſe puto in d. *l. Fulcinius in fi.* ſed etiam & multo fortius in ſatisfactionem & compenſationem iuſti intereſſe creditoris cui res fortè cum pretio abeſt, & quod not. in *l. curabit. C. de actio. emp.* in *l. vſuræ. C. de vſur.* Et tunc nedum pignoratio ſiue conuent. ſiue prætoria, aut iudic. ſed etiam pignoris qualitas & poſſ. & decretum conuentio reſiſtunt principio, titulo & animo præſcribendi.

36. Etiam ſi maxime creditor miſſus in caſum antichreſeos verus efficiatur poſſeſſor, vt (quandoque per conſuetudinem vel per iudicem decernitur, quòd debeat lucrari fructus) tenent Bal. in *l. conſentaneum in* 3. *oppoſit. col. pen. C. quomodo & quando iudex.* Alex. in d. *l. ſi finita* §. *Iulianus col.* 31. Iaſ. *l.* 3. §. *vlt. nu.* 12. *de acq. poſſ.*

37. Fatendum eſt tamen quòd quantò pignus æquinalet debito, facilius eſt præſumere habitum pro derelicto vel datum in ſolutum, & hoc iunctum cum longi temporis ſilentio, non facit niſi præſumptionem quandam hominis, quæ non ſufficit, vt patet in d. *l. ſi finita* §. *non autem.* vbi nihilominus requiritur partem vocari, & cauſa cognita ſecundum decretum interponi.

38. ¶ Quintò conueniunt, quia ſicut miſſio ex primo decreto fit etiam contra pupillos tutore carentes & indefenſos *l. apud Iul. cum l. ſeq. in l. poſſeſſ.* §. 1. *quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* & contra reip. cauſa (etiam ſine dolo) abſentes *l. ignorare. C. de reſtit. mil.* ita & hoc impedimentum fortius tamen aſtringit quia nulla ſpes eſt reſtitutionis in integrũ, per not. ſ. 1. *pl.* §. 12. & §. 32. *in fin.* & etiam via communi de facili tolli poteſt: ſed in caſum miſſionis, pupilli & abſentes reip. eam indefenſi & minus ſolenniter citati, poſſunt in integrum reſtitui ad recuperandum tenutam cum fructibus ſine refuſione impenſarum, ſecundum no. Io Andr. in addi. Specu. *de primo & ſecund. decret.* §. *reſtat in addit. magna.* Alex. d *l. ſi finita.* §. *Iulianus*, & etiam pupilli interim alendi ſunt *l. vlt. de priuileg. cred.* quod non habet locum in hoc impedimento, in quo nulla citatio prærequiritur.

39. ¶ Sextò, conueniunt quia ſicut facto eo, ob cuius defunctum facta eſt miſſio * refuſis etiam impenſis reuocatur *l. ſi pecuniæ in fi. D. vt in poſſ. lega.* vnde ſi facta eſt ex eo quod reus non defendatur, ſi defenſioni ſe offerat & impenſas refundat, recuperat integram poſſeſſionem cum fructibus *l. hæc autem* §. *ſi de fundi experit qui ex cauſ. in poſſ. eat.* Si vero ex defectu ſatisdationis, satisdando ceſſat *l.* 2. *in princ. D. pro hæred.* Si ex defectu ſolutionis, puta ex cauſa iudicati, demum ſolutione facta *l. hic conſequenter ad fin. D. famil. herc.* Et hoc niſi aliquid allegetur, propter quod probabile dubiũ videatur an debeat ſolui argentũ, vel non: quia tunc ſufficit refundere expenſas & ſe offerre defenſioni, vt tradit Io. de Imol. in d. *l. ſi finita* §. *Iulianus*: quem §. idem Imol. legit *cum* §. *ſi plures nu.* 11. *col.* 7. & ibi Alex. *col.* 21. Ita & in hoc §. * relaxati debet impedimentum, ſoluto cenſu petito, ſi nulla ſit oppoſitio, ſed ſi iuſta aut pertinens oppoſitionis cauſa allegetur, fieri debet vt dicemus ſ. *ea. gl. nu.* 160.

* Miſſo reuocatur refuſis impenſis.

* Relaxãdum impedimentum ſoluto cenſu.

40. Ex prædictis apparet, quod iſtud impedimentum quando non oppoſitio, æquiparatur miſſioni in poſſeſſionem ex cauſa iudicati, ſed non miſſioni in rem adiudicatam. In caſum vero oppoſitionis æquiparatur potius miſſioni, propter contumaciam in actione perſonali. Plures aliæ ſimilitudines aut diſſimilitudines deduci poſſunt, ſed à ſubiecta materia remotiores, quas ne etiam prolixior ſim miſſas facio, & ad expeditionem materiæ reuertor, in qua latiſſimus aperitur quæſtionum circa hoc occurrentium campus, quas continuo vno curſu, & eodem cognitionis calore cum deciſiua & punctuali ratione, tum quærendo, tum notando perſtringere ſatius viſum eſt, quàm longo in vtramque diſputationem tracta moram facere primum mihi, deinde ſtudioſo & ingenioſo lectori.

41. ¶ TERTIÒ igitur iuxta hæc quæritur, quid ſi executor dicat copulatiuè ſe impedire fundum & fructus pendentes, an vitietur impedimentum in aliquo, quaſi non liceat ſolum ipſum impedire ex eo quod conſuetudo non dicit. Reſp. non: & ſi cenſuarius hac de cauſa intercedat vel appellet, repelletur cum expenſis. ſ. inſtantiæ oppoſitionis vel appellationis,

si fortè iudex mandauerit fundum & fructus impediri, vt poteſt: & declarabitur impeditum in dicta forma bonum & validum, & quod ſuum plenum ſortietur effectum, quia hîc non aliam ob cauſam conceditur fructus ipſos pendentes impedire, niſi quoniam ſunt pars fundi cenſuali conditioni obnoxij, & ſic multo magis in ipſum ſolum exequi poteſt poteſtas hæc dominica interdicti & impedimenti. Verùm quoniam hîc non vera prehenſio fundi permittitur, ſed ſolum impedimentum quod eſt parum efficax, quando fundus eſt vacuus, donec autem pendent fructus, ſufficit eorum impedimentum, ideo inualuit frequens vſus, vt non niſi fructus pendentes ſub tempus ferè maturitatis & collectionis ſoleant impediri.

42 Et ad hunc frequentem & commodiorem vſum reſpiciunt verba huius §. quare non debent ita mordicus & (vt alibi glo. pe. in *l. damni infecti. §. ſi is qui vicinas de damn. infect.*) Iudaicè obſeruari, vt non admittant iuſtam interpretationem menti & rationi congruentem, & cui verborum ſignificatio non repugnat: vt eſt pulcher tex. in *l. ab omnibus in pr. D. de lega. 1. in l. talem. in fi. ibi, neque enim hunc caſum teſtatorẽ voluiſſe excludere palàm eſt, neque verba repugnand. de hæred. inſpic.* Roma. *conſil.* 355. neque. n. conſuetudo loquendo de fructibus pendentibus, excludere voluit impedimentum ipſius ſoli, imò potiùs includere & tacitè concedere. ex quo non potiùs loquitur de fructibus pendentibus niſi ratione frequentioris & commodioris vſus, quæ loquendi forma non reſtringit per not. ſ. §. 20. *gl. 3. nu. 7. in fi.*

43. ¶ Quarto quæro, quid ſi fortè dominus fundum vacuum fructibus iam à poſſeſſore collectis impediat? Scio hoc eſſe inuſitatum in toto hoc præſidatu & ferè vbique. Quare ſi cenſuarius cõtempſerit & nihilominus fundum ingreſſus coluerit, ſeminarit & omnia fecerit vt priùs ſolebat, vel etiamſi vendiderit & tradiderit alij qui hæc fecerit, videretur nulla mulcta infracti arreſti cauſa debeti: Tum quia hæc non ſunt in præiudicium, ſed potiùs in commodum domini: Tum ex eo quòd præter ſolitum & vſitatum morem factum eſt impedimentum, non videtur obligare, prout in ſimili dicit Ioa. de Plat. De citatione quæ non eſt ſecundum ſtylum conſuetum in *l. vlt. C. de Cano. præſt. lib. 10 ſequitur* Fel. in *c. 2. de reſcript. in c. quoniam contra falſam col. 7. de probat.* imo ex eo quod verba conſuetudinis prorſus deficiunt, videtur funditus nullum, quia cui conueniunt verba nec diſpoſitio *l. 4. §. quoties vbi* Alex. *D. de dam. infe.* cum vulgaribus Lancelotus, Deci. in *l. omnes populi col. pen. verſi. vndecima regula. D. de iuſt. & iur. facit not. ſupra. q. 13. gloſſ. 3. num. 5.*

44. Tamen quia verbis potiora ſunt mens & ratio: & per nota. in q. præcedenti puto impedimentum eſſe validum, ſed non habet effectum niſi ſecundum morem regionis ad impediendum ne fructus colligantur & exportentur cenſu non ſoluto, quia qui cenſum rei detrectat, non meretur ex ea fructum percipere: non autem ad impediendam culturam & ſeminationem feudi reip. & conſeruationi & perceptioni cenſualis iuris vtilem. Fructibus autem maturis liberum erit domino cenſuali in vim præcedentis impedimenti, illum continuando certos commiſſarios deputare: vel eos omittere, vel etiam nouum impedimentum facere, non facta mentione primi: nec in hoc eſt periculum, nec reſpectu quidem domini directi, eo quòd huiuſmodi executio dominicalis ſit patrimonialis, vtque vulgò dicunt, Domanialis, & ſic ſæpius etiam ex eadem cauſa durante repeti poteſt. Nec etiam ex parte domini vtilis vel poſſeſſoris, quia non magis afficitur duobus impedimentis quam vno. Sed in ſumptibus refundendis non habetur ratio niſi vnius impedimenti tanquam altero ſuperuacuo, vt in ſimili deprehenſione feudali dictum eſt ſ. §. 54. *num.* 8.

45. Quinto quæro, quid ſi prædium cenſuale ſit redactum ad ſtagnum, quod (ſicut in feudo) vel inuito domino fundiario, ſiue feudali, ſiue cenſuali, licet domino vtili (quem vulgo proprietarium vocamus) facere? Reſpond. licet domino ex defectu cenſus impedire * piſces, ſiue ſtagnum & piſces vel ſtagnum per ſe, vt in qu. præcedenti, ad finem impediendi piſcationem vel ablationem piſcium donec ſatisfactum ſit de cenſu. Nec obſtat quod piſces non ſunt naturaliter in fructu fundi, quia ſatis eſt quòd ſint verus fructus ciuilis in ſtagno, in quo ponũtur ad nutritionem & propagationem, vt no. ſ. §. 1. *gl. 8. n. 17.* Et quod per manus traditur legem vel ſtatutum debere intelligi in ſignificato naturali dumtaxat. *l. vlt. C. de hũ qui vend. etat. impet.* Tunc demum verum eſt quando in ſenſu ciuili vel ficto deficit mediũ extenſionis ſeu comprehenſionis, quod eſt eadem mens & ratio. Secus ſi in fundo cenſuali eſſet facta piſcina, in qua tenentur piſces cum cuſtodia: quia dicti piſces non ſunt etiam ciuiliter in fructu, nec pars fundi *l. fines cum l. ſeq. D. de act. emp.* & ſic non poſſunt impediri. Sicut nec gallinæ, boues, equi, greges. & cætera etiam fundi ipſius inſtrumenta, quia non ſunt pars fundi nec cenſualia; vt in ſimili de exiſtentibus in feudo dixi ſ. §. 1. *gl. 5. num. 1. & 13.*

* Piſces impedire an poſſit dominus cenſuarius.

46. Quod reſpectu piſcinæ limito primo, niſi piſces eſſent extracti è ſtagno cenſuali, ea piſcina in eodem prædio cenſuali, per ea quæ dicam *infra eod. gl. nu. 51. de fructibus iacentibus, vel etiam iam reconditis. nu. 57.* Secundo limito, vt procedat ſi totus fundus non conſiſtat in piſcina: ſed ſuperſit pars fundi cenſualis ferens fructum, quæ commodè poſſit impediri: & moueor duplici ratione. Prima, quia ſecundum notabilem doctr. Bart. in *l. cum in plures in pr. loca.* ſi fundus nullum producit fructum ex ſe, ſed per occaſionem aliquam affert vtilitatem, illa vtilitas dicitur eius fructus. Et ſic hoc caſu hi piſces (qui alioquin inter mouentia & ſeparata ſunt & ponuntur) cenſentur fructus fundi, ſaltem in præiudicium ipſius cenſuarij qui ſic vtitur, & ad talem commoditatem fundum applicat. Quòd ſi deſtinatio patrisfa. facit fundum multo magis qualitatem & fructus fundi. *l. quod in rerum de lega. 1.* Secunda, quia alioquin poſſet cenſuarius, mutato ſtatu rei, fruſtrare vel coarctare vnum è iuribus dominicis, quod eſt poteſtas impediendi, quo caſu etiam in odioſis admitteretur extenſio, vt not. ſ. §. 1. *gl. 3. nu. 9. in fi. fa. infra* 86. *ee.* vbi etiam mobilia domus cenſuariæ quæ non ſunt pars rei, nec eius fructus naturales nec ciuiles: ideo ibi tantùm pro reliquis trium annorum tantùm, non vltrà. Sed hic etiam vltrà & ſimpliciter, quia dicti piſces ſunt hoc caſu loco fructuum, & quaſi fructus. Plura alia adducere poſſem, ſed breuitati maximè in re breui ſtudendum eſt.

* Piſcina fundi impediti.

47. Idem dico de * viuariis vel leporariis, in terra cenſuali: vt nedum ſolum, ſed etiam venatio ferarum ſiue vagantium ſiue incluſarum impediri poſſit.

* De Viuariis & leporariis.

¶ Idem de * columbario, cretifodina, auri aut argenti fodina exiſtente in fundo cenſuali, qui non ſoluto cenſu impediri poterunt materiæ extractæ in fundo exiſtentes, nedum ſolum ipſum, & extractio materiarum. Idem de molendino cenſuali vel in prædio cenſuali conſtructo, non tamen intelligas quod dominus poſſit impedire molituram, & interdicere metæ, & catillo. maximè ſi molendinum ſit meritorum, ad quod vicinia confluat. Sed debet impedire mercedes molituræ ſiue alios reditus molendini, deputatis commiſſariis qui loco molendinarij recipiant: vel ſi etiam domus inſit intra leucam ab vrbe, poteſt pignorare mobilia in ea exiſtentia, pro reliquis centus trium vltimorum annorum dumtaxat, ſecundum no. *infra eo.* §. 86. aut aliis modis qui plures ſunt ſibi conſulere: non autem ferendus eſſet prætextu priuati ſui cenſus, ſi publicam aut viciniæ vtilitatem aut neceſſitatem, impedire vellet, aut parandorum alimentorum

* De columbariis, lapidicinis & metallis.

viam ſubtrahere text. à fortiori in *l. à diuo §. in venditione de re iud.* vbi etiam iudicatum, tamen ciuiliter & minore incommodo debitoris diffinitiuè condemnati exigendum eſt : ergo fortiùs minore damno publico. & vbi ante omnem cauſæ cognitionem. fac. *l. ſi cui ſeruitu.* Idem in ſimilibus eſt dicendum. A

* Meta, catillus quid.

48. Eſt autem * meta inferior, catillus ſuperior mola molendini. text. in *l. cùm de lanionis §. idem conſultus de meta. D. de fund. inſtr. vel inſtr. lega.* quod tamen latebat inſignem quendam & doctum virum, qui quatuordecim annis ante annum 1540. quo hæc ſcribebam, abſtruſum me in bibliotheca inter librorum aceruos offendens, rogauit : quorſum tanta ſolitudo, quidve rei agerem, an Fauonius molendino mihi dormienti vlcro afflaret? verebatur. ñ. pertinax & iuge B ſtudium meum in damnum cenſus ætatiſque meæ celſorum : reſpondi, frumentum meum molo inter metam & catillum. Tum ille rogare quidnam eſſet meta & catillus, ſéque non legiſſe apud probatos authores: tum libro aperto locum Iulij Pauli in d. textu oſtendi quem ſequi malui, quàm Calepinum contrarium ſentientem in verbo mola, quem ſequitur Grapaldus Philippi Beroaldi diſcipulus, in lexico ædium lib. 2. c. 4. Intelligebam autem per metam variam lectionem copiámque locorum omnium inuentionis quæ apud Boëtium in Topicis Topicè dicitur : per catillum verò iudicium & reſolutionem materiarum quæ Criticè dicitur apud eundem Boëtium, hæ duæ molæ mihi ſemper comites fuerunt & ſimul in hoc indefeſſo nihíque nimis infœlici piſtrino ſtudiorum, in quo magno & C continuo cenſus nonnunquam etiam valetudinis damno aduſque verſatus ſum.

* Domus cẽſualis.

49. SEXTO, quæro quid de domo * cenſuali, vtrum poſſit dominus directus habitationem impedire vel oſtio fortè ſublato, aut obicibus præcluſo donec cenſus ſoluatur? Reſpond. Non in toto hoc præſidatu, ſed aliter prouiſum eſt, de quo dicemus infrà §. 63. quò remitto.

* Fructus ſecti iacentes humi.

50. SEPTIMO, quæro de quæſtione quam vidi in facto : dominus miſit ad impediendum fructus * pendentes prædiorum cenſualium, ſeruiens ingreſſus inuenit auenas ſectas, & humi iacentes, prout ruſticæ rei periti ſolent auenas ſectas aliquandiu humi relinquere, vt pluuia vel rore madeſcant & pingueſcant : dixit ſeruiens ſe impedire vulgò arreſtare auenas ſectas terræ cenſualis humi iacentes ex defectu cenſus duorum D annorum : cenſuarius interceſſit, contenditur ſuper validitate impedimenti? Et prima facie videtur, nullum, & inquantum de facto proceſſit, retractum cum expenſis, damnis, & intereſſe impedimenti realis, quia conſuetudo nominatim & ſpecialiter permittit fructus pendentes impediri : igitur in fructibus non pendentibus ſed ſeparatis cenſetur negare, præſertim cùm ſit manifeſtè diuerſa ratio per regul. *l. cùm prætor in princ. D. ſud.* in *c. nonne bene dicimus de præſumpt. & per argu.* a contrario cenſu. quod hic optimè verificatur cùm ſit oppoſita & contraria ratio : nempe fructus pendentes ſunt pars rei, & quid immobile, & ea ratione permittuntur impediri, cuius oppoſitum & in fructibus ſectis vel ſeparatis qui ſunt proprietas ſeparata & res mobilis, vt latè dixi ſ. §. 1. *gl. 1. q. 3. nu. 36.* E tum etiam ſi conſuetudo tacitè non negaret, nec aliud in contrarium ſentiret in fructibus collectis, ſatis eſt quòd ſáltem de illis non diſponit & nihil permittit niſi fieri in fructus pendentes : nimis enim abſurdum videtur & non ferendum ſi quis velit hæc verba extendere ad caſum oppoſitum. Tum dominus feudalis maius & fortius habet ius quàm dominus cenſualis vt dictum eſt, & tamen non poteſt prehendendo feudum manum mittere ad fructus ſeparatos in eo repertos vt *ſupra §. 1. gl. 5. nu. 13. in fi.* Igitur multò minus cenſualis dominus maximè quando non allegatur collectionem fructuum fuiſſe acceleratam in fraudem imminentis impedimenti prout in hac ſpecie nulla fraus facta erat.

51. Quibus nonobſtantibus dicendum valere impedimentum & debere fortiri effectum, & ita ſumma æquitate obtinuit per multa ſimul iuncta. Primo, quia quamuis auenæ eſſent ſectæ, tamen non erant ſublatæ à prædio cenſuali, nec adhuc ventum erat ad actum tranſportationis de fundo in horreum, ſed inuentæ ſunt adhuc iacentes humi cenſuariæ : & ſi non erant fructus pendentes, ſaltem erant fructus iacentes immediati pendentibus. Sed certè quod dicitur ineſſe quod incontinenti fit, non poteſt his adaptari, quia procedit quando fit circa idem : ſed hîc nuda ſectio facit illico cenſeri aliam rem, & alterius generis & ſpeciei, & ſic hæc cauſatio ſola per ſe non ſufficit. Secundo, quia ſolum ipſum in quantum ſpectat ad cenſuarium, eſt hypothecatum domino directo pro cenſu & iuribus cenſualibus, vt dicemus ſ. *ea. glo. nu. 141. & glo. 2. nu. 12.* Igitur & fructus ex eodem ſolo procreati, text. in *l. prædia, quibus ex cauſ. pig. tacit. contra.* Sed nec iſtud per ſe concludit, quia etiam ſi ſint ſublati & repoſiti in horreum. vel aliò tranſuecti, adhuc hypothecati manent, & tamen non poſſunt impediri prætextu cenſus fundi cenſualis non ſoluti, ſola authoritate domini & in vim huius conſuetudinis prædictæ, tamen duæ rationes corroborant ſequentes quæ concludunt.

52. Tertiò, quia cenſuarius non habet intereſſe nec grauamen in eo circa quod vertitur cardo quæſtionis, ſcilicet quod factum eſt impedimentum, non in pendentes, ſed in iacentes fructus. Sive enim illud, ſiue iſtud fiat, non plus ex vno quàm ex alio grauatur. & ſic dum pro iuſtificatione oppoſitionis non cenſum fuiſſe ſolutum vel remiſſum, aut aliam iuſtam cauſam non ſoluendi allegat : ſed id ſolum quòd tempore impedimenti, fructus non pendebant, ſed iacebant, conſtat hanc eſſe cauilloſam & niniam ſubtilitatem, quæ à bonis iudicibus admitti non debet. *l ſicut §. ſi debitori. Quib. mod. pig. vel hypoth. ſol.* Quartò, quia cenſuarius certat contra ſuum commodum, quæritur enim ſe mitius tractatum : ſi enim dominus pendentes impediuiſſet, poterat adhibere commiſſarios, qui maiori ſumptu ſtatim ſecuiſſent. Porro non eſt quærenda via, qua domini etiam cogantur præueniendo durius poteſtatem ſuam exequi, & grauiori damno afficere cenſuarios, quin potius alliciendi eſſent & laudandi minore incommodo procedendo. Quinto, quia hic non agitur de executione guarentigiæ vel iuriſdictionali quæ rigoroſa eſt & ſtrictior, per not. ſ. §. 162. Sed de exercitio poteſtatis dominicæ in inueſtitura retentæ & de actu domaniali, qui etiam patrimonialis dici poteſt, in quo non ita ad vnum ſolennia formularum exiguntur, ſed magis ſimplicitas & bona fides & veritas quàm forma attenditur, quòd eſt ſummè notandum.

53. Ad allegata in contrarium ſufficeret tertia & quarta ratio per viam inadmiſſibilitatis in hoc caſu, tamen vt plenius ſatisfaciam : Ad primum & ſecundum reſpondeo, quòd conſuetudo dum loquitur de fructibus pendentibus, non ſolum reſpicit quod ſunt pars fundi : ſed & ad duo alia, videlicet primo ad frequentiorem vſum, ſecundo ad commodiorem & minus damnoſum cum ſufficienti efficacia ad conſulendum domino in perceptione cenſus : & tam hic quàm ſ. §. 63. quocunque conſuetudo noſtra de hoc loquitur, imitatur mentem iuris conſulti & iuris communis in *l. à diuo Pio. §. in venditione de re iudica. & in l. ſi bene collocata, de vſuris*, vt hæc executio cum efficacia ſit minimè nociua quàm fieri commodè poſſit.

Ad tertium & vltimum dico aliam & diuerſam eſſe rationem in feudo quàm in cenſu : quia patronus poſſeſſionem penes ſe auocat & fructus lucratur, & ſic ibi agitur de magno præiudicio, & quoad fructus,

irreparabili, & ſic ſatis eſt fructus eſſe ſectos, licet non ſint alitercollecti, ſed iaceant, vt non debeant eodem momento cedere lucro domini, ſed ſit aliquod ſpatium intra quod fide & iuribus oblatis commiſſum fructuum euitari poſſit. Secus in domino cenſuali qui non facit fructus ſuos, ſed ſolùm tantiſper dum cenſus ſoluitur, impedit in quo ſiue pendeant, ſiue iaceant fructus, non fit præiudicium cenſuario. Ex quibus habes notabil. ampliationem ad tex. noſtrum vt procedat: nedum in fructibus pendentibus, ſed etiam in iacentibus, quod eſt verum in terminis integræ huius æquitatis, de qua in caſu huius 7. q. ne quis fortè prætextu imaginariæ & truncatæ æquitatis (quæ eſt potius iniquitas) audeat temerè à ſcripto diſcedere, contra not. *ſup.* §. 51. *nu.* 86.

54. Vnde ſi dum cenſuarius conductis operariis, accedit ad dictam auenam vel meſſes ante aliquot dies ſectas quæ ſatis iacuerunt, auferendas, vel fortè emptoribus tradendas, ſuperueniat dominus directus arreſtando, vt practici loquuntur, non tenetur dominus vtilis ſuperſedere ab exportatione fructuum non pendentium, ſed ſeparatorum, nec incurret aliquam molctam tanquam infractor impedimenti: quia primò non congruunt verba conſuetudinis quæ loquuntur de pendentibus: ſecundò, deficit prædicta noſtra æquitas.

55. Tertiò, cenſuarius non impedit fundum ipſum arreſtari, tum alioqui aperta eſſet occaſio domino directo eiúſve officialibus inſidiandi cenſuario in periculi, & magno cum damno afficiendi contra rationem & mentem huius conſuetudinis, quæ non eſt facta in captionem, ſed in congruum remedium, & ita modum exequendi attemperauit, vt quàm minori incommodo fiat iuxta Vlp. in *d. l. à diuo Pio.* vtque dominus non acerbum ſe exactorem nec contumeliosum præbeat, ſed moderatum & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum. Vlp. *l. ſi bene. de vſur.* nec onerosum, iuxta eundem Vlp. in *l. ſi ſeruos. in fi. de pigner. actio.* Et ita cum ſumma ciuilitate debent hæc dominicalia iura tam feudalia quàm cenſualia tractari. & non auarè nec tanquam inter infeſtos *l. ſi id quod.* §. *ſi quas. de donat. inter vir. & vxor. fa. l. ſi quid venditor.* ibi ſed cum quodam temperamento, & ibi, ſed hæc omnia ex bono & æquo, de ædilit. edict. Id quod etiam ſanctus * Carolus magnus Francorum Rex & Longobardorum dominator, Saxonum & Romanorum Imperator in ſuis capitularibus (ita vocabant conſtitutiones Regias) *l.* 2. *c.* 39. in compilatione Anſegiſi abbatis ſtatuit, iubens omnibus dominis & prælatis ſiue eccleſiaſticis, ſiue laicis, vt clementer & miſericorditer tractent ſubiectos ſiue in exigendis operibus, ſiue in aliis debitis, ſcientes fratres ſuos eſſe, & vnum ſecum patrem habere dominum, cùm clament omnes, Pater noſter qui es in cælis. Diſciplina igitur eis miſericordiſſima & opportuna gubernatio adhibenda eſt. Diſciplina, ne indiſciplinatè viuendo authorem ſuum offendãt: Gubernatio, ne in quotidianis vitæ commeatibus prælatorum adminiculo deſtituti fatiſcant. Hæc Carolus magnus, quæ conſtitutio renouata eſt in concilio * Cabilonenſi tempore eiuſdem Regis & Imperatoris habito, & ad ſacratiſſimum eius iudicium relato. *c.* 51. *quod erat in* 2. *tomo Concil. eccleſiæ, pa.* 628.

56. Redeundo ad materiam *q.* 7. *ſ. nu.* 54. Idem ſi dominus prius impedierat fructus iacentes * ignoranti cenſuario cui non notificauit, niſi iam cum operariis vel emptoribus ad exportationem accincto. imò idem dico etiam ſi dominus pendentes impediuit, ſed non niſi nunc dum incurrit, ſignificauit: clandeſtinum enim impedimentũ non ligat. Cum ergo cenſuarius legitimè & bona fide fructus ſeparauerit, poteſt illos exportare non obſtante ſignificatione importuna & incongrua, quæ vt per ſe non ſubſiſtit per præ-

* Carolus magnus.

* Concilium Cabilonenſe.

* De fructib. iacentibus.

dicta, ita non ſubſiſtit in vim antiquioris, ſed clandeſtini impedimenti.

57. Sed quid ſi vniuerſi fructus ſunt collecti & reconditi in certo horreo, vtrum dominus poſſit impedire horreum & fructus prædiorum cenſuariorum in eo exiſtentes pro ſolutione reliquorum cenſus? Multa hinc inde reuolui poſſunt, ſed breuiter diſtinguo. Aut fructus illi ſunt ſuper eodem ſolo cenſuali in quo ſitum eſt horreum, & tunc valet impedimentum per prædicta. *nu.* 51. Secus ſi horreum vel quoduis conditorium non ſit ſuper eadem terra cenſuali ab eodem domino directo mouente, quia tunc non poſſunt dici fructus nec pendentes nec iacentes, ſed prorſus ſeparati & exportati, & à quib. nimis remota ſunt & mens & verba huiuſmodi conſuetudinis. & non poſſunt impediri in vim huius §. etiamſi dominus non horreum, nec ſolum, ſed dictos fructus tantùm vellet impedire, quoniam huiuſcemodi impedimentum eſt ſpecies executionis, vel iniectionis manus dominicæ, quę fundatur in dominio directo & dominicali retento in fundo ſeruienti.

58. Et ſic non poteſt alibi quam in fundo ſeruienti exerceri. Eſt. n. quædam iuriſdictio prædialis ſeu fondiaria, quam veteres Gallicarum rerum periti, quinetiam noſtri ſæculi antiquarij, iuſtitiam funciariam vocant: vnde non poteſt extra locum exerceri. *fa. l. vlt. D. de iuriſd. omn. iud. l. cum vnus.* §. *is qui. D. de bonis auth. iud. poſſid.* Et hoc in vim conſuetudinis & poteſtatis dominicalis duntaxat. Secus in vim guarentigiæ, ſi fortè dominus haberet publicum inſtrum. recognitionis cenſus, quia tunc recurrendum eſſet ad materiam §. 166. ſ. *tit.* 15. & not. quod omnia præcedentia & ſeq. in ſimili, procedunt ſiue cenſuarius per ſe & ſumptibus ſuis colat fundum, ſiue procolonum, ſiue etiam fructus pendentes alij vendiderit, ſiue per ipſum cenſuarium ſiue per emptorem fructũ ſint iam collecti, & in fundo cenſuali relicti & inuenti, quia iura dominicalia, vtpote realia & omnibus priora & potiora, tem contra omnes afficiunt.

59. Amplio etiamſi illi fructus nedum pendentes, ſed etiam, quod fortius eſt, à ſolo ſeparati, adhuc tamen in ſolo cenſuali exiſtentes eſſent nedum ſimpliciter impediti, ſed etiam realiter prehenſi vel ſequeſtrati inter manus commiſſariorum iudice authore, ſiue ad inſtantiam competitorum cenſuarij prætendentium ſiue proprietatem ſiue poſſeſſionem fundi cenſualis, ſiue in totum, ſiue in parte, quoniam ſuperueniens impedimentum domini cenſualis tenebit, & omnibus potior erit manus dominica. & his de reb. ſatis.

60. ¶ Ad tertium principalem art. ſ. *nu.* 6. *in fi.* videlicet de * cauſa, propter quam fieri poteſt iſtud impedimentum, dicendum quòd ex defectu ſolutionis cenſus, tantùm, ſiue pro reliquis cenſus, vt in tex. & non aliam ob cauſam, ſub hac conſuetudine, in tantum quod ſi nouus acquiſitor quotannis ſoluit cenſum, nec ſit reliquator, non poteſt dominus ſub hac conſuetudine impedire fundum nec fructus ex defectu exhibitionis tituli acquiſitionis ſuæ, vt dictum eſt in §. *præc. glo.* 3. nec propter laudimia non ſoluta in terminis huius aut ſimilis conſuetudinis, quæ dum ob defectum ſolutionis cenſus permittit incipi ab impedimento reali, ſatis in caſu a ſe expreſſo operatur contra ius comm. vnde nullo modo debet ad aliud caſum extendi. Et ſi cõſuetudo eadem fuiſſet in laudimiis, æquè expreſſum fuiſſet addendo poſt illud verbũ *Arrerages*, hęc verba, *& droicts Seigneuriaux*, quod factum non eſt, & merito, quia laudimiorum ſolutio quæ caſualis eſt, nihil habet commune cum ordinaria præſtatione cenſus, qui certam habet & ſtatam ſolutionis formam. Tum in cenſu exigendo plus eſt fauoris & minus præiudicij: contra in laudimiis minùs fauoris, & plus præiudicij, ideo in feudis propter ſo-

* De cauſa impedimenti faciendi.

releuia aut laudimia non poteſt fieri prehenſio ẽ. §. 1. gloſſ. 2.

62. Vnde ſi fiat impedimentum ex defectu laudimiorum duntaxat non valet, & ſi quidem factum ſit priuata authoritate domini, liberum eſt cenſuario impunè contemnere, vel ſi interim parere malit, intercedere, & coram iudice obtinere ceſſationem & declarationem nullitatis impedimenti cum expenſis litis, damnis & intereſſe realis executionis, ſalus actionibus domino pro prætenſis laudimiis, & cenſuario defenſionib. & exceptionibus ſuis in contrarium. Et notanter dixi ſi interim paruerit, quia liberum eſt cenſuario vtrumque facere, & impedimentum contemnere, & ad iudicem prouocare, non dico appellando, ſed per viam oppoſitionis aut querelæ, & faciet declarati impedimentum nullum cum expenſis inſtantiæ, ſed ſi non obtinebit damna & intereſſe, ſi nihilominus contempto impedimento re & fructibus potitus fuerit, & ſic impedimentum nullum habuerit realem effectum. Si contumax non poteſt allegare litiſpendentiam, nec ſi vincat petere impenſas citationis quam contempſit. Bart. in *l. vbi cæptum. de iudic. l. quamuis de damn. infe. l. ſepulchri. de ſepulc. viol.* Alex. *l. de die. §. vlt. qui ſatisd. cog.* Franc. Rip. *l. 2. col. 2. nu. 8. de re iud.* Hippol. Mar. *ſing. 239. contumax.* Alex. *conſ. 23. nu. 4. lib. 3.*

62. Si autem iudicis authoritate & mandato factum ſit impedimentum, liberum eſt cenſuario vel coram eodem iudice ſe opponere, vel ad ſuperiorem immediatum eiuſdem iudicis ab eius commiſſione & executione appellante alterutra via idem in effectu conſequi. nec mireris quòd hic etiam in foro noſtro ſeculari ſecundùm approbatam praxim dicam concurrere in optione partis viam querelæ ſeu actionis & primæ inſtantiæ, & viam appellationis: quia verum eſt quod * primus iudex talem commiſſionem præter iuris & conſuetudinis formam concedendo eo ipſo grauauit: tamen quia ſine cauſæ cognitione hoc fecit, nec ſumus in terminis ſententiæ cauſa cognita latæ ſuper lite iuridicialiter conſtitura, quæ (etiamſi interlocutoria ſit,) non poteſt poſt pronuntiationem emendari nec corrigi ſecundùm conſtitut. regias huius regni §. 17. Inter conſtit. Caroli 7. liberum eſt dicto iudici reuocare & reparare grauamen: quare ſi cenſuarius illum adire velit, poteſt viam interceſſionis ſeu oppoſitionis eligere, & hæc paucis quàm dilucidiùs potui perſtrinxi, vt iuuenes cum intellectu iuris conſuetudinarij, ſimul & praxis modum capiant.

* Quando iudex poteſt reuocare interlocutoriam.

64. Sed quid ſi impedimentum non fiat pro laudimiis per ſe, ſed ſimul ex defectu cenſus & laudimiorum? Reſp. Non vitiabitur vtile per inutile quamuis ſimus in materia executoria, ſtricta & rigoroſa, quia huiuſmodi impedimentum fundatur in iure dominico & patrimoniali, vt ſæpiùs dixi, & ſic in quantum tangit cenſum, tenebit impedimentum: ſed in quantum tangit laudimia non tenet, & poteſt peti declarari nullum à iudice cum impenſis hoc reſpectu, niſi dominus ſtatim declarãter ſe nolle ſuſtinere hoc reſpectu (ſed abſque damnis & intereſſe, quia ſola iuſta cauſa cenſus ſufficit ad totum & totius rei impedimentum, & ad id quod ex eo ſequitur iuſtificandum, & ſic adiectio laudimiorum non ampliauit nec prorogauit executionem realem facti. Et hoc verum quando etiam aliqua reliqua cenſus tempore impedimenti debebantur, aliàs deficiente fundamento & mentione laudimiorum non ſolum non iuuante, ſed aggrauante, retractari deberet impedimentum, vt iuſtum cum impenſis, damnis & intereſſe, inde procedentibus.

64. Plurium tamen locorum conſuetudines expreſſim permittunt, nedum pro cenſu vel cum defectu cenſus, ſed etiam per ſe pro laudimiis & cæteris iuribus dominicalibus prehendere vel impedire vt conſuetudo Bleſenſis §. 38. Caluimontis §. 60. 63. Borbo. §. 413. Aruerniæ tit. *des emph. & loüages.* §. 6. Niuernen. tit. *des cens.* §. 16. & 18. quæ omnes loquuntur de prehenſione præciſa, hoc eſt, tenente non obſtante oppoſitione, vel etiam appellatione: quamuis quandoque locus ſit prouiſioni, petendo eam à iudice cauſa cognita, vt Bleſis. §. 39. Et quantum ad vim illam præciſam ſuis locis ſeruandæ ſunt: quædam autem conſuetudines pro laudimiis dant prehenſionem non præciſam: ſed data oppoſitione reſolubilem, vt Senonenſis j. & Syluanectenſis j. *nu. 66. 67.* aliàs conſuetudo quatenus contra ius commune diſponit in reliquiis cenſus, non eſt extendibilis ad cætera iura & commoda cenſualia per prædicta, vt etiam expreſsè conſuet. Rhemenſis §. 158.

65. Circa hæc in hoc ſupremo Senatu in publicis cauſarum actionibus die Martis 27. Ian. anno ſalutis ſeſquimilleſimo quinquageſimo, * occurrit cauſa huiuſmodi: Abbatiſſa, moniales & cõuentus Maubuſſoni quę iuxta Pontiſaram merum & mixtum imperium cum vaſſallis & cenſuariis in ſuo territorio habent, ſiue earum fiſcalis procurator prehendi fecit, ſeu ad manum monialium & conuentus poni prædium quoddam ob cenſum non ſolutum in vim cõmiſſionis, ſeu mandati iudicis dictæ abbatiſſæ & conuentus in eodẽ territorio, in qua commiſſione erat clauſula, *Saiſir & mettre en la main deſdites Dames & Conuent par faute de cens non payé, & en cas d'oppoſition la main tenant adiourner les oppoſans pardeuant nous*, hoc eſt, in caſum oppoſitionis prehenſione ſtante opponentes citari. Poſſeſſor vel detentor à decreto & executione huius commiſſionis appellauit Bailliuum Syluanectenſem regium, & præſidialem iudicem ſuperiorem immediatum dicti iudicis ſubalterni, vbi dictum fuit bene proceſſum & malè appellatum, & appellans in mulctam & impenſas ſolitas condemnatus, qui rurſus appellauit ſupremam hanc curiam, in qua cùm aduocati breuiter peroraſſent, ſtatim * areſtum latum malè iudicatum per Bailliuum Syluanectenſem, bene appellatum, & emendando iudicium malè fuiſſe prehenſum & executum per dictas abbatiſſam & moniales intimatas: bene appellatum per appellantem, & intimatè condemnatæ in expenſas cauſarum appellationum damnis & intereſſe prehenſionis ſiue executionis realis, quaſi commiſſio fuiſſet nulla vel abuſiua propter illam clauſulam præciſam, *la main tenant en cas d'oppoſition.*

* Themar

* Areſtum.

66. Tamen conſuetudo Syluanectenſis anno 1539. ante dictam prehenſionem a prouincialibus comprobata, & in eodem ſenatu homologata, ſub qua locus dominans & ſeruiens ſitus eſt. art. 256. diſertè permittit habenti merũ imperium (quem alium iuſtitiarium vocant) vel etiam medium aut infimum (verba enim illa dicti art. 256. *haut iuſticier, moyen & bas*, debent alternatiuè intelligi, dummodo etiam in prima inſtantia competat) ad manum ſuam ponere non ſolùm ex defectu cenſus: ſed etiam ex defectu exhibitionis titulorum ſcilicet nouæ acquiſitionis, quinetiam propter iura laudimiorum, & iura reſignandæ & recipiendæ inueſtituræ, & mulctarum inde dependentium: quoties autem conſuetudo huiuſmodi actus ſimpliciter permittit, intelligitur cum effectu, vt nonobſtante appellatione maneant in ſtatu non vlterius attentãdo: & non obſtante ſimplici oppoſitione etiam vlteriùs procedatur, donec aliter per iudicem diffinitiuè vel prouiſoriè decernatur, & alioquin omnes huiuſmodi executiones domaniales in ſimplicem citationẽ & ad viam actionis ordinariæ reo volẽte & nullo modo ſatisfaciente ſtatim reducerentur, quod eſſet abſurdum, vt ſatis in fortioribus terminis declaratũ fuit areſto 24. huius mẽſis Martij (quo hæc excluduntur) lato 1557. ante paſcha adiecta cauſa, quia *exploit domanier.*

* Declaratur conſuetudo Syluanectenſis.

67. Verum eſt quod eadem * conſuetudo art. 248.

videtur quantum ad cenſualia reſtringere permiſſionem ſuam in caſum oppoſitionis detentoris, ibi. *Et quant aux roturiers iuſques à ce que le detenteur ſe ſoit rendu oppoſant*, per quam clauſulam debet generalis permiſſio §. 256. quoad cenſualia reſtringi, quamuis ſit poſterior, quia etiam lex noua tempore poſterior poteſt declarari & reſtringi per priorem *l. non eſt nouum. l. & poſteriores de legibus.*

68. Quantò fortiùs hîc vbi dictus §. 256. quamuis ſit poſteriùs ſcriptus, tamen non eſt poſterior, ſed concurrens tempore, quia vnica eſt eodem tempore facta & compilatio & homologatio, ſimultaneus & coæquaneus vtriuſque ortus & vſus Punctus eſt, primò vter articulus alterum corrigat, vel limitet: & certè clariſſimum eſt dicto §. 256. loqui magis generaliter & indeterminatè, quàm dicto §. 248. qui in clauſula de qua agitur magis explicatè & determinatè loquitur, ergo debet reſtringere §. 256. quamuis ordine ſcripturæ poſteriorem, & non ab eo corrigi.

69. Et quando vterque articulus eſſet æqualiter generalis & determinatus, tamen ſi neceſſe ſit (vt hic) vnum vel alterum vel con[illegible] vel * limitari, tunc (ſaluo æquitatis vrgentiore fauore iuxta Bal. in *c. cum olim de conſuet.*) interpretatio limitatoria præſtat correctoria per nota. in *l. ſi conſtante. in princ. ſol. matrim.* Et in omnibus interpretationibus, ea ſemper præfertur per quam contrarietas aut correctio vitatur. Bar. in *l. omnes populi, ad fi.* & omnes poſt eum de *iuſtit. & iure*. Alex. *conſi.* 141. *nu.* 4. *lib.* 2. *conſil.* 58. *lib.* 4. Phil. Dec. *l. vbi repugnantia. de reg. iuris. conſil.* 168. *col.* 1. *conſi.* 195. *col.* 2. vbi in annot. dixi. Stepha. de Phederi. in *tract. de interpre. iuris parte* 2. & Hippolyt. Marſil. *l.* 1. §. *ſi ſerui. col. pen. & vlt. de quæſtio.* ergo §. 256. licet ſcriptura poſterior non corrigit, §. 248. in d. explicata clauſula: ſed per eam limitatur & declaratur, quod concludere videtur pro arreſto.

* Interpretatio limitatoria.

70. Subſiſto, quia (& hic ſupremus punctus) videndum in quo & in quantum dicta clauſula ius prehenſorium domini cenſualis limitet: Et *c*arum eſt quod non loquitur de omnibus iuribus cenſuariis, ſed de laudimiis duntaxat: ergo horum reſpectu tantùm limitat prehenſionem dominicam, cámque in caſum oppoſitionis detentoris in actionem reſoluit: non autem quando fit ex defectu cenſus, ſed nec quando propter titulum non exhibitum, *vt in* §. 256. qui non limitatur niſi quando prehenſio fit ex capite laudimiorum & iurium vilium inueſtituræ cenſuariæ, quod etiam clariùs probatur in §. 249. immediatè ſequenti dictam clauſulam limitatoriam, ibi, *pour raiſon deſquels droicts des ventes & ſaiſines*, vbi eſt text. quod per ſimplicem oppoſitionem non reſoluitur prehenſio niſi quando eſt facta pro laudimiis & ſaiſinis cenſualibus, verba ſunt d. conſuetudinis.

71. Et ſic concludo quod pro cenſu ipſo, ſiue ex defectu reliquorum cenſus, poteſt incipi ab impedimento vel prehenſione præciſa. i. cum clauſula etiam expreſsè, *en cas d'oppoſition la main tenant*, non ſolùm (vt generaliter) in toto regno, ſed etiam ſub dicta conſuetudine Syluanectenſi vt ſemper vſitatum fuit, & patet per antiquos libros manuſcriptos, nec iudicandum vnico exemplo dicti areſti quod in ea particulari appellatione tantùm ſemel ius fecit, & in quo etiam quædam alia facti particularis circunſtantia eſſe potuit, nec debet in conſequentiam trahi. *adde infra eod. glo. num.* 117. Quid ſi forſan areſtum illud fundatum fuit in eo quòd dicta commiſſio erat generalis prædio prehenſo in ea non ſpecificato, fuit alius error formularius & ineptus, cuius author fuerat Do. Petrus Liſetus dum patrocinatu fiſci fungeretur, qui error iam deferuere incipiebat tempore dicti areſti anno 150. vt dicam j. *eod. num.* 109. Et cum præſens eſſem & bene memini, nec ab appellante nec ab alio obiici audiui, quod commiſſio eſſet generalis, ſed tantùm quòd præciſa, *la main tenant.*

72. Ex quibus etiam obiter liquet quòd conſuetudo Syluanectenſis non permittit domino ſiue feudali ſiue cenſuali propria authoritate apprehendere: ſed ſolùm authoritate & commiſſione iudicis, etiam ſui ſi quem habeat, nec requiritur quod merum vel mixtum imperium habeat, ſufficit quod vel ſimplicem vel infimam iuriſdictionem habeat huius fundariæ capacem. Et principium *d.* §. 256. *ibi, vn haut iuſticier & moyen, & bas*, & in medio, ibi, *haute, moyenne & baſſe*, non ſtant copulatiuè, ſed demonſtratiuè, vt etiam probat *d.* §. 248. ibi, *par arreſts de leur iuſtice.* & ſic infima & fundiaria iuriſdictio ad hoc ſufficit vt etiam regulare eſt, & expreſsè volunt conſuetudines citatæ ſ. *eo. nu.* 64. & pleræque aliæ, vt Rhemenſis §. 144. quædam autem etiam expreſsè permittunt propria domini authoritate, vt infra *nu.* 78.

73. Venio ad quartum articulum videlicet ad formam * ſeu modum ſeruandum in hoc impedimento, ſuper quo dicendum nullum requiri præceptum, nullam neceſſario præmittendam eſſe interpellationem ſoluendi cenſus, quanquam in aliis executionibus requiratur. Et vt dicemus j. *tit.* 15. leges & conſtitutiones de formis executionum iuriſdictionalium non habent locum in his patrimonialibus actibus, in quibus ſufficiunt ea quæ in denuntiationibus vel interpellationibus aut proteſtationibus extraiudicialibus. Satis eſt ergo reliqua quædam cenſus deberi, vt dominus poſſit recta ius ſuum exercere in rem præſentem veniendo aut mittendo, vt in ſimili no. ſ. §. 1. *glo.* 4. *not.* 2. Et debet prædium cenſuale impeditum, vel cuius fructus impediuntur, ſeu res impedita tam clarè deſignari, ſiue per ſe, ſiue per relationem ad aliud certum, vt impedimentum paſſus ex ipſo inſtrumento vel ſcriptura impedimenti certus eſſe poſſit. Similiter hi quorum intereſt certi eſſe poſſint quidnam & propter quid impeditum ſit: vt etiam nouus acquiſitor ſtatim poſſit authorem ſuum certificare. Ideo debet tale inſtrumentum (relationem executoris vocant) ante omnia continere cauſam fundamentalem & ſubſtantialem, videlicet ex defectu ſolutionis cenſus: alioquin ipſo iure non valeret nec ligaret per no. in ſimili. ſ. §. 1. *gl.* 4. *nu.* 24. non tamen requiratur qualitatem vel quantitatem cenſus exprimi, nec etiã quot annorum reliqua prætenduntur. Sed ſatis eſt ſimpliciter ad inſtantiam domini cenſualis rem per ſe certam vel per relationem ad aliud certum impedire ex defectu cenſus. Et ſufficit quòd poſtea impedimento interim tenente dominus directus, ſi hoc poſtulet cenſuarius, declaret quantum & quot annorum cenſum prætendat.

* De forma & modo ſeruandi in impedimento.

74. Et notandum quod ad efficaciam huius impedimenti & executionis (niſi in præſentia cenſuarij vel poſſeſſoris fiat) debet cum dictis qualitatibus notificari cenſuario ad perſonã eius, ſi commodè inueniri poſſit, vel ad domicilium in loco: non tamen tam exacta ſignificatio ad perſonam requiritur ſicut in perſonalibus ad conſtituendum debitorem in mora, vel ad purgandam moram: de quo in *l. item illa*, per Bar. *de conſtit. pecun. in l. mora de vſuris. in l. ſi legati. de verb. oblig.* idque duplici ratione. Prima, quia iſtud areſtum fit in rem, non in perſonam. Secunda, quia proprietarius ſcit vel ſcire debet ita in rem fieri ſolere & debere, & poſſeſſorem in his merè realibus non debere nec ſolere regulariter longè à territorio quæri. Debet tamen bona fide fieri & teſtato vel ſcripto quantùm ad hoc eo loci noto & authentico, ita vt veriſimiliter & tutò ad notitiam eius, vel eorũ quorum intereſt, peruenire poſſit & debeat. *l. de pupillo.* §. *nunciare. verſi. ſufficit. ibi, ſic vt domino poſſit reſtitiari de operis noui nitia. l. aut qui aliter.* §. 1. *& 2. quod vi aut clam.*

75. Alioquin ſi omiſſa eſſet notificatio vel ineptè aut fraudulenter facta, nullas vires haberet executio;

nec teneretur censuarius aliqua pœna propter infractionem, nec posset compelli à domino vel suis commissariis ad fructuum restitutionem. Non obstat *d. l. de pupillo. §. sufficit enim. ibi etiam fabris. & ibi puero vel puellæ. & l. operis. ibi, furioso & infanti fieri potest. de operis noui nuntia.* quia illi text. & similes non loquuntur (vt ferè malè putant) de notificatione quæ debet idoneè & bona fide fieri, sed loquuntur de ipso actu reali, qui rei ipsi fit & non personæ. ideo fieri potest & debet arestum in ipsa re etiam si nemo adsit nisi executor cum suis testibus, sed postea debet idoneè notificari: alias non tenet, vt in simili diximus 3. §. 1. *gl. 4. nu. 2.* & in nouis intellect. doctorum iurium, quæ hactenus malè intelliguntur, vt ostendunt intricata & ambagiosa doctorum scripta, & quæ coniecit Andr. Tiraq. *de tract. proximit. §. 1. gl. 13. à nu. 11. vsque ad finem gl.* Ita etiam debet intelligi consuetudo Syluanecten. §. 258 quæ requirit prehensionem vel arestum in præsentia duorum testiũ vel duorum notariorum fieri antequam præiudicet tertio, debet enim intelligi concomitante vel sequente congrua notificatione, & idem generaliter vbique.

76. Sed quid si censuarius sit pupillus tutore carens & indefensus? Et videtur non posse fieri impedimentum cùm nulla sit persona idonea quæ interpellari aut in mora constitui possit. *l. sed si ex stipulatu. l. si pupillus de verbor. obligatio* Contrarium dicendum est, quia huiusmodi impedimentum fit propter onus reale in rem, non in personam, & est quædam manus iniectio non lucratoria, sed impeditiua duntaxat in concessione rei retenta, nec censetur aliquod negocium cum persona geri: sed in rem ipsam huic conditioni affectam. ideo quantum ad hanc manus iniectionem, de causa tantum ex qua permittitur, & de re in quam sit, curatur: non autem de persona proprietarij an aliqua sit vel qualis sit, sed debet actus congruè & bona fide notificari. Vnde si res vacat vel possessor abest nemine relicto: debet notificari vicinis, vel etiam in parochia vel foro vbi solent proclamata fieri, nisi malit dominus reditum possessoris expectare: qui si adest vel eius familia, & est capax interpellationis vel habet tutorem vel curatorem, debet ei notificari *suprà nu. 73. dictum est.* Si verò est pupillus, vel demens carens tutore & curatore: vel si tutores aut curatores absunt notificandum est familiæ, vel cognatis, amicis, vicinis, vel ad extremum in loco publicius consueto, vt *in l. hæc autem. § 1. ex quibus causis in possessionem eatur l. aut qui aliter § 1. ver. & si fortè. quod vi aut clam.* non obstat. *l. si dictum. §. si pupillo de euictio.* quia debet intelligi vt nouè diximus. 3. §. 13. *glos. 11. num. 8.* Et hic differt census à feudo in hoc quod si vassallus est infra ætatem, de qua 3. *nu* 28. dominus directus abstinere debet: quia debet inducias, quæ non debentur in censu in quo de modico præiudicio agitur.

77. Vltenùs quæro vtrum dominus possit sua* propria authoritate hoc impedimentum facere vel iubere? videretur quòd sic, etiam commissarios deputare, quoniam non est actus publicæ iurisdictionis, sed priuatæ potius potestatis velut in rem propriam, & quoad dominum directum semper etiam in quasi possessione retentum, & quoad iura dominicalia per nota. in simili supra § 1. *gl. 4. q. 1.* hanc vocabant veteres Galli, & vsque hodie iustitiam fonciariam Gallicè, *iustice fonciere & exploict domanier*, vt pragmaticorum verbis vtar. & probatur per hunc text. ibi. *peut proceder*, quæ sunt verba directa, ad ipsum dominum relata quod fortificatur per sequentem in hoc §. alternatiuam, *ou faire proceder*, quæ per *l. 1. de reb. dub.* determinant præcedentem alternatiuæ partem, & facit illam stare in sua propria & genuina significatione, & sic necessariò pro actu ipsiusmet domini etiã solius, alio non requisito. Tum alioquin superflua essent hæc verba, quæ tamen per se seriosè & significanter constat esse apposita, quod non esset fetendum etiam in statutis exorbitantibus & odiosis, vt per Alex, Bar. Io. de Imol. *in l. dies cautioni. §. prætor ait. de dam. infect.* Albert. in *prima parte statuto. q. 153.* Pet. Anch. in *repe. cap. 1. coll. 71. de constitut.* Alex Ias. in *l. vlt. §. fin. in computatione. C. de iuris deliberatio.* Iaso. in *l. si constante. col. 14. solu. matr.* Facit glo. vlt. in *verbo veniendi, in l. de pupillo. §. si is qui. de operis noui nũtia.* quam sequitur Ias. in *rep. l. admonendi. col. 4. de iureiur.* quod quoties lex concedit aliquod remedium vel beneficium, & de adeundo prætore vel iudice nihil dicit, apparet quod tale beneficium & remedium cõpetit mero & proprio iure. Secus quando verba referuntur ad iudicem & non ad partem. *gl. 2.* & doctores in *l. si soror. C. de collatio.* Ias. *l. 2. nu. 1. C. de edendo.* & ita etiam clarè exprimũt consuetudines Aurelianenses. §. 105. de Lorris. §. 2. *eod. tit.* Niuernenses *eod. tit. §. 16.* & cõsuet. Aruerniæ loquens in feudo. *tit. des fiefs. §. 1.*

78. Resoluendo dico* dominum directum mero quidem iure consuetudinario & dominicali posse sola priuata authoritate proce[illegible]e, vt dixi 3. §. 1. *gl. 4. q. 1. nu. 18.* Sed breuius, rutius & consultius est authoritate & mandato sui iudicis etiam Iustini & fundiarij, vel alterius competentis, & per publicum executorem, qui executionis suæ copiam authenticam dare possit & det: qui tamen potest & debet non ad manum dicti iudicis, sed ad manum domini directi rem prehensam ponere, vt dixi 3. §. 1 *gl. 4. q. 1. in fi.* quamquam si ad manum iudicis posuerit. idem sit effectus, talis est etiam crebriot *l. si de interpretatione. de legib.* Tum alioquin incertitudine & dubia fide gestorum lites inextricabiles è modicis oriri possent. Non tamen ita seuerè, vt iudicialibus vel executionibus obligationum exigitur liquere de commissione iudicis: si enim appareat de relatione vel executione seruientis probè facta & notificata, etiam si non apparet de commissione iudicis inibi narrata: vel etiam si rusticus executor, puta vinearum custos, narret sibi mandatum à iudice rustico viua voce, ex quo solo defectu non potest actus reuocari etiam si sit de recenti: imò idem etiam si constet nullam fuisse iudicis commissionem, sed merè priuata authoritate prehensionem factam à domino nullam nec minimam quidem iurisdictionem habente: sed concurrente simul publica authoritate & securitate fidei publicæ, vt si dominus censualis nullam iurisdictionem habens accepent cõmissionem iudicis superioris in forma confortationis manus dominicæ censualis iectæ vel initiendæ, & executor narrat vel famulum domini manum se præsente iecisse, quam confortando superioris manum apposuit, quanquam enim aliter non appereat de originali prehensione vel impedimento publica authoritate facto, sed constet factum esse merè priuata authoritate: tamen quia satis cautum est, possessor non potest allegare defectum commissionis iudicialis primitiuæ manus domini, quæ concursu superioris satis firmatur, nec interest possessoris, imò potiùs illi prodesse potest, quia tanto minores sunt sumptus, & tanto minori dispendio manum leuari obtinebit. In locis autem vbi consuetudines volunt dominum per se (etiam si nullam iurisdictionem habeat) posse hanc manum iniicere, intelligẽdum vt faciat publico tabellione adhibito & testibus, vt liquere possit quid & qualiter actum sit, quoties in iudicium res adducetur, vtque possessor authenticũ exemplar habens, suos authores laudare vel aliter sibi cauere possit. Et ita intelligi & practicari debet consuetudo Aruerniæ, *tit. des fiefs. §. 1. & similes.* Vtcunq; ergo consuetudines liberã dent domino directo, ciuiliùs tamen, breuiùs & vtiliùs authoritate iudicis sui, si propriam iurisdictionem habeat in loco vel mandato seu commissione iudicis ordinarij, hoc exequetur iuxta no. in *l. creditores.*

* Dominus non priuata, sed iudicis authoritate debet procedere.

* Propria authoritate vtrum possit dominus hoc impedimentum facere.

C. de pign. ita etiam crebriùs vſitatur, vt diximus ſuprà *eodem num.* 75. vt ſcripto publici ſeruientis de toto actu ſemel conſtet, nec lite emergente ſit opus & ſolennitatem & ſignificationem poſtea teſtibus probare. Quinetiam multis conſuetudinibus quæ in loco ſuo neceſſariò ſeruandæ ſunt, ita expreſſim de commiſſione iudicis cauetur, vt in conſuetudine Meldenſi. §. 194. Syluanectenſi. §. 256. Bleſenſi. § 38. & 112. & in aliis citatis. 3. *eo. num.* 66. Et alioquin citatus dominus ad afferendum literas & acta quorum virtute prehenſionem vel impedimentum fecit, niſi doceret ſ. breuem terminum de congrua executione, actor leuationem manus obtineret.

79. Cæterum domini tam feudales quàm cenſuales poſſunt facere * confirmari à ſuperiore immediato vel à iudice præſidiali, vel à Rege per literas Cancellariæ, prehenſionem vel impedimentum in rem vel fructus factum authoritate ſua priuata vel ſui, ſi quem habeat, iudicis: & vulgo vocant literas regias confortationis manus, quando à Cancellaria regia obtinentur, vel commiſſionem confortatiuam, quando à ſuperiore ordinario loci. tamen in hoc præſidiatu rarò ſunt in vſu: niſi in prehenſionibus feudorum, in quibus de maioti periculo & præiudicio agitur, nec frequentatur in impedimentis rerum vel fructuum cenſualium, quia non agitur de tanto præiudicio. Tamen quando domini cenſuales nullam habent iuriſdictionem contentioſam in toto, tunc crebriùs ſolent accipere commiſſionem confortatiuam ab habente iuriſdictionem in loco cuius virtute faciunt eodem inſtanti ſuam manum confortari: ſæpe etiam rectà capiunt commiſſionem ad prehendendum vel impediẽdum per ſuperiorem: & regulariter ſufficit vnicum impedimentum vel interdictum domini vel iudicis iuſſu factum, ad cogendum poſſeſſores ad ſolutionem cenſus. Sed quid ſi dominus facto huiuſmodi arreſto, literas confortationis ſiue à Rege ſiue à præſide impetrauit & exequi fecerit: deinde cenſuarius offert reliquias cenſus & impenſas primi impedimenti, dominus petit etiam impenſas confortationis refundi? Breuiter puto quod ſi cẽſuarius non reſtiterit arreſto, nec illud vllo modo violare attentauerit, quod tunc non tenebitur refundere expenſas dictæ confortationis tanquam ſuperuacuas, & merè voluntarias maximè in locis vbi non ſolent frequentari, ſed potius ſolitum eſt ſatisfieri de reliquiis cenſus, non expectata fortiori ſuperioris compulſione.

* Literæ confortationis.

80. Quod dixi licere domino manum ſuam per ſuperiorem confortare, amplia ſiue incontinenti ſiue ex interuallo, ſemper tamen ſaltem in ordine præcedere debet manus appoſitio domini: quoniam literæ confortationis præſupponunt confortandum præcedere, & etiam ſemper habent illam clauſulam executori directam, ſi tibi appareat de appoſitione manus domini, noſtram appone vel prehende, & pone dicta feuda vel prædia cenſualia in manu noſtra confortando manum domini. Vnde ſi executor literarum confortationis eas exequeretur antequam eſſet appoſita manus domini, vel antequam ſibi de ea conſtitiſſet prout ex eius relatione conſtare poteſt, periculoſa eſſet executio. hoc anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo, quo hæc ſcribo, vt enim fert præſens curſus ſtyli palatini, hoc tempore iuſta eſſet appellatio ab huiuſmodi executione: & ſæpe vidi, in ſupremo Senatu pro appellantibus ab huiuſmodi incautis executionibus iudicari, male executum bene appellatum, & dominos intimatos etiam iuſtiſſimam prehendendi cauſam habentes, ob hanc ſolam nouam & inauditam * ſcrupuloſitatem: in expenſis cauſarum appellationis condemnari, & etiam in damnis & intereſſe realis executionis, erga peruicaces & malæ fidei vaſſallos aut cenſuarios.

* Contra ſcrupulositatis formulas.

81. Quanquam & moroſam ſubtilitatem (quæ fuit inuentum do. Petri Liſeti tum aduocati fiſcalis) mirabar cùm non eſſet ad commodum fiſci: imo eam erroneam & falſam ſemper cenſui, quoniam eo ipſo quod ſeruiens procuratori vel nuntio domini præſenti & ad hoc omiſſo, dixit ſe confortare manum domini: ſatis præſuppoſuit, imò aſſeruit eam appoſitam: & ſi tunc & non priùs (niſi probetur) appoſita cenſetur, prout tunc apponi potuit & etiam pluries repeti: ergo verba enuntiatiua propter ſe & pertinenter appoſita de his quæ tunc geri potuerunt, probant ea ſaltem tunc geſta, vt per Bart. in *l. prædia. de acquir. vel amit. poſſ.* Alex. *conſ.* 98. *lib.* 1. *conſ.* 191. *nu.* 21. *lib.* 6. & ſic appellatio non eſt admiſſibilis: quæ etiam non aliud quàm mera cauillatio eſt, & in iurium dominicalium derogationem & recurſus ad ſuperioris irriſionem.

82. Dicebam tamen tunc vigentibus illis nouis arreſtis, quod ſaltem illud de condemnandis dominis directis in damna & intereſſe debebat reſtringi, & ſanè intelligi inquantum realis executio facta fuit in vim literarum confortationis, & in earum executionem duntaxat. quia ſi dominus docuit quòd tunc res erant vel ſtatim poſitæ fuerãt ad manum ſuam, quamuis per imperitiam executoris incautè priùs proceſſerit ad executionem confortationis, quàm ſibi conſtitiſſet de appoſita manu domini, peruertendo tenorem & ordinem mandati, ſufficere ſatis criticis debet reuocare difformem mandati executionem cum impenſis appellationis, nec debent adiudicari aliqua damna prætextu excutionis realis, & ſi adiudicata fuerint idem eſt in effectu, quia ſanè intelligitur quatenus verè ſunt aliqua damna inde procedentia, ſed executio literarum confortationis nullum de nouo damnum attulit, ſtante prima vel incontinenti ſuperueniente valida & efficaci appoſitione manus domini, & ſic nihil inuenitur quòd horum damnorum nomine taxari poſsit.

83. Idem, ſi quauis alia de cauſa executio literarum confortationis ſit nulla, puta conformiter facta prout mandatur (videlicet poſtquam apparuit de appoſitione manus domini) ſed poſt annum à data literarum, tunc enim poteſt appellari ab executione, quia in hoc regno omnes commiſſiones à Cancellaria regia emanatæ ſunt annales in hoc quod lapſu anni (nili cœptũ ſit exequi) finiuntur, & ſic appellans obtinebit cum impenſis & abſque damnis & intereſſe per prædicta. Quod autem dixi manum dominicam vel ex longo interuallo poſſe confortari ſuperinducendo ſuperioris vel Regis fortiorem & valentiorem manum.

84. Sed hic inſurgit neceſſaria quæſt. Quid ſi iam lis mota erat & pendebat inter dominum directum & vtilem ſuper manus iniectione domini directi, puta quod vaſſallus aut cenſuarius intercеſsit, & cauſas oppoſitionis dedit & defendit, vel idem eſt, ſi dominum citare fecerit (vt aſſolet) ad afferendum literas & acta quorum vi prehendit aut impediuit, ad finem intercеſsionis formandæ, & obtinendæ leuationis manus, aut prouiſionis: citatio taliter cauſata ſeu libellata ad dominum peruenit, & ſic lis pendet per *Cle. 2. vt lite penden.* & pro no. Angeli & aliorum in *rubric. C. de in ius vocand.* An hac lite pendente poſſit dominus directus iterum prehendere, vel prehenſionem controuerſam * confortari facere per ſuperiorem dominum feudi, vel per Regem? Prima facie videtur quod non: ſed quod debeat expectare finem & eventum litis: Tum per regulam vulgaram & generalem vt lite penden. nihil innouetur: Tum per ſpecialem iuris prohibitionem in nouella 82. *in auth. de iudicib. in fi.* vbi ſpecialiter prohibetur ſacras formas ſiue programmata à principe vel eius Cancellaria impetrare pendente lite ſiue ſuper modo decidendi, ſiue ſuper modo procedendi, & per ſecundam peculiarem de hoc conſtitutionem nouell. 113. in auth. in medio litis non fieri ſacras formas, vnde pendente li-

* Confortatio lite pendente.

by Google

te non licet ſupplicare niſi fiat mentio de proceſſu & ſtatu cauſæ. Bald. Salicet. in *l.* 2. *C. vt lite penden. per cap. inter monaſterium. de ſentent. & re iudica.* Guido Papa *conſil.* 134. *col. vlt.*

85. Quamuis ergo dominus poſſit & debeat interim manum ſuam iam appoſitam exercere & continuare, hoc enim non eſt de nouo aliquid facere, ſed ſtatum qui erat tempore litis motæ & poſſeſſionem ſuam continuare quod ſemper licet, *c. laudabilem.* vt lite penden. Compoſtella. *innoc. in c. cùm M. Ferrarienſis. de conſtitut.* Innoc. in *cap.* 2. *in ver. inhibentes. de reſtit. in integ.* Io. Fabri. in *appellatione. col.* 1. *verſi. in tertio. C. de appellatio. glo. vlt.* & docto. in *c. non ſolum de appellatio. in* 6. Paul. *conſi.* 346. *forma capituli. l.* 1 Philip. Franc. C. Romana. §. *quod ſi obiiciantur de appellat. in* 6. tamen non poteſt innouare & multò minùs ad ſacram formam confortationis regiæ recurrere.

86. Quibus non obſtantibus contrarium dicendum eſt, eo quòd iuris communis executio nullam habet iniuriam *l. iniuriarum. de iniur.* nec dicitur aliquid innouare qui iure ſuo vtitur. Sed certum eſt iure communi conſuetudinario licere hanc manus confortationem quandocunque apponere. ergo etiam pendente lite maximè ab aduerſario mota, ne ſit in eius poteſtate præueniendo impedire alterum iure ſuo vti: imò idem ſi ipſe prehenſor litem intulerit, ſiue ſuper redintegranda manu ſua infracta, ſiue ad illam confirmandam, vel aliàs, quia iſta confortatio * eſt actus extraiudicialis ſicut & prehenſio, vnde non tenetur ad hoc faciendum petere permiſſionem à iudice litis, cum qua hæc confortatio quæ extra iudicialis eſt nihil habet commune.

* Confortatio eſt extra iudicialis.

87. Quinimo etiam ſi de primitiua prehenſione quæratur nullo modo impeditur fieri prætextu litis inter eaſdem partes iàm motæ: vel etiam conteſtatæ, vel etiam in cauſa appellationis etiam à diffinitiua pẽdentis ſuper iuribus feudalis vel cenſualibus eiuſdem fundi, vel etiam ſuper eadem apertura, qua de agitur quemadmodum, vt diximus *infra* §. 166 pendente lite inter creditorem & debitorem etiam ſuper nullitate vel ſolutione vel reſciſſione vel reſtitutione in integrum oblationis contractæ (ceſſante tamen ſpeciali ſuſpenſiua inhibitione cauſa cognita lata) non impeditur creditor habens inſtrumentum guarentigiæ illud facere exequi etiam ſine licentia iudicis, quia vtitur iure ſuo ſibi iam competenti & acquiſito. *l. iniuriarum actio.* § *de iniur.* & ita practicatur. Atqui iniectio vel confortatio manus dominicæ magis eſt extraiudicialis, quàm executio guarantigiæ.

88. Et ſic non obſtat regula vt lite pendente nihil innouetur. Minus obſtant nouellæ in medio litis non fieri ſacras formas: quia loquuntur quando quis pendente lite vult impetrare nouum ius ſiue nouum priuilegium vel gratiam, vt inquit Bal. in *d. l* 2. *C. vt lite penden.* ſiue mutando ſtylum ſiue meritum aut deciſionem cauſæ: debet enim procedi & iudicari iuribus antiquis, vt iubent dictæ nouellæ & leges codicis. *C. vt lite penden.* per tot. ſed hîc non agitur de nouo iure vel nouo ſtylo impetrando, ſed de veteri exequendo, tantũ abeſt vt de noua gratia impetuanda agatur.

89. Satis recordor me præſentem audiuiſſe contrarium olim ſemel iudicari in hoc ſenatu in publicis cauſarum actionibus, ſed cauſa minùs probè, vt ſæpe etiam iuuenis in illo feruenti rogatu * vſumenire vidi) defenſa circa finem menſis Februarij anno ſalutis ſeſquimilleſimo viceſimo quinto. In hac ſpecie dominus cenſualis fecerat prehendi (& ſic ſub conſuetudine prehenſionem concedente vt ferè omnes conſuetudines volunt) prædia cenſualia & commiſſarios deputari, quos poſtea citari fecit ad rationem reddendam. Tum poſſeſſor comparuit intercedens, & cauſam capiens pro commiſſariis, dominus metuens commiſſarios ſuos huius litis metu ſegniores fieri vel intimidari & manum ſuam contemptum iri, literas regias in forma vulgari & conſueta conformationis manus nulla facta mentione litis in Cancellaria regia Pariſiis impetrauit & exequi fecit.

* Thema.

90. Reus autem videns quod lite durante dominus iterum prehendi fecerat eadem prædia, vel veterem & controuerſiam prehenſionem confortari in vim litterarum confortationis regiæ, appellauit, non à literis ſeu cõmiſſione, quod impoſſibile eſſet, cùm non appelletur à Rege nec ab eius Cancellaria, ſed ab executione dictarum literarum regiarum, & cauſa vtcunque celeriter perorata obtinuit, dictumque fuit malè executum bene appellatum & intimatus qui erat dominus, condemnatus in expenſas cauſæ appellationis, damnis tamen & intereſſe reſeruatis in diffinitiua.

91. Et in hoc vltimo bene vt in ſimili dixi §. *eo. n.* 82. quia etiam ſi dominus in dicta appellatione ſuccumbere debebat, non erant noua damna ex ſecunda prehenſione vel confortatione, vtpote prima prehenſione ſemper durante debente durare. Sed vter ad ea tenebatur tam factæ quàm continuatæ prehenſionis, liquidandum erat per finem & exitum cauſæ principalis. Sed certè (niſi quia fuit alia occulta circunſtantia facti) dominus obtinere debebat, appellans verò in mulctam Regi & in expenſas domini condemnari debebat. Et iura vt lite penden. & in medio litis non fieri ſacras formas extra propoſitum per prædicta quæ valde ad rectam praxim & æquum iudicium tuendum formulariis ſcrupuloſitatibus amolitis notanda ſunt.

91. Sed quid retento themate procedentis quæſtionis §. *eo. nu.* 83. cùm literæ confortationis exequuntur poſt annum à data earum, ſi (vt plerunque aſſolet) manus domini fuerit appoſita ſimul eadem hora, nec de ea aliter conſtet quam per inſtrumentum executionis literarum confortationis, vulgò vocant relationem ſeruientis, qui refert ſe in tale prædium veniſſe cum teſtibus & procuratore domini, & prehenſione per dictum procuratorem in eius præſentia facta, confortaſſe manum eius per appoſitionem regiæ manus & commiſſarios deputaſſe. Tunc videretur totum annullari, tum quia propter connexitatem & vicinitatem temporis videtur vnus actus: Tum quia manus domini eſt neceſſaria pro ſubſtantia huius executionis, & videtur eſſe eius pars: Tum quia de oppoſitione manus domini non conſtat niſi per relationem ſeruientis, quæ eſt nulla propter nullitatem mandati ſeu commiſſionis ſuperannalis, & ſic totum eſt nullum per notab. in *c. cum dilecta. de reſcript. in cap. Piſanis de reſtit. ſpolia.* Tum in nullo credendum relationi huius ſeruientis, quia non creditur ei ſine literis & mandato ſuperioris: & intelligitur de literis validis, & adhuc in his duntaxat quæ mandatum & officium concernunt. Bar. in *l. prohibitum de iure fiſci lib.* 10. glo. & docto. in *c. cum parati. de appellatio*, dixi in annotat. ad Alex. *conſil.* 75. *nu.* 18. *lib.* 5. & ad Phil. Dec. *c. quoniam contra falſam. nu.* 21. *de probatio.* & ſuper ſtylo *parlamenti Pariſ. par.* 7. *arreſto* 25. Sed hîc deficit mandatum, vtpote lapſu anni, iam finitum & reſolutum & renocatum.

93. Quibus non obſtantibus dicendum valere & tenere cum effectu manus appoſitionem domini per dictum procuratorem factam, quia eſt actus per ſe ſubſiſtens, & diſtinctus ab executione ſeruientis & confortationis manus, quia illa fit à ſeruiente, hæc fit ab ipſo domino vel eius procuratore aut nũtio. Illa debet fundari in mandato ſuperioris & iuriſdictione publica: hæc autem ſatis fundatur & ſuſtẽtatur in ipſa poteſtate dominica & in lege conſuetudinaria. Vnde quantumuis confortatio ex defectu mandati vel formæ non valeat: remanet tamen valida prehenſio dominica, quæ in ſe non indiget iudicis aut ſuperioris mandato vel confirmatione, per nota. §. 1. *gl.* 4. *q. vlt. can.* 47. 48.

40. Quibus

94. Quibus adde Ludo. Roma. *conſi.* 497. *diligenter perſcrutatis col.* 3. Vbi decidit per citationem & relationem ſeruientis vitioſam & defectiuam non vitiari actum ad cuius ſubſtantiam non eſt neceſſaria. Idem latè Alex. Iaſ. Phil. Dec. in *l. cum quid ſi cert. petat.* Et etiam ſemper præſuppono non eſſe aliud in ipſa manu dominica, puta verè feudum eſt apertum, & nullæ ſunt inducię, vel non negatur rem cenſualem & cenſuarius reliquator eſt, & facta eſt debita tutáque denunciatio ſeu notificatio manusdominicæ. A

95. Amplio vt procedat etiam in locis in quibus non licet domino ſua priuata, ſed tantum ſuperioris vel iudicis authoritate & mandato prehendere vel arreſtare, quia ſatisfeciſſe cenſetur formæ & menti conſuetudinis, ex quo non ſua priuata, ſed publica & vera ſuperioris authoritate & commiſſione proceſſit, quamuis propter formulam qualitatis ſuperannalis finitã, quia in iſtis actibus & executionibus domanialibus magis ſimplicitas, veritas & bona fides, quàm ſcrupuloſa formularum ſubtilitas (quæ pro illis non eſt adinuenta) attenditur, *vt ſ nu.* 73. *& ſ. nu.* 98. 108. *ſæpe dixi.* Et ita Reipub. quin etiam ipſorum vaſſallorum aut cenſuariorum intereſt niſi ad malitiam & peruicaciam fouendam quod non eſt intereſſe, ſed labes cuius oppoſitum intereſt. Quid enim (vt ſæpe vſuuenit) ſi dominus commiſſiones habens paratas rogatu vel miſericordia vaſſalli vel cenſuarij diſtulit? ſi enim anno lapſo noua commiſſione opus eſſet, maior & nouus eſſet ſumptus qui in damnum vaſſalli vel cenſuarij recideret. B C

96. Secus ſi commiſſio eſſet falſa, quia tunc funditus deficeret ſuperioris mandatum, & dupliciter offenderetur conſuetudo: tum nulla funditus ſuperioris authoritate, tum falſi fabricatione. Nec huic ampliationi noſtræ obſtat quod neutrum valere debeat in locis vbi conſuetudo requirit prehenſionem fieri commiſſione & mandato ſuperioris, ex eo quòd primò actus non poteſt valere tanquam confortatio, cum mandatum confortandi anni lapſu expiraueric, nec etiam tanquam prehenſio ſimplex & non confortata, cùm non poſſit fieri priuata authoritate domini, quia reſpondeo ſatis eſſe quod manum non injecit temerariè, h. e. per ſe ſolum & ſua priuata authoritate ſed publica veri ſuperioris, per quod ſatisfactum eſt menti conſuetudinis loci reſtringentis licentiam poteſtatis dominicæ, quam non ſic reſtrinxit ad aperiendum locum captionibus, vtque vaſſalli & cenſuarij poſſint illudere & circumuenire actus dominicales, ſed vt actus illi fiant maiore reuerentia, cautione & fiducia, vtque de veritate ſtatim plenè cognoſci poſſit inſtrumento publici ſeruientis, quæ omnia hîc conueniunt. D

97. Et * relatio præfati ſeruientis plenam fidem facit de omnibus contentis in ea: quamuis enim commiſſio ſit ſuperannalis, tamen eſt vera & plenam fidem facit, & conſequenter inſtrumentum executionis in concernentibus & dependentibus plenam fidem facit: & ſatis eſt quod dominus non irrepſit nec ſe intruſit priuata authoritate. Minus obſtat ſi dicatur quòd in terminis dictarum conſuetudinum etiam infra annum datæ dictæ commiſſionis facta executio vel prehenſio non valeret. E

* Relatio ſeruientis ſiue apparitoris plenam fidem facit.

98. Ex eo quòd primò inſpicitur & attenditur prehenſio confortanda, quæ nulla eſt, niſi vt à ſolo domino ſine vlla commiſſione prehendendi facta, & quamuis præſto ſit commiſſio confortandi: tamen illa præſupponit prehenſionem præcedentem validam, & debitè factam & nunc confortandam, quæ deficit: quia reſpondeo quod conſuetudo volens dominum directum prehendere vel impedire authoritate & commiſſione iudicis, non vult nec intendit quòd res ponatur ad manum iudicis vel iuſtitiæ, ſed ad manum ipſius domini, per no. ſ. §. 1. *gl.* 4. *queſt.* 1. *num.* 15. & ſic etiam in terminis dictarum conſuetudinum dominus ſatisfecit menti conſuetudinis, etiam accipiendo primariam commiſſionem in forma confortationis, manus ſuæ priuatæ, dummodo non præueniat ex interuallo ſe ingerendo priuata ſola authoritate, ſed ſimul publica authoritate concurrente quod abundè ſufficit, nec debent in iſtis patrimodialibus formulæ ad vnum exigi.

99. Sed quid eodem themate retento, ſi non eſt alia notificatio quam per eundem ſeruientem, qui dictam executionem ſuam notificauit domino vtili vel poſſeſſori aut ſuis? Reſpon. Satis eſt ex quo * copiam dedit relationis ſuæ in qua manus domini appoſita narratur: Secus ſi non data dicta integra copia, ipſe vel alius denunciaret manum regiam eſſe adpoſitam, non facta mentione de manu domini, quia non valeret: ſed eo ipſo quod fecit mentionem confortatæ manus dominicæ, ex tali cauſa in talem rem, hoc ſufficit pro notificatione manus domini.

* Copia relationis.

100. Quantumcunque dominus vtilis ab executione dicti ſeruientis inquantum eſt executio ipſius ſeruientis dumtaxat, & non inquantum eſt executio domini directi, videlicet inquantum eſt inualida confortatio, appellare poſſet, vt ſub feruore dictarum formularum *ſub nu.* 90. poterat. Quibus ſeruientibus ego exemplo ordinatoris perpetui edicti in *l. Saluius de leg. præſtan.* ita temperabam, vt appellans ſolius confortationis dumtaxat retractionem cum impenſis appellationis hoc reſpectu petere poſſet, & adhuc niſi dominus directus ab initio conſentiret actum confortationis eſſe nullum, & ſe non velle ea iuuare, ſed ſola ſua manus appoſitione, & hoc debitè declarare vel notificaret appellanti, aut appellare volenti, offerendo etiam impenſas, ſi quæ à domino vtili prætextu executionis ineptæ litteratum confortationis factæ eſſent quia tunc dominus vtilis omnino deſinebat habere intereſſe & colorem grauaminis. vnde nolens acceptare, ſed voluntariè litigare non debebat obtinere expenſas: ſed in eas cadere, etſi poſt eam declarationem & prætenſi imaginarij grauaminis reparationem appellaret, & vſque ad ſententiam ſuſtineret, debuiſſet etiam tunc declarari inadmiſſibilis, & ſine grauamine, & nedum in expenſas erga dominum condemnari, ſed etiam in mulctam ſtiuolè appellatum: ſed nunc apertis æquitatis ianuis, liquet talem indeuotum vaſſallum vel cenſuarium, per ineptas nudarum formularum captiones iuribus domini ſui, & veritati inſidiantem, non eſſe admiſſibilem, vtpote ſine vero intereſſo & grauamine, & voluntariè & inſidiosè appellantem.

101. Nec prædictis obſtat quòd tempore dictarum formularum relatio aut notificatio dicti ſeruientis, quaſi nulla ex defectu validi mandati, non debebat facere vllam fidem de appoſitione manus dominicæ, ſed quòd dominus debebat aliter eam probare & notificare, quia dicebam quòd huiuſmodi relatio ſeruientis, licet tunc haberetur nulla quantum ad effectum iuris, inquantum concernit actum & executionem ipſius ſeruientis dumtaxat, & non actum ipſius domini: tamen non erat nulla in ſe, & quantum ad faciendam fidem, quoniam creditur nuntio, vel officiali ſeu ſeruienti publico in his quæ concernunt eius officium *d. c. cum parati. l. ſi quis decurio. C. ad leg. Cor. de fal. cap. ad audientiam. de præſcriptio.* & in connexis & dependentibus ab officio & mandato. Specul. in tit. *de citatione* § *ſequitur verſi. hoc autem.* Bar. in *extrauag. ad reprimendam in verſi. per nuntium. in l. à diuo Pio* §. *fin. in executione de re iudica. in l. vlt. de in integrum reſtitu. in l. ex conſenſu.* § *vlt.* & ibi Imol. de *appellat. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quand. iudex.* Bar. Paul. in *l. ſi publica. nu* §. 1. *de publica.* Bal. in *l magis puto.* §. *illud de reb. eorum in l.* 1. §. *ſi quis in ſi. quemad. teſt. aperi.* Rom. *conſi.* 497. *diligenter perſcrutatis. col.* 2. *verſ. creditur*

Panorm. Philippus Franciſc. Philipp. Dec. in *d. c. cùm parati.* Alcia.in *tract.de præſum.regn.3.præſum.* 4.tetigi ad Philipp. Dec. *cap. quoniam contra falſam. num* 21.*de proba.* Sed certificatio manus dominicæ eſt de connexis dependentibus: imò etiam de neceſſariis ad officium exequentis huiuſmodi literas confortationis: tamen non eſt verum omnino deficere mandatum, & litteras ſuperiotis, quia literæ non ſunt falſæ, ſed habent primordium veritatis. *l. cum filius heres meus. in fi. de legat. 2.*

102. Et ſic niſi chirographum executionis à ſeruiente factum de falſo ſub inſcriptione & periculo talionis arguatur & conuincatur, illi cum pertinentibus & connexis ſtandum eſt, ex conſtitutionibus regiis, & ſtylo curiarum Franciæ. Ex his etiam habes non eſſe inconueniens quòd data literarum confortationis præcedat iniectionem manus dominicæ, ſed ſufficit quòd earum executio non ſit præcedens & præpoſtera: & poſſunt ſimul fieri iniectio manus dominicæ & executio literarum confortationis: ſed ordine naturæ intellectus, cenſetur manus dominica quæ confortatæ præcedere. Ex his multæ quæſtiones facilè decidi poſſunt in praxi occurrentes & nonnunquam vel peritis difficiles.

* Si literæ cõfortationis emanauerunt à iudice incompetente.

103. Pone literas * confortationis à iudice incompetente (fortè alieni territorij) emanaſſe, certè ſola executio confortationis vitiabitur per *l. vlt. de iuriſd. om. iud. l. cum vnus* §. 1. *de bon. auth. iud. poſſ.* remanente valida & efficaci manu domini quæ per ſe ſubſiſtit nec alienis fulcris indiget. Idem in ſimilibus ſeruiens tamen puniendus eſt inquàtum officio ſuo deliquit: tum illud exercendo extra metas ſui territorij, ſi fortè eſt alterius prouinciæ, tum alieni iudicis commiſſione abutendo contra conſtitutiones regias, & ab eo appellari poteſt. Quòd ſi commiſſio ipſa non ſit in ſimplici & conſueta generali forma, ſed expreſſim continet exceſſum territorij mandatis: tunc non ſolùm ab executione, ſed etiam à iudice tanquam incompetente vel eius decreto appellari poterit. Galli dicunt *de bottroy de la commiſſion*, quum hæc nihil habeat commune cum prehenſione domini.

104. Sed occurrit valde neceſſaria quæſtio, quid ſi non appareat de aliqua manus appoſitione ipſius domini eius priuata authoritate vel alterius iudicis competentis facta: ſed ſolùm de prehenſione vel arreſto factis authoritate iudicis prorſus incompetentis, putà extra territorium? Et videtur non valere, ſed noua prehenſione opus eſſe: quia nullitas & vitium eſt in principio & ipſo fundamento, ex quo nihil validum elici aut ſuperædificari poteſt *l. ego tecum in princ.* & ibi Pau. *de except. rei iudi. l. qui bona fide* §. *ſi quis iuxta*, & ibi Bal. *de dam. infect. c. principatum, &c. ſequen. 1. q. 1.* Tum hoc caſu non eſt niſi vnicus actus & nullus, & ſic non poteſt dicere quòd dominus ſua authoritate dominicali & priuata vſus ſit & prehenderit, quia hoc non fecit, nec de hoc apparet, & hæc valdè ſtringunt.

105. Nec obſtant quæ ſcripſimus §. 1. *glo. 4. q. vlt. nu. 47. & 48.* de prehenſione feudi facta per commiſſionem iudicis ineptam & minimè ſolemnem: quia ibi non agebatur de iudice incompetente, ſed de iudice formam & ſolemnitatem alias in mandatis & commiſſionibus requiſitam omittente: quia tunc nihilominus valet prehenſio feudalis & ſimilis actus, qui poſſet etiam omiſſa iudicis authoritate celebrari, tunc enim ſatis eſt illum qui iubet prehendi & in poſſeſſionem mitti, habere hanc iuriſdictionem & poteſtatem puta in ſuo territorio, licet non ſeruet formam & ſolemnitatem alias requiſitam, ex quo ſumus in cenſu in quo illa forma & ſolennitas non requiritur, per ea quæ ibi & nuper diximus: ſed hic deficit poteſtas & fundamentum.

106. His tamen non obſtantibus puto rem manere prehenſam tanquam ab ipſo domino & in manu dominica, quamuis in quantum concernit mandatum & actum iudicis incompetentis poſſit appellari & obtineri declaratio nullitatis cum impenſis cauſæ appellationis vt in *d. gl. 4. nu. 47.* Et moueor quia dominus non cenſetur elegiſſe viam ad ſe impugnandum *l. 3. de teſt. milit.* Sed clarum eſt quòd dominus vi ipſa poterat per ſe ſolum prahendere, vel vtroque modo copulatiuè per ſe & per iudicem: igitur ſimpliciter imponendo authoritatem iudiciariam, non cenſetur ſuam & feudiariam ſeu domanialem iuriſdictionem excluſiſſe, & noluiſſe propria manu & poteſtate vti caſu quo eſſet ſibi vile, ſed potius in dubio cenſetur iudicis authoritatem adhibuiſſe accumulatiuè, & ad maiorem corroborationem actus ſui, vtque promptiùs pareatur prehenſioni ſuæ: non igitur cenſendus eſt voluiſſe ſe limitare ad ſolemnitatem & authoritatem alienam & non requiſitam. Nec eſt dicẽdum quòd hanc authoritatem iudiciariam elegerit pro forma & limitatione, ſed potiùs ad augmentum & ampliorem efficaciam actus, vtpote & dominicali & iudiciali poteſtatibus concurrentibus per no. in *c. cum ſuper de offi. deleg. in c. cum ex officio. de præſcrip. in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi fa.* Bal. in *conſi. 42. compromiſſum li* 1. Et quę latè no. Alcia. *tra. de præſum. reg. 3. præſ. 35.*

107. Tum nemo iudicem adeundo debet facere ius ſuum deterius *l. nemo proſequendo. de reg. iur.* Non obſtat *l. 1. §. in operis autem. l. de pupill. §. meminiſſe. de operis noui nuncia. l. ſi alius §. ait Iulianus. quòd vi aut clam*, quia longè alium habent cenſum quàm hactenus putauerint vt docui in nouis intellect. & tetigi. 3. *nu.* 75. Tum eo ipſo quod ſeruiens deferebat literas & inſtrumenta ſibi tradita à domino, vel de eius voluntate, videtur habere mandatum nedum à iudice incompetente, ſed etiam à domino directo, & ſic ſi non valet actus in vim mandati iudicis incompetentis, & tanquam factus per ſeruientem & perſonam publicam, valebit in vim mandati ipſius domini, & tanquam factus à quolibet procuratore vel nuncio domini, & ſub fide publica *ſuprà eod. nu. 95. cum ſeq.*

108. Tum vt ſæpe diximus, hæ iectiones manuum dominicarum quæ ſunt actus * dominicales & fauorabiles in caſibus à conſuetudine & lege inueſtituræ præmiſſis, vt hîe, non debent ad viuum exigi, ſicut executiones guarantigiæ aut aliæ, nec debet ſolemnitas aut formula attendi, ſed meritum ipſum negotij & veritas cauſæ, an videlicet ſimus in caſu vero & aperto huius prehenſionis nec audiendus eſſet indeuotus vaſſallus aut cenſuarius iuſtam manum domini impugnans ex eo ſolo quod in ſuperuacua formula imperitè electa, aut in electione iudicis ſuperuacuò additi per ſimplicitatem domini peccatum ſit. Et alioquin ſequerentur multa abſurda & iniqua, putà quòd contumax & infidelis vaſſallus, videns patronum ſuum (qui quàm mitiùs poterat agendo colonum ingrati vaſſalli commiſſarium deputari fecit) in ſolemnitate aliqua temerè & ſuperuacuò adhibita lapſum eſſe, ſeruatis tamen ſubſtantialibus & quæ actus feudalis requirit, fortè commiſſione accepta à iudice incompetente, ſileret: & tandem dum patronus diu fortè fictis pollicitationibus aut technis vaſſalli ludificatus, vult colonum vrgere ad redditionem rationum, vaſſallus colludendo, & colono ſeſe adjungendo intercederet: deinde ad ſummum viſis actis dictæ prehenſionis tanquam de nouo ad notitiam peruentis appellaret vel nullitatis argueret: & ſic patronum cauſa lapſum, in expenſas, damna & intereſſe damnatum: fructibus etiã medij temporis fruſtratum, ad initium nouæ petitionis vel prehenſionis redigeret, quinetiam releuiis aut aliis iuribus ſuis credere cõpelleret, vt cum dictis impenſis, damnis & intereſſe cõpẽſatetur. Et ſic vnde iura naſci debent, hinc oriretur iniuriæ: & occaſio legalium ſolemnitatem (etiam vbi non requiruntur) ad iniquum traherentur cõpendium, contra *l. meminerint, C. vnde.*

* Actus dominicales.

Digitized by Google

vi L. vlt. C. de vſucap. pro empt. in auth. de trien. & ſemiſſe. §. prohibemus autem, in prin. coll. 3. quod quàm ſit abſurdum & iniquum nulli non liquet.

109. Nunc recordor quòd in d. §. 1. *gl. 4. nu. 47.* ſcripſi commiſſiones * generales, arreſtis Curiæ infirmari, & ſic decretum iudicis & ſui ſeruientis executionem (ſi appelletur) eſſe ceſſanda, quanquam ſemper cenſui manum ipſam dominicam nihilominus manere debere in vigore ſuo: nunc vt clariùs veritas innoteſcat, & pro defenſione veteris circa hæc & iuſtæ praxis nimium à quindecim ferè annis adúſque quo hæc ſcribo anno 1540. nimia ſubtilitate turbatæ. Scio ab antiquo ſemper obſeruatum fuiſſe, non ſolum in hoc prælidatu, ſed etiam generaliter in hoc regno, huiuſmodi cõmiſſiones tam ad prehendendum quam ad confortandum eſſe generales, tam reſpectu rerum quàm reſpectu perſonarum ſeu poſſeſſorum, ſola ſpecificata perſona domini commiſſionem impetrantis, vt comperi tam ex vetuſtiſſimo praxis conſuetudinum Franciæ libro manuſcripto, quem penes me ab anteceſſoribus habeo: quàm ex plurimis antiquis eiuſmodi commiſſionibus quas ſemper in ea forma vidi, & ita nemine diſcrepante obſeruari, donec circa annum domini 1525. per quendam inſignem ſanè & doctum virum nempe do. Petrum Liſet. cœperunt huiuſmodi commiſſiones ſæpius in publicis cauſarum actionibus impugnari.

* Commiſſiones generales.

110. Cauſabatur me audiente & hanc nouitatem mirante, etiam inopinatus dum cauſæ occurrerent inſurgens, tum fiſcalis aduocatus in hoc ſummo Senatu, eas autem eſſe contra diſpoſitionem iuris communis tum ciuilis in *l. 1. C. de iur. domi. imp.* tum canonici in c. *cum multis de reſcr. in 6.* Quinetiam contra conſtituciones regias quibus generales protectiones & commiſſiones (quas vulgò dicunt de debitis) omnibus iudicibus interdicuntur, & pleraque alia quæ omitto, & in tantum eualuit vt nemine tum veterem formam defendente per plura atteſta appellantes ab eiuſmodi commiſſionibus, ideo obtinuerint, quia generales, dictúmque pluries me audiente, malè executum bene appellatum, intimaris (qui erant domini directi) condemnatis in expenſis cauſæ appellationis & in dammis & intereſſe prehenſionis ſiue executionis realis.

Quæ fuit cauſa vt in prima editione primæ partis præcedentis, quam ſæua & inopinata febri repente correptus præcipitaui, dum in §. 1. *gl. 4. q. vlt.* locus ſe obtuliſſet, de eiuſmodi commiſſione tractandi velut obiter & ſuſpenſo gradu tranſiens ſcripſero, commiſſiones generales per quædam arreſta Curiæ reprobari, quòd tamen æquitatis intuitu quantum potui temperaui, vt factum iudicis & apparitoris ſui dumtaxat deberet reuocari, non autem ipſa manus iniectio domini, quæ ſine vlla iudicis commiſſione fieri poteſt.

111. At tunc anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo dum pleniùs conſidero præfatam limitationem meam non ſufficere, & quòd etiam hodie vetus illa praxis per omnes ferè præfecturas huius regni notoriè obſeruatur, dominos autem directos bona fide ita ventes, non abeſſe à periculo ſi quis aſtutior appeller, cum etiam meminero me, pluribus dominis feudalibus, meru dictorum arreſtorum conſuluiſſe, vt commiſſiones ſuas confici curarent deſignatis ſpecialiter vaſſallis aut feudis prehendendis, quod à pleriſq; iudicibus & actuariis locorum non potuerunt obtinere, nolentibus illis à vetere formæ diſcedere, conſentaneum duxi veterem & commodioris in hoc praxis defenſionem ſemel aſſumendam quò deinceps magis ſit in tuto. Et primo de commiſſione ad prehendendum vel impediendum iure dominico feudali vel cenſuali, clarum eſt vbi conſuetudo commiſſionem iudicis non requirit, non debere eam vitiari eo prætextu quod ſit generalis, videlicet ad prehendendum quæcunque feuda aperta ab impetrante mouentia ex defectu hominis & iurium, vel ex defectu catalogi, vel cenſualia ex defectu ſolutionis cenſus, quæ petierit impetrans à ſeruiente, cui vel in genere dirigitur mandatum ex ea cauſa impediri vel prehendi, per not. 3. *eo. nu. 94.*

112. In locis autem vbi commiſſio iudicis requiritur, adhuc idem: quia quantumuis ſit generalis & incerta, tamen executio non poteſt eſſe niſi particularis, certa & ſpecifica, quia quot ſunt feuda aperta & prædia cenſualia, tot requiruntur prehenſiones vel impedimenta, in quibus ſingulis neceſſe eſt venire in rem præſentem, deinde vnamquamque executionem vnicuique poſſeſſori ſingulatim notificare. Et ſic nullum periculum, nulla circumuentio prætextu generalis commiſſionis fieri poteſt, nihilque inde contra ius aut grauamen aliquorum reſultat, imò quum commiſſio referatur ad prædia non ſolùm ſpecificè, ſed etiam corporaliter oſtendenda executori in rem præſentem corporaliter deducendo, qui iubet ſuis quibuſque poſſeſſoribus ſingulatim notificare, ſatis ea commiſſio dicitur per relationem ad corpora certificanda, certa & ſpecifica, etiam in individuo: quia relatum propriè & ſpecificè ineſt referenti. *ſup. §. 63. nu. 18.* Tum iudex qui nullam cognitionem adhibet, imò penitus ignorat, vtpote huiuſmodi mandatis à ſolo actuario conficiendis non magis inſtrueretur, nec ipſe executor ſpecificatione antecedente quàm concomitante executionem.

113. Præterea longè vtiliùs eſt, particulares ſeu ſpeciales * commiſſiones huiuſmodi denegari, & generales dumtaxat concedi, quàm è diuerſo: quia ſi pro ſingulis prehenſionibus, ſingulis quoque commiſſionibus opus ſit, neque res meliùs, neque ciuiliùs fiet, ſed duriùs, & cum maiore ſumptu, quam refundi oportebit à vaſſallis aut cenſuariis cum quibus mutuus veriſimiliter acturi ſunt domini directi & officiales eorum, quanto minore ſumptu (puta vnica & generali commiſſione) iura ſua exequi potuerint. Quæ ſingulæ rationes militant etiam pro commiſſione à ſuperiore vel præſide prouinciæ obtinenda ad confortandum manum dominicam vt generalis eſſe poſſit & debeat, quum etiam referatur ad certam & à certis corporibus factam prehenſionem confortandam. Quòd autem vna huiuſmodi commiſſio pluribus ſpecificis actibus vſui ſit, quæ eſt inuidia, ſi quòd breuiùs & paucioribus ſit, meliùs & minore ſumptu fiet? *l. vlt. C. de donat.*

* De ſpecialibus & generalibus commiſſionibus.

114. Reliquum eſt oſtendere quàm leuia ſint & friuola quæ in contrarium eiaculata ſunt: & primò * *l. 1. C. de iure dot. imp.* loquitur quando creditor petit bona ceſſantis debitoris ſibi adiudicari iure dominij in ſolutum pro debito, in quo cum agatur de graui præiudicio & periculo captionis & iniuſtitiæ merito prohibetur vniuerſa bona debitoris ceſſantis etiam hypothecara adiudicari creditori in genere. Sed debet exprimere quantitatem debiti, & ſolemnitatem quæ præceſſiſſe debet, & bona vel pignora ſingularia quæ petit adjici & dari in ſolutum, vt ſciatur ſi qua fraus vt iniquitas adſit, adhibita etiam cauſæ cognitione, quæ aliter adeſſe nequit: quod eſt prorſus impertinens ad materiam noſtram, in qua ceſſat eiuſmodi periculum, & fraudis, & iniquitatis occaſio, & nulla eſt cauſæ cognitio.

* *l. 1. C. de iure dot. imp.*

115. Et minus ad rem facit d. c. * *cum in multis de reſcript. in 6.* quia loquitur in commiſſionibus ſeu delegationibus cauſarum ad euocãdum partes à propriis & ordinariis iudicibus coram certis delegatis, quod eſt contra ius commune, exorbitans, periculoſum, & in occaſionem multarum fraudum & vexationum à frequentantibus Romanam curiam inuentarum: quare ad certum ſaltem perſonarum expreſſarum numerum reſtringi debuerunt, prout etiam Bonif. ille 8. fecit in d. c. *cum in multis*, quorum nihil cum præſenti

* *C. cum in multis de reſcript. in 6.*

materia commune habet, in qua nullus intercipitur, A nec à proprio iudice auocatur, ſed in cauſam oppoſitionis coram proprio iudice dies illis dicitur. Et ſic patet quòd illa iura, & familia minus ad rem faciunt quàm §. *gallicanum*. Conſtitutiones autem regiæ nullatenus veteri huic praxi derogant, nec de eiuſmodi commiſſionibus loquuntur, ſed ſolum, *des lettres*, de debitis, *ou ſauuegardes generales*, quæ Cancellariæ regiæ reſeruantur, vt patet in §. 60. conſtitutionum publicatarum anno domini 1512. quæ nihil habent commune cum iſtis commiſſionibus domanialibus de quibus nunc agitur, vt vel lippis & tonſoribus (ſi ad rem attendant) patere poteſt, vt cum glo. loquar. in *l. quidam cum filium de verb. obligatio.* ne remorer in narrandis ad longum omnibus quę vel imperitis no- B ta eſſe poſſunt.

116. Et ſic concludo veterem illam praxim iuſtam & iuridicam, eſſe Reip. vtiliorem quam formam diuerſam, atque ideo retinendam, etiam ſi præfato Do. poſtea præſide primatio magis læſa fuerit: luculentum exemplum antiquam praxim non eſſe leui ſubtilitate temerè mutandam, *l. minimè ſunt mutanda. l. ſi de interpretatione de legibus*, ſed demum ex euidenti vtilitate *l. in rebus nouis de conſti. prin.*

117. Vltimò notandum quod de natura omnium huiuſmodi * commiſſionum ſiue ad præhendendum, ſiue ad impediendum, ſiue ad manum confortandam, eſt vulgata illa præciſa clauſula: *& en cas d'oppoſition la main tenant*, hoc eſt in caſum oppoſitionis executione ſtante & effectum ſortiente, citetur opponens, C &c. Verum quod hodie imperiti quidam dicaſtæ veteris praxis & conſuetudinum ignari nolunt hoc in cenſu admittere, quod in feudo conuellere non audent. Atque conſuetudines non minori vigore quanquam minori effectu tam in cenſu quàm in feudo concedunt, quod etiam æquum eſt, ne ſimplici oppoſitione poſſit cenſuarius dominum directum ad formam actionis relegare conſuetudinem ludificando. Quod autem dixi, non ſolum iuri publico conſuetudinis, ſed etiam veteri praxi & æquitati conformatur. *adde ſupra ead. gloſſ. num. 66. & 71.* Idem in omni materia in qua reo inuito incipitur à reali executione ante cauſæ cognitionem. Vnde ſi pro executione inſtrumenti publici petatur commiſſio, ponetur d. clauſula per not. infrà §. 166. Secus in executione ſententiæ cauſa cognita latæ, vel arreſti: quia non admittitur oppoſitio condemnati, ſed tantum appellatio à ſententia inferioris, non autem ab arreſto ſupremæ Curiæ. Et hoc dummodo executio fiat infra annum, alioquin etiam arreſtum non habet promptam executionem, etiam contra condemnatum ſi intercedat, ideo an commiſſione poſt annum ſententiæ vel arreſti obtenta, non ponitur dicta clauſula præciſa, ſed mandatur fieri præceptum vel exequi, & in caſum oppoſitionis, opponentem citari dicturum cauſas, &c. De quibus dicemus j. *tit.* 16.

118. Sed quid dum authoritate iudicis fit huiuſmodi prehenſio, poſſeſſor * appellet tam à decreto commiſſionis quàm ab executore, an nihilominus E ſeruiens poſſit vltrà procedere, & commiſſarios cum effectu adhibere? Videtur quod non, quia certi ſunt caſus dumtaxat in regiis conſtitutionibus contenti, in quibus licet vltrà procedere non obſtante appellatione, alioquin ſemper in hoc regno deferendum eſt appellationi, quæ regulariter vtrumque ſuum habet & ſuſpenſiuum & deuolutiuum effectum: ſed inter illos caſus iſte non reperitur. In contrarium videtur quòd etiam ſi cauſam nunc per appellantem inchoatam deuoluat, poſt ipſum articulum appellationis dumtaxat: non tamen actum iure publico conſuetudinis ſubnixum ſuſpendit; præſertim attenta principali & naturali ſubſtantia & qualitate actus: qui propriè eſt (vt vulgò dicunt) domanialis, & extraiudicialis non iuriſdictionalis, vt in ſimili ait Alex. *conſ.* 185. *col. vltimum*, 30. *lib.* 3. ſed executorius & conſeruatorius poſſeſſionis patrimonialis domini directi eſt magis factum priuatum domini quàm iudicis, vt dixi ſupra §. 1. *gloſſ.* 4. *num.* 46. Non ergo videtur hîc recurrendum ad caſus conſtitutionibus regiis comprehenſos, quin etiam ſatis in eis caſus iſte comprehendi videtur dum volunt omnes executiones obligationum regio aut alio authentico ſigillo munitarum ſortiri effectum vſque ad ſufficientem & realem pignorationem, non obſtantibus appellationibus aut oppoſitionibus quibuſcunque, vt conſtitutio *Caroli* 8. §. 54. Conſuetudo autem vim executoriam tribuens his iuribus dominicis, non eſt minor quocunque ſigillo authentico, cum etiam ſub regio ſigillo ſit homologata.

119. Breuiter dicendum quod aut huiuſmodi appellatio * non imponitur per eum ad quem ſpectat, ſed per extraneum non docentem de mandato, & nihil operatur, nec ſuperſedendum eſt. Aut per ipſum poſſeſſorem vel eius procuratorem de legitimo mandato docentem, & tunc quamuis priuata & merè extraiudicialis manus domini non impediretur nec ſuſpenderetur, quando conſuetudo (quod ratum eſt) hoc domino ſine vllo iuſtitiæ miniſterio concedit: tamen vbi iudicis authoritate fit, quamuis quod iam factum eſt non extinguatur nec ſuſpendatur in ſe & de iure: tamen progreſſus facti ad vlteriora impeditur, donec aliter per iudicem decretum ſit: non enim poteſt apparitor (cum hoc in mandatis non habeat) non obſtante appellatione procedere. Et ita intelligenda ſunt quæ in materia prehenſionis feudalis dixi *ſupra* §. 1. *gloſſ.* 4. *queſt.* 6. Sed hæc diſtinctio ceſſat in domanio Regis. vbi ſemper non obſtante oppoſitione & appellatione & ſine præiudicio procedi mandatur: quod eſt verum in caſibus, vti alias de iure vel conſuetudine poteſt incipi ab executione, aliàs (quicquid fiſcales dicant) ſecus eſt *per l. res quæ de iure fiſci. l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. lib.* 10. *l. vlt. & ibi gl. verbo. copia. C. de bo. vocan. libro* 10. & alibi plenius dixi.

120. Cæterum * appellari poſſe & ſuſpendere quandoque vtile eſt: ſimplex * enim oppoſitio non impedit dominicam manum in forma conſuetudinis iniectam, nec eius progreſſum: ſed quandoque contingit poſſeſſorem promptas & iuſtas habere cauſas oppoſitionis, & valdè ſua intereſſe realem miſſionem in D poſſeſſionem & velut ſequeſtrationem non pati: ideo ſi non ſolum de iuſtitia, ſed etiam de liquida probatione confidit, poteſt à commiſſione & eius decreto vel executione appellare: & cum ſtatim de iure ſuo docere poſſit, non vtetur remedio conuerſionis in oppoſitionem refuſis impenſis: ſed cauſam intrepidè dicet, vt quando ſtatim docere poteſt ſe iura præſtitiſſe & inueſtitum eſſe, vel ſententiam pro ſe habere. Et ita ſæpè conſului veteribus vaſſallis, quia nouis officialibus dominorum nouæ prædæ inhiantium infeſtantur.

121. Nec poterunt iura domini directi longa appellationis mora diu fruſtrari: poteſt enim appellantem ſtatim etiam non expectato octiduo anticipare, hoc eſt in ius vocare breuiſſimo die coram iudice ad quem, & in eadem anticipatione apponere clauſulam ad finem prouiſionis, vt decernatur prehenſionem interim prouiſionaliter tenere, & ſic ipſa prima die aſſignationis, ſi appellans nondum ſit paratus cauſam dicere, vel appellationis cauſa longius (vt fit) protrahatur, petet dominus vt per prouiſionem prehenſio ſua teneat, & ita per iudicem decernetur, niſi appellas ſaltem ſummariè doceat de iuſta cauſa impediendi vel ſuſtinendi. Quòd ſi appellator appellatione cadat vel renuncier, trahitur retro: tenebitur enim à die manus injectæ illam redintegrare, etiam ſi cauſas oppoſitionis prætendat, ſuper quibus ad iudicem remittatur, non enim ſuper illis inuito domino directo audietur,

a De cõmiſſione prehẽdendi, impediendi & cõfortandi.

b De appellatione à decreto commiſſionis & executore.

c Appellatio

d Praxis.

e De ſimplici oppoſitione.

nisi manu eius redintegrata, iuxta not. ſ. §. 45. q. 3.

122. Et quia in materia anticipationum obiter aliquid nouè dixi, breuiter notandum quòd regulariter * omnis appellans (qui non vult habere regreſſum contra alium quod excipio propter notata per glo. vlt. & Salic. in *l. Herennius de euictio.* per Bar. Salic. in *l. ſi procuratorem* §. *ſi ignorantes.* mandat. per Bart. Alex. in *l. inuitus. C. de procurat.* Per Io. Imol. in *c. vlt. vol. 4. ext. de empt. & vend.*) poteſt liberè deſiſtere ab appellatione debitè notificando, & re integra, id eſt, antequam ſuper appellatione ſit in ius vocatus, anticipationem pragmatici vulgò vocant à crebriori euentu, quia non ſolent appellati tempus deſertionis præuenientes citare appellantem ad dies ordinarios poſt tempus fatalium futuros, ſed tempus anticipare. Ideò (vt ſæpe in publicis cauſarum actionibus huius Senatus iudicari vidi) huiuſmodi anticipatio non poteſt regulariter impetrari ante octiduum. Tamen hoc caſu iſte deſiſtens (etiam ſi infra octiduum deſiſtit) debet impenſas, ſi quæ ſint, offerre.

* De Anticipatione appellationis.

123. Quamuis enim quando à ſententia à iudice prolata appellatur liceat infra octiduum liberè renuntiare ſine impenſis, quia ex ſtylo & conſtitutionibus regiis tacitè ineſt, vt infra octiduum liberè renuntiari poſſit, & iure communi condemnatus habet decennium, liberum ſecus vbi non à ſententia ſed ab executione appellatur, vel etiam à decreto executorio ſine cauſæ cognitione miſſo. Tunc enim inducię octidui non habent locum, & ſemper ſatisfaciendum de impenſis vel damnis retardatæ executionis, prout non expectato octiduo poteſt eodem vel ſimili caſu fieri anticipatio. Scio vulgatam praxin impetrandi literas à Cancellaria ad finem appellationis ſine mulcta mutandæ in oppoſitionem, vt de ſtylo ſunt neceſſariæ poſtquam appellatus præuenit anticipando.

124. Ita aliàs non ſolùm intra fatalia, ſed etiam poſt appellationem deſertam (niſi appellans vocatus ſit ad ſuperiorem ſuper deſertione) poteſt coram ordinario etiam ſubalterno vel non regio iudice parte vocata, * cauſas oppoſitionis dicere impenſas rationabiles appellationis à qua deſiſtit offerendo. Nec obſtat appellationem deſertam eſſe: quia cùm nulla præceſſerit ſententia quæ eius fecerit per appellationem peremptum vel ſuſpenſum *l. 1. in fi. ad Senatuſc. Turpilia.* nihil eſt quod in rem iudicatam tranſeat, nihil quod confirmari poſſit niſi ſimplex commiſſio & executio, vt videlicet ea ſtante (donec cauſa cognita aliter ſtatuatur) in cauſis oppoſitionis procedatur, prout hoc eſt de natura huiuſmodi commiſſionum & executionum præſertim domanialium, & conſequenter non ſunt neceſſariæ aliquæ literæ regiæ, niſi vt ad mulctam virandam reſtituatur à deſertione ſuper qua impetitur quæ iudicem à quo non impedit, ſed potiùs iuuat partibus ſuis fungi.

* De cauſis oppoſitionis dicendis, refuſis ipſi confiſis.

125. Cæterùm vetus ille rigor quo * mulcta ſtatim ab appellatione emiſſa niſi appellans vinceret, videbatur fiſco quæſita, meritò exoleuit, niſi inquantum per conſtitutiones regias vel ſupremi Senatus, mulcta in pœnam fruſtrationis imminet, non tam fiſco quàm fruſtrationem paſſo applicanda. Mulcta verò non deberur niſi ex die adiudicationis, ita quòd non debetur redemptori cuius tempus finitum eſt ante ſententiam, vt ſuo loco dicam. Non ignoro quaſdam conſuetudines etiam renuntianti appellationi infra octiduum apud acta mulctam imponere, *vt conſuet. Pictauiæ* § 12. Aruernæ *tit.* 50. §. 3. ſed de mulcta valdè modica loquuntur & apud inferiores ſubalternos nec regios iudices, non autem de regiis iuriſdictionibus, quæ à quæſtuariis captionibus remotiores & puriores eſſe debent, & præſtaret huiuſmodi mulctas arbitrarias eſſe, iuxta *l. eos* §. *ne temerè. C. de appell.* Eſt enim quid nouercale iuſtitiæ, probabilem vel dubiam cauſam appellandi habentes graui mulctæ ſubijci, quos autem conſtat iniquè litigaſſe & iniquius prouocaſſe, nõ grauius mulctari. Quòd appellatus poſtquam ſibi vt ſupra ſatisfactum eſt, vel debita ſatisfactione oblata, in ius vocare appellantem, ſine ſuper appellatione, ſiue ſuper deſertione caderet ab ea inſtantia cum impenſis. Plus dico, quòd etiam ſi appellans præuenerit, & iam lis pendeat coram iudice, ad quem etiam ſubalternum, puta Bailliuum Allonæ caſtri ante centum annos ab Anglis diruti, hæredij proauiæ maternæ filiorum meorum, poteſt, imò debet Bailliuus ille audito procuratore fiſcali d. caſtellaniæ appellationem huiuſmodi conuertere in oppoſitionem vel annullare ſine mulcta, & appellantem in expenſas appellationis condemnatum admittere ad cauſas oppoſitionis dicendas, vel ſuper his remittere ad præpoſitum primæ inſtantiæ. Idem multò fortius poteſt & debet iudex regius audito procuratore Regis ſine literis Cancellariæ Regiæ, nec obſiſtere poteſt appellatus, cuius iam non intereſt. fac. nota. ſ. *ea. glo. nu.* 100.

126. Nec obſtat conſtitutio regia lata anno 1512. art. 33. quæ tacitè prohibet annullare applicationem, dum iubet firmiter ius fieri, an benè vel malè appellatum, quia primò dicta conſtitutio de regiis tantum iudicibus loquitur, vt patet ibi, *Noſtre procureur*, & ad finem, Ne iudices regij gratioſè remittant mulctam Regi debitam: ſecus ergo de iudice non regio. Præterea loquitur dumtaxat de appellat. à ſententiis latis poſtquam ſuper productionibus partium concluſum eſt in cauſa, practici vocant *Procez par eſcrit.* Secus in appellationibus à verbalibus etiam verè iudicialibus: ergo multò minus procedit in huiuſmodi extraiudicialibus appell. Tum conſtitutiones non intendunt obſtruere iudicibus ne lites abbreuient, & partium ſumptibus pareant, & omnis contraria interpretatio etiam peruerſa ſtyli reijcienda eſt.

127. Quando verò ageretur de reſtituendo à deſertione mulcta vel ſententia iam incurſa, neceſſariæ eſſent literæ Cancellariæ Regis, etiam coram iudice ſubalterno, niſi ageretur de ſolo intereſſe domini loci, cuius vel ſui procuratoris conſenſus ſufficeret. Et quæ ſ. dixi de appellatione à prehenſione, procedunt etiam ſi à literis confortationis manus vel earum executione appelletur ſiue à Rege, ſiue ab inferiore ſint conceſſæ.

128. Cum hæc anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſcriberem, * conſultus fui ſuper appellatione eadem die interpoſita per dominum directum qui commiſſionem impetrauerat ad prehendendum omnia prædia à ſe mouentia in cenſum, ex defectu declarationis prædiorum & confinium, exhibitionis literarum acquiſitionis, in loco vbi conſuetudo hoc caſu non permittit vt hîc: hanc commiſſionem tradidit exequendam ſeruienti, qui tamen non fuit ſequutus erroneam & præproperam illius formam: ſed ne vacuus rediret prædia Titij ex defectu cenſus, & commiſſarios appoſuit. Titius, ſiue ſecretarius, ſiue conſiliarius regius habens cauſas ſuas commiſſas præfectis libellorum ſupplicum palatij, fecit coram eis euocari dominum ad afferendum literas & acta, quorum virtute prehenderat: dominus exhibet prædictam commiſſ. cum relatione ſeruientis, illicò Titius difformitatem commiſſionis & executionis per earum lecturam oſtendens apud acta ſedentibus præfectis, ab illis obtinuit in promptu diffinitiuè malè executum, & in expenſis litis, damnis, & intereſſe prehenſionis condemnari dominum qui appellauit. Reſpondi eo tempore 1540. propter quorundam formulas dubiam & periculoſam eſſe eius appellationem, tutiuſque fore illa omiſſa de nouo prædia prehendere, & cautius agere: inconſultè enim egit commiſſionem executoriam cauſa non cognita in caſu à iure & conſuetudine non permiſſo imperrando, ſed inconſultius dum eandem commiſſ. cum relatione executoris aduerſario ſimpli-

* Themâ.

citer exhibuit: hoc enim faciendo feudabat prehensionem in commissione quæ erat nulla & difformis. Cum enim non valeat commissio, executio ad eam relata non valet, ex quo de commissione penitus vitiosa constat: relatum enim pars est referentis: & instrumentum se referens ad aliud est pars relati. Bart. *l. in ciuile de legibus*. Ludo. Rom. *consil.* 305. Alex. *conf.* 55. *nu.* 8. *lib.* 4.

129. Præfata autem commissio non continebat aliam causam quàm defectum declarationis, ex qua causa non potest à prehensione inchoari, sed præcedere debent monitiones ad finem declarandi congruo ad hoc termino præscripto vel publicato, cum comminatione prehensionis futuræ, deinde contumacia subsecuta & iudicata, decretum prehensionis, ad quod exequendum datur commissio, tum demum ritè obtenta & legitima. Solent etiam initio ad hunc finem obtineri literæ à Cancellaria regia, quas vocant, * *De papier terrier*, seu libri censualis conficiendi.

Papier terrier

130. Quòd si illa commissio alternatiua vel copulatiua fuisset etiam ad finem ex defectu census prehendendi, poterat executio ex causa valida etiam de rigore sustineri: itaque dominus bonam alioquin causam incautè procedendo amisit. Si enim suppressa inepta commissione declarasset se executionem appatitoris ex defectu census & in vim consuetudinis dumtaxat sustinere, optimo iure si etiam per formulariorum iniquitatem licuisset, obtinere debebat etiam si de commissione non constitisset: possessor enim reliquator erat, nec in his domanialibus admissibilis erat, ad exigendum commissionem edi, etiam in locis vbi consuetudo absque iudicis commissione prehendere vel impedire non permittit: quia alioquin executio probè facta est, nec minus obligabat dominũ, quàm si de commissione constaret, nec interest possessoris nisi ad illudẽdum domino moram census passo, qui satis grauatur amittendo sumptus inepræ vult perditę commissionis: nec est indulgendum indeuoto & reliquatori censuatio formularum occasionem trahere ad iniquum compendium. *l. vlt. C. de vsucap. pro empt.*

131. Plus dici potest quod rectè interpretando & considerando dicta appellatio defendi debuisset per ea quæ nuper diximus, prout in veritate apparet seruientem habuisse mandatum ad prehendendum ex defectu census, ex quo dominus ratum habet quod solùm sufficit, etiamti constaret seruientem non habuisse hoc in mandatis: idque ex natura ratihabitionis. *l. vlt C. ad Mac. d. ca. ratihabitio de reg. iur. in 6.* Nec obstat quod ratihabitio non habet locum in exercitio iurisd. *l. obseruare in fi. de off. proc. & legat. ex parte decani de rescript.* quia hæc manus iniectio magis est priuati quàm publici iuris, vt sæpe dictum est. Præterea non est præsumendum seruientem hoc fecisse nisi dominus expressim nullisset, & ita intellectum fuisset: quare admissio superuacuæ & inepræ commissionis, nec impedit, nec tollit effectum manus & potestatis ipsius domini, nec est præsumendum quod dominus potestatem per se habens voluerit se limitare ad vires & fines erroneæ commis. imò potiùs quòd noluerit sequi errorem commissionis, nec se illi conformaret, ex quo apparet de actu difformi & apto, quin potiùs præsumendum est errorem commissionis per actuarium aut scribam præter conscientiam domini commissum prout in his modicis non solet esse solliciti, vt omnia præuideant: præterea censuarius in nullo læditur neque per erroneam commis. cuius error non fuit deductus ad effectum neque per prehensionem, quæ est facta in casu vero & permisso, & satis per se subsistente in virtute consuetudinis & potestatis dominicæ.

132. Ideò sufficiebat quod iudices declararint dictam commis. nullam iubendo censuarium causas oppositionis tradere aduersus dictam prehensionem, ex defectu census factam, quatenus in consuetudine commissionem iudicis hoc casu non requirente, & in potestate dominica tanquam actus domanialis legitimè fundatur. Et quamuis hæc allegari potuissent coram supremis iudicibus, ad quos tamen propter periculum dictarum formularum nondum deferuentium, & quia de modico agebatur, consului quod in tempore magis expediebat, videlicet ad nouam prehensionem redire, quam sumptuosam laborioſam & periculosam victoriam affectare, tametsi tum nuper anno præcedenti, videlicet 1539. in alia causa satis ardua, de qua 3. §. 23. *nu.* 10. *vsque ad nu.* 17. vicissem tandem in suprema & amplissima Franciæ Curia quædam nobilis vidua quæ secundùm consilium meum non obtinuerat Blesis, sed visis à supremis & æquissimis iudicibus rationibus meis & ipsis chartis iam exaratis, me sæua febri tertiana decũbeante, in Senatum delatis per amplis. & æquissimum Senatorem D. Iacobum de Ligneris eius causæ referendarium, qui nuper magno reip. & totius togati ordinis damno præses in eodem Senatu obiit 1556. & sic corrigendo sententiam Baillui Blesensis præfata mea sententia 3. §. 23. *nu.* 10. amplis.* ordinis arresto confirmata fuit, contra comm. omnium ferè etiam antiquorum aduocatorum opinionem & spem, nec dubium quin idem de laudimiis rei censualis etiam domino prærogatis dicendum sit: pleraque alia id genus festinans prætereo.

* Arrestum.

133. Ad quintum art. supra *nu.* 6. *in fi.* de effectu, dicendum quòd dominus censualis nullo modo facit fructus suos, sed tantisper impedit dum census soluatur vel consignetur. & hoc est generale in toto regno, excepta consuetudine Carnotensi §. 45. & Arthesiensi §. 16. vbi dominus censualis sicut feudalis, potest vsque ad agnitionem & solutionem census & iurium censualium fundo censuali prehenso frui, & fructus lucrari, confuso tamen censu pro tempore quo sic fruitur, quod est multum durum, non tamen iniquum, tum quia dominus qui concessit non tenetur implere non implenti, tum quia censuarius facilè sibi consulere potest consignando reliqua census trium ad summum notissimorum annorum, vt in d. Carnotensi *consuet.* §. 46. Cæteræ consuetudines huic nostræ quæ mitior & communior est, crebriùs in hoc conformantur.

134. Tenetur ergo dominus commissarios idoneos re & fructibus impeditis adhibere, rationem reddituros censuatio manu leuata, vel ipsi censuario permittere rem curare, & fructus colligere: nisi ipse dominus rationarius effici velit, & nomine proprio ad redditionem rationum censuatio suo obligari, in quo de ratione culpæ & aliis dicendum est, vt in simili prehensione feudi ex defectu catalogi diximus *supra eo. nu.* 17. *& supra* §. 9. *gloss.* 7.

135. Sed quid si censuarius fregerit impedimentum, puta sine permissu domini vel iudicis & inuitis commissariis fructus impeditos auferendo? Quamuis consuetudo nostra non loquatur hîc de aliqua mulcta, tamen generalis consuetudo Regni & obseruantia est infractionem hanc esse mulctandam, & cùm hoc sit consentaneum iuri ex not. per gloss. & doct. in *l. nemo Martyres. C. de sacros. eccles. in l. vnica. D. si quis iudici non obtemp.* vltra restitutionem fructuum, & redintegrationem manus dominicæ mulctandus est infractor à iudice pro modo admissi. Si n. ignorauit, sed supina ignorãtia, quia cõgrua facta erat notificatio: vel si ab initio incongrua, tamen postea abiit in sufficientem viciniæ notitiam: minor arbitrabitur mulcta, quàm si ex contemptu & certa scientia: non tamen fructus amittit quos tamen redintegrando manum domino & vt pignus restituet: sed soluto censu sumptibus & mulcta, vel his super fructibus deductis, reliquum recuperabit.

136. Quòd si arrestum non fuit debitè nec ab initio

nec poſtea notificatum nulla eſt infractio, nulla reſtitutio, quia tale arreſtum pro nullo habetur. Cæterum quamuis ante redactionem harum conſuetudinum mulcta eſſet 60. ſolidorum Pariſ. vt ex libris antiquis manuſcriptis liquet: tamen cùm illa huc non ſcripta nec ad intelligentiam neceſſaria ſint, ſed antiquata: & quantitas mulctæ non determinetur hîc, à noſtra conſuetudine ſcripta & redacta: remanet in * arbitrio iudicis per not. Bald. Paul. in *d. l. Nemo martyres.*

* Mulcta arbitraria & quomodo.

137. Debet tamen illud arbitrium conformari communi obſeruantiæ per no. in *auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit.* Etiam circumuicinorum locorum, cùm non ſit dubium de re, ſed ſolum de quantitate vel modo *c. cum ſuprà. eod. de cenſib. cum ſimilib. adductis* 5. §. *glo. vlt. infi.* Cùm igitur ſecundum circumuicinas imò ferè totius Regni conſuetudines, mulcta quæ ob hanc cauſam infligitur non ſolet eſſe maior 60. nec minor 5. ſolidis: iudex pro qualitate admiſſi rerum & perſonarum debet arbitrari hanc mulctam, ita vt non excedat 60. ſolidos, etiam ſi agatur de magno cenſu, & acceſſerit confortatio manus regiæ, nec etiam ea mulcta ſit minor 5. ſolidis, etiamſi agatur de modico cenſu, & de impedimento priuata domini authoritate facto: quinetiam hic pro ſimplici omiſſione ſolutionis cenſus ad diem præſtitutum debetur hæc 5. ſolidorum mulcta 5. §. 62. Vnde quædam conſuetudines quæ mulctam huius fractionis taxant ad 60. ſolidos Turonenſes, nolunt eam augeri propter conformationem ſuperioris & Regiæ, vel inferioris, ſed inter eum & dominum diuidi, vt Aute. §. 72. de Lorris. *tit.* 2. §. 2. B

138 Et hæc intelligenda ſunt de ſimplici infractione aut contemptu manus dominicæ ſine violentia. Secus ſi vim adhibuerit cenſuarius, quia tunc vltra mulctam infractæ manus pro qualitate criminis puniri debet, vt in ſimili dictum eſt 5. §. 19. Aliud enim ſimplex inobedientia vel infractio manus domini, aliud vis publicæ aut priuatæ crimen, vel aliud delictum. Aduerte etiam quod quamuis propter confortationem regiam non debeatur regulariter mulcta Regi, nec audiendus ſit procurator regius vel eius ſubſtitutus volens inquirere de manu infracta domino non conquerente: tamen ſi cenſuarius infractor adeo contumax fuerit vt res deducatur in iudicium: poterit fiſcalis procurator ſine præiudicio mulctæ domini, petere mulctam ſibi taxari, & multò magis ſi propter delicta cenſuarij in rebellione facta res in iudicium deuenerit.

* De oblatis reliquis cenſus & vtrum per ea oblata, ceſſare debeat impedimentum factum à domino.

139. Nunc videndum ſi cenſuarius offerat * reliqua cenſus, an dominus poſſit denegare leuationem manus, & ſemper tenere impedimentum donec etiam reliqua iura, puta laudimiorum & inueſtituræ, ſoluantur per cenſuarium, qui fortè eſt nouus emptor? Et videtur quod ſic, etiam in terminis conſuetudinum quæ tantùm ex defectu cenſus permittunt rem cenſuariam prehendi, vt hîc: quia ex quo peruenit ad dominum ſine vitio, & occaſione iurium cenſualium, videtur competere ius * retentionis pro iuribus cenſualibus. *l. eleganter. §. qui reprobos, de pignerat. actio. l. ſi cum aurum. & ſolutio. l. ſi non ſortem. §. ſi tentum.* & ibi Bar. *de condict. indeb.* Secundò res eſt hypothecata pro iuribus laudimiorum, vt 5. *eod. glo. dicam. & gl.* 1. *nu.* 12. Igitur omnino retinere poteſt per tex. *à fortiori: & in l. vnica. C. etiam ob chirogra. pecu. pig. ret. poſſ.* Tertiò quia *d. l. vnica C. etiam ob chirogra.* habet locum etiam in pignore prætorio ſecundum *gl. vlt. ibi ad fi. verſ. Idem ſi eſt prætorium, & ibi ſequuntur* Io. Fab. Bal. Salic.

* Ius retentionis.

140. Quarto per id quod decidit * Phil. Deci. *conſ.* 449. *nu.* 21. vbi dicit quod licet tenuta legitimè data non fuerit: tamen ſi illa res erat aliàs obligata, datur retentio propter debitum, & citat Bal. in *l. fundus not.* 4. *de reſcind. vendit.* Vbi tamen Bal. non loquitur de tenuta, ſed de grauamine in genere, (h. e. de quauis compulſione iudiciali) quod dicit non reuocari niſi ſoluat, quando libitum eſt liquidum per conſenſum. Quintò per id quod Phil. Dec. in *d. conſil. nu.* 22. tenet poſt Spec. & Bar in *l.* 3. *in fi. de acquir. poſſeſſ.* quod ſi agens hypothecaria miſſus eſt in poſſeſſionem ex primo decreto, non audietur debitor ſi vult reuocare primum decretum, quia creditor poteſt retinere rem iure pignoris, quando conſtat de debito, & hypotheca. Fab. Alex. ibi, & in *l. ſi finita. §. Iulianus col.* 22. *de dam. infect.* & ſubdit Decius in *d. conſ.* 449. *nu.* 22. hoc maxime habere locum in creditore qui propria authoritate poteſt poſſeſſionem accipere, ſed iſte dominus cenſualis talis eſt, ergo, &c. Et maximè ſi dominus non contendit retinere pro laudimiis antiquis eorum à quibus cenſuarius habuit causâ: ſed pro vltimis laudimiis ab iſto eodem cenſuario debitis. C

141. Sed his non obſtantibus quantumuis vrgere videantur, dicendum nulli retentioni locum eſſe, ſed ſtatim oblato cenſu debito relaxandum eſſe impedimentum: quia ſicut pro laudimiis impediri non poteſt, vt 5. *nu.* 60. *cum ſeq.* ita nec eorum prætextu differri relaxatio impedimenti, ſicut nec recommendatio fieri poteſt nili ex cauſa ex qua de nouo fieri poteſt incarceratio per no. 5. §. 1. *glo.* 9. *nu.* 12. Et iſtud impedimentum iure ſpeciali permiſſum ad certam limitatam cauſam, non poteſt eam egredi: ſed limitatum parit effectum *l. in agris. D. de acq. rer. dom.* Et hoc indiſtinctè procedit in terminis noſtris vel ſimilis in hac conſuetudinis Carnotenſis §. 151.

142. Conſuetudo vero Senonenſis in veteri §. 222. (Vbi littera erat erronea, linea penul. ibi, *ſa main garnie*, vbi oppoſitum legendum erat, *ſans main garnie.*) Et pariter in noua homologata §. 226. bene permittit pro laudimiis incipere à prehenſione vel impedimento ipſius fundi non præciſo, ſed in caſum oppoſitionis reſolubili. Ideo ſi ibi vel ſub ſimili conſuetudine emanaret commiſſio præciſa propter laudimia non ſoluta, videlicet adiiciendo clauſulam: *Et en cas d'oppoſition la main tenant*, id eſt, in caſum oppoſitionis ſtante prehenſione vel arreſto, citentur opponentes, &c. talis commiſſio eſſet abuſiua & ab eius decreto poſſet appellari. D

143. Ideo tunc vel non debet fieri mentio de caſu oppoſitionis, quæ omiſſio non vitiat, quia ſatis tacitè cautum intelligitur quod ſuppletur à conſuetudine *l. bis ſolis. C. de reuoc. donat.* quæ tacitè ineſt Bald. *l. contractus. col.* 4. *C. de fide inſtrum.* & omnem actum informat 5. §. 33. *nu.* 86. Vel ſi fiat mentio de oppoſitione abſtinendum eſt à clauſula illa præciſa ſtante interim prehenſione.

144. Et intellige de oppoſitione ipſius poſſeſſoris ſeu nomine ſuo detinentis, hæc enim ſola facit prehenſionem reſolui, & in formulam actionis conuerti, quam actionem dicta conſuetudo Senonenſis vocat Realem, non quod origine & concluſione ſit perſonalis: ſed quia in rem ſcripta, & à realitate dependens: de qua iudex eccleſiaſticus etiam ſi vtraque pars eſſet clericus cognoſcere nequit, vt diximus 5. *in proœmio gloſſ.* 6. *verſic. gens d'Egliſe.* Oppoſitio vero extranei E dictam prehenſionem vel arreſtum non ſuſpenderet nec reſolueret etiamſi appellaret, ex quo contra eum nihil exequitur, ſed tantum contra detentorem. Idem de conſuetudine Syluanectenſi §. 248. & 249.

145. Quod autem conſuetudo Senonenſis expreſsè & Syluanectenſis tacitè, & ſimiles dicunt prehenſionem in caſum oppoſitionis conuerti in actionem, intelligitur quantum ad modum poſſidendi, & procedendi in iudicio in futurum: tamen ſemper remanet qualitas prehenſionis in qua dominus eſt actor, & ſi vincat, declarabitur prehenſio valida & iuſtè facta, & præter ſumptus inſtantiæ condemnabitur reus ad ſumptus & intereſſe prehenſionis, & ſic in effectu inſtantia mixta eſt. Idem in ſimilibus.

* Contra Phil. Deci.

146 Quædam autem consuetudines, vt Caluimontis §. 60. & 63. permittit etiam pro laudimiis prehendere prehensione præcisa, h. e. ea stante non obstante oppositione & pendente lite, ita vt censuarius vel possessor opponens non possit interim habere leuationem manus etiam prouisionalem, nisi consignãdo iura propter quæ facta est prehensio, vel abnegando actorem in dominum censualem, quod adhuc non proderit si actor statim doceat de sua quasi possessione in qua regulariter conseruandus est pendente lite. *cap. 2. extra, vt lite pendente.* Ioan. Faber in *l. appellatione, collat. 1. Cod. de appellat.* Florian. de S. Petro in *l. alienationis nu. 4. versi. adde etiam. famil. her.* dixi in annot. ad Alex. *consil. 99. nu. 5. lib. 5. & s. eo. nu 85. & s. §. 42. nu. 29.*

A

147. Quod autem dicta consuetudo* Caluimontis §. 63. addit: *dont est possesseur*, id est pro iuribus tantùm, quorum est quasi possessor, hoc nec addit nec tollit ad formam instantiæ, sed tantum significat consuetudinem non permittere prehensionem illam præcitam nisi pro iuribus quorum actor est quasi possessor: quod an sit verum vel non pendet ab exitu litis stante prehensione, nisi reus abneget vt dixi, & sic abnegando cogat actorem prehensione & virtute eius suspensa, vel petitorium vel possessorium intentare. Quod enim dicta consuetudo dicto §. 63. simpliciter dicit, *que le seigneur censier ne doit pledoyer dessaisi, soit en demandant ou en defendant,*

B

* Censier. Caluimontis declaratur.

148 Non debet ita crudè & generaliter accipi de omni actione vel defensione: sed de ea quæ dependet à prehensione, quæ non est resoluta, sed continuatur à domino, videlicet quando dominus incepit à prehensione, & statim vel infra annum possessor intercedit tanquam reus necessarius, & sic dominus est actor: vel quando post annum & diem vetus possessor venit, quo casu nõ debet ex crebriori stylo admitti per viam formalis oppositionis tanquam reus: sed per viam petitionis tanquam actor, petendo prehensionem reuocari vel nullam declarari, & sic dominus est reus, & dicitur se defendere, & vtroq; casu debet stare prehẽsio pendente lite, vt nuper dixi *nu. 134.* Et ita intelligitur dicta consuetudo & similes quæ ex his obiter & in sensu & in praxi elucidantur. Sub consuetudine ergo Caluimontis §. 60. & 63. vel alia simili valet commissio præcisa, etiam cum clausula expressa, videlicet & in casum oppositionis prehensio vel arresto stante.

C

D

149. Redeundo vnde digressi sumus sup. *num. 139.* locus erit retentioni pro laudimiis in consuetudinibus quæ permittunt tam pro censu quam pro laudimiis & iuribus censualibus prehendere vel impedire,* nec sufficit offerre censum nisi etiam offerantur laudimia & iura inuestituræ si qua debeantur à censuario. Sed an tunc* prædecessorum laudimia debeant offerre, puta si est secundus aut tertius emptor? Et breuiter distinguendum prout in simili distinximus s § 1. *gloss. vlt. q. 3.* quod aut illi priores emptores nunquam fuerunt inuestiti, aut fuerunt inuestiti, sed non solutis laudimiis, siue dilationem soluendi habuerint, siue ad certam summam composuerint, quam non dum soluerunt. Primo casu sit conclusio quod dominus non tenetur vltimum emptorem recipere nec ei fundum mancipare, nisi etiam prædecessorum laudimiis solutis, quamuis ipse vltimus emptor ea non deberet, nec personaliter sit ad ea obligatus domino: & fortè sine aliquo onere antiquorum laudimiorum emit, quia huiusmodi prehensio dominicalis non respicit personam, sed rem ipsam, vt s. §. 1. *gloss. 5. in prin.* vnde satis est iura deberi, & non esse eorum respectu remissum ius prehensionis, & sic cum etiam præterita laudimia sunt iura dominicalia, verificantur in eis verba consuetudinis. Emptor autem qui sine illo onere emit, habebit contra actores suos omnia remedia denuntiationis & euictionis, super quibus remitto ad iura communia. *D. & C. de euictio.*

* Oblatio censuum sine laudimiis nõ facit cessare impedimentum ex parte domini.

* Laudimia prædecessorum censuarius offerre quoque debet.

E

150. Ampliatur conclusio, primò etiam si pro tempore priorum emptorum dominus recepisset censum singulis annis, quia simplex receptio census, cùm debeatur à quocunque possessore iusto vel iniusto, habili vel inhabili, non inducit inuestituram nec approbationem personæ & nouæ acquisitionis per nota. s. §. 51. *nu. 72.* Ampliatur secundo, etiam si census sit ab illis receptus post exhibitas literas acquisitionis. Quod nota contra errorem vulgarium, qui per solutionem & receptionem census simpliciter & scienter sine protestatione factam, putant iura inuestituræ & laudimiorum esse remissa & soluentem in censuarium approbatum, quod est erroneum. Inde autem insurgit error quia per receptionem census scienter factam recipiens censetur fateri rem esse censuariam, & non de domanio suo, & soluens eius respectu constituitur in quasi possessione censuarij, quod est in seuerum.

II

151. Sed paralogisantur imperiti inferentes etiam ad alia, quæ necessario non sequuntur. * Receptio enim census scienter & simpliciter facta non infert necessario nisi illa duo: non autem infert quod soluens habeatur pro inuestito, nec quod laudimia & iura inuestituræ, & potestas eorum ergo prehendendi vel compellendi ad dimittendum & ponendum in idoneam manum sint remissa, nisi in vna anomala consuetudine Melodunensi §. 115. vbi per simplicem etiam vnius vltimi anni census receptionem scienter per dominum ab emptore factam, censentur omnia laudimia & venditori & emptori remissa. Sed ea consuetudo loco suo clauditur & adhuc de domino maiore 25. annis intelligitur. Fallit autem prædicta conclusio s. *num. 149* si illa iura lapsu triginta annorum essent præscripta, vel si animo nouandi in aliam obligationem essent transfusa, quia facta vera nouatione non debentur amplius iure dominicali. Verùm in dubio non præsumitur nouatio, sed obligationis accumulatio & liquidatio *l. vlt. C. de nouat.*

* De receptione census, & quam vim habeat.

152 Secundo* distinctionis casu s. *nu. 149.* sic concluso quòd non potest dominus pro antiquis laudimiis fundum nec fructus prehendere nec retinere. Et aduerte, intelligo facta plena inuestitura, non autem de simplici permissione domini, quod liceat nouo acquisitori ingredi & possidere: puta ad vitandam mulctam, quæ quorundam locorum consuetudine, de quibus j. §. 16. manet ingredientem & possessionem apprehendentem ante receptam inuestituram & iura soluta: talis enim permissio non est inuestitura: sed eo ipso quod dominus plenè recipit nouum acquisitorem in censuarium, & eum de facto inuestit, in tantùm confirmat ei possessionem, quod præteritis iuribus non potest amplius iure prehensionis vti (nisi fortè & hoc expresè reseruatum fuerit) secundum no. s. §. 1. *gl. vlt. quæst. 3. nu. 19.* Sed solùm remanet ius agendi si non fuerint remissa nec soluta iura, & ita in simili distinxi s. §. 1. *gloss. vlt num. 29. & 37.*

* 1. Conclusio.

153. Ad allegata in contrarium non obstant primum s. *nu. 139.* quia satis quod ex hypothesi res non peruenit ad creditorem occasione vel contemplatione eorũ laudimiorum pro quibus vult nunc retinere, & quorum contemplatione non potuisset incipere ab aliqua executione, & sic ex communi doctrina Doctorum non est locus retentioni. Bar. Salic. & omnes in *l. vlt. per illum text. C. commodati.* Bar. Bald. in *d. §. si centum, in fi.* Non obstat secundum, quia hypotheca non erat sufficiens ad apprehendendam possessionem, ergo nec ad retinendam. & errant Doct. qui putãt naturam hypothecariæ actionis esse nudam auocare possessionem, vt creditori possidere liceat donec soluatur. *l. si venditor. in princ. de euict.* quã nouè suo loco declarauimus. Minus obstat *l. vnica. C. etiam ob chirogra. pecu.* quia loquitur duntaxat in pignore conuen-

tionali tradito creditori qui est in possessione voluntate debitoris, & casum specialem continet qui non
* Contra cõmunem. potest ad aliud extendi: & falsa est * communis opinio gl. & Bald. & aliorum ibi, quod locum habeat in pignore prætorio, quia omne pignus prætorium reuocatur finita causa propter quam factum est, vt latè diximus ꝛ. *eo.* 39.

154. Non obstat quartum, quia falsum est, & illud dictum Bal. quod non concludit, nec probatur in *d.l. fundus*, quicquid Bal. ibi dicat esse text. expressum. Non obstat quintum, quia Phil. Dec. ibi malè loquitur, & ibi in annotationibus illud reprobaui, & Bar. *d.l.3.in f.* non firmat illud dictum Speculatoris, quod adhuc propriè non loquitur, nisi in ipso debito propter quod facta est missio, de quo non est difficultas, si hodie constat. Nos autem loquimur in alio prætenso debito, & in missione prætoria vel quasi, hoc est, consuetudinaria, quæ fit in inuitum, contra regulas iuris communis, & ad causam suam limitata est, nec potest extendi, vt in simili diximus ꝛ. §. 1. *gl. 9. num.* 35.

* Arresta seu impedimenta facta per dominum censuarium quẽadmodum resoluantur. 155. Ad sextum & vltimum artic. * quomodo resoluatur & finiatur hoc arrestum. Primò clarũ est quod solutione reliquorum census de nostra consuetudine vel etiam laudimiorum & iurium inuestituræ in locis in quibus etiam horum gratia prehendere licet, vt ꝛ. *nu.* 102. hoc enim facto, vel debitè etiam extra iudicium (si nondum per oppositionem in iudicio admissam lis pendeat, aliàs in iudicio cum impensis impedimenti oblato), debet illico leuari, quod si differat vel recuset dominus, tenebitur ad damna & interesse retardatæ leuationis manus. Quæ vt clarius liqueant,
* Duplex leuatio manus extraiudicialis & iudicialis. sciendum quod * duplex est leuatio manus, vna extraiudicialis, videlicet quando censuarius se non opposuit, vel oppositioni factæ etiam in iudicium deductæ renũtiat transigendo, vel aliter extra ius concordãdo, & tunc habent locum quæ nuper dixi, & quæ ꝛ. *nu.* 149. dicta sunt. Amplio etiam si arrestum factũ fuerit authoritate iudicis, potest enim extra ius tolli, remitti, finiri, quicquid Alber. & Ias. in *l. vlt. de offic. procura. Cæsar.* scripserint, vt dicam j. *tit.* 15. *quò remitto.*

156. Altera iudicialis, & hæc duplex est, videlicet
* De leuatione iudiciali, prouisionali & diffinitiua. prouisionalis, & diffinitiua. * Prouisionalis interlocutoria est, qua pendente lite permittitur censuario re & fructibus frui: & similis est ei quam in materia possessoria j. *tit. sequ.* recredentiam seu fiduciariam possessionem vocant. Diffinitiua vero quando lis diffinitur impedimentum tollendo, siue purè siue sub modo vel conditione, siue declarando illud nullum, siue liquidando iura per censuarium soluenda: quæ facto manus leuabitur, & tunc in executione sententiæ diffinitiuæ satisfaciendo plenam leuationem manus consequitur. De quo in executionibus sententiarum j. *tit.* 15. Tantùm necesse est hìc aliqua dicere de * prouisionali quæ de facili fit ex causa probabili ne pro
* Prouisionalis manus leuatio. modicis controuersis reliquis census, maiores fructus partim diripiantur, partim sumptibus absorbeantur: quod etiam in maius damnum dominorum directorum recideret, si succumberent, & ad damna, & interesse prehensionis vel dilatæ relaxationis condemnaretur. Vtque omnia membra breui methodo comprehendam,

157. Hæc prouisio fit respectu opponentis ex triplici causa, aut propter negationem, aut propter satisfactionem, aut propter probabilis ignorantiæ vel
* Prouisionalis leuatio quadruplex. dubitationis allegationem, & * quarto respectu domini pluribus dominis in solidum concurrentibus. Primo casu, vt quando possessor pro causis oppositionis negat rem esse censualem, vel in censum moueri ab arrestante, tunc enim statim manus (prouisionaliter tamen vt in simili dixi supra §. 45. *in prin.*) leuatur, siue priuata prætensi domini, siue publica iudicis authoritate iniecta, non solum sine cautione, sed etiam sine vlla consignatione, quia negatio ista est velut securis ad radicem.

158. Ergo prout dicunt doctor. de exceptione derogante qualitati in qua statutum vel actus fundatur. Bar. & alij in *l. 1. §. & parui. D. quod vi aut clam.* Bar. in *l. diuus per illum text. de testa. milit.* Ias. *l. nam posteaquam. §. si minor. nu. 9. de iureiur.* Phil. Dec. *c. ex parte 2. nu. 5.* vbi in annot. dixi *de offic. deleg. & consi.* 458. *nu. 1.* & dixi in simili 2. §. 45. *nu.* 6.

159. Et hoc nisi dominus statim doceat de iure suo vel de recognitione aut obligatione ipsius negantis, vel eius cuius est hæres, quia tunc non fiet prouisio nisi soluendo vel consignando in manu domini. Quod si quis inexpertus dicat non esse locũ prouisioni quando de iure constat, adeat exercitium praxis, & illa docebit eum, tum demum illud esse verum quando hinc inde (id est vtraque parte plenè audita) constet vt diffinitiua fieri possit, vt dixi 2. §. 60. *num.* 28. Cætera etiam si constet ex vna parte, tamen ab altera possunt in contrarium allegari quæ longiorem discussionem requirunt. Vt autem prouisio fundatur in claritate iuris cui fit: ita hac claritate per probationem contrariam aduersariorum sublata impeditur.

160. Secundo casu siue solutionem siue remissionem vel aliam pro nunc satisfactionem alleget, non refert, modò admissibilem (compensatio enim non admitteretur vt dicam j. §. 85. *q.* 5.) leuatur manus consignando censum vnius nouissimi controuersi anni tantum: talis est antiqua praxis & obseruantia à qua non est recedendum, vt 2. §. 45. *nu.* 11. *& 2. eo. nu.* 10. *& j. eo. nu.* 170. Ita etiam habet vetus consuetudo Senonensis §. 22. & etiã noua §. 225. & 241. anno salutis 1555 homologata præside amplissimo illo consultissimo & æquissimo supremi Senatus nostri præside D. Christophoro Thuano. Addit tamen consuetudo Senonensis cõsignationem mulctæ vltimi anni, quod remitto j. *nu.* 164. Et ita vt dixi, vidi ab anno 1522. practicari in prætorio Parisiensi, quod Castellatum vocant, & ab antiquis pragmaticis accipi, & habeo in antiquis stylis & formularijs consuetudinum præsertim Parisiensium, manu antiqua scriptis, quare seruandum est, etiam si non sit in hac consuetudine expressum, quum etiam valde æquũ sit, ne subinde possessores reliqua 30. annorũ dominis consignare cogãtur & via sit apertè frequentibus liticulis & extortionibus officialium dominorum qui quandoque solent huiusmodi prædis insidiari, & ita nominatim quædam consuetudines exprimunt, vt Valesiana §. 56. Viromanduana §. 136. & ita generaliter obseruatur nisi sicubi stylus certus & antiquus fori, vel consuetudo localis aliud velit.

161. Vt consuetudo * Camotensis §. 46. vult vsque
* Consuet. Camotensis. ad trium annorum (scilicet nouissimorum die prehensionis inspecta) consignati, si dominus per se vel procuratorem specialem iurandi in animam eius mandatum habentem iuret tantundem sibi deberi: quod si plus iuret, pro illo pluri finis litis expectabitur: Ita etiã debet intelligi §. 148. in eadem consuetudine vbi in vlti. linea, verba, *au moins*, quæ * erronea sunt in
* Verus mendum tollitur. omnibus exemplaribus, corrigi debent per *d.* §. 46. Et legendũ, *ou moins*, vt in *d.* § 46. rectè habetur. Sic consuetudo de Lorris *tit.* 2. §. 3. vult trium tantum annorum reliqua cõsignati: de consuetudine autem Claromontensi §. 112. debet consignari census vltimi anni & satisfari de reliquis duorum immediatè præcedentium annorum tantùm. De consuet. autem Meldensi §. 194. debet cõsignari census duorum annorum. Sed de consuetudine Borbonensi §. 415. census decem annorum, nisi scilicet minus prætendat dominus. Reliquas consuetudines non refero ne sim prolixior.

162. Quod si consuetudo loci nihil circa hoc determinet, primò sequendus est * stylus & obseruantia fo-
* Stilus sequendus. ri si qua in loco est constans & vniformis, tametsi non scripta, vt dictum est ꝛ. *ead. gl. num.* 160. & per ea quæ dicemus in *fi. operis super constitu. Carol.* VII.

& decreto harum consuetudinum quo deficiente, nouissimè seruandus erit stylus & obseruantia huius Parisiensis præfecturæ, argu. notab. per Cardi. Floren. in *Clemen. quamuis rigor. in princ. de appell.* & per tex. in §. *vlt. instit. de satisdat.* qui loquitur de vrbe Constantinopolit. à qua Roma iura capiebat. & quæ dixi ẽ. in *procem. gloss.* 2.

163. Tertio casu puta nouus hæres vel emptor, qui non putat reliqua deberi & probabilem habet causam ignorantiæ, interim. n. dum de apochis inquirit vel deliberat de authore laudando prouisionem eandem habere debet. Idem in antiquo etiam censuario si putat vel dubitat satisfactum per procuratorẽ vel alium gestorem, vel etiam per alium cui mandatum dedit: & generaliter nisi de tergiuersatione aut malitia constet, quia saltem aliqua probabilis dubitandi causa præsumitur in eo qui se sumptibus & periculo offert. *l. in ratione. 1. §. cùm quidem, in fi. ad leg. Falcid.* per quem text. inquit Bald. in *l. vlt. col. 3. C. de edicto Diui Adria. tollen.* quod in dubio: nemo præsumitur diffidere de victoria donec litigat. Nec est * odiosus nec improbus, nec dolo facere videtur qui ignorat quantum, vel causam cur soluere debeat. *l. non potest videri. l. qui in ius §. nemo videtur. de reg. iur.* Non igitur remediis & fauoribus vsitatis priuandus est, etiã si aliàs potitiuas defensiones, quam mera ignorationem non proferat. Secundus ergo & tertius casus omnino & vbique in toto regno pari passu ambulant.

* Ignorantia excusat.

164. Quæro ergo an etiam mulcta non soluti census debeat consignari? & primò videamus in terminis nostræ consuetudinis. Et videtur quod sic, saltem vnica vltimi anni, quum sit accessoria eius quod ad minimum consignandum est, vt vsura sortis ergo *l. cum principalis. de regu. iur. c. accessorium de regu. iur. in 6.* & intelligo quando æquè constat eam deberi secundum terminos §. 62. ĩ. *eod.* videlicet re sita infra vrbem vel secundum lapidem seu banleucam vrbis, vel titulo speciali de quo constat, huic oneri affecta. Contrarium ab antiquo obseruari vidi & ab antiquis aduocatis audiui prætorij Parræisini, & benè. Quia consuetudo non permittit impedire pro mulcta, sed pro censu tantùm, & adhuc etiam si permitteret prehendere pro omnibus iuribus dominicalibus etiam pœnalibus, adhuc æquius est sufficere consignationem præcipui & ordinarij iuris: quæ consignatio vtrique parti fauorabilis est, *vt ĩ. nu.* 183. & ideo generaliter in toto Regno ita obseruãdum, nisi ficubi alius est certus & antiquus stylus fori: vel approbata consuetudo vt Senonensis consuetudo tam vetus §. 220. quam noua nouissimè homologata §. 225. *&* 241. vult etiã mulctam illius vltimi anni consignari: Idem consuet. de Lorris. *tit.* 2. §. 3. & secundum prædicta reliquæ consuetudines quatenus obscuræ sunt vel indeterminatæ debent intelligi, vt consuet. * Viromanduana. §. 136. *in fi.* quæ vult prehensionem non teneri nisi pro reliquis vltimi anni. debet intelligi quando censuarius se opponit & in reliquo offert consignare censum vltimi anni, & sic his duobus concurrentibus: aliàs siue non intercedat, siue nihil consignet, tenet arrestum pro toto. & sic verba. *d.* §. 136. *ibi, ne tiendra*, debet intelligi respectu virtutis præcisæ, non obstante oppositione iuxta materiã subiectam. Et no. quod inter effectus dictæ iustitiæ fundariæ est, quod opponens non potest declinare forum loci: sicut nec vassallus forum domini *ca. verum extra de for. compet.* & ita cauetur consuet. Rhemẽsi. §. 144. ad hoc in fortiori tex. in *c. 1. de priuileg. in 6. Gemina consil. 8. col. 1. consil. 72.* Sed intellige de iure communi puta ratione domicilij sui alibi siti, secus ratione priuilegij, vt scholaris qui potest euocare coram suo conseruatore. vel militans in Palatio regio, coram præfectis libellorum supplicum Palarij. Et ita consuet. Rhemensis §. 144. & 158. debet restringi.

* Consuet. Viromandua.

165. Quarto principaliter fit prouisio quando plures domini in solidum concurrunt, de quo satis ẽ. *eod. nu.* 145. *&* ẽ. §. 60. *&* ĩ. §. 82. quo vltimo casu sufficit in iure vocatis illis consignare vt suprà: aliàs vt in duobus immediatè præcedentibus casibus consignandum est in manu domini qui ad nullam satisdationem tenebitur, quia nec etiam censuarius cui prouisionaliter leuatur manus, tenetur nomine iurium controuersorum satisdare cùm de modico agatur: & sumptuosior esset satisdatio quam consignatio: & fundus semper superualeat, facit *l. mediterraneæ.* & ibi Bar. Io. Plat. *C. de an. & trib. lib.* 10. Et hic aduerte quia quod dico sufficere consignare vt in secundo & tertio casu, verum est ad finem dictæ prouisionalis leuationis manus tantùm: Secus si etiam censuarius velit per manum suprematn vel sequestrem inuestiri, vt dicam ĩ. §. 82.

166. Nunc pro pleniori doctrina circa primum casũ quæro, an ille censuarius qui * negauit conuictus cadat a iure suo: Prima facie videtur quod sic, quia contempsit dominum & violauit directè legem inuestituræ, qua tenetur agnoscere dominum & modicum cẽsus in signum recognitionis & honoris soluere, & in hoc est eadem ratio omnino sicut in feudo, quod à negante amittitur, quia negans contra totalem ipsam feudi substantiam malè agit, vt not. in §. *vassallus. si de feud. vas. conten. sit inter do. & agnat. In vsib. feu. & ẽ. stit* 1. §. 43. vbi plenè diximus. facit quod valet argumentum de feudo ad censum, quemadmodum de feudo ad emphyteusim quando est eadem ratio, vt cõmuniter tradunt doct. in *l. 1. C. de iure emphyt. & in l. Gallus §. instituens. D. de liber. & posth.* Tum si censuarius negarit rem esse censualem, séque & prædecessores, suos in censum accepisse, & de censu inuestitos, & adegerit dominum ad probationem directi domini, & concessionis censualis, & conuictus fuerit, non videtur hoc facto audiendus ad allegandum concessionem & inuestituram censualem quam negauit: sed potius tanquam contraria allegans repellendus *l. 1. C. de fur. c. sollicitudinem de appella.*

* Negans cẽsum an perdatur suum.

167. Et merito puniendus in ea re in qua deliquit *l. ex facto. 2. ad fi. de vulga. & pupil. l. consensu. §. & nisi. versic. æquum est. C. de repub.* Vnde negans se possessorem, de hoc conuictus, non potest se adhuc dicere possessorem: sed quod negauit, amittit & in actorem transfertur *l. vlt. D. de re. vendic.* Tum quia negãdo malè versatur & prorsus abutitur. Hinc emphyteuta dominum abnegante deinde conuicto, decidit Spec. *tit. de loca §. nunc aliqua. versic. 65.* quod priuatur emphyteusi. Et licet vtrinque arguant, tamen manifestum est quod ita tenet, quando emphyteuta totũ negat, videlicet & rem fore domini, & concessionem emphyteuticam fuisse factam, & ita post Marti. de Fano. residet quando negans non habuit iustam causam ignorantiæ. Idem tenet ibi. in *addi.* Spec. *col. 6. versi. in emphyt. negauit.* Inn. in *c. cæterum extra de iudic.* Idem expressim firmat. Ang. Peru. in *l. vlt. col. 2. de rei vendicat.* Iac. de S. Georg. in *inuestit. feudal. in ver. dicti vassal. promisc. non commit. felon. in vndecima causa versic. quod dixi de vasallo negante & in verb. dictique vassal. promiser. recogn. dict. feud. col. 6. versi. aduertat tamen* Iaso. seu verius Alex. *instituta. de actio. §. omnium. nu.* 87. Et ita sentit Ias. in *l. vlt. q.* 13. *nu.* 125. *C. de iure emphyt.* loquens de emphyteuta contemnente personam domini etiam in parte, vt priuetur toto, & sic in fortioribus terminis, quia negans totum contemnit in totum. Idem tenet Nicol. Euerardus in locis legalib. in *loco. 12. de feud. ad emphyt.* Hippol. de Marsil. in *singul.* 242. *tu habes. facit. cap. quo iure 8. distinct.* vbi negans ius quo possidetur, non potest habere possessionem. Qui ergo negauit quicquam ad se pertinere de dominio directo, inuestitura & conditione censuali: non potest dicere ad se pertinere rem censualem, sed rei renuntiasse censetur, sicut & ipsa iura censualia renuntiauit & abnegauit.

oogle

168. Et quamuis fortè dici possit non esse tantam rationem in censu, sicut in feudo, cuius substantia est fidelitas & vassallus ad maiorem fidelitatem & reuerentiam adstringitur per no. 5. §. 2. *glo.* 4. tamen satis esse videtur, quod eadem aut similis est ratio. Vnde non est facienda restrictio propter hoc solùm quòd in vno maior sit ratio quàm in alio, *vt in l.* 1. §. *quod autem. D. de aleato. l. in fraudem in fi. de testam. milit. l.* 1. §. *generaliter de legat. præstand.* vt tradit Phil Dec. in *rub. lect.* 1. *col.* 3. *& in l.* 1. *col.* 2. *si cer. peta. vlt. col.* 7. *C. vnde libe. in l. si emancipati. col.* 1. *C. de colla.* Et certè censuarius qui scienter abnegauit & conuictus fuit, omnino meretur re priuari ad commodum domini.

169. Tamen quia consuetudo nostra hoc non dicit, non * est nostrum introducere, vt in simili decidit Bal. in *d.* §. *vassallus in feudum. col.* 2. *versic. extra quæro. in vsib. feudo. quod pœna. d.* §. *vassallus.* loquens in vassallo scienter negante, non habet locum in libellario vel emphyteuta, quia pœnæ non trahuntur ad casus non expressos. *Et* vt inquit *gl. pen. in fi. c. vlt. de iure patro.* pœna non debet imponi nisi exprimatur quod sit imponenda, quam Pan. & omnes ibi sequuntur. Io. Calder. *consi.* 10. *sub tit. de rescript.* Alex. *consi.* 103. *nu.* 15. *lib.* 1. vbi in annot. dixi Phil. Dec. in *rub. ext. de iudiciis. col.* 1. *l. pen. col.* 3. *D. de iurisd. om. iudic.* Ias. *l. quòd te. col.* 10. *si cert. petat. in l. illam. col.* 5 *C. de colla.* Et quod non sit idem in emphyteuta tenet Ias. in *l.* 2. *nu.* 86. *q.* 32. *C. de iure emphyt.* Franc. Purpura. *l.* 2. *in fi. princ. D. si cert. peta. & in l.* 1. *nu.* 81. *C. de transact.* quamuis sentiant illum priuandum possessione tantum, vt & Phil. Dec. *consi.* 28. *nu.* 4. *per l. vlt. de rei vendic. & auth. item si possessor. C. qui potior. in pignore habe.* Et sic concluditur in censu propter negationem non esse locum commisso. nisi in loco vbi consuetudo hoc exprimit vel intendit, vt Cenomanensis § 215. vbi cẽsuarius in declaratione rerum censualium aliquid omiserit vel celauerit, nisi ante litis contestationem recognouerit, priuari debet, & res celata domino adiudicari: adhuc in hac vel simili consuetudine debet intelligi de negatione vel occultatione facta scienter, siue dolo aut lata culpa: vtque non ipso iure, sed per sententiam, vt etiam tenent docto. pro prima parte allegati, & in simili suprà §. 43.

* Pœna non est nisi expressa iure.

170. Nunc pro declaratione * praxis forensis in eodem primo casu, aut actor succumbit & arrestum eius declaratur nullum & iniustum, practici dicunt, *nul & tortionner*, & reum ad bonam & iustam causam se opposuisse: actore damnato in omnes impensas, aliàs damna & interesse impedimenti. & not. quod hæc damna tantò erunt minora, quantò citius dicta prouisio concessa fuerit nec eius executio impedita. Et si actor sua priuata authoritate tantùm arrestauerat vel prehenderat: non debet (vt imperiti faciunt) addi leuando manum domini, vel plenam manus leuationem faciendo, quia ipso iure nulla fuit manus, deficiente omni fundamento: & sic prorsus superuacuum, imò ineptum est, & causæ in qua sententia fundatur contrarium de aliqua manu (quæ non est) mentionem facere: sed si iudicis authoritate prehenderat, vel per superiorem confortari fecerat, tunc non est ineptum addere leuando seu tollendo plenè & absolutè manum iustitiæ vel superioris, quanquam non sit necessarium, quia satis ex aliis diffinitiuis hoc resultat.

* Praxis.

171. Not. etiam si non solùm actor probauit: sed reus probauit non in prouisionali, sed in principali instantia rem esse allodialem vel feudalem, poterit talis in sententia declarari iuxta no. in §. 1. *instit. de actio.* vel feudalis vel ab alio moueri in censum, maximè si verus dominus se liti adiunxerit & probauerit. Aut verò actor vincit, & declarabitur ad bonam & iustam causam arrestasse, reum verò malè & iniustè se opposuisse, (& in locis vbi est consuetudo commissi) rem domino commissam, quæ illi adiudicabitur cum fructibus à die negationis, vt Cenomanis §. 215. Andibus §. 200. vel etiam à die prehensionis, si eadem consuetudo vult dominum ex defectu census facere fructus suos, reo in expensis litis condemnato. Vbi vero consuetudo non dat ius commissi, nec lucrum fructuum vt hîc, & regulariter in toto Regno, dicetur nihilominus quod reus tenebitur manum domini redintegrare fructus restituendo quos prætextu prouisionis recepit, recuperaturus soluris impensis impedimenti & reliquis census. Item condemnabitur ad mulctam vnam census non soluti vt dicam 5. §. 62. & ad alia iura si quæ deberi appareat & impensas litis.

172. Aedo ego (quanquam non sit adhuc animaduersum) quod debet condemnari in sexaginta solidos Parisienses mulctæ manus dominicæ fractæ, vel in aliam saltem consuetam mulctam infractionis manus: quanquam enim negans non sustulerit impedimentum via facti capiendo fructus sua authoritate, sed via iustitiæ, obtentu dictæ prouisionis: tamen hæc prouisio fundatur & incipit à vera fractione manus: negans enim dominum, magis & fortius tollit & frangit manum domini, quam fructus sine negatione iuris dominici rapiens. Hic enim tantum fructus quosdam & semel: ille vero & fundum, & fructus, & omne ius dominicum perpetuo eripit, & quantum in se est, dominum sua possessione spoliat: vnde dominus potuisset, si voluisset in possessorio nouitatis, siue interdicto vti possidetis concludere, vt in titul. seq. nisi reus declarasset se non quasi possessionem, sed tantum proprietatem dicti iuris negare.

173. Quæ enim hactenus de negante dicta sunt, intelliguntur quando simpliciter & absolutè negat, & super hoc simpliciter proceditur: secus si fatetur actorem esse in quasi possessione iuris censualis, negans illius iuris proprietatem: Tunc enim non obtinebit prouisionem absolutam, de qua hîc & 5. *eo. nu.* 145. sed sine præiudicio proprietatis consignando in manu domini, prout in secundo & tertio casu dictum est 5. *eo. nu.* 145. & hoc si præter quæstionem proprietatis prætendat alias causas oppositionis contra arrestum, alias illud sortietur effectum diffinitiuum & condemnabitur reus soluere & in expensis, etiam pendente iudicio proprietatis sine illius præiudicio, siue illud per dominum siue per proprietarium intentetur per no. 5. *eo. nu.* 87. In secundo vero & tertio casu si reus absoluatur, non dicitur arrestum nullum, quia tenuit: subest enim fundamentum, & est factum conformiter ad casum & formam à consuetudine permissam, sed pro qualitate materiæ subiectæ: quandoque (quod est grauius) dicetur malè & iniustè arrestatum & oppositionem rei bonam & iustam: quandoque (vt quando dominus habuit iustam causam erroris) arrestum relaxabitur, vel annullabitur, & consignatio in quanto plus debito facta est restituetur, plena leuatione manus reo facta, cui expensæ litis adiudicabuntur cum damnis & interesse impedimenti, nisi fortè subsit causa hæc omittendi vel compensandi. Quartò casu res est expedita cum censuarius non remanserit in lite, super quo tamen multa occurrunt quæ remitto 5. §. 76.

174. Circa prædicta not. quod in istis quanquam summariis bonus & prudens iudex debet causam * exprimere, ne fortè sententia minùs aut magis sit efficax quàm debeat; multum enim refert arrestum reuocari, reúmque absolui ex fundamentali defectu iuris actoris, putà quòd res non esset censualis vel ab alio moueretur: an verò quia reus non erat reliquator. Primo casu nullum est arrestum, secundo vero reuocatur. Primo casu obstat vel obstare debet (si sententia sit clara) exceptio rei iudicatæ in perpetuum contra actorem, si tamen plenè auditus fuerit habitis legitimis dilationibus probandi vel appositio probato. Secundo vero casu res iudicata prodest actori ipsi in perpetuum. Nocet enim momentaneè quoad pen-

* Causa in sententia exprimenda.

fiones & ſumptus præſentes: ſed perpetuo prodeſt, vt ſi iudicatum ſit eum eſſe dominum directum aut ſaltem in quaſi poſſeſſione: his enim & ſimilibus caſibus non ſolùm debet, ſed tenetur iudex in ſua ſententia cauſam exprimere ne ſit incerta & pericliteur ius partis, vt tradit Specu. in *titul. de ſentent.* §. *qualiter autem ad finem verſic. in quibuſdam.*

175. Et generaliter quoties ſententia vltra intentionem iudicis vel vltra vim actorum poſſet alterutri præiudicare ex varietate aut incertitudine cauſæ per text. in *l.* 2. §. *ignominiæ. ibi, ſemper enim debet reddere. D. de his qui not. infam. in l.* 2. §. *ſenatus ibi, ita vt ſententia comprehendatur. D. de iure fiſci.* vel quoties poſſet referri ad plures cauſas & varios effectus. Io. Andr. in *cap. ſi confirmationem.* & ibi gloſſ. *vlt.* & domini de S. Gemi. Phil. Franc. in *ſi. de elec. in* 6. Panor. in *conſi.* 7. *quæſitum fuit à me. lib.* 1. Bal. & Panor. in *c. ſicut.* & ibi *Feli. col.* 8. *&* 9. *de re iudica.* vel cauſam pertinentem ſaltem in genere referuare. *l. Tebius Marcel. in fi. de pact. dotal.* not. doct. in *l. qui Romæ* § *duo fratres. de verb. obl.* Antho. Corſet. in *repertor. verſ. abſoluens.* Alioquin ſi iudex dum materia hoc poſtulat nullam vel malam cauſam expreſſerit, iuſtè poteſt appellari, vt not. Angel. in *l. vtique in fi. in l. qui peritorio D. de rei vendic.*

176. Addit Alex. *conſi.* 183. *nu.* 2. *lib.* 6. Idem quando iudex non condemnat victum in expenſis, ſed dicit quod imò tunc ſufficit exprimere in genere, videlicet ſine expenſis, & ex cauſa: adhuc hæc clauſula omiſſa non parit cauſam appellandi, quia non audiuntur appellantes quorum non intereſt. Sed tunc demum poteſt ob cauſam non expreſſam appellari quando incertitudo grauat, vel poteſt generare grauamen in futurum. Adde etiam quod dum iudex condemnat in dãna, & intereſſe, tenetur (niſi quando materia ſubiecta ſatis hoc oſtendit: vt in cauſa nouitatis titu ſeq.) apponere certam determinatam & limitatam cauſam. ad quam referantur & a qua procedunt dicta damna & intereſſe: alioquin ſi ſimpliciter & indeterminatè condemnaret in damna & intereſſe, iuſtè poſſet appellare latiùs dicam j. §. 162. 22.

177. Vltimò pro coronide huius glo. diſcutiendum erat an cenſuarius contra dominum iniuſtè, putà ſoluto cenſu vel pendentibus induciis datis prehendentem, poſſit intentare* cauſam nouitatis, ſiue interdictum vti poſſidetis, vel vnde vi, ſeu redintegrandæ aut aliud poſſeſſorium remedium de quo ne nimis hunc §. onerem, remitto ad tit. ſequentem: ſed notandum, quod vt prouiſio huius §. dat prærogatiuam domino cenſuali, non alij inferiori: ita domino feudali digniori pro iuribus feudi ordinariis: idem per locum à fortiori permittit. Quoties ergo poteſt feudũ ipſum ob iura feudalia prehendere, toties ſi mitiùs agere velit, poteſt ob eadem iura ſimplici arreſto vel impedimento fructuum feudi pendentium vti, nec dicitur rem indebitam aut inſolentem facere, ſed minus debito & ſolito, quia pluri vel maiori ineſt minus. *l.* 1. §. *ſi ſtipulanti*: vbi in lectione Dolana dixi de verb. oblig. Et cui quod plus eſt, licet ergo & quod minus eſt, *l. cui ius eſt, de reg. iur. c. cui licet. eod. tit. in* 6.

178. Rurſus circa prædicta ſeſe offert valdè neceſſaria quæſtio: iam enim plures vidi in hoc præſidatu dominos directos concedentes de nouo in cenſum ſimul & in reditum fundiorum clauſulam expreſſam apponere, vt poſſint* via huius arreſti vel impedimenti pro reliquis tam reditus quàm cenſus procedere, an pactum valeat? Multis rationibus videtur quod non: tum propter iura prohibitiua & negatiua incipiendi ab executione quibus renuntiari non poteſt, glo. magna in fi. & doct. in *l.* 1. *C. ne fideiuſſores dot. dentur.* And. Alc. in *ca. cùm contingat. nu.* 311. *cum ſequ. extra. de iureiur.* Tum quod poteſtas incipiendi ab executione publici iuris eſt, nec eſt in commercio priuatorum, nec hoc ſingulis, i. priuatis concedendum eſt, *l. non eſt ſingulis. de reg. iuris.* ¶ In contrarium pluribus & vrgentioribus rationibus arguitur pactum valere: primò propter virtutem non ſolum directi, ſed etiam dominicalis dominij retenti: ſecundò propter poſſeſſionem ciuilem, imò quaſi poſſeſſionem ciuilem & naturalem iuris dominicalis & huius reditus percipiendi retentam à domino directo. Tum quod reditus eſt coæquæuus cenſui & ſimul natus: tum publica iuriſdictio non læditur: quia poteſt actus appellatione ſuſpendi ſecundum not. ſ. *ea. glo. num.* 117. ſimplex autem oppoſitio cenſuarij dominium directum non negantis, non poteſt nec debet eiuſdem virtutis eſſe, cuius & manus iniectio dominica.

179. Tum de iure* valet pactum iniectionis manus etiam nullo dominio & nulla poſſeſſione in re alienata retentis. *l. penult. C. de pigner. actio. l. creditores C. de pignorat.* vbi valet pactum iniectionis manus in ſimplici creditore hypothecario, & fortiùs etiam in eo qui nullum ius in re retinuit, vt etiam contra tertium emptorem vel detentorem poſſit quis exequi pactum iniectionis manus *l.* 1. *&* 2. *C. ſi ſeruus expor. veneat. l. Titius D. de ſeruis export. l. ſi quis ſub hoc pacto, de contrab. emption. & vend.* Alex. & alij, in *l. traditionibus. C. de pact.* & ibi Io. Rugger. de Mota. *nu.* 64. *in nona limitatio.* Igitur multò magis valet, retentis dominio directo & poſſeſſione ciuili, ſaltem contra eundem obligatum: vel eius hæredem, vel detentorẽ qui emit ad idem onus, vel illud recognouit.

180. Tum ſicut colonus non facit fructus ſuos niſi mercede ſoluta vel fide habita, vt tenet gl. in *l. ſi ſeruus communis* §. *locaui. verſ. facere* & ibi expreſsè Bar. *de furt. ſicut in emptore. Inſtit. de rerum vendit.* §. *venditæ.* quem tex. ad alios contractus extendunt gl. in *l. cum proponas in verb. remanſit, C. de dolo. gl. pen. in l. cum precibus. C. de rer. permut.* Alex. Io. Rimin. nal. Phil. Dec. in *l. traditionibus col.* 2. & And. Alc. & ibi Io. Rugger. de Mota. in *repet. nu.* 49. Fabia. de monte S. Sauini. *de empt. & vendit.* Iaſ. *l.* 1. *in fi. D. de rerum permut.* Franc. Aret. *conſ.* 63. Ludo. Rom. *conſ.* 86. *col.* 2. Ita cenſuarius non videtur facere fructus ſuos niſi cenſum & reditum debitum ſoluendo: etenim fructus quandiu ſolo cohærent fundi ſunt, & ſic in dominio locatoris, ideo colonus non facit ſuos niſi quia voluntate domini eos percipere videtur: inquit tex. in *d.* §. *locaui.* ſi ergo reliquator ſit, & dominus impediat voluntatem ſuam declarando, colonus non facit ſuos: ſic ergo videtur in cenſuario: fructus enim pendentes ſunt in domino directa poſſeſſione vel quaſi domini cenſualis: igitur eo impediẽte & voluntatem declarante cenſuarius non poteſt tollere nec ſuos facere, niſi reliquis cenſus & reditus ſolutis.

181. Tum in fortioribus terminis locator, qui non eſt dominus illatorum & inuectorum quæ è re ſua nõ proceſſerunt: ſed tantùm in illis habet tacitam hypothecam, poteſt propria authoritate illa retinere, ſi colonus vel inquilinus non ſatisfactus de penſione præterita, diſcedere velit. *l. vtique de damno infecto.* vel ſi non diſcedit, ſed eſt in mora ſoluendi, poteſt ea includere, *l. eſt differentia.* & ibi Bar. *quæ res pign. obligari poſſunt.* doct. in *l. item quia in prin. de pact.* & in *l. certi iuris in prin. C. loca.* Igitur multo fortius hoc poteſt dominus cenſualis in fructibus pendentibus qui ſunt in ſuo dominio directo & poſſeſſione ciuili vel quaſi, & plus quàm fortius concurrente pacto expreſſo ab ipſo poſſeſſore conuento vel recognito.

182. Quid, quod exploratum hoc videtur, & indubitatum vtpote deciſum in hoc text. huius conſuetudinis, ibi, *d'aucuns cens ou fonds de terre pour les arrerages qui luy ſont deubs*: ergo non ſolùm pro ipſo cenſu & reliquis cenſus, ſed etiam pro alio fundiario iure & reliquis eius hocius arreſtandi & impediendi datur etiam ab ipſa conſuetudine, & aliàs alterna-

tiua

* Nouitatis cauſam vtrũ poſſit intendere cenſuarius ſi dominus eius ſoluto iã cenſu aut pẽdentib. inducijs prehenderit.

* Pactum de facultate arreſtandi an valeat.

tiua *ob*, quæ debet poni inter diuerſa, ſuperflueret: & altera pars alternatiuæ quæ ſequitur in tex. corrigenda eſſet & reijcienda. Porrò literæ textuali ſtandum eſt, vt diximus *ſupra* §. 31. & vbi apparet text. *l. nulla ſupereſt quæſtio. l. ancillæ. C. furt. l. illam. C. de coll.* Nec poteſt hæc alternatiua textualis melius verificari quàm in reditu ſimul eadem originali conceſſione cum cenſu nato & conſtituto.

183. Tum non eſt in effectu nouum grauamen cenſuariorum præſertim ruſticorum, quippe quod non ad eorum damnum, ſed ad eorum commodum ſpectat: ita enim fiet, vt dominus qui alioquin habet inſtrumentum authenticum inueſtituræ & obligationis garantigiæ, non mittat apparitorem iudicis præſidialis cum litteris ſigillatis ad prehendenda, transferenda & diſtrahenda bona debitoris pro reliquis dicti reditus, ſed contentetur impedimento fructuum pendentium, quod per ruſticos executores, *vt ſupra num.* 78. etiam ſine commiſſione ſigillata fieri poteſt, & ſolet modico ſumptu, qui ſumptus nullo modo augebitur addito pro reliquis reditus fundiarij, & ſic cenſuarij longè minori damno liberabuntur: hoc etiam eſt de mente iuris in *l. ſi ſeruos de pign. act. ibi: neque delicatus debitor, neque onoroſus creditor audiatur: & in l. ſi bene de vſur. ibi, non acerbum ſe exactorem nec contumelioſum præbeat: ſed moderatum &c. l. cùm Stichus. in fi. de ſolutio.* Et via minùs vtrique parti onerosa deligenda *l.* 1. & ibi Pau. *ſi quis cautio.*

184. Notæ ſunt enim expilationes apparitorum præſidialium præſertim hoc tempore, quo non ſolùm officia multiplicantur, ſed non niſi ingenti pretio habentur, vt iam ridiculæ ſint antiquæ ſanctæ conſtitutiones de eorum ſalariis, nec hoc ſolùm, ſed multò plus exigunt à pauperibus ruſticis quibus breue temporis ſpatium & vſurarias dilationes ſubinde vendunt ne pignora transferant aut ne vili diſtrahant.* Neceſſe autem eſſet ad rectam & debitam & à Deo præceptam politiam non ſolum iudicandi officia, ſed quæcunque vel minima Iuſtitiæ miniſteria idoneis & fidis, gratis concedere, quemadmodum & Beneficia omnia & dignitates eccleſiaſticas: ſic enim fieret vt nefario & cauponario rerum ſacrarum & magiſtratuum quæſtu ſublato totum regnum & præcipuè Majeſtas ipſa regia non ſolum coram omnibus hominibus ſed etiam coram Deo & angelis & ſanctis eius maximè opere floreret & proſperaret, & omnibus, cum ſpiritualibus tũ temporalibus opibus & maxima pace lætaretur: perde, adobrue, ô Deus vltionum, impios qui his ſanctis omnium votis ſua auaritia aut libidine aduerſantur.

185. Sed ad rem & q. inchoatam *ſup. nu.* 178. periculoſum puto nouitatem hanc inducere, ſatius eſt contentos nos eſſe terminis & remediis à l. vel conſuetudine poſitis, niſi quatenus de conſuetudine vel communi obſeruantia ſaltem interpretatiua appareat: & in reliquo ſtare regulæ iuris communis de qua in *l. negantes* (id eſt etiam ceſſantes) *C. de actio. & oblig. in l. vnica. C. de probi. ſequeſtra. pecuniæ. in l. vlt. C. de executio. rei iudic.* & tex. *infra* §. 162.

186. Si tamen dominus directus via huius impedimenti vel arreſti debitorem non opponentem nec appellante debitum ſuum dumtaxat exegerit, cenſuarius qui nullo alio damno fuit affectus, non poteſt etiam ſi inſens fuit conqueri, nec citare dominum ad afferendum litteras vt ſe opponat arreſto vel impedimento inepto, & extra vel vltra terminos cõſuetudinis facto, non eſt admittendus, ſed in expenſas huius voluntariæ & ſuperuacuæ inſtantiæ condemnandus. text. in *l. vlt. in fi. de eo quod metus cauſa.* & ibi Bar. & Bal. & omnes. Pau. Alex. in *l. ſi cum nulla, de re iudic.* Paul. *conſ. pe. in fi. lib.* Iaſ *l. à diuo Pio.* §. *in venditione col.* 3. *de re iudi. ad hoc l. ſi cũ exceptione in prin. de eo quod met. cauſa*

187. Et facta eſt * *gl. vlt in fi. in d. l. vlt. in fi.* quæ dicit quod licet iſte creditor non teneatur edicto de eo quod metus cauſa: quod tamen incidit in edictum diui Marci: & amitti ius crediti: & condictione ſine cauſa reſtituere tenetur *l. ſed & partus in l. extat. de eo quod met. cauſa*, quia illa iura loquuntur duobus concurrentibus: primum quando creditores vel bona debitoris inuiti inuadit & aufert adhibita violentia facti: ſecundò quando hoc facit merè priuata temeritate & ſine vllo iuſtitiæ miniſterio d. *l. extat. in fi.* ibi ſine vllo iudice temerè poſſediſſe vel accepiſſe: ſecus ſi adhibito apparitore iudicis. *d. l. vlt. in fi. ibi per vim apparitore præſidis interueniente ſine notione, &c.* ſecus ergo ſi apparitore publico adhibito tutè & apertè procedendo, ita vt aliud non deſit quàm vel commiſſio vel cauſæ cognitio iudicis, de quo non curatur quando debitor non fuit plus debito exactus vel damnificatus: & ita debent hæc iura intelligi.

183. Non obſtant allegata *ſuprà nu.* 179. *d. l. pe.* * *C. de pigner. actio. & l. creditores. C. de pigno.* quas omnes glo. & docto. aduſque tam malè contrarias faciunt quàm malè conciliant & intelligunt. Falſum eſt enim quòd omnes putant valere pactum injectionis manus in creditore etiam hypothecario, ita vt poſſit propria authoritate illud exercere: hoc enim nullo iure probatur, ſed eſt contra *l. extat de eo quòd metus cauſa.* & contra *d. l. creditores*, & contra *l. pen. ad l. Iul. de vi priuata*, & omnia iura. Nec obſtat *l. pen. C. de pignerat. actio.* quia non loquitur in creditore auferente rem ipſam vel poſſeſſionem: ſed in auferente dominium debitoris & transferente in alio vendendo rem ſibi priùs traditam à debitore, vt patet in eadem *l. ibi reſtitui.* ergo iam creditor erat factus poſſeſſor: & adhuc ait text. quòd talis creditor & legitimus poſſeſſor non poteſt pro ſuo arbitrio auferre, id eſt, vendendo in alium transferre, & reſtitutionem perimere ſine permiſſione iudicis vel ex conuentione expreſſa.

189. Non ergo d. l. loquitur de pacto, vt non ſoluto debito liceat creditori authoritate ſua rem obligatam accipere: vt omnes gloſſ. & doctor. vbique malè & præpostere hactenus intellexerunt: ſed loquitur de pacto & facultate diſtrahendi pignus ſibi traditum quod poſtquam ex lege conuentionis fecit, non tantum venditio valet, ſed etiam dominium aufertur à debitore & in emptorem transfertur re illi tradita per ſolum creditorem. *l. ſi conuenerit in prin. de pigno. actio.* per quam *d. l. penult.* debet, ſi opus eſt, gloſſari & intelligi, quanquam ſatis è verbis eiuſdem legis nouus imo natiuus noſter intellectus clarè probetur: alloquitur enim debitorem qui pignora tradiderat creditori, & ait quod contra eum ſoluto debito pignoratitia agere poteſt, vt reſtituantur. Quod autem ſubdit text. nec creditor citra, &c. non mutat caſum, ſed eandem hypotheſim continuat prout eſt idem reſcriptum eidem ſuper eodem reſtitutionis pignorum libello directum: vt ſi ea creditor interim alienauerit aut in alios tranſtulerit, nihilominus procedat actio ad reſtitutionem, niſi id permiſſione conuentionali aut iudiciali fecerit, & ſic d. l. creditores, ibi attamen authoritate præſidis poſſeſſionem adipiſci debent, propriè vt ſtat, debet intelligi, non autem verbum, debent, quod eſt neceſſitatis, transformandum eſt in verbum, poſſunt, quod non eſt exponere ſed corrigere text. vt omnes aduſque perperam, falſo metu contrarij d. *l. pen.* violẽter detorſerunt dictam *l. creditores*, vt putant in facultate creditoris quod ponit in neceſſitate, loquitur enim ex debito & non ex ciuilitate.

190. Multum ergo aberrarunt qui poſt Bart. in d. l. creditores crebrius tenuerunt tale pactum etiam contra ſingularem poſſeſſorem priuata authoritate exerceri poſſe. vt Ant. Neguſan. in *tract. de pig. par. 4. nu.* 20. & quòd poſt gl. in d. *l. pe. & in d. l. creditores in l. in poſſeſſionem. C. ad l. Iul. de vi publ. in l. 3. C. vi bon. rapt. in l. pe. ad Iul. de vi priuata*, addunt iſtud pactum excuſare à pœna vi bonorum ra-

* Modus ſolicite regnandi.

* Nouus intellect. *l. pen. C. de pign. act.*

* Contra gloſſam.

ptorum l. Iuliæ de vi publica & priuata non eſt verum probata fraude, vel atrocitate facti.

191. Nec etiam obſtant leges de ſeruis exportandis allegatæ *ſupra num.* 179. quia ſingulare ius eſt in ſeruis & ancillis ſpecialiter introductum, nunc fauore caſtitatis & bonorum morum & eripiendi ab iniuria proſtitutionis irreparabili, vt d. *l. Titius in fi. de ſer. expor.* (vt etiam rectè cenſuerunt Petrus Cynus & Salic. in *l. 2. C. ſi ſeruus exportan. væneat.* & bene, quamuis crebriùs aliter dicant doct. in *l. traditionibus. C. de pact.*) Nunc fauore politiæ & vitandæ corruptelæ ſeruorum, vt ne veterator ſeruus ad alios corrumpendos Romæ vel vbi abligurire ſolebat, moraretur d. *l. Titius in prin.* Porrò non eſt ſimile quod *ſupra num.* 180. dictum eſt de colono qui nullo modo poſſidet, vt omittam quod d. gloſſ. in ver. *facere.* Bal. ibi reprobat, de quo latius dicam j. §. 195. gl. 5. in ver. *moiſſon de grains.*

192. Minùs obſtat *l. vtique ſupra num.* 181. quia dum periculum eſt in mora, debitore cum rebus abeunte permittitur, quòd alias non liceret, vt in *l. quæſitum.* vbi gloſſ. Bart. & alij de pign. & contra fugientem. *l. ait prætor. §. ſi debitorem. quæ in fraud. credit.* & tetigi ad Alex. *conſ. 64. lib. 3. conſ. 241. lib 6.* & ad Phil. Dec. *cap. 1. lectu. 2. extrà de iudic.* aliàs nec includere quidem, imò nec ingredi & deſcribere licet niſi authoritate iudicis & publicis perſonis adhibitis, vt eſt tex. in *l. cùm domini horreorum.* vbi Paul. Caſtr. pulchrè praxim explicat *D. locati.* Non obſtat quòd hæc conſuetudo non ſolùm concedit impedire pro ipſo cenſu, ſed etiam pro iure fundiario, *vt ſupra num.* 182. quia vt diximus *ſupra §. 73. gloſſ. 1. & infra eo. §. gl. 2. in princ.* fundus terræ hîc pro cenſu accipitur, & alternatiua ſtat pro expoſitiua, quod non eſt nouum. *l. vbi pactum C. de tranſact.* cum ſimilibus. Nec etiam obſtat de minori grauamine *ſupra num.* 183. quia verum eſt poſt factum, vt dixi *ſupra num.* 185. ſecus ante factum, ne nouitati feneſtra aperiatur: multa enim in vtroque iure fieri prohibentur quæ facta tenent, *l. patre furioſo.* de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. *l. 1. §. caſum in fi. & vtrobique gl. de poſtul.*

193. Nouiſſimè ad hanc gloſſ. pertinet quæſtio nuper controuerſa. Quidam habens latifundium & ius molendini ſingularis (bannale vocant) dedit in cenſum ius dicti molendini cum ſeſquiiugero terræ ad illud inibi conſtruendum, vtrum molendinarius iſte poſſit contra ſubditos refractarios procedere via prehenſionis vel arreſti granorum & iumentorum molituras in aliena molendina deferentium? Nonnulli etiam docti negabant quia iſtud ius prehendendi cedi non potuerit, ſed tantùm concedi, quia à concedente tenetur in feudum ſub titulo vnius feudi, quòd diſmembrari nequit, nec ſubditi in alium transferri ſine curia, vt per Io. Fab. *inſtit. de aſſignat. libert. l. ſi plures. col. 1. de condit. inſert* Alexan. *l. 2. in fi. princ. fol. matr.* Rom. *conſil. 26. col. vlt.* & quæ latè ſcripſi ſ. § 1. *gloſſ. 3. q. 3.* Contrarium Reſp. quia non penitus alienat: retinet enim ius cenſus & directi domini, & conſequenter fidem ſeu vaſſallagium: quia ſemper remanet vaſſallus totius, nec feudum diſmembratur, ſicut ſi hoc ius ſubinfeudaſſet, vt latè ſcripſi *ſupra §. 35. & 41.*

EPITOME GLOS. 2. §. 53.

1. *Cenſus & fundus terræ idem ſunt.*
2. *Cenſuarius poteſt faciem fundi mutare, etiam ſi laudimia minora futura ſint, niſi ſpes eorum debita adimeretur 6.*
3. *Secus in emphyteuta.*
4. *Originalis inueſtitura tam in feudo quàm in cenſu ſemper attenditur.*
5. *Quatenus ex certa ſcientia apparet mutata, tenet, ſed in reliquo remanet vetus conceſſio.*
7. *Non fit damnum domino directo ſi aduentitium lucrum minore concurſu hominum minuitur, ſecus ſi concurſus prohiberetur. 8.*
10. *Solus dominus cenſuarius dicitur fundiarius.*
11. *Dominus feudi non poteſt vti prehenſione feudali pro iuribus extraordinariis nec ſimplici arreſto 13. 14.*
12. *Feudi natura à pactis inueſtituræ dependet.*
15. *Pactum vt licet pro iure extraordinario nam inijcere non valet, niſi vt priuatum pactum creditoris.*
16. *Quod non valet contra tertium.*
17. *Nec contra paciſcentem de facto reſiſtentem, aliàs excuſat à furto & vi.*
18. *Domino directores feudalis vel cenſualis vel emphyteutica hypothecata eſt. 22.*
19. *Diſpoſitio percipiendi ſuper tali re importat hypothecam.*
20. *Reſpõſum L. C. ad punctum qui reſtringitur.*
21. *Res noſtra quatenus auocabilis eſt, poteſt nobis eſſe hypothecata.*
23. *Si datur aut venditur reditus, ſuper tali re inducitur hypotheca. 24.*
25. *Secus ſi tantùm dicatur, quòd capietur de, vel ſuper tali re.*
26. *Hypotheca legatorum diuiſibilis eſt, vt perſonalis actio.*

GLO. II. IN VERB.

D'aucuns cens ou fonds de terre.

Digitized by Google

HÆC duo cenſus aut fundus terræ, ſeu ius fundiarium pro eodem hîc & in toto hoc tit. accipiuntur, videlicet pro iure dominico cenſus, vt dictum eſt *ſupra §. præced. glo. 1. q. 1.* quod procedit à communi & antiquiſſ. Francorum loquendi modo, qui cenſum pro ipſo terræ fundo præſtare dicunt, & iuſtitiam fundiariam, vt etiam conſuet. Pictau. §. 14. de quo etiam dicam j. §. 78. *g'. 4. in prin.* non enim imponitur ſuperficiei: ſed ipſi fundo & ſolo quamuis aliuſmodi reditus nedum ipſi fundo, ſed etiam ſuperficiei imponi poſſit.

a Cenſuarius poteſt faciem rei mutare.

2. Hinc eſt quòd regulariter * cenſuarius poteſt ad libitum probè vel perperam de re cenſuaria diſponere domino inuito, ſiue ædificando, ſiue demoliendo, ſiue implantando, ſiue in ſtagnum, aut contrà conuertendo, ſiue ad vineam vel nudam aream aut deambulationem vtilitatis vel voluptatis gratia conuertendo. Nec prohiberi poteſt à domino cenſuali ea ſola ratione quòd res ab eo moueatur in cenſum, quia cenſus nunquam perit: non enim penſationem fructuum, ſed honorem domini reſpicit: ideo ſemper ſaluum remanet, nec eſt in conſideratione quod laudimia erunt minora, quia de huiuſmodi caſibus aduentitiis aut fortuitis non curatur *l. Iulia.* Sicut nec ordinarium ius decimæ minueretur, nec minui cẽſeretur: quod tamẽ lõgè antiquius, fortius & fauorabilius eſt laudimiis iſtis.

3. Secus ſi perceptio ipſius cenſus læderetur, & ità debet intelligi conſuetudo Senonenſis §. 239. in vet. & § 224. in noua ſc. quando mutatio vel detetioratio noceret ipſi cenſui, non autem ſi aliis iuribus aduentitiis. Idem de aliis ſimilibus conſuetudinibus. Quod circa hæc aduentitia modifico, vt procedat quando pro ſtatu præſenti tantum iuribus aduentitiis præiudicatur: ſecus ſi in perpetuum. Vnde ſi cenſuarius non ſolum in cenſum, ſed etiam in campi partem teneat, de quo *ſupra in rub. num.* 2. non poteſt formulam ſoli mutare in læſionem partis reditum campi conſuetæ & debitæ: Eadem ratione non poteſt transferre rem in manum mortuam, ſaltem dominus non tenetur pati, vt latè diximus *ſupra* §. 51. *q.* 12. quamuis enim cenſus ſemper integer & ſaluus maneat: tamen laudimia perpetuò & in totum peribunt ſpe adempta, quia hi non ſolent alienare nec hæredes habere. Rurſus modifico, vt non procedat quando domus probè conſtructa data eſt in cenſum, & de hoc conſtat: facta eſt enim inueſtitura, etiam magnorum laudimiorum contemplatione. Ideo demoliendo & in ſtabulum vel cortem conuertendo, non poteſt cenſuarius hanc ſpem tollere, ſed cogi poteſt reficere. Idem ſi ſtagnum ſub ea denominatione in cenſum datum ſit, vel nudum ſolum ſi qua ratione eadem adſit ratio.

4. Et intelligo de originali conceſſione, non autem de recognitionibus etiam antiquis poſteà factis. Si enim cauſa demonſtrationis ſit adiecta qualitas domus, molendini vel ſtagni poſtea conſtructi, hoc non debet cenſuarium grauare, quia ad * originalem inueſtituram ſemper recurrendum eſt: & ſecundum eam recognitiones ſequentes tanquam erroneæ (niſi de expreſſa nouatione ex certa ſcientia ſponte & legitimè facta appareat) corrigendæ ſunt, vt plenè dixi *ſupra* §. 55. *num.* 10. & vltra ea quæ ibi dixi: ita tenent Cardi. Florent. *conſ.* 9: .fauendo pupillis Alex. *conſ.* 92. *nu.* 12. *lib.* 5. Aluar. *conſ.* 1. poſt lecturam feudo. Matt. Afflict. Deciſ. Neap. 195. *dicitur. num.* 5. *cum ſeq.* Vdalric. Zaſius in *epit. feud. par.* 6. Franciſc. Rip. *lib.* 1. *de legibus reſp.* 1. *nu.* 48. *cum ſeq.* dixi etiam in annot. ad Philipp. Dec. *conſ.* 185. *col* 2. latè Do. And. Tiraq. *in tractatu de retract. proximit.* §. 32. *nu.* 39.

* Prima inueſtitura.

5. Quòd ſi in renouatione de certa ſcientia & animo diſponendi ſit appoſita noua qualitas aut nouum onus vel forma, crebrius tenent, vt Bal. *l. imperialem* §. *inſuper de prohib. feudo alien.* per Federic. *in vſib. feudo.* & in *l. 1. col. 2. de rerum diuiſ.* Alex. *l. ſi mihi & Titio col. 5. de verb. obligat.* Carol. Ruinus *conſ.* 20. *lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 24. *num.* 4. *lib.* 3. eſſe nouam conceſſionem: ſed non eſt ita, imò remanet vetus feudum vel cenſus, nec dicitur nouum niſi in qualitate mutata dumtaxat. fac. *l. vlt. C. de nouatio l. præcipimus C. de appell.* & dixi *ſupra* §. 5. *nu.* 78. Concluſio ergo noſtra *ſupra nu.* 2. procedit in dubio quando non apparet de origine conceſſionis cenſualis, & eius conditione: quia nudum ſolum in cenſum olim cõceſſum præſumitur, nec rem deteriorẽ facit (etiã diminuendo) ad priſtinũ ſtatũ reducit *l. ſi vnus* §. *pactus ne peteret in fin. de pact.*

6. Hîc liber non ad longum tranſcribere, ſed breuem ſummam dare conſilij olim à me redditi in graui cauſa inter Ioannem Deſloges ſcutiferum dominum de Chauuigni actorem & pignorãtem vel impedientem ex vna parte: & Iacobum Blanchet ſcutiferum reum & opponentem ex altera parte. Terra erat * argilloſa tegulis imbricibus & vaſis fictilibus conficiendis idonea: actor ſolitus erat in ſuo, huiuſmodi argillam effodere, & artificibus vendere: reus habens vicinum in eadem plaga prædium ſub graui cenſu & reditu actori debito, cœpit idem facere in ſuo, quod dominus directus prohibebat, nolens faciem ſoli à ſuo directo dominio mouentis, in ſuum præiudicium de nouo mutari. Reſpondi reum quatenus iura feudalia vel cenſualia fruſtrarentur vel diminuerentur in ſe, prohiberi poſſe, non alias: vnde ſi fundus ipſe non minoris ob id veriſimiliter vendatur in poſterum, nec minus idoneus erit ad iura perſoluenda.

* Argillæ

7. Non poteſt reus prohiberi eo prætextu quòd dominus vilius aut rarius ſuam argillam deinceps venditurus ſit: hoc enim eſt intereſſe extrinſecum, aduentitium & indebitum de quo non curatur. text. in ſimili, in *l. libertus negotiatorius. de oper. liber. l. quæro de iure patro.* vbi etiam in patrono qui libertatem, quæ vitæ æquiparatur, dedit: huiuſmodi confiſcatio non admittitur. Hinc Alber. in *l. ſi manifeſtè. in fi. C. ad l. Aquil.* decidit appoſitiſſimè: quòd ſi duo fratres fecerunt diuiſionem in qua molendinum vnum cum riuo & aquæductu remanſit commune: deinde vnus alteri concedit ius ducendi aquam de d. riuo & aquæductu communi ad prædia ſua ſine damno molendini, decidit quòd iſte poteſt in ſuo conſtruere nouum molendinum ſi aquà vtique ſufficiat, nec dicitur inferre damnum priori molendino communi, licet ei minus lucrum deinceps accedat: quia iſtud lucrum eſt aduentitium & ex arbitrio aliorum. Ita etiam decidit Bal. in *l. vnica oppoſitio. 13. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.* & in *conſ. incip. commune & homines,* quod eſt conſilium Signor. de homode. inter conſilia Bal. *conſ.* 56. *lib.* 2. ſecundùm veterem, *& conſ.* 71. *lib.* 1. ſecundùm nouam impreſſionem. Bar. in *l. quominus de fluminibus,* & ibi Ial. q. 13. Præpoſi. Mediol. *de controu. inueſt.* §. *ſi quis de manſo. in vſibus feud.* Alex. *conſ.* 194. *nu.* 11. *lib.* 2. Cæpola *de ſeruit. ruſtic. prædio. in tit. de ſeruit. aquæduct.* paulò ante medium Matth. Affl. & Deciſ. Neap. 388.

8. Quæ limitat ſingulariter Steph. Bertran *conſ.* 196. *nu* 5. *l.* 2 in primo, impreſſis per Simo. Vincent. quando homines prohibentur ire ad prius molendinum, ita quòd tolleretur ei commercium, quod non fit hîc, & ſic hac ratione non poteſt dominus conqueri. Sed ſi dicta argilla copioſè ſemel erута non renaſceretur niſi longiſſimo tempore: & interim prædiũ effoſum eſſet inutile per longiſſimum tempus, poſſet dominus vtilis prohiberi niſi ſatisfaceret indemnitati domini directi, niſi argilla breui tempore renaſceretur, vel niſi tam moderata quantitatẽ extraheret, vt prædium in valore notabiliter non diminueretur, quin præter canonem ordinarium poſſet vendi & ferre laudimia ſolita.

9. Quamuis ergo primo intuitu videatur in dicta concluſ. ſupra eodem num. 2. differentia inter cenſum

& emphyteuſim, eo quòd in iſta reditus eſt maior, & ſic facilius contigit læſio: tamen eadem analogia eſt, nec eſt ius diuerſum, ſed rarius contingens in modico cenſu, & frequentius in alio reditu aut vectigali vel emphyteuſi, quia ſi domus conceſſa ad reditum diruere-tur, aut alias notabiliter deterioraretur, fieret illicò præiudicium concedenti quominus percipere poſſet reditum ordinarium, & principaliter ad penſationem fructuum ordinatum Cæpol. *tract. de ſeruit. ruſt. prædio. ca.* 22. *de montibus*. Bal. & alij *l.* 1. *C. de iur. emphyt.* Franc. Curt. ſenior *conſi.* 70. *vol. vlt.* Io. Amicus *conſi.* 107. hinc eſt quòd ager iuri campi partis ſubiectus (de quo in rub. huius *tit. nu.* 2.) non poteſt per proprietarium (ita dominum vtilem vocant) paſcuus fieri vel inædificari ſine conſenſu domini, vt decidit conſ. Ambianenſ. §. 15. quæ in hoc eſt generalis tanquam ius commune continens idem in ſimilibus.

10. Redeundũ ad principium huius gl. quamuis aliàs ex etymo & generali ſignificatione vocabuli, omnis dominus directus ſiue feudalis, ſiue cenſualis, ſiue emphyteuticus, ſiue etiam locator ad longum tempus poſſit vocari dominus fundiarius: tamen communiter vſus loquendi apud nos inualuit vt ſolus dominus cenſualis, cui ratione ipſius fundi annua præſtatio in qualitate iuris dominicalis & cenſualis penditur, dominus fundiarius in hac materia appelletur: & idem ſit deberi quid ex cenſu vel fundo terræ, vt hîc & in conſuet. Syluanectenſi § 28. 279. & Borbonj §. 392 393. 394. Senonenſi antiqua & noua in tit. *de iuſtice ſonciere, & no. ĩ. 55. gl.* 4. *in prine.* ſunt tamen quædam loca extra hunc præſidatum in quibus domino fundiario nihil annuum debetur, ſed tantum in caſum alienationis ius inueſtituræ vel laudimiorum: licet fundus non ſit feudalis nec allodialis, ſed paganicus, roturarium vocant, vt ſub conſuetudine Rhemenſi §. 140. & tunc dominus directus non dicitur cenſualis, ſed tantum fundiarius, & ſic vox fundiarius generi magis accedit.

11. Qværo primò quid ſi de facto prædium conceſſum fuerit in feudum ad onus iurium feudalium, & etiam ad onus certæ præſtationis annuæ ipſi domino & ſucceſſoribus, cuiuſmodi quædam vidi non ſolum ab eccleſiaſticis, ſed etiam à quibuſdam ſecularibus conceſſa: vtrum dominus pro ſolutione huius penſionis poſſit prehendere ſeu ſaiſire & ad manum ſuam ponere prædium, vt poſſit ex defectu fidei, aut ſaltem vt poſſit ex defectu catalogi? Et ſi non poſſit, an ad minimum poſſit impedire fructus pendentes fundi, vt ſimplici domino cenſuali liceret? Breuiter ad duo prima capita huius tricipitis quæſtionis dicendum eſt quod non, per not. ĩ. §. 33. *num.* 125. *cum ſeq.*

12. Ad tertium verò & vltimum caput prima facie videtur quòd ſic, quia cum iſtud arreſtum vel impedimentum concedatur ſimplici domino cenſuali, fortùs conceſſum videtur domino feudali qũi habet ius potentius & nobilius, vt etiam iam expeditum eſt in gl. *præcedenti, nu.* 177. Tum non diſcrepant, ſed conueniunt verba huius conſuetudinis, quia dominus feudalis verè eſt dominus directus fundiarius. Tum tertio cùm natura cuiuſque feudi potiſſimum dependeat à pactis inueſtituræ *c.* 1. *ibi propter tenorem inueſtituræ de duobus fratribus de benefic inueſti.* & ibi Bal. Alnaroc. Præpoſi. Bal. *nc.* 1. § *denique col.* 1. *quæ fuit cauſa primæ beneficij amit. & in prælud. feudo. in* 4 *diuiſo.* Bal. in *l. quoties col.* 1. *C. de fuis & legit hære.* Iſta penſio videtur etiam ius dominicum & dominicali in re deberi, vtpote pactis inueſtituræ inter dominicalia iura comprehenſa: & ita in multis locis practicatur.

13. Quibus nonobſtantibus contrarium in terminis veſtræ vel alterius ſtrictæ conſuetudinis dicendum eſt, quia proculdubio iſte titulus non loquitur niſi de cẽſu & domino cenſuali, vnde de ſe non poteſt extendi ad alia iura etiam dominicalia, nec ad alium dominum directum quàm cenſualem, niſi in vim conſuetudinis A localis vel communis obſeruantiæ de qua conſtet. Præterea iura feudalia extraordinaria, id eſt, quæ præter conſuetudinem & contra feudorum naturam ſpeciali & priuata pactione introducta ſunt, non cenſentur inter iura dominicalia, ſaltem quantum ad fauores & remedia introducta à conſuetudinibus locorum, vt plenè dixi ĩ. §. 33. *q.* 40. *nu.* 125. Et quemadmodum dominus cenſualis pro reditu fundiario etiam in prima inueſtitura & conceſſione in cenſum æquè originaliter creato, nõ poteſt vti prærogatiuis huius conſuetudinis domino cenſuali & pro cenſu dumtaxat datis, vt in ſuprin rubr. hoc titul. *nu.* 14. Ita nec dominus feudalis pro iuribus aliis quàm verè feudalibus & ordinariis ad quæ tantùm conſuetudo reſpexit, patet, quia B etiam pro veris originariis feudalibus iuribus, ſed antiquis h.e. ante nouiſſimam aperturam clauſam debitis nec prehendere, nec prehenſum retinere liceret.

14. Et ſic pro iſto reditu etiam æquè originario, nedum non poteſt vti prehenſione feudarij, vt dominus feudalis: ſed nec ſimplici impedimento vt dominus cenſualis vel fundiarius, quia non eſt dominus cenſualis: & illo reditus non eſt nec eſſe poteſt cenſus, & eadem res reſpectu eiuſdem non poteſt eſſe feudalis & cenſualis propriè, vt dictum eſt in rub. huius tit. Et quamuis ſit ius fundiarium, tamen hoc remedium dominicum & conſuetudinarium arreſtandi & impediendi nõ eſt datum cuiuis domino fundiario, nec pro quouis iure fundiario, ſed ſoli domino cenſuali, & pro cenſu tantum, vt dictum eſt: quanquam dominus feudalis pro iuribus ordinariis feudalibus ſimplici arreſto C vti poſſit, non tanquam arreſto cenſuali, ſed tanquam ſemipræhenſione feudali, vt dictum eſt in gloſ. *præced. n.* 77. ſi quæ vera alia, puta ex garantigia, remedia habeat, illis vti poterit priuatorum more, & communi aliorum obligationum iure: non autem hac ſpeciali prærogatiua dominicali quæ ad ſua peculiaria iura à conſuetudine intenta limitata eſt. Si tamen feudo aperto & ex defectu hominis & iurium prehenſo, dominus propter hæc iura extraordinaria retineat, non tenetur ad damna & intereſſe, nec ex capite prehenſionis quæ ex iuſta, vera & permiſſa cauſa facta eſt, nec ex capite retentionis ſi conſtet de debito & mora vaſſalli, ſed fructus non lucrabitur, in cenſu vero nunquam fit apertura, ideo nunquam licet præhendere niſi ex cauſa limitata.

D 15 Secvndo, quæro quid ſi in inueſtitura pactum ſit quod etiam pro dicto reditu vel pro releuiis, liceat * manum inijcere feudo, vel prehenſum retinere, vel ſi in inueſtitura cenſus pactum ſit, vt liceat domino manum inijcere vel fructus impedire etiam pro renouatione inueſtituræ vel ſolutione laudimiorum? Breuiter dico primo, pactum non valere iure publico vel conſuetudinario, quia à conſuetudine nullo modo fauetur, ſed relinquitur in terminis conuentionis priuatæ, odioſæ, inſolentis & reſtringendæ. Secundò dico quòd iure ſcripto non poteſt valere, niſi vt in ſimili pactum priuatum creditoris hypothecarij de occupanda poſſeſſione pignoris vel hypothecæ propria authoritate debito non ſoluto, *l. pen. C. de pignor. actio. l. creditores. C. de pigno.* E

* Pactum de manus injectione an & cuius reſpectu valeat.

16. Quod tamen non valet contra tertium cui debitor poſtea ſine dicti pacti onere vendidit vel ceſſit, quicquid dicant Bar. & ſequaces in *l. ſi quis ſub pacto. de contrab. emp. & vend.* Pet. Cy. Bar. Bal. Sali. in d. *l. creditores*: qui in hac materia & intellectu legum valde erranerunt, dum de caſibus particularibus d. *l. ſi quis ſub hoc pacto. & l. Titius, de ſeruis expert. & l.* 1. *& ſ.* 2. *C. ſi ſeruus exportandus veneat*, faciunt regulas generales, vt dixi in nouis intellect. è quib. quædã ſumpta tradidi in *gloſſ. præcedenti nu.* 187. *cum ſeq.*

17. Adhuc contra debitorem ipſum de facto reſiſtẽte non valet ad exequendum propria authoritate, cùm via facti prohibita ſit, præſertim in hoc Regno

& nemini liceat sibi ius dicere, imò nec domino quidem feudali authoritate publica & fauorabili consuetudinis armato, licet prehensionem suam feudalem armis aut violentia facta exequi: sed tunc recurrere debet ad auxilium prætoriæ iurisdictionis, vt dixi 3.§.1.*gl.* 4.*nu.*14. Quartò minùs licere potest vbi nulla subest authoritas, nulla permissio iuris, imò iure resistente quod prohibet ab executione incipi. *l. negantes C. de actio. & oblig.* & cui prohibitioni iuris non potest derogari pactis priuatorum: sed illud pactum operatur, vt debitore de facto non resistente creditor pignore capto vel feudum ingressus non incidat in edictum. *l. extat quod metus causa, nec in l. meminerint & l. vlt. C. vnde vi*, nec teneatur furti nec interdicto quòd vi aut clam, nec alio priuato vel publico iudicio. Manus autem injectio consuetudinaria maioris est efficaciæ & statim trahit secũ fructuum vel saltem mulctarum periculum, etiam contra tertium qui nondum recognouit. Fateor tamen quòd illud pactum eiusdem posset esse effectus contra ipsum obligatum vel eum qui recognouit iuncta communi obseruantia quæ hodie casu non careret ratione per no. in *gl. præcedenti. nu.* 178.*cum seq.* Nec obstaret decretum de quo in fi. huius operis ex constit. Caroli 7. quia ista esset potiùs interpretatio quàm noua consuetudo: sed vni soli priuato hoc attentare periculosum esset, vt dixi.

* Hypothecata & res censualis vel feudalis domino directo pro eius iuribus.

18. TERTIO quæro vtrum* res feudalis vel censualis sit hypothecata domino directo pro iuribus & commodis feudalibus aut censualibus? Dubium facit quod etiam in emphyteusi sententia quorundam est rem non hypothecam domino pro canone emphyteutico, quasi absurdum sit aliquem in eadem re & dominium directum hypothecam habere arg. *l. neque pignus de reg. iur.* & quòd fundus emphyteuticus non sit hypothecatus pro canone firmat Angel. in *l. vniuersus in prin. C. ne rei domi. vel templo.* Breuiter contrarium dicendum est etiam in feudo vel censu: quin etiam fructus ipsi, etiam à solo separati, nedum pendentes sunt hypothecati. *l. in prædiis, in quibus can. pign. vel hypoth. tacit. contra. suprà eo. gl. 1. nu. 28. & 51.* & idem generaliter in omni re concessa ad certum reditum aut vectigal super eadem præstandum vel percipiendum, etiam si non sit retentum dominium directum, vel aliud ius.

19. Quia quoties aliquod onus apponitur super certa re vel pacisci tur de percipiendo aliquo iure super ea, eo ipso censetur pro ea præstatione hypothecata *l. codicillis §. instituto. ibi neque fœnerari super eas:* & ibi Bar. Bald. Paul. & alij de *lega.* 2. idem decidit Bart. in *l. fundus quẽ*, & ibi Lancelo. Deci. *D. de annuis leg.* & plenè Ioan. Fab. in §. *item Seruiana, col. pen. & vlt. insti. de actio.* Matth. Affli. in *Deci. Neapol. 162. nu. 6.* And. Alcia in *l. plebs §. pignus de verb. signific.* Ludo. Roma. *consil.* 388. Alex. *consil.* 156 *num* 3. *lib.* 6. vbi in annot. dixi. Hiero. Gigas. in *tract. de pensio. q.* 51.

20. Non obstat *l. vlt. insi. de contrab empt. & vend.* quia personalem tantùm obligationem negat de qua ibi tantùm quæritur: non autem hypothecariam, vt ibi Barto. & alij: & responsa iurisconsultorum debent ad punctum interrogationis restringi, nec vltra extendi *l. Fulcinus § Celsus autem. quibus ex caus. in poss. eatur.* ibi hoc annotandum est Celsum consultum non de latitante, sed de absente & præcipuè Scæuolæ (cuius est d. *l. vlt.*) qui cæteris erat morosior, breuior & angustior in responsis, vt dixi in quarta & quinta lectione Dolana in nouis *intellect. l. ex parte. D. famil. ercisc. in fi. & l. qui pro donato. nu. 9. D. pro dona.* Itaq; in casu *d. vlt. §. vlt.* non negatur esse hypothecam de qua ibi nulla facta est quæstio nec decisio, nec etiam continuo dicendum ibi fuisse hypothecam etiam generalem, potuisset enim in casu ibi concisè narrato, certus ille fundus causa designandæ solutionis tantùm expressus fuisse vt in fine huius glos. dicemus

21. Retentio autem dominij directi cum iure dominicali, non impedit quin dominium ipsum vtili (quam proprietatem Galli vocant) sit* hypothecatum domino directo, siue pro iuribus dominicalibus aut quocũque alio debito, vel vt extraneo creditori, quia quod attinet ad vtile dominium, res non est propria dominij directi, sed prorsus aliena: & sic nihil est quod repugnet hypothecæ, imo etiam si res sit pleno iure nostra, videlicet respectu dominij directi & vtilis: si tamen non sit simpliciter nostra, sed renocabiliter: tunc illo respectu quo potest auocari, potest nobis esse hypothecata, *l. ex fextante §. Latinus de excepti. rei iudicat.* etiã si sola possessio iudicis officio reuocari possit, & quocunq; modo auocari possit, eatenus potest hypothecari, vt appositissimè decidit Bart. in *l. si finita §. Iulianus col. vlt. ver. sed circa. de dam. infect.*

* Hypotheca non impedit retentio domini directi.

22. Et in re* emphyteutica quod sit hypothecata pro canone, & possessor hypothecaria conueniri possit firmat Bal. *in auth. si quas ruinas col. 3. in fi. C. de sacrosan. eccles.* per tex. in §. *scire in fi. in auth. de non alien. aut permu. col. 2.* cum quo transit Io. Imol. in *l. quod dicitur in princ. col. 7. ver. dicit.* Bal. in *auth. si quas. D. de verbo. obligat.* Verum est quod Iaf. in *l. 1. col. 1. 4. nu. 70. C. de iure emphyt.* contrarium sentit. dicens quod text. in *d.* §. *scire nil probat.* Et certè non dicit rem ipsam emphyteuticam specialiter esse hypothecatam, sed dicit simpliciter res ipsius emphyteutæ obligatas esse, quod sufficit: quia appellatione rerum, venit etiam dominium vtile emphyteuticum, & quicquid est in iure aut ære nostro. *l. rei appellatione cum ibi not. de verbo. signif.* & sic vera est opinio Bal. quam sequitur Alex. *consi. 79. nu. 9. lib* 1. vbi loquitur etiam in feudo. Matth. Afflict. *Deci. Neapol.* 95. verum est quod ille text. §. scire, non loquitur nisi in emphyteusi ecclesiastica: sed tamen generaliter idem dicendum in omni re quæ conceditur vel transfertur ad onus certæ præstationis annuæ, siue concessio fiat in perpetuum siue ad tempus: ipsa enim rei concessio operatur non simplicem solutionis super ea vel ex ea destinationem: sed obligationis & præstationis limitationem & assignationem super re concessa & consequenter hypothecam, etiam si aliter non exprimatur.

* Emphyteutica res hypothecata est pro canone.

23. Sed quid si non fiat concessio rei ad reditum, sed dominus rei donat aut vendit super tali re sua, vel ex tali re sua? Et inuenio quod Hostiensis *in summa tit. de locato §. quæ act. ad fi.* Spe. in *ti. de loca. §. nunc aliqua. vers. 86.* Io. Fab. in §. *item Seruiana col. vlt. inst. de actio.* Guid. Pap. *Dec. Delph.* 432. *in fi.* distinguunt an præstatio sit ad certum tempus, vt tunc non sit res hypothecata: Secus in pensione perpetua, sed eorum distinctio confunditur per text. apertum in *l. vlt. D. de contrab. emp. & vend.* vbi nulla fit mentio quod præstatio sit temporalis vel personalis. Sed text. generaliter loquitur, & potius sentit de præstatione reali successiua & perpetua, in quantum loquitur de promissione annua pro prædiis alienis quę perpetuo manent, & quod not. gl. Bart. Lancelo. Dec. in *l. Gaius de annu. leg.* Et quod indistinctè personalis actio non sequatur singularem successorem nec passiuè, vt in d. *l. vlt. §. vlt.* nec actiuè tenet Lancelo. Deci. in *l. liberto. in prin. de annuis lega. post* Ang. Peru. in *l. non solum §. morte. de operis noui nuntia.* vbi tenet quod si promisisti mihi ædificare domum in prædio meo. & ego alienaui prædiũ in Sempronium, tu es liberatus. Multa ex aliis Docto. sparsim dicta huc prolixè colligi possent.

24. Sed breuiter dico nunquam tam nudam verborũ (in quibus Doct. velut in aqua hærent) differentiam inspiciendam esse: quàm mentem, & verisimilem cõtrahentium vel dispositionis intentionem: vnde si ex forma contractus appareat partes voluisse reditum conuentum limitare & assignare per modum taxationis & specialis assignationis super certo fundo, prout satis apparet ex forma donationis, vel venditionis cer-

ti reditus ſuper certo fundo ſpecialiter nominato: in qua præſens quæſtio ꝛ. *nu.* 10. *in prin.* formata eſt, & tunc certum eſt ſuper eo inductum eſſe hypothecam etiam ſpecialem, etiam ad effectus conſuetudinum, de quibus j. §. 59 60. 70. *&* 191. ſiue reditus ſit perpetuus, ſiue temporalis, ſiue dictum ſit in fundo vel ſuper fundo, quamuis Alc. in *d. §. pignus in l. pleb. de verb. ſign.* & communiter cæteri Doct. in his nudis verbis differentiam ſtatuant: & moueor quia aſſignatio & taxatio rei tantundem omnino aut plus habet energiæ quàm aduerbium ſuper, de quo Doctores non dubitant.

25. Si verò non appareat de tali ſpeciali & limitata aſſignatione, ſed incipitur à promiſſione legati, vel conſtitutione certi reditus in genere, poſtea dicitur quod ſoluetur vel capietur de fructibus talis fundi, vel talis ditionis, & ex hoc ſolo non eſt inducta hypotheca: videtur enim dictum cauſa deſignandæ ſolutionis, & non cauſa inducendæ nouæ diſpoſitionis. *l. quidam in teſtamento. in prin. de leg.* 1. & in dubio quod minus eſt, accipitur *l. ſemper in obſcuris de reg. iuris.*

26. Fateor quod in legato ineſt hypotheca generalis legalis de qua in *l.* 1. *C. com. de leg.* §. *noſtra autem inſt. eo.* Sed ea non eſt niſi de rebus teſtatoris, & diuiſa atque diuiſibilis eſt, vt & ipſa actio perſonalis ex teſtamento. *d. l. inſi.* & dixi in *tract. diuid. & indiu. qu.* 4. *nu.* 128. Nos autem de conuentionali, & ſpeciali hypotheca quærimus. ¶ Pariter ſi contractus factus eſt coram notario, ineſt clauſula generalis hypothecæ conſueta apponi: ſed niſi aliud concurrat non ſequitur eſſe ſpecialem hypothecam maximè ad effectus, de quibus j. §. 59. 60. 70. *&* 191. Ex quibus liquet hanc quæſtionem non eſſe inutilem etiam in locis vbi per conſuetudinem expreſsè cauetur res cenſuales eſſe his iuribus hypothecatas domino directo, vt Trecis §. 52. *inſi.* Senonis *in veteri* §. 234. *&* *in noua* §. 237. *&* *aliis pleriſque.*

75.

Si le proprietaire ſaiſi s'oppoſe à la ſaiſie, il doit auoir main leuée par prouiſion en conſignant trois années du cens.

EPITOME GLOS. 1. §. 74.

1. *Laudimia dicuntur à laudando authore, & in cenſu non ſunt pars pretij vt in feudo* 2.
3. *Venditor nullo modo tenetur domino cenſuali, aliud in feudis.*
4. *Laudimia ſunt genus, ventæ ſpecies.*
5. *Varietas conſuetudinum.* 8.
6. *Venteroles, reuentons.*
7. *Cenſualia prædia, vt feuda, ſunt patrimonialia nec ſubiecta laudimiis in toto Regno, ſed tantum vbi cauetur.* 11.
9. *Conſuetudo Artheſiana durior aliis.*
10. *Vbi conſuetudo non exprimit quantitatem laudimiorum, intelliguntur ad ratam vnciæ pretij.*
12. *Releuia cari pretij quam odioſa.* 23. 25.
13. *Veritas & eius probatio non eſt occultanda.*
14. *Alternatiua non concludit certum.*
15. *Conſuetudinis ſcriptæ vel ſtatuti metus terribilis, nec iura particularia dominorum debent titulo conſuetudinis armari.* 18. 20. 31. 32.
16. *Inſolitæ ſeruitia & exorbitantia onera præſumuntur per vim extorta.*
17. *Nec currit præſcriptio.*
19. *Conſuetudo non eſt ius ſingulorum, ſed totius vniuerſi.*
21. *A ſtatuto facto contra certam perſonam poteſt appellari.*
22. *Debitor tenetur recognoſcere debitum ſub inſtrumento probante, ſed non cum guarentigia.*
24. *Labor & impenſa non debent authori damno eſſe.*
26. *Fauor ædificiorum vrbanorum.*
27. *Fauore publico & religionis cogitur quis vendere.*
28. *Et fauore ædificiorum vrbanorum.*
29. *Et fauore pacis.*
30. *Sed priuati nũ habẽt actionẽ niſi decreto facto*
33. *Multa releuia vnius anni non debent fructus anni excedere, vel vnicum exigendum.*
34. *Pretium venditori dandum dumtaxat ad metienda hæc laudimia attenditur, non reliqui ſumptus.*
35. *Quomodo intelligendum quod onera ſint pars pretij.*

* §. LXXVI.

* Olim fuit

PAR ladite couſtume les droicts de vente deubs au ſeigneur cenſier ſont de douze deniers vn denier: qui eſt pour chacun franc ſeize deniers pariſis.

Laudimia debentur domino cenſuali pro rata vnicæ vnciæ pretij.

HIc text. nihil aliud facit, quàm taxare laudimia cenſualia ad duodecimã partẽ pretij, & ſic alia expoſitione non indiget: non enim dicit tex. quòd debeatur domino pars certa pretij, *vt in feud.* ꝛ. §. 33. ſed quod pro duodecimo quoque denario debetur vnus denarius laudatiui ſiomine. Et nota quòd quãuis verbum * Laudimium ſit de ſe vox generalis ad omne id quod domino directo ſoluitur in renouatione inueſtituræ, ſic etiam releuia feudalia, & quas vocant ventas tam in re feudali quàm cenſuali, vt apertè conſuet. Pictau. §. 14. & id etiam quod pro ſaiſina penditur. j. 78. §. comprehendit, à laudando id eſt nominando & agnoſcendo authore ſeu domino directo Laudimia dicta, vt inquit Budæus in *l. Hierennius de euictio.* quod etiam veteres noſtri legum & canonũ profeſſores tradiderunt, vt Oldra. *q.* 34. Io. And. in *addit. tit. de loca.* §. *nunc aliqua. ver.* 71. Alciat. verò *parergon. lib.* 1. *ca.* 45. *in fi.* dicit laudimium & latinius * laudatiuum. Tamen apud nos crebrior vſus loquendi non vocant laudatiua, ſiue laudimia niſi in cenſu in caſum venditionis in, feudo autem quamuis re ipſa ſit grauius

* Laudimiũ

* Laudatiũ

laudatiuum & dutior ſeruitus, nullo certo nomine, ſed nuda periphraſi vtuntur, *Le quint denier, & requint*, hoc eſt quintus denarius & ſubquintus, vt patet in noſtra & cæteris conſuetudinibus.

* Laudatiũ feudi differt à laudatiuo cenſus.

2. Et nota differentiam inter * laudatiuum feudi & cenſus in caſu venditionis: quia laudatiuum feudi eſt verè pars pretij, ſed laudatiuum cenſus nullo modo pars pretij, ſed ad certam quotam pretij limitatur. Patet, quia in feudo venditor ipſe tenetur quintum pretij ſoluere domino, & ab hoc exonerare emptorem: poteſt etiam venditor ſi totum pretium receperit recte conueniri à domino, quin etiam emptor poteſt ab initio tempore ſolutionis deducere venditori quintum pretij & illud retinere ſoluendum domino, vt ſupra §. 33. *& ibi not. q.* 2. *num.* 6. & ſic verè capitur & B defalcatur de corpore & ſubſtantia pretij, & hoc neceſſario important hæc verba, quintus denarius, & hinc eſt quod in feudo non ſolet vocari laudatiuum ſeu laudimium: ſed vt nuper dixi nuda periphraſi vtuntur, *le quint denier*: quia *vt diximus* 5. §. 33. *nu.* 7. omnia laudatiua vel laudimia & gabellæ ſolui debent per emptorem ſiue nouum acquiſitorem rei mouentis à domino qui laudandus eſt à nouo acquiſitore, cuius oppoſitum eſt in quinto denario feudi.

3. Quod autem laudatiuum cenſus nullo modo ſit pars patet, quia emptor fundi cenſualis tenetur integrum pretium conuentum ſoluere, nec poteſt laudatiui nomine quicquam defalcare venditori, nec habet dominus vllam actionem ad hoc contra venditorem qui totum pretium receperit, ſed ſolus emptor C tenetur de ſuo ſoluere, vt j. §. 78. ergo non eſt pars pretij, ſed alia & ſeparata ſumma à pretio: verum eſt quod taxatio & determinatio quantitatis refertur ad certam quotam, videlicet duodecimam partem pretij, & ſic non eſt pars pretij, ſed aſcendit tantum quantum vnica vncia totius pretij, & ſic longè infrà dimidiam eius quod plus duplo penditur in feudo, in quo duæ vnciæ & quinta pars duarum vnciarum totius pretij, & ſic ferè duæ vnciæ cum dimidia defalcantur & ſoluuntur patrono, *vt ſupra* §. 33. *nu.* 6.

4. Nunc retento communi vſu loquendi laudimiorum, videlicet pro eo quod domino cenſuali debetur occaſione venditionis rei cenſuariæ, notandum ad declarationem variorum terminorum & conſuetudi- D num, quòd vulgo feruntur duo principales termini, videlicet, *lots** *& ventes*, ſeu laudimia & ventæ, quaſi ex diuerſitate nominum diuerſa ſint iura, tamen in veritate non ſunt niſi vnum ius, videlicet laudatiuum, vt etiam ſentit Io. Faber qui horum verborum meminit. *inſtit. de empt. & vendit. in princip.* & apertè teſtatur conſuetudo Stampenſis hoc *tit.* §. 48. Nuper auſpiciis illuſtrium virorum è ſupremo Senatu noſtro ſelectorum Dom. Chriſtophori Thuani præſidis, Bartholomæi Fayj, & Iacobi Violæi ſenatorum integerrimorum redacta, quæ ab antiquo conſuetudini Pariſienſi ferè in omnibus conformis fuit. Si quis tamen ad viuum ſingula vel minima excutere velit, propriè differunt ſicut genus & ſpecies. Laudimia enim vulgò, *lots*, ſunt genus: & propriè complectuntur quic- E quid propter venditionem aut aliam alienationem laudatiui nomine domino directo debetur. Sunt enim quædam ſed raræ conſuetudines in quibus etiam de permutatione, in quibuſdam etiam de omni commutatione debetur laudimium pro rata æſtimationis rei, de quibus j. §. 78. *gl.* 2. *in fin.* Ventæ autem ſpecialiter ſunt, quod in caſum venditionis debetur.

* Lots & ventes.

5. Sed hæc differentia quæ ex proprietate & etymo verbi naſcitur, ſæpe etiam in pleriſque conſuetudinibus ex abuſu vulgi confunditur: adeo vt in quibuſdam locis etiam ex eodem contractu venditionis dicant deberi, *lots & ventes*, tanquam (non ſine abſurdo) duo iura ſpecie & æquè principaliter diſtincta copulatiuè debita, ſed diuerſo modo. Primo modo A altera à venditore, altera ab emptore, ſecundo modo vtraque ab emptore, vt de primo modo in conſuetudine Meldunenſi §. 117. vbi quod abſurdius eſt, dicitur venditorem teneri quantum duodecima pars eſt pretij ſoluere, *pour les lots*, id eſt pro laudimiis vel laudatiuo, & emptorem alteram duodecimam pro ventis, quum potius eſſe deberet è conuerſo, videlicet quod venditor ſolueret ventas, emptor autem laudimia, quia ipſe & non venditor debet laudare & agnoſcere dominum, prout etiam rectiùs loquendo diſponunt conſuetudo Senonenſis §. 222. in antiqua: ſed nunc in noua §. 226. Trecenſis §. 52. Secundo verò modo, vt conſuetudo Aurelianenſis §. 177. De Lorris, *eod. tit.* §. 4. volunt ipſum emptorem teneri ſoluere quantum vna duodecima pretij, *pour les lots*, id eſt pro laudimiis, rurſus alteram duodecimam pro ventis, & ſic in effectu duas vncias ſiue quantum valet ſexta pars totius pretij.

6. Et de dicto verbo, *ventes*, oritur diminutiuum, * §. *venterolles* ſeu *reuentons*, quod ad ſimilitudinem ſubquinti feudalis tunc demum habet locum, quando venditor tenebatur ad alteram ventam ſeu laudimiũ, & paciſcitur de certo pretio franco, vtque emptor vtriuſque ventæ onus ſuſcipiat, vt in d. conſuetudine Meldunenſi §. 122. Syluanectenſi §. 236. Claromontenſi §. 115. & in ſimili conſuetudine. qua hoc cauetur, alioquin etiam ſi venditor totum onus reiiciat in emptorem emendo certo franco pretio: non tamen debet augeri quantitas laudatiui, prout etiam non augeri diſponit conſuetudo comitatus Dorcarum quæ Carnotenſi continuatur §. 119. ſed etiam ſi conſuetudo non neget augeri: ſatis eſt quod expreſſim non diſponit de augmento vel duplicatione laudimij.

* Venterolles.

7. Quia, vt ſæpe diximus, prædia* cenſualia ſicut & feuda ſunt patrimonialia nec ſubſunt ſeruituti, niſi quatenus de conſuetudine loci vel ſpeciali pacto inſtitutæ apparet. Hinc quod obiter ſcripſit Io. Faber *inſtit. de empt. & vendit. in prin.* de conſuetudine Regni Franciæ deberi ventas domino cenſuali in caſu venditionis, non generaliter, ſed vt plurimum, non de generali, ſed de frequentiori conſuetudine Regni debet intelligi, prout nec Ioan. Faber dicit talem eſſe conſuetudinem generalem. Sunt enim plura quamuis pauca præ aliis loca & præfecturæ in Regno, in quibus domini cenſuales non ſunt fundati de conſuetudine, nec aliquo iure publico aut conſuetudinario in perceptione laudimiorum, ſed ſolum in iure priuato & titulo particulari, vt in Duçaru & Comitatu Burgundiæ in tit. *des cenſes* §. 1. & in Conſuetudine Caluimontis. §. 57.

* Prædia cenſualia ſunt patrimonialia.

8. Quibus autem in locis fundantur in conſuetudine loci, id non vno perquam vario & diſformi modo contingit. Aliæ enim conſuetudines de laudimiis in ſe, ſed non de certa quantitate diſponunt vt Meldunenſis §. 198. cum tribus ſequentibus Conſuet. Aruerniæ, tit. *des acbapts, lots & ventes* per tot. Cæteræ vt plurimum etiam de certa quantitate diſponunt, ſed diſformiter. Aliæ duplices ventas ſiue ad duas vncias ſeu ſextam partem pretij, nunc partim à venditore, partim ab emptore æqualiter, vt Conſuetudo Comitatus Dorcarum quæ Carnotenſi ſubiungitur §. 149. & Trecenſis §. 52. nunc à ſolo emptore dependi volunt, vt Pictauienſis §. 14. Quandoque non exprimunt à quo, vt Borboni §. 395. Engoliſmenſis §. 12. Aliæ etiam chirothecas aut congium vini addunt: aliæ ſimplices & vnicas ventas venditori ipſi imponunt, vt Syluanectenſis §. 236. Claromontenſis §. 115. aliæ ſoli emptori, vt hîc; * vel acquiſitori, vt Turonenſis tit. *des racbapts* §. 17. quod eſt regulare quando conſuetudo non exprimit a quo debeant ſolui. Multæ ſe referunt ad titulos vel vſus particulares, vt Senonenſis tam vetus quam noua. §. 21. & 226. Meldunenſis. §. 117. Aurelianenſis §. 107. De Lorris, *eo. tit.* §. 4.

* Laudimia in dubio ſoluenda per emptorem.

9. Vnica eſt localis conſuetudo cæteris durior quæ tam in feudo quàm in cenſu: tam in permutatione quàm in venditione & alia tranſlatione ſemper imponit quintum pretij vel æſtimationis rei, vt Artheſienſis. §. 19. Sed maior pars conſuetudinum noſtræ conformatur, vt hîc, vt vnicæ tantum ventæ in caſum venditionis debeantur, videlicet quãtum vnica vncia totius pretij, vt patet in conſuet. Carnotenſi. §. 48. Turonenſi. tit. *des rachapts & ventes*. §. 15. Bleſenſi. §. 115. Niuernenſi. *eo. tit.* §. 2. Bituricenſi *de conſuetu. feudi & cenſus*. §. 18. Syluanectenſi. §. 135. Claromontenſi. §. 115. Valeſiana. §. 13. & cæteris quas omitto.

Ex quibus patet quod in hoc regno frequentior & receptior vſus laudimiotum in cenſu eſt ad ratam vnicæ vnciæ pretij, & in caſum venditionis duntaxat: rariſſimè enim vſitantur in cæteris alienationibus. Vnde corollariè infero quod in * locis in quibus conſuetudo dicit deberi laudimia non expreſſa quantitate, debet intelligi ad ratam vnius vnciæ ſeu duodecimæ partis pretij (niſi de alia communi obſeruantia aut modo vtendi probetur) cum hic ſit vſitatior & mitior modus *arg. l. illud vſitatiſſimum, de excuſ. tutor. c. ſopitæ. cap. ſuper eod. de cenſib.*

a Laudimia in dubio quæ & quota debeantur.

11. Ex prædictis concluditur dominos cenſuales, & idem de feudalibus, non habere intentionem fundatam in aliquibus laudimiis aut releuiis, niſi quatenus conſuetudinibus locorum cauetur, aut titulo vel iure particulari probatur, & pluribus in locis libera ſunt, vt ſ. §. 33. *nu.* 3. & quemadmodum in feudo ſ. §. 12. *ad fi.* ita & in cenſu loci ſeruientis conſuetudo attenditur, *vt ſ. eod. nu.* 36.

12. ¶ Circa hæc magno molimine agitata fuit ardua quæſtio in qua conſului, & opinio mea ſupremi huius Senatus arreſto confirmata fuit. In conſuetudine Bleſenſi quoties res cenſualis mutat manum per obitum ſiue in linea directa, ſiue in collaterali, ſimplicia releuia debentur ad ratam duplicati cenſus: vt ſi denarius annuatim pro cenſu debeatur, mortuo cenſuario eius filius vel alius hæres ſoluet duos denarios pro releuio: accidit quod plura monaſteria & alij locorum domini conceſſerunt multa prædia in cenſum ad onus laudimiorũ conſuetorum in caſum venditionis & ad onus quod in omni mutatione per obitum loco releuij conſueti ſimplicis ſolueretur, duodecima pars æſtimationis ipſius rei pro releuio, & eiuſmodi releuium * propter oneris grauitatem vulgo vocãt releuium cari pretij. Et ſub hoc prætextu in publica redactione dictarũ conſuetudinum plures Abbates & locorum domini volebant iſtud releuium in conſuetudinem referri, videlicet in §. 109. addendo in dicta conſuetudine quoſdam eſſe cenſus ad onus cari pretij tam in laudimiis quam in releuiis: quoſdam vero cenſus ad ratam ſimplicium laudimiorum. Tertius ordo (quem ſtatum tertium vocant) interceſſit allegando nullam eſſe conſuetudinem releuiorum cari pretij, ſed ſolùm releuiorum ſimplicium: quo non obſtante commiſſarij ſuper redactione conſuetudinis Bleſenſis à Rege deputati ſtatuerunt quod illud remaneret ſcriptum pro cõſuetudine, hoc eſt tanquam ius conſuetudinarium: tertius ordo ſupremam hanc Curiam appellauit.

a Releuia cari pretij.

13. Conſului iuſtam & proſequendam appellationem: prima tamen facie videbatur appellantes non habere grauamen nec probabile intereſſe: primo quia d. §. 109. maximè in clauſula ſecunda & controuerſa verba ſunt recitatiua & enunciatiua, & enunciatum erat verum, quia in confeſſo tunc erant & ſunt in comitatu Bleſenſi multa prædia cenſualia releuio cari pretij obnoxia: narratio autem veritatis nullam infert iniuriam nec grauamen, imò non eſt ferendum veritatem occultari *cle. ſæpe. §. citationem de verb. ſignifi. l. 1. §. 1. D. ad l. Corn. de Fal. c. 1. in fi. de controuer. inter dominum & vaſſal. de inueſtit. in vſib. feudo*. Secundo, quia non dicitur ſimpliciter releuia A eſſe cari pretij, ſed alternatiuè & confusè quædam eſſe cari pretij: quædam vero talia qualia, hoc eſt ſimplicia vel communia: & ſic per hoc non fit melior dominorum conditio nec deterior cenſuariorum.

14. Diſpoſitio enim alternatiua non concludit ad certum, *l. multis rationibus*, & ibi Bal. *C. de liberali cauſa. l. matrem. C. de probat. c. in præſentia. eo. tit.* Et ſic etiam ſi maximè totus ille §. remaneret in formam & vim conſuetudinis receptus: nihilomagis eſt fundata intentio dominorum ad releuia cari pretij niſi ſpecialiter probent ea ſibi deberi, alioquin in dubio non præſumũtur niſi minora & ſimplicia releuia. *l. ſemper in obſcuris. D. de reg. iur.* facit *l. plerumque D. de iure dotium*. Sed hoc ſpecialiter probato exigi poſſunt, B etiam ſi illud eraſum eſſet è libro conſuetudinario. Et ſic infertio in librum conſuet. nihil operatur niſi fortè ſublationem vanæ dubitationis, ne quis arbitretur iſtud ſpeciale ius à conſuetudine reprobatum & omne aliud onus abrogatum: quemadmodum in ſimili de iure exigendi releuia in omni feudorum mutatione more Vulquecini diximus ſ. §. 2. *gl. vlt. nu. 2. in fi.*

15 Quibus non obſtantibus, cenſuarij appellãtes probabile & iuſtum habere intereſſe ex eo maxime quod præfati commiſſarij ordinati ũt quod d. clauſula remaneret pro conſuetudine: ratio eſt quia* conſuetudinis ſcriptæ vel ſtatuti metus eſt terribilis, inquit Bal. in *l. omnem ad fi. C. ad Tertul* no. Io. de Imol. in *l. creditor in fin. prin. D. de ſolutio.* Franc. Ripa. in *repetit. ca. cum M. Ferrarienſis, nu.* 180. *de conſtit.* Accedit C etiam metus & impreſſio dominorum & potentiorũ quibus pauperes cẽſuarij & ſubditi pares eſſe non poſſunt *l. quia etiam, in princ. D. de alie. iudicij mutandi cauſa facta.* & maxime ruſtici habentes dominos milites huic iniuriæ obnoxij ſunt, vt ad hæc & ſimilia onera indebitè ſeſe ſubiiciant vt à vexatione & deprędatione militum commeantium tantiſper eximantur.

* Conſuetudo metum induxit.

16. Hinc eſt quod * inſolita ſeruitia & exorbitantia onera (quale iſtud eſt) præſumantur à dominis per metum extorta ſecundum Io. Andr. in *c. 1. de præſcript. in 6. in nouel.* quem ibi ſequuntur Geminia *col.* 1. Phil. Franc. *col.* 3. Idem tenet Bal. *de pace Conſtantiæ. §. paciones.* Vbi ſubdit quod contra potentes præſumitur præſertim erga ruſticos, *l. qui per potentiam, de omni agro defer. l. 2. ibi. & qui ſub quocunque prætextu publici muneris poſſunt eſſe terribiles ruſticano cuipiam. C. ne ruſtici ad vllum obſequium deuocent. l. 11. l. 1. C. de fund. limitroph. l. 10. l. nolumus, in fi. C. de teſtam.* Hinc etiam ait Bal. in *c. vnico in prin. quali. debe. iurare vaſſ. domino feudali in vſib. feudo.* quod noua iuramenta præſumuntur extorta & impreſſiua.

* In ſolita onera præſumuntur extorta.

17. Idem ante eos ſcripſit Innoc. de prælatis ſeruilia grauamina exigentibus à ſubditis: quod præſumuntur ſubditi potius ex timore quam ex debito præſtare, ideo non currit præſcriptio. 1. *q.* 1. *nullus* 10. *q.* 3. quia cognouimus, ita Innoc. in *cap. ſi diligenti. columna vltima, de præſcript.* quem ſequitur Lucas de Penna. in *l. hac lege. de aquæduct. l.* 11. C. Idem voluit Io. Faber vbi potens eſt vſus ſuper non potente & maxime quando arreſtabat & ſine cauſæ cognitione prehendi & pignorari faciebat, quod præſumatur violentia. Ita Io. Faber §. *aquè ſi agat. col.* 11. *verſi. illud autem notandum, inſtit. de actio.* facit quod not. Io. Faber in §. *vlt. in princip. inſtit. quib. mod. teſtam. infirmentur.* Idem ſequitur Marti. Lauden. in *tract. de pr.* §. 95. Alex. ad Bart. in *l.* 1. §. *quæ oneranda: quarum rerum actio non datur.* Franc. Aret. *conſ.* 14 *viſo & diligenter. col.* 9. *num.* 16. Guid. Pap. *conſ.* 1. *col.* 4. *num.* 7. *conſi.* 65. *col.* 1. *conſ.* 91. *col.* 2. *conſi.* 118. *col.* 8. *conſi.* 150. *col.* 2. Iaſon. in *l. teſtamentum, in fi. de teſtamen.* Iacobi in *tract. feud. in ver. cum mero mixto imperio. col.* 4. *ver. addite. in ver. qui quidem inueſtiti præſtiter. iuram. fidelit. col.* 1. *& in tract. de homagi. col.* 8. Matth. Afflict. *ſuper conſtitu.*

Neapolit. lib. 2. tit. 35. col. 4. nu. 10. Anto. Rubeus conſi. 11. ad fi. Nicol. Boer. *Deciſi. Burdegal. 125. col. vlt.* Steph. Bertr. *conſi. 1. col. 5. nu. 20. lib. 3.* in impreſſis per Simonem Vincentium.

18. Cùm igitur domini ſatis per potentiam ſuſpecti ſint ad exigendum grauia hæc releuia cari pretij etiam à non debentibus: non debent publica conſuetudinis authoritate armari. Longè enim fortius eſt ius & potentior ſeruitus quæ competit ex conſuetudine, quàm quæ pactis priuatorum, vt tradit Bald. in *tit. de pace Conſtantiæ §. amplius, ſuper verſi. ſaluo iure aquæ labentis*, quem ſequitur Cæpola. in *tractat. de ſeruit. ruſt. de ſeruitute aquæ ductus, col. 1. in fi.* Iaſ. *conſi. 84. col. 3. lib. 3.* Cùm igitur iſtud ius cari releuij in rei veritate ſit ius priuatum, licet iurium dominicalium accéſſorium, non conſuetudinarium nec in vim alicuius iuris conſuetudinarij contra incolas vrbis, & Comitatus Bleſ. debitum: ſed ſolum in vim inueſtituræ aut pactionis priuatæ, vel legitimæ & non vitioſæ præſcriptionis contra particulariter obligatos & ex titulo particulari duntaxat, non debet in conſuetudinẽ deſultare, nec inter capita generalis conſuetudinis & in ſam publicæ conſtitutionis homologandæ deſcribi.

19. Et quamuis etiamſi ibi deſcribatur non ſtatim efficitur ius verè conſuetudinarium vt ſupra *eod. nu. 13. dictum eſt*, ſed vt ipſa remaneat ius priuatum, quia conſuetudo propriè non eſt ius formatum priuato competens, quale eſt iſtud releuium: ſed eſt lex generalis in communi diſponens, & omnibus non certæ perſonæ vel ſingulis quibuſdam acquirens, vt no. *glo. vlt.* Io. Andr. Anth. Butri. Panorm. in *c. vlt. de conſuet.*

20. Tamen ſatis eſt quod ex eo quod enuntiaretur & deſcriberetur in conſuetudine, augeretur audacia potentum, & magis intimidarentur tenuiores quibus quantò magis iniuriis obnoxij ſunt, tantò amplius cauendum eſt: quibus non parum conſulitur eradendo d. clauſulam à libro conſuetudinario, quoniam hoc facto non erit tam procliue illaqueare cenſuarium prætextu vnius recognitionis extortæ vel obligationis circumuicinorum, atque ſi etiam conſuetudinis homologatæ (quæ non requirit titulum) metus accederet.

21. Facit quod ſi fiat ſtatutum vel conſtitutio contra * certam perſonam poteſt appellari *l. 1. §. ſolent quando appellat. ſit l. 1. l. qui grauatis. C. de cenſib. lib. 11.* Imò etiam ſi ſtatutum vel conſtitutio fierent verbis generalibus: ſi tamen probabiliter appareat quod fiat in odiũ certæ perſonæ, poterit appellare vel exceptionem doli contra ſtatutum opponere, text. in *l. 1. in fi. de dolo mali except.* not. Bart. *l. vlt. col. 1. de appellat. recip. in l. omnes populi in l. vlt. q. quintæ & principalis de inſt. & iure.* Ang. Alex. *l. 2. quod quiſque iuris.* Panorm. in *rubr. extra de conſtit.* Iaſ. *l. 1. col. 1. de legib. & in conſil.* 120. *in fin. lib. 4.* prout hìc clarum eſt quod dicta releuia quæ non ſuntius cõſuetudinarium, non inſeruntur in conſuetudine pro iure communi loci, ſed in fauorem quorundam potentiorum, & id in grauamen & intimidationem quorundam particularium contra quos prætenduntur, & ſic iuſtè à redactione in conſuetudinem appellare potuerunt.

22. Rurſus facit quod quamuis debitor poſſit cogi ad faciendum creditori inſtrumentum debiti authenticum & in forma probantes non tamen cogi poteſt facere inſtrumentum habens prætextum guarentigiæ, cuius vigore poterit incipi ab executione, quæ per hoc magis aſtringeretur & in duriorem incideret conditionem, ita formaliter decidit Ang. in *l. ſi pupillus, in princ. D. de noua. in l. omnibus in fin. D. de indic.* fac. doctrina Bar. in *l. ſi finita. §. eleganter. col. 2. verſic. tunc ſi vellem petere, ibi, & ſic plus peto, & ibi, ad probationem tantum, non vt aliquid addatur. D. de dam. infect.* & ibi Alex. *col. 8. & coll. ſi. fac. not. 3. §. 51. gl. 3. nu. 10.* Sed certè hoc vltimum non procedit, niſi ſicut in terminis iuris dicitur in *l. ſi reus paratus, de procur. in l. ſi debitori. de iudi. in l. eſt iudicatum. D. iudic. ſol.* quod agnoſcens debitum non cogitur iudicium ſuſcipere: id eſt grauiores ſumptus & periculum ſportularum & carceris, quod præfati Doct. non intellexerunt. Sed non ſequitur quin bonam fidẽ teneatur agnoſcere, etiam ſub guarentigia, quia fidem ſeruando non grauabitur, & ita practicatur: & iam abiit in prouerbium etiam ruſticorum: quod qui vult benè ſoluere non detrectat ſe benè obligare.

23. Sed hìc alia durior ratio eſt, & maximè attenta tum qualitate huius cari releuij quod eſt extraordinarium grauiſſimum & exorbitans ab omnibus generalibus & particularibus conſuetudinibus Regni: nullibi enim reperitur niſi in quibuſdam domibus & prædiis vrbis & Comitatus Bleſenſis. Tum attenta quantitate & exceſſu penè intolerabili: aſcendit enim circiter vſque ad valorem fructuum duorum annorum rei cenſuariæ, vt cuilibet recte ſupputanti liquet per no. in *auth. perpetua in gl. vlt. C. de ſacroſ. eccle. & j. §. 57.* & quæ ſcripſi *in tract. vſura. q. 5. num. 113. cum ſeq.* Tum quia nedum æſtimatur nudum & incultum forte ſolum ad hoc oneris conceſſum, nedum paruæ & conſuetæ, ſed etiam magnæ meliorationes à cenſuario factæ, puta ingens ædificium magnis ſumptibus ſuperſtructum, vt non modò ſoli, ſed etiam ædificij duodecima pars etiam per filium vel alium quemcunque hæredem in qualibet mutatione per obitum ſoluenda ſit, præter ordinaria cenſus onera, quæ ſunt annuus canon & laudimia in caſum venditionis.

24. Et ſic cenſuario diligentia ſua labor & impenſa, damnum & grauamen afferunt contra *l. vlt. C. de alluuio. & palud. l. ſi quis authoritate, de omni agro deſerto. l. in his*, & ibi Bart. Io. de Platea de *præd. omnib. reb. nauicula. lib. 11.*

25. Fortiùs quàm iſtud ſit contra æquitatem & mentem iuris clarè oſtenditur *per text. in l. vlt. verſ. & ne auaritia. C. de iure emphyt.* vbi 5. mille angos lex abhorrens auaritiam dominorum directorum, qui in renouationibus inueſtituram emphyteuſeõn maximam molem pecuniarum efflagitabant, prohibuit eos vltra * quinquageſimam partem pretij vel æſtimationis rei quæ ad aliam perſonam transfertur, accipere. Et ſi tũc temporis contractus cenſuales priuatorum fuiſſent in vſu ſub imperio Iuſtiniani, idem & in his eadẽ ratione ſtatuiſſet. Quorſum igitur euadet auaritia eorum qui non contenti etiam vnciam pretij (quæ eſt quadruplũ & vltra plus quàm quinquageſima) accipere ex cõſuetudine generali, quando res alij venditur: tantundem volũt exigere in omni mutatione, etiam quæ fit per legitimum ſucceſſorem, à patre in filium & linea deſcẽdenti? Certè non poteſt negari quin iſtud ſit duriſſimum & ab omni æquitate & mente iuris exorbitans.

26. Præterea iſtud eſt contra bonum publicum reſpectu domorum quæ plurimæ cẽſuariæ ſunt in inſigni & clariſſima vrbe * Bleſenſi ad Ligerim loco amœniſſimo & vndecunque fertiliſſimo, acréque perquam ſalubri ſita, vbi metu horum releuiorum multi ciuium domorum ſuarum inſtaurationem & ampliationẽ negligunt. Atqui non modo publica ipſa vtilitas, ſed etiã publicus decor & fauor * ædificiorum præfertur iuribus priuatorum, *l. 2. l. ſi quis poſt hanc. C. de ædific. priuatis, l. vlt. D. ne quid in loco publico. l. gemma ad exhib. l. prætor ait. §. hoc interdum. de oper. no. nũciat.*

27. Ex quibus etiam dici poſſet quod attinet ad ipſam vrbem & ſuburbia duntaxat, ſi tamen dicta ſuburbia ampliari Reip. expediat, præfatos dominos poſſe compelli ad patiendum redemptionem vel aliam iuſtam, puta ſtatæ annuæ penſionis commutationem dicti releuij cari pretij, & hoc fauore publico & ne vrbs deformetur ruinis, aut vilibus & paruis ædificiis & rarius habitetur, ſed vt decoretur magnis &

* A ſtatuto contra certã perſonam facto poteſt appellari, vel ei doli exceptio obiici.

* In renouatione emphyteuſeos, nec vltra quinquageſimam pretij exigi oportet.

* Vrbs Bleſenſis.

* Ædificiorum fauor.

latis ædificiis commodiùs & ampliùs frequentetur per tex. in *l. si quis sepulchrum in prin.* ibi *Præses etiam compellere debet iusto pretio. de religio. & sump. funer.* vbi quis cogitur vendere non fauore priuati, sed fauore religionis. Et idem fauore libertatis, *l.1. & ibi* Bal. *C. de communi seruo manumisso.* Idem fauore Reip. & vbicunque versatur vtilitas publica. *l.2. §. sunt qui putant, ne quid in loco publico. l. si locum in fl. quemad. seruit. amit. l.2. C. in quib. caus. serui pro pramio libertat. accip. l. Cornel. ad Syllania. l. item si verberatum* § 1. *de rei vendic. l. Lucius, de aedil.*

28. Et specialiter fauore ædificiorum, *l. si vt proponis. C. de ædific. priua.* nota. Guilli. Cune. Alber. Floria. in *d. l. si quis sepulchrum in princ.* Fabia. de monte S. Sauini. in *tract. de emptio. & vendit. in 3. q. 19. fallentia* 2. Hinc decidit Oldra. in *cons.* 161. *col. penult.* quod propter publicam vtilitatem potest cogi dominus vendere fundum in quo erigantur furcæ patibulares. Idem eius compilator Io. Andr. *in additio.* Specul. in *rubrica in execu. sententiæ in fi.* sequitur Alex. in *l. 2. in princ. solu. matrim.* Adde omnes scribentes in *l.1. & l.2. in pr. solut. matrim.* Imola in c. *Apostolica in prin. de donat.* Cæpola in *tract. serui. vrbano c. vlt.* Anto. Rubeus in *cons.* 92.

29. Facit quod pro pace vel alia publica vtilitate potest princeps, castrum, fundum vel rem priuati compensatione data auferre, *d. l. item si verberatum, & l. Lucius.* Imo. in *cap. qui in ecclesiarum,* vbi latè Canonistæ *de constitut. c. in nostra. de iniur. & damno dato.* Andr. Iser. *ca. vnico quæ sint regalia colum. 19. in vsib. feudo.* Bar. in *proœmio. D. & in l. quocunque ad fi. C. de fide inst. & iure hastæ fisc. lib.* 10. Bal. *l. quicunque, col. vlt. C. de seruis fugit. in l. commentionum. C. de pac.* Angel. *l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip.* latè Alex. *cons.* 109. *visis his. col. 1. lib.* 5. Iacobi in *trac. fundorum in ver. & adhærentibus in fi.* Alber. Bru. *consil.* 12. *col.* 30. *versi. 4. probatur.*

30. Non tamen intelligas quod dicta releuia cari pretij sint redimibilia vel commutabilia, nec quod domini censuales ad hoc cogi possint à suis censuariis, quibus nulla actio, nullum ius ad hoc competit antequam hoc legitimè decretum sit, vt consultus respondi. Seu quod ex prædictis elici possent iustæ causæ quibus non singuli ciues: sed ipsa vniuersitas & decuriones vrbis Blesensis supremo Principi nostro supplicare possent pro huiusmodi priuilegio, causa cognita & inquisitione habita de necessitate & commodo Reip. & congrua repensatione dominis facienda impetrando, quo impetrato & homologato tum demum condictio ex l. singulis competeret. *l. vnica de condictio. ex l. vlt. & j. §. 94. ad fi.*

31. Redeundo ad appellationem *supra num.* 12. per huius supremi Senatus * arrestum prolatum die 13. Iunij, anno 1535. ordinatio dictorum commissariorum à qua erat appellatum, fuit annullata, & eam emendando recepta oppositio appellantium super qua partes iuridicialiter constitutæ sunt (vulgo in iure regulatæ) impensis in diffinitiua reseruatis, & permissum dominis intimatis prosequi protensa releuia cari pretij, probare & verificare per omnem legitimum modũ alium quã per consuetudinẽ & redactionem dictæ consuetudinis in hoc annullatã: & appellantibus, imo etiam singulis reseruatæ defensiones in contrarium, vt anno 1518. per redactores consuetudinis Carnotensis contra abbatem Vindocinensem factum fuerat §. 49. Errauerant autem prædicti commissarij: primo in hoc quod inter consuetudines: secundo in hoc quod non obstante discordia & tertij status appellatione, descripserant iura particularia dominorum quæ non iure consuetudinario ab omnibus eius conditionis debentur, sed solum à certis personis ad hoc specialiter & ex titulo vel causa particulari obligatis, quale est releuium cari pretij. Vnde non debebat in libro consuetudinis scribi sed omitti: quamuis in processu verbali narrare potuissent, quod communis & generalis consuetudo simplicium releuiorum intelligeretur stare sine præiudicio releuiorum cari pretij prætensorum à quibusdam censualibus dominis, exceptionúmque & defensionum eorum à quibus prætenduntur.

* Arrestum.

32. Prout in simili prudentissimè fecerunt compilatores huius nostræ consuetudinis in publicatione huius §. in quo apponebatur clausula exceptiua quorumdam locorum, vbi videlicet domini maiora laudimia, & vt intellexi duplicia, videlicet ad ratam sextãtis pretij prætendunt. Illam enim clausulam è libro consuetudinario eraserunt, vt patet in processu verbali in quo reseruauerunt præfatis dominis actiones suas & eorum subditis seu emptoribus defensiones suas in contrarium. Et rectè, quia si aliquibus dominis grauiora aut duplicia debeantur in hoc præsidatu, h.e. iure & titulo particulari, non autem iure communi nec de consuetudine & iure communi Parisiensium, merito nullo modo debuit in hac consuetudine describi.

33. Vlteriùs quantum ad eos qui ex speciali pacto inuestiturę ad releuia cari pretij tenentur (prout quandoque constitit mihi & quibusdam adiudicaui) non est intelligendum quòd dicta releuia debeant absorbere proprietatem rei censuariæ vel eam reddere prorsus inutilem, nec debent excedere fructus & commodum quod ex re percipi potest per not. in simili supra §. 33. *q.* 38. *nu.* 112. 113. Vnde si eodem anno decesserit censuarius, mox eius filius, deinde nepos & plures successiuè hæredes non debent tot huiusmodi releuia exigi quot fuerunt mortes, non solùm ne absorbeatur proprietas, sed etiam ne in anno vltra reditus anni exigatur. Vnde hoc casu pro mortibus omnium eodem anno contingentium quotquot sint, non poterit dominus vltra vnum releuium exigere ab vltimo & superuiuente hærede, & adhuc huiusmodi releuium ferè duorum annorum fructus excedit vel æquat ab ea quę scripsi in *tract. commercio. & vsu. q. 5. num.* 113. & sic multò minùs potest exigere plura releuia pro mutationibus vno anno contingentibus quàm in feudo, vt *supra* §. 33. *q.* 38.

34. Redeundo ad tex. not. quòd ad sciendum quanta sint laudimia, * non computantur in pretio proxenetica, salaria notariorum, obsonia, & reliqui sumptus occasione contractus per emptorem facti: sed id solùm quod pretij nomine conuentum fuit & numerandum venditori vel alij ad eius cõmodum vel exonerationem, vt in simili dixi 5. §. 35. *q.* 2 & per arrestum in simili solenniter pronuntiatum vlt. Ian. 1557. Nec obstat quod tanti res æstimatur, quanti emptori etiam vltra pretium in aliis sumptibus constat, quia laudimia non referuntur nec taxantur ad valorem vel æstimationem totalem rei, sed ad quantitatem pretij conuenti dumtaxat, nisi in consuetudine Victriaca §. 49. quæ locum suum egredi non debet. Patet, quia si res partim donatur vel permutatur, partim venditur, nulla sunt laudimia nisi pro parte vendita: ergo non fit relatio ad valorem rei & multò minus ad alios sumptus. Nec est simile de retrahente qui debet emptorem reddere indemnem, sed petens laudimia hoc respectu venit ad lucrum aduentitium, & sic in dubio quod minus est *l. apud Iulianum §. scio de leg. 1. l. semper in obscuris, de reg. iuris.*

* In laudimiis quæ nõ cõputantur.

35. Vnde si fundus venditur prò centum cum pacto quod pretium venditoris libertatum sit à quadam seruitute prædiali debita alteri prædio emptoris, non venit æstimatio dictæ seruitutis remissæ ad rationẽ pretij ad æstimationem laudimiorum, sed deducitur. Eadem omnino in feudis. Quod autem 5 §. 33. *in pr.* scripsi laudimia deberi solui etiam de oneribus adjectis emptori quæ sunt pars pretij, debet sanè & propriè intelligi, videlicet quando illa onera æstimata præstantur in solu-

tum partis pretij, vel quando conſiſtunt in mobilibus, vel reſoluuntur in pecuniam ab emptore vẽditori, vel alij ad commodum venditoris præſtandis, vel numerandam, aut remittendam, puta creditori pecuniario venditoris debitori emptoris, vel quando ſint alia onera quæ in pecuniam ad commodum venditoris reſolui ſolent, vt dictum eſt, 5.*nu.*23.*nu.*1.*nu.*31. Vnde ſi ſeruitus illa erat à venditore redimibilis inuito emptore pro certo pretio, tunc cenſetur illam redemiſſe & in ſolutum partis pretij æſtimationem ſibi compenſaſſe, & ſic auget laudimia. Idem in ſimilibus.

36. His autem quæ dixi *ſuprà eo. nu.* 11. *in fin.* non obſtat quod contrarium ſentire videtur Do. Petrus Rat. in *conſuet. Pictau. ti. de retraict lignager.* §. 260. per quaſdam rationes quæ non concludunt. Prima quod iura laudimiorum feudi Turonis ſiti dependent à Baronia feudo dominanti: in Comitatu Pictauiæ ſito, tanquam ex capite, quia fateor: ſed reſpondeo quod non debetur ratione capitis: ſed ratione feudi ſeruientis, quod magis attendi debet, vt cauſa immediata quæ magis influit. Bald. *l. ex placito. C. de rerum permut.* Secunda quod acceſſorium naturam principalis ſequitur. ſed pariter reſpondeo quod principale propinquum & immediatum eſt ipſa res ſeruiens, quæ debet attendi, & non res dominans. Tertia, quia laudimia feudalia conſiſtunt in vno ex tribus ad electionem domini: igitur non ſunt onus merè reale, quum ex electione perſonæ dependeant: ſed imo dico quod ſunt onus merè reale, quanquam non debeantur domino, niſi ſi, & prout acceptare & eligere voluerit: fac. quæ de hypotheca horum iurium dixi 5.§.74.*gl.*2.*inſi.* Quartam addit ex Cardin. Zabarel. in *Clem.* 1. *de iur. patro.* quæ prorſus impertinens eſt, nec eſt vera in Decimis quæ poſſeſſiones reſpiciunt. Quintam addit ex no. in *l. exigere D. de iudiciis*, quæ prorſus impertinens eſt: tum ibi de debito momentaneo à contractu dependenti: ſed hîc agitur de iure perpetuo quod renaſcitur & iure conſuetudinis debetur. Addo Sextam, quæ eſſet pertinentior, quia hæc iura debent offerri non ſolum perſonæ domini: ſed etiam in ipſo loco dominanti, quem vaſſallus ſeu nouus acquiſitor tenetur adire: igitur inſpicienda eſt cõſuetudo loci vbi eiuſmodi oblatio debita eſt & fieri debet: *iuxta not. in l.* 1. *C. de ſumma Trinit.* Reſpondeo quod hoc* procedere poteſt in his quæ reſpiciunt ſolennitatem actus gerendi: non autem in his quæ deciſionem vel meritum concernunt, vt no. in *d. l.* 1. *& in c.* 1. *extra de conſtitutio. & in c. vt animarum, de conſtitutio. in* 6. & ſic ſtandum noſtræ ſententiæ, quæ etiam confirmata fuit arreſto ſupremi noſtri Senatus, vt teſtatur do. Ioh.* Imbert. vir doctiſſ. in *enchirid. iuris ſcripti, in ver. conſuetudo.*

* Conſuetudo loci reſpiciunt in his quæ ſolennitatem actus gerendi reſpiciunt, non autem in his quæ deciſionem cauſæ reſpiciunt.
* Io. Imbert

37. Confirmo, quia non debentur nec petuntur in vim contractus aut pacti inueſtituræ, quia tunc ſolus tenor inueſtituræ attendi deberet, vt latè per Franc. Curt. ſeniorem *conſ.* 48.*col.*7.*conſ.*49.*nu.*21.*cumſeq.* ſed petuntur in vim conſuetudinis, ergo neceſſario in vim conſuetudinis loci ſeruientis; cum hæc iura ſint onera realia ipſius fundi ſeruientis, vt dixi 5 §.1.*gl.*5.*nu.* 2. *&* §. 33 *nu.* 156. & vnaquæque conſuetudo loco ſuo claudatur & hæc eſt ratio deciſiua & reſolutoria. Fortius probatur, quia ſi de conſuetudine Pictauenſi vel loci dominantis, puta in Burgundia, Aruernia, vel Marchiaſiti, nulla iura vtilia deberentur, nihilominus deberentur ſi feudum ſeruiens ſitum eſſet in loco vbi de conſuetudine debentur: ergo ſola conſuetudo loci ſeruientis inſpicitur an, & quanta, & qualia debeantur, *l. vlt. D. de iuriſdict. omn. iudic. ſa l. an in totum. ibi, quæ in oppido. C. de ædiſ. priuati. l. venditor* §. *ſi conſtat. ibi, conſuetudo in illis lapidicinis. D. communia prædio.* Amplio etiam ſi dominus directus haberet iuriſdictionem in loco ſeruiente, etiam ſi ad ſe vel iudicis ſui domicilij appellatio deuolueretur: quia iuriſdictio nil habet commune cum dependentia feudali & iuribus feudalibus, vt dixi 5. §. 1. *gl.* 5. *num.* 45. & in annot. ad Phil. Deci. *conſil.* 483. *num.* 9.

EPITOME 5. LXXVII.

1. *Emptori etiam antequam ſoluerit, & rem acceperit, ſtatim currit tempus notificandi.*
2. *Computato die venditionis, nec locus purgationis moræ.*
3. *Pœna non habet locum niſi in caſu ſcripto.*
4. *Liberatio facta in vno nõ trahitur ad aliud.* 5
6. *Exemptus à laudimiis etiam perſonaliter & ſemel tantum: etiam à mulcta exemptus eſt.*
7. ¶ *Etiam poſt pœnam remiſſam ſimplex remiſſio laudimiorum inducit remiſſionem mulctæ.*
8. *Niſi ex ignorantia facti, ſecus ſi iuris: quia pœna cenſetur lucratiua.*
9. ¶ *Scienti non eſt certificandum.*
10. *Fall. in notificatione & exhibitione literarum domino directo, niſi præſens fuerit in contractu* 23.
11. *Ex ſimplici negligentia incurritur hæc mulcta.* 12.
13. *Ratificatio quando fieri poteſt poſt tempus.*
14. *Nouus acquiſitor tenetur etiam non interpellatus, domino notificare.*
15. *Nec ſat eſt notificare in genere, ſed quid emptum ſit, & quanta laudimia debeantur. Niſi hæreditas vel res incerta empta eſſet.* 18.
17. *Payer ou deprier.*
Conſuetudo Sylunectenſis declaratur.
20. *Solidi intelliguntur Turonenſes niſi vbi aliud exprimitur.*
21. *Aliud venditio ſub decreto vel per ſubhaſtationes.*
22. *In publicis ſubhaſtationibus emptor non cum parte, ſed cum ſolo iudice contrahit, & carceribus compellitur.*
23. *Solennitas loci rei, non iudicij inſpicitur in deſaiſinis.*
24. *Conditio obligationis non mutatur ex perſona ſucceſſoris.*
25. ¶ *Notificatio facienda in domicilio eiuſdem prouinciæ, ni ſumptus excedat.*
26. *Impedimentum deducitur niſi ſe arctanti.*
27. *Etiam pupilli pœnis conſuetudinis ſubſunt.*
28. *Res cenſualis etiam pro laudimiis & mulctis deceſſorum hypothecata eſt.*
29. ¶ *Quamuis obligatio laudimiorum quæſita, cum contractu retrò reſoluatur, tamen hæ mulctæ non reſtituuntur.*
30. *Nec expenſæ contumaciæ poſtea vincenti reſtituuntur.*
31. *Commiſſio mulctæ non impedit liberum diſtractum contractus.*

Digitized by Google

32. *Nec dominus poteſt maiorem pœnam occultationis petere.*
33. ¶ *Non currit octiduum pendente conditione, vel iuſtæ ignorantia, vel die ſoluendi.*
35. ¶ *Pœna non debet excedere principale vel duplum nec relcuia fructus anni.*
36. *Notificatio vnius prodeſt omnibus conſortibus.*
37. *Niſi emerint ſeparatis regionibus, quia ſunt tot fundi.*
38. *Plurium emptorum vna eſt mulcta.*
39. *Quid ſi emptor notificet pro parte.*
40. *Pœna non debet excedere delictum* 41.
42. *Aliud rei perſecutio, aliud pœna.*

§. * LXXVII.

* Olim 54.

POur ventes recelées & non notifiées au ſeigneur cenſier dedans la huictaine de l'acquiſition il y a ſoixante ſols pariſis d'amende audit ſeigneur.

SI infra diem octauum emptionis non notificetur domino, mulcta 60. ſolidorum Pariſienſium ei debetur laudimiorum celatorum nomine.

POur ventes recelées & non notifiées au ſeigneur cenſier dedans vingt iours de l'acquiſition, eſt deu vn eſcu, & vn quart d'eſcu d'amende au ſeigneur cenſier. Hic articulus noua conſuetudine ita mutatus eſt.

NOta quod emptor rei cenſualis ſtatim etiam ante traditionem fundi & numerationem pretij tenetur id notificare domino cenſuali, & ſtatim conuenire poteſt ad afferendum & exhibendum literas acquiſitionis iuxta not. 5. §. 73. & ſic per octo dies à die contractus perfecti hoc implere diſtulerit, incidit in mulctam de qua in tex. Et eſt grauior & etiam frequentior mulcta quæ in hoc Regno crebriùs in iſtis viſitatur. Bleſis autem §. 118. non eſt niſi quinque ſolidorum Turonenſium mulcta poſt octauum diem, & ſexaginta ſolidorum Turonenſium demum poſt annum acquiſitionis non notificatæ. Et ferè ſimile eſt Cenomanis. §. 71. Andibus §. 154.

2. Et hi octo dies ſunt continui, & in illis cõputatur dies venditionis puræ, per no. 5. §. 7. *nu.* 4. Vnde ſi venditio facta ſit Cal. Septembris lapſa die octaua eiuſdẽ menſis, commiſſa erit hæc mulcta & domino acquiſita: * nec proderit illico purgare moram, & plenè notificare poſtridie, videlicet nona die Septẽbris: quia hic eſt certa dies & pœna, *l. magnam. C. de contra. & commit. ſtipu. l. Celſus, in prin. de arbi. l. traiectitiæ. §. de illo. de ædil. & obli.* Tamen domini etiam Eccleſiaſtici & eorum procuratores generales non ſolent hæc exigere ad viuum, niſi in fraudatores aut malè meritos, aut diu fruſtrantes: eſſet enim durum & odioſum.

* Mora quæ ſemel purgari non poſſit.

3. Nota etiam quòd hæc mulcta non habet locum niſi in contractu venditionis aut in venditionem recidente, vt 5. §. 33. *nu.* 2. Vnde ſi quis ex vera permutatione, donatione aut alias quam per emptionem acquiſierit: & per multos annos diſtulerit notificare, nullam mulctam debet: quia non eſt verum occultata eſſe laudimia quæ non ſunt, & hoc in terminis huius & ſimilis conſuetudinis. In locis autem in quibus etiã aliàs vel ex permutatione debentur, ſtandum conſuetudini loci: tamen ſi conſuetudo imponens mulctam loquatur tantum de emptore, vt conſuetudo Bleſenſis §. 118. non debet extendi ad permutantes, etiam in caſu in quo debent laudimia, vt in eadem conſuetudine §. 119. licet ſit eadem pœnæ ratio, quia ſatis eſt quod in hunc caſum pœna ſtatuta non eſt. *l. at ſi quis. §. & generaliter, de religio. & ſumpt. fun.* qui eſt text. ad hoc ſingularis ſecundum Bal. in *conſ.* 15. *ad euidentiam, in ff. lib.* 1. adde *gl. pe.* & Doct. in *c. vlt. de iur. patro.*

4. ¶ Sed quid de * exemptis priuilegio aut ſpeciali pacto à ſolutione laudimiorum? Et videtur diſtinguẽdum: Aut res eſt exempta, aut perſona. Primo caſu

* Exempti à laudimiis.

A locum non eſſe mulctæ, ſecundo ſic. Ratio in promptu eſt, quia quando res perpetuo exempta eſt, tunc radicitus ſublata eſt ſeruitus laudimiorum & conſequenter quicquid ab illa dependet, ſecus quando res remanet ſerua & huic oneri obſtricta, vt prius: ſed perſona ſpeciali beneficio ab horum ſolutione liberatur, vt in Secretariis Chriſtianiſſimi Regis noſtri quando cenſus ei debetur, vel ſi cui dominus conceſſerit vſque ad certam quantitatem vel quãtum voluerit acquirere in territorio ſuo, remittendo eidem ex nunc prout ex tunc laudimia: quia liberatio facta in vno capitulo nõ trahitur ad aliud, *l. ſi domus de ſeruit. vrba. prædio.*

5 Vnde cùm res ſemper maneat obnoxia & ad laudimia & ad hanc mulctam & omnem conditionem cenſualem, liberatio conceſſa perſonæ in laudimiis non videtur extendi ad obligationem exhibendi literas acquiſitionis 5. octauam ſub pœna mulctæ conB ſuetæ, niſi etiam hoc expreſſim adiectum fuerit, præſertim cùm priuilegium vel conceſſio ſatis multumq; operetur in ſimplici laudimiorum remiſſione, abſque eo quod notificatio acquiſitionis & mulcta ſint remiſſa. *cap. in his, & ibi gl. vlti.* & Doct. *cap. porro de priuileg.* Phil. Dec. in *c. cum ordinem ſuper gl.* 1. *de reſcr. & in l.* 1. *in fi. C. de ſecun. nupt.* Paruula hæc q. multas chartas diſputando abſumere poſſet.

6. Ideo breuiter dico etiam hoc ſecundo caſu huiuſmodi mulctam cenſeri remiſſam: non tamen intelligo quin illi exempti debeant exhibere literas acquiſitionis, & ad hoc cogi poſſint iuxt. no. 5. §. 1. Sed quod in hanc mulctam (quæ vera eſt pœna celatorum laudimiorum) non incidunt propter omiſſam vel dilatam acquiſitionis notificationem: quia eo ipſo quòd à laudimiis liberati ſunt, etiam ab hac mulcta, quæ eſt pœC na illis acceſſoria, liberati cenſentur, *l. cum principalis in princi. de reg. iur. fa. gl. in l. ſi patronus. §. patronum in ver. Fauiana ſi quid in fraudem patro.* Iaſ. in *l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. col.* 14. *de verb. obli.* Et hoc indubitatum hoc caſu in quo liberatio obligationem præcedit. Idem dico ſi ſubſequatur, ſed ante pœnam commiſſam: puta ſi poſtridie venditionis dominus emptori remiſerit quæcunque laudimia debere poſſet: tunè enim quantumcunque emptor diſtulerit exhibere literas acquiſitionis, non incidit in hanc mulctam, quia nulla occultatio, nulla mora eſt laudimiorum quæ non debentur, *l. nulla de reg. iur.* Bart. in *l. ſi pœnæ de nego. geſtis*, Alex. *conſ.* 132. *lib.* 7.

7. ¶ Iuxta hæc quæritur primo quid ſi poſt pœnam * cõmiſſam? Huc plures verſantur iuris apices, ſi quis velit excutere pro affirmatiua quæ habẽtur in *l. centũ*

* De pœna commiſſa legali & conuentionali.

Capua

Capua l. vlt. in fi. de eo quod cer. loco in l. 4. C. depoſ. & in l. Celſus reſponſo primo. de arbitr. Et in *l. 2. in prin. ſi quis cautio.* Et contrà pro negatiua quæ not. in *l. ſi pro fure. in princ. de condict. furt.* Et quæ quidam diſtingunt inter pœnam legalem & conuentionalem. Sed ne in lenticula vnguentum, breuiter reſoluendo dico. Primò inſpiciendum quid actum ſit. Quòd ſi nõ appareat, eo ipſo quod laudimia ſunt ſimpliciter remiſſa etiam ex interuallo poſt pœnam commiſſam, illam quoque videri remiſſam, maximè ſi fiat ex cauſa donationis. Ad hoc pulchrè Pet. Anch. *conſ.* 145. *ſi dicta poſitio.* Ludou. Rom. *conſ.* 449. *inquiritur.* Idem ſi remiſſio ſimplex ſit ex cauſa oneroſa. Idem per ſimplicẽ apocham laudimiorum ex cauſa ſolutionis ſine reſeruatione aut proteſtatione mulctæ. Et ita vtimur in iſtis modicis: ſed in graui pœna conuentionali non æque expeditum eſſet, vt loco ſuo dicam.

* Mulcta remiſſa quando intelligatur.

8. Et quod dixi* mulctam cenſeri remiſſam, intellige in domino ſciente illam eſſe commiſſam. Secus quocunque modo (præter ignorantiam iuris) putaret non deberi, etiam ſine dolo & facto emptoris, *l. nihil tam conſenſui de reg. iur. l. mater de inofficio. teſt.* Iaſ. *l. vlt. §. penult. de condict. indebi. in l. nec is. §. 1. not. 5. de acquiren. vel omit. hæredit.* Philip. Deci. *conſ.* 350. *nu.* 11. *vbi in annot. dixi*, non enim nudo officio iudicis, *vt in l. 4. C. depoſi.* ſed & iure actionis conditione ex lege, vel actione ex contractu conceſſionis cenſuaria debetur: data autem qualibet probabili occaſione ignorandi, ſtabitur declarationi domini, *l. Mæuius, de negot. geſt.* Bart. *l. non ſolum §. morte, col. 5. de ope. no. nuntia.* Secus de improbabili errore conſuetudinis, hoc eſt in recentia iuris: quia hæc mulcta magis lucro quam damno accedit, per regulam quam tradit Bart. in *l. Mæuius §. duobus, col. pe. de leg. 2.* Bal. in *l. nec damnoſam. C. de prec. impera. offer.* Alex. *l. cum mulier. col. 2. in fi. fol. matrim.* & text. in *l. apud Celſum. §. authoris iuncta glo. in ver. noxæ de excep. doli.* Philip. Deci. in *l. in eo quòd nu. 5. vbi in annot. dixi. de reg. iur.* Et ſic in his non prodeſt error iuris, *l. error facti. de iuris & facti ignoran.*

* Scienti domino non vtiliter notificari debet emptor.

9. ¶ SECVNDO quæro, quid ſi dominus ſciat* contractum? Et videtur non eſſe locus huic §. Primò per *l. 1. in fin. de actio empt.* cum ſimilibus: vbi ſcienti nec rei perſecutoria quidem euictio debetur, nec remedium Ædilitij edicti, quamuis aliter nec qualitas nec vitium rei notificata ſint, & tamen ibi certat de damno. Igitur multò fortiùs hîc vbi de lucro, *vt ſupra ea. nu.* 8. cui multò minùs fauetur quàm repetitioni damni. *l. non debet 1. §. de regu. iur. l. vlt. C. de cadicil. l. vlt. §. licentia. C. de iur. deliber. l. Proculus, in fi. de damno infect.* Secundò, quia diſpoſitio huius tex. expreſsè fundatur in occultatione, ſed ipſi ſcienti non poteſt eſſe occultum: ergo quomodocunque infra octauum diem reſciuerit dominus, ceſſat hîc tex. qui manifeſtè præſupponit & requirit per octo continuos dies contractum celari, antequam huic mulctæ locus ſit: facit quod vt ſtatuto locus ſit, debent omnia verba cum effectu conuenire & verificari gloſſ. & docto. in *l. mancipia. C. de ſeru. fugitiuis, & not. ſupra §. 20. gl. 3. nu. 5. in fi.* Tertiò, quia hîc nedum de lucro, ſed de mera pœna agitur, ad quam vitandam aſſumitur interpretatio tanquam fauorabilis & benignior. *l. in pœnis. D. de pœnis l. factum §. in regul. iur.* Cùm igitur dominus habuerit notitiam & facultatem promptè conſequendi iuris in cuius defectum infligitur hęc pœna, non videtur quòd poſſit exigere pœnam. Quartò, per not. ſupra §. 20. *gl. 11. nu. 5. 6.* quia hîc, notificatio non requiritur ad aliud quàm ad ſimplicem ſcientiam domini, ſaltem quantum eſt ex parte notificantis: non enim poſtulat aliquid ſibi fieri vel non fieri, igitur ſufficit ſimplex ſcientia, maximè cùm ad ſolam pœnam vitandam, non autem ad aliquid acquirendum vel aliquem effectum de nouo obtinendum agatur.

10. Quibus non obſtantibus dico quòd ſi emptor nequeper ſe, neque per alium verbo aut ſcripto dominum certiorẽ fecerit emptionis ſuæ infrà tempus hîc præfixum, commiſſa eſt hęc mulcta, quamuis dominus infra idem tempus per reuelationem fortè venditoris aut teſtium aut alterius ab emptore & alio medio quã per emptorem ad hoc ordinato etiam plenè reſciuerit. Et moueor duplici ratione: prima, quia emptor quantum in ſe fuit dominum celauit: Et quamuis etiam nihil fecerit nec curauerit ad impediendum quominus deueniret in notitiam domini, ſatis eſt quòd non curauit id peruenire in eius notitiam, cùm ad hoc eſſet directè obligatus per hanc conſuetudinem 5. §. 73. & in hoc §. vnde ſuccedit appoſitiſſimus tex. in *l. in illa ſtipulatione, de verb. oblig.* quod etiamſi verba obligationis eſſent obliqua & negatiuè concepta, adhuc non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt. Sed hic nedum tenetur ad ſtudiosè non occultandum: ſed etiam ad officiosè & diligenter notificandum.

11. Vnde ſi ceſſat facere id ad quod ſcit ſe teneri, cenſetur in dolo, *l. ſi procuratorem §. dolum autem, l. dolus eſt. D. mandat. l. dolo. D. ad leg. Falci.* Sed certè, vt inquit gl. in *d. l. domus*, d. ll. loquuntur per fictionem: & non eſt in dolo, niſi ſtudiosè & malitiosè celando, aliàs ſimplex eſt culpa & negligentia.

12. Nec etiam in hac pecuniaria & modica mulcta dolus requiritur, ſed ſufficit ſimplex culpa aut negligentia per ea, quæ tradit Bar. in *l. 1. §. non autem, ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus fuer.* Angel. *l. 1. D. de legib.* Bald. in *l. in actionibus. in prin. de in litem iurand. in l. pignus, col. fi. C. de pign. actio. in l. 3. in fi. per illum tex.* & ibi latè Alex. Iaſo. *ne quis eum qui in ius vocat, ex vi eximat.* Phil. Dec. in *cognoſcentes, lect. 1. col. 5. nu. 10. de conſtit.* Sed iam in exigua q. nimis efferor. velut paruo pedi magnum aſſuens calceum.

13. Secunda ratio, quia iſta notificatio eſt quædam recognitio & agnitio ſuperioris & cuiuſdam honoris & reuerentiæ exhibitio erga dominum directum, ad quod faciunt not. Bal. in *l. eadem. in prin. C. de locat.* & 5. §. 73. *gl. 3. nu. 6 7.* Vnde non ſufficit quod dominus fortuito aut vndecunque etiam plenè ſciat, ſed per emptorem aut alium ex eius parte velut honoris cauſa ſalutari & certificari debet. Et ſic concludo, quod emptor qui quantum in ſe eſt, celat emptionem domino vel per octiduum negligit literas contractus ei exhibere, aut ſaltem ei notificare quid emerit & quantum laudimiorum nomine debeat, cadit in hanc mulctam, etiamſi dominus aliàs totam integrè ſciat fortè per notarios teſtes vel alios non miſſos ab emptore vel non reuelantes pro eo: quia ſi notificaſſent nomine emptoris, eorum factum ratum habere poſſet etiam poſt tempus notificandi lapſum, quia ratificans certat de damno vitando, aduerſarius autem de lucro, quo caſu non procedit regula, *l. bonorum in prin. & l. vlt. §. 1. rem rat. haberi.* vt nouè probaui in nouis intellect. quò remitto.

14. Et ad plenam mentẽ & vim huius §. Aduerte quod omnis nouus acquiſitor ſtatim perſonaliter obligatur domino directo quam primum cõmodè poteſt literas acquiſitionis exhibere, & ſi quid in illis deſit quod interſit domini bona fide notificare, vel ſi deſint literæ plenè illum inſtruere. Et ad hoc conueniri poteſt conditione ex *l. vlt. §. 73. diximus & 5. §. 20. gl. vlt. in pr.* Quod ſi inde quædam ſunt ſoluenda domino, tenetur etiam non interpellatus, vt hîc. Nec obſtat §. 82. ĩ. *eod.* quia longè alium habet ſenſum quàm nuda & breuia eius verba imperitis harum rerum & noſtrarum conſuetudinum portendunt, vt ibi dicam. Moram ergo incurrit etiam ſine hominis interpellatione: facit appoſitiſſimè ex. in *l. rectiſſimè in fin. ibi qui non vltro inſtruxit authorem. D. de liberali cauſa.* cuius verbi energia eſt, non ignorantem, vt diſcipulum docere: ſed etiam ſcientem, vt nautam vel militẽ inſtruere,

teſte Laurentio Valla lib. 5. *elegantiæ. c.* 1. Tamen in redactione huius conſuetudinis mulcta non eſt ſcripta niſi in caſum debitorum laudimiorum & celatorum nec notificatorum per emptorem, vt ſ. *eod. nu.* 3.

15. Quanquam ergo non exhibuerit literas nec infrà octiduum: quod etiam non ſemper eſt facilè propter impedimenta notariorum & negotia ſæpe occurrentia vbi maius verſatur periculum quàm in cuitatione huius mulctæ, quæ videtur eſſe partim ratio qua ampliſſimi & prudentiſſimi illi Chriſtophorus Thuanus præſes, Chriſtophorus Harlæus & Bartholomæus Fayus ſtudioſorum amantiſſimus ſupremæ caſſis Curiæ Franciæ Senatores in redactione recenti conſuetudinum Senonenſium omnium ordinum conſenſu vetus octiduum à maiori parte conſuetudinum Regni introductum ad quindecim dies reduxerint.

16. Quanquam etiam infra idem tempus non plenè inſtruxerit dominum: tamen ad hanc mulctam vitandam ſatis eſt, ſi quantum debeat laudimiorum domino notificauerit. non ergo ſufficit denuntiare ſe aliquid emiſſe & debere laudimia: ſed notificandum quid emerit, & quantum laudimiorum debeat. Cùm enim hoc ſit de facto ſuo, non verè nec bona fide notificat, ſi qualitates & circumſtantias ad notitiam requiſitas & pertinentes omittit. ſa. not. ſ. §. 20. *gl. pe. in prine.*

17. Sunt autem in hac materia duo principales termini, videlicet, * *payer*, de quo in §. ſe. & * *deprier*, de quo hîc. Prior terminus eſt ipſa ſolutio & ſatisfactio quæ continet literarum ſi quæ ſint exhibitionem, laudimiorum & vnius ſolidi Pariſienſis ſolutionem, *vt* ſ. §. 73. *& ſ.* §. 78. Poſterior terminus eſt ſubſidiarius ad tempus & vitandæ mulctæ cauſa. Rogat enim nouus acquiſitor dominum directum, vt pro tali acquiſitione cuius ergo tantum laudimiorum debet, tantiſper ſuſtineat: quoad rebus compoſitis ei commodè ſatisfacere queat. Et hæc notificatio prodeſt vtrique: tum domino cuius etiam temporius ſcire intereſt ne iura ſua obliuione depereant: tum emptori ne in hanc pœnam incidat quæ ſub hac & ſimili conſuetudine ſoli emptori imminet. Cæterum quamuis preces non adhibeat, tamen eo ipſo quòd congruè, vt dixi, notificat, ſatis ineſt deprecatio, agnitio & honorificatio domini. Si quis ergo mittat deprecatum non expreſſo qua de re nec quantum debeat laudimiorum, nihil agit niſi dominus pro deprecato vel notificato habuerit gratiam faciendo diligenti notificatori, vt ſæpe fit.

18. Quòd ſi de alio prædio vel de minori ſumma denuntiauerit, pœnam non euitat, niſi in modico erranerit: vt in modico non nocet & error præſumitur, *l. quamuis*, & ibi Bald. *de conditio & demonſtra.* Bal. in *l. pro hæreditariis. col.* 2. *C. de hæredi. actio.* Item niſi ſit alia iuſta cauſa, vt ſi emit bona alicuius in genere vel hæreditatem aut eius quotam in qua ſunt quædam cenſualia prædia: tunc enim ſufficit notificatio vel deprecatio in genere, non ſpecificando aliter quid emerit, nec quantum laudimiorum debeat: alioquin nullo modo notificando vel deprecando pœnam hanc incurreret cùm venditio ſit puta.

19. Quædam autem conſuetudines (ſed paucæ) dant 40. dies vt * Syluanect. §. 146. & 249 vbi quamuis conſuetudo plura copulatiuè complectatur, tamen in effectu non infligit mulctam niſi duobus caſibus. Primus, quando emptor nec denunciauit quidem laudimia debita, vt patet in fine d. §. ibi, *pour leſdites ventes forcellées*, id eſt pro laudimiis occultatis, præpoſitio enim, pro, cauſam finalem deſignat, *vt* ſ. §. 73. *gl.* 3. *n.* 9. dixi etiam in annot. ad Phil. Deci. *conſi.* 46. *nu.* 1. Ergo ſi non celauit, ſed congruè notificauit, non cadit in mulctam, etiam ſi per 40. dies non ſoluerit. Secundus, quando ſine inueſtitura vel licentia domini poſſeſſionem ingreſſus eſt, *d.* §. 249.

20. Conſuetudo verò * Aurelianenſis §. 108. & de Lorriz, *tit.* 2. §. 7. in caſum venditionis per publicas ſubhaſtationes hanc mulctam abrogant, niſi res adiudicetur tanquam cenſualis ſiue ad onus cenſus certi domini directi in decreto nominati, quo caſu dant inducias 40. dierum ad ſoluendum vel deprecandum laudimia, aliàs huic mulctæ locus ſit, niſi quòd ibi non ſunt 60. ſolidi Pariſienſes, ſed Turonenſes: quia dictæ conſuetudines Aurelianenſis §. 108. & de Lorriz, *tit.* 2. §. 5. non loquuntur in hoc de Pariſienſibus, ſed de ſolidis ſimpliciter & in genere, & ſic de Turonenſibus tanquam minoribus intelliguntur, *l. nummis de legat.* 3. quamuis in eiſdem titulis ſæpe loquantur de denariis Pariſienſibus, quam qualitatem in aliis expreſſiſſent ſi voluiſſent, *l. vnica* §. *ſi verò. C. de caduc. toll.* *cap. ad audientiam. de Decimis.*

21. Secus quando aliàs authoritate & decreto iudicis res venditur * citra publicas ſubhaſtationes, vt quando alienationi rei minoris vel ciuitatis vel Eccleſiæ decretum iudicis interponitur, quia tunc idem iuris eſt quòd in venditionibus priuatorum. Et Do. Pyrrhus Anglebermeus praxis, & conſuetudinum imperitia male in *d. conſue.* Aurelianenſi §. 108. vertit iudicis decreto, pro publicis actionum ſubhaſtationibus. Et manifeſta eſt ratio differentiæ, quia in ſimplici decreto confirmatorio, emptor priùs geſſit negotium cum priuato venditore.

22. Imò ab illo ſolo emit, iudice tantum confirmante contractum ab aliis factum, & ſic iudex ibi nihil dat, *l. & quia de iuriſd. omn. iud.* nec tenetur emptor periculo perſonæ & carceris pretium ſoluere, nec fortius aſtringitur quam emens à quolibet priuato: quare non debet plus fauoris habere, ſed ſcire qui cum, & qua de re contraxit *l. qui cum alio de reg. iur.* Sed in publicis ſubhaſtationibus * emptor cum ſolo iudice negotium publicè getit, ab illo ſolo emit, & recta perſonæ ſuæ pignoratione vel carceribus cogi poteſt pretium ſoluere, vt dicemus ſ. *tit.* 17. & ſic plus fauoris meretur. Tum in illis publicis & ſolemnibus auctionibus, emptor nunquam eſt certus niſi vltimo inſtanti, quia ſemper interim excludi poteſt à quouis vel tantillum plus offerente: & ſic non debet priùs eſſe ſolicitus: & ſic conſuetudines illæ ſunt in hoc multum rationabiles: & dummodo fundus ſit ſub eis ſitus, locum habent vbicunque fiat proceſſus & decretum ſubhaſtationum, vt ſæpe coram præfectis libellorum ſupplicum palatij, vel in ipſo Senatu: vt de ſolemnitatibus retractus dixi *infra* §. 177. deciſionem enim concernunt: Tamen vbi conſuetudo hunc caſum non excipit vt hic, etiam auctionarius licitator iure aliorum communi vtitur: itaque vigilare debet *d. l. qui cum alio. de regul. iuru.*

23. Nunc quod dixi *ſupra n.* 10. etiam domino ſcienti notificandum, limito ſi præſens fuerit in ipſo contractu, ſiue tanquam teſtis, ſiue tanquam alterutrius fideiuſſor, ſiue vt mediator, vel ſiue vt notarius vel ſcriba, vel aliàs intereſſens. Nec obſtat quòd nihilominus obligatur emptor ei literas exhibere & tunc ſoluere: quia cùm ex forma contractus certum ſit eum omnia perſcrutaſſe & ſciuiſſe, non poſſunt cenſeri laudimia ei occultata, & ſic ceſſat cauſa finalis mulctæ, ſaltem adeſt iuſta cauſa excuſandi ab huiuſmodi pœna, & exiſtimandi verba pœnalia conſuetudinis de tacitis & occultatis laudimiis ceſſare, & conſequenter diſpoſitionem pœnalem, quod etiam procliue eſt interpretari, *l. in pœnis. D. de pœnis.*

24. Et hoc dummodo tunc eſſet cenſualis dominus, ſecus ſi poſtea factus ſit, vtpote quia ſucceſſit in locum eius cui mulcta ſub ea conditione vel die debebatur; & ſic eius iure vtetur. Et contrà ſi interim dominus ille moritur vel cedit, non eſt ad hanc mulctam vitandam neceſſe eius ſucceſſori notificare, quia ſatis eſt ſemel notificatum vel pro notificato habitum quá-

* Aurelian.

* Decretum iudicis à publicis ſubhaſtationibus differt.

* Subhaſtatio.

* Payer.
* D. prier.

* Conſuetu. Syluanectenſis.

tum ad euitandum hanc mulctam, nec ex persona successoris debet deterior fieri conditio obligationis, *l. §. ex his, de verb. oblig. l. cui fundus, de cond. & demonst. l. Prætoriæ §. incertum, de prætor. stipulat. etiam ex accidenti vt est bonum text. in l. 1. §. quamuis autem, si quid in fraudem patro.*

25. ¶ Tertiò quæro vtrum hæc notificatio vel deprecatio facienda sit ad * personam vel domicilium domini directi? Videtur facienda in loco, quo census solui solet & debet, sed non est ita nisi dominus ibi domicilium vel administratores ad ista deputatos habeat: Cæteroquin domicilium adeundum est, dum tamen sit in eadem prouincia, iuxta not. Bar. in *l. item illa. de consti. pecunia.* id est sub eodem iudice præsidiali, iuxta no. Fab. *insti. de vsucapio. in prin. & que scripsi infra* §. 66. Adhuc dummodo domicilium non sit tam remotum quin commodè infra biduum aditi possit, ne maior sumptus ad hanc pœnam vitandam exigatur quam sit ipsa pœna, quod esset absurdum, *l. Mediterraneæ. C. de annon. & tribut. lib.* 10. Adhuc si vel in transitu domino vel inopinatè inuento vel suo procuratori notificatum sit, satis est ad hanc pœnam euitandam: & ita vtimur, sine præiudicio exhibitionis tempore & loco congruis faciendæ. In locis autem vbi consuetudines volunt absente domino & suis in cœtu parochiæ vel apud acta iudicis ordinarij loci notificandum, seruandæ sunt: aliàs cessat pœna, cum non sit cui commodè infrà tam breue tempus denuncietur, *l. pecuniæ funebris, in fine de vsur.*

* Notificatio ad personam, an ad domicilium facienda sit.

26. Item. si sine fraude ad hoc exquisita venditio facta sit in loco valde remoto, non incipit currere tempus huius notificationis nisi postquam emptor ad locum vbi res sita est, vel ad domicilium domini peruenire vel mittere commodè potuerit, locorum, tempestatis & omnium fortuitorum casuum impedimentis deductis iuxta *l. 2. §. 2. & 3. si quis cautio.* per locum à fortiori, propter quem etiam vadimonium publicũ deseratur vel diffindatur. Non enim debent culpari censuarij si locis remotis & vbicunque indigent contrahant, nec debet necessitas commercij & vsus rerum arctari. Si tamen vtroque præsente censuarius vsque penultimum diem octidui negligens fuit, non excusabitur repentino impedimento vltima vel penultima die superueniente, per text. in *l. qui commeatu, de re milita. in l. 2. §. quod diximus.* & ibi Bar. Pau. Alex. Ias. *si quis cautio.* & quæ dixi in annot. ad Alex. *consi. 49. nu. 5. lib. 1.* & ad Philipp. Deci. *consil. 454. num. 6.*

27. ¶ Tertiò quæro quid si tutor vel curator pupilli vel minoris emerit? Respondeo idem, quia hæc consuetudo etiam * minores & omnes indifferenter ligat, per not. *supra in proœmio glo. 1. & §. 13. gloss. 2. num. 4. & infra* § 173. Sed ipse tutor nomine suo hanc mulctam soluere tenebitur: saltem non poterit in rationibus imputare, per *l. non est ignotum. C. de administr. tuto.* Et hoc nisi appareat tutorem vacare leui culpa vel aliis grauioribus pupilli negotiis tunc fuisse præpeditum, vt nec procuratorem mittere vacauerit. Idem dico de procuratore qui ex quo habebat mandatum emendi, habebat etiam mandatum dominis notificandi & omnia alia connexa & dependentia faciendi, maximè quæ sunt de consuetudine regionis vulgata *l. vel vniuersorum, & bonum text. in l. si pignore §. vlt. de pign. actio.* Ludo. Roma. *consil. 94. visis hic, col. vlt.* Ias. *l. certi condictio. §. si nummos, nu. 22. si cert. pet. l. si mora. col. 1. solut. matrim.* Feli. *cap. 1. col. 8. vt lite non contest.* Et sic si non sit notificatum tenebitur emptor saluo recursu contra procuratorem, nisi subita mors procuratoris vel tutoris vel etiam ipsius principalis emptoris interuenerit, quo non est maius nec iustius impedimentum.

* Notificetur vtrum debeat secundus emptor.

28. ¶ Sed quid si * emptor alij vendiderit? Certum est quod vltimus emptor vltra iura quæ personaliter debet, ex persona sua tenetur hypothecariè soluere laudimia authoris, & potest iustè dominus recusare inuestituram nisi ea soluat, cessis (quales sunt) actionis domini contra authorem, iuxta not. in *l. Modestinus, de solut. l. in creditore. de euictio.* non enim personali actione conueniri potest ad laudimia prædecessorum. Sed quid in mulcta à prædecessore debita? Resp. idem, quia etiam pro mulcta (quoniam inter onera inuestituræ continetur) obligatum est vtile dominium censuarij, iuxta not. *supra* §. 74. *gloss. 2.*

29. ¶ QVARTO, quæro quid si contractus sit nullus * aut retrò annulletur? Et videtur nullam esse aut annullari mulctam, prout & laudimiorum obligatio quæ est principalis, nulla est aut annullatur, iuxta not. supra § 33. *qu. 3. 4. §. per tot l. cùm principalis, de reg. iuris.* Tamen distinguendum puto: aut ab initio contractus est nullus, & sic laudimiorum obligatio nulla aut imalida, & tunc cessat accessoria obligatio mulctæ, cùm etiam deficiant verba huius §. nec verum sit dicere celata laudimia quæ non sunt nec fuerunt: Aut verò contractus & consequenter obligatio ab initio valuit & tenuit, sed ex post facto retrò annullatus est & ad non causam rediit, & tunc idem si ante mulctam commissam: sed si post mulctam tempore medio acquisitam domino, resoluatur contractus, etiamsi ex pacto adiectionis in diem vel legis cõmissoriæ, & multò magis si voluntario distractu, mulcta tamen non annullatur nec ad non causam redit, quia iam per se subsistit & iure actionis vigore huius §. debetur: & nõ fundatur in contractu nec in laudimiis, nec ampliùs ab illis dependet postquã semel acquisita fuit, sed fundatur in culpa vel negligentia semel commissa, quæ nõ potest redire ad nõ causam respectu ipsius domini.

* Notificetur vtrum faciẽda si contractus sit nullus.

30. Sic in simili qui ob contumaciam vel aliam incidentem temeritatem condemnatus fuit in expensis, illas non repetit nec ab illis liberatur quantumcunque obtineat in causa principali. Io. Andr. Collecta. Panor. in *c. calumniam extrà de pœnis.* Cynus & alij in *l. properandum fin autem. C. de iudicijs*: secus si partes re integra mutuo discedant vel aliàs contractus resoluatur infra octo dies, & sic antequam hæc mulcta sit commissa & acquisita domino, quia tunc ampliùs committi nequit.

31. Sed pone mulctam esse commissam, partes autem voluntariè cupiunt recedere à contractu, vtrum possint in præiudicium laudimiorum? Videtur quod non, ex quo mulcta iam est acquisita domino, & sic res non est integra respectu domini: quo non obstante dico quod re aliàs (iuxta alia quæ in §. seq. dicemus) integra, liberè discedere possunt sine onere laudimiorum: quia cum per commissionem pœnæ nihil sit gestum cum domino (est enim obligatio merè legalis) non definit propter hoc res esse integra respectu contractus reique non traditæ & laudimiorum, à quibus mulcta semel commissa amplius non dependet & remanebit domino debita per emptorem non obstante distractu. Et sic est casus in quo debetur mulcta, sed non laudimia scilicet ex post facto, quod non est inconueniens, quia satis est quod tempore mulctæ debebatur & occultata per id tempus fuerunt.

32. Sed quid si dominus nolit contentari hac modica mulcta, sed velit petere quanti sua interest, venditionem non fuisse statim notificatam, saltem infrà octo dies, & velit etiam probare emptorem nedum neglexisse, sed etiam studiosè celasse contractum? Et breuiter puto illum non esse admissibilem, sed contentari debere pœnis legibus comprehensis, *l. si ita stipulatus de verb. oblig.* Tum non est bonum liberam contrahentium voluntatem coarctare commerciúmque difficile nimis & onerosum reddere.

33. ¶ QVINTO quæro quid si venditio est * conditionalis? Respond. siue sit conditio ex parte venditoris, siue ex parte emptoris, siue vtriusque, aut extrinsecus siue tacita siue expressa non refert, dummo-

* Notificetur vtrum faciẽda, si emptio conditionalis sit.

do talis sit, vt obligationem suspendat: quia tandiu non cedit, sed pendet dies obligationis laudimiorum, quamdiu contractus ipse est conditionalis & obligatio potest fore vel non fore, *l. cedere diem de verb. signif.* non possunt enim occultari laudimia quæ non debentur. Consuetudo enim non loquitur de futuris, sed de præsentibus & iam debitis. Quòd si dies cedat, quandiu emptor ignorat non incipiunt octo dies huius notificationis currere, per no. ẽ. *eo. nu.* 25. Quòd si contrahentes non expectato conditionis euentu exequantur, statim laudimiis & huic §. locus est, vt in simili ẽ. §. 20. *gl.* 1. *num.* 19. *gl.* 5. *num.* 23.

24. Quid si venditio est in diem? hîc latus est differendi campus, cùm possit esse in diem respectu venditoris vel respectu emptoris vel vtriusque, & in diem certam vel incertam, *vt* ẽ. §. 20 *gl.* 3. *col. vlt. gl.* 5. *nu.* 9. Breuiter ne paruo pedi magnus assuetur calceus: dico quòd quamprimum cessit dies, etiamsi non venerit, fundata est intentio domini directi, ad petendum exhibitionem contractus & iure dominicali retrahendum, tam in feudo quam in censu, vbi consuetudo domino censuali ius retractus dat, quia verum est dicere rem esse certo pretio venditam & pretium deberi, ergo sibi exhiberi, & sub eisdem oneribus retrahere petere potest. Sed quantùm ad hanc mulctam laudimiorum occultatorum benignius non currere tempus pendente vera dilatione quam emptor ex forma eiusdem contractus sine fraude habet: quia tantisper cogi non potest laudimia soluere, vt dicemus §. *seq. gl.* 1. *num.* 39. & sic nedum propriè & strictè (vt in pœnis accipi debet) dicitur debitor *l. creditores*, *l. creditor autem*, *l. debitor. de verb signific. l. vel obligatus* §. *obligatum accipere*, *de libera cau.* nec è diuerso creditor *per d. ll. & l. is cui, de actio. & oblig.* Et quatenus contractus ex sui forma non habeat executionem, consequens est, vt nec interim iura dominicalia quæ ex eodem contractu oriuntur, habent executionem.

35. § VLTIMO quæro quid si * mulcta laudimium excedat, puta prædiolum triginta sex libris Turonensib. venit, laudimia sunt tres libræ Turonenses, emptor notificare neglexit: An debeat sexaginta solidos Parisienses nomine mulctæ vt hic: dico quòd non, sed Turonenses tantum: quia pœna non debet excedere principale, *l. vnica vbi dixi in extricatione Labyrinthi. C. de sent. quæ pro eo quod interest proferuntur.* Et semper in dubio intelligitur, vt cum suo simplo nunquam duplum excedat: dixi in *d. l. vnica. q.* 10 *n.* 179. *cum seq.* simplum autem seu principale hîc sunt laudimia domino debita: facit quod diximus supra §. 33 & 38. reliqua eodem anno contingentia non debere excedere reditus vnius anni, vt etiam apertè volunt consuet. Turonensis. *tit. des rachapts & rentes* §. 6. Pictau. § 134. 165 Syluanectensis §. 16 4.

* Mulcta excedens pretium rei an soluenda.

36. Rursus, nota quòd si sint plures emptores eiusdem fundi, & vnus notificauit infra octiduum, liberat omnes à mulcta, etiamsi non expresserit se notificare nomine omnium, etiamsi nullum habeat ab eis mandatum, *facit l.* 1. 2. *C. de consort. eiusdem litis*, & pariter si plurium hæredum vnus notificauerit. Sed quid si notificans expressè dixerit se pro sua tantum parte notificare? Videtur limitata causa limitatum patere effectum vulgata *l. in agris, de acquir. rer. do.* Sed verius est omnibus ad vitandam hanc pœnam prodesse, quia ex quo facta est totius contractus exhibitio à consorte, verum est dicere nihil fuisse occultatum, & sic dummodo cæteri gratum habeant, cessat pœna.

37. Sed qui si sint duo emptores eiusdem fundi non pro indiuiso, sed per regiones: videlicet vnus partis superioris, alter inferioris eiusdem fundi vno confuso pretio, videlicet pro centum: an * notificatio vnius prosit alteri? Puto quòd non, nisi dicat se facere nomine communi, & alter postea etiam post octiduum gratum habeat: quia hoc casu duæ sunt venditiones, duo pretia, duæ res, ex quo non est facta illa distinctio per regiones causa simplicis culturæ, *vt in l. Cæsar de lega.* 2. sed causa dominij proprietatis & possessionis separandi, & sic sunt duo fundi. *l. quod in rerum* §. *si quis post*, *l. planè* 1. *in fi. de lega.* 2. *l. locus de verb. signific. l. communi dividundo* §. *Neratius l. si quis duas* §. *planè*, *communia prædiorum.*

* Notificatio vnius an prosit alteri.

Sed quid si ille qui habet superiorem partem quamuis ex forma contractus videatur æquali pretio emisse: tamen seorsim liberauit venditorem à viginti sibi debitis forte, quia pars superior prævalebat inferiori: an notificatio facta nomine communi per eum cui cedit pars inferior impediat mulctam? Resp. omnino impedit respectu notificantis qui nomine suos satisfecit, sed non alterius qui nec per se, nec per alium integrè notificauit, reticuit enim viginti.

38. Hic insurgit duplex q. Prima, quando sunt plures * emptores an sint totidem mulctæ, si nullus notificauit? Secunda, si est vnus emptor qui notificauit pro parte, an in totam pœnam incidat? Ad primam, disputatione omissa quæ nimis operosa esset in re parua, dico vnicam esse mulctam: quia vnica est venditio, vnicum pretium, vna eadem res, & sic vnica laudimia, quamquam à pluribus soluenda: & pœna regularis debet à principali à quo dependet. faciunt quæ dicam ẽ. §. 85. In pluribus autem hæredibus vnius non esset dubium: quia ex persona hæredũ obligatio non augetur.

* Plures mulctæ an soluendæ si sint plures emptores.

39. Ad secundam q. quò res sit planior, fac aliquem emisse sexaginta libris Turonensibus qui significauit emisse triginta tantum, vel cum emisset triginta libris Turonensibus cum onere liberandi venditorem à totidem emptori vel alij debitis, reticuit hoc onus: an debeat integram mulctam videlicet sexaginta solidorum Parisiensium? Hæc quæst. argumentosissima esset, sed in paruis quæ magna tamen seria ducunt, resolutiuè procedam. Primò videtur tota mulcta commissa: quia verum est laudimia esse occultata & sic verba huius §. conueniunt: ergo & dispositio: Tum propter dolum, quia agitur de facto truncatim notificanus. Tum tertio quia si non dedisset in nummis nisi triginta, recompensato authore de fundo vel alia re, & celasset supplementum nummorum, deberet integram mulctam etiam si totum contractum non celasset, sed partem contractus tantùm: ergo si 60. dederit & celauit 30. non minus cadit in mulctam, quia tantumdem occultat hoc posteriore, quantum priore casu: quemadmodem si hanc eiusdem fundi acquisitionem fecisset per partes & primam notificasset, secundam non, integram deberet mulctam pro secunda parte occultata. Meus quidam vendit feudum pro 500. sub pacto redimendi ad biennium. Interim per translat. supplet 80. deinde infra biennium vendit rectio, à quo laudimia dominus post illud biennium recipit. Et mox à primo emptore petit laudimia non solum de 500. sed etiam 80. & duas mulctas rei celatæ. Resp. deberi hæc laudimia: quia conditio non redimendi trahitur retro. Tum quia supplendo simpliciter recessum fuit à breui facultate redimendi, sed quia vnicus contractus vnica tantum mulcta.

40. In contrarium, quod non sit commissa pœna nisi pro rata, quia pœna non debet excedere delictum, *l. rescriptum l. hæres qui. de his quib. vt indig. l. ex facto* §. *Iulianus.* & ibi Iason. *col.* 1. *de vulga. & pupil. substitut.* Philipp. Deci. in *c. ecclesia S. Mariæ in princip. de constitut. vbi in annotat. dixi*, præsertim cùm simus in diuiduis. Rursus tertia sese offert sententia distinguens, vt hæc mulcta committatur integra, si quod celatum est de laudimiis tantundem vel plus ascendat: si vero portio laudimiorum celata non ascendat quantum mulcta, tunc hæc pœna non excedat quantitatem laudimiorum occultatorum. Hoc enim faciendo, nec pœna excedet delictum, nec accessorium principale, nec committetur pœna vltra duo

plum, *vt ſupra eo.nu.* 34. facit quod diximus in extricatio. Labyrinthi de eo quod intereſt quæſtio. 4. nu. 106. quòd quamuis quarta tantùm pars rei venditæ euincatur: tamen id quod extrinſecus intereſt committitur & debetur in totum, etiam ſi excedat duplum vel triplum rei principalis æſtimationem. Si igitur emptor celauit triginta libras pretij, & ſic quinquaginta ſolidos in laudimiis, mulcta reſtringetur ad quinquaginta ſolidos Turonenſes: ſi verò celauit triginta aureos pretij, mulctam integram debebit, quia non excedit quantitatem laudimiorum quæ occultata ſunt, quid dicendum?

41. Concludo pro ſecunda & media ſententia, quia vt verum eſt celaſſe, ita verum eſt notificaſſe, ergo pro parte notificata nullo modo puniendus eſt, ſed tantum pro parte celata: & ſic dimidiam mulctæ debet in hac ſpecie vel aliàs ſuam quotam pro rata. Non obſtant allegata pro prima ſententia, quia verba non verificantur niſi in parte, cùm in parte ſit ſatisfactum & longè alij & diuerſi ſunt caſus quando res partim venditur, partim permutatur, vel quando per partes ſeparatim venditur: quia tunc tot diuerſi cenſentur contractus ſuam quiſque naturam retinentes: longè ergo differunt à noſtra hypotheſi quæ eſt de vnica venditione & vnico pretio indiuiſo, & non ſunt plura laudimia, ſed vnum partim celarum, partim notificatum, ergo pro rata.

42. Nec etiam obſtant allegata pro rata ſententia: quia quod in d. extrica. Labyrinthi q. 4. dixi in fauorem damnum paſſi multum differt à caſu noſtro, quia vt ibi dixi *nu.* 107. non de pœna agitur, ſed de rei perſecutione damnum paſſi, & ſic non debet reſtringi niſi quatenus lex cogit, vt ibi nouè explicaui: hîc autem mera pœna eſt, nec dominus dicitur certare de damno recuperando, ſed de lucro, vt in §. præcedenti, & ſic non debet excedere ratam culpæ. Tum alioquin partim prouocarentur ad occultandum, quia ſæpe contingeret non minorem eſſe pœnam in maioris partis quàm in minoris partis occultatione, quod eſſet abſurdum. Media ergo vera eſt teres & rotunda ſententia, pro rata ſeu quota occultationis mulctam committendam. Non tamen ſequitur quin obligatio exhibendi & ſoluendi domino ſit pura, ſi contractus purus eſt. Sed octiduanæ induciæ dantur huius mulctæ & omnis pœnæ, vt dicemus j. §. 78. *gl.* 1. *n.* 34. & 38.

EPITOME § LXXVIII. GLOS. I.

1. *An laudimia debeantur ex venditione ſtrictè ſumpta tantùm?* 6. 8. 9. 11.
2. *Venditio latiſſimè, latè ſtrictè.*
3. *Diſpoſitio loquens de venditione, intelligitur ſtrictè, niſi appareat de rationis identitate.* 6.
4. *Verus intellectus* §. *ſi prætor. in l. ſi pupillorum de reb. eorum.*
5. *An argumentum de maiori ad maius procedat in decreto.*
7. *Vetus mos Romæ. venditionis per æs & libram.*
10. *Dictio, ſi, quandoque non facit conditionem: ſed demonſtrationem.*
12. *Laudimia non debentur de venditione fructuum vel uſufructus.*
13. *Nec de venditione vilis vel quæ retrò annullatur, vt etiam dominus teneatur reſtituere quatenus locupletior.* 15.
14. *Idem ſi venditio manet valida quantum ad plenum recurſum euictionis: ſed emptor non diu poſſidet.*
16. *Quando dominus verſaretur in lucro, & poſſeſſor euictus in damno, tunc tenetur laudimia reſtituere.*
17. *Iura dominicalia pecunia debent ſolui per capientem fructus.*
18. *Mutationes manus & apertura ex perſona poſſeſſoris, & non veri domini vtilis vel directi attendantur.* 20. 27.
19. *Niſi quatenus fides vel inueſtitura ad modicũ tempus per alienantem retinetur.* 49 54.
22. *De venditione nulla, traditione ſecuta fundata eſt intentio domini contra poſſeſſorem ad laudimia.* 30.
23. *Sed dominus ea ſcienter recipiens, tenetur etiam ſi non ſit locupletior, euicto emptori reſtituere, niſi is aliquot annos poſſederit & fructus retinuerit.* 25. 26.
24. *Etiam coniectura præſumptionem donationis excludit.*
28. § *Q.* 1. *Minor* 25. *annis non ſemper annullat iudicium defectu curatoris.*
29. *Poteſt alienare mobilia.*
30. *Contra dominum directum non ſufficit tranſactio, compromiſſum, aut ſententia voluntaria partium.*
31. § *Q.* 2. *Quando licet in præiudicium domini cenſualis diſtrahere.* 32. 35.
33. *Solutio pretij non facit hic deſinere rem eſſe integram nec ſimplex conſtitutum.*
34. *Quando de iure licet habere pro infecto vel diſtrahere, etiam poſt præuentionem domini infrà octiduum factam.*
35. *Fallacia vel fuga emptoris reddit contractum nullum.*
37. *Conſuetudines intelliguntur de venditionibus efficacibus.*
38. *Declaratur conſuetudo Borbonienſis.*
39. *Variæ conſuetudines.* 55.
40. § *Q.* 3. *Venditione pura ſtatim cedunt iura, ſed non in conditionali, niſi interim exequatur.*
41. *De venditione in diem non exiguntur antequam pretium poſſit exigi, nec dominus poteſt conqueri, cui non quæritur ius niſi ad limites contractus.* 43.
42. *Dies ſolutionis eſt pars diminutiua obligationis.*
44. *Niſi dilatio data ſit ob aliam cauſam extrinſecam vel poſt contractum.* 46.
45. *Tamen dominus non tenetur etiam pendente dilatione inueſtire ante ſolutionem pretij.*
47. *Q.* 4. *Quamuis laudimia non debeantur*

Digitized by Google

ex reuenditione initio pacta, tamen ex venditione etiam modico tempore durante debentur. 48.

49. *Nisi retentis censu & investitura ad tres vel quinque annos* 54.

50. *Intellect. tit. C. sine censu vel reliq.* 51.

52. *Emptor sub facultate redimendi quam redimit de vtroque pretio laudimia debet.*

56. *Declaratur consuet. Turonensis.*

57. *Redimendo ex pacto primæ venditionis etiã ex instrumento separato non debentur iterum laudimia, nisi redimatur in vim prorogationis etiam pendente prima fact.c.*

58. *Vel nisi quando pactum sit tertio, quia tunc statim indistinctè debentur laudimia de venditione, & rursus noua laudimia tertio redimente.* 60.61.72.77.

59. *Sic si venditor qui sibi cauit de pacto redimendi, illud postea cedat tertio, statim debentur iura de venditione, & iterum de redemptione quam faciet ille tertius & de dicta cessione, si pretio facta sit.* 71. 80.

62. *Quid de prorogatione facultatis redimendi.*

63. *Si redimatur ex prorogatione facta, priore finita, bis iura debentur.*

64. *Nisi prorogatio facta fuerit ex sequela prioris facultatis.* 65.

66. *Duo sunt in facultate redimendi temporali.*

67. *Limitantur consuet. Cœnomanensis & Andensis.*

68. *Ex pluribus habentibus facultatem redimendi in solidum, vnus redimens tenetur consortibus contribuere infrà idem tempus redimendi, sed non post tempus.* 77.

70. *Retractus conuentionalis & consuetudinarius cumulari possunt.*

71. *Reditus ad priorem statum fauorabilis.*

74. *Aliud consentire, aliud cedere.*

76. *Cessio facta futuro hæredi, videtur tanquam hæredi.*

77. *Redemptio non potest diuidi.*

78. ¶ *Q.* 5. *An ex promissione vendendi sint laudimia? non: quia aliud vendere, aliud pactum de vendendo.*

79. *Tamen interposita stipulatione non est locus pœnitentiæ.*

81. *Gabella venditionis non debetur de promissione vendendi.*

82. *Quæ transit in venditionem si verba referantur ad actum de præsenti & materia sit disposita.*

83. *Intellect. verus* §. *Cato.* in fi. l 4. de verb. obligat.

84. *Declaratio l. si procuratorem absentem. de procurat. & virtus ratihabitionis.*

85. *Promissio pura ratificandi, ratificatio est.*

86. *Debetur gabella de venditione facta vi promissionis de qua non fuit soluta gabella.*

87. *Sic relenium feudi non debetur de donatione sequente promissionem de qua compositum est de relenio.* 99.

88. *Generalia non satisfaciunt intellectui practico.*

89. *Etiamsi non sint iura debita domino, litera sunt exhibendæ, modò sit res alienata, secus si promissa alienari* 90. *nisi in venditione facta à possessore.* 91.92 93.94.

96. *Impensæ quæ non cedunt lucro venditoris non augent laudimia.*

97. ¶ *Q.* 6. *De permutatione sub pacto per alterum recuperandi vel redimendi. noua iura debentur redemptione secuta.* 99.

98. *Secus quando mera resolutio fieret ex veteri pacto.*

100. ¶ *Q.* 7. *De re data in contractu matrimonij, etiam æstimata, non debentur relenia.*

101. *Quicquid in contractu matrimonij datur genero, censetur in dotem, vt marito dari.*

102. *Clausula quòd res data in matrimonio fortiatur naturam conquæstus, non facit deberi iura nisi relenij mediæ partis in feudo.*

103. *Nec mutat qualitatem antiqui hæredij nisi respectu interesse mariti.*

104. *Vnde si maritus vendat extraneo, totum potest retrahi à cognatis vxoris.*

105. *Æstimatio in dubio non facit venditionem.* 106. 111.

107. Intellect. l. 1. C. de rer. permut.

108. *Multa tractantur quæ non perficiuntur, sola conclusio attenditur.*

109. *Obligatio pecuniæ ad immobile est immobilis.*

110. *An res emphyteutica possit dari in dotem.*

112. ¶ *Q.* 8. *Et si dominus feudi, vt extraneus à vassallo emit, tamen laudimia exigit à retrahente: secus, si alij vendit.*

113. ¶ *Q.* 9. *Etiam dominus ipse directus tenetur soluere laudimia et ad quem spectant fructus.*

114. ¶ *Q.* 10. *Consuetudo negans retractum domino censuali non tollit pactum priuatum.*

115. *Dominus qui investiuit emptorem non potest habere retractum ex facultate redimendi per eum postea redempta, quamuis aliud in retractu proximitatis fauorabiliori.* 119. 120.

116. *Nec ex eo quod postea dato pretio facta est acquisitio incommutabilis.*

117. *Ius redimendi est integralis & effectualis pars fundi.*

121. *Simplex receptio census non excluderet retractum.*

122. *Si quis emit sub pacto redimendi, & dominus quoquo modo excludatur iure retractus, non recuperat ex eo quòd postea emptor illud pactum redimit.*

123. *Emptor non tenetur facultatem redimendi sibi datam notificare, sed bene eius extinctionem nouo pretio factum: nec cessionarius dicte facultatis antequam redemerit.* 130.

125. *Qui semel emit iusto pretio: de eo quod postea*

Digitized by Google

ad rem pacificandam ſoluere cogitur, nouum laudimium non debet: ſecus ſi iniuſte.

126. *Inueſtitus de parte fundi patitur retractum de alia parte, etiam per primum contractum promiſſa vendi.*

127. *Sed ſi contemplatione primi contractus factus ſecundus factus eſt dominus, debet vtrumque retrahere.*

128. ¶ *Q.* 11. *Inueſtitura data emptori qui emit ſub facultate redimendi non prodeſt ceſſionario venditoris qui retrahit quin retractui dominico & omnibus iuribus locus ſit* 129. 131.

132. ¶ *Q.* 12. *Si ceſſionarius habet illam ceſſionem gratis & redimit, perinde eſt ac ſi res eſſet, partim vendita, partim donata.*

133. *Niſi fundus veniſſet iuſto pretio, & facultas redimendi gratiosè data fuiſſet, legatum de vendendo iuſto pretio non ſubeſt Falcidiæ, quia nihil abeſt hæredi.*

134. *Si quis emit in vim pacti præcedentis, dominus fundatam habet intentionem in vtroque pretio niſi conſtaret nihilominus iuſto pretio emptum.*

135. *Sed retrahens debet nedum pretium, ſed alios quoque ſumptus reſundere.*

136. *Laudimia non augentur ſi quis iuſto pretio dato det iocalia vxori aut filijs venditoris, quanquã ſi moderata ſint retrahens oneretur.*

137. *Aliud ſumptus rationabilis, aliud pretium rei.*

138. *Quid de vxore venditoris aliquo accepto ratificante?*

139. *Ratificatio domini eſt vera venditio & ex ea metiuntur iura.*

142. *Quid ſi quis emat à proprietario & poſtea à fructuario?*

143. *Vſufructus non eſt pars dominij niſi fictè.*

144. ¶ *Q.* 13. *An dominus directus præferatur conſanguineo in retractu? in quo Doct. male faciunt differentiam inter feudum & emphyteuſim.*

145. *Cur ſecundum vſus feudorum retractus feudalis non procedit: ſed ſecundum conſuetudines noſtras reuixit.*

146. *In quo dominus excluditur per agnatum venditoris in inueſtitura comprehenſum & feudum præſumitur antiquum.*

147. *Sed de conſuetudine non requiritur conſtare cognatum deſcendente à primo ſtipite.*

148. *Si concedens in cenſum retinet ius retractus, non intelligitur contra deſcendentes à cenſuario.*

149. *Non valet pactum in præiudicium retractus proximitatis, niſi quando res eſt libera.*

150. *Venditor non poteſt extraneis cedere ius redimendi ſtante cognato, niſi quantum ad ſuperualentiam pretij.*

151. *Ius redimendi non eſt ceſſibile in præiudicium retractus proximitatis.*

152. ¶ *Q.* 14. *Etiam ſi dominus directus in prima inueſtitura pactus ſit de iure retractus, non poteſt illud cedere niſi filijs.*

153. *Verba contra eum qui ſe in eis fundat, capiuntur.*

154. ¶. *Q.* 15. *De adiudicatione per licitationem extraneo admiſſo.*

155, *Tunc non eſt vera diuiſio.*

156. *Si extraneus vincat, omnia iura debentur, aliàs nihil.* 157.

159. *Quia extraneus non dicitur habere ex diuiſione ſed ex mera emptione.*

160. *Quid in hæredibus diuerſarum linearum?*

161. *Declaratur conſuet. Bleſenſis.*

162. ¶ *Q.* 16. *De venditione ſub pacto additionis in diem vel legis commiſſoriæ ad longum tempus ſemel debentur iura.* 163. 167.

164. *Modica diuerſitas facti facit magnam diuerſitatem iuris.*

165. Tit. de in diem adiectione & tit. de l. commiſſoria, *de breui tempore loquuntur.*

166. *Venditore fruente pretio, debet etiam emptor fructus pro rata lucrari.*

168. *Declaratur conſuet. Comitatus Burgundiæ correcto abuſu quorundam.*

169. *Verus & naturalis dominus cenſualis emit fundum non pecuniam dando cenſuario.*

170. *Thema licitationis extraneo admiſſo.*

171. *Poteſt quis emere rem ſuam à ſe auocabilem* 178.

172. *Aliud ſimplex licitatio iudicialis: aliud ſolenne decretum haſtarum.*

174. *An ſuperueniente nouo licitatore prior liberetur.* 177.

175. *In iuribus dominicalibus & conſuetudinarijs, magis attenduntur veritas & effectus quam formulæ.*

176. *Aliud licitari, aliud emere.*

180. ¶ *Q.* 17. *De conceſſione ad onus ædificandi non debentur laudimia.*

181. *Niſi fiat mediante magna ſumma recepta.*

183. *De venditione ad tempus debentur laudimia.*

184. *Et de venditione vſufructus perpetui vel locationis perpetuæ, & vterque retractus.*

185. *Iura inueſtiturarum & laudimiorum ad priorem dominum ſpectant.*

186. *Reiicitur diſtinctio Do. de Rota.*

187. *Noua trimembris reſolutio.*

188. *An reſoluto iure datoris reſoluatur ius acceptoris.*

189. *Quandoque in emphyteuſi ſunt duo domini ſubordinati.*

190. *Quod in hoc Regno non admittitur in cenſu qui debet eſſe monadicus.*

191. ¶. *Q.* 18. *Non debentur laudimia de venditione ſuperficiei.*

§. * LXXVIII.

a Olim 55.

SI aucun achete à pris d'argent aucun heritage eſtant en la cenſiue d'aucun ſeigneur cenſier ou foncier, tel achetteur dudit heritage eſt tenu de payer audit ſeigneur cenſier ou foncier les ventes dudit achapt & ſaiſine pour ce deuë & accouſtumée, auec douze deniers pour la ſaiſine.

EMptor tenetur ſoluere laudimia domino cenſuali, cum ſolido Pariſienſi pro renouatione inueſtiturę.

Hic paragraphus siue articulus de nouo in mutatus eſt.

SI aucun achete à pris d'argent, ou prent à rente rachetable, heritage eſtant en la cenſiue d'vn ſeigneur cenſier ou foncier, tel achetteur dudit heritage, ou preneur à rente, eſt tenu payer au ſeigneur cenſier ou foncier, les ventes dudit achapt, ou ſort principal de la rente, encores qu'elle ne ſoit rachetée.

GLO. I. IN VER.

Si aucun achete à pris d'argent.

ERgo laudimia nunquam debentur niſi in A caſum venditionis. Fortiùs videtur quod nunquam debeantur, niſi in caſum veræ, propriæ & ſtrictæ venditionis: quia hic tex. incipit à conditione, quæ debet impleri in forma ſpecifica, *l. Manius l. qui hæredi D. de cond. & dem.* Tum conſuetudo ſtricti iuris eſt *l. 3. §. hæc verba. D. de neg. geſt.* Tum fit mentio pretij, idque non obiter, & perfunctorie, ſed conditionaliter & ſeriosè: vt planum eſt cuilibet rectè intuëti hunc tex. verba autem ſingula, maximè in lege vel ſtatuto debent de aliquo operari: vt no. 3. §. *nu.* 41. Simplex autem mentio pretij reſtringit diſpoſitionem ad venditionem propriè, & ſtrictè ſumptam: vt no. 5. §. 33. *nu.* 1. Quanto fortius, vbi non eſt ſimplex mentio, & emptionis, & pretij, ſed additur in pecunia numerata. Tum cauſa propter quam hîc fit mentio emptionis & pretij, videlicet perceptio laudimiorum ad ratam vnciæ pretij non poteſt propriè verificari, niſi in venditione ſtrictiſſimè, & propriè ſumpta, videlicet interueniente certo pretio in pecunia numerata. §. *pretium autem, inſtitu. de empt. & ven.*

b Venditionis verbum tripliciter ſumi.

2. Verbum enim * venditionis tripliciter accipitur. Primo modo latiſſimè, pro omni actu alienationem inducente etiam ex teſtamento, vt in *l. ſicut* §. *venditionis. D. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. in l. ſtatulib. in fi. D. de ſtatulib.* Secundo latè, pro omni ſpecie commutationis inducente alienationem ex Titulo oneroſo. Bal. in *l. Vlt. D. de condi. ob cau.* Alex. in *conſ. 1. col. 6. lib. 4.* Tertio ſtrictè & proprie pro ipſo ſpecifico vẽditionis contractu. *l. 1. ad fi. D. de contrab. empt. & vend.* Clarum eſt autem quod in ſtatutis, & generaliter in omni materia nedum in qua ſtrictè, ſed etiam in qua ſimpliciter & proprie verba capi debent, nunquã appellatione venditionis vel emptoris venit alius contractus etiam ſimilis, ſed nomine & ſpecie differens, qualis eſt permutatio. tex. in *d. l. 1. D. de cõtrab. empt. in l. 1. D. de rer. permut.* Bo. tex. *cum gl. in auth. de non alien. aut permutan. §. quia vero Leonis in prin. col. 2. & in l. ſi pupillorũ, §. ſi Prætor. D. de reb. eo. no.* Spec. in ti. *de empt. & vend §. 5. nunc dicendũ. verſi. ſed pone ſtatutum.* Andr. Iſer. *c. 1. §. ſed & res. col. 3. per quos fiat inueſti. in vſib. feu.* Bal. *conſ. 175. ſtatutum probibens. lib. 4. c. 1. ad fi. de alien. feud. in vſu feud.* No. Bal. Ang. in *l. cum hi. §. cui D. de tranſact.* Bal. Salic in *l. 1. C. de re. permu. in l. 2. C. pro empto.* latè Io. Berta. *de gabell. in 3. parte. 8. partis prin.* Et latius Fabia. *de monte S. Sanc. in tract. de empt. & vendi. q. 2. princ. latè.* Andr. Tiraq. in *tract. de retract. proxim. §. 1. glo. 2. num. 2.*

3. Et adhuc extra materiã ſtrictam non ſit progreſſus ad largum & improprium ſignificatum: quod eſt limitandum niſi cõcurrat rationis identitas & fauor, aut niſi appareat mentionem venditionis non eſſe factam propter ſe, ſed propter alium certum finem, qui æque impletur & habetur per alium modum vel actum, per no. Bar. in *l. alio. col. 3. nu. 10. in fi. D. de alim. legat.* tunc enim mentio venditionis non cenſetur fieri niſi exemplariter, vt per ea quæ latè tradunt Pau. *con. 83. l. 2.* Alex. *con 100. l. 4. & in con. 75. l. 5.* & quicquid dixerit Bar. in *d. l. alio*, nedum iſtud habet locum in diſpoſitione priuati: ſed etiam iudicis, vel alterius.

4. Nec obſtat *l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. D. de reb. eo.* quia ibi illud eſt propter formam in qualibet alienatione prædiorum minoris requiſitam. Ideo ſi decreto iudicis cauſa cognita permiſſa eſſet venditio: non liceret hypothecare, nec contra, & hoc quia deficit forma. Hanc ſolam rationem reddunt Docto. ibi, & *in l. 1. §. ſi quis ita de ver. oblig.* & vbique, ſed non ſatisfacit cùm ſit magis mathematica & phyſica, quam ciuilis & practica. Ideo vera & punctualis ratio eſt: quia ibi illud decretũ & cauſæ cognitio præcedens non in genere, ſed ſuper certo indiuiduo actu ſpecialiter & limitatim interpoſita ſunt: ideo ſi aliud vel aliter fiat quàm in cauſæ cognitione & decreto deductum & conceſſum ſit, nihil agitur, id eſt non agitur ille actus qui ſpecialiter in cauſæ cognitionem & decretum deductus eſt, & ſic nullum habet fomentum decreti. Ita propriè loquitur & debet intelligi ille tex. Sed tamen bene valebit inquantum aliàs ſine cauſæ cognitione & decreto valere & fieri poteſt, vt nouè contra omnes dixi in *lectio.* Dolana *ſuper dict. §. ſi quis ita, & §. ſi ſtipulanti. eadem l.*

5. Secus ergo vbi ceſſat ratio limitatæ formæ vel permiſſionis, & ita debet modificari & reſtringi quod per illum tex. tradit. Ludo. Rom. *ſing. 114.* quem ſequitur Alex. & ibi Iaſo. in *l. in actionibus, col. 3. D. de in lit. iur.* Nico. Eueral. *in locis lega. loco 35. à ratione legis larga. col. 4.* argumentum de maiori ad minus non habere locum in decreto iudicis: quia eſt verum quando eſt interpoſitum ſuper certo indiuiduo actu tantùm, de quo ſolo cognitum & deliberatum eſt: Secus vbi conſtat de pleniori cognitione & mente, & decretum non eſſe limitatum ad modum expreſſum, aliàs ſecus. Vnde ſi per ſententiam ſeu arreſtum eſt permiſſum hæred. ſub beneficio inuentarij, vel executoribus teſtamenti vendere immobilia vſque ad certam quotam ad ſatisfaciendum creditoribus aut legatariis: poterunt vſque ad eandem quotam permutare ſi hoc modo æquè ſatisfiat: & hoc caſu propriè loquendo non eſt extendere verbum vendendi de ſtricta ſignificatione ad latam, ſed extendere, ſeu potius

Digitized by Google

implere diſpoſitionem de modo expreſſo ad alium eiuſdem rationis & effectus. A

6. Quia, vt patet per tex. in *l.1. D. de contrab. emp. & in l.1. D. de rerum permut.* appellatio venditionis eſt ſpecifica, nec ſignificat permutationem, aut aliam ſpecialem alienationē neq; largo neque largiſſimo ſignificato, vt Docto. planè magis quàm Latinè loquūtur. Non obſtat *d.l. ſicut §. venditionis. l. ſtatuliberi in fi. eo nu.2.* quia, in dict. §. venditionis hoc non eſt propter generalem aliquam ſignificationem ipſi verbo venditionis inexiſtentem, ſed propter eandē rationem & materiam ſubiectam prout ratione conuerſa verbum alienare latiſſimum reſtringitur in *l. ex hoc edicto. §. 1. de alienatio. iudic. mutan. cauſa facta.*

7. At in d. l. ſtatuliberi, quædam verba pleriſque omiſſis. Quinti Mutij antiquiſſimi Iureconſulti recitantur ſuper interpretatione verborū antiquiſſimæ legis 12. tabul. quæ referenda ſunt ad ſtylū d. l. 12. tabul. & ad conſuetudinem * veterum Romanorum, apud quos olim omnis alienatio fiebat per imaginariam vēditionem & emptionem per æs & libram ſicut & hæredis inſtitutio, *inſti. de teſta. §. acceſſit.* & emancipatio, *inſti. quib. modis ius pa. po. ſol. § preterea. Caius l.1. inſtit.* quem refert Boetius in *Topic. Cic. lib. 3.* Andr. Alcia. in *l. alienationis. gl. 1. in fi. de verb. ſignif. & lib. 3. parergon. c. 22.* quod intellige ſanè non vt actus iuriſgentium, aliàs nullomodo valerent apud Romanos, ſed ad hoc etiam valerent ſpeciali prærogato iure & fauore iuris Quiritum, & ciuium Romanorum: actus autem merè ciuiles & legitimi ſcilicet iuris Romani, vt adoptio, emācipatio: aliter olim apud eos nullomodo valebant, vt nouè declarari in *tract. de dignit. magiſt. & ciui. Rom.* qui mos tempore Imperatorum penitus exoleuit. Et adhuc etiam ante morem illum exoletum verba Q. Mutij in d. l. ſtatuliberi, ad interpretationem *d.l.12. tab.* limitata nullomodo ad alias leges vel edicta, nec ad aliorum Iureconſultorum dicta extendenda ſunt. Quare Alciat. *dict. cap. 22* malè refert ad *l. veteres de actio emp.* Vbi Accur. melius exponit per iura quæ allegat, & per l. ibi immediatè ſequentem, & alia iura, & Lauren. Vallam quæ citat Alciat. Parer. *lib. 5. cap. 15.* vbi Accur. in *d. l. veteres*, expoſitionem ſequitur & bene. B

8. Tamen in noſtra conſuetudine non ita ſtrictè hîc aſſumemus venditionem, vt omnem omnino contractum excludamus, cui exacta venditionis diffinitio adæquatè & formaliter non conuenit, ſicut nec in materia feudali. s. §. 33. *nu.2.* Sed hîc venditionis loco habetur datio in ſolutum pro pecunia, vel ceſſio aut datio pro rebus aut iuribus certa pecunia æſtimatis, vel pro mobilibus non pretioſis, ſeu in quibus non cadit effectio: imo etiam ſi pretioſæ ſint vel cadat affectio, vel pro reditu redimibili ſecundum no. s. §. 20. *gl. 5. q. 10.* & generaliter in omni contractu qui in venditionem tendit, attentis rebus aut iuribus quæ pro re feudali vel cenſuali dantur vel remittuntur, ſiue ſint promercales ſiue fungibiles, ſiue etiam neutrum, ſed tales vt non ſoleant ſeruari tanquam hæredium aut res perpetuò manſuræ: ſed vendi & commutari. & maximè ſi dentur vendituro, videntur enim tacitè æſtimatæ, & vicem pretij, magis quàm ſpeciei habere. C

9. Et ſic locus eſſe debet, & iuri vtriuſq; retractus, & iurib. dominicis feudalib. & cenſualib. ſicut in vera & formali venditione fa. tex. in *l. 3. §. & generaliter ex omnibus cauſis quæ inſtar venditionis habent. D. de iti. act. prima. l. apud Celſum. §. ſi quis autem. D. de doli mali exce. ver. item in ſimilibus quæ vicem emptoris continent, ſcilicet reſpectu materiæ ſubiectæ, & eius de quo agitur*: & talis eſt cōmunis obſeruantia in hoc regno multum æqua & iuſta ad vitandas fraudes, quas alioquin ad hæc iura excludenda facile eſſet & promptum infinitis modis excogitare & admittere: puta do vel dare promitto hunc feudum pro centum. *l. vlt. de cond. ob cauſ.* & ſic ad hunc tex. quod ex venditione rei cenſualis debentur laudimia habes ampliationem nedum in ſtricta & formali venditione: ſed etiam in datione in ſolutum vel quauis alienatione ſymbolizāte & reducibili ad venditionem ſecundum prædicta. D

10. Non obſtat quod hic §. incipit à conditione ibi, *ſ'aucun achete à pris d'argent*, id eſt, ſi aliquis emat pretio in nummis, & ſic prius impleri debet in forma ſpecifica emptionis ſtrictè ſumptæ, *vt ꝛ. ea glo. nu. 1.* quia reſpōdeo primò quòd dicto * ſi, hic non eſt conditionalis, ſed potius cauſalis ſeu demonſtratiua. non enim ſuſpendit diſpoſitionem appoſiti ſeu verbi ibi, *eſt tenu*, nec ei apponitur, ſed deſignat & demonſtrat ſuppoſitum, nec facit orationem huius §. conditionalem, nec debet verti in conditionalem, ſed in puram, vt Latinè verti, emptor tenetur ſcilicet purè. Secundò, reſpondeo quod huiuſmodi coniunctio non ſemper facit conditionem, ſed ſecundū quod ſuadet ratio materiæ ſubiectę gl. & doct. in *l. eas cauſas. de cōdit. & demōſt.* Alber. *l. aut hoc ius. C. de procurat.* Bald. *l. 3. in fi. C. de actio. emp.* Lud. Ro. pulchrè in *conſil. 376. q. eſt. col. 3.* Alex. *conſil. 22. nu. 5. lib. 1.* vbi in annot. tetigi. E

* Si quando que demonſtrat & cauſam oſtendit.

11. Amplio ſecundo, etiam ſi venditio facta ſit de conſenſu & permiſſione domini, per not. ſuprà §. 20. *gl. 1. nu. 8. cum ſeq. §. 33. nu. 7. ver. amplio primo.* Amplio tertio, etiam ſi res pro maiori parte donetur vel permutetur: quia quatenus dantur pecunia vel mobilia, locus eſt laudimiis per not. *ſupra §. 20 gl. 5. q. 22. &* 23 quemadmodum ſi tantum pars rei vendatur, pro rata partis habent locum hæc iura. *l. quæ de tota. in princ. de rei vendi.* Amplio quarto, generaliter in omni caſu & quatenus ſupra 33. & §. 33. per totum, diximus locum eſſe quinto denario in feudo, vt etiam locus ſit laudimiis in cenſu, vt è conuerſo,

12. ¶ Concluſio huius §. ſic ampliata & declarata fallit * primò, ſi ſolùm fructus pendentes vel vſusfructus rei cenſuatiæ vendatur, quia inde nullum ius debetur domino, cùm res cēſualis non vendatur nec futurorum iurium ſpes præcidatur. fac. no. in ſimili ꝛ. §. 26. *gl. 4. in prin. §. 33. q. 20.* Sublimito ſi hoc fiat in fraudem laudimiorum imminentis venditionis rei ipſius cenſualis, vt quando præmeditata venditione rei eidē vel perſonæ interpoſitæ venditæ vel vendendæ, venduntur fructus pendētes vel vſusfructus ſeparato pretio, de quo remitto ad notata ferè in ſimili ꝛ. §. 20. *gl. 1. nu. 76. &* 81. ¶ Limito ſecundo, ſi non res cenſualis, ſecus actio perſonalis vel ius ad rem vendatur, vt no. in *ſimili ꝛ. §. 33. q. 36. §. 33. q. 8 &* 9. quò remitto.

* Limitationes ad præcedentem regulam.

13. ¶ Limito tertio, vt procedat in venditione valida, ſecus ſi contractus quacunq; de cauſa ſit nullus: idem ſi ex poſt facto & ex cauſa ab initio inexiſtente annulletur, & reducatur retro ad non cauſam. ſiue hoc fiat ipſo iure, ſiue per ſententiam, ſiue de iure communi, ſiue iure ſpeciali per beneficium reſtitutionis in integrum, nulla eſt: aut reſoluitur obligatio laudimiorum, adeo vt ſoluta condici poſſint, inquantum tamen dominus inuenitur locupletior per not. in *ſimili ſupra §. 20. gl. 5. q. 11. §. 33. q. 4. 5. 6. cum multis ſeq. §. 33. nu. 9. cum ſeq.* Et opinio quam ibi tenui *nu. 11.* fuit poſtea ſolenni arreſto confirmata, *vt retigi ꝛ. 73.*

14. Idem, ſi venditio tenuit & remaneat efficax quantum ad obligationem & actionem euictionis, ſed non ſortitur effectum reſpectu fundi venditi ex defectu iuris venditoris qui non erat dominus, & emptor non diu pacificè poſſidet, ſed euincitur à vero domino, vel euictionis metu ſine fraude cedit, *per not. ſupra §. 33. q. 19. §. 33. q. 10. & ꝛ. ead. gl. nu. 23. 25. 26.*

15. Idem ſi etiam venditor erat dominus & tranſtulit dominium in emptorem, ſed emptor à creditoribus venditoris euictus fuit, & ob paupertatem venditoris remanet fraudatus re & pretio: quia tunc dominus non debet percipere iura ab emptore ex huiuſmodi venditione quæ non ſortitur effectum ad

* Vetus mos Romanorum in imaginariis venditionibus.

teſte Laurentio Valla lib. 5. *elegantia. c.* 1. Tamen in redactione huius conſuetudinis mulcta non eſt ſcripta niſi in caſum debitorum laudimiorum & celatorum nec notificatorum per emptorem, vt ſ. *eod. nu.* 3.

15. Quanquam ergo non exhibuerit literas nec infrà octiduum: quod etiam non ſemper eſt facilè propter impediuenta notariorum & negotia ſæpe occurrentia vbi maius verſatur periculum quàm in euitatione huius mulctæ, quæ videtur eſſe partim ratio qua ampliſſimi & prudentiſſimi illi Chriſtophorus Thuanus præſes, Chriſtophorus Harlæus & Bartholomæus Fayus ſtudioſorum amantiſſimus ſupremæ cathis Curiæ Franciæ Senatores in redactione recenti conſuetudinum Senonenſium omnium ordinum conſenſu vetus octiduum à maiori parte conſuetudinum Regni introductum ad quindecim dies reduxerint.

16. Quanquam etiam infra idem tempus non plenè inſtruxerit dominum: tamen ad hanc mulctam vitandam ſatis eſt, ſi quantum debeat laudimiorum domino notificauerit. non ergo ſufficit denuntiare ſe aliquid emiſſe & debere laudimia: ſed notificandum quid emerit, & quantum laudimiorum debeat. Cùm enim hoc ſit de facto ſuo, non verè nec bona fide notificat, ſi qualitates & circumſtantias ad notitiam requiſitas & pertinentes omittit. ſa. not. ſ. §. 20. *gl. pe. in prine.*

17. Sunt autem in hac materia duo principales termini, videlicet, * *payer*, de quo in §. ſe. & * *deprier*, de quo hìc. Prior terminus eſt ipſa ſolutio & ſatisfactio quæ continet literarum ſi quæ ſint exhibitionem, laudimiorum & vnius ſolidi Pariſienſis ſolutionem, *vt* ſ. §. 73. *& i.* §. 78. Poſterior terminus eſt ſubſidiarius ad tempus & vitandæ mulctæ cauſa. Rogat enim nouus acquiſitor dominum directum, vt pro tali acquiſitione cuius ergo tantum laudimiorum debet, tantiſper ſuſtineat: quoad rebus compoſitis ei commodè ſatisfacere queat. Et hæc notificatio prodeſt vtrique: tum domino cuius etiam temporius ſcire intereſt ne jura ſua obliuione depereant: tum emptori ne in hanc pœnam incidat quæ ſub hac & ſimili conſuetudine ſoli emptori imminet. Cæterum quamuis preces non adhibeat, tamen eo ipſo quòd congruè, vt dixi, notificat, ſatis ineſt deprecatio, agnitio & honorificatio domini. Si quis ergo mittat deprecatum non expreſſo quadere nec quantum debeat laudimiorum, nihil agit niſi dominus pro deprecato vel notificato habuerit gratiam faciendo diligenti notificatori, vt ſæpe fit.

18. Quòd ſi de alio prædio vel de minori ſumma denuntiauerit, pœnam non euitat, niſi in modico erraverit: vt in modico non nocet & error præſumitur, *l. quamuis*, & ibi Bald. *de conditio & demonſtra.* Bal. in *l. pro hæreditariis. col.* 2. *C. de hæredi. actio.* Item niſi ſit alia iuſta cauſa, vt ſi emit bona alicuius in genere vel hæreditatem aut eius quotam in qua ſunt quædam cenſualia prædia: tunc enim ſufficit notificatio vel deprecatio in genere, non ſpecificando aliter quid emerit, nec quantum laudimiorum debeat: alioquin nullo modo notificando vel deprecando pœnam hanc incurreret cùm venditio ſit pura.

19. Quædam autem conſuetudines (ſed paucæ) dant 40. dies vt * Syluanect. §. 146. & 249 vbi quamuis conſuetudo plura copulatiuè complectatur, tamen in effectu non infligit mulctam niſi duobus caſibus. Primus, quando emptor nec denunciauit quidem laudimia debita, vt patet in fine d. §. ibi, *pour leſdites ventes forcellées*, id eſt pro laudimiis occultatis, præpoſitio enim, pro, cauſam finalem deſignat, *vt* ſ. §. 73. *gl.* 3. *n.* 9. dixi etiam in annot. ad Phil. Deci. *conſi.* 46. *nu.* 1. Ergo ſi non celauit, ſed congruè notificauit, non cadit in mulctam, etiam ſi per 40. dies non ſoluerit. Secundus, quando ſine inueſtitura vel licentia domini poſſeſſionem ingreſſus eſt, *d.* §. 249.

20. Conſuetudo verò * Aurelianenſis §. 108. & de Lorriz, *tit.* 2. §. 7. in caſum venditionis per publicas ſubhaſtationes hanc mulctam abrogant, niſi res adiudicetur tanquam cenſualis ſiue ad onus cenſus certi domini directi in decreto nominati, quo caſu dant inducias 40. dierum ad ſoluendum vel deprecandum laudimia, aliàs huic mulctæ locus ſit, niſi quòd ibi non ſunt 60. ſolidi Pariſienſes, ſed Turonenſes: quia dictæ conſuetudines Aurelianenſis §. 108. & de Lorriz, *tit.* 2. §. 5. non loquuntur in hoc de Pariſienſibus, ſed de ſolidis ſimpliciter & in genere, & ſic de Turonenſibus tanquam minoribus intelliguntur, *l. nummis de legat.* 3. quamuis in eiſdem titulis ſæpe loquantur de denariis Pariſienſibus, quam qualitatem in aliis expreſſiſſent ſi voluiſſent, *l. vnica* §. *ſi verò. C. de caduc. toll.* *cap. ad audientiam. de Decimis.*

* Aurelian.

21. Secus quando aliàs authoritate & decreto iudicis res venditur * citra publicas ſubhaſtationes, vt quando alienationi rei minoris vel ciuitatis vel Eccleſiæ decretum iudicis interponitur, quia tunc idem iuris eſt quòd in venditionibus priuatorum. Et Do. Pyrrhus Anglebermeus praxis, & conſuetudinum imperitia malè in *d. conſue.* Aurelianenſi §. 108. vertit iudicis decreto, pro publicis actionum ſubhaſtationibus. Et manifeſta eſt ratio differentiæ, quia in ſimplici decreto confirmatorio, emptor priùs geſſit negotium cum priuato venditore.

* Decretum iudicis à publicis ſubhaſtationibus differt.

22. Imò ab illo ſolo emit, iudice tantum confirmante contractum ab aliis factum, & ſic iudex ibi nihil dat, *l. & quia de iuriſd. omn. iud.* nec tenetur emptor periculo perſonæ & carceris pretium ſoluere, nec fortius aſtringitur quam emens à quolibet priuato: quare non debet plus fauoris habere, ſed ſcire qui cum, & qua de re contraxit *l. qui cum alio de reg. iur.* Sed in publicis ſubhaſtationibus * emptor cum ſolo iudice negotium publicè gerit, ab illo ſolo emit, & recta perſonæ ſuæ pignoratione vel carceribus cogi poteſt pretium ſoluere, vt dicemus ſ. *tit.* 17. & ſic plus fauoris meretur. Tum in illis publicis & ſolemnibus auctionibus, emptor nunquam eſt certus niſi vltimo inſtanti, quia ſemper interim excludi poteſt à quouis vel tantillum plus offerente: & ſic non debet priùs eſſe ſolicitus: & ſic conſuetudines illæ ſunt in hoc multum rationabiles: & dummodo fundus ſit ſub eis ſitus, locum habent vbicunque fiat proceſſus & decretum ſubhaſtationum, vt ſæpe coram præfectis libellorum ſupplicum palatij, vel in ipſo Senatu: vt de ſolemnitatibus retractus dixi *infra* §. 177. deciſionem enim concernunt: Tamen vbi conſuetudo hunc caſum non excipit vt hic, etiam auctionarius licitator iure aliorum communi vtitur: itaque vigilare debet *d. l. qui cum alio. de regul. iuru.*

* Subhaſtatio.

23. Nunc quod dixi *ſupra n.* 10. etiam domino ſcienti notificandum, limito ſi præſens fuerit in ipſo contractu, ſiue tanquam teſtis, ſiue tanquam alterutrius fideiuſſor, ſiue vt mediator, vel ſiue vt notarius vel ſcriba, vel aliàs intereſſens. Nec obſtat quòd nihilominus obligatur emptor ei literas exhibere & tunc ſoluere: quia cùm ex forma contractus certum ſit eum omnia perfectaſſe & ſciuiſſe, non poſſunt cenſeri laudimia ei occultata, & ſic ceſſat cauſa finalis mulctę, ſaltem adeſt iuſta cauſa excuſandi ab huiuſmodi pœna, & exiſtimandi verba pœnalia conſuetudinis de tacitis & occultatis laudimiis ceſſare, & conſequenter diſpoſitionem pœnalem, quod etiam procliue eſt interpretari, *l. in pœnis. D. de pœnis.*

24. Et hoc dummodo tunc eſſet cenſualis dominus, ſecus ſi poſtea factus ſit, vtpote quia ſucceſſit in locum eius cui mulcta ſub ea conditione vel die debebatur; & ſic eius iure vretur. Et contrà ſi interim dominus ille moritur vel cedit, non eſt ad hanc mulctam vitandam neceſſe eius ſucceſſori notificare, quia ſatis eſt ſemel notificatum vel pro notificato habitum quã-

* Payer. * Deprier.

* Conſuetu. Syluanectenſis.

tum ad euitandum hanc mulctam, nec ex persona successoris debet deterior fieri conditio obligationis, *l. §. ex his, de verb. oblig. l. cui fundus, de cond. & demonst. l. Prætoria §. incertum, de prætor. stipulat. etiam ex accidenti vt est bonus tex. in l. 1. §. quamuis autem, si quid in fraudem patro.*

* Notificatio ad ipsum pertinam, an ad domicilium faciendo sit.

25. ¶ Tertiò quæro vtrum hæc notificatio vel deprecatio facienda sit ad * personam vel domicilium domini directi? Videtur facienda in loco, quo census solui solet & debet, sed non est ita nisi dominus ibi domicilium vel administratores ad ista deputatos habeat: Cæteroquin domicilium adeundum est, dum tamen sit in eadem prouincia, iuxta not. Bar. in *l. item illa. de constit. pecunia.* id est sub eodem iudice præsidiali, iuxta no. Fab. *instit. de vsucapio. in prin. & quæ scripsi infra* §. 66. Adhuc dummodo domicilium non sit tam remotum quin commodè infra biduum aditi possit, ne maior sumptus ad hanc pœnam vitandam exigatur quam sit ipsa pœna, quod esset absurdum, *l. Mediterraneæ. C. de annon. & tribut. lib.* 10. Adhuc si vel in transitu domino vel inopinatè inuento vel suo procuratori notificatum sit, satis est ad hanc pœnam euitandam: & ita vtimur, sine præiudicio exhibitionis tempore & loco congruis faciendæ. In locis autem vbi consuetudines volunt absente domino & suis in cœtu parochiæ vel apud acta iudicis ordinarij loci notificandum, secuandæ sunt: aliàs cessat pœna, cui non sit cui commodè infrà tam breue tempus denuncietur, *l. pecuniæ funebris, in fine de vsur.*

26. Item, si sine fraude ad hoc exquisita venditio facta sit in loco valde remoto, non incipit currere tempus huius notificationis nisi postquam emptor ad locum vbi res sita est, vel ad domicilium domini peruenire vel mittere commodè potuerit, locorum, tempestatis & omnium fortuitorum casuum impedimentis deductis iuxta *l. 2. §. 2. & 3. si quis cautio.* per locum à fortiori, propter quem etiam vadimonium publicũ deseratur vel diffindatur. Non enim debent culpari censuarij si locis remotis & vbicunque indigent contrahant, nec debet necessitas commercij & vsus rerum arctari. Si tamen vtroque præsente censuarius vsque penultimum diem octidui negligens fuit, non excusabitur repentino impedimento vltima vel penultima die superueniente, per text. in *l. qui commeatus, de re milita. in l. 2. §. quod diximus.* & ibi Bar. Pau. Alex. Ias. *si quis cautio.* & quæ dixi in annot. ad Alex. *consil.* 49. *nu.* 5. *lib.* 2. & ad Philipp. Deci. *consil.* 434. *num.* 6.

27. ¶ Tertiò quæro quid si tutor vel curator pupilli vel minoris euerit? Respõde idem, quia hæc consuetudo etiam * minores & omnes indifferenter ligat, per not. *supra in proœmio glo. 1. & §. 13. gloss. 2. num. 2. & infra* §. 173. Sed ipse tutor nomine suo hanc mulctam soluere tenebitur: saltem non poterit in rationibus imputare, per *l. non est ignotum. C. de administr. tuto.* Et hoc nisi appareat tutorem vacare leui culpa vel aliis grauioribus pupilli negotiis tunc fuisse præpeditum, vt nec procuratorem mittere vacauerit. Idem dico de procuratore qui ex quo habebat mandatum emendi, habebat etiam mandatum dominis notificandi & omnia alia connexa & dependentia faciendi, maximè quæ sunt de consuetudine regionis vulgata *l. vel vniuersorum, & bonus tex. in l. si pignore §. vlt. de pign. actio.* Ludo. Roma. *consil.* 94. *visis his, col. vlt.* Ias. *l. certi condictio. §. si nummos, nu.* 22. *si cert. pet. l. si mora. col.* 1. *solut. matrim.* Feli. *cap. 1. col.* 8. *vt lite non contest.* Et sic si non sit notificatum tenebitur emptor saluo recursu contra procuratorem, nisi subita mors procuratoris vel tutoris vel etiam ipsius principalis emptoris interuenerit, quo non est maius nec iustius impedimentum.

* Notificetur vtrum debeat secundus emptor.

28. ¶ Sed quid si * emptor alij vendiderit? Certum est quod vltimus emptor vltra iura quæ personaliter debet, ex persona sua tenetur hypothecariè soluere laudimia authoris, & potest iustè dominus recusare inuestituram nisi ea soluat, cessis (quales sunt) actionibus domini contra authorem, iuxta not. in *l. Modestinus, de solut. l. in creditore. de euictio.* non enim personali actione conueniri potest ad laudimia prædecessorum. Sed quid in mulcta à prædecessore debita? Resp. idem, quia etiam pro mulcta (quoniam inter onera inuestituræ continetur) obligatum est vtile dominium censuarij, iuxta not. *supra* §. 74. *gloss.* 2.

* Notificatio vtrum facienda si contractus sit nullus.

29. ¶ QVARTO, quæro quid si contractus sit nullus * aut retrò annulletur? Et videtur nullam esse aut annullari mulctam, prout & laudimiorum obligatio quæ est principalis, nulla est aut annullatur, iuxta not. supra § 33. *qu.* 3. 4. §. *per tot l. cùm principalis, de reg. iuris.* Tamen distinguendum puto: aut ab initio contractus est nullus, & sic laudimiorum obligatio nulla aut inualida, & tunc cessat accessoria obligatio mulctæ, cùm etiam deficiant verba huius §. nec verum sit dicere celata laudimia quæ non sunt nec fuerunt: Aut verò contractus & consequenter obligatio ab initio valuit & tenuit, sed ex post facto retrò annullatus est & ad non causam rediit, & tunc idem si ante mulctam commissam: sed si post mulctam tempore medio acquisitam domino, resoluatur contractus, etiamsi ex pacto adiectionis in diem vel legis cõmissoriæ, & multò magis si voluntario distractu, mulcta tamen non annullatur nec ad non causam redit, quia iam per se subsistit & iure actionis vigore huius §. debetur: & nõ fundatur in contractu nec in laudimiis, nec ampliùs ab illis dependet postquã semel acquisita fuit, sed fundatur in culpa vel negligentia semel commissa, quæ nõ potest redire ad nõ causam respectu ipsius domini.

30. Sic in simili qui ob contumaciam vel aliam incidentem temeritatem condemnatus fuit in expensis, illas non repetit nec ab illis liberatur quantumcunque obtineat in causa principali. Io. Andr. Collecta. Panor. in *c. calumniam extrà de pœnis.* Cynus & alij in *l. properandum sin autem. C. de iudiciis*: secus si partes re integra mutuo discedant vel aliàs contractus resoluatur infra octo dies, & sic antequam hæc mulcta sit commissa & acquisita domino, quia tunc ampliùs committi nequit.

31. Sed pone mulctam esse commissam, partes autem voluntariè cupiunt recedere à contractu, vtrum possint in præiudicium laudimiorum? Videtur quod non, ex quo mulcta iam est acquisita domino, & sic res non est integra respectu domini: quo non obstante dico quod re aliàs (iuxta alia quæ in §. seq. dicemus) integra, liberè discedere possunt sine onere laudimiorum: quia cum per commissionem pœnæ nihil sit gestum cum domino (est enim obligatio meræ legalis) non definit propter hoc res esse integra respectu contractus reique non traditæ & laudimiorum, à quibus mulcta semel commissa amplius non dependet & remanebit domino debita per emptorem non obstante distractu. Et sic est casus in quo debetur mulcta, sed non laudimia scilicet ex post facto, quod non est inconueniens, quia satis est quod tempore mulctæ debebatur & occultata per id tempus fuerunt.

32. Sed quid si dominus nolit contentari hac modica mulcta, sed velit petere quanti sua interest, venditionem non fuisse statim notificatam, saltem infrà octo dies, & velit etiam probare emptorem nedum neglexisse, sed etiam studiosè celasse contractum? Et breuiter puto illum non esse admissibilem, sed contentari debere pœnis legibus comprehensis, *l. si ita stipulatus de verb. oblig.* Tum non est bonum liberam contrahentium voluntatem coarctare commerciumque difficile nimis & onerosum reddere.

* Notificatio vtrum facienda, si emptio conditionalis sit.

33. ¶ QVINTO quæro quid si venditio est * conditionalis? Respond. siue sit conditio ex parte venditoris, siue ex parte emptoris, siue vtriusque, aut extrinsecus siue tacita siue expressa non refert, dummo-

plum, *vt ſupra eodem.* 34. facit quod diximus in extricatio. Labyrinthi de eo quod intereſt queſtio. 4. nu. 106. quòd quamuis quarta tantùm pars rei venditæ euincatur: tamen id quod extrinſecus intereſt committitur & debetur in totum, etiam ſi excedat duplum vel triplum rei principalis æſtimationem. Si igitur emptor celauit triginta libras pretij, & ſic quinquaginta ſolidos in laudimiis, mulcta reſtringetur ad quinquaginta ſolidos Turonenſes: ſi verò celauit triginta aureos pretij, mulctam integram debebit, quia non excedit quantitatem laudimiorum quæ occultata ſunt, quid dicendum?

41. Concludo pro ſecunda & media ſententia, quia vt verum eſt celaſſe, ita verum eſt notificaſſe, ergo pro parte notificata nullo modo puniendus eſt, ſed tantum pro parte celata: & ſic dimidiam mulctæ debet in hac ſpecie vel aliàs ſuam quotam pro rata. Non obſtant allegata pro prima ſententia, quia verba non verificantur niſi in parte, cùm in parte ſit ſatisfactum & longè alij & diuerſi ſunt caſus quando res partim venditur, partim permutatur, vel quando per partes ſeparatim venditur: quia tunc tot diuerſi cenſentur contractus ſuam quiſque naturam retinentes: longè ergo differunt à noſtra hypotheſi quæ eſt de vnica venditione & vnico pretio indiuiſo, & non ſunt plura laudimia, ſed vnum partim celatum, partim notificatum, ergo pro rata.

42. Nec etiam obſtant allegata pro rata ſententia: quia quod in d. extrica. Labyrinthi q. 4. dixi in fauorem damnum paſſi multum differt à caſu noſtro, quia vt ibi dixi *nu.* 107. non de pœna agitur, ſed de rei perſecutione damnum paſſi, & ſic non debet reſtringi niſi quatenus lex cogit, vt ibi nouè explicaui: hìc autem mera pœna eſt, nec dominus dicitur certare de damno recuperando, ſed de lucro, vt in §. præcedenti, & ſic non debet excedere ratam culpæ. Tum alioquin partim prouocarentur ad occultandum, quia ſæpe contingeret non minorem eſſe pœnam in maioris partis quàm in minoris partis occultatione, quod eſſet abſurdum. Media ergo vera eſt teres & rotunda ſententia, pro rata ſeu quota occultationis mulctam committendam. Non tamen ſequitur quin obligatio exhibendi & ſoluendi domino ſit pura, ſi contractus purus eſt. Sed octiduanæ induciæ dantur huius mulctæ & omnis pœnæ, vt dicemus j. §. 78. *gl. 1. n.* 34. & 38.

EPITOME § LXXVIII. GLOS. I.

1. *An laudimia debeantur ex venditione ſtrictè ſumpta tantùm?* 6. 8. 9. 11.
2. *Venditio latiſſimè, latè ſtrictè.*
3. *Diſpoſitio loquens de venditione, intelligitur ſtrictè, niſi appareat de rationis identitate.* 6.
4. *Verus intellectus* §. *ſi prætor. in l. ſi pupillorum de reb. eorum.*
5. *An argumentum de maiori ad maius procedat in decreto.*
7. *Vetus mos Roma. venditionis per æs & libram.*
10. *Dictio, ſi, quandoque non facit conditionem: ſed demonſtrationem.*
12. *Laudimia non debentur de venditione fructuum vel vſufructus.*
13. *Nec de venditione vlla vel quæ retrò annullatur, vt etiam domino tenearur reſtituere quatenus locupletior.* 15.
14. *Idem ſi venditio manet valida quantum ad plenum recurſum euictionis: ſed emptor non diu poſſidet.*
16. *Quando dominus verſaretur in lucro, & poſſeſſor euictus in damno, tunc tenetur Laudimia reſtituere.*
17. *Iura dominicalia pecunia debent ſolui per capientem fructus.*
18. *Mutationes manus & apertura ex perſona poſſeſſoris, & non veri domini vtilis vel directi attenduntur.* 20. 27.
19. *Niſi quatenus fides vel inueſtitura ad modicũ tempus per alienantem retinetur.* 49 54.
22. *De venditione nulla, traditione ſecuta fundata eſt intentio domini contra poſſeſſorem ad laudimia.* 30.
23. *Sed dominus ea ſcienter recipiens, tenetur etiam ſi non ſit locupletior, euicto emptori reſtituere, niſi in aliquot annos poſſederit & fructus retinuerit.* 25. 26.
24. *Etiam coniectura præſumptionem donationis excludit.*
28. § *Q.* 1. *Minor* 25. *annis non ſemper annullat iudicium defectu curatoris.*
29. *Poteſt alienare mobilia.*
30. *Contra dominum directum non ſufficit tranſactio, compromiſſum, aut ſententia voluntaria partium.*
31. § *Q.* 2. *Quando licet in præiudicium domini cenſualis diſtrahere.* 32. 35.
33. *Solutio pretij non facit hic deſinere rem eſſe integram nec ſimplex conſtitutum.*
34. *Quando de iure licet habere pro infecto vel diſtrahere, etiam poſt præuentionem domini infrà octiduum factam.*
35. *Fallacia vel fuga emptoris reddit contractum nullum.*
37. *Conſuetudines intelliguntur de venditionibus efficacibus.*
38. *Declaratur conſuetudo Borbonienſis.*
39. *Variæ conſuetudines.* 55.
40. § *Q.* 3. *Venditione pura ſtatim cedunt iura, ſed non in conditionali, niſi interim exequatur.*
41. *De venditione in diem non exiguntur antequam pretium poſſit exigi, nec dominus poteſt conqueri, cui non quæritur ius niſi ad limites contractus.* 43.
42. *Dies ſolutionis eſt pars diminutiua obligationis.*
44. *Niſi dilatio data ſit ob aliam cauſam extrinſecam vel poſt contractum.* 46.
45. *Tamen dominus non tenetur etiam pendente dilatione inueſtire ante ſolutionem pretij.*
47. *Q.* 4. *Quamuis laudimia non debeantur*

Digitized by Google

ex venenditione initio pacta, tamen ex venditione etiam modico tempore durante debentur. 48.

49. *Niſi retentis cenſu & inueſtitura ad tres vel quinque annos* 54.

50. *Intellect. tit. C. ſine cenſu vel reliq.* 51.

52. *Emptor ſub facultate redimendi quam redimit de vtroque pretio laudimia debet.*

56. *Declaratur conſuet. Turonenſis.*

57. *Redimendo ex pacto primæ venditionis etiã ex inſtrumento ſeparato non debentur iterum laudimia, niſi redimatur in vim prorogationis etiam pendente prima facta.*

58. *Vel niſi quando pactum ſit tertio, quia tunc ſtatim indiſtinctè debentur laudimia de venditione, & rurſus noua laudimia tertio redimente.* 60.61.72.77.

59. *Sic ſi venditor qui ſibi cauit de pacto redimendi, illud poſtea cedat tertio, ſtatim debentur iura de venditione, & iterum de redemptione quam faciet ille tertius & de dicta ceſſione, ſi pretio facta ſit.* 71. 80.

62. *Quid de prorogatione facultatis redimendi.*

63. *Si redimatur ex prorogatione facta, priore finita, his iura debentur.*

64. *Niſi prorogatio facta fuerit ex ſequela prioris facultatis.* 65.

66. *Duo ſunt in facultate redimendi temporali.*

67. *Limitantur conſuet. Cœnomanenſis & Andenſis.*

68. *Ex pluribus habentibus facultatem redimendi in ſolidum, vnus redimens tenetur conſortibus contribuere infrà idem tempus redimendi, ſed non poſt tempus.*77.

70. *Retractus conuentionalis & conſuetudinarius cumulari poſſunt.*

71. *Reditus ad priorem ſtatum fauorabilis.*

74. *Aliud conſentire, aliud cedere.*

76. *Ceſſio facta futuro hæredi, videtur tanquam hæredi.*

77. *Redemptio non poteſt diuidi.*

78. ¶ *Q.* 5. *An ex promiſſione vendendi ſint laudimia? non: quia aliud vendere, aliud pactum de vendendo.*

79. *Tamen interpoſita ſtipulatione non eſt locus pœnitentiæ.*

81. *Gabella venditionis non debetur de promiſſione vendendi.*

82. *Quæ tranſit in venditionem ſi verba referantur ad actum de præſenti & materia ſit diſpoſita.*

83. *Intellect. verus* §. *Cato.* in fi. l. 4. de verb. obligat.

84. *Declaratio l. ſi procuratorem abſentem. de procurat. & virtus ratihabitionis.*

85. *Promiſſio pura ratificandi, ratificatio eſt.*

86. *Debetur gabella de venditione facta vt promiſſionis de qua non fuit ſoluta gabella.*

87. *Sic relenium feudi non debetur de donatione ſequente promiſſionem de qua compoſitum eſt de relenio.* 99.

88. *Generalia non ſatisfaciunt intellectui practico.*

89. *Etiamſi non ſint iura debita domino, literæ ſunt exhibendæ, modò ſit res alienata, ſecus ſi promiſſa alienari* 90. *niſi in venditione facta à poſſeſſore.* 91.92 93.94.

96. *Impenſæ quæ non cedunt lucro venditoris non augent laudimia.*

97. ¶ *Q.* 6. *De permutatione ſub pacto per alterum recuperandi vel redimendi. nona iura debentur redemptione ſecuta.* 99.

98. *Secus quando mera reſolutio fieret ex veteri pacto.*

100. ¶ *Q.* 7. *De re data in contractu matrimonij, etiam æſtimata, non debentur relenia.*

101. *Quicquid in contractu matrimonij datur genero, cenſetur in dotem, vt marito dari.*

102. *Clauſula quòd res data in matrimonio ſortiatur naturam conquæſtus, non facit deberi iura niſi relenij mediæ partis in feudo.*

103. *Nec mutat qualitatem antiqui hæredij niſi reſpectu intereſſe mariti.*

104. *Vnde ſi maritus vendat extraneo, totum poteſt retrahi à cognatis vxoris.*

105. *Æſtimatio in dubio non facit venditionem.* 106. 111.

107. Intellect. l. 1. C. de rer. permut.

108. *Multa tractantur quæ non perficiuntur, ſola concluſio attenditur.*

109. *Obligatio pecuniæ ad immobile eſt immobilis.*

110. *An res emphyteutica poſſit dari in dotem.*

112. ¶ *Q.* 8. *Et ſi dominus feudi, vt extraneus à vaſſallo emit, tamen laudimia exigit à retrahente: ſecus, ſi alij vendit.*

113. ¶ *Q.* 9. *Etiam dominus ipſe directus tenetur ſoluere laudimia ei ad quem ſpectant fructus.*

114. ¶ *Q.* 10. *Conſuetudo negans retractum domino cenſuali non tollit pactum priuatum.*

115. *Dominus qui inueſtiuit emptorem non poteſt habere retractum ex facultate redimendi per eum poſtea redempta, quamuis aliud in retractu proximitatis fauorabiliori.* 119. 120.

116. *Nec ex eo quod poſtea dato pretio facta eſt acquiſitio incommutabilis.*

117. *Ius redimendi eſt integralis & effectualis pars fundi.*

121. *Simplex receptio cenſus non excluderet retractum.*

122. *Si quis emit ſub pacto redimendi, & dominus quoquo modo excludatur iure retractus, non recuperat ex eo quòd poſtea emptor illud pactum redimit.*

123. *Emptor non tenetur facultatem redimendi ſibi datam notificare, ſed bene eius extinctionem nouo pretio factum: nec ceſſionarius dictæ facultatis antequam redemerit.* 130.

125. *Qui ſemel emit iuſto pretio: de eo quod poſtea*

Digitized by Google

ad rem pacificandam ſoluere cogitur, nouum laudimium non debet: ſecus ſi iniuſto.

126. *Inueſtitus de parte fundi patitur retractum de alia parte, etiam per primum contractum promiſſa vendi.*

127. *Sed ſi contemplatione primi contractus factus ſecundus factus eſt dominus, debet vtrumque retrahere.*

128. ¶ *Q.* 11. *Inueſtitura data emptori qui emit ſub facultate redimendi non prodeſt ceſſionario venditoris qui retrahit quin retractui dominico & omnibus iuribus locus ſit* 129. 131.

132. ¶ *Q.* 12. *Si ceſſionarius habet illam ceſſionem gratis & redimit, perinde eſt ac ſi res eſſet, partim vendita, partim donata.*

133. *Niſi fundus veniſſet iuſto pretio, & facultas redimendi gratiosè data fuiſſet, legatum de vendendo iuſto pretio non ſubeſt Falcidiæ, quia nihil abeſt hæredi.*

134. *Si quis emit in vim pacti præcedentis, dominus fundatam habet intentionem in vtroque pretio niſi conſtaret nihilominus iuſto pretio emptum.*

135. *Sed retrahens debet nedum pretium, ſed alios quoque ſumptus refundere.*

136. *Laudimia non augentur ſi quis iuſto pretio dato det iocalia vxori aut filijs venditoris, quanquã ſi moderata ſint retrahens oneretur.*

137. *Aliud ſumptus rationabiles, aliud pretium rei.*

138. *Quid de vxore venditoris aliquo accepto ratificante?*

139. *Ratificatio domini eſt vera venditio & ex ea metiuntur iura.*

142. *Quid ſi quis emat à proprietario & poſtea à fructuario?*

143. *Vſufructus non eſt pars dominij niſi fictè.*

144. ¶ *Q.* 13. *An dominus directus præferatur conſanguineo in retractu? in quo Doct. male faciunt differentiam inter feudum & emphyteuſim.*

145. *Cur ſecundum vſus feudorum retractus feudalis non procedit: ſed ſecundum conſuetudines noſtras reuixit.*

146. *In quo dominus excluditur per agnatum venditoris in inueſtitura comprehenſum & feudum præſumitur antiquum.*

147. *Sed de conſuetudine non requiritur conſtare cognatum deſcendente à primo ſtipite.*

148. *Si concedens in cenſum retinet ius retractus, non intelligitur contra deſcendentes à cenſuario.*

149. *Non valet pactum in præiudicium retractus proximitatis, niſi quando res eſt libera.*

150. *Venditor non poteſt extraneis cedere ius redimendi ſtante cognato, niſi quantum ad ſuperualentiam pretij.*

151. *Ius redimendi non eſt ceſſibile in præiudicium retractus proximitatis.*

152. ¶ *Q.* 14. *Etiam ſi dominus directus in prima inueſtitura pactus ſit de iure retractus, non poteſt illud cedere niſi filijs.*

153. *Verba contra eum qui ſe in eis fundat, capiuntur.*

154. ¶. *Q.* 15. *De adiudicatione per licitationem extraneo admiſſo.*

155, *Tunc non eſt vera diuiſio.*

156. *Si extraneus vincat, omnia iura debentur, aliàs nihil.* 157.

159. *Quia extraneus non dicitur habere ex diuiſione ſed ex mera emptione.*

160. *Quid in hæredibus diuerſarum linearum?*

161. *Declaratur conſuet. Bleſenſis.*

162. ¶ *Q.* 16. *De venditione ſub pacto additionis in diem vel legis commiſſoriæ ad longum tempus ſemel debentur iura.* 163. 167.

164. *Modica diuerſitas facti facit magnam diuerſitatem iuris.*

165. Tit. de in diem adiectione & tit. de l. commiſſoria, *de breui tempore loquuntur.*

166. *Venditore fruente pretio, debet etiam emptor fructus pro rata lucrari.*

168. *Declaratur conſuet. Comitatus Burgundiæ correcto abuſu quorundam.*

169. *Verus & naturalis dominus cenſualis emit fundum non pecuniam dando cenſuario.*

170. *Thema licitationis extraneo admiſſo.*

171. *Poteſt quis emere rem ſuam à ſe auocabilem* 178.

172. *Aliud ſimplex licitatio iudicialis: aliud ſolenne decretum haſtarum.*

174. *An ſuperueniente nouo licitatore prior liberetur.* 177.

175. *In iuribus dominicalibus & conſuetudinarijs, magis attenduntur veritas & effectus quam formulæ.*

176. *Aliud licitari, aliud emere.*

180. ¶ *Q.* 17. *De conceſſione ad onus ædificandi non debentur laudimia.*

181. *Niſi fiat mediante magna ſumma recepta.*

183. *De venditione ad tempus debentur laudimia.*

184. *Et de venditione vſufructus perpetui vel locationis perpetuæ, & vterque retractus.*

185. *Iura inueſtiturarum & laudimiorum ad priorem dominum ſpectant.*

186. *Reiicitur diſtinctio Do. de Rota.*

187. *Noua trimembris reſolutio.*

188. *An reſoluto iure datoris reſoluatur ius acceptoris.*

189. *Quandoque in emphyteuſi ſunt duo domini ſubordinati.*

190. *Quod in hoc Regno non admittitur in cenſu qui debet eſſe monadicus.*

191. ¶. *Q.* 18. *Non debentur laudimia de venditione ſuperficiei.*

Digitized by Google

§. * LXXVIII.

* Olim 55.

SI aucun achete à pris d'argent aucun heritage eſtant en la cenſiue d'aucun ſeigneur cenſier ou foncier, tel acheteur dudit heritage eſt tenu de payer audit ſeigneur cenſier ou foncier les ventes dudit achapt & ſaiſine pour ce deuë & accouſtumée, auec douze deniers pour la ſaiſine.

EMptor tenetur ſoluere laudimia domino cenſuali, cum ſolido Pariſienſi pro renouatione inueſtiturę.

Hic paragraphus fuit articulus de nouo ita munitus eſt.

SI aucun achete à pris d'argent, ou prent à rente rachetable, heritage eſtant en la cenſiue d'vn ſeigneur cenſier ou foncier, tel acheteur dudit heritage, ou preneur à rente, eſt tenu payer au ſeigneur cenſier ou foncier, les ventes dudit achapt, ou ſort principal de la rente, encores qu'elle ne ſoit rachetée.

GLO. I. IN VER.

Si aucun achete à pris d'argent.

ERgo laudimia nunquam debentur niſi in A caſum venditionis. Fortiùs videtur quod nunquam debeantur, niſi in caſum veræ, propriæ & ſtrictæ venditionis: quia hic tex. incipit à conditione, quæ debet impleri in forma ſpecifica, *l. Meuius l. qui heredi D. de cond. & dem.* Tum conſuetudo ſtricti iuris eſt *l. 3. §. hæc verba. D. de neg. geſt.* Tum fit mentio pretij, idque non obiter, & perfunctorie, ſed conditionaliter & ſeriosè: vt planum eſt cuilibet rectè intuēti hunc tex. verba autem ſingula, maximè in lege vel ſtatuto debent de aliquo operari: vt no. 3. §. *nu.* 41. Simplex autem mentio pretij reſtringit diſpoſitionem ad venditionem propriè, & ſtrictè ſumptam: vt no. 5. §. 33. *nu.* 1. Quanto fortius, vbi non eſt ſimplex mentio, & emptionis, & pretij, ſed additur in pecunia numerata. Tum cauſa propter quam hîc fit mentio emptio- E nis & pretij, videlicet perceptio laudimiorum ad ratam vnciæ pretij non poteſt propriè verificari, niſi in venditione ſtrictiſſimè, & propriè ſumpta, videlicet intercueniente certo pretio in pecunia numerata. §. *pretium autem. inſtitu. de empt. & ven.*

* Venditionis verbum triplicitèr ſumi.

2. Verbum enim * venditionis tripliciter accipitur. Primo modo latiſſimè, pro omni actu alienationem inducente etiam ex teſtamento, vt in *l. ſicut §. venditionis. D. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. in l. ſtatulib. in fi. D. de ſtatulib.* Secundo latè, pro omni ſpecie commutationis inducente alienationem ex Titulo oneroſo. Bal. in *l. Vlt. D. de condi. ob cau.* Alex. in *conſ. 1. col. 6. lib. 4.* Tertio ſtrictè & proprie pro ipſo ſpecifico vēditionis contractu. *l. 1. ad fi. D. de contrab. empt. & vend.* Clarum eſt autem quod in ſtatutis, & generaliter in omni materia nedum in qua ſtrictè, ſed etiam in qua ſimpliciter & proprie verba capi debent, nunquā appellatione venditionis vel emptoris venit alius contractus etiam ſimilis, ſed nomine & ſpecie differens, qualis eſt permutatio. tex. in *d. l. 1. D. de cōtrab. empt. in l. 1. D. de rer. permut.* Bo. tex. *cum gl. in auth. de non alien. aut permutan. §. quia vero Leonis. in prin. col. 2. & in l. ſi pupillorū, §. ſi Prator. D. de reb. eo. no.* Spec. in ti. *de empt. & vend §. 5. nunc dicendū. verſi. ſed pone ſtatutum.* Andr. Iſer. *c. 1. §. ſed & res. col. 3. per quos fiat inueſti. in vſib. feu.* Bal. *conſ. 175. ſtatutum prohibens. lib. 4. c. 1. ad fi. de alien. feud. in vſu feud.* No. Bal. Arg. in *l. cum hi. §. cui D. de tranſact.* Bal. Salic in *l. 1. C. de re. permu. in l. 2. C. pro empto.* latè Io. Berta. *de gabell. in 3. parte. 8. partis prin.* Et latius Fabia. *de monte S. Sanct. in tract. de empt. & vendi. q. 2. princ. latè.* Andr. Tiraq. in *tract. de retract. proximi. §. 1. glo. 2. num. 2.*

3. Etadhuc extra maternā ſtrictam non fit progreſſus ad largum & improprium ſignificatum: quod eſt limitandum niſi cōcurrat rationis identitas & fauor, aut niſi appareat mentionem venditionis non eſſe factam propter ſe, ſed propter alium certum finem, qui æque impletur & habetur per alium modum vel actum, per no. Bar. in *l. alio. col. 3. nu. 10. in fi. D. de alim. legat.* tunc enim mentio venditionis non cenſetur fieri niſi exemplariter, vt per ea quæ latè tradunt Pau. *con. 83. l. 1.* Alex. *con. 100. l. 4. & in con. 75. l. 5.* & quicquid dixerit Bar. in *d. l. alio*, nedum iſtud habet locum in diſpoſitione priuati: ſed etiam iudicis, vel alterius.

4. Nec obſtat *l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. D. de reb. eo.* quia ibi illud eſt propter formam in qualibet alienatione prædiorum minoris requiſitam. Ideo ſi decreto iudicis cauſa cognita permiſſa eſſet venditio: non liceret hypothecare, nec contra, & hoc quia deficit forma. Hanc ſolam rationem reddunt Docto. ibi, & *in l. 1. §. ſi quis ita de ver. oblig.* & vbique, ſed non ſatisfacit cùm ſit magis mathematica & phyſica, quam ciuilis & practica. Ideo vera & punctualis ratio eſt: quia ibi illud decretū & cauſæ cognitio præcedens non in genere, ſed ſuper certo indiuiduo actu ſpecialiter & limitatim interpoſita ſunt: ideo ſi aliud vel aliter fiat quàm in cauſæ cognitione & decreto deductum & conceſſum ſit, nihil agitur, id eſt non agitur ille actus qui ſpecialiter in cauſæ cognitionem & decretum deductus eſt, & ſic nullum habet fomentum decreti. Ita propriè loquitur & debet intelligi ille tex. Sed tamen bene valebit inquantum aliàs ſine cauſæ cognitione & decreto valere & fieri poteſt, vt nouè contra omnes diximi in *leſſio.* Dolana *ſuper dict. §. ſi quis ita, & §. ſi ſtipulanti. eadem l.*

5. Secus ergo vbi ceſſat ratio limitatæ formæ vel permiſſionis, & ita debet modificari & reſtringi quod per illum tex. tradit. Ludo. Rom. *ſing. 114.* quem ſequitur Alex. & ibi Iaſo. in *l. in actionibus, col. 3. D. de in lit. iur.* Nico. Euerar. *in locis lega. loco 35. à ratione legis larga. col. 4.* argumentum de maiori ad minus non habere locum in decreto iudicis: quia eſt verum quando eſt interpoſitum ſuper certo indiuiduo actu tantùm, de quo ſolo cognitum & deliberatum eſt: Secus vbi conſtat de pleniori cognitione & mente, & decretum non eſſe limitatum ad modum expreſſum, aliàs ſecus. Vnde ſi per ſententiam ſeu arreſtum eſt permiſſum hæred. ſub beneficio inuentarij, vel executoribus teſtamenti vendere immobilia vſque ad certam quotam ad ſatisfaciendum creditoribus aut legatariis: poterunt vſque ad eandem quotam permutare ſi hoc modo æquè ſatisfiat: & hoc caſu propriè loquendo non eſt extendere verbum vendendi de ſtricta ſignificatione ad latam, ſed extendere, ſeu potius

implere diſpoſitionem de modo expreſſo ad alium eiuſdem rationis & effectus.

6. Quia, vt patet per tex. in *l.1. D. de contrab. emp. & in l.1. D. de rerum permut.* appellatio venditionis eſt ſpecifica, nec ſignificat permutationem, aut aliam ſpecialem alienationẽ neq; largo neque largiſſimo ſignificato, vt Docto. planè magis quàm Latinè loquũtur. Non obſtat *d.l. ſicut §. venditionis. l. ſtatuliberi in fi. eo nu.2.* quia, in dict. §. venditionis hoc non eſt propter generalem aliquam ſignificationem ipſi verbo venditionis inexiſtentem, ſed propter eandẽ rationem & materiam ſubiectam prout ratione conuerſa verbum alienare latiſſimum reſtringitur in *l. ex hoc edicto. §. 1. de alienatio. iudic. mutan. cauſa facta.*

7. At in d. l. ſtatuliberi, quædam verba pleriſque omiſſis. Quinti Mutij antiquiſſimi Iureconſulti recitantur ſuper interpretatione verborũ antiquiſſimæ legis 12. tabul. quæ referenda ſunt ad ſtylũ d. l. 12. tabul. & ad conſuetudinem * veterum Romanorum, apud quos olim omnis alienatio fiebat per imaginariam vẽditionem & emptionem per æs & libram ſicut & hæredis inſtitutio, *inſti. de teſta. § acceſſit.* & emancipatio, *inſti. quib. modis ius pa. po. ſol. § præterea. Caius l. 1. inſtit.* quem refert Boetius in *Topic. Cic. lib. 3.* Andr. Alcia. in *l. alienationis. gl. 1. in fi. de verb. ſignif. & lib. 3. parergon. c. 22.* quod intellige ſanè non vt actus iuriſgentium, aliàs nullomodo valerent apud Romanos, ſed ad hoc etiam valerent ſpeciali prærogato iure & fauore iuris Quiritum, & ciuium Romanorum: actus autem merè ciuiles & legitimi ſcilicet iuris Romani, vt adoptio, emãcipatio: aliter olim apud eos nullomodo valebant, vt nouè declarari in *tract. de dignit. magiſt. & ciui. Rom.* qui mos tempore Imperatorum penitus exoleuit. Et adhuc etiam ante morem illum exoletum verba Q. Mutij in d. l. ſtatuliberi, ad interpretationem *d.l.12. tab.* limitata nullomodo ad alias leges vel edicta, nec ad aliorum Iureconſultorum dicta extendenda ſunt. Quare Alciat. *diſt. cap. 22* malè refert ad *l. veteres de actio emp.* Vbi Accur. melius exponit per iura quæ allegat, & per l. ibi immediatè ſequentem, & alia iura, & Lauren. Vallam quæ citat Alciat. Paret. *lib. 5. cap. 15.* vbi Accur. in *d. l. veteres*, expoſitionem ſequitur & bene.

* Vetus mos Romanorum in imaginariis venditionibus.

8. Tamen in noſtra conſuetudine non ita ſtrictè hîc aſſumemus venditionem, vt omnem omnino contractum excludamus, cui exacta venditionis diffinitio adæquatè & formaliter non conuenit, ſicut nec in materia feudali. 5. §. 33. *nu.2.* Sed hîc venditionis loco habetur datio in ſolutum pro pecunia, vel ceſſio aut datio pro rebus aut iuribus certa pecunia æſtimatis, vel pro mobilibus non pretioſis, ſeu in quibus non cadit effectio: imo etiam ſi pretioſæ ſint vel cadat affectio, vel pro reditu redimibili ſecundum no. 5. §. 20. *gl. 5. q. 10.* & generaliter in omni contractu qui in venditionem tendit, attentis rebus aut iuribus quæ pro re feudali vel cenſuali dantur vel remittuntur, ſiue ſint promercales ſiue fungibiles, ſiue etiam neutrum, ſed tales vt non ſoleant ſeruari tanquam hæredium aut res perpetuò manſuræ: ſed vendi & commutari. & maximè ſi deuitur vendituro, videntur enim tacitè æſtimatæ, & vicem pretij, magis quàm ſpeciei habere.

9. Et ſic locus eſſe debet, & iuri vtriuſq; retractus, & iurib. dominicis feudalib. & cenſualib. ſicut in vera & formali venditione fa. tex. in *l. 3. §. & generaliter ex omnibus cauſis quæ inſtar venditionis habent. D. de iti. act. prima. l. apud Celſum. §. ſi quis autem. D. de doli mali exce. ver. item in ſimilibus quæ vicem emptoris continent, ſcilicet reſpectu materiæ ſubiectæ, & eius de quo agitur*; & talis eſt cõmunis obſeruantia in hoc regno multum æqua & iuſta ad vitandas fraudes, quas alioquin ad hæc iura excludenda facile eſſet & promptum infinitis modis excogitare & admittere: puta do vel dare promitto hunc feudum pro centum. *l. vlt. de cond. ob cauſ.* & ſic ad hunc tex. quod ex venditione rei cenſualis debentur laudimia habes ampliationem nedum in ſtricta & formali venditione: ſed etiam in datione in ſolutum vel quauis alienatione ſymbolizãte & reducibili ad venditionem ſecundum prædicta.

10. Non obſtat quod hic §. incipit à conditione ibi, *s'aucun achete à pris d'argent*, id eſt, ſi aliquis emat pretio in nummis, & ſic prius impleri debet in forma ſpecifica emptionis ſtrictè ſumptæ, *vt ẽ. ea glo. nu. 1.* quia reſpõdeo primò quòd dicto * ſi, hic non eſt conditionalis, ſed potius cauſalis ſeu demonſtratiua. non enim ſuſpendit diſpoſitionem appoſiti ſeu verbi ibi, *eſt tenu*, nec ei apponitur, ſed deſignat & demonſtrat ſuppoſitum, nec facit orationem huius §. conditionalem, nec debet verti in conditionalem, ſed in puram, vt Latinè verti, emptor tenetur ſcilicet purè. Secundò, reſpondeo quod huiuſmodi coniunctio non ſemper facit conditionem, ſed ſecundũ quod ſuadet ratio materiæ ſubiectę gl. & doct. in *l. eas cauſas. de ædit. & demõſt.* Alber. *l. aut hoc ius. C. de procurat.* Bald. *l. 3. in fi. C. de actio. emp.* Lud. Ro. pulchrè in *conſil. 376. q. eſt. col. 3.* Alex. *conſil. 22. nu. 5. lib. 1.* vbi in annot. tetigi.

* Si quando dicit nu. & cauſam oſtendit.

11. Amplio ſecundo, etiam ſi venditio facta ſit de conſenſu & permiſſione domini, per not. ſuprà §. 20. *gl. 1. nu. 8. cum ſeq. §. 33. nu. 7. ver. amplio primo.* Amplio tertio, etiam ſi res pro maiori parte donetur vel permutetur: quia quatenus dantur pecunia vel mobilia, locus eſt laudimiis per not. *ſupra §. 20 gl. 5. q. 22. &* 23 quemadmodum ſi tantum pars rei vendatur, pro rata partis habent locum hæc iura. *l. quæ de toca. in princ. de rei vendi.* Amplio quarto, generaliter in omni caſu & quatenus ſupra 33. *&* §. 33. per totum, diximus locum eſſe quinto denario in feudo, vt etiam locus ſit laudimiis in cenſu, vt è conuerſo,

12. ¶ Concluſio huius §. ſic ampliata & declarata fallit * primò, ſi ſolùm fructus pendentes vel vſusfructus rei cenſuariæ vendatur, quia inde nullum ius debetur domino, cùm res cẽſualis non vendatur nec futurorum iurium ſpes præcidatur. fac. no. in ſimili ẽ. §. 26 *gl. 4. in prin. §. 33. q. 20.* Sublimito ſi hoc fiat in fraudem laudimiorum imminentis venditionis rei ipſius cenſualis, vt quando præmeditata venditione rei eidẽ vel perſonæ interpoſitæ venditæ vel vendendæ, venduntur fructus pendẽtes vel vſusfructus ſeparato pretio, de quo remitto ad notata ferè in ſimili ẽ. §. 20 *gl. 1. nu. 76. &* 81. ¶ Limito ſecundo, ſi non res cenſualis, ſecus actio perſonalis vel ius ad rem vendatur, vt no. in *ſimili ẽ. §. 33. q. 36. § 33. q. 8 &* 9. quò remitto.

* Limitationes ad præcedentia singulas.

13. ¶ Limito tertio, vt procedat in venditione valida, ſecus ſi contractus quacunq; de cauſa ſit nullus: idem ſi ex poſt facto & ex cauſa ab initio inexiſtente annulletur, & reducatur tertio ad non cauſam. ſiue hoc fiat ipſo iure, ſiue per ſententiam, ſiue de iure communi, ſiue iure ſpeciali per beneficium reſtitutionis in integrum, nulla eſt: aut reſoluitur obligatio laudimiorum, adeo vt ſoluta condici poſſint, inquantum tamen dominus inuenitur locupletior per not. in *ſimili ſupra §. 20. gl. 5. q. 11. §. 33. q. 4. 5. 6. cum multis ſeq. § 33. nu. 9. cum ſeq.* Et opinio quam ibi tenui *nu. 11.* fuit poſtea ſolenni arreſto confirmata, *vt tetigi ẽ. 73.*

14. Idem, ſi venditio tenuit & remaneat efficax quantum ad obligationem & actionem euictionis, ſed non ſortitur effectum reſpectu fundi venditi ex defectu iuris venditoris qui non erat dominus, & emptor non diu pacificè poſſidet, ſed euincitur à vero domino, vel euictionis metu ſine fraude cedit, *per not. ſupra §. 33. q. 19. §. 33. q. 10. &* ẽ. *eod. gl. nu. 23. 25. 26.*

15. Idem ſi etiam venditor erat dominus & tranſtulit dominium in emptorem, ſed emptor à creditoribus venditoris euictus fuit, & ob paupertatem venditoris remanet fraudatus re & pretio: quia tunc dominus non debet percipere iura ab emptore ex huiuſmodi venditione quæ non ſortitur effectum ad

cõmodum emptoris, & si receperit, debet restituere, sed solùm debebit percipere iura ex venditione efficaci quæ per subhastationes fortè & decretum fiet. vltimo licitatori, secundum notab. 5. §. 33. q. 18. nu. 63.

16. Sed aduerte inquantum hic & 5. eo. nu. 14. & locis ibi allegatis, præsertim. §. 33. q. 5. & d. nu. 63. dixi dominum directum restituere teneri in quantum locupletior. limitandum est, vt procedat quando dominus feudi versaretur in lucro & vassallus temporarius in damno, & idem pari ratione in re censuali: quia si possessor aliquot annos suo nomine possederit cum lucro fructuum quos restituere non cogitur, nihil potest à domino repetere: quia nisi iura illa soluisset domino feudi iure feudali vtente fructus omnes amisisset, sibique id damnum non vero vassallo euincenti aut eius creditoribus imputasset.

17. Tum huiusmodi releuia, quintum pretij, & alia onera pecuniaria feudorum vel censuum, sunt pars fructuum & commoditatis fundi cuius reditus minuunt, & ab omni possessore & fructus percipiente solui & præstari debent, etiam si non sit dominus nec etiam plenè possideat, sed iure vsufructus aut similis iuris tẽporarij, vt in fructuario & vidua donaria dixi 5. 33. q. §. 36. nec dicuntur fructus nisi deductis his omnibus l. hactenus. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. de vsufr. l. quæro. de vsufr. leg. Alex. cons. 147. nu. 5. lib. 5.

18. Et mutationes * manus & aperturæ feudorum siue fiant per obitum, contractum, sentẽtiam aut alium modum, item releuia quinti pretij & huiusmodi, debent attendi ex persona veri possessoris, non autem ex persona veri domini vtilis, vt latè dixi supra §. 33. q. 45. & sic idem in censu. sunt enim onera ipsius rei & possessoris l. 2. ibi cum necesse sit eum qui comparauit censum rei comparatæ agnoscere, nec licere cuiquam rem sine censu comparare vel vendere. & l. vlt. ibi omnes pro his agris quos possident. C. sine censu vel reliquis fundum compar. non posse.

* Mutationes ex parte possessoris cõsiderãtur.

19. Ampliatur etiã si vltimus possessor vassallus aut censuarius qui fuit inuestitus, adhuc viuat, quia satis est nouũ acquisitorem nomine suo possidere vt eius persona & possessio attendi debeat, tex. in d. l. vlt. ibi: & sic nedũ translata sit possessio censualis, sed apud priorem fundi dominum fortè permaneat dissimulantib. vt non possidentes pro possidentibus exigantur. C. sine censu vel reliquis. Hoc tamen excepto si prior dominus & possessor ad modicum tempus veterem professionem, fidem vel inuestituram retineat infra quod modicum tempus redimere sperat, quod tam in feudo quàm in cẽlu promiscui vsus gratia indulgetur, vt dixi 5. § 51. q. 4. eum multis seq. & j. ea. gl. nu. 49. 54.

20. Pariter è conuerso mutationes domini directi & alia eum concernẽtia 5. §. 19. 20. 21. 32. 43. 60. 61. 10 63. Quod ergo metiuntur ex parte veri possessoris feudi vel loci vel dignitatis dominantis: & non ex persona veri domini directi non possidentis, vt plenè dixi. 5. §. 1. glo. 1. q. 10. etiam respectu tertij: quia vt incipiat annus retractus currere cognatis venditoris, non prodest emptori inuestiti à vero domino feudali vel censuario alio loco dominantem possidente. sed debet à possessore inuestiri, vt dixi j. §. 173. & generaliter quæcunque sunt administrationis & conseruationis, vel non excedũt solitam perceptionem fructuum, possunt & debent fieri per possessorem, vt dixi 5. §. 1. gl. 1. nu. 57 imo etiam quæ alienationem proprietatis important non diminuendo, sed diuidendo facta cum putatiuo domino rata sunt. text. in l. si Titius. pro socio.

21. Quod ergo de repetitione 5. eo. nu. 16. remissiuè dictum est, intelligendũ quando alias repetens versatur in damno sine sua culpa: vt rationes & iura quæ in præfatis locis allegaui, ostendunt: puta quia repetens laudimia quæ soluit pro fundo non possedit illũ in effectu & sic dominus directus in lucro versaretur. Et quia, vt dixi 5. §. 33. nu. 112. momentanea mutatio vel possessio feudi non attenditur. quod etiam dixi dominum directum non teneri restituere nisi quantum locupletior est, limito nisi fuerit sciens, vt statim dicam. num. 23.

22. Sed quid si maritus vendiderit fundum vxoris vel curator aut custos nobilis minoribus, aut quiuis extraneus promittens facere quod proprietarius infrà certum tempus vel post legitimam ætatem ratificabit? Resp. vt dixi 5. §. 33. q. 11. pendente dicta ratificatione locum non esse laudimiis nisi vendens de facto tradiderit & emptor nomine suo possessionem ingressus sit, quia tunc ipso facto fundata est intentio domini directi: idem si est tantum ficta sed efficax traditio, quia emptori respondetur de fructibus vt venditore interim ab eo conducente l. quædam mulier. de rei vendic. sed non secuta ratificatione.

23. Et fundo * euicto tenebitur dominus directus laudimia restituere non in quantum locupletior, sed in quantum recipit, quia sciebat aut scire debebat ex forma contractus sibi exhibiti, aut quem sibi exhiberi & describi etiam manu iniecta curare potuit & debuit, vt 5. §. 20. illum quem inuestiuit non esse dominum fundi, nec verum vassallum, sed mox euincendum: nec vlus est honestate & magnanimitate illa de qua dixi 5. §. 33 nu. 92. §. 73. gl. 3. nu. 8. & sciebat repeti posse & debere si possessor breui tempore cum fructibus euinceretur. Et quamuis non fuerit in dolo nec furtum commiserit, vtpote nihil simulans, vt per Bart. & alios in l. quoniam furtum. de condict. furtiu. Ang. Aret. §. 1. col. 2. instit. quib. mod. re contrab. obliga. Franc. Purpura. l. cum fundus. §. 1. nu. 12. si cer. pet. Tum quia sperabatur ratificatio quæ traheretur retro: tamen satis est quod sciebat breui euictioni & repetitioni locum esse posse, vt contingit.

* Euicto fundo laudimia restitui debẽt per dominum directum & quatenus.

24. Nec iste emptor aut nouus acquisitor sciẽter soluens, donasse cẽsetur, cum sit alia expressa causa quam donationis, nedũ coniectura quę sufficeret ad donationem excludendã l. si cum aurum. vbi Bar. de solutio. & sciebat se tanquam possessorem posse cogi, quare non videtur sponte l. nouissimè, quod falso tutor. authore: Tum spe confirmandi iuris sui fecit, quia spe decidit.

25. Si tamen aliquot annis pacificè possederit, & euictione secuta tamen fructus retinet, vt sæpe vsuenit non condemnari victos in fructus nisi à tempore litis contestatæ, vel si retro à die possessionis fructus reddere condemnetur: si tamen recursum habet euictionis etiam fructuum nomine cõtra eos qui soluendo sunt, non censetur fructus temporis quo possedit amittere, sed retinere l. qui actionẽ habet. de reg. iur. & sic non poterit quintum pretij vel releuium vel laudimia repetere, vt satis colligitur ex his quæ dixi 5. §. 33. q. 18. n. 63. nec dicitur acquisitio reduci retro ad non causam pro tempore quo possedit lucrando vel retinendo fructus cum effectu: & ita intelligendum quod alias simpliciter dixi de permutatione, videlicet quando illico euincitur, vel quando etiam retro fructus auferuntur, nec efficax remedium competit contra authores eiusve fideiussores qui non sunt soluendo. Idem enim in omni genere acquisitionis.

26. Quod etiam 5. §. 33. q. 9. dixi in rescissione quæ fit ex l. 2. C. de rescin. vend. debet intelligi quando illico vel infra modicum tempus rescinditur, aliàs secus: quia cùm interim fuerit vera & valida vẽditio & alienatio, iura semel fuerunt quæsita domino, nec tenetur emptor fructus retro restituere: & sic interim alienatio habuit & habet effectum. Si igitur emptor tantum capiat & retineat in fructibus quantum soluit domino directo, non potest laudimia repetere: quia nisi soluta fuissent, poterat dominus manu iniecta fructus omnes suos facere, nulla etiam aliorum damnorum possessoris ratione habita. Quod igitur potuisset iure suo exigere, multò fortiùs potest retinere. Potrò non est dubium ex hac resolutione, noua iura non deberi

27. Quando autem alienatio ab initio ipſo iure non valet, nec mutat manum reſpectu domini, ſed tantum reſpectu poſſeſſionis: quanquam minus iuris habeat dominus directus in laudimiis, quia ante omnem aliam mutationem fundo recuperato nulla iura domino directo debentur: tamen ſi longo tempore, videlicet ad minus decem annis, res in eo ſtatu manſerit, dominus directus iura ſua percipiet ex perſona poſſeſſoris & mutationib. quæ contra eum contigerunt, nihil pro eo tempore percipiendo ex perſona veteris poſſeſſoris & mutationib. quæ circa eum contigerunt. Et ita intelliguntur quæ dixi ẽ. §. 22. *q.* 45. Cæterum mutatio ab initio nulla & quæ non diu durat, non attenditur, etiam ſi ſit ex titulo aliàs habili ad tranſlationem dominij. Sed ex titulo inhabili ad tranſlatio nem dominij nulla vnquam dicitur mutatio manus, vt ex legato, donatione vel venditione vſusfructus. Et multò minùs quando recipiens non lucratur fructus. Vnde in caſu §. 32. ẽ. tit. 1. ſi cuſtos ille declaret (vt poteſt) ſe nolle fructus lucrari, ſed rationem reddere, certum eſt & indubitatum nullum tunc relevium deberi.

28. Vltra ea quæ diximus tit. præcedenti §. 20. 33. & 35. quæro primò de ſpecie huiuſmodi in qua nuper hoc anno 1540. conſului. Minor xxv. annis emit prædium cenſuale: conuentus à domino ad exhibitionem literarum & ſolutionem laudimiorum, allegabat contractum nullum, ſéque læſum, & de facto impetrat diploma regium reſtitutionis in integrum aduerſus venditorem, deinde ipſe & venditor mutuo conſenſu diſcedunt à contractu & habent illum pro reſoluto & infecto: minor producit diploma dictæ reſtitutionis & ſimul inſtrumentum diſtractus conuentionalis, quibus non obſtantibus condemnatus appellauit, & vltra grauamina allegabat nullitatem ſententiæ, ex eo quod tunc nondum compleuerat 25. annum, nec fuerat ei prouiſum de curatore in litem: conſultus reſpondi bene iudicatum. Et primò vt reſpondeatur nullitati, conſtabat appellantem eſſe induſtrium & circa vicesimum quintum ætatis annum, nec allegaſſe minorem ætatem, nec curatorem petiiſſe in prima inſtantia, ſéque plenè defendiſſe vt à curatore non potuiſſet melius. Vnde iudicium, acta & ſententia tenent, nec poſſint annullari ex defectu curatoris non petiti nec dati per ea quæ planè dixi ĩ. §. 117.

29. Quod autem dominus allegabat illum habere vxorem, non arguit niſi quandam præſumptionem induſtriæ, non autem illum reddit maiorem, nec facit haberi pro maiore, nec tollit quin curator in litem dari potuiſſet ſi petitum fuiſſet, aut conſtitiſſet de minori ætate. aut ſi actum eſſet de bonis immobilibus vel contra indefenſum. Quantum autem ad meritũ cauſę principalis, dico quod minor curatore carens quamuis ipſo iure alienare non poſſit immobilia, tamen poteſt efficaciter acquirere & ſibi emere immobilia. quoniam pecuniam & mobilia ad emendum rem ſibi vtilem alienare poteſt *l. ſi minor curatorem habens. C. de in int. reſti.* Diploma autem nihil facit: quia non fuit homologatum cauſa cognita & factis verificatis cum legitimo contradictore, vt erat requiſitum per not. ẽ. §. 33. *q.* 6. *nu.* 39 *q.* 21. *&* 68.

30. Diſtractus autem adhuc minus præiudicat iuribus iam acquiſitis, quia non erat fundatus in læſione, nec in aliqua iuſta aut neceſſaria cauſa de antiquo, ſed in mera diſtrahentiũ voluntate. Tum etiam ſi maximè fundaretur in læſione, & inſtantia reſtitutionis in integrum, adhuc non ſufficeret tranſactio, confeſſio aut voluntarium compromiſſum partium, imo nec etiam ſententia voluntaria aduerſus dominum, ſed veritas læſionis & iuſta & neceſſaria cauſa reſtitutionis adhuc eſſet probanda. *arg. l. ſi dictum* §. 1. *D. de euictio. Et quòd dixi* ẽ. §. 33. *nu.* 68. Plus dico, quod ſi tẽpore dicti diſtractus, contractus dicatur perfectus hinc inde pretio ſoluto & re tradita dominus habet fundatam intẽtionem contra dictum venditorem tanquam voluntarium redẽptorem ad noua laudimia ex hoc diſtractu, qui eſt voluntaria redemptio à domino incommutabili, voluntariè reuendente, & obtinebit niſi redemptor probet de veritate cauſarum dictæ reſtitutionis, & neceſſitate diſtractus, per not. ẽ. §. 33. *nu.* 19.

31. ¶ Secundo, iuxta hæc quæro an & quando liceat contrahentibus in præiudicium domini directi * pœnitere: latè diſputaui ẽ. §. 20. *gl.* 5. *q.* 1. *&* §. 33. *q.* 2. *&* 3. Deinde Do. And. Tiraq. effuſiſſimè omnia cumulans in tract. *de retract. conuentio.* §. 6. *gl.* 2. vbi poſt tres chartas & ſemis, tandem *nu.* 19. relabitur in ſententiam noſtram. Quare ſummã duntaxat analyticós & practice tradã quoad cenſus dũtaxat, quod breuior & dilucidior ſit reſolutio. In feudis enim latiùs vagatur in omni genere contractuum & mutationum: ſed laudimia cenſus in ſolo venditionis vel æquipollenti contractu verſantur. Porro quãquam iure communi res non minus deſinat eſſe integra pretio ſoluto quam tradita. *l.* 2. *&* *per tot. D. de reſcin. vend. l. ab emptione. de pact. l.* 2. *C. quando liceat ab emptione diſcedere,* quoniam ius commune æqualiter & indifferenter ad vtrunque: tamen aliud eſt in terminis huius conſuetudinis iuriũ dominicalium, quæ non mutationem pretij: ſed mutationem vel tranſlationem rei feudalis vel cenſualis duntaxat reſpiciunt: & ſic ſumus in materia differenti, & multò magis attenditur an res ſit integra ex parte traditionis rei quã ex parte ſolutionis pretij.

* Pœnitere contrahentibus & quãdo liceat in præiudicium domini.

32. Itaq; methodi gratia duas breues cõcluſiones facio. Prima, * ante realem traditionem fundi pœnitere licet ſiue diſtrahere, vt nulla iura debeantur neque de contractu neque de diſtractu. Amplio primo, etiam ſi ſuperadiecta fuerit ſtipulatio vel dati ſunt fideiuſſores & pignora: quia hæc non impediunt rem eſſe integrã *l.* 3. 1. *D. de reſcind. vend.* Idem datione arrharum *l.* 2. *C. quando liceat ab empt. diſced.* Amplio ſecundo, etiã ſi pretium ſolutum fuerit, dummodo reſtituatur. *l.* 1. *C. quando licet ab empt. diſced.* Idem ſi accepto feratur vel aliter compenſetur aut remittatur. Amplio tertio, etiam ex interuallo, vt ſatis dixi ẽ. §. 20. *gl.* 5. *nu.* 12.

* 1. Cõcluſio de tempore præcedente realem traditionem.

33. Amplio quarto, etiam ſi in inſtrumento ſint clauſulæ ſolitæ diueſtituræ, & aliæ de quibus per Iacob. de Arenis, Bar. Paul. in *l. prædia. de acquir. vel amit. poſſ.* quia tantum operantur licentiam intrandi: ſed non tranſlationem poſſeſſionis. Ias. *conſi.* 145. *col.* 5. *lib.* 1. Amplio quinto, etiam ſi ſit clauſula conſtituti precarij vel conductionis: quia quamuis transferant poſſeſſionem in emptorem ſi velit vti dictis clauſulis, tamen ſi nolis, nihil operantur. Ideo quandiu non procedit ad actum facti nec ad perceptionem fructuum, poteſt ſaltem vna cum venditione dictas clauſulas habere pro infectis, nec impediunt diſtractum quandiu permanetur in terminis verbi, vt dixi ſup. §. 20. *gl.* 5. *nu.* 15. quamuis contrarium ſentire videantur Do. Andr. Tiraq. multa cumulans *in tract. conſtit. poſſeſſo. par.* 1. *nu.* 9. *&* *par.* 3. *limitat.* 7. *nu.* 41.

34. Fallit poſtquam dominus præuenit etiam ſimplici citatione libellata, vel prehenſione, vbi conſuetudo eam ad hoc permittit. Sublimito niſi dominus ante octiduum feſtinauerit: habent enim partes reſpectu pœna vitandæ inducias octidui ab hac conſuetudine, vt ſupra §. *proximo*, infra quas non notificando, & dominum nullomodo adeundo, nullam pœnam incurrunt: ergo non debent incurrere pœnam priuationis facultatis diſtrahendi, à iure communi datam, ſaltem quando non eſt ad realem traditionem fundi proceſſum. Ideo non obſtante huiuſmodi nimis accelerata præuentione poſſunt diſtrahere, dummodo incontinenti, & impenſas citationis vel legitimæ prehenſionis domino refundendo, aliàs aliquo vel modico ſpatio dato poſt feſtinam præuẽtionem domini, vel nullo etiam ſpatio dato poſt præuentionem domini, non ita

zed by Google

accelerata: ſed ſaltem poſt octiduum factam, iam amplius in præiudicium iuris ei quæſiti pœnitere non licet, ſed bene in præiudicium quærendi: quamquam ergo lex permittat partib. etiam pro infecto habere neutrinque re ſecuta, vel re vtrinque integra. *l. 2. de reſcind. vendit.* vel diſtrahere per actum retro ſimilem re ſecuta ab vna parte tantum *l. 1. in fi. C. quando liceat empt. diſced.* & conſequenter ex hoc diſtractu à iure permiſſo nullum ius nouum oriatur: tamen ius iam alteri qui præuenit quæſitum manet. Quod ſi prius venditio fuiſſet hinc inde ſimpliciter & indiſtinctè, hoc eſt etiam ſine pacto redimendi executa, poſtea ex interuallo emptor rem & venditor pretium reſtituiſſet, deinde dominus laudimia peteret: ſi allegarent ſe diſtraxiſſe, nihil aliud quam duplicia laudimia ex duplici contractu ſe debere ridiculè allegarent: cùm enim nihil ſupereſſet exequendum nec redemptio ex vi prioris contractus deberetur nihil fieri potuit per viam redemptionis vel diſtractus, ſed tantum per viam noui & voluntarij contractus. Paul. *l. 1. C. de pac. inter empt. & vendito.* 5. §. 33. *num.* 13.

* 2. Cõcluſio de tempore ſequente rem traditionem.

35 Secunda *concluſio, poſt realem traditionem fundi pœnitere non licet. Amplio etiam antequam dominus præueniat: quia ius eſt irreuocabiliter quæſitum tranſlatione rei in nouum cenſuarium quem dominus approbauit. Et multo minus diſtrahere poſſunt in ipſo actu quo dominus imminet. Fallit primò ſi in ipſo traditionis actu, vel in continenti, ſecuta ſit retraditio & pœnitentia: quia traditio facta non videtur quæ nullo ſpatio ſtetit. *fac. l. qui ſic. de ſolut.*

36. Fallit ſecundo ſi emptor traditione accepta etiam fide per venditorem habita de pretio intra modicum tempus fefellerit, aut ſolum verterit decepto venditore, quia tunc ex vicino euentu præſumitur venditionis tempore conſilium fraudandi habuiſſe, & ſic in dolo, & conſequenter venditio ipſo iure nulla. *l. & eleganter de dolo.* vnde ſi venditor rem ſuam reſumat, nulla laudimia debet, quia non cenſetur res vendita, & ſi alij (vt poteſt) vendat & tradat, non debentur iura niſi ex ſecunda venditione quæ prima & ſola eſt, vt diximus *ſupra paragr. trig. tert. nu.* 17. ſecus, ſi poſt notabile interuallum hoc accideret, ita quod poſſet culpa imputari venditori quod debitum non exegerit, & fuga emptoris veriſimiliter ex noua cauſa poſt traditionem ſuperuenerit.

37. Conſuetudo ergo noſtra loquens de laudimiis intelligitur de venditione efficaci & ſortiente effectum, niſi poſt realem rei traditionem ſtet per voluntarium diſtractum: non infra breue tempus ſuperuentum: quia tunc hoc modo inefficacem eſſe non nocet domino, ita etiam ſentit conſuetudo Aruerniæ tit. *des achapts, lots & ventes* in prin. Et ita generaliter ſeruandum eſt niſi in locis vbi conſuetudo particularis aliter diſponit: quas ad particulares conſuetudines referenda ſunt vera quædam iudicia, quæ contra facultatem diſtrahendi citat Do.* Ioannes Papus in ſuo Arreſtorum collectaneo *lib. 13. tit. 1. arreſto* 6. alioquin per regul. *l. nemo. C. de ſentent. & interloc. omn. iud.* excluduntur. vt *conſuet. Borbon.* §. 397. etiam re non ſecuta, non permittit merè voluntarium diſtractum, quod eſt contra *l. 2. & 3. de reſcin. empt. & vendit.* quæ permittunt haberi pro infecto. Debet autem ea conſuetudo limitari primo niſi incontinenti diſtrahatur, vt tunc nihil debeatur: ſi vero ex interuallo re non ſecuta, ſemel tantum debeantur iura ex contractu, non autem ex diſtractu. At conſuetudo Viromanduana. §. 158. non permittit diſtractum in præiudicium domini, niſi infra dies octo. Ita enim debet emendari Typographi error, qui annos pro diebus poſuit. Sed ea conſuetudo & ſimiles ſanè debent intelligi domino præueniente, vel quando ſtatim ad traditionem proceſſum fuit. Secus quandiu nulla facta eſt traditio, nec dominus præuenit: quia tandiu liberè diſtrahere licet. Et alioquin dicta conſuetudo quæ aliquas inducias, etiam contra dominũ, & eo inuito, dare intendit contrahentibus, nihil eis daret, ſed potius beneficium iuris communis eis detraheret: quod eſſet abſurdum, quum ſine vlla derogatione iuris communis ſanè poſſit intelligi. Idem de conſue. Rhemenſi §. 157. & alia ſimili.

* Io. Papus.

39. Conſuetudo vero Aurelianenſ. §. 113. & de Lorris *eo. tit.* §. 26. & Dunenſis §. 43. volunt etiam paulò poſt traditionem, fallente emptore, venditorem ſuam rem reſumentem laudimia debere, tranſeat in dictis locis, quia ſic ibi receptum non eſt rationabile. Quid enim duriùs quàm venditorem ab emptore delutum pretio & effectu venditionis, & ad initium noui emptoris inueniendi redactũ, laudimia pendere de venditione euanida, & ex qua nihil niſi ſumptus & damna referat. Conſuetudo autem Trecenſis §. 77. non admittit huiuſmodi pœnitentiam in præiudicium laudimiorum, niſi incontinenti antequam partes à loco diſcedant & dummodo literæ non ſint confectæ: quod intelligitur in formam redactæ, iuxta *l. contractus C. de fide inſtrum.* aliàs antequam contractu non concluſo, ſed exiſtente in fieri, ſemper liceret pœnitere. Et in effectu dicta conſuet. Trecenſis non admittit pœnitentiam poſtquam contractu concluſo & in ſe perfecto partes diſcetſerunt ad alios actus. Conſuetudo autem Valeſiana. §. 22. admittit pœnitentiam infra viginti quatuor horas duntaxat à contractu concluſo, Puto tamen quod hæ duæ conſuetudines quæ non loquuntur niſi de diſtractu merè voluntario, & de tempore reuocandi vel diſtrahendi, non extenduntur ad caſum reſolutionis venditionis ob fallaciam emptoris infra modicum tempus, puta duorum menſium, & adonerandum venditorem. Sed ſenſim nimium efferor, tranſeamus ad vlteriora.

* De venditione pura.

40. Tertio quæro, certum eſt quod in venditione *pura ſtatim à contractu concluſo, ante vllum implementum iura laudimiorum ſunt acquiſita domino per not. 5. §. 33. *q.* 2. §. 77. *nu.* 1. & 14. Et in re cenſuali, hoc eſt clarum & expeditum in hac & ſimili conſuetudine in qua *ny ha veſt, ny deueſt.* id eſt quæ ad alienationem, non requirit inueſtituram noui acquiſitoris nec diueſtituram alienantis, *vt j.* §. 82. Idem tamen in venditione feudi obſeruamus in hac noſtra & ſimili conſuetudine, quando ſcilicet facta eſt venditio ſimpliciter, hoc eſt non retenta fide: & ſic illa pro facto dimiſſa, & tacita diueſtitura facta, vel etiam expreſſa, vt aſſolet ſtylo notariorum quando coram eis fit contractus, prout in hac & ſimili conſuetudine abſente, inſcio vel etiam inuito domino fieri poteſt, adeo feuda degenerarunt in patrimonialia, quãuis adhuc in feudo nonnullæ eſſent rationes in contrarium, de quibus 5. §. 20. *gl.* 3. Item certum eſt quod in venditione conditionali (& intelligo de propria conditione, ſcilicet ſuſpenſiua) non incipiunt deberi laudimia niſi conditione extante, quia quamuis ad acquiſitionem horũ iurium ex venditione non requiratur contractum eſſe perfectum vltima ſui perfectione, quæ eſt executio, debet tamen eſſe perfectus conſenſu & obligatione, *vt* 5. §. 20. *nu.* 11. Amplia etiam ſi pendente conditione procedatur ad traditionem & tranſlationem dominij. Limita ſi etiã ad ſolutionem pretij, quia tunc cenſetur à conditione receſſum vel ea de ſuſpenſiua in reſolutiuam conuerſa ſecundum no. 5. §. 20. *gl.* 5. *nu.* 24.

* De venditione in dies

41. Sed dubium eſt de* venditione in diem? Et videretur diſtinguendum prout in ſimili, *ſupra* § 20. *glo.* 3. *col. vlt.* quia laudimia rei cenſuariæ & quintus denarius feudi pari iure & ſimili norma crebrius regulãtur. In contrarium, quia in cenſu duplex alia ratio pactum reformat videlicet: prima quod laudimia ſunt pars pretij ſicut in feudo, ſed ſunt quid omnino ſeparatum, vt 5. §. 33. *nu.* 4. & 6. & §. 76. *in prin.* Secundo, quòd non debentur per venditorem vt in feudo, qui

ov Google

qui non poteſt cogi ea ſoluere antequam poſſit pretium exigere cuius ſunt pars, & de quo ſolui & deduci debent. Sed in cenſu debentur per ipſum emptorem & ſtatim quòd emit certo pretio, & ſic non videtur diſtinguendum an habeat dilationem ſoluendi pretij vel non. Tum quia hic tex. non diſtinguit, tum quia pretium debitum venditori eſt quid ſeparatum. Breuiter, quantùm ad viam actionis de qua tantùm hîc quæritur, idem dicendum puto quod in d. *gl.* 3. *col. vlt. ſenſi in feudo*, vt in effectu poſſit ſaltem via actionis peti quando pretium à venditore peti poteſt, ſed non quãdiu pretium non eſt ex forma contractus in diem exigibile. (Et loquor de venditore poſſeſſore fundi, quia ſi alius poſſideret, nihil ad dominum directum de actibus inter alios factis quamdiu poſſeſſorem habet, vt plenè dicam ĩ. *eo. gl.* 3. *q.* 2. *nu.* 11. *cum ſeq.*) Et moueor, quia quamuis hæc laudimia non ſint pars pretij: tamen ex quo per conſuetudinem, *ſuprà* §. 76. taxantur ad certam quotam pro ratione pretij, ſatis apparet conſuetudinem velle quòd onus laudimiorum non excedat nec grauet vltra duodecimam pretij.

42. Cùm igitur dies ſolutionis ſit pars diminutiua pretij & ipſius obligationis & ſolutionis pretij *l.* 1. §. *editiones de eden. l. fundi partem de contrab. empt.* §. *plus autem inſtit. de act.* ſequitur quòd etiam obligationi & ſolutioni laudimiorum tacitè inſit. Vnde ſi emptor emerit pro certo pretio ſoluendo in vno aut pluribus terminis, non tenetur ſoluere laudimia, niſi ſaltem pro rata cuiuſque termini: aliàs ſi hodie ſolidam laudimiorum ſummã repræſentare teneretur plus ſolueret domino quàm ſit duodecima pars pretij contra verba & mentem huius conſuetudinis. Et ſic patet ſolutio ad primam differentiæ rationem. Ad ſecundam dico quòd etiam in feudis ſæpe contingit emptorem ipſum debere laudimia, vt quando emit franco venditori pretio, ĩ. §. 53. & nihilo magis tenetur ea ſoluere domino priuſquam teneatur venditori, & ſic eodem termino, vt ſuo loco dixi, quamquam terminus ille nec in feudo nec in cenſu, contractus exhibitionem retardet, vt dixi §. *præcedenti num.* 33.

43. Nec eſſet admiſſibilis dominus ſi vellet conqueri de dilatione data emptori, vel ſolius emptoris, facto aut damno hoc imputare. Tum quia non habet ius ne illi acquiratur niſi prout voluerint partes verè contrahere, per not. *ſupra* §. 33. *quæſt.* 33. *in fi.* §. 33. *q.* 4. Tum quia veriſimiliter & rationabiliter maiori pretio res eſt vendita ex quo confeſtim traditur, & pretij ſolutio differtur, & ſic maiora ſunt laudimia. Vnde non poteſt dominus culpare factum ex quo lucrum ſentit. *l. cùm in feudo* §. *ſi mulier. de iur. dot.*

44. Et intelligendum eſt de dilatione pretij data in ipſo contractu, vel in reformatione totius contractus facta re integra, & quamdiu licebat liberè diſtrahere, & ſine fraude: ſecus ſi per aliud fortè inſtrumentum obligatus ſit emptor ad promptam ſolutionem, vel ſi mox ſoluerit & habeat ſeorſum apocham terminorum futurorum pretij in inſtrumento venditionis contenti, quia tunc etiam in mulctam incidet: de qua in §. præcedenti, niſi & hoc infra octiduum domino reuelauerit, ſecus etiam ſi dilatio gratis, vel ob aliam quamuis cauſam data ſit poſt contractum concluſum, quia non præiudicat ſicut nec remiſſio pretij. Non-obſtant quòd vulgares ad pauca aduertentes obijciunt, dominos iura ſua ſtatim exigere ex quo venditio facta eſt, quicquid ſit de ſolutione facta vel facienda emptori. quia eadem facilitate reſponderur dominos ſæpe partem iuris ſui remittere paſſim ſolitos: nec tamen hoc aſtringit, quare omnino ſtandum eſt deciſioni noſtræ in aperta ratione & iuſtitia fundatæ.

45. Bene verum eſt quòd non tenetur dominus inueſtire emptorem partem laudimiorum pro rata pretij ſtatim debiti offerentem, etiamſi venditor teneatur ſtatim fundum tradere & tradiderit emptori: non tamen dominus tenetur idem facere de ſua inueſtitura quæ nõ debet pro parte, ſed in totum concedi & fieri, ſaltem non poteſt fieri pro parte emptoris. Et hinc eſt quòd ſæpe ſolent emptores (licet aliàs etiam totalis pretij ſoluendi dilationem ex forma contractus habeant) integra laudimia domino offerre & ſoluere non expectata dilatione: Tum quia agitur de modico cum non excedant vnciam totius pretij: Tunc vt ex nunc aſſequantur commoda inueſtituræ, de quibus in §. ſeq. Tum ad litem vitandam ſi quid dominus contra dilationem cauſificetur. Hæc tamen intelligenda ſunt, vt dixi, in dilatione quæ datur in eodem contractu contemplatione ipſius pretij conuenti ſoluendi & taxationis illius: & ſic reſpiciendo diminutionem & meram dilationem pretij & non aliud.

46. Secus ſi data eſſet dilatio ſoluendi propter certam aliam cauſam extrinſecam non reſpicientem taxationem & limitationem pretii, ſed in compenſationem vel contemplationẽ alicuius oneris per emptorem vltra pretium ſuſcepti & promiſſi in fauorem venditoris: quia tunc quamdiu dies ſolutionis ſit velut ſummæ pars totius contractus & obligationis. *l.* 1. §. *editiones de eden.* & pars ipſius ſummæ debitæ §. *plus autem inſtit. de actio.* tamen hoc caſu non eſt pars diminutiua pretij, ſed reſpicit ad aliud, & perinde eſt ac ſi emptor totum pretium purè deberet ex quo non habet gratis interuſurium dilationis, ſed ex alia cauſa oneroſa. Et nota (vt etiam minutula quæque obiter expediam) quòd ſi eſt tale onus quod cadat in pretium ſeu partem pretij, tunc ex tali onere puro ſtatim debentur laudimia. Vnde ſi emit pro tribus millibus ſoluendis annua, bima, trima die, mediante quòd emptor remiſit venditori chirographum ducentorum purè debitorum, vel quòd tenebitur eum exonerare à 200. tertio purè debitis, tunc ſtatim deberentur laudimia de illis ducentis, reliquæ verò ſummę annua, bima, trima die. Idem in ſimilibus. Adde *nota. infrà*, §. *quæſt.* 2. *fa. no. infrà de retract. ligna. art.* 1.

47. ¶ QVARTO quæro, vt expeditum eſt *ſuſ.* §. 33. *q.* 3. *&* 33. *q.* 8. venditione facta ſub pacto redimendi non deberi iterum laudimia de redemptione, quia non eſt noua emptio, ſed primæ executio & rei recuperatio, ad quod appoſitiſſimè facit deciſio Bar. in *l. vlt.* §. *quoties de publica. & quæ* ĩ. *eo. n.* 55. *cum ſeq.* Et quod expreſſim decidit Bal. *conſil.* 415. *iſta ſolemnitas lib.* 2. quod licet in noua & voluntaria reſolutione requiritur eadem ſolemnitas quę in contrahendo: tamen non requiritur in reſolutione quæ fuit conuenta ab initio, quia iſta non eſt reſolutio, ſed executio primi contractus. ſed quid ſi prædium cenſuale vendatur ſub hac facultate non perpetua, * ſed temperali, & ad modicum tempus, puta ad tres annos, an debeantur ſemel laudimia de hac venditione, quamuis ſequatur redemptio infra illud tempus? Et videtur quòd non, quaſi hæc venditio pignorationis potius aut fructuum venditionis quam totalis alienationis inſtar habeat per not. *ſupra* §. 51. *q.* 4. vbi latè diſputauimus in feudo. Tum quia non eſt bonum nimis arctari rerum vſum & commercium, *arg. l. vnica in fi. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. incip. l. veteris in fi. C. de contrab. & commit. ſtipula. l. pen. in fi. C. pro ſocio.* Et prædia cenſualia non minus apud nos ſunt patrimonialia quam feuda, & ſic videtur etiam cenſuariis indulgendum, vt liberè à iuribus dominicis re ſua ad modicum tempus vti poſſint, quod etiam in his laudimiis cenſuarius vſque ad nouem annos expreſſim permittunt conſuetu. Bleſenſ. § 82. & 116. Andenſis §. 116. & 362. Cœnomanen. §. 156. 178. & 372. Turonen. *tit. des rachapts & ventes* §. 16. Conſuetudo vero Burdegalenſis §. 69. vſque ad quinquennium. quæ ſunt multum rationabiles: & ampliatur *infra* §. 58. *q.* 9. *num.* 58.

* De venditione facta ad modicum tempus.

48. Breuiter quanquam hoc ſit valde æquum tamen (niſi vbi conſuetudo excipit) contrarium practicatur

in hac vel ſimili conſuetudine, vbi non requiritur inueſtitura vel deueſtitura domini, de qua ĩ. §. 82. quia venditio ipſius fundi ſub pacto de retrouendendo, quantumcunque infra modicum tempus redimatur, eſt vera & perfecta venditio & alienatio & dominij & poſſeſſionis fundi, non minùs plena quàm ſi actualis deueſtitura & inueſtitura domini directi interueniſſet, & quæ ſortitur effectum pro tempore ſuo, ergo ſemel iura debentur. Non obſtant no. *ſupra* §. 51. *q.* 4. quia conſuetudo aliud diſponit in feudo quando fides retinetur & quamdiu retinetur & durat pactum quòd venditor non ſe diueſtiat, nec emptor inueſtietur à domino feudali: & etiam feuda releuiis & aliis grauioribus onerantur quàm cenſus, ideo releuantur mediante retentione fidei quæ ceſſat in cenſu, & ita vtimur in hoc Præſidiatu: & ita apertè vult conſuet. Senonen. §. 233. iuncto §. 243. in veteri & in noua §. 236.

49. Sed quid ſi contractus dicat, quòd cenſuarius vendidit fundum ſub pacto redimendi vſque ad tres vel quinque annos ſine clauſula diueſtiendi & inueſtiendi, ſed cum prohibitione expreſſa, ne emptor inueſtiturã capiat a domino, & reſeruato per venditorem iure & onere interim ſoluendi cenſus? Certè hæc q. eſt valde noua, & nunquam ita fieri vidi, tamen fieri poſſe videtur, quia latitudo voluntatis contrahentium impedienda non eſt, *l. vnica. in fi. C. de actio. ab hæredit. & contra hæred. incip.* quando forma contractus non eſt contra ius nec ludicra nec captioſa, vt per Io. Gerſon. in *tract. de contract. conſidera.* 10. *cum ſeq.* ſed vſibus & commerciis hominum (quorum gratia res ſunt) vtilis, vt hæc conuentio. In contrarium fortiter arguitur quia eſt contra ius & contra tex. rotundos, in *l.* 2. *& 3. C. ſine cenſu vel reliq.* vbi diſertè & indiſtinctè reprobatur conuentio quòd venditor retineat onus ſoluendi cenſus. Breuiter dico valere, & effectum eſſe quòd interim reſpectu domini directi & iuris cenſualis actiui & paſſiui, non cenſetur res mutaſſe manum, nulla laudimia domino quæruntur, niſi lapſo tempore redemptione non facta, tunc etiam ſtatim incipit emptori currere tempus notificandi ſub mulcta de qua *ſupra* §. 77. & non priùs, vt ibi nu. 32. vtpote adulque horum iurium conditione pendente, ſtatim etiam incipit ipſemet debere cenſum.

50. Non obſtat *tit. C. ſine cenſu vel reliq.* quia dico primò quòd non loquitur de iſto patrimoniali priuatorum etiam dominicali cenſu, ſed de fiſcali cenſu, & tributo publico imperij & coronæ, vt per totum illum tit. & ſingulas eius leges, in *l.* 1. *ibi, vt ipſa tributa. in l.* 2. *ibi, rei annonariæ. & ibi, fiſco referant. & l.* 3. *ibi, publicas penſitationes. & ibi, collationis ſarcinam.* & ſic non debent extendi ad hos priuatorum cenſus, quia publica priuatis non debent confundi, ſed ſecerni. Titulus ille. *C. ſine cenſu vel reliq.* ſpectat ad ius publicum. titulus autem conſuetudinis noſtræ ſpectat ad ius priuatum, inter quæ maxima eſt diſtantia & longiſſimum diſcrimen, cum ea ſit prima & ſumma diuiſio iuris *l.* 1. §. 1. *de iuſti. & iure.* Ceſſat ergo hîc prohibitio dictarum legum.

51. Tum & ſecundo dictæ leges ſancitæ ſunt ne publica tributa deperirent arte cupidorum emptorum, qui abutentes temporalia neceſſitate eius qui in ea periſtaſi cogitur vendere, nolebant emere niſi ſub ea conditione, vt pauper venditor ſuſciperet etiam in futurum onus tributorum, & emptor immunem fundum poſſideret: tunc etiam ob hanc maximè cauſam contingebat reliqua tributorum multiplicari & rationes fiſcales conturbari, vt patet in d. *l.* 2. *& latiùs in l.* 2. *tit.* 3. *C. Theodoſia. lib.* 11. Quando ergo dictæ leges poſſent quadam probabili analogia, non neceſſaria deciſione huc adaptari: tamen earum ratio & periculum hîc ceſſat, quia in tam modico tempore durante breui ſpe luendi, non poſſunt cenſus domini directi conturbari, nec reliqua depetire. Et dictæ leges loquuntur in perpetua venditione, & perpetua vel longa immunitate d. l. 2. ibi & immunes eos poſſideant, quanquam propter fraudem quæ apparuit, generaliter prohibeant, quod non eſt extendendum ad hanc quæſt. noſtram *ſupra eo. num.* 49.

52. In qua addo quòd ſi pendente dicto breui tempore remittatur ea facultas, ſtatim locum habent quæ *ſup. nu.* 49. *in fi.* dixi. tempore lapſo redemptione infecta. Et inſuper ſi pretio dato remittatur ea facultas ſtatim laudimia de vtroque pretio & fundi, & dictæ facultatis redemptæ debebuntur. Quòd ſi non remiſſa vel forſan etiam prorogata dicta facultate redimendi, remittitur pactum dictæ inueſtituræ & cenſus, qui incipit eſſe ad onus emptoris, ſtatim debentur laudimia, non obſtante & pendente dicta ſecunda prorogatione, prout lapſo tempore primæ facultatis ſtatim omnia iura debentur non obſtante ſecunda (etiam pendente priori) data & prorogata.

53. Nec per hanc deciſionem noſtram fit iniuria domino directo: quia talis venditor non cenſetur interim vendidiſſe fundum, ſed fructus vel in effectu magis pignora ſſe: hæc autem iura ſunt introducta in effectualibus venditionibus vel recidentibus in effectualem venditionem, non autem pro pignorationibus temporariis, vel contractibus his æquipollentibus: qui ſic breuitate temporis & debitis circumſtantiis arctãtur. vt non poſſint abire in conſequentiam ordinariam notabiliter fraudandi iura dominicalia, vt ſimili ratione monui in *tract. commerc. & vſurar. nu.* 577 *in fin.*

54. Vnde ſi facultas redimendi etiam ab initio contractus conceſſa excederet nouem annos, tunc omnino & vbique in toto regno non obſtante dicta clauſula retentionis, inueſtituræ & cenſus, debentur ſemel laudimia multo fortiùs quàm 5. §. 51. *q.* 8. diximus hoc caſu non opitulari vaſſallo vendenti clauſulam expreſſam retentionis fidei, ne fraus fiat, & via ſit aperta nimis diminuendi iura dominicalia. Vbi autem conſuetudo aliter non determinat, puto ſatis eſſe cenſuariis indulgeri vſque ad tres aut ad ſummum vſq; ad quinque annos, vt ſub dicta expreſſa retentione, & luitione, (infra tam breue conuentũ initio non deinde prorogatum tempus) ſecuta, nec de venditione, nec de redemptione laudimia debeantur: alias debeantur de venditione, ſemel, non autem iterum de redemptione, quę fit vi pacti vẽditionis, de qua ſoluta ſunt laudimia.

55. Nulla etiam eſt conſuetudo quæ velit laudimia deberi de redemptione quæ fuit conuenta venditionis tempore niſi conſuetudo Meldunenſ. §. 131. quando facultas redimendi excedit quinque annos, & loquitur in cenſu. Sed durior eſt conſuetudo Niuern. loquens in feudo §. 23. quæ indiſtinctè vult de redemptione ſolui quintum pretij. Vnde nec illa ad feudum, nec hæc ad cenſum debent extendi: ſed extra loca dictarũ conſuetudinum (quæ parum ſunt rationabiles) quandocunque res redimitur in vim pacti in contractu venditionis appoſiti nunquam debentur noua laudimia per prædicta, & vltra ea faciunt quæ latè tradit Do. Andr. Tiraq. *de legib. connubial. poſt d. ll. gloſſ.* 3. *in princ.*

56. Facit etiam quod dominus qui iura recepit ex dicta venditione & emptorem inueſtiuit, videtur eandem venditionem approbaſſe cum omnibus qualitatibus ſuis & ſic vnà cum dicta facultate redimendi per not. ſuprà §. 33. *numero* 16. Nec eſt verum quod conſuetudo Senonenſis etiam vetus §. 243. vnquam ſenſerit deberi laudimia redimendo in vim pacti contractus, niſi pactum non excederet tres annos, vt putauit Do. Andr. Tiraq. *in tract. de retract. conuentio.* §. 6. *gloſſ.* 2. *num.* 4. quia ille §. 243. qui erat vltimus ſub hoc tit. (nunc propter ſuperfluitatem in noua redactione omiſſus) non loquitur de tempore niſi cauſa exempli, nec à contrario ſenſu innuit deberi laudimia de redemptione niſi quando eſt voluntaria & pacto finito vel ex interuallo

poſt contractum dato, vt diſertè ait §. 233. *in veteri & nunc* §. 236. *in noua.*

57. Amplio etiam ſi dicta facultas non ſit in inſtrumento venditionis, ſed in inſtrumento ſeparato eadem die, vt ſæpius ſolent facere notarij Pariſienſes, quia etiam ſæpe venditor contentatur leuare paruum breue dictæ facultatis, ne maiore ſumptu cogatur leuare prolixius venditionis inſtrumentum. Contractus enim circa idem facti eadem die etiam in diuerſis inſtrumentis cenſentur correſpectiui & ineſſe inuicem mutua contemplatione facti, & vnus contractus Franc. Purpura. in *l. legem n.* 14. *C. de pact.* & ibi Phil. Deci. *nu.* 18. vbi in annot. dixi: diximus etiam 1. §. 23. *q.* 21. *n.* 80. *& in tract. regul. Cancella. in reg. de publica. nu.* 131. Et dicitur vnus contractus etiam reſpectu domini directi, etiam ſi ſeparatum redemptionis inſtrumentum nunquam ei exhibitum fuerit & nihil ſcierit niſi poſt redemptionem, quo tempore inſtrumenta redemptionis & dictæ facultatis debent exhiberi.

58. Fallit primò dicta concluſio *ſupra nu.* 49. 54. nec de venditione nec de luitione deberi laudimia, vt procedat quando venditor ſibi ipſi paciſcitur initio contractus: ſecus ſi alij, videlicet vt tertius per ſe vel alium ſtipulans, infra triennium vel quinquennium redimere poſſit: tunc enim non prodeſt retentio inueſtituræ & cenſus quin ſtatim laudimia & iura debeantur de venditione, & turſus noua iura de redemptione: ſi tertius ille etiam in inſtrumento comprehenſus in vim dicti contractus vel aliàs redimat: cum enim non ſit verus dominus vtilis, non poteſt verè dici redimere, ſed de nouo acquirere prout in veritate eſt tertius nouus acquiſitor, & quia antiquus cenſuarius non ſibi luit nec recuperat: ceſſat ratio & æquitas dictæ moderationis noſtræ *ſupra num.* 49. & vndique debentur iura.

59. Eſt enim ſimile ac ſi quis planè, hoc eſt non retento cenſu & inueſtitura (poſtquam ſibi ipſi non retinuit) vendidiſſet ſub pacto redimendi, quo caſu ſtatim ſemel debentur laudimia, ſed non de redemptione ſi ipſemet vel eius hæres pro ſe redimat. Sed ſi ius redimendi cedat Titio qui redimit, de hac redemptione noua laudimia debẽtur, imo etiam de pretio ceſſionis ſi per pecuniam facta ſit. Quemadmodum ſi venditor iſte prius pro ſe redemerit, mox Titio vendiderit, noua laudimia de hac ſecunda venditione debentur. Et ſi priuſquam Titio venderet, accepta certa ſumma promiſerit ei vendere, deinde pro alia ſumma ei vendiderit, de vtraque ſumma laudimia debentur præter laudimia priora venditionis redẽptæ. Ambo enim caſus in idẽ recidunt, & vtriuſq; eadem decidendi ratio eſt.

60. Quòd ſi quis vendiderit non ſub hac forma communi: ſed ſub illa ſpeciali & libera de qua *ſupra nu.* 49. & ſic ſibi ſoli pactus ſit, non tamen vſus pro ſe, ſed infra illud modicum tempus tertio ceſſit, qui infra idem tempus redimit: non his, ſed ſemel tantum debentur laudimia ex hac redemptione per tertium facta, ſaluo quòd ſi mediante pecunia ceſſionem habuit, debet laudimia de vtroque pretio & ceſſionis, & redemptionis, non tanquam de duabus acquiſitionibus ſed tanquam de vna, & ſic eſt vnicum integrum laudimium, cùm dicta ceſſio ſit pars huius redemptionis. Quemadmodum ſic dictus venditor ipſemet infra dictum tempus redemiſſet, deinde tertio vendidiſſet, vnicum debetur releuium tertium, etiam ſi quid laudatiui ſoluat pro pretio dato de promiſſione ſibi vendendi, quod eſt pars eiuſdem pretij: & ſic in vtroque membro huius ſpecialis caſus hoc *num.* 60. prima illa venditio tam in initio quam in redemptione remanet libera, nihil enim ſoluitur domino directo niſi de vltima acquiſitione facta per tertium dumtaxat.

61. Et ex iſtis ſimplicibus intelligitur caſus mixtus ſine compoſitus quando quis in terminis dictæ ſpecialis venditionis *ſupra nu.* 49. retinuit facultatem, redimendi ad illum modicum tempus pro ſe vel pro Titio, vel pro ſe & Titio inſolidum, pendet enim ab euentu: ſi enim venditor redimat pro ſe infra idem tempus, tota illa venditio & redemptio libera eſt, & de contractibus poſtea faciendis iudicabitur ſecundum eorum naturam, ſi verò Titius infra id temporis redimat, debet laudimia, vt nuper diximus *numero* 58. Ex his iſta penitiſſimè enucleata ſunt & clariſſimè elucidata.

62. Fallit ſecundò dicta concluſio ſuprà *eo. num.* 48. 53. ſi * redemptio fiat in vim prorogationis, in quo diligenter aduertendum quòd aut prorogatio fit pendente prima facultate, & tunc nunquam debentur iura nec de prorogatione nec de redemptione facta virtute illius, vt etiam expreſſim vult conſuet. Borbon. §. 406. & ita generaliter vbique obſeruatur. An autem ſaltem, ſemel debeantur de venditione ſiue nunquam redimatur, ſiue redimatur infra tempus prorogatum? diſtingue, aut redemptio fit infra tempus illud modicum intra quod licet liberè ſub hac facultate vendere & redimere: & tunc nulla iura debẽtur nec de venditione nec de redemptione: ſiue redemptio fiat infra tempus primum, ſiue poſt illud in vim prorogationis, ſed infra tempus illud puta triennij vel nouennij moribus indultum, vt in ſimili dixi ſuprà §. 33. *q.* 14. *n.* 52. ſiue prorogatio fuerit limitata ad tempus indultum, ſiue ad longius tempus conuentum extenſa, dummodo redemptio ſecuta fuerit infra tempus permiſſum, vt in ſimili dixi ſuprà §. 51. *q.* 9. *ad fi.* Aut redemptio non fit infra tempus liberè permiſſum & iura debentur domino directo de venditione, ſiue poſt tempus permiſſum redemptio ſequatur ſiue non.

* Si redemptio fiat ex cauſa prorogationis.

63. Aut verò prorogatio fit finita prima dilatione & facultate, & tunc debentur ſolida iura de prima venditione, necnon de reuenditione ſi ſequatur, quæ non eſt redemptio, ſed noua venditio: quia prorogatio facta poſt tempus non eſt prorogatio eius quod non eſt. *l. ſed & ſi manente de precar.* & latiſſimè Do Andr. Tiraq. in *tract. de retract. conuentionali* §. 1. *gl.* 7 *n.* 24. *cum multis ſeq.* ſed noua diſpoſitio noua, & libera promiſſio de vendendo, ſiue præparatio liberæ futuræ venditionis, vt etiam dixi in locis prædictis, quibuſcunque verbis vtantur contrahentes: quia promptum eſt tectorio verborum quidlibet fingere. *l. cum hi.* §. *ſi cùm lis de tranſactio.*

64. Sed iſtud temperandum & limitandum eſt niſi prorogatio vel redemptio facta fuerit ex tacita mente, vel ſequela primæ conceſſionis redimendi & infra tempus moribus indultum. Finge vaſſallum vel cenſuarium pro filia elocanda vel alia egeſtate fundum pignoraſſe vel ſub facultate redimendi vendidiſſe, & quia breui ſperabat redimere non eſt ſtipulatus hanc facultatem vltra biennium, quam emptor non denegaſſet vſque ad nouennium, non redimit infra biennium, ſed aliquanto poſt, emptore meram redemptionem benignè admittente, puto infra tempus illud moribus indultum nulla iura deberi, quia infra illud tempus non debet de facili fraus vel ſimulatio in fraudem domini directi præſumi in eo quod apertè licebat. faciunt not. 3. §. 33. *num.* 25.

65. Fateor quod fundo vendito & tradito ſub onere redimendi ad biennium, tempore lapſo ſine redemptione fundata eſt intentio domini directi ad quintum pretij in feudo vel laudimia in cenſu, & ad noua iura, ſi res etiam eidem paulo poſt reuendatur: Sed multa ex circumſtantiis cuiuſque caſus vſuuenire poſſunt, ex quibus iuſte præſumitur redemptionem etiam poſt tẽpus redimendi conuentum factã, in conſequentiam tantùm prioris facultatis redimendi conceſſam, vt infra modicum, ſaltem infra illud indultum tempus, præſertim ſi res non erat realiter tradita, etiam ſi interim venditor conduxerit ab emptore: vel quando inter cohæredes vel ſocios portiones indiuiſæ ſic

Digitized by Google

transferuntur ſpe recuperandi retenta, quæ & ſi quandoque initio breuiùs arctetur propter ſpem hypothecantis vel alienantis, tamen acquiſitor non ſemper ſummo iure vti vult, prout quandoque præſertim inter conjunctos inciuile eſt.

66. Duo enim ſunt in hac facultate, primum ius redimendi: ſecundum breuis temporis limitatio. *l. Celſus ait §. 2. ibi duo eſſe arbitri præcepta, vnum pecuniam dari, aliud intra Calendas dari. de recep. arb. cap. cum dilecti §. ſed contrà. de dolo & contumacia.* Andr. Iſer. in *c. 1. col. 4. de controuer. inter vaſſallum & alium de beneficio in vſib. feu.* Innoc. in *c. bone 2. in princ. de elect.* Primum eſt in fauorem venditoris, ſecundum verò in fauorem acquiſitoris, qui ſiue velit fauori ſuo gratis renuntiare, ſiue bonam fidem agnoſcere tempus prorogando, vel poſt tempus redemptionem admittendo, non debet oculus domini iniquus eſſe ex eo quod acquiſitor bonus eſt. *Matt. 20.* ſaltem infra tempus quò aliàs liberum erat partibus extendere vel prorogare redimendi facultatem. hoc nota ſupra §. 13. *quæſt. 14. num. 52.*

67. Et ita datis his circumſtantiis poſſint limitari conſuetudines Cœnomanenſis §. 173. & Andenſis §. 363. quæ alioquin præduræ ſunt inquantum abſolutè negant poſt primum tempus lapſum prorogari poſſe, etiam infra tempus indultum à conſuetudine, ſed debent in caſu prædicto noſtri temperamenti reſtringi. Ad hoc faciunt quæ nuper eleganter & ſcitè diſſeruit Thomas Triputius in ſua diſputatione ſuper art. 295. conſuet. Aurelianenſis.

68. Hic mentem ſubit quæſtio. in qua ante duodecim annos conſului: vtilia tantùm aliis omiſſis tradam. Per conſuetudinem Cœnomanenſem non ſunt laudimia quando infra facultatem redimendi nouem annorum redimitur, vt ſupra *nu. 47. in fi.* primogenitus tam ſuo quàm quatuor ſecundogenitorum domino vendidit totum feudum vel hæredium ſub facultate redimendi ad annum retenta ſibi & cuique fratrum. Petrus vnus ſecundogenitorum infra illum annum totum redimit. Duplex argumentoſa quæſtio inſurgit: prima, an poſt dictum annum primogenitus poſſit reddendo pretium agere contra Petrum ad reſtitutionem, ſaltem ad contributionem? Reſpondeo, quòd non, licet factus ſit retractus vi contractus communis, quia primogenitus noluit vti, nec etiam alij qui non redemerunt ſolo Petro excepto, & ſic non obſtat quòd aliàs per dictam conſuetudinem non habebat niſi tantum vſumfructuum quartæ partis, tertiæ partis, & quòd vera redemptio eſt quę facit redire rẽ ad priorem ſtatũ & ſic quòd Petrus tenetur reſtituere primogenito retinendo vnciam priſtinam vſufructus, aliàs quod dicetur nouus acquiſitor & debebit laudimia.

67. Quia relegando laudimia ad q. ſeq. obiectio procederet ſi primogenitus concurriſſet cum Petro, vel ſaltem poſt retractum ſuperueniſſet infra eundem annum ante ius ſuum peremptum: ſecus hîc quando non venit niſi poſt ius ſuum omnino peremptum. Sed quid ſi facultas illa fuiſſet perpetua? dicam j̃. §. 68. ne nimis multa ſimul ingeram. Cùm ergo ſi Petrus non redemiſſet, prorſus illud ius primogenito & omnib. periiſſet: quæ eſt indiuiſa ſi Petrus ſibi vigilauit, & de ſuo non de alieno recuperauit, quod omnibus perpetuò perituram erat; imò magis debent ei gratias agere quòd communem cognationis domum ampliauit, & ſaltem ſpem legitimæ ſucceſſionis an antiquo hęredio ſuis ſumptibus & induſtria reſtituit: poterunt enim huic ſuccedere, extraneo nunquam ſucceſſuri.

70. Tum Petrus poterat non iure contractus, ſed iure legis conſuetudinariæ ratione proximitatis retrahere ad onus dictæ facultatis pro tempore reſiduo dicti anni, quo lapſo nullomodo poſſet inquietari, vt eſt indubitatum, & hoc dummodo non fuerit in contractu tanquam æquẽ principalis venditor, ſed tanquam conſtipulans dictum ius redimendi, quòd ius retrahendi conuentionale non excludit conſuetudinarium, ſed vterque retractus poterat cumulari mutua ſubordinatione, vel alterum, obtinere ſufficeret per ea quæ dixi in *l. edita. C. de eden. in profeſſione & lectione Tubingenſi, & infra tit. 16.* ſed quia ex capite retractus proximitatis non eſſet dubium laudimia ſemel deberi, formam q. in retractu ex capite dicti pacti redimendi, in quo de prima q. dicendum vt ſuprà, quia iſte non redemit tanquam procurator, ſed nomine proprio prout proprio nomine fuerat inſolidum redemptionem ſtipulatus.

71. Venio ergo ad ſecundam quæſtionem quæ biceps eſt: an Petrus debeat laudimia tanquam ex emptione, & ſi non debet an ſaltem debebat releuium? Et omnino debentur deberi laudimia, quia dicta conſuetudo faciens dicto caſu liberam, id eſt à laudimiis immunem venditionem & redemptionem debet, vt nuper dixi nu. 58. intelligi, quando eodem modo redimitur, vt venditum eſt, ſcilicet ab eodem venditore vel eiſdem venditoribus & pro antiquis venditis portionibus, ita vt res plane redeat in priſtinum ſtatum. quod fauorabile eſt *l. ſi vnus §. pactus ne peteret. de pact.* glo. & doctor *in ca. ſtatutum de præb. in 6.* & etiam in eo caſu non dicitur noua acquiſitio, ſed prioris ſtatus redintegratio à conſuetudine permiſſa & facta nummis, quod non debet ad alium caſum extendi.

72. Sed hîc non eſt ita, quia tota res redit ad eum qui ſolùm habebat vnicam vnciam in vſufructu ad vitam ſuam. Nec obſtat quod non redimit ex novo pacto vel aliqua prorogatione: ſed ex primitiuo pacto in ipſa venditione appoſito, quia hoc concluderet ſi eſſet ſolus venditor, vel ſi redimeret ſolum ius ſuum antiquum, vel proportione quam vendidit: quia etiam ſi ab initio fiat pactum redimendi pro alio vel ſimul pro venditore & alio, & ille alius redimit, perinde eſt ac ſi venditor ex interuallo poſt venditionem ei ceſſiſſet ius redimendi, vel ſi prius admiſiſſet, & rem redemptam ei vendidiſſet. vt j̃. *eo. nu. 58. 59.* ergo ſolida laudimia ſemel debentur domino feudali, ſaltem deducta æſtimatione vnciæ vſufructus quæ ſpectabat Petro tempore venditionis.

73. In contrarium arguitur, ſuppoſito quòd ſecundogeniti non ſunt appoſiti ad ſimplex pactum redimendi: ſed erant etiam principales venditores inſolidum, quia nõ debentur laudimia de redemptione quæ fit vi eiuſdem contractus, vt eſt indubitatum, ergo nec de ipſa venditione in caſum quo libera ſeu immunis eſt, vt hoc caſu. Tum quia iſte Petrus non ſolùm ex forma contractus eſt venditor in ſolidum, ſed etiam perſona æque conjuncta, & habilis ad concurrendum æqualiter in ſucceſſione patris ceſſante impedimento primogeniti, quod nunc ceſſat, cùm primogenitus nõ poſſit amplius illum impedire. Tum & fortius, non ſolùm ex perſona conjuncta in ſucceſſione patris vnde hoc hæredium proceſſit: ſed in futura ſucceſſione fratrum, poterit enim illis ſuccedere. 74. Et ſic argumentor per locum à ſufficienti partium enumeratione validiſſimum in iure. *inſti. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc. per to.* Aut hæc laudimia debentur ex venditione, aut ex redemptione, aut ex tacita & mutua iuris redimendi ceſſione, quæ reſultaret ex eo quod omnes collectiuè ſimul ius redimendi in ſolidum ſtipulati ſunt, & ſic inuicem conſenſerunt & tacitè ceſſerunt ius redimendi ſolidum, & inſuper quiſque vel ſinguli de parte ſua: nec ſunt dabiles aliæ cauſæ fraudandi laudimia quam hæ tres. Sed ex prima per ſe clarum eſt nõ deberi, cùm ſit libera per dict. conſuet. Et multòminus ex ſecunda, videlicet de redemptione, cum ſit æquè libera, hoc eſt immunis per eandem conſuetudinem, cùm ſit facta j̃. tempus primum non prorogatũ. Quod autem nec ex dicto tertio capite ceſſionis deberi poſſint, oſtendo, quia primò negatur hæc tacita

cessio Aliud enim consentire, aliud cedere, *l. aliud est de regul. iuris.* patet, quia quamuis singuli consentiant quemliber ex se posse solidum redimere: non tamen renunciant iuri suo in fauorem præuenientis, nec intelligitur quod ius redimendi sit eo ipso lucro præoccupantis, sed quod saltem infra reliquum tempus debebit contribuere, vt nuper dixi.

75. Et si dicatur quòd si non pura, saltem quædam conditionalis tacita inest cessio, quia videntur inuicem cedere ius suum redimendi in casum & euentum quòd sint negligentes j. tempus, & vnus eorum vel quidam eorum vigilauerint & redemerint, quæ conditio extitit in persona & ad commodum Petri. Responderi potest quòd ea limitatio iuris redimendi ad tempus, non inducit cessionem nec tacitam quidem conditionem per non redimentes lapso tempore: sed potiùs renunciationem absolutam, imò potius extinctionem & finem dicti iuris sic limitati & suo fine velut naturaliter mortui & finiti. Sed quia retorqueri posset quatenus res non redit ad priorem statum, fortiùs argumentor & volo fuisse ius tacitæ saltem conditionalis cessionis, prout alij etiam fratres si opus sit se intellexisse declarabunt.

76. Et dico quod etiam expressa huiusmodi cessio non faceret deberi laudimia, ergo nec tacita: quia quemadmodum hæres venditoris etiam extraneus, dummodo vniuersalis, redimendo infra tempus non facit locum laudimiis, quia hæres etiam extraneus est ipse idem venditor, ita quòd si venditio erat libera, vt ꝛ. *eod. nu.* 49 hæres iste redimendo j. tempus nec de venditione authoris sui nec de sua redemptione quicquam debet, vt tactum est suprà *eod. num.* 53. ergo idem de eiusmodi tam coniuncto cessionario: quia quando cedituꝛ ei qui futurus est hæres, idem plerumque obseruatur ac si iure hæreditario habuisset, quia viuus videtur hæredi futuro consulere, inquit pulcher text. in *l. cum quo. in fin. ad l. Falcidiam.* & in specie de conuentione inter fratres quòd videatur actum, vt tanquam hæredibus consulatur, text. est in *l. tale pactum. in fin. de pac.* Ad hoc Ioan. Faber. in *proœm. inſti. in verſ. Iuſtinianus.* & dixi infra §. 159. Ergo Petrus qui nisi fuisset frater & habilis ad successionem fraternam, non fuisset in hoc contractu vel pacto redimendi in solidum comprehensus, nulla debet laudimia nec ex capite dictæ venditionis, nec ex capite tacitæ cessionis, siue de iure redemptionis, siue de iure cesso quæratur.

77. Tum non potuisset redimere pro parte inuito emptore, sed necesse erat redimere totum: cum ergo redemptio non posset diuidi, ergo nec illius immunitas diuidenda est, nec dicitur extensio fieri consuetudinis ad extraneas personas, cum iste sit frater & æque conjunctus. Et eisdem rationibus non est locus releuio, quia non acquisiuit iure cesso, nec iure successiuo, aut alio obnoxio releuio: sed iure redemptionis quæ libera est & sibi proprio nomine competit. Et certè illud esset æquum, nec esset exorbitans extensio consuetudinis, progressus ad hunc tam conjunctum casum. Veruntamen dixi mero iure laudimia deberi deducta æstimatione vniciæ vsufructus, quia in veritate iste non est recuperator, sed nouus acquisitor, & sic non potest frui speciali beneficio consuetudinis, sed remanet in regula communi eiusdem consuetudinis: primogenitus enim semel, & sic in perpetuum alios ad vnciam vsufructus redegit, nec omisit ius suum, sed eo vsus est, & illud exigit recipiendo pretium prærogatæ portionis suæ, & sic non obstant allegata in contrarium quantumuis colorata. Et quando contrahitur cum conjuncto, non censetur ei quasi futuro hæredi prouideri, nisi quando sunt conjecturæ, vt in d. *l. tale pactum in fin. de pact. ibi sine liberis:* quæ hic cessabant nec primogenitus deposuerat spem liberorũ. imo in veritate nulla fuit nec tacita cessio: sed extinctio & terminus finiens dictæ facultatis, vt nuper dixi.

78. ¶ QVINTO quæro an de* promissione vendendi laudimia debeantur? certum est quòd nõ si sine pecunia facta sit. fac ergo pro dicta promissione tantùm, & non pro venditione futura certam pecuniam datam: an de dicta pecunia habeantur laudimia? dicendum quod non, quia nec verba nec mens consuetudinis verificantur, ergo cessat eius dispositio per iura vulgata, quia aliud est vendere, aliud facere pactum de vendendo, vt no. id *l. bonæ fidei. de eo quod cer. loco.* vbi decidunt Alber. Paul. Fulgos. Iason. quòd si statuto caueatur quod publicani habeant arbitrium super venditionibus, si aliquis promisit vendere, non pertinet ad eorum arbitrium: quia aliud est vendere vel locare, aliud est promittere de locando vel vendendo.

* De promissione vendẽdi & verum laudimia eo casu debeantur.

79. Quod procedit etiam si per stipulationem aliquis promiserit vendere, & is cui facta est promissio aliquid soluerit pro venditione futura, quia nihilominus potest pœnitere & sic solutum condicere tanquam causa non secuta, vt expressim decidit Paul. Cast. in d. *l. bonæ fi. verſ. ſi tamen & ſequitur.* ibi Ias. *col. 2. n. 4.* Et dicit ibi Paulus quòd tunc habebat hunc casum in facto, & reperi quòd ita latè consuluit in *conſi. 93.* In causa quæ vertitur coram nobili viro *lib. 1.* tamen ista ampliatio Paul. de pœnitentia non est vera: quia in contractibus innominatis apposita stipulatio tollit reuocationem ex capite pœnitentiæ, licet non ex capite causæ non secutæ, vt plenè dixi in *l. 1. in princ. de ver. oblig. in leſt. Dolana,* nec potest opinio Paul. sustineri ex eo quod obligatio facti non sit præcisa: quę licet sit cõmunis ferè omnium sententia, tamen falsa est, vt nouè docui in tract. diuidui & indiuidui: quãuis idẽ quod Paul. in eo puncto teneãt Alex. in d. *l. 1. & l. 1. de pact.* omnes passim. & ibi Phil. Dec. *conſ. 502. n. 8.* vbi in annot. meis nu. 6. tenigi remittendo ad d. tract. meum.

80. Sic etiam aliud est donare, aliud est promittere de donando, vt vulgi. in §. *alias* & ibi Io. Fab. *col. 1.* & Angel. Aret. instit. *de donat.* Salic. in *l. 2. ad ſi. C. de condict. ob cauſam.* vbi tenet quod tex. *l. ſi quis argentum. C. de donat.* non habet locum in conuentione de donando in futurum, per not. in *d. l. bonæ fidei. & l. Titium vbi gl. vlt. de pig. act.* Sequitur Io. de Imol. in *l. in ædib. §. 1. D. de donat.* Alex. de Imo. in *l. ius gentium. col. pe. D. de pact.* Ioa. Bapt. de San. Seue in *tract. de pact. in. 6. q. col. pe.* de quo tamen, scilicet de pacto de donando non definio nunc, sed reseruo infra loco opportuno: sic aliud ratum habere, aliud promittere habere ratũ *l. 4. §. Cato in fi. de verb. oblig.* vbi Franc. Ripa. *nu. 17.* limitat procedere quando verba referuntur ad factum: secus si ad ius. Ego vero materiã subiectã & mentem ex toto negotio resultantem inspicio, vt j. *eo. nu. 74. 83.* Item aliud est fide iubere, aliud promittere de fideiubendo & per stipulationem. tex. in *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. 121. §. 1. de verb. obl.* sic aliud eligere, aliud dare consensum vel mandatũ etiam specificũ de eligendo, *vt tenet gl. vlt. quam omnes Canoſequuntur in c. pen. de electi. in ſexto.* aliud hæredem instituere, aliud promittere de instituendo *l. pactum quod dotali. C. de pact. l. cũ donationis. C. de tranſact.*

81. In venditione autem aut simili pacto reciproco, tenent Docto. quod statutum loquens in vendente, non* habet locum in faciente pactum de vendendo: hinc decidit Bal. post Iacob. Butrig. in *l. 1. C. de pact. pign.* & ibi Angel. quod si ex statuto debet solui gabella de contractu venditionis, non soluetur de contractu promissionis de vendendo; sequitur Alex. in *d. l. iuriſ. gentium. & in d. l. cum fundus §. ſeruum tuum.* & ibi Franc. Purpur. *nu. 14. cum ſeq. ſi certum pet.* Alex. in *l. ſi pupillus. D. ad l. Falcid. & in conſil. 76. viſis dubitationibus col. vlt. lib. 5. & in conſil. 3. col. 2. conſil. 93. col. 1. lib. 2. conſil. 121. col. 2. lib. 4.* Franc. Aret. *conſil. 6. col. 1. conſil. 28.* Franc. Cur. senior. *conſil. 28.* Mathesil. in *no. 46.* Anr. Corset. in *ſing. in verb. ſtatutum 2.* Io.

* Differentia venditionis & promissionis de vendendo.

Berth. *de gabellis in 5. part. princ. in fi.* Fab. de monte S. Sauini. in *tract. de empt. & vend. in 5. q. prin. q. 3.* Philipp. Cor. *conſ. 256. primum conſultationis. lib. 4.* Iac. de S. Georg. in *tract. de operis col. 12. verſic.* quæritur etiam de tali Philip. Deci. in *l. ſi pacto quo pœnam col. vlt. C. de pact. & in conſ. 183. conſ. 340. & in conſ. 502. nu. 8* Iaſ. in *l. manumiſſiones num. 9. D. de iuſt. & in. in l. ni dominus teſtamento. D. de cond. ind. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe col. 1. D. de leg. 1. in l. quoties. col 7. C. de rei vend. in l. ſi ante nuptias.* & ibi Sozi. *D. ſol. mat.* Iaſ. *conſ. 70.* & latè in *conſ. 117. lib. 1. & in conſ. 148. col. 6. li. 2. conſ. 24. n. 7.* Hip. de Marſil. in *not. 469.* And. Alc. in *l. 1. in prin. nu. 16. D. de ver. obli. in d. l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact.* Lancelo Galiau. in *rub. de ver. obl. col. 19.* Ant. Rub. *conſ. 29.* quæ loca congeſſi ſemel, vt ſi quando opus ſit, vt ſæpe in ſequentibus liceat omiſſis allegationibus huc remittere : quibus ante octodecim annos congeſtis prodierunt in lucem vberrima commentaria doctiſſimi Senatoris D. And. Tiraq. in *tract. retract. proxim. vbi §. 1. gl. 2. nu. 54. & ſuſiſſimè in tractat. de retract. conuent. in fi. quæſt. 5. tract. deinde deciſiones Burdegal.* Do. Nicolai Boerij. *Deciſ. 3. nu. 1. & comment.* Lud. Gomeſ. in 9. *vbi c. 1. num. 90. de conſtitut.*

81. Hæc tamen ſanè intelligenda ſunt quando partes remanent in terminis ſimplicis conuentionis de vendendo, vel alio actu faciendo in futurum, ita quòd intentio partium & verba diſpoſitiua referantur ad actum de futuro, ſecus ſi & verba obligatiua & mens referantur ad actum præſentem, & omnia ad ſubſtantiam actus requiſita præſto ſint : quia tunc licet inſerantur verba ſonantia in futurum, vt promitto talem rem tanti vendere, tradere, & infra tot dies inſtrumentum authenticum ſub tali ſigillo, puta Pariſienſi, conficere, nihilominus celebratur actus de præſenti attenta intentione partium diſpoſitione & capacitate materiæ ſubjectæ, vt in primo caſu in quo conſuluit Ant. Rub. Alex. in *conſ. 29.* & not. Fortu. Gal. in *l. inviſpentium in pr. num. 32. in fin. D. de pact.* de quo dubitandum in fortioribus terminis in *l. ſi procuratorem abſentem de procur.* vbi ſi quis promittit ſe ratum habiturum quod actum erit : ſcilicet etiam in futurum, hoc inducit ratihabitionem de præſenti, vt nulla alia deinceps opus ſit : quia procurator erat certus, certa cauſa in indiuiduo, & aduerſarius certus & iudicium certum, & ſic omnia concurrebant ad ratificationem de præſenti, etiam ſi negotium nondum eſſet conſummatum, vt etiam tenet Franc. Aret. *conſ. 100. num. 2. cum ſeq.*

Intell. §. Cato. in fi. ff. de verb. obl.

83. Non obſtat deciſio generalis d. §. *Cato. in fi. l. 4. in fi. de verb. oblig.* quia, vt dixi in extricat. Labyrinthi diuidui & indiuidui, non erat ibi quæſtio de ipſa ratificatione, ſed de pœna ob contrauentionem, & ibi illa verba, ratum habere, quæ etiam ad præteritum & conſummatum actum referuntur : idem pollent quod non contrauenire, ſaltem hoc implicant reſpectu pœnæ adiectæ, vt valde ineptæ ſint ambages Doctor. ibi præſertim Lancelo. Galiau. *col. 8. verſ. 12. in fi.* vbi putans è fluctibus illis emergere, ait quod eo ipſo quòd quis promiſit pœnam ſi non habeat ratum : apparet de mente contrahentium quod promittendo habere ratum, non tamen per hoc ratum habet, alias fruſtra eſſet adiecta pœna, quod eſt ridiculum, & contra ſenſum communem : quia pœna non apponitur fauore debitoris vt ſit eius electio & minus obligetur : ſed fauore creditoris, vt tetigi in extricatione alterius Labyrinthi : de eo quod intereſt *nu. 121. & in tract. commerc. & vſura. nu. 367.* & in annot. ad Philip. Dec. *c. inter cæteras nu. 12. de reſcript.* Dico ergo quòd pœna ibi non additur, vt deroget actui & ratificationi quæ ſtatim fit, ſi materia eſt diſpoſita, vt dixi, ſed additur, vt in caſum contrauentionis creditor ſit certus de pœna ſine alia probatione, vt eſt natura pœnarum conuentionalium, quæ ad hoc præcipuè his caſibus in iure inuentæ ſunt §. *vlt. de verbor. obligat. l. vlt. de prato. ſtipula.*

84. His ſcriptis reperi Do. And. Tiraq. in tract. retract. proximi. §. 1. *glo. 10. q. 14. nu. 89.* in alia noua & diuerſa eſſe ſententia : cenſet enim cum communi, quod etiam putè promittens habere ratum, non tamē ratificat. Et ad *d. l. ſi procuratorem abſentem. de procurat.* reſpondet quod ibi præcedebat mandatum, & ſic ſequens promiſſio de ratum habendo operatur ratihabitionem de præſenti ſine alia ratihabitione. At ſi non præceſſerit mandatum, credit non ſatis eſſe quem promittere ſe ratum habiturū. Nec obſtat id eſſe iam ratificatum, niſi re vera (hoc eſt de præſenti) ratum habuerit. Et infert ad deciſionem ſuæ qu. in retractu proximitatis, de qua aliàs. Sed certè licet iſtud ſit nouum & argutum, & congruat hypotheſi & literæ *d. l. ſi procuratorem.* vbi non agebatur de conſtituendo nouo procuratore : ſed de iam conſtituto relenando à ſatisdatione. Tamen non eſt verum : quia quod ibi narratur præceſſiſſe mandatum, non præſupponitur certum ſaltem manifeſtum, imo præſupponitur dubiū aduerſario cui nullo modò conſtitit de aliquo præcedenti mandato. & ſic reſpectu eius de quo agebatur in d. l. perinde erat ac nullum præceſſiſſet mandatum : quia paria ſunt non eſſe vel non apparere. & ibi tantum agebatur de ſatisfaciendo aduerſario, & tamen dicitur quòd ſatisfacit per promiſſionem ratum ſe habiturum : ergo expreſſa promiſſio de ratum habendo ſtatim & de præſenti operatur ratihabitionem vt ille tex. in fi. diſertè ait, imò etiam mandatum operatur.

85. Omnis etiam ratihabitio mandatum includit non ſolum de præſenti, ſed etiam ſi opus ſit, retrò in præteritum *l. vlt. verſ. neceſſe eſt C. ad Macedo.* & multo magis etiam in futurum *d. l. ſi procuratorem.* & hæc veritas : & intelligendū, vt dixi ſ. *nu. 81.* quādo promiſſio de rato habendū eſt pura, ſine modo, die vel conditione ſuſpenſiua, vel differenti, & reliqua adſunt, niſi quod non ponitur vnicum verbum ratifico, ſed duo videlicet ratificare promitto. Sed verborum formulæ, materia ſubiecta & totius negocij ſeries & connexio præſtant. Qui enim promittit ratificare in diem, vel poſt tempus vel ſub conditione vel modo futuro, nondum ratificat, etiam ſi apponeret verbum, ratifico.

86. Redeundo ad materiam q. noſtræ illud conſtat quod quamuis venditio ſubſequatur ex cauſa prioris conuentionis de vendendo, nihilominus debentur iura & gabellæ de venditione ipſa, quamuis contrarium videatur ſenſiſſe Bar. in *l. ſi pupillus in prin. D. ad l. Falc. cum quo tranſeunt* Nicol. de Neap. & Alex. Imol. Sed contra Bar. & melius tenent Ang. Ioan. de Imol. Pau. & idem : & patet per ea quæ de venditione neceſſaria diximus *ſupra §. 20. gloſſ 5. nu. 9. verſic. amplia ſeptimò. & §. 33. nu. 14.* & hoc niſi de promiſſione fuiſſet ſolutæ gabellæ vel iura : quia tunc de venditione quæ venit in executionem non debent iterum ſolui gabellæ, per ea quæ not. Bal. quem ibi ſeq. Ioan. de Imol. in *l. vlt. §. quoties. D. de publica.* Imol. Paul. in *d. l. ſi vt pupillus.* Iac. de S. Georg in *tract. de operis col. 12. verſi. ſed ponamus.*

87. Idem data paritate terminorum dicendum in feudis de releuio, ſi fortè is, cui facta erat donandi promiſſio de releuio compoſuerit, quia de ſubſequenti ex eadem cauſa, donatione & traditione non debet nouum releuiū : ſecus ſi ex alia & diuerſa cauſa. Sed tunc (videlicet quādo ſequitur acquiſitio ex diuerſa cauſa, puta quia non potuit habere ex donatione : ſed oportuit aliquid dare vice permutationis vel pretij) remitteretur vel deduceretur ſuper iuribus præſentis acquiſitionis, quod ex priori cauſa (quæ non potuit ſortiri effectum) promiſſum vel ſolutum fuit : ſi autem nulla acquiſitio ſequatur, totum condicitur niſi appareat dictam compoſitionem factam fuiſſe per modum cuiuſdam tranſactionis inter dominum feudalem & futurum acquiſitorem, non ſuper æſtimatione quantita-

tis futurorum iurium, ſed ſuper ipſo dubio & incerto euentu acquiſitionis feudi & ortus obligationis iurium dominicalium: tunc enim etiam ſi nil ſequatur non condicuntur, ſed bene compenſabuntur cum iuribus diuerſæ acquiſitionis in quam illa ſuper qua in ſpecie tranſactum fuerat transfuſa vel commutata fuit, ſecus ſi ex longo interuallo alia occaſione fiat noua acquiſitio nullo modo dependens: nec aliquid commune habens cum ea quæ ſperabatur tempore dictæ tranſactionis: quia tunc nulla fieri debet compenſatio, ſed vtraque iura debentur, videlicet debita ex dicta tranſactione: item ex noua inopinata acquiſitione ſecundum eius naturam.

88. Hactenus ante octodecim annos de hac quæſt. in genere diſſerui & pauciſſimis additis vti erat (quia vtilis viſa eſt) reliqui. Sed quia generalia non ſatisfaciunt intellectui practico qui debet eſſe de rebus ſingularibus, vt pulchrè ait Bald. in *cap. cùm acceſſiſſent. col. 6. de conſtitut.* aliàs in ſingulis ambiguum ſupereſt, vt ſi dicta promiſſio facta ſit quandocunque ſiue perpetuò, vel ad tempus, ſi re expreſſa vel non expreſſa, ſi pretio taxato vel non.

89. Quare nunc in ſpecie ſic formo q. breuiter & analytico͞s reſoluendam. Cenſuarius promiſit Titio vendere certum fundum, & de iſta promiſſione accepit ab eo centum aureos, an ex hac promiſſione ſtatim orta ſint & debeantur laudimia? & conſequenter an Titius cogi poſſit exhibere literas huius contractus, vt ī. §. 73. & cadat in mulctam niſi infra octiduum notificet, vt in §. *proximè præcedenti*? Hæc q. triceps eſt & argumentoſiſſima, ſed omiſſis argumentis ſatis in præcedentibus & in prima parte huius operis excuſſis: Ad ſingula capita reſpondeo negatiuè: videlicet ad primum nondum orta eſſe laudimia, & nunquam futura niſi virtute huius promiſſionis ſequatur venditio, qua ſecuta debentur de vtriuſque contractus pretio in eiuſdem rei acquiſitionem confluente, vt ī. *eod. num.* 57. 64. & idem in feudis.

90. Ad ſecundum caput, prima facie videretur quod dominus directus ſtatim habeat actionem contra Titium, ſaltem ad exhibitionem literarum eiuſmodi contractus: quia certum eſt quod ſi purè emiſſet, ſtatim etiam ante vllam traditionem & acquiſitionem rei conueniri poſſet ad eiuſmodi exhibitionem & ad ſoluendum laudimia, etiam re nullo modo tradita, nec pretio ſoluto, dummodo venditio ex parte emptoris ſit pura, etiam ſi ſit in diem reſpectu venditoris, qui nondum tenetur tradere, & dixi ī *ead. gl. 9. 3. nu.* 41. Quod ſi ſit in diem reſpectu emptoris qui non tenetur ſoluere niſi poſt terminum: quamuis non poſſit conueniri, vt laudimia nunc ſoluat: tamen conueniri poteſt ad exhibendum literas vtque condemnetur ſoluere laudimia termino lapſo, & ita vſitatur. Ergo idem ſi emit pactum de vendendo ſibi, vt ſaltem poſſit conueniri ad præſentem exhibitionem quæ non grauat, quamuis nondum ad laudimia. Et quamuis literæ huiuſmodi contractus propriè & ſtrictè non ſint acquiſitoriæ ipſius rei: tamen ſunt præparatoriæ acquiſitionis ipſius rei, & ad hoc tendentes. Tum actio ad eiuſmodi exhibitionem præparatoria eſt, vt dixi ī. §. 73. *gl.* 2 *num.* 4. & facienda eſt editio, etiam ſi nulla iura debentur, vt ibi dictum eſt *gl.* 2. *nu.* 6. *cum ſeq.* Tum domini directi intereſt ad noſcendas fraudes, & fauorabile eſt ne veritas occultetur. *c.* 1. *in fi. de conſuet. inter Do. & vaſſal. de iuueſti. in vſib. feud.*

91. Quibus non obſtantibus contrarium puto: quia ad hoc, vt habeat locum diſpoſitio *d.* §. 73. videlicet vt dominus directus aliquem cogere poſſit exhibere literas acquiſitionis contra regulam iuris communis, in *l. cogi. C. de petit. hæredi.* tria requiruntur. Primò, quod reus ſit acquiſitor rei cenſuariæ mouentis in cē-ſum iure directo ſeu dominicali ab actore: ſecundo quod ſit poſſeſſor vel ſaltem detentor dictæ rei: tertiò, quòd ſit nouus, id eſt non inueſtitus à domino nec à cō-ſuetudine loci: vt nouus hæres ab inteſtato cenſuarij, ſed aliunde de nouo venit, nec 30. annis, vt cenſuarius poſſedit, vt patet in text. *d.* §. 73. *ibi, l'acqueſteur nouuel detenteur.* Aduerbium enim, *nouuel*, inter duo illa ſubſtantiua verbalia, *acqueſteur & detenteur*, poſitum vtrunque reſpicit & qualificat.

92. Hoc autem fallit in vno caſu videlicet in venditione perfecta quantum ad contractum, vt ī. §. 20. *gl.* 5 *nu.* 9. § 33. *nu.* 21. *& ī. ea. gl.* 9. 3 hæc autem fallentia proceſsit à communi vſu & obſeruantia, & habet rationem ſpecialem, quia ſtatim debentur iura laudimiorum in cenſu, vel quintum pretij in feudo: quia iura iam quæſita poſſent mora deperire vel deteriora fieri per diſtractum vel reformationem contractus re integra, vt ī. *ea. gl.* 9. 2. & quia vt plurimum venditionibus perfectis nihil ampliùs ſupereſt niſi realis executio quæ parata eſt. hinc communi praxi quæ adaptatur his quæ frequēter accidunt, inductum & receptum eſt, vt venditione perfecta dominus directus non expectata reali traditione (quam emptor domino irrequiſito habere poteſt) ſtatim agere poſsit. In aliis ergo caſibus manet & firmatur regula *d.* §. 73. & etiam in dicto caſu venditionis manifeſtæ ſunt rationes differentiæ quæ prorſus ceſſant in aliis caſibus.

93. Vnde ſi donatio vel permutatio facta ſit, ſed nulla traditio, nondum poteſt dominus agere, etiam ad exhibitionem literarum, quia nullus eſt nouus acquiſitor aut detentor, nullaque iura acquiſita ſunt, & eo inuito etiam poſtquam agere cœpiſſet & ex interuallo poſſent partes diſtrahere, ergo minùs poteſt agere in dicta promiſsione de vendendo, quæ eſt minùs quam donatio vel permutatio. & aliud eſt alienatio, aliud promiſsio. de alienando, ſupra *ea. gloſſ. num.* 72. Tum ex ſimplici promiſsione vendendi: etiam ſtipulata & iurata, nulla oriuntur iura: pretium autem additum nihil facit quum non ſit titulus habilis ad mutationem vel tranſlationem dominij & poſſeſsionis ipſius rei.

94. Adhuc dicta fallentia venditionis ſublimitatur, vt procedat quando venditio profecta ſit ab ipſo vero domino & poſſeſſore, vel ſaltem à vero poſſeſſore: ſecus ſi fiat ab alio, etiam habente cauſam à poſſeſſore, & verum & efficax ius ad rem: puta ſi donatarius cenſuarij ante apprehenſam poſſeſſionem, vendat ius ſuum & ſuas actiones, ſiue etiam vendat rem ipſam quam promittit tradere & de euictione: quia nec vēditio ſit à domino vel poſſeſſore, nec emptor eſt acquiſitor rei nec detentor, & dicta limitatio (maximè quum ſit ampliatiua correctionis iuris communis) non debet extendi vltra limites facti & praxis vnde oritur. *l.* 1. §. *Iulia. de itinere actuque pri.* Phil. Dec. *conſi.* 72. *in fi.* vbi in annot. dixi Bal. loquens in conſuetudine in *ca.* 1. *col.* 5. *de his qui feud. dare poſſ. c.* 1. §. *cùm autem col.* 1. *de controuer. inueſti. in vſib. feud.* & hoc ſecundo capite reſoluto in quo ſolo erat difficultas, non eſt diſputandum de tertio, cùm multò minùs poſsit locus eſſe mulctæ: de quo in §. præcedenti.

95. Secuta autem venditione ad tria illa capita reſpondeo affirmatiuè: omnibus enim iuribus tunc locus eſt, quinetiam vtrique & proximitatis & dominicali retractui pro conſuetudine loci vbi res ſita eſt, vtriuſque contractus pretium refundendo. Sed an dominus directus poſsit habentem huiuſmodi promiſsionem cogere, vt infra certum præfigendum terminum promiſſorem cogat ſibi vendere vel renuncieꝛ actioni? Reſpondeo, non ſicut nec eos qui contraxerunt ſub quouis modo vel conditione, vt impleant vel diſtrahant: quia nullum nouum ius habet dominus directus niſi ab euentu qui pendet à ſpontanea voluntate contrahentium vel à fato.

96. Et quod dixi vtriuſq; pretij deberi quintum vel laudatiuum, idem de gabella ſi non imponitur con-

ractui vel inſtrumento, ſed pretio acquiſitionis: par enim aut diſpar ratio facit idem vel diuerſum ius. *l. illud. ad l. Aquil. l. vlt. C. de conſtit. pecu.* Quid ſi Titius non emit promiſſionem ſibi vendendi, ſed ſimplicem prælationem, videlicet quod ſi aliquando res vendatur præferetur aliis? Reſpondeo, ſi nihil numerauit nihil ad iura dominicalia. Idem ſi dedit ſolicitatoribus, mediatoribus, amicis venditoris, aut aliis eorũ non venditoris futuri nomine ad quem non peruenit; & tunc cum non intret nec cadat in pretium, non augentur inde laudimia, etiam in promiſſione vendendi & venditione ſecuta: quod ſi peruenerit ad venditorem & ita agebatur, augebuntur laudimia ſecuta venditione hac contemplatione, ſecus ſi aliorum prorſus de nouo ſequeretur venditio, vt ſuprà *eod. num. 76.*

97. ¶ SEXTO iuxta hæc quæro: Titius & Caius permutauerunt prædia ſua ſub pacto quòd Titius infra decem annos poterit recuperare prædium ſuum ſoluendo mille, vel cum pacto quod Caius tenebitur ei vendere non aliter expreſſo pretio, vtrum de * ſubſequenti in vim dicti pacti venditione aut recuperatione debeantur noua iura, puta quinti denarij in feudo, vel laudimiorum in cenſu? Videtur quod non, cùm nedum ſit neceſſaria venditio: ſed etiam pars & executio præcedentis contractus ex quo iura ſi qua fuerunt debita (puta releuia in feudo) ſoluta ſunt: per not. ſ. §. 33. *nu.* 18. §. 33. *q.* 8. & maximè ſi partes inueſtitæ ſunt, & ſic ſemel videtur contractus approbatus à domino cum omnibus ſuis pactis & qualitatibus, maximè ſi dominus ſimpliciter & ſine vlla proteſtatione inueſtierit, vt ſuprà §. 33. *num.* 16. Quo non obſtante dicendum omnino noua iura deberi, ſiue illa prædia moueantur ab eodem domino directò, ſiue à diuerſis: ſiue ſint eiuſdem, ſiue diuerſæ qualitatis: & ratio punctualis eſt, quia venditio iſta non poteſt eſſe executio præcedentis contractus, qui fuit in totum & manet executus, ita quod non reſoluitur nec redeunt partes ad ſtatum priſtinum: & ſic ratione vtriuſque mutationis vel contractus qui ſortitur effectum diſtinctum, ita quòd effectus ſequentis non eſt reſolutio præcedentis, debentur iura, ſecundum cuiuſque naturam & qualitatem.

* Ex venditione ſiue recuperatione quæ & ex vi pacti vtrum laudimia debeantur.

98. Secus quando effectus ſequentis nihil aliud eſt quam totalis reſolutio præcedentis: quia tunc ſi ſimul ea reſolutio conuenta fuerit in primo contractu, non debentur noua iura de ſecundo, tunc enim non eſt nouus contractus nec noua mutatio, ſed meta præcedentis reſolutio: idque ex eadem cauſa & neceſſitate primi contractus præcedentis, & hæc notanda ad rectum intellectum huius materiæ. Vnde ſi permutantes feuda, in ipſa permutatione conuenerint, quod ſit ſ. 10. annos & quandocunque alterutri feudum habitum diſplicuerit, teneatur alter acceptum feudum recepto antiquo recuperare, non debebuntur noua releuia ex huiuſmodi rei permutatione: quia non eſt noua permutatio ſed meta reſolutio per actus retroſimiles hinc inde, quæ poteſt fieri ex interuallo quando ab initio ita fuit conuentum.

99. Secus ſi conuenerint quòd infra certum tempus vel quandocunque requiſitus alter teneretur feudum acceptum non pro ſuo antiquo, ſed pro quodam alio prædio reſtituere: quia tunc noua iura hinc inde ſecundum prædiorum qualitatem debentur; non enim eſt reſolutio prioris contractus, cum non ſint actus hinc inde retroſimiles, ſed eſt nouus contractus per ſe, nihil habens commune cum priori. nec ad rem attinet quod ſit ex neceſſitate clauſulę in priore contractu appoſitę, ſicut nec eſt in conſideratione quantum ad hęc iura an venditio vel quæuis feudi mutatio fiat ex neceſſitate teſtamenti ſententiæ, contractus, aut alterius diſpoſitionis. Prætetea alioquin via eſſet aperta ad fraudandum hæc iura. quid enim faciliùs quàm quòd volens emere domum cenſualem, permutet prædium ſuum cum ea, cum pacto redimendi prædium ſuum infra certum tempus vel ſine expreſſo pacto, ſed infrà modicum tempus redimendo, quod eſſet in fraudem etiam eorum quæ ſcripſimus §. 33. *q.* 22. *nu.* 81.

100. ¶ SEPTIMO quæro, in contractu matrimonij parentes ſponſæ promittunt ſex millia, videlicet tria millia in certa domo cenſuali tanti* æſtimata, quæ erit proprium ſponſæ, reſiduum in pecunia, vtrum debeantur laudimia dictæ domus? Reſp. non, quia illa æſtimatio non fuit facta cauſa venditionis domus, ſed cauſa deſignandi valorem, & vt ſciretur quantum dotis reſtabat ſoluendum in pecunia. Conſtat eo ipſo quod dictum fuit domum futuram proprium patrimonium filiæ: igitur nullo modo venditur & hoc eſt indubitatum, ſed quid hoc non fuit dictum? Reſp. adhuc idem, quia cum domus ſit profectitia, remanet eius qualitas, nec cenſetur mutari niſi expreſsè dicatur, quamuis verba donationis non concipiantur in filiam ſed in fructum generi.

* An ex quamuis æſtimatione rei debeantur laudimia.

101. Quia niſi ſpecialiter dicatur quod datur genero pro ſe & ſuis: non cenſetur ei data in ſpõſalitiam largitatem, ſed indubiò cẽſetur ei datum in dotem & pro dote ſponſæ, quamuis hoc non dicatur: quiſquis enim in dotem dat etiam extraneis qui dotare non tenetur, ſiue concipiat donationem in virum ſiue in mulierem eo ipſo quòd in dotem dat, videtur ipſi mulieri dare, non autem viro niſi in qualitate mariti, ſiue à promiſſione, ſiue à traditione dos incipiat, vt in *l. 1. l. cum à ſocero tuo pro vxore dos tibi daretur. l. cum partem. l. rem quam. l. ſi dotem. l. ſi gener. C. de iure dot. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act. l. ea merte. ad fi. C. de pact. conuent.* manet ergo domus dotalis & profectitia, & proprium patrimonium filiæ, ſcilicet paternum ſi erat paterna, & maternũ ſi erat materna, vel paternum & maternum ſi erat vtriuſque parentis, niſi in quantum aliud eſſet expreſsè dictum: vt pleniùs dicã j. §. 110. Nec cenſetur in dubio æſtimata cauſa venditionis vel dandi in ſolutum pro pecunia: ſed cauſa deſignandi conſtitutionem dotis & matrimonij.

102. Sed quid ſi, eodem themate retento, additũ fuit (vt ſæpe aſſolet) quod dicta domus ſortiretur naturam conqueſtus inter futuros coniuges? Hæc eſt argumentoſiſſima. q. Sed quia iam prolixitatis me tædere incipit, & doctiores meas tantam reſolutiones flagitant: breuiter reſoluendo idem dico, ſcilicet quod non cenſetur vendita, ſed fauore matrimonij data, non in meram dotem, ſed in dotem conditionatam cadentem & confundendam in communionem futurorum coniugum, perinde atq; ſi domum illam cõſtante matrimonio communi induſtria vel donatione aut legato abſq; pecunia de ſuo numerata acquiſiuiſſent, vtque ſit ita communis inter eos, vt maritus tanquam caput & dominus liberè ſi velit alienare poſſit, alias ſoluto matrimonio ſicut reliqua bona eiuſdem cõmunionis diuidatur. Hoc tantum neceſſario infert dicta clauſula, ergo aliud non concludit. *l. non hoc.* vbi omnes Legiſtæ. *C. vnde legit. cap. in præſentia.* vbi omnes Canoniſtæ, *extra, de probatio.* Idem dico non ſolũ in parentibus, ſed etiam in aliis qui tenentur dotare. non ergo reſpectu domini concluditur emptio aut venditio contra ipſos qui nihil numerarunt nec numerare habuerunt.

103. Rurſus amplio etiam in his qui non tenentur dotare vel in mere extraneo: quia ſatis eſt quod ille extraneus non erat priùs obligatus ſponſo vel ſponſæ ad tantam ſummam pro qua det in ſolutum dictam domum, vt quantumuis æſtimata non poſſit cenſeri data in ſolutum vel vendita, ſed in dotem vel ſponſaliciam largitatem, vel aliam donationis ſpeciem, non refert. Et idem dico in feudis, ſaluo quod releuium debebitur de parte ſponſi, quando eſt à parentibus data, vt ſortiatur naturam conqueſtus, vt dictum eſt, ſed nullum ius de parte filiæ, etiam hoc vltimo caſu, quia cenſetur data in anticipatione ſucceſſionis directæ, vt

ẽ. §. 16. & j. §. 159. vbi principaliter de hoc tracto, ita quod portio remanens in proprietate filiæ si non fuerit alienata per maritum, censetur iure hæreditorum tanquam antiquum patrimonium filiæ, qua sine liberis decedente deuoluetur, ad hæredes propriórum illius lateris dictæ filiæ, vt trado j. §. 110. vel etiam ad ipsum parentem qui dedit, si superstit qui alios excludit, vt dixi j. §. 119.

104. Illa enim qualitas de conquestu non censetur apposita nec impressa nisi pro commodo & interesse mariti, & inquantum eum concernit tantùm: & sic in reliquis ius pristinum non mutatur nec mutari censetur *l. præcipimus in fin. C. de appell.* dixi in *d.* §. 110. *fortius scripsi.* j. §. 184. quod si maritus in vim dictæ clausulæ vel permissionis totam domum vendat vt B potest, tota cadit in ius retractus proximitatis cognatis filiæ à quibus dominus feudalis in retractu excluderetur, non obstante dicta clausula contractus matrimonij, quæ non cõcernit nisi interesse mariti tantùm. Idem in domino censuali in locis in quibus habet ius retentionis rei venditæ. de quibus j. *ea. gl. nu.* 114.

105. Sed interim in dubio æstimatio non facit emptionem, vt & ẽ. *nu.* 101. *in fi.* nec censetur domus tãti æstimata per modũ veri pretij (quod etiam nullum deberur nec soluitur per sponsum vel sponsam, & sic nõ possunt dici emptores) sed ad declarandum quantũ restet doris vel amplitudinem donationis. vt in *l. cũ post* §. *res de iure dot. in l. si æstimatis. solut. matr. simile in l. seruo. 6. ibi, æstimatos non emendi, sed diuidendi animo. D. fami. hercis.* & si non est locus laudimiis. faciunt not. in *l. si inter virum. C. de iure dot.*

106. Pariter si duo permutent sua prædia, quantumuis exactè etiam in ipso contractu æstimata, tamẽ etiam respectu domini directi seu feudalis siue censualis, & etiam proximorum retrahere volentium, nil nisi meta permutatio est: quia non censetur æstimata nisi vt sciretur an & quanta esset læsio, & quãtum vel in solo vel in pecunia esset deducendum vel supplendum. ideo in feudo, tantum erit relevium. non autem quintum pretij nisi si quid suppletum sit, idque in pecunia & pro rata pecuniæ tantùm. Cæterum non est verum quòd Franc. Cre. singu. 18. & plerique alij iactant æstimationem regulariter & in dubio venditionem facere, nisi aliis concurrentibus: & ita restringi debent, quæ nimis generaliter tradit Do. And. Tiraq. *tract. de retract. proxim.* §. 1. *gl.* 14. *nu.* 20. *cum seq.*

107. Et quod dixi de permutatione, intellige habente effectum, quia vterque prædium sibi compermutatum retinet: secus si alter restituit compermutanti, vel expositum venditioni alij vendit, quia tunc recurrendum ad coniecturas simulationis, de quibus dixi ẽ. § 33 Non obstat *l. 1. C. de rerum permutatio.* quia ibi patruus ille non indigebat fundo sed pecunia, & fundum pro ea datum statim vendidit, & frater qui cùm contrahebat hoc sciebat: vnde frater euictionem passo non debet ei vel nepoti ex eo teneri ad corpus, sed ad pretium & id quod interest, vt in nouis intellect. dixi, quò remitto. E

108. Ex his ducitur incidens quæstio: donans mille amico vel benemerito in antidota, volẽs tuto assignare in ipso actu certum prædium acceptanti donat pro illis mille: An debeantur laudimia in censu, vel quintũ pretij in feudo? Videtur quod sic pro rata pretij quo res æstimata data est. Contrarium verũ est: quia cùm non præcederet certa efficax obligatio certæ summæ, non est datio in solutum, sed obligatio dandi pecuniã de qua tractabatur in ipso tractatu extincta est: multa enim tractantur quæ nullo vel alio modo perficiũtur, *l. si ex causa.* § *nunc videndum de minor. l. sciendum.* § *deinde de ædilitio edic. l. si voluntate. C. de rescind. vendit. c. dudum. de reb. eccl: sic non alienan. lib. 6.* Bal. *l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi.* Salic. in *l. cum allegas. col. 6. C. de vsur.* Alex. *consil.* 18. *lib. 1.*

A Itaque sola conclusio inspicitur quæ est donatio fundi ad quem deuentum fuit, & in qua sola totus actus resedit, nec exempto, sed ex donato fundum possidet acquisitor. Secus si intervallo post obligationem ad certam summam formatam & quæsitam daretur fundus in solutum, quia venditio esset.

109. Nisi si qua iusta ratio hoc reformaret: vt si * quis ex residuo dotis promissæ filiæ debet mille quæ gener tenetur in emptionem fundi dotalis impendere: si enim pater dat genero domum valentem & æstimatam mille, vt sit dotalis & propria filiæ, loco dictæ summæ quam gener tenebatur ita collocare: non est venditio, sed datio in dotem, quantumuis ex longo intervallo hoc fiat. Nec obstat quod pater dat in solutũ B præcedentis obligationis certæ summæ: quia illa obligatio non censetur mobilis, sed immobilis per ea quæ dicam j. §. 110. Tum semper inspicitur finis obligationis cui satisfieri satis est: non enim debebantur hæc mille propter se, sed fundi comparandi causa: ergo ab initio huic obligationi inerat, vt pater dando in dotem fundum talis valoris se liberare posset, vtpote pleniùs implendo, & eadem solutione generum exonerando & vtrique satisfaciendo per tex. *in forti, in l. si quis stipulatus fuerit, de solutio.* Amplio, vt nec relevium quidem debeatur si sit feudum, quia videtur dari in anticipationem successionis, per not. j. §. 159.

* Thema.

119. Sed è diuerso, quid si genet hæc mille recipiat, C & inde feudum vxori emat? Respond. locus aperitur omnibus iuribus & consuetudinibus de emptione & venditione loquentibus. Sed quid si non emat, verùm vnum ex fundis suis siue antiquis siue recenter quæsitum ex causa quæ in communionem non cadit, puta successionis legitimæ assignet in dotem? Et prima facie non videntur vlla iura dominicalia deberi, quantumuis gener à summa æquivalenti libereretur: quia non erat obligatus ex venditione, sed ex pacto dotalitio & rei vxoriæ actione: & sic fundum huiusmodi censualem quem assignat in proprium vxori, non vendit, nec dat in solutũ vllius venditionis quæ non præcessit: sed dotale pactum implet. Et hoc esset expeditum in censu. Sed * feudo in quo deberetur relevium non modica difficultas esset an statim deberetur, an D vero demum soluto matrimonio, quia quandiu stat genero, semper remanet vassallus, & fidelitas & homagium semper in eadem persona residet. Confirmo, quia cum matrimonium in rep. necessarium, tot in supertantisque suis difficultatibus opprimatur, non est iuris optimi: ergo nec laudabilis interpretationis aduentitiis etiam cumulare ponderibus. *l. vnica. versic. nec enim. C. de impo. lucrat. descript. lib.* 10. præsertim primas nuptias, quibus consuetudines magis fauent, vt ẽ. §. 33. Vltimo confirmo, quia vt in priore casu huius incidentis *q. nu.* 10. *in prin.* diximus, si gener iste alienum fundum à domino emat: & in dictam dotem assignet: Ex primo quidem contractu omnia iura dominicalia debentur: sed de assignatione in dotem, nihil debetur: quia iste secundus actus, non est emptio & venditio, sed implementum pacti dotalis. Alia ergo est acquisitio ab extraneo, ex qua secundum naturam eius iura excidẽtia debentur: Alia assignatio in dotem, ex qua nulla huiusmodi iura debentur. Sed quando maritus non emit à tertio, sed fundum suum proprium in dictam dotem assignat: nullomodo sumus in primo actu acquisitionis: sed duntaxat in secundo assignationis dotis, ergo nulla huiusmodi iura debentur. quia assignare suum antiquum à præteritis iuribus liberum fundum, idem est quod assignare nuper quæsitum ab eisdem præteritis iuribus liberum. Quibus * non obstantibus contrarium dicendum est, Quia eo ipso quod gener promisit hanc summam in emptionem fundi dotalis impendere: promisit emi & vendi vxori, aut saltem nomine vxoris vel dotis emere. Et sic semper præcedit obligatio emendi & ven-

* Incidens quæst.

* Solutio.

dendi, à qua posterior euentus formatur & iudicatur. *l. vnica. §. nulla de impo. lucra. descrip. lib. C.* Franc. Curt. *senior. consi. 69. col. 1.* Quanquam ergo hoc casu non emat: tamen se exonerat ab obligatione emendi, idque mediante certa compacta summa, quam suam facit: & sic in effectu fundum suum vendit, aut pro pecunia transfert, quod idem est, ergo vt ex venditione iura debentur. Transit enim fundus in alterius dominium, quia fit proprium vxoris, idque mediante pecunia ad hunc finem per eam vel eius nomine numerata, ergo vxori venditur. Et sic non obstat primum pro negatiua allegatum: quia non solùm præcedit obligatio emendi vel vendendi: sed etiam actus iste in effectu venditio est de præsenti. Non obstat vltimum quia quando maritus emit à tertio vt pacto dotali satisfaciat, non censetur emere nomine suo vel pro se: sed nomine vxoris, vel dotis assignandæ causa: & non sunt duo actus per se, sed vnus, vel duo subordinati, quorum posterior est executio prioris, & vbi vnum propter alterum, vel duo propter vnum vtrobique vnum tantum. *l. cum seruus.* & ibi Paul. Ioan de Imol. *de condit. & demonst.* Bald. *l. quicunque. col. 1. C. de serv. fug. in c. ex tenore. de rescript. in rub. de postul. prælat. extra glo. c. latores. verb. ab officio de cleri. ex commu. ministran.* Ias. *repet. l. quominus. not. vlt. de fluminibus.*

111. Confirmatur facili paradigmate: mortuo enim marito ante implementum dicti pacti, hæres qui tenetur ad integra mille, siue quod vidua non habuerit communionem in bonis, siue illi renunciauerit, vt dicemus j. §. 115. siue quod conuentum fuerat eam sũmam super parte viri capiendam, si constante matrimonio non esset in proprium vxoris conuersa: si hæres iste vnum ex fundis propriis defuncti det viduæ in solutum, nemo dubitat tanquam ex venditione iura dominicalia deberi: igitur non minùs debentur siue vir ipse constante matrimonio, siue superstes vxori hæredibus eius idem faciat. Quod si vidua esset socia bonorum, hæc satisfactio posset fieri per modum diuisionis bonorum communium, vel in ea confundi, & tunc nulla iura dominicalia deberentur: per no. v. §. 33. *q.* 22. & in hac eadem gl. *nu.* An autem his casibus vel aliquo eorum, & quando locus esset retractui proximitatis dicam j. §. 184. Et quod nuper dixi semel tantùm tanquam ex vno actu hæc iura deberi: Amplio primo etiam si maritus ab illo tertio simpliciter vel etiam suo solo proprio nomine expresso emerit. Amplio 2. etiam si solo nomine suo realem possessionem acceperit. Amplio 3. etiam si postea ex interuallo maritus declararet quòd emit nomine vxoris, vel etiam quòd nomine proprio, sed intentione assignandi in dotem prout assignat: quia ex quo constat de præcedenti vera & non simulata obligatione conuertendi in emptionem, vel etiam omisso verbo emptionis, de acquirendo vel assignando in dotem: Nec qualitas nominis proprij viri in acquisitione adposita nec interuallum impediunt actum perfici, id est priorem obligationem hac in re impleri, vt sic non debeantur iura dominicalia bis, sed semel tantum per ea quæ in simili diximus v. §. 43. *q.* 5. *in 1 limitatione.* Sublimito primò, vt viro post notabile interuallũ ab emptione nomine proprio facta defuncto, non possit hæres hanc declarationem facere, quàm defunctus non fecit, nisi aliàs vel ex coniecturis propinquis appareat eam fuisse voluntatem mariti, aliàs noua iura debentur de datione fundi facta per hæredem in solutum dictæ summæ vel pacti dotalis. Sublimito secundo in acquisitione inopinata, seu quam constat obuenisse marito etiam constante dicto matrimonio, absq; animo impendendi in dictam dotem: vt si donatio, legatum, successio prædiorum obuenit matito qui vnum ex his in dotem assignat, possunt etiam bis iura deberi secundum naturam rei & consuetudinem vbi sita est, nisi constet de animo tempore acceptationis, vt quia dixit se acceptare donationem vel legatum vt habeat vnde satisfaciat dicto pacto, vel nisi infra modicum tempus hanc assignationem faciat, id est infra annum dicti fundi acquisiti, quia hæc iura quæ fructus vnius anni æquãt, & multò fortiùs si excedũt (vt v. §. 76. *nu. & de quinto pretij in feudo* v. §. 33. *nu.* 6.) si plura eodem anno contingant, non debent vnius anni fructus excedere, vt diximus v. §. 33. *q.* 38. *nu.* 113. & ita in simili decidit gl. *pragmat. tit. de annatis ver. soluatur.* quod vbi de facto singularum vocationum vel mutationum beneficij ecclesiastici, vnius anni fructus exiguntur (quem iniquum & profligandum abusum, deportum vocant) si contingat beneficium pluries eodem anno vacare, non nisi semel exigendum est. Idem decidit de decimis aut aliis quotis fructuum primi anni: & citat duas extrauagantes Clemen. 6. quæ non extant. Sed tamen hoc indubitatum est, non enim id in originali inuestitura actum intelligitur, vt proprietas mergatur vel nimis inutilis fiat: sed vt casu reseruato occurrente, quod pactum est de fructibus, demetatur prærogato & dominicali iure. Quod autem pluribus mutationib. eodem anno excidentibus, ex vna tantùm hæc iura semel debeantur expresè volunt consuetudines Turonensis *tit. des rachapts & rentes* §. 9. Pictauiensis §. 134. 165. & 168. Hic sese offert famigerata illa quæst. de re emphyteutica data in dotem æstimata, sed quia implicitam habet materiam emphyteusis & commissi, de quibus tracto in §. seq. remitto ad *fi. §. seq.*

112. ¶ Octavo principaliter quæro, quid si dominus emerit à vassallo vel censuario fundum vel rem censualem, deinde cognatus venditoris iure proximitatis * retrahit à domino vtrum teneatur ad laudimia vel quintum pretij? videretur quòd non: quia siue cõsideremus primam venditionem factam domino nulla iura orta sunt, nec debentur ex illa: siue consideremus retractum adhuc minus, quia ex retractu cùm nõ sit noua venditio, & retrahens non dicatur emere à domino nec cum illo contrahere, quoniam ab inuito ex potestate consuetudinis retrahit. Et sic non possunt iura de nouo oriri, nunquam etiam tenetur retrahens ad noua iura, sed solùm ad refusionem præteritorum si qua sint ex venditione quæ hîc non inueniuntur. Quibus non obstantibus dicendum omnia iura deberi: quia retrahens eo ipso subrogatur in emptione in locum domini, & in omnibus perinde est ac si primo loco à vendente emisset, vt tactum est v. §. 20. *glos.* 1. *nu.* 78. Et ita expressim disponit consuet. Borbonien. §. 400. & generaliter obseruandũ est: secus si emit à domino voluntariè vendente, puta post annũ retractus, quia tunc ista est noua prima inuestitura & concessio feudi, de qua pro hac prima vice nulla iura debentur, vt in *gl. 5. seq. nu.* 5. Idem dominus per cõsuetudinem loci vel per superiorem cogitur ponere extra manus suas: sed si dominus non coactus à iudice, sed voluntariè cõtractum agnoscat & restituat etiam post tempus cognato venditoris sui per modum dimissionis iure retractus: tunc locus est conclusioni nostræ, vt iura debeãtur, & sic vis est in modo & forma faciẽdi: & sibi imputet qui taliter contrahit, vt diximus v. §. & idem in domino censuali habente ius retractus.

113. ¶ Nono quæro, dominus locauit feudum à quo subfeuda & census dependent vnà cum iuribus omnibus & appendiciis, ita quod etiam commoda iurium dominicalium includuntur, deinde emit aliquot ex illis subfeudis vel rebus censuariis, an teneatur soluere vel deducere quintum pretij aut laudimia * colono suo? Breuiter respondi sic, quemadmodum & illi cui cessisset vsumfructum, vel etiam separatim omnia commoda dominicalia ad vitam vel ad tempus, quẽadmodum etiam deinceps tenebitur eidem soluere censum vel deducere & in subfeudis si vendat ea, debebit eidem quintum pretij: & si decedat sine filiis,

* Retrahens agnatus à domino eoque emptore vtrũ laudimia ipsi domino debeat.

* Solutio. * Colono laudimia deducere vtrũ debeat dominus, si subfeudum emerit dependens à feudo, quod locatum est colono.

eius hæredes debebunt releuium quicunque debeantur hæc commoda ſicut in reliquis fructib. ſed an dictus colonus vel vſufructuarius poſſit iure dominico prehendere feuda ex defectu hominis & iurium vel impedire ex defectu cenſus? Reſpondi quod non poſſunt hoc facere niſi expreſſo & ſubintellecto nomine procuratorio domini: per no. *gl.* 1. ℭ. §. 1. *q.* 1 §. 20 *gl.* 1. *q.* 2. & ſic nequeũt illud mandatum contra ipſum dominum exercere, non ſolùm quia generali mandato non continetur perſona loquentis. *l. inquiſitio. C. de ſolu.* ſed magis quod hoc non poteſt fieri iure vtili tantum ſed iure directo: quod non poteſt à domino ſeparari. *l. pro ſocio.* 3. *& ibi gl. & Doct.* & ſic videretur idem ius directum ab eodem cõtra eundem exerceri: quod eſt repugnans ſibi: ergo conſulet colonus via compenſationis, fructuarius autem via actionis vtilis.

114. ¶ Decimo quæro, quia prædicta in cenſibus, etiam data paritate terminorum (vt ſæpe dixi) procedunt in feudis & contrà, an dominus directus poſſit vti retractu * in re cenſuali, extraneo vendita ſicut in feudo? Reſp. non, niſi vbi conſuetudo loci hoc diſponit, vt conſuet. Aruerniæ *tit. des emphyteoſes.* §. 6. *Ducatus Burgun. tit. des cenſes.* §. 1. 3. 4. & Comitatus Burgun. *tit. des cenſes.* §. 1. *tit. des rachapts.* §. 5. Niuernen. *tit. des cenſes.* §. 5. Syluanecten. §. 237. Claromon. §. 117. Valeſiana. §. 14. 20. 21. 25. Bituricen. *tit. de la retenuë.* §. 1. & quædam aliæ hoc enim crebrius erat, & ab antiquis prætorij Pariſienſis advocatis accepi, quod etiam Pariſiis locum habebat in ſecularibus, non eccleſiaſticis dominis: ſed in harum conſuetudinum redactione diſſimulatum (vt quædam alia) & omiſſum, quo ciuib. liberiùs eſſet commerciſi. Quædam autem conſuetudines expreſſim derogant, vt Senonenſ. §. 237. *in veteri: & §. 241. in noua.* Sed non eſt opus denegare, quia ſatis eſt non cõcedere per prædicta. Et intellige quod vbi conſuetudo derogat, non derogat titulo particulari vel pacto ſpeciali inueſtituræ ſi de eo conſtet: ſed tantũ non dat hoc ius iure conſuetudinario vel legali: ſuum enim non tuum ſibi ſubſtrahit beneficium, vt in ſimili ait gl. *magna in l. aſſiduis. C. qui potio. in pig. hab.* Sed in locis, vbi conſuetudo dat retractum domino cenſuali quæ nuper de retractu feudali diximus, & latè ℭ. §. 20. etiam in cenſu regulariter locum habent & repetita intelliguntur.

* Retractus in cenſu vtũ domino fit permiſſus.

115. Libet exemplum vnum vtriq; commune excutere. *Petrus prædium feudale vel cẽſuale valoris mille vendidit pro quingẽtis Titio ſub facultate redimendi ad ſex vel ſeptem annos: Titius ſoluto quinto pretij vel laudimiis inueſtitur à domino directo: deinde pẽdente adhuc dicta facultate redimendi, Petrus vendit vel remittit eam, eidem Titio pro quingentis. Nunc dominus directus qui fortè tempore dictæ inueſtituræ carebat pecuniis quibus nunc abundat, vult vti retractu dominico dictæ facultatis redimendi, deinde virtute illius fundum ipſum retrahere, an poſſit? Videtur omnino quod non, vt iam in feudo tex. eſt ℭ. § 21. & idem eadem cõſuetudo diceret in cenſu ſi in eo dediſſet ius retractus: Tum ſecundo dominus Titium in vaſſallum vel cenſuarium approbauit, ratione eiuſdem fundi iura recepit, & eum inueſtiuit, ergo à retractu ſe alienum fecit, ſiue in feudo. d. §. 21. ſiue in cenſu: de quo ſatis idem tacitè cautum intelligeretur *l. biſolis. C. de reuoc. donat.* Nec obſtat quòd ſi primò media pars fundi venditur, & dominus inueſtit quod non ſe priuat retractu alterius partis etiã indiuiſe, etiam ſi eidem emptori reliquum poſtea vẽdatur, quia hoc reliquũ eſt prorſus aliud à parte vendita nec eam cõcernit. Ad hoc caſu totus fundus fuit primò vẽditus, & totius dominiũ & poſſeſſio tranſlata, totus mutauit manum, venditio verò ſequens non refertur ad aliã partem nõ venditam: ſed totũ eundem fundum concernit, prout etiã inueſtitura à domino data, de toto fundo & nõ de parte data eſt: ergo nihil poteſt retrahi à domino qui ſe ſemel à toto (cùm totum retrahere poſſet) excluſit.

* Hypotheſis.

116. Tum ſequens venditio vel remiſſio iuris redimendi, nihil aliud eſt quàm confirmatio abſoluta venditionis iam factę non autem noua venditio fundi iam in totum venditi. vnde ſicut liberatio à ſeruitute reali non apetit locum retractui, multò minùs liberatio ab obligatione perſonali. Tum quemadmodum ſi ex *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* venditor cogit emptorem ſibi ſupplere tantũdem & paulò plus pretij, dominus directus qui ſemel emptorem approbauit & iura acquiſitionis recepit, non poteſt amplius prætextu eius quod ex eadem cauſa ſuperuenit, redire ad retractum omiſſum, etiam ſi ideo omiſerat, quia ſciebat venditorem acturũ ex *d. l.* 2. contra emptorem & putabat venditionem reſolutum iri, vel quia carebat pecuniis, quamuis nunc ſecus contingat quam putabat, quia emptor non eligit reſolutionem, ſed ſupplementum, & nunc dominus habet pecuniam otioſam: tamen non poteſt redire ad retractum ſemel ex eadem cauſa omiſſum, ſed contentari debet laudimia ſibi ſolui de pretio ſuppleto: ita hic quia ſperabat venditorem qui dimidio minùs vendiderat redempturum: tamen ex eo quod ſecus quàm ſperabat contingit, & multò minùs ex eo quòd nunc pecuniam habet otioſam, non debet redire ad retractũ ſemel omiſſum ſed debet pro hac vice contentari ſupplemento laudimiorum de pretio remiſſionis dictę facultatis redimẽdi. In quo ſatis iuribus domini alioquin mox perituris pro hac vice conſulitur, quia ſi modico quod ſupereſt tempore lapſo dicta facultas extingueretur, nihil omnino iuris domino directo quæreretur.

117. In contrarium fortiter argumentor, vt videas quàm exacta analyſi ſingula diſcutio: primò, quia hoc ius redimendi eſt pars integralis & effectualis fundi ſiue dominij vtilis & perpetuæ proprietatis, cuius nulla pars dicitur perfectè & abſolutè vendita, donec hoc quoque ius à venditore retentum, emptori acquiſitum fuerit. ad hoc Phip. Dec. *con.* 88. *col.* 2. ergo cum per pecuniam & veram emptionem acquiratur, omnia iura dominicalia oriuntur. Et qua ratione nouum ius quinti pretij vel laudimij, eadem ratione nouũ ius retractus, vt eſt regulare, non oriri ius quinti pretij, niſi vbi pariter oritur ius retractus & contrà. Non obſtat inueſtitura & approbatio emptoris, quia illa facta eſt pro primo contractu tantum, non autem pro ſecunda acquiſitione: imo in illa inueſtitura expreſsè fuerunt reſeruata omnia alia iura domini directi ex clauſula vulgari, ſaluo in aliis noſtro & in omnib. alieno iure: ſed iſta eſt noua & volũtaria vẽditio & acquiſitio nihil de ſe habens cõmune cum prima nec ab ea dependẽs.

118. Secundo probo euidenti paradigmate: quia ſi * Petrus vendiderit illam facultatem Caio qui recuperauit à Titio, dominus directus retrahere poteſt à Caio, dũmodo non ſit extraneus à cognatione Petri, non obſtante etiam inueſtitura, quantumuis in plena & abſoluta forma per eundem dominum medio tempore data Titio refundendo per dominum directum vtrumque pretium & redemptionis & emptionis dictæ facultatis, vt retigi ℭ. *ea. gl. nu.* & latè diſputaui ℭ. §. 20. *glo.* 4. *nnm.* 4. *& 7.* Nunc ergo venditione dictæ facultatis facta Caio, etiam antequam redimat vel ea vtatur dominus directus poteſt illam ſtatim retrahere à Caio, & hoc facto retrahere eũdem fundum à Titio quantumuis à ſe inueſtito; quod ergo poteſt dominus directus obtinere per circuitum & in vtrunque caſum ſiue Caius iam redemerit à Titio, ſiue nondum redemerit, debet id poſſe recta & ſine circuitu intra dictum tempus redimendi, ſiue Titius poſt dictã inueſtituram eandem facultatem redemerit mediatè vel immediatè, hoc eſt ſiue à vẽditore ſuo, ſiue à Caio cui venditor ceſſit: qui Caius non potuit in præiudicium iuris domino directo quæſiti remittere aut vendere hanc facultatem Titio, non magis quam ab illo redimere durante ſemper dictæ redẽptionis tempore.

* Exemplum.

A Chaalons, vendidit quis feudum ſub facultate redimendi ad 20. annos, cuius facultatis factum inſtrumentum ſeparatum. Emptor exhibet inſtrumentum venditionis, tantum ſolvit quintum, *& eſt receu en foy*. Poſt quindecim annos hæredes venditorem vendunt iſtam facultatem eidem emptori. Quo mortuo, *le Procureur fiſcal*, domini feudalis *pourſuit les heritiers*, emptoris ad exhibendum inſtrumenta facultatis redimendi & venditionis dictæ facultatis. Negant ſe habere, ſéque purgant iuramento. Permittitur actori probare, qui per duos teſtes probat venditionem dictæ facultatis, ſed non pretium. Et ſic hæredes condemnantur exhibere infra quindecim dies. Alias permittitur actori capere quas concluſiones voluerit. Appellant: confirmatur *par le Baillif de Chalons, & par le Baillif de Dijon*. Ideo eorum primo iudice actor petit, *que leſdits heritiers ſoient tenus luy faire vente de ladite faculté de rachapt, & ce fait, luy delaiſſer le fief* in vim *de ladite faculté*, quanquam tempus ſit lapſum, quia ignorauit & non fuit exhibitum, *ils y ſont condamnez & confirmez par ledit Baillif & par arreſt. L'appellation & ce dont a eſté appellé au neant, les appellans cõdamnez à delaiſſer par retraict feodal ladite faculté.* & in vim *d'icelle, le fief en refondant par le ſeigneur* vtrumque pretium, *& les loyaux couſts, auec les reparations vtiles & neceſſaires, deſpens compenſez*. Reſp. Bene iudicatum, *& que ſoubs les loyaux couſts vient le quint payé* ab initio, *& que* per peritos debet æſtimari pretium dictæ facultatis, ſed inſpecto tempore facultatis venditæ. Secundo, quod teſtes actoris tardius loquuntur, quia cum loquuntur de diuerſo tempore inſpicitur longius interpretando contra probantem. *c. in præſentiam extrà de probatio.*

119. Sed certè hæc incidens quæſt. an illa facultas Caio vendita ſtatim poſſit retrahi à domino, valdè diſputabilis eſt, quare remitto ad *q. ſeq. nu.* 18. Et alio modo tertio probo affirmatiuam, quia quantumuis cognatus Petri lapſu anni & diei ſit excluſus à retractu ex capite primæ venditionis: tamen ſi poſtea Petrus vendat vel pretio remittat hanc facultatem eidem Titio, poterit cognatus Petri ex capite huius nouæ venditionis infra nouum annum & diem retrahere dictã facultatem, & illius virtute infra tempus eiuſdem facultatis vel infra tẽpus quod ſupererat tempore retractus ntè petiti, oblationum factarum & moræ ſibi factæ, fundum ipſum redimere. & ſic in effectu retrahere ex noua venditione dicti iuris. ergo idem licere debet domino directo ius retractus habenti ſiue ex conſuetudine ſiue ex ſpeciali pacto inueſtituræ, & cognato primi venditoris non concurrente, à quo ſolo vinci poſſet: quia excepta prælatione proximi, ambo retractus regulariter æquiparantur.

* Ioſuio. 120. Verum iſtis non * obſtantibus cõcludo pro prima & negatiua parte, quia Titius eſt approbatus in vaſſallum vel cenſuarium, & ſic ſi venditur ei dicta facultas non aperitur de nouo ius retractus domini directi ſemel remiſſum: ſed tantum fit augmentum laudimiorum pro rata pretij dictæ facultatis non natura ſua extinctæ, ſed redemptæ, ſecus ſi venderetur tertio, vt in *q. ſeq.* Non obſtat quod ius redimendi eſt pars integralis, vt *ſup. rub. gl. nu.* 117. quia verum eſt, ſed facit pro negatiua: quia per idem argumentum vtile dominium in toto venditum & tranſlatum eſt, & ſic facta eſt approbatio perſonæ in toto fundo, & excluſio iuris retractus & electio laudimiorum per totum fundum: quia huiuſmodi pars integralis reſpicit totum & ſingulas partes tam diuiſas quam indiuiſas: ſecus in parte quota vel locali Non obſtat quod cognatus retrahere poteſt, quia duplex eſt in hoc differentiæ ratio; Prima, quia cognatus nihil fecit ad approbationem perſonæ ementis vel contractus, ſed tantum ceſſauit.

121. Quod ſi pariter id contigiſſet domino directo, & nihil etiam cum eo geſtum fuiſſet ad excluſionem retractus per Titium qui hoc reſpectu dormiuit (vt verbis noſtræ conſuetudinis vtar) & ſic dominus vigilauit hoc reſpectu, hoc eſt in integro iure ſuo retrahendi ex prima venditione, proculdubio poſſet retrahere, ſed etiam vtrunque pretium deberet refundere, nec poſſet dicere ſe velle habere rem redimibilem à venditore infra tempus dictæ facultatis, quia debet Titius abire indemnis. Quòd ſi interim in re cenſuali recepiſſet etiam ſcienter cenſum à Titio, non ſibi præiudicaſſet in iure retractus (niſi vbi conſuetudo dicit) dummodo non recepiſſet laudimia vel partem, nec compoſuiſſet aut dilationem ſoluendi dediſſet, nec inueſtiſſet. quia ſimplex receptio cenſus non inducit approbationem perſonæ, vt dixi ſupra §. 74. *gl.* 1. *nu.* 150. quia ſemper debetur à quocunque poſſeſſore vel etiam non poſſidente, ſed exiſtente in poſſeſſione: & res ipſa debet. Secunda differentiæ ratio quia retractus proximitatis multo fortior eſt fauorabilior retractu dominico, & ſic non valet argumentum de maiori ad minus in quo eſt minor ratio.

122. Amplio primò concluſionem huius q. in dicta hypotheſi *nu.* 115. etiam ſi Titius non fuit inueſtitus, ſed tantum inducias fidei habuit in feudo vel de laudimiis compoſuit, vt ſ. §. 21. ſatis eſt enim dominum directum ſemel ſuo facto ſe excluſiſſe à retractu pro hac vice, & ab hac acquiſitione quia per ſuppreſſionem iuris redimendi non eſt noua acquiſitio, ſed prioris confirmatio, ergo dominus ſemel approbatum infirmare non poteſt, nec in alterius præiudicium mutare conſilium. *c. mutare. de reg. iur. in 6* Et electio trahit ſecum executionem priuationis in extremo, & ſic quamuis electio habeatur à lege, tamen non licet variare: nec opus eſt his quæ ſuper hoc cumulat And. Tiraq. in *tract. de retract. proxim.* §. 24. *nu.* 7. Amplio ſecundo, etiam ſi dominus nullo modo approbauerit nec quicquam geſſerit cum emptore, qui tamen quod in ſe eſt fecit, ſaltem ea fecit quæ ad excludendum hunc retractum ſufficiunt, vt ſi debitè notificauit & inſtrumenta emptionis exhibuit, deinde lapſum ſit tempus per cuius fatalem terminum dominus negligens iure retractus priuatur, vt ſ. §. 20. quia factum legis non minus pollet quam factum hominis.

123. Amplio tertio, etiam ſi Titius de facultate redimendi à venditore retenta nihil dixit nec exhibuit, quæ ſæpe conſcribi ſolet in inſtrumento ſeparato à ſolo venditore ſuo ſumptu leuando: quia hæc taciturnitas quoad dominum directum, cuius iuribus non officit, impertinens eſt, & potius eum inducere deberet ad ſtatim retrahendum ſi vellet & poſſet, nec eſt aliqua mulcta huius rei omiſſæ etiam in cenſu, forſan enim nunquam caſus continget & nondum domini intereſt. Sed ſi poſtea eam facultatem redimat Titius, tunc debet exhibere & notificare ob augmentum laudimiorum quæſitum, tunc etiam vt dominus retrahere poſſit, & ſi per octiduum in cenſu ceſſaret caderet in mulctam de qua ſ. §. 77. Non nego quin dominus directus poſſit petere omnia inſtrumenta huiuſmodi ab initio ſibi exhiberi, & quin fieri debeat & iuramento purgari, quia ſunt pars contractus, ſed hoc nihil ad præſentem q. 124. Amplio quarto, etiam ſi Titius vel quis emptor faceret acquiſitionem ſuam incommutabilem aliunde, puta ſpem futuræ ſubſtitutionis redimendo, etiam ab alio vel etiam à ſuo venditore: vt quandoque contingere poteſt, vt quando quis vendidit quicquid iuris tunc in re habebat duntaxat ſine obligatione euictionis, & poſtea ei ius ſubſtitutionis acquiritur, quod emptor rurſus emit, quia ſi ſemel inueſtitus fuit vel alias approb tus à domino, vel dominus aliter (vt in 1. & 2. ampliatione) à retractu excluſus, non poteſt retrahere prætextu huius nouæ acquiſitionis, quæ non eſt propriè noua acquiſitio, ſed prioris confirmatio.

125. Sed

Digitized by Google

115. Sed an debeantur noua iura vtilia? Breuiter dico quòd ſi priùs emit iuſto & integro pretio, & ſic ſoluit quintum vel laudimium, ſummum videlicet totius æſtimationis, tunc nullum eſt nouum laudimium, quia iuſto pretio ſemel emit, & tali quo res deberet ſua eſſe perpetuò & incommutabiliter, & quod nunc aliud pretium addit, cenſetur cauſa vexationis redimendæ facere, etiam ſi non emat ab exigente indebitè, ſed verum ius habente: tamen reſpectu ſui authoris contra quem nullum vel inefficax (quia ſoluendo non eſt) recurſum habet, dicitur reſpectu authoris ſui, qui debet præſtare habere licere, quod non præſtat, & conſequenter etiam reſpectu domini directi qui ſolidum laudimium quaſi perpetuę & incommutabilis acquiſitionis recepit, vexationem redimere. Et ſic non debet dominus directus dè infortunio & damno ſui vaſſalli vel cenſuarij lucrum aut quæſtum nouum facere, nec afflictio danda afflicto. Secus ſi Titius initio vili pretio emiſſet: quia tunc cenſetur hoc factum metu dictæ ſubſtitutionis vel alterius oneris quod poſtea apparuit, & ſic de eo quod ad illud redimendum datur, tanquam de iuſto pretij totius fundi ſupplemento, noua iura vtilia debentur, non autem retractui dominicali locus eſt.

116. Fallit dicta concluſio ſuprà num. 120. ad hypotheſim *ſuprà num.* 115. ſi Petrus initio non vendidiſſet totum fundum, ſed partem: tamen ſe obligaſſet eidem vendere reliquum, ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione, ſiue præcisè, ſiue per modum prælationis, ſiue in eodem contractu, ſiue ſeorſim, & poſtea Titius reliquum emit: hæc eſt enim prorſus alia acquiſitio, & non ſimplex prioris confirmatio & omnia iura debentur, quia etiam Titius non fuit inueſtitus, nec aliquid exhibere potuit de parte quæ non erat vendita, ſed nunc primùm venit. Amplio primò: etiam ſi Titius domino directo exhibuit inſtrumentum venditionis partis, & promiſſionis vendendæ reliquæ partis eiuſdem contractus contemplatione factæ & dominus ſimpliciter inueſtiuit, quia nihilominus etiam iure retractus pro parte poſtea vendita vti poterit: quia ex quo de parte promiſſa vendi, nec traditio facta erat, nec pretium ſolutum: inueſtitura & approbatio domini directi nullomodo in illam partem adhuc integram & in veteri ſtatu manentem refertur: ſed ſolùm ad partem venditam, & de qua iura ſoluta vel obligata ſunt, non autem de qua nihil oblatum fuit nec ſolutum: & ſic quoad hanc partem dominus integra iura habet. Amplio ſecundò dictam fallentiam, etiam ſi Titius tempore inueſtiturę iam emerat aliam partem contractu ſeparato, quia ſatis eſt quòd dominus non inueſtiuit niſi de vna parte, etiam ſi ſciret de alia, dummodo circa aliam non fuerit factum aliud excludens à retractu.

117. Fallentiam ſic ampliatam ſublimitro: ſi ex forma contractus ſatis apparebat Titium non fuiſſe emptorum partem primam ſine ſpe ſecundæ, quia dominus qui hoc vidit & retractu vti noluit, non poterit nunc vti retractu ſolius partis nuper emptę inuito emptore, niſi etiam offerat totum retrahere, quod poteſt etiam ſi emptor fuiſſet ſimpliciter & ſine proteſtatione inueſtitus de priori contractu: quia ſatis eſt quòd dominus non renunciauit iuribus ſuis pro alia parte, & quod ſciebat pro illa ius ſuum quale contingeret durare: quando caſus accideret qui erat incertus & pendens ab arbitrio alieno. Porrò quando dominus non habet ius retractus niſi pro parte & emptor habet iuſtam cauſam non diſcedendi niſi à toto, non penitus domino ſi offerat toti retrahere, vt emptor diſcedat indemnis, vt planè dixi ſ. §. 10. *gl. 1-4. 6.* quò remitto: quia nihil his quæ plenè ibi dixi addere expedit, niſi quod ibi *n.* 51. dixi rei ad retractum conuenti, eſſe hanc electionem. Addo quòd idem tenent Raphael Fulgoſius in *l. quòd ſi nolit* §. idē Marcellus de Ædilit. edict. Lancel. Deci. in *l. cui vſufructus de vſu & vſufruct. legat.* & eam ſententiam noſtram confirmauit Do. Andr. Tiraq. ſenator ampliſſimus & doctiſſimus in tract. *de contractu proxim.* §. 23. *glo.* 2. *ad nouem.*

118. ¶ VNDECIMO quæro ſuper ea hypotheſi *ſup. num.* 115. de q. huc remiſſa *ſup. num.* 119. Petrus ipſe non redimit à Titio, an dominus directus poſſit quintum pretij vel laudimium, & quantum exigere à Caio vel ab eo retrahere? Hæc q. mihi quidem expedita erat, vt ſuprà *eo. num.* 118. ſed non æque aliis, quippe ſub qua lateant hinc inde argumenta veritatis elucidandæ cauſa in apertum eruenda. vt notando & diſputando non defunctoriè, ſed bene & optima ratione decernamus, vt Herennius ille Modeſtinus in *l. vlt.* §. *mixta. de muneribus & honoribus*, & veluti ferro viam aperiendo, iuxta Bal. in *l. precibus col.* 5. *de impub. & aliis ſubſtit.* hactenus tamen, vt aperiatur, non autem nimia altercatione ſophiſtarum mora obruatur veritas. Et primò nulla penitus iura debita videntur neque de venditione dictæ facultatis, neque de redemptione. De prima patet: quia non eſt venditio nec mutatio fundi, & hoc liquidum eſt in feudo, quod dum Petrus vendit illam facultatem Caio, nec venditor nec emptor dictæ facultatis ex eo facto obligatur ad aliquod quintum pretij: poteſt enim Caius negligere, vel aliàs impediri ea facultate vti, & ſic totum ſibi perit: & venditio fundi per ſe confirmatur, & nullum ius vndique domino feudali quæritur, & idem in cenſu, vt ſatis dictum eſt ſuprà *ea. glo. num.* 133. De redemptione etiam liquet, quia illa non eſt aliud quàm executio prioris contractus, de qua executione nulla noua iura oriuntur nec debentur, vt latè probauimus ſ. §. 33. *q.* 3. *nu.* 12. *& 15.* quibus adde Bald. *conſil.* 415. *iſta ſolemnitas lib.* 2.

119. Quibus non obſtantibus dico omnia iura tanquam ex noua voluntaria venditione & mutatione eſt aperta domino directo: qui ſi eligat quintum pretij vel laudimium, debet illud habere de vtroque pretio, tam venditionis dictæ facultatis quàm redemptionis. Quòd ſi retrahere malit, poteſt vtrumque pretium refundendo, vt factum eſt ſupra *ea. glo. num.* 127.

130. Non obſtat primum, quia verum eſt quamdiu in illis terminis ſtatur, videlicet antequam Caius redimat infra tempus redimendi in vim facultatis emptæ: quia cùm poſſit, multis inopinatis in arcto tempore ſæpe occurrentibus impedimentis, ius emptum etiam diligenti & inuito perire, cenſetur interim aleam magis quàm fundum ipſum emiſſe, quem tamen in effectu cenſetur emiſſe euentu ſecuto, velut ſub tacita & implicita conditione, qua purificata verus eſt emptor fundi: & ſic tunc omnia iura debet & non priùs. Vnde non priùs tenetur domino directo quicquam notificare nec illum adire ſicut emptor ſub conditione vel ſub clauſula reſolubili: deficiente conditione vel reſolutione ſecuta, nihil debuit nec debet, ſed extante conditione vel deficiente reſolutione omnia debet ſecundum naturam & qualitatem acquiſitionis, vt & ſuprà *eod. gloſſ. num.* 113.

131. Non obſtat ſecundum, quia procederet ſi ipſemet Petrus vel eius hæres pro ſe redimeret, tunc enim eſt mera executio & recurſus ad priorem ſtatum quod fauorabile eſt, & immune eſſe debet, ſuprà *ea. glo. nu.* 71. ſecus quando non pro ſe, ſed pro alio redimit, vel quando ius redimendi cedit alij qui pro ſe redimit: quia tunc idem eſt ac ſi ipſe primò redimeret, deinde alij de integro venderet. Ex hac enim ſecunda noua venditione nemo dubitat omnia de nouo & plena iura dominicalia oriri, ergo idem quando non redimit ipſe, ſed cedit redempturo qui etiam de facto redimit, quia omnino idem effectus eſt,

ergo idem ius *l. vlt. C. deconſtit. pecunia*, & alioquin A procliue eſſet fraudare dominos iuribus. Cuius etiam nouiſſimus emptor non minus plenum & integrum pretium ſolidæ emptionis in hac hypotheſi numerat, quàm ſi expectaſſet Petrum priùs redimere, vt ab illo ſimpliciter emeret, quamuis in hac noſtra hypotheſi partem totalis pretij fundi ſoluerit Petro ius redimendi habenti, & partem Titio ius redimibile habenti. Eſt enim ſimile quando acquisitor primò ſoluit ſingulis creditoribus vaſſalli vel cenſuarij, etiam ceſſiones iurium ab eis accipiendo, de quibus nihil dum iuris oritur domino directo, & nouiſſimè reliquum æſtimationis dando fundum liberum acquirit, quo ſecuto (& non priùs) omnia iura oriuntur: ſed omnia dicta pretia quæ plenum pretium acquiſitionis intrant, B & conficiunt in iuribus dominicalibus æſtimandis cumulantur, de quo etiam infrà *eod. gloſſ.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 25.

32. § DVODECIMO quæro, ſuper eodem themate. Petrus vendidit Caio, ſed gratis ei ceſſit ius ſuum redimendi quo Caius redimit, an & quæ iura debeantur? Breuiter quia radices argumentorum ſatis retectæ ſunt, reſoluendo dico quod Caius debet quintum vel laudimium de pretio dato Titio, de reliquo vero nihil debet in cenſu, ſed in feudo debet releuium pro rata, prout ſuprà *ea. gloſſ. nu.* 115. *& ſatis ſuprà* §. 20. *glo.* 3. *quæſt.* 12. diſputauimus de re partim vendita & donata: mutat enim manum partim per venditionem, partim per donationem & perinde eſt ac ſi Petrus redemiſſet, deinde abſolutè ſine onere vendidiſſet pro quingentis, & ſic pro dimidio pretio, & conſequenter dimidium dando & ſic partim donando, partim vendendo, cum ſit valde notabilis & manifeſta inæqualitas.

33. Secus eſſet ſi alioquin prædium væniiſſet iuſto pretio, & nihilominus Titius de gratia dediſſet facultatem redimendi in eodem contractu: quia ſi poſtea donat illam facultatem Caio qui retrahit, vt debetur ſolidum quintum vel laudimium de pretio integro, ita in feudo nullum releuium debet ratione dictæ facultatis ſibi donatæ, quia ex quo iuſtum pretium ſoluit dicitur totum mundum emiſſe, & ſic nullam eius partem ex cauſa donationis habere, & in effectu donatione dictæ facultatis nihil ſibi donatum eſt ex quo nihilo minus numerauit quantum res valet, & D quanquam non ſit inutile legatum de re vendenda iuſto pretio *l. & ſi æquo de leg.* 1. quia verum eſt quantum ad hoc, vt agi poſſit propter quaſdam vtilitates perſonales vel accidentales, vt inquit gloſſ. in *d. l. & ſi æquo*. ſecus quoad alia. Vnde de tali legato non detrahetur falcidia: quia nihil abeſt hæredi, cui tantundem adeſt quantum valet & eadem ratione nihil hinc metitur domino directo.

34. Quemadmodum pari ratione ſi venditurus promittit Caium præferre, vel præcisè illi vendere, de hoc pacto nihil quæritur nec quæri poteſt domino directo; ſed ſi Caius pro hoc pacto pretium dedit & poſtea emit, fundatam habet intentionem dominus directus in vtroque pretio, quoniam veriſimiliter primum pretium partem facit ſecundi: quia ita ferè ſemper contingere ſolet, & valet argumentum ab his quæ ſolent accidere non ſolum communiter, vt in *l. certi condictio* §. *nummos*. vbi notant Doct. *l. ſi cer. pet.* ſed vniuerſaliter, vt vix vnquam fallat: & hoc in iſtis ſufficit ad fundandam intentionem etiam tertij actoris: tamen ſi probaretur Caium nihilominus emiſſe iuſto pretio, nec aliquid detractum eſſe contemplatione eius quod dedit pro illa ratione vel ſpe emendi acquirenda; tunc de illo primo pretio nullum quintum, nullum laudimium deberetur, etiam ſi contemplatione dictæ promiſſionis ſecuta ſit venditio: quia tunc illud primum pretiolum non eſt pretium fundi nec partis fundi, & nihil ad dominum directum.

35. Nec obſtat quòd hoc eodem caſu retrahens ſiue iure proximitatis, ſiue iure dominicali debet etiam illud pretiolum refundere: quia iſtud non eſt ex eo quod ſit pars pretij venditionis vel fundi, ſed quia eſt de ſumptibus occaſione acquiſitionis non improbè aut ſuperfluo, ſed legaliter factus, & ſic refundetur tanquam inter reliquos ſumptus, quia is à quo retrahitur indemnis abire debet. Procedit ergo hypotheſis & q. quando in prima venditione erat notabilis inæqualitas pretij.

36. Et hinc eſt quòd ſi emptor vltra pretium dederit monilia vel iocalia vxori aut filiis venditoris, E nihilominus iuſto pretio emerit, non ſunt illa commutanda reſpectu quinti vel laudimij: quia non ſunt pars pretij, & domino directo nihil abeſt, qui ſolidum quintum vel laudimium, etiam iuſtæ æſtimationis rei conſequitur: ſed illa bene cadere poſſunt in ſumptus & indemnitatem præſtandam à retrahente, modò ne licenter nimis facta ſint, & præter modum, idque bonorum & prudentum arbitrio.

37. Aliud enim ſunt ſumptus rationabiles vel legales acquiſitionis, quæ retrahentem onerant: nec iura vtilia domini directi augent. Aliud pretium ipſum conuentum, vel quod eius loco in totum vel in parte ſubrogatur quod laudimia auget, vt clarè dixi ſuprà §. 32. *q.* 1. Sicut aliud impenſæ, aliud pretium rei. *l. quibus diebus* §. 1. *de condit. & demonſtr.* Sic aliud damna & intereſſe, aliud res. *c. in noſtra. extra de iniur.* aliud principale, aliud acceſſorium ſiue C actiuè ſiue paſſiuè ſeu detractiuè veniens, dixi in *extricatio. labyrin. de eo quod intereſt num.* 9. Vnde ſi emptor creditori habenti bona hypothecata venditoris aliquid dederit, non vt haberet ius ceſſum, nec vt venditor aliquo exoneraretur erga illum creditorem: ſed dumtaxat, vt illum creditor venditioni conſentiret & res ab hypotheca eximeretur, iſtud non imputatur pretio, nec augebit laudimia nec quintũ pretij, ſed bene onerabit retrahentem. Quòd ſi venditor ipſe quid dederit vt inueniret emptorem, hoc nihil attinet nec ad retrahentem nec ad dominum directum, niſi reſpectu domini directi ſi venditor dederit perſonæ per emptorem interpoſito, vt videretur emptor minoris emiſſe.

38. Vnde in terminis *l. iubemus. D. ad Senatuſc. Velleia.* ſi maritus proprium fundum vendit, & vxor accepta certa ſumma conſentit renunciando hypothecis dotalitiis: ſi alioquin res væniit iuſto integro pretio, non augentur laudimia nec quintum pretij propter datum vxori quamuis oneretur retractus. Et quamuis apud nos venditor ob communionem tantundem lucretur de dato vxori quantum de dato ſibi: imo datum vxori ſtatim pleno iure marito acquiritur, vt infrà §. 10. Secus ſi quod datum venditori & quod datum eſt eius vxori iuſtam totius æſtimationem non excedit, præſertim ſtante communione inter conjuges.

39. Sed ſi maritus vendidit rem ipſius vxoris quam promiſit ratificaturam, quæ noluit niſi alia præterea ſumma recepta: tunc indiſtinctè etiam pretio com- E putatur non ſolùm reſpectu retrahentis, vt per Do. Andr. Tiraq. tract. *de retract. proximit.* §. 29. *glo.* 4. *num.* 11. ſed etiam ad augenda iura dominicalia. quia cùm eſſet domina, non actus mariti, ſed actus mulieris ratificatio eius, & negotium cum ea demum geſtum & concluſum, eſt ipſa vera venditio & alienatio fundi, & quæ debet attendi non obſtante etiam quòd pretium cum viro conuentum eſſet iuſtum æquiualens integro valori totius fundi; quia dominus nõluit niſi pluris vendere, vt potuit, cùm non eſſet alioquin venditurus & ſic totum intrat in ſubſtantiam pretij. *l. alienum fundum. ad l. Falcid.* Idem generaliter ſi procurator, geſtor, vel alius rem alienam, etiam iuſto pretio vendidit, ſed dominus ratificare noluit niſi

zed by Google

ducto pretio vel aliquo ſibi dato, quia quicquid datur venditori ante contractum concluſum vel vt concludatur pretium eſt, vel partem eius intrinſecam & ſubſtantialem facit, & quoties verus dominus intervenit ſæpe eſt verus venditori.

140. Limito ſi emptor bona fide & iuſtiſſimo pretio emerit à non domino ſuo nomine vendente: & poſtea ſuperueniente vero domino cum eo tranſigit & ei grandem ſummam dat: quia etiam ſi ius ceſſum ab eo capiat, tamen quia vexationem quam non à domino, ſed à venditore ſuo patitur qui non præſtat habere licere redimit, nulla landimia debet nec inde augentur per nota. *ſuprà eod. gloſſ. num.* 115. ſed bene ad onus retrahentis venit in conſiderationem non indiſtinctè, ſed ſecundum ea quæ dicam ℣. §. 176.

141. Sic in hypot. *l. tenetur* §. 1. *de act. empt.* ſi domum meam probè conſtructam, tibi vendidero, vt alteram meam ruinoſam reficias, refectio illa eſt pars pretij omnis reſpectu, & retrahentis & iurium dominicalium quæ auget: ſecus in eodem §. *verſi. ſed & ſi vendidi tibi aream*, vt ibi inſula ædificata partem dimidiam mihi tradas, quia tota ædificatio non intrat pretium, ſed dumtaxat dimidia pars ædificationis: quia in effectu non tota area venit, ſed dimidia area pro pretio conuento & pro ædificanda parte retenta per venditorem.

142. Sed quid ſi quis emit fundum à proprietario, & mox pro quadam alia ſumma redimit ius vſufructus à fructuario? Reſp. clarum eſt laudimia de vtroque deberi, non tam quia vſufructus eſt pars dominij *l. cùm filius* §. *dominus. de lega.* 2. & *dixi* ℣. §. 1. *gl.* 1. *nu.* 2. ſed eo magis quod plenum & integrum fundum acquiſiuit idque mediante pecunia quæ totius integri iuſtum pretium non excedit, & ſic omnia cumulantur etiam à non dominis puta creditoribus, vt *ſupra ea. glo. num.* 130. redempta. Non tamen hæc ſemper onerant retrahentem qui poteſt ad onus dicti vſufructus voluntariè redempti retrahere, ſecundum ea quæ dicam ℣. §. 181.

143. Quod ſi diu paſſus fuerit fructuarium ſtrui, tandem aleam reſidui temporis redemit, laudimia inde non debentur, quia hæc redemptio non eſt acquiſitio fundi, & propter longum interuallum non cenſetur dilata in fraudem domini directi, tum vſufructus ille non erat redimibilis, & fortè nunquam fructuarius voluit niſi hodie vendere & in veritate vſufructus non eſt pars rei, ſed fictè tantùm, vt patet à diffinitione *l.* 1. *de vſufr.* & *per l. rectè dicimus de ver. ſignif.* tex. autem *d.* §. *dominus*. verbo fictionis inſtar vtitur. vt in *l. ſi vſufructus. ibi quaſi domino. de aqua plu. arcen.* Sed ab initio quando vtrumque emitur apparet quod vſufructus non minùs erat venditioni expoſitus quàm fundus, & quòd volens plenum fundum ſimul ab omnibus ius habentibus emere, poſſet laudimia fraudare, ſi illa partim euitaret ſeparatim emendo ab vno proprietatem, ab alio vſumfructum, ab alio hypothecam vel aliud ius.

144. DECIMOTERTIO quæro, ſi appareat de originali inueſtitura cenſus conceſſi ad onus quod dominus habere poterit pro pretio, ſeu iure retractus quando vendi contigerit, an* dominus præferatur conſanguineo venditoris? Si conſulas ſcribentes, omnes tenent quòd ſic, loquentes in emphyteuſi in *l. Imperator.* 2. *de pact. in l.* 3. per illum text. *C. de iure emphyteu.* quorum inſigniores nominatim citaui ſuprà. §. 22. *numero* 3. deinde Do. And. Tiraquell. in *tract. de retract. proximit.* §. 1. *gloſſ.* 3. *num.* 1. & *gloſſ.* 14. *nu.* 113. & §. 21 *nu.* 2. *cum ſeq.* omnes cumulat, qui malè & incautè dicunt aliud in feudo. Quia cæteris paribus non eſt in hoc differentia inter feudum & emphyteuſim. & *d. l.* 3. quæ ſimpliciter ait dominum præferri emptori, loquitur in emptore extraneo cui non licet vendere, ſaltem tradere domino irrequiſito

* An dominus præferatur conſanguineo.

ſub pœna commiſſi, prout etiam ſecundum vſus feudorum in feudo dixi *ſuprà* §. 20. *gloſſ. in princ.* ſed, vt venditio feudi eſt permiſſa inter conuaſſallos qui ſcilicet ſunt comprehenſi in inueſtitura, vt latè probaui ℣. §. 20. *gloſſ.* 6. *num.* 5. Et vltra eos quos ibi citaui, hoc tenent Angel. & Alex. in *l. ſi domus* § *vlt. de leg.* 1. Salicet *l.* 3 *col.* 7. *C. de iure emphyteu.* Alexand. *conſi.* 187. *num.* 3. & 7 *lib.* 2. *conſil.* 7 *num* 5. *lib.* 5. *conſ.* 19. *nu.* 13. *lib.* 6. vbi in annot. dixi Carol. Ruynus *conſ.* 8. *col.* 1. *conſ.* 10. *nu.* 9. *cum ſeq. lib.* 1. Ludo. de Gozadi. *conſ.* 20. *num.* 9.

145. Quòd autem in vſibus feudorum dicitur dominũ habere ius retractus in *c.* 1. §. *porrò qualiter olim pot. feud. alienari in vſibus feud.* procedit ſecundum veterem conſuetudinem; quia licebat domino inſcio vel inuito ſaltem mediam feudi alienare, vt patet in eo text. & in gloſſ. *verſi. æquali pretio.* & *in ca.* 1. *de alienat. feud. in vſib. feud.* ſed per nouas conſtitutiones Lotharij II. deinde Frederici primi Ænobarbi, de quibus dixi ℣. *tit.* 1. *in rub. nu.* 35. & 36. ius retractus ſuperuacuum erat dominis feudalibus Cùm autem tandem per conſuetudines non ſolum ad priorem vetuſtam conſuetudinem reditum ſit, ſed etiam vſurpatum, vt in totum alienari poſſit, meritò ius retractus feudalis reuixit: ſed intelligitur ſecũdum ſui originem, videlicet quando fit alienatio in extraneum, ſcilicet qui non eſt de agnatione deſcendenti à ſtirpe à quo incepit feudum, qui etiam non eſt habilis ad ſuccedendum in feudo ſecundum dictos vſus Inſubrium.

146. Aliàs ſi emptor ſit de agnatione deſcendenti ab illo ſtipite, non ſolum excludet dominum, ſed etiam ab eo auocabit, & proximior agnatus à remotiore agnato auocabit, Bal. Aluaro. Præpoſit. in *c.* 1. §. *Titius. ſi de feudo fuer. content. inter dominum & agna. vaſſalli.* Bal. in *l. imperialem. col.* 3. *de probib. feudi. alien.* per Federi. Carol. Ruinus, *conſ.* 81. *nu.* 4. *lib.* 1. Inſuper pro conſanguineo contra dominum* præ- * Feudum præſumitur antiquum. ſumitur feudum eſſe antiquum non nouum *ca.* 1. *in fi. de gradib. ſuccedent. in feudo c.* 1. *in prin. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos vaſſalli. in vſib. feudo. dixi ſuprà.* §. 5 *num.* 86 & his quæ ibi dixi adde idem tenere Philip. Deci. *conſi.* 252. *nu.* 6. *conſi.* 269. *nu.* 5. Do. And. Tiraq. in *tract. de retract. proximit.* §. 32. *nu.* 91. *cum ſeq.* Et idem intelligendum in emphyteuſi, vt videlicet comprehenſi in inueſtitura præferantur domino directo in retractu, per ea quę dixi *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 6.

147. Conſuetudines autem huius Regni quæ dant ius retractus domino directo feudali & ſæpe etiam cenſuali, & nihilominus præferunt cognatos venditoris, originem videntur habuiſſe ab antiquitate primæ inueſtituræ feudalis vel cenſualis hominum memoriam excedente, ita vt cognati videantur & præſumantur à primo ſtipite deſcendiſſe. Tamen conſuetudines Regni ab antiquo etiam in feudis fauent indiſcriminatim tam cognatis quàm agnatis: nec ſcrupulosè exigunt deſcendere à ſtipite, ſed ſufficere cognatum eſſe vltimo poſſeſſori & venditori, cui per ſucceſſionem ab anteceſſoribus obuenit & ab eo latere, nec aliud attenditur in retractu conſuetudinario. Vnica valde in hoc anomala eſt conſuetudo Comitatus Burgundiæ, quæ vult dominum feudalem vel cenſualem in retractu præferri conſanguineis venditoris, *tit. des rachapts.* §. 5. & 12 contraria in hoc etiam conſuetudini Ducatus Burgund. *eod. tit.* §. 9.

148. Redeundo ad q. noſtram de retractu conuentionali diſtinguendum eſt, aut apparet de originali & primitiua conceſſione in cenſum in qua concedens ſibi retinuit ius prælationis & retractus, & tunc etiam cognatis venditoris præfertur. Fallit ſi ſunt filij vel deſcendentes primi inueſtiti, vel ſaltem ab illis in quos dominus paſſus eſt alienare & qui fuerunt cenſuarij: quia indubiò pactũ non intelligitur de iſtis, ſed

Digitized by Google

de extraneis qui nihil habent commune cum inueſtitura cenſuarij, nec deſcenderunt ab antiquis cenſuatiis, per no. ℨ. §. 20. *gloſſ. 6. num. 5.*

149. Aut non apparet talem eſſe primariam conceſſionem, ſed ſolum de quadam noua recognitione in qua cenſuarius hoc onetis recognouit & tunc dico quòd quamuis ex certa ſcientia hoc fecerit, ſi tamen non erat res reuerſa ad dominum directum & in eius libera diſpoſitione, non valet pactum in præiudicium cognationis præſentis vel futuræ, ad derogandum iuri retractus proximitatis iam radicati & fundati in iure publico conſuetudinis, cui pactis priuatorum derogari nequit *l. ius publicum. l. inter debitorem de pact.* Nec etiam per teſtamentum, cùm ſit beneficium legis in *authen. de nupt. §. ſed hæc quidem.* Andr. Tiraq. tracta. *de retract. proxim. inſi. q. 2. nu. 7.* facit quæ in ſimili dixi. ℨ. §. 13. *gl. 3. nu. 7.* niſi tempore pacti res erat de noua acquiſitione recognoſcentis, quam liberè poterat alienare, ſine vllo onere retractus proximitatis. Nec obſtat quòd retractus conuentionalis excludit retractum proximitatis, quia verum eſt, vt res redeat ad antiquum poſſeſſorem vel ſuos, non autem vt cedatur extraneo facultas redimendi ad excludendum proximum, qui poterit etiam ab illo ceſſionario retrahere: niſi res erat de acquæſtu primi venditoris, & ſic non obnoxia retractui proximitatis.

150. Et conſequenter ſi res ſit iam affecta retractui proximitatis, quamuis venditor poſſit ſibi ipſi vel cuiuis de linea paciſci de redimendo vel de retractu conuentionali: tamen non poterit paciſci extraneo, nec cedere extraneo in præiudicium minimi de cognatione titè venientis ad retractum, quo deficiente vel non rite veniente liberas ædes habet quiuis ceſſionarius venditoris. Tamen ſi cognatus præuenerit retrahendo pendente facultate redimendi, & ea pendente extraneus ceſſionarius veniat ad redimendum, poteſt & admiſſibilis eſt, niſi cognatus ſuppleat quod de iuſto pretio venditionis deeſt. Et pariter ſi ceſſionarius priùs redemerit, cognatus infra tempus retractus proximitatis veniens, debet reſiduum valoris rei ſupplere ceſſionario, quia ſi ceſſionarius extraneus etiam gratis ceſſionem iuris redimendi habuerit, lucrum ſuperualentiæ rei non debet cedere lucro retrahentis, ſed lucro ceſſionarij qui ℨ. tempus conuentum redemit, vel ad redimendum venit, ſed poſt illud tempus cedit lucro emptoris ceſſante retractu, vel lucro retrahentis, vt plenius dixi infrà §. 185. Et idem in feudis ſi in eis conuentum ſit de retractu conuentionali.

151. Et hinc eſt quod ſi quis vendidit proximo ſub pacto redimendi, non poteſt illud ius etiam gratis cedere extraneo in effectu niſi quantum ad ſuperualentiam pretij, & dummodo veniat ℨ. tempus conuentum: idem ſi vendidit extraneo, ſed his infra tempus retractus proximitatis ceſſit cognato venditoris ex eo latere vnde res proceſſit. Et hæc no. quia nondum à quoquam animaduerſa.

152. ¶ DECIMOQVARTO quæro, an iſtud ius retractus feudalis vel cenſualis conuentionale cedi* poſſit? Videtur omnino quòd ſic, ſaltem vt nuper dixi de conuentionali à venditore retento, dummodo nō ſit in præiudicium retractus proximitatis, quando res eſt huic obnoxia, vt nuper dixi. Nec obſtant quæ latè dixi s. §. *gl. 1. q. 1.* quia procedunt in retractu conſuetudinario, quando non apparet de alia ſpeciali conuentione. Breuiter adhucidem dico quòd in conſuetudinario, cenſetur enim in dubio pactum retractus factum à domino, etiam in primordiali inueſtitura, ad inſtar conſuetudinarij & per modum prælationis, ſecundum naturam materię ſubjectæ & qualitatem perſonæ, ſecundum quæ verba debent intelligi *l. plenum §. Æquitij. de vſu & habit.* Porrò ius prælationis & redemptionis multum differunt, vt dixi ſupra §. 20. *glo. 1. num. 23.* Cùm ergo hæc pactio non ſit appoſita à venditore nec in contractu venditionis, ſed à domino directo, & in inueſtitura, debet (niſi aliud expreſſum ſit) intelligi de ſola prælatione.

* Cedi vnà poſſit ius retractus.

153. Prout etiam verba interpretantur contra eum qui legem dicere potuit apertiùs *l. veteribus de pact.* & contra eum qui commodum prætendit. *l. ſæpe.* vbi Bar. *de verb. ſign. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. de verb. obl.* Alex. *conſ.* 204. vbi in annot. dixi lib. 2. *conſ. 63. nu. 8. li. 6. & de eo quod eſt minus. l. ſemper in obſcuris de reg. iur.* Et ſic concludo quod nec hoc caſu cedi poteſt: nec dominus directus poterit niſi pro ſe vel pro liberis ſuis, vt dixi in *d. §. 13. gl. 1. nu. 32.* & eſt communis ſententia, vt etiam ſatis indicat Do. Andr. Tiraq. *in tract. retract. proxim. §. 19. gl. 1. nu. 40.* vbi nihil firmat quia tantum incidenter attingit: & dicit ſe à nonnullis accepiſſe in ſupremo hoc Senatu latum arreſtum pro contraria opinione, vt cedi poſſit pro epiſcopo Carnotenſi in quadam Baronia. Sed certè cum illa ab eo feudaliter moueatur, epiſcopus non potuit eſſe ceſſionarius, & veriſimile eſt fuiſſe arreſtum ſimile illi quod recitaui ſupra §. 20. *in princ. num. 2.* Equidem non ignoro quædam arreſta quandoque lata pro ceſſionariis, ſed etiam ſæpe fuit iudicatum contra ceſſionem: & ipſe audiui à pluribus antiquis & magnis viris fide dignis affirmantibus ſe habere arreſta lata etiam contra ceſſionarios ſupremi domini noſtri Regis, & recordor vnum ſolemne latum fuiſſe die decima ſeptima Maij Veneris ante feſtum Pentecoſtes, anno leſquimilleſimo trigeſimoſecundo, relatore domino *l'Eſcuyer* in magna claſſe huius Senatus.

154. ¶ DECIMOQVINTO quæro, de q. quam vidi in facto, nimis ambagioſam conſultoribus. Domus cenſualis erat ipſi directo domino & Titio communis & quia commodè non poterat diuidi expoſita fuit* ſubhaſtationi, etiam extraneis licitatoribus admiſſis, quos Titius plus offerendo vicit & domus ei adiudicata, quæſitum eſt de iuribus dominicalibus? Et primò quo ad laudimia videbatur indubitatum ea integra deberi domino directo, quia domus fuit adiudicata Titio tanquam extraneo. Nec obſtat quòd dominus directus habebat partem dimidiam, quia Titius cui eſt adjudicata tanquam extraneo & ſummo licitatori, non cenſetur contraxiſſe cum domino directo, ſicut nec cum ſeipſo, ſed cum ſolo iudice, vt tetigi ſupra §. 77. *num. 21.* & latiùs infrà *tit. 17.* ergo totius actionis ſolida laudimia debet ipſi domino. Et ita quidam cenſebant. Alij verò æquiores dicebant ſaltem pro media parte deberi, quia in effectu non tenetur emptor numerare pretium niſi pro dimidia, & quatenus numerare non tenetur, iudebita eſſet exactio, & apertè damnificaretur. Retractum verò totius (per quem emptor indemnis abit) admittebant ſi fuiſſet res feudalis vel ſita in loco vbi conſuetudo dat retractum domino cenſuali.

* Si domus quæ diuidi cōmodè non poteſt, ſubhaſtation] ſubijcitur vt melius venali poſſit verum debeantur laudimia.

155. Nec obſtat quod factum eſt animo diuiſionis in qua indiſtinctè omnia huiuſmodi iura ceſſant, etiam tota re vni adjudicata, vt plenè dixi *ſupra §. 33. num. 70. & ℨ. eo. glo. 3.* quia verum eſt extraneo non admiſſo. *l. item Labeo. §. 1. ibi etiam licitatione admiſſa vni rem adiudicare. Fa. Her. ſcilicet vni hæredum.* Et ſic adhuc ſemper manet diuiſio intra ſuos terminos, ſed cùm ad licitationem admittuntur extranei: tunc res exponitur venditioni, etiam extraneis quibus non competit iudicium Fa. Her. nec communi diuidundo. *l. 1. C. de rer. permut.* & ſic cùm hæc diuiſio excedat terminos ſuos, meritò excediturà non ſuis terminis, vt in ſimili in *l. Lucius depoſi.* Nec etiam obſtat quod Titius ipſe, dominus erat pro media: emere enim cum tota re etiam noſtram partem poſſumus, inquit tex. in *l. quod ſi vno. inſi.* de in diem adictio. & totam rem dicimur habere ex nouo titulo

& noua emptione. text. in *l. cùm in diem. de in diem adict.*

156. Conſuleus Reſpon. nullis iuribus locum eſſe. Et primo de laudimiis, certum eſt quod Titius habet partem à ſe, partem à domino directo *l. cùm ſolus* & ibi Bart. & alij de vſuca. in parte vero quam habet à ſe, non dicitur de nouo acquirere, ſed retinere: nec res mutat manum de cenſuario in nouum cẽſuarium, ſed manet apud eundem, & ſic impoſſibile eſt aliqua iura hinc oriri, de parte verò quam habet à domino directo, ipſemet dominus cenſetur venditor: tranſit enim res ab illo in Titium, & ſic pro hac vice nulla iura oriuntur, neque laudimia, neque retractus, nec quintum pretij ſi ſit feudum: quia quatenus dominus ipſe vendit, nullum laudimium petere poteſt, B quia ipſemet pretium recipit, & multò minus retractum. Pro parte verò ſocij, ipſemet ſocius retinet nec perſona mutatur. Nec obſtat quòd dicitur contrahere cum ſolo iudice, quia hoc verum eſt quantum ad excluſionem aliorum prætendentium iura vel hypothecas ex factis anteceſſorum, & quantum ad formulam exactionis pretij, ſed non quantum ad tranſlationem dominij & poſſeſſionis ipſius rei: quia non tranſit à iudice qui nihil iuris habebat in re, ſed in emptorem immediatè tranſit ab vltimo domino & poſſeſſore ſubhaſtatione patiente. Præterea dico quòd minus eſſet locus retractui quàm laudimiis, quia dominus directus qui non erat talis niſi pro dimidia, (quia res ſua nemini ſeruit) non poſſet petere retractum niſi pro dimidia, & ſic eſſet reuerti ad priorem communionem & directò contrauenire his quæ cum ſocio, iudice authore fecit ad finem diſſoluendæ communionis, quod principaliter agebatur, & ſic multò minus admiſſibilis eſt ad retractum in quo eſſet maior contrauentio. Quòd autem poſſet petere retractum totius, impoſſibile eſſet, quia nunquam habuit ius in re niſi pro media, & per hanc ſubhaſtationem non acquiſiuit nouum per maius ius in re, ſed quod habebat voluntate ſua, & facto ſuo habere deſiit, iuribus directi dominij ſaluis in totum pro tempore futuro.

157. Non obſtat quod extraneus licitator fuit admiſſus: quia victus fuit & repulſus ex quo res remanſit ſocio, & ſic idem eſt ac ſi ſolum inter ſocios fuiſſet licitata ex quo extraneus non fuit admiſſus in effectu, & ſic ſumus in terminis aſſignationis ex diuiſione: imo etiam extra illos terminos, etiam per modum veræ venditionis ſi ab illa dominus incepiſſet: principaliter vendendo partem ſuam, neque retractum, neque laudimium pro hac vice habere poſſet: pars autem ſocij nullo modo fuit vendita ſed retenta. Non obſtat *d. l. quòd ſi vno. ſupra nu.* 155. *in fi.* quia ibi illa eſt ratio defunctoria (vt ſæpe in iure) non vera & adæquata. Si enim duo communem fundum vendiderunt Titio, ſub pacto adiectionis in diem, vnus venditorum meliorem conditionem afferens, non tamen verè emit, ſed retinet partem ſuam, nec numerat ſocio totum pretium meliore conditione auctum, ſed dimidiam dicti pretij, ſed meliorem conditionem afferendo totam venditionem, etiam pro parte ſua reſoluit & ſic verbum Emere, ibi ſtat pro Reſoluere, quia tota venditio etiam pro parte offerentis fit infecta. In caſu autem conuerſo, vt in *d. l. cùm in diem.* vnus ex nouis extraneis emptoribus verè partem nuper ſuam de nouo emit: quia prior illo emptio ipſo iure in totum reſoluitur & infecta habetur, longè aliud hîc.

158. Et ſic hæc q. erat indubitabilis, ſed ſcrupuloſi illi & peruicaces fuerunt ſemel conuincendi, plus dico ſi res communis erat tribus, quorum vnus erat dominus directus, & vni reliquorum ſociorum res adiudicata fuit, quod nulla iura debentur, nec pro tertia parte quidem, quam iſte capit à ſocio qui non eſt dominus directus, quia totum eſt diuiſio, & ſic etiam A ſi dominus directus eſſet extraneus, neque laudimium neque retractus ei deberetur, ergo multò minùs quando eſt vnus diuidentium. At quando extraneus licitator non ſolum fuit admiſſus, ſed etiam vicit, tum verè diuiſio excedit omnino ſuos terminos, quia omnes ſocij dicuntur illi extraneo vendidiſſe, & ſic, vt nullus eorum poteſt in aliquo retractu proximitatis vti, quamuis non dixerint ſe vendere quiſque in ſolidum, vt dixi infra §. 174. ita nec dominus directus pro hac vice, quia erat vnus ſociorum.

159. Secus ſi pars ſua pro indiuiſo non fuit vendita, quia tunc in reliquis habet omnia iura adoptionem ſuam. ſ. beneficio conſuetudinis cuiuſque loci ſi adiudicatio facta ſit extraneo qui propriè dicitur emere, & non ex diuiſione, ſed ex mera emptione habere *l. communi. §. ſi debitor. ibi quem creditor per adiudicationem emit. D. communi diuid.* Sed ſi vni ſociorum facta ſit, dicitur ex adiudicatione diuiſoria habere indiſtinctè & non titulo emptionis, & ſic omnia iura dominicalia ceſſant. Ceſſat etiam omnino retractus proximitatis, tametſi Do. Andr. Tiraquell. *in tract. de ret. aſſ. proximit. §. 1. gloſſ. 14. numero 76. hoc cogitandum reliquerit.*

160. Et quando omnes ſunt de linea, ſecus ſi dum inter paternos & maternos fit omnium promiſcua diuiſio & adiudicatio: res antiqua in totum paterna adiudicetur materno vel contrà: quia tunc locus eſt C retractui proximitatis non diuidentibus ipſis, ſed aliis cognatis. Non autem locus eſt retractui dominico, nec aliquibus iuribus dominicis, quia licet iſte ſit extraneus quantum ad lineam, & quantum ad rem quæ non eſt ſibi communis, tamen non eſt extraneus quoad diuiſionem ex quo habebat alias res communes cum eis. Secus enim ſi nihil erat diuidendum cum eis. Item fallit in conſuetudine Andenſi § 282. *in fin.* vbi etiam ſi ius erat communis, & diuidenda inter paternos & maternos, ſi materni etiam diuidendo ſine ſupplemento nummorum partem ſuam cedant paternis, laudimia debentur pro rata huius partis: Item fallit in locis vbi conſuetudo ad excludendum iura dominica in diuiſione per aſſignationem, vult penſationem fieri de rebus eiuſdem communionis vel hæreditatis, vt conſuet. Turon. *tit. des rachapts & ventes* §. *vlt.* conſuet. Niuern. *eod. tit.* §. 24. & de Lorris *eod. tit.* §. 51. *quæ locis ſuis ſeruanda ſunt.* quia iſte non erat communis nec cohæres in ea re. vel etiam niſi vbi conſuet. fortius excipit ſi is cui fit adiudicatio totius non erat cohæres pro media, & ſi ſupplementum pecuniæ excedat dimidiam.

161. Vt conſuet. Bleſen. §. 88. quæ in hoc noua eſt, vt dixi ſupra §. 35. *num.* 77. & ſic cum ea noua additio loquatur tantum in feudo, remanet in cenſu contra dominum cenſualem vetus cõſuetudo & regula communis, quia quamuis eſſet eadem ratio in cenſu: tantum ſola paritas rationis non ſufficit ad extendendum in correctoriis, vt no. *in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. in l. ſi conſtante. in princ. ſolut. matrim.* ſed E præſtat regula quod vetus manet quatenus expreſsè non mutatur *l. præcipimus. C. de appellatio.* præſertim quando non eſt neceſſaria extenſio, ſed agitur de onere vel odio, vt hîc, multò minus ſub quacunque conſuetudine hæc iura debentur, quando vnus hæredum omnes alios data pecunia abſtinere facit vel cogit vt filias in quibuſdam locis, de quibus dixi j. §. 122. & in conſuet. Borbonienſi, *de acquir. vel omitt. hæredit.* Omnia illa commentaria iamdudum in lucem exiuiſſent ſi horrendæ illæ calamitates omnibus notæ, in me & ſancta ſtudia mea non inundaſſent, & acerbiſſima mors fideliſſimæ & prudentiſſimæ vxoris, quę totius domus & plurium pupillorum negotia & onera omnia in me vnum reijciunt, vt nec à forenſibus negociis ceſſus quietum me ſinat.

162. ¶ DECIMOSEXTO iuxta no. ẽ. *ea. gloſſ. 9.*

* Laudimia visu debeantur ex venditione facta sub pacto adiectionis in diem aut sub lege commissoria.

3.nu.48. Quid de venditione facta sub pacto adiectionis *in diem vel legis commissoriæ, vt si quis infra decennium meliorem conditionem attulerit res sit inempta, vel nisi infra illud tempus emptor persoluerit? Et videtur res expedita etiam secundum concordem omnium sententiam, vt extante conditione resolutoria, vtpote contractu ipso iure resoluto & ad non causam redacto, nulla penitus laudimia debeantur, neque in principio neque in fine, nec de contractu nec de resolutione, vt plenè disputauimus 3. §. 33. & in casu specifico *ibi nu.* 10. & tandem per huius supremi Senatus Arrestum obtinui: quod enim ibi q. 2. in fine dixi ita iudicatum fuisse in prima instantia, intelligendum est me ita iudicandum censuisse, prout plures prouinciarum præsides vix vnquam à responso meo in iudicando discedere solebant. Hanc enim incorruptæ & prærogatæ sententiæ existimationem ante quinque & viginti annos nactus eram, vt nuper in carceribus Montbelgardensium Lutheranorum frustra exprobrabam impiis illis & barbaris officialibus Montbelgardi, qui me ad scribendum & consulendum pro libidine sua iure vel iniuria, bonorum & corporis oppignerationе adigere volebant, vtque innocentiam & iurisprudentiam meam eorum tyrannidi & auaritiæ prostituerem sed mori malebam, Deúmque per vnum Iesum Christum redemptorem nostrum assiduè inuocabam, qui me quinto mense fidelissimæ vxoris ministerio eripuit. Tamen quia in ea specie æquitas mea multos alioquin doctos qui nunquam simile viderant nec audierant offendebat, actrix in prima instantia aliis assessoribus adhibitis succubuit, & in amplissima curia omnibus ferè togati nostri ordinis videbatur etiam mulctæ temeritę appellationis obnoxia, sed eius loci charis iam exaratis & in senatum me febri decumbente delatis, sententia mea vicit. Postea Do. And. Tiraq. *in tract. de retract. proxim.* §. 6. *gloss.* 2. hanc quæstionem effusè disputans ita in hoc articulo indistinctè concludit.

163. Verum periculosum est in iure absolutè definire. *l. omnis definitio. de regul. iur. l. Mœuia* §. *vxore de annuis lega. l. in fundo. in prin. de rei vend. l. de accessionibus in prin. de diuers. & tempora. præscri.* In hac enim hypothesi alia ratio pactum reformat. Quid enim absurdius quàm emptorem longo tempore verum dominum & vassallum vel censuarium fuisse & pacificè possedisse, & tamen de re quæ tot annos manum mutauit, nulla iura domino directo deberi, nec semel quidem, sed si receperit restituere teneri. fac fundum venditum mille receptis quingentis, ea lege, vt nisi emptor infra decennium reliquum persoluat, res sit inempta, lapso decennio persolutione non facta venditor restitutis quingentis fundum recuperat, cur in feudo condicet centum à domino directo, etiam si non sit locupletior? quia initio sciebat contractum resolubilem. Igitur indistinctè teneatur, *vt supra ea. gloss. num.* vel cur emptor laudimia condicet à domino censuali? dices ratio in promptu est, quia venditio ex causa ab initio inexistente pro infecta habetur, etiam retrò quoad fructus qui restitui debent. *l. item quòd l. imperator in prin. de in diem adiect. l. lege in fundo de leg. commisso.* sed multum ad pauca aduertendo paralogisatis.

164. Modica enim circunstantia facti inducit magnam diuersitatem iuris. *l. si ex plagis* §. *in clino. ad l. Aquil. l. si is de excusat. tuto. l. hoc legatum. de lega. 3.* Spec. *tit. de aduocato.* §. *hoc tractemus. tit. de except.* §. *viso quando circa prin.* Alber. *d.* §. *in clino.* Phil. Dec. in *l. precibus C. de impub. & aliis substit.* Hinc Bal. ait *cons. 115. proponitur quod Ioannes lib. 1.* quod veritas iuris oritur ex veritate facti. Sed hîc non modica, sed magna est circunstantiæ facti differentia.

165. Leges enim illæ de in diem adiectione & de lege commisso, referuntur ad id quod, vt plurimum non autem rarissimè contingit *l. nam ad ea de legib.* videlicet quando pacta illa modico tempore concludumtur, vt exemplum ponit text. intra calendas Ianuarias proximas *l. 1. de in diem adiectio.* non autem quando in multos annos protrahuntur, quod rarissimum & insolens est. In breui enim tempore venditor non potest pecuniola recepta quam in suspenso habet commodè uti, merito breui extante conditione etiam fructus recuperet: nec alienatum dicitur quod breui reuertitur *l. vlt. in fin. de bonis libert. l. cogi.* §. *bi qui solidum. ad Trebell. l. 1. in fin. de diuort. glo. 2. in c. episc. vel, abba. in vsib. feudo.* Cardi. Alex. in *c. 1. col. 2. quid iuris si post alienat. in vsib. feud.* Ias. *l. vlt. col. antepen. C. de iure emphyteut.* Alciat. in *l. si tibi si certe. pet.* And. Tiraq. in *repet. l. si vnquam. verbi. suscepcrit liberos. num.* 143. *C. de reuoc. donat. & in tract. de retract. conuentio. in fin. num.* 165.

166. Secus quando venditio tempore notabili durat, quia tunc cùm venditor vtatur pretio, æquum est saltem pro rata emptorem dominum & possessorem suos fructus facere *l. vlt. in fi. de fundo dotali.* Bald. *l. si traditio. q. 11. C. de actio. emp.* Salic. *l. fistulas* §. *fundum de contrab. empt.* Panor. *consil. 66. lib. 1.* Hier. Cagnoli. *repet. l. curabit col. 5. C. de actio. empt.* Idque sensus communis in hoc themate ostendit: quis enim vellet emere sub hac conditione, vt totos septem vel decem annos penderet & à quouis quantulò meliorem venditori conditionem offerente omni momento excluderetur? Fieri tamen potest, sed ex conditione tam insolenti facilè fraus præsumitur & aliud agi, videlicet vt dominus directus toto decennio nec tutè retrahere possit, nec vllo modo laudimia petere. In pacto autem legis commissoriæ facilius contingere potest longius tempus apponi, puta data longa dilatione, vel etiam nulla dilatione data, sed huiusmodi valde tarda pœna adiecta. Sed vtroque casu cùm res sit purè vendita, tradita & translata soluto pretio saltem media aut maiori parte. (Quis enim tam damnosè contraheret tandiu re & pretio carendo?) Id tacitè actum videtur, vt resolutione secuta emptor (nisi in casu addictionis breui secuta sit) fructus retineat, vt venditor interusurium pretij recepti.

167. Et sic respectu domini directi eadem est ratio, vt in venditione sub pacto redimendi ad multos annos, vt statim semel cedant iura, non de redemptione vel resolutione. Adhuc in dictis pactis leges non statuunt absolutè fructus reddi, sed inspiciendum quid actum sit. *l. item quòd in fi. de in diem adictio.* etiam si breuissimo die sequebatur resolutio, prout omnes vtriusque tituli leges de breui spatio loquuntur, & erant tempore d.l. frequentissima dicta pacta florente imperio & quaquauersum æquali rerum commercio: sæpe enim Asiaticus aut Africanus erat hæres Græci, vel Galli, vel Germani, aut contrà. & domum repetiturus quæ non expediebat portare nec in remotis possidere, in breuem diem qua profecturus erat addicebat, vel sub commissoria vendebat: adiecto sæpe etiam pacto, vt si emptor qui aliis prælatus fuit non soluetet in termino, teneretur supplere quanto minoris venditor alij venderet. *l. si fundus* §. *penult. de leg. commisso.* & sic quæ ex dictis legibus corollaria eliciuntur: ad proprias earundem legum hypotheses restringi debent, non ad diuersas & quatenus alia ratio reformat indistinctè extendi. Et sic concludo quòd si venditio fiat sub huiusmodi pactis ad longius tempus quàm libera à iuribus dominicalibus vendere liceat sub pacto de retrouendendo, vt 3. *ea. glo. nu.* 48. statim & semel iura dominicalia debentur de venditione, sed non de resolutione, sed tempus illud non excedendo nec de venditione debentur, quanquam enim respectu ipsorum contrahentium inter se, ea pacta & facultas redimendi multum differant, tamen respectu domini directi fundo realiter translato

non differunt, & in vtriſque par eſt ratio tempus reſtringendi ne nimium defraudentur iura dominica & libertas contrahendi non nimis oneretur.

168. Nunc & ſi multa præteream dignum eſt profligare abuſum vnum, quem per aliorum ignorantiam & aliorum cupiditatem frequentari vidi in Comitatu Burgundiæ in materia cenſuum. Ex eo enim quod tibi reditus pecuniæ circiter ad rationẽ beſſalis vſuræ conſtitutos vocant *Cenſes*, imperio Canoniſtarum more, vt ſ. eo. nu. 18. Extendunt conſuetudinem ſuam loquentem *Des cenſes* ad huiuſmodi reditus & prædia illis nominatim ſuppoſita, quando conuentum fuit, vt reditus ille vnà com laudimiis & omni iure directo cenſuali deberetur. Sed certè reditus ille ſi ſit emptus ad rationem duodecimæ vel etiam quindecimæ, eſt vſuratius improbo fœnore: & dicta clauſula vel conuentio eſt in fraudem improbi fœnoris & legis commiſſoriæ, vt dixi in tract. *commercio. & vſura. q.57.* Si verò ſit conſtitutus pretio iuſto ad acquirendum ius ipſum dominicale cenſus à domino directo cenſuali, adhuc non valet niſi res ſit allodialis & libera, neque feudalis neque cenſualis, & ex certa ſcientia fiat, vt ſcripſi ſ. §.1.*gl.5.num.21.cumſeq.* Adhuc cùm iſta conſtitutio cenſus dominicalis ſit præpoſtera, quia non fit dando ius cenſuario & dominium vtile in eum transferendo, ſed ab eo recipiendo ius in re, non poteſt operari effectus conſuetudinis niſi prout materia ſubiecta patitur. Vnde quamuis per conſuetudinem dicti Comitatus, vt dixi ſ. *ea.glo.nu.*128. in fi. dominus directus præferatur in retractu conſanguineo venditoris, non præferetur hoc caſu tali cenſuario poſtea vendente, niſi tempore contractus res erat de noua acquiſitione huiuſmodi cenſuarij non obnoxia retractui proximitatis, cui huiuſmodi pactis derogari nequit, vt dixi ſ. *ea. gl.nu.* 130. *cumſeq.*

169. Imo ſi dominus cenſualis iſtud ius cenſus à poſſeſſore alaudij nummis vel mobilibus acquiſierit, poteſt cognatus poſſeſſoris, ſi res ſit antiqua, hunc emptitium & præpoſterum dominum directum euincere, prout etiam ab omnibus iura vel hypothecas anteriores habentibus euinci poteſt, & eo ipſo quod dicta conſuetudo tit. *des rachapts.* §. 13. præfert ſimpliciter dominum cenſualem proximis & cognatis cenſuarij, neceſſario apparet quod per dominum cenſualem intelligit non eum qui talis eſt quoquomodo, ſed eum tantum qui talis eſt naturaliter & recta, hoc eſt per conceſſionem fundi in cenſum: non autem per artificium vel machinamentum recognitionis emptæ ab ipſo domino & poſſeſſore, ſed de eo cui penditur cenſus in recognitionem dominij vtilis ab eo accepti & directi ab eo retenti, non autem in recognitionem pecuniæ ab eo receptæ. Verba enim debent intelligi in naturali ſuo & potiori ſignificato. Et ſic concludo quod conſuetudo Comitatus Burgundiæ in tit. *des cenſes*, & alias vbi loquitur ſiue de iure commiſſi propter fraudem ſimulationis de venditione ad alium contractum, ſiue de iure retractus excludendo cognatos aut alia prærogatiua, debet intelligi de domino verè fundiario, non autem de emptitio præpoſtero. Idem in ſimilibus.

170. His editionibus paratis dum veterа mea regeſta filio meo primogenito oſtendo: * inuenta eſt inter deciſiones meas analyticas anni 1536. vna appoſitiſſima ſupremi Senatus noſtri arreſto ſecundum ſententiam meam deciſa, quam hîc per eundem filium tranſcribi & addi iuſſi. Tres cohæredes cognomine Buquets in communi hæreditate domum habebant æqualiter communem Pariſiis ſitam in cenſu Regis: Agnes Buquet vna ex eis de virili ſua indiuiſa inueſtiri ſe fecit à Quæſtore ſeu receptore Regio Pariſienſi, deinde cum cohæredib. ſubiit iudicium familiæ herciſcundæ. Et quia per architectos & peritos artis relatum fuit hanc domum non poſſe cõmodè diuidi, fuit

* Thema.

A à præſide Pariſienſi interlocutum quòd licitaretur etiam extraneis admiſſis, quod factum fuit. tandem d. Agnes vna cohæredum in licitatione vicit decretum, & adiudicationem ſolidæ domus obtinuit, acceſſit iterum ad quæſtorem & receptorem Regium & ſolutis laudimiis pro portionibus cohæredum & non pro portione ſua, habuit inueſtituram portionum cohæredum ſuorum, non accepta noua inueſtitura portionis ſuæ antiquæ de qua dudum inueſtita fuerat. Poſtea Regius procurator in ærario Principis vulgò theſaurum vocant, vbi iura ratione domanij debita perſequuntur aduertens totam domum fuiſſe ſubhaſtatam, torámque ſimul adiudicatam ſeu venditam, & tamen quod laudimia non erant ſoluta pro tertia parte, ſed
B tantum pro beſſe, vocat in ius Agnetem coram præfectis ærarij ſeu theſauri, petens tertiam partem ſeu reſiduum dictorum laudimiorum. Hæc * q. differt à. *q.* 15. ſ. *eo. nu.* 153. vbi dominus directus erat vnus ſociorum & licitantium. Pro actore faciebat primò formula adiudicationis & decreti quæ ſonat in meram & puram venditionem totius domus & in certum totale pretium. Secundò executio decreti de tota re vniformiter, ſimpliciter, ſine proteſtatione aut reſeruatione facta, & à quibus non erat appellatum, & ſic rea negare non poterat totam & ſolidam domum fuiſſe publicæ venditioni ſubhaſtatam, totam ſibi adiudicatam, venditam & traditam ex decreto publico, cui ſtandum eſt cuique denegari non poteſt. Nec conſiderandum quid partes poſtea fecerint de pretio: quia
C ſtatim à contractu perfecto acquiſita ſunt laudimia domino directo, cui ſubſequens factum non præiudicat ſecundum communem doctorum ſententiam in *l. ab emptione. de pact.* Tertiò conſuetudo quæ hoc §. ſtatuit ſimpliciter laudimia deberi de re vendita, ſed tota domus fuit adiudicata, ergo pro ratione totius domus debentur.

* Quidam

171. Nec obſtat quod emptio rei ſuæ non valet. Tum & quartò quia valet quãdo eſt auocabilis, vt hîc etiam pars Agnetis etiam ea inuita fuiſſet auocata per extraneum, niſi ipſa totum licitata fuiſſet & emiſſet. Tum quintò ipſamet Agnes ſicut & cohæredes partẽ ſuam venditioni expoſuit, idque in iudicio publico, cui non licet illudere: ergo etiam in parte ſua videtur cauſam habere à iudice, prout iudex totum ei vendi-
D dit & adiudicauit: ergo videtur totum habere nouo iure & nouo titulo tanquam extranea perſona.

172. Tum ſextò, quia ſi ipſa nullum ius in domo habuiſſet, tamen totius dominium per hoc * decretum & hanc adiudicationem acquiſiuiſſet, aut ſaltem conditionem totum vſucapiendi *l. ſi per errorem. de vſucapio.* quia non eſt ſolenne haſtarum decretum, contra omnes creditores vel dominos & ius prætendentes factum quod omnium iura ſtatim abſorberet: de quo ſ. *tit.* 17. ſed ſimplex licitatio iudicialis ad finẽ ſemel ſummo pretio totum vendendi. Si ergo hoc decretum eſt habile ad transferendum conditionem vſucapiendi totius *d. l. ſi per errorem.* ergo transfert nouum titulum totius, & dominium contra eos contra quos ſpecialiter interponitur, vt per Io. Fab. &
E alios in §. *ſed iſte. col.6. inſtit. de actio.*

* Decretum.

173. Septimò quia iam ante vltimam auctionem Agnetis, extranei totum licitauerant, totum empturi, quorum loco Agnes plus offerens & realiter ſoluens ſubrogata eſt, quum aliàs præcedens licitator non eſſet liberatus, vt per Bar. (quem alij communiter ſequuntur) in *l. licitator. de publica.* ergo pro extranea emptrice totius haberi debet. Quoniam verò hæc cauſa grauis & exempli præiudicium in ſimilibus ſæpe occurrentibus trahere præfatis præfectis viſa eſt, vocatus ſum in eorum prætorio cum pluribus antiquioribus togati noſtri ordinis ad cauſæ concluſæ iudicium die 15. Nouembris, anno ſeſquimilleſimo trigeſimo ſexto.

by Google

A Chaalons, vendidit quis feudum ſub facultate redimendi ad 20. annos, cuius facultatis factum inſtrumentum ſeparatum. Emptor exhibet inſtrumentum venditionis, tantum ſoluit quintum, *& eſt recen en foy*. Poſt quindecim annos hæredes venditorem venduntiſtam facultatem eidem emptori. Quo mortuo, *le Procureur fiſcal*, domini feudalis *pourſuit les heritiers*, emptoris ad exhibendum inſtrumenta facultatis redimendi & venditionis dictæ facultatis. Negant ſe habere, ſéque purgant iuramento. Permittitur actori probare, qui per duos teſtes probat venditionem dictæ facultatis, ſed non pretium. Et ſic hæredes condemnantur exhibere infra quindecim dies. Alias permittitur actori capere quas concluſiones voluerit. Appellant: confirmatur *par le Baillif de Chalons, & par le Baillif de Dijon*. Ideo eorum primo iudice actor petit, *que leſdits heritiers ſoient tenus luy faire vente de ladite faculté de rachapt, & ce fait, luy delaiſſer le fief* in vim *de ladite faculté*, quanquam tempus ſit lapſum, quia ignorauit & non fuit exhibitum, *ils y ſont condamnez & confirmez par ledit Baillif & par arreſt. L'appellation & ce dont a eſté appellé au neant, les appellans cõdamnez à delaiſſer par retraict feodal ladite faculté*. & in vim *d'icelle, le fief en refondant par le ſeigneur* vtrumque pretium, *& les loyaux couſts, auec les reparations veiles & neceſſaires, deſpens compenſez*. Reſp. Bene iudicatum, *& que ſoubs les loyaux couſts vient le quint payé* ab initio, *& que* per petitos debet æſtimari pretium dictæ facultatis, ſed inſpecto tempore facultatis venditæ. Secundo, quod teſtes actoris tardius loquuntur, quia cum loquuntur de diuerſo tempore inſpicitur longius interpretando contra probantem. *c. in præſentiam extrà de probatio.*

119. Sed certè hæc incidens quæſt. an illa facultas Caio vendita ſtatim poſſit retrahi à domino, valde diſputabilis eſt, quare remitto ad *q. ſeq. nu.* 18. Et alio modo tertio probo affirmatiuam, quia quantumuis cognatus Petri lapſu anni & diei ſit excluſus à retractu ex capite primæ venditionis: tamen ſi poſtea Petrus vendat vel pretio remittat hanc facultatem eidem Titio, poterit cognatus Petri ex capite huius nouæ venditionis infra nouum annum & diem retrahere dictã facultatem, & illius virtute infra tempus eiuſdem facultatis vel infra tẽpus quod ſupererat tempore retractus ritè petiti, oblationum factarum & moræ ſibi factæ, fundum ipſum redimere. & ſic in effectu retrahere ex noua venditione dicti iuris. ergo idem licere debet domino directo ius retractus habenti ſiue ex conſuetudine ſiue ex ſpeciali pacto inueſtituræ, & cognato primi venditoris non concurrente, à quo ſolo vinci poſſet: quia excepta prælatione proximi, ambo retractus regulariter æquiparantur.

* Soluitio. 120. Verum iſtis non * obſtantibus cõcludo pro prima & negatiua parte, quia Titius eſt approbatus in vaſſallum vel cenſuarium, & ſic ſi venditur ei dicta facultas non aperitur de nouo ius retractus domini directi ſemel remiſſum: ſed tantum fit augmentum laudimiorum pro rata pretij dictæ facultatis non natura ſua extinctæ, ſed redemptæ, ſecus ſi venderetur tertio, vt in *q. ſeq.* Non obſtat quod ius redimendi eſt pars integralis, vt *ſup. eod. gl. nu.* 117. quia verum eſt, ſed facit pro negatiua: quia per idem argumentum vtile dominium in toto venditum & tranſlatum eſt, & ſic facta eſt approbatio perſonæ in toto fundo, & excluſio iuris retractus & electio laudimiorum per totum fundum: quia huiuſmodi pars integralis reſpicit totum & ſingulas partes tam diuiſas quam indiuiſas: ſecus in parte quota vel locali Non obſtat quod cognatus retrahere poteſt, quia duplex eſt in hoc differentiæ ratio; Prima, quia cognatus nihil fecit ad approbationem perſonæ ementis vel contractus, ſed tantum ceſſauit.

121. Quod ſi pariter id contigiſſet domino directo, & nihil etiam cum eo geſtum fuiſſet ad excluſionem retractus per Titium qui hoc reſpectu dormiuit (vt verbis noſtræ conſuetudinis vtar) & ſic dominus vigilauit hoc reſpectu, hoc eſt in integro iure ſuo retrahendi ex prima venditione, proculdubio poſſet retrahere, ſed etiam vtrunque pretium deberet refundere, nec poſſet dicere ſe velle habere rem redimibilem à venditore infra tempus dictæ facultatis, quia debet Titius abire indemnis. Quòd ſi interim in re cenſuali recepiſſet etiam ſcienter cenſum à Titio, non ſibi præiudicaſſet in iure retractus (niſi vbi conſuetudo dicit) dummodo non recepiſſet laudimia vel partem, nec compoſuiſſet aut dilationem ſoluendi dediſſet, nec inueſtiſſet. quia ſimplex receptio cenſus non inducit approbationem perſonæ, vt dixi ſupra §. 74. *gl. 1. nu.* 150. quia ſemper debetur à quocunque poſſeſſore vel etiam non poſſidente, ſed exiſtente in poſſeſſione: & res ipſa debet. Secunda differentiæ ratio quia retractus proximitatis multo fortior eſt fauorabilior retractu dominico, & ſic non valet argumentum de maiori ad minus in quo eſt minor ratio.

122. Amplio primò concluſionem huius q. in dicta hypotheſi *nu.* 115. etiam ſi Titius non fuit inueſtitus, ſed tantum inducias fidei habuit in feudo vel de laudimiis compoſuit, vt ẽ. §. 21. ſatis eſt enim dominum directum ſemel ſuo facto ſe excluſiſſe à retractu pro hac vice, & ab hac acquiſitione quia per ſuppreſſionem iuris redimendi non eſt noua acquiſitio, ſed prioris confirmatio, ergo dominus ſemel approbatum infirmare non poteſt, nec in alterius præiudicium mutare conſilium. *c. mutare. de reg. iur. in 6* Et electio trahit ſecum executionem priuationis in extremo, & ſic quamuis electio habeatur à lege, tamen non licet variare: nec opus eſt his quæ ſuper hoc cumulat And. Tiraq. in *tract. de retract. proxim.* §. 24. *nu.* 7. Amplio ſecundo, etiam ſi dominus nullo modo approbauerit nec quicquam geſſerit cum emptore, qui tamen quod in ſe eſt fecit, ſaltem ea fecit quæ ad excludendum hunc retractum ſufficiunt, vt ſi debitè notificauit & inſtrumenta emptionis exhibuit, deinde lapſum ſit tempus per cuius fatalem terminum dominus negligens iure retractus priuatur, vt ẽ. §. 20. quia factum legis non minus pollet quam factum hominis.

123. Amplio tertio, etiam ſi Titius de facultate redimendi à venditore retenta nihil dixit nec exhibuit, quæ ſæpe conſcribi ſolet in inſtrumento ſeparato à ſolo venditore ſuo ſumptu leuando: quia hæc taciturnitas quoad dominum directum, cuius iuribus non officit, impertinens eſt, & potius eum inducere deberet ad ſtatim retrahendum ſi vellet & poſſet, nec eſt aliqua mulcta huius rei omiſſæ etiam in cenſu, forſan enim nunquam caſus continget & nondum domini intereſt. Sed ſi poſtea eam facultatem redimat Titius, tunc debet exhibere & notificare ob augmentum laudimiorum quæſitum, tunc etiam vt dominus retrahere poſſit, & ſi per octiduum in cenſu ceſſaret caderet in mulctam de qua ẽ. §. 77. Non nego quin dominus directus poſſit petere omnia inſtrumenta huiuſmodi ab initio ſibi exhiberi, & quin fieri debeat & iuramento purgari, quia ſunt pars contractus, ſed hoc nihil ad præſentem q. 124. Amplio quarto, etiam ſi Titius vel quis emptor faceret acquiſitionem ſuam incommutabilem aliunde, puta ſpem futuræ ſubſtitutionis redimendo, etiam ab alio vel etiam à ſuo venditore: vt quandoque contingere poteſt, vt quando quis vendidit quicquid iuris tunc in re habebat duntaxat ſine obligatione euictionis, & poſtea ei ius ſubſtitutionis acquiritur, quod emptor rurſus emit, quia ſi ſemel inueſtitus fuit vel alias approb tus à domino, vel dominus aliter (vt in 1. & 2. ampliatione) à retractu excluſus, non poteſt retrahere prætextu huius nouæ acquiſitionis, quæ non eſt propriè noua acquiſitio, ſed prioris confirmatio.

125. Sed

115. Sed an debeantur noua iura vtilia? Breuiter dico quòd ſi priùs emit iuſto & integro pretio, & ſic ſoluit quintum vel laudimium, ſummum videlicet totius æſtimationis, tunc nullum eſt nouum laudimium, quia iuſto pretio ſemel emit, & tali quo res deberet ſua eſſe perpetuò & incommutabiliter, & quod nunc aliud pretium addit, cenſetur cauſa vexationis redimendæ facere, etiam ſi non emat ab exigente indebitè, ſed verum ius habente: tamen reſpectu ſui authoris contra quem nullum vel ineffícax (quia ſoluendo non eſt) recurſum habet, dicitur reſpectu authoris ſui, qui debet præſtare habere licere, quod non præſtat, & conſequenter etiam reſpectu domini directi qui ſolidum laudimium quaſi perpetuę & incommutabilis acquiſitionis recepit, vexationem redimere. Et ſic non debet dominus directus dè infortunio & damno ſui vaſſalli vel cenſuarij lucrum aut quæſtum nouum facere, nec afflictio danda afflicto. Secus ſi Titius initio vili pretio emiſſet: quia tunc cenſetur hoc factum metu dictæ ſubſtitutionis vel alterius oneris quod poſtea apparuit, & ſic de eo quod ad illud redimendum datur, tanquam de iuſto pretij totius fundi ſupplemento, noua iura vtilia debentur, non autem retractui dominicali locus eſt.

116. Fallit dicta concluſio ſuprà num. 120. ad hypotheſim *ſuprà num.* 115. ſi Petrus initio non vendidiſſet totum fundum, ſed partem: tamen ſe obligaſſet eidem vendere reliquum, ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione, ſiue præcisè, ſiue per modum prælationis, ſiue in eodem contractu, ſiue ſeorſim, & poſtea Titius reliquum emit: hæc eſt enim prorſus alia acquiſitio, & non ſimplex prioris confirmatio & omnia iura debentur, quia etiam Titius non fuit inueſtitus, nec aliquid exhibere potuit de parte quæ non erat vendita, ſed nunc primùm vænit. Amplio primò: etiam ſi Titius domino directo exhibuit inſtrumentum venditionis partis, & promiſſionis vendendæ reliquæ partis eiuſdem contractus contemplatione factæ & dominus ſimpliciter inueſtiuit, quia nihilominus etiam iure retractus pro parte poſtea vendita vti poterit: quia ex quo de parte promiſſa vendi, nec traditio facta erat, nec pretium ſolutum: inueſtitura & approbatio domini directi nullomodo in illam partem adhuc integram & in veteri ſtatu manentem refertur: ſed ſolùm ad partem venditam, & de qua iura ſoluta vel obligata ſunt, non autem de qua nihil oblatum fuit nec ſolutum: & ſic quoad hanc partem dominus integra iura habet. Amplio ſecundò dictam fallentiam, etiam ſi Titius tempore inueſtiturę iam emerat aliam partem contractu ſeparato, quia ſatis eſt quòd dominus non inueſtiuit niſi de vna parte, etiam ſi ſciret de alia, dummodo circa aliam non fuerit factum aliud excludens à retractu.

117. Fallentiam ſic ampliatam ſublimitto: ſi ex forma contractus ſatis apparebat Titium non fuiſſe emptorem partem primam ſine ſpe ſecundæ, quia dominus qui hoc vidit & retractu vti noluit, non poterit nunc vti retractu ſolius partis nuper emptę inuito emptore, niſi etiam offerat totum retrahere, quod poteſt etiam ſi emptor fuiſſet ſimpliciter & ſine proteſtatione inueſtitus de priori contractu: quia ſatis eſt quòd dominus non renunciauit iuribus ſuis pro alia parte, & quod ſciebat pro illa ius ſuum quale contingeret durare: quando caſus accideret qui erat incertus & pendens ab arbitrio alieno. Petrò quando dominus non habet ius retractus niſi pro parte & emptor habet iuſtam cauſam non diſcedendi niſi à toto, non petitus domino ſi offerat totū retrahere, vt emptor diſcedat indemnis, vt planè dixi ẽ. §. 20. *gl.* 1. *n.* 6. quò remitto: quia nihil his quæ plenè ibi dixi addere expedit, niſi quod ibi *n.* 51. dixi rei ad retractum conuenti, eſſe hanc electionem. Addo quòd idem tenent Raphael Fulgoſius in *l. quòd ſi nolit* §. idē Marcellus de Ædilit. edict. Lancel. Deci. in *l. cui vſufructus. de vſu & vſufruct. legat.* & eam ſententiam noſtram confirmauit Do. Andr. Tiraq. ſenator ampliſſimus & doctiſſimus in tract. *de contractu proxim.* §. 23. *glo.* 2. *ad nonum.*

118. ¶ VNDECIMO quæro ſuper ea hypotheſi *ſup. num.* 115. de q. huc remiſſa *ſup. num.* 119. Petrus ipſe non redimit à Titio, an dominus directus poſſit quintum pretij vel laudimium, & quantum exigere à Caio vel ab eo retrahere? Hæc q. mihi quidem expedita erat, vt ſuprà *eo. num.* 118. ſed non æque aliis, quippe ſub qua lateant hinc inde argumenta veritatis elucidandæ cauſa in apertum eruenda. vt notando & diſputando non defunctoriè, ſed bene & optima ratione decernamus, vt Herennius ille Modeſtinus in *l. vlt.* §. *mixta. de muneribus & honoribus*, & veluti ferro viam aperiendo, iuxta Bal. in *l. precibus col.* 5. *de impub. & aliis ſubſtit.* hactenus tamen, vt aperiatur, non autem nimia altercatione ſophiſtarum more obruatur veritas. Et primò nulla penitus iura debita videntur neque de venditione dictæ facultatis, neque de redemptione. De prima patet: quia non eſt venditio nec mutatio fundi, & hoc liquidum eſt in feudo, quod dum Petrus vendit illam facultatem Caio, nec venditor nec emptor dictæ facultatis ex eo facto obligatur ad aliquod quintum pretij: poteſt enim Caius negligere, vel aliàs impediri ea facultate vti, & ſic totum ſibi perit: & venditio fundi per ſe confirmatur, & nullum ius vndique domino feudali quæritur, & idem in cenſu, vt ſatis dictum eſt ſuprà *ea. glo. num.* 133. De redemptione etiam liquet, quia illa non eſt aliud quàm executio prioris contractus, de qua executione nulla noua iura oriuntur nec debentur, vt latè probauimus ẽ. §. 33. *q.* 3. *nn.* 11. *&* 15. quibus adde Bald. *conſil.* 415. *iſta ſolemnitas lib.* 2.

119. Quibus non obſtantibus dico omnia iura tanquam ex noua voluntaria venditione & mutatione eſt aperta domino directo: qui ſi eligat quintum pretij vel laudimium, debet illud habere de vtroque pretio, tam venditionis dictæ facultatis quàm redemptionis. Quòd ſi retrahere malit, poteſt vtrumque pretium refundendo, vt factum eſt ſupra *ea. glo. num.* 117.

130. Non obſtat primum, quia verum eſt quamdiu in illis terminis ſtatur, videlicet antequam Caius redimat infra tempus redimendi in vim facultatis emptæ: quia cùm poſſit, multis inopinatis in arcto tempore ſæpe occurrentibus impedimentis, ius emptum etiam diligenti & inuito perire, cenſetur interim aleam magis quàm fundum ipſum emiſſe, quem tamen in effectu cenſetur emiſſe euentu ſecuto, velut ſub tacita & implicita conditione, qua purificata verus eſt emptor fundi: & ſic tunc omnia iura debet & non priùs. Vnde non priùs tenetur domino directo quicquam notificare nec illum adire ſicut emptor ſub conditione vel ſub clauſula reſolubili: deficiente conditione vel reſolutione ſecuta, nihil debuit nec debet, ſed extante conditione vel deficiente reſolutione omnia debet ſecundum naturam & qualitatem acquiſitionis, vt & ſuprà *eod. gloſſ. num.* 123.

131. Non obſtat ſecundum, quia procederet ſi ipſemet Petrus vel eius hæres pro ſe redimeret, tunc enim eſt meta executio & recurſus ad priorem ſtatum quod fauorabile eſt, & immune eſſe debet, ſuprà *ea. glo. nn.* 71. ſecus quando non pro ſe, ſed pro alio redimit, vel quando ius redimendi cedit alij qui pro ſe redimit: quia tunc idem eſt ac ſi ipſe primò redimeret, deinde alij de integro venderet. Ex hac enim ſecunda noua venditione nemo dubitat omnia de nouo & plena iura dominicalia oriri, ergo idem quando non redimit ipſe, ſed cedit redempturo qui etiam de facto redimit, quia omnino idem effectus eſt,

auctо pretio vel aliquo ſibi dato, quia quicquid datur venditori ante contractum concluſum vel vt concludatur pretium eſt, vel partem eius intrinſecam & ſubſtantialem facit, & quoties verus dominus intervenit ſæpe eſt verus venditori.

140. Limito ſi emptor bona fide & iuſtiſſimo pretio emerit à non domino ſuo nomine vendente: & poſtea ſuperveniente vero domino cum eo tranſigit & ei grandem ſummam dat: quia etiam ſi ius ceſſum ab eo capiat, tamen quia vexationem quam non à domino, ſed à venditore ſuo patitur qui non præſtat habere licere redimit, nulla laudimia debet nec inde augentur per nota. *ſuprà ead. gloſſ. num.* 125. ſed bene ad onus retrahentis venit in conſiderationem non indiſtinctè, ſed ſecundum ea quæ dicam ĩ. §. 176.

141. Sic in hypot. *l. tenetur* §. 1. *de act. empt.* ſi domum meam probè conſtructam, tibi vendidero, vt alteram meam ruinoſam reficias, refectio illa eſt pars pretij omnis reſpectu, & retrahentis & iurium dominicalium quæ auget: ſecus in eodem §. *verſi. ſed & ſi vendidi tibi aream*, vt ibi inſula ædificata partem dimidiam mihi tradas, quia tota ædificatio non intrat pretium, ſed dumtaxat dimidia pars ædificationis: quia in effectu non tota area venit, ſed dimidia area pro pretio conuento & pro ædificanda parte retenta per venditorem.

142. Sed quid ſi quis emit fundum à proprietario, & mox pro quadam alia ſumma redimit ius vſufructus à fructuario? Reſp. clarum eſt laudimia de vtroque deberi, non tam quia vſufructus eſt pars dominij *l. cùm filius* §. *dominus. de lega.* 2. *& dixi* ĩ. §. 1. *gl.* 1. *nu.* 2. ſed eo magis quod plenum & integrum fundum acquiſiuit idque mediante pecunia quæ totius integri iuſtum pretium non excedit, & ſic omnia cumulantur etiam à non dominis puta creditoribus, vt *ſupra ea. glo. num.* 130. redempta. Non tamen hæc ſemper onerant retrahentem qui poteſt ad onus dicti vſufructus voluntariè redempti retrahere, ſecundum ea quæ dicam ĩ. §. 181.

143. Quod ſi diu paſſus fuerit fructuarium ſtrui, tandem aleam reſidui temporis redemit, laudimia inde non debentur, quia hæc redemptio non eſt acquiſitio fundi, & propter longum interuallum non cenſetur dilata in fraudem domini directi, tum vſufructus ille non erat redimibilis, & fortè nunquam fructuarius voluit niſi hodie vendere & in veritate vſufructus non eſt pars rei, ſed ius tantùm, vt patet à diffinitione *l.* 1. *de vſufr. & per l. rectè dicimus de ver. ſignif.* tex. autem *d.* §. *dominus*. verbo fictionis inſtar vtitur. vt in *l. ſi vſufructus. ibi quaſi domino. de aqua plu. arcen.* Sed ab initio quando vtrumque emitur apparet quod vſufructus non minùs erat venditioni expoſitus quàm fundus, & quòd volens plenum fundum ſimul ab omnibus ius habentibus emere, poſſet laudimia fraudare, ſi illa partim euitaret ſeparatim emendo ab vno proprietatem, ab alio vſumfructum, ab alio hypothecam vel aliud ius.

144. DECIMOTERTIO quæro, ſi appareat de originali inueſtitura cenſus conceſſi ad onus quod dominus habere poterit pro pretio, ſeu iure retractus quando vendi contigerit, an * dominus præferatur conſanguineo venditoris? Si conſulas ſcribentes, omnes tenent quòd ſic, loquentes in emphyteuſi in *l. Imperator.* 2. *de pact. in l.* 3. per illum text. *C. de iure emphyteu.* quorum inſigniores nominatim citaui ſuprà. §. 22. *numero* 3. deinde Do. And. Tiraquell. in *tract. de retract. proximit.* §. 1. *gloſſ.* 3. *num.* 1. *& gloſſ.* 14. *nu.* 113. *&* §. 21 *nu.* 2. *cum ſeq.* omnes cumulat, qui malè & incautè dicunt aliud in feudo. Quia cæteris paribus non eſt in hoc differentia inter feudum & emphyteuſim. *&* *d. l.* 3. quæ ſimpliciter ait dominum præferri emptori, loquitur in emptore extraneo cui non licet vendere, ſaltem tradere domino irrequiſito

* An dominus præferatur conſanguineo.

A ſub pœna commiſſi, prout etiam ſecundum vſus feudorum in feudo dixi *ſuprà* § 20. *gloſſ. in princ.* ſed, vt venditio feudi eſt permiſſa inter conuaſſallos qui ſcilicet ſunt comprehenſi in inueſtitura, vt latè probaui ĩ. §. 20. *gloſſ.* 6. *num.* 5. Et vltra eos quos ibi citaui, hoc tenent Angel. & Alex. in *l. ſi domus* § *vlt. de leg.* 1. Salicet *l.* 3 *col.* 7. *C. de iure emphyteu.* Alexand. *conſi.* 187. *num.* 3. *&* 7 *lib.* 1. *conſil.* 7 *num* 5. *lib.* 5. *conſi.* 19. *nu.* 13. *lib.* 6. vbi in annot. dixi Carol. Ruynus *conſ.* 8. *col.* 1. *conſ.* 10. *nu.* 9. *cum ſeq. lib.* 1. Ludo. de Gozadi. *conſ.* 20. *num.* 9.

145. Quòd autem in vſibus feudorum dicitur dominũ habere ius retractus in *c.* 1. §. *porrò qualiter olim pot. feud. alienari in vſibus feud.* procedit ſecundum B veterem conſuetudinem; quia licebat domino inſcio vel inuito ſaltem mediam feudi alienare, vt patet in eo text. & in gloſſ. *verſi. æquali pretio. & in ca.* 1. *de alienat. feud. in vſib. feud.* ſed per nouas conſtitutiones Lotharij II. deinde Frederici primi Ænobarbi, de quibus dixi ĩ. *et.* 1. *in rub. nu.* 35. *&* 36. ius retractus ſuperuacuum erat dominis feudalibus Cùm autem tandem per conſuetudines non ſolum ad priorem vetuſtam conſuetudinem reditum ſit, ſed etiam vſurpatum, vt in totum alienari poſſit, meritò ius retractus feudalis reuixit: ſed intelligitur ſecũdum ſui originem, videlicet quando fit alienatio in extraneum, ſcilicet qui non eſt de agnatione deſcendenti à ſtirpe à quo incepit feudum, qui etiam non eſt habilis ad ſuccedendum in feudo ſecundum dictos vſus Inſubrium.

C 146. Alias ſi emptor ſit de agnatione deſcendenti ab illo ſtipite, non ſolum excludet dominum, ſed etiam ab eo auocabit, & proximior agnatus à remotiore agnato auocabit, Bal. Aluaro. Præpoſit. in *c.* 1. §. *Titius. ſi de feudo fuer. content. inter dominum & agna. vaſſalli.* Bal. in *l. imperialem. col.* 3. *de prohib. feudi. alien.* per Federi. Carol. Ruinus, *conſ.* 81. *nu.* 4. *lib.* 1. Inſuper pro conſanguineo contra dominum* pre- * Feudum præſumitur antiquum. ſumitur feudum eſſe antiquum non nouum *ca.* 1. *in fi. de gradib. ſuccedent. in feudo c.* 1. *in prin. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos vaſſalli. in vſib. feudo. dixi ſuprà.* §. 5. *num.* 86 & his quæ ibi dixi adde idem tenere Philip. Deci. *conſi.* 252. *nu.* 6. *conſi.* 269. *nu.* 5. Do. And. Tiraq. in *tract. de retract. proximit.* §. 32. *nu.* 91. *cum ſeq.* Et idem intelligendum D in emphyteuſi, vt videlicet comprehenſi in inueſtitura præferantur domino directo in retractu, per ea quę dixi *ſupra* §. 20. *gloſſ.* 6.

147. Conſuetudines autem huius Regni quæ dant ius retractus domino directo feudali & ſæpe etiam cenſuali, & nihilominus præferunt cognatos venditoris, originem videntur habuiſſe ab antiquitate primæ inueſtituræ feudalis vel cenſualis hominum memoriam excedente, ita vt cognati videantur & præſumantur à primo ſtipite deſcendiſſe. Tamen conſuetudines Regni ab antiquo etiam in feudis fauent indiſcriminatim tam cognatis quàm agnatis: nec ſcrupulosè exigunt deſcendere à ſtipite, ſed ſufficere cognatum eſſe vltimo poſſeſſori & venditori, cui per ſucE ceſſionem ab anteceſſoribus obuenit & ab eo latere, nec aliud attenditur in retractu conſuetudinario. Vnica valde in hoc anomala eſt conſuetudo Comitatus Burgundiæ, quæ vult dominum feudalem vel cenſualem in retractu præferri conſanguineis venditoris, *tit. des rachapts.* §. 5. *&* 12 contraria in hoc etiam conſuetudini Ducatus Burgund. *eod. tit.* §. 9.

148. Redeundo ad q. noſtram de retractu conuentionali diſtinguendum eſt, aut apparet de originali & primitiua conceſſione in cenſum in qua concedens ſibi retinuit ius prælationis & retractus, & tunc etiam cognatis venditoris præfertur. Fallit ſi ſunt filij vel deſcendentes primi inueſtiti, vel ſaltem ab illis in quos dominus paſſus eſt alienare & qui fuerunt cenſuarij: quia indubiò pactũ non intelligitur de iſtis, ſed

by Google

de extraneis qui nihil habent commune cum inueſtitura cenſuarij, nec deſcenderunt ab antiquis cenſuariis, per no. §. 20. *gloſſ. 6. num. 5.*

149. Aut non apparet talem eſſe primariam conceſſionem, ſed ſolum de quadam noua recognitione in qua cenſuarius hoc oneris recognouit & tunc dico quòd quamuis ex certa ſcientia hoc fecerit, ſi tamen non erat res reuerſa ad dominum directum & in eius libera diſpoſitione, non valet pactum in præiudicium cognationis præſentis vel futuræ, ad derogandum iuri retractus proximitatis iam radicati & fundati in iure publico conſuetudinis, cui pactis priuatorum derogari nequit *l. ius publicum. l. inter debitorem de pact.* Nec etiam per teſtamentum, cùm ſit beneficium legis in *authen. de nupt. §. ſed hæc quidem.* Andr. Tiraq. tracta. *de retract. proxim. inſi. q. 2. nu. 7.* facit quæ in ſimili dixi. §. §. 13. *gl. 3. nu. 7.* niſi tempore pacti res erat de noua acquiſitione recognoſcentis, quam liberè poterat alienare, ſine vllo onere retractus proximitatis. Nec obſtat quòd retractus conuentionalis excludit retractum proximitatis, quia verum eſt, vt res redeat ad antiquum poſſeſſorem vel ſuos, non autem vt cedatur extraneo facultas redimendi ad excludendum proximum, qui poterit etiam ab illo ceſſionario retrahere: niſi res erat de acquæſtu primi venditoris, & ſic non obnoxia retractui proximitatis.

150. Et conſequenter ſi res ſit iam affecta retractui proximitatis, quamuis venditor poſſit ſibi ipſi vel cuiuis de linea paciſci de redimendo vel de retractu conuentionali: tamen non poterit paciſci extraneo, nec cedere extraneo in præiudicium minimi de cognatione ritè venientis ad retractum, quo deficiente vel non rite veniente liberas ædes habet quiuis ceſſionarius venditoris. Tamen ſi cognatus præuenerit retrahendo pendente facultate redimendi, & ea pendente extraneus ceſſionarius veniat ad redimendum, poteſt & admiſſibilis eſt, niſi cognatus ſupplear quod de iuſto pretio venditionis deeſt. Et pariter ſi ceſſionarius priùs redemerit, cognatus infra tempus retractus proximitatis veniens, debet reſiduum valoris rei ſupplere ceſſionario, quia ſi ceſſionarius extraneus etiam gratis ceſſionem iuris redimendi habuerit, luctum ſuperualentiæ rei non debet cedere lucro retrahentis, ſed lucro ceſſionarij qui j. tempus conuentum redemit, vel ad redimendum venit, ſed poſt illud tempus cedit lucro emptoris ceſſante retractu, vel lucro retrahentis, vt plenius dixi infrà §. 185. Et idem in feudis ſi in eis conuentum ſit de retractu conuentionali.

151. Et hinc eſt quod ſi quis vendidit proximo ſub pacto redimendi, non poteſt illud ius etiam gratis cedere extraneo in effectu niſi quantum ad ſuperualentiam ptetij, & dummodo veniat j. tempus conuentum: idem ſi vendidit extraneo, ſed his infra tempus retractus proximitatis ceſſit cognato venditoris ex eo latere vnde res proceſſit. Et hæc no. quia nondum à quoquam animaduerſa.

152. ¶ DECIMOQVARTO quæro, an iſtud ius retractus feudalis vel cenſualis conuentionale cedi* poſſit? Videtur omnino quòd ſic, ſaltem vt nuper dixi de conuentionali à venditore retento, dummodo nō ſit in præiudicium retractus proximitatis, quando res eſt huic obnoxia, vt nuper dixi. Nec obſtant quæ latè dixi §. §. *gl. 1. q. 1.* quia procedunt in retractu conſuetudinario, quando non apparet de alia ſpeciali conuentione. Breuiter adhuc idem dico quòd in conſuetudinario, cenſetur enim in dubio pactum retractus factum à domino, etiam in primordiali inueſtitura, ad inſtar conſuetudinarij & per modum prælationis, ſecundum naturam materię ſubjectæ & qualitatem perſonæ, ſecundum quæ verba debent intelligi *l. plenum §. Æquitij. de vſu & habit.* Porrò ius prælationis & redemptionis multum differunt, vt dixi ſupra §. 20. *glo. 1. num. 23.* Cùm ergo hæc pactio non ſit appoſita à venditore nec in contractu venditionis, ſed à domino directo, & in inueſtitura, debet (niſi aliud expreſſum ſit) intelligi de ſola prælatione.

153. Prout etiam verba interpretantur contra eum qui legem dicere potuit apertiùs *l. veteribus de pact.* & contra eum qui commodum prætendit. *l. ſæpe.* vbi Bar. *de verb. ſign. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. de verb. obl.* Alex. *conſ.* 204. vbi in annot. dixi lib. 2. *conſ. 63. nu. 8. li. 6. & de eo quod eſt minus. l. ſemper in obſcuris de reg. iur.* Et ſic concludo quod nec hoc caſu cedi poteſt: nec dominus directus poterit niſi pro ſe vel pro liberis ſuis, vt dixi in *d. §. 13. gl. 1. nu. 32.* & eſt communis ſententia, vt etiam ſatis indicat Do. Andr. Tiraq *in tract. retract. proxim. §. 19. gl. 1. nu. 40.* vbi nihil firmat quia tantum incidenter attingit: & dicit ſe à nonnullis accepiſſe in ſupremo hoc Senatu latum arreſtum pro contraria opinione, vt cedi poſſit pro epiſcopo Carnotenſi in quadam Baronia. Sed certè cum illa ab eo feudaliter moueatur, epiſcopus non potuit eſſe ceſſionarius, & veriſimile eſt fuiſſe arreſtum ſimile illi quod recitaui ſupra §. 20. *in princ. num. 2.* Equidem non ignoro quædam arreſta quandoque lata pro ceſſionariis, ſed etiam ſæpe fuit iudicatum contra ceſſionem: & ipſe audiui à pluribus antiquis & magnis viris fide dignis affirmantibus ſe habere arreſta lata etiam contra ceſſionarios ſupremi domini noſtri Regis, & recordor vnum ſolemne latum fuiſſe die decima ſeptima Maij Veneris ante feſtum Pentecoſtes, anno ſeſquimilleſimo trigeſimoſecundo, relatore domino *l'Eſcuyer* in magna claſſe huius Senatus.

154. ¶ DECIMOQVINTO quæro, de q. quam vidi in facto, nimis ambagioſam conſultoribus. Domus cenſualis erat ipſi directo domino & Titio communis & quia commodè non poterat diuidi expoſita fuit* ſubhaſtationi, etiam extraneis licitatoribus admiſſis, quos Titius plus offerendo vicit & domus ei adiudicata, quæritum eſt de iuribus dominicalibus? Et primò quo ad laudimia videbatur indubitatum ea integra deberi domino directo, quia domus fuit adiudicata Titio tanquam extraneo. Nec obſtat quòd dominus directus habebat partem dimidiam, quia Titius cui eſt adjudicata tanquam extraneo & ſummo licitatori, non cenſetur contraxiſſe cum domino directo, ſicut nec cum ſeipſo, ſed cum ſolo iudice, vt tetigi ſupra §. 77. *num. 21.* & latiùs infrà *tit. 17.* ergo totius actionis ſolida laudimia debet ipſi domino. Et ita quidam cenſebant. Alij verò æquiores dicebant ſaltem pro media parte deberi, quia in effectu non tenetur emptor numerare pretium niſi pro dimidia, & quatenus numerare non tenetur, ipſi debita eſſet exactio, & apertè damnificaretur. Retractum verò totius (per quem emptor indemnis abit) admittebant ſi fuiſſet res feudalis vel ſita in loco vbi conſuetudo dat retractum domino cenſuali.

155. Nec obſtat quod factum eſt animo diuiſionis in qua indiſtinctè omnia huiuſmodi iura ceſſant, etiam tota re vni adjudicata, vt plenè dixi *ſupra §. 33. num. 70. & j. eo. glo. 3.* quia verum eſt extraneo non admiſſo. *l. item Labeo. §. 1. ibi etiam licitatione admiſſa vni rem adiudicare. Fa. Her. ſcilicet vni hæredum.* Et ſic adhuc ſemper manet diuiſio intra ſuos terminos, ſed cùm ad licitationem admittuntur extranei: tunc res exponitur venditioni, etiam extraneis quibus non competit iudicium Fa. Her. nec communi diuidundo. *l. 1. C. de rer. permut.* & ſic cùm hæc diuiſio excedat terminos ſuos, meritò exceditur à non ſuis terminis, vt in ſimili in *l. Lucius depoſi.* Nec etiam obſtat quod Titius ipſe dominus erat pro media: emere enim cum tota re etiam noſtram partem poſſumus, inquit tex. in *l. quod ſi vno. in fi.* de in diem adiectio. & totam rem dicimur habere ex nouo titulo

* Si domus quæ diuiſi cōmodè non poteſt, ſubhaſtationi ſubijcitur vt melius vendi poſſit vtrum debeantur laudimia.

* Cedi vtrū poſſit ius retractus.

& noua emptione. text. in *l. cùm in diem. de in diem adict.*

156. Conſultus Reſpon. nullis iuribus locum eſſe. Et primo de laudimiis, certum eſt quod Titius habet partem à ſe, partem à domino directo *l. cùm ſolus* & ibi Bart. & alij de vſuca. in parte verò quam habet à ſe, non dicitur de nouo acquirere, ſed retinere: nec res mutat manum de cenſuario in nouum cēſuarium, ſed manet apud eundem, & ſic impoſſibile eſt aliqua iura hinc oriri, de parte verò quam habet à domino directo, ipſemet dominus cenſetur venditor: tranſit enim res ab illo in Titium, & ſic pro hac vice nulla iura oriuntur, neque laudimia, neque retractus, nec quintum pretij ſi ſit feudum: quia quatenus dominus ipſe vendit, nullum laudimium petere poteſt, quia ipſemet pretium recipit, & multò minus retractum. Pro parte verò ſocij, ipſemet ſocius retinet nec perſona mutatur. Nec obſtat quòd dicitur contrahere cum ſolo iudice, quia hoc verum eſt quantum ad excluſionem aliorum prætendentium iura vel hypothecas ex factis anteceſſorum, & quantum ad formulam exactionis pretij, ſed non quantum ad tranſlationem dominij & poſſeſſionis ipſius rei: quia non tranſit à iudice qui nihil iuris habebat in re, ſed in emptorem immediatè tranſit ab vltimo domino & poſſeſſore ſubhaſtatione patiente. Præterea dico quòd minus eſſet locus retractui quàm laudimiis, quia dominus directus qui non erat talis niſi pro dimidia, (quia res ſua nemini ſeruit) non poſſet petere retractum niſi pro dimidia, & ſic eſſet reuerti ad priorem communionem & directò contrauenire his quæ cum ſocio, iudice authore fecit ad finem diſſoluendæ communionis, quod principaliter agebatur, & ſic multò minus admiſſibilis eſt ad retractum in quo eſſet maior contrauentio. Quòd autem poſſet petere retractum totius, impoſſibile eſſet, quia nunquam habuit ius in re niſi pro media, & per hanc ſubhaſtationem non acquiſiuit nouum per maius ius in re, ſed quod habebat voluntate ſua, & facto ſuo habere deſiit, iuribus directi dominij ſaluis in totum pro tempore futuro.

157. Non obſtat quod extraneus licitator fuit admiſſus: quia victus fuit & repulſus ex quo res remanſit ſocio, & ſic idem eſt ac ſi ſolum inter ſocios fuiſſet licitata ex quo extraneus non fuit admiſſus in effectu, & ſic ſumus in terminis aſſignationis ex diuiſione: imo etiam extra illos terminos, etiam per modum veræ venditionis ſi ab illa dominus incepiſſet: principaliter vendendo partem ſuam, neque retractum, neque laudimium pro hac vice habere poſſet: pars autem ſocij nullo modo fuit vendita ſed retenta. Non obſtat *d. l. quòd ſi vno. ſupra nu.* 155. *in fi.* quia ibi illa eſt ratio defunctoria (vt ſæpe in iure) non vera & adæquata. Si enim duo communem fundum vendiderunt Titio, ſub pacto adiectionis in diem, vnus venditorum meliorem conditionem afferens, non tamen verè emit, ſed retinet partem ſuam, nec numerat ſocio totum pretium meliore conditione auctum, ſed dimidiam dicti pretii, ſed meliorem conditionem afferendo totam venditionem, etiam pro parte ſua reſoluit & ſic verbum Emere, ibi ſtat pro Reſoluere, quia tota venditio etiam pro parte offerentis fit infecta. In caſu autem conuerſo, vt in *d. l. cùm in diem.* vnus ex nouis extraneis emptoribus verè partem nuper ſuam de nouo emit: quia prior illo emptio ipſo iure in totum reſoluitur & infecta habetur, longè aliud hîc.

158. Et ſic hæc q. erat indubitabilis, ſed ſcrupuloſi illi & peruicaces fuerunt ſemel conuincendi, plus dico ſi res communis erat tribus, quorum vnus erat dominus directus, & vni reliquorum ſociorum res adiudicata fuit, quod nulla iura debentur, nec pro tertia parte quidem, quam iſte capit à ſocio qui non eſt dominus directus, quia totum eſt diuiſio, & ſic etiam ſi dominus directus eſſet extraneus, neque laudimium neque retractus ei deberetur, ergo multò minùs quando eſt vnus diuidentium. At quando extraneus licitator non ſolum fuit admiſſus, ſed etiam vicit, tum verè diuiſio excedit omnino ſuos terminos, quia omnes ſocij dicuntur illi extraneo vendidiſſe, & ſic, vt nullus eorum poteſt in aliquo retractu proximitatis vti, quamuis non dixerint ſe vendere quiſque in ſolidum, vt dixi infra §. 174. ita nec dominus directus pro hac vice, quia erat vnus ſociorum.

159. Secus ſi pars ſua pro indiuiſo non fuit vendita, quia tunc in reliquis habet omnia iura adoptionem ſuam. ſ. beneficio conſuetudinis cuiuſque loci ſi adiudicatio facta ſit extraneo qui propriè dicitur emere, & non ex diuiſione, ſed ex mera emptione habere *l. communi. §. ſi debitor. ibi quem creditor per adiudicationem emit. D. communi diuid.* Sed ſi vni ſociorum facta ſit, dicitur ex adiudicatione diuiſoria habere indiſtinctè & non titulo emptionis, & ſic omnia iura dominicalia ceſſant. Ceſſat etiam omnino retractus proximitatis, tametſi Do. Andr. Tiraquell. *in tract. de ret. ſoc. proximit. §. 1. gloſſ. 14. numero 76. hoc cogitandum reliquerit.*

160. Et quando omnes ſunt de linea, ſecus ſi dum inter paternos & maternos fit omnium promiſcua diuiſio & adiudicatio: res antiqua in totum paterna adiudicetur materno vel contrà: quia tunc locus eſt retractui proximitatis non diuidentibus ipſis, ſed aliis cognatis. Non autem locus eſt retractui dominico, nec aliquibus iuribus dominicis, quia licet iſte ſit extraneus quantum ad lineam, & quantum ad rem quæ non eſt ſibi communis, tamen non eſt extraneus quoad diuiſionem ex quo habebat alias res communes cum eis. Secus enim ſi nihil erat diuidendum cum eis. Item fallit in conſuetudine Andenſi § 282. *in fin.* vbi etiam ſi ius erat communis, & diuidenda inter paternos & maternos, ſi materni etiam diuidendo ſine ſupplemento nummorum partem ſuam cedant paternis, laudimia debentur pro rata huius partis: Item fallit in locis vbi conſuetudo ad excludendum iura dominica in diuiſione per aſſignationem, vult penſationem fieri de rebus eiuſdem communionis vel hæreditatis, vt conſuet. Turon. *tit. des rachapts & ventes §. vlt.* conſuet. Niuern. *eod. tit. §. 24.* & de Lotris *eod. tit. §. 51. quæ locis ſuis ſeruanda ſunt.* quia iſte non erat communis nec cohæres in ea re, vel etiam niſi vbi conſuet. fortius excipit ſi is cui fit adiudicatio totius non erat cohæres pro media, & ſi ſupplementum pecuniæ excedat dimidiam.

161. Vt conſuet. Bleſen. §. 88. quæ in hoc noua eſt, vt dixi ſupra §. 35. *num.* 77. & ſic cum ea noua additio loquatur tantum in feudo, remanet in cenſu contra dominum cenſualem vetus cōſuetudo & regula communis, quia quamuis eſſet eadem ratio in cenſu: tantum ſola paritas rationis non ſufficit ad extendendum in correctoriis, vt no. *in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. in l. ſi conſtante. in princ. ſolut. matrim.* ſed præſtat regula quod vetus manet quatenus expreſsè non mutatur *l. præcipimus. C. de appellatio.* præſertim quando non eſt neceſſaria extenſio, ſed agitur de onere vel odio, vt hîc, multò minus ſub quacunque conſuetudine hæc iura debentur, quando vnus hæredum omnes alios data pecunia abſtinere facit vel cogit vt filias in quibuſdam locis, de quibus dixi ĩ. §. 122. & in conſuet. Borbonienſi, *de acquir. vel omitt. hæredit.* Omnia illa commentaria iamdudum in lucem exiuiſſent ſi horrendæ illæ calamitates omnibus notæ, in me & ſancta ſtudia mea non inundaſſent, & acerbiſſima mors fideliſſimæ & prudentiſſimæ vxoris, quę totius domus & plurium pupillorum negotia & onera omnia in me vnum reijciunt, vt nec à forenſibus negociis ceſſus quietum me ſinat.

162. § DECIMOSEXTO iuxta no. 5. *ea. gloſſ. q.*

* Laudimia vtrũ debeantur ex venditione facta sub pacto adiectionis in diem aut sub lege commissoria.

3.nu.45. Quid de venditione facta sub pacto adiectionis * in diem vel legis commissoriæ, vt si quis infra decennium meliorem conditionem attulerit res sit inempta, vel nisi infra illud tempus emptor persoluerit? Et videtur res expedita etiam secundum concordem omnium sententiam, vt extante conditione resolutoria, vtpote contractu ipso iure resoluto & ad non causam redacto, nulla penitus laudimia debeantur, neque in principio neque in fine, nec de contractu nec de resolutione, vt plenè disputauimus 5. §. 33. & in casu specifico *ibi nu.* 10. & tandem per huius supremi Senatus Arrestum obtinui: quod enim ibi q. 2. in fine dixi ita iudicatum fuisse in prima instantia, intelligendum est me ita iudicandum censuisse, prout plures prouinciarum præsides vix vnquam à responso meo in iudicando discedere solebant. Hanc enim incorruptæ & prærogatæ sententiæ existimationem ante quinque & viginti annos nactus eram, vt nuper in carceribus Montbelgardensium Lutheranorum frustra exprobrabam impiis illis & barbaris officialibus Montbelgardi, qui me ad scribendum & consulendum pro libidine sua iure vel iniuria, bonorum & corporis oppignoratione adigere volebant, vtque innocentiam & iurisprudentiam meam eorum tyrannidi & auaritiæ prostituerem sed mori malebam. Deúmque per vnum Iesum Christum redemptorem nostrum assiduè inuocabam, qui me quinto mense fidelissimæ vxoris ministerio eripuit. Tamen quia in ea specie æquitas mea multos alioquin doctos qui nunquam simile viderant nec audierant offendebat, actrix in prima instantia aliis assessoribus adhibitis succubuit, & in amplissima curia omnibus ferè togati nostri ordinis videbatur etiam mulctæ temerariæ appellationis obnoxia, sed eius loci chartis iam exaratis & in senatum me febri decumbente delatis, sententia mea vicit. Postea Do. And. Tiraq. *in tract. de retract. proxim.* §. 6. *gloss.* 2. hanc quæstionem effusè disputans ita in hoc articulo indistinctè concludit.

163. Verum periculosum est in iure absolutè definire. *l. omnis definitio. de regul. iur. l. Mœnia* §. *vxore de annuis lega. l. in fundo. in prin. de rei vend. l. de accessionibus in prin. de diuers. & tempora. præscri.* In hac enim hypothesi alia ratio pactum reformat. Quid enim absurdius quàm emptorem longo tempore verum dominum & vassallum vel censuarium fuisse & pacificè possedisse, & tamen de re quæ tot annos manum mutauit, nulla iura domino directo deberi, nec semel quidem, sed si receperit restituere teneri. fac fundum venditum mille receptis quingentis, ea lege, vt nisi emptor infra decennium reliquum persoluat, res sit inempta, lapso decennio persolutione non facta venditor restitutis quingentis fundum recuperat, cur in feudo condicet centum à domino directo, etiam si non sit locupletior? quia initio sciebat contractum resolubilem. Igitur indistinctè teneatur, *vt supra ea. gloss. num.* vel cur emptor laudimia condicet à domino censuali? dices ratio in promptu est, quia venditio ex causa ab initio inexistente pro infecta habetur, etiam retrò quoad fructus qui restitui debent. *l. item quòd l. imperator in prin. de in diem adiect. l. lege in fundo de leg. commisso.* sed multum ad pauca aduertendo paralogisatis.

164. Modica enim circunstantia facti inducit magnam diuersitatem iuris. *l. si ex plagis* §. *in clino. ad l. Aquil. l. si is de excusat. tuto. l. hoc legatum de lega. 3. Spec. tit. de aduocato.* §. *hoc tractatum. tit. de except.* §. *viso quando circa prin.* Alber. *d.* §. *in clino.* Phil. Dec. in *l. precibus C. de impub. & aliis substit.* Hinc Bal. ait *cons. 115. proponitur quod Ioannes lib. 1.* quod veritas iuris oritur ex veritate facti. Sed hîc non modica, sed magna est circunstantiæ facti differentia.

165. Leges enim illæ de in diem adiectione & de lege commisso, referuntur ad id quod, vt plurimum non autem rarissimè contingit *l. nam ad ea de legib.* videlicet quando pacta illa modico tempore concluduntur, vt exemplum ponit text. intra calendas Ianuarias proximas *l. 2. de in diem adictio.* non autem quando in multos annos protrahuntur, quod rarissimum & insolens est. In breui enim tempore venditor non potest pecuniola recepta quam in suspenso habet commodè vti, merito breui extante conditione etiam fructus recuperat: nec alienatum dicitur quod breui reuertitur *l. vlt. in fin. de bonis libert. l. cogi.* §. *hi qui solidum. ad Trebell. l. 1. in fin. de diuort. glo. 2. in c. epist. vel, abba. in vsib. feudo.* Cardi. Alex. in *c. 3. col. 2. quid iuris si post alienat. in vsib. feud.* Ias. *l. vlt. col. antepen C. de iure emphyteut.* Alciat. in *l. si tibi fi cert. pet.* And. Tiraq. in *repet. l. si vnquam. verst. susceperit liberos. num. 143. C. de reuoc. donat. & in tract. de retract. conuentio in fin. num. 165.*

166. Secus quando venditio tempore notabili durat, quia tunc cùm venditor vtatur pretio, æquum est saltem pro rata emptorem dominum & possessorem suos fructus facere *l. vlt. in fi. de fundo dotali.* Bald. *l. si traditio. q. 11. C. de actio. emp.* Salic. *l. si fistulas* §. *fundum de contrab. empt.* Panor. *consil. 66. lib. 2.* Hier. Cagnoli. *repet. l. curabit col. 5. C. de actio. empt.* Idque sensus communis in hoc themate ostendit: quis enim vellet emere sub hac conditione, vt totos septem vel decem annos penderet & à quouis quantulò meliorem venditori conditionem offerente omni momento excluderetur? Fieri tamen potest, sed ex conditione tam insolenti facilè fraus præsumitur & aliud agi, videlicet vt dominus directus toto decennio nec tutè retrahere possit, nec vllo modo laudimia petere. In pacto autem legis commissoriæ faciliùs contingere potest longius tempus apponi, puta data longa dilatione, vel etiam nulla dilatione data, sed huiusmodi valde tarda pœna adiecta. Sed vtroque casu cùm res sit purè vendita, tradita & translata soluto pretio saltem media aut maiori parte. (Quis enim tam damnosè contraheret tandiu re & pretio carendo?) Id tacitè actum videtur, vt resolutione secuta emptor (nisi in casu addictionis breui secuta sit) fructus retineat, vt venditor interusurium pretij recepti.

167. Et sic respectu domini directi eadem est ratio, vt in venditione sub pacto redimendi ad multos annos, vt statim semel cedant iura, non de redemptione vel resolutione. Adhuc in dictis pactis leges non statuunt absolutè fructus reddi, sed inspiciendum quid actum sit. *l. item quòd in fi. de in diem adictio.* etiam si breuissimo die sequebatur resolutio, prout omnes vtriusque tituli leges de breui spatio loquuntur, & erant tempore d.l. frequentissima dicta pacta florente imperio & quaquauersum æquali rerum commercio: sæpe enim Asiaticus aut Africanus erat hæres Græci, vel Galli, vel Germani, aut contrà. & domum repeturus quæ non expediebat portare nec in remotis possidere, in breuem diem qua profecturus erat addicebat, vel sub commissoria vendebat: adiecto sæpe etiam pacto, vt si emptor qui aliis prælatus fuit non solueret in termino, teneretur supplere quanto minoris venditor alij venderet. *L. si fundus* §. *penult. de leg. commisso.* & sic quæ ex dictis legibus corollaria eliciuntur: ad propria earundem legum hypotheses restringi debent, non ad diuersas & quatenus alia ratio reformat indistinctè extendi. Et hic concludo quòd si venditio fiat sub huiusmodi pactis ad longius tempus quàm libera à iuribus dominicalibus vendere liceat sub pacto de retrouendendo, vt 5. *ea. glo. nu. 48.* statim & semel iura dominicalia debentur de venditione, sed non de resolutione, sed tempus illud non excedendo nec de venditione debentur, quanquam enim respectu ipsorum contrahentium inter se, ea pacta & facultas redimendi multum differant, tamen respectu domini directi fundo realiter translato

non differunt, & in vtriſque par eſt ratio tempus reſtringendi ne nimium defraudentur iura dominica & libertas contrahendi non nimis oneretur.

168. Nunc & ſi multa præteream dignum eſt profligare abuſum vnum, quem per aliorum ignorantiam & aliorum cupiditatem frequentari vidi in Comitatu Burgundiæ in materia cenſuum. Ex eo enim quod tibi reditus pecuniæ circiter ad rationẽ beſſalis vſuræ conſtitutos vocant *Cenſes*, imperio Canoniſtarum more, vt ſ. eo. nu. 18. Extendunt conſuetudinem ſuam loquentem *Des cenſes* ad huiuſmodi reditus & prædia illis nominatim ſuppoſita, quando conuentum fuit, vt reditus ille vnà cum laudimiis & omni iure directo cenſuali deberetur. Sed certè reditus ille ſi ſit emptus ad rationem duodecimæ vel etiam quindecimæ, eſt vſuratius improbo fœnore: & dicta clauſula vel conuentio eſt in fraudem improbi fœnoris & legis commiſſoriæ, vt dixi in tract. *commercio. & vſura. q.57.* Si verò ſit conſtitutus pretio iuſto ad acquirendum ius ipſum dominicale cenſus à domino directo cenſuali, adhuc non valet niſi res ſit allodialis & libera, neque feudalis neque cenſualis, & ex certa ſcientia fiat, vt ſcripſi ſ. §.1. *gl.5. num.21. cum ſeq.* Adhuc cùm iſta conſtitutio cenſus dominicalis ſit præpoſtera, quia non fit dando ius cenſuario & dominium vtile in eum transferendo, ſed ab eo recipiendo ius in re, non poteſt operari effectus conſuetudinis niſi prout materia ſubiecta patitur. Vnde quamuis per conſuetudinem dicti Comitatus, vt dixi ſ. *ea. gl. nu.* 128. in fi. dominus directus præferatur in retractu conſanguineo venditoris, non præferetur hoc caſu tali cenſuario poſtea vendente, niſi tempore contractus res erat de noua acquiſitione huiuſmodi cenſuarij non obnoxia retractui proximitatis, cui huiuſmodi pactis derogari nequit, vt dixi ſ. *ea. gl. nu.* 130. *cum ſeq.*

169. Imo ſi dominus cenſualis iſtud ius cenſus à poſſeſſore alaudij nummis vel mobilibus acquiſiuerit, poteſt cognatus poſſeſſoris, ſi res ſit antiqua, hunc emptitium & præpoſterum dominum directum euincere, prout etiam ab omnibus iura vel hypothecas anteriores habentibus euinci poteſt, & eo ipſo quod dicta conſuetudo tit. *des rachapts.* §. 13. præfert ſimpliciter dominum cenſualem proximis & cognatis cenſuarij, neceſſario apparet quod per dominum cenſualem intelligit non eum qui talis eſt quoquomodo, ſed eum tantum qui talis eſt naturaliter & recta, hoc eſt per conceſſionem fundi in cenſum: non autem per artificium vel machinamentum recognitionis emptæ ab ipſo domino & poſſeſſore, ſed de eo cui penditur cenſus in recognitionem dominij vtilis ab eo accepti & directi ab eo retenti, non autem in recognitionem pecuniæ ab eo receptæ. Verba enim debent intelligi in naturali ſuo & potiori ſignificato. Et ſic concludo quod conſuetudo Comitatus Burgundiæ in tit. *des cenſes*, & alias vbi loquitur ſiue de iure commiſſi propter fraudem ſimulationis de venditione ad alium contractum, ſiue de iure retractus excludendo cognatos aut alia prærogatiua, debet intelligi de domino verè fundiario, non autem de emptitio præpoſtero. Idem in ſimilibus.

170. His editionibus paratis dum veterа mea regeſta filio meo primogenito oſtendo: * inuenta eſt inter deciſiones meas analyticas anni 1536. vna appoſitiſſima ſupremi Senatus noſtri arreſto ſecundum ſententiam meam deciſa, quam hîc per eundem filium tranſcribi & addi iuſſi. Tres cohæredes cognomine Buquers in communi hæreditate domum habebant æqualiter communem Pariſiis ſitam in cenſu Regis: Agnes Buquet vna ex eis de virili ſua indiuiſa inueſtiri ſe fecit à Quæſtore ſeu receptore Regio Pariſienſi, deindè cum cohæredib. ſubiit iudicium familiæ herciſcundæ. Et quia per architectos & peritos artis relatum fuit hanc domum non poſſe cõmodè diuidi, fuit

* Themis.

A à præſide Pariſienſi interlocutum quòd licitaretur etiam extraneis admiſſis, quod factum fuit. tandem d. Agnes vna cohæredum in licitatione vicit decretum, & adiudicationem ſolidæ domus obtinuit, acceſſit iterum ad quæſtorem & receptorem Regium & ſolutis laudimiis pro portionibus cohæredum & non pro portione ſua, habuit inueſtituram portionum cohæredum ſuorum, non accepta noua inueſtitura portionis ſuæ antiquæ de qua dudum inueſtita fuerat. Poſtea Regius procurator in ærario Principis vulgò theſaurum vocant, vbi iura ratione domanij debita perſequuntur aduertens totam domum fuiſſe ſubhaſtatam, totámque ſimul adiudicatam ſeu venditam, & tamen quod laudimia non erant ſoluta pro tertia parte, ſed
B tantum pro beſſe, vocat in ius Agnetem coram præfectis ærarij ſeu theſauri, petens tertiam partem ſeu reſiduum dictorum laudimiorum. Hæc * q. differt à. *g.* * Iudicem
15. ſ. *eo. nu.* 153. vbi dominus directus erat vnus ſociorum & licitantium. Pro actore faciebat primò formula adiudicationis & decreti quæ ſonat in meram & puram venditionem totius domus & in certum totale pretium. Secundò executio decreti de tota re vniformiter, ſimpliciter, ſine proteſtatione aut reſeruatione facta, & à quibus non erat appellatum, & ſic rea negare non poterat totam & ſolidam domum fuiſſe pũblicæ venditioni ſubhaſtatam, totam ſibi adiudicatam, venditam & traditam ex decreto publico, cui ſtandum eſt cuique denegari non poteſt. Nec conſiderandum quid partes poſtea fecerint de pretio: quia
C ſtatim à contractu perfecto acquiſita ſunt laudimia domino directo, cui ſubſequens factum non præiudicat ſecundum communem doctorum ſententiam in *l. ab emptione. de pact.* Tertiò conſuetudo quæ hoc §. ſtatuit ſimpliciter laudimia deberi de re vendita, ſed tota domus fuit adiudicata, ergo pro ratione totius domus debentur.

171. Nec obſtat quod emptio rei ſuæ non valet. Tum & quartò quia valet quãdo eſt auocabilis, vt hîc etiam pars Agnetis etiam ea inuita fuiſſet auocata per extraneum, niſi ipſa totum licitata fuiſſet & emiſſet. Tum quintò ipſamet Agnes ſicut & cohæredes partẽ ſuam venditioni expoſuit, idque in iudicio publico, cui non licet illudere: ergo etiam in parte ſua videtur cauſam habere à iudice, prout iudex totum ei vendi-
D dit & adiudicauit: ergo videtur totum habere noua iure & noua titulò tanquam extranea perſona.

172. Tum ſextò, quia ſi ipſa nullum ius in domo habuiſſet, tamen totius dominium per hoc * decre- * Decretum.
tum & hanc adiudicationem acquiſiuiſſet, aut ſaltem conditionem totum vſucapiendi *l. ſi per errorem. de vſucapio.* quia non eſt ſolenne haſtarum decretum, contra omnes creditores vel dominos & ius prætendentes factum quod omnium iura ſtatim abſorberet: de quo ſ. *tit.* 17. ſed ſimplex licitatio iudicialis ad finẽ ſemel ſummo pretio totum vendendi. Si ergo hoc decretum eſt habile ad transferendum conditionem vſucapiendi totius *d. l. ſi per errorem.* ergo transfert nouum titulum totius, & dominium contra eos contra quos ſpecialiter interponitur, vt per Io. Fab. &
E alios in §. *ſed iſte. col.6. inſtit. de actio.*

173. Septimò quia iam ante vltimam auctionem Agnetis, extranei totum licitauerant, totum empturi, quorum loco Agnes plus offerens & realiter ſoluens ſubrogata eſt, quum aliàs præcedens licitator non eſſet liberatus, vt per Bar. (quem alij communiter ſequuntur) in *l. licitator. de publica.* ergo pro extranea emptrice totius haberi debet. Quoniam verò hæc cauſa grauis & exempli præiudicium in ſimilibus ſæpe occurrentibus trahere præfatis præfectis viſa eſt, vocatus ſum in eorum prætorio cum pluribus antiquioribus togati noſtri ordinis ad cauſæ concluſæ iudicium die 25. Nouembris, anno ſeſquimilleſimo trigeſimo ſexto.

174. Omnibus pro actore concludentibus ego solus A eam absoluendam censui, & in sententia mea veritate & æquitate conscientiæ fretus perstiti, analysin meam explicare & singula obiecta prompte diluere volui: sed illis ne forte alia interim lucra omitterem audire non libuit causificatibus contra opiniones non esse arguendum in iudicando. Ita rea condemnata, quæ appellauit & die Mercurij Parasceues secunda Aprilis anno sesquimillesimo trigesimo octauo in so-
a Arrestum. lenni arrestorum * pronunciatione, prædicta sententia & appellatione annullatis emendando iudicium dicta Agnes fuit absoluta: sic opinio mea confirmata, cuius potissimæ rationes sequuntur.

175. Quoniam in istis iuribus dominicalibus & aliis consuetudinariis magis attenditur realis ipsa veritas B & effectus, quàm media & formulæ. Quæ responsio
a Diluitio obiectorum. est ad primum & * secundum obiectum. Porrò explo-ratissimum esse non deberi laudimia nisi quatenus res censualis est verè vendita: sed hîc non fuit in veritate & effectu vendita nisi pro duabus partib. cohæredum, non autem pro parte Agnetis emptricis, patet: quia ipsa nunquam vendidit partem suam, cuius semper domina & possessor remansit, nec etiam vllus cohæredum emit partem Agnetis, nec vllus extraneorum: cùm ergo ipsa nunquam vendiderit partem suam nec alius eam emerit: Ergo illa pars remansit in statu suo antiquo, nec potuit dici empta à domina & possidente, quæ nunquam alienauit: quum ergo nullus fuerit verè venditor dictæ partis, ergo nullus emptor, per locum à correlatiuis. *l. vlt. de acceptilatio*, verum qui-C dem est totam rem fuisse venditioni expositam: sed tamen tota non fuit vendita: non enim vendidit Agnes partem suam, quia nullus ab ea emit.

176 Verum est etiam extraneos fuisse admissos ad emendum totum, sed nihil nec totum nec partẽ emerunt, quia excluſi sunt meliori conditione per Agnetẽ consortibus suis allata. liquet ergo quòd extranei nec venditores fuerunt nec emptores. Cohæredes autem Agnetis nunquam fuerunt emptores, etiam si licitauerint, id est emere voluerint, quod tamen non fecerunt quia non est consensum in pretio per eos oblato, & sic quo ad eos sicut quo ad extraneos res infecta. *l. si voluntate. C. de rescind. empt. & vend.* vt ergo soli cohæredes fuerunt venditores, & sola Agnes emptrix: ita solæ portiones cohæredum fuerunt ab illis venditæ, & à sola Agnete emptæ. portio autem Agnetis nec D vendita fuit nec empta nec reuendita. fuit quidem venditioni exposita, sed non vendita, quamuis cohæredes & extranei certatim emere voluerint, sed minore pretio quod acceptatum non fuit. multa tractantur quæ non perficiuntur *l. si ex causa. §. nunc videndum. de minorib. l. sciendum. §. deinde. de Ædil. edic. c. dudum. de rebus Eccle. non alien. lib. 6 nec satis velle emere nisi ematur. d. l. si voluntate. C. de rescin. vend.* ex quibus latè patet solutio ad tertium, quartum, quintum & sextum obiecta, quæ in illo iudicio non fuerunt sic explicata, sed quo res esset dilucidior pleniùs semel excutere volui.

177. Ad septimum non est verum Agnetem loco priorum licitatorum subrogatam. Aliud subrogari in E ius alterius, aliud iure proprio alium excludere, vt excluſi fuere priores eorúmque licitationes meliore cum effectu superueniente caducæ & pro infectis habitæ. Nec est ad propositum decisio. Bar. in *d. l. licitator*, quæ etiam non simpliciter procedit: sed quando incontinenti vltimus fallit & vt pleniùs eam tracto j. §. 190.

178. Minùs obstat quòd tertio obiecto incertum est Agnetem partem suam emisse potuisse, quoniam auocabilis erat ab ea: quia dico primò quod verum est in quantum fuisset auocabilis ea inuita ex iure formato de præterito alij competenti. puta ex fideicommisso etiam conditionali vel hypotheca. *l. pen. in fi. de ex-cept. rei iudic.* Secus si contingenter: nihil enim tam firmiter nostrum quin aliquo casu à nobis auelli possit, quod tamen non est in consideratione. quanquam ergo si Agnes consortum partes non emisset, coacta fuisset partem suam vltimo licitatori vendere; tamen ille licitator interim nullum ius nec in re nec ad rem habebat in parte Agnetis, etiamsi spem fortuitam, quæ non est spes, sed mera incertitudo, tantùm abest, vt sit ius formatum.

179. Secundò dico nullo modo fuisse actum, vt Agnes vllo casu partem suam emeret: bene quidem actum fuit, vt eam venderet nisi in licitatione vinceret. Sed casu quo vinceret, hoc tantùm fuit actum, vt consortum partes emeret non partem suam quam iure suo veteri retineret. Quòd autem interim res simpliciter tam inter consortes quàm inter extraneos licitatur compendium sermonis est, vt de tota re intelligatur respectu extranei, de partibus verò consortum respectu consortis. non enim omnia debent exprimi, sed multa reticentur quæ materia subiecta satis supplet. Idem in similibus.

180. ¶ DECIMOSEPTIMO quæro de q. quam nuper vidi in facto. Quoddam cœnobium inter alia habet domum censualem ruinosam quam Titio concedit in emphyteusim pro se & filiis suis ad onus reædificandi. Titius vltra * quingentas libras in repara-
* Si in re accepta in emphyteusim, emphyteuticarius pecuniarios sumptus magnos fecerit, vtrùm ex eo emolumento laudimia debeantur. tionem impendit, dominus censualis laudimia ab eo petit. Consultus Resp. Titium absoluendum, & valde iniquam esse illam actionem: deberet enim actor gratias potiùs agere tam magnificè & vtiliter ædificanti, & meliorem domini directi conditionem facienti, futura laudimia magnopere augendo quando contingeret rem sic auctam vendi. Amplio primò, etiam si ab initio conuentum sit de certa summa per Titium eroganda in constructione aut refectione veteris aut noui ædificij, & quantacunque sit: quia nullum est pretium venditionis quum nulla sit venditio rei censualis. Amplio secundò, etiam si non alioquin gratuita fuerit concessio: sed mediante summa pecuniæ, non solùm si modica fuerit, quo casu etiam pro rata huius pecuniolæ laudimia non debentur: quia non pro prætio, sed pro introitu data videtur. & aliud quod pro simplici introitu *l. penul. §. pen. de leg. 2.* sed etiam si ea summa sit notabilis.

181. Quo casu ne fiat fraus de venditione ad longum tempus, ad emphyteusim temporalem, laudimia debentur pro rata illius pecuniæ, sed non pro rata huius oneris: & ita in simili Io. Fab. *in l. 3. versi. quid si vno. C. de iur. emphyt.* quando emphyteuta concedit ad pensionem annuam aliqua summa accepta, facit differentiam an sit parua, vt tunc non debeantur laudimia: an verò ascendat quasi valorem rei, & debeantur. Nec obstat quòd quauis pro rata huius oneris nulla pecunia numerata perueniat ad cœnobitas, tamen quòd primo hoc verum est in numerando eis, sed bene in non numerando per eos siue exonerando eos à numerando: quia oportuisset eos tantundem erogare pro reparatione domus alioquin inutilis, & cui remittitur recipere videtur *l. si quis obligauerit.* & ibi Phil. Deci. de *reg. iur. l. species acquirendi. de acceptilatio.* Secundo quòd propter hoc onus tanto minorem summam initio contractus receperunt.

182. Quia respondeo quod non proinde dicuntur vendere, prout ille qui dat vsumfructum domus ad onus de nouo reædificandi nihil dicitur vendere, etiã si ipsammet domum donet ad vitam vel longum tempus ad id oneris, potiùs enim censeretur ad id temporis locare remissis mercedibus pro dicta reædificatione. Præterea etiam si constaret cessante hoc onere, Cœnobitas fuisse vendituros integro pretio: satis est quod non vendiderunt. Cùm igitur hoc onus nihil concludat pro venditione nec in eam vergat, nihil concludit pro laudimiis. Rursus amplio tertio,

etiam ſi tunc temporis cœnobium alioquin neceſſe habebat vendere vel extra manus ſuas ponere domum ruinoſam in hac vrbe totius Regni capite, iuſſu operum publicorum præfecti, de quo etiam *C. de ædific. priuatis l. an in totum*: ſatis eſt enim rem non eſſe venditam, ſed locatam vel in emphyteuſim conceſſam: nec poteſt dici ſimulatio ex quo concedens pretium non recipit.

183. Et ad id quod obiter dixi de venditione ad longum tempus, aduerte quòd quanuis vendere fructus fundi ad longum tempus, vel locare fundum ad longum tempus mercede ab initio ſemel recepta idem ſit, vt per Bar. in *diſputat. 1. incip. publicanus & in l. cotem §. qui maximos. de publicat. Bald. Salicet. in l. 2. C. commoda.* quia vtrobique nulla venditio fundi, ſed fructuum duntaxat: & ſic nulla iura domino directo aperiuntur niſi ſimul vel modico interuallo concurrat venditio ipſius fundi, vt diximus ſuprà ead. gloſſ. num.

Tamen ſi venditor dicat ſe vendere ipſum fundum cenſualem, quanuis non in perpetuum, ſed ad certas vitas vel aliud tempus, fundata eſt intentio domini cenſualis in laudimiis pro rata pretij conuenti: & ita practicatur.

184. Idem ſi dicat ſe vendere vſumfructum in perpetuum vel locare in perpetuum mediante certa ſumma initio ſoluta, ſtatim debentur laudimia, quia huiuſmodi venditio vel locatio ſimulatio eſt, vel tectorium venditionis ipſius fundi: huiuſmodi enim locatio pro alienatione ipſius rei habetur, vt tenent Dyn. Bartol. Bald. Imol. & alij in *l. penult. §. inſtituto. reprobata gloſſ. vlt. ibi de leg. 2. glo. in Clem. 1. in verſic. locationes.* & ibi Cardin. Zabarel. *de reb. Eccl. non alienand.* Alex. in *l. ſi filio. §. ſi vir in quinquennium. ad ſi. ſolut. matrim.* Idem de venditione perpetui vſufructus. Amplio etiam in pœnalibus, vt talis alienatio inducat commiſſum in caſib. in quibus in venditione rei locus eſſet commiſſo, de quibus dictum eſt *ſuprà gloſſ. 5. §. 20. in princip.* & hanc ampliationem tradit Bal. *conſ. 415.* præmittendum eſt lib. 1. ſecundum nouam quod eſt conſilium ſecundum veterem impreſſionem. Amplio etiam appoſito pacto redimendi, niſi eſſet limitatum ad tempus infra quod poteſt ſine pœna vel onere laudimiorum vendi: ſecundum ea quæ diximus ẽ. *ea. glo. num. 19. 48. & 53.* vnde etiam locus eſt vtrique retractui & dominicali, vbi alias locum habet vt ẽ. *ea. gloſ. q. 10. cum ſeq.* & retractui proximitatis, vt diximus j. *tit. 16.* ita etiam tenet Do. And. Tiraq. in *tract. de retract. proximit. §. 1. glo. 14. nu. 89.*

185 Ex prædictis apparet reſolutio q. famigeratæ apud Doctores, vter dominus emphyteuticus vel cenſualis ſit requirendus, an primus dator, an verò immediatus qui rurſus in cenſum vel emphyteuſim dedit: de qua per omnes Doctores in *l. vlt. C. de iure emphyteu.* vbi gl. magna ineptè quæſtionem format. aptiùs format Speculator in *tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi. 105. & verſi. 126.* vbi loquitur quando primus emphyteuta conſenſu primi domini & datoris dedit alij emphyteuſim. Et omnes poſt Speculatorem tenent in *d. l. vlt. & in l. filium. D. ad ſenatuſcon. Macedo.* & vbique ſolum primum dominum requirendum, ab alio inueſtituram recipiendam, & illi ſoli laudimia ſoluenda. Idem Bald. in *l. ſi in promittente. C. ad Maced.* Socinus, *conſ. 256. lib. 2. Iaſ. l. 3. §. ex contrario. col. penul. de acquir. vel amit. poſſeſſ.* & alij quos citaui ẽ. §. 51. *gloſſ. 1. num. 21.*

186. Soli domini de Rota *in antiquis deciſionib. 862. quæ eſt prima ſub tit. de locat.* contradicunt, & ſecant hæc iura emphyteutica: etiam reſpectu eiuſdẽ contractus & venditionis, vt ius quidem retentionis ſeu retractus dominicalis ſpectet ad ſecundum ſeu immediatum dominum directum: iura verò laudimiorum exigendorum ex renouationib. inueſtituræ ſpectant ad primum & ſuperiorem dominum, qui eſt emphyteuta primi domini, & dominus directus vltimi & ſui emphyteutæ: hæc eſt enim compilatoris ſententia, quamuis arguat in oppoſitum, ſi quis tenere velit ſuperiorem & non immediatum habere ius tetractus, ſed hæc ſententia valde inepta eſt: ſi enim ad ſecundum ſpectat ius retentionis, ergo & laudimiorum & inueſtituræ, quæ ſi ſpectent ad primum, ergo & ius retentionis: quia hæc iura non poſſunt diſtrahi.

187. Dico ergo pleniùs reſoluendo quàm vſus aduſque, quòd aut primus emphyteuta concedit & tradit alij ſiue ad reditum, ſiue in emphyteuſim ſine conſenſu domini, & res cadit in commiſſum, aut cum conſenſu domini, & tunc inſpiciendum quid actum ſit, tripliciter enim generatim fieri poteſt: Primò prorſus alienando & alium loco ſui ſubrogando, & iſta non eſt quæſtio noſtra, quia hoc caſu primus deſinit prorſus eſſe emphyteuta, & ſecundus incipit ſolus & immediatus eſſe emphyteuta, ſiue ex donatione cum eo onere, ſiue ex venditione, ſiue permutatione, aut aliàs non refert. Secundo concedendo ad reditum vel perpetuam annuam penſionem, ad onus tamen emphyteuſis erga priorem dominum, & adhuc idem: quia dominium vtile omne ius emphyteuticum transfertur actiuè & paſſiuè, & primus emphyteuta talis eſſe deſinit, & incipit nudum ius reditus annui habere ſine vllo iure dominico, quia prior dominus remanet ſolus & in ſolidum dominus directus: nouus autem emphyteuta ſolidum habet & debet ius emphyteuticum, & eo nomine ſoli veteri domino directo obſtrictus eſt, & illi ſoli omnia iura emphyteutica debentur. Et iſta proprie eſt quæſtio quam format Specul. in *d. tit. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 105. ſed ipſe*, quique cum turmatim ſequuntur valde impropriè loquuntur, & rei per ſe claræ tenebras offundunt: non enim ſunt hoc caſu duo domini directi, ſed vnus tantùm antiquus, nec duo emphyteutæ, ſed vltimò acquirens & poſſeſſor duntaxat.

188. Sed an hoc caſu re domino commiſſa per triennalem ceſſationem ſolutionis huius vltimi acquirentis, vel per alienationẽ domino irrequiſito per eum factam, totum reſoluatur? quod videtur. *l. lex vectigali. de pig. l. 1. & 2. C. ſi pig. pignori datum ſit l. is cui via. inſt. quemad. ſeruit. amit. c. 1. §. rurſus quib. mod. feud. amit. in vſib. feud.* In contrarium videtur propter conſenſum domini per ea quæ in domino feudi diximus ẽ. §. 20. & 59. Sol. multum refert qualis ſit conſenſus an permiſſiuus ſeu indultiuus pœnæ, ſi qua ſequeretur ex alienatione, & tunc manet regulare, ſoluto iure datoris reſolui ius acceptoris. Aut verò eſt conſenſus approbatiuus creationis reditus per veterem emphyteutam retenti, & per acquiſitorem ei promiſſi: & tunc non reſoluitur, ſed in dubio præſumitur ſimplex & permiſſorius conſenſus: faciunt quæ dixi ſuprà §. 20. *gl. 1. num. 10. cum ſeq.*

189. Redeundo ad trimembrem noſtram diſtinctionẽ *ſup. nu. 168.* tertio modo poteſt fieri conceſſio conſenſu domini ab emphyteuta, videlicet in * ſubemphyteuſim, quando emphyteuta non abſolutè trãſfert nec retento ſimplici reditu vel penſione: ſed retẽto ſibi canone & iure emphyteutico, ad onus tamen iuris emphyteutici priori domino debiti, & tunc longè alia eſt quæſtio quam format Speculator in *d. §. nunc aliqua. verſ. 125. 126. & verſi. 166.* quam q. doctores malè confundunt cum priori. Sed breuiter in hoc dicendum eſſet, vt in feudo quod à pluribus ſubordinatè mouetur, plures eſſe ſubordinatè dominos directos, vt etiam tradit Io. Faber. *inſtit. de locat. §. adeo*: & dixi in annot. ad Alex. *conſ. 1. n. 40. lib. 5. & plene ẽ. §. 1. gl. 6.* niſi quod in hoc exemplo emphyteuſeos vtraque iura quãquam ſubordinata eodem tempore ſimul actu currunt & concurrunt: ſunt enim diuerſa & diſtincta: quia penſio primi domini poteſt

* ſubemphyteuſis.

esse maior pensione secundi & contrà, cætera verò paria, sed respectiuè, quia si primus emphyteuta qui non habet ampliùs nisi ius emphyteuticum subordinatum illud vendat sine consensu domini sui immediati, cadet in commissum. Idem non soluendo per triennium, & dominus incipiet duas pensiones habere, sed ante commissum & reuersionem ad se non habebit laudimia nec inuestituras nisi de mutationibus & venditionibus iuris immediati sui emphyteutæ, & non de ipso fundo, & imputet sibi quod tali sub emphyteusi consenserit: secundus autem emphyteuta non habet interim alium dominum quàm suum concedentem, ita quòd laudimia inuestituræ & ius retractus fundi spectant ad priorem emphyteutam tanquam ad dominum immediatum, quemadmodum ius retentionis iuris primi emphyteutæ laudimia & inuestitura ex capite eius spectant ad priorem & immediatum huius dominum.

190. Sed in hoc Regno ista non admitterentur in censu dominicali, vt dixi sup. §. 73. *gl. 1. n. 21. cum seq.* non enim quemadmodum de feudis & subfeudis, ita in censu receptum est, sed veritum in censu sub censum constitui: sed semper vnicus est dominus censualis, vnus census monadicus, & vnus censuarius eiusdem rei vel portionis, & iustè à nostra Rep. eliminantur intricationes & inuolutiones contractuum non necessariorum nisi ad res turbandas & lites generandas, vt etiam scripsit Io. Gerson doctus & præcellens Theologus in *suo tract. de contract. considera. 10. cum seq.*

191. ¶ DECIMOOCTAVO occurrit q. quam, vt indubiam omiseram, sed hæc scribens tanquã de controuersa, consultus fui. Censuarius molendinum* solo affixum à fundamentis, erutum vendidit, dominus directus perit laudimia? Resp. non deberi, sicut nec si grandes arbores vel nemus altum & antiquum nudo solo retento venderet, vel totam diruendæ domus superficiem retenta area. Nec obstat quod erant pars fundi: & quòd longè minoris valoris efficitur, & laudimia si nudum solum vendatur erunt minora: hoc enim non est in consideratione, quia censuarius dominus est, & iure suo vtitur & res alia ratione meliorari poterit, Limito primò si huiusmodi venditio anticipetur in fraudem mox futuræ venditionis fundi, & ex legitimis coniecturis constet, vt satis dixi §. *ea. gl. nu. 12.* quò remitto. Limito secundo si originalis concessio in censum non tam de fundo quàm de ipso molendino facta sit, quia tunc censuarius non potest diruere, sed impediri potest à domino directo & cogi restituere & conseruare secundum ea quæ dixi §. §. 74. *gl. 2. nu. 2. 3. & nu. 6. 9.* & hîc sit finis huius primæ glo.

* Ex molendino quod exfundi solo erutum est & venditum, vtrum debeatur laudimia.

EPITOME GLOS. II. §. LXXVIII.

1. *Onus laudimiorum solius emptoris est, nisi in feudis vel si pactum fuerit notario pro domino absente stipulante.*
2. *Minui debent laudimia quando reijciuntur in venditorem, & vbi diminutio pretij auget, augmentum minuit.*
3. *De minimis non curatur.*
4. *Amplia tex. etiam si pater vendat filio vel frater fratri.*
5. *Fallit 1. domino directo emente vel vendente.*
6. *Fallit 2. in permutatione etiam cum reditu redimibili ad rationem sortis vsuræ quincuncis, nisi cum ipso debitore permutaretur, vel nisi infra annum redimeretur. 9.*
7. *Vel simulatio detegeretur: tamen vna præsumptio aliam tollit. 8.*
10. *Vel nisi supplementum fuerit in pecunia extra diuisionem vel transactionem loco diuisionis factam. 15.*
11. *Quid si super re censuali assignetur reditus, vel res cum onere reditus vendatur?*
12. *Variæ consuetudines. 13. 14.*

GLO. II. IN VER.

Vel achepteur.

ET sic paret quod istud onus est solius emptoris: & quamuis venditor totum pretium receperit, tamen in terminis huius consuetudinis non potest aliqua actione conueniri ratione horum laudimiorum, sed dominus agere debet contra emptorem vel eius hæredes personali, vel contra detentores rei hypothecaria, vt no. §. 73. Secus in feudis, vt supra §. 33. *& j. §. 185. in fi. de* quo dicendum, *vt supra §. 33. q. 2. & §. 53. in prin.*

* Venditor expacto laudimia debet.

¶ Sed quid si conuentum fuerit quòd * venditor teneatur hæc laudimia soluere? Respondeo adhuc idem, sed emptorem habiturum recursum contra venditorem ex pacto *l. debitorum pactionibus. cum l. seq. C. de pact. l. 2. C. de hered. vel act. ven. l. 2. §. si venditor. D. de hered. vel act. vend. l. hereditatem. D. de donat.* & hoc nisi notarius pro domino absente stipulatus fuerit à venditore verbis relatis, non ad emptorem, sed ad personam domini: quia tunc dominus potest habere ratum & agere iuxta not. per Barto. Alexan. & alios in *l. stipulatio ista. §. si stipulor. in l. qui Romæ. §. Flamius. D. de verbo. oblig.* Bald. in *l. cum à socero. C. de iure dotium.*

2 ¶ Sed an hoc casu minuantur laudimia? videretur quod sic, pro rata videlicet vnius vnciæ seu oneris à venditore suscepti, quasi pretium conuentum tanquam verisimiliter ob id augmentatum, iam non sit pretium solius rei censuariæ, sed etiam dicti oneris: imò videntur laudimia confusa cum pretio & prærogata venditori, vt ea det & soluat domino ad liberationem emptoris, ita quòd si dominus ea recipiat à venditore, non potest ampliùs ea petere ab emptore, & si emptor ea soluat, repetet à venditore qui non debet ea soluere de tota summa recepta, nec etiam laudimia laudimiorum. Vnde si receperit mille trecenta, non debet domino directo soluere centum octo cum desse vnius, sed centum duntaxat, quasi emptor ei numerauerit mille docenta pro fundo & centum pro laudimiis ad summum dandis domino. & quemadmodum in casu conuerso augerentur laudimia quando istud onus à venditore in emptorem reijcitur, §. §. 33. & quia contrariorum eadem est disciplina. *l. & si contra. D. de vulg. & pup. substi. l. 2. D. de his qui sunt sui vel alieni iuris.* & vbi diminutio pretij auget, *vt in d. §. 33.* augmentum minuit. *l. pe.* & ibi Bal. *C. de solut.* & quod ope-

ratur propoſitum, in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito *l. vlt. D. in fi. de leg. 3. l. ex duab. in fi.* & ibi Paul. *D. de vulg. & pup. l. ſi ex toto. in prin.* & ibi Ias. *D. de leg. 2.* per hæc cedendum eſt argumento.

3. Tamen quia agitur de valde modico, nempe de duodecima duodecimæ, quæ eſt infra centeſimam, quinquageſimam partem pretij, vix eſt præſumendū pretium pro tantillo augmentatum, nec habenda eſt ratio. per *l. ſcio. de in integ. reſtit.* Anto. Corſet. in *tract. de minimis* nili de maximo pretio ageretur, & veriſimile eſſe ad notabilem aliquam quantitatem auctum pretium propter dictum onus reiectum in venditorem. Vel niſi in locis in quibus de conſuetudine ſoluuntur duplicia laudimia, ſiue ad ratam ſextantis pretij, in quibus habent locum ſub laudimia, quæ vulgo vocant *Venterolles*, prout de his dictum eſt ſ. §. 76. *nu.* 3. & hinc eſt quod in feudis ideo augetur laudimium quando onus pretij reiicitur in emptorem: quia laudimium feudale eſt grauiſſimum vtpote quintam pretij partem continens, vnde ſi à venditore reiiciatur in emptorem, veriſimile eſt multum diminui pretium, & conſequenter notabiliter diminui quintam partem eiuſdem pretij, quare tunc locus eſt ſub quinto: non autem in laudimiis noſtris communibus & cenſualibus: quæ non excedunt duodecimam partem pretij, quæ eſt plus duplo minor quinta parte: & ſic propter ſuſceptum vel reiectum hoc onus in alterum, non eſt veriſimile augeri vel minui pretium: nec inde contingere poteſt notabilis exceſſus vel defectus niſi, vt dixi,

§ 4. Redeundo ad tex. amplia etiam ſi emptor eſſet frater aut filius venditoris, etiam ſi eſſet antiquus cenſus, quemadmodum ſ. *tit.* 1. diximus in feudo quod venditur vel donatur fratri vel etiam filio, ſed non in anticipationem ſucceſſionis, vel in parte feudi quæ donatur aut venditur ſocio vel cōſorti, etiam ſi ſit frater. Non enim fit differentia in hoc quantum ad hæc iura & commoda pecuniaria ſiue in feudo ſiue in cenſu: ſed bene quantum ad ius retractus ſiue legale ſiue conuētionale, vt tetigi ſ. §. 20. *gl. 6. col. fi. & ſ. eo. gl. 6. nu.* 2. Quamuis in laudimiis contrariū tenuerit Chaſſa. in *conſuet. Burg. tit. des cenſes.* §. 1. *gl.* 1. *nu.* 6. & male conſtito aliàs de iure cenſus & laudimiorum: quia conſuet. Burgundiæ non fundat in hoc intentionem dominorum, vt in *d.* §. 1. non obſtat doctr. Bald. quam allegat in *l. voluntas. C. de fideic.* quia loquitur in emphyteuſi, à qua non licet arguere ad laudimia cenſus, vt dixi *ſup. hoc tit. in rubr. & in* §. *ſeq.* ſed dicendum eſt, *vt declarauimus in d.* §. 20. *gl.* 6.

5. § Nunc limito tex. noſtrum, vt procedat in eo qui emit à cenſuario, vel ab alio quàm à domino directo, ſecus * in mente ab ipſomet domino directo ad quem quoquomodo res fuit reuerſa, etiam ſi dominus noluerit eam domanio ſuo vnire, ſed ſtatim vendere ad onus antiqui cenſus, ſecundum not. ſuprà §. 20. *gl.* 1. *q.* 13. §. 33. *q.* 13. *& ſup. eod. gl.* 1. *nu.* 93. *in fi.* Nulla enim iura vltra pretium tenebitur emptor ſoluere, quia perinde eſt ac ſi fieret noua conceſſio in cenſum: & ſic nulla iura debentur pro hac vice, & etiam non ſunt impoſita niſi cenſuario vendenti & ipſi emptori. vnde ſiue dominus directus emat, ſiue ab emptore retrahat ſibi confundit. Facit quod not. Albert. in *l. quod ſi vno. D. de in diem addict. & in l. vlt. ad fi.* & ibi Ias. *quæſt.* 3. *col.* 10. *num.* 43. *C. de iur. emphyteu.* Quod quando dominus ipſe emit vel acquirit ius emphyteuticum, non poteſt petere quinquageſimam.

6 § Not. ex tex. quod acquirens ex permutatione * non tenetur ad aliqua laudimia, ſed duntaxat ad ſolidum Pariſienſem pro renouatione inueſtiturę, *vt* ſ. *eo. gloſſ. vlt.* Idem de quocunque modo acquirendi alio à vera & effectuali venditione, vt ſatis dictum eſt. Ampliatur etiam ſi fiat permutatio cum reditu redimibili ad rationem viginti vel triginta pro vno: quia hi reditus rarò & ægrè ſolent redimi, & gerunt vicem immobilium. Secus ſi eſſet reditus redimibilis ad rationem duodecim, vel etiam ſexdecim pro vno & infra: quia tunc propter parabilitatem redemptionis habetur pro re vendibili certo pretio æſtimata, & locus eſt laudimiis ſecundum not. in ſimili 2. §. 33. *q.* 18. *& plenè* ſ. §. 58. Et hæc ampliatio & diſtinctio ſanè debet intelligi, quando reditus redimibilis non permutatur cum debitore, ſed cum tertio, ita quod reditus ſubſiſtit & perſeuerat: ſecus ſi permutaretur cum ipſo debitore. Ita quod extinguatur, quia tunc ſi erat redimibilis, indiſtinctè cenſetur venditio rei compermutatæ, ſaltem pro rata reditus, vt tactum eſt ſuprà §. 20 *gl.* 5. *q.* 10. *ad fi.* Et plenius ſ §. 58. *q.* 8. quò remitto.

7. Item fallit tertio, ſi permutatio inueniretur * ficta, non dico totaliter: quia de ficta venditione hoc detecto nulla iura debentur, de quo dicendum prout in ſimili 2. §. 33. *q.* 11. nec etiam dico de ficta permutatione à contractu donationis vel alio, ex quo non deberentur laudimia: quia tunc non intereſt domini plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur. Sed quando de vera & tacita emptione fit ſimulatio ad fictam permutationem vel aliam contractus ſpeciem, tunc enim hoc detecto habentur laudimia cum mulcta, de qua ſupra §. 54, non obſtante notificatione vel etiam inueſtitura facti contractus.

8. Quid ergo ſi alter permutantium infra annum redimat, aut aliàs mediante certa pecuniæ ſumma recuperet fundum quem tradiderat, & vtrumque poſſideat? Certè ſatis probata habetur * ſimulatio. iuxta not. ſupra §. 33. *q.* 22. & ita ſolent conſuetudines huius Regni ſpatium anni ad hoc expreſſim determinare. Idem tamen dico ſi poſt annum concurrentibus ſufficientibus coniecturis, ſecus ſi appareat de iuſta cauſa, puta de noua ſuperuenta redimendi vel recuperandi, etiam infra annum & minus tempus, quia tunc præſumptio ſimulationis per aliam tolleretur. puta ſi alter ex inopinato incideret in egeſtatem aut neceſſitatem tranſmigrandi, & venderet bona, ei fortè qui cum nuper permutauerat, quia vna præſumptio aliam tollit *l. Dinus. D. de in integ. reſtit. accedens. &* ibi gl. Panorm. de *cri. fal. c. literas de præſump. l. mater.* & ibi Ang. Salic. *C. de calumnia* & melior deteriorē vincit. *l. merito. D. pro ſocio.* & maior minorem. Bal. *l. ſiue poſſidetis ad fi. C. de proba. l.* 2. *C. ad l. Cor. de Sica.* Phi. Dec. *c. leges cauſam. col.* 6. *de probat.*

9. Præfatam præſumptionem de recuperante infra annum, Amplia etiam ſi in ipſa permutatione actum ſit quod poſſet redimere, vel ſi res quam dabat erat redimibilis, puta ſi daret reditum quam ſuper bonis ſuis conſtitueret ſub pacto redimendi etiam ad ratam viginti pro vno vel ſupra, vel ſi ex natura rei vel ſtatuto loci redimi poſſet. & quocunque modo redimatur vel res recuperetur infra annum à compermutante ſatis probata eſt ſimulatio, tam quantum ad iura dominicalia, quàm quantum ad vtrumque retractum ſcilicet feudalem & proximitatis: pactio enim vel inhærens qualitas redimendi tempore contractus non minuit, ſed multò fortiùs auget ſimulationis occaſionem & præſumptionem, iuxta no. ſupra §. 33. *q. vlt.*

10. Item fallit ſi permutanti prædium cenſuale, fiat ſupplementum à compermutante de certa ſumma pecuniæ, vel re mobili functionem recipiente quia pro rata dictæ ſummæ debentur laudimia ſecundum omnes conſuetudines, vt ſæpe dictum eſt, quod eſt verum in propria & voluntaria permutatione: ſecus ſi illud ſupplementum fieret in diuiſione hæreditatis vel rei communis, quando tota ferè res cenſualis alteri obuenit, quia tunc nulla iura debentur etiam pro rata dicti ſupplementi in pecunia conſiſtentis: vt etiam expreſſim vult conſuetudo Calumontis. §. 76. & 59.

* Fictæ emptiones non debent laudimia.

* Simulatio.

* Emens à domino cenſuario laudimia non debet.

* Permutatione adquirens non debet laudimia.

Et ita generaliter obſeruandum eſt in toto Regno, per not. 5. §. 33. *q.* 22. *& ſ.* 5. §. 73. *gl.* 3. *nu.* 12. niſi ſicubi fortè, & quatenus quædam localis conſuetudo aliter etiam in diuiſionibus diſtingueret etiam in rebus cenſualibus: quia ſi ſolum hoc induceret in feudo, non eſſet extendendum ad cenſum in materia diuiſionis, vt tactum eſt 5. §. 33. *nu.* 77. niſi conſuet. circa hæc expreſsè extenderet à ſe dicta in feudo ad cenſus, prout facit conſuetudo Niuernenſis §. 14. & aliis articulis ſitis in *tit. des fiefs ad* §. 7. *tit. des cens.* Cæterum vſque adeo non debentur de diuiſione, vt etiam ſi fiat per modum tranſactionis propter quæſtiones emergentes, vel etiam ſi de iure ipſo ſucceſſiuo principaliter contendatur eo quòd alter negaretur hæres vel ſocius, adhuc nulla iura debentur ſiue in feudis ſiue in cenſibus, niſi dominus fraudem & litem fictam probare velit per not. 5. §. 33. *q.* 21 22.

11. Et quemadmodum non debentur de aſſignatione ipſius rei cenſualis vel portionis quæ ſit in diuiſionibus, ita multo minus debentur de cuiuſuis reditus aſſignatione ſuper re cenſuali in diuiſione vel etiam extra diuiſionem quouis modo, ſalua tamen indemnitate præſtanda domino cenſuali pro tempore futuro ſi contingeret eius iura notabiliter & perpetuò diminui, vt plenè dixi j. §. 58.

12. Item fallit, vt etiam in propria & vera permutatione laudimia debeantur pro rata æſtimationis rei in quibuſdam locis vbi conſuetudo nominatim hoc exprimit, vt in caſum in quo prædia permutata non mouentur cẽſualiter ab eodem domino: volunt conſuetudo de Lorris *eod. tit.* §. 24. Syluanectenſis §. 257. Carnotenſis §. 51. *& ſ.* 52. quæ non debet extendi ad aliam ſpeciem commutationis ex quo in certa ſpecie loquuntur: quædam autem conſuetudines generalius volunt ex omni commutationi ſeu alienatione ex titulo oneroſo, etiam donatione ex cauſa remunerationis (quod intelligitur meritorium in ſpecie, & quorum recompenſatio peti poſſet, alias non tollunt rationem liberalitatis per notab. j. 160. ſola donatione liberali excepta deberi laudimia pro rata æſtimationis rei, vt conſuetudo Bleſenſis §. 119. *& ſ.* 121. Turonenſ. *tit. des rachapts & ventes.* § 15.

13. Duæ ſunt tantùm conſuetudines quæ in omni alienatione etiam ex cauſa meræ donationis laudimia imponunt, videlicet prima Niuernenſis ad ratam quintæ partis pretij vel æſtimationis rei in feudo & duodecimæ partis in cenſu, niſi in donatione quæ fieret alicui de linea: vel niſi fieret ei qui eſſet in proxima cauſa ſucceſſionis tempore donationis, quo vltimo caſu etiam ſi fieret ex cauſa oneroſa recompenſationis nulla laudimia debentur. vt in conſuetud. Niuernenſi *tit. des fiefs.* §. 33. *& ſ.* 34. *tit. des cens.* §. 7. Secunda autem, ſcilicet Athenienſis priore durior quæ tam in feudo quàm in cenſu, tam in venditione quam in permutatione aut alia tranſlatione etiam ex cauſa meræ donationis ſemper quintam partem pretij vel æſtimationis rei imponit §. 19. Excepto caſu permutationis prædiorum ab eodem domino ſiue ab eodem loco dominanti mouentium, dummodo pecunia non intercedat §. 42. in *dict. conſuet.*

14. In caſu autem permutationis prædiorum mouentium ab eodem domino directo (quem excipiunt omnes ferè conſuetudines quæ etiam in permutatione laudimia deberi volunt) non attenditur vt ſpectent ad conſortes vel hæredes eiuſdem, nec an ſint portiones eiuſdem conceſſionis & originalis inueſtituræ: quamuis hæc videatur prima facie ratio conſuetudinis, iuxta not. 5. §. 10. *gl.* 6. Sed ſolùm attenditur an moueantur ab eodem domino directo, & verba conſuetudinum, prout loquuntur, generaliter in hoc & indiſcriminatim accipiuntur.

15. Aduerte tamen ad hanc extenſionem ad permutationem quæ ſit inter conſortes vel cohæredes, vt ſanè intelligatur quando incipiunt à vera & mera permutatione: ſecus ſi inciperent à diuiſione. quia de permutationibus, tranſactionibus & ſupplementis quæ incidunt in diuiſione hæreditatis vel rei communis nulla iura debentur, etiam ſi aliàs de permutatione & omni commutatione debeantur, per not. ſuprà. §. 33. *quæſt.* 22. Cæterum in præfatis permutationibus nihil à prædictis variandum puto, propter ſolam inæqualitatem ſiue intrinſecam ſiue extrinſecam ipſorum prædiorum quæ permutantur. ſiue enim alterum ſit altero maius vel pretioſius nõ refert, nec in conſideratione haberi debet quantum ad hæc iura, dummodo nihil in pecunia vel re diuerſa ſuppleatur. Tametſi curia Romana vectigal illud (quam annatam vocant) de permutationibus Eccleſiaſticorum beneficiorum pro rata inæqualitatis (ſcilicet fructuum,) exigat, vt in *tract. taxa. cancella. tit. de prouiſo. in cau. permut.*

EPITOME GLOS. III. §. LXXVIII.

1. *Cenſus poteſt conſiſtere in re corporali, vel etiam incorporali vicem immobilis habente.*
2. ¶ *Q.* 1. *Si ius in re perpetuum ſucceſſiuum & notabiliter præiudicans venditur ſuper re cenſuali, debetur laudimium vel indemnitas.*
3. ¶ *Q.* 2. *ſi venditur ius ad rem, an debeantur laudimia?*
5. *Actio iudicatur ſecundum id ad quod competit.*
6. *Quod videtur haberi in bonis, ſed fictè.* 8.
9. *Prorſus differunt eſſe noſtrum vel nobis debitum.*
10. *Solutio quòd parè emens à poſſeſſore ſtatim debet laudimia.* 20.
11. *Niſi euictio immineat, & tunc danda cautio.*
12. *Sed emens à non poſſeſſore & tertio poſſidente, non debet iura quandiu tertius ille poſſidet.*
13. *Dominium poteſt acquiri ſine poſſeſſione.*
14. *Dominus non poteſt habere duos vaſſallos, vel cenſuarios eiuſdem rei inſolidum, & quandiu vnus poſſidet non poteſt ab altero iura exigere.* 18.
15. *De redemptione vexationis nihil à poſſeſſore domino directo debetur.*
16. *Poſſeſſor tranſigendo non acquirit nouum titulum.*
17. *Nec ſi mediante pecunia cedi ſibi faciat, debet laudimia niſi ſit nouus poſſeſſor & dominus directus probet eum nunc verum ius quæſiſſe.*
19. *De venditione vſufructus nec actionis ad illum nihil debetur niſi fiat emptori fundi.*
21. *Verba conſuetudinis non debent Iudaicè accipi.*
22. ¶ *Q.* 3. *Data vna mutatione, de intermediis ceſſionã*

ceſſionibus aut venditionibus actionum nihil debetur, niſi conſtito de fraude.

23. *Dominus directus perdit iura pro tempore quo poſſeſſionem directi dominij perdit.*

24. ¶ *Q. 4. Acquirens ius creditoris deinde dominium à debitore de vtroque laudimium debet. etiam ſi gratis habuit à creditore.* 25.

26. *Solùm qualitas vltimi tituli attenditur & non præcedentis, quando à poſſeſſore non procedunt. Sed ſi primus à poſſeſſore procedit, ille cum vltimo attenditur & non contractus intermedij cum aliis facti.*

27. ¶ *Q. 5. Quando emptor ante traditionem alij vendit, vnica cenſetur venditio, etiam ſi eodem tempore res tradatur primò, & ab eo ſecundo emptori* 29.

28. *Qui ſi capit, vt ſtatim reddat an dicatur capere?*

30. ¶ *Q. 6. Emptore poſt traditionem alij etiam nondum ſoluto pretio vendente, fundata eſt intentio domini ad duo laudimia.*

31. *Niſi breui & ex veteri egeſtate fiat ſecunda venditio.*

32. *Emptor redimens conductionem retentam à venditore: non debet noua laudimia ſi iuſto pretio emerit.*

34. *Potiſſima præſumptio à commenſuratione pretij* 35.

GLO. III. IN VER.

Dudit heritage.

SCILICET prædij cenſualis. Ipſa ergo origo & inſtitutio horum laudimiorum non eſt niſi in caſum venditionis ipſius prædij cenſualis, text. eſt hîc qui quo ſæpius verbum hæredij cenſualis repetit, eo cum maiore myſterio cenſetur dictum per not. ſup. §. 20. *gl.* 3. *n.* 6. Verbum autem *Heritage*, in hoc tex. non ſolum pro re corporali ſupponit: ſed etiam pro iure incorporali vim rei immobilis habente, ſi quid tale puta iuriſdictio catachriſtcôs, vel ius portorij, in cenſum conceſſum ſit.

2. Proprium ergò ſubiectum & baſis laudimiorum, eſt venditio & emptio ipſius rei cenſuariæ. Extra illum caſum non eſt locus laudimiis. oportet enim hîc eſſe venditionem (aliud enim de aliis contractibus vel diſpoſitionibus, vt in gloſſ. præcedenti) deinde rem ipſam cenſualem vendi vel eius partem.

3. ¶ QVÆRO igitur primo quid ſi cenſuarius non vendat rem cenſuariam[a], ſed * ius in re? puta ſeruitutem prædialem, vel ius reditus? Viderentur laudimia deberi, quia hæc perpetua iura ſunt pars rei. Breuiter quanquam ſint vera onera, tamen non ſunt pars rei niſi fictè. Aliud enim fundus, aliud ſeruitus vel ius ſuper fundo. Et tantum abeſt, vt dominus ſeruitutis vel alterius iuris in fundo alieno poſſit dici dominus ipſius fundi vel partis, vt hoc ſit repugnans & impoſſibile cum res ſua nemini ſeruiat. *l. vti frui ſi vſufr. petat l. in re communi de ſeruit. ruſtic prædio. l. cum in fundo de iure dot.* & actio & paſſio non concurrant in eodem ſubjecto *l. debitori. C. de pact.* nulla ergo laudimia oriri poſſunt nec de conſtitutione dicti iuris in re etiam nummis facta, nec de eius venditione aut mutatione in poſterum. Sed bene locus eſſe poterit indemnitati præſtandæ domino ipſi cenſuali, quatenus ſua iura notabiliter læderentur, vt dicam infrà §. 58.

* Ex iure in re vendito vtrum debeantur laudimia.

4. ¶ SECVNDO quæro, quid ſi non venditur res ipſa, nec ius in re, ſed ius * ad rem cenſuariam: puta donatam, ſed nondum traditam Titio, qui ius ſuum ſine actiones ſuas vendit Caio, cui tanquam cauſam habenti à Titio res traditur, vtrum debeantur laudimia? Hæc argumentoſiſſima quæſtio. Sed breuitatis cauſa ſolum tangam principales locos. & primò videtur non deberi laudimia, quia ceſſant omnia verba conſuetudinis, quæ dumtaxat loquuntur in venditione ipſius rei: ergo non poſſunt extendi ad venditionem iuris. præſertim cum ius iſtud ad rem ſit momentaneum, nec renaſcatur, & ſic, eo longè minor eſt, & diuerſa ratio quàm in iure, in re perpetuo & ſucceſſiuo, vt ſenſus communis demonſtrat. Hinc eſt etiam quòd ſi quis vendat ius ad rem ſibi competens ad certum reditum perpetuum ſuper prædio cenſuali conſtituendum, nullus ſanæ mentis dixerit aliqua laudimia

* Ex iure ad rem vendito vtrum debeantur laudimia.

A deberi: quia in tali contractu nedum non venditur res cenſualis, ſed nec vllo modo in diſpoſitionem deducitur. Facit quod ſæpe probatum eſt, conſuetudines * laudimiorum eſſe ſtricti iuris, & extra caſus expreſſos non debere extendi, & quia conſuetudo ſeriosè hîc repetiit de venditione ipſiuſmet rei. Et alioquin ſequeretur maior horum onerum extenſio, videlicet quod ſi promiſſo de vendendo fieret mediante pecunia, quod de ea deberentur laudimia, nedum de venditione ſequenti, etiam ſi iuſto pretio facta, & pariter de venditione facultatis redimendi & de venditione prorogationis eiuſdem facultatis, quia in his ſemper venditur ius & actio ad rem: quod tamen abſurdum videtur.

* Laudimiorum iura ſtrictè intelligenda eſſe.

5. In * contrarium, quia actio ſequitur naturam & qualitatem rei ad quam competit, & idem de ea quod de re iudicatur. *l. ſi ad reſoluendam. C. de præd. min. ſine decr. non alie. gl.* Bar. Bal. Ang. in *l. 1. C. ſi aduer. tranſact. cum ſimilib.* hinc quia actionem habet ad rem ipſam, rem habere videtur *l. qui actionem de reg. iur.* Vnde vendens actionem exempto fortè aut præſcriptis verbis vel cõdictionem ad rem cenſuariam, ipſam rem vendere videtur: igitur æque debentur laudimia ac ſi ipſa res vendatur, maximè cùm ſit idem effectus: quia emptor huius actionis ſoluit integrum & iuſtum pretium rei, & hoc mediante ipſam eandem rem à debitore venditoris ſui conſequi poteſt, patet autem non eſſe in effectu differentiam an traditionem habeat à ſuomet venditore, vel ab authore authoris ſui, quoniam vtrobique æquè iuſtum pretium ſoluit & rei dominium aſſequitur. Igitur cum iſte contractus omnino veræ venditioni æquipolleat, æquè locus eſſe debet laudimiis, per not. ſuprà *eo. gloſſ. 1. num. 8*

* Pro affirmatiua.

6. Non obſtat quòd iſte venditor non eſt dominus C vtilis, nec vendit nec transfert vllum dominium rei, quia ſatis eſt quòd verum dominium à quocunque transfertur mediante iſta venditione & ſolutione pretij, & quòd hoc ſufficiat nec aliud attendatur, patet: quia ſi quis vendat rem alienam in qua nullum ius habet, nec in re, nec ad rem, vel etiam quam nullo modo poſſidet, ſed confidit de domino quem poſtea facit conſentire, & rem tradere emptori, nemo ſanæ mentis dubitauerit quin laudimia debeantur: igitur multò fortiùs ſaltem non minus debentur, quando ipſe venditor nedum habet ſimplicem confidentiam domini amici, ſed etiam iam habet penes ſe inſtrumentum donationis ſibi factæ, & ſic etiam rem ipſam cenſetur in bonis habere. *l. rem in bonis. D. de acquir. re. do. l. bonorum appellatio. 1. D. de ver. ſignif. fac.* quod not. Bal. in *l. facere poſſe. D. ſolut. matr.* illud quod eſt in iure etiam intelligi eſſe in patrimonio.

7. Rurſus pro parte * negatiua dici poteſt quòd iſta procedunt ſecundum fictionem *vt not. gloſſ.* Philip.

* Pro negatiua.

Digitized by Google

Dec.in *d.l.qui actionem. D.de regul. iuris.* Sed in veritate minus eſt actionem habere quàm rem *l. minus. D. eo tit. l.alienatum de verbor. ſignif.* vnde illa actio non adaptatur diſpoſitionibus ſtatutorum vel conſuetudinis,quæ non adaptantur ad caſus fictos, ſed ad veram exiſtentiam terminorum,inquit Bal.in *l.tranſigere. col. 3. in fi. 9. oppoſi. C. de tranſact.* & in terminis, quòd ſtatuta loquentia de habente rem ,debeant intelligi de re quam quis verè habet, non de re ad quam quis habet adjectionem in integrum,decidit Bar. in *l. nemo. D.de in integr.reſtit.* hinc etiam decidit Bar. in *l.forma §.cum ego. D.de cenſib.* per illum tex. quòd ille qui habet actionem ad rem prætentam,non tenetur profiteri nec referre in cenſum:ſed ille qui poſſidet. ad hoc fa. tex. in *l.ſciendum §. ſi fundus. qui ſatiſda. cogan.ibi, diuerſam cauſam eius eſſe qui fundi petitionem perſonalem habet , ab eo qui dominus eſt & poſſeſſor.*

8. Ideo ſtatutum loquens de vendente rem ſuam imponendo pœnam , non habet locum in vendente rem ad quem habet actionem perſonalem vt tradit Bar.in *l. Gallus §.videndum.*& ibi Ang. Alex.& alij. *D. de liber.& poſthum.*Pau.in *l.pen. D.eo.* Igitur multò minus habebit locum in eo qui non vendit rem ipſam formaliter, ſed actionem perſonalem ad rem dumtaxat. Secus ſi ſtatutum loqueretur verbis latioribus, vt quia non diceret de emptore ſolùm, ſed adderet & de acquiſitore,vt in ſimili contra Bar. arguit Alex. in d. §. *videndum.* Sed hæc conſuetudo loquitur de ſolo emptore ſolius rei cenſuariæ , ſæpius eadem verba velut præciſa ſeriosè repetendo. Quid dicendum ?

a Diſtinctio. 9. Hæc omnia ſatis plauſibiliter* diſtinctionis fœdere concordanda videntur , vt laudimia debeantur quando quis habet & vendit rei vendicationem:Secus in eo qui habet , & vendit actionem perſonalem ad rem dumtaxat:& ratio eſt manifeſta, quia prorſus differunt aliquid eſſe noſtrum vel nobis debitum *l. Auſtralius §. Nouia.l.vlt.§.Titia.D.de lib.leg. d. l.ſciendum.verſic.diuerſa.cauſa.D.qui ſatiſd.cog.*Rom.*con.* 196.*& 201.* Alex.in *conſ.46. col.3. lib.1.* Quòd ſi quis dicat hac via occaſionẽ relinqui fraudibus; quid enim faciliùs quàm volentem emere, ſed laudimia euitare, ſubornare amicum cui res donetur , à quo actiones ad rem emat,deinde traditionẽ rei à domino alteri pretiũ numerando accipiat? Reſponderi poteſt , ſi appareat ipſum emptorem pretium ipſum numeraſſe priori domino ſiue per ſe,ſiue per interpoſitum illum amicum, aut quomodocunq; aliàs per probabiles coniecturas appareat de ficta & ſimulata interpoſitione perſonæ, tunc laudimia exigenda vna cum mulcta acquiſitionis minus plenæ notificatæ , vt in ſimili dictum ſupra §. 33.*nu.* Cæterum ſi ceſſent præſumptiones ſimulationis non eſſe præſumendam. Et laudibilius eſt tolerare quàm condemnare fraudem quæ non apparet. *arg. l. abſentem in princ. D. de pen. c. eſtote extra de reg. iur. fa. text. in auth.*

b Solutio. 10. Sed quid tandem ? concludo* pro parte affirmatiua & indubitatum eſſe in ea ſpecie *ſupra num.* 4. Caium debere laudimia totius pretij quamuis illud numerauerit ei à quo nudum titulum habet,poſſeſſionem verò & dominium nactus ſit ab alio:quia ſatis eſt quòd per emptionem & pretium acquiſiuit. Sed quia non nihil refert an quis emat à domino & poſſeſſore, an à ſolo poſſeſſore , an ab habente actionem etiam efficacem. vtque ſemel plenè habeas , dico quòd primo caſu ſtatim etiam ante traditionem habentur laudimia,& debet notificari emptio ſub pœna mulctæ,vt in §. *præcedenti* , dummodo ſit pura, ſaltem ex parte emptoris ſecundum no. *ſupra eo.glo.1.quæſt.3.nu.41. non repeto.* Secundo caſu idem dico , ex quo poteſt emptor vacuam poſſeſſionem ex hac emptione nanciſci : tum hæc iura metiuntur ex parte veri & effectualis poſſeſſoris, vt ſuprà *eo. gloſſ.* 1. *num.*18. *& 20.*

21. Fallit ſi ſtatim videlicet cùm laudimia petuntur imminet euictio,quia tunc non tenetur emptor ea ſoluere niſi ſaltem data cautione à domino reſtituendi ſi opus ſit: non enim in plus nec efficaciùs poteſt domino directo teneri ad laudimia quàm emptori teneatur ad pretium ex natura contractus: ergo per *l. ſi poſt perfectam. C. de euictio. l. penul.in fi. de pericu. & commod.rei vendi.*& ſic poſtea ſecuta euictione dominus non vtetur ea noſtra moderatione , vt non teneatur niſi in quantum locupletior propter cautionẽ initio interpoſitam. Et quanquam ſit communis & vera ſententia Alberi.& Doct.ibi Hieron.Grati.*con.*135.*nu.* 2.*lib.*2. quòd venditor eo caſu etiam locuples ſatisdare & ſic cum fideiuſſoribus tenetur: quod intelligendum niſi iam in ipſa venditione ſatisdederit: tamen quia nõ eſt æquum dominum æquè grauari pro modico laudimio , vt venditor pro toto pretio , puto ſufficere ſimplicem cautionem cum hypotheca generali, dummodo dominus ille ſit verus & indubitatus dominus cenſualis vel aliàs , ſoluendo. facit æquitas Senatus Neapolitani apud Matth. Afflict. Deciſio Neapolita 171.

12. Tertio verè caſu dico nondum deberi laudimia, quanquam dici poſſint ſtatim deberi , ſed potentia & aptitudine non actu: quemadmodum iſte emptor non eſt dominus vtilis & cenſuarius actu , ſed tantùm potentia , donec poſſeſſorem euicerit , vel poſſeſſionem ex eodem titulo & acquiſitione nactus fuerit. Interim ergo non debentur actu , imo potius nullo modo debentur niſi conditionaliter.

13. Etiam ſi emptor non ſolùm verum titulum , ſed etiam verum dominium alio ſemper poſſidẽte nactus fuerit, quod contingere poteſt , vt in *l. ſi fundum* , & ibi gloſſ. ab omnibus approbata de fundo dotal. *gloſſ.* Bal. *l. & ideo de condict.* Furt. Ioan. Faber. *inſtit. de actio. §.ſed iſte. col.* 5. Paul. Claudius de Sarcello in *l. traditionibus. C. de pact.* Do. And. Tiraq. in *tract.de conſtituto.poſſeſſo.par.3. limita.1.num.* 25. fieri enim poteſt vt ipſe emptor quantumuis eluctatus nunquam euincere potuerit : & ſi potuit contingere poteſt,vt alio caſu impeditus fuerit,vel etiam neglexerit, & tandem tempore amiſerit quod poteſt , nec facit præiudicium domino directo qui habet poſſeſſorem à quo & ex cuius perſona omnia iura percipit. Imò poteſt iſte emptor non ſolum in iure empto ſuccumbere, ſed etiam eo voluntariè omiſſo,alium nouum titulum, non in fraudem domini directi procuratum , acquirere , & ex nouo iſto iure euincendo poſſeſſorem, nulla debebit iura ex priore emptione, quia in effectu vſus non fuit : ſed ex nouo tantum ſecundum eius naturam : & ſic nulla iura in cenſu , ſi nouus hic titulus non ſit emptio nec æquipollens.

14. Porro quamdiu dominus habet poſſeſſorem cenſuarium è cuius venditionibus vel mutationibus poteſt cum effectu etiam laudimia exigere,non poteſt ea petere ab alio etiam prætendente rem ſuam eſſe : ſicut non poteſt duos in ſolidum eiuſdem rei cenſuarios prætendere *l.ſi vt certo.§.ſi duobus commod.l.*3.*§. ex contrario.de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. duo in ſolidum. de precario.* Tum non poteſt iſtum inueſtire,retinendo alterum in inueſtitura,ex cuius perſona iura exiget. Quomodo ergo poſſet iura exigere ab eo quem non poteſt inueſtire , retinendo alium manentem in inueſtitura & poſſeſſione? faciunt quæ dixi ſupra §. 33. *q.* 45.*nu.*149.quod vaſſallus non poſſidens fundum non tenetur ad clientelare obſequium. Guillelmus Cuneus Bal. Salic. Paul. in *l.ſolennibus.C. de rei vend.* Bal. Aluar. & alij in *cap.* 1. *quæ ſuit prima cauſa beneficij amitt. in vſib. feud.* Guido Papæ *Deciſ. Delph.* Phil. Deci *auth. qui rem nu.*8.*C.de ſacroſ. eccleſ.* And. Tiraq. tract. *de retract. proximit.*§.1. *gloſſ.* 10. *num.* 38.

15. Imo fortius dico quod ſi iſte emptor pecunia à poſſeſſione accepta cedat ei ius ſuum , non ob id tenetur poſſeſſor ad aliqua laudimia,nec ex capite ceſſionis

emptæ, nec ex capite venditionis ſuo cedenti factæ, etiam ſi illa venditio eſſet facta non ſolùm de iure prętenſo, ſed etiam de iure & dominio aſſerto, non ſolum in iure aſſerto, ſed etiam de ipſo corpore fundi ſed per non poſſeſſorem: quia licitum eſt domino & poſſeſſori, vel poſſeſſori qui ſe dominum prætendit, litem ſeu vexationem redimere, de quo nullum nouum ius dominicale debetur non magis quàm de melioratione fundi, vt etiam dixi ſupra eo. *gl.*1. *num.*125.

16. Et multò minùs ſi poſſeſſor tranſigat cum dicto tempore quem data pecunia fecit liti & cauſa cedere & renunciare: quia non ob id cenſetur ab eo ius aliquod nouum recipere, ſed in priſtino iure contra tranſigentem & ſuos pacificato manere *l. ſi pro fundo. C. de tranſact.* & ibi Alex. *& conſ.*41. *lib.*6. Bal. *l.*1. *col.*1. *C. de bonis mat. c.*1. *in fi. de controuer. inter dominum & vaſſal. de benefic. c. imperialem in prin. col.* 4. *verſi. caueat tamen de probib. feudi. alien.* per Federic. in *vſib. feud.* Iaſ. *l. ſtipulatio iſta* §.1. *col.*2. *de verb. obl.*

17. Tamen idem dico ſi ceſſionem expreſſam receperit, & hoc niſi iſte ſit nouus poſſeſſor, & cum hoc dominus probare velit quod ius non habebat & quòd nunc demum factus eſt verus dominus vtilis & poſſeſſor incommutabilis quia tunc ſoluet laudimia, non ſolum de pretio ceſſionis ſibi factæ, ſed etiam de pretio acquiſitionis dicti iuris per ſuum cedentem factæ iuxta nota. ſuprà *eo. glo.*1. *nu.*58. *& 86. cum ſeq.* Quod etiam ibi *q.*3. *nu.* 41. dixi de venditione in diem ſtatim deberi & exigi poſſe laudimia, procedit in ſua hypotheſi, vt ibi dixi, quando quis emit à vero poſſeſſore, qui ſtatim poteſt pretium exigere licet tradendi dilationem habeat.

18. Secus quando quis emit à non poſſeſſore, aliò ſuo nomine poſſidenti, quia etiam ſi venditio ſit vtinque pura & pretium ſolutum, nondum inde iura vlla debentur domino directo, ad quem nihil attinet de quibuſcunque contractibus inter alios factis, poſt quam vaſſallum vel cenſuarium habet poſſeſſorem fundi, ex cuius perſona mutationes & iura metiri oportet & circa quem propter actus alios factos nihil mutatur. Hæc enim omnia quæ in hac 2. q. trado, pariter locum habent tam in feudo quam in cenſu, ſiue in releuiis vel quinto pretij aut laudimiis, & quibuſcunque iuribus dominicalibus & vbique.

19. Item ſecus ſi quis emit actionem, non ad rem ipſam vel eius ſolidam partem: ſed ad ius in re, vel ſalua rei ſubſtantia & eius dominio, puta ius ad vſumfructum, vel ad conductionem, vel ad reditum quia etiamſi ipſum verum ius vſufructus vel condictionis emeret, ab ipſo vero proprietario & poſſeſſore nulla iura deberet domino directo, ergo minùs debentur de actione ad tale ius, à quocunque ematur, etiamſi effectus ſequatur, quia nec res ipſa, nec eius pars transfertur *l. rectè dicimus. de verb. ſignif. l.* 2. *de condi. inſtit.* niſi emat ab eo à quo dicto iure reſeruato emerat, vt infra *ea. glo. nu.*32. Et ita intelligenda ſunt quæ fuſius tradita ſunt ſupra §. 20. *glo.* 5. *& §.* 32. *&* 33.

20. Summa non refert in formula venditionis vel contractus: ſed tota vis eſt in effectu, videlicet an nouus acquiſitor cum effectu acquirat, & an per pecuniam vel non. Si enim à vero poſſeſſore acquirit ſiue rem ipſam ſiue ius prætenſum ab eo emerit, etiam euictioni renunciando, ſiue etiam vniuerſa bona vel quæ habet in tali regione vbi ſunt cenſus vel feuda, ſatis eſt eſſe titulum idoneum ad acquiſitionem dominij vel conditionis vſucapiendi, & ſic debet laudimia: quia in effectu res mutat manum per venditionem, & reſpectu domini directi nouus ſuperuenit cenſuarius vel dominus vtilis, idque pretio mediante, ergo laudimiis in cenſu, & quinto pretij in feudo vel iuri retractui locus eſt. Si vero emit à non poſſeſſore & alio proprio nomine poſſidente ſiue venditio concepta ſit de corpore ipſius rei, ſiue tantum de actione ad rem, ſiue petitoria, ſiue perſonali, ſiue mixta, ſiue reſcindente, ſiue reſciſoria, vel de officio iudicis ad fundi recuperationem per viam reſtitutionis in integrum vel de quacunque perſecutione ad fundum auocandum, non debet interim laudimia, ſed re auocata debebit.

21. Nec obſtant quod conſuetudo loquitur de venditione ipſius rei & obiecta ſupra *ea. glo. nu* 6. quia res ſatis venditur, quando iure ad rem venditio per emptorem euincitur, nec debent verba conſuetudinis Iudaicè accipi gloſſ. *l. damni infecti.*1. §. *ſi is qui ver. alluuies de damno infect.* Ioan. And. in *addit. ad* Specul. *de Iudeis & Sarrace. verſ. ad literam.* ſed qua mente dicantur animaduerti non autem captari *l. penul. ad exhib. nec cauillari. l.*2. §. *tractari ad Senatuſc. Tertull. glo. cap. vnic.* § 1. *verſ. ſi mora in ſi ne ſede vacan. in* 6. Sic in hac conſuetudine dictio *heritage* ſæpius quidem repetitur, ſed non fit ad hunc finem, vt ſit neceſſe quod venditor exprimat ſe vendere rem ipſam cenſuariam, antequam locus ſit laudimiis: ſed fit ad finem oſtendendi proprium caſum & ſubiectum laudimiorum eſſe quando res cenſualis mutat manum & transfertur ſeu de nouo acquiritur mediante pretio.

22. ¶ QVÆRO tertio idem thema continuando: quid * ſi Caius primus emptor vendit, vel numis cedit ius ſuum ſecundo & hic tertio & tertius quarto qui rem auocat, an debeantur quatuor laudimia? Videretur quod ſic, quia ſunt quatuor diſtinctæ ſucceſſiuæ duorum venditiones & emptiones. Breuiter contrarium dico nec deberi niſi de vltima per quam immediatè res euincitur & poſſeſſorem mutat cum effectu, reliquæ vero intermediæ venditiones & ceſſiones quouis titulo factæ non ſunt in conſideratione reſpectu iurium dominicalium ex quo erat alius poſſeſſor, ex cuius perſona iura dominicalia pro illo prætérito tempore metiuntur nec poſſunt colligi nec metiri eodem tempore ex duabus perſonis, nec poteſt dominus directus eſſe in poſſeſſionem contra duos in ſolidum, *vt ſupra eod. num.*13.

* Plura laudimia vtrũ debeantur, ſi per plures perſonas ambulauerit venditio.

23. Quemadmodum ſi perdiderit ſuam quaſi poſſeſſionem alio ius iſtud domini directi poſſidẽte, vel poſſeſſore fundi poſſidente qualitate alaudij, non poteſt pro eo tempore quo poſſeſſionem non habet, iura interim accidentia, quia vice fructuũ ſunt, petere per no. 3. §.1. *glo.*1. *q. vlt.* Et ſic in hoc themate vltima tantum mutatio & vltimus titulus immediatus quo res euincitur & in effectu manus mutatur, attenditur, vt dixi ſuprà §. 33. *q.*36. niſi de fraude conſtet, vt ſi penultimus cenſuarius qui caro pretio ceſſionem actionum obtinuit dum paratus eſſet & rem auocare poſſet, tamen vt fraudaret dominum directum iure retractus & quinto pretij vel laudimiis, gratis ceſſit vltimo qui auocat & vnum releuium dumtaxat offert in feudo & vnicum ſolidum Pariſienſem in cenſu. Conſtito enim de fraude ex temporis breuitate & aliis circumſtantiis, dominũ directus ex titulo præcedenti iura ſua obtinebit, non attento vltimo in fraudem ſui procurato vel interpoſito, vt in eadem perſona tetigi ſuprà *ea. glo. nu.* 12.

24. QVARTO quæro: creditor cui feudum & prædium cenſuale erat hypothecatum, recepto debito à Titio cedit ei iura ſua qui feudum auocat? Reſp. Locus eſt omnibus iuribus dominicalibus etiam prodicta ceſſione. Aut enim habuit fundum in ſolutum fide extra ius ſiue in iudicio vel ſubhaſtationibus, quia quod res pluris valeret nemo quicquam obtulit, & res expedita eſt. Aut aliquam ſummam pecuniæ dedit domino vtili, & ſic abeo emit, & idem, quia ſupponitur debitum agnitum & in partem pretij veniſſe, hoc eſt venditorem à veteri illo debito liberatum & inſuper aliquid accepiſſe, quare de vtroque pretio quod non niſi vnicum, quia reliquum datũ domino vtili eſt ſupplementum totius pretij, de quo toto debetur quintũ vel laudimium, & ſi dominus retrahere velit, vtrumq; refundere debet, vt tactum eſt ſuprà eodem *glo.* 127.

25. Quid ſi creditor non vendidit, ſed gratis ius ſuum ceſſit Titio? dic idem: quia etiam quando ſibi debitum recepit non attenditur pretium datum per Titium creditori, ſiue plus ſiue minus ei dederit, ſed quantum creditori debebatur, & quantam ſummam Titio ceſſit cui donare potuit & quantum ſuppletum fuit domino vtili, per Titium emptorem, quia illa duo extrema ſunt pretium, & ſubſtantiam pretij fundi ſubintrant & conficiunt, non autem compenſationes intermediæ mutationum dictarum actionum quæ non attenduntur. Nec propriè & immediatè illud quod debebatur creditori intrat pretium: ſed illud quod per ceſſionem creditoris quoquo titulo factam nunc debetur Titio, & de quo Titius efficaciter liberat venditorem.

26. Nec obſtat quod nuper in præcedenti qu. diximus ſolam vltimam mutationem & titulum immediatum attendi, non autem ſuperiores titulos: quia verum eſt quando aliorſum oriuntur quàm ex poſſeſſore qui euincitur, ſecus ſi ex facto ipſius poſſeſſoris oriantur qui alienare vel hypothecare cœpit: quia tunc primus eius contractus & vltimus qui mutationem & alienationem perficiunt, attenduntur, non autem mutationes inter ſucceſſores vel cauſam habentes creditoris, vel ſubrogationes quæ in hac materia (niſi de fraude expreſſa appareat) ſunt de ſe impertinentes. Et eadem ratione ſi vaſſallus vel cenſuarius rem valentem mille prius hypothecauit pro centum, deinde eidem pro aliis centum, deinde eidem ſucceſſiuè vſque ad octingenta poſtea hæres vel ceſſionarius creditoris ſupplendo ducenta totum auocat, debentur iura de mille: quia omnes contractus facti cum poſſeſſore ad alienationem tendentes, & quorum virtute facta eſt alienatio, debent cumulari ad maſſam vnius totalis pretij, quemadmodum eſt vna alienatio & mutatio pro toto illo pretio facta. Idem ſi diuerſis hypothecauerat & tandem vnus omnium creditorum iuribus redemptis vel ſibi ceſſis rem ipſam auocat. quia omnes illæ ſummæ à facto poſſeſſoris vel eius cui ſucceſſit procedentes alienationem hanc cauſantes debent cumulari. Idem in ſimilibus

27. ¶ Qvinto, quæro de hac hypotheſi facti. Qui dam* emit rem cenſuariam, non tamen habuit traditionem realem, & quia fortè nequibat ſoluere pretium, venditi illam ipſam rem Caio, tanquam ad ſe de ſuo conqueſtu pertinentem, cui promittit vacuam tradere poſſeſſionem ſoluendo pretium quod & fecit: quia primus venditor recipiendo pretium, miſit in poſſeſſionem realem emptorem ſuum, qui ſtatim in eandem poſſeſſionem miſit Caium, an debeantur duplicia laudimia? Videtur quòd ſic: prima, à primo emptore: ſecunda à ſecundo emptore: quia duplex fuit formalis venditio etiam ipſius rei, & non ſimplicis actionis vel iuris ad rem: duplex etiam realis traditio, quamuis eadem hora vel etiam eodem inſtanti facta, vt vſuenire poteſt ſi primus emptor conſtituit procuratorem ad recipiendum pretium à Caio, & hoc mediante, ad traditionem realem ei faciendam, & viciſſim Caius alium procuratorem ad ſoluendum pretium ſuo venditori vel eius procuratori ſufficiens mandatum habenti, mediante reali traditione, & ſic ambo procuratores ſimul in rem præſentem cum primo venditore conuenerunt, & eodem inſtanti confecerunt. Poterat etiam eſſe vnus vtriúſque procurator, vt nouiſſimo anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſexto paulo ante medium Iunij dum per fideliſſimam & optimam vxorem ex impiis Lutheranorum carceribus liberatus, librorum meorum à barbaris illis interim redimendorum cauſa ſubſiſterem Dolæ: vocatus ab vniuerſitate & vrbe, illuſtres duo viri procuratores illuſtriſſimorum Imperatoris &* Philippi Hiſpaniarum Regis eius filij, qui ſexto pòſt menſe quorumdam ſuſpicione vel inuidia, me magno ciuium & ſcholarium A lucta expulit, in conſeſſu generali ordinum Comitatus Burgundiæ, primo nomine Imperatoris, ſed priuato illuſtriſſimi Caroli Quinti* reſignauerunt illum Comitatum, omne ius & poſſeſſionem abſolutè in fauorem præfati Hiſpaniarum Regis, & mox iidem procuratores nomine dicti regis acceptauerunt.

28. Nec obſtat quòd qui ſic accipit, vt ſtatim reddat, non videtur accipere. *l. qui ſic de ſolut.* quia verum eſt quando eidem confeſtim reſtituere debet, ſecus ſi alij, vt per Bar. Paul. & alios, ibi Laſ. in *l. frater à fratre. col. 2. de cond. indeb.* Franc. Purpura. in *l. ſingularia. num. 117. cum ſeq.* quia hoc non eſt reſtituere, ſed oppoſitum. Hic ergo vera & effectualis fuit traditio per primum venditorem (qui liberatus eſt) facta ſecundo B venditori, item alia vera & effectualis per hunc facta ſecundo emptori, qui & dominium & poſſeſſionem accepit à ſuo immediato venditore, ergo duæ mutationes per duas diſtinctas venditiones.

29. Contrarium* dico quòd vna tantum laudimia debentur à Caio, quia venditio in perſona primi emptoris non fuit efficax, & ſic non fuit niſi vna effectualis venditio vnica alienatio, prout vnica pretij numeratio, quemadmodum ſi quocunque caſu fallente, aut ſine hærede moriente primo emptore ante ſolutionem pretij res vendatur ſecundo, vt ſupra §. 33. *q.* 3. non poteſt dominus petere laudimia niſi ſemel, ita quòd non poteſt prætendere rem hypothecatam pro laudimiis primæ emptionis, quia non debentur ex quo nullum habuit effectum & deuentum eſt ad ſecundam C venditionem ad quem ventum non eſſet ſi prima ſtetiſſet & effectum habuiſſet: & in iſtis effectum magis attendimus quàm formam. Tum momentanea mutatio non attenditur, vt dixi 5. §. 33. *num.* 112.

30. Sexto quæro quid ſi res realiter erat tradita primo emptori qui nondum ſoluerat pretium, & fortè ad illud* exoluendum poſtea ex interuallo vendit ſecundo? Breuiter dico dominum directum fundatam habere intentionem ad duplicia laudimia, prout fuit duplex efficax venditio & traditio non momẽtanea, licet* non fuerit niſi vnica pretij numeratio: quia illa vnica numeratio implicat vnam tacitam & fictam, quia fingitur ſolutum ſecundo venditori & per illum primo, vt eſt ſimile in *l. licet* §. 1. *de iure dot. in l.* 3. §. *vlt. de donat. inter virum & vxor.* Iſta tamen eſt fi- D ctio quæ non debet habere locum in ſtatutis nec in odioſis, & niſi adſit æquitas. Sed certè iſta fictio non concernit traditionem fundi quæ potiſſima eſt in conſideratione, ſed ſolam pretij mutationem quæ minus hic conſideratur: quare iuxta ſententiam veterum Iuriſconſultorum Saluij, Iuliani & Iulij Pauli in *l. ambiguis.* §. *quotiens. in l. non ſine.* §. *quamuis. C. de bo. quæ liberis.* Hanc vltimam deciſionem modificandam hoc æquitatis temperamento puto, vt procedat quando primus emptor voluntariè vel cauſa alicuius noui commodi vel nouæ cauſæ ſuperuentæ feſtinauit vendere, quanquam aliquo interuallo poſt plenam realem traditionem ſibi factam: ſecus ſi eodem inſtanti ſecundo emptori tradidit, vt in q. præcedenti.

E 31. Item ſecus ſi ex aliquo non longo interuallo, ſed veteri ære alieno oppreſſus vel ob aliam antiquam cauſam quæ forſan latebat venditionis tempore, ita vt prima illa acquiſitio ſtatum vel morbum illum implicitum habebat, & ſtare non potuiſſet, ſed diſcedendum & nouo ſumptu diſtrahendum fuiſſet, niſi promptè & oportunè inueniſſet quem loco ſui ſubrogaſſet, tunc enim iuncta temporis breuitate & quòd primus emptor non fuit nec poterat diu manere dominus, inſpecto illo etiam ab initio implicito rerum ſtatu, non eſt æquum dominum habere duo laudimia & afflictionem dare primo emptori afflicto: cùm etiam verè non adfuerint omnia requiſita ad duplicem ſeparatam venditionem, nec bis verificentur omnia verba conſuetudinis: ſed ſit vnica tantùm numeratio pretij: nec

* Laudimia vnica debentur ſi in primo emptore, emptio fuit ineffi.ax.

* Philippus Hiſp. rex.

* Regnante imper.

* Solario.

* Lego ad illud exoluendum non erat idoneus.

* Duplicia interdum laudimia debentur ex vnica pretij numeratione.

hic ſit æquum, ſed nimis durum extendere & multiplicare laudimia ad cauſam fictæ numerationis & quæ erat impoſſibilis ipſi primo emptori. Et in ſumma colligitur ex præcedentibus quòd non debentur laudimia niſi in caſum venditionis effectualis ipſius rei cenſualis vel acquiſitionis rei mediante pecunia, & de qualibet huiuſmodi acquiſitione efficaci & per ſe ſtante. Secus in venditione vel acquiſitione vſusfructus vſus vel alterius iuris in re, vel commoditatis, vel tranſactionis ad redimendum vexationem ceſſante ſimulatione. Et hoc niſi agatur de iure perpetuo ſucceſſiuo, & iuribus dominorum directorum notabiliter præiudicante, quia tunc dicendum vt not. 7. §. 58.

32. Sed aduerte quòd 5. *ea. glo. nu.* 19 dixi de venditione vſufructus & ſimilibus, ſanè intelligendum eſt quando hoc tantùm venditur, ſecus ſi venditor rem ipſam antè vel pòſt idem emptori vel interpoſitæ perſonæ vendiderit: quia tunc idem eſt ac ſi emptor ad quem totum mediante pretio peruenit, ſolidam rem per partes ſeu particulatim emiſſet: & ſic omnes emptiones in vnam & omnia pretia in vnum vnius ſolidę acquiſitionis confluunt, & totius debetur integrum laudimium: idem in feudis. quiſquis igitur vendideris retento vſufructu, vel retentis fructibus huius anni, vel piſcatione ſtagni, vel ſectione ſyluæ, & poſtea ius retentum eidem emptori certo pretio cedit, huius ceſſionis debetur quintum pretij vel laudimium. Idem ſi cedat alij qui incontinenti emptori cedit, quia interpoſitio perſonæ præſumptionem fraudis auget. *l. pupillus §. ſed & ſi per interpoſitam. de auctorita. tuto. & cura.*

33. Sed quid ſi emptor venditori locauit fundum, poſtea quodam pretio accepto remiſit ius conductionis? Reſp. nondum eſt fraus. Conductio enim non eſt retentio partis rei, quia conducens reſpondet de fructibus ſoluendo mercedem quæ cum ſumptu & induſtria fructus compenſat. Ideo ad alias circumſtantias recurrendum eſt ſi quę adſint: quum hoc non ſufficiat: dico ergo ſic diſtinguendum eſſe: aut res alioquin venit iuſto pretio, aut minus iuſto. Primo caſu non eſt fraus, qui etiam dominus directus habet integrum quintum vel laudimium iuſti integri pretij, & ſic deeſt materia fraudis. ſa. no. 3. *eo. gl. 1. nu.* 109. Secundo vero caſu non videtur emptor locaſſe ſponte, ſed videtur venditor retinuiſſe ius conductionis donec quod iuſto pretio deerat, ſuppleatur vel compenſetur mèdio dictæ conductionis, & ſic noua pecunia data ab emptore, debentur inde iura pro rata.

34. Hæc eſt enim iuridica & realis & in hac materia principalis præſumptio à commenſuratione & proportione pretij, de quo per gl. (quam Bal. c. 3 dicit ſingularem) in *l. 1. §. 1. verb. agendo de ſuperfici.* Bal. Salic. in *l. 1. C. de iure emphyt.* Paul. Caſtr. in *l. 1 §. 1. locati.* Anto. Burgos. *cap. ad noſtram de emp. & vend.* Anto. Corſ. in ſingulari. *verſi. contraſtus* 1. Philip. Deci. *conſi.* 500. *num.* 5. *vbi in annot. dixi.*

35. Hinc eſt quòd ſi emptor ſoluat pretium conuentum, & poſtea aliquid dat, vt traditionem habeat: ſiquidem ſoluit iuſtum pretium valoris rei, nihil vltra quintum vel laudimium eius debet de ſumma poſtea data, quam dediſſe præſumitur cauſa redimendæ litis, & non in fraudem domini directi. Idem ſi poſt emptionem dominij rei, emit nudam poſſeſſionem, quia ſi vtrumque pretium non excedit valorem rei, de vtroque debentur laudimia. Quòd ſi primum pretium æquabat valorem rei, ſatis eſt de illo ſoluere: reliquum verò videtur cauſa redimendæ vexationis datum: quare nihil inde debetur: nec dominus directus debet quæſtum facere de incommodo alterius, præſertim ſui vaſſalli vel cenſuarij quem potius fouere & in iure ſuo (ſuum percipiendo) conſeruare debet. *c. de forma.* 22. *q. 5. c. vnico in fin. de forma fidelita. in vſib. feud. ad* hoc not. 3. *eod. glo. 1. num.* 109. & 124. Idem in ſimilibus.

EPITOME GLOS. IIII. §. LV.

1. *Solus dominus cenſualis ſolet fundiarius dici.*
2. *Quid ſit* Le ſeigneur tresfoncier.
3. *Cur vaſſalli vocantur domini: cenſuarij vero roturarij.*
4. *Proprietarius Gallię vltimum dominum vel vtilem tantum ſignificat.*
   Proprietas in iure malè communi errore ad directum dominium reſtringitur.
5. *Nulla eſt tex. in iure de dominio directo & vtili.*
6. *Tamen in iure proprietas non obligatur, ſicut nec vtilis actio obliqua eſt.*
7. *Vbicunque in vtroque iure fit mentio proprietatis: non ſolùm in directo, ſed etiam in vtili dominio verificatur.* 8.
9. *Idem in contractibus & teſtamentis.* 10.
11. *Intellect. l. 3. §. ſed ſi proprietatem de rebus eo. qui ſub tut. vel cur.*
12. *Proprietas ſuperior, & inferior, vt & dominium.*
13. *Quale dominium quis habet in ſolo: tale in ſuperficie.*
14. *Emphyteutæ initio non erant domini vtiles, ſicut nec perpetui.*
15. *Sed poſtquam facti perpetui, facti ſunt domini vtiles, ſic & vaſſalli* 18.
   Nouus intellect. & diſſoluta antinomia. l.
16. *Liber feudorum non eſt de corpore iuris.*
17. *Feuda initio erant temporaria & perſonalia*
19. *Legatum proprietatis non eſt reſtringendum ad nudam.*
20. *Niſi ex adiunctis vel materia ſubiecta.*
21. *Quandoque ſimplici poſſeſſioni vel ſeruituti, vel adminiſtrationi opponitur.* 22.
23. *Feuda erea.*
24. *Declaratio conſuetudinis Bleſenſis, cenſuarij non poſſunt excipere de iure ſuperioris.*
25. *Vt vaſſalli, ita cenſuarij non poſſunt diuidi niſi cum curia & loco dominanti.*
26. *Vt tamen ſemper maneat vnitas curiæ niſi publica vtilitas exigat multiplicari.* 27.
28. ¶ *Q.* 1. Cenſuarius *non poteſt diuidere cenſum ſine conſenſu domini.*
29. *Nec emphyteuta.*
30. *In cenſu magis attenditur qualitas quàm quantitas.*
31. *Vbi conſuetudine loci, diuiditur cenſus, etiam multę multiplicantur.* 32.
33. *Secuta diuiſione reali non quamdiu ſtat res inter plures pro indiuiſo.*
34. *Declaratur conſuetudo de Lorris.*
   Verbum, Videbitur, ſtat pro arbitrio boni viri.

Digitized by Google

35. *Dominus recipiens à poſſeſſore partis diuiſæ cenſum pro parte ſua, cenſetur illum diuidere.*
36. ¶ *Q. 2. Inter plures dominos directos non eſt locus iuri accreſcendi.*
37. *Nec inter coniunctos coniunctione legali, ſed locus iuri non decreſcendi.* 38.
39. ¶ *Q. 3. Impenſis domini directi fit æſtimatio, vt ſciatur quanta ſint eius laudimia niſi de fraude contrahentium appareat.* 41.
40. *Modicus defectus non attenditur.*
42. *Conſuetudo Carnotenſis & Bleſenſis declarantur.*

GLO. IIII. IN VER.

Seigneur cenſier ou foncier.

ET ſic patet quòd pro eodem accipiuntur, vt ſatis dictum eſt §. 73 *gl.* 1. *num.* 3. *&* 6. 15. *&* 52. *gl.* 2. 10. Et antonomaticè & ſecundum communiorem & ſimplicem loquendi vſum appellatione domini fundiarij, ſolus dominus cenſualis intelligitur, & illi ſoli debentur hæc iura: & non poſſunt eſſe plures in ſolidum etiam ſubordinatè, quamuis aliud in dominis feudalibus, vt nota. 5. § 73 *gl.* 1. *nu.* 12. Sed benè poſſunt eſſe plures domini cenſuales ratione eiuſdem dominij directi ad eos pro partibus indiuiſis, pertinentis. Dominus ergo cenſualis ſemper eſt immediatus, dominus directus vero, proprio, natiuo dominicali & directo domino. Quanquam ergo ſæpe contingat cenſuarium vtilem dumtaxat dominium, tertio concedere in reditum annuum & perpetuum, & ſic reſpectu dicti tertij quodammodo dici dominum directum, ſiue dominum fundiarium vt 5. in *rub. n.* 19. *cum ſeq. &* §. 73 *gloſſ.* 2. *num* 8. & propter reditum fundiarium in fundo retentum: tamen nullo modo eſt nec efficitur (quod Galli vocant) *ſeigneur direct, ſeigneurial, ou tres-foncier*, id eſt dominus directus dominicalis, ſeu preſsè fundiarius, ſeu, vt ita loquar, fundiariſſimus, ſicut nec fit nec fieri poteſt dominus cenſualis: quia etiam ſi de facto concedat in cenſum vel ſuper cenſum, nihil agit: niſi quandoque ad ſui priuationem, vt ſupra §. 73 *gloſſ.* 1. *num.* 23.

2. Dominium ergo cenſuale in hoc regno, vnicum eſt monadicum & ſingulare. Et quamuis Gallicè, *la ſeigneurie fonciere ou ſeigneur foncier* de hoc ſolo propriè dicatur ſupra §. 73. *glo.* 1. *nu* 6. *cum ſeq.* tamen quando volunt magis præcisè ſignificare ſolum dominum propriè & ſtrictè directum, ad præciſam excluſionem eorum quibus aliud ius fundiarium debetur, vtuntur ſuperlatiuo *Tresfoncier*, quaſi maximè fundiarium dicat, & ad quem ſolum autumant *Appartenir le * tresfons* hoc eſt immediatum & vltimum dominicale directum dominium: non ergo ſupremus vel ſuperior dominus feudi dicitur fundiarius nec Gallicè *Seigneur tresfoncier*, quanquam reſpectu dominij ſui directi etiam mediati, verè ſit dominus fundiarius dominicalis: ſed hæc appellatio domini preſsè fundiarij, & Gallicè *tresfoncier* ad immediatum & vltimum dominum directum redigi ſolet.

* Tresfons.

3. Vltimus ergo demum vaſſallus dicitur ſtrictè fundiarius & *Tresfoncier*, in fundo in quo habet cenſum dominicalem, & nihilominus talis eſt in eo quod in domanio fundi ſui tenet, cùm tunc non ſit alius ſtrictè fundiarius; & hæc eſt ratio peculiaris cuiuſdam idiotiſmi Gallici, quo cenſuarij, etiam ampliſſimi latifundij non vocantur domini, ſed cenſuarij vel roturarij: tenentes autem in feudum etiam quid modicum, vocantur domini: non * ſolùm reſpectu eorum quæ mouentur à ſe feudaliter vel cenſualiter: ſed etiam reſpectu eius quod in manu ſua ſeu domanio feudi ſui poſſident: Tum propter honorem fidelitatis & ſacramenti, & quòd feuda nobilibus deſtinata ſunt, & ampliori honore gaudent. Hinc eſt etiam quòd vaſſallus poteſt ſubinfeudare (niſi vbi conſuetudo loci

* Vaſſalli vocantur domini.

A vetat) vel in verum cenſum & dominicalem concedere: cenſuarius autem neutrum facere poteſt. Et quod dixi de vaſſallo, idem fortiùs de poſſidente iure alaudij, de quo ſupra §. 68.

4. Cæterùm idiotiſmo noſtro, dominus directus, etiá quem propriè & ſtrictè *Tresfoncier* vocamus, non dicetur proprietarius: Sed vox * Proprietarij, apud nos non ſolùm in locis quæ conſuetudine, ſed etiam quæ iure ſcripto reguntur, pro vltimo domino dumtaxat, ſiue pro poſſidente iure dominij etiam vtilis tantùm vſurpatur, vt dixi 5. §. 55. *gl.* 2. *nu.* 2. Quòd autem omnes in vtroque iure ſcribentes aduſque reſtringunt verbum Proprietas, ad directum dominium dumtaxat, vt eos referendo, dixi in *d. glo.* 2. *col.* 1. & latè Paul. Iaſ. in *l. ſi domus in fi. in l. ſi tibi homo. in fi. de lega.* 1. inueteratus eſt error, quem in nouis intellect. latè confutaui. Proceſſit autem tum ex eo quod Doct. falſa etymi ſpecie decepti, putarunt quòd proprietas dicatur quaſi propriè tua, cùm non ſit vox compoſita, ſed ſimplex & deriuata à ſimplici proprio. Tum propter quoſdam tex. qui ſunt in vſibus feudo. de quibus j. *ea. glo. nu.* 16. Tum eo quòd ad paucas leges reſpexerunt & non ad vniuerſam iuris panopliam, ex qua lique.

* De proprietario & proprietate.

B

5. Proprietatem non ſolùm pro directo, ſed etiam pro vtili (vt vocant) dominio paſſim accipi. Fateor in iure nullum eſſe text. in quo dominium vocetur directum vel vtile: ſed ſunt verba magiſtralia quæ non reprobo, ſed laudo, quia ſunt de mente iuris, & ad methodicam doctrinam neceſſaria, non ſolùm in conſequentiam actionis directæ vel vtilis, quæ frequens eſt in iure, vt de vtraque text. elegans in *l. actio. de nego. geſt. in l. vxor marito. ad ſi. de donat. inter vir. &* vxor. Sed etiam de per ſe, vt vnico verbulo abſque tædioſa & moleſta periphraſi, ſignificare poſſimus: quando de vtili tantùm & non de directo domino loquimur. Quòd autem omnes & Legiſtæ & Canoniſtæ vbique, vt vltra eos quos citaui ſupra §. 55. *gl.* 2. Paul. Iaſ. in *l. ſi domus. in fi. in l. ſi tibi homo. in fi. de leg.* 1. Iaſ. Franc Rip. Berengar. Fernand. *nu.* 41. & omnes in *l. naturaliter* § *nihil commune. de acqui. vel amitt. poſſ.* tenent verbum proprietas in iure nunquam obliquari, ſed ſemper pro directo dominio & non vtili capi, falſum eſt, vt toto ferè iuris Oceano liquet.

C

6. Non quòd in iure ſiue ciuili ſiue canonico obliquetur, quia nec dominium vtile obliquum eſt, ſicut nec actio vtilis obliqua eſt: recta enim datur & competit, non per obliquum, nec directa vocatur ad differentiam obliquæ, vt directa ſubſtitutio dicitur ad differentiam fideicommiſſoriæ, quæ verè obliqua eſt: ſed directa actio dicitur reſpectu eius quæ ex formula primaria non competeret, ſicut directa mandat. actio. *to. ti. D. de procurat. &* mandat. dicitur ad differentiam contrariæ quæ vi ipſa æquè directa eſt vt nomen dignius remaneat ei quæ naturali ordine præcedit.

D

7. Vbicunque enim in vtroque iure fit mentio de proprietate, verificatur non ſolùm in domino directo, ſed etiam in vtili, ſiue tam in vtili quàm in directa proprietate: etiam ſi lex dicat plena proprietas, vt probat tex. in *l. duob. in prin. quemad. vſufr. amit.* & idem de proprietario, ſiue in iudicialibus, ſiue in contractibus,

Digitized by Google

siue in vltimis voluntatibus, siue in pœnis. Vt verbi gratia, in iudicijs quoties in iure dicitur interdictum aliquod cautam proprietatis cõtinere, *vt in l.2.§.quædam (vbi de hoc dicitur) D.de interdict.* tantùm abest vt ad directum dominium id verbi Proprietas restringatur: vt non minùs in vtili, quàm in directo dominio verificetur, vtpote quũ illa interdicta & omnia remedia sequẽtia, nõ minùs, imò magis & frequẽtiùs dominis vtilibus, & emphyteutis, vel perpetuarijs vel etiam simplici superficiario, quã dominis directis cõpetant.

8. Sic quoties in iure dicitur iudicem super proprietate datum, non ideo de possessione iudicare posse, *l. si de proprietate. C. si à non competent. iudic.* & iudicium proprietatis & possessionis nihil habere commune, *l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. vel amittend. possess.* non de directa tantùm rei vendicatione vel dominio, sed etiã de vtili intelligitur. *l. Pariter. C. si moment. possess. fuerit appellatum*, vbi dicitur sententiam latam in possessorio, non obstante appellatione, exequendam siue præiudicio proprietatis: intelligitur de omni proprietate vel dominio siue directo, siue vtili pariformiter & indifferenter. Sic *l. proprietatis. C. de proba.* loquitur omnino siue de directo siue de vtili dominio probando, agatur. Sic in *l. si quis conductionis. C. de locat. in l. & an eandem, in fin. de except. rei iudic.* Idem in omnibus iuribus iudicialib. vtriusque iuris, vt de iure canonico sunt tex. in *c. vlt. de iudicijs* & in rub. & per tot. de *causa possess. & propriet.* vbi proprietas promiscuè siue pro directa, siue vtili indifferenter accipitur.

9. In materia verò contractuum non minùs trita sunt exempla in iure, *vt in l. si ita stipulatus. §. Titius, de verb. oblig. in l. vsufructu. solut. matrim.* non solùm enim pleno iure dominus potest vsumfructum promittere, vendere, in dotem dare retenta proprietate, vel contra: sed & dominus vtilis, in quo omnia huiusmodi iura de proprietate vel proprietario loquentia æquè verificantur.

10. Et pariter in omnibus legibus testamentarijs, & dispositionibus, vltimarum voluntatum loquentibus, vt in *l.1.§.1. in fin. l.2. cum §.* seq. & per tot. de *vsufru. accresc.* leges enim de legato proprietatis non minùs conueniunt vtili, quàm directo dominio, *l. si purè*, & per tot. *de vsu & vsufructu legato.* Idem de legibus pœnalibus *l. fœminæ in fine, ibi pleno proprietatis iure. C. de secundis nupt.* de vtili enim necessariò intelligitur, quando alterius est directum dominium. Idem generaliter in omni alia materia iuris.

11. Vt *l.3.§. sed si proprietatem de reb. eor. qui sub tut. vel cur.* vbi gloss. & Doct. malè addunt secundum plenam: quia qualemcunque proprietatem habeat minor viginti quinque annis, siue directi, siue pleni, siue vtilis dominij, vt emphyteuta vel superficiarius, qui vsumfructum constituere potest: tamen si est minor vigintiquinque annis prohibetur per dict. §. *sed si proprietatem.* Verum est quòd gloss. & Docto. ibi intelligunt plenam in proprietate & vsufructu: sed adhuc non debuit text. hoc modo restringi. quia minor habens nudam proprietatem non potest habenti vsumfructum temporalem, illum prorogare obstante prohibitione eiusd. tex

12. Ergo vt reliqua propemodum infinita exempla præteream, satis superque liquet quòd vox Proprietas ex propria significatione, vsu & appellatione legũ non restringitur ad directũ dominiũ. Et malè pro suo errore citant Docto. *l. si procurator. 1. de acqui. re. do. l. proprietatis. C. de probat.* quia vbicunque lex dicit dominium & proprietas, vel dominium proprietatis, id expositiuè vel intransitiuè intelligitur, vt & in *l. si tibi vsufr. in l. si seruus quib. mod. vsufruct. amitt. in l. dominus proprietatis de vsufru. & habita. in l. interdũ in fi. de vsufruct. accres. in l. pen. in fi. si vsufruct. peta.* Itaque veriùs est quod Bal. (senio ferè confectus) in *proœmio feu. col. 7.* scripsit dominium directum proprietatem esse superiorem: *dominium verò vtile, proprietatem inferiorem. Imo passim in iure, proprietas simpliciter & absolutè, supponit pro dominio simpliciter & absolutè sumpto, vt in l. si procurator. 1. in princ. & in fi. l. cum in corpus, in fi. de acqui. re. do. l. 1 §. interdum ibi, quod & in proprietate. de vsufru. accresc. l. minor. §.1. de enictio. l. videamus. § si possess. de vsur. l. vxori vsufruct. l. vxori vsumfructum Sticho. l. filios in fi. de vsu. & vsuf. lega. l. vti frui. in princ. si vsufr. peta. l. si non proprietatẽ, ibi domino suo. C. de his qui à non do. ma. lib. 7. l. locorum domini. de omni agro deser. lib. 11. C.* & in multis similibus tex. quos prætereo. Tantum abest vt restringi possit aut debeat ad directum dominium, cuius etiam restrictionis nullum exẽplum est in iure, nisi fortè (hoc est prima facie) in *l. superficiarias, de superficieb. in l. si domus, in fi. de leg. 1.*

13. Sed dico primò quod tex. in *d. l. superficiarias*, non loquitur de domino vtili vel directo tantùm, sed de superficiario qui nullum habet dominium soli: sed tantùm ius in re, vel quandam seruitutem, vt probat text. in *l. si tibi homo, in fi. de leg. 1. vel ius in fundo. vt l. 3. §. si ius de reb. eorum qui sub tut. vel cur.* quamuis si est ad longum tempus dicatur habere quasi vsumfructum & detur ei actio quasi in rem siue vtilis in rem *l. 1. §. qui superficiem. in fi. §. quod autem de superficiebus*, & sic vox proprietas in *d. l superficiarias*, supponit pro pleno dominio siue directo & vtili simul: non autem pro directo tantum: quod etiam probo per alium text. apertum in *l. obligationum ferè. §. placet in fi. de actio. & oblig.* vbi dicitur fieri non posse quin dominus directus & vtilis soli, sit etiam dominus directus & vtilis superficiei: idque etiam iure naturali, vt vult Ludou. Roma. singu. de quo remitto ad ea quæ dicam infra §. 81.

14. Secundò dico quòd tex. in *d. l. si dominus in fi.* intelligitur secundum primæuam naturam emphyteusis, quæ temporalis erat, vt dixi s. *eod. tit. in rubr. nu. 29. cum seq.* vnde antiquus dominus semper & ius & nomen domini solus retinebat, vt patet in *l.1.2. & 3. C. de iure emphy. in §. adeo. instit. de locat.* emphyteutæ autem & similes, non dicebantur habere partem vel dominium in ipso fundo, sed ius in fundo (vt inquit Vlpia.) qui idem author est do. *l. si domus in l. 3. §. si ius emphyteuticum de reb. eor. qui sub tu. vel cur. sunt*, vel seruitutem in alieno solo, *l. si tibi homo in fi. de legat. 1.* Sed postea quam emphyteusis concedi cœpit in perpetuũ: tunc quãuis appellatio domini concedenti & suis successoribus secundũ veterem & primordialem vsum crebriùs remanserit: tamen etiam huiusmodi perpetui * emphyteutæ cœperunt etiam de iure domini vocari, non statim, vt patet in *l.1. §. qui in perpetuum. si ager. vectig. vel emphyteut. petat.* Sed post sæculum Constantini magni, vt sunt textus in *l. fundi. ibi iure dominij, & in l possessores, in fi. ibi eũ fundorum sunt domini. de fundo patrimo. lib. 11. C. in l. si quis. ibi quod apud eos dominium in perpetuum, de diuer. prædiorum vrbanorũ & rusticorũ, lib. 11. C.*

* Proprietas superior & inferior.

* Emphyteutæ, perpetui (at non temporales) domini dicuntur.

15. Et hæc differentia inter ius emphyteuticũ aut simile temporale, & inter ius perpetuum: vt primo casu nullũ includat dominium, secundo vero casu implicet dominiũ, disertè probatur in *l. vlt. §. sanè*, quia ibi iure perpetuo dominũ eum vult vocari. *& §. sanè si quis. C. de loca. prad. ciuili. lib. 11.* & per text. in auth. *de non alienan. aut permut. reb. Eccl. §. alienationis, coll. 2. constitut. 7.* vbi emphyteusis perpetua (non autẽ temporalis) alienatio dominij reputatur. Et per hanc differentiã * dissoluitur Antinomia quam nullus adhuc soluere potuit inter *l. possessores in fi. de fund. patr. lib. 11. & l. libertates, de mancip. & colo. lib. 11. C.* quia reiectis omnibus conciliationibus gloss. & Docto. quæ nõ valent, dicendum quòd dicta, *l. possessores*, loquitur in perpetuis emphyteutis: sed *d. l. libertates*, in temporariis, qui propterea non sunt domini nec vtiles quidem. Ideo non possunt nec vni quidem adscripticij vel cen-

* Antinomia dissoluta.

by Google

firo libertatem dare, prout perpetuarius poteſt *d.l.poſſeſſores*, quæ debet intelligi, non quòd abſorbeat vel euacuet omnia mancipia, vel omnes huiuſmodi colonos adſcriptitios fundi, quod de iure prohibitum eſt adeo, vt nec pleno iure dominus hoc facere poſſit, *l. quemadmodũ de agricol. & cenſit. lib.* 11. *C.* & ſic multò minùs dominus vtilis tantũ. Cæterũ dictã *l. libertates*, ad ſimplicẽ colonũ reſtringere, vt vulgò glo. & Doct. non ſolũ eſt contra tex. ſed & contra omnes reg. iuris quæ in vſufructuario & ſimplici emphyteuta hoc prohibent *l.* * *hactenus, in fi. cum l. ſeq. vſufructuarius* nonũ & per tot. *de vſufruct. l.* 3. *C. de iure emphyteut.*

* Eſt l. vſu-fru legato §. hactenus *D. de vſufructu.*

16. Hoc autem dominium quod iura nouiſſima Cꝛ tribuunt huiuſmodi perpetuariis, intelligitur de dominio inferiori, quod gl. & Docto. aperte & congruè vocant, vtile: ad differentiam ſuperioris, quod etiam aptè dominium directum vocant, vt nuper, *nu.* 5. *dixi.* Sed tam vtrunque, quàm alterutrunque in iure ſub nomine proprietatis intelligitur *vt* ſ. *num.* 7. cum ſeq. Et nullus tex. eſt in toto iure, qui dicat proprietatem ad differentiam vtilis dominij. Fateor quoſdam eſſe tex. *in vſib. feud.* vbi proprietas * pro directo dominio tantum ad differentiam vtilis ponitur, vt ſi de feu. defunct. conten. ſit inter do. & agnatos. §. *domino.* & in rub. & in text. qualiter *do. à proprietario feudi. prime. in vſib. feud.* Sed dico primò quod illi tex. * non ſunt ius ſcriptum ſed priuata recitatio quarundam conſuetudinum localium Inſubriæ circa feuda: tantum abeſt vt ſint de corpore iuris, vt nimis pudendo errore & ignoratione hiſtoriæ cateruatim putarunt, in queis, etiam Bart. qui vocat 10. *collationem in l. ſi quis vi.* §. *differentia. nu.* 4. *de acquirend. vel amittend. poſſeſſione*, quem inueteratum errorem late confutaui. ſuprà tit. 1. *in rub. nu.* 15. *&* 46. vbi docui eas conſuetudines feudales à * Francis ortas, etiam in Italiam poſt obitum Iuſtiniani magni dimanaſſe.

* Proprietas pro directo domino ſumitur in libris feudorũ.

* Lib. 22. feudorum quam authoritatem habeant.

* Origo & propago feudorum à Francis.

17. Secundò dico quod initio dictarum conſuetudinum feudalium, feuda in ſui primæua origine temporaria, imo etiam perſonalia erant: nec aliquod ius dominij etiam vtilis in vaſallum transferebatur, ſed vſufructus duntaxat, qui morte recipientis finiebatur, nec ad hæredes etiam filios maſculos tranſibat, niſi in inueſtitura dictum eſſet, vt eſt tex. in *c. vnic. in fi. in quibus cauſis feud. amitt. in vſib. feud.* Poſtea verò ſenſim receptum fuit, vt ad filios & nepotes ex eis tantum extenderetur: deinde ad deſcendentes maſculos vſque ad quartum, poſtmodũ aduſque ſeptimum gradum: & nouiſſimo iure & vſu in infinitum, vt ſunt text. aperti in *c.* 1. §. *hoc autem notandum, in c.* 1. §. 1. *de ſucceſſio. feud. in vſib. feu.* Vnde merito vox proprietas nullomodo poterat initio competere vaſallis, qui nullomodo erant domini.

18. Quanquam autem ſucceſſu temporis facti ſint perpetuarij, & ſic domini vtiles, vt in ſimili 3. *num.* 15. tamẽ vetus appellatio diu (ſed extra Galliam noſtram Ciſalpinam) remanſit, etiam tempore conſcriptionis dictorum vſuum feudalium in Inſubria ante trecentos annos factæ, vt proprietas ſoli domino directo, non autem vaſallo competere diceretur. Et huius hiſtoriæ ignoratio glo. & Doctoribus anſam aduſque præbuit putandi proprietatem in iure dici pro directo domino ad differentiam vtilis: quod falſum eſſe conuicimus. Imo etiam in dictis vſibus feudorum non minùs frequenter ponitur quandoque ad differentiam poſſeſſionis, vt in cap. 1. *in fi. de inueſti. de re alien. facta.* quandoque ad differentiam vſufructus, *vt c.* 1. *ad fi. in quib. cau. feud. amitt.* hodie verò vaſalli non ſolum domini vtiles vocantur: ſed etiam proprietarij, ſi tamen alium dominum vtilem ſub ſe non habeant.

19. Ex prædictis liquet errare eos qui vulgò putant legato proprietatis, nudam tantùm intelligi, vt Paul. in *l. ſi proprietatis. C. de proba.* nullus eſt enim text. in iure qui hoc probet. imo nullus eſt tex. in iure loquẽs de legato nudæ proprietatis, quin addat verbum nuda, vel verba detracto vſufructu, vt in *l. vſufruct. pluribus, de vſufruct. in l. fundus de tractu. ſi vſufruct. petat.* vel quin addat diſpoſitionem vſufructus formalis vel vſus, vt in *l. ſi tibi proprietas, l. ſi proprietas, de vſufruct. accreſcen. l. ſi purè, & per tot. de vſu & vſufr. lega.* Fateor tamen proprietate fundi ſimpliciter à plenè domino donata vel legata, nulla mentione vel relatione facta vſufructus, quæſtionem eſſe voluntatis.

20. Quoniam proprietas ex adiunctis vel materia ſubiecta ſæpe capitur pro nuda vel aliquo alio detracto, prout relatum vel adiectum arguunt. Vnde quia vbertima & frequentiſſima in iure eſt materia vſufructus: ideo frequentiſſimè in iure accidit proprietatem vel proprietariũ dici, ad differentiam vſufructus. Sed extra eam materiã & relationẽ, nullomodo concludit. Et quamuis in materia vſufructus vox Proprietas ſit crebrior & proprior: tamen ſæpe dominus pro nudo proprietario & promiſcuè ponitur, *vt l. ſi vſufructus meſſem. quib. mod. vſufr. amitt. l. dominus, l. vſufructuario venari. in fi. l. ſed ſi quid, in fi. de vſufr. l. Sempronius Attalus, de vſu. & vſufr. lega. l. pen. de ſtip. ſeruo. l. inter fructuarium, de dam. infect. l. verbis teſtamẽti. l. ſi domina proprietatis. C. de vſufr. inſt. eo in fi.*

21. Quandoque etiam in materia vſufructus verbũ Proprietas ex re ſubiecta vel adiuncto pro pleno fundo vel dominio ſupponit tex. in *l. filius de vſu & vſufr. legato.* ſæpe etiam dicitur de plenè domino reſpectu poſſeſſionis ſiue ad differentiã poſſeſſoris, *l. naturaliter* §. *nihil commune. de acqui. vel amit. poſſeſſ. l.* 1. §. *huius autem, vti poſſid.* §. *retinenda, inſtit. de interdict. l. ordinarij. C. de rei ven. l. ſi quis. C. ſi. regun. l. ſi quis conduct. C. de locat. l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & interlo. omnium iudic. l. ſi de proprietate. C. ſi à non competen. iudic. l. incerti. C. de interdic. l. vnica. C. vti poſſidetis.*

22. Sic dicitur ad differentiam habitationis *l. habitatio. l. antiquitas. C. de vſufru.* ſic ad differentiam vſus, *l. pen. de vſu & habitatio.* quandoque etiam dicitur reſpectu creditoris vel habentis ſeruitutem aut quodlibet ius, *l. ſi domus, in fi. de lega.* 3. quandoque etiam opponitur ſimplici adminiſtrationi, *l. quis ergo caſus, de pecul.* ſed eiidem reſpectibus vel oppoſitionibus vox dominus vel dominium in iure promiſcuè accipitur, *l. vſufru. legat. & ferè per to. de vſufru. l. denique. l. pen. de vſu. & habitatio. l. vſufru. matri. l. habitatio. C. de vſufr. l. per ſeruũ.* §. *fructus. de acquiren. rer. dominio. l. hinc quæritur* §. *vlt. de pigno. l. ſi ſeruus cõmunis meus, in fi. l. ſeruũ fructuarii, l. ſi ex re domini. l. ſi vſufruct. de ſtipul. ſeruo. & de his ſatis.*

Redeundo ad materiam noſtræ conſuetudinis & huius Gloſæ quartæ, quamuis directum dominium cenſuale, ſicut & feudale 3. §. 37. poſſit conſiſtere in iure per ſe ſine aliquo dominio vel fundo cui annexum ſit, quod vocatur in ære, vt ſi quis alaudium ſuum totum in feudum vel cenſum conceſſerit, vel totum dominiũ feudi ſui, in ſubfeudum vel cenſum, tamen hoc rariſſimum eſt, & niſi certo collegio aut corpori, quam manum mortuam vocant, cedatur, vix eſt quin ſucceſſu temporis nimia diuiſione aut ecthlipſi tum multiplicantium tum deficientium ſucceſſorum euaneſcat. ideo vlteriùs hanc ſpeciem non proſequar.

24. Adde tamen ad interpretationem conſuetudinis Bleſen. §. 108. vbi omnes domini cenſuales debent hoc ius habendi cenſuarios tenere in feudum ab aliquo ſuperiore domino, niſi per eum ad quem ſpectat, ſit hoc ius datum & admortiſatum, vel per ſe ſtet ſine ſuperioris recognitione: non tamen quod illa conſuetudo ſit prohibitoria vel negatiua, ſed affirmatiua. Interim enim ſemper fundata eſt intentio domini cenſualis contra ſuos cenſuarios, vt ſæpe conſului, & ita iudicatum fuit: etiam ſi ſuperioris infeudationem vel amortiſationem nõ oſtendat ſuis cenſuariis qui de iu-

Declaratur conſue. Bleſenſis.

by Google

re ſuperioris non poſſunt excipere, ſicut nec de iure fiſci, *l. hiũ conſequenter.* §.1. & ibi Bar. Bal. Floria. de S. Petro. *famil. herciſc.* Lancelot. Decius, in *l. ſi ſeruum plurium.* §. *pen.* & ibi Iaſ. de *leg. a.* 1. Philipp. Deci. *l. vlt. nu.* 15. & ibi Franciſc. Purpura. *nu.* 124. *C. de pac.* Alex. *conſ.* 136. *nu.* 5. *lib.* 7. *vbi in annotatio. dixi.* Affirmatio autẽ & diſpoſitio dictæ conſuetudinis eſt ad hoc quod dominus territorij intra quod cenſuarius ille percipit ſuos cenſus, poſſit eum cogere ad præſtandum ſibi fidem & homagium de illo iure cenſuali, niſi principis vel alterius domini ad quem ſpectet, donationẽ liberã vel amortizamentum, & ſic legitimũ titulũ immunitatis iuris ſui, vt allaudij oſtẽdat, & quod dixi de domino territorij, intellige non de domino in ſimplici iuriſdictione tantùm, ſed etiam vel ſaltẽ in directo dominio feudorum, ſecundum ea quæ dixi ſup. §. 46. *g.* 1. *&* 2.

25. Solet autem, vt plurimùm, dominium iſtud annexum eſſe certo loco dominanti, & tunc eodem modo poteſt ſpectare ad plures, ſicut & locus ipſe dominans: in quo dicendum ſicut & in feudis 5. §. 1, *gl.* 3. §. 2. *gl.* 2. *col. vlt.* §. 35. *& col. vlt.* quemadmodum domini directi poſſunt diuidere feuda à ſe mouentia, ſimul cum curia, id eſt cum loco ipſo dominanti per quotas indiuiſas, vel etiam (vt paſſim fit ſub præfectura Carnotenſi & alibi) per regiones pro diuiſo, aſſignando ſingulis portionibus certos vaſallos vel cenſus quod quandoque fit abſolutè, quandoque quo adcõmoda tantùm, vt ſemper vaſalli debeant antiquum & ſolitũ locum accedere, etiam ſi iura præſtent ei ad cuius partem locus dominans non peruenit, manente ſemper (etiam quando Curiæ dominantis partes ſunt pro indiuiſo) vnico fidelitatis onere, ſiue (vt Francicis verbis vtar) vaſallagio. non tamen diſmembrare, nec facere quod feuda moueantur ab alio quàm à domino ipſius principalis dominantis loci: nec etiam poſſunt facere quod pars feudorum diuiſim (hoc eſt certa feuda) moueatur inſolidum ab eo cui obuenit media pars loci dominantis, inuitis vaſallis & ſuperioribus patronis, niſi talis ſit obſeruantia loci: ita & cenſus inde dependentes diuidere poſſunt, imo ipſo facto diuiduntur cum diuiſione loci dominantis cui accedunt, ſed pro indiuiſo duntaxat, non autem pro diuiſo, quia eſſet ſectio & alteratio dependentis feudorum vel cenſus.

26. Et multò minùs in totum reſecando à capite, & in alium extraneum transferendo: quæ eſſet vera & ſumma diſmembratio. & in ſumma inuitis vaſallis aut cenſuariis & ſuperioribus patronis, neque feuda neque cenſus diuidi poſſunt, diuiſione facti vel rei, quæ eſt propria diuiſio: ſed bene diuiſione iuris, quæ non eſt propriè diuiſio, vt quãdo dominus donat mediam partem loci dominantis pro indiuiſo, vel duos collaterales hæredes æqualiter ſuccedentes relinquit, tunc ſicut locus dominans incipit ad plures pertinere pro indiuiſo, ita & vaſalli & cenſuarij inde dependentes pro eiuſdem partibus indiuiſis. Nulla eſt enim hîc diuiſio realis & corporalis, nulla multiplicatio ipſius loci dominantis, quæ fieri non poteſt, vt diximus: ſed ſimplex intellectualis diuiſio dominij ſeu proprietatis iuris vel etiam poſſeſſionis vel quaſi, quam quis habet in ipſo corpore, & in ipſa re dominanti, manente ſemper indiuiſa vnitate & eodem ſtatu rei: quo remanente non inconuenit plures hæredes, vel donatarios aut emptores ſub quouis alio titulo dominos, diuidere inter ſe nedum gratia commodioris culturæ, vt in *l. Caius, de leg.* 2. vel prouiſionaliter gratia prouiſionis fructuum, commoditatis & perceptionis ſuæ cuiuſque partis fructuum indiuiſæ, vt in *l. Lucius. D. fam. herciſc.*

27. Sed etiam realiter diuidendo rem, vt fundum, videlicet reſpectu domanij duntaxat, in fundos ſeparatos per regiones vel portiones. cuique iure dominij pro parte diuiſa aſſignatas, diſtributis etiã inter ſe pro rata fructibus & obuentionibus feudorũ & cenſuum dum tamen non fiat diuiſio realis nec multiplicatio inquantum res ipſa vnus eſt locus dominans: ſed remaneat vnitas eiuſdem fidei, eadem curia, & locus dominans, & idem ſtatus rei reſpectu vaſallorum & cenſuariorum, ſicut erat penes vnum dominum, vel penes plures dominos pro indiuiſo, quemadmodum 5. §. 2 *gl.* 4. *g.* 5. *nu.* 29. dictum eſt plures dominos vtiles eiuſdem feudi, poſſe inter ſe feudum diuidere, non vt feudum, ſed vt fundum, remanente eadem forma, titulo & denominatione vnius eiuſdem feudi, quamuis in plures fundos vel regiones tanquam partes integrales diſtincti, quemadmodum diximus, 5 §. 1c. *g.* 16. *in fi.* iuriſdictionem poſſe diuidi ſimplici diuiſione iuris pro indiuiſo, & ſimiliter reditus illius & prouentus quoquomodo diuidi & diſtribui: ſed iuriſdictio in ſe non poteſt à ſubdito, cui fortè infeudata eſt, vel hæredibus eius diuidi, nec ſecari, nec multiplicari: niſi tamen expreſſo conſenſu ſuperioris vel tacito, longiſſimo vſu confirmato. Ita enim in multis locis ſenſim contigit feuda ipſa & iuriſdictiones multiplicari: Sed ab initio ſuperiores & etiam ſubditi prohibere poſſunt & debent, niſi publica loci vtilitas aliud exigat.

28. ¶ Nunc quæritur primò ſi fundus cenſualis perueniat ad plures, vtrũ poſſint inter ſe ſine domini conſenſu * diuidere? Et non quæritur de diuiſione rei vt eſt fundus, manẽte vniformi obligatione & præſtatione cenſus, de quo non dubitatur poſſe, ſed de ipſa diuiſione obligationis & præſtationis cenſus? Et breuiter & ſimpliciter loquendo dicendum non poſſe hanc diuiſionem ſine conſenſu domini directi fieri, ſicut nec diuiſio feudalitatis & tituli feudi fieri poteſt à plurib. vaſallis eiuſdem feudi, & ſicut è conuerſo dominus ipſe directus non poteſt ipſam ſuperioritatem ſecare nec diuidere, aut multiplicare, nec facere quod vaſalli aut cenſuarij teneantur pluribus dominis tanquam pluribus, hoc eſt per plures vices fidelitatẽ vel cenſum præſtare, ſed omnibus ſemel & ſimul tanquam vni, vel vni vice omniũ recipienti, vt 5. §. 2. *gl.* 4. *col. vlt.* Itaque quantumcunque cenſuarij (& idem de vaſallis data paritate terminorum) inter ſe per regiones fundum diuiſerint, tamen omnes ad vnã cenſus in inueſtitura contenti ſolutionem tenentur, ſub pœna mulctæ conſuetæ nec poſſunt (in præiudicium domini, ſed bene quantum ad habendum recurſum inter ſe, iuxta no. in *l. debitorum. C. de pac.*) paciſci quòd vnus pro rata portionis ſuæ tantum teneatur & exigi poſſit à domino.

* Diuidere fundum cenſualem vtrum poſſint plures cenſuarij, ſine conſenſu dñi.

29. Quemadmodũ inter plures hæredes vnius emphyteutæ nõ valet illa conuentio in præiudicium domini, nec particularis ſolutio aliquorum, impedit pœnam commiſſi totius rei, vt eſt glo. not. in *l. communi diuidundo. in gl. magna. D. com. diuid.* quam ſequitur Oldra. in q. 29. Io. And. in addit. Specu. *tit. de locat.* §. *nunc aliqua. verſ.* 71. Bald. *in d. l. cõmuni diuidundo.* Bald. in *l. ſi neceſſarias.* §. *ſi vnus. D. de pigne. act.* Verũ eſt quod præſtatio cẽſus inſpecta quãtitate, ſoluẽda eſt de genere onerũ quæ non multiplicantur, ſed diuiduntur pro rata portionis cuiuſque, vt not. 5. §. 2. *gl.* 4. *g.* 6.

30. Sed huiuſmodi diuiſionem reſpectu domini duo impediunt: Primò quod in cenſu magis conſideratur qualitas ipſa, honos & recognitio domini directi & acceptæ ab eo primæ inueſtituræ, quæ vna eſt, quàm quantitas, vt not. Bald. in *l. eadem, colum.* 1. *C. de loca.* Et ſic ex quo ratione eiuſdem conceſſionis & inueſtituræ fit præſtatio, non tenetur dominus particularem ſolutionem recipere: ſaltem cogere poteſt ad ſoluendum ſub denominatione eiuſdem obligationis & cenſus, & omnes poſſeſſores eiuſdem rei cenſualis (hoc eſt ad vnum cenſum ab initio ſiue vni ſiue etiam plurib. ſed ſub denominatione eiuſdem inueſtituræ & vnius cenſus conceſſæ) ad vnam profeſſionem & recognitionem ſub nomine vnius cenſus compellere. ita quòd ſinguli poſſeſſores, ſiue pro diuiſo ſiue pro indiuiſo poſſideant, tenebuntur ad ſolutionẽ totius in ſoli-

dum ſaluo pro contributione recurſu mutuo, cùm ſit vnum onus reale & annuum, iuxta notab. j. §. 70. Ex ſic habes quod cenſus eiuſdem rei & conceſſionis mero iure non diuiditur per ſe inter plures hæredes vel poſſeſſores rei cenſuariæ, tam reſpectu perſonalis obligationis inſolidum à conſuetudine datæ, quàm reſpectu hypothecæ: ſed nec etiam expreſſo pacto aut diuiſione cenſuariorum vel poſſeſſorum diuidi poteſt.

31. Fallit primo in quibus locis conſuetudine vſurpatum & comprobatum eſt * cenſum poſſe diuidi inter plures hæredes vel poſſeſſores aut detentores pro rata portionis cuiuſque, vt conſuet. Bleſ. §. 129. Aurelian. 129. in quibus (& idem in aliis conſuetudinibus quæ in ſimilibus terminis loquuntur) intelligendum eſt diuiſionem fieri non ipſo iure, ſicut ex lege xij. tab. inter plures hæredes fit diuiſio obligationis pro portionibus hæreditariis *l. ea quæ. C. fa. herciſc.* Sed demum facta reali diuiſione prædij cenſuarij inter hæredes vel poſſeſſores, quæ in terminis dictarum & ſimilium conſuetudinum poteſt fieri, etiam non vocato, vel inuito domino cenſuali, nedum reſpectu obligationis perſonalis & recognitionis: ſed etiam reſpectu hypothecæ, ita quòd portio diuiſa vnius non eſt ampliùs hypothecata, nec prehendi poteſt pro cenſu vel reliquis concernentibus diuiſas portiones aliorum.

* De diuiſione cenſus inter plures hæredes.

32. Multiplicantur etiam hoc caſu mulctæ, cenſus ſua die non ſoluti: ita quòd quiſque poſſeſſor portionis diuiſæ integram mulctam debebit, ſi in ſolutione defecerit: iam enim plures & ſeparati cenſus cenſentur. Secus quamdiu cenſus non eſt diuiſus: quia tunc non eſt niſi vna mulcta, pro toto cenſu non ſoluto, quamuis plures ſint rei cenſuariæ poſſeſſores *per not.* j. §. 62. Amplio, vt nedum ſemel poſſit cenſus diuidi, ſed etiam pluries, ſi forte cenſus iterum vnitus fuerit, puta omnibus portionibus ab vno acquiſitis, & in vnum cenſum eiuſdem rei à domino recognitis: rurſus enim diuidi poterit ſiue alienatione, ſiue ſucceſſione re ad plures peruenta. Imoetiam ſingulæ portiones & rurſus ſubdiuidi poſſunt, quòd ſanè intelligendum, dummodo partes ſubdiuiſæ formam fundi vſui & prehenſioni idonei retineant: alioquin non tam eſſet diuiſio in prædia, quàm ſectio in fruſtula & abuſus rei, quem dominus directus iuſtè impedire poteſt, quando videlicet hoc attentaretur reſpectu poſſeſſionis & proprietatis quæ conſequenter efficeretur inutilis, ſecus ſi cauſa culturæ aut commodioris cuiuſdam vſus, quia tunc nulla eſt diuiſio.

33. Cæterum quamdiu prædium cenſuale remanet inter plures commune pro indiuiſo, non puto fieri vllam diuiſionem cenſus, etiam in terminis dictarum conſuetudinum *ſup. nu.* 11. nec reſpectu obligationis perſonalis datiuæ a conſuetudine, nec reſpectu hypothecæ, nec reſpectu exactionis & prehenſionis aut recognitionis. Quædam autem conſuetudines expreſſim dicũt cenſum non poſſe diuidi ſine conſenſu & approbatione domini, vt Pictaui. §. 84. Borbon. §. 409. Engoliſmen. §. 22. ſed etiam ſi conſuetudo non prohibeat, ſatis eſt quòd non permittat per prædicta.

34. Sed quid dicemus de conſuetudine de Lorris, *eo. tit.* §. 36. videtur enim illic nugatoria propter illa verba poſt medium *d.* §. *Si bon luy ſemble*? Reſp. ea intelligenda puto de arbitrio * rationabili & boni viri, *per tex. in l. fideicommiſſa. §. quanquam. D. de legat.* 3. vbi verbum * Videbitur, etiam per ſe ſtans de arbitrio boni viri intelligitur, idem text. in *l. fideicommiſſaria libert. ut ita dari. §. cæterùm ſi arbitrium. D. de fideic. liberta.* Bart. in *extrauag. ad reprimendum in ver. videbitur. Quomodo in laeſ. majeſt. cri. proced.* Lanfran. de Oria in *tract. de arbit. col. 6.* Iaſ. in *l. ſi ſic legatum. in princ. D. de leg.* 1. quantò fortiùs quando non ſtat ſimpliciter, ſed cum illo adjuncto ſi bonum ſcilicet videbitur: quia ratione adjuncti, etiam verba libertam & abſolutam voluntatem importantia, ad viri boni arbitrium reducuntur: & maximè hoc caſu vbi etiam de præiudicio tertij agitur, quo caſu ſemper de viri boni arbitrio intelligitur, vt no. Cyn. in *l. ſi cum ead. C. de dot. promiſſ.* Io. And. in *c. 2. de iura. cal.* Bald. in *l. 1. col. vlt. q. 6. D. de leg. 2.* Anto. But. *c. 1. col. pen.* & ibi Imol. de conſti. Iap. de Caſtello. in *alleg. 61. viſis literis.* Phil. Dec. in *rub. de iudic. lect. 1. col. 5.* Panor. in *c. dilecti filij & ibi.* Philip. Deci. *col. 3. eo. tit.* Matth. de Afflict. in *Deciſ. Neap. 91. nu. 5.* & ſic niſi dominus iuſtam & rationabilem cauſam oſtendat, non poterit diuiſionem cenſus inter plures dominos vtiles impedire, & in hoc ſatis operatur d. conſuetudo, & non nugatoria.

* Arbitrium rationabile.

* Verbum videbitur.

35. Fallit ſecundo ex aſſueta permiſſione dominorum: cum enim propter modicitatem quantitatis cenſus, & ſuperualentiam prædiorum, non ſit periculum ne cenſus diuiſus pereat, & minùs tuta aut facilis ſit ſolutio & exactio: non intereſt dominorum cenſum diuidi, ſed eis multũ profuturum ſperatur ex eo quòd faciliùs & frequentiùs à pluribus ſingulas partes venire continget, quàm latifundia à paucis, & ſic ſæpius laudimia debebuntur: qua ſpe allecti domini diuiſiones cenſuum non modò tolerãt, ſed laudant, quod annotaui, ne quis fortè decipiatur prætextu communis noſtræ obſeruantiæ, putans eam vim legis habere ad interpretandum & limitandum §. 70. j. *tit.* 5. Sed non eſt ita, quia illa obſeruantia meræ facultatis eſt & aſſuetudo facti quæ nullam neceſſitatem inducit, *l. 5. §. 1. gl. 4. n. 11. & 12.* Verũ eſt quòd ex quo dominus ſemel ſcienter partem cenſus ab vno ex poſſeſſoribus pro parte ſeu portione ſua, & ſine proteſtatione recepit, ex eo ipſo cenſetur diuiſiſſe, ſeu diuiſionem approbaſſe, etiam reſpectu hypothecæ, & in futurum, quia ita ſolitum eſt fieri: & aſſuetudo facti in non præiudicialib. actum cui ineſſe tacitè cenſetur: declarat, & extendit, *l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. D. de Ædili. edict. eum vulgar.* quamuis aliud ſit in reditibus & aliis vbi de notabili præiudicio agitur, vt dicemus infra §. 70.

36. ¶ SECVNDO quæro, certum eſt quòd quando ſunt plures domini cenſuales rei venditæ quòd laudimia ad eos ſpectant pro dominicis portionibus, ſed quid ſi vnus ex dominis * repudiat? videretur cæteris accreſcere, quamuis non repudiet ius dominicum, ſed lucrum iſtud ſibi pro rata quæſitum tantum, ſicut in *l. ſeruus communis de acqui. vel amitt. hæred.* dominus ſerui in parte qui retinet partem dominij, ſerui ſui eſt hæres ab extraneo inſtitutus: & tamen ſi non vult partem hæreditatis, accreſcit condomino. Sed ibi loquitur in hæreditate in qua eſt ſpeciale, vt etiam inuito accreſcat nec eſſet cui quæreretur aut apud quem remaneret.

* Repudiante vno domino an laudimia cæteris dominis adaccreſcant.

37. Quare dicendum nullo modo accreſcere, tametſi in iſtis laudimiis videantur & ſint plures domini legaliter conjuncti: quia inter conjunctos conjunctione legali, non eſt locus iuris accreſcendi, vt eſt text. in *l. & Proculo de legat. 2. l. legatarius in prin. de legat. 2.* ſecundum communem & omnium gloſ. & Doctorum ſententiam, quam nimis ineptè & ſophiſticè niſus eſt conuellere Vdalri. Zaſius in nouis ſuis intellectibus, vt in materia iuris accreſcendi defendendo communem, dicam j. §. 127. Tum hæc conſuetudo introducens laudimia non introducit ea niſi contemplatione iuris dominicalis & quatenus quis eſt dominus cenſualis: & ſic limitatim ad qualitatem & ratam iuris dominici cenſualis. Vnde etiam ſi ab initio dum laudimia cedunt plures ſint actu domini cenſuales vno omittente vel repudiante, non accreſcit alteri vel aliis, qui eſſet contra intentionem conſuetudinis, quæ etiam ſtricti iuris eſt & tantò minus debet patere ius accreſcendi de quo nunquam cogitauit.

38. Amplio etiam ſi eſſent conjuncti conjunctione hominis vel contractus, vt ſi ipſimet domini nuper conceſſiſſent in cenſum ſub iure laudimiorum, quia

in contractibus non est locus iura accrescendi *l. si mihi & Titio de verb. oblig.* Limito in iure non decrescẽdi, quando illi locus esse potest, vt si duo insolidum dederint eundem fundum in censum stipulanti, quisque insolidum iura censualia, quia tunc si alter repudiat non ius dominicum, sed certa laudimia non accrescunt: sed iure non decrescendi remanent consorti cui alias integra debentur, & cui repudians non facit partem, *l. fundus ille, de contrab. empt.* per Bart. Alex. & alios in *d. l. si mihi & Titio de verb. oblig.* secus si partẽ suam remittit emptori: aliud enim repudiario vel abdicatio. *l. fuit quæst. de acquir. vel omit. hared.* aliud remissio in fauorem quæ acceptationẽ implicat. *l. si actionem. C. de pac.* dixi 3. §. 9. *gl.* 4 *nu.* 4 *n.* 7. & in annot. ad Alex. *cons.* 149. *nu.* 5. *lib.* 7. Sed cessante iure non decrescẽdi, etiam si alter dominorũ incapax sit, non accrescit: quia nisi alteri domino dominium ipsum directum accrescat, non possunt alij accrescere laudimia: sicut si plurium hæredum legatarij, alter partem legati omittat, nihil accrescit, nisi alter partem etiam hæreditatis à qua dependet acceptatio pactis legatæ repudiet, quantumcunque illi videantur coniuncti, & quanuis Bart. aliter sensisse videatur in repet. *l. re coniuncti. in 5. q. principali. D. de leg.* 3. de quo fusiùs dixi in *d.* §. 127.

59. ¶ TERTIO quæro, si quis vno non distributo pretio emerit plura prædia censualia, à diuersis dominis diuisim mouentia, certum est singulis deberi sua laudimia pro rata prædij ab vnoquoque mouentis, & (nisi alter concordetur, nec per confessionem contrahentium qui etiam iurare cogentur, liquidari possit) faciendam prædiorum æstimationem, vt sciatur, quãtum pretij cuique prædio correspondeat. Sed quæstio est cuius* impensis fiet illa æstimatio? Resp. impensis dominorum quorum gratia duntaxat fit. quod est clarum quando res sunt eiusdem qualitatis, & ab eodem vel à sociis emptæ vel in vniuersitate pura hæreditatis: Secus si à diuersis personis nihil commune habentibus, quia tunc satis apparet coniunctos contractus & confusa pretia in fraudem iurium dominicalium. Verisimiliter enim quisque venditorum nihil commune habentium de certo sibi pretio suo pactus est. Idem si emit ab eodem. Sed nulla subest causa confundendi pretia, nisi ad conturbanda iura dominorum: quia tunc fieri debet æstimatio impensis emptoris vel emptorum, quandoque etiam venditorum qui iura à se debita sic studiosè obscurarunt, vt si res emptæ sint diuersarum qualitatum, puta partim feuda, partim census, possunt tamen domino directo, si vnus sit, vel vnicuique dominorum directorum respectiuè, certam summam offerre, ad quam siue quintum pretij, seu laudimia ascendere, æstimãt & asserunt: Cui oblationi si dominus stare nolit, poterit æstimationem singularium rerum facere, & impensas prærogare, periculo eius qui inuenietur in culpa: quia si oblatio inueniatur iusta, domin' illi stabit & amittet expẽsas æstimationis.

40. Idem puto si per æstimationem paulò, sed in modico augeatur summa oblata, quia modicus defectus non debet imputari, *l. quamuis* & ibi Bald. *de conditio. & demonst.* Bal. *l. pro hæreditarie, col. 2. C. de hæredi. actio.* Sufficiet igitur quòd dominus pro rata æstimationis iura integra percipiat, non autem recuperabit impensas tanquam factas à nimium delicato & nimium oneroso, *l. si seruus de pig. act.* & multò minùs in feudo poterit retrò fructus lucrari ex prehensione præcedenti, tanquam virtus eius non fuerit impedita per oblationem summæ non integræ, quia in summa oblata non est defectus nisi in vno nummo vel modico. & erat quæstio de re intricata & non liquida: quare modicus defectus non attenditur, & qui parum transgreditur non vituperatur, inquit Bald. & Imol. in *d. l. quamuis.* Si verò valor inuentus notabiliter excedat oblationem, quæ nimium defectiua appareat, soluet offerens iura integra pro modo æstimationis, eiúsque impensas tanquam culpabilis domino refundet, imo & in feudo prehenso refundet fructus interim domino acquisitos, non obstante oblatione notabiliter defectiua.

41. Plus dico quod dominus directus potest cogere præfatum emptorem vel venditorem ad offerendum certam summam sub præfato expensarum periculo, nisi malit debitor priùs impensis suis æstimare & liquidare quid offerat, quod infra certum moderatúmque tempus à iudice præfigendum facere tenebitur. Et inuenio quod ita in effectu disponit consuet. Borbon. §. 396. quod generaliter propter æquitatem & rationem quæ loco non clauditur, obseruandum est: nec est omittendum præfatam æstimationem faciendam vocatis his quorum interest eorúmue consensu, per regul. *l. de vnoquoque, de re iud. & rub. C. res inter alios acta, adde* 3. §. 58. *nu.* 51.

42. Hinc etiam declarantur consuet. Carnotensis §. 51. & Blesensis §. 119. & similes, quæ volunt etiam de vera & pura permutatione fundorum censualium laudimia deberi ad vnciam æstimationis rei quando à diuersis dominis mouẽtur. Tunc enim ea æstimatio fieri debet impensis dominorum directorum tantùm, non communibus: quia nullomodo sunt communes nec socij, sed disparati, nec singulorum. Si enim alter dominorũ non petit laudimia nullum sumptum faciet & ea censuarius lucrabitur, sed is qui de fundo à se mouente petet laudimia, debebit sumptu suo facere eius æstimationem. Sed nonne dominus directus offerre potest se contentum esse certa summa quam petit, nisi reus fundũ minoris valere probare velit periculo eius qui in culpa inuenietur, vt suprà *ea. gl. nu.* 35. Vel cogere censuarium ad certam summam offerendum vel exprimendũ certum valorem periculo expensarum malè æstimantis vel impugnantis, vt nuper num. 18. diximus? Breuiter Resp. non, sed locum esse regulæ, quod actor priùs exploratus & certus venire debet: non autem petere se à reo instrui *l. qui in alterius in fi. de reg. iur. l.* 1. *C. de eden.* Non obstat prior casus, *nu.* 16. quia ibi reis qui fauorabiliores sunt, hoc conceditur non actori. Non obstat posterior casus, *nu.* 18. quia ibi reus fuerat in culpa plures fundos cumulando confusè, sed hîc non fuit in culpa. Et sic locus dictæ regulæ.

* Aestimatio eius impensis fiat.

EPITOME GLO. V. §. LV.

1. ¶ *Q.* 1. *Etiam si pretium sit in auro vel argento: tamen laudimia solui possunt in moneta vulgari.*
2. ¶ *Q.* 2. *Remissio partis pretij non minuit laudimia, nisi fiat quia nimio venditũ. Idem de augmento pretij etiam ex interuallo.*
3. *Dominus probans plus solutum quàm conuentum, habet fundatam intentionem in plari,*
4. ¶ *Q.* 3. *Sumptus etiam soluendi per emptorem non augent laudimia.*
5. ¶ *Q.* 4. *Licet onera sint pars contractus, tamen non statim sunt pars pretij.*
6. *Nisi notabilem æstimationem pecuniæ recipiant.* 7.
8. ¶ *Q.* 5. *De mente cum onere soluendi debita venditoris.*

zed by Google

9. *Si ſunt certa & pura, debentur pro his laudimia.*
10. *Item ſi incerta vel non liquida.* 11. *ſed non vltra valorem rei.*
12. *Idem de conceßione ad onus exonerandi ab omnibus oneribus & debitis niſi quatenus conſtat eſſe inter immobilia.* 13.
14. *Eligenda via vtrique partium commodior & minùs oneroſa.* 15.
16. *Quando incerta eſt quantitas laudimiorum dominus fundatam habet intentionem vſque ad vnciam valoris rei pro qua debentur.*
17. *Æſtimatio rei communibus impenſis fiet.*
18. *Emens iuſto pretio & alia inſuper onera ſuſcipiens nulla debet laudimia pro rata onerum.*
19. *Renunciatio euictionis non auget pretium.*
20. *Emens iuſto pretio & alia onera ſuſcipiens, nō cenſetur pluris emere, ſed onera donare.*

GLO. V. IN VER.

Les ventes.

QVIS ſint latè dictum eſt *ſupr.* §. 76.

1. ¶ Quid ſi prædium væniit mille ducentis aureis, an emptor ſoluere poſſit laudimia in * moneta communi ad valorem auri? Prima facie videtur quòd dominus non tenetur laudimia recipere in alia & viliori moneta quam ſit pretium conuentum, & quàm emptor venditori ſoluere poſſit: quoniam etiam qualitas monetæ conuentæ eſt pars pretij, & ſicut laudimia limitantur ad certam quotam pretij, ꝛ. §. 76. ita & ad eandem qualitatem cenſentur limitari. Et ſicut attenditur quantitas conuenta & non volenti ſoluta: ita & qualitas pretij conuenti, non autem etiam gratiosè ſoluti vel remiſſi. Contrarium * puto, tum quia conſuetudo ꝛ. §. 76. vbi laudimia taxat, non reſpicit ad qualitatem monetæ, ſed ſolùm ad quantitatem ſub contemplatione & ratione librarum vulgarium, ergo debet inſpici quot libras conficiat moneta conuenta qualiſcunque ſit: & pro rata ſingularum librarū ſufficiet viginti denarios Turonenſes ſoluere: Tum dominus directus in hoc eſſet nimium oneroſus, & ſi non audiendus, *l. ſeruos, in fi. de pig. actio. l. ſi bene.* (vbi etiam de fiſcalibus iuribus) de vſur. Tum talis eſt communis obſeruantia, quæ conſuetudinem interpretatur. *l. ſi de interpretatione, de legib.* Confirmo concludēti argumento ab oppoſitis: quia ſi prædium væniit dolio vini, modio frumenti, auenæ & hordei, & tot menſuris nucum & olei, vel pro equo & boue, non tenetur dominus pro laudimiis recipere duodecimā vini, frumenti, auenæ, hordei, nucum & olei, vel equi & bouis: hoc enim eſſet ſæpe inutile vel impoſſibile & ſemper ridiculum: poteſt ergo cogere emptorem ad ſibi ſoluendum in pecunia duodecimam æſtimationis rerum vice pretij datarum: ergo caſu conuerſo eandem legem pati debet, vt quamuis pretium conuentum ſit moneta aurea vel argentea, tamen ſufficiat emptori ſoluere æſtimationem vnciæ in vulgari moneta.

* Laudimia in qua moneta ſoluenda ſint.

* Soluta.

2. ¶ SECVNDO quæro quid ſi emptor emit pro mille, ſed * non ſoluit niſi ſexcentum & liberatus fuit? Reſpondeo, nihilominus tenetur ſoluere laudimia ad rationem conuenti, non autem ſoluti pretij: & hoc niſi conſtaret rem non valere circiter vltra ſexcentum. & quod remiſſio reſidui pretij conuenti facta eſt ex cauſa hac iuſta, & per modum reformationis contractus, quæ etiam ex intervallo re non ſecuta fieri poteſt, dummodo non ſimulatè, ſed ex iuſta cauſa, licet in conſequentiam redundet in præiudicium domini. quemadmodum è diuerſo ſi eo quod res plus valebat reformatum fuerit pretium in augendo, nedum ſi per modum reformationis totius cōtractus: ſed etiam ſi per modum ſimplicis ſupplementi, vel ex l. 2. C *de reſcind. vend.* vel etiam citra compulſionem dictæ l. quia non erat læſio vltra dimidiam ſecundum veram proportionem quam dedi *in tract. commercio. & vſur.* q. 14. Sed ſi voluntariè bonam fidem agnoſcendo ſupplenerit emptor iuſtum pretium, debent ſolui laudimia nedum de pretio conuento, ſed etiam de augmento vel ſupplemento, per not. ꝛ. § 35. q. 9. & contra de pretio bona fide diminuto tantùm, niſi hæc fiant donandi cauſa.

* Laudimia verum ad rationem conuenti pretij ſin ſoluenda an vero ad rationē tantum ſoluti.

3. Sed quid ſi appareat pretium conuentum ſexcentum: ſed dominus probat verè ſoluta mille, & non apparet de cauſa augmenti? Reſp. in dubio puto fundatam eſſe intentionem dominiad tatam pretij verè ſoluti, & ex eo quod breui ſubſecutum eſt videri præmeditatum & plus actum licet minus ſcriptum per notab. ꝛ. §. 20. *gloſ.* 8. *quæſt.* 3. & quia nemo præſumitur iactare ſuum *l. cum de indebito. D. de proba.* Secus ſi eſſent fortiores præſumptiones pro donatione, puta quòd res non valeret vltra pretium conuentum, & venditor erat plurimum meritus vel dilectus ab emptore, qui etiam allegaret ſe plus ſoluiſſe animo donandi, alioquin niſi allegaret, cùm præſumptio ſumatur ex eius facto non ſuppleretur, nec præſumeretur. *l. ſi adulterum cum inceſtiſ. §. idem Pol. lioni* & ibi Bart. D. *de adult.* per Bar. & omnes in *l. cùm quid. D. ſi cert. pet.*

4. ¶ QVÆRO tertio ſi plures ſumptus facti ſint pro expeditione venditionis, vtrum ſaltem quatenus concernunt emptorem cenſeantur diminuere vel potius augere pretium ad effectum laudimiorum? Reſp. non, vt in ſimili diximus ꝛ. §. 33. q. 1. quia ad certam limitatam quotam pretij conuenti referuntur. vnde non eſt habenda ratio ſumptuum. Amplio, vt ſi ex pacto debeat emptor ſubire omnes hos ſumptus, non ſint augenda laudimia, ſicut ſi ex pacto ſubire debeant à venditore non ſint minuenda, per nota. ſuprà *eod. gloſſ.* 2. *in prin.*

* Onus rei impoſitum vel remiſſum in vendendo quemadmodum conſideretur in laudimiis.

5. QVARTO quæro, quid ſi quis emat pro certo pretio, & ad certum aliud * onus, vel è diuerſo ſi venditor certo onere in fauorē emptoris grauatus ſit? Breuiter dico quòd ſi illa onera ſint valde modica, vel affectionem concernant, & non pretij notabile augmentum vel decrementum, tanquam impertinentia non ſunt in conſideratione, quamuis enim non poſſit negari quin ſint pars contractus cui inſunt *l. iuriſgentium §. adeo. D. de pact. l. lect. D. ſi cert. pet.* tamen ſatis eſt quòd non recipiant conſiderabilem æſtimationem pecuniæ, & ſic propriè non ſint pars pretij, vt ſi aliter in fauorem alterius ratificauerit certum præcedentem contractum qui alias erat de ſe ſatis firmus, ita quòd non transfertur ius de nouo, ſed occaſio litigandi reſcinditur vel ſi promiſerit præferre in venditionibus reliqui patrimonij pro ſimili pretio, ſi libuerit vendere, vel fauorem principis, amicitiam aut pacem cum certa perſona ab altero fortè offenſa, ei promereri aut aliquid aliud id genus.

6. Secus ſi ſint onera commodum pecuniarium reſpicientia vel quæ pecunia notabiliter æſtimari poſſint & ſoleant, vt ſi alter alteri promittat conſtituere vel remittere ſeruitutem prædij. vel in prædio vicino aut ire Romam, aut negocium aliud gerere ex quo notabile

Digitized by Google

tabile ſalarium deberetur. Hæc enim cùm ſaltem per æſtimationem recipere poſſint functionem cum pretio; ſi præſtanda ſint ab emptore, vel ſi præſtantur à venditore, partem rei faciunt ad quam pretium pro rata referatur. *l fundi partem de contrab. emp. & vend.* æſtimanda ſunt, hinc videlicet in præſtandis ab emptore adaugenda: illinc videlicet in præſtandis à venditore ad minuenda laudimia pro rata æſtimationis onerum. Et idem dicendum eſt in feudis quantum ad quintum denarium pretij. & hoc demum caſu rectè quadrat quod diximus. ſupra §. 33. *in princ. & in glo. præced. in princ.* quòd huiuſmodi pacta & onera ſunt pars vel rei vel pretij reſpectiuè.

* Diſtinctio. 7. Vtque plenius breuiter habeas, * diſtingue: aut res venditur vel quoquo titulo transfertur ad præexiſtens aliquod onus, puta ſeruitutis aut alterius iuris tertio ſuper eadem re competentis. Et tunc iſtud onus nullomodo eſt pars incluſa rei quæ transfertur, ſiue inquantum transfertur & in diſpoſitionem deducitur, imo eſt potius pars excluſa, quæ à tranſlatione & diſpoſitione rei excipitur & reſeruatur, & ſic de his oneribus in hac materia non eſt curandum. fallit quando res venditur ad onus certi reditus ad rationem duodecim pro vno redimibilis, creditori vendentis vel permutantis debiti, vel etiam debiti per alium, quem vendens vel permutans tenetur exonerare, vel cui hoc donatum vult, quia tunc actum cenſetur quòd acquirens teneatur luere vel ſoluere ad liberationem venditoris, & ſic recedit iſtud onus in ſpeciem ſequẽtem per not. ℸ. §. 59. Atverò res transfertur ad onus ab alterutro alteri, vel in alterutrius commodum cuiuis præſtandum, & tunc verè eſt pars rei vel pretij, aut compenſationis reſpectiuè pro qualitate oneris ad augenda vel minuenda laudimia, & ex parte venditoris (ſi quidem ab illo præſtandum ſit) ſemper minuit laudimia. Tunc enim non debentur de toto pretio conuento, quia pretium conuentum hoc caſu non eſt pretium ſolius rei feudalis vel cenſuatiæ, ſed etiam dicti oneris, & ſic pro rata: ex parte autem emptoris ita demum auget ſi conſiſtat in pecunia vel ex promiſcuo vſu recipiat cum ea functionem, prout de mobilibus dictum eſt *ſupra eod. glo. 1. nu. 8. cum ſeq.* Secus ſi conſiſtat in re vel iure immobili: quia tunc nec auget nec minuit, ſed de reſiduo pretio dumtaxat debentur. Reliqua huius effuſiſſimæ laudimiorum materiæ explicata ſunt. ℸ. §. 33. *qu.* 3. & in præcedentibus non repeto.

* Hypotheſis. 8. ¶ Iuxta prædicta quinto in ſpecie quæro de * quæſtione de qua cum hæc excuderentur conſultus fui. Vir & vxor domum emerant, illa præmoritur relictis extraneis hæredibus, à quibus ſuperſtes partem eorum dictæ domus emit certo pretio, & ad onus exonerandi eos à debitis defunctæ, ſiue à dimidia parte debitorum præteritæ communionis inter ſuperſtitem & defunctam, an debeat laudimia? Varia fuere reſponſa, re ad me delata. Reſpond. deberi, ſed ita, vt in totum vnciam communis valoris dictæ medietatis domus tempore contractus inſpecto non excederent. Vtque plene habeas quia latè patet, notandum quod ſi ſuperſtes per formam diuiſionis ſine fraude hoc feciſſet, etiam ſi tota domus ſibi remanſiſſet cum dicto onere, nihil prorſus laudimiorum iure deberet, per notab. *ſupra eod. gloſſ. 1. quæſt. 15.* ſed quia non cum vniuerſitate, ſed ſeorſim dictam medietatem indiuiſæ domus emit.

* Solutio. 9. Aut conſtat * quod illa debita erant reditus non redimibiles, aut aliàs intra immobilia, vt dicam ℸ. §. 94. & tunc non debentur laudimia niſi pro rata pretij numerati, quaſi re partim vendita, partim permutata. Aut conſtat quòd erant debita mobiliaria purè debita & ſoluenda, & de certa eorum ſumma, & tunc non ſolùm partem pretij faciunt: ſed ſunt eſſentialiter pretium certum in nummis ſicut pars numeranda, & nulla eſt quæſtio, quia conſtat totum eſſe vnum certum conuentum pretium. Et ita decidit Io. Fab. *inſtit. de empt. & vend. §. pretium in princ.* Nicol. Boeri. in *conſuet.* Bituricenſ. *tit. de retract. §. 3. circa medium.*

10. Aut verò non erat omnino certa debitorum quantitas quæ poterant eſſe plura vel minora, & latentia ſuperuenire, quorum onus emptor ſuſcipiebat, vel etiam ſi conſtabat de numero & quantitate debitorum: tamen non omnia erant liquida purè ſoluenda, ſed quædam in diem vel ſub conditione, vel partim compenſationi vel liquidationi obnoxia, quæ emptor faciliùs prece, gratia vel obſequiis luere poterat & ſperabat, ideóque euentum eorum in ſe ſuſcipiebat: & tunc non viderentur deberi laudimia niſi pro rata pretij conuenti in pecunia numerata, per ea quæ tradit Io. Fab. *inſt. de empt. & vend. §. item pretium.* Qui cum inclinat Do. And. Tiraq. in *tract. de retract. prooi. §. 1. glo. 14. nu. 14. cum ſeq.* Breuiter contrarium dico, quia de generali conſuetudine & vſu non requiritur eſſe venditionem in ſtricta formula certi pretij in certis nummis: ſed tam abeſt hoc requiri, vt etiam in donatione pro ſpeciebus mobilium locum habeat conſuetudo, vt diximus ℸ. *to. gloſſ. 1. num. 8. cum ſeq.*

11. Et in hoc quidem themate non eſt dubium probabile, cum partes intenderint vendere & emere, & in forma venditionis totius dictæ partis contractum ſit, quo caſu etiam in dubio totus contractus venditio iudicatur, vt dixi ſupra §. 33. *q. 19. nu. 91. 92.* & onus venditori appoſitum, ſiue certum, ſiue incertum, eſt pars pretij. *l. fundi partem.* & ibi Bal. Sali. *de contrab. empt. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. de actio. empt.*

12. Probabilior autem eſſet dubitatio, ſi partes non fuiſſent vſæ verbis venditionis, nec de vllo certo pretio conueniſſent: puta ſi dicti hæredes dediſſent vel ceſſiſſent ſuperſtiti dictam medietatem domus ad onus quòd dictus ſuperſtes teneretur eos exonerare ab omnibus oneribus & debitis dictæ communionis vel etiam ſucceſſionis & hæreditatis defunctæ, in quo Ioan. Fab in d. § item pretium, diſertè * decidit non eſſe locum laudimiis, quem Nicol. Boeri & Andr. Tiraq. in locis præfatis ſequuntur. Quo non obſtante contrarium puto, & dico quòd ſiquidem conſtet ſubeſſe quoſdam reditus non redimibiles vel ſimilia onera, & actum eſſe quòd ſuperſtes ab his quoque illos exoneraret: tunc idem eſt ac ſi res eſſet partim reſpectu dictorum immobilium permutata, partim reſpectu reliquorum, quæ mobilia ſunt vendita.

* Reſolutio.

13. Sed in dubio non præſumuntur ſubeſſe nec ſuſcepta eſſe talia onera immobilia, ſed de debitis & oneribus quę vulgo inter mobilia deputantur intellectum cenſetur: & ſic non pro parte contractus, ſed pro toto, laudimiis & vtrique retractui locus eſt, & etiam talis eſt communis obſeruantia. Ita etiam exprimunt omnes noſtræ conſuetudines quoties de huiuſmodi contractibus ſpeciatim loquuntur, vt Cœnomanenſis §. 369. Andenſis §. 359. Aruernæ, *tit. 16. §. 3.* Ita etiam volunt deciſ. Tholoſ. 279. Alex. *conſ. 64. lib. 5.* Guido Papæ *conſ. 162.* Steph. Bertr. *conſ. 221. lib. 1. priùs per Simonem Vincentium impreſſorum.*

14. Sed quomodo æſtimabuntur laudimia in hac vltima quæſtione, & etiam in præcedenti in caſu de quo dixi *nu. 10.* Alij exiſtimant prius liquidanda debita & onera: Alij æſtimanda quantum vendi poſſent: neutrum placet, tum quòd pro modicis (vt in iſtis quæ non debent excedere vnciam principalis) non debent fieri ſumptus ſubſtantiam principalis concernentes. *l. Mediterraneæ. de annonis & tributis. lib. 10. C.* Tum eligenda * via eſt vtrique partium commodior & minus onerosa. & per quam ius vtriuſque breuius & tutiùs conſeruatur *l. 1.* & ibi Paul. *ſi quis cautio.* Phil. Dec. *conſ. 436. col. 1. conſ. 500. nu. 13.* & per quam multæ quæſtiones diſcutiuntur *l. 1. §. ſi hæres ad Trebell. l. cum Stichus. in ibi quatenus & commodiùs promiſſoribus ſtipulatoribuſque eſt. D. de ſolutio. ſa.*

* Via vtriuſque vtilior eligenda.

eo. sup. §.52. gloss. 1. nu. 183. sic aliàs in iure ad vitandam intricationem & difficultatem inueniendi exactas portiones, via æqualis & expeditior assumitur vt est pulcher. tex. in *l. si alterius de haredib. instit.*

15. Dico ergo quòd in istis quæstionibus & generaliter in omnibus similibus vbicunque onera quæ pretium vel partem pretij faciunt aut facere censentur, non possunt promptè & commodè æstimari tempore contractus inspecto, recurrendum ad communem valorem rei cuius ergo laudimia debentur, quæ ad valorem illum qui tempore contractus erat, metiri debent. hoc enim breuiùs fit, & celeriùs certiúsque inueniri potest, & hoc faciendo nec dominus directus aliquid perdit, nec acquisitor vltra debitum grauatur, nec potest meliùs, æquiùs aut aptiùs decerni, nec cautionibus aut repetitionibus vllis opus erit si postea onera minoris aut pluris esse inueniantur.

16. Itaque censeo dominum directum in hoc fundatam habere intentionem, nec etiam posse plus petere, nec admittendum si vellet maiorem dictorum onerum & debitorum molem probare: quia quatenus excedit vnciam æstimationis rei (& idem de alia quota à consuetudine taxata) non solum de lucro certat: sed etiam de iniquo lucro, ideo non est admittendus. Sed si acquisitor vellet suo sumptu & periculo probare dicta onera vel debita esse minora valore rei, quasi minoris emerit, aut superfluum sibi donarum sit, audiendus est: quia non certat de lucro, & multò minus de iniquo, sed de damno vitando.

17. Porrò rei ipsius æstimatio communibus impensis domini directi & acquisitoris facienda est, nisi alter ad certam æstimationem affectam obtulerit, quam contendens defectiuam non probauit. Is enim impensas inanis sui conatus merito perdit sibíque soli imputat, vt in simili dicam §. §. sed in proposita quæstione si dominus directus contentus fuerit laudimia petere ad rationem valoris rei (quia iustam, probabilem & fundatam causam habet) acquisitor ipse suo periculo & impensis minus deberi probare debet, etiam lite inter se & dominum contestata super minore summa per acquisitorem probata, nisi dominus impedierit acquisitorem suo periculo & impensis aliter liquidare. Iustius est enim ipsi acquisitori qui ita confusè contraxit difficultatem ex forma sui contractus orientem imputari.

18. Ex * his patet quod si ille partem dictæ domus emisset iusto pretio, & nihilominus suscepisset onus soluendi debita, si qua essent, vel postea apparerent, & ab eis dictos hæredes exonerandi, quod non debet laudimia vltra latam pretij conuenti, nec dominum admissibilem etiam si sumptu & periculo suo probare velit subesse onera mobiliaria seu semel soluenda vel plura quàm sint expressa, quippe cum plus laturus non sit, quia cum superstes emerit iusto pretio, censetur dictam clausulam apposuisse non animo pluris emendi, sed assecurandi dictos hæredes qui aliàs detrectabant vendere. * Via media.

19. Simile quando emptor renunciat recursui euictionis, quia onus istud nullo modo auget pretium respectu laudimiorum siue in censu siue in feudo, nisi constaret minoris quàm res valet emptum, & certa subesse onera nunc soluenda vel luenda ab his qui petere possunt, quorum contemplatione renunciatur euictioni: quia tunc idem est si emptum esset ad onus dictorum debitorum pro complemento pretij. sed re alioquin iusto pretio empta vel oblatis laudimiis vsq; ad eius valorem, non est præterea dominus audiendus, etiam si non solum suo sumptu & periculo de aliis liquidis & puris debitis probare velit, sed nec etiam si probare velit emptorem illa scienter suscepisse, forsan etiam reticuisse: 20. quia quatenus onera per emptorem suscepta excedunt iustum rei pretium conuẽtum, si scienter cum dictis oneribus emat non censetur pluris emere, ex quo emptio habet pretium suum taxatum, nec in fraudem domini onera adijcere, ex qua pretium conuentum non est infra communem rei valorem: sed respectu onerum præter id susceptorum * censetur donare tex. in *l. si quis donationis de contrah. emptio. & vendit.* Calderic. *cons. 2 sub tit. de emp. & vend.* Bald. *cons. 261. col. 1. lib. 1.* Philip. Dec. *l. imaginaria. de reg. iur.* Fabia. de monte S. Sauini. in *tract. de empt. & vend. col. 121.* Conradus de Summenhar. *in septem part. de contra. q. 57. col. pen.* Pantal. de Crema. in *rep. l. si vnquam col. 11. C. de reuoc. dona. & de leg. resp. 13. & lib. 3. de donat. & gratiis reuoc. resp. 13. & 15. in fine.* * Non pluris emere sed donare.

EPITOME GLOS. VI.

1. *Solidus inuestiturae ab omni singulari quoquo titulo successore debetur.*

2. *Et pro minima parte rei etiam ab herede testamentario, sed non à legitimo.*

GLO. VI. IN VER.

* *Douze deniers Parisis pour la saisine.*

* Hæc verba dispuncta fuit per nouã constitut.

NOTA quod quamuis in hoc text. bis fiat mentio de *saisina* siue de inuestitura: non tamen intelligendum quod ratione inuestiturae renouandæ vltra laudimia debeatur aliud quàm solidus vnicus Parisiensis, qui quindecim denarios Turonenses valet, clausula enim vltima huius tex. *ibi, Auec douze, &c.* est additiua respectu laudimiorum: respectu vero saisinæ siue inuestiturae est expositiua & declaratiua iuris debiti & consueti pro renouatione inuestiturae & sic cum res censualis venditur, debentur laudimia prout suprà: & cum hoc debetur iste solidus pro inuestitura, & non aliud nisi ex speciali pacto & particulari iure priuato. Hic autem *solidus* propriè dicitur dari pro saisina. hoc est pro inuestitura, quia debet solui & præstari ab omnibus singularibus successoribus quibus inuestitura renouanda est, quod non est in laudimiis quæ non debentur nisi ab emptoribus pro rata pretij: sed hic solidus tam ab emptoribus, permutantibus, donatariis, legatariis, quàm aliis titulo quouis particulari succedentibus debetur.

2. Amplio nedum in emente vel quoquo titulo acquirente totam ipsam rem censualem, sed etiam in acquisitore cuiuscunque partis rei censualis, ita vt etiam si minimam rei portionem acquirat, integrum tamen solidum debeat, quia vt *in §. seq. num. 8.* pro renouatione inuestiturae præstatur, quæ etiam pro minima portione alienata, renouanda est. Vice versa non plus debetur quàm vnicus solidus pro vna inuestitura, etiam si res sit maximi & quanticunque valoris, adhuc iste solidus nullomodo debetur à legitimis hæredibus siue descendentes, siue ascendentes, siue collaterales sint: quia licet hi teneantur dominum [illegible] po-

Digitized by Google

tur recognoſcere, non tamen indigent aliqua renouatione inueſtituræ ſeu ſaiſinæ, ſed ſatis ſaiſiti cenſentur ipſo iure per conſuetudinem generalẽ, ℣. §. 132. Secus de hærede teſtamentario qui pro legatario apud nos habetur, vt ibi dixi niſi in locis vbi conſuetudo hæredis inſtitutionem concedit & in quem poſſeſſionem transfert, vt noua conſuetudo ſeu potius ſtatutum Biturigum, & ita obſeruatur Lugduni, *ce qui eſt recogneu & baillé à lots & demi lots:* intelligitur tertia, quarta, vel quinta, vt ſoliti pars pretij in venditione & dimidium reſpectu æſtimationis in alia mutatione. Quidam exigunt etiam à filiis, quidam prætendunt etiam cum vſufructus legatur vxori & proprietas prælegatur filio, quod eſt abuſiuum.

LXXIX.

SI l'achepteur d'vn heritage eſt contraint deguerpir & de laiſſer l'heritage pour les debtes de ſon vendeur, & en ce faiſant il ſe vend & adjuge par decret à la pourſuitte des creanciers, ledit acquereur ſuccede au droit du ſeigneur, pour auoir & prendre à ſon profit les ventes dudit decret telles qu'euſt pris ledit ſeigneur. Ou eſt au choix dudit ſeigneur de les prendre, en rendant celles qu'il a receuës de l'acquiſition premiere.

LXXX.

SI l'heritage ne ſe peut partir entre coheritiers, & ſe licite par iuſtice ſans fraude, ne ſont deuës aucunes ventes pour l'adjudication faite à l'vn d'eux: Mais s'il eſt adjugé à vn eſtranger, l'acquereur doit ventes.

LXXXI.

LEs ventes & amendes ſe pourſuiuent par action ſeulement.

EPITOME §. LXXXII. GLOS. I.

1. *Summa* l. vlt. C. de iur. emphyt.
2. *Quando in alienatione neceſſaria ceſſat periculum commiſſi.*
3. *Non eſt differentia inter venditionem & alios contractus 4.*
5. *Recuſatio domini debitè expectati liberat nouum acquiſitorem à commiſſo, ſed non à landimiis.*
6. *Emphyteuta locans ad longum tempus, non cadit commiſſum, nec debet landimia.*
7. *Non valet arg. de emph. ad cenſus vel feuda.*
8. *Olim non licebat ingredi ſine inueſtitura domini, quod deinceps moderatum fuit.*
9. *Cenſuarius non tenetur accipere inueſtituram niſi ad nouum commodum 14.*
10. *Doctori de conſuetudine atteſtanti non creditur.*
11. *Etiam hodie non licet vero emphyteutæ (niſi ſit fiſci) domino irrequiſito alienare.*
12. *Fiſcus in ſuis perpetuis emphyteuſis non habet ius commiſſi, nec retentionis pro pretio: ſecus in aliis. 13.*
14. *Inueſtitura non requiritur, vt quis vitet damnum: ſed tantùm vt conſequatur lucrum.*
15. *Dominus requiſitus inueſtire tenetur.*
16. *Conſuetudo oneroſa loquens in feudo non extenditur ad cenſum vel ad aliud genus acquiſitionis. 17.*
18. *Solus legitimus hæres habet inueſtituram à conſuetudine in cenſu.*
19. *Sed non in feudis reſpectu domini.*
20. *Conſuetudines de commiſſo feudi poſſeſſione capta domino irrequiſito, de reali poſſeſſione intelliguntur: ſecus in creditore fructuario vel colono. 22. 24. 28.*
21. *Declaratur conſuetudo Comitatus Burgundiæ 22. 23.*
25. *Dominus qui conſenſit contractui, non poteſt petere commiſſum.*
26. *Licentia petita etiam non obtenta, impedit commiſſum.*
27. *Reſtituitur ignorans contra conſuetudinem localem. 35.*
29. *Curator vel procurator generalis remittit commiſſum.*
30. *Mater quæ non fecit inuentarium nec ſatisfecit, nec renunciauit, non eſt tutrix ipſo iure.*
31. *Domino feudi carente tutore qui requiri poſſit, ceſſat commiſſum.*
32. *Declaratur conſuetudo Caluimontis.*
33. *Pluralis locutio vltra duo concludit.*
34. *Quando in legibus indefinita æquipollet vniuerſali. 35.*
36. *An res emphyteutica ſine domini conſenſu in dotem dari poſſit.*
37. *Non, niſi filiæ.*
38. *Vel filio propter nuptias, vel extraneo hæredi inſtituto, vel aliàs ſucceſſuro ab inteſtato.*
39. *Quid in feudo.*
40. *An de datione in dotem debeatur landimia?*
41. *Res data in dotem æſtimata, non ſtatim vendita eſt, ſed pendet. 42.*
43. *Quia interim vxor eſt & manet domina.*
44. *Nec eſt periculum commiſſi.*
45. *Conſuetudo commiſſi non habet locum contra poſſeſſorem vel colonum exiſtentem in poſſeſſione, & ementem.*

Digitized by Google

§. * LXXXII.

* Olim fuit 96.

IL ne prend ſaiſine qui ne veut.

NOn tenetur emptor aut alius acquiſitor, ante apprehenſionem poſſeſſoris rei cenſuariæ, inueſtituram accipere à domino. C. M.

Hic articulus ita per nouam conſuetudinem fuit reformatus.

NE prend ſaiſine qui ne veut, mais ſi on prend ſaiſine, ſera payé douze deniers pariſis pour la ſaiſine.

PRIMA facie obſcurus eſt hic text. & vt verus ſenſus clare liqueat.

1. § Præmittendum primò quod habetur in *l. vlt. C. de iur. emphyt.* videlicet quod emphyteuta non poteſt domino irrequiſito ius ſuum vendere: & adhuc ſi dominum adierit & denunciauerit quantum re vera & ab alio inuenit, niſi dominus voluntatem ſuam declarauerit, tenetur eius reſponſum expectare per duos menſes, an ſcilicet is velit retinere pro pretio. Quòd ſi domino irrequiſito, vel requiſito, ſed non expectato reſponſo per duos menſes alij vendiderit, vel etiam ſi expectato reſponſo etiam per duos menſes, ſed perſonæ veritæ & minùs idoneæ rei emphyteuticæ tenendæ vendiderit, cadit ipſo iure à iure emphyteutico, etiam ſi ad traditionem realem nondum proceſſerit, ſecundum quoſdam per generalitatem *d. l. vlt. ver. hic tamen, iuncta clauſula vlt. text. Sed vt dixi* 5. §. 20. *gl. 5. num. 5. cum ſeq.* verior & crebrior eſt ſententia, in omnibus caſibus *d. l. vltim.* non eſſe locum commiſſo, niſi traditione reali ſecuta, ſed ſemper interim locum eſſe pœnitentiæ. Et vbicunq; *d. l. vlt.* liberè permittit vendere, intelligitur cum effectu, etiam tradere. Et vbicunque imponit pœnam commiſſi transferenti vel verſanti: intelligitur ſecuto effectu realis traditionis.

2. Quod adhuc à multis limitatur, non procedere in * neceſſaria alienatione, vt ſi per iudicem detur in ſolutum creditoribus: quia nec requiſito domino fieri poſſe tenent Bal. *c. 1. in prin. col. 4. de prohib. feu. alie. per* Fed. in *vſib. feud.* Rom. Alex. in *l. ſiſimita* §. *fide veſtigalibus. de dam. infect.* Iaſ. in *d. l. vlt. col. 33. num. 213. q. 5.* Hier. Gratus *conſ.* 133. *lib. 1. vbi addit quod ſic obſeruatur.* Sed caue, quia ratio illa neceſſitatis non eſt vera per ſe, vt dixi 5. §. 32. *nu.* 13. *& 14.* Hoc ergo non tam facit neceſſitas, quàm publica authoritas, cuius prætextu nemo decipi debet. *l. 1. C. de his qui veniam ætat. impetr. Cle. 1. de rerum permut.* hanc ergo limitationem admitto in hoc caſu particulari tribus concurrentibus, primò intercedente publica iudicis authoritate: ſecundò quòd ritè & à competenti iudice: tertiò in iudicio contradictorio, ſecus ex voluntaria ſententia, quæ potius pactum eſt. *l. 2. C. communia vtriuſque iudicij.* Bal. in *addit.* Specul. *de executio. ſentent.*

* Neceſſaria alienatio.

3. Et ſic in effectu quantum ad pœnam commiſſi non eſt differentia inter venditionem & alios contractus: aut enim traditio realis fit domino conſentiente, & indiſtinctè ceſſat pœna. Aut fit ſine conſenſu domini non requiſiti nec debitè expectati, & tunc & non ptiùs locus eſt commiſſo in quouis contractu: malè ergo & incautè gloſſ. & Doctores ad differentiam venditionis dicunt, quòd emphyteuta poteſt etiam domino irrequiſito donare vel permutare, aut alium contractum abſolutè alienationis facere. In quo facultas habendi pro pretio non poteſt adaptari, vt tenent glo. Guid. de Suza. Salic. Iaſ. & communiter omnes in *d. l. vlt.* Ioan. de Platea. & alij in *l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11.* Ioan. Andr. Petr. Anchar. Cardi. Flor. Panor. in *c. potuit de locat.* & latè Franc. Aret. *conſ.* 41. *diligenter & natura. col. 1.* Guid. Pap. Deciſ. *Delph.* 46. Iaſ. in *l. ſi domus. in fi. de legat. 1. nu. 7. & 32.* Sed quòd facto contractu non poteſt ſine conſenſu domini tradere nec poſſeſſionem transferre, quod ſi fecerit, nihil agit, ſed res ipſo iure cadit in commiſſum. Guid. Pap. in *d. Deciſ. & in conſi. 173. honeſta mulier. & præfati Doct.* Sed quicquid dicant, veritas eſt quòd in effectu idem eſt in venditione, vt nouè dixi.

4. Siue ergo emptor, donatarius, aut alius nouus acquiſitor, tenetur dominum adire pro renouatione inueſtituræ, rei & poſſeſſionis mancipatione, titulo acquiſitionis edito vel declarato, vt dixi 5 §. 73. *gl. 2. 3.* & quinquageſimam partem pretij vel æſtimationis ad hoc obtinendum ſoluere vel offerre, vnà cum facultate retinendi pro pretio in caſum venditionis. quod ſi dominus admittere recuſauerit, & per duos menſes expectatus ſuperſederit, tunc liberum eſt nouo acquiſitori etiam diſſentiente domino & ſine periculo commiſſi rem ingredi, & poſſeſſionem eius de manu vltimi emphyteutæ authoris ſui vel eo patiente accipere.

5. Sed an hoc facto nouus emphyteuta liberetur à laudimiis? Salic. in *d. l. vlt. col. pen.* quem ſequitur ibi Iaſ. *col. 6. nu. 25. & col. 12. nu. 52.* tenent quòd ſic, & quòd dominus amittit laudimium pro hac vice, quamuis re integra, hoc eſt ante realem poſſeſſionem per nouum emphyteutam permiſſu legis acceptam poſſit dominus moram purgare, & illum inueſtiendo & in poſſeſſionem inducendo laudimium percipere. Pro quorum ſententia induco quia text. apertus *d. l. vlt. verſi. & ne auaritia*, vbi apparet quòd laudimium de quo ibi, pro ipſa inueſtitura & miſſione in poſſeſſionem vel ſubſcriptione vel depoſitione domini ad hunc finem debetur, & præſtatur: vnde ſi dominus iuſta cauſa noluerit hoc facere, nullum laudimium pro hac vice conſequi debet, ſaluo omni iure ſuo in futurum. Quibus non obſtantibus contrarium dico, quia per totam d l. dominus propter moram vel recuſationem ſuam mulctatur in aliquo, niſi quod perdit ſpem lucrandi commiſſum, vel retinendi pro pretio in caſum venditionis pro hac vice. Non obſtat *d. verſi. & ne auaritia*, quia dumtaxat limitat quantitatem laudimiorum non obſtantibus pactis de maiori ſumma, quæ reſcindit in hoc. Cæterum lex ſupplens conſenſum domini ad approbationem contractus & noui emphyteutæ, & excluſionem commiſſi non tollit laudimia, quia nec expreſſus quidem domini conſenſus ea tolleret. Quandocunque ergo dominus antequam 30. vel 40. annis præſcriptum ſit iuxta not. 5. §. 12. *& 7. §. 69.* voluerit inueſtire nouum emphyteutam vel eius ſucceſſorem, poterit ea laudimia exigere. Quemadmodum nouus iſte acquiſitor, non obſtante dicta permiſſionne legis qua vſus fuit ingreſſus poſſidens ſine meru commiſſi: poteſt nihilominus cogere dominum ad inueſtituram & inſtrumentum authenticum de ea re faciendum, laudimia offerendo, ergo non ſunt ſublata nec remiſſa.

6. Sed quid ſi emphyteuta non vendit nec permutat, ſed * locat ad longum tempus & tradit domino irrequiſito? & videretur eſſe locum pœnæ. *d. l. vlt. C. de iure emphyt.* quia communis ſententia eſt ex huiuſmodi locatione tranſire vtile dominium, reprobata gloſſ. in *l. pen. §. inſtituto. de legat. 2.* vt per Ang. Areti. *inſti. de loca. §. adeo. col. 1.* & alios quos latè cumulat And. Tiraq. in *tract. de retract. proximit. §. 1. gl. 14. nu. 80. cum ſeq.* & in individuo quod tunc ſit locus pœnæ

* De locatione ad longum tempus

d.l.vlt. tenet ibi Ias. *nu.*112.*q.*4. *facit quod* Alex. *sepe, vt in conſ.*113.*nu.*1.*lib.*1.*conſ.*165.*nu.*2. *lib.*2. *conſi.*104. *conſi.*119.*lib.*3. & Philip. Deci. *conſi.*204. loquens in Archiepiſcopo Lugdunenſi. conſueuerunt in locatione ad longum tempus per emphyteutas facta, deberi laudimia. Breuiter contrarium puto, quia prohibitio & pœna *d.l. vlt.* non congruit locationi etiam ad longum tempus, nec debet extendi quicquid illi dicant & non deberi laudimia poſt longam diſputationem: tandem decidit Nicol. Boeri in *Deciſ. Burdegal.* 234. Ego quoque in annot. ad Alex. *conſ.*119. *lib* 3. & ad Philip. Deci. *conſ.* 204. eorum ſententiam reprobaui: malè enim conſuluerunt locum eſſe commiſſum vel laudimiis. locans enim ad vitam vel etiam longius tempus non transfert ius emphyteuticum, ſed ſemper illud retinet: & tanquam talis canonem ſoluit: & ſic non verificantur verba *d.l.vlt.* Ita etiam ſentit Io. Faber in *d.*§. *adeo. col.*1. *inſti. de lo.* & hoc niſi aliter conſtaret de fraude & ſimulatione: & ſaluis his quæ dixi *ſupra* §. 78. *gloſſ.* 1. *num.* 181. *&* 183.

7. ¶ Secundò principaliter in genere præſupponendum cenſum* noſtrum ab emphyteuſi differre, nomine, ſubſtantia, & effectu, ita vt meritò & in dubio non valeat arg. ab vno ad alterum, ſicut nec de emphyteuſi ad feudum, diximus *ſupra* §.1. *glo.*5. *num.*71. *& in rub. huius tit. num.*22. *&* 40. Primò enim licitum eſt vendere, nedum donare, aut quouis titulo alienare domino irrequiſito vel inuito, ſtante tamen ſemper illibato iure domini. ſed quia nouus acquiſitor titulum acquiſitionis exhibere tenetur domino eumve agnoſcere, vt ꝛ. §.73. *gl. vlt.* poterat dubitari an poſſet ingredi poſſeſſionem rei domino non adito, & ſine renouatione inueſtituræ? videbatur enim quòd non, & quòd contra faciens eſſet puniendus, tanquam furtiuè vtpote clàm domino ingrediens, eique ſubtrahens honorem debitum, prout ſub quibuſdam conſuetudinibus mulctatur in ſexaginta ſolidos Pariſienſes domino ſoluendos, vt in conſuet. Syluanecten §.240.247.249. Claromon. §.114. quæ ſuo loco ſeruandæ ſunt. Et intelligo de loco in quo res cenſualis ſita eſt, non autem de loco dominanti, nec domicilij emptoris, quantumcunque verba conſuetudinis concipiantur in perſonam, per ea quæ ſcripſi s.§.12. *in fi. &* 1. *in proœ. gl.*2.

* Cenſus & Emphyteuſis differunt.

8. Verumtamen vt liquet ex libris antiquis manuſcriptis, conſuetudo illa generalis erat: ſed in redactione conſuetudinum multùm detractum eſt rigori antiquo, præſertim dominorum directorum, quo liberiùs eſſet rerum commercium, præſertim Pariſiis. Vnde cõſuetudo noſtra volens indicare liberum eſſe cuicunque nouo acquiſitori ſicut in feudis, ita & in cenſualibus prædiis, dominium vtile, quod etiam proprietatem vocant, acquirere, & poſſeſſionem realem ingredi, & re frui domino directo irrequiſito, ſine vllius pœnæ aut mulctæ periculo, dicit neminem teneri ſaiſinam ſiue inueſtituram accipere: non tamen quin teneatur notificare infra octauum diem, vt s. *eo.* §. 77. non quin teneatur dominum agnoſcere & ad inſtrumentum authenticum recognitionis. vt s.§.73. *glo. vlt. nu.*10. non denique quin teneatur ſolidum Pariſienſem pro ſaiſina ſeu renouatione inueſtituræ ſoluere, vt in §. præcedenti. etiam ſi non curet vel nolit inueſtituram ſibi concedi aut renouari. Non enim intendit conſuetudo dicere aliquem poſſe refutare quod eſt ad ſui commodum, iuxta *l. inuito. D. de regulis iur. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* Sed vult dicere, ſicut in feudis noſtris, ita & in cenſualibus, nullam eſſe pœnam inueſtituræ à domino non petitæ & omiſſæ, licet apprehenſa fuerit poſſeſſio. Idem vult conſue. Senonen. §.223. *in veteri, &* §.227. *in noua.* & generaliter idem dicendum eſt in toto hoc Regno, niſi quatenus ſpeciali conſuetudine loci aliter cauetur.

9. Amplio etiam ſi conſuetudo ſimpliciter dicat nouum acquiſitorem vltra laudimia teneri ſoluere cer-

A tam ſummam pro ſaiſina ſeu inueſtitura: non enim ex eo ſequitur quod inueſtituram petere teneatur, imo nec oblatam accipere, quatenus eius cõmodum & ſecuritatem, & non domini præiudicium concernit. vt in propriis terminis decidit Albet. Brun. *inter conſ. feud. conſ.*44. *col.*2. Exceptis enim oneribus expreſſis, & feuda & cenſualia prædia ſunt patrimonialia, & patrimoniorum iure cenſentur, vt ſæpe dictum eſt. Tamen omittens inueſtituram, vt non puniatur: ita nec præmiſſi conſequetur, ſeu commoda quę inueſtituram ſequuntur, puta celerem excluſionem retractus, j.§.173. Libetum eſt ergo ſingulariter & feudi & cenſualis prædij, dominium, & veram poſſeſſionem transferre & acquirere & retinere directo, domino irrequiſito.

B 10. Et ita etiam tandem irrepſit etiam in emphyteuſi, vt teſtatur Albert. Brun. *in conſi.* 43. *col.* 1. Quod non eſt ita crude intelligendum, vt loquitur: ſed vt nouè dixi in *rub. huius tit. nu.*43. quoniam abutuntur vocabulis. vox Emphyteuſis, æquiuoca eſt: vnde non eſt locus pœnæ, niſi de hoc actum appareat; de quo ex ſolo verbo Emphyteuſeos, non continuo liquet propter naturam eius fere exoletam. Cæterum non eſſet credendum Alber. nec alijs Doct de certa conſuetudine, maximè contra ius commune atteſtantib. niſi aliter ſufficienter probetur, vt tradit Alex. in *l. poſt datem col.*13. *D. ſolut. matrim.* Ias. in *l. de quibus col. penu.* 89. *D. de leg.* Phil. Dec. *conſ.* 402. *in fi.* ibi in annot. dixi, & plenè dicam in fine operis.

C 11. Verum eſt quod in emphyteutis fiſci ſpeciale eſt, vt fiſco irrequiſito liberè ad onus canonis alienare poſſint. vt eſt iure cautum. *l.*11. *de feud. patrimo. lib.*11. *C.* idem in prædiis tributarijs, ſiue in cenſu fiſcali. *l.*2. *& vlt. C. ſine cenſu. vel reliq.* & ratio ſpecialitatis eſt, quia nouus acquiſitor ſine alia requiſitione, ipſo facto obligatus eſt fiſco. *l. Imperatores. D. de publica.* Hanc rationem reddunt Io. Plateanus & alij in *d.l.*1. *de fund. patri.* Ias. & omnes in *l. vlt. C. de iure emphyt.* Sic in hoc Regno feudalia & cenſualia prædia liberè regulariter alienari poſſunt dominis irrequiſitis, & acquiſitores ipſo facto obligantur, vt etiam dictum eſt *ſupra* §. 13. *glo.*5. *nu.*8. non tamen hæc ratio generalis eſt, nec ad alia vbi non cauetur, extendi debet. vnde in vera emphyteuſi ſeruandum eſt ius commune, ex quo non reperitur correctum, quamuis in vim conſuetudinis quæ ferè generalis in hoc regno, acquirens aut quiuis D poſſeſſor ipſo facto pro tempore ſuo ad hæc realia & annua perſonaliter obligetur, vt j. §. 70.

12. Sed an emphyteuta fiſci poſſit non ſolùm donare: ſed etiam ex cauſa venditionis tradere fiſco irrequiſito? Reſp. quantum ad pœnam commiſſi certum eſt quod ſic, quia ſublata eſt in fiſco *per d.l.*1. *& l. fundi. ibi, vt commiſſi metus eſſe non poſſit. ſa. l.li. quibus l. poſſeſſ. eo. tit. de fund. patri. li.*11. *C.* Sed an etiam cum ea libertate ne fiſcus poſſit habere pro pretio? Glo. in *d.l.*1. tenet quod ſic. Idem Odoffred. Ang. Io. de Plar. & eſt communis ſententia. Contrarium tenent ibi And. de Barulo & Luc. de Penna. Quid dicendũ? Certè hæc vltima pars prima facie videtur verior & tutior. E quia cõmiſſum quidem ſpecialiter & nominatim ſublatũ eſt in emphyteutis fiſci. *d. l. fundi. de fund. patr.* Sed nullo iure ſpecialiter cauetur, ius retinẽdi pro pretio ſublatum eſſe in fiſco, ergo per *l. præcipimus. C. de appellat.* Tum magna eſt ratio differentiæ inter pœnã commiſſi odioſam: & ius prælationis quo res redit ad priorem ſtatum pretio refuſo, & in caſu quo poſſeſſor velit rem commutare pretio dumtaxat, quod eſt fauorabile, vt dixi s.§.78. *gl.*1. *n.*71. Correctio ergo regulæ communis in commiſſo abrogando, non debet extendi ad abrogandum hoc ius prælationis. Et hanc partem tenendo quamuis emphyteuta fiſci poſſet vendere & tradere irrequiſito fiſco: tamen fiſcus ſemper recuperare poſſet pro pretio infra bimeſtre notificationis ſibi factæ ab emptore *d. l. vlt. C. de iure emphyt.*

* Diuisio.

13. Resoluendo dico quòd aut emphyteusis in perpetuum à fisco est concessa: & tunc non solùm ius commissi, sed etiam ius prælationis, seu retinendi pro pretio, remissum censetur. Aut est concessa ad tempus, vel fiscus successit in ius priuati hæc iura habentis, & tunc iure priuatorum & communi vtetur, videlicet vtroque iure saluo. Et moueor quia primo casu non est merus & simplex emphyteuta, sed etiam perpetuarius quem leges statuunt posse non solùm liberè donare *d.l.1.de fund.patrim.lib.11.C.* sed etiam vendere seu quocunque genere contractus transferre. *l.bi quibus.eo.titul.* & inconcussè iura dominij possidere. *l. quicunque l.fundi.l. bi quibus eo. tit.* quibus etiam, vt dominis soli, concedit libertates dare mancipiis fundi *l. possessore.eo. tit.* Tum quia non decet fiscum concessione in perpetuum facta, hoc iure prælationis non reseruato vti, quæ non esset libera venditio, sed semper auolarent qui hoc ius à fisco redimerent vel à principe impetrarent ad venditores & emptores expilandos, nec esset liberum commercium etiam salua lege fisci alienando, contra quam sanxit *d. l.* 1. & alias leges suprà allegatæ, quæ ad perpetuum & inconcussam securitatem emphyteutarum fiscalium eorúmque successorum latæ sunt. Quæ rationes cessant, quãdo fiscus non in perpetuum, sed ad tempus tantum dedit in emphyteusim, vel quando succedit in ius priuati. Tunc enim locus erit veteri iuri communi. Vnde etiam *l.libertates.C.de mancipiis.&c colo. lib.*11. non modò colonis (vt volunt glossæ & Doctores) loquitur: sed etiam in emphyteutis fisci, qui non perpetui, sed temporales sunt, vt dixi in nouis intellect.meis vnde quædam aspersi. in §. *praced.glo.* 2. *num.* Et hanc etiam differentiam inter emphyteutas fisci perpetuos, vt sint domini, & temporales, vt non sint domini, no. *l.fundi.in fi.l.omnes fundi. in fi.C. de fund.patri. lib.*11. *& quæ supra in dicta gloss.*2.

14. Nunc expediendo materiam nostræ consuetudinis, hic §. non abolet inuestituram & disuestituram quæ adhuc vigent, maximè inuestitura quæ quotidie hic practicatur. Sed tantum vult hæc consuet. quòd censuarius alienans quoquo titulo non tenetur priùs quàm tradat se deuestire, vt in consuet. Syluanecten. & Claremonten. *sup. num.* 3. nec acquirens de nouo tenetur inuestituram petere vel capere, quod intellige quantum ad damnum vitandum dumtaxat, id est quod propter hanc omissionem nec commissum nec mulctam aut aliam pœnam incurrit sub hac & simili consuetudine, & etiam, vt nihilominus acquirat ea quæ iuris communis, puta hypothecam cum sua prioritate, quod non dicitur de consuetudine Valesiana, §. 19. nec non veram possessionem & proprietatem. Sed non intelligitur quòd omittens habeat lucra vel commoda quæ dantur inuestito, puta excludendi retractum proximitatis per annum & diem sequentem, vt j. §. 173. vel excludendi retractum dominicalem vbi aliàs locum habet, vt consuet. Valesiana §. 20. Non etiam intelligitur quin domino censuali teneatur soluere solidum Parisiensem pro saisina, etiam si illam nolit capere, vt §. *præcedenti.gloss.*6.*num.*1.

* Inuestire cogitur requisitus dominus.

15. ¶ Sed quæritur an dominus requisitus teneatur * inuestire? Videtur quòd non, quia obligatio illa tollitur ex parte censuarij, ergo etiam ex parte domini directi per locum à correlatiuis. *l.1.C.de cupressis.lib.*11. *& per l. vlt. de acceptilat.* Contrarium dico, quia dummodo satisfaciat domino de iuribus suis, tenetur omnino nouum acquisitorem inuestire. Non obstat *d.l.vlt.de acceptil.* quia alium habet sensum, vt dixi in nouis intellect & in *l.*1.§. *si quis ita de verb. oblig. in lectura Tubingensi & Dolana.* Non obstat de correlatiuis, quia nouus acquisitor tenetur dominum recognoscere, vt j. §. 37. *gl.*1. ergo etiam dominus directus tenetur inuestire seu censuarium agnoscere: eóque recusante poterit interim censuarius facere se per superiorem inuestiri, vt dixi j. §. 60. *& 73. glo.*1. & nihilominus cogere dominum censualem, vt in libro censuali hæc inuestitura describatur.

16. ¶ Vlteriùs quæro, in locis vbi consuetudo imponit pœnam capienti possessionem rei censuariæ siue inuestitura domini, vt Syluanect. & Claromon. j. *eo. nu.* 3. vtrum eadem pœna censeatur habere locum in feudo? Et videretur satis tacitè cautum maximè in consuetudine quæ desaisinam & saisinam, hoc est disuestituram & inuestituram pariter requirit tam in feudo quàm in censu, vt Syluanect. §. 135. 237. Contrarium est dicendum ex qua pœna non est scripta nisi in fundo mouente censualiter aut ad campi partem quæ est species census. *vt supra eo.tit.in rub.nu.* Vnde non debet extendi ad feudum quod est diuersæ speciei. fac. quæ dixi in §. *praced.glo.*1.*nu.*139. quòd autem dictæ consuetudines non loquantur de hac pœna nisi in censualibus, clarum est de consuet. Claromon. *d.*§.114. & satis patet de consuet. Syluanect. recte inspiciendo tex. *d.* §. 140. 247.

17. Plus dico quòd consuetudo non loquitur nisi de emptore rei censuariæ, vt d.consuetud. Saluanect. non debet extendi ad donatarium vel permutatorem aut quocunque alio titulo acquirentem, licet eadem videatur ratio. *l.at si quis* §. *& generaliter. ibi pœnam tamen in eum statutam non esse.de relig.& sump.fu.* glo. & Doct. in *c. vlt. de iure patro.* dicta autem consuetudo Claromon. loquitur de acquisitione in genere *d.*§.114. & sic generaliter intelligitur quocunque titulo quis acquisierit: quod intelligendum est de quocunque titulo siue particulari, siue generali, siue inter viuos, siue ex testamento aut etiam vniuersali, siue ab homine siue à lege, puta ex societate vel donatione omnium bonorum præsentium, aut aliàs.

18. Aliter tamen quàm per successionem legitimam, quia in legitimo hærede, non habet locum dicta pœna, vt j. §. 78. *glo. vlt. nu.*2. Probatur primo, quia verba consuetudinis recipiunt interpretationem & modificationem secundum communem modum loquendi, *vt supra in proœmio glo.*1. sed clarum est quod secundum communem modum loquendi, successio non venit appellatione acquisitionis, sicut nec cadit in acquæstum vel conquæstum. & alia appellatione acquisitionis & alia successionis non solùm iure communi. *l. quæstus. cum l.seq. pro socio.* sed etiam inconcusso vsu: nec hi termini solent confundi vel promiscuè accipi, sed differenter, imo velut termini oppositi: & sic consuetudo loquens de vno non debet extendi ad alterum. Secundo probatur per manifestam differentiæ rationem, quia ex consuetudine generali possessio defuncti continuatur in hæredem, quod non est in alio quouis titulo acquirente. nec hæres etiam collateralis dicitur de nouo acquirere, sed acquisitionem defuncti intrare & continuare, vt diximus j. §. 132. non solum consuetudo ipso iure saisinat seu possessorem facit hæredem, quod de noua possessione intelligi posset: sed etiam veterem saisinam & possessionem defuncti in eum continuat.

19. Vnde hæres etiam lateralis non indiget noua saisina vel inuestitura domini (exceptis feudis in quibus propter sacramentum fidelitatis omnis inuestitura saltem domino vigilante, personalis est. Per no. I §. 2. *gl.*4.*q.*7.) non tam ex eo quod satis ipso iure saisitur à consuetudine, quàm quod saisina, inuestitura & possessio defuncti in eum continuatur. modo in proposito aut defunctus vltimus censuarius & acquisitor fuit inuestitus à domino, & eadem inuestitura continuatur in eius hæredem. aut sine inuestitura domini ingressus incidit in pœnam secundum consuetudinem loci: & eius hæres apprehendendo non incidit in nouam pœnam, quia non censetur nouam apprehensionem facere, sed factam à defuncto continuare, & sic non debet nisi vnam mulctam, videlicet à defuncto

ed by Google

incurſam quam debebit ſoluere, ni defunctus ſolutione aut præſcriptione aut remiſſione expreſſa vel tacita, iuxta *l. vltimam. & ibi gl. & Doct. C. de renoc. dona. liberatus fuerit*, & quæ latè ſcripſi ſ. §. 43. *q.* 28.

20. Cæterum quamuis in toto Regno nulla ſit conſuetudo quæ in cenſu pœnam commiſſi imponat nouo acquiſitori poſſeſſionem capienti ſine conſenſu domini: tamen quædam ſunt licet paucæ conſuetudines hoc imponentes in feudis, & talia feuda vocantur ibi, *fiefs de danger*, id eſt periculo commiſſi obnoxia, vt conſuetudo Burgundiæ. *tit. des fiefs. §. vlt.* & Comitatus Burgundiæ. *eod. tit. §. 16.* Et nota quod intelligitur de poſſeſſione reali, non autem de ficta ſiue per actum fictum tantùm, quicquid dixerit Chaſſaneus* in *conſuet. Burgundiæ. §. vlt. glo. 5. verbo Reelle*, contra textum eiuſdem conſuetudinis. Faciunt quæ dixi ſ. §. 20. *gl. 5. nu 4. in fi.* Ita etiam quòd conſtitutum, retentio vſufructus, & ſimilis clauſula non operatur commiſſum, tenet Arno. Rubeus in *repet. §. morte. num. 479. in l. non ſolùm. de noui oper. nunciat.* quamuis communem errorem ſequatur Nico. Boër. *Deciſio. Burdegal. 112. num. 5.* Item non habet locum in diuiſione, etiam ſi tota res vni obuenerit ſecundum quod ſ. §. 35. §. 78. *gl. 1.* ſæpe diximus non eſſe locum iuribus dominicalibus in diuiſione.

* Humbert. Iamtet.

* Conſuet. Comit. Burg.

21. Tertiò à dicto commiſſo, * conſuetudo Comitatus Burgundiæ excipit non ſolum quoſuis hæredes inteſtati: ſed etiam teſtamentarios, imo etiam legatarios, donatarios cauſa mortis, & ex quacunque ſpecie vltimæ voluntatis. §. 6. 7. Item habentes ex donatione contractus matrimonij à parentib. vel cognatis §. 8. qui non debet reſtringi ad propriam & merè liberalem donationem, quia idem ſi detur fundus ab eo qui non tenetur dotare vel donationem propter nuptias facere, vel ſi ab extraneo cognato, tamen detur æſtimatum vice pecuniæ. quia ſatis eſt quod datur, id eſt transfertur in contractu matrimonij ſiue in deſcendẽtem, ſiue in collateralem, ſiue agnatum, ſiue cognatum. Quartò fallit in eo qui reuertitur ad ius priſtinum, puta ex facultate redimendi, vt in dicta conſuet. §. 22.

22. Quintò fallit in creditore hypothecario cui datur perantichreſim, vel qui iure pignoris occupat. Requiritur enim conſuetudo de nouo vaſallo titulo particulari de facto iure domini ingrediente, & proprio nomine ad ſui commodum poſſidente cum effectu. Vnde ſi creditor vel alius licitatione ſuperior per decretum iudicis obtinuerit, non debet illud de facto realiter exequi domino irrequiſito, nec iudicis authoritate protegeretur, niſi decretum latum eſſet cum domino, aut dominus vocaretur. Secus ſi quis tãquam fructuarius ingrediatur, vel tanquam colonus etiam ad longiſſimum tempus, vel tanquam emphyteuta aut ſuperficiarius, vel etiam ſi totum feudum in reditum à vaſallo acceperit *d. conſuet. §. 13. §. 15.* Iſti enim etiam ſi ad longiſſimum tempus vel quandoque, vt perpetuarij ingrediantur: tamen non ingrediuntur, vt ſint vaſalli ſed plenè domini vtiles: ſed vt penſionem annuam temporalis vel perpetuarij iuris præſtent concedenti, qui vaſallus remanet & homagium ſubire debet, ſecus ſi etiam fidem dimitteret ſeu vaſallagium trãsferret: & ita debent intelligi & reſtringi. d. §. §. 13. 15

23. Sextò fallit in eo qui eſt in poſſeſſione, puta ſi vſufructuario colono vel poſſidenti ad onus reditus detur proprietas vel eam emat, non enim tenetur exire & res ſuas omittere quamuis ſtatim factus ſit dominus vtilis & poſſeſſor. *§. interdum, inſtit. de rer. diuiſ. l. qua ratione. §. interdum. de acquir. rer. dominio*, ſed poteſt in eodem ſtatu manere & conſueto modo adminiſtrare donec dominium feudalem adierit, ſatis eſt quod ſine eius conſenſu vel eo irrequiſito non faciat actus proprietarij ad conſeruationem rei non neceſſarios, imò etiam merè extraneus qui non erat in poſſeſſione poteſt ingredi vel mittere qui res præparent & neceſſaria faciant, nec dicitur ingredi & dominum feudalem contemnere niſi qui de præſenti abſolutè ingreditur. Et multò minùs nocet geſtio tertij amici ſine fraude.

24. Sed ſi emptor conduceret fundum ad plures annos, nihil vel contemptibile quid ſoluendo, iam eſſet manifeſta fraus, nec hoc ſtudioſè accerſito commento excuſaretur à commiſſo, vt non eſſet vera conductio: Tum *per l. ſi quis ante. de acquir. vel amit. poſſ. l. ſi quis conduxerit. D. locat.* Tum quia dominus eſt *l. qui rem. C. de locato. l. neque pignus. de reg. iuris.* ſed ſi emptor ſerio conducit & reſpondet de fructibus donec pretium ſoluat, vt in *l. ſicut emptio. cum l. ſeq. locat.* quia nondum ingreditur tanquam verus dominus & vaſallus, cum talem traditionem abſolutam non habeat, ſed vt conductor, ceſſat commiſſum. Fa. Bart. *l. codicillis. §. inſtituto de leg. 2.*

25. Et ſeptimò, ſi dominus feudi interuenerit in contractu venditione vel ceſſione facta huic nouo vaſallo, ſiue tanquam fideiuſſor, aut aliàs approbans, vel ſi aliter & ſcienter approbauerit nouum vaſallum, quia tunc non eſt locus commiſſo, maximè ſi nouus acquiſitor fiducia approbationis domini ingreſſus fuerit: non enim licet mutare conſilium in alterius detrimentum, maximè in pœnam & lucrum odioſum. *cap. mutare. de reg. iur. in 6.* Secus ſi dominus aliunde ſcieuerit & diſſimulauerit: quia iſta requiſitio non eſt minùs quàm notificatio & exhibitio literarum acquiſitione quæ etiam aliunde ſcienti fieri debet, cùm ſit pars honoris & reuerentiæ debitæ, vt diximus ſup. §. 77. *nu.* 10. *& 23.*

26. Fallit octauo, vt non ſit neceſſe obtinere conſenſum, ſed ſufficiat reuerenter petere, quod intelligitur notificando acquiſitionem & exhibendo literas, alioquin dominus petens prius exhibitionem non conſtituitur in mora, ſed acquiſitor: & vltima mora nocet. *l. illud. de peric. & cõmodo rei venditæ.* quantò magis & prior & vltima mora: poſtquam autem congruè requiſiuit domino iuſtam cauſam denegandi non habente, periculo commiſſi vacat etiam in dicto Comitatu, vt ſatis oſtendit ea conſuetudo. §. 6. ibi: *Ne ſeront tenus requerir au ſeigneur feodal, ſon conſentement*, ergo obligatio eſt de requiſitione, non autem de impetratione conſenſus. & ita debent reliquæ conſuetudinis eiuſdem materiæ intelligi, & ita vſitatur in locis vbi ſunt huiuſmodi feuda, vt in Ducatu Barrenſi. Prædicta procedunt ipſo iure.

27. Fallit nonò per viam reſtitutionis in integrum ſi emptor ſit exterus vel ſemper peregre egit, & ſine dicto onere emit. Idem in hæredem emptoris qui nondum poſſeſſionem realem acceperat. Hi enim poſſunt reſtitui in integrum, & quamuis alioquin hæc reſtitutio non habeat locum contra iura feudalia quia ſunt onera rei, verum eſt quoad fructus, releuia & onera momentanea: ſecus reſpectu commiſſi quo feudum perpetuò abſorbetur. præſertim cùm iſta omiſſio non cadat in delictum, ſed in ſimplicem negligentiam, nec ſit de genere prohibitorum per ea quæ ſcripſi ſ. §. 1. *glo. 7. nu. 3. cùm ſeq.* §. 30. *q.* 13.

28. Ex quibus apparet deciſio arduæ cauſæ in qua conſului. Do.* Humbertus Iamtetus iurium Doctor Clariſſimus ciuis Biſuntinus regaliæ Biſuntinæ iudex quoddam feudum in dicto Comitatu acquiſiuit, & paulò pòſt quia venditores (vt ſæpè fit) fructus illius anni reſeruauerant, eoſdem fructus emit, & infra menſem domicilium dominarum feudi adiuit, inuento illuſtri gubernatore dicti Comitatus aut materno & Curatore earum qui gratum habuit, ſed pro inueſtitura & fidelitate remiſit ad filiam ſuam matrem & tutricem ſuarum neptium. Interea præfatus Doctor dictos fructus collegit & de eis diſpoſuit, poſtquam collectionem infra decimum menſem con-

* Contra Chaſſ.

tractus vocatus in ius à tutrice dictarum neptium ad declarationem commissi. Dolæ iura interpretans consultus à præfato Doctore. Resp. non esse locum commisso. Primò quòd non fuit ingressus cum effectu tanquam emptor & dominus fundi, sed tanquam emptor fructuum, cúmque vnius anni tantùm essent fructus, nulla potest esse suspicio fraudis, per prædicta. Bald. in *l. voluntatis. C. de fideicommiss.* Alexand. *consi.* 165. *lib.* 2. Cæpol. *cautela.* 45. *posset etiam.*

29. Secundò quia etiam ante collectionem dictorum fructuum & aliam realem immissionem domicilium dominarũ fundi, consensum habuit aui & curatoris earum, qui sufficit etiam si super inuestitura supersederit vel ad alium remiserit: quia per eandem consuetudinem arti. 3. etiam pro homagio præstando quod maius est, etiam post manum domini iniectam, sufficit vasallo fidelitatem offerre in loco dominanti, vel principali officiali: sed curator à iudice constitutus maior est vno generali, præsertim quod in isto tria concurrebant, quod auus, quod curator, quod rector prouinciæ; curator autem furiosi, prodigi, pupilli vel pupillæ plenariam habet rerum administrationem *l.* inter bonorum. de adminis. tut. & curat. Atqui etiam simplex procurator generalis potest tollere commissum etiam incursum antequam dominus voluntatem suam declarauerit, vt dixi §. §. 21. *nu.* 10. & vltra ea quæ ibi allegauit. ita tenet Phil. Cor. consi. 187. *tradita. col.* 3. *lib.* 1. *consi.* 181 *col.* 13. *versi. non obstat. lib.* 2.

30. Accedit quod mater tutrix nec inuentarium fecerat nec satisfecerat, & sic administrare non poterat *l. si tutor. ibi nec ea quæ ab eo gesta sunt vllam firmitatem, & ibi ipso iure irrita sunt. C. in quib. cau. restit. in integr. non est necessa. l. in dubium. C. de tuto. vel curato. qui non satisfecit.* Bar. in *l. legitimos. de legitima tutela:* nec etiam renunciauerat secundis nuptiis & Velleiano, vt prærequiritur *auth. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ officio fungi possit.* vltra ea omnia quæ à legitimis tutoribus requiruntur. *auth. ad hæc C. eo. tit.* & cùm mater speciali beneficio Nouellarum admittatur, debet priùs hæc omnia facere, ita quod omissio modicæ solennitatis viciat, vt decidit Bar. *l. si quis sub conditione. col.* 4. *nu.* 16. *versi quæro quod per auth. requiritur quod mater, &c.* Idem voluit Speculator tit. *de anomalis tutoribus. col.* 13. *versic.* vt autem. Panor. in *c. ex parte M. col.* 3. *nu.* 5. & ibi Præposit. & Philip. Deci. *nu.* 4. *de appellat.* Angel. Perusi. *consi.* 325. *pro decisio. col.* 1. *num.* 2.

31. Cùm igitur de iure scripto (quod ibi in non expressis à consuetudine seruatur) mater non fuerit tutrix, aut saltem non habuerit de iure aliquam potestatem vel administrationem, sufficit consensus habitus à curatore, etiam si ad alium pro fidelitate remiserit, aut saltem propter pupillarem ætatem dominarum non erat qui adiri posset, & sic cessat commissum præsertim introductum in pœnam spernentis dominum feudi, quæ cessat quando ex parte domini propter sui absentiam vel pupillaritatem est impedimentum. tex. in *l. pecuniæ fœnebris. in fi. ibi si tamen post mortem creditoris nemo fuit cui pecunia solueretur inculpatam esse moram. de vsur.* & in *l. cùm quidam §. si pupillo. eod. tit.* Alex. *consi.* 92. *nu.* 9. *lib.* 1. *consi.* 182. *col.* 1. vbi in annotatio. dixi *lib.* 2. Phil. Corneus. *l. non hoc. col. vlt. C. vnde legiti.* Philip. Deci. in *l. vinum. nu.* 10. & ibi Francisc. Purpura. *nu.* 24. *si cert. pet.* multò plura allegaui in *consilio meo quò remitto.*

[a] Declaratus consue. Calumnie.

32. Quod autem in consue.[a] Caluimontis. §. 56. narratur de quibusdam feudis periculosis sitis in præpositura Valliscoloris in quib. non licet nouo vasallo (exceptis descendentibus in aliena directa quod enim ibi excipitur de patre, etiam in auo & proauo intelligendum est) possessionẽ ingredi sine inuestitura aut permissione domini suo pœna commissi, illud non est ius consuetudinarium loci, sed ius particulare priuatum quorundam dominorum, vt in simili dixi §. §. 76. quibus pacto aut titulo speciali hoc contigit, & per præfatam consuetudinem reseruatum & limitatum fuit intra fines dictæ præposituræ: illa enim consuetudo non intendit alicubi fundare hãc odiosam seruitutem, sed potius abolere in toto suo territorio exceptis feudis sitis in dicta præpositura. & sic non sequitur quod omnia feuda sita in dicta præpositura subsint huic seruituti, nisi aliunde probetur. quia præfata consuetudo non intendit hoc disponere nec affirmare: sed solum affirmat, & ex ea infertur quod in dicto loco sunt quædam feuda huic seruituti subdita.

33. Illa enim verba, *ou il y a fiefs de danger*, cum sint locutionis pluralis * indefinitæ duorum numero contenta sint. *l. vbi numerus. D. de test. c. pluralis locutio. de regulis iur. in* 6. & in odiosis, vt hîc indefinita cùm æquipollet vniuersali. vt no. Bar. in *l.* 2. *per illum tex. D. de lib. & post.* Gemi. in *c. quamuis.* 1. §. *ob hanc. in prin. de præben. in* 6. Verum est quod istud vltimum intelligitur in indefinita ab homine prolata, quare non facio vim in hoc, sed dico quòd etiam si non essemus in odiosis, sed in materia fauorabili vel indifferenti, puta si cõsuetudo diceret in toto præsidatu nulla esse laudimia nisi in tali locali præpositura, adhuc verba illa indefinita clausulæ exceptiuæ non æquipollent vniuersalibus: quia ex quo non sumuntur ex vniuerso, satis est quod verificentur in vno si sint singularis numeri, vel in duobus si sint pluralis numeri, vt est text. in *l. si is qui ducenta. §. vtrum. D. de reb. dub.*

* De indefinita & vtrum æquipollat vniuersali.

34. Non obstat quod in legibus indefinita æquipollet vniuersali, vt tradit Bar. quem omnes sequũtur in *l. omnes populi. in* 6. *q. princ. col.* 16. *ff. de iusti. & iure. in l. si pluribus. in princ. D. de leg.* 2. *no. glo.* Gemi. & omnes in *cap. vt circa. de electione in* 6. Petrus Anchar. in *rubr. col.* 3. *de regulis iur. in* 6. & quod fortiùs dixit Bar. quem alij sequuntur in *l.* 1. *D. de reg. iur.* quod siue in l. siue in statuto, siue sit materia odiosa, siue fauorabilis indefinita æquipollet vniuersali: quia respondeo illud procedere demum in verbis dispositiuis, & animo disponẽdi prolatis, secus in verbis enuntiatiuis, vt plenè diximus §. *in proœm. glo.* 1. *nu.* Clarum est autem quod verba dicti §. 56. *in prin.* nihil aliud enuntiant quàm in sensu directo. inquantum autem tacitè disponere possunt, duo duntaxat faciunt & disponunt. Primò derogant omni prætenso iuri dictæ seruitutis in tota præfectura. Secundò ab huiusmodi derogatione excipiunt certum locum, & sic nullibi fundant intentionem dominorum in hoc iure, sed illi nominatim derogant in toto suo territorio, excepta dicta præpositura in qua derogationem huiusmodi generalem suspendunt, & est effectus, quod si patroni velint prætẽdere & probare dictam seruitutem etiam titulo particulari extra dictam præpositurã, non sunt admissibiles, nisi fortè allegent de nouo constitutam post publicationem dictæ consuetudinis. quoniam ex quo vocati in publicatione & conclusione dictæ consuetudinis non contradixerunt, censentur iuri suo, si quod habebant, hoc respectu renunti[illegible]sse, eôque priuati publico & communi consuetudinis decreto. Sed infra dictam præpositurã erunt admissibiles, non tamen habebunt intentionem fundatam in dicta clausula exceptiua: sed satis est quod per antiquas inuesti-turas aut aliàs legitimè probando de iure prætenso non habeant consuetudinem eo loci repugnantem & derogantem, sicut de quocunque iure titulo particulari prætenso, cui ius publicum & consuetudo loci non repugnant: & ita debet intelligi quod scripsi §. 1. *gl.* 4. *nu.* 37. *vers.* & in quibusdam. vt illud commissum non iure publico consuetudinis, sed speciali pacto & iure priuato censeatur.

35. Rursus in eam rem & ad vberiorem doctrinam quæro, Ciuis Parisien. vel Turonen. emit fundum situm in dicta præpositura dicto oneri ex pacto inue-

stituræ obnoxium, sed non facta mentione dictioneris & periculi, quod etiam ignorabat: & quia realem possessionem patrono inscio ingressus est, recusat patronus oblationes emptoris & manu iniecta feudum sibi commissum asserit: an aliqua via consuli possit huic emptori? Breuiter respon. quod potest & debet etiam maior in integrum restitui ex * clausula generali propter probabilem ignorantiam, per no. Bar. & omnium Doctor. in simili in *l. ad diem. D. de verb. & obl.* per gloss. vlt. & omnes scrib. in *l. 2. C. de iure emphyt.* Steph. Bertran. in *cons.* 183. *lib.* 2. glo. & omnes feudistæ in *l. imperialem* §. *praterea si quis. de probib. feud. alie.* per Feder. in *vsib. feu.* & quæ plene diximus s. §. 1. *glo.* 7. *nu.* 2. 3 & ad Phil. Deci. *cons.* 58. & istud est indubitatum quando læsio siue commissum non venit ex vi dispositiua consuetudinis: sed ex speciali pacto & dispositione hominis. Plus dico, quòd etiam si veniret ex dispositione consuetudinis quæ ita cauisset per verba dispositiua, adhuc daretur restitutio in integrum ex capite iustæ ignorantiæ aut alterius iustæ causæ, quia agitur de perpetua amissione rei: & sic consuetudo quantumcunque generalis & præcisa, non censeretur sustulisse beneficium restitutionis in integrum ex iusta causa per no. s. §. 1. *glo.* 7. *nu.* 6. Et maximè attento quòd hoc casu non proueniret commissum immediatè ex sola dispositione legis vel publicæ consuetudinis, puta per lapsum temporis: sed mediante facto hominis: & sic non obstant not. s. §. 31. *q. vlt.* & vlteriùs attento quòd istud factum hominis, videlicet ingressus possessionis non est actus cadens in delictum vel aliam noxam, sed actus communiter permissus & licitus etiam in feudis nouiter emptis in hoc Regno. faciunt no. §. 45. *q.* 13. Quare danda esset in integrum restitutio forensis iustam causam ignorantiæ habentis localis & exorbitantis consuetudinis per not. Innoc in *rub. col.* 3. *versi. sed dic melius de consuet.* Io. Fabri. in *l.* 1. *col.* 4. *ver. item dic. C. de summa Trin. & fide catholica* tex. *c.* 1. §. *vlt. de inuesti. de re aliena facta in vsibus feud.* tetigi in *tract. vsur. nu.* 747. & ad Phil. Dec. *consil.* 19. dicam alibi plenius.

* Restitutio in integrum ex clausula generali.

36. Hîc pulchrum & vtile est videre quid in famigerata illa q. huc remissa s. §. 78. *glo.* 1. *q.* 7. *in fi.* quando res emphyteutica datur in dotem æstimata, quam post Specu. *tit. de locat.* §. *nunc aliqua. versi.* 109. *cum seq.* tractant Doct. in *l. vlt. C. de iure emphy.* & in *c. potuit ex de loca.* Decisi. Tholosa. 279. & ibi Steph. Auffre. in *additio. & alij passim.* vt autem explicemus ea quæ ab aliis partim implicita sunt, partim imperfecta scripta, hæc q. duplex est. Prima an sine domini directi consensu in dotem dari possit? Secunda an debeantur laudimia? Ad primã Specula. vbi sup. gloss. & omnes Doct. in *d. l. vlt.* vbi Ial. *num.* 34. cum multis seq. cano. *in d. c. potuit*, tenent quòd sic, & est in se indubitatum per ea quæ suprà *eo.* diximus *num.* 2. Amplio etiam si res detur æstimata, quamuis Io. Imol. in *d. c potuit col.* 13. Ias. in *d. l. vlt. col.* 30. *nu.* 108. contrarium teneant & malè, quia non est verum quòd venditio in dubio facit æstimationem, vt dixi in § *praced. gloss.* 1. *num.* 105. *cum seq.* Ex his videtur prima quæstio absoluta: sed non est ita. longè enim aliud est contrahere, aliud possessionem tradere. Primum non est prohibitum, vt nonè diximus sup. *eod. nu.* 10. secundum verò sub pœna commissi prohibitum est etiam in mera donatione, etiam in donatione in dotem vel aliàs quoquo titulo, *vt sup. eo. nu.* 2. non ignoro quod post Salic. in *l. vlt. C. de iure dot.* multi tenent statuta generaliter loquentia non habere locum in dotibus nisi de eis specialiter exprimatur, quos latè cumulat do. And. Tiraq. *tract. de retract. proximit.* §. 1. *glo.* 14. *num.* 91. *gloss. cum multis seq.* Sed illud dictum non est verum nisi in materia in qua dos reperitur priuilegiata, per tex. in *l. fraudem.* §. *vlt.* vbi hoc not. Bald. de *testam. milit.* Phil. Deci. in *l.* 2. *C. vnde lib. in l.* 1. *nu.* 9. *de reg. iur. cons.* 5. vbi in antot. tetigi. idem Andr. Tiraq. in *d. glo.* 14. *nu.* 96. vbi & *nu.* 108. satis apertè sentit dotem non esse in his priuilegiatam, vt etiam Masue. *in sua praxi. tit. de empt. & vend.* §. 17. decidit laudimia deberi ex re data in dotem æstimata: & patet in simili supra §. 3. & 35. Secus in materia vbi dos est priuilegiata, vt in qu. de qua loquitur Bal. *Nouell. in tract. dotium part.* 6. *speciali* 48. quia in hoc dos est priuilegiata per text. in *l. vlt. C. de Velleia.* per quam illud speciale sustinetur, alias esset falsum.

37. Limito tamen dictam conclusionem. Primò si quis det emphyteusim in * dotem pro filia, quia non solùm licitum est dare & contrahere: sed etiam possessionem realem tradere domino irrequisito: & ita propriè loquitur Steph. Bertrã. *cons.* 380. *duo sunt* (vbi in amot. tetigi lib. 2. priùs impressorum per Simonem Vincentium: vbi vulgaria tantum allegat. ego verò moueor quia aut dotans nõ habet alios liberos quàm hanc filiam, & censetur mera successionis anticipatio in ea re. text. in *l. vnica.* §. 1. *C. de imponen. lucra. descript. lib.* 10. *ibi, in tam enim necessariis sibi, conjunctisque personis sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur, id est, anticipatur.* tetigi s. §. 17. *& plenè tradam* j. §. 159. Aut verò habet etiam alios liberos, & tunc censetur partim anticipatio successionis, partim diuisio siue anticipatio portionis cum onere conferendi veniendo ad successionem, & sic non est locus prohibitioni. *d. l. vlt. C. de iure emphyt.* quæ loquitur quando alienatur in exteros. faciunt quæ latè scripsi s. §. 20. *gl.* 6. *n.* 5. permissam esse & diuisionẽ & alienationem feudi vel emphyteusis inter consortes. & tetigi in annota. ad Alex. *cons.* 19. *num.* 1. *lib.* 6.

* In dotem dari in emphyteusi.

38. Idem dico in * donatione propter nuptias facta filio, idem dico in exteris successuris. Idem dico in extraneo qui dotat, vel donat ei quæ hæredem instituit: quia sicut in successione testati vel intestati cessant permissio domini & metus commissi, ita in anticipatione harum successionum: & idem in diuisione vel assignatione facta inter ipsos consortes socios & cohæredes. & hinc est quòd quæcunque consuetudines Galliæ, quæ imponunt periculum commissi ingrediendi possessionem feudi sine consensu domini: non habent locum in eo qui successurus erat ab intestato, præsertim quando datur in dotem vel donationem propter nuptias.

* Donatio propter nuptias potest emphyteusis

39. Quod autem Docto. vulgò tradunt speciale in feudo, vt vassallus non possit in dotem dare filiæ suæ sine consensu domini. *c.* 1. §. *donare. qualiter olim feudo. c. nuper. extra. de donat. inter vir & vxor.* Ias. *d. l. vlt. nu.* 109. *C. de iure emphyt.* non procedit extra loca sua: quia sunt consuetudines locales, vt dixi s. *tit.* 1. *in rub. nu.* 48. & multo minus habet locum in Gallia vbi feuda sunt patrimonialia, & sic idem quod in aliis, vt dixi *supra tit.* 1. *in rub. num.* 49.

40. Ad 2. q. Speculator *d.* §. *nunc aliqua. ver.* 110. distinguit, aut datur in dotem inæstimata, & tunc non debentur laudimia nec consensus domini requiritur: aut datur æstimata, & tunc debentur laudimia & consensus domini requiritur, quia vendita intelligitur *l. plerumque* §. *sin autem. D. de iur. dotium. l. quoties. C. eod. tit.* Et omnes ferè vbique sequuntur, cum hac sublimitatione, si procedat si est æstimatio talis quæ venditionem faciat, aliàs idem quod in primo membro, & latè Petrus Rat. in consuetud. Picto. §. 15. *gloss. vlt.* Solus autem Iason. in *d. l. vlt. q.* 9. *num.* 49. tenet indistinctè non deberi laudimia, siue res detur æstimata, siue non, & nititur hoc solo fundamento quòd sit alienatio necessaria: quod fundamentum satis reprobauimus *super* §. 22. *nu.* 14. Quid dicendum? Doctor. valde aberrarunt ad pauca aspicientes & disparata permiscentes.

41. Speculator enim non loquitur in quauis datione in dotem: sed quando ipsamet mulier quæ suæ

poteſtaris eſt, dat ſponſo ſuo pro dote ſua: & ſatis bene loquitur, niſi quòd nimis indiſtinctè, non aduertendo ad praxim: quia quod vulgò dicunt rem in dotem datam æſtimatam etiam tali æſtimatione quæ venditionem faciat, cenſeri venditam, non abſolutè verum eſt, nec quoad omnia *l. quoties. D. de iure dotium.* ſed tunc demum ſi contingat maritum vel eius hæredem ſoluto matrimonio, malè dictam æſtimationem, & non fundum reſtituere: ſecus ſi malit fundum ipſum reſtituere, prout poteſt & electionem haber. text. in *l. plerunque in fi. D. de iure dotium.* quia tunc nunquam cenſetur venditus fuiſſe: ſed in dominio mulieris remanſiſſe. *l. ſi conſtante. §. ſi maritus in fi. D. ſolut. matri. l. in rebus. C. de iure dotium.* latè do Io. Igneus. in *l. §. ſi vir, aut vxor.* ad Syllania de quo pleniùs dico *infra* §. 168. non ergo debebuntur laudimia niſi in fine poſt ſolutum matrimonium conſummata venditione per electionem pretij, quanquam aliter (præſertim in feudis) velint pleræque conſuetudines non minus in hoc duræ quàm ineptæ, vt dixi *ſupr.* §. 23. Et hæc (ſaluo eo quod mox dicam) procederent in terminis iuris ſcripti, vel locis quæ iure ſcripto reguntur, vbi coniuges non ſunt communes in bonis, vel etiam in locis conſuetudinariis, quando conuenit non fore communionem, ſed dotem reſtituendam.

42. Iam ergo liquet Doctores erraſſe in ſecundo membro dictæ diſtinctionis. Primo in hoc quòd tunc putant ſtatim deberi laudimia, quaſi ſtatim venditione facta, quod falſum eſt, quia pendet ab euentu electionis poſt ſolutum matrimonium faciendæ. Et interim nec venditio nec alienatio abſolutè procedit. Secundò in hoc caſu quòd tenent tunc requiri conſenſum domini, & ſic quòd res cadat in commiſſum ſi domino irrequiſito mulier de facto tradat & maritus poſſeſſionem ingrediatur: quod falſum eſt, etiam in terminis rigidarum illarum conſuetudinum quæ commiſſum ipſo iure imponunt, poſſeſſione apprehenſa ſine conſenſu domini: de quibus *ſ. eod. nu.* 10.

43. Quòd in terminis iuris communis falſum ſit, patet, quia quum propter incertum illum euentum conditio pendeat, vxor cenſetur interim domina l. in rebus C. de iure dot. etiam ſi maritus interim habeat poteſtatem alienandi, qualem etiam poſſet habere ſimplex procurator. & ſi vendat vel aliter alienet, tunc debebuntur laudimia, non bis ex datione in dotem, & ex hac venditione: ſed ſemel tantùm, quia hæc tantùm eſt & vnica alienatio. Requiritur etiam tunc conſenſus domini ſub pœna commiſſi, vt perſtrinxi in princip. huius §. Cæterum traditio realis quam eo caſu fecit vxor marito, non eſt alienatio, quum nondum ſubſiſtat, ſed pendeat, vt probaui.

44. Et ſic nec conſenſus quidem domini requiritur, nec vllum eſt periculum commiſſi: quia etiam vxor promiſcuè vtitur & poſſidere fruique cenſetur cum marito. Idem ſi præmortua vxore maritus vel eo præmortuo hæredes mariti ſoli remaneant in poſſeſſione, nulla eſt pœna commiſſi, quia non cenſentur de nouo ingredi: ſed continuare poſſeſſionem ſemel legitimè inchoatam.

45. Ex quo infero quòd etiamſi maritus ſuperſtes vel eius hæredes eligant refundere æſtimationem, & refundant, & retineant rem iure perpetui dominij domino irrequiſito non eſt locus commiſſo, quia dicta conſuetudo loquitur & intelligitur de nouo & extraneo poſſeſſore, non autem de eo qui tunc erat in poſſeſſione: quare idem dico in colono qui fundo empto remanet in eodem, tum quum ea conſuetudo ſit odioſa, fauorabilis eſt eius reſtrictio, vt in ſimili no. Angel. Peru. in *l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig.* dum hæc ſcribo grauis quæſtio agitatur in hoc Senatu de dote aſſignata ſuper prædio fruendo donec ſors reddatur, quam remitto inf. §. 108. vbi de doribus tracto.

EPITOME §. LXXXIII. LXXXIV.

1. *Niſi res ipſa cenſualis vendatur, vel eius vera pars, nulla laudimia debentur.*
2. *Vetus contentio ſuper laudimiis redituum arreſto deciſa. 3.*
4. *Quatuor controuerſi noſtræ conſuetudinis articuli nuper ſublati ſunt.*
5. *Duo genera reddituum.*
6. *In reditibus vulgaribus nulla ſunt prorſus iura dominicalia, niſi cùm res venditur ad onus, quia ſunt pars pretij. 9. 51.*
7. *Dominus directus indebita recipiens, tenetur, etiam ſi non ſit locupletior.*
8. *Scienter indebitum recipiens non præſcribit.*
10. *Non debentur laudimia ſi res venditur ad onus ſimplicis hypothecæ reditus.*
11. *Etiamſi venditor cedit ei iura euictionis & recurſus qualia habet.*

Empta alea non augentur nec minuuntur laudimia vel gabellæ propter euentum.

12. *Sed is qui emit ad onus prætenſi reditus, tenetur ad laudimia iuris prætẽſi liquidandi. 57.*
13. *Niſi quando nihilominus emit iuſto pretio.*
14. *Emens ad onus vſusfructus vel alterius oneris non mobiliaris, non debet laudimia dicti oneris niſi redimibile eſſet. 21.*
15. *Hic tex. & declaratio arreſti retrotrahitur.*
16. *¶. Q. 1. Si cenſuarius dat fundum in perpetuum fundiarium reditum, non debentur laudimia niſi pro rata pecuniæ ſi quam recipiat, nec poſtea vendito fundo ad onus, debentur pro rata reditus, ſed dominus petet indemnitatem. 17. 18.*
19. *Idem ſi cenſuarius conſtituit perpetuam ſeruitutem vel legat reditum perpetuum. 21.*
20. *Dominus non tenetur vnam ſummam ſemel accipere, ſed petet remotionem oneris, vel vt laudimia pro rata ſoluantur in caſum venditionis reditus, vel fundi cui ſeruitus data eſt.*
21. *Legatum annuum in dubio ad vitam eſt.*
22. *¶ Q. 2. Redemptio reditus à concedẽte retenti quando videtur in fraudem laudimiorum?*
23. *Quælibet cauſa non excuſat à dolo, vbi de damno alterius agitur.*
24. *¶ Q. 3. Hic §. habet locum etiam in reditu fundiario ſi eſt redimibilis.*

Reditus ad rationem duodecimæ reſpectu tertij pro mobili habetur.

25. *Qui non recipit pecuniam, poteſt promittere reditum cuiuſuis ſummæ.*
26. *Emptor debens laudimia, etiam pro rata ſortis reditus purè debet.*
27. *¶ Q. 4. De reditu pecunia conſtituto ad rationem vnius in 30.*
28. *Quid ad rationem vnius in viginti ſol. laudimia non debent excedere vnciam totalis*

Digitized by Google

eſtimationē rei. 36.37.

29. *Plus aut minus non differunt ſpecie.*

30. *Reditus ad rationem quincuncis longè ſuperatur à ſorte & magis immobilibus accedit.* 32.39.

31. *Multum differt à reditu duodecimæ qui mobilibus accidit & ſorti æquipollet & neceſſario redimibilis eſt.* 32.33.34.35.

38. *Ampliatio huius §. & ſenatuſconſulti.*

39. *Summa totius materiæ.*

40. *De cōſtitutione, vel redemptione, vel ceſſione reddituum vulgarium per ſe, nulla landimia debentur ſiue inquantum intrant partem pretij venditionis ipſius fundi cenſualis.*

41. *Declarantur & ad eandem æquitatis normā reducuntur reliquæ conſuetudines Regni, etiam in patria iuris ſcripti.* 43.44.45.

Conſuetudo de Lorris declaratur.

42. *Omnia verba ſtatuti debent iungi & verificari, vt locum habeat.*

43. *Conſuetudo Aurelianenſis, & Meldunenſis.*

44. *Naturalis iuſtitia vim legis habet nec loco clauditur.*

45. *Conſuetudo Bituricenſis, & Melodenſis.*

46. *Conſuetudo Pictauienſis, Andenſis, Cœnomanenſis, Engoliſmenſis.*

47. *Aliud antichreſis, aliud aſſignatio* De rēte en aſſiette *in qua dominium transfertur.*

Verbum aſſignare dominium importat.

48. *Reditus* en aſſiette *pecunia conſtitutus in perpetuum, eſt venditio perpetua & ſi habet facultatem redimendi, venditio eſt ſub dicta facultate.*

49. *Creditor non poteſt præſentare ad beneficia, etiam in ſimplici antichreſi: ſed bene* en rente en aſſiette.

50. *Si reditus duodecimæ detur pro fundo, venditio eſt: Sed ſi reditus viceſimæ vel minor detur, permutatio eſt, etiam ſi ſit redimibilis, niſi ipſi creditori detur.*

51. *Fundus non dicitur vendi ad onus quatenus emptor habet recurſum contra alium.* 52.53. 54.57.

55. *Non conſideratur modicum damnum domus directi ſicut nec augmentum.*

56. *Qualitas intelligitur ſecundum tēpus verbi.*

58. ¶ *Q. 5. De reditu fundiario temporali.* 59.

60. ¶ *Q. 6. L optimam. de contrah. & commit. ſtipula. habet locū contra cauſam habentes à contrahentibus, & ad cōmodum eorū quibus ius quæritur ex contractu, ſed non alterū.* 61.

62. *Prætendens reditum tenetur titulum & qualitatem declarare.*

63. *Nec præſumitur fundiarius niſi ei qui aliàs fundiarius eſt ab antiquo debeatur.*

64. *Adhuc impoſitivus non ob id præſumitur pecunia conſtitutus & redimibilis.*

65. *Priuilegium vrbis Pariſienſis ſuper redemptione redituum prodeſt domino cenſuali.*

66. *Iuſto pretio redimi debent. Declaratur conſtitutio Caroli 7.*

67. *Etiam ſi res venditur ad onus reditus redimibilis incerto pretio locus eſt landimiæ.*

68. *Vt locus ſit edicto 1539. priùs conſtare oportet reditum pecunia conſtitutum eſſe.*

69. *Arg. à communiter accidentibus non valet ad priuandum quem iure ſuo.* 70.

70. *Reditus pecunia conſtitutus non præſumitur rationem duodecimæ vel quindecimæ, niſi vbi fauore publico cautum eſt.*

71. *Conſtitutio Caro. 7. excipiens reditus amortizatos intelligitur de præteritis non de futuris, nec amortizatio fieri poteſt in præiudicium priuilegij vrbis.*

72. *Amortizationes generales non operantur niſi contra concedentem, nec impediunt reditus redimi beneficio edictorum Regis.* 73.

74. *De redemptione reditus nunquam debentur landimia, niſi cadat in pretium acquiſitionis feudi.*

75. *Si res detur ad reditum redimibilem ad rationem quindecimæ vel circa, vera conditio eſt, etiam ſi acquiſitor redimat, dato etiam eadem fundo noua venditio fundi eſt.*

76. *Secus ſi detur in reditum redimibilem ad rationem viginti in vnum.*

77. *Et non eſt fraudibus indulgendum: ita libertas contrahendi non nimis arctanda.*

78. ¶ *Q. 7. De prædio ſubhaſtato ad onus doarij redimibilis.*

79. ¶ *Q. 8. Capiens ad reditum duodecimæ cenſetur emere, ſiue in cenſu, ſiue in feudo.* 80. 84.87.89.

81. *Sed non debetur ſub quintum pretij niſi vbi expreſſè liquet.*

82. *Permutatio cum reditu duodecimæ quando manet permutatio.* 85.88.89.92.

83. *Quadruplex diſtinctio quando fundus datur pro huiuſmodi reditu.*

86. *Probatio ſimulationis non tam exacta requiritur reſpectu tertij.*

89. *Permutatio cum hoc reditu in locis vbi pro mobili habetur venditio eſt.* 90.93.

91. *Conſuetudo loci vbi reditus debetur inſpicitur.*

94. *Fraudis vitandæ cauſa fit extenſio.*

§. * LXXXIII.

a Olim ſect. 58.

Ainſi reformé par arreſt du 20. May 1557.

POVR rentes conſtituées à prix d'argent ſur maiſons ou autres heritages aſſis és ville, Preuoſté & Vicomté de Paris, ne ſont deus aucuns droicts de lots & ventes ny autres profits ſeigneuriaux ſoit pour la conſtitution ou rachapt deſdites rentes.

Les 59. 60. 61. articles obmis pour les cauſes dudit arreſt & contenües au commentaire.

Digitized by Google

DE reditibus pecunia conſtitutis nulla laudimia nec alia iura dominicalia debentur, nec de conſtitutione nec de redemptione. H. D.

LXXXIII.

Hic articulus reformatus eſt in ſequentem modum per nouam conſuetudinem.

POVR heritages vendus ou adjugez par decret à la charge de rente racheptable, ſoit que ledit heritage ſoit fief ou roture, eſt deu au ſeigneur de fief le quint denier du prix: Et au cenſier le droit des ventes tant pour le prix contenu és contracts ou decret, que pour le ſort principal deſdites rentes: encores que leſdites rentes ne ſoient lors rachetées.

LXXXIV.

SI aucun achepte heritage à la charge qu'il ſera adjugé par decret, ou bien ſi l'acheteur pour purger les hypotheques le fait decreter, & tel achetteur eſt adiudicataire, n'eſt deu qu'vn ſeul droict de quint ou vente, tant pour le contract d'acquiſition, que le decret: Eſt toutesfois au choix du ſeigneur de prendre leſdits quints ou ventes ſelon le prix dudit contract ou du decret.

SVBLATVM laudimiorum eſt vera venditio ipſius rei cenſuariæ, vt diximus 3. §. 78. *gl.1. in princ. & gl.3. in princ.* Ex quo ſequitur nulla laudimia deberi de conſtitutione vel redemptione etiam merè voluntaria & nummis facta quorumuis redituum ſuper prædiis cenſualibus ſiue ſpecialiter & nominatim, ſiue generaliter vel etiam limitatim & quouismodo, vt per hunc pulchrum text. ad omnem dubitationem & diſputationem tollendam Senatus iudicio appoſitum, apertiſſimè & æquiſſimè declaratur. In venditione autem & aſſignatione reditus quantumuis etiam ſpeciali vel limitata, quamuis adſit vera venditio, tamen deeſt res quæ eſt potiſſimum fundamentum, ſcilicet verus fundus cenſualis qui non venditur, vt erat neceſſe priuſquam locus vllus laudimiis aperiri poſſet, vt patet per tot text. in dubitatum huius conſuetudinis 3. §. 51. ibi *l'acqueſteur & nouuel detenteur d'aucun heritage eſtant en ſa cenſiue*, & §. 52. ibi *en l'heritage à luy redeuable d'aucuns cens:* & §. 55. ibi *aucun heritage eſtant en la cenſiue*, & ibi *l'el achepteur dudit heritage*. Atqui reditus qui ſuper fundo cenſuali conſtituitur à cenſuario non eſt cenſualis, nec in cenſum mouetur, nec nomine dicti reditus de nouo creati, à debitore vel creditore vllus cenſus debetur, & dominus directus non habet dominium directum dicti reditus & nullo modo eſt prædium mouens in cenſum, & ſic emptor huiuſmodi reditus non emit rem cenſualem nec cenſum vlli debentem nec cenſualiter mouentem, ergo impoſſibile eſt laudimia aut vlla alia iura dominicalia in vim dictæ antiquæ & indubitatæ conſuetudinis deberi, quia omne eorum ſubiectum deficit.

2. Cùm autem ante 47. annos initio menſis Martij anno ſeſquimilleſimodecimo hæ conſuetudines in ſcriptis redigerentur, Prælati eccleſiaſtici tam Epiſcopus Pariſienſis quàm Abbates, Priores, Monaſteria & Collegia, tam ſæcularia quàm monachalia exempta & non exempta, magnas imò maiores & opulentiores ditiones in vrbe & territorio Pariſienſi poſſidentes, prætendebant ius & conſuetudinem exigendi laudimia de omnibus non ſolùm venditionibus, ſed etiam redemptionibus omniũ quorumuis redituum etiam ſub facultate redimendi, ſaltem nominatim conſtitutorum ſuper aliquo fundo cenſuali, nec non iura inœſtituratum & alia dominicalia ſicut in venditione ipſius rei cenſuariæ, imo duriùs & ampliùs quod de venditione ipſius rei ſub pacto redimendi facta, de qua non debentur noua iura de redemptione infra tempus conuentum ſecuta. Et tamen eccleſiaſtici illi prætendebant etiam de redemptione in vim dictæ conſuetudinis & iuxta tempus illius facta, in omnibus etiam promiſcuis redditibus cauſa redimendi temporarij vſus æris alieni permiſſis, qua re quid durius ne dicam iniquius? vt omittam quàm frequenter huius regni conſuetudinum redactiones, auaritiam quorumdam eccleſiaſticorum, præſertim monaſteriorum traducant, qui præter profeſſionem ſuam & canonicas ſanctiones in c. ex parte. in fi. de cenſib. duras & quæſtuoſas conſuetudines inuehere niſi ſunt. Videat cui vacuum erit quid & antiquiores & recentiores Italici Doctores de illis conquerantur, vt Alberi. *l. ſi quis in ſuo. C. de inoff. teſt.* Maria. Soci. *conſ.15. col.5. lib.1.* Phil. Dec. *conſ.319. in fi. conſ.474. nu.10.* Quare non fuit nouum quod Pariſiis laudimia illa redituum & conſtructos de illis quatuor articulos nobilitate cedente & tertio ordine repugnante imponere ſoli voluerint. Præpoſitus enim mercatorum, decuriones & ciues Pariſienſes concorditer & iuſtè contendebant horum promiſcuorum redimibilium redituum nomine nulla laudimia deberi, neque de venditione, neque de redemptione, flagitantes ampliùs ſuper ea re audiri: nec ſolùm cum toto tertio ordine bona pars nobilium præſertim qui ciues Pariſienſes ſunt, ſed etiam togatus Aduocatorum ordo illis adhærebat: tamen qui tum nomine Regio redactioni præerant partem articulorum controuerſorum ſuſpenderunt, videlicet articulum qui erat *nu.* 59. vt non haberet vim conſuetudinis: partem verò, videlicet articulum qui erat *nu.* 58. per prouiſionem admiſerunt donec per ſupremæ Curiæ Senatum (quò partes remiſerunt) aliter decerneretur.

3. Tandem Præpoſitus mercatorum & decuriones vrbis intentionem ſuam præfatam in Senatum proſecuti ſunt, & nuper à prouiſionali decreto præfatorum redactioni illi præſidentium appellauerunt & admiſſi ſunt eccleſiaſticis auditis, Senatúſque decreuit primum illum controuerſorum articulorum qui erat *nu.* 58. à noſtris conſuetudinibus eradendum & delendum, & quòd reliqui controuerſi articuli hac de re, nullam vim haberent iuris vel conſuetudinis, & quòd in locum dicti erronei articuli 58. adſcriberetur in noſtris conſuetudinibus in vim legis ſeu veræ & homologatæ conſuetudinis articulus ille iuſtiſſimus & æquiſſimus: quem authoritate præfati Senatuſconſulti 10. Maij anno ſalutis ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſeptimo lati poſui ſuprà in ipſo text. noſtræ conſuetudinis Gallico. *nu.* 58. reliquis tribus ex ſententia eiuſdem ſanctiſſimi Senatuſconſulti prætermiſſis, eo quòd nullam vim conſuetudinis habere declarati ſunt.

4. Quorum

4. Quorum tamen ad ampliſſimi Senatus noſtri iuſtitiam & æquitatem perpetuo commendandam vtque gratiam illi cunctiſque, nobiſcum æquitatem legum zelantibus ſemper habeatis tenor ſequitur, videlicet primus (qui erat 58.)

Quand aucune perſonne vend, ou conſtituë rente ſur ſon heritage, l'achepteur d'icelle rente, doit les ventes au ſeigneur cenſier, ou foncier, dont eſt tenu & mouuant l'heritage, ſur lequel ledit vendeur conſtituë ladite rente. *Secundus (qui erat* 59.) *Item*, quand aucune rente conſtituée nommément ſur vn heritage tenu en cenſiue, eſt racheptée, le racheptant eſt tenu payer aux ſeigneurs cenſiers ou fonciers dont eſt tenu & mouuant ledit heritage, les ventes dudit rachapt. *Tertius* (*qui erat* 60.) *Item*, quand on vend & conſtituë rente ſur vn heritage, lequel on oblige nommément & ſpecialement à icelle rente, & generalement tous ſes autres biens & heritages: au ſeigneur cenſier ou foncier dont eſt tenu & mouuant en cenſiue ledit heritage nommément & ſpecialement obligé à ladite rente, appartiennent tous les droicts de ventes & ſaiſines de ladite vente. *Quartus* (*qui erat* 61.) *Item*, quand aucun vend ou conſtituë rente generale ſur tous ſes biens & heritages, ſans en ſpecifier aucuns, & leſdits heritages generalement obligez ſont vendus par decret ou autrement à prix d'argent, & ſur le prix de l'achapt deſdits heritages, la rente ainſi conſtituée generalement y eſt prinſe & racheptée: celuy qui rachepte ladite rente, eſt tenu payer au ſeigneur cenſier & foncier de l'heritage dont procedent les deniers dudit rachapt, les ventes d'iceluy rachapt.

5. Amanuenſes mei qui anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo & ſequenti in mundum vt typis excudenda redigerentur, quæ ſuper his tunc elaboraui, teſtificari poſſent quàm acri ſtudio niſus ſum præfatos quatuor articulos vi rationum & argumentorum ad bonum & æquum reducere, duo genera redituum diſcernendo, vt in §. *præcedenti nu.* 10. & ad primum rariſſimum genus quo minùs officerent reſtringendo, vt etiam tetigi in libro meo commercio. & vſura. Latinè edito anno 1545. *nu.* 129. & rurſus compendiosè Gallicè edito Chriſtianiſſimo Regi noſtro dicato & in manus dato initio Regni ſui *nu.* 143. vbi remitto ad laborioſos & prolixos in §. 58. huius conſuetudinis & in tres tunc ſequentes. §. §. commentarios meos, qui nunc pro media ferè parte ſuperuacui ſunt beneficio breuis illius & ſententioſiſſimi ſupremi noſtri Senatus oraculi, quod vtinam ante ſeptemdecim annos editum fuiſſet: multis enim vel Herculeis laboribus defunctus fuiſſem, qui tamen non fuerunt inanes ſententiâ meâ tam celebri Senatuſconſulto tandem confirmata.

6. Apparet enim Senatuſconſultum loqui de ſecundo illo genere redituum, vt primus omnium diſtinxi ſup. §. *præced. nu.* 10. & in aliis prius à me editis libris, quia de illo genere erat tota contentio, pro qua decidenda latum eſt hoc Arreſtum, vt patet ex verbis & integro tenore illius. In dictis ergo redditibus cauſa redimendi vſus æris alieni factis & ſemper redimibilibus planè, abſolutè & ſine vlla exceptione procedit arreſtum & æquiſſimus iſte text. vt non ſolùm locus non ſit laudimiis: ſed nullis omnino alijs iuribus dominicalibus, nec de conſtitutione, nec de redemptione: in redditibus autem heterogeneis videlicet primi generis, quamuis locus non ſit laudimiis quocunque modo conſtituatur & conſtituti vendantur, vtpote deficiente eorum ſubiecto *ſup. eo. nu.* 1. tamen locus eſſe poteſt indemnitati iurium dominicalium, vt mox oſtendam poſtquam quæ ex ſanctiſſimo illo Senatuſconſulto ſuperſunt breuiter expoſuerimus.

7. Primò enim ſtatim poſt hunc text. iuſtè & æquiſſimè conſtitutum reſeruat ius repetendi his qui priùs ſoluerunt laudimia ſub prætextu prætenſæ conſuetudinis in libro noſtrarum conſuetudinũ ſcriptæ, ſed controuerſæ & nec diffinitiuè nec prouiſionaliter admiſſæ videlicet in art. qui erat 59. de redemptione horum redituum. Et etiam ſub prætextu decreti prouiſionalis dictorum redactioni præſidentium, videlicet de conſtitutionibus horum redituum occaſione dicti articuli qui erat 58. idque ioſtiſſimè tanquam indebitè exactum. Quod autem ſup. §. 33. *q.* 5. *n.* 33. ſcripſi dominum directum non teneri reſtituere iura recepta ex cauſa nulla vel quæ reſoluitur niſi inquantum eſt locupletior *l. ſi non ſortem* §. *Libertus. l. in ſumma.* §. *in fraudem de condict. indeb.* intelligendum eſt ſecundum thema quod ibi propoſui, & quando iura ſoluuntur ex cauſa habili, vt debeantur, & adhuc quando nullitas vel reſolutio non fuit nota domino directo qui bona fide recepit, etiam dicta iura loquuntur, ſecus quando ſciebat cauſam ad hæc iura producenda habilem eſſe nullam vel breui reſoluendam, vt in caſu in quo conſului & per eiuſdem Senatus arreſtum tandem obtinui *ſup.* 33. *num.* 10. quia tunc tenetur etiam ſi non ſit locupletior, vt etiam dixi in *tract. Vſura. q.* 17. *nu.* 198. quia ſcienter recipiendo ex cauſa reſolubili ad hoc ſe obligat & non tam quaſi contrahit, vt in §. *item ſi qui. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contractu naſcuntur*, quàm verè licet tacitè contrahit propter ſcientiam, vt dixi ſuprà §. 78. *gl* 1. *num.* 23. igitur multò fortiùs recipiens ex cauſa inhabili ad obligationem, & ſic ſciens vel ſcire debens eſſe indebitum, vt omnino ſciebant ſi qui receperunt ex cauſa redemptionis, ſed etiam ex cauſa conſtitutionis ſcire debebant articulum illum 58. fuiſſe controuerſum & ad ſupremum hunc Senatum remiſſum, nec interim niſi prouiſionaliter & parũ conſultè contra alios indubitatos articulos ſuprà eodem nu. 2. admiſſum. quamquam autem ſoluentes non minorem ſcientiæ cauſam habeant: tamen non præſumuntur ſponte ſoluiſſe nec donaſſe dum metuunt inquietari. ſa. nota. in *l.* 2. *C. de his quæ vim &c. ve. can. &c. ſup.* §. 76. Quòd ſi creditores poſſunt repetere à dominis quibus temerè ſoluerunt: multomagis debitores ſi creditoribus (etiam qui ea ſoluerunt) refuderint, poſſunt ab eiſdem non ſolum à dominis directis repetere, per ea quæ dixi in *tract. Vſur. quæſt.* 6.

8. Dico tamen quòd iſti qui ex capite conſtitutionis reditus ante triginta annos receperunt, exceptione præſcriptionis ſubductis omnibus legitimis interruptionibus de quibus j. *tit.* 4. ſeſe tueri poſſunt, quia propter colorẽ dicti prouiſionalis decreti non videtur in mala fide. Sed his ſi qui ſunt (puto enim nullos eſſe) qui ex capite redemptionis receperint, propter malam fidem non incepit præſcriptio currere, ſaltem quamdiu vixerunt, ſed bene hæredibus illorum, vt dixi j. §. 68.

9. Secundò prouidentia Senatus in mente ſua retentum & iuris eſſe iuxta *l. omnium. C. de reſt.* declarauit, quòd quoties res ipſa venderetur ad onus huiuſmodi vulgarium redituum ſiue voluntariè extra ius, ſiue publica licitatione & decreto iudicis, debebuntur laudimia, non ſolum de pecunia per emptorem numerata, ſed etiam de ſorte principali huiuſmodi redituum qui partem pretij faciunt & omnino pro mobili in

pecuniam recidenti hoc reſpectu habentur, vt dixi in §. *præcedenti nu.* 16. & ſic ampliſſimus ordo iuris exploratiſſimi eſſe declarauit : quod ex his commentariis deſumptum ſcripſi in dicto compendio Gallico contract. reditu & vſura. *q* 8. *num.* 143. *verſi. & auſi quand.* Et quod ante viginti annos eodem ſenſu edidi ſuprà §. 10. *glo.* 5. *q.* 10. *&* §. 33. *q.* 18. *in prin.* Et intellige venditum ad onus cum effectu ſcilicet quando id agitur, vt emptor teneatur id oneris ferre donec redimat ad commodum venditoris vel alterius cui venditor conſultum voluit, etiam ſi non dicatur quòd emptor teneatur redimere & exonerare obligatione, ſed tantum ſoluere.

10. Secus ſi emit ad onus ſimplicis hypothecæ, ſiue mentione facta de hypotheca, ſed hoc acto quòd venditor teneretur totum reditum ſoluere, & indemnem reddere emptorem : quia tunc nulla laudimia debet emptor de æſtimatione reditus quem non ſuſcipit in effectu, ſed de pretio conuento dumtaxat, etiam ſi metu inquietationis dictæ hypothecæ res vilius æſtimata & vendita fuerit : quia ex quo emptor hoc oneris, ex compacto non ſubit, non eſt pars pretij, nec eſt in conſideratione quò multis caſibus aut ſuſpicionibus res vilius venderetur, nec domini directi conqueri poſſunt, ſicut è diuerſo lucrum capiunt quoties quauis occaſione vel affectu contingit rem plus iuſto vænire.

11. Idem ſi venditor non permittit indemnem reddere emptorem, ſed ei cedit iura & remedia euictionis vel recurſus qualia habet, vt ſæpe vſuuenit dum is qui ſine onere emit, poſtea cognita hypotheca alij reuendit hoc expreſſo : quia etiam ſi minoris vendat dominus ex hac reuenditione noua quidem capiet laudimia, ſed pro rata pretioli conuenti tantùm, non autem pro rata reditus quem non tenetur emptor ſubire in vim contractus, ſed in vim poſſeſſionis & hypothecæ tantùm vt j. §. 70. Eſt enim ſimilis ei qui aleam emit, quia pretium non augetur nec minuitur quantumuis alea ſit lucroſa vel damnoſa. *l. ſi iactum retir. de actione empt. l. periculi pretium* de nautico fœnore, quam vero ſuo ſenſui reſtitui in *tractat. commercio. & vſura. q.* 3. Quòd ſi pretium non augetur nec minuitur, ergo nec gabella nec laudimium quod ad ratam pretij metitur, ſupra §. 76 Siue igitur recurſus euictionis huic emptori ceſſus ſit efficax ſiue non, non addit nec diminuit domino directo.

12. Secus quando quis vendit ad onus prætenſi reditus qui prætenditur deberi per ipſum venditorem fortè tanquam hæredem conſtituentis vel tanquam poſſeſſorem aliorum prædiorum hypothecatorum prætenſo reditui à quo ſe vel alia bona ſua vult exonerari per emptorem, iſte caſus non eſt ſimilis priori in quo venditor (qui non tenetur niſi quia & quamdiu poſſidet, vt j. §. 70.) non vult ſe nec reliqua bona ſua per emptorem exonerari, ſed tantum non vult obligari ad euictionem huius rei : hîc autem etiam vult ſe vel ſua exonerari, & ſic onus illud prætenſum eſt pars pretij, ſed incerta, & ſic dicendum ſicut de eo qui emit pretio partim certo, partim incerto : quia pro rata certi laudimia ſunt liquida : pro rata verò incerti liquidanda ſiue per relationem ad aliud vel alias.

13. Et in hoc dico quando res nihilominus væniit circiter iuſto pretio, dominus directus non eſt admiſſibilis ad inquirendam de illo onere prætenſo non liquido : videtur enim neglectum nec pretij loco appoſitum, ſed ad litem vel dubitationem futuram vitandam ex quo nihilominus ad iuſtum circiter pretium ventum eſt. faciunt not. 3. §. 78. *gl.* 1. *num.* 125. *&* 140. Aut verò propter illud prætenſum onus mobiliare, vt terminis vulgaris praxis vtar, res notabiliter væniit minus iuſto pretio : & tunc debent laudimia ſuppleri pro rata reliquæ iuſtæ æſtimationis rei, & onus illud videtur tanti æſtimatum quanti notabiliter res ea reſpectu depreciata minuſque vendita eſt : nec poteſt in his meliùs, breuiùs aut æquiùs decerni.

14. Seriosè autem dixi onus mobiliare (vt illud de quo loquimur) ne quis ſtatim idem opinetur quando propter aliud onus non mobiliare res notabiliter minùs venditur : non enim debent tunc laudimia ſuppleri nec pro rata æſtimationis oneris, nec pro rata reſiduæ æſtimationis rei, vt cum quis vendit ad onus vſusfructus, ſiue pro ſe ad vitam ſuam vel ad vitam alterius nunc retenti & conſtituti : ſiue priùs conſtituti & ad alium pertinentis, non enim debentur laudimia, niſi de ſolo pretio conuento, non autem de æſtimatione dicti vſusfructus : quia eſt ius immobile retentum. Et hoc niſi appareret de fraude & colore quæſito, vt dixi 3. §. 78. *gl.* 3. *in fin.* vel niſi conſtaret vſumfructum illum redimibilem eſſe pretio taxato vel taxando, quia tunc videtur quid mobile per no. 3. §. 33. *q.* 18.

15. Adde quòd hoc ſenatuſconſultum trahitur retrò, non enim nouam fecit, ſed veterem quæ vera & legitima erat, (notha & ſpuria reiecta,) cauſa cognita declarauit & homologauit. Liquet enim præcedentes articulos 73. 74. 78. fuiſſe veram & legitimam conſuetudinem, & ab omnibus ordinibus concorditer pro talibus agnitos & comprobatos. Sed illi (vt s. *nu.* 1.) neceſſario concludunt nulla eſſe laudimia, niſi cùm res ipſa cenſualis venditur : quatuor verò illi articuli *ſup. nu.* 4. controuerſi fuerunt, imò à maiori etiam & ſanioti parte improbati. Et præterquam quòd apertam duritiam & iniquitatem habet, numquam prælati illi eccleſiaſtici talem eſſe conſuetudinem probare potuerunt, prout etiam nunquam in iudicio (quod ſciam) vſi ſunt, etiam ſi vltra triginta annos aſſiduus fuero in foro, omnia forenſia diligenter exquirens : imò eccleſiaſtici omnes ea modeſtia fuerunt vt nunquam exigere conati ſunt nec ea de re moleſtiam vllam vnquam cuiquam fecerunt. Et ita generaliter in aliis prouinciis huius Regni obſeruandum. Memini etiam ita Ambiani è ſententia mea iudicatum anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo nono paulo poſt Paſcha. Nunc textualibus expeditis, ad reliquum materiæ accedo neceſſaria tantùm & vtilia è veteribus meis commentariis ſeligens.

16. ¶ QVÆRO * primò : Titius prædium ſuum cenſuale conceſſit Caio, pro ſe & ſuis in perpetuum, & ad onus cenſus debiti domino, & ad onus decem librarum perpetui & fundiarij reditus Titio ſuiſque annuatim ſoluendi, certum eſt nulla laudimia inde deberi quamuis in feudo deberetur integrum releuium, vt diximus ſuprà §. 51. *qu.* 11. *num.* 51. Item certum eſt quod ſi etiam mediante pecunia conceſſio facta ſit quod vt in feudo deberetur quintum pretij de pecunia, & releuium de reſiduo æſtimationis feudi : ita in cenſu pro rata pecuniæ dumtaxat laudimia debentur & præterea nihil, niſi ſolidus Pariſienſis pro inueſtitura. Sed q. eſt quando poſtea Caius vel eius hæres vendet fundum ad onus cenſus & dicti reditus. an de æſtimatione dicti reditus debeantur laudimia ? Hanc q. quæ plura habet capita, olim fuſiſſimè diſputaui. Nunc breuiter reſoluendo dico nulla vi ipſa deberi laudimia pro rata reditus nec aliter, ſed pro rata pecuniæ ab emptore fundi numeratæ dumtaxat, ſed dominus via actionis petere poteſt indemnem ſe ſeruari, quæ ſingula probo : Aut enim dices laudimia pro rata reditus deberi ab iſto venditore, & eſt impoſſibile dupléxque abſurditas, quia non vendit reditum, nec vllum ius ad eum, & dato quod venderet, laudimia non debeantur à venditore ſupra §. 78.

17. Aut dices deberi ab emptore, & adhuc impoſſibile eſt triplici ratione : prima quia non emit reditum, ſecunda quia non emit rem integram, ſed tantò diminutam, & ſic non poteſt debere laudimia niſi quatenus emit, vt emptor partis pro parte tantùm ; tertia quia non poteſt ea deberi niſi pro rata pretij quod

* Thoma.

debet venditori ſuo & quatenus debet, vt diximus *ſuprà* §.78.*gl.*1.*q.*3.*num.* 41. 42. Porrò dici nequit quòd debeat pro æſtimatione dicti reditus per illud Senatuſconſultum: quia quamuis debeat illum reditum deinceps ſubire vel ſoluere, & ab eo venditorem exonerare: tamen non eſt reditus pretio conſtitutus, nullámque ſortem habet pecuniariam, & ſic prorſus deficiunt verba ſenatuſconſulti, & conſequenter eius diſpoſitio quæ adaptari nequit. Aut dices deberi à creditore, & adhuc impoſſibilius: quia primò non eſt cenſuarius, nihil tenet in cenſum, ſecundo nihil facit neque emit, neque vendit. Quod ſi non debet ea de prima conceſſione in reditum, ergo multò minùs de his quæ poſtea fiunt à recipiente vel eius ſucceſſoribus, *l. debitorum. cum l.ſeq. C. de pact.* Nec obſtat quod concedendo in cenſum cenſetur retinuiſſe hanc partem rei, tum quia hic reditus quamuis omnino iure immobilium cenſeatur, vt dictum eſt ſ. §.94 *nu.*8. tamen non eſt pars rei niſi fictè: tum nullo modo tenetur in cenſum: tum etiam ſi vera eſſet pars fundi, & in cenſum teneretur, adhuc ſequeretur oppoſitum, videlicet nulla laudimia deberi de venditione fundi ad onus reditus, ſed de venditione iuris ipſius reditus, quando contingeret vendi, quod dici nequit cum non ſit res cenſualis.

18. Nulla ergo eſt à ſufficienti omnium partium enumeratione obligatio nec actio laudimiorum hoc reſpectu, & tamen tale onus cùm ſit perpetuum & notabiliter minuens iura dominica, quamuis ipſo iure imponi poſſit, quia non habemus hîc conſuetudinem prohibitiuam vt ſunt, Aruerniæ, Niuernis & in quibuſdam locis, vt dixi ſ. §.74.*gl.*1.*in fi* tamen domino conquerente ſtare non debet eius præiudicium. Si enim cenſuarius non poteſt ſeruitutem grauem in præiudicium domini directi imponere nec formam rei quæ tempore primæ inueſtituræ & conceſſionis in cenſum erat, in deterius notabili damno domini mutare, vt diximus ſ. §.52. *nu.* 2. *cum ſeq.* igitur multò minùs poteſt reditum perpetuum non redimibilem, vel etiam cuius redemptio non ſperatur imponere niſi indemnitati domini directi conſulendo.

19. Quoties ergo fundus venditur ad onus reditus perpetui, vel etiam ad onus alterius ſeruitutis perpetuæ notabiliter valorem rei & laudimia præſentia & futura diminuentis, puta ſeruitutis, viæ, vel iuris paſcendi, aut vſus tali familiæ in perpetuum, poteſt dominus petere aut onus remoueri, aut indemnitati ſuæ conſuli per ea quæ in ſimili feudo & emphyteuſi dixi ſupra §.51.*q.*12 *n.*57. & per tex.in *l.vlt.verſi.bis tamen perſonis quæ non ſolent. C. de iure emphyt. & in l.ſi quis presbyter.§. neque enim iuſtum eſt. C.de epiſcop. & cleric. fac. l. quemadmodum. l. per colonum. C. de agricol. & cenſit. lib.*11 *c.*1.*in fi. quib. mod. feud. amitt. c.*1.§.*quid ergo.*§. *e contrario. de inueſtit. de re aliena facta in vſib. feud.*

20. Poterit ergo dominus in ius vocare creditorem & poſſeſſorem ad hoc, vt condemnentur dictum reditum extinguere vel ſe indemnem reddere infra certũ competentem terminum quem puto eſſe debere infra annum, vt in ſimili diximus quando res alienatur in manum mortuam, ſ. §.33. *n.*140. §.41. *n.*60. quo lapſo moroſi mulctentur, vel ad ſummum fundus vendatur ad onus cenſus & de pretio dictus reditus redimatur, niſi creditor conſentiat reditum illum cenſualem fieri, ſeu laudimiis obnoxium quoties ius illud reditus vendetur, vel fundus cui ſeruitus attributa eſt, quæ eſt pleniſſima & ſufficientiſſima indemnitas. quæ tamen non eſt ad viuum exigenda, quia perinde eſſet ac ſi parte fundi vendita, totus fundus vendi fingeretur, vt deberentur laudimia de toto, quod eſſet iniuſtum: ſi ergo noua laudimia adijciantur, aliquid de eis detrahendum erit. Tum ex eo quod res oneratæ ſæpius væneunt quàm liberæ. Multum aptè & æquabiliter huic indemnitati prouidet conſuetudo Senonenſ. §.127. *&* 229. in veteri qui ſunt §. 231. *&* 232. in noua vbi fundo vendito ad onus reditus fundiarij, etiam de reditu ad rationem decimæ tantùm æſtimato debentur laudimia. Et ſi talis reditus per ſe venditur, debentur de pretio: poteſt etiam aliis modis communi conſenſu vel bonorum & prudentum arbitrio indemnitati domini etiam reditu manente conſuli. Sed dominus non tenetur indemnitatem ſemel vnica ſumma ſoluta recipere: quia non tenetur futura iura ſua vendere nec inueſtire creditorem reditus de illo reditu niſi velit. Quædam etiam conſuetudines reditum ipſum fundiarium tanquam partem rei cenſualis facientem, ipſo iure ſine alia diſpoſitione hominis ſubijciunt laudimiis quoties reditus ipſe venditur pro indemnitate domini, vt Bleſenſ. §.125. *&* 126. Carnot. §.30. Dunenſis. §. 41. Aurelianenſis. §.110. & intelligendum de reditu perpetuo non de conceſſione ad vitam, ſicut nec de vſufructu totius debetur, quicquid eccleſiaſtici cõtenderint.

21. Idem vt indemnitati domini prouidendum ſit, ſi cenſuarius alicui & ſuis ſucceſſoribus vel eccleſiæ aut hoſpitali legatum annuum reliquerit ſuper fundo cenſuali: non enim refert an fundiarius vel impoſititius ſit reſpectu domini directi: ſed an ſua notabiliter interſit, nec eius indemnitati prouiſum ſit vt debet. ad hoc pulchrè *fac. l. inter quos.* §. *primò, in fin. de damno infecto.* vbi actio damni infecti, id eſt ad præcauendum contra damnum futurum & imminens, non ſolùm datur domino vtili & poſſeſſori, ſed etiam domino directo: quia ſua intereſt ne ruina totius ſuperficiei ſecuta fraudetur in penſione percipienda. Redeundo ad rem, ſecus ſi reditus (non vetus ſed per idem legatum nouus conſtitutus, idem thema continuando) eſſet alicui ſimpliciter legatus, quia cùm intelligatur annuus, cenſetur ad illius vitam *l. ſi in ſingulos. de annuis lega. l. ſi Stichum, in fi. de verborum oblig. l. in annualibus. C. de leg.* Idem in donatione cauſa mortis *l. Senatus.* §. *vlt. de donatio. cauſa mortis:* & per regulam *l. vlt. C. de mortis cauſa donatio. gloſſ. in dict. l. ſi in ſingulos.* & Barto. ibi & in *l. cùm notiſſimi. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Cùm enim legatus vel etiam venditus vſusfructus totius fundi non cadat in laudimia, nec dominus indemnitatem petere poſſit, cùm ſit temporalis, & quòd vna aut altera vice tantum & minora laudimia habiturus ſit, non eſt in conſideratione in iſtis caſualibus & ab arbitrio alieno dependentibus. multò minus legato vel donato reditu annuo temporali vitam non excedente. Secus ſi legatus eſſet reditus annuus alicui & eius ſucceſſoribus *d. l. in annalibus. C. de legatis.*

22. § SECVNDO quæro retento præcedentis quæſtionis themate ſuprà *num.* 16. quid ſi Caius reditum illum redimit. Breuiter diſtinguo: aut intra breue tempus, puta intra annum, & videtur emiſſe fundum, etiam ſi accipiendo in reditum nullum nummum dederit, alioquin locus eſſet apertus fraudibus: quia volentes vendere & emere ſine laudimiis, facerent huiuſmodi conceſſionem in reditum quem recipiens paulò poſt redimeret pretio iam pacto vel paciſcendo faciunt quæ dixi ſ. § 78.*gl.* 3. *nu.* 31. de eo qui vendidit fundum retento vſufructu, quem paulò poſt eidem vendit quod emptor dicitur integrum fundum particulatim emiſſe. Idem ſi Caius per interpoſitam perſonam reditum redimat. Idem ſi poſt annum vel longius interuallum dummodo adſint aliæ præſumptiones quę interuallum compenſent, ſecus data iuſta cauſa excludente præſumptionem quod hoc præmeditatum fuerit tempore conceſſionis in reditum: vnde ſi cùm Titius non eſſet venditurus reditum, Caius redemit ab eius hærede, nulla laudimia debet, nec dominus poteſt culpæ aſcribere factum ex quo lucrum ſentit reique conditio melior facta eſt *l. cùm in feudo* §. *quòd ſi mulier. & ibi gl. de iure dot.* & multo minus

ſi vrgente domino & indemnitatem exigente redemit: tum etiam deinceps res ſine onere venderetur & maiora laudimia debebuntur. Idem ſi Titius in teſtamento legauerit Caio ius redimendi dictum reditum, valet enim legatum *l. & ſi æquo. de leg.* 1. *l. ſi fundus ad L. Falci.* nec præſumitur fraus niſi ſint coniecturæ præmeditationis. vt ſi Caius volebat ab infirmo emere, & teſtamentum & mors Titij de propinquo ſecuta ſint.

21. Et quamuis quælibet cauſa excuſet à dolo vbi requiritur machinatio doloſa & ſine alterius detrimento, vt in *l. igitur §. poteſt. de liberali cauſa.* per gl. & Bal. in *l. plagij* 2 *C. ad l. Fauiam de plagia. quæ ita debent reſtringi.* Secus eſt vbi de injuſto alterius damno agitur, tunc enim ad excludendam præſumptionem quæ oritur ex vicinitate actuum, noua alia & iuſta cauſa requiritur niſi materia fraudis deficiente, vt quando Titius non alienauit fundum, ſed vt ſ. *eo. n.* 21. reditum perpetuum ſuper eodem fundo donauit vel legauit Caio à quo ipſe vel eius hæres redemit: deeſt enim hîc materia fraudis qualiſcunque fuerit illo reditus, quia Caius nunquam acquiſiuit fundum qui conſequenter nunquam venditus fuit, & ſic nullis laudimiis locus eſſe poteſt cùm res cenſualis nec verè nec præſumptivè vendita fuerit.

24. TERTIO quæro dictum eſt ſ. *nu.* 6. non referre an reditus ſit fundiarius vel impoſititicius: quid ergo ſi ſit redimibilis quamquam pecunia non conſtituta, puta Titius conceſſit ad onus cenſus erga dominium, & certi perpetui reditus erga ſe redimibilis tamen pro certa ſumma. Vel legauit certum reditum ſuper fundo cenſuali Caio & hæredibus, ita vt hæres ſuus datis centum luere vel redimere poſſet, an debeatur laudimia? Breuiter omiſſis diſputationibus meis ante ſeptemdecim annos in mundum redactis reſoluendo, dico nulla deberi laudimia de huiuſmodi legato vel conceſſione in reditum, ſed de redemptione debetur ſi redimitur ab eo qui acquiſiuit ad hoc onus, iuxta not. in §. præced. ſed à legatario nihil penitus debetur. At ſi non redimit ſed vendit fundum ad onus dicti reditus, tunc neceſſario diſtinguendum dico. Aut eſt redimibilis ad rationem duodecimæ ſeu duodecim in unum, & tunc omino debentur laudimia non ſolùm de pretio numerato, ſed etiam de æſtimatione dicti reditus, id eſt de ſumma qua redimi poteſt, quæ eſt eius vera iudicatura, & ſic toties quoties res vendetur cum tali vel ſimili onere. quia talis reditus reſpectu tertij habentis intereſſe cenſetur quid mobile, prout etiam propter ſui grauitatem de facili redimi ſolet, vt dixi in *tract. vſura. Latino & in Gallico. q.* 8.

25. Idem multo magis ſi talis reditus eſt redimibilis minori ſumma, puta ad rationem decem, octo, vel ſex in vnum, prout ſine metu aut ſuſpicione vſurarum fieri poteſt in teſtamento, vt latè probaui in *tract. commercio. & vſurar. q.* 73. imo etiam in quibuſuis liberalibus conceſſionibus inter vivos, pecunia videlicet aut ſimili commutatione, & conſequenter materia vſuræ deficiente, id eſt ab eo qui non recipit pecuniam. Idem dico ſi redimibilis ſit ad rationem quindecim in vnum, vel ſemiſſis vſuræ aut circa.

26. Sed an ſtatim debeant ſolui laudimia pro tali reditus, ſive antiqui, ſive nunc ab emptore conſtituti? videretur quod non, quia acquiſitor dilationem habet ſoluendæ partis pretij hoc reſpectu, & ſic vt ſup. §. 78. 73 *n.* 41 *cum ſeq.* Contrarium dico quia non habet dilationem gratis, ſed illam emit vel recompenſat, & ſic habere non videtur, nec ob eam dilationem res pluris venditur: recompenſatur enim dilatio graui imo ſupremo reditu. Idem tamen ſi leuiore quocunque reditu, quia iſta non eſt dilatio pretij, ſed in ſolutum pretij, datur reditus tanta pecunia æſtimatus, igitur putè laudimia debentur. Aut vero redimibilis eſt ad rationem quincuncis vel minoris vſuræ, & quia hoc nouam inuentionem & reſolutionem exigit à nobis elaboratam reijcio in q. ſeq.

27. § QVARTO quæro, Titius ſuper fundo cenſuali mediante pecunia ſibi data, conſtituit reditum perpetuum redimibilem ad rationem triginta in vnũ. Certum eſt quod de hac venditione nulla debentur laudimia, nec per debitorem nec per creditorem, niſi vbi alia eſt conſuetudo loci (vt Carnot. §. 48.) quæ vult creditorem quaſi emptorem ſtatim teneri: quæ ſuo loco ſeruanda eſt: nec etiam de redemptione debebuntur quandocunque redimetur. deeſt enim ſubjectum laudimiorum, quia res cenſualis non venditur, vt ſup. *eo. nu.* 1. Sed quando poſtea Titius vendet fundum ad onus dicti reditus cum effectu, videlicet, vt emptor teneatur illum ſoluere & continuare vel redimere ad exonerationem venditoris, an debeantur laudimia etiam de pretio ſeu ſorte principali conſtitutionis huius reditus? O inſuliam quæſtionem, exclamabunt multi pragmatici. quis enim dubitat cùm ſit præiudicata ſententia ſenatuſconſulti ampliſſimi ordinis exarata ſup. *eo. nu.* 9. quo etiam ceſſante iuſtum dubium non videtur, alioquin laudimia notabiliter & ferè in totum diminuerentur. Nec obſtat quod hoc caſu multum augentur laudimia reſpectu reditus propter magnitudinem ſortis redemptionis, quia etiam diminuuntur reſpectu fundi qui tanto vilius venderetur quanto reditus ille difficilius & maiori pretio redimendus eſt. Atqui ego non ſolùm dubitabilem, ſed in oppoſitum decidendam q. formabo etiam in longè fortioribus terminis, id eſt qui per prædicta longè minùs dubitabiles viderentur.

28. Fac fundum ſine onere dicti reditus valentem 240. libras iuſto pretio ſemel ſoluendo, vendi 220. libris, & ad onus cum effectu reditus perpetui 10. librarum redimibilis pro 200. libris. Quæro an emptor debeat laudimia tam de 200. libris ſortis dicti reditus, quàm de 120. libris numeratis? Exclamabunt, quis dubitat? Ego vero puto hoc caſu iniquum eſſe, quia laudimia ad ſummam non debent excedere vnciam iuſtæ totalis æſtimationis fundi venditi, per text. & eius rationem, ſup. §. 76. Sed excederent vnciæ totius fundi æſtimationem & valorem de tertia parte. Cùm enim fundus non valeat vltra 240. laudimia non poſſunt excedere 20. ſed hîc aſcendunt ad 26. cum beſſe vnius, & ferè ad 27. libras, videlicet ad 26 libras 13. ſolidos & 4. denarios. Replicabunt acribodicæi (quæ magna turba eſt) formularum magis quàm naturæ & æquitatis conſulti: quid ad annos, vel ad cenſuales dominos? ſibi imputet emptor quia ita contraxit & nimio emit: laudimia enim non ad valorem rei, ſed ad placitum & conuentum pretium metiuntur. d. §. 76 cuius partem facit ſors reditus, ad cuius onus emitur. & ita præiudicio ſenatuſconſulti declaratum eſt: vtque dominus non poteſt conqueri ſi partibus placuit vilius vendere: ita nec partes queri poſſunt poſtquam eis placuit pluris vendere & emere: par eſt ratio lucri & damni, vtriuſque eadẽ regula & diſciplina: & ſive reditus ſit redimibilis maiori vel minori ſumma, nõ refert.

29. Quia plus aut minùs non conſtituunt ſpecificam differentiam, vt tenet Bar. in *l. imperium. col.* 3. *num.* 9. *de iuriſd. omn. iudi in l.* 1. *in princ. col.* 3. *nu.* 8. & ibi Iaſ. in *col.* 14. *de acqui. vel amit. poſſ.* & vbique per *l. vlt.* (*excepto ſummario ſuo ibi*) *de fundo inſtru. lega.* Cæpol. in *tract. de ſeruit. vrba. præd. c.* 24. *col. antepen.* Soci. in *rub. n.* 122. *C. de ſenten. quæ pro eo quòd intereſt proferunt.*

30. Atqui ego dico hanc replicam, videlicet laudimia metiri ad pretium, veram eſſe de vero ipſo conuento pretio, vel alio quod promiſcuam recipit functionem & æquipollentiam cum pretio & numis, vt dixi s. §. 78. *in prin.* Sed hîc iſte reditus quamuis redimibilis, primò non recipit functionem nec æquipollẽtiam cum ſorte ſua quæ ſuperualet, nec poſſet reditus

iſte communiter tanti vendi, cùm liceat de tali ducentarum librarum ſorte acquirere reditum paritet redimibilem 16. librarum 13. ſolidorum & trientis annotum, & ſic plus tertia parte maiorem iſto reditu decem librarum, cuius etiam ſors plus dimidia parte, videlicet ſemiſſe & ſextante, excedit communem æſtimationem & ſortem huiuſmodi reditus. Secundo dico quòd iſte reditus ad rationem quincuncis vſuræ magis accedit rei immobili, quàm reditus vulgares ad rationem beſſalis vſuræ vel circa qui mobilibus magis accedunt, vt cenſus communis oſtendit, & patet in *tract. mer. redit. & vſura. in hac n.* 53. & *q.* 5. in Latino & in Gallico *num.* 25. *& q.* 1. 8. *&* 11.

31. Et maxima eſt inter vtroſque differentia, quia reditus ad rationem vnius pro duodecim, non ſolum inſitam & innatam, ſed neceſſariam habet (vt ita loquar) redimibilitatem, ita quòd in contrarium paciſci non poteſt, ſed nec etiam vllo temporis ſpatio præſcribi, vt claris etiam demonſtrationibus probaui in *tract. commercio. & vſura. q.* 17. *in Latino. & q.* 3. *in Gallico.* & libris meis in lucem emiſſis opinio mea eiuſdem ampliſſimi & æquiſſimi * Senatus arreſtis comprobata eſt vetuſto errore obliterato, vt anno domini ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſeptimo, more Gallico ad finem Februarij iudicatum in Senatu pro Thoma Rapouél, contra Faronem Carpentarium in eodem Senatu aduocatum, multa etiam antiqua & recentia iudicia pro temporis præſcriptione contra redemptionem petitam, fruſtra poſt veritatem à nobis patefactam producentem.

* Arreſtum.

32. Reditus autem rationem vnius pro viginti, innatam & inſitam habet qualitatem oppoſitam: quia ſecundū communem ſententiam non eſt redimibilis, niſi expreſsè conuentum fuerit, & vt ſatis patet rectè perpendenti, diluendo obiectum ſup. *nu.* 29. hæc non tam eſt qualitas quàm proprium, ſeu verius differentia ſpecifica, & ab hac plures aliæ differentiæ & accidentia profluunt, vt etiam in duo genera diffundantur in §. *præced. nu.* 10. hinc eſt enim quòd prior vulgatus reditus proprie non habet vicem rei immobilis, ſed mobilis, vt etiam dixi ſupra §. 41. *nu.* 96. poſterior autem propriè rei immobilis inſtar habet, quare rectè gerit vicem portionis rei immobilis, ſuper qua debetur, quod priori nullomodo congruit. In priori accidit frequenter & faciliter redimi, poſteriori non æque, ptior nulla temporis præſcriptione fieri poteſt non redimibilis, ſed bene poſterior: ſic patet ſolutio quæſtionis.

33. Tum hæc iura laudimiorum quæ ex contractibus oriuntur, debent eorum ſapere naturam, & ad vſum rationem & commerciorum attemperari. ſed clarum eſt quod ex promiſcuo vſu commerciorum, huiuſmodi reditus ad rationem vnius pro duodecim non habetur niſi pro mobili, & pro tantùm pecuniæ, quantùm ſors aſcendit, & habet ſe æquipollenter ſeu antiſtrephòs ad ſortem, vt dixi in *tract. commercio. & vſur. n.* 129. 272. 377. 444. *& q.* 5. § 13. *gl.* 5. *q.* 10. *ad fi.* § 13. *q.* 18. quod nō eſt in reditu ad rationē vnius pro viginti; aut enim eſt redimibilis, & reditus non conuertitur nec æquiualet ſorti, ſed ſuperualet ſors vltra dimidiā, quare non ſolet de facili redimi aut non eſt redimibilis, & omnino pro immobili & portione rei habetur.

34. Patet etiam reducendo * ad praxim & vſum quotidianum: ſi enim fundus qui venditur ſit oneratus centum librarum reditu redimibili pro mille ducentis, tantum eſt emptori addere mille ducentas libras pretio: quantùm ſuſcipere hoc onus, & hæc conuertuntur, quia in pretio & valore æquipollent. Quicquid ſit de accidentali commoditate emptoris in numerando præſentem pecuniam vel non, de qua quantum ad præſens non refert, vt patet à ratione communiter accidentium & promiſcui vſus: quia aut emptor habet pecuniam paratam & otioſam, & ſtatim ſoluet mille ducenta, malens ſortem repræſentare quam vſuris incumbere, & ſic non intereſt an emat præſenti pecunia venditor ſoluenda ſine onere dicti reditus, an emat cum onere reditus deducto ſorte. Aut verò emptor non habet tantam pecuniam otioſam, & tunc vtile eſt ei emere ad onus dicti reditus erga creditorem venditoris, vel erga ſuum venditorem cui ſimilem reditum conſtituet tantiſper dum reſiduum pretium parabit, & ſic rurſus patet de alia æquipollentia, idem videlicet eſſe, quòd quis emat ad onus reditus ſoluendi tertio, vel ad onus reditus ſoluendi ipſimet venditori.

* Præx.

35. Sed clarum eſt (& nemo inficiàs ibit) quòd ſi cenſuarius vendat pro mille & ad onus 25 librarum annui reditus erga ſe toties quoties redimibilis pro trecentis libris: quòd tunc indiſtinctè & ſtatim debentur integra laudimia de toto, videlicet de mille trecentis, quia tanti res cenſetur & verè eſt vendita. huiuſmodi enim reditus nihil aliud eſt quàm res venditioni expoſita & certo ad hoc pretio æſtimata: idque pro indubitato habetur indiſtinctè hoc caſu, ſiue reditus huiuſmodi de nouo conſtitutus per emptorem aſſignetur ſuper re empta, ſiue ſuper alia re, ſiue ſuper omnibus bonis in genere, ſiue nulla fiat aſſignatio, ſed ſimplex verbalis promiſſio: igitur idem omnino dicendum ſi prædium cenſuale vendatur ad onus reditus huiuſmodi tertio debiti ſuper re vendita, quemadmodum idem omnino dicendum, ſi res cenſualis non ſit ſpecialiter huic reditui ſuppoſita, vendatur tamen ad onus huiuſmodi reditus debiti à venditore ſuper alia re ſpecialiter, vt ſuper omnibus bonis eius generaliter tantùm. Sed ſi fundus væneat ad onus 60. librarum reditus redimibilis pro mille ducentis, ſiue ad rationem viginti pro vno, non eſt idem, nec conuertuntur addere pretio mille ducentas libras præſenti pecunia. aut reditum ſexaginta librarum dumtaxat interim ſuſcipere, quoniam ſuſceptio huiuſmodi reditus eſt minus, quam numeratio tantę ſortis, quę paulò infra duplum ſuperualet reditui, & ſic ſecundum promiſcuum vſum (in eo quòd vt plurimum, quod debet attendi *l. in his. iura conſtituit. de legib.*) emptor faciliùs poterit induci ad emendum, & ad augendum principale pretium, (idque notabiliter) emendo ad onus 60. librarum reditus, quàm emendo ad onus centum librarum reditus pari ſum...a redimibilis.

36. Hinc clarè conſequitur non eſſe iuſtum quòd dominus cenſualis in d. themate ſ. *num.* 28. exigat laudimia de toto pretio conuento, & etiam de tota ſorte reditus redimibilis ad rationem 20. pro vno, & multo minùs in themate principij huius q. ſup. *eo. nu.* 27. igitur reſpectu huius reditus non debet ea habere ad rationem ſortis redemptionis, nunquam fortaſſis futuræ, ſed ad rationem communis valoris, quo ſecundum promiſcuum vſum communiter venditum fuiſſet nomen & ius dicti reditus, tempore venditionis fundi. Certum eſt autem quod ſecundum communem vſum & æſtimationem, non videretur tanti quanti poteſt redimi, quia non æquialet ſorti, ſed valet minus etiam longè infra dimidiam iuſti pretij & communis æſtimationis reddituum redimibilium. Et ſic ſubtiliter omnia perpendendo neceſſarium eſt conſtituere differentiam inter reditus ad rationem vnius pro duodecim vel viginti, ſpectant enim ad duo diſtincta genera, vt dixi in §. *præcedenti num.* 10.

73. Vt autem non ſit neceſſe hos reditus aliter æſtimare, nec inter reditus intermedios (puta ad rationem ſemiſſis vſuræ vel circa) ſubdiſtinguere, & ad omnem intricationem vitandam & ad ſtatuendam expeditam vnam æquitatis proportionē, dico præcisè ſtandum declarationi ampliſſimi ordinis ſ. *eo. nu.* 9. in ſuis veris terminis in quibus propriè loquitur, videlicet in promiſcuis iſtis reditibus ad rationem duodecimæ vel etiam quindecimæ aut circa. in aliis autem redditibus quoquo maiori pretio redimibilibus, eidem

declarationi ſenatus ſtandum ſub hac breui & æquiſſima moderatione, vel laudimia contemplatione maiorum & inſolitarum ſortium quorumdam reddituum auctа, non debeant in totum excedere vnciam ſeu duodecimam totalis æſtimationis fundi ſine onere directi reditus iuſtè æſtimari. Hoc enim æquilibrio fiet, vt domini directi in iure ſuo integro conſeruati nec damnificentur nec nimis ſuperlucrentur præſertim de egeſtate cenſuariorum, vtque cenſuarij nec plus iuſto grauentur nec dominos defraudent: huius autem noſtri gnomonis non ſolùm æquitas euidens eſt, ſed etiam neceſſitas, vt in themate q. ſupra *eo.nu.*27. quia alioquin duplicia ferè eſſent laudimia. Cùm enim non debeant ad ſummum duodecimam rei excedere, aſcenderent ferè ad duplum, videlicet de viginti ad triginta quinque, vt calculus demonſtrat in reditu redimibili ad rationem triginta in vnum: quod ſi fortè redimibilis eſſet ad rationem quadraginta in vnum, laudimia aſcenderent ad quadraginta tria cum triente & ſic vltra duas vncias & quadrantem.

38. Ex his habes breuem, expeditam & exactiſſimè diſcuſſam doctrinam, * vt hic §. quamuis proprie loquatur de vulgaribus reditibus duodecimæ, tamen habet locum generaliter, & multò magis in omni alio reditu quocunque pretio conſtituto, vt nec de conſtitutione, nec de redemptione, ſine neceſſaria, ſiue voluntaria, nec de venditione nominis aut iuris reditus quicquam debeatur, & multo magis in reditibus fundiariis niſi quando redimuntur ab acquiſitore fundi, ita vt redemptio recidat in vicem pretij & fraudem emptionis, *vt ſupra eo. qu.* 2. *num.* 22. & pariter, vt declaratio ſenatus de qua ſupra *eo. num.* 9. quamuis propriè loquatur in vulgaribus reditibus neceſſariò redimibilibus, *vt* ꝫ *eo. nu.*6. tamen generaliter procedit & ampliatur in omni reditu quocunque pretio & cuiuſcunque qualitatis ſit ſiue impoſititius, ſiue fundiarius, ſiue mediante pecunia, ſiue ſine pecunia, ſiue pro ſupplemento immobilium vel aliàs quouiſmodo conſtitutus, ſiue ſuper eadem re, ſiue ſuper alia aſſignatus, ſiue ſui origine, ſiue poſtea pacto vel diſpoſitione vltimæ voluntatis, vt ſup. *eo.nu.*22. *in fi.num.*25. factus ſit redimibilis, ſiue ex antiquo priuilegio domorum ampliſſimæ huius vrbis, ſiue ex edicto anni 1539. ſiue aliàs etiam ſi ſit tantùm ad tempus redimibilis, dummodo tempore venditionis fundi ad onus huius reditus redimibilis eſſet. ſaluo vt in reditu * redimibili ad rationem viginti in vnum vel maiorem, laudimia non excedant vnicam æſtimationis fundi ſine onere reditus factam.

Ampliatio.

* Modificatio.

39. Summa * fundo cenſuali vendito ad onus reditus duodecimæ vel quindecimæ, ſors huiuſmodi reditus qui pro mobili in his habetur indiſtinctè, eſt pars pretij in taxa laudimiorum. Vendito verò fundo ad onus reditus ad rationem viginti in vnum vel maiorem redimibilis: idem cum moderatione vncia valoris fundi excedetur: fundo verò vendito ad onus reditus vel alterius oneris perpetui non redimibilis, petente domino directo ratio habenda erit indemnitatis, *vt* ꝫ *q.*1. *n.*16.17. Ratio differentiæ euidens eſt ex prædictis, quia reditus duodecimæ vel quindecimæ ſunt quid æſtimatũ & promiſcuæ redemptioni & functioni cum pecunia expoſitum: ideo mero iure ſunt pars pretij & mero iure cadunt in taxam laudimiorum: ſecus de redimibilibus ad rationẽ quincuncis vel maioris ſortis quæ non ita æquipollent mobili, ideo non cadunt de ſe in taxam laudimiorum, nec ex eo proprie quod ſint pars pretij, cuius proprie & æquipollenti functione non ſunt pars, ſed tantum veniunt in rationem laudimiorum propter intereſſe domini directi, & ſic ſufficit illum indemnem reddi, quod eſt quamprimum laudimia aſcendunt vnciam valoris fundi. Reditus vero perpetui & non redimibiles nullomodo cadere poſſunt in rationem laudimiorum, ſed aliter erit conſulendum indemnitati domini directi.

* Summa 1.

40. Quod ergo in hoc §. dicitur non deberi laudimia nec de conſtitutione nec de redemptione huius promiſcui reditus, verum eſt quando conſtitutio aut redemptio reditus ſtat per ſe, id eſt ſine venditione vel emptione veri fundi cenſualis quantumuis hypothecetur vel eximatur hypotheca, ſecus ſi admiſceretur pretio venditionis ipſius fundi. Vnde ſi vendo tibi fundum cenſualem primo pro huiuſmodi reditu quem nunc ſuper eodem fundo conſtituis, vel ſecundo ſi pro reditu veteri tibi debito ab alio ſuper alia re quem mihi cedis, vel tertio pro ſimili reditu quem tibi debeo, debes laudimia de ſorte huiuſmodi reditus, quia vel tu conſtituis de nouo, vel cedis illum pro pretio fundi empti: vel pro eo do tibi fundum in ſolutum, & ſic ſemper eſt totum pretium vel pars pretij. amplio etiam ſi non dicam me vendere, ſed permutare, excepto ſecundo caſu in quo diſtinguendum, *vt* ꝫ. *eo.nu.*79. & ſic in veritate conſtitutio aut redemptio huiuſmodi reditus inquantum talis nunquam cadit in laudimia: ſed ſolum inquantum intrat & conſtituit pretium veræ venditionis ipſius fundi cenſualis, & ſic ſi eſſet reditus fundiarius vel ad rationem trientariæ vſuræ quæ eſt vera & legalis indicatura redituum non redimibilium qui fundis & immobilibus æquiparantur, vt eſt tex. in *l.* 3. §. *item ſi reipub. ad l. Falcid.* vt primus omnium declaraui in *tract. commercio. & vſura. nu.* 112. poſſet dici permutatio & non venditio, & ſic non deberentur laudimia.

41. Et conſequenter valde neceſſaria eſt diſtinctio noſtra horum reddituum & diſtributio in duo genera, de qua in §. *præcedenti num.* 10. non ſolùm in noſtra conſuetudine, ſed etiam in aliis huius Regni, imo etiam in patria iuris ſcripti, in toto Regno, & quocunque locorum laudimiis vtuntur. Et præſertim in illis conſuetudinibus quæ volunt laudimia deberi de reditibus ſpecialiter venditis ſeu pretio conſtitutis ſuper prædio cenſuali, vt conſuetudo de Lorris hoc tit. §. 25 non enim debet intelligi de reditibus promiſcuis neceſſario redimibilibus quæ ſpectant ad ſecundum genus: ſed de reditibus primi generis tanto pretio emptis, vt poſſint eſſe non redimibiles, vt patet per eandem conſuetudinem §. 23. *eo. tit.* vbi præſupponit reditus, de quibus loquitur, poſſe permutari cum prædiis. Item præſuponit facultatem redimendi poſſe limitatam eſſe ad tempus: ergo de reditu conſtituto ad rationem viginti in vnum ad minus, vel maiori ſorte, vt poſſit recipere facultatem redimendi ad tempus, & eſſe vel fieri redimibilis. ſecus ergo in reditibus ſecundi generis quibus non quadrat gerere vicem immobilium, & in quibus dicta limitatio redimendi vel qualitas non redimendi cadere non poteſt.

42. Et ſic omnia verba conſuetudinis de eadem materia quæ ſimul debent jungi, non conueniunt prout neceſſe eſt omnia verificari priuſquam diſpoſitio locum habeat, iuxta *glo.* 4. *ver. aduocandum*: & ibi Iaco. Butric. Salic. *C. de ſeruis fugit* Ludo. Roma. *ſing.* 489. vt dixi ſup. §. 20. *gl.* 3. *n.* 5. quib. adde Franc. Aret. *conſ.*157 *col. vlt.* Soci. *l.* 1. §. *ſi quis quadringenta. ad Trebell.*119. *lib.*4. And. Alciatum in *c. cùm non ab homine. nu.*9. *de iudic. in c. accidentes. col.*2. *de præſcript.* Philip. Deci. *conſ.*201. *nu.*1. vbi in annot. dixi. Adhuc per eandem conſuetudinem *d.* § 33. *iuncto* §. 78. *tit.*1. *des fiefs*, ad quem tacitè refertur ſi facultas redimendi reditum ſit ad nouem annos limitata tanto pretio, vt poſſit congruere huic pacto, vt dixi, tum redimendo infra illud tempus, neque de cõſtitutione neq; de redemprione laudimia debentur: aliàs de conſtitutione ſpeciali ſuper fundo cenſuali huiuſmodi reditus qui gerit partem fundi & rei immobilis, & de nominis eiuſdem reditus venditione, ſed non de redemptione (quando redimibilis erat laudimia) debentur.

43. Ita etiam debet declarari & reſtringi con-

Digitized by Google

* Aurelian. suetudo * Aurelianenſis §. 112. quæ etiam ferè in omnibus ſymboliſat cum dicta conſuetudine de Lorris: olim enim ambæ fuerunt eadem conſuetudo. Ita etiã

* Meldunen. debet intelligi conſuetudo * Meldunenſis §. 127. imo etiam ſeſe ita reſtringit & declarat §. 131. vbi præſupponit huiuſmodi reditum quo de loquitur poſſe redimibilem eſſe ad quinque vel etiam ad duos annos tantùm, & ſic neceſſariò conſtitutum ad rationem viginti in vnum vel maiori pretio: & conſequenter non loquitur niſi de reditibus primi generis. Et generaliter idem dicendum in omni conſuetudine ſimpliciter dicente de conſtitutione reditus ſuper fundo cenſuali ſpecialiter impoſiti laudimia deberi, vt omnino debeat reſtringi ad reditus primi generis.

44. Non autem intelligi de reditibus iſtis promiſcuis qui pro ſimplici hypotheca mobiliari in commerciis & contractibus habentur, in quibus nulla ratio, nulla æquitas, nulla iuſtitia eſt laudimia ſoluendi, nullum intereſſe domini directi: quia fundus ipſe nullo modo venditur nec mutat manum, & quoties ad onus talis reditus vendentur laudimia nullo modo minuentur, & hoc ipſa viua & naturalis iuſtitia dictat quæ vim legis habet. *l. cùm ratio naturalis.* & ibi Alberi. in *prin. de bonis damnato. l. ſiue oportet. §. ſufficit de excuſa. tutor. l. 3. §. ſi liber. ibi, naturali æquitate motus*, & ibi Iaſon, *de condict. cauſa data.* Bald. *c. paſtoralis. in fi. de cauſa poſſ. & proprier. c. 1. col. vl. de iureiur. & hoc eſt quod dixi ſup. eod. num. 3.* Hunc text. & ſanctiſſimum illud Senatuſconſultum locum habere debere in toto regno naturali ipſa æquitate & iuſtitia dictante quæ nullis locis clauditur, vt dixi ſuprà in *proœmio.*

45. Ita etiam neceſſariò debet intelligi conſuetudo

* Conſuetu. Biturcen. * Biturcenſis hoc tit. §. 8. & 9. vbi vult de conſtitutione reditus ſuper certo prædio cenſuali laudimia deberi, ſicut de venditione fundi: debet enim intelligi de reditu primi generis, etiam per eandem eiuſdem conſuetudinis expoſitionem. quia §. 8. excipit quando reditus eſt redimibilis infra tempus minus decennio, & infra idem tempus redimitur. vt tunc nulla iura debeantur. & ſic neceſſariò ſeſe reſtringit ad reditum qui poteſt ferre talem conuentionem & eſſe irredimibilis, & conſequenter ad reditus primi generis. Quòd ſi qua conſuetudo de his loquens non inueniatur ſe ipſam reſtringere, *vt Carnotenſis. §. 47. Biſſenſis. §. 115. Dunenſis. §. 41. cum ſeq.* debet tamen ita reſtringi & temperari ne aliàs reprehenſionem & iniquitatem habeat *l. Saluius Ariſto. de leg. præſtan. facturus quæ dixi ſup. §. 13. glo. 4. n. 8.* Ex quibus liquet etiam quod duo illi articuli videlicet. 195. & 196. controuerſi in

* Meldenſis. conſuetudine * Meldenſi, & omnium ordinum conſenſu ad ſupremum noſtrum ſenatum remiſſi, non loquuntur de his promiſcuis reditibus in quibus dubium non fuiſſet ceſſare laudimia: ſed de reditibus temporariis, id eſt qui non redemptione, ſed tempore, puta vita creditoris finiuntur, & de perpetuis non redimibilibus & ſic ad primum genus ſpectantibus. In prioribus autem ratio ſuadet non deberi ſicut nec de venditione vſufructus. In poſterioribus autem indemnitati domini directi conſulendum, vt prudentiſſimus & æquiſſimus noſter Senatus, ſiue ad inſtar conſuetudinis Senonenſis ꝛ. *ea. nu. 20.* ſiue aliàs, vt faciendum videbit, æquabiliter decernet.

46. Quædam verò conſuetudines etiam expreſsè declarãt nullis laudimiis locum eſſe in reditibus etiam pecunia conſtitutis quos vocant *rentes generales vt Pictauienſis. §. 19. Andenſis. §. 161 §. 295. Cœnomanenſis. §. 178. Engoliſmenſis. §. 16. 17.* niſi fundi ipſi ad valorem reditus annui venditi tradantur fruendi creditori pro reditu: quod genus contractus vocant *rente en aſſiette*, quia tunc conſuetudines illæ idem iudicant ac ſi fundi illi eſſent venditi. *vt Cenomanenſis. § 310. Andenſis. §. 295.* quòd tamen ſanè eſt intelligendum, vide-

licet quando huiuſmodi aſſignatio in prædiis per creditorem fruendis fit tali pretio quo fundus perpetuò & abſolutè vendi poſſet in aſſignatione perpetua nec redimibili, vel quanti iuſtè venderetur ſub facultate redimendi in aſſignatione redimibili.

47. Aliud eſt enim Antichreſis vel Antipoche etiam præciſa, de qua dixi in *tract. commercio. & vſura. q. 35.* quæ non poteſt repeti niſi reddendo ſortem, etiam quam creditor non poteſt repetere. Aliud aſſignatio de qua illæ conſuetudines loquuntur. ſi enim ageretur de ſecuritate reditus promiſcui ad rationem quindecimæ vel circa, dato prædio eius valoris donec redimatur, nulla laudimia deberentur etiam in terminis dictarum conſuetudinum: non enim eſſet *rente en aſſiette*, de qua loquuntur dictæ conſuetudines, ſed ſimplex ſecuritas reditus vſurarij perpetuo redimibilis & impræſcriptibilis, & nullum dominium in creditorem tranſiret, ſed tantum hypothecaria poſſeſſio, vt dixi in *tract. vſura. q. 17. 19. 35. num. 268.* traditio autem in hypothecam non operatur laudimia deberi. Et multò minùs ſimplex hypotheca ſiue generalis tantum, ſiue ſpecialis tantum, ſiue ſpecialis cum generalitate omnium. Nec inter hæc diſtinguunt dictæ conſuetudines: ſed omnes vocant *Rentes generales*, niſi quando fundi non ſolùm traduntur, ſed etiam transferuntur pro reditu. ſa. quod ſæpè in iure verbum aſſignare dominij tranſlationem importat *l. 1. & per to. de aſſignandis lib. inſt. de aſſig. lib.* per to. Iaſ. & alij in *l. traditionib. C. de pact. in l ſi fundum per fideicommiſſum. de leg. 1 do.* de S. Gemi. in *c. ſi beneficia. col. 1. de præben. in 6.*

48. Quando verò deberur reditus ex legato vel ſupplemento diuiſionis hæreditariæ, vel permutationis fundorum aut aliàs, & actum, vt detur in aſſignatione prædiorum, illa perpetua aſſignatio idẽ eſt quod permutatio vel datio in ſolutum pro iure immobili: quod ſi actum ſit vt certa pecunia redimi poſſit, idem eſt ac de fundo legato vel donato, vt tamen redimi poſſit, & de tali redemptione debebuntur iura dominicalia ex quo non fuerunt debita de conceſſione. Aut verò ad rationem quincuncis vel trientariæ vſuræ vel maiori ſorte conuenit de reditu in prædiis aſſignando, & tunc ſi quidem perpetuò ſine facultate redimendi, debentur laudimia ſicut de vẽditione fundi abſoluta: ſi verò addita ſit facultas redimendi, iudicatur ſicut de fundo vendito ſub facultate redimendi, itaque ſi facultas ſit infra tempus, modicum infra quod ſecundum conſuetudinem loci, vt ꝛ. §. 78. *glo. 1.* licet vendere & redimere ſine laudimiis, ceſſabunt laudimia redemptione ſecuta infra illud tempus, aliàs redemptione protracta longius tempus debentur de aſſignatione, ſed non de redemptione: & redemptione ſecuta poſt tempus redimendi, debentur de vtroque.

49. His enim vltimis caſibus non eſt antichreſis: ſed venditio, & dominiũ tranſfertur. ideo abſq; dubio creditor, * qui iam non eſt creditor, ſed dominus, poſſet etiam ad beneficia eccleſiaſtica præſentare priuatiuè ad aſſignantem & omnia facere quæ verus dominus, ſecus in ſimplici antichreſi reditus, promiſcui cauſa temporarij æris alieni facti, quia creditor non poſſet vti iure patronatus inde dependentis ad beneficia eccleſiaſtica. *c. cùm Bertholdus.* & ibi Panor. Feli. extra *de re iudic.* Alex. Iaſ. *l. diuortio. §. ſi vir in fundo ſolut. matr.* Iaſ. *l. creditori. de oper. no. nunciat.* Roch. Curtius in *tract. de iure patrona. verſic. ipſe vel is à quo q. 27.* fa. qua dixi ꝛ. §. 37. *glo. 10. in princ.* quia non percipit fructus niſi in ſolutum vſurarum, cum quibus præſentatio ad beneficia eccleſiaſtica non poteſt habere functionem, & hoc niſi ex mandato generali vel vicariatu domini ſeu debitoris, iuxta non in *c. vlt. de conceſſ. præb.* tetigi in annot. ad Phil. Dec. in *c. paſtoralis, §. quoniam. nu. 4. de reſcrip. conſ. 541.*

* Creditor nõ præſentat ad beneficia.

50. Ex prædictis apparet quòd ſi reditus iam crea-

by Google

tus perpetuus nec redimibilis detur pro fundo, permutatio est: si verò redimibilis ad rationem quindecimæ vel circa, venditio est: si verò ad rationem quincuncis vsuræ vel maiorem, permutatio est saluis aliis circunstantiis fraudis, vt ꝛ. §. 20. *gloss. 5. q. 10. §. 33. q. 18.* nisi fundus detur in solutum vel permutatum ipsimet creditori: quia si reditus redimibilis est, venditio est *arg. l. 1. C. de rerum permut.* & omnia iura quæ ex venditionibus oriuntur locum habent, vt dixi *supra* §. 20 *gloss. 5. quæst.* 10. Saluo quod si dans fundum incepit & remansit in terminis donationis, tunc quatenus fundus notabiliter superualet, donatio est, vt dixi *infra* §. 174.

51. Quod autem sup. nu. 9. & sæpius dictum est deberi laudimia fundo vendito ad onus promiscui reditus pecunia constituti, intelligitur in quantũ venditur ad onus cum effectu, aliàs pro rata. vnde si duo prædia sint suppositа huiusmodi reditui, & vnum venditur ad onus dicti reditus super hoc & altero prædio impositi, non debentur laudimia pro rata totius reditus, sed pro portione quam emptor debet in effectu soluere, quia quatenus habet contributionis recursum contra possessorem alterius prædij, non dicitur in effectu emere cum onere. *l. qui actionem. de reg. iur.* quamuis fundus emptus sit pro toto hypothecatus, & emptor etiam personaliter ad solidum creditori obligetur & ab eo etiam nrulum nouum insolidum & sub guarantigia conficere cogatur, iuxta not. j. §. 70.

52. Quid ergo si facienda sit æstimatio prædiorum, vt sciatur quanta debeant hoc respectu esse laudimia, cuius impensis fiet? Respondeo, cùm verisimiliter emptor appreciauerit quantum soluere & sibi contribui debeat, tenetur medio iuramento domino directo id declarare, imo istud est pars notificationis & exhibitionis literarum domino debitæ: ꝛ. §. 73. & sic dominus nullam impensam subibit. Sed quoties emptorem celasse, vel minus expressisse apparebit, locus erit pœnis tam consuetudinis ꝛ. §. 77. quàm iuris & prosecutioni iuris dominici. fac. not. *sup.* §. 78. *gloss. 4. quæst. vltim.*

53. Quid ergo si vendens ad onus reditus non est principalis quem Prototypon vocat Iustinia. *nouell. 4. in auth. de fideiuss.* sed est fideiussor, qui debet indemnis seruari à Titio principali debitore, quamuis creditori (vt principali) sine discussione etiam personaliter obligatus sit, siue ex principali contractu iure communi, siue in vim §. 70. j. *tit.* 5. Respond. nulla deberi laudimia de sorte talis reditus, quia res non venditur ad ius onus cum effectu in aliqua parte, ex quo datur remedium & recursus in totum. Idem multò magis de fundo subsidiariæ hypothecato & ad onus huius secundariæ & subsidiariæ hypothecæ vendito, vt etiam tetigi *in tract. redit. & vsura.* Gallico. *nu.* 143. *in fin.*

54. Nec obstat quod hoc vltimo & præcedenti casu *nu.* 51. res alioquin depretiatur & minùs venditur propter laborem & sumptum vel solicitudinem actiones suscipiendi & inferendi, ex quo res minùs valet, vt not. in *l. 2. C. de rescind. empt. in l. pretio rerum. ad legem Falcid.* quia satis est quod in effectu res non venditur ad id oneris de bonis, emptoris vel fructibus rei soluendum, vt non habeat dominus fundatam intentionem vltra verum pretium conuentum & solutum, quamuis aliquo accidenti res depretiata sit: quia hæc iura non tam ad viuum exiguntur ne nimis oneretur libertas commerciorum. Tum spes est exonerandi, & quòd principaliter debitor ad hoc per fideiussorem cogetur, nec imminet perpetua depretiatio.

55. Sed in his de magno etiam præiudicio, dummodo temporale sit (vt impositio vsufructus) non curatur, nec etiam de perpetuo si modicum sit, vt in impositione modicæ seruitutis, puta tigni iuncti: quia hoc respectu, iura domini incerta & casualia non debent esse in consideratione, prout è conuerso si quis vile solum accepit in censum: deinde de suo & voluntariè, non ex necessitate inuestituræ exædificat pulchram & optimam domum, vel stagnum vtilissimum, magno sumptu, aut aliàs excolendo, vel seruitutes redimendo vel acquirendo, solum notabiliter de suo etiam in quadruplo meliorat deinde vendit, laudimia debebuntur, non pro rata nudi soli accepti duntaxat, sed de toto pretio soli meliorati, non habita consideratione quod tam magna melioratio de pecunia censuarij facta est: ergo pariter dominus aliquam deteriorationem quæ notabilis non est, aut saltem non perpetua, ferre debet saltem horum censualium laudimiorum respectu.

56 Quid si quis principali debitori promiserit pro eo soluere vel eum exonerare: postea debitor vendit cum onere huiusmodi reditus ab alio soluendi vel redimendi, contra quem actiones cedit? Resp. *vt nuper. nu.* 51. 53. non deberi laudimia de huiusmodi reditu: quia etiam res verisimiliter non minoris ob id venditur, siue illa exoneratio debeatur ex contractu, siue ex testamento tertij vel cuiusuis, vt in *l. cùm hæres. de libera. legat.* quam nouo intellectu donaui, & dummodo illa exoneratio sit efficaciter debita tempore contractus: tempus enim & status præsens tempore venditionis inspicitur & qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi *l. Titius de reste. milit. l. ex facto. §. si quis autem. ad Trebell. l. in delictis. §. si extraneus. de noxal. actio. l. 2. de auro & argen. lega.* Albert. *l. & seruorum de statu hominum* Bart. in *l. percipimus. §. sanè si illustrium. C. de appellat.* Panorm. *c. sæpe. col. 4. de restit. spoliat.* Phil. Dec. *c. in præsentia. col. 34. de probat.* Alexand. *consi.* 113. *col. lib. 6. vbi* in annot. dixi. Pariter si dictus fideiussor postquam principali successit, vendit, debet laudimia de sorte reditus quia vendit ad onus cum effectu.

57. Sed quid si succedit ei qui hæredes non habet vel non est soluendo, ita quòd recursus inutilis est? Resp. non videtur habere actionem quæ inanis est. *l. nam is nullam. de dolo malo.* Fabi. de monte sancti Sauini in *tract. de empt. & vendit. in 5. q. principali & totius tract. col. 78.* Quid si vendit cum onere & periculo dubio recursus? Respondeo, si modicum detrahitur de iusto pretio rei, non est in consideratione: si verò multum, tum recurrendum ad id quod ꝛ. *eo. nu.* 12. diximus de vendito ad onus iuris prætensi habita etiam consideratione an periculum illud perpetuum & successiuum futurum sit, an verò breui finiendum. Hæc sufficerent, sed ne pereant quæ ex antiquis commentarijs meis vtilia sunt & ante sexdecim annos in mundum redacta, satis vidimus de reditibus perpetuis fundiarijs & impositicijs.

58. ¶ QVINTO igitur quæro de reditibus fundiarijs ad tempus? Hanc q. diuido in duas. Aut enim concessio ipsa temporalis est, aut perpetua, quamuis reditus temporalis. Primo casu sit hæc q. Quidam prædium censuale concessit ad certum reditum annuum præter censum, Titio ad eius vitam vel etiam in tertiam generationem, an Titius laudimia debeat? Respondeo non, sed tantùm solidum inuestituræ. Amplio primò siue fiat ad vitam recipientis, siue concedentis, siue tertij, quia eadem est ratio. Amplio secundo, siue fiat per modum simplicis concessionis in reditum, siue in veram emphyteusim. fallit si fiat mediante certa summa ab initio semel numeranda: quia eatenus videtur res siue concessio rei (quod idem est) vendi, & sic ex tunc laudimia debentur pro rata, & ita etiam volunt consuet. Blesenſis. § 123. Nruernen. eo. tit. §. 23. & generaliter obseruatur. Nec obstat quod in concessione limitata ad vitam recipientis non videntur deberi, sicut nec de venditione vsufructus: quia verum est si simplicem vsumfructum vendidisset, sed quia vendidit rem ipsam & omne ius

by Google

ſuum, licet ad tempus ſibi imputet qui taliter contraxit: ſed in futurum quoniam quando poſſeſſor vendet fundum ad onus huiuſmodi reditus & reuerſionis, ſiue ius ſuum temporale, non debebuntur laudimia æſtimatione dicti reditus & oneris: dico quòd ſi conceſſio ſit limitata ad vitam recipientis, non cenſentur ex tali conceſſione notabiliter lædi futura laudimia, ſicut nec venditò vel donato vſufructu vel annuo reditu ſuper ea re ad vitam dumtaxat. Si verò conceſſio, etiam ſi in terminis ſimplicis locationis concepta ſit, excedat vitam recipientis, puta in plures generationes vel vſque ad quinquaginta annos poſt eius obitum, tunc propter notabile damnum futurorum iurium, locus eſt petitioni indemnitatis pro modo maioris vel minoris temporis moderandæ.

59. Secundum caſum de perpetua conceſſione ſubdiuido in duos. Aut enim reditus eſt ad tempus incertum vel certum. Primo caſu, puta res data eſt pro centum quotannis ſoluendis concedenti ad eius vitam? Reſpondeo non deberi laudimia ex hoc contractu, nec in futurum ſi res vendatur ad onus dicti temporalis reditus, ſicut nec ſi ad onus vſufructus: quia nihil debetur pro tota oneris, ſed pretij tantum, & multò minùs ſi concedens vendat ius ſuum reditus vitalis niſi infra modicum tempus venderet vel remitteret mediante pecunia ipſi, recipienti per ea quæ dixi 3.§ 78 *gloſſ.3.nu.* 18. *& 31.* Sed ſi concedens retinuiſſet reditum etiam ad filiorum vitam vel plures generationes, locus eſſet petitioni indemnitatis domini directi. Secundo vero caſu puta re perpetuò data ad onus ſoluendi centum annua vſque ad decem annos? Breuiter dico quòd ſi penſiones ſimul cumulatæ vix aſcendunt mediam valoris rei, non cenſetur in aliquo venditio: ſed donatio retenta parte vſufructus ad tempus & nulla iura debentur nec in futurum pro rata huius oneris deberi poſſunt. Si verò aſcendunt citciter ad valorem fundi & multò magis ſi excedant, videtur venditio & pretij ſolutio in plures terminos diſtributa, vt ſuprà *eo. num.* Et multò magis ſi accepit non modicam pecuniam cum qua hæ penſiones circiter faciunt valorem fundi: debebuntur enim laudimia non ſolùm de pecunia numerata purè, verùm etiam de penſionibus, ſed in terminis ſuis per not. ſuprà §. 78. *gl.1.qu.3. nu.* 41. aliàs nil debetur. Sed quando recipiens vendet ad hoc onus: tunc non ſolùm de pretio, ſed etiam de æſtimatione reſidui oneris (quod temporale & mobiliare eſt) debebuntur. Hæc breuis & expedita veritas, nec opus eſt ingredi operoſas diſputationes de quibus per Bar. in diſput. Publicanus. & in *l.1. C. de iur. emphyt. & in l. eotem. §. qui maximos. de publ.* quas vt ſuperuacuas prætereo.

60. ¶ Sext. quæro, venditus eſt fundus ad onus decem annui reditus debiti Titio, dominus petit laudimia, etiam pro rata reditus tanquam (vt aſſolet) pro centum viginti conſtituti, emptor negat pecunia conſtitutum vel redimibilem eſſe. Certum eſt quod ſi non eſt redimibilis non debentur ſalua indemnitate, de qua in præſentiarum non quæritur: ſi vero redimibilis eſt, debentur in totum ſi ad rationem duodecimæ vel quindecimæ vel etiam paulo maiori ſorte. Quod ſi ad rationem viginti in vnum redimibilis ſit, debentur, dummodo in totum non excedant æſtimationem fundi. Qualis ergo præſumetur reditus? Reſpon. primo ſi appareat ex narratiuis contractus & dominus illis ſtare velit fundatam habet intentionem, vnde ſi emptor emat ad onus dicti reditus redimibilis ad rationem duodecimæ vel quindecimæ, non eſt aliud inquirendum per regulam *l. optimam. C. de contrab. & commit. ſtipul.* quæ locum habet non ſolùm inter ipſoſmet contrahentes eorúmve ſucceſſores etiam ſingulares, vt rectè tradunt Socin. *conſ.* 11. *col.* 1. *conſ.*13. *col.*2. *conſ.*82. *col.*2. *lib.*3. Franciſc. Aret. *conſil.* 112. *ad fin.* Aymo. Crauета. *conſ.*29. *n.*1. ſed etiam contra eoſdem ad commodum aliorum ad quos contractus ſpectat & pertinet, in quantum tamen contractus ad eos ſpectat & pertinet ſiue iure patriæ vel dominicæ poteſtatis, vt in terminis iuris ſcripti, vel quam abbas habet in monachos adminiſtrationi præpoſitos: vel quia contrahens eſt tutor, curator, inſtitor, procurator vel geſtor negotiorum domini. Vel quando iure ſpeciali conſuetudinis vel ſtatuti quæritur ex aliquo contractu ius abſenti & ignoranti nemine ſtipulante, vt domino directo vel gabellario.

61. Vnde tam in feudis quàm in cenſibus omnia verba enunciatiua contrahentium, in quantum ex illis naſci vel fundari poſſunt iura aliqua dominicalia, fidem faciunt contra eoſdem contrahentes & eorum quoſuis ſucceſſores in fauorem dominorum directorum, ad fundamentum & perceptionem reliquiorum iurium dominicalium dumtaxat, non autem ſi fortè dominus directus, non tanquam talis, ſed tanquam priuatus, quodcunque aliud ius prætendere velit, & ſe fundare in verbis enunciatiuis contrahentium, quia tunc non facient plenam fidem nec in hoc habebit locum regula dictæ legis, optimam: ſed tantùm facient præſumptionem aut iudicium quale & quantum ex circumſtantiis materiæ ſubiectæ verba enunciatiua facere poſſunt inter extraneos: de quo alibi, & hoc ſi dominus ſtare velit illis verbis, quoniam non dubitatur quin ad contrarium probandum admittatur.

62. Aut verò non exprimitur in contractu qualis ſit ille reditus, nec an vel quanti ſit redimibilis. nec fortè cui debitus ſit (quod malicioſi faciunt) & tunc dico quòd dominus poteſt eos compellere ad declarandum cui debitus, aut ſaltem præſtari ſolitus ſit, eiúſque conſtitutionem vel qualitatem: in quo tamen vltimo ſi contrahentes ignorent iuramento ſe purgare poſſunt. Poteſt etiam compelli is qui prætendit vel recepit reditum ad oſtendendum domino directo literas aut inſtrumenta conſtitutionis vel acquiſitionis dicti reditus, vel renunciare hypothecæ quam prætendit ſuper fundo alieno. quemadmodum enim tenetur domino vtili reſpectu proprietatis quam vocant: ita domino directo reſpectu directi dominij & iurium eius non tam per no. ſup. §.51. quàm ex regula & diſpoſitione iuris communis, qua prætendens ius in re quam fatetur alienam, tenetur titulum oſtendere, vt per Bald. in *l. 2. C. quomodo & quando iudic.* Quòd ſi fortè nec per literas acquiſitionis plenè appareat. puta ſi exhibeatur inſtrumentum donationis, emptionis, aut alterius acquiſitionis ab alio qui dicebat reditum huiuſmodi perpetuum ſibi deberi ſuper illo prædio, alio non expreſſo, vt ſi ſit reditus antiquus à prædeceſſoribus obuentus, inſtrumentis fortè amiſſis, ſola ſuper ſtante poſſeſſione percipiendi reditum, de qua conſtat vel in confeſſo eſt.

63. Dico primò quòd talis reditus nunquam præſumitur fundiarius, vt dixi in *tract. contract. & vſura. q.*20. *n.*212. etiam ſi deberetur eccleſiæ: & ita ſupremi noſtri Senatus arreſto circa annum 1540. domino de Hacqueuille relatore iudicatum fuit pro parochianis diui Iacobi Macelli: præſumitur ergo aduentitius ſeu impoſititius. Fallit primò ſi domino directo ab antiquo debeatur. Cum enim in eadem perſona authoris & originalis debitoris concurrat vtrumque ius cenſus & reditus, nec apparet vtrum tempore prius præſumitur vtrumque coæquæuum quemadmodum etiã vna & non plures conceſſiones præſumuntur, nec regulariter pluralitas per Franc. Aret. in *cap. in præſentia. col.*3. *not. vlt.* & ibi Philip. Deci. *col.*5. *de probatio.* Alex. *conſ.*88. *nu.*27. vbi in annotat. dixi lib.5. quamuis cenſus ordine vel dignitate præcedat: quia reditus non eſt ius dominicale, ſed fundiarium, vt dixi 5.§.74. *glo.* 1. *num.* 8. ſecus ſi conſtet reditum tempore poſteriorem. Fallit ſecundò ſi conſtet fundum fuiſſe maiorum

creditoris & reditum esse tam antiquum vt non appareat esse posteriorem alienatione prima à dictis maioribus facta, præsertim si in eodem territorio habeant ab iisdem maioribus reditus fundiarios. facit *cap. super eod. de censib.*

64. Stante verò regula quod præsumitur impositicius, non tamen præsumitur pecunia constituens, quantis hoc procliuius & frequentius sit, multis enim modis sine pecunia, puta donatione, legato, permutatione creari & constitui potest. qui ergo certam specificam constitutionis causam allegat, vel reditum redimibilem esse prætendit, probare debet, vt dixi in *tractatu commercio. & vsurar. quæst.* 19. *nu.* 213. & sic dominus interim nullam habet fundatam intentionem in laudimiis, sed tantùm in petitione indemnitatis in futurum, vt 5. *eod. nu.* 20.

65. Fallit si res vendita sita est in hac capitali Parisiorum vrbe, vel eius suburbiis: quia tunc quemadmodum emptor, fundatam habet intentionem cõtra creditorem, quod ille reditus redimibilis sit, nisi creditor infra primam dilationem probet esse fundiarium immediatè post ius clientelare vel censuale domini directi per concessionem fundi creatum per priuilegia vrbis & constitu. Carol. VII. super redemp. redit. §. 25. ita dominus directus habet intentionem fundatam contra eundem emptorem per hunc tex. iuncta passiua interpretatione dictarum constitutionum *l. non est nouum, cum seq. l. sed & posteriores. de legib.* imo etiam si statim constet reditum esse fundiarium, si tamen creditor non sit primus concedens in reditum, nec eius hæres ab intestato: sed successor titulo particulari vel etiam testamentaria institutione quæ pro legato habetur, vt diximus j. §. 1200. adhuc redimibilis est per easdem constitutiones §. 16. Sufficit autem etiam si postea quandocunque vel quomodocunque factus sit redimibilis, dummodo tempore venditionis talis sit, vt 5. *eodem nu.* 56.

66. Non autem continuò censetur redimibilis ad rationem quindecimæ, vt quidam putant per edictum anni 1559. malè intellectum & multò minus ad rationem duodecimæ, vt quidam putant per dictam constitutionẽ Caro. VII. §. 16. in fine prius intellectam. quia ibi verba: *Le denier douze monnoye*, non referuntur ad quantitatem pretij nec ad eius taxationem: sed ad qualitatem monetæ, vt debeat esse proba in pondere & materia, videlicet ad ratam duodecim denariorum argenti Regij, quæ secundum antiquas constitutiones Regias est meta & modus legitimæ monetæ, vt dixi in *tract. vsur. & monet. Latino nu.* 787. *& in Gallico n.* 293. *&* 304. debet enim iustum pretium dari nisi appareat de pretio quo fuit constitutus vel venditus, vt satis patet in dicta constitu. Caro. VII. §. 17. facit noua constitutio Henrici II. nunc regnantis promulgata mense Maio 1553. de redemptione etiam fundiariorum redituũ non minori pretio quàm ad rationem viginti in vnum. & alioquin sequeretur maxima iniquitas, videlicet quod reditus fundiarius super domo Parisiensi, qui iusto pretio non minùs æstimaretur aut venderetur quàm ad rationem vnius in triginta, vt dixi in tract. *reditu. & vsura. q.* 5. *nu.* 113. si eo vel maiori pretio venditus esset vel legatus, posset à debitore redimi longè minus dimidio, quia duodecim non paulò plus sunt quàm tertia pars triginta.

67. Quanquam autem reditus iste sit redimibilis in certo pretio (puta postquam legato mutauit manum) tamen satis est quod inuito creditore redimibilis est, & quod res vendita est ad onus reditus qui est redimibilis: Debebit ergo æstimari iusto communi pretio, nec grauatur emptor: quia tota laudimia non excedent vnciam valoris rei secundum moderationem nostram 5. *eadem nu.* 28. *nu.* 36. Quòd si constat reditum illum fuisse pecunia vel rebus mobilibus constitutum, sed nescitur quanto pretio, tunc quemadmodum per illud edictum anni 1519. emptor habet intentionem fundatam ad redimendum ad rationem quindecimæ: ita dominus directus habet intentionem fundatam ad laudimia pro rata reditus tanquam ad rationem quindecimæ redimibilis. Quod vltimum procedit in omnibus aliis vrbibus vel oppidis huius Regni & eorum suburbiis non habentibus aliud priuilegium vel statutum.

68. Ad hoc autem, vt illud edictum locum habeat, priùs constare oportet reditum pecunia constitutum licet ignoretur quanta: facit enim edictum mentionem pretij & sic præsupponit, venditione propriè & strictè sumpta reditum creatum per notab. 5. §. 24. *nu.* 1. & ita sæpè consului & obtinui: quanquam enim frequentiùs vsueniat eiusmodi reditus impositicios pecunia creatos esse.

69. Tamen communis vel etiam crebrior contingentia non sufficit contra tertium ad eum priuandum iure suo via actionis, quia contingere posset quod quis cogeretur pari redemptione ad rationem quindecimæ reditus valentis triginta in vnum, & sic duplum, & fortè fundiarij, & licet in oppidis fauorabile sit redimi, tamen iniquiùs est aliquem damno affici: & ita per huius supremi Senatus * arrestum anno sesquimillesimo quadragesimo nono iudicatum fuit pro Cœnobio Burgimedij Blesis contra quendam Tasse ciuem Blesensem. * Arrestum.

70. Sed vbi constat reditum fuisse pecunia constitutum, sed non quanta, non continuò iudicandum ad rationem duodecimæ vel quindecimæ constitutum, quamuis enim hoc frequentius & verisimilius sit, tamen non sufficit nec probat hoc esse quod ab hoc cõtingit abesse. *l. neque natales. C. de probatio.* etiam frequenter, imo etiam si frequentiùs, quicquid dicant ibi glo. & Doctor. quorum limitatio de frequenti locum habet quando non agitur de tollendo iure alteri quæsito, secus quando ius tertio quæsitum tolleretur, quia tunc necessaria est probatio vel præsumptio specifica, nec sufficit præsumptio in genere nisi concurrẽte fauore & necessitate vel maiori vtilitate Reipub. quæ iuribus priuatorum ita præfertur, vt etiam quandoque vendere cogantur, vt fauor vrbium & oppidorum, iuxta illud edictum anni 1549. & quasdam consuetudines locales, vt Montargica *tit. de retract.* §. 26. vbi idem disponit in locis suis quod illud edictum in vniuerso excipit: tamen dicta consuetudo reditus antiquos ecclesiarum, sed non postea constituendos etiam ecclesiis. Consuetudo verò Aurelianensis §. 307. de futuris tantùm, post dictæ consuetudinis redactionem anno sesquimillesimo nono factam loquitur, ideò in priùs constitutis vbi vtile erit illud edictum à quo ampliſſimus ordo Senatus nostri

71. Excepit reditus ritè amortisatos, quod est intelligendum primò de iam amortisatis, non autem de postea amortisandis: non enim deberet fieri amortisatio nisi vocato eo cuius interest, nec in præiudicium priuilegij redimendi iam quæsiti. Vnde priuilegium Caroli VII. de redemptione redituum super prædiis huius vrbis debitorum quod §. 21. excipit reditus amortisatos, debet intelligi de iam ritè amortisatis ante illud priuilegium, saltem ante eius homologationẽ & publicationẽ, quæ fuit vltimo Ianuarij anno millesimo quadringentesimo quadragesimoprimo, non autem de amortisatione secuta. fieri enim non potest in præiudicium proprietarij nisi eo vocato & consentiente, vt sæpè cum primoribus togati nostri ordinis consului. Adhuc non sufficeret simplex consensus proprietarij nisi specialis iusta causa adesset & speciale mandatum Regis cognita vocatis & auditis decurionibus huius ampliſſimæ vrbis: quia priuilegium illud non est datum singulis, sed ipsi vrbi & vniuersitati, vnde singuli etiam expressè renunciare nequeunt nec illo ingenio facere quominus dictæ constitutioni

& priuilegio ſecundum terminos ſuos locus ſit.

72. Dico etiam quòd illa exceptio præfati Senatus non intelligitur de generali amortiſamento, ſed de ſpeciali & ritè facto, vt dixi, & multò minùs de ſententia commiſſariorum expiſcandis capturis amortiſationum deputatorum, qui recepta compoſitionis ſumma dant manum leuatam tanquam de ritè & debitè amortiſato aliis non vocatis, quibus etiam nullo modo præiudicat: non enim hoc agitur & ſi forſan ageretur, commiſſarij hoc non poſſunt. Vnde cum anno ſeſquimilleſimo vigeſimoſecundo Epiſcopus Clatomontenſis cum toto ſuo clero & pro omnibus eccleſiaſticis & collegiis ſuæ diœceſis tam regularibus quàm ſæcularibus dediſſet Regi viginti quinque millia librarum, tam pro dono gratuito quàm pro finantia, vt vocant, id eſt laudatiuo amortiſationis nouarum acquiſitionum ſiue in feudis, ſiue in reditibus tam feudaliter quàm cenſualiter à Rege vel aliis ſubditis ſuis mouentium, cum clauſula, quòd ſi quis eccleſiaſticorum dictæ diœceſis vellet habere literas ſpeciales amortiſamenti ſpecificando res nouiter acquiſitas per ſua confinia quòd literæ ſpeciales ei darentur per cancellarium Regis ſine alia finantia, id eſt nihil aliud ſoluendo Regi, conſultus.

73. Reſpondi quòd edictum poſtea ſuperuentum anno 1539. non impeditur per dictam amortiſationem nec per dictam exceptionem ſenatus, quæ intelligitur de amortiſatione originali & ſpeciali ex cauſa iuſta & Reipub. neceſſaria vel vtili ad certos limites tunc præfinitos facta, puta ad conſeruandũ in perpetuum certum neceſſarium collegium vel eccleſiam ſuperioris decreto & non priuatorum affectu. Præfata autem amortiſatio non eſt huiuſmodi, quia præter id quod generalis eſt, non eſt facta cauſa cognita, nec inquiſitum an Reipub. expediret illos eccleſiaſticos tot habere reditus vel non, ſed tantùm facta eſt ad finem ne iure dominico feudali aut cenſuali cogerentur ponere extra manum ſuam: ideo ad alium finem nihil operatur *l. non omnis in prin. ſi certum. pet.* Idem reſpondi de ſimilibus amortiſationibus ab Archiepiſcopo & toto clero Bituricenſi pro 35000. libris Regi datis, obtentis. Et ſimiliter ab Epiſcopo & capitulo Pariſienſi & aliis. Iam ſatis ſupérque reſolutum eſt quomodo debentur laudimia quando res cenſualis venditur ad onus cuiuſuis reditus redimibilis.

74. Sed an etiam de ipſa redemptione debeantur quando poſſeſſor redimit reditum ſuper eadem re debitum? Fac regulam generaliſſimam quòd non, qualiſcunque reditus ſit ſiue fundiarius ſiue non, ſiue redimibilis ſiue non & à quocunque redimatur, vno ſolo caſu excepto videlicet quando redimit ab eo à quo acquiſiuit cum eo onere per transferentem retento vel à perſona interpoſita. Et in ſumma quando redemptio intrat vel facit pretium ipſius effectualis acquiſitionis rei verè cenſualis, vt ẽ. *eodem nu.* 40. *nu.* 14. *&* 22. *&* ẽ. § 78. *gl.* 3. *nu.* 18. *&* 31. vt quando cenſuarius dat feudum ad reditum non redimibilem: ſed paulò pòſt eidem vel perſonæ interpoſitæ vendit, vel per interpoſitum aut ceſſionarium recepit pretium reditus qui ſupprimitur. Res enim verè & effectualiter pecunia acquiritur, & quæ incontinenti fiunt, infunt: & alioquin ſemper liceret eludere laudimia. Secus ſi longè diu pòſt vel ex tam iuſta noua cauſa, vt tollatur præſumptio quòd hoc fuerit præmeditatum tempore conceſſionis.

75. Idem multò magis ſi dat ad redimibilem reditum: in quo notandum quòd ſi dicitur redimibilis ad rationem quindecimæ vel circa, nunquam debebuntur laudimia de redemptione, quia ſtatim purè debentur tanquam de effectuali venditione data dilatione ſolutionis pretij pro ſolidis vſuris, vt ẽ. *eod. nu.* 40. ideo non expectatur quid poſtea contingat, ſiue citò, ſiue tardè, ſiue nunquam redimatur. Et quod plus eſt hoc caſu non refert ſiue concedens dicat ſe vendere aut concedere in reditũ, vel quibuſuis verbis vtatur propter æquipollẽtiam huiuſmodi reditus tum mobili & ſorte, vt ſuprà eodem num. ideo ſtatim locus eſt vtique retractui & omnibus iuribus & conſuetudinibus de venditione loquentibus tam in feudo quàm in cenſu & aliis. imò etiam ſi acquiſitor redimat ſine pecunia, ſed dato alio fundo cenſuali, vel etiam ipſo eodem fundo ad hoc onus accepto, & reddito in ſolutum, noua laudimia tanquam de noua voluntaria venditione huius fundi debentur, niſi appareat partes ab initio voluiſſe non vendere, ſed permutare cum alio fundo recipientis, qui nondum poterat illum (forſan hypothecæ traditum vel ad tempus donatum vel occupatum) tradere, & interim compermutanti ſuo conſtitueret huiuſmodi reditum vice fructuum vel conductionis, vt in *l. ſicut emptio. l. cùm venderem. locatio.* quia tunc neque venditio fundi cenſualis eſſet neque ſimulatio aut fraus in venditionem recidens. Idem vt ſtatim & non de redemptione futura debeantur laudimia ſi cenſuarius vendat fundum pro mille, pro quibus emptor conſtituit reditum ad rationem viginti vel triginta in vnum: poſtquam enim voluerunt vendere aliud non inquiritur.

76. Sed ſi dixerint ſe concedere & recipere in reditum redimibilem pro ſumma quæ recidit ad viginti in vnum vel ad maiorem poteſt ſubeſſe vel deeſſe fraus ideo ſi paulo poſt redimatur ſiue ab ipſo concedente vel eius ceſſionario aut alia perſona interpoſita, appareat eſſe venditionem ſiue veram & effectualem acquiſitionem rei cenſualis pro pecunia: & ſic locus eſt laudimiis & omnibus iuribus ex venditione orientibus, quæ alioquin promptum eſſet eludere: & quia etiam idem eſſet in merè fundiario reditu qui paulo poſt à volente redimeretur, quanquam in conceſſione facultas redimendi data non fuiſſet, & ſic multò fortiùs quando fuit data: ſecus ſi redimeretur longè diu poſt, vel rebus mutatis & ex tam iuſta & noua cauſa, vt tollatur præſumptio præmeditationis.

77. Vt enim oportet fraudibus obuiare: ita nõ oportet libertatem & immunitatem aliorum contractuum tollere, vt etiam ſentit magiſter Io. Gerſon in tract. de contract. conſiderat. 11. & alioquin præter hoc, ſequerentur alia abſurda: vt ſi quis abiecit fundum cenſualem ad onus cenſus & in reditum perpetuum redimibilem ad rationem viginti in vnum, ſi iſte poſtea ditiori vendat cum onere dicti reditus quem mox emptor redimeret, ſequeretur inquam quod deberet duo laudimia: Primò laudimia integra etiam vſque ad vnciam valoris fundi ſine onere dicti reditus æſtimati, & rurſus laudimia de ſorte reditus redempti, quod eſſet abſurdum & iniquum: & tamen admittendum eſſet ſi diceremus accipientem in reditum redimibilem ad rationem viginti in vnum nunc debere laudimia, etiam ſi non redimeret & ſine aliis coniecturis fraudis & ſimulationis, & niſi conſtitueremus differentiam inter reditus redimibiles ad rationem quindecimæ vel circa, & redimibiles ad rationem viginti in vnum vel maioris ſortis prout maximam & realem eſſe differentiam ſatis ſupérque oſtendimus.

78. ¶ SEPTIMO ſeſe obtrudit quæſtio inter præcipuos togati noſtri ordinis controuerſa & ad me remiſſa. Quoddam feudum fuit ſubhaſtatum ad onus quinquaginta librarum reditus annui dotarij ſeu donationis propter nuptias redimibilis ſexcentis libris, quæſitum eſt an debeatur quintum pretij pro tota reditus? Suppoſito quod res non eſt vendita ad onus hypothecæ vt ſup. eod. nu. 10. ſed ad onus ſoluendi per emptorem, quidam negabant: quia iſte reditus non eſt pecunia conſtitutus, ſed donatio propter nuptias, & in eo non habet locum conſtitutio anni 1512. de non perendis reliquis vltra quinque annos. ſed hæc ratio non valet, quia etiam de reditu fundiario redimibili ad

Digitized by Google

rationem duodecimæ debetur quintum in fundo, & vncia in cenſuario prædio ad omus ſoluendi hunc reditum vẽdito. vt *vt 3. eodem quæſt. 3. q. 5. in fi.* Quidam dicebant indiſtinctè deberi quintum pretij pro rata, quod eſt ineptum. Ego reſp. Aut reditus ille erat temporalis, vt quia ſoluto matrimonio non ſuperfuerant liberi ex illo, & tunc non debetur quintum in feudo nec vncia pretij in cenſu, ſed duntaxat relevium in feudo pro rata, in cenſu verò nihil. Nihil enim ſtultius quàm huiuſmodi reditum hoc caſu redimere etiam ad vtilem rationem duodecimæ, cùm ſingulis horis extingui poſſit ſine redemptione, & in dies vilior fiat. Cum ergo non ſoleat redimi habetur pro onere vſufructus portionis fundi. Aut vero ſuperfuerunt liberi, ita quod ille reditus eſt perpetuus & ad eorum ſucceſſores perpetuò tranſmiſſibilis, vt j. §. 137. donec redimatur & ſoleat maturè redimi: quia tempore non acceſſit, debetur quintum pretij redemptionis in feudo & vncia in cenſu, & ſic finis huic §.

79 Sed rurſus 8. ſeſe obtuſit alia quæſt. feudalis partim à prædictis dependens. Primogenitus cupiens ſororio relinquere partem feudi, vt in alia prouincia, in qua domicilium habet, aliud acquirat, cedit ſororio titulo conceſſionis in reditum & permutationis partem primogeniorum dicti feudi mediante reditu annuo octoginta librarum per ſororium ſuper eadem parte feudi quæ ſita per eundem contractum conſtituto ad rationem duodecimæ redimibili, & adhuc mediante permutatione alterius reditus centum annuorum ad rationem duodecimæ per terrium olim conſtituti ſororio qui reditum illum veterem permutationis iure cedit primogenito, qui poſt tres dies vtrumque reditum vendit ſorori vxoris acquiſitoris: quæſitum eſt an relevium duntaxat an verò quintum pretij totius vel partis etiam cum ſubquinto deberetur? Videretur relevio duntaxat locum eſſe per acquiſitorem præſtando, quoniam acquiſitor nec obolum quidem ſoluit aut ſoluere tenetur cedenti: igitur non poteſt dici emiſſe nec cedens vendidiſſe, cùm neque conuenerint de vllo pretio nec acquiſitor feudi quicquam ſoluerit nec ſoluere cogi poſſit cedenti, qui pariter nullum obolum ſortis exigere poteſt, nec ab eo cui cedit nec à tertio contra quem ſibi ius cedit, & ſic vndiquaque deficit materia & ſubſtantia emptionis & venditionis nec curandum quid poſtea cum aliis cedens de iuribus ſibi quæſitis fecerit. Quibus non obſtantibus in contrarium eſt veritas, quia ex capite conceſſionis in reditum, ſicut cenſuarius dans feudum ad reditum redimibilem ad rationem duodecimæ: ſtatim cenſetur vendere non expectata redemptione recipientis qui non tenetur ſoluere reditum niſi quamdiu ſortem reddere differt, vt 3 *eodem nn. 40. n. 75.* Eralioquin eſſet imponere legem verbis: quia vendens & pro pretio acquirens huiuſmodi reditum, ſemper vteretur verbo conceſſionis in reditum.

80. Ita pariter in feudo. Et ſic iam pro rata feudi conceſſi ad reditum octoginta librarum annorum redimibilem ad rationem duodecimæ, ſtatim fuit locus quinto pretij. Pro rata verò reditus per tertium debiti compermutati quamuis ceſſantibus aliis coniecturis non ſtatim diceretur venditio: tamen attenta coniunctione perſonarum tam contrahentium, quàm eius cui primogenitus ceſſit, & brevitate temporis & quòd non agebatur de diuiſione, ſed de abſoluta alienatione vt 3. §. 33. *nn. 71.* & proportione pecuniæ per primogenitum infra triduum à ſorore vxoris ſororij receptæ ad valorem feudi ceſſi, & quòd aliàs primogenitus non erat acquiſiturus in aliena remota, ſed in ſua prouincia. Cenſui locum eſſe laudimiis vt in venditione hoc exquiſito circuitu adumbrata, & cum domino feudi componendum, vt factum fuit. Et pariter locus fuiſſet retractui proximitatis ſi acquiſitor feudi fuiſſet extraneus, & alioquin promptum eſſet effectualiter vendere, & tamen omnia hæc iura ſubminiſtrato de facili tertio iurium ceſſorum emptore illudere, vt ſuprà §. 33. *quæſt. vlt.*

81. Sed an ſit etiam locus ſubquinto pretij? Videtur quòd ſic eadem præſumptionis ſequela, cùm ex toto negotio ſatis reſultet actum eſſe, vt primogenitus omnia iura ſibi pro pretio ceſſa integra & ſine onere quinti haberet. Contrarium puto, tum quia non liquet de ſimulatione machinata apertis probationibus, nec inuenitur ipſemet acquiſitor pretium actualiter numeraſſe, ſed ceſſiſſe iura certo pretio iam æſtimata, quæ ſtatim vendita ſunt. Cùm igitur iudicetur ex præſumptionibus quanquam legitimis, tamen temperanda ſententia eſt iuxta Innocen. quem Panorm. & omnes ibi ſequen. in *cap. 1. & cap. quia veriſimile de præſumptio.* Bald. in *l. ſciant. C. de proba.* Phil. Dec. in *l. 1. & ibi* Franciſc. Purpura. *numer. 110. ſi cert. pet.* Hippol. Marſil. *l. 1. numer. 57. C. ad l. Cor. de ſicar.* Alex. *conſ. 115. in fi.* vbi in annotat. tetigi *lib. 3.* Tum ſecundò quia dominus feudi non habet intentionem fundatam in ſubquinto, niſi quando clare conſtat venditionem eſſe factam cum hoc onere, vt pretium ſit francum venditori, & ſub illa conditione loquitur conſuet. ſuprà §. 33. hinc eſt quòd ex ſubhaſtatione feudi non debetur ſubquintum, vt loco ſuo dixi: ergo priùs liquidè conſtare oporteret de dicta conditione. Et ita intelligentur quæ dixi ſuprà eadem *gl. nu. 40. & 45. & §. 20. gl. 5. q. 10. in fi. §. 33. q. 19.*

82. Alioquin ſi quis permutet fundum cum iure reditus ad rationem duodecimæ redimibilis, ſi tamen ipſe non debeat illum ſuo compermutanti cui fundum det in ſolutum, nec alij cuicunque à quo compermutans teneatur exonerare, nec etiam præſtandus ſit per ipſum compermutantem ſuper recepto fundo de nouo conſtituentem: Sed ſit antiquus reditus debitus per tertium quem creditor cum fundo alterius permutet non continuò ceſſantibus aliis coniecturis iudicanda eſt fraus vel ſimulatio. Quid enim ſi is cui obuenit feudum in loco remoto ſitum, ſolicitudini iurium dominicalium & colonorum obnoxium, malit habere reditum duodecimæ tutò collocatum in ſua ciuitate, quàm pretium vel tale feudum, ideo poſtpoſito emptore pretium numeraturo, permutat cum huiuſmodi veteri reditu in loco domicilij ſui debito: & de conſuetudine eiuſdem loci pro immobili habito & cuius redemptio de propinquo non ſperabatur. Certè alia coniectura non concurrente non dicam cenſeri venditionem, nec quintum pretij deberi in feudo, nec laudimia in cenſu, ſed tantùm relevium in feudo, & in cenſu ſolidum inueſtitura cuiuſcunque valoris res ſit, vt dixi ſuprà §. 78. *gl. 6.*

83. Et vt poſtquam incidit plenè ſemel dicam quando fundus datur pro reditu redimibili ad rationem duodecimæ, diſtinguo quatuor caſus ſub duobus mẽbris principalibus bifariam ſubdiuiſis: Aut enim dans feudum eſt debitor huiuſmodi reditus à quo vult liberari vel exonerari: aut dans fundum non eſt debitor, ſed creditor futurus huiuſmodi reditus. Hæc ſunt duo membra generalia. Primum ſubdiuido in duo. Aut enim debitor dat fundum ſuo creditori, & hic erit primus caſus: aut dat tertio & hic erit ſecundus caſus. Pariter ſecundum principale membrũ ſubdiuido in duo: aut dans fundum acquirit huiuſmodi reditum ſoluendum per ipſum recipientem conſtituentem ſuper ſe & dicto fundo huiuſmodi reditum, & hic erit tertius caſus: aut dans fundũ acquirit huiuſmodi reditum non pendendum à recipiente, ſed à tertio debitore contra quem ius ſibi ceditur, & hic erit quartus & vltimus caſus. Primo caſu quando datur per debitorem ſuo creditori, & tunc eſt vera datio in ſolutum. qui dans ſe redimit & ſe liberat, & ſic in effectualem venditionem recidit adeo vt omnibus iuribus dominicalibus, & omni retractui & proximitatis & dominico locus ſit,

ſit, vt in veta venditione etiamſi ad rationem quicuncis vel trientis redimibilis erat, vt dixi ſupra §. 20. *glo. 5. 9. in fin. & §. 33. 9. 19. aliàs 18.*

84. Secundo caſu quando fundus datur per debitorem huiuſmodi reditus non ſuo creditori, ſed tertio qui accipit ad onus ſiue ſtatim ſiue infra certum tempus redimendi, & interim ſoluendi vel exonerandi dantem, & adhuc idem, quia acquirenti adeſt fundus, & nihil abeſt niſi pecunia, & danti adeſt in effectu tantum pecuniæ quantum pro redimendo ſoluere debuiſſet. tum alioquin omnia hæc iura & conſuetudines breui manus interpoſitione perſonæ fraudarentur. volens enim accipere in ſolutum interponeret tertium, vel venditurus fundum conſtitueret huiuſmodi reditum & mox emptori daret fundum ad onus exonerandi dantem à dicto reditu, nec vteretur verbis venditionis. Tertio caſu idem, quia perinde eſt ac ſi emptor fundi donec pretium repræſentaret, huiuſmodi reditum ſuper eodem fundo conſtitueret quem paulò poſt redimeret vel indicaret alium qui ſtatim reditum illum emeret, vt ſuprà §. 33. 9. *vlt.*

85. Quarto caſu non ſtatim nec vbique cenſetur venditio niſi concurrentibus aliis coniecturis, poteſt enim eſſe permutatio ſine fraude, vt nuper dictum eſt *nu.* 82. quia hoc caſu dans fundum non ſe liberat nec liberari intendit, quia nihil debet, nec intendit pretium acquirere, quia nec cedentem nec debitorem reditus ceſſi cogere poteſt ad redimendum: nullum ergo verſatur pretium nec obligatio pretij: ſed reditus perpetuus quamquam redimibilis per tertium debitus iure permutationis ceditur, vt ſine fraude & ſimulatione fieri poteſt. & hoc niſi probetur dum tractatum eſſet de venditione ad hanc contractus formulam deuentum, eo quia ſciebant tertium illum mox redemptutum, prout factum eſt, vel actum eſſe, vt cedens emptorem indicaret & ita factum fuiſſe, & quòd aliàs permutatio non proceſſiſſet, id eſt niſi ſtatim in venditionem deriuata fuiſſet.

86. Reſpectu enim tertij habentis intereſſe, puta domini directi vel proximi retrahentis non tam exacta probatio requiritur atque inter ipſoſmet contrahentes, ſi alter velit reſcindere vel arguere ſimulationis aut falſi nec etiam reſpectu tertij ſimplex præſumptio ſufficit Bart. in *conſi. 65.* Petr. Nicol. & in *l. ſicut §. ſuperuacuum, in fi. quib. mod. pig. vel hypothec. fol.* Czpol. *tract. de ſimula. contract. col. 3. in fi.* Ad hos quatuor caſus omnes reduci poſſunt & facili methodo dedici, vt ante decem annos quæſtionem vidi eiuſmodi inter primores togati noſtri ordinis controuerſiſſimã.

87. Vaſſallus vendidit feudum pro mille & ad onus centum annui reditus debiti creditori ſuo pro mille ducentis redimibilis. Quærebatur de iure quinti denarij? multi cenſebant non deberi niſi pro rata mille pecuniæ numeratæ. Alij cenſebant hodie quidem deberi pro rata pecuniæ numeratæ: ſed poſt modum debitum iri pro rata ſortis reditus quando continget redimi. Ego verò dicebam vtramque opinionem erroneam qui nullo modo deberi pro rata reditus iniuſtum eſt, cùm emptor teneatur redimere vel exonerare venditorem. Portò non deberi pro rata reditus niſi quando redimetur abſurdum eſt, quia eſſet in facultate emptoris quando vellet reliquum quinti ſoluere. Tum venditor ſtatim ſe exonerat ac ſi redimeret. & pretium redemptionis perpetuò retinet feudo pro rata huius redemptionis in ſolutum dato. Tum aperta eſſet via fraudibus: quia venditor pridie conſtitueret reditum, deinde feudum venderet cum onere, & haberet ſolidum pretium totius fundi, & iura dominicalia non cederent niſi pro parte, & tamen venditor totius pretium recepiſſet, cuius quintum debet, nunc autem vides hanc quæſtionem clarè deciſam, quia ſpectat ad ſecundum prædictorum caſuum.

88. Idem in ſimilibus, vt etiam in ſortiori quando permutans de fundo ad fundum inuenitur infra annum vtrumque poſſidere redempto fundo à ſe dato, vt diximus ſup. §. 78. *glo. 2. nu. 8.* ita hîc quando inuenitur mox poſſidere liberè ſine onere, vt puta reditu pecunia redempto, & ſic totum per pecuniam numeratam quæ ſiuit. Sed meritò hic dixi in fortiori. Hi enim duo vltimi caſus valde ſunt alioqui diſſimiles, quia permutatio fundorum nihil de ſe habet ſuſpecti, ſed permutatio fundi cum huiuſmodi reditu ſemper ſuſpecta eſt & vix quum ſemper reſpectu tertij habentis intereſſe, pro venditione iudicetur, ideo caſus ille quartus & vltimus ſuprà *nu.* 85. valde ſtrictus eſt, & ſanè debet intelligi, non ſolùm deficiente omni alia coniectura fraudis, & toto contractu concepto in formam meræ puræ permutationis: ſed etiam concurrentibus iuſtis coniecturis hanc fraudem excludentibus, vt in ſpecie quam poſui ſup. *num.* 82.

89. Et primò dico quòd in omnibus locis in quibus de conſuetudine hi reditus inter mobilia deputantur (vt eſt in maiori parte conſuetudinum huius Regni, vt dixi ĩ. §. 94. *nu.* 7.) ſemper hæc permutatio pro venditione habetur, prout & permutatio pro re mobili certo pretio æſtimata, vt dixi ĩ. §. 20. *gloſſ. 5. nu* 49. §. 33. *num.* 2. In locis autem vbi iſte reditus quamdiu non redimitur pro immobili habetur, vt hic, poteſt concluſio dicti quarti caſus procedere, vt in ſpecie de qua ſup. *nu.* 82. & ſimili. vt ſi Pariſiis maritus vult vendere fundum vxori obuentum in loco remotiſſimo, & ob id nullius vel modicæ vtilitatis; vxor autem nullo modo vult hæredium ſuum vendere, vel in communionem labi: ſed conſentit permutari cum fundo vel reditu hîc ſito, eandem qualitatem proprij ſui hæredij ſortituro. fit itaque talis & ad hunc finem permutatio inuento quodam habente Pariſiis huiuſmodi reditum, qui in patria ſua mauult habere dictum fundum, an dices locum eſſe quinto pretij in feudo vel laudimiis in cenſu? Certè hoc caſu ſatiùs eſt immunitatem eſſe, vt dixi ſup. *num.* 82.

90. Amplio etiam ſi (reſpectu reditus) alia conſuetudo ſit in loco fundi, quia quoad qualitatem reditus inſpicitur locus vbi debetur, Lap. de Caſtello. *allegatio.* 80. *col.* 2. *in fin. allegatio.* 91. Paul. *conſi.* 319. *lib.* 1. Alex. *conſi.* 16. *col. vlt. lib.* 1. *facit l. Titium & Maeuium §.* 1. *de adminiſt. tuto. l. quæro, de ſolutio & plenè dixi* ĩ. §. 128. Et ita reſtringo quæ nuper dixi *nu.* 85. Sed in locis vbi huiuſmodi reditus inter mobilia deputantur, vt Aurelliis, Bleſis & apud Sequanos, Tricaſſes, Artheſienſes, omnino debentur laudimia domino directo fundi pro rata ſortis huiuſmodi reditus, quam-uis propter iuſtam conuentionem & ſpecialem deſtinationem ille reditus non caderet in communionem conjugum, ſed maneret inter paraphernalia & propria vxoris vt fieri poteſt & dicam ĩ. §. 108.

91. Dum hæc ſcriberem ſequens ſpecies in facto contigit de qua conſultus fui. Duo fratres Egidius & Petrus diuidendo cum cohæredibus paterna & materna obtinuerunt prædium cenſuale ſibi commune æqualiter, poſtea citra diuiſionem permutant inter ſe. Petrus cedit Egidio partem ſuam huius prædij indiuiſam pro duobus reditibus ad rationem duodecimæ debitis Egidio qui eos cedit fratri, & in ſupplementum aliquot nummos addit. Certum eſt Egidium debere laudimia pro rata pecuniæ numeratæ. Sed an etiam debeat pro rata reditus? Quod videtur, cùm hic contractus nuper factus ſit poſt reformationem conſuetudinis huius §. 58. & decretum in mente Senatus retentum, de quo ibi *nu.* 9.

92. In contrarium non deberi videtur. Primò quia illud in mente Senatus intentum loquitur primò in terminis voluntariæ venditionis vel adiudicationis neceſſariæ per decretum. Secundò loquitur quando prædium ſuppoſitum reditui venditur. Tertiò quando dicta venditio, ſit ad onus reditus debiti per venditorem

qui eſt debitor: ſoluendi verò & continuandi per emptorem. Sed hic primum deficit quia non eſt venditio, ſed permutatio ex forma contractus, & neuter contrahentium debitor eſt reditus, licet alteri debitori debeantur: deficit etiam ſecundum & tertium, quia prædium quod transfertur non eſt hypothecatum reditui, & nihil creditur ad onus, & acquirens fundum nullum debet reditum ſoluere nec redimere, & qui cedit partem fundi nullum pretium, nullam redemptionem poteſt exigere. Tum neutra pars huius prædij ſuppoſita eſt iſtis reditibus, & ſic laudimia non pereunt, tametſi non acquirantur per hunc contractum: per quem acquiri non debent etiam per illud in mente Curiæ retentum, ſed tunc demum acquirentur & debebuntur quando prædia ipſa eiſdem reditibus ſuppoſita ad onus illorum vendentur. Præterea per eandem conſuetudinem & merita cauſæ appellationis & reformationis eiuſdem: ſoli domini cenſuales prędiorũ ſpecialiter aut ad ſummum generaliter his reditibus hypothecatorum conquerebantur & conqueri poſſunt: ſed prædia iſta nullo modo nec generaliter nec ſpecialiter prædictis reditibus obnoxia ſunt: igitur cenſualis horum dominus nullo modo cõqueri poteſt, nec horum reddituum ergo quicquam iuris petere, etiã ante reformationem conſuetudinis, & ſic multo minus poſt eam quæ tendit ad laudimia horum reddituum, ergo prætenſa minuenda. Cæterum nihil retentum in mente curiæ niſi ad commodum dominorum prædiorum ſuppoſitorum, & ſic nihil ad alios.

93. Hæc quidem cum fauore liberationis multum vrgent, priorem tamen partem hac in ſpecie veriorem puto, attento quod in hoc themate fundus cenſualis & laudimiis obnoxius mutat manum, partim mediantibus nummis, partim mediantibus reditibus ad rationem duodecimæ conſtitutis & ſemper redimibilibus, qui dantur pro ipſa acquiſitione fundi cenſualis, & conſequenter faciunt partem pretij per rationem decreti mentalis curiæ: quæ declarauit nec de venditione ſeu conſtitutione, nec de redemptione huiuſmodi reddituum ſuper fundo cenſuali laudimia deberi, quia fundus non mutat manum: ſecus igitur quando mutat manum mediantibus his reditibus. Et quamuis decretum curiæ loquatur quando fundus venditur ad onus reditus paſſiuè: tamen idem eſt quando venditur vel transfertur pro huiuſmodi reditu actiuè, videlicet concedendo per adquirendum iura actiua huiuſmodi reddituum, quorum contemplatione tanto minus nummorum numerat vt hic: ſicut è contrario quando adquiſitor non cedit ſed recipit iura reddituum paſſiuè, hoc eſt, per ſe ſoluenda, quorum contemplatione tanto minus pecuniæ numerat, vtrobique enim eadem ratio: Ergo idem ius. Tum arreſtum ſeu retentum in mente curiæ non eſt limitandum ad formulam venditionis quam contrahentes mutare poſſunt. Ergo idem eſſe debet in æquiqollenti: igitur debet intelligi tam ex parte venditionis quàm emptoris ſeu alienantis & acquirentis: loquitur autem in adquirente ad onus reditus, per adquirentem ſoluendi vel redimendi quo cedens ſe onerat. Ergo idem vice verſa ſi alienans fundum cenſualem recipit huiuſmodi reditum ſibi ceſſum propecunia. Tum hæc in diem recidunt, vendis vt exonereris huiuſmodi reditu paſſiuo à te debito, & vendis pro huiuſmodi reditu actiuo tibi cedendo.

94. Præterea ſi hæc immunitas admitteretur ſemper eius via pateret & fieret fraus his iuribus: quia concluſa venditione fundi cenſualis ad excludenda laudimia emptor de pretio conuento reditum ab amico emeret quem permutaret, & mox à venditore redimeretur. Atqui etiam in odioſis fit extenſio fraudis amoliendi cauſa. vt dixi ſupra §. 20. *gl.* 3 *n.* 6. & in annot. ad Philip. Deci. *conſ.* 277. Tum hic ceſſant circumſtantiæ illæ inſtificatiuæ, de quibus §. *n.* 82. & 89. facit parabilis & promiſcua conuertibilis natura huiuſmodi reddituũ cum mobilibus, quibus crebrius & in maiori parte conſuetudinum deputantur: ſecus in conſtitutis ad rationem quicuncis vel trientis vſuræ, vt ſæpe dixi. Sed iam tempus eſt tollere manum de hac tabula.

EPITOME §. LXXXV.

1. *Quamdiu non eſt locus certus ſoluendi cenſus, non eſt locus huic mulctæ.*
2. *Niſi dominus præmonuerit cenſuarios de loco idoneo.*
3. *Vaſſalli & cenſuarij debent ire ad dominum.*
4. *Dominus directus non poteſt transferre locum ad remota nec extra territorium.*
5. *Creditore abſente non eſt locus moræ nec pœnæ, nec opus eſt reſtitutione niſi caſu contingente in perſona debitoris.*
6. *Dominus poteſt purgare moram interpellando cenſuarios.*
7. ¶ *Q. 1. Non ſufficit deprecari cenſum niſi dominus gratiam facere velit.*
8. *Quod poteſt procurator generalis.*
9. ¶ *Q. 2. Mora purgari nequit contra hanc pœnam.*
10. *Et in c. potuit de locat. ſpeciale eſt in emphyteuta Eccleſiæ.*
11. *Recipiens cenſum ſine proteſtatione remittit pœnam.*
12. *Idem de procuratore generali.*
13. *Niſi poſt prehenſionem vel litem notam vel domini voluntatem declaratam.*
14. ¶ *Q. 3. An pœna ſemel commiſſa iterum committatur 15.*
16. *Vnica mulcta debetur pro multis annis niſi cenſuarius etiam in mora iudiciali fuerit.*
17. ¶ *Q. 4. Plures heredes vnicam mulctam debent quæ non impeditur ſi vnus partem ſoluat.*
18. *Vnus dominorum partem ſuam recipiens impedit pœnam commiſſi pro parte ſua.*
19. ¶ *Q. 5. Compenſatio fit ipſo iure ad euitandum vſuram vel pœnam & periurium. 20. 30. & commiſſum emphyteuſis. 29.*
21. *Iuramentum recipit omnes conditiones actus.*
22. *Compenſatio eſt ſolutio ſpecifica.*
23. *Nouus & verus intellect. c. ad noſtrum 1. de iureiur. 24 25. 26.*
27. *Fructus pignoris liquidi vel conſumpti cadunt ipſo iure in extenuationem ſortis.*
28. *c. debitores, de iureiur. odioſum eſt, & poteſt debitor excipere creditorem teneri remittere iuramentum.*
30. *Compenſatio non fit ad diſſimile, vt ad depoſitum, emphyteuſis cenſus.*
31. *Nec ad canonem emphyteuſis niſi opponatur ab homine.*
33. *Et ad reſtituendum in integrum iuris ignarum. 35.*
34. *Error iuris per opiniones doctorum contra-*

Digitized by Google

uersi habetur pro errore facti.

36. *Mutua confidentia dat causam restitutionis in integrum.*

37. *In censu magnæ quantitatis compensatio apponi potest, aliàs non, etiam de mutuo censu.* 38.

39. ¶ *Q.* 6. *Census non potest ante tempus solui domino inuito, nec dominicali loco consueto omisso.*

40. *Valet arg. de loco ad tempus & contra vbi eadem ratio.*

41. ¶ *Q.* 7. *Trium continuorum annorum solutio probat pro præteritis in censu.*

42. *Nec hoc per moram nouissimorum annorum tollitur.*

43. *Idem in emphyteusi.*

44. *Secus in colono.*

45. *Nouus intell.* l. quicunque de apoch. publi. lib.

10. *C. quæ quatuor vel* 7. *requirit.*

46. *Loquitur in tributo fisci non in censu priuatorum.*

47. *Ad quæ tamen analogicos extenditur & ad emphyteusim.*

48. *Sed non ad superficiarium & minùs ad colonum.* 49.

50. *Malè ait Hosti. duorum annorum apoch. sufficere in emphyteuta Ecclesiæ.*

51. *Petus extendit Guillielmus Benedicti ad tres menstruos terminos.*

52. *Et malè limitat quando per tria triennia solutum fuit.*

53. *Et in pensione personali sine hypotheca.*

54 ¶ *Q.* 8. *An propter bellum fiat remissio canonis.*

55. *Opinio* 1. *Guido. de Suza reijcitur: Pensio annua danda de fructibus anni supplebitur de fructibus anni sequentis.*

56. *Opinio* 2. *Iacobi Butrigarij negatiua.*

57. *Opinio* 3. *Iacobi de Are. affirmatiua & communis.*

58. *Opinio* 4. *Bal. distinguens inter paruam & magnam pensionem.*

59. *Opinio* 5. *Anto. Butrigæ. distinguens inter breue & longum bellum.*

60. *Solutio contra communem non esse differentiam hic inter sterilitatem & bellum.* 62 67.

61. *Fundo ab hostibus occupato non est locus remissioni pensionis, sed ipso iure non debetur.*

63. *Distinctio trimembris analytica.*
Vbertas præcedens aut sequens eladem mediam supplet.

64. *Vt concessio in magnum censum excedit terminos censuales: ita excedituir à non suis terminis.*

65. *Census modicus non fructus, sed solam recognitionem respiciens, non remittitur ob sterilitatem vel libellum etiam diuturnum.*

66. *Etiam si sterilitas omnes fructus, absorbeat.*

68. *Idem si tota superficies corruat.*

69. *Emphyteuta coactus rem deserere restituitur adue sus commissum.*

70. *Si maior pars fundi periit & in residuo contingit sterilitas vel bellum, non fit remissio canonis qui initio modicus erat.*

71. *Inundatio breuis non attenditur.*

72. *Si pensio mediocris est, fiet remissio, si sterilitas vel bellum longa sunt, vt quinque annorum aliàs non.*

73. *Adhuc etiam si longa sint non fit remissio, si compenset vbertas proximè præcedentis vel sequentis temporis, scilicet intra decem continuos annos.*

74. *Aliud tributa publica, aliud census priuatorum vel domanij principis.*

75. *Quid quãdo fũdus cẽsualis redit posliminio?*

76. ¶ *Q.* 9. *Verus censuarius alio possidente non tenetur soluere.*

77. *Nisi culpa in damnum domini directi ordinata amiserit.*

78. *Vel hypothecaria possessione recuperata.*

79. *Quilibet extraneus potest pro debitore offerre, consignare & eum liberare.* 82.

80. *Fallit in censu vel emphyteusi vbi opus recognitione.* 83.

81. *Verba enunciatiua leg. non disponunt, nec lex disponit nisi de eo de quo in ea quæritur.*

83. *Tertius non potest redimere fundum vel reditum pro alio.*

84. *Ad finem pœnæ vitandæ potest tertius etiam pro emphyteuta vel censuario offerre.* 94.

85. *Et generaliter vbi prodest debitori & non nocet creditori.* 88.

86. *Si dominus vel eius procurator receperit, non curatur quisquis soluerit.*

87. *Lite mota non valet oblatio sine sumptibus & subeundo sententiam, vt actor in tuto sit de instantia.*

89. *Oblatio debet esse realis nisi creditore recusante.*

90. *Debitore ratum non habente nulla oblatio aut consignatio valet.*

91. *Quando locus est oblationi prouisionali.*

92. *Creditor hypothecarius potest offerre canonem, etiam emphyteuta inuito.*

93. *Etiam chirographarius quando aliàs debitor non est soluendo.*

95. *Sed non posses offerre fidem domino feudali, quia personalis est.*

96. *Dominus feudi non tenetur longas inducias dare curatori bonorum, nec eum in fidem recipere sine cautione suæ indemnitatis, aliàs sic.* 98. 99.

97. *Declaratio consuetudinis Bituricensis.*

100. *Curator bonorũ differt à curatore personæ.*

101. *Oppidum Briaci Comitis Roberti sub eadem consuetudine Parisiensi manet.*

102. *Census postulabilis potius præsumitur.*

103. *Consuet. Carnotensis.*

104. *Aliud congrua solutio, purgatio moræ, ius formatum.*

105. *Obligatio soluendi censum certo loco, substantiam & proprietatem respicit.*

106. *Succumbens in causa appellationis, ea vtriusque instantiæ expensas debeat.*

107. *Qualitas in qua solutio facta est, requiritur*

Digitized by Google

§. * LXXXV.

* Olim fuit hic quint. 63.

TOVTES perſonnes tenans leurs maiſons & heritages en cenſiue, ſont tenus de payer les droicts de cens au ſeigneur ou ſeigneurs dont les heritages ſont tenus & mouuans au iour & lieu que deubs ſont ſur peine de cinq ſols pariſis d'amende, fors & excepté des heritages aſſis en la ville & banlieuë de Paris qui ne doiuent aucune amende par faute dudit cens non payé, ſi à ladite amende payer les detempteurs d'iceux ne ſont expreſſément obligez.

OMnes cenſuarij die & loco quo debetur cenſus, ſoluere debent ſub pœna quinque ſoliderum Pariſienſium, exceptis prædiis ſitis intra vrbem Pariſienſem & primariam leucam, vbi nulla eſt mulcta cenſus non ſolati, niſi cenſuarij ad eam mulctam expreſsè ſint obligati. H. D.

CONSVETVDO ideo non determinat diem ſolutioni præfixam, quia varius eſt, quandoque Septembris, quandoque Nouembris, quandoque Ianuarij Calendis, vt ex tenore inueſtituræ vel conſuetudine particulari cuiuſque dominicalis curiæ, vel circumuicinorum locorum dies determinatur, quandoque pridie certorum ſolennium & feſtorum dierum: crebrior tamen huius præſidiatus, & totius ferè Regni mos eſt quòd Calendis Octobris annuatim ſoluantur. Sed quid de loco? vt plurimum certus eſt locus dominans in qualibet dominicali curia, vbi cenſus debet ſolui & recipi & feudalia iura offerri, ſupra §. 63.

1. Sed quid ſi nullus locus dominans? Reſpondeo videndum an ex inueſtitura vel conuentione præfixus ſit & determinatus certus locus, puta certum domicilium domini ad quod cenſuarius teneatur accedere vel mittere pro ſolutione cenſus & hoc debet ſeruari: Si verò non ſit determinatus certus locus ad cenſum offerendum & ſoluendum, tum quamdiu non eſt locus determinatus, puto non eſſe locum mulctæ de qua in hoc §. ex defectu ſolutionis in die præfixa. Et moueor duplici ratione. Prima, quia conſuetudo expreſſim præſupponit certum & diem & locum præfixum eſſe quo ſolui debet, vt ex defectu committatur pœna, & ſic vtrumque prius adeſſe debet, vt omnia verba conſuetudinis antè verificentur quàm locus ſit diſpoſitioni eius præſertim pœnali, iuxta doctrinam glo. & Docto. in *l. mancipia. C. de ſer. fugit.* & dixi ſ. §. 13. *glo. 3. nu. 5. & 58. nu. 41.* Secunda, quia non eſt cenſuarius in tam aperta mora quando nullus eſt dies & locus, quare pœna inducta in caſum certitudinis vtriuſque, non debet extendi ad caſum certitudinis alterius tantùm ſeu de maiori ad minus affirmatiuè, *l. moris in prin. de pœnis.*

2. Limito niſi dominus congruè præmonuerit & certificauerit cenſuarium vel cenſuarios de domicilio ſuo, vel alio idoneo loco in quo aderit paratus ad ſolutionem recipiendam: quoniam ſicut eſt in poteſtate domini feudalis transferre ſedem & manſionem ſuam in qualibet parte dominicalis curię reſpectu feudorum inde dependentium, vt ſ §. 45. *nu. 6.* ita & reſpectu cenſuum. Et eadem ratione, deficiente loco dominanti, poteſt domicilium ſuum mutare, & notificando tempore debito domicilium nouum, vel locum in loco congruo, tenebitur ibi ſoluere cenſuarius ſub hac pœna, ſicut & vaſſallus iura offerre. Amplio etiam alio, ſed poſteriori ab ordinario die, quia dominus non minus diem quàm locum prorogare poteſt. Et ſi die ſoluta impeditus fuerit: poteſt eos interpellare alia congrua die, & ſi detractauerit, cadent in pœnam.

3. Debent enim cenſuarij & vaſſalli ſiue pro ſolutione, ſiue pro renouatione inueſtiturę accedere ad dominum & eius domicilium, quia non eſt merum debitum pecuniarum, ſed annexam habet honoris & reuerentię exhibitionem, vt pulchrè ait Bal. in *l. vlt.* A *C. de condi. infer.* quamuis aliud in ſimplicibus redditibus Bar. in *d. l. Item illa de conſt. pecu.* Notificatione autem non facta vel intempeſtiuè, aut de loco minùs idoneo, non erit locus alicui pœnæ ſi ſua die cenſus non fuerit oblatus, nec ſolutus. Et intelligo domicilium vel locum domicilij eſſe congruum, ſi non ſit remotior & difficilior acceſſu, quàm prius eſſet, & veriſimiliter intellectum & prouiſum eſſet.

4. Quoniam non debet eſſe in poteſtate ſolius domini directi, locum ſubinde mutando deteriorem facere cenſus preſtationem, per no. Io. Imol. in *l. cum filiusfa. §. vlt. ad fin. de ver. oblig.* Vude non puto quòd poſſit ſine eorum vel maioris partis conſenſu mutare ſedem in locum remotiorem vltra duo milliaria, nec alij vecturis, alij nouo notabili impedimento operarum vel ſumptu grauentur. Adhuc vltra duo milliaria non poteſt transferri vltra metas territorij curiæ dominicalis ſi qua ſit, hoc enim in præiudicium vaſſallorum & cenſuariorum fieri non poſſet, ne inueſtiturarum & antiquorum titulorum forma varietur, membráq; à capite ſeparentur, per not. 5. §. 51. & 68. Et hæc dicta de pœna cõmittenda ſuo die & loco ſolutione non facta.

5. Limitanda ſunt primo oblatione facta ſuo die & loco q. dominus recipere noluerit idem ſi nec per ſe nec per alium idoneum ad receptionem cenſuum & ſolutiones deſcribendum more ſolito in libro cenſuali præſens fuerit, quia tunc ipſo iure non committitur hæc pœna. *l. pecuniæ fœnebris, in fi. ibi ſi tamen nemo adfuit cui pecunia ſolueretur eius tẽporis inculpatum eſſe mor. conſtitit. de vſur.* Phil. Deci. *l. viuum nu. 10.* & ibi Franc. Purp. *n. 24. ſi cert. pet.* Alex. *conſil. 172. li. 2.* vbi in annotatione dixi. Et caſus vel impedimentum contingens in perſonam domini vel ſuorum ipſi non cenſuariis nocere debet per tex. in *l. item illa in princ. D. de conſti. pecu. fa. l. ſi prædio. in prin. D. de in diem addicto* facit quod in emphyteuſi ſi dominus deceſſerit ſine hærede vel hæreditas iaceat nondũ adita, & neſcitur cui ſoluẽdũ ſit, emphyteuta nõ cadit ipſo iure in pœnã cõmiſſi propter nõ ſolutionẽ, vt decidit Hoſtiẽ. in *ſum. ti. de loc. §. quid ſi de natura. ad fi.* Bal. *l. 2. in fi. C. de iur. emph.* pulchrè Alex. in *conſ. 92 perſpectis bis, col. 7. lib. 1.* Iaſ. in *d. l. 2. n. 61. q. 20.* vbi reprobat & verè opinionẽ Spec. qui voluit opus eſſe in integrũ reſtitutione: quia hoc non eſt verũ quãdo caſus contingit in perſonã creditoris, ſed ſolùm quando contingit in perſonam debitoris per not in *l. ad diem. D. de ver. oblig.* & quæ tradit Dy. in *c. cum quis in iur. de reg. iur. in 6.*

6. Idem puto etiam ſi tota illa die non acceſſerint nec miſerint cenſuarij ad locum ſolutionis, quoniam dominus non erat tibi preſens nec per ſe nec per aliquem idoneum, per not. in ſimili per Bart. & alios in *l. item illa.* & ibi expreſſim Pau. *ad fi. col. 1. D. de conſtit. pec. in l. fi ſoluturus. D. de ſolu.* Et hoc niſi die ſequenti vel paulò pòſt dominus per ſe vel per alium adfuerit & cenſuarij vel non præſto fuerint ad diem nec poſt, vel ſi die ipſa acceſſerint: Tamen paulò pòſt moniti & certiores facti de aduentu domini cùm eſſent in eodẽ

ed by Googl

pago vel eadem vicinia adire & ſoluere ſcienter contempſerint, tunc enim puto locum eſſe mulctæ non attento impedimento domini in die præfixa, quia ſatis eſt dominum contemptum eſſe, nec huiuſmodi pœna eſt limitata ad diem, ſicut ad præſcriptum magicum vel aſtrologicum, ita vt neceſſe ſit illa ipſa die cenſuatio per præſentiam domini, vel procuratoris idonei in ipſo loco in mora conſtitui, ſed ſufficit paulò poſt adeſſe dominum & ſcienter contemni, hæc enim pœna magis reſpicit contemptum domini, quàm defectum ſolutionis in die præfixa. Plura ſuper his de loco ſolutionis, oblationis, impedimentis, purgatione moræ, & cæteris id genus multis quæſtionibus & longa ſerie diſſerere poſſem, ſed malo ſtudioſis relinquere, & ad locos iuris communes remittere. quia ſubiecta hæc materia perquàm exigua eſt, & ne (quod aiunt) vltra pedem calceus.

7. ¶ QVÆRO primò, vtrum ſufficiat die & loco præfixis adire dominum vel deputatum ab eo & ſolutionem cēſus pro illa die ad triduum vel octiduum ad ſummum * deprecari ad euitandam hanc pœnam? videretur quòd ſic, quia potiſſima ratio cenſus magis conſiſtit in reuerētia ſeu honore, qui fit in profeſſione vel recognitione cenſus, quàm in vtilitate vel fructu vilis quantitatis, vt per Bal. in *l. eadem, col. 1. C. de loca. & ſ. eo. n. 2. & diximus* ſ. §. Tſi quia mora tā modici temporis non infert dominis præiudicium: tum ita ſolent vt plurimum domini directi cēſuariis ſuis benignè indulgere. Sed certè indulgentia hæc meræ liberalitatis & facultatis eſt, & ſic non obligat in ſimilibus nec in futuris per no. ſup. §. 1. *glo. 4. g. 1. n. 11. 12.* niſi in locis vbi conſuetudine cauetur hac deprecatione pœnam euitari. vt Aurelius §. 108. vel differri, vt Carnot. §. 112. aliàs dicendum quòd niſi dominus expreſsè vel tacitè conſenſerit, & ſic tempus ſolutionis prorogauerit, pœnam ipſo iure commiſſam eſſe. Non obſtat primū: quia dies ſolutionis cenſus eſt pars indiuidua ſolutionis, *l. 1. §. 1. de eden.* ſaltem nō poteſt inuito domino ſeparari à ſolutione: imo ſolutio partis cenſus non impedit quin pœna iſta in totum committatur per text. in *l. ſtipulationum §. vlt. in l. In executione §. pen. D. de ver. obl.*

* Deprecari moram an liceat ad euitandam pœnam.

8. Dico tamen quòd illa communis conſuetudo meri facti & facultatis operatur, vt procurator vel receptor domini generalis poſſit ſolutionem cenſus prorogare, non ſolùm in octauam diem, ſed etiam quamdiu in eodem loco manebit pro cenſu illius anni recipiendo, arg. *l. vel vniuerſorum. D. de pigne. actio.* & quæ no. Ludo. Rom. in *conſ. 94. col. vlt. conſ. 114. col. 3.* Iaſ. & alij in *l. ſi procurato. §. ſi nummos. D. ſi cert. pet.* Franc. Purp. *l. cùm quid col. pen. ſi cert. pet.* Phil. Deci. *l. pactum curatoris, in fi.* vbi in annot. *di. C. de pact.* quamuis aliàs regulariter non poſſit procurator terminum ſoluendi prorogare *l. qui Romæ & Callimachum*, & ibi Bar & alij. *D. de ver. obl.* Sunt tamen quædam conſuetudines quæ peccanti dant ipſo iure octidui inducias, *vt* Carnot. §. 111. *adde in fi. huius §.*

9. ¶ SECVNDO quæro, ſi cenſuarius die præfixa non ſoluerit nec prolongationē temporis quam à domino vel eius procuratore habuerit, an die * ſequenti morā purgare poſſit, & pœnam euitare? videtur quòd ſic, cùm id liceat emphyteutæ infra modicū tempus arbitrio iudicis moderandū, *c. potuit ibi gl. & Doct. extra. de loca.* Breuiter contrarium dicendū eſt, quia eſt dies & pœna, & ſuccedit communis regula moram purgati non poſſe. *l. magnam. C. de cōtra. vel committ. ſtip. no. in l. ſi inſulam. D. de verb. obl.* Non obſtat *d. c. potuit.* tum quia ibi agitur de commiſſo totius rei. & amiſſione dominij vtilis & emponematon: & ſic cum de grauiori periculo agatur, non ita leuiter ad tantam pœnam proceditur. Sed hîc de modica pœna agitur & paruo præiudicio faciunt not. ſupra §. *glo. 7. num. 5.*

* Mora an die ſequenti poſſit purgari.

10. Tum quia *d. cap. potuit*, non loquitur in quolibet emphyteuta, ſed demum in emphyteuta Eccleſiæ, in quo ſpeciale eſt, vt tempus commiſſi de triennio decurretur ad biennium contra regulam, *l. 2. C. de iure emphyt.* Vnde meritò debuit releuari in hoc, vt poſt biennium infrà modicum tempus moram purgare poſſit. Tū quia prælatos Eccleſiaſticos maior lenitas & modeſtia decet, *l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cler. c. ſuam de pœnis.* Vnde quòd ibi ſit ſpeciale in emphyteuta Eccleſiæ, & quòd in emphyteuta priuari vel alterius habet locum *d. l. 2.* ſine ſpe purgationis moræ niſi de gratia domini. decidit Bal. in *l. magnā col. 4. & 7. de contra. vel comm. ſtip.* Imol. in *d. c. potuit. & in l. inſulam, vbi etiam idem vult.* Ang. Alex. & Iaſ. *col. 14. C. de verb. oblig.* Alex. in *conſi. 196. magnifice prætor. col. 5. li. 3.* Cæpo. in *cauſa ciuilium, conſ. 25. n. 17.* Ange. Clauaſ. in *verb. emphyteoſis. §. 19.* Iaſ. in *d. l. 2. q. 29. nn. 79. de iur. emphyt.* Matth. de Afflict. in *dec. Neapol. 174. quidam ruſticus.*

11. Redeundo ad concluſionem q. noſtræ. Limito niſi dominus cenſum recipiat ſine proteſtatione & reſeruatione pœnæ: quia cenſetur pœnam remittere tanquam acceſſorium recepto & ſublato principali, *l. centum Capuæ. D. de eo quod cer. loco. l. 4. C. depoſ.* Nec obſtat quòd huiuſmodi pœna non venit mero iudicis officio, ſed per ſe ſubſiſtit poſtquam eſt cōmiſſa, vt etiam iure actionis & obligationis debeatur. quia reſpondendum eſt ſecundum ea quæ plenè ſuper hoc puncto dixi ſup. §. 77. *nu. 7. cum ſeq.* multum nuper decurtando quæ ante 16. annos fusè ſcripſeram.

12. Sed quid ſi non ipſe dominus, ſed eius procurator vel receptor cenſuum ſimpliciter receperit, & non videretur pœnam eſſe remiſſam: quia procurator generalis non poteſt alienare nec ius domino acquiſitum remittere? Contrarium puto, quia quamuis hæc pœna ipſo iure ſit commiſſa, tamen eo ipſo quod ſolent domini, cenſuariis celeriter & voluntariè ſine lite & contumacia ſatisfacientibus huiuſmodi pœnas remittere, cenſetur etiam hoc expreſsè mandatum vel permiſſum procuratoribus & ſimilibus à dominis commiſſis *l. vel vniuerſorum. D. de vſur. l. Titianus*, & ibi Paul. *D. quòd cum eo.* Bal. pulchrè in *conſi. 138 factum ſub hac forma lib. 5. no.* Paul. in *l. dominum. D. quòd iuſſu.* Lud. Roma. in *l. 3. §. iurauit. D. de inter. & in conſ. 94. col. vlt. verſ. quo ad ſecundum, & in conſ. 114. col. 3.* Feli. in *c. 1. col. 8. vel it. non conteſt.* Iaſo. Philip. Deci. in *l. certi condictio. §. ſi nummos. D. ſi cert. pet.* Iaſ. in *l. ſi mora col. 1. in l. ſi conſtante. col 14. D. ſol. matr.* Alcia. in *l. tranſactioni tantùm col. 2. C. de tranſactio.* quibus in locis abundè inuenies mandatum extendi ad ea quæ ſunt de conſuetudine regionis vel patriſæ. vel communiter accidentibus in illo negotio.

13. Secus ſi cenſuarius recuſaſſet, & in ius vocatus fuiſſet à dicto procuratore ad finem ſoluendi cenſum, & mulctam: vel ſi pro cenſu & mulcta impediti eſſent fructus pendentes rei cenſuariæ. etiam ab eodem procuratore, quia non poſſunt amplius mulctam vel partem debiti remittere nec tranſigere, cùm debitum ſit liquidum, & pœna iam accepta, *l. præſes prouinciæ.* vbi per Bart. & omnes. *C. de tranſaction.* & quia non merentur contumaces habere gratiam, neque his ita ſolitum eſt remitti. fa. quæ plenè diximus ſupra §. 14. *num.* 10. procuratorem generalem recipiendo canonem emphyteuſeos præiudicare domino in iure commiſſi, ante tamen quàm dominus declarauerit ſe velle vti iure commiſſi, non autem poſt declarationem domini, vel poſtquam idem etiam procurator cœpiſſet agere ad declarationem commiſſi.

14. TERTIO quæro, cenſuarius ceſſat per quinque vel decem aut plures annos in ſolutione cenſus. Certum eſt non eſſe locum commiſſo: Sed quæſtio eſt an dominus tot mulctas petere poſſit, quot * ſunt anni ceſſationis? videtur quod non, quia iſta eſt mera pœna, cùm ſimul cum principali exigatur & ſic non committitur niſi ſemel, ex quo non dicit hic text. quod

* Plurium annorum mulcta an poſſit peti.

toties committitur quoties ceſſabitur, vt eſt doctrina A Bar.quã omnes ſeq. in *l.ſi ſic.D.de verb.oblig.* per tex. in *l.ſi duo.§.vlt.D. de arb.* & in terminis de pœna apposita emphyteutæ ſi non abſoluerit, quod ſemel exacta, amplius non cõmittatur, nec amplius exigi poſſit, eſt gl.quam omnes ſeq.in *l.2.in gl.magna.verſi.item ſi ſemel. C. de iure emphyt.* & ibi Iaſ. *num.* 148. Specul. *tit. de locat.§. nunc aqua. q.* 18. & omnes vbique.

15. Sed certè illa gloſſ. loquitur & intelligi debet in aliis terminis, videlicet quando pœna reſpicit totam & perpetuam ceſſationem. Ideo in terminis d. gl. non committitur pœna per primam vel ſecundam ceſſationem, ſed ſolùm ſi per tres annos ceſſatum fuerit & res in commiſſum ceciderit, & ita debet intelligi d. gloſſ. aliàs non eſſet vera, quamuis Doct. in *l.1. non aduertant.* & pariter *d.l.ſi duo in fi.* loquitur in pœna totum negotium concernente quæ non intelligitur ſtipulata niſi ſemel pro totali conuentione. Ideo non committitur pluries niſi illud fuerit expreſſum, vt ibi. & ita debet intelligi doctrina Bar.& omnium Doct.in *d.l.ſi ſic.* Secus quando pœna non reſpicit totum ſimul, ſed vnumquodque particulare factum vel vnamquamq; præſtationem per ſe, vt hic ſatis colligitur ex materia ſubiecta, dum refertur ad ſolutiones annalis obligationis ſucceſſiuæ: tunc enim intelligitur pro quolibet anno vel termino, & pro quolibet defectu, & ſic veriùs eſt quod mero iure committitur pœna ſingulis annis pro ſingulis ceſſationibus: quia toties ipſo iure committitur quoties ceſſatur.

16. Tamen dicendum eſt quod ſolùm vnica mulcta C debetur pro omnibus ceſſationibus, & ita notoriè & inconcuſsè practicatur in hoc præſidatu, & generaliter in toto Regno niſi quatenus ſpeciali quadam conſuetudine aliter caueatur, de quo ſtatim dicam. Fallit ſi cenſuarius ſingulis annis, vel ab initio in ius vocatus fuerit, vel manum dominicam paſſus ſæpe oppoſuerit & ſemper contumax & reliquator manſerit: quia tunc nedum in reliqua cenſus, ſed etiam in mulctas ſingulorum annorum quibus domino proſequente contumax neglexit, condemnari debet: & ita expreſſim diſponunt. Conſuet. Melden. §. 197. Meldunen. §. 133. Niuernen. *tit. des cens.* §. 10. & ita generaliter niſi conſuetudo exprimat ſeruandum eſt: alioquin vnica tantum mulcta adiudicatur niſi de conſue. Bleſ. §.112. vbi trium nouiſſimorum annorũ ceſſationis ſingulæ videlicet tres mulctæ peti poſſunt. Sed etiam ibi D reliquorum cenſus exactio coarctata eſt ad nouem annos, nec præcedentia pro præcedenti tẽpore peti poſſunt, quamuis generaliter in cæteris locis triginta annorũ reliqua peti poſſunt, vt diximus ſ. §. 74. *glo.1.*

17. ¶ QVARTO quæro, quid ſi ſint plures hæredes vel poſſeſſores eiuſdem prędij cẽſualis pro indiuiſo, & vnus offerat partem ſuam cenſus quã dominus noluit accipere, vtrũ ille ſolus, vel cæteri tantùm, aut omnes incidant in pœnam, & an in ſingulas pœnas, an in vnã? Breuiter reſpondeo quod omnes in vnicam integram mulctam tantùm incidunt: quia eſt vnicus cenſus & nondum diuiſus, & ſic vnica tantùm mulcta debetur licet à pluribus, *per no.§.55.glo.4.q.1.* Idem ſi dominus E ceperit partem cenſus oblatam, non pro tota portione ſoluentis, nec animo diuidendi, ſed ſuper deductione totius, quia nihilominus omnes cum ſoluente incidunt in mulctam: quemadmodum ſi eſſet vnus cenſuarius & ſoluiſſet partem eiuſdem cenſus, nihilominus incideret in ſolidam mulctã, *l 5.§. ſortem. l.in executione §.pen.D.de verb.oblig.* quemadmodum reſpectu commiſſi inter plures emphyteutas diximus ſ. §. 78. *gl.4. nu.* 4. poſtquam autem dominus ſemel à ſingulis animo diuidendi portiones cenſus receperit, debebunt ſinguli ſolidas mulctas cenſus ſui non ſoluti: idem ſi inter ſe cenſum diuiſerint pro portionibus prędij pro diuiſo, & dominus ratum habeat ſecundum no. in *d. gloſſ.*

18 Secus ſi eſſent plures domini cenſuales ratione eiuſdem iuris dominicalis indiuiſi, & vnus receperit partem ſibi contingentem, & alteri non fit ſolutum: quia dico quòd non committetur pœna hæc in totum, ſed ſolum pro parte eius cui non eſt ſolutum, ſiue pro rata cenſus non ſoluti, quicquid ſcripſerit Chaſſa. in *conſue.Bur.eo.tit.§.1 glo.pe.in fi.* Probo. quia omnib. iſtis dominis ſimul non debetur niſi vnica mulcta: Igitur ſi alter partem ſuam remiſerit, remaneret iam commiſſa, nec committitur committenda pœna niſi pro partibus reliquorum, ſiue ille dominus gratis remiſerit, ſiue recepta parte contingenti. *l.2. in fi.de ver. oblig.l.ſtipulationibus.in fi.eo.tit.* Plura poſſem addere de materia. *l.4.§.Cato.§. de verb. oblig.* Sed ſufficit præcedens dictum cum ratione deciſiua ne in iſtis modicis nimium excedam: Summa, ex parte hæredum debitoris multiplicatur mulcta cenſu diuiſo, non aliàs: Sed ex parte hæredum creditoris nunquam multiplicatur, ſed benè diuiditur.

19 ¶ QVINTO quæro, an cenſuarius ad vitandam hanc mulctam obijcere poſſit compenſationem ſummæ liquidæ ſibi purè debitæ per dominum ſaltem ante diem ſoluendi cenſus vſque ad concurrentiam quãtitatis cenſus ſoluendi? Et prima facie videretur quòd ſic, etiam ex interuallo, & poſt lapſum diem ſoluendi cenſus, per text. in *l. 4. C. de compenſa.* vbi ad euitandum curſum & pœnam vſurarum fit compenſatio ipſius ſortis vſque ad concurrentiam quantitatis ab altero debitæ, idque ipſo iure (quamuis regulariter debeat opponi ab homine) ex eo tempore quo ab vtraque parte deberet incipi, etiam ſi non fuerit oppoſita nec allegata aliqua compenſatio. per quem tex. tenent ibi gl. Alber. Bal. Bar. Ang. Paul. Rapha. Fulgo. & omnes quod ad euitandum commiſſionem pœnæ, compenſatio ſit ipſo iure: & quòd generaliter habet locum *d.l.4.* in omni pœna committenda, ſiue ex contractu bonæfidei. ſiue ex contractu ſtricti iuris, & vbicunque defectus ſolutionis poſſet afferre præiudicium vel damnum debitori, etiam ſi hincinde verſaretur pœna, & ex diuerſa cauſa, vt ſi alter alteri per diuerſa compromiſſa condemnatus eſſet ad ſoluendum mille ſub pœna, quia ipſo iure fiet mutua compenſatio ad euitandum mutuam pœnam hincinde, vt decidit Socin. in *l. Iulianus col 2.n.9.D de conditio. & demon.* vbi reprehendit opinionem Bar. & Paul. ibi, ſed non meruerunt reprehendi, quia non ſentiunt contrarium, ſed ita debent intelligi prout etiam intelligit ibi Alex. in addi. ad Bart. ipſo iure compenſari.

20. Hinc eſt quòd ſi quis promiſit & iurauit ſoluere mille calendis Martij, & infra eaſdem calendas creditor efficitur purè (hoc eſt eiſdem die, locis & exactionis circumſtantiis) debitor iurantis in pari ſumma, non incurritur periurium per debitorem non ſoluentem, nec aliud facientem. Tum quia ipſo iure ad vitãdum pœnam periurij fit compenſatio. *d.l.4.* Tum quia nihil intereſt compenſare an ſoluere, inquit tex. in *l. ſi debitor. D. de potio.in pig. hab.* Tũ quia iſte facto creditoris ſui, qui quod debet non ſoluit, impediri videtur quominus ſoluat, & ſic eo ipſo ſoluere videtur, inquit tex. in *l. Iulian.ait. D. de condit. & demonſtr. l.3. in princ. D. de ſtatu.lib.* Tum quia conditio quantumcunque alias in forma ſpecifica impleri debeat, tamen compenſando impletur. *l.ſi peculium.§.1 verſi. quòd ſi here di. de ſtatulib. d.l. Iulianus ait.* Et ita in eo qui ſoluere iurauit, tenet Ioa. Fab. Io. de Plat. in §. in bonæfidei. *inſtit. de actio.* Bart. Ange. Raph. Cu. in *l. amplius. D. rem ratam hab.* Bal. in *c. ad noſtram. 1. de iureiur.* Imol. in *l. Iul. 1. de cond. & demonſt.* Alex. *conſi. 12. in fi. lib.2.* Matth. Afflict. Deci. *Neap. 163.* Hier. Gr. *con. 121. li.1.* & eſt veritas, vt plenè dixi in *tract. cõmerc. & vſura. nu.* 322. quamuis turba Canoniſtarum, excepto. Imol. contrarium teneant in *d.c. ad noſtram 1.* cum quibus tranſit Iaſo. in *d. §. in bonæfidei col. vlt.*

21. Addens quòd iuramentum præcisè compellit ad factum excludendo obligationem & facultatem soluendi interesse: Ad quod vltimum respondeo. Primò non esse simpliciter verum, quia * iuramentum recipit omnes conditiones quæ sunt de natura actus super quo interponitur *l. vlt. C. de non nu. pecu.* Phil. Dec. *l. non omnis. col. 3. si cert. pet. & conf. 240. in fi.* vbi in annot. dixi. *Latè* do. Andr. Tiraq. in *tract. de iure constit. possess. par. 3. limit. 7. num. 34.* etiam non obstante quauis renuntiatione & iuramento. And. Alcia. *c. cum contingat. nu. 266. de iureiur.* Secundò quia etiam si iuramentum simpliciter vel potius certo casu obliget præcisè ad factum, non potest ex hoc vllo modo inferri quod excludat compensationem in quæritatibus hinc inde liquidis: quia interesse non est factum, nec cum eo functionem recipit. Et qui soluit interesse facti vel non facti debiti nec seruati, non implet promissionem, sed directò illi contrauenit.

* Iuramenti conditiones recipit quas actus (super quo interponitur) recipit.

22. Vnde præstatio interesse non purgat, sed potius arguit & ostendit periurium, quando præcisè actum est de facto, & promittens habet facultatem implendi. Secus in materia compensationi subiecta, quia alterũ cum altero recipit functionem, & identitatem in genere & in effectu, imo identitatem absolutã, quia obligatio hinc inde non est in specie, sed in eodem & vniformi genere duntaxat. & sic qui compensat liquidũ, verè idem ipsum & tale omnino quod & quale debet, soluit. Et sic implet promissionem, etiam præcisè & in forma specifica: quia licet vicissim obligati sint ad dandum, quæ obligatio dandi est præcisa, tamen mutuò compensando, præcisè & verè implent.

23. Non obstat d. c. *ad nostram. 1. de iureiur.* quia omissis intellectibus canonistarum qui ciuilem austeritatem illius tex. ita exasperant, vt ad iniquitatem & iniustitiam pertrahant, dico syncerè tractando illum tex. etiam nullo addito, sed in propriis terminis suis realiter mentem & verba simul iungendo, quòd non loquitur in casu in quo locus sit compensationi, nec vbi de vera compẽsatione agitur. Sed in mutuo facto super certis possessionibus & reditibus traditis creditori, cum pacto iuramento firmato non molestandi creditorem super eisdem pignoribus vel hypothesis, donec mutuata pecunia soluta sit: quod pactum in sui forma (dummodo non sit aliàs indirectè appositum ad hoc, vt creditor aliquid superlucretur vltra sortem) sed solum pro securitate sortis restituendæ, vt prima facie apparet, & præsumendum est, & tex. ille probat, est iustissimum & præcisè, etiam si nullatenus iuratum esset obseruandũ, *l. si is qui §. si antichresis de pignor. l. inter coheredes §. vsufructu. fam. hercisc. l. si ea pactione. l. si ea lege. C. de vsur.* accidit autem in d. c. quod antequam creditor sortem recepisset de fructibus dictarum possessionũ & redituum sumptibus deductis, debitor contra fidem & iuramentum molestauit eum & de facto spoliauit dictis possessionibus & reditibus Alter. 3. rescripsit ablata pignora debere restitui, & reintegrari, nec super eis molestiam aliquam inferri, donec debita pecunia persoluta sit: quo facto tum demum creditorem compellendum restituere pignora, & quicquid deductis impensis vltra sortem receperit.

24. Hic est casus nitidus, vera & aperta sententia d. cap. quo quid quæso dilucidiùs aut iustiùs dici potest? certissimè censeo Papianũ illum acutissimum, æquissimum autem Gallum nostrum Aquilium iuris, & naturæ consultum, si super eodem themate interrogati fuissent, nec aliter nec meliùs responsuros fuisse. Sed vndenam ex eodem c. inferas non habere locum compensationem aduersus debitum iuratum? An in eo tex. compensationis vllum verbum? An ibi mentio aliqua mutuæ obligationis in qua compensatio cadere possit? quæ igitur intemperies Canonici iuris interpretum notantium ex eo text. iuramentum impedire compensationem etiam de liquido ad liquidum? Dices forsan quòd verbum Persoluatur in eo tex. tacitè excludit compensationem. Sed quàm sit hoc factum & à veritate alienum clarissimè ostendo. Primò qui partem compensat partem soluit, & qui totum vel residuum compensat, persoluit *l. debitor. D. qui potio. in pigno. habe.* ergo verbum persoluere ex se non excludit, sed potius si incidat, admittit compensationem. Secundò quod illud verbum ex serie text. siue in narratiuis siue in dispositiuis verbis non excludat, patet: quia in toto textu non fit mẽtio de aliqua mutua obligatione quæ compensari possit, nec de hoc agebatur in toto themate ad quod decisio text. refertur: ad quid igitur diuinandum id censeri excluſum de quo non apparet actum nec cogitatum, & maximè cum nulla sermonis vrgeat necessitas, & cuius exclusio habet absurditatem & iniquitatem, & tale est, vt potius si opus sit, verba improprianda sint, quàm vt censeatur excludi.

25. Tertiò quia principalis intentio d. c. (quæ semper in omni interpretatione attendi debet) ad hoc nullomodo tendit: neque enim ibi pontifex vtramque partem audiuit, nec de causa cognouit, nec sententiam negotij definitiuam tulit: sed ad solius creditoris consultationem à quo (per Archiepiscopum Rotomagensem coram quo lis pendebat grauato: per viam querelæ pro illius temporis more aditus erat) rescripsit vt supra, sub conditione si ita est: consultatio autem nullam compensationis nec mutuæ obligationis mentionem habet. Videant igitur Canonistæ quantum aberrauerint & desipuerint sentientes, imo verbosissimis (sed absque iudicio) commentariis suis inculcantes, exceptionem de qua non agebatur nec facta erat mentio, eámque iustissimam & rationabilem etiam in corpore iuris clausam per illum tex. auferre, nedum contra ius ciuile, sed etiam contra canonicas ipsas sanctiones in *c. pastoralis. de appel.* Dices fortè quòd in dicta consultatione narratur creditorem nondum sortem deductis impensis de pignoribus recepisse, ex quo tacitè infertur aliquid intra sortem recepisse. Sed facilè est respondere: primò negando illatum, prout non sequitur per tex. in *cap. quod dicitur. & in c. seq. de verb. sign.* forsan dices saris esse quòd pontifex ex narratis hoc potuit suspicari, vt debuerit præcauere & prouidere debitori si cautum illi voluisset, vt voluisset & fecisset, nisi debitor iurasset: imo dico quod etiam si maximè scienter non cauerit, non tamen censeri debet voluisse debitori præsertim inaudito sublatam iri qualemcunque rationabilem exceptionem, sed potius iudicibus (ad quos remittebat) si opponeretur reliquisse.

26. Et in summa id solum agebatur toto illo rescripto, vel creditori à iudice grauato, & iniustè à parte spoliato succurreretur, sine aliquo damno aut præiudicio alterius partis seu debitoris. Secundò respondeo quòd tunc creditor erat spoliatus & possessionibus & reditibus, & sic fortè etiam fructibus inde perceptis, saltem non liquebat an aliquid nec quantum haberet penes se, & sic non debuit tunc super eo prouideri alteri parti, sed iudicibus relinqui. Tertiò etiam si tum maximè expressum fuisset & constitisset, certam quandam fructuum quantitatem remansisse penes creditorem, adhuc non constabat fructus esse consumptos: nec si consumpti fuissent, constabat eorum æstimationem esse certam & liquidam, ita vt in compensationem venire deberent, & non potius in restitutionem debito soluto. Sed dices quod pignoribus restitutis, poterant postea fructus percipi, & qui percipientur consumi & liquidari. Responsio in promptu est, pontificem rectè prouidisse in eodem textu, iubendo restitui quicquid vltra sortem perceptum fuerit. Dices, at semper & distinctè siue pro præteritis siue pro futuris fructibus, iubet prius totum debitum persolui quàm quicquam restituatur.

27. Respondeo, hîc est punctus non lubricus, sed planissimus, in quo tamen turpiter impegerunt præclara ingenia Canonistarum. Persoluere est deducto eo quod creditor à fructibus consumptis percepit residuũ soluere, etiam propriissimè & vulgariter loquẽdo, idque vel lippis & tonsoribus notũ est: & sic nullo modo prohibet ille text. sed potius admittit hanc supputationem & deductionẽ. Præterea ista deductio hoc casu non est cõpensatio propriè, vt illi putant, sed eius quod iam in solutionem cessit computatio, vt reliquũ solutionis perficiatur, quoniam eo ipso quod fructus rei pignoratæ à creditore percepti consumuntur, vel si non consumantur, sed in quantitate percipiantur, non cadunt in directam pignoratitiam vt restituantur, sed statim cadunt in solutionem pro rata, & ipso iure debitum pro quo res est hypothecata extenuant, ita quod ex tunc ipse debitor desinit esse obligatus, & res ipsa hypothecata pro tota summa, sed pro residuo duntaxat. Quî igitur fieri potest, vt debitor teneatur prius totum soluere, deinde repetere? Dices propter iuramentum. Atqui iuramentum non sonat nisi de debito, non autem de indebito: sed hîc residuum duntaxat est debitum. Imo nunc illud residuum est totum. Et ad summum iam ipso iure impletum est iuramentum, quatenus in exolutionem fructus cesserunt.

28. Ex his satis mirari non possum vnde tam manifesti erroris occasionem acceperint, nisi forte à *c. debitores.* immediatè præcedenti, quod continet errorem superstitione adumbratum & illud c. odiosum esse scripsit Anto. à Prato veteri inter consilia Alex. *cons.* 49. *nu.* 18. *lib.* 4. Quæ enim religio est dicere quod prætextu iuramenti cogẽ ius sit debitor ad soluendum vsuras quas mox repetat? si enim adeo sint indebitæ, vt vel solutæ repeti queant, cur iuramentum contra ius diuinum & canon. sanctorum patrum erit iniquitatis vinculum? cùm certum sit creditorem petentem & recipientem vsuras peccare & iniquè agere, cur periurij metu fouetur & toleratur hæc iniquitas, & peccatum, ad quod quoties tendit nullum est iuramẽtum, sed iam sensim secundæ curiæ meæ decades transcribo. Quare supersedeo, reliqua ibi reseruans, vbi docui quod non obstante. d. c. potest debitor agere vel excipere vt creditor cogatur iuramentum relaxare quod primus omnium voluit Federicus Senensis. Ex incidenti & noua nostra *disjunctione analytica* exploratum habes, etiam quoad præfatum articulum cõpensationis iuramentũ recipere omnes conditiones, subauditiones & limitationes quæ ex natura actus vel de iure insunt actui iurato, idque ex regula communi vtriusque iuris in *l. vlt. C. de non num. pecun. in cap. quemadmodũ de iureiurand.* & quod *l. inuicem. C. de compensa.* habet locum in debitore qui iurauit soluere etiam in foro ecclesiastico, in quo per d. c. *ad nostram* in nullo derogatur dictæ *l. inuicem.* An autem etiam in excommunicato locum habeat dicam j. §. 74.

29. Nunc ad propositam q. *redie*[illegible] pro eadem parte facit quod volunt Docto. emphyteutam per biẽnium vel triennium non soluentem non cadere à iure suo, si dominus tenebatur ei in tanta vel maiori quantitate, sed compensationem ipso iure fieri ad vitandam pœnam commissi. ita tenent Spec. in *tit. de loca.* §. *nunc aliqua. ver.* 79. Io. Fab. Io. de Plat. in §. *in bonæ fidei. instit. de actio.* Alber in *l. cum alter. D. de compe. in l.* 2. *col.* 4. *nu.* 16. *C. de iur. emph.* Bal. in Margarita. in *ver. emphyteuta. quæ.* 1. Ang. *in l. si mora. D. soluto matri.* Abb antiq Imo. Anto. But. Panor. in c. *bona fides. de depo.* Guid. Pap. *Dec. Delphi.* 171. *ad fi.* Soci. *cons.* 99. *lib.* 1. Franc. Cur. Senior. *cons.* 70. *col. vlt. ver. transeo ad rerum* Ias. in *l.* 2. *q.* 19. *C. de iur. emphyt. & inst. de act.* § *in bonæ fidei. n.* 8. 3. Alcia. in *l. quum ponat col.* 3. *C. de pact.* Ang. Clauas. in *verb. emphyt.* §. 20. *summa.* Sylues. *eo. verb. q.* 7. & omnes Docto. quotquot legi, vno excepto per tationem de qua in princip. huius quæst. Sed nunquam mihi placuit.

30. Fateor ampliationem quam gl. & Doct. faciunt in *d. l. si constat.* esse veram in se. vt *d. l. si constat. & l. cum alter. D. eo. tit.* nedum habeat locum ad sistendũ cursum vsuratum siue stipulatarum, siue officio iudicis tantum venientium, vel iustum interesse vltra tempus retentæ pecuniæ, de quo plenè dixi in *tract. commercio. & vsura. q.* 43. *q.* 74. etiam si illæ vsuræ veniãt ex priuilegio minoris ætatis, vt in *l. minorum. C. in quib. cau. in integ. restit. non est necessar. in l. Titia. Seio.* §. *vsuræ D. de leg.* 2. sed etiam ad euitandam cõmissionem pœnæ nedum conuentionalis, sed etiam legalis vel testamentariæ, & generaliter vbi aliàs debitor incurreret damnũ. Sed dico quod hoc debet semper intelligi cum hoc rationis & recti iudicij temperamento. vt videlicet debitum quod compensatur sit simile & eiusdem priuilegij & rationis, maximè quantũ ad implendum effectum & satisfaciendum obligationi, prout etiam loquuntur *d. l. si constat. & d. l. cum alter.* aliàs secus. Hinc est quod depositarius non potest compensare depositum etiam in quantitate consistens, cum simili quantitate sibi debita ab eodem, sed ex diuersa causa. & est ratio, quia debitum ex deposito habet specialẽ & prærogatum fauorem quem non habent aliæ obligationes *l. pe. C. depos.*

31. Et à pari vel maiori ratione dico præfatam ampliationẽ non habere locũ in emphyteusi, quia canon emphyteuticus nedũ consistit in solutione conuentæ quantitatis, sed etiam in recognitione domini directi: imo illa recognitio censetur potior quãtitate & maior pars obligationis, vt per Bal. in *l. eadem. col.* 1. *C. de loca.* & sic non potest recipere vllam functionem cum simili vel maiori quantitate debita à domino directo ex alia causa. dominus enim debet tanquã priuatus ex causa priuata promiscua, sed emphyteuta debet tanquam superiori ex causa prærogata ad finem recognoscendi directi domini, & sic debita sunt multum inæqualia in qualitate & sine merito non debet fieri compensatio saltẽ ipso iure, quia sic emphyteuta non honoraret nec recognosceret dominum nec satisfaceret obligationi dominicæ: & inuenio quod ita in emphyteuta tenuit Pet. Iacobi (post Guil. de Cugno, cuius dictũ in lect suis reperire non potui) in *tit. de actio.* in rem pro re emphyt. quæ cecidit. in commiss. *col.* 4. quamuis Guid. Pap in d. Decisi. 171. adducat cum quẽ non legit nisi vsque ad 3. col. non prosequendo sequentem prout multis desidibus accidit in oppositum, & malè: inquantum autem Petr. Iacobi ibi allegat Guillelmum de Cug. non potui vllum de hoc verbum inuenire in tota eius lectura quæ super C. extat.

32. Sed hanc de emphyteuta veram sententiam modifico dupliciter. Primo vt procedat respectu eius, quod aliàs dicitur compensationem fieri ipso iure, secus in ea quæ opponitur ab homine: vnde si emphyteuta ante lapsum triennij vel biennij, & fortè vltima die offerret dominico compensat canonem pro rata similis vel maioris quantitatis sibi debitæ a domino, euitat commissum. Ratio, tum quia oblatio compensationis recognitionem domini includit: tum quia æque hoc casu potest dominus antapochã accipere, & apochã dare iuxta *l. plures apochis. C. de fid. inst.* sicut in formali solutione: & sic cessat omne inconueniens. Nec obstat quod dominus aliquãdo postulare potest, vt realiter soluatur, prout ex multis causis contingere potest, vt eius interesse expressam & realem professionem fieri ad clarificandam vel corroborandam quasi possessionem dominij directi, vt quando super eo controuersiam patitur à riuali: quia fateor quod potest & ad hoc tenetur emphyteuta & cogi potest. Tamen si infra tempus realiter non soluerit, si tamen adito domino compensationem obtulerit. dico quòd (etiam si dominus directus ex iusta causa, vt prædictum est, noluit admittere, sed realem solutionem habere) non

cadit res in commissum, quia per expressam oblationem & agnitionem domini apparet illum non fuisse contemptum, sed recognitum: & quia quantò agitur de maiori præiudicio videlicet de totali amissione rei, tantò minùs pœnæ indulgendum.

33. Secundò modifico, vt si fortè emphyteuta est simplex rusticus vel mercator iuris ignarus, qui ideo quia scit dominum canonem emphyteuticum super summam quam debet deducere posse, & ita sperat: primo loco deducendum fore superuacuum putat canonem soluere, & sic cessat dominum adire & labitur triennium, vt quamuis mero quidem iure res ceciderit in commissum: tamen possit & debeat in integrum restitui ex clausula generali, & illam quam dixi puto esse iustam causam. Tum ex personæ qualitate,

34. Tum quia illud merum ius propter magistrorum opiniones, vt inquit glos. in *l. constit. C. §. quibus in verbo, certas dubium & controuersum factum*, nō habetur pro iure certo, vt gloss. ibi Bart. Imol. Alex. & alij in *l. cùm prolatis. D. de re iudic. Bald. in addit. Specul. de execut. sent. in fi.* Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 3. in 6. oppos.* & ibi Franc. Rip. *col. 7.* Bar. in *l. quod Nerua. col. 5. depositi.* Ias. in *l. captatoriæ col. pen. C. de testa. milit.* Phil. Dec. *cons. 540. in fi.* Et errori facti etiam in acquirendis & in præscribendo æquiparatur, vt not. Pet. Ancha. cons. 324. Franc. Cur. senior. *cons. 71. col. 4.* Phil. Cor. *cons. 62. lib. 3. cons. 10. col. 2. cons. 169. in fi. lib. 4. late Feli. C. de quarta col. 8. de præscri.* quantò fortiùs in damno vitando & ad pœnam vitandam. facit quod vult Alex. in *cons. 1. col. 5. lib. 2.* quòd faciens contra legem præcepti, in quo sunt variæ opiniones, non peccat.

35. Et ad excludendum huiusmodi restitutionem in integrum non puto sufficere rusticum esse sagacem de quo per glos. & Doct. in *l. athletæ. §. vlt. D. de excusa. tuto.* per Ioh. de Pla. in *l. 2. C. de agric. & mancip. lib. 11.* vtpote cum etiam vrbano ciui non denegetur, vt dixi. Sed si appareat de malitia vel contẽptu posset esse talis & tantus, vt prorsus deneganda esset restitutio.

36. Amplio hoc remedium restitutionis non solum si dominus non erat putè & in tantundem vel plus obligatus, sed in diem qui nondum venerat tempore lapsi triennij. sed non erat tanta distantia diei quin potuerit emphyteutes probabiliter existimare opportunius esse expectare & compensare, vel si magna erat distãtia & dilatio longa, illud debitũ ex gratia emphyt. processerat, qui fortè pecuniã gratis mutuauerat domino longa etiam dilatione soluendi gratis data, ita vt merito æstimauerit futurum fore dominum beneficio affectũ in maiori summa, facilius dilationem daturum in minori scilicet huius canonis. his enim casibus & similibus non puto audiendum dominum commissum petentem ex lapsu triennij, saltem emphyteutam (quem satis verisimile est dominum quem honorauit minimè contempsisse, sed beneficij memorem & in minoribus indulgentem fore credidisse) in integrũ restituendum.

37. Ex his liquidò patet solutio q. nostræ, vt non fiat compensatio ipso iure ad euitandum hanc mulctam huius §. vt nec restitutio in integrum dari possit, cùm agatur de modico *l. scio. D. de in integ. rest.* Plus dico, quòd si ante diem soluendi census vel etiam ipsa die & loco censuarius offerat domino compensationẽ quod non tenetur dominus admittere & eo recusante compensari censum, nisi soluatur, cõmittitur mulcta: quia census est ius prærogatum & dominicale multò magis quàm canon emphyteuticus, & hoc quando in valde modica & parabili quantitate consistit, & sic tanto magis præpollet honor & recognitio domini directi in quo non cadit vlla compensatio nisi vtroque consentiente, & tanto magis contumacia & protervia censuarij arguitur: Secus si esset magna summa vel in modico grano tunc raro aut valde raro, quia valeret opposita ab homine compensatio.

38. Amplio etiam si ageretur de mutuo censu compensando, si fortè dominus vno respectu sit censuarius censuatij, quamuis enim hoc casu vtrunque debitum sit eiusdem qualitatis & prærogatiuæ, tamen non recipit compensationem vtraque parte consentiente, & hoc ne monumenta census conturbẽtur. Ita quòd qui soluere voluerit: poterit ab altero censum & mulctam exigere, quòd si vterque cessauerit, mulctam inuicem altero inuito compensare possunt, non censum, nisi, vt dixi, consistat in magna quantitate, quia tunc sicut in emphyteusi compensatio ipso quidem iure non fit, sed offerri potest ante mulctam commissam, & eius commissionem impedire: etiam si quod debetur à domino esset ex causa mutui vel alia dissimili: dummodo debitum sit liquidum & purum, quia hæc compẽsatio tantam affert cõmoditatem, quantam solutio, & eandem recognitionem implicat. secus si de vno aut duobus obolis census ageretur, quos censuarius offerret compensare super viginti aut triginta libris sibi debitis à domino, quia huiusmodi compensatio propter vilitatem summæ inutilis nugatoria videtur, & censuarius paruam & parabilem solutionem detrectans honorem & ius domini spernit & cadit in mulctam.

39. ¶ Sexto quæro. vtrum domino inuito possit solutionem census offerre pro * futuris annis? videbatur quòd sic, saltem pro tribus annis proximis sicut in emphyteusi. est text. in *l. placuit: de colla. fundi patrim. & emphy. li. 11. C.* Bar. in *l. statuliberi in fi. D. de statu. lib.* Ias. latè in *l. 2. q. 12. C. de iure emp.* saltem offerẽdo dominum recognoscere ex nunc pro futuris annis, vt tradit Bart. quem ibi sequitur Lancelo. Dec. in *l. cum qui. D. de annu. leg.* Breuiter dicendum quòd etiam pro vno futuro anno vel termino soluere non potest inuito domino, *& ita tenet Guil. Cuneus in l. plures apochis. C. de fide inst.* dices hoc casu diem esse appositum in fauorem creditoris, quia per solutionem annuam probat se dominum directum vel creditorem.

* Censuarius inuito domino nõ potest offerre solutionem pro futuris annis, imò nec pro vno futuro tãtum anno.

40. Et quemadmodum non potest censuarius in domicilio domini offerre & soluere prætermisso loco * solutionis antiquo & consueto, sine consensu domini: ita nec * ante tempus. Et hîc bonum est argumentum de loco ad tempus & contrà, quoniam eadem est ratio *l. vlt. D. de tritic. l. datio §. si per venditorem D. de act. emp. l. quoties in diem. cum l. seq. D. de verb. oblig. l. viuum. & ibi Ias. col. 2. D. si cert. pet. & in l. 1. §. sed excipiuntur nu. 6. 11. D. de ferijs.* Soc. in *cons. 26 col. fi. lib. 3.* Hîc autem ratio anniuersariæ recognitionis & reuerentiæ domini directi conseruandæ, tam in tempore, quàm in loco præueniendo nec mutando pariter militat. idem tenet Specu. in *tit. de loca. §. nunc. aliq. q. 33. in ecclesia*: sed idem generaliter dicendum & in priuato data simili ratione.

* Censuarius nõ potest inuito domino alio loco cẽsum soluere.
* Censuarius non potest ante tempus soluere.

41. ¶ Septimò quæro, si inueniatur censuarium soluisse per tres continuos annos, an præsumatur etiam superiorũ annorum censum soluisse? videretur quod non: quia casus est vnicus & specialis in re in publicis tributis fisco debitis in *l. quicunque. C. de apo. publ. li. 10.* Igitur in contrarium ius commune. Tamen idem tenendum in censu etiam priuatis debito, quia agitur de modica summa, & sic facilius extenditur præsũptio à præsentibus vel vltimis in præterita, saltem stabitur iuramento solutionem præcedentium annorum allegantis: & ita expressim disponit consuet. *Borbo §. 419.* Non tamen intelligo quod præcisè teneatur iurare se soluisse pro annis præcedentibus, sed satis est quod iuret se ita credere vel non recordari de contrario, nec esse in mala fide: in hærede autem vel quouis successore, non requiritur iuramentũ, sed sufficit allegatio solutionis. Plus dico, quod non tenetur præcisè articulare solutionem, seu ponere in facto probando, sed sufficit allegare solutionem & præsumptionem iuris quæ pro liquida & iam facta probatione habetur, vt per glo. & Doct. in *l. si tutor petitur. C. de peric. tuto.* & si actore

non allegante promissionem, protestationē aut aliud factum admissibile iudex interloqueretur probandum testibus vel instrumentis posset appellari vt in articulo iuris. Et ita generaliter obseruandum est etiamsi consuetudo loci non exprimat: fortiùs vult consuet. Pictau. §. 47. quod per solutionem vltimi anni simpliciter sine protestatione receptam præsumitur pro solutione omnium præcedentium mediante iuramento veritatis in eadem persona vel crudelitatis in hærede.

41. Amplio primò nedum quando apparet de solutione trium nouissimorum annorum; sed etiam si in vltimis annis sit cessatum: apparet tamen ante quatuor aut quinque annos per tres continuos annos fuisse solutum, quia tunc præsumitur solutio superiorum ab illis tribus annorum per *d. l. quicunque*: quæ generaliter loquitur & præsumit pro solutione superiorum siue tres continuæ solutiones finitæ sint in vltimo anno siue non. Ideo gl. magna in *d. l. 2. C. de iure emphyt.* & Io. And. in *addit. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua q.* 27. non debuerunt restringere ad proximos annos simpliciter in quo Docto. ibi non aduertunt. Ex quō nota quòd per cessationem vel moram præsentis temporis & vltimorum annorum, non infertur in præteritum, nec receditur à præsumptione *d. l. quicunq*; : quæ est quod probatis solutionib. trium sibi cohærentium annorum non tenetur quis superiorum temporis apochas ostendere, sed præsumitur retrò soluisse, quamuis in hoc contrarium teneant Guill Benedict. in *repet. c. Rayn. in verb. si absque liberis moreret. 2. num. 188.*

43. Secundò amplio etiam in emphyteusi, quę est gl. & Doct. vbique communis sententia æqua & rationabilis, quia licet in emphyteusi canon soleat esse maior quàm in censu, tamen nunquam ascendit ad valorem & proportionem fructuum, sed magis in recognitionē domini præstatur, vt no. in *l. 1. C. de iure emphyt.* Vnde diligentiùs & liberaliùs præsumitur solutum, saltem quando apparet de tribus continuis solutionibus, non autem adduxi rationem quòd metus commissi stimulet ad soluendum, quia etiam si in emphyteusi esset pactum quod ob non solutionem non posset expelli nec esset locus commisso, adhuc idem puto.

44 ¶ Sed quid dicemus in colono? videtur aliud tum quòd iure non cauetur, tum quod non videtur par ratio, quia non soluit modicam pensionem, nec in recognitionē dominij, sed magnā & in fructuū cōpensationē, Et sic non videtur ita de facili velle soluere vel soluisse. Tamē omnes Doct. vbicunq; de hoc loquuntur idem tenent, siue in tributario, siue in censuario vassallo, vel colono. vt Bal. post Io. And. in *c. literæ in fin. de dilat.* Ange. in *auth. de non alie. aut permu. §. scribe. col. 2.* Franc. Crema. no. 78. Iaſon *d. l. 2. nu. 17. C. de iure emphy.* Alex. *conſ. 105. lib. 3.* Hier. Grat. *con. 121. col. 2. li. 2.* Et omnes quotquot legi. Sed certè ista est magna extēsio quare primū de ratione. l. diligēter inquirēdū.

45. Et ratio* *d. l. quicunque*, est propter quatuor simul concurrentia in themate d. l. Primū deuotio & legalitas in soluendo integraliter virilē suam tributariæ functionis. Secundū continuatio per tres cōtinuos annos & tres solutiones distinctas. Tertium silentiū exactorum susceptorū & omnium publicorū officialium exigendis tributis deputatorum & triennium illud continuum super functionibus & solutionibus. Et quartum tres distinctæ trium cohęrentium annorū publicè apochæ ab officialibus publicis confectæ & datæ simpliciter sine protestatione aut reseruatione præcedentium annorum. Quintum addi potest ex eodem tex. quod non subsit cautio à debitore data de soluendis dictorū annorum functionibus nec ex publicis monumentis aliter appareat. Et sexum solita diligentia, imo etiam acerbitas huiusmodi officialium nō solùm exactè exigendo nulla dilatione data: sed etiam in non exigendo reliqua noua, quin priùs aliqua persoluta sint. Et septimum quia alias etiam singulis annis solueret de suo cū

* Lex quicunque 4. C. de apochis publicis requirit.

statim teneantur pecuniā in ærarium principis inferre & rationem reddere: quæ tria vltima à prioribus dependent, & satis cum illis ex materia subiecta qualitate & consuetudine personarum intelliguntur. Et his demum præsertim illis quatuor concurrentibus præsumitur solutio & perceptio superiorum annorū, & satis est eam allegare nisi de contrario per dominū probetur. Hæ sunt veræ rationes decidendi è medulla d. l. desumptæ, infra quas, vt licitum est extende (cū agitur de materia nec odiosa, nec correctiua) *l. non possunt. cum similib. de legi.* seu potius interpretari: ita vltra eas non licet vtpote deficiente l. & legis ratione.

46. Ex quib. infertur primò quòd d.* *l. quicunque*, nō loquitur de censu priuati & multò minùs de quocunq; alio priuatorū reditu: sed dumtaxat de publicis tributis & de apochis illorum non priuatis, sed publicis & quę per multas publicorū officialium manus examinatæ transeunt & in publicis gestorū monumentis annotantur *l. securitates de suscepto præpos. & arcariis li. 10. C.* & quæ prorogatæ sunt authoritatis, vt statim præcidant nec locus sit exceptioni pecuniæ non numeratæ *l. in contractib. §. 1. ver. ideoque. C. de non nu. pecu. l. 2. in fi. C. de quadr. præscr. l. securitatib. C. de apochis publicis. lib. 10.* quæ omnia cessant rā in apochis priuatis quā in censib. & quibusuis reditib. priuatorū. & sic in puncto iuris & in ratione & causa finali. *d. l. quicunq*; nō potest extendi ad census priuatorū & multò minùs ad alia. Si enim in publicis apochis tributorum tam exacta sit solennitas, vt vna videretur contra præterita sufficere, & tamen requiruntur tres trium annorum cohærentium: multò minùs sufficiunt in priuatis vbi deest illa solicitudo & cautio, & vbi habet locū regula exceptionis non numeratæ pecuniæ. d. l. in contractib. & consequenter aliæ regulæ iuris communis quod apochæ limitatæ ad suos annos, ad alios nō extendūtur.

* Nouus intellectus legis, quicunque.

47. Nihilominus * quod ad cēsus dominicales attinet non solum regios, sed etiam de domanio Regis, imo etiam quorumcumque inferiorum dominorum censualium, quatuor de causis idem puto. Prima propter analogiam & subordinatam æquiparationem quā habent census priuatorum ad census fiscales, vt not. in *l. competit. C. de præscrip. 30. vel 40. annor. & ī. hoc tit. num. 15.* Secundo propter communem obseruantiam. Tertio propter vtilitatem communem. Quarto quia solent in libris censualibus solutiones describi. Si igitur in dictis libris trium annor. consecutiuæ solutiones inueniantur, satis probatum arbitror de solutione precedentium. Idem si tres recognitę quamquam priuatę apochę domini vel sui procuratoris etiā generalis triū consequentium annorum producātur à censuario cui negligentia domini vel sui procuratoris qui in libro censuali non descripsit vel chartam amisit, nocere nō debet. Hæc sit prima extensio. Secundo extendo ad canonem emphyteuticum per rationes dictas ī. *eo. n. 41.* tum ratione promiscui vsus & vtilitatis. Hactenus extendisse sufficiat d. l. quæ ad alia nullo modo (deficientibus extensionis mediis) extendi potest.

* Solum.

48. Malè ergo extendunt* Doct. ad superficiarium, quāquā hoc sine textu sine lege habeant pro expedito, vt Phil. Deci. *con. 550.* Bene verum est quod ex solutione trium consequentium annorum, resultat quædā nō leuis præsumptio solutionis præcedentium: sed ita nō est præsumptio præiudicata, nec præsumptio iuris, sed facti, quę secundum circumstantia negotij, & qualitatem personarum minùs aut magis diligentium vel negligētium, potest esse maior vel minor, & cum aliis coniecturis arbitrio iudicis sufficere, iuxta illud: quæ nō prosunt singula multa iuuant. *l. rationes. C. de probationib. glo. l. 2. in fine princ. de excusatione tutorum.* Ideo in reditibus domanialibus dominorum territorij qui solent in libro publico describi, probabiliter admitti potest trium cohærentium annorum solutiones sine reseruatione in libro ordinario descriptas, vel si-

* Communem errorem.

miles indubitatas ſuperficiarij apochas ſufficere ad præſumendum in præteritum: ſed in conſequentiam trahi non debet ad alia in quibus non eſt eadem vel non tanta ratio.

49. Malè ergo & perperam, ne dicam flagitiosè extenderunt ad colonum ſiue numis colat ſiue aliter. Fateor non leuem eſſe præſumptionem ſi probetur teſtibus de ſolutione integra trium cohærentium annorũ, & maiorem ſi probetur apochis ipſiuſmet domini, vel officialium quorum rationes fuerunt auditæ & admiſſæ rationariis: ipſis ab omni rationum obligatione abſolutis & ſine vlla proteſtatione & reſeruatione præteriti in dictis apochis, & libro rationum & earum homologatione. ſed hoc ſolùm non cõcludit nec vlla eſt lex quæ velit haberi pro ſufficienti, ſed relinquitur ar II bitrio iudicis & reliquis circunſtantiis & inſuper dict. *l. quicunque* facit in oppoſitum, tum per locum à ſpeciali, ergo per regu. *l. 1. ad municipal.* tum propter magis exactam ſolennitatem quæ eſt in publicis tributis. Et meritò eam inſolentem extenſionem reprobaui in annotatio. ad Philippum Decium *conſ.* 550. *col.* 2. Et quod dixi de teſtibus longiùs recedit à themate dict. l. quicunque quæ nullam teſtium (ad effectum de quo ibi) probationem admittit, loquitur enim de apocha in ſcriptis authentica & cautione ſcripta, & facultatem probandi contra præſumptionem ex illis tribus ſcriptis & à publicis officialibus ſubſcriptis apochis reſultantem, reſtringit ad ſcripta non priuata ſed publica eorumdem officialium & præfectorum ei rei deputatorum, vt patet in dicta *l. quicunque in fin.* vbi C gloſſa vlr. perperam exponit de teſtibus. Geſta enim monumenta publica & authentica geſtorum ſignificant, non depoſitiones teſtium *l. vltim. C. de ſententi. & re iudicat. cum ſimilibus.* Et quòd dixi de teſtibus procedit ſecundum diſpoſitionem iuris communis & non in terminis dict. *l. quicunque.*

50. Ex prædictis infero malè ſcripſiſſe Hoſt. in ſumma de locat. in fine quod in emphyt. Eccleſiæ ſufficiat ſolutio duorum cohærentium annorum ad præſumendum ſolutiones præcedentium: ſi enim non ſufficit in publicis tributis quæ tanta cautione ac tanta ſolicitudine exiguntur, quantò minùs in aliis. Non obſtat quod in emphyteuta Eccleſiæ ſufficit ceſſatio biennij, vt cadat in cõmiſſum, quia hoc fauore Eccleſiæ inductũ eſt. Vnde ſi fortè ſummo iure & rigore vti noluit, non debet retorqueri in eius præiudicium per text. in *l. plures apochæ inſt. C. de fid. inſtrum.* fateor quod quãdoque ſolutiones duorum annorum, imò etiam vnà cum aliis validis coniecturis ſufficere poterit: ſed in vim concurſus aliorum & iuris communis, non in vim ſpecialis & prærogatæ diſpoſitionis. *d. l. quicunque.*

51. Rurſus infertur malè imo peiùs ſcripſiſſe Guliel. Bened. in *rep. c. Raynutius, in ver. ſi abſq; liberis mo-* *rere. 2. n. 186. extra de teſtam.* quod in penſione menſtrua vel vnoquoque ſemeſtri debita ſufficiant tres ſolutiones per tres continuos menſes vel tria ſemeſtria, quia imo ad talem præſumptionẽ inducendã requiritur caciturnitas & parientia triennalis: ideo non minori tempore (in quo etiam nõ eſt tanta ratio) poſſumus nec debemus præſumere per dictã l. vltra illius termi- E nos prout etiam rectè tenuit Alexand. *conſil. 106. magiſtroè prætor. col. 2. nu. 3 ver. ſed dico primò lib. 3.*

52. Tertiò infertur malè ſcripſiſſe Guliel. Bened. in *d. rep. & ver. nu. 188.* ſi quis nouem continuis annis ſoluerit, videlicet tertio quoq; anno pro tribus ſimul, & ſic tres ſolutiones fecerit. quod adhuc non præſumitur de præcedenti cùm non ſit formis præſtatio. quia dico quod imò in terminis *d. l. quicunque.* vel quatenus poteſt extendi ſecundum prædicta, adeſt formis præſtatio & continua & tergeminata, & ſilentium de præcedentibus plus quam triennale, & tres apochæ ſimplices ſine vlla præcedẽtium reſeruatione. Tum maior & fortior eſt præſumptio in longiori con- A tinuato quã in breuiori ſpatio, & hoc reſpectu ſumus hic in fortioribus terminis. Et ſi dicatur quod ſolutio non eſt facta ſingulis annis, ſed tertio quoque anno, dico quòd eſt facta de omnibus illis annis & de toto vno tempore continuo & per tres diuerſas vices eiuſdem continui temporis: & quanto tempus eſt maius, tanto fortior eſt præſumptio, quemadmodum fortior eſt præſumptio, quando ſunt quatuor ſolutiones quatuor cohærentium annorum, quam quando ſunt tres tantùm. Et ſic nulla eſt hoc caſu difformitas, ſed fortior conformitas, nec detrahitur ſed additur ad augendum & corroborandum ſolutionis præcedentium præſumptionem.

53. Quartò incautè ſcripſit Guliel. Bened. in *d. repet. & ver. nu. 188.* non eſſe locum dictæ præſumptioni in obligatione annua perſonali duntaxat nullo certo fundo ad hoc hypothecato: quia etiam concurrente & generali & ſpeciali hypotheca, adhuc non eſt caſus d. l. nec eadem ratio propter nimiam diſparitatem & rationem decidendi, ſed quatenus quadam analogia d. l. cum aliis coniecturis poteſt adaptari, impertinens eſt reditum eſſe perſonali tantum obligatione ſubnixum, vel hypotheca prædiali, vel etiam ad vitam aut perpetuum eſſe, ſed refert in ſolennitate deſcriptionis ſolutionum & aliis circunſtantiis ſupplentibus defectum fortiorum terminorum *d. l. quicunque.* Ex his habes verum & germanum intellectum *d. l. quicunque.* quẽ non reperies alibi ita abſolutè declaratum. adde ſi vacat notata in *l. ſi certis annis. C. de pact. in l. 2. C. de iur. emphyt. in l. de dot. promiſ. in l. cùm de in rem verſo D. de vſur.* Plura ſuper his digeſſi in regeſtis meis, ſed ſufficit quæ neceſſaria ſunt aut nouam lucem adferunt ſcribere, reliqua ſuis locis remittere vel omittere.

54. ¶ Octavo quæro, certum eſt quod non ſit remiſſio cenſus priuatorum propter * ſterilitatẽ ſicut nec emphyteutæ, de quo eſt text. in *l. quicunque 1. C. de fundo patri. lib. 11. & notant omnes doct. in l. 1. de iure emphyt.* Sed multò minùs in cenſuario quantò cẽſuale vectigal ſolet eſſe minoris quantitatis & maioris prærogatiuæ emphyteutico. Sed dubitari poteſt, quid ſi propter bellorum tempeſtates res cenſualis non poſſit coli, nec aliquis inde fructus percipi? Hæc quæſt. lariſſimè patet. Et primò videndum eſt quæ ſit vera ſententia in emphyteuſi: in qua licet ſit maxima Doctor. cõtrouerſia, tamen quia pleniſſimè diſcuſſa per Bar. in diſput. *publicanus* & in *l. conten. §. qui maximos. D. de publica.* per Cano. in cap. *propter de loca.* per Ang. Areti. in *§. adeo. col fi. inſt. de loca.* & nouiſſimè & copioſiſſimè per Laſ. in *l. 1. nu. 81. cum 4. col. ſequentibus. C. de iure emphyt.* Non diſputabo, ſed deciſiuè procedam nonnulla ſupplendo quæ in aureo apparatu Laſ. deſunt, & inuenio quinque opiniones.

* An propter bellum fiat remiſſio.

55. Prima Guido. de Suza. in *l. damnum. C. de loc.* diſtinguentis, An penſio ſit præſtanda de ipſis fructibus percipiendis in re emphyteutica, & tunc fieri debeat remiſſio, quoties nulli fructus percipiuntur, ſiue propter bellum, ſiue ob ſterilitatem, aut aliam quamuis cladem: Aut verò penſio debetur in certa quantitate vndecunque præſtanda, & tunc non fiat remiſſio. Sed hæc diſtinctio quantũcunque colorata, non eſt bona, tum quia vtroq; caſu, aut tota res non perit aut cenſetur in totũ perire quantum ad illũ annum, & ſic remiſſio fieri debet aut non fieri, idque ſimpliciter, non habito reſpectu ad præfatam diſtinctionem. Tum quia cùm ſit præſtatio annua, etiã ſi maximè gratia taxationis expreſſum ſit penſionẽ præſtandã de fructibus rei, tamen ſi vno anno non colliguntur, ſuppleri debẽt ex fructibus ſequentis vel ſequentium annorum. *arg. l. legatum. §. vini Falerni. D. de annu. lega. l. ex c. D. de vino. triti. & olео le. l. firmo in pri. D. quando dies le. ced.* prout tradit Bar. quẽ alij ſequũtur in *l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. col. 2. n. 7. D. de verb. oblig.* & ſic in effectu dicta opinio recidit in ſequentẽ, quod nulla fieri

debeat remiſſio: quia etiam ſi penſio ſit taxata ad fructus rei conceſſæ, ſi aliquo anno deficiant fructus, ſuppleri debent ex ſequentibus, vt dixi, niſi appareat limitationem factam eſſe non ſolùm ad fructus fundi, ſed ad ſingulas penſiones limitatas ad fructus ſui anni.

56. Secunda opinio eſt Iaco. Butriga. negatiua quod non ſit facienda remiſſio: quam tenet Albe. in *l. 1. col. 2. nu. 6. 7. C. de iure emph.* Pau. Rapha. Cu. & latè Alex. in *l. interdum. §. quod ex naufragio. D. de acqui. vel amit. poſſe.* Ang. Are. *inſt. de loca. §. adeo.* & hæc priori veriora. mouentur forti & concludenti ratione, quia emphyteuta ſemper retinet totum dominium vtile, imo etiam poſſeſſionem rei quæ non perit. tex. in *l. licet. C. de acqui. & retinen. poſſeſſ.* per quem tex. Rapha. Cu. poſt Richard. Malumb. & Alberi in *l. 1. C. de iure emphy.* tenet contra communem in d. §. *quod ex naufragio*, licet fructus qui non ſunt niſi pars rei, ad aliquod tempus pereant: quod non eſt in cõſideratione per *d. l. 1.* ſed ex quo tota res non perit. totũ damnũ debet ſpectare ad emphyteutam. ſa. quòd non ſoluit canonem in recompenſationem fructuum ſed in recognitionem dominij. & ſic ſemper durat cauſa ſoluendi.

57. Tertia opinio eſt oppoſita & affirmatiua de remiſſione facienda, quem tenuit Iaco. de Are. quem refert & ſequitur. Io. And. in *addit. Spec. ti. de loc. §* nũc. *aliqua quæ. 137.* Cyn. Bar. Salic. in *d. l. 1* Hoſtien. Inno. Petr. Ancha. Imol. in *c. vlt. de loca.* & hanc tandem ſequitur. Iaſ. in *d. l. 1. & in l. 3. §. in amittenda. D. de acqui. vel omit. poſſeſſ.* & in conſ. 54. *col. 4. lib. 1.* & vltra allegata per Iaſ. idem tenet And. de Iſer. in *ca. Vnico. quæ ſint regalia:* ſuper verbo *& planſtrorum. col. 2. in vſib. feu.* Io. de Ferra. *in for. libel. ad ſicti. præſt. & rei relaxat. in ver. recuſauit. & recuſat. col. 1. ver. ſi. amplius* Franciſ. Are. in *conſ. 139. quia conſultatio inſt.* Io. Bertach. in tract. *de gabel. part. 2. q. 33. verſ. emphyteuta vero.* & eſt communis opinio differentiam ſtatuens inter ſterilitatem in qua colere quamuis inutiliter: & bellum, in quo nec colere quidem licet, quam ſequitur Iaſ. *l. 3. §. in amittenda. de acq. vel amit. poſſeſſ.* & latiùs in *l. 1. nu. 81. cum ſeq. C. de iure emphy.* cuius potiſſima ratio eſt: quia tota res cenſetur deperdita pro illo tempore pro quo nec res coli nec fructus percipi poſſunt.

58. Quarta opinio Bal. in *d. l. 1. col. 2. verſi. quæro an propter in fi.* vbi diſtinguit aut penſio eſt magna, & debet fieri remiſſio, tam propter ſterilitatem quàm propter bellum. Aut eſt parua & nulla fieri debet remiſſio nec ſterilitatis nec belli cauſa. & ſequitur Lud. Rom. in *l. interdum. §. quod ex naufragio. de acqui. vel amit. poſſeſſ.* Card. Flor. *cap. vlt. de locat.*

59. Quinta & vltima opinio eſt Ant. Butrij in *d. c. propter ſterilitatẽ* quẽ in effectu ſequitur Ang. Aret. in d. §. *adeo. col. vlt.* diſtinguendo an bellũ ſit longum, putà per tres annos vel vltra ſecundum quod Butr. declarat, vt tunc fieri debeat remiſſio: ſi verò ſit breue putà infra biennium, & nulla fieri debeat remiſſio.

60. Quid dicemus? Puto* opinionẽ Bal. quarto loco poſitam iuncta moderatione vltimæ opinionis Anto. Butrij (ſecundum quod ſtatim dicam) eſſe ipſam veritatem, vt quæ nulla fieri debeat differentia inter ſterilitatem, de qua in *l. quicunque C. de fundis patrim. li. 11.* & inter incurſum latronũ, vel exercitus belli: ſed effectũ, & ſic paritatẽ rationis in vtroque debere attẽdi.

61. Et primò quando loquimur de bello, nõ addimus nec intelligimus fundum prorſus ab hoſtibus occupatum: poſtquam enim totus deuenit in poteſtatem & dominiũ hoſtium. §. *item ea quæ inſt. de rer. diuiſ.* tũc in totum periiſſe cenſetur, tam reſpectu vtilis quàm directi domini, qui nõ minus definit dominus directus eſſe, quàm ille vtilis. & non minùs ciuilem quàm ille naturalem poſſeſſionẽ perdit, nec in ſua poteſtate eſt præſtare domino vtili habere licere in totũ vel in parte. ideo ſecundum omnes hoc caſu fit remiſſio, vt per Alexan. & alios in *d. l. interdum. §. quod ex naufragio ad ſi. de acquir. vel amit. poſſeſſ.* Iaſ. L. 1 *nu. 55. C. de iure emphyt.* Imo dico quod propriè non eſt remiſſio, ſed peremptio, quia ius ipſius domini directi ſeu creditoris peremptũ eſt, & ſic ipſo iure liberatio cõpetit.

62. Loquimur ergo non de victoria vel occupatione per hoſtes facta: ſed de tempore belli quo propter diſcurſum armorum ſiue hoſtilium, ſiue noſtratium fundus arari & coli nequit nec vllos fructus percipi, tunc enim eadem ratio eſt quæ totius ſterilitatis, quia etiam ſi in bello non perdat (vt in ſterilitate) ſumptus culturæ quam in bello diſſerit, hoc compenſatur cum aliis damnis quæ bellum adfert, & ſic vtroque caſu dominium vtile & poſſeſſio retinentur, ſed omnes fructus pro eo tempore pereunt.

63. Dico* ergo tripliciter diſtinguendum: Aut penſio eſt valde modica aut magna aut mediocris: primo caſu vera ſit opinio negatiua: ſecũdo caſu affirmatiua. Cùm enim magna penſio reſpiciat cõpenſationem fructuũ, merito illis fortuito caſu ceſſantibus remitti debet, niſi cum maiori præcedentium annorum vbertate ſterilitatis vel belli calamitas compenſari poſſit. *l. licet. C. de loc.* pariter ſi poſtea veniat maxima vbertas, ſuppleri debet quod tẽpore calamitatis remiſſum fuit *l. ſi vno. in prin. loca.* etiam ſi remittens ſimpliciter dixerit ſe donare, vt ibi quia vbi deberur remiſſio, verba intelliguntur ſecundum materiam ſubiectam & in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit *l. rem legatam. de adimen. lega. l. nouiſſimè. quod falſo tuto. antho.*

64. Cùm enim propter magnitudinem penſionis huiuſmodi conceſſio in cenſum vel emphyteuſim excedat ſuos terminos, meritò à non ſuis terminis excediturr *l. Lucius. & ibi gl. in verbo.* Terminos depoſiti, vt idẽ ſit quod in locatione cui magis accedit inſpecta quantitate mercedis quæ eſt potiſſima præſumptio Bar. *l. 1 §. poſt gl. ibi de ſuperficieb. Bald. l. 1. C. de iure emphyteut.* & diximus ſup. §. 55. *glo. 3. in fi.*

65. Oppoſitum eſt quando penſio eſt valde modica, quia tunc nullo modo ſoluitur in compenſationem fructuum, ſed in meram recognitionem directi dominij tantùm: & ſic perpetuò ſeruat naturam ſuam, vt nulla fiat remiſſio propter ſterilitatem vel bellũ etiam diuturnum. *d. l. quicunque. 1. de feudis patrimo. lib. 11.* quia tota res non perit etiam ſi periculum eſt ſolius emphyteutæ *l. 1. C. de iure emphyt. d. l. quicunque* & multò magis cenſuarij, imo quamuis ad tempus pereãt fructus: tamen tota res remanet in dominio vtili & poſſeſſione cenſuarij vel emphyteutæ vel ſuperficiarij, qui ſemper poteſt de ea diſponere vendendo, donando vel permutando. *l. licet. C. de acqui. & reti. poſſeſſ.* ergo ſemper currit huiuſmodi penſio.

66. Et ſic errat Iaſon in *d. l. 1. nu. 96.* vbi limitat *d. l. quicunque* vt procedat in ſterilitate quæ non abſorbet omnes fructus, ſed ſuperſunt ſufficientes ad canonis ſolutionem: ſecus ait ſi deductis impenſis non ſupereſſent fructus ad hoc ſufficientes, vt tunc fieri debeat remiſſio, quod eſt falſum. & non ſolùm contra *d. l. quicunque*, ſed apertius contra tex. in *d. l. 1. C. de iure emphy. & in §. adeo. inſtit. de locato.* vbi tex. hoc ſolùm diſtinguit: an res in totum, vel non in totum perierit. & in hoc pedes figit, & ſic præcisè ſtandum eſt iuxta glo. *pe. inſt. in l. ſi non fuerint. pro ſocio.* Cæpol. *tract. de ſimulat. contract. col. 14.* videlicet in propriis terminis in quibus lex loquitur, ſcilicet in vera & propria emphyteuſi ſub modica penſione data vel in terminis fortioribus vt in cenſu valde modico.

67. Sentit etiam ibi Iaſon imo expreſſim vult non eſſe differentiam inter caſum ſterilitatis & belli. & bene. Sed in hoc parum ſibi conſtat quia *n. 95.* immediatè præcedenti & *nu. 81.* cum multis ſeq. & in *l. 3. §. in amittenda nu. 6. de acquir. poſſ.* communem ſequitur ſententiam (quam Æmilius Ferretus lepidè vocare ſolebat communem ignorantiam) quod aliud ſit in ſterilitate

* Solutio.

* Solutio.

litate in qua non fit, aliud in bello in qua fit remiſſio, de qua 3. *eo. n.* 57. quæ ſatis cõfutata iacet ex prædictis.

68. Errat etiam glo. vlt. in *l. inter quos* §. *damni infecti.* de damno infecto, dicens remitti penſionem propter ruinam ædificij vel ſuperficiei, hoc enim falſum eſt, cùm ſuperſit ſolum quod eſt bona pars, imo etiam maxima, vt inquit text. in *l. qui res* §. *aream. de ſolut.* vnde merito gloſſam illam reprehendunt ibi Ang. Peruſi. Rapha. Cu. & alij & Iaſon quoque in d. *l.* 1. *n.* 44. *C. de iure emphyteut.*

69. Item quod dixi præcisè ſtandum diſtinctioni legis ſup. *eo. num.* 69. verum eſt reſpectu canonis, & ad conſeruandum ius ordinarium patrimonij domini directi quod in mera rei perſecutione conſiſtit, & ſic quoad ſolutionem canonis non refert ſiue etiam maior pars in perpetuum putà chaſmatico pereat, ex quo aliquid eſt reſidui, vt d. §. *adeo. in fi. & d. l.* 1. *in fi.* & vtrobiq; gl. & Do. ſiue non in perpetuum, ſed ad tempus omnes fructus pereant, etiam longo tempore, etiá bello, vt contra communem diximus: ſed refert quantum ad ius vel pœnam commiſſi in quo diſtinguendum, aut illa clades vel calamitas coëgit emphyteutam vel cenſuarium rem deſerere & ſedes mutare, vt bellum vel peſtis, & tunc iuſta cauſa eſt reſtitutionis in integrum aduerſus commiſſum per triennium in emphyteuſi, vel etiam aduerſus conſolidationem domino cenſuali factam defectu poſſeſſoris, ex quo iuſta fuit cauſa abſentiæ, ſecus ſi calamitas illa fructus dumtaxat aliquorum prædiorum abſorbet, ita quod non eſt neceſſe emphyteutæ vel cenſuario rem deſtituere nec alio migrare, quia tunc poſſet commiſſum cum infectu incurrere non ſoluendo in emphyteuſi, aut voluntariè & diu deſerendo in cenſu ſecundum conſuetudines locorum.

70. Et aduertendum quòd quando maior pars fundi emphyteutici chaſmate vel inundatione perpetua periit: tamen penſio nullo modo minuitur nec intenſiuè, nec extenſiuè, nec alio reſpectu. Vnde quamuis reſpectu reſidui fundi quod nunc remanſit, penſio quę initio erat valdè modica, nunc fit non ſolùm mediocris, ſed etiam valde magna, ita quod æquipolleat mercedi locationis reſidui, in compenſationem fructuum reſidui: tamen hoc non attenditur quia ſemper inſpiciendum eſt principium & prima origo *l.* 1. *de orig. iur. l. ſi procuratorem. in prin. mandz. l. eam poſſidere in prin. de acquir. vel amit. poſſ.* & ſtatus ab initio impreſſus, ideo ſuperueniẽte ſterilitate vel bello nulla facienda eſt velut mercedis remiſſio: quia non eſt merces locationis, ſed canon cenſualis vel emphyteuticus: nec attenditur caſus qui contigit ſine culpa domini quia quamdiu aliquid ſupereſt lex ait damnũ eſſe ipſius emphyteutæ d. §. *adeo. in fi. d. l.* 3. *in fin.*

71. Et quod dixi de inundatione, ſiquidem perpetua & continua eſt, idem eſt quod de chaſmatico ſeu perpetuo terræ hiatu fundo abſorpto: quia ſi eſt de toto vtrique perit, ſi verò de parte damnum eſt ſolius emphyteutæ vel cenſuarij, niſi quod in caſum commiſſi vel conſolidationis tantò minor pars ad dominum reuerteretur, ſi verò temporalis eſt & ſæpe rediens, idem quod de bello: non enim vbique locorum ſeruantur iura alluuiorum vel inundationum etiam nouo alueo facto: de quibus in §. *præterea* & in §. *quod ſi naturale. inſtit. de rer. diuiſio. in l. adeo.* §. *præterea. de acquir. rer. dom. in l.* 1. *C. de alluuio.* vt apud Sequanos in comitatu Burgundiæ vidi aliter æquiùs obſeruari, de quo loco ſuo dicam. Redeundo ad diſtinctionem noſtram trimembrem ſupra *eo. num.* 63.

72. Tertio caſu quando penſio mediocris eſt, tunc vt de natura duorum extremorum participat, media via deligẽda eſt, vt nec abſolutè denegetur nec ſtatim fiat remiſſio, aſſumendo quadantenus diſtinctionem Anto. Butrij 3. *eo. nu.* 59. Aut bellum vel ſterilitas longa fuit & fiat, aut breuis fuit, & non fiat remiſſio. Sed non placet quod Ant. Butrius & Ang. Areti. & alij hoc caſu putant longum tempus eſſe trium annorum vel ſupra, & breue tempus trium annorum & infra, nimis enim declinant in alterum extremum, ideo puto hîc longum vel multum tempus eſſe quinque continuorum annorum. tale enim tempus in iure dicitur multum tempus. text. *inſtitut. de literat. obligatio.* §. *multum autem tempus*, ſed infra quinque annos modicum ſiue non multum tempus dicitur.

73. Et adhuc quòd dico faciendam hoc caſu remiſſionem calamitate quinque annos vel vltra durante, intelligendum niſi ex annorum præcedentium maiori id eſt plus ſoluto vbertate calamitas compenſetur vel ſaltem annorum paulò poſt ſequentium inſigni vbertate ſuppleatur. Si enim ita eſt in colono vel conductore, cui magis ſubueniendum eſt, multò magis habet locum in ſuperficiario emphyteuta & cenſuario Auth. *multò magis. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Et intellige annos de propinquo præcedentes vel ſequentes quia à remotis non eſt trahendum argumentum, in quo puto ſpatium decem annorum non eſſe nimis remotum: Solent enim crebrius in toto hoc Regno, & ſæpe in conſuetudinibus homologatis exprimitur ad cognoſcendum communem reditum fundi cumulare fructus decem continuorum annorum & ſummam in decem dividere quaſi infra decẽ continuos annos nimia vbertas vnius anni debeat compenſare defectum alterius anni. fac. *l. forma. in prin. de cenſib.* vbi in profeſſione cenſuali publicorum tributorum tam in aruis quàm in pratis inſpicitur ſeges vel ſectio decem proximorum annorum: in alienatione autem temporali ſeu hypotheca domanij Regij redimibili ſolent quinque proximorum annorum fructus inſpicere. De his ergo quæ acciderunt vel ante accidunt vel poſt decẽ annos non puto in hac materia habendam conſiderationem, tum poſt longum tempus rerum dudum conſumptarũ non dicitur ſupereſſe veſtigiũ in præſenti caſu cõſiderabile.

74. His quæ dixi de chaſmate, non obſtat. *l. forma.* §. *illam enim æquitatem de cenſib.* loquitur enim in cenſu publico fiſci ſeu tributis & functionib. publicis quę imponuntur à ſupremo principe prorata non ſolùm quantitatis, ſed etiam reditus & bonitatis fundi: & ſic aucto vel minuto fundo non ſolũ extenſiuè, ſed etiam intenſiuè (niſi quando ex cura & diligentia poſſeſſoris) augetur vel minuitur à cenſitore vel peræquatore publico, vt patet in *d. l. forma.* & per tot tit. *de cenſib. & C. lib.* 11. *in tit. de cenſib.* & tit. *de omni agro deſerto, per tot. l.* 2. *& 3. C. de alluuio.* nos autem loquimur de cenſu priuato qui non eſt impoſititius, ſed fundiarius, vtpote fundo dato ad onus moditi cenſus: ideo periculum eſt recipientis, vt in emphyteuſi niſi totum pereat. Et idem de cenſu Regis fundiario & patrimoniali vel emphyteuſi Regis fundiaria. *d. l. quicunque.* 1. *de fund. patrimo. lib.* 11. *C.* Aliud* enim tributa publica & functiones publicæ, aliud patrimonium ſeu domanium principis, vt plenè dixi in tract. meo analytico de muneribus & honoribus quod omnes hactenus in iure ſcribentes ignorarunt: & hoc quando canon iſte fundiarius refertur ad corpus ipſum datum vel conceſſum: ſecus ſi ad modum vel menſuram, vt videlicet capiens in cenſum vel emphyteuſim ſoluat vnum ſolidum pro vno iugero vel pro rata, tunc enim quantitate fundi quouiſmodo ſine facto & culpa poſſeſſoris diminuta, minuitur etiam pro iure penſio. *l. ſi ſeruum.* §. *ſi modus. de actio. empt.* Non autem attenditur augmentatio vel diminutio reddituum niſi ſecundum diſtinctionem prædictam 3. *eo. n.* 63. 72. niſi fortè penſio limitata eſſet ad quantitatem reddituum cuiuſque anni, vt 3. *eo. nu.* 55. vt in decima vel campi parte ſup. *eo. in rub. num.* 2. de publicis autem & ſummi principis & reipub. functionibus plenè & nouè dixi in *d. tract. de muner. & honor.* quem magnis laboribus compoſitum in mundum redactum & editioni paratum ſub-

* Aliud ubinum. Aliud patrimonium.

ripuerunt impij illi & perfidi Montbelgardenſes officiales, veritatis, iuſtitiæ & literarum hoſtes, qui me ſcelerata proditione attractum, captum & carceratum ſpoliarunt, & menſe vndecimo metu illuſtrium & magnificorum conſulum & ſenatorum reipub. Biſuntinæ (apud quos Dei gratia & fideliſſimè paulò poſt defunctæ vxoris miniſterio liberatus in magno honore eram) libros meos exacta pecuniæ ſumma (vt eſt talium & perfidi eorum domini, cui iure vel iniuria omni Dei timore poſtpoſito ſeruiunt, inexplebilis & ſacrilega auaritia) reddiderunt, illo tamen excepto, quem præcæteris deſiderabam.* Conuerte illos Deus aut iudica, & vlciſcere vindex meus qui de carceribus illorum quinquemeſtribus te aſſiduè per vnicum Filium tuum Dominum & Redemptorem meum Ieſum Chriſtum inuocantem eruiſti, perfice rogo, vt quando pœnitere & ablata reddere nolunt, appareat te & innocentiæ meæ ſanctorum ſtudiorum meorum quæ perſecuti ſunt, curam habere Sed ad rem.

*Inuocatio Deiviadicis.

75. ¶ Satis ſup. diſſeruimus de bello. Quid ſi fundus qui fuerat captus ab hoſtibus recuperatus fuit? Non eſt dubium quin habeat locum ius poſtliminij tam reſpectu domini directi quàm vtilis & omnium quorum intereſt. An ergo cenſuarius vel emphyteuta debeat ſoluere canonem præteriti ſeu medij temporis? videretur quòd ſic cùm poſtliminium trahatur retro *l. retro.* & per tot de capt. *& poſtlimi. reuer.* ſaltem in rei perſecutoriis etiam ſi non in pœnalibus. Breuiter dico quòd ſi (quod rariſſimum eſt: poteſt tamen ex conuentionibus pacis vel aliter contingere) cenſuarius vel emphyteuta recuperet etiam fructus temporis medij, tunc debet canonem pro eodem tempore ſoluere, aliàs non, quia & ſi poſtliminium trahatur retro quoad fictionem: non tamen quoad omnes effectus intermedios. Tum pro tempore quominus directus deſiit eſſe dominus directus & poſſeſſor ciuilis, & in quaſi poſſeſſione iuris cenſualis, non poteſt fructus dicti iuris vel quaſi poſſeſſionis (in queis ſolutio canonis) percipere, nec vllam habet in his poſſeſſionem fundatam, & quod dixi quando cenſuarius vel emphyteuta fructus medij temporis recuperat: intelligere quando iure priſtino per viam redintegrationis, ſecus ſi eos emeret vel alio titulo particulari acquirere, & ſic nihil ob id debet domino directo. Quod eſt planum quando emit, quia tunc videntur ſibi abeſſe & adeſſe vendenti *l. quia qui pretio. l. arborib. §. vſufructuarius de vſufr. l. ſed ſi quis ſeruum. de peculio.* Cæterum quamuis per viam redintegrationis recuperet, non poteſt locus eſſe commiſſo pro tẽpore medio quo obligatio erat ſoluta per not. ꝫ. *eo. n. 61.* Tranſeamus ad alia, alioquin vix poſſem tollere manum de tabula.

76. ¶ NUNC quæro, ſi cenſuarius & dominus vtilis non poſſideat fundum, ſed alius illicitus poſſeſſor, an teneatur nihilominus ſoluere cenſum? quæſtio latè patet, ſed non immorabor, quia ſatis in ſimili diſputatum eſt ꝫ. §. 33. *q.* 45. *& ſup. §. 78. glo. 1.* Breuiter Reſp. quòd non, nec poteſt cogi nec conueniri à domino. Amplio primò, etiam ſi cenſuarius erat ex proprio contractu (puta ex ſpeciali recognitione vel receptione fundi in cenſum obligatus ad ſolutionem cenſus) quia intelligitur donec & quamdiu poſſederit: cùm in alium transferre cum onere, vel repudiare liceat. per no. ĵ. §. 191. Amplio ſecundò etiam ſi poſſeſſor non ſoluto nec (quia forte potentior eſt) cogi poſſit à domino directo.

77 Et hoc niſi cenſuarius fuerit in culpa in damnum domini directi ordinata, vt res ad talem deueniat, quia poſſidere videtur qui dolo facit quo minus poſſideat *c. pro poſſeſſore: cum concord. gloſſ. ibi, de reg. iur. in 6.* Secus ſi cenſuarius rem culpa ſua amiſerit, ſed non in damnum domini directi ordinata, quia non propter hoc tenetur domino directo ſicut nec alij tertio *arg. l. venditor. 2. ver. ſed vbi. D. de hæred. vel actio. vend.* *l. de qui. D. de actio. & oblig. l. an in totum. D. de impen. in reb. dotal. facit l. vlt. §. 1. D. ad leg. Rho. de iact.* fac. no. Bar. in *l. ve ſi certo. §. nunc videndum. D. commod.* fa. no. per Angel. Paul. in *l. inter quos. §. domini infecti. D. de dam. infect.* Ex quibus inſurgit prima limitatio ad concluſionem.

78. Limito ſecundò reſpectu actionis hypothecariæ ſi fortè dominus directus noluerit vel non potuerit recipere cenſum ab iniuſto occupatore, nec rem vel eius fructus ſuper eo impedire: quia poſtquam verus cenſuarius rem ſuam recuperauerit, tenebitur per hypothecatoriam, etiam præteriti temporis reliqua inferre, quia res eſt hypothecata, vt diximus ſupra §. 74. *glo. 1. nu. 25. 51. & glo. 2. nu. 18. 22.* poterit etiam dominus directus impedimentum rei vel fructum ſuſtinere, etiam pro reliquiis temporis præcedentium poſſeſſorum, non præſcriptis, ſaluo ipſi nouo poſſeſſori contra priores poſſeſſores vel authores recurſu, ſecundum no. ſup. §. 74. *glo. 1. nu.* 60. A quocunque autem cenſum receperit dominus, ipſo iure cenſuarius liberatur. per no. ſupra §. 33. *q.* 46.

79. DECIMO quæro, vtrum quilibet extraneus pro cenſuario emphyteuta, poſſit domino directo ſoluere, & non quæritur domino volente recipere de quo non eſt dubium Bal. in *l. quæſt. ſolemnibus. C. de rei vend.* ſed an etiam domino recuſante poſſit offerre, ad excuſationem cenſuarij vel emphyteutæ ad euitandum mulctam & commiſſum & dominum conſtituendum in mora? Primò videtur quòd ſic, quia etiam ſi pro debito conuentus ſit à domino, quilibet extraneus offerens debitum pro eo, impedit proceſſum, nec poteſt creditor dicere, nolo quod ſoluatur niſi per conuentum, vt expreſſum decidit Ang. in *l. tale pactum. §. poſt diuiſionem. D. de pact.* per illum tex. & ſequitur Cæpol. in *caſel. 214.* tamen non clarè probatur in illo tex. quia ibi offerens totũ non eſt extraneus, ſed vnus ex hæredibus debitoris. Sed eſt text. formalis in *l. ſoluendo de nego. geſt. in l. ſolutionẽ vel iudicium.* & ibi glo. Bart. Ang. Paul. *D. de ſolutio. in l. ſi pro in l. qui decem. §. ſed quid ſi ignorante eod. tit.* per quem tenent omnes Doct. in d. *l. ſolutionem.* & in *l. obſignatione. C. de ſolut.* Alberi. in *l. acceptum col. vlt. & ſcribentes ibi. C. de vſur* Ioan. de Ferrar. in reſp. *libell. in actio. hypoth. in ver. exceptionem ſolutionis in prin.* quòd ſicut ipſe debitor offerendo, conſignando & deponendo liberatur ipſo iure: ita ſi quiuis alius carens mandato offerat creditori, & eo recuſante debitum conſignet & deponat, liberat debitorem ipſo iure, quamuis gl. de hoc dubitauerit in d. *l. obſignatione, ſa.* ad hoc etiam tex. in *l. cum & poſtliminij, ibi oblatum pretium à te vel ab alio. C. de capti. vel poſtli. reuer.* & bonus tex. qui non ſolet allegari in *l. ſi legatario ibi procurator vel quis alius, vt leg. ſeu fideicom. mot. ca.* & in terminis quod etiam in emphyteuſi idem ſit, videtur tex. in *l. lex vectigali ibi, ſi cùm in ea ſolutione vectigalis tam debitor quàm creditor ceſſaſſent. D. de pigno.* vbi expreſſim no. Bar. Bal. & Ang. quòd etiam creditor poteſt ſoluere canonem domino directo pro re ſibi hypothecata.

80. In contrarium facit quod in cenſu & emphyteuſi magis attenditur recognitio, quàm vilis quantitatis ſolutio. & ipſa recognitio domini eſt potior pars & velut forma ſolutionis cenſus vel canonis emphyteutici: quia etſi ſoluens recognoſcat & in illa qualitate ſoluat, non ſoluit, nec tenetur dominus recipere: ſed extraneus carens mandato non poteſt recognoſcere dominum vt dominum directum, & ita tenet Bald. in *l. acceptam. col. vlt. quæſt. 23. de vſur.* Vbi diſtinguit aut debetur ex cauſa ex qua oporteat debitorem non ſolùm ſoluere pecuniam, ſed recognoſcere ius creditoris, vt in emphyteuta & feudatario: & non tenetur creditor recipere, aliàs ſic, ex quo nihil ſibi nocet, vt in *l. 2. poſt prin. D. de ſolut. matr. & ſequi. ad verbum*

Salic. in d.l.accepta. in fi.& vterque dat rationem,vt creditor non teneatur recipere quia ſui intereſt habere antipocham ſolutionis ad probandum ſolutionem & recognitionem continuatam & præſcriptionem interruptam.vt in *l.plures apochis.C.de fid.inſtru.*idem tenet Hippo. Marſi. in *ſing.incip.licet tertium nu.*368. Iaſ.in *l.2.n.*70. *q.*26. *cum q.ſeq.C.de iur.emphy.*Lancelo Galiau.in *l.4.§ cæte.col.*71 *ſuper* 8.*oppoſitio.*Bar. *de verb.obli.*Franc.Cur.Iunior.in *l.quòd te col.6.n.*15. *ſicer.pet.* Do. And. Tira.in *tract. de retract.prox.*§. 1.*gl.*9.*n.*258.& ita ſentit Steph. Bertran.in *conſ.* 320.*n.* 3. (vbi in annot. tetigi) *lib.* 1. *priùs impreſſorum per Simo. Vincen.* vbi loquitur in ſimplici creditore legati annui cuius intereſt habere antipocham.ad hoc quæ dixi in *tract.commerc. & vſura.quæſt.* 45.

81. Et ad d. l. *lex vectigali*, facile reſponderi poteſt. Primò quòd illa verba de ſolutione facta per creditorem ſunt enunciatiua, & ſic non diſponunt, vt per Bar.in *l.extat in vlt.col.D. quod met. Caniſia.c.ſi Papa.de priui.in* 6.Secundò quia in d.l.non quæritur an creditor domino inuito ſoluere poſſit canonem:ſed de alia & diuerſa quæſtione de qua tantùm diſponit, & non de eo quod incidenter profertur : quia poteſt eſſe quòd creditor ex mandato debitoris vel voluntate domini directi ſoluit:prout quando lex decidit certum caſum, præſupponitur habilitas reſpectu omnis alterius defect. *l.qui in teſtam.D.de teſt.c. vnico de etat. & quali.ordi.lib.*6. Vnde lex non debet allegari, nec diſponi niſi ad id, & de eo quo in ea quæritur & dubitatur, vt no.Gemin in *conſ.*78. *col.*1. Phil. Deci. in *l.ſi pater.col.*2 *& in l.vlt.col.*1.*C.de inſtit. & ſubſtit. in cap. in præſentia.col.*4.*c.ad noſtram.col.*1. *de probat. in c.ad omnes lectores.*2.*col.*1. (*vbi in annot. dixi*) *de conſt.* dixi etiam in *extricatio. Labyrinthi de eo quod intereſt.nu.*168.*& in nono intellect.l.ex parte.famil. hercif.in lect.Dolana.*adde Iaſ.in *l.ſi pater impuberis. & in l.qui duos.D.de vulg.& pupil.*

82.Quid dicendum ? ſi attendamus dictam rationem Bald.& Salic.per *d.l.plures apochis*,ſequeretur dicendum quod in omni debito annuo & ſucceſſiuo nunquam tenebitur creditor recipere ſolutionem ab alio quàm à vero debitore, niſi ſaltem in mandatum habeat, etiam ad conficiendum antapocham : quia ſemper intereſt creditoris habere huiuſmodi recognitionem,vt docere poſſit de interruptione præſcriptionis, vt etiam ſentit Steph.Bertran.*conſ.*320.*n.*3. *lib.*1.*priùs impreſſorum.*Pro ſolutione facio regulam quòd etiam extraneus cuius non intereſt & mandato carens, poteſt ſoluere pro alio,& inuito creditore offerendo,conſignando & deponendo , debitorem etiam inuitum ipſo iure liberare *d.l.ſolutionem. & l.ſoluendo.* cum aliis allegatis in *prin. huius quæſt.*

83. Limito ſi agatur de offerenda ſorte principali ad redimendum fundum ſub pacto redimendi venditum, vel etiam de redimendo quouis reditu pecuniario ſub pacto redimendi conſtituto , vt dixi in *tract. commercio. & vſura. num.* 331 And.Tiraq. in *tract. retract. proxim.*§.1.*glo* 9.*n.*255 Sed hic caſus non eſt de terminis regulæ : quia quod offertur non debetur ab offerente vel eo pro quo offertur, ſed is potius cui offertur debitor eſt, alter verò creditor & actor. Ideo propriè fallit. Primò in debito qualificato quod non conſtat in ſimplici ſumma oblata,ſed in honore & recognitione debentis, vt cenſuarij & emphyteutæ : tunc enim offerens non offert integrè quòd debetur, quia melior & potior pars deeſt , vt ſup. *eo. nu.* 80.

84. Sublimito primò , ſi honor & recognitio domini ſunt in tuto,cenſuario vel emphyteuta non negante, ſed horum ius periclitatur ſiue fundamentaliter & perpetuò, vt fine triennij & commiſſo imminente abſente emphyteuta : ſiue pro tempore , vt reſpectu fructuum aut impedimenti fundi quamuis temporalis & reuocabilis : quia niſi conſtet de pertinacia debitoris poteſt quilibet realiter offerre ad finem impediendi commiſſi vel arreſti etiam iniecti leuandi. Imo etiam ſi conſtet de præcedenti contumacia , ſi offerens idoneè habeat de ratihabitione futura , tunc ſi dominus nolit priuari iure ſperato & euentu , poteſt pati conſignationem non recipiendo oblatum, ſed leuando manum prouiſionaliter ſub dicta cautione.

85. Patet in l. ſi legatarij, vel legato,ſeu fideicom. nom. cauea. vbi hærede non ſatiſdante , & ob id miſſionem paſſo poteſt quiuis extraneus ſatiſdare ad finem reuocandæ miſſionis factæ : & ſic fortiùs ad impediendam miſſionem nondum factam. fa. etiam quod ſcripſi in tract. *redit.& vſura. q.*25.*n.*322.quod ad finem impediendi curſum reditus redimibilis, poteſt quilibet offerre, quamuis creditor non teneatur ei literas & inſtrumenta reſtituere donec appareat de mandato, & in ſumma ita admittitur extraneus ſoluens vel offerens quando facit commodum debitoris ſine vllo incommodo creditoris, quæ eſt vera & naturalis ratio. *l. ſoluendo de neg.geſt.* fa. quod tenetur quis pati in ſuo quod ſibi non nocet & alii prodeſt *l.*1. §.*idem aiunt.de aqua pluuia. arcenda. l.creditore in fi.de euictio.glo.in c.precarie.ver.cogi.*10.*q.*2. Io.Fab. *inſt.de leg. Fuſia.Cani.toll.*Alberic.Paul. *l.fluminum in fi.de damno infecto.* Iaſ. *repet.l.quominus.col.*4.*de flumini. conſ.* 32.*lib.*1.

86. Sublimito ſecundo ſi dominus vel eius procurator etiam generalis receperit , quia tunc non inſpicitur à quocunque,nec an ſoluens mandatum habuerit, vt in terminis emphyteuſis tenet Spec. *tit. de loc.* §. *nunc aliqua verſic.* 82. Bal. in *l.arboribus*, §. *quid tamen* per illum tex.de *vſufruct.& dixi plenè ſup* §.22. *nu.*152. adde Alex.*conſ.*71.*in fi.lib.*1. Philip.Deci.*conſ.* 58. *&* 50. *in fi.* vbi in annot. tetigi.

87. Fallit ſecundo generaliter quatenus creditor iuſtum & probabile intereſſe allegare poteſt,vt lite iam mota. non enim tenetur creditor recipere niſi etiam ſumptus litis offerantur,vel niſi ſententiam ſubeat debitor, aut talem apud acta declarationem, vt creditor in poſterum ſit in tuto de illa inſtantia. Vel ſi eſt debitum annuum & intereſt creditoris habere antapocha, & maximè quando debetur reditus ſuper fundo , iam à tertio (qui non recognouit) poſſeſſo & qui decem annis præſcribere poſſet ſecundum no. j. §. 67. etiam quantumcunque interim ſolutio fuerit continuata per alium fortè authorem poſſeſſoris , vt in *l. Pomponius querit.D.quib.mod.vſur.amit.* Non obſtat quod creditor poteſt agere ad recognitionem, quia quando debebuntur reliqua, iuſtiùs aget & faciliùs expenſas litis obtinebit, tum qui offert debitum ſine recognitione vbi illa debetur,non videtur,integrum debitum offerre,neciſta ſunt modici effectus:quia quando creditor habet iuſtam cauſam recuſandi ſolutionem etiam realem quæ offertur ab alio , non valebit conſignatio & depoſitio per alium facta, niſi fiat vocato aut conſentiente debitore, vel aliter appareat de conſenſu aut recognitione debitoris & creditorem nullum habere intereſſe.

88. Vnde ſi appareat debitorem fortè pupillam vel abſentem non poſſe tunc commodè vocari,& creditorem qui ſatis recentem debitoris vel alius prædeceſſoris recognitionẽ habet, non habere nunc iuſtam cauſam metuendi præſcriptionem aliquam compleri,tenetur recipere,non obſtante cauſificatione ſua tanquã pro præſenti minùs iuſta & delicata & effectus erit quod ſi pecunia conſignata & depoſita pereat, remanebit debitor ipſo iure liberatus à reliquis conſignatis: non enim intererat creditoris cui integrum erat in ſequentibus annis debitorem vel rem ipſam proſequi,& præſcriptionem eiúſve periculum interrumpere : & alioquin via aperiretur malitiæ & proteruiæ quorundam malignè inuidentium beneficri pauperi vel abſenti amico.

89. Et no. quod ad euitandum commiſſum vel aliam pœnam vel generaliter ad conſeruandum ius debitoris, etiam ſi ſit cenſuarius vel emphyteuta, non requiritur cõſignatio nec depoſitio, ſed ſufficit ſola oblatio dummodo realis ſit: quia non ſufficit quod ſit verbalis, vt per omnes doct. in *Lqui Romæ in prin. de verb. obl.* Franc. Ripa. *l. quod te nu.* 20. *ſi cer. pet.* Alex. *conſ.* 130. *nu.* 11. vbi in annot. dixi *lib.* 4. niſi dominus expreſsè recuſet: tunc enim non eſt neceſſe vlterius realiter offerre ad hunc effectum pœnæ vitandæ, vt per glo. vlt. & omnes Doct. in *l.* 2. *C. de iur. emphy. in l. acceptam. C. de vſur.* & quæ dixi in tract. *vſura. num.* 197.

90. Et hæc dummodo cenſuarius vel emphyteuta poſtea ratam habeat vel non improbet illam oblationem, ſecus ſi appareat emphyteutam ſolutionem improbare, nec verè agnoſcere, ſed abnegare dominum, quia tunc quantumcunq; ſolutio fuerit oblata, etiam cõſignatio facta per amicũ emphyteutæ, niſi dominus directus receperit, res cadit in cõmiſſum, quia expreſſa contumacia & abnegatio emphyteutæ derogat omni efficaciæ cuiuſcunque oblationis & conſignationis, quia etiamſi ipſe emphyteuta offerret (puta prouiſionaliter) ſoluere canonem vel conſignaret ſine recognitione domini, ſed cum proteſtatione quod non intendit eum recognoſcere in dominium directum, non euitaret pœnam commiſſi triennio lapſo in emphyteuta priuari, vel biennio in emphyteuta Eccleſiæ.

91. Et h[illegible] niſi appareret huiuſmodi proteſtationem & oblationem prouiſionalem non fieri dolosè, ſed ex iuſta cauſa, puta pendente dubio & lite non calumnioſè intentata per emphyteutam ſuper validitate conceſſionis aut recognitionis in emphyteuſim, prætendente emphyteuta recognitionem erroneam & rem ſuam propriam fuiſſe ſecundum no. 5. §. 1. *glo.* 5. *nu.* 22. *cum ſeq.* & quæ de prouiſionali oblatione in materia feudi dicta ſunt 5. §. 45. *col. pen.* Item ſecus ſi non negaret, ſed recognoſceret dominum in dominum directum & ipſum ius emphyteuticum in ſe, ſed ſolum cauſaretur ſe iam ſoluiſſe pro tribus annis, vel pactum de non ſoluendo aut liberationem fortè ex legato certorum annorum, vel non tantam deberi quantitatem, vel in aliis ſpeciebus: quia tunc ſicut ad euitandum periculum commiſſi poteſt prouiſionaliter offerre quod, quantum & quale à domino prætenditur, ſine præiudicio litis. *l. quidam æſtimauerunt de reb. credi.* ita poteſt à quouis eius amico offerri. Et idem data paritate terminorum dicendum eſt in cenſuario quantum ad euitandum mulctam conſuetam vel impoſitiam. Idem in cæteris ſimilibus.

92. Aduerte tamen ad id quod dixi non impediri commiſſum per oblationem etiam realem, vel etiam conſignationem tertij, ipſo emphyteuta expreſsè recuſante agnoſcere dominum: quia hoc ſublimito niſi illius tertij intereſſit, vt quia ſit creditor emphyteutæ, & habeat rem hypothecatam, vel etiam ſi non habeat hypothecatam: tamen debitor aliàs non erit ſoluendo: quia ad conſeruandum ius ſuum puto quod offerre poſſit domino directo ſoluere canonem. facit *d. l. lex veſtigali.* vbi hoc in creditore hypothecario ſentiunt Bar. Bal. & Aug. tamen per illum tex. non probatur, vt dixi, ſed quantum ad creditorem hypothecarium probatur per tex. in *l. etiam qui potior. in pign. habeant.* vbi creditor hypothecarius nudę ſuperficiei, præfertur domino directo ſalariũ ſoluendo, ergo illud offerre & ſoluere poteſt domino inuito. Et quamuis text. non loquatur expreſsè in emphyteuſi verbis ſpecialibus: tamen loquitur etiam expreſſe verbis generalibus, quia ſuperficies poteſt eſſe emphyteutica, & text. generaliter loquitur nec diſtinguit. Ad hoc etiam text. in *l. tutor in fi. in l. ſane de pigner. act.* vbi ita tenet Paul. Caſtren. & ita ſentit. Franc. Rip. in *l.* 1. *nu.* 12. *de pig.* do. Andr. Tiraq. *tract. de retract. proxim.* § 36. *glo.* 2. *nu.* 19. Et ſemper intellige non periclitari recognitionem & ius domini directi, vt nuper dixi *nu.* 84. 85. Et ſic eadem ratio in domino emphyteutico quæ in domino directo ſoli vel ſuperficiei.

93. Et quantum ad creditorem chirographarium, probatur ex eo quod debitor videtur hoc facere in necem & fraudem creditoris: vnde etiam ſi creditor non habeat hypothecam nec ius in re: tamen ex vi & ratione edicti de reuocandis his quæ in fraudem creditorum fiunt, quod eſt generale ſiue quid fiat ſiue non fiat quouiſmodo, vt in *l.* 3. 4. 5. *D. quæ in fraud. cred.* poteſt offerendo ſoluere quod debetur, obuiare commiſſo & alienationi, alioquin ſequeretur vera & effectualis alienatio in fraudem creditorum per malitioſum debitorem & fortè cum domino directo in necem creditorum colludentem: adde quæ dixi in *tract. commercio, & vſura. quæſt.* 48.

94. Et prædicta planè procedunt in emphyteuſi quæ poteſt domino inuito hypothecari. Secus ſi eſſet talis emphyteuſis quæ ſine conſenſu domini alienari & hypothecari nullo modo poſſit. Tunc enim creditor, ſiue hypothecarius, ſiue chirographarius non poſſet offerre canonem domino pro intereſſe conſeruandæ ſuæ hypothecæ, nec etiam tanquam habens ius in re vel ad rem ipſam: nec dominus tenetur recipere in hac qualitate etiam ſi aliàs caderet res in commiſſum, vt etiam tetigi in annot. ad Alex. *conſuet.* 45. *nu.* 3. *lib.* 5. debet ergo offerre tamquam amicus vel merè extraneus, vt 5. *eo. n.* 4 ſed tunc non valeret debitore inuito vel poſtea non habente ratum vt 5. *nu.* 90. Quare dico quod etiam debitore inuito poteſt offerre tanquam creditor habens ius non in re, ſed in fructibus & ſpem probabilem & iuſtum intereſſe, in cuius fraudem non poteſt debitor ius ſuum perdere, nec dominus directus colludere debet cum emphyteuta in fraudem alterius vel ad innocentem & ſatisfacientem mergendum iure ſuo illæſo etiam ſi de nouo non lucretur.

95. Nec prædictis obſtat quod 5. §. 28. *nu.* 22. 23. diximus, non poſſe creditores fidelitatem offerre loco debitoris qui vaſſallus eſt, & negligit, quia iuramentum fidelitatis requirit certa ſua & propria relatiua, & perſonalia ſeruitia, ſcilicet vaſſalli iurantis & eius cui iuratur: & non poſſunt cadere in aliam perſonam, quæ eſt vera ratio quod fidelitas & homagium non poteſt inuito domino regulariter præſtari per procuratorem. Igitur multo minùs per creditorem, quod non eſt in ſolutione cenſus, vel canonis, in quo non dubitatur quin per procuratorem fieri poſſit, quia domini non intereſt, nec dominus recuſare poteſt, niſi ex iuſta cauſa, vt dictum eſt. Et licet dominus habeat iuſtam cauſam recuſandi ab extraneo, quando emphyteuta nedum ceſſat, ſed actu recuſat eum agnoſcere. tamen creditor, aut ſimilis habens legitimum ius in re, vel actionem quæ aliàs peribit, habet iuſtiorem cauſam, vt ad offerendum admittatur. Tum quia dominus directus certat de futuro lucro captando: ſed iſte de titulo oneroſo & damno vitando, & de iure iam formato & acquiſito conſeruando & ſic præferri debet, per no. in *l. in eo quod. in l. non debet actori.* §. *in re obſcura. D. de reg. iur.* Præterea in feudis non perit ius creditorũ, quia feudum non cadit in cõmiſſum, ſed tantiſper dominus lucratur fructus donec idoneum vaſſallum habeat, merito præfertur dominus vtẽs iure ſuo, quia non deperit interim (licet differatur ius creditorum.)

96. Qui adhuc ſibi prouidere poſſunt inducias petendo, donec feudum vltimo licitatori (qui fidem & iura præſtabit) adiudicetur, ſi hoc ſperetur de propinquo: aliàs non tenetur dominus nimis longas & iuribus ſuis damnoſas inducias dare, nec curatorem rei ſubhaſtandæ etiam iudicis authoritate appoſitum in fidem recipere, niſi ſub eo pacto, vt releuium debeatur, per eius obitum, vel per certa temporis ſpatia, vel per obitum vaſſalli ſeu proprietarij, vt conſulatur indemnitati domini, vt diximus 5. §. 18. *num.* 22. 23.

97. Et opinionem noſtram iam typis exaratam ſecuti ſunt primarius Præſes ſupremi noſtri Senatus Petrus Liſetus cum collega in redactione conſuetudinum * Bituricenſium, vbi tit. *Des executions, criées & ſubhaſtations in ff.* addiderunt articulum quòd vaſſallo ſeu proprietario per quindecim dies recuſante vel negligente homagium facere, iudex ad inſtantiam creditorum deputabit aliquem qui nomine vaſſalli homagium & iura feudalia præſtabit. Debet enim intelligi, vt dixi, quòd dicto vaſſallo poſtea moriente, etiam relicto filio renouanda ſit fidelitas, vel dominus cum luero fructuum prehendere poſſit: vel ſi moriatur ſine liberis & aſcendentibus ſuccedentibus ſibi, vel feudum ad onus ſubhaſtationum vendat aut alium loco ſui ſubrogari faciat, quòd non ſolum renouanda ſit fidelitas, ſed etiam noua iura vtilia ſoluenda ſint.

* Conſuet. Bituricenſis.

98. Ego verò plus adieci & receptum fuit, vt etiam ſine auxilio conſuetudinis curatur non priuata conuentione, ſed publica iudicis authoritate deputatus hoc poſſit nomine curatorio, vt cùm Aurelijs accidiſſet ſpecies huiuſmodi. * Vaſſallus prædijs ſeu domanio feudi ſui pluribus in cenſum retenta fide conceſſis (vt poteſt, quia etiam ſimplex conceſſio in cenſum retentionem fidei implicat, vt diximus 3. §. 41. *qu.* 3.) moritur ſine liberis, dominus feudi totum prehendit, vt poteſt, iuxta no. 3. §. 33. 36 & in conſuet. Aurelianenſi §. 4. cenſuarij faciunt à iudice creari creatorem bonis iacentibus qui offert domino fidelitatem, an poſſit? Qui tum primores erant forenſis aduocationis cenſebant quòd non, ſed inueniendum aliquem vel remotiſſimum cognatum defuncti, qui tanquam, (ſaltem beneficio inuentarij hæres fidem offerret. Ego verò reſpondi poſſe ſub prædicta conditione pro indemnitate domini 3. §. 28. *num.* 23.

* Thema.

99. Et ſententia mea ſupremi huius Senatus arreſto confirmata fuit in alio ſimili caſu, qui poſtea in publicis cauſarum actionibus in hoc Senatu, per Do. Chriſtophorum Thuanum (nunc illuſtrem eiuſdem Senatus præſidem) & Io. Longaualium peroratus, & arreſto deciſus fuit Calendis Decembris, anno domini ſeſquimilleſimo quadrageſimo quarto. Hæreditatis iacentis curatorem a iudice poſtulantibus creditorib. conſtitutum tenuit dominus feudi in fidem recipere, & ad ſui recuſationem conſignatis iuribus releuij, receptus fuit curator à iudice in fidem per manum ſupremam, à qua ſententia & receptione dominus feudi appellauit. Summæ huius Curiæ * arreſto fuit appellatio & id à quo appellatum erat annullatum, intimatus ſcilicet dictus curator eo nomine in expenſas cauſæ appellationis condemnatus: & emendando iudicium, quòd infra menſem à die notificationis pro omni dilatione creditores deſignarent hominẽ viuentem & morientem. ſub qua conditione dictum curatorem dare poſſent, quem teneretur dominus feudi in fidem recipere: alias menſe lapſo liceret domino ius ſuum exequi, fructus ſuos facere donec hominem morientem & viuentem haberet, fructus verò præteritos haberet vſque ad dictam conſignationem curatoris, qui caperet reliquum: & ſi poſtea contingat feudum adiudicati per decretum, poterit dominus per quadraginta dies de nouo prehendere, fructúſque ſuos facere donec vaſſallus iuſta fecerit.

* Arreſtum.

100. Hactenus arreſtum quod meritò non addidit hominem confiſcantem per ea quæ ſcripſi 3. §. 41. *nu.* 63. & curator ideo condemnatus in expenſis appellationis, quia offerens iura, omiſerat qualitatem viuentis & morientis: cùm poſſent hæ ſubhaſtationes vnius vel duorum hominum vitam excedere, & qualitas curatoris permanet, in quo multum differt à tutore vel curatore perſonæ, nec alienare poteſt: & tamen quamuis de rigore fructus omnes eſſent domini feudalis, curia ex ſumma æquitate non adiudicauit ei, niſi vſque ad conſignationem, ne pauperes creditores qui de ſuo recipiendo tantum certabant, duplici damno eodem reſpectu afficerentur. Dum hæc excuderentur, ſimile arreſtum latum eſt, me præſente, die Lunæ 20. Iunij, anno 1558 præſidente illuſtri Do. Antonio Mynardo eiuſdem Senatus Præſide, contra illuſtriſſimum Principem Do. de Condé, qui feudum prehenderat concurrentibus etiam creditoribus, & dictum quòd infra tres mẽſes debitor, itemq; vaſſallus iuſta faceret domino feudi: aliàs permiſſum creditoribus curatorẽ deputare, qui iuſta feudalia faceret: Et ſiue per fidelitatem, ſiue per inducias manũ leuatã à domino feudi haberet

101. ¶ Vltimò ſciendum quòd quamuis oppidum Briaci Comitis Roberti fuerit poſt has conſuetudines homologatas diſtractum ab hoc præſidatu: tamen non gaudent exemptione huius mulctæ, ſed omnino regitur hac conſuetudine. vt priùs antequam in preſidatum ſeparatum exigeretur. Hæc autem mulcta quibuſdam in locis minor eſt, vt Trecis. §. 52. duorum ſolidorum & ſemis Turonenſium tantùm: aliàs maior, vt Meloduni. §. 132. ſeſcuplo maior, videlicet ſeptem ſolidorum & ſemis Pariſienſium.

102. Præterea notandum quòd in aliquibus locis huius Regni ſunt quidam cenſus poſtulabiles ad differentiam cenſus præciſi & ſine hominis interpellatione moram & mulctam ſecum trahentis (de quo ſupra) ſic vocati, quia dominus directus prius petens debet & cenſuarium interpellare de ſoluendo huiuſmodi cenſu & ante congruam interpellationem cenſuarius non eſt in mora nec ei currere incipit tempus aut periculum alicuius mulctæ vel pœnæ, vt in conſuet. Aurelia. §. 117. 119. Bleſenſi. §. 109. 113. 114. Carnotenſi 112. Et ſub iſtis & ſimilibus conſuetudinibus dominus directus cenſualis non habet eo ipſo fundatam intentionem in cenſu præciſo vel mulcta ipſo iure committenda niſi probet: quia in dubio præſumitur cenſus poſtulabilis & non præciſus *l. apud Iulianum. §. ſcio de leg.* 1. *l. nummis. de leg.* 3. *l. vltima. de prætor. ſtipul. l. ſemper in ſtipulationib. l. ſemper in obſcuris, de reg. iur.* Tum hoc oſtendunt verba conſuetudinis ibi, *A cens qui eſt deub à certain iour, & en certain lieu*, qualitas enim iuncta per relatiuum, qui ſine copula reſtringit. *l. ea tamen adiectio. de leg.* 3. Et ſiue hoc relatiuum iungatur verbo futuri temporis, inducit conditionem, ſiue per preſentis temporis inducit, demonſtrationem. *l. Stichum qui meus erit. de leg* 1. Bar. & alij. ibi Paul. *l.* 1. *C. de ſum. Tri.* Ang. Aret. §. *ius autem ciuile. col.* 1. *inſt. de iure natur. gent. & ci.*

103. Et ita hoc anno 1557. in fine Iunij Carnotum iter faciens, magno bonorum & doctorum tum eccleſiaſticorum tum togatorum ſtudio & gaudio exceptus conſului in hac ſpecie. Abbas diuæ Magdalenes petebat plures domos capituli Carnotẽſis Carnoſtiſtas declarari obnoxias cenſui, ſoluendo certa die & in loco Burgi ſuburbano ſub pœna mulctæ, cenſus & dies in confeſſo erant: ſed actor non probatur ſibi deberi ratione dicti Burgi, etiam ſi Burgum illud eſſet de patrimonio ſui priorat⁹. Quare reſpondi capitulum absoluendum, iure optimo à ſententia condemnatoria appellaſſe. Conſuetudo enim Carnotẽnſis § 112. ad hoc vt cenſus ſit præciſus & non poſtulabilis, duo copulatiuè requirit, videlicet quòd certa die & certo loco debeatur: qui ergo huiuſmodi cenſum prætendit, vtrumque probare debet: & defectus alterutrius relinquit cenſum poſtulabilem.

104. Non obſtat quod locus ſemper eſt certus quamdiu creditor habet certum domicilium ſub eodem foro, vt habet dictus Abbas: quia debitor tenetur tunc adire locũ ſeu domicilium creditoris, *l. pen. inſ. ibi, interim proficiſci ad eum cui reddere debebat. de cond. & dem. l. item illa n.* 4. & ibi Paul. & alij *de cõſt. pecu.* quia aliud congruitas ſolutionis, aliud purgatio moræ incurſæ, aliud noua ſeruitus ſeu perpetua qualitas, aut ius formatum exigendi in certo loco. Ad primum ſpe-

Digitized by Google

ctat *l. soluturus de solut. & d. l. item illa. & l. seruos. in fin. de pig. act.* quòd nec delicatus debitor nec oneroſus audiri debent. Ideo ſi ſint in eadem vicinia, debitor etiam qui non eſt in mora debet adire domum creditoris, aliàs nimis delicatus eſſet: ſi autem ſint in loco remoto, debet creditor mittere ad debitorem, aliàs nimis oneroſus eſſet, ſi vellet debitorem grauare nouo ſumptu. Ad ſecundum, debitor qui vult conſequi beneficium purgandi moram, debet regulariter creditorem adire.

105. Tertium, non eſt materia *d. l. item illa*, ſed materia tituli de eo quod certo loco, in qua certum eſt creditorem debere ſuccumbere niſi probes præſentem locum: quia qui certo loco petit, plus petit niſi hanc qualitatem probet *l. 1. C. de plus petitio. §. plus autem. inſt. de actio. cap. 1. extra de plus petit.* Idque etiam ſi ageretur de quodam debito indifferenti ſeu pecuniario dumtaxat: ſed hîc agitur de debito dominicali & prærogato, in quo locus non eſt ſimplex qualitas, ſed ſubſtantia ſiue pars ſubſtantialis obligationis: eſt locus momentaneus, ſed perpetuus pro ſucceſſiua & perpetua ſolutione. Tum hæc obligato, non tam perſonalis quàm realis eſt & proprietatem etiam directam ipſius fundi reſpicit, ita quòd actor non ſolùm plus petiit qualitate perpetua, ſed etiam plus petiit re, ſiue ſubſtantia & proprietate rei.

106. Quia locus iſte perpetuus in perpetua dependentia & recognitione directi dominij vel iuris cenſualis eſt pars intrinſeca & eſſentialis ipſius rei, ſiue ipſius iuris dominicalis & cenſualis. Cùm verò actor hanc ſubſtantiam ſuæ petitionis, quæ etiam ſola controuerſa erat, non probauerit, nihil penitus probauit, ſed prorſus defecit in probatione totius rei & iuris controuerſi: & ſuper quo ſolo conteſtatum fuit neceſſariò malè iudicatum & emendando debuit capitulum & debet abſolui cum expenſis litis, non ſolùm principalis cauſæ, ſed etiam appellationis, quia etiam ex antiquis actis actor ſuccumbit. Deciſio Tholoſ. 223. & ibi latè Steph. Auffre. in *addit.* Petr. Petri. *repe. per hanc col. pen. C. de tempor. & reparatio. appellat.* Pet. Anchar. *conſ.* 415. *inſt.* Bonifa. de Vitali. Cle. 1. *col.* 4. *verſi. ſunt tamen de re iud.* Et ita hodie practicatur & bene, vt dixi in anno. ad Alex. *conſ.* 183. *num.* 16. *lib.* 6. *& conſ.* 79. *in fin. lib.* 7.

107. Minùs obſtat quod dixi 5. *eo nu.* 3. Cenſuarium debere accedere ad dominum & eius domicilium, quia verum eſt regulariter, nec de hoc quæritur, ſed tantum quæritur an dominus cenſualis habeat eo ipſo intentionem fundatam, vt cenſus ſit præciſus & non poſtulabilis: in quo dico quòd non, ſed ſibi & non cenſuario incumbere onus probandę huius qualitatis imo nouæ realis & ſubſtantialis ſeruitutis. Imò etiam ſi dictus Abbas probaſſet ſe ſemper recepiſſe hunc cenſum in dicto Burgo in quo Abbates habebant domicilium, hoc non concluderet eſſe cenſum præciſum, nec eum eſſe in tali quaſi poſſeſſione niſi probaret ſolutum ibi tanquam eo loci ſoluendum vel tanquam ratione dicti loci debitum, per not. Salicet. & Alex. in *l. ſi certis annis. C. de pact.* & quæ ſcripſi in tract. *commercio. & vſur. quæſt.* 40. *nu.* 205. Et ita conſului Carnoti præſente clariſſimo & eruditiſſimo viro Domino Ioanno Sabellato inſignis eccleſiæ Carnotenſis canonico, & de eadem eccleſia pro ſua pietate & iurium peritia & experientia optimè merito. Prætermittamus reliqua, vt ſit tandem finis huic §.

EPITOME §. LXXXVI.

1. ¶ *Q. 1. Text. intelligitur de nouiſſimis annis, ſed de præcedentibus ſupereſt actio & arreſtum, de quo ſup.* § 52.
2. ¶ *Q. 2. Generalis prouiſio non refertur ad caſum habentem ſpecialem.*
3. *Etiam intra vrbem fructus naturales impediri poſſunt.*
5. ¶ *Q. 3. Oſtia non debent detrahi nec occludi.*
6. *Nec domus detegi, aut terebrari, vt Romæ.*
7. ¶ *Q. 4. Non poteſt hæc pignoratio priuata authoritate fieri.*
8. *Vniformis obſeruantia eſt pars conſuetudinis* 9. 10.
10. *Cur dicitur ſimplex pignoratio.*
11. *Præceptum non requiritur nec expreſſio ſummæ.*
12. *Non debent capi res pretioſæ nec ſumptuoſæ.*
13. *Negatio non impedit hanc pignorationem, ſed fiet prouiſio, vt in impedimento ſupra §.* 52.
14. *Inuecta & illata non ſunt hypothecata pro cenſu.* 15.
16. *Dominus cenſualis eſt in quaſi poſſeſſione impediendi rem vel fructus, ſed non pignorandi mobilia.*

§. * LXXXVI.

* Olim fuit 61.

IL eſt loiſible à vn ſeigneur cenſier en la ville & banlieuë de Paris en defaut de payement luy eſtre fait droicts de cens dont ſont chargez les heritages tenus en ſa cenſiue de proceder ou faire proceder par voye de ſimple gagerie ſur les biens eſtans és maiſons pour trois années des arrerages dudit cens & au deſſous.

INtra vrbem & primariam leucam poteſt dominus cenſualis ob reliqua cenſus trium annorum & infra, pignorare mobilia in domibus cenſuariis exiſtentia. Hoc dicit.

Hic articulus ita mutatus eſt per nouã conſuetudinem.

IL eſt loiſible à vn ſeigneur cenſier en la ville & banlieuë de Paris, en defaut de payement des droicts de cens dont ſont chargez les heritages tenus en ſa cenſiue, de proceder par voye de ſimple gagerie ſur les biens eſtans és maiſons pour trois années d'arrerages dudit cens, & au deſſous. Et eſt entendu ſimple gagerie quand il n'y a tranſport de biens.

Digitized by Google

VÆRO primò: certum est hunc tex. intelligi de nouissimis annis. *l.eum qui calendis. de verb. oblig.* Sed vtrum dominus censualis possit prætendere reliqua de præcedentibus. *arg.l.qui in testamento. D. de test. c. vnico. de ætat. & qualit. ord. lib. 6.* Vnde lex non debet allegari, nec disponit nisi ad id, & de eo quo in ea quæritur & dubitatur, vt no. Gemin. in *cons.* 78. *col.* 1. Phil. Dec. in *l. si pater. col.* 2. *& in l. vl. col.* 1. *C. de insti. & substi. in c. in præsentia. col.* 4. *c. ad nostram. col.* 1. *de prob. in c. ad omnes lectores.* 2. *col.* 1. (vbi in annot. dixi) *de const.* dixi etiam in *extricatio. Labyrinth. de eo quod interest. nu.* 168. *& in nouo intellec. l. ex parte fa. bercisc.* in lect. Dolana *adde* Ias. in *l. si pater impuberis. & in l. qui duos. D. de vulg. & pupill.*

A

2. Quid dicendum? Si attendamus dictam rationem Bald. & Salic. per *d. l. plures apochis*, sequeretur dicendum quod in omni debito annuo & successiuo nunquam tenebitur creditor recipere solutionem ab alio quàm à vero debitore, nisi saltem mandato pignorationibus prouidetur, & sic in eisdem cessare videtur generalis clausula & prouisio *d.* §. 74. per text. in *l. doli clausula.* & ibi gl. & latè Alber. Bart. Imol. & alij. *D. de ver. obl. in l. cohæred.* §. *qui patrem.* & ibi latè Ias. de *vulg. & pup. l. sed & si per prætorem.* §. *deinde. D. ex quib. cau. maior. l. sanctio legum. D. de pœnis. l. alimenta.* §. *Basilicæ. D. de ali. & cib. leg.* Alb. in 4. *par. statu. q.* 58 vbi pulchram q. per hoc decidit Card. Imo. Panor. in *c. cùm dilect. per illum tex. de donat. Paul. cons.* 21. *Primum dubium col.* 1. *lib.* 1. *Ias. in cons.* 170. *li.* 4. Et hoc attento quòd sumus in eadem dispositione, videlicet in eodem titulo & conditione & vtrumque ex eadem causa & ad eundem finem, vt per Alb. Bar. in d. *l. doli clausula.* Bar. & alij in *l.* 1. §. *hoc interdictum. D. de oper. no. nunti.*

B

3. Tamen absque dubio dicendum quòd nedum in agris suburbiorum, sed etiam circa Pomœria ipsa vrbis vel etiam intra ipsam vrbem vbicunq; sint fructus naturales pendentes in fundo censuali, impedire possunt nedum pro reliquis trium annorum, sed simpliciter saluo tamen prouisionis beneficio consignatum vnius anni censu secundum not. ℸ §. 74. *glo.* 1. *nu.* 160. qualescunque sint fructus etiam viles & nullius fere pretij, vt labruscæ à pergulis hortulorum vrbanorum pendentes: quia cui licet quod plus est, licet vtique quod minus est *l. non debet cui D. de reg. iur.* & tanto ciuilior & fauorabilior manus dominica, quanto leuiori & mitiori modo & in re minùs præiudiciali exercita fuerit.

C

4. Ad allegata in oppositum breuis est responsio quatenus specialiter prouisum est tantum videlicet ædificiorum tantum. Sed latiùs respondeo. Primò quod specialis prouisio huius §. non loquitur in omnibus fundis censualibus sitis intra hæc loca: sed solùm in prædiis vrbanis intra hæc loca sitis, quia nullos fructus naturales simpliciter vel industriales afferunt, nec vile erat permittere impediri fructus ciuiles siue mercedes: tum quia non semper locantur domus, sed sæpe à dominis habitantur. Tum quia etiam in illis quæ locantur impedimẽtum factum in mercedes debitas à conductore, notificandum esset domino siue proprietario, qui sæpe abesse potest, aut difficulter inueniri. Tum quia conductores soluere nolentes abuti possent, & illudere locatoribus colludendo cum procuratoribus aut officialibus dominorum censualium. Quare commodius visum est in domibus vrbanis & suburbanis adusque secundum lapidem viam simplicis mobilium pignorationis, loco alterius cuiuscunque impedimenti concedente: Et sic rectè infertur quod generalis prouisio d. §. 74. non habet locum in istis domibus non tam ex eo quod propriè & naturaliter conuenire non possunt verba d. §. 74. propter ea quæ ibi *nu.* 47. dixi-

D

E

mus de mercedibus molendini meritorij, & illa verba causa maioris frequentiæ esse expressa: quam ex eo quod in istis domibus de speciali remedio est prouisũ, sed non sequitur qui in reliquis fundis intra eadem loca sitis remaneat generalis prouisio d. §. 74. 75.

5. ¶ TERTIO quæro an ex defectu census liceat domino censuali ingressum domus censuariæ affixis obstaculis postibus opicibúsve præcludere, vt in *consuet. Aurel.* §. 105. *de Lorris. eo. tit.* §. 2. vel ostium domus à cardinibus reuulsum ad valuas aut limina transuersum deiicere, *vt de consue. Niuernens. eo. tit.* §. 16. *& Melduens.* §. 132. *& alijs quas brevitatis causa dimitto.* Respondeo non in toto hoc præsidatu & vbicunque consuetudo loci hoc expressim non concedit, quoniam præter id quod iure communi non licet, est contra decorem publicum: quare rectè fecerunt ciues Parisien. in redactione harum consuetudinũ, ineptum illum morem prætermittendo & abolendo, vt etiam nuper Senonis, in noua redactione consuetudinum factum est, & rectè, vt tetigi ℸ. §. 2. *gl.* 1. *nu.* 49. Sic pleraque alia, quæ errore magis quàm ratione, volgo olim probabantur, reiecta sunt, vt ex antiquis priuatis consuetudinum libris videri potest. text. in *l. cætera.* §. *hoc Senatusconsultum. D. de legat.* 1. vbi ad decorem publicum seruandum prohibentur ædificia lædi, etiam in vno tigno, etiam ob solutionem pensionum debitarum Reipu. Et ibi Paul. Castren. execratur deformem quandam consuetudinem * vbis Romæ, vbi propter debita solent recta detegere, vel parietes perforare dominorum debitorum. Non obstat *l. si is cum quo. D. communi diuidundo*: quia iudex ibi malè fecit secundum glo. ibi, & Bar. in *l. nuto* §. *colonus. D. de leg.* 3. Dy Bal. Alex. in d. §. *hoc Senatusconsultum.* Iac. de S. Georg. in *tract. de operis. col.* 10. *ver. adhuc fortior.* quanquam mos ille demigrauit in Galliam correctus in clericis ecclesiasticè viuentibus, constitutione Philippi pulchri, lata anno 20. mense Martio die tertia post mediam quadragesimam. Confirmata per Iohannem primum anno 133⁹. publicata in Parlamento anno 1355. die quinta Ianuarij.

* Turpissimos Romæ.

7. ¶ QVARTO quæro, an dominus censualis propria priuata authoritate hanc pignorationem facere possit? Prima facie videtur quòd sic per not. ℸ. §. 1. *gl.* 4. *q.* 1. §. 9. *gl.* 3. *& in prin.* §. 74. Breuiter dico quod non. Et moueor primò propter maximam diuersitatis rationem inter hunc casum & prærallegatos: quia in illis dominus manum iniicit & exequitur in rem propriam ratione directi dominij, & ciuiliter possessam, imò etiam naturaliter in casum prehensionis à se possessam, quum dominus nedum ciuiliter continuò possideat, sed etiam sit in quasi possessione prehendendi & ciuiliter & naturaliter possidendi domino vtili excluso in casibus permissis, & in inuestitura tacitè reseruatis: & sic succedit etiam iuris communis dispositio: quia cuilibet licet propria authoritate possessionem suam vel quasi tueri & exercere. Sed hîc habetur oppositum, quia clarum est quòd dominus censualis nullomodo est dominus vel possessor mobilium illatorum vel inuectorum in rem censualem, imò nec illi sunt tacitè hypothecata, vt statim dicam: & sic propria authoritate ea capere non potest, nec sibi ius dicere in illis mobilibus.

8. Nec obstat quod hæc verba à iure consuetudinis diriguntur ad dominum, quia recipiunt interpretationem à communi consensu & obseruantia, quia semper solitum est iudicis authoritate, siue per apparitorem publicum huiusmodi pignorationem fieri, quæ obseruantia hoc casu attendi debet ad declarandum & restringendum verba huius §. Tum quia antiqua & vniformis. Tum quia ius commune resistit facultati pignorandi priuata authoritate bona aliena & ab alio possessa: & satis multúmque consuetudo ista operatur permittendo domino incipere ab executione in mobi-

Digitized by Google

libus prorſus alienis & ab alio poſſeſſis, etiam ſine publico obligationis inſtrumento: quare in reliquo reſtringenda eſt ne minium corrigatur ius commune per not. in *l.* 4. §. *prætor ait. D. de dam. infec. in l. vlt.* §. *in comparatione. C. de iur. delib. in l.* 2. *C. de noxa. act.* Et ſi hoc caſu communis illa obſeruantia non eſt meræ facultatis prout eſt ſupra in caſu §. 1. *gloſſ.* 4. *nu.* 12. vbi dominus exercet poſſeſſionem ſuam in rem propriam, quod de iure communi licitum eſt: ſed hæc eſt neceſſaria ne fiat & inducatur illud quod iure communi prohibitum eſt.

9. Secundò moneor quia in prehenſione fundi ipſius feudalis vel cenſualis, vel impedimento fructuum pendentium, cùm fiant manifeſtè, & in rem ſoli, quæ loco non mouetur, non eſt tantum periculum nec tanta occaſio diſſipandi & perdendi res alienas ſicut in pignoratione vel ablatione mobilium, maximè in vrbibus vbi ſolent eſſe mobilia pretioſa: eſtque periculoſum & exemplo pernicioſum, ex inopinato & priuata authoritate licere domos alienas ingredi, & mobilia aliena auferre: quare non eſt credendum conſuetudinem hanc intellexiſſe hoc fieri poſſe temere & priuata authoritate, imo ſi hoc expreſſiſſet, eſſet à principe vel ſenatu corrigendum tanquam occaſio triſtis euentus & pernicioſi exempli.

10. Et ſic concludo quòd neceſſe eſt per apparitorem publicum cum teſtibus iudicis mandato aut ſubſcriptione ſaltem generali, huiuſmodi pignorationem fieri, ne dolus aut fraus admittatur: ſed quod factum & captum fuerit per apparitorẽ more ſolito fideliter deſcribatur & per eũdem vel alium fiduciarium quem iuſtitiæ depoſitarium vocant, pignora cuſtodiantur, donec per iudicem, partibus vocatis ordinatum vel conſenſu partium tranſactum ſit. non enim de ſimplici impedimento: ſed de pignoratione (quæ capturam ſignificat) loquitur conſuetudo. Et dicitur ſimplex, quia non ſtatim dies dabitur ad videndùm vendi. Sed opus erit poſtea debitorem citari coram iudice, vt in iudicio decernatur rem vendendam, vt in pignore conuentionali *l. quamuis de pigner. actio.*

11. Sed an requiratur præceptum de ſoluendo certum debitum cenſus? Videretur quòd ſic: quia propriè iſta non eſt dominicalis executio quæ fit in rem propriam, de qua ẽ. *quæſt.* 1. *glo.* 1. Sed potius executio prætoria ſeu iudicialis & in vim publicæ iuriſdictionis: & ſic fieri debet pro re certa, & obſeruanda forma, de qua j. *tit.* 15. Breuiter, licet bonum ſit, præmitti præceptum certum, tamen non puto neceſſarium, ſed ſufficere exprimi ad cuius inſtantiam procedit, & ex qua cauſa videlicet ex defectu ſolutionis cenſus. & ſi non exprimatur cuius anni vel quorum annorum, intelligitur de cenſu nouiſſimi anni duntaxat, non autem remotioris nec plurium annorum niſi dicatur *argu. l. eum qui Calendis. D. de verb. oblig.* Nec poteſt fieri pignoratio pro cenſu debito ante tres præteritos, ſed trium nouiſſimorum annorum duntaxat per hunc text. non tamen eſt neceſſe quantitatem cenſus exprimere, niſi cenſuarius hoc petat ſatisfacere offerens. quia hic text. non requirit, & per ſe ſatis ſolet eſſe nota: nec poteſt fieri huiuſmodi pignoratio pro laudimiis ſed pro reliquis ipſis cenſus duntaxat per hunc tex. & per not. ẽ. §. 74 *glo.* 1 *nu.* 60.

12. Nec puto capi poſſe equos aut alia mouenda quæ ſumptum debito cenſu maiorem afferunt, ſed mera mobilia eáque non pretioſa neque multa, ſed parabiliora pauca & parua, quæ ſatis erunt vt ſolutio prætenſi cenſus ſit in tuto. Et moueor per hunc tex. iuncta ratione *l. à diuo Pio.* §. *in venditione. D. de re iudi.* quia ſimplex iſta pignoratio ſimplicẽ ſecuritatem reliquorum cenſus portendit trium ad ſummum annorum, & ſic quantitas ſemper eſt modica & paruo pignore tuta eſſe poteſt. Pignoratione autem facta ſi neque ſe oppoſuerit cenſuarius, neque pignus ſolutione luat, citandus erit coram iudice, vt decernatur pignus vendi: nec debet apparitor ad hoc procedere ſine iudicis authoritate, & nouo mandato debitore vocato, obtento: hinc enim dicitur ſimplex, vt ẽ. *eo. nu.* 10.

13. Si autem cenſuarius intercedat, dies illi dicetur ſuper hoc coram iudice, pignoratione nihilominus facta & tenẽte ſiue intercedatur, ſiue appelletur, etiam ſi pignoratus negaret ſe eſſe cenſuarium, vel tenere in ſenſum ab eo cuius nomine fit pignoratio, quia non eſt ſuperſedendum in hoc actu in quo à principio ius metimur ab aſſertione actoris, ſub periculo damnorum & impenſarum in fine litis per no. ẽ. §. 74 *glo.* 1. *nu.* 116. Facta etiam huiuſmodi pignoratione æquè locus erit prouiſioni & recuperationi pignorum abſolutè, reo negante domum eſſe cenſualem actoris, vel conſignato cenſu vnius anni, ſicut in caſu impedimenti fructuum pendentium de quo ẽ. §. 74. *glo.* 1. *nu.* 148. Si enim tunc res prehenſa & fructus impediti relaxantur, in quibus dominus habet dominium directum & poſſeſſionem & hypothecam in reſiduo iure cenſuarij, vt ſup. §. 39. *nu.* 4. & §. *ſeq. gloſſ.* 2.

14. Quanto magis mobilia in quibus dominus nullum dominium, nullam poſſeſſionem habet, nullam hypothecam, niſi nudum pignus prætorium facta pignoratione, quæ non eſt tantæ virtutis & efficaciæ nec intenſiuè, nec extenſiuè, quanta eſt prehenſio vel impedimentum rei ipſius cenſuariæ, vel fructuum in ea pendentium vel extantium, qui etiam ante impedimentum hypothecati ſunt pro omnibus reliquis cenſus non certorum tantùm annorum. *l. in prædiis. D. in quib. cau. pig. vel hyp. tac. conſ.* & ſatis dictum eſt in d. §. 74. *gl.* 1.

15. Cæterum quamuis inuecta & illata in domum conductam ipſo facto hypothecata ſint locatori pro mercede, vel penſione *l.* 2. *l. eo iure. D. in quib. cau. pig. tac. cont. l. certi iuris. C. de loc.* Tamen inuecta & illata in domum cenſualem (niſi ſi forte eſſent incorporata domui & facerent eius partem) ſiue dominus cenſualis ſciat ſiue non (circumſcripta alia conuentionali & expreſſa obligatione) non ſunt ei hypothecata pro ſolutione vel reliquis cenſus, quia nullo iure cauetur. Sed tantùm pignoratione facta, bona pignorata ſunt prætorium pignus & prætoria hypotheca tenentur. Quemadmodum & quæcunque pignora iudicis authoritate rite procedentis, capta, vt in *l. non eſt mirum. D. de pignora. actio.* & plenè dixi j. *tit.* 15. Ecce plura paucis hac reſolutione perſtrinxi, vt haberem nem huius §. *& tit.*

16. Ex prædictis habes quod licet dominus cenſualis ſit in quaſi poſſeſſione prehendendi vel impediendi rem cenſualem vel eius fructus ex defectu ſolutionis cenſus ſecundum conſuetudinem loci: Tamen non eſt in quaſi poſſeſſione pignorandi mobilia in domo cenſuali exiſtentia ex eodem defectu cenſus, quemadmodum creditor cui debetur certa ſumma vel reditus perpetui ſuper certo fundo, etiam licet aliàs ſit in quaſi poſſeſſione reditus percipiendi ſuper illo fundo, tamen non eſt in quaſi poſſeſſione in vim publici inſtrumenti vel alterius priuilegij iudicis authoritate exequendi debitorem, & pignorandi fundum vel bona debitoris in eo exiſtentia: quia non eſt in poteſtate nec in commercio, nec in iure cuiuſque quod publicè per magiſtratum publica poteſtate & iuriſdictione fieri debet: & eſſet talis poſſeſſio abuſiua & reiicienda, vt plenius tangitur in rubr. ſequen.

LXXXVII.

DE toutes rentes foncieres non rachetables vendües à autres, ou delaiſſées par le rachat depuis le premier bail, ſont deües ventes, eu égard au prix de la vente ou rachat d'icelle rente, tout ainſi que ſi l'heritage ou partie d'iceluy eſtoit vendu.

Quels biens ſont meubles & quels immeubles.

LXXXVIII.

EN la Preuoſté & Vicomté de Paris y a deux ſortes & eſpeces de biens ſeulement: c'eſt à ſçauoir *meubles & immeubles.*

LXXXIX.

CEDVLES & *obligations* faictes pour ſomme de deniers, marchandiſes ou autres choſes mobiliaires, ſont cenſez & reputez meubles.

XC.

VSTANCILLES d'hoſtel qui ſe peuuent tranſporter ſans fraction & deterioration, ſont auſſi reputez meubles: mais s'ils tiennent à fer & à cloud, ou ſont ſeellez en plaſtre, & ſont mis pour perpetuelle demeure, & ne peuuent eſtre tranſportez ſans fraction & deterioration, ſont cenſez & reputez immeubles: comme vn moulin à vent & à eauë, preſſoüer edifié en vne maiſon, ſont reputez immeubles, quand ne peuuent eſtre oſtez ſans dépecer ou deſaſſembler, autrement ſont reputez meubles.

XCI.

POISSON eſtant en eſtang ou en foſſe, eſt reputé immeuble: mais quand il eſt en bouticque ou reſeruoüer, eſt reputé meuble.

XCII.

BOIS *coupé*, bled, foin, ou grain foyé ou fauché, ſuppoſé qu'il ſoit encores ſur le champ, & non tranſporté, eſt reputé meuble: mais quand il eſt ſur le pied & pendant par racine, eſt reputé immeuble.

XCIII.

SOMME *de deniers* donnée par pere, mere, ayeul ou ayeule, ou autres aſcendans, à leurs enfans en contemplation de mariage, pour eſtre employée en achat d'heritages, encores qu'elle n'ait eſté employée, eſt reputée immeuble, à cauſe de la deſtination.

EPITOME §. CXIV.

1. *Iſte §. prorſus impertinens ad hunc titulum.*
2. *Ad colorandum duos §§. immediatè ſequentes, qui nuper merito eraſi ſunt.*
3. *Verus ſenſus huius §. nec hic refert, an reditus habeans ſpecialem hypothecam vel non: Niſi quoad alia ſingularia ſpecialis hypothecæ.*
4. *Vnus coniugum poteſt debita ſua mobiliaria luere de communi, ſed non hos reditus. 6.*
5. *Sufficit reditum perpetuo durare poſſe, vt cenſeatur inter immobilia.*
7. *Maior mos conſuetudinum, reditus vulgatos deputat mobilibus.*
8. *Sed fundiarij etiam redimibiles immobilibus aſcribuntur.*
9. *Declaratio conſuetudinis Trecenſis.*
10. *Duo genera redituum pecunia conſtitutorum.*
11. *Recta interpretatio iurium. 12.*
14. *Reditus redimibilis cenſetur mobile in materia fraudis.*
15. *Appellatio & multiplex diuiſio reditus. 16.*

Digitized by Google

17. *Antichresis præcisa* Rentes en assiette.
18. *Reditus & nomina non sunt mobilia nec tertia ex his species.*
19. *Sed inspecto eo ad quod competunt, mobilibus vel immobilibus quando res exigit æquiparantur.*
20. *Reditus annui perpetui de iure pro mobilibus habentur.*
21. *Etiam si sint redimibiles ad tempus vel perpetuo.*
22. *Reditus temporales si ad modicum tempus mobili, si ad longum tempus immobili comparantur.*
23. *Reditus non dicitur, licet distributa sit solutio summæ in plures quàm decem annos.*
24. *Vt reditus temporalis immobili comparetur, non sufficit quod sit decennalis vel vltra, sed debet esse ad vitam vel trecennarius.*
25. *An releuent à satisdando?*
26. *Quamuis reditus veniant appellatione immobilium indispositione consuetudinis: non tamen in dispositione hominis quæ non tam de facili extenditur.* 27.
28. *Etiam in eodem actu discernenda dispositio. l. à dispositione hominis.*
29. *Retractus proximitatis non habet locum in constitutione horum redituum, sed bene in reditibus primi generis.*

§. * XCIV.

ITEM toutes *rentes* nommément constituées sur heritages, soient racheptables, ou non, iusques à ce qu'elles soient racheptées, sont reputées immeubles & heritages.

OMnes reditus nominatim constituti super prædiis, siue redimibiles, siue non, & donec redempti sunt, inter immobilia computantur.

*

RENTES constituées à prix d'argent, sont reputées immeubles, iusques à ce qu'elles soient rachetées: toutesfois au cas que celles qui appartiennent à mineurs, soient rachetées pendant leur minorité, les deniers du rachat ou le remploy d'iceux en autres rentes ou heritages, sont censez de mesme nature, & qualité d'immeubles, qu'estoient les rentes ainsi rachetées pour retourner aux parens du costé & ligne dont lesd. rentes estoient procedées.

* Hic articulus olim fuit 57. & anno 1557. Maii 10 Arresto Curiæ ita mutatus. *Pour rentes constituées à prix d'argẽt sur maisons ou autres heritages assis en Ville, Fresnoſd & Viconté de Paris, ne sont doubs aucuns dressés de lez & ventes, ny autres profits seigneuriaux, soit pour la constitution ou rachapt desdites rentes.*

* Hic articulus in noua consuetudine ita reformatus est.

HIc sese offerebat famigerata illa vsque ad nos inter Theologos & iurisperitos & Philosophos controuersissima quæstio, vt etiam patet apud Do. And. Tiraq. *tract. de retract. promis.* §. 1. *gloss.* 1. *num.* 15. vbi *nu.* 16. dubitauit, An reditus pecunia constituti sint liciti iure diuino, naturali vel humano, quod tam exactè discussi, vt propter sui molem, ex hoc & huius §. commentario, detraxerim, & ad proprium syntagma cum materia monetarum & aliis annexis redegerim: quod ante tredecim annos Deo duce edidi, summis & doctis quibusque viris valde approbatum, quò remitto, necessaria tantum ad hunc §. attingendo.

* Et ideo in noua consuetudine hic articulus in hunc locum rectius est mutatus ac reiectus.

2. In quo dico* primò hunc §. esse prorsus impertinentem ad hunc tit. in recto suo & plano sensu, & locati debuisse sub tit. 7. *post.* § 95. vel sub tit. 10. *post.* §. 109. vel post. §. 116. vel in fi. *d. tit.* 10. vel tit. 11. *post.* §. 128. vel in fi. *tit.* 13. Verum est quòd in obliquo quondam sensu erat pertinens ad quadantenus colorandum ineptos quosdam & iniquos articulos videlicet 58. & 59. qui immediatè sequebantur, & qui iustissimè & æquissimè amplissimi ordinis solenni Senatusconsulto ex albo deleti sunt, quod ego statim pro virili diligẽter exequi cœpi reuocatis chartis quæ iam erant in manus typographi, & vt sequitur breuius & solidiùs recudi, quæ ante sexdecim annos in eundem huius emendationis sensum magno laborioſæ argumentationis molimine scripseram necdum ediderami.

3. Color autem qui quærebatur, erat, vt postquam sancitum esset reditum super certo prædio nominatim constitutum reputari partem fundi vel eodem immobilium iure censeri, siue redimibilis esset siue non vsque post redemptionem consummatam: tum facilius admitterentur & iustificarentur articuli illi tunc immediatè sequentes, de laudimiis soluendis domino censuali fundi nominatim suppositi: de venditione reditus tanquam de venditione partis fundi; & rursus de redemptione, tanquam de redemptione partis eiusdem fundi, eo quod non recidit in mobile vel pecuniam, nisi post redemptionem consummatam. Dum ergo redimitur adhuc est pars eiusdem fundi & sic locus laudimiis. Quæ ratio non concludebat nec color ille iniquitates & absurditates plurimas inde resultantes tegebat, quas prolixè & laboriosè retexui in aliis commentariis meis super isto & dictis articulis, quorum in *tract. commer. & vsur. quæst.* 6. *num.* 129. mentionem feci, quæ pro maiori parte resecaui, vtpote post iustam tam sancti Senatusconsulti censuram, operosa magis & supernacua quàm vtilia. Reiecto ergo obliquo illo sensu & eius laborioſa mea correctione iam supernacua,

3. Assumo directum & plenum sensum (etiam si forte præter compilatorum intẽtionem fuerit) qui est & vnicus esse & stare debet, videlicet quòd reditus etiam pecunia constituti super prædiis etiam si sint redimibiles, immobilium iure censentur & regulantur. Amplio primo etiam si nulla prædia sint nominata, quia aduerbium tex. *nommément*, id est super certo in diuiduo fundo, non erat appositum ad imprimendam qualitatem vel similitudinem immobilium, vt statim (etiam per eandem consuetudinem) probabo, sed ad præparandum viam & colorem ad articulos qui immediatè sequebantur de laudimiis soluendis censualib. dominis prædiorum nominatim hypothecandorum: quibus meritò sublatis, potuisset illud aduerbium tex. *nommément* deleri, sed non est meum nec necessarium, sufficiente etiam analytica nostra interpretatione. Probo secundo nostram ampliationem, quia sufficit reditum esse perpetuum, vel perpetuò

durare posse & tuto assignatum, vt non mobilibus, sed immobilibus æquari debeat, vt j. *eo. num.* 5.

4. Probo tertio per eandem consuetudinem *infrà* §. 119. vbi non distinguitur an reditus habeat specialem vel generalem, vel nullam prædiorum hypothecam, imo nullo modo examplificat in reditu super certo proprio fundo nominatim constituto, sed tam in simplici reditu sine aliqua hypotheca immobilium, quàm in reditu cum generali immobilium hypotheca, & in vtroque casu vel vtroque genere, & sic indistinctè dicit censeri immobile. Patet, quia si computaretur inter mobilia confunderetur ab initio in communione coniugum, in quam mobilia omnia vndecunque procedentia cadunt & actiuè & passiuè confunduntur: nec posset redemptio censeri communis conquæstus, sicut nec luitio vel solutio cuiusuis debiti mobiliaris ante matrimonium contracti, de cuius luitione nulla ratio habetur, etiam si ab altero tantum coniugum & super eius prædiis fuisset contractum, quia statim ab initio matrimonij omnia passiua nomina mobiliaria fiunt communia, nec postea quicquam reputatur, vt infrà §. 109. & sic necesse est consuetudinem in dict. §. 109. *in fi.* loqui de conquestis immobilibus, & consequenter reditum etiam nullam immobilium hypothecam habentem inter immobilia computari, vt sæpe contingit dum iuuenes nihil habentes, sed reditus debentes, vel etiam diuites mercatores qui tantùm mobilia habent super quibus reditus constituerunt, vxores ducunt.

5. Sufficit ergo reditum perpetuò durare posse, vt secundum hanc consuetudinem iure immobilium censeatur. Ita etiam notissimè sub hac consuetudine & sub pluribus aliis vtimur. Stabilitas enim successiua siue fructum successiuum adhærens facit immobilibus comparari. Sæpè autem contingit reditus generali tantùm hypotheca subnixos firmiores & stabiliores esse quàm nominatim super certo prædio vel domo quæ igne aut chasmate perire potest, assignatos. Amplio secundò, siue speciali pacto aut gratia, siue etiam natura sui & necessitate sunt redimibiles, quamuis illi prædiis magis accedant quam hi qui etiam maiori fere parte consuetudinum pro mobilioribus habentur, tamen hîc & in multis aliis locis ascribuntur immobilibus, vt reditus ad rationem duodecimæ constituti de quibus in §. *sequenti.*

6. Amplio tertiò, etiam dum fit redemptio, vt probat hic textus & clariùs infrà §. 119. secus post consummatam redemptionem, quia non supereſt nisi pretium quod est merum mobile, nisi in casibus vbi aliter dispositum apparet, vt in dict. §. 119. si alter coniugum debebat reditum ante matrimonium etiam pecunia constitutum, quem post nuptias redimit: supereſt enim media pars reditus quæ interim sopita, soluto matrimonio in actum erit ad commodum alterius coniugis vel sui hæredis, tanquam ea redemptio (quæ communis est) non sit pro parte sua luitio, sed acquisitio. An autem pro hac dimidia veteres hypothecæ, & alia iura, & actiones primitiui reditus remaneant dixi in d. §. 119. quò remitto. Secus si ante nuptias redemisset de pecunia mutuata quam post nuptias de pecunia communi soluit, nisi in fraudem futuræ communionis hanc versuram anticipasset.

7. Præfatam conclusionem suprà *num.* 3. limito in locis in quibus * consuetudo vult esse mobile: maior enim pars consuetudinum huius Regni quæ de hoc loquuntur deputant inter mobilia reditus imposititios redimibiles, siue specialem habeant prædiorum hypothecam siue non, vt *Aurelianenſis* §. 175. §. 162. *Trecenſis.* §. 66. *Calui montis in Baſſigniaco.* §. 64. *Vitriaca.* §. 131. *Belquercenſis.* §. 31. *Altiſſiodorenſis.* §. 185. *Bleſenſis.* §. 158. *Ducatus Burgundiæ titulo des rentes.* §. 1. *Artheſienſis.* §. 94. & sic iam numeraui nouem quæ mobilibus deputant. Quinque autem sunt quæ immobilibus, siue habeant specialem prædiorum hypothecam siue non, *vt conſuetudo Aleldenſis.* §. 66. *de Lorris. tit. de communauté.* §. 10. *Viromanduana.* §. 107. *Engoliſmenſis.* §. 55. *& Senonenſis nona.* §. 123. *Vetus enim.* §. 110. imposititios pecunia constitutos mobilibus deputabat. quod certè non erat iniquum per ea quæ scripsi in tract. *commercio. & vſuris. quæſt.* 37. *& quæſt.* 46 *num.* 337. & maiori parti consuetudinum quæ hac de re expressim loquuntur conformiùs, quæ etiam non loquuntur nisi de promiscuis istis vulgaribus reditibus in locum semissis vel bessalis vsuræ subrogatis & natura sui necessariò redimibilibus.

8. Vnde nullo modo comprehendunt reditus fundiarios videlicet concessione fundi ad reditum constitutos, etiam si pacto sint redimibiles, quos etiam consuetudo Aurelianensis nominatim excipit vt remaneant inter immobilia; & quamuis reliquæ consuetudines non excipiant, tamen idem in illis intelligendum nisi in sola consuetudine Blesensi. §. 158. vbi vult indistinctè omnes reditus etiam fundiarios si redimibiles sint, etiam si solum vsque ad certum tempus duntaxat redimi possint, quandiu redimi possunt inter mobilia censeri, in quo respectu fundiariorum multum est exorbitans.

9. Ex his fluit verus intellectus iuridica & politica conciliatio duorum articulorum consuetudinis * Trecensis 66. & 67. qui repugnare videntur, quia prior ait reditus pecunia constitutos si redimibiles sint, naturam sortiri mobilium quandiu facultas redimendi durat, qua lapsa naturam habere immobilium. Posterior autem ait reditus siue in pecunia, siue in granis, vino aut aliis consistentes quoquo pretio constitutos semper esse redimibiles, non obstante quacunque etiam conuentione aut renunciatione contraria. Et sic dispositio & distinctio §. præcedentis prorsus euerti videtur. Dum ad medium Ianuarij anno 1557. incipiendo à natiuitate, inclita metropoli Vesuntina propter luctuosissimum fidelissimæ coniugis obitum relicta, Trecas iter faciens ab insignibus & optimis viris Do. Ioanne Pithou & Dom. Nicolao Pithou in ea præfectura celeberrimo aduocato de intellectu & conciliatione dictæ consuetudinis interrogaret, respondi, vt in *tract. commercio. & vſur. quæſt.* 5. nouè docui, redituum pecunia constitutorum * duo esse genera latè discrepantia.

10. Primum eorum qui natura sua non sunt redimibiles, vt ad rationem trientariæ vsuræ emptorum, de quibus in *l.* 3. §. *Item ſi reip. ad leg Falci.* quam explicaui *in tract. vſura. nu.* 112. videlicet quando non sunt empti minore pretio fundorum similem reditum adferentium. Et isti non sunt redimibiles nisi ex pacto vel priuilegio, puta dominis inclitissimæ huius vrbis Parisiensis concesso, & meritò immobilibus æquiparantur. Secundum verò genus est eorum qui pro sui iustitia & validitate insitam habent, non solum naturam, sed etiam necessitatem perpetuam & imprescriptibilem redimibilitatis, vt docui in vtroque tractatu redituum & vsurarum Latino & Gallico, & per arresta supremi huius Senatus, visis libris meis, veteri errore abolito obtinui. Hæc autem duo genera quantum dissideant nulli hodie non liquet, visis his quæ scripsi in *tract. vſur. q.* 5. 17. 35. *& q.* 56.

11. Vt autem de primo genere necessario debet intelligi d. §. 66. cum alioquin nequiret esse irredimibilis, ideo regulariter vbique & in toto regno immobilè comparatur, nisi vbi consuetudo deputat inter mobilia, quando & quandiu redimibilis est, *vt Trecenſis d.* §. 66. *& Bleſenſis.* §. 158. *tum d.* §. 66. necessariò præsupponit reditum posse esse non redimibilem: nec esse redimibilem nisi ex pacto temporali, vel præscripubili. Et sic per locum à fortiori reditus necessario

* Reditus.

* Trecenſis.

* Duo genera reddituum.

& ſemper redimibiles ſunt ſemper inter mobilia. *ita diſt.* §. 67. immediate ſequens neceſſariò debet intelligi de ſecundo genere, videlicet de promiſcuis & vulgaribus reditibus qui tamen ſolent variis pretiis fieri intra metas ſortium talium vulgatium & cõſuetorum reddituum qui includuntur ſub vno genere, *De rentes volantes.* Et hoc probatur primò, quia conſuetudo ſecundum hunc ſenſum commodiſſimè & æquiſſimè ſine vlla captione interpretatur, & ſecundum crebrius & vt plurimum accidentia, prout de iure debet interpretari. *l. nam ad ea. l. in ambiguis. l. beniguius de legib.* Secundò, ſecundum hunc ſenſum habet æquitatem & nullam abſurditatem, & verba patiuntur: quia ſub illo genere variæ ſunt ſortes, varia pretia puta vnius in 10. 11. 12. 13. 14. 15. *vel* 16. Feudum mouens à Rege Trecis ſitum prætutatum cum huiuſmodi reditu. Reſpond. Si reditus debeatur. Trecis vel in ſimili conſuetudine debentur iura vt ex venditione. Quod ſi debitus Pariſiis in dubio contra fiſcum. *l. non puto. de iur. fiſci.*

12. Non autem poteſt nec debet intelligi etiam de reditibus non vulgaribus, ſed ratis, quorum ſors ſufficit ad perpetuæ proprietatis emptionem. Tum quia eſſet conſuetudinem extendere de vno promiſcuo genere reddituum communium ad aliud & ſuperius genus reddituum proprietatem reſipientium, & quorum ſors & iudicatura, æſtimationi proprietatis fundi accedit. Sed non debet fieri extenſio de vno genere ad aliud, & maximè quando conſtat diuerſam eſſe rationem, vt hîc. Secundò, quia eſſet conſuetudinem loquentem de promiſcuis & communiter accidentibus (prout intelligitur & debet intelligi & adaptari *d. l. nam ad ea.*) extendere contra regulas iuris de interpretatione legũ ad ea quæ raro, & non vt plurimum accedunt. Tertiò, eſſet trahere conſuetudinem de ſenſu æquo, in quo habet æquitatem & iudicium ad alium caſum & ſenſum iniquum contra *l. Saluius Ariſto. de leg. paſtan.* & contra definitionem iuris quæ eſt ars boni & æqui *l. 1. de inſtit. & iure.* Quartò hunc ſenſum verba patiuntur, quia ibi, *A quelque prix & ſomme que ce ſoit*, intelligitur de illo cõſueto & vſitato genere reddituum promiſcuorum de quibus loquitur. Sed in priori genere etiam in minori gradu reditus ad rationem quincuncis, cùm poſſit eſſe perpetuus, vt proprietas fundi tanti emi, ſi nihil dictum de redemptione, ſaltem poſt triginta annos non poteſt redimi, vt dixi in tract. *commercio. & vſur. Latino. q. 12. & Gallico q. 3.* & conſequenter, ſaltem poſt triginta annos non deputatur mobilibus. Præterea præfata ſorte proprietatem æquante vel circa, poteſt emi ius cenſus dominicalis ſuper alaudio, ergo multò fortiùs ſimplex reditus perpetuus non dominicalis.

13. Quòd autem diximus *ſ. eo. num.* 3. *& 4.* conſuetudinem noſtram & alias conſuetudines non facere differentiam an reditus ſpecialem habeant ſeu generalem prædiorum hypothecam vel non: verum eſt quantum ad hoc an debeant inter mobilia vel immobilia cenſeri, & quantum ad omnes effectus ſucceſſionum, diuiſionum, legatorum, ſeu vltimarum voluntatum, & alios dependentes à differentia vel qualitate rei mobilis vel immobilis: ſecus quantum ad ſingularia quædam ſpecialis hypothecæ tam de iure, vt in *l. 2. C. de pigno.* quàm de conſuetudine, vt *j.* §. 70. vbi ſpecialis hypotheca prædij nominatim hypothecati operatur vt quiuis etiam extraneus poſſeſſor etiam ignorans perſonaliter quandiu particulam vnam poſſidet pro tempore quo poſſedit, ad omnia reliqua obligetur. & etiam reditus ſpecialiter aſſignatus, magis eſt pars fundi quàm reditus generalem habens hypothecam.

14 Regulam huius §. de reditu redimibili inter prædia computando limitatam *ſ. eo. nu.* 7. iterum limito in materia fraudis vel ſimulationis de contractu venditionis ad contractum permutationis: quia ſi debitor permutet fundum cum huiuſmodi reditu quem debet eidem creditori, non dicitur permutatus, ſed venditus pro pretio quo reditus ille erat redimibilis, qui cenſetur redemptus & fundus datus loco ſortis & reliquorum & ſic venditus & conſequenter habetur pro mobili idque reſpectu omnium habentium intereſſe ſiue ſint domini directi feudales, vt dixi *ſ.* §. 20. *glo. 5. q. 10. in fi. &* §. 33. *q. 19. nu.* 77. & 78. ſiue cenſuales, vt dixi *ſ.* §. 78. ſiue conſanguinei ius retractus habentes, vt dixi *j.* §. 174. Quòd ſi permutetur cum reditu debito per tertium, vel ſi debitor ipſe det fundum tertio ad onus huiuſmodi reditus, dicam in §. *ſeq.*

15. Nunc expoſitis his quæ ſunt neceſſaria ad hunc rectum vero ſenſui & æquitati reſtitutum, non erit ſupernacuum colligere quæ ex veteri meo commentario vtilia ſunt reliquis omiſſis, ſic autem incipiebam: Vox Gallica *Rentes*, qua conſuetudo vtitur, non tam latè patet quàm vox reditus, qua vertendo vſus ſum, appellatio enim reditus generaliſſima eſt pro omni fructu vel prouentu rerum quæ in bonis ſeu in patrimonio ſunt, quo modo *ſup. eo. in rubr. nu.* 25. diximus accipi vectigal in generaliſſima ſignificatione. Sic deplorat Ouid. *in lib. 2. de Ponto.* At reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit Vtile, ſolliciris ſupputat articulis. Tamen quandoque contractiùs & propriùs accipitur pro quacunque certa annua præſtatione, prout cenſum tertio modo accipi diximus *ſup. eo. in rub. nu.* 18. Et hoc modo in varias & prope infinitas ſpecies diuiditur & ſubdiuiditur, nedum leui aut indifferenti qualitate aut homogenea quantitate, ſed etiam ratione & proprio, ſeu peculiari proprietate ſuæ cuiuſque naturæ differentes, quales ſunt diuiſiones quæ ſequuntur cæteris omiſſis.

16. Et primò, penes originem, quidam ſunt reditus fundiarij, vt retenti in conceſſione vel datione fundi, de quib. *ſup. eo. in rub. huius tit. nu.* 19. *&* §. 73. *gl.* 2. quidam impoſititij. & hi ſubdiuiduntur, primò penes originem, quia quidam pecunia conſtituti, de quibus in §. *ſeq.* & hi ſubdiuiduntur penes proportionem & pretium in conſtitutis ad rationem vnius pro ſexdecim vel infrà. vt in § *ſeq. & latiùs in tract. vſura.* quidam verò ſine pecunia, ſed vel donatione, legato, tranſactione, aut permutationis vel diuiſionis immobilium ſuppletione, aut alia quamuis compenſatione aut commutatione: ſecundò ſubdiuiduntur penes qualitatem hypothecæ: quidam enim ſunt conſtituti & aſſignati ſpecialiter & nominatim ſuper certis prædiis: quidam generaliter ſuper omnibus bonis debitoris de quibus dicemus *j.* 70. & tactum eſt *ſ. eo. nu.* 13. Tertiò ſubdiuiduntur penes limitationem vel extenſionem, quia quidam reditus limitati ſunt ad certum fundum, vt quando debetur pars fructuum talis fundi, vel penſio ſuper dictis fructibus tantùm, ita quòd debitor non tenetur aliunde ſupplere ſicut nec decimam, quidam verò etſi ſpecialem prædiorum habeant hypothecam: tamen non ſunt limitati ad fructus aut vires ſpecialis hypothecæ ſed aliunde ſuppleri debent.

17. ¶ Quartò ſubdiuiduntur penes modum poſſidendi & exigendi, quia quandoque (quod in hoc præſidatu & locis vicinis rariſſimum eſt) creditor per manus ſuas poſſidet & fruitur certis fundis ad valorem annuum reditus aſſignatis & traditis creditori. Iſta eſt antichreſis præciſa & perpetua, hoc eſt quæ non poteſt reuocari à debitore niſi redimendo reditum, Gallicè vocamus *Rente en aſſiette*, cuius etiam ſors non debet eſſe minor ratione quindecimæ, vt clarè probatur in *tract. commercio. & vſura. q. 35. nu. 169.* hîc enim creditor non ſolùm eſt quaſi poſſeſſor reditus incorporalis: ſed verus & naturalis poſſeſſor fundi, & eſt quaſi dominus & longè plus quàm ſimplex vſufructuarius, vt dicam in §. *ſeq.* alij verò per manus debitoris percipiuntur, & creditor ſolùm quaſi poſſidet

ius

ius incorporale reditus: de quo dicam tit. sequenti. A Quintò principaliter diuiduntur penes durationem, quia quidam temporales, vt dixi in *tract. redit. & vsura. Latino, quæst. 3. & Gallico. q.* quidam perpetui, & horum quidam redimibiles, quidam non redimibiles: & redimibilium, alij redimibiles ex causa vel qualitate rei suppositæ, idque vel ex priuilegio rei, vel ex constitutionibus, vel ex consuetudine: alij redimibiles ex insita & necessaria natura: alij redimibiles contingenter, puta ex pacto, vel ex legato, idque vel à principio constitutionis vel ex post facto, quid autem veniat in reditu an pecunia an frumentum, vinum, oleum aut alia quantitas rerum aut specierum fungibilium, non refert.

18. Nunc circumscripta consuetudine videndum in B terminis iuris communis an reditus veniat appellatione mobilium vel immobilium? Et clarum est propriè loquendo & secundum veram rerum substantiam quòd huiusmodi reditus non sunt res mobiles nec immobiles: & loquor de iure ipso reditus, non de re quæ venit in reditum. Quòd autem post Speculat. *in tit. de fract. & interesse.* §. 1. *n.* 6. *versic. secundò quæritur*, omnes communiter tam legistæ in *l. à diuo Pio.* §. *in venditione. de re iudica.* & vbique, quàm canonistæ in cap. nulli. de reb. ecclesiæ non alienan. & vbique per manus tradunt hæc iura & nomina facere tertiam speciem latè cumulat. Dom. Andr. Tiraq. *in tract. de retract. proximit* § 1. *glos.* 6. *nu.* 3. *& latiùs glo.* 7. *nu.* 9. *& in fi. q* 3. *nu.* 11. non malè dicunt inspecto effectu: sed minùs propriè loquuntur. Nos iure- C consultum sequemur, qui in *l.* 1. §. *quædam præterea. de rer. diuisio.* disertè facit diuisionem rerum tanquam generis generalissimi in duo genera subalterna siue in duo membra principalia: alterum rerum corporalium, alterum incorporalium, & vtrumque per diuersas species subdiuidit seu exemplificat. Summa autem diuisio primi membri siue rerum corporalium quæ in nostro patrimonio esse possunt, est quòd quædam mobiles, quædam soli siue immobiles, vt in *l. quam Tubero nis.* §. *in peculio. de pecul.* Clarum est autem quòd iura & nomina in neutram dictarum specierum cadunt, vt etiam tradit Bal. in *c.* 1. §. *sciendum. de feud. cognit. in c.* 1. *in fi. prin. de pace tenenda. in vsib. feud.* Alex. *cons.* 52. *nu.* 3. *lib.* 1. non autem propriè loquendo dicendum quòd faciant tertiam speciem vel tertium genus, sed quòd prorsus non sunt de illo genere rerum D corporalium, & consequenter nec de diuisione aut speciebus illius generis: à quo enim remouetur genus & quælibet eius species *l. si causa cognita.* & ibi glo & Doct. *C. de transact. l.* 1. *si cer. pet.* Bal. in *c.* 1. §. *noui verò per quos fiat inuestit. in vsib. feud.* Vnde ineptè formatur quæstio per Alciat. in *l. mouentium. de verbor. signific.* An nomina sint immobilia vel non? quia qualitas mobilis vel immobilis non competit nisi rebus corporalibus quæ circumscribi possunt.

19. Bene verum est quod iura incorporalia aliàs mobilibus magis quàm immobilibus adaptantur & conueniunt. Vnde quamuis propriè per se & vi ipsa non veniunt appellatione mobilium vel immobilium, nec regulariter etiam latè sumptis vocabulis subintelligantur, siue mobilium aut immobilium separatim siue simul & coniunctim mentio fiat *d. l. quàm Tuberonis.* §. *in peculio. de pecul.* not. per omnes Doct. in *l. si constante.* §. *vlt. solut. matr.* Tamen quoties necessitas, mens vel æquitas, aut alia iusta interpretatio exigit, vt etiam de nominibus & bonis incorporalibus actum censeatur, tunc iudicantur mobilia vel immobilia inspecto eo ad quod competunt & prout alterutris magis æquiparantur, vt per Dyn. in *l. potest de auctor. tut.* tenent omnes Doct. vbique & plenius *dixi* j. §. 145. nomina autem quæ vnicam tantùm habent exactionem, facilè inspecto eo ad quod competunt, diiudicantur.

20. Reditus autem annui licet ad certam quantitatem mobilem & fungibilem competant, tamen quia in prima aut altera exactione non consumuntur, sed restant, & successionem quandam, vt fructus renascentes habent, non diiudicantur à re quæ soluitur, sed à duratione & continuatione: quæ si sit perpetua proculdubio rebus immobilibus annumerantur. tex. in *l. vlt.* §. *sancimus. C. de iure dot. in Nouell. de non alienan. aut permutan. constit.* 7. §. *vult autem.* & in *Cle. exiui.* §. *cumque annui. de verb. significa. facit l. inbemus. in prin. C. de sacrosan. Eccles. l. hac edictali.* §. *hîc illud.* & ibi Cynus Io. Fab. Bal. Ange. *C. de secundis nup. c. de controuer. inter Episc. & vasallum. innello c. vnico in fi. de feud. cognit.* & ibi Bald. Cardin. Alex. & alij. in *vsib. feud.*

21. Et intellige etiamsi aliàs reditus post certum tempus vel quandocunque redimibilis sit: quia sufficit vi ipsa & habitu perpetuum esse, licet habeat incertum resolutionis statum: nihilominus enim perpetuum dicitur. *argu. l. sufficit & ibi* Iason. *de condition. indeb. l. iurisperitos in prin. de excusat. tuto. c. si gratiosè. c. si.* & vbi gloss. in *ver. per tuas. de referip. in* 6. And. Tiraq. latè in tract. de *retract. proximit.* §. 1. *glo.* 14. *nu.* 120. *& in tract. de retract. conuentio.* §. 2. *n.* 39. Hinc decidit Bartol. *in l. de pupillo.* §. *si quis ipsi prætori. col.* 2. & ibi Iaso. *col.* 5. *de oper. noui nunciat.* quòd potestas vel officialis positus ad bene placitum regis intelligitur perpetuus. Alex. in *l. principalibus in fi.* & ibi Iaso. in *l. Stichum aut Pamphilum* §. *stipulatio. col.* 2. *de verb. oblig.*

22. Si verò annui reditus non sint perpetui sed * temporales: tunc crebrior est Doct. sententia quòd aut sunt ad modicum tempus & mobili æquiparantur. aut verò ad longum tempus, quod est decem annorum vel vltra, & tunc habentur pro immobili. ita decidit Federi. de Senis. *cons.* 11. *cons.* 82. Bal. in *l. hac edictali.* § *hîc illud. C. de exec. rei iudi. l. vnica. in fi. C. vti possid. in c. cùm M. Ferrariensis col.* 3. *de constit. c. querelam. super glo. vlt. de electio. l. Federicus. in fin. princip. de pace tenenda & eius violat.* Angel. Alex. in *l. si constante* §. *vlt. sol. matrimo.* Cardi. Florenti. in *cle. exiui.* §. *cúmque annui. de ver. signific.* Ludouic. Roma. *cons.* 301. *in fi.* Geminia. Philip. Francus, *c. fi. de rebus eccles. non alienan. lib.* 6. Geminia. *cons.* 40. *col.* 1. Maria. Soci. in *tract. oblationum lib.* 8. *q.* 6. *col.* 2. Matth. de Affict *in tract. de iure protomeseos. col.* 11. Guilielmus Bened. in *rep. c.* Raynutius. in *ver. cætera bona. nu.* 8. Alciatus in *l. mouentium. de verbor. significat.* Chassaneus in *consuetud. Burgund. tit. des rentes.* § 1. *col.* 1. Andr. Tiraquell. *tract. de retract. proximit.* §. 1. *glo.* 6. *nu.* 6 *cum sequen. & tetigi in tract. commercio. & vsura. nu.* 173.

* De Reditib. temporalib.

23. Sed aduerte quòd ista distinctio, vt in hac materia modicum tempus sit infra decem annos, longum verò decem annorum vel vltrà: quam primum in hanc materiam disputando inuexit Feder. de Senis & multis locis firmauit. Bar. & omnes communiter legistæ & canonistæ sequuntur. & Do. Andr. Tiraq. de *retract. proximitat.* §. 1. *glo.* 6. *nu.* 9. non procedit in se- E cundo membro. Illud palam est secundum omnes quòd non dicitur reditus, sed debitum momętaneum & mobili comparandum, si tantùm solutio in plures etiam decem vel vlteriores annos distributa est siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus. Si enim creditores debitori aliàs solum versuro iuxta *l. vlt. C. de cessio. bono.* concesserunt, vt debita sua per particulares summas vsque ad decem annos distributas soluere possit, ridiculum esset illa nomina quæ quandiu erant idonea omnino mobilibus æquiparabantur, ac- pente ob miseriam debitoris & postquam facta sunt minus idonea inter bona immobilia censeri. Pariter siquis legauerit Titio dena vsque ad decem annos, non videtur in dubio legasse reditum annuum tempora-

lem, ſed centum in decem annos fauore hæredis diſtributa, ad hæredem legatarij poſt obitum teſtatoris ſtatim morientis tranſmiſſibilia *l. ſi cum præfinitione. l. Firmio. §. vlt. quando dies legati cedit.* prout in dubio præſumitur, niſi de alia cauſa, puta alimentorum vel ſtudiorum appareat, vt decidunt Dynus, Albet. & Bar. in *d. l. ſi cum præfinitione. quando dies legat. cedit.* Phil. Deci. *l. cum tempus, in prin. de reg. iuris.*

24. Sed ſi legauit reditum annuum qui non cedit nec tranſmiſſibilis fit niſi ſingulo quoque anno *l. cum in annos. quando dies lega. cedit*, dico non ſufficere de iure quod annis decem durabilis ſit, vt prædijs vel immobilibus comparetur, hoc enim nullo iuris exemplo probatur: ſed debet durabilis eſſe ad vitam vel vſque ad triginta annos, vt ſic reditus ſint perpetui aut ſaltem quaſi perpetui, prout actiones perſonales hac ſatione perpetuæ dicuntur. inſtit. de perpetuis & temporal. actio. in prin. & hoc habito reſpectu ad principium, quia ſi de ritu antiquo liberatione fortè poſt tempus legata non reſtant niſi quinque aut pauciores anni, nihilominus iſtud reſiduum qualitatem antiquam retinet regulariter, videlicet quantum ad ſucceſſiones hæredium vel immobilium & quantum ad legata reddituum: & generaliter niſi in caſibus vbi ratio materiæ ſubiectæ aliud ſuadebit, putà ſi agatur de ſolennitate requiſita in alienationibus immobilium, non enim puto quòd in hoc modico reſiduo locum habeat, quia edictum dictæ ſolennitatis loquens in prædiis & verè immobilibus, non debet extendi ad ea quæ ſunt fictè immobilia, niſi eadem æquitas & periculum damni & præiudicij ſubſint quæ hic deficiunt: ratio enim medium eſt extenſionis, vt dixi. 5. §. 35. *nu.* 4.

25. Et pariter ſi agatur de releuando à ſariſdatione prætextu poſſeſſionis immobilium non releuabitur creditor reditus paucorum annorum reſtatium, etiam ſi alias eſſet ſpecialiter ſuper immobilibus aſſignatus: nunquam enim facienda eſt extenſio niſi eadem ratione & æquitate comitibus, vt tradit Bal. in *l. ſi filius ſuus. C. ad Macedo. de quo do. text. in l. quia actionis. de præſcrip. verb.* & dixi 5. §. 35. *nu.* 4. Secus ſi eſſet perpetuus vel tanto tempore duraturus, vt cauſæ cuius ergo ſatiſdatio exigitur, ſatisfaceret. quòd enim tradunt Albet. Bar. Bald. Alex. Iaſo. & omnes in *l. ſciendum. qui ſatiſd. cogan.* non releuari ab onere ſatiſdandi eum cui debentur annui & perpetui reditus, niſi ſpecialiter ſuper certis bonis immobilibus in illa prouincia ſitis aſſignati ſint, procedit in dubio quando neſcitur an reditus ſint tuti: ſecus ſi conſtet tutiſſimè eſſe conſtitutos, vt illi qui ſuper fiſco principis vel ſuper hac ampliſſima vrbe Pariſienſi ciuibus quibuſdam conſtituti ſunt, vel ſuper locuplete & frugi patrefamilias. Et iſta omnia intelliguntur quando quæritur de ipſo iure reditus vel de penſionibus futuris: penſiones verò præteritæ ſemper iure mobilium cenſentur, tanquam proprietas ſeparata, ſeu fructus ſeparati à ſolo, per not. 5. §. 1. *gl. 1. q. 3.* Do. And. Tiraq. in *tract. de retract. proxim. §. 1. glo. 6. nu.* 10.

* De effectu huius artic. 4. ſ.

26. Vlteriùs quæro in genere, quis ſit * effectus huius §. Reſpondeo primò quantum ad ſucceſſiones hæredium, quia ſi reditus huiuſmodi etiam ad rationem duodecimæ conſtitutus etiam carens ſpeciali vel omni hypotheca prædiorum obuenerit alicui iure ſucceſſionis, cenſetur hæredium à latere eiuſdem ſucceſſionis obuentum: primùm quoad effectum de quo 5. §. 128. 129. & 147. & ſimilem, quia qua ratione recipit qualitatem rei immobilis, eadem recipit conditiones immobilibus ſui tamen generis ſcilicet in corporalibus accedentes. Secundò, vt ſuperſtes coniugum capiens mobilia, 5. §. 116. 131. non poſſit capere huiuſmodi reditum, etiam ad rationem duodecimæ, etiam ſine vlla prædiorum hypotheca conſtitutum, quia non cenſetur inter mobilia nec de iure communi nec de hac conſuetudine, nec eos ſoluet, quia non ſunt debita mobiliaria, ſed tantùm ſoluet reliqua tempore obitus defuncti debita. Sic acceptans cuſtodiam nobilem 5. §. 99. non tenetur huiuſmodi reditus redimere, nec ab eis liberos exonerare, ſed tantùm à reliquis præteritis & ſui temporis. Sic 5. §. 195. ſi in bonis debitoris ſit vnus modicus huiuſmodi reditus, non dicuntur creditores eius reſpectu (modo ſi tutò collocatus) eſſe in terminis *d.* §. Et generaliter quantum ad omnes effectus dependentes à diſpoſitione iuris ſiue communi, ſiue conſuetudinarij.

26. Sed hoc non ſic expeditum eſt in diſpoſitionibus factis ab homine, ſiue inter viuos, ſiue in teſtamento diſponendo de mobilibus vel immobilibus in genere: non enim ſub mobilibus includuntur hi reditus etiam ſub conſuetudinibus in quibus pro mobilibus habentur, nec pro immobilibus etiam ſub conſuetudinibus vbi pro immobilibus habentur, niſi fortè conſuetudo vltrà procedat dicendo quòd donans vel legans mobilia cenſeatur etiam nomina mobiliaria & hos mobiliares reditus donare vel legare: vel quòd legans immobilia cenſeatur etiam hos reditus legare. quia conſuetudo in dubio non videtur imponere legem ad modum intelligendi vel ad interpretationem pertinentem ad actus priuatorum, ſed ſuis tantùm: ideo diſpoſitiones priuatorum in hoc remanent in ſuis terminis. qui ſi dubij ſint recurrendum ad coniecturas de quibus in l. ſi ſeruus plurium. in fi. de leg. 1. quia nomina iſta, etiam hi reditus ad neutrum genus ſpectant, nec tertiam quaſi mixtam faciunt ſpeciem, ſed aliud genus, vt ſupra eodem *num.* 18. & diſpoſitio hominis quæ ſtrictior eſt non ita recipit extenſionem, vt diſpoſitio legis vel conſuetudinis, vt latè tradit Ioan. Imola. in *l. ſi vero. §. de viro. ſolut. matrim.* Carol. Ruinus *conſi.* 49. *num.* 4. *lib.* 1. Alciat. de *verbor. ſignificat. lib.* 1. dixi in annotat. ad Philip. Deci. *c. tranſlato. lect.* 2. *in fi. de conſtitut.* Huiuſmodi ergo conſuetudines non ſpectant ad ampliandam vel reſtringendam diſpoſitionem hominis, etiam ſui ſubiecti & in ſuo territorio, & pro rebus ſitis ibi tantum, in quantum videlicet eſt diſpoſitio hominis, quia conſuetudo non tendit ad hunc finem, ſed ad declarandum ampliatiuè vel reſtrictiuè diſpoſitiones proprias.

28. Sæpe enim etiam in eodem actu concurrunt diſpoſitio legis & hominis & ſubtiliter diſcernendæ ſunt, vt hoc paradigmate planum facio. Sub conſuetudine quæ hos reditus mobilibus deputat, & prohibet generaliter vel certis perſonis vltra ſemiſſem mobilium legari. ſi quis ſimpliciter eis leget mobilia ſua, concurrit diſpoſitio conſuetudinis reſtrictiua ad ſemiſſem, ſed non concurrit diſpoſitio eiuſdem conſuetudinis ampliatiua ad huiuſmodi reditus, vt eorum ſemis legato includatur, quia diſpoſitio conſuetudinis reſtrictiua ſeu prohibitiua, tendit ad impediendam diſpoſitionem hominis & ſic eam impedit ſeu reſtringit: ſed diſpoſitio ampliatiua non tendit ad ampliandam diſpoſitionem hominis, nec in eam agit, ſed in proprias diſpoſitiones tantùm, & hoc reſpectu relinquit diſpoſitionem hominis in ſtatu ſuo & in iure communi. Itaque hoc legatum nullomodo comprehendet dimidiam horum reddituum prætextu conſuetudinis, & tamen reliquorum mobilium ſemiſſem non excedet obſtante conſuetudine. Idem in ſimilibus.

29. Plus dico quòd generalis diſpoſitio conſuetudinis quòd huiuſmodi reditus reputentur immobilia quæ propriè facta eſt pro diſpoſitionibus vniuerſalib. non habet locum in particularibus quatenus eſt alia ratio. Vnde ſi quis ſuper hæredio ſuo antiquo conſtituerit reditum ad rationem duodecimæ vel quindecimæ, quamuis ille reditus veniat appellatione immobilium per eandem noſtram conſuetudinem quæ

j.§.172. dat ius retractus cognatis constituentis: tamen non habebit locum in huiusmodi reditibus promiscuis pro redimendo vsu æris alieni introductis, vt scripsi in *d.§.172. & tetigi in tract. redit. & vsura. Latino. q. 45. n. 332. & Gallico nu. 184.* Secus in constitutione reditus non redimibilis vel qui esse posset non redimibilis qui spectat ad primum genus *ẽ. eo. num. 10.* sed bene locum habet si is cui ex successione obuenit reditus A duodecimæ illum tertio extraneo vendat. Hic affluunt plurimæ quæstiones si creditor reditus & debitor sint diuersi fori, & bona specialiter hypothecata sub alia consuetudine, & si creditor mutet forum, quæ consuetudo attendenda sit? Sed quia dependent ab his quæ disputaui *j. tit. 11. & tit. 17.* eò remitto ne materia diuidatur, & quia §. iste prorsus est impertinens ad hunc tit. vt *ẽ. eo. nu. 1.* dixi.

XCV.

OFFICE venal est reputé immeuble, & a suitte par hypotheque quand il est saisi sur le debteur, par auctorité de iustice parauant resignation admise & prouision faite au profit d'vn tiers: Et peut estre crié & adiugé par decret. Et toutesfois les deniers prouenans de l'adiudication, sont subiects à contribution, comme meubles, entre les creanciers opposans, qui viennent pour ce regard à desconfiture au sol la liure.

CÆterùm, vt maior & vberior est prior pars harum consuetudinum ante 19. annos præcipitata magis quàm edita: ita posterior hæc pars limitatior est, tamersi brevior. Arqui nunquam existimassem me eot cladibus insanorum horum studiorum ergo me attritum iri. Quæ mihi affulgebant spes fefellerunt. Deus autem optimus maximus susceptor meus fuit: vxorem primam studiorum meorum Mecœnatem nobilem Ludouicam Beldonam magno delectu selectam mihi dedit, qui cum studiis meis otium suppeditante magna perficiens maiora occœpi: at illa satis iniquis, si dicere liceat, indignè mulctata ante tempus eorundem studiorum ergò, magno mœrore occubuit feriis Natalitiis Domini anno sesquimillesimo quinquagesimo sexto more Gallico: notissima res est, etiam si multi ignorant, vt vulgus cupidorum & ambi- B tiosorum (quæ maxima turba est) præteritorum etiam benè meritorum quæ spernunt obliti, in anteriorá-que, sed non iuxta Pauli sententiam feruntur.

Anno sesquimillesimo quinquagesimo primo Dei gratia & fidelissimæ vxoris ministerio maximo otio fruens, etiam duobus filiis & vnâ filia auctus omnia studia & omnes animæ & corporis vires domesticis stipendiis ad absoluenda illa contuli, quæ in hasce consuetudines nec non in Borboniorum, Aruerniæ & aliarum prouinciarum consuetudines rem iudiciariam & iuris ciuilis emendationem molitus eram quibusdam speciminib. iam editis, vt syntagmata de commerciis, vsuris & monetis, Labyrintho de eo quod interest, de donationibus & inofficiosis, in stylum, in regulas Cancellariæ restantur; dum sinisterrimo quodam afflante C genio bellum inter regiam Maiestatem & Iulium tertium Pontificem Romanum exarsit. quo feruente magno quodam suasu zelo regiæ Maiestatis & ecclesiæ Gallicanæ vendicandæ calamum arripui in abusus Curiæ Romanæ & Pontificum scripsi, non vt statum Ecclesiæ euerterem, sed sanarem, & catholicæ emendationis causam darem, principem meum interim pro virili mea defendendo.

Deus ipse mihi testis est, & in supremo iudicio coram omnibus Angelis & sanctis erit quanto catholicæ fidei & disciplinæ ecclesiasticæ studio id oneris & periculi susceperim, quàm ego hæreticorum & fanaticorum & seditiosorum affectibus minimè inseruiero, nihil citans nisi ex veris & authoribus probatis, anti- D quos Episcopos, ipsam quoque Ecclesiam magnis laudibus efferens, quorundam tantùm à paucis seculis manifestos abusus à sacris Canonibus & Conciliis & omnibus doctis damnatos vellicans & in exemplum proponens non solum primitiuæ Ecclesiæ statum, sed etiam posterioris, quæ sub sanctis Doctoribus & Cõciliis generalibus floruit; quin etiam statum qui erat tempore Caroli Magni Christianissimi & pientissimi principis Francorum Regis & Romanorum Imperatoris & filiorum eius Regum & Imperatorum.

Nec tantillum quidem has metas prætergressus, huius scripti occasione in prima expeditione mea Germanica Christianissimo Regi meo Henrico & illustrissimo Annæ Montmorantiaco Connestabili suo causas in castris Rhenanis per Sebastianum Scheterlim reddidi & mox Cæsarianos & Nassouienses omnes editionibus Katzenelbogensibus expelli curaui redintegrato illustri Vuilhelmo Hesso, ne quicquam obstantibus tribus arestis in aula Imperiali pro Nassouiensi Comite contra illustrem Philippum Landgrauium Hessiæ latis: mense Augusto anno sesquimillesimo quinquagesimo secúdo mox domum reuersus, sed die tertio migrandum fuit circiter annum in Heluetiis degi, præsertim Neocomi ad lacum consiliarius designatus & vocatus literis illustrium principum Galliæ dominorum loci: quorum negotiis peractis Septembri anno sesquimillesimo quinquagesimo tertio cum libris Argentinam profectus vocatus consiliarius & legum professor insignis illius Reipublicæ, cuius permissu Landgrauium Philippum inuisi, iter faciens per Hailprunam, vbi multorum Germaniæ principum consessus erat: illic Christophorus Virtembergicus dux inuentum me manu prehensa Tubingam mittere voluit, quò me ante semestre inuitarat, sed omnino profectionem meam absoluere volui.

21. Cassellas ingressum me magno honore & fauore Landgrauius Hessiæ excepit, pecunias & equites dedit vt ad illustrissimum Augustum. sacri Imperij Electorem Albi traiecto proficiscerer: in cuius aula circiter dies octo non paruo honore steti: tentarant eius consiliarij an vellem sub eorum principe Lipsiæ manere: quibus respõdi me omnino Cassellas reuersurum ad Landgrauium, qui me statim misit Marpurgum. vbi Ioannes Oldendorpius, Iacobus Lersernerus & ceteri sui consiliarij vt mecum de omnibus eiusdem principis censis consultarent: quo facto iussu principis sui omnem mouerunt lapidem quo me consiliarium & professorem inibi retinerent ingentibus stipendiis & honestissimis conditionibus oblatis: sed non tam loci asperitas me deterrebat, quàm ne postea mihi non liceret discedere in patriámque reuerti.

Et Argentinam omnino repetere volui ad finem Nouembris, vbi obitu celeberrimi viri Domini Iacobi Sturmij, cuius præcipuè authoritate vocatus fueram, rebus turbatis facilè obtinui, vt cum libris ad Christophorum Virtembergicum ducem inuitantem & maxima quæque pollicẽtem proficiscerer, ad quem Stutgardiam ingressus perueni calendis Decembris anno sesquimillesimo quinquagesimo tertio, quem intelligebam esse amicum & fœderatum Christianissimi regis mei. Is me statim primarium iurium Professorem fecit in celebri sua Tubingensi Academia, vbi mox non minori laude quàm miratione leges analyti-

eôs & practicè interpretari cœpi. Idem princeps induſtriam meam expertus magna conſiliarij ſtipendia maioribus Academiæ ſtipendiis adiecit, ad biennium ſtipulatus manſionem meam apud ſe, feriis Natalitiis celeberrimam illam Auguſtam inuiſi, magnificè dies quindecim ab amicis & eruditis exceptus, non paruis conditionibus oblatis etiam à Dom. Iacobo Foulquero, ſed fidem datam Virtembergico duci ſeruare volens ad profeſſionem meam redij.

Vbi primariis totius Germaniæ honoribus & ſtipendiis fœliciter decoratum præter conſultationes vndique aduenientes, atrox quorundam conſpiratio excepit & tandem loco deiecit. Diſceptatio mea cum eis habita quorundam inuidorũ opera in vulgus euaſit ad finem Ianuarij: ita vt omnes ferè in me fremerent tanquam religionis correctorem, eóque citiùs eiiciendum cenſerent quantò maiore & doctrina & authoritate perpollerem. Ego verò cauſam meam agens, principibus Germaniæ præſertim Electoribus ſcribebam, quæ ad pacem & vnionem Germaniæ & Eccleſiæ catholicæ, & ſchiſmata tollenda ſpectabant, nihilò ſerius lectiones meas iuridicas perſequens. Martio menſe ſcripſit ad me Chriſtophorus Dux Virtembergicus quærens & iubens, vt cum ſuis eccleſiaſticis & miniſtris pacem quoad eius fieri poſſet colerem: cui ſtatim reſcripſi me id ſemper feciſſe & porrò libenter facturum, ſicuti Chriſtianum deceret.

Quam æquitatem miratus princeps mea etiam opera in cauſis ſuis indigens, miſſo aulæ ſuæ præfecto & Rectore Academiæ iuſſit me bono animo eſſe, religionis quæſtiones omittere, ſed tantùm de lectionibus meis & conſiliis reddendis ſolicitum eſſe. Parui, ſed inuidia contra me excitata quanquam ad paucos dies deferuere viſa ſit minimè ſopita fuit.

Aduenerat autem fama nominis mei copioſa multitudo, ita vt plenis ciuium domibus cogerentur in tabernis & hoſpitiis loca conducere, cúmque non obſcurum eſſet maiorem & ſaniorem aduentitiam partem mihi magis aſſentiri, factio aduerſa ita egit, tum apud aulicos, tum apud quoſdam collegas meos mihi inuidentes, vt de me ablegando decretum fuerit. Itaque magnam fœlicitatem in medio Germaniæ virtutibus partam vix 10. menſes retinere potui. Interea illuſtri. Rom. Rex Ferdinandus me Friſburgum Briſgoiæ inuitauit, locúmque Vdalrici Zaſij adhuc vacantem & conſiliarij ſui dignitatem obtulit: ſed nolui, malens in Galliam reuerti.

Multi verò principes Germaniæ de me ad aliquot annos retinendo Chriſtianiſſimo Regi noſtro ſupplicauerant, qui retinuit. Et tandem anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo quinto de reditu meo decreuit, quo mihi per fideliſſimam vxorem (ab illuſtri Senatus Pariſienſis præſide Domino Petro Seguyero, Regio nomine certificatam) nuntiato ſtatim Argentinam cum libris & ſarcinis menſe Maio veni, vbi monitus Vvilhelmum Landgrauium Heſſiæ Philippi primogenitum induſtria mea indigere in definitione cauſæ ſuæ Katzenelbogenſis in qua in duos ſacri Imperij Electores & duos duces compromiſerat, depoſitis penes Iſraelem Midkel ciuem Argentinenſem libris & ſarcinis meis Rhenum tertio traieci, Vormaciam veni, vbi magno honore exceptus ab illuſtri principe Vvilhelmo: ita cum ſuis conſiliariis egi, vt definitiuam ſententiam arbitrorum obtinuerit, illóque iubente priuſquam Germaniam relinquerem, iterum Caſſellas ad inuiſendum illuſtriſſimum patrem eius petij. Vbi vltra duos menſes retentus, magno honore & conſilij cauſa retentus, tandem dimiſſus fui vnà cum filio eius illuſtri Ludouico ad nuptias ſororis eius Barbaræ Landgrauiæ, in nobiliſſimo Comitatu ſuperueniente illuſtriſſimo Duce Bauariæ Volphango Philippi genero cum vxore & lectiſſima cohorte armata.

Quos Landgrauij nuptiis Riqueuillæ peractis Argentinam vſque redeuntes comitatus ſum, vbi Doctorum & ſcholarium rogatu lectionibus aliquot factis, Galliam verſus iter arripui pluuiis hyemalibus vexatus antequam accederem Montbelgardum, vbi à Comite Georgio nouo Landgrauij genero rogatus ſum, conſilij cauſa, ſubſiſtere; quod non tam ob ingruentem hyemem, quàm affectu commodandi nouo genero Landgrauij Heſſiæ amantiſſimi principis conſenſi. Comes ipſe Georgius in præſentia ſuorum conſiliariorum decima die Nouembris venit me rogatum, vt cum illis, conſilij cauſa, Dolam proficiſcerer: vbi ab omnibus vrbis & Academiæ ordinibus magno honore affectus aliquot ſolennes lectiones, quæ extant dedi: & rediens Barbaræ Landgrauiæ præcipua Academiæ xenia dono dedi.

Poſt ſeſquimenſem iterum me comes Georgius rogauit, vt Dolam cum ſuis proficiſcerer: initio itineris occurrit legatio Academiæ ad me, & die ipſa Epiphaniæ ad quatuor milliaria vrbis obuiam mihi venerunt turmæ ſcholarium: deinde legatio magnifici Rectoris, nec non collegij Doctorum & non pauci togati ordinis Senatus Dolani: Germani verò officiales comitis Georgij per aliam viam profecti ſunt. rogatus à præfectis vrbis, magnifico Rectore, vniuerſa Academia & à primoribus Senatus in lectione ſolenni & per compita publicati pro lectione ordinaria interpretationem analyticam tituli, *de verborum obligatione* in diem Lunæ proximè ſequentem: ſubticeo cauſas propter quas Montbelgardum minimè redire ſtatueram.

Tum Germani illi comitis Georgij miniſtri precibus, lachrymis, obſecrationibus, deiuriis ita egerunt, vt non ſolùm erga Rectorem ſed etiam erga primores vrbis generalémque procuratorem & aduocatos imperatoris Burgundiæ Comitis, vt obtinuerint me ad octo dies dimitti, per omnia ſacra deierantes ſe infra decennium ad ſummum me cum libris & ſarcinis meis, quæ Montbelgardi erant, reducturos: ſic perſuaſus iterum redij cum eis nunquam exiſtimans Germanos ita deieraturos eſſe. Quandiu equitabam in territorio Burgundiæ illi celantes animum, omnem officioſitatem & reuerentiam mihi exhibebant: vix die tertio in conſpectum Montbelgardi veneram, (quòd verè eſt de antiquo territorio & ditione) reſſortum vocant (comitatus Burgundiæ: quanuis Germani quidam à tempore mortis Caroli Burgundiæ Ducis & Comitis conati fuerint ſubtrahere & Cameræ imperiali Spiræ ſubijcere.)

Dum me deceptum & velut captiuum in prædam duci animaduerti, aliis ante me velut equis citatis exilientibus in triumpho: aliis pone circundantibus: ſed animum præſentem & ad omnia paratum dedit mihi Deus, in quo ſemper ſperabam & quem ſemper per Chriſtum inuocabam. In ſede reorum locatus, fremenți Georgio reſpondi me bonam ſemper conſcientiam habuiſſe, nunquam voluiſſe doctrinam & induſtriam meam ad malas cauſas proſtituere. Id honeſti nominis in Galliis dudum acquiſiuiſſe, vt veritatis magis quàm cauſæ vel perſonæ patronus eſſem: nullum vnquam vidiſſe in Gallia principem aut Cardinalem qui à me aliud quàm veritatis & iuſtitiæ conſilium exigeret & quin boni conſuleret, aut gratias ageret ſi à me aliud quàm cuperet, reſponſum audiret.

Porrò me iniquæ proditionis aut præuaricationis accuſari: ſtipulari cœpit à me Comes Georgius, vt ad biennium aut ſeſqui annum manerem Montbelgardi, nolui: obtuli tamen, niſi rex meus aut vxor reuocarent. Dum ſubinde iubeor prætorium exire & ingredi, & ignotos quoſdam cum venabulis ad oſtium Cancellariæ præſtolantes animaduertiſſem, exclamaui me mortem non timere: ſatis mihi, ſed non ſatis

quibuſdam aliis vixiſſe, certò ſcire me Deum vindicem habere, exempla beati Ioannis Baptiſtæ & aliorum ſanctorum præ oculis habere.

Multa iam turba coacta & expectante, dimiſſus ſum domum ductu vnius miniſtrorum Comitis qui ſignum abeundi dedit illis venabulaſtis. Quum me obſeruarent ſi fortè diſcederem: & per famulum meum quem pecunia corruperant, reſciuiſſent inuitatum ad cœnam die vigeſima prima Ianuarij in arce Montbelgardenſi incluſerunt, quæ cùm ſatis tuta non eſſet, me Imperialem & Cæſaream majeſtatem appellante & oppidanis mihi fauentibus: per ſubterraneos cuniculos abſtractum & cutrui clauſo incluſum ne videret à populo, in arce Blacmontenſi ad ſeptentrionales radices Iuræ montis incluſerunt, quæ etiam ditionis Burgundiæ eſt, tametſi nemini pareant ſéque ſupremos iactent.

Menſe verò Maio anno 1558. fideliſſima vxor Ludouica Beldona duplici febre laborans tamen captiuitatem meam audiens virili animo equos aſcendit, cúmque Montbelgardum veniſſet & ab officialibus Comitis nihil niſi impoſturas audiret, mentientibus illis me venari & otiari cum Principe, nec vnquam velle in Galliam reuerti, à quodam oppidano reſciuit me ad quinque leucas Blacmontì ſub arctiſſima cuſtodia teneri, quò illa ſumma luce ſurgens vnà cum filia mea vnica Anna Molinea auolauit: ſed nunquam ad ingreſſum pagi vel tabernæ admiſſa fuit à barbaris illis ſæuitiam domini ſui metuentibus, duas ferè horas ieiuna in equis ibi ſtetit illacrymans ad aſpectum veteris illius inacceſſæ arcis vallibus & montibus vndique circumdatæ: rupes illas & ſaxa mouere potuiſſet ſi ſenſum habuiſſent: illachrymarunt etiam quidam miniſtrorum Comitis, & vxori in tanto mœrore meridiem vſque perſeueranti alium pagum indicarunt ad ſeſquileucam, in quo prandere poſſet & redire & Montbelgardi reuerti.

Verùm nec huiuſmodi acerbitatibus illa deſpondit animum: ſed palam ait ſe nunquam niſi me viſo & allocuto abituram. Deinde videns ſe & omnes humanitatis aditus ſperni, maiores animos concipiens palam dixit ſe appellationem meam Spiræ Imperij conſiſtorio proſecuturam. Quod cùm non minùs ſperneretur, nouiſſimè adjecit ſe ad Landgrauium Heſſiæ proſecturam, cuius filium domi ſuæ Pariſiis exceperat, & cuius magnanimitatem & intimam amicitiam ſciebat: hoc audito tandem concuſſa eſt immanis illa ferocitas Comitis Georgij, qui, vt hoc audiuit, ſéque negotium habere cum conſtantiſſima & inuicta muliere, & iam querelas illius in vulgus abiiſſe, nec ampliùs impoſturis aut diſſimulationibus locum fore, Blacmontium venit, oſtia omnia & repagula carceris mei ſubitò reſerari iuſſit méque liberè intra arcem cum ſuis conſiliariis agere, ſed priuſquam exirem præpoſitis euangeliis & notariis remiſſionem appellationum, iniuriarum, querelarum, hinc inde ſtipulabatur & vt ad biennium manerem Montbelgardi in conſilio ſine ſtipendiorum augmento.

Ego verò ſolam obligationem loci detrectans, ſcriptum illud laceraui, iuſſus reficere conſcripſi omnia pleniùs eodem ſenſu, ſola obligatione loci detracta, ſubſcriptione cum iureiurando facta eductus ſum frequenti Comitatu Montbelgardum ad finem Maij, vbi duodecim dies cum chariſſima vxore manſi multa ad exhibendam diu familiam emens, ne abitum moliri videret, cauſas abeundi multas & grauiſſimas ne captiuatoribus meis inſultare videar, ſubticeo. Solus conſenſu vxoris euadere ter conatus ſum, nec ob exploratores potui. Ilia vt vaticinans ait non placere Deo ſe à me in periculo relinqui, ſed vt ſimul exiremus captandum tempus nundinarum, quo ſumma luce portis apertis exire liceret.

Vtque vaticinata eſt, ita ſucceſſit: circa ſextum diem Iulij hora tertia à media nocte conſcendimus equos, ego habitu famuli filiam ducens, vxorem vt dominam ſequendo cum equiſone ciſtam ferente exiui à nemine agnitus niſi à paucis oppidanis, qui indignam ſortem meam miſerabantur. Officiales enim nondum heſternum potum concoxerant nondum experrecti offam matutinam ſorbuerant, nihil de exitu perceperunt niſi ſub noctem, fruſtrà mane ſequenti inſequuti: iam vt rediuiuum à Dolanis exceptum.

Titulum de verborum obligationibus, poſt ſex menſes quàm publicatam interpretari cœpi. Quamquam enim maximum me patriæ teneret deſiderium, necnon chariſſimæ vxoris & communium filiorum, libertúmque eſſet ſimul cum ea proficiſci: Tamen pudor erat Dolanos tam bene meritos expectatione ſua fraudare: tum Dolæ ſubſidendo, ſpes erat libros meos à Comite Georgio vi retentos recuperandi ſuffragio & Senatus & vrbis & Academiæ. Itaque profeſſione inchoata vxorem cum filia dimiſi, nunquam ægriùs ab illa diuulſus ſum, dum auditores me expectarent in ſcholis maioribus: illam verò equi Pariſios excurſuri. Quòd ſi ſciſſem nunquam illam me viſurum, profectò libris amiſſis illam ſecutus fuiſſem. Menſe Iulio auditores mei feruorem meum aſſiduum & indefeſſum videntes proprio ſumptu & conſilio Salinas me deduxerunt & omnia illa mira naturæ & artis ſecreta videre fecerunt.

Dolam venerunt duo Regis Philippi legati de me inter alia percontantes, lectionibus meis interfuerunt, ad cœnam me inuitarunt & comiter confabulati ſunt ſuadentes, vt promitterem perpetuò Dolæ manere, vel Louanij primam cathedram Iuris accipere, magna alterutróque caſu pollicentes: cùm neutrum voluiſſem: & intellexiſſent me temporarium eſſe neutralitatis obtentu, nec aliter obligari velle: ídque retuliſſent principi ſuo Philippo, is Capitaneum miſit qui 13. Nouembris Bibliothecam meam domo armatis ſepta ingreſſus iuſſit infra triduum *excedere: roganti cauſam, dixit me non eſſe ſubditum principis ſui, faſſus ſum, aiens me Francum & ſubjectum naturalem Francorum Regis principis mei: mihi neutraliratem allegan-

* Expulſion

ti, & ſaltem octidui inducias petenti: reſpondit vrbem ſuæ cuſtodiæ commiſſam, me verò ſuſpectum eſſe nec triduum prorogari poſſe.

Significaui ſcholaribus, qui lectionibus omiſſis frequentes Senatorum & primorum vrbis domos adire, ſpes facta inducias infra quas Regem Philippum adituri erant: ſed poſtridie Sabbati mane in exitu Senatus magnifico Rectori in purpura & celebri Comitatu reſponſum expectanti, Senatus reſpondit tam præciſum eſſe Regis mandatum, vt ipſis ſi tale recepiſſent, exeundum foret: hoc audito ſcholares ſcholas diripuerunt: tecta ſcalis admotis deiecturi niſi nox obſtitiſſet: vt eos lenirem proſcripſi lectionem ſolemnem domi priuatæ in nouam & analyticam interpretationem *l. ſi ita ſcriptum, de libe. & poſthum.* & *l. ſi ita facta. de iniuſto rupt. & irrit. teſtam.* & plurium id genus legum. Aderant Senatores antiquiſſimæ & ampliſſimæ ciuitatis Veſuntinæ magis pollicitationibus me inuitantes, ſed in mente ſtabat ſententia repetendi Galliam. Die Lunæ manè ocreatus & petaſatus frequentiſſimo auditorio legi & peroraus dixi ſtudiis meis expedire, me tot variis caſibus infœliciter iactatum domum repetere, & cum liberis & libris compoſitiones meas abſoluere & edere. Tum magnus fremitus quiritantium quòd ſtatim peterem Galliam, & tam ſplendidas Veſuntinorum conditiones ſpernerem vbi ſe ad me audiendum ſecuturos pollicebantur. Perſiſtebam tamen in ſententia nolens tantam opportunitatem támque ſub metu belli fauorabilem, patriam repetendi omittere.

Dixerant enim mihi primores Senatus cauſas tam repentinæ electionis eſſe quod in Gallia contra Im-

peratorem ſcripſiſſem, & in Germania ſemper aduerſariis eius adhæſiſſem: author fuiſſem Comitis Naſſouienſis ditionibus Kanzenelbogenſibus ei per tria arreſta imperialia adiudicatis ſpoliandi, nuper etiam libris editis (videlicet in ſecunda recenti editione in conſuetudines Pariſiorum) ſcripſiſſem, nec ratione quidem pacis Armoricam aut Flandriam à corona Franciæ indiuiſibili ſeparari poſſe, quin vindicari poſſet & deberet à Rege Francorum, & me nuperrimè omnes conditiones à legatis Philippi oblatas repudiaſſe, me ſcire, hæc omnia & plura alia vera eſſe: ideóque boni conſulere debere ſi tam majeſtati Principis ſui ſuſpectus, permitteret liberè cum ſarcinis quo vellem abire.

Cùm autem equos conſcenſurus eſſem Diuionem petens, accedentes primores vrbis & amici enixè togarunt ne rectà Galliam peterem, ſed ſaltem ad aliquot dies Veſuntinum aditem, ne mei cauſa (quem honoribus præuenerant) erga Regem Philippum maiore inuidia grauarentur, eíſque ſi quid ſiniſtri contingeret, imputaretur. hac oratione flexus ſimul quod Conſules* Veſuntini promitterunt ſe effecturos vt à Germanis libri mei mihi reſtituerentur eorum vrbem adeundo, ſententiam mutaui & edixi me Veſuntium profecturum: & ſtatim conuenerunt circiter octoginta equites, quidam ex eccleſiaſticis, quidam ex ſupremæ Curiæ nobilioribus aduocatis, quidam è Doctoribus & ciuibus, turma ſcholarium honoris cauſa comitaturi, magno honore in Epiphania ingreſſus fueram, non minore & totius vrbis deſiderio exiui die 26 Nouembris, eadem die ſero frequentiſſima iuuentus animaduertens altum me premere corde dolorem, omne genus honeſtorum gaudiorum ciebat: mœſtitiæ meæ cauſam aperui, dicens vereri, ne ea Veſuntina profectio vxori meæ luctuoſiſſima foret, prout accidit: nihil enim ei ſcripſeram ipſemet iturus, ſed repente mutato conſilio Dolam exiens in ipſo biuio Galliæ & Veſuntij rogaueram vnus è meis auditoribus Gallum recta Pariſios petere & quæ videret & audiret vxori nunciare, futurúmque, vt libero ſuffragio Veſuntinorum receptus illam aditem.

* Profectio Veſuntina.

Veſuntium ingreſſum ſtatim Doctor Humbertus Ianetus vir ſenatorius nomine ciuitatis & liberæ illius Reip. excipiens, domum pulcherrimam obtulit non longè ab inſignibus ſcholis Granuellanis, magnáque ſtipendia, aureorúmque duo millia Typographi accerſendi gratia, qui lectiones & compoſitiones meas inibi excuderet. Excuſam dubiam vxoris ſortem cauſificans, nec me liberatricem meam deſerturum. Idem in publico vrbis conſilio vocatus & auditus ciuitate gratis mihi oblata reſpondi rogans, vt de libris meis eruendis pollicita implerent: mox implerunt etiam per denſiſſimas niues, miſſo cum literis vno ciuium qui è Montbelgardo reduxit, paulo ante Natale Domini 1556.

Pridie Epiphaniæ in vrbis & in Senatus gratiam publicaui nouam & analyticam interpretationem *l. qui Romæ de ver. oblig.* Ipſa die Epiphaniæ ſero tepens nuncius venit de obitu vxoris: dolorem compreſſi, & diſſimulaui vt potui, triduo ſequenti lecturus, vt etiam interim ſarcinas componerem. Iam enim ornatæ erant ſcholæ illæ ampliſſimæ, nec potuiſſem tam amantiſſimos & benemeritos ciues & Senatores illudere, vltra mille auditorum numerabantur, vltra teſquihoram legebam. Sabbati nona Ianuarij cùm copiſſem è pulpito deſcendere, rurſus aſcendi, nuncia illa luctuoſiſſima detexi, diuini naturalis & humani iuris neceſſitatem me, vt liberis orphanis conſulerem auocantem, nec moram patientem, triduo me ſuſtinuiſſe, ne videretur illuſiſſe lectionum infectarum publicatione, dictæ legis interpretationem integram edere, eiſque dicare promiſi: quod Deo dante maturabo: non paucis excuſſæ ſunt lacrymæ, deſcendentem circumdedit frequens Senatus: viderunt nuncium præſentem méque nihil fingere, reliquum diei in illis ſalutandis conſumpſi: boni conſuluerunt abruptam ſpem Academiæ tunc erigendæ. Die vero ſequenti frequentes me vſque ad fines ditionis ſuæ comitati ſunt, omnia offerentes ſi ad eos reuerti poſſem.

Viceſima prima Ianuarij (anno reuoluto quo captiuatus fueram Montbelgardi) domum meam iam tres ab obitu vxoris hebdomadas depeculatam ingreſſus ſum: poſtea ſecuti ſunt miſeri illi & infelices libri longis mœroribus & immatura morte vxoris redempti, quos millies periiſſe maluiſſem. O ingrata volumina, inſanos & ingratos labores, vt nemo mihi niſi ſexcentis helleboris & Anticyris dignus huic meæ ſorti inuideat. Quid tandem? Liberi me reuocarunt amiſſa propter libros matre, ſeſquiannus conſequens me docuit, neque liberis iuuenibus & œconomiæ regendis, neque ſolitus ſtudiis vtcunque infœlicibus locum & otium ſupereſſe ſine matrefamilias.

Quæ res & recentia furta domeſtica me impulerunt, vt pudicam, prouidam & benè natam vxorem deligerem, vt ante viginti annos me feciſſe ſcripſi in præfatione annotationum ad conſilia Alexandri: & Deo dante nactus ſum Ioannam Viuariam vltima Iunij nouiſſimi domum hanc fœliciter ingreſſam. Faxit in gratia Chriſti ſui vnici mediatoris Deus, vt & familiæ & ſtudiis abſoluendis fœlix ſit, vt inuocato nomine eius in eum finem aſciui magna cognationis eius amicitia & gratia. Vos ergo auditores amantiſſimi quicunque ex præteritis meis aduſque ediris laboribus fructum aliquem percepiſtis & percipietis, rogatos velim, vt gratiam habeatis ſanctæ illi animæ prioris meæ vxoris apud Chriſtum ſuum viuenti & glorioſum eius aduentum reſurrectionémque iuxta Catholicæ Eccleſiæ fidem infallibilem expectanti: quamdiu enim illa vixit, vnica fuit horum ſtudiorum Mecœnas, œconomiam omnem dexterrimè curans, & oria omnia mihi ſuppeditans.

Quicunque vero ex ſtudiis & laboribus meis deinceps edendis proficietis, vt gratiam habeatis Ioannæ Viuariæ fideliſſimæ & chariſſimæ conjugi quæ prioris vices fœliciter ſuccenturiata ſuſcepit, & ſub cuius fida prouidentia & œconomia, vt auxilio à Deo dato & ordinato, ſpero reliqua ſtudiorum meorum vobis & vniuerſæ Reip. perficere & dare. Precamini ſaltem Deum affore & perficere, à quo ſolo omne datum optimum & omne donum perfectum, Iacobi. 1. Datum Pariſiis ſeptimo idus Iulias anno Natalis Chriſti ſeſquimilleſimo quinquageſimo octauo. Quando vero die ipſa nuptiarum inopinatus vnus deauratum librum in prandio obtulit, & alter inopinatior in cœna librum à perquam erudito & fido amico Ferrario Iulioto ciue Veſuntino compoſitum & Baſileæ impreſſum, tertio Carnoti epithalamium componente, placuit illud velut boni ominis cauſa huc adſcribere.

Digitized by Google

CAROLI MOLINÆI

COMMENTARIVS POSTHVMVS

NVSQVAM ANTEA IN LVCEM EDITVS,

IN RELIQVOS TITVLOS ANTIQVÆ

CONSVETVDINIS PARISIENSIS.

Chapitre III. De Complainte en cas de ſaiſine & de nouuelleté.

EPITOME TIT. III.

1. *Poſſeſſorium & Petitorium ſunt duo genera actionum.*
2. *Ante 1200. annos exoleuit ritus interdictorum, quorum loco actiones ſubrogatæ ſunt.*
3. *Petitorium propriè pro rei vendicatione.*
4. *Vindicatio perſonæ liberæ adiecta cauſa.*
5. *Petitorium regulariter de vendicatione intelligitur.*
6. *Poſſeſſorium, & Petitorium proprietatis non poſſunt cumulari.*
7. *Petitorium perſonale cum Poſſeſſione cumulatur.*
8. *Idem de nullitate, & reſcindente & reſciſſorio.*
9. *Sed non in eodem libello, niſi quando reus in poſſeſſorio negatiuè tantùm deffendit.*
10. *Reus ſi ſe dicat ſpoliatum, petens reſtitui ſuperſedetur in aliis actionibus: ſic denegantis parere ſententiæ denegantur actiones.*
11. *Poſſeſſorium & Petitorium cumulantur in regalia, & in decreto de Pacificis poſſeſſoribus.*
12. *Poſſeſſorium & Petitorium coram arbitratore vel arbitro & inſtantia homologationis.*
13. *Appellatio ab arbitro non eſt vera appellatio: ſed recurſus ad iudicem, qui debet vt in reductione ad arbitrium boni viri procedere.*
14. *Iudex appellationis à ſententia arbitri poteſt cognoſcere de poſſeſſorio & petitorio de quo cognouit arbiter.*
15. *Regula, quod in omni foro ſeculari & Eccleſiaſtico prohibitum cognoſcere ſimul de Poſſeſſorio & Petitorio.*
16. *Regula ſuperior habet locum ex parte rei: ſiue contra reum in poſſeſſorio adipiſcendæ vel recuperandæ: ſed non ex parte actoris, ſiue contra actorem.*
17. *Idem in omnibus remediis iuris recuperandæ vel adipiſcendæ poſſeſſionis.*
18. *Vera ratio iuris de non cumulando Poſſeſſorio & Petitorio eſt propter duplicitatem iudicij.*
19. *Petitorium & poſſeſſorium quando cumulari poſſunt.*
20. *Tres ſpecies poſſeſſoriorum.*

TITVLVS TERTIVS
DE INTERDICTO VTI POSSIDETIS,
ET IVDICIIS POSSESSORIIS.

HIc ſeſe offerunt diuiſiones & definitiones actionum, de quibus ante ſex & triginta annos tractatum compoſui, mihi in exitu meo è Dola à quodam ſacrilego, cum aliis elaboratis, ſubreptum. Sed ne copioſiſſimæ huius materiæ auctuarium adſciſcere videar, neceſſariis contentus ero. A

Poſſeſſorium & petitorium ſunt duo genera actionum.

1. Duo ſumma ſunt & præcipua actionum, Poſſeſſorium & Petitorium. Mirabuntur Doctores Scholaſtici hanc à nullo traditam diuiſionem & tamen pro ſumma & τὸ κύριον à nobis tradi, non tam nouè quàm contra textum *in* §. 1. *Inſtit. de actionibus* vbi ſumma diuiſio in duo genera deducitur; aut enim ſunt in rem, aut in perſonam. Præterea etiamſi in diuiſione noſtra omnes actiones ſub primo membro contineantur, ſubdiuideudo petitorium in reale & perſonale, non tamen omnia interdicta ſub ſecundo membro: quia quædam ſunt interdicta, vt omnia exhibitoria & aliqua prohibitoria, quæ non ſunt poſſeſſoria, vt interdicta *ne quid in flumine, vel loco publico, vel ſacro.*

Ante 1200. annos exoleuit ritus interdictorum, & appellatione actionis veniunt.

2. Ego verò dico primò, quod cum ante mille & ducentos annos ritus & formula interdictorum exoleuerit, quorum loco actiones ſubrogatæ ſunt, quæ initio extraordinariæ dicebantur. *text. in rub. D. de interdict. & ibi gloſſ. ſecundum textum in l. penult. & l. vlt. C. de interd. inſtit. eod.* in principio & in fine. Et ſenſim ad iuriſdictionem ordinariam traductæ ſunt, poſſent omnia interdicta, quæ non ſunt poſſeſſoria, ſub primo membro contineri. Cæterum quin appellatione actionis veniant interdicta, etiam iure Digeſtorum non dubitatur *l. actionis verbum verſic. interdicta quædam D. de actionibus & oblig.* Et exempla paſſim ſunt in iure in materia interdictorum, vbi iura his verbis, *iudicium in factum, interdictum, actio*, promiſcuè vtuntur *l.* 1. *ibi, in factum iudicium*; *& ibi, hoc interdictum*: *& ibi, hæc actio*: *& ibi hanc actionem. D. ne vis fiat &c.* Et in veritate ſunt hodie ſpecies actionum Prætoriarum, vt nouè dixi *infra tit.* 5. *in rub.* Secundò dico, quod hic nullam diuiſionem comminiſcit, ſed pro cardinibus materiæ ſubiectæ huius tituli pono Petitorium, & Poſſeſſorium, quæ inter genera actionum ſumma & præcipua eſſe dico, vt re & nomine ſunt, non tamen omnia. De reliquis vero & inferioribus generibus actionum, vt hanc actionem exonerem ad ſua loca remitto, *vt infra tit.* 5. *in rubr.*

Petitorium propriè pro reuendicatione.

3. Et hic Petitorium ſtrictè, & κατ' ἐξοχὴν accipitur, prout ab antiquiſſima praxi, non ſolum in Patria conſuetudinaria, ſed etiam in Patria iuris ſcripti, & in toto Regno, quin etiam in Italia, & vbique capi ſolet; videlicet pro vendicatione dominij, ergo, ſiuè directi, ſiue vtilis contra poſſeſſorem & detentorem, ſiue hæreditatis & quotæ, vt petitio hæreditatis, ſiue alterius rei, etiam vniuerſalis corporis, vel iuris, vt gregis, armenti, peculii, menſæ inſtitoriæ, vel etiam vniuerſitatis bonorum: aliàs tamen quàm ex ſucceſſione vniuerſali teſtati vel inteſtati, ſiue rei particularis mobilis, immobilis, vel ſe mouentis.

Vindicatio liberæ perſonæ adiecta cauſa.

4. Vel etiam perſonæ liberæ, adiecta tamen hoc vltimo caſu, cauſa, vt filiſfamilias, vxoris, ſerui adſcriptitij, vaſſalli, ſubditi, *l.* 1. §. 1. *de rei vendicat. cap.* 1. *extr. de ordin. cognit.* quæ rei vindicatio dicitur *l.* 1. §. *per hanc de rei vindicat.* vel etiam iuris incorporalis, vt reditus annui, vel decimarum, vel iuriſdictionis, vel etiam ſeruitutis prædialis: Confeſſoria enim & negatoria (de quibus *in* §. *æquè ſi agat inſtit. de actionibus*) appellatione Petitorij & etiam propriè ſumpti veniunt. Facit l. qui vſumfructum in fin. ſi vſufr. petat. fac. ẽ. §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 5. Idem de Publiciana, pro vtili dominio §. *ſed iſtæ, cum* §. *ſeq. inſt. de actionibus* in hæreditate autem frequentioris vſus vtilitas fecit, vt ſpecialis actio conſtitueretur petitione hæreditatis quæ centumuiralis dicitur *l. vlt. C. de petit. hæred.* tàm ciuilis, quàm Prætoria, quàm fideicommiſſaria: vt titulis Digeſtorum *de hæredit. petit. & de poſſeſſoria hæred. petit. & de fideicom. hæred. petit.* B

Petitorium regulariter pro vendicatione intelligitur.

5. Petitorium ergo regulariter de vendicatione intelligitur: non ſolum ἀντονομαστικῶς ex potentiori ſignificato iuxta §. *ſed iure ciuile inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* Sed etiam propter crebriorem vſum, non recẽtem quidem illum, ſed etiam antiquiſſimum, non ſolum veteris praxis, non ſolum iuris Pontificij *c.* 4. *infra c.* 6. *de cauſa propr. & poſſeſſ. c. cum ad ſedem de reſtitut. ſpoliat.* ſed etiam antiquiſſimarum noſtratum legum *l. qui petitorio de rei vindicat. l. actio in perſonam de actionib. & obligat.* vbi petitio dicitur ad differentiam actionis perſonalis & aliarum perſecutionum: hìc autem ponitur ad differentiam poſſeſſorij iudicij.

Poſſeſſorium & petitorium proprietatis non poſſunt cumulari.

6. Ex his multa colligere licet, vt quod conſtitutio Caroli 7. art. 72. & ſimiles quæ ſtrictè prohibent non C ſolum cumulare, ſed ſimul vel eodem tempore Petitorium & poſſeſſorium proſequi, non intelligantur de quouis petitorio, etiam perſonali, latè ſumpto vocabulo, nec de omni quidem reali petitorio, ſed dumtaxat de petitorio proprietatis, ſiue reiuindicationis, ſiue petitionis hæreditatis, quod ſecundùm prædicta, propriè & ſtrictè eſt verum petitorium, vt pote ratione ipſius proprietatis rei petitæ intentatum. Idem de Publiciana vel confeſſoria, non autem de aliis petitoriis: non quòd quæuis aliæ actiones poſſint cum poſſeſſorio cumulari, ſed quod præfata conſtitutio, & ſtilus ex ea natus vel potius confirmatus, non impediunt.

Petitorium perſonale & poſſeſſorio cumulatur.

7. Ideo cumulatio admitti poterit ex regula com- D muni, de qua dixi *in l. edita C. de edendo in lectione Tubigenſi.* Si tamen nec repugnantia, nec ordo, nec alia iuſta cauſa impediat, vt familiari exemplo: ſi emi fundum ſub clauſula conſtituti, & ſolui pretium, & venditor colonos vel operarios meos non admittit, vel aliter me frui impedit, poſſum contra eum quærelam hanc nouitatis impetrare, vel interdictum, *vti poſſidetis*, & nihilominus, ſiue neget, ſiue ſubterfugiat, cumulare actionem ex empto, vt vacuam & realem traditionem præſtare condemnetur, & ad reliqua annua, quæ ſunt de natura venditionis: hoc enim caſu vtrumque iudicium, & poſſeſſorium retinendæ,

& petitorium perſonale ex eodem fonte naſcuntur, nec vllo modo repugnant, nec alia eſt ordinis vel vtilitatis ratio, quæ faciat quominus regulæ cumulationis locus ſit, de qua per Dinum in *cap. nullus de Regul. iur. in ſext.* & plenè dicam *infra* §. 75. Et hoc eſt vtile, tum propter quædam priuilegia iudicij nouitatis, tum vt eodem curſu non momentaneam diffinitiuam poſſeſſionis tantum, ſed etiam peremptoriam diffinitiuam in actione empti conſequar. Quod ſi venditor iuſtam aliquam cauſam haberet poſſeſſionis detrectandæ, abſolueretur à iudicio poſſeſſorio, vt *infra num.* 16. ſed non à iudicio empti. Idem ex parte conuenti hoc interdicto: Iudicium enim duplex eſt, tum alias non debet actori licere, quin liceat & reo, *l. vlt. C. de fructibus & lit. expenſ. l. non debet. D. de reg. iur.* Si enim venditor non recepit integrum pretium, tunc, quia etiam nonobſtante conſtituto, non minus habet ius quam ſimplex colonus, poteſt defendendo negatiuè in hoc interdicto cumulare actionem ex vendito ad ſolutionem, vel perſolutionem pretij. Et vltra ſi fidem non habuerit de pretio, poteſt non ſolum negatiuè, ſed etiam affirmatiuè deffendere inhoc interdicto, hoc eſt recipocè agere, ſeu ſe poſſeſſorem allegare & in ea ſe conſeruari petere, nonobſtante conſtituto vel precario, quod tacitam habet conditionem, pretium ſoluendo per emptorem, qui aliàs non poteſt vti contractu, & conſequenter nec vlla eius parte vel clauſula, *l. Iulianus* §. *offerri de actionibus empt.* Et ſic poterit venditor cumulare actionem ex vendito ad ſolutionem pretij, offerendo hoc facto cedere poſſeſſioni. Rurſus ſi venditor qui anno ſequenti adhuc frui debet, deturbetur ante tempus, poteſt hoc interdictum intentare, & ſimul ex vendito agere ad ſolutionem pretij: Quod ſi ex eodem contractus inſtrumento liqueat de retenta fruitione anni, vel teſtibus, vel confeſſione emptoris promptè docere poſſit, conſultius faciet ad vtrumque caput, eadem ex vendito actione agere, & ſtatim per iudicem prohibere emptori, ne ante tempus ingrediatur.

A

B

C

Idem de nullitate reſcindendi & reſſeſſorio.

8 Quod ſi idem venditor prætendat contractum nullum, aut reſcindendum ex capite quidem nullitatis, nulla noua opus eſt actione, aut cumulatione, cum eodem contextu, vel per viam replicationis deduci poſſit, etiamſi à Cancellaria Principis habeat reſcriptum declarationis nullitatis: quia non eſt inconueniens, nec eſt cumulatio nouæ actionis, ſed quæſtio incidens, appendix principalis inſtantiæ, ad cuius deciſionẽ Princeps procedi reſcribit, non habita ratione contractus nulli, ſi talis inueniatur Ex capite verò reſciſſionis, ſiue ex *l. 2. de reſcind. vend.* ſiue propter dolum qui incidit contractui, etiamſi cauſam non dedit, *l. & eleganter de dolo*, ſiue propter prætenſum iuſtum metum, *toto tit. de his quæ vi met. cauſa fiunt.* ſiue propter redhibitionem, *l. ſi prædium C. de ædil. act.* noua eſt & alia inſtantia, quæ ſimul eodem tempore intentari & continuari poteſt, etiamſi aduerſarius ſe poſſeſſorem prætendat, cum nulla ſit repugnantia, nec vlla lex, aut conſtitutio quæ prohibeat, quicquid dicat Rota *dec. 119. in antiq. & deciſio Capellæ Tholoſanæ* 468. quorum dicta procedunt quando actor fatetur ſe poſſeſſionem tradidiſſe, ſicut ſi negat, vt hic.

D

Sed non in eodem libello, niſi quando reus in poſſeſſorio negatiuè tantum defendit.

9. Quod ſi aduerſarius ad poſſeſſorium negatiuè tantum defendat, poteſt actor vtramque actionem non ſolum eodem tempore proſequi, ſed etiam in eodem libello cumulare, vtraque inſtantia coniuncta. Sed ſi aduerſarius ſe quoque poſſeſſorem contendat, & per media ſuarum defenſionum, vel oppoſitionum in ſua poſſeſſione conſeruari certet, tunc poteſt cumulationem in eodem libello, & coniunctionem inſtantiarum impedire, ne poſſeſſoriæ inſtantiæ, in qua etiam actor eſt, præiudicium aut remora fiat, ſed non poteſt impedire quin aduerſarius ſeorſum reſciſſionem aut reſtitutionem in integrum, vel condictionem ſine cauſa, aut ſimile reuocatiuum iudicium proſequatur, quia nihil repugnat, & conſtitutiones, de quibus *ſupra eodem num.* 6. de petitorio vindicationis, ſeu proprietatis loquuntur.

E

Reus allegãs ſe ſpoliatum petens eſſe tui ſuperſederi in aliis actionibus.

10. Illud vltimum limito, primò ſi alleget ſe de facto ſpoliatum ab eodem aduerſario, & hoc conſtet, vel breui probare offerat: quia tunc in aliis inſtantiis per prætenſum ſpoliatorem contra iſtum intentatis, tantiſper ſuperſedebitur, ex regula communi, *ſpoliatum ante omnia debere reſtitui.* Limito ſecundò, poſtquam ſententia aliqua, ſiue ſequeſtri, ſiue fiduciariæ poſſeſſionis, quam recredentiam vocant, ſiue pleni poſſeſſorij lata fuerit, quia obedire contumaciter detrectanti, donec pareat, reliquæ actiones denegabuntur. *l. ſed etſi per Prætorem.* §. *ait Prætor in fin. ex quibus cauſ. maior.*

Poſſeſſorium & Petitorium cumulantur in regalia & in decreto de pacificis poſſeſſoribus.

11. Principalem concluſionem *ſupra num.* 6. quod poſſeſſorium & petitorium non cumulantur, limito. Primò, vt non procedat in materia regaliæ, videlicet beneficiorum eccleſiaſticorum ad collationem Regis Franciæ, iure Regaliæ, id eſt iure coronæ pertinentium, quorum cognitio, etiam in prima inſtantia ſpectat ad ſolam hanc primitiuam ſupremi Pariſiorum ſenatus Curiam, quam Ioannes Faber per excellentiam, Curiam Franciæ vocat, in qua diſceptatione Procurator generalis Regis, in eodem Senatu, ſemper eſt pars principalis: & quia Rex Franciæ omnium beneficiorum in Regalia vacantium iudex eſt ſolus & ſupremus, non ſolum poſſeſſorij ſed etiam petitorij, & ipſimet tituli petitorium & poſſeſſorium ſimul & ſemel deducuntur & iudicantur, vt etiam tetigi in reg. 18. Cancellariæ Romanæ *de infirmis reſignantibus ad fin. nu.* 422. Limito ſecundò, in inſtantia ad finem decreti de pacificis. Sed hæc eſt impropria limitatio, quia non concurrunt inſtantiæ ſuper petitorio & poſſeſſorio, ſed vtraque tam præſens, quam futura abſorbetur ſilentio impoſito ad titulum illius qui titulo colorato pacificè triennio beneficium Eccleſiaſticum poſſediſſe probatur, de quo latius infra: non ergò hîc cumulantur, ſed ſupprimuntur inſtantiæ, tam petitorij, quam poſſeſſorij.

Et coram arbitratore vel arbitro.

12. Limito tertio coram arbitratore, vel etiam vero arbitro. Licet enim compromiſſum fiat ad inſtar iudiciorum, *l. 1. D. de arbitr.* tamen verus contractus eſt: itaque ſicut poſſunt partes de petitorio & poſſeſſorio ſimul tranſigere, ita & compromittere etiam in arbitros: quinetiam arbitralis ſententia quædam eſt tranſactio, quod Bartolus, Baldus, & omnes fatentur in arbitratore in *l. 1. §. ſi ſeruus, de pecul.* aliter ſentientes de ſententia arbitri per *l. 1. de arbitr.* & per textum in Authent. *vt differentes inde ce §. ſi vero contigerit*, vt latè per Alexandr. *conſil. 22. num. 3. lib. 1.* vbi in annot. tetigi, & per Philippum Decium *conſil. 198. num. 4.* & latiùs per Franciſcum Purpura in *rubr. C. de tranſactionibus.* ſed textus in *l. 1. de recept. arbitr.* non concludit, quia nullum ſimile, idem *l. quod Nerua. D. depoſ.* & textus in *Authent. vt differentes Iudices Nouell. 86.* vbi κατὰ φιλικὴν συζήτησιν, etiamſi verbo tenus magis ſonent in amicabilem compoſitionem, tamen ſenſus Nouellæ pariter eſt in compromiſſo arbitri, & ſatis eſt quod conſtitutiones prohibitiuæ non loquuntur, niſi de iudiciis & iudicibus, non autem de arbitris.

Appellatio ab arbitro nõ eſt vera appellatio, ſed recurſus ad iudicem.

13. Et conſequenter ſi à ſententia arbitri ſuper compromiſſo poſſeſſorij & petitorij lata appelletur, ſeu potius ad iudicem prouocatur aut recurratur, non enim vera eſt appellatio, cum non ſit à iudice, ſed à priuato, vel tanquam à priuato, nec conſtitutiones de appellationibus locum habent, nec opus eſt prouocare illicò quicquid vulgares putent, ſed eſt prouocatio in ius, vt notant omnes Doctores in *l. non diſtin-*

guemus §. cum quidam in fin. de arbitr. Alexand. *conſ.* 119. *num.* 15. *lib.* 2. Franciſcus Curtius ſenior *conſil.* 23. *in fine.* Quod etiam ſatis indicat conſtitutio Regis anno 1512 §. 34. in verbo, *pourra recourir ou appeller.* Vnde hæc prouocatio ſine controuerſia ſuper homologatione, ſpectat ad iudicem ordinarium illius cauſæ in prima inſtantia, vt etiam tradunt Canoniſtæ in *cap. quintauallis extr. de iureiur.* Et poteſt ex priuilegio alterius partis euocari ad iudices (puta præfectos libellorum ſupplicum Palatij) quæ prohibiti ſunt de omni cauſa ſeu articulo appellationis, etiam à ſuis delegatis interiectæ cognoſcere, vt dixi in annotationibus ad Philippum Decium *in cap. cum ſit Romana num.* 9. *extr. de appellat.*

Iudex appellationis à tertia Arbitri poteſt cognoſcere de poſſeſſorio & petitorio de quo cognouit arbiter.

14. Redeundo è diuerticulo feruentis calami ad tertiam limitationem 5 *num.* 6. poterit & debebit iudex appellationis ſeu potius prouocationis ſententiæ arbitri ſimul de poſſeſſorio & petitorio de quo cognouit arbiter, cognoſcere & iudicare, ceſſante hoc caſu, prohibitione conſtitutionis, quia non tam agitur de iudicandis inſtantiis petitorij & poſſeſſorij ſimul, quàm de iudicando de læſione, vel circumuentione in contractu vel tranſactione partium, & multominus formulis inhærere, ſed magis vt in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri, emendata notabili aut euidenti læſione, non præcisè habendo reſpectum, an prouocator habuiſſet cauſam prouocandi à iudice, ſed an habeat cauſam petendi reductionem ad arbitrium boni viri; non enim per hunc recurſum agitur de reſcindendo compromiſſo, ſed de illo probè exequendo, & errore arbitri emendando.

Regula quod in omni foro ſeculari & Eccleſiaſtico eſt prohibitũ cognoſci ſimul de petitorio & poſſeſſorio.

15. Cæterum ſtat regula in omni foro, etiamſi accedat conſenſus vtriuſque partis, in ſeculari quidem foro propter conſtitutiones prohibitiuas ſine diſpenſatione Regis. In Eccleſiaſtico verò propter incapacitatem cognoſcendi de vllo poſſeſſorio, etiam iuris quantumuis merè Eccleſiaſtici, etiamſi de quaſi poſſeſſione, non ſolum iuriſdictionis Epiſcopalis, vel ipſius Epiſcopatus, vel parochialis Curæ, vel Officij clauſtralis agatur: ſed etiam ſi de quaſi poſſeſſione Sacramenti adminiſtrandi, vel prædicandi verbi Dei: quamuis duo hæc vltima non debeant ad forenſia trahi, nec tali commercio inquinari. Quandoque tamen vidi ex ſpeciali reſcripto Principis, de conſenſu vtriuſque partis poſſeſſorium retinendæ & petitorium ſimul cumulari, etiam coram præfectis libellorum ſupplicum Palatij Regij Pariſienſis, qui ſpecialiter per conſtitutiones prohibentur de petitorio & omni reali iudicio cognoſcere, ſed ſunt caſus particulares, vt inter Titium & Mæuium dumtaxat, qui non merentur ſignari, vt nequeant in conſequentiam trahi.

Hæc regula habet locum ex parte rei ſiue contra reum in poſſeſſorijs adipiſcendæ vel recuperandæ, ſed non ex parte actoris ſiue contra actorem.

16. Circa prædicta occurrit valde neceſſaria quæſtio, an dicta regula 5. *num.* 6. habeat locum in poſſeſſorijs adipiſcendæ vel recuperandæ? Breuiter dico quod ſic ex parte rei, ſiue contra reum, & non ex parte actoris, ſiue contra actorem, vt patet in interdicto *vnde &c.* Quod enim pro regula ab omnibus traditur, *Spoliatum ante omnia reſtituendum*, fauore ſolius ſpoliati introductum eſt, & eius fauore ſuperſeditur in quæſtione proprietatis & aliis actionibus contra eum motis vel mouendis: non autem ſi ipſe petitorium vel etiam actionem ſimul intentare & proſequi velit: nullo enim iure, nulla ratione prohibetur, nili etiam reus ſe in eadem re ſpoliatum contenderet, & viciſſim *vnde vi* ageret, & quandoque, licet raro, contingere poteſt, & eadem ratione agens *vnde vi*, etiam in eodem libello cumulare poteſt petitorium, ſed incautè vtramque inſtantiam cumularet, niſi cum reſeruatione, inſtantias, ſi opus ſit, ſeparandi.

Idem in omnib. remediis iuris adipiſcendæ ſeu recuperandæ poſſeſſionis.

17. Idem igitur vel fortiori ratione in agente interdicto adipiſcendæ. Idem in omnibus remediis iuris recuperandæ vel adipiſcendæ poſſeſſionis, vt ex *l. vlt. C. de edict. diu. Adr. toll. & l. ſi quis conductionis. C. locat.* & ita debet intelligi *l. ſi de vi. D. de iudic.* videlicet quando actor conuenitur petitorio, habet enim exceptionem hanc ordinis dilatoriam, ſecùs ſi ipſemet etiam petitorio, ſiue reali, ſiue perſonali agere velit. Idem ſi fiducia iuris & promptæ fidei nollet excipere, ſed pateretur reum in petitorio concludere.

Vera ratio iuris de non cumulando petitorio & poſſeſſorio eſt propter duplicitatem iudicij.

18. Et ſic vera ratio iuris de non cumulando petitorio & poſſeſſorio, eſt propter duplicitatem iudicij, in quo vterque actor & reus, & non minus huius quam alterius intereſt, non ſolum petitorij cumulationem, ſed etiam proſecutionem ſeparatam interim differri: vt etiam quando contingit interdictum *vnde vi* duplex eſſe, vt nuper diximus. Ideo de iure conſenſu vtriuſque partis fieri poteſt cumulatio, etiam in poſſeſſoriis duplicibus: ſed non in hoc Regno in poſſeſſoriis nouitatis, ſeu retinendæ, propter conſtitutiones prohibitiuas, niſi etiam ſpecialis diſpenſatio Principis accedat cum derogatoria expreſſa ad dictas conſtitutiones in caſu ſpecifico in reſcripto contento dumtaxat.

Quando cumulari poſſunt petitorium & poſſeſſorium.

19. In poſſeſſoriis autem ſimplicibus cumulari poteſt petitorium ex parte actoris, cuius ſolius fauore impeditur cumulatio, vſque adeò vt etiam in interdicto retinendæ ex parte actoris fieri poſſit etiam reo inuito, quando contingit iudicium illud eſſe ſimplex, vt quia reus non affirmatiuè, ſed negatiuè tantum defendit, non contendens ſe poſſidere, ſed negans ſe turbaſſe, vel impedire in poſſeſſione: nec mirum, quia cum iam nulla ſuperſit lis ſuper poſſeſſione quæ pacifica remanet actori, ſed tantum ſuperſit iudicium ſuper impenſis inſtantiæ damnis & intereſſe prætenſis per actorem turbationis & negatæ per reum, nihil eſt quod impediat actorem ſtatim petitorium intentare & proſequi: imo quod fortius eſt, etiam iſte reus non ſolum qui negauit ſe turbaſſe, ſed etiam qui faſſus eſt, & conſenſit actorem diffinitiuè manu teneri in poſſeſſione pacifica rei controuerſæ, & condemnationem damnorum & intereſſe damnationis ſubdit, poteſt ſtatim eiuſdem rei petitorium intentare contra eiuſdem actorem inuitum, qui nec dilatoriam quidem exceptionem poſſeſſorij nondum plenè executi habebit, quamdiu victus in poſſeſſione non eſt in culpa nec mora taxandi & reſundendi impenſas, damna & intereſſe poſſeſſorij iudicij. Ita etiam ſæpe in hoc ſupremo ſenatu iudicare vidi.

Tres ſpecies ſunt poſſeſſoriorum.

20. Quamquam autem omnia ferè interdicta poſſeſſoria ſint text. & ibi gloſſ. *inſtit. de interd. in prin. gloſſ.* 1. *in rub. D. eod. tit.* Tres tamen ſunt inſigniores & frequentiores ſpecies poſſeſſoriorum, videlicet adipiſcendæ, recuperandæ & retinendæ poſſeſſionis, quarum duæ tantum vltimæ frequentari ſolent apud nos, & præſertim retinendæ, quæ in hoc regno & ab antiquo vocatur *cas de ſaiſine & de nouuelleté*, de quo loquitur totus hic titulus, verbis quidem breuis, ſed re & effectu ampliſſimus. Et quia nobis hic tractanda eſt immenſa materia poſſeſſorij & præcipuè interdictorum (ſunt enim in iure præter interdicta, plura alia remedia poſſeſſoria) expedit breui perioche, omnes interdictorum ſpecies ſemel in rem præſentem ſub oculis expoſita figura adducere.

Digitized by Google

§. LXIV.

PAR ladite couſtume generale de la Ville Preuoſté & Vicomté de Paris, quand aucun poſſeſſeur d'aucun heritage ou droict reel reputé immeuble, eſt troublé, & empeſché en ſa poſſeſſion & ioüyſſance, il peut & luy loiſt ſoy complaindre & intenter pourſuitte en cas de ſaiſine & de nouuelleté, dedans l'an & iour du trouble à luy fait & donné audit heritage, ou droict reel contre celuy qui l'a troublé.

SVMMARIA.

1. *Petitorium non cumulatur cum poſſeſſorio niſi in perſonali.*
2. *Poſſeſſio quæritur momento, ſed ſaiſina* par an & iour.
3. *Poſſeſſio amittitur* par an & iour.
4. *Annus verus poſſeſſionis pergit à tempore quo cultus eſt ager.*

1. NON poteſt cumulari petitorium ſimul cum poſſeſſorio: fallit in petitorio perſonali, vt in commiſſo feudi cum poſſeſſorio feudaliſato.

2. Veteres libri dicunt quod poſſeſſio eſt momento quæſita, ſed ſaiſina *par an & iour.*

3. Poſſeſſio amittitur per annum & diem. Ampliatur etiamſi per executionem ſententiæ contra ſimplicem latæ. Vide ad Innocentium *cap. ſuper de re iudic.* 3. §. 31. *num.* 25.

4. Vir vendidit fundum vxoris, *promet faire ratifier*, emptor per 4. annos fecit vineam, mortuo marito poſt vindemiam, vidua inibi moratur, colit *& faict toutes les façons* & vindemiat: ſed infra annum vindemiæ, emptor qui morabatur Pariſiis turbatus, de vinea agit nouitate, an bene intra annum vindemiæ, ſed non intra annum quo vidua cœpit colere? Reſpondi ſi emptor habet cauſam iuſtam ignorandi, non incipit verus annus poſſeſſionis, niſi à vindemia; quia reliqua prioris temporis ſunt ad commodum domini, *l. qui occidit adulterum. §. ſi quis alienum. D. ad leg. Aquil.* Non obſtat *gloſſ. fin. l. 8. C. fin. regund.* quia loquitur alio non poſſidente, vel non conſeruato in poſſeſſione.

§. LXV.

ITEM aucun n'eſt receuable, au moins à tort de ſoy complaindre & intenter le cas de nouuelleté pour vne choſe mobiliaire particuliere.

TITVLVS QVARTVS
DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

§. LXVI.

PAR ladite Couſtume, ſi aucun a ioüy & poſſedé aucun heritage à iuſte tiltre & de bonne foy, tant par luy que par ſes predeceſſeurs, dont il a le droict & cauſe, franchement & ſans inquietation d'aucune rente, par dix ans entre preſens & vingt ans entre abſens aagez & non priuilegiez, il acquiert preſcription d'icelle rente.

§ LXVII.

ITEM quand aucun a ioüy & poſſedé par luy, ſes predeceſſurs & deuanciers, deſquels il a le droict & cauſe, d'aucun heritage à iuſte tiltre & de bonne foy par dix ans entre preſens, & vingt ans entre abſens, aagez & non priuilegiez franchement & paiſiblement, ſans inquietation d'aucune rente ou autre hypotheque, tel poſſeſſeur dudit heritage a acquis preſcription d'icelle rente ou hypotheque.

SVMMARIVM.

1. *Scientia malæfidei, poſt tempus præſcriptionis non obeſt.*

1. MALÆ fidei ſuperueniens ſcientia non excuſat, niſi ſuperuenerit poſt tempus præſcriptionis, vt dixi ad Decium *cap. iuratus col. fin. de probationib.* Prior articulus loquitur ad præſcribendum contra perſonalem, ſequens ad præſcribendum contra hypothecarium.

Digitized by Google

§. LXVIII.

ITEM ſi aucun a iouïy, vſé & poſſedé aucun heritage par l'eſpace de trente ans continuellement, tant par luy que par ſes predeceſſeurs franchement, publiquement, & ſans aucune inquietation, ſuppoſé qu'il ne face apparoir de tiltre, il a acquis preſcription entre aagez & non priuilegiez.

SVMMARIVM.

1. *Vis executoria poſt triginta annos non competit.*

ETIAM laudimia præteriti temporis vt cenſus præſcribuntur.

Quid de hypothecaria? Reſpondi ſimpliciter non competere vis executoria poſt triginta annos.

Dicebat *Chartier* quod hypothecaria durat poſt 30. annos ad finem, vt declarentur hypothecata, & relinquantur vt vendantur; licet *Seguier* ſentiret & hanc cum perſonali exoleuiſſe: imo remanet, ſed ſola realis actio, ita quod garentigia etiam contra ipſummet obligatum non poteſt amplius proſequi pro executoria, nec petitur declarari executoria contra hæredem.

Vn Bourgeois 1430. *a bail d'vne maiſon* debet *trois deniers de cens reconnus* 1472. infra 40. annos, quod valet: quia ſemper durat hypothecaria, deinde 1517. poſt 40. annos *recognus* per matrem impuberis *comme ayant ſa garde*, licet non eſſet, repugnante quippe conſuetudine; quia alium virum duxerat qui mortuus erat, & ſic videtur recognitio nulla, tum poſt 45. annos, tum ex quo agebatur non de acquirendo, ſed conſeruando iure. Concluſum cum *Chartier* quod valet interruptio ad finem interruptionis præſcriptionis: quia poteſt fieri recognitio huiuſmodi realiter per quemcunque poſſeſſorem etiam prædonem, *l. ſi Vrbana. D. de condit. indeb.* tum quia alias tunc dominus egiſſet & de præteritis interruptionibus docuiſſet; præterea filius hæres matris non poteſt impugnare qualitatem quam mater accepit: quia tenetur ad intereſſe, & ea qualitas ſufficit ad vim ſimplicis interruptionis.

§. LXIX.

ITEM par ladite Couſtume vn vaſſal contre le ſeigneur, ne le ſeigneur contre le vaſſal ne peut acquerir preſcription du fief tenu dudit ſeigneur.

TITVLVS QVINTVS

DE PERSONALIBVS ET HYPOTHECARIIS ACTIONIBVS.

§. LXX.

PAR la Couſtume de la Ville Preuoſté & Vicomté de Paris, les detempteurs & proprietaires d'aucuns heritages chargez & redeuables d'aucuns cens, rentes, ou autres charges reelles & annuelles, ſont tenus perſonnellement de payer & acquiter icelles charges, à celuy ou ceux à qui deuës ſont, & les arrerages eſcheus de leur temps, & ſi longuement que d'iceux heritages ou de partie & portion d'iceux, ils ſeront detempteurs & proprietaires.

SVMMARIA.

1. *Merus detentor qui in ſimplicitate redemit reditum non liberatur: quia dominium directum fundi ſemel hypothecatum eſt.*
2. *Differentia inter principalem debitorem & tertium.*
3. Notaires Epiſcopaux n'ont point d'hypotheque.
4. *Sola conuentio format hypothecam.*
5. Portion congruë ou gros, ſe paye par prouiſion.
6. *Diſcuſſio an requiratur.*
7. Seel attributif de iuriſdiction eſt tutelaire *& non executium contra tertium.*
8. *Hypotheca ad hoc efficit vt qui inſtrumentum non negat, teneatur illud exequi.*
9. *Obligatio ſpecialis ideo eſt generalis quod generaliter quis obligatur.*

TVronis non eſt ſimilis ; quia conſuetudo nihil dicit : tamen *le Bailly de Tours* idem iudicauit contra *Madame du Moulin* empticem *de Loüe pour Marthe Normandiere*, & concluſum benè per eam appellatum 1551.

Merus detentor qui in ſimplicitate redemit reditum nõ liberatur, quia dominium fundi hypothecatum eſt.

1. *Bony a baillé ſa terre à rente*, poſtea ſuper eo reditu conſtituerat reditum : deindè vendit illum reditum tertio : vel reliquit eam qui accepit hæredem : vel ei remiſit reditum, an teneatur perſonaliter debitori ? Reſpondi ſic ; & ſic eſt merus detentor qui in ſimplicitate redemit reditum, quia ipſum dominium directum fundi ſemel hypothecatum fuit, ſecus ſi ex cauſa antecedente debitum non poterat talis reditus redimi.

Differentia inter principalem & tertium.

2. Vera ratio contra Baldum in *l. eſt in arbitrio. C. de obligat. & actionibus.* differentia inter tertium, & principalem contra quem cumulatur, tùm æquitas, B tùm vt liberè fruatur, vt dixi ad Decium *l. edita nu. 77. C. de edend.*

Vtrum habet locum vt coram Preſide Pariſienſi conueniatur Prælatus debens reditum ſuper terram Eccleſiæ ? Non eſt dubium quod ſic : ſed quid ſi debetur Curato, vel Vicario perpetuo ſuper decimis poteſt recurri ad Prælatum ? Videtur quod ſic. Alij dubitabant, quia non erat realis hypotheca & per tranſactionem *de Notaires Epiſcopaux* qui non habent hypothecam.

Notaires Epiſcopaux n'ẽt point d'hypotheque.

Sola conuentio format hypothecam.

4. Sed certè tunc ſola conuentio format hypothecam, & ſic hæc ratio non valet. Ad rationẽ aurẽ quæ ſuper ſpirituali reſponde, quod ex quo tranſlatum eſſet ad Abbatem, qui non eſt Curatus primitiuus cenſetur temporalis : ſecus ſi eſſet Curatus primitiuus, quia tunc C idem videtur ac ſi ſuper oblationibus & ſpiritualibus tantum eſſet aſſignata : imò non videretur in commercio, nec res prophanæ hypothecatæ de quibus hæc conſuetudo loquitur ; licet iura hypothecarum etiam ab Eccleſia hîc expellantur. Tamen poteſt Curatus ſibi prouidere *par complainte de diſme*, niſi ſoluant dictam penſionem, imo per cauſam nouitatis dictæ penſionis.

Portion congruë ſe paye par proviſion.

Cum aliàs ageret *le Curé de Taraille* contra Religioſas *du Lys* in nouitate pro decimis & illæ dicerent ſuas eſſe in ſolidum, quia ſoluebant duos modios, per ſententiã requeſtarum fuerunt interim condemnatæ *payer & continuer ladite portion, ou gros par proviſion.* Nec mirum, quia eſt pars terræ : ſecus ſi Curatus agat contra Abbatem, vel Camerarium pro iuribus Curæ & diuino officio, & ille ſe dicat Curatum, & tamen dare ſolitum tot annuatim Vicario, quia non videtur peti poſſe hæc prouiſio, vt ſoluat pendente proceſſu, quia non eſt pars rei controuerſæ, vel æquè A connexa, vt huiuſmodi retineantur decimæ quas hîc Curatus non petebat.

Diſcuſſio an requiratur.

6. An requiratur diſcuſſio ? videtur quod ſic, *auth. hoc ſi debitor* : quia conſuetudo aliquid operatur præter ius, dando perſonalem actionem contra detentorem : quod iure communi Digeſtorum & Codicis requiritur diſcuſſio : authentica autem hoc priuilegiura in caſibus ſub iure communi, non autem in caſu conſuetudinis introduxit.

Seul attribuë iuriſdiction eſt tutelaire & non executiuum contra tertium.

7. *Lettres de rente conſtituée ſur pluſieurs* ſpecialiter *paſſées* Pariſiis : ideò detentor ex tunc Conuentus *pardeuant le Preuoſt de Paris en action perſonnelle & hypothecaire*, declinat, *eſt debouté en vertu du ſeel de la Preuoſté, dont il appelle.* Reſpondi benè appellatum : quia contra tertium non eſt *le ſeel* niſi tutelare, non autem executiuum, & tamen eſt perſonaliter obligatus : Tamen hoc eſt à lege, non ab inſtrumento, nec vi inſtrumenti : ſed quid ſi reus *demeuroit à Montmorency* & ſit Præſes Præſidialis Iudex, videtur benè iudicatum, & poteſt cogi *paſſer tiltre nouueau* coram Præſide ſiue Iudice Regio, & ſic *le ſeel* operatur : ſecùs ſi habitante in alio Præſidatu, quia non cogetur *paſſer tiltre nouueau à Paris*, ſed tantùm coram Iudice loci. Quid ſi inſtrumentum dicat quod ſucceſſores cogentur *paſſer tiltre nouueau à Paris*, & de ſoluendo *à Paris* ? Reſpondi, quia tunc

Hypotheca ad hoc officit vt qui inſtrumentum non negat teneatur eum exequi

8. Hypotheca ad hoc officit, & ſic vel poſſet conueniri *à Paris*, ex quo non negatur inſtrumentum, nec qualitas in eo ſcripta, & hoc eſt verum hoc caſu. Sed dicta clauſula non valet in reditibus conſtitutis *au denier douze*.

Limita vſque ad valorem fructuum ſi reditus eſt limitatus & ad vitam in lucratiua, vel quaſi, vt doarium. Vide notata ad Decium *l. diuus de regul. iur.*

Obligatio ſpecialis ideo eſt generalis quod generaliter quia obligatur.

9. Ego contrarium nihilominus in principio ſemper intellexi, de ſpecialiter obligatis, & nunc repetio quod hoc eſt æquius reſpectu perſonalis obligationis & ſic ceſſat, Il tantum eſt generalis hypotheca, vnde non habet locum regulariter in obligatione ſpeciali, quæ ſemper videtur generalis : tamen melius eſt diſcedere à verbis & communi opinione, ſi tamen ſunt quædam ſpecialiter hypothecata, illa prius diſcutienda *l. 2. de pignoribus.*

Nota quod dicebat dom. *Morin, les charges & redeuables*, ſaltem *les redeuables* (quæ ſunt in hoc D artic. & non in art. ſuperiori) denotant quod in iſto articulo loquitur de ſpecialiter obligatis, vel datis ad hoc onus quod res ſit redimibilis : ſed in ſupetioti articulo loquitur de ſimpliciter hypothecatis.

§. LXXII.

ITem les detenteurs & proprietaires d'aucuns heritages obligez ou hypothequez à aucunes rentes, ou autres charges reelles & annuelles, ſont tenus hypothecairement à payer icelles rentes & autres charges reelles & annuelles, auec les arrerages qui en ſont deubs, à tout le moins ſont tenus à iceux heritages de laiſſer pour eſtre criez, ſubhaſtez, vendus & deliurez par decret à l'achepteur plus offrant & dernier encheriſſeur à la charge de la rente, & pour le payement des arrerages qui en ſont deubs.

SVMMARIA.

1. Hypotheca eſt prior pro reliquis.
2. Expenſarum hypotheca eſt verè formata à die contractus & ita iudicatum arreſto.
3. Qui non habet vnde ſoluat, bonis poteſt cedere, etiam pro expenſis, quæ ſic ſunt voluntariæ.

Hypotheca eſt prior pro reliquis. Expenſarum hypotheca

INtelligitur ſecundum ius cedendo iura.

1. Etiam pro reliquis prior eſt hypotheca.

2. Sed an pro expenſis ? ſemper ſeruatum eſt quod non, ſed ponuntur inter perſonales & chirographarios ; ſed hoc eſt ignorantia : quia eſt vera hypotheca, ſaltem formata à die condemnationis vel taxationis. Tamen quod eſſet & à die contractus dixit dom. *le Clere* ad ſuam relationem iudicatum, per quam poſt

eſt verè formata à die contractus & ita iudicatũ.

tres hebdomadas cum aliis claſſibus dubitatum, & quod Liſetus in initio refragaretur, tamen huius ſententiæ fuit & ita poſtea inſequendo illud arreſtum iudicauit. Videtur mihi iuſtius quod non ponantur niſi à die taxationis vel condemnationis, aliàs etiam in condemnatione vel taxatione cæteri vocandi eſſent creditores. *Script. fo.* 135. *in fi.*

Melius dicendum vt dixi *Inſt. fol.* 192. 1550. 12. Maij Dominus *Angrant* habuit cauſam *aux Requeſtes*, vbi Dominus *Prenoſt* primus Præſes ita voluit aliorum ſeruare arreſta & aliquos conſuluit *Tudert*, *Berthelot*, & alios qui omnes dixerunt ſe ita pluries iudicaſſe, & quod poſtridie ſic iudicare habebant. Dom. *de l'Hoſpital* eſt contrariæ opinionis, quæ præualet: quia ſemper purior ſeruata & iuſtior ſaltem ante prehenſionem & pignus prætorium: quia hæc mala praxis eſt periculoſa, tum impenſæ remotæ, perſonales & voluntariæ, & extra rem, nec valet quod dicebat *Prenoſt* quod ſunt neceſſitatis, in eo 5. qui non habet vnde ſoluat, quia tunc poteſt bonis cedere & ſic ſunt voluntariæ.

Qui non habet vnde ſoluat poteſt bonis cedere etiam pro expenſis.

§. LXXII.

QVand vn tiers detenteur d'aucun heritage eſt pourſuiui pour raiſon d'aucune rente dont eſt chargé ledit heritage qui luy a eſté vendu ſans la charge de ladite rente, & dont il n'auoit eu connoiſſance auparauant ladite pourſuitte, apres qu'il a ſommé ſon garand, ou celuy qui luy a vendu ou promis garantir ledit heritage, lequel luy defaut de garantie, ledit tiers detenteur ainſi pourſuiui, parauant litiſconteſter peut renoncer audit heritage; & en ce faiſant il n'eſt tenu de ladite rente & arrerages d'icelle, ſuppoſé meſme que les arrerages fuſſent & ſoient eſcheus de ſon temps & parauant ladite renonciation.

SVMMARIA.

1. *Creditor poteſt capere hypothecam & fructus futuros: ſed non poteſt exigere præteritos, niſi mala fide eſſent conſumpti.*
2. *Detentor qui condemnatus eſt, poteſt petere actionem ſibi credi contra principalem & coobligatos.*
3. *Emptor qui non conteſtatur litem, non debet fructus præteritos.*

Creditor poteſt capere hypothecam & fructus futuros, ſed non præteritos, niſi mala fide eſſent conſumpti.

1. NVnquid autem lucratur fructus medij temporis? Dico quod ſic, ceſſante fruſtratione & dilatione fraudulenta, Et hoc eſt de iure, quod creditor poteſt benè capere hypothecam & fructus futuros, nō autem poteſt exigere fructus præteritos & bona fide conſumptos à poſſeſſore: ſecùs ſi eſſent mala fide conſumpti; quia erant hypothecati. Sed quid de arreſto lato 24. April. 1451. *au profit de Monſieur le Duc Preſident, demandeur en action perſonnelle & hypotheque* contra filios hæredes *de feu Henry Rouſſel*, qui acquiſiuerant *la terre de Challeau de Bachelier*, fortè, vt credendum, ſine onere reditus debiti, quo condemnati ſunt *quant à la perſonne à payer les arrerages de ſoixante & dix liures tournois de rente eſchens depuis le* 22. *iour de Iuillet* 1438. *iuſques au* 25. *Fevrier* 1450. & ſic *de douze annees, & ne ſe fera l'execution d'iceux ſur les obligez que iuſques à telle ſomme qu'il ſera trouué la terre & ſeigneurie de Challeau & ſes appartenances auoir valu & pû valoir és temps & annees ſuſdites, & au regard de l'hypotheque la Cour la declara affectée, obligee & hypothequée au payement & continuation d'icelle rente, & auſſi d'autres dix liures de rente deuë audit demandeur & des arrerages eſcheus & à eſcheoir, ſans deſpens & pour cauſe*: & quamuis renunciaſſent biennio ante arreſtum, tamen condemnati ſunt in effectu ad fructus præteriti temporis, ſiue pro eorum rata ad reditum. Sed fortè habebāt hæredes *feu Rouſſel* cauſam lucratiuā: ſed illud non eſt ſatis ad iuſtitiam arreſti: quamuis ſit æquum, ſciuerant enim fortè reditum, ſed nunc non fuiſſent admiſſi renunciandum; ſi autem ignoraſſent & haberent cauſam oneroſam, iniA quum eſſet arreſtum, quia æquè certant de damno vitando, quia deficit garendia, ſicut creditor certat.

PEVT RENONCER] ſecus ſi appellet *de la fin de proceder friuole*, quia tunc habetur pro conteſtata nec poterit renunciare, niſi iuxta artic. 191. & ſic ſoluet præterita (ſui temporis tamen) & futura vſque ad totalem abdicationem.

Detentor eſt condemnatus poteſt petere actionem cedi contra principalem & coobligatos.

2. Poteſt tamen petere actionem cedi, & contra principalem qui fortè non eſt author ſuus & contra coobligatos. Finge ergo, debitor 1520. vendidit ſine onere vnum ex fundis hypothecatis: poſtea 1540. vendit alterum, & cedit ſolo. Nunc agit creditor contra vltimum qui petit ſibi cedi contra primum qui tum præſcripſit. Certè hîc quamdiu vixit debitor principalis videtur ceſſare culpa, quia creditor ſciebat quod debitor non poterat præſcribere, nec alios etiam ſummare: & ſic ſi exegiſſet ab eo, hoc non profeciſſet aliis vt citius ſibi cauerent: Ergo non debet nocere creditori ſi interim gratiam fecerit debitori, & ſic rurſum quod alios etiam non liberaſſet & verum puto, tum iuſtum eſt vt vltimus emptor ſit deterioris conditionis primo, qui tum fortè præſcripſerat, quod eſſet expeditum ſi præſcripſerat, nec tum poſſet petere ceſſionem, ſicut nec potuiſſet eam petere venditor qui nuper vendidit.

Emptor qui non conteſtatur litem, nō debet fructus præteritos.

3. Emptor prati citatur menſe Maio, *il demande venuë*, poſteà vocat *ſon garand à delay de deux mois, il luy defaut*, & tunc cedit, petit actor vt reddantur fructus præteriti? Reſpondi non deberi ex quo litem non conteſtauit, nec procraſtinauit, *& n'a eu que les ſimples delais ordinaires*, nec præmaturè fructus collegit.

§. LXXIII.

ITEM quand aucun a ioüy & poſſedé aucune rente, & icelle priſe & perceuë ſur aucun heritage parauant dix ans & depuis dix ans, & par la plus grande partie d'iceluy temps, s'il eſt troublé & empeſché en ſa poſſeſſion & ioüyſſance, il peut prendre & intenter le cas de ſimple ſaiſine perſonnelle contre iceluy ou ceux qui l'ont ainſi troublé, & requerir alencontre de luy, eſtre remis en la poſſeſſion, en laquelle il eſtoit auparauant ladite ceſſation.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Turbatio non eſt, niſi de refutatione, vel negatione appareat.*
2. *Poſſeſſor in dubio titulorum manet in poſſeſſione; niſi ſit poſſeſſio minoris temporis, quam ad præſcribendum ſufficiat.*

Turbatio non eſt, niſi de refutatione vel negatione appareat. Poſſeſſor in dubio titulorum manet in poſſeſſione, niſi poſſeſſio ſit minoris temporis quàm ad præſcribendum ſufficiat.

1. ISTVD eſt fictum, quia nunquam eſt turbatio, donec de refutatione, vel negatione appareat.

2. Colonus & locator per quinque annos ſoluerunt quinque ſextarios pro tribus: modo maritus filiæ nuptæ viſis titulis non vult ſoluere niſi tres: Dominus directus capit caſum nouitatis? Reſpondi quod habet cauſam proprietatis annexam, & quod ibi errores ſolutionis non transferant poſſeſſionem, etiam ſi iſte aliquot annis ſic per errorem ſoluerit: an ergò erit inutilis caſus nouitatis? Reſpondi quod in dubio titulorum remanebit in poſſeſſione. Sed certè non eſt iuſtum ſi ſit poſſeſſio minoris temporis quam ad præſcribendum ſufficiat, aliàs perpetuò iſte circumueniretur.

§. LXXIV.

COmpenſation n'a point de lieu ſinon d'vne debte claire & liquide à vne autre pareillement claire & liquide.

SVMMARIA.

1. *Compenſatio non fit viro cum eo quod ei debetur ad onus* de conuertir en propres.
2. *Cauſæ continentia non debet diuidi.*

Compenſation non ſit marito cum quod ei debetur ad onus de conuertir en propres.

1. RESPONDI quod non debet compenſari viro cum eo quod ei debetur ad onus *de conuertir en propres* pro vxore, & quod conſtante matrimonio non fit, ſicut nec in alimentis: aliter contra ceſſionarium.

Fallit reſpectu tertij, vnde *au mariage du Prince d'Orenge & Anne de Lorraine* conuentum *qu'elle auroit* mediam mobilium & actiones *profitables, ou actiues*, ſoluendo mediam debitorum: vel partem quartam *deſdits meubles & actions & conqueſts francs & deſchargez de toutes debtes & charges*, ſi nunc poſt obitum viri vellent hæredes compenſare cum debitoribus quæ debent, etiam quæ defunctus (ſed per contractum ſeparatum) debebat, omninò non audirentur in præiudicium viduæ: Ergò cedi poteſt in præiudicium compenſationis: quod enim ſe per inſtrumentum ligarunt, aut mediam ad onus mediæ vel quartam ſine onere debitorum paſſiuorum.

Cauſæ continentia non debet diuidi.

2. *Le Gay pourſuit comme Meſſager de l'Vniuerſité aux Mathurins & à ſentence de garniſon:* debitor *aux Requeſtes* habet litteras *de compenſation*, ex alio ſibi debito, *qui porte, recen telle ſomme dont le Gay luy tiendra compte*, Ideo *le Gay* dicit quod erat ex diuerſa cauſa ſibi debita. Certè ſi non appareret de alio debito, debebit cedere in ſententiam & ſic in compenſationem: ſed interim non debet exequi ſententia Eccleſiaſtica: ſed videtur abſurdum quod non poſſit exequi, quia debebit ibi obijcere compenſationem, non in alio iudicio. Et poterat *le Gay rendre afin de non proceder:* quia cauſæ continentia non debet diuidi, ex quo primus aditus eſt iudex competens.

§. LXXV.

REconuention en Cour Laye n'a point de lieu.

SVMMARIA.

1. Garniſon & prouiſion pendant l'inſtance de reſciſſion.
2. *Hypotheca ab eodem poteſt cumulari.*

Garniſon & prouiſion pendant l'inſtance de reſciſſion.

1. EPiſcopus Carnotenſis conuentus *aux Requeſtes afin de confeſſer ou nier, confeſſe*, deinde agit ad reſtitutionem ex *l. diſſolutæ. C. de condict. ex leg.* alter *Petit* interim *la garniſon, fut adiugée, dont fuſt appellé.* Dictum in Curia quod non poterat adiudicari contrà Epiſcopum: refert *le Maiſtre.* Sed certè imo peri poteſt, ſaltem via exceptionis, vt fuit dictum *aux Requeſtes*, vbi quidam Epiſcopus petebat caſſationem *des lettres de conſtitution de rentes. Aux Requeſtes* reus petit quod interim *le contract ſera entretenu*, hoc eſt in effectu *la garniſon, fut dit qu'il ſeroit entretenu; dont appella, fut dit bien iugé*, die vltima Iulij 1541. *preſent le Comte de Clenes & Gueldres:* & benè, quia iſta non eſt reconuentio, ſed exceptio vel petitio ex natura actionis & inſtantiæ, & ab eadem inſtantia oritur, nec debet eius continentia diuidi.

Hæc conſuetudo ferè generalis eſt, idem *en Arthois, ſans grace du Prince*, vt dicunt, licet ibi non ſit expreſſum conſuetudine, certè non valet reſcriptum, niſi quando nec mutatur iuriſdictio, nec alicui fit præiudicium, tunc valet, aliàs non. Quædam conſuetudines limitant *ſans lettres Royaux*, & puto hîc etiam litteras non valere: ſed nonne æquius eſſet quando quis conueniretur hîc à ſcholari, vel vi priuilegij? puto quod benè, ſic ſaltem per litteras, & quod ita iudicatum *à Moulins* 1534.

2. Hypotheca ab eodem poteſt cumulari incidenter cum nouitate, vt *d'vne rente.*

§. LXXXI.

Hypotheca ab eodem poteſt cumulari.

ITEM les heritiers ſont tenus perſonnellement des faits, promeſſes & obligations du treſpaſſé dont ils ſont heritiers, & pour icelle part & portion qu'ils ſont heritiers.

Hîc etiam poſſunt obligati bona hæredis Alexand. *conſil.* 173. *lib.* 2.

§. LXXVII.

MEubles n'ont pas de ſuitte par hypotheque.

SVMMARIA.

1. *Fructus pendentes ſunt in bonis debitoris & non reputantur inter mobilia,*
2. *Hæres qui tantum habet mobilia in parte ſua tenetur ad debita pro eadem parte.*
3. *Hæres mobilium vendens mobilia, non deſinit eſſe hæres: quia habet pretium.*

Alizon Bouguier la Dame le Maiſtre fait proceder par execution ſur vn N. au chaſteau, clauſa ſunt oſtia, & dixit Seruiens quod prehendebat omnia bona, ſed nihil cœpit: Poſtea alius creditor intrauit, & cepit bona mobilia: dicta mulier ſe oppoſuit, & fuit dictum, *qu'elle ſeroit la premiere payee*, tanquam haberet prius pignus Prætorium, & quod ex tempore præcepti cenſebatur ſatisfita. facit *l. cum vnus, cum l. ſeq. D. de reb. auth. ind. poſſid.* Ego contra puto.

Fructus pendentes ſunt in bonis debitoris & non reputantur inter mobiles.

1. Quidam creditor *fait ſaiſir les fruicts pendants*, alius qui eſt prior in tempore ſe opponit dum adhuc penderent. Reſpondi primò, quod non ſumus in terminis huius articuli, quia nondum erat mobile: Secundò quia adhuc erant in bonis debitoris. Sed eſt dubium, an hoc vltimum ſeruetur. Pro opinione mea quod locus ſit prioritati, facit Alexand. *conſil.* 112. *nu.* 4. 5. *lib.* 6.

Pro me etiam facit: quis mutauit ſub hypotheca & dilationem dedit vſque ad menſem Maium: creditor poſterior præhendit, interim labitur menſis. Simile inconueniens ſi litteræ de quinque annis ſunt homologatæ debitori, qui interim facit alios creditores, qui interim omnia auferent.

Hæres qui habet tantũ mobilia in parte ſua tenetur ad debita pro eadem parte.

2. Communi conſenſu lata ſententia inter hæredem & viduam, quod ſoluent reditum conſtitutum per defunctum, pro debito contracto ante matrimonium, & quod debitum ſoluent pro rata bonorum, certè etiam mobilia debent æſtimari inter eos: ſed ſi vnus hæredum tantum habeat mobilia in parte ſua, non poteſt hypothecaria conueniri pro bonis, imo poteſt, quia debitor partis erat, ſic poteſt hypothecaria ſine diſtinctione conueniri quantum valet pars quam habuit in mobilibus, etiamſi conſumpſerit in vſus ſuos, quia mens fraudis.

Hæres mobilium ea vendens, non deſinit eſſe hæres, quia habet pretium.

3. Sed contra ipſum debitorem & dominum, vel qui culpa ſua deſiit eſſe dominus, agitur, imò non deſinit; quia habuit pretium, quod eſt ſubrogatum.

Ratio eſt ad lites vitandas, earumque multitudinem, ideo ſi creditor tenet vel debet. Satis operatur hæc conſuetudo, etiam in nominibus ceſſis, quando tertius eſt debitor, nec debet extendi quando ipſe qui compenſare vult & habet hypothecatum, debet, cum A conſuetudo non debeat extendi de caſu vero.

Fallit quando domus *par criées* vel decretum alicui (puta vt daretur tibi) venditur, ſuper qua multi reditus, quod commiſſarius pretium tenetur ſoluere, etiã reliqua, & tenetur de hypotheca, quia pretium ibi non eſt alienatum, verum eſt ſeorſim repoſitum & ſic per Alexand. §. *ſed ipſe.*

Fallit quando mobile eſt ſubrogatum loco hypothecæ immobilis, vt quando prædia erant hypothecata ad multa, *criez* ſuper detentorem, *& adiuger* ſine onere, & ſic ad commodum detentoris, cuius debita fuerunt diſſoluta, quod non eſſet ſi me oppoſuiſſem & pretium diminuiſſem, & ſic egi non hypothecaria, quia hic articulus loquitur quando hypothecaria agitur, ſecus ſi alio remedio, ſcilicet ex *l. mater. C. rei vendic. l. ſi me & Titium. D. ſi cert. petat.*

B

Amplia, ſi pignus eſt datum creditori per ipſummet debitorem ſine fraude: quia alias infinitæ eſſent lites, ſemper antiquos creditores, facilè, diſſoluta occulta apocha, allegaretur, & ſic pauper, qui numeraui ſub pignore, fraudaretur; vel cogeretur partem remittere, vt partem haberet. Secus ſi ipſe creditor occupauerit ſine voluntate debitoris, ſeu cum voluntate, ſed ex interuallo, & præoccupando alios.

Actio ex *l. 2. rem maioris pretij. C. de reſcind. vendit.* Reſpondi, mobile ſi ſuppleatur, cadit in hypothecas, ſic & nomina ſummarum ſimul ſoluendarum. Sed quid ſi debitor ceſſit actionem ex *d. l.* ſecundò nihilominus dico, quod cadat in hypothecam, etiamſi ſuppleatur *& en déconfiture.*

C

D. *Collier* dicit ſæpè (vt contra ex creditoribus domini *de Lienne*, qui eſt ſoluendo) *que le premier*, etiam *les derniers deubs*, præfertur, & iuſtum contra ſollicitatorem, & quod ante Paſcha 1557. verius in fine 1556. per Dominum *le Maiſtre* in purpura pronuntiatum arreſtum, de officio Magiſtratus *crié & ſubhaſté*, vbi vnus poſt ſaiſiam ſuperueniens creditor ſe oppoſuerat, nec erat prior tempore, tamen dictum fuit, quod venirent ad contributionem æqualem, ſed fortè in d. officio nihil ſupererat, & erat ſtatus *de déconfiture*, quia diſceptabatur an officium eſſet mobile, vel immobile, & iudicatum mobile, & benè.

§ LXXVIII.

CEdule priuée qui porte promeſſe de payer, emporte hypotheque, du iour de la confeſſion d'icelle faite en iugement.

SVMMARIVM.

1. *Sacerdos qui recognoſcit ſcedulam ſuam & poſcit remitti ad ſuum iudicem, debet conſignare.*

NIhil dicit de exceptione non numeratæ pecuniæ, tamen non ſeruatur. *Blois art.* 269.

Ie confeſſe auoir vendu vn muid d'orge bon & loyal, à payer à la volonté de Iean Bouage fermier tel iour, preſens tels teſmoins, fatetur, petitur, *la garniſon, en droict.* Dixi quod iſte reus neceſſario erat abſoluendus cum impenſis: quia non conſtat de pretio, nec de eo ſoluto vel remiſſo: aliàs putarem quod ſufficeret verificare debitum, licet non ſit verbum, promitto. Culpa procuratorum vel etiam iudicum, qui nõ admonent pauperem actorem petentẽ monſtrare dictam numerationem antequam faciat partem interrogari, vel per teſtes oculares. Hic de muto & exceptionis nõ numeratæ pecuniæ, cõtra Alex. *conſ.* 37. *nu.* 8. *li.* 3.

Digitized by Google

Idem hodie ſi negetur, poſteà probetur, noua conſtit. 1539. Quid de comparatione litterarum? Quid de ſchedula fideiuſſoria? Idem, quia eſt obligatio, ſiue promiſſio, ſaltem conditionalis, quæ ſic verificatur.

Non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, Ioannes Faber *Inſtit. de litter. obligat.* facit contrà Alexand. *conſ.* 142. *lib.* 5. Afflict. *deciſ. Neapolit.* 402. Alex. *conſ.* 148. *lib.* 5.

Quid confeſſio, non poteſt diuidi, etiamſi ſint plura capitula.

Aux grands iours de Poitiers 1540. *la dame de Bazoches, ou autre qui a ſon domicile à la Rochelle, conuenuë à La Rochelle en reconnoiſſance de ſcedulle*, recognouit, tunc actor petiit, vt bona, quæ ibi parta poſſidebat, declarentur hypothecata, & diſcuterentur? *Elle tendit afin de non proceder, fut dit par Viraqueau qu'elle procederoit, dont elle appelle.* Pro ea *Aubry* dixit, quod hypotheca acceſſoria principalis, nec poteſt plures vices habere, ſed perſonaliter non poterat conueniri, ſed declinare poterat in principali; ergo in hypothecaria. Tamen Præſidente *Sainct André* dictum *l'appel au neant ſans amende, & ce dont eſt appel ſortira ſon effet*, & additum *qu'elle garniroit.*

Sacerdos recognoſcens ſchedulam & pertés remittit ad iudicem ſuum, debet conſignare.

1. *Sainct Andy eſt de Tholoſe*, vbi practicant opinionem Auſtrerij, quod Sacerdos qui recognouit coram ſæculari priùs quam remittatur, cogitur conſignare *& garnir*, & certè iuſtum eſt. Quid ergo ſi velit promptè docere quod non citatus eſt vt ſæcularis, probet de cauſa & hoc etiam iuſtum.

Caue de iſto arreſto *de Poitiers*: quia dici poteſt quod magni Domini ferè habent lites & procuratoris vbique, & ſic non intererat eius ibi procedere: ſecus in priuatis ciuibus.

Quamquam non requiratur diſcuſſio perſonalis contra principalem debitorem: tamen videtur tacitè intellectum, conſentiendo hypothecam, ſaltem generalem, quod in ſuo domicilio conueniretur, nec videtur renuntiatum per generalem hypothecam, aliàs vbicumque eſſent bona, poſſet conueniri, quod eſſet abſurdum, præſertim non data ibi ſpeciali hypotheca, quidquid etiam ei ſuperueniret fortè ex ſucceſſione, vel legatorum nomine, quod eſſet abſurdum. Verum eſt quod non auditur *en ſes deffenſes*, antequam neget, vel recognoſcat; niſi ſoluiſſe conſtet: quia tunc non tenetur amplius luere, ſi de ſoluto conſtet: ſed poſtquam recognouit debet audiri *en ſes deffenſes*, etiam antequam caueat, *ſans preiudice de faire executer par le creancier ſa garniſon*, quicquid ſtulti & vilet practici dicant; & hoc niſi *lors* ſpoliaſſet *la main de Iuſtice*: quia ante omnia deberet redintegrari: aliàs, licet ſit pauper: debet tamen interim audiri ad proſequendum in principali. Idem dico in executione inſtrumentorum, corrigendo veterem praxim quæ tempore meo vigebat, quantumcumque obligatio ſit pura, vel purificata.

TITVLVS SEXTVS

DE SERVITVTIBVS REALIBVS, VRBANIS ET RVSTICIS.

§. LXXIX.

PAR la Couſtume de la Ville, Preuoſté & Vicomté de Paris, à vn rapport de Iurez, deuëment faict, par authorité de Iuſtice, partie preſente ou appellée, de ce qui giſt en leur art & induſtrie, foy doit eſtre adiouſtée, s'il n'en eſt demandé l'amendement.

SVMMARIA.

1. Iurez *ſunt arbitri.*
2. *Iudex poteſt ex officio ſupplere, ſi rationes* d'vn rapport de Iurez *non concludant, vel ſuſpectæ ſint.*
3. *Vidua non tenetur* mettre les goutieres neuues *in domo qua fruitur iure doarij.*

Iurez ſunt arbitri.

1. IVREZ hi ſunt arbitri: facit Alexand. *conſ.* 331. *num.* 3. *lib.* 6. *& conſil.* 174. *in fine.*

Agrimenſores ſolent (ſed non ante 50. annos) *laiſſer* ſub terris, vnde pateat ſeparatio facta; ſiue vt ius ſingulorum, aliorum terminis appareat, ſolent etiam termini capi, & ſcindi de eadem rupe, vel fodina, vt ſimiles ſint, & inuiti quadrent; ſed ego dico eſſe melius quod ſupponantur litteræ A. B. C. vel nomen loci per ſingulares litteras ſub ſingulis lapidibus.

A Clermont y a Couſtume d'Vſance, par laquelle tous Meuſniers ont droict de nettoyer & amender le cours de l'eau in aqua & ripa vſque ad foſſas molendinorum; etiamſi non ſit ſcripta in libro.

Index poteſt ex officio ſupplere, ſi rationes d'vn rapport de Iurez non concludant vel ſuſpectæ ſint.

2. *Iurez* debent dicere an domus ſit probè ædificata, vel minuantur limina vel an commodè diuidi, vt habitetur; quia ſolent domos facere: ſecus ſi deponant de valore fundi & latiùs; quia hoc non ad eos pertinet, ſed ad omnes. Item ſi dicant eſſe ſeruitutem, ſed benè ſi dicant eſſe indicia ſuæ artis, & ea talem ſeruitutem denotant. Item quod dat fidem non ſtat abſolutè: quia etiam teſtes non probant, niſi iudicis arbitrio, ita nec hi; ideo etiam ſi petatur *l'amendement*, iudex poteſt ex officio ſupplere, ſi fortè rationes *du rapport* non concludunt, vel ſuſpectæ ſunt.

Vidua non tenetur mettre goutieres neuues in domo qua fruitur iure doarij.

3. *Entre Odin Petit, & la veſue Iean Petit*, qui ratione doarij non negabat facere *les reparations viageres dont elle pouuoit eſtre tenuë* ratione doarij domus, ſed quod non tenebatur *mettre les gouttieres*: contra ſuſtinente actore, quia *les gouttieres ſont les reparations viageres: eſt dict que pour ſçauoir quelles reparations viageres il y faut faire, & ſi leſdites gouttieres ſont reparations viageres, les Maſons, Charpentiers, Couureurs, & gens à ce connoiſſans, ſe tranſporteront.* Sex viſitant, & omnes conueniunt *que les gouttieres ſont vieilles & pourries, que l'eau y paſſe & qu'il eſt beſoin de*

guemus §. cum quidam in fin. de arbitr. Alexand. *conſ.* 119. *num.* 15. *lib.* 2. Franciſcus Curtius ſenior *conſil.* 23. *in fine.* Quod etiam ſatis indicat conſtitutio Regis anno 1512 §. 34. in verbo, *pourra recourir ou appeller.* Vnde hæc prouocatio ſine controuerſia ſuper homologatione, ſpectat ad iudicem ordinarium illius cauſæ in prima inſtantia, vt etiam tradunt Canoniſtæ in *cap. quintauallis extr. de iureiur.* Et poteſt ex priuilegio alterius partis euocari ad iudices (puta præfectos libellorum ſupplicum Palatij) quæ prohibiti ſunt de omni cauſa ſeu articulo appellationis, etiam à ſuis delegatis interiectæ cognoſcere, vt dixi in annotationibus ad Philippum Decium *in cap. cum ſit Romana num.* 9. *extr. de appellat.*

Iudex appellationis à ſententia Arbitri poteſt cognoſcere de poſſeſſorio & petitorio de quo cognouit arbiter.

14. Redeundo è diuerticulo ſeruentis calami ad tertiam limitationem §. *num.* 6. poterit & debebit iudex appellationis ſeu potius prouocationis ſententiæ arbitri ſimul de poſſeſſorio & petitorio de quo cognouit arbiter, cognoſcere & iudicare, ceſſante hoc caſu, prohibitione conſtitutionis, quia non tam agitur de iudicandis inſtantijs petitorij & poſſeſſorij ſimul, quàm de iudicando de læſione, vel circumuentione in contractu vel tranſactione partium, & multominus formulis inhærere, ſed magis vt in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri, emendata notabili aut euidenti læſione, non præcisè habendo reſpectum, an prouocator habuiſſet cauſam prouocandi à iudice, ſed an habeat cauſam petendi reductionem ad arbitrium boni viri; non enim per hunc recurſum agitur de reſcindendo compromiſſo, ſed de illo probè exequendo, & errore arbitri emendando.

Regula quod in omni foro ſeculari & Eccleſiaſtico eſt prohibitũ cognoſci ſimul de petitorio & poſſeſſorio.

15. Cæterum ſtat regula in omni foro, etiamſi accedat conſenſus vtriuſque partis, in ſeculari quidem foro propter conſtitutiones prohibitiuas ſine diſpenſatione Regis. In Eccleſiaſtico verò propter incapacitatem cognoſcendi de vllo poſſeſſorio, etiam iuris quantumuis merè Eccleſiaſtici, etiamſi de quaſi poſſeſſione, non ſolum iuriſdictionis Epiſcopalis, vel ipſius Epiſcopatus, vel parochialis Curæ, vel Officij clauſtralis agatur: ſed etiam ſi de quaſi poſſeſſione Sacramenti adminiſtrandi, vel prædicandi verbi Dei: quamuis duo hæc vltima non debeant ad forenſia trahi, nec tali commercio inquinari. Quandoque tamen vidi ex ſpeciali reſcripto Principis, de conſenſu vtriuſque partis poſſeſſorium retinendæ & petitorium ſimul cumulari, etiam coram præfectis libellorum ſupplicum Palatij Regij Pariſienſis, qui ſpecialiter per conſtitutiones prohibentur de petitorio & omni reali iudicio cognoſcere, ſed ſunt caſus particulares, vt inter Titium & Mæuium dumtaxat, qui non merentur ſignari, vt nequeant in conſequentiam trahi.

Hæc regula habet locum ex parte rei ſiue contra reum in poſſeſſoriis adipiſcendæ vel recuperãdæ, ſed non ex parte actoris ſiue contra actorem.

16. Circa prædicta occurrit valde neceſſaria quæſtio, an dicta regula §. *num.* 6. habeat locum in poſſeſſoriis adipiſcendæ vel recuperandæ? Breuiter dico quod ſic ex parte rei, ſiue contra reum, & non ex parte actoris, ſiue contra actorem, vt patet in interdicto *vnde &c.* Quod enim pro regula ab omnibus traditur, *Spoliatum ante omnia reſtituendum*, fauore ſolius ſpoliati introductum eſt, & eius fauore ſuperſeditur in quæſtione proprietatis & aliis actionibus contra eum moris vel mouendis: non autem ſi ipſe petitorium vel etiam actionem ſimul intentare & proſequi velit: nullo enim iure, nulla ratione prohibetur, niſi etiam reus ſe in eadem re ſpoliatum contenderet, & viciſſim *vnde vi* ageret, & quandoque, licet raro, contingere poteſt, & eadem ratione agens *vnde vi*, etiam in eodem libello cumulare poteſt petitorium, ſed incautè vtramque inſtantiam cumularet, niſi cum reſeruatione, inſtantias, ſi opus ſit, ſeparandi.

Idem in omnib. remedijs iuris adipiſcendæ ſeu recuperandæ poſſeſſionis.

17. Idem igitur vel fortiori ratione in agente interdicto adipiſcendæ. Idem in omnibus remedijs iuris recuperandæ vel adipiſcendæ poſſeſſionis, vt ex *l. vlt. C. de edict. diu. Adr. toll. & l. ſi quis conductionis. C. locat.* & ita debet intelligi *l. ſi de vi. D. de iudic.* videlicet quando actor conuenitur petitorio, habet enim exceptionem hanc ordinis dilatoriam, ſecùs ſi ipſemet etiam petitorio, ſiue reali, ſiue perſonali agere velit. Idem ſi fiducia iuris & promptæ fidei nollet excipere, ſed paterętur reum in petitorio concludere.

Vera ratio iuris de non cumulando petitorio & poſſeſſorio eſt propter duplicitatem iudicij.

18. Et ſic vera ratio iuris de non cumulando petitorio & poſſeſſorio, eſt propter duplicitatem iudicij, in quo vterque actor & reus, & non minus huius quam alterius intereſt, non ſolum petitorij cumulationem, ſed etiam proſecutionem ſeparatam interim differri: vt etiam quando contingit interdictum *vnde vi* duplex eſſe, vt nuper diximus. Ideo de iure conſenſu vtriuſque partis fieri poteſt cumulatio, etiam in poſſeſſorijs duplicibus: ſed non in hoc Regno in poſſeſſoriis nouitatis, ſeu retinendæ, propter conſtitutiones prohibitiuas, niſi etiam ſpecialis diſpenſatio Principis accedat cum derogatoria expreſſa ad dictas conſtitutiones in caſu ſpecifico in reſcripto contento dumtaxat.

Quando cumulari poſſunt petitorium & poſſeſſorium.

19. In poſſeſſoriis autem ſimplicibus cumulari poteſt petitorium ex parte actoris, cuius ſolius fauore impeditur cumulatio, vſque adeò vt etiam in interdicto retinendæ ex parte actoris fieri poſſit etiam reo inuito, quando contingit iudicium illud eſſe ſimplex, vt quia reus non affirmatiuè, ſed negatiuè tantum defendit, non contendens ſe poſſidere, ſed negans ſe turbaſſe, vel impedire in poſſeſſione: nec mirum, quia cum iam nulla ſuperſit lis ſuper poſſeſſione quæ pacifica remanet actori, ſed tantum ſuperſit iudicium ſuper impenſis inſtantiæ damnis & intereſſe prætenſis per actorem turbationis & negatæ per reum, nihil eſt quod impediat actorem ſtatim petitorium intentare & proſequi: imo quod fortius eſt, etiam iſte reus non ſolum qui negauit ſe turbaſſe, ſed etiam qui faſſus eſt, & conſenſit actorem diffinitiuè manu teneri in poſſeſſione pacifica rei controuerſæ, & condemnationem damnorum & intereſſe damnationis ſubdit, poteſt ſtatim eiuſdem rei petitorium intentare contra eiuſdem actorem inuitum, qui nec dilatoriam quidem exceptionem poſſeſſorij nondum plenè executi habebit, quamdiu victus in poſſeſſione non eſt in culpa nec mora taxandi & refundendi impenſas, damna & intereſſe poſſeſſorij iudicij. Ita etiam ſæpe in hoc ſupremo ſenatu iudicare vidi.

Tres ſpecies ſunt poſſeſſoriorum.

20. Quamquam autem omnia ferè interdicta poſſeſſoria ſint text. & ibi gloſſ. *inſtit. de interd. in prin. gloſſ.* 1. *in rub. D. eod. tit.* Tres tamen ſunt inſignio-res & frequentiores ſpecies poſſeſſoriorum, videlicet adipiſcendæ, recuperandæ & retinendæ poſſeſſionis, quarum duæ tantum vltimæ frequentari ſolent apud nos, & præſertim retinendæ, quæ in hoc regno & ab antiquo vocatur *cas de ſaiſine & de nouuelleté*, de quo loquitur totus hic titulus, verbis quidem breuis, ſed re & effectu ampliſſimus. Et quia nobis hic tractanda eſt immenſa materia poſſeſſorij & præcipuè interdictorum (ſunt enim in iure prætet interdicta, plura alia remedia poſſeſſoria) expedit breui perioche, omnes interdictorum ſpecies ſemel in rem præſentem ſub oculis expoſita figura adducere.

Digitize

§. LXIV.

PAR ladite couſtume generale de la Ville Preuoſté & Vicomté de Paris, quand aucun poſſeſſeur d'aucun heritage ou droict reel reputé immeuble, eſt troublé, & empeſché en ſa poſſeſſion & iouyſſance, il peut & luy loiſt ſoy complaindre & intenter pourſuitte en cas de ſaiſine & de nouuelleté, dedans l'an & iour du trouble à luy fait & donné audit heritage, ou droict reel contre celuy qui l'a troublé.

SVMMARIA.

1. *Petitorium non cumulatur cum poſſeſſorio niſi in perſonali.*
2. *Poſſeſſio quæritur momento, ſed ſaiſina* par an & iour.
3. *Poſſeſſio amittitur* par an & iour.
4. *Anno verna poſſeſſionem pergit à tempore quo cultus eſt ager.*

1. NON poteſt cumulari petitorium ſimul cum poſſeſſorio: fallit in petitorio perſonali, vt in commiſſo feudi cum poſſeſſorio feudaliſato.

2. Veteres libri dicunt quod poſſeſſio eſt momento quæſita, ſed ſaiſina *par an & iour.*

3. Poſſeſſio amittitur per annum & diem. Ampliatur etiamſi per executionem ſententiæ contra ſimplicem latæ. Vide ad Innocentium *cap. ſuper de re iudic. 2. §. 31. num. 25.*

4. Vir vendidit fundum vxoris, *promet faire ratifier*, emptor per 4. annos fecit vineam, mortuo marito poſt vindemiam, vidua inibi moratur, colit *& faict toutes les façons &* vindemiat: ſed infra annum vindemiæ, emptor qui morabatur Pariſiis turbatus, de vinea agit nouitate, an bene intra annum vindemiæ, ſed non intra annum quo vidua cœpit colere? Reſpondi ſi emptor habet cauſam iuſtam ignorandi, non incipit verus annus poſſeſſionis, niſi à vindemia; quia reliqua prioris temporis ſunt ad commodum domini, *l. qui occidit adulterum. §. ſi quis alienum. D. ad leg. Aquil.* Non obſtat *gloſſ. fin. l. 8. C. fin. regund.* quia loquitur alio non poſſidente, vel non conſeruato in poſſeſſione.

§. LXV.

ITEM aucun n'eſt receuable, au moins à tort de ſoy complaindre & intenter le cas de nouuelleté pour vne choſe mobiliaire particuliere.

TITVLVS QVARTVS
DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

§. LXVI.

PAR ladite Couſtume, ſi aucun a iouy & poſſedé aucun heritage à iuſte tiltre & de bonne foy, tant par luy que par ſes predeceſſeurs, dont il a le droict & cauſe, franchement & ſans inquietation d'aucune rente, par dix ans entre preſens & vingt ans entre abſens aagez & non priuilegiez, il acquiert preſcription d'icelle rente.

§ LXVII.

ITEM quand aucun a iouy & poſſedé par luy, ſes predeceſſurs & deuanciers, deſquels il a le droict & cauſe, d'aucun heritage à iuſte tiltre & de bonne foy par dix ans entre preſens, & vingt ans entre abſens, aagez & non priuilegiez franchement & paiſiblement, ſans inquietation d'aucune rente ou autre hypotheque, tel poſſeſſeur dudit heritage a acquis preſcription d'icelle rente ou hypotheque.

SVMMARIVM.

1. *Scientia malæfidei, poſt tempus præſcriptionis non obeſt.*

1. MALÆ fidei ſuperueniens ſcientia non excuſat, niſi ſuperuenerit poſt tempus præſcriptionis, vt dixi ad Decium *cap. iuxta vol. fin. de probationib.* Prior articulus loquitur ad præſcribendum contra perſonalem, ſequens ad præſcribendum contra hypothecarium.

Digitized by Google

TVronis non eſt ſimilis ; quia conſuetudo nihil dicit : tamen *le Bailly de Tours* idem iudicauit contra *Madame du Moulin* emptricem *de Loüe pour Marthe Normandiere*, & concluſum benè per eam appellatum 1551.

Merus detentor qui in ſimplicitate redemit reditum nõ liberatur, quia dominium fundi hypothecatum eſt.

1. *Bony a baillé ſa terre à rente*, poſtea ſuper eo reditu conſtituerat reditum : deindè vendit illum reditum tertio : vel reliquit eam qui accepit hæredem : vel ei remittit reditum, an teneatur perſonaliter debitori ? Reſpondi ſic ; & ſic eſt merus detentor qui in ſimplicitate redemit reditum, quia ipſum dominium directum fundi ſemel hypothecatum fuit, ſecus ſi ex cauſa antecedente debitum non poterat talis reditus redimi.

Differentia inter principalem & tertium.

2. Vera ratio contra Baldum in *l. eſt in arbitrio. C. de obligat. & actionibus.* differentia inter tertium, & principalem contra quem cumulatur, tùm æquitas, B tùm vt liberè fruatur, vt dixi ad Decium *l. edita nu. 77. C. de edend.*

Vtrum habet locum vt coram Preſide Pariſienſi conueniatur Prælatus debens reditum ſuper terram Eccleſiæ ? Non eſt dubium quod ſic : ſed quid ſi debetur Curato, vel Vicario perpetuo ſuper decimis poteſt recurri ad Prælatum ? Videtur quod ſic. Alij dubitabant, quia non erat realis hypotheca & per tranſactionem *de Notaires Epiſcopaux* qui non habent hypothecam.

Notaires Epiſcopaux n'ont point d'hypotheque.

Sola conuentio format hypothecam.

4. Sed certè tunc ſola conuentio format hypothecam, & ſic hæc ratio non valet. Ad rationẽ autẽ quæ ſuper ſpirituali reſponde, quod ex quo tranſlatum eſſet ad Abbatem, qui non eſt Curatus primitiuus cenſetur temporalis : ſecus ſi eſſet Curatus primitiuus, quia tunc C idem videtur ac ſi ſuper oblationibus & ſpiritualibus tantum eſſet aſſignata : imò non videretur in commercio, nec res prophanæ hypothecatæ de quibus hæc conſuetudo loquitur ; licet iura hypothecarum etiam ab Eccleſia hîc expellantur. Tamen poteſt Curatus ſibi prouidere *par complainte de diſme*, niſi ſoluant dictam penſionem, imo per cauſam nouitatis dictæ penſionis.

Portion congrue ſi paye par proviſion.

Cum aliàs ageret *le Curé de Taraille* contra Religioſas *du Lys* in nouitate pro decimis & illæ dicerent ſuas eſſe in ſolidum, quia ſoluebant duos modios, per ſententiã requeſtarum fuerunt interim condemnatæ *payer & continuer ladite portion, ou gros par proviſion.* Nec mirum, quia eſt pars terræ : ſecus ſi Curatus agat contra Abbatem, vel Cameratium pro iuribus Curæ & diuino officio, & ille ſe dicat Curatum, & tamen dare ſolitum tot annuatim Vicario, quia non videtur peti poſſe hæc prouiſio, vt ſoluat pendente proceſſu, quia non eſt pars rei controuerſæ, vel æquè A connexa, vt huiuſmodi retineantur decimæ quas hic Curatus non petebat.

Diſcuſſio an requiratur.

6. An requiratur diſcuſſio : videtur quod ſic, *auth. hoc ſi debitor* : quia conſuetudo aliquid operatur præter ius, dando perſonalem actionem contra detentorem : quod iure communi Digeſtorum & Codicis requiritur diſcuſſio : authentica autem hoc priuilegium in caſibus ſub iure communi, non autem in caſu conſuetudinis introduxit.

Seel attributif de iuriſdiction eſt tutelaire & non executoire contra tertium.

7. *Lettres de rente conſtituée ſur pluſieurs* ſpecialiter *paſſées* Pariſiis : ideò detentor ex tunc Conuentus *pardeuant le Preuoſt de Paris en action perſonnelle & hypothecaire*, declinat, *eſt debouté en vertu du ſeel de la Preuoſté, dont il appelle.* Reſpondi benè appellatum : quia contra tertium non eſt *le ſeel* niſi tutelare, non autem executiuum, & tamen eſt perſonaliter obligatus : Tamen hoc eſt à lege, non ab inſtrumento, nec vi inſtrumenti : ſed quid ſi reus *demeurait à Montmorency* & ſit Præſes Præſidialis Iudex, videtur benè iudicatum, & poteſt cogi *paſſer tiltre nouueau* coram Præſide ſiue Iudice Regio, & ſic *le ſeel* operatur : ſecùs ſi habitante in alio Præſidatu, quia non cogetur *paſſer tiltre nouueau à Paris*, ſed tantùm coram Iudice loci. Quid ſi inſtrumentum dicat quod ſucceſſores cogentur *paſſer tiltre nouueau à Paris*, & de ſoluendo *à Paris* ? Reſpondi, quia tunc

Hypotheca ad hoc officit vt qui inſtrumentum non negat teneatur cum eoquo.

8. Hypotheca ad hoc officit, & ſic vel poſſet conueniri *à Paris*, ex quo non negatur inſtrumentum, nec qualitas in eo ſcripta, & hoc eſt verum hoc caſu. Sed dicta clauſula non valet in reditibus conſtitutis *au denier douze*.

Limita vſque ad valorem fructuum, ſi reditus eſt limitatus & ad vitam in lucratiua, vel quaſi, vt doarium. Vide notata ad Decium *l. diuus de regul. iur.*

Obligatio ſpecialis ideo eſt generalis quod generaliter quis obligatur.

9. Ego contrarium nihilominus in principio ſemper intellexi, de ſpecialiter obligatis, & nunc reperio quod hoc eſt æquius reſpectu perſonalis obligationis & ſic ceſſat, ſi tantum eſt generalis hypotheca, vnde non habet locum regulariter in obligatione ſpeciali, quæ ſemper videtur generalis : tamen melius eſt diſcedere à verbis & communi opinione, ſi tamen ſunt quædam ſpecialiter hypothecata, illa prius diſcutienda *l. 2. de pignoribus.*

Nota quod dicebat dom. *Morin, les chargez & redeuables*, ſaltem *les redeuables* (quæ ſunt in hoc D artic. & non in art. ſuperiori) denotant quod in iſto articulo loquitur de ſpecialiter obligatis, vel datis ad hoc onus quod res ſit redimibilis : ſed in ſuperiori articulo loquitur de ſimpliciter hypothecatis.

§. LXXII.

ITem les detenteurs & proprietaires d'aucuns heritages obligez ou hypothequez à aucunes rentes, ou autres charges reelles & annuelles, ſont tenus hypothecairement à payer icelles rentes & autres charges reelles & annuelles, auec les arrerages qui en ſont deubs, à tout le moins ſont tenus à iceux heritages de laiſſer pour eſtre criez, ſubhaſtez, vendus & deliurez par decret à l'achepteur plus offrant & dernier encheriſſeur à la charge de la rente, & pour le payement des arrerages qui en ſont deubs.

SVMMARIA.

1. Hypotheca eſt prior pro reliquis.
2. Expenſarum hypotheca eſt verè formata à die contractus & ita iudicatum arreſto.
3. Qui non habet vnde ſoluat, bonis poteſt cedere, etiam pro expenſis, quæ ſic ſunt voluntariæ.

Hypotheca eſt prior pro reliquis. Expenſarum hypotheca

INtelligitur ſecundum ius cedendo iura.

1. Etiam pro reliquis prior eſt hypotheca.

2. Sed an pro expenſis ? ſemper ſeruatum eſt quod non, ſed ponuntur inter perſonales & chirographarios ; ſed hoc eſt ignorantia : quia eſt vera hypotheca, ſaltem formata à die condemnationis vel taxationis. Tamen quod eſſet & à die contractus dixit dom. *le Clerc* ad ſuam relationem iudicatum, per quam poſt

eſt verè formata à die contractus & ita iudicatũ.

tres hebdomadas cum aliis classibus dubitatum, & quod Lisetus in initio refragaretur, tamen huius sententiæ fuit & ita postea insequendo illud arrestum iudicauit. Videtur mihi iustius quod non ponantur nisi à die taxationis vel condemnationis, alias etiam in condemnatione vel taxatione cæteri vocandi essent creditores. *Script. fo. 135. in fi.*

Melius dicendum vt dixi *Inst. fol.* 192. 1550. 12. Maij Dominus *Angrant* habuit causam *aux Requestes*, vbi Dominus *Prenost* primus Præses ita voluit aliorum seruare arresta & aliquos consuluit *Tudert*, *Berthelot*, & alios qui omnes dixerunt se ita pluries iudicasse, & quod postridie sic iudicare habebant. Dom. *de l'Hospital* est contrariæ opinionis, quæ præualet: quia semper purior seruata & iustior saltem ante prehensionem & pignus prætorium: quia hæc mala praxis est periculosa, tum impensæ remotæ, personales & voluntatiæ, & extra rem, nec valet quod dicebat *Prenost* quod sunt necessitatis, in eo 3. qui non habet vnde soluat, quia tunc potest bonis cedere & sic sunt voluntariæ.

Qui non habet vnde soluat potest bonis cedere etiam pro expensis.

§. LXXII.

QVand vn tiers detenteur d'aucun heritage est poursuiui pour raison d'aucune rente dont est chargé ledit heritage qui luy a esté vendu sans la charge de ladite rente, & dont il n'auoit eu connoissance auparauant ladite poursuitte, apres qu'il a sommé son garand, ou celuy qui luy a vendu ou promis garantir ledit heritage, lequel luy defaut de garantie, ledit tiers detenteur ainsi poursuiui, parauant litiscontester peut renoncer audit heritage; & en ce faisant il n'est tenu de ladite rente & arrerages d'icelle, suppósé mesme que les arrerages fussent & soient escheus de son temps & parauant ladite renonciation.

SVMMARIA.

2. *Creditor potest capere hypothecam & fructus futuros: sed non potest exigere præteritos, nisi mala fide essent consumpti.*
2. *Detentor qui condemnatus est, potest petere actionem sibi credi contra principalem & coobligatos.*
3. *Emptor qui non contestatur litem, non debet fructus præteritos.*

Creditor potest capere hypothecam & fructus futuros, sed non præteritos, nisi mala fide essent consumpti.

1. NVnquid autem lucratur fructus medij temporis? Dico quod sic, cessante frustratione & dilatione fraudulenta, Et hoc est de iure, quod creditor potest benè capere hypothecam & fructus futuros, nō autem potest exigere fructus præteritos & bona fide consumptos à possessore: secùs si essent mala fide consumpti; quia erant hypothecati. Sed quid de arresto lato 24. April. 1452. *au profit de Monsieur le Duc President, demandeur en action personnelle & hypotheque* contra filios hæredes *de feu Henry Roussel*, qui acquisiuerant *la terre de Challeau de Bachelier*, fortè, vt credendum, sine onere reditus debiti, quo condemnati sunt *quant à la personne à payer les arrerages de soixante & dix liures tournois de rente escheus depuis le* 22. *iour de Iuillet* 1438. *iusques au* 25. *Fevrier* 1450. & sic *de douze annees, & ne se fera l'execution d'iceux sur les obligez que iusques à telle somme qu'il sera trouué la terre & seigneurie de Challeau & ses appartenances auoir valu & pû valoir és temps & annees susdites, & au regard de l'hypotheque la Cour la declara assiſe, obligee & hypothequée au payement & continuation d'icelle rente, & aussi d'autres dix liures de rente deuë audit demandeur & des arrerages escheus & à escheoir, sans despens & pour cause:* & quamuis renunciassent biennio ante arrestum, tamen condemnati sunt in effectu ad fructus præteriti temporis, siue pro eorum rata ad reditum. Sed fortè habebāt hæredes *feu Roussel* causam lucratiuā: sed illud non est satis ad iustitiam arresti: quamuis sit æquum, sciuerant enim fortè reditum, sed tunc non fuissent admissi renunciandum; si autem ignorassent & haberent causam oneroſam, iniA quum esset arrestum, quia æquè certant de damno vitando, quia deficit garendia, sicut creditor certat.

PEVT RENONCER] secus si appellet *de la fin de proceder frivole*, quia tunc habetur pro contestata nec potetit renunciare, nisi iuxta artic. 191. & sic soluet præterita (sui temporis tamen) & futura vsque ad totalem abdicationem.

Detentor condemnatus potest petere actionem credi contra principalem & coobligatos.

2. Potest tamen petere actionem cedi, & contra principalem qui fortè non est author suus & contra coobligatos. Finge ergo, debitor 1520. vendidit sine onere vnum ex fundis hypothecatis: postea 1510. vendit alterum, & cedit solo. Nunc agit creditor contra vltimum qui petit sibi cedi contra primum qui tum præscripsit. Certè hîc quamdiu vixit debitor principalis videtur cessare culpa, quia creditor sciebat quod debitor non poterat præscribere, nec alios etiam summare: & sic si exegisset ab eo, hoc non profecisset aliis vt citius sibi cauerent: Ergo non debet nocere creditori si interim gratiam fecerit debitori, & sic rursum quod alios etiam non liberasset & verum puto, tum iustum est vt vltimus emptor sit detecrioris conditionis primo, qui tum fortè præscripserat, quod esset expeditum si præscripsetat, nec tum posset petere cessionem, sicut nec potuisset eam petere venditor qui nuper vendidit.

Emptor qui non contestatur litem, non debet fructus præteritos.

3. Emptor prati citatur mense Maio, *il demande venë*, postea vocat *son garand à delay de deux mois, il luy defaut*, & tunc cedit, petit actor vt reddantur fructus præteriti? Respondi non deberi ex quo litem non contestauit, nec procrastinauit, *& n'a eu que les simples delais ordinaires*, nec præmaturè fructus collegit.

§. LXXIII.

ITEM quand aucun a ioüy & possedé aucune rente, & icelle prise & perceuë sur aucun heritage parauant dix ans & depuis dix ans, & par la plus grande partie d'iceluy temps, s'il est troublé & empesché en sa possession & iouyssance, il peut prendre & intenter le cas de simple saisine personnelle contre iceluy ou ceux qui l'ont ainsi troublé, & requerir alencontre de luy, estre remis en la possession en laquelle il estoit auparauant ladite cessation.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Turbatio non eſt, niſi de refutatione, vel negatione appareat.*
2. *Poſſeſſor in dubio titulorum manet in poſſeſſione; niſi ſit poſſeſſio minoris temporis, quam ad præſcribendum ſufficiat.*

Turbatio non eſt, niſi de refutatione vel negatione appareat. Poſſeſſor in dubio titulorum manet in poſſeſſione, niſi poſſeſſio ſit minoris temporis quàm ad præſcribendum ſufficiat.

1. ISTVD eſt fictum, quia nunquam eſt turbatio, donec de refutatione, vel negatione appareat.

2. Colonus & locator per quinque annos ſoluerunt quinque ſextarios pro tribus: modo maritus filiæ nuptæ viſis titulis non vult ſoluere niſi tres: Dominus directus capit caſum nouitatis? Reſpondi quod habet cauſam proprietatis annexam, & quod ibi errores ſolutionis non transferant poſſeſſionem, etiam ſi iſte aliquot annis ſic per errorem ſoluerit: an ergò erit inutilis caſus nouitatis? Reſpondi quod in dubio titulorum remanebit in poſſeſſione. Sed certè non eſt ioſtum ſi ſit poſſeſſio minoris temporis quam ad præſcribendum ſufficiat, aliàs perpetuò iſte circumueniretur.

§. LXXIV.

COmpenſation n'a point de lieu ſinon d'vne debte claire & liquide à vne autre pareillement claire & liquide.

SVMMARIA.

1. *Compenſatio non fit viro cum eo quod ei debetur ad onus* de conuertir en propres.
2. *Cauſæ continentia non debet diuidi.*

Compenſation non fit marito cum quod ei debetur ad onus *de conuertir en propres.*

1. RESPONDI quod non debet compenſari viro cum eo quod ei debetur ad onus *de conuertir en propres* pro vxore, & quod conſtante matrimonio non fit, ſicut nec in alimentis: aliter contra ceſſionarium.

Fallit reſpectu tertij, vnde *au mariage du Prince d'Orenge & Anne de Lorraine* conuentum *qu'elle auroit* mediam mobilium & actiones *profitables, ou actiues*, ſoluendo mediam debitorum: vel partem quartam *deſdits meubles & actions & conqueſts francs & deſchargez de toutes debtes & charges*, ſi nunc poſt obitum viri vellent hæredes compenſare cum debitoribus quæ debent, etiam quæ defunctus (ſed per contractum ſeparatum) debebat, omninò non audirentur in præiudicium viduæ: Ergò cedi poteſt in præiudicium compenſationis: quod enim ſe per inſtrumentum ligarunt, aut mediam ad onus mediæ vel quartam ſine onere debitorum paſſiuorum.

Cauſæ continentia non debet diuidi.

2. *Le Gay pourſuit comme Meſſager de l'Vniuerſité aux Mathurins & à ſentence de garniſon:* debitor *aux Requeſtes* habet litteras *de compenſation*, ex alio ſibi debito, *qui porte, recen telle ſomme dont le Gay luy tiendra compte*, Ideo *le Gay* dicit quod erat ex diuerſa cauſa ſibi debita. Certè ſi non appareat de alio debito, debebit cedere in ſententiam & ſic in compenſationem: ſed interim non debet exequi ſententia Eccleſiaſtica: ſed videtur abſurdum quod non poſſit exequi, quia debebit ibi obijcere compenſationem, non in alio iudicio. Et poterat *le Gay tendre afin de non proceder:* quia cauſæ continentia non debet diuidi, ex quo primus aditus eſt iudex competens.

§. LXXV.

REconuention en Cour Laye n'a point de lieu.

SVMMARIA.

1. Garniſon & prouiſion pendant l'inſtance de reſciſſion.
2. *Hypotheca ab eodem poteſt cumulari.*

Garniſon & prouiſion pendant l'inſtance de reſciſſion.

1. EPiſcopus Carnotenſis conuentus *aux Requeſtes afin de confeſſer ou nier, confeſſe*, deinde agit ad reſtitutionem ex *l. diſſoluto. C. de condict. ex leg.* alter *Petit* interim *la garniſon, fut adiugée, dont fuſt appellé.* Dictum in Curia quod non poterat adiudicari contrà Epiſcopum: refert *le Maiſtre.* Sed certè imo peti poteſt, ſaltem via exceptionis, vt fuit dictum *aux Requeſtes*, vbi quidam Epiſcopus petebat caſſationem *des leteres de conſtitution de rentes. Aux Requeſtes* reus petit quod interim *le contract ſera entretenu*, hoc eſt in effectu *la garniſon, fut dit qu'il ſeroit entretenu: dont appella, fut dit bien iugé*, die vltima Iulij 1541. *preſent le Comte de Cleues & Gueldres:* & benè, quia iſta non eſt reconuentio, ſed exceptio vel petitio ex natura actionis & inſtantiæ, & ab eadem inſtantia oritur, nec debet eius continentia diuidi.

Hæc conſuetudo ferè generalis eſt, idem *en Artbois, ſans grace du Prince*, vt dicunt, licet ibi non ſit expreſſum conſuetudine, certè non valet reſcriptum, niſi quando nec mutatur iuriſdictio, nec alicui fit præiudicium, tunc valet, aliàs non. Quædam conſuetudines limitant *ſans lettres Royaux*, & puto hîc etiam litteras non valere: ſed nonne æquius eſſet quando quis conueniretur hîc à ſcholari, vel vi priuilegij? puto quod benè, ſic ſaltem per litteras, & quod ita iudicatum *à Moulins* 1534.

2. Hypotheca ab eodem poteſt cumulari incidenter cum nouitate, vt *d'vne rente.*

§. LXXXI.

Hypotheca ab eodem poteſt cumulari.

ITEM les heritiers ſont tenus perſonnellement des faits, promeſſes & obligations du treſpaſſé dont ils ſont heritiers, & pour icelle part & portion qu'ils ſont heritiers.

Hîc etiam poſſunt obligati bona hæredis Alexand. *conſil.* 173. *lib.* 2.

§. LXXVII.

MEubles n'ont pas de ſuitte par hypotheque.

SVMMARIA.

1. *Fructus pendentes ſunt in bonis debitoris & non reputantur inter mobilia,*
2. *Hæres qui tantum habet mobilia in parte ſua tenetur ad debita pro eadem parte.*
3. *Hæres mobilium vendens mobilia, non deſinit eſſe hæres: quia habet pretium.*

ALizon Bouguier la Dame le Maiſtre fait proceder par execution ſur vn N. au chaſteau, clauſa ſunt oſtia, & dixit Seruiens quod prehendebat omnia bona, ſed nihil cœpit: Poſtea alius creditor intrauit, & cepit bona mobilia: dicta mulier ſe oppoſuit, & fuit dictum, *qu'elle ſeroit la premiere payee*, tanquam haberet prius pignus Prætorium, & quod ex tempore præcepti cenſebatur ſaiſita. facit *l cum vnus, cum l. ſeq. D. de reb. auth. iud. poſſid.* Ego contra puto. A

Fructus pendentes ſunt in bonis debitoris & non reputantur inter mobilia.

1. Quidam creditor *fait ſaiſir les fruicts pendans*, alius qui eſt prior in tempore ſe opponit dum adhuc penderent. Reſpondi primò, quod non ſumus in terminis huius articuli, quia nondum erat mobile: Secundò quia adhuc erant in bonis debitoris. Sed eſt dubium, an hoc vltimum ſeruetur. Pro opinione mea B quod locus ſit prioritati, facit Alexand. *conſil.* 112. *nu.* 4. 5. *lib.* 6.

Pro me etiam facit: quis mutuauit ſub hypotheca & dilationem dedit vſque ad menſem Maium: creditor poſterior præhendit, interim labitur menſis. Simile inconueniens ſi litteræ de quinque annis ſunt homologatæ debitori, qui interim facit alios creditores, qui interim omnia auferent.

Hæres qui habet tantùm mobilia in parte ſua tenetur ad debita pro eadem parte.

2. Communi conſenſu lata ſententia inter hæredem & viduam, quod ſoluent reditum conſtitutum per defunctum, pro debito contracto ante matrimonium, & quod debitum ſoluent pro rata bonorum, certè etiam mobilia debent æſtimari inter eos: ſed ſi vnus hæredum tantum habeat mobilia in parte ſua, non poteſt hypothecaria conueniri pro bonis, imo poteſt, quia debitor partis erat, ſic poteſt hypothecaria ſine diſtinctione conueniri quantum valet pars quam habuit in mobilibus, etiamſi conſumpſerit in vſus ſuos, quia mens fraudis.

Hæres mobilium ea vendens, non deſinit eſſe hæres, quia habet pretium.

3. Sed contra ipſum debitorem & dominum, vel qui culpa ſua deſiit eſſe dominus, agitur, imò non deſiit; quia habuit pretium, quod eſt ſubrogatum.

Ratio eſt ad lites vitandas, earumque multitudinem, ideo ſi creditor tenet vel debet. Satis operatur hæc conſuetudo, etiam in nominibus ceſſis, quando tertius eſt debitor, nec debet extendi quando ipſe qui compenſare vult & habet hypothecatum, debet, cum conſuetudo non debeat extendi de caſu vero.

Fallit quando domus *par criées* vel decretum alicui (puta vt daretur tibi) venditur, ſuper qua multi reditus, quod commiſſarius pretium tenetur ſoluere, etiã reliqua, & tenetur de hypotheca, quia pretium ibi non eſt alienatum, verum eſt ſeorſim repoſitum & ſic per Alexand. §. *ſed ipſe.*

Fallit quando mobile eſt ſubrogatum loco hypothecæ immobilis, vt quando prædia erant hypothecata ad multa, *criez* ſuper detentorem, *& adiuger* ſine onere, & ſic ad commodum detentoris, cuius debita fuerunt diſſoluta, quod non eſſet ſi me oppoſuiſſem & pretium diminuiſſem, & ſic egi non hypothecaria, quia hic articulus loquitur quando hypothecaria agitur, ſecus ſi alio remedio, ſcilicet ex *l. mater. C. rei vendic. l. ſi me & Titium. D. ſi cert. petat.*

Amplia, ſi pignus eſt datum creditori per ipſummet debitorem ſine fraude: quia aliàs infinitæ eſſent lites, ſemper antiquos creditores, facilè, diſſoluta occulta apocha, allegaretur, & ſic pauper, qui numeranit ſub pignore, fraudaretur; vel cogeretur partem remittere, vt partem haberet. Secus ſi ipſe creditor occupauerit ſine voluntate debitoris, ſeu cum voluntate, ſed ex interuallo, & præoccupando alios.

Actio ex *l. 2. rem maioris pretij. C. de reſcind. vendit.* Reſpondi, mobile ſi ſuppleatur, cadit in hypothecas, ſic & nomina ſummarum ſimul ſoluendarum. Sed quid ſi debitor ceſſit actionem ex *d. l.* ſecundò nihilominus dico, quod cadat in hypothecam, etiamſi ſuppleatur *& en déconfiture.* C

D. *Collier* dicit ſæpè (vt contra ex creditoribus domini *de Lienne*, qui eſt ſoluendo) *que le premier*, etiam *les derniers deubs*, præfertur, & iuſtum contra ſollicitatorem, & quod ante Paſcha 1557. verius in fine 1556. per Dominum *le Maiſtre* in purpura pronuntiatum arreſtum, de officio Magiſtratus *crié & ſubhaſté*, vbi vnus poſt ſaiſiam ſuperueniens creditor ſe oppoſuerat, nec erat prior tempore, tamen dictum fuit, quod venirent ad contributionem æqualem, ſed fortè in d. officio nihil ſupererat, & erat ſtatus *de déconfiture*, quia diſceptabatur an officium eſſet mobile, vel immobile, & iudicatum mobile, & benè.

§ LXXVIII.

CEdule priuée qui porte promeſſe de payer, emporte hypotheque, du iour de la confeſſion d'icelle faite en iugement.

SVMMARIVM.

2. *Sacerdos qui recognoſcit ſcedulam ſuam & poſcit remitti ad ſuum iudicem, debet conſignare.*

NIhil dicit de exceptione non numeratæ pecuniæ, tamen non ſeruatur. *Blois art.* 269.

Ie confeſſe auoir vendu vn muid d'orge bon & loyal, à payer à la volonté de Iean Bouage fermier tel iour, preſens tels teſmoins, fatetur, petitur, *la garniſon; en droict.* Dixi quod iſte reus neceſſario erat abſoluendus cum impenſis: quia non conſtat de pretio, nec de eo ſoluto vel remiſſo: aliàs putarem quod ſufficeret verificare debitum, licet non ſit verbum, promitto. Culpa procuratorum vel etiam iudicum, qui nõ admonent pauperem actorem petentẽ monſtrare dictam numerationem antequam faciat partem interrogari, vel per teſtes oculares. Hic de muto & exceptionis nõ numeratæ pecuniæ, cõtra Alex. *cõſ.* 37. *nu.* 8. *li.* 3.

Digitized by Google

Idem hodie si negetur, postea probetur, nova constit. 1539. Quid de comparatione litterarum? Quid de schedula fideiussoria? Idem, quia est obligatio, siue promissio, saltem conditionalis, quæ sic verificatur.

Non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, Ioannes Faber *Instit. de litter. obligat.* facit contrà Alexand. *cons.* 142. *lib.* 5. Afflict. *decis. Neapolit.* 402. Alex. *cons.* 148. *lib.* 5.

Quid confessio, non potest diuidi, etiamsi sint plura capitula.

Aux grands iours de Poitliers 1540. *la dame de Bazoches, ou autre qui a son domicile à la Rochelle, conuenuë à la Rochelle en reconnoissance de scedulle*, recognouit, tunc actor petiit, vt bona, quæ ibi parta possidebat, declaratur hypothecata, & discuterentur: *Elle rendit afin de non proceder, fut dit par Tiraqueau qu'elle procederoit, dont elle appelle.* Pro ea *Aubry* dixit, quod hypotheca accessoria principalis, nec potest plures vires habere, sed personaliter non poterat conueniri, sed declinare poterat in principali; ergo in hypothecaria. Tamen Præsidente *Sainct André* dictum *l'appel au neant sans amende, & ce dont est appel sortira son effet*, & additum *qu'elle garniroit.*

Sacerdos recognoscens schedulam & petès remitti ad iudicem suum, debet consignare.

1. *Sainct Andy est de Tholose*, vbi practicant opinionem Aufrerij, quod Sacerdos qui recognouit coram sæculari priùs quam remittatur, cogitur consignare *& garnir*, & certè iustum est. Quid ergo si A velit promptè docere quod non citatus est vt sæcularis, probet de causa & hoc etiam iustum.

Caue de isto arresto *de Poitliers*: quia dici potest quod magni Domini ferè habent lites & procuratoris vbique, & sic non interest eius ibi procedere: secus in priuatis ciuibus.

Quamquam non requiratur discussio personalis contra principalem debitorem: tamen videtur tacitè intellectum, consentiendo hypothecam, saltem generalem, quod in suo domicilio conueniretur, nec videtur renuntiatum per generalem hypothecam, aliàs vbicumque essent bona, posset conueniri, quod esset absurdum, præsertim non data ibi speciali hypotheca, quidquid etiam ei superueniret fortè ex successione, vel legatorum nomine, quod esset absurdum. Verum est quod non auditur *en ses deffenses*, antequam neget, vel recognoscat; nisi soluisse constet: quia tunc non tenetur amplius luere, si de soluto constet: sed postquam recognouit debet audiri *en ses deffenses*, B etiam antequam caueat *sans preiudice de faire e xempter par le creancier sa garnison*, quicquid stulti & viles practici dicant; & hoc nisi *lors* spoliasset *la main de Iustice*: quia ante omnia deberet redintegrari: aliàs, licet sit pauper: debet tamen interim audiri ad prosequendum in principali. Idem dico in executione instrumentorum, corrigendo veterem praxim quæ tempore meo vigebat, quantumcumque obligatio sit pura, vel purificata.

TITVLVS SEXTVS

DE SERVITVTIBVS REALIBVS, VRBANIS ET RVSTICIS.

§. LXXIX.

PAR la Coustume de la Ville, Preuosté & Vicomté de Paris, à vn rapport de Iurez, deuëment faict, par authorité de Iustice, partie presente ou appellée, de ce qui gist en leur art & industrie, foy doit estre adiousteé, s'il n'en est demandé l'amendement.

SVMMARIA.

1. Iurez *sunt arbitri.*
2. *Iudex potest ex officio supplere, si rationes* d'vn rapport de Iurez *non concludant, vel suspectæ sint.*
3. *Vidua non tenetur* mettre les goutieres neuues *in domo qua fruitur iure doarij.*

Iurez sunt arbitri.

1. IVREZ hi sunt arbitri: facit Alexand. *cons.* 331. *num.* 3. *lib.* 6. *& consil.* 174. *in fine.*

Agrimensores solent (sed non ante 50. annos) *laisser* sub terris, vnde pateat separatio facta; siue vt ius singulorum, aliorum terminis appareat, solent etiam termini capi, & scindi de eadem rupe, vel fodina, vt similes sint, & inuiti quadrent; sed ego dico esse melius quod supponantur litteræ A. B. C. vel nomen loci per singulares litteras sub singulis lapidibus.

A Clermont y a Coustume d'Vsance, par laquelle tous Mesuniers ont droict de nettoyer & amender le cours de l'eau in aqua & ripa vsque ad fossas molendinorum; etiamsi non sit scripta in libro.

Index potest ex officio supplere, si rationes d'vn rapport de iurez non concludunt vel suspectæ sint.

2. *Iurez* debent dicere an domus sit probè ædificata, vel minuantur limina vel an commodè diuidi, vt habiteur; quia solent domos facere: secus si deponant de valore fundi & latiùs; quia hoc non ad eos pertinet, sed ad omnes. Item si dicant esse seruitutem, sed benè si dicant esse indicia suæ artis, & ea talem seruitutem denotant. Item quod dat fidem non stat absolutè: quia etiam testes non probant, nisi iudicis arbitrio, ita nec hi; ideo etiam si petatur *l'amendement*, iudex potest ex officio supplere, si fortè rationes *du rapport* non concludunt, vel suspectæ sunt.

Vidua non tenetur mettre goutrieres neuues in domo qua fruitur iure doarij.

3. *Entre Odin Petit, & la vefue Iean Petit*, qui ratione doarij non negabat facere *les reparations viageres dont elle pouuoit estre tenuë* ratione doarij domus, sed quod non tenebatur *mettre les gouttieres*: contra sustinente actore, quia *les gouttieres sont les reparations viageres; est dict que pour sçauoir quelles reparations viageres il y faut faire, & si lesdites gouttieres sont reparations viageres, les Maçons, Charpentiers, Couureurs, & gens à ce connoissans, se transporteront.* Sex visitant, & omnes conueniunt *que les gouttieres sont vieilles & pourries, que l'eau y passe & qu'il est besoin de*

Digitized by Google

gouttieres neuues : ſed ad ſciendum ſi ſunt *reparations viageres, vn Maſſon & vn Couureur* dicunt *que ce ſont groſſes reparations & non viageres ; parce qu'il les faut mettre de neuf, & ne doit vne viagere que le reſtabliſſement & entretenement, & non en mettre de neuues : attendu qu'elle n'eſt proprietereſſe : deux couuerts qu'elles ſont viageres, & doit le viager le faire mettre à ſes deſpens auec le reſtabliſſement qui y appartient*, ſcilicet *reſtablir la couuerture qui ſera démolie en ce faiſant, & les cimenter & accouſtrer, & mettre en pente comme il appartient*, quia *vne gouttiere n'eſt perdurable, ny de longue durée, ains de douze ou quinze ans au plus, & outre ſont periſſables d'années à autres, parce qu'il ſe trouue des nœuds qui pourriſſent legerement, & auſſi que par l'ardeur du Soleil les gouttieres ſe peuuent ouurir, percer & fendre ; parquoy doit la veufue mettre leſdites gouttieres neuues pour la part & portion qu'elle tient en vſage ladite maiſon.* Idem *vn Maſſon & vn Charpentier:* Et ſic duo pro vidua, quator contrà eam. Ego puto quod non tenetur : quia eadem vidua teneretur reparare veteres tegulas, ſaltem pro rata temporis ſui, quod eſt falſum, præſertim in dote præfixa in ſpecie, & non in genere vſusfructus quotæ bonorum.

§. LXXX.

ITEM en la Ville & Fauxbourgs de Paris, vn voiſin ne peut acquerir ſur vn autre voiſin, aucun droict de ſeruitude, ſans tiltre, par quelque laps de temps qu'il en ait ioüy.

SVMMARIA.

1. *Seruitus non acquiritur tempore immemoriali.*
2. *Formalitates ſemper præſumuntur.*

SI non benè libertatem *l. ſequitur in fin. de vſucapionibus. l. 2. edit. D. de ſeruitutibus vrban. prædior.*

Non ſequitur quin acquiratur poſſeſſio : fac. Alexand. *conſ.* 103. *in fin. lib.* 6.

Contrà quod nec profit in poſſeſſorio, per arreſtum pro Notario *Crozon*, Aduocatus *Reynard* fac. Alex. *conſ.* 94. *num.* 2. *lib.* 7.

Seruitus non acquiritur tempore immemoriali.

1. Nec etiam tempore immemoriali, dicebat *Seguier* fuiſſe iudicatum. Quid ſi tu præſcripſeris contrà me, quo tempore medio ſic erant, ſed eſt deſtinatio patrisfamilias, ac ſi res manſiſſet in eodem ſtatu. Imò ſine hoc prodeſt hæc conſideratio, ſi conſtat quod tunc eſt completa præſcriptio : ſed non eſt benè dictum ſi erat completa ; quia ego feci illam feneſtram : te patiente & expectante præſcribi fundum.

Formalitates ſemper præſumuntur.

2. Sed an centum annis ? vulgò quod non. *rub. de præſcript.* ſolue aut eſt area & non inædificata, & tunc etiam centum annis venit : quia ſemper præſumuntur formalitates. Fallit ſi ſit actus poſitiuus, ſcilicet ſi fuit contradictio & obedientia de qua conſtet, cum continuatione centum annorum, quia tunc eſt ſciens, etiam in defectu iuris. Aut eſt inædificata tunc aut patens & ſufficiunt centum anni, aut occulta, & tunc non ſufficerent, niſi de titulo, vel æquipollente doceatur. Et tantum hic articulus loquitur de præſcriptione contra priuatos. dixi in conſuet. Bleſenſi *artic.* 33.

Fromaget emit domum *à deux deniers de cens ſans autre charge*, ædificat murum, ſciente vicino, qui poſt ædificium *conclud* ad demoliendum & reponendum in priſtinum ſtatum vt non noceat *à ſes veuës*, nec aquæductui Reſpondi quod quoad aquæductum, qui erat viſibilis, non videtur teneri venditor de euictione : quia vendidit domum *dont il s'eſt contenté* : ſed quoad aſpectum videtur teneri de euictione, quia non erat præſumenda. Et adhuc ſi emptor bona fide ædificauit, vicinus, qui hoc ſcienter paſſus eſt, ſolùm patientiam habebit & demoliri faciet ſumptibus ſuis, videlicet de opere à tertio facto, quia hic videtur æquiparari tertio. Sed ſi eſſet deſtruendum grande ædificium, ſufficeret ſoluere intereſſe, vel æſtimationem ſeruitutis, vt de tigno alieno injuncto.

§. LXXXI.

ITEM en la Ville & Fauxbourgs d'icelle, à qui appartient le rez de chauſſée, appartient le deſſus & le deſſous du rez de chauſſée, s'il n'y a tiltre au contraire.

SOlum, quidam Itali vocant terrenum, vt Alex. *conſil.* 177. *num.* 6. *lib.* 6.

Quid in conſuetudine Aurelianenſi art. 234. vbi muri ſunt communes vſque ad nouem pedes, & tamen quod ſurſum eſt, non eſt commune ? Reſpondi etiam ſi ſurſum vicinus fecerit immitti per triginta annos ſua tigna, & camina : quia poteſt intelligi quod præſcripſit ius oneris faciendi, non autem dominium commune, etiam ſic quod malè fuerit iudicatum, quod eo prætextu cogeretur vetus dominus muri obſtruere feneſtram ſurſum de nouo factam, licet obtuliſſet facere *verre dormant & barreaux.*

• Habens domum *ſur pilotis prés le petit Pont, vend l'ouvroüer ſur ruë, qui eſt en l'eſtage du rez de la chauſſée* : Tamen quæritur in cuius dominio *eſt le deſſus*, quod per vicinum occupatum & præſcriptum fuit.

§. LXXXII.

IL eſt loiſible à vn voiſin hauſſer à ſes deſpens le mur mitoyen, d'entre luy & ſon voiſin, ſi haut que bon luy ſemble, ſans le conſentement de ſondit voiſin, s'il n'y a tiltre au contraire.

Digitized by Google

§. LXXXIII.

PAR ladite Couſtume, quiconque a le ſol, appellé l'eſtage du rez de chauſſée d'aucun heritage, il peut & doit auoir le deſſus & le deſſous de ſon ſol, & y faire puits, aiſemens, & autres choſes licites, s'il n'y a lettres au contraire.

SVMMARIA.

1. *Vnus poteſt eſſe dominus ſuperioris partis domus, alter inferioris.*
2. *Inferior pars tenetur ferre onus ſuperioris, & ſuperior tegere inferiorem.*
3. *Quiſquis poteſt in domo ſua exercere quicquid vult, etiamſi vicino noceat, dummodo nihil immittat.*

Vnus poteſt eſſe dominus ſuperioris partis, & alter inferioris.

QVID vbi non eſt hæc conſuetudo?

1. Nonne poteſt *par partage* fieri, vt vnus partem inferiorem, alter partem ſuperiorem domus perpetuo iure dominij haberet? Reſpondi ſic: & mutuæ erunt ſeruitutes, vt inferior debeat ferre onus, nec ibi facere quæ incommodent: ſed an ſuperior tenetur tectum reficere? videtur quod ſic, quia inferior tenetur inferius conſtruere.

Inferior pars tenetur ferre onus ſuperioris.

2. Contendit quod inferior non fecit ſolum, ſed ſolum integit, & ſic tectum ſeruit etiam inferiori, quia eget tecto. Solue ſi actum ſit, vt ſuperior debeat tandiu reparare, tunc tenetur etiam ſuperius tectum conſtruere *de groſſes reparations*, aliàs eſſet tectum commune, & in dubio tenetur ſuperior, ſi habet ſuperioris partis ſaltem vtile dominium.

Quiſquis poteſt in domo ſua exercere quicquid vult etiamſi vicino noceat: dummodo nihil immittat.

3. Ioannes de Amicab. *conſ.* 104. Virgilius habet domum inferiorem, Anthoinettus ſuperiorem. Ille Faber fecit in domo ſua officinam & cœpit inalienare Anthoinettus habet recurſum ad ſuperiorem; quia nunquam fuit ſeruitus huiuſmodi ibi tenere apothecam, & ex malleatione poſſet damnificari vinum quod collatum habet ad latus officinæ, & fumus aſcendit, & officit, & poſſet comburere trabes & domum. Hic autem ibi decidit quod Virgilius hoc poteſt: quia cuique licet in domo ſua artem exercere quam vult, etiamſi vicino noceat, maximè in damno euitando; dummodo nihil immittat, *l. flaminum* 24. *D. de damn. infect. & l. ſi inferior dominus. D. de iniur.* Et in dubio non præſumitur facere ad iniuriam. Cœpola concludit malè iudicatum, benè appellatum per Virgilium.

§. LXXXIV.

IL eſt loiſible à vn voiſin ſe loger & edifier au mur commun & mitoyen d'entre luy & ſondit voiſin ſi haut que bon luy ſemble, en payant la moitié dudit mur mitoyen, s'il n'y a tiltre au contraire.

SVMMARIVM.

1. Murus qui immediatè contingit terram vicini poteſt vendi & communicari vicino.

DOMINVS Latifundij *baille vn iardin contigu à cens*, & murus primus manet ſic centum annis. Poſt prædia hinc inde venduntur, & manet ſic aliis centum annis. Nunc nouus dominus horti vult alienare murum communem, & ſic minuabuntur lumina *du bailleur*. Reſpondi poſſe. Non obſtat l. binas, quia ibi quid poſitiuè inædificatum; ſed hic in quantum non extollitur, eſt mera negatio, & patientia ex qua nihil infertur; quia etiam nunquam fuit prohibitum leuare ſurſum; ergo nunquam hoc præſcriptum etiam iure communi.

Murus qui immediatè contingit terram vicini, poteſt vendi & communicari vicino.

1. Conſuetudo videtur malè ſumpta, quia veteres libri dicunt, quod licet murus non ſit communis, tamen habens murum poteſt cogi vendere vicino & communicare, ex quo immediatè contingit terram vicini. Quod videtur habere rationem in locis ad ædificandum deſtinatis; ſecus in hortis vel ruri: Ideo cautela eſſet, quod quis faceret murum intra limitem ſuum, & non murum merè limitantem termino terminante, tum fruſtrà conſuetudo diceret *en payant la moitié du mur*, ſi murus iam eſſet communis: ſed contrà *infrà art.* 88. niſi dicas quod limitatur per iſtum, offerendo medium pretij: ſed certè iuſtius eſt ſtare litteræ, & iuri communi reiecta vetere praxi.

1470. Quidam alienauit plateam iuxta domum ſuam, & permittit *d'appuyer contre ſon mur*, qui ſuus remanet. Temporis ſucceſſu ſecundus facit ibi domum, & mittit tigna in dictum murum & ſuper muro ædificat, & eleuat domum, quæ temporis ſucceſſu grauat murum, qui ruinam minatur. Primus *le fait citer à ce que* contribuat ad refectionem muri, *& qu'il eſtaye ſa maiſon*. Reſpondet ſecundus quod habet ius oneris ferendi, ita quod expenſis primi debet tum domus ſuſtentari, tum domus refici; vt ſuſtinere poſſit. Reſpondi quod ſine ſecundus vtatur titulo, debet demoliri, quicquid in eo & ſuper eum ædificauit, domum retrahere & tantùm apponere muro; non autem in, nec ſuper illum immittere: aut verò vltra titulum fundatur in iure communi & longa poſſeſſione inſeparata, & tantùm eſt murus communis, & ſic tenetur domum ſuam ſuſtinere, & dimidium muri reficiendi ſoluere.

Inter coharedes conuentum, quod is qui habet primam partem domus, teneatur ædificare murum, *pour clorre les galleries*: Tamen per 60. annos non eſt factum, nunc petitur fieri. Reſponſum quod ſunt duo: primò ius cogendi murum conſtruere ſumptibus ſuis vi pacti: ſecundò conſtruere, vtque alter præſtet patientiam, & conferat ſumptibus, alioqui perdat murum *l. 4. C. de ædific. priuator.* Primum vi pacti & iure actionis præſcriptione ſublatum eſt: ſecundum verò ius commune manet; quia non eſt actio iſta parta per alterum, contrà præſcriptum.

Digitized by Google

§. LXXXV.

IL eſt loiſible à vn voiſin percer, ou faire percer, deſmolir le mur commun d'entre luy & ſon voiſin, pour ſe loger & edifier, en le reſtabliſſant deüement & faiſant refaire à ſes deſpens, s'il n'y a tiltre au contraire.

1446. *A Tours*, vbi non eſt conſuetudo, quidam vendidit partem domus *ſur vn fond clos de murailles*. Reſpondi quod emptor eſt dominus *de la muraille integré*, & ſic non eſt communis, etiamſi tempore prætetito fuiſſet communis. Sed quid ſi tempore venditionis incumbebat ſtabulum vendentis ſuper eo pariete. Reſpondi eſſe ſeruitutem ſeparatam, ex quo venditus eſt totus paries: Sed imò ſi paries erat inædificatus cum reliqua domo venditoris, non eſt venditus paries: quia apparet de contrario, & ſic apparuit *clos de murailles* ſcilicet ex parte ſua vel muro communi, & licet non fit dictum tenant *au mur mitoyen*, ſatis eſt quod appareat inædificatio, vt manſerit communis, ſic etiam tunc diuerſomodo loquebantur.

§. LXXXVI.

ITEM il eſt auſſi loiſible à vn voiſin, contraindre ou faire contraindre, par Iuſtice, ſon autre voiſin à faire ou faire refaire le mur, ou edifice commun pendant & corrompu d'entre luy, & ſondit voiſin, & d'en payer ſa part, chacun ſelon ſon heberge, & pour telle part & portion que leſd. parties ont, & peuuent auoir audit mur, & edifice mitoyen.

NON autem debet demoliri, niſi eo vocato, *& par deffaut* coram commiſſario (*apres le rapport des Iurez fait*) *de nommer vn maſſon* ex parte vicini, expenſis à proſequente anticipatis.

§. LXXXVII.

PAR ladite couſtume droict de ſeruitude ne s'acquiert point par preſcription, ou longue iouyſſance, qu'elle quelle ſoit, ſans tiltre.

NE *s'acquiert* ſed benè perditur *l. ſequitur* 4. §. *vlt. D. de vſucapionib.*

Ratio eſt *pour obuier aux grandes entrepriſes qui ſe faiſoient* in dies, *ſous couleur de ſouffrance & tolerance, pour cauſe d'amitié, ou familiarité, dont on abuſoit.* Idem ergò in poſſeſſione: quia prohibito vno, prohibetur & aliud. Cyn. Bald. & Salicet. in *l. vn. C. ſi cert. pet.* Quanto verò tempore amittatur Alexand. *conſ.* 130. *lib.* 6.

§. LXXXVIII.

N'EST loiſible à vn voiſin de mettre, ou faire mettre, & loger les poutres, & ſoliues de ſa maiſon, dedans le mur, d'entre luy & ſon voiſin, ſi le mur n'eſt mitoyen.

§. LXXXIX.

IL n'eſt loiſible à vn voiſin mettre, ou faire mettre, & aſſeoir les poutres de ſa maiſon dedans le mur mitoyen, d'entre luy, & ſon voiſin, ſans y faire, ou faire faire, ou mettre jambes, parpaignes, ou doſſeraſſes, cheſnes, ou corbeaux ſuffiſans de pierre de taille, pour porter leſdites poutres, & en reſtabliſſant ledit mur.

§. XC.

AVCVN ne peut percer vn mur mitoyen d'entre luy & ſon voiſin, pour y mettre & loger les poutres de ſa maiſon, que iuſques à l'eſpoiſſeur de la moitié dudit mur, & au point du milieu, en reſtabliſſant ledit mur, & en y mettant ou faiſant mettre jambes, cheſnes, & corbeaux, comme deſſus.

§. XCI.

DESTINATION, ou diſpoſition de Pere de famille vaut tiltre.

DESTINATIO cauſa commodioris vſus, ſi non temporalis, ſed perpetua. Sufficit ad hunc articulum, non ſolum de viſibiliter inædificaris vt in *l. quod conclani D. de damno infect.* Sed vt probet actibus; quamquam in his, non ita facile.

Idem de arbore, ad Corver. de ſeruit. fol. 30. tamen ea de 15. pedibus, non ſic ſeruatur: ſed ſecundum morem & commoditatem regionis. Sicut & Salicet. in riuo iuxta pratum eum de nouo ponere.

Digitized by Google

TITVLVS SEPTIMVS

DE TESTAMENTIS, DONATIONIBVSL, EGATIS, ET EXECVTORIBVS TESTAMENTORVM.

CONTRA eos qui ſtatuunt, quod duo tales filij ſint eccleſiaſtici, & quod inſtitutus procuret *tout ce qui luy ſera poſſible à leur faire auoir quelque benefice, pour les entretenir, & iuſques à ce qu'ils ſeront beneficiers à chacun la ſomme de* 200. *li. par an: Et où ils ne voudroient eſtre d'Egliſe, leur legue,* iure inſtitutionis, *à chacun mil liu. pour vne fois, aux termes qui ſeront ordonnez par leurs Parens. Anſi* talem filiam eſſe religioſam, & interim *ſoit alimentée, & ſi beſoin eſt quelque penſion en ladite religion, pour ſon entretenement, à l'ordonnance deſſeditz Parens, iuſques à ce qu'elle ſoit pourueue de quelque benefice, & ce luy eſt ſeulement donné, par droit d'inſtitution, ſans qu'elle puiſſe autre choſe demander.* Puto inſtitutionem nullam : quia non eſt dare purè : ſed tantum ſub conditione, & teſtamentum nullum.

---

§. XCII.

PAR la Couſtume generale de la Ville, Preuoſté, & Vicomté de Paris, il n'eſt loiſible à aucun de diſpoſer par teſtament de ſes propres heritages, au preiudice de ſes heritiers, outre le quint d'iceux.

SVMMARIA.

1. *In legato quinti bonorum, hæres non tenetur accipere reſiduum pretij.*
2. *Legatum vſusfructus omnium bonorum paternorum valet, ſi eſt minus quam ſit legatum proprietatis quintæ partis.*
3. *Vltima voluntas eſt reuocabilis.*
4. *Propria vndecunque non debent conferri in hac conſuetudine : ſed propria iuris conſuetudinis tantùm.*
5. *Succeſſiones in diuerſis conſuetudinibus reputantur ſucceſſiones diuerſorum.*
6. *Hæres qui non fecit inuentarium, non tenetur vltrà quintum propriorum legatorum.*
7. *Secundogeniti habent tres quartas conquæſtuum* du Païs Coutumier, *& vltra hæc legitimam in patria iuris ſcripti, in quam non tenentur imputare quod percipiunt in patria conſuetudinis.*
8. *Legatum de propriis in teſtamento, non valet, niſi cauſa remunerationis quæ innoteſcat.*
9. *Teſtator non poteſt ſuo teſtamento hæredum ſuorum deteriorem facere conditionem.*
10. *Diuiſio bonorum per teſtamentum fieri non debet, & ſi facta fuerit, non valet.*

In legato quinti bonorum, non tenetur hæres capere reſiduum pretij.

1. *LE quint.* Quod poteſt in certo fundo non excedente *le quint*, vel vt æquetur inſuper in ſpecie, non autem facere quod hæres teneatur capere pretium reſidui ; nec legare vendendum vltrà quintum. Sed an hæres poſſit aſſignare quintum in re certa. Valeſia art. 85.

Le quint. Cenſentur velut diuerſæ hæreditates paternorum & maternorum, ita quod cuiuſque quintum per ſe conſiderari debeat. Nec poteſt dicere, volo quod totum legatum capiatur ſuper maternis, legando vltrà valorem maternorum, & pœna appoſita non valet. Sed quid ſi dicat, & ego maternis hæredibus ſuper paternis ſuppleri volo quod deeſt de maternis propriis ? Plus dicebat dominus Chartier 1548. quod poteſt teſtator legare ſuas res in ſpecie, & debent omnia bona propria æſtimari, an legatum excedat quintam partem, tunc quatenus non excedunt, dari : ſed ſi tota ſunt materna, poſſunt materni petere vt præſentur eis ſuper paternis : Et hoc melius, quia ſic habent tam paterni, quam materni quatuor quintas, & quam propius fieri poteſt in ſpecie impletur legatum. Verum eſt quod nunc materni poſſent dicere quod ab eis auferetur maternum forte totum, ſi non excedat quintum omnium paternorum. Sed cum oporteat conferre, melius eſt deferri in paterno. Sed quod ſuppletur maternis, erit maternum, ſicut permutatum. Puto quod valet, modò hoc ſit æquale : quia ſatis eſt quod non fiat præiudicium hæredibus.

Legatum vſusfructus omnium bonorum paternorum valet, ſi minus eſt quam legatum proprietatis quintæ partis.

2. Eadem ratione puto quod valet legatum vſusfructus omnium propriorum, ſi eſt minus quam ſit legatum proprietatis quintæ partis, & niſi forte dare malint quintam partem proprietatis : quia tunc patet quod eis fit præiudicium vltrà quintam. Ergo valet, & ita debet hic articulus reſtringi.

Vltima voluntas eſt reuocabilis.

3. Fallit de conſenſu hæredum futurorum, & ita iudicatum ; quamuis non valeat niſi vt vltima voluntas, & ſic reuocabilis per *l. fin. de pact.* Et ſic non videbitur valere, niſi de iis de quibus diſponi poteſt per conſuetudinem. Certè hæc conſuetudo contra ius facta eſt fauore eorum qui poſſunt renuntiare.

Charles le Veſt per teſtamentum inſtituerat Iohannem primogenitum hæredem *es biens du païs de droit eſcrit*, & Petrum ſecundogenitum *en ceux du Païs Coutumier*. Primogenitus volebat limitare ſecundogenitum ad quintum, ſi nollet eſſe hæres, vel ad mediam deducto *le droict d'Aineſſe*, ſi vellet eſſe hæres *en Païs Coutumier*. Reſpondi quod videlicet opor-

tebat primogenitum renunciare teſtamento & inſtitutioni ſuæ. Cæterùm inſtitutio ſecundogeniti valet in vim legati.

In hac conſuetudine nõ debent conferri propria vndecunque, ſed propria iuris conſuetudinis.

4. Tamen in hac conſuetudine non debent repudiari propria vndecunque; ſed propria iuris conſuetudinarij tantum, quæ hæc conſuetudo afficit hæredi. Sed ſi teſtator hæredi alia reliquerit, ea relinquenda ſunt, ſi velit hac conſuetudine vti, aliàs non dicitur ei fieri præiudicium, ex quo ei aliud compenſatur, & ita iudicatum pro ſecundogenito *au grand Conſeil.*

Non tamen verum quod intelligatur dari vltrà quintum propriorum vbicumque ſitorum, quamuis per arreſtum dictum ſit *qu'en la Couſtume de Tours*, vir, ſecundum eam poſſit dare omnes conquæſtus vxori, ſi habeat propria; ſcilicet quando habet propria vbicumque: ibi enim tantum prænalet contrà ius: hîc autem etiam afficit hæredibus reliquas quatuor quintas partes.

Patri non opus erat dicere, quod relictum Petro non excedebat quintum omnium propriorum vbicunque: quia etiam ſi excederet vel æqualis eſſet, idem eſt, niſi primogenitus renunciaret teſtamento.

Succeſſiones in diuerſis conſuetudinibus reputãtur ſucceſſiones diuerſorum.

5. Succeſſiones diuerſorum reputantur ob diuerſas conſuetudines per arreſtum *entre le Baron de Lux & le ſieur de la Riuiere, pour la ſucceſſion de Claude Sauoiſy.*

Hæres qui nõ fecit inuentarium, non tenetur vltrà quintũ propriorum legatariis.

6. Si hæres non fecit inuentarium, non tamen teneatur vltrà quintum propriorum legatariis immobilium: ſed ſi hæres fuit oneratus vltrà partem, vti fieri poteſt, & non fecit inuentarium, præſumitur tantum oneratus, quantùm valent legata, & ſic tenetur, tum perceptione lucri, tum expectatione.

Secundogenitus habet tres quartas cõquæſtuum *du Pays Couſtumier* & vltra legitimam in patria iuris ſcripti.

7. *Monſieur Dulude diſoit, contre Monſieur du Bouchage*, quod erat hæres vniuerſalis inſtitutus. *Du Bouchage diſoit* quod debebat habere *les quatrieſmes du Pays Couſtumier*, & vltrà legitimam *du Pays de Droict Eſcrit.* Inſtitutus primogenitus dicebat quod ſi ſecundogeniti vellent habere legitimam iuris, debebant imputare bona patriæ conſuetudinariæ, & ſic excludi: & pro eo *Montholon*: ſed contrà *Marillac* & obtinuerunt, *& fut dit* quod ſecundogeniti haberent *les quatre cinquieſmes du Pays Couſtumier*, & vltra legitimam in patria iuris ſcripti, in quam non tenerentur imputare quod perciperent in conſuetudinaria: ſed ſolùm in legitima taxanda, non computabuntur in bonis iuris ſcripti iura patriæ conſuetudinariæ, niſi in quantum in ſolidum cederent inſtituto, tanquam ſequentia perſonam, & benè; quia cenſentur vt diuerſorum bonorum hæreditates, in quibus ſic fieret.

8. Nota quod donatio facta à moriente videtur vt legatum; quia in prohibito, per *l. filia mea agre.* Ideo vbi in totum prohibetur de propriis diſponere in teſtamento, non valet à moriente. Fallit addita cauſa quę facit ceſſare donationem, vel materiam prohibitũ vt ſi donet cauſa remunerationis, & probetur quod merita erant talia, vt hæc mererentur. Sed certè ex quo fit in teſtamento defuncti, nonne hæredes liberabuntur ſoluendo æſtimationem, & ſic poſſet fieri debita remuneratio de aliis bonis, & illico debet fieri (ſi alia ſubſint bona) ceſſante ea diſpoſitione, quatenus diſpoſitio propriorum prohibetur.

Legatũ proprietorum non valet, niſi cauſa remunerationis, quæ innoteſcat.

3. Quia non poteſt per teſtamentum deteriorem facere hæredum conditionem, quam fieret facto non teſtamento pro rata prohibitionis, vel partis prohibitæ.

Teſtamento nõ poteſt ſuo teſtamento hæredũ ſuorum deteriorem cõditionem facere.

Quod ſi legat maiorem partem propriorum ad tempus, vel ſub conditione, vel in diem certum rediret ad hæredem, *l. ſi à me ad leg. Falcid.*

Quid ergò ſi legat fundum fratribus & habet plures, vel cognatis & habet plures? v. ad Decium *conſ.* 2. *&* 154.

Diuiſio bonorũ per teſtamentũ fieri non debet, & ſi facta nõ fuerit, non valet.

10. *Edon de la Chartre partage* inter filios, dicens, volo talem tale habere, & diſponit de omnibus, retenta poteſtate *de diſpoſer pour ſes affaires & neceſſitez*: deindè de conſenſu filiorum qui omnes ſubſcribunt, voluit omni meliori modo valere, ac ſi per arreſtum vel ſententiam condemnati eſſent; deindè aliter fecit per teſtamentum. Reſpondit *Chartier* quod non valet vt donatio, quia non inſinuatum, & quod etiamſi inſinuatur non poteſt valere vt contractus, ſi pater ante diſpoſuit: quia per *l. cui coheredi comm. diuid.* reuocabilis eſt talis diuiſio: per teſtamentum non valet ob reuocationem: ſed ſi reuocatio eſſet nulla, adhuc non ſubſiſteret.

Quidam in teſtamento dat præſenti, acceptanti, addit quod vult valere ſiue per donationem cauſa mortis, ſiue aliàs. Poſt obitum donatoris *le donataire prend la complainte* (quia ibi erat retentio vſusfructus, *en fut, plaidant Seguier, par Arreſt débouté*, & benè, & in totum *débouté*, ſaluo modo veniendi per legatum: quia verbum hoc, ſiue merito donationis cauſa mortis in teſtamento incontinenti appoſita, derogat irreuocabilitati.

Notandum verò quod non valet, ſed poſtremum in quintum, imo valet in aliquo: ſed certè teſtamentum vel codicillus non ſolennis, non reuocat *ledit partage* inter liberos, etiam tenet fauore *de l'aiſné*, & tantum reuocat prius teſtamentum. Vidi prolatum arreſtum *en la Couſtume de Montdidier*, quod non poteſt, niſi de tertia parte propriorum, quid ergo ſi in diuerſis locis?

---

§. XCIII.

LEs franches perſonnes ſaines d'entendement, aagées, & vſans de leurs droicts, peuuent diſpoſer par teſtament, & derniere volonté, de tous leurs biens meubles, & conqueſts immeubles, & de la quinte partie de tous leurs propres heritages, au profit de perſonnes capables.

SVMMARIA.

1. *Legata debentur, etiamſi hæreditas non ſit adita.*
2. *Multitudo nepotum granat conſtitutionem aui, qui debet minus relinquere extraneis.*
3. *Hæres paternus non poteſt granari vltrà quintum propriorum paternorum: ſic nec hæres maternus vltrà quintum maternorum.*
4. *Legatarius cui non datur quintum integrum maternum, non habet recurſum contrà hæredes paternos.*
5. *Legitima debet diuerſo modo æſtimari ſecundum diuerſos vſus locorum, tam iuris ſcripti, quam conſuetudinis.*
6. *Legatum fructuum decem annorum eſt ſemper intrà quintum.*

Digitized by Google

Agez 1550. *le Febure* dicebat intelligi de 25. annis : Ego contrà ſaltem *ſoixante* viginti annis, & habeant iudicium & experientiam.

Legata debentur etiáſi hæreditas non ſit adita.

1. Andebeantur legata, hæreditate non adita? Teneo quod ſic, ſaltem apud nos, & annotaui ad Alexandrum, *Concil.* 209. *lib.* 2. *n.* 5.

An locus ſit Treſbellanicæ? Puto quod non in his: ſed benè legitimæ filiorum: adde quæ ad Alexandr. Conſ. 67. lib. 4. contrà aliquos.

Multitudo nepotum grauat conſtitutionem aui, qui minus debet relinquere extraneis.

2. Cum Alexand. lib. 3. Conſ. 36. num. 3. limita vt multitudo nepotum grauat diſpoſitionem aui, vt minus relinquere debeat extraneis, quod etiam in dubio bonus iudex debet ponderare.

Hæres paternus non poteſt grauari vltrà quintú propriorum paternorum, ſic nec hæres maternus vltrà quintum maternorum.

3. Carens liberis, habens bona paterna & materna, legat domum maternam, quæ excedit quintum maternorum: ſed non excedit quintum omnium. Hæredes paterni non impediunt *la deliurance* (ſed etiam ad eos non ſpectat) ſoli materni impediunt, offerentes quintum maternorum. Legatarius dicit quod debet habere quintum omnium, reſpectu quinti patrimonij. Reſpondi nihil petere poſſe vltra quintum maternorum: quia noluit præcisè conſuetudo quemcumque hæredem propriorum grauare vltrà quintum: ſed iſte eſt hæres maternus; ergò non poteſt grauari vltra quintum maternum, & eſt veritas.

Legatarius cui non datur quintum, non habet recurſum.

4. Sed nonne legatarius habebit recurſum contrà paternos ad ampliandum? Reſpondi non: quia legatum non eſt factum in ſpecie, ſed ſolum de certo corpore. Sexus ſi teſtator diciſſet, tot reditus ſuper talibus prædiis, & omnibus bonis: vel ſi fortè omnia bona hypotheeaſſet expreſsè, ad habendam æſtimationem, nec ſufficeret ſimplex hypotheca iuris in genere: quia intelligitur quatenus principale valet: ſed principale non valet niſi ad quintum maternorum, eo ipſo quod legata eſt domus materna in ſpecie tantum.

Similis cauſa 1546. *entre le Conneſtable donataire & l'heritier de Chaſteaubriant. La couſtume de Bretagne dit qu'vn homme de bon ſens peut donner*, tertiam *de ſes propres, ſans fraude de ſon heritier*, igitur dicit quod nec vltrà tertiam, *des propres de ſon heritage*, & quod debent donationes priores & quidem propriorum deduci, vt in totum non excedant tertiam. *Item le Conneſtable* petit interim eſſe *mis en poſſeſſion* rei donatæ, ſicut legatarius domus pendente diſcuſſione. Certè conſuetudo prohibet, & ſic fieri non debet. Secus de iure quod tantum indiſtinctè ad quartam; ſed hic ipſo iure vltrà quintum non debetur.

Legitima diuerſo modo debet æſtimari.

5. Iudicatum *touchant du Bouchage* quod legitima debet diuerſo modo æſtimari, ſecundum diuerſos vſus locorum, tam iuris ſcripti, quam conſuetudinum, ac ſi eſſent diuerſa patrimonia.

Legatum fructuum 10. annorum eſt ſemper intrà quintum.

6. Poteſt quis legare fructus decem annorum omnium propriorum, quod ſemper intrà quintum eſt in effectu: ſed intelligitur de proximis à morte? vndè ſi ſunt ſubrepti, non tenetur hæres ſupplere ex aliis rationibus: vt de eo qui legauerat fructus ſeptem annorum & ſemper fuit bellum, & incurſus hoſtium. Fallit ſi legetur in recompenſam. Vnde etiam ſi legatarius acceptauerit: tamen poſt contingit eſſe ſubrepros, poteſt omittere ex iuſta cauſa legatum compenſationis inutilis, & petere debitum.

Sacerdos legat Eccleſiæ *tous ſes conquеſts immeubles*. Reſpondi. Si habet propria, in quibus reditus annuos reſtantes redemit, non veniunt.

Legatum inter coniuges omninò eſt odioſum. Si prædia acquiſiuit: & vendidit propria, non venirent, ex quo habet talios conquæſtus. Si quædam prædia à fratre quæſiuit, non permutando cum propriis, cadunt, nec proprium fratris cum ſuo conquæſtu mero (qui non ſunt dubij) ſed emptione vel dono fratris, videtur non venire omnino, ex quo ſunt alij meri conquæſtus, & huiuſmodi non eſt merus conquæſtus, quia cadit in retractu: ſed nonnè ſic totum quintum venit? puto quod non, quia non venit in propriis, ergò nec hîc, ſed vel totum venit, vel nihil: ſecundum vulgares totum venit, quod eſt durum; quia fortè fuit illi facilius donatum vel venditum ſæpe quod rediret.

---

§. XCIV.

ITEM le mary par ſon teſtament, ou ordonnance de derniere volonté ne peut diſpoſer des biens meubles, & conqueſts immeubles communs entre luy & ſa femme, au preiudice d'icelle, ne de la moitié qui luy peut appartenir en iceux, par le treſpas de ſon mary.

SVMMARIVM.

1. *Donatio mariti inter viuos non valet niſi pro dimidia ſua.*

1. QVid ergò ſi maritus det inter viuos? Reſpondi non valet, niſi pro dimidia *l. filiæ meæ ægræ D. ſoc. matrim.* valet tamen omnino pro dimidia ſua, & ad poſſeſſionem, ſi retentus ſit vſusfructus domus communis: quia non poteſt dici factum in fraudem teſtamenti, niſi quoad dimidiam prohibitam. Et hîc accipitur dimidia reſpectu totius: quia poteſt tum viuus dare, relinquendo tantumdem vxori. Limita ſi notabiliter læderetur vltrà dimidiam. Vnde arreſtum ſub conſuetudine Borbonienſi, qua non poteſt cauſa mortis vel ab infirmo dari vltrà quartam, quod donatio valet ab infirmo, etiam iure donationis, non iure legati: ſed intelligendum ſalua quarta. Maritus legat *telle part de ſon conqueſt, à la charge de certaine ſomme* filiæ teſtatoris pro dote, vel ad liberandum defunctum à tali debito. Reſpondi non erat, niſi media oneris: quia teſtator non debet, niſi mediam. Sed quid ſi dixit ad onus dandi 160. libras an diuidatur onus, quia omnino diuiditur legatum? Videtur quod ſic. Contrà quia teſtator ſciebat non valere, niſi pro media ſua, iure ſuo. Ergò in totum onus & partem; quia non ſciditur legatum: ſed ab initio non valet, niſi in dimidio, ſeu pro toto iure quod habet teſtator, & ſic in totum reſpectu teſtatoris, in quantum teſtator eſt. Quod autem dixi non valere, niſi de parte viri, fallit, ſi in loco vbi poteſt legare vxori, dicat reſiduum mobilium & conquæſtuum lego vxori: quo nomine, puto quod totum legatum factum alteri valeat, ex tacita mente compeniandi.

Digitized by Google

interim moriatur non transmittit ad hæredes suos: sed sit caducum, quia non est legitima: nec ei debetur legitima, sed est extranea.

Executor testamenti non tenetur respondere creditoribus, donec sit saisitus.

9. Dictum est per Arrestum quod executor non tenetur respondere creditoribus, donec sit saisitus.

Executor testamenti potest prehendere, non autem vendere sine hærede.

10. Hæc consuetudo non negat, nec facit quin hæres sit saisitus, vt dominus: sed operatur quod executor potest ipse manum ponere, & apprehendere, non autem vendere sine hærede, & vsque ad concurrentiam tantùm.

Executor non est verus possessor, nisi vt procurator.

11. Et etiam executor non est verus possessor & nisi vt procurator tantùm.

L'an vtile des executeurs ne court que du iour qu'ils sont saisis.

12. 1549. Die Iouis 5. Maij *fut dit que les executeurs du testament du feu sieur de Laual seroient saisis, & que l'an vtile ne leur courroit, sinon du iour qu'ils seroient saisis*, & addebat Lisetus quod ita debent consuetudines intelligi.

Hæres ad onus implendi testamentum non tenetur soluere debita, sed legata tantùm.

13. Hæres ad onus implendi testamentum, non tenetur soluere debita, sed legata tantùm: quia vi solius testamenti debetur; ita sæpè arresta. Amplio, etiamsi testamentum portet illud, *volo debita solui*: non sunt enim onus testamentorum; quia tale legatum non valet, vt legatum *l. si creditori. D. de legat. 1.* sed vt confessio, vel monitio.

Hæredes habent interesse inuentarium fieri.

14. Etiamsi omnia mobilia sint legata, tamen inuentarium rectè potest fieri per filios: quia habent interesse legitimum: imo etiam per hæredes extraneos: quia habent interesse ob occulta debita, vt sciatur quantùm legatarius contribuere debeat, si conquæstus & quintum propriorum non sufficiant. Et sic debebit fieri inuentarium impensis communibus: & hoc casu hæredes de suo debent soluere mediam, non autem debebit in totum fieri super mobilibus: quia idem esset ac si legatarius faceret omnes impensas de eo quod alius non curat facere, refundent ergo de suo medium impensæ.

A

Executor habet actionem ex testamento, & sic habet bona tacitè hypothecata.

15. Executor habet actionem ex testamento: ergo habet bona hypothecata tacitè. Quid si testator expressè hypothecet omnia bona pro executione testamenti, an etiam propria tenebuntur? Videtur quod sic, pro debitis etiam chirographariis erga executores qui soluent tantùm, & ex die mortis, non testamenti tantùm. Sed pro legatis propria non essent hypothecata, saltem vltra quartam, sed benè in quarta. Quid ergo executor *a fait saisir les propres* pro prætenso reliquo? Respondi in omnem euentum temerè: quia prius oportet computum liquidare, & vbi pro vno tantùm debito liquido faceret: adhuc quia erat mater defuncti habilis vt sit hæres in mobilibus & acquisitis, *mal saisi*: etiamsi postea mater declaret se non esse hæredem: quia non trahitur retrò, quantùm ad executorem, & vexationem factam: quia etiam inerat exceptio discussionis, quę competitura erat hęredi immobili, si mater esset hæres mobilium, saltem quo casu ea non sit hæres, competebat ius petendi *delay*, vt mater interpellaretur & hoc declararet.

16. Annus executionis testamenti est vtilis à tempore testamenti aperti & cessantis impedimenti.

16. Nota annum hîc vtilem, scilicet à tempore testamenti aperti, & cessantis impedimenti. Quid si quis allegat testamentum factum metu mariti & hoc pendente dicitur *que par prouision sera executé*? Videtur quod executor non tenetur: quia oportet eum suscipere sollicitudinem cautionis exigendæ, & noui pacti ad quod non tenetur, & sic suum tempus non currit, nisi post diffinitiuam. Solue omnia ex bono & æquo.

Chartier refert dictum per arrestum post sex annos quod executores conuenti procederent, & condemnati: quia ex quo die acceptauerunt, sunt veluti hæredes, *l. cogi. D. ad Senatusconsc. Trebellian.*

Executores debent accedere ad locũ executionis.

17. Cardinalis *d'Amboise* liquit executores *qui sont de Roüen*. Respondi quod officium est hîc: & sic debent accedere.

§. XCVI.

AVANT qu'vn testament soit reputé solennel, il est requis qu'il soit escrit & signé de la main & seing manuel du testateur: ou signé de sa main & à luy leu, & par luy entendu de trois tesmoins: ou qu'il soit passé pardeuant deux Notaires; ou pardeuant le Curé de la parroisse, ou son Vicaire general, ou vn Notaire, ou dudit Curé, ou Vicaire & deux tesmoins: ou de quatre tesmoins, iceux tesmoins idoines, suffisans, & non legataires dudit testateur; fors & excepté entant que touche les legats pitoyables, obseques & funerailles d'iceluy testateur; esquels toutesfois, & pour le moins sera gardé la soennité du Droict Canon.

SVMMARIA.

1. *Vicarij duo generales Curati, non habent vicem duorum Notariorum: nec Curatus cum suo vicario.*
2. *Notarius qualis esse debet.*
3. *Vbi non seruatur forma iuris ciuilis in testamentis, sufficit forma iuris gentium, & iuris canonici, etiam in legatis non piis.*
4. *Testamentum debet recipi à Notariis secularibus: quia est negotium seculare, & secularis cognitionis.*
5. *Notarius recipiens testamentum potest esse legatarius ex modica summa.*
6. *Clausula generalis reuocationis in testamento est suspensiua.*
7. *Dispensatio consuetudinis in testamentis non debet habere locum quando est suspicio.*
8. *Legatum factum famulo pauperi fauore studij est validum.*
9. *Vicarius commissus à vicario generali tempore pestis potest recipere testamentum laborantis peste.*

LEgatarius quando potest esse testis Alexand. *consc. 14. num. 20. lib. 6.*

TESTATEVR] etiam sine data Alexand. *consc. 4. nu. 15. lib. 7.* Etiam sine testibus *consc. 87. nu. 6. eod.*

VICAIRE GENERAL] sed coram alio Notario Dec. *consc. 612. consc. 120.*

VICAIRE GENERAL] possunt esse plures Vicarij generales æquè principales, qui possunt: sed Subvicarius & delegatus ab iis non potest, nisi substituens habeat potestatem substituendi generalem, & hoc fecerit, quatenus dicitur generalis à Curato commissus.

Duo Vicarij generales curati non habent vicem duorum Notariorum, nec Curatus cum suo Vicario.

1. Sed an duo generales habeant vim duorum Notariorum? Puto quod non; nec Curatus quidem cum

§. XCVII.

IL eſt loiſible à toute perſonne franche, aagée & vſant de ſes droicts, de donner & diſpoſer par donation & diſpoſition faite entre vifs, de ſes heritages propres, & conqueſts, à perſonnes capables.

NON intelligitur *donner & retenir*; nec quod omnia: quia eſſet inſtitutio hæredis.

§. XCVIII.

IL eſt loiſible à toute perſonne franche, vſant de ſes droicts, & ſaine d'entendement, de diſpoſer de ſes propres heritages, & les donner par contract de donation faite entre vifs à perſonne capable.

STatutum diſponens quod in vltima voluntate requiratur certa ſolennitas, non extenditur ad donationes cauſa mortis, quæ non eſt meræ vltimæ voluntatis. Alexand. *conſil.* 116. *lib.* 2. *num.* 10. *ibi mortis.* Verum eſt quantùm ad ſolennitatem, in qua non æquiparatur: ſed benè extenditur in deciſiuis & quantùm ad effectum, in quo æquiparatur, *l. fin. C. de donat. cauſa mort.* Decius *l. generaliter num.* 9. *C. de teſtibus.*

TITVLVS OCTAVVS

DE CVSTODIA NOBILI.

§. XCIX.

PAR la Couſtume generale de la Preuoſté & Vicomté de Paris, hors ladite Ville & Fauxbourgs de Paris, il eſt loiſible aux pere & mere, ayeul ou ayeule accepter la gardenoble de leurs enfans en ligne directe, apres le treſpas des pere & mere deſdits enfans. Et font leſdits gardiens les fruicts leurs des heritages, rentes & reuenus appartenans auſdits mineurs: à la charge de payer par ledit gardien les debtes que doiuent les enfans, les nourrir, alimenter, & entretenir, payer, & acquiter les charges que doiuent leſdits heritages, & à la fin de ladite garde, rendre leſdits heritages en bon eſtat. Et dure ladite garde; à ſçauoir aux enfans maſles iuſques à vingt ans, & aux filles iuſques à quinze ans accomplis: pourueu que le pere, ayeul ou ayeule ſuruenans, qui acceptera ladite gardenoble, ne ſe remarie: car en ce cas le temps de ladite gardenoble ſera finy, & ſera pourueu auſdits mineurs de tuteurs & curateurs par le Iuge, auquel il appartient d'y pourueir.

SVMMARIA.

1. *Tutelæ omnes ſunt electiuæ.*
2. *Tutela extenditur non vi iuriſdictionum: ſed vi actus priuati, & iuris communis.*
3. *Gardia vteri, ſemel acceptata, retrotrahitur.*
4. *Tutor non poteſt transferre poſſeſſionem per actum fictum.*
5. *Tutor poteſt propria authoritate diuertere pupillam à matre ad vitandas nuptias.*
9. Gardien noble *poteſt rectè conueniri à creditoribus.*
7. *Qui non capit mobilia tanquam hæres, non tenetur ad debita, niſi pro rata bonorum.*
8. *Mercedes à colono debitæ, cum defunctus moritur, ſunt inter mobilia.*
9. *Pater poteſt agere pro filio non emancipato, etiam viua vxore.*
10. *Gardia non extenditur ad bona ſita in alia Prouincia quæ non admittit gardiam.*

DE tutelis vide Alexandr. *conſil.* 109. *lib.* 3. de tutore dando Alexand. *conſil.* 161. *lib.* 5.

HORS LA VILLE.] Hoc ratione caret, cum non lucretur mobilia, vel *hors*, id eſt non ſeruatur intra ſiue in domibus ſuis in vrbe, & ſuburbiis: ſed tantum in ſitis extra.

AVX PERE ET MERE, AYEVL OV AYEVLE.] Etiam minoribus 25. annis; etiam furioſo habente curatorem quia eſt ius priuatum, ſed tunc nonne opus eſt decreto, vt curator viduæ acceptet? Ego puto quod demens qui non poteſt acceptare in iudicio, non debet habere: quia conſuetudo non conſidit

Digitized by Google

de curatore; vnde ſi ſuperſtes eſt prodigus, vel eget curatore, debet excludi: item quia diffidit de remanente; ergo magis de prodigo, quod eſt plus.

QVINZE ANS ACCOMPLIS.] Sed ſi prius nubunt authoritate parentum, finitur.

Nobilis poteſt acceptare la *bourgeoiſe* ſi vult.

Tutelæ omnes ſunt electiuæ.

1. Vidi in Caſtelleto quod mater conuolans ad ſecunda vota, fuit electa cum vitrico tutrix. Verum eſt quod conuolando perdit: ſed iterum poteſt eligi: quia omnes tutelæ ſunt electiuæ, & benè. Deinde iterùm vidua *par certains nombres de parens appellez, dict par l'vn des Conſeillers du Chaſtelet qu'elle demeureroit tutrice, & neantmoins* (etiam contra debitum) *crée vn curateur; quant aux actions, & pour la confection de l'inuentaire & partage*, & tunc mater non debet facere inuentarium tanquam tutrix; quia in hoc excluditur à curatore, nec debet authorari in negotio in quo habet partem: ſed ſuo nomine & executorio teſtamenti cum dicto curatore.

Tutela extenditur non vi iuriſdictionum: ſed vi actus priuati & iuris communis.

2. Quod tutela extenditur vbique, non eſt vi iuriſdictionum, ſed vi pacti priuati & iuris communis paſſiuè ſe extendentis, & ſic illud iudicis, vel ſtatuti factum non agit in alienum territorium. Sed certè aliud eſt in ſtatuto expectandum, vt in hac conſuetudine, & ſic vera ratio non benè tangetur per Alexand. *conſil.* 128. *num.* 3. hic contra Alexand. *conſil.* 129. *num.* 3. *lib.* 1. quod tutor habet legitimam poteſtatem ex quo interuenit iuramentum, vt petitum fuit, licet Iudex non exegerit ſpecialiter factum, *dicti* §. *fin. & col. fin. de adminiſt. tut.*

Gardia veteri ſemel acceptata retrotrahitur.

3. Non eſt tutor veteri. Alex. *conſ.* 171. Tamen dico quod hæc gardia trahitur retro ſemel acceptata.

Tutor non poteſt transferre poſſeſſionem per actum factum.

4. Quod tutor non poteſt transferre poſſeſſionem per actum fictum. Alexand. *conſil. lib.* 3. quod per actum nullum non facit colono mutare cauſam poſſeſſionis. dixi contra Alexand. *conſil.* 117. *lib.* 5. & *conſ. fin. num.* 5. *lib.* 6.

Tutor propria authoritate poteſt diuertere pupillam à matre ad vitandas nuptias. *Gardien noble* poteſt recta conuenire à creditoribus.

5. Tutor propria authoritate poteſt diuertere pupillam etiam à matre ad vitandas nuptias. Aymo *conſil.* 18.

6. Vtrum creditores poſſint conuenire recta *le gardien noble*? Reſpondi ſic, probando quod acceptauerit, *la garde noble*; vel ſi talem ſe fateatur.

Tutela etiam abſentis finitur Boer. *deciſ.* 88.

Qui mobilia non capit tanquam hæres, non tenetur ad debita, niſi pro rata bonorum.

7. A LA CHARGE DE PAYER PAR LE GARDIEN.] Pro rata tantùm bonorum, etiam ſi ſua faciat mobilia; vnde ſolent facere inuentarium ad clarificationem, & ne teneantur vltrà. Et ſtatutum per arreſtum, quod qui non capit mobilia tanquam hæres, non tenetur ad debita, niſi pro rata bonorum, ſi conſtet. Sed tamen videbitur infrà art. 116.

Fructus tutor recepit *à la S. Martin* & prout valent tunc, *les garde* & ſuo periculo & commodo vendit, vt plus valent, an debeat reddere? Reſpondi æquitas, eſt: ſi enim pupillus non habet vbi ſeruare poſſit, & commodè poſſit, ſecùs, & hoc niſi aliàs æquitas informet; vt quia mater, vt ſit amplior reditus, *les tenoit en ſa main ſans les affermer*, & *ſi à la ſaint Martin* ſemel maiorem habet quantitatem *dont fait reſerue*, benè ſeruat *neuf mois*, & ſuo commodo carius vendit, tolerandum eſt: quia mater non petit aliud ſalarium ſuæ diligentiæ pro minoribus ſumptæ: ſed eorum commodum fecit magis quam ſi dediſſet *à ferme* communi pretio, vt poterat.

Mercedes à defuncto debitæ cum defunctus mortuus ſunt inter bona mobilia.

8. *Le gardien* qui non facit mobilia ſua, ſed tantùm fructus, non poſſet habere fructus, id eſt mercedes à colonis debitas menſe Nouembri, quando defunctus obiit menſe Octobri, poſt fructus collectos? Reſpondi non, quia iudicantur mobile, ita quod ſpectent ad executorem teſtamenti, ſecus de cenſibus & reditibus præteritis.

Le bail à ferme finitur hoc iure finito.

Pater poteſt agere pro filio non emancipato, etiam viua vxore.

9. Pater poteſt, etiam viua vxore, pro filio non emancipato agere tanquam pater, & legitimus adminiſtrator, etiam videtur quod petitorio *l.* 1. *C. de matern.*

Rex in Normania vtitur *du bail* omnium minorum nobilium & ſoluit debita: Dominus *de Ragueux* habebat bona in multis locis, Rex ceſſit *à Suzanne de Bourbon ſa vefue*, matri pupilli, totum ius *du Bail*. Reſponſum cum *Chartier & Seguier* quod ſolus & pro rata bonorum: quia ceſſerat omne patrimonium, & ſic pro rata ſitorum Normaniæ, præſertim cum ibi defunctus non haberet domicilium & Rex non habeat *les fruicts* alibi ſitorum.

Gardia non extenditur ad bona ſita in alia Prouincia quæ non admittit gardiam.

10. Ergo in diuerſum *le bail* non extenditur ad bona ſaltem immobilia alibi ſita. Item non poteſt cedi directo: ſed benè cedi poteſt commoditas, aliàs abuſus horribiles. Rex enim primo petenti extraneo *donne la garde d'vn mineur de quatre ou ſix mil liures de rente*, & ille tanquam habens donum Regis, omnia diſſipat. Certè non ſic data eſt Duci, ſed vt per ſe, vel officiales ſuos, *qui ont le ſerment* Regi, curet tanquam fidelis propugnator.

---

§. C.

GArdenoble ſe doit acceptrer en Iugement.

SVMMARIA.

1. *Res immobilis non extenditur vltra locum conſuetudinis.*

2. *Tutor poteſt agere etiam inuentario non facto.*

ACCEPTER EN IVGEMENT] forte vt ſciatur an ſit prodigus, vel egens curatore, vel deſponſatus, & ſic oporteat vocare parentes, vel tutores; ſed non obſeruatur, vel vt ſit liber, nec ſit in poteſtate parentis, an ſit cuſtos, vel non: quia tunc temporis *les Notaires* non tenebuntur ſeruare prothocolla; ſed in iudicio ſemper acta ſeruantur & nota ſunt.

In quibus conuenit cum tutela?

Res immobilis non extenditur vltra locum conſuetudinis.

1. Differt in eo primo quod res immobilis non extenditur vltra locum conſuetudinis; ſed tantum quoad ea quæ ſequuntur perſonam.

Tutor poteſt agere inuentario non facto.

2. Poteſt tutor agere, etiam inuentario non facto. *conſult. fol.* 40.

Textum amplia, etiamſi vidua ſit minor: quia certat de acquirendo, & ſuper minoribus. Sed quid ſi aliquis dicebat ei quod non opus erat petere, & impediuit. Reſpondi, de dolo teneri poteſt ad intereſſe. Non ergo trahitur retrò quantum ad lucrum huius & damnum minorum: ſed benè in eorum commodum. Imò trahitur retrò, ſi eſt modicum tempus, & totum onus ipſa exequetur & ſuſcipiet.

Hæc ſtipulatio implicat ſtipulationem ſalnam rem fore.

Hypothecam ex terminis, quin imò ab adminiſtratione expreſſam, ſi ſemel in iudicio acceptauerit: quia in terminis iuris etiam eſt hypotheca tacita.

Mater *prenant la gardenoble* ſe obliganit maiot annis 25. *acquiter & racheter toutes les rentes*, &

inueniatur quod plus valeat, quam bona. Reſpondi primò quod ſi moritur antequam finita ſit tota gardia, non tenetur niſi pro rata commodi ad ratam temporis: quia eſt hoc onus voluntariò ſubitum, ſpe totos gardiæ fructus percipiendi; ita ſi filij præmoriantur tempore, gardiæ ſed ſi ipſa toto tempore agat, poteſt reſtitui, ſi dicat ſe deceptam, nec intellexiſſe onus perſonale quod edere tenebatur; præſertim ſi benè conſuluit filiis, & ſi hoc onus eorum gratia ſuſcepit, ad excludendum infidos & ſuſpectos tutores, qui non tam benè geſſiſſent, & contra eam non debet liberalitas retorqueri.

Blæſis ſexagenarius habens 64. annos duxit vxorem, puellam *de* 20. *ans*, per 14. annos non habuit liberos, deceſſit habens ferè 80. annos, relicta vxore grauida *de ſix ſemaines*, condidit teſtamentum ante annum, in quo nulla legata particularia facta ſunt, ferè bona ſua abſorbentur vni neporum *pour la bonne amour & agreables ſeruices, donne vne maiſon à la charge dè faire dire vne Meſſe perpetuelle*. Vidua *à la garde* partus futuri, & benè per *l. cui in vtero 7. D. de ſtatu homin.* Petuntur legata, impedit: quia reuocata. Concluſum cum Domino *Chartier & de Thou* Septemb. 1548. non deberi: quia veriſimiliter non legaſſet, ſi cogitaſſet de liberis, & ſic dicta fundatio corruit.

TITVLVS NONVS

DE CVSTODIA PAGANICA.

§. CI.

PAR la Couſtume tenuë, gardée, & obſeruée en la Ville de Paris, quand l'vn des deux conjoints enſemble par mariage va de vie à treſpas, delaiſſe aucuns de leurs enfans mineurs, il eſt loiſible d'accepter la gardebourgeoiſe, gouuernement & adminiſtration deſdits mineurs, & de leurs biens, meubles & immeubles en iugement. Et en ce faiſant, faire par ledit ſuruiuant les fruicts & reuenus des heritages deſdits mineurs ſiens, en nourriſſant, & entretenant par iceluy ſuruiuant, iceux mineurs, & payant & acquitant les charges deſdits heritages, & iceux entretenans de reparations viageres, iuſques à la fin d'icelle garde, qui dure aux enfans maſles iuſques à quatorze ans, & aux filles iuſques à douze finis & accomplis. Pourueu que le pere, ou la mere ſuruiuant, qui acceptera ladite gardebourgeoiſe ne ſe remarie: car ce en cas, le cas de la garde ſera fini, & ſera pourueu auſdits mineurs de tuteurs & curateurs par le Iuge auquel appartient d'y pouruoir.

SVMMARIVM.

1. *Gardebourgeoiſe limitatur ad ciues morantes in vrbe.*
2. *Vnus ex tutoribus appellantibus à ſententia, non poteſt acquieſcere pro parte ſua.*
3. *Habens quatuor liberos excuſatur à tutela.*

Gardebourgeoiſe limitatur ad ciues morantes in vrbe. 1. EN LA VILLE DE PARIS] videtur limitare ad bona ſita intra vrbem; imò ad ciues tantum morantes intra vrbem, & hoc verius.

Vnus ex duobus tutoribus 2. Vnus tutorum acquieſcit ſententiæ, alter appellat ſuper certa ſententia, an poſſit acquieſcere pro parte ſua? Reſpondi, non: quia non habet partem, & appellans in ſolidum appellat.

appellans à ſententia non poteſt acquieſcere pro parte ſua.

3. Dictum per arreſtum quod habens quatuor liberos excuſatur à tutela.

Habens quatuor liberos excuſatur à tutela.

§. CII.

GArdebourgeoiſe ſe doit accepter en Iugement, & eſt tenu le gardien faire faire inuentaire, & bailler caution.

QVia non ſoluit debita, nobilis etiam ſoluit debita: & ſic videtur quod conſuetudo hac ratione non onerauit eum cautione & inuentario. Sed hoc non eſt iuſtum: quia poſſent eſſe multa mobilia & nulla debita, & nobilis facilè diſſiparet, volens tenubere, antequam eſſent tutores.

§. CIII.

PAR ladite Couſtume vn gardien, qui a la gardebourgeoiſe de ſes enfans, ne peut intenter ne déduire les droicts & actions reelles deſdits mineurs en Iugement, durant ladite garde: mais appartient à ce faire aux tuteurs & curateurs deſdits mineurs.

Actions reelles, ſcilicet immobilis, etiam perſonales tendentes ad alienationem immobilis. Salicet. *conſil.* 31.

Digitized by Google

TERTIA PARS COMMENTARIORVM ANALYTICORVM, IN CONSVETVDINES

Pariſienſes ſolertiſſimi & conſultiſſimi Iurium Doctoris & Profeſſoris D. Caroli Molinæi Pariſienſis, in ſupremo Pariſiorum Senatu, & ampliſſima curia Franciæ, antiqui & experientiſſimi Aduocati.

TITVLVS DECIMVS

DE COMMVNIONE BONORVM.

§. CIV.

PAR la Couſtume de la Ville, Preuoſté & Vicomté de Paris, quand l'vn deſdits conjoints enſemble par mariage va de vie à treſpas, les meubles, & conqueſts immeubles faits durant & conſtant ledit mariage, & qui communs eſtoient à l'heure du treſpas du premier mourant, ſe diuiſent en telle maniere que la moitié en appartient au ſuruiuant, & l'autre moitié aux heritiers du treſpaſſé.

NI priùs ſeparati fuerint.

Quid ſi voluntario diuortio quiſque ſeorſum diu manſit, ſua pro libito adminiſtrans: vt quædam mulier quæ ſic fuit per 25. annos extra ſocietatem & domum mariti; deinde ea mortua frater eius *le Vidame* petiit à viro dimidiam mobilium. Reſpondi ex quo ſic diu ſeparati fuerunt, diſſoluta eſt communio, & diuturnitas idem operatur quod ſententia, vel expreſſa diuiſio.

§. CV.

ITem vne femme eſtant en lien de mariage ne peut vendre, aliener, ny hypothequer ſes heritages, ſans l'authorité & conſentement exprés de ſon mary.

SVMMARIA.

1. *Filia minor nubens poteſt pro ſuo matrimonio alienare partem immobilium ſuorum de conſenſu propinquorum ſuorum.*
2. *Mulier, cuius maritus vendidit ſolus conquæſtum, poteſt illum vendicare, reddendo pretium.*
3. *Vxor poteſt teſtari ſine conſenſu mariti.*
4. *Mulier poteſt dotalia vendere conſenſu mariti: ſed pater qui donauit, aut hi quorum intereſt, poſſunt impedire.*

Filia minor nubens poteſt alienare pro ſuo matrimonio partẽ immobilium ſuorum de cõſenſu propinquorum ſuorum.

1. REſpondi quod valebat clauſula matrimonij *que le propre de la fille*, quæ erat diues in prædiis, & carebat pecuniis, *ſeroit conqueſt au mary juſques à la valeur de mil eſcus*: licet ſponſa eſſet minor: Ratio, quia intercenerat congregatorum parentum conſilium, tutricis matris authoritas, & iudicis decretum, & ſic quod non poteſt reſcindi: ceſſante autem ſolennitate, poſſet reſcindi: ſed ipſa non haberet dotem datam à viro.

Mulier, cuius maritus vendidit ſolus conquæſtum, poteſt illum vendicare reddendo pretium.

2. Per arreſtum fuit dictum cum quædam ſponſa minor ſine alia ſolennitate feciſſet conquæſtum certam domum quam maritus vendidit *à Monſieur de Soiſſons* à quo vidua vendicabat, reus offerebat reddere, reddendo pretium, *ſur dit qu'elle l'auroit*, reddendo verum prætium, ſecundum oblationem rei, & non aliàs, & hoc per arreſtum, *ayant eſté partie*, & hoc magna æquitate.

Vxor poteſt teſtari ſine conſenſu mariti.

3. Poteſt tamen teſtari ſine conſenſu mariti. Alexand. *Conſ.* 155. *col.* 2. *lib.* 2.

Mulier poteſt dotalia vendere conſenſu mariti: ſed pater qui donauit, aut hi quorum intereſt, poſſunt impedire.

4. Et ſic poteſt etiam dotalia vendere conſenſu mariti: ſed dic quod pater qui donauit poteſt impedire, vel hi quorum intereſt, ſi vir incipiat malè vti. Idem ergo videtur eo caſu de doario, ſi vir ſui cauſa vellet eam cogere conſentire. Plus etiam dico, quod ſi vir faciat eam vendere eius propria, *pour convertir en meubles*, & ſic ſe vel ſuos parentes *advantager*, poſſunt parentes vxoris habiles ad ſucceſſionem impedire, procurando, ad hoc ſaltem (ceſſante prodigali-

Digitized by Google

tate) vt dicatur, quod vir teneatur conuertere in propria. Plus videtur quod etiam si sint filij communes, si tamen vir habet multò plures filios ex priore matrimonio, quos vult sic auantager, potest hoc, silente vxore, impediri ab habilibus succedere in propriis dictorum filiorum. Fortè etiam probare possent filij alienationes faciendo contractus simulatos, & sic medium retractum, sub pœna damnorum & interesse. Sed nonnè posteà filij secundi matrimonij hæredes patris possunt causare, illud aduantagium, & petere à filiis primi, vt conferant? Respondi sic, ostensis coniecturis aduentangiandi, quæ tamen de facili non debent admitti.

§. CVI.

VNE femme mariée ne peut ester en iugement, sans le consentement de son mary, sinon qu'elle soit separée.

SVMMARIA.

1. *Vxor potest vt coniuncta persona suscipere defensionem mariti absentis.*
2. *Mulier quæ litigauit pro marito, & succubuit in impensis eius, propria bona non tenentur, sed sola media pars bonorum societatis.*

Vxor potest vt coniuncta persona suscipere defensionem mariti absentis.

1. MAtito tamen absente, *qui est poursuiny par defaut*, potest vt coniuncta persona suscipere defensionem; vt vna quæ habuit *lettres Royaux pour estre à ce authorisée pour le Roy & par Iustice* in absentia mariti. Sed succubuit.

2. Vtrum nomine suo teneatur ad impensas? Respondi teneretur, si esset causa priuata vxoris; sed ex quo erat causa mariti, & sic non nomine priuato, sed tanquam vxor *en la moitié de la Communauté*.

Mulier quæ litigauit pro marito & succubuit in impensis, eiùs propria bona non tenentur: sed solum media pars bonorum societatis.

§. CVII.

ITEM le mary est seigneur des meubles, & conquests immeubles par luy faits durant & constant le mariage de luy & de sa femme; en telle maniere qu'il les peut vendre, aliener, & hypothequer, & en faire & disposer par disposition faite entre vifs, à son plaisir & volonté, sans le consentement de sadite femme, à personne capable & sans fraude.

SVMMARIA.

1. *Filius vnicus potest esse donatarius patris inter vivos & hæres.*
2. *Fraus præsumitur in coniuncta persona.*
3. *Maritus non potest donare inter vivos conquæstus immobiles filiis communibus in fraudem vxoris superstitis.*

QVod ergo maritus viuens donat, est extrà bona, & residuum quod tempore mortis reperitur, æquè diuidetur, *infr.* §. 111. sed quid si maritus dedit mediam partem domus conquæstæ, retento vsufructu, an reliqua pars tantùm diuidetur, & sic vidua solam partem auferet? Respondi sic, quemadmodum si vendidisset mediam partem, retento vsufructu; quia in venditione non est fraus: Idem ergò in donatione, modo non sit fraus. Item secùs si apparet de animo quod volebat suam tantùm partem donare post mortem: velut si dederit mediam bonorum suorum post mortem: quia tunc clarum est ex retentione ad tempus diuisionis, quod solum de dimidia intelligitur, & remanet dimidia suæ vxori.

Filius vnicus potest esse donatarius inter vivos & hæres.

1. Maritus vnico communi filio donat omnes conquæstus suos præsentes & futuros, an sit fraus vxori? Respondi sic indubitanter, ex quo omnes conquæstus dat in genere, & sic exauſit communionem, ita quod idem si daret extraneo, multò fortius quod filio. Clarum est enim quod hoc fecit, ne vxor, si superstes sit, possit nubere, vel disponere: sed si dedisset res particulares, esset dubium: Tamen videtur A quod possit; & hoc casu poterit etiam esse hæres, nec tenebitur conferre, quia non habet cohæredem.

Fraus facilius præsumitur in coniuncta persona.

2. *Belut* habet iuuenem fratrem aduocatum, *luy donne mille escus, pour achepter vn office, ou s'amancer*: Deindè moritur vxor sine liberis, hæredes eius petunt conferri mediam dictæ summæ. Respondi ex quo non est donatum moriente vxore, quæ superuixit tres annos, nec pupilli sunt, nec aliæ suspiciones fraudis, non tenetur maritus conferre: quia donare poterat: nec est persona coniuncta prohibita; nisi quod in ea faciliùs potest fraus præsumi fraudandæ communionis, B & attrahendi totum ad partem viri: quæ fraus tamen aliter probanda est, aliàs tenet actus, aliàs esset ponere virum in curatela.

Maritus non potest donare inter vivos conquæstus immobiles filiis communibus in fraudem vxoris superstitis.

3. Vir dat *tous ses conquests immeubles* filiis communibus. Respondi esse fraudem vxori: quia vidua non poterit nubere, nec aliis futuris filiis ex alio viro communicare posset. Idem si vir fecit sub tempore quo moritur, nisi fortè vxor esset amens, & ei vsusfructus reseruaretur; & sic melius, & rutiùs domi consuleretur.

§. CVIII.

ITEM le mary ne peut vendre, faire partage, ou licitation, charger, obliger, ny hypothequer le propre de sa femme, sans le consentement de sadite femme, icelle de par luy authorisée à cette fin.

Digitized by Google

La couſtume de Normandie d'encombrement de mariage s'entend quando vxor ſine viro, vel vir ſine ea vendit, vel alienat propria vxoris, ſecùs ſi ambo ſimul, vt per gloſſam 261. & dicunt eſſe plura arreſta Rothomagi.

Molendinum ſpectabat ad vxorem, *par bail fait à elle, & à ſon premier mary* pro 100. lib. penſionis; nubet ſecundo cui dat in cõtractu matrimonij vſumfructum quamdiu ſuperuiuet. Deindè ambo *en font bail* Ioanni *du Croc*, pro tempore reſtante *bail fait à Benoiſt premier mary de ladite femme & promettent garentir* ſimpliciter *& outre à la charge d'vn loüage enuers les bailleurs*, non dicitur *qui ſera propre à la femme*, ſed ſimpliciter. Id tamen intelligitur: ideò cum poſt mortem vtriuſque ille Ioannes turbaretur à quodam, *qui pretend vne garentie & met pannonceaux* quaſi poſſeſſor, deinde infrà annum capit petitorium. Reſpondi quod reus primò *doit eſtre maintenu*, quia turbatur, cum damnis & intereſſe: ſecundò habet ſuas defenſiones in petitorio, vtrum poteſt ſommare pro authore, hæredes mariti ſecundi, vel ſolum hæredes mulieris? Reſpondi quia facta eſt confuſio ſuæ pecuniæ & nihil cecidit in communionem, & ſic ex quo vocabitur maritus, & dabitur intelligi quod erat proprium vxoris, ſequitur quod non tenetur, nec cenſetur promiſiſſe, niſi vt maritus, & de eo quod conſuetudo dat marito, ex quo non eſt clauſula generaliter, interpretanda eſt etiam clauſula, *& meſmement ledit tel en ſon nom pour le tout, en la loy* ſi quis domum D. locaui: aliàs teneretur, quia poteſt fideiubere pro vxore. Sed tunc haberet actionem contrà hæredes vxoris, vt ſeruaretur indemnis, cum ceſſat apparens culpa, ſi fuerat in culpa malè adminiſtrando & inconſultè concedendo ad plus iuris quam habeat mulier, tunc hæredes mulieris haberent recurſum contrà virum; Quid enim ſi dictum fuerat eſſe proprium vxoris, vt putà ſi ipſa vendat vel concedat, & maritus eſt in bona fide; ſecùs ſi eſſet in dolo vel lata culpa: quia vxorem errantem cohibere potuit, & debuit: quia habet eam in poteſtate, nec debuit ei author eſſe ad malum. Si etiam ſine dolo nominatim affirmauerit *du propre d'elle*, tenetur, quando ſcit, ita quod aliàs non erat alter contracturus: ſecùs ſi perfunctoriè ambo ſimul affirmauerunt eſſe *du propre d'elle*.

Limita conſuetud. Borbon. art. 238.

Vxor poteſt vendere dotem mariti conſenſu, etiam in Neuſtria: quia *il y a arreſt de Rouen qui declare que profit de mariage encombre n'a lieu, quand la femme vend auec ſon mary.*

§. CIX.

ENtre homme & femme, conioincts enſemble par mariage, y a Communauté, en telle maniere qu'à cauſe d'icelle Communauté le mary eſt tenu perſonnellement de payer les debtes mobiliaires deuës à cauſe de ſa femme, & en peut eſtre valablement pourſuiuy durant leur mariage. Et auſſi la femme eſt tenuë apres le treſpas de ſon mary payer les debtes mobiliaires, faites & accreües par le defunct, tant durant le mariage, que parauant iceluy.

SVMMARIA.

1. *Maritus tenetur ſoluere debita vxoris vndecumque, cùm eſt communio.*
2. *Confeſſio viri recepiſſe dotem vxoris non nocet hæredibus ipſius vxoris, nec eius ſcriptura, niſi probetur facta ante obitum vxoris.*
3. *Propria vxoris non poſſunt vendi pro debito perſonali ipſius viri.*
4. *Creditor mariti non poteſt facere* ſubhaſter le viage deu ſur les biens de la femme, *ſed ſolùm capere fructus purè naſcentes.*
5. *Creditores curati non poſſunt vendere* le viage du Curé du temporel de ſa Cure.
6. Obligation de garentir, ou pour autruy, n'eſt debte de Communauté.

PAr mariage, quid ſi clam? Valeſia art. 94.

Maritus tenetur ſoluere vxoris vndecumque, cùm eſt communio.

1. Maritus per contractum matrimonij debet habere ab vxore 300. l. quæ debet afferre viro. Vir *eſt pourſuiuy, pour reprendre quelque procez de la femme*, non vult, *& ne la veut authoriſer, il eſt dit qu'il ne ſera tenu l'authoriſer*, tandem ipſa damnatur & in expenſis, quibus taxatis, fit quædam executio ſuper bonis vxoris, *le mary s'oppoſe pour les* 300. *l.* tanquam habens hypothecam. *Debouté & condamné en l'amende & aux deſpens*; quia eſt communio, & ſic tenetur ſoluere vxoris vndecumque, *au rapport de Monſieur Mangeot* contra Bucot.

Confeſſio viri recepiſſe dotem vxoris, non nocet hæredibus illius vxoris, nec eius ſcripturæ, niſi probetur facta antè obitum vxoris.

2. Quid viro *en ſon traitté du mariage* eius ſocrus promittit 100. l. poſt annum: infrà biennium mortua muliere, eius hæredes faciunt *executer* ſocrum pro hoc, quæ producit apocham filij, quam fecit ab eo recognoſci, & verificari. Reſpondi executionem bonam, & quod non obſtante dicta apocha & verificatione recte adiudicatur *la garniſon*, nec verificatum repetiri datam in qua vis eſt; ſicut confeſſio viri omnimodo non nocet hæredibus vxoris, ita nec eius ſcriptura, niſi probetur facta antè obitum vxoris, tum verſimiliter ſi receptio de antiquo eſſet ſcripta in opiſtographo contractus matrimonij, vt ſolet; ita etiam in aliis contractibus. Quid de eo qui duxit certam diuitem viduam, quam malè tractat: poſt eius obitum producit inſtrumentum mutui paſſi de 300. l. vt liberetur de media. Primò quia data triduo ante obitum vxoris ægræ, nec conſtat de numeratione, niſi per confeſſionem: ſecundo quia creditor prætenſus pauper: Tertio quia non inuenitur ſumma, nec aliud ſubrogatum. Quartò quia vxor *eſtoit bonne meſnagere*. Quintò quia vir erat fallax & inſolens. Et ita eſt concluſum.

Quidam pater filiæ nuptæ ſub ſyngrapha promiſit mille ob amorem, & quia renuntiauerat bonis maternis & paternis, quæ vult per ſuos hæredes ſolui *en deniers, ou heritages*. Ecce quod pecunia in diſpoſitione, fundus in ſpecie, poſt obitum viri dicitur eſſe mobile. Contrà reſpondi: Quia eſt ſubrogatum vice ſupplementi legitimæ ſuæ ſucceſſionis; vndè ſi hæredes patris velint ſoluere in terra, erit proprium: ſi verò nunc ſoluunt in pecunia, ex quo ſoluunt poſt ſocietatem ſolutam, non fit commune, nec retrotrahitur hæc conditio poteſtatiua, ſatis eſt quod non recidat in communionem; nec per contractum, quia non poteſt eſſe conquæſtus, ſed pars ſucceſſionis; nec per condictionem, quia nondum fuit ſumma ſoluta; nec in potentia, quia non poterat exigi niſi poſt obitum, & non poterat exigi pecunia inuito debitore

Digitized by Google

fac. l. ex demum C. de collat. fac. l. fin. de condict. indeb.

Propria vxoris non possunt vendi pro debito personali solius viri.

3. *Femme eſt tenuë apres le decedz*, non antè; ita quod pro debito personali solius viri non possint propria vxoris vendi pro media, sed tantùm fructus ad vitam mariti. Ratio, primò quia vxor non debet, sed poterit debere & est incertum in fine matrimonij; interim enim maritus poterit soluere *& acquiter la communauté*, & sic non est simile sicut de duobus ex contractu sociis æquè principaliter; quia vxor non est socia æquè principaliter, nisi post obitum viri, vel soluto matrimonio: & quia aliàs essent vendenda omnia bona vxoris, quia diceret maritus se non habere, & ad summum deberet priùs omnino discuti, quia vxor non tenetur nisi ad casum communionis, cuius non est interim domina, sed maritus; & sic non est propriè socia, sed speratur fore, & hoc æquissimum, & ita conclusum & iudicatum in Curia.

Creditor mariti non potest *faire subhaster le viage du mary sur les biens de la femme*, sed solum capere fructus pure & simplement.

4. Addo quod creditor mariti non faciet vendere & subhastare *le viage du mary sur les biens de ſa femme*: sed solùm potest capere fructus prout nascuntur. Ratio, quia potest fieri præiudicium irreparabile vxori, & magna captio; vt dixi super legem *hereditati D. ad leg. Falcid.* Item quia maritus non habet ius formatum, nec est verus vsufructuarius, & ius quod in eis habet non potest vendi: & si vellet maritus, non posset vendere.

Creditores curati non possunt vendere *le viage du Curé du temporel de la Cure*, quia etiam nemo emeret; & sic quod maior esset captio, si Curatus plus viueret, quam debetur: sed solum debent capi fructus vt væneant. Idem dico, quia eadem ratio.

Obligatio *de garentir, ou pour autruy n'eſt debte de la Communauté.*

6. Iudicatum in Curia quod si vir qui vendiderit *s'eſt obligé à la garentie*, Idem si vt fideiussor, non est *debte de Communauté*: Ideo non tenetur vidua solvere dimidiam: sed tantùm tenetur pro rata bonorum, sine vsque ad concurrentiam, & sic in vim hypothecæ, ergò tenetur de toto in vim hypothecæ, & non de dimidia tantùm, facta tamen alterius discussione.

Des 3000. *liu.* pactum quod vir tenebitur tertiam partem *employer en propres pour elle, & où il ne l'aura fait, elle prendra* tertiam partem *ſur tous les biens du futur eſpoux & de ſes heritiers.* Accidit quod post septem annos vxor moritur, non facto *l'employ*, hæredes eius petunt à viro super eius bona dictam tertiam partem, offert dimidiam, quia, inquit, voluit *auantager* vxorem, sed non hæredes: sed malè, tum dicitur *ſur luy*, ergò casu quo superstes sit. Verum est quod clausula, *où il ne l'aura fait*, præsupponit moram, & solum congruum spatium temporis, intra quod fieri potuit: vndè si moreretur ipse vel vxor intra sex menses, putarem non esse locum pacto, sed solum reddendam mediam summæ.

Si dictum quod non poterit alienare, quin converteret in alia propria, & non fecerit, super eius parte capientur. Dico primò quod tunc non est expectandum spatium temporis; quia antequam vendat, debet saltem eodem tempore prouidere *de l'employer en propres*. Secundò si obuenerit successio mulieri quam sic cogatur supplere in pecunia, censendus non est alienare, sed potius acquirere: Item si supplementum acceperit in pecunia: quia alienatio necessaria. Si autem de suo suppleuerit, non de hæreditariis, quæ non sufficiebant, est conquæstus, vel si tantùm habuerit in mobili quantum in supplementum dedit. Sed si ob debita vendat conquæstum ob hypothecam inexistentem, successioni posteà obuenienti vxori, non tenetur vir; si autem ob debita viri, censetur eius factum & tenetur: sed si ob debitum de latere vxoris incertum tempore nuptiarum: ego in dubio putoquod non dicitur alienare, sed vxor potius, ex quo est debitum ex latere vxoris veniens, & sic cessat pœna dicti pacti, quæ etiam saris in his quæ sunt de mero facto viri operatur.

§. CX.

HOMME & femme conioints ensemble par mariage sont communs en biens meubles, & conquests immeubles, faits durant, & constant ledit mariage.

SVMMARIA.

1. *Practica procuratoris cadit in conquæstum.*
2. *Donatio facta viro ob benemerita non cadit* en la Communauté du mariage.
3. *Maritus & vxor possunt se separare.*
4. *Separatio de bonis & de corpore debet fieri per iudicem.*

Practica procuratoris cadit in conquæstum.

1. VIdi seruari in procuratoribus Palatij quod practica cadit in conquæstum, & quod dimidia spectat ad viduam, reliquum minoribus, quibus, facta æstimatione datur dimidium pretij eis debitum, velut emptione facta.

Donatio facta viro ob benemerita non cadit en *la communauté du mariage.*

2. Donatio facta viro si fuit ob benemerita, videtur priùs quædam obligatio quæsita, quæ erat communis. Sed si fiat simpliciter pro se & suis, etiamsi dicatur *pour luy eſtre propre pour ſes hoirs de ſon coſté & ligne*, excluditur vxor, & multo fortius si ponatur filiis, quod si non disposuerit venit ad suos hæredes, siue filios, siue propinquos. Sed nonnè dicitur disponere *pour la Communauté?* Respondi non, quia & à principio non cadit *en la Communauté*. Fac. l. si legato 65. D. de iure dot.

Maritus & vxor non possunt se separare sine causæ cognitione.

3. Si se separent sine causæ cognitione dici potest, esse aduentagium, & semel cum vir appellaret post 10. annos informatum est *de ſon manuais meſnage*, & sic *par proviſion fut dit que la ſeparation tiendroit*, tamen si causa est instructa, potest vir acquiescere, & sic valere posset *le iugement de ſeparation*: imò puto quod si voluntario se separent, dummodo palam & realiter hoc exequatur, quod futuri creditores non possent contrauenire; aliàs vir & vxor cogerentur facere litem & sumptus, quod est absurdum, saltem respectu tertij in futurum.

Separatio de bonis & de corpore debet fieri per iudicem.

4. Separatio potest fieri & debet per iudicem tantùm, non solum de bonis, sed etiam de corpore. Et separatio idem valet quod mors; ita quod separatus potest renuntiare communioni: fallit si tantum contra virum & eius culpa petitur separatio, qui omnia obligauit, non potest renũtiare, vt vxorẽ omnibus debitis oneret, vel omni mobili fraudet: habet enim vxor interesse vt soluat mediã & vt capiat mediã tantùm.

Mulier potest testari sine consensu mariti.

Potest tempore contractus matrimonij derogari, vel dari vxori facultas acceptandi communionem, si velit; vel *ſe tenir à ſes conuentions*, si superstes sit, vel etiam vt eius hæres possit, vel etiam vt ipsa possit eligere intrà quinque annos: sed non potest vir sibi reseruare potestatem *de l'appeller à la communauté*, vt Chartier & alij 1550. sed certè videtur quod nec primum, quia vxor potest intra quinque annos habere opulentam mobilium successionem, & tunc posset eligere communionem & diuitem maritum

pauperem; tùm posset ex parte viri paciſci, quod intrà quinque annos posset eligere an velit esse communis, vel non, etiam inuita vxore; ergò hoc verum est, quia fit fraus consuetudini, quia paciſcitur vir quod vsque ad viginti quinque annos poterit eligere, an communis esse velit, vel non: sed illi loquebantur tantùm de facultate data vxori ex causis, non secundum communiter accidentia. Est aduentagium non viro qui dominus est, sed tunc non est dominus quando derogatum est communioni, sed sunt æquales, etiam secundum communiter accidentia. Si dicas quod ea facultas intelligitur vtendo communione ad commodum eligentis tantum non præiudicat, quia vix sciri potest, & sic poterit eligere, vt debet eligi, vel non valet pactio, & certò melius est non valere, ne per indirectum fiat fraus legi.

§. CXI.

ITEM & apres le treſpas de l'vn d'eux, iceux biens ſe diuiſent en telle maniere que la moitié en appartient au ſuruiuant, & l'autre moitié aux heritiers du trépaſſé.

ETiam fructuum maturorum tempore obitus, nec aliter inſpicitur rata anni.

Ad Dec. *l. ſi donatione in fi. C. de collat.* Item dico in procuratore ſuperſtite, ſi ſit praxis æſtimanda & partienda.

Initio matrimonij vir emit officium, putà Apparitoris, duxauit annis triginta, præmoritur vxor ſine filiis, reſpondit *Chartier & de Thon* quod tenetur vir *rapporter l'office en commun*, vel mediam pretij quod illud emit. Ego verò dixi quod imò debet ſolum conferre vel minus capere æſtimationem communem, quod nunc valet. Quid enim ſi non poteſt amplius officium vendi; videlicet poſt edictum de ſupprimendis? Quid ſi minus vendi, hoc non debet cedere damno ſolius viri. Item quod ſi poteſt plus vendi, nonne debet eſſe commodum commune etiam hæredum vxoris? Reſpondi ſic.

Fallit Alexand. verb. *particularis*. Mulier habens quinque ſorores legat eis conquæſtus æqualiter, vt veniſſent per ſucceſſionem. Reſpondi, eſt quædam diuiſio, & ſic legatum non cadit in conquæſtum, ſed eſt proprium legatariis.

§. CXII.

ITEM & laquelle moitié des conqueſts ainſi appartenant, & aduenuë aux heritiers du trepaſſé, eſt le propre heritage des heritiers: Tellement que ſi tels heritiers vont de vie à treſpas ſans hoirs de leur corps, telle moitié retourne à leur plus prochain heritier, du coſté & ligne de celuy des deux mariez, par le treſpas duquel leur eſt aduenuë ladite moitié.

§. CXIII.

ITEM le mary eſt Seigneur des actions mobiliaires & poſſeſſoires, poſé qu'elles procedaſſent du coſté de la femme, & peut le mary agir ſeul & deſduire les droits & actions en iugement, ſans ſadite femme.

§. CXIV.

VNE femme eſtant en lien de mariage ne ſe peut obliger, ſans le conſentement de ſon mary, ſi elle n'eſt ſeparée ou marchande publique; auquel cas elle ſe peut obliger, touchant le fait & dependances de ladite marchandiſe publique.

SVMMARIA.

1. *Mulier poteſt teſtari ſine conſenſu mariti.*
2. *Maritus fruitur fundo quem mulier vendidit ſine authoritate ſua.*
3. *Maritus tenetur de veſtibus neceſſariis datis vxori.*
4. *Propria vxoris non poſſunt capi à creditore mulieris, quin ſe maritus opponat pro fructibus in patria iuris ſcripti.*
5. *Mulier poteſt donare & vendere propria ſine conſenſu mariti, ſi donatio vel venditio ſit ex iuſta cauſa, & tamen iudicatum contrà, rege ſedente in Curia.*
6. *Mulier maior annis non poteſt authorari à marito minore 25. annis.*

Maritus fruitur fundo quem mulier vendidit ſine authoritate ſua.

1. POteſt tamen teſtari ſine conſenſu.

2. *Ne ſe peut obliger.* Quod prorsùs non valet. *Bourges §. 16. tit. primo.* Idem ſentiebant quando conſuetudo intelligitur diſponere vt vetat: ſed *de la porte* dixit eſſe arreſtum *en Poitou* contrà *la Dame de Bazoches* quod maritus gaudebit: ſed poſt obitum eius tenebit contractus, & venditio fundi ſine authoritate viri venditi.

Marchande publique. Et in concernentibus mercantiam tantùm. Adde quod hoc caſu tenetur etiam nomine ſuo.

Maritus tenetur de veſtibus neceſſariis datis vxori.

3 Sed quid de ea quæ erat in Curia viri conſenſu, & ſic emit pro 1000. pannos veſtium, quibus ſecundum ſtatum ibi indigebat, & promiſit ſoluere, vel ſolui facere per maritum. Videtur quod non teneatur, tum quia vt vxor, tum quia erat debitum & onus viri, pro quo ſe obligare non poterat; nec habet locum Velleianum, licet receperit pro ſe, quia non recepit ad ſuum commodum & vtilitatem: ſed ad commodum viri, qui ad hoc tenebatur, & factus eſt dominus veſtium, nec facta eſt vera acquiſitio mulieri: quia vir tenebatur de ſuo veſtire ſecundum ſtatum,

Digitized by Google

nec erant communes. Secus in hoc articulo, quia gerebatur negotium commune, ad augendam communem ſocietatem, & ſic poterat in totum obligari, imò tantum pro media, videtur falſum quod in totum, ſicut fortius in reditu. Sed in hoc quia mulier nihil recepit, vndè diſponere poſſit, etiamſi poſt obitum auferat, quia interim poſſunt conſumi: ſed verius videtur quod teneatur ad mediam, & pro eadem habeat recurſum contra virum: tùm mulier non poteſt obligari pro debito viri, cum authoritate viri: tùm quia eſt hoc debitum officium viri, ergo mulier non poteſt ſe obligare, & etiam mercator hoc ſcit: Amplia etiamſi dicat eam procuraticem, quia ſumus inter prohibitos, & ſic non ſequitur quod poſſit obligari nomine proprio, quia non poteſt hoc eſſe de proprio mandato. Quid enim ſi mandaret vxori vt ſe obligaret pro obligatione iam à ſe contracta, non valet: ergo idem ſi pro contrahenda, quia ad iſtud tenebatur maritus. Nota quod Comitiſſa habuerat benè pro *vingt mil liures d'habillemens à ſes nopces*, licet nihil attuliſſet, & poſt ſeſquiannum adit curiam regis *& en prend encores pour vnze mil liures*: paulo poſt maritus moritur, tamen reſpondit Dominus *Marilhac* quod hæres defuncti debet totam ſummam ſoluere: quia vir ad illud tenebatur, & verè ſimiliter oſtendit non fuiſſe acceptum, niſi in cauſam in quam tenebatur maritus. Rurſus dictum fuit quod ipſa quando nupſit debebat *ſix cens liures*, & nihil attulit; ideò vir de ſuo ſoluit, nunc ipſa renunciauit communitati, quod abſque dubio hæres viri debet totum ſoluere; quia non attenditur quod de facto contigit; ſed quod accidere potuiſſet virum longè ſuperlucraturum, ſi vxori obueniſſent mobilia multa.

In patria iuris ſcripti propria vxoris non poſſunt capi à creditore vxoris, quia maritus ſe opponat pro fructibus.

4. Quando ergò vir authorat mulierem in patria conſuetudinaria, quia fecit negotium commune, obligabitur, ſi vxor ſuccumbat: ſed in patria iuris ſcripti, vel vbi non auget communitatem, non obligabitur: vndè in patria iuris ſcripti non propterea poſſunt ex ſola authoritate mulieris propria capi, quin ſe opponat pro fructibus qui ſunt dotales.

Mulier poteſt donare, & vendere propria ſua ſine conſenſu mariti, ſi donatio vel venditio ſit ex iuſta cauſa.

5. *Chartier* & alij ſolent tenere quod mulier ſine conſenſu viri, & authoritate, poteſt ſua propria vendere, ſine eius præiudicio, quod videtur falſum per hanc conſuetudinem. Non obeſt *l'arreſt de Gaedon*, quia ibi ponit ius legis ſecundum conſuetudinem communem aliam. Tamen dicunt idem iudicatum in terminis aliarum conſuetudinum; & quod alias eſſet iniquum, quia vxor non poſſet diſponere, niſi ad libitum mariti. Ideò acquieſcere, dummodò donatio vel venditio fiat prudenter, & iuſta de cauſa; itaut eſſet iuſta cauſa authorandi, non in præiudicium viri, nec liberorum omnium communium. Sed certè contrà iudicatum eſt *touchant Madame de Bazoches & le contract declaré nul*, & initia *de Careſme* 1549. per arreſtum in ſimili.

Dicit *Chartier* quod viro recuſante vxorem authorare in lite, vel ſucceſſiuo dici debet quod fiet ſeparatio bonorum illorum, & ita Anthon. Curtius, *l. fin. C. de iis quæ liber. in princip. verb. ſiuè è contrario.*

Mulier maior annis non poteſt authorari à viro minore 25. annis.

6. Secus ſentit de muliere maiore, quæ prædium alienauit authorata à viro minore 25. annis, an valeat? videtur quod non, quia qui ipſe vendere non poteſt, authorare neque poteſt: tùm quia videtur in eum finem authorari vt pretium habeat, & abutatur, quod non poteſt, nec vult conſuetudo. *Clement. de reb. eccl. non alienand.* & puto quod non valet.

Hodiè non ſeruatur lex 1. quand. mul. tutor. off. fung. poſſ. quia vt non mater & extranea poteſt eligi, quid ergò ſi poſteà nubat? Reſpondi non perdit tutelam, quia per matrimonium non corruit, nec vitiat communionem, & ſic vt tutrix, non nomine ſuo obligabitur, & cum eis in ea qualitate tuto contrahetur, vt nomine ſeruato, vir tantum obligetur, non ſuo proprio, niſi continuando veterem communionem, tum nomine ipſius in caſum de quo vir non poterat exequi: nam poteſt peti vt perimatur tutela & alius tutor detur, ſed ipſo iure non permittur, ſed de facto ipſius.

MARCHANDE PVBLIQVE.] Ergò in iudicio vt ſeruaui: *vne vendereſſe* mutuo capit 20. *eſcus*, condemnata, *l'on fiſt commandement au mary, qui s'oppoſe*, quia non nominatus in ſententia. Certè videtur quod hoc non obſtante tenebitur: quia non eſt hæres, qui neſcit; ſed viuens qui præpoſuit: vt actio in inſtitorem eſt, ex eo agitur contra dominum, ſinè alio declinatorio.

---

§. CXV.

IL eſt loiſible à vne noble femme, extraicte de noble lignée, & viuant noblement, de renoncer, ſi bon luy ſemble, apres le treſpas de ſon mary, à la communauté des biens d'entr'elle & ſondit mary, la choſe eſtant entiere, & en ce faiſant demeurer quitte des debtes mobiliaires deuës par ſondit mary au iour de ſon treſpas.

SVMMARIA.

1. *Mulier quæ ſe obligauit pro marito, & renuntiat communitati, hæredes viri debent eam reddere indemnem.*

2. *Mulier quæ renuntiat communitati, non debet exire nuda: ſed habere veſtes ordinarias* à ſon vſage, *non autem* celles de cabinet.

Mulier quæ ſe obligauit pro marito, & communitati renuntiat, hæredes viri debent eam reddere indemnem.

1. SEcùs de debitis per ipſam contractis; niſi quod ſe marito obligauerit, vel reditum ſimul conſtituerint, debent hæredes viri eam reddere indemnem. Quid ſi vir promiſerat dotem pro filia communi ſoluere, deindè vt ſolueret, conſtituerit reditum pro vxore? Reſpondi valet debitum, & ceſſat Velleianum, ſecundum *l. fin. C. ad ſenat. Velleian.* ſed ſi vxor renuntiat communitati, tenentur hæredes viri eam exonerare.

Mulier communitati renuncians non debet exire nuda ſed habere veſtes neceſſarias à ſon vſage, & non celles du cabinet.

1. Dixi quod hæc renuntians non debet exire nuda: ſed habere ſua veſtimenta; vt veſtes ordinarias ſecundum ſtatum, non autem quæ cadunt in modum peculij, vel *de cabinet.*

Ex pacto *qu'elle ſe pourra tenir à ſes conuentions & prendre ce qu'elle aura apporté, ou prendre la communauté*, vtrùm renuntiando debeat capere ſucceſſiones & legata, conſtante matrimonio ei delata? Videtur ſic: quia renuntiatio communionis trahitur retro. Contrà, quia electio limitatur, & videtur tempore electionis tranſigere. Solue, verba ponderanda.

de curatore; vnde si superstes est prodigus, vel eget curatore, debet excludi: item quia diffidit de remanente; ergo magis de prodigo, quod est plus.

QVINZE ANS ACCOMPLIS.] Sed si prius nubunt authoritate parentum, finitur.

Nobilis potest acceptare la *bourgeoise* si vult.

Tutelæ omnes sunt electiuæ.

3. Vidi in Castellero quod mater conuolans ad secunda vota, fuit electa cum vitrico tutrix. Verum est quod conuolando perdit: sed iterum potest eligi: quia omnes tutelæ sunt electiuæ, & benè. Deinde iterùm vidua *par certains nombres de parens appellez, dict par l'vn des Conseillers du Chastelet qu'elle demeureroit tutrice, & neantmoins* (etiam contra debitum) *crée vn curateur, quant aux actions, & pour La confection de l'inuentaire & partage*, & tunc mater non debet facere inuentarium tanquam tutrix; quia in hoc excluditur à curatore, nec debet authorari in negotio in quo habet partem: sed suo nomine & executorio testamenti cum dicto curatore.

Tutela extenditur non vi iurisdictionum: sed vi actus primati & iuris communis.

2. Quod tutela extenditur vbique, non est vi iurisdictionum, sed vi pacti primati & iuris communis passiuè se extendentis, & sic illud iudicis, vel statuti factum non agit in alienum territorium. Sed certè aliud est in statuto expectandum, vt in hac consuetudine, & sic vera ratio non benè tangetur per Alexand. *consil.* 118. *num.* 3. hic contra Alexand. *consil.* 129. *num.* 3. *lib.* 1. quod tutor habet legitimam potestatem ex quo interuenit iuramentum, vt petitum fuit, licet Iudex non exegerit specialiter factum, *dicti* §. *fin. & col. fin. de adminis. tut.*

Gardia vteri semel acceptata retrotrahitur.

3. Non est tutor vteri. Alex. *conf.* 171. Tamen dico quod hæc gardia trahitur retro semel acceptata.

Tutor non potest transferre possessionem per actum fictum.

4. Quod tutor non potest transferre possessionem per actum fictum. Alexand. *consil. lib.* 3. quod per actum nullum non facit colono mutare causam possessionis. dixi contra Alexand. *consil.* 117. *lib.* 5. & *conf. fin. num.* 5. *lib.* 6.

Tutor propria authoritate potest diuertere pupillam etiam à matre ad vitandas nuptias.

5. Tutor propria authoritate potest diuertere pupillam etiam à matre ad vitandas nuptias. Aymo *consil.* 18.

Gardien noble potest recta conuenire à creditoribus.

6. Vtrum creditores possint conuenire recta *le gardien noble*? Respondi sic, probando quod acceptauerit, *la garde noble*; vel si talem se fateatur.

Tutela etiam absentis finitur Boer. *decis.* 88.

Qui mobilia non capit tanquam hæres, non tenetur ad debita, nisi pro rata bonorum.

7. A LA CHARGE DE PAYER PAR LE GARDIEN.] Pro rata tantùm bonorum, etiam si sua faciat mobilia; vnde solent facere inuentarium ad clarificationem, & ne teneantur vltrà. Et statutum per arrestum, quod qui non capit mobilia tanquam hæres, non tenetur ad debita, nisi pro rata bonorum, si constet. Sed tamen videbitur infrà art. 116.

Fructus tutor recepit *à la S. Martin* & prout valent tunc, *les garde* & suo periculo & commodo vendit, vt plus valent, an debeat reddere? Respondi æquitas, est: si enim pupillus non habet vbi seruare possit, & commodè possit, secùs, & hoc nisi aliàs æquitas informet; vt quia mater, vt sit amplior reditus, *les tenoit en sa main sans les affermer*, & *si à la saint Martin* semel maiorem habet quantitatem *dont fait reserue*, benè seruat *neuf mois*, & suo commodo carius vendit, tolerandum est: quia mater non petit aliud salarium suæ diligentiæ pro minoribus sumptæ: sed eorum commodum fecit magis quam si dedisset *à ferme* communi pretio, vt poterat.

Mercedes defuncto debitæ cum defunctus moriens sunt inter bona mobilia.

8. *Le gardien* qui non facit mobilia sua, sed tantùm fructus, non posset habere fructus, id est mercedes à colonis debitas mense Nouembri, quando defunctus obiit mense Octobri, post fructus collectos? Respondi non, quia iudicantur mobile, ita quod spectent ad executorem testamenti, secus de censibus & reditibus præteritis.

Le bail à ferme finitur hoc iure finito.

Pater potest agere pro filio non emancipato, etiam viua vxore.

9. Pater potest, etiam viua vxore, pro filio non emancipato agere tanquam pater, & legitimus administrator, etiam videtur quod petitorio *l.* 1. *C. de matern.*

Rex in Normania vtitur *du bail* omnium minorum nobilium & soluit debita: Dominus *de Ragueux* habebat bona in multis locis, Rex cessit *à Suzanne de Bourbon sa vefue*, matri pupilli, totum ius *du Bail*. Responsum cum *Chartier & Seguier* quod solus & pro rata bonorum: quia cesserat omne patrimonium, & sic pro rata sitorum Normaniæ, præsertim cum ibi defunctus non haberet domicilium & Rex non habeat *les fruicts* alibi sitorum.

Gardia non extenditur ad bona sita in alia Prouincia quæ non admittit gardiam.

10. Ergo in diuersum *le bail* non extenditur ad bona saltem immobilia alibi sita. Item non potest cedi directo: sed benè cedi potest commoditas, aliàs abusus horribiles. Rex enim primo petenti extraneo *donne la garde d'vn mineur de quatre ou six mil liures de rente*, & ille tanquam habens donum Regis, omnia dissipat. Certè non sic data est Duci, sed vt per se, vel officiales suos, *qui ont le serment* Regi, curet tanquam fidelis propugnator.

---

§. C.

GArdenoble se doit accepter en Iugement.

SVMMARIA.

1. *Res immobilis non extenditur vltra locum consuetudinis.*

2. *Tutor potest agere etiam inuentario non facto.*

ACCEPTER EN IVGEMENT] fortè vt sciatur an sit prodigus, vel egens curatore, vel desponsatus, & sic oporteat vocare parentes, vel tutores; sed non obseruatur, vel vt sit libet, nec sit in potestate parentis, an sit custos, vel non: quia tunc temporis *les Notaires* non tenebuntur seruare prothocolla; sed in iudicio semper acta seruantur & nota sunt.

In quibus conuenit cum tutela?

Res immobilis non extenditur vltra locum consuetudinis. Tutor potest agere inuentario non facto.

1. Differt in eo primo quod res immobilis non extenditur vltra locum consuetudinis; sed tantum quoad ea quæ sequuntur personam.

2. Potest tutor agere, etiam inuentario non facto. *consult. fol.* 40.

Textum amplia, etiamsi vidua sit minor: quia certat de acquirendo, & super minoribus. Sed quid si aliquis dicebat ei quod non opus erat petere, & impediuit. Respondi, de dolo teneri potest ad interesse. Non ergo trahitur retrò quantum ad lucrum huius & damnum minorum: sed benè in eorum commodum. Imò trahitur retrò, si est modicum tempus, & totum onus ipsa exequetur & suscipiet.

Hæc stipulatio implicat stipulationem saluam rem fore.

Hypothecam ex terminis, quin imò ab administratione expressam, si semel in iudicio acceptauerit: quia in terminis iuris etiam est hypotheca tacita.

Mater *prenant la gardenoble* se obligauit maior annis 25. *acquiter & racheter toutes les rentes*, &

inuenitur quod plus valeat, quam bona. Reſpondi primò quod ſi moritur antequam finita ſit tota gardia, non tenetur niſi pro rata commodi ad ratam temporis: quia eſt hoc onus voluntariò ſubitum, ſpe totos gardiæ fructos percipiendi; ita ſi filij præmoriantur tempore, gardiæ ſed ſi ipſa toto tempore agat, poteſt reſtitui, ſi dicat ſe deceptam, nec intellexiſſe onus perſonale quod edere tenebatur; præſertim ſi benè conſuluit filiis, & ſi hoc onus eorum gratia ſuſcepit, ad excludendum infidos & ſuſpectos tutores, qui non tam benè geſſiſſent, & contra eam non debet liberalitas retorqueri.

Blæſis ſexagenarius habens 64. annos duxit vxorem, puellam *de 20. ans*, per 14. annos non habuit liberos, deceſſit habens ferè 80. annos, relicta vxore grauida *de ſix ſemaines*, condidit teſtamentum ante annum, in quo nulla legata particularia facta ſunt, ferè bona ſua abſorbentur vni nepotum *pour la bonne amour & agreables ſeruices, donne vne maiſon à la charge de faire dire vne Meſſe perpetuelle*. Vidua *à la garde* partus futuri, & benè per *l. cui in vtero 7. D. de ſtatu homin.* Petuntur legata, impedit: quia reuocata. Concluſum cum Domino *Chartier & de Thou* Septemb. 1548. non deberi: quia verisimiliter non legaſſet, ſi cogitaſſet de liberis, & ſic dicta fundatio corruit.

TITVLVS NONVS

DE CVSTODIA PAGANICA.

§. CI.

PAR la Couſtume tenuë, gardée, & obſeruée en la Ville de Paris, quand l'vn des deux conjoints enſemble par mariage va de vie à treſpas, delaiſſe aucuns de leurs enfans mineurs, il eſt loiſible d'accepter la gardebourgeoiſe, gouuernement & adminiſtration deſdits mineurs, & de leurs biens, meubles & immeubles en iugement. Et en ce faiſant, faire par ledit ſuruiuant les fruicts & reuenus des heritages deſdits mineurs ſiens, en nourriſſant, & entretenant pariceluy ſuruiuant, iceux mineurs, & payant & acquitant les charges deſdits heritages, & iceux entretenans de reparations viageres, iuſques à la fin d'icelle garde, qui dure aux enfans maſles iuſques à quatorze ans, & aux filles iuſques à douze finis & accomplis. Pourueu que le pere, ou la mere ſuruiuant, qui acceptera ladite gardebourgeoiſe ne ſe remarie: car ce en cas, le cas de la garde ſera fini, & ſera pourueu auſdits mineurs de tuteurs & curateurs par le Iuge auquel appartient d'y pouruoir.

SVMMARIVM.

1. *Gardebourgeoiſe limitatur ad ciues morantes in vrbe.*
2. *Vnus ex tutoribus appellantibus à ſententia, non poteſt acquieſcere pro parte ſua.*
3. *Habens quatuor liberos excuſatur à tutela.*

Gardebourgeoiſe limitatur ad ciues morantes in vrbe. 1. EN LA VILLE DE PARIS] videtur limitare ad bona ſita intra vrbem; imò ad ciues tantum morantes intra vrbem, & hoc verius.

Vnus ex duobus tutoribus appellans à ſententia non poteſt acquieſcere pro parte ſua. 2. Vnus tutorum acquieſcit ſententiæ, alter appellat ſuper certa ſententia, an poſſit acquieſcere pro parte ſua? Reſpondi, non: quia non habet partem, & appellans in ſolidum appellat.

Habens quatuor liberos excuſatur à tutela. 3. Dictum per arreſtum quod habens quatuor liberos excuſatur à tutela.

§. CII.

GArdebourgeoiſe ſe doit accepter en Iugement, & eſt tenu le gardien faire faire inuentaire, & bailler caution.

QVia non ſoluit debita, nobilis etiam ſoluit debita: & ſic videtur quod conſuetudo hac ratione non onerauit eum cautione & inuentario. Sed hoc non eſt iuſtum: quia poſſent eſſe multa mobilia & nulla debita, & nobilis facilè diſſiparet, volens renubere, antequam eſſent tutores.

§. CIII.

PAR ladite Couſtume vn gardien, qui a la gardebourgeoiſe de ſes enfans, ne peut intenter ne déduire les droicts & actions reelles deſdits mineurs en Iugement, durant ladite garde: mais appartient à ce faire aux tuteurs & curateurs deſdits mineurs.

Actions reelles, ſcilicet immobilia, etiam perſonales tendentes ad alienationem immobilis. Salicet. *conſil.* 31.

Digitized by Google

tate) vt dicatur, quod vir teneatur conuertere in propria. Plus videtur quod etiam ſi ſint filij communes, ſi tamen vir habet multò plures filios ex priore matrimonio, quos vult ſic auantager, poteſt hoc, ſilente vxore, impediri ab habilibus ſuccedere in propriis dictorum filiorum. Fortè etiam probare poſſent filij alienationes faciendo contractus ſimulatos, & ſic medium retractum, ſub pœna damnorum & intereſſe. Sed nonnè poſteà filij ſecundi matrimonij hæredes patris poſſunt cauſare, illud aduantagium, & petere à filiis primi, vt conferant? Reſpondi ſic, oſtenſis coniecturis aduentangiandi, quæ tamen de facili non debent admitti.

§. CVI.

VNE femme mariée ne peut eſter en iugement, ſans le conſentement de ſon mary, ſinon qu'elle ſoit ſeparée.

SVMMARIA.

1. *Vxor poteſt vt coniuncta perſona ſuſcipere defenſionem mariti abſentis.*
2. *Mulier quæ litigauit pro marito, & ſuccubuit in impenſis eius, propria bona non tenentur, ſed ſola media pars bonorum ſocietatis.*

Vxor poteſt vt coniuncta perſona ſuſcipere defenſionem mariti abſentis.

1. MArito tamen abſente, *qui eſt pourſuiuy par defaut*, poteſt vt coniuncta perſona ſuſcipere defenſionem; vt vna quæ habuit *lettres Royaux pour eſtre à ce authoriſée pour le Roy & par Iuſtice* in abſentia mariti. Sed ſuccubuit.

2. Vtrum nomine ſuo teneatur ad impenſas? Reſpondi teneretur, ſi eſſet cauſa priuata vxoris; ſed ex quo erat cauſa mariti, & ſic non nomine priuato, ſed tanquam vxor *en la moitié de la Communauté*.

Mulier quæ litigauit pro marito & ſuccubuit in impenſis, eius propria bona non tenentur: ſed ſolum media pars bonorum ſocietatis.

§. CVII.

ITEM le mary eſt ſeigneur des meubles, & conqueſts immeubles par luy faits durant & conſtant le mariage de luy & de ſa femme; en telle maniere qu'il les peut vendre, aliener, & hypothequer, & en faire & diſpoſer par diſpoſition faite entre vifs, à ſon plaiſir & volonté, ſans le conſentement de ſadite femme, à perſonne capable & ſans fraude.

SVMMARIA.

1. *Filius vnicus poteſt eſſe donatarius patris inter viuos & hæres.*
2. *Fraus præſumitur in coniuncta perſona.*
3. *Maritus non poteſt donare inter viuos conquæſtus immobiles filiis communibus in fraudem vxoris ſuperſtitis.*

QVod ergo maritus viuens donat, eſt extrà bona, & reſiduum quod tempore mortis reperitur, æquè diuidetur, *infr.* §. 111. ſed quid ſi maritus dedit mediam partem domus conquæſtæ, retento vſufructu, an reliqua pars tantùm diuidetur, & ſic vidua ſolam partem auferet? Reſpondi ſic, quemadmodum ſi vendidiſſet mediam partem, retento vſufructu; quia in venditione non eſt fraus: Idem ergò in donatione, modo non ſit fraus. Item ſecùs ſi appareat de animo quod volebat ſuam tantùm partem donare poſt mortem: velut ſi dederit mediam bonorum ſuorum poſt mortem: quia tunc clarum eſt ex retentione ad tempus diuiſionis, quod ſolum de dimidia intelligitur, & remanet dimidia ſuæ vxori.

Filius vnicus poteſt eſſe donarius inter viuos & hæres.

1. Maritus vnico communi filio donat omnes conquæſtus ſuos præſentes & futuros, an ſit fraus vxori? Reſpondi ſic indubitanter, ex quo omnes conquæſtus dat in genere, & ſic exauſit communionem, ita quod idem ſi daret extraneo, multò fortius quod filio. Clarum eſt enim quod hoc fecit, ne vxor, ſi ſuperſtes ſit, poſſit nubere, vel diſponere: ſed ſi dediſſet res particulares, eſſet dubium: Tamen videtur A quod poſſit; & hoc caſu poterit etiam eſſe hæres, nec tenebitur conferre, quia non habet cohæredem.

Fraus facilius præſumitur in coniuncta perſona.

2. *Belut* habet iuuenem fratrem aduocatum, *luy donne mille eſcus, pour achepter vn office, ou s'aſſeurer*: Deindè moritur vxor ſine liberis, hæredes eius petunt conferri mediam dictæ ſummæ. Reſpondi ex quo non eſt donatum moriente vxore, quæ ſuperuixit tres annos, nec pupilli ſunt, nec aliæ ſuſpiciones fraudis, non tenetur maritus conferre: quia donare poterat: nec eſt perſona coniuncta prohibita; niſi quod in ea faciliùs poteſt fraus præſumi fraudandæ communionis, & attrahendi totum ad partem viri: quæ fraus tamen aliter probanda eſt, aliàs tenet actus, aliàs eſſet ponere vitium in curatela. B

Maritus non poteſt donare inter viuos conquæſtus immobiles filiis communibus in fraudem vxoris ſuperſtitis.

3. Vir dat *tous ſes conqueſts immeubles* filiis communibus. Reſpondi eſſe fraudem vxori: quia vidua non poterit nubere, nec aliis futuris filiis ex alio viro communicare poſſet. Idem ſi vir fecit ſub tempore quo moritur, niſi fortè vxor eſſet amens, & ei vſusfructus reſeruaretur; & ſic meliùs & tutiùs domi conſuleretur.

§. CVIII.

ITEM le mary ne peut vendre, faire partage, ou licitation, charger, obliger, ny hypothequer le propre de ſa femme, ſans le conſentement de ſadite femme, icelle de par luy authoriſée à cette fin.

Digitized by Google

LA couſtume de Normandie d'encombrement de mariage s'entend quando vxor ſine viro, vel vir ſine ea vendit, vel alienat propria vxoris, ſecùs ſi ambo ſimul, vt per gloſſam 161. & dicunt eſſe plura arreſta Rothomagi.

Molendinum ſpectabat ad vxorem, *par bail fait à elle, & à ſon premier mary* pro 100. lib. penſionis; nubet ſecundo cui dat in cõtractu matrimonij vſumfructum quamdiu ſuperuiuet. Deindè ambo *en font bail* Ioanni *du Croc*, pro tempore reſtante *bail fait à Benoiſt premier mary de ladite femme & promettent garentir* ſimpliciter *& outre à la charge d'vn loüage enuers les bailleurs*, non dicitur *qui ſera propre à la femme*, ſed ſimpliciter. Id tamen intelligitur: ideò cum poſt mortem vtriuſque ille Ioannes turbaretur à quodam, *qui pretend vne garentie & met panonceaux* quaſi poſſeſſor, deinde infrà annum capit petitorium. Reſpondi quod reus primò *doit eſtre maintenu*, quia turbatur, cum damnis & intereſſe: ſecundò habet ſuas defenſiones in petitorio, vtrum poteſt ſommare pro authore, hæredes mariti ſecundi, vel ſolum hæredes mulieris? Reſpondi quia facta eſt confuſio ſuæ pecuniæ & nihil cecidit in communionem, & ſic ex quo vocabitur maritus, & dabitur intelligi quod erat proprium vxoris, ſequitur A quod non tenetur, nec cenſetur promiſiſſe, niſi vt maritus, & de eo quod conſuetudo dat marito, ex quo non eſt clauſula generaliter, interpretanda eſt etiam clauſula, *& meſnement ledit tel en ſon nom pour le tout, en la loy* ſi quis domum D. locati: aliàs teneretur, quia poteſt fideiubere pro vxore. Sed tunc haberet actionem contrà hæredes vxoris, vt ſeruaretur indemnis, cum ceſſat apparens culpa, ſi fuerat in culpa malè adminiſtrando & inconſultè concedendo ad plus iuris quam habeat mulier, tunc hæredes mulieris haberent recurſum contrà virum; Quid enim ſi dictum fuerat eſſe proprium vxoris, vt putà ſi ipſa vendat vel concedat, & maritus eſt in bona fide; ſecùs ſi eſſet in dolo vel lata culpa: quia vxorem errantem cohibere potuit, & debuit: quia habet eam in poteſtate, nec debuit ei author eſſe ad malum. Si etiam ſine dolo nominatim affirmauerit *du propre d'elle*, tenetur, quando ſcit, ita quod aliàs non erat alter contracturus: ſecùs ſi perfunctoriè ambo ſimul affirmauerunt eſſe *du propre d'elle*.

Limita conſuetud. Borbon. art. 238.

Vxor poteſt vendere dotem mariti conſenſu, etiam in Neuſtria: quia *il y a arreſt de Rouen qui declare que profit de mariage encombre n'a lieu, quand la femme vend auec ſon mary.*

§. CIX.

ENtre homme & femme, conioincts enſemble par mariage, y a Communauté, en telle maniere qu'à cauſe d'icelle Communauté le mary eſt tenu perſonnellement de payer les debtes mobiliaires deuës à cauſe de ſa femme, & en peut eſtre valablement pourſuiuy durant leur mariage. Et auſſi la femme eſt tenuë apres le treſpas de ſon mary payer les debtes mobiliaires, faites & accreües par le defunct, tant durant le mariage, que parauant iceluy.

SVMMARIA.

1. *Maritus tenetur ſoluere debita vxoris vndecunque, cùm eſt communio.*
2. *Confeſſio viri recepiſſe dotem vxoris non nocet hæredibus ipſius vxoris, nec eius ſcriptura, niſi probetur facta ante obitum vxoris.*
3. *Propria vxoris non poſſunt vendi pro debito perſonali ipſius viri.*
4. *Creditor mariti non poteſt facere* ſubhaſter le viage deu ſur les biens de la femme, *ſed ſolùm capere fructus purè naſcentes.*
5. *Creditores curati non poſſunt vendere* le viage du Curé du temporel de ſa Cure.
6. Obligation de garentir, ou pour autruy, n'eſt debte de Communauté.

PAr mariage, quid ſi clam? Valeſia art. 94.

Maritus tenetur ſoluere vxoris vndecunque, cum eſt communio.

1. Maritus per contractum matrimonij debet habere ab vxore 300. l. quæ debet afferre viro. Vir *eſt pourſuiuy, pour reprendre quelque procez de la femme*, non vult, *& ne la veut authoriſer, il eſt dit qu'il ne ſera tenu l'authoriſer*, tandem ipſa damnatur & in expenſis, quibus taxatis, fit quædam executio ſuper bonis vxoris, *le mary s'oppoſe pour les* 300. *l.* tanquam habens hypothecam. *Debouté & condamné en l'amende & aux deſpens*; quia eſt communio, & ſic tenetur ſoluere vxoris vndecumque, *au rapport de Monſieur Mangeot* contra Bucot.

Confeſſio viri recepiſſe dotem vxoris, non nocet hæredibus illius vxoris, nec eius ſcriptura, niſi probetur facta antè obitum vxoris.

2. Quid viro *en ſon traitté du mariage* eius ſocrus promittit 100. l. poſt annum: infrà biennium mortua muliere, eius hæredes faciunt *executer* ſocrum pro hoc, quæ producit apocham filij, quam fecit ab eo recognoſci, & verificari. Reſpondi executionem bonam, & quod non obſtante dicta apocha & verificatione rectè adiudicatur *la garniſon*, nec verificatum reperiri datam in qua vis eſt; ſicut confeſſio viri omnimodo non nocet hæredibus vxoris, ita nec eius ſcriptura, niſi probetur facta antè obitum vxoris, cum verisimiliter ſi receptio de antiquo eſſet ſcripta in opiſtographo contractus matrimonij, vt ſolet; ita etiam in aliis contractibus. Quid de eo qui duxit certam diuitem viduam, quam malè tractat: poſt eius obitum producit inſtrumentum mutui paſſim de 300. l. vt liberetur de media. Primò quia data triduo ante obitum vxoris ægræ, nec conſtat de numeratione, niſi per confeſſionem: ſecundo quia creditor prætenſus pauper: Tertio quia non inuenitur ſumma, nec aliud ſubrogatum. Quartò quia vxor *eſtoit bonne meſnagere*. Quintò quia vir erat fallax & inſolens. Et ita eſt concluſum.

Quidam pater filiæ nuptæ ſub ſyngrapha promiſit mille ob amorem, & quia renuntiauerat bonis maternis & paternis, quæ vult per ſuos hæredes ſolui *en deniers, ou heritages*. Ecce quod pecunia in diſpoſitione, fundus in ſpecie, poſt obitum viri dicitur eſſe mobile. Contrà reſpondi: Quia eſt ſubrogatum vice ſupplementi legitimæ ſuæ ſucceſſionis; vndè ſi hæredes patris velint ſoluere in terra, erit proprium: ſi verò nunc ſoluunt in pecunia, ex quo ſoluunt poſt ſocietatem ſolutam, non fit commune, nec retorquebitur hæc conditio poteſtatiua, ſatis eſt quod non recidat in communionem; nec per contractum, quia non poteſt eſſe conquæſtus, ſed pars ſucceſſionis; nec per condictionem, quia nondum fuit ſumma ſoluta; nec in potentia, quia non poterat exigi niſi poſt obitum, & non poterat exigi pecunia inuito debitore

Digitized by Google

fac. l. ea demum C. de collat. fac. l. fin. de condict. indeb.

Propria vxoris non poſſunt vendi pro debito perſonali ſolius viri.

3. *Femme eſt tenuë apres le deceds*, non antè; ita quod pro debito perſonali ſolius viri non poſſint propria vxoris vendi pro media, ſed tantùm fructus ad vitam mariti. Ratio, primò quia vxor non debet, ſed poterit debere & eſt incertum in fine matrimonij; interim enim maritus poterit ſoluere *& acquiter la communauté*, & ſic non eſt ſimile ſicut de duobus ex contractu ſociis æquè principaliter; quia vxor non eſt ſocia æquè principaliter, niſi poſt obitum viri, vel ſoluto matrimonio: & qua aliàs eſſent vendenda omnia bona vxoris, quia diceret maritus ſe non habere, & ad ſummum deberet priùs omnino diſcuti, quia vxor non tenetur niſi ad caſum communionis, cuius non eſt interim domina, ſed maritus; & ſic non eſt propriè ſocia, ſed ſperatur fore, & hoc æquiſſimum, & ita concluſum & iudicatum in Curia.

Creditor mariti non poteſt *faire ſubhaſter le viage du mary ſur les biens de ſa femme*, ſed ſolum capere fructus prout naſcuntur.

4. Addo quod creditor mariti non faciet vendere & ſubhaſtare *le viage du mary ſur les biens de ſa femme*: ſed ſolùm poteſt capere fructus prout naſcuntur. Ratio, quia poteſt fieri præiudicium irreparabile vxori, & magna captio; vt dixi ſuper legem *hereditati D. ad leg. Falcid.* Item quia maritus non habet ius formatum, nec eſt verus vſufructuarius, & ius quod in eis habet non poteſt vendi: & ſi vellet maritus, non poſſet vendere.

Creditores curati non poſſunt vendere *le viage du Curé du temporel de la Cure*.

5. Quemadmodùm creditores Curati non poſſunt facere vendere *le viage du Curé du temporel de la Cure*, quia etiam nemo emeret; & ſic quod maior eſſet captio, ſi Curatus plus viueret, quam debetur: ſed ſolum debent capi fructus vt væneant. Idem dico, quia eadem ratio.

Obligatio *de garentir*, ou *pour autruy n'eſt debte de la Communauté*.

6. Iudicatum in Curia quod ſi vir qui vendiderit *s'eſt obligé à la garentie*, Idem ſi vt fideiuſſor, non eſt *debte de Communauté*: Ideo non tenetur vidua ſoluere dimidiam: ſed tantùm tenetur pro rata bonorum, ſine vſque ad concurrentiam, & ſic in vim hypothecæ, ergò tenetur de toto in vim hypothecæ, & non de dimidia tantùm, facta tamen alterius diſcuſſione.

Des 3000. *liu.* pactum quod vir tenebitur tertiam partem *employer en propres pour elle, & où il ne l'aura fait, elle prendra* tertiam partem *ſur tous les biens du futur eſpoux & de ſes heritiers*. Accidit quod poſt ſeptem annos vxor moritur, non facto *l'employ*, hæredes eius petunt à viro ſuper eius bona dictam tertiam partem, offert dimidiam, quia, inquit, voluit *auantager* vxorem, ſed non hæredes: ſed malè, tum dicitur *ſur luy*, ergò caſu quo ſuperſtes ſit. Verum eſt quod clauſula, *où il ne l'aura fait*, præſupponit moram, & ſolum congruum ſpatium temporis, intra quod fieri potuit: vndè ſi moreretur ipſe vel vxor intra ſex menſes, putarem non eſſe locum pacto, ſed ſolum reddendam mediam ſummæ.

Si dictum quod non poterit alienare, quin conuerteret in alia propria, & non fecerit, ſuper eius parte capientur. Dico primò quod tunc non eſt expectandum ſpatium temporis; quia antequam vendat, debet ſaltem eodem tempore prouidere *de l'employer en propres*. Secundò ſi obuenerit ſucceſſio mulieri quam ſic cogatur ſupplere in pecunia, cenſendus non eſt alienare, ſed potius acquirere: Item ſi ſupplementum acceperit in pecunia: quia alienario neceſſaria. Si autem de ſuo ſuppleuerit, non de hæreditariis, quæ non ſufficiebant, eſt conquæſtus, vel ſi tantùm habuerit in mobili quantum in ſupplementum dedit. Sed ſi ob debita vendat conquæſtum ob hypothecam inexiſtentem, ſucceſſioni poſteà obuenienti vxori, non tenetur vir; ſi autem ob debita viri, cenſetur eius factum & tenetur: ſed ſi ob debitum de latere vxoris incertum tempore nuptiarum: ego in dubio puto quod non dicitur alienare, ſed vxor potius, ex quo eſt debitum ex latere vxoris veniens, & ſic ceſſat pœna dicti pacti, quæ etiam ſatis in his quæ ſunt de mero facto viri operatur.

§. CX.

HOMME & femme conioints enſemble par mariage ſont communs en biens meubles, & conqueſts immeubles, faits durant, & conſtant ledit mariage.

SVMMARIA.

1. *Practica procuratoris cadit in conquæſtum.*
2. *Donatio facta viro ob benemerita non cadit* en la Communauté du mariage.
3. *Maritus & vxor poſſunt ſe ſeparare.*
4. *Separatio de bonis & de corpore debet fieri per iudicem.*

Practica procuratoris cadit in conquæſtum.

1. VIdi ſeruari in procuratoribus Palatij quod practica cadit in conquæſtum, & quod dimidia ſpectat ad viduam, reliquum minoribus, quibus, facta æſtimatione datur dimidium pretij eis debitum, velut emptione facta.

Donatio facta viro ob benemerita non cadit *en la communauté du mariage*.

2. Donatio facta viro ſi fuit ob benemerita, videtur priùs quædam obligatio quæſita, quæ erat communis. Sed ſi fiat ſimpliciter pro ſe & ſuis, etiamſi dicatur *pour luy eſtre propre pour ſes hoirs de ſon coſté & ligne*, excluditur vxor, & multo fortius ſi ponatur filiis, quod ſi non diſpoſuerit venit ad ſuos hæredes, ſiue filios, ſiue propinquos. Sed nonnè dicitur diſponere *pour la Communauté?* Reſpondi non, quia & à principio non cadit *en la Communauté*. Fac. l. ſi legato 65. D. de iure dot.

Maritus & vxor non poſſunt ſe ſeparare ſine cauſa cognitionis.

3. Si ſe ſeparent ſine cauſæ cognitione dici poteſt, eſſe aduentagium, & ſemel cum vir appellaret poſt 10. annos informatum eſt *de ſon mauuais meſnage*, & ſic *par prouiſion fut dit que la ſeparation tiendroit*, tamen ſi cauſa eſt inſtructa, poteſt vir acquieſcere, & ſic valere poſſet *le iugement de ſeparation*: imò puto quod ſi voluntarie ſe ſeparent, dummodo palam & realiter hoc exequætur, quod futuri creditores non poſſent contrauenire; aliàs vir & vxor cogerentur facere litem & ſumptus, quod eſt abſurdum, ſaltem reſpectu tertij in futurum.

Separatio de bonis & de corpore debet fieri per iudicem.

4. Separatio poteſt fieri & debet per iudicem tantùm, non ſolum de bonis, ſed etiam de corpore. Et ſeparatio idem valet quod mors; ita quod ſeparatus poteſt renuntiare communioni: fallit ſi tantum contra virum & eius culpa petitur ſeparatio, qui omnia obligauit, non poteſt renũtiare, vt vxorẽ omnibus debitis oneret, vel omni mobili fraudet: habet enim vxor intereſſe vt ſoluat mediã & vt capiat mediã tantùm.

Mulier poteſt teſtari ſine conſenſu mariti.

Poteſt tempore contractus matrimonij derogari, vel dari vxori facultas acceptandi communionem, ſi velit; vel *ſe tenir à ſes conuentions*, ſi ſuperſtes ſit, vel etiam vt eius hæres poſſit, vel etiam vt ipſa poſſit eligere intrà quinque annos: ſed non poteſt vir ſibi reſeruare poteſtatem *de l'appeller à la communauté*, vt Chartier & alij 1550. ſed certè videtur quod nec primum, quia vxor poteſt intra quinque annos habere opulentam mobilium ſucceſſionem, & tunc poſſet eligere communionem & diceret maritum

pauperem; tùm posset ex parte viri paciſci, quod intrà quinque annos posset eligere an velit esse communis, vel non, etiam inuita vxore; ergò hoc verum est, quia fit fraus consuetudini, quia paciſcitur vir quod vsque ad viginti quinque annos poterit eligere, an communis esse velit, vel non: sed illi loquebantur tantùm de facultate data vxori ex causis, non secundum communiter accidentia. Est aduentagium non viro qui dominus est, sed tunc non est dominus quando derogatum est communioni, sed sunt æquales, etiam secundum communiter accidentia. Si dicas quod ea facultas intelligitur vtendo communione ad commodum eligentis tantum non præiudicat, quia vix sciri potest, & sic poterit eligere, vt debet eligi, vel non valet pactio, & certò melius est non valere, ne per indirectum fiat fraus legi.

§. CXI.

ITEM & apres le treſpas de l'vn d'eux, iceux biens ſe diuiſent en telle maniere que la moitié en appartient au ſuruiuant, & l'autre moitié aux heritiers du trépaſſé.

ETiam fructuum maturorum tempore obitus, nec aliter inſpicitur rata anni.

Ad Dec. *l. ſi donatione in fi. C. de collat.* Item dico in procuratore ſuperſtite, ſi ſit praxis æſtimanda & partienda.

Initio matrimonij vir emit officium, putà Apparitoris, durauit annis triginta, præmoritur vxor ſine filiis, reſpondit *Chartier & de Thon* quod tenetur vir *rapporter l'office en commun*, vel mediam pretij quod illud emit. Ego verò dixi quod imò debet ſolum conferre vel minus capere æſtimationem communem, quod nunc valet. Quid enim ſi non poteſt amplius officium vendi; videlicet poſt edictum de ſupprimendis? Quid ſi minus vendi, hoc non debet cedere damno ſolius viri. Item quod ſi poteſt plus vendi, nonne debet eſſe commodum commune etiam hæredum vxoris? Reſpondi ſic.

Fallit Alexand. verb. *particularis*. Mulier habens quinque ſorores legat eis conquæſtus æqualiter, vt veniſſent per ſucceſſionem. Reſpondi, eſt quædam diuiſio, & ſic legatum non cadit in conquæſtum, ſed eſt proprium legatariis.

§. CXII.

ITEM & laquelle moitié des conqueſts ainſi appartenant, & aduenuë aux heritiers du trepaſſé, eſt le propre heritage des heritiers: Tellement que ſi tels heritiers vont de vie à treſpas ſans hoirs de leur corps, telle moitié retourne à leur plus prochain heritier, du coſté & ligne de celuy des deux mariez, par le treſpas duquel leur eſt aduenuë ladite moitié.

§. CXIII.

ITEM le mary eſt Seigneur des actions mobiliaires & poſſeſſoires, poſé qu'elles procedaſſent du coſté de la femme, & peut le mary agir ſeul & deſduire les droits & actions en iugement, ſans ladite femme.

§. CXIV.

VNE femme eſtant en lien de mariage ne ſe peut obliger, ſans le conſentement de ſon mary, ſi elle n'eſt ſeparée ou marchande publique; auquel cas elle ſe peut obliger, touchant le fait & dependances de ladite marchandiſe publique.

SVMMARIA.

1. *Mulier poteſt teſtari ſine conſenſu mariti.*
2. *Maritus fruitur fundo quem mulier vendidit ſine authoritate ſua.*
3. *Maritus tenetur de veſtibus neceſſariis datis vxori.*
4. *Propria vxoris non poſſunt capi à creditore mulieris, quin ſe maritus opponat pro fructibus in patria iuris ſcripti.*
5. *Mulier poteſt donare & vendere propria ſine conſenſu mariti, ſi donatio vel venditio ſit ex iuſta cauſa, & tamen iudicatum contrà, rege ſedente in Curia.*
6. *Mulier maior annis non poteſt autherari à marito minore 25. annis.*

Maritus fruitur fundo quem mulier vendidit ſine authoritate ſua.

1. POteſt tamen teſtari ſine conſenſu.

2. *Neſe peut obliger.* Quod prorsùs non valet. *Bourges §. 16. tit. primo.* Idem ſentiebant quando conſuetudo intelligitur diſponere vt vetat: ſed *de la porte* dixit eſſe arreſtum *en Poitou* contrà *la Dame de Bazoches* quod maritus gaudebit: ſed poſt obitum eius tenebit contractus, & venditio fundi ſine authoritate viri venditi.

Marchande publique. Et in concernentibus mercantiam tantùm. Adde quod hoc caſu tenetur etiam nomine ſuo.

3 Sed quid de ea quæ erat in Curia viri conſenſu, & ſic emit pro 1000. pannos veſtium, quibus ſecundum ſtatum ibi indigebat, & promiſit ſoluere, vel ſolui facere per maritum. Videtur quod non teneatur, tum quia vt vxor, tum quia erat debitum & onus viri, pro quo ſe obligare non poterat; nec habet locum Velleianum, licet receperit pro ſe, quia non recepit ad ſuum commodum & vtilitatem: ſed ad commodum viri, qui ad hoc tenebatur, & factus eſt dominus veſtium, nec facta eſt vera acquiſitio mulieri: quia vir tenebatur de ſuo veſtire ſecundum ſtatum,

Maritus tenetur de veſtibus neceſſariis datis vxori.

Digitized by Google

nec erant communes. Secus in hoc articulo, quia gerebatur negotium commune, ad augendam communem societatem, & sic poterat in totum obligari, imò tantum pro media, videtur falsum quod in totum, sicut fortius in reditu. Sed in hoc quia mulier nihil recepit, vndè disponere possit, etiamsi post obitum auferat, quia interim possunt consumi: sed verius videtur quod tenetur ad mediam, & pro eadem habeat recursum contra virum: tùm mulier non potest obligari pro debito viri, cum authoritate viri: tùm quia est hoc debitum officium viri, ergo mulier non potest se obligare, & etiam mercator hoc scit: Amplia etiamsi dicat eam procuratricem, quia fumus inter prohibitos, & sic non sequitur quod possit obligari nomine proprio, quia non potest hoc esse de proprio mandato. Quid enim si mandaret vxori vt se obligaret pro obligatione iam à se contracta, non valet: ergo idem si pro contrahenda, quia ad istud tenebatur maritus. Nota quod Comitissa habuerat benè pro *vingt mil liures d'habillements à ſes nopces*, licet nihil attulisset, & post sesquiannum adit curiam regis *& en prend encores pour vnze mil liures*: paulo post maritus moritur, tamen respondit Dominus *Marillac* quod hæres defuncti debet totam summam soluere: quia vir ad illud tenebatur, & verè similiter ostendit non fuisse acceptum, nisi in causam in quam tenebatur maritus. Rursus dictum fuit quod ipsa quando nupsit debebat *six cens liures*, & nihil attulit; ideò vir de suo soluit, nunc ipsa renunciauit communitati, quod absque dubio hæres viri debet totum soluere; quia non attenditur quod de facto contigit; sed quod accidere potuisset virum longè superlucraturum, si vxori obuenissent mobilia multa.

4. Quando ergò vir authorat mulierem in patria consuetudinaria, quia fecit negotium commune, obligabitur, si vxor succumbat: sed in patria iuris scripti, vel vbi non auget communitatem, non obligabitur: vndè in patria iuris scripti non propterèa possunt ex sola authoritate mulieris propria capi, quin se opponat pro fructibus qui sunt dotales.

In patria iuris scripti propria vxoris non possunt capi à creditore vxoris, quin maritus se opponat pro fructibus.

5. *Chartier* & alij solent tenere quod mulier sine consensu viri, & authoritate, potest sua propria vendere, sine eius præiudicio, quod videtur falsum per hanc consuetudinem. Non obest *l'arest de Guedon*, quia ibi ponit ius legis secundum consuetudinem communem aliam. Tamen dicunt idem iudicatum in terminis aliarum consuetudinum; & quod alias esset iniquum, quia vxor non posset disponere, nisi ad libitum mariti. Ideò acquiescere, dummodò donatio vel venditio fiat prudenter, & iusta de causa: itaut esset iusta causa authorandi, non in præiudicium viri, nec liberorum omnium communium. Sed certè contrà iudicatum est *touchant Madame de Bazoches & le contract declaré nul*, & initia *de Careſme* 1549. per arrestum in simili.

Mulier potest donare, & vendere propria sua sine consensu mariti, si donatio vel venditio fit ex iusta causa.

Dicit *Chartier* quod viro recusante vxorem authorare in lite, vel successiuo dici debet quod fiet separatio bonorum illorum, & ita Anthon. Curtius, *l. fin. C. de iis quæ liber. in princip. verb. finè è contrario.*

Mulier maior annis non potest authorari à viro minore 25. annis.

6. Secus sentit de muliere maiore, quæ prædium alienauit authorata à viro minore 25. annis, an valeat? videtur quod non, quia qui ipse vendere non potest, authorare neque potest: tùm quia videtur in eum finem authorari vt pretium habeat, & abutatur, quod non potest, nec vult consuetudo. *Clement. de reb. eccl. non alienand.* & puto quod non valet.

Hodiè non seruatur lex 1. quand. mul. tutor. off. fung. poss. quia vt non mater & extranea potest eligi, quid ergò si postèà nubat? Respondi non perdit tutelam, quia per matrimonium non corruit, nec vitiat communionem, & sic vt tutrix, non nomine suo obligabitur, & cum eis in ea qualitate tuto contrahetur, vt nomine seruato, vir tantum obligetur, non suo proprio, nisi continuando veterem communionem, tum nomine ipsius in casum de quo vir non poterat exequi: nam potest peti vt perimatur tutela & alius tutor detur, sed ipso iure non perimitur, sed de facto ipsius.

MARCHANDE PVBLIQVE.] Ergò in iudicio vt seruaui: *vne vendereſſe* mutuo capit 20. *eſcus*, condemnata, *l'on fiſt commandement au mary, qui s'oppoſe*, quia non nominatus in sententia. Certè videtur quod hoc non obstante tenebitur: quia non est hæres, qui nescit; sed viuens qui præposuit: vt actio in institorem est, ex eo agitur contra dominum, sinè alio declinatorio.

§. CXV.

IL est loisible à vne noble femme, extraicte de noble lignée, & viuant noblement, de renoncer, si bon luy semble, apres le trespas de son mary, à la communauté des biens d'entr'elle & sondit mary, la chose estant entiere, & en ce faisant demeurer quitte des debtes mobiliaires deuës par sondit mary au iour de son trespas.

SVMMARIA.

1. *Mulier quæ se obligauit pro marito, & renuntiat communitati, hæredes viri debent eam reddere indemnem.*
2. *Mulier quæ renuntiat communitati, non debet exire nuda: ſed habere veſtes ordinarias* à ſon vſage, *non autem* celles de cabinet.

Mulier quæ se obligauit pro marito, & communitati renuntiat, hæredes viri debent eam reddere indemnem.

1. SEcus de debitis per ipsam contractis; nisi quod se marito obligauerit, vel redigum simul constituerint, debent hæredes viri eam reddere indemnem. Quid si vir promiserat dotem pro filia communi soluere, deindè vt solueret, constituerit reditum pro vxore? Respondi valet debitum, & cessat Velleianum, secundum *l. fin. C. ad ſenat. Velleian.* sed si vxor renuntiat communitati, tenentur hæredes viri eam exonerare.

Mulier communitati renuntians non debet exire nuda: sed habere sua vestimenta; vt vestes ordinarias secundum statum, non autem quæ cadunt in modum peculij, vel *de cabinet.*

2. Dixi quod hæc renuntians non debet exire nuda: sed habere vestes necessarias à ſon vſage, & non celles de cabinet.

Ex pacto *qu'elle ſe pourra tenir à ſes conuentions & prendre ce qu'elle aura apporté, ou prendre la communauté*, verùm renuntiando debeat capere successiones & legata, constante matrimonio ei delata? Videtur sic: quia renuntiatio communionis trahitur retro. Contrà, quia electio limitatur, & videtur tempore electionis transigere. Solue, verba ponderanda.

§. CXVI.

QVand l'vn des deux conioints enſemble par mariage nobles, & viuans noblement, va de vie à treſpas, il eſt en la faculté du ſuruiuant d'accepter les meubles, eſtans hors ladite ville, & Fauxbourgs de Paris, ſans fraude; auquel cas n'eſt tenu de payer les debtes mobiliaires que deuoit le treſpaſſé, & les obſeques & funerailles d'iceluy treſpaſſé: & où il y aura enfans du treſpaſſé, leſdits biens ſe partiront par moitié entr'eux & le ſuruiuant.

SVMMARIA.

1. *Hæredes proprietatum debent contribuere pro rata bonorum.*
2. *Reliqua ſunt debitum mobile.*
3. *Vidua minor 25. annis renuntians communioni, poteſt reſtitui: ſed ſi acceptauit, & omnia pertractauit, deinde vult reſtitui, non debet.*
4. *Vidua renuntians mobilibus*, releuée, *quod ea habebat non vi conſuetudinis, ſed contractus.*

NOBLES.] Debet intelligi de habentibus domicilium in vrbe, vel ſuburbiis tantum per art. 131. *infrà eod.* tamen textus non diſtinguit. Si dicas deſtinata Pariſijs cederent ad immobilia; ideò tutius eſt tenere litteram, vt procedat quocumque vir habet domicilium, niſi fortè eſſent in poſſeſſione.

POVRVEV QV'IL N'Y AIT ENFANS.] Vndecumquè. Quid ſi poſt ſequens matrimonium, legitimari, etiam de conſenſu vxoris?

Hic articulus cum art 131. variè malè & captiosè ſcripti ſunt: Loquuntur tamen tantum quando eſt communio. Quid ergò ſi ex parte non ſunt communes? Tunc verius puto ceſſare, quia odioſa & captioſa diſpoſitio, & ſic non ſequenda. Volunt dare totam partem ſocij, ergò totam ſi non eſt ſocietas. Sed quid ſi præmortuus habeat matrem, quæ vult ſuccedere in mobilibus per art. 128. Certè ille eſt generalior iſto, qui de ſolis mobilibus: tamen non puto derogari, ſed quod mater excludit; quemadmodum filij defuncti excludunt, ſed parentibus non minor pietas debetur.

Interim ergò non poteſt teſtari, & certe vltrà funeralia non poteſt teſtari in præiudicium conſuetudinis, & ſic valdè odioſa & fauorabilius ius patris & matris in ſuccedendo, quia rumpunt teſtamentum.

Pour le frere du Preſident des requeſtes ſaint André. §. 116. 131. *Leſdits deux articles ſont diſtincts & ne ſont pas vne meſme choſe, ils n'ont pas eſté vnis par ledit procez verbal: mais diſtincts & recitez ſous deux diuers nombres diſtincts auſſi, par ledit procez ils ſont nommez deux articles & ainſi diuerſes diſpoſitions, contre leſquels n'ont eſté faits que deux obiets, le premier du dommage des enfans du predecedé, le ſecond de ce que ſi le ſuruinant ſe remarie à perſonne noble, qui ſuruiue, il emporte ce qu'il n'a gagné & a deux lucres, le premier de ce que le deffunct auoit gagné* per obitum primi coniugis, *le ſecond lucre de ce que ce dernier deffunct auoit de ſon chef, ce qui ſembloit dur à aucuns qui en ont fait remonſtrance: mais nonobſtant la remonſtrance dudit dernier imaginaire inconuenient les deux articles ſont demeurez ſans modification, & a eſté iugé par les eſtats qu'il n'y auoit aucune abſurdité, ny dureté pour le regard de ce ſecond obiet, lequel a eſté reietté, comme non valable: mais ſeulement leſdits deux articles ont eſté reſtraincts pour le regard du premier obiet, en acquieſçant, auquel a eſté dit que ſeroit adiouſtée la clauſe à la fin de chacun deſdits deux articles* POVRVEV QV'IL N'Y AIT ENFANS DV TRESPASSÉ. *Ce qui s'entend* ex quocumque ipſius matrimonio, vel etiam ex debitè legitimatis: *ainſi demeurent deux diuers articles ſous vne ſeule reſtriction. Sa premiere & principale difference deſdits articles giſt* in principio & inter perſonas; *car le premier parle des nobles viuans noblement, domiciliez en la Ville de Paris, & vrays Bourgeois de Paris, comme il y en a, tant de robe courte, que de robe longue, approuuez tant de droit commun, que par les ordonnances Royalles. Le ſecond article parle des Nobles demeurans, & ayans leurs domiciles hors la Ville & Fauxbourgs.* Conſtat, *car au ſecond article ce mot,* HORS LA VILLE ET FAVXBOVRGS, immediatè coniungitur perſonis, & ſic refertur ad perſonas & excludit ciues Pariſienſes commorantes in vrbe, vel ſuburbiis, in reliquo nihil excludit, quia non reſtringit bona, ſed perſonas, *dont tout le contraire eſt au premier article, où ce mot exclusif,* HORS, *n'eſt pas au commencement, ny conioint aux perſonnes, auſquelles il ne ſe refere aucunement; mais eſt conioint aux biens, entrelaſſé, & reſtraint au participe concernant les biens, & partant il ne ſe peut referer aux perſonnes, ny à la limitation d'icelles; mais ſeulement à la limitation des biens, & au lucre d'iceux. S'enſuit que leſdits deux articles ſont bien clairs: mais que le benefice du premier, n'eſt pas ſi ample que le benefice du ſecond; Car le ſecond comprend tous les meubles & creances, ſoit dans la Ville & Fauxbourgs, ou dehors en la Preuoſté & Vicomté de Paris, & outre en quelque lieu du monde qu'ils ſoient: car il comprend & embraſſe tous les meubles & creances qui eſtoient communs lors du decez, & partant* vbique locorum, prout communia illa extenditur vbique: *mais le premier article exclud de ſon benefice les meubles eſtans en la Ville & Fauxbourgs de Paris ſeulement. N'y fait rien de dire que ſi ledit article n'eſt limité pour le regard des perſonnes, qu'il s'enſuiura que le ſuruinant des nobles ayans domicile hors la Ville & Fauxbourgs, ſe peut auſſi bien appliquer le benefice dudit article 116. que celuy qui eſt Bourgeois de Paris; car cela eſt vray & n'y a aucun inconuenient, car c'eſt vne ſimple faculté tant au premier qu'au ſecond article donnée au ſuruinant noble, lequel s'il eſt demeurant hors la Ville & Fauxbourgs, ſe peut, ſi bon luy ſemble, reſtraindre & contenter du benefice dudit article 116. & laiſſer le benefice de l'article 131. qui eſt plus grand* l. inuito D. de regul. iur. *& en ce faiſant il s'exclud ſeulement des meubles, eſtans dedans la Ville & Fauxbourgs, & auſſi des creances prouenantes à cauſe de ce qui eſt dans la Ville & Fauxbourgs: & en vſant du ſecond benefice qui luy eſt ſpecialement attribué, il a les meubles & creances* vbique locorum. *Reſte ſeulement vne difficulté touchant*

touchant le premier article, ſi és termes d'iceluy le ſuruiuant a ſeulement les meubles corporels & materiels, eſtans hors la Ville & Fauxbourgs ſans fraude, & ſans qu'il puiſſe rien pretendre aux creances ou debtes actiues: combien qu'elles procedent des choſes eſtans hors la Ville ſans fraude, il eſt bien clair quod in terminis iuris, appellatione mobilium ſimpliciter, non veniunt nomina *l. à diuo Pio de re iudic. l. quam Tuberonis de pecul.* & *encores moins* quando additur circumſtantia quæ non congruit nominibus, prout ſitus loci *l. Caius D. de legat. 2. comme* ibi, MEVBLES ESTANS HORS LA VILLE: *Mais il y a bien autre raiſon de preſent: car les couſtumes de France ne ſont pas ſtatuts d'Italie & ne ſe reſtraignent* ad modum loquendi & intelligendi iuris Romani, *mais s'entendent* ſecundum modum loquendi & vtendi *de France & des couſtumes, leſquelles quand elles diſpoſent des meubles, elles comprennent auſſi les debtes actiues mobiliaires*, etiam alio non addito, *comme il appert* art. 95. ibi, DES BIENS MEVBLES DEMEVREZ PAR SON DECEDS, *ils s'entendent auſſi bien des creances dont les executeurs ſont pareillement ſaiſis*, & art. 118. *où les aſcendans ſont entendus eſtre heritiers des meubles & creances, ſous ce ſimple mot de* MEVBLES, quantò fortiùs *quand il y a la charge expreſſe de payer les debtes mobiliaires: Car cela monſtre bien* per locum & argumentum à correlatiuis, *que ſous ce mot*, MEVBLES, *viennent les creances ou debtes actiues, autrement n'y auroit propos qu'il payaſt les paſſiues, ce ſeroit contre la regle & raiſon naturelle incommutable*, de qua in *l. ſecundum naturam de reg. iur. in l. ſi duo patroni de iureiur. Bien eſt vray que comme les meubles ſont reſtraints à ceux eſtans hors la Ville & Fauxbourgs ſans fraude, auſſi les creances mobiliaires compriſes ſous ce mot*, MEVBLES, *ſont reſtraintes à celles qui procedent, non de la Ville & Fauxbourgs, ny pour raiſon des heritages y aſſis: mais à celles qui procedent à cauſe des choſes & heritages aſſis hors la Ville & Fauxbourgs. Ainſi appert ſolution à la premiere & derniere queſtion: car attendu que leſdits profits de fiefs, & autres creances mobiliaires procedent pour raiſon des fiefs & terres acquiſes hors la Ville & Fauxbourgs & qui n'ont pas eſté tranſportez hors la Ville & Fauxbourgs en fraude. Car iamais ne procederent de la Ville & Fauxbourgs, & partant n'ont pas eſté tranſportez, & n'y a aucune fraude, tout cela appartient au ſuruiuant noble domicilié à Paris, lequel tant ſeulement eſt exclus des meubles materiels & corporels, eſtans dans ladite Ville & Fauxbourgs, ou qui y euſſent eſté lors du deceds ſans tranſport frauduleux, & pareillement des creances mobiliaires procedans à cauſe des choſes ou heritages dans ladite Ville & Fauxbourgs: mais tous autres meubles & creances il les paigne* vbicumque locorum, *non ſeulement dans la Preuoſté & Vicomté de Paris: ou dans le territoire, mais par tout où il y a meubles, ou debtes mobiliaires de ladite communauté, laquelle s'eſtend* vbiquè locorum, *comme dit eſt, & a eſté iugé par pluſieurs arreſts, meſmes de Monſieur de Pontillant contre le Greffier du Tillet, & la raiſon de ladite limitation, reſtrainčte aux meubles eſtans dans la Ville & Fauxbourgs, eſt grande: par ce que* à communitet accidentibus, ad quæ leges referuntur l. nam ad ea D. de legib. *Les Nobles Bourgeois de Paris ſont plus grand eſtat de meubles, & en ont trop plus grande quantité, que les Nobles demeurans hors la Ville & Fauxbourgs; partant il aduiendroit que le benefice de ladite couſtume ſeroit trop grand & exceſſif entre les Nobles Bourgeois de Paris, ſi les meubles tant de la Ville que des champs y eſtoient compris, qui eſt la raiſon pour laquelle la couſtume, pour le regard des Nobles Bourgeois de Paris, a oſté de ſon benefice les meubles eſtans en la Ville & Fauxbourgs, & partãt ceſſante* ratione limitationis, ceſſat limitatio *en cet endroit* l. in agris de acquir. rer. *dont & outre n'y a pas icy difference entre meubles & creances mobiliaires, mais ſeulement en ce qui eſt de la Ville & Fauxbourgs, ſoit meubles, ou creances, qui eſt exclus, & entre ce qui eſt ou procede de dehors la Ville, ou Fauxbourgs, ce qui eſt inclus au benefice.*

1. Dominus *d'Aſneau* deceſſit ſine liberis, relicta matre hærede mobilium, relictis hæredibus paternorum & maternorum. Mater petit dotem in reditu de 1500. per patrem defuncti conſtitutum. Reſpondi quod omnes hæredes propriorum, pro rata bonorum contribuent: quia omnia hypothecata. Tùm etiam mater quatenùs eſt hæres conquæſtuum factorum à marito patris defuncti: quia pariter ſunt hypothecata: 2. Sed in quantum eſt hæres mobilium non tenetur contribuere, niſi pro reliquis ante obitum filij, quæ ſunt debitum mobile. Quid ergo ſi reliquit matrem viduam, quæ contendit mobilia contrà matrem. Reſpondi non habebit, ſed benè conuentiones eius, in quibus erat poſterior matre, niſi in quantum mater poſſidet ex conquæſtibus defuncti. Item aduerte quod quando conſuetudo dicit quod ſuperſtes coniugum (etiamſi contraxit) non tenetur niſi pro dimidia, vel eius hæres, eſt quia non capit niſi mediam ſocietatis: ſi verò dicit quod ſuperſtes capiens omnia mobilia, in totum tenetur, videtur hæredem etiam obligari in totum hoc caſu perſoluere, quemadmodum abſoluit quando partem tantum mediam capit in parte vt conſuetudo de Lorris. Solue debet totum. Cane quia ius non eſt ſimile, quia ideò deducit & abſoluit pro media inter coniuges, quia alter capit mediam totius communionis; ſed iſte non reliquit niſi mobilia tantum, non autem omnia bona communionis, ſed ergò per dictam conſuetudinem de Lorris ſaltem pater vel mater capiens omnia mobilia & conquæſtus, facit quod hæres non poteſt, nec perſonaliter quidem, cõueniri ad debita, ſaluo recurſu, nec mirum, quia tunc pater & mater eſt ſolus verus hæres; ſecus de vidua capiente mobilia tantùm, vel de matre capiente mobilia tantum, non autem mobilia & conquæſtus.

Hæredes propriorum debent contribuere ad dotem pro rata bonorum.

Reliqua ſunt debitum mobile.

3. Quid ſi vidua minor 25. annis ſuperſtes renuntiat, poſteà vult reſtitui. Reſpondi, poteſt. Quod ſi poſtquam acceptauit & ſe immiſcuit, vult reſtitui vt renuntiet, Reſpondi, non poteſt ſi omnia pertractauit.

Vidua minor 25. annis renuntians cõmunioni, poteſt reſtitui; ſed ſi acceptauerit & ſi omnia pertractauit, non debet reſtitui.

Quid ſi defunctus maritus habeat patrem vel matrem, nonnè hi debent præferri in mobilibus? videtur quod ſic, quia eſt æquitas naturæ. Cõtra primò etiam quia non eſt tanta æquitas limitando regulam, quæ dat mobilia coniugi ſuperſtiti nobili, ſtante ſocero, ſicut ſtantibus filiis. Reſpondendum quod imò quando ſunt filij non eſt eadem ratio, quia defunctus tantumdem deferre debet patri & filio, & quantum ad hanc maternam ſucceſſionem, non prodeſt eſſe vxor, imò fauorabilior eſt, etiam iure communi quinis excludit viduam in ſucceſſione & ſecundum iniquum etiam fiſcus eam excludit. Et hæc conſuetudo dans ei omnia mobilia multum exorbitans eſt, nec in patre locum habere debet. Finge patrem & matrem vnicum filium habere, multa prædia dediſſe dicto filio, deinde mori filium in bello, & ſic hæredem eſſe patrem prædiis filij & etiã mobilibus. Certè puto quod hoc caſu vidua non faciet ſua mobilia contrà patrem: quia non faceret ſua contrà priuignum, qui eſt remotior ipſi vxori quam ſocer ſuus. Secùs melis vbi vidua excludit priuignos, ergò etiam auum, qui eſt remotior, ex quo hic filiis præfertur. 1549. concluſum cum domino *Chartier & ſuiuant l'opinion de ceux de Montfort*, qui dicunt ibi eſſe conſuetudinem, quod ſuperſtes inter nobiles lucratur mobilia, *s'il les veut accepter*, quod pater ſuperſtes, non faciendo inuentarum, ſoluendo funeralia & reliqua, ſatis ipſo facto ac-

ceptat, licet ſine filiis ſecundam duxerit vxorem ex qua ſex alios filios reliquit, & per talem modũ nulla communio debebitur filiis primi matrimonij, & ſic ſecũdæ vxori cedent omnia mobilia & primi & ſecundi matrimonij, etiam quod reliquum debebitur de dote primæ vxoris in pecunia, puta *les* 5000. *l.* & etiam ipſa non poteſt repetere mediã impenſarum factarũ per virum *ſur les propres de luy*, & ſic *à Montfort* non recipiunt emendata in redactione conſuetudinis Pariſienſis.

4. Quid ſi in tractatu matrimonij ſunt data mobilia omnia & conquæſtus ſuperſtiti ſimpliciter, & tertia propriorum, & fortè vxori Edmundæ *d'Anjou contre Baraton ſieur de Montgoguier*, poſt cuius obitum metuens debita *renonce aux meubles*, poſteà *en eſt relevée*, quia ea habebat non vi conſuetudinis, ſed vi contractus, & ſic non tenebatur ad debita, & ita obtentum. Fallit ſi pactum expreſsè vel tacitè referatur ad formam conſuetudinis.

§. CXVII.

HOmme & femme conioincts par mariage enſemble, ſont reputez vſans de leurs droits.

QVid ſi fiat ſeparatio bonorum, & mulier eſt minor? Reſpondi non eget curatore, niſi ad litem. Generaliter ad litem opus eſt curatore: ſed non *pour executer vne obligation & ſaiſir immeubles* ad finem fructuum, ſi ſeſe non oppoſuerit: quia poteſt ſoluere, & bonam fidem agnoſcere. Sed ſi ſe oppoſuerit, & opus ſit deducere cauſas oppoſitionis, tunc curatore opus eſt.

§. CXVIII.

QVand l'vn des deux conioincts enſemble par mariage va de vie à treſpas, & delaiſſe aucuns enfans mineurs dudit mariage, ſi le ſuruiuant deſdits conioincts ne fait faire inuentaire, ou autre acte dérogeant à la communauté des biens qui eſtoient communs durant ledit mariage, & au temps du treſpas, ſoient meubles, ou conqueſts immeubles, les enfans, ou enfans ſuruiuans peuuent, ſi bon leur ſemble, demander la communauté en tous les biens meubles, & conqueſts immeubles du ſuruiuant; poſé qu'iceluy ſuruiuant ſe remarie, & iuſques à ce que ledit inuentaire ait eſté fait.

SVMMARIA.

1. *Iuramentum in litem facilius admittitur contrà vitricum & nouercam, quam contra patrem & matrem.*
2. *Vnus ex liberis poteſt repudiare communionem, alter non.*
3. *Inuentarium* non tenu pour clos ne déroge à la communauté.
4. *Ex continuatione communionis, inuentario non facto, eſt conquæſtus filio in quo parentum ſuperſtes non ſuccedit.*
5. *Vidua vendens proprium durante continuatione communionis, & non cauet de pretio collocando, illud pretium auget cõmunionem.*
6. *Filij primi matrimonij cuius ſuperſtes nubit ſecundò* ſans inuentaire, *habent tantùm quartam bonorum.*
7. *Actus legitimus eſt cum vidua declarat ſe renuntiare communioni, & ſe tenet* à ſes conuentions.
8. *Superſtes coniugum poteſt alienare quæſita.*
9. *Communio habet ſolummodò locum vſque ad diem inuentarij cœpti, quando clauſura illius eſt dilata in longum tempus.*
10. *Tutores cogere non poſſunt ad maturandum inuentarium, nec* à partager.
11. *Vidua defuncti quæ habebat liberos ex primo matrimonio,* faiſant partage auec eux, *non diſſoluit communionem conſuetudinariam inter ſe & proprios filios.*
12. *Mulier quæ nubit ſine inuentario eſt inhabilis ad ſucceſsionem mobilium: & conſanguinei qui non curarunt de dando tutore, ſunt inhabiles ad immobilia.*
13. *Conquæſtus primi matrimonij vidnæ quæ ſecundo nupſit conſeruantur pro tertia parte filiis primi matrimonij.*
14. *Conquæſtus primi matrimonij fiunt propria filiis eiuſdem matrimonij pro media.*
15. *Inuentarium poteſt fieri in alta iuſtitia* pardeuant le Greffier, encores qu'il n'y ait point de Tabellion.
16. *Mobilia filiæ minoris quæ intrat religionem, nõ pertinent pro media ad matrem eius.*
17. *Mobilia cadunt in communionem ſuper quibus omnes fructus ſunt capiendi.*
18. *Cõmunio limitatur ad mobilia & cõquæſtus.*
19. *Vendere ad luendam communionem, non eſt conquæſtus.*
20. *Principium inuentarij promptè incœpti trahitur ad tempus mortis eius de cuius bonis ſit.*
21. *Filia matris quæ non fecit inuentarium habet communionem vſque ad mortem matris.*

Iuramentum in litem facilius admittitur contrà vitricum & nouercam, quam contra patrem & matrem.

1. DVBIT MARIAGE. Quid ſi de alio matrimonio, & ſic alienos liberos? ceſſat cõſuetudo; quia ſpectat ad parentes & tutores eorum prouidere: aliàs tamen benè fateor locũ eſſe remedio iuris cõtrà vſurpatorem ſcilicet iuramentũ in litem: quia faciliùs contrà nouercam vel vitricum admittitur iuramentum in litem, quod non debet dari contra patrem vel matrem ex eo ſolo quod manſerunt in communi, non facto inuentario, & hæc conſuetudo ſatis indicat hoc licere parenti, cui permittit ſic ſtare & perſeuerare in communione, nec licebat iurare in litem, & hoc niſi alias conſtaret de dolo.

Vnus ex liberis poteſt repudiare communionem, alter non.

2. LES ENFANS OV ENFANT. An vnus acceptare poſſit, alter non? Reſpondi ſic, & iſte repudians, (ſi ſint duo) petit ab alio, qui etiam eſt hæres, quod reddat *compte de la moitié*, aliam mediam ſibi ſic hæres confundit, & in conquæſtis capit mediam mediæ, imò plus; quia tota ſocietas non accreſcit acceptanti, & ſic acceptans (ſi ſint duo filij) eſt ſolum ſocius pro media, & ſic quartam partem habet conquæſtuum iure ſuo, dodrans diuiditur inter vtroſque vt hæredes.

Inuentarium nõ tenu pour clos ne déroge à la communauté.

3. OV AVTRE ACTE DEROGEANT. Iudicauerunt bis aut ter in curia quod etiam inuentariũ *non tenu pour clos, eſt acte dérogeant*, & malè, & fundãtur *In l. fin. de reb. cor. qui ſub tut. & l. tranſlatio D. de adim. legat.* In cauſa *d'Olivier* & peſſimè: quia intelligitur de ſolo ſolemni, quod etiã debere ſolemne eſſe confirmabat Dom. Spifame præſes 1546. Dic quod ſi ſolemniter eſt incœptum, tunc eſt diſſoluta, licet ex interuallo claudatur: ſed ſi minùs ſolemniter inchoatur,

Digitized by Google

nihil eſt. Item *ſi l'vn des enfans eſt marié par le ſurvenant, qui luy baille part, c'eſt acte dérogeant, quant au marié*, ſed non quantùm ad alios.

Ex continuatione cõmunionis, inuitano non facto, eſt conquæſtus, in quo parentũ ſuperſtes non ſuccedit.

4. Quando vnus filiorum interim moritur, duo ſunt in ſocietate: primùm ipſa ſocietas & eius continuatio, & iſtud reſidet in filiis ſuperſtitibus tanquam legaliter conjunctis, & eis accreſcit quatenus deficit, ſcilicet pro tempore futuro: ſed pro tempore præterito defunctus tranſmittit ad hæredem ſuum & hactenus non deficit. Sed ſi vnus moritur poſt ſocietatem iam finitam; puta poſt claoſum inuentarium, viuo adhuc patre, tunc non eſt diſputandum de iure accreſcendi, nihil deficit: ſed moriens tertiam partem bonorum ſuorum ad hæredem tranſmittit, tanquam ius quæſitum, & eius hæres, puta pater, poterit optare, ſeu declarare. Quis ergo erit effectus? Reſpondi, quod ex dicta continuatione erat acquiſitio filio, erit ei conquæſtus, & ſic acquiſitio patri: vnde licet mobilia recidant in communionem, & filius primi matrimonij capiat medium de illis, tamen portio conquæſtuum dicti defuncti filij, quæ erat quarta, non recidit in communionem, ſed ſpectat ad patrem, tanquam ad hæredem; & ſic tanquam proprium, ſeu aliud quam quæſtus. Dicebant tamen *Saunier* & Dominus *Ieam* ſe vidiſſe arreſta quod pater erat condemnatus totum etiam immobile reponere in communionem: ſed non credo; quia ſi vnus cederet, vel etiam legaret partem ſuam patri, non caderet in communionem; igitur multominùs per ſucceſſionem, ſecus ſi donaret, vel legaret fratri, qui, quia aliàs non eſſet ſucceſſurus, eſt aquæſtus, & ſic cadit in communionem. Hæc ſocietas eſt legalis & continuata, nec finitur vno moriente filiorum, ſed in reliquis reſidet, & ſic concluſum quod portio dicti primi filij immobilium conquæſtuum, ſcilicet quarta eius tanquam bonum patris qui ſucceſſerat filio, debet diuidi inter omnes filios tam primi, quam ſecundi matrimonij, & non ſpectat ad alterum filium primi matrimonij iure dictæ ſocietatis, nec eſt hîc dubium, quia ſocietas erat.

Vidua vendens propriã domum durante continuatione cõmunionis ſi non cauit de pretio collocando illud pretium auget communionem.

5. Quid de vidua inexperta quæ interim de hoc nihil cogitans vendidit domũ propriam, nec cauit de prætio collocando? Reſpondi eſt cõmunis, nec poteſt deduci. Fallit ſi cõpoſuerit quod per omnia non accreſcat, ſed magis capiat; & ſic ratio iuris odioſioris ceſſat: quia ſtatutũ non debet extẽdi adhuc magis odioſum caſum.

Hæc conſuetudo non habet locum ſi ſuperſtes ex vi conſuetudinis, vel etiam pacto matrimoniali capit omnia mobilia: hæc enim capere fauore etiam debitorum eſt actus contrarius cõmunioni; huic enim tunc non eſſent mobilia; deficientibus autem mobilibus non habet locum hæc conſuetudo, quia immobilia non poſſunt fugere, & ceſſat huius cõſuetudinis ratio.

Pater *du Chancelier preſent Oliuier* volens aliam vxorem *baille vingt cinq mil liures à ſa belle mere, diſant*, vxorem duco, ecce dimidium bonorum in veritate quod ſpectat ad neptes tuas, plus & accepit *& fut ſigné d'eux deux* tantùm: quia nolebat vt ſcirentur bona, nec deſcriberentur. Poſteà filiæ primi matrimonij petunt communionem, *par faute d'inuentaire*, iudicatum ſic per Præſidem, appellatum in Curia, *mal iugé, & abſous de la communauté*, & benè: quia actus non ſolum contrarius, ſed etiam bona fide factus cum auia materna, quæ adhuc viuebat & ſine fraude, & ſic ſatis eſt, ac ſi quædam eſſet diſtributio *vingt cinq mil liures* per inuentarium; ſed non eſt trahendum in conſequentiam, quando illud eſſet factum cum perſona ſuſpecta, non tantæ confidentiæ, vt auia.

Filij primi matrimonii cuius ſuperſtes nubit ſecundo *ſans faire* inuentaire habent tantum quartam bonorũ.

6. Dicebat *Seguier* quando ſuperſtes ſine inuentario nubit, quod filiis primi debetur ſolam quartam partem bonorum, quorum media adiudicatur ſecundæ coniungi. Quod dico eſſe circumſtantias illius facti, aliàs quid ſi nuberet ditiori vel ditiſſimæ? Dicebat etiam Spiſame Præſes iudicatum quod dicti filij tantum quartam haberent, & quod nouus conjux prius ſuam mediam deduceret, quod eſt præpoſterum & ſimpliciter vetera arreſta eſſent iuſtiora: ideò diſtinguendum ex facto. Item contra filios quod non accreſcat, quia non habent hoc ius, niſi vt hæredes patris in conquæſtis & mobilibus: ſed in his non eſt hæres niſi pro virili & quota, ergo non accreſcit, tum quod conſuetudo ſatis operatur, & ſic vt minus lædat ius commune recipitur, tum ad quem tranſit ius mobilium & conquæſtuum tranſit hoc ius eligendi partem vel communionem: ergo neuter hæres eliget, & ſic hoc habet locum ſiue vnus decedat ante, ſiue poſt hanc communionem acquiſitam per moram longam ſuperſtitis parentis, tum ab initio acquiritur omnibus in virtiles, & pars acquiſita amplius non accreſcit. Plus dico, quod ſi vnus velit partem ſuam tantùm, alter eligat communionem, iſti non accreſcet communio, ſed pro eius quota virili tantùm: Ergo nunquam iſti accreſcet, & hæc eſt veritas. Fallit ſi parens ſuperſtes nolit eſſe hæres filij, vel non poſſit: quia tunc reliqui filij hæredes conquæſtuum & mobilium habent idem ius eligendi ex capite defuncti, ſed non debebunt variare, nec aliter partem, ſeu aliud ius defuncti eligere. Item quod non accreſcat patet, quia ſi vxor non erit communis æqualiter, ſed ſolùm pro tertia parte, non continuabitur niſi pro tertia parte; Ergo hæc continuatio ſequitur quotam hæreditatiam; ergo non accreſcit ex eo quod vnus filiorum continuat partem ſuam, & redditionem rationum, niſi pro ſua parte ſucceſſionis matris, & tunc ſimul cum ſucceſſione accreſcet, & eſt verum: melior in quam non eſt ratio, quia non loquitur hic articulus niſi de cõmunibus? aliter infra *de don mutuel*, imo dic quod ſic non inueniebatur inæqualitas, & ſic etiam melior.

Actus legitimus eſt, cum vidua renunciat communioni, *& ſe tenir à ſes conuentions*.

7. Si vidua declarat cum perſona legitima ſe renunciare [illegible]nioni *& ſe tenir à ſes conuentions*, iſte eſt actus legitimus.

Superſtes cõjugum poteſt alienare quæſita.

8. An liceat ſuperſtiti alienare? Reſpondi ſic interim quæſita, tum quia eſt continuatio, ſed priùs poterat pater, ergo communis, tum quia eſt vniuerſalis adminiſtratio, tùm quia eſſet perpetuò in curatela incerta, quia incertum eſt an filii eligent communionis continuationem; tùm quia poſſunt præmori patri, & ſic euaneſcit, & electio data eſt ſolum filiis, & hoc *Chaſtel* dicit æquius, ideò valet contra arreſtum *de Gueden* 1531. contrà *Chartier* qui neutrum ſentiebat; tum quia nunquam fuit vſitatum quod alienatio reuocaretur, ſed ſolùm caperetur media eius quod ſupereſt.

Communio habet ſolùm locum vſque ad dié inuentarij cœpti, quando clauſura eius eſt dicta.

9. Pater in teſtamento voluit vxorem eſſe tutricem, & eſt, ſed ad finem inuentarii conſtituti alii tutores, cum quibus poſt biennium à morte cœpit facere inuentarium, ſed poſt 18. annum tantùm fuit completum & clauſum, vtrum ſocietas peti poſſit vſque ad diem clauſuræ? Reſpondi, non: ſed ſolum vſque ad initium inuentarii ſolenniter cœpti, quia non potuerunt tutores pergere, vel cogere ad maturandum.

Tutores non poſſunt cogere ad maturandum inuentarium, nec à parẽtes.

10. Fallit ſi probaretur fraus viduę, vel colluſionis cum tutoribus, quia tunc non eſt incepiſſe dictum inuentarium, ſed finxiſſe.

Vidua defuncti qui habebat liberos exprimo matrimonio *faiſant partage auec eux*, non ſoluit communionem conſuetudinariam inter ſe & proprios liberos.

11. Pater moritur relictis duobus filiis ex priori matrimonio, & vxore ſecunda, & duobus filiis ex ea, vidua *en ſon nom renonce, & comme prenant la garde de ſes enfans, fait partage auec les fils du premier lict*. Reſpondi non diſſoluit communionem conſuetudinariam inter ſe & ſuos liberos per duo: Primò quia gardia communionem non poteſt diſſoluere: Secundò etiamſi fuiſſet tutrix, & alius tutor adpoſitus, non eſt facta diuiſio inter eã & ſuos, ſed ſolũ inter extraneos, ſed cũ ſuis remanſit indiuiſa, & ſic cõmunio perſeuerauit, quia non fecit inuentariũ cõtra ſuos, nec cũ tutore.

Mater nobẽs ſine inuentario eſt inhabilis ad ſucceſſionẽ ma-

12. Quid ſi mater vidua nubit ſecundò abſq; inuentario, conſanguinei non curant de dando tutore & inuẽtario faciendo, an ſint inhabiles ad ſucceſſionẽ? Et qui,

bilium: & consanguinei qui non succedunt decidendo tutore sunt inhabiles ad immobilia.

tantùm materni, an paterni qui ad paterna tantum veniunt, an etiam mater inhabilis ad successionem mobilium & acquæstuum? Videtur quod sic: quia æquum, & non correctum, & multo magis cum sola succedat in mobilibus.

Conquæstus primi matrimonij viduæ quæ secundo nupsit, conseruatur pro tertia parte filiis primi matrimonij.

14. Vidua duxit virum industrium cum quo multa adquisiuit, ea mortua sunt *d'accord* quod continuetur communio, & quod cuique pars tertia, filiis vna, hæredibus maternis vna, vltimo viro vna, quod fuit arestum. Sed est quæstio *de confondre* conquæstus primi matrimonij, quia vir vltimus vult quod conferantur vt ipse cum filiis habeat tertiam loco semissis, & multi sic tenent; contrà Dominus *Faure*. Respondi pro filiis primi matrimonij: tum quia consuetudo facit partes diuisas formaliter pro media.

Conquæstus primi matrimonij fiunt propria filiis eius matrimonij pro media.

15. Tùm quia fuit eis proprium (hoc verum est.) Tùm quia consuetudo loquitur de futuro statu, ideò seruatur quodque tempus, quia defunctus nunquam fuit merè socius; ergò non tenetur de media facere tertiam, nec de semisse trientem; Ergò nec filij eius, quia non habent eius partem tanquam socij, sed tanquam hæredes eius, qui eius iure debent præcisè habere mediam. Quid autem posteà in tres partes sciendatur, hoc factum est pro sola securitate viuentium, quod non debet nocere filiis quibus post obitum patris iam erat quæsita societas etiam pro media contrà communem, & ius absolutum retinendi mediam reliquorum conquæstuum præcisè contrà communem.

Hæc communio est similis primæ, vndè excepta à prima, excepta ab ipsa: Vndè si dictum est *que de 4000. liu.* collatis per sponsam 2000. *liu. sortiroient nature de propre*, licet aliud non erat dictum, tamen non cadit in continuationem societatis: sed debet eximi, licet in persona filij sit mobile [illegible] si moriatur, pater in hoc succedat, & consequenter succedendo si sint alij filij, ea pars vt mobile recidit in communionem, quia non est immobile, nisi semel tantùm & pro vno actu & eius continuatione.

Inuentarium potest fieri in alta iustitia *pardeuant le Greffier, encores qu'il n'y ait point de Tabellion.*

16. Habens altam iustitiam potest hoc inuentarium facere *deuant son Greffier & sa Iustice*, etiamsi non habeat *Tabellion à contracts*: est enim magis iurisdictionis quam contractus. Similiter potest Coram eis facere *les partages* exequendo sententiam. Sed de notario non est dubium.

Mobilia filiæ minoris quæ intrat religionem pertinent ad matrem eius.

17. Vidua diu non facit inuentarium: interim ponit vnam filiarum in religione, quæ authoritate conuentus renuntiat omnibus bonis paternis ad commodum matris & fratrum & sororum: an mater habeat dimidium partus filiæ? Respondi, non: Primò quia filia erat minor, & sic non valet: Secundò quia mater erat tutrix, & sic sibi quærere non potest per constitutionem 1539. Tertio quia hoc factum est ad excludendum conuentum, vt plus petere non possit; & sic in residuum vt si essent ab intestato, itaque *propre reuenant* irreuocabiliter solis fratribus & sororibus.

Mobilia cadunt in communionem super quibus omnes sumptus sunt capiendi.

18. Mobilia autem cadunt in communionem, super quibus omnes sumptus capiendi sunt, saluo reditu, qui capietur super propriis, & non super communione: si autem erant conquæstus, in his sola mater succedit, etiamsi sunt quæsita à matre pendente dicta societate, & sic sunt matri propria, nec cadunt in communionem 19. Limitatam ad mobilia & conquæstus: sed si hæredia filiorum construxit, debet ei reddi media pars.

Communio limitata ad mobilia & conquæstus.

Vendicio ad faciendam communionem non est conquæstus.

20. Quid si propria de suo vendidit vt seruaret, nec dixit quod volebat conuertere? Respondi, non est omninò simile, vt de viro & vxore qui hîc solam qualitatem habent: sed hîc mater adhuc est tutrix; & sic poterit eis mediam imputare, vel mediam repetere, vt si ab extraneo mutuata esset eam summam, vendere enim ad liberandum communionem non est conquæstus, sed de suo partem aliorum viliter gerere, ergò ei reddi debet: Ergò sic continuata societas non est per omnia similis, videlicet quando est diuersa ratio.

Principium inuentarij prompte incepti trahitur ad tempus mortis eius de cuius bonis fit.

21. Quid mater paulo post obitum viri parat inuentarium, habet successionem opulentam quam ignorat, & post cæptum inuentarium adit? Respondi non cecidit in communiouem, & ob temporis vicinitatem principium inuentarij trahitur ad tempus mortis. Quid si non cœpit nisi post annum, sed interim obuenit illa hæreditas? Videtur idem, præsertim de collaterali, & quia poterat non adire, & sic communionem fraudare. Contrà quia oportet esse reciprocum, sed si filiis obuenisset pridiè incœpti inuentarij cecidisset in communionem, etiamsi posteà eorum nomine aditretur. Solue, non est reciproca, quia filij possunt libere renunciare communioni, si velint & omnia reliqua habere; ergò licet matri sine fraude (vt potest non adire) ità supersedere aditionem vsque post inuentarium, & solutam societatem, nec est fraus: quia filij possunt idem, imò plus facere.

Filia matris quæ non fecit inuentarium habet communionem, vsque ad mortem matris.

22. Mater tutrix vnicæ filiæ inuentarium non fecit, *la marie, luy bailla 2000. liu. sur & tant moins de son bien*, Est cum viro seorsum, mater omnia ferè donat aliis. filia non est hæres, sed petit *la communauté*, offertur ei vsque ad diem sui matrimonij. Respondi quod vsque ad diem obitus matris.

---

§. CXIX.

QVand aucune rente deuë par l'vn des deux conioincts ensemble par mariage, ou sur ses heritages parauant leur mariage, est racheptée par lesdits deux conioincts, ou l'vn d'eux constant ledit mariage, tel rachapt est reputé conqueſt.

SVMMARIA.

1. *Redemptio seruitutis vel vsusfructus facta constante matrimonio cadit in communionem.*
2. *Maritus vendens propriam fundum, & cauens emens alium, talis emptio non cadit in communionem, etiamsi dixeris factum animo subrogandi.*

Redemptio seruitutis vel vsusfructus facta constante matrimonio non cadit in cõmunionem.

1. SEcus de seruitute, etiam de vsufructu extincto, quia tantum media summæ debetur. Imo dico quod si constante matrimonio peremptionis casus dicti vsusfructus accidit, nihil omnino refundendum: quia totum commodum accidit in communionem; & si æstimandus esset, non est totum refundendum. Similiter si quis emit fundum, deinde vxorem ducit, soluit & accipit nunc indictionem quod non cadat in communionem; sed solum pars media pretij refundenda; quia actio illa non fuit communicata; imò quia non competebat purè, sed obstabat exceptio. Sed certè ergo idem esset post iudicium, nondum solutione facta: Ergò dicendum quod satis est medium refundere, & videtur verum, quia non est contracta societas de illa actione. Fuit *Rebours condamné à l'amende*, quia

Digitized by Google

allegabat Velleianum in rediru in quo vir & vxor ſunt ſimul obligati in ſolidum.

Marius vendens proprium fundum & emens alium.

2. Similiter vir vendit proprium & emit alium fundum, & non dixit quod erat animo ſubrogandi, non poteſt amplius declarare, & ita per areſtum, nec dicitur læſus, quia fortè vtilius eſt ſic facere, quam occaſionem illam omittere: ita vxori poteſt eſſe melius ſe in ſolidum obligare, quam commodum magnum omittere, vel damnum maius incurrere, & ſic ſemper eſt in rem.

Alium, talis emptio non cadit in communionem, etiamſi non dixerit ſe animo ſubrogandi.

TITVLVS VNDECIMVS

DE SVCCESSIONIBVS IN LINEA DIRECTA.

§. CXX.

EN la Preuoſté & Vicomté de Paris inſtitution d'heritier n'a point de lieu.

SVMMARIA.

1. *Ius accreſcendi non poteſt prohiberi inter communes.*
2. *Exhæredatio habet locum contrà parentes, liberos & collaterales.*
3. *Clauſula matrimonij* pour eſtre propre à la femme & aux ſiens, *trahitur ad hæredes.*
4. *Subſtitutio per teſtamentum admittitur & eſt approbata à proximis.*

Ius accreſcendi non poteſt prohiberi inter communes.

1. ET ſic communis opinio quod ius accreſcendi non poſſit prohiberi ad Decium *in rub. nu.* 3. *C. quando non pet. part.* Item ceſſat argum. *l. ſi nemo ſubiit* & ibi dixi ad Decium *de regul. iur.* Quid de inſtituto in re certa? Puto quod *l. quoties D. de hæredib. inſt.* non debet ſeruari, etiam in patria iuris ſcripti: quia dicta iura facta ſunt ſuperſtitione Romana, vt eſſet eorum memoria poſt mortem, & laus cum non ſperarent aliam vitam: quia ſemper omnes faciebant teſtamenta, & vt valeret, & non ambularetur tota diſpoſitio aliàs, hoc eſt contra mortem quod limitatus habeat totum, debet ergo ſolùm tanquam legatarius habere; ſicut ex codicillis reliqua relicta venientibus ab inteſtato; hoc enim eſt naturale, & de mente, & hoc niſi inualuit vſus ex quo mens veriſimiliter eſt talis: quia inſtitutus cogitat ſatis eſſe vt totum habeat, cui totum vult relinquere, & ſic ſequitur quod ſi quis non illic morans, ſed hic habitans, habens tamen fortè ex recenti ſucceſſione bona illic, faciat hic teſtamentum, vel ibi tranſiens, & veriſimiliter nondum mores illos ſciens, in quo aliquem extraneum inſtituerit hæredem ſuum in certa domo exiſtente Lugduni, etiamſi aliter non diſponat de reſiduo, quod illic non habebit, niſi de domo, tanquam legatarius. Sic quod ius accreſcendi in hæreditate poteſt prohiberi, contrà Alexand. conſil. 162. in fin. lib. 2.

A Habet locum exhæredatio, non ſolum contrà parentes & filios, ſed etiam multo fortius contrà collaterales vt priuentur propriis, vt tetigi ad Chaſſaneum fol. 250. verſo.

Ex hæredatio habet locum contrà parentes, liberos, & collaterales.

Similis conſuetudo *à Senlis*. Quid ergò de contractu matrimonij facto per legatum *du Prat* in matrimonio Radegundæ filiæ ſuæ cum Dom. *d'Arragon*, quo cautum quod filius maſculus *dudit mariage* eſſet hæres vniuerſalis. Et ita adiudicauit Locumtenens ciuilis *Jean Jacques*, *dont appel* pro maſculo, qui dicebat ſe hæredem, qui certè per aliam conſuetudinem tenebatur *de rapporter, ne pouuoit eſtre advantagé*: ſed poteſt contractus ſeruari modo non ſe dicat hæredem, ſed donatarium.

B 3 Quid de clauſula primi matrimonij *pour eſtre propre pour elle & les ſiens*. Certè refertur ad hæredes & ſic nihil.

Clauſula matrimonij *pour eſtre propre à la femme & aux ſiens* trahitur ad hæredes.

4. Subſtitutio facta in teſtamento non admittitur. Fallit ſi poſt eſt approbata à parentibus, vt in Domino *de Bezon* qui inſtituit Ioannem hæredem *és biens du pays de droit eſcrit*, & Petrum *és biens du pays couſtumier à la charge de ſubſtitution*, & ſic Petrus in vim teſtamenti per areſtum obtinuit, quia aſſignatus eſt nominatim dicta ſubſtitutione teſtamenti, quæ reuertitur ad commodum Ioannis; alias non ligaret, ſi ſimpliciter filij hæredes eſſent ab inteſtato. Etiam Baſtardus poteſt hæredem inſtituere.

Subſtitutio per teſtamentum admittitur ſi eſt approbata à parentibus.

§. CXXI.

AVcun ne peut eſtre heritier & legataire d'vn deffunct enſemble.

SVMMARIA.

1. *Quæſtiones duæ in conceſſione facta filiis hæredibus.*
2. *Propinquus cui legatum eſt & ſe dicit hæredem, amittit legatum.*
3. *Legatum non poteſt valere, niſi in mobilibus & conquæſtis.*
4. *Patri hæredi mobilium poteſt conquæſtus legari.*
5. *Hæredi proprietatis poteſt quis legari, cum alius eſt hæres mobilium & conquæſtuum propinquis.*
6. *Neptis ſacerdotis qui in matrimonio alterius neptis dixit ſe velle ſuos hæredes eſſe æquales, non tenetur conferre ſummam quam auunculus dedit & in particulari.*
7. *Conſuetudo vult quod per teſtamentum non poſſit fieri conditio melior vnius ex hæredibus.*
8. *Hæredi ſuper quem legatum eſt abſtinente ab hæreditate, valet legatum.*

9. *Paragraphi non ſunt reſtringendi ad titulos in hac conſuetudine.*
10. *Argumentum à rubrica non valet in hac conſuetudine.*
11. *Legatum valet in teſtamento vel codicillo.*
12. *Prælegatarij conſuetudinis qui ſunt.*
13. *Hæredes paterni & materni eiuſdem gradus vocantur æqualiter, ſcilicet paterni in bonis paternis, & materni in bonis maternis.*
14. *Hæreditas conſiſtit in ius vniuerſum.*
15. *Hæredes omnes quamuis ſint iure mero, tamen non ſunt æquales ſemper in emolumento.*
16. *Legatum factum vni ex hæredibus non valet.*
17. *Conſuetudo diſtinguit patrimonia.*
18. *Vno hæredum paternorum abſtinente, pars eius non accreſcit maternis, & è conuerſo.*
19. *Remotiores hæredis defuncti, proximioribus abſtinentibus, præferuntur fiſco.*
20. *Quintum bonorum paternorum poteſt legari vni ex hæredibus maternis.*
21. *Hæredes in eodem gradu ſunt æqualiter hæredes in mobilibus & conquæſtis.*
22. *Remotiores hæredes non ſunt veri hæredes.*

Quæſtiones duæ in conceſſione facta filiis & hæredibus.

1. IN conceſſione facta filiis & hæredibus duæ ſunt quæſtiones: Prima an ſit neceſſe quod filius ſit hæres? Reſpondi ſic regulariter. Secunda an ſit neceſſe quod hæres ſit filius? Reſpondi non regulariter quia verbum, hæres, hoc reſpectu auget & ampliat, non reſtringit: vt dixi ad Alexand. conſil. 120. lib. 1.

Propinquus cui legatum eſt & ſe dicit hæredem remittit legatum.

2. *En la Couſtume de Bar où repreſentation a lieu:* ea quædam mulier habens ſororem vnicã, & neptem ex ea & neptem ex prædefuncta ſorore, legauit neptibus ſuis reliqua omnium mobilium & immobilium, *pour iceux biens partir entr'elles deux eſgalement*, itaut acquieſcant teſtamento *ſans y contreuenir; & au cas que l'vne ou l'autre ne voudroit accepter ledit don, & y contredire, je veux que la part de chacun des contrediſans ſoit vendue par mes executeurs, & donnée à mes plus prochains parens* pro media, *& l'autre moitié aux pauures*: ſoroti verò legauit quinque aureos, & ſi nolit acceptare, legauit ei quinque ſolidos tantùm. Modo nepris quæ poterat æqualiter ſuccedere, dixit ſe hæredem, an amittat legatum? Videtur quod ſic *l. plane §. ſi duobus de legat.* 1. & hoc verum. Quia ſi velit eſſe hæres, eſt ibi ſimilis cõſuetudo *à Bar*, vt hîc, quod non poteſt eſſe ſimul legatarius, & ſic nõ cogitur abſtinere ab hereditate & relinquere propria; quia legatum non poteſt valere.

Legatum non poteſt valere niſi in mobilibus & conquæſtis.

3. Niſi in mobilibus & conquæſtis, & iſtud notorium quod etiam ceſſante dicto §. *ſi duobus*, vt quia ſeorſim legaſſet huic dimidium bonorum & ſic non eſſet coniuncta & de iure communi poſſet eſſe hæres & legataria, conferendo pro parte hæreditaria; adhuc obſtaret conſuetudo, quia adeundo in totum repudiat legata, vt practici obſeruant nec ſubaudiunt in textu, *l'heritier*, ideſt quatenùs *eſt heritier*: quia ſic conſuetudo nihil adderet, & habet iuſtam cauſam, ad obuiandum ſuggeſtionibus quas in teſtamentis facile eſt fieri per hæredes qui tunc adſunt, cæteris abſentibus.

Patri hæredi mobilium poteſt conquæſtus legari.

4. An patri hæredi mobilium poſſit legari domus quæ eſt conquæſtus filij? Videtur quod ſic: quia in his habetur pater pro extraneo. Et videtur hæc conſuetudo ſolum velle quod non poſſit impediri collatio inter hæredes & collaterales: ſecùs ergo vbi non habet locum collatio, quod ad diuerſa vocantur.

Hæredi proprionum poteſt quid legari cum alius eſt hæres mobilium & conquæſtuum propinquior.

5. Quid de remoto hærede propriorum, alio propinquiori omnium mobilium & conquæſtum, an hæredi propriorum quid legari poſſit? Videtur quod ſic, quia verè non eſt hæres, & conſuetudo ſatis operatur in vero hærede; ergò in reliquo debet reſtringi, nec extenditur ad improprium caſum contrà ius commune; ſed certè non eſt improprius caſus ſecundum terminos conſuetudinis quæ ſic vocat hæredem, ergò propriè eſt hæres ſecundum hanc conſuetudinem: tamen pro primo facit quod hic articulus eſt in linea directa, alias eſt maior ratio faciendi filios æquales, & vbi ſunt ſemper veri & proprij hæredes. Saltem hoc eſt indubitatum quod ſi conſuetudo locum in quo ſunt ea propria non regebat ligari, poterat teſtator etiam Pariſienſis talia legare.

Nepotis ſacerdotis qui in matrimonio alterius neptis dixit velle ſuos hæredes eſſe æquales, non tenetur conferre ſummam quam auunculus dedit ei in particulari.

6. Sed benè donatarius in collaterali poteſt eſſe hæres. Fallit per obliquum, vt cum patruus ſacerdos donans in contractu matrimonij primæ neptis (erant quatuor) dicit quod vult omnes eſſe æquales in ſua ſucceſſione: Poſteà dum nubit ſecunda, dat ei 1100. l. an poſteà in ſucceſſione debeat conferre? Reſpondi, non directe: ſed quia dicta declaratio eſt ſcripta, nec debet decipere in contractu matrimonij, ſi velit eſſe hæres, teneretur de damnis & intereſſe, cum ſit inter nobiles: ſed traditio talis non obligat de iure, & poterat ſtare ſi parentes conſentirent; & ſic dico quod non valet, nec tenetur conferre, nec tenetur de damnis & intereſſe. Fallit in donatario; tamen idem in donatario in conſuetudine Blæſenſi art. 167. quæ æquior eſt.

Quid ſi filius legat patri propria, vel quintum? Quid ſi hæredi paterno legat maternum?

Quidam aduocatus vel ſollicitator manens *au College de Mignon decede en ſon pays à Vitry*, teſtamentó facto in quo hæredes inſtituit fratrem & nepotes ex fratribus & ſororibus in ſtirpes & reliquit Pariſiis in domicilio 6000. l. *de meubles* & hæredia *à Vitry* vbi filij fratrum. Reſpondi quod non valet vt inſtitutio, ſed benè vt legatum. Saluo quod, attento quod *à Vitry* eſt conſuetudo ſimilis; ſcilicet quod non hæres eſt legatarius, *de ſucceſſion art.* 1. eſt idem ac ſi res eſſent hîc, & ſic non cenſentur diuerſæ conſuetudines, & ſic inſtitutio non valet, nec vi legati, ſed omnia mobilia ſunt fratris ſolius.

Iſte articulus prima fronte videtur facillimus & iuri communi conformis, quo hæredi à ſemetipſo legatum dari non poteſt, ita quod ſi habet extraneum collegatarium totũ accreſcit collegatario. *L. plane* 1. §. *ſi duobus D. de legat.* 1. *l. legatum eſt* §. *hæredi à ſemetipſo eod.* Textus enim ſingulariter loquitur, & ſic de vnico hærede prout dicta iura intelliguntur, quando eſt hæres vnicus cui legatur, ſecùs ſi habet cohæredem, quia tunc valet legatum, ſcilicet pro parte cohæredis formaliter, pro parte verò ſua retinet legatum iure hæreditario *l. Titia* §. *Lucius. l. miles* §. *pro parte D. de leg.* 2. *l. qui filiabus* §. *vlt. cum l. ſeq. D. de legat.* 1. *Nota in l. filium quem C. famil. erciſc.* Iaſon *dicto* §. *ſi duobus n.* 12. ſed certè alia mens eſt huius conſuetudinis: non enim loquitur quando eſt vnicus hæres, ſed quando ſunt plures.

Conſuetudo vult quod per teſtamentum non poſſit fieri melior conditio vnius ex hæredibus.

7. Et vult quod per teſtamentum non poteſt fieri conditio vnius melior altero. Ita quod ſi legetur vni hæredum, ſi ille ſe gerat pro hærede, legatum extinguitur: ſed ſi malit abſtinere ab hæreditate, legatum remanebit validum, in quantum conſuetudo permittit extraneo legari. Procedit autẽ hic articulus generaliter & indiſtinctè, non ſolũ in linea directa, de qua hoc titulo, ſed etiã in linea collaterali, de qua inf. tit. 13.

Hærede ſuper quem legatum eſt abſtinente legatum valet.

9. Quoniam, vt ſæpè dixi, articuli non ſunt reſtringendi ad titulos in hac conſuetudine, in qua non valet argumentum 10. à rubica: & quia in linea directa non eſt difficultas per *art.* 24. *in fr. eod.* venio ad lineã collateralem & quæro primo. Quidam obiit ſine liberis, relictis hæredibus paternis, & alus hæredibus maternis, & in teſtamento vel codicillo (non refert) legauit quintam partem hæreditorum paternorum hæredibus ſeu cognatis, ſiue ex latere materno, an valeat legatum?

Articuli non ſunt reſtringendi ad titulos in hac conſuetudine.

Argumentũ de rubrica non valet in hac conſuetudine.

Google

In teſtamento vel codicillo legatum valet.

11. Diſtinguendum videtur an omnes ſint in eodem gradu: an verò alij proximiores, alij remotiores, vt primo caſu non valeat legatum tunc enim omnes ſunt hæredes, idque æqualiter quoad ius ipſum & nomen hæredis, quod vel in iuris intellectu, & ſolo nomine conſiſtit. *l. hæreditas etiam in princip. de petit hæred.* Quamuis autem in emolumento ſint inæquales, hoc non eſt reſpectu quotæ, vel tituli hæreditarij, ſed quia in certis rebus, bonis, vel corporibus ſunt prælegatarij 12. conſuetudinis, per *l. quoties de hæred. inſtit.* vt pulchrè decidit Paul. Caſtrenſ. *in l. hinc quæritur. §. poteſt col. 2. D. de penult.* Et in *conſil. 291. in fin. lib. 2.* Quod etiam probatur per hanc conſuetudinem *in art. 145.* vbi in linea collaterali omnes 13. hæredes pari gradu defuncto attinentes vocantur æqualiter ad hæreditatem ad omnia bona indifferenter, videlicet ad omnia mobilia & omnia immobilia quæſita, & ſic ſunt æqualiter hæredes, æqualiter ſoluunt debita; & quamuis paterni præferantur in hæreditis paternis, materni in hæreditis maternis, hoc non reſpicit ius & nomen hæreditarium, ſicut nec quotam hæreditatis nec ius vniuerſum 14. In quo conſiſtit hæreditas. *l. hæreditas de regul. iur.* Sed tantum concenit certa corpora particularia, quæ eis à conſuetudine prælegantur, & ſic in illis prælegatarij habentur text. in *d. l. quoties* & in *l. ex facto 2. D. de hæredib. inſtit.* probat etiam text. huius conſuetudinis art. 146. art. 148. & art. 150. qui confirmatur *l. 1. C. ſi cert. pet.* Probatur etiam eadem conſuetudine art. 154. Cum ergò ſint omnes mero iure hæredes 15. (licet non emolumento quarumdam rerum particularium, quod non eſt in conſuetudine) legatum factum aliquibus non valet, ſiue de immobili, ſiue de mobili, vel quacunque re, nec pro parte cohæredum quidem à quibus eſt legatum: Secundo verò caſu ſubdiſtinguendum 16. Aut legatur proximioribus, vel vni ex proximioribus; aut legatur remotioribus, vel vni ex remotioribus, & legatum valet. Quia quando ſunt hæredes diuerſorum graduum, puta ſi per conſuetudinem vel ſtatutum alij habent mobilia, alij immobilia, illi qui ſunt proximiores ſunt veri hęredes titulo & iure hæreditario: Remotiores autem loco legatariorum habentur, & non loco hæredum, vt pulchrè decidit Paulus in loco præfato per text. in *l. ex facto 2. & in l. quoties de hæredib. inſt.* Sed prædictis nonobſtantibus in præſenti ſpecie dico indiſtinctè valere legatum, etiamſi omnes ſint in pari gradu, & moneor quia authoritate conſuetudinis quæ diſtinguit 17. patrimonia, videntur duæ quaſi duorum hominum hæreditates *l. ſi certarum §. Iulianum. D. de milit. teſtam.* Bald. *conſil. 132. in fin.* Alciat. *conſ. 298. lib. 2.* Ioannes Andræas *in addit. Speculi, de inſtrum. edit. §. 12. compendioſè num. 16. in verbo apponunt.* Guillielmus Cuneus *in l. cunctos populos collat. 3. C. de ſumma Trinit.* Paulus *conſil. 146. col. vlt. lib. 2.* Alexand. *conſil. 138. conſideratis verbis collat. 4. verſ. adducebat lib. 1. conſil. 19. num. 8. lib. 6.* Iacob. de Sanct. Georg. *in tract. de oper. col. 3.* Rurſus probo quia in iſtis hæreditis non ſunt inuicem cohæredes. *Si enim vnus paternorum* 18. repudiat, pars ſua in paternis non accreſcit maternis, ſed ſolis paternis, & contra. Nec obſtat ſi dicatur quod hoc eſt quia ſunt diuerſi legatarij re & verbis conjuncti, inter quos reſpectiuè eſt ius actreſcendi *l. re coniunctis de legat. 3.* Quia ſi omnes paterni proximiores repudiant, non deuoluitur, nec accreſcit maternis quod paternum eſt, ſed deuoluitur ad alios paternos, quantumuis remotiores 19. quamdiu aliqui inueniuntur, alioquin cedent maternis propinquioribus, qui fiſco præferuntur, vt dicam inf. art. 145. Cum ergo reſpectu hæredioru̇m, alia in effectu ſit ſucceſſio paternorum, alia maternorū ſequitur quod quamuis non poſſit quintum 20. paternorum legari vni paternorum per hunc textum, niſi ille velit à reliquis paternis, & à tota hæreditate vt extraneus abſtinere: tamen poteſt quintum paternorum hæreditorum legari maternis, vel vni ſoli maternorum, qui non prohibentur in reliquo ſuccedere, vt ratio eſt, quia reſpectu hæreditorum paternorum habentur pro extraneis, & ſic poteſt eis legari vt extraneis: nec obſtat quod quando ſunt in eodem gradu 21 concurrunt æqualiter in bonis indifferentibus, puta in mobilibus & conquæſtis, quia fateor quod in iſtis omnes ſunt hæredes æqualiter: ideò nihil mobilis vel quæſiti legari poteſt vni eorum, niſi velit à reliquo abſtinere: ſed reſpectu hæreditorum videntur diuerſæ hæreditates, & hæredes diuerſorum generum nihil inuicem commune habentes, ſed qui alij reſpectu aliorum pro extraneis habentur. Secundò quæro: dictus teſtatot habebat hæredes paternos proximiores, puta fratres, maternos verò remotiores, puta conſobrinos, quibus omnia ſua mobilia & immobilia quæſita legauit, videbatur legatum nullum, niſi legatarij in reſiduo renuntiarent totæ hæreditati. Sed dicendum eſt legatum eſſe validum & efficax per prædicta, Imo etiam in fortioribus terminis, quia iſti remotiores non ſunt, nec dici poſſunt veri hæredes per prædicta, & ſic ſunt capaces totius huius legati, vt ſup. art. 93. Confirmo quia paternorum grauatorum non intereſt legatarios renunciare, vtpotè cum nihil ad eos redundaret, ſed materno deuoluerentur ad remotiores maternos, ſi legatarij à reliquo abſtinerent. Cum ergo paternorum non interſit, non ſunt in hac obiectione, nec agendo, nec excipiendo quidem audiendi. *l. 3. D. de verbor. obligat. l. ſi patroni §. qui fideicommiſſariam D. ad Senatuſconſ. Trebell.* vt expreſſim ibi notant Angelus & alij text. in *l. ex conuentione & ibi* Decius *de pact.* Baldus in *repetitione legis 2. col. 19. D. de iureiur.* Angel. in *l. 1. C. ſine cenſu vel reliq.* vterque Imola in *l. ille à quo §. ſi de teſtamento per illum. D. ad Trebell.* Angel. Aret. in *§. æquè col. 7. in §. appellantur col. 20. num. 40. inſtit. de excep.* Lancelot. Decius in *l. ſi cui legatur §. 1. col. 1. D. de legat. 1.* vbi quod vſque ad ſententiam hoc poſſit opponi, idem Philippus Decius *conſil. 302. num. 5.* vbi in annotat. tetigi.

Prælegatarij conſuetudinis qui ſunt.

Hæredes paterni & materni eiuſdem gradus vocantur æqualiter, ſcilicet paterni in bonis paternis, & materni in maternis.

Hæreditas conſiſtit in iure vniuerſum.

Omnes hæredes licet ſint iure mero, tamen non ſunt ſemper æquales in emolumento.

Legatum factum vni ex hæredibus non valet.

Conſuetudo diſtinguit patrimonia.

Vno hæredi paternorum abſtinente pars eius non accreſcit maternis & è conuerſo.

Remotiores hæredes defuncti proximiores abſtinentibus, præferuntur fiſco.

Quintum bonorum paternorum poteſt legari vni ex hæredibus materais.

Hæredes in eodem gradu ſunt æqualiter hæredes in mobilibus & cõquæſtis.

Remotiores hæredes non videntur veri hæredes.

§. CXXII.

LEs enfans & heritiers d'aucun deffunct viennent également à la ſucceſſion d'iceluy deffunct, fors & excepté és heritages tenus en fief, ou franc-aleud noble, ſelon la limitation deſſuſdite.

SVMMARIA.

1. *Habens emphyteuſim Eccleſiaſticam poteſt prælegare vel alienare ſine præiudicio Eccleſiæ.*
2. *Pater poteſt priuare primogenitum legando extraneis, excepto ſolo præcipuo.*
3. *Filius acceptans inſtitutionem* des biens du pays de Droict Eſcrit, *non poteſt reclamare à diſpoſitione patris.*

4. *Portio vnius liberorum debet attendi non portio vnius ex pluribus nepotibus ex prædefuncto filio.*

5. *Conſuetudo vetus remanet cum dividitur inviſdictio.*

DE exhæredatione ad Alexand. *conſil.* 219. *lib.* 6. Alexander *conſil.* 36. *num.* 7. *lib.* 7. text. *l. planè* §. *ſi duobus. D. de legat.* 1. ſi legitimi Decius *conſil.* 153. ad Alexand. *conſil.* 150. *num.* 9. *lib.* 5.

De feudis ſatis ſupra. ſed quid ergo de emphyteuſi? Reſpondi pro ſe & filiis, vt per Bald. *auth. ſi quos minores*, quia non eſt hæreditaria; ſi pro filiis & hæredibus non venit inſtitutus in re certa, ſicut nec filia quæ renuntiauit, idem apud nos in feudo quia poteſt pater de huiuſmodi diſponere, licet aliud iure illo feudi quod eſt particulare, ſecundum Bartolum *in l. vt inviſurandi.* §. *ſi liberi, de operis libert. fol.* 230. quæ ad Alexand. *conſil.* 128. *col. fin. lib.* 1.

Emphyteuſim eccleſiaſticam habēs poteſt prælegare vel alienare ſine præiudicio Eccleſiæ.

1. Et teneo quod emphyteuſim huiuſmodi eccleſiaſticam poteſt prælegare, imo alij alienare, ſine præiudicio Eccleſiæ.

Pater poteſt priuare primogenitum legando extraneis, excepto ſolo præcipuo.

2. Quidam pater habet bona 100000 media in feudis ſub conſuetudine, media in iure ſcripto; volens ergo diminuere datum per conſuetudinem primogenito, per obliquum grauat eum de reſtituendis omnibus quæ ſunt in iure ſcripto, vel ea legat ſecundogenito, vel inſtituit fortè primogenitum in præcipuo conſuetudinis tantùm, & ſic ſi non habet niſi duos filios facit ſecundogenitum primogenitū, quia habet in duplo plus quam primogenitus, quod eſt abſurdum. Videamus ergo, nōne poteſt pater hîc priuare omnib. bonis, legando etiā extraneis, excepto ſolo præcipuo. Videtur quod ſic, modò non ſit minus legitima. Et verum puto; ergo id non eſt quod poteſt in præcedenti quæſtione: ſed eſt abſurdum quod hic poſſit facere ſecundogenitum, & fruſtrare communem effectum conſuetudinis; quare verius eſt quod non poſſit quando pateret quod ſit in fraudem cōſuetudinis. Hoc pro certo quod poteſt eos facere æquales, nonobſtante conſuetudine de aduentagio, puta prælegando tantundem de reliquis bonis; non eſt ergo ſtandum omnino illi arreſto magni Conſilij pro *Sauigny Grimault*, nec nocebit illi ſecundogenito quod eſt inſtitutus in rebus certis, etiamſi excedant maiorem partem bonorum. Ibi etiam iudicatum quod non poterit reclamare filius 3. a diſpoſitione *des biens du Pays Conſtumier*, ex quo acceptauit inſtitutionem *des biens de Droict Eſcrit, dont il pouuoit* liberè *diſpoſer, l. imperator.* §. *ſi certum de legat.* 2. vt not. ad Alexand. *conſil.* 7. *lib.* 3. Legitimatus redigitur in ordinem etiam per filium, quia renunciauit iuxta *cap. quamuis de paſt. in ſexto*: niſi legitimatus eſſet per ſubſequens matrimonium 4. Portio enim debet attendi vnius filiorum, vel filiarum; non autem vnius ex pluribus nepotibus ex prædefuncto filio, vel ſi tantum ſunt plures, etiam æquales: puta quatuor nepotes, effugatis omnibus prædefunctis filiis, non indigentibus repræſentatione.

Filius acceptans inſtitutionē *des biens du Pays de Droict Eſcrit* non poteſt reclamare à diſpoſitione patris.

Portio vnius liberorum debet attēdi, non portio vnius ex pluribus nepotibus ex prædefuncto filio.

5. De feudis *du Moniot Brie Comte Robert eſtoit de la Preuoſté de Paris, fut eclipſé & fait Bailliage à part*, vtrum *l'aiſné prendra manoir* vbiquet Reſpondi quod conſuetudo vetus remanet, & erat realis, & ſemel res affecit, & ut vnio conſeruat, ita diſſolutio, *l. ſi conuenerit* 18. §. *ſi nulla. D. de pignor. cul.* Et ſic non debet habere niſi vnum, vt prius. Tum ibi non poteſt filius capere primogenituram niſi in vim vnius ſolius conſuetudinis generalis, ergo vnum tantum ius manerij in meo libro conſuetudinis Pariſienſis.

Conſuetudo vetus remanet cum dividitur inviſdictio.

§. CXXII.

ENfans mariez des biens communs de pere & de mere, apres leurs treſpas, peuuent venir à leurs ſucceſſions, auec les autres enfans leurs freres & ſœurs, qui n'ont eſté mariez des biens communs deſdits pere & mere, en rapportant ce qui leur auroit eſté donné em mariage, ou moins prenant eſdites ſucceſſions.

SVMMARIA.

1. *Conditio inſerta in contractu matrimonij vnius ex liberis debet exequi ab eo & cæteris, niſi abſtineat ab hereditate.*
2. *Filia quæ tenetur dotem acceptam conferre in ſucceſſione patris, confert tantùm pro rata bonorum.*
3. *Pater dotans filiam debet habere reſpectum ad totum patrimonium.*
4. *Filia dotata à patre, ad eius ſucceſſionem pro rata admittitur.*

Conditio inſerta in contractu matrimonij vnius ex liberis debet exequi ab eo & cæteris, niſi abſtineāt ab hæreditate.

1. *ACcordé que leſdits mariez pourront venir ſi bon leur ſemble aux ſucceſſions deſdits pere & mere, en rapportant auſdites deux ſucceſſions, ou moins prenant leſdits dix-huict cens eſcus, & où ils ne voudroient venir eſdites ſucceſſions apres le decez du dernier mourant, prendront ſur tous les biens, meubles & immeubles qui appartiendront auſdites deux ſucceſſions la ſomme de quatre mil liures.* Reſpondi quod ſunt duæ clauſulæ; quantum ad primam licet diuidere, quia refertur ad conſuetudinem, ſecundum quam intelligitur; ſecunda quæ continet donum conuentum conditionale, requirit conditionem in filia ſeruari, & ſic vterque abſtinebit, aliàs tota illa prouiſio ceſſat. Idem è contra reſpondit Dom. *le Voix*, filiæ data erant *dix mil liures pour tenir droict de pere & de mere*, ſaluo quod venire poterat ad ſucceſſionem patris & matris, *en rapportant, ſi mieux n'aymoient* filij maſculi *pour leſdites deux ſucceſſions luy ſuppleer cinq mil liures.* Maſculus benè vult dare mediam ſummæ & excludere à ſucceſſione patris opulenta; ſed eam vult admittere ad hæreditatem matris onoroſam. Reſpondi quod non poteſt diuidere, licet caſu onoroſo filia poſſet; quia ipſa de damno vitando certat, ſed maſculus de lucro captando.

Pone quæſtionem quam not. ad Iſern. *de probibit. feudi alienat. col.* 16. Alexand. *conſ.* 8. *lib.* 3. *numero* 32.

Si poſt aliquot annos ab obitu velint diuidere, & qui debet conferre pecuniam petat ab alio fructus ab obitu, debet etiam conferre interuſurium pecuniæ. fac. not. in ſimili Alexand. *conſil.* 77. *col. fin. num.* 12. *lib.* 6.

Filia quæ tenetur dotem acceptam cōferre, in ſucceſſione patris confert tantum pro rata bonorū.

Fac Patrem diuitem in *vingt mil liures*, habet *dix mil liures au Mans*, reliquum *à Blois*; Elocat filiam: cui dat *deux mil liures* videlicet decimam. Moritur

Digitized by

relicto filio, & filia, quæ vult ſuccedere conferendo; ſed quia, vtpote viuo patre nupta non poteſt ſuccedere in terris *du Maus*, non vult totam ſummam acceptam conferre, ſed ſolùm pro rata bonorum, in quibus ſuccedit. Contra pro filio facit, quia collatio ponit in ſtatu in quo ſi eſſet conferens nihil habuiſſet, ſed remanſiſſet illud in bonis defuncti, ergo totum conferre debet. Contra pro filia reſpondi dupliciter. Primò quod ſi ponantur in ſtatu primo, dicendum eſſet haberi ac ſi nondum eſſet nupta, & ſic ſuccedens in omnibus bonis. Secundò quod illud habet locum quando admittitur ad ſucceſſionem totalem, ſed ex quo nihilominus excluditur partim à ſucceſſione, debet pro eadem parte carere onere collationis, ſaltem ſi totum conferre offerat, admittendo eam ad ſucceſſionem totalem. Sed ex quo nihilominus excluditur partim à ſucceſſione, debet pro eadem parte carere onere collationis, ſaltem ſi totum conferre offerat, admittendo eam ad ſucceſſionem ſimplicem totius patrimonij. Et ſic concludo quod pro rata bonorum, à quorum ſucceſſione excluditur, conferre non debet; quemadmodum ſi in totum excludatur nihil conferre tenetur: tum quia pater dotans veriſimiliter habuit, & habere debuit reſpectum ad totum patrimonium: tùm quia ſtatuta excludentia intelliguntur ſalua dote congrua; Ergo debet habere reliquum de bonis à quibus excluditur. Quid enim ſi bona *du Maus* valent *ſeize mil liures* Blæſenſia bona *quatre mil liures*, & habuit tantum *trois mil liures*, quæ non eſt dos congrua ſi non ſunt vltra tres filij, & tamen conferendo totum, eſſet inutilis ſucceſſio, quia primogenitura deducenda eſt Blæſis; & ita puto quod pro rata 4. patrimonij ad cuius ſucceſſionem admittitur, vt minus lædatur ius commune, & quia illa diuerſitas facit vt diuerſorum hominum ſucceſſiones habeantur, *l. ſi certarum. D. de milit. teſtam.* & tantum ab omnibus illis hominibus proceſſit dos; quia data eſt & dari debuit de omni patrimonio, ſeu contemplatione totius, quemadmodũ cum eſt dotata à pluribus, vt à patre, & à matre, & auo, confert pro rata. Limito niſi pater aliter expreſſerit, vel ſaltem tacitè, vt quando dedit pro eo omne quod petere poſſet, & pro omni ſucceſſione, & tamen filia, quia non renunciauit expreſsè, non eſt excluſa; quia tunc ex quo pater voluit eam ad materna limitare conſtat quod non habuit intentionem dotandi eam de bonis in quibus nihil capiebat, ſed de contraria potius intentione.

Filia dotata à patre admittitur pro rata ad eius ſucceſſionem.

Quid ſi filius donum accepit, præmoritur relictis nepotibus, qui non ſunt hæredes & non acceperunt, an teneantur conferre? Reſpondi ſic, quia licet ex perſona ſua & iure ſuo ibi à lege dato ſuccedant, non autem iure tranſmiſſo à patre: tantum illud ius legale A eſt, limitatum ad inſtar ſi pater totum ſuccederet, vnde facere debent quod ille ſecundum legem facere debebat, nec debent eſſe melioris conditionis quam aliàs eſſet filius, quia alter nepotum ſuccederet patri, & non auo, & contra alter ſuccederet auo & non patri, & ſic nihil conferret, & tamen omnia haberet. Amplio ergo, etiamſi perierit, quod erat conferendum niſi tali caſu fortuito perierit puta chaſmate, quod eodem modo periiſſet, ſi remanſiſſet in bonis donantis. Ex his certum eſt quod nepotes filiæ quæ renunciauit præmortuæ, ſi non ſint hæredes poſſunt ſuccedere in ſtirpem, ſed tenebuntur tantum conferre dotem maternam, alioquin mater eis vel alteri qui non eſſet hæres, tum nec poſſet legare vel legare, quod pareret abſurdum; Infero ergo quod etiamſi ſint hæredes, poſſunt ſuccedere conferendo, & ſic vera eſt opinio Imol. quæ enim inuidia eſt eos eſſe hæredes ex quo conferunt? Cæterum factum matris eos in hoc non ligat, quia non potuit renunciare pro filiis, ſed pro ſe tantum, ſicut nec iurare pro filiis, ſed pro ſe tantum, & ſatis eſt ſi excluſio conuentionalis poſſit operari in caſum quo filia ſuperuixit. B

Placet quod filius inuitis creditoribus paternis poteſt admittere ad ſuccedendum, non conferendo, quia eorum non intereſt; ſed non poteſt hoc facere inuitis creditoribus ſuis, quia eſſet defraudare quod eſt de iure communi; ſecùs ſi filia eſſet excluſa per ſtatutum fraude maſculorum, quia inuitis propriis poteſt eam admittere Campeg. *de iure ſtat. excl. quæſt.* 8. Quid ſi erat excluſa pacto iuxta §. *quamuis*? Idem puto, quia intelligitur niſi deficiant maſculi, & hoc videtur abſque dubio, quia poteſt non ſuccedere ſi velit, ſed abſtinere in fraudem creditorum.

An hoc ſit verum etiamſi non veniunt iure repræ- C ſentationis? Puto quod ſic; puta tam filia quæ nupta, quam filia quæ nihil habuit, deceſſerunt relicto ex vnaquaque nepote viuo. Quid ſi filia prædeceſſit relicta filia, moritur pater relicto dicto nepote & quodã filio qui abſtinet & facit gerere hæredem ſuum qui petit collationẽ a ſorore? Videtur ceſſare ratio, quia puta filius poteſt eſſe hæres ſi vult, & nepotẽ repræſentantẽ omnino cogere ad repreſentationem, ſed hic caſus decipit, tamen idẽ dico. Vltimi hi caſus ſunt dubij.

Sed adhuc ſuper primo caſu videtur dubium, quia ſequitur quod ſic nepos exhæredebatur, ſi pater omnia decoxit, & tamen tantum habuit quantum erat eius portio ſi conferendum eſſet. Reſpondeo, non eſt abſurdum, quia non fit iniuria nepoti ſi fingatur pater eius viuere; ſed ſi viueret, nec pater, nec nepos ſuccederent niſi conferendo, ergo nec nepos ſolus, quia ſatis eſt quod veniat in partem quam pater eſſet habiturus, ſed pater nullam partem erat habiturus, non quia incapax, ſed quia percepit. Conſultat fol. 329.

§. CXXIV.

PERE & mere ne peuuent par donation faite entre vifs, par teſtament, ordonnance de derniere volonté, ou autrement en maniere quelconque, aduantager leurs enfans, venant à leur ſucceſſion, l'vn plus que l'autre.

SVMMARIA.

1. *Iura commendant æqualitatem filiorum.*
2. *Clauſula qua vir in contractu matrimonij facit ſua propria conquæſtus, non valet, niſi de conſenſu eorum quorum intereſt.*
3. *Pater habens plures filios & ſcribens in libro ſumptus factos pro vno, videtur imputare ipſi filio.*
4. *Filia primogeniti cuius duabus ſororibus auia dedit mobilia ſua & conquæſtus, & mediante illa donatione, abſtinentibus ab hæreditate auiæ non repræſentat ſola patrem ſuum, imo ſorores ſuæ faciunt partes.*
5. *Vnio partium hæreditatis facit partes accreſcere cum onere conferendi.*
6. *Filius cuius pater dedit duobus alterius filiis ſua bona non habet intereſſe niſi pro virili in-*

in legitimâ debita.

7. An filius donatarius faciat partem in legitima.

A *8. Confeſſio patris in venditione facta filio, vel genero non valet de recepto.*

TESTAMENT] facit §. *illud in authent. de nuptiis.* Iaſon *in l. tale pactum §. ſi. col. 3. de pact.* Bald. in *l. hereditatem. D. de bon. auth. iudic. poſſid.* quem ſequitur Aretinus §. *item ſi quis in fraud. inſtit.* velut Albericus in *diction. verbo hereditas.*

OV AVTREMENT EN] an ergo non impediendo quod poteſt impedire? videtur quod ſic per *l. adoptivum in fin. de iure dot.* ſed non eſt generale.

ADVANTAGER] quid in *l. poſt legatum §. admittere in fin. de his quib. vt indign.*

Iura cõmendant æqualitatem filiorum.

1. Nota pro æqualitate filiorum quam etiam iura B commendant: hîc multos effectus, quia veriſimiliter teſtatores debent intelligere vt habeant reſpectum ad æqualitatem. Infero quod malè conſuluit Alexand. *conſ.* 33. *lib.* 4. Eidem fauere puto opin. Anchar. in *l. tres fratres.* Alexand. *conſil.* 119. *num* 8. *lib.* 5.

Fallit ſi primogenitus vel illi ad quos; puta primi matrimonij parentes conſentiunt, quia tunc non poſſunt amplius retractare, quia huic conſuetudini poteſt renuntiari, quia conuenit commodum pecuniarium, & ita tenuerunt pro conſtanti omnes iudices in cauſa *de Tourteuille.*

Clauſula qua vir in contractu matrimonij facit ſua propria conquæſtus non valet, niſi de conſenſu eorum quorum intereſt.

2. Quidam habens duas filias, vnam elocat, & quia vir fecit, ſua propria conquæſtus pater dicit quod poterit ſuccedere *ſans rapporter* Reſpondi quod ea clauſula non valet, niſi eſſet facta conſenſu alterius C ſororis maioris, & cum recompenſa, vt in cauſa *Amelot.*

Certè hæc conſuetudo loquitur quando diſponens diſponit de ſuo acquiſito, ſed non quando de acquirendo, tamen eadem eſt ratio, ſaluo quod ex cauſa lucratiua, quia tunc promittens ipſe ſeu donator videtur hoc facere quod poteſt, & non donatarius: pone quod ſtipuletur factum puta vſumfructum. Certè oportet omnibus commoditatem acquiri, maximè ſi emit. fac quod ſtipuletur primò ad eius vitam ſeruitutem itineris certi, debet ergo ire ad vtilitatem omnium, ſi omnium intereſt: puta ratione fundi communis: vel debet æſtimari & aliis contribui, ſeu conferri. Quid ſi ſtipuletur ad fundum filij proprium? Certè eius ſolius intereſt, & ſic ei ſoli acquiritur, nec D æſtimationem conferre tenetur: quia non eſt diminuta hæreditas. Quid ergo ſi ſtipuletur liberationem ab vno debito proprio vnius filij: (ſi enim ab hæreditario, non valet, quia omnibus profit.) Reſpondi valet ſi gratis, non minuendo hæreditatem, & item fortius ſi ſtipuletur pactum, de non petendo ad tempus. Tetigi in conſil. Alexand. *conſil.* 87. *num.* 11. *lib.* 6.

Pater habens plures filios & ſcribens in libro ſumptus factos pro vno, videtur velle imputare illi filio.

3. Aromatarius vnum ex filiis fecit Doctorem in Medicina, alium tenuit in apotheca, an debeat prior conferre libros & impenſas ſtudij, & doctoratus? Alexand. Deci. *l. ſi donatione. C. de collat.* Pau. *conſ.* 242. *lib.* 2. Concludit æquè *conſ.* 125. quod omnino conferre tenetur, ex quo apparet in papyro patris quod ſcribebat dictos ſumptus tanquam computatos filio qui promiſerat rationem reddere, & reſtituere, E & ſic non poteſt contrauenire. Tùm quia aliàs eſſet inæqualitas, quia dictus Medicus cœpit ſibi lucrari quod non contulit, alter verò cœpit lucrari apothecæ & nihil habuit, cuius tamen lucrum pro dimidia attribuitur induſtriæ, niſi negotiaretur nomine patris Dec. *l. illud. C. de collat.* Alexand. *conſil.* 85. *col.* 2. latè Salicet. *conſil.* 19. *col.* 7. *cum ſeq.*

Filia primogenita cuius duab. ſororibus mater dedit mobilia ſua & conquæſta, & mediante illa donatione abſtinent ab hæreditate aui, non repræſentat ſola patrem ſuum, imò ſorores ſuæ faciunt partem.

4. Conſuetudo Bleſenſis art. 167. Mater habens plures filios, & tres neptes ex primogenito, dat medium *de ſes meubles & conqueſts* duabus ex dictis neptibus, quæ poſt obitum auiæ abſtinent à ſucceſſione, ſed tertia neptis vult in totum patrem primogenitum repræſentare. Reſpondi quod non poteſt niſi pro tertia: qua aliæ neptes quæ habent donationem faciunt partem. *l. nihil intereſt de bon. libert.* At ſi donatum eſſet eorum patri, & aliàs eſſet fraus: qua non probata, debet ſtare donatio dictarum neptium, ſalua inofficioſitate, ex quo abſtinent: ſed tertia neptis non habebit commodum iuris accreſcendi, ſed etiam non amittit portionem ſuam ex maternis capite ſuo, facit partem dicta tertia, tum per dictam *l. intereſt*, tùm ne fiat fraus nimia conſuetudini; quia primogenius cenſetur inſtitutus ſuccedens in perſona vnius filiarum, & ex perſonis aliarum adhuc tantumdem auferre dictæ etiam donatariæ, ſi eſt clauſula vſusfructus, vel ſimilis, poſſunt caſu nouitatis vel partagij recta vti, aliàs *demander deliurance, & en ce faiſant partage, & à dire deliurance.*

Vxor partem hæreditatis faciunt partem accreſcere eã onere conferendi.

5. Secùs ſi vni filiorum vnius matrimonij, cum ſunt filij ex quatuor vxoribus *Chaalons art.* 6. quia partes ſociorum accreſcunt cum onere conferendi. Facit tamen quod repræſentantes conferant. Ad Alex. *conſil.* 24. *lib.* 1. *num.* 4. Quid ſi ipſe non vult repræſentare niſi pro tertia parte, ſcilicet nona totius. Certè inuitis aliis non poteſt repræſentare pro parte, ſed inuitis accreſcit eum onere.

Filius cuius pater dedit duobus alterius filiis ſua bona, non habet intereſſe niſi pro virili in legitima debita.

6. Habens tres filios omnia ſua dat duobus: Tùm ſolus qui nihil habet eſt hæres, & petit trientem tanquam ſolus hæres. Reſpondi quod non habet quærelam inofficioſi, niſi pro parte virili legitimæ debitæ ab inteſtato, ſi omnes veniſſent ab inteſtato, vt dixi ad *l. ſi mater. C. de inoffic. donat.* Aliàs ſequeretur quod pater habens tres filios non poſſet plus dare vni, quam alij, etiam ad ſucceſſionem non venienti, ſequeretur etiam quod habens decem filios quos prouidit, & filias elocauit, ſi vnus ſolus eſt hæres, poſſet auocare medium omnium donationum, quaſi non potuiſſet pater in gratiam filiæ diſpoſuiſſe, niſi de ſemiſſe, ſicut nec in extraneis, & quaſi iſte ſolus ſemiſſem haberet contra fratres, licet non erat contra extraneos habiturus niſi trientem; ſua ergo legitima, licet ſit hæres, eſt ſolum decima pars ſemiſſis, quia alij licet hæreditati & querelæ renuntient, non renuntiant legitimæ, quatenus de bonis habent & retinent proprio titulo, quæ in legitimam imputari debent. Quid ſi in tractatu matrimonij filiæ, pater renuntiauit vſufructui *qu'il auoit* Blæſis ex dono mutuo vxoris *és meubles & conquests* pro parte filiæ, an ſit conferendus ille vſusfructus? Videtur quod non, quia fructus; imò quia ſicut ſumma vel æſtimatio, quia eſt principale. Non obſtat quod ſi pater alio modo renunciet vſufructui, non debet conferri, quia non acquiritur per negotium, ſed per æſtimationem: ſed hîc per contractum & habet cauſam à patre: ad ſummum non dicitur plus quam ex *tit. quæ in fraud. credit.* Et videtur habere vim ceſſionis inter prohibitos: etiam excluſo caſu, quo prius emiſſet, *dempto vſufructu.*

Pater dederat terram filiis primi matrimonij, *pour demeurer quitte des fruicts & reliqua qu'il leur deuoit* quia adminiſtrauerat, poſt eius obitum omnes filij diuidunt, & relinquitur paternum filiis primi matrimonij, qui inter ſe cum bonis maternis confusè diuidunt, poſteà filij ſecundi matrimonij obtinent *Lettres Royaux, pour, nonobſtant le premier partage, partir*, d. fundum omiſſum, nonobſtante contractu paterno, *furent entherinées*, quamuis probaretur quod parum valeret fundus, nec eſſet læſio, & adhuc ſublatum ius retinendi, & dictum quod rei peterent, ſi vellent, *par action leurs fruicts & reliqua*, & benè in quantum non erat liquidum niſi per confeſſionem patris: ſed etianſi aliàs eſſet liquidum benè iudicatum: quia pater etiam in poſſeſſione *ne pens*

aduantager, ſaltem per poſſeſſionem factam vt hic retinuerat vſumfructum, & ſic vt non valet contractus, ita non valet ciuilis traditio.

Confeſſio patris in venditione facta filio vel genero non valet directo.

7. Concluſum eſt quod in venditione facta filio, vel genero, confeſſio patris non valet de recepto, etiamſi notarius dicat pretium numeratum coram ſe.

1549. *N. de Brie Comte Robert hydropique* habens filium & filiam nuptam *à Melun*, iturus *à Melun* ad filiam ad extremum refugium, vocato parocho, facit *ſon teſtament* in præſentia filij vt moriturus. Poſtquam eſt *à Melun* dum ingraueſcit, itaut à Medicis iudicetur mortuus, gener eius *luy fait faire* aliud teſtamentum, vocatis parentibus ſuis ſolum, quo duabus neptibus ex filia legat ſingulis *ſept cens eſcus*, an teneatur gener ſeu filia conferre? Reſpondi quod ſic hoc caſu, etiamſi aliàs non eſſet locus collationi. Tamen quia primo hìc eſt ſuſpicio ſuggeſtionis, ſecundò legatum magnum inſpectis facultatibus, ideò puto omnino conferendum eſſe, etiamſi *Chappes & de Thou* contra opinarentur. Secus ſi teſtamentum eſſet factum palam & à ſano & neptibus, item hæredibus quæ facerent ſeruitia, & ſuum ius ſeruare poſſunt; ſed hic eſt idem ac ſi legaret filiæ vel genero ſuo, quod idem eſt ob ſocietatem, & ſic conferendum.

Filius donatarius an faciat partem in legitima.

8. Tamen filius donatarius faciendo partem in legitima, vel de ea excipiendo, non cenſetur confundere in hæreditario, vt ad laſonem *fol.* 130. *col.* 3. Mater habens ex pluribus vitis filios: vendit filio ſecundi terram, primi volunt quod conferat in ſpecie, allegatur & probatur de 300. *liures* per arreſtum non fuit damnatus in ſpecie, ſed tantum ad conferendum *trois cens liures* per textum in *l. ſi ſponſus. D. de donationibus inter vir. & vxor.* Et ita dominus Franciſcus *le Quin* obtinuit pro *Moynet*, *Seguin* procurator. Ego dico hoc verum, ſi conſtet quod mater erat omnino venditura. Secus ſi etiam ad vendendum inducta, cum nollet vendere: quia tunc etiam ſi iuſto pretio eſt aduantagium in ſpecie, etſi non probetur, læſio non præſumitur, ſed probata notabili læſione præſumitur & totum debet reſcindi, niſi probetur quod erat venditura, quia tunc locus arreſto, aliàs non.

§. CXXV.

SI par le pere, ou mere; ou l'vn d'eux en leur viuant a eſté donné aucune choſe à aucun, ou aucuns de leurs enfans, & apres leur treſpas ils ſe veulent d'eux porter pour heritiers, auec leurs autres enfans, qui n'ont rien eu, & auſquels n'a eſté aucune choſe donnée, ils ſont tenus de rapporter & remettre eſdites ſucceſſions ce qui ainſi leur a eſté donné, pour eſtre party auec les autres biens deſdites ſucceſſions entre eux, & les autres enfans leurs coheritiers, ou moins prendre eſdits biens deſdites ſucceſſions; autrement ne doiuent eſtre receus à eux porter pour heritiers de leurſdits pere & mere.

SVMMARIA.

1. *Legitima debetur ſoli hæredi.*
2. *Filia prodigo nupta qui conſumpſit bona, non tenetur conferre in ſucceſſione eius qui eam tradidit.*

Legitima debetur ſoli hæredi.

1. DE iure differunt conferri cohæredi cui communicatur, & imputare in legitimam: ſed apud nos hoc ſuperuacuum eſt; quia non habet legitimam niſi qui hæres eſt, & non poteſt quis eſſe hæres habens meliorem conditionem quocunque modo in linea directa: ſed ius de computando in legitimam poteſt conſiderari reſpectu filij nimium legatis grauati, & ſic reſpectu abſentis quam cohæredis ad Alexand. *conſil.* 24. *num.* 4. *lib.* 1.

Filia prodigo nupta, qui conſumpſit bona, non tenetur conferre in ſucceſſione eius qui eam tradidit.

2. Quid ſi mater dedit filiam prodigo, qui prodegit dotem, an filia ſucceſſione materna teneatur conferre? Videtur quod non, per notat in *auth. quod locum C. de collat.* Et verum puto ex quo eſt culpa parentis. ad Dec. *l. ea demum. C. de collat.* Quandoque in ſpecie contra Decium *l. ſi donatione in l. C. de collat.* non eſt expeditum quod ſufficiat intereſſe ſeruari primogenito, imò verbum, *ou moins prendre*, intelligitur ciuiliter, ſcilicet quando hoc non lædit notabiliter, aliàs ſecùs: vt ſi habet meliores domos, & omnia ferè prædia, etiamſi tantum eſſent paganica, ita quod alij cogerentur partiri in mobili, hoc non eſt iuſtum, ſed intelligitur *moins prendre*, ſcilicet in hæreditis reſpectu hæreditorum, in mobilibus reſpectu mobilium, & in hæreditis minus capiendi, debet æſtimari non ſecundum tempus doni, ſed ſecundum tempus diuiſionis. Similiter ſi plus valeret ob magnam melioration-em, quæ debet deduci. Quid ſi plus valet, non ob ſumptus extraneos, ſed ob longam & diligentiorem culturam. Certè hoc non poteſt deduci, ſed eſt iuſta cauſa, vt non teneatur conferre in ſpecie: ſed nonne debet æſtimari nihilominus ſecundum tempus diuiſionis? Dico quod ſic, quia fecit fortè meliorando quod facere debuit.

Pactum in matrimonio, *qu'il ſera tenu rapporter les deux mil liures ou moins prendre*, accidit onerоſam eſſe hæreditatem. & quod minus eſt in eius parte hæreditaria, etiam ſumma illa collata, ideò non conferre, ſed minus capere, & ſic oportet quod reddat quod de ea ſumma ſuam partem ſuperat, ipſe petit partem fructuum immobilium, & de omnibus vſque ad eorum diuiſionem? Reſpondi non eſt iuſtum, quia ab initio obitus *il a ioüy de ſa part, outre laquelle il a retenu, & retient*, & tunc reddet ſuperfluum, & ſic nihil habet in fructibus.

§. CXXVI.

ENtre filles, quand il n'y a que filles venans à ſucceſſion de pere & de mere, droict d'aiſneſſe n'a point de lieu: mais viennent toutes & partiſſent eſgalement les biens des ſucceſſions de leurſdits pere & mere, tans en fiefs & heritages tenus noblement, que autres.

§. CXXVII.

QVand aucun ſoit pere ou mere, va de vie à treſpas, delaiſſant pluſieurs enfans habiles à luy ſucceder, & les aucuns s'abſtiennent & renoncent à ladite ſucceſſion, le droict qui leur euſt appartenu és biens d'icelle ſucceſſion, s'ils n'euſſent renoncé, accroiſt aux autres qui ſe veulent porter heritiers.

SVMMARIVM.

1. Maſculi excludunt fœminas in feudis.

ALlego in *conſil.* Alex. 16. *num.* 10. *lib.* 1. Secùs ſi quando vnus fratrum non renunciat, ſed moritur ante aditam, quia tranſmittit, & ſic maſculi excludũt fœminas in feudis & in eis præferuntur. Idem ſi renuncians tantum minor deceſſit, & ſic poſſunt eius hæredes reſtitui. Socin. *conſil.* 34. *num.* 8. *lib.* 4. ſed hoc videtur durum, quia non intereſt omnium hæredum, ſed ſolum vnius, puta primogeniti non maſculorum, ſed ſatis eſt quod intererat defuncti, ſed ſaltem quando maior factus non feciſſet ſe reſtitui, vt vt in eo qui profitetur religionem, & ideò renunciauit omninò, dico quod non poſſunt eius hæredes reſtitui ad commodum. Fallit ſi eſſent filij illius & ageretur de ſucceſſione eius vel altera quæ ad alios deferatur, quia etiam hoc veriſimile eſt quod ſi non fuiſſet ea facilitas reliquiſſet filiis, ſed in ſuperiore caſu quando non habet niſi fratres & ſorores, videtur velle eos eſſe æquales, & benè facit.

---

§. CXXVIII.

PEre & mere ſuccedent à leurs enfans nais en loyal mariage, s'ils vont de vie à treſpas ſans hoirs de leurs corps nais, ou à naiſtre, quant aux meubles, & conqueſts immeubles.

SVMMARIA.

1. *Parens malæfidei non ſuccedit filiæ.*
2. *Filius adultus poteſt diſponere.*
3. *Clauſula* de propre prefix *in contractu matrimonij habet eundem effectum ad commodum ſoceri ſupernenientis, ac ſi eſſet hæredium.*
4. *Pactum* de conuertir en propre *factum eſt totius agnationis mulieris.*
5. *Dominium ſummæ ſtipulatæ* eſtre conuertie en propres *caducum fit, cum maritus ſupernixit vxori & liberis.*
6. *Fundus paternus poteſt dari patri à filio adulto, cum non eſt granatus ſubſtitutione.*
7. *Filius adultus poteſt legare patri in teſtamento ſummam deſtinatam* à eſtre conuertie en propres, *ſed non donare inter vinos.*
8. *Fraus non præſumitur inter patrem & filium, niſi ſimulatio probetur.*
9. *Filia cuius filia eſt mortua die licitationis prædij inter-cohæredes, non debet habere partem particularem filiæ, quia nondum venditum.*
10. *Acquiſitio* des bancs du Palais, *eſt potius pignoratio, & non capit naturam immobilis.*
11. *Conquæſtus matrimonij ſit proprium liberis ex matrimonio.*
12. *Mater ſupernuens filiæ quæ ſupernixit patri habenti filiam ex priore matrimonio, habet vſumfructum dearij præfixi, qui rediturus eſt ad filiam prioris matrimonij.*
13. *Equus & arma ſpectant iure præcipui ad primogenitum in Britannia.*
14. *Indulgentia non debet prodeſſe ei qui in dolo fuit.*
15. Labours & ſemences faites en vne terre *non ſunt mobilia, imò debitum reale.*
16. Pere qui a labouré l'heritage de ſes enfans *habet ius retentionis.*
17. *Ius retentionis eſt reale.*
18. Fermier qui a labouré & ſemé eſt preferable à tous creanciers, meſme hypothecaires.
19. *Pater qui fuit tutor, non eſt peioris conditionis, quàm alius quiſque.*

VIde *ſupra* 116. *conſult. fol.* 367. *in tractat. vſurar. quæ.* 37. *col.* 2. in margine.

PERE ET MERE] debet pater de iure communi concurrere cum filiis, ſed non eſt de mente huius conſuetudinis, quia non aduerterunt, & certè æquum videtur quod concurrat & in propriis à ſe datis defuncto filio, vel filius: quia non obſtat art. ſequens, vt dixi, ſed alia ratione non eſt æquum quod dedit filio dedit nepotibus ex eo, ſed quamdiu ſuperſunt ceſſat, ideò quod ad eum redeat, quia illi repræſentant patrem, illiſque accreſcit ſolida repræſentatio patris. Idem de auis, hic de matre ſecundo nubente in paternis. Alex. *conſil.* 3. *num* 12. vbi leuiſſimè tenui.

Parens malæ fidei non ſuccedit filio.

1. EN LOYAL MARIAGE.] Idem ſi putatiuo, reſpectu parentis bonæfidei qui ſuccedit, eique ſucceditur: ſed parens malæfidei non ſuccedit filio, licet filius ei ſuccedat, ne mala fides ei profit. fac. §. *ſi vero decretum verſic. vnde neque lucrum in authent. de nuptiis.*

IMMEVBLES] iure peculij: tamen non poſſunt eſſe legatarij propriorum, quia non ob id cenſetur hæreditas diuerſorum. Alexander *conſil.* 168. *lib.* 7.

An hæc clauſula excludat patrem vel matrem? Reſpondi non.

Quid operatur *de ſon coſté & ligne?*

Nonne filia poteſt *de l'employ* diſponere in teſtamento vt de conquæſtis.

Sed verum ſoluent debita? Reſpondi, ſic, quia etiam capiunt

capiunt nomina actiua, & hoc in vim legis. Aliàs non sequitur quod is cui legantur nomina, debeat soluere debita, etiamsi legantur ei omnia mobilia & conquæstus. Et hoc verum de iure, nisi consuetudo de contrario disponat, vt Andegauensis quæ vult quod capiens mobilia quoquo titulo soluat debita, ergo etiam titulo particulari hæredis, aliàs non, vt fuit dictum per arrestum contra *du Bois* ex opinione Bartoli, quæ iustior & æquior est, vt dixi ad Alex. *consil.* 41. *num* 8. *lib.* 7. *& consil.* 168. *num.* 13.

Dom. *le Clerc mariant sa fille à Bourdelot luy bailla cinq mil liures dont sera tenu employer deux mil liures en propres, pour elle & ses enfans: & où il n'aura fait l'employ, se prendra sur la part dudit Bourdelot seulement.* Accedit quod non fecit, & decessit vxor relicto filio communi, qui postea decessit sine liberis superstite patre, an à patre peti possit per socerum, vel suos dicta summa *de deux mil liures?* Videtur quod non: quia mobile verè & naturaliter, si fuit proprium, verum est respectu patris, & contra eum ad commodum hæredis mulieris quod est factum & consummatum, quia hæres mulieris successit in dictis *deux mil liures* item hæres mulieris non erat grauatus aliqua institutione, nec substitutione, & si fuisset maior, imò adultus 2. poterat disponere, ergo potuit relinquere hæredi suo, prout fecit, qui est pater. Contra, quia conuentum fuit quod ea summa *sortiroit nature de propre*, quod intelligitur cum effectu, vt videlicet habeat eundem effectum ad commodum stipulantis soceri, ac si hæredium esset: ergo ex vi conuentionis dicta summa (licet non per se vi solius consuetudinis) tamen in vim conuentionis debet habere eundem effectum 3. ac si esset hæredium; ergo debet deuenire ad eos, ad quos deuenisset hæredium, aliàs deciperentur socer & sui quos voluit de ea summa, vel de ea acquirendis succedere.

Filius adultus potest disponere.

Clausula *de propre prefix* in contractu matrimonij habet eundē effectum ad commodum soceri superuiuentis, ac si hæredium esset.

Pactū *de conuertir en propres* factum est fauore totius agnationis mulieris.

4. Item hæc deceptio veniret culpa viri, & adhuc esset ei vtilis, & nociua ei cui mora facta est, quod est absurdum, quia illud pactum inest factum fauore totius agnationis mulieris. Ita quod socer & cognati haberent simpliciter actionem in id quod interest, ergo in ipsam summam; & hæc veritas non tam in vim consuetudinis quam in vim pactionis secundum modum consuetum, informatum, & intellectum. Vnde si essent puero summa propria ex legato extranei, vel aliorum, neque horum soceri, & suorum contemplatione, tunc eorum respectu socer succederet.

Dominium summæ stipulatæ *efficit conuertit en propres* caducum sit, cum maritus superuixit vxori & liberis.

Quantum ad doarium, respondi esse caducum, quia maritus superuixit vxori & filiis. Quid in priori casu pater ille fecit curatorem dari filio emancipato, & ei soluit dictas *deux mil liures?* Respondi, idem; quia semper interest horum fuisse paritum cōuentis. Quid si curator inde emat fundum, reditum, vel conquæstus filij? Patet, quia si filius erat adultus, vel maior, poterat inde facere quod volebat, & videtur satis operari, ex quo vir est grauatus semel restituere *deux mil liu.* vxori, vel hæredibus eius, prout semel factum fuit; quemadmodum si filius superuixit patri, deinde adhuc impubes decessit, vnde illa destinatio amplius non consideranda, imò quia potest habere fratrem paternum tantum & auunculos, qui possunt dicere quod & erant bona materna profecta à linea materna, & sic ad eos debet redire, & non ad filios, vel parentes viri. Quid ergo si filius est maior & hæres matris, & pater ei vltra mediam communionis maternæ det & soluat ei *deux mil liures* super bonis suis, & filius dat apocham patri, vel remiserit patri, nonne potest? Dicendum quod sic, quia fundum 6. proprium maternum poterat donari patri quando non est oneratus substitutione. Hæc certè vera sunt, quando apparet filium & hæredem disposuisse, & sic non damnificantur hæredes soceri per factum hæredis filiæ, sed per factum solius generi; quia est æquum, & bonæfidei conuenit vt solius factum generi etiam cum curatore filij minoris non valeat tanquam fraudulentum in pœnam moræ per eum commissæ, super quo remanet scrupulus. quid si filius adultus remittat patri, & certè potest ei legare in testamento 7. sed inter viuos videtur dubium, maximè quia potest fieri, vel fingi in fraudem ob conjunctionem personarum; sed non est fraus in eo quod potest alia via per legatum fieri: ideo puto non esse fraudem, nisi simulatio probetur 8. nec obstat *tit. Cod. de prad. min.* quia ista summa non est prædium, seu immobile minoris, quia non est oneratus institutione. Et resp. ab illa obligatione, quia tenebatur ob interesse (quod non impendit in propria potest liberari per filium, vel si filius ei succedit, sibi confundit: sed si pater est superstes filio qui non disposuit, manet æquitas prædicta vt pater teneatur. *Sci.* fol. 346.

Filius adultus potest legare patri in testamento summam destinatam *efficit conuertie en propres*, sed non donare inter viuos. Fraus non præsumitur inter patrem & filium, nisi simulatio probetur.

Dominus *de Lignieres* legauit filiæ 500. quæ post mensem post patrem obiit, vidua dicit se hæredem filiæ in mobilibus acceptando legatum & mobilia auita prius acquisita, sed renunciando hæreditati patris filiæ tanquam eius hæres, an possit? Respondi quod sic, saltim quod si illa grauaretur debitis paternis, vt quia non possit dinidere hæreditatem, posset semper renunciare. Plus dico quod potest facere illam abstensionem quantum ad se, quando censentur hæreditates diuersorum patrimoniorum, & sic poterunt hæredes propriorum facere eam hæredem, si malint esse hæredes fororis quam sibi reseruare, & sic fieret bonorum diuisio & separatio mobilium paternorum ab auitis: & sic is cuius interest potest diuidere hæreditates, non vocatis aliis hæredibus diuersæ speciei, qui censentur hæredes diuersæ personæ, secus inter hæredes eiusdem personæ, quia debent concordare.

Quid si infans statim moritur? Ad Decium *l. posthumo. num.* 4. vbi dixi *C. de bon. poss. contrà tab.*

Quid *au Perche*, vbi contra patrem volentem succedere *aux meubles & conquests*, probatur contraria per turbas, & ipse etiam habet sententiam? Respondi quod iudex potest ex officio si velit inquirere, sed non tenetur; sed debet iudicare secundum eam quæ confirmatur generali consuetudine Franciæ. Cæterum iure communi pater haberet totum, deficientibus fratribus vtrinque junctis.

Mater superstes filio, licet tantùm capiat mobilia & conquæstus, tamen tenetur ad omnia debita, quia capit vniuersale: sed hæres propriorum paternorum capit tantùm ius cæterum, & sic est vt legatarius. Quid ergo si omnia exhauriantur mobilia & cōquæstus, an mater possit quartam petere de dicto prælegatario? Respondi, non, quia prælegatarius non habet à defuncto nec ab hærede, sed à le, & à lege. Quid ergo de conquæstis patris defuncti? Respondi, si sint fratres, mater excluditur, quia verè est proprium respectu fratrum, qui sunt filij acquirentis: sed si essent extranei remotiores paterni, posset teneri quod mater succederet quia sunt conquæstus respectu eorum qui à stirpe non descenderunt; non obstat art. 112. suprà, quia intelligitur respectiuè, & quando non sunt filij extranei paterni, siue propinquiores, sed si sūt filij, & omnes decedāt, mater est propinquior in omnib. conquæstis.

9. Inter cohæredes prædium licitabatur, die licitationis & adiudicationis, mortua est vna sororum, pater vult prætium partis filiæ. Respondi non debet habere, quia nondum est vendita, & pretium licet debitum, non tamen præcisè debitum, quia non erat domus tradita, & satis est quod pater lucretur mobilia reliqua, & actiones incommutabiles. Similis quæstio, si filius vendiderat, sed nondum tradiderat, nec pretium receperat, an pretium spectet ad hæredem mobilium: Respondi quod non.

Pater cuius filia est mortua die licitationis prædij inter cohæredes, nō debet habere particularem partem filiæ, quia nondum venditum.

10. *Gallot du Pré achepte deux baues au Palais du domaine du Roy, qu'il a esté, & est souuent contraint rachepter*, est conquæstus, filij habent mediam, nonne

Acquisitio *des baues du Palais* est potius pignoratio, & non capit naturam immobilis.

9. *Paragraphi non ſunt reſtringendi ad titulos in hac conſuetudine.*
10. *Argumentum à rubrica non valet in hac conſuetudine.*
11. *Legatum valet in teſtamento vel codicillo.*
12. *Prælegatarij conſuetudinis qui ſunt.*
13. *Hæredes paterni & materni eiuſdem gradus vocantur æqualiter, ſcilicet paterni in bonis paternis, & materni in bonis maternis.*
14. *Hæreditas conſiſtit in ius vniuerſum.*
15. *Hæredes omnes quamuis ſint iure mere, tamen non ſunt æquales ſemper in emolumento.*
16. *Legatum factum vni ex hæredibus non valet.*
17. *Conſuetudo diſtinguit patrimonia.*
18. *Vno hæredum paternorum abſtinente, pars eius non accreſcit maternis, & è conuerſo.*
19. *Remotiores hæredis defuncti, proximioribus abſtinentibus, præferuntur fiſco.*
20. *Quintum bonorum paternorum poteſt legari vni ex hæredibus maternis.*
21. *Hæredes in eodem gradu ſunt æqualiter hæredes in mobilibus & conquæſtis.*
22. *Remotiores hæredes non ſunt veri hæredes.*

Quæſtiones duæ in conceſſione facta filiis & hæredibus.

1. IN conceſſione facta filiis & hæredibus duæ ſunt quæſtiones: Prima an ſit neceſſe quod filius ſit hæres? Reſpondi ſic regulariter. Secunda an ſit neceſſe quod hæres ſit filius? Reſpondi non regulariter quia verbum, hæres, hoc reſpectu auget & ampliat, non reſtringit: vt dixi ad Alexand. conſil. 120. lib. 1.

Propinquus cui legatum eſt & ſe dicit hæredem inſtituit legatum.

2. *En la Couſtume de Bar où repreſentation a lieu:* ea quædam mulier habens ſororem vnicã, & neptem ex ea & neptem ex prædefuncta ſorore, legauit neptibus ſuis reliqua omnium mobilium & immobilium, *pour iceux biens partir entr'elles deux eſgalement*, itaut acquieſcant teſtamento *ſans y contrevenir; & au cas que l'vne ou l'autre ne voudroit accepter ledit don, & y contredire, je veux que la part de chacun des contrediſans ſoit vendue par mes executeurs, & donnée à mes plus prochains parens* pro media, *& l'autre moitié aux pauures*: ſorori verò legauit quinque aureos, & ſi nolit acceptare, legauit ei quinque ſolidos tantùm. Modo neptis quæ poterat æqualiter ſuccedere, dixit ſe hæredem, an amittat legatum? Videtur quod ſic *l. plane §. ſi duobus de legat.* 1. & hoc verum. Quia ſi velit eſſe hæres, eſt ibi ſimilis cõſuetudo *à Bar*, vt hîc, quod non poteſt eſſe ſimul legatarius, & ſic nõ cogitur abſtinere ab hereditate & relinquere propria; quia legatum non poteſt valere.

Legatum non poteſt valere niſi in mobilibus & conquæſtis.

3. Niſi in mobilibus & conquæſtis, & iſtud notorium quod etiam ceſſante dicto §. *ſi duobus*, vt quia ſeorſim legaſſet huic dimidium bonorum & ſic non eſſet coniuncta & de iure communi poſſet eſſe hæres & legataria, conferendo pro parte hæreditaria; adhuc obſtaret conſuetudo, quia adeundo in totum repudiat legata, vt practici obſeruant nec ſubaudiunt in textu, *l'heritier*; ideſt quatenùs *eſt heritier*: quia ſic conſuetudo nihil adderet, & habet iuſtam cauſam, ad obuiandum ſuggeſtionibus quas in teſtamentis facile eſt fieri per hæredes qui tunc adſunt, cæteris abſentibus.

Patri hæredi mobilium poteſt conquæſtus legari.

4. An patri hæredi mobilium poſſit legari domus quæ eſt conquæſtus filij? Videtur quod ſic: quia in his habetur pater pro extraneo. Et videtur hæc conſuetudo ſolum velle quod non poſſit impediri collatio inter hæredes & collaterales: ſecùs ergo vbi non habet locum collatio, quod ad diuerſa vocantur.

Hæredi propriorum poteſt quid legari cum alius eſt hæres mobilium & eõquæſtuum proprioquior.

5. Quid de remoto hærede propriorum, alio propinquiori omnium mobilium & conquæſtum, an hæredi propriorum quid legari poſſit? Videtur quod ſic, quia verè non eſt hæres, & conſuetudo ſatis operatur in vero hærede; ergò in reliquo debet reſtringi, nec extenditur ad improprium caſum contrà ius commune; ſed certè non eſt improprius caſus ſecundum terminos conſuetudinis quæ ſic vocat hæredem, ergò propriè eſt hæres ſecundum hanc conſuetudinem: tamen pro primo facit quod hic articulus eſt in linea directa, alias eſt maior ratio faciendi filios æquales, & vbi ſunt ſemper veri & proprij hæredes. Saltem hoc eſt indubitatum quod ſi conſuetudo locum in quo ſunt ea propria non regebat ligari, poterat teſtator etiam Pariſienſis talia legare.

Nepotis ſacerdotis qui in matrimonio alterius neptis dixit velle ſuos hæredes eſſe æquales, non tenetur conferre ſummam quam auunculus dedit ei in particulari.

6. Sed benè donatarius in collaterali poteſt eſſe hæres. Fallit per obliquum, vt cum patruus ſacerdos donans in contractu matrimonij primæ neptis (erant quatuor) dicit quod vult omnes eſſe æquales in ſua ſucceſſione: Poſteà dum nubit ſecunda, dat ei 1200. l. an poſteà in ſucceſſione debeat conferre? Reſpondi, non directe: ſed quia dicta declaratio eſt ſcripta, nec debet decipere in contractu matrimonij, ſi velit eſſe hæres, teneretur de damnis & intereſſe, cum ſit inter nobiles: ſed traditio talis non obligat de iure, & poterat ſtare ſi parentes conſentirent; & ſic dico quod non valet, nec tenetur conferre, nec tenetur de damnis & intereſſe. Fallit in donatario; tamen idem in donatario in conſuetudine Blæſenſi art. 167. quæ æquior eſt.

Quid ſi filius legat patri propria, vel quintum? Quid ſi hæredi paterno legat maternum?

Quidam aduocatus vel ſollicitator manens *au College de Mignon decede en ſon pays à Vitry*, teſtamentò facto in quo hæredes inſtituit fratrem & nepotes ex fratribus & ſororibus in ſtirpes & reliquit Pariſiis in domicilio 6000. l. *de meubles* & hæredia *à Vitry* vbi filij fratrum. Reſpondi quod non valet vt inſtitutio, ſed benè vt legatum. Saluo quod, attento quod *à Vitry* eſt conſuetudo ſimilis, ſcilicet quod non hæres eſt legatarius, *de ſucceſſion art.* 1. eſt idem ac ſi res eſſent hîc, & ſic non cenſentur diuerſæ conſuetudines, & ſic inſtitutio non valet, nec vi legati, ſed omnia mobilia ſunt fratris ſolius.

Iſte articulus prima fronte videtur facillimus & iuri communi conformis, quo hæredi à ſemetipſo legatum dari non poteſt, ita quod ſi habet extraneum collegatarium totũ accreſcit collegatario. *L. plane* 1. §. *ſi duobus D. de legat.* 1. *l. legatum eſt* §. *hæredi à ſemetipſo eod.* Textus enim ſingulariter loquitur, & ſic de vnico hærede prout dicta iura intelliguntur, quando eſt hæres vnicus cui legatur, ſecùs ſi habet cohæredem, quia tunc valet legatum, ſcilicet pro parte cohæredis formaliter, pro parte verò ſua retinet legatum iure hæreditario *l. Titia* §. *Lucius. l. miles* §. *pro parte D. de leg.* 2. *l. qui filiabus* §. *vlt. cum l. ſeq. D. de legat.* 1. *Nota in l. filium quem C. famil. erciſc.* Iaſon *dicto* §. *ſi duobus n.* 12. ſed certè alia mens eſt huius conſuetudinis: non enim loquitur quando eſt vnicus hæres, ſed quando ſunt plures.

Conſuetudo vult quod per teſtamentum non poſſit fieri melior conditio vnius ex hæredibus.

7. Et vult quod per teſtamentum non poteſt fieri conditio vnius melior altero. Ita quod ſi legetur vni hæredum, ſi ille ſe gerat pro hærede, legatum extinguitur: ſed ſi malit abſtinere ab hæreditate, legatum 8. remanebit validum, in quantum conſuetudo permittit extraneo legari. Procedit autẽ hic articulus generaliter & indiſtinctè, non ſolũ in linea directa, de qua hoc titulo, ſed etiã in linea collaterali, de qua inf. tit 13.

Hærede ſuper quem legatum eſt abſtinente legatum valet.

9. Quoniam, vt ſæpè dixi, articuli non ſunt reſtringendi ad titulos in hac conſuetudine, in qua non valet argumentum 10. à rubica: & quia in linea directa non eſt difficultas per *art.* 24. *inſr. eod.* venio ad lineã collateralem & quæro primo. Quidam obiit ſine liberis, relictis hæredibus paternis, & alus hæredibus maternis, & in teſtamento vel codicillo (non refert) legauit quintam partem hæreditorum paternorum hæredibus ſeu cognatis, ſiue ex latere materno, an valeat legatum?

Articuli non ſunt reſtringendi ad titulos in hac conſuetudine.

Argumentũ de rubrica non valet in hac conſuetudine.

In testamento vel codicillo legatum valet.

11. Distinguendum videtur an omnes sint in eodem gradu: an verò alij proximiores, alij remotiores, vt primo casu non valeat legatum tunc enim omnes sunt hæredes, idque æqualiter quoad ius ipsum & nomen hæredis, quod vel in iuris intellectu, & solo nomine consistit. *l. hæreditas etiam in princip. de petit hæred.* Quamuis autem in emolumento sint inæquales, hoc non est respectu quotæ, vel tituli hæreditarij, sed quia in certis rebus, bonis, vel corporibus sunt prælegatarij 12. consuetudinis, per *l. quoties de hæred. instit.* vt pulchrè decidit Paul. Castrens. *in l. hinc quæritur. §. potest col. 2. D. de pœnit.* Et in *consil. 291. in fin. lib. 2.* Quod etiam probatur per hanc consuetudinem *in art. 145.* vbi in linea collaterali omnes 13. hæredes pari gradu defuncto attinentes vocantur æqualiter ad hæreditatem ad omnia bona indifferenter, videlicet ad omnia mobilia & omnia immobilia quæsita, & sic sunt æqualiter hæredes, æqualiter soluunt debita; & quamuis paterni præferantur in hæreditatibus paternis, materni in hæreditatibus maternis, hoc non respicit ius & nomen hæreditarium, sicut nec quotam hæreditatis nec ius vniuersum 14. In quo consistit hæreditas. *l. hæreditas de regul. iur.* Sed tantum concernit certa corpora particularia, quæ eis à consuetudine prælegantur, & sic in illis prælegatarij habentur text. in *d. l. quoties* & in *l. ex facto 2. D. de hæredib. instit.* probat etiam text. huius consuetudinis art. 146. art. 148. & art. 150. qui confirmatur *l. 1. C. si cert. pet.* Probatur etiam eadem consuetudine art. 154. Cum ergò sint omnes mero iure hæredes 15. (licet non emolumento quarumdam rerum particularium, quod non est in consuetudine) legatum factum aliquibus non valet, siue de immobili, siue de mobili, vel quacunque re, nec pro parte cohæredum quidem à quibus est legatum: Secundo verò casu subdistinguendum 16. Aut legatur proximioribus, vel vni ex proximioribus; aut legatur remotioribus, vel vni ex remotioribus, & legatum valet. Quia quando sunt hæredes diuersorum graduum, puta si per consuetudinem vel statutum alij habent mobilia, alij immobilia, illi qui sunt proximiores sunt veri hæredes titulo & iure hæreditario: Remotiores autem loco legatariorum habentur, & non loco hæredum, vt pulchrè decidit Paulus in loco præfato per text. in *l. ex facto 2. & in l. quoties de hæredib. inst.* Sed prædictis nonobstantibus in præsenti specie dico indistinctè valere legatum, etiamsi omnes sint in pari gradu, & moueor quia authoritate consuetudinis quæ distinguit 17. patrimonia, videntur duæ quasi duorum hominum hæreditates *l. si certarum §. Iulianus. D. de milit. testam.* Bald. *consil. 132. in fin.* Alciat. *cons. 298. lib. 2.* Ioannes Andræas *in addit. Speculi. de instrum. edit. §. 12. compendiosè num. 16. in verbo apponunt.* Guillielmus Cuneus *in l. cunctos populos collat. 3. C. de summa Trinit.* Paulus *consil. 146. col. vlt. lib. 2.* Alexand. *consil. 138. consideratis verbis collat. 4. vers. adducebat lib. 1. consil. 19. num. 3. lib. 6.* Iacob. de Sanct. Georg. *in tract. de oper. col. 3.* Rursus probo quia in istis hæreditis non sunt inuicem cohæredes. Si enim vnus paternorum 18. repudiat, pars sua in paternis non accrescit maternis, sed solis paternis, & contra. Nec obstat si dicatur quod hoc est quia sunt diuersi legatarij re & verbis conjuncti, inter quos respectiuè est ius accrescendi *l. re coniuncti de legat. 3.* Quia si omnes paterni proximiores repudiant, non deuoluitur, nec accrescit maternis quod paternum est, sed deuoluitur ad alios paternos, quantumuis remotiores 19. quamdiu aliqui inueniuntur, alioquin cedent maternis propinquioribus, qui fisco præferuntur, vt dicam inf. art. 145. Cum ergo respectu hæreditorũ, alia in effectu sit successio paternorum, alia maternorũ sequitur quod quamuis non possit quintum 20. paternorum legari vni paternorum per hunc textum, nisi ille velit à reliquis paternis, & à tota hæreditate vt extraneus abstinere: tamen potest quintum paternorum hæreditorum legari maternis, vel vni soli maternorum, qui non prohibentur in reliquo succedere, vt ratio est, quia respectu hæreditorum paternorum habentur pro extraneis, & sic potest eis legari vt extraneis: nec obstat quod quando sunt in eodem gradu 21. concurrunt æqualiter in bonis indifferentibus, puta in mobilibus & conquæstis, quia fateor quod in istis omnes sunt hæredes æqualiter: ideò nihil mobilis vel quæsiti legari potest vni eorum, nisi velit à reliquo abstinere: sed respectu hæreditorum videntur diuersæ hæreditates, & hæredes diuersorum generum nihil inuicem commune habentes, sed qui alij respectu aliorum pro extraneis habentur. Secundò quæro: dictus testator habebat hæredes paternos proximiores, puta fratres, maternos verò remotiores, puta consobrinos, quibus omnia sua mobilia & immobilia quæsita legauit, videbatur legatum nullum, nisi legatarij in residuo renuntiarent totæ hæreditati. Sed dicendum est legatum esse validum & efficax per prædicta, Imo etiam in fortioribus terminis, quia isti remotiores non sunt, nec dici possunt veri hæredes per prædicta, & sic sunt capaces totius huius legati, vt sup. art. 93. Confirmo quia paternorum grauatorum non interest legatarios renunciare, vtpotè cum nihil ad eos redundaret, sed materno deuoluerentur ad remotiores maternos, si legatarij à reliquo abstinerent. Cum ergo paternorum non interfit, non sunt in hac obiectione, nec agendo, nec excipiendo quidem audiendi. *l. 3. D. de verbor. obligat. l. si patroni §. qui fideicommissariam D. ad Senatusconf. Trebell.* vt expressim ibi notant Angelus & alij text. in *l. ex conuentione & ibi* Decius *de pact.* Baldus in *repetitione legis 2. col. 19. D. de iureiur.* Angel. in *l. 1. C. sine censu vel reliq.* vterque Imola in *l. ille à quo §. si de testamento per illum. D. ad Trebell.* Angel. Aret. in *§. æquè col. 7. in §. appellantur col. 26. num. 40. instit. de except.* Lancelot. Decius in *l. si cui legatur §. 1. col. 1. D. de legat. 1.* vbi quod vsque ad sententiam hoc possit opponi, idem Philippus Decius *consil. 302. num. 5.* vbi in annotat. tetigi.

Prælegatarij consuetudinis qui sunt.

Hæredes paterni & materni eiusdem gradus vocantur æqualiter, scilicet paterni in bonis paternis, & materni in maternis.

Hæreditas cõsistit in ius vniuersum.

Omnes hæredes licet sint iure mero, tamen non sunt semper æquales in emolumento.

Legatum factum vni ex hæredibus non valet.

Consuetudo distinguit patrimonia.

Vno hæredi paternorum abstinente pars eius non accrescit maternis & è conuerso.

Remotiores hæredes defuncti proximiores abstinentibus, præferuntur fisco.

Quintum bonorum paternorum potest legari vni ex hæredibus maternis.

Hæredes in eodem gradu sunt æqualiter hæredes in mobilibus & cõquæstis.

Remotiores hæredes non videntur veri hæredes.

§. CXXII.

LEs enfans & heritiers d'aucun deffunct viennent également à la succession d'iceluy deffunct, fors & excepté és heritages tenus en fief, ou franc-aleud noble, selon la limitation dessusdite.

SVMMARIA.

1. *Habens emphyteusim Ecclesiasticam potest prælegare vel alienare sine præiudicio Ecclesiæ.*
2. *Pater potest priuare primogenitum legando extraneis, excepto solo præcipuo.*
3. *Filius acceptans institutionem* des biens du pays de Droict Escrit, *non potest reclamare à dispositione patris.*

Digitized by Google

relicto filio, & filia, quæ vult ſuccedere conferendo; ſed quia, vtpote viuo patre nupta non poteſt ſuccedere in terris *du Mans*, non vult totam ſummam acceptam conferre, ſed ſolùm pro rata bonorum, in quibus ſuccedit. Contra pro filio facit, quia collatio ponit in ſtatu in quo ſi eſſet conferens nihil habuiſſet, ſed remanſiſſet illud in bonis defuncti, ergo totum conferre debet. Contra pro filia reſpondi dupliciter. Primò quod ſi ponantur in ſtatu primo, dicendum eſſet haberi ac ſi nondum eſſet nupta, & ſic ſuccedens in omnibus bonis. Secundò quod illud habet locum quando admittitur ad ſucceſſionem totalem, ſed ex quo nihilominus excluditur partim à ſucceſſione, debet pro eadem parte carere onere collationis, ſaltem ſi totum conferre offerat, admittendo eam ad ſucceſſionem totalem. Sed ex quo nihilominus excluditur partim à ſucceſſione, debet pro eadem parte carere onere collationis, ſaltem ſi totum conferre offerat, admittendo eam ad ſucceſſionem ſimplicem totius patrimonij. Et ſic concludo quod pro rata bonorum, à quorum ſucceſſione excluditur, conferre non debet; quemadmodum ſi in totum excludatur nihil conferre tenetur: tum quia pater dotans veriſimiliter habuit, & habere debuit reſpectum ad totum patrimonium: tùm quia ſtatuta excludentia intelliguntur ſalua dote congrua; Ergo debet habere reliquum de bonis à quibus excluditur. Quid enim ſi bona *du Mans* valent *ſeize mil liures* Blæſenſia bona *quatre mil liures*, & habuit tantum *trois mil liures*, quæ non eſt dos congrua ſi non ſunt vltra tres filij, & tamen conferendo totum, eſſet inutilis ſucceſſio, quia primogenitura deducenda eſt Blæſis; & ita puto quod pro rata 4. patrimonij ad cuius ſucceſſionem admittitur, vt minus lædatur ius commune, & quia illa diuerſitas facit vt diuerſorum hominum ſucceſſiones habeantur, *l. ſi certarum. D. de milit. teſtam.* & tantum ab omnibus illis hominibus proceſſit dos; quia data eſt & dari debuit de omni patrimonio, ſeu contemplatione totius, quemadmodũ cum eſt dotata à pluribus, vt à patre, & à matre, & auo, confert pro rata. Limito niſi pater aliter expreſſerit, vel ſaltem tacitè, vt quando dedit pro eo omne quod petere poſſet, & pro omni ſucceſſione, & tamen filia, quia non renunciauit expreſsè, non eſt excluſa; quia tunc ex quo pater voluit eam ad materna limitare conſtat quod non habuit intentionem dotandi eam de bonis in quibus nihil capiebat, ſed de contraria potius intentione.

Filia dotata à patre admittitur pro rata ad eius ſucceſſionem.

Quid ſi filius donum accepit, præmoritur relictis nepotibus, qui non ſunt hæredes & non acceperunt, an teneantur conferre? Reſpondi ſic, quia licet ex perſona ſua & iure ſuo ibi à lege dato ſuccedant, non autem iure tranſmiſſo à patre: tantum illud ius legale eſt, limitatum ad inſtar ſi pater totum ſuccederet, vnde facere debent quod ille ſecundum legem facere debebat, nec debent eſſe melioris conditionis quàm aliàs eſſet filius, quia alter nepotum ſuccederet patri, & non auo, & contra alter ſuccederet auo & non patri, & ſic nihil conferret, & tamen omnia haberet. Amplio ergo, etiamſi perierit, quod erat conferendum niſi tali caſu fortuito perierit puta chaſmate, quod eodem modo periiſſet, ſi remanſiſſet in bonis donantis. Ex his certum eſt quod nepotes filiæ quæ renunciauit præmortuæ, ſi non ſint hæredes poſſunt ſuccedere in ſtirpem, ſed tenebuntur tantum conferre dotem maternam, alioquin mater eis vel alteruri qui non eſſet hæres, tum nec poſſet legare vel legare, quod pareret abſurdum; Infero ergo quod etiamſi ſint hæredes, poſſunt ſuccedere conferendo, & ſic vera eſt opinio Imol. quæ enim inuidia eſt eos eſſe hæredes ex quo conferunt? Cæterum factum matris eos in hoc non ligat, quia non potuit renunciare pro filiis, ſed pro ſe tantum, ſicut nec intrare pro filiis, ſed pro ſe tantum, & ſatis eſt ſi excluſio conuentionalis poſſit operari in caſum quo filia ſuperuiuit.

Placet quod filius inuitis creditoribus paternis poteſt admittere ad ſuccedendum, non conferendo, quia eorum non intereſt; ſed non poteſt hoc facere inuitis creditoribus ſuis, quia eſſet defraudare quod eſt de iure communi; ſecùs ſi filia eſſet excluſa per ſtatutum fraude maſculorum, quia inuitis propriis poteſt eam admittere Campeg. *de iure ſtat. excl. quæſt. 8.* Quid ſi erat excluſa pacto iuxta §. *quamuis*? Idem puto, quia intelligitur niſi deficiant maſculi, & hoc videtur abſque dubio, quia poteſt non ſuccedere ſi velit, ſed abſtinere in fraudem creditorum.

An hoc ſit verum etiamſi non veniunt iure repræſentationis? Puto quod ſic; puta tam filia quæ nupta, quam filia quæ nihil habuit, deceſſerunt relicto ex vnaquaque nepote viuo. Quid ſi filia prædeceſſit relicta filia, moritur pater relicto dicto nepote & quodã filio qui abſtinet & facit gerere hæredem ſuum qui petit collationẽ a ſorore? Videtur ceſſare ratio, quia puta filius poteſt eſſe hæres ſi vult, & nepotẽ repræſentantẽ omnino cogere ad repreſentationem, ſed hic caſus decipit, tamen idẽ dico. Vltimi hi caſus ſunt dubij.

Sed adhuc ſuper primo caſu videtur dubium, quia ſequitur quod ſic nepos exhæredebatur, ſi pater omnia decoxit, & tamen tantum habuit quantum erat eius portio ſi conferendum eſſet. Reſpondeo, non eſt abſurdum, quia non fit iniuria nepoti ſi fingatur pater eius viuere; ſed ſi viueret, nec pater, nec nepos ſuccederent niſi conferendo, ergo nec nepos ſolus, quia ſatis eſt quod veniat in partem quam pater eſſet habiturus, ſed pater nullam partem erat habiturus, non quia incapax, ſed quia percepit. Conſultat fol. 319.

§. CXXIV.

PERE & mere ne peuuent par donation faite entre vifs, par teſtament, ordonnance de derniere volonté, ou autrement en maniere quelconque, aduantager leurs enfans, venant à leur ſucceſſion, l'vn plus que l'autre.

SVMMARIA.

1. *Iura commendant æqualitatem filiorum.*
2. *Clauſula qua vir in contractu matrimonij facit ſua propria conquæſtus, non valet, niſi de conſenſu eorum quorum intereſt.*
3. *Pater habens plures filios & ſcribens in libro ſumptus factos pro vno, videtur imputare ipſi filio.*
4. *Filia primogeniti cuius duabus ſororibus auia dedit mobilia ſua & conquæſtus, & mediante illa donatione, abſtinentibus ab hæreditate auiæ non repræſentat ſolã patrem ſuum, imo ſorores ſuæ faciunt partes.*
5. *Vnio partium hæreditatis facit partes accreſcere cum onere conferendi.*
6. *Filius cuius pater dedit duobus alteris filiis ſua bona non habet intereſſe niſi pro virili in*

aduantager, ſaltem per poſſeſſionem factam vt hic retinuerat vſumfructum, & ſic vt non valet contractus, ita non valet ciuilis traditio.

Confeſſio patris in venditione facta filio vel genero non valet directo.

7. Concluſum eſt quod in venditione facta filio, vel genero, confeſſio patris non valet de recepto, etiamſi notarius dicat pretium numeratum coram ſe.

1549. *N. de Brie Comte Robert hydropique* habens filium & filiam nuptam *à Melun*, iturus *à Melun* ad filiam ad extremum refugium, vocato parocho, facit *ſon teſtament* in præſentia filij vt morituru. Poſtquam eſt *à Melun* dum ingraueſcit, itaut à Medicis iudicetur moriturus, gener eius *luy fait faire* aliud teſtamentum, vocatis parentibus ſuis ſolum, quo duabus neptibus ex filia legat ſingulis *ſept cens eſcus*, an teneatur gener ſeu filia conferre? Reſpondi quod ſic hoc caſu, etiamſi aliàs non eſſet locus collationi. Tamen quia primo hìc eſt ſuſpicio ſuggeſtionis, ſecundò legatum magnum inſpectis facultatibus, ideò puto omnino conferendum eſſe, etiamſi *Chappes & de Thou* contra opinarentur. Secus ſi teſtamentum eſſet factum palam & à ſano & neptibus, item hæredibus quæ facerent ſeruitia, & ſuum ius ſeruare poſſunt; ſed hic eſt idem ac ſi legaret filiæ vel genero ſuo, quod idem eſt ob ſocietatem, & ſic conferendum.

Filius donatarius an faciat partem in legitima.

8. Tamen filius donatarius faciendo partem in legitima, vel de ea excipiendo, non cenſetur confundere in hæreditario, vt ad Iaſonem *fol.* 130. *col.* 3. Mater habens ex pluribus vitis filios: vendit filio ſecundi terram, primi volunt quod conferat in ſpecie, allegatur & probatur de 300. *liures* per arreſtum non fuit damnatus in ſpecie, ſed tantum ad conferendum *trois cens liures* per textum in *l. ſi ſponſus. D. de donationibus inter vir. & vxor.* Et ita dominus Franciſcus *le Quin* obtinuit pro *Moynet*, *Seguin* procurator. Ego dico hoc verum, ſi conſtet quod mater erat omnino venditura. Secus ſi etiam ad vendendum inducta, cum nollet vendere: quia tunc etiam ſi iuſto pretio eſt aduantagium in ſpecie, etſi non probetur, læſio non præſumitur, ſed probata notabili læſione præſumitur & totum debet reſcindi, niſi probetur quod erat venditura, quia tunc locus arreſto, aliàs non.

§. CXXV.

SI par le pere, ou mere; ou l'vn d'eux en leur viuant a eſté donné aucune choſe à aucun, ou aucuns de leurs enfans, & apres leur treſpas ils ſe veulent d'eux porter pour heritiers, auec leurs autres enfans, qui n'ont rien eu, & auſquels n'a eſté aucune choſe donnée, ils ſont tenus de rapporter & remettre eſdites ſucceſſions ce qui ainſi leur a eſté donné, pour eſtre party auec les autres biens deſdites ſucceſſions entre eux, & les autres enfans leurs coheritiers, ou moins prendre eſdits biens deſdites ſucceſſions; autrement ne doiuent eſtre receus à eux porter pour heritiers de leurſdits pere & mere.

SVMMARIA.

1. *Legitima debetur ſoli hæredi.*
2. *Filia prodigo nupta qui conſumpſit bona, non tenetur conferre in ſucceſſione eius qui eam tradidit.*

Legitima debetur ſoli hæredi.

1. DE iure differunt conferri cohæredi cui communicatur, & imputare in legitimam: ſed apud nos hoc ſupernacuum eſt; quia non habet legitimam niſi qui hæres eſt, & non poteſt quis eſſe hæres habens meliorem conditionem quocunque modo in linea directa: ſed ius de computando in legitimam poteſt conſiderari reſpectu filij nimium legatis grauati, & ſic reſpectu abſentis quam cohæredis ad Alexand. *conſil.* 24. *num.* 4. *lib.* 1.

Filia prodigo nupta, qui conſumpſit bona, non tenetur conferre in ſucceſſione eius qui eam tradidit.

2. Quid ſi mater dedit filiam prodigo, qui prodegit dotem, an filia ſucceſſione materna teneatur conferre? Videtur quod non, per notat in *auth. quod locum C. de collat.* Et verum puto ex quo eſt culpa parentis. ad Dec. *l. ea demum. C. de collat.* Quandoque in ſpecie contra Decium *l. ſi donatione in l. C. de collat.* non eſt expeditum quod ſufficiat intereſſe ſeruari primogenito, imò verbum, *ou moins prendre*, intelligitur ciuiliter, ſcilicet quando hoc non lædit notabiliter, aliàs ſecùs: vt ſi habet meliores domos, & omnia ferè prædia, etiamſi tantum eſſent paganica, ita quod alij cogerentur partiri in mobili, hoc non eſt iuſtum, ſed intelligitur *moins prendre*, ſcilicet in hæreditis reſpectu hæreditorum, in mobilibus reſpectu mobilium, & in hæreditis minus capiendi, debet æſtimari non ſecundum tempus doni, ſed ſecundum tempus diuiſionis. Similiter ſi plus valeret ob magnam melioratione, quæ debet deduci. Quid ſi plus valet, non ob ſumptus extraneos, ſed ob longam & diligentiorem culturam. Certè hoc non poteſt deduci, ſed eſt iuſta cauſa, vt non teneatur conferre in ſpecie: ſed nonne debet æſtimari nihilominus ſecundum tempus diuiſionis? Dico quod ſic, quia fecit fortè meliorando quod facere debuit.

Pactum in matrimonio, *qu'il ſera tenu rapporter les deux mil liures ou moins prendre*, accidit oneroſam eſſe hæreditatem, & quod minus eſt in eius parte hæreditaria, etiam ſumma illa collata, ideò non conferre, ſed minus capere, & ſic oportet quod reddat quod de ea ſumma ſuam partem ſuperat, ipſe petit partem fructuum immobilium, & de omnibus vſque ad eorum diuiſionem? Reſpondi non eſt iuſtum, quia ab initio obitus *il a ioüy de ſa part, outre laquelle il a retenu, & retient*, & tunc reddet ſuperfluum, & ſic nihil habet in fructibus.

§. CXXVI.

ENtre filles, quand il n'y a que filles venans à ſucceſſion de pere & de mere, droict d'aiſneſſe n'a point de lieu: mais viennent toutes & partiſſent eſgalement les biens des ſucceſſions de leurſdits pere & mere, tans en fiefs & heritages tenus noblement, que autres.

§. CXXVII.

QVand aucun ſoit pere ou mere, va de vie à treſpas, delaiſſant pluſieurs enfans habiles à luy ſucceder, & les aucuns s'abſtiennent & renoncent à ladite ſucceſſion, le droict qui leur euſt appartenu és biens d'icelle ſucceſſion, s'ils n'euſſent renoncé, accroiſt aux autres qui ſe veulent porter heritiers.

SVMMARIVM.

1. Maſculi excludunt fœminas in feudis.

ALlego in *conſil.* Alex. 26. *num.* 10. *lib.* 1. Secùs ſi quando vnus fratrum non renunciat, ſed moritur ante aditam, quia tranſmittit, & ſic maſculi excludũt fœminas in feudis & in eis præferuntur. Idem ſi renuncians tantum minor deceſſit, & ſic poſſunt eius hæredes reſtitui. Socin. *conſil.* 34. *num.* 8. *lib.* 4. ſed hoc videtur durum, quia non intereſt omnium hæredum, ſed ſolum vnius, puta primogeniti non maſculorum, ſed ſatis eſt quod interierat defuncti, ſed ſaltem quando maior factus non feciſſet ſe reſtitui, vt vt in eo qui profitetur religionem, & ideò renunciauit omninò, dico quod non poſſunt eius hæredes reſtitui ad commodum. Fallit ſi eſſent filij illius & ageretur de ſucceſſione eius vel altera quæ ad alios deferatur, quia etiam hoc veriſimile eſt quod ſi non fuiſſet ea facilitas reliquiſſet filiis, ſed in ſuperiore caſu quando non habet niſi fratres & ſorores, videtur velle eos eſſe æquales, & benè facit.

---

§. CXXVIII.

PEre & mere ſuccedent à leurs enfans nais en loyal mariage, s'ils vont de vie à treſpas ſans hoirs de leurs corps nais, ou à naiſtre, quant aux meubles, & conqueſts immeubles.

SVMMARIA.

1. *Parens malæfidei non ſuccedit filiæ.*
2. *Filius adultus poteſt diſponere.*
3. *Clauſula* de propre prefix *in contractu matrimonij habet eundem effectum ad commodum ſoceri ſuperuenientis, ac ſi eſſet hæredium.*
4. *Pactum* de conuertir en propre *factum eſt totius agnationis mulieris.*
5. *Dominium ſummæ ſtipulatæ* eſtre conuertie en propres *caducum fit, cum maritus ſuperuixit vxori & liberis.*
6. *Fundus paternus poteſt dari patri à filio adulto, cum non eſt grauatus ſubſtitutione.*
7. *Filius adultus poteſt legare patri in teſtamento ſummam deſtinatam* à eſtre conuertie en propres, *ſed non donare inter vinos.*
8. *Fraus non præſumitur inter patrem & filium, niſi ſimulatio probetur.*
9. *Filia cuius filia eſt mortua die licitationis prædij inter-coheredes, non debet habere partem particularem filiæ, quia nondum venditum.*
10. *Acquiſitio* des bancs du Palais, *eſt potius pignoratio, & non capit naturam immobilis.*
11. *Conquæſtus matrimonij ſit proprium liberis ex matrimonio.*
12. *Mater ſuperuiuens filiæ quæ ſuperuixit patri habenti filiam ex priore matrimonio, habet vſumfructum dotarij præfixi, qui rediturus eſt ad filiam prioris matrimonij.*
13. *Equus & arma ſpectant iure præcipui ad primogenitum in Britannia.*
14. *Indulgentia non debet prodeſſe ei qui in dolo fuit.*
15. Labours & ſemences faites en vne terre *non ſunt mobilia, imò debitum reale.*
16. Pere qui a labouré l'heritage de ſes enfans *habet ius retentionis.*
17. *Ius retentionis eſt reale.*
18. Fermier qui a labouré & ſemé eſt preferable à tous creanciers, meſme hypothecaires.
19. *Pater qui fuit tutor, non eſt peioris conditionis, quàm alius quiſque.*

Vide ſupra 116. *conſult. fol.* 367. *in tractat. vſurar. quæ.* 37. *col.* 2. in margine.

PERE ET MERE] debet pater de iure communi concurrere cum filiis, ſed non eſt de mente huius conſuetudinis, quia non aduerterunt, & certè æquum videtur quod concurrat & in propriis à ſe datis defuncto filio, vel filius: quia non obſtat art. ſequens, vt dixi, ſed alia ratione non eſt æquum quod dedit filio dedit neporibus ex eo, ſed quamdiu ſuperſunt ceſſat, ideò quod ad eum redeat, quia illi repræſentant patrem, illiſque accreſcit ſolida repræſentatio patris. Idem de auis, hic de matre ſecundo nubente in paternis. Alex. *conſil.* 3. *num* 12. vbi leuiſſimè tengi.

Parens malæ fidei non ſuccedit filio.

1. EN LOYAL MARIAGE.] Idem ſi putatiuo, reſpectu parentis bonæfidei qui ſuccedit, eique ſucceditur: ſed parens malæfidei non ſuccedit filio, licet filius ei ſuccedat, ne mala fides ei profit. fac. §. *ſi verò decretum verſic. vnde neque lucrum in authent. de nuptiis.*

IMMEVBLES] iure peculij: tamen non poſſunt eſſe legatarij propriorum, quia non ob id cenſetur hæreditas diuerſorum. Alexander *conſil.* 168. *lib.* 7.

An hæc clauſula excludat patrem vel matrem? Reſpondi non.

Quid operatur *de ſon coſté & ligne?*

Nonne filia poteſt *de l'employ* diſponere in teſtamento vt de conquæſtis.

Sed vtrum ſoluent debita? Reſpondi, ſic, quia etiam capiunt

capiunt nomina actiua, & hoc in vim legis. Aliàs non sequitur quod is cui legantur nomina, debeat soluere debita, etiamsi legantur ei omnia mobilia & conquæstus. Et hoc verum de iure, nisi consuetudo de contrario disponat, vt Andegauensis quæ vult quod capiens mobilia quoquo titulo soluat debita, ergo etiam titulo particulari hæredis, aliàs non, vt fuit dictum per arrestum contra *du Bois* ex opinione Bartoli, quæ iustior & æquior est, vt dixi ad Alex. *consil.* 42. *num* 8. *lib.* 7. *& consil.* 168. *num.* 13.

Dom. *le Clerc mariant sa fille à Bourdelot luy baille cinq mil liures dont sera tenu employer deux mil liures en propres, pour elle & ses enfans: & où il n'aura fait l'employ, se prendra sur la part dudit Bourdelot seulement.* Accedit quod non fecit, & decessit vxor relicto filio communi, qui postea decessit sine liberis superstite patre, an à patre peti possit per socerum, vel suos dicta summa *de deux mil liures?* Videtur quod non: quia mobile verè & naturaliter, si fuit proprium, verum est respectu patris, & contra eum ad commodum hæredis mulieris quod est factum & consummatum, quia hæres mulieris successit in dictis *deux mil liures* item hæres mulieris non erat grauatus aliqua institutione, nec substitutione, & si fuisset maior, imò adultus 2. poterat disponere, ergo potuit relinquere hæredi suo, prout fecit, qui est pater. Contra, quia conuentum fuit quod ea summa *sortiroit nature de propre*, quod intelligitur cum effectu, vt videlicet habeat eundem effectum ad commodum stipulantis soceri, ac si hæredium esset: ergo ex vi conuentionis dicta summa (licet non per se vi solius consuetudinis) tamen in vim conuentionis debet habere eundem effectum 3. ac si esset hæredium; ergo debet deuenire ad eos, ad quos deuenisset hæredium, aliàs deciperentur socer & sui quos voluit de ea summa, vel de ea acquirendis succedere.

Pilius adultus potest disponere.

Clausula *de propre prefix* in contractu matrimonij habet eundē effectum ad commodum soceri superuiuentis, ac si hæredium esset.

Pactū *de conuertir en propres* factum est fauore totius agnationis mulieris.

4. Item hæc deceptio veniret culpa viri, & adhuc esset ei vtilis, & nociua ei cui mora facta est, quod est absurdum, quia illud pactum inest factum fauore totius agnationis mulieris. Ita quod socer & cognati haberent simpliciter actionem in id quod interest, ergo in ipsam summam; & hæc veritas non tam in vim consuetudinis quam in vim pactionis secundum modum consuetum, informatum, & intellectum. Vnde si essent puero summa propria ex legato extranei, vel aliorum, neque horum soceri, & suorum contemplatione, tunc eorum respectu socer succederet.

Dominium summæ stipulatæ *offre conuertir en propres* caducum fit, cum maritus superuixit vxori & liberis.

Quantum ad doarium, respondi esse caducum, quia maritus superuixit vxori & filiis. Quid in priori casu? Pater ille fecit curatorem dari filio emancipato, & ei soluit dictas *deux mil liures?* Respondi, idem; quia semper interest horum fuisse paritum cõuentis. Quid si curator inde emat fundum, reditum, vel conquæstus filij? Patet, quia si filius erat adultus, vel maior, poterat inde facere quod volebat, & videtur satis operari, ex quo vir est grauatus semel restituere *deux mil liu.* vxori, vel hæredibus eius, prout semel factum fuit; quemadmodum si filius superuixit patri, deinde adhuc impubes decessit, vnde illa destinatio amplius non consideranda, imò quia potest habere fratrem paternum tantum & auunculos, qui possunt dicere quod & erant bona materna profecta à linea materna, & sic ad eos debet redire, & non ad filios, vel parentes viri. Quid ergo si filius est maior & hæres matris, & pater ei vltra mediam communionis maternæ det & soluat ei *deux mil liures* super bonis suis, & filius dat apocham patri, vel remiserit patri, nonne potest? Dicendum quod sic, quia fundum 6. proprium maternum poterat donari patri quando non est oneratus substitutione. Hæc certè vera sunt, quando apparet filium & hæredem disposuisse, & sic non damnificantur hæredes soceri per factum hæredis filiæ, sed per factum solius generi; quia est æquum, & bonæfidei conuenis

Fundus maternus potest dari patri à filio adulto, cum non est grauatus substitutione.

vt solius factum generi etiam cum curatore filij minoris non valeat tanquam fraudulentum in pœnam moræ per eum commissæ, super quo remanet scrupulus, quid si filius adultus remittat patri, & certè potest ei legare in testamento 7. sed inter viuos videtur dubium, maximè quia potest fieri, vel fingi in fraudem ob conjunctionem personarum; sed non est fraus in eo quod potest alia via per legatum fieri: ideo puto non esse fraudem, nisi simulatio probetur 8. nec obstat *tit. Cod. de prad. min.* quia ista summa non est prædium, seu immobile minoris, quia non est onerata institutione. Et resp. ab illa obligatione, quia tenebatur ob interesse (quod non impendit in propria potest liberari per filium, vel si filius ei succedit, sibi confundit: sed si pater est superstes filio qui non disposuit, manet æquitas prædicta vt pater teneatur. scr. fol. 346.

Filius adultus potest legare patri in testamento summam destinatam *offrir conuertir en propres*, sed non donare inter viuos. Fraus non præsumitur inter patrem & filium, nisi simulatio probetur.

Dominus *de Lignieres* legauit filiæ 500. quæ post mensem post patrem obiit, vidua dicit se hæredem filiæ in mobilibus acceptando legatum & mobilia auita prius acquisita, sed renunciando hæreditati patris filiæ tanquam eius hæres, an possit? Respondi quod sic, saltim quod si illa grauaretur debitis paternis, vt quia non possit diuidere hæreditatem, posset semper renunciare. Plus dico quod potest facere illam abstensionem quantum ad se, quando censentur hæreditates diuersorum patrimoniorum, & sic poterunt hæredes propriorum facere eam hæredem, si malint esse hæredes sororis quam sibi reseruare, & sic fieret bonorum diuisio & separatio mobilium paternorum ab auitis: & sic is cuius interest potest diuidere hæreditates, non vocatis aliis hæredibus diuersæ speciei, qui censentur hæredes diuersæ personæ, secus inter hæredes eiusdem personæ. quia debent concordare.

Quid si infans statim moritur? Ad Decium *l. postbumo. num.* 4. vbi dixi *C. de bon. poss. contrà tab.*

Quid *au Perche*, vbi contra patrem volentem succedere *aux meubles & conquests*, probatur contraria per turbas, & ipse etiam habet sententiam? Respondi quod iudex potest ex officio si velit inquirere, sed non tenetur; sed debet iudicare secundum eam quæ confirmatur generali consuetudine Franciæ. Cæterum iure communi pater haberet totum, deficientibus fratribus vtrinque junctis.

Mater superstes filio, licet tantùm capiat mobilia & conquæstus, tamen tenetur ad omnia debita, quia capit vniuersale: sed hæres propriorum paternorum capit tantùm ius cæterum, & sic est vt legatarius. Quid ergo si omnia exhauriantur mobilia & cõquæstus, an mater possit quartam petere de dicto prælegatario? Respondi, non, quia prælegatarius non habet à defuncto nec ab hærede, sed à se, & à lege. Quid ergo de conquæstis patris defuncti? Respondi, si sint fratres, mater excluditur, quia verè est proprium respectu fratrum, qui sunt filij acquirentis: sed si essent extranei remotiores paterni, posset teneri quod mater succederet quia sunt conquæstus respectu eorum qui à stirpe non descenderunt; non obstat art. 112. suprà, quia intelligitur respectiuè, & quando non sunt filij extranei paterni, siue propinquiores, sed si sũt filij, & omnes decedãt, mater est propinquior in omnib. conquæstis.

9. Inter cohæredes prædium licitabatur, die licitationis & adiudicationis, mortua est vna sororum, pater vult prætium patris filiæ. Respondi non debet habere, quia nondum est vendita, & pretium licet debitum, non tamen præcisè debitum, quia non erat domus tradita, & satis est quod pater lucretur mobilia reliqua, & actiones incommutabiles. Similis quæstio, si filius vendiderat, sed nondum tradiderat, nec pretium receperat, an pretium spectet ad hæredem mobilium? Respondi quod non.

Pater cuius filia est mortua die licitationis prædij inter cohæredes, nõ debet habere particularem partem filiæ, quia nondum venditum.

10. *Galliot du Pré achepte deux bancs au Palais du domaine du Roy, qu'il a esté, & est souuent contraint rachepter*, est conquæstus, filij habent mediam, nonne

Acquisitio *des bancs du Palais* est potius pignoratio, & non capit naturam immobilis.

pater ſuccedit in parte filiorum, tanquam in mobili? Certè eſt potius pignoratio, vt ſemper proteſtatur regius procurator: tùm non poteſt ſortiri naturam immobilis & ſtabilis, quia certum fore vt redimatur. Quod ſi redemiſſet poſt mortem vxoris, ius videretur expeditum, niſi quod potius auxit pretium rei redimibilis, & ſic ſemper manſit in poſſeſſione; ſed certè eſt nouus titulus, ergo filiorum, nouus conquæſtus pro eorum filio parte, & hoc indubitatum, per *l. de emancipatis. C. de legit. hæredib.*

Dicebat *Chartier* quod ſi eſt pater, & auus maternus, hic debet ſuccedere in maternis, & pater in paternis: ego verò puto quod excluditur auus, & mecum *le Quin*, & hoc de iure. Limito in propriis maternis, quia aliis deficiẽtibus, præfertur auus materuus patrit Statutum loci vult quod mortua vxore, vel eius filio & hærede, dos redeat ad familiam, poſt obitum matris, deceſſit pater, dote non reddita, cuius filius fuit hæres, poſtea moritur, illi de familia petunt. Dicebat *Chartier* quod poſſunt: ego contra, quia dos conſiſtit in ſumma, quæ confuſa eſt, nec ſubſiſtit: ſed ſtatutum intelligitur in re habente ſtatum ſtabilem, & mecum *le Quin* & alij.

Conquæſtus matrimonij fit proprium liberis ex matrimonio.

11. In quo ſuccedit pater fit proprium patri ex latere filij; ergo ſoli filij de matrimonio ſuccedunt, aliis excluſis, & ſoli retrahunt per retractum, ſi pater vendat, & non alij alterius matrimonij, niſi poſtquam filij ſucceſſerunt: quia filiis eiuſdem matrimonij fit proprium ſtatim quod pater ſuccedit: quia ſunt de linea: ſed filiis alterius matrimonij non fit proprium tunc, ſed eſt conquæſtus quando, & donec patri ſemel ſucceſſerint.

Mater ſuperuiuens filiæ quæ ſuperuixit patri habenti filiũ ex priore matrimonio habet vſumfructum dotis præfixi, qui rediturus eſt ad filium prioris matrimonij.

12. Pater habens filium ex prima vxore, duxit ſecundam, cui conſtituit *mil liures de doüaire preſix*, & habet filiam quæ moritur viua matre. Reſpondi quod ſi hæc filia ſuperuixit patri, mater eſt domina & hæres *deſdits mil liures* ſiue proprietatis: ſed ſi filia mortua eſt ante patrem, periit ei doarium, & mater habet tantum vſumfructum, rediturum ad filium prioris matrimonij.

In Britannia equus & arma pertinent iure præcipui ad primogenitum.

13. Quid de conſuetudine Britanniæ quod equi & arma ſpectant iure præcipui ad primogenitum, ſeu principalem hæredem, etiam in collaterali: filio ſine liberis mortuo, mater vult habere omnia mobilia. Soror *Madame de Laual* ſe opponit, *& empeſche*, & vult habere tanquam primogenita in defectum maſculi. *Chartier* 1548. 12. Martij cenſuerat quod non, quia etiam creditor coget: ſed videtur quod ſecundum dictam conſuetudinem non debet creditor inde incipere ſol. communis practica hoc tollit. Creditor vnius ſummæ *pour reprendre le procez* poteſt ſolam matrem vocare, nec poteſt vocare fratres, ſi mater eſt hæres abſque bono inuentario, imò videtur quod eos vocare poſſit, vt teneantur reſtituere *en tant qu'à eux eſt, pour eſtre tenus* in ſubſidium diſcuſſione facta, & puto iuſtum eſſe vt valeat iudicium, facit notab. text. *l. cum filius fam. §. in hac de verb. obligat.* Et ſic talis citatio de repente importat, vt vel adſint pro ſuo & creditoris intereſſe, ſicut & in actione eorum intereſt: ideò fratres non ſunt malè cõuenti, quia ſuſtinent pro dicto intereſſe, vt etiam non ſit opus duplici proceſſu.

Indulgentia nõ debet prodeſſe ei qui in dolo fuit.

14. 1549. 17. Martij *plaidé* per *Seguier*, nullitas & clandeſtinitas allegabantur *du mariage du ſieur de Martigues, & Claude de Foix* ob conſanguinitatem 4 gradus, affinitatem probauit *en Decembre*, ſine bannis, noctu, & ſic quod etiamſi filius ob ignorantiam matris eſſet legitimus, tamen pater ei non ſuccederet *en proprieté des biens de Droict Eſcrit*; quia in culpa & in crimine fuit, & plectendus, etiamſi filia patri. Succedat; quia inæqualitas eſt ob debitum ſolius patris, & indulgentia miſericorditer conceſſa filio, non debet ei qui in dolo fuit prodeſſe.

Labours & ſemences ſaiſis en vne terre non ſunt mobilia, imò debitum reale.

15. Pater tutor & hæres filiæ in mobilibus, vt tutor arauerat & ſeminarat agrum filiæ qui obiit ante meſſem. *Il n'eſt pas ſaiſi, car les collateraux ſont ſaiſis de tous les propres*, ſed petit *ſes labours & ſemences*: hæredes prædiorum dicunt, quod ſi quid ei debetur, ſibi confundit, quia tenetur ſoluere debita mobilia, *& qu'il renonce aux meubles & acqueſts de ſa fille, ou qu'on compenſe leſdits fraiz faits durant la vie d'icelle.* Reſpondi quod non tenetur *quitter ſes meubles & acqueſts*, & tamen poteſt dictas impenſas deducere. *Ce n'eſt pas vne debte mobiliaire, ains reelle.* Patet quia eſt pars fructuum, *ſi donc les collateraux ne veulent pas reputer les moiſſons meubles, ny en tout ny en partie pour les gagner pour eux, il ne ſont donc pas qu'ils reputent leſdits fraiz meubles*, quia ſunt pars eorumdem fructuum, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri *l. cum qui. D. de vſucapionibus.* & fortius in *l. Titia* 100. *de condit. & demonſtr.*

Pater qui a laboré les heritages de ſes enfans, habet ius retentionis.

Ius retentionis eſt reale.

Fermier qui a laboré & ſemé præfertur omnibus creditoribus hypothecariis.

Pater qui fuit tutor, eſt prioris conditionis quam alienus quiſque.

16. *Dauantage combien que le pere ne ſoit pas ſaiſi, ſi a-t'il* ius retentionis *: car il n'eſt pas de pire condition qu'vn ſimple fermier, ou colon partiaire ou ſtipendiaire*, qui nummis colit, qui haberet ius retentionis, *lequel droict eſt reel* 17. quia præfertur omnibus proprietariis & directis & vtilibus, & omnibus creditoribus, etiam hypothecariis, etiam hypotheca expreſſa, nedum tacita. 19. *Et outre ſi vn autre que le pere eut eſté tuteur de ſa fille, ledit tuteur eut eu ce droict*, etiam vt extraneus, *comme ſon fermier, & n'eut eſté le pere prenant les meubles & acqueſts, tenu de les acquitter de cela enuers le tuteur fermier, ou autre tiers occupant*: quia eſt debitum, retentio, vel recompenſa realis. Porrò officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. *l.* 2. *D. quemadmodum teſtam. aper. Et ainſi le pere pour auoir eſté tuteur ne doit & ne peut eſtre de pire condition que ſi vn tiers eut eſté tuteur, ou ſi vn eſtranger vſurpateur eut labouré & ſemé. Pourquoy le pere peut requerir ou que leſdits fruicts ſoient partis* pro rata temporis, confuſis dictis ſumptibus, *ou que ſi leſdits heritiers veulent auoir tous les fruicts, qu'ils luy rendent leſdits fraiz; dont il offre ſe contenter. Meſmement qu'il y a pluſieurs couſtumes où les vignes liées & les bleds en fleurs ſont reputez meubles: & ainſi le pere gagneroit tout, ou du moins devroit gagner* pro rata temporis. *Et à tout le moins retention pour ſeſdits labeurs comme vn eſtranger, il eſt trop dur de le traicter plus rudement qu'vn brigand. l. fundum qui. D. famil. herciſc. s'il a mis du ſien en la bourſe de ſa fille, eſt-ce à dire qu'il le perde?* Ita *s'il prend la bourſe & ce qui eſt dedans*: ſecùs *s'il ne prend point la bourſe, qui eſt priſe par les autres.*

§. CXXIX.

ITEM en ligne directe, en matiere de ſucceſſion, propres heritages ne remontent point.

SVMMARIA.

1. *Propria ſunt verè ea quæ venerunt per ſucceſſionem.*
2. *Donatum nepti ab auo, non eſt proprium reſpectu propinquorum.*
3. *Pater non excluditur à ſucceſſione filij in quæ ſunt bona in quibus dicta filia ſucceſſit auo patre ſuo abſtinente.*
4. *Doarium in conſuetudine Niuernenſi eſt conditionale, & præmorientibus filiis fit caducum.*
5. *Miſeria Iudicum.*
6. *Pater qui eſt de linea ſuccedit filio in conquæſtis, nec tenetur recipere pretij refuſionem.*

Digitized by Google

NE REMONTENT POINT] licet aliud intelligatur in conſequentiam præcedentium, & ſic quod non excluduntur ij à quibus deſcenderunt, ſine qui ſunt de illo latere, vt *à Sens art. 61. Vitry art. 81.*

PROPRES] verbum hoc hæredium antiqui vocant, & dicunt ſpectare ad dominium feudorum *cap. vnic. de filiis natur. ex matrim. ad marg. contr.* ſed ibi proprietas ſumitur pro allodio, imò pro paganico etiam alio à feudo.

Pater in contractu matrimonij dedit filio tale prædium, *pour luy eſtre propre, pour luy & les ſiens:* Poſteà moritur filius ſine liberis: veniunt patrueles & petunt prædium. Pater vult recuperare: quia dicit quod non putabat dare exteris, ſed ſolum proli ſuæ, & deſcendentibus: *au rapport de Monſieur de Chevrieres* fuit cauſa defenſa, & iuſſæ partes concordare. Ego dico quod iudicandum erat pro patre, & tanto magis ſi dictum erat *en aduancement d'hoirie.* Dicunt quidam *que par la Couſtume de Vermandois, Artois & Haynault*, ſi pater dat fundum filio qui poſt decedit, non ſuccedit pater, ſed alij collaterales. Ego dico quod iſte articulus preſupponit, ea ſolum eſſe propria 1. quæ veniunt per ſucceſſionem, & ſic nunquam fruſtrabitur pater qui dedit. Plus dico quod non fruſtrabitur ab eo quod auus dederat nepoti, 2. quia tunc eius reſpectu non eſt proprium, etiamſi ipſe reliquerat nepotem, qui poſt patrem, viuo auo ſuo, moritur, quia non eſt proprium reſpectu volentis ſuccedere. Quid ſi pater noluit eſſe hæres patris, fecit filium ſuum eſſe hæredem, poſtea apparuit bona hæreditas, & decedit filius, & vult pater ſuccedere in his propriis, an excludetur? non ſolùm per alios filios ſuos, quod eſſet ſatis æquũ, ſed etiam per auunculos ſuos, vel remotiores? Puto quod non.

Propria verè ea ſunt quæ veneruntper ſucceſſionẽ.

Donatum nepoti ab auo non eſt proprium reſpectu propinquorum.

Pater non excluditur à ſucceſſione filij in qua ſunt bona in quibus dictus filius ſucceſſit auo, patre ſuo abſtinente.

5. Vidi Niuernis mortuo vnico filio primi matrimonij, patre ſuperſtite, qui poſtea reliquit filios ex ſecunda vxore à quibus *le couſin germain* vindicat dotẽ *de trois cens liures de rente ſur certaine terre* matri dicti filij conſtitutam ab eius auo contemplatione patris primi filij ſui, idque prætextu antiquæ conſuetudinis redactæ per Ducem Brabantinum & Comitem 1490. quæ dicit *douaire de mere eſt heritage d'enfans, & ſi elle decede* ante virum, *le mary en iouyt ſa vie durant, & ne le peut aliener ſans le conſentemẽt des enfans, s'il y en a*, innito alio articulo, quod propria non aſcendunt, & quod filij poſteà nati non ſuccedunt in dicto doario, & iudices fuerunt valdè impediti ſuper modo informandi & recolendi teſtes, & etiam curia. Ego dico quod ſtatim debebat decidi, quia etiam per veterem, ſi deſint eſſe liberi, pater poteſt diſponere: tum quia pater in ſucceſſione patris ſui debet probare quod fecit; tùm quia per articulum præcedentem veteris conſuetudinis *douaire a lieu & eſchet par le treſpas du mary*: ergo certè eſt conditionale; ergo & premorientibus filiis caducum eſt, nec tranſmittitur, ſed reſtituitur: tum quod conſuetudo *de propres remontans* longè aliter intelligitur. O miſeriam iudicum!

Doarium in conſuetudine Niuernenſi eſt conditionale, & premorientibus filiis eſt caducum.

5. Miſeria iudicum.

6 Conſuetudo *d'Artois art. 74.* ibi caſus de fratre qui vendidit hæredium, quod filius fratris viuentis retrahit iure contractus, & moritur patre ſuo ſuperſtite, qui vult ſuccedere tanquam in conquæſtu: alij verò collaterales volunt habere tanquam proprium, quia non aſcendit, & pro his ita iudicatum, *& pendoit à*

Pater de linea ſuccedit filio in conquæſtis, nec tenetur recipere pretij refuſionem.

Malines. Reſpondi malè iudicatum. Primò per intellectum rectum: ſecundò etiam hoc ceſſante hic eſt verus conquæſtus, & per omnia ſic regulatur. Saluo intereſſe eorum de linea, & ne vadat ad extraneos, ſtantibus his de linea; ſed pater eſt de linea, ergo non eſt inhabilis, & poteſt habere, nec tenetur etiam pretij refuſionem recipere.

Mecum contra *Seguier* ſenſit dom. *Chartier* quod donatio per patrem facta filio moriente redit ad patrem; etiamſi ſit de propriis, quia cenſetur conquæſtus & non proprium, ex quo filius præmoritur, nec ſuccedit. Ego verò altiori ratione moueor, etiamſi filius relinquat nepotem patri ſuccedentem & mox morientem, viuo auo, ad eum redit.

Media bona inferius, ſcilicet quæſita per patrem ſuo nomine Aurelijs (ſi ibi ſita ſunt) & non ſunt alij deſcendentes à patre quæſitore, ſpectant primò ad matrem ſi velit, deinde ad auum, & auiam maternam, & auiam paternam æqualiter, ſcilicet ad auum & auiam maternos pro beſſe, & ad auiam paternam pro triente, deinde ad auunculos, deinde ad auunculos magnos.

Media ſuperius, ſcilicet quæſita per auum maternum, ſi ſint ſita Aurelijs, idem quia non ſunt alij deſcendentes ab auo quæſitore, ergo vadunt ſecundum ius commune quod conſuetudo admittit Aurelijs. Tum hic articulus habet duo extrema, excluſum aſcendentis, & incluſum lineæ, & vtrumque correlatiuum: quia parentes non excluduntur ſui odio, ſed in conſequentiam patrimonij, id eſt quo bona maneant in linea, alioquin ſequeretur quod mater ſuperſtes filio, ideò poſſet omnia paterna, eo mortuo, auferre; ergo ſi parens, ipſe ſit de ea linea non excluditur, ſed ſaltem æquè admittitur, non autem excluditur, quia parens nec ſui odio, ſed quia veriſimiliter non eſt de linea, vt corpus conſeruetur fauore lineæ conſeruandæ, facit conſuetudo Aluern. *cap. 12. art. 3. d. pronunciatio in fin. de verb. ſignific.*

Sed Pariſiis art. 112. non eſt neceſſe deſcendiſſe, & ſic media illa ſi eſſent Pariſiis ſita, pertinerent ad paternos ſecundum communem; ſed ſecundum hanc conſuetudinem ſpectarent ad auiam paternam, quinimò non poſſent, quia *ils ſont faits propres contre elle* per conſuetudinem Pariſienſem: & ſic Pariſiis laterales paterni omnia haberent: ſed Aurelijs mater videtur habere: imò non habet: quia auia eſt conjuncta ex parte patris, & ſunt propria paterna, & ſic linea non deſcenderet. Tamen ſatis eſt quod defuncta, per latus paternum ab ea deſcendat, vt gaudeat priuilegio propriorum: vel alias capiat ea iure commoni, vt aduentitia bona, & ſatis eſt quod ſunt propria paterna contra matrem, & quod defuncta non deſcendat à matre per latus patris, & ſit mater inhabilis, laterales etiam patris inhabiles; ergo ſola auia paterna habet & merito in ſolatium prolis amiſſæ, ne filij ſui bona omnia à ſe maiori parte quæſita perdat. Sed imo impedit in propriis auitis in hoc lateralespaternos ab eis debent reddi, quia videtur debitum naturale, ergo ipſe teneretur luere impenſam nondum ſolutam per defunctum qui ſe obligauit immediatè, ſecus de matre, licet ad hanc impenſari, ſi defunctus non ſoluit, teneatur, poſtquam bis partis *les propres des Huiſſiers leur furent adiugez* per arreſtum.

§. CXXX.

IL ne ſe porte heritier qui ne veut.

SVMMARIA.

1. *Non natus tempore mortis defuncti non eſt capax ei ſuccedere.*
2. *Renuncians ſucceſſori non tranſmittit.*
3. *Ius adeundi cedi non poteſt.*
4. *Hæres per inuentarium incipit eſſe ſimplex poſt omnia clarificata.*
5. *Declarans ſe nolle eſſe hæredẽ, nõ tranſmittit.*
6. *Præſcriptio non currit hæreditate vacante.*

Non natus tempore mortis defuncti non eſt capax ei ſuccedere.

Renuncians ſucceſſioni tranſmittit nihil.

Ius adeundi cedi non poteſt.

Hæres per inuentarium incipit eſſe hæres ſimplex poſt omnia clarificata.

Declarans ſe nolle eſſe hęredem, non tranſmittit.

QVæſitum eſt, filius hæres per beneficium inuentarij dicebat *eydeuant* quod nepos collateralem poteſt excludere, *en ſe portant heritier ſimple*, ſed ipſe non audens, habuit poſtea filium, quem vult facere *porter heritier ſimple*. Reſpondi quod nõ poteſt, quia non erat natus 1. ſed ſi nepos poſſet, & moreretur, tranſmitteret ad filium: non autem renunciando: quia renuncians 2. nihil tranſmittit, ſed locum facit ſucceſſorio edicto, quod non vocat poſtea conceptos: nec etiam cedendo, quia tunc adiret: & ius ipſum 3. adeundi cedi non poteſt, ſed per obitum habilis tranſmittit. Plus dixi, etiamſi vertũ eſſet quod collateralis ſimplex excluderet deſcendentẽ qui eſt per inuentarium, eſſet verum non infra 30. annos lapſos, infra terminos rei integræ, hic enim poſtquam is qui per inuentarium omnia clarificauit 4. & purgauit, non eſt admittendus; quia is cœpit eſſe ſimplex, poſt omnia clarificata.

5. *L. fin. C. vnde liber.* puto quod ſi quis declarauit quod nolebat eſſe hæres, etiamſi aliter non renunciauerit, quod non tranſmittit: etiamſi alius, licet filius eius non hæres patris poterat agnoſcere. Poſſe ſuſtineri videtur, ſi ante matrem & deuolutam hæreditatem hoc declarauit, quia hæc conſuetudinis ſaiſina facile poteſt impediri, & de facili redibit ad ius commune & ſatis eſt vtrumque apparere quod nolit: dixi ad Dec. *l. qui ſe patrũ in princip. C. vnde lib.* approbando Iaſonem *ibi num.* 47.

Præſcriptio non currit hæreditate vacante.

6. Vi huius conſuetudinis reputatur interim hæreditas jacens, vt non currat interim præſcriptio.

Hæres per beneficium inuentarij volens vendere terram, an teneretur creditores vocare? Reſpondi non: quia iure non cauetur. Sed nunc quæruntur quod vili vendidit. Reſpondi, ſi eſt læſio vltra dimidiam, actio in hæreditate eſt. Sed quid ſi hæres dolo vendidit? Reſpondi quod tenetur tunc ad æſtimationem iuſtam ſupplendam, non ſolum inſpecto tempore venditionis, ſed etiam inſpecto tempore preſenti. Quid ſi venit hęres ſimplex, an rumpat alienationes immobilium? videtur quod non.

§. CXXXI.

EN la Preuoſté & Vicomté de Paris (hors la Ville & Fauxbourgs de Paris) entre nobles, quand l'vn des deux conjoincts enſemble par mariage va de vie à treſpas, le ſuruiuant peut, ſi bon luy ſemble, prendre les meubles & creances demeurez de ſon decez, & qui communs eſtoient entre eux & dont ils iouyſſoient au temps d'iceluy treſpas; en payant les debtes mobiliaires & perſonnelles, obſeques & funerailles: pourueu qu'il n'y ait enfans du treſpaſſé; & où il y aura enfans, leſdits biens ſe partiront par moitié, entre eux, & ledit ſuruiuant.

SVMMARIA.

1. *Retentio mobilium eſt potius commutatio ad omnes ſoluendi debita, & ſic non eſt merum lucrum.*
2. *Acquiſitus fundus ante matrimonium, quo durante, emptor conuentus ad ſuppletionem pretij ſupplet, eſt conquæſtus inter coniuges.*
3. *Legatum quod in puncto mortis tenet non amittitur contra teſtamentum.*

HORS LA VILLE &c.] Hęc parentheſis debet intelligi de perſonis, ſcilicet habentibus domicilium extra vrbem, vt ſuprà §. 116.

Sed Aurelius vbi capit etiam ſtantibus filiis communibus, an perdat conuolando ad ſecunda vota, aut ſaltem quod ſupereſt lucri ex hac capione debet reſeruari filiis primis? Videtur quod ſic, tanquam iure ſtatuti tacitè conuentum: ſed contra verius eſt, quia non eſt merum lucrum, ſed 1. commutatio ad onus ſoluendi debita, & etiam nunquam fuit viſum, nec vſitatum quod hoc lucrum eis reſeruatur: tamen etiamſi reſeruaretur, non teneretur communio ex defectu inuentarij, quia ſemel interrupta, nec opus fuit inuentario ob hoc lucrum quod non reſeruatur, licet commoditas debeat reſtitui.

Retentio mobilium eſt potius commutatio ad onus ſoluendi debita, & ſic nõ eſt merum lucrum.

2. Quid ergo ſi fundus erat emptus, ſed debebatur pretium? Reſpondi, ſi non erat realiter traditus, & ſic nondum erat vere debitum pretium, non ſoluet: ſed ſi erat acquiſitio fundi conſummata, ſoluet. Quid ſi agatur ad ſupplementum, vel ex *l.* 2. & poſt litem conteſtatam moriatur alter actorum, deinde reus obligat ſupplementum? Solue, aliud eſt, quia non erat debitum, ſed in facultate: tum quia ſi eſſet facta reſolutio, non erat reſoluta lucro ſuperſtitis; ergo nec id quod ſuppletur ad reſolutionem impediendam: ſic etiam ſi hic ſupplere debebat, non debet ſuperſtes ſupplere, ſed hĩ ad quos ſpectat fundus, interim vt non haberent recurſum contra eum qui teneretur exonerare à debitis, quia iſtud non eſt debitum mobiliare, ſed velut acquiſitio fundi: vnde ſi emptio erat omnino perfecta ante matrimoniũ poſt quod conjux cõuenitur ex *l.* 2. & ſupplet, erit conquæſtus, quia non erat in facultate actoris reſoluere, ſed erat pars pretij refundenda, ſicut de conditione, vel emptione ſeruitutis prædialis. Quid vir legauerat colono *de ſon propre tout ce qu'il*

Acquiſitus fundus ante matrimonium, quo durante emptus conuẽtus ad ſuppletionem pretij ſupplet, eſt conquæſtus inter conjunctos.

luy doit & ſera lors de ſon decez. Vidua ſi tantum capit communionem, coget eum ad ſoluendum ſibi mediam, nec colonus habet recurſum contra hæredem: quia irritum legatum limitatur ad ius locationis, id eſt ad mediam. Capiens ergo omnia mobilia, coget ad ſoluendum ſibi totum. Contra quem habebit recurſum colonus pro media: eſt enim abſurdum dicere legatum 3. quod in puncto mortis tenuit, poſtea euaneſcere, ergo valet teſtamentum; ergo hæredes tenentur de ſuo ſoluere dimidiam; ſed videtur abſurdum, quia eſt ſpecies euictionis. Sed nonne eſt differentia dicere, lego ei 100. vel lego tali liberationem, ſi debeat 100. Cur cui legatur ſumma eſt fauorabilior, quam cui legatur liberatio. Quid ſi dicat lego, liberationem & nolo ab eo quidquam peti. Reſpondi, idem eſt, imò videtur quod nolit à ſuo hærede exigi; ſed eum liberari cedendo de rationibus, ſed hic ſpreta voluntate legantis, alias cœpit actiones, & ſic legatum: ſed certè hoc eſt valdè durum, conſiderando quod in puncto mortis media eſt acquiſita viduæ ſine onere teſtamenti. Et ſic legata liberationis, & ſpecierum, non valent pro dimidia viduæ; dum autem poſtea capit reſiduam partem mobiliũ, videtur quod capiat cum onere ſuo; videlicet ad onus ſoluendi mediã partẽ legatorum, ſaltẽ ad onus non petendi mediã quã hæres petere non poterat, ſi vidua non elegiſſet omnia capere mobilia, & hoc æquius videtur, & quoddam mediũ.

Legatum quod in puncto mortis tenet nõ amittitur contra teſtamentũ.

Contractu matrimonij vir teneretur *employer* 2000. *liures en propres d'elle, & de ceux de ſa ligne*, & niſi factum ſit *ſe prendra ſur les meubles, & immeubles du mary, ſans confuſion*. Præmortuus eſt, vidua nubit, poſt tamen capta mobilia (licet eſſent filij) à quibus vitricus petit 2000. *liures* ſuper eorum propriis. Durũ eſt: tamen videtur poſſe, quia promiſſio ſimpliciter facta eſt ſuper bonis, & ſic nõ operatur limitatũ: ſecùs

ſi dictum eſſet ſuper mobilibus & conquæſtis, quia tunc vidua capiens mobilia confunderet legata, non-obſtante legati confuſione : quia verum eſt eo ipſo quod diuiditur ſocietas, ſed bene ex cauſa ſuperueni enti; ſed ſi capiat mobilia ſine onere, nihil intereſt vtrum per conſuetudinem, ſiue per pactum ſunt mobilia ſpecialiter onerata, ſed in confuſo patrimonio tantùm.

§. CXXXVII.

EN la Preuoſté & Vicomté de Paris le mort ſaiſit le vif, ſon hoir.

SVMMARIA.

1. *Poſſeſſio hæreditatis per vnum ex liberis confirmatur pro cæteris.*
2. *Hæres hæredis poteſt liberè & indiſtinctè non adire hæreditatem.*
3. *Legatarius poteſt repudiare legatum, ſed non hæres eius.*
4. *Naturalizatio pro exteris nullibi obſeruatur, quæ eſt ius barbaricum.*
5. *Dominium tranſit ſtatim à morte, quia ex eò ſunt liberi ſaiſiti.*
6. *Hæres per beneficium inuentarij non habet fructus, donec inuentarium ſit factum, & qualitas fundata.*

CEſſant ambiguitates tranſmiſſionis defuncti, per Alexand. *conſ.* 86. *lib.* 3. vbi impeditiſſimum caſum, & *conſil.* 168. *num.* 5. *lib.* 7.

Poſſeſſio hæreditatis per vnum ex liberis confirmatur pro cæteris.

1. Amplio etiamſi vnus fratrum diu poſſideat, putans ſe eſſe ſolum, quia ſatis eſt quod non habet animum alienam poſſeſſionem interuertendi: & ſic per hanc poſſeſſionem aliorum poſſeſſio conſeruatur, vt tenigi *ad conſil.* Alex. 167. *num.* 4. *lib.* 6. ad Decium *l. fin. nu.* 41. *C. de ædiff.* Diui Adriani toll. *conſ.* 467. *nu.* 3.

An etiam teſtatore prohibente Boer. Dec. 41.

Æquius correcta *l. qui patris. C. vnde liberi* & ibi ad Dec. Nonnè aliud in hæreditate quam hæres 2. hæredis liberè & indiſtinctè poteſt repudiare, & in legato, quod licet legatarius 3. poſſit repudiare etiam in præiudicium creditorum, non tamen eius hæres, vt omnes ſentiunt, quando repudians indè non habet commodum. communis eſt poſt Bartolum, quod poteſt repudiare, vt alia manu capiat, vel retineat: ſed Cyn. Panormit. contrà in *l. ſi mihi & tibi in princip. de legat.* 1. Finge quod legataria debebat mediam omnium bonorum præſentium & futurorum ex contractu matrimonij, hæres autem teſtatoris, quia hæreditas legatariæ, vt ſolus totum amplum fundum legatũ haberet, repudiat legatum. Cõmunis eſt quod poteſt.

Hæres hæredis poteſt liberè & indiſtinctè non adire hæreditatem.

Legatarius poteſt repudiare legatũ, ſed non hæres eius.

Idem ſeruatur in recta in Armorica; ſed in collaterali *au demande main ſouueraine* à iudice loci, quæ ſummarie datur.

4. Nullibi locorum, nec apud Turcas, nec apud Venetos ſeruantur iura barbatica de naturalitate, & dè non ſuccedendo per exteros.

Naturaliſatio nullibi ſeruatur pro exteris, & eſt ius barbaricum.

5. An operatur quod ſtatim tranſit dominium à morte? Puto quod ſic, quia ſunt potius Codicilli; imò quia ſaiſiti, & quia ad hunc finem æquitatis ſunt ſaiſiti. Et an incipiat ſtatim currere præſcriptio, etiam non adita hæreditate vt in *l. ſi partem* 19. *in princ. quemadmodum ſeruit. amitt.*

Tranſit dominium ſtatim à morte, quia ex eo ſunt liberi ſaiſiti.

Per conſuetudinem Britanniæ, *quand aucun decede* ſine liberis, *le Prince met la main* (ratio quia in infinitum repræſentat) *ſur les biens du decedé à la conſeruation des droicts de qui il appartiendra* : Et licet ſe dicens cognatum *a mainleuée*, ſi poſt euincatur, debet perdere fructus, etiam *qu'il en euſt pû pretendre, ou percevoir* à die obitus.

Hæres per beneficium inuentarij nõ habet fructus donec inuentarium ſit factum, & qualitas fundata.

6. Fallit in hærede per beneficium inuentarij, donec ſit inuentarium ritè factum: vnde vidua habens partem diuidit, & huiuſmodi poteſt hæredem per beneficium excludere à domo, & oſtia claudere, donec qualitas ſit fundata, & inuentarium factum, & fortius ſi ſe tantum prætendit ſubſtitutum.

Amplia etiam de iure in colono & precario. Tiraquellus *de conſtitut. fol.* 38. *verſo.* Dixi in lege quæſitum contra Socinum de Precario.

§. CXXXIII.

Par ladite Couſtume, en ligne directe repreſentation a lieu.

SVMMARIVM.

1. *Auus maternus non poteſt repræſentare in dimidia mobilium.*

ETiamſi non diceret intelligitur. Et valdè erant iniquæ veteres conſuetudines *de Montfort, Chartres & Senlis*, quæ negabant. Idem vidi teneri in conſuetudine *d'Eſtampes*. Et eſt commune quod adhuc Pariſiis non habebat locum ante has redactiones. Idẽ in Neuſtria. Aduerte illæ conſuetudines non ſunt prorſus iniquæ ex alia conſideratione, videlicet vt filij non nubant ſine conſenſu propinquorum, alias exhæredari poſſunt à ſucceſſione eius qui non conſenſit, vna cum deſcendentibus ex eo ſecundum iſtam repræſentationem. Sed adhuc eſt iniquitas, quia etiam iſte exhæredatus intelligitur ſi ad ſuum hæreditas deferatur; ſecùs ſi ad nepotes, eo præmortuo, & nullomodo nepotibus nocet, etiamſi veniant repreſentandi cum patruis; tùm quia adhuc ſemper remanet iniquitas ſi parentes conſenſerint matrimonio ſimpliciter, & dotem niſi aliis ſimilem dederunt; & ſic iſta ſaluatio eſt ſophiſtica.

Et ſic in hac & ſimili conſuetudine filij plurium fratrum ſuccedunt in capita, contra ius commune; & pariter, ſi eſt matertera, & plures nepotes ex fratre defũcti omnes in capita, nec poteſt matertera dicere hoc eſſe iniquũ: quia imò pro bono debet haberi quod admittitur ad virilem contra ius per beneficiũ conſuetudinis

Auus maternus non poteſt repræſentare in dimidia mobilium.

1. Filius decedit relicto patre, fratre, & auo materno, qui vult repræſentare in dimidia mobilium: ſed non poteſt, quia hæc cõſuetudo intelligitur ſecundũ ius ſcilicet in deſcendendo non in directa aſcendẽti. Sed auus in tractatu matrimonij filiæ dederat 200 *liu.* ſuper ſua futura ſucceſſione, & quod teneretur *rapporter*, veniẽdo ad eius ſucceſſionẽ, nunc dicit quod non venit, & ſic vult repetere. Reſpondi non poſſe in terminis noſtræ (iure Cænomanenſis conſuetudinis) quia permitti-

Digitized by Google

tur *ſe tenir au dou*, quod in dubio cenſetur factum ſecundum nudam conuentionem, qua locus eſt electioni, *ſoy tenir, ou rapporter*. Sed an frater poſſit petere donum ſororis. Reſpondi non, duplici ratione; prima, quia transferret ad cognatos ex latere patris pupilli: ſecunda, quia puto ex quo vir ſolus eſt ſuperſtes, ſed idem hæres filij ſolus non poteſt ab hærede propriorum petere mediam impenſarum factarum in propriis vxoris, quia eſt mobile quod ſibi confundit, debet enim ſoluere debita mobilia.

Adhuc hodie 1540. *à Peronne, Montdidier & Roye*, vbi non eſt homologata conſuetudo, ſeruatur quod repræſentatio ceſſat, etiam in directa.

1548. Dicebat *Riant* ſecundum Ioannem Fabr. §. ſi plures, quod duorum fratrum ſi vnus repudiet, eius filij poterunt iure ſuo ſuccedere cum patruo, & quod in linea directa non eſt ius repræſentationis. Sed falſiſſimum eſt: Tamen allegabat ita iudicatum pro neponibus ex filio Dom. *de Bazoches* contra filiam ex eo, licet frater renuntiaſſet ſucceſſioni.

§. CXXXIX.

PAR ladite Couſtume, quand il y a enfant maſle du fils aiſné ſuruiuant ſon pere, en venant à la ſucceſſion de ſes ayeul & ayeule, il repreſente ſondit pere au droict d'aiſneſſe: & s'il n'y a que filles, elles repreſentent leurdit pere toutes enſemble pour vne teſte, & partiſſent auec leurs oncles, ſans droict d'aiſneſſe, quant auſdites filles.

SVMMARIA.

1. *Filiæ non habent ius primogenituræ contra patruos.*
2. *Ius primogenituræ non eſt pars hæreditaria ſed eſt prælegatum datum maſculo tantum.*
3. *Repræſentatio in mero iure ſucceſſorio procedit.*
4. *Ius primogenituræ non tranſmittitur.*

Filiæ nõ habent ius primogenituræ cõtra patruos

1. MAniſeſtè innuit conſuetudo quod iſtæ neptes non habent ius primogenituræ contra patruos. Ibi *partiſſent* loquitur de partagio cum patruis. Et benè dicit quod in illo partagio non habent vllum ius primogenituræ: ergo non intelligitur inter ſeipſas in ſecundo partagio, ſed in primo cum patruis. Tamen quod obſeruatio ſit bona, quæ aliud vult quando relinquitur nepos, aliud quando tantum neptes, ibi, *s'il n'y a*; & hæc veritas * in terminis huius conſuetudinis; ita etiam ſentit Faber *inſtit. de agnat. ſucc. § cæterum ad finem*. Dicunt tamen quod dominus *de Nully* habet arreſtum in hac conſuetudine pro nepte: ſed vide quod hæc conſuetudo ampliat nedum quando primogenitus habet vnicam filiam, ſed etiam quando habet plures filias; ſcilicet quod non veniunt niſi vnica capiat cum priuatione iuris primogenituræ. Et hoc fauorabile, & iuſtius, quia hoc ius ipſi maſculinitati datur, & hic ſoluitur contrarium quod repræſentat; ergo in illam partem patris. Idem quod vtatur repræſentatione conſuetudinis generaliter loquentis, vt *à Vermandois repreſentation a lieu*. Quare reſpondeo quod ius primogenituræ 2. non eſt pars hæreditaria, quia etiam non in plus tenetur de debitis; ſed eſt prælegatum datum maſculo tantùm; ergo ſi prius decedat fit caducum, niſi relinquat filium qui ſit illius qualitatis, vt ſic poſſit habere homagium, & compenſari in legato, vel vocatione conſuetudinis, aliàs repræſentatio 3. ſolum in ea mero iure ſucceſſiuo procedit, non autem in legatis vel prælegatis. Et ſic D. *Chartier & Marillac* rectè reſponderunt ſub conſuetudine Viromanduenſi, quod debet neptis ſolum habere virilem, non autem primogenituram, nedum contra patruos, ſed etiam contra amitas tantum, quando non erant niſi filiæ tempore mortis.

* Tamen dicunt quoſdam eſſe arreſta pro neptibus Pariſius, quæ eſſent lata Tarenis. ſcript. fol. 219.

Ius primogenituræ non tranſmittitur.

4. Sed pro eo quod etiam in iure primogenituræ facit Bald. *l. venia. C. in iur voc.* ad Alex *conſ.* 55. *num.* 11. *lib.* 4. quod non tranſmittitur. Alexand. *conſ.* 123. *col.* 1. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 207. *lib.* 2. Quid inter filios prædefunctæ filiæ, ſi in eius portione ius primogenituræ petitur, quando erant tres filiæ vnius patris, ita ius primogenituræ non erat in primo ſucceſſionis gradu, ſed debet eſſe pro illa parte deuoluta ad defunctam, ſi vixiſſet; ergo etiam prout in eius partem plus venit feudorum, & minus aliorum bonorum per diuiſionem, quæ non debet ius primogenituræ regere.

Ius primogenituræ nó eſt pars hæreditaria, ſed eſt prælegatum datum maſculis tantum.

Repræſentatio mero iure ſucceſſiuo procedit.

Thibault de Vitry ex prima vxore habet filium Ioannem *de Vitry* Aduocatum Curię: pater ſecundam vxorem ducit Ioannam *Anierrant*, & conuentum in contractu matrimonij 1516. quod ſi futuri coniuges prędecedant, *que leurs enfans repreſenteront en pareille preroguatiue & aiſneſſe que leſdits mariez*. Filius prior Ioannes primogenitus decedit, relicta filia, deinde pater relicta nepte & filiis aliis ex ſecunda vxore. Reſpondi quod non poteſt locus eſſe iuri primogenituræ; ſed omnes æqualiter ſuccedunt, non obſtante clauſula matrimonij, quæ eſt aduantagium venientis ad ſucceſſionem.

TITVLVS DVODECIMVS

DE DOARIIS SIVE τῶν ἀντιφερνῶν.

VTrum debent compenſari cum legatis factis vxori? Dixi plenè *conſil.* 154. *in fin.* etiam in Scotia, vbi promiſcuè vocatur dos *cap. nuper de donationib. inter vir. & vxor.*

Nota quod licet *le propre de la femme ſoit* propriè & adæquatè dos in terminis iuris, quia vir conſtante matrimonio vocatur dominus, & fructus lucratur *l. pro oneribus. C. de iure dot.* non tamen poteſt alienare, & ſoluto matrimonio redeunt ad vxorem, vel eius hęredes. Non tamen practicatur *l. diuortio. D. de ſolut. matrim.* vt vltimi anni fructus diuidantur pro rata; ſed, aut ſunt amobiliati, & cedunt communioni, aut pendent, & redeunt cum prędiis. Ratio non poteſt dari bona, quia de iure vir & vxor non ſunt ſocij, ſed per conſuetudinem, ſic ergo onera matrimonij iam non ſunt viri ſolius, licet habeat principalem curam & adminiſtrationem: ſed ſunt onera communionis & ſocietatis; ergo debent intelligi deduci ſuper communione merito ſatis eſt quod reliqua reſtantia mobilium & conquęſtus diuidantur, nec plus poteſt petere vir, quia non ipſe tulit, ſolus onera, ſed ipſa ſocietas, quę non debet eſſe inæqualis.

Digitized by Google

§. CXXXV.

PAR ladite Conſtume les femmes mariées ſont & demeurent doüées de doüaire Couſtumier, poſé que par exprés au traicté de leur mariage ne leur ait eſté conſtitué, ne octroyé aucun doüaire.

SVMMARIA.

1. *Doarium dicitur diſpoſitio iuris, quando poteſt renunciari.*
2. *Doarium ſi omnia mobilia conſumpta ſunt, eſt quarta pars immobilium marito obuentorum pendente matrimonio ad vitam mulieris.*
3. *Doarium non eſt vera donatio propter nuptias, ſed ſolum eſt donatio vſusfructus.*
4. *Doarium non tranſit ad liberos, niſi dicatur.*
5. *Doarium eſt minus quam donatio proprietatis.*
6. *Liberi non poſſunt exhæredari à matre in doario cuius non eſt domina.*
7. *Doaria eſt ſicut fructuaria quæ moritur ante fructus collectos.*

FAllit ſi dos non eſt ſoluta per notata Ruyn. *conſil.* 110. *lib.* 5.

Doarium dicitur diſpoſitio iuris quãdo poteſt renunciari.

1. Dicitur diſpoſitio iuris quando poteſt renunciari. Rip. *l. in inſulam num.* 60. *de verb. obligat. l. contrario num.* 49. *de vulg. & pup. ſubſt.* licet contra tenuerit in *l. in partem num.* 48. Decius *conſil.* 257. *col.* 1. Bertrand. *fol.* 107. contra Fabet *l.* 1. *in* 1. *reſp. de fundo dot.* Vide Bald. *conſil.* 107. *lib.* 4. ad Alexand. *conſil.* 144. *lib.* 5.

Hoc verbo abutuntur vulgo *en Piedmont* Thurini, vt dicit Aymon. *conſ.* 183. quod donationem propter nuptias vocant augmentum dotis, & redit ad donantem ſoluto matrimonio *l.* 2. *C. de bon. quæ lib.* & ibi Baldus, vt notat Aymon. *num.* 1.

Doarium ſi omnia mobilia conſumpta ſunt eſt quarta pars immobilium marito obuẽtorum pendente matrimonio ad vitam mulieris.

2. Quid ſi non ſit nec conſuetudinaria, præfixa, & nulla ſint communia, mobilia enim exhauſta debitis: tamen vir reliquit multa immobilia quæ interim ſibi obuenerunt ex ſucceſſione patrui. Reſpondi per rationem authenticæ *præterea. C. vir & vxor.* debet ſaltem quartam partem habere ad vitam, vel aliud commodum promptum, habito etiam reſpectu ad id quod attulit, & conſumptum fuit, vt ibi in princip. ad Decium tetigi, & *conſil.* 24. *in princip.*

Doarium nõ eſt vera donatio propter nuptias, ſed ſolum donatio vſusfructus. Doarium nõ tranſit ad liberos, niſi dicatur. Donatio eſt minus quam donatio proprietatis. Liberi non poſſunt exhæredari à matre in doario, an non eſt domina.

3. Doarium in genere non eſt vera donatio propter nuptias proprietatis, vel rei: ſed ſolum donatio vſusfructus; ita quod non 4. tranſit ad liberos, niſi dicatur; & ſic vſufructus caſu quo ſuperius. Vnde Aureliæ art. 241. Quod autem hic dicitur ad filios non eſt donatio propter nuptias, ſed adhuc minus 5. quia donatio proprietatis immediatè & ab initio fuit filiorum, ita quod non poſſunt in hoc exhæredari à matre, quæ non eſt, nec fuit domina. 6.

Ioannes *du Perthuis*

Roland du Perthuis — *Marie Brulard vefue Gilles Noble*

Robert du Perthuis aiſné ſine liberis — *Françoiſe Boutard vefue de*

Pater & mater habent feudum conquæſtum, & duos filios, qui duas ſorores ducunt: Pater in contractu matrimonij conſentit quod dictæ futuræ habeant *doaire ſur ledit fief.* Reſpondi primò intelligitur *de Couſtumier*, vel ad inſtar, ex quo aliter non ſpecificatur, & ſic de media. Et quod vxor primogeniti non plus habet, quia intelligitur in viriles. Sed ſi alter fratrum moritur, relictis duobus filiis, quorum vnus eſt hæres patris, renunciat alter, an ille poſſit petere 4. vel ſolum 8.? Videtur quod quartam; quia ſibi accreſcit, & quod non poſſit quis eſſe hæres patris & dominus; ſed imò poteſt, & ſic creditoribus ſuis prodeſt, & alter ſolùm quartam habet; niſi in locis vbi expreſsè cauetur quod non poteſt quis habere doarium & ſucceſſionem, ſecundum terminos conſuetudinis, nec decreſcit, ſed aufert, & ſic abſtinendo, abſtinenti accreſcit, niſi conſuetudo aliter declaret. Quid ergo ſi ibi quis diſpoſuit de ſua parte doarij, deindè ſe geſſit hæredem patris? Certè non poteſt reuocare quatenus diſpoſuit. Sed an ad æſtimationẽ teneatur ei cui alias accreſcere debet?

Françoiſe Thierry nupſit *feu René Boucher*, dat *quatre cent liures* vir dat ei & cedit terram *d'Egron pour eſtre le propre d'elle & l'en ſaiſit.* Poſt obitum viri hæres *René de Launay eſt debouté du ſequeſtre*, per ſententiam confirmatam arreſto, *& condamné ès deſpens & en l'amende.* Tamen *par arreſt du* 23. *Aouſt* 1550. hæres dicens quod terra valet *huict cent liures de rente, & que ce n'eſtoit qu'vn aſſignat, eſt maintenu & gardé en rendant prealablement quatre cent liures.* Vidua *baille requeſte*, vt tempus præfigatur, aliàs terra ſit ſua, coram domino *Fumée.*

Ladite Françoiſe Boutard n'eſt ſaiſie, & doit venir per actum quia *doüaire conuentionnel*: ſed *l'vn des cas deſſuſdits aduenant*) ſcilicet Roberto præmoriente patri non relictis liberis dicti matrimonij) ergo in hunc caſum reſtituitur facultas *du doüaire Couſtumier* per obitum Ioannis ſoceri: *car elle eſt doüée de trois cens liures de rente* (quæ ei offeruntur & debentur per hæredes ſecundogeniti in viriles.) cæterum quamuis *Robert ſoit marié comme fils aiſné*, tamen nihil ei datur, ſed dicitur quod caſu quo pater prædecedat cum liberis, tunc eo caſu *ſa vefue pourra eſlire doüaire Couſtumier, tel que ſi ſon mary euſt ſurueſcu ſes pere & mere*, quia filij repræſentant: ſed ille caſus defecit. Ergo tantum habet *trois cens liures de doüaire* purè conſtitutum, quia defecit conditio ſubordinata doarij, vtrumque eſt conuentum, ſed ſecundum ſubordinatum ſub conditione quæ defecit: nec protrahenda mens vltra verba: tum pater putabat hunc fore primogenitum, vel eius liberos: ſed falſum eſt, & habuit alium primogenitum.

Doaria eſt ſicut fructuaria quę moritur ante fructus collectos, & nihil capit in eis.

7. Concluſi 1545. cum dom. *Chartier* quod doaria eſt ſicut fructuaria, & ſi maritus moritur 15. diebus ante fructus collectos, non habet eos, nec pro rata temporis; niſi eſſent ſtagna & ſyluæ cæduæ. Idem quoties habetur vſusfructus ex domo aliena. Secùs ſi ob ſimplicem conquæſtus rationem, vt maritus ferens onera, aut conductor. Amplia etiamſi hæres viri conduxerit à vidua, vel totam conductionis penſionem promiſerit, certis terminis cedentibus ante fructus collectos.

Digitized by Google

§. CXXXVI.

ITEM par ladite couſtume doüaire couſtumier ſi eſt de la moitié des heritages, que le mary tient & poſſede au iour des eſpouſailles; & de la moitié des heritages, qui depuis la conſommation dudit mariage, & pendant iceluy eſchéent & aduiennent en ligne directe au mary.

SVMMARIA.

1. *Proprium poteſt ſtipulari ſequi naturam* de conqueſt.
2. *Doarium ſpectatur tempore celebrati matrimonij, & non tempore cõtractus matrimonij.*
3. *Conditio poteſtatiua non trahitur retrò.*
4. *Nullitas matrimonij trahitur* en Cour d'Egliſe.

Proprium poteſt ſtipulari ſequi naturam de conqueſt.

1. DIcitur quod talis domus quæ erat proprium viri *ſortira nature de conqueſte*, an nihilominus dos ſuper reliqua parte? Reſpondit *Chartier* quod ſic: quia verum eſt dicere quod erat tunc in bonis viri. Et plus quia in dubio eodem fauore. Secùs ſi extraneus donaret vtrique ſimul tempore contracti matrimonij, retento vſufructu vel per conſtitutum.

Doariũ ſpectatur tempore celebrati matrimonij, & non tempore cõtractus matrimonij.

2. Calendis Ianuarij fit tractatus matrimonij & dos *& doüaire couſtumier*: Celebrantur nuptiæ Colomerij: ſed interim meliorem terram vir alienauerat. Poſteà vir petit *ſon doüaire* ſuper dicta terra. Reſpondi quod non poteſt, nec obſtat quod bona ſunt hypothecata ex die inſtrumenti Calendis Ianuarij; quia verum eſt ad obſeruantiam conuentionum: ſed dos ibi conuenta non eſt ſpecificata; ſed refertur ad conſuetudinem, quæ ſe refert ad bona quæ vir habet tempore nuptiarum. Sed ſi vidua eligeret *le doüaire preſix*, dicta terra eſſet hypothecata; quia valet hypotheca de debito conditionali.

3. Conditio poteſtatiua non trahitur retrò.

3. Sed adhuc eſt dubium, quia conditio erat poteſtatiua, & ſic hypotheca non trahitur retro, & ſic non trahitur ad fundum tempore extantis huius conditionis alienatum. Contrà eſt, ſi ſponſalia de futuro ibidem contracta fuerunt, quominus ſit poteſtatiua, nec trahibilis retrò.

AV IOVR DES ESPOVSAILLES. Ergò quatenus, & in ſtatu quo tunc erant *l. Stichum qui meus erit D. de legat.* 1. Ergò ſi maritus poſteà reditus deſuper debitos redimat, videtur debere deduci, vt conſuetudine Trecenſi § 89. ſcilicet pro media, *quant aux rentes conſtituées* mediam ſortis vidua repetet.

A Ratio huius §. eſt quia de iam quæſitis, & de his quæ ſunt veriſimiliter quærenda, & quæ debita debet haberi conſideratio, & poteſt obuenire, vt per præfixum præiudicetur, & etiam conſtituitur, vt habeatur ditior vxor, & ita ferunt mores. Secus eſt de collaterali regulariter, cuius ſpecies non eſt ita probabilis, nec conſiderabilis, nec veriſimiliter ea obuenire poteſt, vt ſic ſupramodum doarium augeri poſſit, ſi poſt coniugium vltimi, putà ſextogenitì, omnes fratres ſine liberis decederent.

nullitas matrimonij debet tractari en Cour d'Egliſe.

4. Viduus *Delamet ſieur de l'Hoſte*, cui Berta *de Bacot* ſub prætenſo matrimonio, *ſit procez en Cour d'Egliſe*, vbi nullitas matrimonij debet tractari, *prend le cas de nouuelleté, tend* coram Præſide Pariſienſi in poſſeſſionem vxorationis & viduæ, vt ſic prius hoc haberet. Reſpondi benè & tutè. Sed quia B decem annis duranerat matrimonium ſine reuocatione, viro defuncto, *par arreſt* quod non poſſit proſequi *en Cour d'Egliſe*, donec *les promiſſions executées*, & benè.

Nec donationes *des terres* reſoluunt locationem, etiam inter virum & vxorem. Puto quod vidua tenetur ſtare locationi congruæ & ſolitæ ad modicum tempus per virum factæ, niſi conſtet quod in fraudem.

Inter viuos poteſt remittere maius vel æquale lucrum doarij, & ſibi quid aſſignetur à viro, & ipſa poteſt cogere hæredem viri vt ſoluat, quia ipſa remittit, nec conſuetudinem offendit; & licet ab initio non liget vxorem, tamen ſi ſuperuiuat ligatur hæres viri, ea volente.

§. CXXXVII.

ITEM par ladite couſtume le doüaire couſtumier de la femme, eſt le propre heritage des enfans venans dudit mariage, en telle maniere que les Pere, & mere deſdits enfans, *etiam* dez l'inſtant de leur mariage, ne les peuuent vendre, engager, ny hypothequer, au preiudice de leurs enfans.

SVMMARIA.

1. *Liberi ingrati poſſunt exheredari.*
2. *Ingratitudo attenditur erga eum à quo lucrum procedit, vel ſperatur.*
3. *Filius etiam non hæres patris, eſt hæres doarij.*
4. *Res donata coniugibus & filiis ex matrimonio, non tranſit ad filios, quamdiu coniuges tenent.*
5. *Filius donatarius patris renuntians hæreditati patris, poteſt capere partem ſuam in dote.*
6. *Donatio facta ab habente liberos ex primo matrimonio, vxori habenti etiam liberos ex primo matrimonio*, pour elle & les ſiens, *ſpectat liberos ex vltimo matrimonio.*

Liberi ingrati poſſunt exheredari. Ingratitudo

1. FAllit ſi illi ſunt ingrati, vt poſſint exhæredari; quia tunc poterunt priuari. *Auth. neque C. de ſec. nup.* 2. & tunc ſpectat ad patrem priuare, & ingratitudo erga eum attenditur à quo dos, vel lucrum proficiſcitur; nec mirum, quia ſaltem vt per *l. final. C. de reuocand. donat.*

attenditur erga eum à quo lucrum procedit, vel ſperatur.

An habeant liberi in doario ius primogenituræ, & A reguletur secundum modum succedendi ab intestato? facit Alex. *Consil. 44. nu. 2. lib. 1.* Secùs de aliis donationibus, vel legatis, quia non seruatur *l. hac edictali l. fœminæ in princip. C. de sec. nupt.* Hic contrà Ancharan. *l. tres fratres*, vt dixi ad Alexand. *cons. 15. & 52. nu. 36. lib. 4.*

Filius etiam non hæres patris, est hæres doarij.

3. Ita quod post mortem patris, filius, etiam non hæres patris, est dominus doarij, & potest vnus filiorum partem suam cedere, vendere, & ad hæredes, vel causam habentes transmittere; quia iam habet rem certam purè, nec intelligitur si superuiuat matri; quia non capit à matre: sed à patre per consuetudinem. 4. Secus in re donata aliquibus coniugibus & B filiis ex eo matrimonio: quia quamdiu coniuges viuunt, filij nihil habent; ideò non transmittunt, nec alienant, sed fit caducum: sed si vnus ex eis relinquat nepotem, illi tenent locum & repræsentant & debent habere per *l. 1. C. de condit. insert.*

Res donata coniugibus & filiis ex matrimonio, non transit ad filios, quamdiu cõiuges tenent.

Filius donatarius patris renuncians hæreditati potest capere partem suam in dote.

5. Filius habens donationem à patre, renuncians hæreditati, an possit capere partem suam in dote? Durum est, tamen potest: quia iure diuerso, & à lege habet; licet secùs de consuetudine Valesia art. 111.

Vicit mea sententia quod à patre est *pour Monsieur de Rieux*: Fauore matrimonij dat sponsæ Susannæ *de Bourbon vne terre de 3000. liu. de rente.* Et ea donatione absoluta & consummata, statim in Immediata clausula, eodemque instrumento dicta Susanna per liberalitatem, sponso acceptante, consentit & vult quod si decedat etiam sine masculo, vel omnino sine filiis, quod tantùm sit vsufructuaria, & cedat ad lucrum hæredum viri, & spectet ad filios communes, eorumque linea deficiente, si non disposuerint redeat ad hæredes viri. Respondi quod censetur bonum maternum, ità quod filij non tenentur conferre in hæreditate patris, sed matris; quia est idem ac si pater donasset sponsæ, deindè ipsa donet filiis communibus, vel ac si vir fecisset conquæstum communem, ergò etiam totam terram vxoriam.

Donatio facta ab habente liberos ex primo matrimonio vxori habenti etiã liberos ex alio matrimonio, *pour elle & les siens*, spectat ad liberos ex vtroque matrimonio.

6. Habens filios ex prima vxore, ducit habentem filios ex priore viro, *& dit qu'il la doüe de 3000. liu. pour elle & les siens sans retour.* Respondi quod spectat & reseruatur filiis huius matrimonij tantum; quia verbum *les siens* intelligitur secundum ius & materiam subiectam; ideò vt nec sit personale, sed perpetuum, casu quo non habeat liberos communes, aliàs eis affectum est: & ita in dubio interpretandum.

§. CXXXVIII.

EN telle maniere que si les enfans venans dudit mariage ne se portent heritiers de leur Pere, & s'abstiennent de prendre la succession, en ce cas ledit doüaire appartient ausdits enfans purement & simplement, sans payer aucunes debtes procedans du fait de leur Pere.

SVMMARIA.

1. *Doarium non accrescit filiæ non succedenti.*
2. *Primogenitus non habet locum in doario.*
3. *Secundogenitus potest cogi recipere pretium domus feudalis: Præcipuè ne illa vendatur.*
4. *Filia habens dotem à patre non debet habere partem in doario matris.*

FAcit *l. final. D. de iniusto rup. & irrit. testam. l. cum aliis C. de secund. nupt.*

Sed inter cohæredes omnino confertur, vt tandem valeat opinio mea; non autem respectu tertij; & sic non proindè dos secundæ vxoris augeatur, quia erat diminuta per primam, & collatio sequens non fit ipso iure, sed alia exceptione inter cohæredes qui non conferunt si nolint, indè non augetur dos, secùs si vsusfructus extremi finitur; quia tunc ipso iure accedit ex antiqua necessaria causa.

Doarij non accrescit filio non succedenti.

1. Quid si vnus sit hæres, alter non? Respondi hoc non accrescit non succedenti. Sed quid si consuetudo dicat quod non potest esse hæres & capere doarium? Videbitur tunc accrescere non succedenti. *Valois art. 114.*

Primogenitura non habet locum in doario.

2. Nec est locus primogenituræ, & benè; quia consuetudo dat iure contractus, & sic viriliter, & ità *Chartier* 1548. Nec obstat quod dicebat *Riant* sequi *que le puisné* non erit hæres 3. Vt capiat partem quartam *du manoir*: Tùm quia est hæreditarium hoc casu: tùm quia facile potest compensari; imò potest cogi iustum pretium accipere, ne diuidatur *le manoir* contrà mentem consuetudinis. Quid si filia nupta 4. A patre mediante summa simpliciter; ita quod possit succedere conferendo; ipsa non succedit, sed petit virilem *du doüaire*, & obtinet. Respondi quod in causa exceptionis oportet articulare quod habuit dotem à patre, & sic vtrumque non debet habere. Nonobstat *lex vnica §. secundo C. de rei vxor. act.* quia hîc est verisimilis mens patris, qui duorum tantùm electionem dedit filiæ; & sic non habet electionem trium; & sic intelligitur quod possit confundere conferendo, aliàs quod sit dote contenta; saltem quod vtrumque sit, quia legitimè non debet vtrumque habere: sed saltem quod excedit capere. Idem *Chartier.* Nec tenetur filia compensare cum dote data à patre, loco eius futuræ successionis Socyn. fol. 327. quia habuit dotem à patre, vtrumque non debet habere, sed saltem quod excedit capere.

recipere pretium domus feudalis; præcipue ne illa diuidatur.

Filia habens dotem à patre non debet habere partem in doario patris.

§. CXXXIX.

ITEM par ladite coustume le dotaire constitué à la femme en mariage, par le mary, ses parens, ou autres de par luy, est le propre heritage aux enfans issus dudit mariage, pour d'iceluy iouyr apres le trespas de Pere & de mere, incontinent que dotaire a lieu.

1. *Vxor secunda habet tantùm quartam proprietatis in doario: quia tempore medio, dimidia pertinebat ad filios primi matrimonij.*

Digitized by Google

2. *Vxor eſt tantum vſufructuaria & non domina doarij.*

3. *Proprietas doarij nunquam vſufructu accedit.*

Vxor ſecunda habet tantum quartam proprietatis in dotio: quia tempore medio, dimidia pertinebat ad filios primi matrimonij.

1. SEcundæ vxori non eſt niſi quarta; quia tempore matrimonij dimidia erat liberorum propria; etiamſi filius ſit hæres. Socyn. fol. 120. verſo.

2. Licet pater ſit dominus verus, etiam mortua vxore, quamdiu filij viuunt, tamen mater ſuperſtes non eſt domina, ſed tantùm fructuaria. Patet, quia ſi eſſet domina mortuis filiis & hæredibus viri, transmitteret ad hæredes ſuos, quod eſt falſum: ſed potius ad fiſcum vadit: quia vſufructui 3. Nunquam proprietas accedit, ſed potius ea ad fiſcum vadit, ſed vſufructus benè proprietati cedit, & accedit, & ſic patet quod non eſt domina; Licet ſimili ratione hæres grauatus fideicommiſſario, & ſecundus fideicommiſſarius ſic grauatus, ſint domini temporales, quia poſſunt eſſe perpetui. Hæc ratio viua & ineuitabilis.

Vxor eſt tantùm vſufructuaria & nõ domina doarij.

Proprietas doarij nunquam vſufructui accedit.

Nota ſi ſint filij primi & ſecundi matrimonij habentes dotem conſuetudinariam, & omnes hæredes, tunc filij primi ſoli pro partibus hæreditariis patris confundet pro aliis petent: quamuis partes iure creſcunt in renuntiando, tamen conferre debent pro parte hæreditaria tantùm. Ita per arreſtum iudicatum. *Vide l. in quartam in f. D. ad leg. Falcid.* Contrà Petr. de Ancharano qui dicebat non conferendum; quia cauſa immediata eſt ſtatutum. Sed an ſi non ſint hæredes ſit locus primogenituræ? Ibi ſeruabatur quod ſic, ſed puto quod malè, quia non ab homine, ſed à conſuetudine datur: Item datur vicè legitimæ, ergò ſecundum modum eidem ſuccedendi ab inteſtato: ſed certè conſuetudo non indicat niſi in venientibus ab inteſtato, & æqualitas fauorabilis. Quid ergò ſi vnus filiorum mortuus eſt, relictis liberis, numquid inter eos locus erit primogenituræ? Reſpondi quod ſic, quia veniunt vt hæredes patris, aliàs non caperent: ſed mortui antè patrem ſine liberis non computantur. Secùs in mortuis ſine liberis, vel ſimpliciter profeſſis poſt patrem: quia ſi ſemel partem fecerunt, & ſic linquunt in ſua ſucceſſione, & ad hæredes tranſmittunt; ergò in feudo ſolis maſculis accreſcunt. Sed poteſt contrà paciſci, ſcilicet vt totum ſit ad vitam vxoris tantum, etiam de conſuetudinario, imò quandoque tacitè ineſt, vt quando additur præfixo, quod mulier habebit etiam habitationem *& le pourpris du lieu*: quia intelligitur ad eius vitam tantum, & ſi ſuperuiuat. Script. fol. 327.

§. CXL.

DOüaire couſtumier ſaiſit.

SVMMARIA.

1. *Filij, præmortua matre, non ſuccedentes patri* ſont ſaiſis du doüaire

2. *Vxor ſi vendat ius ſuum doarij hæredes eius poſſunt habere* pour le prix.

Filij præmortua matre non ſuccedentes patri *ſont ſaiſis du doüaire.*

1. ETiam filios, præmortua matre, non ſuccedentes patri, vt etiam Niuernis eod. §. in fin. Fallit ſi determinatè defformiter conſtituitur vt ſit præfixa: ſed amplia etiamſi tantùm intelligerentur, vt ſit dictum quod haberet tantùm tertiam vel quartam: quia nihilominus *ſaiſi*. Item ſi cautum ſit de toto nihilominùs, quia pars talis pro media quæ remanet à ſtatuto venit, *ſaiſira*.

2. Sed ſi vxor vendit ius ſuum, poſſunt habere hæredes *pour le prix*, licet non vendat niſi vſumfructum: ſed certè cum locatio eſt non habet locum.

Vxor ſi vendat ſuum ius doarij, hæredes eius poſſunt illud habere *pour le prix.*

§. CXLI.

DOüaire prefix n'a point de lieu iuſques à ce qu'il ſoit demandé en iugement.

SVMMARIA.

1. *Doarium conſtitutum in vſufructu domus quæ corruit fortuitò, non finitur eo lapſu.*
2. *Domo data pro doario corruente, vidua non tenetur reficere.*
3. *Vſufructu domus vendito, quæ corruit caſu, hoc non cedit venditori in lucrum, nec in damnum.*

PRefix, ; *conuentionnel*, *Amiens*, aliàs limitè, vt dicitur *en Lorraine*.

Si eſt vna ſumma ſemel non currit interuſurium, etiam ex mora extraiudiciali. *Et ſi c'eſt rente* intelligitur pro rata temporis currere, ſi dictum *de rente* ſimpliciter, non datis aliis terminis, & benè, quia dictum *de rente*, & intelligitur de annua, intelligitur in fine anni; tamen ſat eſt petere intra tres menſes, vel ſemeſtre à die ſententiæ

Quid dos *eſt de* 1000. *liu.* ſemel vel de 60. l. ad vitam, & ad electionem debitoris: Poſteà maritus ob debita abeſt diu, ſunt bona ſua *en criées*, vxor ſe opponit ſimpliciter *pour ſes conuentions matrimoniales*, poſt 30. annos, cum maritus ſit mortuus, inuenitur quod curator bonis vacantibus conuenitur de reliquis dotis. Certè illa oppoſitio eſt pro petitione in iudicio. Item hæc conſuetudo videtur habere locum quando eſt electio mulieris, ipſa poteſt precisè petere; ſecùs ſi non poſſit peti, quia electio hæredis.

Hoc doarium poteſt conſtitui in vſufructu. Quid ergo ſi dictum quod pro doario habebit vſumfructum talis domus quæ poſtea corruit, ponè ſoluto matrimonio & caſu fortuito. Reſpondi non finiri vſumfructum, ſed manere in area, ſi velit vidua, quia eſt datus in recompenſam. Idem multò fortius ſi eſt lapſa conſtante matrimonio. Item ſi refecta ſit ſimilis, vxor nihil debet 2. Refundere: quia etiam ſi non eſſet refecta debebat refici per hæredem, vel aliud æquipollens doarium dari. Tenetur enim vir garentire & dare cum effectu, prout cum effectu

Doarium conſtitutum in vſufructu domus quæ corruit fortuitò, non finitur eo lapſu.

Domo data pro doario corruente, vidua non tenetur reficere.

Digitized by Google

dotem percepit : & hoc ſi in bonis viri ſint alia prædia : quia etiam veriſimiliter in hunc defunctum fuiſſet alia dos aſſignata : vel ſaltem deberet vxor in contumaciam capere doarium conſuetudinarium. Non obſtat *l. repeti* §. 1. *D. quib. mod. vſufr. amitta.* quia loquitur in lucratiuo vſufructu. Quid ergò ſi vendidi tibi vſumfructum 3. domus iuſto pretio mox exuritur caſu, an debeat cedere hic caſus lucro venditoris? Reſpondi non, nec lucro, nec damno. Et ſic emptori remanet ius in area, quin etiam ipſi inibi reædificare licet, & ſuperimpoſiti ædificij æſtimationem repetere à venditore, finito vſufructu, quatenus tunc valebit ædificium. Item ſi ad tempus venditur, vel permutatur vſusfructus. Plus idem dico, ſi culpa emptoris exaruerit, ita tamen vt indemnem reddat venditorem, qui non debet ex culpa lucrari, ſed indemnis ſeruari, ſi ex dolo poſſit prætendere perditionem vſusfructus; nec eſt ſimile ſiemptor moriatur poſtridie, hoc enim veriſimiliter præuidebitur, ſed non ſi præuidebatur domum eo tempore, vel vita rutturam, ſed ſperabatur vltrà vitam duraturam. Quid ſi periit *le couſtumier* ex cauſa apparenti, & ſuccubuit, an perdat reliqua præfixi? Reſpondi non, interim *par proviſion* gaudet conſuetо, & ſententia nihil valebat ad adimendum an interim gauiſa eſt præfixo, vèl ſi duobus quod eſt plus quam petita ſit. Quid ſi nulla prouiſio petatur? Videtur excluſa reliquis: verius puto quod non; ſi enim peteret præfixum in euentum quod non habeat conſuetum; hoc enim fieri poteſt, & omnino peti prouiſio, ſaltem vſque ad concurrentiam ſine cautione, ſi conſuetum conſiſtat in teſtibus, vel longiore diſcuſſione.

Vſusfructus domus venditoque ex caſu corruit caſu hoc non cedit venditori in lucrum, nec in damnum.

§. CXLII.

FEmme doüée de doüaire prefix, ne peut demander doüaire couſtumier, s'il ne luy eſt permis par ſon traicté de mariage.

SVMMARIA.

1. Muller cui non *permittitur eligere doarium, vbique excluditur electiuo.*
2. *Vir habet electionem doarij.*

Muller cui non permittitur eligere doarium, vbique excluditur electiuo.

1. SEd quid ſi matrimonium eſt hîc, & hîc eligit *le prefix*? Reſpondi vbique excluditur, quia veriſimiliter eſt factum reſpectu ad omnia bona. Tamen quod in locis in quibus non excluditur poſſet adhuc petere *le couſtumier*, dicebat *de Marillac* per areſtum quod & locum habet, *au rapport de Monſieur Deſloges inſques en Bretagne.*

Vir habet electionem doarij.

2. Borbonienſis *donè ſa femme de doüaire couſtumier* (quod eſt media; *& de* 60. *liu. tournois par an & du tiers du reuenu de ſes immeubles*, an poſſet ipſa eligere? Reſpondi quod ex quo conſuetudo non dicit quod præfixum excludit conſuetudinarium, eſt apparentia quod poſſit præciſè petere conſuetudinarium, quia non eſt expreſsè ei derogatum, aliàs eſt vni electio, per *l. plerumque* 10. §. *vlt. De iure dot.*

Quid de veteri conſuetudine *de Vallois*, vbi nihilominus poterat eligere *le couſtumier*? vir à prima vxore habet 1500. l. *la donè de* 40. *liu.* ad vitam *& doit remployer* 600. *liu. en propres d'elle*, quæ moritur relictis duabus filiabus, quarum altera poſteà moritur, ex ſecunda vxore habet duas filias, & moritur: filia primæ vxoris renunciat hæreditati patris, & petit eligere *le doüaire couſtumier.* Reſpondi quod poteſt, licet conſuetudo ſit reformata antè obitum primæ vxoris, dummodò certa ſit vetus conſuetudo, & non dubia. Sed dico quod dos eſt hæredium patrimonium, quod tum erat acquiſitum filiæ præmortuæ pro parte, & ſic pars rediit ad patrem, conſequenter illa petere non poterit niſi quartam; Tamen eſt dubium: quia non videtur ei plus quæſitum ante obitum patris, & ſic locus eſſet iuri accreſcendi. Cæterum *leſdits* 600. *liu. non employez* vix eſt vt ſint mobile, quia ſi dictum ſit *pour elle & les ſiens de ſon coſté & ligne*, pater non ſuccedit filiæ in ea ſumma: ſed ſi ſimpliciter *en propres*, ſuccedit; quia ſemel factum eſt proprium filiabus, quod ſufficit. Vir *la doüe de* 40. *liu. de rente ſi toſt que doüaire aura lieu* (hoc intelligitur ſecundum conſuetudinem) *ou de doüaire couſtumier à ſon choix & option*, præmoritur vxor relictis filiis. Vir habet ſecundam vxorem & filios, vtrùm filij prioris matrimonij poſſint eligere? Reſpondi, non, etiamſi eſſent hæredes matris ſuæ & non patris; quia dicta electio habet tacitam conditionem ſi mulier ſuperſtes ſit; quia prius dos non cedit quam vir ſit mortuus, & ſic quod defecerat tacita conditio in quam electio eſt collata, remanet electio in iure communi, & ſic electio eſt patris, qui vtrum eligat non reputatur *aduantage des enfans*, & etiamſi omnes ſint hæredes, omnes vtrimque conferunt. Quid ſi filij primi matrimonij non ſint hæredes, electio dicti doarij ſpectat ad filios ſecundi, & hæredes, vel etiam ad extraneos hæredes, vel poſſeſſores.

§. CXLIII.

PAr ladite couſtume doüaire prefix a lieu, & courent les arrerages d'iceluy, depuis le iour & date que ledit doüaire a eſté demandé en iugement, par iceluy ou ceux à qui il eſt deu, aux heritiers du mary, dont procede & qui conſtituë ledit doüaire.

SVMMARIA.

1. *Oppoſitio* à des criées *facta in manu ſeruientis, videtur facta in iudicio.*
2. *Seruientis eſt vertere oppoſitionem in actu.*

EN IVGEMENT. Niſi debitor ex tunc agnoſcat, vel impediat, putà contractu facto qui reſcinditur.

Cum ſufficiat petere ab vno ex pluribus hæredibus areſt. fol. 61. Item hoc verum reſpectu mulieris quæ poteſt petere: quia communiter habet electionem,

hoc non valet, quia non habet eam per conſuetudinem. Secùs reſpectu minorum pupillorum, mortuis patre & matre qui non poſſunt petere contrà filios primi matrimonij; ſed certè generaliter loquitur ibi *ou creux*, ſed imò intelligitur ſi tantùm petere poterant contra ipſum requiritur vt quæratur actio efficax, & incipiat deberi, & licet non ſit nunc tutor poſſit ſolui, non debet cedere lucro creditoris, qui non videtur certare de damno, ſed de lucro: quia lucratur caſu quo alter ſit negligens, ſed pupillus non eſt negligens, & ita fraus: quia *c'eſt* ſimpliciter *le propre des enfans*: Ergò hic non limitatur contra non valentes petere, etiamſi hæredes viri tenentur de culpa, neque conſtituti tutores.

Amplia etiam excipiendo, vt ſi *pour douaire prefix la quotité des rentes que la terre d'elle doit, ſera meuble*, debet enim nihilominus peti & ſignificari, quia intereſt hæredis, vt ſciat ſe tutum à conſuetudinario. Sed hoc non eſt, ideo quia habet locum artic. etiam ſi ſit excluſa conſuetudinario, ratio eſt quod hoc quacumque ratione ius ſit, & ſic ſcriptum generaliter obſeruatur, quia de hoc confiditur, eſt ergò doarium ſic limitatum ex bona tantùm fide.

Quid de muliere quæ ſe pro dote præfixa oppoſuit *à des criées*? Reſpondi ſi viuo marito, non eſt ſatis: ſed ſi eo mortuo, videtur ſatis, ſi oppoſitio eſt communicata; quia videtur facta in iudicio 1. Ex quo eſt facta in manu ſeruientis, cuius proceſſus eſt relatus in acta 2.

Oppoſitio *à des criées* facta in manu ſeruientis videtur facta in iudicio.

Seruientis eſt verſare oppoſitionem in acta.

Die Martis 13. Auguſti 1551. *fut adiugé* 1500. *liu. de rente de douaire prefix ſans caution* mulieri *du Temple*, quamuis diceretur matrimonium non duraſſe, niſi 18. *mois*, & maritum fuiſſe ſacerdotem, tamen præuiſio fuit adiudicata.

§. CXLIV.

ITEM le doüaire d'vne ſomme de deniers pour vne fois promis à vne femme, au traicté de ſon mariage, n'eſt qu'à la vie de la femme tant ſeulement, s'il n'y a enfans naiz & procréez du mariage: & doit tel doüaire apres le treſpas de la femme reuenir aux heritiers du mary, s'il n'y a contract au contraire.

SVMMARIA.

1. *Venditor vili, eget, emptor carè, abundat.*
2. *Vxor ſuperſtes marito, & filio, non lucratur doarium: quia mortuus eſt filius antequam ad eum dos reuerteretur.*
3. *Doarium non eſt perpetua proprietas.*

VIdi contractum, dos 8000. *liu. doit employer en propres le tiers, & doüe de* 300. *liu. racheptable de* 3600. *liu. ſans retour, ſauf s'il y a enfans ſera à retour.* Ecce quod ex veteri contractu iuſtè accidit vſufructui quædam proprietas, ergo ex nouo contractu, quia imputet ſibi carè emens voluntariè: & ſic differt inter venditorem vili, quia eget 1. Et ementem carè, quia abundat.

Venditor vili, eget, venditor carè, abundat.

2. Quid ſi vxor eſt ſuperſtes viro & communi filio? Reſpondi non lucratur, quia mortuus eſt filius antequam ad eam dos reuerteretur; & ſic mater non ſuccedit, ſed peruenit ad alios hæredes viri exiſtentes tempore mortis vxoris, quibus reddendum eſt, & hoc abſque dubio.

Vxor ſuperſtes viro & filio non lucratur doarium, quia mortuus eſt filius antequam ad eamdos reuerteretur.

Ita contractum *le tiers en propres, le tiers en meubles, & le tiers en conſtitution de* 300. *liu. de rente racheptable non ſujete à retour, ſoit qu'il y ait enfans ou non.* Reſpondi quod doarium non eſt perpetua proprietas 3. Niſi caſu quo vxor vel filij ſunt ſuperſtites viro, aliàs fiet caducum, nec etiam per liberos tranſmittitur morientes poſt matrem, ante patrem.

Doarium nõ eſt perpetua proprietas.

TITVLVS DECIMVS TERTIVS

DE SVCCESSIONE IN LINEA COLLATERALI.

§. CXLV.

QVand aucun va de vie à treſpas ſans hoir en ligne directe, ſes plus proches parens & lignagers en ligne collaterale habiles à eſtre ſes heritiers tous en vn meſme & eſgal degré, ſi tels ils ſe veulent dire & porter, luy ſuccedent quant aux biens meubles & conqueſts immeubles: & auſſi quant aux propres heritages, chacun en ce qui procede, & qui de ſon coſté & ligne eſt aduenu & eſcheu au deffunct, entant que touche les heritages tant propres que conqueſts roturiers, & qui ne ſont tenus noblement.

SANS HOIR. Clarè ſentit de deſcendentibus. Sed quid ſi relinquat Auiam & fratres, vel patruos, eſtné mixta ſucceſſio directa, & collateralis? Reſpondi, ad ius commune, quantum ad mobilia & conquæſtus.

A Mante Bourbon habuit areſtum quod vterinus frater, etiam in paternis & omnibus excludit paternos. Et primò perdit cauſam *deuant le Preuoſt*: Secundò *la gaigne deuant le Bailly* conſilium inſequendo. In Curia *tout annullé*: quia probationes vtrimque non erant ſatis ſolemnes, nec reddebant rationem de proprio vſu *ſur le partage*, nec de cauſis quibus putabant tale hæredium eſſe paternum. *Et fut dit que* vtraque pars informaret *ſur faits ſecrets extraits du procez* ſuper dicta conſuetudine. Dom. *Gilbert. commis*, qui vtrique parti dederat commiſſionem

sionem citandi suos testes, totum (quod plus 300. l. constiterat) annulatum, & perficeretur per alium; scilicet Dominum *de Ligneres* (fortè quia ipse ex officio debetet testes capere) & tandem, quia non est satis, exindè probabatur consuetudo, & fortè erat aliquis conflictus in contrarium, fuit iudicatum secundum ius commune: exindè confirmatum per duo alia aresta. Ego dico quod pessimè; quia non erat quæstio de petenda introductione nouæ consuetudinis contrà priorem, sed de æstimando qualis esset vetus consuetudo in patria consuetudinaria, in qua etiam fuerant variæ consuetudines dum partes ibi procederent, probatur quod retrahens non est admissibilis, nisi sit de dicta linea, sed hoc non concludit.

1551. Vidi simile Stampis; sed certè debet seruari vt Parisijs.

§. CXLVI.

LEs heritiers d'aucun deffunct ou deffuncte en ligne collaterale partissent, & diuisent esgalement entr'eux par testes, & non par lignes, les biens & succession dudit deffunct, tant meubles, qu'heritages non tenus & mouuans en fief.

SVMMARIVM.

1. Inuentarium factum sine litteris regiis, nec vocatis creditoribus, valet.

Inuentarium factum sine litteris Regiis, nec vocatis creditoribus, valet.

1. PEr arestum receptum & iudicatum secundum statum patriæ iuris scripti quod valet inuentarium sine litteris Regiis, etiam non vocatis creditoribus. Sed ab anno 1540. cœperunt cautiores obtinere *lesdites lettres*. Nec etiam requiruntur litteræ Regiæ *en Bretagne*, quia non est solitum: sed ibi solent vocare creditores.

§. CXLVII.

EN ligne collaterale, les propres heritages d'aucun deffunct retournent à ses parens & lignagers, habiles à luy succeder, les plus prochains du costé & ligne d'où procedent & luy sont venus & escheus lesdits heritages (si d'iceluy deffunct se veulent porter pour heritiers) supposé qu'ils ne soient les plus prochains simplement dudit deffunct.

SVMMARIA.

1. Propria pertinent ad quemcumque hæredem.
2. Iudicatum contrà fiscum, quod mater haberet propria paterna filij ex defectu aliorum hæredum.
3. Vir aut vxor superstites excludunt fiscum, alterutro moriente sine hæredibus.
4. Materni hæredes excludunt fiscum paternis hæredibus deficientibus, vel è contra.
5. Hæredes proprietorum non tenentur debita, nisi in subsidium.
6. Heredia reuersa ad filios primi matrimonij sunt hæredia.
7. Reditus est de re, vel pars rei.
8. Pater, cum filius, vt hæres matris retraxit hæredium maternum & moritur sine filijs non succedit, nec pretium repetit.
9. Pater vel proximus hæres illius qui redemit hæredium alienatum, non potest repetere pretium.
10. Vxor potest repetere dimidium pretij redemptionis hæredij à marito facta constante matrimonio.
11. Propinquior qui se hæredem purè, vel per beneficium inuentarij dicit, non excludit remotiorem ab hæredijs quibus ipse propinquior non succedit.

RETOVRNENT. Etiam in possessorio, sed proximus impediet sequestrum, & habebit virilem, donec de qualitate notorium sit, & nihilominus & post annum potest conueniri de possessorio à die lati iudicij; vt tetigi ad Decium cons. 498. num. 3.

RETOVRNENT. Quia venissent ad extraneum vbi propinqui sunt extranei, & sic sursum, vel retrorsum rediri debet.

Propria pertinent ad quemcumque hæredem. Mater habet propria filij ex defectu aliorum hæredum contrà fiscum. Vir aut vxor superstes excludit fiscum alterutro morien te sine hæredibus. Materni hæredes excludunt fiscum paternis hæredibus deficientibus, & econtra.

1. Alias *les propres appartiennent* cuicũque hæredi: quia cessat prælatio, si hi quorum fauore non sint, vel nolint, & excluditur fiscus. 2. Et ita fortius fuit iudicatum pro matre contrà fiscum, quæ habuit propria filij paterna ex defectu aliorum hæredum, & confirmatum per arestum 3. Sed quid si vnde vir & vxor, aliis deficientibus? Respondi quod sic, & quod iustius est fiscum excludi, & ita dixi pro domina *Gersonnet*, quæ erat hæres per beneficium inuentarij sui mariti.

4. Secundum me & ius commune quod materni excludunt fiscum in paternis, illis deficientibus fuit per arestum in camera Domini *Picard*. Sed quod in Neustria ad fiscum spectet, dicebat Dom. *Baudry* facit Alex. *Consil.* 121. *num.* 2. 5. *lib.* 6.

5. Circà 1538. *Pâle* contrà *Marillac* obtinuit quod hæres proprietorum remotior non tenetur ad debita, nisi in subsidium.

Hæredes proprietorum non tenentur ad debita, nisi in subsidium. Hæredia reuersa ad filios primi matrimonij, sunt hæredia.

6. Hæredia reuersa ad filios primi matrimonij vi *l. fœmina C. de sec. nupt.* an sint hæredia? Respõdi, sic: quia ea conditio tacitè inerat quando data sunt: vndè licet non debeant conferri, sed habeant à lege: tamen censetur paternum vel maternum, vt prius tanquam liberis eo casu datum.

Vtrum permutata ad hunc finem subeant eandem naturam. Consule fol. 302. in fine.

Dicebat *Chartier* quod licet donatio facta per patrem filio censeatur proprium paternum, non conquæstus (vt per arestum) itaut vxor filij nihil in eo fundo habeat: tamen secus *si c'est vn bail d'heritage à rente*: sed hoc vltimum non puto verum ex quo reditus est de re, 7. vel pars rei: sicut si donaretur retento vsufructu de nouo constituto, vel certo reditu antiquo, vel alio de nouo constituendo, vel de qualibet donatione restricta, vel modificata.

Reditus est de re, vel pars rei.

Amplia vt nec tenerentur reddere pretium, vt dixi ad Decium consult. 288. ad finẽ. Primò filius *qui par re-*

Digitized by Google

Pater cum filius vt hæres matris retraxit hæredium maternum, & moritur ſine filiis, non ſuccedit, nec pretium repetet.

traict conuentionnel. 8. Vt hæres matris retraxit hæredium maternum & ſine filiis moritur. Reſpondi pater non ſuccedit, nec pretium repetit. Quid ſi *par retraict lignager?* Idem: ſecus ſi volũtario cõtractu, poſt quam non poterat retrahi. Quid ſi venditũ erat propinquo materno, à quo voluntariè emit? Reſpondi, idem omnino ſi erat ei ſucceſſurus. Amplia etiamſi eius hęreditas, ſcilicet venditoris ad eum non deferatur, vel repudiet. Idem ſi non erat ei ſucceſſurus; quia ſat eſt quod ſuper eo non poteſt retrahi.

Pater vel proximus hęres illius qui redimit hæredium maternum, non poteſt repetere pretium. Vxor poteſt repetere dimidium pretij redemptionis hæredij à marito facta cõtante matrimonio.

9. Et nullo horũ caſuum poteſt pater, vel proximus hęres mobilium & conquęſtuum petere refundi prętium; quia talis hæres certat de lucro. 10. Secus de coniuge ſocia, cui debet refundi media pars, aliàs verſaretur in damno. Sed ſi acquiſiuit prędium exteri debent reditum hęreditariũ, quod confoſum fuit; an reuiuiſcat ſi hęres proximior conquęſtuum vt habeat dictum fundum liberum. Soluè, melius eſt quod nõ reuiuiſcat; quia defunctus poterat alienare vel donare. Sed quid ſi ſemper declarauerit quod nolebat confundi? Reſpondi, hoc caſu fallit. Item fallit, ſi poſt obitũ quærentis redimatur; ſiuè vi pacti; vel retractus proximitatis: quia benè accipiet pretium, ſed non retinebit reditũ, ſed reditus reſurget, & dabitur hæredi propriorum: ſi ergò habet de maternis, & cõſuetudo non prohibet diſponere, locus erit quęrelæ etiam maternis fratribus. *Ad gloſſ. & ſuper text. inſtit. de inof. teſt.*

Propinquus qui ſe hæredem putè, vel per beneficium inuentarij, dicit, non excludit remotiorem ab hæreditis, quibus ipſa propinquus non ſuccedit.

11. Si propinquior *ſe porte heritier ſimple, ou par benefice d'inuentaire*, non excludit remotiorem in propriis à quibus iſte hæres extraneus eſt: ergò ſi remotior eſt hæres prædicto modo, minus excludet propinquiorem à propriis in quibus iſte non eſt habilis. A Caſus eſt: Propinquior erat hæres per inuentarium, & omnia tenebat, venit remotior, qui eſt hæres ſimpliciter, qui vult capere omnia: Primus dicit quod debet retinere paterna, in quibus remotior eſt extraneus, qui per magis remotum in eis excluderetur; ergò & per propinquum, vel æqualem in gradu.

Petitum eſt an hæres propriorum, putà patruelis qui poteſt eſſe hęres ſimplex vniuerſalis, poſſit capere paterna tantùm de ſua linea cõtrà conſobrinum? videtur indubitatum quod ſic; quia conſobrinus eſt inhabilis in paternis, alio exiſtente habili in eis, etiã remotiore. Sed contrà facit quod poteſt ei dicere, eſto ergò hæres vniuerſalis poſtquam potes eſſe, & ego capiam ſola materna ſine oneribus, aliàs te excludam in omnibus, etiã paternis. Quid eſt, an capiens propria cogitur eſſe hæres vniuerſalis, nullo alio volente hæres eſſe, & an etiam alio volente ſuccedere non poſſit propria ſine B hæreditate vniuerſa capere quãdo ad eũ defertur, nec habet proximiorem. Quid enim ſi patruelis vult eſſe hæres vniuerſalis, & patruus benè vult, ſed vult percipere propria, patruelis impedit, niſi iſte ſe gerat hæredem ſimplicem, quod non audet: cõtra patruum facit art 147. & quod de filio in feudis. Si hoc eſt verum, ſequitur quod hæredi propriorum, etiam remotiori inuito accreſcat tota hæreditas, ſi proximior non ſit, vel abſtineat; niſi etiã iſte reſtituatur ad totũ repudiandum: & hæc pars videtur fauorabilior: tùm vt quis facilius habeat hęredẽ; tùm vt minus recedatur à iure cõmuni, quia hęc propria non prælegantur niſi habilibus vt ſũt hęredes, & qui ſunt hęredes in quantum poſſunt; ergò quatenus detractant eſſe hęredes ſui à prælegato quoque excluduntur, & eſt veritas, pro me arreſtum 1539.

§. CXLVIII.

EN ligne collaterale, en tant que touche les heritages tenus & mouuans en fief ſe partiſſent & diuiſent eſgalement entre coheritiers, & n'y ont les aiſnez aucun droit ou prerogatiue plus que les autres.

SVMMARIA.

1. *Vnus ſolus eſt primogenitus cum fit diuiſio in capita; ſi verò in ſtirpes, tota ſtirps primi reſpectu aliorum habet priuilegium.*
2. *Repræſentatio trãsfertur iure primogenituræ.*
3. *Repræſentatio eſt priuilegium, nec habet locum in his quæ ſunt iuris ſpecialis.*

Vnus ſolus eſt primogenitus cum fit diuiſio in capita: ſi verò in ſtirpes, tota ſtirps primi reſpectu aliorum habet priuilegium.

1. SEd in locis vbi habet locum in collaterali, & ibi etiam locus eſt repręſentationi, tunc eſt difficultas: quia ſi fieri debeat diuiſio in capita, tunc clarum eſt quod vnus ſolus eſt primogenitus: ſi verò in ſtirpes, tunc tota ſtirps primi, reſpectu aliorum, habet primogenituram, & fit ſubdiuiſio, vt conſultat. fol. 156. Dicebat enim *Chartier* quod vi repræſentationis eſt idem ac ſi qui repræſentantur ſucceſſiſſent; deindè ad iſtos tranſmiſiſſent. Et ſic repræſentatio transfert.

Repræſentatio transfert ius primogenituræ.

2. Ius primogenituræ, non autem ius ſuccedendi de iure communi: ſed benè ponderanda ſunt verba ſtatuti in collatione primogenituræ.

Quid ſub conſuetudine tali, ſupereſt ſoror primogeniti, & plures filiæ & nepos ex ſorore præmortua antiquiores: quæſtiones ſunt duæ, videlicet de primogenitura, & de excluſione: Quia, aut dico quod non obſtante repræſentatione eſt vera collateralis, inſpecta veritate, non fictione & ſucceſſione eius de quo agitur, & iſte nepos excludet omnes ſuas ſorores in feudo, quantum ad portionem iure ſtirpis ferendam; ſed non excludet amitam, quia licet ſit maſculus, tamen eſt ex femina, & non excludit amitam, niſi ex perſona matris ſuæ, aut vindicatio inter hanc ſtirpem directam, ac ſi mater acceptam partem tranſmiſiſſet, & tunc adhuc nepos habet inter eos ius primogenituræ, & hoc veriſſimum puto, & æquius eſt, & ſic cenſeo ſecum opinione Charterij, quæ eſt vera, & ſic reſpectu repræſentationis eſt vna tacita & implicita directa electio vel ſucceſſio inter eos, quando ſunt plures. Secus ſi tunc etiam ſorores iſtæ cum amita comparantur. Item ſecus ſi omnes ſunt in eodem gradu, & ſic veniunt abſque repræſentatione ex propriis perſonis, & tunc vnus nepos maſculus, etiam ex fœmina excludet omnes neptes, etiã ex alia matre, vel patre, vel alios qui ſunt in pari gradu, etiãſi per maſculos deſcenderẽt, & propter maſculinitatem gradus remotio eſt maioris fauoris quã propinquior: quia mater nõ habuiſſet niſi ſuã virilem æquò ac inter repræſentantes, vel ſuccedentes, neposhaberet totum, nec eſt abſurdum, quia non eſt ſola vis gradus, ſed priuilegium maſculinitatis; quæ tamen maſculinitas non habet hanc vim excluſiuam, niſi in pari gradu.

Sed quid è contra ſecundus ſucceſſor nõ vult abſtinere ab hæreditate primi defuncti, putà aui, ſed vltimi, repudiando paternã, vt adeat auitam tantùm: vel auitam ſimpliciter, paternam cum beneficio inuentarij. Puto quod non, quia ſi ſub beneficio inuentarij, dico quod tenetur ponere in eius bonis hæreditatem aui & eam conſeruare; quod ſi renuiſſet eſſe hæres patris, dico quod illi ad quos deuoluetur hæreditas patris poterunt adire auitam, quia non eſt debita nepotibus, ſed filio qui ad quoſcumque hæredes tranſmittit, & ſic impoſſibile eſt eam adire, niſi priùs adiretur hæreditas filij ex quo dictam hæredi-

tatem ad ſe deuolutam non repudiauit, ſed ad ſuos hæredes tranſmiſit.

3. Repræſentatio eſt priuilegium, nec habet locum in his quæ ſunt iuris ſpecialis. Tiraq. de retract. §. 11. gl. 9. nu. 4.

3. Repræſentatio eſt priuilegium, nec habet locum in his quæ ſunt iuris ſpecialis.

4. De inuentario. Si quis per beneficium inuentarij, hæres tutoris eſt *tenu compter*: ſed hoc fit impenſis inuentarij (niſi de continuatione quam ſuo nomine ſoluet) ſed ſi eſt prior creditor cui bona non ſufficiant, poterit impedire. Et nihilominus ſub intereſſe actoris, vt reliqua liquidentur, coget eum *faire & diſcuter le compte*: ſed debebit impenſas dare, conſiderato quod exhauſtum eſt inuentarium.

Hæres ſub beneficio inuentarij rationem reddit ſumptibus inuentarij.

Vidi quæſtionem de primogenito, quod mater omnia adminiſtrans promiſit quædam bona filio, expectando *partage*, ante quod mortuus eſt ſine liberis, mater diuidendo, ſecundus fratrum ſe dicit primogenitum; ſed peſſimè: quia etiamſi primogenitus ille non agnouiſſet hanc prærogatiuam, tamen habuiſſet ex quo erat hæres, & primus; & ſic non poſſet ſecundus capere hanc prærogatiuam, ſed confunderetur. Sed hic eſt plus, quia fuit hæres & primogenitus, & ſic tranſmiſit ad hæredes ſuos, & ſic in maſculis æqualiter, & ſic ſecundus indè nihil lucraretur; ſed ſi primus repudiauiſſet lucraretur, quia dimidia reliqua, quæ in 4. diuideretur ſi primus fuit hæres, eo abſtinente non diuidetur niſi in tres perſonas.

§. CXLIX.

EN ligne collaterale repreſentation n'a point de lieu.

SVMMARIA.

1. *Frater non poteſt in præiudicium creditorum admittere filium fratris ad repræſentandum.*
2. *Hæres repræſentans eſt tanquam inſtitutus in re loci.*
3. *Conſuetudo eſt localis.*
4. *Frater vterinus non poteſt excludere nepotem ex fratre vel ſorore.*
5. *Conſuetudo eſt ius commune.*
6. *Subdiuiſiones non recipiuntur vbi eſt repræſentatio.*

NVnc in magno conſilio 1542. eſt difficultas an in conſuetudine Syluanectenſi, quæ idem dicit; ſed non dicit quod ſublata ſit duplicitas vinculi vt infrà eo. §. 154. an quantum ad mobilia & conquæſtus nepos ex fratre vtrimque coniuncto, excludatur per fratrem paternum, vel vterinum tantum? Videtur quod non; quia non eſt ſimplex, ſed duplex, & ſic in articulo ſimpliciter non comprehenditur, quia conſuetudo odioſa; tàm debet intelligi vt minus corrigat ius commune; ergò cum ſatis operatur inter cæteros æquales, non debet habere locum vt aliud præponderet, nec debet corrigere duobus caſibus, cum corrigat ſatis in vno caſu. Sed tunc conſuetudo eſt generalis, & ſic generaliter debet ſtare, quia generaliter negat repræſentationem; & ſic conuerto argumentum & dico quod ius duplicis vinculi ſatis eſt quod operetur quando non opus eſt repræſentatione, vt inter fratres: ſecùs tamen non eſt ſatis potens, ſed indiget repræſentatione, quia tunc non poteſt operari: ſed hoc videtur abſurdum, ideò quod iſte qui nihil habuiſſet, haberet totum præmoriente fratre vtrimque coniuncto, cum relinquat liberos: ſed certè tunc ſatis eſt quod nepos habeat paterna, vel materna, ſi qua ſunt ad quæ alter eſt extraneus.

A

B

Prater non poteſt in præiudicium creditorum admittere filium fratris ad repræſentandum.

1. Quid ſi frater voluit admittere filium fratris ad repræſentandũ? Reſpondi non poteſt in præiudicium creditorum ipſius, quia ipſo iure non ſuccedit, & ſic eſſet mera donatio. Secùs in filia quæ renuntiauit, & per pactum excluditur, quia poteſt ipſe primus hæres eam admittere in præiudicium creditorum, hoc eſt non vi pacto; licet hoc non poſſit eius hæres in præiudicium hæreditariorum, vt dixi ad Conſil. Alex. 113. *l.* 3. Sed in proprietorum videtur quod ſic, ſicut licet primo hæredi proprios creditores, non hæreditarios ſic fraudare, ita etiam de filio ſecundum Bald. *l. maximum vitium col.* 4. *C. de liber præter.*

Facit conſuetudo Blæſenſis art. 141. Fallit in infinitum de conſuetudine Turonenſi, quia ibi per alios articulos tacitè infertur & expreſsè, Pictauit art. 277. aliàs intelligitur ſecundum terminos iuris, & ſic intelligitur *en Bretagne tant que ligne ſe peut precompter.*

An ergo nepotes defuncti excludent Thium defuncti? Non videtur, & benè, quia licet plures nepotes inter ſe non habeant ius repræſentandi ſecundum ius commune; hoc eſt quia ex ea cauſa priuilegij fecit eos reduci ad ius commune, quæ cauſa ceſſat inter Thium & nepotem; quia Thio non datur repræſentatio, ſed benè nepoti Ioann. Fab. inſtit. de ſeru. cogn. quia non excludunt iure communi codicis, ſed ſolum nouiſſimo iure repræſentationis, quod ſublatum eſt, & hoc verum puto, licet pro nepotibus faceret quantum ad propria. Hic videlicet A. reliquit domum duobus filiis B. b., b. deceſſit relictis duobus filiis C. c. quorum quilibet habet quartam, c. decedit cum filiis, deindè C. ſinè filiis. Certè prima facie iuſtius eſt quod eius pars accreſcat nepotibus quam dicto B. qui habet partem ſuam integram, & ſic quamdiu ſuperſunt deſcendentes b. fratris ſui, videtur, quod nihil deberet petere in dicta parte. Reſpondi, nõ petit iure antiquo, ſed iure nouo tanquam hæres pro parte virili nepotis ſui; quia ſatis eſt quod eſt habilis vt ſit hæres, & ſic illa ratio eſt phantaſtica, & non concludit, prout in terminis iuris cõmunis non habet locũ, & conſequenter nec in terminis noſtræ conſuetudinis quæ in hoc nos reducit ad ius codicis, & ſic illa æquitas eſt phantaſtica. Hic contrà Alex. *Conſ.* 36. *lib.* 6. *in* 2. *dubio.* Alciat. *de verb. ſignif. fol.* 50. contrà eos etiam in terminis iuris.

Non ponitur ſuprà art. 16. ſed ſolũ hic quæſtio. Tres erant ſorores, prior moritur, relictis filio & filia, deindè ſecunda ſine liberis & in locis in quibus eſt repræſentatio, modo in feudis maſculus vult excludere ſororem ſuam, per art. ſuperiorem 16. Reſpondi melius videtur quod ipſa concurrat, ſaluo iure primogenituræ: quia vel dicetur primò quod ambo ad feuda æqualiter, & non eſt iuſtum obſtante art. 16. ſuprà eodem, & quia plus haberet quod in linea etiam directa, quod non eſt æquum. Secundò aut dicetur quod in totum excludetur, & tum durum eſt, tum non probatur per ſolum text. vt ſupra art. 16. quia loquitur in merè collaterali, ſed iſta non eſt merè collateralis, quia ineſt repræſentatio quæ implicat quandam tranſmiſſionem, quia fingitur mater ſucceſſiſſe & tranſmiſiſſe, & dicẽs art. 16. odioſus non debet ad hunc caſum oſtendi, tùm quia tunc vocantur ad portionẽ quam habuiſſet mater, & quam habuiſſent ei ſuccedendo, ergò non iure primogenituræ inter ſe, & ſic hæc eſt media via, & magis æqua. Si verò conſuetudo non diceret quod maſculus excludat, ſed dat ius primogenituræ in dire-

cta, non erat fundatus ad petendum, nec haberet hic, sed hic etiam habet quod valet, siuè offerat, & se fundat in directa, nec in totum excludetur, & prævalet in terminis huius consuetudinis.

Hæres repræsentans est tanquam instituta in re loci.

2. Item quid soror est hæres in omnibus sitis *à Senlis*, vbi decessit defunctus & habebat domicilium: sed defunctus habebat *quelques acquests* Neustriæ, vbi super eis constituerat reditum: Nepotes ex fratre repræsentant in sitis *en Beausse & à Chartres*: certè sunt tanquam hæredes instituti in re loci, quia consuetudines sunt locales 3. Et sic soror habetur pro hærede vniuersali, & sic tenetur soluere debita *& ladite rente*, & non tenentur nepotes nisi in subsidium.

Consuetudo est localis.

Initio Februarij 1544. *Sont partis entre le Marquis de Rochebrun & son frere*, est dos constituta præfixa super certo feudo, ambo sunt hæredes patris & matris: sed primogenitus licet habeat ferè omnia feuda, tamen petit vt frater contribuat pro quota hæreditaria, impedit, & offert pro quota bonorũ in loco d. feudi & consuetudinis, quod is qui habet rem obligatam debet soluere; sed localis est, nec obligat, & hypotheca non est limitata, sed solum interesse creditoris concernit.

Frater vterinus non potest excludere nepotem ex fratre & sorore.

4. Similis consuetudo *à Chasteauneuf en Thimerais* art. 126. quę etiam vult quod germanus frater excludat vterinum, vel consanguineum; de nepote nihil dicit. Modò vterinus frater vult excludere nepotem ex fratre vel sorore germana. Respondi quod non potest, sed ab ea excluditur, nec nepos indiget repræsentatione, quia solus succedit, & vterinus inhabilis tũc in dubio secundum ius commune 5, & consuetudo satis operatur, negando repræsentationem inter habiles, vel suppositа alias habilitate absque quod neget etiam ad commodum eius quem vult esse inhabilem si pater nepotis viueret, *pour Obiste*, contra fratrem maternum defuncti *De la Vine*, qui tantùm mobilia & conquæstus reliquerat.

Consuetudo est ius commune.

6. Vbi est repræsentatio, vt in causa *de l'Admiral & du Seigneur de Laual* quod subdiuisiones nõ recipiãtur; sed tantùm diuidũtur bona *entre les heritiers des deux premiers branchages de celuy qui decede sans enfans*: scilicet *entre les heritiers paternels & maternels lors plus proches à luy succeder sans monter plus haut, sinon en defaut de plus proches*, aliàs nusquam finis. *La Trimouille vouloit faire la subdiuision.*

Subdiuisiones non recipiuntur, vbi est repræsentatio.

Etiam Turonis vel alibi, si pater vel mater supersit, & renuntiet, non habet locum repræsentatio pro filio (si sit patruus) quia non est repudiatio hæredis, sed omnino excluduntur descendentes.

---

§. CL.

LEs heritiers d'aucun deffunct en pareil degré, tant en meubles, qu'immeubles, sont tenus personnellement de payer & acquiter les debtes d'iceluy defunct dont ils sont heritiers, chacun pour telle part & portion qu'ils sont heritiers dudit defunct.

SVMMARIA.

1. *Hæres pet inuentarium tenetur respondere creditoribus de fructibus per eum perceptis.*
2. *Hæres per inuentarium est depositarius ergà creditores qui se exposuerant, & non ergà eos qui ex inopinato superuenerunt.*
3. *Hæres per inuentarium excluditur in patria iuris scripti ab eo qui in pari gradu se simplicem gerit.*
4. *Remotior qui se dicit hæredem simplicem excluditur à propinquiore, qui erat hæres per inuentarium.*
5. *Vno existente hærede per inuentarium, si veniat alius qui petat partem, potest admitti, etiam sine litteris.*
6. *Inuentarium sub beneficio debet fieri vocatis creditoribus sub programmate.*

Hæres per inuentarium tenetur respondere creditoribus de fructibus per eum perceptis.

1. AN hæres per inuentarium qui postèà aliquot annis possedit pacificè, teneatur respõdere creditoribus, etiam de fructibus interim perceptis. Respondi quod sic omnino in quantum locupletior *l. fi me & Titium D. si cert. pet.* sed de bona fide consumptis, idem quantum ad creditores qui iam se opposuerant, ergà quos est malæ fidei, & custos, & depositarius 2. Secùs quantum ad eos qui ex inopinato superuenerunt; quemadmodum prætensus hæres ergà verum hæredem. Facit quod notaui ad Corneum *l. fin. C. de iure deliber.*

Hæres per inuentarium est depositarius ergà creditores qui se opposuerunt.

Hæres per beneficium excluditur in patria iuris scripti ab eo qui in pari gradu se simplicem gerit.

3. Per arestum dictum quod in patria iuris scripti hæres per beneficium inuentarij non excluditur à remotiore; quamquam multi contrarium vulgò putent in patria consuetudinaria; sed certè iustum est vt excludatur ab eo qui est in eodem gradu, non autem à remotiore.

Remotior qui se dicit hæredem simplicem excluditur à propinquiore qui erat hæres per inuentarium.

4. Per arestum à duobus annis 1543 dictum quod si quis remotior dicat se hæredem simplicem, excluditur à priore qui erat hæres per inuẽtarium si se gerat simplicem etiam sine litteris Cancellariæ: sed quid si quis est hæres per inuentarium, dedit cautionem, & omnia fecit, postea venit eius frater qui vult etiam hæres esse per inuentarium, & habet litteras? Videtur quod possit etiam sine litteris. 5. Contribuendo partem omnium sumptuum. Contrà, quia aliàs impedirentur qui vellent esse per inuentarium, imò non impedirentur cum possent excludi per simplicem; sed ergo alius posset per parem excludi in totũ refusis sumptibus, quod videtur absurdum, saltem post annum & notabile interuallum. Si ergò excludit propinquiorem, ergò fortiùs coniunctum in gradu; imò non excludit, & ita iudicatum *en Chastelet*, contrà *Robert*, licet esset coniunctus vtrimque, pro fratre cõsanguineo tantùm qui voluit postèà practicare inuentarium (sed etiam illud inuentarium non erat factum 6. vocatis creditoribus programmate, vt debet) & quamuis non soleat, tamen verè est error & non consuetudo, & debet priuari vt simplex. Sed de hoc non disputabat, quia vterque volebat esse per inuentarium. Et etiam si fuisset solemne, adhuc idem puto, & idem tenuisset *Seguier*, quia iure non cauetur de præueniendo, & est ius, & sunt veri domini, quamquam resolubiliter si simplex veniat & sic benè iudicatum. Sed vide cautelam; iste habet plures fratres qui tacent & tamen occultè eis communicat vt iste solus medium debitorum, quia plus aufert in propriis. Resp. non oberit quia ex quo ambo sunt per inuentarium, quod est vera separatio bonorum, sperantur bona in quibus sunt prælegatarij. Item non tenetur ad debita nomine proprio, sed tanquam ad ratam inuentarij, ergò pro rata bonorum, ergò prius debet capi super omnibus conquæstis & mobilibus, deindè residuum pro rata bonorum propriorum, & consequenter iste consanguineus qui solus capere debet feudum conquæstus (quia masculus) adhuc superueniente vtrimque coniuncta fœmina, & sic exclusa à feudo, petere potest vt separetur feudum à reliqua massa *de propres & conquests*, vel massa prius discutiatur, tunc feudum illud prius capietur quam reliqua prædia Consult. fol. 217. 224.

Inuentarium sub beneficio debet fieri vocatis creditoribus sub programmate.

§. CLI.

LEs parens & lignagers des Eueſques & autres gens d'Egliſe ſeculiers leur ſuccedent.

SVMMARIA.

1. *Statuta ab eccleſia facta ſuper feudis non tenent.*
2. *Eccleſiaſticus ſi decedat : collectis decimis, fructus pertinent ad eius hæredes.*
3. *Onera antè omnia debent deduci.*

ET ſic vanum eſt *cap. cum tibi de verbor. Signifi. ibi per textum tetigi. Et p.* 87. *Styli Parlamenti* fol. 213.

Dominus Cardinalis *de Lorraine, comme Abbé de Cluny prend la deſpoüille des Abbez ſeculiers diſpenſez qui en deſpendent*, ſicut ſi eſſent monachi, *& de fait les fait vendre & met à ſon profit.*

Statuta ab Eccleſia facta non tenent.

1. Quid de ſtatutis ab eccleſia factis in fraudem? Reſpondi non valent.

Quid de ſtatuto capituli quod non ſepelianur canonici in eccleſia niſi ſoluendo 100. aureos? Reſpondi abominandum, ſed benè alius mundi, qui omnino ibi non deberet ſepeliri.

Eccleſiaſticus ſi decidat collectis decimis, fructus pertinent ad eius hæredes.

2. *A Sens* §. 93. Dominus *Duport grand Archidiacre decede* in principio Septembris collectis decimis, *qui eſtoient baillées à ferme à payer à la ſainct Martin.* Certum eſt quod hoc non impedit quin ſpectent ad hæredes *l. defuncta D. de vſu & quemadm. quis vtatur.* Sed dicebat Spifame quod fructus debentur pro rata temporis, & quod ſucceſſor non debet ſeruire, & nihil habere. Reſpondi hoc eſſet æquum: ſed arbitrio boni viri deducuntur vice alimentorum, modò nihil aliud eſſet, ſecus ſi ſint quædam alia vndè viuere dignè poſſit, eſt tamen ſtandum regulæ ex quo de illis fructibus poterat diſponere.

Et ſic *c.* 2. *de pœnis* numquam fuit receptum in hoc regno, & vulgò peſſimè intellectum.

Dominus *Binet* per obitum *de Gaiget* mortui die ſanctæ Catharinæ 1549. prouiſus *de l'Abbaye de S. Georges* ordinis ſancti Benedicti, inuenit reparationes quæ acciderant, iam delineatio facta tempore nouiſſimi defuncti, & quædam inchoatæ antequam defunctus eſſet Abbas, dicebat *Seguier que l'on en prend comme l'on peut*, nec eſſe certam regulam au Palais; ſed eſſe quod omnes conueniunt benè *que le fermier* poteſt expelli, nec tenetur nouus Abbas ei ſtare ante illud modicum tempus; ſed hoc iniuſtum, & ſaltem debet habere annum cœptum. De fructibus *Seguier* ſentiebat æquius ſecundum *legem diuortio D. ſolut. matrim.* tamen quod ſeruatur *lex defuncta*, pro quo allegauit *Chartier* arreſtum *touchant la commande de Chartres, les heritiers* commendatarij contrà ſuperiorem Abbatem, defuncti Prioris, & nouum Priorem, *maintenus & gardez en poſſeſſion de tous les fruits & meubles*: quia iam omnes fructus erant reconditi in horreis *du Prieuré.* Ego verò dico quod licet talis ſit conſuetudo; tamen poſſunt retineri pro oneribus, quæ antè omnia debent deduci 3. Nedum pro monachis, ſed etiam pro menſa Abbatis, vtique pro hoſpitibus habeat, ſecundum regulam ſancti Benedicti, vſque ad nouos fructus. Non enim iuſtum eſt vt accipiantur, & cogatur nouus Abbas mutuari: quid enim ſi non ſuperuiuat, ſed antè nouos fructus collectos moriatur? Sit ergò hæc conſuetudo ſatis operans, ſalua tamen *lege diuortio* quam hîc æquum eſt ſeruare. Iſtud ad ſumſum ſit, quod de mero lucro ſupereſt hæredum, & ſic omnia onera portentur vſque ad nouos fructus. Sed durum eſt quod dixerunt colonum expelli, etiam *ſi le bail eſt fait* ſimul cum conuentu, qui nondum habet fructus, quia pars non eſt diuiſa, & fundantur quia Abbas habet adminiſtrationem conuentus coram ſe, & ſic ſolus caſus attenditur, qui non poteſt ſucceſſori præiudicare, quod eſt iniquum, ſecus ſi in colono conuentus, habens menſam ſeparatam, licet confirmatus eſſet ab Abbate.

Onera antè omnia debent deduci.

Allegauit arreſtum *Chartier* de eo qui habens plura groſſa beneficia mortuus eſt carens hæredibus, quia monachus, quod ſecundum *gloſſam cap. fin. de pecul. cleric.* ſed hodiè monachi vel inter viuos dare vel habent priuilegium teſtandi.

§. CLII.

REligieux ou Religieuſe profez ne ſuccedent à leurs parens, ne le Monaſtere pour eux.

SVMMARIA.

1. *Papa non poteſt habilitare monachum ad ſuccedendum propinquis.*
2. *Ingreſſu in monaſterium indicato nullo, vſufructus datus monacho extinguitur.*
3. *Parentes non ſuccedunt monachis.*
4. *Mobilia relicta à monacho meriente debent dari per inuentarium ſucceſſori, vt diſponat pauperibus, vel aliàs.*
5. *Minor ingrediens monaſterium non poteſt donare, nec teſtari.*

Papa non poteſt habilitare monachum ad ſuccedendum.

1. VT ad decium in *cap. in præſentia num.* 57. *De probat. & conſil.* 114. vbi malè tenet Papam poſſe habilitare.

Ceſſat etiam *Auth. ingreſſi*, & ſic multo fortius. *Auth. niſi rogati*, vt dixi ad *conſilium Alexandri* 121. *in fin. lib.* 2. *& conſ.* 139. Nota referre Alexandrum idem eſſe per ſtatuta, vbi videtur mihi quod ſtante dicto ſtatuto expirat vſusfructus, qui non poteſt transferri in monaſterium. Sed puto hîc ceſſare ſtatutum, ex quo non poteſt hoc ius tranſire in venientes ab inteſtato, ſed opponere ſi perdat ius fortius, etiam inuitus, ergò multofortius ius debilius. Reſpondi quod eſt verum fauore venientium ab inteſtato & ob magnum præiudicium reipublicæ, quod

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Prodeſt eſſe coniunctum ex vtroque latere ad alterius excluſionem.*

2. *Legatum factum communitati fratrum ad omnes pertinet.*

Prodeſt eſſe conjunctum ex vtroq; latere ad alterius excluſionem.

1. IMò *quant aux propres*, multominus prodeſt eſſe conjunctum ex vtroque latere ad alterius excluſionem facit quod in via teſtamenti non conſideretur hæc duplex conjunctio. Alexand. *conſ.* 30. *lib.* 2.

Legatum factum communitati fratrum ad omnes pertinet.

2. Hîc de effectu conjunctionum, aliquis legat centum cuilibet fratrum, vel domum, puto quod omnes veniant contra Decium *conſil.* 153. *in fin.*

TITVLVS DECIMVSQVARTVS

DE DONATIONE MVTVA INTER CONIVGES.

§. CLV.

HOmme & femme conjoints enſemble par mariage, eſtant en ſanté, peuuent & leur loiſt faire donation mutuelle l'vn à l'autre, eſgalement, de tous leurs biens meubles, & conqueſts faits durant & conſtant leur mariage communs entr'eux, & qui ſont trouuez à eux appartenans eſtre communs entr'eux, à l'heure du premier mourant deſdits conjoints, ſa vie durant ſeulement; en baillant par luy caution ſuffiſante de reſtituer leſdits biens apres ſon treſpas; pourueu qu'il n'y ait enfans: & où il y aura enfans, ledit don mutuel n'aura lieu pour le temps auenir.

SVMMARIA.

1. *Donatio mutua inter virum & vxorem minores, valida eſt.*
2. *Donatio mutua facta à muliere minore annis obſeruari debet à ſuis hæredibus.*
3. *Coniuges non communes in bonis non poſſunt facere donationem mutuam.*
4. *Cautio non poteſt remitti in donatione mutua.*
5. *Poteſtas legandi & donandi limitatur ſecundum locum vbi donans vel legans habet domicilium.*
6. *Liberi ex priore matrimonio non impediunt donationem mutuam inter coniuges.*
7. *Communes liberi ſoli impediunt donationem mutuam inter patrem & matrem eorum.*

Donatio inter virum & vxorem minores valet.

1. QVID ſi ſolus vir minor, vel ambo minores? Nihilominus puto indiſtinctè quod valeret: quia non eſt alienatio, ſed negotium vtrique vtile, non continens alienationem, ſed meliorem conditionem.

Donatio mutua facta à muliere minore annis obſeruari debet à ſuis hæredibus.

2. Quid ſi mulier erat minor 25. annis & prædecedit virum, eius hæredes nolunt ſeruare; puto tamen quod debeat valere: quia quanto erat iunior, tanto veriſimiliter erat eius commodum futurum: Tamen rigore iuris non valeret.

Quid ſi tunc liberos communes habeant? fortè ſimiliter ſolus vir habet ex alia conjuge donant tamen in caſum quo tempore mortis neuter habuerit liberos, an valeat? videtur quod ſic per Alexand. *conſil.* 29. *lib.* 4. *col.* 2. vbi fortius videtur quod valeat ſi tempore mortis inueniantur non habere, licet ſit facta donatio ſimpliciter, imò etiam quod conualeſcat pro tempore futuro ſi poſt obitum decedant relicti liberi, ſuperſtite vidua, quod abſurdum eſt omnino & indiſtinctè falſum, quia fieret præiudicium tertio: imò non poſſet moriens liberè diſponere, vel ſic propria iſta hæredibus relinquere ſibi acquiſita. Sed priore caſu quando viuo parente moriuntur nullum omninò ſit eis præiudicium. Idem puto quod conualeſcat, id eſt non irritatur, quando variè incœperit, quod verum puto, etiamſi facta ſit ſimpliciter moriendo, quod iure commoni & de antiqua conſuetudine poterat fieri ſimpliciter: ſed hoc limitatum eſt fauore linearum tantum: Ergò intelligitur ſi filij ſuper-

Coniuges non communes in bonis nō poſſunt facere donationem mutuam.

ſunt, non aliàs, vt ceſſante ratione limitationis & reſtrictionis, ceſſet correctio, & minus corrigitur ius commune quam fieri poteſt. Sed an poſſint donare ſub conditione, ſi poſt obitum poſtea filij ſine filiis deceſſerint? Puto quod non, quia adhuc irritetur fauore filiorum, quibus ſaltem auferretur libera diſponendi facultas, vel ad hæredem tranſmittendi.

3. Quid ergo ſi conjuges non erant communes? Reſpondi non poſſunt facere vllam donationem mutuam. Quid ſi æqualiter communes in parte, puta ambo pro quarta parte, poſſunt pro eadem parte facere donationem hanc.

In donatione mutua cautio non poteſt remitti.

4. Cautio non poteſt remitti etiam mutuo, niſi in ipſo contractu matrimonij, & ſi fuit petita, nec data, fructus debent reſtitui, & ad decem annorum fructus condemnatus eſt *Poncet le Preux*, *Monſieur Boulens Rapporteur*. Ruin. *conſ.* 51. *num.* 7.

Poteſtas legandi vel donandi limitatur ſecundum locum vbi legans vel donans habet domicilium.

5. Poteſtas dandi, vel legandi: quia eſt de actu hominis ligati ſecundum locum vbi habent domicilium: facit quod per arreſtum duo coniuges *de Paris* cœperant morari *à Roüen*, quod valuit legatum alteri factum. Sed ſi vir hîc morans legat vxori bona quæ habet Meldis, non valet legatum. Et ſic conſuetudo Pariſienſis ligat ſubditum vbique, licet ſit contrà ius commune Fallit ſi habet quis plura domicilia ſine fraude, quia tunc inſpicitur forma loci vbi ſunt bona.

Digitized by Google

ſenſu proximorum hæredum non valet, quia conſenſus videtur extortus.

citer etiam de conſenſu proximorum hæredum quorum intereſt, vir donauerat vxori, & fecerat conſentire hæredes ſuos, fuerunt partiti, tandem iudicatum contra ſententiam Liſeti, & benè, quod non valebat; quia videtur conſenſus extortus, quia alias donaret aliis extraneis: tùm quia alij poſſunt eſſe hæredes.

Amor conjugum non debet eſſe venalis.

8. Tùm quia vt non ſit amor conjugum venalis; tamen D. *Liſet* tot rationes alleganit pro ſe vt iudicantes non intellexerint, putauerint contrarium iudicari.

Touchant les baſtimens faicts ſuper fundo vxoris, vbi *de Thou* ſolus non fuit condemnatus per arreſtum, ſed per conſilium Aduocatorum, cui acquieuit. Per aliud arreſtum non habita ratione *des baſtimens faits* in fundo ipſius viri vbi non æſtimantur. Verum eſt quatenus non æſtimantur, ſed benè quatenus locus plus perpetuò, & nunc plus valet, per *l. domos. D. de legat.* 1. Per aliud arreſtum *en la Couſtume de Troyes* ſimilis noſtræ dictum, quod cum vir conſtruxiſſet ſuper area vxoris, quod vxor redderet dimidiam: ſed quod ſuper eam deducerentur fructus, ſeu mercedes locationis pro media, à tempore ædificij & quo locari plus potuit. Sed hoc iniuſtum eſt, quia ſicut debet reddere partem ſortis, ita pretium omne impenſarum factarum eius nomine; quemadmodum ſi vir luiſſet fundum ſuum, debet omnino reddi dimidia, & precisè non deducta media fructuum, quare illud arreſtum eſt factum.

Vir & vxor non poſſunt in contractu matrimonij reſeruare ſibi inuicem poſſe donare. Conſuetudo non poteſt habilitare ſibi non ſubditos.

9. Vidua *le Viſte Charlotte Briçonnet en ſe remariant* tertio, vtrique *reſeruant qu'ils ſe puiſſent donner & aduantager*. Reſpondi quod non valet, quia de iure non debet; ergo multominus in terminis conſuetudinis quæ potius ius ampliat. 10. Amplia & in reſeruatis ſitis alibi quam Pariſiis, & ſic reſpectu viri, quia illa eſt exorbitans: ideò non poteſt habilitare non ſubditos, quamuis etiam in bonis ſub ea ſitis ſatis operatur, licet ſit verbum (ſub ea ſitis & ſubditis ſuis) quia debet reſtringi. Sed ſi tantum dictum eſt quod in reſiduo ſe regant ſecundum conſuetudinem *de Poitiers*, adhuc maius erit dubium, quia hoc refertur tantùm ad ſtatum præſentem, & ea quæ tunc à contractu dependent, non autem ad ea quæ Pariſiis de nouo ſuperuenerunt, vt in donatione poſtea facta, vel rehabilitando ad communionem. 11. Sed quid ſi iurauit ibi manere, & conſtituere domicilium, an teneantur? Certè tunc in futurum futura donatio viri & valeret in bonis ibi ſitis, Conſult. fol. 228.

Conſtituentes contractu ſuum domicilium in aliqua conſuetudine poſſunt ſecundùm illum contrahere.

Du diſcours in contractu matrimonij quod tenebitur *employer trois mil liures de meubles d'elle qu'il pourra vendre auparauant & mettre* vſque ad dictam ſummam *en propres*, *dont il aura l'vſufruict* ſi ſuperuiueret, *ce qui ſe fera* de eius & duorum conſenſu & conſilio, & hoc intra tres annos, aliàs non haberet illum vſumfructum. Circa finem temporis vult vendere mobilia, & facere *remploy*; rogat illa virum vt differat, vt carius vendantur mobilia: is ſibi timens *ſur ladite prorogation & delay* impedit, ſed tamen vxor obtinuit quatuor menſes, poſt finem trium annorum inſtantem quod vir hoc facere poterat, deinde fecit infra tempus prorogatum: poſt obitum vxoris hæredes volunt dicere *que c'eſt vn aduancement*. Reſpondi, quod non eſt; ſed valet, quia aliàs vir intrà tempus vendidiſſet, & debet ad hoc reſtitui, nec poſſunt allegare culpam ex quo lucrum ſentiunt, & licet actio perpetua, tamen non erant communes in bonis per contractum matrimonij.

Vſusfructus voluntate tãtum poteſt transferri de vna terra ſuper aliã vſq; ad continentiam valoris.

12. Dominus *le Voix* habet domum fortè ad onus quod eius vxor haberet vſumfructum ſi eſſet vidua, ipſa maluit habere *ſur Barionuille*. Reſpondi quod fieri poteſt ex tunc valida pactio, & transferri vſusfructus de vna terra ſuper aliam vſque ad concurrentiam valoris reditus qui non nunc eſt, ne ſit alia, ſed qui erit tempore quo naſcetur vſusfructus, quia non eſt aduentagium, & hoc liquet, licet *Barionuille* ſit de propriis viri.

Hæredes mulieris poſſunt repetere mediam de impenſis factis à viro ſuper feudo ipſius viri.

13. *Touchant Boucher*, vir in propria vxoris conſtruxerat, petebant hæredes mediam, per arreſtum, *preſidant Liſet*, licet *de Thou* pro eis ſcripſiſſet, & tutum tenebat, excluſi ſunt, & vidua abſoluta, rediit *de Thou* ſciturus cauſam. Reſpondit *Liſet* quod aliud in viro ſuper ſuo conſtruente; quia ſibi donare non poteſt: aliud in viro conſtruente ſuper fundo vxoris, quia eſt Dominus mobilium, & poteſt projcere in mare, abſque eo quod poſſit media repeti à vidua. Sed ego dico quod fatuum eſt arreſtum, & ex fauore *Liſeti* qui domum habitabat, & ſibi timebat.

Impenſæ fulturæ domus non poſſunt repeti inter conjuges.

14. Sed tamen nec impenſæ ſumptus fulturæ illæ repeti nõ poſſunt, ſiue ſuper fundo viri ſiue ſuper fundo vxoris fierent; ſecus de neceſſariis nouis quæ excedunt fulturam & ſarta tecta. Contra *Aubry & Boucherat* cenſent, quod vir impendens in ſuo non debet reddere dimidiam, & hoc ſi terra eius fructus ferebat quod commodè fieri poterat de fructibus: ſed ergo idem debet eſſe in fundo vxoris à quo percipiebat tot reditus, ſi tamdiu duraret matrimonium quod ſupertuctatum fuit, & hoc æquum, aliàs eſſet impedire publicam vtilitatem, quia abſtineretur à conſeruando, ſi ſperaretur vt hæredes tenerentur reddere dimidiam.

Referan maritus vendit ſuum proprium & repetit pretium, & tunc fit commune, nec eſt *aduantage*; quia ita fere eſt ſicut ſi nouam ſocietatem contraheret, vel contractam augeret: an verò non receperat, ſed fortè æſtimatam det genero, & dicat quod media pretij æſtimati *ſera rapporté en ſa ſucceſſion*, media *en celle de ſa femme*, quia nihilominus eſt *aduantage*; quia vt non poteſt dare vxori 15. ita nec eius hæredibus. Et hoc niſi eſſet iuſta cauſa hoc faciendi, vt quia erat officium venale quod ſibi fuerat reſeruatum contemplatione vxoris futuræ benè reſpexit maritum ante nuptias, ideò habuit per obitum, tamen ſemper vxoris occaſione, & ſic debebit eſſe commune, & valet pactio, nec eſt aduantagium, ſed agnitio bonæfidei.

Vir non poteſt dare vxori, nec eius hæredibus.

Vir morièdo ante fructus proprioru ſuorum collectos nõ debetur videa media ſeminũ & laborum.

16. Quid ſi vir moritur Iulio ante fructus collectos propriorum ſuorum? Reſpondi non debetur viduæ media ſeminis & laborum; & contrà etiamſi vno tantum anno durauit matrimonium, quia eſt tantum adminiſtratio, & conſtat non factum in fraudem; ſecùs ſi eſſent foſſilia, vel muri perpetuæ vtilitatis Idem ſi vir habet *vne ferme* antequam duxerit vxorem, quia non eſt mobile, nec ſpectat ad viduam, etiam pro parte; ſed ad ſolos hæredes ſuos, qui nihil reddent de ſeminibus vel laboribus ipſi viduæ. Fallit ſi nondum accepta eſſet, ſed ei tantùm promiſſa, quia tunc debet ei reddi media, vel debet habere mediam ſeminum.

Vxor *Anthoinette* vult generaliter *ou vendre*, *ou donner tout ſon propre*: Infirma dat fratri vni *tout ſes propres*, retento vſufructu, & ad onus teſtamenti implendi vſque ad mille libras: ſororibus legat quantum haberent ab inteſtato; ſed in effectu vnum excludit à quo verberata eſt. Reſpondi, valet ſimpliciter. Quid ſi moritur de ea infirmitate? Poteſt dici quod valet teſtamentum per *l. filiæ meæ ægræ*. Sed tamen quod iſte ſolus qui verberauit, & priuatus eſt, non poteſt conquæri; quia ſicut inſtitutio, ita exhæredatio non eſt de forma 17. imo exhæredatio requiritur, ſaltem caſu quo dubitari poſſit.

Inſtitutio ſeu exhæredatio nõ eſt de forma.

Quinet habens filium moribundum dat ei bona, & ſubſtituit ei filiam vxoris ex priori viro: interlocuti ſunt in curia ad informandum an ſeruaretur legitima (quod eſt fatuum) tandem iudicatum ſubſtitutionem bonam. Ego dico ex magnitudine ſummæ eſſe *aduantage obliqué*: quia conſuetudo 18. eſt latior iure communi. Quandoque iudicauerunt pro filiis vxoris ex priore viro, & malè; quia ſic patrimonia euertuntur: ſecùs ſi legatum filiis vxoris eſt modicum *l. omnes §. Lucius D. quæ in fraud. credit.*

Conſuetudo eſt de iure communi.

§. CLVII.

VN don mutuel de ſoy ne ſaiſit point.

SVMMARIA.

1. *Maritus poteſt prouidere pro vxore ſuperſtite.*
2. *Hæres eſt ſaiſitus, ideò* la complainte n'eſt receuable contre luy.

Maritus poteſt prouidere pro vxore ſuperſtite.

1. DVo fratres habentes officium *à ſeruiuance*, faciunt pactum mutuum quod vxores viduæ eorum habebunt altero ſuperſtite mediam *des profits*, an poſſent reuocari ſine vxoribus? videtur quod ſic: an valeat ſine reuocatione? videtur quod ſic quia vxori ſuperſtiti æquè intereſt & importat. Quid ſi poſteà conueniatur quod haberet vnus 140 libras annuas, cum ſtipendia eſſent 400 libræ annuæ, & hoc ideò quia infirmus, nec poterat ſanari? Reſpondi non valere non reuocatam pactionem mutuam vxoris, ſed eſſe perſonale pactum. Amplio, etiamſi ſuperſtes ſit executor teſtamenti, ideò non debet in hoc confidere, ſed perdet interim fructus, niſi ſaltem ex nunc congruè petat, & conſtituat in mora, quia quis poteſt ſibi ſoluere. Item reſpectu mobilium videtur quod poteſt ſaiſiri tanquam executor; dummodò inuentarium factum ſit palam & coram hæredibus, vt obuietur facto ſubſtractionis.

Hæres eſt ſaiſitus, ideò la complainte n'eſt receuable contre luy.

2. *Ragueneau auoit donné à ſa femme don mutuel* cum clauſula *de ſaiſir* confirmata teſtamento; tamen per arreſtum *ledit Ragueneau debouté de ſa complainte*, quia non poteſt fieri quin hæres eſt ſaiſitus. Hic allegabat *Marillac* in cauſa teſtamenti *de Pichin Chanoine de la Sainte Chapelle*, qui hæredibus fruſtratis reliquerat *Montery Aduocat executeur*, vt eis vteretur per decem annos, & poſt decem annos reſiduum pauperibus; Dominus *Marillac* conſentiebat hæredes eſſe ſaiſitos, licet contra voluiſſet teſtator: tamen per arreſtum *preſidant S. André* die Martis 2. Aprilis 1548. ante Paſcha *fut dit les executeurs ſaiſis des meubles, & qu'ils ioüiroient des fruicts & arrerages de la premiere année*. Certè hoc iniuſtum & contra conſuetudinem, deinde omnia hæredia (erant conquæſtus) *ſeroient baillez au plus offrant & les deniers* ad executorem, *& le tiers en la bourſe des pauures, & encores toute la vaiſſelle d'argent & vin donné pour reſtituer aux hoirs ſeroient mis en la bourſe des pauures*, hoc requirentibus *les gens du Roy*.

§. CLVIII.

LE ſuruiuant des deux conjoints par mariage, qui ayant fait don mutuel l'vn à l'autre, ſi au moyen dudit don mutuel, veut iouïr ſa vie durant des meubles & conqueſts immeubles ſujets à retour aux heritiers du premier decedé (qui eſt la moitié des biens meubles & conqueſts immeubles faits conſtant ledit mariage) eſt tenu de payer les obſeques & funerailles du premier decedé, auec la moitié des debtes, dont on pourroit faire demande aux heritiers des debtes qui eſtoient deuës par leſdits conjoints au iour du treſpas dudit premier decedé, ſur la part & portion dudit premier decedé.

Donatarius mutuus debet ferre onera ſuper mobilibus & conquæſtibus defunctiquātum ferre poſſunt.

QVid *ſi ledit don* non ſit niſi de parte; videlicet de media, ſeu quarta mobilium & conqueſtuum? Reſpondi, licet; & ſic onus pro rata. Quid ſi non quota diuiditur, ſed per ſpecies, vt quia ſit de mobilibus tantum? Reſpondi debet tamen omnia ferre onera & debita; ſed ſuper mobilibus datis tantum, & quantum ferre poſſunt. Quid Blæſis & alibi vbi datur proprietas, ſi diuiditur per quotas, vel ſpeciem bonorum? Reſpondi, valet, ſed arbitrio boni viri debet onus diuidi.

SVR LA PART] Ergo in quantum ferre poteſt tantum.

§. CLIX.

QVand pere & mere ont donné à leurs enfans, ou aucun d'eux, aucun heritage, tel heritage eſt reputé donné en aduancement d'hoirie.

SVMMARIA.

1. *Iura feudalia non debentur in donatione facta filiæ in locum paternæ hæreditatis.*
2. *Iura feudalia non debentur niſi ex cauſa venditionis, vel permutationis.*
3. *Res donata à patre in anticipationem ſucceſſionis redit ad patrem filio ſine liberis mortuo.*
4. *Frater cui frater donauit in anticipationem ſucceſſionis debet conferre cæteris fratribus.*
5. *Donatio facta fratri in anticipationem ſucceſſionis poteſt ſemper renuntiari.*
6. *Donatio feudi in anticipationem eſt cum oneribus ſucceſſionis futuræ.*
7. *Donatio facta filio à patre ex cauſa certa & ſpecificata, valida eſt.*
8. *Donatarius in anticipationem qui non vult eſſe hæres, debet reſtituere.*
9. *Donatarius in anticipationem qui ſe hæredem dicit, non tenetur reſtituere quod ei donatum eſt, ſed minùs recipere.*

Digitized by Google

Iura feudalia non debentur in donatione facta filiæ in locum paternæ hæreditatis.

1. ADuerte, dupliciter hoc dicitur: primò quantum ad hoc vt ſit in vicem partis hæreditariæ, vt quando datur filio renuntianti hæreditati paternę, ſiue in locum paternæ hæreditatis, & tunc iura feudalia non debentur. Et in dubio ſi præſumatur tanquam alias ſucceſſurus, vel quia etiam ſucceſſurus eſt, & tunc non tenetur eſſe hæres. Quandoque datur expreſsè in anticipationem, & tenetur (licet *Marillac* contra) ex quo patet quod hæc cauſa finalis non habet niſi ſit hæres, & in dubio præſumitur hoc modo datum; ſed præſumitur datum, itaut poſſit eligere an ſit hæres, vel ſe teneat ad donum, & ita præſumitur in dubio datum contemplatione filiationis, & ita generaliter accipiendum vt nunquam iura debeantur 2. niſi ex cauſa venditionis vel permutationis transferatur in filium, aliàs ſimplex donatio æquipollet ſucceſſioni quantum ad hoc.

Iura feudalia non debentur niſi ex cauſa venditionis vel permutationis.

Res donata à patre in anticipationem ſucceſſionis redit ad patrem filio ſine liberis mortuo.

3. Quid ſi expreſsè & finaliter eſt donatum in anticipationem futuræ ſucceſſionis, ſed moritur ante patrem? Si ſine liberis, res eſt clara quod redit ad donantẽ: ſi verò relinquat liberos, ad eos tranſmittitur; itaut teneantur adire vel relinquere. Quid in locis vbi de facto ſeruatur non eſſe repræſentationem in directa? Reſpondi quod adhuc tenebuntur reſtituere, tamen iniqua conſuetudo faceret inhabiles ad agendum, non tantum ad excipiendum; Et hoc quia omni omnino via reſcindenda eſt dicta conſuetudo, quæ non eſt conſuetudo, ſed vſurpatio ſuper pupillos indefenſos, & eorum ſpoliatio.

Frater cui frater donauit in anticipationẽ ſucceſſionis cẽſetur debet cæteris fratribus.

4. Quid ergo apud nos, frater dat fratri in anticipationem ſucceſſionis expreſsè? Clarum eſt quod hoc operatur, vt teneatur reliquis fratribus conferre & hoc tacitè dictum videtur, imò expreſsè dictum eſt. Quid ergo ſi præmoriatur? ſi ſine liberis, dico redire ad donantem: ſi vero reliquerit liberos, ſecùs: tùm quia fortè continget quod moriente donante illi inuenirentur in proximo gradu & habiles. Sed quid ſi tunc ſuperſint alij fratres & ſoroces? Reſpondi quod non tenetur reddere, niſi admittantur ad ſucceſſionem. Sed ad minus ſi plus valet quota hæreditaria, iure commutationis tenentur reddere.

Donatio facta fratri in anticipationẽ ſucceſſionis poteſt ſemper reuocari.

5. Ergo ſequitur quod donatio expreſſim facta in anticipationem fratri, ſemper poteſt reuocari, prout poteſt in teſtamento frater aliter diſponere, & etiam parer ſalua legitima. Quod ſi admittamus vt non poſſit reuocari, nec in teſtamento diminui, ſequitur quod etiam cauſa expreſſa non erat finalis, nec tenebatur eſſe hæres, niſi velit. Quod ſi eſſet verum, eſſet limitandum rebus ſic ſtantibus, ſecùs enim donanti ſuperuiuerent filij alij, ita quod donatario eſſet datum plus parte ſua, quia tunc omnino debet ſuccedere, vel quod excedit partem reddere. Quid enim ſi poſtquam dedit filio vnico in tractatu matrimonij, vel filiæ priuignæ prædium feudale ferè omnia bona ſua *en aduancement d'hoirie*. Poſtea ex alia vxore habet multos filios, vel vnum maſculum, certè ſi conferendum ſit, filia fruſtratur, ſi verò poſtea ſe teneat ad donum filius fruſtrabitur & ſimul mens & verba donationis, ergo melius eſt verbis ſteriſſe, cum æquius eſt ius commune; quia filia non certat niſi de lucro, & hoc poterat hæres prævidere, ex quo accepsabat non merè in fauorem *de mariage*; ſed etiam in anticipationem 6. ſucceſſionis, quia etiam illo fauore non datur feudum liberum, ſed ſolum in anticiparionem, & ſic contemplatione, & cum oneribus futuræ ſucceſſionis.

Donatio feudi in anticipationem eſt cum oneribus ſucceſſionis futuræ.

Iulio 1543. iudicauerunt in Senatu contrà partem meam *d'Amiens*, quod primogenitus haberet etiam ſi non eſſet hæres, & licet denegatum fuiſſet ſequeſtrum, non contenti infirmare iudicium ſecundum meam opinionem latum, animosè *ont maintenu le deffendeur*; ſed non eſt curandum eorum malo iudicio. Perſtiti in ſententia, niſi ex conjecturis aliàs appareat de animo donantis. Sed quid anus & auia fecerunt conſentire filiam, & etiam illam omnia bona donare nepoti, & tunc filia erat vidua: poſteà habet ex ſecundo viro alios liberos, vult facere reſcindi donationes. Reſpondi ratum quod non poteſt, niſi pro ipſius filiæ legitima, & quia tempore conſenſus erat minor Sed reſpondendum quod hoc videtur factum contemplatione quod dictus nepos eſſet in effectu ſolus hæres, ſed modo apparet quod ſunt alij; ergo opoctet reducere donationem pro qua parte poteſt eſſe hæres mediante matre; ſed hoc eſt difficile, imò non eſt difficile, quia tunc apparet, & ſic tanquam futuro hæredi vt præſumitur, & ſic tota videtur facta in anticipationem futuræ mediatæ, vel immediatæ ſucceſſionis, ergo debet rata temperari, vt pater non habeat niſi pro qua parte hæres erit matris, & ea mediante aui & auiæ, & ſic pro rata ſua.

In contractu matrimonij pater filio primogenito dat tertam, *en faueur dudit mariage, en pur & vray don perpetuel & irreuocable entre vifs & en aduancement d'hoirie, pour fondit fils, ſes hoirs & ayans cauſe.*

Ego muto ſententiam, & dico quod hæc clauſula ſpectat ſolum quod eſt datum filio vt filio, itaut computetur in parte ſua, ſi velit eſſe hæres. Idem tunc vt poſſit habere, etiamſi nolit eſſe hæres. Et ita intelligitur hæc conſuetudo, & ſic non debentur iura patrono, etiamſi abſtineat; ſed benè ſi alteri vendatur filio, vel permutetur, vel non tanquam filio.

Donatio facta filio à patre ex cauſa certa & ſpecificata, valida eſt.

7. Hic articulus apertè intelligitur proptiè capiendo de donatione facta ex generali & informi cauſa liberalitatis, non autem ex certa cauſa ſpecifica, vt dotis, vel præcisè ex cauſa donationis irreuocabilis; quia tunc cum appareat de certa ſpecifica cauſa, illi eſt ſtandum, nec præſumendum quod ſit in anticiparionem ſucceſſionis, quia in certis non eſt locus coniecturis. Si autem non conſtat de cauſa & motiuo ſpeciali, procedit coniectura huius articuli, qui præſumit datum 8. in anticipationem ſucceſſionis, & ſic erit effectus, quod ſi non vult eſſe hæres debet reſtituere cum fructibus per condictionem ob cauſam. Ita videtur intelligi conſuetudo ſecundum verba, ſed videtur quod non ſit talis ſenſus, quia ſi ita eſſet ſequeretur quod talis donatio nullomodo valeret, niſi in commodo fructuum medij temporis ante ſucceſſionem, & vtrà quod ſemper poſſit donator pœnitere aut reuocare, aut aliàs diſponere: ſicut de iudicio vltimæ voluntatis, & de legato à teſtatore ſoluto & præſtito: tùm ferè videtur quod ratò, aut nunquam eſſet locus huic articulo, quia omnes donationes habent clauſulas omnino huic intellectui repugnantes, videlicet donationes meræ inter viuos & irreuocabiles: ergo non poteſt eſſe mera anticipatio ſucceſſionis: poteſt dici quod etiam eſt vera donatio & irreuocabilis: ſed tamen tanquam futuro hæredi & eius contemplatione facta, ideò ſi non velit poſteà eſſe hæres, ab eo repetetur, ſicut alia ob cauſam data: ſecùs in datis ob dotem, vel aliam ſpecificam cauſam, quia ſolum ſi velit eſſe hæres, confert, aliàs retinet. Vide Conſult. 1. art. 17. & fol. 404. & 89. Ego puto quod clauſula irreuocabilitatis facit quod non eſt data merè in aduantagium: quia ſi non ſit hæres retinebit: ſed tamen ſi etiam tanquam futurus hæres erit fraus art. 19. quin imò videtur quod æquius, quod niſi ſit iuſta cauſa, omninò reſtituere tenebitur ſi non ſit hæres.

Donatarius in anticipationem qui ſe hæredem dicit, non tenetur reijcere quod ei donatum eſt, ſed minus accipere.

9. Nota ergo quod quamuis donatio ſimpliciter facta, conferetur in anticipationem: tamen non tenetur abſtinens propriè pro ſucceſſore, tantum tenetur minus capere. Idem in caſu quo non eſt hæres. Nunquid igitur incipiunt iura deberi dimidia? Videtur quod ſic, vt Blæſus: ſed puto quod non, quia odioſum eſt hoc ius.

Donatarius in anticipationem qui non vult eſſe hæres debet reſtituere.

§. CLX.

DOnner & retenir ne vaut.

SVMMARIA.

1. Donner à la charge du teſtament, eſt donner & retenir.
2. *Maritus & vxor donant tertio fundum, qui ad vxorem ſolam venturus erat, qui redonatur eis à donatario*, n'eſt donner & retenir, *quia aduantagium marito.*
3. *Donatio in contractu matrimonij* à la charge du teſtament, n'eſt donner & retenir.
4. *Donatio ſub quantitate & conditione* n'eſt donner & retenir.
5. *Donatio* pour iouyr apres la mort *obligat donantem.*
6. *Prohibitio alienandi à patre & matre facta in donatione ab eis facta filio, non eſt retentio.*
7. *Conſuetudo in §.* donner & retenir, *non prohibet donare quintum poſt mortem.*
8. *Donatio poſt obitum interim non poteſt peti.*
9. Retenir *non eſt cum neceſſe eſt poſſeſſionem accipere de manu hæredis.*
10. *Donans non eſt ſaiſitus, nec retinet in ceſſione donationis cauſa.*

LIcet de iure *l. cum quis decedens §. pater emancipato filio D. de legat. 3.* imò ibi licet donare in teſtamento, ergo non valet vt donatio, *l. Sulpitius D. de donat. inter vir. & vxor. l. cum manu in fine de contrab. empt.* fac. Alber. *l. per ſeruum in fin. D. de vſu & habit.*

Donner à la charge du teſtament, eſt donner & retenir.

1. Ad onus teſtamenti *c'eſt donner & retenir.* Conſult. fol. 180. verſo.

Maritus & vxor donant tertio fundū, qui ad vxorē ſolam venturus erat, qui redonatur eis à donatario, c'eſt donner & retenir, quia aduantagium marito.

2. Vir & vxor habentes fundum qui tantum ad hæredes ſolius vxoris peruenturus erat, donant tertio, qui mox ſimpliciter redonat vtrique, vel poſt decem dies. Reſpondi non valere duplici ratione: Prima quia *donner & retenir*; ſecunda quia aduantagium, & quia vir efficitur verus dominus mediæ partis in proprium, quod non erat priùs.

Donatio in contractu matrimonij à la charge du teſtament, n'eſt donner & retenir.

3. Sæpè *és contracts de mariage* fit donatio (*& és donations mutuelles, à la charge d'accomplir le teſtament.* Reſpondi non *n'eſt retenir*, & valet, quia intelligitur teſtandum de modico & ſecundum perſonæ qualitatem, iuxta *cap. requiſiuiſti de teſtam.*

Donatio ſub qualitate & conditione n'eſt donner & retenir.

4. Caius donat ſorori, itaut ſi non diſponat, veniat ad eius filios pro quibus eſſent hæredes; valet, nec habent tanquam hæredes, ſed etiam renunciantes, *& n'eſt donner & retenir*, quia donans non retinet, ſed eſt dare ſub qualibet conditione.

Donatio pour en iouïr apres la mort obligat donantē.

5. Quidam donauit *pour en iouïr apres ſa mort*, ſine alia clauſula. Dicunt *Chartier, de Thou* & alij quod valet, nec eſt *donner & retenir* quando retinet facultatem expreſſam, vel tacitam diſponendi; verbi gratia quando dat quæ habebit *lors de ſon treſpas*: ſed ſi dicat quæ habebit tunc in habitu, vindicari nequeūt futuri acquæſtus, de nouo ergo legat; ſed an valeat vt teſtamentum, puta pro quinto *des propres*? Reſpondi quod non per hanc conſuetudinem, ideò opus eſt vt confirmetur teſtamento, vel rurſus legetur per teſtamentum, & ſi donator eſt infirmus de quo timetur mors, aliàs donatio talis non eſſet tuta.

Prohibitio alienandi à patre & matre facta in donatione facta filio nō eſt retentio.

6. Quid de patre & matre qui donant filio ad onus alimentorum, & ne poſſit alienare? Reſpondi hæc ſola prohibitio non eſt retentio; etiamſi debeat reuertio caſu quo alienaret, vel prodigus eſſet.

Conſuetudo in §. donner & retenir nō prohibet donare quintum proprietatem poſt mortem.

7. Sacerdos *marie ſa niepce & luy donne vne ſomme de deniers*, deinde dicit *qu'il luy donne la cinquieſme partie de ſes biens apres ſon deceds.* Reſpondi *que ce n'eſt donner & retenir*: tum quia donatio cauſa mortis quæ ibi non prohibetur: tùm quia in contractu matrimonij in quo hic articulus ceſſat. Idem Sacerdos filiæ dictæ neptis *en la mariant* dat domum & ſummam, deindè dicit *qu'il veut que leſdites niepces chacunes d'elles* in capita *prennent en ſa ſucceſſion autant que l'vn de ſes heritiers.* Reſpondi quod non eſt donatio ſucceſſionis, nec quotæ, ſed partis bonorum irreuocabilis, quæ valet.

Donatio poſt obitum interim non poteſt peti.

8. Hæc conſuetudo intelligitur quando fit contrarium donationis: vt quia proprietas datur de præſenti, & tamen animo fit quid contrà: ſecùs ſi datur poſt obitum, vel vſusfructus poſt obitum, quia interim non poteſt peri, nec debet tradi, & ſic non eſt retinere datū, quia quod datum eſt non retinetur, vnde antitheta.

Cum neceſſe eſt capere poſſeſſionem de manu hæredis non eſt ſemper.

9. Poteſt etiam intelligi quantum ad hoc, vt neceſſe ſit poſſeſſionem capere de manu hæredis, ſi defunctus moriatur in poſſeſſione ad Dec. *l. fin. num. 48. C. de edict. din. Adri. toll. Conſuls. fol.* 367.

Plus eſſet enim ſi quis donet omnia bona præſentia, reſeruatis 300 *liures* ad teſtandum, ſi non eſt teſtatus, remanent 300 *liures* hæredi, nec cedunt lucro donatarij: quia eatenus bona retenta ſunt, & ſic donatio nulla eatenus.

In ceſſione donationis cauſa, donans non eſt ſaiſitus, nec retinet.

10. Fallit in ceſſione donationis cauſa, quia donans non eſt ſaiſitus nec retinet. Conſultat. fol. 350.

Patruus *Adam de la Racine* dat terram Hectori nepoti, qui moriens relinquit Petrum hæredem in conquæſtis, & tamen Adam ſemper gaudebat, quia facto retinuerat. Petrus conſiderans quod ſat multa dederat filio Guillelmo, dat filiæ *Françoiſe*, quam nubit *à Adrien de Carmeron ladite terre & aux enfans nais & à naiſtre dudit mariage* (& ſic eis accreſcit Aureliis) *retenu à ſoy l'vſufruict*: ſed Adam adhuc viuebat, vtrum ſit *donner & retenir* Aureliis? Dico quod non, tùm quia ob cauſam tùm quia non retinet, quia Petrus non retinet, ſed eſt ceſſio actionis, ergo non ſolum perſonaliter aget contra hæredes *à deliurance*, ſed etiam vendicatione vtili tanquam ceſſa.

NE VALET] ſcilicet ad transferendum dominium, interim cui datur nihil facit, ſed quando in actu perſeueraret ad dandum, vt donum valeat.

Dominus *Delarbaleſte* dat nepoti omnia ſua immobilia quæ habet & habebit retento vſufructu, & omnia mobilia quæ habebit tempore mortis ſimpliciter, ad onus dandi ſoeori veræ hæredi *ſix mil liures*, ecce ſic *c'eſt donner & retenir*, pro mobilibus, & etiam pro rata ſummæ de *ſix mil liures dont il pourroit diſpoſer*, quia hactenus etiam ſi non diſponat, retentio eſt, & debet remanere hæredi tanquam eatenus donatione nulla. Anne minuatur pro rata onus de *ſix mil liures* dandi ſororis? Reſpondi non, nec retentio donationis ad hoc ſufficeret, quia ſumus in contractu, & totum quod oneratur de dicta ſumma oneratur, & donatio propriè non differretur poſt obitum, ſed ab initio non valuit pro retentis & reſeruatis, ergo reliquum ab initio remanet oneratum ad dicta *ſix mil liures*, & eorum impoſita onera.

§. CLXI.

§. CLXI.

DOnner la proprieté d'aucun heritage, l'vſufruict à vie ou à temps à ſoy retenu, n'eſt reputé donner & retenir, & vaut telle donation.

AMplia etiamſi non ſibi ſoli, ſed alij qui retineat vſumfructum (ſiue ſimul, ſiuè poſt mortem ſuam) rerum donatarum: quia non poſt mortem, ſed nunc transfert purè poſſeſſionem ciuilem : Tamen ſecundò donataria vſusfructus, non videtur ſaiſita de vſufructu.

QVARTA ET VLTIMA PARS

COMMENTARIORVM ANALYTICORVM IN Conſuetudines Pariſienſes ſolertiſſimi & conſultiſſimi Iurium Doctoris & Profeſſoris D. Caroli Molinæi Pariſienſis in ſupremo Pariſiorum Senatu, & ampliſſima Curia Franciæ Antiqui & experientiſſimi Aduocati.

TITVLVS DECIMVS QVINTVS

DE PIGNORATIONIBVS, SEQVESTRATIONIBVS, & executione Sententiarum & Inſtrumentorum.

§. CLXII.

PAR ladite Couſtume aucun n'eſt receuable à proceder, ou faire proceder par voye d'Arreſt ſur les biens d'autruy, ne par empriſonnement en la perſonne d'autruy, ſans obligation, condamnation, delict, ou quaſi delict, choſe priuilegiée, ou qui le vaille.

EMPRISONNEMENT] quid de immunitate? ad Alex. *conſil.* 145. *lib.* 7.

§. CLXIII.

IL eſt loiſible à vn proprietaire d'aucune maiſon, par luy baillée à tiltre de loyer, de faire proceder par voye de gagerie en ladite maiſon, pour les termes à luy deubs pour ledit loüage, ſur les biens du conducteur eſtant en ladite maiſon.

ETiam in mobilia Sacerdotis ibi reperta. Amplia etiamſi nulla ſit obligatio ſcripta.

An expellere? non licet, Decius ad *cap. qui rem num.* 17.

§. CLXIV.

QVe quand le conducteur d'aucune maiſon aſſiſe en la Ville, Preuoſté & Vicomté de Paris, de quelque eſtat & condition qu'il ſoit, eſt defaillant de payer par vn ou pluſieurs termes la penſion ou loüage d'icelle, le locateur peut faire proceder par voye de gagerie pour les termes eſcheus à cauſe dudit loüage, ſur les biens eſtans en icelle.

§. CLXV.

QVand aucun Bourgeois de Paris a droict de rente conſtituée ſur aucune maiſon aſſiſe en la Ville & Fauxbourgs de Paris, à cauſe de laquelle luy ſoient deubs trois termes d'arrerages & non plus, luy eſt loiſible de proceder, ou faire proceder par voye de gagerie pour iceux trois termes, ſur les biens meubles eſtans en ladite maiſon appartenans au detenteur & proprietaire.

§. CLXVI.

ITem qu'vne obligation faite & paſſée ſoubs ſeel royal, eſt executoire ſur les biens meubles, & immeubles de l'obligé.

SVMMARIA.

1. *Officium venale* peut eſtre vendu & ſubhaſté *prius facta diſcuſſione bonorum.*
2. *Conſtitutio Regia non extenditur, vbi eſt ſpecialis iuris diſpoſitio.*
3. *Obligatio corporis non debet pendere à facultate appellandi.*
4. *Debitor incarceratus poteſt relaxari* en baillant caution.

FAllit ſi ſine proteſtatione incipiat à iudicio. Alex. *conſil.* 130. *num.* 12. 13. *lib.* 4.

Quid de in ſolidum? Tiraquellus §. 31. *num.* 3.

Quid de intereſſe? Dec. *l. certi conditio in princip. num.* 9. *D. ſi cert. petat.*

Officium venale peut eſtre ſaiſi & ſubhaſté priùs facta diſcuſſione bonorum.

1. *Sur vn Maiſtre des Comptes on a ſaiſi ou arreſté ſon office pour le ſubhaſter.* Reſpondi quod fieri poteſt; quia inſiſtendum venale: ſed non ſi non eſt facta bonorum diſcuſſio, nonobſtante conſtitutione Regis, & 2. quia non extenditur vbi eſt ſpecialis iuris diſpoſitio, vt hîc *C. de execut. rei iudic.* vbi Baldus, quod beneficium prohibetur fauore Eccleſiæ, & officium fauore iuris.

Conſtitutio Regis non extenditur vbi eſt ſpecialis iuris diſpoſitio.

Debet eſſe cauſa contra Decium *l. creditori in fin. C. de pact.*

De conditionali ad Decium *conſil.* 107. *in fin.*

Obligatio *par corps*, carceratus allegat pactum liberationis, vel ſummæ, per ſententiam abſoluitur, & executio, ſeu captura nulla declaratur, quodque relaxabitur, creditor appellat, debitor habet litteras Regias ad Iudicem à quo, *pour l'eſlargir en baillant caution, ſont entherinées*, & benè, nec poteſt creditor appellare etiamſi appellare poſſet à prima ſententia; quia obligatio 3. corporis non debet pendere à facultate appellandi, quia appellatio poſſet durare vltra vitam, & carceratus non poſſet eam in inhumanitate tali ſuſtinere, & habet reſeruationem ſententiæ pro ſe & dat cautionem 4. & eſt reparabile. Et ſic dico quod poteſt fieri per Iudicem à quo, ſine litteris Regis, quia obligatus carceris ſaris hac vſque operatur, aliàs eſſet nimis inciuilis & captioſa.

Obligatio corporis non debet pendere à facultate appellandi.

Debitor incarceratus poteſt relaxari *en baillant caution.*

§. CLXVII.

AVcun n'eſt receuable de proceder, ou faire proceder par voye d'arreſt ou autre exploict de faict ſur les biens d'autruy ſans obligation, condamnation, choſe priuilegée, ou qui le vaille.

PEr arreſtum dictum quod non licet antè *la Saincts Martin ſaiſir* contra colonum pro ſecuritate futuræ penſionis. Ego dico quod fallit, ex cauſa de qua conſtat vt ſuſpicionis, vel latitationis.

Le ſeelle ſe faict ad requeſtam *d'vn habile à eſtre heritier, ſans ſoy porter, il faict faire inuentaire & priſée ſans deſplacer*, etiamſi ſuperſtes habeat donationem omnium; quia ſatis eſt quod alia bona potuerunt requiri, vel quod donatio nondum eſt diſcuſſa & res poſſet deperire.

§. CLXVIII.

MEuble n'a point de ſuitte par hypotheque.

§. CLXIX.

QVand le proprietaire & poſſeſſeur d'aucuns heritages va de vie à treſpas ſans hoir, le haut Iuſticier, en la Iuſtice duquel leſdits heritages ſont aſſis, peut & luy loiſt iceux heritages vacans & non occupés ſaiſir, & mettre en ſa main.

SVMMARIA.

1. *Confiſcatio bonorum ſpectat ad dominum territorij loci.*
2. *Dationes tutelæ & curatelæ ſunt de media iuſtitiâ.*
3. *Rex poteſt dare confiſcationem in terrâ Regni ſui.*

Confiſcatio bonorum ſpectat ad dominum territorii loci.

1. SIe non ad Regem, ſed ad dominum territorij loci ſpectat confiſcatio bonorum. Ibi Alexand. *conſil.* 51. *lib.* 1. Panorm. *conſil.* 319. *col.* 1. *lib.* 1. Bald. *l. fin. de conſtit. princip.* Iaſon. *l. imperium col.* 5. *de iuriſd. omn. iud.* Panorm. *conſil.* 353. *lib.* 1. Decius *conſil.* 282. Tri. *conſ.* 31. Plus amplia etiamſi poſt confiſcationem, ſed ante executionem eſſet caſtrum conceſſum à Rege. Bald. *conſil.* 306. Diſtinguendum *conſil.* 419. Dinus etiam *lib.* 4.

Dationes tutelæ, & curatelæ ſunt de media iuſtitiâ.

2. Arreſto 24. *Septembre* 1542. *entre le Duc de Lorraine & l'Abbé de S. Vincent de Metz, que dations de tutelles & curatelles ſont de moyenne Iuſtice.*

Les Chanoines ſieurs de la Ferté-Imbault habent *Tabellions & Notaires*, qui ſolent *par leur Procureur fiſcal* præſentari & faciunt iuramentum coram Iudice in iudicio, & non eſt alia ſolemnitas. An poſſint deſtituere Reſpondi quod ſine cauſa non poſſunt ex quo ſunt ſimpliciter inſtituti, nec eſt appellatum: & ſic requiritur cauſæ cognitio & deſtitutio in iudicio, ſaltem debent indemnes reddi, quia omninò non debent decipi, & ita limitandum quod Ioan. Fab. §. *item ſi adhuc emendat*: præſertim cum non ſit hîc appoſita clauſula, quamdiu nobis placebit, & ſic non potuerunt præuidere futurum, vt remouerentur. Item Rex id ipſum fruſtrà faceret conſtitutione ad reſignandum ceſſante, aliàs nuſquam Iudices inueniſſet; inferiores autem viderentur plus poſſe. Plus dico quod vt non poſſunt vendere officia iudicaturæ, ita nec noua onera imponere Notariis & huiuſmodi: quia ſubjecti nimis grauarentur; nec debent inſolitum reditum nouorum ſubſidiorum facere.

Quidam occidit *vn Sergent officiant*, ideo decollatus, & ſectus in fruſta, confiſcatus habebat feudum quod Dominus *de Nemours à Nemours* dedit Dom. L. Aduocato, (& licet ſit tantum fructuarius, tamen Rex ei dedit ſimul confiſcationes, & omnia (quod facere poteſt) etiam alia iura in vniuerſum, nec habet locum *de pet. bo. ſublat.* ſed *les gens du Roy* impediunt dicentes quod eſt crimen leſæ majeſtatis, & ſic ſpectat ad Regem; ſed non eſt verum, quia non eſt in primo, nec in ſecundo capite, & ſic ſeruant, quod ad Regem ſpectat etiam Pariſiis confiſcatio ex capite leſæ majeſtatis. 3.

Rex confiſcationes dare poteſt in terra regni ſui.

Pariſius *le haut Iuſticier n'a droict d'Eſpaues*; ſcilicet conſuetudo non dicit, adde *inſtit. de rer. diuiſ.* §. *apium*.

§. CLXX.

VN ſimple tranſport ne ſaiſit point.

SVMMARIVM.

2. *Obligatione debitæ debitori non comprehenduntur* en la ſaiſie *omnium bonorum, vt non poſſit debitor cedere aliquam obligationem ante ſignificationem* de la ſaiſie.

QVidam *fait ſaiſir* omnia bona debitoris, & ſic nomina: ſed debitor interim ceſſerat alij debitum quoddam, primùm ſaiſitus *fait deffenſes* debitori, ceſſionarius ſe opponit, & bene. Nonobſtat quod dicat *que tranſport ne ſaiſit, & que meuble n'a point deſuitte*, interdum quod etiamſi ſaiſitus ſit prior in hypotheca: tamen quia per ceſſionem nomen erat alienatum, ſi ſunt alia bona, debent diſcuti.

§. CLXXI.

L'Obligation paſſée par le mary, ou ſentence contre luy donnée apres le treſpas du mary, ne ſont executoires ſur les biẽs de ladite femme, ne des heritiers dudit defunct.

TITVLVS DECIMVSSEXTVS

DE RETRACTV IVRE PROXIMITATIS.

HIc de multiplici retractu, etiam in fraudem creditorum, & ſub limitatione ad Salicet. Bal. in *rub. C. eod.* quando primus emptor nolebat ſoluere; quia non dabitur reuocatoria contra ſecundum etiam ſcientem emptorem, vt dixi ad Alexand. *conſ. 86. lib. 6.*

Debet petitor certiorari, id eſt concludenter: vnde Turonis actor petebat *comme parent & lignager du vendeur*; reus petit declaret *la genealogie*, & quod prius non tenetur procedere: tamen Iudex dicit quod recognoſceret *au retraict*, vel peremptoriè defenderet. Reſp. malè iudicatũ, *& en emendant* quod actor declararet *l'eſtoc & ligne*: ſi enim dixiſſet ſe talẽ, ſatis erat, etiamſi non demonſtraſſet certos gradus, quod in ſcripturis poſt conteſtationem faciendum eſt.

Ægidius Bellemer. *cap. conſtitutus num* 10. *concl.* 5. *de in integr. reſtit.* quod hic retractus eſt fauorabilis. Conſuetudo quod annus incipit à venditione ſi eſt pura, vel ſub conditione reſoluenda. Sed ſi merè conditionalis, à die conditionis exiſtentis, nec eſt contra legem venditionum, cum damnat conſuetudinem quæ vetabat vendi extraneis: ſed hæc conſuetudo non vetat, ſed ſolum dat reuocatoriam & intelligit de venditione effectuata per veram traditionem *num.* 25. *qu.* 15. non currit tempus retractus pendente lite inter emptorem & venditorem. Amplia etiamſi venditor fateatur venditionem, ſed alias tradere non vult. Secundo amplia etiam, dum agitur de authoritate ſublimi,

§. CLXXII.

PAR l'vſage & Couſtume de la Ville Preuoſté & Vicomté de Paris, quand aucun a vendu rente ſur ſes propres heritages à perſonne eſtrange, non eſtant du lignage d'où procedent leſdits heritages propres, il eſt loiſible au parent & lignager du coſté dont procedent leſdits heritages propres, de demander & requerir en Iugement à auoir ladite rente par retraict lignager, dedans l'an de la ſaiſine, ou infeodation priſe par l'acheteur de ladite rente.

Digitized by Google

1. *In retractu non lineari non eſt neceſſe quod actor probet ſe de genere eſſe, quia hoc reus præſumitur niſi reus dicat ſe degente eſſe.*
2. *Lis conteſtata in retractu lineari non perpetuatur.*
3. *Minor non reſtituitur in retractu.*
4. *Emptor domus poteſt ſtatim vendere, & conuentus de retractu nominare tenetur eum qui vendidit.*
5. *Retrahens poteſt deducere de pretio ſi emptor deterioranit.*
6. *Venditor nō poteſt retrahere ab eo cui vendidit.*

PROPRES.] Idem *des acqueſts immeubles au Mans art.* 376.

Quid ſi in genere? Idem ſentit Faber §. *fin. inſtit. de duob. re. ſip.* Tiraquellus *fol.* 26. *verſo.* Ego puto requiri hic quod in ſpecie ſuper certo proprio: nec attendi generalem obligationem adiectam.

In retractu lineari nō eſt neceſſe quod actor probet ſe de genere eſſe, quia hoc reus præſumitur, niſi reus dicat ſe degente eſſe.

1. ESTRANGE] non eſt neceſſe quod actor hoc probet, ſed præſumitur niſi reus doceat ſe de ea gente eſſe. *l.* 1. *de probat.* Etiamſi diceret venditum tale cognato, nec à tali latere.

DEDANS L'AN DE LA VENDITION.] Fallit ſi alienatio eſt conditionalis. Tiraq. *fol.* 17. *num.* 9.

D'ICELLE RENTE.] Fallit vt conſenſus debitoris in fœneratitiis *de vſur. q.*

Lis conteſtata in retractu lineari non perpetuatur.

2. De anno. Quid ſi lis conteſtata, vtrum perpetuetur? Reſpondi non vſque ad 40. & fuit actor pridem excluſus qui poſt 10. annos petebat per litteras, vel nouam inſtantiam, quia iſtud nedum eſt contra ius, ſed etiam lucrum quoddam: ſecus in caſu nouitatis, quia agitur de conſeruanda poſſeſſione quam debitor poteſt impedire. *tract. vſurar. q.* 47.

Minor non reſtituitur in retractu.

3. Nec minorem reſtitui.

In Neuſtria poteſt vxor legare viro, accidit quod legauit conquæſtus communes, poſteà vir deceſſit, liberi communes diuiſerunt promiſcuè tanquam paterna & materna. Poſteà vnus vendit cognato ex latere patris, à quo alter fratrum vult retrahere. Reſponſum quod ex quo non conſtat patrem acceptaſſe illud legatum, remanſerunt illa prædia pro media parte materna, & ſic à dicto cognato poteſt ſolum media tanquam materna retrahi.

Emptor domus poteſt ſtatim vendere, & conuentus de retractu nominare tenetur eū qui vendidit.

4. Emptor poteſt ſtatim alij vendere, ſed tamen conuentus poſt de retractu, tenetur reſpondere, nec euadet nominando eum cui vendidit; ſed debet ipſe dicere quod licet facta actio non ſit vera, tamen ad vitandam litem, quantum ad ſe, offert condemnationem, *entant qu'à luy touche*; hoc facto ſi actor conſignet, non tenetur ipſe accipere, & ſi actor pergat debet abſolui ab inſtantia cum expenſis à tempore declarationis & ſententiæ. Amplio etiamſi dicat ſe vendidiſſe cuidam *demeurant en Argonne* extra Parlamentum quia non eſt prohibitus, & ſic non eſt probatio fraudis de eo quod licet: ſed actor debet ſibi conſulere faciendo vocare colonum *en execution de ſentence*, & eum cogere procedere, niſi dominum adducat *l.* 2. *C. vbi in rem act. l. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport.* quia licet ſit perſonalis obligatio, tamen non eſt formata, & libellum oblatum, & ſic interim liberè poteſt alienari, nec tenetur emptor niſi ad hoc quod in ſe eſt. Secus ſi poneretur in facto quod fecit ad euitandum iudicium, tùm quia non mutatur *en paſſant ladite condamnation*, tum quia colluſio priùs probanda eſſet. Et ita indicaui *pour le Preuoſt de Sainct Denis en France.*

Retrahēs poteſt deducere de pretio, ſi emptor deterioranit.

5. Emptor *coupe la haute Iuſtice*, vel aliter deteriorat. Reſpondi, poteſt retrahens deducere de pretio: ſecùs ſi caſu fortuito ſit deteriorata. Et *Riant, de Thou* & alij poſteà mecum ſenſerunt.

Venditor nō poteſt deducere de pretio, ſi emptor deterioranit.

6. Quidam emptor fuit euictus *par retrait* à conſanguineo venditoris, qui conſanguineus poſteà ex interuallo reuendit extraneo, vtrum primus venditor qui vendiderat poſſit retrahere? videtur quod ſic, quia nullæ reliquiæ remanſerunt prioris venditionis. E contra videtur quod non, quia ipſemet qui vendidit non poſſit retrahere ab eo cui vendidit; ergo nec ab eo qui ab emptore ſuo cauſam habet; ergo nec ab emptore conſanguinei ſui, qui cenſetur ab eo habere cauſam per ſuum conſanguineum, qui conſanguineus habet cauſam immediatam ab ipſo prædicto venditore, quia ſubintrauit in locum prædicti emptoris, & in omne ius primæ venditionis per modum tranſfuſionis, non per modum vnius venditionis, & liquet quod ob clauſulas ceſſionis ipſe prædictus emptor tenetur de euictione emptori emptoris, & per mille manus; ergo nec ipſe, nec eius hæres vnquam poterunt retrahere, & verum. Puto etiam quod conſanguineo non vendente, poterat ſuccedere, *comme à propre heritage*, quia ceſſat ratio quod tenetur de euictione, & etiam non fecit in omnibus caſibus ſe alienum à iure *de propre*, & familiæ, niſi ſolum quantum reſpectu venditionis & dependentium: hic autem venit alio iure, & ſic non obeſt §. *fratre in l. peto D. de legat.* 2. quia ibi volens admitti ad fideicommiſſum, veniebat eiuſdem fideicommiſſi iure quod offenderat vendendo, & ſic meritò repelleretur ibi, hic ſecùs.

§. CLXXIII.

PAR leſdites Couſtume & vſage, le temps de retraict lignager ne court point, ſinon depuis l'infeodation ou ſaiſine faits, ou pris par l'acheptenr

SVMMARIA.

1. *Saiſina capi debet in ſpecie, & non in genere.*
2. *Domo vendita ſub reditu, hic reditus non poteſt retrahi per propinquum.*
3. *Conſanguineus qui emit pro conſanguineo, poteſt compelli in retractu.*
4. *Saiſina facta procuratori nomine proprio nulla eſt reſpectu eius cuius eſt procurator.*
5. *Domo vendita non occultè, conſanguineus debet eam retrahere pendente anno.*
6. *Colluſionem poſt tempus non prodeſt detegere.*
7. *Infans retrahens non eget tutore, quia agitur de acquirendo.*
8. *Iudicium non debet clandicare contra oppenentem & non voluntariè procedentem.*
9. *Tutela non fit ſolo verbo, ſed conſtituitur à Iudice.*
10. *Rigor non debet ſeruari actori, ſi reus abutitur ad decipiendum.*
11. *Actio retractus linearis perpetuatur litiſconteſtatione.*
12. *Inſtantia cœpta incumbit ſucceſſori neceſſario*
13. *Ius retractus lapſu anni diſcontinuatum perimitur.*
14. *Lite non conteſtata & perempta nullum eſt remedium, niſi per viam nouæ præſentationis, aut tempus exploſum.*
15. *Saiſina data à domino non reſidente non valet.*
16. *Simplex apocha* de lots & ventes *non ſufficit ad ſaiſinam.*

Digitized by Google

Saiſina capi debet in ſpecie, non in genere.

1. OV SASINE] ſcilicet in ſpecie, non enim ſufficeret in genere, niſi fuiſſent prædia ſpecificata. Patet, quia oportet ſpecificatam eſſe acquiſitionem, ipſamque laudatam: aliàs non poteſt currere tempus, nec patrono, nec proximo.

Quid ſi falſus procurator prævenit tempus *l. fin. in fin. rem rat. hab.*

Domus vendita ſub reditu, hic reditus nõ poteſt retrahi per propinquum.

2. Vidi cum *Billard* cepiſſet domum *à rente rachetable*, conſanguineus vendentis egit contrà eum *afin de retraict de ladite rente, offrant & baillant ce que ladite rente ſeroit rachetée, & qu'il fut condamné à la delaiſſer audit cas*. Reſpondi non eſſe admiſſibilem, quia nec in diem, nec ſub conditione debetur, imò adhuc hodie reditus retrahendus eſt in linea, & ſic omnino debet excludi quantum ad prælens & condemnati in expenſis, ſaluo iure generali ad retractum poſt venditionem contra quos decebit, & ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis per conſuetudinem loci. Nec eſt ſimile quando aliàs contra verum debitorem in diem, vel ſub conditione agitur, vt impentis agentis feratur. Plus dico, quia hæc inepta anticipatio non prodeſt ad impediendum curſum anni, poſtquam reus redemerit: dico tamen quod non ſtatim ab occulta redemptione incipiet tempus currere.

Conſanguineus qui emit pro conſanguineo poteſt compelli in retractu.

3. *Bouë* per interpoſitam perſonam emit domum, hoc tacitè, quod tùm fortè emerat per conſanguineum, poſt annum manifeſtat emptam pro ſe, quia dicta perſona ante emptionem declarauerat coram Notariis quod volebat emere pro iſto, & poſt emptionem, quod emerat de eius pecuniis, & in quantum opus eſt cedebat. Et hoc fuit per quatuor annos velut publicum. Venit modo retrahens & dicit alia ratione ſe eſſe intra annum, quia *Bouë n'a eſté enſaiſiné*, ſed dicta perſona fuit inſaiſinata. Reſpondi quod ſi dicta perſona erat extranea clarum eſt, quia verè erat emptor, verè fuit inſinuata, verè debebat laudimia ex quo nomine proprio contraxit, licet intenderet quod eſſet ad alterius commodum. Sed ſi erat conſanguinea eſt dubium, quia oportebat fundare ex capite *de Bouë* curſum anni: ſed iſte *Bouë* nõ eſt inſinuatus. Non obſtat quod procurator fuit, quia non fuit nomine procuratorio, & ſic prodeſſe non poteſt. Verum tamen eſt ſi diceretur quod *Bouë* non emit, ſed recuperauit à ſuo procuratore, & ſic ex hoc non oritur nouum ius retractus. Sed imò oritur, aliàs infinitæ fraudes fierent, quia ſufficeret emere per interpoſitum conſanguineum. Dico ergo primo aut dices conſanguineum emiſſe nomine procuratorio, & poteſt retrahi ab iſto nonobſtante ſaiſina, quia non fecit nomine procuratorio.

Saiſina facta procuratorio nomine proprio nulla eſt reſpectu eius cuius eſt procurator.

4. Aut emit nomine ſuo, & eſt hîc in ipſo noua venditio, & ſic nouum ius retractus. Vides quod ſaiſina non valet, ſiue fiat fraus de perſona ad perſonam, vt hîc, ſiue de contractu ad contractum, vt quando capitur ex termino factæ procurationis. Boer. *deciſ.* 112.

Domo vendita non occulte cõſanguineus debet à retrahere pẽdente anno.

5. Probatur quod emptor fecit ſe citari *par vn retrayant apreſté incontinent* poſt contractum, vt eſſet primus, qui tandem reliquit, & ſic poſt decem ferè annos venit alius proximus ſeriò probans eſſe fraudem, tandem per arreſtum fuit excluſus in camera domini *le Voix* 1544. & benè, quia ex quo venditio non fuit occulta, ipſe non fuit impeditus ad veniendum per illum fraudulentum, quia etiam decem poſſunt intra annum venire, & offerre ſubordinate, quod ipſe non fecit, & ſic negligens fuit *l. qui commeatum de re milit.* Nonobſtat lex *annum D. de calumniatoribus*, quia ſciebat ſe poſſe ſubſidiario venire, vt tenebatur ſi vellet interrumpere. Nonobſtat lex intra quatuor *D. de diuerſ. & temp. præſcript.* quia ibi non poterat ſemel denunciare, ſed hîc poterat, & 6. ſic non prodeſt colluſionem detegere poſt tempus.

Colluſionem detegere poſt tempus non prodeſt.

Infans reuti-

7. Quid ſi pater tanquam tutor filij intra annum ſe-

A cit citare *en retraict, & y a quelques procedures*, tandem poſt annum, vel tres annos actor *demande defaut par faute de defendre. René demande congé par faute de fonder la qualité de tuteur*, quam non habet per iudicem, nec per legem apud nos. Fecit ergo venire filium qui eſt 20 annorum, & ratificat acta per patrem, an ſufficit? Videtur quod ſic; tùm quia pater poteſt agere pro conjuncta perſona (ſed hoc non ſeruatur (tum quia ille pubes non egebat tutore, imò nec infans, quia agitur de acquirendo, & ſic etiam in litem ſufficiebat tutor; ſed tamen hîc patet non fecit ſe creare curatorem ad litem, ſed tanquam tutor egit, cum non eſſet. Reſpondi quod reus abſoluendus, quia iudicium non tenebat, patet quod ſic non habuiſſet actionem ad impenſas & B damna contra minorem, quia non erat tutor legitimus, & non debet infans teneri illa lite, quia iudicium 8. non debet claudicare contra opponentem & non voluntariè procedentem, & ſic non poteſt valere actus tanquam ratificatus, quia etiam non poteſt valere tanquam noua actio, cum tempus ſit lapſum. Quid ergo ſi procurator amiſit procuratorium, ſed dominus poſt annum ratificet? Idem quia priùs non habebat actionem contra dominum ex defectu mandati, & ſic intra annum non fuit obligatus ei, quia dominus non poterat obligari, & nunc poſt annum non eſt tempus. Sed quid ſi voluntariè proceſſit cum procuratore, & cauſa facta condemnatus, vel condemnandus, objecit quod non eſt procurator? Reſpondi quod tunc poteſt repreſentari ſiue declarari per dominum quod dederat C ei mandatum, & creditur ei, quia ſolis verbis dari poteſt & imputatur reo qui non excepit, quia ſi excepiſſet citò, feciſſet citò oſtendere mandatum. Sed nonne idem in tutela ſi nihil objicit? Videtur quod non, quia tutela 9. non fit ſolis verbis, ſed obtinetur à iudice. Contra puto idem eſſe ad vitandas captiones, quia ſi objeciſſet actori, feciſſet actor ſe creari curatorem, & ſic cum bona fide ageret, & non debet reus qui cautè fecerit, ex hac cautela referre commodum: ſatis eſt quod cum infrà annum, ſeu ab interloquente ſeruatur rigor actori 10. alias non debet ſeruari rigor, ſi reus abutitur ad decipiendum actorem.

Actio non eget tutore, quia agitur de acquirendo.

Iudicium nõ debet claudicare contra opponentem & non voluntariè procedentem.

Tutela non fit ſolo verbo ſed conſtituitur à Iudice.

Rigor nõ debet ſeruari actori, ſi reus abutitur ad eum decipiendum.

11. Concluſum cum domino *Seguier* quod litiſcontestatione perpetuatur hæc actio. Quid ſi actor iuit ad D bellum *pour le Roy*, vbi mortuus reliquit pupillum, qui poſt decem annos vult proceſſum reſumere? Item nonne tranſit inſtantia in remotiorem qui interim retraxit à quo petit proximior retrahere vt Turonis? videtur quod ſic: ſed quod emptor debeat conueniri, & citari poſſeſſor qui retraxit, vt contra eum declaretur executoria, quemadmodum ſi primus venditor alij vendidiſſet, vel permutaſſet? Reſpondi non eſt neceſſe, quia ex quo retrahens eſt ſucceſſor, 12. in eum tranſibit inſtantia ſi actor velit, quia retrahens huic ſe oneri ſubdidit, nec quæri poteſt prout tertius voluntarius emptor, qui in garendum quæri poſſet. 13. Certum eſt quod hoc ius ſi non eſt conteſtatum, lapſu anni diſcontinuatum, prorſus perimitur. 14. Imò ante triennium dubium eſt, & poteſt teneri quod ſufficiunt litteræ re- E giæ ſimplicis interruptionis ex iure communi *L. properandum. C. de iudic.* Sed poſt triennium non eſt remedium lite nonconteſtata, niſi per viam nouæ petitionis, ſi tempus linquatur, quòd omninò ſuſtinebat *Chartier*; ſed lite conteſta poſt triennium, dicebat eſſe dubium ex capite perpetuationis, niſi tempus pateretur nouam inſtantiam. Vide Bald. *cap. Illud de præſcr.*

Actio retractus linearis perpetuatur litiſcontestatione.

Inſtantia empta incumbit ſucceſſori neceſſario.

Ius retractus lapſu anni diſcontinuatum perimitur.

Lis non conteſtata & peremptâ nullũ eſt remedium, niſi per viam nouæ petitionis antè tempus expletũ.

15. Quid ſi ſunt plures domini & ab vno eſt *enſaiſine*? Reſpondi ſi à non poſſidente nihil eſt, etiamſi eſſet ſolus dominus, ex quo non reperitur, nec publicè editur. Si omnes poſſident, ſatis eſt, ſi eſt regiſtratum in regiſtro communi. Si verò litigant ſat eſt in eo ex quo poteſt publicè innoteſcere, ſat eſt vt reperiatur apud eum qui monumenta, idem erit velut ſequeſter,

Saiſina datâ à domino nõ reſidente non valet.

Apocha ſimplex *de loers & ventes* non ſufficit ad ſatisfac.

10. Quid ſi detur ſimplex apocha *de lots & ventes?* Reſpondi non ſatis eſt, niſi ſit ita facta vt æquipolleat,

Rex dat nobili & vendit *la Iuſtice d'vn village & la tenance d'vn fief.* Emptor mordax cogit vaſſallum ſibi fidem facere qui maluit *quinter*, & ei vendidit, Poſt duos annos poſſeſſionis pacificæ vult venire retrahens. Reſpondi quod de iure poteſt, quia emptor non erat verus dominus feudi: quia Rex non potuit hoc alienare, & ſi potuit non voluit: ſed ſolum præſumitur commoda ad tempus vendidiſſe: & ſi potuit, & voluit, hoc non erat notum quod eſſet verus dominus feudi, imò potiùs notum erat quod Rex erat ille dominus. Vnde ſi verus dominus alij cuidam vendidit, ſed emptor eſt occultus vel dubius, & emit feudum *& les dépendances*, per duos annos palam poſſedit, non eſt præſcriptum iuri retractus.

§. CLXXIV.

PAR ladite Couſtume, quand aucun a vendu & tranſporté ſon propre heritage à perſonne eſtrange de ſon lignage, du coſté & ligne dont luy eſt venu & eſcheû par ſucceſſion ledit propre heritage, il eſt loiſible au parent & lignager dudit vendeur du coſté & ligne dont eſt venu & eſcheû ledit heritage, de demander & auoir par retraict lignager ledit heritage dedans l'an & iour que l'achepteur en a eſté enſaiſiné, s'il eſt tenu en cenſiue; ou qu'il ait eſté receu en foy & hommage, s'il eſt tenu en fief, en rembourſant ledit achepteur de ſon ſort principal, & loyaux couſtemens.

SVMMARIA.

1. *Domo integra vendita ab vno ex ſocijs, alter poteſt retrahere partem ſuam, ſi erat poſſeſſor partis ſuæ.*
2. *Debitum non ſoluitur creditori ex pretio conſignando in retractu, ſed totum conſignari debet.*
3. *Annus retractus non currit in ſimulata permutatione, niſi per decem annos.*
4. *Actio ad intereſſe durat vſque ad triginta annos contra fraudatorem.*

LOYAVX COVSTEMENTS] Quid de impenſis? Boer. *deciſ.* 47.

Domo integra vendita ab vno ex ſocijs alter poteſt retrahere partem ſuam, ſi erat poſſeſſor partis ſuæ.

1. Quid ſi ſocius vendit totam domum pro duobus millibus, alter agit retractu de media, offerens tantum mille? Reſp. poteſt, ſi actor eſt poſſeſſor partis ſuæ: ſed ſi non fuiſſet poſſeſſor, non teneretur emptor pati retractum partis tantum. Sed quid agit actor non poſſeſſor, vindicando partem ſuam, & per retractum partem non ſuam? Reſp. poteſt, nec cadet à retractu, licet non obtulerit totum intra 24. horas ſed hoc pendet à futuro euentu litis. 2. Caterùm de illo actore qui volebat ſuper pretio partis terræ venditæ deducere hypothecam prætenſam, & ſibi ſolui per emptorem in effectu, & malè, & ſic lapſum eſt tempus conſignandi? Reſp. reum abſoluendum à retractu, & tamen quod veniret defendere ſuper capite vindicationis, & hypothecæ alterius partis. Secus de extraneo, ſiue mandato. *tract. vſurar.* 143. Per conſuetudinem *de Dunois* etiam in venditione non debetur niſi laudimium: quid ergo de emptore Ianuario 1536. qui terra eodem mẽſe potitur: *les fruicts ſont ſaiſis par ſaute d'homme*: Martis 1537. petitur retrahens: 1538. litigat retrahens cum patrono de fructibus, *& de la ſaiſie*, verum teneatur primus emptor *garantir le rachapt?* Videtur quod ſic, quia eſt de tempore ſuo, & fructus primi anni percepit. Contra puto quod etiam retrahens debet ſoluere, etiamſi ille emptor ſoluiſſet, vel moderatè compoſuiſſet, quia pecunia ſua non debet eſſe otioſa per illum annum, & onus illius releuij reſpicit perpetuam fruitionem, & ſic debet ſolui per retrahentem.

Debitum nõ ſoluitur creditori ex pretio conſignãdo in retractu, ſed totum cõſignari debet.

3. Si eſt ſimulata permutatio nunquam incipit annus: ſed nonnè per decem annos excludatur? quod eſt indubitatum de fraudatore; ſed idem videtur de tertio bonæfidei emptore, qui ſaltem iuſta ignorantia ob ſimulationem eſt ei profutura, & impediendo per tertiũ cum effectu præſcribi ad ſummũ ſemper durat 4. actio ad intereſſe contra fraudatorem vſque ad 30. annos.

Annus retractus non currit in ſimulata permutatione, niſi per 10. annos.

Actio ad intereſſe durat vſque ad 10. annos contra fraudatorem.

Quant aux loyaux couſts, non eſt rectum, vt infra §. 176. etiam poſt liquidationem. Tamen vidi ſub conſuetudine Meldenſi *à Coulomiers*, vbi eſt ſimilis conſuetudo art. 102 quod actor tenetur etiam *les loyaux couſts* refundere *dans la huictaine apres la liquidation*; aliàs *debouté du retraict*, & ita dictum per ſententiam voluntariam, nec malè; tamen pœna non eſt ſcripta. Nota quod reus debet diſcedere indemnis, ideò ſi ſtatim conuentus offert, actor, licet habuerit neceſſe agere, debet impenſas inſtantiæ: Tamen in Caſtelleto non ſolent condemnare ad impenſas inſtantiæ: ſed nunc eas ponunt *aux loyaux couſts*; non autem condemnatur actor formaliter in eas, & benè, quia habet iuſtam cauſam ſuper hoc citare in ius, vt ſit proximior, & ne ab alio excludatur. Sed Meldis §. 102. poteſt actor condemnari formaliter *et deſpens de ladite inſtance.*

§. CLXXV.

SI aucune perſonne acquiert vn heritage propre de ſon parent, du coſté & ligne dont il eſt parent, & il vend ledit heritage, tel heritage chet en retraict.

SVMMARIA.

1. *Vendens in dolo tenetur de euictione.*
2. *Iuſta ignorantia vendentis eum excuſat.*
3. *Euictio legalis excuſat vendentem à dolo.*
4. *Emptor fundi qui revendidit, debet reſtituere pretium in retractu.*
5. *Emptor à minore perditurus pretium hoc ſibi debet imputare, & non alijs.*
6. *Minori ſolvens eſt in culpa.*
7. *Retractus linearis acquiritur cognatione quia de linea.*
8. *Fundo vendito ſi locus ſit reſtitutioni, annus retractus non currit, niſi à die reſtitutionis, vel confirmationis retractus.*
9. *Annus retractus in venditione conditionali non currit niſi à die conditionis impletæ.*
10. *Conſuetudo linearis retractus non eſt odioſa.*

Vendens in dolo tenetur de euictione.

VIde Boerium *decis. 76.*

1. Quid si vendit *comme de son conquest*, bona fide emẽti an teneatur ei de euictione quam promisit? Resp. non, nisi vendens fuerit in dolo. Quid enim si vendens etiam bona fide fecit, nec putabat esse proprium, cum verè non sit in successione, imò per §. 186. sed adhuc iusta ignorantiâ 2. vendentis debet eum excusare, quia non expressit nisi veritatẽ, & nihil occultauit, & euictio legalis est 3. Quid de minore, qui sine decreto vendidit, ab emptore retrahit cõiunctus, à quo minor vendicat, nec agitur de euictione damnorũ & interesse, sed de eo quod minor vendicat non refuso pretio, nonne habet retrahens euictionem ad pretiũ? Videtur quod sic, quia emptor eius erat perditurus pretium, & æquè liberè ab eo minor vendicasset; sed emptor primus ex eo quod recẽdit non debet esse nec melioris, nec deterioris conditionis; ergo debet pretiũ quod recepit restituere 4. Contra, quia retrahens est subrogatus loco emptoris, & pro ipso emptore habetur, ita totum periculum & commodum est retrahentis. Resp. si emptor fuerat in culpa emendo à minore, & etiam ei numerando pretium perdituro 5. non debet hoc alij, sed sibi præiudicio esse: imò dici potest, quod non est captus retrahentis, quia retrahens venit voluntariè, & aufert ab initio, ergo cũ omni fortuna: sed certè non potest retrahens dicere versum ita in vtilitatem minoris, sicut potest & debet emptor; vnde si emptor scienter à minore emit, videtur quod cogi posset ostendere versum in rem minoris, vel ad restituendum pretium ei qui retraxit: sed adhuc dici potest quod emptor malebat retinere fortunam quam pati retractũ, & sic euentum retrahens sibi imputet: fortè enim emptor aliquo oblato pacificasset minorem actorem, & eum facilè fecisset desistere, quo commodo frustratus est per retrahentem: ergo non debet etiam ei reddere pretium, quod non restituitur in priori statu, & potest ei dicere, repone me vt priùs, & rem restitue, & tibi pretium reddam. Sed ego respondi quod si statim ab initio litis hoc reuenderet retrahens & offerret emptori, tunc iustũ videtur quod emptor restituere teneatur, & periculum re integra suscipere, aliàs teneretur pretium reddere, quia ipse qui minori 6. soluit est in maiore culpa, quam retrahens qui potuit magis cauere & obuiare securitati pretij. Vide ĩ. §. 22. *num.* 65.

Iusta ignorãtia vendentis eum excusat. Euictio legalis excusat vendentem à dolo.

Emptor fundi qui reuendidit, debet restituere pretium in retractu. Emptor à minore perdituro pretium, hoc sibi imputare debet & non alij.

Minori soluens est in culpa.

Retractus linearis requiritur cognatione, quia de linea.

7. Quid in materia successionis? *Marillac* opinabatur quod cedit *aux heritiers des conquests* simpliciter. Non obstat §. 179. quia ibi in permutatione. Ego contra quia acquiritur cognatione, & ea ratione quia de linea; ergo non debet fraudare lineam. Et ad summum si ad hæredes conquæstuum, saltem *ceux des propres le peuuent repeter*, refuso pretio: sed certè non opus est refundere, sicut ac si cõstruxerit super proprio; imò *aux heritiers des conquests*, sicut vidua est saisita de media, sed ipsa potest conueniri per actorem infra annum, ergo idem de hęredibus proptiorum saltem postquam dubium iuris est discussum, & excluso à succedendo in dictis bonis.

8. Vendidi domum, læsus vltra dimidium, idque propinquo viri, scilicet ex linea, lapsus est annus post *l'ensaisinement*. Ego cedo extraneo actionem rescindentem & rescissoriam, vtrum propinquus retrahere possit statim? Videtur pendere ab euentu, si reus offerat supplere, vel pretium recipere. Sed ego dico statim & simpliciter locum esse retractui, quia verè actio cõpetit ad fundum, licet reus habeat facultatem emendi supplendo, hoc non attenditur; quia in facultate est, & obligatio non est alternatiua, sed modificata: quemadmodum si vendam actionem ad fundum redimibilem, vel quem retinere potest possessor quod soluendo, tamen statim cum effectu locus est retractui si credatur: quemadmodũ indistinctè transit ad hæredes propriorum, etiamsi postea contingat quod eligat (sed post obitum actoris quæsitum hærede propriorum) supplere. Secùs si ab initio est quis obligatus alternatiuè dare fundum, vel actum: quia vt hæres mobilium habeat, tunc pendet ab euentu, per *l. final. de condict. indeb.* Et si hæres hanc actionem vendat, non est locus retractui nisi post euentum, nec incipit currere annus 9. quemadmodum si venditio est conditionalis prout ad fundum est conditionalis. 10. Et hoc verum, licet *Charlier* dubitaret, & sentiret non esse locum retractui, quia consuetudo odiosa, & male: quia est fauorabilis in vero contractu emptionis. Plus licet emptor emisset has actiones causatas ob minoritatem venditoris, dicebat quod oportebat probare esse minorem. Sed ego contra puto, quia verba contractus facerent fidem contra eum, nec retrahens est extraneus, sed debet habere commodum contractus; ideò si contractus dicat esse proprium satis est, nec opus est probatione, nisi emptor velit probare contrarium, quod poterit.

Fundo vẽdito si locus sit restitutioni anaus retractus non currit nisi à die conditionis impletæ.

Annus retrãctus in vẽditione conditionali non currit nisi à die conditionis impletæ.

Consuetudo limitaris retractus non est odiosa.

§. CLXXVI.

PAR l'Vsage, Coustume, & commune obseruance, notoirement tenuë & gardée en la Ville, Preuosté & Vicomté de Paris, & mesmement en l'Auditoire dudit Chastelet, si aucun a vendu son propre heritage à aucun achepteur dudit heritage, & vn du lignage du vendeur a fait adiourner ledit achepteur en cas de retraict, si audit lignager l'heritage est adiugé par retraict, ledit lignager est tenu de payer & rembourser ledit achepteur des deniers qu'il a payés audit vendeur pour l'achapt dudit heritage, ou cõsigner les deniers au refus dudit achepteur dedans le Soleil couchant, au moins dedans les vingt-quatre heures apres le retraict à luy adjugé par Sentence & Iugement, & que l'achepteur ait mis ses lettres au Greffe, partie presente ou appellée, & outre affermé le prix s'il en est requis, & s'il ne le faict, ledit temps passé, tel retrayant est debouté dudit retraict.

CONSIGNER LES DENIERS.] Tamen in fauorem de quodam iudicatum sic, *la Requeste de Natan à ce qu'il fut debouté, attendu la quinzaine passée*, quod daret ampliorem declarationem, licet sufficientem dedisset, & hoc in magna camera *des Enquestes*.

DANS LE SOLEIL COVCHANT.] Iustiores sunt aliæ per octo dies. Duo agunt ad retractum ratione vxorum suarum, reus *recognoist*, dicitur *que dans huict iours entiers ils rembourseroient*, tunc vnus dicit quod consentit totum adiudicari socio, dummodo retrahat totum pro se: sed ille pecunia accepta reliquit rem post octo dies, vult primus redire ad retractum, an possit? Puto quod non, quia non satisfecit intrà octauam, & sic per se exclusus, & nil ad reum quod iste cessit socio, pariter alter socius exclusus est, quia non intrà octauam; & soli sibi imputet iste qui de facili confidit, quia nõ debet reus manere in suspenso vltra octo dies.

AFFERMER,] Contra eos qui emunt pro 30. & faciunt passim scribi 40. & sic 10. lucrantur *au retraict*.

Vbi consuetudo requirit consignationem ad lucrandum fructus, actor consignauit, sed amicus actuarii retraxit, actuario obligato manente. Resp. debere habere fructus à lite saltem contestata, quia est iuris regula quæ corrigitur, & correctio odiosa: tum non interest rei ex quo semper habet paratam executionem contra actuarium per corpus.

§. CLXXVII.

PAr leſdits vſage, & ſtile, quand aucun lignager du vendeur d'aucun heritage a fait adiourner ledit achepteur d'iceluy heritage, pour l'auoir par retrait, il conuient que tel qui veut auoir ledit heritage par retrait, offre bourſe, deniers, loyaux couſtemens, & à parfaire, chacune iournée de la cauſe, excepté en la iournée d'abſence (s'aucun en eſt priſe) & s'il ne la fait, il doit eſtre debouté dudit retrait.

SVMMARIA.

1. *Retractus linearis eſt quædam ſpecies* d'eſtat.
2. *Habens* lettres Royaux *in inſtantia retractus debet offerre.*
3. *Pœna odioſa non eſt extendenda.*
4. *Litteræ ad reſtitutionem obmiſſionis* d'offres en retraict.
5. *Obmiſſio* d'offres *in aliquo actu non præiudicat, niſi ſententia exprimatur.*
6. *Reditus fundiarius eſt pars fundi.*

Retractus linearis eſt quædam ſpecies *d'eſtat.*

ABSENCE. Idem dico *en la iournée d'eſtat*, quia mera ſuſpenſio eſt, idem quæ abſentia, quæ eſt ſpecies *d'eſtat.*

Habens *lettres Royaux in inſtantia retractus debet offerre.*

2. Quid poſt litem conteſtatam interrumpitur quinque annis, habet *lettres Royaux de reliefs*, quia non fuerat citatus *en peremption, en demande d'enteberinement*, nonnè debet offerre? ſic, & tutius eſt: tamen propriè non eſt cauſa, ſed præparatorium ad cauſam, & huiuſmodi pœna odioſa 3. eſt, ergò non

Pœna odioſa non eſt extendenda.

extendenda *l. final. de condict. indeb.* & ſic non obſtat notab. locus in *l. alio D. de alim. & cibar. leg.* Imò debet offerre; aliàs poſſet actor commodè protrahere, & fortè reo volenti cedere, nollet eum admittere, niſi ſubiret condemnationem omnium impenſarum litis prioris, ideò ſemper requiritur hæc oblatio, quia poterat reus vltimam acceptare, & actorem cogere ad numerandum, non habito hic reſpectu prioris litis, ſed ſine præiudicio impenſarum; & ſic oportet quod oblatio hæc fiat purè, non etiam limitatè, putà etiam ſoluendo priores impenſas, propterea requiretur ſemper noua, & pura oblatio, & reus vltimam acceptare poteſt.

Litteræ ad reſtitutionem *d'obmiſſionis d'offres* in retractu.

4. Vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ 1526. *entre Nicolas Laiſne appellant, & Iean Ludot intbimé*, ſententia Præſidis Pariſienſis confirmata, *l'appellant condamné en l'amende & és deſpens. L'intbimé demandeur en retraict lignager, auoit eu lettres Royaux, pour eſtre releué de pluſieurs obmiſſions d'offres de bourſe deniers furent entberinés, & ſes concluſions adiugées*, hoc eſt iuſtum, quando ab initio ipſius litis conteſtatæ conſtat reum fuiſſe in mala fide ſcientem venditionem, & cognationem actoris.

Omiſſio *d'offres* in aliquo actu non præiudicat, niſi ſententia exprimatur.

5. Nota licet inueniantur *quelques actes* vbi non eſt facta oblatio ſaltem ex parte ſeu productione rei, non eſt ſauendum niſi reus requiſierit, vt actor ob id excludatur, quia aliàs poteſt actor habere defenſiones contrà illum actum, & ſic requiritur ſententia declaratoria, *qui peut eſtre iointe, ou produite, pour y faire droit* in caſu dubio.

Quidam vendidit domum, emptor poſt menſem *luy rebaille à rente*, poſtea actor *vient ſur luy retraire la maiſon.* Dictum quod poterat reus ſe tueri *par fin de non receuoir & non valoir*, quia non poſſidet domum, nec poteſt dare, *& tend afin d'abſolution.* Actor perſiſte, *dit par ſes eſcritures* quod tenetur reus *en tant qu'à luy touche.* Dixi quod ſi hoc fuiſſet in libertate, ſatis erat, & quatenus alienatio, quia reditus iſte fundiarius 6. eſt pars fundi, ideò fuit abſolutus reus, *& ſans preiudice du retraict de la rente & les defenſes au contraire.* Tunc puto quod ſolum debet refundi pretium pro rata reditus, etiamſi *le bail eſt* ferè gratis qua mediam domus donauerit. Quid ergò ſi emptor ſtatim *en fait bail* extraneo *qui eſt enſaiſiné*, ſed *on le rachepte*, vtrum emptor conuenitur ad retractum ſaltem iuris reditus, retinet poſt annum *de la ſaiſine du premier?* Puto quod ſic, imò etiam *le preneur*, nec prodeſt illa ſaiſina, quia non eſt facta de emptione.

Reditus fundiarius eſt pars fundi.

CHACVNE IOVRNE'E DE LA CAVSE. Intelligo dumtaxat in prima inſtantia. Facit Decius *cap. fin. num. 11. de conſtitut.* Quid ergò *ſi le Bailly* dat *appointement, dit mal iugé, & retient la connoiſſance & dit que les parties viendront proceder au principal à tel iour*, & ſic reus citatur ſecundum ſententiam, nec tamen offeratur. Reſpondi non eſt opus, quia adhuc non eſt procedere in cauſa, ſed præparare vt procedatur, & adhuc poterit reus appellare à cauſa retenta, & ita ſentiebat Dom. *de l'Hoſpital.* Idem intelligo verum ſi eſt perſonaliter præſens, ſaltem ſuus procurator. Secùs *ſi le Clerc ou Subſtitut*, & ſibi imputet actor qui cum tali procedit, vndè ſi defectum obtinet, ceſſat hæc conſuetudo, quia non eſt cui offeratur, nec debet ita cauere, alioquin ſatis eſt quod ſemper ſit paratus.

Duo agunt ad retractum, emptor vni cedit, alter nihilominus perſtat in lite & euictionem obtinet, ſed interim proſequendo emptorem ſemel omiſit hanc oblationem: ideò emptor petenti executionem ſententiæ obtentę per actorem ſeſe, excipit, quod alio modo excluditur, ſcilicet huius oblationis defectu? Reſpondi hoc non militare quia poſtquam ius alij ceſſerat ſuperuacuum erat ei offerre, & iterum factum non nocet, cum non eſſet neceſſarium, vt no. *In l. vinum ſi cert. pet.*

§. CLXXVIII.

LE parent & lignager qui premier fait adiourner en matiere de retraict, doit eſtre preferé à tous autres, poſé qu'ils ſoient plus prochains parens du vendeur.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Conſanguineo vnò excluſo in retractu, alter non excluditur, quamuis non ſit intrà tempus.*
2. *Reus in retractu poteſt cedere remotiori.*
3. *Succedi poteſt in Francia, quamdiu probatur agnatio.*
4. *Tutor qui vendit non poteſt retrahere.*

COnſuetudo præferens proximiorem intelligitur re integra, & antequam remotior vtiliter retraxerit; etiamſi in ſtatuto ſint verba vniuerſalia congeminata, vt quilibet proximior præferatur. Ruin. *conſ.* 76. *li.* 1. Alex. *conſ.* 27. *num.* 9. *lib.* 6.

Quid ſi primus excludatur per ſententiam, quia res erat conquæſtus. Ad Alexand. *conſil.* 27. *ad fin. lib.* 6. Puto non plus nocere, ſed plus quam contrà purè extraneum, propter maiorem coniunctionem, & ideò ſi alij ſciuerant, & iam citare fecerant.

Conſanguineo vno excluſo in retractu, alter non excluditur, quamuis non ſit intra tempus. Reus in retractu poteſt cedere remotiori.

1. Primus quia non ſoluit excluſus, non excludit alium, modo ſit intrà tempus *diſoit du Vinier*.

2. Nonnè poteſt cedere remotiori, vel proximiori? Reſpondi ſic omninò intrà annum. Idem poſt annum, quatenus tantum ceſſionarius probabat de inſtantia cedentis, quia non poteſt amplius cumulare de perſona ſua excluſus omninò poſt annum, ſed intrà annum non excluditur, niſi ille excludatur cum effectu.

Quid de eo qui lite conteſtata, & omninò certa poſt decem annos cedit extraneo, & mox reus petit abſolui, ſed tunc ceſſionarius dicit quod renuntiauit ceſſioni. Puto quod poteſt, & ſatis erit, nec erit præſumptio fraudis, vt eſſe potuiſſet ab initio. Et adhuc ceſſio poſſet ſuſtineri pro fructibus, niſi quod res eſt litigioſa. Quid ergò ſi moritur & relinquat hæredes acqueſtuum & actionum? Reſpondi, hic eſt hæres in fructibus pro rata temporis, & acquæſtuum, in actionibus etiam habet in fructibus, & non quantum, ex quo nondum admodiati ſunt, vel extantes pendent, & ſic nondum ſunt in obligatione. Quid de conſuetudine quod proximiores præferuntur, & æquales concurrunt, ſi vendatur conſanguineo, an æqualis poſſit petere ſe admitti? Reſpondi non; quia eatenus arctatur facultas proficiendi proximis; tùm conſuetudo non aperit hoc ius, niſi quando venditur extraneo.

Sic Meldis probata eſt conſanguinitas vſque ad proauum; videlicet quod proauus actoris & proauus venditoris erant, vel ſe dicebant *conſins germains*. Reſpondi ſatis eſſe hic; ſed cum Aurelijs, vbi probandum eſt quod res ſpectauit ad hæredem communem; ſed licet excedant vigeſimum gradum non fruſtrantur, quod ſcilicet in Francia poſſunt 3. ſuccedere quamdiu probatur cognatio: & ſic quod iudex à quo malè iudicauerat, ex eo quod excluſerat actorem vt exiſtentem vltrà decimum gradum, & mecum *Boyaut* & alij.

Succedi poteſt in Francia quamdiu probatur cognatio.

Procurator carens mandato, an poſſit certificari ad excludendum remotiorem.

Tutor qui vendidit non poteſt retrahere.

4. An tutor qui vendit poſſit retrahere? Puto quod non. An ergò Prælatus rem venditam per Eccleſiam per decretum? Puto quod non, quia eadem perſona, & non eſt ibi fauor, nec debet extendi iuris communis interuentio.

Fallit quando citatus reddit lineæ, ſaltem ex cauſa derogatæ ſuſpicionis fraudis, vt *Canaye* vidua citata *en retraict* pro ſua media, poſteà *par partage* cum filiis illa media eis obuenit, abſoluuntur à retractu per arreſtum 1550.

§. CLXXIX.

QVand aucun a eſchangé ſon propre heritage à l'encontre d'vn autre heritage, l'heritage eſchangé eſt le propre heritage de celuy qui l'a eſchangé, & s'il le vend il chet en retraict.

SVMMARIA.

1. *Conſanguineus qui permutauit cum cognato accipiens acqueſtum pro proprio, ſi cognatus vendat poteſt retrahere.*
2. *Paternum ſeu maternum venditum conſanguineo materno ſeu paterno, non poteſt retrahi pro toto.*
3. *Permutatio paterni cum materno facit paternum maternum, & è contrà.*
4. *Prohibitio alienandi niſi conſenſu mutuo viri & vxoris cum in contractu matrimonij ſua propria fecerunt communia.*

Conſanguineus qui permutauit cum cognato accipiens acquæſtum pro proprio, ſi cognatus vendat poteſt retrahere.

1. QVid ſi Titius cum cognato permuter fundum *d'acqueſt* ad fundum antiquum de linea Titij? Reſpondi, ſi vendit *il chet en retraict*, quia intrat lineam, & in ea conſeruatur ſupra art. 175. & proindè terra data cognato efficitur conqueſt per hunc textum, & ſic venit, nec eſt inconueniens; itaut etiam idem cognatus poſſit, ſi Titius vendat, retrahere, licet poſſideat terram compermutatam.

Si filij diuidunt paterna & materna confusè, retinent tamen veterem qualitatem, nec continuando ſubrogatur proprietas, quia etiam ſunt æquè de eadem linea. Et ſic articulus propriè loquitur inter extraneos; ergò ſi vni filiorum obueniat quid merè paternum, alij merè maternum, non cenſebitur partim mixtam habere qualitatem; ſed veterem retinere, & verum puto. Quid ergò ſi alter filiorum non eſt hæres matris, alter hæres patris & matris dat ei pro paterna portione domum maternam, an fiat paterna? Puto quod non, ſed remanebit materna, & viciſſim quod datur iſti remanet paternum, vt priùs, quia eſt de eadem linea. Et ſic malè iudicatum per præpoſitum *de ſaint Germain en Laye*, malè confirmatum per Præſidem Pariſienſem, quicquid dicat *Riant*: quia emptor erat conſanguineus à latere materno.

Paternum ſeu maternum venditum conſanguineo materno non poteſt retrahi pro toto.

2. Ergò excluderetur pro media quæ remanebat materna vt priùs, licet fuerit data habenti paterna tantùm: ſed cum eſſet corpus propriorum maternorum ſatis eſt, nec opus eſt materna qualitate.

D'vn bail à rente rachetable, quando poſt longum tempus redimitur reditus quod totum poſſit (etiam fundus) retrahi, oſtendit *Brodeau* Arreſtum; ſed debet intelligi quando pretium æquiualebat

Digitized by Google

fundo, & erant ſuſpiciones ſimulationis, aliàs ſolus reditus.

Permutatio paterni cum materno facit paternum maternum & è contrà.

3. Quid ſi habens prædium maternum permutat cum cognato paterno dante paternum? Reſpondi illud efficitur paternum, & illud maternum.

Prohibitio alienandi niſi conſenſu mutuo viri & vxoris cum in contractu matrimonij ſua propria fecerunt omnia.

4. Vir & vxor fecerunt omnia ſua propria communia in contractu matrimonij, & ſic licet non ſint conquæſtus, tamen mutuò ſubrogata ſunt; imò videtur quod non ob immenſum, ſed ſibi prohibuerunt facultatem diſponendi ſine altero. Tum hic dicitur in caſu quo ſunt filij communes, ergò ad prohibendum alienare eorum fauore, & ſic videtur retinere vetus linea. Soluto matrimonio morte patris, filius fecit, *partage* cum matre, eique obuenit domus quæ fuit matris, an ſubiecta ſit retractui? Non dubitatur item ex quo latere videtur patris *par le partage*. Contrarium reſpondi domum eſſe matris, quia fuit matris, & mater cauit vt ad eam veniret, niſi communi conſenſu alienaretur. Et ſic per *l. cum aliis C. de ſecund. nupt.* retinet veterem lineam, & licet dicta lex ſit fortè correcta *par l'arreſt de Carbonnier* quantum ad affectandum filiis d. matrimonij: Tamen non eſt correcta quantum ad hoc vt maternum cenſeatur: Tùm pater non habebat propria. Et ſi tu dicas matris factum fauore filiorum, ergò proprium maternum, ſed non erat vendita domus, ſed ius eundi *par vne allée qui ſeruit commune*, & ædificandi ſuprà, & infrà, & ſic proprietas, & in alio loco quod obtinet ad mutuam cauſam. At quis reſpondebit *des deſpens*? Reſpondi *les deſpens* ſunt certi, & ſic venditum, & quantum ad recurſum quod ſperari poteſt, retrahi poteſt, & offerendum tantum pro parte, vel de toto ſi malit emptor. Pater enim nudum miniſterium præſtitit, licet filius *par ledit partage* habeat tanquam ex ſucceſſione patris, tamen emanauit à matre, quæ voluit prouidere filiis, quod iunctum cum prudentia *l.* cum aliis facit rem indubiam.

§. CLXXX.

CHoſes mobiliaires ne chéent en retraict.

SVMMARIVM.

1. *Molendina non ſunt mobilia.*

Molendina non ſunt mobilia.

1. NIſi quatenus iuncta ſunt. Tiraqu. retract. fol. 41. num. 83. Item niſi in molendinis quæ iure conceſſione Regis perpetuò teneri poſſunt in flumine.

Quid ſi venditur ſucceſſio in qua ſunt propria & mobilia iure confuſo? Perindè videtur quod emptor poſſit diſtrahere omnia quæ non ſunt propria. Et eſt verum ſi ſucceſſio de ſe non eſt propnium *d'vn coſté*.

§. CLXXXI.

SE aucun vend l'vſufruict de ſon propre heritage à perſonne eſtrange, telle vendition & vſufruict ne chet point en retraict.

TIraquellus retract. fol. 37. verſo & num. 60. fallit ſi eodem contractu, vel veriſimiliter præcipitato vendit vſumfructum & proprietatem ſeparatim.

§. CLXXXII.

PRopre heritage vendu & adiugé par decret en iugement par criées & ſubhaſtations, chet en retraict.

SVMMARIA.

1. *Hæredium venditum pro reditu redimibili & reliquis, poteſt retrahi iure retractus.*
2. *Impenſæ legales faciunt partem pretij adiudicationis.*
3. *Annus retractus currit à die adiudicationis, ſi non fueris appellatum.*
4. *Fiſcus vel Eccleſia vendens donata, non eſt locus retractui.*
5. *Annus retractus* eſchet *à die* du decret enſaiſiné, *& non à die contractus* ny de la ſaiſine, *& pro pretio* du decret.
6. *Fundus adiudicatus* par decret *retrahitur pro ſumma decreti.*
7. *Emptor fundi* à la charge du decret *cui adiudicatus eſt*, ne retire du retrayant *quàm pretium adiudicationis.*

Hæredium venditũ pro reditu redimibili & reliquis poteſt retrahi iure retractus.

1. QVidam *fait mettre* prædium *en criées pour ſa rente & arrerages*, nullus vult, remanet, & adiudicatur creditori *pour ſa rente & arrerages*, vtrum locus retractui? Fuerunt *Chartier & Jean Jacques* in contraria opinione. Sed ego dico indiſtinctè, & ſi reliqua non præponderent, locum eſſe, quia res ſemel eſt venditioni expoſita & vera venditio pro rata reliquorum - nec intereſt creditoris. Non tamen debebuntur iura dominis feudalibus, niſi pro rata reliquorum, fortè etiam & impenſarum legalium, & hoc verum; quia 2. ſunt pars pretij adiudicationis. Tiraquellus §. 1. gloſ. 14. num. 11. cum ſeq. non ſoluit. Ego perſiſto dummodò ſit pro reditu redimibili *au denier douze*, & tunc indubitatum per notata §. 13. *fol.* 5. Secùs *in l.* 1. *C. de rer. permut.* ſi eſſet reditus irredimibilis. Idem ſi ex teſtamento per *l. ſi aque D. de legat.* 2. Quid ſi legat, data pecunia, vtrum rectactus pro rata? videtur quod non, *l. ad veterani §. 1. D. ad leg. Falcid.* Imo locus eſt, ſi eſt quantitas notabilis, vt dimidia. Eſt locus multum dubitatus: ſed hæc valdè odioſa, nec poſſunt iudicari ſicut in contractu. Et certè quo locus ſit retractui

Impenſæ legales faciunt partem pretij adiudicationis.

Digitized by Google

hæres ipſe vendentis, ſicut nec venditor retrahere poterit, ſed tantum hæres hæredis, aliàs omnino fruſtratoria eſſet dicta *l. ſi aquè*.

Annus retractus currit à die adiudicationis, ſi non fuerit appellatum.

3. Quidam ſe fecit *enſaiſiner comme adiudicataire deuant le decret ſcellé*, an ſtatim currat annus? Puto quod non, quia nondum eſt certum quod habeat, cum ſemper venire poſſit opponens; imò nihil eſt, quia non admittitur plus offerens, & ſic conſummata venditio de pretio certo & limitato, licet ex tempore reſolui poſſit; ſcilicet vel pacto redimendi, & ſic ſtatim currit tempus. Imò videretur quod currat ſtatim ab adiudicatione iudiciali, cum ſit publica, ſi ab ea non ſit appellatum.

Piſcis vel Eccleſia vendens donata non eſt locus retractui.

4. Vidi quæſtionem: Frater Dom. *Guedon fuit par Genton* condemnatus ad perpetuos carceres, & ſic bona confiſcata, fiſcus vendit *par criées*, frater non vult nimis licitare, ne fortè ſint nimia iura, ſperans habere *par retraict*; ſicut nec ſi donatum fiſco, vel Eccleſiæ, fiſcus, vel Eccleſia venderet, etiam ex neceſſitate ponendi extrà manus ſuas, niſi donatio eſſet facta in fraudem retractus, venditori, & ſic neceſſe eſt quod veniret in licitatione, alias numquam haberet per retractum: Secùs ſi non eſſet vera confiſcatio, vel fiſcus non agnoſceret, ſed bonis vacantibus (etiam mortuo non habente hæredem) dato curatore, bona venderentur; quia tunc (cum hæreditas iacens, vel curator vltimi domini, vel defuncti, qui erat cognatus) vicem gerat, locus eris contractui, etiamſi defunctus ſic mortuus ſit *ſans parens*, vt in locis in quibus non eſt confiſcatio, vel non agnoſcitur per fiſcum. Sed ſi emptor emit *par leſdites criees à la charge des droits feodaux*, non dicendo aliàs *francs deniers* huius emptoræ an debeat *payer le 5. denier*? Reſpondi, quia debebat *requint*, quod eſt abſurdum; ſed poteſt retinere tantum partem domino feudi ſoluendam, quam etiam per dominum feudi acceptare poteſt.

Victor habens *vn executoire de deſpens* ſuper *Paget*, cuius fundus ei debebat reditum, *fait mettre en criees* fundum pro ſumma *de l'executoire*: & quia alij non ſe opponunt ipſe non aduertit, nec curat de reditu & reliquis, quia etiam videt totum fundum ſibi adiudicandum, nec debitorem alia habere bona, ideo ſibi adiudicatur fundus *par decret* pro debito *dit executoire*, quo facto venit proximus, qui retrahit, ſoluendo ſolum *ledit executoire & ſes frais de criées*; ſed dicit ſe liberum à dicto reditu. Reſpondi quod ſi non eſt reſeruatio per decretum, ſaltem eſt confuſum per decretum; ergò debet reſtitui per retractum. Non obſtat quod non eſt confuſio per requiſitam poſſeſſionem, ſed extinctio per tempora decreti, quia putabat ſibi non expedire facere hos ſumptus quos perderet, & ex quo apparet quod emptor certat de damno, actor de lucro, debet emptoris cauſa fortior eſſe, ideò oportet quod retrahens ſuſcipiat onera confuſa etiam per decretum, ſaltem ante poſſeſſionem, aliàs debet excludi, quia non debet eſſe melioris conditionis quam emptor ipſe, ſic prædialis confuſa reſtituenda eſt à retrahente, etiam poſt decretum.

Annus retractus currit à die *du decret enſaiſiné*, & non à die contractus *ny de la ſaiſine ne* pro pretio decreti.

5. Emptor *pour ſa ſeureté fait mettre en criées* communi etiam conſenſu. Reſpondi annus incipit à die *du decret enſaiſiné*, & non à die contractus, nec à die *de la ſaiſine du contract*, & pro pretio decreti *ſans fraude*, etiam minore: vt pro *Lotigny* iudicatum: cum actum eſſet vt ſi minori pretio addiceretur emptori, quod tamen perſolueret pretium conuentum, tamen pro pretio *du decret fut eſmeué* per retrahentem 6. Emptor etiam in culpa eſt quod non licitat vſque ad pretium conuentum: emerat pro 4400. l. ad onus *de decreter* 7. per decretum adiudicatum pro 4000. l. tantum *à la Bailliue de Langres*, quam *Lotigny* per areſtum euicit *par retraict* 4000. l. tantum, & benè.

Fundus adiudicatus *par decret* retrahitur pro ſumma decreti. Emptor fundi *à la charge du decret* cui adiudicatus eſt *ne retire du retrayant* quam pretium adiudicationis.

Habens mediam indiuiſam loci per decretum adiudicatam, nondum habens pecuniam paratam, *appelle du decret*, vt tempus trahat, tertius agit de retractu. Reſpondi quod idem ipſe non eſt admiſſibilis, quia appellatio eſt præiudiciabilis, *& le retraict* non eſt expeditionis, nec liquidæ; ideò probationes ſuper coniectura & aliis eſſent ſuperuacuæ. Quid ſi eſt liquidum, vel petitur interrogari reus, nonnè eſt aliàs liquidum, & eget alterius rei dare ſignum, vel indicium, vult tantum *ſans preiudice* ad onus retrahere, ſaltem per tertium facere poteſt, & poſtquam alij ceſſit. Sed interim an annus currit? Videtur quod ſic contrà reum qui dedit cauſam ſic requirendi, & impediendi ne inciperet annus.

§. CLXXIII.

VN Seigeur feodal qui a retenu par puiſſance de fief le fief vendu par ſon vaſſal, iceluy fief appartenant du propre audit vaſſal, tel fief ainſi retenu par le Seigneur feodal eſt ſujet à retraict, & ſe peut retraire par vn des parens & lignagers du vendeur, dedans l'an & iour qu'il a retenu par puiſſance de fief & du rembourſement, en payant les droits Seigneuriaux.

§. CLXXXIV.

QVand l'heritage propre eſt acquis durant & conſtant le mariage de deux conioincts, dont l'vn d'iceux eſt parent & lignager du vendeur, du coſté & lignage dont ledit heritage appartenoit audit vendeur, tel heritage ainſi vendu ne giſt en retraict durant & conſtant ledit mariage. Mais apres le treſpas de l'vn deſdits conioincts, la moitié dudit heritage giſt en retraict à l'encontre de celuy qui n'eſt lignager, ou ſes hoirs, qui ne ſont lignagers dudit vendeur dudit coſté & ligne dont ledit heritage appartenoit à iceluy vendeur, dedans l'an & iour du treſpas du premier mourant deſdits conioincts; ſuppoſé qu'il y eut ſaiſine ou infeodation priſe durant iceluy mariage, en rendant & payant par le retrayant la moitié du ſort principal, frais & loyaux couſtemens.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Fundus acquiſitus* par retraict lignager *fit proprium eius qui acquirit.*
2. *Vidua poteſt retrahere ab hæredibus defuncti fundum retractum ex latere vxoris.*
3. *Annus retractus non currit poſſidenti, & ei qui poteſt vti exceptione.*
4. *Defectus inuentarij non debet prodeſſe ſuperſtiti coniugum.*
5. *Partitio inter ſuperſtitem coniugum qui non eſt de linea, cui euenit fundus de cuius retractu agitur, non impedit actionem retractus.*
6. *Si in contractu matrimonij media* des propres *ſponſæ eſt factus conquæſtus, media huius mediæ cadit in retractum.*
7. *Actio annua retractus linearis in quo caſu eſt hæreditaria, & tranſmiſſibilis.*
8. *Retractus non cadit in conquæſtum.*
9. *Ius retractus eſt perſonale.*

Fundus acquiſitus par retraict lignager fit proprius eius qui acquirit

1. ACQVIS. Simpliciter: ſed *s'il eſtoit acquis par retraict lignager*, tunc eſſet ſtatim proprium illius ex cuius perſona retrahitur, nec cederet in diuiſionem, ſed eſſet tantùm media alteri reſtituenda.

NE GIST EN RETRAICT. Scilicet eo nolente: ſed poteſt admittere ſi velit viuens velalicui donare de linea. Conſulr. fol. 415. Conſuetudo Meldenſis §. 90.

Vidua poteſt retrahere ab hæredibus defuncti fundum retractũ ex latere ipſius vidua.

2. GIST EN RETRAICT. Etiam per coniugem ſuperſtitem contrà hæredes defuncti, ſi emit à cognato vxoris.

COVSTEMENS. Tiraquell. §. 31. *de retraict conventionnel* in fin. num 162.

Quid ergò ſi habeam filium communem qui reliquit filium qui moritur ſine liberis, an vel mater ab hærede paterno poſſit maternis *par retraict* petere dimidiam, quia mater incipit eſſe extrà lineam: vel an poſſit totum ſimpliciter vindicare quaſi merè maternum, quaſi primus filius retraxiſſet à ſe, & repoſuiſſet in linea matris, & fingatur ſoluiſſe hæreditati paternæ dimidium pretij. Certè in veritate eſt ſibi pro medietate bonum paternum, pro media verò maternum: ſed ergò mutatur qualitas, & fit partim paternum; Ergò videtur quod materni etiam à filio poſſint mediam retrahere, niſi filius conſenſerat quod haberet pro retractu, & tanquam in totum materno. Ergò dicendum quod pro rata *que le mary rapporte des deniers dotaux* vt veniat ad ſucceſſionem ſoceri, in quantum non tenebatur *mettre en propres*, quod hæredia ſoceri pro rata ſunt propria: Ergò dicitur *employer en propres*, & ſe liberare ſi conferat vt ſuccedatur, & immobilia obtineantur.

Quod ſi tutor pecunia pupilli proprio nomine emit fundum à proximo, vel retraxit, nonnè poteſt excipere contra pupillum? Reſpondi ſic, & ſic limitatur, primò ſi vt proximus patet, quia poſtridie quam pupillus euiciſſet, poſſet euinci infrà annum, interim autem quamdiu tutor nomine ſuo poſſidet, non labitur ei annus 3. quia non currit poſſidenti, & ei qui iure exceptionis poteſt vti: puta ſi emptor minoris vendit ſine decreto, conſanguineus venditoris poſt multos annos vendicat, poteſt excludi per retractum: ſi iure retractus velit tunc vti, non iure meri conquæſtus, nec curatur tempus, quia etiam ſemper eſt linea, licet eſſe non videatur niſi de facto, quia minor ſine decreto non tranſtulit dominium, & licet ſine decreto teneretur vi retractus non eſt facta diuiſio (licet intra annum) emptio celata, ſed voluntaria venditione *tract. vſur. q. 76.*

Annus retractus non currit poſſidenti, & ei qui poteſt vti exceptione.

Quid ſi habeat liberos communes? Reſpondi ſi ſuperſtes eſt extraneus, ab eo poteſt retrahi; ſi defunctus erat extraneus, perit retractus, quia recidit in eos de linea. Quod autem dixit ſi ſuperſtite extraneo, retrahi, nonnne fallit quamdiu 4. ex defectu inuentarij cum liberis eſt communis? Puto quod non, quia non debet ei prodeſſe quod contrà eum eſt inductum.

Defectus inuentarij non debet prodeſſe ſuperſtiti coniugum.

Partitio inter ſuperſtitem coniugum qui non eſt de linea, cui euenit fundus de cuius retractu agitur, non impedit actionem retractus.

5. Sed ſtatim poteſt agi ad declarationem futuri retractus. Quid ſi ſtatim fecit *partage* cum hæredibus quibus adiudicatur fundus, & ſic dicat ſe habere ex partitione? Reſpondi ſi eſſent tantum mobilia, non poſſet hoc dici, ſed ſi eſſent immobilia diſcutiendum.

Si in contractu matrimonij media *des propres* ſponſæ eſt facta conquæſtus, media huius mediæ cadit in retractum.

6. In contractu matrimonij quod media *des propres* ſponſæ erit conquæſtus: poſt mortem vxoris, vel ea viua, vir vendit totum, certò media mediæ non cadit in retractum, ſed benè media mediæ concernens vxorem, quia ſemper manſit in eius dominio, licet ſine facultate vendendi per virum. Quod ſi mortua vxore adhuc clarius, quia quarta eam contingens facta eſt per gradum ſuccedendi proprium: tamen verè manſit proprium, vt dixi: ſed nonnè poteſt dici quarta viri ſubiecta retractui parentibus vxoris, quia licet non ſit data æſtimata tamen hoc factum eſt, eo quod ſponſa non habebat pecuniam, & ſic loco pecuniæ, & hoc fauorabile.

Actio annua retractus in quo caſu eſt hæreditaria & tranſmiſſibilis.

7. Pater & mater acquirunt quæ erant de latere patris, qui præmoritur relicto vnico filio, cuius mater *a la garde*, poſteà moritur filius qui habet laterales hæredes paternos, qui petunt à dicta matre, & dicunt *qu'elle s'eſt deüe rembourſer?* ſed forte non erat vnde, vel non apparebat, quia res deturbatæ. Reſpondi interim dormit, quod eſt clarum quantum ad filium qui moritur minor, ita quod hoc caſu actio retractus eſt hæreditaria & tranſmiſſibilis contrà matrem tutricem, ad eos qui aliàs ſunt capaces, ſcilicet hæredes paternos: Dici enim poteſt quod mortuo patre ſtatim cœpit annus currere contrà omnes alios cognatos à filio, quia emptrix erat tutrix, ideò non currit ſibi contrà ſuum pupillum, ſaltem hoc pendet ab exitu *du compte*. Sentiebat *Chartier* quod ſi mater nomine filij contrà ſeipſam retraxiſſet, quod in parte relicta eſſet hæres filij, vt de conquæſtu; ſed eſt falſum, quia hic retractus 8. non cadit in conquæſtum.

Retractus nõ cadit in conquæſtum.

Quod ſi non currit tempus filio ſolum, ergò tranſmittentur ad hæredes filij capaces: ſed cenſebat *Chartier* eſſe ius perſonale 9. Plus videtur quod etiam extraneis non currit, quia poſſunt dubitare quod mater tanquam tutrix poſſideat nomine filij, cum retraxit ſuper ſeipſum, ſed imò non debet cogitare, ſed agere ſi velint contrà matrem, quæ ſi declaret quod retinet pro filio, ibi eſt parata actio. Sed ſi dicimus actionem hæreditariam *de retraict* hoc caſu nonnè quæſita eſt ſecundum naturam rei, quia duorum lateralium vnus eſt maſculus, alter fœmina, & ſic maſculus vult totum feudum habere per *l. qui actionem*, quod eſt difficile; quia nondum erat ius quæſitum in re, & multa contingere poſſunt, & poteſt vnus vti retractu, alter non, & ſic ex induſtria; ergo quæritur: ſed certè ſic non ſeruatur eis tempus, nec ſimiliter hæredibus; ergò ſecundum prærogatiuam hæreditariam: ſed hoc videtur impoſſibile quod directa actio de retractu non mota tranſeat ad hæredes; ideo quod ſi quid tranſit, ſolum tranſit actio rutelæ ad intereſſe, non retractum; ſed tunc hæc actio non perit maſculo, quia ſi fuiſſet alius, habuiſſet totum feudum. Quid

Ius retractus eſt perſonale.

ſi non

ſi non erant pecuniæ, non ſupereſt actio, & ſic ſi per tranſactionem mater conſenſit medium, merè voluntariè fecit, & ſic in viriles, niſi in quantum voluntaria tranſlatione, cum maſculo ei promiſit relinquere ſecundum ſuam prærogatiuam; ergò vt maſculo teneatur, & ſibi imputet, tamen ſi fœmina dicat quod non erant pecuniæ, & quod tranſactio voluntaria hoc ei nil prodeſſet, quia ſic non eſſet locus retractui. Ant ergò voluntarius à fœmina cui non eſt poteſtas nil habet; aut retracturus & hæreditarius, & ſic teneatur ſecundum prærogatiuam feudi, quia actio ad feudum non ſimpliciter, ſed in proprium, ita quod ſi fœmina non eſſet de latere nil haberet in ea actione, licet eſſet hæres, & ſic non eſt ſimplex hæreditaria, & maſculus cenſetur proximior in feudis. Vnius defuncti ſunt ſex filij, quatuor mares retrahunt à matre, vel nouerca medium, quod teneatur communicare quandoque iudicatum quia præſumptio quod de pecunia hæreditaria. Sed vidi quod conuenerunt *les Choppins* vidoam, *qui tend le giron*, & eis adiudicatur, *dont ils appellent* (quia non habent pecuniam, acquieſcunt in Curia, vbi vidua *les pourſuit ſur l'execution d'arreſt*, ipſi declarant quod nolunt, *baillent requeſte pour en eſtre quittes en payant* valorem, *ſans auoir eſgard à leur requeſte condamnez à rembourſer à la vefue en reprenant* d. medium 1550. Certè eſt contrà ius, quia ipſi non erant condemnati, ſed vidua erat eis condemnata.

§. CLXXXV.

QVand le Seigneur feodal a pris & retenu par puiſſance de fief aucun fief tenu & mouuant de luy, & ledit fief luy eſt depuis euincé par retraict, le retrayant eſt tenu payer audit Seigneur les droits de quints & requints, ſe requints y a, auant que ledit Seigneur ſoit tenu de le receuoir en foy & hommage dudit fief, ſauf audit retrayant ſon recours contre le vendeur, ſi la vente n'auoit eſté faicte francs deniers.

En FOY. Sed non antè ceſſionem poſſeſſionis, niſi prius fuiſſet ſaiſita *par ſaiſie d'homme*.

§. CLXXXVI.

QVi n'eſt habile à ſucceder, comme vn baſtard, ne peut venir à retraict lignager.

SVMMARIVM.

1. *Fœmina habens fratrem qui non retrahit, poteſt ipſa retrahere.*
2. *Fœmina non eſt inhabilis ad ſuccedendum in feudis.*
3. *Fœmina excluditur à maſculo in ſucceſſione feudi; etiamſi ſimpliciter ſit hæres, & maſculus per beneficium inuentarij.*
4. *Fœmina quæ prima facit citare in retractu excludit alios.*
5. *Baſtardi bona vacantia pertinent ad dominum cuiuſque loci.*
6. *Spurius poteſt legare & teſtari.*
7. *Concepti poſt venditionem ſunt capaces retractus.*

NEc legitimi deſcendentes ex eo, etiamſi permitatur nomen. *Conſultat. fol.* 379.

Mulier habens fratrem qui non retrahit, poteſt ipſa retrahere.

VN BASTARD. Scilicet exemplificatiuè, nec reſtringit. 1. Quid autem ſi vendens habet germanum & germanam, an germana poſſit retrahere? videtur quod non, quia hoc caſu non poſſet ſuccedere, poſito quod ſit quæſtio de feudo, quia in æquali gradu collateraliũ excluditur per maſculum. Sed contrà dico, quia non eſt inhabilis 2. ad ſuccedendũ, etiam in feudo ipſi vendenti, licet excludatur per maſculum paris gradus: Eſt enim ſibi limitatum ius ſuccedendi in certo caſu, quæ limitatio non debet ad alium extendi; nec adhuc in caſu illius limitationis eſt inhabilis; patet, quia ſi maſculi prioris gradus repudiarent, ipſa veniret remota excluſione: non tamen puto quod ipſa poſſet eos excludere adeundo ſimpliciter 3. ſi adirent ſub beneficio inuentarij, quinimo ſufficit quod veniant ad ſucceſſionem, vt ipſa ſit excluſa, & ſic nequit excludere. 4. Quod autem in caſu retractus non ſit excluſa, ſi prima faciat citare & retractu excludit germanum, patet, quia etiam ipſa remotior excluderet quoſlibet proximiores.

Fœmina non eſt inhabilis ad ſuccedendum in feudo.

Fœmina excluditur à maſculo in ſucceſſione feudi, etiamſi ſimpliciter ſit hæres, & maſculus per beneficium inuentarij.

Fœmina quæ prima facit citare in retractu excludit alios.

Es regiſtres du Threſor y a, qu'au Roy appartient la ſucceſſion des baſtards decedans ſans enfans, & non aux Seigneurs, & ſi aucuns l'ont c'eſt tribus concurrentibus, primum quod ibi ſit natus, ſecundum quod ibi domicilium, tertium quod ibi deceſſerit. Sed illud eſt falſum, imo ſpectant vt bona vacantia ad dominũ cuiuſque loci 5. vbi reperiuntur, etiam mobilia, tanquam bona vacantia, ita quod etiã ſi vera eſſet opinio quod mobilia ſequuntur perſonam. Bald. *In l. mercatores.* In materia ſucceſſionis non poteſt locũ habere hîc, quia non eſt ſucceſſio, ſed bona vacantia; nuper *Chartier* contra quẽ ſcribebã, reſpondit *touchant Monſieur Danes* quod mobilia ſequuntur perſonam, non conſuetudinẽ loci vbi reperiũtur, & malè.

Bona baſtardi vacantia pertinent ad dominum cuiuſque loci

Extraict de la Chambre des Comptes que le Roy ſuccede aux baſtards vbique, *& combien qu'aucuns hauts iuſticiers l'ayent voulu pretendre*, tamen non habet locum niſi tribus concurrentibus, primum quod natus ſit *en la Seigneurie & haute Iuſtice*, ſecundum quod ibi principale domicilium habuerit, tertium quod ibi deceſſerit. Et ſecundum hoc iudicatum fuit *au Threſor* hoc anno 1544. ſed hoc puto falſum. Puto tamen quod dominus loci non habet niſi mobilia in ſuo loco ſita, vt ſic non ſequantur perſonam hoc caſu, quia tanquam bona nullius quæ occupantur, vel vt res habitæ pro derelicto. Tamen 1545. die 7. Septembris pronuntiatum per Antonium *Minard* benè iudicatum, & mobilia Regi adiudicata, etiam *eſtans au Preſbytere de la Cure dans la haute Iuſtice de l'appellant, dont le defunct baſtard eſtoit Curé*, & ſic cenſebatur illic reſidere, licet alibi eſſet mortuus. Et iudicatum mobilia in hoc ſequi perſonam. Sed eſt arreſtum per fauorem latum.

Spurius potest legare & testari.

6. Nuper 1546. iudicatum per arestum quod etiam spurius potest legare & testari, nec hoc impedit fiscus.

Exemplis declarat quod articulus intelligitur de inhabilitate respectu totius lineæ, non autem si auctor non potuisset esse hæres vendentis, putà post eius mortem conceptus, 7. quia Dom. *le Clere* in sua camera dicit quod per arestum admissi sunt etiam postea concepti. Tamen contrà Tiraquell. fol. 68.

Concepti post vendicionem sunt incapaces recollus.

TITVLVS DECIMVS SEPTIMVS

DE SVBHASTATIONIBVS.

SVMMARIA.

1. *Expedit esse vnicam formam* de subhaster *in regno.*
2. Criées doiuent estre leuës en iugement pour estre certifiées.
3. *Delegati*, la Chambre des Comptes font criées.
4. *Remedia contra præscriptionem non debent prodesse iis qui solemnibus abutuntur.*
5. Criées *notificari debent in loco vbi debent fieri, & vbi est domicilium debitoris, & vtrobique* receuoir les encheres.

D Bartol. in l. licitatio, ideò non liberatur primus quia sub conditione emit, si supremus idoneus inueniatur, vt est de forma licitationis ad Alexand. *Cons.* 114. *vbi dixi nu.* 2. *lib.* 6.

Quando inter viduam & hæredes inuenitur quod domus communis conquæstus non potest commodè diuidi in duas partes, & sic æstimatur puta 600. l. per visitantes deductis oneribus, & licitatur quolibet admisso: & B. adiudicatur, potest benè consignare mediam partem, & hoc quandò non erat alia lis, nec aliæ res diuidendæ in discordia inter eos: aliàs secus, quia aliàs hæredes habent iustam causam requirendi, quod etiam ipsa vidua si illi adiudicata fuisset, prius totum pretium consignaret quam procederetur ad distributionem, quia debebat fortè remanere pars viduæ in compensatione aliorum prædiorum, etiam vidua *par prison* cogitur ponere titulos *deuers le Commissaire*: tamen fuit B. *condamné à mettre tout le prix auant que proceder à la distribution, dont il appelle, est dit nonobstant l'appel*, aliàs lapsis quindecim diebus rursus licitabitur, appellatio deseritur quia non releuatur; tamen B. consignat residuum pretij post tres menses, sed antequam sit citatus *en desertion* & quam petatur executio sententiæ, videtur quod purgauit moram, quia etiam non habebant minores iustam causam petendi totum consignari; dicere autem quod domus plus valet, & tunc pluris vendetur, nihil est, tùm quia per Bald. *l.* 1. *C. commod.* videtur comminatio super qua satis est quod non interuenit noua sententia declaratoria de præsenti; *depuis il a acquiescé & payé les despens. Et lettres d'adiournement il y auoit clause d'adiourner à la requeste du Procureur General du Roy prenant la cause pour son Substitut à La Cour sur l'amende*: Tamen *fut receu à acquiescer.* Certè licet hæredes sint minores, iusta fuit adiudicatio cum eorum tutore facta, & stare debet, saluo si ostenderent de læsione vltrà mediam.

Formam vnicam de subhaster esse in regno expedit.

1. Expedit in regno esse vnicam formam, vt numquam sit opus iudicem remotum sæpè per senatum interloqui, quod remittantur ad locum *pour estre certifiées*, etiam quando idem iudex viderat & dixerat quod procederetur ad adiudicationem, & assignauerat diem vendendi, & adiudicandi, iudicio discussionis facto, vt Blæsis, & licet per eius sententiam *en la Chambre du Conseil fut dit, le tout veu les criées estre bien & deuement faittes*, tamen *fut dit qu'elles seroient renuoyees pour à vn iour de plaids tenans*

Criées doiuent estre

2. *estre leues en iugement, & certifiées*, & hoc certè valet ad publicationem. Arestum *entre Coulubie & de Lieure* vlt. Ianuarij 1533.

Leuës en Iugement pour estre certifiées.

3. *La Chambre des Comptes fait bien faire des criées, & cognoist des oppositions*, sed remittit *au Preuost de Paris, ou Iuge du lieu pour adiuger le decret*, quia *c'est hors ligne de compte.* Aliàs etiam delegati, *& les requestes* adiudicant per decretum.

La Chambre des Comptes, les requestes du Palais, & delegati sont des criées.

4. *Contre six Procureurs du Chastelet qui ont* 700. *liu. de rente qui ne leur ont constè que* 4000. *l.* adeò mutuas operas præstant ad decipiendum. Ego dico quod talibus qui solemnibus fortè abutuntur, non debent remedia ciuilia, scilicet præscriptionem prodesse.

Remedia cõtrà præscriptionem non debent prodesse iis qui solemnibus abutuntur.

B *Comte de La Boisselle* tutor minorum *baille requeste au Iuge, pour auoir permission de vendre* feudum, permittitur contrà §. *non passim*, hoc fit per licitationem, & habet emptor *comme plus offrant*, sed non per formam hastarum; postea creditor emptoris *le fait mettre en criées* super emptore, & per formam hastarum adiudicatur tertio, à quo postea minores vindicant, *& de La saisie* & de decreto vltimo *appellent*, similiter à prima permissione; *&* 1518. *plaidant Chappes contre feu de Thou, tout cassé*, & benè, quia potuit fieri in fraudem, vt is qui contrà ius emit fecerat suprà se *crier & adiuger* ad fraudandum omnem recursum, dum interim durat minor ætas, maximè dum est tutor is qui non audebat se opponere.

C *Criées* pro reliquis & continuatione reditus 1484. *transaction* 1485. data terra pro reditu. Restitutio ad petitionem creditoris minoris, & totum cassatum per sententiam 1498. vnus vendit *vne des terres hypothequées, & qui auoient esté saisies & criées par la premiere criées.* Respondi transit cum vitio; sed quia *on l'a criée* super emptore, & adiudicatur actore priore se non opponente, certè videtur excluſus, quia amplius non erat minor. Sed hoc cessante licet creditori incipere *nouuelles criées.* Tamen puto quod emptor non potest tendere *afin de distraire*, quia tempore inchoatæ secundæ saisiæ non potuisset ad hoc tendere, si creditor voluisset resumere primam; tùm quia transactio resoluta ex capite nullitatis; tùm quia ex causa veteri, & sic nocet tertio. Sed certè saisia pignoris prætorij sublata, non redit ipso iure, ideò interim poterit tertius emptor qui tempore medio emerat tendere *afin de distraire*, etiamsi creditor velit resumere veteres criidas, quæ hunc fundum saisitum includebant; quia arestum non nocet tertio quantum ad possessionem & pignus prætorium semel sublatum, sed solum quoad ius hypothecæ vetus restitu-

Digitized by Google

tum, & ſic contrà hunc tertium diſcuſſione opus eſt, & ſatis eſt quod declaretur hypothecatum, pro tempore, & loco ſaiſiendo, diſtractione facta.

Nota quod dicitur *en criées que l'on fera vendre toute ma part par indivis*, & habebo pretium partis meæ *ſur l'encbere* contra poſteriores creditores. Verum eſt quando eſt vnus præcedens creditor, cui pars mea hypothecata eſt, qui niſi ei ſoluam, faceret partem meam vendi, aliàs non venderetur, ſed diſtraheretur. Idem *des oppoſans afin d'hypotheque d'eniction*, ſi enim eſt vnus prior creditor, faciunt vendi *ſans la charge*, *ſinon que la charge demeurera ſur le prix*, ſuper quo pretio prior erat habens hypothecam conditionalem, prior poſterioribus etiam priorem hypothecam habentibus, qui tenebuntur dare cautionem ſecuta euictione de reddendo vſque ad concurrentiam intereſſe.

Die Martis 7. Aprilis 1551. *au Conſeil* ſuper appellatione creditorum *de Paris* à decreto interpoſito Meldis de terra ibi ſita, vi obligationis *du Preuoſt de Paris*, vbi manebat debitor qui vendiderat, & pro ſecuritate venditor ſe obligat *deuant Notaires de Paris* ad ſummam, cuius virtute facto præcepto fiunt *les criées à Meaux* vbi adiudicatur, creditores ſcientes *appellant*. Certè debent certificari, non ſolum vbi res eſt ſita vti debet fieri, ſed etiam vbi domicilium debitoris, & vtrobique *receuoir les encheres*.

§. CLXXXVII.

PAr ledit vſage & ſtile de la Preuoſté & Vicomté de Paris, auant qu'aucunes criées faites par leſdites quatorzaines anciennes d'aucunes terres & Seigneuries & fiefs aſſis en ladite Ville Preuoſté & Vicomté de Paris ſoient tenuës & reputées bonnes & valables, il conuient & eſt requis que prealablement les terres, Seigneuries & fiefs aſſis en ladite Ville, Preuoſté, & Vicomté de Paris ſoient pris, ſaiſis, & arreſtez, & mis en la main de Iuſtice, & que la main miſe ſoit faicte ſur les principaux manoirs de chacun deſdits fiefs, terres, & Seigneuries.

SVMMARIA.

1. *Sumptus* de criées quels ſont.
2. *Officia vendibilia* en criées, *& ea in quibus eſt induſtria non niſi in ſubſidium.*
3. *Licitatio domus intrà cohæredes, vel proprietarios, etiamſi extranei fuerint admiſſi, differt* à criées.
4. *Laudimia de licitatione inter cohæredes non debentur.*
5. *Laudimia non debentur* de partage.
6. *Opponens* ſe à des criées *conſeruat ius creditorum ſuorum.*
7. *Qui non ſe opponit decreto, excluditur & ſui creditores.*
8. *Opponens ad finem diſtrahendi, non tenetur appellare* de la ſaiſie.

Sumptus de criées qui ſunt?

1 NOta *es frais de criées* computantur ſumptus *par celuy qui a ſaiſi* ſumptus per illum qui citare fecit hæredem proprietarij *pour voir adiuger*.

Officia vendibilia *en criées*, & ea in quibus eſt induſtria nõ niſi in ſubſidium.

2. *L'office de Concierge de la Tour de Chartres, office de Geolier & Sergent Royal*, & omnia officia vendibilia *en criees*. Dico tamen quod officia in quibus induſtria, non niſi in ſubſidium.

Licitatio domus intra cohæredes vel proprietarios, etiamſi extranei fuerint admiſſi differt de criée.

3. Domus communis inter quatuor hæredes, duo maſculi: vna filia nupta acquiſiuit partem ſororis: vnus fratrum 1532. *met en procez afin de partage*, dicitur quod diuideretur ſi queat, aliàs licitabitur: eſt viſitata, refertur quod non poteſt commodè diuidi ſine damno per totum, ſed quod expedit licitare, & ad hunc finem *l'eſtiment* 213. *liu. eſt licitée au parquet du Chaſtelet, & affiches attachées à la maiſon, & aux coins des rües & ailleurs; ſont encheres*, non ſolum per cohæredes, ſed etiam per extraneos, tandem *demeure à ladite ſœur deffendreſſe comme plus offrante*: ſed quid duo illi fratres qui receperunt partes ſuas pretij *de l'enchere*, loco *de partage* 4. de quo non debentur laudimia, habent filios qui ſi non ſunt hæredes habent doarium maternum, pro quo nullus ſe oppoſuit, an ſint excluſi? Reſpondi quod non, etiamſi aliàs per veras ſubhaſtationes excluderentur, quia iſtæ non ſunt huiuſmodi, nec ſunt prorſus ſolemnes, tùm quia *n'y a ſaiſie*, tùm quia *n'y a eu Commiſſaires*, tùm *qu'il n'y a eu proclamation à iour de marché* per præconem *par les quatre quatorzaines*: ſed videtur voluntaria, non ſolemnis licitatio, niſi in quantum diuiſio eſt neceſſaria: Tùm quia emptrix quæ erat ſoror, ſciebat, vel ſcire debebat iura nepotum *audit doüaire*, ſed nonne poteſt diuidi *au preiudice du doüaire?* videtur quod non, quia

Laudimia nõ debentur de licitatione inter cohæredes.

A non nocetur fructuariis *D. de vſu & vſufr. per legat. vel fideicom. dat.* Imò quia hîc proprietas, ideo dico quod ſicut filij tenentur acceptare hæredium ſubrogatum *par partage*, ita tenentur acceptare pecuniam datam patri loco partis ex hac cauſa neceſſaria, ſed contra quem habent actionem, an contrà empticem? videtur quod non, quia dat ſuam pecuniam quæ repræſentat domum. Et ſatis eſt quod etiamſi non ſint hæredes, tamen pater debet rem ſuam ſeruare, & ſic etiam hypotheca eſt reſoluta, ſed certè imò ius diuidendi eſt prius d. hypotheca, & ſic iure communi ex natura diuiſionis ſublata. ſed quid nonnè amita eſt in culpa, quia debebat curare vt ea pecunia ſeruaretur minoribus filiis? imò non debet curare, quia non poſſet mori ante patrem, nec eſt præſumendum quod fructuarius ſit non ſoluendo tempore mortis, & ſic non eſt in culpa apparenti ſicut imputabili Ad ſummum pater B vendiderat quædam ſua prædia ante dictum decretum, numquid ſunt hypothecata *à la garentie*? Reſpondi quod ſic, in quantum locus ei quæſitus eſſet, quia decretum non minorem portabit hypothecam, quam contractus notarij. Sed quid quia poſterior, hoc enim clarum eſt de venditis poſt decretum: ſed de venditis antè non tenetur vllo modo.

La terre eſt criée, gener *s'oppoſe afin de diſtraire* mediam, poſteà etiam antè ſententiam *de diſtraction aux Requeſtes conſent* totum vendi & renuntiat exceptioni. Reſpondi non eſſe totum, quia non eſt cridatum ſuper genero, ſed ſuper patre, & ſic pars patris tantum, & creditores generi nihil ad ſe pertinere putant; ergò oportet nouas cridas facere pro parte generi, etiamſi gener non poſ-

Opponens ſe à criées conſeruat ius creditorum ſuorum.

Digitized by Google

Il debat 6. Ex quo ſemel ſe oppoſuit, & ius creditorum ſuorum conſeruans, cui iuri non poteſt amplius renunciare: ſecùs ſi nec poſſideret, nec ſe oppoſuiſſet, quia ipſe, & creditores ſui eſſent excluſi 7.

Qui non opponit ſe decreto excluditur & ſui creditores.

Archambault s'oppoſe aux criées ſimpliciter; poſtea creditor *demande les Commiſſaires ioyſſans*; *Archambault* impedit dicens ſe poſſeſſorem; creditor replicat quod *Archambault* non eſt opponens *à la ſaiſie*, ſed tantum *aux criees*, & ſic quod non poteſt impedire ſequeſtrum, quia cenſetur tantum opponens *pour vne debte*, quia *l'oppoſant aux criees eſt oppoſant à la conſeruation d'icelles*, ita quod per arreſtum *fut debouté & dit que tout ſeroit ſaiſi*, vt narrabat *Chapes* qui dicit ſuum inuentum, & quod *Chartier* dicebat ſe numquam vidiſſe. Sed ego dico eſſe fatuum arreſtum, quia iudicis & ordo iudicij non eſt vt quis de nouo acquirat, ſed vt conſeruet & recuperet malè alienatum, ideò non neceſſe eſt vti formis ad ius nouum acquirendum, tùm oppoſitio incerta poteſt æquè declarari ad finem diſtrahendi, vt ad finem debiti, nec opponens ſe ad finem diſtrahendi tenetur appellare *de la ſaiſie*, ſed ſufficit ſe opponere, & friuolum eſt exigere vt appellet, & conuertat *en oppoſition*, cum ſufficiat oppoſitio. Eſſet nedum ponere legum verba, ſed nouum eis dare ſenſum, neque lege, neque ſtatuto, neque communi vſu vulgi probatum, ad decipiendum etiam peritos, non aduertendo ad hanc occultam captiunculam.

Quid ergò poſt decretum interpoſitum nonnè poſſeſſor poteſt ſe ſimpliciter opponere ad finem diſtrahendi? Reſpondi ſic, nec neceſſe habet appellare 8. *de La ſaiſie generale*, ex quo benè poſſedit cum effectu putà colono facto Commiſſario. Tamen conſuluit *de Marillac* quendam, vt contrà arreſtum decreti magni Conſilij facilius veniret *à prendre lettres pour le receuoir appellant de la ſaiſie, & conuertir en oppoſition*, & ſic *faire declarer la ſaiſie tortionnaire & renoquer tout ce qui s'en eſt enſuiny*.

Opponens ad finem diſtrahendi non tenetur appellare *de ſaiſie*.

Nota *que ſi les Commiſſaires ont adiuellement ioüy*: tamen, ſi qui erat dominus erat abſens, vel minor debet audiri *affin de diſtraire*, & quo ſuper eo non fuit crida, & ſi creditor erat de lucro, & iſte habet iuſtam cauſam ignorandi.

§. CLXXXVIII.

PAr ledit vſage & ſtile, quand aucunes terres, Seigneuries & fiefs ſont ſaiſis, & mis en la main du Roy noſtre Sire, & en criées, il conuient, & eſt requis que leſdites terres, Seigneuries & fiefs criez ſoient nommez & declarez en la premiere deſdites criées, & premier rapport fait d'icelles, auec les lieux où leſdites terres, Seigneuries & fiefs ſont aſſis, ou autrement telles criées ſont defectiues.

OMiſſa forma nullæ. Alexand. *Conſil.* 212. *lib.* 6.

CRIEES. Fit diſtractio erronea *du manoir*, prætexta ſeruitutis, & ſic reſiduum venditur *par decret*. Emptor, qui ſub Commiſſario tenuerat, ingreditur, vocato per tubam debitore abſente, *& met ſon argent*, vel fingit *és mains du Commiſſaire, & ioüyt par an & demy*, rediens debitor appellat *de la ſentence de diſtraction, & decret, & de ce qui s'en eſt enſuiny*, & in Curia *requeſte à ce qu'il y ait Commiſſ. Reſpondit Chartier* quod erat iuſtum *par l'ordonnance*, ex quo *l'appel* ſuſpendit iudicatum. Ego dixi quod erat iuſtum ex eo quod intimatus prius venit vt ſequeſter, & licet veriſimiliter ſcit nullitatem dictæ ſententiæ *de diſtraction* & decreti veriſimiliter exiſtentis, & quod pecunia non eſt diſtributa, & forſan non data, *& que les creanciers* adhęrent & conſentiunt pecuniam reddi intimato, aliàs non appellatio vera de iure communi, ſed admiſſa reſtitutio, & ſic interim ſtare deberet decretum.

§. CLXXXIX.

PAr ladite couſtume chacun eſt receu à ſoy oppoſer aux criées d'aucuns heritages criez & ſubhaſtez par les quatorzaines anciennes, à la requeſte d'aucun, iuſques à ce que ledit decret ſoit leué & ſcellé.

SVMMARIA.

1. *Diſcuſſio non fit niſi poſt decretum.*
2. *Adiudicatione facta non amplius admittitur licitator, ſed tantum opponens.*
3. *Veri opponentes* aux criées *ſunt qui eas impediunt.*
4. *Minor qui non habet tutorem, nec curatorem, an poſſit appellare à decreto.*
5. *Diſtractio* des criées à la charge de l'hypotheque.
6. *Creditore ſaiſiente ceſſante, poteſt vnus opponentium ſubrogari.*

Diſcuſſio non fit niſi poſt decretum.

OPPOSER. Scilicet *en Chaſtelet*, quia non fit diſcuſſio 1. niſi poſt decretum: ſed in Curia non licet amplius opponere poſt iudicium; ſed tamen licet *encherir*, ſi ſit reſeruatum in areſto, ſed non poſt tẽpus reſeruationis: putà 15. dierum, licet nondum ſit ſcellé. Similiter *au Chaſtelet de Paris*, ſi eſt facta adiudicatio ſimpliciter, 2. videtur quod non amplius admittitur licitator, ſed tantum opponens pro iure in omne, vſque ad leuationẽ decreti. Quid in Curia, quando iudicium diſcuſſionis non omnia diſcutit, ſed quædã tantum, & multa adhuc relinquit? Certè videtur quod omnia ferè eſſent nouanda ob nouũ opponentem. *Conſul. f.* 416.

Adiudicatione facta non amplius admittitur licitator, ſed tantum opponens.

Quidam tutor adiit hæreditatẽ, conſentiens domum vendi, quæ ſubhaſtata & adiudicata fuit, ſed vnus pater alienauerat iura ſubiecta dotio, & reliqua pro emptione hypothecauerat, ſui emptores putantes ſe tutos ab emptis contrà pupillum, quia hæredes non ſe oppoſuerunt venditioni domus; quia ven-

Digitized by Google

vendebatur ſuper pupillo tanquam hærede, qui tunc reſtitutus vendicat doarium, vtrum illi poſſint reſtitui contra decretum? Reſpondi non, ſed ſtare debet *l. ex contractu D. de re. iudic.* potuiſſent tamen ſe opponere ad conſeruationem iuris, caſu, quo reſtitueretur pupillus, quod non videtur omnino conſeruatiuum; quia iure communi, non ſola Principis gratia datur. *l. 4. de aliment.* Sed hi per legem finalem *C. de iure deliber.* poterunt condicere à poſterioribus creditoribus quibus tutor ſoluit, vel à tutore repetere, ſi prior es ſe habet, vel à pupillo, ſi aliàs in eius commodum verſum, vel fortè in debito ſpeciali fauore libertatis, vel hoc ſpeciale potius, quia etiam abſentes, & qui non ſunt in culpa, excluduntur etiam habentes ius conditionale, ſi ſe non opponant.

Vidi Blæſis *en prononçant la ſentence de diſtraction* & quod venderetur, aliquos ſe opponere, & excludi; quia iudex erat paratus proferre ſententiam diſcuſſionis, quod fecit: ibi *y auoit pluſieurs charges* in ſententia *pour debtes* ſemel, *pour rentes non rachetables & rachetables, eſt adiugé à l'enchere à cent cinquante liures luy auons vendu & adiugée par decret à ladite ſomme de cent cinquante liures, & aux charges contenuës en ladite ſentence de l'ordre deſdites criées, laquelle ſomme il ſera tenu conſigner* intrà octo dies. Quæritur an intelligatur quod debet ſatisfacere omnibus opponentibus, quod domum excedit, an verò tantum reditibus? Et certè puto quod omnibus opponentibus (niſi aliud dicat) quia aliàs non teneretur ſoluere *les frais des criées* niſi de dicta ſumma, quod tamen contrarium fieri vidi *par le retrayant* quod ſeorſim ſoluuntur, & ſic dicta ſumma eſt vltrà omnia onera, ex quo ſimpliciter *il eſt encheri à ladite ſomme* poſt vſum iudicum & formam expoſitionis & venditionis.

1522. *Pourſuiuies les criees de la maiſon de Brienne en la rue de Ioüy à la requeſte de Maiſtre Michel Chartier:* pauperes *de Montaigu ſubrogez à la pourſuiste* 1524. & indè ſilentium 1532. *à la requeſte d'autre creancier, qui eſt le gendre de Leuy de Touteuille, Dame de Brienne & de ladite maiſon, pour les deniers du dot de ſa femme, ſont faites nouuelles criees certifiées au Chaſtelet de Paris, euoquées à la Cour & par defaut* contra proprietarium, *eſt dit par Arreſt que le decret ſeroit adiugé à la charge du deub du pourſuiuant, il y a affiches es lieux accouſtumez, nul n'eſt encherifſeur que le pourſuiuant, luy eſt adiugé* pro debito.

1542. Poſt decretum adiudicatum, *deuant qu'il ſoit leue & ſeellé* pauperes habent *lettres Royaux, pour eſtre receus à oppoſition du droict* quod prius proſecuti erant *de rente.* obijcitur decretum vltimum & quod in Curia æquipollet *le Iugement de diſcuſſion à l'Arreſt d'adiudication*, licet ſint nulli opponentes, & quod ſunt alia bona debitoris vnde pauperes poſſunt habere ſuum reditum, & ita etiam concluſerunt *les gens du Roy*, ſaluo quod in ſubſidium *s'en rapportoient à la Cour*, die vltimo Decembris 1545. Domus pro pauperibus, *Regnier* pro reo.

1545. Latum iniquum arreſtum ſuper incidente *de criees*, proſequens petiit vt pendente diſcuſſione omnium opponentium, (qui omnes volebant mutuo ſe excludere de poſſeſſione) res adiudicaretur, quia agebant *afin de diſcuter* ſuum ius hypothecæ, proprietarius impediebat, quia interim res poterat augeri, & etiam fructus ſemper ſibi prodeſſent, & omnibus aliis opponentibus, & interim pretium eſſet otioſum, licet conſignatum adhuc parum tutum ob inſtans bellum, & ob ſumptus in recuperando ab actuariis, & ſic quod proderat opponentibus, ſed magis nocebat, nec debebat cum huiuſmodi damno fieri: per arreſtum quod infrà duos menſes debitor faceret decidi omnes appſitiones, aliàs adiudicaretur, & pretium conſignaretur. Reſpondi peſſimè iudicatum in hoc vltimo, attento quod nullum erat debitum liquidum, ſaltem ipſius actoris debitum erat ab aliis controuerſum, & ſi quædam erant liquida, non exigebant, nec conſtabat opponentes ſuſcitatos fraude debitoris.

Quidam dicunt hunc articulum ſolum intelligi quando *afin de debtes pour auoir diſtribution de deniers*, ſed falſum eſt & iniquum, quia ſimpliciter loquitur, ideò debet intelligi etiamſi in finem *de diſtraire*. etiamſi interim fuerint commiſſarij, imò ſi ſemel iudicium diſcuſſionis factum *Areſt. fol. 202. in fine.* Sed non facto eo iudicio omnino admittuntur, quia veri opponentes ſ. *aux criees* ſunt qui eas impediunt, & ſic qui ſe opponunt *afin de diſtraire.* Veri opponentes *aux criees* ſunt qui eas impediunt.

Creditor *de Poiſſon* ibi fecit *mettre en criées* ſine diſcuſſione immobile debitoris ibi ſitum, contra debitore morante Turonis, vbi non tenetur eum diſcutere. Creditor manens Turonis in vim hypothecæ ſe opponit, diſcuſſione non facta, quæritur in terminis iuris an poſſit? Dico quod ſic, ſed ad ſimpliciter declaratiuum tantum, diſcuſſione prius facta, ſed ergo nunquam vendetur iuſto pretio, quia volentes emere timebunt quid contingat poſt diſcuſſionem. Similiter ſi quis ſe opponat ex hypotheca, quia iſte fideiuſſit pro alio nondum diſcuſſo, nec beneficio diſcuſſionis renunciatum eſt.

Vulgo dicunt procuratores *qu'on ne peut encherir ſinon à la charge du fief, & du cens; & frais de criées, & que tout le reſte eſt en deniers:* ſed falſum eſt, quia ſicut oportet diſtraire alienas, vel ſeruitutes certas, ita *à la charge des procez* debitorum. *& auſſi que les procez ne peuuent eſtre trop vuidez*, & propterea *à la charge des non rachetables*, & eſt ſpecies diſcuſſionis, quod eſt verum reſpectu poſterioris creditoris, quia prior poteſt facere totum vendere contra poſteriores, vtque relinquantur ſuper denariis *de la vente ſelon leur ordre.*

4. Facto decreto ſuper poſſeſſore venit minor qui ſe dicit dominum, ideò appellat, quia non habebat tutorem, nec curatorem, & indefenſus modò vult vindicare, an debeat? Audiui *que les gens du Roy firent* in diſcordia die 11. Martis 1547. Minor qui non habet tutorem, vel curatorem, an poſſit appellare à decreto.

5. *En Chaſtelet* ſi creditor *de dix liures de rente* facit *mettre en criees*, tertius *s'oppoſe afin de diſtraire* mediam tanquam poſſeſſor, tamen poſt hypothecam creditoris ibi, dicitur ſtatim *que cela eſt diſtrait des criées à la charge de l'hypotheque*; ſed quod contra ſeruant *aux Requeſtes*, & quod ſtatim quod vident opponentem *afin de diſtraire* habere ius poſterius, ſtatuunt *que tout ſera crié & adiugé*: ſed certè malè, quia iuſtior eſt ſtilus Caſtelleti, qui tamen debet ſanè intelligi, ſcilicet niſi velit actor tantiſper expectare interim, dum oſtendet titulum eſſe fictum, alias omnino debet priùs diſcutere. Nec obſtat quod iſte tertius eſt primo perſonaliter ſine diſcuſſione obligatus, quia verum eſt per viam actionis prætenſæ, ſed non per viam executionis, ideò oportet remitti ad iudicem ad menſem; & ſic ſtilus Requeſtarum iniuſtus. Quid ergo de vero qui hypothecauit ſolus *ſon conqueſt*, poſteà ſoluto matrimonio hæredes mulieris habent mediam, creditor *faict tout crier*, hæredes vxoris impediunt, *& tendent afin de diſtraire* mediam? certè audiri debent contradictorio iudicio, quia habere debent defenſiones, ſed quia veriſimile eſt quod in fraudem, debet iudex ſtatuere valdè prompte: ſed ſi appellant, totum impeditur quantum ad eorum partem; ideò debet creditor facere contra eos ſummariè obtinere executorium, & ſic erunt eodem tempore excluſi *de leur fin de diſtraire.* Quid detentor conuentus à dicto creditore renunciat fundo, tunc creditor tenetur computare in ſolutum erga principalem, & ſi ſunt alia prædia debet rem ſibi relictam facere cridari, vt ſciatur quanti valet, vt de reſiduo Diſtraction des criees à la charge de l'hypotheque.

contra debitorem agat, nonnè ergo tenebitur creditor diuidere reditum? Respondi non, sed accipiet in solutum, reliquum autem dare poterit debitori, si malit partem redemptionis recipere; quemadmodum si vendere faceret prædium quod non sufficeret ad redemptionem, reliquum dare poterit debitori.

Creditore faciente cessante, potest vnus opponentium subrogari.

Principali cessante potest vnus opponentium subrogari qui habet ius executiuum & liquidum, secùs in eo qui tantum ad conseruandum hypothecam se opponit, vt discussione facta contra venditorem veniat ad istum super quo subhastatur. Item secus in opponente ex debito conditionali, & hoc dummodo reus posterior consentiat iuris declinatorio. Ita *Françoise Antoin* vidua do. *Thibault* contra *Iean Preuost* qui coram Præside simulauit, quia discussio esset benè facta. Secùs in Curia vbi non admittuntur opponentes *apres le iugement de discussion*: ratio differentiæ est quod in Castelleto fit discussio ante decretum, & sic celerius expediuntur criдæ, ideo ibi diutius durat tempus opponendi, & licet procuratores soleant inter se passare apponctamentum discussionis inter prosequentem, reum proprietarium, & opponentes, tamen illud non est iudicium discussionis, sed mera formalitas facti discussiui absque examinatione iurium, nec illi acquiescunt opponentes nisi volentes, qui autem contradicunt volentes esse potiores alij aliis non propterea supersedetur in adiudicatione, sed adiudicatur decretum, & emptor cogitur consignare pretium *en Iustice*, & tunc quamdiu volunt suam controuersiam discutiunt opponentes super distributione pretij; in Curia autem discutiuntur prius iura opponentium, & super eorum ordine iudicatur, ideò post tale iudicium noui opponentes non audiuntur, tùm quia satis durauerunt criдæ, tùm quia opus esset nouas semper discussionis iudicia facere.

§. CXC.

PAr ledit vſage & ſtile, quand aucuns heritages appartenans à aucun proprietaire ſont mis en criées par les quatre quatorzaines anciennes accouſtumées, l'on ne peut valablement proceder par l'adjudication du decret d'iceux heritages pluſtoſt & iuſques à ce que tel proprietaire & poſſeſſeur ſoit adiourné à ſa perſonne ſuffiſamment, preſens teſmoins, pour voir bailler le decret d'iceux heritages, ou iceux voir eſtre adiugez par decret.

QVod proclamata non nocent abſentibus & minoribus. Alexand. *conſil.* 31. *lib.* 5.

Nota quod ſolemnitas huius paragraphi, quia non concernit niſi intereſſe domini, non poteſt allegari per actorem. fac. notat. Alex. *conſil.* 184. *num.* 10. *lib.* 6. ſecus de defectibus §. 187. & 188. *ſupra eodem*, quia poſſunt per quoſcumque opponentes opponi qui volunt admitti ad oppoſitionem, quia factum vt melius ſciant & veniant ad ſe opponendum. Alias per arreſtum quod minor informaret de minoritate & de abſentia.

TITVLVS DECIMVSOCTAVVS

DE CÆTERIS ARTICVLIS CONSVETVDINARIIS.

§. CXCI.

PAR la Couſtume de la Ville, Preuoſté & Vicomté de Paris ſi aucun a pris à cens, ou rente pour certain prix par chacun an, il peut renoncer en Iugement partie preſente, ou appellée, en payant tous les arrerages paſſez, & le terme enſuiuant; iaçoit ce que par lettres il euſt promis payer ladite rente & obligé tous ſes biens, & s'entend telle promeſſe tant qu'il ſera proprietaire: ſi ainſi n'eſt que par les lettres d'acenſement il euſt promis mettre aucun amendement, ce qu'il n'euſt faict, ou qu'il euſt promis fournir & faire valoir ladite rente, & à ce obligé tous ſes biens, en laiſſant touresfois l'heritage en auſſi bon eſtat & valeur qu'il eſtoit au temps de la priſée.

SVMMARIA.

1. *Is cui impleta eſt promiſſio non poteſt pœnitere.*
2. *Emptor & poſſeſſor obligatus eſt ipſo iure.*
3. *Debitor reditus vendens prædium etiam* à la charge de la rente, *remanet obligatus.*
4. *Reditus habetur pars fundi abuſiuè.*

Is cui impleta eſt promiſſio, non poteſt pœnitere.

1. EN IVGEMENT.] Ergo ſi extra iudicium *le rentier* renunciet & proijciat domino non acceptanti ſuas litteras aut claues, non liberatur, ſed ſemper vt prius tenetur, quia non eſt licitum illi cui eſt impletum, pœnitere. *l. ſicut C. de act. & obligat.* fallit in caſu huius articuli qui non debet extendi.

Emptor & poſſeſſor eſt obligatus ipſo iure.

2. ET S'ENTEND TELLE PROMESSE] videlicet inferendum quod emphyteuta vendens, etiam domino non requiſito, (quod poteſt apud nos tantummodo) non tenetur ad reditum, & deſinit eſſe

Digitized by Google

obligatus, & hoc eſt rationabile, quia ſatis eſt perſonaliter ipſo iure obligatus emptor & poſſeſſor, & verum puto.

Debitori reditus vendens prædium eti ã *à la charge de la rente* remanet obligatus.

3. Quid *ſi le rentier a promis fournir & faire valoir la rente de l'heritage prin & obligé tous ſes biens*, poſteà vendit alij, an deſinit eſſe obligatus eo ipſo quia deſinit eſſe proprietarius? Videtur quod non per limitationem ſequentem. Sed contra videtur æquius dicendum ſi vendidit emptori qui eſt ſoluendo, *& d'meſme charge de faire fournir & faire valoir*. Idem puto dicendum quando cœperat ad onus etiam certæ reparationis vt liberetur à reparatione & futuro reditu vendendo ad illud onus emptori ſoluendo. Certè ſicut *la priſe principale & promeſſe de payer* habet tacitam conditionem quandiu capiens erit proprietarius, ita ineſt illa conditio cuilibet clauſulæ contractus, niſi contrarium ſit expreſſum: tum quia eſt ſimpliciter permiſſum alij vendere *& ceder ſon bail*, ergo intelligitur cum omnibus clauſulis illius; tum quia eodem modo & eiſdem remediis poterit dominus cogere emptorem quibus ipſum primum capientem: ſi enim emptor quouiſmodo non eſſet ſoluendo, vel aliàs dominus haberet damnum, tunc ſi venditio non fuerit facta de conſenſu, & approbatione domini, habet primum capientem, qua tunc primus capiens non ſeruat fidem, quam tenetur ſeruare per ſe, ſaltem per alium.

Quid de eo qui vendidit & conſtituit reditum ſpecialiter ſuper certo ſuo prædio, an ſi deſinit eſſe proprietarius, deſinit eſſe obligatus? Videtur item quod ſic, quia talis reditus videtur pars fundi, ſeu fundus per ſe intelligibilis, quia pro eo debentur domino laudimia, & proximior poteſt retrahere, & in cæteris A etiam de eo vt *d'vn propre heritage immeuble* iudicatur. Contrà videtur, quia hoc caſu primariò perſona obligatur, & ſecundario res per hypothecam ad ſecuritatem creditoris priuilegiatam. Sed in caſu præcedenti alia eſt ratio; ibi perſona eſt obligata propter rem, & in conſequentiam rei: hic autem res eſt obligata propter perſonam. Non obſtat quod talis reditus habetur pars fundi 4. quia non eſt verum propriè, ſed abuſiuè, ſeu impropriè, & non procedit niſi quoad caſus habentes identitatem ſeu æquipollentiam rationis: hîc ergo ſecus quoad hunc caſum ex quo diuerſa videtur eſſe, & hoc verius puto: poſſet tamen prædicta pars procedere in tertio qui emiſſet dictum prædium, qui tenetur tanquam proprietarius & poſſeſſor: quia ibi perſona non eſt obligata niſi propter rem; ideo ille perſonaliter amodò non tenetur, quod dico B procedere etiamſi tum *il en euſt paſſé le tiltre nouueau*, quia in illo ſubintelligitur hæc clauſula quamdiu erit proprietarius & poſſeſſor, quæ etiam communiter ſolet exponi.

Reditus habetur pars fundi abuſiuè ſeu impropriè.

Quid in fine articuli? ſi hi velint offerre domino intereſſe reparationis aut alterius non factæ, puto non audiendos, tùm quia non eſt merum factum, ideò non ſuccedit in intereſſe, tùm quia fallentia huius articuli non debet extendi.

Et etiam hoc caſu dico non eſſe locum huic articulo, quia non poterit facere quod res obligata pro reditu liberetur. text. *in l. creditor ſi cert. petat.* Etiam extenditur inter caſum conſuetudinis & iſtum ▮ reddit rem & fundum quem accepit, hic autem non reddit rem, nec pecuniam quam recepit, & valdè decepit creditorem.

§. CXCII.

PAR priuilege vſité quiconque eſt bourgeois demeurant & habitant à Paris, & par an & iour y a demeuré, il peut vſer & proceder par la voye d'arreſt ſur les biens de ſes debteurs forains trouuez en icelle Ville; poſé qu'il n'y euſt obligation ne cedulle.

SVMMARIA.

1. *In ſimplici arreſto ſufficit dare cautionem de rebus arreſtatis.*
2. *Perſona debitoris non poteſt arreſtari ſub prætextu priuilegij ciuis Pariſienſis.*
3. *Debitor non debet exui veſtibus neceſſariis corpori.*
4. *Debitor ſaiſitus non perdit priuilegium in principali.*

In ſimplici arreſto ſufficit dare cautionem de rebus arreſtatis. Perſona debitoris non poteſt arreſtari ſub prætextu priuilegii ciuis Pariſienſis. Debitor non debet exui veſtibus neceſſariis corpori.

PAR AN] hoc non eſt neceſſe ſi conſtat de deſtinato notabili domicilio. Sed in dubio annus faceret præſumptionem.

1. Sed *l'oppoſant ou ſaiſi aura deliurance ou mainlevée en baillant caution dans la Ville de Paris* (puto etiam *es Fauxbourgs ou dans la Preuoſté* arbitrio boni viri) nec opus dare cautionē de prætenſo debito; ſed ſolū de rebus arreſtatis: nec poteſt perſona 2. arreſtari, nec etiam 3. exui veſtibus neceſſariis corpori: & eligendo domicilium *en la Ville de Paris*, ſed certè fuerit ſatis eligere domicilium *es Fauxbourgs ou dans la Preuoſté*; itavt poſſit *deuant le Preuoſt* conueniri. Sed an reus ob id perdat priuilegium 4. fori in principali? Puto quod non, ſed ſolum ſuper validitate arreſti *des choſes ſaiſies, & pour valeur* tenetur litigare Pariſiis; vel illi fideiuſſorem de illo valore tantum eo loci conuenibilem relinquere abſque renunciatione diſcuſſionis, quia ſatis eſt quod interim reus ſtet iuri coram iudice ſuo. Et hoc genus impedimenti ſatis eſt, vt ſine magno periculo poſſint debitores cogi ſatisfacere. Vide *celuy de Bourges par Boucherat* 1547. *num.* 56.

Debitor ſaiſitus nō perdit priuilegium fori in principali.

§. CXCIII.

DEſpens d'hoſtelages liurez par hoſtes à pelerins ou à leurs cheuaux ſont priuilegiez, & viennent à preferer auant tout autre ſur les biens & cheuaux hoſtelez, & les peut l'hoſtelier retenir iuſques à payement, & ſi aucun autre creancier les vouloit enleuer, l'hoſtelier a iuſte cauſe de ſoy y oppoſer.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

2. *Hoc priuilegium* d'hoſtelier *non habet locum pro impenſis ſuperfluis, nec ſi dederit locum ludis vetitis.*

APREFERER] facit *l. interdum D. qui pot. in pign. hab.* quæ eſt vera ratio huius paragraphi: vnde ſi eſſent impenſæ valdè ſuperfluæ non venirent, quia ſunt contra bonos mores, nec eis fauendum eſt; imò magis indè puniendum, & præſertim ſi ſit lex ſumptuaria. Item fallit in eo qui præberet ludis vetitis.

---

§. CXCIV.

QVi vend aucune choſe mobiliaire ſans iour, ſans terme, eſperant d'en eſtre payé promptement, il peut ſa choſe pourſuiure en quelque lieu qu'elle ſoit tranſportée pour en eſtre payé du prix qu'il l'a venduë.

§. CXCV.

VN reſpit ne peut auoir lieu contre le deub d'aucun à luy adiugé par Sentence diffinitiue & contradictoire, loüage de maiſon, arrerages de rentes, moiſſon de grains, debtes de mineurs contractées auec les mineurs, ou leurs tuteurs, durant leur minorité.

SVMMARIA.

1. *Difficultate oriente ex iuſta cauſa* reſpit peut auoir lieu.
2. Reſpit *non impedit executionem ſententiæ.*
3. *Appellans ineptè non debet eſſe melioris conditionis quam iuſtè acquieſcens.*
4. Reſpit *ceſſat tempore ſoluendi dato elapſo.*

Reſpit peut auoir lieu difficultate oriente ex iuſta cauſa.

TRaſſat. *vſurar. quæſt.* 82. *poteſt renunciari. conſil.* 95. §. 4.

Damna fortuita. facit *l. quod mihi D. de reb. credit. ſi cert. pet.* & ibi Alexand. 1. Quando difficultas oritur à iuſta cauſa, *in auth. de æqualit. dot. cap. illud quoque ſancire coll.* 7.

MOISSON] *traſſ. vſurar. quæſt.* 21. *& quæſtione* 23.

Adde notata ad Decium *lib.* 1. *num.* 27. *contra Decium ſi certum petat.* §. *ſi non obſeruatur ex delicto.*

Reſpit nõ impedit executionem ſententiæ.

Quid de ſententia *que l'execution ſera faite & parfaite non par defaux*, ſed partibus auditis? Reſpondi aut fuit diſcuſſum ſolum ſuper formula executionis, vel alia cauſa, & non impedit *le reſpit* 2. multominus impeditur per ſententiam *de garniſon*, & per arreſtum adiudicatum: ſed ſi negatum eſt debitum, & ſuper eo contradictoriè cauſa cognita iudicatum, ceſſat *le reſpit*. Quid ſi appellatum à ſententia, ſed quia non excedit *dix liures* petitur execui *nonobſtant*, an ſit locus huic reſcripto? Puto quod ſic, quia nondum eſt diffinitiua. Sed ergo prouocabitur ad appellandum habens cauſam indiuiſam, & ineptè appellans 3. non debet eſſe melioris conditionis quam iuſtè acquieſcens ſententiæ, & hoc verius poſtquam ſemel debitum recognouerit & contradictoriam ſententiam expectauit. Quid ſi videns eum in vltimis acquieſcit præſentans *vn reſpit* pro ſumma & expenſis & omni debito? Reſpondi ſi per dolum litigauerit non prodeſt, quia non debet iuuare dolоſum, vbi de dolo conſtat.

Appellans ineptè nõ debet eſſe melioris conditionis quam iuſtè acquieſcens.

Amplia etiamſi debitor eſt obligatus ſub garentigia cum termino ſoluendi dato, quia eo lapſo ceſſabit 4. *le reſpit*, & perdit priuilegium; quicquid veteres ſuperſtitioſi libri cantent.

Reſpit ceſſat tempore ſoluendi dato elapſo.

Quandoque iudex ex officio dat terminum.

---

§. CXCVI.

EN matiere de deſconfiture chacun creancier vient à contribution au ſol la liure ſur les biens meubles du debteur, & n'y a point de prerogatiue.

SVMMARIA.

1. Deſconfiture n'eſt receuable pour les deſpens d'execution.
2. *Nec pro debito* des foires de Champagne & Lyon, *nec contra fiſcum.*
3. *Iuris regulæ ceſſant* en deſconfiture & contribution.
4. *Hypotheca conuenta non excluditur.*
5. *Hypothecarius non æquatur hypothecario, niſi inter habentes hypothecam.*

Deſconfiture n'eſt receuable pour les deſpens d'execution.

I'NY A POINT DE PREROGATIVE] niſi *pour les deſpens de l'execution*, vt ſonant veteres libri, & benè.

EN MATIERE DE DESCONFITVRE] de ſimili ſtatutum Decius *conſilio* 5. *numero* 3. *in fine.*

2. Etiam

Nec pro debito *des foires de Champagne & de Lyon* nec contrà fiscum.

2. Etiam ob debitum *des foires de Champagne & de Lyon*, etiamsi fisco. Fallit fortè in principali.

Regula iuris cessant *in defensione & contributione.*

3. Et cessant iuris regulæ, quia non possunt seruari, quod vnus totum habeat, alius totum perdat sine vlla spe remedij, & sic æquius est omnes ad contributionem vocari ex naturali iustitia, cessantibus hoc casu regulis positiuis.

Alias si sunt alia bona, libri antiqui sonant quod non debet fieri oppositio super mobilibus iam ab alio captis, nisi super residuo, primo satisfiente prius satisfacto.

Hypotheca conuenta an excludatur *in defensione.*

4. PRÆROGATIVE. An ergo hypotheca conuenta excludatur? Videtur quod non, quia consuetudo satis operatur: primò secundum ius, secundò addendo derogationem priuilegiorum personalium: Tùm esset iniquum, vt vidi. Quidam creditor hypothecarius *fait saisir les viages des terres & les rentes* vxoris debitoris, vir bonis cedit, an prior ille creditor perdet hypothecam, & etiam pignus prætorium? Videtur iniustum in contrarium, quia ille qui citatus mutuatur fortè sub hypotheca est causa quod bona inueniantur, ergo non debet excludi per veterem hypothecam. At dices quod textus non tollit hypothecam 5. sed prioritatem hypothecæ inter habentes hypothecam tantum: non est iustum, nec congruit verbis & menti: sed magis congruit verbis & menti quod & hypotheca etiam prætoria tollatur. Sed nonnè iustum chirographarium æquari hypothecario? Respondi sic in veteribus prædiis, sed non in mobilibus, quæ magis obseruata sunt per vltimum chirographarium quam per veterem hypothecarium, & aliquando mobilia exonerantur sine onere hypothecæ.

Hypotheca tacita non æquatur hypothecario nisi inter habentes hypothecam.

§. CXCXVII.

LA connoissance & punition des delicts appartient au Iuge du domicile des delinquans, & non pas au Iuge où le delict a esté commis, quand il est requis par le Iuge du domicile, s'il n'y a cas priuilegié.

SVMMARIVM.

1. *Causæ continentia non debet diuidi.*

QVid si dicatur quod hoc est factum fauore inferiorum iudicum, vel dominorum huius Præsidiatus, & sic quod non debet prodesse forensibus. Vndè quod *vn de Montdidier* super suggestione testamenti scholaris mortui in hac vrbe non debeat remitti ad *Peronne* vbi habet domicilium, maximè quia hic sunt notarij simul personaliter, & quod continentia causæ non debet diuidi, quod saltem hoc casu verum est.

§. CXCVIII.

PAr ladite coustume qui confisque le corps il confisque les biens.

SVMMARIA.

1. *Hæc consuetudo est odiosa, nec habet locum in delegatis.*
2. Preuost des Marchands, *verisimiliter ignorat confiscationem nisi exprimat.*
3. *Damnatus per contumaciam eius hæredes admittuntur ad probandum innocentem viua voce.*
4. *Quandoque vtile fugere habenti iustam causam.*
5. *Pater & filius eadem persona censentur.*
6. *Dicitur* sans despens *quando quis litigat cum Rege.*

Hæc consuetudo in hoc articulo est odiosa nec habet locum in delegatis. *Preuost des Marschaux* verisimiliter ignorat confiscationem nisi exprimat. Damnatus per contumaciam hæredes eius admittuntur ad probandum innocentem viua voce. Fugere quâ donne vtile habenti iustam causam.

BEnedict. *fol.* 215. *col.* 2. quod tantum à suo territorio. Scilicet debitè & iustè, alias non. Corn. *cons.* 278. *lib.* 4. nec transit in rem iudicatam.

Arrest fol. 191. Dicebat Dom. *Bourgoin* quod non debet hæc consuetudo nisi de sententia ordinarij municipalis intelligi, non autem de sententia *du Preuost des Marchands*, qui verisimiliter. 2. ignorat nisi exprimat. Idem de delegatis quia odiosa est.

3. Tamen si per contumaciam, etiam post obitum admittuntur hæredes ad probandum innocentiam, vt *pour le sieur d'Armignac.*

4. Et sæpe vtile habenti iustam causam fugere, vt *de feu Poncher* qui strangulatus, & post eius hæredes verificauerunt innocentiam. *Celuy qui fonda les Celestins.*

Cancellarius solebat habere confiscationes *des fauxfaires du sceau*, scilicet *Poyetius qui fuit* vius, sed postea hoc est ablatum Cancellariis.

Frater occisi emancipat filium, facit eum hæredem & sic percipit interesse ciuile, tam suo, quam filij nomine. Respondi quod non potest, quia est quid in fraudem procuratum. 5. & pater & filius eadem persona reputantur, & debet offerre cito conqueri pro vna persona, & satis est.

Pater & filius eadem persona censentur.

Idem seruatur *à Clermont en Argonne dont le Duc de Lorraine est Seigneur, & qui est de l'Empire:* sed ibi spectant immobilia *au haut iusticier*, & mobilia *au Duc quant à ses hommes & Bourgeois* quos habet, etiam in terris *des hauts iusticiers*, ibi etiam *Iustice foncière.* Et ita iudicatum 1550. 16. Iunij, ibi etiam vt hîc (scilicet Lotharingiæ) quando quis litigat cum Procuratore Ducis semper dicitur *sans despens*, vt hîc cum Rege 6.

Dicitur *sans despens* quando quis litigat cum Rege.

Digitized by Google

§. CXCIX.

MArchands, gens de meſtier, & autres vendans leurs denrées & marchandiſes à deſtail, Medecins, Chirurgiens, Barbiers, Orfeures, Eſpiciers, Apothiquaires, Maſſons, Charpentiers, Laboureurs, Manouuriers, Seruiteurs, & autres mercenaires demeurans en la Ville, Banlieue, Preuoſté, & Vicomté de Paris, ne peuuent faire action, queſtion, ne demande de leurſdites denrées, & marchandiſes, ſalaires, & ſeruices apres trois ans paſſez deſdites denrées venduës, debitées, & liurées à deſtail, ouurages, labeurs, ſalaires, & ſeruices faits; fors & excepté celles qui ſeroient connuës par obligation, cedule, ou autrement deuëment.

Quid *d'vn Sergent* qui poſt tres annos quàm reddidit *les exploits* petit ſalarium? Reſpondi excludendum.

FINIS.



Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM
QVÆ IN HIS CAROLI MOLINÆI
COMMENTARIIS ÀD PARISIENSES
consuetudines habentur.

A

Absentiæ causa vt non fiat feudi præhensio, nisi aduersus tertium possessorem & occupatorem, Tit. 1 *Desfiefs*, §. 1 glos. 2. in verb. *Parsante d'hommes*, &c. nu. 4. & 5. fol. 85

Absolutio vel Relaxatio ex vna causa, vt nihil operetur, quantum ad aliam: Tit. 1. §. 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main mise*, nu. 39. f. 236

Abstentio & cessio vt differant. Tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 101. fol. 812

Abstinentis ab hæreditate portio quo iure accrescat cæteris cohæredibus, t. 1. §. 13 gl. 1 in verb. *Le fils aisné*, n. 29. fol. 462

Absurditas vt minus tolerabilis sit, quàm superfluitas, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verb. *Iouer de son fief*, nu. 17. fol. 1317

ab Absurdo argumentū, vt sit necessarium: vide *Argumentum*.

Absurdo per absurdum, vt non sit obuiandum, tit. 1. §. 45. glos. 1. in verb. *Le desaduoé*, nu. 13. fol. 1072

Abutens feudo vasallus vtrum eo priuetur, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verb. *Quidoit on le fief*, nu. 168. fol 1053

Accessio in fundo fructuario distinguenda, an scil. fiat ex causa inexistenti, an ex accidentali, vel ex extrinseca, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verb. *Le seigneur feodal*, nu. 65 fol. 75

Accessiones nouæ fundi extra veterē vt præexistentem causam & ius fundi dominantis, quatenus soli proprietario acquirantur, t. 1. §. 1 gl. 1. in ver. *Le seigneur feodal*, n. 66. 67. fol. 76

Accrescens vt eodem & directo iure habeatur, tit. 1. §. 25. gl. 4. in verb. *Deux enfans*, nu. 3. fol 515. vbi plura de Accrescendi modo traduntur, & nu. seqq. Hoc autem vt etiam obtineat, si qui abstinet, id fecerit aliquo recepto modo, dummodo mera sit abstentio, ead. glos. num. 4 fol. 516. Idemque iuris, quando filia viuo patre dotata, renunciauit futuræ successioni nu. 5. fol. 516. & 517

Accrescendi ius, vt non habeat locum in contractibus, tit. 1. §. 33 glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 83. fol. 801 & 812

Acquisitio *des bancs du Palais* est potius pigneratio & non capit naturam immobilis, §. 128. nu. 10. fol. 1706

Acquisitio ante matrimonium, quo durante, emptor conuentus ad supplementum pretii, supplet, est conquæstus interconiunctos, §. 131. nu. 2. fol. 1711

Actionum duo genera possessorium & petitorium, tit. 3. *de complainte* nu. 1. fol. 1615

Actio sequitur naturam & qualitatem rei, ad quam competit, & de ea idem quod de re iudicatur, t. 1. §. 10 gl. 3. in ver. *Prendre, retenir*, nu. 8. fol. 622 t. 2. §. 78. gl. 3 nu 5. fol. 1490

Actio ad cōmissum, vt non transeat in alienatione feudi dominantis cum iuribus & pertinentiis, vide ad *Commissum*.

Actio ad redimendum, vt non sit merè personalis, sed in rem scripta, tit. 1. §. 51 glos. 2. in verb. *Iouer de son fief*, nu. 23. f. 1140

Actio competens ad feudum vt eodem iure quo feudum reguletur, quantum ad successiones & retractum proximitatis, sed non quoad iura feudalia, tit. 1 §. 33. glos. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 30. 31. & 32. fol. 868 & 869

Actio directa vt non acquiratur per procuratorem, tit. 1. §. 33. glos. 2. nu. 22. fol. 864

Actio empti ex stipulatu, & similes ad feuda, an cadant in ius primogenituræ, tit. 1. §. 18. gl. 1. in verb. *Arpent*. num. 32. fol. 557

Actio & passio, vt non concurrant eiusdē respectui in eodem, tit 1. §. 10 glos 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 56 fol 599

Actio retractus vt excludatur triginta annis, tit 1. §. 10 glos. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 11. fol. 696. nisi occultata venditione nu. 12. fol. 696. vtrum huic actioni præscribatur à tertio cum titulo & bona fide, nu. 13. fol. 697

Actionis & prehensionis cumulatio, tit. 1. §. 1. glos. 3. in verbo, *Pendant ladite main*, num. 3. fol. 223

Actiones ad quem spectant, vt spectent etiam instrumenta, tit. 1. §. 58. glos. 1. in verb. *A ferme ou moisson*, nu. 7. f. 1229. vt resideant in persona creditoris, quantus cessæ fuerint, §. 1. glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 6. & 7. fol. 107. 108

de Actionibus competentibus ad feuda, quid iuris, tit. 1. §. 18 glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 28. fol. 555

Actor coram ordinario citans reum quem non sperat litigaturum, non censetur renunciare priuilegio fori sui, tit. 1. §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 26. fol. 1243

Actor vt non obstante processu petitorio vel successorio possit petere contractum, & reo possidente interim obseruate, tit. 2. §. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, nu. 28. fol. 1123

Actoris fundata intentione, vt exceptionis vires ex eius persona metiamur, tit. 1. §. 20. glos. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, nu. 9. fol. 622

in Actu vel in potentia esse, vt non sint paria, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verb. *Iouer de son fief*, nu. 8. fol. 1133

Actus quadratus quis, t. 1 §. 18. gl. 1. in ver. *Arpent*, n. 6. fol. 543

Actus vitiosus seruientis non vitiat actum, qui sine eo fieri potest, nec eius notificationem, tit. 1. §. 74. glos. 1. num. 91 & 93. fol. 1368

Actus approbatio omnis, vt ad eius modos, limites, & conditiones restringatur, tit. 1. § 58 glos. 1. in verbo, *A ferme ou moisson*, nu. 6. fol. 1229. In dubio vt iudicetur in rotum à præponderante, §. 33. gl. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 76 f. 894. Si fieri debeat sub certa qualitate, & fiat sub alia, vt non valeat, §. 55. gl. 10. in ver. *En lay payant*, nu. 15. fol. 1208

Actuum vicinitas vt faciat mutuam correlationem præsumi, tit. 1. §. 33 glos. 2 in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 91. f. 902

Adæquatorum natura qualis sit, tit. 1. §. 1. gl. 8. in ver. *Faire les fruicts*, nu. 4. fol. 195. vbi Adæquationis axioma refertur.

Adeundi ius cedi non potest §. 130. nu. 3. fol. 1711

de Addictione in diem, quid iuris penes iura feudalia siue retractus, siue quinti denarii, siue laudimiorum, tit. 1. §. 23. al. 33. glos. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 9. fol. 856

Adiudicationis factæ inter fratres per decretum extraneo licitatori, qui declarauit se acquisiuisse nomine & ad vtilitatem primogeniti, quid iuris, tit. 1 §. 23. al. 33. glos. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 28 fol. 866

Administrator rei alienæ, vt teneatur librum administrationis conficere, & post tationem reddere, tit. 1. §. 93 glos. 8. in verb. *Rendre compte*, nu. 26. fol. 388

Administratorum deputatorum authoritate iudicis, & eorum qui à priuato constituti sunt, quæ sit differentia, tit. 1. §. 9 glos. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 37. fol. 391

Admissio quid, tit. 1. §. 55. glos. 10. in verb. *En lay payant*, nu. 26. fol. 1211

Admissio ad fidem vt fiat sub conditione resolutiua, vel ad certam causam limitata, tit 1. §. 1. glos. 2. in verbo, *Par foute d'hommes*, nu. 2. fol. 84

Admortizatum semel, vt duret, nisi prorsus in laicum transferatur, tit. 1. §. 20. glos. 1. in verb. *Le seigneur feodal*, nu. 4. fol. 576. Idque vt obtineat, etiamsi ex infeudationis pacto vasallus vendere posset, aut donare, nu. 5. fol. 577

Admortizatio, siue admortizamentum quid, tit. 1. §. 20. gl. 1. in verb. *Le seigneur feodal*, nu. 1. fol. 575. Plura vide infra in voce, Amortizatio.

Adoptatus vel arrogatus verum succedat in ius primogenituræ, tit. 1 §. 13. glos. 1. in verb. *Le fils aisné*, nu. 33. fol. 464. vt nullum habeat tale ius. *ibidem*, & quid iuris de Arrogato ab extraneo patre, seu dato in adoptionem extranei, *ibidem*.

de Adoptiuo filio, & quæ sint Adoptiuorum iura apud Gallos penes feuda, tit. 1. §. 2. & 3. glos. 2. in verb. *Descendant*, nu. vlt. fol. 248

Adquestuum & conquestuum differentia, tit. 1. §. 43. glos. 1.

in verb. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 189. fol. 1064
Adquiri feudum patrono per contractum vel teſtamentum, quando dicitur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſit le fief*. nu. 189. fol. 1064
Adquiſitio commutabilis vt hypothecam non reſoluat, tit. 2. §. 20. gloſ. 5. in verb. *Vendu*, nu. 38. fol. 650
de Adquiſitione quam fecerit eadem Eccleſia, vt nulla iura debeantur, quocumque titulo, etiam emptionis, adquaſierit, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 137. fol. 832. A quouis deberentur, ſiue ab Eccleſia, ſiue à venditore nu. 138. fol. 834. Imo hoc caſu lucraretur ipſa Eccleſia quintum pretij, nu. 139. fol. 834
ad Adquiſitionis adſerendæ litteras, an agi poſſit contra quemlibet, tit. 1. §. 20. gloſſ. 3. in verbo. *Prendre, retenir*, nu. 3. fol. 619
ad Adquiſitionem feudalium iurium quod tempus inſpiciendum, vide *Feudalium*.
Adſcriptitij qui, tit. 1. §. 2. & 3. gl. 3. in ver. *La bouche & les mains*, nu. 2. fol. 149
Aduantagium venieus in conſequentiam remotam vt non prohibeatur, tit. 1. §. 13. gloſ. 4. in verſ. *Principal manoir*, num. 4. fol. 499
pro Aduentu patroni quid præſtatur vt non ſit in fructu, tit. 1. §. 55. gloſ. 4. in verb. *Et chacun d'eux*, nu. 2. fol. 1185. Nec ſpectat ad conductorem fructuum, num. 3. & 4 fol. 1185. 1186. Imo ad ſuperiorem patronum ex defectu hominis fruentem, nu. 5. fol. 1187
Aduentus nouus attendi debet ex perſona vaſalli, & non patroni, tit. 1. §. 55. gloſ. 4 in verb. *Et chacun d'eux*, num. 6. fol. 1187. Sic quod pro iucundo tali aduentu, vt non tranſeat in fructuarium, nec in emptorem fructuum, ſiue ex debito, ſiue ex voluntate detur, nu. 7 fol. 1188
Aduerbia reſolutiua (*Donec*, *Quouſque*, *Quoad*, *Quamdiu*, & ſimilia) vt inducant reſolutionem extinctiuam, tit. 1. §. 9. gloſ. 3. in verb. *Saiſir*, nu. 25. fol. 370
Aduou & reception en foy & homage, Item, *Aduou & Denombrement*, vt duo ſint renouatæ inueſtituræ inſtrumenta, tit. 1. §. 9. gloſ. 1. in verb. *Denombrement*. nu. 2. fol. 353.
Aduouer, verbum Gallicum in iure feudali, vnde deductum, & quid ſignificet, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, nu. 19. fol. 113. 114
Aduouer ou Deſaduouer, quid, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le Seigneur feodal*, nu. 77. fol. 82. Pragmaticis Gallis quid §. 1. gloſ. 9. in verb. *Pendant ladite main*, nu. 2. fol. 213
Aduouer ou Deſaduouer, vt ſit neceſſe, tit. 1. §. 45. gloſ. 1. in verb. *Le deſaduoué*, nu. 12. fol. 1071
Ædificans ſcienter in ſolo alieno an ſuas perdat impenſas, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 82. fol. 166
Ædificans in alieno ſolo vt donare videatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo *Le fief*, nu. 102. & ſeq. fol. 174
Ædificium quatenus ſolo cedat, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 82 & ſeqq fol. 166. 167
Ædificia an cedant feudo, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 68. fol. 162
Ædificiorum meliora menta quemadmodum ſibi ſeruare poſſit emphyteuticarius, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 82. fol. 166
Ædificiorum fauor an præferatur viribus priuatorum : vide *Fauor*.
Æquitas ſpecialiter ſcripta, vt non extendatur quando eſt rigor ſcriptus in genere, tit. 1. §. 13. gloſ. 4. in verbo. *Principal manoir*, nu. 10. fol. 502
Æquitas vt multiplex, Abſoluta, Plena, Informis, Legalis iuſtitia, tit. 2. §. 51. gloſ. 2. in verbo. *Iouer de ſon fief*, nu. 86. fol. 1165
Æquitatem legalem, non autem imaginariam vt Iudices ſequi debeant tit. 1. §. 51. gloſ. 2. nu. 87. fol. 1165
Æquitate deficiente, vt nulla fieri debeat extenſio, tit. 1. §. 37. gloſ. 1. in verb *Se marie*, nu. 4. fol. 917
Æqualitas inter filios, vt quàm fieri poteſt, ſeruanda ſit, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verb. *Le fils aiſné*, nu. 10. fol. 454 & §. 124. nu. 1. fol. 1799
Æqualitas vt attendatur circa idem tit. 1. §. 43. gloſ. 2. in verb. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 65. fol. 1001. 1002
ex Æquipollentibus quid fiat vt non referat, tit. 2 §. 20. gloſ. 6. in verb. *Parſon vaſſal*, nu. 2. fol. 665
Æs alienum vt reſpiciat vniuerſum patrimonium tit. 1. §. 18. gloſ. 1. in verb. *Argent*. nu. 11. fol. 546
Æſtimatio & liquidatio rerum feudalium cuius impenſis fieri debeat, tit. 1. §. 63. gloſ. 1. in verb. *Faire les offres*, nu. 22 fol. 1275
Æſtimatio in dubio vt non faciat emptionem tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 60. fol. 886. tit. 2. §. 78. gloſ. 1. nu. 105 & 106. fol. 1457
Æſtimatio vt fieri debeat deductis omnibus oneribus, tit. 1. §. 33. gloſ. 3. in verb. *Quint & requint*, nu. 2. fol. 907
Æſtimatores vtrum iurare debeant tit. 1. §. 47. gloſ. 3. in verb. *Le dire de prud'hommes*, nu. 7. fol. 1093
vt Æſtimatores publici præcisè cogantur negotium ſuſcipere, non autem nominati, tit. 1. §. 47 gloſ. 3. n. 8. fol. 1094
Ætas legitima vt tam in patrono quam vaſallo ſeu cliente requiratur circa actus feudales: videlicet in maſculo viginti annorum, in femina quindecim, tit. 1. §. 32. in verb. *Aagé à vingt ans*, nu. 1. & 2. fol. 741. 743
Ager emphyteuticus facilè poteſt amitti & cadere in commiſſum per lapſum triennij non ſoluto canone, tit. 2. Rubr. nu. 28. fol. 1315. Illius poſſeſſor à ſatisdatione iudicio ſiſti releuandus, *ibid.*
Ager vectigalis non cadit in commiſſum non ſoluto canone per triennium, tit. 2. Rubr. nu. 28. fol. 1315. quid ſit, & an differat ab emphyteutico conua Accurſ. & ſcribentes, nu. 25. 27. & 28. fol. 1314 1315
Agnationis conſeruatio quàm ſit fauorabilis tit. 1. §. 25. gloſ. 1. in verb. *Les femelles*, nu. 4. fol. 716
Agnatis an noceat reſignatio vaſalli, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 110. fol. 1019. Item Reſtitutio in integrum nu. 111. fol. 1020
Aiſné verbum quid propriè ſignificet tit. 1. §. 19. gloſ. 2. in verb. *Droict d'aineſſe*, nu. 1. fol. 559
Alaudium quid, eius definitio & etymon, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verb. *Franc alleud*, nu. 1. fol. 1289. Vt ſit duplex, nobile & paganicum, nu. 3. fol. 1290
Alaudium an præſumatur omne prædium: vide *Prædium*.
Alaudium an in Galliæ regno poſſideri poſſit ſine ſpeciali titulo, tit. 1. §. 68. gloſ. 2. in verb. *Franc aleu*, nu. 11. fol. 1293.
Alaudium verum quid, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 1. fol. 49
Alaudium quomodo fieri poſſit feudum, & res feudalis, & ſic tranſeat in feudum, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 21. fol. 144
in Alaudium verum & francum tenere, quid, tit. 1 §. 2. & 3. gloſſ. 4 in verb. *Serment de feauté*, nu. 16. fol. 265
Alaudia poſſidentes vt poſſit corrigere Princeps ad declarandum quid & quantum poſſideant in alaudio, tit. 1 §. 68. gl. 1. in verb. *Franc aleu*. nu. 5. fol. 1291. Idemque iuris de dominis inferioribus in eorum territoriis *ibid.* verum quid præſcribere poſſit vt teneat in alaudium, nu. 15. fol. 1296
Alaudialis res vt non poſſit debere cenſum, ſed benè perpetuum redditum, tit. 1. §. 68. gloſſ. 1. in verb. *Franc aleu*. nu. 2. fol. 1289
res Alaudialis an in dubio præſumatur, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verb. *Franc aleu*, nu. 4. & 5 fol. 1291
Alaudialia vt non debeant ab Eccleſiis adquiri, nec teneri, tit. 1. §. 51. gloſ. 2 in verb. *Iouer de ſon fief*, nu. 90. fol. 1167.
Albinatus ius quod, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 182 fol. 1061.
Alenconienſium ſororum de Ducatu & Comitatu Alenconij actiones aduerſus Regem ſeu procuratorem regium, & illarum deciſio, tit. 1. §. 2. gloſ. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, nu. 56. & ſeqq. fol. 127. 128.
Alienare feudum in conſortem vt liceat: vide *Feudum*.
Alienare prohibitus, an poſſit delinquendo amittere, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ 4. in verb. *Serment de feauté*, nu. 21. fol 267.
Alienare prohibitus fauore alterius, vt non poſſit alienare delinquendo, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 79. fol. 1027.
Alienare vt cenſeatur qui patitur præſcribi: vide *Præſcribi*.
Alienata per vaſallum ante ingratitudinem abeo admiſſam, vtrum ea ſuperueniente reuocentur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 94. fol. 1013
omnis Alienatio recidens in venditionem, vt pro venditione, habeatur, quoad iura feudalia, tit. 1. §. 33. gl. 2. in verbo *Aliené à prix d'argent*, nu. 1. fol. 851
Alienatio rei ſubiectæ reſtitutioni, vt conditione extante annullentur, ſed non reducatur retro ad non cauſam : ideoque ex præterita mutatione debeatur relenium, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 115. fol. 820
de Alienatione quam fecit Eccleſia compulſa ponere extra manus ſuas, vt omnia iura feudalia debeantur. tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 136. fol. 832
Alimenta patrono ſuo vaſallus non præſtans, eáque denegans, vtrum feudo priuetur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 145. fol. 1042
Alos verbum quid denotet, tit. 1. §. 15. gloſ. vlt. in verbo *Parpreciput*, in fi. fol. 520
Alluuio quid tit. 1. §. 1 gloſ. 5. in verb. *Le fief*, in fi. nu. 117. fol. 180. vtrum ius habeat in agris menſuratis, ead. gloſ. n. 120. fol. 180 vt locum habeat in his quæ ſunt iuris publici, & non eodem modo in his, quæ ſunt vſu publica, *ibid.*
vt Alluuio territorium & imperium augeat, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. nu. 116. fol. 179
Alluuione feudo adiecta, vt ipſi cedant, tit. 1. §. 1. gloſ. 6. in verb. *Le fief*, nu. 115. fol. 179
Alluuione quæ fundo adeteſcunt, quemadmodum proprietario, fructuario, & hypothecario creditori competant, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 62. fol. 74
Alternatiua præſupponit res diuerſas, ſed poſita inter genus & ſpeciem reſoluitur in expoſitiuam : & quando hæc re-

gula procedat, tit. 2. §. 71. gl. 1. n. 1 fol. 1353. Etſi debet poni inter diuerſa, nu. 2. fol. 1325. non concludit certum, §. 76. nu. 13. fol. 1407

Alternatiuæ pars vna vt declaretur ab altera, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 2. in verbo, *Deſcendans*, nu. 7. fol. 247

Alueus relictus à fluuio, vt fiat communis eorum qui prope ripam prædia poſſident: an nouus fiat publicus, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 120. fol. 180

Amedeus primus Sabaudiæ dux, vt fuerit vir tam religioſæ conſtantiæ, vt etiam ſi laicus eſſet, Papa electus fuerit in Concilio Baſilienſi tit. 1. in Rubr. ſeu procem. n. 104 f. 43

Amor coniugum non debet eſſe venalis, §. 156. n. 8. fol. 1745

Amortizatio ab indemnitate quid differat, tit. 1. §. 41. al 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 68. fol. 1158. vt ea ſimpliciter accepta non ſit remiſſa indemnitas nu. 69. *ibid.* vt ſit alienatio, nu. 75. fol. 1171

Amortizatio an adquiratur in adquiſitione reddituum: vide *Redditus.*

Amortizatio patroni immediati vt præiudicet omnibus ſuperioribus in iure expellendi manum mortuam, ſed non in iure indemnitatem pro eorum tempore exigendi, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 88. fol. 1166

vt Amortizatio nulla inferioris præiudicet regi, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. nu. 89 fol. 1166

Amortizatio vt nullo tempore aduerſus regem præſcribatur, ſed bene indemnitas præteriti temporis vltra quadraginta annos, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. nu. 91. fol. 1187

vt Amortizatio nulla nec indemnitas debeatur domino ratione reddituum ab Eccleſia acquiſiti ſuper feudo *ibid.* num. 95. fol 1168. ſit tamen à rege habenda amortizatio *ibid.*

Amortizatio regis vt non præiudicet domino inferior: *ibid.* nu. 97 fol. 1169

Amortizatio regia vbi debeat probari, & homologari, nu. 110. fol. 1170. 1171

Amortizatio vt non mutet dominium nec qualitatem rei, tit. 1. § 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, n. 78. fol. 1161, 1162

ad Amortizationi conſentiendum, vt poſſit dominus directus cogi fauore religionis, aut alia iuſta cauſa, nu. 98. fol. 1169

Amortizationes generales non operantur niſi contra concedentem, nec impediunt reddituum redimi beneficio Edictorum Regis, tit. 2. §. 83. & 84. nu. 72. & 73. fol. 1557

Amortizare vt non poſſit tutor, tit. 1. §. 51. gl. 2. n. 79. & 80. f. 1162 maritus d. n. 80. fol. 1162. 1163. an patronus minor *ibid.* patronus ſuperior ſeu mediatus, n. 83. & ſeq. f. 1164. Epiſcopus, nu. 80. fol. 1162 1163. vſufructuarius nu 84. f. 1164

Amortizando vt non poſſit Princeps exproprietare dominum directum, & ſupremam iuriſdictionem, tit. 1 § 51. gloſ. 2. nu. 99. fol. 1170

ad Amortizandum vt ſufficiat & requiratur ſpeciale mandatum, tit. 1. §. 41. al. 511 gloſ. 2. nu. 76 fol. 1161

ad Amortizandum Eccleſijs vt non extendatur ſpeciale mandatum ad alias manus mortuas *ibid.* videtur plura in voce *Admortizatio.*

Amplius, dictio vt ſola ſtet tantùm continuatiuè, ſecus vbi pronomini *hoc* copulata repetitur, *Hoc amplius*: nam tunc fit repetitiua & coniunctiua, tit. 1. §. 55. gloſ. 1 in verbo, *Item en ce cas*, nu. 7. fol. 1179

Analogiſtes teſtamentarius vt ſolum à leui culpa & ſcrupuloſa inquiſitione releuetur: non tamen ab omni redditione rationum tit. 1. §. 9. gloſ. 6. *In* verbo, *Rendre compte*, nu. 21. & 33. fol. 385. 390

Annus retractus in ſimulata permutatione non currit niſi per 10. annos §. 174. nu. 3 fol. 1764

Annus retractus non currit niſi a die conditionis impletæ §. 175. nu. 8. 9. fol. 1766

Annus retractus currit à die adiudicationis, ſi non fuerit appellatum §. 182. nu. 3. 5. fol. 1773

Annus retractus non currit poſſidenti, & ei qui poteſt vti exceptione §. 184. nu. 3. fol. 1775

Annus vt à natali Domini incipiat ex vſu Eccleſiæ Romanæ tit. 1 in rubr. ſeu procemio, nu. 27. fol. 14. vt dicatur tempus breue, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 92. fol. 869. 870

Annorum à natiuitate Chriſti vera computatio, tit. 1. in rubr. ſeu procem. nu 25. fol 13

Annichreſis differt ab aſſignatione *de rente en aſſiette*, tit. 2. §. 82. & 84. nu. 47. fol. 1550. præciſa Gallicè dicitur *Rentes en aſſiette*, §. 94. nu. 17. fol. 1608

In Antiquis quando eſſe dicamur, tit. 1 §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 81. & 82. fol. 338. 339. vbi docetur quanto tempore dicatur Antiquitas in materia probationum, vt ſufficiant probationes quales haberi poſſunt, tit. 2. § 8 gloſ. in verbo, *Denombrement*, nu. 77. fol. 337

Antiquitas vt faciat præſumptionem pro poſſidente contra non poſſidentem, tit. 1. §. 8. gloſ 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 57 fol. 330. vt non inducat, ſed corroboret probationes, §. 8 gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, n. 76. fol. 337. quid operetur in probationibus ead. gloſ. nu. 79. fol. 338

Antiquus, aut in *antiquis* quid, tit. 1, §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 82. fol. 339. vt non dicatur minus triginta annis, vbi agitur de graui præiudicio, ead gl. nu. 83. fol. 339

Apochæ vltimi releuij, quis effectus & quæ vtilitas, tit 1. §. 12. gloſ. 1. in verb, *Preſcription*, nu. 45. fol. 444

Apocha ſimplex de Laudimiis non ſufficit ad laudimia §. 173. nu. 16. fol. 1763

Apanagij terra quæ, tit 2. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuicte fief*, nu. 185. fol. 1062

Appellans ſuccumbit, ſi appellatus re integrâ reparauit grauamen, tit. 1. §. 74. gloſ. 1. nu. 100. fol. 1370. regulariter poteſt deſiſtere ab appellatione, nu. 121. fol. 1377 ei quando regiæ litteræ ſunt neceſſariæ, nu. 127. fol. 1378

Appellare à præhenſione vtrum poſſit vaſallus, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 66. fol. 131

Appellari an poſſit à ſtatuto contra certam perſonam facto: vide *Statuta*

Appellatio quando eligenda ſit, & oppoſitioni ſimplici præferenda, tit. 1. §. 1. gl. 4. in ver. *Mettre en ſa main*, nu. 74. fol 134

de Appellatione à decreto commiſſionis & executore, tit. 1. §. 74. gloſ. 1. nu. 118 127. & ſeqq. fol. 1375. 1378

Appellatione an impediatur manus dominica: vide *Oppoſitio.*

Appellationum & anticipationum praxis, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 121. 122 123. & 124 fol. 1376 1377. & ſeq.

Appellatio ab arbitro non eſt vera appellatio, ſed recurſus ad iudicem tit. 3. *de complainte* nu. 13. fol. 1626

Arbitramenti quæ ſit recta ratio, tit. 1. § 47. gloſ. 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 18 fol. 1098

ad Arbitrium boni viri reductio, an ſit perpetua, vel etiam temporalis ſecundum naturam materiæ ſubiectæ, tit. 1. §. 43. gloſ 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 4. fol. 1094

Arbitrium liberum vt ſit hominibus auxilio gratiæ Dei, tit 1. § 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu 19. fol. 417

Arbitrium tranſcendens ad res alterius generis vt non valeat, tit 1. §. 47 gloſ 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu 17. fol. 1098

Arbitrij libertatem vt non excludat Dei præſcientia, tit 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 21. fol. 457

Arbitrorum & Arbitratorum quæ ſit differentia, tit. 1. §. 47. gloſ 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu 9. & 10. f. 1094

Arbitros plures in minorem ſummam conſentire, vt dupliciter accipiatur, tit. 1. §. 47 gloſ 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 13. fol. 1096. & an iſti Arbitri arbitrari poſſint, quid aliud præſtandum pro releuio quàm pecuniam aut fructus feudi, nu. 16. fol. 1097. 1098

Archiuum cuius authoritate agendum, tit. 1. § 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 30. fol. 317

in Archiuo publico quæ requirantur, t. 1. §. 8. gl. 1. nu. 26. f. 316

Argumentari licet à rubrica, & ab ea interpretationem ſumere, tit. 2. §. 73. gloſ. 1. nu. 6. fol. 1324

Argumentum à conſequenti deſtructo, vt ſit frequens & validum, tit. 1. § 20. gloſ. 4. in verb. *Le fief tenu*, nu. 6. f. 628

Argumentum à contrario ſenſu quomodo valeat, & qualiter eo vtendum ſit, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 2 in verb. *Deſcendant*, nu. 4. fol. 245. illius vis & vera ratio, nu. 6. fol. 246

Argumentum à ſufficienti partium enumeratione vt ſit validum, tit. 1. §. 20. gloſ. 4. in verbo, *Le fief tenu*, nu. 5. f. 628

Argumentum ab abſurdo vt ſit neceſſarium, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 30. fol 462

Argumentū à ratione & naturali iuſtitia vt trahatur deficiente lege & conſuetudine, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in ver. *Le fief*, nu. 79. fol. 865

Argumentum de emphyteuſi ad feudum, & econuerſo, vt valeat, tit. 1. §. 20. gloſ 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, n. 49. f. 195

Argumentum de feudo ad emphyteuſim an procedat, tit. 1. §. 1. gloſ. 5 in verbo, *Le fief*, nu. 78. fol. 165

Argumentum de libertis ad vaſallos, vel contra, vt non valeat, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, n. 47. f. 124

Argumentum de maiori ad minus an procedat in decreto tit. 2. §. 78. gloſ. 1. nu. 5 fol. 1432

Argumentum à contrario ſenſu ad correctionem communium regularum iuris non valet, t. 2. Rubr. n. 38 f. 1317. Item ab emphyteuſi ad cenſum vel feuda, vt nec à cenſu ad emphyteuſim, *ibid*, nu. 40. fol. 1318. & § 82. nu. 7. fol. 1511. valet de feudo ad cenſum quando eadem eſt ratio, § 74 gl. 1. n. 166. fol. 1388. item de loco ad tempus vel contra, vbi etiam eadem eſt ratio §. 85. num. 40. fol. 1578. non valet verò à communiter accidentibus ad priuandum quem iure ſuo, §. 83 & 84. nu. 69. & 70. fol. 1556

Argumentum de rubrica non habet locum ſub hac conſuetudine, §. 121. nu. 11. fol. 1692

Arnolphus nuper Francus & eius virtutes, tit. 1. in rubr. ſeu procem. nu. 45. & ſeq. fol. 11

Armorica vt quondam dictus Britanniæ ducatus, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Peut*, nu. 27. fol. 97

Armorum vſus & militum congregatio vt ſint penes ſolum Regem ſiue Principem, tit. 1. §. 1 gloſ. 6. in verbo, *Maintenant de loy*, nu. 13. fol. 189

Arreſt quid Gallis ſignificet, tit. 2. § 74. gloſ. 1. num. fol. 1341 ſpeciem eſſe executionis, numer. 2. regulariter pro-

hibitum, *ibid.* quantum à præhenſione differat, nu. 3. fol. 1342. ſimile quadamtenus miſſioni in poſſeſſionem ex primo decreto: differre à ſequeſtratione, *ibid.*

Arreſti & miſſionis in poſſeſſionem differentiæ, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 12 13. 14 15. & 16. fol. 1345. 1346. ſimilitudines nu. 17. 18. & ſeqq. fol. 1347. & ſeq.

Arreſtorum methodica tractatio, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 6. fol. 1343

Arreſtare qui poſſint, tit. 2. §. 74 gloſ. 1. nu. 7. fol. 1343. quæ res poſſint, vel non, nu. 7. 8, 9. & ſeqq. fol. 1344. cauſa propter quam nu. 60. & ſeqq. fol. 1358. forma & modus in iis ſeruandus nu 73 & ſeqq. fol. 1362. effectus, nu. 133 & ſeqq. f. 1380. quemadmodum reſoluantur nu. 155. & ſeqq. fol. 1383

Arreſtum incongruè notificatum non ligat, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 75. fol. 1363. vtrum cenſuarium priuet poſſeſſione fundi vel fructuum, faciátque dominum poſſeſſorem nu 27. 28. & 29. fol. 1349. 1350. an ſoluto caſu petito relaxandum ſit, n. 59 & 141. fol. 1352. 1382. an eo dominus cenſualis fructus faciat ſuos: vide *Dominus*, vtrum fieri poſſit contra cenſuarium pupillum tutore carentem & indefenſum nu. 76. fol. 1363. vtrum à domino ſua propria authoritate fieri vel iuberi poſſit, nu. 77. & 78. fol. 1363 1364. vtrum ceſſet ſi cenſuarius reliqua cenſus offerat, nu. 139. 140. & ſeqq. fol. 1381 vtrum etiam ceſſet oblatione cenſuum ſine laudimiis, vbi conſuetudines permittunt tam pro cenſu quàm pro laudimiis & iuribus cenſualibus prehendere vel impedire: & an cenſuarius offerre quoque debeat laudimia prædeceſſorum, nu 149. 150. 151. & 152. fol. 1383. 1384

Arreſti infractionis mulcta, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 135. 136. & 137. fol. 1380. & 1381. & de qua infractione illud ſit intelligendum, nu. 138. fol. 1381

Arrhæ an quando computentur in pretio, tit. 2. §. 20. gloſ. 9. in verb. *Loyaux conſtemens*, nu. 3. fol. 679

Arrharum datio vt non impediat rem eſſe integram, tit. 2. §. 20. gloſ. 5. in verb. *Vendu*, nu. 18. fol. 641

Arturus Britanniæ dux vt contradixerit pacto Regum Franciæ & Angliæ, quo Franciæ rex omne ius patronatus, quod tam in ipſum ducem quàm ducatum habebat remittebat Anglo, tit. 2. §. 1. gloſ. 3. in verb. *Pent*, nu. 27. fol. 97

Aſcendentes ſi liberis ſuis ſuccedant in feudo, quæ iura patronis ſuis debeant, an vtilia, an verò ſola honorifica, tit. 2. §. 2 & 3 gloſ. 1. in veb. *Deſcendants*, nu. 1. fol. 245

Aſſignationem *de rente en aſſiette*, differre ab antichreſi, tit. 2. §. 83. & 84. nu. 42. fol. 1548

verbum *Aſſignare*, dominium importat, fol. 1548

de Augmentatione facta poſt ingratitudinem admiſſam quid iuris, tit. 2. §. 43. gloſ. 2. in verb. *Qui deſnie le fief*, n. 118 f. 1029

Augmentum accedens rei, vt per vnitatem eius qualitates ſuſcipiat, tit. 2. §. 2. gloſ. 2. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 63. fol. 75

Augmentum intrinſecum inſeparabile, vt feudo accreſcat, tit. 2. §. 2. gloſ. 5. in verbo. *Le fief*, nu. 67. fol. 161

Augmentum medij temporis inter emptionem & retractum intentatum vt emptoris lucro cedat, tit. 2. §. 20. gloſ. 2. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 87. fol. 616

Augmentum voluntarium, vel ex alia cauſa, vt profit, & non profit fructuario, tit. 2. §. 2. gloſ. 2. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 66. & 67. fol. 76

Augmentum vt ſequatur naturam augmentati, tit. 2. §. 12. gloſ. 2. in verbo, *Preſcription*, nu. 32. fol. 438. §. 33. gloſ. 2. in verb. *Droict de relief*, nu. 44. fol. 776

Augmenti vt plures ſint ſpecies & differentiæ, tit. 2. §. 2. gl. 5. in verb. *Le fief*, n. 123. & ſeqq. ad finem vſque d. gl. fol. 182. 183

Augmenta intrinſeca an conſolidentur lucro domini, tit. 2. §. 2. gloſ. 5 in verb. *Le fief*, nu. 76. fol. 164

Augmentis à vaſallo factis an frui debeat patronus, tit. 2. §. 28. gloſ. 2. in verb. *Durant le temps*, nu. 25. fol. 739

Aut particula præter quod eſt dictio diſiunctiua, adhuc in vim alternatiuæ debet poni inter diuerſa, tit. 2. §. 73. gloſ. 2. nu. 2. fol. 1323. §. 74. gloſ. 2. nu. 182. fol. 1392. 1393

Authenticum quid dicatur, tit. 2. in Rubr. nu. 101. fol. 42

B

BAllia quæ, & eius iniquitas tit. 2. §. 46. gloſ. 2. in verb. *Le gardien*, nu. 2. fol. 1081

Bannum & retrobannum vt teneantur mobiles parere ſub pœna feloniæ, tit. 2. §. 43. gloſ. 2. in verb. *Qui deſnie le fief*, nu. 38. fol. 991

Baroniæ dignitas & iuriſdictio, & vt ſit inferior Baro Comite, tit. 2. §. 19. gloſ. 2. in verb. *Droict d'auneſſe*, nu. 4. & 5. fol. 566. vt non ſit de regalibus nu. 6. fol. 567

Baſtardi bona vacantia pertinent ad Dominum cuiuſque loci, §. 186 nu. 4. fol. 1778

Belli auxilium vt ſoli Monarchæ debeatur, tit. 2. §. 2. gloſ. 6. in verb. *Meuuant de luy*, nu 13 fol. 189

Beneficium *l. ſi. C. de ſacroſ. eccle.* vt non competat niſi acceptanti, tit. 2. §. 33. gloſ. 2. in verb. *Droict de relief*, nu. 133. fol. 830. Eſt autem illud beneficium quod *in d. l.* dicitur dominium tranſire recta in Eccleſiam, *ibid.*

Beneficium nouæ conſtitutionis, *Auth. de duob.* vsi vt non habeat locum in obligationibus indiuiduis, ſed ſolum in diuiduis omni reſpectu, tit. 2. §. 3. gloſ. 4. in verb. *Serment de fealté*, nu. 41. fol. 177

Beneficium quo quis ipſo iure priuatus eſt, vt poſſit conferri, ſed non realis poſſeſſio tradi, niſi citato & conuicto poſſeſſore, tit. 2. §. 9. gloſ. 3. in verb. *Saiſir*, nu. 12. al. 17. f. 369

Beneficij collatio facta ex capite incongruo vt non ſuſtentetur ex capite congruo, tit. 2. §. 55. gloſ. 10. in verb. *En luy payant*, nu. 14. fol. 1207

Bethica, quæ nunc *Granata*, vt ſit totius Hiſpaniæ pars præſtantior, t. 1. §. 42. gl. 1. ad 2. in ver. *Reputé âgé*, n. 7. f. 958. 959

Bernardus Abbas Clarævallenſis faſcinatus ambitione papali, & in quibus tit. 2 in Rubr. ſeu procem. nu. 83 fol. 33

Bernardus vt multa fidei dogmata retinuerit, *ibid.* nu. 83. & 84. fol. 33

Bona vxoris vt non cenſeantur in dotem data: vide *Vxoris*.

Bonorum poſſeſſorum vt res in vniuerſo dominium vtile habeat: particularium verò directum, tit. 2. §. gloſ. in verb. *Meuuant de luy*, nu. 5. fol. 186

Bourdelagium quid ſit, & inter quæ iura computetur, tit. 2. Rubr. nu. 2. & 2. fol. 1307

Brandon Gallis quid ſit, tit. 2. §. 74. gloſ. 2. nu. 4. fol. 1343

Britanniæ ducatus vnio ad Coronam Franciæ, & vt Britones ſint veri regnicolæ: nec amplius indigeant literis naturalitatis, tit. 2. §. 20. gloſ. 2. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 72. & 73. fol 607. 608

Budæi ingenium & virtus in reſtituendo legum lepore, tit. 2. in Rubr. ſeu procem. nu. 22. fol. 12

C

CAlumnioſa allegatio vt ſit contemnenda, tit. 2. §. 33. gl. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 25. fol. 860

Campi pars ſiue terragium quid ſit, & inter quæ iura computetur, tit. 2. rubr. nu. 2. & 2. fol. 1307

Cancellatio banni vt non præiudicet parti ciuili, tit. 2. §. 33. gloſ. 2. in verb. *Droict de relief*, nu. 38 fol. 772

Canonis futuri receptio vt inducat remiſſionem commiſſi, tit 2. §. 51 gloſ. 2. in verb. *Tenir de ſon fief*, nu. 71. fol. 1159

de Canonis ſolutione: vide *Cenſus*

Capio verbum vt ſit directum, tit 2 §. 23. gloſ. 2. in verbo, *Proud*, nu. 2. fol. 477

Capitanei regni, qui de iure feudali, tit. 2. §. 25. gloſ. 3. in verbo, *Tenus noblement*, nu. 2. fol. 511

Capitatio ſpecies cenſus ſiue tributi, tit. 2. rubr. nu. 25. fol. 1311. aliquando tamen ſpeciem tributi non ſignificat, ſed portionem ipſius Eccleſiæ, vt etiam aliàs ſumitur pro portione taxata certi prædij, & tributo ſoli, nu. 12 fol. 1310

à Capitationis munere principali qui excuſentur. vel non *ibid.* nu. 9. fol. 1309

Carolus Magnus vt Franco Germanus, tit 2. in rubr. ſeu procem. nu. 57. fol. 25 vt Italis, Saxonibus & Hiſpanis fuerit dominatus, ead. rubr. nu. 28 fol. 25. vt ipſi non patrum volenti Imperialem authoritatem in Galliis exercere *ibid.*

Caroli Magni Francorum Regis victoriæ, tit. 2. rubr. nu. 25. fol. 23. Monarchiæ diuiſio, nu. 41. fol. 20

Caroli Magni ſtirpe defecta vt opus fuerit noua conceſſione Imperij, vt factum fuit Othoni I. & ſucceſſoribus ſuis regibus Italiæ, tit 2 rub. nu. 60. fol 26

Carolus V. modernus Romanorum Imperator, Legionis, Caſtiliæ, Aragoniæ, & Granatæ rex, tit. 2. §. 41. gloſ. 2. al. 2. in verb. *Reputé âgé*, nu. 6. fol. 958

Caſtella ſiue Caſtillia vt olim ſuberat regno Legionis, tit. 2. §. 41. gloſ. 2. al. 2. in verb. *Reputé âgé*, nu. 3. fol. 957. Quis eam in regnum erexerit, nu. 4. fol. 958. à quo tempore illius Rex Catholicus dictus eſt, nu. 7. fol. 959

Caſtellani vt in Gallia duo habeant iuriſdictionis gradus, tit. 2. §. 2. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 50. & 51. fol. 155

Caſtellaniæ Pictauienſis diuiſio in caſtrum de Magnac & caſtrum de Riz: & illorum caſtrorum quæ fuerint iura, tit. 2. §. 2. gloſ. 3. in verb. *Pent*, nu. 31. fol. 100

Caſtrum ab alio ſimpliciter recognoſcens, an hoc ipſo videatur iuriſdictionem & territorium recognoſcere, tit. 2. §. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 61. fol. 158. 159

Caſtri cum iuribus & pertinentiis ſuis confirmatio ad quæ extendatur, tit. 2. §. 20. gloſſ. 2. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 2. & 3. fol. 575. 576

Caſtri iuriſdictio vt non ſit præcipua primogenito: vide *Iuriſdictio*.

Caſtro conceſſo vt videatur concedi territorium & iuriſdictio: vt & molendina & omnes pertinentiæ ipſi caſtro annexæ conceſſionis tempore, tit. 2. §. 2. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 47. fol. 153. 154. vt eo etiam conceſſo transferatur merum & mixtum imperium adhærens caſtro, maximè ſi caſtri conceſſio fiat à principe, *ibid.* nu. 48. fol. 154.

Caſus contingens in fructibus iam collectis à colono, vt non releuet colonum, tit. 2 §. 56. gloſ. 2. in verb. *En rendant les labeurs*, nu. 5. fol. 1224

Caſus mixtus vt non contineatur ſub ſimplicibus in ſtatutis,

by Google

tit. 1. §. 18. glos. 1 in verbo, *Maniſt principal*, nu. 1 fol. 541
de Caſu fortuito cum iniuſta fuit prædenſio, an patronus teneatur, tit. 1. §. 9. gl. 7 in ver *Le Commiſſaire*, nu. 19 fol. 403
Caſuum varietates omnes vt non poſſint certa regula comprehendi, tit. 2. § 60 glos. 1. in verbo, *Par main ſommeraine*, nu. 49. fol. 1251
Catalogus an profit ad obtinendam manumleuatam etiam de re non ipſa comprehenſa, tit. 1. § 8 glos 3. in verbo, *Denombrement*, nu. 8. & ſeqq. fol. 309 310
Catalogus an vnus ſufficiat, an vero plures requirantur, vbi vaſallorum plurium vnus catalogum integrum patrono tradidit, tit. 1. § 8. gl. 2. in verb. *Denombrement*, nu. 7. fol. 308
Catalogus defectuus vtrum locum faciat retentioni feudi vt tantiſper dominus lucretur fructus, tit. 1. §. 8. glos. 1 in verbo, *Denombrement*, nu. 8. fol. 309
Catalogus feudalis vt pluribus modis impugnari poſſit, t. 1. §. 10 & 11. glos. in verbo, *Blaſmer ledit denombr.* nu. 11. fol 412
Catalogus forma publica deſtitutus vt fidem non faciat, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 11 fol. 310
Catalogi editio vt duo complectatur, & in vtroque ſit individua, ſeu facti individui, tit. 1. §. 8 glos. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 1 fol. 305
ſuper Catalogi diſcuſſione an pendente lite debeat manus in totum leuari: an verò in articulis non contentioſis duntaxat, tit. 1 §. 10 & 11. glos. 1. in verbo, *Blaſmer ledit Denombrement*, nu. 16. 17. 18. & 19. fol. 414. 415
Catalogi feudalis diſpunctionis iudicium vt ſit duplex, tit 1. § 10. & 11. glos. 1. in verbo, *Blaſmer ledit denombrement*, nu. 11 fol. 412
Catalogi feudalis ſubuaſalli approbatio facta à ſuperiori patrono, vt non præiudicet vaſallo & patrono immediato, tit. 1. § 55. glos 7. in verb. *Lequel eſt tenu*, nu. 4 fol. 1197
in Catalogo feudali vt teneatur vaſallus cuncta ſigillatim declarare, quamuis hoc à prædeceſſoribus non fuerit exactum, tit. 1. §. 10. & 11 gl. 2. in verb. *Blaſmer ledit denombrement*, nu. 10. fol. 417. Quid ſi nouus vaſallus non poſſideat, nec dolo deſierit poſſidere, quæ in veteribus catalogis continentur: an nihilominus teneatur ea ſpecificare & agnoſcere ead. glos. nu. 21. & 22. fol. 418
Catalogo tradito vel oblato ipſi patrono, an ipſo iure ſtatim extinguatur feudi prædenſio, tit. 1. §. 9. glos. 3. in verb. *Saiſir*, nu. 14. & vlc. fol. 370
Catalogis feudalibus quæ ſit fides adhibenda, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verb. *Denombrement*, nu. 8. fol. 309
Catholicus à quo tempore Legionis & Caſtellæ Rex, & cur dictus, tit 1. §. 41. gl. 1. al. 2 in verbo, *Reputé âgé*, nu. 7. fol 919
Cauſa certantis ex damno vitando, vt ſit potior, tit. 2. §. 20. glos. 3 in verbo, *Le prix*, nu. 5 fol. 676
Cauſa propinqua & immediata vt ſola attendi debeat, tit. 1 §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 37. fol. 771
Cauſa in ſententia quando exprimenda, tit. 2. §. 74. glos. 1. nu. 174. 175. & 176 fol. 1390. 1391
Cauſa naturali & accidentali concurrentibus, vt prævaleat naturalis, tit. 1. § 32. glos. 1. in verbo, *Agé à vingt ans*, nu. 7. fol. 745. 746
Cautela vbi abundantior, vt ibi euidentior ſit fraus, tit 1. §. 20. glos. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 52. fol. 658
Cautio de rato quando non habeat, tit. 1. §. 20. glos. 71. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 43. fol. 593
Cautio vtrum a patrono exigi poſſit, tit. 1. §. 35. glos. 2. in verb. *En faiſant la foy*, nu. 113. fol. 924
Cautio non poteſt remitti in donatione mutua, §. 15. nu. 4. fol. 1742
Cenſitor & peræquator, magiſter cenſus, & cenſores, quinam dicantur, tit. 2. rubr. nu. 13. & 14. fol. 1311
Cenſualia cenſuariis ſunt patrimonialia, & dominis irrequiſitis alienabilia, tit. 2. §. 73. gl. 2. n. 2. f 1329 & § 76. n. 7 fol. 1406
rei Cenſualis emptio an & quando domino notificanda, vide *Notifier*,
Cenſuaria prædia à vaſallo adquiſita, vt non præſumantur vnita & incorporata feudo, vide *Subfeuda*.
Cenſuarij negantes rem eſſe cenſualem, ſéque & prædeceſſores ſuos in cenſum accepiſſe, & de cenſu inueſtitos, poſtea conuicti, in qua te puniendi. tit. 2. §. 74 glos 1. n. 166. 167 168. & 169. fol. 1388. 1389. limita, nu. 173. fol. 1390. negantes dominum magis frangunt manum quàm capiens fructus, nu. 178 fol. 1390. cur vocentur roturarij, vaſalli vero domini, §. 78 glos. 4. n. 3. fol. 1499. vtrum poſſint inter ſe cenſum diuidere ſine conſenſu domini, *ibid.* nu. 28 & 30. fol. 1506. fallit nu. 31. & 35. fol. 1507. 1508. alienantes quoque titulo non tenentur priùs quàm tradant, ſe deueſtire, nec adquirentes de nouo tenentur inueſtituram petere vel capere, quantum ad commiſſum, mulctam, aut aliam pœnam euitandam, §. 84 glos. 1. nu. 9. & 14. fol. 1538. 1540. Plura de cenſuario & cenſuali vide in verbo, *Domaine*,
ad Cenſum conceſſionis quid iuris: vide *Conceſſionis*.
Cenſus ex quo cedente die cœperunt deberi, vt ſint fructus ſeparati, tit. 1 §. 1 glos. 8 in verb. *Faire les fruicts*, nu. 11. f. 198
Cenſus receptio vel exactio ſcienter facta ab Eccleſia, vt non inducat amortizationem, nec indemnitatis remiſſionem, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 72. f. 1160. vt à quauis poſſeſſione ſolui debeat, *ibid.*
Cenſus vocabulum æquiuocum, & quotupliciter accipiatur, tit. 2. nu. 7. f. 1309. pro cenſu Romano, & quis primus eum introduxit, *ibid.* pro tributo, & in quem finem præſtetur, nu. 8. & 15. fol. 1309. 1311. pro annua præſtatione quacumque nu. 18. fol. 1312. pro canone fundiario nu. 19. fol. 1312. pro medico canone annuo in recognitionem dominij directi, & iurium dominicalium nu. 20. fol. 1313
Cenſum, tributum, publicam penſitationem, functionem, vel collationem pro eodem accipi, tit. 2. rubr. nu. 15. fol. 1312
Cenſus, ſiue tributum duplex, tit. 2. rubr. nu. 15. fol. 1311. eius præſtatio quum tanquam æquiuocum ad plura ſe habere poſſit, non concludit ad aliquod certum, nec probat ſubiectum, vel aliud niſi aliter probetur, nu. 18. fol. 1312
Cenſus ſpecialis nunquam præſumitur cum onere iurium dominicalium, niſi expreſsè vel clarè probetur, t. 2. rubr. n. 43. f. 1319. eſt contractus nominatus, n. 21. f. 1313. onus realiſſimum, §. 73. gl 2. nu. 1. fol. 1329. poteſt eſſe ſine laudimiis & mulctis, ſed non ſine penſione glos. 1. nu. 14. fol. 1326
Cenſus receptio non inducit inueſtituram, nec approbationem perſonæ, ſed in conſuetudine Meldunenſi laudimia perduntur, tit. 2. §. 74 glos. 1. nu. 150. & 151. fol. 1384. ſecus de inueſtitura, nu. 152. fol. 1384
Cenſum negans an perdat ius ſuum, tit. 2. §. 74. glos. 1. num. 166. 167 168. & 173. fol. 1388. 1390. idem cum fundo, terra, ſeu iure fundiario glos. 2. nu 1. fol. 1397 de eius diuiſione inter plures hæredes §. 78. glos. 4. nu. 31. fol. 1507. in eo magis qualitatem quàm quantitatem attendi nu. 30. fol. 1506. vbi conſuetudine loci diuiditur, ibi etiam mulctæ multiplicantur nu. 31. & 32. fol. 1507. nomine, ſententia, & effectu differre ab emphyteuſi §. 82. glos 1. nu. 7. fol. 1521. die & loco quo debetur ſolui deber ſub pœna quinque ſolidorum Pariſienſium, cui locus non eſt, quando non eſt certus locus ſolutionis §. 83. nu. 1. fol. 1535. limita nu. 2. fol. 1535
Cenſum recipiens ſine proteſtatione remittit pœnam, tit. 2. §. 83 nu. 12. fol. 1539. limita nu. 13. fol. 1539
Cenſus domino inuito ſolui ante tempus, vel loco dominicali conſueto omiſſo, non poteſt tit. 2. §. 83. nu. 39. & 40. fol. 1547. 1548
Cenſus ſolutione per tres continuos annos, an etiam ſuperiorum annorum ſolutio præſumatur? tit. 2. §. 83. nu. 41. fol. 1548. amplia nu. 42. & 43. fol. 1548
de Cenſu & reddita ſimul debitis, eodem etiam forte die, & loco ſoluendis, ſi cenſus, non autem redditus, aut ſi neuter ſoluatur, quid iuris? tit. 2. §. 83. nu. 10. & 11. fol. 1539
Cenſus dominicalis ſtrictè acceptus in plures ſpecies non diuiditur ſed ſolum in plura diſtinguitur ſubiecta numero, qualitate, pactis, accidentibus, aut aliis circumſtantiis ſpecificam differentiá minimè cõſtituentibus, t. 2. § 83. n. 12. f. 1539
Cenſus ſtrictè accepti definitio, tit. 2 §. 73 glos 2. nu. 13. f. 1313
an Cenſus vel canonis remiſſio fieri debeat propter bellum egregia quæſtio, tit. 2. §. 74 gl. 2 nu. 34 fol. 1357. variæ de ea re opiniones n. 55. 56 57. 58 59. fol 1357. 1358. ſolutio triplici adhibita diſtinctione nu. 60. 63. 64. & 65. fol. 1358. & 1359.
etiam propter ſterilitatem omnes fructus abſorbentem, aut ob inundationem maioris partis fundi? *ibid.* nu. 69. 70. & ſeqq. fol. 1362. Quid ſi fundus ab hoſtibus captus, fuerit recuperatus? *ibid.* nu. 75. fol. 1363
Cenſum alio poſſidente vtrum ſoluere teneatur verus cenſuarius, tit. 2. §. 85. nu. 76. 77. & 78 fol. 1587. vtrum etiam quilibet extraneus domino directo etiam recuſante ſoluere, vel offerre pro cenſuario poſſit ad euitandã mulctam & commiſſum? *ibid.* nu. 79. 80. 81 82. & multis ſeqq. fol. 1588. 1589
Cenſus & feudum an contrariè opponantur: vide *Feudum*.
pro Cenſus ſolutione an inuecta & illata in domum cenſualem, hypothecata cenſeantur: vide in verbo *Hypothecata*.
ob Cenſum non ſolutum quando quis cedat in commiſſum? vide *Commiſſum*.
Certificationis factæ ab extraneo à procuratore generali, vel à fructuario differentia, tit. 1. §. 21. glos. 1. in verbo, *A regne*, nu. 23 fol. 706. 707
Ceſſante vna ex pluribus cauſis integris vt non ceſſet diſpoſitio, t. 1. §. 1 gl. 9. in ver. *Pendant ladite main miſe*, nu. 38. f. 236
Ceſſio futuro hæredi facta, tamquam iam hæredi videtur facta, tit. 2. §. 78. glos. 1. nu. 76. fol. 1449
Ceſſio & abſtentio vt differant: vide *Abſtentio*.
Ceſſio vt habeatur pro morte, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui deſſuie le fief*, nu. 20. fol. 1007
Ceſſio vt peti poſſit etiam contra cohæredes, tit. 1. §. 18. gl. 1. in verb. *Arpent*, nu. 14. fol. 548. hoc autem fallit in reddita ad certam rem limitato, ead. glos nu 15 fol 549
per Ceſſionem etiam actionis realis, vt nullum tranſeat dominium, tit. 1 § 33 glos 1 in ver. *Droict de relief*, nu. 110. f 817
Ceſſio bonorum habet locũ etiam pro expenſis §. 72. col. 1636
an Chirographo executionis à ſeruiente facto ſtandum ſit? vide *Executionis*
Circumſtantia modica facti inducit magnam iuris diuerſi-

SVMMARIVM.

1. *Hoc priuilegium* d'hoſtelier *non habet locum pro impenſis ſuperfluis, nec ſi dederit locum ludis vetitis.*

APREFERER] facit *l. interdum D. qui pot. in pign. hab.* quæ eſt vera ratio huius paragraphi: vnde ſi eſſent impenſæ valdè ſuperfluæ non venirent, quia ſunt contra bonos mores, nec eis fauendum eſt; imò magis indè puniendum, & præſertim ſi ſit lex ſumptuaria. Item fallit in eo qui præberet ludis vetitis.

---

§. CXCIV.

QVi vend aucune choſe mobiliaire ſans iour, ſans terme, eſperant d'en eſtre payé promptement, il peut ſa choſe pourſuiure en quelque lieu qu'elle ſoit tranſportée pour en eſtre payé du prix qu'il l'a venduë.

§. CXCV.

VN reſpit ne peut auoir lieu contre le deub d'aucun à luy adiugé par Sentence diffinitiue & contradictoire, loüage de maiſon, arrerages de rentes, moiſſon de grains, debtes de mineurs contractées auec les mineurs, ou leurs tuteurs, durant leur minorité.

SVMMARIA.

1. *Difficultate oriente ex iuſta cauſa* reſpit peut auoir lieu.
2. Reſpit *non impedit executionem ſententiæ.*
3. *Appellans ineptè non debet eſſe melioris conditionis quam iuſtè acquieſcens.*
4. Reſpit *ceſſat tempore ſoluendi dato elapſo.*

Reſpit peut auoir lieu difficultate oriente ex iuſta cauſa.

TRact. *vſurar. quæſt.* 82. *poteſt renunciari, conſil.* 95. §. 4.

Damna fortuita, facit *l. quod mihi D. de reb. credit. ſi cert. pet.* & ibi Alexand. 1. Quando difficultas oritur à iuſta cauſa, *in auth. de æqualit. dot. cap. illud quoque ſancire coll.* 7.

MOISSON] *tract. vſurar. quæſt.* 21. *& quæſtione* 23.

Adde notata ad Decium *lib.* 1. *num.* 27. *contra Decium ſi certum petat.* §. *ſi non obſeruatur ex deciſo.*

Reſpit non impedit executionem ſententiæ.

Quid de ſententia *que l'execution ſera faite & parfaite non par defaux*, ſed partibus auditis? Reſpondi aut fuit diſcuſſum ſolum ſuper formula executionis, vel alia cauſa, & non impedit *le reſpit* 2. multominus impeditur per ſententiam *de garniſon*, & per arreſtum adiudicatum: ſed ſi negatum eſt debitum, & ſuper eo contradictoriè cauſa cognita iudicatum, ceſſat *le reſpit*. Quid ſi appellatum à ſententia, ſed quia non excedit *dix liures* petitur exequi *nonobſtant*, an ſit locus huic reſcripto? Puto quod ſic, quia nondum eſt diffinitiua. Sed ergo prouocabitur ad appellandum habens cauſam indiuiſam, & ineptè appellans 3. non debet eſſe melioris conditionis quam iuſtè acquieſcens ſententiæ, & hoc verius poſtquam ſemel debitum recognouerit & contradictoriam ſententiam expectauit. Quid ſi videns eum in vltimis acquieſcit præſentans *vn reſpit* pro ſumma & expenſis & omni debito? Reſpondi ſi per dolum litigauerit non prodeſt, quia non debet iuuare doloſum, vbi de dolo conſtat.

Appellans ineptè nõ debet eſſe melioris conditionis quam iuſtè acquieſcens.

Amplia etiamſi debitor eſt obligatus ſub garentigia cum termino ſoluendi dato, quia eo lapſo ceſſabit 4. *le reſpit*, & perdit priuilegium; quicquid veteres ſuperſtitioſi libri cantent.

Reſpit ceſſat tempore ſoluendi dato elapſo.

Quandoque iudex ex officio dat terminum.

---

§. CXCVI.

EN matiere de deſconfiture chacun creancier vient à contribution au ſol la liure ſur les biens meubles du debteur, & n'y a point de prerogatiue.

SVMMARIA.

1. Deſconfiture n'eſt receuable pour les deſpens d'execution.
2. *Nec pro debito* des foires de Champagne & Lyon, *nec contra fiſcum.*
3. *Iuris regulæ ceſſant* en deſconfiture & contribution.
4. *Hypotheca conuenta non excluditur.*
5. *Hypothecarius non æquatur hypothecario, niſi inter habentes hypothecam.*

Deſconfiture n'eſt receuable pour les deſpens d'execution.

I'NY A POINT DE PREROGATIVE] niſi *pour les deſpens de l'execution*, vt ſonant veteres libri, & benè.

EN MATIERE DE DESCONFITVRE] de ſimili ſtatutum Decius *conſilio* 5. *numero* 3. *in fine.*

2. Etiam

Digitized by Google

Nec pro debito *des foires de Champagne & de Lyon* nec cõtrà fiſcum.

2. Etiam ob debitum *des foires de Champagne & de Lyon*, etiamſi fiſco. Fallit fortè in principali.

Regulæ iuris ceſſant ea deſtionſenare & contributione.

3. Et ceſſant iuris regulæ, quia non poſſunt ſeruari, quod vnus totum habeat, alius totum perdat ſine vlla ſpe remedij, & ſic æquius eſt omnes ad contributionem vocari ex naturali iuſtitia, ceſſantibus hoc caſu regulis poſitiuis.

Alias ſi ſunt alia bona, libri antiqui ſonant quod non debet fieri oppoſitio ſuper mobilibus iam ab alio captis, niſi ſuper reſiduo, primo ſaiſiente prius ſatisfacto.

Hypotheca contenta an excludatur ea deſtonſenare.

4. PRÆROGATIVE. An ergo hypotheca contenta excludatur? Videtur quod non, quia conſuetudo ſatis operatur: primò ſecundum ius, ſecundò addendo derogationem priuilegiorum perſonalium: Tùm eſſet iniquum, vt vidi. Quidam creditor hypothecarius *fait ſaiſir les viages des terres & les rentes* vxoris debitoris, vir bonis cedit, an prior ille creditor perdet hypothecam, & etiam pignus prætorium? Videtur iniuſtum in contrarium, quia ille qui citatus mutuatur fortè ſub hypotheca eſt cauſa quod bona inueniantur, ergo non debet excludi per veterem hypothecam. At dices quod textus non tollit hypothecam 5. ſed prioritatem hypothecæ inter habentes hypothecam tantum: non eſt iuſtum, nec congruit verbis & menti: ſed magis congruit verbis & menti quod & hypotheca etiam prætoria tollatur. Sed nonnè iuſtum chirographarium æquari hypothecario? Reſpondi ſic in veteribus prædiis, ſed non in mobilibus, quæ magis obſeruata ſunt per vltimum chirographarium quam per veterem hypothecarium, & aliquando mobilia exonerantur ſine onere hypothecæ.

Hypothecarius non æquatur hypothecario niſi inter habentes hypothecam.

§. CXCXVII.

LA connoiſſance & punition des delicts appartient au Iuge du domicile des delinquans, & non pas au Iuge où le delict a eſté commis, quand il eſt requis par le Iuge du domicile, s'il n'y a cas priuilegié.

SVMMARIVM.

1. *Cauſæ continentia non debet diuidi.*

QVid ſi dicatur quod hoc eſt factum fauore inferiorum iudicum, vel dominorum huius Præſidiatus, & ſic quod non debet prodeſſe forenſibus. Vndè quod *vn de Montdidier* ſuper ſuggeſtione teſtamenti ſcholaris mortui in hac vrbe non debeat remitti ad *Peronne* vbi habet domicilium, maximè quia hic ſunt notarij ſimul perſonaliter, & quod continentia cauſæ non debet diuidi, quod ſaltem hoc caſu verum eſt.

§. CXCVIII.

PAr ladite couſtume qui confiſque le corps il confiſque les biens.

SVMMARIA.

1. *Hæc conſuetudo eſt odioſa, nec habet locum in delegatis.*
2. Preuoſt des Marchands, *veriſimiliter ignorat confiſcationem niſi exprimat.*
3. *Damnatus per contumaciam eius hæredes admittuntur ad probandum innocentem vita voce.*
4. *Quandoque vtile fugere habenti iuſtam cauſam.*
5. *Pater & filius eadem perſona cenſentur.*
6. *Dicitur* ſans deſpens *quando quis litigat cum Rege.*

Hæc conſuetudo in hoc articulo eſt odioſa nec habet locum in delegatis. *Preuoſt des Marſchaux* veriſimiliter ignorat confiſcationem niſi exprimat. Damnatus per contumaciam hæredes eius admittuntur ad probandum innocentem vita voce. Fugere quâ-doque vtile habenti iuſtam cauſam.

BEnedict. *fol.* 215. *col.* 2. quod tantum à ſuo territorio. Scilicet debitè & iuſtè, alias non. Corn. *conſ.* 278. *lib.* 4. nec tranſit in rem iudicatam.

Arreſt fol. 191. Dicebat Dom. *Bourgoin* quod non debet hæc conſuetudo niſi de ſententia ordinarij municipalis intelligi, non autem de ſententia *du Preuoſt des Marchands*, qui veriſimiliter. 2. ignorat niſi exprimat. Idem de delegatis quia odioſa eſt.

3. Tamen ſi per contumaciam, etiam poſt obitum admittuntur hæredes ad probandum innocentiam, vt *pour le ſieur d'Armignac.*

4. Et ſæpe vtile habenti iuſtam cauſam fugere, vt *de feu Poncher* qui ſtrangulatus, & poſt eius hæredes verificauerunt innocentiam. *Celuy qui fonda les Celeſtins.*

Cancellarius ſolebat habere confiſcationes *des fauſſaires du ſceau*, ſcilicet *Poyetius qui fuit* vius, ſed poſteà hoc eſt ablatum Cancellariis.

Frater occiſi emancipat filium, facit eum hæredem & ſic percipit intereſſe ciuile, tam ſuo, quam filij nomine. Reſpondi quod non poteſt, quia eſt quid in fraudem procuratum. 5. & pater & filius eadem perſona reputantur, & debet offerre cito conqueri pro vna perſona, & ſatis eſt.

Pater & filius eadem perſona cenſentur.

Idem ſeruatur *à Clermont en Argonne dont le Duc de Lorraine eſt Seigneur, & qui eſt de l'Empire:* ſed ibi ſpectant immobilia *au haut iuſticier*, & mobilia *au Duc quant à ſes hommes & Bourgeois* quos habet, etiam in terris *des hauts iuſticiers*, ibi etiam *Iuſtice ſonciere.* Et ita iudicatum 1550. 16. Iunij, ibi etiam vt hîc (ſcilicet Lotharingiæ) quando quis litigat cum Procuratore Ducis ſemper dicitur *ſans deſpens*, vt hîc cum Rege 6.

Dicitur *ſans deſpens* quãdo quis litigat cum Rege.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM
QVÆ IN HIS CAROLI MOLINÆI
COMMENTARIIS AD PARISIENSES
consuetudines habentur.

A

ABSENTIAE causa vt non fiat feudi præhensio, nisi aduersus tertium possessorem & occupatorem, Tit. 1. *Desfiefs*, §. 1 glos. 2. in verb. *Par sante d'hommes*, &c. nu. 4. & 5. fol. 85

Absolutio vel Relaxatio ex vna causa, vt nihil operetur, quantum ad aliam: Tit. 1. § 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main mise*, nu. 39. f. 236

Abstentio & cessio vt differant. Tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 101. fol. 812

Abstinentis ab hæreditate portio quo iure accrescat cæteris cohæredibus, t. 1. §. 13 gl. 2. in verb. *Le fils aisné*, n. 29. fol. 462

Absurditas vt minus tolerabilis sit, quàm superfluitas, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verb. *Iouer de son fief*, nu. 17. fol. 1337

ab Absurdo argumentū, vt sit necessarium: vide *Argumentum*.

Absurdo per absurdum, vt non sit obuiandum, tit. 1. §. 45. glos. 1. in verb. *Le desadueué*, nu. 13. fol. 1072

Abutens feudo vasallus vtrum eo priuetur, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verb. *Qui desnie le fief*, nu. 168. fol 1053

Accessio in fundo fructuario distinguenda, an scil. fiat ex causa inexistenti, an ex accidentali, vel ex extrinseca, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verb. *Le seigneur fodal*, nu. 65 fol. 75

Accessiones nouæ fundi extra veterē vt præexistentem causam & ius fundi dominantis, quatenus soli proprietario acquirantur, t. 1. §. 1 gl. 2. in ver. *Le seigneur fodal*, n. 66. 67. fol. 76

Accrescens vt eodem & directo iure habeatur, tit. 1. §. 13. gl. 4. in verb. *Deux mesans*, nu. 3. fol 515. vbi plura de Accrescendi modo traduntur, & nu. seqq. Hoc autem vt etiam obtineat, qui abstinet, id fecerit aliquo recepto modo, dummodo mera sit abstentio, ead. glos. num. 4. fol. 516. Idemque iuris, quando filia viuo patre dotata, renunciauit futuræ successioni nu. 5. fol. 516. & 517

Accrescendi ius, vt non habeat locum in contractibus, tit. 1. §. 33 glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 83. fol. 801 & 812

Acquisitio *des bancs du Palais* est potius pigneratio & non capit naturam immobilis, §. 128. nu. 10. fol. 1706

Acquisitio ante matrimonium, quo durante, emptor contentus ad supplementum pretii, supplet, est conquæstus interconiunctos, §. 131. nu. 2. fol. 1711

Actionum duo genera possessorium & petitorium, tit. 3. *de complaincte* nu. 1. fol. 1615

Actio sequitur naturam & qualitatem rei, ad quam competit. & de ea idem quod de re iudicatur, t. 1. §. 20 gl. 3. in ver. *Prendre, retenir*, nu. 8. fol. 622 t. 2. §. 78. gl. 3 nu 5. fol. 1490

Actio ad cōmissum, vt non transeat in alienatione feudi dominantis cum iuribus & pertinentiis, vide ad *Commissum*.

Actio ad redimendum, vt non sit merè personalis, sed in rem scripta, tit. 1. § 51 glos. 2. in verb. *Iouer de son fief*, nu. 23. f. 1140

Actio competens ad feudum vt eodem iure quo feudum reguletur, quantum ad successiones & retractum proximitatis, sed non quoad iura feudalia, tit. 1 §. 33. glos. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 30. 31. & 32. fol. 868 & 869

Actio directa vt non acquiratur per procuratorem, tit. 1. §. 33. glos. 2. nu. 22. fol. 864

Actio empti ex stipulatu, & similes ad feuda, an cadant in ius primogenituræ, tit. 1. §. 28. gl. 1. in verb. *Arpent*. num. 32. fol. 557

Actio & passio, vt non concurrant eiusdē respectui in eodem, tit. 1. §. 20 glos 1. in verbo, *Le seigneur fodal*, nu. 56 fol 599

Actio retractus vt excludatur triginta annis, tit 1. § 20 glos. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 11. fol. 696. nisi occultata venditione nu. 12. fol. 696. vtrum huic actioni præscribatur à tertio cum titulo & bona fide, nu. 13. fol. 697

Actionis & præhensionis cumulatio, tit. 1. §. 1. glos. 5. in verbo, *Pendant ladite main*, num. 3. fol. 223

Actiones ad quem spectant, vt spectent etiam instrumenta, tit. 1. §. 58. glos. 1. in verb. *A ferme ou moisson*, nu. 7. f. 1229. vt resideant in persona creditoris, quamuis cessæ fuerint, §. 1. glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 6. & 7. fol. 107. 108

de Actionibus competentibus ad feuda, quid iuris, tit. 1. §. 18 glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 28. fol. 535

Actor coram ordinario citans reum quem non sperat litigaturum, non censetur renunciare priuilegio fori sui, tit. 1. §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 26. fol. 1243

Actor vt non obstante processu petitorio vel successorio possit petere contractum, & reo possidente interim obseruare, tit. 1. §. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, nu. 28. fol. 1123

Actoris fundata intentione, vt exceptionis vires ex eius persona metiamur, tit. 1. §. 20. glos. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, nu. 9. fol. 622

in Actu vel in potentia esse, vt non sint paria, tit. 1. §. 51. glos. 1. in verb. *Iouer de son fief*, nu. 8. fol. 1133

Actus quadratus quis, t. 1 §. 18. gl. 1. in ver. *Arpent*, n. 6. fol. 543

Actus vitiosus seruientis non vitiat actum, qui sine eo fieri potest, nec eius notificationem, tit. 1. §. 74 glos. 1. num. 92 & 93. fol. 1368

Actus approbatio omnis, vt ad eius modos, limites, & conditiones restringatur, tit. 1. § 58 glos. 1. in verbo, *A ferme ou moisson*, nu. 6. fol. 1229. In dubio vt iudicetur in rotum à præponderante, §. 33. gl. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 76 f. 894. Si fieri debeat sub certa qualitate, & fiat sub alia, vt non valeat, §. 55. gl. 10. in ver. *En luy payant*, nu. 15. fol. 1208

Actuum vicinitas vt faciat mutuam correlationem præsumi, tit. 1. §. 33. glos. 2 in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu 91. f. 902

Adæquatorum natura qualis sit, tit. 1. §. 1. gl. 8. in ver. *Faire les fruicts*, nu. 4. fol. 195. vbi Adæquationis axioma refertur.

Adeundi ius cedi non potest §. 130. nu. 3. fol. 1711

de Addictione in diem, quid iuris penes iura feudalia siue retractus, siue quinti denarii, siue laudimiorum, tit. 1. §. 23. al. 33. glos. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 9. fol. 856

Adiudicationis factæ inter fratres per decretum extraneo licitatori, qui declarauit se acquisiuisse nomine & ad vtilitatem primogeniti, quid iuris, tit. 1 § 23. al. 33. glos. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 28. fol. 866

Administrator rei alienæ, vt teneatur librum administrationis conficere, & post rationem reddere, tit. 1. §. 93 glos. 8. in verb. *Rendre compte*, nu. 26. fol. 388

Administratorum deputatorum authoritate iudicis, & eorum qui à priuato constituti sunt, quæ sit differentia, tit. 1. §. 9 glos. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 37. fol. 391

Admissio quid, tit. 1. §. 55. glos. 10. in verb. *En luy payant*, nu. 26. fol. 1211

Admissio ad fidem vt fiat sub conditione resolutiua, vel ad certam causam limitata, tit 1. §. 1. glos. 2. in verbo, *Par saute d'hommes*, nu. 2. fol. 84

Admortizatum semel, vt duret, nisi prorsus in laicum transferatur, tit. 1. §. 20. glos. 1. in verb. *Le seigneur fodal*, nu. 4. fol. 576. Idque vt obtineat, etiamsi ex infeudationis pacto vasallus vendere posset, aut donare, nu. 5. fol. 577

Admortizatio, siue admortizamentum quid, tit. 1. §. 20. gl. 2. in verb. *Le seigneur fodal*, nu. 1. fol. 575. Plura vide infra in voce, Amortizatio.

Adoptatus vel arrogatus vtrum succedat in ius primogenituræ, tit. 1. §. 13. glos. 1. in verb. *Le fils aisné*, nu. 33. fol. 464. vt nullum habeat tale ius. *Ibidem*, & quid iuris de Arrogato ab extraneo patre, seu dato in adoptionem extranei, *ibidem*.

de Adoptiuo filio, & quæ sint Adoptiuorum iura apud Gallos penes feuda, tit. 1. §. 2. & 3. glos. 2. in verb. *Descendant*, nu. vlt. fol. 148

Adquestuum & conquestuum differentia, tit. 1. §. 43. glos. 6.

in verb. *Qui deſaiſie le fief*, nu. 189. fol. 1064
Adquiri feudum patrono per contractum vel teſtamentum, quando dicitur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſie le fief*. nu. 189. fol. 1064
Adquiſitio commutabilis vt hypothecam non reſoluat, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verb. *Vendu*, nu. 38. fol. 650
de Adquiſitione quam fecerit eadem Eccleſia, vt nulla iura debeantur, quocumque titulo, etiam emptionis, adquiſierit, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 137. fol. 832. A quouis deberentur, ſiue ab Eccleſia, ſiue à venditore nu. 138. fol. 834. Imo hoc caſu lucraretur ipſa Eccleſia quintum pretij, nu. 139. fol. 834
ad Adquiſitionis adferendæ litteras, an agi poſſit contra quemlibet, tit. 1. §. 20. gloſſ. 3. in verbo. *Prendre, retenir*, nu. 3. fol. 619
ad Adquiſitionem feudalium iurium quod tempus inſpiciendum, vide *Feudalium*.
Adſcriptitij qui, tit. 1. §. 2. & 3. gl. 3. in ver. *Le bouche & les mains*, nu. 2. fol. 249
Aduantagium veniens in conſequentiam remotam vt non prohibeatur, tit. 1. §. 13. gloſ. 4. in verſ. *Principal manoir*. num. 4. fol. 499
pro Aduentu patroni quid præſtatur vt non ſit in fructu, tit. 1. §. 55. gloſ. 4 in verb. *Et chacun d'eux*, nu. 2. fol. 1185. Nec ſpectat ad conductorem fructuum, num. 3. & 4 fol. 1185. 1186. Imo ad ſuperiorem patronum ex defectu hominis fruentem, nu. 5. fol. 1187
Aduentus nouus attendi debet ex perſona vaſalli, & non patroni, tit. 1. §. 55. gloſ. 4 in verb. *Et chacun d'eux*, num. 6. fol. 1187. Sic quod pro iucundo tali aduentu, vt non tranſeat in fructuarium, nec in emptorem fructuum, ſiue ex debito, ſiue ex voluntate detur, nu. 7. fol. 1188
Aduerbia reſolutiua (*Donec*, *Quouſque*, *Quoad*, *Quamdiu*, & ſimilia) vt inducant reſolutionem extinctiuam, tit. 1. §. 3. gloſ. 3. in verb. *Saiſir*, nu. 15. fol. 370
Aduen & reception en foy & homnage, Item, *Aduen & Demembrement*, vt duo ſint renouatæ inueſtituræ inſtrumenta, tit. 1. §. 9. gloſ. 1. in verb. *Demembrement*. nu. 2. fol. 353.
Aduouer, verbum Gallicum in iure feudali, vnde deductum, & quid ſignificet, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, nu. 19. fol. 113. 114
Aduouer ou Deſaduouer,, quid, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le Seigneur feodal*, nu. 77. fol. 82. Pragmaticis Gallis quid §. 1. gloſ. 9. in verb. *Pendant ladite main*, nu. 2. fol. 223
Aduouer ou Deſaduouer, vt ſit neceſſe, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Le deſaduoué*, nu. 12. fol. 1071
Ædificans ſcienter in ſolo alieno an ſuas perdat impenſas, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 82. fol 166
Ædificans in alieno ſolo vt donare videatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo *Le fief*, nu. 102. & ſeq. fol. 174
Ædificium quatenus ſolo cedat, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo. *Le fief*, nu. 82 & ſeqq fol. 166. 167
Ædificia an cedant feudo, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 68. fol. 162
Ædificiorum melioramenta quemadmodum ſibi ſeruare poſſit emphyteuticarius, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 82. fol. 166
Ædificiorum fauor an præferatur viribus priuatorum : vide *Fauor*.
Æquitas ſpecialiter ſcripta, vt non extendatur quando eſt rigor ſcriptus in genere, tit. 1. §. 15. gloſ. 4. in verbo. *Principal manoir*, nu. 10. fol. 502
Æquitas vt multiplex, Abſoluta, Plena, Informis, Legalis iuſtitia, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo. *Iuer de ſon fief*, nu. 86. fol. 1165
Æquitatem legalem, non autem imaginariam vt Iudices ſequi debeant tit. 1. §. 51. gloſ. 2. nu. 87. fol. 1165
Æquitate deficiente, vt nulla fieri debeat extenſio, tit. 1. §. 37. gloſ. 1. in verb *Se marier*, nu. 4. fol. 937
Æqualitas inter filios, vt quàm fieri poteſt, ſeruanda ſit, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verb. *Le fils aiſné*, nu. 10. fol. 454 & §. 124. nu. 1. fol. 1799
Æqualitas vt attendatur circa idem tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſie le fief*, nu. 65. fol. 1001. 1002
ex Æquipollentibus quid fiat vt non referat, tit. 1 §. 20. gloſ. 6. in verb. *Parſon vaſſal*, nu. 1. fol. 663
Æs alienum vt reſpiciat vniuerſum patrimonium tit. 1. §. 18. gloſ. 1. in verb. *Arpent*. nu. 11. fol. 546
Æſtimatio & liquidario rerum feudalium cuius impenſis fieri debeat, tit. 1. §. 63. gloſ. 1. in verb. *Faire les offres*, nu. 22 fol. 1275
Æſtimatio in dubio vt non faciat emptionem tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 60. fol. 826. tit. 2. §. 78. gloſ. 1. nu. 105 & 106. fol. 1457
Æſtimatio vt fieri debeat deductis omnibus oneribus, tit. 1. §. 33. gloſ. 3. in verb. *Quint & requint*, nu. 2. fol. 907
Æſtimatores verum iurare debeant tit. 1. §. 47. gloſ. 3. in verb. *Le dire de preud'hommes*, nu. 7. fol. 1093
vt Æſtimatores publici præcisè cogantur negocium ſuſcipere, non autem nominati, tit. 1. §. 47 gloſ. 3. n. 8. fol. 1093
Ætas legitima vt tam in patrono quam vaſallo ſeu cliente requiratur circa actus feudales: videlicet in maſculo viginti annorum, in femina quindecim, tit. 1. §. 32. in verb. *Aagé à vingt ans*, nu. 1. & 2. fol. 741. 743
Ager emphyteuticus facilè poteſt amitti & cadere in commiſſum per lapſum triennij non ſoluto canone, tit. 2. Rubr. nu. 28. fol. 1315. Illius poſſeſſor à ſaiſidatione iudicio ſiſti releuandus, *ibid.*
Ager vectigalis non cadit in commiſſum non ſoluto canone per triennium, tit. 2. Rubr. nu. 28. fol. 1315. quid ſit, & an differat ab emphyteutico contra Accurſ. & ſcribentes, nu. 25. 27. & 28. fol. 1314. 1315
Agnationis conſeruatio quàm ſit fauorabilis tit. 1. §. 25. gloſ. 1. in verb. *Les femelles*, nu. 4. fol. 716
Agnatis an noceat reſignatio vaſalli, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſie le fief*, nu. 110. fol. 1019. Item Reſtitutio in integrum nu. 121. fol. 1020
Aiſné verbum quid propriè ſignificet tit. 1. §. 19. gloſ. 2. in verb. *Droict d'aineſſe*, nu. 1. fol. 559
Alaudium quid, eius definitio & etymon, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verb. *Franc alleud*, nu. 1. fol. 1289. Vt ſit duplex, nobile & paganicum, nu. 3. fol. 1290
Alaudium an præſumatur omne prædium: vide *Prædium*.
Alaudium an in Galliæ regno poſſideri poſſit ſine ſpeciali titulo, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verb. *Franc aleu*, nu. 11. fol. 1293.
Alaudium verum quid, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 1. fol. 49
Alaudium quomodo fieri poſſit feudum, & res feudalis, & ſic tranſeat in feudum, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 11. fol. 144
in Alaudium verum & francum tenere, quid, tit. 1 §. 2. & 3. gloſſ. 4 in verb. *Serment de feauté*, nu. 16. fol. 265
Alaudia poſſidentes vt poſſit corrigere Princeps ad declarandum quid & quantum poſſideant in alaudio, tit. 1 §. 68. gl. 1 in verb. *Franc aleu*. nu. 5. fol. 1291. Idemque iuris de dominis inferioribus in eorum territoriis *ibid.* verum quid præſcribere poſſit vt teneat in alaudium, nu. 15. fol. 1296
Alaudialis res vt non poſſit debere cenſum, ſed benè perpetuum redditum, tit. 1. §. 68. gloſſ. 1. in verb. *Franc aleu*. nu. 1. fol. 1289
res Alaudialis an in dubio præſumatur, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verb. *Franc aleu*, nu. 4. & 5 fol. 1291
Alaudialia vt non debeant ab Eccleſiis adquiri, nec teneri, tit. 1. §. 51. gloſ. 2 in verb. *Iuer de ſon fief*, nu. 90. fol. 1167.
Albinatus ius quod, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſie le fief*, nu. 181 fol. 1061.
Alenconienſium ſororum de Ducatu & Comitatu Alenconij actiones aduerſus Regem ſeu procuratorem regium, & illarum deciſio, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, nu. 56. & ſeqq. fol. 127. 128.
Alienare feudum in conſortem vt liceat: vide *Feudum*.
Alienare prohibitus, an poſſit delinquendo amittere, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 4. in verb. *Serment de feauté*, nu. 21. fol 267.
Alienare prohibitus fauore alterius, vt non poſſit alienare delinquendo, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſie le fief*, nu. 79. fol. 1007.
Alienare vt cenſeatur qui patitur præſcribi: vide *Præſcribi*.
Alienata per vaſallum ante ingratitudinem ab eo admiſſam, vtrum ea ſuperueniente reuocentur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſie le fief*, nu. 94. fol. 1013
omnis Alienatio recidens in venditionem, vt pro venditione, habeatur, quoad iura feudalia, tit. 1. §. 33. gl. 2. in verbo *Aliené à prix d'argent*, nu. 1. fol. 851
Alienatio rei ſubiectæ reſtitutioni, vt conditione extante annulletur, ſed non reducatur retro ad non cauſam: ideóque ex præterita mutatione debeatur relenium, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 115. fol. 820
de Alienatione quam fecit Eccleſia compulſa ponere extra manus ſuas, vt omnia iura feudalia debeantur. tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verb. *Droict de relief*, nu. 136 fol. 832
Alimenta patrono ſuo vaſallus non præſtans, eáque denegans, vtrum feudo priuetur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaiſie le fief*, nu. 145. fol. 1042
Alos verbum quid denotet, tit. 1. §. 15. gloſ. vlt. in verbo *Par preciput*, in fi. fol. 520
Alouuio quid tit. 1. §. 1 gloſ. 5. in verb. *Le fief*, in fi. nu. 117. fol. 180. vtrum ius habeat in agris menſuratis, ead. gloſ. nu. 120. fol. 180. vt locum habeat in his quæ ſunt iuris publici, & non eodem modo in his, quæ ſunt vſu publica, *ibid.*
vt Alluuio territorium & imperium augeat, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. nu. 116. fol. 179
Alluuione feudo adiecta, vt ipſi cedant, tit. 1. §. 1. gloſ. 6. in verb. *Le fief*, nu. 115. fol. 179
Alluuione quæ fundo adcreſcunt, quemadmodum proprietario, fructuario, & hypothecario creditori competant, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 62. fol 74
Alternatiua præſupponit res diuerſas, ſed poſita inter genus & ſpeciem reſoluitur in expoſitiuam : & quando hæc ra-

Digitized by Google

guia procedat, tit. 2. §. 71. gl. 1. n. 1 fol. 1331. Etſi debet poni inter diuerſa, nu. 2. fol. 1323. non concludit certum, §. 76. nu. 13. fol. 1407

Alternatiuæ pars vna vt declaretur ab altera, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 2. in verbo, *Deſcendans*, nu. 7. fol. 247

Alueus relictus à fluuio, vt fiat communis eorum qui prope ripam prædia poſſident: an nouus fiat publicus, tit. 1. §. 2. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 110. fol. 180

Amedeus primus Sabaudiæ dux, vt fuerit vir tam religioſæ conſtantiæ, vt etiam ſi laicus eſſet, Papa electus fuerit in Concilio Baſilienſi tit. 1. in Rubr. ſeu proœm. n. 104 f. 43

Amor coniugum non debet eſſe venalis, §. 156. n. 8. fol. 1745

Amortizatio ab indemnitate quid differat, tit. 1. §. 41. al 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 68. fol. 1158. vt ea ſimpliciter accepta non ſit remiſſa indemnitas nu. 69. *ibid.* vt ſit alienatio, nu. 75. fol. 1171

Amortizatio an adquiratur in adquiſitione reddituum: vide *Reddituum*.

Amortizatio patroni immediati vt præiudicet omnibus ſuperioribus in iure expellendi manum mortuam, ſed non in iure indemnitatem pro eorum tempore exigendi, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 88. fol. 1166

vt Amortizatio nulla inferioris præiudicet regi, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. nu. 89 fol. 1166

Amortizatio vt nullo tempore aduerſus regem præſcribatur, ſed bene indemnitas præteriti temporis vltra quadraginta annos, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. nu. 91. fol. 1187

vt Amortizatio nulla nec indemnitas debeatur domino ratione redditus ab Eccleſia acquiſiti ſuper feudo *ibid.* num. 95. fol 1168. ſit tamen à rege habenda amortizatio *ibid.*

Amortizatio regis vt non præiudicet domino inferior: *ibid.* nu. 97 fol. 1169

Amortizatio regia vbi debeat probari, & homologari, nu. 110. fol. 1170. 1171

Amortizatio vt non mutet dominium nec qualitatem rei, tit. 1. § 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, n. 78. fol. 1161. 1162

ad Amortizationi conſentiendum, vt poſſit dominus directus cogi fauore religionis, aut alia iuſta cauſa, nu. 98. fol. 1169

Amortizationes generales non operantur niſi contra concedentem, nec impediunt redditus redimi beneficio Edictorum Regis, tit. 2. §. 83. & 84. nu. 72. & 73. fol. 1557

Amortizare vt non poſſit tutor, tit. 1. §. 51. gl. 2. n. 79. & 80. f. 1162 maritus d. n. 80. fol. 1162. 1163. an patronus minor *ibid.* patronus ſuperior ſeu mediatus, n. 83. & ſeq. f. 1164. Epiſcopus, nu. 80. fol. 1162 1163. vſufructuarius nu 84. f. 1164

Amortizando vt non poſſit Princeps exproprietare dominum directum, & ſupremam iuriſdictionem, tit. 1 § 51. gloſ. 2. nu. 99. fol. 1170

ad Amortizandum vt ſufficiat & requiratur ſpeciale mandatum, tit. 1. §. 41. al. 51. gloſ. 2. nu. 76 fol. 1161

ad Amortizandum Eccleſijs vt non extendatur ſpeciale mandatum ad alias manus mortuas *ibid.* videtur plura in voce *Admortizatio*.

Amplius, dictio vt ſola ſtet tantùm continuatiuè, ſecus vbi pronomini *hoc* copulata reperitur, *Hoc amplius*: nam tunc ſit repetitiua & coniunctiua, tit. 1. §. 55. gloſ. 1 in verbo, *Item en ce cas*, nu. 7. fol. 1179

Analogiſtes teſtamentarius vt ſolum à leui culpa & ſcrupuloſa inquiſitione releuetur: non tamen ab omni redditione rationum tit. 1. §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 21. & 33. fol. 385 390

Annus retractus in ſimulata permutatione non currit niſi per 10. annos §. 174. nu. 3 fol. 1764

Annus retractus non currit niſi a die conditionis impletæ §. 175. nu. 8. 9. fol. 1766

Annus retractus currit à die adiudicationis, ſi non fuerit appellatum §. 182. nu. 3. 5. fol. 1773

Annus retractus non currit poſſidenti, & ei qui poteſt vti exceptione §. 184. nu. 3. fol. 1775

Annus vt à natali Domini incipiat ex vſu Eccleſiæ Romanæ tit. 1 in rubr. ſeu proœmio, nu. 27. fol. 14. vt dicatur tempus breue, §. 33 gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 92. fol. 869. 870

Annorum à natiuitate Chriſti vera computatio, tit. 1. in rubr. ſeu proœm. nu 25. fol 13

Antichreſis differt ab aſſignatione *de rente en aſſiete*, tit. 2. §. 82. & 84. nu. 47. fol. 1550. præciſa Gallicè dicitur *Rente en aſſiette*, §. 94. nu. 17. fol. 1608

in Antiquis quando eſſe dicamur, tit. 1 §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 81. & 82. fol. 338. 339. vbi docetur quanto tempore dicatur Antiquitas in materia probationum, vt ſufficiant probationes quales haberi poſſunt, tit. 1. § 8. gloſ. in verbo, *Denombrement*, nu. 77. fol. 337

Antiquitas vt faciat præſumptionem pro poſſidente contra non poſſidentem, tit. 1. §. 8. gloſ 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 57 fol. 330. vt non inducat, ſed corroboret probationes, §. 8 gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, n. 76. fol. 337. quid operetur in probationibus ead. gloſ. nu. 79. fol. 338

Antiquum, aut *in antiquum* quid, tit. 1, §. 8. gloſ. 1, in verbo, *Denombrement*, nu. 82 fol. 339. vt non dicatur minus triginta annis, vbi agitur de graui præiudicio, ead gl. nu. 83. fol. 339

Apochæ vlimi releuij, quis effectus & quæ vilitas, tit 1, §. 12. gloſ. 1. in verb, *Preſcription*, nu. 45. fol. 444

Apocha ſimplex de Laudimiis non ſufficit ad latitam §. 173. nu. 16. fol. 1763

Apanagij terra quæ, tit 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuiele fief*, nu. 185. fol. 1062

Appellans ſuccumbit, ſi appellatus re integrà reparauit grauamen, tit. 1. §. 74. gloſ. 1. nu. 100. fol. 1370. regulariter poteſt deſiſtere ab appellatione, nu. 121. fol. 1377 et quando regiæ litteræ ſunt neceſſariæ, nu. 127. fol. 1378

Appellare à præhenſione vtrum poſſit vaſallus, tit. 1. §. 2. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 66. fol. 131

Appellari an poſſit à ſtatuto contra certam perſonam facto: vide *Statuto*

Appellatio quando eligenda ſit, & oppoſitioni ſimplici præferenda, tit. 1. §. 1. gl. 4. in ver. *Mettre en ſa main*, nu. 74. fol 134

de Appellatione à decreto commiſſionis & executore, tit. 1. §. 74. gloſ. 1. nu. 118 127. & ſeqq. fol. 1375. 1378

Appellatione an impediatur manus dominica: vide *Oppoſitio*.

Appellationum & anticipationum praxis, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 121, 122 123. & 124 fol. 1376 1377. & ſeq.

Appellatio ab arbitro non eſt vera appellatio, ſed recurſus ad iudicem tit. 3. *de complainte* nu. 13. fol. 1626

Arbitramenti quæ ſit *recta* ratio, tit. 1. § 47. gloſ. 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 18 fol. 1098

ad Arbitrium boni viri reductio, an ſit perpetua, vel etiam temporalis ſecundum naturam materiæ ſubiectæ, tit. 1. §. 43. gloſ 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 4 fol. 1094

Arbitrium liberum vt ſit hominibus auxilio gratiæ Dei, tit 1. § 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu 19. fol. 417

Arbitrium tranſcendens ad res alterius generis vt non valeat, tit 1. §. 47 gloſ 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu 17. fol. 1098

Arbitrij libertatem vt non excludat Dei præſcientia, tit 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 21. fol. 417

Arbitrorum & Arbitratorum quæ ſit differentia, tit. 1. §. 47. gloſ 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu 9. & 10. f. 1094

Arbitros plures in minorem ſummam conſentire, vt dupliciter accipiatur, tit. 1. §. 47 gloſ 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 13. fol. 1096. & an iſti Arbitri arbitrari poſſint, quid aliud præſtandum pro releuio quàm pecuniam aut fructus feudi, nu. 16. fol. 1097. 1098

Archiuum cuius authoritate agendum, tit. 1. § 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 30. fol. 317

in Archiuo publico quæ requirantur, t. 1. 6. 8. gl. 1. nu. 26. f. 318

Argumentari licet à rubrica, & ab ea interpretationem ſumere, tit. 2. §. 73. gloſ. 1. nu. 6. fol. 1324

Argumentum à conſequenti deſtructo, vt ſit frequens & validum, tit. 1. § 20. gloſ. 4. in verb. *Le fief tenu*, nu. 6. f. 628

Argumentum à contrario ſenſu quomodo valeat, & qualiter eo vtendum ſit, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 2 in verb. *Deſcendant*, nu. 4. fol. 245. illius vis & vera ratio, nu. 6. fol. 246

Argumentum à ſufficienti partium enumeratione vt ſit validum, tit. 1. §. 20. gloſ. 4. in verbo, *Le fief tenu*, nu. 5 f. 628

Argumentum ab abſurdo vt ſit neceſſarium, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 30. fol 462

Argumentū à ratione & naturali iuſtitia vt trahatur deficiente lege & conſuetudine, tit. 1. §. 2. gloſ. 5. in ver. *Le fief*, nu. 79. fol. 865

Argumentum de emphyteuſi ad feudum, & econuerſo, vt valeat, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, n. 49. f. 195

Argumentum de feudo ad emphyteuſim an procedat, tit. 1. §. 1. gloſ. 5 in verbo, *Le fief*, nu. 78. fol. 865

Argumentum de libertis ad vaſallos, vel contra, vt non valeat, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, n. 47. f. 124

Argumentum de maiori ad minus an procedat in decretoriis, 2. §. 78. gloſ. 1. nu. 5 fol. 1432

Argumentum à contrario ſenſu ad correctionem communium regularum iuris non valet, t. 2. Rubr. n. 38 f. 1317. Item ab emphyteuſi ad cenſum vel feuda, vt nec à cenſu ad emphyteuſim, *ibid.* nu. 40. fol. 1318. & § 82. nu. 7. fol. 1521. valet de feudo ad cenſum quando eadem eſt ratio, § 74 gl. 1. n. 166. fol. 1388. item de loco ad tempus vel contra, vbi etiam eadem eſt ratio §. 85. num. 40 fol. 1578. non valet verò à communiter accidentibus ad priuandum quem iure ſuo, §. 83. & 84. nu. 69. & 70. fol. 1556

Argumentum de rubrica non habet locum ſub hac conſuetudine, §. 121. nu. 11. fol. 1692

Arnolphus nuper Francus & eius virtutes, tit. 1. in rubr. ſeu proœm. nu. 45. & ſeq fol. 21

Armorica vt quondam dictus Britanniæ ducatus, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Pont*, nu. 27. fol. 97

Armorum vſus & militum congregatio vt ſint penes ſolum Regem ſiue Principem, tit. 1. §. 1 gloſ. 6. in verbo, *Mouuant de lui*, nu. 13. fol. 189

Arreſt quid Gallis ſignificet, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. num. fol. 1341 ſpeciem eſſe executionis, numer. 1. regulariter poſ-

hibitum, *ibid.* quantum à prehenſione differat, nu. 3. fol. 1342. ſimile quadamtenus miſſioni in poſſeſſionem ex primo decreto: differre à ſequeſtratione, *ibid.*

Arreſti & miſſionis in poſſeſſionem differentiæ, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 12 13. 14 15. & 16. fol. 1345. 1346. ſimilitudines nu. 17. 18. & ſeqq. fol. 1347. & ſeq.

Arreſtorum methodica tractatio, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 6. fol. 1343

Arreſtare qui poſſint, tit. 2. §. 74 gloſ. 2. nu. 7. fol. 1343. quæ res poſſint, vel non, nu. 7. 8, 9. & ſeqq. fol. 1344. cauſa propter quam nu. 60. & ſeqq. fol. 1358. forma & modus in iis ſeruandus nu 73 & ſeqq. fol. 1362. effectus, nu. 133. & ſeqq. f. 1380. quemadmodum reſoluantur nu. 155. & ſeqq. fol. 1384

Arreſtum incongruè notificatum non ligat, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 75. fol. 1365. vtrum cenſuarium priuet poſſeſſione fundi vel fructuum, faciátque dominum poſſeſſorem nu 27. 28. & 29. fol. 1349. 1350. an ſoluto caſu petito relaxandum ſit, n. 39 & 141. fol. 1352. 1382. an eo dominus cenſualis fructus faciat ſuos: vide *Dominus*, vtrum fieri poſſit contra cenſuarium pupillum tutore carentem & indefenſum nu. 76. fol. 1363. vtrum à domino ſua propria authoritate fieri vel iuberi poſſit, nu. 77. & 78. fol. 1363 1364. vtrum ceſſet ſi cenſuarius reliqua cenſus offerat, nu. 139. 140. & ſeqq. fol. 1381 vtrum etiam ceſſet oblatione cenſuum ſine laudimiis, vbi conſuetudines permittunt tam pro cenſu quàm pro laudimiis & iuribus cenſualibus prehendere vel impedire: & an cenſuarius offerre quoque debeat laudimia prædeceſſorum, nu 149. 150. 151. & 152. fol. 1383. 1384

Arreſti infractionis mulcta, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 135. 136. & 137. fol. 1380. & 1381. & de qua infractione illud ſit intelligendum, nu. 138. fol. 1381

Arrhæ an quando computentur in pretio, tit. 1. §. 20. gloſ. 9. in verb. *Loyaux conſtemens*, nu. 3. fol. 679

Arrharum datio vt non impediat rem eſſe integram, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verb. *Vendo*, nu. 18. fol. 641

Arturus Britanniæ dux vt contradixerit pacto Regum Franciæ & Angliæ, quo Franciæ rex omne ius patronatus, quod tam in ipſum ducem quàm ducatum habebat remittebat Anglo, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verb. *Pour*, nu. 27. fol. 97

Aſcendentes ſi liberis ſuis ſuccedant in feudo, quæ iura patronis ſuis debeant, an vtilia, an verò ſola honorifica, tit. 1. §. 2 & 3 gloſ. 2. in veb. *Deſcendans*, nu. 1. fol. 245

Aſſignationem *de rente en aſſiette*, differre ab antichreſi, tit. 2. §. 83. & 84. nu. 42. fol. 1548

verbum *Aſſignare*, dominium importat, fol. 1548

de Augmentatione facta poſt ingratitudinem admiſſam quid iuris, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſnie le fief*, n. 118 f. 1029

Augmentum accedens rei, vt per vnitatem eius qualitates ſuſcipiat, tit. 1. §. 1. gloſ. 2. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 63. fol. 75

Augmentum intrinſecum inſeparabile, vt feudo accreſcat, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 67. fol. 161

Augmentum medij temporis inter emptionem & retractum intentatum vt emptoris lucro cedat, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 87. fol. 616

Augmentum voluntarium, vel ex alia cauſa, vt profit, & non profit fructuario, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 66. & 67. fol. 76

Augmentum vt ſequatur naturam augmentati, tit. 1. §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 32. fol. 438. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 44. fol. 776

Augmenti vt plures ſint ſpecies & differentiæ, tit. 1. §. 1. gl. 5. in verb. *Le fief*, n. 123. & ſeqq. ad finem vſque d. gl. fol. 182. 183

Augmenta intrinſeca an conſolidentur lucro domini, tit. 1. §. 1. gloſ. 5 in verb. *Le fief*, nu. 76. fol. 164

Augmentis à vaſallo factis an frui debeat patronus, tit. 1. §. 28. gloſ. 1. in verb. *Durant le temps*, nu. 25. fol. 739

Aut particula præter quod eſt dictio diſiunctiua, adhuc in vim alternatiuæ debet poni inter diuerſa, tit. 2. §. 73. gloſ. 1. nu. 1. fol. 1323. §. 74. gloſ. 1. nu. 182 fol. 1392. 1393

Authenticum quid dicatur, tit. 1. in Rubr. nu. 101. fol. 41

B

BAllia quæ, & eius iniquitas tit. 1. §. 46. gloſ. 1. in verb. *Le gardien*, nu. 2. fol. 1081

Bannum & retrobannum vt teneantur mobiles parere ſub pœna feloniæ, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſnie le fief*, nu. 38. fol. 991

Baroniæ dignitas & iuriſdictio, & vt ſit inferior Baro Comite, tit. 1. §. 19. gloſ. 2. in verb. *Droict d'auoüe*, nu. 4. & 5. fol. 566. vt non ſit de regalibus nu. 6. fol. 567

Baſtardi bona vacantia pertinent ad Dominum cuiuſque loci, §. 186 nu. 5. fol. 1738

Belli auxilium vt ſoli Monarchæ debeatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 6. in verb. *Mouuant de ley*, nu 13. fol. 189

Beneficium *l. ſi. C. de ſacroſ. eccle.* vt non competat niſi acceptanti, tit. 1. § 33. gloſ 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 133. fol. 830. Eſt autem illud beneficium quod *in d. l.* dicitur dominium tranſire recta in Eccleſiam, *ibid.*

Beneficium nouæ conſtitutionis, *Auth. de duob.* reis vt non habeat locum in obligationibus indiuiduis, ſed ſolum in diuiduis omni reſpectu, tit. 1. §. 3. gloſ. 4. in verb. *Garment de feauté*, nu. 41. fol. 277

Beneficium quo quis ipſo iure priuatus eſt, vt poſſit conferri, ſed non realis poſſeſſio tradi, niſi citato & conuicto poſſeſſore, tit. 1. §. 9. gloſ. 3. in verb. *Saiſir*, nu. 12. al. 17. f. 369

Beneficij collatio facta ex capite incongruo vt non ſuſtentetur ex capite congruo, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. in verb. *En luy payant*, nu. 14. fol. 1207

Bethica, quæ nunc *Granata*, vt ſit totius Hiſpaniæ pars præſtantior, t. 1. §. 42. gl. 1. ad 2. in ver. *Reputé égé*, n. 7. f. 958. 959

Bernardus Abbas Clarævallenſis faſcinatus ambitione papali, & in quibus tit. 1 in Rubr. ſeu procem. nu. 83 fol. 33

Bernardus vt multa fidei dogmata retinuerit, *ibid.* nu. 83. & 84. fol. 33

Bona vxoris vt non cenſeantur in dotem data: vide *Vxoris*.

Bonorum poſſeſſorum vt res in vniuerſo dominium vtile habeat: particularium verò directum; tit. 1. §. gloſ. in verb. *Mouuant de luy*, nu. 5. fol. 186

Bourdelagium quid ſit, & inter quæ iura computetur, tit. 2. Rubr. nu. 1. & 2. fol. 1307

Brandon Gallis quid ſit, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 4. fol. 1343

Britanniæ ducatus vnio ad Coronam Franciæ, & vt Britones ſint veri regnicolæ: nec amplius indigeant literis naturalitatis, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 72. & 73. fol. 607. 608

Budæi ingenium & virtus in reſtituendo legum lepore, tit. 1. in Rubr. ſeu procem. nu. 22. fol. 12

C

CAlumnioſa allegatio vt ſit contemnenda, tit. 1. §. 33. gl. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 15. fol. 860

Campi pars ſiue terragium quid ſit, & inter quæ iura computetur, tit. 2. rubr. nu. 1. & 2. fol. 1307

Cancellatio banni vt non præiudicet parti ciuili, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 38 fol. 772

Canonis futuri receptio vt inducat remiſſionem commiſſi, tit 1. §. 51. gloſ. 2. in verb. *Iouer de ſon fief*, nu. 71. fol. 1159

de Canonis ſolutione: vide *Cenſus*

Capio verbum vt ſit directum, tit 1 §. 13. gloſ. 2. in verbo, *Prend*, nu. 2. fol. 477

Capitanei regni, qui de iure feudali, tit. 2. §. 15. gloſ. 3. in verbo, *Tenus noblement*, nu. 2. fol. 515

Capitatio ſpecies cenſus ſiue tributi, tit. 2. rubr. nu. 15. fol. 1311. aliquando tamen ſpeciem tributi non ſignificat, ſed portionem ipſius Eccleſiæ, vt etiam aliàs ſumitur pro portione taxata certi prædij, & tributo ſoli, nu. 12 fol. 1310

à Capitationis munere principali qui excuſentur vel non *ibid.* nu. 9. fol. 1309

Carolus Magnus vt Franco-Germanus, tit 1. in rubr. ſeu procem. nu. 57. fol. 25 vt Italis, Saxonibus & Hiſpanis fuerit dominatus, ead. rubr. nu. 28 fol. 15. vt ipſi non parituni volenti Imperialem authoritatem in Gallia exercere *ibid.*

Caroli Magni Francorum Regis victoriæ, tit. 1. rubr. nu. 25. fol. 13. Monarchiæ diuiſio, nu. 41. fol. 20

Caroli Magni ſtirpe defecta vt opus fuerit noua conceſſione Imperij, vt factum fuit Othoni I. & ſucceſſoribus ſuis regibus Italiæ, tit 1 rub. nu. 60. fol 26

Carolus V. modernus Romanorum Imperator, Legionis, Caſtiliæ, Aragoniæ, & Granatæ rex, tit. 1. §. 42. gloſ. 1. al. 2. in verb. *Reputé égé*, nu. 6. fol. 958

Caſtella ſiue Caſtillia vt olim fuberat regno Legionis, tit. 1. §. 42. gloſ. 1. al. 2. in verb. *Reputé égé*, nu. 3. fol. 957. Quis eam in regnum erexerit, nu. 4. fol. 958. à quo tempore illius Rex Catholicus dictus eſt, nu. 7. fol. 959

Caſtellani vt in Gallia duo habeant iuriſdictionis gradus, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 50. & 51. fol. 155

Caſtellaniæ Pictauienſis diuiſio in caſtrum de Magnac & caſtrum de Riz: & illorum caſtrorum quæ fuerint iura, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verb. *Pour*, nu. 32. fol. 100

Caſtrum ab alio ſimpliciter recognoſcens, an hoc ipſo videatur iuriſdictionem & territorium recognoſcere, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 61. fol. 158. 159

Caſtri cum iuribus & pertinentiis ſuis confirmatio ad quæ extendatur, tit. 1. §. 20. gloſſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 2. & 3. fol. 575. 576

Caſtri iuriſdictio vt non ſit præcipua primogenito: vide *Iuriſdictio*.

Caſtro conceſſo vt videatur concedi territorium & iuriſdictio: vt & molendina & omnes pertinentiæ ipſi caſtro annexæ conceſſionis tempore, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 47. fol. 153. 154. vt eo etiam conceſſo transferatur merum & mixtum imperium adhærens caſtro, maximè ſi caſtri conceſſio fiat à principe, *ibid.* nu. 48. fol. 154.

Caſus contingens in fructibus iam collectis à colono, vt non releuet colonum, tit. 1. §. 56. gloſ. 1. in verb. *En rendant les labeurs*, nu. 5. fol. 1224

Caſus mixtus vt non contineatur ſub ſimplicibus in ſtatutis,

tit. 1. §. 18. glos. 1 in verbo, *Manoir principal*, nu. 1 fol. 541
de Caſu fortuito cum iniuſta fuit præhenſio, an patronus teneatur, tit. 1. §. 9. gl. 7 in ver *La Commiſſaire*, nu. 19 fol. 403
Caſuum varietates omnes vt non poſſint certa regula comprehendi, tit. 2. § 60 glos. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 49. fol. 1251
Catalogus an profit ad obtinendam manumlenatam etiam de re non ipſa comprehenſa, tit. 1. § 8 glos. 3. in verbo, *Denombrement*, nu. 8. & ſeqq. fol. 309 310
Catalogus an vnus ſufficiat, an vero plures requirantur, vbi vaſallorum plurium vnus catalogum integrum patrono tradidit, tit. 1. § 8. gl. 2. in verb. *Denombrement*, nu. 7. fol. 308
Catalogus defectiuus vtrum locum faciat retentioni feudi vt tantiſper dominus lucretur fructus, tit. 1. §. 8. glos. 1 in verbo, *Denombrement*, nu. 8. fol. 309
Catalogus feudalis vt pluribus modis impugnari poſſit, t. 1. §. 10 & 11. glos. in verbo, *Blaſmer ledit denombr.* nu. 11. fol 412
Catalogus forma publica deſtitutus vt fidem non faciat, tit. 1. §. 8 glos. 1, in verbo, *Denombrement*, nu. 11 fol. 310
Catalogi editio vt duo complectatur, & in vtroque ſit indiuidua, ſeu facti indiuidui, tit. 1. §. 8 glos. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 1. fol. 305
ſuper Catalogi diſcuſſione an pendente lite debeat manus in totum leuari: an verò in articulis non contentioſis duntaxat, tit. 1 §. 10 & 11. glos. 1. in verbo, *Blaſmer ledit Denombrement*, nu. 16. 17. 18. & 19. fol. 414. 415
Catalogi feudalis diſpunctionis indicium vt ſit duplex, tit 1. § 10. & 11. glos. 1. in verbo, *Blaſmer ledit denombrement*, nu. 12 fol. 412
Catalogi feudalis ſubuaſalli approbatio facta à ſuperiori patrono, vt non præiudicet vaſallo & patrono immediato, tit. 1. § 55. glos 7. in verb. *Lequel eſt tenu*, nu. 4. fol. 1197
in Catalogo feudali vt teneatur vaſallus cuncta ſigillatim declarare, quamuis hoc à prædeceſſoribus non fuerit exactum, tit. 1. §. 10. & 11 gl. 2. in verb. *Blaſmer ledit denombrement*, nu 20. fol. 417. Quid ſi nouus vaſallus non poſſideat, nec dolo deſierit poſſidere, quæ in veteribus catalogis continentur: an nihilominus teneatur ea ſpecificare & agnoſcere ead. glos. nu. 21. & 22. fol. 418
Catalogo tradito vel oblato ipſi patrono, an ipſo iure ſtatim extinguatur feudi prahenſio, tit. 1. §. 9. glos. 3. in verb. *Saiſir*, nu. 14. & vlt. fol. 370
Catalogis feudalibus quæ ſit fides adhibenda, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verb. *Denombrement*, nu. 8. fol. 309
Catholicos à quo tempore Legionis & Caſtellæ Rex, & cur dictus, tit 1. §. 41. gl. 1. al. 2 in verbo, *Reputé âgé*, nu. 7. fol 959
Cauſa certantis ex damno vitando, vt ſit potior, tit. 1. §. 20. glos. 8 in verbo, *La prise*, nu. 5 fol. 676
Cauſa propinqua & immediata vt ſola attendi debeat, tit. 1 §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 37. fol. 771
Cauſa in ſententia quando exprimenda, tit. 2. §. 74. glos. 1. nu. 174. 175. & 176 fol. 1390. 1391
Cauſa naturali & accidentali concurrentibus, vt præualeat naturalis, tit. 1. § 32. glos. 1. in verbo, *Agé à vingt ans*, nu. 7. fol. 745. 746
Cautela vbi abundantior, vt ibi euidentior ſit fraus, tit 1. §. 20. glos. 5. in verbo, *Vende*, nu. 52. fol. 658
Cautio de rato quando non habeat, tit. 1. §. 20. glos. 71. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 43. fol. 593
Cautio vtrum à patrono exigi poſſit, tit. 1. §. 35. glos. 2. in verb. *En faiſant la foy*, nu. 113. fol. 924
Cautio non poteſt remitti in donatione mutua, §. 15. nu. 4. fol. 1742
Cenſitor & peræquator, magiſter cenſus, & cenſores, quinam dicantur, tit. 2. rubr. nu. 13. & 14. fol. 1311
Cenſualia cenſuariis ſunt patrimonialia, & dominis irrequiſitis alienabilia, tit. 2. §. 73. gl. 2. n. 1. f 1329 & § 76. n. 7. fol. 1406
rei Cenſualis emptio an & quando domino notificanda, vide *Notificare*,
Cenſuaria prædia à vaſallo adquiſita, vt non præſumantur vnita & incorporata feudo, vide *Subfeuda*.
Cenſuarij negantes rem eſſe cenſualem, ſéque & prædeceſſores ſuos in cenſum accepiſſe, & de cenſu inueſtitos, poſtea conuicti, in qua se puniendi. tit. 2. §. 74 glos 1. n. 166. 167 168. & 169. fol. 1388 1389. limita, nu. 173. fol. 1390. negantes dominum magis frangunt manum quàm capiens fructus, nu. 178 fol 1390. cur vocentur roturarij, vaſalli vero domini, §. 78 glos. 4. n. 3. fol. 1499. vtrum poſſint inter ſe cenſum diuidere ſine conſenſu domini, *ibid.* nu. 28 & 30. fol. 1506. fallit nu. 31. & 35. fol. 1507. 1508. alienantes quoque titulo non tenentur priùs quàm tradant, ſe deueſtire, nec adquirentes de nouo tenentur inueſtituram petere vel capere, quantum ad commiſſum, mulctam, aut aliam pœnam euitandam, §. 84 glos. 1. nu. 9. & 14. fol 1538. 1540. Plura de cenſuario & cenſuali vide in verbo, *Domaine*,
ad Cenſum conceſſionis quid iuris: vide *Conceſſionis*.
Cenſus ex quo cedente die cœperunt deberi, vt ſint fructus ſeparati, tit. 1 §. 1 glos. 8 in verb. *Faire les fruicts*, nu. 11. f. 198
Cenſus receptio vel exactio ſcienter facta ab Eccleſia, vt non inducat amortizationem, nec indemnitatis remiſſionem, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verbo, *Tenet de ſon fief*, nu. 72. f. 1160. vt à quauis poſſeſſione ſolui debeat, *ibid.*
Cenſus vocabulum æquiuocum, & quoruplicitèr accipiatur, tit. 2. nu. 7. f. 1309. pro cenſu Romano, & quis primus eum introduxit, *ibid.* pro tributo, & in quem finem præſtetur, nu. 8. & 15. fol. 1309. 1311. pro annua præſtatione quacumque nu. 18. fol. 1312. pro canone fundiario nu. 19. fol. 1312, pro medico canone annuo in recognitionem dominij directi, & iurium dominicalium nu. 20. fol. 1313
Cenſum, tributum, publicam penſitationem, functionem, vel collationem pro eodem accipi, tit. 2. rubr. nu. 15. fol. 1311
Cenſus, ſiue tributum duplex, tit. 2. rubr. nu. 15. fol. 1311. eius præſtatio quum tanquam æquiuocum ad plura ſe habere poſſit, non concludit ad aliquod certum, nec probat ſubiectum, vel aliud niſi aliter probetur, nu. 18. fol. 1312
Cenſus ſpecialis nunquam præſumitur cum onere iurium dominicalium, niſi expreſsè vel clarè probetur, t. 2. rubr. n. 43. f. 1319. eſt contractus nominatus, n. 21. f. 1313. onus realiſſimum, §. 73. gl 2. nu. 1. fol. 1329. poteſt eſſe ſine laudimiis & mulctis, ſed non ſine penſione glos. 1. nu. 14. fol. 1326
Cenſus receptio non inducit inueſtituram, nec approbationem perſonæ, ſed in conſuetudine Meldunenſi laudimia perduntur, tit. 2. §. 74 glos. 1. nu. 150. & 151. fol. 1384. ſecus de inueſtitura, nu. 152. fol. 1384
Cenſum negans an perdat ius ſuum, tit. 2. §. 74. glos. 1. num. 166. 167 168. & 173. fol. 1388. 1390. idem cum fundo, terra, ſeu iure fundiario glos. 2. nu 1. fol. 1397 de eius diuiſione inter plures hæredes §. 78. glos. 4. nu. 31. fol. 1507. in eo magis qualitatem quàm quantitatem attendi nu. 30. fol. 1506. vbi conſuetudine loci diuiditur, ibi etiam mulctæ multiplicantur nu. 31. & 32. fol. 1507. nomine, ſententia, & effectu differre ab emphyteuſi §. 82. glos 1. nu. 7. fol. 1521. die & loco quo deberur ſolui deber ſub pœna quinque ſolidorum Pariſienſium, cui locus non eſt, quando non eſt certus locus ſolutionis §. 83 nu. 1. fol. 1535. limita nu. 2. fol. 1535
Cenſum recipiens ſine proteſtatione remittit pœnam, tit. 2. §. 83 nu. 12. fol. 1539. limita nu. 13. fol. 1539
Cenſus domino inuito ſolui ante tempus, vel loco dominicali conſueto omiſſo, non poteſt tit. 2. §. 83. nu. 39. & 40. fol. 1547. 1548
Cenſus ſolutione per tres continuos annos, an etiam ſuperiorum annorum ſolutio præſumatur? tit. 2. §. 83. nu. 41. fol. 1548. amplia nu 42. & 43. fol. 1548
de Cenſu & reditu ſimul debitis, eodem etiam forte die, & loco ſoluendis, ſi cenſus, non autem redditus, aut ſi neuter ſoluatur, quid iuris? tit. 2. §. 83. nu. 10. & 11. fol. 1539
Cenſus dominicalis ſtrictè acceptus in plures ſpecies non diuiditur ſed ſolum in plura diſtingnitur ſubiecta numero, qualitate, pactis, accidentibus, aut aliis circúſtantiis ſpecificam differentiã minimè cõſtituentibus, t. 2. § 83. n. 12. f. 1539
Cenſus ſtrictè accepti definitio, tit. 2 §. 73 glos 1. nu. 13. f. 1313
an Cenſus vel canonis remiſſio fieri debeat propter bellum egregia quæſtio, tit. 2. §. 74 gl. 1 nu. 34 fol. 1357. variæ de ea re opiniones n. 55. 56. 57. 58 59. fol 1357. 1358. ſolutio triplici adhibita diſtinctione nu. 60. 63. 64. & 65. fol. 1358. & 1359.
etiam propter ſterilitatem omnes fructus abſorbentem, aut ob inundationem maioris partis fundi? *ibid.* nu. 69. 70. & ſeqq. fol. 1362. Quid ſi fundus ab hoſtibus captus, fuerit recuperatus? *ibid.* nu. 75. fol. 1363
Cenſum alio poſſidente vtrum ſoluere teneatur verus cenſuarius, tit. 2. §. 85. nu. 76. 77. & 78 fol. 1587. vtrum etiam quilibet extraneus domino directo etiam recuſante ſoluere, vel offerre pro cenſuario poſſit ad euitandã mulctam & commiſſum? *ibid.* nu. 79. 80. 81 82. & multis ſeqq. fol. 1588. 1589
Cenſus & feudum an contrariè opponantur: vide *Feudum*.
pro Cenſus ſolutione an inuecta & illata in domum cenſualem, hypothecata cenſeantur: vide in verbo *Hypothecata*.
ob Cenſum non ſolutum quando quis cedat in commiſſum? vide *Commiſſum*.
Certificationis factæ ab extraneo à procuratore generali, vel à fructuario differentia, tit. 1. §. 21. glos. 1. in verbo, *A reſon*, nu. 23 fol. 706. 707
Ceſſante vna ex pluribus cauſis integris vt non ceſſet diſpoſitio, t. 1. §. 1 gl. 9. in ver. *Pendant ladite main miſe*, nu. 38. f. 236
Ceſſio futuro hæredi facta, tamquam iam hæredi videtur facta, tit 2. §. 78. glos. 1. nu. 76. fol. 1449
Ceſſio & abſtentio vt differant: vide *Abſtentio*.
Ceſſio vt habeatur pro morte, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui deſſaiſit le fief*, nu. 20. fol. 1007
Ceſſio vt peti poſſit etiam contra cohæredes, tit. 1. §. 18. gl. 1. in verb. *Arpent*, nu. 14. fol. 548. hoc autem fallit in reddito ad certam rem limitato, ead. glos nu 15 fol 549
per Ceſſionem etiam actionis realis, vt nullum tranſeat dominium, tit. 1 §. 33. glos 1. in ver. *Droict de relief*, nu. 110. f 817
Ceſſio bonorum habet locũ etiam pro expenſis §. 72. col. 1636
an Chirographo executionis à ſeruiente facto ſtandum ſit, vide *Executionis*
Circumſtantia modica facti inducit magnam iuris diuerſi-

entem, tit 2. §. 78 gloſ. 1. nu. 164. fol. 1475
Citare an poſſit Rex Baronem ſuum, vt edat titulum & iura caſtrorum, quæ poſſidet, tit. 2. §. 73. gloſ. 3. nu. 2. fol. 1333
an Citatione ad exhibendas litteras acquiſitionis dominus iuri expellendi renunciaſſe videatur? tit. 2. §. 73. gl. 2. nu. 2. & 3. fol. 1339
Citatio ad exhibendas litteras acquiſitionis ad finem ſolutionis iurium, non eſt libellata, ſed præparatoria, tit. 2. §. 73. gloſ. 2. nu. 4. fol. 1330. & gloſ. 3. nu. 8. fol. 1334
Citatio vitioſa non vitiat actum in quo non requiritur, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 94. fol. 1369
Ciuile bellum fatale & exitioſum liberis Caroli Magni, tit. 1. in Rubr. ſeu procem. nu. 41. fol. 20
Ciuitatum domini vt non ſint fundati in dominio, ſed iuriſdictione, tit 1 §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 5. f. 1292
Clauſula conſtituti, vel ſimiles, vt non liceret ab actione exempto, tit. 1. § 33. gl. 1. in verb. *Droict de relief*, n. 152. f. 842
Clauſula generalis non incluſa in certo capitulo, vt referatur ad omnia, tit. 1. §. 47. gloſ. 2. in verb *Larrecin*, n. 2. f. 1089
Clauſula *cum libera*, & ſimiles, vt non operentur ſpeciale mandatum in præiudicialibus, tit 1. §. 16. gloſ. 2. in verbo, *Tel qu'il veut choiſir*, nu. 6. fol. 524
Clauſula *ex certa ſcientia*, vt non operetur in his quæ ignorata ſunt, tit. 1 §. 8 gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, n. 91. f. 343
Clauſula, *fundus habeatur pro heredio*, quid importet, tit 1. §. 8. gloſ 1 in verbo, *Demembrement*, nu. 113. fol. 352
Clauſula *iure feudali paterni vel antiqui* in noua feudi conceſſione appoſita quid operetur, tit. 1. §. 8. gloſ 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 99. & 110 fol. 346. quid item Clauſula, *Iure feudi antiqui tam paterni quàm materni*, ead. gloſ. nu. 100. & 101. fol. 346 Quid etiam clauſula, *Iure feudi antiqui* & vt ſit illa nouiter expoſita, ead. gloſ nu. 101. fol. 346
Clauſula *obligans bona*, &c. quam magni ſit effectus, tit. 1. §. 18 gloſ. 1. in verbo, *Argent*, nu 23. fol 552
Clauſula *promittens quòd ille ratificabit*, quid operetur, tit 1. §. 23. al. 13. gloſ. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 42. fol. 875
Clauſula *ſaluo iure*, in inueſtituris feudalibus quid operetur, tit 2. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaut le fief*, nu. 129 fol. 1029. vt non impediat præſcriptionem, nu. 131. fol. 1035
Clauſula *Saluo iure noſtro*, quid operetur, tit. 1. § 10 & 11. gl. 1. in verbo, *Blaſmer ledit demembrement*, nu. vlt. fol. 410
Clauſula vulgata Notariorum, *Deſſaiſinens à bonis hypothecatis vſque ad valorem & concurrentiam redditus*, quid operetur, tit. 1 §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu 15 fol. 734
Clauſula *pour eſtre propre à la femme & aux ſiens*, trahitur ad hæredes §. 120. nu 3. fol. 1690
Clauſulæ generalis vis in conceſſione regaliorum, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 60 fol. 158
Clauſulæ vulgaris, *Vendidit, ceſſit, tranſtulit: vendit, cedit, & tranſfert* à Notariis in venditione contractibus apponi ſolitæ, quid iuris, tit. 1. §. 20. gloſ. 5 in verbo, *Vendu*, nu. 16
Clauſulæ executiuæ quid operentur, tit. 1. §. 28 gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 16. fol 641
Clauſulæ tranſactionibus & ceſſionibus apponi ſolitæ, *Cedens & tranſferens omne ius & actionem in quantum ejus eſt*, quæ ſit vis, tit. 1. §. 31 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, n. 67. fol. 794
Clemens IV. Papa vt ſententiam Henrici VII. Imperatoris aduerſus Robertum Regem latam poſt ipſius Imperatoris mortem abrogauerit, tit. 1. in rubr ſeu procem. n 99. f. 39 40
Clementinæ, *cauſam tr. de elect.* an ſeruari forma debeat, tit. 1. § 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 7. fol. 108
Clerici reſpectu patrimonij vt cēſeantur laici, nec ſubſint Papæ, ſed Principi, tit 1 § 68. gl. 1 in ver. *Franc aleu*, n. 26. f. 1300
Clericum percutiens ignoranter vt incidat in canonem, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaut le fief*, nu. 152. fol. 1046
Clians ſeu vaſallus patronum ſeu dominum offendens vt proditor appelletur, non è conueſſo, tit. 1. § 1 & 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 24. fol 268. 269
Clientelæ veteres, item & Patronatus iura, vt à feudo differant, tit. 1. in rubr. ſeu procem. nu. 19 & ſeq. fol. 10
Clientelarium iurium oblatio, vt fieri debeat in principali, tit 1. §. 62. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur veille*, nu. 1 f. 1263
Clientelaribus iuribus & honoribus vt fruantur mulieres viduæ iure dotarij, vel fructuarij, tit. 1 §. 1. gloſ. 2. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 6. fol. 52
Clientis non Clientuli vt in iure Rom. fiat mentio, tit. 1. in Rubr. ſeu procem. nu. 6 fol 6
erga Clientes vt non ſeuerè, ſed benignè agendum ſit, tit 2. §. 1 gloſſ. 7. in verbo, *Explaider*, nu. 3 fol 191
Codicillaris clauſula per verba præſentis temporis, vt non extendant ad futuros caſus niſi vi verbi *poteſt*, tit. 1. §. 1 gl. 3. in verbo, *Peut*, nu. 6 & ſeq. fol 89
Cognatio legalis tantum vt nihil operetur ad ſucceſſionē, nec ad retractum, tit 1 § 2 & 3. gl. 2. in ver *Deſcendant*, n. 10. f. 248
Cognitio cauſarum feudalium ad quem ſpecter, tit. 1 §. 60. gloſ 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu 18 fol. 1240
Collatio & præſentatio vt ſint in fructus & tranſeant ad ſuperiorem iure feudali fructorem, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. in verb. *En luy payant*, nu. 3. fol. 1203. & hæc dummodo ſint feudo annexa, & ab eo dependeant, nu. 4. fol. 1204
Collatio ordinarij facta intra menſem datum expectantibus; ſi expectans non acceptauit, vt valeat, non tamen valeat facta de beneficio tanquam deuoluto, ſi deuolutio poſtea ſequatur, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. in verbo, *En luy payant*, nu. 29. fol. 1212. vt valeat facta ſpreto patrono, ſi patronus per tempus canonicum neglexerit, nu. 30. fol. 1213
Collatio. pater habens plures filios, & ſcribens in libro ſumptus factos, pro vno videtur velle imputari illi filio §. 124. nu. 3. fol 1799
Colonus ad inueſtituram deputatus quando præſumi ſoleat, tit. 1. §. 1 gloſ. 1. in ver. *Le ſeigneur feodal*, nu. 29. fol. 61. vt non ſit domini procurator, §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, n. 20. f. 57. vtrum poſſit vti præhenſione feudali, n. 21. fol 58
Colono vaſalli à patrono expulſo quomodo ſubueniatur, tit. 1. §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 24. fol. 738
Coloni originarij & aſcriptitij quare cenſiti dicantur, contra gloſ. & doct. tit. 2. in Rubr. num. 16. & 17. fol. 1311. 1312. aſcriptij qui, & an fiſco & dominis ſuis tributa debeant? *ibidem*, nu. 16. fol. 1311
Coloni ſeu ruſtici liberi etiamſi palmum terræ nomine proprio poſſideant, tenentur cenſum pro tota ſubire, nec ſunt in alieno, ſed proprio cenſu, tit. 2. in Rubr. nu. 17. fol 1312. originarij, aſcriptitij, ruſtici cēſiti, & inquilini, vnū & idem *ibid.* ſimplices qui *ibid.* mercedem detrectando fructus non faciunt ſuos, ſed poſſunt inuecta & illata includi, § 74 gl. 1. n. 180. & 181. f. 1392. authoritate tamen iudicis, n. 192. f. 1395
Colonos vaſalli an expellare poſſit patronus? vide *Patronus*.
inter Colonum & Commiſſarium quæ ſit differentia, tit. 1. §. 9 gloſ. 7. in verbo, *Le Commiſſaire*, nu. 21. fol 404
Colonus qui ſeminauit & coluit præfertur omnibus creditoribus §. 128. nu. 18. fol. 1708
Columbarium an & quando ſit pars fundi, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruits*, nu. 37. & ſeq. fol. 209
Comitatus Bleſenſis vt non ſit de domanio Franciæ, ſed primatum patrimonium familiæ Valeſiorum, tit. 1. §. 19. gloſ. 2. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 8. fol. 568
Commenſurationis harmonia in Repub tit. 1. §. 41. al. 51. gl 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 90. fol. 1167
Commentariorum Authoris partis 1. Epilogus, in gloſ. vlt. §. 72 tit. 1. fol. 1301
Commiſſa ipſo iure vel per ſententiam cenſualia vel emphiteutica, vt ſoli proprietatis domino directo adquirātur, non fructuario, tit. 1. §. gl 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, n. 61. f. 74
Commiſſa vt iure lucrationorum & conqueſtuum cenſeantur, tit. 1. §. 31. al. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſaut le fief*, n. 186. fol. 1062
Commiſſarius à colono quid differat, tit. 1. §. 9 gloſ. 7 in verb. *Le Commiſſaire*, nu. 21. fol. 404
Commiſſarius feudalis vt ſtatim à catalogo tradito per vaſallum, cogatur ei rationem reddere, tit 1 §. 9 gloſ. 7. in verbo, *Le Commiſſaire*, in princip. fol. 395
Commiſſarius ſimplex ſeu ſequeſter quæ facere poſſit, tit. 1. §. 9 gloſ. 4. in verbo, *Commiſſaire*, nu. 1. fol 371. vt non poſſit præſentare, & vt minorem poteſtatem habeat quàm ſequent. §. 55. gloſ 10 in verbo, *En luy payant*, nu. 38. f. 1217
Commiſſarij & ſequeſtres vtrum poſſint præſentare, tit. 1. §. 55. gloſ. 10 in verbo, *Payant les droits*, nu. 30. fol. 1217
Commiſſarij feudales an locare poſſint, aut licitare, tit 1. §. 9. gl. 4. in ver. *Commiſſaires*, n. 10. f. 376. qui dicantur, & quemadmodum à iuratoribus differant, § 9 gl 4 in ver. *Cōmiſſaires*, n. 1. f. 371. vtrū teneantur de leui culpa, §. 9. gl. 7. in verb. *Le Commiſſaire*, nu. 9 & 10. fol. 398 vt fructus pendere poſſint, § 9. gloſ. 5. in verb. *Ne fait les fruits, ſiens*, nu. 3. fol. 376
Commiſſarij feudo præhenſo quamuis nulli appoſiti ſint, ii vaſallus tamen eius adminiſtrationi turus ſit, niſi patrono conſentiente, tit. 2. §. 9. gl 7. verb. *Le Commiſſaire*, nu. 4. f. 396
Commiſſarij iudiciales qui, tit. 1. §. 9 gloſ. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 1. fol. 377
Commiſſarij plures vt teneantur ſinguli in ſolidum, tit. 1. § 9. gloſ. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 36 fol 391
Commiſſarii quibus obligentur ad ratiocinia, tit. 1 §. 9. gloſ 4. in verbo, *Commiſſaires*, nu. 8. fol. 374
Commiſſarii ſuſpecti qui tit. 1. §. 9. gloſ. 4 in verbo. *Commiſſaires*, nu. 4 fol 373
Commiſſarii vt inuiti deputari non poſſint, tit. 1. §. 9. gloſ. 6 in ver. *Rendre compte*, nu. 3 f. 378. niſi in neceſſitate n. 4 fol. 379. iudicis authoritate & cauſa cognita, nu. 5. 6. & 7 f. 379. 380
Commiſſarii vt non poſſint actus dominicales exercere, tit. 1. §. 9. gloſ. 4. in verb. *Commiſſaires*, nu. 8 fol 374. excipiuntur vaſalli ipſi, aut illorū tutores ac curatores, n. ſeq f. 375
Commiſſariorum vt ſint differentiæ, tit. 1. §. 9. gloſ. 4 in verbo, *Commiſſaires*, nu. vlt. fol. 376
Commiſſariorum & curatorum feudalium munus, vt interdum tranſeat in hæredes, tit. 1. § 9 gloſ 4. in verb. *Commiſſaires*, n. 6 fol 374. quamuis illorū morte extinguatur, *ibid.*
Commiſſariorum numerus, vt pro quantitate & difficultate adminiſtrationis feudi metiri debeat, nec eſſe debeat exceſſiuus, tit 1. §. 9. gloſ. 4. in verb. *Commiſſaires* n. 2. f. 371 372
In Commiſſarios ſeu curatores & alios Rationarios quemo

admodum procedendum ſit, tit. 1. §. 9. gloſ. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 38. fol. 392
Commiſſio præhendendi vel arreſtandi præciſa ex defectu cenſus valet in toto regno, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 71. fol. 361. ſuperannalis in locis vbi non licet præhendere ſine commiſſione non vitiat: ſecus ſi eſſet falſa. nu. 95. & 96. fol. 1369. virum ex veteri praui malè quandoque mutata commiſſiones generales tam ad præhendendum, quam ad confortandum reprobari debeant? nu. 109. 110. 111. & ſeqq. fol. 1373. 1374
Commiſſiones omnes à Cancellaria regia emanatæ, ſunt annales, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 83. fol. 1366
Commiſſiones generales vt reprobentur, tit. 1. §. 2. gloſ. 4. num. 68. fol. 132
ad Commiſſum actio vt non tranſeat in alienatione feudi dominantis cum iuribus & pertinentiis, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, nu. 54. fol. 997. ſicut nec fructus ſeparati, item reliqua, & iura præteriti temporis, nu. eo. fol. 997. & ad Commiſſum actio vt ſit in rem ſcripta. tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, nu. 58. fol. 999
Commiſſum feudum ob negationem cui committatur pendente feudi præhenſione, tit. 1. § 55. gloſ. 10. in verb. *En luy payant les drotts*, nu. 45. fol. 1220
Commiſſum ſeu Pœna rei feudalis emphyteuticæ vel cenſuariæ vt cedat proprietario quoad proprietatem, & fructuario quoad vſumfructum, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 54. fol. 71
Commiſſum vt extinguatur morte vaſalli ante motam quæſtionem: ſecus tamen ſi alii vendat, vel cedat feudum. tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, nu. 57 fol. 999
Commiſſum vt finiatur præmoriente patrono, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, num. 52. fol. 997. vt cedi poſſit, num. 53. fol. 997
In Commiſſum vt non cadat ignorans, tit. 1. §. 20. gloſ. 3. in verb. *Vendu*, nu. 6. fol. 634
Commiſſi ius vt non extendatur ad iam alienata, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, nu. 95. fol. 1013
Commiſſi ius vt ſit fortius iure accreſcendi, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, num. 164. fol. 1052. vt ſit reale. nu. 103. fol. 1016
Commiſſi remiſſio, vt non ſit alienatio, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verb. *Iouër de ſon fief*. nu. 75. fol. 1161
Commiſſi pœna vt locum habeat etiamſi patronus non probauerit, niſi per iuramentum à negante delatum, ti. 1. § 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, nu. 15. 16. 18. & ſeqq. fol. 983. 987
Commiſſi pœnam vt faciant negatio & ſupina ignorantia vaſalli, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verb. *Par main ſouueraine*, nu. 33. fol 1253
Commiſſo vt non ſit locus niſi pro parte alienata, hoc eſt quatenus peccatur, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. nu. 7. fol. 635
Commiſſo vt non ſit locus ex ſimplici contractu, ſed ex facti traditione, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verb. *Vendu*, n. 2. fol. 633
Commiſſo vt non ſit locus poſt triginta annos, tit. 1. § 12. gloſ. 1. in verb. *Preſcription*, nu. 7. fol. 426
Commiſſum de quo *in l. 2. & vlt. C. de rur. emphyt.* locum non habet niſi in vera emphyteuſi, & in re quam conſtat clarè ad onus & conditionem emphyteuticam conceſſam, tit. 2. in rubr. num. 41. fol. 1318. Quando quis non ſoluit cenſum de re ſua ſed de aliena, tunc non ſoluendo cadit in commiſſum, vt in emphyteuſi ſecundum Baldum *ibid.* nu. 42. fol 1318
Commiſſo non eſt locus, nec pœnæ, ſi lex aut conſuetudo non dicit, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 169. fol. 1389
Commiſſi periculum quando in alienatione neceſſaria ceſſet, tit. 2. §. 82. gloſ. 1. nu. 2. fol. 1519
quantum ad Commiſſi pœnam nulla differentia inter venditionem & alios contractus, tit 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 3. & 4. fol. 1342 1343
à Commiſſo recuſatio domini debitè expectati liberat nouum acquiſitorem, ſed non à laudimiis, tit. 2. §. 74. gloſ. 1 nu. 5. fol. 1343
In Commiſſum non cadit emphyteuta locans ad longum tempus nec debet laudimia, *ibid.* nu. 6. fol. 1343
Commiſſi pœna locum non habet in legitimo hærede, tit. 2. §. 82 gloſ. 1. nu. 18 fol. 1524
Commiſſi conſuetudo non habet locum contra poſſeſſorem vel colonum exiſtentem in poſſeſſione, & ementem, *ibid.* num. vlt. fol. 1532
Commiſſum petere non poteſt dominus, qui contractui conſenſit, *ibid* nu. 25. fol. 1526
Commiſſum impedit licentia petita, etiam non obtenta, *ibid* num. 26. fol. 1526
Commiſſi ius verum fiſcus habeat in ſuis perpetuis emphyteuſis vide in verb. *Fiſcus*.
Commiſſi pœnam impedit vnus dominorum recipiens partem ſuam pro dicta parte ſua, tit. 2 §. 85. nu. 18. fol. 1572
Committi feudum quando dicatur, tit 1. §. 43. gloſſ. 1. in verb. *Qui deſuie le fief*. nu. 186. fol. 1062
Commodum contractus vt ad retrahentem ſpectet? vide *Contractus*.
Commodum quo quis priuatur à lege contemplatione alterius, vt ad eum deferatur cuius fauore fit à lege priuatio, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 40. fol. 65
Commune quod eſt, an noſtrum propriè dicatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*. nu. 71. fol. 78
Communium & conqueſtuum differentia, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, num. 89. fol. 1011
Compenſatio facta de liquido vt æquipolleat ſolutioni, tit. 2. §. 10. gloſ. 7. in verb. *En payant*, nu. 10. & ſeq. fol. 672
Compenſando vt impleatur conditio & iuramentum de ſoluendo *ibid.* fol. 672
Compenſatio liquidi fit ipſo iure ad euitandam vſurã, vel pœnam, & periurium, & cõmiſſum emphyteuſis, t. 2. §. 85. n. 19. 20. 29. & 30. f. 1572 incenſu magnæ quãtitatis opponi poteſt, alias non, etiã de mutuo cenſu, *ibid.* n. 37. & 38. fol. 1577. An locum habeat aduerſus debitum iuratum. *ibid.* n. 24. f. 1573
qui Compenſat partem, partem ſoluit, & qui totum vel reſiduum compenſat, perſoluit, tit. 2. §. 85. nu. 24. fol. 1573
Compenſationi circa iura dominicalia an ſit locus, tit. 1. §. 47. gloſ. 4. in verb. *Vne femme pour vne fois*, n. 4. & 5. f. 1100
Compenſatio non fit marito cum quod ei debetur ad onus vt conuertatur in propria §. 72. nu. 1. fol. 1639
Conquæſtus matrimonij ſit proprium liberis ex matrimonio §. 118. nu. 11. fol. 1707
Conatus vt ſufficiat ad feudi vel donationis amiſſionem, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſuite le fief*, nu. 156. fol. 1048
Conceſſio in feudum vt ſit nobilior conceſſione in cenſum, vel emphyteuſim, tit. 1. §. 15 gloſ. 3 in verb. *Tenus noblement*, nu. 1. fol. 511
Conceſſionis ad cenſum vel certum redditum quid iuris, tit. 1. §. 28. gloſ. 1. in verb. *Durant le temps*, nu. 9. fol. 730
de Conceſſione feudi mixta, & quidem ad redditum, vt quando ſit etiam mediante certa pecuniæ ſumma ſemel ſoluenda, quid iuris, tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verb. *Aliené à perpetuel*, nu. 73. & ſeq. fol. 891
Conceſſio cenſualis aut feudalis quatenus ex certa ſcientia apparet mutata, tenet: ſed in reliquo remanet vetus, tit. 2. §. 74. gloſ. 2. nu. 5. fol. 1397. 1398
de Conceſſione ad cenſum vel redditum indiſcriminatim aut alternatiuè facta, tit. 2. §. 73. gloſ. 1. nu. 17. fol. 1326
Conditio caprioſa vt reiiciatur, tit. 1. §. 20. gloſ. 2. in verb. *Le ſeigneur feodal*, num. 19. fol. 583
Conditio indiuidua an poſſit ab vno ex pluribus impleri, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verb. *Demembrement*, nu. 4 & ſeq. fol. 307
Conditio ſuſpenſiua vt tranſeat in reſolutiuam, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verb. *Vendu*. nu. 24. fol. 644
Conditio vel qualitas poſita in principio plurium articulorum vel capitulorum, vt referatur ad omnia, tit. 1. §. 55. gloſ. 1. in verb. *Item en ce cas*. nu. 9. fol. 1180.
Conditio vt reguletur ſecundum naturam obligationis præambulæ, tit. 1. §. 35. gl. 2. in verb. *En faiſant le foy*, nu. 21. fol. 929. vt ſit implenda in forma §. 60. gloſ. 1. in verb. *Par main ſouueraine*, num. 43. fol. 1249
Conditio obligationis non mutatur ex perſona ſucceſſoris, tit. 2. §. 77. num. 24. fol. 1418. quantumcumque aliàs in forma ſpecifica impleri debeat, tamen compenſando impletur §. 85. nu. 20 fol. 1572
Conditionis & Modi differentia, tit. 1. §. 20. gloſ. 7. in verb. *En payant*, nu. 1. fol. 667
Conditionis fictum implementũ, vt non liberet ab implendo tit. 1 §. 35 gl. 2. in verb. *En faiſant la foy*, nu. 15. & ſeq. fol. 928
Conditione pendente vt hæres pleno iure ſit dominus, vide *Hæres*.
Conditione pendẽte vt non caueatur, niſi in vltimis voluntatibus, tit. 1. §. 35. gl. 2. in verb. *En faiſant la foy*, nu. 13. fol. 924
Conditiones appoſitæ in primis legatis, vt non cenſeantur repetitæ in ſequentibus habentibus orationẽ imperfectam, licet per dictionem *item* coniungantur, tit. 1. § 55 gloſ. 1. in verb *Item en ce cas*, nu. 4. & 5. fol. 1178. Item in legatis intermediis an cenſeantur repetitæ eædem conditiones, quæ in præcedentibus aut ſubſequentibus, nu. 6. fol. 1179
Conditio poteſtatiua non trahetur retro §. 136. nu. 3. fol. 1714
Conducens vel recognoſcẽs rem ſuam tanquã ſuam, vt illius amittat dominium & poſſeſſionem, tit. 1. §. 1 gl 5. in ver. *Le fief*, n. 34. f. 149. Quando vero dicatur res tanquam ſua vel tanquam aliena conduci vel recipi *ibid.* num. 35 fol. 149
ad Conductorem fructuum & emolumentorum certi prioratus vt ſpectent ſucceſſiones parochorum, quæ aliàs ſpectarent ad priorem ratione prioratus, tit. 2. §. 55. gloſ. 10. in verb. *En luy payant*, nu. 47. fol. 1220
Conductionem vt approbet mercedis receptio, tit. 1. §. 58. gl. 1. in verb. *A ferme ou moiſſon*, nu. 4. & 5. fol. 1228. 1229
Confeſſio an diuidi poſſit, tit. 1. §. 9. gloſ. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 24. fol. 386. 387
Confeſſio etiam à ſciente facta ſuper realib. ſine iure reali, vt non diſponat, ſed tantum probet, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, num. 32. & ſeq. fol. 148

Confessio relata ad aliud vt non valeat, fialiter appareat in relato, tit. 1. §. 8. gl. 1. in verb. *Denombrement*, n. 95. fol. 344
Confessio simplex inter eosdem, vt non disponat, sed probet, sicut nec simplex recognitio, tit. 1. §. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, num. 10. fol. 1115
Confessio sola prælati & capituli, vt sufficiat ad obligandum Ecclesiam in motivo, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verbo, *Denombrement*, num. 104. fol. 347
Confessioni patris vt non stetur in præiudicium legitimæ, tit. 1. §. 13. glos. 3. in verbo, *Pour son droit*, nu. 19. fol. 490.
Confinatio perpendicularis quæ, tit. 1. §. 13. glos. 5. in verb. *Le Iardin*, num. 8. fol. 508
Confinationis simplicis verba vt stent demonstrationè, nec excludant cellaria destinata domui legatæ: secus in verbis importantibus perpendicularem confinationem, tit. 1. §. 13. glos. 5. in verbo, *Le Iardin*, nu. 8. fol. 508
Confirmatio prædiorum Ecclesiæ an duret si alienentur, tit. 1. §. 20. glos. 1. in verb. *Le seigneur feodal*, nu. 4. fol. 576
Confirmatio ex certa scientia vt non retrahatur ad datam confirmari in præiudicium tertij, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verb. *Denombrement*, nu. 90. fol. 342
Confirmatio vt non valeat, si non sit confirmabile, *vel dic*, vt non tollat, sed incurrat nullitatem confirmati, tit. 1. §. 13. glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 31. & seq. fol. 118
Confirmatio vt sit ad aliud relatio, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verb. *Denombrement*, n. 88. f. 341. vt robur addat confirmatio, non tamen extendat, *ibid.* Vt interdum suppleat defectum formæ, personæ & solemnitatis, *ibid.* Quæ fiat in forma communi, *ibid.* quæ verò in forma speciali, *ibid.* nu. 89. fol. 342
Cõfirmationis factæ in forma cõmuni, & factę ex certa sciẽtia, differentia, t. 1. §. 8. gl. 1. in ver. *Denõbrement*, n. 87. & 88. f. 341
Confirmationis natura quæ tit. 1. §. 8. glos. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 88. fol. 341
de Confirmatione castri cum iuribus & pertinentiis suis quid iuris t. 1. §. 20. gl. 1. in ver. *Le seigneur feodal*, nu. 2. & 3. f. 575. 576
Confirmationes sine causæ cognitione factæ vt nihil noui iuris dent, tit. 1. §. 8 gl. 1. in verb. *Denombrement*, nu. 87. fol. 341.
Confiscari quando dicatur feudum, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verb. *Qui desfaut le fief*, nu. 182. fol. 1061
Confiscata vt iure acquestorũ censeantur, *ibid.* n. 183. fol. 1061
Confiscata regi, vt non sint de eius domanio, *ibid.* nu. 184. fol. 1061. 1062
Confiscatio triplex, *ibid.* nu. 182. fol. 1061
Confiscatio bonorum vt fiat cum onere, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu. 100. fol. 1015
Confiscatio vt propriè & impropriè accipiatur, tit. 1. §. 43. gl. 1. in verb. *Qui defaut le fief*, nu. 169. fol. 1055
de Confiscatione feudi an debeatur relevium, tit. 1. §. 33. glos. 1, in verb. *Droict de relief*, nu. 161. fol. 846. 847
Confiscationes quibus cedant, vide *Mulcta*.
Confiscatio bonorum spectat ad dominum territorij loci §. 168. nu. 1. fol. 1755
Confortationis litteræ quæ: vide in verbo, *Litera*.
de Confortatione manus: vide in verbo, *Manus*.
Confusa iura vt restituantur, tit. 1. §. 20. glos. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 36. fol. 649. an debeant reponi in specie, an verò sufficiat dare æstimationem, cad. glos. nu. 41. fol 652
Confusio terminorum dat occasionem errandi, tit. 1. in Rubr. nu. 42. fol. 1318
Coniectura præcipua vt sumatur ex adæquatione rei ad pretium, tit. 1. §. 20. glos. 8. in verbo, *Le prix*, nu. 4. fol. 676
Coniecturæ vt sufficiant ad probandum simulationem, tit. 1. §. 33. glos. 2. in vers. *Aliené à prix d'argent*, nu. 32. fol 869
Connestabilis vox apud Gallos quæ, vnde deducta, & quale munus, tit. 1. §. 19. glos. 2. in verbo, *Droict d'aisnesse*, nu. 2. & 3. fol. 564 565
Conradus I Imperator vt non potuerit imperium in aliam stirpem transferre, sed tantum destinare, tit 1 in Rubr. nu. 52. fol 23
Conradus Imp. ex stirpe Caroli Magni decimus & vltimus, *ibid* nu. 50. fol 23
Conradus de quo fit mentio in feudis quis fuerit, cum fuerint plures hoc nomine Imperatores, *ibid.* nu. 80 fol. 33
Consanguineus retrahens vt teneatur ad onera, tit. 1. §. 20. glos. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 27 fol 646
Consanguinei vt non ad tam exactam teneantur rationum redditionem, tit. 1. §. 9 glos. 6 in verb. *Rendre compte*, nu. 19. & 32 fol. 589
Consanguinei qui non curatunt de dando tutore sunt inhabiles ad successionem §. 117 nu. 13 fol. 1687
de Consecratione loci cùm agitur vt sit requirendus consensus etiam habentis iurisdictionem duntaxat tit. 1. §. 51. gl. 2. in verbo, *Issuer de son fief*, nu. 67 fol. 1158
Consentire in iudicem: vide *Iudicem*.
Consequens qui vult & disponit, vt etiam antecedens omne necessarium ad illud velle dicatur, tit. 1. §. 33. glos. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 12 fol 858
Consensus dispositivus siue dispositorius, vt non excludat parentem vel propinquum à iure retractus, tit. 1. §. 20. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 11. fol. 580 nisi author fuerit venditionis, aut insit clausula vel qualitas retractui repugnans nu. 12. fol. 580
Consensus dispositorius vt obseruandus, tit 1. §. 43. glos. 1 in verbo, *Qui desfaut le fief*, nu 53. fol 998
Consensus vt duplex, formalis, & secundum quid, tit. 1 §. 47. glos. 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 13 fol 1896
Consensus duplex, permissiuus & dispositiuus, & quæ sit inter vtrumque differentia, tit. 1. §. 20. glos. 1 in verbo. *Le seigneur feodal*, nu. 10 fol. 579
Consensu communi patroni vel vasalli, an possit res feudalis effici censualis, vel è contra, tit. 1. §. 51. glos. 1 in verbo, *Desmembrer*, nu. 11. fol 1115.
ad Consequentiam tollendam vt sufficiat dare instantiam, tit. 1. §. 20. glos. 7 in vebo, *Surpayeur*, nu. 4 fol 669
Consignatio realis cur in feudalibus esse debeat, tit. 1 §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu 41. fol 1248
Consignatio fit in manu domini, nisi quando plures domini contendunt, tit. 1 §. 74. glos. 1 nu. 165. fol. 1388
Consolidatio an sortiatur eandem naturam, quam id in quo consolidatur, tit. 1 §. 43. glos. 1 in verbo, *Qui desfaut le fief*, nu. 175 & seq. fol. 1057. Quid sit propriè nu. 181 fol 1060
Consolidatum vt essentiæ rei vniatur, tit. 1 §. 1 glos. 1 in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 56. fol. 72
quæ Consolidantur vt cedant proprietario quoad proprietatem, fructuario verò quoad vsumfructum, tit 1. §. 1. gl. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, n. 55 fol. 7.
Constituti clausula vt non liberet ab actione exempto: vide supra *Clausula*.
Constitutio remouens præscriptionem vt intelligatur constito de veritate: cæterum in dubio non derogat præsumptioni insurgenti ex diuturnitate temporis, tit. 1 §. 12. gl. 1. in verbo, *Prescription*, nu. 18 fol. 431
Constitutio VIII Ludouici IX. Francorum Regis de decimis Ecclesiarum, tit 1 §. 68 glos. 2. in verbo, *Franc aleu* nu 21 fol. 1298
Constitutiones regiæ an sint ius commune Francorum, tit. 1 in rubr. nu. 106. fol. 44
Constitutionum Neapolitanarum vt fuerit author Fredericus secundus, tit 1. in rubr. nu. 95. fol 57
Consuetudo Aluerniæ declarata, tit. 1. §. 33 glos 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 56 fol. 885
Consuetudo Borbonensis declarata, & Carnotensis modificata, tit. 1. §. 21 glos 1. in verbo, *Arrest*, nu. 6 fol 701
Consuetudo Calumontis declarata, tit 1. §. 20. glos 9 in verbo, *Loyaux conseruateurs*, nu. 5. fol. 680
Consuetudo feudalis Parisiensis vt conformetur antiquis feudorum vsibus in effectu, quantum ad infeudationem, tit. 1 §. 51 gl. 1 in verbo, *Desmembrer*, nu. 18 fol. 1118
Consuetudo interdictionis feudalis, tit 1 §. 16. gl. 1. in verb. *Tel qu'il veut choisir*. nu 28 fol 535
Consuetudo *Le mort saisit le vif*, vt tale ius transmissionis operetur, quale ius fuerat, tit. 1 §. 13 glos 4 in verbo, *Deus enfans*, nu 8 fol 518
Consuetudo loci in quo res sita est, vt attendatur, tit. 1. §. 33. glos. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 86 fol 603
Consuetudo feudi seruientis vt inspiciatur, tit. 1. §. 12. glos 1. in verb *Prescription*, nu. 35. 36. & 37. fol. 440. & 441
Consuetudo loquens de mutatione feudi vt intelligatur de efficaci & valida, non de inutili & nulla, tit. 1 §. 33 glos 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 31. fol 767
Consuetudo loquens de mutatione, vt intelligatur de effectuali, tit 1 §. 33 gl 1 in verb *Droict de relief*, nu. 43. fol 775
Consuetudo Parisiensis etiam in feudis vt nihil habeat commune cum feudorum Insubriæ vsibus: nec illius interpretatio cum interpretatione dictorum, tit 1 §. 71 gl 1 fol. 1302
Consuetudo Parisiensis vt plus habeat ciuilis rationis, & honestæ grauitatis reliquis Galliæ consuetudinibus, t 1. §. 11 & 3. gl. 3. in ver *La bouche & les mains*, n. 15. & 16 f. 215 216 vt sit caput omnium consuetudinum Galliæ, in Rubr. n 1. fol. 5.
Consuetudo retractus proximitatis vt sit transitoria, retractus verò feudalis rescissoria, tit 1. §. 20. glos 5 in verb. *Vendu*, nu. 33 fol. 648
Consuetudo vbi nihil exprimit, vt sit recurrendum ad iuris dispositionem, tit 1 §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 81 fol 800
Consuetudo vel lex vbi præcisè loquitur, vt non liceat citra, nec vltra progredi, tit 1. §. 33. glos. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 17. fol. 762
Consuetudo vna vt recipiat suppletionem & declarationem ab aliis, tit 1. §. 47. glos 5 in verb. *Au choix*, nu. 2 fol 1101
Consuetudo vt non possit plus habere de effectu, quàm de vsu, tit. 1 §. 33. glos. 1 in verb. *Droict de relief*, nu. 126. fol. 816
Consuetudo vt non referatur, nisi ad effectuales feudorum mutationes, tit 1 §. 33 glos 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu 23 & seq fol. 865
Cõsuetudo vt referatur ad primogenitũ qui inuenitur successionis tẽpore, t 1. §. 13 gl. 1 in ver. *Le fils aisné*, n. 11 fol. 454. 455
Consuetudo vt non valeat cõtra substantiam actus & rei, n. 2

§. 1. gl. 5. in verb. *Le fief*, nu. 6 fol. 139
Conſuetudo vt reſtringatur ad limites rationis intentæ facti & vſus, tit. 1. §. 20. gl. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 21. fol. 584
Conſuetudo tacitè ineſt, & omnem actum informat, tit. 2. §. 74. gl. 1. num. 143 fol. 1382
Conſuetudo propriè non eſt ius formatum priuato competens ſed eſt lex generalis in communi diſponens, & omnibus non certæ perſonæ, vel ſingulis quibuſdam adquirens, tit. 1. §. 76. nu. 19. fol. 1409
Conſuetudo loci reſpicitur in his quæ ſolemnitatem actus gerendi reſpiciunt, non autem in his, quæ deciſionem cauſæ reſpiciunt, tit. 2. §. 76. nu. 36. & 37 fol. 1413 1414
Conſuetudo onerosa loquens in feudo non extenditur ad cenſum, vel ad aliud genus acquiſitionis, tit. 2. §. 82. gloſſ. 1. num. 16. & 17. fol. 1514
Conſuetudo negans retractum domino cenſuali, non tollit pactum priuatum, tit. 2 §. 78 gl. 1. nu. 114. fol. 1461
Conſuetudinis Aurelianenſis declaratio, tit. 1. §. 32. gl. 1. in verb. *Aage de vingt ans*, nu. vlt. fol. 746
Conſuetudinis Senonenſis modificatio, tit. 2. §. 42. gl. 1. in verb. *Sont mineurs*, nu. 1. fol. 947
Conſuetudinis mens circa ius primogenituræ, tit. 2. §. 13. gl. 4. in verb. *Principal manoir*, nu. 9. fol. 901. 902
Conſuetudinis ſcriptæ vel ſtatuti mens terribilis, nec debent iura particularia dominorum, titulo conſuetudinis armari, tit. 2. §. 76 nu. 15. 18 20. 31. & 32. fol. 1408 1409. 1411. 1412
de Conſuetudine certa doctori maximè contra ius commune atteſtanti non eſt credendum, tit. 2. §. 82. gl. 1. num. 10. fol. 1512
in Conſuetudine feudali quid inſpiciendum, tit. 1. §. 20. gl. 6. in verb. *Par ſon vaſſal*, nu. 7. fol. 666
ex Conſuetudine loci, vt actus natura accipi debeat, tit. 1. §. 8. gl. 1. in verb. *Demembrement*, nu. 92. fol 343
à Conſuetudine vt omnis actus informetur, tit. 1. §. 33. gl. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 86 fol. 803
Conſuetudinem aliquod motiuum habere vt ſufficiat, tit. 1. §. 37. gl. 1. in verb. *Se marie*, nu. 3. fol. 936
Conſuetudines Galliæ locales vt non reciplant interpretationem à iure Romano: non idem tamen de ſtatutis Italiæ, tit. 1. in rubr. nu. 108. fol. 44. vt non ſint ius municipale, ſed vnius cuiuſque loci commune. *ibid.*
Conſuetudines generales & communes vt antiquæ Galliæ ratiores, tit. 1. in rubr. nu. 107. fol. 44
Conſuetudines libri feudorum vt ſint locales, tit. 1. in rubr. num. 103. fol. 42. vt illarum compilatio nulla vetuſtior reperiatur, quàm Oberti de Horto. *ibid.*
Conſuetudines de commiſſo feudi ob captam poſſeſſionem domino irrequiſito, intelliguntur de reali poſſeſſione, contra Chaſſan. tit. 2. §. 82. gloſ. 1. nu. 20. fol. 1525 ſecus in creditore fructuario vel colono, nu. 22. 24. & 28 fol. 1525. 1526
Conſuetudinibus Regni municipalibus ligantur Eccleſiæ, tit. 2. in rubr. nu. 44 fol. 1320
Conſuetudo eſt localis, §. 139. nu 5 fol. 1736
Conſuetudo domicilij ligat poteſtatem legandi inter coniuges vbique, §. 155. nu. 5. fol. 1742
Conſuetudo eſt de iure communi. §. 156. nu. 18. fol. 1746
Contemporanei Ioannes Faber Albericus, & Henricus Bocbius, tit. 1 §. 1. gl 5. in verb. *Le fief*, nu. 63. fol. 159
inter Contendentem de eodem vel diuerſis locis dominantibus quæ ſit differentia, tit. 1. § 60. gloſ. 1. in verb. *Par main ſouueraine*, num. 37. & ſeqq. fol. 1247
Contendentium ſi alter offerat alterum conuincere infra breue tempus, vt differatur prouiſio, tit. 1. §. 60. gl. 1. in ver. *Par main ſouueraine*, nu. 47. fol. 1251
Contnetur, verbum vt veram & propriam ſignificationem demonſtret, tit. 1. §. 1. gl. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, num. 8. fol. 52
Continuatione communionis durante, vidua vendens propriam domum, ſi non cauet de pretio collocando illud pretium auget communionem, §. 117. nu. 5. fol 1685
Contractus approbatio vt extendatur ad omnes eius appendices, tit. 1. §. 33 gl. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 16. fol. 761
Contractus principium vt non referatur ad ſpecialiter diſpoſita, tit. 1. §. 33. gloſſ. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, num. 55. fol. 884. 885
Contractus mixtus vt non iudicetur à potentiori, nec à verbis, tit. 1. §. 33 gl. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu 59. fol. 886. ideo reſpectu tertij, ſed & materia ſubiecta pro rata inſpecta. *ibid.*
Contractus omne commodum vt ſpectet ad retrahentem, tit. 1 § 20. gl. 5 in verb. *Vendu*, nu. 9. fol. 638
Contractus reformatio, vt fieri poſſit tam augendo quàm minuendo, tit. 1. §. 20. gl. 8. in verb. *Le prix*, nu. 1. fol. 673
Contractus verba quando terminos habent permutationis, ſed res ipſa effectus & exitios negotij terminos venditionis cum temporis breuitate, rei & perſonarum qualitate, & præſumatur venditio, tit. 1 §. 23. al. 33. gl. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 94. fol. 905
Contractus vt in dubio cenſeatur purus, tit. 1. §. 55. gloſſ. 1. in verb. *Item en ce cas*, nu. 8. fol. 1179
Contractus vt magis ex pactis quam ex verbis diſcernatur, tit. 1. §. 51. gloſſ. 2. in verb. *Iolier de ſon fief*, nu. 10. fol. 1134. Item & ab eo quod præponderat nu. 11. fol. 1134
Contractus vt magis iudicetur ab effectu & pactis, quàm à verbis, tit. 1 §. 33 gloſ. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, nuna. 65. fol. 889. & hoc obtinet vt eius ſpecies à principali intentione dignoſcatur. *ibid.*
Contractus vt quandoque reſoluatur per viam adnihilationis, quandoque per viam noui contractus, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 13. fol. 760
Contractus vt valeat, naturæ & intellectus ordine, quamuis ficta ſit traditio, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 39. fol. 150
Contractus vt à principali fine & intentione iudicetur, tit. 1. §. 20. gloſſ. 5. in verb. *Vendu*, nu. 41. fol. 651
Contractus & vltimæ voluntates vt interdum conueniant, tit. 1. §. 25. gl. 1. in verb. *Les femelles*, nu. 11. fol. 719
Contractus ſimulati quæ ſufficiant coniecturæ, tit. 1. §. 33. gl. 2. in verbo *Aliené à prix d'argent*, nu. 71. fol. 891
Contractus cenſualis quid ſit, tit. 2. in rubr. num. 19. fol. 1312. aſſimilatur emphyteutico: in quibus verò conueniant aut differant, *ibid.* & nu. 21. & 22. fol. 1313. à reliquis omnibus diſtinctus nu. 29. & 36. fol. 1315. 1317
Contractus non cenſetur cenſualis niſi expreſſe conſtet. tit. 2. in Rubr. num. 37. fol. 1317. vt nec emphyteuticus, num. 37. & 43. fol. 1317. 1319
Contractus libellarius quis dicatur, & an ab emphyteuſi differat, tit. 2. in rubr. nu. 42. & 43. fol. 1318. 1319
Contractus perpetuarius ab emphyteutico differt contra Haloand. vt genus & ſpecies, tit. 2. in rubr. nu. 34. fol. 1316. quis dicatur, *ibid.* per ſe magis conceſſioni perpetuæ ad certum annuum & perpetuum redditum quàm emphyteuſi, quæ ſpecialem habet naturam, congruit, nu. 35. fol. 1317
in Contractu emphyteutico ſcripturam non eſſe neceſſariam de conſuetudine, vt nec de iure ſcripto contra omnes ſcribentes, tit. 2. in rubr. num. 38. fol. 1317. is dupliciter & vtroque modo propriè accipitur, ſtrictè & largè num. 29. & 30. fol. 1315. illius definitio, etymologia, & origo contra Haloand. & Alciat. *ibid.* & num. 30. fol. 1315
in Contractu conceſſionis ad reditum, etiam ſi ceſſatum ſit in ſolutione redditus, non tamen cadit res in commiſſum, nec in eo locum habent iura, conſuetudines, vel ſtatuta loquentia de cenſu vel emphyteuſi, tit. 2. in Rubr. num. 36. fol. 1317
à Contractu verum liceat diſcedere in præiudicium patroni, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 10. fol. 758
de Contractu ſtatutum loquens vt intelligatur de obligatorio: vide *Statutum*.
Contractu facto quamuis conueniat aliud feudum eſſe permutatum vel venditum, vt tamen non debeantur niſi vnica iura feudalia, ac de vltimo duntaxat feudo, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, num. 25 fol. 765. Hoc autem verum niſi proceſſum fuerit ad realem traditionem primi feudi, quæ non fuerit incontinenti reuocata, nu. 26. fol. 766
Contractu reſoluto per *l* 2. *C. de reſcind. vend.* Vt reſoluantur hypothecæ, tit. 2. §. 33. gloſ. 2. in verb. *Droict de relief*, num. 45. fol. 777
Contractuum vera & ſacroſancta lex iuſtitiæ & iniuſtitiæ, tit. 1. §. 1. gl. 9. in verb. *Pendant ladite main*, nu. 21 fol. 219
in Contractibus an maſculinum concipiat fœmininum, tit. 1. §. 19. gloſ. 1. in verb. *Droict d'aineſſe*, num. 2 fol 560
in Contractibus licet *filiorum* appellatione non veniant nepotes, vt filiæ tamen veniant, tit. 1. §. 19. gloſ. 1. in verb. *Droict d'aineſſe*, nu. 6. fol. 567
in Contractibus vt omne verbum commune ſit obliquum, tit. 1. §. 33. gloſſ. 2. in verb. *aliené à prix d'argent*, num. 12. fol. 858
Contrahens cum alio vt ſcire debeat, de quo contrahit, cum quo & qualiter contrahat, tit. 1. §. 9. gloſ. 2. in verb. *Dedans quarante iours*, nu. 14. fol. 364
Contrahens an à verbo *venditionis* incipiat, vt referat vbi agitur de retractu, tit. 1. §. 33. gloſſ. 2. in verb. *aliené à prix d'argent*, nu. 87 fol. 900
Contrahentes ſi nolint implere, vel faciant deficere conditionem ab eorum contractu dependentem, ex qua iura patrono acquirerentur, vt non poſſit patronus conqueri, tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verb. *aliené à prix d'argent*, nu. 26. fol. 860. 861
Contrahentes an pœnitere poſſint in præiudicium iuris retractus, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verb. *Vendu*, num. 11. fol. 639. vt ipſis pœnitere liceat re adhuc integra, nu. 12. fol. 639
Contrahentium intentio, vt prædominetur, tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verb. *aliené à prix d'argent*, nu. 56. fol. 885
Contrahere vt in præiudicium patroni licitum ſit obliquè, ſed non ſimulatè ad vitandum feudalia iura, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 104. fol. 814

Contraria agendo allegans an audiatur, tit. 1. §. 10. & 11. glos. 1. in verb. *Blasmer lada denombrement*, num. 14. fol. 415

Conuasalli si fuerint plures vt singuli pro sua tantum parte offerre teneantur, tit. 1. §. 63. glos. 1. in verb. *Faire les offres*, num. 29. fol. 1277

Conuento in solidum quomodo consulatur contra coobligatos: & quid iuris de recursu & summatione cohæredum, tit. 1. §. 3. glos. 4. in verb. *Sermens de feauté*, nu. 42. & seq. fol. 277

Conuento pro pluribus coobligatis vt triplici via succurratur, tit. 1. §. 9. glos. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 39. & seq. fol. 392

Copula & vt repetat verbum præcedentis orationis seu copulati, tit. 1. §. 9. glos. 7. in verb. *Le Commissaire*, num. 3. fol. 395

Copula inter orationes quando requirat concursum, tit. 1. §. 9. glos. 7. in verbo *Le Commissaire*, nu. 2. fol. 395

Corpus vt idem numero maneat, licet omnes eius partes mutentur, tit. 1. §. 41. al. 51. glos. 2. in ver. *Iouer de son fief*, nu. 54. fol. 1153

Corpora temporalia vt per subrogationem in eadem specie perpetuentur, idémque corpus censeantur, tit. 1. §. 1. glos. 8. in verb. *Faire les fruicts*, nu. 19. fol. 201

Correlationum vt sit eadem disciplina & ratio inter dominum & vasallum, tit. 1. §. 2. & 3. glos. 6. in verb. *Vsquecum*, nu. vlt. fol. 290

Creditor an teneatur mutare debitorem, tit. 1. §. 20. glos. 8. in verb. *Le prix*, num. 9. fol. 678

Creditor hypothecarius vt impedire possit alti nemoris dejectionem, tit. 1. §. 33. glos. 2. in verb. *dismé à prix d'argent*, num. 90. fol. 902

Creditor missus in possessionem, vt non teneatur fulcire, nec colere, tit. 1. §. 1. glos. 8. in verb. *Faire les fruicts*, num. 59. fol. 217

Creditor pignoratitius vt computare teneatur in sortem pœnam, quam habuit ex delicto commisso in rem, sed non ob delictum commissum in personam occasione rei, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verb. *Le seigneur feodal*, nu. 59. fol. 73

Creditor vt non possit patrocinatus iura & feudi hypothecati iurisdictionem exercere, tit. 1. §. 9. glos. 3. in verb. *Saisir*, nu. 3. fol. 366

Creditor vt non teneatur patronum recognoscere, tit. 1. §. 28. glos. 1. in verb. *Durant le temps*, nu. 10. fol. 731

Creditori an competat ius patronatus & exercitium iurisdictionis rei hypothecatæ, tit. 1. §. 9. glos. 3. in verb. *Saisir*, nu. 5 & 6. fol. 366

Creditores an possint redditus suos inuitis debitoribus infeudare vel sine eorum consensu, tit. 1. §. 20. glos. 5. in verb. *Vendu*, nu. 59. fol. 662

Creditores vt non obstante prehensione feudali agere possint cum effectu contra prætendentem feudi dominium, tit. 1. §. 28 glos. 1. in verb. *Durant le temps*, num 21. fol. 737. vt non possint ad recuperandam hypothecam offerre iura feudalia patrono num. 19. fol. 736. vt nullo apparente domino seu patrono possint curatorem feudo deputandum persequi tanquam bonis vacantibus, nu. 22. fol. 737

Creditoribus vasalli permittentis feudum à patrono ex defectu hominis possidenti, quomodo succurratur, tit. 1. §. 28. glos. 1. in verb. *Durant le temps*, num. 20. fol. 736. vt possint patronum ad quem peruenit feudum, vt ad priuatum ficus tertium possessorem conuenire, nu. 21. fol. 737

Croix de cens, quid, tit. 1. §. 73. glos. 1. nu. 17. fol. 1127

Culpa lata vt dolo æquiparetur, tit. 1. §. 1. glos. 8. in verb. *Faire les fruicts*, nu. 62 fol. 218

Culpæ quæ sit ratio in legatis & fideicommissis, tit. 1. §. 1. gl. 8. in verb. *Faire les fruicts*, nu. 64. fol. 218

Cura omnis quæ datur ad legitimationem personæ, vt sit munus publicum, tit. 1. §. 9. glos. 6. in verb. *Rendre compte*, num. 12 fol. 381

Cura quando sit munus publicum, tit. 1. §. 9. glos. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 10. fol. 381

Curator ad lites an inuitus detur, tit. 1. §. 9. glos. 6. in verb. *Rendre compte*, num. 11. & 12. fol. 382. an teneatur facere inuentarium, num. 13. fol. 382. 383

Curator aut Commissarius feudalis suscepto munere an possit exonerari, tit. 1. §. 9. glo. 4 in verb. *Commissaires*, num. 5. fol. 373

Curator vt certæ etiam singulari rei detur, ac quidem loco personæ, tit. 1. §. 9. glos. 6. in verb. *Rendre compte*, num. 11. fol. 377

Curator inuitus an destitui possit, tit. 1. §. 9. glos. 7. in verb. *Le Commissaire*, nu. 7. fol. 397

Curatores particulares vel commissarij an teneantur inuentarium facere, tit. 1. §. 9. glos. 6. in verb. *Rendre compte*, nu. 13. fol. 382

Curatorum deputatio vt fieri possit à solo patrono sua priuata authoritate, tit. 1. §. 9. gl. 7. in verb. *Le Commissaire*, nu. 1. fol. 393

Curatorum & commissariorum feudalium differentia quæ tit. 1. §. 9. glos. 4. in verb. *Commissaires*, nu. 1. fol. 371

Curiæ septem rationiorum Regis & eius Archivi quæ sit prærogatiua, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verb. *Denombrement*, nu. 28. fol. 317

Custos feudalis quis & an teneatur relevium soluere, tit. 1. §. 46. glos. 1. in verb. *Le gardien*, nu. 4. fol. 1083. vt non teneatur ad fidelitatis sacramenta. nu. 12. fol 1086

Custos nobilis & ciuilis vt possit feudali vti prehensione, tit. 1. §. 1. gl. 1. in verb. *Le seigneur feodal*, nu. 73. fol. 80

in Custode nobili vel pagano quid iuris, vbi agitur de feudi prehensione, tit. 1. §. 41. glos. 1. in verb. *Sont mineurs*, nu. 13. fol. 955. vt ipsum non teneatur admittere patronus in fidem, sed si admiserit, vt ipse vasallus non teneatur maiore facto patrono, fidelitatem renouare, nu. 14. fol. 956

Custodia ad quæ feuda extendatur, tit. 1. §. 32. al. 46. glos. 1. in verb. *Le gardien*, nu. 5. fol. 1083

Custodiæ feudalis æquitas quæ, tit. 1. §. 32. al. 46. glos. 1. nu. 1. fol. 1081

Custodia minorum vt de consuetudine, & non detur nisi parentibus, quod est iuri & rationi conforme, tit. 1 §. 32. al. 46. glos. 1. nu. 1. fol. 1081. vt sit duplex, nobilis scil. & paganica, nu. 3. fol. 1082. vt extendatur ad bona pupilli quocunque titulo obuenientia, nu. 5. fol 1083

Custodiæ quæ iniquitas, tit. 1. §. 32. al. 46. glos. 1. num. 2. fol. 1081

D

Damnatus ad mortem si ante supplicium fuerit restituendus à Principe, vt feuda tantum Principi aperta recuperet, tit. 1. §. 33. gl. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 31. fol. 771

Damnatus in integrum restitutus vt recuperet etiam ad agnatos ex lege veteris inuestituræ denolutæ, tit. 1. §. 33. gl. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 37. fol. 771

Damnum fortuitum vt spectet ad retrahentem, tit. 1. §. 20. gl. 1. in verb. *Le seigneur feodal*, nu. 88. fol. 616

Damnum vt sit amittere lucrum iam radicatum seu adquisitum, tit. 1. §. 20. gl. 2. in verb. *Peut*, nu. 1. fol. 615

Data à parentibus nubentis filiæ in anticipationem successionis, an adquirantur etiam genero tit. 1. §. 26. gl. 1. in verb. *En auant emint d'heritie*, nu. 3 fol. 724

Data voluntatiè vt non imputentur in legales sumptus, tit. 1. §. 20. gl. 9. in verb. *Loyaux coufts*, nu. 2. fol. 679

Dationes tutelæ & curatelæ sunt de media iustitia, §. 168. nu. 2. fol. 1756

Debitor non adquirens, vt in fraudem creditorum suorum facere intelligatur, tit. 1. §. 1. gl. 3. in ver. *Peut*, num. 14. fol. 92

Debitor cogi potest debitum recognoscere sub instrumento probante, sed non cum guaranogia. tit. 2. §. 76. num. 22. fol. 1409

ex Debitoris non facto vt creditor fraudetur, tit. 1. §. 1. gl. 3. in verb. *Peut*, nu. 11. & 14. fol. 90. 92

Deuoir la bouche au Seigneur, quid, tit. 1. §. 2. & 3. gl. 3. in verb. *La bouche & les mains*, nu. 16. fol. 256

Deuoir les mains au Seigneur, quid, *ibid.*

Deuoir le serment de fidelité au Seigneur, quid, *ibid.*

Deuoir la bouche & les mains, quid, *ibid.*

Decimæ & alia imposita onera vt exsolui debeant per eum ad quem spectant fructus pro tempore, tit. 1. §. 55. gl. 6. in verb. *Au seigneur*, nu. 9. fol. 1194

Decimæ puræ per se & sine onere feudi ad Ecclesiam reuersæ, vt censeantur res merè Ecclesiasticæ, tit. 1. §. 68 glos. 1. in verb. *Franc aleu*, nu. 21. fol. 1298. secus si iubens feudum decimale, quod mouetur ab alio, donet illud Ecclesiæ, nu. 22 fol. 1298. Item secus si subinfeudet decimam Ecclesiæ num. 23. fol. 1299

Decimarum feuda vt regulentur sicut reliqua: vide *Feuda*.

Decimale, seu decimarum feudum an sit diuersi iuris ab aliis feudis, tit. 1. §. 51. gl. 1. in verb. *Desmembrer*, num. 16. fol. 1217

Decius vt sit Iasonis antagonistes, tit. 1. §. 1. gl. 4. in verb. *Mettre en sa main*, nu. 69. fol. 132

Declaratio vt nihil det, sed datum significet, tit. 1. §. 8. gl. 1. in verb. *Denombrement*, num. 88. fol. 341

Decrementum vel damnum fortuitum vt spectet ad retrahentem: vide *Damnum*.

Decretum obreptitium, vt sit ipso iure nullum, tit. 1. §. 2. gl. 4. in verb. *Mettre en sa main*, nu. 31. fol. 118

Decretum iudicis à publicis subhastationibus differre, tit. 2. §. 77. nu. 21. fol. 1418

Dedicatio vt non eximat à iurisdictione feculari, tit. 1. §. 51. gl. 2. in ver. *Iouer de son fief*, nu. 65. fol. 1157

Defectus hominis iurium & debitorum, quando fieri intelligatur, tit. 1. §. 1. gl. 2. in verb. *Par faute d'hommes*, num. 1. fol. 83

Defectus naturæ vt non possit suppleri à Principe: vide *Natura*.

vt Deus solus in mentem & voluntatem hominis possit, tit. 1. §. 13. glos. 1. in verb. *Le fils aisné*, nu. 18. fol. 457

Del

Dei præſcientia vt non excludat arbitrij libertatem, nec rerum contingentiam, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 18. fol 457. 458

Dei prudentiæ ſeu prouidentiæ vt minimæ ſit derogandum, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 20 fol. 457

Dei reſpectu vt nihil ſit fortuitum, nihil caſuale, & nihil neceſſarium, tit. 1 §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 20. fol. 457

Delictum an momentaneum, an verò ſucceſſiuum ſit vt ſcire referat, tit. 1. §. 43 gl. 1. in verb. *Qui defaut le fief*, n. 149. f. 1045

Delegando vt non adquiratur nouus gradus iuriſdictionis, tit. 1. § 1 gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu 52. fol. 156

Delegatio facta plebano vt non competat vero prælato, ſed poſſeſſori etiam intruſo, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 74. fol. 80

Delphinatus vt non ſit de regno Galliæ, tit. 1. in Rubr nu. 113. fol. 46

Denominatio certi caſtri tanquam loci dominantis in inueſtitura, vt non ſit de ſubſtantia, ſed de ſimplici demonſtratione, tit. 1. §. 62. gl. 1 in verbo, *Le ſeigneur veille*, nu. 6. fol. 1264 & §. 63 gl. 1. in ver. *Faire les effres*, nu. 6. fol. 1268 1269

Denuncians falſum vt teneatur ad intereſſe: vide *Falſum*.

Denunciari quemadmodum vaſallo debeat præhenſio, tit. 1. §. 1. gl. 4. in ver. *Mettre en ſa main*, n. 2. 3. 5 & ſeq. fol. 105 106

Denunciatio feudalis quid operetur, tit. 1. §. 65. gloſ. 1. in verbo, *Les proclamations*, num. vlt. fol. 1282

Denunciatio feudalis retractus, an fieri debeat ſcienti, tit. 1. § 10. gloſ. 11. in verbo, *Notifié*, nu. 5. fol. 687. an fieri poſſit pupillo, *ibid.* num. 7. fol. 688 patrono maiori viginti-quinque annis, nu. 9. fol. 688. Tutori vel Curatori, num. 10. fol. 689. cuſtodi nobili vel pagano nu. 11 fol. 689. vt fieri debeat in loco & tempore congruo num. 12. fol. 690. nec tamen dominanti, *ibid.*

Denunciatio vt pro facta habeatur vbi per patronum ſtat, quominus fiat, aut facta ſit, tit. 1. §. 10. gloſ. 12. in verbo, *Exhibé*, nu. 5. fol 694

Deponenti de facto proprio non quidem ad ſui vilitatem vt magis credatur, quàm ſi de facto alieno, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Dismembrement*, nu. 54. fol. 319

Depoſitarius vt de dolo tantum teneatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, num. 62. fol. 218

Deſcendentes ex fœmina vt excludantur ab illo iure & gradu, à quo fœmina excluditur, tit. 1. §. 25. gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 1 fol. 714 715

Deſcendentium maſculorum appellatione ſimpliciter loquendo, vt veniat, nepos ex filia §. 25. gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 7. fol. 717

Deſcribendi emptionis contractum, vt ſit patrono facienda copia, tit. 1. §. 10. gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 3. & ſeq. fol. 693. cuius impenſis, nu. 5. fol. 694

Deſcriptio ſimplex vt neminì præiudicet, tit. 1. §. 68 gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 14. fol. 1295

Deſtinatione patrisfamilias quomodo fiat fundus, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 15. fol. 142

Determinabilia plura quæ dictio reſpicit, vt ea vniformiter determinare debeat, tit. 1. §. 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de fealté*, nu 38 fol. 274

Douaria, feudalia iura vt præſcribantur, tit. 1. §. 21. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 16. fol. 429.

Deuolutio vt ſit nulla ex iuſta refutatione, tit. 1. § 55 gloſ. 10. in verbo, *En lieu payant les droits*, nu. 39. fol. 1217

Dies certa vt non ſit de forma legis commiſſoriæ vel additionis in diem, tit. 1. § 33. gloſſ. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 13. fol. 859

Dies conuentionalis & legalis etiam tacita, vt pro homine interpellet, tit. 1. §. 1 gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 14 fol. 199

Dies interiectæ appellationis vt non computetur in termino releuandi, tit. 1. §. 10. & 11. gloſ. 1. in verbo, *Blaſmer ledit desombrement*, nu. 2 fol. 406. 407

Dies ſolutionis eſt, & ipſius obligationis, & ſolutionis pretij pars diminutiua, tit. 2 §. 78 gloſ. 1. nu. 42. fol. 1442. limita, nu. 64. fol. 1446

Dignitatum theſaurus vt ſit penes principem, tit. 1. §. 1. gl. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 49 fol. 154 155

Dilatio modici temporis vt debitori ad ſoluendum ſemper competere intelligatur, tit. 1. §. 7. gloſ. 1. in verbo, *Iuſqu'à quarante iours*, nu. 1 fol. 291

Dinumerationis ſeu dinumeramenti in inueſtituris fieri ſoliti quis ſit finis, tit. 1 § 8 gl. 1. in verb. *Desombrement*, nu. 2 f 306

Diſcuſſio non ſit niſi per decretum §. 189. nu. 1 fol 1785

Diſcuſſio quando requiratur §. 71 nu. 6 fol. 1634

Deſmembratio quid ſit, & quotuplex, tit. 1. §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 1. fol. 1111

Diſparatorum ſeparata ratio, tit. 1. in rubr. nu. 40 fol. 1318

Diſpoſito quando non ſonat in ſide vno, vt plures concurrentes mutuo ſe impediant, tit 1 §. 55 gloſ. 1 in verbo, *Item en ce cas*, nu. 8. fol 1179

In Diſpoſitione eadem vt nihil prius, nihil verò poſterius, tit. 1. §. 20. gloſ 7. in verbo, *En payant*, nu. 2. fol. 667

quæ Diſpoſitionem non reſpiciunt, ſed executionem, conditionem non faciant, tit. 2 §. 20. gloſ. 7. nu 3. fol. 668

in Diſpoſitione vt verba operati debeant, tit. 1. §. 41. al. 51. gl. 2. in verbo, *Iolier de ſon fief*, nu. 14. fol. 1136

à Diſpoſitionibus negatiuis an ſumi poſſit argumentum à contrario ſenſu, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 2. in verbo, *Deffendant*, nu. 5. fol. 246

ex Diſtractu, re ex parte patroni non integra ſequuto, vt non debeantur noua iura feudalia, nec laudimia, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 29. fol. 766

Diuiſio erronea etiam per tranſactionem facta vt reſcindatur, tit. 1. §. 25. gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 5 fol. 716

Diuiſio vt ſit contractus mixtus, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 74. fol. 797

Diuiſio propriè non eſt alienatio, nec noua acquiſitio, ſed portionum diſtributio, tit 2. § 75. gloſ. 3. nu. 11. fol. 1334

in Diuiſione cohæredum aut ſociorum, ſi admittatur licitatio, quid iuris, an inquam debeantur feudalia iura, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 78. & ſeq. fol. 798. vbi interuenit recompenſatio de rebus non communibus, *ibid.* nu. 74 fol. 797

in Diuiſione immobilium quamuis ſit læſio vltra dimidiam iuſtæ æqualitatis, vt non teneatur habens exceſſiuam partem reſtituere, ſed poſſit ſupplere in pecunia, tit. 1 § 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 42. fol. 784

ex Diuiſione inter cohæredes vel ſocios an debeantur iura feudalia: vide *Feudalia*.

ad Diuiſionem feudi vt vnus ex conuaſallis alios cogere poſſit, & an poſſit diuidi, tit. 1. §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 2. & 3. fol. 1111. 1112

Diuiſionis immunitatem vt non impediat præcedens ſociorum inueſtitura, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 77. fol. 798

ad Diuiſionis reſciſſionem vt non requiratur læſio vltra dimidiam, tit. 1. § 33. gl. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 42. f. 774

Diuiſio bonorum per teſtamentum fieri non debet § 92. nu. 10. fol. 1652.

Doaria an ſit habilis ad fideliſtatem præſtandam, tit. 1. §. 55. gloſ. 2. in verbo, *Les proprietaires & ſeigneurs*, nu. 4. fol. 1182

Doaria vt non poſſit vidua præhendere, niſi procuratorio nomine, tit. 1. §. 1. gloſ 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu 35. f. 62. 63

Doariam in conſuetudine Niuernenſi eſt conditionale & præmorientibus filiis eſt caducum § 129 nu. 5. fol. 1709

Doarium non eſt vera donatio propter nuptias, § 135. nu. 3. fol. 1717

Doaria eſt ſicut fructuaria. §. 135. nu. 7. fol. 1718

Doarium ſpectatur tempore celebrati matrimonij & non contractus, §. 136. nu 2 fol. 1719

Doarium non accreſcit filio non ſuccedenti, §. 138. nu. 2. fol. 1721

Doarium conſtitutum in vſufructu domus quæ corruit fortuitò non finitur ea lapſa, §. 141. nu. 2. fol. 1724

Doaria non tenetur reficere domum, §. 141. nu. 2 fol. 1724

Doarium, quid tit. 1. §. 1. gloſ. 2. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 35. fol. 62. 63

Dolus vt præſumatur contra differentem agere donec probationes rei depereant, tit. 1. §. 10. & 11. gloſ. 1. in verbo, *Blaſmer ledit Desombrement*, nu. 20. fol. 404

à Dolo quælibet cauſa non excuſat, vbi de damno alterius agitur, tit. 2 §. 83 & 84. nu. 23. fol. 1543

Domanium ſeu dominium Regis vt ſit inſeparabile à corona, tit. 1. § 2. & 3 gl 4 in verbo, *Serment de fealté*, n. 16. fol. 265

Domanij appellatione quid veniat, tit. 1. §. 47. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 2 fol. 1018

Domeſtici an teneantur domino ſuo iurare fideliſtatem 1. 1. §. 2. & 3. gloſ. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, num. 7. fol. 232

Dominicalia iura an ſint in fructu, tit. 1. §. 1. gl. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 19. fol. 57. qualiter diuidi debeant, §. 16 gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choiſir*, nu. 26 fol. 534

Dominicalia iura vt debeat exercere ſuperior, tit. 1 §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 32. fol. 1245

Dominicalia vt nulla iura debeantur ex venditione nulla, vel annullata, tit. 1. §. 33. gl. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 9. fol. 856

Dominicalia iura duplicia, tit. 2. in Rubr. nu 1. fol. 1307. nec alia quàm feudalia vel cenſualia, nu. 3. fol. 1307. plura ſimul in eadem re vel ſubiecto concurrere non poſſunt, nu. 5. fol. ſecus in aliis iuribus non dominicis, nu. 6. fol. 1308. omnia ſunt ſtricti iuris, nec poſſunt extendi vltra verba conſuetudinis, & inueſtituræ, §. 74. gl. 1. n 1. f. 1344. pecuniaria ſolui debent per capientē fructus, §. 78. gl. 1. n. 17. f. 1435

Dominicalis non eſt omnis dominus directus, tit. 1 in Rubr. nu. 4. fol. 1308

Dominicalis iuris definitio, tit. 1. in Rubr. nu. 4. fol. 1308. eius negatione an poſſeſſio turberur, vide in verbo, *Poſſeſſio*.

in Dominicalibus iuribus quæ duo conſideranda, tit. 1. §. 1 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 22. fol. 58

INDEX IN COMMENTARIOS

Dominium directum vt vim habeat attractiuam vtilis dominij, tit. 1. §. 16. glos. 1. in verbo, *Tel qu'il vont chaſir*, nu. 17. 530

Dominium & poſſeſſio vt transferatur interueniente verò titulo, & facta traditione, tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. in verbo, *Leſief*, nu. 36. fol. 149

inter **Dominium** vel titulum iuriſdictionis, & eius exercitium, quæ ſit differentia, vide *Iuriſdictio*.

Dominium transferri per inſtrumentorum traditionem qualiter accipiatur, tit. 1. §. 20. glos. 5 in verbo, *Vendo*, nu. 14. fol. 640

Dominium vtile, vt facilius conſolidetur quàm directum amittatur, tit. 1. §. 3. glos. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu 22. fol. 268

Dominium vtile vt non ſit ſeruitus, ſed inferior quædam proprietas, tit. 1. §. 1 gl. 6. in verb. *Mouuant de luy*, nu. 7. f. 186

Dominium vtile ſubſidiarium habens, vt creditori hypothecario conferatur, tit. 1. §. 1. gl. 5 in ver. *Leſief*, nu. 95 f 171. 172

Dominium vt latius accipiatur & Proprietas ſtrictiùs: vide *Proprietas*.

Dominium vt aliud ſit ſuperius, aliud inferius, directum & vtile, tit. 1. § 1. gl. 6 in ver. *Mouuant de luy*, n. 4. f. 185. aliud item particulare, aliud verò vniuerſale, *ibid.* nu. 5. fol. 186

Dominium quale in ſolo, tale in ſuperficie, tit. 2. §. 78. glos. 4. nu. 13. fol. 1502

Dominium cenſuale in toto regno vnicum, tit. 2 §. 78. gl. 4. nu. 2. fol. 1499

Dominij directi duo genera, tit. 2. in Rubr. nu. 1. fol. 1307. eiuſdem rei duo eſſe non poſſe, *ibid.*

de **Dominio** directo & vtili nullus textus in iure, tit. 2 §. 78. glos. 4. num 5. fol. 1500

Dominus ad quæ facta tecta ſiue reparationes teneatur, an ad conſueta & modica tantum, an verò ad alia, tit. 1. §. 1. glos 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 69. fol. 210

Dominus directus vt habeat rem reſpectu dominij vtilis ſibi hypothecatam pro iuribus ſuis, tit. 1. §. 59. glos. 1. in verbo, *Sans demeſbron de foy*, nu. 4 fol. 1233. habeat inquam ius hypothecæ, *ibid.*

Dominus directus vt non teneatur litigare, niſi manu ſua redintegrata, tit. 1. §. 60 glos. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 14. fol. 1239 vt plus iuris habeat, quàm creditor hypothecarius, §. 9. glos. 3. in verbo, *Saiſie*, nu. 2 fol. 365

Dominus feudi pro parte, vt poſſit toti feudo manum mittere, tit. 1. §. 1 glos 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 71. f. 78

Dominus male tractans ſubditos aut vaſallos ſuos vt ſit priuandus iure ſuo, tit. 1. §. 2. & 3. glos. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 14. fol. 265

Dominus medius, vt inferioris reſpectu ſit directus, ſuperioris verò vtilis, tit 1 § 1. gl 6. in ver. *Mouuant de luy*, n. 9. f. 186

Dominus proprietarius feudi vt poſſit prohibere fructuarium vit retractu feudali, tit. 1. §. 20. glos. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 40. fol. 592

Dominus quando inter ſe & agricolas ſuos iudex eſſe poſſit, tit. 1. § 2. & 3. glos. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 8. fol. 252. vbi agitur de poteſtate œconomica & caſtigatoria in ſubditos & domeſticos.

Dominus ſeu patronus feudi vt poſſit omiſſa præhenſione ſtatim via actionis compellere vaſallum ad catalogi præſentationem cum fidei agnitione, tit. 1. §. 9. glos. 2. in verbo, *Dedans quarante iours*, nu. 2 fol. 359

Dominus ſi ſit Dux & Comes, an vt duci an verò vt Comiti iura præſtari debeant, tit. 1. §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 46. fol. 1250

Dominus ſolus immediatus vt requirendus, tit. 1. §. 1. glos. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu 9. & ſeq. fol. 187

Dominus territorij vt habeat fundatam intentionem intra fines eiuſdem tit. 1. §. 68 gl. 1. in verbo, *Franc aleu*, n 4. f. 1191

Dominus vt non teneatur vnire, nec incorporare ſubfeudum, quod iure commiſſi occupat, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 64. fol. 75

Dominus vtrum poſſit tempus meſſis, vindemiæ, piſcationis, & collectionis fructuum anteuertere: & ita immaturos fructus ſuos facere, tit. 1. §. 1 glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 32 fol. 207

Dominus vtrum teneatur vti ſylua & lacu vaſalli præhenſis ad eundem modum, quo vaſallus ipſe vtebatur, tit. 1. § 1. glos. 1. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 54. fol. 215

Dominus directus de conſuetudine quis tit. 2. in rubr. nu. 19. fol. 1312 non debet eſſe curioſus rimandi ſecreta alienæ ſucceſſionis, tit. 2. §. 73 glos. 3. nu. 12. fol 1335. ei damnum non fit ſi aduentitium lucrum minoret hominum concurſu minuatur: ſecus ſi concurſus prohiberetur, tit. 2. §. 74. glos. 2. nu. 7. & 8 fol. 1398. ei ſi nulla iura vtilia debeantur, an editio ſit facienda, vide in verbo, *Editio*. An titulum nouum exigere poſſit, & quid de inſtrumento probationis: vide in verbo, *Titulum*.

Dominus cenſualis ſpecies feudatarij, tit. 2. §. 73 glos. 1. nu. 3. fol. 1323. primus cenſualis de conſuetudine ſolus exigit poſſeſſionem cenſualem, laudimia, mulctas, ſolus inueſtituram facit, & iuribus dominicis vtitur nu. 20. & 21. fol. 1327. 1328. plures eiuſdem prædij ſubordinati eſſe non poſſunt, nu. 21. fol. 1328

Dominus cenſualis poteſt commiſſario apponere, & plus poteſt quam miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, tit. 2. §. 74. glos. 1. nu. 10. & 20 fol. 1344. 1347. per arreſtum nullomodo fructus facit ſuos, ſed tantiſper impedit dum cenſus ſoluatur vel conſignetur, nu. 133. & 134 fol. 1380. ſit verus & naturalis per conceſſionem fundi in cenſum, §. 72. glos. 1. nu. 169. fol. 1477. ſolus dici ſolet fundiarius glos. 4. nu. 1. fol. 1499. vtrum poſſit aliam facere cenſuariam, §. 73. glos. 1. nu. 18. & ſeqq. fol. 1327 non poteſt in cenſum concedere, *ibid.* nu. 20. fol. 1327. nec alium recognoſcere, nu. 24. fol. 1329. ſi verò de facto dederit, aut vendiderit ad cenſum dominicalem erga ſe, ſiue ſub iure dominico ſoluendum, quid iuris? nu. 22. fol. 1328. quid de conſuetudine Aluerniæ? nu. 23 fol. 1328 poteſt faciem fundi mutare, etiamſi laudimia minora futura ſint, niſi ſpes eorum debita adimeretur, §. 74. glos. 2. nu. 2 & 6 fol. 1397. ſecus in emphyteuta nu. 3. fol. 1397. vtrum per arreſtum poſſeſſione priuetur, faciarque dominum poſſeſſorem: vide *arreſtum*.

Dominus emphyteuſis verè & propriè eſt dominus fundiarius, cui verè fundiarium vectigal ratione fundi, & in recognitionem directi dominij debetur, tit. 2 §. 73. glos. 2. nu. 8. fol. 1324. 1325. primus ſecundum Doctor. ſolus eſt requirendus, illique ſoli iura & laudimia debentur, *ibid.* nu. 21 fol. 1328. an & qualis ſit differentia fundiarij & cenſualis: fundi terræ ſeu redditus aut vectigalis fundiarii, & cenſus ſpecialiter accepti, glos. 1. nu. 1. 2. & 3. & aliquot ſeq. fol. 1323

Dominus fundiarius quis tit. 2 §. 73. nu. 3. fol. 1325. ad cenſualem in tit. 2 coarctatur, & ſpecialiter accipitur pro domino cenſuali tantum, vt & fundus terræ ſeu vectigal fundiarium ſtrictè & ſpecialiter pro ipſo iure cenſus, & reditu cenſuali duntaxat accipitur, nu. 6. 7. 8. & 9. fol. 1324. & §. 74 glos. 2 nu. 10. fol. 1399

Dominus feudalis plus iuris & poteſtatis in re habet, quàm cenſualis, tit. 2 § 74. gl. 1. nu. 3. fol. 1342. pro iuribus extraordinariis vti non poteſt præhenſione feudali, nec ſimplici arreſto, gl. 2 nu 11. 12. 13. & 14. fol 1399. 1400

Dominus actionem habet non ſolum contra nouum acquiſitorem, vt edat titulum, ſed etiam contra vltimum cenſuarium qui alienauit, vt declaret cui, & quo titulo, tit. 2. § 77 gl. 1 nu. 8 fol 1417. vtrum pro laudimus literas retinere poſſit: vide *Litteras*.

Dominus inferior tenetur extra manus ſuas ponere à ſuis vaſallis mouentia, alias poteſt retinere, vel menſæ ſuæ vnire, tit. 2. §. 73. gl. 2. nu. 7. fol. 1332

Domini appellatione an contineatur fructuarius, tit. 1. §. 1. gl. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 2. 4. 8. 10. & 11. fol. 51. 52. 53 54

Domini appellatione quibus caſibus non veniat fructuarius, tit 1 §. 1, glos 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 10. f. 53

Domini negatio vel craſſa vaſalli ignorantia vt comminiſſi pœnam faciant: vide *Commiſſi*.

Domini medij poſſeſſio vt ſit potius quaſi poſſeſſio quàm vera poſſeſſio, tit. 1. §. 1. glos. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu. 10. fol. 188

Domini ſeu patroni ætas minor, vtrum iurium feudalium præſcriptionem impediat, tit. 1. §. 12 gl. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 39. fol. 442. Item illius ætate minore impediente præſcriptionem, vtrum fructus præhenſi reſtituendi ſint, nu. 41. fol. 443

Domino præhendente, an faciat ſuos fructus ſtante fructuario, tit. 1. §. 1. gl. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, n. 37. fol. 65;

Domino vt vigilare & dormire liceat, tit. 1. §. 1. gl. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, n. 37. f 63. vt vigilet vaſallo dormiente, *ibid.*

Domini duo vt eſſe poſſint vtiliter vel directo diuerſis reſpectibus, tit. 1. §. 1 gl 6. in ver. *Mouuant de luy*, nu. 7 fol. 186

Domini eiuſdem rei vt ſubordinatè & diuerſo reſpectu plures eſſe poſſint directo vel vtiliter, tit. 1. §. 1. glos. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu. 4. fol. 185

Domini feudi plures gradatim quemadmodum poſſidere intelligendi ſint, tit. 1. §. 1. glos. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu. 8. fol. 187

Domini plures directi an inuicem variare poſſint, tit. 1. §. 20. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 49 50. & 51 fol. 69. 70. idemque iuris in retractu conuentionali, quia peti non poteſt pro parte *ibid.*

Domini procuratores vt cenſeantur, emphyteuta, vaſallus & ſuperficiarius, tit. 1. §. 1 gl. 1 in ver. *Le ſeigneur feodal*, n. 20. f. 57

Domus ſiue manſio vt in iure feudali aliquando largius, aliquando vero ſtrictius accipiatur, tit. 1. §. 13. glos. 5. in verbo, *Le iardin*, nu. 7. fol 507. 508

Donante vaſallo feudum retento ſibi vſufructu ad vitã ſuam, vtrum patronus poſſit ſtatim exigere releuium, & an debeatur illi etiam viuo donante, nec expectato fine vſusfructus, tit. 1. §. 33 gl. 1. in verbo, *Droict de releif*, nu. 152. fol. 841

Donate in ſucceſſionis anticipationem quid, tit. 1. §. 26 gloſ. 1. in verbo, *En anancement d'hoirie*, nu. 1. fol. 725

Donata cui res eſt vel legata ſub onere, *ne extrat de manu eius*, dato ſubſtituto vt non prohibeatur locare ad modicum tempus, tit. 1. §. 33. gl. 1. in verbo, *Droict de relief*, n. 3. f. 755

Donatarius feudi, ſi ante villam traditionem idem feudum alteri donauerit, vel alienauerit, vtrum duo releuia debeantur, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 107. fol. 815. 816

Donatarius feudi vel emptor ſi dominum offendat, an feudum amittat, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verb. *Qui deſmie le fief*, nu. 162. fol. 1051

Donatarius filius, an & quando poſſit abſtinendo à ſucceſſione retinere domum, tit. 1. §. 25. gloſ. 1. in verbo, *En anancement d'hoirie*, nu. 4. fol 725

Donatarius ingratus vt teneatur luere, vel æſtimationem reſtituere, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 57 fol. 788

Donatio an ſit quatenus minoris venditur, tit. 1 §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 53. fol. 658. etiam ſi minus dimidia vendatur nu. 54. fol. 659

Donatio etſi reuocetur per ingratitudinem, vt non tamen reuocentur fructus, tit. 1. §. 43 gloſ. 1. in verbo, *Qui deſmie le fief*, nu. 44. fol. 994

Donatio ex capite ingratitudinis vt non reuocetur, niſi per ſententiam, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 57. fol. 788

Donatio feudi vt non ſufficiat multiplex effectualis, niſi etiam interueniat multiplex effectualis ipſius feudi muratio, tit. 1. §. 33. gloſ. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 38. fol. 873

Donatio in anticipationem ſucceſſionis, vt differat à ſimplici donatione, tit. 1. §. 2 & 3. gloſ. 1 in verbo, *Par ſucceſſion*, nu. 4. fol. 244

Donatio patris quando in fraudem primogeniti facta dicitur ſeu præſumatur, tit. 1. §. 13. gl. 3. in verb. *Pour ſon droit*, nu. 17. fol. 490

Donatio remuneratoria vtrum reuocetur propter ingratitudinem donatoris, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſmie le fief*, nu. 114. fol. 1028

Donatio ſi fiat a deſcendente aſcendenti quid iuris in ſucceſſionis anticipatione, tit. 1. § 25. gloſ. 1. in verbo, *En anancement d'hoirie*, nu. 6. fol. 725

Donationis factæ fauore matrimonij quid iuris in releuio, t. 1 §. 26. gloſ. 1 inverbo, *En anancement d'hoirie*, nu. 2. f. 723

Donationis inofficioſæ querela an locum habeat ad conſeruationem iuris primogenituræ, tit. 1. §. 13. gl. 3. in ver. *Pour ſon droit*, n. 15. f. 489. præſumptionem vt etiam leuis occaſio excludat, §. 43. gl. 1 in verbo, *Qui deſmie le fief*, n. 63. fol. 1001

Donationis reuocandæ vt ſint quinque cauſæ, tit. 1. §. 43. gl. 1. in verbo, *Qui deſmie le fief*, nu. 136 fol 1037

ex Donatione feudi cum propter ingratitudinem reuocatur, vt maneant iura debita, ſed non ex reuocatione, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 57. fol. 788

In Donatione cauſa mortis vtrum locum habeat releuium, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num 82. fol. 801. vt ea pluribus modis reuocetur, *ibid.*

de Donatione vel alienatione feudi facta retento vſufructu, quid iuris circa releuia, tit. 1. §. 33. gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 152 fol. 842

Donationes regiæ feudales vt homologari debeant, per præfectos Ratiociniorum Regis, tit. 1. §. 33. gloſ. 3. in verbo, *Quint & requint*, nu. 4 fol. 902

Donatorem ignoranter percutiens, vt non amittat donationem, tit. 1. §. 43. gl. 1. verbo, *Qui deſmie le fief*, nu. 154 f. 1047

Donatum feudum, nondum tamen traditū donatario verum propter ingratitudinem donatoris committatur domino, t. 1. §. 30, al. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſmie le fief*, n 100. f. 1015

Donatio facta marito ob benemerita non cadit in communionem, §. 110 nu. 2. fol. 1673

Donatio inter virum & vxorē minores valet § 155. n. 1. f. 1741

Donare non poſſunt mutuo coniuges non communes § 155. nu. 3. fol. 1742

Donationes ſimplices inter coniuges prohibentur § 156. nu. 1. & ſeqq fol. 1743. 17 44

Donatarius mutuus debet ferre onera pro portione §. 158. fol. 1747

Donatio facta fratri in anticipationem ſucceſſionis ſemper poteſt reuocari §. 159. nu. 5. fol. 1749. & nu 8. fol. 1750

Donner & retenir ne vaut §. 160. nu. 1. & ſeqq. fol. 1751

Dono contentus vt debeat releuium, tit. 1. §. 25 gloſ. 1. in verbo, *En anancement d'hoirie*, nu. 4. fol. 725

Donum dominicalium initium à Rege ſi plures habentes concurrant, quid iuris, tit. 1. §. 33 gloſ. 5. in verbo, *Quint & requint*, nu. 5 fol. 908

Dotale feudum vendente viro conſenſu vxoris quid iuris, tit. 1. §. 20. gloſ. 6. in verbo, *Perſon vaſſal*, nu. 1. fol. 665

Dotalia pacta vt intelligantur fauore mulieris, nec patiantur ius retractus etiam cognatis, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, num. 113. fol. 352

in Dotem dari an poſſit res emphyteutica: vide in verbo, *Emphyteutica*.

de Dote ad alimenta vt valeat argumentum, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 158. fol. 845

Dubium facti vt iuris an ſorte dirimatur, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aſné*, nu. 8. fol. 453

in Dubio vt æquior & benignior vincat interpretatio, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 17 fol. 100

in Dubio vt fiat interpretatio contra eum qui in verbis nidtur, tit. 1. §. 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 5. fol. 566. vt nobilior ſignificatio attendenda, §. 18. gloſſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 5. fol. 543. vt omnis diſpoſitio cenſeatur pura: vide *Diſpoſitio*, vt prædia non præſumantur eſſe antiqua, ſed potius de nouo conqueſtu, §. 20. gloſ. 6. in verbo, *Perſon vaſſal*, nu. 3. fol. 664. vt quis pro ſuo poſſediſſe præſumatur, § 12 gloſ 1. in verbo, *Preſcripteur*, nu. 11. fol. 427 vt ſit regulæ ſtandum, §. 1. & 3. gloſ. 2. in verb. *Deſtendant*, nu. 8. fol. 247. vt ſumma ſit ratio quæ pro religione facit, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, n. 130 fol. 829. vt verba operati non debeant vltra naturam materiæ ſubiectæ, t. 1. §. 33 gl. 1. in verbo. *Droict de relief*, n. 4. fol. 756. in dubiis feudalibus vt non ſit recurrendum ad ius canonicum, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 79. 165

Dux & Comes ſi ſit dominus quid iuris, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 46. & 52. fol. 1250. 1252

Dux Mediolani vt primus Ioannes Galeacius fuerit, tit. 1. §. 19. & 20. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 7. fol. 567

E

Ecclesia donante aut cedente feudum ſibi donatum ante traditionem ſibi factam, vt nulla feudalia iura ſibi debeantur, nec de donatione, nec de ceſſione, tit. 1. §. 33. gl. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 129 fol. 829

quando Eccleſia vel corpus manus mortuæ feudum adquiſierit, & in aliam manū tranſtulit, quid iuris: quæ inquā, & qualia iura debeantur tit. 1. §. 33 gl. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 131. fol. 830. tria inde iliata, nu. 135. 136. & ſeq. fol. 831. 832

Eccleſia vel ſimile corpus vt faciat fructus ſuos pendente dilatione ad ponendum feudum extra manus ſuas, tit 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 162. fol. 847. 848

Eccleſia vt non cognoſcat de feudo etiā decimali ad eam reuerſo, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 23 fol. 1241

Eccleſia vt non poſſit tenere iuriſdictionem temporalem, niſi tanquam perſona laica, tit. 1. §. 60. gloſ. 1 in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 21. fol. 1241

Eccleſia vt pariatur pœnas conuentionales & teſtamentarias, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſmie le fief*, n. 73. fol. 1005. atque ita amittat emphyteuſim ob non ſolutum canonem per triennium, *ibid.* itemque feudum ſicut priuatus, nu. 74. fol. 1005. 1006. verum reſtringendum hoc quod de feudi amiſſione traditur, vt ſit potius amiſſio vſusfructus quam feudi: quia reſtringitur ad vitam prælati delinquentis, vel aliorum delinquentium, nu. 75. & 76. fol. 1006

Eccleſia vt poſſit adquirere feudalia & cenſualia prædia, vtrum poſſit compelli à domino directo ponere extra manum ſuam, ad quod habet annum à die interpellationis computandum, tit. 1. §. 41. al. 51 gloſ. 2. in verbo, *Ioüer de ſon fief*, nu. 60. fol. 1156. vt præſcribat ius poſſidendi, & non ponendi extra manum ſuam aduerſus priuatum dominum directum niſi longiſſimo tempore, nu. 16. fol. 1137. ab ea recipiens dominus releuia vel laudimia, vel eam inueſtiens, vt ſeipſum excludat à iure expellendi, non tamen à iure indemnitatem petendi, nu. 62. fol. 1156. vt non teneatur dare domino directo vicarium confiſcantem, num. 63. fol. 1157

Eccleſia, vt teneatur feudum iure feudali retentum extrà manus ſuas ponere, tit. 1. §. 20 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur fedal*, nu. 2. fol. 575 576. vt ad hoc cogi non poſſit ab alio quam à procuratore fiſci regij, *ibid.*

Eccleſiæ prælatus, vt non ſit prælatus, ſed vaſalli procurator, tit. 1. §. 43 gloſ. 1. in verbo, *Qui deſmie le fief*, n. 78. fol. 1007

Eccleſiæ res ſi locetur vſque ad nouem annos ſub pacto redimendi quid iuris, tit. 1 § 51. gloſ. 2. in verbo, *Ioüer de ſon fief*, nu. 37. fol. 1145

Eccleſiam maiorem cum inferiori vt non poſſit quis tenere, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur fedal*, nu 68 f. 605

Eccleſiæ vel templa vt ſint ſacra de territorio & iuriſdictione ſecularis poteſtatis, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Ioüer de ſon fief*, nu. 65. fol. 1157

Eccleſiæ an ligentur conſuetudinibus municipalibus: vide in verbo, *Conſuetudinibus*.

Eccleſiarum bona temporalia & decimæ feudales vt ſubſint iuriſdictioni ſeculari, & non eccleſiaſticæ in hoc regno, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſmie le fief*, nu. 40 fol. 991

Eccleſiarum temporalia vt ſint de foro ſeculari, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 25. fol. 1199

contra Eccleſiaſticam libertatem quando fieri dicatur,

tit. 1. §. 41. al. 51 glos. 2. in verbo, *Iotier de son fief*, num. 94. fol 1168

Edere titulum suæ possessionis quando possessor teneatur, tit. 2. §. 73. glos. 3. nu. 1. fol. 1331

Edere non tenetur censuarius litteras vel instrumenta diuisionis hæreditatis ab intestato, & cur? tit. 2. § 73. glos. 3. nu. 11. fol. 1334 amplia & limita, nu. 12 fol 1335. Quid si plures acquisitiua non titulos habeat an omnes edere teneatur: & quid de titulis prædecessorum? nu. 13. fol. 1335

Edictum *quo in fraudem creditorum*, vt non habeat locum in renunciatione hæreditatis, tit. 1. §. 1. glos. 3. in verbo, *Vent*, nu. 12 & seq. fol 91

Edictum Regium de cognitione rerum feudalium reseruata præsidibus prouinciarum, tit. 1. §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 23. fol. 1241

Editio tituli an iure actionis sit petenda, tit. 2 § 73 glos. 3 nu. 3 4 & 5. fol. 1333 eius duæ species, quarum priori numquam quamdiu mutuæ & successiuæ obligationes durant: posteriori verò triginta annis præscribitur, nu. 4. 5. & 7. fol. 1333 domino directo facienda est, etiamsi nulla iura vtilia ei debeantur, nec velit nouum acquisitorem inuestire, nu. 7. & 8. fol. 1334

Effectus quomodo proportionetur causæ suæ, tit. 1. §. 20. gl. 5 in verbo, *Vendu*, nu. 38. fol. 650

Electio etronea vel inutilis, vt ius eligendi non consumat, t 1. §. 16. gl. 1. in verb *Tel qu'il veut choisir*, nu. 11 fol. 527

Electio vel locatio facta vltra tempus permissum, vt in totum sit nulla, t. 1. § 51. gl. 2. in ver. *Iotier de son fief*, nu 41. fol. 1147

Electio vt sit duplex, expressa & interpretatiua, tit. 1. §. 47. glos. 5. in verbo, *Auchoux*, nu. 1. fol. 1101. patrono negligente vt transferatur in vasallum, nu. 2. fol. 1101. an post eam variare possit patronus, nu. 3. fol. 1102

vt Electio releui spectet ad eum ad quem eius spectant fructus, tit. 1. §. 47. glos. 5 nu. 4. fol. 1102

Electio quibus verbis fiat, tit 1. §. 16. glos. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choisir*, nu. 16 fol. 529

Electio vt sit eius ad quem verba diriguntur, tit. 1. §. 13. gl. 2. in verbo, *Prend*, nu. 2. fol. 478. 479

Electioni vt sit locus etiam inter omnino æqualia, tit. 1. §. 16. glos. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choisir*, nu. 15 fol. 529

Electio vt sit personalis, nec possit cedi, tit. 1. §. 16 glos. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choisir*, nu. 3. fol 521

Electio vt sit vasalli, an mansionem principalem, an locum vnde feudum mouetur, adeat iusta oblaturus, tit. 1 §. 63. glos. 1 in verbo, *Faire les offres*, nu 7. & 9. fol. 1269. 1270

Electionem habens ex lege vt variare possit, nisi electio traxerit secum executionem, tit. 1 §. 16. glos. 1 in verbo, *Tel qu'il veut choisir*, nu. 10. fol. 526

Electionem habenti vt à iudice tempus præfigatur, tit. 1. §. 16. glos. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choisir*, nu. 14. fol. 528

Electionem vt non possit facere procurator generalis etiam cum litera, tit. 1. §. 16. glos 1 in verbo, *Tel qu'il veut choisir*, nu. 6. fol. 524. 525

Electores imperij qui sunt Ecclesiastici, vt non sint electores tanquam Ecclesiastici, sed tanquam principes imperij, & ratione ditionum regalium & membrorum imperij, tit. 1. in rubr. nu 71. fol. 19. vt ius suum habeant non a Papa, sed ab antiqua consuetudine ordinum imperij, *ibid.* nu. 71. fol. 30

Electores imperij vt initio alij & plures quàm qui hodie: nec vna die vnoue anno septem tantum constituti, sed consuetudine quadam recepti, tit. 1. in rubr. nu. 69 fol. 28. 29

Electorum imperij iura, tit 1 in rubr. nu. 65. fol. 27. & quando illorum institutio cœperit, *ibid.* & nu. seq. fol. 27. 28

Eligendarum rerum vt fieri debeat exhibitio, tit. 1. §. 16 glos. 5. in verbo, *Tel qu'il veut choisir*, nu. 12. fol. 528

Eligendi ius an & quando in hæredem transmittatur, tit. 1. §. 16. glos. 1. in verbo, *Tel qu'il veut*, nu. 2. fol. 523

Emancipatio feudi ex vna causa vt non liberet ab alia, tit. 1. §. 1 glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu 40. fol. 236

Embola fœlix quid, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desaisit le fief*, nu. 71 fol. 1005

Emens ab aliquo non continuo vt censeatur fateri illum ius habere, tit. 1 §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 64 fol 792

Emens feudum à non domino an habeat iura feudalia, tit. 1. §. 33. glos 1. in verb *Droict de relief*, nu 61 fol. 790. à domino, sed passus euictionem à creditoribus, nu. 62. f. 790 791

Emens vel adquirens pluries vt posteriora cũ prioribus compenser, ti. 1. §. 33. gl. 2. in ver. *Aliené à prix d'argent*, n. 41. f. 875

Emens iusto pretio, & alia onera suscipiens, non censetur pluris emere, sed onera donare, tit. 2 §. 78 gl. 1. nu. 20. f 1415

Emere quis possit rem suam à se auocabilem, tit. 2. § 78 gl. 1. nu. 171. fol. 1478

Emphyteuta propter canonem non solutum vt non possit expelli à domino qui cecidit in commissum, tit. 1. §. 43 gl. 1. in verbo, *Qui desaisit le fief*, nu 41. fol. 993

Emphyteuta quemadmodum sumptus retineat, tit. 1. §. 1. gl. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 90. fol. 170

Emphyteuta vt teneatur declarationem facere rerum & iurium, tit. 2. §. 8 gl. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 4. f. 307

Emphyteuta de consuetudine absque consensu & requisitione domini potest dare in emphyteusim, tit. 2. §. 73. glos. 1. nu. 19. fol. 1327. dominum negans in quo puniendus, §. 74. glos. 1. nu. 167. fol. 1388 limita, nu. 173. fol. 1390

Emphyteutæ vendenti pœna imposita vt non habeat locum in venditione nulla, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 32. fol. 769

Emphyteutæ initio non erant domini vtiles, sicut nec perpetui, tit. 2 §. 78. glos. 4. nu. 14. fol. 1502. at postquam perpetui sunt facti, etiam domini sunt appellati, num. 15. fol. 1502. eis (nisi sint fisci) etiam hodie non licet domino inrequisito alienare, §. 82 glos. 1. nu. 11. fol. 1522

de Emphyteusi commissa quid iuris, tit. 1. §. 20. glos. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 3. fol. 633

de Emphyteusi ad feudum & econuerso argumentum vt valeat, t. 1. §. 20. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 49. f. 596

Emphyteusis an amittatur per alienationem & fictam traditionem, tit. 1. §. 30. glos 5. in verbo, *Vendu*, n. 4. & 5. f. 634

Emphyteusis concessio an intelligatur secundum modum succedendi ab intestato, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 86. fol. 803

Emphyteusis quæ cecidit in commissum, vt confetri possit, aut alij concedi, si aduersus veterem emphyteutam sententia processerit, tit. 1. §. 9. glos. 3. in ver. *Saisir*, n. 12 al. 17 f. 368

Emphyteusis quid, tit. 2 in rubr. nu. 21. fol. 1307. quomodo à contractu censuali differat: vide *Contractus*, eius specifica differentia hodie est commissum post triennium, n. 31. fol. 1316. in quibus differat à datione vel concessione certi prædij in certum annuum redditum, nu. 23. & 24. fol 1313. 1314. temporalis rei ecclesiasticæ sine aliqua solemnitate permittitur, dummodo tertiam generationem non excedat, idque etiam de iure Canonico, nu. 31. & 32 fol. 1315. 1316. imo & perpetua iure ciuili nouissimo forma quadam seruata, *ibid.* largè accepta quid sit, nu. 33. fol. 1316 hodie in dubio perpetua, nu. 34. fol. 1316

Emphyteuseos etymon quale, tit. 1. § 1. glos 5. in verbo, *Le fief*, nu. 80. fol 166

Emphyteutica bona hæreditaria, tit. 1. in rubr. nu. 104. fol. 42

res Emphyteutica vtrum sine domini consensu in dotem dari possit, & an debeantur laudimia? tit. 2 §. 82. glos. 1. nu. 46. fol. 1519 limita, nu. 37. 38. 40 41 & seq. fol 1530. an possit in dotem dari, §. 78 glos. 1 nu 110. 1458

Emphyteuticarius an & quando amittat melioramenta & emponemata, tit 1 §. 1 gl. 5. in verb. *Le fief*, nu. 80 fol. 166

Emphyteuticarius vt non amittat impensas graues, ideoque finita emphyteusi eas seruare possit, tit, 1 § 1 glos. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 81 fol. 167. vt meliorameuta ædificiorum sibi seruare possit, *ibid.*

Emphyteusis potest legaui §. 122 nu. 1. fol. 1695

Emptio rei censualis an & quando domino notificanda, & de pœna seu mulcta ei indicta, qui non notificauerit: vide in verbo, *Notificare*.

Emptionem non facit æstimatio: vide *Æstimatio*.

Emptionis instrumentum vt sit patrono exhibendum, tit. 1. § 20 glos. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 3 & seq. fol. 693

Emptionis voluntariæ differentia à retractu quæ, tit 1 §. 33. glos 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 45 fol. 878

Emptor venditore precio fruente debet etiam fructus pro tanta facere suos, tit. 2 §. 78. glos. 1. nu. 166. fol 1476

Emptor feudi qui in fraudem patroni consumpsit fructus & nemora, vt teneatur æstimationem deducere super pretio retractus, tit. 1. §. 20. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 85. fol. 614

Emptor feudi si det in solutum aliud feudum, vt locum habeant omnia iura feudalia, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 28. fol. 766

Emptor feudi vt ipsum alienare possit in præiudicium iuris retractus acquisiti patrono, tit. 1 §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 119. fol. 811

Emptor hæreditatis vt etiam in rebus singularibus titulum habeat, tit. 1. §. 33 glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 39. fol. 874

Emptor nominis vt etiam sine cessione vtiles actiones habeat, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, num. 23 fol. 58

Emptor proprietatis an possit contra retrahentem deducere vsumfructum, tit. 1. §. 41. glos. 1. in verbo, *Qui desaisit le fief*, nu. 179. fol. 1059 1060

Emptor quando habeat recursum contra procuratorem patroni, tit. 1. §. 21. glos. 1. in verbo, *A refeu*, nu. 18. fol. 704

Emptor rei redhibitoriæ vt teneatur in sortem computare, vel restituere pœnam, quam consecutus est propter delictum commissum in rem ipsam non in personam suam occasione rei, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, num. 59 fol. 73

Emptor vel donatarius feudi, si dominum offendat, an feudum amittat: vide *Donatarius*.

Emptor ſi venditori ſuo remittat, donec, vel leget actionem, exempto, quid iuris, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de rebef*, nu. 59 fol. 770

Emptor vt indemnis diſcedere debeat à retrahente, tit. 1. §. 20. gloſ. 8. in verbo, *Le prix*, num. 7. fol. 677

Emptor vt non teneatur dimittere feudum fructuario, niſi ſub hac expreſſa conditione, *ſi dominum ratum habuerit*, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 41. fol. 592. verum huiuſmodi conditio ſeu proteſtatio non obtinet aduerſus verum dominī procuratorem de cuius ſaltem generali mandato plenè conſtat, nu. 42. fol. 592. imò repelli poſſet procurator, de cuius mandato plenè non conſtaret per litteras, etiamſi offerret cauere de rato, quia illa cautio reſpicit proceſſum, & non meritum, nu. 43. fol. 593

Emptor vt non teneatur patrono retrahenti ratione fructuum vel ſyluarum pendentium tempore venditionis, niſi quatenus factus ſit locupletior, tit. 1 §. 20. gloſſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 83. fol. 613

Emptoris aduerſarius victus vt non teneatur ad intereſſe protracti retractus, tit. 1. §. 20. gloſ. 12. in verbo, *Exhibé*, nu. 10. fol. 696

Emptoris priuilegium vt non proſit retrahenti, tit. 1. §. 22. gloſ. 1. in verbo, *Par retrait*, nu. 5. fol. 711

Emptori feudi vt cedat augmentum medij temporis, tit 1. §. 20. gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 87. fol. 616

Enfans verbum vt latiùs pateat verbo *Fils*, tit. 1. §. 15. gloſ. 1. in verbo, *Pere & mere*, nu. 1. fol. 509. vox Gallica vt idem ſignificet ac importet ac verbum Latinum *liberi*, tit. 1. §. 11. gloſ. 4 in verbo, *Deux enfans*, nu. vlt. fol. 520

per Enunciatiua verba ſententiæ antiquæ, vt nedum acta litis, ſed etiam compromiſſum probetur, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 78. fol. 337

Enunciatiua vt in antiquis probent, *ibid* nu. 77. fol. 337

Epiſcopus Bononienſis frater prædicator vt aduerſus Imperatorem Federicum II. pugnauit, tit. 1. in Rubr. num. 96. fol 38

Epiſcopos inueſtiendi ius vt ad reges Franciæ pertineat, tit 1. in rubr. nu 26. fol. 14

Epiſcopus vt non poſſit infeudare ſuo capitulo, etiam res alias ſolitas priuatis infeudari, tit. 1. §. 51 gloſ. 2. in verb. *Jouer de ſon fief*, nu. 59. fol. 1155

Epiſcopatus vt olim ſedes apoſtolicæ nuncupati, tit. 1. in Rubr nu. 36. fol. 18

Error circa accidentia vt non vitiet, ſecus verò circa ſubſtantiam, tit. 1 §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choiſir*, nu. 12. fol. 528

Error imperitorum vt non inducat vſum conſuetudinarium, tit. 1. §. 1. gl. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, nu. 24. fol. 116

Error in oblatione commiſſus vt non purgetur in notificatione: vide *Oblation*.

Error vt noceat quatenus tollit conſenſum, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 24. fol. 145

Error procedens ex facto aduerſarii vt non noceat, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 111. fol. 1020

Error vulgarium & imperitorum vt non inducat ius & conſuetudinem, tit 1. §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu 27. fol. 60

Euictionis fragilitas & hypothecarum ſuſpicio, vt rei pretium minuant, tit. 1. §. 33 gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*, nu. 65. fol. 793

Euictionis generalis clauſula ſiue ſponſio an ſufficiat, tit. 1. §. 1 gloſ 8. in verb. *Faire les fruicts*, nu. 51. fol 214

Euictionis promiſſio ex certa cauſa, vt etiam pretij repetitionem excludat ex eadem cauſa, *ibid*. nu. 52. fol. 214

Euictioni vt ſit quandoque locus etiam omiſſa denunciatione, & iudicio prætermiſſo, tit. 1. § 10. & 11. gloſ. 1. in verbo, *Blaſmer ledit denombrement*, nu 25 & ſeq. fol. 420

Euictio legalis excuſat vendentem à dolo, §. 175. nu. 3. 1765

Exceptio in vno caſu omiſſa, vt poſſit proponi in ſequenti, niſi fuerit illa renunciarum, tit. 1. §. 58. gloſ 1. in verbo, *A ferme ou moiſſon*, nu. 3 fol. 1128

Exceptio & modificatio vt ſitmet regulam, tit. 1. §. 13. gloſ. 4 in verb. *Principal manoir*, nu. 10. fol. 502

Exceptio debet eſſe de regula, etiamſi ſit in oratione vel diſpoſitione ſeparata, tit. 2 in rubr. nu. 11 f. 1310. derogans fundamento ſemper admittitur, §. 74. gl. 1 nu. 158. fol. 1386

Exceptionem calumnioſè obiectam vt poſſit iudex contemnere, tit 1 §. 33. gl. 2. in verb. *Aliené à prix d'argent*, n 15 f. 860

Excommunicationis abſolutio, item & banni ex vna cauſa, vt non extendatur ad aliam ex diuerſo facto, tit. 1. §. 1. gl. 9. in verbo, *Pendant ladite main miſe*, nu. 39. fol. 236

Excommunicationis & ſuſpenſionis differentia, tit. 1. §. 9. gloſ. 3. in verb. *Saiſir*, nu. 16 fol. 371

Executio cum in actionem conuertitur, eſt mixta inſtantia, tit 2 §. 74. gloſ. 1. n 186. fol. 1393. ſecus ſi omni authoritate iudicis omiſſa, violentia facti proceſſerit, nu 187. fol. 1394. illius chyrographum à ſeruiente factum niſi de falſo ſub inſcriptione & periculo talionis arguatur & conuincatur, illi cum pertinentibus & connexis ſtandum eſt, ex conſtitutionibus regiis, & ſtylo curiarum Franciæ, n. 102. f. 1371

Executione facta a lege vel ab homine vt non admittatur moræ purgatio, tit. 1. §. 35. gloſ. 2 in verbo, *En faiſant la foy* nu. 16. fol. 926

in Executionibus domanialibus magis veritas, quàm forma & ſubtilitas attenditur, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 95. 96. 97. & 108 fol. 1369. 1372

Executor merus quis, & an habeat iuriſdictionem, tit. 1. §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu 5. fol. 379. miſti verò quid iuris, nu. 6. fol. 280

Executorum ſaiſina durat poſt annum ſi non appareant hæredes §. 95. nu. 3. fol. 1655

Executores poſſunt agere contra hæredes vt dent immobilia legata §. 95. nu. 4. fol. 1655

Executor teſtamenti moriens intrà annum hæres eius eſt ſaiſitus continuando veterem executionem §. 95. nu. 5 f. 1656

Executoris ſaiſina finita eſt finito officio §. 95 nu. 6 fol. 1658

Executio teſtamenti non eſt ſaiſitus vltra annum executionis §. 95. nu. 7 fol. 1656

Executor teſtamenti non tenetur reſpondere creditoribus donec ſit ſaiſitus §. 95. nu. 9. fol. 1659

Executor non eſt verus poſſeſſor niſi vt procurator §. 95 nu 11. fol. 1659

Executorum annus vtilis currit à die ſaiſinæ §. 95 n. 12. f. 1659.

Executor habet actionem ex teſtamento & ſic habet bona tacitè hypothecata §. 95. nu. 15. fol. 1660

Exemplum de recenti confectum & in parte tantum ſolenne, vt per ſe non plene probet, tit. 1. §. 8 gloſ. 1. in verb. *Denombrement*, nu. 63. fol 332. eiuſdem notarij an ſit originale, & originalis ſeu authentici loco habendum, §. 8 gl. 1 in verbo, *Denombrement*, nu. 42 fol. 323. exempli vt non probet, §. 8. gloſ. 1. nu. 35. fol. 319. vt tamen poſſit inducere præſumptionem hominis, & bonam fidem cauſare, nu. 35. fol. 330. fieri ab eodem vel alio tabellione quantum referat, nu 42 43 51. & ſeq. fol. 323. 328. habens plures ſubſcriptiones notabilium perſonarum deficientibus tabellionibus ſeu notariis an probet. Quid ſi vnius ſolius notarij ſubſcriptionem contineat, nu. 70. fol. 334. omni carens ſolennitate, vt nullam faciat probationem, quamuis ſit antiquum, nu. 61. fol 331. quid autem iuris ſi aliquatenus ſolenne, nu. 62. fol 332. partium conſenſu factum an probet, nu. 71. fol. 335. ſi fuerit minus ſolenne, an parte non opponente probet, nu. 72 fol. 336. quando faciat ſemiplenam probationem contra tertium, nu. 40. fol. 322. ſolenne antiquum vt plenè probet contra omnes, nu. 41. fol. 323. ſolemniter exemplatum iudice authore & parte vocata, vt plenam fidem faciat de ſuo originali, & contentis in eo, n. 37. fol. 321. vt non retrotrahatur contra tertium, *ibid*. imò præſumptionem faciat, nu. 38 fol. 321

Exemplo vt credatur & ſtetur, quando culpa aduerſarij petiit originale, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. nu. 66. fol. 333

Exempla an, & quemadmodum probent, tit. 1. § 8 gloſ. 1. nu. 33 fol. 319. extracta à præfectis ſacrorum ſcriniorum regis, vt etiam nemine vocato plenè probent nu. 28. fol. 317. vt de iis & alia exempla deſumi poſſint ad eandem probationem, nu. 29. fol. 317. vt non reſtringant, §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A regen*, nu. 1. fol. 699

Exemplatio ſolennis quando requiratur, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 27. fol. 316

Exhæredationis cauſæ quæ tit. 1 §. 43. gloſ. 1 in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu. 136. in fi fol. 1017

Exhæredatio habet locum contrà parentes, liberos, & collaterales §. 120. nu. 2 fol. 1690

Exhibere quid de iure feudali, tit. 1. §. 20 gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 1. fol. 691

de Exorbitanti ad exorbitans vt non fiat paſſiua interpretatio, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 48. fol. 473

Expleiter en pure perte, verbis quid intelligatur, aut non intelligatur in iure feudali, t. 1. §. 1. gl 7 in ver. *Expleiter en pure perte*, in princip f. 189. gl. 8 in ver. *Faire les fruits*, nu. 67. f. 219 280

Expreſſum vt ſit fortius & extenſibilius tacito, tit 1. §. 10. & 12. gl. 1. in verbo, *Blaſmer ledit denombrement*, nu. 9 fol. 409

Expreſſum vt faciat ceſſare tacitum, tit. 1 §. 43 gloſ. 1 in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu 53. fol 997

Extenſio vt fiat ad caſum fictum, quando illa fictio ab eodem ſtatuto introducitur, tit. 1. §. 42. gl 1. in verb. *Souffrance*, nu. 7. fol. 966

Extrauagantes à quo editæ, tit. 1. in proœm. nu. 97. fol. 38. 39

F

FAbet vnde dictus, t. 1. § 1. gl. 5. in verb. *Le fief*, n. 63. fol. 159

Facere vt quis non poſſit, quod ſibi non proderit, & alij nocet, & quomodo hoc intelligatur, tit. 1 § 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 59. fol. 662

Faciendo fidem &c. gerundium, vt neceſſitatem & conditionem inducat, t. 1. §. 35. gl 2. in ver. *En faiſant la foy*, n. 3. fol 920

Facti frequens contingentia ſeu conſuetudo vt in feudalibus non ius certum conſtituat, tit. 1, §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 36. fol. 440

INDEX IN COMMENTARIOS

Factum ſine qualitate vt non ſufficiat probare, vbi lex loquitur de facto cum qualitate, tit. 1. §. 15. gloſ. 4. in verbo, *Deux enfans*, nu. 1. fol. 513

Factum ſcire ſine qualitate vt non ſufficiat, tit. 1. §. 20. gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. fol. 691

Facta à ſuſpenſo: vide infra *Geſte*.

Facta vt ſint verbis potentiora, tit. 1. §. 1. gloſ. in verbo, *Le fief*, nu. 29. fol. 146

Falcidia vt locum non habeat in patria conſuetudinaria: vide *Quarta*.

Falſum denuncians vt teneatur ad intereſſe, tit. 1. §. 20. gloſ. 11. in verbo, *Notifié*, nu. 3. fol. 686

Falſum vt in priuatis etiam ſcripturis committatur, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 11. fol. 310

Fanum ethnicè acceptum vt quadruplicem implicet errorem, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le ſiſi aiſné*, nu 16. & 17. fol. 456. 457

Fatalia feudalia vt non currant, quamdiu pendet lis de patronatu, tit. 1. §. 9. gloſ. 2. in verbo, *Dedans quarante iours*, nu. 9. fol. 361. & hoc niſi litigantes conſentiant, nu. 10. fol. 362

Fauorabilia & odioſa quæ cenſeantur, tit. 1. §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Par feu droict*, nu. 20. fol. 495

Fauor ædificiorum præferatur iuribus priuatorum, tit. 2. §. 76. nu. 26. fol. 1410

Fauore publico & religionis, ædificiorum & pacis cogitur quis vendere, tit. 2. §. 76. nu. 27. 28 & 29. fol. 1410. 1411

Federicus I. dictus Ænobarbus, vulgo Barbaroſſa, vt ediderit authent *habita*, quæ eſt ſub titul. *C. ne fil. pro patre*, & alios quoque tractatus, tit. 1. in rubr. nu. 86. fol. 34. vt cum Philippo Auguſto Chriſtianiſſimo Francorum Rege in Turcas bellum mouerit ad liberationem Hieroſolymæ à Saladino Noradini ſucceſſore captæ, nu. 87. fol. 34

Federicus II. vt à Moguntino Archiepiſcopo coronatus fuerit denegata illi corona ab Innocentio III. Papa, tit. 1. in Rubr. nu. 94. fol. 37. vt rogato Honorio tertio ediderit tractatum *de ſtat. & conſuet. contra lib. Eccleſ.* qui habetur in fi. libri Feudorum, item & conſtitutiones Neapolitanas, nu. 95. fol. 37. 38

Federici II. Imperatoris mors mira, tit. 1. in rubr. nu. 97. fol. 38. 39

Le Feodale tenu?, quid, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Feu*, nu. 33. fol. 100. 101

Feudalitatis ius vt magis accedat proprietati quàm ſeruituti, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 62. fol. 601. vt ipſo iure teniuiſcat, *ibid.*

Feudalitatis ſectio vt nunquam in dubio facta cenſeatur, tit. 1. §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 4. fol. 1112

de Feudalitate contendentes ſi non habeant communem vel vllum dominium feudi, quid iuris, Tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 28. & 34. fol. 1244. 1246

Feudale ius vt ſit in ſe fauorabile, tit. 1. §. 20. gloſ. 10. in verbo, *Dedans 40 iours*, nu. 5. fol 681, nec tamen extendi debeat, nu. ſeq. fol. 682

Feudalis præhenſio vt non ſit publici, ſed priuati iuris, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 67 fol. 131

Feudalis pro parte dominus, vtrum poſſit irrequiſitis aut inuitis condominis præhendere feudum ſeruiens, & fructus tatæ præhenſæ partis ſuos facere, & cæteris feudalibus iuribus vti, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 71. fol. 78

Feudalis dependentiæ ius an emi poſſit, & eius verus retractus adquiri, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Feu*, nu. 33. fol. 101

Feudalis emphyteuticæ rei vel cenſuariæ pœna vtrum cedat fructuario, an vero proprietario, tit. 1. §. 1. gloſſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 54. fol. 71

Feudalis præhenſionis quæ ſint præcipua capita ex conſuetudine Pariſienſi, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. nu. 28. fol. 60

Feudalis qualitas vt in ſola proprietate conſiſtat, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 12. fol. 54

Feudalis rei dominium vt non in clientem tranſeat, ſed illi ſit inſtar vſusfructus, tit. 1. in rubr. nu. 9. fol. 7

Feudalis res vt efficiatur, quam (licet ſuam & liberam) dominus feudalem ſcienter recognoſcit & recepit, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 42. fol. 151

de Feudali præhenſione: vide infra in voce *Præhenſio*.

Feudales vt ſint tres actus, in quibus admittitur minor 25. annis, ſiue ſit patronus, ſiue cliens, tit. 1. §. 32. gloſ. 1. in verbo, *Aagé à vingt ans*, nu. 2. fol. 743

Feudalia iura an debeantur ex diuiſione facta inter cohæredes vel ſocios, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 69. & ſeq. fol. 795

Feudalia iura an metiantur ratione in venditione, ſicut in cæteris contractibus, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 31. fol. 767

Feudalia iura vt ſint quandoque in pendenti, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 60. fol. 790. vt non debeantur vbi acquiſitio feudi ſit à non domino, nu. 61. fol. 790. quid verò ſi acquiſitio facta ſit à domino, ſed paſſus fuerit emptor euictionem à creditoribus hypothecariis nu. 63. fol. 791. aut à vero domino, & cum eo compoſuerit, nu. 64. fol 791

Feudalia iura vt ſint veluti quædam ſeruitutes reales, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Feu*, nu. 11. fol. 90

Feudalia vt nulla iura, nec cenſualia, nec gabellæ debeantur ex venditionibus nullis, vel quæ ſoluuntur, & in totum adnullantur: vide *Dommiolia*.

Feudalia vt nulla iura verſentur generaliter circa actiones ad feuda, tit. 1. §. 33. gloſ 2. in verbo, *Aliené à prix*, num. 33. fol. 870

Feudalium conſtitutionum quæ ſint antiquiores, tit. 1 in rubr. nu. 80. fol. 33

Feudalium conſtitutionum origo, *ibid.* nu. 24. fol. 12

ad Feudalium iurium adquiſitionem quod tempus inſpiciendum, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 7. fol. 757

de Feudalium iurium exactione vel repetitione quid iuris, quando venditio vel permutatio nulla eſt propter dolum dantem cauſam contractui, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 55. fol. 786

in Feudalibus cauſis decidendis quo iure vtantur Franci, tit. 1. in rubr. nu. 105. & 111. fol. 43. 45

in Feudalibus quo tempore præſcribatur, tit. 1. §. 12. gloſ. 2. in verbo, *Preſcription*, nu. 10. fol. 427

in Feudalibus vtrum quaſi poſſeſſio releuet ab onere probandi, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 6. in verbo, *Valquerin*, nu. 4. fol. 287

Feudum adquiri per contractum vel teſtamentum quando dicatur: vide *Adquiri*.

Feudum alienare in conſortem quando de iure liceat eti am domino directo irrequiſito, tit. 1. §. 20. gloſ. 6. in verbo, *Par ſon vaſſal*, nu. 8. fol. 666

Feudum an & vbi liceat ſub pacto redimendi ad modicum tempus vendere, ſine onere quinti pretij, tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 8. fol. 855. an retineri poſſit pro antiquis iuribus, tit. 1. §. 1. gloſ. 9. in vebo, *Pendant ladite main*, nu. 26. & 27. fol. 231. 232. certa, & quidem proxima die redimibile pro alia feudo ſi detur, vtrum releuium debeatur: vide *Releuium* Committi quando dicatur, vide *Commiſſi*. Commiſſum Eccleſiæ, vtrum ipſa Eccleſia cogatur ponere extra manus ſuas, §. 30. al. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu 120, fol. 1029. Confiſcatum an cui, & quomodo conſolidari dicatur, §. 43. gloſ. 1. nu. 169. fol. 1055. cui noua qualitas additur, vt non cenſeatur nouum, niſi reſpectu qualitatis additæ duntaxat §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 5. fol. 1112. dare iure feudi antiqui quid importet, §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 110. fol. 350. decimale ſi tranſeat ad Eccleſiam cum vniuerſitate caſtri vel rei temporalis, vt remaneat res temporalis & prophana, §. 68 gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 24. fol. 1299. dominans qui repetit aut redimit, vt non teneatur retrahere ſub feuda medio tempore à poſſeſſore retracta, §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 66. fol. 604. dominans ſi ſit in manu ſuperioris domini ex fidelitatis defectu, vtrum ille ſuperior poſſit iure feudali ſubfeudum venditum dependens feudo, præhenſo retinere, §. 1 gloſ. 5. in verbo, *Le fief tenu*, nu 2. fol. 137. donatum creditori, qui incontinenti debitum remiſit, vt præſumatur datum in ſolutum, quantum ad effectum quinti denarij & retractus: ſecus ſi ex intervallo, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 91. fol. 902. & ſubfeuda ſi per venditionem eodem tempore aperta ſint, vtrum ſuperior patronus poſſit vtrumque præhendere & iure feudali retinere, §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 74. fol. 609. in Gallia vt magis cohæreat patrimonio quàm perſonæ, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 4. fol. 138. improprium vt reguletur ſecundum contractus naturam cui aſſimilatur, §. 10. & 11. gloſ. 1. in verbo, *Blaſmer ledit denombrement*, nu. 14. fol. 419. in dubio vt non nouum, ſed antiquum præſumatur, §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 107. fol. 349. licet ſubſit retractui feudali, vt tamen poſſit emptor cædere alta nemora, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 82. fol. 613. legium quale, in rubr. nu. 117. fol. 47. mouens à propriis vxoris iure feudali retentum à marito, vt proprium vxoris efficiatur: ſecus tamen ſi tanquam priuatus id emiſſet, quia eſſet conqueſtus, §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 48 fol. 594

Feudum neganti vt fiat prouiſio, non manus leuata, tit. 1. §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 1. & 2. fol. 223

Feudum nobile & nobilitans quale, tit. 1. §. 15. gloſ. 3. in verbo, *Tenu noblement*, nu. 3. fol 512. nouum, §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu. 132. fol. 1035. paternum, *ibid.* conuentionale, *ibid.*

Feudum nouum paternum vel antiquum quid & qualiter inſtrumento antiquo probetur, tit 1. §. 8 gloſ. 1 in verbo, *Denombrement*, nu. 97. fol. 345. vt non ſit propriè differentia inter paternum & antiquum, nu. 98 fol. 345

Feudum ob negationem commiſſum, cui committitur pen-

dente feudi præhenſione, vide *Commiſſum*.
vt Feudum prædendatur, vt fieri debeat miſſio in rem præſentem, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 5. fol. 107
Feudalium præhenſum vt remaneat penes vaſalli manum, & penes eius ſucceſſorem, quantum ad dominium & eius diſpoſitionem, hoc eſt quantum ad proprietatem pro noſtro loquendi vſu, tit 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 146. fol. 838. præſcriptione acquiſitum vel auctum cuius ſit naturæ, §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 32. fol. 439. quamdiu eſt præhenſum, aut pendente manus iniectione, vt cenſeatur quaſi conſolidatum, §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 23 fol. 115. quando aperitur ex parte patroni vel ex parte vaſalli vt differat, §. 65. gloſ. 1. in verbo, *Les proclamations*, nu. 1. & ſeqq. fol. 1179. quando confiſcari dicatur: vide *Confiſcari*, quando de ciuitate aut re prophana tranſit cum vniuerſitate, vt locum non habeat, *cap. prohibemus, ext. de decim.* §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 17. & 18. fol. 1197. quando quis emit nomine ſuo, deinde reſtituit alij, cuius nomine ſe emiſſe declarat, quid iuris, §. 33 gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 11. fol. 864 redditus redimibilis vt quocumque modo in præiudicium patroni extingui poſſit, ſecus in non redimibili, §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 18. fol. 735. regi iure Francorum quid ſit, §. 13. gloſ. in verbo, *Pour fondroit*, nu. 13. fol. 488. ſeu feudalitas vt in fidelitate conſiſtat, tanquam in forma ſubſtantiali, § 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 23. fol. 644. ſi eodem tempore. & ab eodem quis acquirat, alius verò ſubfeudum, vt nulla vtilia iura feudalia debeantur, ex ſubfeudi dicta momentanea acquiſitione, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 47 fol. 879. ſi maturis fructibus venditum fuerit certo pretio diſtributo pro fructibus, vt non poſſit patronus inuito emptore retrahere etiam fructus, §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 80. fol. 612. vt fallat hoc ſi fraus interuenerit, nu. 81. fol. 612. ſi vendatur à nudo poſſeſſore quid iuris, §. 20. gloſ 6. in verbo, *Par ſon vaſſel*, nu. 3. fol. 664. ſine quibus ſubſiſtere aut non ſubſiſtere poſſit, in rubr. nu. 114 fol. 46. ſi totum ſit manſio, vt totum debeatur primogenito, § 13. gloſ. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 5. fol. 500. vel pars ſi in totum & perpetuo alienetur, vt aperiatur, & omnia iura feudalia debeantur non obſtante expreſſa retentione fidei tanquam nugatoria, §. 51. gloſ. 2 in verbo, *Jouer de ſon fief*, num. 5. fol. 1131
Feudum vel potius ſubfeudum vt ſit de pertinentiis fundi dominantis, tit. 1. §. 1 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 43. & 44 fol. 66. 67. venditum vt ſtatim ante traditionem præhendi poſſit, §. 20. gloſ. 3 in verbo, *Prendre, retenir*, nu. 23. fol. 624. ſecus ſi non fuerit pura, ſed conditionalis, vel in diem, nu. 13. fol 624. vt, & quando finiri dicatur: vide *Finiri*, vt interdictum pro contractu, interdum pro re feudali accipiatur, in rubr. nu 115. fol. 46 vt nedum omnibus conſortibus conſentientibus, ſed etiam vno ex iis prouocante diuidi poſſit, §. 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 6 fol. 567. vt non committatur ipſo iure, ſed per ſententiam, §. 43 gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuie le fief*, num. 37. fol. 991 vt nullo caſu etiam ſecundum vſus feudorum ipſo iure amittatur, excepto ſolo caſu alienationis & traditionis domino irrequiſito, *ibid.* vt ipſum prædendere propria authoritate non poſſit patronus ſolo prætextu commiſſi, nu. 38. fol. 991 vt ipſo iure confiſcetur, quando cum felonia concurrit crimen læſæ maieſtatis, nu. 39. fol. 992. vt non conſiſtat in mobilibus, nec nominibus, §. 1. gl. 5. in verbo, *Le fief*, in princip. fol. 137. vt non præſumatur onere Vulquecini affectum quamuis vicina eiuſdem patroni feuda talia oſtendantur, §. 2 & 3. gloſ. 6. in verbo, *Vulquecin*, nu. 6. fol. 288. vt non ſemper dependeat à feudo, §. 1 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 1. fol. 49 vt non ſit affectum propter releuium cuſtodis, §. 46 gloſ. 1. in verbo, *Le gardien*, nu. 10. fol 1085. vt per nuptias propriè non aperiatur, § 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu 19. fol. 917. 918 vt per venditionem aut aliam alienationis ſpeciem non amittatur, niſi ſequuta traditione, §. 20 gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu 20 fol. 633. an per fictum amittatur, num. 4 & 5. fol. 634. vt pluries prædendi poſſit: vide *Prædendi*.
Feudum vt poſſit iterum & pluries præhendi manente prima præhenſione, tit. 1. §. 33. gloſ 1 in verbo, *Droict de relief*, nu 128. fol 818. vt poſſit ſub pacto redimendi ad modicum tempus vendi, retenta interim fide, § 51. gloſ. 2. in verbo, *Jouer de ſon fief*, nu. 19. fol. 1138 vt ſit contractus nominatus, § 1. gloſ. 9 in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 4. fol. 224. vt ſit quaſi ſeruitus, aut ſeruitutis ſpecies, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu 1. fol. 137. vt ſit titulus lucratiuus, §. 12 gloſ. 1 in verbo, *Preſcription*, nu. 21. fol 434. vt quotieſcumque de vno ad alium tranſit debeat releuium, etiamſi quid durum inde ſequatur, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 30. fol. 767. vt ſola rei immobilis inueſtitura conſtituatur, in rubr. nu. 21 fol. 11
Feudum & cenſus inter ſe opponuntur, tit. 2. in Rubr. nu 5. fol 1108
Feudi definitio, tit. 2. § 73. gloſ. 1. nu. 13. fol. 1326
Feudi alienatio vt permiſſa in conuaſallum, tit. 1 §. 20. gloſ. 6. in verbo, *Par ſon vaſſal*, num. 5. fol. 665. amiſſio vtrum locum habeat in feudo, quod lege contractus gradatim defertur, § 43 gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuie le fief*, nu. 163 fol. 1052. amittendi vt omnis cauſa fundetur in ingratitudine, §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuie le fief*, nu. 1. fol. 977. ans pars vendatur aut donetur, an verò in feudum vel cenſum concedatur, vt referat, §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 30. fol. 1125. an poſſit fieri diuiſio, *ibid.* num. 3. fol. 1112. aperturæ nec mutatio vt non fiat propter miſſionem in poſſeſſionem, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Droict de relief*, nu 9 fol. 758
Feudi apertura vetus, vt ſemel confuſa non reuiuiſcat, ſed ſimplex noua apertura cauſetur, tit 1 §. 20. gloſ 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 57. fol 600. vt autem hoc amplietur etiamſi feudum dominans venditum fuerit emptori ſubfeudi cum pacto de retrouendendo, & in vim dicti pacti redimatur,, nu. 58. 59. & 60 fol. 600
Inter Feudi aperturam ex venditione vel alia cauſa, quæ ſit differentia, tit. 1. §. 20 gloſ. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, nu. 12. fol. 624
Feudi collatio ſecunda, prima non reuocata, an valeat, tit. 1. §. 7. gloſ. 1. in verbo, *Juſqu'à quarante iours*, nu. 16. fol. 299
ad Feudi dimiſſionem vt non referat an incontinenti, an verò longo interuallo cogatur Eccleſia, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu 140. fol. 834 definitio quæ ſit, in Rubr. nu. 114. fol. 46. dominantis emptor quando illud voluntariè reuendit, quid iuris, §. 20. gloſ 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 63. fol. 602. dominantis ius vt ſit limitatum, §. 1. gloſ. 5 in verbo, *Le fief*, nu 69 fol. 162. dominantis locum vtrum dominus mutare poſſit inuito vaſallo, de conſenſu etiam regis, §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Pent*, nu. 35. fol. 101. vtrum verò diminuere poſſit, nu. 39. fol. 103 dominantis poſſeſſor vel putatiuus hæres, vtrum poſſit prædendere ſubfeuda, ſeu retrofeuda aperte, & fructus ſuos facere, exteraque feudalia iura exigere, §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 74 fol. 80 dominantis proprietarius vtrum poſſit dominicalia iura exercere inuito fructuario vel colono conductore ad longum tempus, §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Pent*, nu. 21. fol. 95
Feudi dominantis vſusfructuarius an vti poſſit præhenſione feudali in ſubfeuda, tit. 1 §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 1. fol. 49. dominus vt poſſit vaſallis & ſimilibus ſuis gratiam facere inuito fructuario in illis commodis quæ nondum quæſita ſunt, §. 1 gloſ. 3. in verbo, *Pent*, nu. 17 fol. 93. dominus vtrum poſſit alij cedere ius, ſaltem vtile feudi prædendi, §. 1 gloſ. 3. in verbo, *Pent*, nu. 26. fol. 97. limitationes, nu. 30 & ſeq. fol. 99.
de Feudi eſſentia vt non ſit, quod proprietas vel directum dominium retineatur, ſed de natura ſolum, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Pent*, nu. 15. fol. 92. illius ſubſtantia vt in ſola fidelitate ſubſiſtat, *ibid.*
Feudi fructuarius quam procurationem habeat, tit. 1. §. 1. gloſ. 2. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 15. fol. 55. inueſtituræ & renouationes vt per proprietarium non vſufructuarium fieri debeant, § 1. gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur feudal*, num. 13. fol 54. ligij vt ſint duo ſubſtantialia § 1. gloſ 5. in verbo, *Le fief*, nu. 5 fol 138 nouus adquiſitor vtrum teneatur etiam iura præteriti temporis offerre, §. 65. gloſ 2, in verbo; *Faire les offres*, nu. 19. 23. & ſeq. fol. 1273, 1275. noui & antiqui differentia vt apud Pariſienſes non obtineat, in rubr. nu. 117. fol. 47
Feudi præhenſio vt non fiat pro iuribus pecuniarijs tantum, tit. 1. § 1. gloſ. 2 verbo, *Par foute d'hommes*, nu. 1. fol. 85 vt quandoque fiat ſuper veteri vaſallo, §. 26. gloſ. 1. in verbo, *En auancement d'hoirie*, nu. 5. fol 715. vt rem, non perſonam reſpiciat, §. 7 gloſ 1 in verbo, *Juſqu'à quarante iours*, nu. 10. fol. 297 vtrum fieri debeat via iudiciaria, §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 10. & ſeq. ac quidem, nu. 16. fol. 108. 112
Feudi præhenſione vtrum dominus efficiatur poſſeſſor, tit, 1. §. 1. gloſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 21 fol. 115
Feudi priuationis quæ ſint cauſæ remiſſiuæ, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuie le fief*, nu. 4. fol. 978
Feudi proprietarius vaſallum inueſtiens vt teneatur denunciare fructuario: non è contra, tit. 1. § 1. gloſ 3. in verb. *Pent*, nu. 25. fol. 96. vtrum fructuarium & colonum ad longum tempus ab actis dominicalibus prohibere poſſit, §. 1 gloſ 3 in verbo, *Pent*, nu. 23. fol. 96
Feudi quæ ſint augmenta intrinſeca, tit 1 §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 67. & ſeq. fol. 161
Feudi ſeruitia & onera vtrum inter plures vaſallos diuidantur vel multiplicentur, aut vnumquemque teneant in ſolidum, tit. 1. §. 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de fealté*, nu. 33. fol. 172. ſeruitus vt ſit realis & non perſonalis, §. 12.

INDEX IN COMMENTARIOS

gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 2. fol. 137. tolerantia quid, §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant foy*, nu. 24. fol. 930

Feudo naturaliter adhærens forma & qualitas vt permaneat, & attendi debeat, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 4. in verb. *Sermens de feauté*, num 5. fol. 161

de Feudo ad emphyteuſim an procedat augmentum: vel contra, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 78. fol. 165

de Feudo conceſſo & dato ad certum perpetuum redditum etiam redimibilem mediante certa pecuniæ ſumma ſemel ſoluta, quid iuris tit. 1. §. 33. gloſ. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 65. & ſeq. fol. 889

Feudo donato alicui mortis cauſa, vtrum relenium debeatur: vide *Relenium*.

Feudo dato in ſolutum quid iuris in retractu, tam pro mobili, quàm immobili, & reddito, tit. 1 §. 28. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 46. 47. & ſeq. fol. 655 656

in Feudo empto nondum tamen patri tradito, vtrum eius primogenito competat ius primogenituræ, tit. 1. §. 18. gl. 1. in verbo, *Argent*, nu. 32. fol 656. 657. legato vt non ſit niſi vnica mutatio à defuncto, ſcilicet in legatarium, §. 33. gloſ. 1. in verb. *Droict de relief*. nu. 106. fol. 815

Feudo ligio vt renunciari non poſſit ſine domini voluntate, tit. 1. §. 1 gloſ. 5 in verb. *Le fief*, nu. 9. fol. 139

in Feudo minus dimidia iuſti pretij empto quantum ſupplere debeat primogenitus, tit. 1, §. 18. gloſ. 1, in verbo, *Argent*, nu. 31. fol. 656

in Feudo nobili vt non ſufficiat reputatio, aut quaſi poſſeſſio, ſed requiratur veritas qualitas feudalis, tit. 1. §. 15. gloſ. 3. in verbo, *Tenus noblement*, nu. 5. fol. 514

de Feudo partim vendito, partim donato quid iuris in retractu, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 52 fol 658

de Feudo pluries vendito quid iuris in retract. tit. 1. §. 20. gl. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 43 fol. 653 vt poſſit & qui ius retractus habet eligere, ex qua venditione velit retrahere, *ibid.* & ſeqq.

Feudo præhenſo an poſſit vaſallus ſubfeudum deducere offerendo fidelitatem ratione ſubfeudi, tit. 1. §. 2. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 71 fol. 607

Feudo præhenſo quæ intelligantur præhenſa, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 14. fol. 141

Feudo præhenſo quid fiat de penſionibus ſive mercedibus debitis à colonis, tit. 1, §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Fauts les fruicts*, nu. 10. fol. 197

Feudo præhenſo vaſalli, ſi dominus ſyluæ cæduæ ligna ſtatim vendiderit, & pretij pattem receperit, ac poſt ſuperuenerit, vaſallus iuſta ei offerens: Vtrum venditioni illi ſtare teneatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. verbo, *Faits les fruicts*, num. 40. & 41. fol. 230

de Feudo quod eſt de communi conquęſtu patris & matris, quid iuris, tit. 1. §. 18 gloſ. 1. in verb. *Principal manoir*, nu. 4 fol. 543

in Feudo quod defertur lege contractus vel ſubſtitutionis, non autem hæreditario: vt non teneatur ſucceſſor de facto prædeceſſoris, à quo non capit ius nec cauſam, ſed à primo concedente, tit. 1. §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 85 fol. 803

de Feudo quod lege contractus defertur quid iuris, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 1. in verbo, *Pour ſucceſſeur*, nu. vlt. fol. 244

in Feudo retrouendendo ex pacto quantum percipiat primogenitus, tit. 1 §. 18 gloſ. 1.in verbo, *Argent*, nu. 31 fol. 656

Feudo ſubhaſtato, vel per ſolemne decretum adiudicato vltimo plus offerenti, vt patronus, ſive ſciens, ſive ignorans, ab omni iure commiſſi ex quacumque cauſa præteriti temporis ſit excluſus, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaut le fief*, nu. 59. fol. 999

in Feudo vendito ſub conditione, quid iuris, tit. 1. §. 20. gl. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 23. fol. 644

Feudo vendito vt ſit locus retractui feudali, tit. 1. § 20 gloſ. 1. in verbo, *Vendu*, nu. 9. fol. 638. vbi plures ampliationes, fallentias verò addit, nu. 10. fol. 638

Feuda an liberè vendi aut alienari poſſint, tit. 1. § 20 gloſ. 3. in verbo, *Vendu*, nu 1. fol. 633. conſiſtentia in officiis vt ſint indiuiſibilia, in rubr. nu. 117. fol. 47

Feuda decimarum in Gallia vt in omnibus & per omnia eodem modo regulentur, ſicut cætera feuda & bona patrimonialia, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 16. fol. 1296. ferè omnia vt à Rege dependeant, & ad illum terminentur, §. 2 & 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 8. fol. 162. ligia quæ ſint apud Gallos, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 21. fol. 140. vt magis cohæreant perſonæ quàm patrimonio, *ibid.* nu 5. fol. 138 mediata & immediata quæ, & quæ dominus ſiue patronus præhendere poſſit, §. 1. gloſſ. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu. 1. fol. 183

Feuda mulieris vt non mutent manum per matrimonium, tit. 1. §. 25. al. 37. gloſ. 1. in verbo, *Se marie*, num. 1. & 2. fol. 735

Feuda vt non debeant capite minui etiam per Principem, tit. 1. §. 35. al. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 8. fol. 1114

Feuda nobilia vt non poſſunt adquirere nec retinere qui ſunt ignobiles, tit. 1. §. 25 gloſ. 3. in verbo, *Tenus noblement*, nu. 4. fol. 512. omnia regalia, veluti Ducatus, Marchia, & Comitatus vt diuidi poſſint, §. 19. gloſ. 2 in verbo, *Droict d'aiſneſſe*, nu. 6. fol. 562. vt deferantur & regantur ſecundum loci conſuetudinem, in quo ſita ſunt, *ibid.*

Feuda quæ dicantur impropria & extraordinaria, tit. 1. §. 20. gloſ. 2. nu. 17. fol. 582. quæ nobilia, §. 15. gloſ. 3. in verb. *Tenus noblement*, nu. 1, fol. 511. nobilia quæ propriè dicta, nu. 2. fol. 511. ignobilia quæ, *ibid.* quæ realia, & quæ perſonalia dicantur, §. 1. gloſ. 5. in verb. *Le fief*, nu. 4. fol. 138. vt à Francis inuenta: in Rubr. nu. 12. & ſeq. fol. 8. 9. vt in Gallia fuerint in vſu ante Iuſtiniani tempora, nu 13. fol. 8. vt Romanis incognita, nu. 3. 4. 5. 7. 8. 12. 14. & 20. fol. 6. 7. 9. vt ſint magis onerata quam cenſualia prædia, §. 32. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 6. fol. 854. vt ſint patrimonialia & hæreditaria in regno Franciæ, in Rubr. nu. 104. fol. 41. nec non aliis in locis, *ibid.* vt tranſeant in fiſcum, §. 43. gloſ. 2. in verbo, *Qui deſaut le fief*, nu. 134. fol. 1036. vtrum in Gallia amittantur ex omnibus cauſis quæ continentur libris feudorum, *ibid.* item ex omnibus cauſis ingratitudinis iure ciuili comprehenſis, *ibid.*

Feuda initio temporaria & perſonalia, tit. 2. §. 78. gloſ. 4. nu. 17. 1503

Feudorum alienatio qualiter prohibita, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 1. fol. 633. conſuetudines quam antiquiſſimæ à Francis, in Rubr. nu. 32. fol. 17. diuiſiones vt ſint plures nu. 116. fol. 46. etiam ſimplicium domini vt olim iuriſdictionem contentioſam etiam gradualem haberent in vaſallos: hodie verò fundiariam tantum habeant, nu. 1. fol. 5. intra quæ ſint conſuetudines locales vt nullam vim habeant extra locum ſuum, §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 12. fol. 434. iura quæ gentes à Francis habuerint, in rubr. nu. 13 & ſeq. fol. 8. & 9. iura vt ſint ſingularia, nec locum habeant niſi in materia feudali, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 79. fol. 158

Feudorum liber an authenticus, tit. 1. in rubr. nu. 100. fol. 40. vt non ſit de corpore iuris, nu. 24. fol. 12

Feudorum origo vide, tit. 1. in rubr. nu. 1. 11. 18 & ſeq. fol. 5. 7. & 10

Feudorum propriorum vt ſit duplex acceptio: vide *Proprium*.

Feudorum quàm diuerſa ſit conſuetudo Galliæ Comatæ & togatæ, hoc eſt Ciſalpinæ & Tranſalpinæ, tit 1. §. 2 & 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 8. fol. 162

in Feudis quæ reguntur more Vulqueſini, quid iuris in oblationibus, tit. 1. §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, num. 25. fol. 1276. vt nulla iura debeantur ex diuiſione, vel alia impropria, aut efficaci mutatione, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 78. fol. 798

de Feudis retentis à fideicommiſſario quid iuris, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu 64. fol. 602

in Feudis vt nihil ſit ſpeciale in fratre, cùm ei vt extraneo non poſſit quis ſtipulari niſi ſecuta ſatisbabitione re integra, & tempore congruo, §. 8 gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 112. fol. 351. virum liceat argumentari ex aduerſis, ſeu à contrario ſenſu, §. 2. & 3. gloſ. 2. in verbo, *Deſcendant*, nu. 4. fol. 245. regularibus antiquis vt plures hæredes ſiue in linea directa, ſiue in collaterali æqualiter ſuccedant, §. 19. gloſ. 2. in verbo, *Droict d'aiſneſſe*, nu. 6. fol. 567. vt in iis conſuetudines Pariſienſes locum habeant, nu. 7. fol. 567

Fictio tranſlatiua de tempore ad tempus, vt nihil immutare, vel auferre debeat de iure aliis quæſito, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 35. fol. 466

Fictionem introducere vt non ſit hominis, ſed ſolius legis, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 40. fol. 150. 151

à Fictione introducta in eadem materia vt ſumatur argumentum in dubiis, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 9. fol. 208

Fidelitas actualis & habitualis quæ, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verb. *Iurer de ſon fief*, nu. 31. fol. 1143

Fidelitas à ciente patrono debita vt ſit perſonalis & inæſtimabilis, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 5. in verbo, *Ont fait un payé*, in ſi. f. 286. an inueſtituram præcedere debeat, vel contra § 2 & 3 gloſ. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, num. vlt. fol. 256

Fidelitas cur perſonaliter, & non per procuratorem etiam ſpecialem, ſeu nuntium præſtanda ſit, tit. 1. §. 66. gloſ. 1. in verbo, *S'il n'eſt en perſonne*, nu. 1. fol. 1283. ligia, vt ſoli regi debeatur, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 11. fol. 148. præſtita ſuperiori per manum ſupremam vt ſufficiat §. 35. gloſ. 3. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 1. & 2. fol. 931. præſtita item ſuperiori patrono, nu. 3. fol. 931. & an ſufficiat hanc fidelitatem fieri poſſeſſori feudi dominantis, n. 4. fol. 931 pro iuramento fidelitatis ſumpta, § 2. & 3. gloſ. 4 in verb. *Serment de feauté*, in princip. fol. 259. plura vide in voce *Iuramentum*.

Fidelitas vt admitti poſſit ſub conditione reſolutiua, tit. 1. §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, n. 6. & 7. f. 224 225.

vt non exhibeatur loco dominanti, ſed perſonæ, §. 43 gl. 1. in verbo, *Qui deſaue le fief*, num. 12. & 15. fol. 982 vt ſit actus reciprocus, §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 23. fol. 930

Fidelitas vt per aliam quàm per habentes feudum fieri aut præſtari nequeat, tit 1. §. 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 39. fol 276

Fidelitatis immunitas, ſed releuij ſeu releuamenti quidem vt interdum concedatur, tit. 1. §. 35. gloſ 4. in verbo, *Acquitte*, nu. 1. fol. 931

Fidelitatis iuramentum an, & quo reſpectu ſit individuum, tit. 1. §. 3. gloſ. 4 in verbo, *Serment de feauté*, nu 34 fol. 274. vt non poſſit præſtari pro ſucceſſore iurantis, §. 3 gl. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 35. fol. 281. item nec pro ſucceſſore eius, cui iuratur, ſed debeat vtrimque tanquam perſonale renouari, *ibid.* & ſeq. vt ſit perſonaliſſimum, § 35 gloſ 5. in verbo, *Peuuent faire la foy*, num. 1. fol. 1289. & §. 41. gloſ 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 4. fol. 950

in Fidelitatis omni iuramento, vt ſubintelligatur clauſula, *Sicut debet iurari*, tit 1. §. 2. & 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 2. fol. 259 an in hoc iuramento excipi debeat dominus ſuperior vel antiquior, nu. 3. fol. 260

Fidelitatis ſacramentum vt ſex contineat, tit. 1. §. 2. & 3. gl. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 9. fol. 263

Fidelitatem domino præſtare an teneatur primogenitus pro toto feudo, vbi plures ſunt liberi, an pro portione ſua tantum: & an ſorores poſſint illum compellere ad præſtationem, tit 1 §. 35 gloſ. 2 in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 4. 5. & 6. fol. 920. 921. duobus iurare vt non poſſit idem vaſallus, §. 2 & 3 gloſ 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 7 fol. 262 iurare domino vtrum ſubditi teneantur §. 2. & 3. gl 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 6. fol. 251. item & domeſtici, nu. 7 fol. 251. offerens vtrum teneatur deſignare rem quotam. & cautam §. 2 & 3. gl. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 26. fol. 270. reciprocam vtrum debeat patronus clienti §. 2. & 3. gloſ 4 in verbo, *Serment de feauté*, nu. 10 fol. 263. renouare vt non teneatur vaſallus per tutorem, curatorem, vel procuratorem ſemel in fidem ſui, plicitet ad minus, niſi noua feudi apertura ſuperueniente § 41 gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 7. fol 951. renouare vt non teneatur vaſallus maior factus, vbi admiſſus fuerit per tutorem, §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 14. fol. 956. vt renouare debeat vidua morte viri, § 37. gl. 1. in verbo, *Se marie*, nu. 11. fol. 941.

Fidecommiſſarius vniuerſalis quale habeat dominium, tit. 1. § 1 gloſ. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu 5. fol. 185. 186. vt hæredi, non teſtatori ſuccedat, §. 33. gloſſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 85 fol 803

in Fidecommiſſarium vniuerſalem vt tranſeat directum dominium reſtitutione verbali facta, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 109. fol. 817

Fides clientelarum vt per auaritiam apud Romanos antiquata, tit. 1. in rubr. nu. 16. fol. 10

Fides recta vt in quibuſdam monaſteriis remanſerit vſque ad Decretalium ætatem, tit 1 in rubr. nu. 84. fol. 33. 34

Fidei dimiſſio vt ſit multiplex, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 4 fol. 1132 ſolennis, *ibid.* formalis nu. 5 fol. 1112 realis ſeu actualis nu. 6. fol. 1133. item potentialis & impropria, nu. 7. fol. 1133

Fidei retentio quamdiu durat, vt teneatur venditor, & eius hæres iuſta facere patrono, vt habere liceat emptori, tit. 1. § 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 24. & ſeq. fol. 1140. vt duplex caput habeat *ibid.* nu. 31. fol 1143. an ſit perſonalis, nu. 32. fol. 1141

Fidei retentionem vt implicet vera cenſus & directi dominij retentio, tit. 1. §. 31. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 12. fol. 1135

Fideiuſſor vt etiam vti poſſit iure retractus, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 11. fol. 579

in Fidem admiſſio vt reſtringatur ad portionem ſpectantem ad inueſtitum tempore inueſtituræ, tit. 2 §. 33 gloſ 1 in verbo, *Droict de relief*, num. 97 fol. 809 vt fiat pluribus modis, §. 1. gloſ. 9 in verbo, *Pendant ladite main*, num. 9. fol 225

in Fidem receptio à iudice per manum ſupremam, vt idem operetur ac receptio ipſius veri patroni, vt lite finitâ non ſit locus præhenſioni feudali, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 43. & 44 fol. 1249. vt fallat quantum ad oblationem catalogi, nu. 45. fol. 1250. vt poſſit fieri quocumque ſeculari iudice ordinario etiam non regio, atque etiam ſine litteris regiis, §. 60. gloſſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 18. fol. 1240. quando nulla ſit, §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 8 fol. 225

Fidem ſupremo Principi fallere quàm ſit graueſſimum, tit. 2. § 1 gloſ 5. in verbo, *Le fief*, nu. 10. fol. 239

Fief de danger, quid tit. 2. §. 78. gloſ. 4. nu. 20. fol. 1504

Filiæ an includantur in conceſſione facta alicui ex filiis, tit. 1. §. 19. gloſ. 1. in verbo. *Droict d'aineſſe*, nu. 4. fol. 566 an liberentur à præſtatione fidelitatis debitæ ratione acquiſitionis per ſucceſſionem patris, matris, vel alterius aſcendentis, § 35. gloſſ. 4. in verbo, *Acquitte*, nu. 1. & ſeqq. fol. 932 933

de Filiæ portione quæ renunciauit quid iuris, tit. 1. §. 15. gl. 4 in verbo, *Deux coſtumes*, nu. 5. fol. 516

Filius an habeat reuocatoriam in rebus venditis per patrem, tit. 1. §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 18. fol. 49. vnus vbi ſunt plures liberi, an teneatur fidelitatem præſtare pro toto feudo, an pro parte tantum ad eum ſpectante, §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu 4. & 5. fol 910. 925 vt cenſeatur eadem perſona cum patre, §. 2. & 3. gl. 1. in verbo, *Par ſucceſſion*, nu. 1. fol. 243

Filii verbum an comprehendat filiam, tit. 1. §. 19. gloſ. 2. in verbo, *Droit d'aineſſe*, nu. 2. fol. 565

Filio quæ ſpes competat in bonis patris viuentis, tit. 1. §. 13 gloſ. 3 in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 3. fol. 481. vt detur reuocatoria contra eum, qui participata fraude acquiſiuit à patre titulo oneroſo, §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 20. fol. 491

Filiorum appellatione vt nepotes contineantur, tit. 1. §. 35. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 7. fol. 913

Filiorum vel deſcendentium maſculorum appellatione vbi in contractibus fit mentio, vt non veniant maſculi ex fœmina, tit. 1. §. 25. gloſſ. 1. in verbo, *Les femelles*, num. 10. fol. 719

inter Filios æqualitas, vt quàm fieri poteſt ſeruanda ſit, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 10. fol. 914 915

Filiæ an habeant ius primogenituræ contrà patruos, §. 134. nu 1. fol. 1715

Finiri feudum quando dicatur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaue le fief*, nu 171. fol 1055. vt finito feudo finiatur & poſſeſſio, nu. 173. fol. 1056

Fiſcalibus pœnis quatenus ſit locus in Galliæ regno circa feuda, tit. 1. §. 13 gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, num. 9. fol. 484

Fiſcus regius vt poſſit à præhenſione incipere, tit. 1. §. 43. gl. 1. in verbo, *Qui deſaue le fief*, nu. 43. fol. 993

Fiſcus quis *ibid.* nu. 170. fol. 1055

Fiſcus non ſunt diuiſi poſſt omnes §. 147. nu. 1. 2. & ſeqq. fol. 1729

Florentia à Carolo Magno vt fuerit inſtaurata, tit. 1. in Rubr. nu. 27. fol. 14

Fluminis vi feudo adiecta cui cedant, tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Le fief*, nu. 118. fol. 180

Fœmina in bonis feudalibus licet nihil capiat, vt teneatur ramen ad debita pro quota hæreditaria, tit. 1. §. 25. gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 14 fol 720. maior natu in quo poſſit præhonorari, §. 19. & 20. gloſ. 1. al. 2. in verbo, *En tres les filles*, nu. 1. fol. 559. vel natus ex ea an ſuccedat feudo, §. 25. gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 1. fol. 713. deſcendentes ex ea vt excludantur ab illo iure & gradu, à quo ipſa excluditur *ibid.* vt maſculus ex illa concurrat in ſucceſſione feudorum, cum maſculo ex maſculo, nu. 2. fol. 715. vt in iure primogenituræ repræſentet maſculinum, § 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, num. 1. fol. 568

Fœminæ vt excludantur à feudi ſucceſſione per maſculos etiam legitimatos, tit. 1. §. 13. gloſſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 43 45. 47. & 50. fol. 470. 471. 473. vt veniant appellatione *generationis*, §. 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 3. fol 569

Fœmina non eſt inhabilis ad ſuccedendum in feudo §. 186. nu. 2. fol. 1577

Fori ſtylus quis litigantibus eligendus, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par ſa main ſouueraine*, nu. 11. fol. 1238

Forma ad maiorem cautelam obſeruata vt non inducat neceſſitatem, tit. 1. §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, n. 16. fol. 1272. ea manente, vt maneat identitas, §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 54. fol. 1153 de ea quando quid eſſe dicatur, § 65. gloſ. 1 in verbo, *Les proclamations*, num. 8. fol. 1281

Formaliter vt fiat, quod fit melius, tit. 1. §. 47. gl. 4. in verb. *Vne femme pour vne fois*, nu. 1 fol. 1099

Formalitates ſemper præſumuntur §. 80. nu. 2. fol. 1643

Forma iuris ciuilis vbi non ſeruatur in teſtamento ſufficit forma iuris gentium vel iuris canonici §. 96. n. 3. fol. 1659

Fortuitus caſus fructibus feudi illatus, ad quem ſpectet, an ad patronum, an verò ad vaſallum, tit. 1. §. 9. gloſſ. 7. in verbo, *Le Commeſſaire*, nu. 19. fol. 403

Franciæ corona vt non fuerit propriè ius hæreditarium, ſed ius ſanguinis: & vt in nouo rege conſtituendo electio quidquam poſſit, tit. 1. in Rubr. nu. 62 fol. 26.

Franciæ Orientalis caput vt tandem ad epiſcopos deuenerit, tit. 1. in rubr. nu. 54. 71. fol. 24 29

Franciæ regnum vt non iure hæreditario, ſed ſanguinis déferatur, tit. 1. §. 13. gloſ. 3 in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 8. fol. 483. vt non recognoſcat Papam in temporalibus, §. 51. gl. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 93 fol. 1167

Franciæ regni vt omnis clientela primario & immediatè regi ſubſit, tit. 1. §. 1. gl. 6. in verb. *Mouuant de luy*, nu. 12. fol. 188

INDEX IN COMMENTARIOS

Franci vt à Germanis derivati, tit. 1 in rubr. nu. 12. fol. 8. vt multis ante Chriſtum natum annis regnarint inter Saxoniam & Alemaniam, nu. 12. fol. 8

Francorum Imperatores vt ſucceſſiuè plures fuerint, tit. 1. in Rubr. nu. 39. & ſeq fol. 19. eorum ius commune an ſint conſtitutiones regiæ nu. 106. fol. 44. Reges vt Imperatores eligi poſſint, nu. 70. fol. 29. virtus & victoria mirabilis in Mediolano vindicando, nu. 35. fol. 18

Francis vt debeatur Occidentis imperium rediuiuum, tit. 1. in Rubr. nu. 33. fol. 17

Fraudulenter vt fraus ſua prodeſſe non debeat, tit. 1. §. 20. glos. 8. in verbo, *Le prix*, nu. 9 fol. 678

Frater extorquens aliquid à ſororibus vt in patroni fidem ſe conferat, vt teneatur conditione ob turpem cauſam, tit. 1. §. 35. glos. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 8. fol. 922. 923

Fratrum æqualitas vt ſit fauorabilior, tit. 1. § 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 10. fol. 454

Fraus nec ſimulatio vt non præſumatur in eo, quod alia via obtineri poteſt, tit. 1. §. 23. al. 33. glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 29. fol. 867. vt in emptore feudi dicatur, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 85. fol. 614

Fraudem probare vt non ſufficiat in iuribus dominicis, niſi etiam probetur ſimulatio, tit. 1. §. 33. glos 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 19. fol 862. aduerſus eam quomodo conſulatur patrono, §. 67. glos. 1. in verbo, *S'un'eſt en perſonne*, nu. 5. fol. 1286

Fraus facilius præſumitur in coniuncta perſona §. 207. nu 2. fol. 1670

Fraus non præſumitur inter patrem & filium, niſi ſimulatio probetur §. 128. nu. 8. fol. 1706

Frequentiæ cauſa quæ exprimuntur, vt non reſtringant, tit. 1 §. 41. glos. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 3. fol. 949

Fructuarius an & quando teneatur ad intereſſe emptoris, tit. 1. §. 21. glos. 1. in verbo, *A reſcu*, num. 22 fol. 706. feudi dominantis quemadmodum agere poſſit proprietario negligente, §. 1. glos. 3. in verbo, *Peut*, nu. 11. fol 90

Fructuarius feudi vtrum teneatur pendente vſufructu obſequia clientelaria præſtare, tit 1. § 1. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 70. fol 78. feudi dominantis, vtrum poſſit ob defectum vaſalli manum feudo inijcere, *ibid* nu. 27. & 8. fol. 51. 52. cum patrono in quibus conueniat & diſſentat ab eo, vide *Patronus*, vt & quatenus procuratorio nomine actus dominicales exercere poſſit, §. 2. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 36 fol. 63

Fructuarius & ſimiles an recurſum habeant contra dominum inueſtientem, tit. 1. §. 1. glos. 3. in verbo, *Peut*, nu. 24. fol. 95 & 96

Fructuarij morte vt ipſo facto finiatur, & ciuili conſolidetur naturalis poſſeſſio, quam habebat fructuarius, tit. 1. §. 43. glos. in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu. 74. fol 1005

Fructuarius ſi vendat & tradat fructile feudum, vt priuari debeat vſufructu, tit. 1. § 33. glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 43. fol. 876. vt finito vſufructu repetat pretium, nec compenſatis fructibus perceptis, § 20. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 34. fol. 589. vt non teneatur feudi dominantis ſoluere vlla relcuia, aut iura ratione ſubfeudorum & aliorum prædiorum à feudo fructili dependentium, quæ vſufructu pendente acquirit, n. 35. f. 590. vt non ſit propriè procurator domini, nec habeat mandati actionem, *ibid*. vt cum de propria pecunia ſubfeudum retraxerit, poſſit ſtatim non expectato fine vſusfructus, cogere dominum ad declarandum, an velit acceptare ſeu retrahere pro ſe vel non. *ibid*. vt non habeat retractum nomine proprio, nu. 36. fol. 590. ab eo vt poſſit dominus retrahere, quicquid is iure retractus acquirit, nu. 37. fol. 591. vt non poſſit retrahere feuda vendita ante vſumfructum conſtitutum, licet poſſit vti prælenſione, nu. 39. fol. 591. vt ab eo cui fructus fundi alicuius debentur, differat, §. 1. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 45. fol 67. vt etiam inſtrumentorum fundi vſum habeat, §. 1. glos. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 7. fol. 196. vt habeat in commiſſis vſumfructum, ſicut in adiectis per alluuionem, §. 1. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 62. fol. 74. vt nihil habeat in theſauro inuento in fundo ſeruiente, ſine fructuario, §. 1. glos. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 60. fol. 73. vt non poſſit nunciare nouum opus, nec agere pro ſeruitutibus ſuo ſcilicet nomine num. 14. & ſeq. fol. 55. vt non habeat probabile intereſſe in fructibus quærendis poſt prælenſionem, §. 1. glos. 3 in verbo, *Peut*, nu 24. fol. 95. & 96

Fructuarius vt non habeat verum vſumfructum in ſubfeudis prælenſis, tit. 1. §. 1 glos. 3. nu. 18. fol. 94. vt non habeat vſumfructum in ſubfeudo pecunia proprietarij retracto, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 44 fol. 593. habere tamen debeat quintum precij indiſtinctè, quando dominus retrahit, nu. 45. fol. 593 quamuis pecunia ſua emerit, & interim fructus fuerit, num. 46. fol. 594. vt non ſit procurator domini: vnde non cenſetur minus ei mandare eo ipſo, quod ſcit & patitur eum nomine ſuo agere, §. 45. glos. 1. in verbo, *Le deſaiſonné*, nu. 26. fol. 1078. vt non ſit propriè, nec in omnibus procurator generalis proprietarij, ſed in quibuſdam tantum, §. 2. gloſſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 16. fol. 56. vt non ſit verus dominus, nu. 4. & 7. fol. 51. 52. quæ facere non poſſit, nu. 7. fol. 51. vt per ſuas manus frui debeat, nu. 37. & 40 fol. 63. 66. vt procuratorio nomine domini ſiue proprietarij ſicut verus legitimus ac tacitus procurator prælendere, & alia dominicalia iura exercere poſſit, nu. 15. fol. 55. vt dicto procuratorio nomine domini retractu feudali vtatur, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 33. fol. 589. vt teneatur de omni etiam in omittendo: ſecus in patrono, §. 1. glos. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 61. fol. 217. vt teneatur nedum ad onera ordinaria, ſed etiam ad indictiones temporarias, tit. 33. gloſſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 157. fol. 844. vt teneatur rei periculum denunciare proprietario: non autem patronus clienti, §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 70. fol. 221

Fructuario factæ oblationes & notificationes, vt à prælenſione ex defectu fidelitatis protegant, non tamen à retractu feudali, tit. 1. §. 21. glos. 1. in verbo, *A reſcu*, nu. 21. fol. 706. quæ iura competat §. 1. glos. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 2. fol. 51. quæ præſtare proprietarius teneatur, §. 1. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 17. fol. 56. quomodo conſulatur aduerſus proprietarium detrectantem obſequia, §. 55. gloſſ. 2. in verbo, *Les proprietaires & ſeigneurs*, nu. 8. fol. 1184

Fructus rei reſtitutionis ſubiectæ præmaturè ſecans, qua actione teneatur, tit. 1. §. 1. gloſſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 33. fol. 207. hoc verbum à lege prolatum, vt deductis impenſis recipiatur, nu 13. fol. 198. huius appellatione, vt contineatur omnis obuentio, §. 55. glos. 10. in verbo, *En lay payant*, nu. 47. fol. 1220

Fructus an veniant in reſtitutione fideicommiſſi, tit. 1. §. 43. gl. 1. in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu. 45. fol. 994. vt in renouatione feudi vel donationis veniant à tempore moræ, & non à tempore ingratitudinis, vel cauſæ reuocandi, nu. 47. & ſeq. fol. 995. vt licitè fructus percipiat, & ſuos faciat, quamdiu toleratur priuandus feudo, nu. 49. fol. 966

ad Fructuum reſtitutionem vt non teneatur horarias preces omittens, tit. 1 §. 43. gloſſ. 1. nu. 49. fol. 996. an & quando haberi debeat ratio eorum pro tempore inſtantiæ peremptæ quæ renouatur nu. 50. fol. 996

Fructus à ſolo ſeparati vt ſint proprietas ſeparata, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 55. fol. 71 ciuiles & naturales qui, & eorum differentia, nu. 53. fol. 70. commiſſi feudi à quo tempore debeantur, §. 43. glos. 1. in verb. *Qui deſaiſit le fief*, nu. 44. fol. 994 vt non reuocentur, licet donatio reuocetur per ingratitudinem, *ibid*. vt res donatæ non computentur in donatione, *ibid*. cuius ſunt iure proprio, vt non teneatur eos impenſis contribuere, ſiue cum iis compenſare, §. 1 glos. 1. in verbo, *Le fief*, num. 91 fol. 170. ex re donata percepti, vt non reſtituentur, niſi poſt litem motam percepti, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 57. fol. 788. feuda ſi alicui debeantur, quid iuris, §. 18. glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 20. fol. 571. an inquam primogenitus pro rata feudi ſoluere teneatur, *ibid*. feudi patronus volens capere, vt teneatur omnes ſumptus refundere: nec ſufficiat quod offerat ſumptus pro rata fructuum, §. 56 glos 1. in verbo, *En rendant les labeurs*, nu. 5. fol. 1223. immaturos ſi defuncti parochi hæredes collegerint, qua actione teneantur, §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 33. fol. 208. induſtriales ante litem conteſtatam perceptos, vt non teneatur reſtituere poſſeſſor bonæ fidei, quantumuis factus ſit locupletior, §. 33. gloſſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 49. fol. 780. maturi & colligi cœpti vt pro iam collectis habeantur, §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 42. fol. 211 pendentes vt ſint pars rei, & ſpectent ad emptorem fundi citra aliquam moram venditoris, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 76. fol. 610. pignoris etiam percipiendi vt ſint imputandi ſorti, §. 1. glos. 9. in verb. *Pendant ladite main*, nu. 13. fol. 226. primi anni ſi pereant, aut ſumptibus abſorbeantur, an ex ſequenti anno debeantur ſuperiori legatario aut fructuario, §. 57. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 2. fol 575. ſeparati vt non ſint patroni prælendentis feudum, ſed vaſallo aut creditoribus remaneant, §. 9. glos. 5 in verbo, *Ne fait les fruits fiens*, nu. 1. & ſeq. fol. 375. vberiores precedentes ex meliorationc facta ſumptu & induſtria an compenſari debeant, §. 1. glos. 5. in verb. *Le fief*, nu. 96 fol. 172. vt computare debeat patronus in deductione iurium feudalium, §. 41. glos. 1. in verbo, *Sont mineurs*, n. 12. fol. 954. vt diuidi debeant inter emptorem feudi, & patronum retrahentem, §. 20. glos. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, nu. 79. fol. 611 612

Fructus vt & cur ſequeſtrati aut deponi ſoleant, tit. 1. §. 9. gl. 5. in verb *Ne fait les fruits fiens*, nu. 3. fol. 376. vt minuantur labore & operâ, hoc eſt vt deducantur ipſo iure ſumptus vt impenſæ ipſi etiam prædoni. §. 56. glos. 1 in verbo, *En rendant les labeurs*, n. 1. fol. 1222. vt non reſtituantur

à die prehenſionis feudi, ſed dumtaxat à die prouiſionis, §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 60. fol. 1256. maturi vt pro collectis habeantur reſpectu eius, cui pro illo anno debentur, nu. 61 fol. 1256. vt ſequeſtrentur propter ſuſpicionem, §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 42 fol. 122

Fructus pignoris liquidi, vel conſumpti cadunt ipſo iure in extenuationem ſortis, tit. 2. §. 85. nu 27. fol. 1575. an ſequeſtrare poſſint qui & eos percipere poteſt: vide *ſequeſtrare*, vtrum dominus cenſualis per arreſtum ſuos faciat: vide in verbo, *Dominus*.

Fructuum appellatione quid veniant, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 1. fol. 193 qui propriè & extensè dicantur, *ibid* colligendorum tempus vt attendi debeat in feudalibus, §. 58. gloſ. 1. in verbo, *A ferme ou moiſſon*, nu. 10. fol. 1230. 1231. colligendorum tempus vt ſit attendendum, vbi agitur de penſionibus & mercedibus inter vaſallum & dominum proprietarium & fructuarium, §. 1. gloſ. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 11. fol. 198. de eorum conſignatione pendente ſequeſtro quid iuris, §. 60. gloſ. 1 in verbo, *Par main ſouueraine*, nu 15 fol. 1239. eorum diſpoſitio vt intelligatur de proximo anno, §. 47 gloſ. 1. in verbo, *Le vaſſeur*, nu. 2. fol. 1089. diuiſio pro rata temporis, in quo genere locum habeat, §. 50. gloſ. 1. in verbo, *Pour ſon droit*, nu 4. fol. 1105 eorum emptorem vaſalli an expelliere poſſit patronus: vide *Patronus*, futurorum legatum vel ſtipulatio, vt intelligatur de primo anno, nec ſuppleatur ex ſequenti anno vide *Legatum*, pendentium quæ ſit natura, §. 1. gloſ 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 51 fol. 70. ratio quæ adhibenda in vaſallo refractario & abnegante, §. 45. gloſ. 1. in verbo, *Le deſadueué*, nu. 31. fol 1080. item in prahenſore ſuſpecto, nu. 32 fol 1080

Fructibus eorum collectionis tempus habentibus, quemadmodum vti debeat dominus feudo vaſalli prahento, tit. 2. §. 1 gloſ. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 53. fol. 214

de Fructibus feudi tempore venditionis pendentibus, quid iuris, tit. 1 §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 75 fol. 609. 610. feudi, tempore retractus pendentibus quid iuris. nu. 79. fol. 612

in Fructibus iam collectis à colono caſus contingens vt eum non releuet: vide *Caſus*. Lucrandis an & quando collectionis momentum, vel rata temporis attendi debeat, tit. 1. §. 1. gloſ. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, num. 24 & ſeq. fol 203

de Fructibus lucrandis rei conceſſæ donec pretium ſoluatur vt valeat pactum, tit. 1 §. 1 gloſ. 9 in verbo, *Pendant ladite main*, num 17 fol. 227

in Fructibus maturis quemadmodum impenſæ deducendæ, tit 1. §. 1 gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 93. fol. 171. naturalibus quod operatur ſeparatio, vt idem operetur in ciuilibus obligationis ceſſio, §. 1 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 52. fol. 70

Fructibus vendi modus debitus vt ex tribus circunſtantiis colligatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 53. fol. 214

Fructus præteriti non reſtituuntur à poſſeſſore bonæ fidei §. 72. nu. 1. fol. 1635

Fructus pendentes non reputantur inter mobilia § 77. num. 1. fol. 1641

Fundamento vitioſo nihil validum ſuperædificari poteſt, tit. 1. §. 74. gloſ. 1. nu. 104. fol. 1371

Fundiariæ iuſtitiæ effectus: vide in verbo, *Iuſtitia*.

Fundus quando dicatur exprimi gratia demonſtrationis, & quando gratia taxationis & limitationis, tit. 1. §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu 21. fol. 551. ſicut deſtinatione vnius patrisfamilias, ita & feudum deſtinatione patroni clientiſque, vt ſimul conſtituatur, §. 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 30. fol. 272

Fundiarium ius quid, tit 2. §. 73. gloſſ. 1. nu. 3 fol. 1323

Fundus terræ, ſeu ius fundiarium, & cenſus, idem: vide in verbo, *Cenſus*.

Fundi appellatione vt non veniat niſi quod fundo incorporatum eſt, tit. 1 §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 8. & ſeq. fol. 197 vbi docetur, quid hac appellatione veniat.

Fundi vt conſtituantur deſtinatione patrisfamilias, tit. 1. §. 1. gloſ. 5 in verbo, *Le fief*, nu. 15 fol. 142

Futurum ſubiunctiui vt ſit ad omne tempus verſatile, tit. 1 §. 1. gloſ. 3 in verbo, *Peut*, nu. 9 fol 90

G

GAbella venditionis non debetur de promiſſione vendendi, tit. 2 §. 78. gloſſ. 1. nu 81. fol. 1450. debetur de venditione facta vi promiſſionis de qua non fuit ſoluta, nu. 86 fol. 1452

Gabella ſoluta de contractu, vt non ſoluatur de facto in prioris executionem, tit. 1. §. 8. gloſſ. 1. in verbo, *Desmembrement*, nu. 51. fol. 328. vt debeatur de alienatione per hæredem medio pendentis conditionis tempore facta, §. 33. gl. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 116. fol. 821. nec ex diſtractu facto poſt rem traditam, ſed nondum contracta totaliter impleto, § 33. gloſſ. 1. nu. 23. fol. 764. quamuis aliud detur in ſolutum, vt non tamen debeatur noua, nu. 24. fol 764

Gabellæ & iurium feudalium quæ ſit differentia, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. nu. 40. fol. 773

Gardia non extenditur ad bona ſita in alia Prouincia quæ non admittit gardiam § 99 nu. 10. fol. 1664

Geminatio vt non ſemper operetur ampliationem, ſed qualificationem & reſtrictionem, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. num. 26. fol. 460

Generaliter dictum vt ſit generaliter intelligendum, tit. 1 §. 2. gloſ. 2. in verbo, *Deſcendant*, nu. 3. fol. 245

Generationis appellatione vt veniant fœminæ, tit. 1. §. 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 3 fol. 565

Germaniæ regni ſubdiuiſio, tit. 1. in rubr. nu. 44. fol. 21

Gerundium poſitum in ablatiuo, ſi reſpiciat verbum vel participium futuri temporis, vt inducat conditionem, tit. 1. §. 20. gloſ 7. in verbo, *En payant*, nu. 6 fol. 670. quando faciat conditionem, §. 20. gloſ. 7. in verbo, *En payant*, nu. 9. fol. 672. vt importet neceſſitatem & formam præciſam, tit. 1. § 35 gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, num. 1. fol. 919. de eius autem virtute noua theoria traditur, nu. ſeq. fol. 919. 920

Gerundium *ſoluendo*, vtrum importet conditionem, tit. 2. §. 20. gloſ. 7. in verbo, *En payant*, nu. 1 & ſeqq 667

Geſta a ſuſpenſo vel interdicto vt non valeant, tit. 1. §. 55. gl. 10. in verbo, *En luy payant*, nu. 18. fol. 1209. per authoratum à iudice lite pendente, vt rata maneant, etiamſi ſuccumbat in lite, nu. 37 fol. 1216

Granatæ expugnatio ab Hiſpanis contra Mauros & Sarracenos, tit. 1 §. 41 gloſſ. 1. al. 2. in verbo, *Reputé égé*, nu. 7. fol. 958 vt olim Bethica dicta, quæ nunc Granata, *ibid.*

Grat. ficatio vt non habeat locum niſi in caſibus à iure expreſſis, tit §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, n 4 fol 912

Guidonis Hieroſolymorum regis captiuitas, tit. 1. in rubr. nu. 87. fol. 34

H

HAloandri opinio de origine feudorum, tit. 1. in rubr. nu 7. fol. 6

Hæres immediatus ingratitudinem aduerſus dominum committens & mox feudum repudians, verum noceat proximo agnato ſuccedere volenti, tit. 1 §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſuie le fief*, nu. 185. fol. 1062. male verſans vt cogatur reſtituere fideicommiſſum ante diem vel conditionem, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 124. fol. 825

Hæres hæredium ſiue propriorum, & hæres conqueſtuum etiam eiuſdem perſonæ, vt non ſint cohæredes, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 98. fol. 810. ſi bona fide, & bonæ fidei emptori feudum vendat, exiante fideicommiſſi conditione vt non reſoluatur venditio, ſed venditor vel eius hæres teneatur pretium reſtituere legatario vel fideicommiſſario, nu. 118. fol. 822. ſub inuentarij beneficio an poſſit alienare, §. 30. al. 43. gloſ. 1 in verbo, *Qui deſſuie le fief*, nu 139. fol. 1049

Hæres vt non teneatur de geſto defuncti, ſeuè defuncto in iniuſtos fraudem, tit. 1. §. 13. glo. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 22. fol. 492. vt non teneatur probare ſe non habere propinquiorem vel concurrentem, hoc eſt cohæredem. Sic etiam quamdiu non apparet contra, habet ille fundatam intentionem ſuper tota hæreditate, tit. 1. §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 90. fol. 806. vt pleno iure ſit dominus, pendente die, vel conditione, gloſ 1. nu. 116. fol. 821

de Hærede quæcumque dicuntur, vt intelligantur adita hæreditate, tit. 1. §. 8. gloſ. 2. in verbo, *Juſqu'à quarante iours*, nu. 6. fol. 360

Hæredes plures vt etiam in indiuiduis non teneantur collectiuè ſeu diſtributiuè, tit. 1. §. 3. gloſ. 4 in verbo, *Serment de feauté*, nu. 36. fol. 274 ſi fuerint plures clientes, vt ſinguli ad fidelitatem teneatur, §. 2. & 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, num. 25 fol. 269. vaſalli licet poſſint inter ſe diuidere & aſſignare manſiones feudi, vt non tamen poſſint inter ſe diuidere, & aſſignare ſubfeuda, §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 6. fol. 1113

Hæredum plurium ſi vnus inſolidum conueniatur, quid iuris, tit. 1. §. 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 42 & ſeq. fol. 277. vt quandoque vnus inſolidum teneatur, § 9. gloſ. 4. in verbo, *Commiſſaires*, nu. 7 fol. 397. vt totum feudum nomine ſuo recognoſcendo à patrono & iura ſoluendo non cenſeatur cohæredes turbare, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 96 fol. 809 vt nihilominus portiones feudi aliorum hæredum remaneant apertæ, & prahendi poſſint nu. 97. fol. 809

Hæredibus ſimul inſtitutis vt accreſcat portio morientis cohæredis à nemine agnita, tit 1. §. 25. gloſ. 4. in verbo, *Deux enfans*, nu. 9. fol. 518 an iure accreſcendi, an verò tanquàm hæredes cohæredis illam agnoſcant, nu. 10. fol. 519

Hæres mobilium ea vendens non definit esse hæres, quia habet pretium, §. 77. nu. 3. fol. 1641

Hæres paternus non debet grauari vltrà quintum propriorum paternorum: sic nec hæres maternus vltra quintum maternorum, §. 93. nu. 3. fol. 1653

Hæredi propriorum potest quid legari cum alius est hæres mobilium & conquæstuum propinquior, §. 126. nu. 4. 5. fol. 1691

Hærede super quem legatum est abstinente, legatum valet, §. 121. nu. 8. fol. 1692

Hæreditas consistit in ius vniuersum, §. 121. nu. 14. fol. 1693

Hæredibus maternis quintum propriorum paternorum legari potest & contra §. 121. num. 20. fol. 1694

Hæredes remotiores non videntur veri hæredes, §. 121. num. 20. fol. 1694

Hæres per inuentarium incipit esse hæres simplex post omnia clarificata §. 130. nu 4 fol. 1711. non habet fructus donec inuentarium sit factum §. 132. nu. 6 fol. 1714 rationem reddit sumptibus inuentarij §. 148 nu. 4. fol. 1733 non tenetur respondere creditoribus de fructibus perceptis §. 150. nu. 1. fol. 1735. est depositarius circà creditores qui se opposuerunt ibidem nu. 2. excluditur in patria iuris scripti per eum qui se simplicem hæredem gerit ibidem nu. 3.

Hæreditorum & conquestuum differentiæ, tit. 1. §. 43 glos. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu. 134. fol. 1036

Hæreditas parentum vt sit liberis quasi debita, non è conuerso: vide *Liberis*, quamdiu est indiuisa, vt possit vnus ex hæredibus vtilia, & teneatur facere necessaria hæreditati, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 89. fol. 805. vt titulo lucratiuo liberis obuenire non dicatur, sed vt debita, §. 2. & 3. glos. 1. in verbo, *Par succession*, nu. 3. f. 243

Hæreditatis aditio vt retrotrahatur, tit 1. §. 30. al. 43. glos. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu. 158 fol. 1049. emptor vt etiam in rebus singularibus habeat titulum: vide *Emptor*.

Hæreditatis onera vt vnumquemque hæredum obligent, non tamen multiplicentur, tit. 1. §. 3 glos. 4 in verbo, *Serment de feauté*, nu. 40. fol. 176

Hæreditatem vendens an dicatur vendere res singulas: vide *Vendere*.

Hæreditatem vt non possit quis eandem ex capite transmissionis repudiare, & ex proptia persona adire, tit. 1. § 33. gl. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 102. fol. 813

ab Hæreditate abstinentis portio quo iure adcrescat reliquis cohæredibus, tit. 1. §. 13. glos. 1. in verbo, *Le substitué*, nu. 29 & seq fol. 462

Henricus Auceps vt non fuerit Imperator Romanus, tit. 1. in Rubr. nu. 60. fol. 26

Henricus Bauariæ dux an fuerit ab electoribus septemconstitutus Imperator, tit. 1. in rubr. num 66. & seq. fol. 27. huius nominis primus verus rex Nauarræ, §. 41. glos. 1. al. 2. in verbo, *Reputé âgé*, nu. 8. fol. 959

Henricus VII. vt ediderit extrauagantes quæ sub titulo, *Quomodo in læsa maiest. crim.* & sub tit. *Qui sint rebelles*, leguntur, tit. 1. in rubr. nu 97. fol. 38

Henrici VII. Imperatoris mors mira & repentina, tit. 1. in rubr. nu. 99 fol. 39

Henrici vt fuerint plures Impp. & vt hoc nomine sextus Federici primi filius liquerit Federicum secundum sub tutela Philippi fratris contra quem Innocentius tertius eligi fecit à quibusdam Othonem IIII. quem coronauit, & mox exauthorauit, tit. 1. in rubr. nu. 92. & 93. fol. 36. 37

Herbipolensium Episcoporum insignia, tit. 1. in rubr. nu. 54. fol. 72

Hermages, Gallicum vocabulum quid significet, tit. 1. §. 15. glos. 1. in verbo, *Pere & mere*, nu. 1. fol. 510

Hispani vt Francorum regibus subditi, tit. 1. in rubr. num. 28 fol. 15

Hispania vt à Sarracenis occupata & à Francis liberata, tit. 1. §. 41. glos. 1. al. 2. in verbo, *Reputé âgé*, nu. 1 fol. 958

Hispaniæ regna quot & quæ, *ibid.* nu. 6. fol. 958. vt ad verum Christi cultum à Franciæ regibus redacta, tit. 1. in Rubr. nu. 30. fol. 16

Hispaniæ regnum vt non subsit imperio, tit. 1. in rubr. nu. 30. fol. 16

Historia vt non sit iurisperito negligenda, tit. 1. in Rubr. nu. 91. fol. 36

Homagium quid, & vt pluribus modis accipiatur, tit. 1. § 2. & 3. glos. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 1. fol. 249. quid sit secundum vulgarem loquendi modum, & ius canonicum nu. 14. fol. 255 vnde dictum, & quid § 1. glos. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 11. & 12 fol. 140. vt non referatur ad personam, sed ad locum dominantem, §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 39. fol. 1248. pro spiritualibus præstari, vel non, quomodo accipiendum, §. 2. & 3. glos. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu 14. fol. 255

Homagij forma & solemnitas, *ibid.* nu. 16. fol. 256 subdiuisio, nu. 15. fol. 255

Homagia vt sint apud Gallos realia, non autem personalia, tit. 1. §. 2. glos. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 4. fol. 138

Hortus contiguus quis dicatur, tit. 1. §. 13. glos. 5. in verbo, *Le Iardin*, nu. 3. fol. 505

de Horto spatioso adferente redirum quid iuris de iure feudali, ac quidem primogenituræ, tit. 1. §. 13. glos. 5. in verbo, *Le Iardin*, nu. 4. fol. 506

Horto circa mansionem deficiente, quid præcipui eius loco primogenitus capere possit, tit. 1. §. 13. glos. 2. in verbo, *Fresne*, num. 2. fol 478

de Hortis pluribus vt idem iudicandum ac de vnico ratione iuris primogenituræ, tit. 1. §. 13. glos. 5. in verbo, *Le Iardin*, nu. 1. fol. 505

Hypotheca vt afficiat rem & quamlibet eius partem in solidum, tit. 1. §. 3. glos. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu 54. fol. 282. vt non ampliat obligationem, §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu 109. fol. 1026. vt per diuisionem sequentem alienari nequeat, §. 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 45. fol 238

Hypotheca legatorum diuisibilis est vt personalis actio, tit. 1. §. 74. glos 2. nu. 26 fol. 1404

Hypotheca an sit res feudalis vel censualis pro iuribus & commodis feudalibus, tit. 1. §. 74. glos. 2. nu. 18. & seq. fol. 1401. quid de re emphyteuticar nu. 23. fol. 1402. an pro reddita donato aut vendito super, aut ex tali re censeatur res ipsa hypothecata, *ibid* nu. 23. 24. & 25. fol. 1402. verum inuecta & illata in domum censualem censeantur domino hypothecata pro solutione, vel reliquis census, §. 87. nu. 15. fol. 1608

Hypothecæ si accedat obligatio legalis, vel officium iudicis, quid iuris, tit. 1. §. 18. glos. 1. in verbo, *Arpent*, num. 24. fol. 552. 553

Hypothecam vt non resoluat acquisitio commutabilis, tit. 1. §. 10 glos. 5. in verbo, *Vende*, num. 38. fol. 650

Hypothecam non impedit retentio dominij directi, tit. 1. §. 74 glos. 2. nu. 21. fol. 1402

ex Hypotheca & luitione feudi, vt nulla iura debeantur, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu 60. fol. 790

de Hypotheca mera quid iuris, tit. 1. §. 18. glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu 22. fol. 552

Hypothecæ & onera vt resoluantur medio tempore imposita per emptorem, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de son fief*, num. 21 fol. 1139. vt resoluantur contractu resoluto per *l.* 2 *C. de rescind. vend.* nu. 45. fol. 1148. earum suspicio vt rei pretium minuatur, nu. 65. fol. 1157

Hypothecarius creditor vt impedire possit alij memoriæ dejectionem vide *Creditor*, vt minus iuris habeat quàm dominus feudi, tit. 1. §. 9. glos. 3. in verbo, *Saisir*, num. 2. fol. 364 365

Hypothecaria actio durat contra personaliter obligatum vsque ad 40. annos §. 68 fol. 1631

Hypotheca reliquarum sequitur principale §. 72. num. 1. fol. 1633. idem de expensis ibidem nu. 2.

I

IGnorantia excusat à dolo, tit. 1. §. 74. glos. 1. nu. 163. fol. 1387

Ignorantia an probetur iuramento, tit 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu. 157 fol. 1048. crassa domini, vel negano, vt faciant pœnam commissi: vide *Commissi*.

Ignorantia iusta vendentis eum excusat §. 175. num. 1. fol. 1765

Ignorans vasallus si dominum alienerit, vtrum feudum amittat, tit. 1 §. 43. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu 150. fol. 1045

Ignorans vt non cadat in commissum, tit. 1. §. 20. glos. 5. in verbo, *Vende*, nu. 6. fol. 635. Et vt sit ignorantia probabilis in hærede, *ibid.* vt restituatur aduersus consuetudinem Bituricensem in feudalibus, §. 33. glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 61. & 62. fol. 887

Ignorans in integrum restituitur contra consuetudinem locale, tit. 1. §. 21. glos. 1. nu. 27 & 35. fol. 1526. 1529

Ignobiles vt non possint adquirere, nec retinere feuda nobilia, tit. 1. §. 15. glos. 3. in verbo, *Tenus noblement*, num. 4. fol. 512

Illicitæ rei danti operam vt imputetur quicquid ex inde sequetur etiam præter eius intentionem casu, tit 1. §. 13. gl. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu. 150. fol. 1045

Immediatorum vis & potestas, tit. 1. §. 2. glos. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu. 1. fol. 183

Immobilia cur prohibeantur in Ecclesiam transferri, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 90. fol. 1167

Immunitas feudalium iurium vt non prosit nisi ipsi priuilegiato, non autem secum contrahenti, tit. 1 §. 24. al. 33. glos. 3. in verbo, *Quint & requint*, nu. 4 fol. 908

Impedimentum vt sit duplex, quoddam perpetuum, aliud verò temporale, & quid vtrumque, tit. 1. §. 67. glos. 1. in verbo, *S'il n'est empesché*, nu. 2. fol. 1285 in casu iusti temporalis impedimenti, vt non teneatur patronus clientem per procuratorem inuestire, si offerat competentes dare inducias, nu. 3. fol. 1286. vt non teneatur procurator docere de impedimento specificato in mandato, n. 3. fol 1286. 1287

Impendens

Impendens in rem alienam vt donare impenſas dicatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 102 & ſeq. fol. 174. 175

Impenſæ factæ in rem, & non circa emptionem, vt non morentur retractum, tit. 1 §. 20. gloſ. 9. in verbo, *Loyaux couſtemens*, nu. 7. fol. 677

Impenſæ fructuum gratia factæ, vt eos ſemper minuant, tit. 1 §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 92. fol. 170. vt deducendæ ſint in maturis fructibus, *ibid.* nu. 93. fol. 170

Impenſarum nomine vt etiam aduerſus creditorem hypothecarium competat retentio & perſecutio, *ibid.* num. 94. fol. 171

Impenſæ litis vt ſint perſonales, tit. 1. § 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 17. fol. 554. vt aliud iuris ſit in iis, quæ in rem factæ ſunt, quæ ſunt reales, *ibid.*

Impenſæ modicæ vt iuramento probentur, tit. 1. §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 27. fol. 388. dummodo verificentur, nu. 28. fol. 388. & ſint veriſimiles & rationabiles, nu. 29. & 32. fol. 389

Impenſarum ratione perpetuam feudi vtilitatem concernentium à quocumque factæ ſint, vt patronus nihil deducat, tit. 1. § 56 gl 1. in verb. *En rendant les labeurs*, n. vlt. fol. 1224

Impenſæ futuræ domus non poſſunt repeti inter coniuges, §. 156. nu. 14. fol. 1746

Impenſæ legales faciunt partem pretij adiudicationis, § 182. §. 2. fol. 1772

Imperator ſicut Rex ante coronationem, vt omnem habeat poteſtatem & adminiſtrationem, tit. 1. in rubr. nu. 73 f. 30

Imperator vt non ſit Papæ vaſallus, tit. 1. in rubr. num. 76. fol. 31

Imperator vt non ſit, niſi Romæ impetet, tit. 1. in Rubr. nu. 82. fol. 33

Imperator vt Romæ à Præfecto vrbis coronetur, non à Papa, tit. 1. in rubr. nu. 61. fol. 26

Imperatoris inſignia Aquila duplex nigra, tit. 1. in Rubr n. 31. fol. 16. vt integra à Carolo Magno Franciæ Rege vſurpata, *ibid.*

Imperatores quo effectu iurent Pontifici, ſeu Papæ, & an ſit illorum iuramentum fidelitatis, tit. 1. in rubr nu. 75. f. 30

Imperatorum Romanorum & Francorum quam vetus fuerit amicitia, tit. 1. in rubr. nu. 94. fol. 37

Imperiorum vſus, ſeu potius abuſus, vt non faciat ius, tit. 1. §. 33. al. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 8. fol. 1124

Imperium quando tranſlatum in Germanos, & vt initio fuerit ſucceſſione delatum, tit. 1. in rubr. nu. 63. 64 fol. 27

Imperium quando deſierit eſſe hæreditarium, & cæperit eſſe electiuum, tit. 1. in rubr. nu. 65 fol 27. quo iure deferatur, §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu 26 fol. 460. plus ducentis annis collapſum in regibus Francorum reſtitutum, in rubr. nu. 33. fol. 117

Imperium merum habens, vel aliam iuriſdictionem in loco, vt non poſſit ex eo ſolo impedire res transferri in Eccleſiam, tit. 1. § 51. gloſ. 2. in verbo, *Iuſtice de ſon fief*, nu. 64. fol. 1157. nec ei debeatur aliqua indemnitas, num. 65. fol. 1157. omnimodum alienans Princeps, vt ſuæ ſit dignitatis homicida, 1. 2. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 49 fol. 155

Imperium Romanum vt diſſectum, tit. 1. in Rubr. nu. 54 55. 56 & 58. fol. 24. 25

Imperium transferre in alium vt non poſſit verus Rex vel Imperator, ſed nouus & liber ſubditorum conſenſus requiratur, tit. 1. in rubr. nu. 59. fol. 25. vt à Francis ad Saxones tranſlatum, idque conſenſu Conradi Franci, nu 51. & ſeq. fol. 25. vt conceſſum fuerit Carolo Magno & ſucceſſoribus eius, non tanquam Francis ſimpliciter, ſed tanquam Regibus Francorum, num. 55. fol 25. vt non fuerit propriè hereditarium, ſicut nec corona Franciæ hæreditaria, nu. 61. fol. 26. vt vacarit defecta ſtirpe Maſculina Caroli Magni, nu. 59. fol. 25

Imperij noua conceſſio in Othone I. tit. 1. in Rubr. nu. 60. fol. 26. tranſlatio à Græcis in Francos, nu. 27. fol. 14

Imperio omni & poteſtate conceſſis, vt non ſuprema poteſtas, nec appellationum cognitio conceſſæ cenſeantur: ideóque ius ſuperioritatis remaneat penes concedentem, tit. 1. § 1 gloſ. 5 in verbo, *Le fief*, nu. 49. fol. 151

Implementi veri & ficti differentia, tit. 1. §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 20. fol. 928

Impuberi vel infanti vt competere poſſit iuriſdictio etiam regia in proprietate vel titulo, ſed non in exercitio: *vide Iuriſdictio.*

Incerta pars ratione loci & quotæ vt poſſideri non poſſit: vide *Pars.*

Incertitudo cuius vtrumque extremum concludit, vt non noceat, tit. 1. §. 60 gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 31. fol. 1245. in vtramque idem concludens vt non vitiet, niſi quando fit coarctatio ad alteram tantum partem, §. 43. gloſ. 1 in verbo, *Qui deſnie le fief*, nu. 19. fol. 982

Incontinenti, vt iure feudali pro triduo & quatriduo accipiatur, tit. 1 §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 26. f. 203

In Incorporalibus puris vt ſufficiat ius habere etiam abſque poſſeſſione, dummodo non ſit alius poſſeſſor, tit. 1. § 55.

gloſ. 10. in verbo, *En luy payant*, num. 10 fol. 1205

Indefinitiua quando in legibus æquipolleat vniuerſali, tit. 2. §. 82. gloſ. 1. nu. 33. & 34. fol. 1328

Indefinitiua vt æquipolleat collectiuæ, aut diſtributiuæ, tit. 2. §. 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 45. fol. 279

Indemnitas ab amortizatione quid differat, tit. 1 §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iuſtice de ſon fief*, nu. 68. fol 1158

Indemnitatis exigendæ ius vt non tollatur per inueſtituram vel receptionem iurium vtilium, ſed præſcriptione temporis longiſſimi, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. num 70. fol. 1159

Indemnitas quemadmodum præſtetur alteri, tit. 1. § 51 gloſ. 3. in verbo, *Iuſtice de ſon fief*, nu. 62. fol. 1156

Indiuiduum vt quatuor modis dicatur, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iuſtice de ſon fief*, nu. 41. fol. 1147

Indiuidua iura pro qua parte cedant, tit. 1 §. 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 51. fol. 280. 281

in Indiuiduis vt non teneantur plures hæredes collectiuè, ſed diſtributiuè: vide ſupra *Heredes.*

Induciæ feudales vt debeantur minori, ſiue ſolus ſit, ſiue concurrat cum maiore, tit 1. §. 41 gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 2 fol. 949. vbi plura de induciis, & nu. ſeq. fol. 949. vt ſint legales & neceſſariæ, ſiue conſuetudinariæ, quæ denegatæ ipſo iure à conſuetudine ſupplentur, gloſ. 1. nu. 4 fol. 950. non peritæ vt à lege ſuppleantur, nu. 5. fol. 950 pluribus minoribus datæ vt non expirent per maiorem ætatem vnius, niſi quoad illum tantum, nu. 6. fol. 951. vt ſolum fidelitatem concernant nec remorentur exactionem iurium vtilium, nu. 8. fol. 952 ſecus tamen in induciis voluntariis ſimpliciter conceſſis, nu. 9. fol. 952 hæ induciæ vt locum non habeant niſi ob defectum ætatis, nu. 11. fol. 954. vt ſint quædam legales, quædam verò conuentionales, §. 42. gloſ. 1. in verbo, *Souffrance*, nu. 1. fol. 691 vt non proſint ſuperuenienti nouæ feudi aperturæ medio tempore, & ſic non extendantur ad nouam aperturam, nu. 2. fol 963 vt tacitè tamen cenſeantur limitatæ ad cauſam ſubiectam, vbi ſunt ſimpliciter conceſſæ, nu. 3 fol. 964 vt ſint reales nec precario æquiparentur, ſed vtrimque ad hæredes tranſeant, *ibid.* vt differant à pacto abſoluto de non vtendo iure dominico vſque ad certum tempus, *ibid.* an tutor vel generalis procurator poſſint inducias dare, nu 4. fol. 964 vt illis finitis noua præhenſione opus ſit, ſi poſt feudi præhenſionem dentur ſimpliciter, nu. 5 fol. 965. ſecus ſi ſub modo & conditione reſolutiua ſint conceſſæ, hoc eſt, ſi ſint reſolubiles, nu. 6. fol. 961. vt non tollant feudi aperturam, §. 54. gloſ. 1. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 9. fol. 1174

Induciæ 40. dierum vt & cui dentur hæredibus vaſalli & in quibus aperturis feudi locum habeat, tit. 1. §. 7. gloſ. 2. in verbo, *Iuſqu'à quarante iours*, nu. 1. fol. 291

Inducianum dies nouo vaſallo competentium à quo momento currere incipiant, tit. 1 §. 7. gloſ. 1. in verbo, *Iuſqu'à quarante iours*, nu. 4 & ſeq. fol. 293. feudalium tempus quod eſt 40. dierum vt non ſemper currere incipiat à die notificationis, §. 20. gloſ. 10. in verbo, *Dedans quarante iours*, num. 3. fol 682 lapſus vt non conſtituat in mora, §. 7. gl. 1. in verbo, *Iuſqu'à quarante iours*, nu. 19. fol 300. huſce pendentibus vt non poſſint peti iura feudalia, n 20 & 21. fol. 300. 301 nec contra hæredem vaſalli aliquo modo procedi, *ibid* niſi propter alia iura ſi quæ debeantur, non quidem ratione aperturæ feudi, nu. 21. fol. 301. tempus vt non curret ignoranti, ſed tantum à die notitiæ currere incipiat, §. 7. gloſ. 1. in verbo, *Iuſqu'à quarante iours*, nu 8 fol. 295

Inducias ſoluendorum iurium vtilium, vt non teneatur dare patronus, ſed ipſius fidelitatis duntaxat, tit. 1 §. 67. gloſ. 2. in verbo, *S'il n'eſt en perſonne*, nu. 4. fol 1286

de Induciis conceſſis ſubuaſallis à ſuperiori patrono quid iuris, tit. 1. §. 54. gloſ. 1. in verbo, *Mettre en ſa main*, n. 12. f. 1175

Induciis feudalibus pendentibus vt liceat fructus maturos colligere, t. 1 §. 7. gl 1. in ver. *Iuſqu'à quarante iours*, n. 12 f. 298 quid verò iuris ſi à prædone ſublati fuerint, nu. 14. fol. 299

Inferior pars tenetur ferre onus ſuperioris; §. 83. num. 2. fol. 1645

Infeudatio originalis vtrum oſtendi debeat, tit. 1. §. 8 gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 7 fol. 308. ſimpliciter facta vt ad loci conſuetudinem referatur, ab eáque lucem & interpretationem deſumat, nu. 92. fol 343

Infeudationis inſtrumentum etiamſi habeat clauſulam, quòd recipiens & ſui poſſint vendere, permutare, & donare quibus voluerit, vt tamen non excludatur patronus à iure retractus, tit. 1. §. 20. gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 5. fol. 577

Informatio per rubas quæ, tit. 1. §. 19. & 20. gloſ. 2. in verbo, *Droict d'aiuſſe*, nu. 2. fol. 563

Ingratitudo vt afficiat perſonam ingrati, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſnie le fief*, nu 82. fol. 1008 vt ſit præcipua cauſa amittendi feudi, nu 1. fol. 977. exhæredandi liberos, nu. 2. fol. 977. an propter eam libertas & legitimatio amittatur, nu. 3. fol. 978

Ingratitudo attenditur erga eum aque lucrum procedit vel ſperatur, §. 137. nu. 2. fol. 100

INDEX IN COMMENTARIOS

Ingratitudinis actio vt constituta Athenis, *ibid* nu. 1. f. 977
per Ingratitudinem etsi donatio reuocetur, vt non tamen reuocentur fructus, vide *Fructus.*
Ingratitudinem vasalli probandam, quod testes requirantur, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, n. 66. fol. 1002
Ingratus vasallus vtrum augmenta & meliorationes perdat, tit. 1. §. 43 glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 116. fol. 1028 quid item iuris si melioratum fuerit feudum aliena vel communi pecunia, nu. 117. fol. 1029. vt deterioris sit conditionis quàm malæ fidei possessor, nu. 118. fol. 1029
Ingratus vt primogenituræ iure priuari possit: vide *Primogenitura.*
ab Ingrati hærede, an possit patronus feudum auferre, tit. 1. §. 30. al 43. glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 118 f. 1033
Ingrati vasalli colono, an teneatur stare dominus, tit 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 104 fol. 1017
Ingratum vasallum per ignorantiã in fidem recipiens vtrum remisisse ei ingratitudinem videatur, *ibid.* nu. 130 fol. 1035
Ingratis liberis vt successio, dos & alimenta denegentur tit. 1. §. 43 glos 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 2. fol. 977
Inhabilis vt pro mortuo habeatur, nec faciat numerum, tit. 1 §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 27. fol. 461
Inhibitum specialiter plus mouet & timetur, tit. 1. in rubr. nu. 12. fol. 1310
Iniuria facta à filio, vt sit grauior quàm ab extraneo, tit. 1. §. 43 glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 137. fol. 1038. facta seruo vt spectet ad dominum proprietarium, nisi contemplatione fructuarij illata sit, §. 1. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 59 fol. 73
Innocentius III. Pontifex, vt Federic II. Imperatori à Germanis Principibus electo coronam negauerit, tit. 1. in procem. nu. 49. fol. 11
Innocentius IV. Papa, vt Federicum secundum Imperio & regnis destituerit & rebellarit, tit. 1. in rubr. nu. 96 fol. 38
Innocentij III. Papæ factiones in turbando Imperio, *ibid.* nu. 93. & 94. fol. 37
Innouare non dicitur qui iure suo vtitur, tit. 2. §. 74 glos. 1. nu. 86. fol. 1367
Instar, vt sit vox, quæ importat similitudinem, non simile, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 9 fol. 53
Institutio quid, tit. 1. §. 55. glos. 10. in verbo, *En luy payant*, nu 27. fol. 1212. facta ad præsentationem superioris patroni tacente vasallo vt valeat, licet vacatio ante præhensionem acciderit, glos 10. nu. 16 fol. 1208
Instituta veterum patronorum & clientum apud Græcos quæ fuerint, tit. 1. in rubr. nu. 14. & 20. fol. 9. 11. corruptio apud eosdem, *ibid.* restauratio apud Romanos, & apud eosdem peruersio, nu. 15. & 16. fol 9. 10
Instrumentum fundi quid, tit. 1 §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 9. fol. 197. renouatæ inuestituræ feudi an probet absque originali infeudatione, §. 8. glos. 1. in verbo, *Denombrement*, nu 84. fol. 340
Instrumenti præteriti relatio etiam ab eodem tabellione facta vt non plenè probet, nisi quatenus actus potuit huic repeti, tit. 1. § 8 glos. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 50. 51. 55. 56. fol. 328. productio seu oblatio vt sit quandoque authentica, sed non eius tenor, nu. 32. fol. 318. vbi, qualiter produci debeat, ostenditur.
Instrumenta vt confici debeant de rebus clientelaribus, & cuius impensis, tit. 1. §. 2. & 3 gl. 4 in verbo, *Serment de fealté*, nu. 27. fol. 270 vt fieri debeant aut soleant duo in renouatione inuestituræ: primùm agnitionis fidei, aliud dinumerationis siue catalogi, § 8. gl. 1. in verb. *Denombrement*, n. 1. f. 305. item quæ in huiusmodi instrumentis obseruentur, *ibid.*
Instrumenta publica vt probent rem gestam contra omnes, tit. 1. §. 8. glos. 1. nu. 9. fol. 309 hoc autem verum ad limites & substantiam facti tempore instrumenti gesti, *ibid.* vt item probent huiusmodi instrumenta enunciata inter easdem partes ad finem principalis: non si de his seorsum & principaliter quæratur, nu. 10. fol. 309
Instrumentorum editio vt mutua sit inter patronum & clientem, tit. 1. §. 8 glos. 1. nu 6. fol. 308. de horum editione quæ fieri debet patrono à vasallo seu cliente quid iuris, nu. 1. fol. 305. eorum effectus vt contra eos extendatur, quibus actus noceret, nu. 10. fol. 309. & hoc quamuis inter alios acta essent instrumenta, *ibid.* sumptus ad quem spectent, § 10. glos. 9 in verbo, *Leyaux coustemens*, nu. 1. fol. 673
Insigna Imperatoria vt integra ac solida à Carolo Magno Franciæ Rege vsurpata, tit. 1. in rubr. nu. 31. fol. 16
Insula in flumine nata cuius sit, tit. 1. §. 1. glos 5. in verbo, *Le fief*, nu 120. fol. 181
Intellectus vt differat à phantasia, tit. 1. §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 56 fol. 472
Intelligatur verbum, vt fictionem denoret, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 9. fol 53
Intentio & voluntas contrahentium vt prædominetur: vide *Contrahentium.*
Intentio domini vel contrahentis vt sit fundata, si constet de pretio, vide *Venditione.*
Intentio principalis vt semper attendatur, tit. 1. §. 20. glos. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 53 fol. 658
Interdicti loco vt possit vasallus actione in factum verbis temperatè & honestè aduersus patronum agere: nisi scelerata via vius sit patronus, tit. 1. §. 1. glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 55. fol. 127
Interdicto experiri an sit vtilius, quàm via oppositionis vel appellationis, tit. 1. §. 1. glos. 4. nu 63. fol. 130
Interdicto *unde vi*, vtrum possit vasallus experiri aduersus dominum, tit. 1. §. 1. glos. 4. nu. 44 fol. 123
Interdicto *uti possideris*, cur non vtantur magistratus pro officiis suis constituendis, tit. 1. § 1. gl. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 59. fol. 168. vtrum hoc interdicto aduersus socium vel cohæredem de toto feudo inuestitum socius vel cohæres uti possit, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de retief*, num. 96. fol. 809
Interdicta *uti possideris*, & *unde vi*, vt nunquam comperant contra iudicis actum, dum vtitur iurisdictionis via, imò cum procedit tanquam priuatus, §. 1. glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 49. 51. & seqq. fol. 125. 126
Interdictis possessorius vt aduersus iudicem iniustè procedentem in Gallia non vtantur, sed oppositionis vel appellationis remedio, tit. 1. §. 1. glos. 4. nu. 49. fol. 125
Interdictorum ritus ante 1200. annos exoleuit, & appellatione actionis veniunt, tit. 3. *de complainte*, nu. 2. f. 1623
Interdictionis feudalis consuetudo, tit. 1. §. 16. glos. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choisir*, nu. 28 fol 535
Interesse propinquum vt æstimetur, non autem remotum, tit. 1. §. 9 glos. 7. in verbo, *Le Commissaire*, nu. 18. fol 403. quomodo aliud ab alio discernatur, *ibid.*
Interpellatio vasallorum vt sit in se de forma, sed non sit modus interpellandi, tit. 1. §. 61. glos. 1. in verbo, *Les proclamations*, nu. 9. f. 1282. & vtrum huiusmodi interpellationes ligent omnes tam maiores, quàm minores vasallos, nu. 10. fol. 1282
Interpretatio cur sit latior in retractu quàm in laudimiis, tit. 1. §. 33. glos. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 79. fol 895. vt omnis fundari debeat in bono & æquo, tit. 1. § 37 glos. 1 in verbo, *Se marie*, nu. 6 fol. 938. passiua quando locum habeat in statutis, §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 48 fol. 473 vt fiat contra eum qui se fundat in verbis, § 19. glos. 1. in verbo, *Droict d'amesse*, nu 2. & 5 fol. 560. 562 vt sit sumenda non à verbis, sed potiùs ab effectu & mente, § 20 glos. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, nu. 10. fol. 625. vt æquabilior & magis congruens in dubio sit assumenda, §. 33 al. 50 glos. 1 in verbo, *Pour fondroit*, nu. 11. fol. 1108
in omni interpretatione principali intentio attendi debet, tit. 2 §. 25. nu. 25 fol. 1574
Interpretationem an liceat à rubrica sumere: vide in verbo, *Argumentum.*
Interpretationum illa semper præferatur, per quam contrarietas aut correctio vitiatur, tit. 2. §. 74. glos. 1. num. 69. fol. 1361
Inuentarium facere an teneatur curator aut commissarius, tit. 1. §. 9. gl. 6 in verbo, *Rendre compte*, nu 13. f. 382 curator ad lites, *ibid.* quid iuris in deputato ad custodiam plurium rerum, quæ occultari possent, nu. 14. fol. 383. vt sit caput & præambulum administrationis, nu. 22. fol. 385
Inuentarium potest fieri in alta iustitia, §. 117. num. 16. fol. 1687
Inuentarij promptè incepti principium trahitur ad tempus mortis, §. 117. nu 21. fol 1688
Inuentarium factum sine litteris regijs, nec vocatis creditoribus valet, §. 146. nu. 1. fol. 1719
Inuentarium sub beneficio debet fieri vocatis creditoribus sub programmate, §. 150. nu. 6. fol. 1736
Inuestiendi episcopos ius, vt ad Reges Franciæ pertineat, tit. 1. in rubr. nu. 26. fol. 13
Inuestitura facta lite diu durante si vasallus vendat vel donet, vel relinquat hæredes collaterales, tit. 1. § 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 58 fol. 1255. fructuarij vel coloni ad longum tempus, non autem coloni ad modicum prosit ad exclusionem retractus proximitatis, §. 1. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, num. 28. fol. 60. per fructuarium verò & colonum facta, vt ad magnum tempus valeat, *ibid.* Quibus casibus modici temporis hæc per colonum facta valeat, *ibid.* ad eam quando præsumi soleat colonus deputatus, num. 29. fol. 61. in nouo feudo non requiritur, sed sufficit in ea æquipollens inuestitura, §. 1. glos 5. in verbo, *Le fief*, num. 42. fol. 151. ordinaria vt differat à prouisionali, §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, num. 2. 29. & 33. fol. 1236. 1244. 1245. per manum supremam vt perinde valeat, ac si ipsemet dominus feciffet, §. 60 glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, n. 64. f. 1257. superioris patroni subuasallis concessa, vt tunc sit temporalis, & ipso iure finiatur vasallo inuestito, quãdo à subuasallis iura vtilia debentur patrono immediato, §. 55. gl. 8 in verb. *Retenir bailler*, n. 2. f. 1197. vt non sit actus alie-

nationis, sed administrationis, §. 1 glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 26. fol. 59. vt perpetuam approbationem importet, §. 41. al. 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 73 fol. 1160. vt non possit procurator habens mandatum ad renouationem inuestituræ, inuestire ecclesiam, vel aliam manum mortuam, & sic inuestiendi mandatum restringatur ad personas habiles & idoneas, num. 74 fol. 1160

Inuestituræ censuariæ & feudalis quæ sit differentia, tit. 1. §. 1. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 27. fol. 60

Inuestituræ confirmatio facta per Papam etiam cum clausula, *Ex certa scientia*, vt eam non inualidet inuestituram, nec præiudicet tertio, tit. 1. § 8. gloss. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 90. fol. 342. petendæ tempus quando currere incipiat, § 7. glos. 1. in verbo, *Iusqu'à quarante iours*, num. 5. fol. 294. vt non currat nisi à die scientiæ, §. 1. glos. 7. in verbo, *Explaicter*, nu. 2 & 4. fol. 190. 191. propriæ & renouationis quæ sit differentia, §. 12. glos. 1. in verbo, *Prescription*, nu. 27. & 28. fol. 436. tenor vt deroget legi & naturæ feudorum, §. 8. glos. 1 in verbo, *Denombrement*, nu. 102 in fi. fol 347

Inuestituræ quæ sint propriæ, tit. 1. §. 12. glos. 1 in verbo, *Prescription*, nu 28 fol. 437

ad Inuestituram quando plures concurrunt quid iuris, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 100. fol. 811

Inuestiturarum feudorum regalium vt ad ipsum regem spectet cognitio, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 105. fol. 814

Inuestituræ debetur solidus ab omni singulari quoque titulo successore, & pro minima parte rei, etiam ab hærede testamentario, sed non à legitimo, tit. 2. § 78. glos. 6 nu. 1. fol. 1515. originalis tam in feudo quàm in censu semper attenditur, §. 74. glos. 2 nu. 4. fol. 1397

Inuestitura data emptori, qui emit sub facultate redimendi, non prodest cessionario venditoris qui retrahit, quin retractui dominico, & omnibus iuribus locus sit, tit. 2 § 78. glos. 1. nu. 128. 129. 130. & 131. fol. 1466.1467. non requiritur vt quis vitet damnum, sed tantum vt consequatur lucrum, §. 82 glos. 1. nu 14. fol. 1523

Inuestire an teneatur dominus requisitus? tit. 2. §. 82. gloss. 1. nu. 25. fol. 1524. & vtrum ante solutionem pretii pendente dilatione inuestire teneatur, § 78 gl. 1. nu. 45. f. 1441.1442

Ioanna pseudopontifex quamdiu regnarit, tit. 1. in Rubr. nu. 26. fol. 14

Italiæ ciuitatibus an iurisdictionem possit auferre Imperator. tit. 1. in rubr. nu. 28. fol. 15

Item dictio, vt non sit de se repetitiua, sed sermonis continuatiua, tit. 1 §. 55. glos. 1. in verbo, *Item en ce cas*, nu. 1 fol. 1177. hoc fallit quando per eam adiicitur præcedentibus verbis oratio imperfecta, nu. 2. fol. 1177

Iudex ecclesiasticus vt non possit cognoscere de feudo etiam inter clericos, tit. 1 §. 60. gl. 1 in verbo, *Par main souueraine*, nu. 19. fol. 1240. etiam si agatur de felonia clerici, nu. 20. fol. 1241. Regius vt solus antonomasticè ordinarius, tit. 1 §. 2 & 3 glos 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 11 fol. 153

Iudex vt exceptionem calumniosè obiectam contemnere possit: vide *Exceptionem*, vt vir bonus præsumatur, §. 47. glos. 1 in verbo, *Le dire de preud'hommes*, num. 5 fol. 1099. contra illius vel patroni actum vt non detur interdictum, §. 1. glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 44. fol. 125

Iudex ecclesiasticus de prahensione pro laudimiis inter clericos non cognoscit, tit. 2. §. 74. glos. 1. nu. 144. fol. 1382. condemnans in interesse debet eximere, ad quid refertur, ibid. num. 176. fol. 1391. ipsius authoritas non requiritur quatenus periculum est in mora: vide in verbo, *Mora*

Iudicis factum vt censeatur partis factum, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 62 fol. 790. & §. 60 glos 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 42. fol. 1249. & vt tantum operetur quantum factum à partibus, ibid. vide & §. 9 glos. 2. in verbo, *Dedans quarante iours*, nu 6. fol. 390

Iudicis imprudentia vt casui fortuito adnumeretur, tit. 1. § 18. glos 1. in verbo, *Arpent*, nu. 26. fol. 514. incompetentia vt non attendatur vbi periculum est in mora, § 9. glos. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 8. fol. 380. ordinarij & supremi differentia quæ, §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 3. fol. 1236. præsentia & authoritas est de forma & substantia publicationis, § 8. glos 1. in verbo, *Denombrement*, n. 65 fol 333 verba vt reducantur ad iuris intellectum, §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 16. fol. 1240

de Iudicis nudo præcepto quid iuris, tit. 1. §. 29. glos. 1. in verbo, *Main mise*, nu. 3. fol 740

Iudici vt non liceat via facti resistere reiecta doctorũ distinctione, tit. 1. §. 1. gl. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 35 f. 119

Iudicem Regium vt subditi inferiorum per se declinare nequeant, tit. 1. §. 2. & 3. gl. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 12. fol. 154

in Iudicem consentire vt non dicatur, qui petit recognitionem tituli, vel quid aliud simile, tit. 1. §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 26. fol. 1243

Iudice inferiore negligente qualiter superior se interponat, tit. 1. §. 2. & 3. gl. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 9. fol. 152

Iudices ἀκριβοδίκαιοι, hoc est *summo iure agentes*, tit. 1. §. 35. al. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, nu. 26. fol. 1122. temporales Ecclesiæ vt ligentur constitutionibus Regiis, §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 22. fol. 1241

in Iudices vt requiratur scientia & consilij maturitas iure diuino & naturali, tit. 1. §. 41. glos. 1. al. 2. in verbo, *Reputé âgé*, nu. 11. fol. 959

Iudicum inferiorum vt mandata specialia non generalia esse debeant, tit. 1. §. 1. glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 68. fol. 132

Iudicium latum super discussione catalogi, an præiudicet in alio iudicio, tit. 1. §. 10 & 11. glos. 1. in verbo, *Blasmer le dit denombrement*, nu. 15. fol. 413 414

Iudicum miseria, §. 126. nu. 5. fol. 1709.

Iudex potest ex officio supplere si rationes iuratorum suspectæ sint, § 79. nu. 2. fol. 1641

Iugeri etymon quale, tit. 1. § 18. glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 6. fol. 543. mensura seu quantitas antiqua, quæ ibid. moderna quæ item, nu. 7 fol. 544

Iugerum feudale cuius mensuræ esse debeat, tit. 1. § 18. glos. 1. nu. 5. fol. 543. si non sit vnum, vt totum cedat primogenito, salua tamen aliorum legitima, nu. 3. fol. 542. 543

Iuramentum interrogatorium exigentem non obligat, tit. 2. §. 73. glos. 3. nu. 14 fol. 1335. conditiones recipit, quos actus super quo interponitur recipit, §. 85. nu. 21 fol. 1573

Iuramentum deferens vt censeatur transigere, tit. 1 §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 31. fol. 989. atque ita in omni materia etiam pœnali in qua potest transigi, habeat locum iuramenti delatio, ibid. de soluendo vt impleatur compensando, §. 20 glos. 7. in verbo, *En payant*, nu. 10. fol 672. fidelitatis vt sit personalissimum, §. 55. glos. 5. in verbo, *Peuuent faire la foy*, nu. 1. fol. 1189. subuasallus autem qui semel iurauit patrono superiori vt non teneatur iterum iurare patrono immediato & inuestito, nu. 2 fol. 1189. necessarium vt non habeat locum in commisso vel ingratitudine, § 43 glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 33 fol 989. vt locum habeat ad declarandum rem esse feudalem vel censuariam, nu 36 fol. 990. per creaturas vt prohibitum, in rubr. nu 97. fol. 38. vt intelligatur secundum conditionem rei subiectæ, & rebus sic stantibus, §. 2. & 3. gl. 4 in verbo, *Serment de feauté*, nu. 6. fol. 261. vt non sit probatio, sed leuamen probationis, §. 43. glos. 2. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 35. fol. 990

Iuramenti fidelitatis actualis præstatio, vt non sit de substantia feudi, sed ex eius tantum natura, tit. 1. §. 2. & 3. glos. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 1 fol. 259

Ius Canonicum vt non habeat vim legis in Galliæ regno, respectu temporalium etiam ecclesiasticorum bonorum, t. 1. §. 43. gl. 1. in verb. *Qui desnie le fief*, nu. 39. & 40. fol. 991. 992. commune Francorum an sint constitutiones regiæ, in rubr. nu. 106 fol. 44 patronatus an sit in fructu, & transeat cum vniuersitate, §. 1. gl. 1 in verb. *Le seigneur feodal*, nu. 5. fol. 51. prahendendi vt transeat ad vsufructuarium & colonum ad longum tempus, § 1. gl. 1. n. 35. fol. 61. Romanum siue scriptum vt interdum obseruetur in Prouinciis Galliæ quæ sunt iuris consuetudinarij, in rubr. nu. 110. fol. 45 idem ius Romanum vt non sit ius commune, nisi in iis prouinciis quæ iure scripto reguntur, in rubr. nu. 107. fol. 44

Ius singulorum vtrum sit consuetudo: vide in ver. *Consuetudo*.

Ius suum nemo iudicem adeundo deterius facere debet, tit. 2. §. 74. glos. 1. nu. 107. fol. 1372

Iuris rigor vt seruari non debeat erga vasallos, tit. 1. §. 33. gl. 1. in verb. *Droict de relief*, n. 89 fol 805. theoremata vt sint ad praxim resoluenda, §. 1. gl. 3. in verb. *Peut*, n. 4. fol. 88. theoriæ quanta circumspectione ad negotiorum decisionem adaptandæ, §. 20 glos. 7 in verbo, *En payant*, nu. 7 fol. 671

Iuri accrescendi non est locus inter coniunctos coniunctione legali, tit. 2 §. 78. glos. 4. nu. 37. fol. 1508

in Iure multa prohibentur quæ facta tenent: vide in verbo, *Prohibentur*.

de Iure conseruando vbi agitur, vt non referat à quo soluatur, vel seruitium præstetur, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 152. fol. 842

Iure vno sublato vt remaneat aliud, tit. 1. §. 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 40. fol. 232

de Iure præcipui primogenito debiti, vide infrà in voce *Præcipuum*.

Iura Canonica vt non ligent in præiudicium sæcularis iurisdictionis tit. 1. §. 51. gl. 2. in ver. *Iouer de son fief*, n. 66 f. 1158. formata quæ, §. 13. gl. 3 in verb *Pour son droit d'aisnesse*, nu. 1. fol. 481. incorporalia feudi per quem administrentur feudo vasalli prahenso, §. 9. gl. 5 in verb. *Saisir*, n. 3. f. 365. municipalia, vt nullo modo concernant iura adgnationum, nec successionem testati aut intestati, item nec dotiũ, contractuum aut retractuum, sed tantũ munera Reip. præstanda, vel singularia quædam, in rubr. n. 109. fol. 45. pecuniaria, & operæ mechanicæ vt alij possint cedi & delegati, §. 1. gl. 3. in verb

Pour, nu. 28. fol. 98 vt non tollantur per non vſum, §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſuis le fief*, num. 26. fol. 986. vtilia feudi, vt ſint relevia & quinta pars pretij, §. 2 & 3. gloſ. 5. in verbo, *Ont fait ou payé*, nu. 1. fol. 285. vt ſint hæc vtilia acceſſoria honorificorum, ſed æquè principaliter, §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 9. fol. 953

Iura feudalia non debentur in donatione facta filiæ, §. 159. nu. 1. fol. 1749

Iura feudalia non debentur niſi ex cauſa venditionis vel permutationis, §. 159. nu. 2. fol. 1749

Iurandi beneficium vt excludatur à contraria præſumptione, tit. 1. §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 29. fol. 389

Iurare ſubditi domino ſuo fidelitatem vtrum teneantur, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 6. fol. 251

vt Iuretur in litem aduerſus eum qui rationum liburum non confecit, vel qui non exhibet, tit. 1 §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 34. fol. 390

Iuramentum in litem facilius admittitur contrà vitricum & nouercam quam contrà patrem & matrem, §. 117. nu. 1. fol. 1683

Iurez ſont arbitri, §. 79. nu. 1. fol. 1641

Iurium confuſorum reſtitutio vt fieri debeat in ſpecie, tit. 1. § 20 gloſ. 5 in verbo, *Vendo*, nu. 42 fol. 653

Iuribus priuatis an competant remedia & priuilegia pro iuribus dominicalibus introducta, tit. 1. in rubr. nu. 3. fol. 5

Iuriſdictio adquiſita per vaſallum & feudo adiecta, vt feudo non cedat, nec poſſit in eam dominus manum iniicere, nec etiam ea tranſeat in ipſo feudo alienato, tit. 1 §. 2. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 44. fol. 152

Iuriſdictio caſtri, vt non ſit præcipua primogenito, tit. 1. §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vent choiſir*, nu. 24 fol. 534. etiam regia vt competere poſſit impuberi vel infanti in proprietate & titulo, ſed non in exercitio, tit. 1. §. 41 gloſ. 1. al 2. in verbo, *Reputé âgé*, nu. 12. fol. 660 vnde videre eſt quæ ſit differentia inter iuriſdictionis dominum & exercitium. In natiua ſui poteſtate qualis, §. 1. gloſ 5. in verbo, *Le fief*, nu. 64 fol. 160. ordinaria vt non deuoluatur ad ſuperiorem ex negligentia: ſed bene iuriſdictio competens de iure ſpeciali, §. 2 & 3. gloſ. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 13 & 14. fol. 254. ſuprema vt ſit tam à corona regni inſeparabilis, quàm rei eſſentia ab ipſa re, §. 2. & 3. gloſſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 16. fol. 265. hæc ſuprema vt in dubio non tranſeat, niſi pro prima inſtantia, § 1. gloſ. 3. in verbo, *Le fief*, nu. 50. fol. 154. vt inſit toti territorio, quamuis in caſtro poſſimum reſplendeat, §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vent choiſir*, nu. 26. fol. 534. an in plures dominos diuidi poſſit, *ibid.* qualiter diuidi debeat, nu. 27. fol. 535. vt nihil habeat commune cum nexu feudali, §. 33. gloſſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 105 fol. 814. vt non poſſit ſubinfeudari, nec multiplicari ſine authoritate ſuperioris, §. 19. & 20. gloſ. 2. in verbo, *Droict d'acreſſe*, nu. 4. fol. 561. vt per ſe ſubſiſtat, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu 44 fol. 152. & §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 13. fol. 1294. vt poſſit eſſe ſine territorio, & è contra, §. 1. gloſ. 5. fol. 152. vt tranſeat cum vniuerſitate caſtri, *ibid.* nu. 45. fol. 153 vt nihil habeat commune cum prædiorum proprietate, *ibid.* vt adhæreat caſtro veluti capiti territorij, *ibid.* vt non præſumatur eſſe feudalis, nec de pertinentiis caſtri, nu. 46. fol. 153. vt ſit ad tuitionem & commodum ſubditorum, §. 2. & 3. gloſ. 3 in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 6. fol. 251. quemadmodum ſit patrimonialis, & in dominio noſtro, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 62. fol. 159

Iuriſdictionis certos habent gradus, vt eos non poſſit multiplicare delegando vel ſubdelegando, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 52. fol. 156

Iuriſdictionis verbo, vt intelligatur ſimplex iuriſdictio, non autem merum aut mixtum imperium, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu 48. fol. 154. vnde iuriſdictionis conceſſio de ſimplici intelligenda, *ibid.*

ad Iuriſdictionem fundandam vt titulus actionis inſpiciatur, non autem media concludendi, tit. 1. §. 45. gloſ. 1. in verbo, *A mis en main*, nu. 4. fol. 1068

Iuriſdictionem in vaſallos qui domini habeant, tit. 1. in rubr. nu. 1. fol. 5

Iuriſdictione conceſſa etiam in proprietate, vt vnicus tantum gradus iuriſdictionis intelligatur conceſſus, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 50. fol 155

in Iuriſdictione vt non ſuccedatur pro rata territorij, tit. 1. §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vent choiſir*, nu 27. fol. 535

In Iuriſdictione feudi vt nemo (præter Regem) ſuam intentionem fundatam habeat, niſi probet, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 46. fol. 153

Iuriſdictione omnimoda & plena conceſſa, vt intelligatur quoque merum & mixtum imperium conceſſum, *ibid.* nu. 48 fol. 154

Iuriſdictiones omnes vt fluant à Principe, tanquàm à mari, & in eum refluant, tit 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 49. fol. 154. vt poſſint in Gallia pignorari, vendi, diuidi, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu 62. fol. 159

Ius acceſcendi non poteſt prohiberi inter communes, §. 120 nu. 1 fol. 1689

Ius retentionis eſt reale, §. 128. nu. 17. fol. 1706

Iuſtinianus Magnus vt Romam & Italiam imperio ſuo ſubiecerit, tit. 1. in rubr. nu. 34. fol. 17. non tam liberauerit quàm deſolarit, nu. 37. & ſeqq. fol. 18

Iuſtinianus Magnus, vt nunquam dominatus ſit Germanis Gallis, nec Hiſpanis, tit. 1. in rubr. nu. 24. & ſeq. fol. 12

Iuſtitia naturalis vim legis habet, nec loco clauditur, tit. 2. §. 83. & 84. nu. 44. fol. 1549

ex Iuſtitiæ & ſacerdotiorum nundinatione quanta mala: vide *Nundinatione*.

Iuſtitiæ fundiariæ effectus vnus, tit. 20 § 74. gloſ. 1. nu. 164 fol 1387

L

Labor & opera vt minuant fructus: vide *Fructus*, vt ſine ſpecies ſumptus, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, num. 100. fol. 173

Labours & ſemences faiſt les vns terre, non ſunt mobilia, imo debitum reale, §. 128. nu. 15. fol. 1706

Læſio quando requiratur, vt ſit locus reductioni ad arbitrium boni viri, tit. 1. §. 47. gloſ. 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 5. & 6. fol. 1093. vltra vel citra dimidiam iuſti pretij quomodo metienda, § 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 46. fol. 777. vbi confutatur error pragmaticorum de læſione.

Lateranenſis concilij tempus, & eius deciſio circa feuda decimarum, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 16 & ſeqq. fol. 1296. cur vocetur Concilium Lateranenſe, nu. 19. fol. 1297 ſancti Ioannis Lateranenſis Eccleſia vt ſit maior & principalior Romæ, *ibid.* vt Papa in d. concilio non potuerit derogare nec limitare ius laicis adquiſitum in decimis illis infeudatis ante *ibid.*

Laudatiuum feudi differt à laudatiuo cenſus, tit. 2. §. 76 gloſ. 1. nu. 2. fol. 1405. eſt pars pretij in cenſu, vt in feudo, nu. 2. & 3 fol. 1405

Laudimium quid & vnde, tit. 2. §. 76 gloſ. 1. nu. 1 fol. 1403

Laudimium nonum vtrum debeatur de tenenditione, tit. 1. §. 33. gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 12. fol 760

Laudimia cenſualium prædiorum vt ſint patroni pendente feudi præhenſione, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. in verbo, *Enlay payant*, nu. 47 fol. 1220. gabellæ & id genus iura vt ab acquirente ſolui debeant, §. 33. gloſ. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 7 fol. 855

Laudimia & venæ quomodo propriè differant, tit. 2 § 76. gl. 2. nu 4. fol. 1405 ſæpe confundi, nu. 5. fol. 1405. eorum proprium ſubiectum eſt venditio & emptio ipſius rei cenſuatæ. § 78. gl. 3. nu. 2. fol. 1489 & §. 84 nu. 1. fol. 1535. eorum iura ſtricte intelligenda, §. 78. gloſ. 3. n. 4. fol. 1489. in dubio quæ & quota debeantur, § 76. nu 10 & 25. fol. 1407. 1410. quem ſoluenda, nu. 8 fol 1407. in qua moneta, §. 78. gl 5. n. 1. fol. 1511. in illis quomodo conſideretur onus rei impoſitum vel remiſſum in vendendo, nu. 6. & 7. fol. 1512. 1513. & quæ computentur, vel non §. 76. nu. 34. & 35. fol. 1412

Laudimiis locus eſt, etiam ſi res vendatur ad onus redditus redimibilis incerto pretio, tit. 2 § 83 & 84 nu 67. fol. 1555

Laudimiorum onus ſolius eſt emptoris, tit. 2. §. 78 gl. 2. nu 1. f. 1483. amplia, nu. 4 fol. 1485. limita, nu. 1. f. 6. & 7. f. 1485. 1486

ſuper Laudimiis reddituum vetus contentio arreſto decita, tit. 2. §. 83. & 84. nu. 2 & 3. fol. 1535

vt Laudimia quanta ſint ſciatur, cuius impenſis fiat æſtimatio prædiorum, tit 2. § 78. gloſ. 4. nu. 39. & 41. fol 1509. & gloſ 3. nu. 17. fol. 1493

Laudimiorum iura in pura venditione ſtatim à contracta concluſo ante vllum implementum ſunt Domino acquiſita, in venditione verò conditionali non incipiunt deberi niſi conditione extante, tit. 2 §. 78. gl. 1. nu. 40. f. 1440. quid iuris de venditione in diem, nu. 41. 42. & ſeq. f. 1440. 1441

ad Laudimia prætenſi liquidandi tenetur is, qui emit ad onus prætenſi redditus, tit. 2. §. 84. & 85. nu. 12. fol. 1570. limita, nu. 23. fol. 1570

Laudimia non augent ſumptus etiam per emptorem ſoluendi, tit. 2. §. 78. gloſ. 5. nu. 4. fol. 1512

Laudimia eundo fundo per dominum directū reſtitui debent, & quatenus ſint reſtituēda, tit. 2 §. 78. gl 1. n. 23. 25 & 26. f. 1436

Laudimia non augent monilia vel iocalia vxori aut filiis venditoris data, quanquam ſi moderata ſint, retrahens oneretur, *ibid.* nu. 4. 136. fol 1468. quid de vxore venditoris aliquo accepto ratificante, *ibid.* n. 138. fol. 1468 quid ſi emat à proprietario, & poſtea à fructuario, *ibid.* nu. 142. fol. 1469

Laudimia nulla prædiorum cenſualium à Rege mouentium debent Secretarij Regis, tit. 2. § 73 gloſ. 3. nu 7. fol. 1334

Laudimia non poteſt dominus petere, quamdiu non vult inueſtire, *ibid.* nu. 8. fol. 1334

acquirens ius creditoris, deinde dominium à debitore, de vtroque Laudimium debet, etiamſi gratis habuit à creditore, tit. 2. §. 78. gloſ. 3 nu. 24 & 25. fol. 1494

Digitized by Google

Laudimis non debet emens à poſſeſſore & tertio poſſidente quamdiu tertius ille poſſidet, *ibid.* nu. 12 & 13 fol. 1492. vt nec emens ad onus vſusfructus vel alterius oneris non mobiliaris, niſi illud onus eſſet redimibile, §. 83. & 84. nu. 14 fol. 1540

Laudimia etiam non debentur, ſi cenſuarius dat fundum in perpetuum fundiarium reddituum, niſi pro rata pecuniæ, ſi quam recipiat, nec poſtea vendito fundo ad onus pro rata redditus, ſed dominus petet indemnitatem, *ibid.* num. 16. 17. & 18. fol. 1540. 1541 idem ſi cenſuarius conſtituit perpetuam ſeruitutem, nu. 19 fol 1541. vel legat redditum perpetuum, nu. 21. fol. 1542 idem ſi res vendatur ad onus ſimplicis hypothecæ redditus, etiamſi venditor cedat ei iura euictionis & recurſus qualia habet, nu. 10. & 11. fol. 1539. idem de emente à domino cenſuario, §. 78. gloſ. 2. nu. 5 fol. 1485. idem de aſſignatione ipſius rei cenſualis vel portionis, quæ fit in diuiſionibus & de aſſignatione redditus ſuper re cenſuali, nu. 11. fol. 1487. idem de conſtitutione, vel redemptione, vel ceſſione quorumuis reddituum ſuper prædiis cenſualibus, §. 83. & 84. nu. 1. 40. & 74. fol. 1535. 1548. 1547. & quid de redditu redimibili ad rationem quindecimæ, vel ad rationem viginti in vnum? n. 75 & 76. fol. 1557 1558. idem de venditione fructuum vel vſusfructus, §. 78 gloſ. 1. n. 12. fol. 1434. & de venditione nulla, vel quæ retro annullatur, vt etiam dominus teneatur reſtituere, quatenus locupletior, *ibid* nu. 13. & 15. fol. 1434. limita, nu. 16 fol. 1435. idem etiam dicendum de emphyteuta ad longum tempus locante, §. 82 gloſ. 1. nu. 8. fol. 1521

Laudimia debet venditor ex pacto, tit. 2. §. 78. gloſ. 2. nu. 1. fol. 1483

Laudimia vnica debentur, ſi in primo emptore fuit inefficax emptio, tit 2. § 78 gloſ. 3. nu. 27. 28. & 29. fol 1495. 1496

Laudimia interdum duplicia debentur ex vnica pretij numeratione, §. 78. gloſ. 1. nu. 30. fol. 1496

Laudimia nona non debet emptor redimens conductionem retentam à venditore, ſi iuſto pretio emerit, *ibid.* nu. 32. f. 1497. quid iuris, ſi quodam pretio accepto remittat ius conductionis? nu 33. fol. 1497

Laudimia ſi pretio dato remittatur facultas redimendi, ſtatim de vtroque pretio, & fundi, & dictæ facultatis redemptæ debentur, tit. 2 §. 78 gloſ. 1. nu. 32. fol. 1444

en Laudimia debeantur ex venditione facta ad modicum tempus ſub pacto redimendi? *ibid.* num. 47. 48 & multis ſeqq. vbi addumtur limitationes, ampliationes, & fallentiæ, fol. 1442. 1443. an etiam ex quauis rei æſtimatione debeantur, tit. 2 §. 78. gloſ. 1 nu. 100. & multis ſeqq. fol. 1456. an ex ſimplicis prælationis emptione? *ibid* num. 96. fol. 1455. an ex redemptione vexationis, §. 78 gloſ. 3. nu. 25. fol. 1493. an ex venditione alicuius rei communis ab vno alteri ſocio facta cum onere ſoluendi debita communionis? nu 8. 9 10. 11. 12. & 13. fol. 1491. 1492. an ex redditu redimibili, §. 84. nu. 14. & 25. fol. 1543. & an ſtatim ſolui debeant pro rata redditus? nu 26. 27 & 28. fol 1544. an ex redditibus fundiariis ad tempus, *ibid.* nu. 58 & 59. fol. 1555. an ex prædio ſubhaſtato ad onus donatj redimibilis? *ibid.* nu. 78 fol. 1558 an ex venditione ad tempus, & de venditione vſusfructus perpetui vel locationis perpetuæ? §. 78 gl 1. n. 183. & 184. fol. 1481. vtrum ex venditione tantum ſtrictè ſumpta debeantur laudimia? §. 78. gloſ. 2. nu 2. & 3. & ſeqq. fol. 1431. amplia, nu 11. fol. 1434 limita, nu. 12. 13. 14. & 15 fol 1434. vtrum etiam ex promiſſione vendendi? *ibid.* nu 78 79. & ſeq. fol. 1450. item ex venditione ſiue recuperatione, quæ fit ex vi pacti? num. 97. 98 & 99. fol. 1455

vtrum Laudimia debeat retrahens agnatus à domino, eoque emptore tit 2. §. 78 gloſ. 1. nu 112 fol 1460. vtrum colono deducere debeat dominus ſi ſubfeudum emerit dependens à feudo, quod locatum eſt à colono? num. 113 fol. 1460. vtrum debeantur ſi domus, vel alia quælibet res domino directo & Titio communis, quæ commode diuidi non poteſt, ſubhaſtationi ſubiiciatur extraneis etiam licitatoribus admiſſis, Titióque plus offerenti adiudicatur, n. 154 & ſeq. fol 1472 quid ſi extraneo licitanti adiudicetur? nu. 158 fol. 1473 quid ſi etiam dominus directus non ſit ſocius, nec licitator, ſed ſint cohæredes, & vni eorum adiudicetur domus? nu 170. 171. & ſeqq. vſque ad nu. 180 f 1477. 1478

Laudimia vtrum debeantur ex venditione facta ſub pacto addictionis in diem, an ſub lege commiſſoria? *ibid.* num 162. 163. & 167. fol. 1475. vtrum debeantur ſi in re accepta in emphyteuſim emphyteuticarius pecuniarios ſumptus magnos fecerit? nu. 180 & ſeqq, fol 1480. vtrum etiam debeantur ex molendino quod ex fundi ſolo erutum eſt & venditum, nu. 191. fol 1484. vtrum ex ſuperficiei venditione? *ibid.* vtrum ex permutatione? § 78. gloſ 2. nu. 6. fol. 1485. limita & amplia, nu. 7. 8. 9. 10. 11. & 15 fol. 1486. & de variis conſuetudinibus, nu. 13 & 14 fol. 1488. vtrum ex iure in re venditoſ § 78. gloſ. 3. nu. 3. fol. 1489. vtrum etiam debeantur ex iure ad rem vendito? quæſtio argumentoſiſſima, nu. 4 fol. 1489. pro affirmatiua, nu. 5. & 6. fol. 1490 pro negatiua, nu 7 & 8. f. 1491. diſtinctio, nu. 9. fol 1491. ſoluto, nu 10. fol. 1491. & an referat ſi quis emat à domino & poſſeſſore, vel ſolo poſſeſſore vel habente actionem etiam efficacem? nu. 10. 11. 12. & 13 fol 1492 vtrum domino vno repudiante cæteris adhereſcant, §. 78 gloſ 4. nu. 36 37. & 38. fol. 1508. vtrum ad rationem conuenti pretij, an verò ſoluti tantum ſoluenda ſint? §. 78. gloſſ. 5. nu. 2. & 3 fol 1511. & 1512

pro Laudimiis vtrum poſſit dominus litteras acquiſitionis retinere: vide in verbo, *Litteræ*.

Laudimia non debentur de licitatione inter cohæredes, §. 189. nu. 4. fol. 1782

Legatum proprietatis non eſt reſtringendum ad nudam, tit. 2 §. 78 gloſ. 4. nu. 19. fol. 1504. niſi ex adiunctis vel materia ſubiecta, nu. 20. fol. 1504

Legatum annuum in dubio eſt ad vitam, tit. 2 § 84. num. 21. fol. 1542

Legatum factum domino caſtri vt debeatur proprietario & non ſuperioti illud poſſidenti ex defectu hominis, tit. 2. §. 55 gloſ 6. in verbo, *Au ſeigneur*, nu. 3 fol. 1192. vel fideicommiſſum an poſſit reſtitui ante diem vel conditionem, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu 114. fol. 819. vel ſtipulatio fructuum futurorum, vt intelligatur de primo anno, nec ſuppleatur ex ſequenti, §. 57 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal vent*, nu. 1. fol. 1225. vt in dubio cenſeatur purum, §. 55 gloſ. 1. in verbo, *Item en ce cas*, nu. 8. fol. 1179

Legati repudiatio vt retrotrahatur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuie le fief*, nu. 160. fol. 1050

in Legato in diem vel ſub conditione, vt debeatur vnum relevium ab hærede, aliud à legatario, tit. 2. §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 111 fol 818. vt in eo non retrotrahatur dies vel conditio, *ibid.* ponderetur vt inſpiciendum ſit tempus mortis teſtatoris, §. 1. gloſ. 5. verbo, *Le fief*, nu. 17. fol. 142

Legata cui res eſt vel donata ſub onere ne exeat de manu eius, dato ſubſtituto, vt non prohibeatur locare ad modicum tempus, tit. 2 §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 5. fol. 755

in Legatis vt non fiat latior interpretatio quàm in contractibus, tit. 1. §. 19. gl. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 4. fol 561

Legatarius feudi offendens patronum, vtrum amittat feudum, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuie le fief* num. 160. fol 1050

Legatarij hæres vtrum debeat duplex relevium, tit. 1. §. 33. gl. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 108. & ſeq. fol. 816

in Legatarium & fideicommiſſarium verum dominium recta tranſeat, tit. 1 § 33 gloſ. 2. in verbo, *Droict de relief*, num. 108 & ſeq. fol. 816

Legatum vſusfructus omnium bonorum valet, ſi minus eſt quam legatum proprietatis quintæ partis, §. 92. nu 2. f. 1650

Legatum propriorum non valet niſi cauſa remunerationis quæ innoteſcat, §. 92 nu. 8. fol 1652

Legata debentur etiamſi hæreditas non ſit adita, §. 93. num. 1. fol. 1653

Legatum fructuum decem annorum eſt ſemper intra quintam, §. 93. nu. 6. fol. 1654

Lex interpretatiua, relatiua vel æquiparatiua vt extendatur ad omnem caſum legis interpretatæ, relatæ vel æquiparatæ, tit. 1. § 27. gl. 1. in verbo, *En auancement*, nu. 7. fol. 726.

Lex omnis vt ita ſemper interpretari debeat, vt ſit bona & æqua, tit. 1 §. 13. gloſ 4 in verbo, *Principal manoir*, nu. 8. & 9. fol. 501. Pompeia de parricidiis vt ceſſet inter ingratos, §. 41. gloſ. 1 in verbo, *Qui deſuie le fief*, nu 2. fol 977. lex *ſi vnquam*, *C. de reuoc. donat* vt non habeat locum in renunciatione hæreditatis, §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Pour*, nu. 12. & ſeq. fol 91. vbi præcisè loquitur, vt non liceat citra nec vltra progredi, §. 31. gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 17. fol. 762. vt extendatur ad amplitudinem rationis, §. 55 gloſ. 10. in verbo, *En luy payant*, nu. 33. fol. 1214. vt intelligi debeat in caſu dubitabili, §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iolier de ſon fief*, nu. 15 fol. 1136. atque ita punctuari vt caſum dubitabilem decidat, *ibid.* vt non debeat ad iniquum compendium per occaſionem trahi, § 33 gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 134. fol. 831

Legis commiſſoriæ verba, vt non ſint de forma contractus, 2. 1. §. 33. gl. 2 in verb. *Aliené à prix d'argent*, nu. 11. fol. 858. eiuſdem vulgaris formula vt non ſit de forma, ſed ſufficiat verba æquipollentia, vel executionem facti importantia, *ibid.*

Legem rationabilem eſſe in ſingulis generum quid iuris, tit. 1. §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu 11 fol 954

Legum virtus vt in inductione conſiſtat, tit. 1. §. 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de fraute*, nu. 36 fol. 274

Legibus regiis vt omnia poſſidentur, tit. 2. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iolie: de ſon fief*, nu 89. fol. 1166

Legionis regnum vt ſit antiquius & nobilius regnorum Hiſpaniæ, tit 1. §. 41. gl. 1. al. 2. in ver. *Reputé égſ*, n. 3. f 957. eiuſdem regni rex à quo tempore Catholicus dictus, n. 7. f. 958 959

Legitima vt præferatur iuri primogenituræ, tit. 1. §. 13. gloſ. 4 in verbo, *Principal manoir*, nu. 7. fol. 959

Digitized by Google

INDEX IN COMMENTARIOS

Legitimæ augmentum vt etiam locum habeat in filiis legitimatis, tit. 1. 13 glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 52. fol. 475. eiusdem & iuris primogenituræ quis sit ordo & quæ ratio deductionis, tit. 1. §. 13. glos. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 6. fol. 500. eius taxatio vt sit de iure positivo, §. 13. glos 3. in verbo, *Pourfon droit*, nu. 11. fol. 486

Legitimam in quantitate & æstimatione an secundogeniti teneantur accipere, tit. 1. §. 13. glos. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 14. fol. 504

Legitima diuerso modo deber æstimari § 93. nu. 5. fol. 1654

Legitima filius donatarius an faciat partem in legitima, §. 114 nu. 8. fol. 1702

Legitima debetur solo hæredi, §. 125. nu. 1. fol. 1701

Legitimatio generalis vt sufficiat in feudis hæreditariis, tit. 1. §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, num. 40. fol. 469. vt non retrotrahatur in tertij præiudicium, §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 35 fol. 466. vt retrotrahatur in quibus, non est alij ius quæsitum, §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu 37 fol 467

Legitimationem vt non impediat matrimonium intermedium, tit. 1. §. 13. glosl. 1. in verbo, *Le fils aisné*, num. 34. fol. 465

Legitimatus an habeat beneficium statuti excludentis filias, tit. 1. §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 43 45. 47. & 50. fol. 470. 473. 474. per principis rescriptum, verum consequatur ius primogenituræ, §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 38. fol. 468. si fuerit legitimatus specialiter ad feuda, vt non censeatur legitimatus ad feudales dignitates, *ibid.* per rescriptum verum in iure primogenituræ legitimatis postea natis præferatur, §. 13. glos. 1 in verbo, *Le fils aisné*, nu. 54. fol. 476

Legitimatio per rescriptum vt non habeat ius primogenituræ, tit. 1. 13. glos. 1. nu. 41. fol. 469. verum consequatur ius primogenituræ & præferatur legitimis, nu. 34 fol. 465. vt sit verè legitimus & in omni dispositione veniat appellatione filij legitimi, nu. 44 fol. 471

Legitimati & legitimè nati differentia, tit. 1. §. 13. glos. 1. nu. 36. fol. 466

Legitimati in dignitatibus & regalibus verum succedant, nu. 36. fol. 467

Legitimati per oblationem Curiæ, & legitimati per rescriptum differentia, *ibid.* nu. 42. fol. 469

Legitimato per rescriptum, si solus sit, an competat ius primogenituræ, tit. 1. §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 51. fol. 474. hoc autem ampliatur nedum in plenè legitimato, & natalibus restituto sine restrictione, sed etiam in legitimato sub modificationibus solitis in cancellaria, nu. 51. fol. 475

Legitimati vt debeant reuerentiam legitimè natis, *ibid.* nu. 47. fol. 473

Legitimatorum simul plurium vt ætate maior habeat ius primogenituræ, *ibid.* nu. 37 fol. 467. vt sint quidam de iure communi, quiam de iure speciali, quidam etiam contra ius legitimati, nu. 49. fol. 474

Legitimitas seu legitimatio vt sit quadruplex, nu. 54. fol. 476

Legitimati vt non possit naturalis ad feuda, nu. 39. fol. 468

Legitimè natus vt habeat ius primogenituræ priuatè ad prius legitimatum, & prius natum, hoc est, licet supersit alius natu, & legitimatione prior, nu. 54 fol. 476

Leo Papa vt iurauit Lothario Regi Francorum fidelitatem, tit 1. in rubr. num. 32. fol. 17. vt à Rege Francorum Reatinam Ecclesiam impetrauerit, nu. 26. fol. 14. vt maiestatis accusatus apud ipsum Regem causam dixerit, *ibid.*

de Leporariis quid iuris, tit. 1. §. 13. glos. 5 in verbo, *Le lardin*, nu. 4. fol. 506. an sub mansione principali complectantur, *ibid.*

de Leuatione manus: vide in verbo, *Manus*.

Liberario vt trahat secum executionem, tit. 1. §. 35. glos. 2. in verbo, *En faisant la foy*, nu. 20. fol. 928

Liberi conditionatæ seruitutis qui, tit. 1. §. 2. & 3. glos. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 3. fol. 250

Liberi ingrati possunt exhæredari §. 137 nu. 1. fol. 1719

Liberi ex priore matrimonio non impediunt mutuam donationem §. 155. nu. 6 fol. 1743

Liber Æstimi ab officialibus confectus vt probet, tit. 1 §. 8. glos. 1. in verbo, *Desmembrement*, nu. 23. fol. 315

Liber rationum mercatoris quemadmodum fidem faciat, *ibid.* num. 19. & 20. fol. 314

Libri censuales seu terragiorum computorum an probent, nu. 18. fol. 313. quemadmodum probent, nu 23. fol. 315

Libri confecti à publicis officialibus in iis quæ concernunt eorum officium, vt plenè probant, *ibid.* nu. 23 fol. 315

Libri publicanorum vt probent solutam vel debitam gabellam, nu. 23. fol. 315

Librorum censura vt à Pontificibus fuerit iniuriosè exacta, tit 1. in rubr. nu. 78 fol. 32

Libris antiquis & ordinatè scriptis vt magis credatur, tit. 1. §. 8 glos. 1. in verbo, *Desmembrement*, nu 21. fol. 314

Liberi vel descendentes masculi, vt in vltima voluntate (sine in dispositione, siue in conditione positi reperiantur) de masculis descendentibus ex masculis interpretari oporteat, tit. 1. §. 25. glos 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 6 fol 717. hoc tamen fallit, vbi institutio vel substitutio inciperet à fœmina, nu. 7. fol. 717

Liberorum masculorum appellatione, quomodo intelligendum non contineri liberos masculos ex fœmina, tit. 1. §. 25. glos. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 3. fol. 715

Liberi verbum vt vtrumque genus comprehendat, tit. 1. §. 19 glos. 1 in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 2. fol. 560

Liberis vt sit parentum hæreditas quasi debita, non è conuerso, tit. 1. §. 2. & 3 glos. 2. in verbo, *Descendans*, nu. 1. fol 145

Libertas & legitimatio vt propter ingratitudinem amittatur, tit. 1. §. 43 glos. 1. in verbo, *Qui desaisit le fief*, nu. 3 fol. 978

Licitatio domus differt à subhastatione §. 187 nu. 3. f. 1782

Licitum ab illicito & è contra vt sit separabile in eodem contractu, quando neutra pars læditur, tit. 1. §. 5. glos 2. in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 49 fol. 1150

Ligius vt non possit quis esse vasallus plurium, diuersorum etiam feudorum ratione, tit. 1. §. 1. glos. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 6. fol 139. vt possit plurium esse, nu. 7. fol 140

Ligna secta per vasallum ante feudi præhensionem, iacentia tamen, verum præhendi postea possint per dominum, tit. 1. §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 47. fol. 213

Limites, immutabiles tupes, mons, hus, tit. 1. §. 1. glos. 6. in verbo, *Le fief*, nu. 121. fol. 181

Liquidatio & æstimatio rerum feudalium cuius impensis fieri debeat: vide *Æstimatio*

Liquidum vt dicatur, quod liquidari potest, tit. 1. §. 10. glos. 7. in verbo, *En payant*, num. vlt. fol. 672. vt sit à quo stat regula, §. 19. glosl. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, num. 5. fol. 566

Lis contestata in retractu lineari non perpetuatur §. 172. nu. 2. fol. 1759

Lis non contestata & perempta nullum est remedium nisi per vim nouæ petitionis ante tempus expletum §. 173. nu. 14. fol. 1762

Litem iuridicialiter constituere quid, tit. 1. §. 10. glos. 7 in verbo, *En payant*, nu. 5 fol. 669

Lite pendente super commisso, vt maneat, vasallus in possessione, tit. 1. §. 43 glos. 1. in verbo, *Qui desaisit le fief*, nu. 41. fol. 992

Lite pendente an confortatio manus fieri possit, tit. 1. §. 74. glos. 1. nu. 84. 85. 86. & seqq. fol. 1367

Lite pendente an possit dominus directus præhensione dominica vti, & creditor guarantigia, *ibid.* nu. 87. fol. 1367

Litigantes si de patronatu consentiant, vt non possit vasallus recurrere ad Regem vel iudicem regium, tit. 1. §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 11. fol 1238

Litigantibus quis fori stylus eligendus: vide *Fori*.

vt non Literæ nudæ, sed mens & æquitati inhærendum tit 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 43. fol. 769. textuali vt nihil sit addendum, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 25. fol. 584 & §. 65 glos. 2. in verbo, *Faire les offres*, nu. 11 fol. 1270 1271

Litteras acquisitionis retinere pro laudimiis non potest dominus, tit. 2 §. 71. glos. 3. nu. 18. fol. 1336

Litteræ confortationis quæ, tit. 2. §. 74. glos. 1. num. 79 fol. 1365

Litteræ *de papier terrier*, quæ *ibid.* nu. 129. fol. 1379

Litteræ confortationis emanauerint à iudice incompetente, sola executio confortationis viciatur, tit. 2. §. 74. glos. 1. nu. 123. fol. 1377

à Litteris regiis non appellati, sed ab earum executione, nu. 90. fol. 1368

Locatio facta vltra tempus permissum, vt sit in totum nulla: vide *Electio*.

Locatio rei Ecclesiasticæ ad longum tempus vt in totum vitietur, nec valeat ad modicum tempus, tit 1. § 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 47. fol. 1149

Locationi feudi factæ per dominum, vtrum vasallus superueniens, & iusta ei offerens stare teneatur, tit. 1. §. 1 glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, num. 29. fol. 1277. in fraudem factæ, vt non teneatur stare patronus feudum retrahens, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 81. fol. 612

Locator vt possit expellere inquilinum pro filio, tit. 1. §. 20. glos. 1. nu. 32. fol. 588. vt vtiles actiones habeat, & quomodo, § 1. glos. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 23. & seq. fol. 58

Locatorem vasalli, an expellere possit patronus: vide *Patronus*.

Locupletari quem aliena iactura vt natura abhorreat, tit. 1. § 1 glos. 5 in verbo, *Le fief*, nu. 81. fol. 166

Longobardiæ ciuitates vt non habeant aliquod merum, mixtum, aut legitimum imperium, nisi ex concessione Federici primi, tit. 1. in Rubr. nu. 90 fol. 35

Longobardi, vnde dicti & quando fint Italiam ingressi, & quàm diutinum illorum fuerit regnum, *ibid* nu. 37. fol. 18. illorum leges vnde petitæ, *ibid.* & nu. seq. fol. 19. vt à

Francis feudorum vſum didicerint, & in Italiam inuexerint, *ibid.* nu. 13. & 38. fol. 9. & 19. eorum leges quàm barbaræ, nu. 37. fol. 18. regnum quis ſuppreſſerit, num. 24. fol. 12

Lotharingia vnde dicta, tit. 1. in Rubr. nu. 42. fol. 20

Lotharius primus Francorum Imperator, Regis & Imperatoris filius, vt Romæ magiſtratus & leges ſtatuerit, *ibid.* nu. 32 fol. 17

Lotharij vt plures fuerint, *ibid.* nu. 80. fol. 33

Lucrum omne appoſitum dationi quantitatis, vt ſit vſura, tit. 1. §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, num. 18. fol. 228

Ludouicus Balbus vt fuerit tertius Imperator in rubr. num. 48. fol 22

Ludouicus filius Boſſonis Burgundi à Berengario captus & excæcatus anno 905. nu 47. fol. 22

Ludouici IIII Arnulphi filij Imperium, & vt ſub eo defecerit Italia, nu. 47. fol. 22

Luxuriæ pius quàm caſtitati tribui, vt ſit abſurdum, tit. 1. §. 35. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 4 fol. 92a

M

Magia quæ propriè, tit 1 §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaiſine le fief*, n. 138. fol. 1038. quæ item impropriè, *ibid.*

Magiſtratus conſtitutio vt in genere ſuo non ſit de regalibus, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 57. fol. 157. vt nudum vſum & exercitium iuriſdictionis habeat Domini nomine, nec poſſit ſibi vicarios conſtituere, tit. 1. § 1 gl. 5. in verbo, *Le fief*, nu 57. fol. 157. vt non poſſit in Galliæ regno experiri interdicto *vti poſſidetis* pro officij ſui titulo, *ibid.* nu. 59. fol. 158

In Maieſtatis crimine quemadmodum feudum amittatur, tit. 1. §. 43 gloſ. 1 in verbo, *Qui deſſaiſine le fief*, nu. 39 fol. 991

Maioti ſummæ an minor inſit: vide *Summa*.

Maleficus quis propriè, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaiſine le fief*, nu 138. fol. 1038

ob Maleuolentiam ſolam vt non detur actio, tit. 1. §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant La foy*, nu. 7 fol. 922

Main leuée Gallis quid, tit. 1. § 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 2. fol. 223. vbi *& bailler la main leuée*, quid ſit traditor.

La main tenante quid in iure noſtro, tit. 1. §. 1. gloſ. 3 in verbo, *Pent*, nu. 33. fol. 100

Maioritas vt regulariter pentes ætatem accipiatur, tit. 1. § 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 1. fol. 563

Mancipio dare & tradere quid, tit. 1. §. 55. gloſſ. 9. in verbo, *Et faire deliurance*, nu. 1. fol. 1199

Mandatum quod non eſt, vt extendi non poſſit, tit. 1 §. 45. gloſ. 1. in verbo, *Le deſadueu*, nu. 26. fol. 1078 ſingulare vt non faciat interdum, vbi ſingulorum eſt expreſſio, § 16. gloſ. 1 in verbo, *Vent choiſir*, nu 9. fol. 526 ſpeciale vt requiratur ad fidelitatis ſacramentum præſtandum, tit. 1. §. 67 gloſ. 1. in verbo, *S'il n'eſt en perſonne*, num. 6 fol. 1288 item vt hoc ſpeciale requiratur ad prorogandum diem ſolutionis, tit. 1. §. 42. gloſ. 1. in verbo, *Souffrance*, num. 4. fol. 964

Mandatum vt non extendatur ad extraordinaria, tit. 1 §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de reliefs*, nu. 126. fol. 816. vt ſpeciale, non ſingulare requiratur, vbi de electione manſionis agitur, §. 16. gloſſ. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choiſir*, nu. 7. & 8 fol. 525

Mandati forma à principio præſcripta & impreſſa, vt inquiri & ſeruari debeat, tit. 1. §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A reſeu*, nu. 16. fol. 704 inſinuatio vt valeat epiſcopo, §. 55. gloſ. 10. in verbo, *En lay payant*, nu. 31 fol. 1213. occulta limitatio vel reuocatio vt non profit in iure retractus. §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A reſeu*, nu. 15. fol. 704

ad Mandatum inducendum, vtrum clauſulæ generales ſufficiant, tit. 1. §. 1 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 25. fol. 59

in Mandato ſpeciali, vt clauſula generalis, *& omnia alia faciendi etiam ſi ſpeciale mandatum requirentia*: non extendat ipſum mandatum ad alia, ſed reſtringatur circa prædicta, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iolier de ſon fief*, num. 77. fol. 1161

Mandatarij & nominati vt poſſint requiſitiones ſuas facere in abſentia habentium poteſtatem etiam à perſonis illegitimis, tit. 1 §. 20. gloſ. 11. in verbo, *Notifié*, nu. 8 fol. 688

Manerium quid in iure feudali, tit. 1. §. 13. gloſ. 5. in verbo, *Le iardin*, nu. 7. fol. 507

Manſio principalis quæ dicatur iure feudali, tit 1. §. 13. gloſ. 4. in verbo, *Principal manoir*, in princip. fol. 497. vt pendeat à deſtinatione patrisfamilias, §. 62. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur veille*, nu. 4. fol. 1264

Manſio ſi cum horto & ambitu ſuo totum integrum feudum includat, & nulla ſint alia feuda in ſucceſſione, quid iuris ſit, tit. 1. §. 13. gloſ. 4 in verbo, *Principal manoir*, nu. 5. fol. 500 vt non verificetur in caſula villici vel paſtoris, § 18. gloſ. 1 in verbo, *Manoir principal*, nu 1. fol. 539

Manſionis feudalis appellatione, vt veniant omnia appendicia, tit. 1 §. 13. gloſ. 5 in verbo, *Le iardin*, nu. 2 fol. 505. nouæ domini quid iuris, tit. 1. §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 4. fol. 1268. prioris, nu. 5. fol. 1268

Manſiones plures ſi patronus habeat, in qua offerre vaſallus debeat, tit. 1. § 63. gloſ. 1. nu. 8 & 9. fol. 1269. vt principalis dependeat à deſtinatione patris familias, nu. 4. fol. 1268. vt ſtatus & forma attendatur iure primogenituræ feudalis, quæ reperitur tempore mortis, & non antiquior, §. 13. gloſ. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 4. fol. 499

Manſionem ſtram eſſe *in* ſolo feudali vt ſufficiat, tit. 1. §. 13. gloſ. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 2. fol. 499. ſub manſione principali in vrbe ſita an comprehendatur apothecæ, cœnacula, ſtabula, & huiuſmodi ad quæſtum deſtinata, tit. 1 § 13. gloſ. 3. in verbo, *Le iardin*, num. 6. fol. 507

Manſiones plures ſi patronus habeat, in qua offerre vaſallus debeat, tit. 1. §. 62. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur veille*, num. 5. fol. 1264

Manſionum feudalium plurium vt poſſit primogenitus, quem vult, eligere, tit. 1 §. 13 gloſ. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu 1 fol. 497. nec referat vtrum antiqua vel noua ſit manſio, *ibid.* nu. 3. fol. 498

Manus mortua quid, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iolier de ſon fief*, nu. 54 fol. 1153. vt dupliciter accipiatur, num. 55. fol. 1154. qui illius homines, *ibid.* fol. 1154 vt in eam tranſferri non poſſint feudum & emphyteuſis, nu. 57. fol. 1155

Manus Regis aut Iudicis vt non priuet aliquem poſſeſſione, tit. 1 § 1 gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 21. fol. 115

Manus vt leuetur, quando plures de patronatu contendunt, tit. 1. § 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 3. fol. 223

Manus verbum vt importet dominium, tit. 1. § 31. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 2. fol. 755. is cui res eſt legata vel donata ſub onere, ne exeat de manu eius, vt dato ſubſtituto non prohibeatur locare ad modicum tempus, nu. 3. fol. 755

Manus verbo quid intelligatur, tit. 1 §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 75. fol. 134

Manus vt pro iniecta habeatur, quando vaſallus doloſè acceſſum impedit, *ibid.* nu. 5. fol. 107

Manus iniectio ſiue præhenſio quot modis tollatur aut finiatur, tit. 1 §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 6. fol. 224. vt fieri nequeat in perſonam vaſalli, nec in eius quoque mobilia etiam in feudo aperto inuenta, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 1 & 13. fol. 137. 140

Manus iniectionis ſeu potius confortationis vſus & praxis, tit. 1. §. 1. gloſ 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 17. 18. & ſeq fol. 111 115

Manus iniectionis ſine præhenſionis feudalis quæ ſit praxis, *ibid.* nu. 1. fol. 105

Manus iniectionem infringentis vaſalli quæ ſit pœna, tit. 1. §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 1. fol. 221. in perſonam vaſalli vtrum habeat dominus feudi, an verò ſtres ſolas feudi, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 1. fol. 137

Manus iniectæ per dominum quæ ſit vtilitas, tit. 1. § 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, in princip. fol. 223

Manus leuatio plena & abſoluta, vt non ſoleat fieri per manum ſupremam, tit. 1 §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 7. & 10. fol. 1237. prouiſionalis vt lite finita reſoluatur ſed non abſoluta, nu 8 & 9. fol. 1238. an extendatur ad præterita, tit. 1 §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 59 fol. 1256. vtrum ſit neceſſaria, §. 55. gloſ. 8. in verbo, *Et leur bailler la main leuée*, nu. 1. fol 1197

Manus leuationis & ſimplicis prouiſionis quæ ſit differentia, tit. 1. §. 45. gloſſ. 1. in verbo, *A mis en main*, num. 1. fol. 1067

Manus mortuæ vt ſint duæ ſpecies, tit. 1. §. 1. & 3. gloſ. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 5. fol. 251

per Manus quod traditur quomodo intelligendum non poſſe idem dominium eſſe inſolidum apud plures, tit. 1. §. 1. gloſ. 6. in verbo, *Meubles de lay*, nu. 4. fol. 185

Manum iniiciendo vt non poſſit dominus vaſallum & eius famulos cum bonis illico expellere, tit. 1 §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Le fief*, nu. 13. fol 140

per Manum ſupremam receptionis vetus mos, tit. 1. §. 60. gloſſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, num. 11. 12. & 13 fol. 1238. 1239

Manus conſortatio pendente lite an fieri poſſit? vide in verbo, *Lite*.

Manus confortatio eſt actus extraiudicialis, ſicut & præhenſio, tit. 1 §. 74. gloſ. 1 nu. 86. fol. 1367

Manum ſuam licet domino confortare per ſuperiorem, *ibid.* nu. 79. fol. 1365. amplia, nu. 80 fol. 1365

Manus confortatio ſi ſuperuacuo appoſita eſt, non taxatur in expenſis, *ibid.* nu. 79. fol. 1365

Manus confortatio non viſa manu domini periculoſa fuit, ſed errore, *ibid.* nu. 80. & 81. fol 1365. 1366

Manus dominica vtrum oppoſitione impediatur, vide in verbo, *Oppoſitio*.

gitized by Google

INDEX IN COMMENTARIOS

Manus dominicæ infractæ mulcta : vide in verbo *Arreſti.*

Manuum dominicarum iniectiones, quæ ſunt actus dominicales & fauorabiles in caſibus à conſuetudine & lege inueſtituræ præmiſſis, non debent ad vſum exigi, ſicut executiones guarantigiæ, nec deber ſolemnitas aut formula attendi, ſed meritum negotij, *ibid.* nu. 108. fol. 1372

Manus iniectio magis priuati quàm publici iuris eſt, *ibid.* nu. 131. fol. 1379

Manus leuatio duplex, extraiudicialis & iudicialis : hæc rurſus duplex, prouiſionalis & definitiua : illa autem ex quadruplici cauſa fit, nu. 155. 156 157. & ſeqq. fol. 1385

Manus iniectio fauore caſtratis, & politiæ, & correctionis ſeruorum, permittebatur etiam contra tertium emptorem ſerui vel ancillæ, *ibid.* nu 191 fol. 1395

Manus mutationes & aperturæ ex perſona poſſeſſoris, & non veri domini, vtilis vel directi attenduntur, tit. 2. §. 78. gl. 1 nu. 18 20. & 27. fol. 1435. 1437. amplia & limita, num. 19. fol. 1435

Manumiſſor vt patri æquetur, tit. 2. §. 43 gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 3. fol. 978

Maritus an poſſit remittere feloniam, quæ patronæ vxori commiſſa fuerit, *ibid* nu. 121. fol. 1030. an noxiam, num. 123. fol. 1031 in propriis vxoris vt plus iuris habeat quàm fructuarius, §. 37 gloſ. 1. in verbo, *Semarie*, nu. 1 fol 935. vt æquatur prælato, §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 83. fol. 1009. vt iura dominicalia exerceat in vaſallos vxoris, & retractu vtatur, §. 20. gloſ 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 47 fol. 594. ab eo feudum retentum an ſit proprium vel conqueſtus, nu. 48. fol 595 vt magis domini quàm fructuarij vicem gerat, §. 1. gloſ 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 70 fol 77 vt præiudicet vxori in iure retractus, § 21 gloſ. 1. in verbo, *Arreſtu*, nu 25. fol 707 vtrum poſſit præhenſione feudali vti in vaſallos vxoris, §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 73. fol. 80

Mariti negatio vtrum noceat vxori : vide *Negatio.*

Marito abſente, vel etiam contumace vt mulier debeat authorari à iudice ad fidelitatem præſtandam patrono, qui tenetur eam admittere, tit 1. §. 37. gloſ 1. in verbo, *Semarie*, nu. 12. fol. 941

de Marito quid iuris in rebus feudalibus vxoris, an ei poſſit præiudicare, tit. 1. §. 21. gloſ. 1 in verbo, *Arreſtu*, nu. 24. fol. 707. vt in propriis vxoris plus poteſtatis habeat quam procurator generalis, & minus quam tutor, *ibid.* & nu. 25. fol. 707

Maritus non poteſt donare in fraudem vxoris, §. 107. num. 3. fol. 1670.

Maritus ſiuitur fundo quem vxor vendidit ſine authoritate ſua, fol. 1675

Martyrologia quæ, & an probent, tit. 1 §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 18 fol. 313

Maſculus ex fœmina vt concurrat in ſucceſſione feudorum cum maſculo ex maſculo, tit 1. §. 25. gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 2. fol. 715

Maſculis naturalibus & legitimis extantibus vt fœminæ non ſuccedant, tit. 1. § 13 gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 43. 45 47. & 50. fol. 470. 471

Maſculinum quemadmodum concipiat fœmininum, tit 1. §. 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 1. fol. 563. & in contractibus quid iuri, nu. 2. & 4. fol. 564 566

Mater nubens ſine inuentario eſt inhabilis ad ſucceſſionem mobilium, § 117. nu. 12. fol. 1686

Materiæ ſubiectæ, vt magis ſit inſpicienda ratio quàm verba, tit. 1. §. 10. & 11. gloſ. 1. in verbo, *Blaſmer le lot demembrement*, nu. 3. fol. 407

Matrimonium intermedium vt non impediat legitimationem, tit 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, num 34. fol. 465

Matrimonio conſtante vt ſolus maritus ſit actu dominus & poſſeſſor bonorum communium, tit. 1 §. 37. gloſ. 1. in verbo, *Semarie*, nu. 1. & 2 fol 935. contracto per verba de præſenti, non tamen conſummato, quid iuris in feudis, vbi pro conſuetudine debetur ex nuptiis, *ibid.* num. 7. 8. & ſeq. fol. 938

Matrimonij nullitas debet tractari in foro Eccleſiaſtico, §. 136. nu. 4 fol. 1720

Maturitatis tempus quemadmodum attendatur, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 36. fol 108

Maxima dictio vt ſit implicatiua, tit. 1. § 3. gloſ. 4. in verbo *Sermens de fealté*, nu. 3 fol. 160

Mea dictio, vt dominij ſignificatiua, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. in verbo, *En ley payant*, nu. 7. fol 1105

de Melioratione caſu vel fortuna contingente quid iuris, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 96. fol. 172

Meliorationes & augmenta an conſolidentur, & cedant lucro domini directi, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 68. & ſeqq. fol. 162

Meliramenta & emponemata, an & quando amittat emphyteuticarius, *ibid.* num. 80. fol. 166

Melioramenta feudi an amittantur cum eo propter vaſalli ingratitudinem : vide *Ingratus.*

Menſura quæ attendi debeat in iugero feudali, tit. 1. §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 5 fol. 543

Menſurarum methodus quæ, tit. 1. §. 18 gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, num 6. fol. 543

Mercedis receptio vt conductionem approbet, vide *Conductionem.*

Mercedis remittendæ propter ſterilitatem ratio, tit. 1. §. 58. gloſ. 1. in verbo, *A ferme ou meſſon*, nu. 9. fol. 1230

Mercedes à colonis debitæ cum defunctus moritur ſunt inter bona mobilia, §. 96. nu. 8. fol. 1664

Metus vanus vt non tollat rationem voluntarij, tit. 1. §. 33. gloſ. 2 in verbo, *Aliené à pris d'argent*, nu. 51. fol. 881. vt non æſtimetur, *ibid.*

Meum pronomen, vt non faciat limitationem & reſtrictionem ad tempus præſens, ſed demonſtrationem, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 18 fol. 143

Militia in regno Siciliæ an ſit feudum, tit. 1. §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 10. fol. 730 731

Minor patronus an ſibi præiudicare poſſit in retractu, ſiue facto ſuo, ſiue facto tutoris aut curatoris, tit. 1. §. 21. gloſ. 1. in verbo, *Arreſtu*, nu. 7. fol. 701

Minor vt etiam ad lucrum omiſſum reſtituatur, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Pent*, nu. 1. fol. 615 vt non reſtituatur ad retractum feudalem vel proximitatis, nu. 2 fol. 617. nec poſſit vti beneficio ſtatuti, niſi infra tempus & formam à ſtatuto præfixam, nu. 3 fol 618. vt in actu ſibi vtili non indigeat authoritatem, §. 23. gloſ. 1. in verbo, *Aagé à vingt ans*, nu. 3. fol. 743

Minori vt debeantur inuitiæ feudales, ſiue ſolus ſit, ſiue concurrat cum maiore, tit. 1. §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 2. fol. 949. vt ſubueniatur aduerſus incommodam aut damnoſam electionem, §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choiſir*, nu. 13 fol 528

Minor viginti quinque non ſemper annullat iudicium defectu curatoris, tit 2. § 78 gloſ. 1. nu. 28 fol. 1437 mobilia alienare poteſt, nu. 29. fol. 1417. ducens vxorem non redditur maior, nec tollit, quin curator in litem dari poſſit, arguit tantum quandam induſtriæ præſumptionem *ibidem.*

Minor filia nubens poteſt alienare immobilia pro ſuo matrimonio, § 105 nu 1 fol 1664

Minor ingrediens monaſterium non poterit donare nec teſtari, §. 152 nu 5 fol 1740

Minor non reſtituitur in retractu, §. 172. nu. 3. fol 1759

Miſſio in poſſeſſionem vt omnino ceſſare debeat ceſſante cauſa, cuius contemplatione facta eſt, tit. 1. §. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu 34. fol 234

Miſſio & executio ſententiæ diffinitiuæ & prouiſionalis, & ſequeſtrum differunt, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. num. 24. & 26. fol. 1349

Miſſio eo facto ob cuius defectum facta eſt, ceſſat refuſis impenſis, *ibid* nu. 39. fol. 1352

Miſſio in poſſeſſionem vnius, aliis prodeſt, non arreſtum, *ibid.* nu. 14 fol. 1346

Miſſio in poſſeſſionem iure authentico ſit pro rata debiti, *ibid.* nu 15. fol 1346

Miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto vtilitates, *ibid.* nu. 10 & 20 fol. 1344. 1347 quomodo conueniat aut differat cum arreſto ſiue impedimento : vide in verbo, *Arreſti.*

Miſſus in poſſeſſionem an & quando fructus faciat ſuos, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 35. & ſeqq. 1351

Miſſus in poſſeſſionem non poſſidet, etiamſi miſſio fiat ex cauſa rei iudicatæ, niſi in re adiudicata, *ibid* nu. 21 & 23. fol. 1348

Miſſi in poſſeſſionem de dolo & lata culpa dumtaxat tenentur, *ibid.* nu. 20. fol. 1348

Mobilia cur non poſſunt præhendi à domino, tit. 1. §. 1. gl. 5. in verbo, *Le fief*, nu 13. fol. 140

pro Mobilibus rebus non concedi reſciſſionem, quomodo intelligendum, tit. 1 §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de rebef*, nu. 47. fol. 778

Modus vt magis attendatur quàm quantitas, tit. 2. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 35 fol. 215

Molinæi Authoris caſus & infortunia, tit. 1. in rubr. nu. 18. fol. 10

de Molendino quid iuris, tit 1. §. 13. gloſ 5. in verbo, *Le iardin*, num. 5 fol. 507. an ſub manſione principali, quæ ſcilicet primogenito competit comprehendatur, *ibid.*

Molendina non ſunt mobilia, §. 180. nu. 1. fol. 1771

Momentanea, hoc eſt quæ momento tantum durant, an ſint in conſideratione, tit. 1. §. 37 gloſ. 1. in verbo, *Semarie*, nu. 9. fol. 939

Monaſterium ingreſſus vaſallus vt non poſſit quamdiu vixit monaſterium cogi ad vacuandam manum ſuam, nec ad iudemnitatem præſtandam, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Ioüer de ſon fief*, nu. 81. fol. 1163

Digitized by Google

Mora actualis & malitiosa vasalli vt puniatur, tit. 1. §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 26. fol. 104. Domini, vt non impediat fructuarium, nec censeatur reuocatum mandatum, §. 1. glos 3. in verbo, *Pour*, nu. 22 & seq. fol. 95 vt ad & contra hæredes transeat, § 65. glos. 1. in verbo, *Les proclamatoires*, nu. 4. fol. 1280

Mora an die sequenti possit purgari, tit. 2. §. 85. num. 9. fol. 1569

Moræ effectus vt non transeat ad hæredes in his, quæ non cohærent personæ, nec transmittatur, tit. 1 §. 65. glos. 1. nu. 6. fol. 1281 vt magis adstringat quàm alia culpa, § 9. gloss. 7. in verbo, *Le Commissaire*, nu. 28. fol. 402. 403

de Moræ retractus purgatione, tit. 1. §. 20. glos. 11. in verbo, *Notifié*, nu. 13. & seq. fol. 690

in Mora quatenus est periculum non requiritur authoritas iudicis, tit. 2. §. 74 glos. 1. nu 191. fol. 1395

Moram deprecari an liceat ad euitandam pœnam, tit. 2. §. 85. nu. 7. & 8. fol. 1569

inter Moram veram & fictam quanta sit differentia, tit. 1. §. 35. glos. 2. in verbo, *En faisant la foy*, nu. 14 fol. 915. vltima vt nocear, nu. 15. fol. 916

Moram purgare vt liceat patrono, tit. 1. §. 10. & 11. glos. 1. in verbo, *Blasmer l'adueu denombrement*, nu. 10 .fol. 410

Mortalia ius habere quid, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 64. fol. 1157

Mortis causa capere quid propriè, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de rachef*, nu. 83. fol. 802

Mortem alicuius allegans vt eam probare teneatur, nisi elapsi fuerint centum anni à die natiuitatis, tit. 1. §. 1. glos. 2. in verbo, *Par faute d'hommes*, nu 4 fol. 85

Mos turpis Romæ, tit. 2 §. 87 nu. 6 fol 1605

plus Mouet quod specialiter inhibetur: vide in verbo, *Inhibitum*.

de Mulcta, & cui applicetur, tit. 2 §. 74. glos. 1. num. 115. fol. 1377

Mulcta non soluti census an debeat consignari, *ibid.* nu. 164. fol 1387

Mulctæ commissio non impedit liberum distractum contractus, tit 2 § 77. nu. 31. fol. 1420. nec dominus potest maiorem pœnam occultationis petere, nu. 32 fol. 1420

Mulcta excedens pretium rei an soluenda, *ibid.* num. 35. fol. 1412

Mulctæ plures an soluendæ, si sint plures emptores, *ibid.* nu. 58 fol. 1421

Mulcta non facta notificationis vtrum locum habeat in aliis contractibus quàm emptionis, *ibid.* nu. 3. fol. 1415

Mulctæ remissionem inducit simplex remissio laudimiorum, etiam post pœnam commissam, *ibid.* & quando remissa intelligatur, nu. 8. fol. 1417

ad Mulctam euitandam vtrum quilibet extraneus domino soluere vel etiam offerre possit, vide in verbo, *Censum*

Mulctas vtrum tot dominus petere possit, quot sunt anni cessationis, tit. 2. §. 85. nu. 14 15. & 16 fol. 1570. 1571

Mulcta an post annum exigi possit, tit. 1. §. 29 glos. 1. in verbo, *Main mise*, nu. 4 fol. 741. commissa vasalli vt non debeat excedere vnius anni prouentum, § 1 glos 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 28. fol. 105. vt ex ea committenda aduertus vasallum deducendi ei sint sumptus per dominum, nu. 29. fol. 105. vt non immineat ob nudam manus patroni iniectionem contemptam: secus si sint etiam eius comissatij expulsi, §. 29. glos 1. in verbo, *Main mise*, nu. 2. fol. 740

Mulctæ & confiscationes cum sint fructus iurisdictionis, quibus cedant, proprietario feudi domino, an fructuario, tit. 1. § 1 glos. 1 in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 68. fol. 76

Mulier an liberetur à relenio primarum nuptiarum per fratrem qui ante nuptias decessit, tit. 1. §. 42. glos. 1. in verbo, *Souffrance*, nu. 8. fol. 966. nubens vt quasi capite minuatur, §. 37 glos. 1. in verbo, *Se marier*, nu 3. fol. 916 secundo nubens vt non debeat relenium feudorum, quibus iure doatis fruitur, glos. 1 nu. 13 fol. 942 vt absente marito debeat authorari à iudice, nu. 12. fol. 941. vt non debeat relenium propter viri obitum, nu. 10. fol. 940 vt soluto matrimonio stare teneatur locationi ad modicum tempus factæ per maritum, §. 45. glos. 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, nu. 106. fol. 1015

Mulieri vt quandoque magis subueniatur quàm pupillo, tit. 1. §. 21. glos. 1. in verbo, *Arrest*, nu. 26 fol. 707

Mulieris feuda vt non mutent manum etiam per matrimonium, tit. 1 §. 37 glos. 1. in verbo, *Se marier*, nu. 1. & 3. ac seqq. fol. 915 916

Mulier cuius maritus vendidit soles conquæstum potest illum vendicare, reddendo pretium, §. 105. nu. 2. fol. 1667

Mulier communitati renuntians non debet exire nuda, sed habere vestes necessarias, §. 115. nu 2. fol. 1678

à Munere principali capitationis vtrum excusentur aliqui vide in verbo, *Capitatio*.

inter Munera & tributa latissima differentia, tit. 2. in Rubr. nu. 9. fol. 1309

de Mutatione manus: vide in verbo, *Manus*;

Mutatio feudi ficta vt non sufficiat, vt feudalia iura debeantur, tit. 1. §. 33. glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, n. 36. fol. 872. quæ autem & qualis sit feudi mutatio, vt ex parte transferentis spectetur, num. 37. fol. 872 vt non sufficiat multiplex effectualis donatio, nisi multiplex sit mutatio, nu. 38. fol. 873. vt denominetur aut attenditur ex parte dominium transferentis, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 132. fol. 830. momentanea vt non sit in consideratione nu. 112. fol. 818. vnde etiam si plures in anno contingerent mores, vnicum tamen debetur relenium, nu. 113. fol. 819

Mutatio patroni facto contingens, vt vasallo captiosa esse non debeat, tit. 1. §. 65. gloss. 1. in verbo, *Les proclamatoires*, nu. 1 fol. 1279. vbi etiam plura de Mutatione feudali: vide in vocibus *Feudi & Patroni*.

Mutationes feudi vt ex parte possessoris, non autem ex parte veri domini non possidentis attendi debeant, tit. 1. §. 33 gl. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 49 fol. 781. & hoc verum quando patronus approbauit possessionem, & ab eo iura percepit, vel etiam permisit eum pacificè possidere, num. 150. & 151 fol. 840 841

de Mutationibus contingentibus tempore præhensionis feudi, vtrum debeantur iura feudalia, tit. 1. §. 33. glos. 1. nu. 143. 144. & 145. fol. 836. 837

Mutui proloquia vt non vicient emptionem, tit. 1. § 33. glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 10. fol. 857

N

NAturæ defectus vt non possit à principe etiam de potestate absoluta suppleri, tit 1. §. 41. glos. 1. al. 2. in verbo, *Aagé âgé*, nu. 13. fol. 960

Naturalis vt non possit iure communi legitimari per Principem stantibus legitimè natis, tit. 1. §. 13. glos 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 46. fol. 472

Naturalis vt non possit legitimari ad feuda: vide supra *Legitimari*.

Naturalisatio nullibi seruatur pro exteris & est ius barbaricum, §. 132. nu. 4. fol. 1714

Natalibus restituti per Principem, vt non debeant præferri, nec aliud habere vltra legitimè natos, tit. 1. §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 47. fol. 473

Natus ante feudum adquisitum à patre, vtrum præferatur iure primogenituræ in feudo aliis post feudum adquisitum natis, tit. 1. §. 13 glos. 1. nu. 15. fol. 456. ante regnum à patre adeptum vt propriè filius Regis dicatur, §. 13. glos. 1. in verbo, *Le fils aisné*, nu. 15. fol. 456. ante inuestituram, vt in ea tamen comprehendatur, nu. 56. fol. 478 ante nobilitatem patris vt non sit nobilis, nu 56. fol. 478

hæc *Nates ex corpore*, verba, vt verificentur etiam in nepote ex filia, tit. 1. §. 2. & 3 glos. 1. in verbo, *Par succession*, nu. 2. fol. 243

Nauarræ Rex verus Henricus huius nominis primus: vide *Henricus*.

Nauis Thesei quàm diuturna fuerit conseruatio, tit. 1. §. 51. glos 2 in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 54 fol. 1155

Necessitatis causa vt multa permittantur, tit. 1 §. 9. glos. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 7 fol. 380

Negatio in iudicio quemadmodum noceat negauti, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, nu. 68. fol. 1003. extra iudicium, nu. 69. fol. 1003. facta per minorem quatuordecim ann. vtrum ei noceat, nu. 70. fol. 1004. vt magis cadat in malam administrationem quàm in delictum, *ibid.* si facta fuerit per curatorem aut cum eius authoritate, nu. 71. fol. 1004. per Prælatum facta vtrum noceat Ecclesiæ, nu. 72. fol. 1005. mariti, vtrum noceat vxori, nu 85. fol. 1009. vxoris verò, vtrum noceat mariro, nu. 90. fol. 1011. proprietarij, vtrum noceat fructuario, nu. 66. fol. 1002. vt puniatur in sciente, nu. 5. fol. 979

Negans partem feudi vel vnum ex pluribus patronis, vt non amittat nisi partem feudi, *ibid.* nu. 6. fol. 980

de Negante qualitatem feudi quid iuris, nu 7. fol. 980

Negatio vagæ generalis vt non sufficiat, vt feudum amittatur, sed requiratur specifica & determinata, nu. 8. fol 980. patroni & clientis vt triplex fieri possit, num. 9. fol. 981. vt etiam in extraiudiciali locum obtineat pœna, nu. 25. & 8 fol. 986. 987

Negatione facta à vasallo, vt probatio incumbat patrono, *ibid.* nu. 16. & 26. fol. 983. 988

Negans dominium vtrum priuandus sit feudo, si probauerit alium immediatum esse dominum, *ibid.* numer. 23. fol. 985

Neganti vasallo vtrum negatio feudi extraiudicialis noceat, nu. 28. fol. 987. vtrum pœnitere possit, nu. 27. fol. 987

Negligentia supina vt in crimine doli cadat, tit. 1. §. 1. glos. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 61. fol. 218

Negligens ius adquirendum radicatum de præsenti certa & probabili spe, vt ei renunciare, idque donare intelligatur, tit. 1. §. 1. glos. 3. in verbo, *Pour*, nu. 12. fol. 92

Digitized by Google

Negotiorum geſtor vt non poſſit notificare, tit. 1. §. 20. gl. 11. in verbo, *Notifié*, nu. 3. fol. 686. quæ præſtare poſſit, *ibid.* quomodo intelligendum ipſum poſſe interpellare, *ibidem.*

Nemora alta non eſſe in fructu quomodo accipiendum, tit. 1. §. 20. gloſſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 81. fol. 613

in Nemoribus & ſyluis feudalibus quid iuris, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 40. fol. 210

Nepos ex ſorore vt excludat neptem ex fratre in Feudis, tit. 1. § 15. gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 3. fol. 715

de Nepote ex filia primogenita quid iuris, tit. 1. §. 35. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 9. fol. 914

Nepote ſuccedente auo, patre præmortuo, vt non debeatur duplex releuium: vide *Releuium.*

Nobilitas vt à perſona procedere debeat, tit. 1 §. 15. gloſ. 3. in verbo, *Tenus noblement*, nu. 3. fol. 512. vt non naſcatur in momento, idque iure communi, *ibid.*

Nobilitatis diuturna poſſeſſio, & continuatio vt faciat legitimam præſumptionem aliquando collatæ anteceſſoribus, *ibid.* nu. 4. fol. 512

Nobilitandi poteſtas vt ſit penes Principem, *ibid.*

Nomen accommodans vt conſenſum accommodet, tit. 1. §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 3 fol. 529

Nominis proprij expreſſio vt faciat orationem ſingularem, ſed non quoad omnia eam diſtribuat, tit. 1. § 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 46. fol. 279

quod Nominatur prius, vt dignius & maius cenſeatur, tit 1. §. 62. gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur veille*, nu. 5. fol. 1264. & §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 5. fol. 1268

Non natus tempore mortis defuncti non eſt capax ſucceſſionis, §. 130. nu. 1. fol 1711

Notarius an debeat vni eidémque parti pluries, idemque conficere inſtrumentum, tit. 1. §. 8 gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 46. fol. 325. 326

Notarij & Tabellionis differentia, *ibid.* nu. 42. fol. 323

Notarius qualis eſſe debet, §. 96. nu. 2. fol. 1659

Notarius Eccleſiaſticus non poteſt recipere teſtamenta, §. 96. nu. 4. fol. 1659

Notarius poteſt eſſe legatarius in modica ſumma, §. 96. nu. 5. fol. 1659

Notificare domino emptionem rei cenſualis an teneatur emptor etiam ante traditionem fundi, & numerationem pretij, & ſi hoc non fecerit infra diem octauum, an incidat in mulctam, & an locus ſit purgationi moræ? tit. 2. §. 77. nu. 1. 2. & 3. fol. 1415

Notificare vtrum debeant exempti à ſolutione laudimiorum, incidantque in mulctam notificatione non facta, num. 4. 5. 6. & ſeqq. fol. 1415. & 1416

an Notificare debeat emptor etiam domino ſcienti? quo non facto an incidat in pœnam? *ibid* nu. 9. 10. 11. 12. & 13. fol. 1418. limita, nu. 23. fol. 1418

an Notificare teneatur nouus accuſator etiam non interpellans, nu. 14. fol. 418

Notificare vtrum debeant minores, *ibid.* num. 17. fol. 1419. item ſecundus emptor, nu. 18. fol. 1420

Notificatio generaliter facta vtrum ſufficiat, *ibid.* nu. 16. fol. 1417. limita, nu. 18. fol. 1417

Notificatio an ad perſonam, an verò ad domicilium facienda ſit, nu. 25. fol. 1419

Notificatio vtrum facienda, ſi contractus ſit nullus, *ibid.* nu. 29 fol. 1420. vel emptio ſit conditionalis, nu. 33. fol. 1420. vel in diem facta, nu. 30. fol. 1420

Notificatio vnius an profit alteri, *ibid.* nu. 36. & 37. fol. 1421

Notificatio an fieri debeat ſcienti? tit. 1. §. 20. gloſ. 11. in verbo, *Notifié*, nu. 5. fol. 687. vide ſupra *Denunciatio.*

Notificatio facta procuratori quamuis habeat ſufficiens mandatum, vt non ſufficiat, ſi noluit illam admittere, tit. 1 §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A vaſſeu*, nu. 19. fol. 705 feudalis quæ, & quid dicatur, §. 20. gloſ. 11. in verbo, *Notifié*, num. 1. fol. 685. vt quandoque ſecretificatoriæ, quandoque etiam ſncitatoriæ proteſtationi accedat, *ibid.* vt quatuor circa eam conſideranda, *ibid.* ſoli patronæ ſeu vxori patroni factæ ſiue authoritate viri vt non valeat: ſicut nec facta patrono pupillo, niſi mulier adminiſtrationem habeat, §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A vaſſeu*, nu. 27. fol. 708

Notificationis ordo quis ſit ſeruandus, tit. 1. §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 10 fol. 1270

Notificationem à fructuario admiſſa, vt non ſufficiat peruenisſe ad patroni notitiam, tit. 1. §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A vaſſeu*, nu. 22 fol. 706

Notificationes factæ fructuario vel procuratori generali, vt protegant à feudi præhenſione ex defectu fidelitatis, non tamen à retractu feudali: vide *Fructuario.*

Notitia vocationis vt haberi cenſeatur, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. in verbo, *En luy payant*, nu. 32. fol. 1214

Noza vaſalli à patrono remiſſa, an feudum ſit nouum, tit. 1. § 41. gloſ. 1. in verbo, *Qui deffie le ſief*, nu 120. fol. 1019

Nulla & inualida quæ ſunt, vt nihil operentur, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 32. fol. 768

Nullum quod eſt, vt quandoque impediat facti, non iuris executionem, tit. 1 § 9. gloſ. 3. in verbo, *Saiſir*, nu 12. al. 16. fol. 369

Numerus pluralis vt verificetur in ſingulari, & è contra, §. 9. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 1. fol. 305

ex Nundinatione iuſtitiæ & ſacerdotiorum quanta mala, tit. 2. §. 74. nu. 184. fol. 1393

per Nuptias vt feudum non apeciatur propriè, tit. 1. §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 19. fol. 927

O

OBlatio clientelarium iurium vt fieri debeat in principali, tit. 1. §. 62 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur veille*, num. 1. fol. 1263. nec teneatur patronus extra locum eam admittere, *ibid.* vt fallat, ſi nec vaſallo, nec eius procuratori pateat tutus acceſſus, nu. 2. fol. 1263. item ▮ nulla ſit manſio loco dominanti, nu. 3. fol. 1263. facta ſub clauſula reſeruatiua quid inferat, §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 28. fol. 1276. vaſalli vt poſteriori mora abſorbeatur, §. 47. gloſ. 3. in verbo, *Le dit de preud'hommes*, nu. 1. fol. 1091. vt generalis iurium feudalium non valeat, nu. 2 fol. 1091. iurium clientelarium in quo loco fieri debeat, §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 1. & ſeq. fol. 1267. ſi fiat ipſi patrono vel habenti poteſtatem inueſtiendi, vt non requiratur alia notificatio, nu. 10. fol. 1270. vt non poſſit niſi à tempore notificationis. *ibid.* vt non liberet à fidelitate præſtanda, nu. 12. fol. 1271. an omnia intra in ea exprimi debeant, nu. 15. fol. 1272. quod ita debeat eſſe clara & certa, vt patronus poſſit ſcire & conſtituere quid eligere debeat, nu. 17. fol 1273

Oblatio generalis an ſufficiat, nu. 20. & 24. fol. 1274 1275. an eſſe debeat realis, nu. 26. fol. 1276 an ad validitatem eius teneatur vaſallus releuium integrum offerre totius feudi, nu. 29. fol. 1277. ſi fuerint plures patroni, an fieri debeat omnibus oblatio, an vni eorum ſufficiat, nu. 30. fol. 1278. ſummæ ſemel ſoluendæ an ſufficiat, §. 47. gloſ. 4. in verbo, *Vne ſomme pour vne fois*, nu. 3. fol. 1099. vt non ſit eiuſdem effectus ac receptio in fidem, §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 12. fol. 1271

Oblationem vaſalli vt non modicitas ſummæ ſed negatio vitiet, tit. 1. §. 47. gloſ. 4 in verbo. *Vne ſomme &c.* num. 2. fol. 1099

in Oblatione error commiſſus vt non purgatur in notificatione ſimplici, ſecus ſi verbum *Offero* reperatur, tit. 1. §. 63. in verbo, *Faire les offres*, nu 8. fol. 1269

in Oblatione ſimplici vt ſupernacua ſit verbalis fidelitatis exhibitio, *ibid.* nu 27. fol. 1276

Oblationes feudales factæ fructuario vel procuratori generali, vt protegant à feudi præhenſione ex defectu fidelitatis: vide *Fructuario.*

Oblaturus vaſallus vt eligere poſſit an manſionem principalem, an verò locum vnde feudum mouetur, adeat, tit. 1. § 85. gloſ. 1. nu. 7. fol. 1569

Oblatio antidotalis vt de ſe non obliget, nec poſſit in obligationem deduci in mutuo, tit. 1. §. 1 gloſ. 9 in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 24 fol. 230. dandi, vt ſit omni reſpectu diuidua, §. 3. gloſ 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 52. & 54. fol 281. patroni & clientis, vt ſit mutua: *vide Patronus*, perſonalis & non acceſſoria hypotheca vt attendatur, § 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 10 fol. 546. plura ſub conditione reſoluenda, an interim exequi poſſit, §. 35 gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 9. fol. 923. vt non debeat claudicare, §. 58. gloſ. 1. in verbo, *A ferme ou maiſſon*, nu. 5. fol. 1219. vt ſit mutua inter ſuperiores & ſubditos, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 65 fol. 160

Obligatio pecuniæ ad immobile eſt immobilis, tit. 2. §. 78. gloſ. 1. nu. 109. fol. 1458

de Obligationis conditione: vide in verbo, *Conditio.*

Obligationis forma ab origine impreſſa, vt ſit ſemper inſpicienda, tit. 1. §. 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 45. fol. 279. naturæ & datiuæ differentia, §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 18. fol. 550. naturalis & accidentalis, *ibidem.*

in Obligatione ſucceſſiua vt non ſequatur liberatio per primum implementum, tit. 1. §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu 31. fol. 438

Obligani bona, &c. vt ſit vulgaris Notariorum clauſula, ſed maximi effectus, tit. 1. §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 23. fol. 551

Obligatorum plurium ſi vnicus conueniatur, quid iuris, tit. 1 §. 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, num. 42. & ſeq. fol 278

Obligatio ſpecialis ideo eſt generalis quod generaliter quis obligatur, §. 71. nu. 9. fol. 1634

Obligatio corporis non debet pendere à facultate alienandi, § 166 nu. 3. fol. 1756

Obſequia feudalia vt non computentur inter operas, nec veniant in generali remiſſione, tit. 1. §. 35. gloſſ. 4. in

verbo, *Acquitte*, nu. 1. fol. 932. 933
Oblocutionis verbum quam ſit generale, tit. 1. §. 50 gloſ. 1. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 1. fol. 1103
Offendens dominum ſi ſit hæres ſub beneficio inuentarij quid iuris, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, num. 159. fol. 1049
Officia hæreditaria quæ ad ſucceſſores tranſeunt, vt pro fundis, prædiis & patrimonio cenſeantur, tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 59. fol. 158
Officium venale poteſt ſubhaſtari diſcuſſione prius facta bonorum, § 166. nu. 1. fol. 1755. & §. 187. nu 2. fol. 1782
Officiali etiam nullius procedenti creditur in ſpectantibus ad officium, tit. 1. §. 74. gloſ. 1. nu 101. fol. 1370
Omnes verbum vt dubitationem pariat, tit. 1. § 3. gloſ. 4 in verbo, *Serment de feauté*, nu. 36 fol. 274. vt in plurali regulariter tanquam vniuerſalis ſtet collectiuè, num. 44. fol. 278
Onus quinti pretij vt ſpectet ad venditorem, qui tamen non poteſt compelli à patrono, niſi totum pretium receperit, tit. 1. § 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 4. fol. 853
Onera inſolita an præſumantur à dominis per metum extorta, vide in verbo, *Seruitia*.
Onera adiecta emptori, vt ſint pretij, adiecta verò venditori pars rei, tit. 1. §. 33. gloſ. 3. in verbo, *Quint & requint*, nu. 1 fol. 907 feudalia, veluti laudimia, gabellæ, & ſimilia, vt ſolui debeant ab emptore acquirente, aut eo ad cuius commodum ſit contractus, §. 13. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 7. fol. 855. hæc onera vt rem & poſſeſſorem ſequantur, §. 31 gloſ 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 121. fol. 818. vt ſint realia, nu 116. fol. 844. pecuniaria in feudis vt ſint odiota: vide *Reliefs*.
Onera vt non ſint pars rei ſecundum quid, tit. 1. §. 18 gloſ. 1 in verbo, *Durant le temps*, nu. 10 fol. 731
Onera ante omnia deducenda, § 111 nu. 3. fol. 1738
Onerum debitorum ipſimet emptori, & iis in empione conſuſis, an ſequuto retractu reſtituantur, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 30. fol. 647
in Oneribus infeudatis quid iuris, tit. 1. § 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 7. fol. 730
Opinio authoris vltima vt præualeat, tit. 1. § 41. gloſ 1. al 2. in verbo, *Reputé âgé*, nu 6. fol. 958. idem & vltimo loco relata, *ibid.* communis quatenus ſequenda, in rubr. nu. 21. fol. 11
Opponere in genere vt ſufficiat contra probationem, tit 1. § 8 gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 74. fol. 336
Oppoſitio non impedit manum dominicam, ſecus de appellatione, tit. 2. §. 74. gloſ. 1 num. 117. 118. 119. & 120. fol. 1375
Oppoſitio iuſta vaſalli, vt vim habeat & effectum interdicti recuperandæ, tit. 1 § 55. gloſ. 10. in verbo, *En luy payant les droits*, nu. 37. fol. 1216
in Oppoſitionis cauſis vt non audiatur vaſallus, niſi manu domini repleta, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 48. fol. 1251
Opponens ſubhaſtationi conſeruat ius creditorum ſuorum, §. 187. nu. 8. fol. 1782
Oppoſitio *à dez criées*, facta in manu ſeruientis videtur facta in iudicio, §. 143 nu. 1. fol. 1728
Opus ab eo & eius impenſa factum vt præſumatur qui ad hoc tenebatur, tit. 1 §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 30. fol. 389
Ordine naturæ & intellectus vt valeat contractus, etiamſi ſit facta traditio: vide *Contractus*.
Otho magnus vt tum demum Imperator fuerit, cum creatus fuit Romæ, & ſic electione, non ſucceſſione fuerit Imperator, tit. 1. in Rubr. nu. 60. fol. 26. & vt illi non à ſolo Papa, ſed à populo Rom. fuerit imperium conceſſum, *ibid.* vt ipſi fuerit imperium conceſſum, non tanquam Regi Theutonum, ſed tanquam Regi Italiæ, num. 60. fol. 26

P

PActum de facultate atteſtandi an valeat, tit. 2 §. 74. gloſ. 1 nu. 178. fol. 1391
Pactum de iniectione manus an, quando, & cuius reſpectu valeat, num. 129. fol. 1379 gloſ. 2. nu. 115. 116. 117 fol. 1374. 1375
Pactum appoſitum, in commiſſione reſpiciens debiti ſubſtantiam, vt non profit reſpectu eorum, ad quos res ſpectat: ſecus autem in pactis concernentibus qualitatem & modum exactionis, tit. 1. §. 9. gloſ. 7. in verbo, *Le Commiſſaire*, nu. vlt fol. 404
Pactum *de ingrediendo & apprehendenda poſſeſſione propria authoritate*, vt intelligatur ſine facti violentia vel reſiſtentia, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 16. fol. 112. de renouando in materia prohibita, vt reprobetur, §. 51. gloſ. 2 in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 36. fol. 1145
Paleæ quid in decreto ſignificent, tit. 1. in rubr. num. 77. & 79. fol. 31. & 32
Pancharte quæ, & an probent, tit. 1 §. 8 gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 18. fol. 313
Papa vt etiam per duos teſtes conuinci poſſet, tit. 1. § 43. gloſſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 67 fol. 1002. vt non poſſit vllo modo prouidere de beneficiis vacantibus iur. regaliæ aperto, etiamſi vacent in curia Romana, §. 42 gloſ. 1. in verbo, *Souffrance*, nu 11. fol. 968
Papæ vt à Regibus Francorum ditati, tit. 1. in Rubr. nu. 25 & ſeq. fol. 13. vt non ſit eius approbare aut reprobare Imperatorem electum, num 73. fol 30
Parfaute d'homme, quid in iure feudali, tit. 1. §. 7 gloſ. 1. in verbo, *Iuſqu'à quarante ſours*, num. 11. fol. 297
in Parentes vel patronos vt non detur actio ſiue perſecutio famoſa, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 45 fol. 123
Parentes vt præſumantur conſulere liberis, tit. 1. §. 46. gloſ. 1. in verbo, *Le gardien*, nu. 1. fol. 1081. eorum affirmatio ratione primogenituræ & nationalis liberorum vt probet, §. 13 gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 7. fol. 453
Parens malæ fidei non ſuccedit filio, §. 128. nu. 1. fol. 1693
Pariſienſis ſtylus penes rationum reddditionem, tit. 1. §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu 22. & ſeqq. fol. 386 eius conſuetudo vt plus habeat ciuilis rationis & honeſtæ gratuitatis reliquis: vide *Conſuetudo*.
Pariſienſium patronorum benignitas & liberalitas, tit. 1 gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 38 fol. 209
Pars incerta ratione loci & quotæ vt poſſideri non poſſit, tit. 1. § 28 gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu 15. fol. 734
Parum & nihil vt æquiparentur, tit. 1 § 47. gloſ. 4. in verbo, *Vne ſomme pour vne foi*, nu. 2. fol. 1099
Pater vt poſſit feudalia permutare, vendere, aut in cenſualia conſenſu domini conuertere, vt ſint filij æquales, tit. 1. §. 13 gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 23. fol. 492. vt per viam vltimæ voluntatis nullomodo poſſit minuere ius primogenituræ, nu. 24. fol. 493. item nec per viam pœnæ vel conditionis, nu. 25 fol. 493
Pater poteſt agere pro filio non emancipato, etiam viua vxore, § 99. nu. 9. fol. 1664
Pater non excluditur à ſucceſſione filij in qua ſunt bona in quibus dictus filius ſucceſſit auo patre ſuo abſtinente, §. 129. nu. 4. fol. 1709
Patruus eſt remotior nepote iuris diſpoſitione, §. 153. nu. 2. fol. 1739
Patientia & ſcientia vtrum præiudicent, tit. 1. §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 3. fol. 729
Patris & Matris appellatione, vt intelligantur aſcendentes, tit. 1. §. 15. gloſ 1. in verbo, *Pere & Mere*, nu. 1 fol 509. denegantis dominum delictum an noceat filius, §. 43. gl. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 132. fol. 1035. iniuria vt ſpectet ad effectum filij, §. 43. gloſ. 1. in verb, *Qui deſſaut le fief*, nu. 125. fol. 131
de Patre dictum, vt nonnunquam ad auum & aſcendentes extendatur, tit. 1. §. 1 & 3. gloſ. 1. in verbo, *Par ſucceſſion*, nu. 4. fol. 244
Patrimonium Principis vt duplex, tit. 1. §. 43. gloſ. 1 in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 170. fol. 1055
Patronatus ius ad ſacerdotia, ſi temporali rei ſit annexum, vt poſſit cum illa alienari & infeudari: ſecus ſi per ſe ſubſiſtat, tit. 1. § 55 gloſ. 10. in verbo, *En luy payant*, nu. 5. fol. 1204. vt non habeat locum in iure patronatus temporali rei annexo clem. *Plures de iurepatron.* quia tunc in illo ſuo cedit, ſicut in re temporali, nu. 6. fol. 1204. vt hoc ius patronatus per ſe ſubſiſtens ſit propriè in bonis & dominio, nu. 7. fol. 1205. & tranſeat in donatione omnium bonorum, ſed non in donatione iurium, nu. 8. fol. 1205. vt non noceat qualitercumque in venditione feudi mentio fiat iuris patronatus annexi, nu. 11. fol. 1206. Clerico competens ratione perſonæ vel patrimonii, vt cenſeatur laicum & non eccleſiaſticum, §. 68. gloſ. 1 in verbo, *Franc alleu*, nu. 20. fol. 1297
Patronatus iura vt à feudo differant, tit. 1. in Rubr. num. 19. fol. 10
Patronus actiones ſuas clienti cedere quando debeat, tit. 1 §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 68 fol. 220
an Patronus contractui per vaſallum facto ſtare teneatur, *ibid.* nu 47. an frui debeat augmentis à vaſallo factis, §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 25. fol. 739
Patronus an poſſit poſſeſſori inueſtituram petenti controuerſiam facere iuris alieni, tit 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 99. fol. 811. an probare teneatur vaſallum dolosè & ſcienter, ſaltem lata culpa negaſſe, §. 43. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 68. fol. 1003
Patronus an prohibere poſſit emptorem à nemorum deiectione, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 86. fol 615. an teneatur ad ſarta tecta & idoneam culturam, §. 1 gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 57. & 61. fol. 216 217. admittere vnum ex hæredibus integra iura offerentem, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 89.

fol 805. de euictione colono expulso, §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts fiens*, nu. 43. & 51. fol. 211 214 satisdare de restituendo victori, § 20 glos. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 51. fol. 658. vasallo de euictione, § 10. & 11. glos. 1. in verbo, *Blasmer ledit denombrement*, nu. 23. fol. 419. capiens mercedem à colono debitam vt possit & debeat etiam frui cæteris prædiis, vel obuentionibus feudi non comprehensis in locatione, §. 58. glos. 1. in verbo, *A ferme ou moisson*, nu 1. fol 1227. vtrum patronus qui tolerauit colonum vasalli in primo anno, possit eum expellere pro sequentibus annis, nu. 2. fol. 1227. eo ipso quòd mercedem recepit à colono, vt censeatur eius conductionem approbasse, nec possit eum durante illo expellere, nu. 4 & 5. fol. 1228. 1229. vt possit recta sine cessione agere contra colonum feudi præhensi, nu. 7 fol. 1227. denegans inuestituram vtrum priuetur feudo, §. 20. glos. 1 in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 1. fol. 575. eligens retractum feudalem vt non possit retinere pretium ratione iurium feudalium sibi debitorum ante venditionem, §. 33 glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 147. fol. 858 nec etiam aliqua iura feudalia petere ratione mutationum, quæ inter venditionem & retractum contigerunt, nu. 148 fol. 858. emptoris loco quando sit, §. 20. glos. 5. in verbo, *Vendu*. nu 27 fol. 646

Patronus enormiter offendens clientem seu vasallum, vt priuetur dominio feudi seruientis, atque omni iure & potestate feudali, tit. 1. §. 2. & 3 glos. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 10. & 11. fol. 263. 264

Patronus & fructuarius in quibus conueniant, tit 1. §. 50. glos. 1. in verbo, *Pour son droit*, nu. 1. fol. 1103. etiamsi petierit releuium, nisi post obitum fructuarii: vt debeant hæredes fructuarii inde exonerare proprietatem, §. 33. glos 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 160. fol 846. feudi præhensi an possit pendente præhensione dominus vocari, §. 51. gl. 6. in verbo, *Au seigneur*, nu. 3. fol. 1192. feudo præhenso vtrum commissarios adponere teneatur, §. 9. glos. 7. in verbo, *Le Commissaire*, nu. 2. fol. 395. fruens feudo ex defectu hominis vtrum teneatur ad bannum vel subbannum eiusdem feudi ratione, § 15. glos 6. in verbo, *Au seigneur*, nu. 4 & 7 fol 1193. inuestiens emptorem vt adprobet, venditionem cum omnibus qualitatibus, § 20. glos. 4. in verbo, *Le fief tenu*, nu. 9. fol. 630. inuestiens vt teneatur denunciare fructuario, non è contra, §. 1. glos 3. in verbo, *Peut*, nu. 25 fol. 96. iure feudali possidens vt etiam mille annis non præscribat, § 12. glos. 1. in verbo, *Prescription*, nu. 15. fol. 430. iure releuij fruens, & qui anni prouentus elegit, an possit interim expellere vasallum & colonos illius ab habitatione rustica & vrbana, §. 50. glos. 1. in verbo, *Pour son droit*, nu 8 fol. 1106. item & locatorem & fructuum emptorem, nu. 9. fol. 1107

Patronus nouus minor viginti annorum vtrum proclamationes facere possit, & id genus actus feudales exercere, tit. 1. §. 32 glos. 1. in verbo, *Aagé de vingt ans*, nu. 4. fol. 744. nouus si statim factis proclamationibus decessit ante homagia præstita, quid iuris, §. 65. glos. 1. in verbo, *Les proclamations*, nu. 4. fol. 1280. oblatum à vasallo catalogum si nolit recipere, vt statim 40. induciarum feudalium dies currere incipiant: verùm re adhuc integra moram purgare possit, §. 10 & 11. glos. 1. in verbo, *Blasmer ledit denombrement*, nu. 10. fol. 410 petens commissum vt certet de lucro, §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, num 86. fol. 1010

Patronus possidens quomodo sibi consulere debeat ad conseruationem probationis commissi, tit. 1. §. 43 glos. 1. n. 64. fol. 1001. præhendens feudum ex defectu hominis vtrum possit cogere vasallum, vel eius hæredem ad sibi tradendum vel exhibendum instrumenta feudi, §. 51. glos. 7 in verbo, *Lequel est tenu*, nu. 3. fol 1196. præhenso feudo vasalli vt teneatur in eo se gerere, ad modum optimi patrisfamilias, §. 1. glos. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 61 fol. 217. prætendens feudum Vulquesini, more regio, vt probare teneatur, §. 2. & 3. glos. 6. in verbo, *Vulquessin*, nu. 1. fol. 286. pro releuio si fructus primi anni eligat, in quo omnes fructus pereunt, vel sumptibus absorbentur, vt debeat capere releuium ex anno sequenti, §. 59. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal veut*, nu 2. fol 1232. quàm reuerenter & obsequiosè adeundus à cliente, § 2. & 3. glos. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, num. 16. & 17 fol. 256. quandocumque iure præhensionis seu manus iniectionis, ex defectu clientis fructus percipit, vt tunc indistinctè lucretur quotcumque ciuiliter cedunt, vel à solo maturitatis tempore, quomodocumque & à quocumque separentur, durante manus iniectione: siue longo, siue breui tempore durauerit, §. 1. glos. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 24 & seqq. fol. 203. vbi prædictæ rei traduntur modificationes, & nu. 28. 29. fol 205

Patronus qui bona fide retractum elegit, an re euicta eligere possit & petere quintum denarium, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 120. fol. 822 an inquam euictionem passus à fideicommissario possit quintum vel subquintum repetere ab hærede, vel emptore, *ibid*. qui non adhibuit commissarium feudo præhenso, nec passus est vasallum colere, vt ei teneatur etiam de leui culpa, §. 9. glos. 7. in verbo, *Le Commissaire*, nu. 11. fol. 399. qui post offensam vasalli vendidit feudum dominans, deinde iure commissi obtinuit feudum seruiens, vt teneatur emptorem feudi dominantis agnoscere in patronum, eique releuium soluere, §. 30. al. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 55. fol. 998. si cedat ius commissi vt non teneatur cessionarius recuperator feudi releuium soluere, sicut nec de nouo infeudatus, nu 56. fol 998. qui recepit iura ex venditione facta sub pacto redimendi, vt non possit vti retractu feudali in reuenditione, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 16. fol. 761. qui semel elegit prouentus anni, licet annus inueniatur sterilis, vt non possit variare, nec eligere summam, vel arbitramentum proborum, §. 59. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal veut*, nu 4. fol. 1233. qui tanquam talis etiam iure simplicis releuij fruitur feudo, vt possit actus dominicales exercere in subfeuda: secus si tanquam priuatus fruatur, § 50. glos. 1. in verbo, *Pour son droict*, nu. 3. fol. 1104

Patronus vt iure simplicis releuij fruens feudo, lucretur releuium vel commodum subfeudi, quantumcumque magnum & rarum, nu. 4. fol. 1105. recusans inuestituram vt seipsum excludat à iuribus inde debitis, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 134 fol. 831. retrahens an possit refusionis loco compensare, tit. 1. § 20. glos. 7. in verbo, *En payant*, nu 10. fol. 672. retrahens feudum venditum an debeat habere fructus qui pendebant tempore venditionis, vel eorum æstimationem, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, num 71. & seqq. fol. 610. retrahens vt integrum pretium refundere debeat: vide *Retrahens*, eo retrahente vt venditor lucretur quintum pretij, *ibid*. retrahens vt teneatur iurare, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, num. 31. fol. 588 scienter tanquam dominus feudalis præhendens feudum alias apertum ex defectu hominis & iurium, vt non censeatur remittere commissum, §. 43 gl. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 62 fol. 1001. idemque iuris si præhendat ex defectu catalogi, nu 36 fol. 1001. si accipiat fructus anni pro releuio, quid iuris, §. 28. glos. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu 4. fol. 729. item si præhenderit feudum *ex defectu catalogi*, § 43. glos. 1 num 63 fol. 1001. si accipiat fructus anni pro releuio, quid iuris. §. 28. glos 1. in verbo, *Durant le temps*, nu 4 fol. 729 item si præhenderit feudum ex defectu catalogi, nu seq. fol. 729. si ad eum perueniat, vt priuatum, nu. 6. fol. 730. si admisit fidelitatem oblatam, sed sub conditione, quid iuris, §. 35. glos. 2. in verbo, *En faisant la foy*, nu. 24 fol. 930. si commissarios non adhibuit, sed feudum locauit, quid iuris? §. 9. glos. 7. in verbo, *Le Commissaire*, nu 20. fol. 404. si commissarios perditos quosdam & ignaros adhibuerit, vt teneatur, §. 9. glos. 7. in verbo, *Le Commissaire*, num. 12. fol. 400

Patronus si emptori dederit iura sibi debita, vt nihilominus debeant refundi, tit. 1 §. 22. glos. 1 in verbo, *Par retraict*, nu. 6. fol. 712 si fuerit in mora retrahendi, vt eam possit purgare etiam 40. dies statutos, §. 20. glos. 12. in verbo, *Notifié*, nu. 13. fol. 690. nec tamen habebit nouum tempus de integro, sed residuum, *ibid* si non fuerit in vita conquestus, vtrum eius hæres conqueri possit, § 43 glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 126. fol. 1033 si præhenderit feudorum bona, vt fructus perceptos minimè restituere teneatur, §. 1. glos 2 in verbo, *Par faute d'hommes*, n. 6. fol. 86. si sit vnus à quo plura feuda simul ab vno vni vno pretio vendita dependent, vt possit respectu vnius quintum denarium, respectu alterius feudi retractum eligere, §. 20. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 54. fol. 598. superior seu mediatus si abnegetur, quid iuris, §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desnie le fief*, nu. 16 fol. 983 superior vt non possit amortizare subfeudum dependens à feudo à se præhenso: possit tamen exigere releuia, & indemnitatem à manu mortua, §. 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de son fief*, num. 83. & 84. fol. 1164 vt possit immediatus amortizare siue consensu superioris patroni, num 85. superior vt præcise cogatur ponere extra manum suam subfeudum sibi confiscatum, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 161. fol. 847. volens habere quintum denarium tam de pretio, quàm de æstimatione redditus an audiendus sit, §. 33. gl. 2 in verbo, *Alienè à prix d'argent*, nu 75. fol 893

Patronus vt circa commissariorum electionem non teneatur, nisi de dolo & lata culpa, tit. 1. § 9 glos. 7. in verbo, *Le Commissaire*, num. 15. & seqq. fol. 401. vt nomine proprio ad omnia teneatur, quando præhensio est iniusta ad omnia damna & interesse vasalli, nu. 17. fol. 402. vt de dolo & lata culpa tantum teneatur, § 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruits*, num. 65. fol. 219. vt ex iusto errore restituatur aduersus Inuestituram, §. 21 glos. 1. in verbo, *A refus*, num. 2. fol. 699. vt exæquatur fructuario, non è conuerso, §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, num. 3 fol. 195. vt feudum

vt feudum apertum propria authoritate prehendere poſſit, §. 1. gloſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 11 fol. 109. vt fidem exigat, non recipiat per aliũm, § 55 gloſ. 2. in verbo, *Les proprietaires & Seigneurs*, nu. 6 fol. 1183. vt fidelitatis oblationem incertam ratione loci dominantis non teneatur admittere, § 43. gloſ. 1. in verbo, *Que deſnie le fief*, nu. 15. & ſeq fol. vt fruatur non iure à vaſallo accepto, ſed ſuo primitivo, § 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 57. fol. 216. vt fructuarium prohibere poſſit ab actis dominicalibus, §. 1. gloſ. 3 in verbo, *Peut*, num. 23. & ſeqq. fol. 95 vt in retractu magis ſit recuperator quàm emptor, § 20 gloſ 5. in verbo, *Vendu*, num. 22 fol. 643. vt interueniendo in contractu tanquam fideiuſſor ſibi non præiudicet: ſecus ſi tanquam principalis, §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A vecu*, nu. 3 fol. 699 verum interpellando emptorem de ſoluendis iuribus præiudicet ſibi in retractu, nu. 4 fol. 700. vt non amittat ius retractus per ſimplicem inductarum dationem, nu. 6. fol 701. vt iure ſimplicis relevij fruens, non poſſit iure proprio, retrahere ſubfeuda vendita, § 50 gloſ. 1. in verbo, *Pour ſon droit*, num. 5. fol. 1105. nec etiam procuratorio nomine ſui vaſalli niſi doceat, nu. 6. fol. 1106. vt lite pendente poſſideat, §. 60. gloſ 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu 1 fol. 1235 & ſic non tenetur litigare niſi manu plena, *ibid.* vt lite pendente poſſit prehendere & actus dominicales exercere. niſi per iudicem veticum ſit, §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 6. fol. 1237. vt nihil facere poſſit in præiudicium vtilis dominij vaſalli, §. 1. gloſ. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, num 6. fol. 196. atque ita proprietatem deteriorare non poſſit, *ibid.*

Patronus vt nihil poſſit in feudum mediarum, niſi immediato aperto & prehenſo, tit. 1. §. 1. gloſ 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu. 1. fol 181 vt non debeat clientem criminoſum occultare, vel ei fauere, § 2. & 3. gloſ. 4 in verbo, *Serment de feauté*, nu 23 fol. 268 vt non debeat malè verſari in re beneficiaria, §. 1. gloſ. 7. in verbo, *Exploitter*, num. 1. fol. 189. vt non poſſit alij cedere prehendi ius etiam vtile tantum, §. 1. gloſ 3 in verbo, *Peut*, nu 26. fol. 97 vt non poſſit conueniri ad fructuum reſtitutionem, vel rationum redditionem, quando commiſſarij vel curatores deputati fuerunt, §. 9. gloſ 7. in verbo, *Le Commiſſaire*, nu. 1. fol. 394. vt non poſſit denegare inueſtituram vero poſſeſſorio feudi, & non poſſeſſorem præferre, §. 33 gloſ 1 in verbo, *Droit de relief*, nu. 91. fol. 806. Si verò iniuſtum poſſeſſorem ſummariè poſſit conuincere, vt non teneatur eum inueſtire, n. 92 fol. 806 vt non poſſit diuidere conceſſionem vaſalli, §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 28 fol. 1121 nec poſſit præſcribere contra vaſallum, *ibid* nec diſmembrare feudum dominans, vel eius iura in præiudicium vaſallorum, nu. 31 fol 1126. vt vendendo feudum dominans poſſit retinere ad vitam iura releuiorum, nu 33 fol. 1126 vt non poſſit eligere fructus certi anni pro releuio, §. 47. gloſ. 2 in verbo, *Le vaſſeur*, nu. 3. fol. 1090. nec variare circa idem releuium, nu. 4 fol 1090. vt non poſſit vti prehenſione feudali pro juribus feudalibus extraordinariis, ſed ſolum pro ordinariis, §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droit de relief*, num. 125. fol 815

Patronus vt non præſcribat contra clientem, nec cliens contra patronum, tit. 14. 12 gloſ. 1. in verbo *Preſcription*, num. 1. fol. 423 vt non teneatur cauſam dicere, ſeu litigare, niſi manu plena, ſeu repleta, §. 1 gloſ 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu 1. fol. 223 vt non teneatur curatores feudo deputare, niſi quando vult: vaſallo tamen eam deputationem notificare debeat, § 9. gloſ. 7. in verbo, *Le Commiſſaire*, nu. 3. fol 396. vt non deſtituat curatorem inuito vaſallo, nu 6. fol 396. vt non teneatur de oneribus impoſitis poſt venditionem, ex qua retractu vritur, § 20. gloſ. 5 in verbo, *Vendu*, nu 45 fol 654. vt poſſit eligere ex pluribus feudi venditionibus quæ retrahere volet, no. 44. fol. eius reſpectu vt locum non habeat, *l. quotiens, C. de rei vend. ibid.* vt non teneatur infeudare creditorem de reddita, §. 28 gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 10. fol 731. ſic & econuerſo creditor non teneatur eum recognoſcere, *ibid.* vt non teneatur in fidem admittere cuſtodem, ſicut nec tutorem: ſed ſi admiſerit etiam in qualitate cuſtodis, vt non teneatur vaſallus maior factus fidelitatem renouare, §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. vlt fol. 956

Patronus vt non teneatur inueſtire eum, qui non poſſidet, nec habet cauſam ab vltimo poſſeſſore aut vero vaſallo, donec ſe verum vtilem dominum probauerit, § 33. gloſ. 1. in verbo, *Droit de relief*, nu. 91. fol. 807 nec etiam teneatur vnum ex cohæredibus in fidem admittere pro omnibus, etiamſi probet mandatum, ſed illud proportione ſua inueſtiet, nu. 94 fol 808

Patronus vt non teneatur iurare clienti, tit. 1 §. 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 24. fol. 269. vt non teneatur reſtituere fructus qui conſiſtunt in commodo pecuniario, § 9 gloſ. 1. in verbo, *Saiſir*, nu. 7 fol. 367 vt non teneatur ſtare locationi paulo ante venditionem factæ eidem emptori, ſi fraus apparuerit, §. 20. gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu 81 fol 612

Patronus vt non vigilet ipſo iure, tit 1. §. 62. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur veille*, nu. 2. fol. 1265. nec tempore minoris ætatis vaſalli, etiam prehenſione facta, nu 1 fol. 1263. etiamſi prehenſio facta ſit ſuper maiore, nu. 4 fol. 1264

Patronus vt nullum ius feudale exigere poſſit ratione acquiſitionis factæ ab Eccleſia, vel alio nouo vaſallo, quem non vult in fidem admittere, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droit de relief*, nu. 34. fol. 770. vt nunquam excludatur a quinto pretij, quantumcumque excludatur à retractu, §. 20. gloſſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 17. fol. 582. non poſſit gratiam facere fidelitatis faciendæ inuito fructuario, § 1 gloſ. 3. in verbo, *Peut*, nu. 10. fol. 90 vt poſſit inuitis vaſallis transferre caput & ſedem loci dominantis de loco ad locum intra fines eiuſdem territorij, § 63 gloſ. 1 in verbo, *Faire les offres*, nu 6. fol. 1268. vt poſſit vti retractu pro filio, § 20 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu 32 fol. 648 vt pro verbis ſuis non poſſit conqueri de fraude vel ſimulatione, § 28. gloſſ. 1 in verbo, *Durant le temps*, num. 14. fol. 733. vt quemlibet hæredum vaſalli pro parte ſua in fidem admittere debeat, nec per hoc vila ſit feudi diuiſio, §. 3 gloſ. 4 in verbo, *Serment de feauté*, num. 28. fol 270. vt ratione contractus inualidi teneatur reſtituere iura à ſe recepta, §. 33 gloſ. 1 in verbo, *Droit de relief*, nu. 33 fol. 769. vt rebus clientelaribus abuti non debeat, ſed iis vti tanquam bonus paterfamilias, §. 1. gloſ. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, num. 32. fol. 207. vt reciprocam debeat clienti fidelitatem: vide *Fidelitatem*, vt ſit poſſeſſor feudi reſpectu qualitatis domini feudalis. § 1 gloſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 29 f. 117. vt feudum prehensum tractare non poſſit, niſi ſub qualitate domini feudalis, tam in iudicio, quàm extra iudicium, *ibid.* vt ſtare debeat iudicio contradictorio, & ſententiæ latæ inter contendentes de feudo, nec ſit admiſſibilis ad contradicendum, § 33. gloſ 1. in verbo, *Droit de relief*, nu. 68. fol. 795. vt ſumptus deducat, & ei deducantur, § 1 gloſ. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 15 fol. 199 vt teneatur alere vaſallum pauperem, & è contra, § 2 & 3. gloſ. 6 in verbo, *Valquerin*, nu vlt. fol. 290. vt teneatur clienti res feudales oſtendere, § 8 gloſ. 2 in verbo, *Demembrement*, nu. 5 fol. 307. vt teneatur curatorem bonis ſui vaſalli datum in fidem admittere, vel fidei inducias indulgere in fauorem creditorum, § 28 gloſ. 1 in verbo, *Durant le temps*, nu 23. fol. 737 vt teneatur eligere alterum de tribus releuamentis, nec poſſit variando eligere partem de vno, partem de alio, etiam reſpectu plurium vaſallorum defuncti, § 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 53 fol 281 vt teneatur reſtituere, quæ recipit ex mutatione valida, ſed per in integrum reſtitutionem reſciſſa, §. 33 gloſſ. 1 in verbo, *Droit de relief*, nu. 16. fol. 771. vtrum poſſit in prehenſionis caſu dominicalia iura exercere in ſubvaſallos & cenſuarios feudi, § 9. gloſ. 3 in verbo, *Saiſir*, nu 3 8 9. 10. & 13 fol. 365. 367. 368 vtrum poſſit vti prehenſione feudali in ſubfeuda, alio habente vſumfructum feudi dominantis: §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Peut*, nu. 21. fol. 95

de Patrom dolo & culpa, & quemadmodum ea ſit præſtanda, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruits*, n 62 fol. 218

Patroni & clientis vt mutua ſit obligatio, tit. 1. § 55 gloſſ. 7. in verbo, *Lequel eſt tenu*, num. 1. fol. 1105 eius & fructuarii differentia, § 1. gloſſ 8 in verbo, *Faire les fruicts*, numer. 5 & 61. fol. 196. 217 vaſalli vt ſit mutua obligatio, §. 1. gloſſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, num. 59. fol. 129 eius facto mutatio contingens vt vaſallo capitola, nec damnoſa eſſe debeat, §. 65. gloſ. 2. in verbo, *Les proclamations*, nu. 1. fol. 1279

Patroni mutatione, vt feudum ſeruiens manum non mutet, tit. 1. §. 66. gloſſ. 1. in verbo, *L'autre vaſſal*, num. 3 fol. 1284

in Patroni noui emptore vel ceſſionario quid iuris, tit. 1. §. 65. gloſ. 1. in verbo, *Les proclamations*, num. 7. fol. 1281. ob eius nudam manus iniectionem contemptam, vt non immineat mulcta, §. 29. gloſ. 1. in verbo, *Main miſe*, nu. 2. fol. 740. eius prehenſio & poſſeſſio vt conſeruet ius veri vaſalli, § 13 gloſ. 1. in verbo, *Droit de relief*, num. 99 fol. 811 vt ſimplex interpellatio extraiudicialis ſufficiat adhoc, vt iura ſibi præſtentur nec amplius liceat contrahentibus pœnitere, §. 20. gloſ. 5 in verbo, *Vendu*, nu 20. fol 642

Patrono an duplicia iura debeantur, quando re non integra à contractu diſceditur, tit. 1 § 33 gloſ. 1 in verbo, *Droit de relief*, nu. 18 fol. 762 an emptore non ſoluente variare liceat, §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A vecu*, nu. 5 fol. 702

Patrono armis reſiſtere quando liceat vaſallo, tit. 1. §. 2. gloſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, num. 40. fol. 122. manu feudali tenti an liceat vaſallo reſiſtere, §. 2 gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 37. & ſeqq. fol. 120. poſſidente feudum iure feudali vt nihilominus contet 30. annorum præſcriptio in iure commiſſi: ſecus ſi iure proprietatis, §. 43. gl. 2. in verbo, *Qui deſnie le fief*, n. 61. f. 1000 quo-

modo aduerſus fraudem conſulatur: vide *Fraudem*, ſucceſſori vt non proſint interpellationes prædeceſſoris, ſed de nouo ſint renouandæ, § 65 gl. 1. in verb. *Les proclamations*, n. 5. fol. 1280 patrono vt liceat variare circa plura feuda, § 20. gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur feudal*, num 55. fol 598. vt ſit cliens ſeu vaſallus actrictior, quàm ipſe clienti, § 2. & 3 gloſſ. 4 in verbo, *Serment de feauté*, num. 22. fol. 268. vt ſit exhibendum emptionis inſtrumentum, atque explanandæ leges & conditiones contractus, ſiue ſcriptæ, ſiue non ſcriptæ fuerint, § 20. gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 3. & ſeq. fol. 695

Patronum offendens, aut in eum manus inferens qua pœna afficiatur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu. 147 fol. 1043. retrahentem an ſequantur onera & hypothecæ, § 20 gloſ 5. in verbo, *Vende*, nu. 26. fol 645 ad eum tanquam patronum an res redeat, an verò tanquam ad priuatum diſtinctio, *ibid.*

Patronorum iura vt reſtringantur ad limites & vires actus, ex quo oriuntur, tit. 1. §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 44. fol. 776. lite pendente vt currat eis tempus 40. dierum ad retrahendum: vide *Retrahendum* plurium ſi vnus vnus vult inueſtire, alter verò retrahere, quid iuris, § 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 49. fol. 595 vt vnus ſolus aliis volentibus inueſtire emptorem poſſit inuitis tam emptore quam aliis patronis totum feudum retrahere pretium refundendo, § 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 52 fol. 597. item ſoluere feudalia iura compatronis pro portionibus eorum, niſi maluerit emptor retractum pari pro parte, nu. 53 fol. 597 quid ſi vnus tanquam rem cenſualem prehendat, alter tanquam feudalem, quid iuris? § 60 gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, num. 65 fol. 1217

Patronus pluribus eiuſdem feudi in iure paribus, an obſequium omnibus ſit præſtandum, tit. 1 §. 35 gloſ. 3. in verbo, *Au ſeigneur feudal*, nu vlt. fol. 932

Pauperes vt tueri debeat procurator Regius, tit 1 §. 41 gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 1 fol. 947

pro Pecuniæ rata vt locus ſit quinto precij, & laudimiis, niſi in vera diuiſione, tit 1. § 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 31 fol. 800

Penſiones dominum, & mercedes operarum vt inter venditorem & emptorem diuidantur pro rata, eodemque modo inter proprietarium & fructuarium, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 52. fol. 70

de Penſionibus debitis ipſimet emptori quid iuris, tit 1. §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vende*, numer. 30. fol. 647. opiniones quàm ſint ſuper his variæ, tam affirmatè, quàm negatè, *ibid.* & ſeqq.

Penthieuriæ comes an ſit hodie immediatus vaſallus Regis & Coronæ Franciæ, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 72 fol 607

Perduellis vt ſpe regni & coronæ priuetur, cum ſua etiam poſteritate, tit. 1. §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 11. fol 487

Peræquator quis: vide in verbo, *Confitor*.

Periculi & neceſſitatis gratia vt iuris diſpoſitio remittatur, tit. 1. § 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 8 fol. 380

Permiſſum vt non vitietur propter exceſſum: vide *Prorogatio liberalis*.

Permutatio feudi cum reddiru redimibili, vt pro venditione habeatur, tit 1 § 33. gloſ. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 86 fol. 899. feudorum ſi propter læſionem vltra dimidium reſcindatur, vt nulla iura vltra debeantur patronis, nec ex prima, nec ſecunda mutatione, § 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*. nu 41. fol. 774

Permutatio cum reddiru duodecimæ, quando habet permutarius, tit 2. § 84. nu 85. 88. 89. & 92. fol. 1561. 1562

Permutatio cum hoc reddiru in locis vbi pro mobili habetur, venditio eſt, *ibid.* nu. 89 90 & 91. fol 1562

Permutationis factæ ſub pacto præambulæ ſubhaſtationis, quid iuris, tit 1. §. 33. gloſ. 1. nu. 66. fol. 793

in Permutatione mixta an locus ſit retractui feudali pro rata pecuniæ, *ibid.* nu 80. fol 800. in ea quamuis ſit læſio vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis, vt non habeat tamen locum facultas ſupplendi iuſtam æſtimationem, num. 41. fol. 774

Permutatio feudo inter duos vaſallos, vtrum relcuium debeatur, vide *Relcuium*.

Permutatio paterni cum materno facit paternum maternum & è contrà, § 179. nu 3. fol 1771

Perſecutio famoſa vt non concedatur in parentes vel patronos, §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, numer. 45. fol 125

Perſoluere verbum ex ſe non excludit, ſed potius ſi incidat, admittit compenſationem, tit. 2 § 85 nu. 24. fol. 1571

Perſoluere eſt deducto eo quod creditor à fructibus conſumptis percepit, reſiduum ſoluere, nu 27 fol. 1575

Perſona intellectualis vt plus arrendatur quàm organica, tit. 2. §. 43 gloſ. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu. 22. fol. 985

Perſonæ mutatione vt mutetur rei conditio, tit. 1. §. 15. gloſſ. 3. in verbo, *Tenus noblement*, nu. 3. fol 512

Perſonæ qualitas vt ſit magis ſubſtantia, quàm accidens, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 9. fol 454

Pertinentiæ Baroniæ & feudi, vt emptori Baroniæ & feudi cedant, tit. 1 § 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 61. fol 158 vt includantur ſuo principali, gloſ. 5 nu. 14 fol. 141

Peſtis tempore an teſtamenta de ſolemnitatibus diſpenſentur, §. 96. nu. 9 fol. 1660

Petitorium propriè pro reuendicatione, tit. 3. *de complainte*, nu. 2. fol. 1623 & *ibid.* nu. 3. fol. 1624

Petitorium vt abſorbeat poſſeſſorium, tit. 1. §. 12. gloſ 1. in verbo, *Preſcription*, nu 17. fol. 431

Philippus Auguſt & Chriſtianiſſ. Francorum Rex vt Federico I. Imperatori auxilio fuerit aduerſus Turcas, tit. 1. in rubr. nu. 27. fol 34

Pignus quemadmodum poſſideatur à creditore & debitore, tit. 2. §. 1. gl. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 29. f. 118

Pignus ſiue prætorium, ſiue conuentionale vtrum præſcribatur: vide in verbo, *Præſcribendo*

Pignoratio totius pretij ratione facta in bonis emptoris an valeat, tit. 1 § 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 5. fol. 855

Piſcatura ſtagni claue reſignata, vt cenſeatur quid mobile, tit. 1. §. 1 gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, n. 43 f. 218

Piſces in ſtagnis, an ſint pars fundi, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. nu. 18. & 20. fol. 200. 201

Pluralitas feudalis vt verificetur in ſingulari, tit. 1. §. 35. gloſ. 3. in verbo, *Au ſeigneur feudal*, nu. 5 fol. 932

Plures vt aliquando conſiderentur collectiuè, aliquando ſingulariter & diſtributiuè, tit. 1. § 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu 35 & ſeq fol. 274

Poderit (non *ponderis*) legatum quid contineat, tit. 1 §. 1 gl. 5 in verbo, *Le fief*, nu. 17. fol. 142

Pœna authenticæ *hoc amplius C. de fideicommiſſ.* vt non habeat locum in his quæ beneficio legis vel conſuetudinis percipiuntur, tit. 1. §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, num. 11. fol. 486

Pœna vt delicto commenſuranda, tit. 2. §. 30. al. 43. gloſ. 2. in verbo, *Qui defaut le fief*, n. 168. f. 1054 vt non præſtet immunitatem, § 35. gl. 3. in verbo, *Au ſeigneur*, nu. 5 f. 932

Pœna locum non habet niſi in caſu ſcripto, tit. 2. §. 77. nu. 3. fol. 1425

Pœna non debet excedere principale vel duplum, nec reliqua fructus anni, *ibid.* nu. 35. fol. 1421

Pœna non eſt niſi iure expreſſa, tit. 2 §. 74. gloſ. 1. numer. 169. fol. 1389

Pœna non debet excedere delictum, tit. 2. §. 77. num. 40. fol. 1422

Pœna odioſa non eſt extendenda, § 177. nu. 3. fol. 1767

Pœnæ commiſſionem quæ incipit a præcedenti facti obligatione, vt difficultas impediat, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 6. fol. 308

Pœnæ commiſſæ in feudis quibus cedant, tit 1. §. 11. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feudal*, nu. 58 fol. 72

Pœnæ feſtinationis matrimonij vt ſint ſublatæ in mulieræ nubente non in fornicante, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui defaut le fief*, nu. 143. fol. 1041

in Pœnis vt liquidiſſima eſſe debeat probatio, tit. 1. §. 10 & 11. gloſ. 1. in verbo, *Blaſmer ledit demembrement*, nu. 10. fol. 410

Pœnalis diſpoſitio vt amplietur, vt fraus vitetur, tit. 1. §. 10. gloſ. 3 in verbo, *Prendre, retenir*, nu. 9. fol. 622

Pœnalia ſtatuta vt in ſecundo nubentes extendantur ad luxuriantes, tit. 1. §. 35. gloſ. 1 in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 4. f. 912

Pœnitere vt liceat re integra, tit. 1 § 20. gloſ. 5. in verbo, *Vende*, nu. 12 fol. 639. quando liceat, nu. 16. fol. 641

Pœnitere contrahentibus an & quando liceat in præiudicium domini, tit. 2. §. 78. gloſ. 1 nu 31. 32. & ſeq. vſque ad nu. 36. fol. 1418. 1419

de Poſitione manus: vide in verbo, *Mouuz*.

ad Poſitionem vnius ſequitur deſtructio alterius, tit. 2. in rubr. nu. 5. fol. 1302

Poſſeſſio turbatur per negationem iuris dominicalis, tit. 2. §. 73 gloſ. 1. nu. 16. fol. 1336

vtrum Poſſeſſione fundi vel fructuum priuetur cenſuarius per arreſtum, faciatque dominum poſſeſſorem: vide in verbo, *Arreſtum*.

vtrum Poſſeſſio neceſſaria ſequeſtratione amittatur: vide in verbo, *Sequeſtration*.

de in Poſſeſſionem miſſione: vide in verbo, *Miſſio*.

Poſſediſſe pro ſuo vt præſumatur in dubio: vide *Præſumatur* infrà.

vt Poſſeſſio continuata in eadem qualitate præſumatur, vt ſufficiat à principio vnus actus feudalis, tit. 1 §. 12 gloſ. 1 in verbo, *Preſcription*, nu. 21 fol. 427. feudalis vt præſcriptionis gratia debeat eſſe formalis ſiue qualificata, gloſ. 1. nu. 21. fol. 427. in feudalibus quantum operetur, nu. 20. fol. 413 precaria vt ipſo iure finiatur, & ad concedendum remetatur, dum precarium finitur, tit. 2. §. 43. gl. 1. in verbo,

Qui deſſaisit le fief, num. 174. fol. 1057. rei feudalis vt vtilis acquiratur, ſed potius firmetur lapſu anni poſt inueſtituram, §. 33. gloſſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 98. fol 810. vel quaſi poſſeſſio vt non probet dominium, nec releuet ab onere probandi ipſum vel ſeruitutem, cuius principaliter eſt quæſtio, §. 45. gloſ. 1 in verbo, *Le deſadueu*, num. 15. fol. 1073. vt deferatur ad titulum, §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, num. 22. fol. 1299. vt præſumatur continuata conformiter in titulum, *ibid.* vt eſſe debeat penes patronum lite pendente, §. 60 gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, num. 1. fol. 1235. vt ſit facti, §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſpoſe le fief*, num. 172. fol. 1056. vtrum auocetur feudi præhenſione, §. 9. gloſſ. 3. in verbo, *Saiſir*, nu. 2. fol. 365

Poſſeſſionis cauſam vt non poſſit quis ſibi ipſi mutare, §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 15. fol. 418

Poſſeſſionem vtrum amittat, qui ſciens rem propriam conducit, aut recognoſcit ab alio, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 25. & ſeq. fol. 145 146

in Poſſeſſione pacifica quando vnus contendentium eſt, vt cogat vaſallum fidem & iura ſoluere, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, num. 36. & 37. fol. 1246. 1247

Poſſeſſionum vt quædam ſubordinatæ, quædam verò oppoſitæ, tit. 1. §. 1. gloſ. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, num. 8 fol. 187

Poſſeſſor bonæ fidei an teneatur reſtituere fructus, inquantum factus eſt locupletior, tit. 1. §. 33. gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, num 49. fol. 780. bonæ fidei hæreditatis vt non teneatur fulcire, nec colere, §. 1. gloſ. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, num. 58. fol. 216. vt non præſumatur in dubio factus locupletior de fructibus, §. 33 gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, num. 52. fol. 782 etiam malæ fidei vt impenſas deducat, imo & reperat, §. 1. gloſ 5 in verbo, *Le fief*, num. 101. fol. 174. feudi dominantis an poſſit vti præhenſione feudali, §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num 74 fol 80. vt ad illum, non ad proprietarium ſpectet fructuum perceptio, *ibid.* qui item illius actus, *ibid.* vt etiam ad illum pertineat manus iniectio, nu. 77. fol. 82

Poſſeſſor tertius vt ſumptus deducat hypothecario creditori, §. 1 gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, num. 94 fol. 171. vt ipſo facto teneatur oneribus rei ſeu poſſeſſionis, §. 29. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu. 8. fol. 636

Poſſeſſore carentes terræ ad quem ſpectent, tit. 1. §. 68 gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 8. fol. 1292

non Poſſidens vt non teneatur ad iura feudalia, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 149 fol 840

Poſſidere an debeat patronus lite pendente, tit. 1. §. 45. gloſ. 1. in verbo, *A mes en main*, nu. 1. fol. 1067

Poſſeſſorium & petitorium proprietatis non poſſunt cumulari, tit. 3. *de complainte*, nu. 6. 7. 8 & ſeqq. fol. 1614

Poſſeſſoriorum tres ſunt ſpecies, tit. 3. *de complainte*, num. 20. fol. 1628

Poſſeſſio quæritur momento: ſed ſaiſina, *par an & iour*, tit. 3. *de complainte*, §. 64. nu. 1. fol. 1627

Poſſeſſionis verus annus pergit à tempore quo cultus eſt ager, tit. 3. *de complainte*, §. 64. num. 4. fol. 1630

Poſſeſſio hæreditatis per vnum ex liberis confirmatur pro cæteris, §. 132. nu. 1. fol. 1723

vt Poſſit quis per alium quod non poteſt per ſe, tit. 1. §. 45. gloſ. 1. in verbo, *Le deſadueu*, nu. 29. fol. 1079

in Potentia eſſe, vel in actu, vt non ſint patria: vide *in Actu*.

Poteſt verbum, quam vim habeat, tit. 1 §. 1 gloſ. 3 in verbo, *Peut*, num. 1. 2 & 3. fol. 87 88. an ſit exceſſiuum, *ibid.* nu. 5. 8. & ſeq fol. 89 90. vt ſit meræ facultatis, §. 9. gloſſ. 7. in verbo, *Le Commiſſaire*, nu. 3 fol. 395. §. 20. gl. 2. in princip. fol. 615

Practica procuratoris cadit in conquæſtum, §. 110. num. 1. fol. 1673

Præcipuum vt capi non poſſit niſi in rebus ſoli, & ceſſet in iuribus feudalibus, tit. 1. §. 18. gloſſ. 1. in verbo, *Manoir principal*, nu. 2. fol. 542

Præcipuum vt variè conſideretur, tit. 1. §. 15. gloſ. vlt. in verbo, *Par preciput*, nu 1. fol 519

Præcipui ius vt prius deducatur & capiatur vltra tertiam vel dimidiam feudalium, *ibid.*

Præcipui ius quatenus poſſit vendere primogenitus, tit. 1. §. 16 gloſſ 1. in verbo, *Tel qu'il vient*, nu. 5. fol 524. quod primogenitis comperit vt non ſit propriè legitima, ſed velut prælegatum, §. 15 gloſ 3 in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 26. fol. 489. vt latè debeat interpretari quantum ad vim comprehenſiuam, ſed non quantum ad extenſiuam, gloſſ. 3. nu. vlt. fol. 496. vt non augeatur nec minuatur ſalua legitima, §. 16. gloſſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vient choiſir*, in princip. fol 523. quale ſit pro ratione varietatis numeri liberorum, *ibid.*

Prædicata vt ſint talia, qualia demonſtrant ſubiecta, tit. 1. § 33. gloſ. 1. in verbo, *Droit de relief*, nu. 4 fol 756

Prædium an omne dominans ſit feudum, tit. 1. §. 1. gl. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 1. fol. 49. cum feudo permutatum ſi intra annum redimatur, quidiuris, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 92. fol. 903. quod Eccleſia tenere prohibetur, vt poſſit ab eadem hac ſolemnitate alienari, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 141. fol. 835

Prædia cenſuaria acquiſita à vaſallo vt non præſumantur vnita & incorporata feudo: vide infra *Subfeuda*.

Prædia feudaliter vel cenſualiter mouentia à ſubditis ſuis, vt ſuperior etiam ſi Rex fuerit, extra manus ſuas ponere teneatur, tit. 1. §. 20. gloſſ. 4. in verbo, *Le fief tenu*, num. 3 fol. 626. limitanea quæ dabantur militibus, vt non eſſent feuda in rubr. num. 11. fol. 7. limitata quæ, §. 1. gl. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 121. fol. 181. vt in iis ceſſet ius accreſcendi, n. 122. f. 181. vbi agitur de retractu, vt in dubio præſumantur potius conqueſtus quam antiquitatis, §. 20. gloſ. 6. in verbo, *Par ſon vaſſal*, nu. 3. fol. 664

Prædia & territoria vnde cenſen dicantur, tit. 2. in Rubr. nu. 13. fol. 1311

Prædium omne præſumitur allodium de conſuetudine Calumontis, *ibid.* nu. 44 fol. 1310

Prædia cenſualia, vt feuda, an ſint patrimonialia: vide in verbo, *Cenſualia*, illa non eſſe ſubiecta laudimiis in toto regno, ſed tantum vbi cauetur, tit. 2. §. 76. num. 7. & 11. fol. 1406. 1407

in Prædiis cenſualibus vt onus vnciæ ſpectet ad emptorem, tit. 1. §. 33. gloſſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 6. fol. 854

Præfecti libellorum ſupplicum vt habeant iuriſdictionem limitatam ad perſonales & poſſeſſorias actiones, tit. 1. §. 45. gloſſ. 1. in verbo, *A mes en main*, num. 3. & 4. fol. 1067. 1068

Præhendi propria authoritate ius vt variis Franciæ conſuetudinibus ſit receptum, tit. 1. §. 1 gloſſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, num. 18. fol. 113. vt poſſit feudum pluries ex ſimili vel diſſimili cauſa, §. 66. gloſ. 1. in verbo, *L'ancien vaſſal*, nu. 2 fol. 1284

Præhendendi vel ingrediendi in feudum alienum ius an cedi poſſit? tit. 1. §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Pour*, num. 26. fol. 97. vt non poſſit cedi, nec nomine ſuo cuiquam competere, niſi directo domino, §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu 34. fol. 62. vt tranſeat ad vſufructuarium & colonum ad longum tempus, nu. 35 fol. 62. 63

Præhenſio ex falſa vel indebita cauſa acta, vt ipſo iure nulla ſit, tit 1 § 9 gl. 5 in verb. *Saiſir*, n. 10. & 15 fol. 368. 370. vt hac præhenſione indebita non obſtante poſſit vaſallus ſubvaſallos ſuos in fidem admittere, & verbaliter inueſtire, non autem corporaliter, niſi dicta præhenſione reuocata, *ibid.* facta à poſſeſſore proprietario conquerente quid operetur, §. 1 gl. 1. in verb. *Le ſeigneur feodal*, n. 79. f. 83. feudalis quando ab alia præhenſione vincatur, § 35. gl 6. in verb. *Au ſeigneur*, n. 8. f. 1194 vt auocet poſſeſſionem, eamque tráſferat in patronum reſpectu eorum, quæ ad eum ſpectant ex lege & conditione feudi, § 1. gl 4 in verb. *Mettre en ſa main*, n 27. f. 117. vt aliis prædominetur, § 1 gl. 2. in verb. *Par ſaiſine d'hommes*, n. 3. f. 84. vt etiam non oppoſitis commiſſariis valeat, §. 9 gl. 7. in verb. *Le Commiſſaire*, n. 3. f. 397. vt etiam pendente lite ſortiatur effectum, § 1. gl. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, n. 41. & 42. f. 122. 123. vt nõ habeat locum niſi pro iuribus feudalibus ordinariis, § 33 gl. 1 in verb. *Droit de relief*, n 145 f. 825. vt non ſupprimat feudum, § 55. gl. 6. in verb. *Au ſeigneur*, n. 3 f. 1191. vt ſit actus patrimonialis ſeu dominalis, §. 1 gl. 4. in ver. *Mettre en ſa main*, n. 24 f 116. vt ſit realis & inducat ius in re, § 9 in ver *Pendant ladite main*, n. 47. f. 240 feudi ex falſa aut iniuſta cauſa facta, vt nulla ſit, ideoque præhendentem non faciat poſſeſſorem, §. 1. gl. 4. in verb. *Mettre en ſa main*, n. 30. f. 118. occulta vt non noceat, § 29. gl. 1. in verbo, *Mauuaiſe*, nu. 1. f. 739. indebita etiam iure authore facta vt contemni poſſit, nu. 3 fol. 741. quanto tempore huic præſcribatur. nu. 5. f. 741. præmatura vt non conualeſcat, §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 10. fol. 953. quæ ſit per dominum directum vt differat à miſſione in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa, & à manu Regis vel iudicis, §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſes mains*, nu. 23. fol 115

Præhenſio immobilium & corporalium feudorum quomodo facienda, tit. 1 §. 1. gloſ. 4. n. 5. & 6. fol. 106. 107. quam vim & quem effectum habeat. nu. 1. fol. 105

Præhenſionis faciendæ forma, tit. 1 §. 1. gl. 4. n. 2 fol. 105 vt ſtatim denunciari debeat vaſallo, *ibid.* quando ipſo iure reſoluatur, § 1. gl. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, n. 41. fol. 237. in caſu oppoſitionis an muteturin actionem, §. 45. gloſ. 1. in verbo, *A mes en main*, nu. 2 fol. 1067. iuſta patroni vt non impediat quin vaſallus efficaciter præſentare poſſit, ſi patronus patiatur, §. 20. gl. 7. in verbo, *En luy payant*, nu. vlt. fol. 672. & hoc obtinet ſiue præhenſio ſit ſimplex, ſiue adhibitis commiſſariis facta, *ibid.* merè conuentionalis, ſeu pignoratio quæ, § 1 gl. 9 in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 20. fol. 225. nulla vel iniuſta vt nullum operetur effectum, §. 1. gloſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 1 fol 105. ante eam

by Google

gesta à vasallo etiam non investito, vt rata maneant, nu. 2. fol. 105 feudi præhensio vt non ad subfeuda extendatur, quæ etiam aperta prædendi debent specialiter, nu. 3. fol. 106 generalis prædensio subfeudorum vt non sufficiat, nu. 4. fol. 106. verus subfeudi prædensio à vasallo facta, vt prosit patrono: sicut è contrario facta à superiori prosit vasallo, num. 5. fol. 107. prædensionis tempus cui imputentur, numer. 8. fol. 108. prædensionis quæ sit ex defectu, catalogi quid iuris, *ibid* patroni vt conseruet ius & possessionem vasalli, § 8 gloss. 1. in verbo, *Demembrement*, numer. 106. fol. 348. vt conseruet ius veri vasalli, § 33. gloss. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 151. fol 841. portionis feudi indiuisæ, vt non retoluatur, nec alteretur per diuisionem feudi sequentem, §. 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 43. fol. 238

Prædensio præproperè facta siue ab initio nulla, vt postea non conualescat, tit. 1. §. 7 glos. 1. in verbo, *Iusqu'à quarante iours*, nu. 15. fol. 299. quæ respectu certarum feudi mutationum semel remissa est, vt nunquam earumdem respectu reuiuiscat, §. 1. glos. 9 in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 31. fol. 233. secunda vt fieri non possit prima inualida non reuocata, sed benè post primam validam, § 7. glos. 2, in verbo, *Iusqu'à quarante iours*, nu. 16. fol. 299. hæc secunda vtrum valeat, prima quæ nulla est non reuocata, §. 55. glos. 3. in verbo, *D'icenx arrestefs*, nu. 1 fol. 1183. prædendendi siue potestas, vt sit ius in mera patroni facultate residens, §. 1. glos. 3. in verbo, *Peut*, nu. 10. & 13. fol. 91. simplex quando obliget ad reddendam rationem de fructibus, §. 29. glos. 1. in verbo, *Main mise*, nu. 1. fol. 739. (vasallo vi aut fraude feudi prædensionem impediente) vt pro facta habeatur, §. 1. glos. 4 in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 5. fol. 107. vt accedat missioni in possessionem ex primo decreto, §. 9. glos. 3. in verbo, *Saisir*, num. 4. fol. 366

In Prædensionis casu ex defectu catalogi, vt possit vasallus cogere patronum, vt idonei commissarij iudicis authoritate deputentur, §. 9. glos. 4. in verbo, *Commissaires*, num. 3 & 4. fol. 372. 373

Prædensionis factæ ex defectu fidei seu hominis, & catalogi, quid iuris, tit. 1. § 9. glos. 2. in verbo, *Dedans quarante iours*, nu 4 8. & 13. fol. 360. 361. 363. feudalis vt duæ sint tantum species, §. 9. glos. 3. in verbo, *Saisir*, nu. 1. fol. 363. lite pendente vtrum possit vasallus vnum ex subuasallis suis in fidem admittere: & si admiserit, vtrum actus sit nullus, §. 9. glos. 3. in verbo, *Saisir*, nu. 11. al 16. fol. 368. tempore vt spectent ad superiorem omnia commoda excidentia ratione prædiorum censualium, vel hominum manus mortuæ, vel iurisdictionis eiusdem feudi, § 55. glos. 10. in verbo, *En luy payant*, num. 47. fol. 1220. vitis sola causa principalis & productiua, vt sit fidei interruptio, §. 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 30. fol. 235

Prædensioni an locus esse possit ex defectu hominis respectu omissorum in catalogo, idque post inuestituram, & catalogi oblationem, tit 1. §. 10. & 11. gl. 1. in verb. *Blasmer tedit denombrement*, nu 13. fol. 412. feudali nudæ vt præscribatur 30 annis, §. 29. gl 1. in verbo, *Main mise*, n 5. fol. 741 feudali opponens, vt non teneatur abnegare vel agnoscere, si permittat actorem frui pendente lite, §. 45 glos 1. in verbo *Le desadueé*, nu 14 fol. 1072. iniustæ domini, quatenus possit vasallus resistere, § 1. gl. 4 in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 37. & seq fol. 120. iniustæ patroni etiam inuito vasallo, vt quilibet habens interesse possit se opponere, § 55. glos. 2. in verbo, *Les proprietaires*, nu. 8. fol. 1184

per Prædensionem ex defectu catalogi vt nuocetur possessio feudi à vasallo, & transferatur in patronum, sed possit colonum patronus expellere, §. 9. glos. 3. in verbo, *Saisir*, nu. 2. fol. 365

Prædensionem faciendo dominus propria authoritate vt testes idoneos cum tabellione aduocare debeat, §. 1 gl. 4. in verbo, *Mettre en la main*, nu. 18. fol. 113. aduentus feudalem non est locus restitutioni in integrum etiam excapite minoris ætatis, §. 1. glos. 7. in verbo, *Explettes*, nu. 5. fol. 192. per feudalem vt non fiat consolidatio, nec feudum interim desinat respectu patroni, & iurium suorum suspensa sint, velut vasalli organa, §. 1. gl. 4 in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 27 fol. 117

Prædensione durante vt superior patronus possit à vasallis catalogos exigere, quos vna cum feudo vasallo iusta facienti restituere tenetur, §. 55. gl. 7. in verbo, *Lequel est tenu*, nu. 2. fol. 1195. in feudali quando censeatur dominus modum excedere, §. 1. glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, nu. 40. fol. 121

Prædensione finita, vt non teneatur vasallus stare colono, qui conduxit à patrono, tit. 1 §. 1. glos 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 49. fol. 213 pendente, an possit iterum prædendi feudum, §. 33 glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 128. fol. 818 etiam pendente, vt possit patronus fidem exigere, §. 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 4. & 5. fol. 319. contra quam vasallus se opposuit, si vterque præsentat, vt pendeat ius ab euentu, nisi pendente lite prouiso feudi alterutri sit adiudicata; quia tunc illius præsentatio tenet, & rata manet, licet in principali succumbat, §. 55 gl. 10. in verbo, *En luy payant*, nu. 35. & 36. fol. 1214. in verbali vt sufficiat remissio absque alia reuocatione, vel testatione facta, §. 7. glos. 1. in verbo, *Iusqu'à quarante iours*, num. 18. fol. 300

Prædensione pendente vtrum possit dominus compellere vasallum ad fidem exhibendam, tit. 1 §. 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 4 fol. 324

de Prædensione vel arresto factis authoritate iudicis prorsus incompetentis, si solum appareat, non autem de aliqua manus appositione ipsius domini eius priuata authoritate, vel alterius iudicis competentis facta, an res tamen maneat prædensa? tit. 2. § 74 glos. 1. num. 104. & seqq. fol 1371

Prædensione an is vti possit, cui ius molendini bannalis datum est in censum, *ibid*. nu. 193 fol. 1396

Prædensione licet authoritate iudicis facta, tamen res non ponitur ad manum iudicis, sed domini, *ibid*. nu. 98. f. 1369

Prædensione feudali pro iuribus extraordinariis an dominus feudi vti possit: vide in verbo, *Dom. num.*

Prædensoria via procedens patronus, vt lite pendente fruatur, secus si via actionis, tit. 2. §. 45 glos. 1. in verbo, *A mi en sa main*, nu. 1. fol. 1067

Prælatus vt non semper teneatur præsentatum statim instituere, licet hoc possit si velit, tit. 1. §. 55. gl 10. *En luy payant*, nu. 28. fol. 1212 vt possit refutare præsentationem simplicis commissarij, sicut & cuiuslibet procuratoris non docentis de sufficienti mandato, nu. 39. fol 1217. vt autem possit, si velit admittere præsentationem simplicis commissarij, vel procuratoris generalis, & tenebit institutio, *ibid*. vtrum possit solus felonam remittere, §. 43 glos. 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, nu. 113 fol. 1021. vt præiudicet Ecclesiæ in iure commissi, nu. 114 fol. 1021. vt solus non remittat iniuriam Ecclesiæ, nu. 115. fol. 1022. illius abnegatio iudicialis an inducat commissum, nu. 118. fol. 1023. vtrum prouidere possit liberè propter litem patronorum, §. 55. gl. 10. in verbo, *En luy payant les droits*, nu. 37. fol. 1216

Prælati delictum vt non redunder in damnum Ecclesiæ, sed ipsius solùm delinquentis, tit. 1. §. 2 glos. 4. in verbo, *Serment de fealté*, nu. 19. & 20 fol. 267. noxia, an noceat Ecclesiæ. §. 43. gl 1 in verbo, , *Qui desaue le fief*, nu. 72. f. 1005

Prælati Ecclesiæ vt illius non sint domini, sed administratores, tit. 1. §. 2. & 3. glos. 4. in verbo, *Serment de fealté*, n. 19 fol. 267

Prælationis ius vt differat à iure redimendi, tit. 1. §. 20. gl. 1. in verbo, *La seigneur feodal*, nu. 23. fol. 585 an transeat ad hæredem, *ibid*. hoc ius futuræ venditionis si quis primo stipulatus est pro centum, & postea emicit alium emptorem, an debeat iura de illa prælatione, vel retractu, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 18 fol. 762

Prælegatarij consuetudinis qui sunt? §. 121. numer. 18. fol. 1693

Præposteratio vt non semper noceat, sed interdum reducatur ad rationis & intellectus ordinem, tit 1 §. 2 & 3. glos. 3. in verbo, *La bouche & la main*, nu. vlt. fol. 256

Præscribere vtrum quis possit, vt teneat prædium in alaudium, tit. 1. §. 68. gloss. 1. in verbo, *Franc aleu*, num. 15. fol. 1296

vt Præscribatur tantum & tale, quantum & quale possidetur, tit. 1. §. 12. gloss. 1. in verbo, *Prescription*, num. 34. fol. 440

ad Præscribendum iure alieno ius feudi, siue sit dominans siue seruiens, vt sine titulo non sufficiat minus 30. annis, *ibid*. nu. 22. fol. 434

Præscribi patiens vt alienate censeatur, tit. 1. § 51 gloss. 1. in verbo, *Desmembrer*, nu. 15. fol. 1117. vt possit reuocari, extingrari causa, §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, nu. 51. fol 997

Præscripta contra vasallum etiam tempore immemoriali, vt patrono non noceant, tit. 1. §. 28. glos. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 1 fol. 727. quod etiam ampliatur in oneribus contentis in adiudicatione per decretum facta præsente patrono, nu. 2 fol. 728

Præscriptio, à quo tempore venditionis vel retractus curat contra *l. 2. C. de rescin. vend.* §. 20. gloss. 5. in verbo, *Vendo*, numer. 57. fol. 661. decennij quando ex constitutione regia locum habeat, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 47. fol. 779. longi & longissimi temporis quæ, §. 12. gloss. 1. in verbo, *Prescription*, num. 14. fol. 429 nisi fuerit centenalis vt fisco non præiudicet. §. 12 gl. 1. in verbo, *Prescription*, num. 18. fol. 432. prædensionis feudalis, quanti sit temporis, §. 29 gloss 1. in verbo, *Main mise*, nu. 1. fol. 741. rationum reddendarum, *ibid*. quid proprie, §. 12. gl. 1. n. 17. fol. 431. simplex vt æquiparetur dispositioni seu concessioni factæ simpliciter, gl. 1. nu. 34. fol. 440. temporis immemorialis vt nunquam censeatur

excluſa, nu. 14. fol. 419. triginta annorum vt iure digeſtorum incognita fuerit, nu. 16. fol 416 vbi excluditur, vt non tamen præſumptuo excludatur, nu. 17. fol 411. vt non currat contra creditorem in hypothecaria & pignoratitia, quamdiu pignus vel hypothecam poſſidet, § 30 al. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 61. fol. 1000

Præſcriptioni an ſit locus in retractus actione à tertio poſſidente cum titulo & bona fide, tit. 1. §. 20. gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 13. fol. 697

Præſcriptione adquiſitum vel actum feudum cuius ſit naturæ, §. 12. gloſ. 1. verbo, *Preſcription*, nu 32 fol. 439

Præſcriptio non currit hæreditate vacante, §. 130. num. 6. fol. 1712

Præſentandi ius vt non tranſeat in fideicommiſſatium, tit. 1. §. 55. gloſ 10. in verbo, *En loy payant*, nu. 1 fol. 1203. ſed benè in fructuarium vel maritum, nu. 2 fol. 1203. vt non veniat in mandato etiam vniverſali, §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 25. fol. 59. vel conferendi tempus vt non currat ignoranti, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. in verbo, *En loy payant*, nu 20 & 32. fol. 1209. 1214

ad Præſentandum vt ſpeciale mandatum requiratur, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. nu. 38. fol. 1217

Præſentare ad Eccleſiam vt poſſit cum effectu ſimplex proprietarius, quæ Eccleſia cœpit vacare durante vſufructu, ſi fructuarius non conqueratur, nu 23. fol. 1211. vel conferre vtrum poſſit vaſallus ad Eccleſiam quæ vacauit ante præhenſionem, etiam ipſa præhenſione pendente num. 12. & 13. fol. 1206 vt tamen ad hæredem immobilium & non mobilium, vel viduam doariam ſpectet ipſa præſentatio ad Eccleſiam, quæ vacauit ante obitum defuncti, *ibid.* vtrum poſſint commiſſarij & ſequeſtres, num. 38. fol. 1217

Præſentare ad beneficia creditor non poteſt etiam in ſimplici antichreſi, ſed benè *venir en aſſiette*, tit. 2. §. 84. num. 49. fol. 1550

Præſentatio eiuſdem feudi facta à vaſallo & à domino vtrum valeat, & quæ præferenda, tit. 1. § 55. gloſ. 10. nu. 43. fol. 1219 facta a vero patrono non poſſidente, vt non valeat quando alius etiam mala fide poſſidet, num. 19 fol. 1209. facta per vaſallum vtrum præferatur præſentationi factæ per commiſſarium patroni, num. 40. fol. 1217. patroni vtrum præferatur præſentationi factæ per vaſallum, num. 36 fol. 1215. quid, & vt ab admiſsione & inſtitutione differant, nu. 25 26. 27. fol. 1211. vnius ex pluribus patronis vel hæredibus, vt ſit efficax, aliis per tempus legitimum negligentibus, nu. 24 fol. 1211

in Præſentatione vt non habeat locum *cap. fin. de elect. lib. 6.* contra Gloſſ. & Doct comm. *ibid.* nu. 27. fol. 1212

ad Præſentationem ſuperioris patroni tacente vaſallo vt valeat inſtitutio, licet vacatio acciderit ante præhenſionem, *ibid.* nu. 16 fol. 1208 idem è converſo de præſentatione vaſalli tacente patrono facta ad vacans tempore præhenſionis, nu. 17. fol. 1208 idemque de præſentatione bona fide facta per hæredem conqueſtuum, licet poſtea ſuperueniat hæres propriorum, à quibus ius præſentandi dependet, *ibid.*

Præſentationibus ſine collationibus pluribus, an quis ſe iuuare poſsit, nu. 42. fol. 1218

Præſtatio annua vt ſit quædam ſeruitus, tit. 2. §. 18 gloſ. 1. in verbo, *Argent*, num 12. fol. 147

Præſtationis decennalis vis, tit. 1. §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 19. fol. 432

vt Præſumatur contra detrectantem producere inſtrumentum originale, §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, num. 39. fol. 322

Præſumenda cauſa veriſimilior collatis coniecturis, §. 20. gl. 8. in verbo, *Le prix*, nu. 4. fol. 676

vt Præſumatur contra non facientem librum rationum, ſicut contra illum, qui non fecit inuentarium, tit. 1. §. 9. gloſ 6 in verbo, *Rendre compte*, nu. 14. fol. 190

vt Præſumatur in dubio quis pro ſuo poſſediſſe, tit. 1 § 12 gl. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 11. fol. 427

Præſumptio doli, vt ſit contra differentem agere, vide *Dolus*.

Præſumptio quæ oritur propter antiquitatem, vt tollatur, ſi per ipſammet ſcripturam appareat de contrario, tit. 1 § 8. gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu 79. fol 338 qualis qualis quid operetur, *ibid* nu 39. fol. 322. ſpecialis vt generalem vincat, § 68 gloſ. 1 in verbo *Franc aleu*, nu. 13. fol. 1294 ſubſtractionis aduerſus hæredes qui non fecerunt inuentarium, vt non habeat locum, niſi reſpectu creditorum & legatariorum: non autem inter eoſdem hæredes, niſi forte vnicus adminiſtraſſet, §. 25. gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu 14. fol 720

Præſumptiones vt ſint tres circa venditionem, tit 1 §. 33. gl. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 60. fol 891

Præſuppoſitiua verba an diſponant & qualificent, tit. 1 §. 20. gloſ 1 in verbo, *Prendre, retenir*, nu 7. fol 621

Præterita iura (vulgo Deneria) an præſcribantur, tit. 2. §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 16. fol. 430

à Praxi antiqua vt non ſit recedendum, tit. 1. §. 45. gloſ. 1. in verbo, *A mes en mains*, num. 11. fol. 1071

Praxis error de feudo ponendo in manu iudicis non domini, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, num. 20. fol. 114

Praxis antiqua non eſt leui ſubtilitate temerè mutanda, tit. 2 §. 74. gloſ. 1. nu. 116. fol. 1375

Praxis in iudicando, quando poſſeſſor rem eſſe cenſualem negauit, vel in cenſu moneri ab arreſtante, *ibid.* nu. 170. & 171. fol. 1389

Precarium ſi concedatur ad voluntatem concedentis: ſicut per mortem concedentis extinguitur, ita extinguatur poſſeſſio precaria, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 174. fol. 1057

Pretij diſtributio quando plures conſtituat venditiones, vel non, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 15 fol 581. menuo vt faciat intelligi de venditione ſtrictè ſumpta, § 23. al. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 1. fol. 851. quintum vt debeatur in ſimplici contractu, ſecus in reſeuio, §. 33. gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 6. fol. 757. venditionis rei feudalis, vbi ſit receptio ſub clauſula reſeruatoria, quid iuris, §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A reſeu*, nu 1. fol. 699

in Pretio an & quando arrhæ computentur, tit. 1. §. 20. gloſ. 9. in verbo, *Loyaux conſentements*, nu. 3. fol. 679

Pretio partim remiſſo aut donato, partim verò ſoluto quid iuris in alienatione ſeu venditione feudali, tit. 1. §. 20. gloſ. 8. in verbo, *Le prix que l'acqueſteur*, num. 2. fol 673

de Pretio refundendo pro recuperatione feudi communis, quid iuris, §. 18. gloſ 2. in verbo, *Argent*, nu. 25. fol. 513

Pretium vt non ſit neceſſe formaliter refundi in moneta conuenta, niſi interſit emptoris, tit. 1, §. 20. gloſ. 8. in verbo, *Le prix*, nu 2. fol. 674

Primogenitus abſtinens ab hæreditate, an faciat locum ſecundogenito in iure & effectibus primogenituræ, tit. 1. §. 35. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 6. fol. 912. an de ſuo iure diſponere poſſit, aut ipſi renunciare, §. 25. gloſ 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 26. & 27. fol. 493. 494. an pro toto feudo teneatur fidelitatem domino præſtare, & an à ſororibus compelli poſſit ad præſtationem vide *Filius*, & hæres ſi ſit inhabilis ad clientelare obſequium, quid iuris, §. 35 gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu 12. fol. 916. filius vt filias liberet à præſtatione fidelitatis de bitæ patrono, ſiue ſint ipſi vtrimque coniunctæ, ſiue non, dummodo ab eodem parente deſcendant, à cuius ſucceſſione ſunt feuda à quibus deſcendunt, § 35. gloſ. 4. in verbo, *Acquiter*, nu. vlt. fol. 934. in patronorum fidem ſe conferens, vt liberet filias pro primis earum nuptiis, §. 35. gloſ 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 1. 2. 3. & 4. fol. 911. vbi traditi requiſita, vt huius §. diſpoſitio locum habeat: etiam in feudis quæ non iure hæreditario, ſed contractus vel ſubſtitutionis deferuntur. Et quomodo hæ *primæ nuptiæ* capiantur, oſtendit: An ſcilicet quandocumque, an demum poſt obitum parentis. Item an filia, quæ antequam nuberet luxuriata fuerit, gaudeat prædicto beneficio, nu. 4. fol. 911 licet abſtineat ab hæreditate vt nihilominus primogenitus remaneat, & ius ſuum primogenituræ verum & integrum retineat, rebus hæreditariis exceptis, nu. vlt. fol 917 quantum percipiat in feudo retrouendendo ex pacto, §. 18 gloſ. 1. in verbo, Argent, nu. 31. fol. 656. quid præcipui capere poſſit iure primogenituræ, § 13 gloſ. 2 in verbo, *Prend'* nu. 2. fol 479. vt ſit illi electio circa res ſubiectas huic iuri, *ibid.* quis dicatur, § 13 gl. 1 in verb. *Le fils aiſné*, n 3. & ſ. f. 450. 451. quis verè, n 15. f. 456. ſi ante patrem deceſſerit, ſiue accepta portione, ſiue non, vt ius primogenituræ tranſeat ad ſequentem, §. 16. gl. 1 in verb. *Tel qu'il veut choiſir*, n. 29. fol. 517 idem ſi viuo patre renunciauerit, aut alias inhabilis reperiatur, n. 30. fol. 538 ſi deſſerit totam ſuam patrem feudi ſoror vel extraneo, vt eis adhuc ſit locus, §. 35. gl. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 13. f 916. ſi poſt mortem patris, ante aditam tamen hæreditatem abſque liberis moriatur, quid iuris ſit, § 13. gl. 1. n. 31. fol 462. ſi ſit inhabilis, vt habeatur pro mortuo, ſecus verò ſi incapax, § 13. gl. 1. n. 27 fol 461 vt iure ſuo ipſo ſaiſiatur à conſuetudine, § 13. gl 2. in verb *Prend*, n. 1. f 478. vt manſionis electionem habeat, § 13 gl 4. in verb *Principal manoir*, n. 1. f. 497. vt non reducatur à beſſe ad ſemiſſem ſi ſint tres filij, niſi etiam ſinguli veniant ad ſucceſſionem, §. 15. gloſ. 4 in verbo, *Deux enfans*, n. 2 f 515 vt non teneatur pro tota feudi, ſed ſolum pro quota hæreditaria, §. 18 gl. 1. in verbo, *Argent*, n 13. f. 548. quod etiam obtinet in redditu non redimibili & infeudato, nu 14 fol 548. vt non teneatur creditoribus niſi pro quota hæreditaria, §. 18 gl. 1 in verbo, *Argent*, nu. 8. fol. 545. vt poſſit cæteris ſecundogenitis legitimam ſupplere in quantitate, 13 gloſ. 4 in verbo, *Principal manoir*, nu 14. f. 504 vt poſſit eligere manſionem à tertio nominatam vel nominandam, § 16 gl 1 in verbo, *Tel qu'il veut choiſir*, nu. 4. f 524 ſic & illius ſucceſſor, aut qui ab illo emit, n. 5 f 524. vt viuo patre nullomodo poſſit diſponere de iure præcipui, ita vt ſi citra patris conſenſū hoc attentauerit, mereatur ipſius

ſucceſſione primati, §. 13. gloſ. 5. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 7. & 8 fol. 484. vtrum eſſe quis deſinat ob furorem, aut mentis alienationem, §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu 25. fol 460. vtrum ſolus ſit ſaiſitus de principali manſione, etiamſi non ſupereſſint alia, §. 13. gloſ. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 12. & 13. fol. 503

Primogeniti duo vt ſimul eſſe non poſſint vnius parentis etiam reſpectu diuerſi matrimonij, tit. 1. §. 16 gloſ. 1 in verbo, *Tel qu'il vent choiſir*, nu. 28. fol. 535

Primogeniti ius præcipui vt non ſit legitima: vide ſuprà *Præcipui*.

Primogeniti ius quale vbi vnica fuerit manſio feudalis, & ſint quatuor filij, tit 1. §. 13 gloſ. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 6. fol. 500.

Primogenito abſtinente ab hæreditate aut à ſucceſſione, an primogenitura ſoli ſecundogenito proximo adcreſcat, an verò cæteris aliis omnibus, §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 28 fol. 461

Primogenito inhabili vt ſecundogenitus fiat primogenitus: tit. 1. §. 13. gloſ. 1 in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 27. fol. 467

in Primogenito quando deceſſit ſine liberis, vt ſit diſtinguendum, §. 35. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, num. 10. fol. 474

Primogenito regis captiui vel mente capti vt competat regni adminiſtratio: vide *Regis*.

à Primogenito ſolo vtrum renouari debeant ſubfeuda dependentia à caſtro vel manſione quam elegit, tit. 1. §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il veu choiſir*, num. 17. fol. 530. ipſi vt non ſit iuriſdictio caſtri præcipua, nu 24. fol. 534

cum Primogenito vt concurrant ſecundogeniti in iuribus ſubuaſallorum, tit. 1. §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Desmembrer*, nu 7 fol 1113

Primogenitum inueſtiri, nec manum leuatam obtinere, vt non ſit neceſſe, dummodo in fidem admiſſus ſit, tit. 1. §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 22. fol. 930. cum ſedere debere à dextris patris quomodo intelligendum, §. 13. gloſ 3 in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 3. fol. 481

Primogenitura an ſit dignitas, tit. 1. §. 13. gloſ. 3. num. 2. fol. 481. vt ſit beneficium non patris, ſed legis, nu. 7. al. 9. fol. an poſſit alienari per filium viuo patre, nu. 7. fol. 483. vt etiam ad filiam tranſmittatur, §. 35. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 8. fol. 914. vtrum conſideretur in linea collaterali, §. 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aineſſe*, nu. 1. fol. 563

Primogenituræ cauſa finalis vt ſit honos & conſeruatio familiæ, tit. 1. §. 13. gloſ. 4 in verbo, *Principal manoir*, num. 15. fol. 504

ad Primogenituræ eſſentiam quid requiratur, tit. 1. § 13 gl. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu 56. fol. 477

Primogenituræ iuri vt ſit locus, vt plura requirantur, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 2. fol. 449. vtrum locus ſit in feudo quod tempore mortis fuerat alienum, ſed in eo poſtea ſuperuenit dominium, §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 34. fol. 558

de Primogenituræ iure vt poſſit diſponere, cui competit, vel à quo id ſperatur in re certa ſeu particulari ex pacto vel ſubſtitutione, tit. 1. §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droict*, nu. 28. fol. 494

Primogenituræ iuri vtrum poſſit pater derogare, *ibid.* gloſ. 3. num. 7. fol. 483

Primogenituræ iure vt poſſit ingratus priuari, gloſ. 3. nu. 12. fol. 487. item perdueliis cum ſua poſteritate, *ibid.*

Primogenituræ iura qui authores deſcripſerint, tit. 1. §. 13. in epitome fol. 446. 447

Primogenituræ qualitas vt ineſſe debeat tempore mortis patris, vbi agitur de feudi ſucceſſione, tit. 1. §. 13. gloſſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 32 fol. 464. quaſi poſſeſſio vt liberet ab onere probandi, & illud transferat in aduerſarium, & hoc dummodo quæſita ſit de conſenſu vel patientia [illegible], ad quem pertinet, §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 5. & 6. fol 452

Primogenituræ ratio quæ habeatur inter plures naturales ſimul legitimatos, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 37. fol. 467

Primogenituræ ius an, & ad quos tranſmittatur, tit 1. §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 5. fol. 482. feudo per dominum euicto vt ceſſet in euictionis recurſu, tit. 1. §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 35. fol. 558. quam ſit debile legitimari per reſcriptum etiam legitimis deficientibus, §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 53. fol 476. quam valde moderatum ſub Conſuetudine Pariſienſi, § 18. gloſ 1. in verbo, *Arpent*, nu. 35. fol. 558. vt etiam ad filiam tranſmittatur, §. 35. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 8. & ſeq. fol. 914 vt in illo radicetur qui prior legitimationis & agnationis iura eſt aſſequutus, §. 13 gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, num. 35. fol. 466. vt non amittat filius propter ſuam inobedientiam, §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 10. fol. 486. ſic nec propter non impletum patris teſtamentum, *ibid.* vt non propriè capiatur iure hæreditario, §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 9. fol. 545. vt non ſit legitima, ſed præter legitimam, § 13. gloſ. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 7. fol. 501. vt ſit in ſe impræſcriptibile, hoc eſt præſcribi nequeat, §. 13. gloſ. 3 in verbo, *Pour ſon droit* nu. 29. fol. 495. vt ſit in ſe fauorabile, nu. 30. fol. 495. vt ius ſit formatum, §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit d'aineſſe*, nu. 1. fol. 481. vt ſit regulariter hæreditarium, gl. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 14. fol. 488

Primogenituræ iuris origo quæ, gloſ 3. nu. 2. fol. 481. eius finitio, *ibid.*

Primogenitura non eſt pars hæreditaria, ſed eſt prælegatum datum maſculis, §. 134. nu. 2. fol. 1715

Primogenitura non tranſmittitur, §. 134. nu. 4. fol. 1716

Primogenitura non habet locum in doario, §. 138. num. 2. fol. 1721

Princeps etiam ſupremus vt non ſit fundatus in dominio ſeu iuriſdictione, tit. 1. §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 5. fol. 1191. ſi concedat caſtrum cum territorio, vt omnia tranſeant exceptis regalibus, §. 68 gloſ. 1. nu 10 fol. 1193. ſupremus vt contrahendo nec derelinquendo poſſit dignitatis ſuæ iura diminuere, §. 2. & 3. gloſ. 4. in verbo, *Serment de fealté*, nu. 17. fol. 166

Principis quatenus ſint omnia, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 66. fol. 161

Principis ſupremi mandato vt ſit parendum, tit. 1. §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, num. 9 fol. 381

Principes vt ſint iuſtitiæ debitores, tit. 1. §. 1 gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 64. fol. 160

Principale, quid dicatur, tit. 1 §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 9. fol. 1270

Principalis actus ſi non valeat, vt nec clauſulæ & confeſſiones ei accedentes, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 31. fol 148

Principaliter veniens vt ſit plenius quàm acceſſoriè, tit. 1. §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts ſiens*, nu. 56 fol. 215

Priuatus honore, ciuitate, vel loco, vt intelligatur quoad commoda, non quoad onera, tit. 1 § 55. gloſ. 6. in verbo, *Au ſeigneur*, nu. 5. & 6. fol. 1193

Priuilegium principali datum vt ad eius augmentum porrigatur, tit. 1. § 11. gloſ. 1. in verbo, *Proſcriptum*, num. 31. fol. 439

Priuilegia ab Adriano I. Papa Francorum Regibus conceſſa, tit. 1. in Rubr. num. 26. fol. 14

de Priuilegiis fori ſcholarium & ſimilium, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 24 & 25. fol. 1241

Pro dictio, vt denotet cauſam immediatam & finalem, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 27 fol. 586. præſertim quando cauſæ de futuro iungitur, tit. 1 §. 73. gl. 3. nu. 9. fol. 1314

Probare ſe talem vt debeat, qui talis vult admitti, tit. 1 §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 9. fol. 454

Probatio vt vera & liquida requiratur ad probandum ingratitudinem, tit. 1. §. 43 gloſ. 1. in verbo, *Que deſaue le fief*, nu. 43. fol. 993

in Probationibus expendendis quam exactum ſit æquilibrium, tit. 1. § 8 gloſ. 2. in verbo, *Denombrement*, nu. 67. & 68 fol. 314

Proborum dictum an debeat homologari, tit. 1. §. 47. gloſ. 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu 3. fol. 1092

Proclamationibus ſiue interpellationibus factis, ſi ſtatim deceſſerit nouus patronus antequam homagia à vaſallis receperit, quid iuris: vide *Patronus*.

Procurationis tenor contractui inſertus quando probet mandatum, tit. 1 §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 48. fol. 326

Procurator de cuius mandato plenè non conſtat per litteras, etiamſi offerat cauere de rato, vt repelli poſſit, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 43. fol. 593. denuncians vt teneatur docere de mandato ſi petatur, niſi ipſemet emerit, tit. 1. § 20. gloſ. 11. in verbo, *Notifié*, num. 2. fol. 685. Domini, vtrum poſſit ex mandato generali feudum præhendere, § 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 71 fol. 79. generalis etiam cum libera, vt non poſſit electionem facere, §. 16 gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il veut choiſir*, nu. 6 fol. 525 generalis (item & ſpecialis) vti poſſit retrahere indiſtinctè etiam feudalia vendita ante mandatum, § 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 39 fol. 591. generalis an præiudicet patrono, hoc eſt, vtrum recipiendo quintum pretij, vel de eo componendo poſſit præiudicare domino ignoranti in iure retractus, §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A reſpon*, num. 9. fol 702 item recipiendo canonem ab emphyteuta, ipſi domino præiudicet in iure commiſſi, nu. 10. fol 702. vt quantumuis generalis etiam cum libera, non poſſit voluntatem domini declarare, nec in alternatiuis eligere, nu. 11. fol. 703. & vt requiratur in eo mandatum ſpeciale, nu. 12 fol. 703. Regius vt pauperes & pupillos tueri debeat, §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, numer. 1. fol. 948. vt non teneatur docere de impedimento ſpecificato in mandato, §. 67. gloſſ. 4.

in verbo, *S'il n'eſt en perſonne*, num. 1. fol. 1285
Procuratori an notificatio feudalis fieri poſſit, & an ipſi facta præiudicet domino iure retractus, tit 1. §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A voſtre*, nu. 14. fol. 703. generali vt notificationes & oblationes factæ protegant a feudi præhenſione ex defectu fidelitatis, non tamen à retractu feudali, §. 21. gl. 1. in verbo, *A voſtre*, nu. 21. fol. 706
Per Procuratorem vt acquiratur dominium & poſſeſſio, ſed non actio ſine ceſſione, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 22. fol. 864
Proceſſione fructuarij vt non finiatur vſusfructus, tit. 1. § 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouër de ſon fief*, nu. 81. fol. 1163
Prohibentur multa in vtroque iure quæ facta tenent, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 192. fol. 1395
Prolis appellatione quid veniat, tit. 1 §. 25. gloſ. 2. in verbo, *Les femelles*, nu. 6 fol. 717
Proportionabilium feudalia vt ſint tria patia, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 5. fol. 756
Proprietas pro dominio directo ſumitur in libris feudorum, tit. 2. § 78. gloſ. 4. nu. 16. fol. 1503
Proprietas quælibet vt poſſeſſionem habeat, vel quaſi, ſibi correſpondentem, tit. 1. §. 1. gloſ. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu 9 fol. 187
Proprietatis vox vt ſtrictiùs, Domini verò latius accipiatur, tit. 1. §. 55 gloſ. 2. in verbo, *Les proprietaires & Seigneurs*, nu. 1. fol. 1181. vt de iure ſcripto proprietas non capiatur niſi pro directo dominio, & numquam obliquetur, *ibid.* nu non adapretur ad iura incorporalia, ſed bene quaſi proprietas ſumatur pro ipſo vtili & immediato dominio, nu. 2. fol. 1181
Proprietarius, quando poſsit deteriorem facere vſusfructus conditionem, tit. 1. §. 1 gloſ. 3 in verbo, *Peut*, num. 19. fol. 94. vt ſolus ſit perſona legitima ad fidelitatem præſtandam, §. 55 gloſ. 2. in verbo, *Les proprietaires & Seigneurs*, nu. 3. fol. 1182. negligente tamen proprietario, vt teneatur patronus doariam iuxta offerentem in fidem admittere, vel ei inducias dare: verum aduerſus alium vſufructuarium mero iure ſuo vti poſsit, nu. 4. fol 1182
Proprietario iuſte impedito vt teneatur patronus vſufructuarium in fidem admittere, vel ei inducias dare, num. 7. fol. 1184
de Proprietario & proprietate, tit. 2 §. 78 gloſ. 4 nu. 4 §. & ſeqq vſque ad nu. 23. fol. 1500. 1501. & ſeqq.
Proprietas ſuperior & inferior, *ibid* nu. 12. fol. 1501
Propriorum feudorum vt ſit duplex acceptio, tit. 1. §. 43. gloſ. 1 in verbo, *Qui deſcend le fief*, nu. 187 fol. 1093
Propria verè ea ſunt quæ venerunt per ſucceſsionem, §. 129. nu. 1. fol. 1709
Proprium poteſt ſtipulari ſequi naturam *de conqueſt*, §. 136. nu. 1. fol. 1719
Propria pertinent ad quemcumque hæredem contra fiſcum, §. 147. nu. 1. fol. 1729
Prorogatio exceſſiua vt valeat pro rata temporis permiſſi, & non vitietur, niſi in exceſſu, tit 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouër de ſon fief*, num. 39. fol. 1146. facta ante lapſum terminum vt cenſeatur mera continuatio eiuſdem actus inter contrahentes: ſed non reſpectu tertij, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 49. fol. 880. differentia an prorogatio reſpiciat ſubſtantiam contractus, an vero ſimplicem eius qualitatem, num. 50. fol. 880. facta lapſo termino vt ſit nouus contractus, §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouër de ſon fief*, nu 38. fol 1146. liberalis vt diuiſionem recipiat, fiat donatio, nec vitietur permiſſum propter exceſſum, num 50. fol. 1150
Prorogatione facta mediante pretio quid iuris in feudalibus, tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 52. fol. 882. vt eaſdem qualitates, eademque pacta implicet prorogatio, *ibid.* initio venditionis, ſi de die præferendo actum ſit, quid iuris, nu. 53. fol. 882
Proteſtatio contra ius conſuetudinis vt non valeat, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 16 fol. 761
in Proteſtatione prohibitoria quid requiratur, tit. 1. §. 1 gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, num. 5. & ſeqq. fol. 106. 107
Prouentus verbum, quàm ſit generale, tit. 1. §. 50. gloſ. 1. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 1. fol. 1103
Prouidentiæ Dei vt minimè derogandum, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 20. fol 457
Prouiſio feudalis an peti poſsit poſt litem conteſtatam, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 49. fol. 1251. vt non comperat neganti ſe vaſallum, num. 50. fol. 1252. an poſt oblatam feudi prouiſionem iuxta formam, §. 31. poſsit eſſe locus præhenſioni, nu. 52. fol. 1252 Papæ per obitum, vt non valeat niſi poſt obitum & ante datam gratiæ tantum tempus effluxerit, quod interim vocario de loco obitus ad notitiam Papæ peruenire potuerit, §. 55. gloſ. 10. in verbo, *En luy payant les droits*, nu 35 fol 1215
Prouiſio ceſſat, ſi diffinitiuè conſtet, aliàs fit conſignatio cenſus vnius anni, tit 2. §. 74. gloſ 1. n. 159. & 160. f. 1386
Prouiſionem feudi an impedire poſsit dominus, tit. 2. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 95. fol. 809
Prouiſiones vt ceſſent, quando principale ſtatim decidi poteſt, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. nu. 51. fol 70
Proximior agnatus, an poſsit retrahere & reuocare feudum alienatum remotioni, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Deſemparement*, nu. 111. fol. 350
Proximitatis ſeu ſanguinis ius retractus gratia, an cedi poſsit, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 20. fol. 584
Puberes vt ſit tempus idoneum ad clientelaria munia, niſi vbi localis conſuetudo aliter diſponit, tit. 1. §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Reputé âgé*, nu. 1. fol. 957
Pupillo vt non poſsit denunciari, tit. 1. §. 20. gloſ. 11. in verbo, *Notifié*, nu 7. fol. 687
Pupillus vel minor vt per ſe petere poſſint inducias feudales, tit. 1. § 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu 4. fol. 950
Pupillos vt tueri debeat procurator regius, tit. 1. §. 41. gloſ. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 1. fol. 947

Q

QValitas congrua & debita, & ex qua actus ſubſiſtere poteſt, vt in quoque agente ſubintelligatur, etſi nullomodo expreſſa ſit, tit 1. §. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 31. fol. 61. Perſonæ vt ſit magis qualitas quàm accidens, §. 23. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 9. fol. 454 vel conditio poſita in principio plurium capitolorum, vt reſeratur ad omnia, tit. 1 §. 55 gloſ. 1. in verbo, *Item en ce cas*, nu. 10. fol. 1180. vt amendatur, in qua actus geritur, ſiue in qua contrahitur, §. 1. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 50. fol. 215. vt non ſubſiſtat extra ſubiectum, §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 12. fol. 54
ſub Qualitate certa ſi actus fieri debeat, & fiat ſub alia, & non valeat: vide *Actus*.
Qualitatis formalis defectus, an vitiet proceſſum, tit. 1. §. 1. gloſ 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 33. fol. 62
inter Qualitates inducentes & retrahentes, quæ ſit differentia, tit. 1. §. 20. gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, num. 2. fol. 693
Quamdiu & Tamdiu dictiones correlationem habentes, tit. 1. §. 62. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur veiſe*, nu. 5. fol. 1264
Quando, vt nedum importet tempus, ſed etiam conditionem, tit. 1. §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 2. fol. 755
Quarta Falcidia & Trebellianica vt non habeant locum in patria conſuetudinaria, tit. 1 §. 15. gloſ. 4. in verbo, *Deux enfans*, nu. 10. fol 519
Quaſi poſſeſſio in feudalibus vtrum releuet ab onere probandi: vide *Feudalibus*.
Querelæ inofficioſæ donationis & reuocatoriæ quæ ſit differentia, §. 13. gloſſ. 3. in verbo, *Pour ſon droit*, num. 22. fol. 491
verbi *Quilibet*, quæ ſit energia, tit. 1. §. 2. gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 48 fol. 280.
Quintum pretij vt nedum de preno, ſed & etiam de oneribus adiectis emptori ſit ſoluendum, tit. 1. § 33 gloſ 3. in verbo, *Quint & requint*, nu. 1. fol. 907 vbi & nu. 2. plura traduntur de hoc quinto.
Quintum denarium vt debeatur de alienatione medio conditionis tempore facta, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 117. fol. 762
Quintum pretij vt debeatur ſolo reſpectu habito ad ipſum pretium conuentum, vel id quod principaliter pretij loco eſt, tit. 1. §. 33. gloſ. 3. in verbo, *Quint & requint*, nu. 3 fol. 908
Quiſque verbum, vt ſit vniuerſale diſtributiuum, tit. 1. §. 55. gloſ. 4. in verbo, *En chacun d'eux*, nu. 1. fol. 1185
Quod potui nolui: & *Quod volui non potui*, vt locum habeat in iure feudali, tit. 1. §. 55. gloſ. 10. in verbo, *En luy payant*, nu. 14. fol 1207

R

RAtificatio ſuper falſo, vt pro nulla habeatur, tit. 1. §. 20. gloſ. 11. in verbo, *Notifié*, nu. 4. fol. 686. vt fieri debeat intra tempus intra quod actus geri debet, alioquin nihil operetur, §. 55. gloſ. 10. in verbo, *En luy payant*, num. 41. fol. 1218
Ratificario domini eſt vera venditio, & ex ea metiuntur iura, tit. 2. §. 78. gloſ. 1. nu. 139. fol 1468
inter Ratificationem & approbationem quæ ſit differentia, tit. 1 §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 42 fol. 875
pro Ratificatione vt habeatur in factis, non tamen omiſſis vbi non improbatur, cùm improbari poteſt, tit. 1. §. 21. gloſ. 1. in verbo, *A voſtre*, nu. 18. fol. 704
Ratihabitio locum non habet in exercitio ipſius iuriſdictionis, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 131. fol. 1379
Rationarius (hoc eſt Rationibus reddendis obnoxius) qui

rationes suas exhibet aduersario, vt contenta in rationibus suis probare teneatur, tit. 1. §. 9. glos. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu 22. fol. 386

Ratio certa & euidens vt legi scripturæ æquipolleat, tit. 1. §. 23. glos. 4. in verbo, *Principal manoir*, nu. 11. fol. 503. naturalis, vt in defectum legis sufficiat, §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruits*, nu 63. fol. 218. posita in lege vel statuto, vt præsumatur finalis, §. 20. glos. 1 in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 28 fol. 587. vt non exacta exigatur à consanguineis, §. 9. glos. 6. in verbo, *Rendre compte*, num. 19. & 32. fol. 385 & 390

Rationem fidelem reddere vt compellatur omnis alienæ rei administrator, tit. 1. § 9 glos. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 16. fol. 383. reddens si minutatim impensas referre nequeat, & alias possit fieri æstimatio ex opere facto, vt sufficiat peritorum aut iudicis arbitrium, §. 9. glos. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 20. & 31. fol. 385

à Ratione & naturali iustitia vt trahatur argumentum deficiente lege & consuetudine, tit. 1. §. 1. glos. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 79. fol. 165

Rationes vt debeant omnia recepta & impensa administrationis clare & sigillatim compleri, tit. 1 §. 9. glos. 6. in verbo, *Rendre compte*, nu. 17. fol. 384

Rationum administrantis rem alienam & mercatoris vt diuersa sit ratio, tit. 1. §. 9. glos. 6 in verbo, *Rendre compte*, nu. 25. fol. 387 articulus vnus non iustificatus, vt non iustificetur ex iustificatione aliorum, nu. 26 fol. 388 librum qui non confecit, cùm exhibuit, aut obscurum, intricatum atque confusum protulit, vt de dolo arguatur, glos. 6. nu 34. & 35. fol. 390. redditio quæ complectatur, nu. 15. fol. 383. vt sint capitula duo, & à quo ordiendum, num. 18. fol. 384

Rationibus reddendis quanto tempore præscribatur, tit. 1. §. 29. glos. 1 in verbo, *Mainmise*, nu. 5 fol 741

in Rationibus vt fletur simplici scripturæ & confessioni rationarij in receptis, non tamen circa impensas, quamuis vnum idemque fuerit negotium : secus tamen in libris mercatorum, tit. 1. §. 9. glos. 6. num. 24. & 25. fol. 386. 387

Receptio in fidem per manum suprema, vt idem omnino operetur, ac receptio ipsius patroni, tit. 1 §. 63. glos. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 14. fol. 1272

Recognitio erronea vt non præiudicet, tit. 1. § 55. glos. 6. in verbo, *Au seigneur*, nu. 2. fol. 1291. rei propriæ erronea vt non valeat, nec immutet rei qualitatem, ac si recognoscenti non præiudicet, §. 1 glos. 5. in verbo, *Le fief*, nu 22. fol 144. seu titulus nouus vt non in plus obliget, nec alteret, nec etiam immutet qualitatem obligationis, tit. 1. §. 18 glos. 1. in verbo, *Arpent*, num. 19. fol. 550. si discrepat à prima concessione, vt appareat erronea, nisi probetur de certa scientia, & animo primam concessionem immutandi, § 8. glos. 1 in verbo, *Demembrement*, nu. 96. fol. 344. simpliciter vt probet, non tamen præiudicet in proprietate vel possessione, §. 51. glos. 1, in verbo, *Desmembrer*, nu. 9. fol. 1107

Recognitione erronea licet possessio vel quasi non transferatur, vt non tamen transferatur per iurium præstationem aut solutionem erroneam, tit. 1. §. 33. al. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, nu. 9. fol. 1107

Recognitiones simplices vt probent dominium, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 86. fol. 340 vt non sint actus alienationis, sed administrationis, §. 1. glos. 1, in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 26. fol. 60

Recognoscens feudum ab alio quàm patrono vtrum ipsum amittat, tit. 1. §. 43 glos. 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, nu. 165 fol. 1053 rem suam tanquam suam, vt dominium & possessionem amittat, §. 1. glos. 5. in verbo, *Le fief*, nu 35. fol. 149. vel conducens, sciens rem propriam ab alio, vtrum amittat possessionem, glos. 5. nu. 25. & seqq. fol. 145. 146

Recognoscentis ab alio feudum quid iuris, tit. 1 §. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, nu. 9. fol. 1107. rem suam, *ibid.*

Recommendatio quando fieri possit, & vt sit species incarcerationis, tit. 1 §. 1. glos. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 11. fol. 226

Recompensatione facta in diuisione, de rebus non communibus quid iuris, tit. 1. § 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 74. fol. 797. quid si fiat in re immobili, num. 76. fol. 798

Recuperare rem per viam contractus, an per viam distractus, quantum referat, tit. 1. §. 18. glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 30. fol. 656

ex Recuperatione rei per viam distractus facta, vt nulla debeantur iura dominicalia, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 17. fol. 765

Redemptio non potest diuidi, tit. 2. §. 78. glos. 1. num. 77. fol. 1449

Redemptio redditus à concedente recenti, quando videatur in fraudem laudimiorum, tit. 2. §. 84 n. 22. & 23. fol. 1542. 1543

Redemptio vt sufficiat ad præsumendam simulationem, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 68. fol. 890

sub Redemptionis pacto si pater feudum emerit, quòd à filiis redimatur, quid iuris, tit. 1. §. 18. glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 31. fol. 656

de Redemptione facta infra tempus prorogatum, vtrum debeant nouum quintum pretij, tit. 1. §. 33 glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu 48. & 51 fol. 880. 881

in Redemptione quæ fit infra tempus nouo consensu prorogatum, licet habeat locum nouum quintum pretij, vt non tamen locus sit retractui feudali, *ibid.* nu 53. fol. 886

Redimendi ius, & ius prælationis vt differant, tit. 1. §. 20. glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, num 13. fol. 580. an transeant ad hæredem, *ibid.* hoc ius habens, vt non censeatur totaliter alienasse, sed in bonis retinuisse, §. 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 20. fol. 1139. qui si redimat infra tempus, vt non censeatur de nouo adquirere, & res remaneat in veteri statu ac qualitate pristina, resoluunturque hypothecæ medio tempore impositæ per emptorem, nu 21. fol. 1139. si non redemerit vasallus infra tempus feudum, vt ex tunc, & non retro apetiatur, nu. 22. fol. 1140. ad redimendum actio, vt non sit meré personalis, sed in rem scripta, nu. 23. fol. 1140. in hoc iure vt hoc ius cedi possit, §. 20 glos. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 20. fol. 1139. vt sit pars rei, & faciat quod non censeatur res omnino alienata, §. 18. glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 29. fol. 555

Redimendi facultas si pretio dato remittatur, an de vtroque pretio laudimia debeantur: vide *Laudimia*.

Redimendi facultatem pluribus habentibus in solidum, vnus redimens tenetur consortibus contribuere infra idem tempus redimendi, sed non post tempus. tit. 2 §. 78 glos. 1. nu. 68 69 & seq fol. 1447. & quid de laudimiis, num. 71. & seqq fol. 1448

ad Redimendum hæredia vt actio transeat ad hæredes antiquorum prædiorum, tit. 1. §. 18 glos. 1 in verbo, *Arpent*, nu. 29. fol. 555

Redimens vt teneatur ad legales sumptus, tit 1. §. 33 glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 52. fol. 882

Redditus verbum quam sit generale, tit. 1. §. 50. glos. 1. in verbo, *Pour son droit*, nu 1. fol 1103. in eius acquisitione an adquiratur amortizatio, tit. 1. § 41. al. 51. glos. 2 in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 96 fol 1 62

Redditus cleri, orum & Ecclesiarum, itemque pensiones & mobilia, quemadmodum possint præhendi & pignorari per iudicem, tit. 1. § 1 glos 1 in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 53 fol. 70 vt iam cessi pignorari nequeant, *ibid.* eius constitutio an cadat in retractum, §. 20 glos. 4. in verbo, *Le fief tenu*, nu. 1. fol. 625

Redditus feudalis non redimibilis si ipsimet debitori obuenerit, vt possit patronus eum cogere ad ponendum extra manus suas, tit. 1 § 28. glos. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 19. fol. 736 eius redemptio vt fieri possit etiam post præhensionem, nec possit à patrono argui de fraude, sed tantum de simulatione, glos 1 nu. 14. fol. 733

Redditus infeudatus an possit redimi à debitore, tit. 1 §. 20 glos. 5 in verbo, *Vendo*, nu. 58. fol 661 vt non sit pars feudi, sed feudum per se, § 28. glos. 1 in verbo, *Durant le temps*, nu. 11 fol. 731. hoc ius vt non circumscribatur loco, §. 1. glos. 4 in verbo, *Mettre en sa main*, num. 9. fol. 108

Redditus redimibilis vt pro pretio habeatur, tit. 1. §. 33. glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 86. fol. 899

ad Redditum concessio an, & cur differat à venditione, tit. 1. §. 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 30. fol 1142. vt autem ad redditum concedens, nullum dominium in se retineat, nu 29. fol. 1142. vbi plura de hac concessione ad redditum tam perpetuum quam temporalem, nu 30 fol. 1142. quantum differat à subinfeudatione & concessione in censum, tit. 1. § 51. glos. 2. in verbo, *Iouer de son fief*, nu. 28 fol. 1141. de hac concessione quid iuris : vide *Consessimio*, in ad redditum perpetua concessione vt non retineatur fides nisi expresse, §. 59. glos. 1. in verbo, *Sans demission*, nu. 1. fol. 1231 quid autem si sine dimissione fidei feudum ad redditum annuum concedere, *ibid* vt fieri debeat infeudatio redditus à patrono immediato feudi suppositi, nu. 2. fol. 1232. & ibi creditori cui debetur redditus, *ibid.* quid iuris de redditu non infeudato, sed consentiente patrono imposito, nu. 3. fol. 1233

ad Redditum concessio, origine, specie, natura, qualitate & est contractus distinctus ab emphyteutico & censuali, nu. 29 & 36. fol. 1315. 1317

si Redditus & census simul debeantur, census vero, non autem redditus soluatur, quid iuris: vide in verbo, *Censo*.

de concessione ad Redditum vel censum indiscriminatim facta vide in verbo, *Censum*.

de Redditu debito ratione inuestituræ seu infeudationis quid iuris, tit. 1. §. 18. glos. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 16. fol. 549.

item de debito ratione poſſeſſionis, & quamdiu res poſſideatur tantum, *ibid.* & num. 17. fol. 549. de eo num teneatur patronus infeudate creditorem, §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 10. fol. 731

de Reddituum moderatione notabilis diſtinctio, quando ſcilicet reditus exceſſiuus reduci debeat ad rationem vnus pro duodecim, tit. 1. §. 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 17. fol. 735

Reddituum duo genera, tit. 2. §. 83 & 84 nu. 5. fol. 1537

in Redditibus nulla iura dominicalia, niſi cum res ad onus venditur, *ibid.* nu. 6. 9. & 51. fol. 1537 1538. 1551. intelige vt nu. 51. 52 53. 54. & 57. fol. 1551. 1552

Redditus ad rationem quincuncis longe ſuperatur à ſorte, & magis immobilibus accidit, *ibid.* nu 30. 32. & 39 fol. 1545. 1549 & multum differt à reditu duodecimæ, qui mobilibus accidit, & ſorti æquipollet, & neceſſario redimibilis eſt, nu. 32 33. 34. & 35. fol. 1545

Redditus *en eſpece*, pecuniâ conſtitutus, in perpetuum eſt venditio perpetua, & ſi habet facultatem rediuendi, eſt venditio ſub dicta facultate, *ibid.* nu 48. fol. 1550

ſi Redditus duodecimæ detur pro fundo, eſt venditio, ſed ſi redditus viceſimæ vel minor detur, eſt permutatio, etiamſi ſit redimibilis, niſi ipſi creditori detur, *ibid.* num. 50. fol. 1551

Redditus qualis præſumatur, an & quanti ſit redimibilis, ſi eſt fundus venditus ad onus decem annui debiti Titio, *ibid.* nu. 60. & 61. fol. 1553 1554

Redditum prætendens tenetur titulum & quantitatem declarare, nu. 62. fol. 1554 verum præſumatur fundiarius an aduentitius ſeu impoſitinus: & verum pecunia conſtitutus, itemque redimibilis ad rationem quindecimæ, *ibid.* nu. 63. 64 65. & 66. fol. 1555

Redditus pecunia conſtitutus non præſumitur ad rationem duodecimæ vel quindecimæ, *ibid.* nu. 70. fol. 1556

ad Redditum duodecimæ capiens cenſetur emere, ſiue in cenſu, ſiue in feudo, *ibid.* nu. 79. 80. 84. 87 & 89. fol 1559. 1560. ſed non debetur ſub quintum pretij, niſi vbi expreſſe ſiquet, nu. 81. fol. 1560

Redditus vulgatos maior pars conſuetudinum deputat mobilibus, tit. 2. §. 94. nu. 7. fol. 1605

Reddituum pecunia conſtitutorum duo genera, *ibid.* num. 10. fol. 1606

Redditus redimibilis cenſetur mobilis in materia fraudis, *ibid.* nu. 14. fol 1607

Redditus appellatio, & multiplex diuiſio, nu. 15. 16. & 17. fol 1608

Redditus annui perpetui de iure pro immobilibus habentur, nu. 20. & 21. fol 1609 1610

Redditus temporales ſi ad modicum tempus, mobili, ſi ad longum tempus immobili comparantur, *ibid.* num. 22. fol 1610

Redditus non dicitur, licet diſtributa ſit ſolutio ſummæ in plures, quàm decem annos, nu. 23 fol. 1610

vt Redditus temporalis immobili comparetur, non ſufficit, quòd ſit decennalis vel vltra, ſed debet eſſe ad vitam, vel trecennarius, nu 24 fol. 1611

Redditus quamuis veniant appellatione immobilium in diſpoſitione conſuetudinis, non tamen in diſpoſitione hominis, quæ non tam facile extenditur, num. 26. & 27. fol. 1612

Redditus eſt de re vel pars rei, §. 147. nu. 7. fol. 1730

Redditus fundiarius eſt pars fundi, §. 177. nu. 6. fol. 1781

Refutationem juſtam vt nulla ſequatur deuolutio, tit. 1 §. 55 gloſ. 10. in verbo, *En lay payant les droits*, num. 39. fol. 1217

inter Regalia coronæ Franciæ vt ſit collatio beneficiorum eccleſiarum cathedralium vacantium, tit. 1. §. 42. gloſ. 1. in verbo, *Souffrance*, nu. 9. fol. 966

Regalia quæ & quando veniant & transferantur, tit. 1 §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 60. fol. 158. vt non tranſeant ſub vniuerſali clauſula gloſ. 5. nu. 53 fol. 156. vt non ſint alienabilia per Principem, nu. 54. fol. 156. vt in legalibus ſpecialis requiratur conceſſio, *ibid.* nu 55. fol. 156. horum iura vt antiquiora inre pontificio, tit. 1. § 42 gloſ. 1. in verbo, *Souffrance*, nu. vlt. fol. 968 in his vt locum non habeant mandata apoſtolica, nec nominationes & inſinuationes graduatorum, *ibid.*

in Regalia poſſeſſorium & petitorium cumulantur, tit. 3 *de complainte*, nu. 11. fol. 1626

Regis captini vel mentis impotis, vt iure prærogato competat regimen & adminiſtratio regni filio primogenito, tit. 1. § 41. gloſ. 1. al. 2. in verbo, *Reputé âgé*, num. 15. fol. 960

Regis iura quæ vera ſint, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 66. fol. 161

Regi minoti vt non ſit dandus curator vel regens, ſed per prudentum conſilia adminiſtrare debeat, §. 41 gloſ. 1. al. 2. nu. 14. fol 960. ſubeſſe, vt ſit libertas, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 65. fol. 160. poſt pubertatem an datus ſit tutor vel curator, §. 41. gloſ. 1. al. 2. in verbo, *Reputé âgé*, nu. 2. 9. 10. 13. & 14. fol. 959. 960

Regnandi ſchemer quis modus, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 184. fol. 1393

Regnum Franciæ quo iure deferatur, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu 26. fol. 460. Legionis vt ſit antiquius & nobilius regnorum Hiſpaniæ: vide *Legionis*.

in Regno hæreditario quid iuris circa primogenituræ ius, tit. 1. §. 13. gloſ 3. in verbo, *Pour ſon droit*, num. 8. al. 10. fol. 485

Regulæ vt ſtandum, tit. 1. §. 19. gloſ. 1. in verbo, *Droict d'aiſneſſe*, nu 5. fol 562

Relatio etiam diſpoſitoria vt nihil operetur, ſi non conſtet de relato: niſi quatenus in ſe fuerit ſpecificata & certa, tit. 1 §. 8. gloſ. 1 in verbo, *Demembrement*, nu. 93. f. 343. ſiue repetitio vt non fiat niſi ad proximam diſpoſitionem, §. 55. gl. 1. in verbo, *Item en ce cas*, nu. 9. fol. 1180. vt fieri intelligatur ad principalem, §. 10 gloſ. 7. in verbo, *En payant*, nu. 8 fol 671

Relatio ſeruientis ſiue apparitoris plenam fidem facit, licet, commiſſio ſit inualida, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. num. 97. fol. 1369

Relatum vt ſit in referente cum ſuis omnibus qualitatibus, §. 1. gloſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, nu 16. fol. 117. vt inde referentur, §. 63. gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, nu. 18. fol. 1273

Releuamenta vtrum adquirantur fructuario, tit. 1. §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 49 fol. 69. quando pertineant ad proprietarium vel ad fructuarium, num. 53. fol. 70

Relever à toute main, quid in iure feudali, tit. 1. §. 1. & 3. gloſ. 6 in verbo, *Vaſquerie*, in princip. fol. 185

Releuia & iura id genus feudalia vt præſcribantur ſpatio 30. annorum, tit. 1. §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, num. 16. fol 450. vt duo debeantur à poſteriori hærede in linea collaterali, ſi proximior hæres cedat poſteriori vel præcedat hæreditate non adita aut repudiata: ſecus, ſi proximior hæres abſtineat, quia tunc vnicum debetur releuium, tit. 1. §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 101. fol. 812. vt ſolui debeant per vſufructuarium, & non per proprietarium, §. 33. gloſ. 1. nu. 155. fol. 843. hoc autem fallit, ſi vſusfructus ſit reſeruatus pro alimentis, vel ſi releuia procedant facto voluntario, vel culpa proprietarij, num. 157. fol. 844. vtrum debeantur de mutationibus tempore præhenſionis accedentibus vide *Mutationibus*. vtrum debeantur pro hyperocha, ſeu ſuperualentia in donatione, §. 33 gloſ. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 58. fol. 886. Item in contractu mixto ex venditione & permutatione, nu. 59. fol. 886

Releuia & omnia pecuniaria onera, vt ſint in feudis odioſa, tit. 1. § 33. gloſ. 2. fol. 886

Releuium quid, eiuſque etymon, tit. 1 §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de rachapt ou relief*, nu. 1. fol. 755

Releuium vt debeatur quoties feudum mutat manum, *ibid.* an debeatur ex ſimplici contractu, num. 2. fol. 755. an & quando debeatur duplex, cum feudi alienatio reſoluitur, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 31. fol. 767. an poſſit exigere patronus ex primis filiarum nuptiis quamdiu in pendenti eſt: an primogenitus facturus ſit fidelitatem, vel non, tit. 1. §. 15. gloſ. 2 in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 9. fol. 923. an debeatur ex cuſtodia, & vt releuij opus in cuſtodia ratione careat, §. 46. gloſ. 1. in verbo, *La gardien*, nu. 4. fol. 1083. vt debeatur duplex, ſi feudum ex collaterali ſucceſſione obueniat pupillo, cuius deinde acceptatur cuſtodia, nu. 6. fol. 1084 non autem debeatur ex capite cuſtodiæ ratione feudorum illa pendente obuenientium pupillo, nu. 7. & 8 fol. 1084. quid iuris ſi cuſtodi dentur iaduciæ citra mentionem releuij, nu. 9. fol. 1085. vt non teneatur vaſallus, nec perſonaliter, nec hypothecariè, nec aliter ſoluere releuium debitum à cuſtode ſuo, nu. 10 fol. 1085. an debeatur ex nuptiis, ſeu matrimonio contracto, §. 25. al. 37. gloſ. 1. in verbo, *Semarie*, num. 40 & ſeqq. fol. 937. quid iuris ſi mulier non ſit domina feudi tempore contracti matrimonij, ſed eo conſtante obueniat, nu. 5. fol. 937. ſi matrimonium ſit nullum, vel non ſint bona communicata, nec feuda in dotem data, nu. 7. fol. 938 ſi ſit per verba de præſenti contractum, ſed præueniente morte non fuerit conſummatum, nu. 8. fol. 938. ſi actum ſit quod futuri coniuges non eſſent commun en: ſed quòd certi feudi mulieris fructus percipiantur à viro conſtante matrimonio, nu. 9. fol. 939. an debeatur à vidua, nu. 10. fol. 940. an debeatur, ſi ob ingratitudinem feudum donatum reuocatum ſit, §. 33 gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 57. fol. 788. duplex vtrum debeatur ex feudo legato, & ex interuallo acceptato, gloſ. 1. nu. 8. fol. 758. Ex legato feudo, nu. 106. fol. 815. in caſu in quo non licet diſtrahere, ſi diſtractum ſit, nu. 11. fol. 759. vt debeatur ſi legatarius feudi poſt teſtatorem & ante traditionem decedat relicto hærede laterali, num. 108. fol. 816. vt non debea-

lized by Google

tur ex ſucceſſione neporis, qui auo, patre prædefuncto ſuccеſſit, num. 103. fol. 813
Releuium nouum vel nouum quintum pretij, vt neque de mero diſtractu, neque de reuenditione ex pacto de retrouendendo debeatur, *ibid.* nu. 15 fol. 761
Releuium ſi offerat vnus hæredum an ſit admittendus, tit. 2. §. 133. gloſ. 1 inverbo, *Droict de relief*, nu. 89. fol. 805. ſi ſponſus filiæ ſoluit, dein primogenitus fidem patroui ſubit, vt poterit condictione ſine cauſa repeti, §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 12. fol. 924. Superueniens vt contra antiquum vaſallum via actionis petatur, §. 10. gl. 5. in verbo, *Vende*, nu. 25. fol. 645. vt debeatur de conceſſione rei feudalis ad redditum non retenta fide, § 51 gloſ. 2. in verbo, *Iohier de ſon fief*, nu. 51. fol. 1151. vt debeatur in caſu abſtentionis vel retentionis doni, §. 26. gloſ. 1. in verbo, *En auancement d'hoirie*, nu. 4 fol. 725. vt non debeat mulier feudorum, quibus iure doarij fruitur: vide *Mulier*, vidua de media ſui parte conqueſtuum, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 141. fol. 835 vt non debeatur ex capite ſucceſſionis lateralis, quando feudum eſt alij puræ debitum & reſtituendum: ſecus ſi non erat debitum, ſed hæres ſtatim voluntariè alienauit, nu. 127 fol. 827 de reuocatione ex *cap. 1. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* num. 58. fol. 789. hoc eſt ob natos liberos ſi feudum reuocatum erit. Licet feudum non deferatur iure ſucceſſionis à filio vel alio deſcendente, ſed benè ab eo in quem literaliter defertur, nu. 86. & ſeq. fol. 603. vt nullum debeatur propter qualemcumque tranſlationem vel mutationem actionis competentis ad feudum, nu. 107. fol. 815. vſufructu feudi vendito vel donato, nu. 158. fol. 845. retento per donatorem vſufructum feudi verum per ipſum donatorem, an per donatarium ſit ſoluendum, gloſ. 8. num. 154. fol. 843. vt vnicum debeatur etiamſi pluries in anno feudum manum mutet, nu 114 fol 819 verum debeatur ex diuiſione feudi inter ſocios vel cohæredes, num. 69. & ſeqq. fol. 795 ex donatione feudi mortis cauſa, num 81. fol. 801. verum ex mortis cauſa capione, num. 83 fol 801. ex feudo quod defertur lege contractus vel ſubſtitutionis ordine ſucceſſiuo, nu. 84. fol. 802. partim vendito, partim donato, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 54. fol. 883. ſi derur feudum certa, & quidem proxima die redimibile pro alio feudo, nu. 93. fol. 904. ſi in ſolutum datum, fuerit feudum, §. 31 gloſ. 1. in verbo, *Droit de relief*, nu. 60. fol. 790. ſi à non domino venditum, vel traditum fuerit, nu. 61 fol. 790. permutato feudo inter duos vaſallos, nu. 79. fol. 799. vt in eodem feudo minuatur pro rata pecuniæ ſeu quinti denarii, *ibid.*
Releuij electio vt ad eum ſpectet ad quem ſpectant fructus, tit. 1. §. 47. gloſ. 5. in verbo, *Auchoix*, nu. 4 fol. 1102
Releuij ſimplicis in cauſa nuptiarum debiti, vt fiat remiſſio, tit. 1. §. 31. gloſ. 4. in verbo, *Acquitte*, num. 1. fol. 933. vltimi apochæ quis effectus & quæ vilitas, §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, nu. 45. fol. 444
à Releuio an liberet vaſallum ſterilitas: vide *Sterilitas*.
de Releuio conſuetudinis diſpoſitio, vt non ſit limitata ad fructus certi anni, ſed vnius anni in genere, tit. 1. §. 57. gloſ. 2. in verbo, *Le ſeigneur fodal veut*, nu. 3. fol. 1226. in debito reſtituendo, vtrum à patrono exigi poſſit cautio, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu 56. fol. 7[illegible]
in Releuio vt inſpici debeant fructus anni præſentis, vel immediatè ſequentis, tit. 1. §. 47. gloſ. 2. in verbo, *Le reuenu*, nu. 3. fol. 1090
pro Releuio cuius anni fructus accipi debeant, gloſ. 2. nu. 1. fol. 1089
Releuia cari pretij quam odioſa, tit. 2 §. 76. nu 12. 23. & 25. fol. 1407. 1410
Releuia multa vnius anni non debent fructus anni excedere, vel vnicum exigendum, *ibid.* nu. 33. fol. 1412
Releuiorum iura, vt & laudimiorum, vt ſint de patrimonio dominorum directorum, tit. 2. §. 33 gloſſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 1. fol 755. vt non ſint propriè ſeruitutes, nu. 2. fol. 755. nec veniant appellatione *domanij*, num. 3. fol. 755 onus vt ſpectet ad fructuarium, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 157. fol 844. quantum ſit odium, §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, num. 28. fol. 927
Religionis fauore vt cogatur quis vendere, tit 2. §. 51. gloſ. 2 in verbo, *Iohier de ſon fief*, nu. 98. fol. 1169
Rem propriam vt alienam ſcienter conducens, vel in feudum recipiens, vt nullum tamen perdat dominium, vel quaſi, tit. 2. §. 2. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, num. 23. 25. & ſeq. fol. 145
Remedia ſpecialia vt verbis generalibus non excludantur, *ibid.* gloſ. 5. nu. 107. fol. 176
Remiſſio vt pro implemento habeatur etiam in conditionibus, tit. 1. §. 35. gloſſ 1. in verbo, *Le fils aiſné*, num. 12. fol 916
de Remiſſione mulctæ, vide in verbo, *Mulcta*.
ad Remotionem vnius non ſequitur conſtructio alterius, tit. 2. in Rubr. num. 5. fol. 1302
Renouatio feudi quid in dubio probet, tit. 1. § 8. gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 105. fol. 348. vt fundet intentionem vaſalli contra Eccleſiam, *ibid.* ſimplex vt non diſponat, §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 4 fol. 1112. vel inueſtitura ſimplex, vt fidem non faciat contra Eccleſiam pro vaſallo, qui non eſt in aliqua poſſeſſione: ſecus ſi ſit in poſſeſſione, cum tunc Prælati confeſſio fulciatur iuris præſumptione, §. 8 gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 108. & 109. 349. 350
Renouationis feudi verba enunciatiua, vt probent qualitatem in ea expreſſam, *ibid.* nu. 98 fol. 345
Renouationes vt regulentur & reformentur ad originalem conceſſionem, ſiquidem de illa appareat, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, num. 94. fol. 344. vt non ſint actus alienationis, ſed adminiſtrationis, §. 1. gloſſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur fodal*, nu. 26. fol. 60
in Renouatione emphyteuſeos, vltra quinquageſimam pretij exigi oportet, tit. 2. §. 76. nu. 25. fol. 1410
Rentes en aſſiette, tit. 2. §. 94. nu. 17. fol. 1608
Renunciationis & Ceſſionis differentia, tit. 1. §. 15. gloſ. 4. in verbo, *Deux enfans*, nu. 7. fol. 517
Renuncians ſucceſſioni tranſmittit nihil §. 130. num. 2. fol. 1711
Repetitionem tacitam quæ cauſæ inducant, quæ etiam excludant, tit. 1. §. 55. gloſ. 1. in verbo, *Item encore*, num. 3. fol. 1178
Repetita ſæpius, magis feria videntur, tit. 2. § 73. gloſſ. 1. nu. 2. fol. 1333. & tit. 1. §. 20. gloſ. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, nu. 6. fol 621
Repræſentatio an habeat locum in linea directa aſcendenti, §. 133. nu. 1. fol. 1714
Repræſentatio mero iure ſucceſſiuo procedit, §. 134 num. 3. fol. 1715
Repræſentatio eſt priuilegium, § 148 nu. 3. fol. 1733
Repræſentans eſt tanquam inſtitutus in re loci, §. 139. nu. 2. fol 1735
Reputatio vt non ſufficiat in feudo nobili: quod inquam prædium verè ſit feudale poſſeſſum & reputatum fuerit, tit. 1. §. 15 gloſ 3. in verbo, *Tenus noblement*, nu. 5. fol. 514
Res an tantum valeat, quantum vendi poteſt, tit. 1 §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vende*, nu. 56. fol. 660 integra quando dicatur, §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaiſit le fief*, num. 123. fol. 1031. vt dicatur reſpectu Eccleſiæ aut ciuitatis, quibus facta fuerit venditio, §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vende*, nu. 17. fol. 641. emptoris verò reſpectu ſoluto vel non ſoluto pretio, aut parte tantum, ſiue ſolis arrhis, num. 18. fol 641. ex parte patroni, nu. 19. fol. 642. in retractu conſanguinitatis, nu. 21. fol. 642. vel *Non integra*, vt dicatur, § 20. gloſ. 5 in verbo, *Vende*, nu. 14 fol. 640 libera & alaudialis vt præſumatur, §. 68. gloſ. 2. in verbo, *Franc aleu*, nu. 5. fol. 1291
Res vt cenſeatur in bonis quamdiu recuperari poteſt. tit. 2. §. 51. gloſ 2. in verbo, *Iohier de ſon fief*, nu. 20. fol. 1139. redempta priſtinum ſtatum & qualitatem recuperat, num. 21. fol. 1139
Rei appellatione an pars ſolum venire poſſit, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 4. in verbo, *Seruitude de fraiſné*, nu. 26. fol. 269. vt veniant & illius pertinentiæ, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 14. fol. 141
Reſciſſio quæ ſit ipſo iure, vt quandoque fingat retro, quandoque non, tit. 1. §. 20. gloſ. 5 in verbo, *Vende*, num. 34. fol. 648 quæ ſit per reductionem retro ad non cauſam, vt differat ab ea quæ vt ex nunc operatur, §. 33. gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 40. fol. 773
Reſcripta iuſtitiæ vt contineant tacitè clauſulam illam, *Si preces veritate nitantur*, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Demembrement*, nu. 91. fol. 342
Reſignatio vaſalli an noceat agnatis, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaiſit le fief*, nu. 110 fol. 1026
de Reſpondente dubitanter quid iuris in feudalibus, *ibid.* nu 7. fol. 980
Reſponſa Iuriſconſultorum ad punctum interrogationis reſtringi, nec vltra extendi debent, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 20. fol. 1347
Reſtitui in integrum circa actus feudales, an & quando poſſint patronus & cliens, tit. 1. §. 32. gloſ. 1. in verbo, *Aagé à vingt ans*, nu. 5. & ſeqq. fol. 744
Reſtitutio in integrum an auocet fructus etiam à bonæ fidei poſſeſſore, tit. 1. § 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 48 fol. 779. an & quatenus extendatur in præiudicium tertij, nu. 36. fol. 771. per viam iuſtitiæ data vt extendatur contra tertium, & ad priſtinam antiquitatem & locum, §. 33 gloſ 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 39. fol. 772. vt non extendatur ad fidelitatem per alienationem mero iure validam interruptam, §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendent ladite main*, nu. 48. fol 240. vtrum vaſallo concedatur aduerſus dominum, §. 1. gloſ. 7. in verbo, *Exploitter*, nu 1. fol. 189. an & quando vt non auocet fructus perceptos & conſum-

prout ante litem conteſtatam ab extraneo bonæ fidei poſſeſſore, §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de reliefz*, nu. 31. fol. 782. vt non auocet fructus ante reſtitutionem peritam perceptos ab ipſomet, qui contraxit cum minore, niſi quatenus conuenitur locupletior, nu. 53. fol. 783

Reſtitutio Principis quando retrahatur ad alienata, tit. 1. §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main miſe*, num. 41. fol. 237

Reſtituio vt non extendatur ad adquiſita parti ciuili pro intereſſe ſuo, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de reliefz*, nu. 38. fol. 772

Reſtitutus ad gratiam, vt non ſit reſtitutus ad temporis prioritatem, *ibid.* nu. 35. fol. 771

Reſtrictio non ſit ex eo, quod maior ſit in vno quàm in alio, tit. 2. §. 74 gloſ. 1. nu. 20 fol. 1348

Retentio & perlequutio impenſarum nomine vt etiam aduerſus creditorem hypothecarium competat, tit. 2. §. 1. gloſſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 94. fol. 171

Retentio *l. vnica, C. etiam ob chirograph. pecun.* vt ſit perſonalis, tit. 1. §. 1. gloſſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main miſe*, nu. 35. fol. 235

Retentioni pro laudimiis & aliis iuribus quando eſt locus, tit 2. §. 74 gloſ. 1. nu. 151. fol. 1384

Retractus actio omnis vt excludatur 30. annis, tit. 1. §. 20. gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 11 fol 696 niſi occultata venei ione, nu. 12 fol 696. actio per diuiſionem, vt etiam poſt litem conteſtatam ſubſecutam reſolui poſſit, tit 1. §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 44 fol. 239

Retractus conuentionalis vt legalem excludat, tit 1. §. 22. gloſ. 1. in verbo, *Par retrait*, nu. 4 fol 711 vt peti non poſſit pro parte, § 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 51 fol. 597

Retractus feudalis an retrotrahatur, tit. 1. §. 31. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 148. fol. 839

Retractus feudalis excludendi vt ſint modi plures, omiſſio videlicet temporis lapſus, & commiſſio, tit. 2. §. 21. gloſ. 2. in verbo, *A tenu*, in princip. fol. 699

Retractus feudalis ius, vt magis accedat iuri prælationis, quàm iuri redemptionis, tit. 1 § 20 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu 27. fol. 587. qualiter accipiendum ſit eſſe in fructus vel non, nu. 61. fol. 601. vt triplici modo contingat reſolui, § 20. gloſ. 10. in verbo, *Dedans, 40. iours*, num. 1. fol. 681 vtrum cedi poſsit, § 20. gloſ 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 20. 21. 22. fol. 584 vt non ſit ius ſimplicis prælationis, num. 24. fol. 585. tempus vt curtat pendente lite patronorum, §. 60 gloſ 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, num. 70 & ſeqq. fol. 1219. vt debeatur ex alienatione medio conditionis tempore facta, §. 33. gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, num. 117. fol. 821. vt differat à cæteris iuribus vilibus feudalibus, §. 20 gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 38. fol. 591. vt locum non habeat in vendinone ſub facultate redimendi infra modicum tempus, quamdiu illa facultas durat: licet locum habeat retractus proximitatis, § 51. gloſ. 2 in verbo, *Lotier de ſon fief*, num 35. fol. 1145. vt non excludatur per venditoris approbationem, ſed emptoris quidem, §. 21 gloſ. 1. in verbo, *A tenu*, num. 2 fol. 699 vt ſit fauorabilis, §. 20. gloſ. 10. in verbo, *Dedans quarante iours*, num. 5 fol. 683. nec tamen extendi debeat, num. 6 fol. 684. vt ſit fauorabilius & conformior iuri communi, quam proximitatis retractus, § 20. gloſſ. 4. in verbo, *Le fief tenu*, nu. 8. fol. 629 vt ſit via triplex, §. 20. gloſſ. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, nu. 2. fol. 628

Retractus ius an perimatur in venditione facta conſenſu patroni, ſeu proximi, tit. 1. § 20. gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 8 & 9. fol. 578. an ſemel confuſum ceſſante poſtea cauſa confuſionis reuiuiſcat, numer. 56. fol. 599. feudorum quid proderit cenſeri admortizatum, fol 599. proprietas ſubfeudi retracti non cenſeatur admortizata, num. 3. fol. 576 quibus conſuetudinibus cautum cedi non poſſe, num. 26. fol 587. vt cedi non poſſit ante retractum conſummatum, ſed illo executo vt ſit liberum patrono feudum retractum alij concedere vel infeudare. Et hoc niſi probetur fraus præmeditata, quo caſu emptor feudum repetere poteſt, nu. 29 & 30. fol. 588. vt competat ſuperiori patrono tenenti feudum præhenſum inte feudali, §. 20. gloſ. 4. in verbo, *Le fief tenu*, num. 5 fol. 626. vt concedatur ad limites certæ formæ & temporis, §. 20. gloſ. 2. in verbo, *Pent*, num. 3 fol. 628 vt de ſe non competat per viam executionis, ſed actionis, § 20 gl. 3 in verbo, *Prendre, retenir*, num. 1. fol. 628. vt in ſex non ſit in fructu, gloſſ. 1 nu. 58. 61. & 65. fol. 591. 601. 603

Retractus ius vt non ſit ius redimendi, ſed ius prælationis, *ibid.* nu 23. fol. 585

Retractus vt competat etiam ſi licitatori, tit 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 11. fol. 580. vt non ſit noua emptio, ſed venditionis tranſlatio, §. 20. gloſ. 1 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num 78 fol. 611 vt ſit in fructu ſolum reſpectu veri domini, non autem reſpectu pnamni, etiam bona fide, & cum titulo poſſidentis, num. 65. fol. 603. vt autem ampliatur hoc reſpectu eius qui pro tempore dominus eſt, etiamſi poſtea reſoluatur, eius dominium, num. 66 fol. 604. vtrum cedi poſſit, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Pent*, num. 33. fol. 100. 101

in Retractus iure vt teneatur retrahens infra 24. horas refundere vel conſignare ſolidum pretium conuentum à retracto adiudicato, §. 22 gloſ. 1. in verbo, *Par retrait*, num. 2 fol. 710. vter de iure præferendus, an dominus directus, an conſanguineus, num. 3. fol. 711

Retractus patroni & proximi differentia, tit. 1. §. 20. gloſſ. 6. in verbo, *Par ſon vaſſal*, num. 3. fol. 664 proximitatis conſuetudo vt ſit tranſlatoria, §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendo*, num. 33. fol. 648. retractus vero feudalis reſciſſoria, *ibid.* proximitatis vt excludat feudalem, §. 22. gloſ. 2. in verbo, *Par retrait*, num. 1. fol. 709

Retractus vt non competat pro venditione arborum alti nemoris nec pro venditione vſusfructus, nec pro conſtitutione reditus, tit. 1. §. 20. gloſ. 4 in verbo, *Le fief tenu*, num 1. fol. 625. vtriuſque an curtat tempus lite pendente, §. 20. gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 8. fol. 695

Retractui an ipſe venditor intercedere vel opponere poſſit, tit 1. §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendo*, num. 51. fol. 652. feudali an locus ſit, in permutatione mixta pro rata pecuniæ: vide *Permutatione*. Cur breuius tempus præfigatur quàm retractui conſanguinitatis, §. 20. gloſ. 10. in verbo, *Dedans quarante iours*, num. 6. fol. 684. vt non ſit locus vbi retractus conſanguinitatis locum habet, §. 20. gloſ. 6. in verbo, *Par ſon vaſſal*, num 9. fol. 666. numquid ſit locus & redditus infeudatus à debitore redimatur, §. 20. gloſ 5 in verbo, *Vendo*, num. 58. fol. 661. vt non ſit locus nec quinto pretij in venditione arborum & lignorum alti nemoris, §. 33 gloſ. 2. in verbo, *Aleué à prix d'argent*, numer. 90. fol. 806. vt ſit locus vbi pecunia præponderat valori ſeu æſtimationi totius iuris redditus, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aleué à prix d'argent*, num. 77. fol. 798. ſecus ſi ſit æqualis, niſi ſit redditus redimibilis, nu. 78. fol. 798

Retractum an poſſit venditor aliquo caſu impedire, tit. 1. §. 33 gloſſ 2. in verbo, *Aleué à prix d'argent*, num. 64. fol. 792

in Retractum an cadat redditus conſtitutio: vide ſuprà *Redditus*.

ad Retractum agenti an ſufficiat cauere de pretio ſoluendo in termino, §. 20. gloſ 8. in verbo, *Le prix*, nu. 7. fol. 677

ad Retractum vtrum agi poſſit ante rem traditam, tit. 2. §. 20 gloſ. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, nu 4. fol. 620

Retractu feudali vt poſſit proprietarius prohibere vti fructuario, tit 2. §. 20. gloſ 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 40. fol. 591

Retractu feudali vt procuratorio nomine vtatur fructuarius, nu 33. fol. 589

Retractu feudali vt vtatur patronus Eccleſiaſticus, nu. 1. fol. 571. vt vti poſſit nomine ſuo, qui alieno vendidit, num 13. fol 580. patronus etiam contra ipſum venditorem & antiquum vaſallum, §. 33 gloſſ. 1 in verbo, *Droit de relief*, num. 59 fol. 790. vtrum vti poſſit in ſubfeuda vendita patronus ſuperior, quo fruitur feudo præhenſo, tit. 1. §. 55. gloſ. 10 in verbo, *En luy payant les droits*, numer. 43. fol. 1219

de Retractu quid iuris, tit. 1. §. 20 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 1 fol. 575 vt ſit duplex retractus, *ibid.* vt retractus feudalis ſit partim legalis, partim conditionalis, *ibid* num. 2. fol. 575

Retractu ſubfeudi venditi relenij durantis tempore, vtrum dominus vti poſſit, tit. 1. §. 50. gloſ 2. in verbo, *Pour ſon droit*, num 5 fol. 1105

in Retractu proximitatis vt interdum refuſio quinti denarij non requiratur, tit. 1. §. 22 gloſ. 1. in verbo, *Par retrait*, num. 2. fol. 709

à Retractu an excludatur patronus in venditione facta ſub conditione, *Si patronus emptorem inueſtire voluerit*, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 17. fol. 582. an interim feudum prehendi poſſit, *ibid.* vt in totum excludantur ſocij, qui ſimul vendiderunt, nu. 14. fol. 581

ex Retractu vt nulla debeatur euictio, nec generalis cautio euictionis ad hoc extendatur, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. num. 11. fol. 580

in Retractu conſanguinitatis, vt requiratur iudicialis interpellatio, vt iura præſtentur feudalia, tit. 1. §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendo*, num. 21. fol 642

in Retractu cur ſit latior interpretatio quàm in laudimiis: vide *Interpretatio*.

in Retractu quamuis de oneribus minime facta fuerit mentio in contractu, vt nihilominus ea intelligi debeant, vtrum habeat retrahens contra venditorem recurſum, qualem emptor habebat, §. 20. gloſ. 5 nu. 40. fol. 651

mized by Google

in Retractu vtroque vt vsusfructus emptoris confusus ei restituendus sit, nu 36. & 40 fol. 649 651
Retractus in censu vtrum domino sit permissus, tit. 2. §. 78. glos. 1. nu. 114. fol. 1461
Retractum habere non potest dominus, qui emptorem inuestiuit ex facultate redimendi per eum postea redempta, quamuis aliud in tetractu proximitatis fauorabilioti, *ibid.* nu. 115 fol. 119. & 120. fol. 1461. 1463. amplia, num. 122. 123 & 124 fol. 1464. fallit cum ampliat, & sublimit, num. 126. & 127. fol. 1465
Retractus conuentionalis & consuetudinarius cumulari possunt, *ibid.* nu. 70. fol. 1448
de Retractu conuentionali, num. 148. 149. 150. fol. 1470. 1471
ius Retractus vtrum cedi possit? num. 152 fol 1471
in Retractu an dominus præferatur consanguineo? nu. 144. fol. 1469
Retractus feudalis cur secundum vsus feudorum non procedat, sed per consuetudines reuixerit, nu. 145. fol. 1470
Retractus proximitatis in quibus redditibus locum habeat, tit. 2. §. 94. num. 29 fol 1612
Retractus linearis non est odiosus, § 175 nu. 10. fol 1766
Retractus non currit in conquæstum, §. 184. num 8 fol. 1776
Retrahens potest deducere de pretio, & emptor deteriorauit, §. 172. nu. 5 fol. 1760
Retrahens non solum pretium, sed alios quoque sumptus refundere debet, §. 78. glos. 1. nu. 135. fol 1468
Rtrahendi annus à qua die currere incipiat, tit. 2. §. 1. gloss. 1. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 30 fol. 61
ad Retrahendum vt currat patronis tempus 40. dierum eorum lite pendente, tit. 2. §. 60. gloss. 2. in verbo, *Par mam souueraine*, nu 70 fol. 1253
Retrahens an emptori iura sua confusa in specie siue substantia restituere teneatur, an verò sufficiat dare æstimationem, tit. 2. §. 20. glos. 5 in verbo, *Vendu*, num 41 fol. 652. an verò loco eorum pecuniam refundere? Et casu quo possit restituere, an sufficiat quod circumcriptis oneribus deest isti pretij rei venditæ restituere? An verò teneatur iustam horum iurium æstimationem refundere vltra pretium conuentum rei, *ibid* An possit agere *l.* 2. *C. de rescind. vend* num. 56. fol. 660. patronus vt debeat integrum refundere pretium, nec possit petere, nec deducere quintum vel subquintum pretij, §. 20 glos. 9 in verbo, *Loyaux coustements*, nu. 4. fol. 679 vt eadem solutionis dilatione vti possit, qua emptor: & vt è contra venditionis conditiones seruare teneatur, §. 20. gloss 8 in verbo, *Le prix*, num. 5. fol 676. vt non possit esse melioris conditionis quàm emptor, §. 33. glos 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num 83. fol 897. vt non subrogetur loco emptoris quantum ad vitia personalia, sed solum quantum ad vires contractus, §. 33 glos. 1. in verbo, *Droit de retief*, num. 51. fol. 782. vt non teneatur emptori, qui nondum soluit, pretium soluere, §. 20. gloss 8. in verbo, *Le prix*, nu. 6 fol. 676. quod is non soluit retrahere, §. 22. glo. 1. in verbo, *Par retraict*, nu. 5 fol. 709
Retrahente patrono vt lucretur venditor quintum pretii, tit. 2 §. 20. glos. 9. in verbo, *Loyaux coustz*, nu. 6 fol 680
Retrahere partem quando liceat ab offerente totum, tit. 2. §. 31 glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 80. fol. 896 vt non possit patronus pro alio, cui carius vult vendere, tit. 2. §. 20. glos. 2. in verbo, *Le seigneur feodal*, nu. 32. fol. 589. vt possit dominus à fructuario quicquid is iure retractus acquirit, nu. 37. fol 591. vt possit patronus siue dominus & propinquus etiam post inuestituram vbi fraus commissa apparuerit, § 20 glos. 8 in verbo, *Le prix*, nu. 9 fol 678. vt possit Procurator: vide *Procurator*.
Reuocandi ius vt non sit cessibile, nec transmissibile in eum, qui non habet qualitates requisitas ad reuocandum, tit. 2. §. 25. glos. 2. in verbo, *Les femelles*, nu. 12. fol. 519
Reuocatio ex ingratitudinis capite vt solum fiat vt ex nunc, nec retrotrahatur, tit. 2. § 33 gloss. 2. in verbo, *Droict de relief*, num. 57. fol. 788. *Ex cap. I si vnquam, C de reuoc. don.* quamuis fiat iure ipso, vt tamen non retrotrahatur num. 58. fol. 789. vt non præsumatur facta etiam ab ingrato in dubio, §. 43. glos. 2. in verbo, *Que desaist le fief*, num. 106. fol. 1018
Reuocationi feudi & donationis vt 30. annis præscribatur, tit. 2 §. 43. glos. 3 in verbo, *Pour son droit*, nu. 18. & 20. fol. 490. 491 item & descendentibus, *ibid.*
Reuocatoriæ actiones quæ conceduntur de quibus alienationibus intelligendæ, §. 43. glos. 2. in verbo, *Que desaist le fief*, nu. 102 fol. 1016
Inter Reuocatoriam & querelam quæ sit differentia, tit. 2. §. 13. glos. 3 in verbo, *Pour son droit*, nu. 21. fol. 491
Rex an deficientibus agnatis & regio sanguine, possit de regno disponere, tit. 2. §. 13 glos. 3. in verbo, *Pour son droit*, nu. 9 fol. 485. Franciæ vt non possit de regno testari, §. 83. glos 3. in verbo, *Pour son droit*, num. 8. al. 10. fol. 486. nec filium primogenitum de suo iure priuare, *ibid.* Siciliæ vt sit dominus vtilis in vniuerso, directus verò in particulari, tit 2. § 2 glos. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, num. 6. fol. 186. Iolus vt fundatam ipso iure habeat intentionem in omni iurisdictione & imperio in toto regno, §. 2. &. 3. glos. 3 in verbo, *La bouche & les mains*, num. 10. fol. 253. vt nequeat subditum à sua iurisdictione quacumque de causa eximere, §. 2. & 3. glos. 4 in verbo, *Sermant de fealté*, nu. 18 fol. 266. vt sit lex animata, §. 2 & 3. glos. 3 in verbo, *La bouche & les mains*, num. 6. fol. 251
Rex tenetur extra manus suas ponere res feudales & censuales subditorum & cur? estque originalis constitutio Philippi Pulchri, tit. 2. §. 73 glos. 2. nu. 5. fol. 1333
Rex an possit Baronem suum citare vt ostendat iura quæ habet in castris quæ possidet: vide *Citare*.
Rex Franciæ fundatus est in directo dominio terrarum regni sui, tit. 2 §. 73 glos 3. nu. 2. fol. 1333
Roberti vtriusque Siciliæ Regis nepotis Caroli Andegauensis fratris Ludouici noni Francorum Regis aduersus Henricum VII. Imperatorem quàm atrox fuerit hostilitas. Tit. 2. in rubr. nu. 98. fol. 39
Roma caput Imperij Occidentalis, tit. 2. in rubr nu. 55. fol. 25. vbi Imperator verè coronatur à populo non a Papa, qui tantum ceremonias peragit, nu. 60. & 61. fol. 26
Roma & Italia sub Francis fœlix, tit. 2. in rubr. numer. 49. fol 22. vt sub Francorum Imperio floruerint, num. 39. fol. 19
Romani & Itali cur ægrè ferebant imperium à Francis ad Germanos transferri, tit. 2. in rubr. nu. 49 fol. 22. 23
à Rubrica an liceat argumentari, & interpretationem sumere: vide *Argumentari*.

S

SAcerdos recognoscens scedulam & petens remitti ad iudicem suum debet consignare, §. 78 nu. 1. fol. 1641
Sacra etiam loca vt subsint Regi Franciæ in suo regno, tit 2. § 1. gloss. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu. 12 fol. 186
Saisina capi debet in specie non in genere, §. 173. nu. 1. fol. 1761
Saisina data à domino non residente non valet, §. 173 num. 15 fol. 1762
Saisine, & Saisire quid, tit. 2. § 2 glos. 4. in verbo, *Mettre en sa main*, num. 1. fol. 205
Saisire seu prædendere vasallorum feuda qu idomini possint, *ibid.*
Salicæ legis origo, etymon, & constitutio, seu vis & effectus, tit. 2. § 20. glos. 2. in verbo, *Entre filles*, num. 2. & 3. fol 570
Salictum quid, tit. 2. §. 2. glos 8. in verbo, *Faire les fraches*, nu. 53 fol 214
Salutiæ Marchionatus vt sit feudum mouens à Delphino Franciæ, tit. 2. in rubr. nu. 113. fol. 46
Sanguinis naturalis continuatio quantum operetur, tit. 2. §. 2. & 3. glos. 2. in verbo, *Par succession*, nu. 2 fol. 243
Sanctius maior Nauarræ Rex, vt Calthiam in regnum erexerit, tit. 2. §. 42. gloss. 2. al. 2. in verbo, *Reputé égé*, nu. 4. fol. 958
Satisdandum vt sit tam in bonæ fidei quàm stricti iuris iudiciis ex iusta causa, tit. 2. §. 33. glos. 2. in verbo, *Droict de relief*, nu. 56 fol. 787
an a Satisdatione iudicio sisti relenandus sit possessor agri emphyteutici: vide in verbo, *Agri*.
Scientia & patientia vtrum præiudicent: vide *Patientia*, quæ requiratur in Presbytero opinione Papæ, tit. 2. §. 33 glos. 2. nu. 85. fol. 802
Scire factum sine qualitate vt non sufficiat, tit. 2. §. 20. glos. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 2. fol. 691
Scribere totum vel subscribere, vt sint paria, tit. 2. §. 8. glos. 2. in verbo, *Denombrement*, nu. 45. fol. 125
Scriptura archiui vt vbique probet inter omnes, reprobata communi doct. cad. sententia, tit 2 § 8. glos 2. num 29. fol 317 at nuda priuata, vt nullum gradum faciat probationis, num. 20 fol. 309 priuata ex archiuo publico sumpta vt probet, num. 25 & 26. fol 316. priuata recognita vt plenè probet, num. 26. fol. 312. quatenus præiudicet tertio, *ibid.* si fuerit antiqua vt faciat præsumptionem vel semiplenam probationem, num. 17. fol. 312. si fuerit sumpta ex chartophylacio scribentis, vt contra eum plenè probet, nu. 18. fol. 311
Scripturæ eiusdem fidem vt diuidi non possit, *ibid.* num. 19. fol 313
Scripturam producens censetur fateri omnia in ea contenta, num. 16. fol. 310. verùm si post repertatur falsa, ipso iure confessio resoluitur, *ibid.*
Scripturæ antiquæ quæ dicantur, *ibid.* gloss. 2. numer. 22. fol. 315
Scripturæ archiui vt fidem non faciant, nisi in eo tanquàm authenticæ repositæ sint & asseruatæ, nu. 31. fol. 318

Digitized by Google

in Scripturis ex archiuo publico deſumptis, & exemplationibus factis, quæ requirantur, vt fides habeatur, num. 27. fol. 316

Secretarius Regius emens feudum mouens à Rege, vtrum poſſit deducere releuium venditori, tit. 1. §. 33 gloſ. 3. in verbo, *Quint & requint*, num. 4. fol. 908

Secretarij Regij a Laudimus an immunes: vide in verbo, *Laudimia*.

Secretariorum Regis Francorum quale ſit immunitatis priuilegium, tit. 1. §. 22. gloſſ. 1. in verbo, *Par retrait*, num. 5. fol. 711

Secularis vt non poſſit euocare contendentes de patronatu coram conſeruatore ſuo regio, tit. 1. § 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 14. fol. 1242

Secundogeniti vt habent partem in vniuerſitate tituli & honore feudi, tit. 1. §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vient choiſir*, nu. 21. fol. 532. nec teneantur portiones ſuas recognoſcere à primogenito, *ibid.* vt partem habeant in iuribus ſubfeudorum, nedum in commoditate, ſed etiam in proprietate, & quaſi poſſeſſione, §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vient choiſir*, nu. 23 fol. 533

Seditione vt nihil in repub. peſtilentius, tit. 1. in rubr. num. 18 fol. 10

Selon la couſtume, verba conſuetudinis, vt non inducant limitationem, tit. 1. § 13. gloſſ. 5. in verbo, *Le iardin*, numer. vlt. fol. 508. atque ita ſtent exemplificatiuè & declaratiuè, *ibidem*.

Sententia lata contra emptorem, an noceat venditori ſcienti habenti facultatem redimendi, tit 1. §. 45 gloſ. 1. in verbo, *Le deſadueu*, num. 30. fol. 1079. contra habentem principale intereſſe, an præiudicet habenti minus principale intereſſe, vbi cum eo lis non fuerit agitata, nec quidem citatione, §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 34 fol. 770. contra vaſallum, an noceat vero patrono, § 45 gloſ. 1. in verbo, *Le deſadueu*, num. 17. fol. 1073. lata contra creditorem de proprietate rei, ſiue agentem, ſiue defendentem, vt non noceat debitori quamuis ſcienti, num. 20. fol. 1075 contra fructuarium, vt etiam non noceat domino etiam ſcienti, numer. 24. fol 1077. contra colonum, num noceat domino, nu. 25. fol. 1078. ſuper præhenſione feudalij, vt quandoque præiudicet petitorio, §. 45. gloſ. 1. in verbo, *A mon ou ſa main*, num. 4. fol. 1068. ſententia dominorum requeſtarum vt quandoque abſorbeat petitorium, *ibid.*

contra Sententiam communem & æquam vt non ſit ſubtilitas admittenda, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 34. fol. 465

& Sententia Papæ vt Imperator Federicus II. ad curiam Pariſienſem prouocarit, tit. 1. in rubr. nu. 96. fol. 38

in Sententia cauſa quando exprimenda: vide in verbo, *Cauſa*.

Sententia ſuper exhibitione litterarum non præiudicat veritati quandocumque apparenti, tit. 2. §. 73 gloſ. 3. num. 15. fol. 1336

Separatio non poteſt intercenire inter virum & vxorem ſine cauſæ cognitione, § 110. §. 3. fol. 1673

Separatio de bonis & de corpore debet fieri per iudicem, §. 110. nu. 4. fol. 1674

Sequeſtrare poteſt fructus, qui poteſt eos percipere, tit. 2. §. 74 gloſ. 1. nu. 11. fol. 1345

Sequeſtratio fructuum vt fiat ſuſpicionis cauſa, tit. 1. §. 1. gloſ 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 42. fol. 122. prætoria vel iudicialis vt non tollat poſſeſſionem, tit. 1. §. 1. gloſ. 4. nu. 21. fol. 115

Sequeſtratione neceſſaria, quæ ſit per iudicem ex diſpoſitione legis, nulla poſſeſſio amittitur, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 29 fol. 1350

Serui conditionatæ libertatis qui hodie, tit. 1. § 2. & 3. gloſ. 3 in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 3. fol. 250

Serui manus mortuæ, vt ſint reliquiæ paganiſmi, tit. 1. §. 2. gloſ. 3. in verbo, *La bouche & les mains*, nu. 4 fol. 250

Seruitia inſolita & onera exorbitantia præſumuntur à dominis per manum extorta, tit. 2 §. 76. nu. 16. fol. 1408. nec currit præſcriptio, nu. 17. fol. 1408

Seruitus confuſa quando debeat reſtitui, tit. 2. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 59. fol. 600

Seruitus debita vt non confundatur per acquiſitionem, tit. 1. §. 20. gloſ 5. in verbo, *Vendu*, nu. 38 fol 650

Seruitus prædialis an feudo cedat, tit. 1 §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 67. fol. 161

Seruitutes & hypothecæ ſimiliaque onera vtrum reuocentur per vaſalli ingratitudinem, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſuie le fief*, nu. 98. fol 1015

Seruitutes principaliter & per ſe vt non ſint in bonis, nec extra bona: ſed acceſſoriè, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 67. fol. 161. redemptæ an cedant feudo, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 68. & ſeq. 162

Seruitus non acquiritur tempore immemoriali, §. 80. num. 1. fol. 1643

Seruientis eſt vertere oppoſitionem in acta, §. 143. nu. 2. fol. 1718

dictum *Si* non eſt ſemper conditionalis, ſed quandoque cauſalis ſeu demonſtratiua, tit 2. §. 78. gloſ. 1. numer. 19. fol. 1435

Sicut, Prout, & Secundum, ſimileſque dictiones vt ſtent cauſaliter & non conditionaliter: interdum etiam limitatiuè vel aſſertiuè, §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 85. 86. 87. fol. 340. 341. quomodo accipiantur in confirmationibus, nu 87. & 91. fol. 341. 343

Siculi vt multa traxerint à moribus Francorum, tit 1. §. 2. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 35. fol. 62

Sigillum vt de ſe non probet, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, numer. 12. fol. 310. priuatum ad quæ profit, *ibidem*, vt non operetur niſi ad finem cùm gratia apponitur, *ibid.* cùm per ſe nihil loquatur, nec ſine ſubſcriptione operetur, numer. 13. fol. 311 quæ tria exprimi debeant in illius impreſſione, *ibidem*, quando conſtat cuius ſit, an præſumatur eius voluntate impreſſum, numer. 14. fol. 311. ſi fuerit Authenticum notum: veluti Principis aut ſuperioris, & adſit ſcripturæ ſiue inſtrumento ſubſcripto illius aut ſecretarij, vt tunc fidem faciat, nu. 15. fol. 312

Signa aut vela regia non poſſunt à priuatis apponi, tit. 2. §. 74 gloſ. 1. nu. 5. fol. 1343

Similitudo reſpectu eius de quo quæritur, vt ſufficiat, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 55 fol. 786

Simulati contractus quæ ſufficiant coniecturæ: vide *Contractus*.

Simulationem vt arguant temporis breuitas, pretij & pactorum cum euentu ſecuto conuenientia, tit 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iouer de ſon fief*, nu. 27. & 28 fol. 1141

de Simulatione quæ ſit de contractu ad contractum cum interpoſitione perſonæ, quid iuris in feudalibus, tit 1. §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 93. fol 904

Siniſtra vt apud aliquos honoratior, tit. 1. § 13. gloſ 3. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 3. fol. 481

Solennitas extrinſeca enunciata vt præſumatur, cuius defectu non opponitur, tit. 1. § 8 gloſ 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 73. fol 336. non neceſſaria in actu ſi vitioſè fuerit appoſita, illum non vitiet, §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 69. fol. 132

Solidi intelliguntur Turonenſes, niſi vbi aliud exprimitur, tit. 2. § 77. nu 20. fol. 1418

Soluendo gerundium an importet conditionem, tit. 1. § 20. gloſſ 7. in verbo, *En payant*, numer. 1 fol. 667. an modum, num. 2. fol. 667 ſoluendo ſibi ipſi vt ſit quilibet quantumuis pauper, §. 20. gloſ. 5 in verbo, *Vendu*, num. 39. fol. 651

ad Solutionis diem prorogandum vt requiratur mandatum ſpeciale: vide *Mandatum*.

quando non Soluto cenſu quis cadat in commiſſum: vide *Commiſſum*.

de Solutione Cenſus, vide in verbo, *Cenſus*.

de Solutionis die, vide in verbo, *Dies*.

Sorores an poſſint fratrem primogenitum compellere vt fidelitatem domino præſtet clientelarem, tit. 1. §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, nu. 6. fol. 922

Sors inter quos admittenda, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 12 fol. 455

Sortis vſus an licitus, *ibid.* nu 13. & 23. fol. 455. 458

Sortis vocabulum vt ſit ambiguum, nu. 13 fol 455

Sortis acceptio quàm varia in iure, n. 13 & 14. fol. 455. 456

Sors vt triplex apud Theologos, *ibid.* vt interdum pro ſortilegio & diuinatione accepta ſit, nu. 15. fol. 456. pro pecunia principali reſpectu vſurarum, & pro hæreditaria portione, *ibid.* pro fato, nu. 16. fol. 456. item & pro gratiâ electionis, ſeu prædeſtinationis, nu. 22. fol. 458

Sors vt ceſſare debeat, vbi delectus eſt, nu. 23. fol. 458. vt forte ſchiſma dirimi poſſit, nu. 24. fol. 459

vt Sorti non ſit locus quando agitur de præiudicio tertij, nu. 24. fol. 459

Sortis diſcretio à fœnore & vſura quæ, tit. 1. §. 1, gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 20. fol. 229

Sorti vel fato fidem adhibere vt ſit illicitum, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 17. fol. 457

Sorte an dirimatur dubium facti vt iuris, nu. 2. fol. 451

Sortilegium vt ſemper in malam partem acceptum ſit, num. 15. fol. 456

Speciale eſt quod non verificari poteſt, niſi in vna ſpecie, tit. 1. § 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 31. fol 214. quod non poteſt niſi in vno verificari, tit. 1. §. 33. gloſ. 3. in verbo, *Quint & requint*, nu. 5. fol. 908

Speculator quo tempore ſcripſerit, t 2. §. 73 gloſ. 2 nu 6. f. 1332

Spes pro ſimplici expectatione deſumpta, tit 1. §. 13. gloſ. 3. in verbo, *Pour fonder droit*, nu. 4. fol. 482

Spes ſucceſſionis, vt dupliciter accipiatur & tranſmittatur: vide infrà *Succeſſio*.

Spoliatus à iudice iuris ordine non ſeruato, vt ante omnia

reſtitui debeat, tit. 1 §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 50. fol. 125

Spoliatus ante omnia reſtituendus, tit. 3. *de complainte*, nu. 11. fol. 1626

Stagnum vt non poſſit patronus ad alium quàm fuerit prius deſtinatum vſum convertere, tit. 1. §. 2. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 53. fol. 214

ſi in Stagnum vile prædium vaſallus vtiliter mutauerit, idque prahendat dominus circa tempus piſcationis: verum eius ſtagni dominus omnes piſces ſuos faciat, tit 1. gloſ. 8. nu. 22. fol. 202

Statuta vt teſtamentis potiùs quàm contractibus æquiparentur, tit. 1. §. 35. gloſ. 1. in verbo, *En faiſant la foy*, num. 11. fol. 914

Statutum generale vt non excludat reſtitutionem in integrum, tit. 1. §. 1. gloſ 7. in verbo, *Explicter*, num. 6. fol. 192. loquens de contractu vt intelligatur ſtrictè de obligatorio, §. 33. gloſſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 50. fol. 880. de filiis legitimis vt intelligi debeat de legitimis iure communi, §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, num. 49. fol. 474. de gabella vt non intelligatur de inualido actu, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Droict de relief*, num. 32. fol. 769. in domino, vt verificetur in poſſeſſore, §. 1. gloſſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 75. fol. 81. in venditione, an verificetur in datione in ſolutum, §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, num. 46. fol. 655. an de venditione loquens, intelligatur de valida, num. 50. fol. 657. prohibens parentibus meliorem facere conditionem vnius filiorum ſuccedentium, quomodo ſit intelligendum, §. 15 gloſ. 4. in verbo, *Deux enfans*, num. 6. fol 517. quando verificetur in caſu ficto, idque quando fictio tranſit in eandem rem, §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 29. fol. 655. quod ſterur iuramento alicuius, vt non habeat locum, ſi ſit præſumptio in oppoſitum, §. 9. gloſ. 6. in verbo, *Rendre compte*, num. 29. fol. 389. Rauennæ de retractu quale, §. 20. gloſſ. 11. in verbo, *Notifié*, num. 6. fol. 687. vel conſuetudo loquens de primogenito, vt non extendatur ad primogenitam, etiam deficientibus maſculis, §. 19. gloſſ. 1. in verbo, *Quand il n'y a que filles*, num. 1. fol. 559. vt fallat hoc in nepte ex primogenito præmortuo, quæ patrem repræſentat etiam in commodo primogenituræ, *ibid* vt extendatur ad caſum fictum in eadem materia, §. 54. gloſ. 1. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 9. fol 1174

Statutum exorbitans ſat eſt quod aliquid operetur, vt in reſiduo reſtringatur, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 9. fol. 1344

Statuto contra certam perſonam facto poteſt appellari, vel ei exceptio doli obiici, tit. 2. §. 76. nu. 21. fol. 1409

Statuti omnia verba vt debeant conuenire & verificari, vt locum habeat eius diſpoſitio, tit. 1. §. 20. gloſſ. 3. in verbo, *Prendre, vtenir*, num. 5. fol. 620. vel conſuetudinis diſpoſitio, vt vltimæ voluntati potiùs quàm contractui æquiparetur, §. 35. gloſ. 2. in verbo, *En faiſant la foy*, num. 11. fol. 914

in Statuto deſcendentes maſculos præferente fœminis, vt non contineantur maſculi nati ex fœminis, tit. 1. §. 25. gl. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 4. fol. 716

in Statutis vt appellatione *Venditionis* veniat omnis ſpecies alienationis, in qua eſt eadem ratio circa id de quo quæritur: Vide *Vendeio*.

Sterilitas feudi an liberet vaſallum à relevio, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief* num. 112. fol. 818

Sterilitatis vel vis maioris causâ virum facienda remiſſio mercedis, tit 1. §. 58. gloſ. 1. in verbo, *A ferme ou moiſſon*, nu. 9 fol. 1230

Stylus certus vbi non eſt, Pariſienſis eſt ſequendus, tit. 2. §. 74 gloſ. 1. nu. 162 fol. 1387

Stylus fori quis litigantibus eligendus: vide *Fori*.

Subditi vt non poſſideant, ſed poſſideantur, tit. 1. § 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 13. fol. 1116

Subditos alienos cogens ad abiurandum priorem dominum & ſibi obtemperandum, vt nullum ius, nullamque poſſeſſionem adquirat, *ibid.* nu. 13. fol. 1116

de Subemphyteuſi, tit. 2. §. 78. gloſ. 1. nu. 189. fol. 1482

Subfeuda & cenſus virum committantur, feudo propter ingratitudinem commiſſo, tit. 1. § 43. gloſ 1. in verbo, *Qui deſaue le fief*, nu. 119. fol. 1029. qualiter diuidi debeant, §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vent choiſir*, num. 26 fol. 534. vel cenſuaria prædia à vaſallo acquiſita, vt non præſumantur vnita & incorporata feudo, §. 33 gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 46. fol. 878. vt non à ſola manſione ſed toto feudi dominantis corpore dependeant, §. 16. gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vent choiſir*, nu. 22. fol. 533 vt non ſint de pertinentiis feudi, §. 54. gloſ. 1. in verbo, *Mettre en ſa main*, num. 3. fol. 1173

Subfeudata virum revocentur commiſſa ingratitudine vel felonia per infeudantem, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaue le fief*, nu. 97. fol. 1014

de Subfeudo præhenſo, & an ſubfeudatarius poſſit per manum ſupremam inueſtiri, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouueraine*, nu. 54. fol. 1253

Subfeudorum iura vt non ſint præcipua primogenito, ſed inter filios diuidenda, tit. 1. §. 16. gloſ. 1 in verbo, *Tel qu'il vent choiſir*, nu. 21. fol. 533

Subhaſtationes an à decreto iudicis differant: vide in verbo, *Decretum*.

in Subhaſtationibus emptor non cum parte, ſed cum ſolo iudice contrahit, & carceribus compellitur, tit. 2. § 77. nu. 22. fol. 1418

Subhaſtandi formam vnicam eſſe in regno expedit, tit. 17. nu 1 fol. 1779

Subhaſtationum ſumptus qui ſint? §. 187. numer. 1. fol. 1781

Subinfeudare an poſſit vaſallus: vide in verbo, *Vaſallus*.

Subinfeudatio vt non teneat reſpectu ſuperioris patroni, tit. 1. §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 19. fol 1118. hoc tamen fallit ſecundum vſusfeudorum, niſi in caſum commiſſi vaſallus paratus ſit ſeruire ſuperiori, nu. 20. fol. 1118. & ſublimitationem vide, nu. 21. fol. 1119

Subinfeudatio vt non præiudicet agnatis vel ſubſtitutis, *ibid.* nu. 22. fol. 1119. nec ſuperiori patrono, nu. 23. fol. 1120. verum inueſtitus recurſum habet contra ſubinfeudantem, nu. 24. fol. 1120

de Subinfeudatione vt nulla iura debeantur, *ibid.* num. 25. fol. 1121

Subrogationis vis in corporibus temporariis quæ, tit. 1. §. 2. gloſ. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, nu. 19. fol. 201

Subſidia clientelaria ad belli vſum vt non debeantur, niſi Regi aut Principi ſupremo, tit. 1. §. 1. gloſ. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, nu. 13. fol. 189

Subtilitas nimia & rigoroſa vt non ſit conſulentibus & iudicantibus admittenda contra æquam & communem ſententiam, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, numer. 34. fol. 465

Subtilitas vana quæ in verborum captione verſetur, vt reproberur tit. 1. §. 20. gloſ. 4. in verbo, *Le fief tenu*, num. 7. fol. 611

Subuaſallus enormiter offenſus à ſuo domino immediato, vt ab illo liberetur & remaneat vaſallus domini mediati, tit. 1. §. 2. & 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de fauté*, num. 13. fol. 266. ſi debitè iura obtulerit, vt non teneatur iterare oblationes patrono immediato, §. 55. gloſ. 5. in verbo, *Peuuent faire la foy*, nu 3. & ſeqq. fol. 1190

Subuaſallorum iura vt non ſint de corpore manſionis principalis, à qua dependent, nec cedant primogenito iure præcipui, tit. 1 § 16 gloſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vent choiſir*, nu. 19. & 20. fol. 531. 532

Succeſſiones in diuerſis conſuetudinibus reputantur ſucceſſiones diuerſorum, §. 92. nu. 5 fol. 1651

Succedi poteſt in Francia quamdiu probatur cognatio, §. 178. nu. 3. fol. 1770

Succedens iure repræſentationis vt veniat ex propria perſona, tit. 1. §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 103. fol. 811

ad Succedendi ius & modum vt præciſe attendatur tempus obitus & debitæ ſucceſſionis, tit. 1. §. 13. gloſ. 1. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 32. fol. 464

Succedere iure Francorum, vel Longobardo. quid, tit. 1. §. 18. gloſ. 1. in verbo, *Arpent*, nu. 35. fol. 558

Succeſſionis ſpes vt dupliciter accipiatur, tit. 1. §. 13. gloſ. 5. in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 4. fol. 482. vt tranſmittatur, nu. 6. fol. 483

in Succeſſionem futuram concernentibus vt ſit voluntas ambulatoria, tit. 1. §. 53. gloſ. 2. in verbo, *Le fils aiſné*, nu. 53. fol. 476

Succeſſiuo ordine ſi delatum alicui fuerit feudum, virum eam ob cauſam relevium debeatur, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 84. fol 802

Succeſſor vaſalli, vt non teneatur pluries ad clientelaria iura ab anteceſſoribus ſuis non præſtita, tit. 1. §. 2 & 3. gloſ. 5. in verbo, *Ont fait ou payé*, nu. 1. fol. 285

Succeſſoribus ſuis etiam mediatis, vt ſhpulari quiſque poſſit, tit. 1. §. 8. gloſſ. 1. in verbo, *Demembrement*, num. 110. fol. 350

ex Succeſſorio edicto vt immediatè, ex iure verò tranſmiſſionis mediatè ſuccedatur, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 101 fol. 811

Summa verbum quid inferat, tit. 1. §. 47. gloſ. 4. in verbo, *Vne ſomme pour vne fois*, nu. 1. fol. 1099

Summæ maiori an inſit minor, tit. 1. §. 47. gloſ. 3. in verbo, *Le dire de preud'hommes*, nu. 12. fol. 1095

Sumptus ad perpetuam rei vtilitatem, vel ſpeciali pacto facti, vt non repetantur per vaſallum & emphyteutam, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu 112. fol. 178

Sumptuum ratio vt habenda ſit inſpectato fundi præſenti ſtatu, & quantum plus valet, numer. 113. fol. 178. facti per patronum pendente feudi præhenſione quemadmodum ei præſtandi, §. 1. gl. 8 in verbo, *Faire les fruicts*, nu 27. fol. 204. inſtrumentorum contractus ad quem ſpectent, §. 20.

gloſ 9. in verbo, *Loyaux conſtements*, nu. 1. fol. 678. vt non imputentur in legales voluntarie data, nu. 2 fol. 679 facti in rem, & non circa emptionem, vt non moterur retractum, nu. 7 fol. 680. præhenſionis cui imputentur, vide *Prahenſio*, quemadmodum retineat vaſallus emphyteuta, § 1. gloſ 5 in verbo, *Le fief*, nu. 90. fol. 170

ad Sumptuum aliquam reſtitutionem vt non teneatur patronus ſi poſt præhenſione u fructus perierint caſu fortuito, tit. 1 §. 56. gloſ. 1 in verbo, *En vendant les labeurs*, nu. 4 fol. 1224 niſi tamen ipſi fructus perierint, poſtquam à patrono collecti eſſent, nu. 5. fol 1224. ſumptuum quam diuerſa ſit ratio & differentia § 56 gloſ. 1. in verbo, *En vendant les labeurs*, nu 2. fol 1223

Superſtua ne ſint verba in legibus maximè vitandum, tit 1. § 71. gloſ. 1. nu 2 fol 1323

Superſtitiat quam ſo tolleretur, tit. 1. § 51. gloſ. 2. in verbo, *Ioüer de ſon fief*. nu. 16. fol. 1137. vt tolerabilior quàm abſurditas, nu 17. fol 1137

Superſtuum vt nihil eſſe debeat in legibus, tit. 1 §. 51. gloſ 2. in verbo, *Ioüer de ſon fief*, nu 14 fol. 1136

Superioritas feudalis vt ſit magis proprietas quàm ſeruitus, tit. 1 §. 45 gloſ. 1. in verbo, *Le deſadueu*ë, num. 16. fol. 1073

Suſpenſus ad tempus vt eo elapſo non indigeat abſolutione, tit. 1 § 42 gloſ. 1 in verbo, *Souffrance*, nu. 5. fol. 965

Suſpenſionis & excommunicationis differentia, tit. 1. § 9. gl. 3. in verbo, *Saiſie*, nu. 16. fol. 371

T

Tabellio vt non poſſit conficere inſtrumentum, niſi de eo quod rogatur a partibus, & ab eiſdem in ſui præſentia geritur, tit. 1, § 8 gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 64. fol. 332

Tacitum vt non debeat plus operari quàm expreſſum, tit. 1. §. 10 & 11 gloſſ. 3. in verbo, *Bla ſmer ledit denombrement*, nu. 9. fol 410

Taillabiles homines qui, tit. 1. §. 51. gloſſ. 2 in verbo, *Ioüer de ſon fief*. nu. 56 fol 1154

Tandiu & Quandiu dictiones, vt correlationem habeant, tit. 1 § 62. gloſſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur vaſſal*, numer 5. fol. 1264

Tempus inducíarum feudalium 40. dierum præfixum ad impugnandum catalogum an ſit præciſum, tit. 1 §. 10 & 11. gloſſ 3. in verbo, *Bla ſmer ledit denombrement*, num. 7 fol. 409. vt non currat ante ætatem ad feudalia munia requiſitam, licet ſit minor inueſtitus, gloſ. 1. num 4. fol. 408

Tempus modicum vt dicatur infra decem annos, tit. 1. §. 51. gloſ. 2 in verbo, *Ioüer de ſon fief*, nu. 19 fol. 1138. pendente termino prorogatum, vt conſentire idem inter prorogantes, ſed non in præiu dicium tertij, tit. 1 § 51 gl. 2 in verbo, *Ioüer de ſon fief*, num. 38. fol 1146 præſentandi vel conferendi vt non currat ignoranti: vide *Præſentandi*, Quadraginta dierum tertractus vt currat ſine ſpe reſtitutionis in integrum, §. 20. gloſ. 12. in verbo, *Et exhibé*, nu. 6. fol. 694 niſi cauſa mortis ſuperuenientis, num. 7 fol. 694 an currat lite pendente inter emptorem & venditorem, nu. 8 fol. 695 quid iuris poſt quam lata eſt ſententia pro emptore, num. 9 fol. 696. qui non obſeruat, vt formam non obſeruet, §. 20. gloſ 10 in verbo, *Dedans quarante iours*, nu. 4 fol. 682 vetiſimilitudinis notitiæ de quo *in reg. 18 Cancellar. Innocent. 8. de verſim ut not.* vt non incipiat à morte, ſed à tempore mortis publicæ notæ in loco & obitus, §. 55. gloſ. 10 in verbo, *En lieu payant*, num. 14. fol 1214. vt currat regulariter de momento, §. 7. gloſ. 1. in verbo, *Iuſqu'à quarante iours*, nu. 4. fol. 293

ex Temporis breuitate vel vicinitate vt præſumatur priùs actum, tit. 1. §. 33. gloſſ. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu 92. fol 903

in Tempore maiori vt non inſit minus, tit. 1 § 51. gloſ. 2. in verbo, *Ioüer de ſon fief*, nu. 48. fol 1149

Terminus 40. dierum inducis feudalibus conſtitutus, quando & à qua die currere incipiat, § 20. gloſ. 9. in verbo, *Dedans quarante iours*, in princip. fol. 681

Termini dies an computetur in termino, §. 10. & 11. gloſ. 1. in verbo, *Bla ſmer ledit denombrement*, nu. 1. fol. 405

Tetragium quid, vide in verbo, *Campipars*.

Terram ſine domino, an poſſit quis in Gallia tenere, tit. 1. §. 68 gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, nu. 12. fol. 1294

Terræ carentes poſſeſſore, ad quem ſpectent: vide *Poſſeſſor*, ſteriles, incultæ, & non poſſeſſæ, vt non ſpectent ad dominum iuriſdictionis, ſed ad dominum territorii, nec fiant occupantis, §. 68. gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, num. 9. fol. 1293

Territorium habens limitatum vt ſit fundatus in qualibet territorii parte in eodem iure, quod habet in toto, gloſ. 1. in verbo, *Franc aleu*, num. 6 fol. 1292. ſi verò territorium non habeat certos limites, vt non ſit fundata intentio domini ſuper aliquo fundo etiam vicino, niſi includatur in inueſtitura, numer 7 fol. 129 vt accedat, & ſubſit caſtro, §. 16. gloſſ. 1. in verbo, *Tel qu'il vont choſes*, num. 17. fol. 530

Territorii dominus vt habeat fundatam intentionem intra fines eiuſdem: vide *Dominus*.

in Teſtamentis largam fieri interpretationem, quomodo accipiendum, tit 1 §. 19. gloſ. 1 in verbo, *Droict d'auneſſe*, nu. 4. fol. 566

Teſtari vt non poſſit Rex de regno, tit. 1. §. 13. gloſ. 3 in verbo, *Pour ſon droit*, nu. 8. fol 485

Teſtator vt nullum onus vel grauamen imponere poſſit in quatuor partibus hæreditorum, nec in portione primogenituræ, *ibid.* gloſ. 3. nu 5 fol. 482. nec quidem per donationem cauſa mortis, *ibid.*

Teſtes duo vt ſufficiant ad probandam ingratitudinam in omni materia, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu. 66. & 67. fol 1002

Teſtimonium præfecti archiui publico quando ſufficiat probationis loco, tit. 1. §. 8. gloſ. 1. in verbo, *Denombrement*, nu. 26. fol. 316

Theſaurus inuentus in feudo vt cedat domino vtili & non directo: Inuentus inquam à patrono in feudo præhenſo vt non ſpectet ad eum, niſi pro dimidia ratione inuentionis: alia autem ſtatim dimidia debet reſtitui vaſallo, tit. 1. §. 55. gloſ. 10 in verbo, *En lieu payant*, num. 48. fol. 1221. idem in vſufructuario, *ibid.*

Theſaurus vt non ſit pars fundi, *ibid.* inuentus in fundo fructuario an ad proprietarium, an verò ad vſufructuarium pertineat, §. 1. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu°. 60. fol. 73

an plus Timeatur quod ſpecialiter inhibetur: vide in verbo, *Inhibitum*.

Titulus allegatur vt præſumatur ex conformi præſtatione decennali, tit. 1. §. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, num. 19 fol. 432

Titulus & poſſeſſio beneficij vt non continuetur in ſucceſſorem, tit. 1. §. 43. gloſſ. 1. in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu. 81. fol 1008 fictus vt à præſumpto differat, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, num. 40. fol. 150. fictus vt non ſit habilis, num. 17. fol. 149. iuſtus vt non excuſet bonæ fidei poſſeſſorem à fructibus percipiendis poſt litem conteſtatam, § 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 50. fol. 781 putatiuus cum iuſto errore facti, quando ſufficiat ad præſcriptionem, tit. 1 §. 12. gloſ. 1. in verbo, *Preſcription*, num. 25. 27 & 28. fol. 435 436. putatiuus vt non debeat tantum valere quantum verus, gloſ. 1. num. 30 fol. 438. vt non operetur ad præſcribendum contra eundem, à quo & traditio habetur, gloſ. 1. num. 26. fol. 436 quoties ad irritum, non ad titulum reducitur, vt res cum fructibus ſit reſtituenda, §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 82. fol. 801. reuocabilis an inducat fructuum requiſitionem, §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſaiſit le fief*, nu. 46. fol. 944. vt ſit duplex, collatorius & declaratorius, §. 68. gloſ. 1 in verbo, *Franc aleu*, nu. 13. fol 1295

Tituli editio, an iure actionis ſit petenda: vide *Editio*.

Titulum nouum dominus directus [illegible] poteſt, ſed benè inſtrumentum probationis, tit. 1 § 73. gloſ. 1. nu. 10 fol. 1314

Titulum ſuæ poſſeſſionis, quando poſſeſſor edere teneatur: vide *Edere*.

Titulum nullum oſtendere vt ſit tutius, quàm defectiuum, tit. 1 § 8 gloſ 2. in verbo, *Denombrement*, nu. 109. fol. 330 rei ſuæ vt nemo dicere vel edere cogatur, nu 6 fol. 308

Traductio ficta vt in conductione approbata ſit, tit. 1 § 1 gl. 5. in verbo, *Le fief*, nu 38 fol. 150 quamuis ſit in iure ficta, nullus tamen actus eſt titulus, §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 40. & 41. fol. 150. 151

Traditioni reali vt æquipolleat precarium, conſtitutum, vſufructus retentio, clauium traditio in præſentia rei, ingreſſus emptoris de licentia venditoris, & inſtrumentorum traditio, tit 1. §. 20. gloſ. 5. in verbo, *Vendu*, nu 14 fol. 640

per Traditionem vt in dubio videatur habita fides de pretio, vbi agitur de venditione, tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 17. fol. 861

Traditiones vt fictæ quædam ſint à iure probatæ, tit. 1. §. 2. gloſ 5. in verbo, *Le fief*, nu. 40 fol. 150

ex Tranſactione ſola vt non ſit fundata intentio patroni ad iura feudalia, tit. 1 §. 33 gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 67. fol. 794 an teneatur patronus ſtare tranſactioni vel ſententiæ latæ inter contendentes de feudo etiam in præiudicium iurium dominicalium? num. 68. fol. 795

Tranſmiſſionis *Mortuus ſaiſit vivum*, qualis ſit effectus, tit 1. §. 16. gloſ. 1. in verb, *Droict de relief*, nu. 102 fol 813. vt per hanc tranſmiſſionem transferatur vera poſſeſſio, & verum dominium ipſo iure, *ibid.*

vbi Tranſigi poteſt, vt & Iuramentum præſtari poſſit, vide *Iuramentum*

Trebellianica vt locum non habeat in patria conſuetudinaria; vide *Quarta*.

Digitized by Google

Transfert, & feigneur transfoncier quid, tit. 2 §. 78. glos. 4. nu. 2 fol. 1499
Tributum, census, publica pensitatio, functio vel collatio, an idem, & quotuplex tributum, vide in verbo, *Census*.
inter Tributa & munera an sit differentia, vide *Munera*.
Turpiter accipienti, vt condicantur, tit. 1. §. 55. glos. 2. in verbo, *En faisant le foy*, nu. 8. fol. 923
Turpitudinem propriam etiam ab alio detectam, vt non possit quis agendo allegare, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 35. fol. 771
Tutela, seu Cura Regis an pubertate finiatur: vide *Regis*.
Tutor vel Curator an dandus sit Regi post pubertatem: vide *Regis*.
Tutor an teneatur ad interesse amissi opportuni retractus, tit. 1. §. 20 glos. 1. in verbo, *Pour*, nu. 4. fol 618 vtrum possit prahensione feudali vti, §. 1, glos. 1 in verbo, *Le seigneur fodal*, num. 73. fol. 80 quando præiudicare possit pupillo in iure commissi, tit. 1. §. 21. glos. 1. in verbo, *A reysen*, nu. 24 fol. 707. vt magis domini quàm fructuarij vicem gerat, §. 1. glos. 1. in verbo, *Le seigneur fodal*, nu. 70. fol. 79. vt non possit graificati contuioti in præiudicium pupilli, licet possit gratificari extraneo, §. 21 glos. 1. in verbo, *A reysen*, nu. 7. fol. 701. nec possit ad commodum suum authorari vel eligere, *ibid.*
Tutore pupillorum emente aut acquirente feudum, quid iuris in feudi prahensione tit. 1. §. 41. glos. 1. in verbo, *Sont mineurs*, nu. 12. fol. 954
Tutelæ omnes sunt electiuæ, §. 99. nu 1. fol. 1663
Tutela extenditur non vi iurisdictionum, sed vi iuris communis, §. 99. nu. 2. fol. 1663
Tutor non potest transferre possessionem per actum fictum, §. 99. nu. 4. fol. 1663
Tutor potest agere inuentario non facto, §. 100. nu. 2. fol. 1663.
à Tutela excusatur habens quatuor liberos, §. 105. num 4. fol. 1666
Tutore non eget infans retrahens, §. 173 nu. 7. fol. 1762

V

VAluasini qui, tit 1. § 15. glos. 3. in verbo, *Tenus noblement*, nu. 2. fol. 511
Valuasores maiores & minores qui, *ibid.*
Vasallagium inuito suo vasallo vt non quidem Rex Franciæ transferre possit in aliam minorem vel maiorem, quantumuis pacis causa, tit 1 §. 1. glos. 3. in verbo, *Pour*, nu. 26. & 38. fol. 97. 102
Vasallus an inuito domino feudo suo simplici renunciare possit, tit. 1. § 1. glos. 5 in verbo, *Le fief*, nu. 3. fol. 117. an teneatur stare contractui bona fide facto per patronum, §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, num 43 fol. 211 an teneatur statim patronum *adeuier ou desadeuer*, hoc est agnoscere vel abnegare: §. 9. glos. 2. in verbo, *Dedans quarante iours*, num. 5 fol. 359. antiquus quis dicatur, §. 66 glos. 1. in verbo, *L'ancien vassal*, num. 1. fol. 1283. antiquus vt non teneatur nouum catalogum tradere, vbi tantum fit mutatio ex parte patroni, §. 8 glos. 1. in verbo, *Desmembrement*, num. 3. fol. 306. decedens pluribus relictis hæredibus, an singuli fidelitatis iuramentum patrono præstare teneantur, § 2 & 3 glos. 4 in verbo, *Serment de feauté*, num 57. fol. 282. & emphyteuta quemadmodum sumptus retineat, 6. 1. glos. 5. in verbo, *Le fief*, num. 90. fol. 170. & fructuarius vt non possint priuare dominum possessione sua, nec per actus reales, §. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, num. 14. fol. 2116
Vasallus grauiter offensus à patrono quando incipiat tenere in alaudium, tit 1. §. 2. & 3. glos. 4 in verbo, *Serment de feauté*, nu. 15. & 16. fol. 265. item vt non possit iurare fidelitatem duobus contra omnes, num 7. fol. 262. in fidem admissus à primogenito vt sit tutus ab omnibus reliquis patroni, nu. 60. fol. 284. ingratus quamdiu vitio statu aliàs integro, vt possit patronus infra 30. annos agere ad commissum feudi, nedum contra ingratum, sed etiam contra singularem eius successorem, §. 41 glos 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, num. 58 fol. 999. quod ampliatur etiamsi emptor sciebat nouam à venditore commissam, num. 59. fol. 999. salbe tamen & fraudem participauerit cum venditore, *ibid.* ligius vt plus astringatur quam non ligius, §. 43 glos 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, nu 169. fol. 1053. item ligius vt principaliter subiiciat personam suam domino ac bona consequenter, tit. 1. §. 2. glos. 5 in verbo, *Le fief*, nu 8 fol 130
Vasallus negans actorem esse patronum eius nomine proprio, vt non vitiet periculum commissi offerendo eidem fidelitatem tanquam tototi alterius, vel contra, § 45. glos. 2. in verbo, *Qui desaue le fief*, num. 15. & 20 fol. 982. 984. negans feudum Valquesini more regi, vt conuictus non puniatur, tit. 1 §. 2. & 3. glos. 6. in verbo, *Valquesin*, nu. 3. fol. 287. negans qualitatem vasalli domini verum feudum amittat, §. 45. glos. 1. in verbo, *A mis en sa main*, nu. 5. fol. 1068. an abnegans teneatur ad cautionem, numer. 10. fol. 1071. partem suam feudi vendens consalio quid iuris in retractu, § 20 glos. 6. in verbo, *Par son vassal*, num. 4 fol. 665. qui habet annum & diem ad petendam inuestituram, decedat intra tempus non petita inuestitura, an eius filius vel hæres habeat residuum temporis: an verò de nouo integrum, §. 9. glos. 2. in verbo, *Dedans quarante iours*, nu. 12. & seq. 362. quo respectu dominum recognoscat, §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 59. fol. 1248 recognoscens ab alio, & iura ei præstans, vt non præiudicet vero patrono ignoranti, nec in proprietate, nec in possessione, vel quasi, §. 51 glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, num. 12. fol. 1115. retrahens aut quoquomodo acquirens feudbfeuda, vt nulla inde iura debeat patrono suo, §. 10. glos. 1 in verbo, *Le seigneur fodal*, num. 67. fol. 605. vtrum teneatur subfeuda vnire mensæ feudi sui, & sic in catalogo tanquam partes integrales feudi describere, num. 68 & seq 605. vt requirens feuda à se mouentis nulla iura debeat superiori, num. 67 fol. 604. si antequam vendat, adeat patronum, atque ei offerat vendere pro pretio quod ab alio inuenit, an expectare responso per duos menses & vltra, si fuerit negligens patronus, priuetur iure retractus, num. 6 & 7 fol. 577 578. si decesserit relicta vxore prægnante, an saltem post 40. dies possit feudum prahendi, §. 41. glos. 1. in verbo, *Sont mineurs*, num. 10. fol. 953
Vasallus si efficiatur vsufructuarius feudi dominantis, vt nihilominus teneatur ad clientelaria obsequia: secus tamen in marito & tutore, § 20 glos. 1. num. 70. fol 606. si fuerit deportatus aut bannitus, an possit dominus manum feudo inicere, § 1. glos. 2 in verbo, *Par saute d'hommes*, num. 3 fol. 84. si fuerit ingressus monasterium quid iuris, *ibid.* Si diu fuerit absens, & ignoretur an sit viuus vel mortuus, num. 4. fol 85 si in prouinciis remotis moriuus sit, quemadmodum dilatio temporis suis hæredibus concessa & connumeranda sit: maxime si prius innotuerit domino, quàm ipsis hæredibus, §. 7 glos. 1. in verbo, *Iusqu'à quarante iours*, num. 8 fol. 296
Vasallus si negetesse patronum ratione certi castri, sed fatetur eundem esse patronum ratione alterius castri, tit. 1. §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, nu 15. fol. 982. si non per patronum, sed per iudicem manu suprema fuerit receptus, quid iuris, §. 9. glos. 2. in verbo, *Dedans quarante iours*, num. 5 fol. 360. si patiatur commissarios sui, vt non teneatur aliter consignare, siue vnus, siue plures patroni prætensi litigent, §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, num. 15. fol. 1239. si patronum in iudicio principaliter abnegauerit, vt etiam ex iusta ignorantia amittat feudum, etiamsi pœnitere velit, §. 43. glos. 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, num. 68 fol. 1003. aliud autem iuris in negatione facta extra ius vel etiam in iudicio, sed incidenter, num. 70. fol. 1004 si subinfeudet feudum vel partem mediante summa pecuniæ, quid iuris, §. 51. glos. 1 in verbo, *Desmembrer*, num. 29. fol. 1124. quomodo obuiare possit iuribus patroni, *ibid.* subinfeudans vt remaneat vasallus, §. 1. glos. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, num. 7 fol. 186
Vasallus sui ipsius vt non possit quis esse, tit. 1. 6. 10 glos. 1. in verbo, *Le seigneur fodal*, num. 70. fol. 606. vasalli mei vtrum meus sit vasallus, §. 1. glos. 6. in verbo, *Mouuant de luy*, num. 2. & seq fol. 184. vt ad clientelariam rerum & iurium declarationem teneatur, §. 8. glos. 1 in verbo, *Desmembrement*, num. 4. fol. 307. vt dominum in ius vocare non possit, nisi impetrata venia, §. 1. glos 4. in verbo, *Mettre en sa main*, num. 47. fol. 124. vt esse non possit absque feudo, num. 51. glos. 2 in verbo, *Iouer de son fief*, num. 2. fol. 1131. vt in re feudali dominum suum verum & directum recognoscat, non autem in aliis suis bonis in subs. num. 21. fol. 11. vt maneat in possessione pendente lite super commisso, § 43 glos. 1. in verbo, *Qui desaue le fief*, num. 41. fol. 992. vt non audiatur in causis oppositionis, nisi manu domini relpeat, §. 60. glos. 1. in verbo, *Par main souueraine*, nu. 48. fol. 1251
Vasallus vt non plurier, nec pluribus dominis offerre teneatur, tit. 1. § 60. glos. 1. in verbo, *Par les offres*, num. 29. & 30. fol. 1277. 1278. vt non possit inuitus delegari etiam per Regem, nec quidem pacis causa, §. 1. glos 3 in verbo, *Pour*, num. 27. fol. 97. vt non possit verè ligius esse duorum, §. 2. &. glos 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 7. fol. 262 vt non propriè dicatur, nisi post fidelitatem, §. 7. glos. 1. in verbo, *Iusqu'à quarante iours*, num. 11. fol. 297. vt non sit iustus antequam in fidem patroni admissus fuerit, & inuestitus, §. 1. glos. 4 in verbo, *Mettre en sa main*, num. 48. fol. 124. vt non sit saisitus contra dominum, *ibid.* vt non teneatur quærere nec adire patronum extra locum dominicantem, etiamsi domicilium patroni sit vasallo vicinius, §. 63. glos. 1. in verbo, *Faire les offres*, num. 11. fol. 1271
Vasallus vt patronum cogere possit fidos & idoneos sibi dare

curatores, tit. 1 §. 9 glos. 4. in verbo, *Commessaires*, num. 5. fol 372. vt possit iure feudi retrahere infeudum etiam inuito patrono, qui iure simplicis reliqui fruitur feudo, §. 50. glos. 1 in verbo, *Pour son droit*, num. 7. fol. 1106 vt possit morum suam purgare incontinenti boni viri arbitrio, §. 1. glos. 8. in verbo, *Faire les fruicts*, num. 26. fol. 201. vt possit subinfeudare, §. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, num. 16. fol. 117. tit. 2. §. 73. glos. 1. num 18 fol. 1327. vt possit triginta annis aduersus patronum præscribere conditionem & actionem commissi, §. 43. glos. 1. in verbo, *Que defaut le fief*, num. 65 fol. 1002. vt propriè dicatur, etiam ante fidem renouatam, §. 29. glos. 6 in verbo, *Par son vassal*, num. 6. fol. 665 idem de patrono, *ibid.* vt vtile tantum, non directum dominium habeat, in rubr. nu 10. fol 7

Vasalli cur vocentur domini, censuarij vero roturarij, tit. 1. §. 78 glos. 4 num. 3. fol 1409

Vasalli hodie non solum domini vtiles vocantur, sed etiam proprietarij, nu. 18. fol. 1503

Vasalli & censuarij conditio vt non sit adscripticia aut seruilis, sed liber, tit. 1. §. 1 glos. 4 in verbo, *A cestre ou sa maison*, nu 59. fol 129

Vasalli hæres quamuis moriatur infra 40. dies inducierum, vt non tamen hæredi hæredis prorogetur tempus, sed residuum temporis concedatur, 1. 7. glos. 1. in verbo, *Infra quarante iours*, nu. 20 fol. 300

Vasalli seu clientis quotquot sunt hæredes, vt singuli ad fidelitatem teneantur, tit. 1. §. 2. & 3. glos. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 25. fol 269

Vasallo Ecclesiæ vt sufficiat vnicam ostendere inuestituram, tit 1. § 8. glos. 1. in verbo, *Desmembrement*, num 106. fol. 548 in fidem admisso vt ipso iure ad eum reuerta sit feudi possessio, § 2. glos. 9. in verbo, *Pendant lad te main*, nu. 14 fol. 227. non possidenti vt seruitii omissio non nocear, §. 33. glos 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 153. fol. 843

de Vasallo furioso aut alias inhabili quid iuris, vbi agitur de præhensione feudi, tit. 1 § 41. glos. 1 in verbo, *Sous mesmes*, num 11. fol 954. qui iuris sumptibus colit, & non per colonum, quid iuris, § 56. glos. 1. in verbo, *En rendant les labeurs*, num 2 fol 1223. recognoscente feudum ab alio quid iuris, §. 51. glos. 1. in verbo, *Desmembrer*, nu. 9. fol 1114

Vasalli cæteri an possint imputare catalogum traditum ab vno ex eis, tit. 1. §. 8. glos. 1. in verbo, *Desmembrement*, nu. 7. fol. 308 vt tamen possint singuli singulos integros vel diuersos catalogos offerre, *ibid.* mouentes à mansione principali, vt non possint alii adiudicari, nec quidem secundogenito, qui nihil habet in eadem mansione, § 16. glos. 1 in verbo, *Tel quel vent choisir*, num. 18 fol. 511. omnes regni Franciæ vt magis subsint regi, quàm proprio, & immediato patrono, §. 1 glos 6. in verbo, *Mouuant de luy*, num. 12 fol 188. vt teneantur regi auxilium præstare etiam contra dominum suum immediatum, si perduellis sit, *ibid.* plures eiusdem feudi vt teneantur insolidum collectiuè præstare vnum catalogum, § 8 glos. 1. in verbo, *Desmembrement*, num 2 fol 306. quid iuris autem, si ab vno ex vasallis integer catalogus offeratur, nu. 3. fol 306. plures eiusdem feudi quomodo ipsum inter se dimidere possint, § 3 glos. 4. in verbo, *Serment de feauté*, num 31. fol. 272. quando sint immissi in solidum, vt cesset retractus inter eos, sicut inter consanguineos, § 20. glos. 6 verbo, *Par son vassal*, num. vlt. fol. 66. vt domini suis subsidia debeant pro redemptione illorum, & pro dotibus filiabus constituendis, in rubr. num. 20. fol. 11 vt in *Francia* teneantur Regi auxilium aduersus quoslibet etiam dominos aut parentes præstare, §. 1 glos. 6 in verbo, *Mouuant de luy*, num. 23. fol 189 vt non possint alienari in inferiorem, §. 1. glos 3. in verbo, *Pour*, nu. 28 fol. 98 vt possint alienari cum vniuersitate, § 1 glos. 3. in verbo, *Pour*, nu. 29 fol. 98

Vasallorum interpellatio vt sit in se de forma, sed non sit modus interpellandi, tit. 1 §. 61. in verbo, *Les proclamations*, num. 9 fol. 1282 iura cedere, & de iis disponere vt possit dominus. §. 1 glos. 3. in verbo, *Pour*, numer. 37. fol. 102

Vasallis vt non debeat rigor seruari, tit. 1. §. 1. glos. 7. in verbo, *Explaictar*, nu. 3. fol. 191

Vectigal acquisitorum vt cesset in successione descendentium liberorum, tit. 1. §. 2. & 3 glos. 1. in verbo, *Par succession*, num. 3. fol. 243

Vectigal est vox generalissima significans omnem præstationem siue tributum, aut censum, aut pensionem, vel collationem, siue realem, siue personalem, & omne genus redditus, siue publici, siue priuati, tit. 1. in Rubr. nu. 26. fol. 1314

Vectigalia quæ sint Budæo, & quomodo à Sequanis vocentur, *ibid.*

Vela regia an à priuatis possint opponi: vide *Signa*.

Vendere an quis ob fauorem publicum cogi possit, vide in verbo, *Fauore*.

Vendere religionis fauore vt quis cogatur: vide *Religionis*.

Vendens nouum an incidat in crimen falsi, tit. 1 §. 33 glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 18. fol. 862. Vendens hæreditatem an dicatur vendere res singulas, § 33. glos 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 39. fol. 875. vt censeatur vendere aleam respectu rerum singularium, sed non respectu ipsius hæreditatis, *ibid.*

Vendens in dolo tenetur de euictione, §. 175. numer. fol. 1765

Vendente patrono superiore subfeudum sibi adquisitum, vt possit vasallus iure feudali illud retrahere, tit. 1. §. 55. glos. 10. in verbo, *En luy payant*, nu. 46 fol. 1220

Vendita re purè pro pretio soluendo in diem, vt non teneatur retrahens statim soluere, sed eiusdem dilationis habeat beneficium, tit. 1. §. 20. glos. 8. in verbo, *Le prix*, num. 5. fol. 674

Vendito feudo sub pacto redimendi vsque ad nouem annos, & illis finitis vsque ad alios nouem annos retenta fide, vt non valeat illud pactum, nisi ad primos nouem annos, tit. 1. §. 41. 81. 51. glos. 1. in verbo, *Iouer de son fief*, num. 36 & 37. fol. 1145

Venditio an sit merè voluntaria, an verò necessaria, quantum ad iura feudalia, tit. 1 § 33 glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 14. fol 761. facta cum remissione pretij an sit venditio, § 20. glos. 5. in verbo, *Vendu*, num 55. fol. 659. feudi si per *l. 2. C. de rescind. vend.* rescindatur, vt nulla iura patrono debeantur, §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 44 fol. 776. fructuum, vt intelligatur de primis, §. 47. glos. 1. in verbo, *Le reuenu*, num. 2. fol. 1089. inita redimendi feudum, vt non cadat in retractum feudalem, § 20. glos. 4. in verbo, *Le fief tenu*, num. 5. fol. 628. rei facta mediante certa summa & reddita etiam non redimibili sub eadem re, vt censeatur in totum venditio, §. 23. al. 33. glos 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num 81 fol. 896 siue ipso iure, siue via actionis, vel exceptionis resoluatur, vt eodem modo feudalia iura resoluantur, glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 15. fol. 860 vel mutatio feudi ficta vt non sufficiat, an feudalia iura debeantur, *ibid.* num. 36 fol. 872 vt non duplex fingi debeat, nu. 82. fol. 896. vt non sit sine pretio certo, num 54. fol. 883. vt præsumatur, quando contractus verba permutationis habent terminos, verum res ipsa effectus & exitus negotij, terminos venditionis, idque cum temporis breuitate, rei & personarum qualitate, *ibid.* num. 94 fol. 905. vt vera requiratur vel similis contractus ad terminos venditionis reducibilis, vt sit locus quinto precij aut retractui, nec sufficiat quod retrahens eandem conditionem afferre possit, nu. 88 89 fol. 900 901

Venditionis appellatione, vt veniat omnis species alienationis, in qua eadem est ratio circa id, de quo quæritur, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 2. fol 851. etiam loco contractu facto, vt agi possit ad vtrumque retractum, §. 20. glos. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, num. 10. fol. 623

Venditionis factæ sub pacto præambulæ fabhastationis quid iuris, tit. 1. §. 33. glos. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 66. fol. 793. feudalis, si non fuerit facta scriptura, vt circumstantiis explanari possit verbaliter, §. 20. glos. 12. in verbo, *Et exhibé*, num. 3 fol. 696 præsumptiones circa: vide *Presumptiones*. Proloquia vt non sufficiant, §. 33. gl. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 70 fol. 892 pura in diem & conditionalis, quæ sit differentia in feudis, §. 20 glos. 3. in verbo, *Prendre, retenir*, num. 23 fol. 624. vt sit triplex perfectio, §. 20. glos. 10. in verbo, *Dedans quarante iours*, nu. 2. fol. 681

in Venditionis contractu vt iura dicantur pars precii accessoria, sed non formalis, tit. 1. §. 20. glos. 5. in verbo, *Vendu*, num. 42. fol. 652. initio si de die proferendo aut prorogando actum sit, quid iuris, §. 33. glos. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 53. fol. 881

de Venditioni consentiente quid iuris, tit. 1. §. 20. glos. 6. in verbo, *Par son vassal*, num. 1. fol. 663

inter Venditionem domus pro centum cum vinea, & venditionem domus pro centum cum certo reddito super eadem, vt sit differentia, tit. 1. §. 33. glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 84 fol. 898

Venditione facta Ecclesiæ aut ciuitati vt statim dominium transeat, & quatenus in ea dicatur res esse integra, tit. 1 §. 20 glos. 5. in verbo, *Vendu*, num. 17. fol. 641. facta pro mille, sed data apocha pro octingentis quid iuris, §. 18. glos 8. in verbo, *Le prix*, nu. 3. fol. 675

de Venditione facta pro certo pretio, certoque ac perpetuo reddito super eo retento, quid iuris, tit. 1. §. 33. glos. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 63 65 & seq. fol. 888. 889. feudi facta sub facultate redimendi vsque ad triennium retenta interim fide quid iuris, §. 51. glos 2. in verbo, *Iouer de son fief*, num. 13 fol. 1135 si constet vt sit fundata domini vel retrahentis intentio, etiamsi de pretio non

conſtet, §. 33. gloſ 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 57. fol. 886. ſub pacto redimendi ad modicum tempus quid iuris: vide *Feudum*, de valida & efficaci vt intelligatur conſuetudo feudalis, non quidem reſpectu actionis tantum, ſed reſpectu ipſius rei & feudi venditi, §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 40. fol. 874

de Venditione viliori pretio facta donationis cauſa, an debeantur feudalia iura, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu 54. fol. 883

Venditionis verbum tripliciter ſumi, tit. 2. §. 78. gloſ. 1. num. 2. fol 1431

de Venditione loquens diſpoſitio intelligitur ſtrictè, niſi appareat de rationis identitate, *ibid.* num. 3. & 6. fol. 1432. 1433

Venditionis per æs & libram mos vetus Romanorum, *ibid.* num. 7 fol. 1433

Venditionis & promiſſionis de vendendo differentia, nu. 81. fol. 1450

Venditor vt ante traditionem teneatur ad rei cuſtodiam, tit. 1. §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 84. fol. 614. vt emptorem falliere poſſit infra modicum tempus in rei venditione, §. 33 gloſ. 2 in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 17. fol. 861. vt non poſſit impedire retractum, nu. 85. fol. 898

Venditoris mala fides vt non impediat emptorem longo tempore præſcribere iuri communi, tit. 1. § 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, num. 60. & 61. fol. 1001 niſi his cœpta fuiſſet contra venditorem: quia in perſonalibus actionibus res efficitur litigioſa, *ibid.* Proximus ſi emat feudum ab extraneo emptore, vt non ſit locus retractui, ſed duplici quinto pteti, 33 gloſ 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu. 44 fol 877

Venditore poſſidente vel aliàs occultata fide venditionis, vt tempus retractus non currat etiam 30 annis, tit. 1. §. 20. gloſ 12 in verbo, *Et exhibé*, nu. 12. fol. 696.

Veniæ quomodo a Laudimiis differant: vide *Laudimia*.

Venterolles, ſeu *ventenos*, quid, tit 2. n. 76. nu. 6 fol. 1406

Verbum commune vt ſit contractibus obliquum, tit. 1 § 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent* nu. 11. fol. 858 omne vt debeat de aliquo operari, §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Tolier de ſon fief*, nu 14. fol. 1136

Verba directa vt ſint dupliciа, tit. 1. §. 33 gloſ 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 12. fol. 858 futuri temporis, quæ ſonant in executionem facti, vt præſupponant & inducant diſpoſitionem de præſenti, & ipſo iure operentur tanquam directa, *ibid.* formalia legis commiſſoriæ quid operentur, *ibid.* & vt dictæ legis commiſſoria verba non ſint de forma contractus, nu 11. fol 858

Verba enunciativa vel præſuppoſitiva vt non diſponant, tit. 1. §. 1. gloſ 5 in verbo, *Le fief*, num. 30. fol. 147. geminata vt magis operentur, §. 1. gloſ. 9. in verbo, *Pendant ladite main*, num 27 fol. 132 geminata vt plus operentur quam ſimplicia, §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 125 fol. 825 in dubio demonſtrant, non autem limitant, §. 9 goſ. 2. in verbo, *Dedans quarante iours*, nu. 7. fol. 361. promiſcua ſtyli vt nihil operentur, §. 28 gloſ 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 16. fol 734. quando taxativa vel demonſtrativa ſint, §. 28 gloſ. 1 in verbo, *Argent*, num. 21. fol 551. ſuperfluere aut nihil operari vt ſit tolerabilius quàm a natura actus deviare, § 20 gloſ. 2 in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num. 5. fol. 577 vt cedant materiæ ſubiectæ. §. 43 gloſ 1 in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 109 fol. 1016 vt pro ratione materiæ ſubiectæ ſint interpretanda, §. 1. gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 25 fol. 116

Verborum captiones & cavillationes vt fugiendæ tanquam decipulæ, §. 63 gloſ. 1. in verbo, *Faire les offres*, num. 18. fol 1273 extenſivorum in futurum quæ ratio ſit in feudis, §. 1. gloſſ 3. in verbo, *Peut*, num 5 fol. 88. qualitas vt mentem oſtendit, §. 33 gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, nu 45 fol. 878

Verbis legis vel conſuetudinis vt nihil ſit addendum, tit. 1. §. 1 gloſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, nu 12. fol. 110

Veritas vt occulteur, non eſt bonum, tit. 2. §. 73. gloſ. 2. nu. 8 fol. 1312

Veritas & eius probatio non eſt occultanda, tit. 2. §. 76. nu° 23. fol. 1407

Veritas iuris ex veritate facti oritur, tit. 2 §. 78. gloſſ. 1. nu. 164 fol. 1475

Via minus vtique pari oneroſa deligenda, tit. 2. §. 74. gloſ. 1. nu. 183. fol. 1393

Via vtique parum commodior & minus oneroſa eſt eligenda, tit 2. §. 78. gloſ. 5. nu. 14. fol. 1514

Via facti vt prohibita, tit. 1. §. 1 gloſſ. 4. num. 10. & 13. fol. 109 111

Vicinitas actuum vt faciat mutuam correlationem præſumi: Vide *Actuum*.

Vidua doarij iure fruens media parte prædiorum prædefuncti viri: an poſſit vti prælectione feudali & aliis dominicis iuribus in ſubfeuda, tit. 1 §. 1. gloſ. 3. in verbo, *Peut*, num. 29. fol. 98 vt non debeat relevium de dimidia ſua parte conquetuum, §. 33. gloſſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 142. fol. 835 vt non debeat relevium, §. 37. gloſ. 1. in verbo, *Se marie*, num. 10. fol 940. fidelitatem tamen renovare debeat, num. 11. fol. ad viduam doariam vt ſpectet onus ſolvendi relevia feudorum, in quibus capit doarium, §. 33. gloſ. 1 in verbo, *Droict de relief*, nu. 158. fol. 845

Viduam domini violans veram feudo privetur, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu. 141. fol. 1040

Vigilandi verbum in iure quid inferat, tit, 1. §. 62 gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur veille*, nu. 1. fol. 1163. vt patronus non vigilet ipſo iure, nu. 2 fol 1163

Vir non poteſt dare vxori nec eius hæredibus, §. 156. num. 15. fol. 1746

verba *Vendre ou liceat*, vt ſint directa, tit. 1. §. 33. gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 12. fol. 858. vt inducant pactum legis commiſſoriæ, nu 14 fol. 859

Vltimæ voluntates & contractus in quibus conveniant, tit. 2. §. 25 gloſ. 1. in verbo, *Les femelles*, nu. 11. fol. 719

Vltra dictio, vt continuativè tantum ſtet, tit. 1. §. 55 gloſ. 2. in verbo, *Item en ce cas*, nu. 7. fol 1179

Vnio ad menſam loci dominantis, vt non ſit de eſſentia retractus feudalis: ſed ſatis ſit, quod retrahens retrahat pro ſe, §. 51. gloſ. 10. in verbo, *En luy payant les droits*, num. 44. fol. 1219

Vnitæ per vaſallum feudali feudo vt fiant idem fundus, ſed non idem feudum, nec recipiant qualitatem, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, nu. 20 fol. 144

Vnitorum facto hominis & naturæ quæ ſit differentia, tit. 1. §. 1. gloſ. 5 in verbo, *Le fief*, nu. 21. fol 144

Vniverſalis *Omnes*, vt in plurali ſtet collectivè, non autem diſtributivè, tit. 1. §. 3 gloſ. 4. in verbo, *Serment de feauté*, nu. 44. fol. 278

ſic Volo, ſic jubeo, quomodo accipienda verba, tit 1. §. 51. gloſ. 1. in verbo, *Deſmembrer*, nu. 26 fol. 1121

Voluntas limitata vt non præſumatur, ſed vt valet, vt poteſt, tit. 1. §. 60. gloſ. 1. in verbo, *Par main ſouveraine*, num. 4. fol. 1217. vt formet & diſtinguat omnes actus, §. 43. gloſ. 1. in verbo, *Qui deſſaut le fief*, nu 151. fol. 1046

ex Vibanitate facta vt non præiudicent, tit. 1. §. 1 gloſ. 4. in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 14 fol. 111

Vſusfructus adquiſitus ſuper parte feudi indiviſa vt alterari nequeat per diviſionem, tit. 1. §. 1. gloſſ 9 in verbo, *Pendant ladite main*, num. 46. fol. 219. conſtitutio vt non impediat dominum iura dominicalia exercere, §. 1 gloſſ. 3. in verbo, *Vent*, num. 21. fol. 95 fundi conſolidati verum cedat fructuario, quamdiu durat, § 1. gloſſ 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, num 62 fol. 74 retentio vt numquam impediat quin intra feudalia ſtatim peti & exigi poſſint, §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 154. fol 843 eius retentione vt fingatur res verè tradita, §. 1 gloſ. 5 in verbo, *Le fief*, num. 38 fol. 150. vt non finiatur profeſſione fructuarii, vide *Profeſſione*.

Vſusfructus non eſt pars dominij niſi fictè, tit 2 §. 78. gloſ. 1. num. 143. fol. 1469

Vſufructu feudi retento per donatorem, virum relevium per ipſum donatorem, an verò per donatarium ſolvendum ſit, tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. 155 fol. 843. vendito vel donato vt nullum debeatur relevium, gl. 1 nu. 158. fol. 845

Vſufructu finito vt reſtituat fructuarius feudum retractum, cuius pretium non compenſatis fructibus reſtituet, §. 20. gloſ. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 34. fol. 589

Vſufructuarius habens, vt vſufructu privetur, tit. 1. §. 1. gl. 1. in verbo, *Le ſeigneur feodal*, nu. 46. fol. 68. plura vide in verbo, *Fructuarius*.

Vſufructuarius domanij vt nihil habeat in relevijs, laudimiis & iuribus dominicalibus, tit. 1. § 47. gloſ. 1. in verbo, *Droict de relief*, num. vlt. fol. 848. feudi vt non poſſit committere, & conſtituere magiſtratum, § 1. gloſ. 5. in verbo, *Le fief*, num. 57. fol. 157. ſi vendat promittens dominum ratificaturum quid iuris, §. 33 gloſ. 2. in verbo, *Aliené à prix d'argent*, num. 43. fol. 876. vt dominium iuris ſuis habeat, §. 1. gloſ. 6. in verbo, *Mouvant de luy*, num. 10. fol. 188. vt non ſit propriè procurator, §. 21. gloſ. 1. in verbo, *Arrest*, nu 20. fol. 705

Vſufructuarij feudalis receptio vel compoſitio quinti denarij, vel etiam inveſtitura ab eo facta feudi dominantis, vt non præiudicet domino in iure retractus, §. 21. gloſ. 1. in verbo, *Arrest*, num. 10. fol. 705

Vſura breſſis quæ, tit. 1. § 28. gloſ. 1. in verbo, *Durant le temps*, nu. 17 fol. 735

Vſuræ vt etiam ipſius Papæ authoritate nec quidem Iudæis iure licitæ, § 1. gloſ 9 in verbo, *Pendant ladite main*, nu. 19. fol 218 licitæ vt veniant re ipſa propter moram, gl 9. nu. 16 fol. 217. vt ſint quædam lucrativæ, quædam verò compenſatoriæ, nu 20. fol. 219. vt ſint vice fructuum, §. 33. gl. 1. in verbo, *Droict de relief*, nu. 53. fol. 783

Digitize

Vſuras vt non excuſet actus liberalitatis, tit. 1. §. 1 gloſ. 9. in verbo, *Pendant l. dite mare meſe*, nu. 15 fol. 227
de Vſurario pacto quid iuris, *ibid.* gloſ. 9. nu. 14. fol. 226
Vſus certus quando implicet contrarium vſum, tit. 1. §. 1. gloſ. 4 in verbo, *Mettre en ſa main*, nu. 15. fol. 212
Vtile per inutile quando non vitietur, tit. 1. §. 51. gloſ. 2. in verbo, *Iollet de ſon fief*, nu. 40 fol. 1147
Vulquecins mos quis, & vt non ſit publici, ſed priuati iuris, tit. 1. §. 2. & 3. gloſ. 6. in verbo, *Vulquecin*, nu. 1. fol. 285
in Vulquecino feudo vt non attendatur mutatio ex parte patroni, *ibid.* nu. 5. fol. 287
Vxor ſi conſentiat viro dotale feudum vendenti, quid iuris, tit. 1 §. 20 gloſ. 6. in verbo, *Par ſon vaſſal*, num. 1 fol. 463 vt ſit ſponſa de præſenti, §. 35. gloſ 2. in verbo, *Le fils aiſné*, num. 5. fol. 92. eius bona vt non cenſeantur data in dotem, §. 37. gloſ. 2. in verbo, *Se marie*, nu. 1. fol. 931. feudum ſi maritus vendiderit, promittens quòd illa ratificabit quid iuris, §. 33. gloſſ. 2. in verbo, *Aliené à prou d'argent*, numer. 42. fol. 875
Vxorem domini violans, vt feudum amittat, et concubinam non amittit, tit. 1. §. 43. gloſ. 1. inverbo, *Qui deſnie le fief*, nu. 140. fol. 1040
de Vxore ad concubinam vt non valeat argumentum, tit. 1. §. 43. gloſſ. 1. in verbo, *Qui deſnie le fief*, numer. 140. fol. 1040
Vxor poteſt eſſe ſola executrix teſtamenti, § 95. numer. 2. fol. 1655
Vxor poteſt teſtari ſiue conſenſu mariti, §. 105. num. 3. fol. 1668. & §. 110. nu. 4. fol. 1674
Vxor quæ litigauit pro marito & ſuccubuit in expenſis eius propria bona non tenentur, §. 106. nu. 2. fol. 1670

Z

ZAius vt fuerit in feudis imitatus Budæum, tit. 1 in rubr. ſeu proœm. nu 21. & ſeq. fol. 11. 12. vt ignorauerit feudorum veram originem, nu. 14. fol. 9

FINIS.

ANT
1319389

Digitized by

xxvi
H
16

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google